

REPETITIONVM
IVRIS CAN
VOLVMEN QVINTVM
AD
VI. DECRET.




H





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 M
5
M

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-18.F.38
25 25
F E
13 20
25.2

REPETITIONVM IN IVRE CANONICO AD VI. DECRETALIVM LIBRVM,

VOLVMEN QVINTVM.

NVNC PRIMVM IN GERMANIA POST VLTIMAM Venetam impreſſionem auctiùs & emendatiùs editum, typorumque varietate, allegationibus à textu ſeparatis, diſtinctum.

CVM SVMMARIIS ET INDICE LOCVPLETISSIMIS.

...ctorum nomina, qui in hoc volumine habentur, Repetitionumq́ capita, ... pagina indicabit.



Coll: Rom: Cat: Biblot:

...IÆ AGRIPPINÆ,

...s Gymnici, ſub Monocerote.

...DC.XVIII.

ELENCHVS REPETITIONVM, QVÆ IN HOC QVINTO TOMO SVPER SEXTO DECRETALIVM CONTINENTVR.

*Vbi animaduertas, Repetitiones hoc ſigno † notatas, non amplius impreſſas haberi: q[illegible] rò hac aſteriſci nota * deſignauimus, eæ ſparſim vagabantur, ac ſummo ſtudi[illegible] collectæ, ſub ſuis rubricis collocatæ ſunt.*

†	*Rubr. de Conſtitutionibus.*	Ioannis Croti de Monteferrato.	
*		Ludouici Gomeſij.	
	c. licet, eod. tit.	Ioannis Croti.	
*		Marci Antonij Marſcoti de Calu.	
*		Ludouici Gomeſij.	
	c. vt animarum, eod. tit.	Ioannis Croti.	
		Franciſci Zabarellæ Pat.	
*		M. Antonij Marſcoti.	
*		Ludouici Gomeſij.	
	Rubr. de reſcriptis	Ioannis Croti.	
*		Ludouici Gomeſij.	
	c. ipſo iure, eod. tit.	Ioannis Croti.	
*		Ludouici Gomeſij.	
*	*c. cùm in multis, eod. tit.*	eiuſdem.	58
*	*c. diſpendia, eod. tit.*	eiuſdem.	63
*	*c. ſtatutum, eod. tit.*	eiuſdem.	[illegible]
	c. tibi qui, eod tit.	Alexandri de Antilla.	[illegible]2
	c. grandi, de ſupplen. neglig. prælat.	Antonij C[illegible]	[illegible]57
	c. quamuis, de pactis.	Geor[illegible]	[illegible]29
*		I[illegible]	[illegible]77
*	*c. 1. de iudicijs.*	Lu[illegible]	[illegible]95
*	*c. mulieres, eod. tit.*	eiuſdem.	303
*	*c. ſi annum, eodem tit.*	eiuſdem.	308
*	*c. Romana, de foro compet.*	Ægidij Bellameræ.	318
		Iacobi de Beluiſio.	339
*	*c. ſeculares, eodem tit.*	Ægidij Bellameræ.	334
*	*c. cùm laicus, eodem tit.*	eiuſdem.	eod.
*	*Rubr. de rerum permut.*	Petri Andreæ Gammari.	[illegible]64
*	*c. licet, eodem tit.*	eiuſdem.	373
*	*Rubr. de teſtamentis.*	Philippi Franchi de Peruſ.	[illegible]93
	c. ſi pater, eodem tit.	Arnaldi de Solerio.	416
*		Philippi Franchi.	421
*		Ludouici Gomeſi[illegible]	452
*		Emanuelis Coſt[illegible] [illegible]ani.	456
*	*Rubr. de hæreticis.*	Arnaldi Alberti[illegible]	[illegible]90
*	*c. quoniam, eodem tit.*	eiuſdem.	[illegible]96
*	*c. ſi ciuitas, de ſent. excommun.*	Stephani Coſtæ.	
*	*c. is qui, eodem tit.*	eiuſdem.	
*	*c. quoniam, eodem tit.*	eiuſdem.	930
*	*c. is cui, eodem tit.*	eiuſdem.	eod.
*	*c. religioſi, eodem tit.*	eiuſdem.	933
*	*c. eos, eodem tit.*	eiuſdem.	935
*	*c. cùm quis, eod. tit.*	eiuſdem.	938
*	*c. alma, eod. tit.*	eiuſdem.	940
*	*c. cùm quid prohibetur, de reg. iur.*	Vincentij Carrotij.	946

REPETITIONVM IN IVRE CANONICO

PRÆCLARISSIMORVM VTRIVSQVE IVRIS INTERPRETVM IN SEXTVM DECRETALIVM LIBRVM,

TOMVS QVINTVS.

R PETITIO

RVBRICAM, De Conſtitu

Celeber D. nis Croti de Mon

VMMARIVM.

1 *Conſti ſit, & quare ita dicatur.*
2 *Papa n arduis ſine conſenſu Cardinalium legem condere.*
Et an poſſ a negotia expedire ſine Cardinalibus, nu. 3. & 11.
4 *Conſenſus non d dici liber, qui alterius arbitrium expoſcit.*
5 *Poteſtas Romani P tificis eſt maior quàm Imperatoris.*
6 *Verbum, decet, imp t honeſtatem.*
7 *Ius idem tribuit to loco alterius, quod eſt conceſſum illi, in cuius locum ſu tutus.*
8 *Cardinales d ij Rom. Pontificis.*
9 *Plures qua r ſub nomine collect habentur loco vnius.*
10 *Indefinita æquipo iuerſali potius d iuè quàm collectiuè.*
11 *Orationis indefini ra quæ ſit.*
12 *Conditio de haben lium alic o apponitur à lege illi, qui habet pote ge, t de neceſſitate debet haberi, & actus*
13 *Conſilium quan rticeps officij, tale conſilium de neceſſit , & illud de neceſſitate eſt ſequendum.*
14 *Prælato ſi detur coad malam adminiſtrationem, is non habet titulum in t ia duo non poſſunt in eodem beneficio habere titulu*

1ISSIS MVLTIS, quæ cirpræludia iſtius rubricæ per ct. tangi ſolent, videlicet, ibricę Sexti ſint continuã- & an de eſſentia legis ſit tura: quod primum tangi- r Ioan. & Petr. de . hic. I ando habe- ſſimè ct. maximè Fe *in rubr. ſuprà* ſilentio præ- uius, vel potiùs um tamen nõ eſt dicatur conſtitu- *eod.* exponũt tereo, quia ex hunc (vt ita dicam) nullus
1 omittendu *in hac rubrica,* v tio. Dominus Ant. Imol. & a lenotat quã- conſtitutio, id eſt ſimul ſtatu

dam connexitatem, *c. pudenda. 23. q. 1.* Ex quo inferunt, † Roma- 2
num Pontificem non poſſe ſine conſenſu Cardinalium legem condere, maximè in arduis, *c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. in verrationibus.* quam opinionem tenuit Ioan. Mon. *in c. ſuper eo. de hære. lib. 6.* Bald. *in l. cùm multa, C. de bon. quæ lib.* Card. *in repet. c. perpendimus, de ſent. excommun. in 7. colum.* & plerique alij Doct. quos refert dom. Felin. *in d. rubr. ſuprà eod.* Contrariam tamen opinionẽ tenuit Ioan. And. *in c. ſanè, de cler. coniug.* vbi dicit, quòd ſolus Papa creat Cardinales & ſequitur ibi dom. Ant. dom. Abb. *in c. ex geſtis, de cler. non reſid.* Io de Anan. *in c. firmiſſimè, in 1. colum. ſuprà de hære.* & ita videtur eſſe communis opinio, & ita eam dicit eſſe communem Felin. *in loco ſuprà alleg.* Pro pleniori articuli diſcuſſione reaſſumo hunc articulum ad vtramq; partem diſputandum, videlicet, † an Romanus Pontifex poſſit ardua negotia 3
expedire ſine Cardinalibus. ¶ Et primò pro parte affirmatiua adducitur talis ratio. Ille qui habet poteſtatem liberè actum aliquem expediendi, poteſt illum actum expedire ſine conſenſu alterius, ſecundùm gloſ. *in c. dudum, in verbo, liberè, de ſepul.* & gloſ. *in c. cùm plures, ſuprà de offic. deleg. lib. 6. in verb. liberè.* Non enim poteſt † dici liber conſenſus, qui alterius arbitrium expoſcit, *c. ſuper* 4
eo de condi. appoſ. Sed Roman. Pontifex habet pleniſſimam poteſtatem, *Clem. 1. in fin. vt lite pend. c. 2. de præben. lib. 6.* Ergo ardua negotia non expectato conſenſu Cardinalium ſolus poteſt expedire. Secundò adducitur: Eccleſia militans eſt constructa ad inſtar triumphantis eccleſiæ, ſecundùm gloſ. *in Clem. 1. in verbo, eccleſ. inf. de hæret.* Sicut ergo in eccleſia triũphante vnicus eſt Deus, cui cuncta obediunt: Ita in eccleſia militante vnicus ſit eius vicarius, qui ſolus omnia conceſſa & licita poſſit expedire. Tertiò adducitur text. *in c. cuncta per mundum, 9. quæſt. 3. in verb. ſine vlla ſynodo.* Iſta ſunt fundamenta quæ pro iſta parte adducuntur à Doctoribus. ¶ Ego autem pro iſta parte fortiùs arguo ſic: Maior eſt poteſtas † Romani Pontificis quàm Imperatoris, *c. ſolitæ, de ma-* 5
ior. & obedien. & patet, quia habitu habet iuriſdictionem in temporalibus, *c. ex tenore, de foro competen.* Sed Imperator ſolus poteſt legem condere, *§. ſed quod Principi. Inſt. de iure natural. ciuil. & gen.* Ergo multo fortiùs Papa hoc poterit expedire. ¶ Secundò arguitur ſic: Renunciare Pontificatum eſt quid arduum, *c. niſi cùm pridem, extra de renunc.* Sumpto argumento à maioritate rationis, *in verb. ſponſam enim tuam deſerere non debuiſti, cui deſigendo manum media fide copulaſti.* Sed Papa Pontificatum liberè poteſt renunciare, *c. 1. de renunc. lib. 6.* igitur, &c. Et ſi dicatur, illud procedit quando Pontifex eſſet minus idoneus: quia hoc eſt falſum, vt probat text. *in d. c. 1. in verb. maximè ſi ſe inſufficientem agnoſcit.* quæ dictio includit alterum caſum, quando eſſet idoneus *l. ſi ſepatru.* & ibi Doctores *in verb. maximè emancipatus, C. vnde liberi.* ¶ Tertiò arguitur: Derogare conſtitutioni editæ in Concilio eſt quid arduum, *c. poſt tranſlationem, in fine, extra de renunc.* Sed ſolus Pontifex poteſt derogare conſtitutioni editæ in Concilio, *c. ſignificaſti, ſuprà de electio.* quia Concilium ab eo ſumit robur & firmitatem:

igitur, &c. Quartò adduco text. *in c. fundamenta, verſ. decet namque Romano Pontifici, de electio. libro 6.* vbi dicitur, quod decet à Romano Pontifice per fratres ſuos Cardinales, qui in executione ſacerdotalis officij, coadiutores exiſtunt, liberè peruenire conſilia: & ſic conſilium Cardinalium de neceſſitate non exigitur
6 ab ipſo Romano Pontifice. Sed de honeſtate: nam † verbum, decet, importat honeſtatem, *l. ex imperfecto, ff. de legat. 3.* pondero eundem text. dum dicit: Nihil eos à veri concilij ſoliditate remoueat, quin cum per Romanum Pontificem in quibuſcunq; negotiis eorũ conſilia peti contigerit, liberè ipſi Romano Pontifici conſulant. Et ſic ita demum ipſi Cardinales debent conſulere Romano Pontifici, ſi eorum conſilia fuerint petita: aliàs ſecùs. facit etiam idem text. *in princ.* dum dicit, quòd Deus fundauit eccleſiam ſuper Petro, dum dixit: Tu es Petrus, &c. ¶ Quintò arguitur ſic: Idem ius tribuitur ſubſtituto loco alterius, quod
7 eſt † conceſſum illi, in cuius locum eſt ſubſtitutus, *l. ſi quis filium, in § pen. de acquir. hæred. c. præcipimus. 93. diſtin.* Sed Romanus Pontifex eſt vicarius Dei in terris, *c. vbi periculum, de elect. libro 6. c. 1. vt eccleſ. benefic.* Sicut ergo Deus ſolus omnia poteſt expedire, ita &
8 Romanus Pontifex eius vicarius. Sextò adducitur: † Cardinales dicuntur filij Romani Pontificis, *c. felicis, in fine. de pœnis, lib. 6. c. quam graui, de crimine falſi.* Sicut ergo pater omnia eius negotia ſine filiorum conſenſu poteſt expedire, quia non eſt auferenda ingenuis hominibus libera rerum ſuarum adminiſtratio, *l. nõ vſque adeo, ff. ſi quis à parente fuerit manumiſ.* Ita & Romanus Pontifex ſolus ſine Cardinalibus ardua poterit explicare. Vltimò adduco talem rationem: Nam ſi facultas explicandi ardua competeret Romano Pontifici & ipſis Cardinalibus, talis facultas competeret iſtis tanquam duobus corporibus, & tantam vocẽ haberet ſolus Romanus Pontifex, quantam haberent ipſi Car-
9 dinales: quia † quando plures vocantur ſub nomine collectiuo, habentur loco vnius, *l. fin. C. de impuber. & aliis ſubſtit. l. interdũ, ff. de hæred. inſtit. in princ.* Propterea dicunt Angel. & Imol. *in l. liber homo, in §. ſi Titius, ff. de hæredib. inſtit.* quod ſi detur rectori & vniuerſitati ſcholarium facultas eligendi, non tantam vocem habet Rector, quantam habet ipſa Vni[...]tas. ſequitur dom. Alexan. *in l. ſi pater filio, per illum textum, ff. de vulg. & pupil.* facit quod voluit Romanu[s] [con]ſ*ilio 99. incip. Viſo propoſitæ quæſtionis themate.* vbi voluit, quòd ſi teſtator reliquit pro puellis maritandis, & deputauit executores conſules artis aromatariæ, & ſuos hæredes, dicti hæredes licèt non ſint plures quàm duo, tantam vocem habebunt, quantam habent illi conſules, etiam ſi eſſent decem: quod tamen fallit, niſi dictum fuiſſet, ęquè ſint exequutores, *dicta l. interdum, in princip.* Sed in contrarium adduco textum qui fortiter obſtat *in l. quidam relegatus, in §. fin. ibi, iuncta l. ſequenti, in princ. ff. de rebus dubijs.* ſuper quo multoties dubitaui anhelando ad veram rationem illius textus. Nunc occurrit mihi iſta ratio: Nam ideo ibi natis pluribus poſthumis quilibet habet virilem, quia iſta oratio, Relinquo Titio & poſthumo, eſt
10 oratio indefinita: Indefinita † autem potiùs æquipollet vniuerſali diſtributiuè quàm collectiuè. Ita [d]icit Bartolus *in l. pluribus, in*
11 *fine. ff. de leg. 2.* Sed † natura diſtributiuæ eſt iſta, quia ſicut diſtribuit actum primi verbi vnicuique inſolidum, ita & actum ſecundi verbi, *l. qui filiabus, in §. primo, ff. de legat. primo.* Sed poſthumus dicitur filius naſciturus: ſicut ergo natiuitas vnicuique attribuitur inſolidum, ita & illa pars, quam eſt habiturus ſuus cohæres, attribuitur vnicuique inſolidum: & iſta eſt vera ratio illius text. Sed vt reuertamur ad propoſitum, ſi iſta facilitas expediendi ardua ſpectaret ad vnumquemque pro parte, contingeret ſæpiùs vtilitatem eccleſiæ impediri, quia homines ſunt faciles ad diſſentiendum, *c. nec nouum, 8. quæſt. 1.* facit quod voluit Abb. *in c. 1. de his quæ fiunt à maior. parte capituli.* dixi *in c. 3. de iure patron.* Probo iſtam minorem: Nam ſi Papa vult vnum, & maior pars Cardinalium vellet contrarium, iſte actus non poſſet expediri, quia non diceretur maior pars interueniſſe: & licèt aliqui Cardinales deueniant in ſententiam Romani Pontificis, adhuc ille actus non poſſet expediri, quia ex quo maior pars non conuenit cum Pontifice, nihil prodeſt ei habere aliquos de corpore Cardinalium, cùm maior pars eorum, qui diſſentiunt, faciant vnum corpus, & ſic adhuc eſt verum dicere, quòd ſint pares in voce, & quod actus ille non poteſt expediri. Ita firmat Ioan. And. *in c. ſtatutum, de electio. libro 6. & in c. 1. ne ſede vacant.* vbi dicit, quòd vbi epiſcopus debet aliquid expedire cum conſenſu Capituli, non valet ille actus, niſi cum epiſcopo concurrat maior pars Capituli. Sed dicet aliquis, cur toleratur in aliis infe-

rioribus, quòd actus expediendus pertineat ad duo corpora? Reſpondetur, quod ipſis inferioribus diſſentientibus in pari voce habetur recurſus ad ſuperiorẽ, qui gratificabitur vni corpori, *c. cùm autem, de iure patro.* quod non cadit in Romano Pontifice; qui nullum habet ſuperiorem, ad quem poſſit haberi recurſus. Et iſta opinio eſt vera, & in iudicando & conſulend[o] [e]ſt tenenda. Inuenio tamen Præpoſitum ſancti Ambroſ[...]
Cardinalem Alexandrinum benemeritum *in c. 1. in tit.* [...]
vel Abbatem, in princ. in vſib. feud. qui declarat iſtam conc[...]
& dicit, quod multi in hoc errant. Nam ſecundùm eun[...]
eſt, quòd ſolus Papa ſine Cardinalibus ardua poteſt exp[...]
tamen eſt neceſſe petere eorum conſilium, licèt non ten[...]
ſequi illud conſilium, quia vbi conſenſus alicuius exigit[...]
modum conſilij, ſatis eſt petere illius conſilium: & ſi fiat[...]
illius conſultoris ſpreto conſilio, valebit talis actus, *c. oli[m]*
bitris, c. 1. ne ſede vacant. libro 6. Dominus Abb. *in c. cùm in ve*
lect. Bartol. *in l. 1. in §. ſi plures, ff. de exercit.* Ego autem cont[...] [...]m
communem ſententiam adduco tria fundamenta, ſu[...] [...]ui-
bus relinquam vos cogitantes. Primò adduco textum [...] [...]*ve-*
nerabilem, in §. rationibus: qui filij ſint legit. vbi dicitur, [...] [...]æ-
cunque dixerint tibi, ſequeris & eorum ſententia[...] [...]ica-
mus, quod ille text. non loquitur de Cardinalibus [...] [...]di-
cuntur fratres & coadiutores in executione ſacer[...] [...]icij,
c. fundamenta, in §. decet, de elect. libro 6. Secundò arg[...] [...]an-
do † conditio de habendo conſilio alicuius app[...] [...]il- 12
li, qui habet poteſtatem à lege, tale conſilium d[...] [...]de-
bet haberi, & actus aliter factus non valet, §. *quę* [...] [...]*uth.*
de non alien. aut non permut. Inſtit. de ſuſpect. tutor. i[...] [...]*ſt. ff.*
de furt. & iſto caſu tale conſilium ſequendum [...] [...]*ſu, &*
l. ſi in coniu[...] *C. de nupt.* Sed iſta conditio[...] [...]conſi-
lio eſt a[...] [...]nti po-
te[...] [...]nſilium
c[...] [...]conſi- 13
lim[...] expetitur ab illo, qui eſt part[...] [...]um de
neceſſitate actus expeti debet, & illud [...] [...]quę-
dum, *l. Titium & Meuium, in princ. de admin*[...] [...]*.conſi-*
lio, in fin. ff. de curat fur. Sed Cardinales, quo[...] [...] expe-
titur, ſunt participes officij, *d. §. decet.* Igitur [...] [...]lium ſe-
quendum eſt, cogitabitis. Suſtinendo tam[...] [...]nem ſen-
tentiam poteſt reſponderi prædictis ratio[...] [...] primò re-
ſpondetur ad dictum §. rationibus: quia [...] [...]s non obſtat:
nam illa verba, ſequeris eorum ſententi[...] [...] ſunt referenda
ad ipſum Romanum Pontificem, ſe[...] ad ipſum conſu-
lentem ſuper facto ambiguo. Non[...] [...]ndum, quia ne-
ceſſitas non imponitur Romano P[...] [...]tendi conſilium
ab ipſis Cardin[...] ſed de honeſta [...] [...]ſt facere, *d. §.*
decet, de elect. co[...] Non obſta[...] [...]lamentum,
quia ipſi non ſ[...] [...]s officij, [...] [...]mò tota po-
teſtas reſidet p[...] [...]omani [...] [...]ficem, *c. cuncta per*
mundum, 9. quæ[...] [...]me[...] valida iſta conſe-
quentia: Iſti ſun[...] [...] [...]cipes officij. pro-
bo: Nam ſi † alicu[...] [...]miniſtrationem 14
detur coadiutor, i[...] beneficio, quia
duo non poſſunt [...] [...] titulum, *c. cùm*
non ignores, ſupr[...] [...] *7. quæſt. 1.* Et
ſic habetis [...] diſcuſ-
ſum, quæ[...] [...]o
poſſi[...]

REPE-

REPETITIO IN RVBRICAM, De Conſtitut.

E[illegible] ſtiſſimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sar[illegible]ij. Vtriuſque Signaturæ Referendarij, ac palatij Apoſtolici cauſarum Auditoris pereximij.

SVMMARIVM.

1 *Vtrùm rubricæ Sexti Decretalium ſint continuandæ.*
2 *Continuatio poteſt fieri ad remotos titulos.*
3 *Repeti poteſt eadem res ſæpius: quia ſæpius repetita placebunt.*
Leges plures ſub eiſdem verbis repetuntur.
4 *Ordo in extraordinarijs non ſeruatur.*
5 *Decretalium compilatio in multis habetur corrupta.*
6 *Rubricarum continuatio non videtur neceſſaria de iure canonico.*
7 *Subtilitas vana non attenditur de iure canonico, nec ciuili, ſed tantùm rationabilis.*
8 *Scire quid facias, & neſcire quo ordine facias, non eſt perfectæ cognitionis.*
9 *Con[illegible]inuatio titulorum ad quem effectum fit.*
Con[illegible]nuatio eſt de arbitrarijs.
10 *Perfectum [illegible]tur, cui nihil deeſt.*
11 *Acceſſoriu[illegible]itur naturam principalis vbi eſt eadem ratio.*
12 *Lemora[illegible] [illegible] ingenium acuit.*
13 *Actio an[illegible]*
14 *Certius à[illegible]*
15 *Conſuetu[illegible] [illegible]r eſt ſtatuto.*
Ius ſcriptum [illegible]potentius non ſcripto: non tamen m[illegible]
Conſuetudo [illegible]ior eſt lege.
16 *Continuatio [illegible]er ad titulum, de conſtitutionibus, in Decret.*

TITVLVS iſte communiter per Docto. non continuatur:
quia neq; aliæ rubricæ huius Sexti libri continuandæ ſunt,
prout dicit gloſſ. Ioan. Andr. quam ſequuntur communiter alij
in *rubric De ſumma Trinitate.* Nouiſſimi tamen contrarium tenent aliquibus fundamentis, & ideo pro vera reſolutione quæ-
1 ro per viam dubij: vtrum † rubricæ Sexti ſint continuandæ? com-
munis opinio eſt quod non, quæ fundatur aliquibus motiuis.
Primò, quia cùm iſtæ rubricæ veniant ad ſupplenda, corrigenda, & declaranda iura antiqua Decretalium, vbi opus fuit illa
inuentione poſitæ fuerunt rubricæ habito reſpectu ad antiquas: quia iam in Decretalibus cõtinuatæ ſunt: & ideo illæ iterum continuari non debent, *argum. l. qui bis idem, de verbo. obligat.*
Vbi verò addendum, vel detrahendum non erat, fuit omiſſum,
& ſic multi tituli intermedij, qui ſecundùm ordinem Decretalium ſequi deberent, & à quibus in Decretalibus ſubordinatur
continuatio, hac de cauſa hic omittuntur. Et ideo illis deficientibus non poteſt congruè ab aliis remotis continuatio fieri, ſecundùm quod exigit text. *in l. 2. ff. de ſtatu hom.* igitur cõtinuandę
non ſunt. Sed ad iſtud argumentum reſponderi poteſt: quia licet iura Sexti veniant ſupple[illegible]do, &c. ad iura antiqua, & multi
tituli intermedij, vbi nihil erat innouandum, omittantur, ta-
2 men nõ propterea debet om[illegible]i continuatio titulorum. † Nam
fiet iſto caſu ad remota magis proxima, prout res patitur, vt dicit text. *in dicta l. 2.* & ita obſeruatum eſt à Iuriſconſulto, *in l. 1. ff. ſi tab. null. ext.* vbi Iuriſconſultus continuat tracta. bonorum poſſeſſ. ex teſtamento, non ad proxima, ſcilicet ad titulum, ſi quis in
fraudem patroni, ſed ad remota: nec eſt inconueniens, quia fit
continuatio, prout res patitur, *d. l. 2.* Et ita per illa iura in ſimili firmant iſtam opinionem [illegible]n, Lancellotus, Decius, & Moderni
Peruſini *in rubric. de l[illegible] [illegible]mo, in princip.* & id[illegible]n Iaſon *in rubric. Inſtit. de actio in 2. colu[illegible] [illegible]am. 8.* & hoc manifeſt[illegible] robatur, *Inſtitu. de leg. in princ. ibi.* quę pars iuris *extra pr[illegible]ſitum [illegible]rum videtur, &c.*
Et hoc idem probatur *Inſtitu. de excu. t[illegible]* [illegible] quidem titulus
non ad proximum, videlicet, *de ſatiſda[illegible]* [illegible]ed ad alium anteriorem, videlicet, *de tutel[illegible] & curatoribus:* [illegible]tinuatur, vt ibi paret in gloſſ. ſic igitur non eſt in[illegible] quòd quo ad hoc, vt
ſaluetur author iſtius libri, q[illegible] in [illegible]œmio proteſtatur
ſub debitis titulis ſe ordinatur[illegible] [illegible], fiat continuatio eo modo quo meliùs poſſit, *argum. l. multum intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi.* Nec obſtat quòd iam illi tituli fuerunt continuati
in Decretalibus. Quia hoc non refert, quòd pluries in diuerſis
libris fiat continuatio eorundem titulorum, vt patet *in libris Digeſt. & Cod.* † Neque inconuenit quòd eadem res ſæpiùs repe- 3
tatur: iuxta illud, decies repetita placebunt, *§. ſupradictis itaque. C. de emenda. Iuſti. codi.* vt etiam patet *in l. Titia. ff. de annuis legat. & in l. Stichus. §. Titia ff. de alimen. lega.* vbi eadem lex ſub eiſdem verbis repetita videtur, idem *in l. arbiter. & in l. fina. ff. de diſt. pi. & l. filiofamilias, & l. fina. ff. de peculio.* Omitto vulgares illas leges, quæ
paſſim allegantur, *vt l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſco. & cleri.* quæ
repetitur *in l. penult. de pact. cum alijs ſimilibus.* Ex quibus apertiſſimè ſuademur ex nouis cauſis, & libris hanc nobis tributam eſſe
facultatem, quod Imperator etiam per viam regulę videtur permittere, *in l. 2. §. ſi quid autem. C. de vete. iure enu.* † Secundò pro 4
communi opinione adducitur, quod in extraordinariis ordo
eſt, ordinem non ſeruare, *cap. ad noſtram, el 3. de iureiuran. cum concord.* Sed iſte liber Sexti eſt extraordinarius, vt probatur *ſuprà in proœmio, in verſicu. nec ſine cauſa.* vbi dicit compilator ſe non ſequi
morem ſiue ordinem prædeceſſorum ſuorum. Igitur dicitur
extraordinarius, & ſic in eo ordo ſeruari non debet circa continuationem. Sed reſponde, quod iſte liber non eſt extraordinarius, vel extrauagans, immò ordinarius & perfectus, vt patet in
eius *proœm. in §. quem librum, & multa cum maturitate conditum.* vt
ibi dicitur in princip. & ſub debitis titulis ordinatur, vt ibi probatur *in §. nos, ad finem.* & dum dicitur *in dicto proœmio, in verſicu. nec ſine.* quòd author huius libri voluit morem prædeceſſorum
ſuorum ſequi, illud non intelligitur circa ordinationem titulorum, ſed circa compoſitionem. Quia veteres Romani Pontifices ſolebant quando addendum aliquid erat, illud antiquis
Decretalibus in fine cuiuſlibet tituli addere, quod tanquàm laborioſum & oneroſum author omiſit aſſignans ibi optimam
rationem. † Et hinc eſt, quod propter tales additiones compi- 5
latio D[illegible]ralium in multis habetur corrupta, vt dicit Innocen.
& Imo. [illegible]mio, enumerantes Decretales defectiuas,
& corruptas. [illegible] pro iſta parte adduci poteſt. quia nulibi cauetur de iure canonico rubric. eſſe continuandas: & ideo
ordo Decretalium in multis differt ab ordine Digeſtorum, &
Codic. circa titulos tranſpoſitos, ex quo datur intelligi † conti- 6
nuationes potiùs eſſe faciendas de iure ciuili, quam canonico,
quod non curat de tam ſubtili indagatione, *argum. text in cap. dilecti, de iudic.* & per hoc tollitur contrarium, quòd fieri poſſet, de *cap. 1. de noui oper. nunc.* ex quo patet ex ſerie titulorum oppoſitorum. Sed reſponde, quòd licèt ordo Decretalium ab ordine
Digeſtorum differat, illud eſt propter multitudinem rubricarum, quæ *in libris Digeſtorum & Codic.* reperiuntur, quibus demptis, in aliis in quibus ius canonicum reperitur conuenire, &
pro maiori parte concordat, deberet fieri titulorum continuatio, vt in ordine iudiciario, & aliis habentibus ſymbolum cum
iure ciuili.

Vel ſecundò dicas, quod propterea quòd ſit diuerſus ordo,
non propterea debet omitti continuatio de iure canonico, vt
conſtet compilatorem ordinatè proceſſiſſe, prout proteſtatur
in proœmio. † Et licet ius canonicum de vana, & inani ſubtilitate
non curet, *d. cap. dilecti.* & illam etiam ius ciuile abhorret, *vt in l. fina. C. de lega.* Rationabilis autem ſubtilitas benè attenditur, etiam de iure canonico, *vt in c. Capellanus, de ferijs. & in c. Abbate, infrà de re iudic.* vt diſtinguit Abb. *in d. c. dilecti.* & Roman. *in conſil. 196. In propoſita conſultatione, colum. fina. cum concordan.* vt ſcribit
Decius *in l. vnica, in 6. notab. per illum textum. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Cùm igitur ordo in compoſitione libr[illegible]um
ſit multum neceſſarius, vt inquit Bald. *in proœmio Digeſtorum, in prin.* † Quia ſcire quid facias, & neſcire quo ordine facias, non 8
eſt perfectæ cognitionis: ideo non eſt inconueniens, quòd ille
ſeruetur pro iure canonico. † Pro parte verò contraria quod ru- 9
bric. Sexti ſint continuandæ, facit primò, quia continuatio fit
ad hoc, vt conſtet compilatorem ordinatè proceſſiſſe. Ita dicit
Abbas *in rubri. de ſumma Trinita.* Sed Bonifacius *ſuprà, in proœmio, in §. nos. in fine.* proteſtatur ſe ſub debitis, & congruis titulis librum compoſuiſſe. Igitur facienda eſt continuatio, & iſta ſubordinatio rubricarum tendit ad cognitionem titulorum, & eſt
conſiderata à iure ciuili, *in dicta l.* ergo eodem modo attendi debet de iure canonico, poſtquàm non reperitur contrariũ, *c. 1. & 2. de ope. noui nunciatio.* Reſponde, quod iſtud eſt de bene eſſe,
quia licet conſtet non rectè ordinaſſe, & defeciſſe in aliquo,

illud non attenditur, cùm in iſtis arbitrarijs ſit pro ratione voluntas, vt inquit Decius *in rubric. C. de teſtamen. milit.* poſt Ioan. Andr. & Abb. *in rubr. de except.* & hoc etiam in propriis terminis continuationis rubricarum, dicit Alexand. *in conſi. 64. in princip. in 4. volum.* Secundò pro iſta parte facit, quia iſte liber dicitur
10 perfectus, §. *quem, ſuprà in procemio.* † Sed illud perfectum dicitur cui nihil deeſt, *l. librorum. §. quid ergo. ff. de lega. 3. l. 3. ff. de origi. iur.* Ergo iſte liber continuari debet vt alij. Reſpondetur, quod *in d. procemio* iſte liber dicitur perfectus, quia in eo nihil deeſt ex propoſitis *in principio procemij*, videlicet, quia aut declarat antiqua iura, aut ſupplet, aut corrigit. Nam ex his tribus partibus hic liber eſt perfectus: ſed continuatio rubricarum non eſt de illis partibus præmiſſis, igitur, &c.

Tertiò arguitur, quod hic liber Sextus dicitur volumen de per ſe, continens quinque libros ad inſtar voluminis Decretalium, vt patet de ſe, & probatur *ſuprà in procemio, in §. quem.* ſed antiquę Decretales continuantur: ergo hoc volumen continuari debet. Sed reſponde, quod hic liber ideo continet in ſe quinque libros, non hac ratione, vt per ſe volumen faceret, ſed vt oſtenderet Papa in quo fuerat ſupplendum ad volumen Decretalium, ſecundùm ſeriem librorum. Nam cùm in omnibus quinque libris Decretalium erat facienda reformatio: ideo iſte liber etiam in quinque diuiditur. Continuatio autem non fuit neceſſaria, quia cùm iam fiat in antiquis, nõ requiritur quod iterum hic fiat, cùm eſſet ſuperflua, & fruſtratoria, & ideo reſecanda, vt *in procemio, & in l. qui bis idem. ff. de verbo. obliga. & l. prima. ff. quod metus cauſa.* Quinetiam, quia ſi continuatio eadem deberet repeti multoties, incompetenter fieret, & variè propter defectum titulorum. Et ideo ne vna, & eadem continuatio ſub vno titulo diuerſo modo fiat: omittitur, *argum. l. cum qui. ff. de vſucap.* Quartò facit, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis, *cap. acceſſorium, infrà de regul. iur.* Sed hic liber eſt acceſſorius ad volumen Decretalium: ergo eodem iure cenſeri
11 debet, ſed illud continuatur: igitur & iſtud. † Sed reſponde, quod illa regula procedit vbi eſt eadem ratio. [illegible] eſt diuerſa ratio, vt hic per ſupradicta: & tenet [illegible] *ſtipulatus. in 12. oppoſitione. de verbor. obligat. cum ſimil.* vt tradit Decius *in regula, cum principalis ff. de regul. iur.* Quinimmò negari poteſt, quòd iſte liber ſit acceſſorius, immò eſt æquè principalis, cùm à pari authoritate proceſſerit, & habet eandem vim, aliàs ſequeretur, quod ſublato volumine Decretalium, iſte liber etiam cenſeretur reuocatus, quod eſt falſum. Multa alia fundamenta adduci poſſent, quæ conſulto omitto, ne in re modicæ vtilitatis extendamus fimbrias. Hæc autem ideo poſui, ne viderer à propoſito multorum aberrare, qui etiam in principio libri multa inutilia effundunt, vt patet in *rubr. ff. ſi certum petatur. & in rubr. C. qui admit. & in rubr. ff. de verbo. obligatio. & alibi ſæpè.* ſed licèt ita ſit, nihilominùs huiuſmodi inueſtigatio non eſt omninò abiicienda, cùm ſaltem acuat ingenium: † & cùm ad grauiora peruenimus, euidentiorem præſtat intellectum, vt in propoſito dicit Petrus de Anchara. *in repet. rubric. infrà de teſtamen. in 4. colum. verſicu. ex prædictis, cum ſimilibus.* vt dixi *in §. ſed iſte. in princip. Inſtit. de actionib.* & tenendo iſtam opinionem, quòd rubricæ huius libri non ſint continuandæ, infertur vnum ſecundùm Petrum de Anchara. quòd ſi ex rubricis Decretalium prodita eſſet aliqua actio ex iuribus huius voluminis ad prædicta tendentibus, non eſſet agendum. Sed iſtud dictum reprobatur hic, & vbilibet per Imol.
13 & alios. † Quia dictum Petr. de Ancharano procederet, quando actio daretur ex rubro, ſed hoc eſt falſum, quia nunquàm dicitur niſi ex nigro, & ideo &c.

Vos domini teneatis opinionem Petr. & ad rationem Imol. & ſequacium, dicatis quod falſum eſt, quod ex nigro tantùm actio producatur, ſed naſcitur etiam ex rubro: & hoc multiplici fundamento nititur probare Andr. Barba. *in rub. de ſum. Trinita. in Clem.* & vltra ipſum videtur mihi de hoc eſſe caſus *in l. 1. ff. de fidei com. hæred. pet. ibi*, dum dicit, *ex ordine occurrit actio, & ſic ex rubric.* Quia ordo, vel ordinatio nihil aliud eſt, quàm ipſorum titulorum ſeries, §. *in his, in procem. Digeſtorum.* Verùm quia, vt dixi, hæc parui ſunt momenti omitto. Circa quod me remitto ad Barba. *loco ſuperius alleg.* vbi opinio. concordat dicens, quòd aut rubric. habet orationem perfectam: & tunc procedit opinio Petr. aut non, & procedit opinio Imol. vt ibi latiùs per eum. Præſuppoſita tamen opin. pro vera, quòd iſtæ rubr. continuari debeant, do. Abb. *ad. titu. in antiquis.* ita continuat: tractaturus author de iure præmiſit pro ſui operis fundamento, *de ſumma Trinitate.* Quia vbi fundamentum non eſt, &c. Et quia omne ius conſtat ex ſcripto & non ſcripto: & ius ſcriptum eſt certius, & nobilius non ſcripto: ideo prius præmiſit de iure ſcripto, & ſic de conſtitutio. & poſteà de non ſcripto, & ſic de conſuetudine. Iſta continuatio Abbatis non eſt bona, quia author non præmiſit titulum, de ſumma Trinitate, pro ſola inuocatione: prout fit in principio Digeſtorum, quæ etiam vt dicunt ibi Barba. & Dec. in pr[illegible]cipio cuiuſlibet tituli fieri debet, *cap. non liceat. 26. quæſt. 5.* Sed v[illegible]ra inuocationem proceſſit diſponendo circa materiam tituli, ponens conſtitutiones pertinentes ad fidem: & ideo debuiſſet fieri continuatio ab illo titulo alia ratione particulari, nõ tanquàm ab inuocatione, *argum. l. continuus. de verbo. obliga.* Prætereà dum dicit Abbas, quod ideo hic ponitur titulus de Conſtitutionibus: eo quia ius ſcriptum ſit certius, & nobilius non ſcripto, &c. Iſta dicta Abba. non ſunt ad propoſitum: quia iſta continuatio ſua reſpicit ſequentia, & non adaptatur ad præcedentem titulum, prout fieri debet, *d. l. 3. de ſtatu hom.* † Nec etiam illud eſt verum, 14
quod ius ſcriptum certius, & nobilius ſit non ſcripto: quia propter hoc, quòd dicatur certius, non prius debet attendi: patet, nam in procreatione liberorum mater dicitur eſſe certior, quàm pater, *l. quia ſemper. ff. de in ius vocand.* & tamen non prius attenditur, ſed pater, & ab eo fit denominatio, *vt in l. 1. & in l. aſſumptio. ff. ad municipal.* tradit Abbas, & latiſſimè Modern. *in c. Raynutius, de teſtamen.* Ita in propoſito, licèt ius ſcriptum certius eſſe dicatur, quàm non ſcriptum: tamen prius deberet attendi non ſcriptum, id eſt, conſuetudo, cùm per illud medium ius ſcriptum obſeruetur, & per diſſuetudinem euaneſcat, *vt in §. igi[illegible] vbi glo. in procemio Inſtitutionum.* Et propterea dicit idem Abbas *in c. cùm M. in 9. colum. eod. titu.* † quod maioris potenti[illegible] conſuetudo quàm ſtatutum. Nec obſtat quod dicit Ab[illegible] *[illegible]lerici, de iudic in 3. not.* quod ius ſcri[illegible]:quia fateor, propter hoc [illegible] ic dicit Abb. licè[illegible] potens, argum. *l. ſi fuerit.* & ibi [illegible] *o. ff. de rebus dub.* Quod ſuadetur etiam ab origine: quia co[illegible]tudo antiquior eſt lege, vt eſt caſus *in c. fina. 6. diſtin.* ergo illa [illegible]et prius attendi iuxta ea quæ traduntur per Doct. *in l. cùm quid, ſi certum peta. facit l. ſemper. ff. de iure immun. & l. fin. ff. de fid. inſtrum. cum ſimilibus.* Et hac fortaſſis ratione Iuriſconſultus in libris Digeſtorum præpoſuit rubricam *de legibus, & longa conſuetudine*, rubr. *de Conſtitutionib. argumen. text. in §. ſingulorum. Inſtitu. de rerum diuiſio.* Sed hic videmus contrarium: nam non ſolùm præponitur rubricæ de Conſuetudine, titulus noſter de conſtitutionibus: ſed etiam titulus de Reſcriptis. Qua autem ratione hoc factum fuerit cogitetis, quia iſta ſunt de arbitrariis, vt dixi. Nec minus placet continuatio ad iſtam rubricam: quam ponunt Andr. Siculus, & Decius, *in rubric. extra eod.* videlicet, ſuprà viſum eſt de iure concernente ipſum Deum immortalem: verùm quia ius ſcriptum de Deo ratione ſubiecti eſt dignius: ideo prius de illo tractatur, deinde ſubiicitur rubrica, *de Conſtitutionibus.* quæ concernit ipſum Papam. Quæ quidem continuatio licet ab omnibus approbetur, tamen vt dixi, mihi non ſatisfacit: † quia attenta illa ratione 16
prius eſſet ponendus titulus *de Hæreticis, de Apoſtatis, de Schiſmaticis, & de Cuſto. Euchariſtiæ, de Conſecratione, & de Celebratione miſſæ. &c.* quæ iura concernunt ipſum Deum, ſicut fecit Imperator *in libris Cod.* Nam prius poſuit *de Summa Trinita. deinde de Sacroſanct. eccleſ. de Epiſco. & cleri. & de Epiſcopa. audi. & de Hæreti. &c.* Cuius contrarium videmus *in Decretalibus* factum fuiſſe. Et ideo dicendum eſt quod ſuper hoc concludens ratio continuationis dari non poteſt. Multa alia poſſent dici hic, quæ quondam per viam diſputationis ſuſtinui. Sed quia nouiſſimi Vicentini ea latiùs reaſſumit *in repeti. iſtius tituli in antiquis.* Ideo omittenda duxi.

REPE-

REPETITIO IN CAP. LICET, De Conſtitut.

Clariſsimi I. V. Interpretis Ioannis Croti de Monteferrato.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, poſt, an denotet factum mediatum, an immediatum, num ſeq.*
2 *Poſſeſſio ſemel interrupta non integratur cum alia.*
3 *Verba æquiuoca à teſtibus prolata verificantur contra producentem ipſos teſtes.*
4 *Similitudo de verbis ambiguis prolatis à libellante ad verba prolata à teſte non eſt bona.*
5 *Actum faciens contrarium primo, de quo eſt certificatus, videtur ab illo recedere.*
6 *Mulier quo caſu poſſit venire contra ſuam confeſſionem.*
7 *Papa poteſt reuocare iura & canones, quæ ipſe edidit.*
8 *Inferiores ſi fecerunt ſtatutum, quod fuit confirmatum à ſuperiore, an ſine illius conſenſu poterit reuocari.*
9 *Solemnitas, vbi requiritur ad probationem actus geſti, eadem eſt nece[illegible] nem illius actus iam geſti.*
10 *Abbas ſi conſtituit procuratorem de conſenſu capituli, an ſolus poterit ipſum reuocare.*
11 *Actum confirmans, nihil de nouo agere videtur.*
12 *Confirmationis natura quæ ſit.*
13 *Leges generales debent ab omnibus obſeruari.*
14 *Statuta ciuitatis trahuntur ad caſtra & municipia ſubiecta ipſi ciuitati.*
15 *Caſtrum exemptum à iuriſdictione alicuius ciuitatis, debet tamen regi à conſtitutionibus ipſius ciuitatis. limita, vt ibidem.*
16 *Statutum diſponens, quòd pupillus poſſit teſtari, eſt inualidum.*
17 *Perſonæ ſingulares poſſunt inter ſe facere ſtatuta, & ſunt valida.*
18 *Statuta condere, eſt iuriſdictionis.*
19 *Pactum inter agnatos, quòd ipſi nō poſſunt teſtari de bonis ſuis non valet, valet tamen ſtatutum.*
Lex poteſt auferre alicui poteſtatem teſtandi.
20 *Superioris tolerantia nunquam videtur approbare ſtatuta irrationabilia.*
21 *Teſtatoris diſpoſitio non trahitur ad ea, quæ ſunt prohibita.*
22 *Dictio, niſi, quæ ſequitur orationem negatiuam, ponit & affirmat.*
23 *Oratio inducta ad diminuendum, non operatur augmentum.*
24 *Dictio exceptiua quando ponat, & quando negat.*
25 *Dictio exceptiua quando non apponitur alicui termino cōtento ſub primo, vel ei aliquod verbum ſubiungitur, tūc non ſtat exceptiuè, ſed conditionaliter.*
26 *Dictio, niſi, habet naturam aduerſatiuæ.*
27 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
28 *Contractus nunquam eſt perfect[illegible]s, etiam ſi contineat plura capitula, niſi à partibus hab[illegible] oro abſoluto.*
29 *Res vna & eadem non debet diu[illegible] e cenſeri.*
30 *Oratio ſi præcedat dictionem, ni[illegible] ſitio redditur conditionalis: ſecus ſi pr[illegible] tio, niſi, & ſequatur oratio.*
31 *Dictio, niſi, ſecundùm propriam ſui ſignificationem nihil ponit, reſpectu autem verbi vel actus, qui præcedit, tunc ponit, habita relatione ad actum præcedētem, qui etiam ponit.*
32 *Statuto vel conſuetudini an videatur derogatum per nouam conſtitutionem generalem eis contrariam. Et quid in priuilegio.*
33 *Priuilegium inſertū in corpore iuris difficilius reuocatur, quàm priuilegium quod non eſt inſertum.*
34 *Papa concedendo aliquid, quod eſt contrarium priuilegio inſerto in corpore iuris, tacitè videtur illi derogare: ſecus ſi non eſt inſertum in corpore iuris.*
Voluntas non trahitur ad nobis incognita.
35 *Ignorantia in facto proprio non toleratur.*
36 *Lex vel ſtatutum, cùm dependet à ſola voluntate ſtatuentium, poteſt ad libitum reuocari, limita vt ibid.*
37 *Ius immunitatis alicui quæſitum, illi inuito non poteſt auferri.*
38 *Teſtamentum ſecundum an reuocet primum habens clauſulam derogatoriam: & an ſufficiant verba generalia.*
39 *Teſtamentum conditum à patre inter liberos habet clauſulam derogatoriam ad alterum teſtamentum: & quando procedat.*
40 *Affectio par tollit omnem ſuſpicionem, quæ aliàs præſumeretur.*
41 *Teſtamentum ſecundum cōditum à patre inter liberos coram duobus teſtibus, nunquid deroget primo facto corā ſeptem.*
42 *Teſtamentum ſecundum, in quo pia cauſa fuit hæres inſtituta, nunquid habeat clauſulam derogatoriam ſicut teſtamentum conditum à patre inter liberos.*
Cauſa inteſtati fouet cauſam teſtati.
43 *Clauſula generalis, non obſtante, an ſufficiat ad derogandū legi, an in iudicio de ipſa fieri debeat mentio.*
44 *Princeps concedendo reſcriptum contra legem, non ſufficit clauſula generalis, non obſtante lege, ſed neceſſe eſt vt fiat mentio ſpecialis legis habentis clauſulā derogatoriam. fallit, vt ibid.*
45 *Reſcriptum vel diſpenſatio contra conſtitutionem editam in Concilio non valet, niſi in ea fiat ſpecialis mentio de ipſa conſtitutione, nec ſufficeret expreſſio clauſulæ, non obſtante.*
46 *Clauſula generalis, quæ non poteſt verificari in vna ſpecie, habet vim ſpecificæ expreſſionis.*
47 *Papa poteſt ad libitum conſtitutiones editas in Concilio reuocare.*
48 *Clauſula generalis, non obſtante, non ſufficit ad reuocādum priuilegia conceſſa piæ cauſæ, ſed eſt neceſſaria ſpecialis derogatio.*
Nec tollit priuilegia conceſſa aliquibus miſerabilibus perſonis, niſi de eis ſpecifica fiat mentio, nu. 49.
Nec etiam tollit pacta, conſuetudines, vel ſtatuta firmata à ſuperiore, vel iuramento firmata, num. 50.
51 *Princeps vbi reſcribit contra iùs ex certa ſcientia, non eſt neceſſe, quòd in priuilegio vel reſcripto apponatur clauſula, non obſtante. Et quando dicatur reſcribere contra iùs ex certa ſcientia.*
52 *Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.*
Clauſula ex certa ſcientia, an habeat vim clauſulæ, non obſtante.
53 *Iuri communi facilius derogatur pro bono publico, quàm pro commodo priuato.*
54 *Diſpenſandi poteſtatem habens cum quibuſcunque, in qualicunque ſtatu ſint, non poterit diſpenſare ſuper defectu iuris naturalis vel diuini.*
55 *Principis certa ſcientia operatur effectum clauſulæ, non obſtante,*

ſtante, num. ſequent.

56 *Clauſula, ex certa ſcientia, quando ſimpliciter exprimitur, & non inſeritur tenor facti in ipſa conceſſione, tunc ſi conceſſio emanet ſuper eo quod conſueuit concedi, valet conceſſio abſque clauſula, non obſtante.*

58 *Princeps quando reſcribit contra ius, non tamen contra vtilitatem publicam, tunc ſufficit certa ſcientia.*

59 *Præiudicium vbi eſt leue, non eſt neceſſaria aliqua clauſula.*

60 *Reſcriptum quando tendit contra præiudicium alterius nõ leue, vel vtilitatem publicam, tunc clauſula, ex certa ſcientia, tacita vel expreſſa non ſufficit.*

61 *Princeps quando concedit priuilegium contra ius reſpectu facti futuri, ſi illud poteſt parti aduerſæ prodeſſe, tunc clauſula, ex certa ſcientia, idem operatur, quod clauſula, non obſtante.*

62 *Iure communi reuocato, an cenſeatur reuocata conſtitutio continens idem quod ius commune.*

Superfluitas in qualibet diſpoſitione à iure communi eſt reprobata.

63 *Debitor fruſtra legat creditori, ſi ex legato non augetur effectus legati.*

64 *Qui facit actum, in dubio videtur potius ſequi naturam actus, ſuper quo diſponit, quàm ſequi ſuum priuilegium.*

65 *Timeri magis ſolet, quod ſpecialiter eſt ſtatutum.*

66 *Confirmationis natura eſt non alterare diſpoſitionem quã confirmat.*

67 *Vinculi ad multiplicationem requiritur multiplicatio diſſolutionis, quando vnumquodque vinculum de per ſe aliquem effectum operatur.*

68 *Miles faciendo ſecundum teſtamentum, primum videtur reuocare, quia in dubio videtur vti iure communi, non autem priuilegio ſuo.*

69 *Statutum continens idem quod conſuetudo, nullum effectum operatur.*

70 *Expreſſio eius, quod diſponit ius commune, inducit nouam diſpoſitionem, ſi exprimens hoc velit.*

71 *Diſpoſitio vna quando conuertitur in alteram, attenditur natura diſpoſitionis, in quam conuerſio facta fuit.*

1 LICET. Nota primò ex iſto textu, † dictionem poſteriorem: quæ poteſt denotare factum mediatum, & ſic non ſucceſſiuum, & factum immediatum. Ideo Domin. hic inducit ad quæſtionem, producti teſtes ad probandam poſſeſſionem dicunt, quòd Titius poſſedit poſt Sempronium: non infertur de neceſſitate, quòd immediatè & ſucceſſiuè poſſederit. Et vt iſta quæſtio deducatur in actu practicæ, pono exemplum: Ego volo probare me præſcripſiſſe fundum, & probo, quia emi illum fundum bona fide ab illo, quem credebam habere mandatum à domino de vendendo: Quo caſu dicor bonæ fidei emptor, *l. bonæ fidei emptor, ff. de verbor. ſignif.* Volens itaque probare poſſeſſionem decem annorum, produco teſtes, qui dicunt, quòd Sempronius, à quo habui cauſam, poſſedit quinque annis, & quod poſtea ego poſſedi totidem annis: ſi per iſta verba probetur, quòd poſſeſſio mea fuit immediata, tunc debet coniungi mea poſſeſſio cum poſſeſſione auctoris, *l. de acceſſionibus, & l. in vſucapione. §. 1. ff. de diuerſ. & tempor. præſcript.* Si autem non probant immediatam poſſeſſionem, tunc non poteſt coniungi mea poſ-
2 ſeſſio cum ſua: Nam poſſeſſio † ſemel interrupta non integratur cum alia, *l. Pomponius, in §. quæſitum. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis pro emptore: in fin. ff. de vſucap.* Itaque iſta probatio non concludit. & pro iſta opinione facit Dom. *in c. fin. circa medium, de exceſſ. prælat.* Sed in contrarium vrget text. *in c. frequens, infra de reſtit. ſpoliat. in verbo, poſt diem, & text. in l. 2. in §. omnium, iuncta l. ſequenti. ff. de origine iuris.* vbi illa dictio, poſt, denotat actum ſucceſſiuum & immediatum: propterea idem Dom. *in d. c. frequens*, tenuit opinionem contrariam, videlicet, quòd prædicti teſtes probent immediatam poſſeſſionem: Moderni Peruſini tenent primam opinionem, quia dictiones iſtæ, ſcilicet, poſt, & poſtea, ſunt æquiuocæ & ambiguæ, & poſſunt importare actum ſucceſſiuum, & actum non ſucceſſiuum, iuribus allegatis, & probatur *in l. illud, in §. fin. ff. ad leg. Aquiliam, & in l. pacta conuenta, in princ. ff. de contrahend. empt. in l. 2. C. de cuſtod. reor. l. quotiens, in §. ſi quis ita. ff. de hæred.*
inſtit. Sed verba æquiuoca prolata † à teſtibus verificantur con- 3
tra producentem ipſos teſtes, *c. in præſentia, ſuprà de proba.* Confirmatur dupliciter. Et primò ex eo, quod notat Bart. *in l. fructus, ff. ſolut. matr. in fin.* vbi dicit, volo probare, quòd teſtator in vltimo teſtamento me ſolum hæredem inſtituit: teſtes producti deponunt teſtatorem inſtituiſſe Sempronium, & poſtea Ioannem: illa verba neceſſario non probant ſecundam inſtitutionem fuiſſe factam ex interuallo, & ſic derogatur primæ. Immò cùm iſta dictio ſit ambigua, & poſſit denotare, quod inſtitutio de vtroque ſimul facta fuerit, fiet interpretatio contra me, videlicet quod ſimul facta fuerit inſtitutio. Confirmatur & ſecundò ex eo, quod decidit Bald. *in l. 1. in §. 1. ff. de verborum obligat.* Teſtes dicunt Titium inſultaſſe Sempronium, & eum poſtea vulneraſſe: non probant neceſſariò iſti teſtes, quod immediatè poſt inſultum Sempronius fuerit vulneratus: Conſidera tamen, ſi poſſet ſuſtineri prima opinio Dom. quam puto veriorem duobus modis, & primò: Nam iſta dictio, poſt, ex ſui proprietate denotat actum ſucceſſiuum, & immediatum, *l. iuriſgentium. in §. idem reſponſum, in verbo, poſt emptionem ex interuallo factam, ff. de pactis.* licet ex lata ſignificatione poſſit denotare interuallum, *d. c. final. circa medium, de exceſſ. prælat.* Sed non debet fieri interpretatio contra producentem teſtes intelligendo verba in impropria ſignificatione. Ita notabiliter Roman. *in l. 1. in §. qui præſens ff. de verb. oblig.* Aret. *in d. l. fructus:* vbi dicit hoc eſſe menti tenendum ad limitat. *d. c. in præſentia.* Secundò facit: nam iſti teſtes deponentes, quod Titius poſſedit poſt Sempronium ſaltem præſumptiuè, cõcludunt immediatam poſſe[illegible]terpretando quod alter medio tempor[illegible], *l. deniq; ff. ex quibus cauſ. maior. facta* [illegible]ur, vt in text. iſto, & *in l. in bello, in § facta, [illegible]apt. & poſtlim. reuerſ.* Cùm ergo iſti teſtes ſaltem præſumptiuè concludant, iſtud ſufficit, *argu. l. omnes, in § Lucius. ff. de his quæ in fraud. cred.* Bart. per illum text. *in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.* vbi ſatis eſt, quòd libellus præſumptiuè concludat. Iſtud
tamen † fundamentum non placet ex toto, quia non eſt bona 4
ſimilitudo de verbis ambiguis prolatis à libellãte ad verba prolata à teſte. *l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudic. iuncto c. in præſentia, de probat.* ¶ Præterea licet aliquid præſumatur à lege, iſtud tamen debet allegari. *l. ſi quis adulterium cum inceſtu, in §. idem Pollioni. ff. de adult. in verbo, vtique ſi error allegetur.* Bald. & Angel. *in l. ſuper longi, C. de præſcript. longi temporis.* vbi dicunt, quòd licet ex titulo, quem habebat poſſeſſor rei alienæ præſumatur bona fides, illa debet
tamen allegari. ¶ Nota ſecundò, † quod faciens actum contra- 5
rium primo, de quo eſt certificatus, videtur ab illo recedere, facit text. *in c. gratum, de offic. deleg.* & text. *in c. ſi quem, de procurat.* quæ iura adducit hic Domin. videte etiam bonum textum *in l. ad ſolutionem. C. de ſententia & re iudicata.* quod limita eſſe verum, quando ſecundus actus fuit ſortitus effectum, aliàs ſecùs: gloſ. eſt notabilis *in c. cùm veniſſent, de eo qui mittitur in poſſeſſio. cauſa rei ſeruand. in gloſ. magna.* quam ibi multum commendat dominus Abbas, & per gloſ. ſoleo allegare optimum textum *in l. nihil, in §. primo.* quem ibi notat Bald. *ff. de inofficioſo teſtament.* Confirmatur
per text. *in c. mulieri, extra de iureiurand.* vbi † mulier poteſt venire 6
contra ſuam confeſſionem iuratam, quando contra eam fuit ſententia: & dicit ibi Baldus, quòd ſi aliquis inquiſitus de maleficio confitetur crimen, & non obſtante ſua confeſſione abſoluatur, non incurret infamiam: videte etiam quod dicit Bartolus *in Authen. idem poſſeſſor, C. qui potiores in pignor. habeantur.* vbi dicit, aliquis creditor dicit rem quam poſſidet non eſſe debitoris: quo caſu videtur fateri, quod nõ fuit ſibi hypothecata, cùm res aliena non poſſit hypothecari, *l. Caius. ff. de pignor. actio.* ſi conuincatur de mendacio, poterit in alia inſtantia dicere ſe eſſe potiorem in illa hypotheca ratione temporis: Videte etiam bonam gloſ. *in §. illud, in gloſ. magna, in Authent. de trien. & ſemiſſe.* Roman. *conſil.* 150.

¶ Tertiò nota, quòd † Romanus Pontifex poteſt reuocare 7
iura & canones, quæ ipſe edidit, quia non debet reprehenſibile videri, ſi ſecund[illegible] varietatem temporum ſtatuta quoque variantur humana[illegible] *non debet, de conſanguinitate & affinitate.* facit text. *in c. fraternita[illegible], 34. diſtinctione.* vbi dicit textus, ætas noſtri temporis, in qua non ſo[illegible]m corpora, ſed etiam merita defecerunt, non patitur [illegible] veterum canonum permanere, & iſtud pr[illegible] in ipſo Romano Pontifice, ſed

ſed etiam in quibuſcunque inferioribus, quibus eſt permiſſum
condere ſtatuta: nam poſſunt iſta pro libito reuocare, quia
nemo poteſt ſibi legem imponere, à qua diſcedere non liceat,
l ſi quis, in princip. ff. de legat. ſecundo. Sed iuxta prædicta moueo
8 quandam difficultatem: † Inferiores fecerunt ſtatutum quod
fuit confirmatum à ſuperiore, an ſine illius conſenſu poterit re-
uocari? Videtur quod non, quia ea ſolemnitas, quæ eſt neceſſa-
ria in actu conſtruendo, eadem eſt neceſſaria in actu deſtruen-
do, *Authen. econtrà ſi filius. C. de repet.* facit gloſſ. notabilis *in l. cùm*
proponeretur. ff. de legat. 2. per quam dicit Bald. *in l. fina. in vltim. co-*
lum. C. de fideic. & in l. error, in prima colum. C. de iur. & facti ignor.
9 quod † vbi ad probationem actus geſti certa ſolemnitas requi-
ritur, eadem eſt neceſſaria ad deſtructionem illius actus iam ge-
ſti. Bart. in iſta difficultate, *in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure, in 3.*
quæſt. princip. diſtinguit, vt ibi per eum: & quod cum eius diſt.
tranſ. communiter Doctores, quos videte relatos per dom. Ale-
xan. & latiùs præceptorem meum, *in l. omnium. C. de teſtam.* latiùs
dom. Felynum *in c. cum acceſſiſſent, de conſtitutio. in 3. colum.* Con-
firmatur ex eo, quod voluit Innocen. *in c. præſentium, de teſtib.* &
10 ibi Dominic. † vbi dicit, quod ſi Abbas conſtituit procuratorem
de conſenſu capituli, attamen ſolus poterit ipſum reuocare, ex
quo ipſi ſoli competit exercitium actionis. Confirmatur etiam
per illud, quod voluit Bart. *in l. actor, in vlt. colum. ff. rem ratam ha-*
beri. vbi dicit, quod tutor cum conſenſu pupilli conſtituit pro-
curatorem, poterit tamen ſolus illum reuocare, allegat textum
in l. ſi per epiſtolam. ff. de abquirend. hæred. qui text. ſi ſubtiliter indu-
catur, optimè probat iſtam opinionem. Sed pro inductione
præmitte, quod pupillus ſine tutore, & econtrà poteſt adire hæ-
reditatem, *l. potuit. C de iure delibe.* Ergo fuit neceſſe, quod tu-
tor de conſenſu pupilli mandaret ipſi ſ[illegible]uo, vt ipſe poſſet adi-
re hæreditatem: & tamen ibi dic[illegible]od morte tutoris taci-
tè reuocatur ipſum mandatum. E[illegible]xpreſsè poteſt reuo-
care, argumento *l. cum quid. ff. ſi certum petatur.* Aduertite ta-
men, quia poſſet de facili teneri, quòd indiſtinctè ſtatuentes
poſſint reuocare ſtatuta confirmata à ſuperiore etiam facien-
11 do alia ſtatuta, quia † qui confirmat actum nihil de nouo fa-
cit, *l. ſi donata, in § primo. ff. de donatio.* nec per ipſam confirmatio-
nem immutatur natura diſpoſitionis confirmatæ, *dicto § dona-*
12 *ta, & l. omnium. C. de teſtamen.* Prætereà † natura confirmatio-
nis eſt iſta, nam ſolum dat robur diſpoſitioni inualidæ, ſi illam
reperit inualidam, non autem ampliat ſeu extendit ipſam di-
ſpoſitionem, caſus eſt *in l. Aurelius. in §. teſtamento. ff. de liber. lega.*
Baldus per illum textum *in l. 3. C. ſi aduerſus rem iudica. & in l. no-*
minationes. C. de appellat. in fine. ad hoc nota t illum textum Pau-
lus de Caſtr. *conſil. 134. incip. Viſa imperiali conceſſione, in prima co-*
lum. Sed ſi non poſſent huiuſmodi ſtatuta ſimpliciter & indi-
ſtinctè reuocari, ampliaretur ipſa diſpoſitio virtute talis con-
firmationis, quod non eſt dicendum: tenendo tamen commu-
nem ſententiam limita, vt non procedat, quando in iſta con-
firmatione fuiſſet appoſita clauſula annullatiua decreti, ver-
bi gratia, vt quia dictum fuiſſet per ipſum confirmantem, de-
cernentes irritum & inane, ſi quid contra factum fuerit, *cap.*
dilect. de præbend. verſicu. niſi fortè. quem ad propoſitum pro ſin-
gulari notant dom. Anton. ibi, & Imol. *in l. ex facto, in principio.*
ff. de vulgari & pupillari.
13 Quartò noto ibi, notorium, † quod leges generales ab om-
nibus debent obſeruari, *cap. primo, ſuprà eodem, l. leges. C. de legibus.*
Sed conſuetudines locales ſunt, nec ipſa loca egrediuntur, quia
quælibet ciuitas poteſt ſibi condere ſtatuta & conſuetudines,
cap. illa. 12. diſtinct. cap. certificari, ſuprà de ſepul. & ipſæ conſuetudi-
nes dicuntur iura propria ipſius ciuitatis, *§. quod verò, Inſtitu. de*
iure naturali, ciuili & gentium. Pro quo facit notabilis deciſio do-
mini Abbatis in *Rubric. ſuprà de conſuetudine.* Immò quod eſt no-
tanda quælibet diſpoſitio potiùs ſumit interpretationem paſ-
ſiuam à iure conſuetudinario, quàm à iure communi, caſus eſt
ſingularis *in cap. quod dilectio. extra, de conſang. & affinita.* quem ad
hoc notat Petr. de Anchar. *in repetit. c. canonum ſtatuta, circa me-*
dium, in verb. de conſtitu. Vbi improbat pulchram deciſionem
Bald. *in l. quicunque, 4. colum. de ſeruis fugiti.* De quo per domi-
num meum ita tenentem *in l. omnes populi, in ſeptima & octaua co-*
lum. ff. de iuſti. & iure.
14 † Scias tamen, quòd ſtatuta ciuitatis trahuntur ad caſtra &
municipalia ſubiecta ipſi ciuitati, *l. qui ex vico, l. nulli. C. de epiſco-*
pis & clericis. Barto. *in l. 1. in 26. q*[illegible] *quæ ſit longa conſue.* Item tra-
huntur ad caſtra, quæ poſtm[illegible]cta fuerunt per modum
acceſſorij, *argum. l. liber homo. in §. Titius. ff. de hæredib. inſtitu. l. inter*
ſocerum. in § cum inter. ff. de pactis dotalibus. Bart. *in l. 1. in 37. quæſt. C.*
quæ ſit longa conſuetudo. & in l. ſi conuenerit, in § ſi nuda. ff. de pigno. a-
ctio. Baldus in *l. etiam. C. de iure dotium,* dom. Alexan. *in l. ſi ex toto, in*
principio ff. de lega primo. Bart. etiam tangit de hoc *latius in tracta-*
tu Tyberiadis. in Rubric. de inſula, in verſicu. ſed quæro an gentes. vbi di-
cit, quòd ſi non apparet de intentione occupantis dominium
alicuius terræ illa debet regi proprijs conſtitutionibus, ſicut
prius, ſequitur Roman. *conſil. 218. incip. Præſens caſus duplici-*
ter, &c. † Item ſcias, quòd caſtrum exemptum à iuriſdictione 15
alicuius ciuitatis, tamen debet regi conſtitutionibus ipſius ciui-
tatis, ſicut prius, ſic concludit d. Alexan. *conſil. 151. incip. Viſo the-*
mate, in ſecundo volum. vbi vide. Limita tamen iſtud, vt non pro-
cedat, quando tale ſtatutum reſpiceret præiudicium ſuperio-
ris, quia non valeret, *cap. venientes, ſuprà de iureiur.* gloſſ. *in cap. 2.*
de verbor ſignifi. amplia, vt per Bartolum *in l. penult. ff. de aqua plu-*
uia arcend. qui allegat textum *in l. veteres. ff. de itine. actuq; priua.*
Secundò limitatur in caſibus, in quibus eſt adepta inferioribus
facultas ſtatuendi contrarium, *vt in caſu Authen. omnes peregrini,*
C. communia, de ſucceſſ. Auth. nauigia. C. de fur. vel quia diceretur,
omninò prohibemus, vel nullo modo poſſit fieri: quia videtur
adepta facultas inferioribus ſtatuendi contrarium, gloſſ. eſt ſin-
gularis *in Clemen. 1. in verbo, nullo modo, de æta. & qualita.* Angel. &
Imol. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtamen.* vbi † dicunt, quod ſtatutum 16
diſponens, quòd pupillus poſſit teſtari, eſt inualidum, quia text.
in l. fina. C. de teſta. mili. dicit omninò prohibemus. Limita & ter-
tiò, vt non procedat in Epiſcopo & in aliis prælatis, qui non poſ-
ſunt facere ſtatuta contra ius canonicum, *c. quod ſuper his, de maio.*
& obed. Et ibi videte Felynum inueſtigantem rationem diuerſi-
tatis inter ius canonicum & ius ciuile: hanc limitationem ſub-
limita duobus modis: primò, vt nõ procedat in laicis etiam ſub-
iectis temporaliter Romano Pontifici, quia poſſunt facere ſta-
tuta contra canones ſecundùm dominum Abbatem in *cap. quod*
clericis, in vltima colum. de foro competen. vbi allegat textum *in cap.*
venientes. ſuprà de iureiuran. Cal. *conſi. 18. in rubric. de conſtitu.* Fely-
nus *in cap. eccleſia ſancta Maria in 3. colum.* & ibi Dom. *in 3. not. ſuprà*
de conſtitu. dom. Alexan. *conſi. 84. incip. Viſo themate, in primo volum.*
vbi approbat dictum domini Abbatis *in dicto cap. quod clericis, de*
foro competen. Secundò ſublimitatur, vt non procedat, quando
orta fuiſſet noua cauſa non veriſimiliter cogitata à ſuperiore,
quia de iure canonico etiam inferior poteſt ſtatuere contra ius
ſuperioris, ſecundùm Baldum *in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu-*
re. in octaua colum. per textum in l. ſi hominem. ff mandati. Idem vo-
luit dominus Abbas *in cap. fina. in 8. colum. ſuprà de conſuet. & in cap.*
ſecundo. de probatio. & alibi ſæpè Doctores. Facit optimus textus
in l. vtilitatem. & in l. confirmando. ff. de confirm. tuto. vbi ex cau-
ſa non cogitata à teſtatore poteſt alterari vltima voluntas te-
ſtatoris, quæ tamen regulariter per nullum inferiorem à Ro-
mano Pontifice poteſt alterari, *Clemen. quia contingit, infrà de re-*
ligioſ. domib. Tertiò limito non procedere, quando inferiores
imponerent pœnam ſtatuendo, quæ non fuit impoſita à ſupe-
rioribus: quia tale ſtatutum imponens pœnam eſſet validum,
gloſſ. eſt reputata ſingularis. *in Clemen. ne Romani, in verbo, tolli. in-*
frà de iureiur. Dom. Abbas *in dicto cap. fina. de conſuetu. in penult. co-*
lum. & ratio eſt, quia per talem pœnam non derogatur legi ſu-
periori, immò magis coadiuuatur. Facit text. optimus *in l. cum in*
teſtamento ff. de verbor. ſignifi. vbi hæres, qui non poteſt alterare
voluntatem teſtatoris, eam diminuendo, poteſt tamen eam al-
terare augendo, nec ob hoc dicitur venire contra voluntatem
teſtatoris. Quartò noto ibi, ſingularium perſonarum: † quòd 17
ſingulares perſonæ poſſunt inter ſe facere ſtatuta, & ſunt vali-
da. Ex hoc infero, quod ſi aliqua familia faceret ſtatutum, quòd
filiæ fœminæ non poſſent ſuccedere, ſed quod cuilibet ex eis ſi-
ne liberis defuncto ſuccederent agnati proximiores, huiuſmo-
di ſtatutum eſſet validum. Et ita tenet Ioan. Andr. *in addit. ad*
Specul. in titulo de inſtrumentorum edit. in §. compendiosè. verſicu. ſed
nunquid dicemus, in additione parua, quæ incipit, interpoſuit. Vber-
tus hoc verbum progenies, nec aliud verbum dicit. Et illam deciſio-
nem referunt, & ſequuntur Angelus & Imola, *in l. ſi quæramus,*
ff. de teſtament. & dicunt, quod alibi non reperitur iſta deciſio.
Et ita dicit ſe conſuluiſſe præceptor meus. *in l. omnes populi, in de-*
cimaſeptima colum. verſicu. an progenies. ff. de iuſti. & iur. Angelus ta-
men *in l. fina. C. de teſtam.* & Alexan. *in l ſi non ſpeciali. C. de teſtamen.*
cõtradicunt, quia † condere ſtatuta eſt iuriſdictionis, ſecundùm 18
gloſſ. *in l. prima. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.* Barto. *in l. omnes po-*
puli,

pan,in 3.colum.ff.de iuſt. & iure. Sed aſſumptum ipſorum eſt falſum, quia quælibet ciuitas, quilibet populus poteſt condere ſtatuta, vt notant dominus Anto.& Abbas *in cap.quod clericis,in vlti. colum.de foro competenti.* & ibi Areti. *in 3.colum.* per text. in ſui generalitate, *in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iure.* & per textum *in cap. ius publi prima diſtinct. in illa dictione vniuerſali geminata, quilibet populus, qualibet ciuitas.* Albericus in prima parte ſtatutorum, in quinta quæſtione allegans multa iura, quæ dicunt, conſuetudinem & conſtitutionem municipij eſſe ſeruandam, *l.item eorum, in principio.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomin.* & text. *in l prima.C.*
19 *de emancip.libe. vt gradatim, in §.primo.ff.de muner. & honori.* † Ex hoc infero, licèt non valeret pactum factum inter aliquos agnatos, quòd ipſi non poſſint teſtari de bonis ſuis, quia auferret liberam teſtamenti factionem, *l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verborum obligatio.* Valeret tamen ſtatutum, quia lex poteſt auferre alicui facultatem teſtandi, vt in multis caſibus hoc poteſt conſpici, *Authent.ingreſſi. C.de ſacroſanctis eccleſiis, l.eius, in princip.ff.de teſtamen.* Dicit tamen multum ſingulariter Barto. *in conſil.52. incip. Ex facto proponitur.* quod valet pactum factum inter fratres, ne poſſint filias fœminas hæredes inſtituere, quia facultas teſtandi eſt ſolùm coarctata quo ad certum genus perſonarum, facit pro iſta deciſione text. *in l ſed ſi hoc ſpecialiter, in §. fina. & l.cum ita. in princip.ff.de condict. & demonſtra.* Quintò not.
20 tex.ibi, dummodò rationabilia ſint: † quod tolerantia ſuperioris nunquàm videtur approbare ſtatuta irrationabilia, facit textus *in cap.primo.infrà de iureiur.* Nam diſpoſitio non trahitur ad odioſa, *l.Lucius.in § Lucius Titius dam.ff.de legat.ſecundo.* text. *in l ſi*
21 *pater.ff.de his quæ in fraud.credito. cum ſimilibus.* ſimiliter † diſpoſitio generalis teſtatoris non trahitur ad ea, quæ ſunt prohibita, *l.quanquàm.de ritu nupt.* per quem textum dicit Bald. *in l.nulli.C. de epiſcopis & cleris.in 22.quæſt.* quòd executor datus à teſtatore ad diſtribuendam eius hæreditatem nō poterit eligere filium ſpurium teſtatoris, quia non videtur data poteſtas diſponendi contra ius, *argum.l Lucius, in § penult.ff.ad municipal. in verbo, cum ad ea quæ mandari poſſunt, voluntatem ſuam dediſſe videatur, &c.* Sextò
22 noto ex iſto text. † quod dictio, niſi, quæ ſequitur orationem negatiuam, ponit & affirmat, *cap.peccati venia, de regulis iur. libro ſexto. l.actione, in principio. C. de tranſact.* quod poteſt induci ad quæſtiones duas. Aliquis dixerit mulieri, promitto quod nullam habeo in vxorem, niſi te: per iſta verba videtur contractum matrimonium per verba de præſenti, ſecundùm Ioannem Andr. *in additione ad Specul. in rubrica. de ſponſalibus.* Immò fortiùs ſi dictum fuerit per verba de futuro, promitto quòd nullam habebo in vxorem niſi te: per iſta verba videtur contractum matrimonium de præſenti, ſecundùm dominum Abbatem *in cap.ex parte, de ſponſa.* eo quia iſta verba, habebo, licèt ſint futuri temporis, denotant executionem actus iam perfecti & conſummati, vt *ibi per eum.* facit etiam ad quæſtionem. Aliquis promiſit vendere fundum nulli niſi mihi: an præcisè mihi teneatur, de quo per Bartolum *in l.ſi eum. in §.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.* vbi diſtinguit, vt ibi per eum: de qua quæſtione habetur per Dynum & Nicol. de Neapol. *Inſtitu.de actio. in principio.* Sed contra prædicta opponitur de *l.Titia.in §.fina.ff.de manu teſtam.* Pro concordia ex mente Ioan. Andr. *in rubric.de ſponſ.* Bartol. & Doctores *in d.l.ſi eum.in §.qui iniuriarum.* accipite quinque breues & claras concluſiones. Prima ſit concluſio: dictio, niſi, vel alia dictio exceptiua ſecundùm ſignificatio-
23 nem ipſius verbi non includit nec ponit, quia † inducta ad diminuendum non operatur augmentum, *l.cum tale, in §.falſam. ff.de conditio. & demonſtrat. l. legata inutiliter. ff.de adimendis legatis.* Ita loquatur textus *in dicta l.Titia, in §.fina.* Nam diſpoſitio inducta ad excludendas perſonas non operatur earum incluſionem, *l.ex facto, & l.ſi quis hæres inſtituatur.ff.de hæred.inſtituen.*

24 † Secunda ſit concluſio: quando dictio exceptiua apponitur alicui termino contento ſub primo, nec ei ſubiungitur aliud verbum, tunc ſi præcedat oratio negatiua, ponit, ſi affirmatiua negat, *d.c.peccati venia. & d.l.actione.C.de tranſact.*

25 Tertia ſit concluſio: † quando conditio exceptiua non apponitur alicui termino contento ſub primo, vel ei aliquod verbum ſubiungitur, tunc non ſtat exceptiue, ſed conditionaliter, *l.fideicommiſſ.in §.ſi ſic fideicommiſſ.ff. de legatis tertio. l.oblig. ferè, in § conditio.ff.de actio. & obligatio.* & hoc procedit in vltimis voluntatibus: ſecus eſt in contractibus, quia tunc dictio, niſi, non facit contractum conditionalem, ſed reſolutiuum in euentum conditionis, *l.ſecunda, vbi not. ff. de in diem adiect.* effectus eſt magnus propter fructus perceptos medio tempore, quos emptor lucratur, quando conditio eſt reſolutiua, *l.ſecunda.in fin.ff.de in diem adiec.* quos non lucrabitur, quando conditio eſt ſuſpenſiua, *l.neceſſario. in §.quod ſi pendente.ff.de pericu.& commod. rei vendic.* Ratio diuerſitatis inter vltimas voluntates & contractus eſt, nam in vltimis voluntatibus dictio, niſi, facit conditionem, non ex natura verbi, ſed ex natura ipſius legati, quia legatum ademptum ſub conditione ſub contraria videtur datum, *l.aliquando.ff.de condictio.& demonſtra.l.legatum, in princip.ff.de adimend.legat.cum ſimil.* ita dicit Bartol. *in dicto §.qui iniuriarum.* Propterea dicit Baldus *in l.ambiguitatem.C.de vſufruct.* quod † dictio, niſi, habet naturam aduerſatiuæ, quia vide- 26
tur derogare puritati legati, allegat textum *in l.quibus diebus, in §. quidam Titio.ff.de conditio.& demonſtra.* Iſta ratio non eſt vera, quia idem eſt in contractibus, in quibus ademptum ſub conditione ſub contraria cenſetur datum, *l.pecuniam.ff.ſi certum petatur, in verbo tanquam ſub contraria conditione.* Propterea Bald. & Rapha.Cuma. *in dicto §.quidam Titio.* aſſignant aliam rationem diuerſitatis. Nam contractus vt à partibus abſolutus eſt, ſtatim ſumit effectum. & habet ſuam perfectionem ideo conditio reſoluitur, quia inuenit quid reſoluat. Sed vltima voluntas non ſumit effectum ſtatim, ſed ſumit effectum poſt mortem teſtatoris *cap.cum Martha. de celebr.Miſſar. l.quod ſi iterum.ff.de adimen.lega.* † Ideo conditio non poteſt ſtare reſolutiuè, quia non 27
inuenit quid reſoluat, cùm non entis nullæ ſint qualitates, *l.non omnis.ff.ſi cert.peta.* Iſtam rationem impugnat D.Bartholomæus Socin. *in d.§ quidam Titio.* quia in contractibus antequàm contractus ſumat effectum, conditio reſoluit, *l.obligationum ferè, in §. conditio.* Præterea licèt conditio adiiciatur reſolut.contractus in alia oratione, tamen a[...]nitur antequàm contractus ſit perfectus, quia contract[...]m eſt perfectus etiam ſi cōtineat 28
plura capitula, niſi à [...] habeatur pro abſoluto, *l.contractus. C.de fid.inſtrum.* Propterea ipſe aſſignat aliam rationem. Nam diſpoſitio vltimæ voluntatis conditionalis recipit duas perfectiones. Prima eſt poſt mortem teſtatoris, quia ambulatoria, &c. Secundam recipit per purificationem conditionis. Sed iſta conditio appoſita legato poteſt deficere viuente teſtatore, quo caſu deficit legatum. Et iſto caſu non poſſet operari reſolutionem, cùm nihil inueniat quid reſoluat. Poteſt etiam euenire poſt mortem teſtatoris, quo caſu aliquid inueniret quod reſolueret: quia eſt tunc perfecta vltima voluntas. Igitur iſta dictio omni tempore facit ſuſpenſionem, quia † vna & eadem res non debet 29
diuerſo iure cenſeri, *l.cum qui ædes.ff.de vſu. c.cognouimus. 12.quæſt. 2.* Sed tu conſidera, quia immò tale teſtamentum dicitur eſſe perfectum ſaltem ratione formæ, poſtquàm eſt factum cum ſuis debitis ſolennitatibus, *l.iubemus. C. de teſt. iuncta l leges. C. de leg.* Barto. *in l.omnes populi, in 2.quæſt.prin.ff.de iuſti.& iur.* probatur *in l. furioſum.C.qui teſta.face poſſ.iuncta l.pluribus, in §. & ſi placeat. ff. de verb.oblig.* † Quarta concluſio: ſi oratio præcedat hanc dictionem niſi, tunc diſpoſitio redditur conditionalis: ſecus ſi præcedat dictio, niſi, & ſequatur oratio, *l.obligationum. §.conditio.ff.de actio.& oblig.* ¶ Vltima concluſio: † dictio, niſi, nihil ponit ſecundùm ſuam ſignificationem, ſed reſpectu verbi vel actus, qui præcedit, tunc ponit, habita relatione ad actum præcedentem, qui etiam ponit, *l ſi quis ita.§ fi.ff.de fideicom.liber.* per quem tex.declaratur, *d.l.Titia.§ fina.* ſecundùm Ioan.Andr. *in d.Rubr.de ſponſal.*

¶ Vltimò noto ex iſto tex. † quod per nouam conſtitutionem 30
generalem contrariam ſtatuto vel conſuetudini non videtur ei derogatum, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, idem eſt in priuilegio, quia non videtur derogatum priuilegio alicuius, niſi ſpecialis fiat mentio de ipſo priuilegio, *c.veniens, ſupra de præſcript.* habetur per canoniſtas *in c.cum ordinem, de reſcrip.* Limita, niſi illud priuilegium eſſet clauſum in corpore iuris: quia contraria conſtitutio illud reuocat, licèt de eo non ſit mentio, glo. eſt *in c.vt circa, in ver.corporali, infra de electio.* & ratio eſt, quia ex quo eſt clauſum in corpore iuris, ſortitur naturam iuris communis, arg.text. *in l.1.in §.ſi ſub conditione.ff.vt leg.nom.caue. & l.in ſeruitute, in §.ſi quis bonorum.ff.de bon. libert. & l.ſub conditione. §.fina.ff. de bonor.poſſeſſ.contratab.cum ſimilibus.* Hanc tamen limitationem intellige, vt procedat quando emanat lex vel noua conſtitutio à ſuperiore, ſecus ſi emanauerit alia diſpoſitio, quia nunquàm intelligitur derogatum priuilegio clauſo in corpore iuris, niſi de eo fiat ſpecialis mentio, gloſſ. eſt *in Authen.qua in prouincia.C. vbi de crimi. agi opor.* & ibi Bartol. & Bald. [...] ſequuntur, & dicit ibi Paulus de Caſt. eſſe optimum mo[...]òd ille, qui habet priuilegium immu-

immunitatis, faciat eum inſeri in ſtatutis, quia tunc noua impoſitio derogans priuilegiis non dicitur derogare illi priuilegio, ex quo eſt inſertum in corpore ſtatutorum, & eſt gloſſ. *in l.2. in §. omnes. in verſi. compelluntur. ff. de iudic. & in l. hæres abſens*, vbi Bartol, *ff. de iudicijs*. Felynus *in cap.1. in 7. colum. ſupra de reſcriptis*. Sed iu-
33 xta hoc moneo quandam difficultatem ſatis arduam. † Nam ex prædictis ſatis apparet quod priuilegium inſertum in corpore iuris difficiliùs reuocatur quàm priuilegium quod non eſt inſertum. Sed contra hoc arguitur, de priuilegio inſerto in corpore iuris non eſt neceſſe impetrantem facere mentionem. Ita voluit Ioan. Andr. Butr. & Imol. *in cap. cum ordinem, de reſcript.* vbi dicunt non eſſe neceſſarium impetrantem facere mentionem de priuilegio Ciſtercienſium, de quo ibi, quia eſt inſertum in corpore iuris, facit gloſſ. *in proœmio Clemen. in verbo, de cætero.* & tamen de priuilegio non inſerto debet fieri mentio, *cap. veniens, de præſcript.* dom. Felyn. *in dicto c.1. in 8. colum.* perpendit hanc difficultatem, & nititur eam enodare, & in effectu nihil concludit: pace ſua dixiſſe velim, vos autem ſoluite hanc difficultatem
34 iſto modo & aduertite: † Nam Pontifex concedendo aliquid, quod eſt contrarium priuilegio inſerto in corpore iuris, tacitè videtur illi derogare, quia Princeps aliquam conceſſionem faciendo, videtur velle illam valere, *argumen. l.3. ff. de mili. teſtamen.* Cenſetur itaque velle remouere omnia quæ præſtant impedimentum dictæ ſuæ conceſſioni, *argum. l. illud. ff. de acquiren. hæred.* Cùm ergo priuilegium inſertum in corpore iuris, cuius ipſe præſumitur habere notitiam, impediat dictam conceſſionem, illi videtur voluiſſe derogare. Secus tamen eſt in priuilegio non inſerto in corpore iuris, quia illi non videtur derogare, ſi non fiat mentio, quia illius non habet notitiam, & per conſequens non videtur voluiſſe illi derogatum eſſe. Quia voluntas non trahitur ad nobis incognita, *l. non [illegible] ff. de tranſact.* Sed quando ſuperior aliquid concedit [illegible] ante aliquo priuilegio: Iſta clauſula generalis poteſt trahi ad priuilegia non inſerta in corpore iuris: quia de illis ſaltem in genere videtur cogitatum, quod ſufficit, *l. qui iure militari. ff. de mili. teſtam.* Poteſt etiam trahi ad priuilegia inſerta in corpore iuris. Sed in dubio potiùs debet trahi ad non inſerta, quàm inſerta, cùm non ſit veriſimile ſuperiorem velle derogare iuribus tot vigiliis, tot laboribus excogitatis. Et iſto modo habetis hanc difficultatem medullitus enucleatam, & ex illis ſint expedita hæc notabilia. In *gloſſ. 3. in fine.* dicite rationem diuerſitatis eſſe iſtam, quia propter multitudinem reſcriptorum præſumitur ignorantia, *cap. cum olim, de*
35 *ſenten. & re iudic.* † Et licet in facto proprio non ſit tolerabilis ignorantia, *l. quanquàm. ff. ad Velleianum. cap. ab excommunicato, ſuprà de reſcript.* Tamen propter multiplicitatem negotiorum toleratur ignorantia. Et princeps aliquando concedit non concedenda, *cap. aliquando, de ſenten. excommunica.* Sicut præſumitur ignorantia, quando factum eſſet multum intricatum, ſecundùm Bartolum *in l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat. Glo. in verbo, reuo-*
36 *cant. ibi, qui prior.* † habetis ex iſta gloſſ. quod lex vel ſtatutum, cùm dependeat à ſola voluntate ipſorum ſtatuentium, poteſt ad libitum reuocari. Iſtam concluſionem limito dupliciter. Primò limito, vt non procedat, quando ſtatutum huiuſmodi tranſiſſet in contractum, *l. quod ſemel ff. de decretis ab ordi. facien.* Bartol. *in l. omnes populi, circa finem. ff. de iuſtitia & iure.* Petr. de Anchar. hic, facit gloſſ. *in Authen. de defenſor. ciuitat. in princip.* & quod not. Paulus de Caſtr. *in l. digna vox. C. de legibus.* vbi dicit, quod Papa faciens pacem cum ciuitate ſubiecta, ſi faciat ei aliquas promiſſiones, tenetur eas ſeruare, nec poſſet eas violare etiam de plenitudine poteſtatis. Idem dicit *in l. finali. C. de tranſactio.* Facit deciſio Ioan. Andr. *in tit. de cenſibus, in §. nunc dicendum, ver-*
37 *ſicu. quid ſi vniuerſitas.* Vbi dicit, † in aliqua ciuitate fuit conſuetudo obſeruata per multa tempora, quòd venientes ad habitandum eſſent immunes ab omnibus oneribus & exactionibus. Quidam venerunt ad habitandum: Ciuitas nunc vult facere, quòd prædicti teneantur contribuere pro quodam opere conſtruendo: Nunquid poſſint conueniri? Dicit quod non, quia ipſis fuit ius quæſitum immunitatis, quod eis inuitis non poteſt auferri, *l. fina. ff. de pactis. l. poſt mortem. §. fina. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tabul.* Conceſſio tamen facta per viam priuilegij poteſt reuocari de ordinaria poteſtate, ſi ſit gratuita. Secus ſi non eſſet gratuita, ſecundùm Baldum *in l. qui ſe patris, in ſeptima colum. C. vnde liber.* Si tamen eſſet iuſta cauſa reuocandi, poſſet reuocari, licèt non eſſet [illegible] uita, ſecundùm Paulum de Caſtro, *in dicta l. digna vox.* [illegible] textum *in l. Titius pue-rum. ff. de obſequijs liber.* Secundò limitatur, quando ſtatutum factum fuit ad commodum non ſubditorum, quia tunc non poteſt reuocari: Nam huiuſmodi lex vel ſtatutum habet vim priuilegij: priuilegium autem decet eſſe manſurum, *cap. decet, de regul. iur. lib. ſexto.* ita notat Innocen. *in c. nouit, de iudic.* facit quod voluit Bartol. *in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi dicit, quod laici, qui ſtatuerunt dare ſingulis annis certam quantitatem frumenti clericis vel religioſis, non poſſunt reuocare huiuſmodi ſtatutum, allegat bonum textum *in c. ad Apoſtolicam, de ſimon.* Sequitur hic Dominic. *in quarta colum.* facit text. *in l. perfecta. C. de donat.* quæ ſub modo, *c. verum, de condit. appoſit.* Sed contra prædicta aliàs in publica diſputatione adduxi vnum textum, *in l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cleric. in verbo, legem enim his prodeſſe non patimur, &c.* & ibi Baldus notat illum textum, & nonnullas alias rationes, de quibus feci mentionem *in cap. fina. de officio delega.* ibi videte. Et reſpondebatur mihi, quod Imperator de facto proceſſit: quæ ſolutio non placet, argumen. *l. meminerint. C. vnde vi. & cap. qualiter & quando, de accuſat.* Propterea nunc rectiùs conſiderans, ſic puto diſtinguendum: Nam aliquando Imperator concedit priuilegium clericis legem condendo: & tunc illud priuilegium pro arbitrio poteſt reuocari. Ita procedat textus *in dicta l. ſi quis curialis. C. de epiſcopis & clericis.* & ratio eſt, quia faciens actum videtur in dubio ſequi naturam actus, ſuper quo diſponit, *l. quærebatur, in princip. ff. de teſtamen. milit.* Sed natura legis hæc eſt, vt poſſit reuocari, ergo tacitè videtur actum inter partes, *argumen. l. cum quid. ff. ſi certum peta.* facit text. *in c. verum, de condit. appoſi.* vbi poteſt donari aliqua res eccleſiæ pacto appoſito ab initio, quòd niſi modus adiectus ipſi donationi adimpleatur, poſſit ipſa donatio reuocari. Aliquando Imperator concedit priuilegium clericis non legem condendo, ſed ſimpliciter, & tunc non poſſit reuocari, ex quo eſt factum non ſubdito, & habet inſtar cuiuſdam donationis quæ de ſe eſt irreuocabilis, *§. perficimur, Inſtitu. de dona. & d. c. verum.*

¶ *In eadem glo. in fin. de iſta materia*, † An ſecundum teſtamen- 38
tum reuocet primum, habens clauſulam derogatoriam. Item an ſufficiant verba generalia, videte latè per Ioan. And. *in c. quod ſemel, de regul. iuris. libro ſexto.* Barto. *in l. ſi quis, in princip. ff. de legat. 3.* Bald. & latiùs præceptorem meum, *in l. ſancimus. C. de teſtamen.* Doctores maximè Socin. *in l. ſi mihi & tibi, in §. in legatis. ff. de legat. primo.* & Modern. *in l. prima. ff. de liber. & poſthumis.* Vnum non omitto, quòd licèt de clauſula derogatoria expreſſa in primo teſtamento debeat fieri mentio in ſecundo, tamen de tacita, quæ ſumitur à contrario ſenſu, nulla debet fieri mentio, *l. fina. in princip. ff. de legat. ſecundo.* quæ ſolet allegari pro ſingulari à legiſtis. Sed de iure canonico eſt text. *in cap. dilectus, ſecundo. de præbend.* Habetis etiam ex iſta gloſſ. † quod teſtamentum conditum à 39
patre inter liberos habet clauſulam derogatoriam ad alterum teſtamentum: quod procedit, quando in ſecundo teſtamento eſſent extranei hæredes ſimul cum filiis inſtituti: ſecus ſi in ſecundo teſtamento eſſent filij inſtituti, quia tunc ſecundum tolleret primum ipſo iure, etiam nulla facta mentione de primo: glo. eſt ſingularis & approbata *in Auth. de teſtam. imper. in princ.* & ibi Doct. eam ſequuntur Cyn. & alij *in Auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.* Ludoui. Rom. *conſil. 179. incip. Ampliſſime Doctor, in 10. col.* Et quando deeſſet auctoritas gloſſ. & Doctorum, non deficeret ratio optima & concludens: Nam ex quo in ſecundo teſtamento ſunt inſtituti filij, qui erant inſtituti in primo in dicto ſecundo teſtamento adeſt idem fauor filiorum, qui verſatur in primo: hæc ergo qualitas fauoris mutuò ſe confundit, & locus eſt diſpoſitioni iuris communis, *argum. l. ſed & milites, in prin. ff. de excuſatio. tuto. in verbo, æqualitas enim honoris militis fortior videtur priuilegijs olim militum, & l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui pot. in pig. habean.* facit etiam text. *in l. non ſolùm. §. 1. ff. de ritu nuptia* † vbi par affe- 40
ctio tollit omnem ſuſpicionem, quæ aliàs præſumeretur, gloſſ. *in cap. poſtremo, de appellatio.* Alias limitationes videte *in dicta Authen. hoc inter liberos*, quia ibi eas ponunt Doctores. ¶ Sed duas tamen difficultates non omitto, quas nuſquàm à Doctoribus traditas reperio. ¶ Prima eſt, † nunquid ſecundum teſtamen- 41
tum conditum à patre inter liberos coram duobus teſtibus deroget primo facto coram ſeptem? Et concludendum puto quod ſic, quia tale teſtamentum de ſe validum eſt ſpeciali fauore filiorum, *dicto §. ex imperfecto.* ſed paria ſunt, quòd aliqua qualitas inſit actui de iure ſpeciali, vel de iure communi, *l. cum ex oratione, in princip. ff. de excuſatio. tuto. l. 2. C. de his qui ven. æta. impetra.* Ideo dicit Paulus de Caſtro *in conſil. 364.* quod ſecundum teſtamentum

mentum factum coram duobus teſtibus, in quo pia cauſa hæres fuit inſtituta, quod quidem teſtamentum validum eſt, *c. cum eſſes, & c. relatum. ſuprà de teſtam.* derogat primo facto coram ſeptem
42 teſtibus. Secunda eſt difficultas, † nunquid ſecũdum teſtamentum, in quo pia cauſa fuit hæres inſtituta, habeat clauſulam derogatoriam ſicut teſtamentum conditum à patre inter liberos? Super hoc multoties dubitaui, quia occurrebant rationes hincinde non leues, & videbatur quod ſic, quia recepta legitima magis fauetur eccleſiæ & piæ cauſæ quàm filijs, Bart. *in l. 1. in vlti. quæſt princip. C. de ſacroſan. eccleſ.* & eſt text. *in Authen. ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Ideo dicit Petr. de Anchar. *in conſi. 46. incip. Prima facie, quod diſpoſitio l. cum auum ff. de condict. & demonſtr.* non habet locum, quando pia cauſa fuit ſubſtituta. Pro parte autem contraria ſic arguitur: ratio, quare teſtamentum à patre conditum inter filios habeat in ſe clauſulam derogatoriam, eſt ſecundùm Doctores, *in dicto §. ex imperfecto.* quia cauſa inteſtati fouet cauſam teſtati, *argumen. l. 1. C. de his quæ pro non ſcript. haben.* quæ ratio ceſſat in pia cauſa, cui non debetur ſucceſſio ab inteſtato, cogitandum relinquo.

Gloſſ. *in verbo, noſcatur.* Hic eſſet diſcutienda latiſſima mate-
43 ria, † videlicet, an ad derogandum legi ſufficiat clauſula generalis, non obſtante, an in indiuiduo de ipſa fieri debeat mentio? De qua latè traditur per Ioan. Andr. *in cap. 1. infrà de exceſſ. prælat.* per Baldum *in l. humanum. C. de legi. & in Authent. omnes peregrini. C. com. de ſucceſſ.* latiſſimè per Felynum *in cap. nonnulli, de reſcript.* vbi quicquid dici poteſt in hac materia, in vnum congeſſit. Paucas tamen & breues concluſiones, ex multis, quæ elici poſſint, accipite. Prima ſit concluſio, quando lex habet clauſulam derogatoriam ad ſequentem, & Princeps diſponit contrarium nouam conſtitutionem promulgando, tunc ſufficiat clauſula generalis, non obſtante aliqua lege in contrarium faciente. Ita concludit Bal. *in l. humanum. C. de legi.* Abb. *in c. nonnulli, in prin. ſuprà de reſcript.* allegat text. *in Clem. dudum, de priuileg.* facit text. *in c. fin. de ſenten. excommunic. in verbo, ſub quauis forma.*

44 Secunda † ſit concluſio, quando Princeps reſcriptum concedit contra legem, non ſufficit clauſula generalis, non obſtante lege, ſed neceſſe eſt vt fiat mentio ſpecialis legis habẽtis clauſulam derogatoriam. Ita notat Abb. *in d. c. nonnulli.* Ex quo infero, quòd ſi legitimetur filius natus ex ea, cum qua non poterat eſſe matrimonium, non ſufficit quòd dicatur, non obſtante aliqua lege, ſed debet dici non obſtante, *§. fina. in Authen. quibus mod. natura. efficiuntur ſui.* & ita tenet Petr. de Anchar. *in conſi. 136. incip. Ex tenore.* Fallit iſta concluſio, quando diceretur, non obſtante lege in contrarium faciente, etiam ſi de ipſa oporteret mentionem facere. Nãm ſufficeret iſta clauſula, ſecundùm D. Anton. *in cap. 1. ſuprà eod. in antiq.* Barto. *in l ſi quis, in princ ff. de legat. 3.* Aret. *in c. 1. de reſcript. verſi. ſecundò adde.* Felyn. *in d. c. nonnulli, in 6. colum. verſi adde.* & ita communiter tenetur, pro quo Aret. adducit textum *in c. fin. de ſenten. excommunic. eo. lib.* vbi probatur, quod ſufficit dicere, non obſtantibus ſtatutis ſub quauis forma verborũ conceſſis. adducit etiã textum *in Clem dudum, verſus fi. de ſepul.* Sed huic limitationi tria videntur obſtare. Primò, quia vbi ſumus in materia ſtrictè interpretanda, non ſunt paria, aliquid eſſe expreſſum vel haberi pro expreſſo, *l. licet ff. in quibus cau. pig. tac. contrahi.* vbi ad impediendam libertatem ſerui hypotheca tacita non ſufficit, & tamen expreſſa ſufficit. Secundò obſtat text. *in c. 2. de dolo & contum.* vbi probatur, quod ad hoc, vt ſecundæ literæ reuocent primas, non ſufficit de primis mentionem facere in genere, ſed de omnibus contentis in primis ſpecifica mentio fieri debet, *c. cæterum, de reſcript.*

Tertiò obſtat text. *in c. qui ad agendum, infrà de procurat.* Has obiectiones format Aretin. *in d. c. 1. de reſcript.* & eis reſpondet, *vt ibi patet.* & latiùs per dom. Felyn. *in d. c. nonnulli, verſic. ſecundò adde.*
45 Tertia concluſio: † reſcriptum vel diſpenſatio contra conſtitutionem editam in concilio non valet, niſi in ea fiat ſpecialis mentio de ipſa conſtitutione, nec ſufficeret expreſſio clauſulæ generalis, non obſtante. Archidia. hic, Ioan. Andr. *in c. 2. infrà de exceſſ. prælat.* Baldus *in l. humanum. C. de leg.* Aretin. *in d. cap. primo, in antepen. colum.* Felyn. *in d. c. nonnulli, in 3. colum. cum alijs multis per eum allegatis.* & ratio eſt, quia quod fit à plurimis & maiorum auctoritate firmatum eſt, maioris roboris exiſtit, *c. prudentiam, in princip. de offic. delega.* Hinc eſt, quod difficilius Papa diſpenſat contra conſtitutionem conciliarem, quàm contra aliam, *cap. poſt tranſlationem, in fin. de renun.* Hinc eſt, quod legatus de latere etiam non diſpenſat contra conſtitutionem conciliarem, *c. dilectus, de præbend. iuncto cap. 2. de conceſſ. præbend.* Ex quo infero, quòd ſi Papa diſpenſat inter aliquos, quòd poſſint inter ſe contrahere matrimonium, ſi ſunt coniuncti ſecundo, tertio vel quarto gradu, quia prohibitio *c. non debet, de conſangui. & affinita.* fuit edita in concilio, cui non cenſetur derogatum: quod tamen limita niſi ſignificatum fuiſſet Romano Pontifici in ſupplicatione, qualiter iſti erant conſanguinei in tertio vel quarto gradu, & nihil aliud eis obſtaret, quia tunc cenſetur derogatum prædictæ
conſtitutioni, licèt de ea non ſit facta mentio: Moueor, quia † 46
clauſula generalis, quæ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, habet vim ſpecificæ expreſſionis, *l. 2. ff. de libe. & poſthum. l. ſi fundus qui locatus. ff. de fund. inſtruct. in l. pediculis. §. cum quæreretur ff. de auro & argen. lega.* facit quod notat Imol. *in l. tam his in §. primo ff de donat. cau. mort.* Alexan. *in l. ſeruum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Confirmatur, nam inferior non poteſt diſpenſare contra conſtitutionem editam in concilio, ſi tamen dicatur quòd poſſit diſpenſare, vt in caſu *c. quiſquis, iuncta ſupraſcript. ſuprà de elect.* Per iſtã clauſulam videtur data facultas inferioribus diſpenſandi contra conſtitutionem concilij, quia iſta facultas in Romano Pontifi-
ce eſt ſuperflua, cùm † poſſit ad libitum conſtitutiones editas 47
in concilio reuocare, *c. ſignificaſti, de elect.* Ne ergo ſit ſuperflua, comprehendit inferiores, ita voluit Imol. *in c. dilectus, de tempo. ordin.* Ioan. de Ligna. Ioan. Calde. & Franc. Aretin. *in cap. at ſi clerici, in §. de adulte. de iudic. in d. c. quiſquis.*

Quarta ſit concluſio: † clauſula generalis non obſtante, non 48
ſufficit ad reuocandum priuilegia conceſſa piæ cauſæ, ſed eſt neceſſaria ſpiritualis derogatio, caſus eſt ſingularis *in c. ſi propter tua debita. in verbo, intentionis, infrà de reſcript.* Ludo Roma. notat illum tex. *in l. ſi verò. §. de viro. in 24 fallentia. ff. ſolut. matr.* cui addo optimum tex. *in l. libertis. § poſthumis. ff. de alim. & cib. leg.* Vbi clauſula appoſita in codicillis [illegible] minuens legata relicta in teſtamento non confundit legata [illegible]erorum, quia ſunt pia. Sequitur hanc concluſionem Fely. *in d. c. nonnulli, in 23 col. verſ. prima concluſio.*

Quinta concluſio: † clauſula generalis non obſtante, nõ tol- 49
lit priuilegia conceſſa aliquibus miſerabilib. perſonis, niſi de eis ſpecifica fit mentio, ſecundùm Cy. & Paul. de Caſtr. *in l. 1. quando imper. inter tutor. & pupill.* de quo multa ſcripſi *in c. 2. de præbend. libro 6.*

Vltima ſit concluſio: † clauſula generalis non obſtante, non 50
tollit pacta, conſuetudines, vel ſtatuta firmata à ſuperiore, vel iuramento firmata, *glo. eſt in c. cum non deceat, de elect. lib. 6.* gloſſ. *in Clemen. dudum, in verbo, pacta, de ſepul.* quas gloſſ. pro ſingulari allegat Roman. ſingula. octauo. & eſt bonus text. *in cap. conſtitutus, extra, de reſcript.* per quem dicunt Butr. Imol. & Abb. *in cap. primo, de his quæ fiunt à maiori parte capit.* quod non eſt veriſimile, quòd Princeps velit derogare ſtatutis iuratis, idem notat Angel. *in l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quar. re. ac. non det.* Imol. *in cap. dilecto, de præbend.* Et notate perpetuò pulchram & auream deciſionem Domini Alexan. *conſil. 205. incip. Viſis his, in ſecundo volum.* vbi voluit, quòd ſaluus conductus conceſſus debitori, vt non poſſit moleſtari à ſuis creditoribus vſq; ad certum tempus, non comprehendit debitum iuratum, quia taciturnitas talis iuramenti reddit ipſum ſaluum conductum ſubreptitium, alleg. tex. in *dicto cap. conſtitutus.* & ſic ex iſtis habetis hanc materiam plenè diſcuſſam. ¶ In fin. gloſſ. ibi, ex certa ſcientia, habetis ex iſta 51
gloſſ. † quod vbi Princeps reſcribit contra ius ex certa ſcientia, nõ eſt neceſſe quòd in priuilegiis vel reſcriptis apponatur clauſula, non obſtante, & dicitur reſcribere ex certa ſcientia, quando factum eſt taliter narratum Principi, ex quo poteſt Princeps eſſe certus, quod iuri communi repugnat: verbi gratia: Impetro à Romano Pontifice beneficium curatum, & dico me eſſe in ætate viginti annorum: ſi Papa mandat mihi conferri tale beneficium, videtur derogatum conſtitutioni prohibenti minorem viginti quinque annis poſſe promoueri ad beneficium curatum, & iſtud idem tenet Baldus *in l. impetrata. C. ſenten. reſcind. non poſſ.* Paul. de Caſtr. *conſil. 223.* allegat gloſſ. *in cap. ad hæc, ſuprà de reſcript.* & text. *in l. idem Vlpianus, in fin. ff. de excuſ. tuto.* & eſt gloſſ. *in cap. ſtatutum, in princip. in verbo, literarum, de reſcript. libro ſexto.* & Felyn. *in cap. nonnulli, verſicu. fallit quartò.* vbi allegat multas auctoritates Doctorum. Et pro hac concluſione adducitur textus *in l. quidam conſulebant. ff. de re iudica. & text. in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. præto.* Vbi Princeps vel populus promouens ad dignitatem eum, quem ſcit eſſe ſeruum, videtur habilitaſſe. Tertiò adducitur tex. *in l. idem* [illegible] *lpianus, in fin.* intelligendo, quod illa conceſſio erat contra i[illegible] mmune, cùm tutor tutelam ſe-

mel

ſemel ſuſceptam deſerere non poſſit, *l. 1. in prin. ff. de admin. tuto.* Sed huic concluſioni plura aduerſari videntur, & primò tex. *in c. ex parte, de capel. monac.* vbi narratum fuit factum ſummo Pontifici, ex quo potuit informari: & tamen per hoc non derogatur diſpoſitioni *cap. 2. de ſtatu monach.* Secundo adducitur text. *in c. porrecta de confir. vtil. & inutil.* in quo religioſi impetrarunt prioratus aſſerentes ſe eſſe religioſos: ex quorum aſſertione potuit per principem haberi notitia facti, & tamen dicitur ibi, quod
52 priuilegium non valet, & præſumitur falſum. † Præterea & tertio: Princeps præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris, *vt in hoc textu, & in l. omnium. C. de teſt.* & tamen quando reſcribit contra ius, eſt opus quòd omni iuri communi deroget, alias nullum eſt reſcriptum, prout tradit gloſſ. noſtra. Gloſſ. & Doctores *in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. fin. in ſua generalitate. C. ſi contra ius vel vtil. publicam, l. nec damnoſa. C. de preci. imperat. offeren:* ergo clauſula ex certa ſcientia, vim non habet clauſulæ non obſtante. Quartò & vltimò obſtat id, quod voluit Innocen. *in cap. veniens. de fil. presbyter.* & Ioan. Andr. *in cap. 2. de ſchiſmat.* qui concludunt, quod ſi princeps ex certa ſcientia promoueat inhabilem ad officium, non videtur cum eo diſpẽſare, niſi præceſſerit cauſæ cognitio. Has quatuor difficultates mouet Aretin. *in quadam repetitione capit. 1. in 4. colum. de reſcript.* Ex quibus dubia redditur prædicta concluſio. Propterea, vt prædictæ amaritudines ceſſent, conſiderandi ſunt aliqui caſus.

❡ Primus caſus eſt, quando princeps ex certa ſcientia promouet habilem ad aliquod officium publicum, tunc videtur cum eo diſpenſare: ita procedat text. *in dicta l. quidam conſulebant.* & text. *in cap. præterea de teſtib. cog.* vbi Hoſtienſ. hoc ponit poſt Innocen. & ratio huius concluſionis eſt duplex. Prima eſt, quia iura, quæ dicunt reſcripta iuri contraria non eſſe admittẽda, intelliguntur quando emanant ad priuatam vtilitatem: Sed ſi princeps reſcripſerit ad vtilitatem publicam, tunc ſufficit
53 certa ſcientia abſque clauſula, non obſtante. Nam † pro bono publico facilius derogatur iuri communi quàm pro commodo priuato *authen. res quæ. C. communia de leg. cap. bonæ. de poſtul. prælat.* Hanc rationem licèt non ita clarè, ſentit Bartol. in extrauaganti ad reprimendam, in verbo, non obſtantibus. Secunda ratio eſt, quia princeps concedendo officium cum adminiſtratione, præſumitur hoc facere præcedente cauſæ cognitione, argum. text. *in l. 1. C. qui & aduer. quos:* vbi præſumitur pro minore, quod ſi habilis, ex quo fuerit promotus ad officium publicum, facit text. *in l. patronus, in princ. ff. de confirm. tuto.* Iſta concluſio fallit reſpectu iuris naturalis. Nam nunquam videtur diſpenſatum cum inhabilitate cauſata à iure naturali vel diuino. Ita notabiliter Specul. *in tit. de leg. in §. nunc oſtendendum. verſic. 18.* vbi idem dicit de clauſula, ſupplentes omnem defectum. allegat text. *in clemen. paſtoralis. in verſic. cæterum. de ſentent. & re iud.* Idem tenent Anton. & Ioan. de Imol. *in cap. 1. de tranſact. & in cap. illa. de electio.* Bald. Angel. & Alexand. *in l. filius à patre. §. fin. per illum textum. ff.*
54 *de libe. & poſthum.* Vbi † dicunt, quod habens poteſtatem diſpẽſandi cum quibuſcunque in qualicumque ſtatu ſint, non poterit diſpenſare ſuper defectu iuris diuini vel naturalis. propterea dicit Bald. *in l. eam quam. in 8. colum. C. de fideicommiſſ. verſicul. ſi verò clauſula,* quòd per dictam clauſulam appoſitam in legitimatione non videtur diſpenſatum cum ſacrilego, puta nato ex monacha, quia eſt perſona multum odibilis legi, argument. *l. Lucius. §. Lucius Titius damnam. ff. de lega. 2.* facit quod voluit Angel. in *l. adoptio. ff. de adopt.* vbi dicit, quod ſi Imperator confirmat actum, non videtur tollere defectum cauſatum à iure naturali, vt quia contractus fuiſſet nullus ratione conſenſus, qui eſt de iure naturali, *l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut.*

55 ❡ Secunda ſit concluſio: † quando princeps atteſtatur diligenter perquiſiuiſſe & inueſtigaſſe factum, quo caſu creditur ei, *clement. 1. de probat.* tunc iſta certa ſcientia principis operatur effectum clauſulæ, non obſtante. & ita procedat communis concluſio de qua ſupra. Et ita procedat quod voluit Ioan. Andr. *in dicto cap. 2. de ſchiſmat.* de quo ſupra feci mentionem: & ratio eſt, quia apparet de voluntate principis reſcribentis, & per conſequens ceſſat ratio, propter quam requiritur in ipſis reſcriptis clauſula derogatoria, videlicet importunitas ſupplicantis: *l. 1. C. de pet. bon. ſub libro 10. cap. ſi aliquando, de ſentent. excommunicat.*

56 ❡ Tertia ſit concluſio: † [illegible] narratum factum principi, ex quo potuit ſcire ſe reſcribere contra ius, & fuit inſertus tenor facti in ipſa conceſſione, tunc ſi in dicta conceſſione apponat clauſulam ex certa ſcientia, operatur eundem effectum, quem clauſula, non obſtante: ratio eſt. quia aliàs iſta clauſula nullum effectũ operaretur: vt ergo aliquid operetur, dicamus principem id quod conceſſit maturè & deliberatè concedere, *arg. c. in his. ſup. de priuil. & in l. ſi quando. ff. de leg. 1.* & ſic erit eadem ratio cum præcedenti concluſione.

❡ Quarta ſit concluſio: † quod quando ſimpliciter exprimitur clauſula, ex certa ſcientia, & non inſeritur tenor facti in ipſa cõceſſione, tunc ſi conceſſio emanet ſuper eo, quod conſueuit concedi, valet ipſa conceſſio abſque alia clauſula, nõ obſtante, vt in clauſa appellatione remota. ita intelligit D. Abb. *in cap. 1. de reſcript.* & probat per text. *in c. ad noſtram, de confir. vtili vel inutili, à* contrario ſenſu. 57

❡ Quinta ſit concluſio: † quando princeps reſcribit contra ius, non tamen contra vtilitatem alterius, nec principaliter cõtra vtilitatem publicam, & tunc certa ſcientia ſufficit, *dicta l. idem Vlpianus.* nam pupillus non patitur damnum pecuniarium, licet tutor remoueatur à tutela, vel ſi patitur eſt leue damnum, cùm alter æquè idoneus ei poſſit dari tutor, vt in ſimili voluit Bart. *in l. liber. ff. de verb. ſignif. in 3. colum.* dum aſſignat rationem, quare teſtator dando tutorem filijs non videtur dediſſe tutorẽ nepotibus, & tamen inſtituẽdo filios nepotes etiam dicitur inſtituiſſe, & quando † eſt leue præiudicium, non eſt neceſſaria aliqua clauſula, *l. quotiens. C. de preci. imper. offer.* D. Ant. *in dicto c. 1.* ſic debet intelligi *cap. pen. de confirm. vtili vel inutili.* & iſtam reſpõſionem ad *dictam l. idem Vlpianus.* tradit Bartol. *in dicto verſic. non obſtantibus.* 58 59

❡ Sexta ſit concluſio: † quando reſcriptum tendit contra præiudicium alterius non leue vel vtilitatem publicam, tunc clauſula ex certa ſcientia tacita vel expreſſa non ſufficit: ſic intelligatur *dictum cap. ex parte. & dictum cap. porrecta.* & ita tenet Bartol. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & in dicto verſic. non obſtantibus.* & ita tradit Bald. *in proœm. feudo. circa 6. colum. verſic. dicit Andr.* & ratio eſt, quia quando princeps reſcribit contra ius, eſt vnum impedimentum, quia non videtur de facili derogare iuri communi tot laboribus excogitato, *cap. poſt tranſlationem, in fin. de renunc. l. ſi quando, in princip. C. de inoffic. teſtamen.* & quando reſcribit in præiudicium alterius priuati, eſt aliud impedimentum, contra quod princeps facilè non diſpenſat, *l. nec damnoſa. C. de precib. imperat. offeren. l. 2. in §. merito. ff. ne quid in loco publ.* Ideo clauſula ex certa ſcientia, tacita vel expreſſa, non poteſt tollere duplex impedimentum, *argumen. cap. officij. & cap. cum pro cauſa. de ſentent. excommunic.* & ratio eſt, quia clauſula ex certa ſcientia, non plus operatur quàm clauſula non obſtante, tollit duntaxat vnum defectum, non autem plures, ſecundùm Bald. *in l. 1. in penultima columna, C. de fur. per textum in l. ſi quando. C. de inoffic. teſtamen. & l. ſi non lex Elia ſentia. ff. de hæred. Inſtitu.* 60

❡ Vltima ſit concluſio: † quando princeps concedit priuilegium contra ius reſpectu facti futuri, ſi illud priuilegium poteſt parti aduerſæ prodeſſe, tunc clauſula ex certa ſcientia, eundem effectum operatur quem clauſula non obſtante, ſecundùm Bald. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. in vltima columna.* exemplificando per illum textum. Ratio iſtius concluſionis eſt iſta, quia ex quo à principio tale priuilegium poteſt vtrique parti prodeſſe, licet contingat ex poſtfacto, quòd vna pars lædatur, tamen non dicitur lædi, *argumen. l. de fideicomiſſ. C. de tranſact. & l. ſi pater puella, C. de inoffic. teſtamen. cum ſimilibus.* & ſic haberis iſtam materiam clarè elucidatam, quæ omnia tenete menti. 61

❡ Gloſſ. *in verbo facti.* diſputat iſta glo. an reuocato iure communi, cenſeatur reuocata conſtitutio continens idem quod ius commune. Et per multa fundamenta concludit quod ſic, Petr. de Anchar. per multas rationes idem concludit, & primò arguit, ſuperfluitas in qualibet diſpoſitione à iure eſt reprobata, *l. ſtipulatio in §. diuus ff. vt leg. nomine caueatur, l. 1. in §. dixerit aliquis. ff. de public. l. quotiens, in §. nec quiſquam. ff. de adminiſt. tuto.* vbi in transfuſione vnius actionis in alteram conſideramus, quæ vtilitas inde ſequatur. Sed ex iſta conſtitutione continente idem, quod ius commune, nulla vtilitas inde ſequitur: ergo non debet dici noua conſtitutio, quia iſti ſtatuentes de eadem re potius, videntur ſæpius eſſe loquuti, quàm nouam diſpoſitionem facere, *l. Manius, in §. eum qui. ff. de lega. primo.* facit

63 quia† fruſtra debitor legat creditori, ſi ex legato non augeatur
effectus legati, *l. ſi creditori. ff. de leg. 1.* Sed ex iſta noua conſtitu-
tione non oritur aliquis effectus, igitur, &c.

¶ Secundo arguit: ſi minus ſubiectum vel minor qualitas
confunditur per maiorem, licet ſi ſint pares, ſe adinuicem tol-
lerent. *l. generaliter. ff. de fideiuſſ. l. ſi reus, ff. de fideiuſſ.* Sed maior eſt
auctoritas condentis ius commune, quam inferioris, ergo de-
bebit ſilere auctoritas minoris.

¶ Tertiò in effectu arguit ſic: Detractio vel adiectio facit v-
num ius tranſire in ſpeciem alterius iuris, *l. ius autem ciuile. ff. de
inſtit. & iur.* Sed iſta conſtitutio continens idem quod ius com-
mune, nihil addit, nihil detrahit iuri communi: ergo cen-
ſetur ius commune. Iſta ſunt, quæ per duas columnas in ef-
fectu deducit ſequendo opinionem Ioan. Andr. cuius dicta
formaliter refert Dom. Andr. Barbat *in cap. 1. de conſtit.* & iſta eſt
communis opinio, quam ſequitur Bald. *in dicto cap. 1. de reſcript.*
quia princeps ſcit effectum ſtatuti, ideo non curamus de mo-
do ſciendi: idem tenet Bald. *in l. ius autem ciuile, ff. de inſtit. & iur.
& in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet.* vbi etiam Salic. Ludo. Roma. *con-
ſil. 397. incipien. Diligenter perſcrutatis. in 1. colum.* & iſta eſt commu-
nis opinio, quam limita duodecim modis, quos ponit Felin. *in
dicto cap. 1. de reſcript.* de quibus ibi per eum. Contra iſtam tamen
communem ſententiam tenuit Ioan. de Lign. per ſex rationes,
quas refert hic Domin. quem vide, qui reſpondet rationibus
adductis per Ioan. Änd. Contrarium etiam tenuit Do. Franciſ.
Aret. *in c. 1. extra de reſcript.* motus duobus principaliter funda-
64 mentis: & primò, quia † qui facit actum in dubio, videtur po-
tius ſequi naturam actus, ſuper quo diſponit, quàm ſequi ſuũ
priuilegium, *l. quærebatur. ff. de teſta. mili. in princ.* vbi miles qui ex
ſpeciali priuilegio poteſt decedere cum duobus teſtamentis
validis, faciendo ſecundum teſtamẽtum videtur reuocare pri-
mum, non autem velle vti ſuo priuilegio: ſed natura legis eſt,
vt non ſit ſuperflua, *l. 1. in § dixerit aliquis, ff. de publ. § quibus, in 1.
conſtit. Codicis.* Secundò confirmatur per tex. *in l. creditorem. ff. de
leg. 2. iuncta l. legatum ff. eod.*

¶ Secundò adducit text. *in l. magiſtratus. ff. ad municip.* vbi pro-
bari videtur, quod ſtante ſtatuto ceſſat virtus conſuetudinis,
quia text. dicit concedi moribus, ſi non ſit ſtatutum. Ego teneo
communem ſententiam, quam confirmo duobus modis. Nam
ſtatuentes idem, quod diſponit ius commune, vidẽtur confir-
mare ipſum ius commune, vt maius robur & maiorem firmi-
65 tatem habeat: quia † ſolet magis timeri, quòd ſpecialiter eſt
ſtatutum, *c. quia in cauſis. de procurat. cap. quanquam. 23. diſtinct. capit.
66 ſi aduerſus. de hære.* † Sed natura confirmationis eſt non alte-
rare diſpoſitionem, quam confirmat, *l. Aurelius, in § teſta-
mento. ff. de lib. leg. l. ſi dona. in § 1. ff. de donatio. inter virum & v-
xorem.*

¶ Secundò adduco text. *in cap. cum aliquibus, de reſcript.* vbi ſi
Papa committat aliquibus, qui aliàs habent poteſtatem confe-
rendi beneficium, vt illud conferant Sempronio, iſte receptus
non dicitur auctoritate Romani Pontificis receptus, ſed au-
ctoritate ipſorum canonicorum, & ſic non tribuitur noua po-
teſtas, ſed tantum antiqua ſuſcitatur. Tertiò adduco text. *in cap.
1. de cognit. ſpirit.* quem ibi ad hoc notat Dom. Abb. Et tenendo
iſtam opinionem, non obſtant fundamenta adducta pro parte
contraria.

¶ Non obſt. primum, dum dicitur, iſta ſtatuta ſunt ſingula-
rium perſonarum, igitur cenſetur eis derogatum. quia poſſet
negari, nam cùm ius commune ſit validum, licet confirmetur
ab ipſis ſtatuentibus, tamen ab eis non debet denominari, ſe-
cundùm Bart. *in l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Vel aliter: eſto
quòd dicatur conſtitutio ſingularium perſonarum, tamen ad-
huc cenſetur prædictæ conſtitutioni derogatum. quia princeps
ſaltem in genere illius habet notitiam, *l. qui iure militari. ff. de te-
ſtamen. milit.*

¶ Non obſtat quod ibi ſunt duo impedimẽta, ideo vno ſub-
lato non dicitur ſublatum alterum, *l. ſi domus. ff. de ſeru. vrb. prædio.*
quia illud procedit, quando illa duo impedimenta operantur
diuerſos effectus. Secus quando tendunt ad eundem effe-
ctum, quia vno ſublato cenſetur ſublatum & alterum, vt pro-
batur *in l. ſi colonus. ff. arb. fur. cæſar. l. duobus. § colonus. ff. de iu-
reiuran.*

¶ Non obſt. quod vbi ſunt duo vincula, &c. *l. intelligere. C. de
luit. pignorum.* quia eadem ſolutione tollitur.

¶ Non obſt. quartum, dum dicitur, quòd lex habet robur ex
qualitate diſponentis, nõ ex ſubiectu diſpoſitionis: quia fateor,
quando diſponens aliquid de nouo diſponit, ſecus quando di-
ſpoſitum de ſe validum confirmat, *l. & quia. ff. de iuriſdict. om. iud.*
vbi Bart. quem ſupra allegaui.

¶ Non obſt. quintum, quod ad multiplicationem vinculi re- 67
quiritur multiplicatio diſſolutionis, *cap. 1 de treu. & pac.* quia il-
lud eſt verum, quando vnumquodque vinculum de per ſe ali-
quem effectum operatur, arg. text. *in l. 1. C. de leg. hæred.* & quod
notat Bald. *in c. 1. de gra. ſucceſſ. in feud. in vſ. feud.* vbi decidit pul-
chram quæſtionem, de qua ibi per eum. Ad fundamentum A-
ret. reſpondetur illud contra eum retorquẽdo. † Nam ideo mi- 68
les faciendo ſecundùm teſtamentum primum videtur reuoca-
re, quia in dubio vti videtur iure communi, non autem priuile-
gio ſuo, *l. quanquam. & l. in teſtamento. C. de teſtamen. milit.* ergo in
dubio ſtatuentes vidẽtur velle potius adhærere iuri communi
quam illi derogare, quamuis potuerint dicto iuri communi de-
rogare: facit quod voluit Inno. *in c. dudum. de deci.* vbi dicit, quod
in dubio princeps aliquid confirmando non videtur diſpone-
re contra ius commune, quanquam aliàs hæc confirmatio eſſet
inutilis. & idem tenet Innoc. *in c. innotuit. de eo qui fur. or. ſuſcep.*
Ang. *in l. benè à Zenone. C. de quadr. præſcript.* Io. de Imol. *in l. ex fa-
cto. in prin.* per illum tex. *ff. de vulg. & pupill.*

¶ Non obſt. *d. l. magiſtratus*, quia ille tex. non dicit, quod ſi id,
quod inductum eſt legi municipali deducatur in conſuetudi-
nem, deſinat cõpetere virtute ſtatuti. Sed ſenſus illius legis eſt,
quod ſi non ſit conceſſa poteſtas ex lege municipali, moribus
tamen competit. † Nam ſtatutum continens idem, quod con- 69
ſuetudo, nullum effectum operatur, ſecundùm Bartol. *in l. 1.
verſic. 3. C. quæ ſit longa conſuet.* Sed contra iſtam communem cõ-
cluſionem adduco text. *in l. illud ff. de acquir. hæred. iuncta l. ſi quis
ita. § 1. ff. de manumiſſ. teſtamen.* & text. *in l. iure noſtro. § fin. iuncta l.
ſeq. ff. de teſtamen. tut.* Tertiò adduco text. *in l. ſi ita ſtipulatio facta
fuerit. ff. de verborum oblig.* † Quartò adduco, quia expreſſio eius, 70
quod diſponit ius commune, inducit nouam diſpoſitionem,
ſi exprimens hoc velit, *l. in conditionibus. § 1. ff. de condit. & de-
monſtrat.* Voluiſſe autem præſumuntur ſtatuentes, quia non vi-
dentur elegiſſe viam, per quam ſuum iudicium impugnetur,
vel fiat eluſorium, *l. 3. ff. de milit. teſtamen.* † Quintò & vltimò 71
arguitur: quando vna diſpoſitio conuertitur in alteram, atten-
ditur natura diſpoſitionis, in quam conuerſio facta fuit, *l. cum
in fundo. § ſi fundus. ff. de iur. dot. l. diuortio. ff. de nego. geſt.* Sed ius
commune cõuerſum eſt in ſtatu. patet, quia oritur actio ex ſta-
tuto, ſecundùm Bart. *in l. 3. § ſi in rem. ff. de leg. 3.* ergo debet atten-
di natura ſtatuti, quod non reuocatur, niſi de eo fiat mentio, vt
in iſto tex. Et ex iſtis impono finem huic cap.

REPETITIO
IN CAPIT. LICET.
DE CONSTITVTION.
In Prooemium ſcilicet.

*Præclariſſimi I. V. C. D. Marci Antonij Marſcoti de
Caluis, Comitis Equitisq́; Apoſtolici, &
Canonici Bononien.*

SVMMARIVM.

1 *Præfectum quid dicatur.*
2 *Rubricæ ſexti decret. nunquid ſint continuanda.*
3 *Continuatio fit ad proximos & coniunctos titulos.*
4 *Actio ſi ſit prodita ex rubr. Decretal. nunquid poſſit intentari virtute huius vol. Sexti.*
5 *In extraordinarijs ordo eſt non ſeruare ordinem.*
6 *Continuatio quare fiat.*
7 *Bonifacius huius lib. auctor à benefaciendo dictus.*
8 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
9 *Sextus quare hic liber appelletur.*
10 *Argumentum à ſimili procedit.*
11 *Inſtitutionum liber vnde originem habet.*
12 *Inſtitutionum tituli per librum C. corriguntur & emendantur.*

13 Con-

13 *Continuatio nunquid ſemper ſit facienda libri ad librum, tit. ad tit. §. ad §. & rub. ad rub.*
Quæ ad proxima non ſemper eſt neceſſaria.
14 *Liber Sexti eſt volumen de per ſe.*
15 *Doctoris auctoritas probabilis an ſit neceſſaria.*
16 *Actio nunquid oriatur ex rubro, vel ex nigro.*
17 *Conſeruatoris iuriſdictio quid ſit.*
18 *Fundamentum vbi deficit, nihil ſuperædificari poteſt.*
19 *Ius omne conſtat ex ſcripto & non ſcripto.*
20 *Ius ſcriptum nunquid ſit nobilius iure non ſcripto.*
21 *Scriptura an ſit de ſubſtantia & eſſentia legis.*
22 *Poſthumus quo caſu habeatur pro nato, & quo caſu non.*
23 *Obligatur quis ex ſcientia, non ex ignorantia.*
24 *Digniora ſunt præponenda.*
25 *Conſuetudo pro lege accipitur, quando deficit lex.*
26 *Conſenſus expreſſus potentior eſt tacito.*
27 *In primordijs faciliora ſunt præponenda.*
28 *Conſtitutio quid ſit, & vnde dicatur.*
29 *Princeps nunquid ſolus poſsit conſtitutiones facere vel cum conſilio ſuorum procerum: & qui ſint, qui ſtatuere poſsint.*

PROOEMIVM.

1 ET † ſi omnibus in rebus animaduerto id perfectum eſſe,
quod ex omnibus ſuis partibus conſtat: & certè cuiuſque
rei potiſſima pars ſit principium, dicente Caio Iuriſconſul-
to *in l. 1. ff. de orig. iur. cap. nihil. 7. quæſt. 1.* Et iuxta illud, dimidium
facti qui benè cœpit habet, *l. ſi procuratorem. in princip. ff. mand.*
eapropter materiam conſtitutionum interpretaturus, ad rubri-
2 cæ declarationem incipiemus: & primò quæri poteſt: † An ru-
bricæ huius libri ſint continuandæ. Et communis opinio ſcri-
bentium eſt quod non, & hæc fuit quæſtio Ioann. Andr. quam
refert in rubrica *de ſumma Trinitate & fide Catholica ſupra hoc lib.*
quem ſequitur referendo Ancha. Et primò fundatur hæc opi-
3 nio per text. *in l. 2. ff. de ſtatu homin.* vbi † continuatio applicari
debet ad proximos & coniunctos titulos: de hoc etiam per D.
Barbat. *in rubrica de teſtam.* & Imperator *in lib. Inſtit.* vbi quando
ipſe continuat, hoc idem obſeruat, nec opus eſt exemplis, cùm
res clara ſit, argum. text. *in cap. euidentia. de accuſat.* Cum factum
ſe oſtendat, *l. confeſtim, ff. de in integr. reſtit.* Sed iſte liber venit ad
ſuppletionem, correctionem, & declarationem: & vbi alte-
rum ex prædictis in proſecutione huius voluminis non occur-
rit ſub aliqua ex rubricis illis, eandem præterijt, & ad ſequentes
diſgreditur: ideo continuatio non poteſt applicari, quia ad
proximos & coniunctos fieri non poterit, igitur continuandæ
non erunt.

¶ Secundò ad hanc concluſionem adducitur alia ratio hoc
modo: certè ſecundùm rei veritatem rubricæ huius libri non
ſunt continuandæ, quia poni & ſituari debebant in antiqua
compilatione decretalium ſub congruis titulis: ſed iſtud omiſ-
ſum eſt ex cauſa, *vt in proœm. huius lib. verſic. nec ſine cauſa.* vnde cũ
ſemel continuatæ fuerint in antiquis, non eſt opus alia hic con-
tinuatione: & rationes huiuſmodi poſuit Ioan. And. *in rub. huius
lib. ſup. de ſum. Trin. & fid. Cathol.* vbi in hoc, vt videbimus infr. non
benè firmat pedes.

¶ Ad hoc comprobandum etiam mouetur exemplo Arch.
qui in rubricis huiuſmodi continuationes omiſit, & per hoc
dicebat eas non continuari debere. Et pro hac parte inſurgit
Anch. *in rubrica huius tituli,* qui hoc vltimum Ioan. And. dictum
exemplo Accurſij affirmat, qui rubricas authen. non continuat,
quæ ſimiliter ab lib. C. veniunt altero de tribus modis ſupradi-
4 ctis, videlicet, corrigendo, ſupplendo, & declarando. Ex † qua
ratione infert hanc concluſionem, quod ſi ex rubricis Decreta-
lium prodita eſſet aliqua actionis ſpecies ex iuribus huius vo-
luminis ad prædicta tendentibus non eſſet agendum, ſed ex il-
lis: & in hoc reſidet. Ad hoc adducitur in argum. text. *in l. Impe-
rator. ff. de in diem adiecti.* vbi in dubio ex illo contractu oritur a-
ctio empti & venditi, ſeu ex illa lege tantum, quæ facit ad tit. ſed
ſi volumus attẽdere hanc opinionem alio medio comproban-
da venit iudicio meo.

5 ¶ Nam in † extraordinarijs ordo eſt non ſeruare ordinem,
cap. 1. de offic. deleg. infra hoc lib. & in c. fin. clem. ſæpè, de verb. ſignif. arg.
eorum quæ not. gloſſ. *in clem. & ſi de beneficio. in verſ. volumus, de
offic. ord.* de qua facit textum D [illegible] *in c. cæterum, in 4. col. de iudic.*
licet ad aliud propoſitum: [illegible] ber extraordinatius eſt,
Repet. in lib. 6. Dr

quia extra ordinem poſitus eſt, vt probatur *in §. quem librum,
verſ. ſeq. ſupra in proœm. eod. lib.* igitur non erunt hic continuandæ
rubricæ.

¶ Sed ne † noſtrum (vt ita dicam) dormitet ingeniolum pro 6
alia parte inſurgendo aliqua adducam, & primò continuatio
fit ad oſtendendum ordinem in volumine ſeruatum: nam con-
tinuare nil aliud eſt, quàm loquendo materias colligare, ſimul-
que coniungere, ac ſub congruis ſuis titulis debent conſtitu-
tiones collocari, vt not. *in proœm. huius volum. in §. nos ad apicem.
in fin. & C. de no. Cod. compo. in 1. conſtitutione.* Et hoc voluit Abb.
in rubrica de ſumma Trinitate & fide Catholica. Sed nullum con-
trarium video, quare hic non militet illa ratio, videlicet quod
continuatio fit ad demonſtrandum auctorem benè & optimè
titulos ſituaſſe ſuis locis: † & ideo vt Bonifacius huius libri au- 7
ctor oſtendatur, benè proceſſiſſe: & quia Bonifacius à bene
faciendo, *vt in proœm. ſupra huius libri,* an benè fecerit, videa-
mus vnde continuandæ erunt, hac ſola ratione optima iudicio
meo.

¶ Secundò † acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis 8
regul. acceſſorium, de regul. iur. infra. & quod not. ibi per Ioan. And.
Dyn. & Modern. ſed iſtud volumen venit acceſſoriè ad lib. De-
cretalium, vt probat tex. *in §. nos ad apicem. verſic. quem librum. ſu-
pra in proœm. eiuſdem lib. 6.* & rubricæ antiquarum decretalium
continuuntur, igitur & iſtæ continuari poterunt. Et vt dictum
eſt, illud dicitur eſſe perfectum, quod ex omnibus ſuis partibus
conſtat, *d. l. 1. ff. de orig. iur.* Sextus † dicitur iſte liber, eo quia ſe- 9
narius numerus perfectus eſt, vt etiam gloſſ. ibi, ideo vt perfe-
ctum ſit hoc volumen, continuabimus has rubricas, & hoc pro
ſecunda ratione.

¶ Vbi † lex deficit, de ſimili ad ſimile procedimus: pro hoc 10
facit textus *in l. non poſſunt. ff. de legi. cap. inter corporalia. de tranſlat.
Epiſcop. cap. ad aures. de reſcript. ſupra l. inter ſtipulantem, in §. ſacram.
ff. de verborum obligat. cum ſimilibus.* Nam ſi in libro Inſtitutionum
aduertimus, certè in hoc libro erunt continuandæ rubricæ,
quia videmus † Inſtitutiones ex legum voluminibus excerptas, 11
vt ait Imperator *in proœm. illius libr. in §. omnes verò populi.* quæ ad
ſuppletionem, correctionem, & declarationem factæ ſunt: &
tamen Doctores continuant non ſolum, ſed ipſemet legiſlator,
& iſtud obſeruauit *in titul. de iuſtit. & iur. in §. fin.* vbi declarat,
quid ſit ius priuatum: ſubdit text. & conſtat ex naturalibus
gentium aut ciuilibus: demum ſubdendo ponit titulum de iu.
nat. gent. & ciuil. & ſic coniungendo illos duos titulos ſeipſum
continuauit Imperator: *& in eodem tit. in §. fin.* omne ius, quo
vtimur, aut ad perſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinet. de-
inde ſubſequitur titulus de iur. perſon. & in 2. lib. libri eiuſdem:
nam hic infinita adduci poſſent exempla ex illo libello, adeo
quod iuxta illud Virgil.

Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

Quapropter cùm id ibi ab re factum non ſit exiſtimem, niſi illa
de cauſa de qua ſupra, quis noſtrum contrarium dicet.

¶ Confirmo † iſtud, nam per lib. C. rubricæ ſeu tituli Inſti- 12
tutionum corriguntur, emendantur, &c. vt dixit gloſſ. *in verſic.
adimpleuimus, in §. omnes, alleg. in proœm. Inſtitut. & rubric. C.* con-
tinuari videmus: & quòd liber Inſtitutionum primò compoſi-
tus fuerit, probatur *in l. fin. C. de emen. Iuſtini. C. vbi de lib. Inſtitutio-
num fit mentio:* quare hoc in volumine idem dicemus, cùm nulli
præiudicium ex huiuſmodi continuatione reſultet. Nec obſtat
quod alia ratio ibi, & alia hic aſſignari poſſit, quę eſt propter iu-
uenũ inſtructionem: Quia reſpon. quod ſicut iuuenes ſumunt
prima elementa ex volumine Inſtitutionum, ita in iure cano-
nico ſic poteſt dici, quod ex huiuſmodi volumine faciant. Sed
ad hoc reſpon. poteſt alio modo, quod non eſſet bona excuſa-
tio, ſi continuandæ non ſunt, continuare propter iuuenes, quia
non permittitur errare ob iuuenum inſtructionem: ad hoc vi-
de duas gloſſ. *in ſimili, vnam in rubrica de iuſtit. & iur.* & aliam *in
titul. de re. diuiſ. in princip.* quare credo continuationem facien-
dam ratione qua ſupra. & concluſionem huiuſmodi alias pub-
licè diſputaui, maximè cùm ſit liber ſeparatus de per ſe. Præter-
ea Ioan. Andr. licet loquatur vt dixi, tamen non firmat pedes *in
ſua gloſſ. de ſumma Trinitate in fin.* vbi ſe remittit pro continuatio-
ne ad not. per Ber. *in dicta rubrica de ſumma Trinitate & fide Catho-
lica.* & ſic non firmat pedes: & licet in huiuſmodi continuatio-
nibus modica ſit vtilitas, vt dixit Abbas *in titulo de locat.* in ru-
brica, aliqua tamen infra ſubijciam. Et an † ſemper ſit facienda 13
continuatio rubricæ ad rubricam, § ad §. tituli ad titulum, vi-

B 2 deper

de per Bartol.& alios alleg. *l.2.ff.de ſtatu homin.*gloſſ.& Doctor.
in rubrica ff.de condit.fur.& in rubrica,ff.de nou.oper. nunc.& gloſſ.
in l.Gallus ff.de lib.& poſthum.cum alijs. At cùm in opinione mea
Ioan.Mon.reperiam,licet eius dicta per ſcribentes minimè re-
ferantur, pro complemento huius articuli diſcuſſioneque re-
ſpondebimus ad contraria allegata pro communi opinione,&
ad primum fundamentum,videlicet ad textum *in l. 2. ff.de ſtatu*
*hom.*reſpondeo quod licet Imperator procedat illo modo,non
tamen eſt ſemper verum, quod ad proxima & coniuncta fiat
continuatio, quia nõ ſequitur etiam,Imperator ibi dicit,quod
omne ius quo vtimur,aut ad pſonas aut ad res, aut ad acta per-
tinet,& ſubdit de perſonis,&c.non per hoc dicemus continua-
tionem ad proxima & coniuncta faciẽdam, ſed videmus quod
poteſt fieri ad remota, proxima, coniuncta, prout melius ca-
dere poteſt,vt ſaluetur auctor libri, eum oſtẽdendo benè pro-
ceſſiſſe, vt poteſt exemplificari *in Inſti.in tit.de excuſa.tut.*ante il-
lum titulum poſitus eſt titulus *de ſatiſd.tuto.*Et tamen continua-
tio fit non ad titulum *de ſatiſda.tuto.* qui eſt proximus, ſed fit *de*
*excuſat.tut.ad tit.de tut.& cura.*vnde dicit in continuatione *de ex-*
cuſatione tutor. quia viſum eſt *de tutor. & curator.* verùm quia hi
varijs ex cauſis excuſantur, &c. igitur non ſemper fit ad proxi-
ma, ſed ad ea ad quæ melius cadere poteſt.alia & quam plu-
ra hic exempla taceo, quæ à noſtris vtriuſque cenſuræ Do-
ctor.in legum & canonum volumina poſita ſunt, ideo non ne-
ceſſaria hoc modo, quod ad proxima magis quàm remota &
econtra.

14 ¶ Ad ſecundum reſpond. quòd † licet conſtitutiones hu-
iuſmodi ſituari debuiſſent in antiquis ſuis ſub rubricis cõgruis,
tamen ex quo continuatio fit ad oſtendendum auctorem be-
nè & rectè proceſſiſſe in ſuo volumine, & iſtud ſit volumen ſe-
paratum,quod Sextum appellari voluit,*vt in procem. eiuſdem , in*
*§.nos ad apicem,verſ.quem,&c.*ideo fiunt continuationes.

Nec obſtat ſi dicatur, venit ad ſuppletionem, correctio-
nem, & declarationem, & vbi alterum ex iſtis deficit, vt dixi-
mus, non poteſt fieri continuatio: iam dico,quod ex quo de
neceſſitate non eſt facienda continuatio ad proxima, fiet ad
titulos, ad quos melius applicari poterit: & de hoc poſita
ſunt exempla ſupra quæ ſufficiant, cum text.*in l. 2. de ſtatu ho-*
min.& his proximos atque coniunctos applicantes titulos, vt
res patitur.

¶ Ad tertium dico, quod falſa eſt conſequentia dicere, iſtæ
rubricæ non ſunt continuandæ, ex quo Archid. vel Accurſius
non continuarunt,quia ſibi non placuit. Et ratio eſt,quia con-
15 ſequentia nulla eſt, licet auctoritas † Doctoris probabilis ſit,
non tamen neceſſaria: & iſtud fuit not.dictum Bartol. *in l. 1.in*
6.colum.ff.ſolut.matrimon. & hoc quando non eſſet Doctor &
Iuriſconſultus ad inuicem, quia tunc ſecus, *vt ibi in alleg.l.1.&*
in l.1. C.de profe.& medi. qui in vrb.conſtan.lib.12.l.1.C.de legibus. &
l.ſi de interpretatione.ff.eodem titulo. ad hoc text.cum ibi not.*in §.*
reſponſa prudentum.Inſtit de iur.nat. cùm Accurſius, Archidiaco-
nus & alij quamplures,qui ſuper hoc volumine ſcripſerunt, ta-
les non fuerint,ideo ceſſat eorum argumẽtum & opinio. Quo
ad correlarium dico, quòd ex vtraque decretali cùm ad ſup-
pletionem,vel declarationem, non autem correctionem ten-
dant agere poterit, quia funiculus duplex difficile rumpitur,
*cap.1.de treug.& pac.*Ad *l.Imperator.*quod ex vnico tantum con-
tractu, videlicet emptionis & venditionis oritur actio, agere
16 poterit.Et eſt aduertendum,quia † actio non oritur ex rubrica
ſed ex nigro,Ioan.de Imol.hic,& opinio Anch. poſſit eſſe vera,
niſi conſtitutio noua veniret ad interpretationem & declara-
tionem iuris antiqui: quia etiam coadiutoriè accedit: ita Ge-
min.hic: & ideo comprobatur per proximam ſolutionem *cap.*
1.de treug.& pac.authen.itaque.C communia de ſucceſſ.l.3.in fin.ff.de
*lib.legat.*opin.tamen Anch.licet in vno reprobetur, vt actio nõ
ex rubrica.ſed ex nigro. quod tamen intelligo, niſi rubrica ha-
beat orationem perfectam,*vt Eccleſ.beneſic.ne ſed.vac.&c.* ex qui-
bus videtur actio oriri: videtur tamen ex diſpoſitione legis pri-
mæ,& ſic ex vnico actu, quia lex noua quæ ad declarationem
vel interpretationem antiquæ non erit à prima diuerſa,ſicut ar-
gum.gloſſ *in clem.ſtatutum.de elect.*& ideo Gemin.hic non benè.
17 Vltimo † verò fundamento clara eſt reſponſio, videlicet quod
intra alleg.maximè text.*in dicto cap.1.de offic.deleg. [illegible] fra hoc libro,*lo-
quitur in extraiudicialibus, vbi habent procedere conſeruato-
res, vt ibi patet, *& in dicto cap.1.eodem titul.infra,& lib.* vel forſan
dico, quod non eſt extraordinariè procedere, quia non ſunt
extrauagantes, immò liber compoſitus & ordinatus, *vt in pro-*
*œm.ſupra.*Quare rubrica hæc continuari poteſt hoc modo, vi-
delicet tractaturus auctor de iure, præmiſit de ſumma Trini-
tate pro ſui operis fundamento: quia vbi fundamentum † deſi- 18
cit,nihil ſuperædificari poteſt, *cap.cum Paulus.1.quæſt.1.*& quia
omne ius † conſtat ex ſcripto & non ſcripto,*Inſtit.de iur.nat.gen.* 19
& ciui. §.conſtat. & 1.diſtin. §.eum itaque. ius autem ſcriptum eſt
certius & nobilius,ideo auctor præmiſit de iure ſcripto,ſcilicet
de conſtitutione & poſtea ſubmittit de iure non ſcripto,ſcilicet
de conſuetudine.

¶ Iudicio meo contra hanc continuationem inſiſtere poſſe
credo: Nam † dum dicit Abb. quem ſequuntur communiter 20
omnes, quod ius ſcriptum eſt certius & nobilius iure non ſcri-
pto, ideo præmittit de iure ſcripto: potius hoc negari poteſt,
& eſt ideo apertiſſimum: ſcriptura enim non præſtat ſibi † a- 21
liquam nobilitatem, cùm ipſa non ſit de ſubſtantia vel de eſ-
ſentia legis, & hæc eſt communis ſententia ſcribentium *in ru-*
brica huius tituli ſupra per Felinum & alios. & optimè per Ioann.
Andr.*in reg.nemo poteſt ad impoſſib.de reg iur. infra in mercu. 2. & 3.*
& vltima columna. & hoc principaliter vltra alia fundamenta
text.*in cap.1.infra eodem libr.in fin. de iureiuran.ad idem cap. Inſtitu-*
tionis.30.quæſt.2. vbi dicitur, decreta ſedis Apoſtolicæ ſcripta
vel non ſcripta fore ſeruanda,& hoc quo ad ibi not. ad idem 1.
quæſt.7. ſi quis omnem Eccleſiaſticam traditionem ſcriptam
vel non ſcriptam violauerit. Facit *decretalis dudum, in clement.de*
ſepul.ad finem, verſic. nos etenim. Vltra hæc eſt caſus etiam *in ca-*
pit.1.de renunciat.infra eodem libro. immò dicimus,quod ſi conſti-
tutio Cæleſtini,de qua Bonifacius loquitur, fuiſſet ſcripta, ip-
ſius tenorem poſuiſſet, ne teſtis eſſet in facto proprio: & iſtud
fuit primum fundamentum pro illa concluſione: de qua Ioan.
And.*in regul.nemo.in penultima columna.* Si ergo non eſt de ſub-
ſtantia ſcriptura, non erit ius ſcriptum nec certius nec nobi-
lius iure non ſcripto: vnde potuiſſet etiam auctor poſuiſſe de
conſuetudine, vbi poſuit de iure ſcripto. Pro hac concluſione
vide in ſimili, quæ de gratia Papæ facta literis non expeditis
dicuntur per Dom. de Rota. *in nouis deciſion.* 47. & Bellame. *in*
deciſ. 110. *in titul. de præſumpt. & de offic. delegat.* & Bernardinus
Biſignetus *titul.de conceſſ. præben.in 4.deciſ.* & latius *in rubri.huius*
tit.ſupra.& gloſſ.*in comment.regulæ cancel. 8.incip. item voluit quod*
conceſſa.

¶ Nec obſtat, ſi dicatur, immò nobilius hac ratione ſchola-
ſtica,nobilius dicitur illud, quod eſt in rerum natura,quam id,
quod non eſt in rerum natura, vt homo natus nobilior & cer-
tior eſt homine non nato. Et licet ad hoc fundandum nihil
alleg. tamen poteſt adduci de poſthumo, qui † non habetur 22
pro nato in his, quæ non ſunt ad ſui commodum, *vt Inſtit. de*
tutel.in §.cum autem. & in §.ſi quis filiabus. eodem lib. qui teſtam. tu-
to.dare poſſunt.& quod ibi per Aret. Ioan. Fa. Por. & Iaſon.dici-
tur,& quod dixit Bartol.& alij *in l.qui vtero.ff.de ſtat.hom.*Sed ius
ſcriptum cùm ſit in rerum natura,ius verò non ſcriptum mini-
mè, igitur nobilius & certius illud, quod eſt in rerum natura,
&c. fateor, ſed quando dicitur, quòd ius conſuetudinarium
non eſt in rerum natura, iſtud nego, immò dico quòd eſt in re-
rum natura propter vſum, licet ſcriptura non appareat, quæ vt
iam dixi non eſt de ſubſtantia legis. Quem articulum hic ſub
ſilentio prætereo, ſed remitto me ad materiam *in loco allegato,*
*& in rubr.huius tit.*per Abb. Imo. & Fel.& alios: intelligo de cõ-
ſuetudine legitima, de qua *in §.ex non ſcripto. Inſtit. de iur.nat.*&
quæ ibi not.& per totum titulum vtrobique de conſuetudine,
& hoc modo certa erit conſuetudo,ſicut lex ſcripta, nec nobi-
lior,quia vtrumque ligat: nam vt dicebat Ioan. And. *in mer-*
cur.alleg. illa diuiſ. §. conſtat. Inſtit. de iure natur. illa enim diuiſio
eſt ſubiecti ad accidens, ſicut ibi hominum vnus albus alius
niger: nam vt dixi,id intendit lex,quod conſuetudo quaſi per
frequentem vſum ab omnibus ſcita non eſt neceſſe quod ſcri-
batur,ſed legem ſcribi oportet, vt notificetur per omnes popu-
los,non quod ſcriptura ſit,de ſuo eſſe,ſed eſt neceſſaria ad ſciẽ-
tiam inducendam,quia † ſcientia non ignorantia volumus ob- 23
ligari, *C.de tabul.l.generali.lib.10.* & ſic contra aliquem ex no-
ſtris, qui tenuerunt hanc Abbat. continuationem reprehendi
non poſſe, dato quod iſtæ rubricæ ſint continuandæ.Credo ta-
men Abb.ſaluari poſſe,quod de conſuetudine, quæ adhuc nõ
eſt in rerum natura, & hoc modo ſit certius & nobilius ius ſcri-
ptum: & ſic poteſt intelligi ill[illegible] argu. ſcholaſticum: licet hoc
etiam reprehendi poſſit, o[illegible]rum.de eo quod eſt,ad id quod
non

non reperitur, eſt in vanum laborare, nec bona ſolut. quia Abb. loquutus eſt de conſuet. in rerum natura iam orta, de qua in titulo ſuo.

24 ¶ Vel dico, quòd † tractauit prius de iure ſcripto prout Abb. tanquam de dignioribus & nobilioribus, non eo quia ſcriptũ ſit, ſed à nobilioribus emanatum extitit: & hoc modo ſaluari poteſt, cùm digniora ſint præponenda, *Inſtit. de iu. perſo. & in al. leg. l. 2. ff. de ſtat. homi.* ideo potius de iure ſcripto, quàm de conſuetudine tanquam à communi hominum vſu, vt iam dictum eſt ſupra, & propter rationem huiuſmodi poſſet dici *tit. de ſum. Trin.* anterius ſituatum, eo quia conſtitutio diuina, licet conſtitutiones in Concilijs à ſummis Pontificibus, & propter hoc nõ debuit poni titulus generalis vt Nouiſſ. dicunt in hoc *tit. ſupra t. col.* Præterea fundamẽtum eſt verum, quod ius ſcriptum eſt nobilius non ſcripto, quia ius non ſcriptum legem imitatur. *§. ex non ſcripto, Inſti. de iur. natu.* ibi, diuturni mores legem imitantur, *arg. l. in teſtamento, la 1. ff. de condit. & demonſtrat. cap. conſuetudo. t. diſtinct.* vbi pro † lege ſuſcipitur conſuetudo, cum lege deficit: itẽ
25 per gloſſ. *in l. lem ſæpè, in verb. partibus. ff. de verbor. ſignific.* in iure ſcri-
26 pto † conſenſus eſt expreſſus, qui eſt potentior, & primò attenditur, vt ſupra, igitur nobilius, *vt in loco allegato 2. colum. in rubric. verſic. ſed ratio.* Sed credo quod auctor prius poſuit titulum de conſtitutione, quia frequentius eo iure ſcripto vtimur, quàm non ſcripto.

¶ Vel quia volens tractare in hoc volumine de iure, voluit ponere prius de conſtitutione tanquam de orig. iur. ſicut Iureconſul. *in lib. ff.* & qui poſſit ſtatuere, & quomodo. Vel ideo, quia ius ſcriptum ab vno, hoc eſt, à principe principaliter & ab vniuerſitate vel collegio illi omnes pro vno computantur: & cùm prius fuerit numerus ſingularis quam pluralis, vt dixit Ioan. de Socin. *in ſuo opere grammat.* & Priſcianus, dum quærebatur, quare auctor prius non dixit amamus, quàm amo: & ideo prius de iure ſcripto, tam ab vno quàm à pluribus, qui loco vnius reputantur, *vt toto tit. de his quæ fiunt à maio parte capituli.* & poſtmodũ de iure non ſcripto à pluribus vel ab omnibus, ſi eſt vniuerſalis: quia vt dictum eſt *in § ex non ſcripto,* eſt conſuetudo, quam vſus comprobauit: & quia hæc non ſunt ad alicuius quæſtionis deciſionem ſaltem importantis, teneas quicquid tibi placet, quia hæc ingenij exercendi gratia dixi, ac hodierno die vobiſcum
27 confabulatus ſum. Vel quia faciliora † in primordijs ſunt præponenda, *vt in §. his igitur. & in § fin. cum ſuis gloſſ. Inſtit. de iuſtit. & iur.* & quia ius ſcriptum probare ſola ſcriptura ſufficit, videlicet legis oſtenſio: non ſicut in conſuetudine, vel forſan & melius eſt quid voluntatis.

¶ Et pro originali declaratione huius rubricæ quæritur, quid ſit conſtitutio, vnde dicatur, & quis illam facere vel con-
28 ſtituere poſſit. Ad † primum conſtitutio capitur duobus modis, videlicet largè & ſtrictè: ſtrictè propriè dicitur, quod princeps per epiſtolam ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, *in §. quod principi placuit, Inſtit. de iur. nat. l. 1. in §. quodcunque. ff. de conſtit. princ. in fin.* & facit text. ibi: & hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur: ad hoc clarius facit text. *in cap. conſtitutio. 2. diſtinct.* & quod ibi not. Archid. & Gemin. Et tunc poteſt dici conſtitutio à con, quod eſt ſimul, & ſtatuitio, quaſi communis vel ſimul ſtatuitio, quia lex ſeu conſtitutio debet eſſe communis, & non contra certas perſonas, *cap. erit autem lex. 4. diſtinct.* & quod ibi dixit Ioan. Fan. Arch. & Gemi. Ad text. *in §. quod principi. verſic. planè,* alleg. originaliter dicitur conſtitutio quoad etymologiam reſpon. illam attendendam non eſſe, quia videtur tunc repugnare diffinitioni, per not. per Abb. *in cap. 1. penult. colum. verſic. an autem valeat argum. de iudic.* Vel dico, quod diſpoſitio non erit generalis, quia eius finis eſt in perſonam eius, ideo poteſt dici priuilegium perſonale. Et ſi dicatur, etymologia huiuſmodi nõ eſt bona, quia nimis generalis, ex quo conſtitutio inferioris debet eſſe communis: fateor, ſed non ſufficit quod ſit communis, niſi communiter cum omnibus de vniuerſitate ſtatuat ſiue conſtituat, *cap. cum M. Ferrarien. hoc titulo ſupra.* ideo conuenier dupliciter: quia princeps ſolus ſtatuit, vnde conſtitutio vt ſimul omnes apprehendat, *vt ſupra, l. fin. C. de legibus.* Alber. *illo titulo in rubric.* & ibi Paulus de Caſtr. *in l. humanum.* de qua materia longiori calamo *in repet. rubric. & cap. 1. hoc titulo* ſupra ſcripſimus. Largè verò ſumitur pro omni iure ſcripto tam ſuperioris quàm inferioris: & hoc modo ſumitur in titulo ſupra, & hic: quia non ſolum de ... ſtitutione principis, *vt in cap. 1. & 2. infra,* ſed de conſtitution ... oris ab ipſo. Et tunc dici

Repet. in lib. 6. Decre

poteſt à con, & ſtatuitio, quaſi ſimul ſtatuitio: quia omnes de congregatione ſimul ſtatuunt: & hanc credo fuiſſe mentem Goffre. *in ſumma,* quem reprehendit Dom. Hoſtien. *in ſum. huius tit.* Simili etiam reſpectu dici poteſt in conſtitutione principis, quando ſimul vel de conſilio ſuorum procerum ſtatueret, *vt in l. humanum. C. de legibus.* & tunc duplicatam habebit etymologiam.

¶ An † vero poſſit princeps ſolus ſtatuere, vel cum conſilio 29
ſuorum procerum: Hoc ſicco pede tranſeo, remittendo me ad Dom. Abb. *ſupra in hac rubrica,* & melius *in ſuis diſput. t. diſput.* per ingenioſum Dom. meum Ioan. Crotum Monſer. hic alioſque Nouiſſ. *hoc tit. ſupra,* & copioſius ad Dom. Andr. Barb. *in quodam ſuo tract. de excell. Card. in 2. q. 1. part. vbi per 15. col.* hunc examinauit articulum.

¶ Qui vero ſint, qui ſtatuere poſſint, ad Hoſt. in ſum. me remi. *in hoc tit.* vbi pulchrè ſcripſit, & ad D. Fel. *in rub. huius tit. ſup.* & hæc pro intelligentia rubricæ huius tit. in medium adduxiſſe volui: & de hoc per Bart. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & hæc quo ad rubricam ſufficiant.*

Sequitur cap. Licet Romanus Pontifex.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſuperueniens an tollat conſuetudinem contrariam.*
2 *Dictio, poſt, quid importet, num. 4. & 6.*
3 *Poſſeſſio ſemel interrupta non integratur cum alia.*
5 *Verba æquiuoca à teſtibus prolata an verificentur contra producentem.*
6 *Excommunico, verbum de qua excommunicatione intelligatur.*
7 *Verba in dubio prolata ſecundùm ſubiectam materiam interpretari debent.*
Verba intentioni, non verbis intentio ſeruire debent.
8 *Probatio dubia à communiter accidentibus an concludat.*
9 *Actum faciens contrarium primo an cenſeatur recedere à primo.*
10 *Appellans ſi coram iudice à quo comparuerit, an cenſeatur renunciaſſe appellationi.*
11 *Verbum, cenſetur, quomodo intelligatur.*
12 *Simplicitas numquid excuſet mulierem, vel ruſticum à contrarietate.*
13 *Actus contrarius primo numquid tollat primum.*
14 *Electio contra iuramentum facta an teneat.*
15 *Ab opinione communi in iudicando & conſulendo non licet recedere.*
16 *Periurus an ſit infamis, ita quod ab actibus legitimis repellatur.*
17 *Mulier iurans non alienare fundum dotalem, niſi certa ſolemnitate ſeruata, ſi contrafecerit, an obligetur.*
18 *Actus negatiuè factus concurrens cum iure communi, an tollatur per ſecundum contrarium.*
19 *Factum aduerſarij impugnans, non poteſt ſe in illo fundare.*
20 *Appellationi quis non cenſetur renunciare per actum qui non ſortitur effectum coram iudice, à quo.*
21 *Actus proteſtationi contrarius an deſtruat illam.*
22 *Proteſtatio contra naturam actus ex iuris diſpoſitione ſurgentis an iuuet.*
23 *Statuta & conſuetudines localiter creari poſſunt: & qualibet ciuitas vel caſtrum conſuetudines & ſtatuta ſibi inducere poſſunt.*
24 *Statuta quædam locorum, & quædam ſingularium perſonarum: & quæ in eis aſſignetur differentia. num. ſeq.*
Copula natura. ibid.
25 *Statuta vniuerſalia quos ligent.*
26 *Princeps quo caſu cenſeatur approbare ſtatuta inferiorum.*
27 *Conſuetudo quo caſu rationabilis eſſe dicatur, & quo irrationabilis.*
28 *Statutis loci nunquid ligetur non exiſtens de illo loco.*
29 *Poſitiones an ſuper conſuetudine ſeu ſtatuto alicuius loci fundare poſſint.*
30 *Forenſis & ciuis nouellus à pari iudicantur, qui probabilem ignorantiam ſtatuti allegare poſſunt.*
31 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini in his quæ cadunt in notitiam vicinorum.*
32 *Ignorantia an in extrauaganti excuſet.*
33 *Sententia contra extrauagantem lata an ſit ipſo iura nulla.*
34 *Statutum, quo prohibetur ignorantiam allegari, nunquid valeat.*
35 *Ignorantia an poſſit iuramento probari.*

36 *Lex ſuperueniens nunquid tollat conſuetudinem particularem, vel ſtatutum, ſiue legem generalem.*
37 *Clauſula, non obſtante, quid operetur in reſcripto principis.*
38 *Pactum an noua conſtitutione contraria tollatur.*
39 *Impetrans contra ſtatutum limitatum, de tali limitatione habet facere mentionem.*
40 *Impetrans, vt fructus in abſentia percipere poſſit, ſi nouam gratiam impetret, prima nondum finita, an de ipſa in ſecunda facere debeat mentionem.*
41 *Impetrans priuilegium ſpeciale contra primum generale, an valeat, nulla mentione habita de primo.*
42 *Legitimatus limitatè, ſi ſecundo indefinitè legitimetur, non facta mentione de prima legitimatione, nunquid valeat ſecunda.*
43 *Diſpoſitum in lege nunquid habeat locum in pacto.*
44 *Pactum contra legem nunquid valeat: & quando dicatur pactum contra vel præter legem.*
45 *Ex pacto contra legem inito nunquid oriatur obligatio naturalis.*
46 *Clauſula decreti in conſtitutione appoſita quid operetur.*
47 *Conſenſus partium nihil operatur, vbi requiritur aliquid pro forma.*
48 *Pactum contra bonos mores an obliget: & quid dicatur contra bonos mores tam de iure ciuili quam canonico. numero ſequenti.*
50 *Iuramentum de iure can. vbi ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, debet ſeruari. ſecus de iur. ciui.*
51 *Ius ciuile cenſetur approbatum de iure can. vbi reprobatum non reperitur.*
52 *Generi per ſpeciem derogatur, non autem econtra.*
53 *Decimarum ſolutio eſt de iure diuino.*
54 *Papa nunquam intendit tollere ius quæſitum alteri.*
55 *Lex ſuperueniens licèt tollat primam illi directò contrariam, non tamen tollit effectus ex illa iam ineſſe deductos.*
56 *Excommunicatus per legem antiquam, ea reuocata nunquid indigeat abſolutione.*
57 *Pactum inter partes initum ſi princeps tollere poſſit, nunquid naturalis obligatio ex ipſo orta tollatur.*
58 *Actiones à iure ciuili dependent, quas princeps nunquã tollere poſſit, & ſi tollat, quid in obligatione ex illis orta.*
59 *Princeps peccat naturalem obligationem non exequendo.*
60 *Argumentum de pacto ad ſtatutum an valeat.*
71 *Priuilegium nunquam intelligitur ſublatum, niſi de eo fiat ſpecialis mentio.*
62 *Lex noua nunquid tollat priuilegium in corpore ſtatutorum clauſum.*
63 *Statuta & conſuetudines locorum an ſint iuris vel facti.*
64 *In facto conſiſtere quid dicatur, & quid in iure.*
65 *Argumentum à contrario quando ſumatur ex iure.*
66 *Conſuetudo appellatur ius.*
67 *Papa per ſecundam conſtitutionem nunquid tollat tam ſuam quàm prædeceſſorum primam conſtitutionem.*
68 *Iuris rigor an ſemper attendatur.*
69 *Crimina omnia an ſint depoſitione digna.*
70 *Legem nemo ſibi imponere poteſt, à qua ſi voluerit, an liceat deſiſtere.*
71 *Argumentum de lege ad conſuetudinem, & ſic de ſtatuto particulari ad conſuet. valet.*
72 *Papa conſuetudinem non ſolum creatam, ſed creandam tollere poteſt.*
73 *Succeſſor à ſuo prædeceſſore an ligetur.*
Par in parem non habet imperium.
74 *Contrariorum eadem cenſetur eſſe diſciplina.*
75 *Obligatio naturalis, quæ ex conſenſu oritur, an poſſit tolli per Papam: & an eadem ſit cum illa, quæ oritur ex cõſenſu legem approbante..*
76 *Princeps quo remedio ligetur.*
77 *Argumentum corruit data inſtantia.*
78 *Obligatio naturalis quo caſu executionem mereatur.*
79 *Pactum & nudus conſenſus inter ſe differunt.*
80 *Illatio non fit ex diuerſis.*
81 *Argumentum de ſimilibus ad ſimil. quo caſu procedat.*
82 *Conſuetudo & pactum in quo differant.*
83 *Conſuetudo titulata quæ dicatur, & in quo differat à vera conſuetudine.*
84 *Statutum ſi facit mentionem de conſuetudine, de qua intelligatur.*
85 *Papa quibus nominibus appelletur, & quibus Epiſcopi.*
86 *Papa præſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.*
Reſcripta an ſint quid facti, an iuris.
87 *Reſcriptum ſecundum quare nõ tollat primum, niſi de primo mentionem faciat.*
88 *Diſpoſitum in conſuetudine vel ſtatuto particulari an in reſcripto vendicet ſibi locum.*
89 *De facto ſuo quolibet præſumitur certus.*
90 *Lex noua ad futura non ad præterita trahitur.*
91 *Lex generaliter & indefinitè loquens, generaliter debet intelligi.*
92 *Lex antiqua nunquid per nouam declaretur.*
93 *Iura iuribus concordari debent.*
94 *Imperator licet dicatur Philoſophiæ plenus, errare tamen poteſt.*
95 *Princeps habet omnia iura in ſcrinio pectoris, quomodo intelligatur.*
96 *Memoriam omniũ habere, & in nullo peccare eſt potius diuinitatis quam humanitatis.*
97 *Nihil in humanis perpetuò ſtare poteſt.*
98 *Memoria hominum labilis.*
99 *Princeps quo caſu obliuione fallatur.*
100 *Obliuio in facto proprio non præſumitur.*
101 *Diuinatio eſt miſerorum refugium.*
102 *Maritus & vxor numquid ſimul & ſemel compatres eſſe poſſint.*
103 *Opinio vulgi non eſt attendenda.*
104 *Lex noua directò contraria primæ quare primam tollat.*
105 *Voluntas attenditur, vbi ratio deficit.*
106 *Lex, reſcriptum, priuilegium, in quo differant.*
107 *Statutum in contractum tranſiens an reuocari poſſit.*
108 *Ius immunitatis alicui quæſitum, ei auferri non poteſt.*
109 *Publica vtilitas priuatæ præfertur.*
110 *Statutum in commodum non ſubditorum an poſſit reuocari.*
111 *Princeps concedens clericis priuilegium an poſſit illud reuocare.*
112 *Teſtamentum ſecundum quo caſu tollat primum.*
113 *Qualitatem aliquam ineſſe actui de iure communi, vel de iure ſpeciali paria ſunt,*
114 *Teſtamentum fauore piæ cauſæ nunquid duobus teſtibus ſubſiſtat: & an tollat primum coram ſeptem teſtibus conditum.*
115 *Affectio par tollit omnem ſuſpicionem, quæ aliàs præſumeretur.*
116 *Facultas, quæ competit in concedendo actum, multo magis competit in reuocando illum.*
117 *Filiorum appellatione legitimi & naturales tantum veniunt.*
118 *Legitimatus per patrem coram duobus teſtibus in teſtamento hæres inſtitui poteſt: & dicitur verè legitimus non fictè: & omnis macula per diſpenſationem cenſetur in eo purgata & eradicata, ac ſi nunquam fuiſſet.*
119 *Iuri patronatus clerici vel laici non poteſt legatus derogare.*
120 *Teſtatoris voluntas vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum eſt ambulatoria, & ideo eius teſtamentum ſecundum clauſulam derogatoriam habens tollit primum.*
121 *Reuocatio nunquid concedatur in dependentibus à voluntate duorum vel vnius.*
122 *Clauſula non obſt. in reſcripto cõtra ius poſita quid operetur. & quid in conſt. conciliari. num. 124.*
123 *Legis promulgatio maturius & deliberatius fit, quàm reſcripti conceſſio.*
125 *Factum à pluribus, maioris roboris exiſtit.*
126 *Conſtitutio conciliaris quo caſu attribuatur Papæ, & quo caſu non.*
127 *Prohibitus diſpenſare contrarium Concilium, non prohibetur contra decretalem conciliarem, cuius origo à ſummo Pontif. traxit fundamentum.*
Et qui ſint prohibiti diſpenſare contra Concilium.
128 *Diſpenſatio, vt quis poſſit contrahere in gradu prohibito, cum clauſula, non obſt. an valeat.*
129 *Clauſula generalis, quæ non verificatur niſi in vna ſpecie tantum, nunquid habeat vim ſpecificæ expreſſionis.*
130 *Appellatiuum nomen cum adiectiuo conueniens, vni ſoli nomini proprio æquipollet.*
131 *Expreſſum aliquid eſſe, & haberi pro expreſſo in materia ſtricta differunt: ſecus vbi agitur de materia ſtrictè interpretanda. num. 137.*
132 *Clauſula per æquipollens, an ſufficiat ſine diſpenſatione.*
133 *Inferior nunquid poſſit per clauſulam, non obſt. diſpenſare contra conſtitutionem in Conc[illegible]itam.*

134 *Reſcriptum contra legem impetratum clauſulam derogatoriam habentem non valet, niſi de ipſa in ea ſit facta mentio.*
135 *In legitimatione filij nati ex ea, cum qua matrimonium eſſe non poterat, non ſufficit clauſula, non obſtante fallit, vt num. ſequent.*
138 *Caſus verus non trahitur ad caſum fictum in his, quæ ſunt ſtricti iuris.*
139 *Princeps non poteſt ſibi legem imponere, à quo non liceat recedere: cuius voluntas per legem ipſam declaratur.*
140 *Reſcriptum ſecundum quo caſu debeat facere mentionem de primo.*
141 *Clauſula generalis, non obſtat in ſecundo reſcripto cõtra primum in forma communi impetratum tollit illud.*
142 *Genus idem operatur in generali, quod ſpecies in ſpeciali.*
143 *Fictionem quis poſſit inducere.*
144 *Princeps quando dicatur ex certa ſcientia ſcribere.*
145 *Princeps concedendo reſcriptum delegatorium ſupplicanti, ipſum ad agendum habilitare cenſetur.*
146 *In confirmatione tenor rei confirmatæ inſertus quid operetur.*
147 *Confirmatio ex certa ſcientia dicitur diſpenſatio: & actus, qui alias iuri communi non valuit, ex certa ſcientia confirmatus tenet. num. 148.*
149 *Clauſula ex certa ſcientia, quid operetur.*
150 *Tranſactio ſuper ſpiritualibus nõ admittitur, ſed amicabilis compoſitio.*
151 *Teſtatoris voluntas ex coniecturis quoque inſpici poteſt.*
152 *Princeps quando decretalem conciliarem tollere dicatur.*
153 *Princeps vel populus promouens ad dignitatem ſcienter indignum, ipſum habilitaſſe cenſetur.*
154 *Iuri communi quare facilius derogetur quam priuato.*
155 *Officium tum adminiſtratione, cum cauſæ cognitione præſumitur conceſſum à principe.*
156 *Neceſſitatis caſus in conſequentiam minime trahi debet.*
157 *Diſpenſatio præſumitur ſemper facta cum cauſa cognitione, & eſt ſtricti iuris.*
158 *Tutor ſemel ſuſceptam tutelam nunquid poſſit deſerere.*
159 *Diſpenſatio trahitur ad conſecutiua.*
160 *Reſtitutus quo ad depoſitionem nunquid ſit reſtitutus quo ad infamiam.*
161 *Clauſula, ex certa ſcientia, nunquid ſufficiat ad remouendam decretalem clauſulam derogatoriam habentem.*
162 *Clauſula generalis, non obſt. nunquid tollat decretalem Conciliarem.*
163 *Clauſula, ex certa ſcientia, nunquid tollat contraria iurata. Et quid in clauſula, non obſt.*
164 *Princeps præſumitur omnia iura in ſcrinio pectoris habere.*
165 *Certiorari minimè debet amplius, qui ſemel certus eſt.*
166 *Conceſſum ex certa ſcientia principis quibus modis quid dicatur.*
167 *Clauſula derogatoria nunquid tollatur per aliam ex certa ſcientia.*
168 *De falſo ſuſpectus in crimine falſitatis pro falſo reputatur.*
169 *Princeps multa concedit per importunitatem, non concedenda.*
170 *Clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis æquiparantur.*
171 *Taciti & expreſſi nunquid par ſit virtus.*
172 *Mater quo caſu excludatur à ſucceſſione filij.*
173 *Leges vel canones clauſulas derogatorias habentes quæ ſint.*
174 *Clauſula ex certa ſcientia, & motus proprij, an æquiparentur.*
175 *Reſcriptum in fauorem priuati, & in præiuditium tertij nõ valet: ſecus in fauorem reipubl.*
176 *Fauor priuati, & fauor reipub. quomodo differant.*
177 *Papa dicitur eſſe ex certa ſcientia ſupra ius, & contra ius & extra ius omnia poſſe.*
178 *Claſula, ex certa ſcientia, ab inferiori poſita, an idem operetur, quod à principe poſita.*
179 *Princeps tertio præiudicare nunquam intendit.*
180 *Facti ex narratione ſatis dicitur princeps informatus.*
181 *Index circa quæ habeat poteſtatem.*
182 *Exceptio quid ſit: & an ſit de iure naturali: & Papa nunquid eam tollere poſſit.*
183 *Iuſſio ſecunda an & quando expectetur à principe.*
184 *Verbum, ſolet, eſt voluntari- oportet, neceſſarium.*
185 *Actus geminatus fortior eſt -lex.*
186 *Reſcripti geminatio an habeat vim clauſulæ motus proprij.*
187 *Reſcriptum & priuilegium in quo differant.*
188 *Priuilegium dicitur lex priuata, quia reſpicit priuatam vtilitatem & contra ius commune.*
189 *Sanctorum patrum dicta melioribus rationibus fulcita ſeruantur, non autem habetur conſideratio prioris vel poſterioris.*
190 *Concilium an liget.*
191 *Par in parem quo ad prædeceſſorem non habet imperium.*
192 *Gloſſ. Innoc. an habeant vim legis.*
193 *Auctoritas doctoru licèt ſit probabilis, non tamen eſt neceſſaria.*
194 *Conſtitutio noua ſuperueniens nunquid tollat conſuetudinem generalem.*
195 *Iura quandoque contra iuris regulas ſtatuunt, ne diſpoſitio ſit inutilis.*
196 *Argum. de parte ad totum non procedit.*
197 *Conſuetudo quo caſu iuri communi vinculum præſtare dicatur.*
198 *Ratio legis anima eius.*
199 *Conſuetudo particularis legi contraria an per ſuperuenientem legem idem quod prima diſponentem remota eſſe dicatur.*
200 *Res de facili ad ſuam naturam reuertitur.*
201 *Lex noua ſuperueniens an per veterem diſtinguatur.*
202 *Superfluitas reprobanda. num. 213.*
203 *Statutum idem quod ius commune continens, an per nouam conſtitutionem illi contrariam tollatur.*
204 *Papa ea, quæ ſunt iuris, minime ignorare præſumitur, ſecus quæ ſunt facti.*
205 *Reſcriptum ſecundum quando de primo mentionem facere debeat.*
206 *Diſpoſitio noua derogans priuilegijs, non cenſetur remouiſſe illud, quod in ſtatutorum corpore eſt clauſum.*
207 *Voluntas non trahitur ad nobis incognita.*
208 *Qualitas minor & maior ad inuicẽ concurrentes confunduntur; ſecus ſi ſint pares.*
209 *In æquiparatis à iure ſtatutum in vno an habeat locum in alio.*
210 *Lex ſublata per reſcriptum vel contrariam legem, nunquid conſuetudo illi conformis cenſeatur ſublata.*
211 *Statutum id quod ius commune cõtinens, ſingularium perſonarũ eſſe non dicitur.*
212 *Argum. à multo magis procedit.*
214 *Statuentes idem quod ius commune, ipſum ius commune cõfirmare videntur.*
Confirmatio quid operetur. ibid. & an ab inferiori fiat, & eſt duplex.
215 *Seruitutes duæ vbi concurrunt, an vna ſublata, remoueatur altera: & quid, vbi ſunt duo vincula.*
216 *Lex vnde robur obtineat: & quos liget lex principis.*
217 *Conſuetudo quando iuri communi addere dicatur.*
218 *Miles nunquid per ſecundum teſtamentum videatur reprobare primum.*
219 *L. magiſtratus. ff. ad municip. quomodo intelligatur.*
220 *Conſuetudo potentius facit ius commune*
221 *Hæres legitimus ſi inſtitutus fuerit, & quaſi inſtitutus repudiet, an vt legitimus admittatur.*
222 *Legatum quare à teſtamento, ſit ſeparatum.*
223 *Tutor confirmatus an teſtamentarius vel datiuus eſſe dicatur.*
224 *Stipulatio in diſſolutione matrimonij idem continens, quod legalis diſpoſitio an valeat.*
225 *Debitum ex vna cauſa an in aliam ſimilem deducatur.*
226 *Statutum idem quod ius commune continens, an ſecundum illud reguletur.*
227 *Ius prætorium & ciuile quando inter ſe differant.*
228 *Exceptio debet eſſe de regula.*
229 *Statutum idem quod ius commune continens, ei remediũ addens, an illo remoto, remoueatur & iſtud.*
230 *Legis ratione ſublata an cenſeatur ſublata etiam ipſa lex.*
231 *Spetie vna remota nunquid tollatur genus:*
232 *Teſtis ſi eandem rationem cum dicto aſſignat, eius dictum non valet.*
233 *Ratio in ſtatuto & conſuetudine ita attendi debet ſicut in lege.*
234 *Statutum iuratum continens idem quod ius cõmune, an eo remoto ſit tale ſtat. remotum. fallit. nu. 236.*
235 *Iuramentum non obligat ſubditum in præiudicium iuris ſine auctoritate ſuperioris.*
Vt ſit efficax, quid in eo requiratur. ibid.

237 *Princeps antiqua priuilegia confirmando, in dubio non dicitur de nouo dare.*
238 *Confirmationis natura quæ ſit.*
239 *Eccleſia quando vult vti ſtatuto vel lege in eius fauorem faciente, quid facere debeat.*
240 *Conſuetudo & ſtatutũ in dubio rationabilia eſſe cēſentur, niſi cõtrarium probetur.*
241 *Peccare non dicitur, qui contra ſuperiorem iniuſtum & eius legem reſiſtit, lege permittente.*
242 *Ius conſuetudini reſiſtens, contra illud creari minimè de nouo poteſt.*
243 *In diſpoſitionibus quæ de nouo continuo inducuntur, reſpectu nouæ diſpoſitionis incipit de nouo præſcriptio.*
Lex ſemper loqui dicitur, & quomodo intelligatur. ibid.
244 *Legis natura eſt potius futura quam præterita reſpicere: & quid de ea, quæ ad præterita trahitur. nu. 254.*
245 *Verba ſimpliciter prolata quomodo intelligantur.*
246 *Nomina poſſeſſiua ſeu pronomina præſens tempus non autem futurum deſignant.*
247 *Veſtibus in teſtamento legatis, an præſentibus an de futuris intelligatur.*
248 *Verba ad præſentia relata non comprehendunt futura.*
249 *Statutum à ciuitate factum an & quando priuilegium ab eadem conceſſum tollat.*
250 *Clauſula generalis, non obſt. aliqua conſuetudine, quid importet:*
251 *Conſuetudinis ratione remota, an ipſa ſubſiſtere poßit.*
252 *Diſpoſitio, quæ multipliciter intelligi poteſt, vt à iure communi nõ exorbitet, eſt reſtringenda.*
253 *Præſcriptionem contra maiorem non concurrere, quando intelligatur.*
255 *Lex noua conſuetudini reſiſtens, quæ de reſeruatis Principi loquitur, an noua ratione fundata tollatur.*
256 *Statutum vel conſuetudo particularis an & quando per legem nouam, etiam de his nulla mentione habita, remoueatur.*
257 *Vtilitas publ. priuatæ præfertur.*

LICET ROM. PONT. Summari poteſt vt *in rubro*, & diuidi ſicut gloſſ. prima in duas partes: In prima decidit quæſt. de qua quæritur, & rationem reddit: & reprobat ſimilitudinem & cauſam ſoluit: Secunda dictum modificat dupliciter. Secũda *ibi, ipſis, &c.* Et hęc videtur communis Doct. intelligentia ad decret. huiuſmodi.

1 ¶ Pro † ratione dubitandi in caſus poſitione adduci poteſt id, quod not. per Ioan. Andr. *in ca. vnico. inf. de cleri. coniu. in verb. volumus.* vbi expreſſe ſentit, quod conſtitutio ſuperueniens cõſuetudinem contrariam reprobat: de qua per glo. *in verbo, facti. infra videbimus.* & hoc modo duplicem dubitandi rationem habet cum expreſſa in text. quarum ſol. facilis erit, de qua in proceſſu dicemus. Ex quibus ſecundum quæſitum Gemi. hic expeditum erit, quod cum primo nullã ſeu modicam in ſe difficultatem habet.

2 ¶ No. primo † *ibi conſtitutionem condendo poſteriorem, &c.* quod dictio, poſteriorem, poteſt denotare actum mediatum & ſic non ſucceſſiuum, & factum immediatum, id eſt ſucceſſiue factum: pro quo dicto hic Gemin. adducit gloſſ. *in verbo, tertiam, in fin. in c. cum Vintonien. de elect. ſup.* & text. *in cap. fin. circa medium, de exceſſ. prælat.* & faciunt ad quæſtionem, quod ſi teſtes producentur ad poſſeſſionem probandam, & deponat Titium poſt Sempronium poſſediſſe, de neceſſitate non probatur ſeu infertur, quod immediate & ſucceſſiue poſſederit: quæ vt clarior appareat ſic declarari poteſt. Nam volo probare me præſcripſiſſe fundum, & probo illum bona fide ab eo, quem à domino mandatum de vendendo habere credebã, emiſſe, quo caſu bonæ fidei poſſeſſor eſſe dicor, *l. bonæ fidei emptor. ff. de verbor. ſignifica.* Ad præſcriptionem probandam 10. annor. produco teſtes, qui dicunt, quod Sempronius, à quo cauſam habui, poſſedit quinque annis, & ego annis totidem poſtea poſſedi: per huiuſmodi depoſitionem me continuatam poſſeſſionem minime probaſſe fatentur: quapropter me ſuccumbere oportet,
3 quia poſſeſſio † interrupta non integratur cũ alia, *l. Pomponius, in §. quæſitum ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis pro emptore, in § fin. ff. de vſucap* & quæ longiori calamo ſcripſi *in c. 5. de vit. & honeſt. clerico. in prima colum* & ideo probatio non concludit: & cum iſta ſententia tranſeunt hic Peruſi.

¶ Et rationem aſſignant, quia † dictiones poſt, poſterior, & poſtea, ambiguæ ſunt & ęquiuocę, adeo quod poſſunt importare actum ſucceſſiuum & non ſucceſſiuum, vt nuper dictum eſt ſupra, quod probant per text. *in l. illud. in §. fin. ff. ad leg. Aquil. & in l. pacta conuenta. in prin. ff. de contrah. empt. & per not.* per Bart. *in l. fructus, in fin.* & Alexan. *ff. ſol. matr.* ſed † verba æquiuoca à teſtibus prolata verificantur contra producentem, *c. in præſentia.* & quod ibi Aret. & alij. *ſup. de probat.* 4
5

¶ Confirmatur per id, quod dixit Bald. *in l. 1. in §. fin. ff. de verbor. obligat.* in qua opin. fuit Ioan. Crot. Monfer. vir ætatis noſtræ vndecunque clariſſ. *in repetit. huius decretalis, in 2. colum. in fi.* pro quibus ſatis. *c. in præſentia, alleg. legendo laborioſe dixi.* Alexan. *conſil. ſuo 284. Viſo teſtamento, colum. 2. in ſecundo volum.* eundemque *in l. mutuum. in §. creditum, in 1. colum. & in l. fructus, ff. ſolu. matrim.* etiam ſupra allegat. & quod voluit *in l. fin ff. de hæred. inſtit.* Gemin. vero ſuæ ſol. immemor *in cap. frequens, de reſtit. ſpol.* infra contrarium tenuit, vbi teſtes ſic vt ſupra deponentes immediatam poſſeſſionem probant, per illum text.

¶ At ſuper difficultate † huiuſmodi, iudicio ſaniori ſaluo, diſtinguerem: aut teſtes deponũt per verbum poſterior, aut poſtea, vel poſt, vt ſi dixerint, dicimus Semproniũ poſſediſſe Titium poſtea: vel ſcimus, quia vidimus Sempronium priorem & Titium poſteriorem: vel Titius poſſedit poſt Sempronium, &c. primo caſu immediata poſſeſſio non probatur per textum *in d. l. illud, in §. fina. ff. ad l. Aquil.* vbi ſi quis vulnerauerit ſeruum vel alterum, & poſtea occiderit, tenetur non ſolum de vulnere ſed etiam de homicidio, & ſic interuallum ſignant: ad quod etiam facit tex. *in alleg. l. pacta. ff. de contrah. emp. in prin.* & hoc modo intelligatur hic verbũ ſiue dictio *poſteriorem*, cum dicto Gemin. & ſequacium. 6

¶ Secundo vero caſu neceſſitatem importabit, ex quo datur intelligi, quod poſſeſſionem immediatam probabit: quia verbum poſt, pro incontinenti exponitur, text. eſt *in alleg. c. frequẽs. infra de reſtit. ſpol.* & ſic etiam text. *in alleg. ca. cum Vintonien. iuncta gloſ. ſupra de elect.* intelligetur, vbi illæ duæ electiones factæ fuerunt vna poſt alteram incontinenti, quod probat text. in prin. vbi vult, quod ad electionem Epiſcopi Canonici intrarunt, & in diſcordia pars Archi. decanũ elegit. Altera vero prioris præcentorem: ad quod facit text. *in d. c. fin.* in medio contra allegãtes retorqueri poteſt. Adde tamen optimum text. huiuſmodi diſtinctionem probantem *in c. ſtatutum, de præben. infra in ſecunda parte ſui* ibi, *demum poſt menſem à die quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacauerint, &c.* & cum diſtinctione tranſeo. Quare non erit ſimpliciter verum dicere, quòd verbum æquiuocum à teſte probatum contra producentem interpretetur, per alleg. ſupra quæ regula reſtringi & limitari oportet non habere locũ, quãdo illud verbum in propria ſignificatione ſui intelligeretur, tunc text. *in c. in præſentia.* alleg. cum alijs non habet locum. & cum hac ſententia tranſit Rom. *in l. 1. §. qui præſens, ff. de verborum obligat.* Aretin. in *alleg. l. fructus, ff. ſolut. matrimon.* quod dixit eſſe menti tenendum: & hoc modo cytharam cum pſalterio concordandam eſſe putaui, argum. text. *in capit. diuerſis fallacijs, de cleric. coniugat.* licet gloſ. text. ibi pro cythara vitam actiuam, pro pſalterio vero contemplatiuam expoſuerit in verbo, cythara.

¶ Nec obſt. ſi dicatur, quòd reſpectu argumenti intelligitur, quòd dictio poſt, & poſterior habet: quia reſp. quod illud facit pro iſta diſtinctione, quia poſterior magis remotum ſignificat à dictione poſt, & poſt propinquius: nam videmus, quod excommunicationis verbum maiorem & minorem comprehendit, tamen ſi dicatur, quod aliquis ſit excõmunicatus, maiori innodatus erit: pro quo vide quæ dicemus *in cap. proximo, hoc titu. & lib.* & quod not. *in §. ſed quotiens, Inſtit. de iur. natur.* cũ aliis, quia in potentiori ſignificatu, &c. vide pro iſta ſol. Felin. *in d. c. in præſentia.* vbi ad regulam ſupra allega. quamplures fallentias dedit dé verbo æquiuoco ſiue æquiuoce prælato, *in 7. & 8. colum.* & ideo hac diſtinctione vera contra tunc noſtris ex concurrentibus quendam virum profecto litteratura vtriuſq; cenſuræ ac religione laudandum eos perperam iudicare, qui ſimpliciter firmãt, poſt, æque proprie importat actum mediatum ac immediatum.

¶ Ad correlarium tamen alio modo reſpondendo mouebar, vt † verba in dubio prolata ſecundum ſubiectam materiam interpretari debent: caſu[illegible] eſt *in cap. præterea.* & ibi Docto. *de ſponſal. & matrimon.* ratio[illegible] quia verba intentioni non autem 7

tem

tem intentio verbis ſeruire putamus, *cap. intelligentia,capit.præ-
terea,de verb. ſignific. ſupra l.ſcire leges. ff.de legib.* quia non in foliis
ſed in radice rationis conſiſtit Euangelium, *cap.Marchion.1.q.1.
c.his autem.22.quæſt.2.* ſed hoc caſu dato quod iſtud verbũ poſt,
ſit æquiuocum,& ſic importaret actum mediatum, neceſſe eſt
tamẽ intelligere poſſeſſionem immediatam probatam extitiſ-
ſe,quia poſſeſſio ſemel interrupta, &c.prima tamẽ ratio magis
placet, quia nunquam vel raro regula *c.in præſentia, de probatio.*
locum haberet : & quomodo continuata poſſeſſio probetur,
vide Spe. *tit.de proba.in §.2.verſ.ſed quæritur qualiter probari poſſit,
col.9.& 10. vbi de hoc.*

8 ¶ Conſideretis† tamen, ſi dici poſſet, probationem teſtium
ſic vt ſupra deponentium à communiter accidentibus cõclu-
dere:quia ex quo vt ſupra bonę fidei emptor à iure dicitur idẽ,
communiter ſolet illa clauſula in inſtrumẽtis apponi, pactum
de poſſidendo, &c.videtur quod ſatis ſit probata poſſeſſio per
depoſitionem huiuſmodi: vnde videtur hæc duo ſufficere,ar-
gum.text.*in l.nam ad ea,cum ibi not.ff.de legib.*& hoc modo Bald.
text.*in c.in præſentia.*alleg.limitat *in c.fin.*verſ.vltimo not.*de cau.
poſſ.ff.& propriet.*quod eſt vtile multum ad probationem mate-
riam, gloſſ. & Bald. *in l.cum dotem,C.de iure doti.* Bald.& alij *in l.
neque natales, C. de probatio. & in capitu. 1. §.vaſallus,in princip.ſi de
feud.fuer. controu.inter dom. & vaſall.* vide pro iſta reſtrictione ſi-
ue intelligentia , quæ poſt alios poſuerunt Nouiſſ.Mediola-
nen.*in dicto cap.in præſentia, alleg.13. not.verſic.tertio niſi à commu-
niter accidentibus,&c.*

9 ¶ Not.ſecundo,quod † faciens actum contrarium primo,
de quo eſt certificatus, ab illo recedere videtur : probat text.
hic,dum dicit,Papa cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pe-
ctoris ſui:præſumitur ergo certus de l.prima, & ſic de primo a-
ctu,per l.ſecundam primæ contrariam, & ſic per ſecundum a-
ctum,primo contrarium recedit à primo:hoc expreſſe text.di-
cit, pro quo facit text.*in capit.gratum, in ſecundo reſpon. de offic. &
poteſt.iudic.deleg.cap.ſi quem.de procur.infra hoc lib.l.pen.C.de re iudi.*
10 Nam appellãs,ſi† coram iudice à quo litigauerit,& litem pro-
ſequetur coram eo per actum huiuſmodi contrarium primo,
& de primo certus eſt,tollitur appellatio, id eſt, primus actus,
dicto cap.gratum. & in cap.ſollicitudinem, de appellatio.& quod ibi
not. ratio eſt, quia voluntas, quæ ex facto declaratur, eatenus
arguitur & demonſtratur, quatenus ex ipſo facto inferri vide-
tur, Barto.*in l.1.§.ſi quis hoc interdicto,in fin.ff.de itine.actuq; priua.*
vnde qualitas actus, qui fit coram iudice à quo debet conſide-
rari,an contrarietatem inferat & tacitum conſenſum : quod
intellige verum primo caſu etiam in appellatione interponẽ-
da ſecundo,dummodo actus eſſet contrarius : ſecus ſi tende-
ret ad appellationis confirmationem, vt ſi coram iudice à quo
grauamen reuocari petierit, ad quod probandum teſtes indu-
ceret,gloſſ.*in cap.ſi à iudice.de appellat.*& Abb.*in dicto cap.gratum,
& in cap.quod ad conſultationem, colum.5.de re iudicat.& in cap.cum
veniſſent,colum.3.de eo qui mit.in poſſeſſ.cau.rei ſeruand.*de quo vide
Nouiſſ.*in dicto cap.gratum, in 3.colum. verſic.ſed aduertendum,cum
ſequentibus.*

11 ¶ Non obſtat ſi dicatur, text. hic non videtur probare, quia
† verbum ibi, cẽſetur habere: videtur potius præſumptiue lo-
qui,nos autem loquimur in caſu vero , ſcilicet quando certifi-
catus eſſet de primo,*l.omnium,C.de teſta.cum alijs ibi:* vnde vide-
tur potius ficte loqui, quæ fictio intelligitur quoad poteſtatẽ,
vt infra in gloſſ. habere dicetur. Sed ſolut.quod præſumitur pro
ſententia,quia per illud verbum ita Papa vere iudicauit:de cu-
ius ſignificatione vide quod not.*in l.cenſeri. ff. de verborum ſigni-
ficatio.l.4.C.de agricol.& cenſib.lib.11.* & vide quod not. gloſſ.*in
clemen.1.de conceſſ.præben.* alteram *in clem.1.de probat.* vbi volunt,
quod verbum cenſemus, in conſtitutione poſitum ſit noui iu-
ris inductiuum:propter quod conſidera,ſi poſſit dari noua ſo-
lut.inter hunc text.& text.*in alleg.l.omnium.*de quo infr.ſuo lo-
co dicemus.

12 ¶ Amplia† primo huiuſmodi concluſionem,quando faciẽs
actum contrarium primò, licet de primo eſſet certificatus, al-
legaret ſimplicitatem, quia non admitteretur etiam ſi eſſet ru-
ſticus vel mulier, quia allegans contraria non auditur, *l.1.C.de
fur.l.vbi repugnantia.ff.de reg. iur.*& ratio, quia vbi eſt contrarie-
tas,ſimplicitas ibi eſſe non poteſt, Bald.*in l.ſcriptura, colum.fin.
verſic.quærunt Doct.C de fide inſtrum.* Ioan.Andr.*in c cum Ioan.de
fide inſtrum.*Eſt verum,quod Nc[illegible] *in c.ſollicitudinem, in 2.col.8
not.*dixerunt, quod quando act[illegible] contrarius, vnum ex
illis contrariis aduerſarius acceptare poteſt: fuit dictum Bald.
quem alleg.*in l.cum precum.circa fin.ver.& not.C.de lib.cau.*quod
pro ſingulari dicto alleg.

¶ Amplia† ſecundo,etiam ſi primus actus eſſet iuratus,quia
illi præfertur ſecundus:ad quod facit text.*in cap.ſicut ex litteris,* 13
de ſponſ. & matrim. vbi licet iurauerim contrahere matrimoniũ
cum Berta, ſi tamen cum alia cõtraxero , tenet matrimonium:
ad quod vide Spec.& Ioan.Andr.*in tit.de lega.§.nunc tractemus,
verſ.ſed ſi legatus reſeruauit.* vbi receptio facta de aliquo in cano-
nicum per canonicos vltra numerum in ſuo ſtatuto terminatũ
& iuramento vallatum,valet,incurrũt tamen periurium : & in
hoc reſidet Ioan.Andr.Ant.de But.Anch.& Abb.poſt multos
antiquos *in c.dilecto,de præben.*

¶ Sed aduerte† primò, quia Innoc.ibi videtur text. illum in
contrarium adducere *in verſi. niſi forte.* vbi videtur innuere ele- 14
ctionem contra iuramentum factam non tenere : cui tamen
Ioan.And.ibi reſpondet,quod ibi fuit allegatio partis,quæ nõ
probat,niſi Papa ſe fundat in illa,*clement.per litteras.de probatio.*
vel ibi dicitur , quod alicuius receptio non debet fieri contra
formam iuramenti: facta tamen valet, quia ibi non reſiſtit : &
plus videtur,quod Innocent. non teneat opin.huiuſmodi,in-
quantum refert alios volentes receptionem valere: Ioan.de I-
mol.& Abb.*in d.c.dilecto*, hanc eſſe † communem ſententiam
dicunt,à qua in conſulendo & iudicando nõ eſt recedendum, 15
Paul.de Caſtr.*conſil.59.* Andr.Sicul.*conſil.incipiente, Afferam.*Bal.
*in l.1.ff.de vulga.& pupilla.& in cap.1.in fin.de natu.feud.*facit quod
habetur *in cap.præterea,de appella.*& quod not.Ioan. Andr.*in reg.
quod ſemel,de regul.iur.in mercuria.* & Arch. poſt gloſſ.*in c.vltima
voluntas,13.quæſt.2.* vbi licet quis iurauerit non mutare teſtamẽ-
tum, ſi tamen mutet, tenetur, de periurio tamen punitur , de
quo infra.

¶ Secundo † opp.infames ab actibus legitimis repelluntur,
*c.licet ex quadam.c.teſtimoniũ.*cum ibi not.*de teſti.c.infamis, §.tua,* 16
cum ſequen.3.q.7. ſed huiuſmodi actum contrarium primo & iu-
raro facientes ſunt periuri, & per conſequens infames,*l.ſi quis
maior.*& quod ibi not. *C.de tranſ.* igitur nec electio, de qua ſup.
valebit.Sed reſponderi poteſt,quod actus ſecundus ſicut in a-
ctu receptionis pręcedit periurium,quia ante actũ & receptio-
nem non ſunt periuri:ideo nec infames, ſed tantum poſt actũ,
ideo non vitiatur actus,de periurio tamen puniuntur,vt ſupra
& iſta fuit reſpon.Ioan.And.*in dicto cap.dilecto,de præben.* & vide
Alexan.*conſil.ſuo 16. Ponderatũ narrat.in 2.colum.verſicu.nec obſt.ſi
diceretur quod recipientes,in 3.volum.fol.mihi.20.vbi latius pro intel-
lectu d.c.dilecto.*

¶ Tertio † & vltimo pro nunc contra ampliationem huiuſ-
modi facit gloſſ.reputata ſingul. *in ca.licet mulieres,de iureiuran.* 17
infra hoc lib. vbi ſi mulier nupta iurauerit primo non alienare
fundum dotalem,nec alienanti conſentire, niſi cauſa rationa-
bili & iudicis auctoritate interuenientibus,ſi contra fecerit e-
tiam cum iuramento ſine iudicis auctoritate , nõ obligabitur:
& iſta eſt limitatio ad id, quod habetur *in c.cum contingat, ſupra
de iureiur.* & ibi not. Hoſt. Bart.*in l.ſi quis pro eo,in princ.in 3.mem-
bro,ff.de fideiuſſo.& in l.ſi prædium, C.de iure dot.*Specu.*in tit.de em-
ptio.& vendit.§.tertio loco.verſic. & not.conſilium,* alias quid ergo,
per id quod habetur *in c.in intellecto.de iureiuran.*Sed reſponde-
ri poteſt, non valuit ibi actus † ſecundo loco factus & primo
contrarius etiam cum iuramento , quia cum iuramento nega-
tiue præſtito per mulierem de non alienando concurrebat di-
ſpoſitio iuris communis alienationem ſimilem prohibentis,
l. 1. in §. & cum l. C. de rei vxor. actio. l.lex Iulia. ff. de fund.dotal. fa-
ciunt quæ not. Doct.*in l. ea lex. C.de condit.ob turp.cauſ.& in l.fi-
liusfam.§.diui.ff.de legat.primo.* Circa contractum formatum *in
§.ſanctiſſimas, in Authent. de alien. & emphyt. & in l.2. C. de vſucap.
pro emptio.* vbi quando pactum de non alienando appoſitum
in contractu habet concurſum iuris communis , impedit do-
minij tranſlationem:quod ſecus eſſet, niſi talis concurſus in-
teruenisſet:& iſta fuit reſpon.Ioan.de Imol.*in alleg.cap.dilecto,*
quam refert & comprobat Alexan.in conſil. ſupra allega. in 3.
colum.verſ.& non obſt.cum aliis reſponſionibus:& hoc mo-
do ampliatio noſtra , de qua ſupra, limitari poteſt, habita hu-
iuſmodi ſol. pro vera.

¶ Fallit primò, quando dicimus per actum ſecundum pri-
mo contrarium videtur à primo receſſum : eſt verum quando 18
ſecundus eſſet effectum ſortitus,alias minime, gloſſ.*in cap.cum
veniſſent,de eo qui mit.in poſſeſſ.cau.rei ſeruan.* & ibi Abb.*colum.3.in
princ.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

princ.poſt gloſſ. & pro ſingul.tradit Roman. ſingul.150. Appellans,
cum ſimil.& per Modern.& Nouiſſ.in cap.gratum, 4.colum.verſic.
tertio limita. Peruſ.in cap.ſollicitudinem,colum.6.verſicu.ſecundo li-
mita.de appella. pro quo alleg. Bald.in l.ſuus hæres, C.de repud. hæ-
19 red. vbi in 2.not. dicit, quod † qui non acceptat verba aduerſa-
rij,ex illis ſe fundare non poteſt:& in terminis fuit dictum Bal.
in l.nihil,§.ſi cum filius,in fine.ff.de inoffic. teſtament. vbi per actum,
20 qui non † ſortitur effectum coram iudice à quo, non videtur
quis appellationi renunciare Aret. in l.naturaliter, §.nihil com-
mune,colum.11.ff.de acquiren.poſſeſſ. Anton.de Butr. in cap.paſtora-
lis,colum.6.de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi contraueniens priuile-
gio illi renunciare videtur,quando actus contrarius habuit ef-
fectum,alias ſecus: vide not. per Andr. Sicul. in cap.volentes,de
offic.legat. & poteſt dici actum ſecundum effectum ſtatim ſor-
titum, quando vterque ſimpliciter dependet à mera volunta-
te facientis,de quo in cap.1.& in cap.ſi quem,cap.ſi duo,de procurat.
infra intimatio tamen requiritur, argum.eorum quæ not.in cap.fin.
eod.tit.& lib.infra.

21 ¶ Fallit ſecundo † prædicta concluſio in actu proteſtatio-
ni præcedenti contrario,qui ei non officit: pro quo vide Ioan.
Andr.in cap.ſollicitudinem,de appellat.& Peruſ.in ibi, Imol. in cap.
cum M.Ferrarien.colum.penultim.de conſtit. Calder.conſil.5.eod.tit.
Alexan.in l.non ſolum,in §.morte,colum.7.ff.de nou.oper.nunciat.vt
quando quis litigat coram iudice,& proteſtatur quod in illum
non vult conſentire, actus videtur proteſtationi contrarius,&
tamen proteſtatio iuuat.Innoc.in c. Cumana, de elec. quem refe-
runt Nouiſſ.Mediolan.in c.1.de ind.vltim.fol. quod intellige ve-
rum, niſi talis proteſtatio eſſet contra naturam actus ex iuris
diſpoſitione ſurgentis,quia non iuuat, d.c.cum M.Ferrarien. vbi
proteſtatio, quod receptus in canonicum nihil percipiat, vi-
tiatur, quia eſt contra ius, quia receptus in canonicum debet
habere præbendam, cap.relatum,de præben.ſupra, cap.diaconi.28.
22 diſtin. vbi † vitiatur proteſtatio, ſi promotus ad ſacros ordines
proteſtetur,quòd non vult ſeruare caſtitatem: facit text.in l.1.
§.1.ff.ſi vſusfru.petat. ratio eſt, quia videtur actus præciſe prote-
ſtationi contrarius, ideo proteſtatio vitiatur, vt not. declarat
Angel.in l.iuris gentium,§.quod fere, ff.de pact. Bald.in l.Neſennius,
ff.de negot.geſt. gloſ. per illum text. in clement.gratiæ, in verbo, re-
nunciare,de reſcript. ratio eſt, quia in his caſibus proteſtatio di-
ſpoſitioni iuris derogare minime poteſt, vt not. declarat Abb.
in dicto cap. Cumana.colum.4.verſic.3.contra prædicta, de elect. pro
quo adaptari poſſunt ea, quæ pro ſolu. gloſſ. in cap.licet mulie-
res. ſupra dicta fuerunt: pro quibus vide Philip. Deci. virum
profecto ætate noſtra abſque aliorum iniuria celeberrimum,
in dicto cap.ſollicitudinem, 4.& vltim.colum.verſicu.in gloſſ.fina.de
appellatio.

23 ¶ Not.tertiò, quod † ſtatuta & cõſuetudines localiter crea-
ri poſſunt, quia quælibet ciuitas vel caſtrum conſuetudines &
ſtatuta ſibi inducere poſſunt, cap.catholica.11.diſtinct.cap.illa.12.
diſtin.& cap.certificari,de ſepultu. cum aliis per Bartol. in l.omnes po-
puli,ff.de iuſtit.& iur. Eſt tamen attendendum pro intelligentia
24 cuius concluſionis, quòd quædam † ſunt ſtatuta locorum,
quædam vero ſingularium perſonarum, inter quæ differentia
nõ modica aſſignari poteſt propter copulam inter ea poſitam,
de cuius natura eſt copulare diuerſa, cap.ex parte,cap.ad aures,de
reſcript.& not.in rubr.ff.de iur.& fact.ignoran. dixi in rubr.de præben.
& dignitat.& in cap.2.infra hoc titu.in capit.querelam, de ſimon. per
Bartolum in l.ſi finita,§.eleganter,ff.de damn.infect. & quando re-
ſoluatur in diſiunctiuam, vide & multa alia per Franc. Paui. in
ſuo tractat.de pot.cap.ſede vacant.in 3.præmiſſo: & de pluribus aliis
dictionibus, videlicet vti, atque, neque, ſeu, ſiue, cum alijs
Paul.de Caſtr.conſil.201.num.5.verſ.circa quod not. & ibidem verſ.
25 regula autem eſt quod copula,&c.in primo volum.cum alijs. † Nam
per ſtatuta locorum ea intelliguntur, quæ generaliter obſer-
uantur in loco, & vniuerſaliter ibi omnes ſubditos ligant, vt
in c.proximo.inf.l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.not.in l.omnes populi,ff.de
iuſtit.& iur.& in §.nam quod quiſque populus, de iur.natur.gent.&
ciuil.Inſtit. Singularium vero perſonarum intelligũtur illa, quę
perſonæ ſingulares in loco ſtatuunt & obſeruant, quibus alij
non ligantur niſi ipſi tantum, l.pen.C.de conſtit.pecu.c.cum M.Fer-
rarien.& in c.ex litteris,de conſtitut.ſup.c.conſtitutus, de reſcript.cum
alijs: pro quibus vide quæ not.in cap.1.18.diſtin.& vide Anchar.
hic primo quoad ſtatuta municipalia ipſius ciuitatis, ſecundo
quoad alia alicuius vniuerſitatis, puta ſcholarium, ſeu ſtuden-
tium,collegij vel capituli.

¶ Quod verum intellige, quando ſunt rationabilia & non
contra principem, alias non valerent: quod etiam habet locũ
ſimiliter in conſuetudine, Anch. hic prima colum. ad quod facit
text.in clemen.dudum,de ſepul. ibi, ſalua iuſtitia illarum eccleſiarum.
Peruſi. alleg.gloſſ.in cap.2.in verbo,ſtatutum.de verborum ſignific.
l.qui ex vico.& l.incol.ff.ad municip. nec etiam ſuperior videtur
vnquam talia ſtatuta irrationabilia approbare, de quo latius
per Nouiſſ. hic, & † vide quando principis tolerantia ius in- 26
ducat, ſiue aliquid approbet, quod voluit Felinus longiori
ſermone in additionibus opuſculi ad Abb. in Decreto, vbi ple-
ne de hoc: & vt ſcias quando conſuetudo rationabilis eſſe di-
catur.

¶ Concludite, quod conſuetudo † rationabilis ſecũdum v- 27
trunque ius dicitur, quando de vtriuſque fine participat. Nam
ius canonicum tẽdit ad finem animæ & bonum publicum, ius
vero ciuile ad bonum publicum ſimpliciter, gloſſ. eſt in c.cum
contingat,de iureiuran. vnde quando vtrique iuri repugnat, non
poteſt eſſe, ſeu rationabilis dici. Nam ſi fini Dei & publico re-
pugnat, rationabilis eſſe non poteſt, quia conſuetudo, quæ re-
pugnat eccleſiis, fini publico reſiſtit, quia ius publicum in ſa-
cris & ſacerdotibus nemini dubium conſtare videmus, cap.ius
publicum.1.diſtin. pro quo eſt text.in §.huius ſtudij,Inſtit.de iuſti.&
iur.& gloſſ.ibi in verbo, rei Romanæ, l.1.§.publicum,ff.de iuſtit.& iur.
§.quia vero,colum.8.in Authent.vt lice.mat.& aui.authen.inter cla-
ras,C.de ſumm.Trinit.& fide cathol.l.2.§.poſt originem,ff.de orig.iur.
cum alijs: licèt alia via rationabilis dici poſſit, quia publico fa-
uet, ſi tamen fini Dei reſiſteret, non eſſet rationabilis. Hinc eſt,
quòd præſcriptiones mala fide & vſuræ reprobantur, & ideo
rationabilis conſuetudo erit, quæ religioni, diſciplinæ & ſalu-
ti conſona erit, cap.conſuet.1.diſtinct. & ibi not. hanc pro regul.
poſuit Anton. de Butr. in cap.fin.de conſuet. de quo Gemin. hic,
regula Pauli exploſa, cui hæc mihi præponenda videtur: pro
quibus vide not. per Arch.in cap.illud, & in c.omnia.12.diſtinct.&
Gem.ibi, Ioan.Andr.in cap.fin.de conſuet. Arch.in §.leges.4.diſtin.
& in cap.fruſtra.8.diſtinct.& etiam Gemi.ibi, & quod de conſue-
tudine rationabili dictum eſt, idem in aliis & vniuerſalibus &
particularibus ſiue ſingularibus, vt non repugnent vt ſupr. per
quæ redditur ſatis declarata gloſſ. rationabilia, hic, quæ voluit
quod ad iudicantis arbitrium remitti deberet, ex quo certa re-
gula dari minime poteſt: quod credo eſſe verum, quando eſſe-
mus in caſu, in quo cognoſci non poſſet, & ſic in caſu dubio, de
quo Hoſt. in ſum.tit.de conſue.§. quid ſit cõſuetudo. Alia ve-
ro quæ hic per Peruſ. dicuntur, potius ad tit. de conſuet. quam
de conſtit. ideo omitto.

¶ Not.quarto, quòd † non exiſtens de loco, ſtatuta & con- 28
ſuetudines loci ignorare præſumitur: & hoc probat text. ibi,
quia ea quæ ſunt facti & in facto conſiſtunt, probabiliter, &c. de quo
in c.proximo.infra hoc tit.in fin.extra territorium,&c. Sed iſta ratio
per ſe non ſufficeret, quia licet ſit extra territorium, tamen ſi
ſubditus eſt, videtur comprehenſus, licet ante ſcientiam non
ligetur, not.in l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud. de quo per Innoc.in rubr.
de conſuet. ſupra, & Rom.conſil.ſuis,171.& conſil.252. Nam foren-
ſi indulgetur ignorantia ſtatutorum actum gerẽdo contra ſta-
tutum ciuitatis, ſecus in ciue antiquo.

¶ Ex his † infertur, quòd ſuper iure conſuetudinario poſi- 29
tiones fieri poſſunt, & admitti debent, quia probandæ: voluit
Bart.in l.2.C.ſi contra ius vel vtilit.publ. Ioan.Andr. in c.fin.de con-
ſuet.§.circa. Bart.in l.omnes populi. per hunc text.ff.de iuſt.& iur. v-
bi voluit, quod ſtatuta, quæ ſunt alibi facientia ad cauſam, ſi-
cut & alia inſtrumenta, produci debent, cùm talium ignoran-
tia pręſumatur: & in hoc Gemin. reſidet, & hoc habui & ſerua-
uaui pluries in facto, & fit quotidie. Et quod de poſitione fa-
cienda ſuper cõſuetudine & ſtatuto ratio eſt, quia illud eſt po-
nibile, quod probari poteſt & articulabile: ad hoc faciunt no.
in cap.1.de confeſſ.inf.& in cap.quoniam, per Lanfran.de Oriano in
repet.de proba. vide gl.in l.2.§.quod obſeruari.C.de iur.cal. ad quam
Barto. ſe remittit in alleg.l.2.C.ſi contra ius, in fin.col.in fin. Quod
tamen ſupra diximus, quod non exiſtens de loco, &c. Amplia
non ſolum † procedere in forenſi, verum in ciue nouello, quia 30
in hoc procedunt à pari, pulchrè voluit Bald. in repet.l.data ope-
ra.C.qui accuſar.non poſſ. per text. quem ad hoc dicit eſſe ſingul.
in l.qui cum vno.in fin.ff.de re milit. quod dictum exclamat Rom.
in conſil.ſuo 228.in 3.colum. addens text. in l.conſocium.& in l.qui
commeatus,in fin.ff.eodem titulo, & in conſil.252.& in ſingula.ſuo 76.
vbi ciuis nouellus & fore[illegible] & qui paruam moram traxit in
loco,

loco, probabilem ignorantiam ſtatuti allegare poſſet: quod
eſt valde not. & vide Franc. Curt. in conſil. ſuo 27. verſicu. reſtat ad
duo. colum. 10. Paul. de Caſtr. conſil. 455 in princip. primo volum. vbi
forenſis, qui continue non moratur in loco ſed ad tempus, nõ
tenetur ad onera in ipſo loco poſita: ratio eſt, quia non dicun-
tur incolæ vltronei, & ideo non ſunt eorum ſtatutis & ordina-
mentis ſubiecti: vide Nouiſſ. Mediolan. in lectura, & in repet. l.
cunctos populos. 4. colum. verſic. ex iſto membro, cum alijs quæ breuitatis
cauſa omitto.

31 ¶ Fallit tamen † ampliatio huiuſmodi, quando talis foren-
ſis ſeu ciuis nouellus in prouincia prouinciæ ſeu ciuitati ſtatuẽ-
tium proximus ſeu vicinus eſſet, quia tunc præſumerentur ſci-
re & ſciuiſſe ſtatuta & conſuetudines illius ciuitatis, in qua ad
præſens morã trahunt: & ratio colligitur ex concluſione Abb.
in cap. 2. iſto tit. ſupra. quia ex vicinitate locorum notitia præſu-
mitur, pro quo faciunt, vt vicinus præſumatur ſcire facta vici-
ni: & ideo dicebatur per Doct. præſertim Bartol. in l. 1. ff. ſi cer. pe-
tat. quod bona eſt ratio in teſte interrogato in cauſa ſcientiæ,
qui reſpondeat, quia ſum vicinus: & hoc modo intelligitur in
his quæ communiter cadunt in notitiam vicinorum, alias ſe-
cus, Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. colum. 5. idem Bald.
in l. 1. in fin. C. de colluſio. detegen. Bald. in l. quoniam ſororem. C. de his
quib. vt indig. Alexan. conſil. ſuo 80. Examinato. & ad hoc vide a-
lia, quæ not. per Philip. Dec. in alleg. c. 2. hoc titu. ſupra in gloſſ. fin. 3.
& 4. colum. verſicu. Circa tertium membrum. hoc tamen pro con-
ſtanti nõ pono, quia alia eſt ratio vicinitatis in teſte, alia in pro-
uincia proxima ſeu ciuitati: vide tamen Abb. de vicinitate lo-
corum diſtinguentem in c. quoſdam. de præſumpt. & per gloſſ. in cap.
felicis. verſic. vicinorum, de pœn. in 6. & Modern. in alleg. c. quoſdam.
cogita, quia diſputationis gratia fal. huiuſmodi defenſari poſ-
ſet, & eſſet pulchra limitatio & reſtrictio ad iſtum tex. & ad al-
leg. ſupra & infra dicenda.

32 ¶ Amplia † ſecundo non ſolum in ſtatuto loci & conſuetu-
dine, verum in extrauaganti, vt in proœm. ſupra. §. ſecun. non tamẽ
in iure communi, quia in poſitionibus iuris & articulis non eſt
reſpondendum, quia illa notoria ſunt, l. ornamentorum. ff. de aur.
& argen. lega. glo. in verbo, cauſa. in c. 2. de confeſſ. poſitionibus iuris
facta reſponſio reſpõdenti minime præiudicat, quia in ea ſunt
partes iudicis, l. ornamentorum. alleg. & ibi Bart. Spec. in tit. de po-
ſitio. §. 7. verſ. 13. Bald. in l. 1. C. de confeſſ. & hoc modo conſulendo
obtinui, de quibus latius etiam ſcripſi in conſil. 14. in titu. de dotis
reſtitut. & parte lucran. colum. 7. verſic. vel quo ad iſtud dico. ideo alia
ratione non reſpondetur poſitionibus alias articulis iuris. Ex
33 † quibus infertur, quod ſententia lata contra extrauagantem
in iudicio non productam, vel in corpore iuris non inſertam,
non eſt ipſo iure nulla, niſi ſit notoria, l. cum prolatis. ff. de re iudic.
cap. paſtoralis, de fide inſtrumen. & exemplificari poteſt in extraua-
ganti ad reprimendam, & execrabilis. idem erit in ſtatutis in volu-
mine non reformatis, niſi in iudicio eſſent producta: idem etiã
Bartol. in d. l. cum prolatis. Iac. Butr. in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet. c.
cum inter. & ibi Abb. de re iudic. Anton. Imol. in d. §. ſane, alleg.
& Nicol. in dict. cap. paſtoralis. Bartol. & Bald. in l. leges ſacratiſſimæ
C. de legib. & in hoc reſident Peru ſin. hic, & tene menti, quia ad
multa proficua ac vtilia exiſtunt, & propter ſupra allega. actus
non erit nullus, ſi contra ſtatut. conſuetudinem vel extraua-
gantem fiat.

34 ¶ At ſupradicta limitari † poſſunt vera eſſe in caſu dubio, ſe-
cus ſi de mente l. conſtaret, vt quia vellet ignorãtem compre-
hendi: vt ſi annullaret actum, quæ etiam locum contra igno-
rantem habere poteſt, c. 1. in §. adijciebatur. de conceſſ. præben. infra,
hoc lib. & per gloſſ. in clem. 2. de hæret. propter quæ vide, quod ſta-
tutum valet, quo cauetur, vt ignorãtia allegari non poſſit, not.
Bald. in l. 1. verſ. ſed an valeat. ff. de legib. per l. diuus, la prima in prin. ff.
de fall. vbi Barr. hoc idem dicit, pro quo dicto vide Rom. in l. de
pupillo. §. nunciationem. ff. de nou. oper. nunc. & quomodo ignoran-
tia probatur, vide poſt Abb. Nouiſſ. in c. 2. de conſtit. in 2. lectu. poſt
35 primam, col. pen. ver. poſtremo & vltimo. Abb. cum ibi not. vbi † vi-
debis, an ignorantia iuramento probetur: vbi videtur conclu-
dere, quod poſſit, niſi in cauſa huius limitationis, quando ſta-
tutum prohiberet ignorantiam, alleg. Io. de Anan. in c. ad falſa-
riorum. de crim. fal. quia ſi ignorantia non poteſt allegari, nõ po-
teſt etiam probari, & ſi teſtibus probari non poſſit, minus iura-
mento: alia tamen per eos vide in 1. & 2. lectu. ver. alleg. & ſic tunc
actus erit nullus.

36 ¶ Not. 5. ex text. qui † ad hoc quotidie alleg. licet per nouam
conſtitutionem iuris communis princeps intelligatur reuoca-
re priorem illi contrariam, etiam ſi de ipſa nullam fecerit mẽ-
tionem, ſecus tamen erit in ſtatuto & conſuetudine particula-
ri, quia non intelligit nec intendit tollere conſuetudinẽ & ſta-
tutum locorum & perſonarum ſingularium, niſi hoc expreſſe
dixerit: & quando de hoc expreſſe dicatur facere mentionem
in gloſſ. expreſſe videbimus, & longius infra.

¶ Eſt verum, quòd quando dicimus Roman. Pontif. per ſe-
cundam conſtitut. contrariam primæ abſque aliqua mentione
primæ tollit illam, reſtringi poſſit huiuſmodi concluſio com-
munis, niſi prima haberet ſecum clauſulam derogatoriã, quia
princeps † in ſecunda debet clauſulam generalem, non obſtat
apponere, alias non intelligitur eſſe remota, voluit Felin. poſt 37
Abb. in c. nonnullis, de reſcript. Bald. in l humanum. C. de leg. Aretin.
in c. 1. de reſcript. hoc tamen ſublimitabam eſſe verum, quando
l. 1. & 2. eſſent eiuſdem principis, ſecus ſi diuerſorum, argu. tex.
in l ſi quis in princ. ff de legat. 3. & ibi Bartol. vtroque tamen caſu
conſulerem clauſulam non obſtan. neceſſariam, ſiue eiuſdem
ſiue diuerſorum, vt not. in loco alleg. & hæc quantum ad con-
cluſionem huius tex. principalem, quo tamen ad ſtatutum ſeu
conſuetudinem particularem ampliatur & reſtringitur certis
modis, vt infra.

¶ Ampliatur † primo non ſolum procedere in ſtatutis & cõ-
ſuetudine, vt ſupra in 5. not. dictum eſt, ſed etiam in pactis, & 38
fuit not. ampliatio Ioan. Mon. ad hoc probandum, l. & ratio-
nem adducit, pro l. facit text. in cap. ex multiplici, de decimis. vbi
orta lite inter quendam preſbyterum ſuper ſolutione deci-
marum ex vna, & quoſdam Abb. & Monachos ex altera, ad
concordiam deuenerunt, quòd fratres ſiue monachi ad vitam
preſbyteri ſibi & eccleſiæ ſuæ decimas de leguminibus ſolue-
rent. Hoc præcedente pacto, monachi huiuſmodi ab Apoſt.
ſede priuilegium immunitatis obtinuerunt, vt de laboribus,
quos propriis manibus aut ſumptibus excolũt, nulli decimas
ſoluerent: quia ratione monachi huiuſmodi decimas iuxta pa-
ctum inter ipſos & preſbyterum ſoluere recuſabant. Conſul-
tus Papa reſpon. quòd pactum preſbytero omnino ſeruare de-
bent, & ſic decimas ſoluere compelluntur. Et ratio eſt, quia
priuilegium conuentioni particulari non officit, ex quo in eo
de ipſa nihil expreſſit, igitur nec cõſtitutio remouebit pactum
contrarium. Et pro ratione Ioan. Mon. dicebat reſpectu ratio-
nis caſus huiuſmodi ratione non differunt, alleg. gloſſ. cum no.
in c. quoniam. 18. diſtin. cum qua ratione Nouiſſ. hic ſe reſoluunt,
& primum Gemin. quæſitum redditur clarum, & vltra prædi-
cta facit text. in c. ſi propter tua debita, de reſcript. in fin. & quod ibi
Gem. poſt Anch. in 6. not. etiam ſi in tali reuocatione eſſet clau-
ſula, non obſtan. Secundo adde text. in c. veniens, de præſcript. per
quem text. Abb. poſt Card. quos refert Felin. & ſequitur, dicũt
† quod impetrans debet facere mentionẽ de priori conceſſio-
ne limitata, vel alieni iuris aliquo modo conſeruatiua: & vide 39
not. in c. cum olim, de reiud. ſupra.

¶ Et propter hoc Ioan. Andr. in addit. vbi de priuilegio pro-
prio non ſolum, verum alterius in ſecundo debet fieri mentio:
ad quod alleg. c. 2. in §. 1. de deci. infra. hoc lib. propter quod ſentẽ-
tiam eorum, qui tenuerunt, quòd ſi ſtante ſtatuto in Eccleſia,
quod Epiſcopus de redditibus ſuis vſque ad ſummam centum
floren. teſtari poſſit, & nulla habita mentione à Papa vt vſque
ad 200. teſtari poſſit, nulla erit impetratio: quia ſi Papa ſciuiſ-
ſet ſtatutum moderatum, contra tale temperamentum non ita
de facili litteras Epiſcopo conceſſiſſet: pro quo Ioan. Andr. in
addit. ad Spec. in rubr. de cler. non reſiden. in 2. colum. vbi † ſi Titio
per Papam conceſſum fuiſſet, vt per quinquennium fructus 40
ſuæ præbendæ in abſentia percipere poſſit, ſi hac prima gratia
penden. ſecundam impetret alterius quinquennij, non habita
mentione de prima, ſecũda ſurreptitia erit: ad quod vide quod
not. Gem. in c. 2. in 1. colum. de fil. presbyt. infr. vide Felin. in cap. 1. de
reſcript. 5. colum. verſ. limita 2. & ipſum latius alleg. c. veniens, de præ-
ſcriptio. in 2. colum. verſic. dum Abb. præ cæteris guſtat. & hoc facit ad
quæſt. de his, qui vt non teneantur promoueri infra certum tẽ-
pus, de quibus in c. licet canon. & in c. cum ex eo, de elect. infra, vbi la-
tius Deo dante dicemus: propter quod in materia priuilegio-
rum impetrandorum not. quod † impetrans priuilegiũ ſpecia-
le contra primum generale, valet ſecundum etiam nulla habi- 41
ta mentione de primo, niſi in caſibus per Felin. in cap. 1. 5. colum.
alleg. quod etiam extenditur ad ſecundum priuilegium impe-
tratum, etiam ſi ſecundum eſſet diuerſum à primo, aut illi om-

nino

237 *Princeps antiqua priuilegia confirmando, in dubio non dicitur de nouo dare.*
238 *Confirmationis natura quæ ſit.*
239 *Eccleſia quando vult vti ſtatuto vel lege in eius fauorem faciente, quid facere debeat.*
240 *Conſuetudo & ſtatutū in dubio rationabilia eſſe cēſentur, niſi cōtrarium probetur.*
241 *Peccare non dicitur, qui contra ſuperiorem iniuſtum & eius legem reſiſtit, lege permittente.*
242 *Ius conſuetudini reſiſtens, contra illud creari minimè de nouo poteſt.*
243 *In diſpoſitionibus quæ de nouo continuo inducuntur, reſpectu nouæ diſpoſitionis incipit de nouo præſcriptio.*
Lex ſemper loqui dicitur, & quomodo intelligatur. ibid.
244 *Legis natura eſt potius futura quam præterita reſpicere: & quid de ea, quæ ad præterita trahitur. nu. 254.*
245 *Verba ſimpliciter prolata quomodo intelligantur.*
246 *Nomina poſſeſsiua ſeu pronomina præſens tempus non autem futurum deſignant.*
247 *Veſtibus in teſtamento legatis, an præſentibus an de futuris intelligatur.*
248 *Verba ad præſentia relata non comprehendunt futura.*
249 *Statutum à ciuitate factum an & quando priuilegium ab eadem conceſſum tollat.*
250 *Clauſula generalis, non obſt. aliqua conſuetudine, quid importet:*
251 *Conſuetudinis ratione remota, an ipſa ſubſiſtere poſſit.*
252 *Diſpoſitio, quæ multipliciter intelligi poteſt, vt à iure communi nō exorbitet, eſt reſtringenda.*
253 *Præſcriptionem contra maiorem non concurrere, quando intelligatur.*
255 *Lex noua conſuetudini reſiſtens, quæ de reſeruatis Principi loquitur, an noua ratione fundata tollatur.*
256 *Statutum vel conſuetudo particularis an & quando per legem nouam, etiam de his nulla mentione habita, remoueatur.*
257 *Vtilitas publ. priuatæ præfertur.*

LICET ROM. PONT. Summari poteſt vt *in rubro*, & diuidi ſicut gloſſ. prima in duas partes: In prima decidit quæſt. de qua quæritur, & rationem reddit: & reprobat ſimilitudinem & cauſam ſoluit: Secunda dictum modificat dupliciter. Secūda *ibi, ipſis, &c.* Et hęc videtur communis Doct. intelligentia ad decret. huiuſmodi.

1 ¶ Pro † ratione dubitandi in caſus poſitione adduci poteſt id, quod not. per Ioan. Andr. *in ca. vnico. inf. de cleri. coniu. in verb. volumus.* vbi expreſſe ſenſit, quod conſtitutio ſuperueniens cōſuetudinem contrariam reprobat: de qua per glo. *in verbo, facti. infra videbimus.* & hoc modo duplicem dubitandi rationem habet cum expreſſa in text. quarum ſol. facilis erit, de qua in proceſſu dicemus. Ex quibus ſecundum quæſitum Gemi. hic expeditum erit, quod cum primo nullā ſeu modicam in ſe difficultatem habet.

2 § No. primo † *ibi conſtitutionem condendo poſteriorem, &c.* quod dictio, poſteriorem, poteſt denotare actum mediatum & ſic non ſucceſſiuum, & factum immediatum, id eſt ſucceſſiue factum: pro quo dicto hic Gemin. adducit gloſſ. *in verbo, tertiam, in fin. in c. cum Vintonien. de elect. ſup.* & text. *in cap. fin. circa medium, de exceſſ. prælat.* & faciunt ad quæſtionem, quod ſi teſtes producentur ad poſſeſſionem probandam, & deponat Titium poſt Sempronium poſſediſſe, de neceſſitate non probatur ſeu infertur, quod immediate & ſucceſſiue poſſederit: quæ vt clarior appareat ſic declarari poteſt. Nam volo probare me præſcripſiſſe fundum, & probo illum bona fide ab eo, quem à domino mandatum de vendendo habere credebā, emiſſe, quo caſu bonæ fidei poſſeſſor eſſe dicor, *l. bonæ fidei emptor. ff. de verbor. ſignifica.* Ad præſcriptionem probandam 10. annor. produco teſtes, qui dicunt, quod Sempronius, à quo cauſam habui, poſſedit quinque annis, & ego annis totidem poſtea poſſedi: per huiuſmodi depoſitionem me continuatam poſſeſſionem minime probaſſe fatentur: quapropter me ſuccumbere oportet,
3 quia poſſeſſio † interrupta non integratur cū alia, *l. Pomponius, in §. quæſitum ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis pro emptore, in § fin. ff. de vſucap.* & quæ longiori calamo ſcripſi *in c. 5. de vit. & honeſt. clerico. in prima colum* & ideo probatio non concludit: & cum iſta ſentētia tranſeunt hic Perusi.

4 ¶ Et rationem aſſignant, quia † dictiones poſt, poſterior, & poſtea, ambiguæ ſunt & ęquiuocę, adeo quod poſſunt importare actum ſucceſſiuum & non ſucceſſiuum, vt nuper dictum eſt ſupra, quod probant per text. *in l. illud. in §. fin. ff. ad leg. Aquil. & in l. pacta conuenta. in prin. ff. de contrah. empt. & per not.* per Bart. *in l. fructus, in fin.* & Alexan. *ff. ſol. matr.* ſed † verba æquiuoca à re- 5
ſtibus prolata verificantur contra producentem, *c. in præſentia.* & quod ibi Aret. & alij. *ſup. de probat.*

¶ Confirmatur per id, quod dixit Bald. *in l. 1. in § fin. ff. de verbor. obligat.* in qua opin. fuit Ioan. Crot. Monfer. vir ætatis noſtræ vndecunque clariſſ. *in repetit. huius decretalis, in 2. colum. in fi.* pro quibus ſatis *c. in præſentia, alleg. legendo laborioſe dixi.* Alexan. *conſil. ſuo 284. Viſo teſtamento, colum. 2. in ſecundo volum.* eundemque *in l. mutuum. in §. creditum, in 1. colum. & in l. fructus, ff. ſolu. matrim.* etiam ſupra allegat. & quod voluit *in l. fin ff. de hæred. inſtit.* Gemin. vero ſuæ ſol. immemor *in cap. frequens, de reſtit. ſpol.* infra contrarium tenuit, vbi teſtes ſic vt ſupra deponentes immediatam poſſeſſionem probant, per illum text.

6 ¶ At ſuper difficultate † huiuſmodi, iudicio ſaniori ſaluo, diſtinguerem: aut teſtes deponūt per verbum poſterior, aut poſtea, vel poſt, vt ſi dixerint, dicimus Semproniū poſſediſſe Titium poſtea: vel ſcimus, quia vidimus Sempronium priorem & Titium poſteriorem: vel Titius poſſedit poſt Sempronium, &c. primo caſu immediata poſſeſſio non probatur per textum *in d. l. illud, in §. fina. ff. ad l. Aquil.* vbi ſi quis vulnerauerit ſeruum vel alterum, & poſtea occiderit, tenetur non ſolum de vulnere ſed etiam de homicidio, & ſic interuallum ſignant: ad quod etiam facit tex. *in alleg. l. pacta. ff. de contrah. emp. in prin.* & hoc modo intelligatur hic verbū ſiuę dictio *poſteriorem*, cum dicto Gemin. & ſequacium.

¶ Secundo vero caſu neceſſitatem importabit, ex quo datur intelligi, quod poſſeſſionem immediatam probabit: quia verbum poſt, pro incontinenti exponitur, text. eſt *in alleg. c. frequēs. infra de reſtit. ſpol.* & ſic etiam text. *in alleg. ca. cum Vintonien. iuncta gloſ. ſupra de elect.* intelligetur, vbi illæ duæ electiones factæ fuerunt vna poſt alteram incontinenti, quod probat text. in prin. vbi vult, quod ad electionem Epiſcopi Canonici intrarunt, & in diſcordia pars Archi. decanū elegit. Altera vero prioris præcentorem: ad quod facit text. *in d. c. fin.* in medio contra allegātes retorqueri poteſt. Adde tamen optimum text. huiuſmodi diſtinctionem probantem *in c. ſtatutum, de præben. infra in ſecunda parte ſui* ibi, *demum poſt menſem à die quo dignitates ſeu beneficia ipſa vacauerint, &c.* & cum diſtinctione tranſeo. Quare non erit ſimpliciter verum dicere, quòd verbum æquiuocum à teſte probatum contra producentem interpretetur, per alleg. ſupra quæ regula reſtringi & limitari oportet non habere locū, quādo illud verbum in propria ſignificatione ſui intelligeretur, tunc text. *in c. in præſentia.* alleg. cum alijs non habet locum. & cum hac ſententia tranſit Rom. *in l. 1. §. qui præſens, ff. de verborum obligat.* Aretin. in *alleg. l. fructus, ff. ſolut. matrimon.* quod dixit eſſe menti tenendum: & hoc modo cytharam cum pſalterio concordandam eſſe putaui, argum. text. *in capit. diuerſis fallacijs, de cleric. coniugat.* licet gloſ. text. ibi pro cythara vitam actiuam, pro pſalterio vero contemplatiuam expoſuerit in verbo, cythara.

¶ Nec obſt. ſi dicatur, quòd reſpectu argumenti intelligitur, quòd dictio poſt, & poſterior habet: quia reſp. quod illud facit pro iſta diſtinctione, quia poſterior magis remotum ſignificat à dictione poſt, & poſt propinquius: nam videmus, quod excommunicationis verbum maiorem & minorem comprehendit, tamen ſi dicatur, quod aliquis ſit excōmunicatus, maiori innodatus erit: pro quo vide quæ dicemus *in cap. proximo, hoc titu. & lib.* & quod not. *in §. ſed quotiens, Inſtit. de iur. natur.* cū alijs, quia in potentiori ſignificatu, &c. vide pro iſta ſol. Felin. *in d. c. in præſentia.* vbi ad regulam ſupra allega. quamplures fallentias dedit de verbo æquiuoco ſiue æquiuoce prælato, *in 7. & 8. colum.* & ideo hac diſtinctione vera contra tunc noſtris ex concurrentibus quendam virum profecto litteratura vtriuſq; cenſuræ ac religione laudandum eos perperam iudicare, qui ſimpliciter firmār, poſt, æque proprie importat actum mediatum ac immediatum.

7 ¶ Ad correlarium tamen alio modo reſpondendo mouebar, vt † verba in dubio prolata ſecundum ſubiectam materiam interpretari debent: caſu eſt *in cap. præterea.* & ibi Docto. *de ſponſal. & matrimon.* ratio quia verba intentioni non aurem

tem intentio verbis ſeruire putamus, *cap. intelligentia, capit. præterea, de verb. ſignific. ſupra l. ſcire leges. ff. de legib.* quia non in foliis ſed in radice rationis conſiſtit Euangelium, *cap. Marchion. 1. q. 1. c. his autem. 22. quæſt. 2.* ſed hoc caſu dato quod iſtud verbũ poſt, ſit æquiuocum, & ſic importaret actum mediatum, neceſſe eſt tamẽ intelligere poſſeſſionem immediatam probatam extitiſſe, quia poſſeſſio ſemel interrupta, &c. prima tamẽ ratio magis placet, quia nunquam vel raro regula *c. in præſentia, de probatio.* locum haberet: & quomodo continuata poſſeſſio probetur, vide Spe. *tit. de proba. in §. 2. verſ. ſed quæritur qualiter probari poſſit, col. 9. & 10. vbi de hoc.*

8 ¶ Conſideretis † tamen, ſi dici poſſet, probationem teſtium ſic vt ſupra deponentium à communiter accidentibus cõcludere: quia ex quo vt ſupra bonę fidei emptor à iure dicitur idẽ, communiter ſolet illa clauſula in inſtrumẽtis apponi, pactum de poſſidendo, &c. videtur quod ſatis ſit probata poſſeſſio per depoſitionem huiuſmodi: vnde videtur hæc duo ſufficere, argum. text. *in l. nam ad ea, cum ibi not. ff. de legib.* & hoc modo Bald. text. *in c. in præſentia.* alleg. limitat *in c. fin.* verſ. vltimo not. *de cau. poſſeſſ. & propriet.* quod eſt vtile multum ad probationem materiam, gloſſ. & Bald. *in l. cum dotem, C. de iure doti.* Bald. & alij *in l. neque natales, C. de probatio. & in capitu. 1. §. vaſallus, in princip. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & vaſall.* vide pro iſta reſtrictione ſiue intelligentia, quæ poſt alios poſuerunt Nouiſſ. Mediolanen. *in dicto cap. in præſentia, alleg. 13. not. verſic. tertio niſi à communiter accidentibus, &c.*

9 ¶ Not. ſecundo, quod † faciens actum contrarium primo, de quo eſt certificatus, ab illo recedere videtur: probat text. hic, dum dicit, Papa cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui: præſumitur ergo certus de l. prima, & ſic de primo actu, per l. ſecundam primæ contrariam, & ſic per ſecundum actum, primo contrarium recedit à primo: hoc expreſſe text. dicit, pro quo facit text. *in capit. gratum, in ſecundo reſpon. de offic. & poteſt. iudic. deleg. cap. ſi quem. de procur. infra hoc lib. l. pen. C. de re iudi.*

10 Nam appellãs, ſi † coram iudice à quo litigauerit, & litem proſequetur coram eo per actum huiuſmodi contrarium primo, & de primo certus eſt, tollitur appellatio, id eſt, primus actus, *dicto cap. gratum. & in cap. ſollicitudinem, de appellatio.* & quod ibi not. ratio eſt, quia voluntas, quæ ex facto declaratur, eatenus arguitur & demonſtratur, quatenus ex ipſo facto inferri videtur, Barto. *in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, in fin. ff. de itine. actuq; priua.* vnde qualitas actus, qui fit coram iudice à quo debet conſiderari, an contrarietatem inferat & tacitum conſenſum: quod intellige verum primo caſu etiam in appellatione interponẽda ſecundo, dummodo actus eſſet contrarius: ſecus ſi tenderet ad appellationis confirmationem, vt ſi coram iudice à quo grauamen reuocari petierit, ad quod probandum teſtes induceret, gloſſ. *in cap. ſi à iudice. de appellat.* & Abb. *in dicto cap. gratum, & in cap. quod ad conſultationem, colum. 5. de re iudicat. & in cap. cum veniſſent, colum. 3. de eo qui mit. in poſſeſſ. cau. rei ſeruand.* de quo vide Nouiſſ. *in dicto cap. gratum, in 3. colum. verſic. ſed aduertendum, cum ſequentibus.*

11 ¶ Non obſtat ſi dicatur, text. hic non videtur probare, quia † verbum ibi, cẽſetur habere: videtur potius præſumptiue loqui, nos autem loquimur in caſu vero, ſcilicet quando certificatus eſſet de primo, *l. omnium, C. de teſta. cum alijs ibi:* vnde videtur potius ficte loqui, quæ fictio intelligitur quo ad poteſtatẽ, *vt infra in gloſſ.* habere dicetur. Sed ſolut. quod præſumitur pro ſententia, quia per illud verbum ita Papa vere iudicauit: de cuius ſignificatione vide quod not. *in l. cenſeri. ff. de verborum ſignificatio. l. 4. C. de agricol. & cenſib. lib. 11.* & vide quod not. gloſſ. *in clemen. 1. de conceſſ. præben.* alteram *in clem. 1. de probat.* vbi volunt, quod verbum cenſemus, in conſtitutione poſitum ſit noui iuris inductiuum: propter quod conſidera, ſi poſſit dari noua ſolut. inter hunc text. & text. *in alleg. l. omnium.* de quo infr. ſuo loco dicemus.

12 ¶ Amplia † primo huiuſmodi concluſionem, quando faciẽs actum contrarium primo, licet de primo eſſet certificatus, allegaret ſimplicitatem, quia non admitteretur etiam ſi eſſet ruſticus vel mulier, quia allegans contraria non auditur, *l. 1. C. de fur. l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* & ratio, quia vbi eſt contrarietas, ſimplicitas ibi eſſe non poteſt, Bald. *in l. ſcriptura, colum. fin. verſic. quærunt Doct. C. de fide inſtrum.* Ioan. Andr. *in c. cum Ioan. de fide inſtrum.* Eſt verum, quod Nc [illegible] *in c. ſollicitudinem, in 2. col. 8 not.* dixerunt, quod quando ac[illegible] contrarius, vnum ex illis contrariis aduerſarius acceptare poteſt: fuit dictum Bald. quem alleg. *in l. cum precum. circa fin. ver. & not. C. de lib. cau.* quod pro ſingulari dicto alleg.

¶ Amplia † ſecundo, etiam ſi primus actus eſſet iuratus, quia illi præfertur ſecundus: ad quod facit text. *in cap. ſicut ex litteris, de ſponſ. & matrim.* vbi licet iurauerim contrahere matrimoniũ cum Berta, ſi tamen cum alia cõtraxero, tenet matrimonium: ad quod vide Spec. & Ioan. Andr. *in tit. de lega. §. nunc tractemus, verſ. ſed ſi legatus reſeruauit.* vbi receptio facta de aliquo in canonicum per canonicos vltra numerum in ſuo ſtatuto terminatũ & iuramento vallatum, valet, incurrũt tamen periurium: & in hoc reſidet Ioan. Andr. Ant. de But. Anch. & Abb. poſt multos antiquos *in c. dilecto, de præben.* 13

¶ Sed aduerte † primò, quia Innoc. ibi videtur text. illum in contrarium adducere *in verſi. niſi forte.* vbi videtur innuere electionem contra iuramentum factam non tenere: cui tamen Ioan. And. ibi reſpondet, quod ibi fuit allegatio partis, quæ nõ probat, niſi Papa ſe fundat in illa, *clement. per litteras, de probatio.* vel ibi dicitur, quod alicuius receptio non debet fieri contra formam iuramenti: facta tamen valet, quia ibi non reſiſtit: & plus videtur, quod Innocent. non teneat opin. huiuſmodi, inquantum refert alios volentes receptionem valere: Ioan. de Imol. & Abb. *in d. c. dilecto,* hanc eſſe † communem ſententiam dicunt, à qua in conſulendo & iudicando nõ eſt recedendum, Paul. de Caſtr. *conſil. 59.* Andr. Sicul. *conſil. incipiente, Afferam.* Bal. *in l. 1. ff. de vulga. & pupilla. & in cap. 1. in fin. de natu. feud.* facit quod habetur *in cap. præterea, de appella.* & quod not. Ioan. Andr. *in reg. quod ſemel, de regul. iur. in mercuria.* & Arch. poſt gloſſ. *in c. vltima voluntas, 13. quæſt. 2.* vbi licet quis iurauerit non mutare teſtamẽtum, ſi tamen mutet, tenetur, de periurio tamen punitur, de quo infra. 14 15

¶ Secundo † opp. infames ab actibus legitimis repelluntur, *c. licet ex quadam. c. teſtimoniũ,* cum ibi not. *de teſti. c. infamis, §. tua, cum ſequen. 3. q. 7.* ſed huiuſmodi actum contrarium primo & iurato facientes ſunt periuri, & per conſequens infames, *l. ſi quis maior.* & quod ibi not. *C. de tranſ.* igitur nec electio, de qua ſup. valebit. Sed reſponderi poteſt, quod actus ſecundus ſicut in actu receptionis pręcedit periurium, quia ante actũ & receptionem non ſunt periuri: ideo nec infames, ſed tantum poſt actũ, ideo non vitiatur actus, de periurio tamen puniuntur, vt ſupra & iſta fuit reſpon. Ioan. And. *in dicto cap. dilecto, de præben.* & vide Alexan. *conſil. ſuo 16. Ponderat is narrat. in 2. colum. verſicu. nec obſt. ſi diceretur quod recipientes, in 3. volum. fol. mihi. 20. vbi latius pro intellectu d. c. dilecto.* 16

¶ Tertio † & vltimo pro nunc contra ampliationem huiuſmodi facit gloſſ. reputata ſingul. *in ca. licet mulieres, de iureiuran. infra hoc lib.* vbi ſi mulier nupta iurauerit primo non alienare fundum dotalem, nec alienanti conſentire, niſi cauſa rationabili & iudicis auctoritate interuenientibus, ſi contra fecerit etiam cum iuramento ſine iudicis auctoritate, nõ obligabitur: & iſta eſt limitatio ad id, quod habetur *in c. cum contingat. ſupra de iureiur.* & ibi not. Hoſt. Bart. *in l. ſi quis pro eo, in princ. in 3. membro, ff. de fideiuſſo. & in l. ſi prædium, C. de iure dot.* Specu. *in tit. de emptio. & vendit. §. tertio loco. verſic. & not. conſilium,* alias quid ergo, per id quod habetur *in c. in intellecto. de iureiuran.* Sed reſponderi poteſt, non valuit ibi actus † ſecundo loco factus & primo contrarius etiam cum iuramento, quia cum iuramento negatiue præſtito per mulierem de non alienando concurrebat diſpoſitio iuris communis alienationem ſimilem prohibentis, *l. 1. in §. & cum l. C. de rei vxor. actio. l. lex Iulia. ff. de fund. dotal.* faciunt quæ not. Doct. *in l. ea lex. C. de condit. ob turp. cauſ. & in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat. primo.* Circa contractum formatum *in §. ſanctiſſimas, in Authent. de alien. & emphyt. & in l. 2. C. de vſucap. pro emptio.* vbi quando pactum de non alienando appoſitum in contractu habet concurſum iuris communis, impedit dominij tranſlationem: quod ſecus eſſet, niſi talis concurſus interueniſſet: & iſta fuit reſpon. Ioan. de Imol. *in alleg. cap. dilecto,* quam refert & comprobat Alexan. in conſil. ſupra allega. in 3. colum. verſi. & non obſt. cum aliis reſponſionibus: & hoc modo ampliatio noſtra, de qua ſupra, limitari poteſt, habita huiuſmodi ſol. pro vera. 17

¶ Fallit primò, quando dicimus per actum ſecundum primo contrarium videtur à primo receſſum: eſt verum quando ſecundus eſſet effectum ſortitus, alias minime, gloſſ. *in cap. cum veniſſent, de eo qui mit. in poſſeſſ. cau. rei ſeruan.* & ibi Abb. *colum. 3. in princ.* 18

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

princ.poſt gloſſ. & pro ſingul.tradit Roman. *ſingul.150. Appellant,*
cum ſimil. & per Modern.& Nouiſſ.*in cap.gratum,4.colum.verſic.*
tertio limita. Peruſ.*in cap.ſollicitudinem,colum.6.verſicu.ſecundo li-*
mita.de appella. pro quo alleg. Bald.*in l.ſuus hæres, C.de repud. hæ-*
19 *red.* vbi *in 2.not.* dicit, quod † qui non acceptat verba aduerſa-
rij,ex illis ſe fundare non poteſt:& in terminis fuit dictum Bal.
in l.nihil.§ ſi cum filius.in fine.ff.de inoffic. teſtament. vbi per actum,
20 qui non † ſortitur effectum coram iudice à quo, non videtur
quis appellationi renunciare Arer. *in l.naturaliter,§.nihil com-*
mune.colum 11.ff.de acquiren.poſſeſſ. Anton.de Butr. *in cap.paſtora-*
lis,colum.6.de cauſa poſſeſſ. & propriet. vbi contraueniens priuile-
gio illi renunciare videtur,quando actus contrarius habuit ef-
fectum,alias ſecus: vide not. per Andr. Sicul. *in cap.volentes,de*
offic.legat. & poteſt dici actum ſecundum effectum ſtatim ſor-
titum, quando vterque ſimpliciter dependet à mera volunta-
te facientis,de quo *in cap.1.& in cap.ſi quem,cap.ſi duo,de procurat.*
infra intimatio tamen requiritur, *argum.eorum quæ not.in cap.fin.*
eod.tit.& lib.infra.

21 ¶ Fallit ſecundo † prædicta concluſio in actu proteſtatio-
ni præcedenti contrario, qui ei non officit: pro quo vide Ioan.
Andr.*in cap.ſollicitudinem.de appellat.*& Peruſin.ibi, Imol.*in cap.*
cum M.Ferrarien.colum penultim.de conſtit. Calder.*conſil.5.eod.tit.*
Alexan.*in l.non ſolum,in §.morte,colum.7.ff.de nou.oper.nunciat.* vt
quando quis litigat coram iudice,& proteſtatur quod in illum
non vult conſentire, actus videtur proteſtationi contrarius,&
tamen proteſtatio iuuat. Innoc.*in c.Cumana, de elec.* quem refe-
runt Nouiſſ.Mediolan.*in c.1.de iud.vltim.fol.* quod intellige ve-
rum, niſi talis proteſtatio eſſet contra naturam actus ex iuris
diſpoſitione ſurgentis,quia non iuuat,*d.c.cum M.Ferrarien.* vbi
proteſtatio, quod receptus in canonicum nihil percipiat, vi-
tiatur, quia eſt contra ius, quia receptus in canonicum debet
habere præbendam, *cap.relatum, de præben.ſupra, cap.diaconi.28.*
22 *diſtin.* vbi † vitiatur proteſtatio, ſi promotus ad ſacros ordines
proteſtetur,quòd non vult ſeruare caſtitatem: facit text.*in l.1.*
§.1.ff.ſi vſuſfru.petat. ratio eſt, quia videtur actus præciſe prote-
ſtationi contrarius, ideo proteſtatio vitiatur, vt not. declarat
Angel.*in l.iuris gentium,§.quod fere,ff.de pact.* Bald.*in l.Neſennius,*
ff.de negot.geſt. gloſ. per illum text. *in clement.gratiæ, in verbo,re-*
nunciare,de reſcript. ratio eſt, quia in his caſibus proteſtatio di-
ſpoſitioni iuris derogare minime poteſt, vt not. declarat Abb.
in dicto cap. Cumana.colum.4.verſic.3.contra prædicta, de elect. pro
quo adaptari poſſunt ea, quæ pro ſolu.gloſſ. *in cap. licet mulie-*
res. ſupra dicta fuerunt: pro quibus vide Philip. Deci. virum
profecto ætate noſtra abſque aliorum iniuria celeberrimum,
in dicto cap.ſollicitudinem, 4. & vltim. colum. verſicu. in gloſſ. fina. de
appellatio.

23 ¶ Not.tertiò, quod † ſtatuta & cõſuetudines localiter crea-
ri poſſunt, quia quælibet ciuitas vel caſtrum conſuetudines &
ſtatuta ſibi inducere poſſunt, *cap.catholica.11.diſtinct.cap.illa.12.*
diſtin.cap.certificari, de ſepultu. cum aliis per Bartol. *in l.omnes po-*
puli.ff de iuſtit.& iur. Eſt tamen attendendum pro intelligentia
24 cuius concluſionis, quòd quædam † ſunt ſtatuta locorum,
quædam vero ſingularium perſonarum, inter quæ differentia
nõ modica aſſignari poteſt propter copulam inter ea poſitam,
de cuius natura eſt copulate diuerſa, *cap.ex parte,cap.ad aures,de*
reſcript.& not.in rubr.ff.de iur.& fact.ignoran. dixi *in rubr.de præben.*
& dignitat.& in cap.2.infra hoc titu.in capit.querelam, de ſimon. per
Bartolum *in l.ſi finita,§.eleganter,ff.de damn.infect.* & quando re-
ſoluatur in diſiunctiuam, vide & multa alia per Franc. Paui. *in*
ſuo tractat.de pot.cap.ſede vacant.in 3.præmiſſo: & de pluribus aliis
dictionibus, videlicet vti, atque, neque, ſeu, ſiue, cum alijs
Paul.de Caſtr.*conſil.201.num.5.verſ.circa quod not.& ibidem verſ.*
25 *regula autem eſt quod copula,&c.in primo volum.cum alijs.* † Nam
per ſtatuta locorum ea intelliguntur, quæ generaliter obſer-
uantur in loco, & vniuerſaliter ibi omnes ſubditos ligant, vt
in c.proximo.inf.l.ſin.ff.de iuriſd.omn.iud.not.in l.omnes populi.ff de
iuſtit.& iur.& in §.nam quod quiſque populus, de iur. natur.gent.&
ciuil.Inſtit. Singularium vero perſonarum intelligũtur illa, quę
perſonæ ſingulares in loco ſtatuunt & obſeruant, quibus alij
non ligantur niſi ipſi tantum, *l.pen.C.de conſtit.pecu.c.cum M.Fer-*
rarien.& in c.ex litteris,de conſtitut.ſup.c.conſtitutus, de reſcript.cum
alijs: pro quibus vide quæ not.*in cap.1.18.diſtin.* & vide Anchar.
hic primo quo ad ſtatuta municipalia ipſius ciuitatis, ſecundo
quo ad alia alicuius vniuerſitatis,puta ſcholarium,ſeu ſtuden-
tium,collegij vel capituli.

¶ Quod verum intellige, quando ſunt rationabilia & non
contra principem, alias non valerent: quod etiam habet locũ
ſimiliter in conſuetudine, Anch. *hic prima colum.* ad quod facit
text.*in clemen.dudum,de ſepul.*ibi, *ſalua iuſtitia illarum eccleſiarum.*
Peruſi. alleg.gloſſ. *in cap.2.in verbo,ſtatutum.de verborum ſignific.*
l.qui ex vico.& l.incol.ff. ad municip. nec etiam ſuperior videtur
vnquam talia ſtatuta irrationabilia approbare, de quo latius
per Nouiſſ. hic, & † vide quando principis tolerantia ius in- 26
ducat, ſiue aliquid approbet, quod voluit Felinus longiori
ſermone in additionibus opuſculi ad Abb. *in Decreto*, vbi ple-
ne de hoc: & vt ſcias quando conſuetudo rationabilis eſſe di-
catur.

¶ Concludite, quod conſuetudo † rationabilis ſecũdum v- 27
trunque ius dicitur,quando de vtriuſque ſine participat. Nam
ius canonicum tẽdit ad finem animæ & bonum publicum, ius
vero ciuile ad bonum publicum ſimpliciter, gloſſ. eſt *in c.cum*
contingat.de iureiuran. vnde quando vtrique iuri repugnat, non
poteſt eſſe, ſeu rationabilis dici. Nam ſi fini Dei & publico re-
pugnat, rationabilis eſſe non poteſt, quia conſuetudo, quæ re-
pugnat eccleſiis, fini publico reſiſtit, quia ius publicum in ſa-
cris & ſacerdotibus nemini dubium conſtare videmus, *cap. ius*
publicum.1.diſtin. pro quo eſt text.*in §.huius ſtudij,Inſtit.de iuſti.&*
iur.& gloſſ.*ibi in verbo,rei Romanæ,l.1.§.publicum,ff.de iuſtit.& iur.*
§.quia vero,colum.8.in Authent.vt lice.mat.& aui.authen. inter cla-
ras,C.de ſumm.Trinit.& fide cathol.l.2.§.poſt originem,ff.de orig.iur.
cum alijs: licèt alia via rationabilis dici poſſit, quia publico fa-
uet, ſi tamen fini Dei reſiſteret, non eſſet rationabilis. Hinc eſt,
quòd præſcriptiones mala fide & vſuræ reprobantur, & ideo
rationabilis conſuetudo erit, quæ religioni, diſciplinæ & ſalu-
ti conſona erit, *cap. conſuet.1.diſtinct.*& ibi not. hanc pro regul.
poſuit Anton. de Butr. *in cap.fin.de conſuet.* de quo Gemin. hic,
regula Pauli exploſa, cui hæc mihi præponenda videtur: pro
quibus vide not. per Arch.*in cap.illud, & in c.omnia.12.diſtinct.*&
Gem.ibi, Ioan. Andr.*in cap.fin.de conſuet.* Arch.*in §.leges.4 diſtin.*
& in cap.fruſtra.8.diſtinct.& etiam Gemi.ibi,& quod de conſue-
tudine rationabili dictum eſt, idem in aliis & vniuerſalibus &
particularibus ſiue ſingularibus, vt non repugnent vt ſupr. per
quæ redditur ſatis declarata gloſſ.rationabilia, hic, quæ voluit
quod ad iudicantis arbitrium remitti deberet, ex quo certa re-
gula dari minime poteſt: quod credo eſſe verum, quando eſſe-
mus in caſu, in quo cognoſci non poſſet, & ſic in caſu dubio, de
quo Hoſt. in ſum.tit.de conſue.§. quid ſit cõſuetudo. Alia ve-
ro quæ hic per Peruſ.dicuntur, potius ad tit. de conſuet.quam
de conſtit.ideo omitto.

¶ Not.quarto, quòd † non exiſtens de loco, ſtatuta & con- 28
ſuetudines loci ignorare præſumitur: & hoc probat text. ibi,
quia ea quæ ſunt facti & in facto conſiſtunt, probabiliter, &c. de quo
in c.proximo.infra hoc tit.in fin.extra territorium,&c. Sed iſta ratio
per ſe non ſufficeret, quia licet ſit extra territorium, tamen ſi
ſubditus eſt, videtur comprehenſus, licet ante ſcientiam non
ligetur, not.*in l.fin.ff.de iuriſd.omn.iud.* de quo per Innoc.*in rubr.*
de conſuet. ſupra, & Rom.*conſil.ſuis,171.& conſil.252.* Nam foren-
ſi indulgetur ignorantia ſtatutorum actum gerẽdo contra ſta-
tutum ciuitatis, ſecus in ciue antiquo.

¶ Ex his † infertur, quòd ſuper iure conſuetudinario poſi- 29
tiones fieri poſſunt, & admitti debent, quia probandæ: voluit
Bart.*in l.2.C.ſi contra ius vel vtilit.publ.* Ioan.Andr. *in c.fin.de con-*
ſuet.§.circa. Bart.*in l.omnes populi.* per hunc text.*ff.de iuſt.& iur.* v-
bi voluit, quod ſtatuta, quæ ſunt alibi facientia ad cauſam, ſi-
cut & alia inſtrumenta, produci debent, cùm talium ignoran-
tia pręſumatur: & in hoc Gemin. reſidet, & hoc habui & ſerua-
uari pluries in facto, & fit quotidie. Et quod de poſitione fa-
cienda ſuper cõſuetudine & ſtatuto ratio eſt, quia illud eſt po-
nibile, quod probari poteſt & articulabile: ad hoc faciunt no.
in cap.1.de confeſſ.inf.& in cap.quoniam, per Lanfran.de Oriano *in*
repet.de proba. vide gl.*in l.2.§.quod obſeruari.C.de iur.cal.* ad quam
Barto. ſe remittit *in alleg.l.2.C.ſi contra ius, in fin.col.in fin.* Quod
tamen ſupra diximus, quod non exiſtens de loco, &c. Amplia
non ſolum † procedere in forenſi, verum in ciue nouello, quia 30
in hoc procedunt à pari, pulchrè voluit Bald.*in repet.l.data ope-*
ra.C.qui accuſar.non poſſ. per text. quem ad hoc dicit eſſe ſingul.
in l.qui cum vno.in fin.ff.de re milit. quod dictum exclamat Rom.
in conſil.ſuo 228.in 3.colum. addens text.*in l.conſocium.& in l.qui*
commeatus,in fin.ff.eodem titulo,& in conſil.252.& in ſingula.ſuo 76.
vbi ciuis nouellus & fore[illegible] & qui paruam moram traxit in
loco,

loco, probabilem ignorantiam ſtatuti allegare poſſet, quod
eſt valde not. & vide Franc. Curt. *in conſil. ſuo 27. verſicu. reſtat ad
duo. colum.* 10. Paul. de Caſtr. *conſil. 455. in princip. primo volum.* vbi
forenſis, qui continue non moratur in loco ſed ad tempus, nõ
tenetur ad onera in ipſo loco poſita: ratio eſt, quia non dicun-
tur incolæ vltronei, & ideo non ſunt eorum ſtatutis & ordina-
mentis ſubiecti: vide Nouiſſ. Mediolan. *in lectura. & in repet. l.
cunctos populos. 4. colum. verſic. ex iſto membro, cum alijs quæ breuitatis
cauſa omitto.*

31 ¶ Fallit tamen † ampliatio huiuſmodi, quando talis foren-
ſis ſeu ciuis nouellus in prouincia prouinciæ ſeu ciuitati ſtatuẽ-
tium proximus ſeu vicinus eſſet, quia tunc præſumerentur ſci-
re & ſciuiſſe ſtatuta & conſuetudines illius ciuitatis, in qua ad
præſens morã trahunt: & ratio colligitur ex concluſione Abb.
in cap. 2. iſto tit. ſupra, quia ex vicinitate locorum notitia præſu-
mitur, pro quo faciunt, vt vicinus præſumatur ſcire facta vici-
ni: & ideo dicebatur per Doct. præſertim Bartol. *in l. 1. ff. ſi cer. pe-
tat.* quod bona eſt ratio in teſte interrogato in cauſa ſcientiæ,
qui reſpondeat, quia ſum vicinus: & hoc modo intelligitur in
his quæ communiter cadunt in notitiam vicinorum, alias ſe-
cus, Bald. *in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler. colum.* 5. idem Bald.
in l. 1. in fin. C. de colluſio. detegen. Bald. *in l. quoniam ſororem. C. de his
quib. vt indig.* Alexan. *conſil. ſuo* 80. Examinato. & ad hoc vide a-
lia, quæ not. per Philip. Dec. *in alleg. c. 2. hoc titu. ſupra in gloſſ. fin. 3.
& 4. colum. verſicu. Circa tertium membrum.* hoc tamen pro con-
ſtanti nõ pono, quia alia eſt ratio vicinitatis in teſte, alia in pro-
uincia proxima ſeu ciuitati: vide tamen Abb. de vicinitate lo-
corum diſtinguentem *in c. quoſdam. de præſumpt. & per gloſſ. in cap.
felicis, verſic. vicinorum, de pœn. in 6.* & Modern. in alleg. *c. quoſdam.*
cogita, quia diſputationis gratia ſal. huiuſmodi defenſari poſ-
ſet, & eſſet pulchra limitatio & reſtrictio ad iſtum tex. & ad al-
leg. *ſupra* & *infra* dicenda.

32 ¶ Amplia † ſecundo non ſolum in ſtatuto loci & conſuetu-
dine, verum in extrauaganti, *vt in proœm. ſupra, §. ſecus.* non tamẽ
in iure communi, quia in poſitionibus iuris & articulis non eſt
reſpondendum, quia illa notoria ſunt, *l. ornamentorum. ff. de aur.
& argen. lega. glo. in verbo, cauſa. in c. 2. de confeſſ.* poſitionibus iuris
facta reſponſio reſpõdenti minime præiudicat, quia in ea ſunt
partes iudicis, *l. ornamentorum. alleg.* & ibi Bart. Spec. *in tit. depo-
ſitio. §. 7. verſ.* 13. Bald. *in l. 1. C. de confeſſ.* & hoc modo conſulendo
obtinui, de quibus latius etiam ſcripſi *in conſil. 14. in titu. de dotis
reſtitut. & parte lucran. colum. 7. verſic. vel quo ad iſtud dico.* ideo alia
ratione non reſpondetur poſitionibus alias articulis iuris. Ex
33 † quibus infertur, quod ſententia lata contra extrauagantem
in iudicio non productam, vel in corpore iuris non inſertam,
non eſt ipſo iure nulla, niſi ſit notoria, *l. cum prolatis. ff. de re iudic.
cap. paſtoralis, de fide inſtrumen.* & exemplificari poteſt *in extraua-
ganti ad reprimendam, & execrabilis.* idem erit in ſtatutis in volu-
mine non reformatis, niſi in iudicio eſſent producta: idem etiã
Bartol. *in d. l. cum prolatis.* Iac. Butr. *in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet. c.
cum inter.* & ibi Abb. *de re iudic.* Anton. Imol. *in d. §. ſane*, alleg.
& Nicol. *in dict. cap. paſtoralis.* Bartol. & Bald. *in l. leges ſacratiſſimæ
C. de legib.* & in hoc reſident Peruſin. hic, & tene menti, quia ad
multa proficua ac vtilia exiſtunt, & propter ſupra allega. actus
non erit nullus, ſi contra ſtatut. conſuetudinem vel extraua-
gantem fiat.

34 ¶ At ſupradicta limitari † poſſunt vera eſſe in caſu dubio, ſe-
cus ſi de mente l. conſtaret, vt quia vellet ignorãtem compre-
hendi: vt ſi annullaret actum, quæ etiam locum contra igno-
rantem habere poteſt, *c. 1. in §. adijciebatur. de conceſſ. præben. infra,
hoc lib.* & per gloſſ. *in clem. 2. de hæret.* propter quæ vide, quod ſta-
tutum valet, quo cauetur, vt ignorãtia allegari non poſſit, not.
Bald. *in l. 1. verſ. ſed an valeat. ff. de legib. per l. diuus, la prima in prin. ff.
de fall.* vbi Bart. hoc idem dicit, pro quo dicto vide Rom. *in l. de
pupillo. §. nunciationem. ff. de nou. oper. nunc.* & quomodo ignoran-
tia probatur, vide poſt Abb. Nouiſſ. *in c. 2. de conſtit.* in 2. *lectu. poſt*
35 *primam, col. pen. ver. poſtremo & vltimo.* Abb. eum ibi not. vbi † vi-
debis, an ignorantia iuramento probetur: vbi videtur conclu-
dere, quod poſſit, niſi in cauſa huius limitationis, quando ſta-
tutum prohiberet ignorantiam, alleg. Io. de Anan. *in c. ad falſa-
riorum. de crim. fal.* quia ſi ignorantia non poteſt allegari, nõ po-
teſt etiam probari, & ſi teſtibus probari non poſſit, minus iura-
mento: alia tamen per eos vide *in 1. & 2. lectu. ver. alleg.* & ſic tunc
actus erit nullus.

36 ¶ Not. 5. ex text. qui † ad hoc quotidie alleg. licet per nouam
conſtitutionem iuris communis princeps intelligatur reuoca-
re priorem illi contrariam, etiam ſi de ipſa nullam fecerit mẽ-
tionem, ſecus tamen erit in ſtatuto & conſuetudine particula-
ri, quia non intelligit nec intendit tollere conſuetudinẽ & ſta-
tutum locorum & perſonarum ſingularium, niſi hoc expreſſe
dixerit: & quando de hoc expreſſe dicatur facere mentionem
in gloſſ. expreſſe videbimus, & longius infra.

¶ Eſt verum, quòd quando dicimus Roman. Pontif. per ſe-
cundam conſtitut. contrariam primæ abſque aliqua mentione
primæ tollit illam, reſtringi poſſit huiuſmodi concluſio com-
munis, niſi prima haberet ſecum clauſulam derogatoriã, quia
princeps † in ſecunda debet clauſulam generalem, non obſtat
apponere, alias non intelligitur eſſe remota, voluit Felin. poſt 37
Abb. *in c. nonnulli, de reſcript.* Bald. *in l. humanum. C. de leg.* Aretin.
in c. 1. de reſcript. hoc tamen ſublimitabam eſſe verum, quando
l. 1. & 2. eſſent eiuſdem principis, ſecus ſi diuerſorum, argu. tex.
in l. ſi quis in princ. ff. de legat. 3. & ibi Bartol. vtroque tamen caſu
conſulerem clauſulam non obſtan. neceſſariam, ſiue eiuſdem
ſiue diuerſorum, vt not. in loco alleg. & hæc quantum ad con-
cluſionem huius tex. principalem, quo tamen ad ſtatutum ſeu
conſuetudinem particularem ampliatur & reſtringitur certis
modis, vt infra.

¶ Ampliatur † primo non ſolum procedere in ſtatutis & cõ-
ſuetudine, vt ſupra *in 5. not.* dictum eſt, ſed etiam in pactis, & 38
fuit not. ampliatio Ioan. Mon. ad hoc probandum, l. & ratio-
nem adducit, pro l. facit text. *in cap. ex multiplici, de decimis.* vbi
orta lite inter quendam presbyterum ſuper ſolutione deci-
marum ex vna, & quoſdam Abb. & Monachos ex altera, ad
concordiam deuenerunt, quòd fratres ſiue monachi ad vitam
presbyteri ſibi & eccleſiæ ſuæ decimas de leguminibus ſolue-
rent. Hoc præcedente pacto, monachi huiuſmodi ab Apoſt.
ſede priuilegium immunitatis obtinuerunt, vt de laboribus,
quos propriis manibus aut ſumptibus excolũt, nulli decimas
ſoluerent: quia ratione monachi huiuſmodi decimas iuxta pa-
ctum inter ipſos & presbyterum ſoluere recuſabant. Conſul-
tus Papa reſpon. quòd pactum presbytero omnino ſeruare de-
bent, & ſic decimas ſoluere compelluntur. Et ratio eſt, quia
priuilegium conuentioni particulari non officit, ex quo in eo
de ipſa nihil expreſſit, igitur nec cõſtitutio remonebit pactum
contrarium. Et pro ratione Ioan. Mon. dicebat reſpectu ratio-
nis caſus huiuſmodi ratione non differunt, alleg. gloſſ. *cum no.
in c. quoniam. 18. diſtin.* cum qua ratione Nouiſſ. hic ſe reſoluunt,
& primum Gemin. quæſitum redditur clarum, & vltra prædi-
cta facit text. *in c. ſi propter tua debita, de reſcript. in fin.* & quod ibi
Gem. poſt Anch. *in 6. not.* etiam ſi in tali reuocatione eſſet clau-
ſula, non obſtan. Secundo adde text. *in c. veniens, de præſcript.* per
quem text. Abb. poſt Card. quos refert Felin. & ſequitur, dicũt
† quod impetrans debet facere mentionẽ de priori conceſſio-
ne limitata, vel alieni iuris aliquo modo conſeruatiua: & vide 39
not. *in c. cum olim, de re iud. ſupra.*

¶ Et propter hoc Ioan. Andr. *in addit.* vbi de priuilegio pro-
prio non ſolum, verum alterius in ſecundo debet fieri mentio:
ad quod alleg. *c. 2. in §. 1. de deci. infra, hoc lib.* propter quod ſentẽ-
tiam eorum, qui tenuerunt, quòd ſi ſtante ſtatuto in Eccleſia,
quod Epiſcopus de redditibus ſuis vſque ad ſummam centum
floren. teſtari poſſit, & nulla habita mentione à Papa vt vſque
ad 200. teſtari poſſit, nulla erit impetratio: quia ſi Papa ſciuiſ-
ſet ſtatutum moderatum, contra tale temperamentum non ita
de facili litteras Epiſcopo conceſſiſſet: pro quo Ioan. Andr. in
addit. ad Spec. *in rubr. de cler. non reſiden. in 2. colum.* vbi † ſi Titio
per Papam conceſſum fuiſſet, vt per quinquennium fructus 40
ſuæ præbendæ in abſentia percipere poſſit, ſi hac prima gratia
penden. ſecundam impetret alterius quinquennij, non habita
mentione de prima, ſecũda ſurreptitia erit: ad quod vide quod
not. Gem. *in c. 2. in 1. colum. de fil. presbyt. infr.* vide Felin. *in cap. 1. de
reſcript. 5. colum. verſ. limita 2. & ipſum latius. alleg. c. veniens, de præ-
ſcriptio. in 2. colum. verſic. dum Abb. præ cæteris guſtat.* & hoc facit ad
quæſt. de his, qui vt non teneantur promoueri infra certum tẽ-
pus, de quibus in *c. licet canon. & in c. cum ex eo, de elect. infra,* vbi la-
tius Deo dante dicemus: propter quod in materia priuilegio-
rum impetrandorum not. quod † impetrans priuilegiũ ſpecia-
le contra primum generale, valet ſecundum etiam nulla habi- 41
ta mentione de primo, niſi in caſibus per Felin. *in cap. 1. 5. colum.
alleg.* quod etiam extenditur ad ſecundum priuilegium impe-
tratum, etiam ſi ſecundum eſſet diuerſum à primo, aut illi om-
nino

nino conforme, vel quaſi illius executiuum: quòd tamen limitatur, vt ſupra dictum eſt, quādo primum haberet aliquam limitationem vel moderationem iuri communi conformem, aut ius alterius conſeruantem in parte, quia non ſolum tunc neceſſe eſt facere mentionem de primo, ſed de moderatione in eo contenta ratione ſuperius allegata *capit. ſuper litteris, de reſcript.* & quod ibi not. per Doct. & hoc modo intelligo dictum Innocen. *in d. capit. veniens*, quod dictum omnes ibi extollunt, Anch. *in repet. cap. ſi propter, colum. 11. verſic. ſecundo probatur. de reſcript. infra.*

42 ¶ Ex quibus † difficilis & ardua quæſtio terminari poſſet, ſi aliquis fuit legitimatus, ita vt patri ſuccedat in ea portione, quam pater ei relinquet & non aliter, quæ diſpenſatio potius dici poſſit: ſi poſtea legitimatio impetretur indefinita de totali ſucceſſione, non facta mentione primæ limitatę, non valet ſecunda impetratio, per illud dictū Innoc. & an diſpenſatio, &c. Ludou. *in l. qui ſuperſtit. ff. de acquiren. hær.* Paul. de Caſtr. & Alexan. *in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. l. pactum. C. de collatio.* Roſel. *in tract. legitimationis, fol. 39. verſ. vlterius eſt videndum.* Cæpolla *cautel. 157.* Cautela eſt, quam ſæpe dedi: cum aliis per Felin. latius ad quæſt. huiuſmodi, quia non eſt materia noſtra, ideo ad ipſum ibi latius me remitto.

43 ¶ Attendendum † eſt tamen, quia videtur diſputatiue loquēdo dici poſſe ea ratione, qua dicimus principem poſſe per l. ſecundam directo cōtrariam primę tollere primam, pactum tollere cenſeatur per l. contrariam ei: & ratio eſt, quia in Papa ſeu Principe non cadit ignorantia iuris: caſus eſt hic cum aliis concord. in gloſſ. ſed pacta fiunt iure mediante, *vt tit. ff. & C. de pact. not. in capit. quamuis, illo titul. infra & lib.* quia ſi aliter fierent, non tenerent, *regul. quæ contra ius, de regul. iur. infra*, vbi Dyn. Ioannes Andr. Peruſi. Exemplificari poſſet in mutuo, vt fiat ſed ſine vſura & ſimilibus, quæ in exemplum adduci poſſent, vt nor. *in l. pacta. C. de pact.* Reperio tamen Archid. *in alleg. cap. quoniam. 18. diſtinctio. in 2. colum.* & nihil allegat, quod verum credo, quando eſſet l. in titu. de pact. quæ eſſet contra aliquam l. nouam: tamen diſputando credo, quòd per text. ibi conſtitutionesque *in alleg. l. pacta.* contrariam ſententiam probet, quare ſi illud ius ſublatum erit, meritò idem in pacto, vt ſupra, adueniente l. illi contraria.

44 ¶ Et ratio † allegari poteſt etiam, quia pactum contra l. eſt nullum, *d. l. pacta quæ contra C. de pact.* vbi Noniſſ. Ferrarien. Iaſon, & alij in princi. & dicitur contra l. quando l. prohibet pactum expreſſe fieri, ſecus ſi l. non prohibeat, ſed diſpoſitio l. reſpiciat fauorem partis, poteſt tunc fieri pactum contrarium *l. illi; l. paciſci l. pactum ff. eod.* & plene per gloſſ. & Doctor. *in dict. l. paciſci.* Secus ſi publ. reſpiceret vtilitatem, *l. iuriſgentium. § ſi paciſcar. §. & generaliter ff. eo.* Quādo vero pactum dicatur contra l. vel præter, Barto. declaratur *in l. cum lex, in penultim. colum ff. de fideiuſſo. & in l. 1. ff. de nouatio.* Bald. *in l. non dubium. quæſt. penultim. C. de legibus.* Cyn. vide *in l. reſcripta. C. de precibus impera. offer.* Bartol. *in l. omnes populi, in 3. quæſt. in princip. ff. de iuſtit. & iur.* quando tractat, an ſtatutum valeat contra legem. Adeo prædicta vera ſunt, quod de pacto contra l. dicunt, vt Ampliari † primo

45 poſſit, vt ex ipſo pacto l. contrario non oriatur obligatio etiam naturalis, quia nullius eſt momenti, Riminal. *in dicta l. pacta quæ contra in primo not.* ratio eſt, quia l. reſiſtit, *l. non ſortem. in princip. ff. de conditio. indebit.* Bartol. *in l. 1. allegat. ff. de nouatio. & in l. cum l. ff. de fideiuſſor.* etiam ſi iuramentum interueniret, & poteſt eſſe ſecunda limitatio: pro quo eundem vide *in l. ſi quis pro eod. ff. de fideiuſſor.* Ex his enim verificatur, quod voluit gloſſ. *in rubrica. C. ne fideiuſſor. doti. den.* quia legi prohibitiuæ etiam ex conſenſu partium renunciari minime poteſt, ratione allegat.

46 ¶ Amplia ſecundo † ſiue tertio, quando in conſtitutione eſſet appoſita clauſula decreti, quòd ſi ſecus à quoquam factum fuerit, irritum & inane, &c. tunc pactum ſiue partium conſenſus nihil operatur, gloſſ. not. *in cap. ſtatutum, ad fin. princ. in verſic. committatur. & in capit. diſpendia, in verbo proceſſus, infra de reſcript.* iuncto eo, quod etiam vult gloſ. *in clemen. 1. in verbo, inhibentes, de iure patron.* eſt gl. de iur. ciuili *in l. à diuo Pio in gloſ. 2. in ver. actio. ff. de ritu nupt.* quam multum Bald. exaltat *in l. non dubium. column. 10. C. de legib. l. iubemus, in § ſane, poſt princip. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. ea qua. C. de donatio. ante nupt. & in c. dator, ad fin. de re iudic.* & eſt text. ſolemnis *in c. dilecto, circa fin. verſ. niſi forte.* quem Docto. ibi multum not. *de præb.* ratio, quia vbi apponitur clauſula annullatiua, tunc illud videtur datum pro forma, ſecundum Bald. & Angel. *in l. prima. ff. de liber. & poſthum.* ſequitur Petr. de Anchar. *in commento cap. canonum ſtatuta, in verſicu. quaro ſi ſtatue. caueatur quod notarij, hoc titu ſupra.* Sed † vbi aliquid requiritur pro for- 47
ma, conſenſus partium operatur, *authent. iubemus. C. de iudic.* Bartol. *in l. de his. ff. de tranſactionib.* & quod ſupra diximus de pacto contra l.

¶ Ampliamus etiam † quo ad bonos mores, not. ſcribentes 48
in l. pacta quæ contra. C. de pact. in 2. not. hoc tamen temperamento addendo, quia aliter dicitur contra bonos mores de iure ciuili, aliter de iure canonico: Nam de iure ciuili quicquid eſt improbum vel inhoneſtum, dicitur contra bonos mores: ſed de iure canonico illud ſolum, quod peccatum inducit, ſecūdum Bald. *in 2. not. in d. l. pacta. & in l. pactum quod dotali. in 19. quæſt. C. de collatio. & in l. non dubium, in 17. oppo. C. de legib. & in cap. 1. §. ſacramenta, de pa. iuramen. firm.* & not. *in rubric. C. de condit. ob turp cauſ.* & Paul. de Caſtr. *in dicta l. pacta. & regula cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. inf.* vbi iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium: debet intelligi quando eſt contra bonos mores de iure cano. & ſic quando peccatum inducit: quod ſecus eſt quādo eſſet contra bonos mores ciuiles, vt ſupra: quæ omnia ſunt no. pro quibus vide Modern. Ferrarien. *in d. l. pacta. 2. not.* & Iaſ. ibi cum aliis concor.

¶ Sed vide † quando dicimus, quòd illud dicitur contra bo- 49
nos mores de iure cano. quando eſt nutritiuum peccati, de iure vero ciuili quando eſt factum cōtra honeſtatem publ. *l. item apud Labeonem, in § ſed quod adijcitur. ff. de iniur.* non videtur inter vtrunque ius differentia, niſi in materia iuramenti, quia † iura- 50
mentum vbi ſine interitu ſalutis æternæ obſeruari poteſt, debet ſeruari, quod non eſt de iure ciuili, *cap. ſi vero. ca. cum contingat, de iureiuran.* Vnde ſi diſpoſitio, quæ eſſet introducta contra bonos mores, de iure ciuili eſſet nulla, idem etiam de iure can. quia † ius ciuile approbatum intelligitur à iure canonico, vbi 51
reprobatum non reperitur, ut ot. *in cap. 1 de nou. oper. nunciat.* Ideo *in cap. quamuis, de pact. infra hoc lib.* ni iuramentum interueniſſet de iure canonico, diſpoſitio illa non ſubſiſtebat, & in hac opi. fuit Riminal. *in loco alleg. dicta l. pacta quæ contra, in 2. not. 1. & 2. colum in princ.* Cogitandum relinquo, quia nō eſt materia noſtra, quæ tamen diximus, ad declarationem eorum quæ dicta ſunt adduximus.

¶ Ad text. *in cap. ex multiplici, allega.* pro ampliatione, de qua ſupra, reſponde, vt ſupra diximus ex not. dicto Innocēt. *in c. veniens*, communiter approbato, *de præſcript. 2. colum.* & quia non expreſſum fuit Papæ conuentionem inter preſbyterum, Abb. & monachos factam, quæ videtur iuri communi ſe cōformare, vnde etiam ſuccedit † regula, generi per ſpeciem derogari 52
non autem econtra: pactum de decimis ſoluendis de leguminibus erat ſpeciale priuilegium vero eorum vltimo loco impetratum generale, not. *in cap. 1. de reſcript. ſupra vbi latius.* Item quia ius quæſitum erat preſbytero: cum autem Papa non intēdat illud tollere, niſi expreſſe dicat, igitur &c. *cap. ſuper eo. de offi. deleg. cap. ſi eo tempore, de reſcript. inf.* & vide gloſſ. *in cap. cæterum de reſcript.*

¶ Vel † poſſet dici, quòd decimarum ſolutio ſeu ſatisfactio 53
eſt de iure diuino, quomodo, vide *in clemen. 2 illo tit. de deci. & in cap. nouum genus. eod. tit. ſup.* Ad rationem negatur eſſe identitatis rationē. Nam licet priuilegium ſit facti, pactum tamē eſt quid iuris, vt ſupra latius probatū eſt, ex quo ſequitur quòd l. in qua cōtinetur pactum inter partes initum, ea remota remouetur & illud, de quo tamen infra dicemus cum glo. magna: & licet pactum eſſet quid facti, eius tamen ignorantia per Papam allegari non poſſit, quia pactum ex l. deſcendit.

¶ Sed verius dici poteſt, quòd pactum ſublatum non erit, quia iam ſuum ſortitum eſt effectum, licet l. ex qua naſceretur, remota per ſecundam diceretur, *arg. text. incip. c. præſenti. de offic. lega. infra*, & quod ibi not. ſcripſimus, *& in cap. fin. de conceſſ. præben.* & hoc per rationem alias ſupra alleg. quia Papa nunquam † intendit tollere ius quæſitū alteri, *l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publ.* 54
iuribus. ſupra allega: vnde ſemper in ſuis litteris, niſi de plenitudine poteſtatis ſcripſerit, apponitur clauſula, dummodo tempore datæ præſentium, & c. ſicut illud, ſi preces veritate nitantur *cap. ex parte, lo primo. ſupra de reſcript. cum aliis.* Item conſtitutiones reſpiciunt futura, non autem præterita, niſi contrarium exprimatur, not. *in cap. fin. de conſtit. cum aliis. capit. 2 hoc titu. ſupra* confirmo per dictum Paul. *in clement. 1. de immunitat. eccleſi.* vbi dixit,

55 dicit, quòd † licèt lex ſuperueniens tollat l. primam illi dire-
cto contrariam, non tamen tollit effectus ex illa iam in eſſe de-
ductos ſiue creatos, *cap. ex tua, de fil. presbyt. cap. fin. ſupra de conceſſ.*
præben. quod eſt verum, quando ſimpliciter reuocauit l. anti-
quam, ſecus ſi non ſimpliciter, quia vltra l. irritationem illam
vellet pro infecta haberi cum ſuis declarationibus. Et intan-
56 tum † hoc eſſet verum, vt ſi quis eſſet excommunicatus per l.
antiquam, & eo modo reuocatam, non indiget abſolutione:
fuit opinio & concluſio gloſſ. *ibi in verb. infectu.* & cum his cum
communi concludo.
57 ¶ Ex his † tamen infertur correl. quòd princeps poſſit tol-
lere conuentionem ſiue pactum inter partes initum, dum ta-
men de ipſo ſpecialis mentio fiat :. & hoc not. ex text. & gloſſ.
in dicto cap. venient, de præſcriptio. & ibi Abb. & alij. *2. colum. in prin.*
verſic. vltimo not. cum præcedentibus. Contra quod tamen oppon.
Nam ex conuentione oritur obligatio, quæ eſt de iure natura-
li, igitur non poteſt per principem tolli, no. *in c. 1. de pact. & quod*
not. in l. iuriſgentium, in § igitur nuda ff. de pact. clem. paſtoralis, de re
iud. per Innoc. *in c. quæ eccleſiarum, iſto tit. ſupra*: quod erat verum
in conuentionibus factis ſuper iure priuato, quia tūc Papa nō
poſſet ſine cauſa illam conuētionem tollere ſiue remouere vel
deſtruere, vt colligitur *in alleg. ſupra nuper*, ad quod alleg. quod
voluit Innoc. *in c. inquiſitioni, de ſent. excom.* Secus tamen in con-
uētione inter perſonas eccleſiaſticas inita ſuper iuribus eccle-
ſiarum propter plenitudinem poteſtatis, quam Papa in clerico
habet, cuius poteſtas in omnibus excepta intelligitur, *c. veniēs,*
de iureiur. gloſſ. in c. conſtitutus, de reſcript. ſup. & facit bonus text. *in*
clem. dudum, in § nos, de ſepult. & iſta fuit ſol. quam cum glo. *in d. c.*
veniens, poſuit Abb. *2. col. verſ. vlt. not.*

¶ Quæ tamen iudicio meo non ſatisfacit, quia inter eccle-
ſiaſticas perſonas & ſuper iuribus eccleſiarum ac iure priuato
non videtur differentia, quia vtroque iure naturalia non reci-
piunt mutationem: vnde dato & conceſſo, quòd vtroque caſu
ex conuentione partium talis naturalis, obligatio naſcitur, nō
videtur remoueri poſſe per principem, propter quod, per not.
cap. 1. de pact. & in ca. 1. de probat. vbi latius in repet. ibi, centum conclu-
ſiones publice diſputaui. & ibi latius ſcripſi. not. *in § fin. Inſtit. de iur.*
natura. videtur quod poſſit agi ad obſeruantiam illius conuē-
tionis: ſecus tamē de iure ciuili, *d. l. iuriſgentiū. § igitur. ff. de pact.*
vnde non videtur differentia aliqua inter caſus huiuſmodi: v-
troq; tamen caſu poſſumus dicere, quod poſſet tolli, quia non
poteſtas ordinaria ſed abſoluta conſideranda eſt, & quia iure
ordinario non datur ciuilis abſque naturali, non tamen e con-
tra, quia datur naturalis abſque ciuili regulariter, iuribus ſu-
pra allega. ideo cogitabis, quia in illa ſolutione Abb. & ſequa.
videntur male ſenſiſſe.
58 ¶ In hoc † tamen reperio Innoc. *in c. nouit. de iudic.* & Anton.
ita concludere, quos Andr. Sicul. refert *in cap. quæ in eccleſiarum,*
colum. 20. ver. ſi vero Papa vel Imperator. vbi quod princeps poteſt
actionem ex iure ciuili ortam tollere, quia à iure ciuili actio-
nes dependentiam habent, argumen. *l. 1. ff. de orig. iur.* quia iuri
ciuili præeſt, *l. principis. ff. de legibus. cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.*
quod eſt verum cum ſubdito, quia ſine cauſa: ſecus cum non
ſubdito, quia cum cauſa fieri debet ab eo: ſubſequitur & hoc
ad propoſitum, licet actiones tollat, non tamen dominium &
obligationes, ex quibus quæruntur, & ſunt de iure gentium,
quod olim erat ante actionum introductionem, *l. ex hoc iure. ff.*
de iuſtit. & iur. propter quod nec dominium nec obligatiò ſine
cauſa remoueri poteſt. Eſto tamen, quod actio tolli poſſit, ius
tamen naturale & gentium ante actiones introductum rema-
nebit, & ſic ille remanebit in iure primæuo, adeo quòd ſi ſibi
iuſtitiam adminiſtrari petierit, exaudiri debet, ſicut olim ma-
nu regia miniſtrabatur, *l. 2. circa princ. ff. de orig. iur.* & cum hoc
tranſit Innoc. & Compoſt. *in dicto cap. quæ in eccleſiarum.* Et prō-
pter hoc Ant. de Butr. *in alleg. c. quæ in eccleſiarū,* dicit, quod licet
ex nudo pacto nō oriatur actio de iure ciuili, vt ſupra diximus,
iuribus alleg. naturalis tamen illa obligatio ex pacto ſurgens,
de qua ſupra executionem meretur: de iure ciuili tamen non
fiet, quia executionē effectiuè minime habebit, & vide Iaſon.
Mayn. *Inſtit. de actio. in § in perſona, num. 74.* erit tamen ſufficiens
quo ad exceptionem, *dicta l. iuriſgentium. § 3 cum ibi no ff. de pact.*
59 Peccaret † tamen Imperator, ſi virtute talis obligationis non
exequeretur per viam denunciationis Euangelicæ: & in hoc
reſidet Innocentius *in dicto cap. nouit.* allega. quæ bene conſide-
rabis.

¶ Collige † ex his tamen, quæ dicta ſunt ſupra in corrella. 60
in quantum ſentit, quòd ideo princeps tollit pactum, quia &
ſtatutum particulare, dummodo de ipſo faciat mentionem,
quòd de ſtatuto ad pactum & econtra argumen. colligi poteſt:
pro quo Franc. Cur. *conſil. ſuo 27. verſicul. argumen.* vbi negatiue,
quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt per ſtatutum, in-
telligendo vt pactum reguletur ſecundum diſpoſitionem iu-
ris, vt non ſit contra bonos mores, de quibus ſupra ſatis; vide
gloſſ. *in rubric. de decret. decurio. libr. 10.* Bartol. *in l. omnes populi. ff.*
de iuſtit. & iur. colum. 6. verſicu. quandoque. l. non reſiſtit. Modern. *in*
l. non impoſſibile. ff. de pact. A pacto ad ſtatutum ſemper bonum
eſt argumentum, quia arguit de minori ad maius affirmatiue,
ſi poteſt per pactum quod eſt minus, & per ſtatutum quod ma-
ius, *l. fin. in fin.* vbi Bartol. & Bald. *C. de fideiuſſo.* adeo quod illud,
quod poteſt fieri per pactum, poteſt & per ſtatutum ſimplex,
Bald. *in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinitat. & fide Cathol. 11. colum.*
cum alijs.

¶ Ampliari poteſt ſecundo loco † principalis concluſio & 61
not. 5. ex iſto text. collectum, idem iuris eſſe in priuilegio; quia
nunquam intelligitur tolli priuilegium alterius, niſi de eo fiat
ſpecialis mentio, *cap. veniens, de præſcript.* & caſus eſt *in cap. ſi pro-*
pter tua debita. infra de reſcript. & ibi not. ita voluit Ioan. Andr. hic
& ſequitur Bald. *in l. non plures, in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.* tenuit
gloſſ. *in c. 1. inſ. de capel. mona. in verſ. conſuetud* licet tollerent con-
ſuetudines & ſtatuta, non tamen tollitur priuilegium: & quod
hic dicitur de priuilegio, idem eſt in reſcripto; de hoc gloſſ. 2.
infra & ibi videbimus, & gloſſ. in d. c. quoniam. 18. diſtinct. & in ca. 1. ibi
in gloſſ. & cap. cæterum, de reſcript. & dom. Abb. & poſt ipſum Fel.
vtrobique, vbi de huiuſmodi materia: & vide Andr. Sicul. *in c.*
quæ in eccleſiarum. in 21. & 22. colum. vbi latius. Et per hoc dicebat
Paul. de Caſtr. *in auth. quæ in prouincia C. vbi de crim. agi. opor.* eſſe
optimum modum, quod ille, qui habet priuilegium immuni-
tatis, faciat illud in ſtatutis inſcribi: quia tunc † noua impoſitio 62
derogans priuilegiis non dicitur derogare illi priuilegio; ex
quo inſertum eſt in corpore ſtatutorum, gloſſ. *in l. 2. in § omnes,*
in verſic. compelluntur. ff. de iud. & in l. hæres abſens. & ibi Bartol. *ff. de*
iudic. Felin. *in c. ap. 1 in 7 colum. ſupra de reſcript.* & huic credo alle-
ga. poſſe text. *in l. ius ciuile. ff. de inſt. & iur.* de quo etiam infra di-
cemus.

¶ Reſtringitur tamen iſta ampliatio proxima, niſi tale priui-
legium eſſet generale & in corpore iuris clauſum: ſecus ſi eſſet
ſpeciale, licet in corpore iuris eſſet clauſum, quia primo caſu
ſumit naturam iuris communis, quia in principe præſumitur
ſcientia illius iuris, ſicut de iure communi maxime quo ad actū
reuocationis ad hoc. Secus in priuilegio ſpeciali etiam in cor-
pore iuris clauſo, quia præſumitur ignorantia. Et ad iſtud alle-
ga. gloſſ. *in verſic. corporali, in c. vt circa, de elect. infr.* & quod voluit
Ioan. Andr. *in cap. 1. de reſcript.* & in hoc Ioan. Fan. & ita ſic reſi-
det Abb. etiam *in cap. 1. de iure patro.* Comprobatur iſtud per no.
in cap. ignorantia. 38. diſtinct. & gloſſ. in proœm. clement. in verſicu. de-
creto. Bartol. *in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & in extrauag. ad re-*
primendam, ſuper verſicu. non obſtant. Comprobatur per id quod
dom meus Rodulphus dixit *in rubrica de iure patron.* & quæ poſt
ipſum & alios dixi in repet. *cap. 2. de præben. infra.* vbi concluſio-
nes 50. publice diſputaui repetendo illam cum ſuis adhæren-
tibus vt videbis Imol. clarius in alleg. *cap. 1. de reſcr. in 7. colum. in*
verſic. noſcatur. & hoc modo reſident Moderni Peruſini, & poſt
eos Ioan. Crotus *in hoc tit. in ſua repet.* Et hanc fallentiam intel-
lige, quando eſſet l. vel cōſtitutio noua, quia vera ſecus ſi eſſet
alia prouiſio, quia non tolleret priuilegium, licet generale, in
corpore iuris clauſum; gloſſ. *in authent. quæ in prouincia. C. vbi de*
crim agi opor. & ibi Bart. & Bald. ſed forſan dicerem ſuper hoc,
quod non intendat tollere, etiam ſi generale eſſet, quia priui-
legium eſt & contra ius & quid facti, gloſſ. *in cap. vt circa.* repro-
bat, & dicit quod non, ſi bene legatur, pro nunc tamen ſicco
pede trāſeo: & ſi tollatur generale, tollitur & ſpeciale eiſdem
rationibus: tamen dom. meus Garſi. familiaris præceptor qua-
dras Hiſpa. ſaluate decreuit gloſſ. *in d. c. vt circa.* vt ibi Deo dan-
te videbimus.

¶ Not. vltimo † ex iſto text. quod ſtatuta & conſuetudines 63
particulares locorum & perſonarum ſingularium ſunt facti &
in facto conſiſtunt, & eo modo quo declarantur hic per Do-
ctores, quia & communis intellectus mihi placet, ideo cum il-
lo tranſeo, quia nullus eſt, qui intelligere poſſit quid facti ſit
& in facto conſiſtere. Vel dico, quod † dicitur facti & in facto 64

 conſi-

ciente procedunt, ſcilicet à conſenſu, adeo quod princeps pa-
76 cto obligari videtur & efficaciter, quia licet non obligetur † l.
poſitiua, non tamen ſolutus eſt à dictamine rationis, cum ſit a-
nimal rationale politicum, & ideo nulla auctoritas nec prin-
cipis nec ſenatus poteſt facere, quòd non ſit rationale animal
& mortale, nec illum à l. naturæ vel dictamine rationis, vel à l.
æterna abſoluere poſſit, Bald. *in c. 1. in §. fin. qui feud. dar. poſſ.* quia
potentius eſt ius naturale quam principatus: pro quo vide An-
dream Sicul. *in cap. quæ in eccleſiarum, colum. 23. verſic. & ideo dicit
in princip.* de quo alias plene dixi repetendo *rubricam. & capitul.*
77 *primum, de probatio.* Reſpond. quòd † ſtatutum & conſuetudo
per omnia non æquiparantur pactis ſiue conuentionibus: nam
data inſtantia corruit *argum. cap. ſicut vrgeri. 1. quæſt. 1.* & quod ibi
not. ſed ſtatuta & conſuetudines ligant minores infantes & a-
lios conſenſum etiam non habentes, *not. in l. 2. C. quæ ſit long.
conſuetud. & in l. ſi ſine hærede. §. Lucius. ff. de adminiſtratio. tutor.*
& in hoc Ancharan. reſidet, vt non procedat argumentum à
ſimili.

¶ Scias etiam, quod ſol. huiuſmodi nõ ſatisfacit, quia prin-
ceps tollit pactum & conuentiones, de quo ſupra dictum ſatis
exiſtimo, not. *in cap. veniens,* per Abb. *in 2. col.* & facit ad illud, an
princeps pactum tollat rationem fere eandem: quę in caſu no-
ſtro non videtur procedere: quia ſequeretur, quod illa obliga-
tio naturalis, quæ oritur ex conſenſu l. ſtatutum & conſuetu-
dinem approbantẽ, illis remotis non remoueretur ipſa *l. de qui-
bus in fin. alleg. c. conſue. 1. diſt.* conſequens eſt falſum, igitur, & an-
tecedens, de quo *in gloſſ. mag.* dicemus cum Ioan. Andr. & aliis,
& doct. *in l. 2. ff. de verb. oblig.* Verumtamen dici poteſt, vt ſupra,
78 quod † obligatio naturalis remaneat ex pacto ſiue conuentio-
ne orta, vt ſupra, cuius virtute quomodo executio ſit petenda,
dicatis vt ſupra: item non eſt ſimpliciter verum, quod minores
& conſenſum nõ habentes ligentur, niſi in tempore à iure ſta-
tuto, *clem. 1. de homi.* & ibi Card. *c. 1. de delict. puero. not. in 2.* & ibi
Abb. *de regal. & in c. vnico, de deſponſatio. impub. infra, hoc lib. tot. tit.
ff. de minor. & de adminiſtr. tutor.* Quorum auctoritate obligan-
79 tur: ex ſe vero minime, iur. alleg. pactum † etiam & nudus con-
ſenſus inter ſe differunt, vide Bal. quem Ferrarien. alleg. *in rub.
C. de pact.* remittendo ſe ad not. per eos poſt ipſum *in l. ſiue apud
acta C. de tranſactio.*

80 ¶ Sed pro Anch. poſſet † dici, quod licèt ſtatutum & pactum
non ſit idem ratione, de qua ſupra, & ideo ex diuerſis non in-
feriur, quia non probat hoc eſſe, quo ab hoc contingit abeſſe,
*l. neque natales. C. de probatio. l. inter ſtipulãtem, in §. ſacram. ff. de ver-
borum obligatio. cap. inter corporalia, de tranſlatio. prælato. cap. ad au-
res. de reſcript. cum aliis ſimil.* tamen non poteſt negari, quin cauſa
efficiens vtrunque comprehendat, ex quo obligatio ex cõſen-
81 ſu l. approbato oritur, iuribus alleg. vnde procedit argum. de †
ſimil. ad ſimilia, licet in omnibus parificata non ſint ſimilia, ſa-
tis eſt quod ſimilitudo detur in caſu in quo æquiparantur, vt
Abb. & alij *in cap. inter corporalia,* allega. & in aliis locis, de qui-
bus ſupra. Nam pactum conſenſu, conſuetudo etiam cõſenſu,
*l. 1. C. de pact. cum alijs in c. 1. illo tit. ſup. l. de quibus, alleg §. ex non ſcri-
pto, Inſtit. de iure naturali.* Sed pro defenſione illius dicas eſſe ve-
rum, quãdo omnimoda ſimilitudo eſſet in caſu, in quo ſit cõ-
82 paratio, quæ tamen in hoc caſu ceſſat: nam conſuetudo † con-
ſenſu populi inducitur, pactum vero duorum pluriumve, *l. 1.
C. de pact.* cum ibi not. qua de re non eadem ratione, igitur nec
iuris diſpoſitione.

¶ Præterea faciunt not. per Nouiſſ. poſt Bald. *in l. de quibus, in
2. col. in repe. col. 12. verſ. confirmo. ff. de legi.* nam conſuetudo & pa-
ctum videntur differre, quia pactum vno inſtãti in eſſe produ-
citur, *c. 1. de pact. cum no. in alleg. l. 1. de pact.* C. quod non eſt in con-
ſuetudine, vt dicitur per Bald. & Nouiſſ. in loco alleg. alias da-
83 to quod poſſit fieri, tamen † diceretur conſuetudo intitulata,
quia ſimilis eſt homini, qui niſi temporis curſu perficitur, & ſic
contra Bart. tenuerunt Nouiſſ. *in d. l. de quibus, col. & verſic. allega.*
quæ ſi induceretur, eſſet facta & appellatur intitulata, Ant. de
Butr. *in ca. fin. col. 6. de conſuet.* & fuit ſententia Guil. & Petr. con-
ſuetudo erit intitulata tamẽ, ſed nõ vera: & in hoc ſaluari poſ-
ſunt Bartol. & alij, per dictum Anton. in repetit. loco allega.
84 quod not. pro ſtatutis † facientibus mentionem de conſuetu-
dine, quia intelligitur de propria, non autem intitulata, Barto.
in l. 3 §. hæc verba ff. de neg. geſt. Ioan. de Imo. poſt Abb. *in c. cum di-
lectus, cum ſequen. de cler. non reſident. not. in cap. cum dilectus, de con-
ſuetudin.*

¶ Gloſſ. Romanus, habet duas partes. *in 1. oppo. in 2. ſolut.* quæ
eſt ibi, ſolus vero. Ex qua & ex dictis Gemin. hic no, quod licet
interdum † Epiſcopi maximi Pontifices appellentur, qui non 85
poſſunt facere conſtitutionem iuri communi contrariam, Pa-
pa tamen ſummus & Roman. Pont. appellatur, *cap. cleros. 21. di-
ſtin. 2. quæſt. 6. cap. ſi epiſcopus accuſatus:* & aliis nominibus hic per
Gemi. relatis, quibus Papa diuerſimode nominatur. Conſide-
ra, quia Gemin. hic, pro expeditione. gloſſ. rectius in ſolutione
quam in opp. ſe geſſit, quia licèt maximus Pontifex epiſcopus
appelletur, non tamen conceditur, quin poſſit cõſtitutionem
ſecundam facere contrariam primæ, per text. *in cap. ſequen. infra
hoc tit.* vbi de epiſcopo: vide in legato *in c. fin. de offic. leg.* & quod
ibi Andr. Sicul. poſt Abb. & ideo Gem. rectius dixit ſolu. quod
non poteſt tollere diſpoſitionem iuris cõmunis per ſuã conſti-
tutionem, de quo *inf. c. ſeq.* Etiam in hoc reprehẽdi poſſet, quia
prima conſtitutio epiſcopi non facit ius commune, nec ſecun-
da, ideo non bene gl. ad tex. intellecta. Sed dicerem, quod op-
po. gloſſ. text. *in princ.* appel. Papam Roman. Pont. quia appel-
latur ſimplex epiſcopus maximus. gloſſ. ſolut. dic vt in ca: ho-
die tamen illum ſummum & maximum appell. vt Gemin. hic
in concord.

¶ Gloſſ. iuram. oppo. contra text. *de cap. cæterum, de reſcript. ſu-
pra:* hic dicitur, quòd Papa per ſecundam l. contrariam primæ
tollit primam etiam nulla habita mentione de ipſa. Contra, *de
cap. cæterum.* vbi per ſecundum reſcriptum non tollitur primũ,
niſi habita ſit mentio de primo. Solut. vt aliud ſit in iure, aliud
in reſcripto: ratio eſt in text. quia † Papa habet omnia iura in
ſcrinio pectoris ſui, ideo ignorantia allegati non poteſt: ſecus 86
in reſcripto, quia eſt quid facti, &c. ſicut in ſtatutis & in con-
ſuetud. particul. Sed dicas, quod iſtud non videtur eſſe verum
in reſcripto, quia non eſt quid facti, ſed potius iuris, quia re-
ſcripta conceduntur ſecundum iuris diſpoſitionem pro iuſti-
tia adminiſtranda, alias à priuilegio non differrent, not. *in cap.
1. de reſcript. c. priuilegium. 3. diſtinct.* & not. *in rubric. de priuileg. cum
ſimilib.* ideo ſecundo conceſſo, primum remotum eſſe videtur.
Reſpon. quod eſt quid iuris, verum eſt quo ad inſtantiam par-
tibus miniſtrandam, *c. 1. de offic. deleg. cum ibi not. c. 1. & 2. de mutu.
petitio.* facti tamen dici poteſt reſpectu iudicis iudicare deben-
tis, quia delegatus principis erit, licèt alias eſſet ordinarius:
quod intellige, quando alias non poſſit de tali cauſa ſe intro-
mittere, *ca. licet. de offic. ord.* alias non eſſet delegatus, ſed ordina-
rius, vt ibi. poſſet dici, quod illud eſt de reſcripto principaliter,
vt laboribus & expen. partium indulgeatur, *cap. finem litibus, de
dolo & contum.* cum aliis, ideo in odium contrarium impetrare
volentium expreſſum eſt, vt non valeat † ſecundum reſcriptũ,
niſi faciat mentionem nõ ſolum de primo, verum de ſtatu cau- 87
ſæ cõmiſſæ, *cap. cæterum,* ne partes in cauſis aduocandis inſtent,
quod noſtris diebus quam eleganter vigeat, ac in viridi ſit ob-
ſeruantia, nemo noſtrum ignorat, adeo vt partes, &c. argum.
text. *in §. alioquin. Inſtitut. de iuſtit. & iur.* Ex ſupradictis enim &
ad text. & ad not. ſupra ex eo, quando dicitur, quod Papa non
tollit ſtatutum, ſeu conſuetudinem particularem. Amplia †
hoc etiam verum eſſe in reſcripto, vt ſi ſecundum impetretur 88
contrarium primo, non remouetur illud: vel vt non receda-
mus à terminis literæ, dicamus, vt ſicut nec per l. vel nouam
conſtitutionem generales, non tollit particulares in loco, ſic
idẽ in reſcripto dicemus: & vltra rationẽ text. dicas, quia mul-
ta per importunitatem obtinentur, fuit Ioan. Fan. ad quod al-
leg. text. Ioan. de Imol. *in cap. cum olim de ſentent. & re iudic.* ideo
aliud in reſcripto, aliud in iure communi. Sed vide, ne eadem
ratione iſtorum dici poſſit, vt taliũ importunitatis refragetur,
remota fore dicemus: contrarium tamen dicas nõ ratione im-
portunitatis, ſed aliis ſupra adductis.

¶ Non obſtat quod imò † intelligatur remotum per ſecũ-
dũ: quia quilibet præſumitur & certus eſſe debet de facto ſuo: 89
*capitu. ab excommunicato. de reſcript. ſupra, l. quiſquis. C. de reſcinden.
vendit. l. quamquam. ad Vellcian.* quia eſto quod eſſe factum pro-
prium, tamen propter multitudinem reſcriptorũ ſingulis die-
bus & horis à Rom. cu. emanantium præſumitur ignorantia:
quo caſu videtur non ſolum in ipſo principe, verum in alio
quocunque inferiore, data paritate terminorum: hoc tenuit
Anchar. hic, & text. *in proœm. clemen.* facit quod not. *in l. penult.
ff. de iudic.* & Bartol. *in l. ſi quis delegauerit. ff. de nouatio.* & vide *in d.
c. ab excommunicato,* quæ ibi Andr. Sicul. & Felin. poſt Abbat. &
quod not. *in capitu. tertio loco, de probatio.* Poſſet alio modo dici,

quod non ſit factum proprium, & ſi ab eo reſcriptum emana-
uerit:ſed alienum,quia bene ſcit cauſas audiendas & per iudi-
ces ordinarios ſubditorũ,ſi tamen per alios probabiliter igno-
rare poteſt. Quapropter licet via procedendi in primo reſcri-
pto per nouam.l.remoueretur illi directo contrariam, non ta-
90 men reſcriptum, quia ad futura † non autem præterita.l.noua
trahitur,not.*in c.2.& fin.hoc tit.ſup.cum alijs.*Forte tamen alia ra-
tio dari poſſet,quia licet reſcriptum impetretur,vt dictum eſt,
pro iuſtitia partibus miniſtrãda, pro quo Hoſtienſ.*in ſum.de re-
ſcri.præſenta.* per Innoc. Abb.Felin.& alios *in rubr.de reſcript.* v-
bi multa : tamen inquantum relinquitur proprium iudicis tri-
bunal,quod eſſe non debet de iure communi,*c.cum ſit generale,
de for.compet.reg.actor.inf.de reg.iur.hoc lib.cum alijs:* videtur natu-
ram priuilegij ſapere : & ideo non valet ſecundum directo cõ-
trarium primo,niſi de ipſo mentio fiat. Et ſi dicatur, iſta ratio
non concludit, quando proprio iudici eſſet facta commiſſio:
reſpon.non obſt.quia licet ſit proprij iudicis facta impetratio,
conſidera,vt ſupra *in d.c.licet,de offic.ordin.* quia erit delegatus,
& vt coram delegato tenentur comparere,non autem vt ordi-
nario:ideo cogita, quia eſt noua ratio ad not.*in c.cæterum, alleg.
de reſcript.ſupra,* quia declinatoria fori tollitur.

¶ Gloſſ.*habere,*habet duas partes.in prima alleg.concordã-
res ad text.In 2.oppo.contra eum de *c.præterea.24.diſt.* cum al-
leg.ad quem ſe pro ſolutione remittit.2.*ibi,cõtra.*In ea.*ibi,l.om-
nium.* Arch.reprehendit gloſſ. quia text.ibi non probat, quod
de ſcrinio pectoris, ſed dicit quod noſtris ſcriniis eſt conſtitu-
tum:ſed ſi tota oratio ibi legatur,probat, & fuit ſententia Ioã.
Audr.quem Anch.& Gem.ſequũtur,hoc modo tamen : Nam
text. verba ſunt huiuſcemodi : dubitatur, an teſtamentum in
præſentia principis factum ſeu ei per oblatas preces inſinuatũ
poſſit de ſolemnitate redargui : Imper.Honor.& The.AA.re-
ſpon.arg.à multo magis,ſicut ſecurus eſt is,qui actis cuiuſcun-
que iudicis aut municipum,aut auribus priuatorum mẽtis ſuæ
poſtremum publicauit iudicium : ita nec de eius vnquam ſuc-
ceſſione tractabitur,qui nobis mediis etiã toto iure, quod no-
ſtris ſcriniis eſt,conſtitutum teſte ſuccedit:nam ſi Imperatoris
præſentia repræſentat ius,quod in ſcriniis neceſſario debet in-
telligi, vt tex.hic,vt iura de quibus in ſcriniis repræſentet,quæ
in pectore habet ſecundum voluntatem ipſius ratione tamen
ſuffultam,*c.erit autem l.4.diſtin.cum alijs.*

91 ¶ Cogitabam † hoc comprobari poſſe, vt text.*in l.omnium,*
in ſui generalitate probet, nec inconueniens, quia l.generali-
ter & indefinite loquens,eo.modo intelligi debet,*c.ſi Romano-
rum.19.diſtin.*& ibi gloſſ.*in verb.diuerſis.1.q.3.c.ſaluator.15.q.1.cap.
nec his.*& vide not.*in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.in gloſſ in verbo,quiſ-
quis.& in l.vt gradatim.§.& ſi lege.ff.de mun.& hono gloſ.in c.dilecto.
de ſent.excom.inf.hoc lib:& in l.non dubiũ.C.de legib.* cum autem ibi
indefinite dicatur, noſtris ſcriniis, de vtroque intelligi poteſt,
c.1.de probatio. ſed de vtroque intelligi minimè poteſt, quia de
præſentia Imperatoris tantum ibi dicitur.

92 ¶ Vel cogita:nam vbi † ſumus in caſu,in quo reperitur l.no-
ua loquens de materia antiquæ, non eſt inconueniẽs, vt intel-
lectum ſumat à noua, facit text.*in §.fin.in Auth.de fil.ante inſtru.
dotal.nat.col.3.*licet multæ ſint differẽtiæ inter antiquam & no-
uam,de quibus *in §.ecce his omnibus.23.q.4.in §.his.26.q.2.cum ſi-
mil.* ſed ex quo in vtraque.l.antiqua, ſcilicet omnium & noua
vt hic ſaltẽ in ratione ſui,quia omnia iura, &c. qua ratione per
l.2.directe contrariam primæ tollit primam etiam de illa nulla
mentione habita:ſic in propoſito dum quæritur,an teſtamen-
tum in præſentia principis factum de ſolemnitate redargui
poſſit,reſpon.quod non,quia ius,quod in ſuis ſcriniis,&c.vn-
de vult dicere,quòd illius præſentia tollit leges quibus tale te-
ſtamentum de ſolennitate redargui poſſet: intelligatur itaque
text.*in l.omnium.C.de teſtamen.* alleg. quod ſecundum hunc in-
terpretari poteſt.

93 ¶ Eſt tamen † aduertendum, quod iura iuribus concordari
debent,*in c.cum eccleſia.inf de electio.*nam & text.hic, vt ſupra di-
ximus, & *in l.omnium, alleg.* oſtendunt auctoritatem principis
diſponendo, ceſſando, addendo, derogando, abrogando, vt
*in proœm.ſupra, hoc lib.*quia omnia iura ad libitum eorum volũ-
tatis, ratione tamen quo ad l. contrariam condendam,& hoc
94 de poteſtate ordinaria,non autem de abſoluta.Nam † alibi di-
citur, Imperator eſt totus philoſophiæ plenus,*l.pen.circa med.
verſ.belliſſ.C.de his quib.vt indig.*alibi prudentiſſimus ac iuris reli-
gioſiſſimus appellatur,*l.vnum ex familia.§.fin.ff.de legat.2.* licet
alibi in iure erret,*l.3.§ fin.cum gloſ.ff.de ſuppellect.lega.*quod intel-
lige,vt per gloſſ.*in c.præterea.24.diſtin* & ibi Arch. Gem. Bald.
in l.præſcriptione,in 6.col.C.ſi contra ius vel vtil.publ. Abb.*in c.ex par.
lo 1.* & ibi plenius dixi, *de offic.deleg.* Iaſ. poſt Alex.*in d.l.omnium.
2.col.in princ.ver.dum text.ſubdit,* & ideo materialis intelligentia
reiici debet,nullumque tunc contrarium.

¶ Quo ad ſecundam partem † gloſſ.not.ex ipſa,quod Prin- 95
ceps dicitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, ſcilicet
per interpretationem & præſumptiue : & hoc modo ignorãtia
iuris non cadit in Principe,retentis terminis,de quibus loqui-
mur,alias datur obliuio in principe,*ibi in c.præterea.nuſquam vi-
dimus ſeu legimus c.præterea,alleg.niſi nos fallat obliuio,*& alibi *in cap.
quod autem.30.q.4.* vbi dixit Vrbanus Papa II. non recordari a-
licubi vidiſſe: erat tamen cautum *in c.non plures.de conſecr.diſt.4.*
quæ fuit ex decret. Leonis: & quãdoque impeditur minori in-
telligentia,*c.cum inſtantia.de cenſib.*& cum hac ſolut.tranſit glo.
in dict.cap.præterea.in verbo fallit: ſed text.*in dict.cap.cum inſtantia.*
non facit,ideo Gemi.ibi addit text.*in cap.ex litteris, de reſtitut.in
integrum.* Ad text etiam *in cap.præterea.* non dicit, quòd in Papã
cadat obliuio iuris, ſed loquitur de obliuione Epiſcoporum,
non autem de obliuione iuris : quia ibi dicit, quod ignoratur
quid factum ſit à miniſtris nouæ legis : quare ius non ignorat,
& cum hac reſponſione tranſit Archid.& Gemin.*ibi in fin.verſ.*
loquitur tamen de obliuione iuris,quæ interrogatur de diſpo-
ſitione iuris, & reſpon.à miniſtris nouæ l. poteſt intelligi de
Summis Põtificibus, non de Epiſcopis,quia ipſi canon obſer-
uare debẽt, vt latius ſupra:& ideo poteſt adaptari iudicio meo
illud nuſquam, niſi nos fallit, &c. Cogita, & cum iſto intelle-
ctu reperio Nouiſſ.Mediolanen.*in capit.ex parte.lo 1.in 2.colum.
4.not.* Nam † omnium habere memoriam & in nullo peccare 96
potius eſt diuinitatis quam humanitatis, *gloſſ.in verbo modere-
mus,in cap.cum adeo.de reſcript.* alleg.text.*in l.2.§.ſi quid autem.C.
de veter.iur.enucl.*Nihil eſt † enim in humana conditione,quod 97
perpetuo ſtare poſſit, *in d.l.2.§.ſed ſi quia diuina.* præſumptiue
tamen videntur intelligere hunc textum noſtrum hic, quan-
do dicit, omnia iura in ſcrinio pectoris ſui habere, cenſetur
quod eodem modo intelligunt text.*in d.l.omnium.C.de teſtam.*
Labilis † eſt enim hominum memoria,not.gloſſ.*in capit.tertio 98
loco,in verbo teſtium.verſic.item conſiderabit iudex, de probatio.* text.
cum gloſſ.*in l.peregre.ff.de acquirend.poſſeſſio.* poteſt falli in intel-
lectu legis.

¶ Fallit tamen duobus † modis, quando dicimus Papa ob- 99
liuione non fallitur, nõ habere locũ in his, quæ ſunt facti, tex.
eſt hic,vt exẽplificari poteſt in his, quæ ſupra & infra dicemus
ſcilicet conſuetudine & ſtatuto particulari, priuilegio, reſcri-
pto, pacto, ſeu conuentione inter priuatos, &c. text.loquitur
in his, quæ in facto conſiſtunt, *in d.c.ex parte lo 1.de offic.delegati.*
quod exemplifica, vt hic Ant.de Butr. Nam vt in obſeruantia
l.ideo cum quæritur,an l.obſeruetur,poteſt falli,quia eſt quid
facti : ſi quæratur, an habeat notitiam l.licèt poſſit falli, con-
trarium tamen præſumitur, vt ſupra. Item obliuio in ſummo
Pontifice præſumitur, quando tertio præiudicium inferre-
tur,*arg.c.ſuper eod.de offic.delegat.* Secus tamen in facto proprio,
quia † obliuio non præſumitur,*l.fin.ff.pro ſuo.l.quanquam.ff.ad 100
ſenatuſconſul. Vellean.cum alijs ſupra allega.* Sed hoc videtur ſtare
non poſſe:nam vidiſti Vrbanum II. dicere non reperiri prohi-
bitum, quin vir & vxor ſimul puerum ex ſacro fonte ſuſcipere
poſſent,30.q.4.*c.quod autem.*& tamẽ illius anteceſſor Leo pro-
hibuerat,*c.cum plures.de conſecr.diſt.4.* Quare neceſſe eſt dicere,
quòd aut Leo non fuit eius prædeceſſor, cuius contrarium te-
net glo.*in d.c.quod autem 30.q.4.*aut male loquũtur Nouiſ.quia
illud non conſiſtit in facto : nec etiam tractatur de præiudicio
alicuius ſed ſol.præſumptionis ſeu interpretationis melior cæ-
teris iudicio meliori ſaluo eſſe videtur:ita reperio hic Paul.ex-
poſuiſſe text.hic,cenſetur,ſcilicet præſumptiue,& iſta videtur
eſſe communis intelligentia.

¶ Ad ſol.gloſſ.*in d.c.quod autem inter.c.quod autem,alleg.& c.nõ
plures,de conſecratio.diſtin.* 4.primo ad primam dum dicit,quod
nulla auctoritate reperitur prohibitum : & tamen erat falſum
*per c.non plures,allega.*quòd licet illud per Leonem ſancitum fu-
iſſet, nondum tamen ad legentium manus venerat : quia illud
eſt † diuinare,quod nobis non licet, caſus eſt *in c.vnico, vt eccleſ. 101
benefic.verſi.puto cum donatio.& ibi gloſſ.in verbo,diuinare.*quod eſt
& cæſareo & Pontificio iure ſancitum, *l.ſi fideiuſſor.ff.manda.bo-
na gloſſ.in c.fin.de homi.*glo.& Doct.*in c.1.de ſer.non ordinan.*Qua-
propter

propter dicebat gloſ. *in l. filium quem habentē. C. famil. erciſ.* quòd
diuinatio eſt miſerorum refugium, *l. ſi procurator. ff. ad leg. Aquil.*
& l. ſi. C. de male. & mathe. Ioan. And. *in additio. ad Spec. in rub. tit. de*
ſortileg. cum alijs.

¶ Quo ad ſecundam ſol. gloſſ. ibi, vel forte eadem ratione
tolli poteſt: clariùs tamen dicite, quod facit propter rationem
dubitandi, quia videbatur, quod Leo Papa deberet determi-
nare, vt poſſent leuare filium de ſacro fonte, licet plures ad ſu-
ſcipiendum de baptiſmo infantem accedere non debeant, ni-
ſi vnus, ſiue vir ſiue mulier: contrarium tamen videbatur di-
102 cendum, quia cum † vir & vxor vna caro ſint, *c. ſi quis. 30. q. 4. c.*
debitum, de bigam. no. per Gemin. & alios *in c. vnico, de cler. coniug.*
infra. & ibi dixi, vnde videbatur quòd poſſent, quia non ſunt
plures, de cuius intelligentia vide in locis allegat. non tamen
tollit contrarium reſpon. huiuſmodi, inquantum text. dicit,
nulla auctoritate, &c. Sed vide ſi dici poſſet Vrbanum ibi be-
ne ſenſiſſe. Dubitatum fuit, an vir cum vxore ſimul debeāt ſu-
ſcipere filium de ſacro fonte, reſpon. Vrba. quod nulla aucto-
ritate, &c. Bene videtur reſpondiſſe, quia text. *in cap. non plures,*
alleg. in contrarium non loquitur in marito & vxore, ſed gene-
raliter loquitur, non plures accedant, &c. ſiue vir ſiue mulier:
ideo poteſt ſaluari, quia cum inter leuantes nulla contrahitur
103 compaternitas, licet in contr. vulgi opin. vigeat, † quæ tamen
attendi minime debet, argum. tex. *in l. decurionum, C. de pœn cum*
concor. in gl. in ver. audienda. videtur quòd non ſint prohibiti: eſt
verum, quod non eſt neceſſaria penitentia viri, muliere requi-
ſita & econtra: quia propter vnionem, de qua ſupra, commu-
nicant inſimul actiones ſpirituales vir & vxor, de quibus his
paucis ero contentus, remittendo me ad not. per Abb. & alios
in c. Martinus, de cognatio. ſpirituali, & Gem. & Doct. *in c. fin. eo. tit.*
infra hoc lib. cogita.

¶ Gloſſ. *reuocare* habet quatuor partes: Primo alleg. concor.
ad tex. In ſecunda quærit de q. In tertia rationem reddit. In vl-
tima temperat principaliter quod dixit in 2. parte, quæ eſt *ibi,*
idem in teſtamētis. Tertia *ibi ratio eſt vtrobique;* Vltima ibi, *& quod*
de teſtamento dixi. Ex qua primo collige, quod princeps per ſe-
cundam l. contrariam primæ tollit primam, nulla habita men-
tione de ipſa: caſus eſt hic cum aliis allega. *in prima parte gloſſ.* de
quo ſupra etiam ſatis dictum eſſe cenſemus: quod tamen idem
erit in ſtatuto vt hic expreſſe dicitur: & in teſtamento latius in-
104 fra dicemus. Et ratio eſt, quod † per ſecūdam l. ſtatutum & te-
ſtamentum, etiam nulla de primo mentione habita, primum
reuocatum eſſe cenſetur, quia ab vnius tantum voluntate de-
pendet: pro quo vide Cur. *conſil. 68. col. 12. & 13. in verſ. ſolum re-*
ſtat. vt in teſtamento procurat. & precario. vt ibi per eum, ſecus
in his quæ ex voluntate duorum, iuribus alleg. in gloſſ. in 3. ſui
parte. Eſt verum, quo 1 ratio huiuſmodi reprehenditur, quod
in priuilegio & reſcripto idem dicendum eſſet, ex quo à volū-
tate vnius proueniunt, & tamen falſum eſt, *c. cæterum, cum not.*
in c. 1 de quibus etiam *ſupra de reſcript.* & fuit reprehenſio Paul.
Quare dicebat ipſe, quod ſcientiæ præſumptio, reipubl. fauor,
communis vtilitas, ceſſant in reſcripto, priuilegio & teſtamen-
to, vbi tantum de priuata vtilitate tractatur: Quarum tamen
ſcientiæ præſumptionem potiſſimam fore dicebat, vt text. hic:
ſed quod in reſcripto, priuilegio & teſtamento reipubl. fauor,
& communis vtilitas ceſſent, hoc poſſet eſſe verum principa-
liter, non autem ſecundario, argum. text. & quod not. ibi per
Doct. *in § huius ſtudij. iunctu gloſſ. ibi in verſi. pertinet, cum præceden.*
Inſtit. de iuſtit. & iur. & in l. 1. in § huius ſtudij, cum gloſſ. ad ſingulorum
cum alijs. ff. illo titu. ratio tamen præſumptionis ſcientiæ cæteris
præferenda videtur, de qua in not. & ſic rationem gl. reiectam
à Paulo videtis.

¶ Quam tamen Gemin. ſaluari poſſe dicebat, quia voluit
potius aſſignare rationem, quare poſſit reuocare, quam quare
reuocet, quaſi ſimpliciter non habuerit reſpectum, an l. ſecun-
da vel teſtamentum tollat primum; ſed an ſecundo diſponens
diſpoſitionem primam tollere poſſit; ſed iſtud nō videtur pro-
cedere, quia ex quo prima difficultas, an ſecunda l. &c. eſt cla-
ra per hunc text. hic ſequitur alterius deciſio, An ſecundo di-
ſpoſitiones. Gloſſ. igitur videns, quòd text. dicit, quod per ſe-
cundam l. contrariam primæ tollitur prima, voluit primo alle-
g. concor. & ampliare idem in teſtamento, volens vtrobique
dare rationem, quia à voluntate vnius, &c. vide tamē, quia vi-
dentur iſta duo inter ſe differre, quia reuocet propter ratio-
nem in noua l. expreſſam, ſiue præſumptā, quæ propter legis
antiquæ abrogationem facile colligi poſſet: & ſic voluntas il-
lius erit aliqua ratione fundata, propter quam motus eſt prin-
cepſ ad ſic faciendum: ſecus eſſet ſi ratio † dari non poſſet, quia 105
ſola voluntas pro ratione: allegat not. *in cap. ſi quando. de reſcrip.*
cap. ſi homo eſſes. 27. q. 1. quia homo ratione carens hominem ap-
pellari vitioſum eſſe videtur, *§. hinc vero 23. quæſt. 3* & quod not.
in § quod principi placuit. Inſtitut. de iur. natur. & de voluntate hu-
iuſmodi non loquitur, de qua vide not. per Doctor. *in d. capit. ſi*
quando, cum alijs de reſcript. Quare poſſet reuocare, quia ab illius
tantum voluntate, vt in gloſſ. ſi tamē iſtud eſſet verum, ſeque-
retur quod Princeps regulariter poſſet tollere omnem iuris di-
ſpoſitionem, nulla habita mentione iuris reſiſtentis: & ſic non
eſſet neceſſaria clauſula generalis, non obſtant: vel clauſula,
ex certa ſcientia, conſequens eſt falſum, igitur &c. per not. *in*
cap. cæterum. cap. nonnulli, de reſcript. reuocare igitur poteſt, quia
ſuperiorem non habet, not. *in l. digna vox. C. de legibus. & in capit.*
propoſuit, de conceſſ. præben. virtute l. regiæ, quæ de ipſius imperio
loquitur, *§. quod principi, Inſtitut. de iur. natur. l. 2. § deinde cum eſ-*
ſent & in § nouiſſime. ff. de conſtitut. princ. facta fuit ſuper regio, id
eſt, imperio transferendo, quam tamen nō habemus, dicit gl.
in d. § quod principi. in verbo, regia. de quibus latius not. *in l. omnes*
populi. ff. de iuſtit. & iur.

¶ Tertiam † rationem aſſignari poſſe dicebam, quare prin- 106
ceps l. condēdo poſteriorem priorem reuocare noſcatur, pri-
uilegium & reſcriptum minime, quia in primo caſu habemus
rationem in text. expreſſam, quia omnia iura, &c. vnde non
datur ignorantia iuris, vt Paul. ſupra: in ſecundo vero habent
clauſulas in ſe ad alia priuilegia & reſcripta derogatorias: &
hoc per text. *in cap. cæterum. alleg.* de quo in gloſſ. *ſupra in verbo,*
iura. & in c. 1. de reſcript. per Felin. poſt Abb. *& in capit. nonnulli.* &
quod ibi latius not. *illo titu.* & idem dicendum eſt in legibus
clauſulam ſimilem habētibus, vt princeps eas ſine derogatio-
ne reuocaſſe minimè credatur: pro quo vide quæ ſupra dixi-
mus per not. in 5. *not. verſi. eſt verum & in l. nec damnoſa. l. vniuerſa.*
l. reſcripta C. de precib. imperator. offer. quod non ex poteſtatis ſed
voluntatis defectu procedit: nō enim præſumitur, quod prin-
ceps aliquid voluerit contra ius, quod ſi factum fuerit impor-
tunitate potius quam principis volūtate obtentum eſſe vide-
tur, Bald. *in d. l. reſcripta in 2. colum.* & ibi Paul. de Caſtr. alias ra-
tiones vide *in gloſſ. iura, cum alijs ſupra:* & hoc modo reſtringitur
regula text. noſtri hic, vt infra dicemus, quæ tamen dupliciter
ampliari poteſt, & primo Amplia etiam locum habere in ſta-
tuto, vt ſecundum tollat primum: caſus videtur hic, de quo ta-
men ſupra in not. longius diximus, & hoc ſentit gl. ad tex. rela-
ta, cum aliis quæ vera reputārur aliquibus tamen temperamē-
tis adhibitis, quare.

¶ Fallit primo, quando tranſiſſet † in contractum ſtatutum 107
huiuſmodi, quia tunc reuocari minime poſſet, *l. quod ſemel. ff de*
decret. ab ordin. facien. illis nolentibus, quibus ius quæſitum fo-
ret. ad hoc facit, quod not. *in cap. 1. de probation.* vbi Abb. & alij.
Bartol. *in l. omnes populi. in 3. principali q. ff. de iuſtit. & iur.* & quod
not. *in regul. quod ſemel. de regul. iur. infra* Ancha. hic gloſſ. *in Auth.*
de defenſoribus ciuita. in princ. colum. 3. Ioan. Andr. *in addit. ad Spec.*
in titu. de cenſib. § nunc dicendum. verſicu. quid ſi vniuerſitas. vbi ſi ci-
uitas † volens venientes ad habitandum in ea, vt operi alicui 108
conſtruendo contribuere teneantur, cōſuetudine eos ab om-
nibus oneribus ac exactionibus immunes faciēte, quia ius im-
munitatis eis quæſitum reſiſtit, illis reſiſtentibus ab eis auferri
non poteſt, *l. fin. ff. de pact. l. poſt mortem, in § fin. ff. de bono. poſſeſſ. con-*
tra tabul. Alexan. *conſil. ſuo 101. Viſis inſtrumentis exemptionis, pri-*
mo volum. prima colum. verſic. nam dicit Ioan. Andr. Paul. de Caſt.
in l. digna vox. C. de legibus. vbi Papa faciens pacem cum ciuitate
ſibi ſubiecta, ſi aliqua ſibi permiſerit, ea ſeruare tenetur: quod
etiam intelligo de plenitudine poteſtatis, Paul. vide *in l. fin. C.*
de tranſactio. quod not. pro conceſſionibus per fœlic. record.
ac bon. me. Iulium. 2. Bononienſ. factis, quorum aliqua cur-
renti calamo in ampliſſimo Diui Petronij templo aureo lapi-
de nigris characteribus conſcripta repertes: pro qua opinio.
vide not. per Felinum poſt Bald. *in cap. 1. de reſcript. fol. mihi 78.*
num. 7.

¶ Sane limitationem † huiuſmodi intelligas veram eſſe in 109
non ſubdito: ad quod facit text. ſecundum vnum intell. Inno-
cen. *in c. in noſtra. de iniur. & damno dat.* quam ita Alexan. *in con-*
ſil. alleg. induxit, cum ſubdito tamen non reuocat, niſi publica
vtilitate ſuadente, quia tunc eo inuito reuocare poteſt: ſic in-
C 2 telligi-

telligitur dictum Bartol. in l. omnes populi, alleg. Idem Anton. de
Butr. & Card. Ioan. de Imol. in cap. nouit. de iudic. & in cap. quæ in
eccleſiarum. hoc tit. ſupra. Ioan. fant. & Gemin. hic ratio eſt, quia
vtilitas publica priuatæ ſemper præfertur, l. 1. in fin. C. de cadu.
tollend. aut. rei quæ. C. commu. de lega. l. pen. ff. de priuileg. credito. Et
pro iſta ſententia vide Bal. in l. donationes quas diuus. C. de donat.
Idem in l. fin. in princ. ff. de pœn. alleg. l. qui fundus. C. de omni agro de-
ſer. libr. 11. l. item ſi verberatus. §. 1. ff. de rei vendicat. l. Lucius. ff. de eui-
ctio. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. l. 2. & quod Angel.
ibi, & l. bene à Zenone. C. de quad. præſcriptio. vbi propter publi-
cam vtilitatem Principi permittitur auferre dominium rei pri-
uatæ, & ſic ea quæ ſunt iuris gentium, quæ alias auferri mini-
me poſſent: plene not. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ. & in l. 1.
ff. de conſtitut. princip. Innocent. in capitul. quia plerique. de immu-
nita. eccleſ. & Bartol. in proœm. ff. cum alijs per Alexandrum vbi
ſupra.
110 ¶ Fallit ſecundo † principaliter, quando ſtatutum factum
fuit ad commodum non ſubditorum, quia reuocari non po-
teſt: ratio eſt, quia vim priuilegij habet talis conceſſio, vnde
debet eſſe manſura, c. decet, de regul. iur. infra. voluit Innoc. in cap.
nouit. ſup. de iud. Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccle. vbi ſtatuen-
tes ſingulis annis dare certam quantitatem frumēti clericis vel
religioſis, ſtatutum huiuſmodi reuocare non poſſunt, c. ad Apo-
ſtolicam, de ſimon. Gem. hic ſequitur in 4. col. opp. vlt. Ioan. de fant.
& iſta videtur vt communis concluſio approbari, & hoc dictū
ſequuntur omnes, quod ſingu. appel. Felin. in d. c. nouit. 9. colum.
ver. quaſi omnia iſta poſuit Bald. & vide Fel. in c. 1. de probatio. alleg.
Rom. conſil. 252 Panor. conſi. 35. colum. 2. volum. primo, & 41. colum.
pen. in fin. eod. volum. Lap. alleg. 100. ad fin. Card. conſil. ſuo 85. colum.
fin. Dominus Nicolaus marchio Eſten. cum aliis in l. perfecta. C.
de donatio. quæ ſub modo c. verum. de conditio. appoſit. Et ratio ſecun-
dum eum, quia diſpoſitio l. priuilegiantis non ſubditum non
tenet tanquam l. ſi enim tanquam l. teneret, non ligaret con-
cedentem, vt hic, & no. in l. humanum. l. digna vox. C. de legib. qua-
propter tenet in vim contractus: ideo irreuocabilis, & ligat cō-
cedentem, not. in d. c. 1. de probatio. pro quo Paul. de Caſtr. conſil.
215. vbi licet Papa poſſit ius quæſitum tollere ſubditis ex l. ſua:
ſecus tamen non ſubditis: quapropter alias dicebam non eſſe
differentiam inter hunc caſum & alium de ſtatuto in vim con-
tractus, &c.
¶ Ex qua ratione videtur confundi 2. ſol. d. mei Ioan. Mon-
fer. ad text. in l. ſi quis cum alijs. C. de epiſc. & cleric. ibi, legem enim his
prodeſſe non patimur. & ibi Bald. not. illum text. cum alijs rationi-
bus, de quibus remittit ſe ad not. in c. fin. de offic. deleg. vbi ſi Prin-
111 ceps l. condendo † priuilegium clericis conceſſerit, illud pro
arbitrio reuocare poteſt: & ita loquitur text. in l. ſi quis curialis.
ratio eſt, quia faciens actum, in dubio videtur ſequi naturam
actus, ſuper quo diſponit, l. quærebatur. in princ. ff. de teſtam. milit.
poterit ergo reuocari, quia natura l. eſt talis ſaltem tacite inter
iſtos, l. cum quid. ff. ſi cert. pet. c. verum, de condit. appoſit. alleg. vbi do-
natio facta eccleſiæ pacto appoſito ab initio, quo nō adimple-
to reuocari poteſt: ſecus quando Princeps clericis priuilegium
concederet ſimpliciter, non condendo legem: quia habet in-
ſtar cuiuſdā donationis, quæ de ſe videtur irreuocabilis, §. per-
ficiuntur. Inſtit. de donat. & d. c. verum.
¶ Ad rationem retorqueri poteſt contra eum, quia ex quo
non poteſt facere l. cum non ſubditis, habet vim priuilegij &
ſic irreuocabilis, arg. eorum quæ not. in c. quod autem. & in c. illud. de
iure patronat. Quapropter dicerem, quod adhuc in viridi
erit obſeruantia, vel ſi clericis eius remedio non ſuccurritur,
illud ex eo prouenit, quia non habemus eam, vt gloſ. ibi in ver-
bo legem C. de epiſc. & cler. Hanc tamen fallen. vide limitatā mul-
tis modis per Fel. in loco alleg. quæ breuitatis cauſa omitto, quia
ibi eleganti ſtilo poſuit.
112 ¶ Amplia ſecundo non ſolum in † l. vel ſtatuto, ſed etiam in
teſtamento, in tribus alleg. in gloſſ. l. ſi quis in prin. ff. de lega. 2. quod
procedit, etiam ſi in ſecundo nulla fieret mētio de primo, am-
bulatoria enim eſt voluntas teſtatoris vſque ad mortem, l. cum
hic ſtatus § ratio. ff. de donatio. inter vir. & vxor. l. clari. C. de fideicom.
& in Auth. de nupt. in §. diſponat, colum. 4. cap. vlt. voluntas. 13. quæſt.
2 cum not. in conſil. meis, conſ. 6. in 2. colum. verſic. ſecundo voluntas te-
ſtatoris. ſub tit. de teſtam. tutel. Et procedit ſimiliter, etiam ſi pri-
mum teſtamentum eſſet iuratum, licet teſtator periurus exi-
ſtat, de quo Ioan. de Imol. in c. cum eſſes, penult. colum. verſic. tangit
decimo, & colum. vlt. in prin. de teſtamen. per Nouiſſ. hic, 3. colum. ver.
in ea. gloſſ. in fin. alleg. plene not. in cap. quod ſemel, per Ioan. Andr.
de reg. iur. infra. Bartol. in l. ſi quis in princ. alleg. Imol. in cap. cum con-
tingat, de iureiuran. ſol. 12. & quod not. in l. ſi mihi & tibi. §. in lega-
tis. ff. de lega. 1. in gloſſ. in d. cap. vltima voluntas. & quod ſupra etiam
currenti calamo de huiuſmodi iuramento, & quod voluit
Fran. Cur. conſil. ſuo 68. colum. 12 verſ. ſolum reſtat. vbi de contra-
ctu ſocietatis, de conſtitutione procuratoris, & de teſtatore, v-
bi multa alleg.
¶ Fallit primo iſta ampliatio, quādo primum teſtamentum
eſſet inter liberos factum, authen. hoc inter liberos. C. de teſtamen. vt
gloſſ. hic expreſſe limitat, & iſtud eſt primum requiſitum: ſe-
cundò, quod fiat cum 7. teſtibus, & hoc quādo extranei eſſent
hæredes inſtituti propter regulam communem d. Auth. & in l.
hac conſultiſſima, cum alijs: ſecus ſi tantum filij, & teſtamentum
eſſet magis fauorabile filiis: quia tunc ſecundum indiſtincte
primum tollit, etiam ſi coram duobus teſtibus eſſet factum &
coram. 7. Nam ratio reddi poteſt, quia † paria ſunt, quòd ali- 113
qua qualitas inſit actui de iure ſpeciali, vel communi, l. cum ex
ratione. in princip. ff. de excu. tut. l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. ſed
idem eſt in teſtamento, in quo cauſa pia hæres inſtituta eſt, vt
ſecundum tollat primum. Paul. de Caſtr. conſil. 364. cap. cum eſ-
ſes. c. relatum, de teſtam. & hanc Ioan. Monfer. in repetit. hic deci-
ſionem nouam aſſerit, tamen poteſt dici, quod licèt fauore piæ
cauſſæ † teſtamentum duobus teſtibus ſubſiſtat, non tamen 114
ſimpliciter primum coram 7. remouetur, quia iura allega. hoc
non dicunt, vt priuilegiatum tollat primum ſecundum com-
munem regulam factum: cogita, quia non videtur bonum ſi-
mile de pia cauſſa, quæ tamen multum priuilegiata videtur:
adeo quod idem ſit in relictis ad pias cauſas ſicut in teſtamen-
to inter liberos facto, vt nulla iuris ſolemnitas conſiderari de-
beat. Abb. in d. c. relatum, lo primo, prima colum. in primo not. & An-
dreas Sicul. ibi in apoſtil. ad eum, & communiter Abb. hoc ſerua-
ri dixit. Imol. tamen ibidem videtur contrarium tenere, vt te-
ſtes debeant eſſe rogati, in 2. colum. verſic. extra gloſſ. quærit hic. &
colum. penult. verſicu. vltim. poteſt addere duo. & aliæ ſolemnita-
tes de iure ciuili, quia non videntur remotæ, vt ibi dicitur: di-
ctum tamen eſt verum, ratio eſt, quia authen. hoc inter liberos. al-
lega. eſt facta in fauorem liberorum, tunc ſequitur diſpoſitio
l. quod fauore. C. de leg. & iſto modo limitatur d. authen. & fuit glo.
dictum valde ſingul. in Authent. de teſtam. imperfect. quam ſequi-
tur & not. Iacob. Bel. & alij poſt eum Cyn. & cæteri commu-
niter, de qua meminit Ludouic. Roſel. conſil. 179. Ampliſſimum
Doct. colum. 10. & notabilius conſil. 385. In caſu præmiſſo quo quæritur.
& Nouiſſ. hic repet. colum. 9. verſ. habetis etiam ex iſta gloſſ. ratio eſt,
quia fauoris qualitas mutuo ſe confundit: quia idem fauor qui
in primo verſatur in ſecundo, argument. text. in l. ſed ſi milites, in
princip. ff. de excuſatio. tutor. ibi, æqualitas enim honoris militis fortior
videtur priuilegijs olim militum. l. aſſiduus. in §. exceptis. C. qui potio.
in pigno. habean. facit text. in l. non ſolum. in §. 1. ff. de rit. nuptia. vbi
pat affectio † tollit omnem ſuſpicionem, quæ alias præſume- 115
retur, gloſſ. in capitu. poſtremo, de appellatio. cum alijs. & vide Iaſon
in authen. in 2. colum. verſicu. ratio autem. & hoc pro prima reſtri-
ctione ad illum text. allega. inter alia Ioannes Andreas in addi-
tio. ad Specul. titu. de inſtrument. editio. §. compendioſe. verſicu. quod
ſi prius.
¶ Et ratio primi eſt fauore filiorū, vt in 2. fiat mentio de pri-
mo propter regulam § poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. l. ſi
quis prior. ff. ad trebell. cum aliis, & eſt ſing. text. in auth. hoc inter li-
beros. quia primum teſtamentum cenſetur habere clauſulam
derogatoriam ad ſequens teſtamentum, quod not. dixit Iaſon
in d. auth. hoc inter liberos, in vlt. col. verſ. ſecundo principaliter. ad not.
per Bart. in l. ſi quis in prin. ff. de lega. 3. & per Modern. in l. ſi mihi &
tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. Et ceſſat, ſiue limitatur regula l. in frau-
dem. §. ſicut. & ibi not. Angel. ff. de teſtamen. mil. vbi facultas † quæ 116
competit in concedendo actum, multo magis competit in re-
uocando illum: quia illud eſt verum, vbi tractatur de mero fa-
uore teſtantis, ſed hic de filiorum fauore tantū. Ratio ſecundi
quare 7. teſtes quia extranei erāt inſtituti, & tunc ſumus in re-
gula communi, & hæc ſunt not.
¶ Eſt tamen fallentia † huiuſmodi not. temperanda, vt ha- 117
beat locum in filiis legitimis & naturalibus, ſecus ſi naturales
tantum: & hoc modo intelligitur text. in l. hac conſultiſſima, in §.
ex imperfecto. C. de teſtamen. per Iaſon. in 2. colum. verſicu. ſecundo li-
mita. quia appellatione filiorum intelligitur de legitimis &
naturalibus, l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Quid

Quid de matre, vide ibi per ipſum de primo dicto Idem Bald.
Salic. Paul. de Caſt. in l. fin. C. famil. herci. Bald. & Imol. in l. qui te-
ſtamento. § mulier. ff. illo tit. & Imol. in l. ex facto. § ſi quis rogatus, vlt.
118 ſol. ff ad Trebell. † Quod tamen ſublimita, niſi eſſet legitimatus,
quia per patrem coram duobus teſtibus in teſtamento hæres
inſtitui poteſt. Bald. in cap. de cauſis, antepenult. colum. de offic. deleg.
& quod ibi legendo dixi: ratio eſt, quia dicitur verè legitimus
non fictè, Bart. l. ſi is qui pro emptore. ibi, an actio fingat circa ea quæ
ſunt iuris, 18. colum. ff. de vſucap. Bald. in l. nuper. C de natur. lib. & in l.
eam quam. col. 10. C. de fideicom. & vide alias rationes per Nouiſſ.
Mediolan. in l. hac conſultiſſ. in § ex imperfecto. 1. colum. verſic. 2. ex-
tende iſtum text. C. de teſtam. quia non eſt materia noſtra, vide ta-
men Bald. per illum text. in l. liberos. C. de collat. omnis macula per
diſpenſationem purgatur & eradicatur, ac ſi nunquam fuiſſet,
l. imperialis. in § ſimiles, vbi Bart. & Doct. C. de nupt. pro quo vide
Nouiſſ. Mediolan. in cap. at ſi clerici, in § de adulterijs. colum. penult.
verſic. quarto & vltimo de iud. vbi pulchrè: nec dicimus diſpenſa-
tionem extendi, quando ex propria vocabuli ſignificatione cō-
prehenditur, de quo quæritur: & ſic limitatur text. in cap. 1. & 2.
de fil. presbyt. infra hoc lib. Cald. conſil. 1. in prin. de conſan. & affin. cum
alijs per Moder. Mediol. loco alleg.

¶ Sed quia ſupra dictum eſt, quod teſtamentum inter libe-
ros factum non tollitur per ſecundum, in quo eſſent extranei
cum liberis inſtituti: videtur quod non amittant priuilegium
propter extraneos, per not. in c. dilectus, de offic. deleg. & in c. cum di-
lectus. de iurepatron. & per Felin. in tract. quando literæ noceant patro-
119 nis. vbi ſi clericus † cū laico in præſentando concurrerit, nō po-
teſt legatus iuripatr. derogare: vnde videtur ſic in hoc caſu, vt
filij non perdant priuilegium Auth. hoc inter liberos. ad idem in c.
per tuas, de arbit. cap. Ioannes de teſtam. & quæ poſuit Decius in cap.
præterea, de offic. deleg. colum. 7. verſic. quarto. Poſſet dici, quod cauſa
prohibitiua fortior eſt percuſſiua, quia priuilegium Authen. hoc
inter liberos. ad alios non extenditur, l. in ſingulare. ff. de legi. § quod
principi placuit. Inſtitut. de iure natur. verſic. planè. l. 1. ff. de conſtitut.
princ. pro quo vide not. in cap. 1. de iuram. calum. l. 1. in § conſequens,
iuncta. l. 3. in princip. & ibi Iac. de Are. & Bart. ff. de ſuſpect. tuto. l. ſi
Ruffinus: & ibi Bald & Alexand. vltima colum de teſtamen. milit. ad
quod alias ſcripſi in alleg. cap cum dilectus, de iurepatron. & in cap. di-
lectus, de offic. lega. & longius in tract. meo de poteſtate legati, 9. dub. pri-
mo quæſito.

120 ¶ Fallit ſecundo † principaliter, quando dicimus primum
teſtamentum reuocari per ſecundum indiſtinctè, quia teſtato-
ris voluntas vſque ad vltimum vitæ ſpacium ambulatoria eſt, l.
3. in § fin. ff de adimen. lega. cum ſeq. quando teſtator in primo te-
ſtamento ſibi legem teſtandi induxit, vt ſi aliud teſtamentum
fecero, illud valere nolo: quia tunc ſecundum debet facere
mentionem de primo, l. ſi quis in princ. ff. de lega. 3. & ibi gloſſ. & i-
ſta videtur communis opinio, quicquid Iac. de Are. quem Bart.
ibi refert, & Cyn. in l. ſancimus. C. de teſtam. non quod clauſula il-
la facultatem teſtandi tollat, ſed potius determinat non adeſſe
voluntatem in 2. niſi fiat mentio de tali clauſula, voluit Imol. in
c. cum eſſes, colum. penult. verſic. nonò quærit quia dixi: & videtur com-
munis concluſio, vt ad dictam clauſulam tollendam generalis
aliorum teſtamentorum reuocatoria videtur ſatisfacere, & ſi
de verbis derogatorijs aliter mentio in ſpecie non fiat, Bartol.
in dicta l. ſi quis. & Bald. in Authen. hoc inter liberos. C. de teſtament. &
in l. humanam. C. de legi. & vide Imol. in rub. de teſtam. colum. 5. Fe-
deric. conſil. 46. & Ioan. Andr. in reg. quod ſemel. quicquid Gemin.
& Dyn. ibi dixerunt, de regul. iur. infra. & Nouiſſ. hic Peruſ. Sed
attende, quia ratio, quæ fuit Petr. vt clauſula illa in primo teſta-
mento non tollat voluntatem, non videtur bona, quia ſi teſta-
mento appellatur voluntas, iuribus ſupra allegatis, & ſecundū
non ſubſiſtat non facta derogatione prioris, videtur voluntatis
expultrix, & ſic omnem: eo modo conſiderato, voluntatem
teſtatoris remouebit: quod eſt verum in expreſſa & emiſſa:
ſecus tamen in immittenda, in qua ſi hoc modo ratio intel-
ligatur, vera eſſe videtur: alia verò circa vltimarum volunta-
tum per Nouiſſ. hic emiſſa, ſuis in locis commodius examinan-
da reſeruo.

121 ¶ Secundo principaliter † ex gloſſ. collige, quod in depen-
dentibus à voluntate vnius quandocunque reuocatio fieri po-
teſt, vt in teſtamento, lege, vt per gloſſ. in regula qui prior. & ibi
Ioan. Andr. & per Bartol. in l. cum precario. ff. de precario. ratio eſt,
quia mihi in ſimilibus legem imponere non poſſum, quo mi-
nus reuocare liceat, vt in precario, de quo in c. 1. & ibi Imol. poſt
Abb. de precarijs, mandato procuratorio: Item in communione,
ſocietate, & ſimilibus à mera voluntate dependentibus, Bald.
in l. 1. 10 q vlt. col. C. de ſacroſan. Eccleſ. pro quo vide Fran. Curt. in
conſil. ſuo 68. col. antepen. verſ. ſolum reſtat. & pe. ad hoc etiam ſupra
alleg. ſecus tamen in dependentibus à voluntate duorum: &
hanc rationem diuerſitatis poſuit Ioan. Andr. in gloſſ. regula qui
prior. ſupra alleg. inter legem, teſtamentum, & contractum, vbi
videbitis materiam & quæſtionem huiuſmodi, quæ in pluribus
verſatur, & præſertim in habentibus titulos ſuos ſeparatim po-
ſitos, ſicco veſtigio tranſire putaui: Nam vtrum diſpoſitio per
diſponentem reuocari poſſet, verſatur in multis, vt in contra-
ctibus, de quibus in l. ſicut. C. de actio. & obligat. In alienationibus
contra iura, de quo in c. noſti. de elect. & in c. diuerſis fallacijs, de cler.
coniug. Item in iudicijs, l. quod iuſſit. ff. de re iud. & in c. cum ceſſante, de
appel. in priuilegijs, vt in clem. dudum, in § ſuper cathedram. ad fin. de
ſepult. In confeſſionibus: de quo in confeſſ. cap. fin. In ſolutioni-
bus & alijs, de quibus hic Anchara. & quia ad materiam non
pertinet vnumquodque declarare, ſe remiſſiuè a loca allega.
tranſmiſit.

¶ Gloſſ. noſcatur. habet tres partes. In prima oppo. contra
textum & ſolutionem duplicem ſolutionis rationē aſſignando.
In ſecundo quæ eſt ibi in reſcripto. limitat, quod in prima parte
dixit, dando remedium, quando talis occurreret, & differentiā
aſſignando inter priuilegium & reſcriptum: Tertiò & vltimò
ibi, idem contra. contra textum & ſolutionem in prima parte po-
ſitam oppo. & pro huiuſmodi oppoſ. ſolutione ſe remittit. Ex
qua in prima parte collige. Clauſula † generalis, non obſtante, 122
in reſcripto contra legem impetrato poſita ad eam tollendam
non ſufficit, niſi in ipſo de illo mentio fiat: ratio eſt, quia ibi er-
ror facti cadit: & gloſſ. poteſt in hoc intelligi error facti, quo ad
reſcripti impetrationem, de quo ſupra, vel quid facti, quia ad-
huc alia non exiſtente clauſula, an iuri princeps per reſcript. hu-
iuſmodi contra ius elicitum derogare voluerit vel ne, eſt quid
facti, de quo infra per Gemin. poſt Ioan. Fan. hic colum. 6. verſic. in
ea gloſſ. vbi de certa ſcientia. & per Aret. in cap. 1. de reſcript. 2. colum.
verſic. tertio eſt videndum: & pro concluſione vide Abb. Felin. in
cap. nonnulli. de reſcript. ſupra. ſecus tamen ſi princeps per nouam
conſtitutionem primæ directo contrariam diſponeret, quia
tunc clauſula non obſtan. ſufficeret: quod intellige, quando
prima lex clauſulam derogatoriam ad ſequentem haberet, Bal.
in l. humanum. C. de legib. Abb. in dicto cap. nonnulli, in princ. alleg. de
priuil. in clem. dudum. facit text. in cap. fin de ſent. excom. infra in ver-
bo, ſub quanis forma vel expreſſione verborum. & Nouiſſ. hic cum hac
ſententia tranſeunt colum. 10. verſic. prima ſit concluſio, cum ſequen-
ti: ſecus ſi lex 1. non haberet clauſulam derogatoriā, quia per ſe-
cundam contrariam intelligitur eſſe remota: & hoc voluit glo.
hic expreſsè. Et ratio eſt inter legem & reſcriptum, quia † ma- 123
turius & deliberatius fit legis promulgatio quam reſcripti con-
ceſſio, § fin. in fin. in proœm. huius lib. & iſtam rationem adduxit
gloſſ. in cap. ad audientiam, lo 1. de reſcript. quare falſa latinitas vi-
tiet literas Papæ, & non inſtrumenta: ſed data veritate huius ra-
tionis videtur ſuſtineri poſſe, quod etiam in lege clauſulam de-
rogatoriam habente non ſit neceſſe clauſulam nō obſtan. in 2.
remouenda per principem apponere, cogita, & per tex. hic, qui
ſimpliciter loquitur. Principalis tamen concluſio ampliatur nō
ſolum † in reſcripto, verum in diſpenſatione contra cōſtitutio- 124
nem conciliarem obtenta, quia de illa ſpecialis mentio haben-
da eſt, Arch. hic, Ioan. And. in c. 2. de exceſſ. prælat. & Peruſ. ibi, hic
ſe remittit, Bald. in l. humanum. C. de leg. Aret. in cap. 1. in col. ante-
pen. de reſcript. ſupra. Felin. in alleg. cap. nonnulli, de reſcript. 3. colum. &
ibi per ipſum: & eſt ratio, quia † quod fit à pluribus, maiori 125
auctoritate videtur eſſe firmatum & maioris roboris exiſtit, c.
prudentiam. verſic. illa quippe fuit antiqua ſed ap. prouiſio. cap. de quib.
20. diſt. l. vlt. C. de fideicom. cum alijs. quod tamen limitari poſſet
† in conſtitutione ſub nomine Concilij edita, videlicet quan- 126
do materia originatur à Concilio, quia à Concilio denomina-
tionem recipit, licet ibi Papa vt illius caput exiſtat, cap. conueni-
entibus. 1. q. 7. & maioris roboris eſt conſtitutio totius Eccleſiæ,
quam ſolius Papæ, c. cum dilecta, de elect. & quod not. Arch. in ſum-
ma, 18. diſtin. ſecundùm ipſum: ſecus tamen ſi materia eſſet ori-
gina à Papa approbante Concilio, quia tunc ſub nomine Papæ
ſcribitur, vt in ſupraſcriptionibus Decretal. demonſtratur,
quia ſine eo ſolus legem condere poteſt. gloſſ. in cap. ad Apoſtolicæ
de re iud. infra. & in cap. cuncta per mundum, 9. q. 3. pro quo Abb. in
cap. Oſius. de elect. & in cap. conſenſus, de rebus Eccleſiæ. Ex quo in-

ferri

127 ferri poteſt, quod prohibitus diſpenſare contra Concilium, nõ prohibetur contra decretalem conciliarem, cuius origo à ſummo Pontifice traxit fundamentum, per ſupra allegata, quia in caſu fallentiæ & correlarij videtur ceſſare ratio maturitatis & ponderis maximi, quod in ſe præſumuntur conſtitutiones à Concilio originatæ propter concurſum opinionum in idem concurrentium habere, *iuxta l. 3. C. de fideicommiſſ. cap. de quibus alleg. & cap. prudentiam*: quia vnicuique contradicendi datur libertas propoſitis per vnum de Concilio, *iuxta cap. Nicana. 31. diſtin.* in præſentia tamen Papæ non videtur affuiſſe, tanta maturitas ob illius recurrentiam, *c. 1. in verbo humanis modis. 16. q. 2.* & quod not. Innoc. & Bald. *in cap. quod ſuper hũ, de maio. & obed.* tum quia data diſcrepantia inter Papam & illos, præualet ſententia Papæ, vbi de fide non agitur, gloſſ. *in cap. in iſtis. 4. diſtin. & gloſſ. 1. in cap. quodcunque. & in cap. ſicut 15. diſtinct.* & iſta fuit conſideratio Felin. *in repet. cap. 1. in 5 colum. cum ſequen. verſic. not. quarto, ibi, ſacta ſynodus.* & vide quæ dixi *in cap. 1. de iudic.* & ante ſupraſcrip. *in cap. 1. de conſtitut.*

¶ Correlarium tamen non videtur ſubſiſtere poſſe, *vt in clement. ne Romani, iuncta ſupraſcriptio. de election. cap. vbi periculum. de election. infra gloſſ. in verbo, eligantur: ibi puto quod à Papa in clemen. 1. de electio.* vbi Abb. dicit, quod Epiſcopus non diſpenſat contra Concilium: & tamen ibi & in alleg. videtur edita à Papa approbante Concilio. & in hac ſententia reſidet Felin. ob diuerſam gloſſ. ſententiam: ſed poſſet dici quo ad ampliationem idem in caſu noſtro, ſecus ſi princeps conſtitutionem ſecundam contrariam illi conciliari à Concilio approbatæ non autem originatæ faceret, per allegata in concluſione ſupra: quia videtur eſſe ſublata, ſiue habeat clauſulam derogatoriam, ſiue non, quia maturius, &c. quod non militat in diſpenſat. rationibus alleg.

128 ¶ Ex quibus infertur, quod † diſpenſatus non poſſit contrahere matrimonium cum in gradu ſibi prohibito, *c. non debet, de conſang. & affin.* quæ eſt decretalis in Concilio generali edita, vt ex ſupraſcriptis elicitur, cum clauſula non obſtante non valet diſpenſatio: quia illi ſufficienter derogatum non videtur, ex quo de illa ſpecialis mentio in literis diſpenſationis habenda erat, *vt ſupra in ampliatione.* quod tamen eſt verum, niſi in ſupplicatione hoc clarè fuiſſet expreſſum; vt quia iſti matrimonialiter copulandi erant in tertio vel quarto gradu coniuncti: & hoc modo clauſula generalis non obſtan. ſatis ſufficiens erit: quod primò oſtenditur.

129 ¶ Nam † clauſula generalis in aliqua diſpoſitione appoſita, quæ in vna ſpecie tantum verificari poteſt: habet vim & potentiam ſpecificæ expreſſionis, *l. 2. ff. de libe. & poſthum.* vbi ſi teſtator vnicum habens filium, & in teſtamento, Filius meus exhæres eſto: dixerit, licet nomen illius expreſſum minimè foret, exhæredatus intelligitur: adeo quod per illum text. voluit Ang. & Imo. *in l. 4. ff. de lega. 1.* quos Alex. *1 colum. in primo not. in dicta l. 2.* refert, vt ſi dixero, Lego tibi equum morellum, & nullum talem & album tantum habuero, illo legato cedit: ratio eſt,
130 quia † appellatiuum cum adiectiuo conueniens vni ſoli nomini propriu æquipollet, argum. *dicta l. 2. cum 4. alleg. iuncta gloſſ. in verbo, hominum in fin.* & vide text. quem Alex. *in 2. colum.* adducit *in l. fundus qui locatus.* in ratione ſui *ff. de fund. inſtruct. & inſtrumen. lega.* per quem textum vide quod decidit Bald. *in l. liberti. in antepenult. colum. C. de oper. liber.* ad hoc *l. pediculis. § cum quæreretur. ff. de aur. & argen. leg.* & vide quod not. Imol. *in l. tam hic, in § 1. ff. de donatio. cau. mort.* & per Alexand. *in l. ſeruum. C. qui teſtamen. fac. poſſ.* & tenendo iſtam partem idem eſt dicere, vt ex narratiua facti inducatur certa ſcientia principis: quod tamen latius *in ſecunda parte gloſſ. infra* dicemus. Sed hoc fundamentum euitari poſſet, quia aliud eſt, quod in diſpoſitione apponi debeat clauſula non obſtan. vt ſupra: aliud eſt, quod fiat ſpecialis & expreſſa mentio in literis, vt in diſpenſatione, de qua loquimur: pro quo vide Abb. *in cap. at ſi clerici, in § de adulterijs, colum. 5. verſic. ſed circa prædicta dubitatur: & in colum. fin. in fin. de iudic.* facit text. *in c. non poteſt, in fi.* & ibi Doct. *de præben. in 6.* vbi impetrans ſecundum beneficium, & faciens mentionem de primo incompatibili per clauſulam non obſtan. non inducit diſpenſationem: & vide Spec. *tit. 2. § videndum, verſic. quid ſi Papa, & in cap. quamuis, illo tit. & lib. infra gloſſ. in verbo, ſpecialis in clem. 2. de offi. ord.*
131 & ibi Card. & vbi † ſumus in materia ſtricta, non ſunt paria, aliquid eſſe expreſſum, & haberi pro expreſſo, vt infra dicemus:
132 vnde extra † diſpenſationẽ, ſiue nominatim fiat, ſiue per æquipollens, nil refert, *l. ex quadam. ff. de teſtam. l. quoties, in § ſi quis. ff. de hered. inſtit. l. certum. ff. ſi cert. pet. cum alijs*: ratio eſt, de qua ſupra in gloſſ. quia reſcripti conceſſio cum minori maturitate, & *c. clem. dudum, de ſepul.* & ibi Card. *cap. fin. de ſent. excom. infra.* & ibi Ioan. And. & vide quæ Anch. poſuit *in conſil. 236, Ex tenore.* Bartol. *in l. ſi quis in princ. ff. de leg. 3.* Oldra. *conſil. 247. & 157. Fuit diſpenſatum, in 7 colum.*

¶ Secundò pro † iſta limitatione, nam ſi dicatur, quod inferior poſſit diſpenſare cõtra decretalem ſiue conſtitutionem in 133
Concilio editam, vt *in cap. quiſquis, de elect. ſupra.* per clauſulã huiuſmodi, non obſtan. videtur ſibi attributa facultas diſpenſandi: quia in Pontifice ſuperflua, cùm tales conſtitutiones ad libitum reuocare poſſit, *cap. ſignificaſti, de elect.* ne ergo ſit ſuperflua inferiores comprehendit: & hoc voluit Ioan. de Imol. *in cap. dilectus, de temp. ord.* Ioan. de Lig. Ioan. Calder. Franc. Aretin. *in cap. at ſi clerici, in § de adult. de iud. & in dicto cap. quiſquis.* licèt huiuſmodi ratio per alleg. tollatur: tamen aliud eſt, quod Princeps det poteſtatem alicui diſpenſandi: aliud, quod talis inferior ea vtatur: quia ipſe in derogatio. dicet, non obſtan. &c. quas S. D. N. in ſuis literis noluit obſtare; & ideo ſi ſpecialiter non ſit illi derogatum, diſpenſatio nulla videtur, & ratio eſt, quòd licet Papa poſſit, non tamen ſi diſpenſatum eſſet abſque illius mentione ſpeciali, conſtaret ipſum voluiſſe. argum. eorum quæ not. per Gemin. poſt Anch. *in c. 2. de præben. infra.* vel poſſe dici, quod per clauſulam non obſtan. non eſt inferiori data poteſtas contra decretalem conciliarem diſpẽſandi, quicquid dictum ſit in locis alleg. vnde vt de velle conſtet, neceſſe eſt quod appareat, per alleg. ſupra. & ideo non videtur vera limitatio per text. & not. *in cap. nonnulli, de reſcript. cap. ex parte, de capel. monach.* & per infra dicenda *in 2 part. gloſſ.*

¶ Fallit primò † concluſio ex gloſſ. excerpta, & non habet 134
locum, quando lex contra quam reſcriptum impetratur, non haberet clauſulam derogatoriam, quia videtur ſufficere clauſula, non obſtan. ad quod vide Felin. *in cap. nonnulli, de reſcript. § hæc & ſimilia, colum. 2. verſicul. ſecunda regula*: vbi copiosè per ipſum: ſecus ſi haberet, quia ad eam remouendam non ſufficit clauſula, non obſtan. ſed de ipſa lege neceſſe eſt ſpecialem mẽtionem in ipſo reſcripto habere; & hoc not. Abb. *in dicto capit. nonnulli.* vide Felin. ibi in 4 *colum. verſic. regula prima eſt iſta*, quod ſufficit per æquipollentiam de ipſo mentionem facere; quod tamen in diſpenſatione reſpectu diſpenſati non admitto, per not. per Abb. *in cap. at ſi clerici, in § de adulterijs.* de quo proximè diximus, *5. colum. verſicul. ſed circa prædicta dubitatur.* hanc tamen Felin. pro concluſione poſuit, & hoc modo intelligendã eſſe eſſe decret. *eam te, de ætat. & qualit. & in cap. fin. de reſcript. infra. & in l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcript. petan. & in cap. penult. de capel. monachor.* & not. *in cap. 1.* & ibi Gemin. poſt Ioan. Andr. *de exceſſ. prælator. infra.* cum alijs per eum alleg. Ex quo infertur, quod † ſi legiti- 135
metur filius natus ex ea, cum qua matrimonium eſſe non poterit, non ſufficit clauſula, non obſtan. ſed debet dici non obſtan. *§ fin. in Authen. quib. mod. natur. effic. ſui.* quod voluit Anchar. *conſilio 236. Ex tenore.* cum qua ſententia etiam hic Nouiſſ. tranſierunt.

¶ Fallit † concluſio principalis, quando diceretur non ob- 136
ſtan. legi contrarium facien. etiam ſi de verbo ad verbum de ipſa in literis huiuſmodi ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret: voluit Anton. *in cap. 1. hoc titulo ſupra.* Bartol. *in l. ſi quis in princ. ff. de lega. 3.* Felin. *in dicto cap. nonnulli, colum. 8. verſic. fallit 2.* & Aretin. *in dicto cap. 1. colum. 6 verſic. ſecundo adde in quantum*: adducendo text. in quo dicit eſſe caſum. *in cap. fin. de ſentent. excommu. infra. in fin. ibi, non obſtan. quibuſcunque ſtatutis ſub quauis forma verborum conceſſis; clem. dudum, verſus fin. de ſepultur.* & quod not. Abb. *in cap. cum inſtantia ſupra de cenſib.* cuius ſententiam ſequitur Feder. *conſil. ſupra alleg.* vbi de priuilegio loquitur, vide Felin. *in dicto cap. nonnulli, colum. 5. verſic. amplia primò*, cum ibi nota. per ipſum.

¶ Contra fallentiam huiuſmodi facit: vbi agitur de ma- 137
teria ſtrictè interpretanda; paria non ſunt, aliquid eſſe expreſſum, & aliud haberi pro expreſſo, *l. licet. ff. in quib. cau. pig. tac. contra.* vbi ad impediendum libertatem ſerui non ſufficit tacita hypotheca, ſed expreſſa tantum: Sed dici poteſt, quod in his, quæ ſunt facti; oportet neceſſario quod lex diſponat per fictionem; & ſtat regula, quod in his † quæ ſunt 138
ſtricti iuris; caſus verus non trahitur ad caſum fictum. *l. 3. § hæc verba.* & ibi Bartol. *ff. de nego. geſt.* pro quo etiam vide

quod

quod voluit Ioan.de Imol.poſt Abb.*in c.cum dilectus.& in cap.ad audientiam,de cleric.non reſiden.*& ideo iſta poteſt eſſe ratio,quare illa purificatio ad caſum non fauorabilem non extenditur: At in terminis noſtris ſecus. quia ad legem tollendam nõ eſt opus 139 ſictionem inducere, quia † Princeps non poteſt ſibi legem imponere, à qua non liceat recedere: vnde ſatis ſumus certi de voluntate ipſius Principis,legem derogare volentis: & ideo licet circa actum expreſſionis introducatur quædam ſictio, non eſt tamen cauſa immediata legem tollendi, ſed Principis volũtas, quæ declaratur per ipſam: & iſta fuit oppoſitio & ſolutio Aret. *in loco ſupra allegato*.cum qua Nouiſſ.hic tranſeunt *colum. 10.verſ. ſecunda ſit concluſio* poſt Felin.*in dicto cap. nonnulli, colum. 8. verſic. fall't.2.cum ſeq.*

140 ¶ Secundò † facit textus *in cap.2. de dolo & contumac.* vbi ad hoc vt ſecundæ literæ primas reuocent, non ſufficit de primis in genere mentionem habere,ſed de omnibus contentis in primis ſpecifica mentio eſſe debet.*cap.cæterum, de reſcript.* ſed Aret. *in loco allegato*, cuius eſt oppoſitionis ſolutio, quam tamen & ſi Nouiſſ.hic admiſerint, Felin. tamen vbi ſupra non placuit, & fuit inductio Anton.quem Abb.ibi *in 2.colum.vlt.not.*refert:ipſe tamen poſt Hoſtienſ.dixit illum textum hoc non probare,quia nedum ſpecialis,ſed nec generalis de prioribus fiebat mentio: cuius contrarium voluit Hoſtienſ.cui Abb.non conſentit,quia in prioribus exprimebantur nomina Eccleſiarum, ſuper quibus erat contentio: in ſecundis verò dicebatur ſuper quibuſdam Eccleſijs, ex quibus non inferebatur primarum inualiditas. Quapropter ſi ſaltem de prioribus mentionem feciſſet, primæ reuocatæ fuiſſent. Nec ſecundum Abb. *ibi in 2. colum. verſic.*& ad iſtum textum dicit quod non eſt de ſubſtantia,quod impetratio fiat,ſuper quo in ſecundo reſcripto facta fuit impetratio, perſona tamen iudicis,litigantium, & diœc. exprimenda videntur,quia ſubſtantialia,*cap.ſuper literis,cap.ſignificante.cap. Rodulphus,de reſcripr.*& de principali clauſula debet fieri mentio: quod tamen exprimantur res, ſuper quibus fit impetratio, vt ſubſtantiale, non placet Abbati, vt ibi, ſed ſatis eſt quod in genere,vt ſuper quibuſdam Eccleſijs,&c. quod etiam tenuit & in primo & in ſecundo reſcripto contra primum impetrato: & ſi in allegato capitulo ſecundo non probetur,dictum tamen 141 in ſe verum eſt, ſed non ſimpliciter: vnde circa hoc † videtur concludendum,quod clauſula generaliter non obſtante in ſecundo reſcripto contra primum in forma communi impetratum tollit illud, *cap.cauſam quæ.lo 2.de iud.*ibi, *non obſtantibus prioribus literis.& in cap.audita.de reſtit.ſpoliat. ibi. non obſtantibus literis ab altera parte impetr.* Rota *in deciſ. 5. in nouiſſ. illo titulo.* & in hoc ſuccedit, quod diximus *de l. 2. ff. de libe. & poſthum.* quia reputatur nominatim facta etim in materia odioſa: ratio eſſe poteſt, ne prioribus iudibus iniuria inferri videatur,argumen. *l. litigatores. ff.de arbit.in princip.* ſecus quando in primo ſpecialis forma procedendi appoſita fuiſſet, quia tunc mentio ſpecialis facienda eſt: vnde ſi primum reſcriptum de communi partium conſenſu impetratum fuiſſet,de tali conſenſu in ſecundo mentio fieri debet: ratio eſt, quia hic & præcedenti Papa hoc cognito de facili in contrarium literas non dediſſet, argument. text. *in capitulo poſtulaſti, de reſcriptis.* pro quo vide Nouiſſ. *in cap.cæterum, in 2.colum.in verſicul. not.primo regulam.* vbi latius.

¶ Sed vt tollatur contrarium,dicite ſpecialius,quod licet in ſecundo reſcripto debeat fieri expreſſa mentio proceſſus, *cap. inter.de re iud.* eſt verum, niſi in ſupplicatione petatur & concedatur,quod pro expreſſo habeatur.D.de Rot.*deciſ. 20. tit. de reſcript.in nouis*, vbi dicitur, omnes auditores hanc in ſententiam concurriſſe,de quo *in cap.cæterum,alleg.*& Millis *in reperto. ſuo ſol. 159. 3. colum* vt ſi dicatur in reſcripto, Cauſam & cauſas huiuſmodi,cuius ſeu quarum ſtatum hic pro ſufficienter expreſſum habere aduocare dignemini,& alteri commutare de gratia ſingulari, Bald. *in cap.ſuper literis,in 6.colum.verſic.quid ſi Papa,de reſcript.* vbi in tali caſu voluit omnia valere, ac ſi ſpecificata fuiſſent, argumen. *l.qui iure militari.ff.de milit teſtamen.* dicit tamen, quod clauſula huiuſmodi captioſa videtur, *per l. reſcripta. C. de precib.imperat offeren.* Felin. tamen *in cap.nonnulli,colum. 8. verſic. fallit 2.in 2. & 3. colum.* dando iſtam ſolutionem adiunxit *gloſſ. in extrauagan.ad reprimendam, in verb. perſonatus.* vbi ſi Papa in collatione dignitatis dixerit,non obſtante quod alia beneficia teneas, quorcunque qualiacunque ſint, prima retinere poteſt, qualiacunque forent,corrigendo gloſſ.alleg.quæ dixit,talia † & qualiacunque,&c.*vt in loco allegato* quia tantum valet ge- 142 nus in generali,quantum ſpecies in ſpeciali,argum. *cap.ſolitæ,de maio.& obedien cap.ſi ſacerdos, de offic.ordina.* ex quo enim præceſſit ſpecialis nominatio, genus ſequens intelligitur de nominatis vel ſimilibus,argumen. *cap.ſedes, de reſcript.* & quod ibi longius ſcripſi.

¶ Tertiò contra † fallentiam facit textus *in cap. qui ad agen-* 143 *dum, de procurat. infra*, vbi licet quis velit habere exigentia ſpeciale mandatum pro expreſſis, illa clauſula nihil operatur quantum ad illa, quæ ſpecialiter mandatum requirunt: vide tamen quæ ibi per Nouiſſ. *in princip. & in §.ſed ſi aliquis.* vbi de materia longius tractatur. Poteſt dici,quòd ille textus loquitur in diſpoſitione hominis, qui fingere ſeu fictionem inducere poteſt, *l.& ſi fortè*, & ibi Bartol. *ff. de caſtren. pecul.* & hoc voluit Aretin. *in loco allegato.* quæ hic ſufficiant quo ad primam partem gloſſ.

¶ Ex ſecunda † parte *gloſſ.ibi,in reſcripto*.nota,quod vbi prin- 144 ceps contra ius ex certa ſcientia reſcribit,non eſt neceſſe, quòd in priuilegijs vel reſcriptis apponatur clauſula, non obſtan. Et ex certa ſcientia princeps dicitur ſcribere, quando factum eſt taliter principi narratum, ex quo certus eſſe poteſt, quod iuri communi repugnat: exempli gratia, clarum eſt quod ad hoc vt quis poſſit obtinere beneficium curatum,debet habere vigeſimumquintum annum, *cap.licet Canon, de elect. infra ſi principi ſupplicauero,* vt mihi nondum decimumquintum annum agẽti beneficium curatum conferri mandet: ſi conceſſerit,videtur conſtitutioni prædictæ derogatum. Similiter in caſu *cap.ſtatutum,in §.cum verò.infra de reſcript. & in cap. cum ſit generale, de foro compet. ſupra*, vt ſi petatur in libello precatorio, vt cauſa, quæ eſt inter Ferrarien.& Mediolan.Bononiæ committatur, ibi tamen moram non trahentes,ſed quilibet in loco eorum originis:& concedatur,videtur diſpenſatum,licet conceſſio ſit contra iuris diſpoſitionem,vt cauſa Bononiæ terminetur: & iſtam ſentẽtiam videtur ſenſiſſe Angel. *in l.libertus aduerſus*,per illum textum *ff.de in ius voc.* vbi princeps † concedendo reſcriptum delegatorium 145 ſupplicanti, ipſum ad agendum habilitare videtur: ad quod facit text. *in l.1.*& quod ibi not. per Bald. *C. de precib. imper.offer.* Et ideo Anton.& Imo. *in cap.ſua nobis,de appellat.*dicebant,quòd Papa committendo cauſam, videtur appellationem admiſiſſe, non obſtante quòd aliàs tertiò appellari non poſſit. Et iſtam concluſionem tenuit Bald. *in l. impetrata.C ſenten. reſcin. non poſſ.* Paul. de Caſtr.*conſil.223.*per gloſſ. *in cap.ad hæc, de reſcript. ſupra.* gloſſ. *in cap ſtatutum,in princ.in verbo, literarum. infra eodem titulo.* Felin. *in cap.nonnulli.§.hæc & alia, colum. 9. verſic. fallit quarta prædicta regula.de reſcript.*& vide Nouiſſ. Mediolanen. *in l.Barbarius. in 4.colum.verſic.Item not.ex eodem verbo.ff.de offic prætor.*tenuerunt Nouiſſ.& Pedemontani *hic colum. 12. in princ.* Et cum iſta opinione tranſeunt Nouiſſ. Mediolan. *in cap porrecta, in penul.colum. verſic.quinto etiam ex certa ſcientia,de confirm at.vtil. vel inutil.* gloſſ. allega. *in cap.paſtoralis.in §.præterea in verbo, ex certa ſcientia, de offic. delegat.*& gloſſ. *ex certa ſcientia,de iud.* not. Abb. *in cap.ad hæc, alleg. de reſcript.& in cap.cum inter. de exception.* Imol. *in l.quidam conſulebant, colum. 4. verſic. item aduerte.ff.de re iudic. & in clemen.2. in fin.de reſcript.* Franciſ. Curt.*conſilio ſuo 309. libro 4.* Aretin. *in l.poteſt quis,in 3.colum.ff.de vulga. & pupil.*& hoc duplici ratione, & prima.

¶ Nam † ſi tenor rei confirmatæ inſeratur, confirmatio ex 146 certa ſcientia facta dicitur, *cap.penult.* & ibi Nouiſſ. poſt Abbat. *in penult colum.verſic.in gloſſ.2.de confirmat.vtil.vel inutil.*vnde non requiritur, quod exprimatur ex certa ſcientia. idem Abb. voluit poſt Innoc. *in cap. inter dilectos, colum. 7.de fide inſtrum.* quod procedit,etiam ſi talis inſertio eſſet contra ius commune, quia Papa ex certa ſcientia diſpenſare videtur, Specul. *titul. de inſtru. editio.in §. nunc videndum, colum. 2.verſic. quidam diſtinguunt. & verſic. quid ſi conceſſum.* Cardin. *conſilio 118. Duo ſunt videnda, colum.2.cum alijs.* Et talis inſertio fidem facit abſque eo, quod originale producatur, gloſſ. penult. *in cap.Romanorum.19.diſtinct.& in cap.Abbate,de verborum ſignific.*ratio eſt, quia † confirmatio ex 147 certa ſcientia dicitur diſpenſatio, not.Bald. *in cap.inſuper.in prin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Item † actus, qui aliàs iure commu- 148 ni non valuit, ex certa ſcientia confirmatus tenet, gloſſ. *in dicto cap.ad hæc:* & ibi Abb. *de reſcript.* Bartol. *in l.conficiuntur.in §.codicilli.ff.de iu.codic.* quia clauſula † ex certa ſcientia habet 149 vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis, not. Bald. *in l. eos, in princip. C. de appellation. cum ſimilib.* ſed iſta ratio non videtur

profi-

proficua, quia *in dicto cap. penult.* licet fuerit tenor rei confirmatæ
150 inſertus, tamen non contra ius commune, quia ſuper † ſpiritua-
libus non tranſactio ſed amicabilis compoſitio admittitur, vt
ibi; *cap. vltim. de rerum permutat. cap. conſtitutus. de tranſactio.* Simi-
liter videtur, quod ibi ſuperflua fuerit rei confirmatæ tenoris
inſertio, probat textus ibi: & ad maiorem rei euidentiam, &c.
& vltra hæc vide Nouiſſ. ibi *in 2. colum. verſic. & ex dictis Abbatis*
cum ſeq.

¶ Secunda ratio quia in his voluntas Principis attenditur,
per Innocent. *in cap. cum Eccleſiaſtica de except.* in qua declaranda
non eſt data forma, igitur ſufficit quoquomodo colligatur, *l.*
certum. ff. ſi cert. pet. not. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. fac.
151 *poſſ.* vt in † teſtatore, cuius voluntas etiam ex coniecturis inſpi-
citur, *l. licet imperator.* & ibi Bart. *ff. de lega. 1. l. cum auus. ff. de condi-
tio. & demonſtrat.* Iſta ratio non videtur vera, nam quando Prin-
152 ceps † ex plenitudine poteſtatis ſcribit, vt hic, certè eſt tra-
dita certa forma, puta ex certa ſcientia, motu proprio, de ple-
nitudine poteſtatis: iſtis modis cognoſcitur illius voluntatis
intentio, quæ tunc pro ratione habetur, de quibus *in capit. ſi*
motu proprio. de præbend. in 6. quia ſi contrarium eſſet verum, ſe-
queretur quod etiam vbi eſſet factum expreſſum contra de-
cretalem conciliarem, abſque clauſula ex certa ſcientia ex-
preſſa, vel alijs, de quibus nuper, talis diſpoſitio eſſet remo-
ta, quod non eſt verum, not. *in capit. nonnulli. de reſcript. ſupra.*
immò clauſula generalis non obſtan. non ſufficit: voluit Ar-
chidiac. hic, & Bald. *in l. humanum. C. de leg.* quos refert & ſe-
quitur Decius *in capit. at ſi clerici, in §. de adulterijs, colum. 4. ver-
ſicul. ſecundo limitatur. de iudic.* de quibus etiam ſupra diximus:
& quando voluntas teſtatoris eſt contra iuris diſpoſitionem,
non attenditur, quia ſecundùm illud regulari debet, *l. nemo
poteſt: cum ibi not. ff. de lega.* 1. igitur non videtur ſecunda ratio
bona: & ideo dixit gloſſ. hic, quod reſcribendum eſſet: pro
quo vide text. & quod not. *in cap ſi quando. de reſcript. ſupra.* ideo
non eſt verum, quod voluntas Principis in his ſimpliciter at-
tendatur.

153 ¶ Facit tamen pro iſta † communi concluſione text. *in l.
quidam conſulebant. ff. de re iudicata.* Secundò text. *in l. Barbarius
Philadelphus. ff. de officio prætoris.* vbi Princeps vel populus pro-
mouens ad dignitatem ſcienter indignum, ipſum habilitaſſe
videtur. Poſſet dici, quod illud eſt ratione publici officij, quia
cum illo tunc diſpenſare videtur: & hoc modo intelligantur
iura allegata, & text. *in cap. ex parte, de teſtibus cogen.* vbi Hoſt. poſt
Innocentium, & iſta fuit prima ratio, quia ad publicam vti-
litatem contra ius fuit diſpenſatum: ſecus ſi ad priuatam vti-
litatem, quia eſſet neceſſaria clauſula ex certa ſcientia, vel ge-
154 neralis, non obſtan. facilius † iuri communi fauore publico
derogatur, quàm priuato, *authen. res quæ. C. com. de lega. cap. bona.
de poſtulat. prælator.* & dicunt Nouiſſ. hic per rationem huiuſmo-
di, & ſi non ita clarum ſenſit Bartol. *in extrauagan. ad reprimen. in
verbo. non obſtant.* Sed iſta ratio non ſatisfacit, licèt pro bono
publico faciliùs derogetur iuri communi, quàm pro commo-
do priuato, non tamen ſeruata forma alias ſeruari ſolita cum
clauſulis conſuetud. & opportunis, ſcilicet expreſſa clauſula ex
certa ſcientia, vel non obſtant. cùm autem non detur in hoc
caſu ratio inter priuatum commodum & bonum publicum,
quare in vtroque neceſſaria erit clauſula, vel ex certa ſcien-
tia, vel clauſula generalis, non obſtant. quod ſi ſecus fieret,
gratia ſuſpecta de falſitate videtur, *cap. porrecta, de confirmat. vtil.
vel inutil.*

155 ¶ Secunda ratio, quia Princeps † concedendo officium cum
adminiſtratione, hoc facere præſumitur præcedente cauſæ co-
gnitione, argum. text. *in l. 1. C. qui & aduerſus quos:* vbi pro mino-
re præſumitur, quod ſit habilis, ex quo fuit promotus ad officiū
publicum, *l. ſi patronus, in princ. ff. de confirmat. tuto.* Poſſet dici,
156 quod textus *in alleg. l. 1.* proceſſit in caſu neceſſitatis, qui † ad
conſequentiam minimè trahendus eſt, *l. ius ſingulare. ff. de leg.
cap. quod non eſt licitum. cum ibi not. de regul. iur. in antiquis cum a-
lijs.* Nec textus *in l. patronus.* facit, quia ſi ſuſpectus fuerit, re-
moueri poſſit, *toto titulo. ff. de ſuſpect. tuto.* aliàs poſſet dici, quod
vbi Papa ſimpliciter concederet officium alicui inhabili, di-
ceretur cum eo diſpenſaſſe, quod eſt falſiſſimum, quia in
diſpenſationibus non præſumitur cauſæ cognitio, niſi inter-
157 uenerit: vnde ſemper debet diſpenſatio † cum cauſæ cogni-
tione fieri, *§. niſi. 1. quæſt. 7. iuncta gloſſ. in verbo, vt pleriſque.* &
cauſæ cognitio non præſumptiuè ſed verè in caſu *l. 1. C. qui & ad-
uerſus quos interuenerit.* & pro his vide Ioan. Andr. *in cap. venient.
de fil. presbyter. in nouella,* qui tenet contra id, quod commu-
niter not. Docto. *in dicta l. Barbarius. ff de officio prætoris.* quia di-
ſpenſatio ſtricti iuris, & de genere prohibitorum, quia cauſa
præcedere debet, *cap. ex tenore. de tempor. ordinan.* & ideo ad text.
in dicta l. Barbarius. non fuit ibi factus ſeruus habilis: quem text.
ita intellexerunt Vltra. quem tenet, & magis communem in-
tellectum ibi Iaſon appellat *in 3. colum. verſicul. item not. ex eodem
verbo. &c.*

¶ Tertiò † pro communi opinione facit text. *in l. idem Vlpia-* 158
nus. in fin. ff. de excuſatio. tuto. intelligendo, quod illa conceſſio
erat contra ius commune, cùm tutor tutelam ſemel ſuſce-
ptam deſerere non poſſit, *l. 1. in princ. ff de adminiſtr. tuto.* Ad quod
tamen dici poteſt, quod licet ibi Princeps contra ius ſcripſerit,
non tamen contra vtilitatem alterius, nec principaliter contra
vtilitatem publicam, tunc certa ſcientia ſufficit, quia pupillus i-
bi non patitur damnum pecuniarium, licet tutor à tutela re-
moueatur: vel ſi pupillus patiatur, leuiter tamen, quia æquè i-
doneus poterit ei dari tutor: pro quo in ſimili facit quod voluit
Bart. *in l liber. ff. de verb. ſign. in 3. colum.* aſſignando rationem, qua-
re teſtator dando tutorem filijs, non videtur dediſſe nepoti-
bus, tamen inſtituendo filios etiam nepotes inſtituere dicitur;
& quando eſt leue præiudicium, non eſt neceſſaria aliqua clau-
ſula, *l. quotiens, C. de precib. imperat. offeren.* & Anton. de Butr. *in cap.
1. de reſcript.* ſic text. *in cap penultim. de confirmatio. vtil. vel inutil.* in-
telligendum fore dicebat: & iſta fuit reſponſio Bartol. *in extra-
uag. ad reprimendam. in verbo, non obſtan. alleg. ſupra.* quem refert &
ſequitur Ioan. Crot. Montefer. *hic ſuper iſta gloſſ. in 2. colum. verſic.
quinta ſit concluſio.*

¶ Aliter tamen & fortè † verius reſponderi poteſt ad textum 159
in l. idem Vlpianus. alleg. quando ex narratione facti Princeps cer-
tior factus eſt, gratiam contra ius commune concedere, & dici-
tur tunc temporis diſpenſare: quę cùm ad neceſſaria conſequu-
tiua trahatur, nimirum ſi ibi conceſſo tranſmigrationis priuile-
gio, ideo abſolutus fuerat tutor vel curator à ſolicitudine tute-
læ, pro quo facit gloſſ. not. *in cap quia in tantum.* & ibi Imo. poſt
Abb. *de præben.* ad hoc vt domicilium transferat, neceſſe eſt vt
curam ſolicitudinis dimittendi facultatem conſequutus ſit,
quia fuit neceſſarium, licèt aliàs diſpenſatio ſtricti iuris exiſtat,
habetur *in cap. quod dilectio, de conſanguin. & affin. & in cap. 1. & 2. de
fil. presbyt.* & quod not. *in cap ſi quis in clero. 7. quæſt. 1. & in cap. non
poteſt. de præben. infra hoc lib. in gloſſ. in ver. retinere.* & ibi Gemin. &
alij: nam clarum eſt, quod habens beneficium curatum tenetur
in eo reſidere, & ibi celebrare, ſi diſpēſetur cum eo ad aliud ſta-
tim cenſetur diſpenſatum quo ad reſidentiam: facit quod vo-
luit Abb. *in cap. at ſi clerici, in §. de adulterijs, colum. 7. verſicul. ſed cir-
ca hæc inſtat aliud contrarium.* vbi licet Epiſcopus † ad famā prin- 160
cipaliter reſtituere non poſſit, habita tamen diſpenſatione ſu-
per adulterio, in conſequentiam ad famam reſtituiſſe videtur,
cùm ſit acceſſorium & conſequutiuum quoddam neceſſarium:
& dixit eſſe caſum *in dicto §. de adulterijs.* ſecundùm iſtum intel-
lectum: & ſic Archid. reſtringi debet *in cap. Epiſcopus. 11. quæſt. 3.*
per quem voluit infamem reſtitui poſſe de iure Pontificio: & i-
dem Abb. *in cap cum te de re iud. colum. 6. & cap. ex diligenti, in fin. de
ſimon.* Imol. *in l. infamem. colum. 5. verſic. an autem Epiſcopo. ff. de pub.
iud.* alleg. glo. *in cap. Euphemium, in §. hinc colligitur. 2 quæſt. 3. in ver.
colligitur. gloſſ. in cap. domino ſancto. 1. di. cum ſimil.* per Nouiſſ. Me-
diol. *in d. § de adulterijs. colum. 2. verſic. ſucceſſiuè Abb. concludit, de iud.
vbi latius.*

¶ Et ſi affirmatiua communis ſententia dicatur, negatiua
fortè optimis fundamentis iuuatur: & primò per textum *in
capit porrecta. de confirmatio. vtil. vel inutil.* vbi religioſi quidam,
quibus per ſuperiores certi prioratus & adminiſtrationes com-
miſſæ erant, & ſi amouibiles ſint, *cap. cùm ad monaſterium. in §.
tales, de ſtatu monachorum.* à Sede tamen Apoſtolica ad vitam in
illis confirmari ſe aſſeruerunt obtinuiſſe. Cùm autem ibi ſe
religioſos nominauerint, ex illorum aſſertione potuit factum
Principi eſſe notiſſimum, & ſic conceſſionem illam ex certa
ſcientia emanaſſe: & tamen contrarium fatetur ibi, ideo clau-
ſula ex certa ſcientia, ex narratiua facti minimè introduci poſ-
ſe videtur. Sed poſſet reſponderi, quod † ad remotionem de- 161
cretalis clauſulam derogatoriam habentis non ſufficit clauſula
ex certa ſcientia: niſi addatur generalis, non obſtan. not. *in cap.
ex parte. de capel. monach.* Sed text. *in cap. porrecta.* habet clauſulam
derogatoriam, igitur, &c. & iſta fuit reſponſio Modern. *in*

cap. non-

cap.nonnulli.ſupra de reſcript. in princ.colum. 39. verſic.obſtat huic fal-
lentiæ.quæ Nouiſſ.in dicto cap.porrecta.in col.fin.non placuit, quia
ibi dato quod reſponſio alias eſſet in ſe vera,non tamen proba-
tur quod ibi fuerit cauſula derogatoria:quæ ſi tamen fuiſſet,ſa-
tis clauſula ex certa ſcientia ad illam tollendam fuiſſet: ita glo.
& communiter Doct.in dicto cap.porrecta.quicquid Nouiſ.hic di-
xerint Pedemontani ſuper huiuſmodi gloſſ.in 2.colum. Et ideo
rectiùs fortè dicunt,quod ex narratiua facti ibi non introduce-
batur clauſula ex certa ſcientia, propter vitiũ falſitatis, de qua
dubitabatur,quia contra ſolitum ſtylum erant, qua ſuſpicione
mota benè valuiſſent litteræ Apoſtolicæ propter certam ſcien-
tiam principis,quæ colligitur ex eo, quod facta erat mentio de
religione,ideo cum communi tranſeunt: tamen opus eſſet vi-
dere antiquam & lõgam decretalem, quia abſurdum videtur
falſitatem præſumi propter contrarium ſtylum curiæ ſiue can-
cellariæ ex paucis narratis ibi,ex quibus non videtur falſitatem
probari poſſe,ſed in alijs conſiſtere potuit, vt not.in cap ad falſa-
riorum.& in cap.quam graui, de crimin.falſ. ſupra ideo nec prima
nec ſecunda ſolutio vera.

¶ Secundò principaliter facit textus in cap.ex parte.de capel.
mo.vbi Abb.& Conuentus Riuenſis, Venentenſis diœceſis di-
cebant ſe à ſede Apoſtolica impetraſſe, & ſibi conceſſum eſſe,
vt in ſingulis eorum prioratibus ſinguli Monachi commora-
rentur,ſi pluribus facultates non ſupperetẽt eorumdem: ecce,
quòd iſta gratia erat contra iuris diſpoſitionem, ſcilicet contra
cap. 2.de ſtatu Monach.& qualitas Monachatus ſiue religionis ex-
preſſa eſt: & tamen gratia nulla fuit, quam à ſede Apoſtolica.
Honorius 3.emanaſſe non credit. Sed dici poſſet, quod ibi nõ
valuerit,quia licet clauſula,ex certa ſcientia, tacitè ex narratiua
facti proueniens remoueat diſpoſitionem iuris communis in
contrarium exiſtentis: hoc verum, niſi diſpoſitio eſſet conci-
liaris, quia non tollitur per clauſulam ex certa ſcientia,niſi de i-
pſa fiat mentio in literis,vt ſupra meminimus Archidiac.hic te-
162 nuiſſe, & Bald. in l.humanum.alleg. Nec † clauſula generalis,
non obſtante quæ circa hoc æquiparantur,vt latius ſupra,vnde
regulariter non tollit quæ in generalibus Concilijs ordinata
fuerunt, Paul.de Caſtr.in l. omnes.C.ſi contra ius vel vtilitatem
publicam. Ioan.Andr.in cap.1.de exceſſ.prælatorum infra.Oldra.con-
ſilio ſuo 326.Quod articuli lati.& in conſil.327.Ad idem primo.Rom.
in l.ſi verò,in §.de viro.ff.ſol.mat.in 23.fallen. & alleg.pro hoc iſtum
text.& text.in cap.eam te.de ætate & qualit. Ioan.de Anna.in capit.
cum diac.vlt.colum.de vſuris. Aluarot.in cap.1.in princ.titu.de conſtit.
feud. Ioan. Andr.in cap.cum clericis,de rebus Eccleſ.non alien.Bald.in
tit.de pac.conſtan.in verbo, nos Romanorum. vbi licet leges contra
alias leges valeant,tamen lex vel conſuetudo vel ſtatutum ali-
quid introducens contra ea, quę ſtatuta ſunt in ſacris Concilijs,
nil valent: & cum his tranſit Iaſon in dicta l.omnes. C.ſi contra ius.
in penult.colum in verſic.not.quatuor: ſed conceſſio facta Mona-
chis,de qua in cap.ex parte. alleg. erat contra decretalem conci-
liarem, vt in cap. 2. de ſtatu monacho.ideo nimirum, ſi clauſula ex
certa ſcientia,ibi ex narratiua facti introducta nihil operatur.
163 ¶ Vel ſecundò fortè † dici poſſet, nil operatur cauſula ex
certa ſcientia hic,& in caſu cap.porrecta. alleg. propter iuramen-
tum,quia quilibet prælatus intrans in officio iurat ſeruare con-
ſtitutiones & conſuetudines, vt in dicto cap. 1. de iureiur. infra hoc
libro.& cùm iſti religioſi & monachi taliter iuraſſent in ipſorum
officiorum adminiſtrationis aſſignatione, dico quod clauſula
huiuſmodi etiam ex narratiua facti nihil potuit operari,argum.
eorum quæ not. in l.omnes. alleg. de clauſula generali, non ob-
ſtan.per Nouiſſ.in colum.fin. verſic.ſecundo aduerte. quæ non tollit
actum vel conſtitutionem iuratam.vt ibi Cyn. & Paul.de Caſt.
per gloſſ.ſingul.reputatam in cap.cum non deceat,in gloſſ.fin.de ele-
ctio. infra cap.conſtitutus,de reſcript.Idem Anton. & Imol. & Abb.
in cap.1.de his quæ fiunt à mai.parte cap. ratio eſt, quia veriſimile nõ
eſt,quod ſuperior tollens ſtatuta, tollere iurata intendat, Ioan.
Andr.in cap.1.de fil.presbyt.infra hoc lib.Imol.in cap.dilecto.de præben.
ſupra Angel.in l.1.in §.quæ oneranda.ff.qua.re.act. non detur. Alex.
conſilio ſuo 125.Viſis & ponderatis ſtatutis,penult. colum. & latius con-
ſil.129. Viſo & opportunè diſcuſſo proceſſu. 9.colum. vbi in pactis iu-
ratis idem tenuit,& in alijs quampluribus locis,vt per Iaſonem
in dicta l.omnes.alleg. colum. fin. ideo fortè ſolutio ad vtrumque
ſtare poteſt.

¶ Vel tertiò in caſu cap.porrecta,& cap.ex parte,ibi tractabatur
de præiudicio alterius non leui, ſiue contra vtilitatem publi-
cam: quia tunc clauſula ex certa ſcientia tacita vel expreſſa nõ
ſufficit: & iſte fuit etiam intellectus Nouiſſ. hic repetentium
colum.13.verſicul.ſexta ſit concluſio & fuit dictum Bartol.quem al-
leg.in l fin.C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam, & in extrauag. ad
reprimendam.in verbo,non obſtan.ſupra alleg. Sed vide quia in iuri-
bus alleg. non videtur aliquod præiudicium priuatum, immò
onus,arg.text.in cap.mandata.de præſumpt. Nec publicũ, quia po-
tius dicitur ibi contra ſtylum: item & contra concilium, ideo
diuinatoria ſol.Nouiſſ.de qua tamen in fallentijs ſuo loco in-
fra Deo dante dicetur.

¶ Tertiò principaliter contra communem,Princeps † præ- 164
ſumitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris ſui, caſus eſt hic,
& in l.omnium. C.de teſtamen. quando tamen contra ius ſcribit,
neceſſe eſt quod iuri communi deroget, alias nullum eſt re-
ſcriptum gloſſ.hic,gloſſ.& Doctor. in authen. quas actiones. C. de
ſacroſan. Eccleſ. l. ſin. in ſua generalitate. C.ſi contra ius. alleg. l. nec
damnoſam. C. de precib. imperat. offeren. Igitur clauſula ex cer-
ta ſcientia, vim non habet clauſulæ non obſtan. Eſt tamen ad-
uertendum, quia ratio huiuſmodi confundit argumen. Felin.
in cap.nonnulli,alleg.ſæpius in verbo, confirmatur iſta quarta fallentia,
in 2.colum. in medio de reſcript. quia diſpoſitio iuris communis
gratiæ in reſcripto conceſſę contraria tollitur per clauſulam ge-
neralem non obſtan. ſed clauſula ex certa ſcientia etiam tacita,
& clauſula non obſtan.æquiparantur, cap. cum inter. de exception.
aliàs de reiudicata cum alijs: igitur & per clauſulam ex certa ſciẽ-
tia. Præterea retorqueri poteſt illud fundamentum: nam ex
quo Papa omnia iura in ſcrinio pectoris habet, ideo ſibi impu-
tet, quia qui certus † eſt amplius certiorari minimè debet, cap. 165
eum qui. de reg.iur.infra.& quod ibi dicitur: poſſet tamen reſpon.
quod verum eſt fundamentum, niſi impetratio fiat contra de-
cretalem ſiue legis clauſulam derogatoriam habentem, de quo
infra videbimus.

¶ Retenta tamen communi opinione pro vera, not. eſt † 166
quod pluribus modis dicitur quid à Principe ex certa ſcientia
eſſe conceſſum: & primo, quando Papa hoc ſuo in reſcripto ex-
preſſit: ad quod facit text.in c.ſi motu proprio.vbi tex. quod nun-
quam intelligitur niſi exprimatur: facit etiam gloſſ.in clem. 2.de
reſcript.& gloſſ.in cap.ſtatutum,illo titulo. vel cùm verba priuilegij
ſuo in reſcripto poſuerit,cui derogare intendit, cap.penul.de con-
firm.vtil.vel inutil.alleg.vel quando confirmando vel derogãdo
ſe cum cauſæ cognitione feciſſe dixerit, gloſſ.in c.paſtoralis, in §.
præterea,de offic.deleg.& videtur alia ad hoc,quando ex certa ſciẽ-
tia à Principe dicatur eſſe conceſſum, Rot.deciſ.226.Oldr.conſil.
297.& 293.pro quibus vide Rom.conſil. 377.in 2.colum.verſicul.
quarta ratio,& eundem conſil.319.vbi pulchrè.& Nouiſſ.in dicto cap.
pen.de confirm.vtil.vel inutil.colum penult. vbi paucis ſe expediunt,
tenendo etiam concluſionem,de qua ſupra, vt illud dicatur ex
certa ſcientia conceſſum, ſi ex narratis principi comprehendi-
tur, iuribus alleg. Aliquibus modis limitandum eſſe putamus.
& primo.

¶ Fallit, quando Princeps contra † legis clauſulam dero- 167
gatoriam habentem ſcriberet, quia tunc ad ipſam tollendam
non ſufficit certa ſcientia,ſed mentio illius iuris, contra quod
ſcribitur, neceſſaria erit, latè refert Abb.in cap.nonnulli,alleg.An-
ton.de Butr.ibi, & Ioan.And.in cap.vnico. infra de conceſſ. præben.
licet Ioan.Ad.& Goffre.aliter dixerint,quod dictum fortè ſer-
uaretur in practica: pro quo alleg.Abb.gloſſ.in l.1.in verbo,relin-
quetur. C.de peti.bon.ſubla.lib.10.ad idem gloſſ.in l.omnes, in verbo
vſurpationem. C. de aqua. duct. lib. 11. l.fin. C.ſi contra ius vel vtilita-
tem publicam,quas.gloſ.not Alexand.in l.3.in §.ſi is pro quo.ff.quod
quiſque iuris.& hoc modo reſpond.ad textum in cap. porrecta. de
confirmation. vtil. vel inutil. dicens Felin.ibi eſſe caſum fortè pro
iſta fallentia: quem tamen intellectum Nouiſſ. reprobant, vt
ſupra oſtenſum ibi in colum. fin. quia ibi non fuit clauſula dero-
gatoria: & vide quod not.in cap.ex parte.de capel. monach. de quo
etiam ſupra diximus: ſecus ſi non haberet clauſulam deroga-
toriam. Quod tamen Bald. ſublimitabat eſſe verum in allega.
ſecus autem in ſtatutis, in l.fin.in fin. C. ſentent. reſcin. non poſſ. &
in l.2.penultima colum.C.qui bon.cede.poſſ. Gemin. tamen voluit,
quod ſi Princeps ex narratiua facti non poſſit certificari, valet
reſcriptum contra ius elicitum abſque clauſula derogatoria,
dum tamen appareat illud à curia emanaſſe: & ſi non appa-
reret, ſecunda iuſſio expectatur: & hoc modo gloſſ. hic intelli-
gitur: voluit Anton.de Butr.in cap.1.de reſcript.ſupra.quem refert
& ſequitur Gemin.hic. Et ratio huius dicti allegari poſſet, quia
tale reſcriptum duplici morbo laborat: primò, quia deeſt clau-
ſula

ſula ex certa ſcientia ſaltem tacita, de qua loquimur. Secundò,
quia eſt de falſitate ſuſpectus, & videtur puniendus: fuit dictum
168 valdè not. Gemin. *in cap. in memoriam. 19. diſt.* & ibi Arch. vbi in †
crimine falſitatis ſuſpicio falſitatis pro falſitate habetur, & ad
pœnam proceditur, *l. iubemus. C. de probat. ibi, tanquam falſarios eſſe
damnandos.* Ioan. de Ana. *in rubr. de crim. falſ. colum. fin.* Alexan. *con-
ſil. 77. In cauſa accuſationis, colum. penult. lib. 1.* Hoſtienſ. *in ſum. tit. de
crim. falſ. § qualis probatio, in princ.* Spec. *in tit. de instru. editio. in §.
reſtat videre. poſt princ.* de cuius veritate, quia non eſt materia no-
ſtra, vide Nouiſſ. Mediol. *in cap. porrecta.* alleg. quem ad hoc ſpe-
cialiter ponderant, *1. colum. in 3. not. de confirm. vtil. vel inutil. cum*
169 *ſequenti.* Primum reſcriptum minimè † admitti debet, quia
multa per importunitatem Princeps non concedenda conce-
dit, *l. 1. C. de pet. bon. ſublat. libro 10. capit. cùm iamdudum. de præ-
bend. capit. cum in iuuentute, de purg. cano.* videtur tamen per al-
leg. ſupra dictum Gemin. hic, etiam ſi reſcriptum appareat à
curia emanatum, ſubſiſtere minime poſſe, quia contra ſtylum
curiæ.

170 ¶ Eſt tamen attendendum, quia iſta fallentia duplici ratio-
ne reprehendi poſſet, & primò: Nam clauſula ex certa ſcien-
tia, habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis, gloſſ. iuncto
textu, & ibi Abb. *in cap. ad hæc. de reſcript.* dicitur ibi, quod impe-
tratio incerti iudicis facta non valet, gloſſ. quærit, quid ſi datus
ſit incertus & ex certa ſcientia? Reſpondet quod valet: ratio,
quia habet plenitudinem poteſtatis: & ideo Abb. ibi colligit,
quòd vbi requiritur clauſula de plenitudine poteſtatis, ſatis eſt
quod clauſula ex certa ſcientia ponatur, quam abſolutam vo-
camus, id eſt, diſpoſitioni legum communium non ſubiectam,
not. *in cap. ex publico, de conuerſio. coniugato.* ideo non erit vera fall.
Et ſi diceretur, iſtud poteſt eſſe verum habita opinione gloſſ. *in
dicto cap. ad hæc.* pro vera in expreſſa, ſecus autem in tacita: quia
171 reſpond. quod taciti † & expreſſi par eſt virtus, *l. cum quid, in
vltima parte l.* & ibi Iaſon *in 2. colum. in 3. not. ff. ſi cert. peta.* &
eundem vide *in l. dedi tibi, in 3. colum. in gloſſ. in verbo, conditio. ff.
de conditio. cauſa dat. ca. non ſequ.* ratio, ſiue clauſula ex certa
ſcientia ſit tacita ſiue expreſſa, habet vim plenitudinis pote-
ſtatis. Poteſt tamen replicari, quod regula *l. cum quid.* non pro-
cedit, quando tacitum venit ex ſola legis præſumptione, quia
tunc eundem non operatur effectum quod expreſſum, & ideo
licet expreſſa ſubſtitutio † pupilli excludat matrem à ſucceſ-
172 ſione filij, *l. Papi. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam. cap. ſi pater.
de teſtamen.* infra tamen tacita pupillaris, quæ continetur ſub
expreſſa vulgari, non excludit matrem, *l. precibus.* ſecundùm
communem intellectum *C. de impub. & alijs ſubſtituti.* ratio eſt,
quia illud tacitum venit ex præſumptione legis Albetic. *in di-
ct. l. cum quid. in 2. colum.* & ibi Alexand. Bartol. *in l. Centurio, in 2.
colum.* & ibi Bald *penult. colum. ff. de vulga. & pupill.* vnde tenendo
communem concluſionem iam ſupra firmatam, clauſula ex
certa ſcientia tacita venit ex præſumptione legis, ideo ceſſat *ar-
gum. l. cum quid. alleg.*

173 ¶ Secundo † leges ſiue canones clauſulas derogatorias ha-
bentes, exemplum *in cap. 2. de conceſſ. prabend. cap. nonnulli, de re-
ſcript. l. reſcripta. l. nec damnoſa. C. de precib. imperat. offeren. l. fin. C. ſi
contra ius vel vtilitatem publicam cum alijs not. in dicto cap. nonnulli.*
174 Tunc ſic, clauſula motus † proprij, & clauſula ex certa ſcientia
æquiparantur, not. *in cap. ſi motu proprio, de praben. infra.* quia ap-
ponitur motu proprio, & ex certa noſtri ſcientia, &c. Sed clau-
ſula motu proprio, tollit decretalem conciliarem, ſcilicet *cap. de
multa* quæ ſimiliter, vt ſupra dictum eſt, habet clauſulam dero-
gatoriam, igitur & clauſula ex certa ſcientia. Poteſt dici, *vt ſupra
de tacito vel expreſſo.* vel dico, quod non videtur verũ, quod clau-
ſula, motu proprio, tollat decretalem nec cõciliarem: nec clau-
ſulam derogatoriam habentem, benè tollit ſurreptionem: ſed
gratiam non ampliat, quia non includit diſpenſationem, Rot.
deciſ. 112. Item dicebant, puta ſi eſſet quis irregularis, vel illegiti-
mus, vel ſuper receptione plurium beneficiorum incompatibi-
lium inhabilis, & ideo non nocet obiectio huic fall. pro quibus
latius vide Nouiſſ *in d. c. ſi motu proprio, in 2. col. in ver. in ea. gloſſ. ibi
diſpenſatum non ſit.* vide ſi dici poſſet hoc eſſe verum etiam quo
ad vtrunque contrarium huius fallentiæ, ſi hoc caſu clauſula
generalis non obſtante ſufficeret, ſed debet fieri mentio illius
iuris. Abb. *in d. c. nonnulli.* & ibi Fel. *in loco ſupra alleg. in §. tertio con-
tra iſtam, 1. col. verſ. limita primò.* adeo quod hoc caſu non ſuffice-
ret clauſula de plenitudine poteſtatis: vide Fel. *in d. c. nonnulli. in
4. fall.* quapropter debet dici in literis, nõ obſtan. decretali, quæ
de dictis loquitur: aliàs clauſulæ ex certa ſcientia, & de pleni-
tudine poteſtatis, & non obſtan. &c. æquiparantur, Abb. *in d. c.
ad hæc, alleg verſ. ex his infertur de reſcript.* de quibus Vitalis Camb.
in tract. clauſul. in lib. 2. fol. 6. in 2. colum. Bald. *in cap. cum acceſſiſſent.
9. colum. verſic. item ipſe ſolus, hoc tit.* & Bald. *in l. cor. in princ. C. de app.
cum alijs.*

¶ Fallit ſecundò, quando eſſet † reſcriptum ex certa ſcientia 175
impetratum in fauorem priuatæ perſonæ & præiudicium tertij:
quia tunc non valet, niſi exprimeretur, vel tunc clauſula non
obſt. debet poni, Bald. *in proœm. feud. 14. colum. verſi. item dicit And.
de Iſernia.* alleg. not. in *§. ſi quib. mo. nat. eff. ſui.* & hoc quãdo Prin-
ceps ſcriberet contra vim legis, & ius ſingularium perſonarum.
Secus ſi in fauorem Reipublicæ licet non faciat mentionem de
iure: & iſta fuit limitatio Abb. ad dictum Ioan. Andr. *in c. vnico.
de exceſſ. prælat. infra.* & vide quod etiam Abb. voluit, vt aliquan-
do ratione publicæ vtilitatis diſpenſatio admittatur aliàs non
permiſſa, *in cap. at ſi clerici. in §. de adulter. pen. colum. circa med.* & ibi
Nouiſſ. Et ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia iura habent clauſu-
lam derogatoriam, quando impetratur reſcriptum in fauorem
priuati, per textum *in l. reſcripta. C. de precib. imperat. offeren.* Item
quia tunc reſcriptum impetratum præſumitur per importuni-
tatem petentium emanaſſe ex nimia Principis occupatione:
Secus ſi in fauorem publicum. Et ratio allegari poteſt, quia ſi
legitimos iuris tramites hoc caſu rumpat, facilius tamen diſpẽ-
ſationem recipiunt quàm merè odioſa, quia quãdo in fauorem
Reipublicæ tractatur de mero fauore, ideo leges allegatæ non
habent clauſulam derogatoriam, *l. cum quidam. ff. de libe. & poſt-
hum.* ad idem Salic. *in alleg. l. fin. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi-
cam.* alleg. gloſ. fin. *in l. 3. in §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iuris.* vbi re-
ſcriptum tollens exceptionem, & ex certa ſcientia: addit tamen
Imperator clauſulam ex certa ſcientia. pro quo vide Anton. de
Butr. *in cap. quæ in Eccleſiarum. colum. penult. verſicul. ibi aut totaliter.
cum alijs.* & per Felin. *in dicto cap. nonnulli, in §. 3. verſic. limita 2. in
1. & 2. colum.*

¶ At contra iſtam fall. ſecundo loco poſitam videtur, quod
reſcriptum ex certa ſcientia contra ius impetratum in fauorem
priuati contra tertium, & ſi non exprimatur, valeat, quia nulla
ratio aſſignata per Doct. quare valeat reſcriptum ex certa ſciẽ-
tia in fauorem Reipublicæ impetratum, & non per me in præ-
iudicium tertij, eſt bona: & hoc diſputationis gratia. Et primo
non poſſumus dicere, quod habeat clauſulam derogatoriam
ad leges allegatas, *l. nec damnoſam. & l. reſcripta. C. de precib. impera.
offeren.* propter clauſulam ex certa ſcientia, tacitã, retenta com-
muni pro vera, vt ex narratiua facti naſcatur & operetur, vt *ſu-
pra in concluſione* iam latius dictum fuit. Nec per importunita-
tem, quæ remora intelligitur: ad id quod ſuprà diximus, † faci- 176
lius derogatur, quando ad fauorem ſimpliciter Reipubl. quàm
priuati & in præiudicium priuati, fateor: ſed quod dicatur iam
cum clauſula ex certa ſcientia factum minimè valere, negatur,
& hoc voluit Archid. in gloſſ. *ſum. 25. q. 5.* quando eſſet appoſita
clauſula non obſtant. quæ alteri ex certa ſcientia æquipollet, vt
ſuprà, quod in ſupremo Principe locum habet, vt tenuit Iaſon
in d. l. reſcripta, in 2. col. verſic. inter cætera. Alber. de Roſ. *in l. quo-
tiens. C. de precib. imperat. offeren.* & ibi Paul. de Caſt. Et ideo dice-
bat Bal. *in proœm. feud, colum. 12.* quem refert Iaſon *in d. l. reſcripta.
1. col.* quod quando princeps aliquid ex certa ſcientia concedit,
nemo ei dicit cur ita facis: Spe. fuit dictum *tit. de leg. in §. nunc o-
ſtendendum. verſ. 89.* per text. *in c. quamuis, de pœn. diſt. 3.* & vide etiã
Bald. *in c. cum ſuper, in 1. colum. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vbi dixit,
quod † Papa ex certa ſcientiã eſt ſuprà ius, & contra ius & extra 177
ius omnia poteſt, vt Iaſ. dixit *in l. reſcripta. 1. & 2. col.* & ideo tale
reſcriptum valebit.

¶ Et his forte motus Bald. *in repet. l. Barbarius, in 11. colum.*
& Bartol. *in l. 2. C. ſi ſeruus aut liber ad decurio. aſpi. libro 10.* cu-
ius ſententiam tenent Angel. & magis communiter Modern.
in l. quidam conſulebant, alleg. & Ludouic. Roman. *conſilio 216.*
Electio dicti Domini Capitanei, quos refert & ſequitur Iaſon
*in l. Barbar. allega. 4. colum. 4. verſicul. ſed Dom. Anton. ff. de offic. præ-
toris.* eo ipſo, quòd Papa † vel Imperator ſcienter inhabili 178
conferunt dignitatem, ipſum habilitare intelliguntur: & iſta
fuit reſponſio aliàs data per Iaſonem *ad l. quidam conſulebant,
allega.* cum alijs, vbi communis concluſio colligitur: pro qua
ſolutione facit gloſſ. *in capitulo ſtatutum, in verbo, canonicis, de re-
ſcript. infra.* & gloſſ. *in capit. à nobis, de decim.* Secus ſi ab inferio-
ribus etiam auctoritatem diſpenſandi habentibus, quia tunc
non

non ſolum in eis requiritur clauſula ex certa ſcientia, verum &
illius cauſæ cognitio in defectu diſpenſandi, gloſſ. in c. 1. de æta.
& qualit. infra, gloſſ. & Doctor. in c. 2. de ſchiſma. Cano. in c. nihil,
de elect. quæ non ſunt pro his, quæ ſupra dicta fuerunt, argum.
contra communem concluſionem, quibus conſultatis valet
reſcriptum in fauorem mei, licet in præiudicium tertij, cum il-
la clauſula ſicut in fauorem reipub.

179 ¶ Nec obſt. ſi diceretur, Princeps † nunquàm tertio præiu-
dicare intendit, cap. ſi propter tua debita, cum ibi not. de reſcript. in-
fra, & in cap. ſuper eo, de offic. delega. & ibi Abb. l. 2. in §. 1. ff. ne quid
in loco publ. Paul. de Caſt. conſil. ſuo. 157. Quæſtio iſta vertitur, ad fi-
nem, vbi voluit, quòd clauſula ex certa ſcientia nunquam ope-
ratur in præiudicium tertij: & vide Paul. conſil. 274. Paſſus iſte
dubitabilis videtur. in 1. volum. tamen dic hoc eſſe verum in con-
firmatione alicuius actus, vbi non apparet Principem non
fuiſſe informatum, quia nihil operatur talis clauſula, operatur
enim in his, quæ ſunt iuris, de quibus præſumitur Princeps ha-
bere notitiam, ſecus in his quæ ſunt facti, Bald. in l. impetrata.
colum. penult. C. ſent. reſcind. non poſſ. Felin. in cap. nonnulli. §. tertio,
colum. 2. verſic. limita 2. in fin. & hoc modo dixit Bart. eſſe intelli-
gendum conſil. 186. in 2. colum. Ciuitati Camerini. verſic. præterea
180 dicta conceſſio. Exemplum, impetro † beneficium curatum, &
in ſupplicatione me annum vigeſimum primum ætatis meæ a-
gere exprimo: ſi Papa illud mandauerit mihi conferri, ſublata
erit contraria iuris diſpoſitio, de qua in cap. licet canon. de electio.
infra, quia ex narratione facti ſatis eſt Princeps informatus, Io.
And. Ioan. Fan. Ioan. de Lign. Archid. Gemin. & alij hic, Bald.
in d. l. impetrata. Paul. de Caſtro. conſil. ſuo 223. cum aliis per No-
uiſſ. hic repetentes, l. idem Vlpianus, in fin. ff. de excuſatio. tuto. cui
tamen ſupra nouam ſolut. ſiue intellectum dedimus, & ideo
cum ſimus in caſu certo, non obſtat obiectio tertij & illius
præiudicium.

¶ Amplia ſupra adducta de clauſula ex certa ſcientia, vt ha-
beat vim clauſulæ non obſtan. & de poteſtatis plenitudin. &c.
verum, ſed vt tollat iudicis recuſationem, pro quo vide Abb.
in cap. ad hæc, de reſcript. ſuper gloſſ. fin. & in cap. cum inter. de exceptio.
& ibi Felin. in cap. ex parte, lo 2. de offic. delega. Bald. in extrauagan.
ad reprimendam, ſuper verbo, videbitur. iuxta fin. alleg. Matheſil. ta-
men in not. 15. notab. voluit, quòd iudex ſub quacunque verbo-
rum forma per Principem in commiſſione facta datus nõ poſ-
181 ſit differre exceptionem parti acquiſitam: ratio eſt, quia † iu-
dex habet poteſtatem circa proceſſum & circa ea, quæ ipſe fa-
cit, non circa quæſitum parti: Felin. in cap. 1. colum. 23. & 24. ver-
ſic. ſecundo nota. de qua tamen latius vide And. Sicul. in tracta. de
excellen. Card. in 4. quæſt. 2. partis, qui tenet affirmatiuam, quia
clauſula ex certa ſcientia idem eſt ac ſi de plenitudine poteſta-
tis, Abb. in d. c. ad hæc. alleg. Placet tamen opin. Matheſ. in pun-
182 cto iuris, cum exceptio † ſit defenſio de iure naturæ compe-
tens, iuxta not. in Clem. paſtoralis, de re iud. vbi de citatione dici-
tur: & de iſta materia, an exceptio ſit de iure naturali, & an Pa-
pa illam remouere poſſit, vide poſt Abb. Nouiſſ. in cap. cum in-
ter. in 5. not. de except. vbi latim.

183 ¶ In ead. gloſ. ibi, vnde expectari † ſolet ſecunda iuſſio. not. quòd
ſi Princeps ex certa ſcientia contra ius ſcripſerit, poteſt tunc
ſecunda iuſſio expectari, alleg. text. in Authent. vt nulli iudicum.
in §. & hæc vero iubemus, colum. 9. vbi dicitur, quòd ſi Imperator
aliquam iuſſionem fecerit, per quam lædatur fiſcus, ſecundam
iuſſionem expectari oportet: ad quod etiam facit text. in Auth.
de iudic. in § omnis autem iudex. colum. 6. vbi vult, quod omnes iu-
dices leges ſeruent, facit text. in cap. in iſtis. 4. diſtinct. ſubdit, & ſi
contigerit iuſſionem noſtram in medium, quæ aliter agi dicat,
ſequatur legem: nos enim volumus obtinere, quod noſtræ le-
ges volunt: ex quibus probat ſecundam iuſſionem expectare
oportere. Et pro concluſione gloſſ. facit dictum Innoc. in cap.
inquiſitionem, de ſenten. excommun. vbi ſi Papa mandauerit, quòd
aliquid fiat ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto
incurrant, reſiſtendo excom. non erunt: quem refert Abb. in
cap. ſi quando, in 2. colum. de reſcript. Sed poſſet dici, quòd illud
forte erat, quia nec tacite nec expreſsè de certa ſcientia Princi-
pis conſtabat, nimirum ſi expectatur iuſſio ſecunda: & ſic po-
teſt iuribus allegatis in gloſſ. de ſecunda iuſſione loquentibus
reſponderi: & ita poteſt eſſe limitatio concluſionis gl. per not.
ſupra & in cap. ſeq. alleg.

¶ Poſſet tamen aliter dici, quòd gloſſ. non intendit defen-
ſare, quòd in caſu, in quo tacitè vel expreſsè ſit poſita in reſcri-
pto clauſula ex certa ſcientia, debeat ſecunda iuſſio expecta-
ri: patet, quia † dixit ſolet, non autem oportet, & ſic per ver- 184
bum voluntarium, non autem neceſſitatiuum: vnde potius
voluit allegare iura adducta per ipſum in argum. vt in caſu no-
ſtro, ſicut ibi expectari debet ſecunda iuſſio, quia per impor-
tunitatem obtenta videntur: quæ importunitatis ratio in caſu
noſtro ceſſat propter clauſulam ex certa ſcientia: ſecus autem
ſi nec tacite nec expreſsè, vt aliàs ſupra diximus, de mente
principis conſtant: quia ſecunda impetratio expectari debet,
quæ habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, Ioan. And. & omnes
in cap. porrecta. de confirmatio. vtil. vel inutil. facit text. in Authent.
de manda. princip. in §. deinde. & in §. hoc vero iubemus. & in Authen.
vt nulli iudic. Alexand. in l. 3. ff. quod quiſque iu. in princ. Item quia
habet vim clauſulæ non obſtan. Butr. in cap. 1. in 4. colum. verſic.
ſaluari poteſt dictum legiſtarum, & bene in cap. quæ. in eccleſiarum,
iſto tit. ſupra, clauſula non obſtan. vel ſecunda iuſſio. Felin. ple-
nè in alleg. cap. nonnulli, in §. tertio. contra iſtam quartam fallent.
3. colum. verſic. fallit ſexto. Et ratio eſſe poteſt, quia actus † gemi- 185
natus fortior eſt quàm ſimplex, Lud. Roman. in l. ſi vero. in §. de
viro. ff. ſol. matr. in 21. fallen. & Alexand. in apoſtil. in l. cum ſcimus. C.
de agri. & cenſit. lib. 11. quicquid tenuerint dicentes, quòd ſem-
per ſecunda iuſſio expectari debet, quos refert Cyn. in l. fin. in
3. quæſtio. C. ſi contra ius vel vtil. publ. quia veriſimiliter non vide-
tur cadere error in actu iterato: igitur certa ſcientia præſumi-
tur, gloſſ. in cap. ex litteris. in verbo, admonita. de diuort. vide Iaſo-
nem in facto ita ſe obtinuiſſe dicentem in l. nec damnoſa. 1. co-
lum. C. de precib. Imperat. offer. quem text. ſic limitauit per text. in
dicto §. hoc vero iubemus, & ibi Rapha. Fulgoſ. dixit bene notan-
dum.

¶ Contra † quod tamen opponi poſſet de text. in cap. conſti- 186
tutus. ſupra de reſcript. vbi erat reſcriptum Cæleſtini geminatum,
concluditur tamen, quòd non valet propter vitium ſurreptio-
nis, quia non fuit facta mentio de iuramento, igitur geminatio
reſcripti non habet vim motus proprij, nec tollitur vitium ſur-
reptionis: quod ibi Bald. dixit in 1. colum. not. ex illo text. quòd
ſecunda iuſſio non dat robur litteris nullis & ſurreptitiis. Poſ-
ſet tamen reſponderi dupliciter, primò propter iuramentum,
de quo ibi nulla fit mentio: ſecundo, quia in ſecundo reſcripto
non fuit facta mentio de primo: & ideo nimirum, ſi geminatio
nihil operata eſt ibi, & ſic non habet effectum: & iſta fuit limi-
tatio Bald. ad not. eiuſdem ex text. in d. cap. conſtitutus. collectio in
l. 2. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. quem refert & ſequitur Iaſon, in d.
l. nec damnoſa. col. fin. in fin. C. de precibus Imperator. offer. Aliter ta-
men reſponderi poteſt ad text. in d. cap. conſtitutus. non fuit eo
quia non erat facta mentio iuramenti, quia auctoritas ſupe-
rioris ſemper intelligitur eſſe excepta, not. in cap. 1. de iureiuran.
cum aliis in repetit. l. admonendi. per Nouiſſ. ff. illo tit. ſed ibi gemi-
natio nihil operatur, quia non fuit eccleſiæ ſtatutis ſufficienter
derogatum, quod eſt quid facti, & illud probabiliter ignora-
re poteſt, cogita.

¶ In ead. gloſ. ibi. & ſi reſcriptum. not. differentiam † inter re- 187
ſcriptum & priuilegium: nam reſcriptum ad iuris communis
obſeruantiam, priuilegium vero contra conceditur, cap. priui-
legium. 3. diſtinct. & vide Archid. in cap. Abbate. de verbor. ſignific. &
ibi Abb. & quo ad reſcriptum vide text. in l. falſo. C. de diuerſ. re-
ſcript. & facit text. in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offer. not. Bart.
in l. fin. ff. de conſtit. princ. & propter hoc dicitur eſſe modici præ-
iudicij: quia per illud dicitur, quod fiat ius, not. Bald. in l. 1. C. de
diuerſ. reſcript. Cuius verba iuri communi conformari debent
& æquitati, licet natura verborum non patiatur, gloſ. in cap. pa-
ratus. in verbo, ſi verba. 23. quæſt. 1. ac clauſulæ omnes in ipſo appo-
ſitæ interpretationes omnes recipiunt, quas ius commune in
tali materia, Gemin. in cap. licet canon in §. fin. de elect. infra in ver-
bo, not. bene iſtud dictum. Quo † ad priuilegium, vel. priuata dica- 188
tur, eo quia priuatam reſpicit vtilitatem & contra ius commu-
ne, vide Bart. in d. l. fina. ff. de conſtit. princ. & in l. 1. C. de iur. & fact.
ignoran. Alexand. in l. quia perſona. ff. ſolu. matrim. Paul. de Caſt.
in l. maritum. ff. illo tit. & quæ Nouiſſ. in tit. de reſcript. in rubr. No-
uiſſ. Mediolan. in l. beneficium, in ſexta columna, verſic. extra gloſſ.
pro plena intelligentia. ff. de conſtitutione princip. gloſſ. in capitulo pri-
mo, infra de priuileg. Bald. in l. fina. C. de rei vendicat. & quæ etiam
latius ſcripſi in rubr. infra iſto tit. vbi latius quid inter ſe differant
priuilegium, reſcriptum, beneficium, mandatum, & diſpen-
ſatio.

¶ In fin. gloſſ. quia non † ſoluit, dicite quòd gloſſ. ad quam 189

ſe remittit, non bene ſoluit: ſed pro ſolut. reſponderi poteſt,
quod ibi non loquitur in conſtitutionibus, ſed in dictis ſan-
ctorum Patrum, in quibus non habetur conſideratio prioris,
vel poſterioris, ſed illius, qui melioribus rationibus mouetur:
& hoc modo reſidet Gemin. *hic*, ſed de materia vide Petr. de
Anchar. qui poſt Ioan. Monach. & Ioan. Andr. hanc materiam
per duas col. ſequitur. Videte tamen, quia ſol. *gloſſ.* eſſet vera,
quando eſſet alterius præſidentis à Papa, *Inſtit. de contrahen. em-
ptio. in §. diuerſæ. cap. ecce. 50. diſtin.* vt *hic* Anchar. voluit, ſed text.
in cap. domino ſancto. loquitur de Conciliis contrariis, vnde cum
190 habeant legis vigorem, poſteriori ſtandum erit. Et † quòd
concilia ligent, vide not. *in cap. olim. de accuſatio.* Dicebam l. an-
tiquiorem ſeruari debere digniorem & auctoritate, argumen.
text. *in cap. in canonicis. 19 diſtinct.* non autem antiquiorem quo
ad tempus, quia tunc l. ſecunda ſeruanda eſſet & non prima.
Quapropter ſi Papa contra aliquod concilium Papæ, Augu-
ſtini vel alterius ſtatuerit, præualet eius conſtitutio, arg. text. *in
cap. quoniam. 19. diſtin.* ratio eſt, quia non fuit data poteſtas legis
condendæ, *cap. tranſlato, hoc tit. ſupra.* gloſſ. *in ſum. 20. diſt. Clem.*
191 *1. in §. fin. de ſum. Trin. & fide* Cathol. quo † ad prædeceſſorem par
in parem non habet imperium, *cap. nouit. de elect. l. ille à quo. in §.
tempeſtiuum. ff. ad Trebell.*

¶ Limitantur tamen ſupra alleg. quando Papa interpretan-
do ſcriberet, non autem l. faciendo vel canonem, vt Innocen.
IIII. voluit *in cap. per tuas, lo 2. colum. 2 de ſimon.* Gemin. 20. *diſtin.
in ſum.* & Hoſtienſ. dicebat *in cap. ſolet. de ſent. excom. infra*, ſe In-
192 noc. viua voce † audiuiſſe dicentem illius *gloſſ.* ius aliquo mo-
do facere nolle, & iſtud videtur veritati conſonum, & in ſe ra-
tionem habere, quia aliter ſeruat in ll. condendis, & aliter in
illis interpretandis ſiue gloſſandis, quia materia ſeparata eſt.
Nam primæ ligant condendo, iuribus vulg. *in l. 1. ff. de conſtitut.
princ. cum aliis, in cap. 1. ſupra hoc tit.* not. *in l. omnes populi. ff. de iuſt.
& iur.* & quod dicitur *in §. quod principi, Inſtit. de iur. natur.* & li-
gant, de quo & infra quantum tempus vide *in cap. 2. in gloſſ. fin.
hoc tit. ſupra* per Nouiſſ. *ibi in verſic. ſecundo principaliter.* Abb. *col.
7. & eoſdem in 2. lectura in gloſſ. fin. colum. 5. verſic. ſecundo Abb. prin-
cipaliter.* interpretando vero videlicet gloſſando non ligant,
eſto quòd ligarent, non ex ſe ſed ex ll. vel canon. in illis alleg.
193 quia licet auctoritas † Doctor. ſit probabilis, non tamen ne-
ceſſaria, Bart. *in rub. ff. ſol. matr.* Et dictum intelligi debet ſecun-
dùm concord. in gloſſ. illius alleg. Bartol. *in l. non ſolum, in §. li-
berationis cauſa. ff. de liberat. lega. cum aliis:* ideo inter ſe differunt
gloſſare, & l. condere, de quo tamen vide quæ not. *in cap. 2. de
poſtul.* vbi de interpretationis materia tractatur.

¶ Fallit ſecundo in interpretatione diuinæ ſcripturæ, voluit
gloſſ. *ſummæ. 20. diſt.* alleg. & *ibi* Gemin. poſt Archid. *in §. Augu-
ſtinus. 26. diſt. cum aliis vtrobique not.*

¶ Limita tertio & breuibus, vbi dicta ſanctorum Patrum
auctoritate veteris vel noui teſtamenti eſſent fundata, gloſſ. *in
cap. de libellis. 20. diſtinct.* text. & gloſſ. *in §. fina. 26. quæſt. 2.* Abb.
in cap. qualiter & quando, lo 2. de accuſat. in princip. Felin. longio-
ri calamo videte fallentias huiuſmodi declarantem *in capitulo
ne innitaris, hoc tit. ſupra 2. colum. verſic. fallit tertio.* quæ pro nunc
ſufficiant.

¶ Gloſſ. *ſingularium.* habet duas partes: in prima, quæ per
quæſtionem expediri poteſt, colligit not. ex text. In ſecunda,
quæ eſt *ibi*, quia illius legis, reddit rationem differentiæ inter
194 conſuetudinem generalem & particularem. Ex † qua collige,
quod licet l. noua generalis ſuperueniens conſuetudinem par-
ticularem non tollat, in generali tamen ſecus: & hoc ratione
ſuperfluitatis & inutilitatis, quia ſi non remoueretur generalis
conſuetudo per l. ſuperuenientem, l. talis ſuperflua & inutilis
eſſet. In particularibus tamen ſecus, quia licet l. nouiter edita
non habeat locum Bononiæ, Ferrariæ, &c. in aliis locis tamen
locum habebit. Plus tamen dicebat Anchar. *hic*, quòd inutili-
tas huiuſmodi non ſolum conſideratur hoc caſu, verum ne di-
195 ſpoſitio † ſit inutilis, iura quandoque contra iuris regulas ſta-
tuunt & impropriè etiam verba ſumuntur, *cap. intelligentia. cap.
præterea. de verbor. ſignificat. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. item ſi iurauero. ff. de
iureiuran. l. pediculis. §. idem cum quæritur. & quod ibi not. ff. de aur.
& argen. leg. cum aliis:* & pro iſta communi concluſione vide A-
lexand. *conſil. 75. 1. volum. & conſil. 125. 2. volum. in primo impreſſis.*
Poſſet tamen dici, quòd eo modo deberet conſiderari ſuper-
fluitas & inutilitas etiam in locis particularibus, argum. text.
in l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. vt idem ſit de toto ad partem &
econtra, *cap. ſuper quæſtionum, in §. nos autem. cum ſequenti:* poſſet
dici, quòd † non procedit argument. cum inter totum & par- 196
tem ratio diuerſitatis aſſignari poteſt, tollitur generalis con-
ſuetudo per l. ſuperuenientem, quia illius ſcientiam princeps
habere præſumitur, vt dixit Bartol. ad text. *in l. 3. in §. diuus. ff. de
ſepul. violat.* Sed in particulari minime, caſus eſt hic, quia eſt
facti & in facto conſiſtit, &c. & iſta videtur ratio principaliter
conſideranda.

¶ Limita tamen concluſionem *gloſſ.* quando conſuetudo v-
niuerſalis vniformem cauſſam & rationem diſponendi reſpe-
ctu omnium locorum haberet, quia eſt veriſſima concluſio, vt
talis conſuetudo per l. nouam ſuperuenientem remoueatur.
Secus ſi diuerſam rationem ſiue vtilitatem à iure cõmuni ha-
beret, quia tunc ſuſtineretur illa diuerſa ratione, nec reuocata
cenſeri deberet, facit text. *hic*, dumtamen rationabilia, quaſi
velit Papa intelligere non tollere rationes particulares ſuſti-
nentes legem in loco: ad quod alleg. gloſſ. mag. *in cap. ſuper eo,
de cognatio. ſpiritual.* & fuit limitatio Anton. de Butr. quem hic
refert & ſequitur Gemi. & propter hanc limitationem reſpon.
ad text. *in cap. 1. de cogna. ſpirit.* per Nouiſſ. *infra in gloſſ. facti. in 2.
colum. verſic. tertio adduco.* quem Abb. *ibi* ad hoc not. ibi enim li-
cet per nouam conſtitutionem ius commune tollatur, non ta-
men ex eo conſuetudo orta: illud procedit ratione ſcandali, vt
ibi text. in fin. probat: vnde ſuccedit regula, qua dicitur, multa
propter ſcandalum tolerari, not. *in rub. de iur. patro. & eod. tit. in
cap. 2. & 3. & in cap. 1. infra* vbi Gemi. & alij, *de offic. leg. cum aliis:* &
ideo ille text. contra communem opin. *gloſſ. in verbo facti. infra*
non ſtringit, quia ius commune ab ipſa fortificatum erat.

¶ Ex † quibus infertur limitatio ad infra dicenda *in gloſſ. fa- 197
cti*, quando conſuetudo præſtat vinculum aliqua ſpeciali ra-
tione iuri communi, licet ius commune tollatur, non tamen
conſuetudo: & quando dicatur vinculum præſtari, vide text.
in cap. licet. de præbend. & quod *ibi* not. *infra*, vbi latius *in repetit.*
dixi ſimul cum adhærentibus: eſt tamen dicendum, quod Pa-
pa non fundat ſe ſuper ratione, quia l. ſiue diſpoſitio text. no-
ſtri hic inſtituit nobis de indubitabili contra text. & quod
not. *in cap. cum in iure peritus, de electio. ſupra. & in cap. cum in iure.
cum aliis, de offic. deleg.* quis enim diceret, quòd conſuetudo ſiue
l. municipalis valeret & ſubſiſteret, ſi rationabiles non forent?
quapropter non ſuper irrationabilitate, ſed ſuper ignorantia:
vnde text. dicit, non tollat illas, quia cum ſint facti & in facto
conſiſtant, probabiliter ſuſtineri tamen poſſet, quod de parti-
culari ratione diximus, de quo infra ſuo loco dicemus, cum ra-
tio † l. ſit anima eius: vide quod not. *in cap. conſuetudo. 1. diſt.* & *ibi* 198
Gemin. *in 2. colum. 6. notab.* vbi dixit partem huiuſmodi forma-
lem & ſubſtantialem eſſe, quando l. rationabilis ſit; not. *in l.
non dubium. C. de legib.* hinc eſt, quòd ipſa l. ad alium trahitur ca-
ſum non verbis ſed in ratione comprehenſum, *l. adigere, in §.
quamuis. ff. de iur. patro. l. milites. circa princip. ff. de re milit.* vide quæ
not. *in cap. ſi quando. de reſcript.* l. ratio magis quàm lex ipſa at-
tenditur, *l. hac actio. ff. de calumniat. l. cum pater, in §. dulciſſimis. ff.
de legat. 2. cap. fruſtra*, & ibi Archidiac. 8. *diſtinct.* Imol. poſt Abb.
in cap. ratio, de præbend. vide Franciſc. Curt. *conſil. 80. colum. ſecun-
da, verſic. ſed præmiſſis omnibus, & conſil. 33. colum. 2. & conſil. 44. co-
lum. ſecunda.* Quapropter ſi lex noua ſuperueniens eadem in
ratione, qua particularis conſuetudo ſiue l. municipalis fun-
data eſſet, ſiue remoueretur ipſam reiiciendo, rationem illam
remotam, ac reiectam dici poſſe iudico, quia illa ſublata erit,
& lex ipſa remota, *l. adigere, alleg. cap. cum ceſſante. de appellationib.
cum aliis.*

¶ Fallit ſecundo, quod in † in fin. gloſſ. dicitur de particula- 199
ribus ſiue ſingularibus conſuetudinibus, quando talis conſue-
tudo eſſet alicui l. præcedenti contraria, & noua ſuperueniret
idem cum prima diſponens, & ſic conſuetudo reperiretur in
medio, quia tunc licet ſit ſingularis, l. noua ſuperueniens idem
cum prima diſponens tollit ipſam conſuetudinem, probat
text. *in l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de ſepul. viol.* vbi conſuetudo erat
contra l. diui Adriani præcedentem, poſtea alia l. conſuetudi-
ni contraria fuit facta, l. tamen præcedenti conformis, tunc
conſuetudo ſuccumbit legi, quæ ad primam reducit, quia l. de
facili ad ſuam naturam reuertitur, *l. vnus, in §. pactus. verſic. quod
in ſpecie. ff. de pact.* & fuit intellectus Bart. aliis reprobatis ad text.
*in d. l. 3. in §. diuus Adrianus, in repet. l. 2. colum. 3. tertia oppo. C. quæ ſit
long. conſuetud.* quem refert Iaſon *in l. de quibus, in 16. colum. verſic.
gloſſ. in d. cap. 1. ff. de legi.* Sed † verum eſt, quòd l. de facili ad ſuam 200
naturam

naturam reuertitur, d. §. pactus. cap. ab exordio. 31. diſtinct. ſed ibi reuerſa eſt, quia ſic de voluntate mulieris paciſcentis fuit. Nam ibi mulier pacta eſt, vt præſenti die dos redderetur: deinde paciſcitur, vt tempore ei legibus dato dos reddatur: dicit ibi Paulus Iureconſ. quòd dos incipit ad ius ſuum redire: nec dicendum eſt deteriorem conditionem dotis fieri per pactum: ratio eſt, quia quotiens ad ius, quod lex naturæ eius tribuit, de dote, actio redit, non fit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur, teſte Scæuola: vnde ab vna & eadem perſona nos autem quando à diuerſis, vt in caſu noſtro, ſcilicet, ab inducentibus ſingularem conſuetudinem à Principe, l. nec video reſpon. ad text. hic, ſiue conſuetudo particularis l. præcedat ſiue ſequatur, cùm loquatur generaliter: & ſic intelligendum eſt cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct. cum aliis: ideo intellectus Bartol. ad d. §. diuus Adrianus. & limitatio ad hunc textum nullius firmamenti, quia ſiue conſuetudo ſit generalis, ſiue ſingularis contra l. introduci poteſt, gloſſ. not. §. diuus. in verbo ſepeliri: & quod ibi
201 not. & in l. 2. alleg. C. quæ ſit long. conſuet. Nec † inconueniens eſt, quòd etiam l. noua idem cum prima diſponens intelligatur vt antiqua, argum. eorum quæ not. in §. fina. Authent. de fil. ant. inſtru. dot. nat. & in Authent. offeratur. C. de lit. conteſtat. & in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogant. per Alexand. in conſil. ſuo. 101. Super eo de quo quæritur. colum. penult. in fi. cum ſequenti, verſic. per hoc etiam patet, in 3. volum.

202 ¶ Not. ſecundo ex gloſſ. ibi, ſuperflua † & inutilis. quòd ſuperfluitas reprobatur: quod vulgatum eſt, l. fina. C. de precib. Imperat. offer. & in proœm. Decretal. in §. ſane. verſic. ad communem. l. ampliorem. C. de appellatio. l. 1. in fin. ff. de teſta. & in l. 1. ff. quod met. cau. cap. legebatur, de maior. & obed. in gloſſ. vltim. facit quod not. Bartol. in l. Gallus. in 3. oppo. in princip. ff. de libe. & poſthum. l. hac ſtipulatio, in §. diuus. ff. vt legat. no. cauea. quod tamen verum eſt, niſi ad maiorem declarationem poneretur, ſiue exprimeretur, l. ſi ſeruus ſeruum. in §. inquit l. & quod ibi not. ff. ad leg. Aquil.

¶ Gloſſ. facti. pro clariori intelligentia poteſt diuidi in tres partes. Primo not. vnum ex text. ex quo, & per textum mouet quæſtionem ibi, & puto, quæ eſt ſecunda pars, ponendo exempla pro intelligentia clariori: Tertio partem affirmatiuam ſeptem rationibus concludit eſſe veram ibi, dico autem. Ex qua
203 colligite, quòd ſtatutum † Epiſcopi idem continens quod ius commune per nouam conſtitutionem illi contrariam ſuperuenientem cenſetur eſſe ſublatum, & licet gloſſ. ſimpliciter in ſtatuto Epiſcopi loquatur, rationes tamen generaliter concludere videntur: & iſta affirmatiua firmatur pro communi opin. de qua per And. Sicul. in cap. 1. iſto tit. ſupra. & Bald. in cap. 1. de reſcript. tenuit Bald. in l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iur. & in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet. vbi Salic. Rom. conſil. 497. Diligenter perſcrutatis, in 1. colum. de quo per Felin. in d. cap. 1. de reſcript. ſupra, Bart. in l. 1. ex gloſſ. in verbo, fraude. ff. ad leg. Falcid. & vide Roman. conſil. 103. Felin. in cap. cum omnes, hoc tit. ſupra, & vide Franc. Aret. conſil. 20. colum. 3. cum aliis. quia paſſus eſt pro vtraque parte ſuſtentabilis, ideo ad vtramque partem vtricuique tamen fundamento reſpondendo, communi tamen retenta, ipſam aliquibus modis limitabimus.

204 ¶ Et pro affirmatiua, Papa † per ſuam conſtitutionem, quæ ſunt iuris, tollere intendit, non autem quæ ſunt facti: caſus eſt hic: & ratio eſt, quia quæ ſunt facti, probabiliter ignorare poteſt: quæ iuris verò, minime: & ideo gloſſ. in princip. hic dicit, non enim reuocat quæ ignorat: ignorat autem, quæ ſunt facti. Sed ſtatutum idem quod ius commune continens, eſt quid iuris, ideo illud reuocare intelligitur, quia Princeps ſcit effectum ſtatuti, ideo non curamus de modo ſciendi, Bald. in cap. 1. alleg. de reſcript. & in l. ius autem ciuile. ff. de iuſtit. & iur. & ibi Ang. & Flo. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. colum. fin. & in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet. & in rubr. qui ſi. u. da. poſſ. cum aliis per Felin. in cap. 1. de reſcript. in verbo, ſublato. in 2. colum. in princip. Poſſet dici, quod imò eſt quid facti & iuris communis, & ideo erit facti & in facto conſiſtet: vnde non intelligitur reuocatum: & ſic reſpon. Ioan. de Lign.

205 ¶ Secundò, licet † reſcriptum ſecundùm ius commune impetratum priuilegium non tollat, niſi de illo mentionem fecerit, cap. cum ordinem ſupra de reſcript. & ſecundum priuilegium non tollat primum contrarium, niſi de eo mentio fiat, cap. veniens. ſupra de præſcriptio. tenent Nouiſſ. Peruſin. de reſcripto tamen vel priuilegio, quod in ſe ſimpliciter ius commune continet, in ſecundo reſcripto vel priuilegio mentio fieri non debet, fuit dictum Innoc. Hoſtienſ. & Modern. ratio eſſe poteſt, quia idem de eo iudicatur quod de iure communi, & vltra glo. hic Imol. in cap. 1. in 2. colum. de reſcript. pro quo eſt gloſſ. not. in verbo corporali, in cap. vt circa. de elect. infra. facit text. in argum. in l. 1. in §. ſi ſub conditione. ff. vt lega. no. caue. l. in ſeruitute. in §. ſi quis bonorum. ff. de bon. libert. l. ſub conditione, in §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. quæ omnia tamen vera eſſe intelligite, quando l. vel noua conſtitutio emanaret à Principe, ſecus ſi alia diſpoſitio, quia tunc priuilegio in corpore iuris clauſo nunquam derogatum eſſe cenſetur, niſi de ipſo ſpecialis mentio fiat, gloſſ. in Authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. & ibi Bart. & Bald. ſequuntur, & Paul. de Caſt. dixit, quòd ille, qui priuilegium immunitatis habet, illud in ſtatutis inſeri facere debeat, quia † noua diſpoſitio derogans priuilegiis, illud quod in ſtatutorum corpore poſitum eſt remouiſſe non intelligitur, gl. in verbo, compelluntur, in l. 2. in §. omnes. ff. de iud. & in l. hæres abſens. & ibi Bart. ff. de iud. Fel. in cap. 1. in 7. & 8. colum. ſupra de reſcript. de quo tamen ſupra etiam diximus. 206

¶ Ex quibus tamen Nouiſſ. repetentes hic poſt alios in cap. 1. de reſcript. ſupra, inferunt, priuilegium in corpore iuris clauſum facilius remoueri priuilegio non inſerto: cuius contrarium ſupra vidimus, per not. per gloſſ. hic. Innocent. Hoſtienſ. & alios: nam de priuilegio Ciſtertienſium, quia eſt in corpore iuris clauſum, mentio per impetrantem fieri minime debet, Ioan. Andr. Butr. & Imol. in d. cap. cum ordinem. alleg. gloſſ. in proœm. Clement. in verbo, de cætero. ſecus de non inſerto, cap. veniens, de præſcriptio. alleg. Solut. tamen tollitur priuilegium in corpore iuris clauſum, quia tacite illi derogare videtur: quia cum aliquam conceſſionem facit, illam valere velle videtur, argum. l. 3. ff. de milit. teſtam. & cenſetur, quæ conceſſioni ſuæ impedimentum præſtant, remouere, argum. l. illud. ff. de acquiren. hæred. de priuilegio tamen non inſerto non præſumitur illius habere notitiam: & ideo non videtur illi derogatum, quia voluntas † non trahitur ad nobis incognita, l. non eſt ferendus. ff. de tranſactione. 207 quando tamen apponeretur clauſula generalis non obſtan. aliquo priuilegio, ad non inſertum trahitur: quia de illis in genere ſaltem cogitaſſe videtur, licet ad inſerta etiam trahi poſſit, in dubio tamen ad non inſerta, & ita reſident: ſed vide, quia rationes alleg. videntur habere locum in priuilegio non inſerto: quia etiam non præſumitur habere notitiam priuilegij in corpore iuris clauſi, ex quo contra ius commune eſt, aliàs priuilegium minime dici poſſet, quia dicitur priuilegium, quando contra ius commune ſcribitur, de quo ſupra Nouiſſ. in rub. de reſcript. colum. 3. verſic. ſecunda concluſio.

¶ Qui tamen pro huiuſmodi difficultatis reſolutione in cap. 1. in 10. colum. verſic. & ita patet ex prædictis. dixerunt, quod quando dicitur, facilius derogatur priuilegio in corpore iuris inſerto, quam non inſerto, procedere quando tollitur ius commune, quia tunc facilius tollitur inſertum, quia ius commune reputatur, ſtatim dato priuilegio videtur derogatum iuri communi ex natura priuilegij, & ſic pariter videtur derogatum priuilegio in corpore iuris inſerto, de quo idem iudicatur quod de iure communi. Secus eſt, quando non tollitur ius commune ſed priuilegium, quia facilius tollitur priuilegium non inſertum, quia eſt priuilegium proprie & ſimpliciter, quam tollatur inſertum, quod non videtur priuilegium ſimpliciter, ex quo de eo iudicatur idem quod de iure communi: & hoc modo concordant gloſſ. quæ volunt, quod ſi tollantur priuilegia, non tamen quæ in corpore iuris inſerta, per gloſſ. in l. 2. §. omnes. in verſic. compellantur. ff. de iudic. & in Authent. qua in prouincia, in verbo, illic. C. vbi de crimi. agi oportet. & not. Bartol. in l. hæres abſens. in princip. ff. de iudic. & in tracta. ad reprimendum. in verbo, non obſt. colum. fina. dicentem tamen, quod priuilegium iuris communis, vt in cap. 1. de reſcript. ſupra, facilius tollitur quam non inſertum, & inſertum, dum tamen proprie ſint priuilegia, iuxta diffinitionem priuilegij datam de priuileg. & in rubr. de reſcript. cum alleg. ſupra. Hinc eſt, quod inter priuilegium in corpore iuris inſertum & non inſertum proprie ſumpta in derogando nulla erit differentia: & hoc modo clara eſſet ſolutio Nouiſſ. ſupra alleg. alias obſcura videtur, & de his in not. ſatis.

¶ Ad argum. reſpon. quod ex priuilegio vel reſcripto idem quod ius commune continentibus nullum oritur vinculum, nec ratione obiecti, cum idem ſit obiectum: nec ratione auctoritatis, cum eadem ſit auctoritas. Sed in terminis quæſtionis duæ ſunt auctoritates, & duo diſponentes, & ſic duplex vincu-

vinculum: & ideo dicitur, quòd ſi ſimpliciter derogetur ſtatu-
to ad ſtatutum vinculum iuramenti habens non trahitur, gloſ.
ſingul. *in cap. cum non deceat, de electione, infra not.* Ioan. Andr. *in*
cap. 1. de filin presbyt. in nouel gloſſ. ſingul. *in cap. dudum in §. fin. in*
verbo, palla, de ſepul. vbi licet ſit derogatum vinculo pacti vel
ſtatuti, illius confirmationi derogatum non intelligitur, Ioan.
Andr. *in dicto cap. 1. de fil. presbyt. infra,* & videte quod not. Ioan.
Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de teſt. in rubr. in princip.* & aliquid
per Bald. *in cap. naturales, in fin. ſi de feud. fue. contro.* & per Ioan. de
Platea *in l. 1. C. de colla. dona. lib.* 10. & quæ voluit Alexand. *in*
l. 1. colum. 8. verſic. vnde videmus. ff. ad legem Falcid. de qua tamen
ſolut. infra ad contraria Ioan. de Ligna. reſpon. & de his infra
dicemus.

¶ Tertio ſi contraria opin. eſſet vera, vt ſublato iure com-
muni adhuc ſtatutum idem continens remaneret, ſequeretur
quòd inferiores, puta Epiſcopi poteſtatem derogandi iuri
Summo Pontifici poſſent auferre: quia ſi Epiſcopi ſtatuta ius
commune continentia fecerint, licet Papa poſtea ius commu-
ne tollat, nil feciſſe intelligitur: Ioan. tamen de S. Georg. &
Ioan. de Ligna. quos refert Ioan. de Imol. *in d. l. 1. ff. ad leg. Falcid.*
ad hoc reſpond. quòd iſtud non ſequitur, cùm Papa faciendo
mentionem de his tollere poſſit, facit text. *in cap. quia ſæpe, de*
elect. infra, & quod habetur *in Auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct.*
eccleſ. iſta tamen reſpon. non habet dubium per text. *hic,* quod
Papa non poſſit talia ſtatuta tollere: ſed dubitatur, an per l. no-
nam, qua ius commune remouetur, ſtatutum idem continens
remouere voluiſſe dicatur: quia inter ſe poſſe & velle diffe-
runt, iuxta not. per Anchar. *in cap. 2. de præbend. infra.* & ideo di-
208 cemus voluiſſe: quia ſi minor † qualitas cum maiori concurre-
rit, minor confunditur per maiorem. Secus ſi pares eſſent, quia
ſe ad inuicem tolerarent, *l. generaliter. ff. de fideiuſſ. cum aliis,* per
Anchar. *hic.*

209 ¶ Quarto, quando duo † à iure ſunt æquiparata, ſtatutum
in vno haber locum & in alio, facit text. *in cap. tranſlato, iſto tit.*
ſupra, & ibi Abb. per illum textum, & Bartol. *in l. ſi quis ſeruo per-*
ſuaſerit. C. de furt. & *ibi* Noniſſ. *in 2. not in 2. colum.* alleg. Bartol. *in*
l. ſi conſtante, in 7. quæſt. ff. ſolu matrim. & iſtam regulam tradit An-
ton. de Butr. *in cap. fin. in 3. fallen. de conſuetud.* facit text. *in l. 1. in §.*
lex Falcidia. ff. ad leg. Falcid. & *ibi* Bartol. & Alexand. & illam re-
gulam firmat Bald. per illum text. *in Authent. poſt fratres, la 1. C. de*
legiti. hæred. pro qua argum. Rom. *in conſil. 32. Viſa municipali, pe-*
nult. col. & in conſ. 129. Licet magna, cum aliis: cum autem text. no-
ſter hic conſuetudines & ſtatuta particularia æquipararet, licet
ſit ius commune reuocatum, tamen conſuetudo præſcripta,
qua ius commune ſeruatum fuerat, eadem ratione qua de ſta-
tuto dicimus reuocata non erit: & ideo ſequitur, quod om-
nium iurium correctio vel immutatio inutilis erit. Poteſt dici
quòd etiam ſi mille annis animo obtemperandi legi ſeruetur
ius commune, conſuetudo propter hoc non inducitur, quia
non fit animo illam inducendi: pro quo faciunt not. *in cap. fin.*
de conſuetud. ſupra. & quod not. Bartol. *in l. 3. in §. fin. ff. de ſuppel.*
lega. Ioan. de Lign. *hic,* cuius verbum reputat not. Gemin. *hic,* &
Butr. *in cap. 1. de reſcript.* & Ioan. de Imol. *in l. 1. ff. ad l. Falcid.* quos
refert & ſequitur Felin. *in d. cap. 1. verſic. ſublato. in 3. colum. verſic.*
limita vltimo. & ideo non ſimpliciter verum, quod not. per glo.
210 2. *in l. 1. C. de collatio. donat. lib.* 10. vbi licet per † reſcriptum vel
contrariam l. ſit ſublata vna lex, conſuetudo tamen illi l. con-
formis non dicitur eſſe ſublata; pro qua gloſſ. Salic. alleg. text.
in l. exemplo. C. de decur. lib. 10. ſi naſcitur ex iuris obſeruatione,
nulla conſuetudo, *vt ſupra:* tamen Alexand. *in l. 1. in 7. col. verſic.*
idem contra opin. ff. ad l. Falcid. dicit illam gloſſ. non probare id,
ad quod alleg. per Salic. ratione, de qua per ipſum ibi: diffici-
lius tamen eſt, quando ſuperuenit l. idem diſponens quod
particularis conſuetudo: in quo tamen caſu etiam communis
concluſio iudicio meo verificari poſſet, aliis omiſſis, quæ in *d.*
l. 1. ſcripſit Alex. contrarium tamen tenuit Felin. multa addu-
cendo *in cap. 1. in verbo, ſublato in 3. col. verſic. limita ſeptimò,* licet
de ſtatuto loquatur, tamen idem in conſuetudine per text. *hic*
expreſſum, qui de vno ad alium argum.

¶ Quintò ad hoc, vt conſtitutio municipalis ſiue conſuetu-
do per legem nouam ſuperuenientem remota non ſint, neceſ-
ſe eſt, vt ſint ſingularium perſonarum, caſus eſt hic, *ibi,* quia ta-
men locorum & ſingularium perſonarum conſuetudines &
ſtatuta, &c. & ideo gloſſ. in fin. concludit, ſi conſuetudo & ſta-
tutum ſingularia ſint, & conſiſtent in facto, & rationabilia
ſint, nec reuocentur expreſsè per conſtitutionem nouiter edi-
tum, illis non derogatur. Sed † ſtatutum, de quo loquimur, ius 211
commune in ſe continet, igitur non ſingularium perſonarum:
& ideo ceſſat prima ratio Ioan. de Lign. quia licet ius commu-
ne ſit validum, & ab ipſis ſtatuentibus confirmetur, non ta-
men ab ipſis denominari debet, Bartol. *in l. & quia. ff. de iuriſd.*
omn. iudic. & ideo Bald. dixit *in l. receptitia, penult. colum. de conſtit.*
pecun. quòd conſules mercantiæ, qui ſtatuta illius fori ſeruare
iurauerunt, ſi ſtatutum idem quod ius commune continet,
non ſeruauerint, periuri eſſe dicuntur, per iſtam gloſſ. & vide-
te Bald. *in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet.* ius municipale huiuſmodi
iuris communis imitatiuum eſſe dicitur, ſicut conſuetudo
idem quod ius commune cōtinens imitatiua iuris dicitur non
diſpoſitiua: vnde iure communi ſublato, tollitur & ſtatutum
idem quod ius commune continens, per *l. 1. in princip. C. de Lati.*
liber. tol. quia ſaltem vt ſupra in genere princeps illius notitiam
habet.

¶ Sextò, plus † ſemper in ſe continet quod eſt minus, *Auth.* 212
multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. & de epiſcop. & cleric. cap. pro il-
lorum, de ſentent. excommun. regul. plus, de regul. iuris. infra cum aliis.
Cum autem Romanus Pontifex ſuam tollat conſtitutionem,
vt *hic, l. non eſt nouum. ff. de legib.* quod eſt plus, multo magis con-
ſtitutionem inferioris idem dicentem, quod eſt minus. Ad
quod tamen reſpon. quòd hic diuerſitatis ratio ſubeſt: Nam
Papa intelligitur conſtitutionem ſuam præcedentem tollere,
quia de illa ſcientiam habet iuris præſumptione, de qua latius
ſupra dictum eſſe iudico: non autem de conſtitutione inferio-
ris. Sed aduerte, quia minor hic negatur, vt non habeat no-
titiam conſtitutionis idem continens quod ius commune, de
quo ſupra. Vide tamen ſi dici poſſet, quod Princeps poteſt ig-
norare inferiores de iure communi ſibi particulare ſtatutum
feciſſe: & ideo non intelligitur per nouam conſtitutionem re-
motum, quia ius commune remotum eſſe dicimus: tamen il-
lud non ſufficit pro cauſa impeditiua in derogando, ſed eſt ne-
ceſſe quòd habeat alias qualitates, quòd ſit facti & in facto
conſiſtat, & ſingularum perſonarum, &c. cum aliis, ideo intel-
ligitur eſſe remotum.

¶ Septimò facit text. *in cap. paſtoralis, de fide inſtrum.* vbi ſi ex-
trauagans fuerit iuri communi conformis, ſecundum ipſam
iudicari debet, quia ius commune eſt: & propter hoc idem in
ſtatuto locali, vt iure communi ſublato ſtatutum id, quod ius
commune continet, ſublatum eſſe intelligatur: & iſtud fuit vl-
timum fundamentum gloſſ. *hic.* Sed dici poteſt, quòd *ibi* erat
eadem auctoritas vtrobique, videlicet Papæ extrauagantem
& ius commune condentis: & idem reſpon. poteſt ad text. *in*
cap. cum aliquibus, de reſcript. infra, vbi ſi Papa habenti auctorita-
tem de iure communi conferendi, quod conferat beneficium
vacans mandet, non eſt ſibi auctoritate Apoſtolica, ſed ordi-
naria prouiſum: ad idem facit *c. licet, de offic. ord. cum ibi not.* quia
illius officij excitatio potius quàm noua commiſſio erit: ſecus
tamen in caſu noſtro. Similiter ad not. per Innoc. *in cap. 1. de re-*
ſcript. ſupra. Nec dicitur, quòd illa extrauagans ſit ius commu-
ne: & cum iſta reſpon. tranſit Alex. *in d. l. 1. in 5. colum. verſ. non ob.*
cap. paſtoralis. ff. ad leg. Falcid. hic tamen eadem auctoritas, quia
vt voluit Bald. *in l. 1. C. de ſeruis reipub.* licet municipale dici poſ-
ſit, ad illud tamen tollendum iuri communi ſatis eſt deroga-
tum eſſe. Et ideo Albet. de Roſa. *in 2 par ſtatu. quæſt.* 220. Vlte-
rius quærit Bartol. ſi ſtatuto cauetur, quòd Antiani contra ius
commune diſpenſare poſſint, an contra ſtatutum idem quod
ius commune continens diſpenſent, & arg. quòd ſic, licèt con-
trarium tenuerit per rationes Bart. *in l. 1. ff. ad leg. Falcid.* & Nic.
de Neap. Sed Ioan. And. *in cap. cum dilectus, de cler. non reſid.* opin.
huius gloſſ. tenuit, vt hic ſimiliter.

¶ Octauò facit, quod nuper † *in gloſſ. ſingularium.* not. de ſu- 213
perfluitate, quæ in qualibet diſpoſitione à iure reprobata eſt:
facit text. *in l. ſtipulatio, in §. diuus. ff. vt legat. no. caue. l. 1. in §. dixe-*
rit aliquis. ff. de public. l. quotiens, in §. nec quiſquam. ff. de adminiſt.
tutor. vbi in transfuſione actionis vnius in alteram conſidera-
tur quæ vtilitas inde ſequatur: hinc ex conſtitutione munici-
pali idem quod ius commune continente nulla reſultat vtili-
tas, nullusque reſultat effectus: igitur noua conſtitutio dicen-
da non erit, quia iſti ſtatuentes de eadem re potius loquuti ſæ-
pe videntur quàm diſpoſitionem nouam feciſſe, *l. Mauius. §.*
eum qui. ff. de lega. 2. vnde fruſtra videtur eſſe ſtatutum, argum.
text. *in l. ſi creditori. ff. de lega. 1.* & iſta fuit ratio Anchar. *hic* pro
commu-

communi, cui reſpon. poteſt. quòd licet idem contineat quod ius commune, non tamen ſuperflua tum ratione maioris timoris, *cap. quia in cauſis, de procur. cap. quamquàm. 23. diſtinct.* & ideo gloſſ. *ibi in ver. plus*, dicit quòd non eſt inconueniens, quòd quis ſe iure communi & ſpeciali defendat, *cap. quiſquis. 87. diſtinct. cap. 1. de reſcript. ſupra, de quo ibi. cap. ſi aduerſus, de hæret.* Tum etiam, quia nouam producit actionem, voluit Bartol. *in l. 1. ff. ad leg. Falcid.* per multas rationes, quas hic breuitatis cauſa ſicco pede tranſire decreui. Replicari tamen poteſt, quòd licet plus timeri ſoleat quod ſpecialiter, &c. non tamen ſequitur illud per nouam conſtitutionem contrariam remotum non eſſe ſimiliter. Ad aliud de noua actione, de quo *ſupra*, verum eſt, dum tamen materia ſit apta, *l. 1. ff. de condictio. ex l. & in l. ſi mulier. in §. 1. ff. de leg. 3. & in l. non ſolum. ff. de rei vendi.* ſed quo ad remotionem de ipſo cenſetur idem, quod de iure communi, vt Bartol. *in d. l. 1. alleg.* & Alexand. *cum eo ibi in 4. colum. ver. extra gloſſ. & in 5. colum.* vbi Ioan. de Imol. voluit, quòd non induceretur noua actio, pro quo vno remoto aliud intelligitur eſſe ſublatum, Cyn. *in l. 2. in 2. quæſt. 1. quæſtionis principalis. C. quæ ſit long. conſuet.* ad hoc etiam facit, nam ſi ex diſpoſitione iuris communis ex lege oriebatur condictio ex lege municipali non produceretur, *l. qui bis. ff. de verb. oblig.* ſentit Alex. *in d. l. 1. in 7. colum. in fin. ff. ad leg. Falcid.*

214 ¶ Nono, ſtatuentes idem † quod ius commune, ipſum ius commune confirmare videntur, vt robur magis habeat, per ſupra alleg. Sed natura confirmationis eſt diſpoſitionem à ſe confirmatam non alterare, *l. Aurelius, in §. teſtamento. ff. de libe. leg. 1. l. ſi donatæ. in §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & fuit ratio Nouiſſ. repeten. *hic colum. 14. verſic. ego teneo.* At id aliquid nihil eſt: nam iſta municipalis diſpoſitio idem quod ius commune continens confirmatio dici non poteſt, quia à maiori confirmatio fit, non autem ab inferiori: eſt enim ſuperioris actus. Not. Nouiſſ. Mediolanen. ex continuatione Abb. *in tit. de confirma. vtil. vel inutil. 1. colum. verſic. & not. eſt ex continuatione Abb.* & not. Baldus *in l. fina. verſic. vlterius noto. C. de ll.* vbi confirmationem ſuperioritatis ſignum manifeſtum appellat: & ideo non poteſt huiuſmodi confirmatio dici, not. Imol. *conſil. 27. In caſu præmiſſo. col. 2.* quando vero à pari, ſimplex approbatio erit, not. Abb. per gloſſ. *in cap. 1. in fin de treug. & pac.* Eſto tamen, quòd fieri ab inferiori poſſet, non eſt ſimpliciter verum, quòd diſpoſitionem non alteret: vnde diſtingue, vt Nouiſſ. *in loco alleg. in 2. col. verſic. tertio præmittendum. & in cap. 1. illo tit. de confirmat. vtil. vel inutil. in gloſſ. confirmationem vna in forma communi.* & in hoc Nouiſſ. repeten. ſententia vera. Altera vero ex certa ſcientia, de quibus in locis ſupra alleg.

¶ At negatiuam aſſumendo primo, quòd ſtatutum idem quod ius commune continens iure communi ſublato remo-
215 tum minime ſit, facit: Nam † vbi duæ ſeruitutes concurrunt, vna ſublata non remouetur altera, *l. ſi domus. in princip. ff. de ſeruit. vrba. prædio. cap. paſtoralis. de priuileg.* Similiter vbi duo vincula concurrunt, vno remoto aliud remanet, *l. 2. C. de luitio. pigno.* vbi per præſcriptionem triginta annorum licet perſonalis actio tollatur, non tamen hypothecaria, & conſtitutio principis non reſpicit niſi generalem: cum autem hic duo vincula, &c. videlicet auctoritas legis condentis, & poteſtas ſtatuentis, vna remota altera remanet. Et ratio eſſe poteſt, quia lex
216 † non habet robur ex obiecto diſpoſitionis, ſed ex auctoritate diſponentis, *cap. cuncta per mundum, cum ſequenti, 9. quæſt. 3. l. 1. C. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* Et ideo l. principis omnes ligat, *cap. 1. hoc tit. ſupra.* inferiorum vero locales, *cap. proximo. infra hoc eodem titulo.* vnde debet etiam attendi in tollendo ſtatutum condentis auctoritas & non qualitas obiecti, vt ſic ſit eadem, ius inducendi, & tollendi, *cap. omnis res, de regul. iur. ſupra. l. prout quiſque. ff. de ſolutio.* & fuerunt dicta Ioan. de Imol. *hic, & in cap. 1. de reſcript. ſupra*, & Iacob. de S. Georg. *hic*, quem refert ipſe & ſequitur. Sed attendendum eſt, vbi de duabus ſeruitutibus & vinculis dicitur, verum eſt, quando diuerſos operantur effectus: ſecus quando ad idem, vt in caſu noſtro, quia vno ſublato tollitur & aliud, *l. ſi colonus. ff. arb. furt. cæſar. l. duobus, in §. colonum. ff. de iureiuran.* Similiter dicendum eſt, l. robur habet ex qualitate diſponentis, non ex obiecto diſpoſitionis: verum, quando diſponens aliquid de nouo diſponeret, ſecus quando diſpoſitum per ſe validum confirmat, de quo vt ſupra *l. & quia. ff. de iuriſdict. om. iudic.* vbi Bartol. propter quæ ceſſat aliud Ioan. de Imol. ad multiplicationem vinculi requiritur diſſolutionis multiplicatio, *cap. 1. de treug. & pace.* quia verum eſt, quando vnumquodque de per ſe aliquem operatur effectum, *l. 1. C. de legi. heredib.* facit quod not. Bald. *in cap. 1. de grad. ſucced. in feu. in vſi. feud.* & quando oriatur vinculum, dictum eſt ſupra in 2. funda. partis affir. de ſtatuto & pacto iurato, ſeu confirmato, &c. poſuit Alex. *in alleg. l. 1. in 8. colum. verſic. vnde videmus. ff. ad leg. Falcid.*

¶ Secundo principaliter facit text. in quo caſu Ioan. de Lig. quaſi fere dixit expreſſum, vbi Papa conſuetudinem iuri communi conformem contraria conſtitutione non obſtan. in qua ei non fuerat derogatum, obſeruari mandat. Poſſet dici ſecundum hunc intellectum ad text. *in cap. cum omnes*, quòd *ibi* conſuetudo ſpecialius ius commune reprobat: & ſic vt ſupra vinculum tunc per illam diceret adiectum, ſenſit Gemin. *in cap. licet. lo 1. de præben. infra.* vbi conſuetudo ſpecialius ius commune reprobare poteſt: quem refert & ſequitur Alexand. *in d. l. 1. in 6. & 7. colum.* nimirum ſi non remoueretur conſuetudo talis, niſi ſpecialiter de ipſa, &c. vt *in text. hic* dicitur. Et ideo conſiderandum eſt, quòd text. *in † d. cap. cum omnes*, ibi conſuetudo iuri 217
communi contraria erat, non autem conformis, vt Io. de Lign. quem ſequitur Alex. *in d. l. 1. in 3. colum. verſic. & pro iſta opin. ff. ad leg. Falcid.* poſt Gemin. *hic* voluit, licet male iudicio meo: & ideo ſi remota non extitit ratio, quia vinculum ius reprobando adiecit. Et ideo Nouiſſ. Mediolanen. *ibi in 2. notab.* colligunt, ſtatutum contra conſuetudinem, quæ erat de non reſidendo, & ſic contra ius commune, valere, not. Hoſtienſ. & Doctor. *in cap. ad audientiam: & ibi* Abb. *de cleric. non reſidenti.* & tamen beneficiati reſidere tenentur, *cap. peruenit, lo ſecundo. de appellatione, cap. inter quatuor. cap. conquerenti. cap. penult. de cleri. non reſidenti.*

¶ Tertio † adducitur text. *in l. quærebatur. ff. de milita. teſta.* vbi 218
miles, qui cum duobus teſtamentis decedere poteſt, ſi ſecundum fecerit, ſimpliciter videtur in dubio reuocare primum, quia potius naturam actus ſequi videatur, quàm ſuum priuilegium: ſic in propoſito videtur hoc caſu in dubio ſtatutum ius commune remouiſſe, quia vt *ſupra* dictum eſt, de natura l. eſt ſuperflue non diſponere, *l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publi. & in §. quibus. in prima conſtit. C. pro quo* Iaſon poſt Alexand. *in princip. in Authent. præterea. C. de collatio.* & hoc fuit Aretin. *in cap. 1. in penul. & vltim. colum. verſic. vtrum ſtatutum diſponens*, quod etiam aliquibus rationibus confirmauit. Ad hoc retorquendo contra ipſum dici poſſet: Similes ſecundum teſtamentum faciendo primum reuocare videatur, quia in dubio iure communi vti videtur, non priuilegio ſuo, *l. quamquam, & l. in teſtamento. C. de teſtamen. milit.* Igitur in dubio ſtatuentes videntur potius iuri communi adhærere quàm ei derogare: pro quo Nouiſſ. repet. *hic*, alleg. not. per Innocent. *in cap. dudum. de decimis.* vbi in dubio princeps aliquid confirmando contra ius commune, diſponere non videtur, licet confirmatio huiuſmodi, vt ſupra aliàs eſſet inutilis, vt Innoc. *in cap. innotuit, de eo qui ord. furt. recep.* Angel. *in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcript.* Ioan. de Imol. *in l. ex facto, in princip. per illum text. ff. de vulg. & pupil.* Aliter tamen ad text. *in l. quærebatur.* poſſet dici, quod immò ſatis conſtabat de voluntate militis ſecundo loco teſtantis propter fideicommiſſum in ſecundo teſtamento appoſitum: & ideo à primo receſſiſſe videtur, & hanc reſpon. ſentit Aret. ad illum text. *in d. cap. 1. de reſcript. col. pen. verſic. ſed in ſecundo membro.* vnde ſequitur, quod voluit Bartol. *in l. & quia. ff. de iuriſd. om. iudic.* vbi cum quis contra ius diſponere poteſt, & certum eſt, quod de nouo diſponere voluit, ſicut qui actum iam factum reuocare poteſt, ſi ſecundo diſponat illum de nouo inducere poteſt, *l. poſthumus. in §. fin. ff. de iniuſt. teſtam.* Eſt verum, quod text. ille loquitur in teſtamento pagani, in quo duo teſtamenta ſimul eſſe non poſſunt. Secus tamen in duabus ll. vel l. & ſtatuto, & hoc voluit Aret. *in loco alleg.* & alleg. text. *in d. l. quærebatur*, & ſic ſentit illud verum, quando ſentit aliquid de nouo diſponere, quia vinculum nouum inducere dicitur: & iſtud non habet dubium, propter quod reſpon. ad pen. fundamentum per Nouiſ. repetentes hic pen. loco poſitum: pro quo intell. vide Alexan. in alleg. *l. 1. in 5. col. verſic. ſecundo fallit, quando conſtaret quòd mens ſtatuentium, &c.*

¶ Quartò eſt † text. *in l. magiſtratus. ff. ad municipal.* vbi vide- 219
tur innui, quòd facto ſtatuto poſt conſuetudinem, id quod conceditur ex ſtatuto non autem ex conſuetudine conceſſum eſſe dicitur. Nam text. *ibi* dicit, concedi moribus, ſi non ſit ſtatutum,

rutum, igitur tacite videtur inferre, quòd ſtante ſtatuto virtus
conſuetudinis ceſſat, & iſtud fuit Aretin. *in d.cap.1. in fin.colum.*
vltimis verbis. Sed ille textus hoc non probat: nam non dicit,
quòd ſi id, quod inductum eſt *l. municipali*, deducatur in con-
ſuetudinem, deſinat virtute ſtatuti competere. Eſt tamen illius
vetus ſenſus, quòd ſi ex l. municipali non ſit poteſtas conceſſa
moribus, tamen competit & è contra, quia ſtatutum idem
quod conſuetudo continens nullum effectum operatur, Bart.
in l.1. verſic.3.C.quæ ſit long.conſuet.
220 ¶ Quinto † pro iſta parte negatiua probat text. *in cap.2.& ibi*
latius repetendo *dixi*, *infra de præben.* vbi conſuetudo ius com-
mune potentius facit, quia propter illam ordinariorum præ-
uentio in conferendo ceſſat, quòd tamen prius non erat, per
not. *in cap dilecto, de præb. & in cap. ſi à ſede, eod.tit.infra.* Cuius au-
tem ſpecies ius commune in genere aſſumens, potentior ſiat,
idem in caſu noſtro videtur: & iſtud fuit Ant. de Bur. *in d.cap.1.*
de reſcript. quem *ibi* Felin. refert *fol. 78. in verſic. ſublato.* de quo
And.Sicul. *in Clem.2 in 26.col de elect.* Cui reſpon. quòd verum
eſt, quòd ſit potentior, vbi ſpecies non repetit formaliter ge-
nus, ſed aliquid addit. Nam conſuetudo aliquid addit iuri ſeu
generi: nec omnia beneficia large in manu Papæ ſunt, non ta-
men vt ab ordinariis præueniri non poſſit, *iurib.alleg.* Quorum
tamen manus in Rom. Cur. vacan. ligat, ideo ſpecialius *ibi* in
text. dixit, quia non eſt mere iuris communis repetitiua.
221 ¶ Sexto Nouiſſ. repeten. adducunt text. *in † l. illud ff. de ac-*
quir. hæred. vbi ſi ab eo hæres inſtitutus eſſem, qui etiam ſi inte-
ſtatus deceſſiſſet, legitime eius hæreditas ad me perveniſſet, ſi
quaſi inteſtatus repudiauero, legitimam acquiſiuiſſe videbor:
quod tamen intelligas iuxta text. *in l. nec is, in §. hæres inſtitutus.*
ff. illo tit. ad quod etiam facit text. *in l. ſi quis ita. in §. fina. ff. de ma-*
num. teſtam. vbi licet libertas ex teſtamento non debeatur, ex
222 legato tamen debita erit, ſi viuus manumiſerit, quod † à teſta-
mento nimia iuris ſubtilitate ſeparatum eſt: idem in caſu præ-
ſentis concluſionis licet remotum ſit ius commune non ta-
men ſtatutum. Sed vtrique reſpon. poteſt, quòd procedunt in
his, quæ à noſtra mera voluntate dependent, de quo aliquid
in notab. ſupra. & ſentit Bartol. ad illum text. *in d. l. illud.* quod et-
iam adaptari poteſt ad text. *in d. §. fina.* cui etiam reſpon. poteſt,
quòd non dicitur eſſe remota libertas in teſtamento data, ſed
per teſtatorem adiunctum, vt ſi eum vindicta manumiſerit, ſi-
bi hæres decem dare teneatur: quod legatum valebit, *vt ſupra.*
vnde & ſi viuus illum non manumiſerit, teſtatore mortuo li-
bertas teſtamento iam facto ſibi debita erit, non tamen illa de-
cem, & extra propoſitum.
¶ Septimo facit text. *in l. iure noſtro. in § fin. ff. de teſtam tut* vbi
ſi agatur querela inofficioſi teſtamenti, tutorem filio à patre
exhæredato à prætore confirmari oportet: vtrum ex teſtamen-
to patris, an decreto prętoris auctoritatem accipiat, rei iudica-
tæ euentus demonſtrabit: idem ſi pupilli nomine teſtamen-
223 tum falſum eſſe dicatur, text. *in l. idem fiet. ff. illo eod tit.* licet † igi-
tur vt teſtamentarius ceſſet, remanet tamen datiuus, qui in ali-
quo licet differant, *l. fin. ff. de teſtam. tut.* in poteſtate tamen ad-
miniſtrandi minime. Idem in caſu noſtro, & ſi ius commune
remoueatur, ſtatutum vero illud continens non tollitur. Vel
alio modo induci poteſt: nam tutor confirmatus dicitur da-
tiuus non teſtamentarius, ibi, confirmari oportet, ſecundum
Bart. *ibi, & in l.1. col.1. verſic. quæro an tutor. de confir. tuto.* quia qui
confirmat dat, *l. lege obuenire. ff de verbor. ſignif. & in §. decreto vero*
non habente. in Auth. de defenſo. ciuitat. colum.3. not. in l. & quia ff. de
iuriſd. om. iud. cum aliis. & hanc opin. tenuit Dyn. *in d. l.1. ff. de con-*
firma. tut. licet naturam teſtamentarij ſapiat, quia non ſatiſdat:
item quia præfertur legitimo, vt latius poſt Martin. Sil. tenuit
Bart. *in d. l.1. in colum. fin. vlt. quæſt.* quam ſic communiter Doct.
tenuiſſe fatetur. Sed reſpon. poteſt, quòd text. *in d l iure noſtro.*
videtur correctus per *Authentic. ex cauſa. C. de libe. præterit.* quod
voluit Bart. *ibi in 2. oppo.* vel licet remoto teſtamentario datiuus
ſit, hoc verum, l. auctoritate & neceſſitate, ne pupillus inde-
fenſus remaneat: & ibi diuerſæ auctoritates concurrunt, prima
teſtatoris, ſecunda prætoris, ſed in caſu noſtro Principis tan-
tum. Et ideo teſtamentarius dici non poteſt, ſi filius in querela
obtinuerit: ſecus ſi ſuccubuerit, quia datiuus erit, eſto quòd
confirmatio valeat, illud tunc prouenit, quia l. auctoritate
prætor rupto teſtamento maior teſtatore cenſetur: & de con-
firmatione aliquid diximus, ideo nimirum ſi teſtamentario
exploſo, vt datiuus remanet, vel è contra.

¶ Octauo per Nouiſſ. contra † communem adducitur text. 224
in l. ſi ita ſtipulatio. ff. de verbor. oblig. Pone, quòd vxor ſtipuletur à
viro, ſi culpa tua diuortium factum fuerit, pœnæ nomine cen-
tum dare promittis? quæritur, an talis ſtipulatio valeat. Re-
ſpon. Pompo. iureconſul. quòd non, niſi ſtipulatio pœnæ tan-
tundem habeat, quanta ſit lege comprehenſa: quia legalibus
pœnis contenti eſſe debemus: ſi ergo ex ſtipulatione non au-
tem ex l. ſequitur, quòd noua actio ex contractu non autem ex
l. quæ idem quod in contractu conuentum eſt, agi poterit, vi-
delicet dotem vel donatio. lucrari. Idem erit in propoſito, vi-
detur vt noua ex ſtatuto oriatur actio, nec ius commune dice-
tur: per quem text. dixit *ibi* eſſe caſum expreſſum Angel. quem
poſt Alexan. referunt Nouiſſ. Mediolan. *in 1. col. in 2. not.* cui & ſi
ſupra reſpon. fuerit, tamen dici poteſt, quòd non oritur noua
actio, niſi vt ſupra, quia nullum vinculum, & ideo nulla noua
actio ex ſtatuto, quia per hoc licet ex contractu; non tamen
negat, quin etiam ex l. diſpoſitione, quia ſi promitto tibi, quod
ex iuris communis diſpoſitione venit, obligationem & actio-
nem producit virtute l. probat text. *in l. ſi ita ſtipulatio. alleg.* &
ideo Rapha. *in l.1 ff. ad leg. Falcid.* quem *ibi* Alex. *in 5. colum. in fin.*
refert, dicebat, quòd debitum † ex vna cauſa in aliam diſſimi- 225
lem non autem ſimilem deduci poteſt, *l. quibus. ſupra alleg. ff. de*
verb. oblig. l. plane. la t. in §.1. ff. de lega 1. Ex quibus collige ſol. ad
arg. vlt. de diſpoſitione in alteram conuerſam, illius diſpoſitio,
in quam conuerſio fit, attenditur. *l. cum in fundo, in §. ſi fundus ff.*
de iure doti. l. diuortio. ff. de nego. geſt. Eſt bene verum, quòd actio
de nouo ex ſtatuto oritur, cum aliquid vltra ius commune in-
ducit: vnde ſic intelligo not. per Bart. & alios *in l.3. in §. ſi rem. ff.*
de lega.3. igitur non eſt opus naturam ſtatuti attendi, vt de eo
fiat ſpecialis mentio, rationibus quibus ſupra: immò in caſu † 226
noſtro dicerem in tantum ius commune reputari, vt in materia
iuris interpretationem, exceptionẽ ac limitationem recipiat,
voluit Ioan. de Imol. *in cap. cum dilectus.1 col. in 2. not. de cler. non*
reſiden. alleg. not. *in l.2. C. de noxalib. & in l fin. §. in computatione.*
C. de iur. deliber. & quod not. plenè *in l. omnes populi. ff. de iuſt. &*
iur. & quòd *hic* per Scriben. traditur, communi tamen retenta
aliquibus modis limitanda venit.
¶ Limita † primo, niſi ſtatutum habeat diuerſam naturam 227
à iure communi, puta quia ius commune erat iuris ciuilis di-
ſpoſitio, & ſtatutum idem diſponens ius prætorium, puta quia
ab Epiſcopo, Comite, vel Marchione conditum tanquàm à
magiſtratibus factum: tunc tali iure ſublato, non remouetur
ſtatutum, *l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iur.* Bartol. plenè *in l. ſtipu-*
lationum. die. in princip. ff. de verbor. oblig. & in l.2. ff. de bono. poſſeſſ.
& in l.2. in § fina ff pro empto. & in l. omnes populi. 5. quæſt. princ. ver-
ſic. iuxta prædicta quæro. & *ibi* Bald. & Bartol. *in l. fin. ff. de pœn.* &
Bald. *in Rubr. C. qui admitti.* quia diuerſæ naturæ eſt remedium
à iure prætorio introductum, quia regulariter habet tempus
vtilis anni: illud vero ciuilis iuris perpetuum erit, ſeu conti-
nuum, *Inſtitut. de perpe. & tempo. actio. in princip. in gloſſ. annum. &*
in l. 2. ff quis ordo in bono. poſſeſſ. ſerue cum aliis per Alexan. *in l.1.*
in 7. colum verſic. in hac materia puto, & Felin. *in cap. 1. de reſcript.*
verſic. ſublato. in 2. colum. & pro iſta limitatione vide Abb. & poſt
eum Andr. Sicul. *in cap. fina. de offic. lega.* Sed conſidera, quòd al-
leg. non videntur locum habere in caſu noſtro, quia non di-
citur, quòd Epiſcopus vel alij ius municipale idem ius com-
mune continens, &c. ſed quòd poſſunt ſtatuere, & quo tem-
pore durent: ſiue igitur ſit iuris ciuilis diſpoſitio, ſtatutum ve-
ro prætorium, dum tamen ius ciuile ab eo, qui poſſit, remo-
tum ſit: idem in ſtatuto dici poſſe non dubito, quia habet di-
uerſam naturam, non tamen diſpoſitionem, arg. eorum quæ
not. *in l. omnino. ff. de ſpon. & in cap. nam concupiſcentiam. hoc tit. ſu-*
pra. & ſi ius ciuile alio modo capiatur quàm pro iure commu-
ni, vt *ſupra*, etiam ſi eſſet vera fallen. hic ſuffragari non poteſt,
quia † exceptio debet eſſe de regula, not. per Ioan. And. *in rub.* 228
de reg. iur. infra cum aliis.
¶ Fallit ſecundo, quando l. ſiue ius † commune officij iudi- 229
cis imploratione prouideret, ſtatutum vero remedio condi-
ctionis ex eo verba in iudicem dirigendo, *iuxta l. vnicam ff. de*
condictio. ex leg. gloſſ. in cap. certificari, de ſepult. Butr. Imol. *in cap.1.*
de reſcript. & Felin. *ibi loco ſupra alleg.* & Bartol. *in l.3. in §. ſi rem. ff.*
de legat.3. & per Alexand. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra.*
Cod. de iudic. Secus ſi ex iuris communis diſpoſitis condictio ex
l. oriatur, quia vno remoto remouetur & aliud, cum aliis per
Felinum *vbi ſupra*, ſed vide, quia hoc intelligo, dum tamen
illud

illud remedium ſit alia & noua ratione introductum, ſecus ſi
ex antiqua, quia vno remoto, aliud ſtare non poſſet, per nota.
in d. cap. 1. per Ant. Imol. & Gem. & Felin. *in* 7. *fall.* & per ea quæ
diximus *ſupra in primo arg. partis negatiuæ huius concluſionis*: quia
non diceretur nouum addere vinculum, & idem quod ius cō-
230 mune continere dicemus: & iſtam opinionem ſenſit Raphael
Cum. *in l.* 1. *ff. ad legem Falcid.* & ratio eſſe poteſt, quia † ſublata
ratione l. ipſa lex intelligitur eſſe remota, gloſſ. & Bart. *in l.* 1. *in
princ. in verbo prouidentia. ff. de legit. tutor.* plenè Sal. *in auth. ingreſ-
ſi. in* 2. *colum. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Imol. *in ca. poſt tranſlationem. in*
20. *col. de renunc. & in l.* 3. *in* §. *fin. ff. de donat. & in l. ſi vero, in* §. *de vi-
ro. ff. ſolut. matr.* caſus eſt *in cap. miramur, de ſeru. non ord. iuncto cap.
de multa. de ætate & qualitate*, ratio eſt, quia l. ipſa nil aliud eſt,
quàm ipſa ratio, *cap. conſuetudo.* 1. *diſt. l. cùm mulier. ff. ſolut. mat.* de
quo aliàs *ſupra* diximus. Secus tamen eſſet, quando l. ipſa ſim-
pliciter eſſet remota, quia illius ratio in viridi obſeruantia eſ-
ſet, quòd Moder. *in c.* 1. *de reſcrip.* intelligunt in ratione naturali
procedere per tex. *in l. hares. ff. de ca. diminutio.* quod etiam in ca-
ſu noſtro procederet, ſcilicet, in ſtatuto idem quod ius com-
mune continente in naturali ratione fundato, quia ſi nil l. ad-
debat, ſimiliter & in ſtatuto.

¶ Amplia non ſolùm in ratione naturali, verùm & in alia,
quando l. ipſa eſſet correcta, non autem eius ratio, quia poteſt
eſſe, quòd l. ipſa corrigatur, ratio verò non. Et ratio eſt, quia l. à
ratione cognoſci, & diſtingui debet, *l. final.* & *ibi.* Bart. *ff. de offic.
procur. Caſa. l. qui interrogatus.* & *ibi* Bart. *ff. de petit. hered.* vnde di-
cto generalior eſſe debet: ex qua generalitate ad id quod in l.
particulariter continetur, infertur, & ideò l. remota, non tolli-
231 tur illius ratio, argum. eius quod not. *in l. ſi quis carum, in* §. *inter
epiſtolam. ff. de legatis* 3. vbi † remota vna ſpecie, non tollitur ge-
nus. Nec obſtat, quòd ratio ſit ipſa l. verum eſt, quia lex à ratio-
ne regulari debet, *l. adigere. in* §. *quamuis. ff. de iurepatron. cap. erit
autem.* 4. *diſt.* & quod not. per Gemin. *in cap. conſuetudo. alleg.* vn-
de dicimus, ratio l. eſt anima eius, de quo *ſupr.* & ſic inter ſe diſ-
ferunt, ratio l. & ipſa l. not. *in l. cùm pater. in* §. *dulciſſimis. ff. de lega.*
2. & hoc modo dictum nouiſſ. *in cap.* 1. *in* 2. *lect.* 3. & 4. *colum. verſ.
in gloſſ.* 2. *hoc titulo ſupra* procedat. Et ideò Alberic. Bart. & Bald.
in l. curatores, alleg. ff. de offic. procur. Caſa. & alij, quos nouiſſ. *ibi* ad-
232 ducunt, tenent, quòd ſi teſtis † eandem rationem cum dicto
aſſignaret, eius dictum nihil valeret, & vide gloſſ. *in l. Labeo. &
Neratius. ff. de vſucapio.* & gloſſ. *in l.* 1. *ff. de exceptio.* & ideò Bald. *in
l. conuenticulam, in ſexta colum. verſic. modo venio ad teſtes. Cod. de E-
piſcopis & cleric.* & eſt ſingulare dictum, ratio in teſte eſt quæ in-
ualidat, & validat eius dictum: & quòd latius de teſte dicitur,
vide Iaſon. *in l. final. alleg. C. de offic. procur. Caſa.* vbi *in* 1. *colum in
fin.* diſputat, an teſtis teneatur dicti ſui rationem reddere: quæ
ſunt valde not.

233 ¶ Amplia, quòd de ratione † dicimus non ſolùm in l. & ca-
none, verùm in ſtatuto & conſuetudine, quæ maximè attendi
debet, Bart. *in l. contra. poſt medium ff. de legib.* & Iacob. de Are. &
Cyn. *in l. quicunque. C. de ſeruis fug.* facit text. expreſſus *hic.* dum-
tamen ſint rationabilia, & loquitur de ſtatuto, & conſuetudi-
ne. Et ratio eſt, quia ratio habet ſe ad l. tanquam anima, vt *ſupra*
& l. ipſa tanquam corpus, voluit Bald. *in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit.
C. de furt.* & vide nouiſſ. Mediol. *in l. de quibus. in* 1. *colum. in fin ff.
de leg.* vbi de hoc.

234 ¶ Fallit tertiò, niſi † ſtatutum eſſet iuratum, vel confirma-
tum, licet idem quod ius commune contineat, de quo *ſupra in
reſpon. ſecundi argum. in parte affirmatiua*, Geminian. *in cap.* 1 *de fil.
presbyt. infra. & hic per gloſſ. in cap. cùm non deceat, de electio. infra* &
gloſſ. *in Clement. dudum, in ver. pacta. de ſepult.* ſenſit Bald. *in l. repe-
tita, colum. penult. C. de conſt. pecun.* dicens, quòd qui iurat ſtatuta
ſeruare, tenetur ſeruare continentia ius commune ſublatum,
& cum iſta ſententia tranſit Felin. *in capit.* 1. *in verbo. ſublato, in* 2.
colum. verſic. limita tertiò & in verſ. valet ſecundum priuilegium, in 3.
colum. & in cap. conſtitutus, verſic. ſtatuta iurata, de reſcript. addu-
cendo quòd *ſupra* de pacto iurato diximus, & multa alia addu-
cendo, quæ breuitatis gratia omitto. Eſt tamen attendendum,
quia non videtur verum iſtud, ex quo ſuperioris auctoritas in
iuramento ſemper videtur excepta, not. *in capit.* 1. *de iureiurand.*
Felinus *in dicto cap. conſtitutus. folio* 130 Item iſtud concernit re-
uerentiam Papæ: & ideò ſatis eſſe videtur ſtatutum remotum:
ſenſit Ioann. Andr. *in cap. vt ſuper. in verbo, concedimus, de rebus ec-
cleſ.* Nec poteſt dici, quòd facti, aliàs ſequeretur quòd pote-
ſtas remouendi legem, ea per ſubditos iurata principi interdi-
cta eſſet propter tale iuramentum, quod non eſt dicendum;
quicquid ſupra ſicco pede currenti calamo dixerim: quia iu-
ramentum non † obligat ſubditum in præiudicium iuris, ſine 235
auctoritatis ſuperioris, textus eſt *in cap. venens, de iureiurand.* &
vide Imol. *in repetit. cap. cùm contingat. illo titulo.* Item iuramen-
tum videtur omnes limitationes, conditiones, interpretatio-
nes, exceptiones aſſumere, quas principale, ſuper quo iura-
tum eſt, recipit: & ideò intelligi debet, dumtamen Princeps
non reuocet, Franc. Cur. *conſilio ſuo* 3. *circa medium.* Ad alleg. in
contrarium, non habent locum in caſu noſtro, ſed in alio ſta-
tuto iuramento firmato, *dicto cap. conſtitutus*, ſecus in ſtatuto ius
commune continente ſimpliciter, & in impetratione ad be-
neficia, in quibus debet fieri ſtricta interpretatio: & iſta fuit
reſponſio Felin. quæ eiſdem rationibus tolli poteſt, de quibus
ſupra in verſ. valet, in 3. *colum. verſic.* 2. *quia, in fin. de reſcrip.* cogitabis
tamen.

¶ Fallit quartò, niſi † ſtatutum tale ab his conditum eſ- 236
ſet, qui ius tollere poſſent: quia licet iuſ remoueatur ius com-
mune, non tamen ſtatutum idem continens, Gemi. poſt Imol.
hic. Bald. *in l.* 1. *C. de ſer. reipub. manu.* dicens, quòd gloſſ. *hic* benè
& magiſtraliter ſequitur, ſcilicet in ſtatuto Epiſcopi, ſequitur
Andr. Sic. *in ca. de reſcr.* facit quod voluit etiam Bart. *in l. & quia
ff. de iuriſd. omn. iud.* vbi confirmans actum, quem reuocare poſ-
ſet, videtur de nouo concedere: & verè gl. *hic* loquitur in ſtatu-
to Epiſcopi, qui non poteſt canones tollere: & ideò tunc illius
diſpoſitio iuri communi non videtur aliquid addere, ſed con-
formis illi ſimpliciter, *arg. l. ſi creditori. in fin. iuncta l. ſequenti. ff. de
legat.* 1. *& l. vnum ex familia.* §. *ſi de falcidia ff. de lega.* 2 per not. per
Bart. *in l. more. cum ſequenti, ff. de iuriſd. omnium iud.* dum tractat,
an confirmare ſit de nouo dare, de quo etiam *ſupra* diximus. Et
quòd prælati inferiores contra cano. non poſſint, vide not. per
Andr. Sicul. poſt Abb. *in cap. fin. de offic legat. & in l. formam. C. de
offic. præfe. præto.* not. gloſſ *in cap. fin. de heret. infra*, Doct. *in cap. fina.
de offic.* Archid. Alexand. *in l.* 1. 5. *colum. verſ. refert etiam Ioan. de I-
mol ff. ad l. falc.*

¶ Hoc ſublimitabis tamen eſſe verum, quando conſtaret ta-
les de nouo voluiſſe diſponere. Alexand. *in l.* 1. *in princ. ff. ad legē
falc.* quia in dubio non præſumitur: de quo latius dictum exi-
ſtimo in tertio fundamento partis negatiuæ ſupra: pro qua Fe-
lin. *in d. cap.* 1. *verſ. ſublato iure communi.* 3 *colum. verſ limita ſexto*, &
hoc modo, vt *ſupr.* dixi, tollitur fundamentum nouiſſ. repeten.
pe. loco poſitum *hic in fin. colum. vlt. verbis, de quibus ſatis ſupra di-
ctum putamus*: tamen pro iſta ſublimitatione facit, quod voluit
gloſſ *in l. ex verbis. verſ. cum. C. de donat. inter vir. & vxor.* vbi Prin-
ceps antiqua † priuilegia confirmando, nunquam de nouo da- 237
re intelligitur in dubio, ſed ipſa confirmare, prout ſunt de iure
communi, non autem de plenitudine poteſtatis, Innoc. & Io-
ān. And. *in c. dudum. de decim.* & dicit Ant. *ibi*, quòd iſtud dictum
de facili non reperitur alibi, de quo Bald. *in l. bonorum. in* 1. *col.
C. qui admitti. & in cap.* 1. *per quos fiat inueſti. & in l. Barbarius, in* 17.
colum ff. de offic. præto. Paulus de Caſtr. *in l princeps. ff. de legib.* Ant.
in commento cap. conſultationibus, de iure patron. cum alijs per No-
uiſſ. Mediolan. *in l. more, & in l. & quia* 7. *colum. verſ. iſta regula fal-
lit. ff. de iuriſd. omn. iud.*

¶ Fallit quintò, niſi l. ab eo reuocata eſſet, qui non poſſet
reuocare ſtatuta: exemplum in clericis ſi ſtatutum l. ciuili con-
forme feciſſent, non eſſet ſublatum abrogata l. primò ex defe-
ctu poteſtatis, iuxta gloſſ Innocent. *in verbo Theodoſius, alias qui-
cunque, in cap. nouit, de iud.* Tum propter ſtatutum, quia nouum
addit robur clericos ligando, quos lex ciuilis non ligabat, de
quo Felin. *in cap.* 1. *in verbo, ſublato, in* 10 *limitat. in* 3 *colum. de re-
ſcriptis.* pro quo ſe remittit ad ea quæ *in repetit. capitulo, Eccleſia,
de conſtit. in prima quæſtione* dixit, & ſunt illius dictum. Ad quod
dicendum videtur prima ratio verior, quia aliam naturam aſ-
ſumpſit, argument. eorum quæ not. *in cap. vnico, de iure patronat.
infra.* Secunda verò non videtur ſubſiſtere poſſe, quia non di-
citur addere robur, licet videatur ius illud ciuile confirmatum
per clericos: quia non poteſt dici confirmatio, ſed potius no-
ua ſtatutio; quia natura † confirmationis eſt adhibere robur, 238
& validitatem actui confirmato, non autem illum extendere:
cuius contrarium dici oporteret, præſuppoſita ſecunda ra-
tione pro vera: & hoc voluit Baldus *in lege aduerſus. in fine,
Cod. ſi aduerſus rem iudicatam, & in l. nominationes, in fine. Cod. de
appellatio.* & vtrobique allegat textum cum gloſſ. *in l. Aurelius. in*
§. *teſtamento. ff. de liberat. legator.* cum alijs ad hoc per Iaſonem

in l.

in l. more, cum ſequenti, colum. 8. verſic. vltimo à iure. &c. propter quod & ſi dictum ſine fallentia ſtare poſſit, non tamen ſecunda ratione, ſed prima: & qualiter robur addere dicatur, ſatis ſupra notauimus. Eſt tamen not. quòd

239 † quando Eccleſia, quæ vult lege vel ſtatuto laicorum in eis fauorem vti, eo modo quo l. vel ſtatutum loquitur, vti debet, & cum illo onere recipere tenetur, not. Bald. in l. omni nouatione, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. de quibus, in verſic. ſed vtrò quæritur. ff. de legibus. l. 1. in vltim. quæſt. C. de contrahen. empt. in l. contra iuris, in § final. ff. de pact. not. Abb. conſil. 6. Caſus ſuper quo, lib. 1. quod not. licet ſit extra caſum noſtrum.

¶ Fallit. & non habet locum 6. & vltimò pro nunc, quando remouendo ratione ſtatuti in loco ſcandalum afferre deberet, quia licet ſit ius commune remotum, non remouetur illud, glo. mag. circa med. in c. ſuper eo, de conſang. & affin. quam ibi Abb. not. & de nouo ad propoſitum, & limitationem materiæ huiuſmodi facit. Et ideò ſi eſſet ſcandalum in loco in quinto gradu contrahere, l. noua ibi ſtatuto & priori l. contraria ſeruanda non eſſet, facit text. in cap. 1. illo tit. ſupra, vbi ſecundùm eos optimè in arg. induci poteſt: & pro hac limitatione vide quæ ſupra in gloſſ. ſingularum. in 1. limitat. vbi longiori ſtylo diximus: alias limitationes vide per Fel. in cap. 1. in d. ver. ſublato, in 2. & 3. colum. vbi plenè per eum.

240 ¶ Gloſſ. rationabilia. habet † tres partes. In prima quærit, quæ conſuetudo rationabilis eſſe dicatur, de quo ſupra in 3. notab. in 10. & 11. colum. ſatis. Eſt verum, quòd vbicunq; ſumus in dubio, rationabilis eſſe præſumitur, quòd etiam ad ſtatutum extenditur, niſi contrarium probetur, alleg. quod not. per Bart. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ord. facien. per Bald. in l. lege. C. de legib. hæred. & cum hoc Nouiſſ. Peruſ. tranſeunt. In 2. parte gloſſ. ibi, & bene dicit, quærit quare in text. dicatur, dum tamen rationabilia, &c. & ſol. ex qua iunct. text. not. quòd licet Princeps per l. nouam priuam ei directò contrariam, etiam ſi de ipſa in ſecunda mentionem non habeat, remouere intendatur: ſecus tamen in ſtatuto locorum, & ſingularium perſonarum, dum tamen ſint rationabilia, quia non tollit. Et ratio eſt, quia eccleſia quod eſt rationabile defendit, c. vlt. 24. diſt. c. ſi qui ſinc. 81. diſt. cum alijs, & quod hic dicitur, & ſupra in 2. fall. in fin.

¶ Amplia adeò vera eſſe, vt ſi l. ſtatut. & conſuet. generales, & particulares, &c. rationabiles minimè eſſent, inferior cõtra ſuperiorem inſiſtere poſſet, facit text. in cap. ſi quando, de reſcript. ſupra, vbi nec Princeps ipſe turbari debet: gloſ. in ver. nunciaus, in § deinde competens, in Authent. de mandat. princ. collat. 3. quod eſt contra miſeros prælatos, qui in tantum litteras D. Papæ timẽt, vt reclamare non audeant, facit tex. in §. hæc verò iubemus, in authent. vt nulli iudices. colum. 9. l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, & plus dicit gloſſ. quòd iſti tales non deſeruiunt, immò legi inſeruire dicuntur: & ideò gl. in l. puniri, Cod. ſi contra ius vel vtilitatem publ. dixit, quòd timere non debent, ſed veritatem ſequi, & placebunt Deo & Papæ: text. eſt not. in Authent. de iud. in § omnes autem. collat. 6. Ad idem text. in cap. final. de cler. non reſiden. vbi citatus, vt reſideat, ſi iuſtè impeditus fuerit à ſuperiore, non punitur. Et ſi non fuerit admiſſus, appellare poteſt, dummodo tamen detur ſuperior, cap. licet, de foro competen. & vide text. in cap. ſi autem, in § 1. infra de reſcrip. & in cap. Paſtoralis de in re patr. immò peccaret, ſi l. iniuſtam ſeruari mandaret, capit. quæ contra 8. diſt. cap. flagitia. 30. quæſt. 7. cuius cõtrarium quidam ſibi prudentes ſe publicè diſputaſſe ac ſuſtinuiſſe dicebant: quòd euanuit tamen. Et hoc modo intelligitur quod habetur in cap. 1. hoc tit. ſupra, & in l. humanum, C. de legib. cap. cùm inferior. capit. ſi quis de maior. & obed. cum alijs. 21. diſt. inferior, propter quæ inferior non venit puniendus, licet quidam noſtri temporis cõtra, per textum, in c. qui contra morem, 100. diſt. ibi, etiam ſi iniuſta, cõiungendo text. ibi. quod abſit. Bart. in l. omnes populi, etiam ſi ſupremè principis eſſent, & ſuperiorem non recognoſcerent. ff. de iuſt. & iur. 7. & 8. colum. & quòd not. in capit. erit autem l. 4. diſt.

241 quia non dicuntur † peccare, qui contra l. & ſuperiorem iniuſtum reſiſtunt, ex quo l. permittente, l. Gracchus. C. de adult. cap. vnico, de poſtul. prælat. infra, & ibi Gem. gloſſ. iunct. textu in ca. illud. 12. diſt. Nec obſtat text. in cap. nos ſi incompetenter. 2. quæſt. 7. quia ibi ideò dicitur, quòd etiam ſi l. iniuſta fuerit, inferiores aſtringit: immò contrarium probat, in quantum certam formã ſubditis contra ſuperiorem inſtandi aſſignat, ſi eos ad malum cogere voluerit: & hoc idem in fin. teſtatur, ex quibus eorum opi. vanam & publicam, diſputando reprobaui.

¶ In vltima parte ibi, de rationabili autem: quærit de exemplo rationabilis conſuetudinis. Et licet primò intuenti gloſſ. videatur ſibi contraria in prima parte, quia dixit, quòd certa regula ad conſuetudinem rationabilem cognoſcendam minimè dari poſſit: & tamen hic ponit exempla: regula erit in ſe vera, ſed quæ rationabilis in iure dicatur, ponit exempla, ideò dic vt in ea.

¶ Gloſſ. expreſsè, pro clariori intelligentia habet tres partes. In prima quærit de exemplo, quando Papa cõſuetudinem ſiue ſtatutum expreſsè reuocare dicatur, & ſol. multa alleg. exempla. In 2. ibi, quæ omnia exempla ipſa reprobat, aſſignando rationem. In tertia ibi, habes exempla. alia demonſtrat exempla, ex qua in ſecunda parte iuncta prima not. quòd ius † reſi- 242
ſtens conſuetudini contrà illud de nouo creari minimè poteſt. Et hoc probat, quia quando conſuetudo eſt reuocata à iure, dicitur irrationabilis: & conſuetudo, quæ rationem nõ habet, admitti non debet: vide tamen, quòd licet gloſſ. exempla corrigat, ſi defendi poſſent, quia non ſunt poſita, vt rationabilitas conſuetudinis, vel econtra oſtendatur. Sed quando Papa expreſsè illi & ſtatuto derogare dicatur, probat gl. iunct. textu hic ibi, niſi expreſsè, &c. ex ipſa tamen, communi intelligentia pro vera retenta, colligitur ius conſuetudini reſiſtens non ſolũ præteritam verum, & futuram tollere nobis oſtendit, pro qua facit text. in arg. in l. placet. ff. de liber. & poſthum. Item potuit tollere Princeps effectum ſtatuti futuri, ſic & conſuetudinis, cùm à pari procedant, text. eſt hic, argum. text. in l. ſi mihi & tibi, in §. in legatis, & ibi Dyn. & in l. ſi quis in princ. ff. de legat. 1. & etiam in dubio tenuit Bart. poſt Dyn. in d. § in legatis. hoc eſſe verum etiam in caſu dubio, vt videatur omnia remouiſſe, quæ in futurum obſtare poſſent. Et iſta eſt communis opinio, vt futuræ cõſuetudini ſit etiam derogatum, tenuit Paul. de Eleaza. in Clemen. 1. de elect. Bald. in l. 1. in 2. oppo. C. quæ ſit long. conſuetud. & in capit. 1. in princ. de cap. Conrad. Ioan. And. Ant. de Butr. in cap. certificari, de ſepultu. Ant. de Butr. Alber. & Imol. in cap. final. de conſuetud. & Imol. in l. 2. de teſtam. pro qua etiam Bald. Angel. Imol. Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſ. in dicto § in legatis. vbi Rapha. Cuman. dicebat, quòd iſta non ſolùm eſt vera, verùm etiam indubitata, Alexand. conſil. ſuo 192. Ex themate præmiſſo. in 3. colum. ad fin. cum ſequenti. in 2. volum.

¶ Et pro iſta ſententia facit text. in l. Arriani. C. de hæret. nam l. ſemper loquitur, igitur conſuetudinem inductam poſtea tanquam præteritam reprobare videtur, voluit Bart. per iſtam rationem in l. omnes populi, in 5. quæſt. principali. ff. de iuſtitia & iure, & cum iſta ratione tranſit Abb. in cap. fin. de conſuetud. & in cap. ſicut conſuetudo, de probat. Felin. ibi colum. 4. verſic. limita quintò, cum ſequenti, Iaſon in l. de quibus. colum. 16. verſic. quartò limita, in fin. cum ſequen. ff. de legibus. ſequitur Cum. conſil. 35. Stante ſtatuto. colum. 2. & conſil. 119. Ioannes inſtituit, circa fin. ſed Aretin. in dicto cap. fin. de conſuetud. & in cap. 2. de probat. colum. 9. verſic. limita tamen hoc ſingulariter, cum ſequenti, ſe ob rationem huiuſmodi ſemper dubitare ſcripſit, ſi l. ſemper loquitur, nunquam contra legem poterit conſuetudo præſcribi, quia in † diſpoſitionibus, quæ 243
de nouo continuò inducuntur, reſpectu nouæ diſpoſitionis, incipit de nouo præſcriptio, gloſſ. & Doct. in l. ſi quis emptionis, in § 1. Cod. de præſcriptio. triginta annor. Si igitur l. ſemper loquitur, & ſic de nouo diſponit, impoſſibilis eſt præſcriptio: quod tamen eſt contra textum, in cap. final. de conſuetud. Cui tamen Aretin. in cap. final. de conſuetud. reſpon. licet Modern. Senenſ. in l. ſi mihi & tibi, illius ſolut. tenuerint. in 2. colum. in princ. l. ſemper loquitur, dicitur, quia ſemper eſt in viridi obſeruantia, donec tollitur, non autem continuò dicitur noua l. facta, & noua diſpoſitio inducta: nam ſi venditor fuerit per ſcripturam obligatus, licet illa ſemper loqui dicatur, voluit Bart. in l. nuda. ff. de donat. quia tamen continuò non inducitur obligatio, currit præſcriptio: pro quo vide Nouiſſi. Mediolan. in dict. cap. 2. de probat. 9. colum. in fin. verſic. in 2. dubio alleg. Bald. in rubr. Cod. de conſtitut. pecun. colum. penult. vbi licet ſcriptura ſemper loquatur, non tamen ſemper conſentit, quia conſenſus principio attribuitur: & allegat Alexand. qui alios refert, in l. ſi non ſpeciali: Cod. de teſtam. & Alexand. conſil. 195. Viſo teſtamento. col. 2. volum. 2. & communis, à qua in conſulendo, & iudicando minimè recedendum putamus.

¶ Contra communem huiuſmodi ingenij exercendi gratia adduci poteſt tex. in arg. l. ſi ſtipulatus fuerim. in §. cùm ſtipulamur. ff. de verborum obligatio. vbi ſi quicquid à te mihi dare facereve

oportet

oportet, ſtipulor, dubitatur an quod in præſenti & in futurum teneris te mihi dare facereve oporteat, debeat ac in ſtipulationem deducatur? Reſpond. Paul. iureconſul. id quod præſenti die, non in futurum debetur, in ea tantummodò deducetur. Ad idem facit text. *in l. ſi à colono, ff. illo tit.* vbi ſimiliter non amplius in ſtipulatione deducitur, quàm quod iam dari oportet, Vlpianus voluit, quibus Alexand. *in d. l. ſi mihi & tibi*, alleg. *in §. in legatis, in 3 colum. in verſ. ſed videamus, licet Doct. ff. de legat. 1.* facillimè dixit reſpõ. poſſe, quia ibi diſpoſitio erat per verba præſentis temporis: nos verò in diſpoſitione indefinita: ex qua reſpon. infertur, quòd clauſula derogatoria appoſita per verba præſentis temporis non tollat conſuetudines futuras: ſed non videtur verum, nam poſito quòd l. tolleret præteritas conſue-
244 tudines, futuras etiam tollere iudicatur, quia † de natura l. eſt potius futura, quàm præterita reſpicere: & iſta fuit reſpon. Bartol. Socin. *in dicto §. in legatis, in 2. colum. in princ. in primo notab.* facit quod not. Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de donat. inter vir. & vxor. in §. 1. in addit.* reaſſumpſit hanc quæſtionem. Bald. *in l. dudum, C. de contrah. empt. cum alijs.* facit quod voluit, Bart. *in l. illuſtris, in princ. ff. de offic. præſid.* vbi ſi ſtatuto cauetur, quod iudex vẽditiones factas per minores de facto reſcindere debeat, quid de factis poſt ſtatutum, & eius officij ingreſſum? Concludit quòd ſic, aliàs l. modici eſſet effectus, quia de natura legis. & c. et. *l. leges, Cod. de legib.* not. *in l. vnica, Cod. de condictio. ex l.* vbi ſic exponit, *l. erit & quia l. ſemper loquitur, &c.* vt ſupra.

245 ¶ Secundò † confirmatur argumentum textus *in l. ſi ita legatum.* ſi teſtator in teſtamento dixerit, veſtem meam, argentum meum damnas eſto dare: quid per verba huiuſmodi legatum eſſe cenſeatur. Paul. iureconſul. interrogatur qui id quod teſtamẽti tempore fuiſſet, legatum eſſe videtur: ratio, quia præſens tempus, ſi aliud comprehenſum non eſſet, tempo[illegible] intelligitur,
246 quia † nomina poſſeſſiua ſeu pronomina præſens tempus deſignant, & non futurum: idem in caſu noſtro. Sed reſpond. poteſt, quòd ideò ad futura non extenduntur verba teſtatoris, quia diſpoſitio indefinita ad futura non extenditur, quando diſponens illa prævidere non poteſt, ita intelligatur textus, *in l. ſi ita, alleg.* quod videtur fuiſſe de mente Bart. *in l. fin. C. quæ res pigno. oblig. poſſ.* per Petr. & Cyn. *in l. modum, C. de ſeruitut.* Secus, ſi futura prævidere potuiſſet, quia ad futura trahitur, *l. ſi ſeruus, ff. de ſeruitu. vrba præd.* Itaque in caſu noſtro Princeps ſtatuta ſeu conſuetudines futuras ſeu futura prævidere non poteſt, ideò non videtur eis derogare. Reſpondeo tamen huiuſmodi ne ſit contra Bart. *in l. ſi mihi & tibi*, quem Alexand. refert *in §. in legatis, penult. colum. & fin. in verſ.* non obſtat textus, *in l. ſi ita. ff. de leg.*
247 *1.* dicendum eſt, quod licet teſtator *in l. ſi ita*, quot † veſtes in futurum habere deberet prævidere non poſſet, ſecus tamen in Principe, qui & ſtatuta, & futuras conſuetudines prævidere poſſet, & cum his Alexand *in dicto §. in legatis, penult. col. in princ.* Aliter tamen fortè dici poſſet, quod non eſt, vt teſtator futura prævidere non poſſit, ſed quia ratio in promptu eſt, quare veſtes futuræ legatæ minimè erunt propter illud pronomen, ſiue nomen, de cuius natura eſt, vt eſt ibi textus, tempus præſens non futurum oſtendere: pro quo vide gloſſ. fin. ibi, & ideò text. *ibi* non obſtat.

¶ Tertiò comprobatum reperio per textum, in arg. alleg. *in l. Rutillia polla, ff. de contrah. empt.* vbi Rutillia polla lacum augularium emit, & circa eum pedes 10. qui cum aqua creuiſſet, ſub ea acceſſerunt. An proximi 10. pedes ab aqua ſint iuris Rutilliæ pollæ. Pompon. licet Procul. in ſubſcriptio. ponatur, alias quis l. Rutulliam poſuerit, cùm de Proculo in ea mentio fiat, non conſtare propter pronomen, ego, &c. Igitur Pompon. contra Procul. quod non determinaſſe apparet, quia catenus locum, quem emit veniſſe quatenus tũc fuit. Ex quibus datur intelligi
248 quòd verba † ad præſentia relata non futura comprehendunt: idem in caſu noſtro: & cum hac ſententia facit text. *in l. in lege. ff. illo tit.* vbi fundo non dato lapidicinis reſeruatis vbicunque eſſent: poſt verò multum tempus lapidicinæ repertæ fuerunt: an venditoris, vel emptoris ſint, ambigitur. Emptoris eſſe, dum tamen emptionis tempore videri potuiſſent, Labeonis, (& ſi Tubero aliter iudicaſſet,) ſententia fuit, quam Iabol. affirmat, retento intellectu, 2. *glo. fin. ibi*, & ratio in promptu eſt, quia nec vendi nec excipi, quod tempore venditionis non eſt, vel non apparet, excipi non poteſt: ita in caſu noſtro, vt l. conſuetudini derogans futuram comprehendere non poſſit: pro qua ſententia vide Pet. & Cyn. *in l. dudum, C. de contrah. empt. & in l. fina. C. de*

teſtam. cum alijs per Alexand. *in d. §. in legatis pen. col.* [illegible] *gloſ. ff. de legat. 1.* Imol. *in c. cum ab omni, circa 5. vel 6. colum. ſupra de vita & honeſt. cler.* Tamen ad iura alleg. dici poteſt, quod eſt verum, in diſpoſitione particulari, vt per Bart. *in dicta l. ſi ita, alleg.* Nos verò loquimur in definita, & iſta fuit reſponſio Alexand. *in d. §. in legatis. vlt. col. verſ. ad d. l. Rutillia polla:* quod procedere aſſerit, quando ſtatutum, vel conſuetudo † ab vna ciuitate facta fue- 249
runt, & priuilegium ab alio, puta à Principe, tunc ſtatutum vel conſuetudo priuilegium tollit, ſi attendantur dicta Doctor. in locis alleg. *ibi*, per Alexan. Secus quando ab vna & eadem ciuitate & ſtatutum & priuilegium concedatur, quia tunc nunquã ſtatutum, quantumcunq; per verba generalia loquatur, intelligitur remouiſſe priuilegium, niſi de ipſo in ſtatuto ſpecialis mentio fieret: pro quo gl. alleg. *in l. decurionibus. C. de ſilen. libr. 12.* ſecundùm Bald *in cap. 1. in fin. & in cap. ſancimus, quo tempore miles.* not. Bald. *in l. nemo plures, C. de ſacroſanct. eccleſ.* cum alijs per Alexan. *in loco alleg. col. fin. vlt. verbis,*

¶ Quartò & vltimò facit gloſſ. ordinaria *in verbo conſuetudine, in Clem. ſtatutum, de elect.* & gloſſ. pen. *in Clem. 2. de rebus Eccleſ. non alie.* quæ volunt, quòd † clauſula generalis non obſtãte ali- 250
qua conſuetudine, conſuetudini præteritæ, non autem futuræ derogare videatur. Sed Nouiſſ. Mediol. *in l. ſi mihi & tibi, in § in legatis, in fin. colum. vlt verbis. ff. de legat. 1. 1. reſpon. & in text. l. 3 in §. diuus.* de quo ſupra etiam aliquid *in gloſſ ſingularium, in 2. fal. pro intellectu illius, ff. de ſepul. viol.* malè dicunt, & ideò reprobantur per Alexandr. *in dicto §. in legatis, & in conſil. ſuo 196. in 2. volum. Viſo teſtamento dicti Franciſci, in 3. colum. & in conſ. 185. in 2. volum. de quibus ſupra* Paulus tamen de Caſtr. *in dicto §. in legatis.* quem *ibi* Nouiſſ. Mediolan. referunt & ſequuntur, quòd aliud in ſtatuto per quod de facili Principis priuilegium eludi poſſit. Et aliud in conſuetudine, quæ cum longo ex tempore actuumq; frequentia iudicatur, non ita de facili fraus ineſſe præſumitur.

¶ Vide tamen, an dici poſſit ad illas *glo.* in quantum ſentiunt quòd l. noua ſuperueniens conſuetudinem præteritam nõ autem futuram, ne ipſa inducatur, prohibet, videtur verum eſſe, ſi l. noua conſuetudinem ipſam irrationabilem illi improbando reſiſteret: quia tunc contra illam l. conſuetudo futura induci non poſſet, & vide Paul. Lap. *in Clem. 2. de reb. eccleſ.* alleg. & iſtud fuit dictum Innoc. *in cap. ex parte, in gloſſ. magn. in verſ. ſed diſtingue, de conſuetud.*

¶ Amplia etiam, ſi † tantùm rationem quandam l. noua tol- 251
leret, quia tunc licet cõſuetudini formaliter non reſiſtat illam tollendo, ipſa tamen de nouo contra illam induci non poteſt. Et hoc modo intellexit Paul. gloſſ. *ſuper verbo, eligatur. in Clem. 1. de elect. in fin.* ratio eſt, quia ex illius ratione per l. nouam ſuperuenientem reprobata fuit, & irrationabilis remanet: & iſta fuit opin. Ant. de Butr. *in c. fin. de conſuet.* & ibi Abb. quos *hic* Gemin. refert & ſequitur: ex his patet ſententiam communem illæſam atque illibatam eſſe, quam tamen certis modis ſi placet reſtringe. & primò.

¶ Fallit, quando dicimus, l. noua ſuperueniens & conſuetudini reſiſtens præteritæ & futuræ derogare videtur, quando ad finem tantùm præteritæ remouendæ reſiſtit: quia vt Aret. inquit *in cap. ſicut, de probat. penul. colum. in princ.* potuit enim ſtatuere ex cauſa de præterito aliqua particulari cauſa ad reprobandum actus præteritos & non futuros: & iſtud conſtat, quia non facit mentionem de conſuetudine, niſi vt illam tollat: quæ aliter non tolleretur, prout *hic* textus loquitur, quia tunc contra talem l. nouam de nouo conſuetudo creari ſeu erigi poſſet: & hoc modo poteſt intelligi quod Anch. *hic* voluit per gl *in Clem. ſtatutum alleg.* quod Petro de Peruſio *in ſuo tractatu de canon. portio. circa fin. 5. quæſt.* placuit, & quod *ibi* not. vbi dixit, quod contra *Clem. dudum, de ſepul.* conſuetudo noua induci poſſet: quia ille textus conſuetudinem non improbat, ſed de ipſa mentioné facit, vt illam tollat, quæ aliter ſublata non foret, vide quod voluit Oldrad. *conſil. 211. Et indefinita.* quia ex quo non ad præteritam ſe refert, & futuram & præteritam tollere videtur, *l. ſi ſeruitus, in princ. ff. de ſeruitut. vrba. præd.* & iſta eſt communis ſententia Dyn. & Bart. *in l. ſi mihi & tibi, in §. in legat. ff. de legat. 1. cum alijs ſupra allegat.* Contra iſtum tamen vlt. *in cap. ſicut, in penult. colum. de proba.* inſtat Aretin. vt ad præteritam non autem ad futu-
ram: quia † diſpoſitio, quæ multipliciter intelligi poteſt, vt à iu- 252
re communi non exorbitet, reſtringenda eſt, not. *in capitul. cùm dilectus, de conſuetud. & in cap. dudum,* vbi Anton. de Butr. *de decim.*

ſtip.

ſupra.ſed ſi dicimus ad futuram conſuetudinem, l.nouam extendi, exorbitat, quia populus nec ſtatutum, nec conſuetudinem inducere poteſt, contra id, quod not.*in l.fin.C.in quib.cauſis in integ.reſt.non eſt neceſſ.iuncto ca.Imperialem,in §.præterea,de probib.feud.alien.*per Fede.vbi & ſi dicatur nullam aduerſus minorem
253 norem † currere præſcriptionem, eſt verum niſi per legem nouam, quia de illa l.latorem cogitaſſe non præſumitur per illum textum, & ibi Bald.& Bart.*in l.etiam.ff.de minor.*cum alij: ſecus ſi de præterito tantùm interpretatio fiat, quia ius commune non offenditur, ex quo Princeps ſi vult ſtatutum, & conſuetudinem præteritam tollere poteſt, caſus eſt hic. Aret. reſpond. quòd hoc vltimum eſt verum, quia de mente l. euidenter apparet: & iſta eſt ratio in caſu noſtro hic, & locum habere poſſet, quando ius, quod per l.nouam inducitur, in præteritum indiuidualiter reprobatum non eſſet. Ad id, quod de præſcriptio.dicitur, ſi præſcriptio, quæ ex forma ſtatuti inducitur, totaliter præſcriptioni iuris communis conformis fuiſſet, & illa contra minorem non curreret, quia loco præſcriptionis ſub-
254 rogatur, vide Bart.*in l.2.§.penult.ff.pro emptor.* Sed dico, quòd † natura l.quæ ad præterita trahitur, eſt quæ exorbitantiam omnem excludit, de qua *ſupra,& in ca.fin.de conſuet.* quod ad præteritum non erit inconueniens, vt *ſupra*, quia alias l.nil operaretur: quod intellige diſtinguendo de particulari & vniuerſali conſuetudine, vt *hic*.

255 ¶ Fallit ſecundò, quando aliqua † noua ratione vel ex antiqua à l.latore penitus non cogitata conſuetudo induceretur, quia poteſt, dummodò l.noua ſuperueniens in reſeruatis principi non diſponat in eius priuilegium, de quo aliquid poſt Anchar.dixi *in rep.cap.2.cum adhærentibus.infra de prab.* quia tunc & creatam & creandam conſuetudinem tollit l.ipſa ſuperueniẽs conſuetudini que reſiſtens: pro quo gloſſ.*in c.vnico.inſ.de cler.ægrot.*Cyn.*in l.2.C.quæ ſit long.conſuet.*Bart.*in l.ſi mihi & tibi, in §.in legatis.*& *ibi* Alex.Fel.vide *in 5 col.*vbi multas quotas *in c.ſicut,de prob.*poſt Abb.& alios,& Nouiſſ.Mediol.*ibi.col.*10. *verſ.prædicta tamen.*alleg.Abb.*in c.fin.de conſuet.& in ca.cæterum,in fin.de iuram.calum.& in c.ad laudan.in princ.ſupra de prab.* cum alijs per eos, ex quibus quæ inuolutè *hic* Gemin.*in ſolum.fina.*loquitur, ſatis aperta videntur.

¶ Fallit tertiò, quando l.pœnam remitteret, quia ad futura non trahitur, ne occaſio delinquendi præſtetur: & iſtud ſentit Bart.*in l.omnes populi.5.q.ff.de iuſt.& iure*, quem refert & ſequitur Aretin.*in d.c.ſicut,de probat.9.col.verſ. limita tamen hoc ſingulariter*, Exemplum in ſtatuto de bannito loquente, qui 10.ſoluendo à banno liberetur, de præteritis nõ autem de futuris, rationem alleg Bart.*in l.cum l.ff.de legib.*Alb.*vlt.part.ſtatutorum q.*19. *ſimilis.quæſtio* Ang.*conſil.*77.*Ex themate.in ſecundo dubio.* Sal. *in l.2.per illum textum.C.de general.abolitio.* licet Nellus *in tract.bannitorum,in 3.part.*10.*quæſt.circa fin.*hoc procedit, quando ex toto delictum remaneret impunitum: ſecus ſi pœna minueretur, cuius dictum per Doct.reprobatur, quia non tollitur ratio, licet pœna minuatur: latius vide Nouiſſ.*in c.cognoſcentes,in 1.lect.1.not.in 2 col.vbi latius.*

¶ Gloſſ.*derogare*, quæ final.eſt habet duas partes. *In prima oppoſit contra textum,de l.3.in § diuus Adrianus.ff.de ſepulch.viol.* vbi l.in ciuitate ſepeliri prohibebat, ſtatutum verò ciuitatis contrarium faciebat.& tamen ſtatur legi.Solut. vt in ea. In 2. quæ eſt ibi, reprobatur autem, corrigit opinionem Hoſtien. Ex qua nor. quòd licet conſtitutio noua primum illi directo contrariam tollat, non tamen conſuetudinem ſeu particulare ſtatutum, niſi hoc princeps intendat, caſus eſt *hic*.& hoc modo Ber.*in gloſſ.1.in cap.paſtoralis.ſupra de fide inſtrument* intellexit text. *in alleg l.3.§.diuus.* de cuius intellectu ſatis *in gloſſ.ſingularium,in 2.fall.ſupra.*

256 ¶ Limita † tamen iſtud not.niſi l.noua, quæ ſtatutũ vel conſuetudinem ſequitur, adiuncta eſſet iuri, quod publicæ vtilitati prouidet: quia tunc illa duo ſimul iuncta ſtatutum, & conſuetudinem quamcunque localem etiam de illis nulla mẽtione habita tollit: & fuit dictum Ioan.Mo.adducit tex.*in ca.licet.de iureiurand.*ſecundùm Ioan.And.*hic* alleg.tex. *& in c.1.in verſ. voluimus.de cler.coniug.infra* & cum iſta ſententia tranſit *hic* Gem. & Peruſ.*in vltimis verbis,alleg* quod voluit Bald.C.*de iuſt.C.com-*
257 *po.circa med.*Et quando vtilitas † publica principaliter vertitur vt *in 1.& 2.memb.vtilitatis pub.*per Bar.*in l.1.5 colum.verſic.tu verò pro intellectu huius materiæ.ff.ſol.mat.*partes etiam cum iuramento renunciare non poſſunt, *l.ſi vnus,in §.paciſcor, cum §. ſequent. ff.de pact.*not.*in ca.ſi diligenti,de foro competent.*latè Bart. *in l.ſi quis pro eo ff.de fideiuſſ.*Et pro iſta limitatione ratio reddi poteſt, quia l.in fauorem publicum introducta extẽdi & ampliari debet, *l.illud,& ibi Gloſſ.C.de ſacroſanct.eccleſ.*declarat Bart.*in l.ſi conſtante.in princ.ff.ſoluto matr.9. quæſt.1.partis.& in l.2 in §.exercitum.ff.de infamibus.& in l.quemadmodum.C.de agri.& cenſib libro 11.* pro qua regula vide quæ not.Iaſon *in dicta l.1.in colum.12. verſic. ſecundo*, adde ad hoc *ff.ſolut.matr.*& vide quæ not.Doct.*in ca.ſcias 7.quæſt.1.*& tex.ibi not.Bar.*in l.vnica,in §.fin.C.de cadu.tollen.*bona gloſ.*in l.actis,in §.Labeo,in 2.& 3.gloſſ.ff.pro ſocio.*Et ad hoc vide quod etiam not.Iaſ.*in l.1.in 3.col.verſic.2.quia Imperator.* C.*de ſacroſanct.eccleſ.*vbi enim de fauore pub.tractatur, verba generalia ad perſonas habiles tantùm non reſtringuntur, immò de inhabilibus etiam intelligitur, per tex.*in l.ſi quis in graui.§.virũ.ver.hi quoque.ff.ad Syllan.* ex quibus pulchra deciduntur in materia ſtatutorum, quæ vide, & nouiſſi.poſt Abb.*in c. dilecti.in 1.notab.de except.*vbi ratione publi.vtilit. excommunicati contra delictum oppo.volentes admittuntur, qui aliàs non admitterentur: & ex his prima decretalis de conſtitu.hic expedita cum laude Dei redditur.

REPETITIO
IN CAP. LICET.
De Conſtitutionibus.

Celeberrimi Iuris Vtriuſque Conſul. Dom. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Papa appellatur Romanus Pontifex multis de cauſis.*
2 *Conceſſio facta ſub nomine Romani Pontificis, durat mortuo eo.*
3 *Papæ nomen poteſt pro dignitate capi, & pro perſona.*
4 *Nomen Pontificis non conuenit inferioribus etiam legatis.*
5 *Nomen Pontificis vnde deriuetur noua conſideratio.*
6 *Pons primus Tyberi impoſitus.*
Pontis vocabulum recens fuit.
7 *Similitudo rei cuius imaginem non videmus fieri non poteſt.*
8 *Pontificis vocabulum triplicem habet deriuationem.*
9 *Numa Pompilius ad quem effectum pontificem creauit.*
10 *Papa qua ratione appellatur ſeruus ſeruorum: & an Epiſcopi poſſint ſe ſeruos ſeruorum Dei appellare. Ibidem.*
11 *Papale officium quare onus appelletur.*
12 *Papa poteſt Rex & princeps appellari. & num.14.*
13 *Sacerdotes olim Reges erant.*
14 *Pontifex maximus apud Gentiles Rex ſacrorum dicebatur.*
15 *Imperatores pontifices dicebantur. Ibidem.*
Et Papa appellatur maieſtas. Ibidem.
16 *Papa quare appellatur ſummus pontifex. Ibidem.*
17 *Summi pontificis nomen non competit alijs inferioribus.*
18 *Epiſcopi olim ſummi pontifices appellantur.*
Et quare hoc factum fuerit n.25.
19 *Ordines in eccleſia militante, ſicut in triumphante, & gradus diſponuntur.*
20 *Moſes ex præcepto domini fratrem ſuum Aarõ in pontificem maximum inſtituit.*
21 *Summus, & maximus dicitur, qui ſolus eſt. Ibidem.*
Et quomodo hoc nomen fuit conceſſum Papæ. num. 27.
22 *Papa olim per Archiepiſcopum, & coepiſcopos prouinciæ eligebatur.*
23 *Epiſcopi in primitiua Eccleſia ſanctiſſimi appellantur. Ibidem.*
24 *Baptiſmus in primitiua eccleſia fiebat in nomine Ieſu Chriſti, hodie non quare. Ibidem.*
25 *Summi pontificis nomen tempore Damaſij non erat auditum.*
26 *Nominis paritas gignit affectionem.*
27 *Nominum diſtinctio inuenta fuit, vt ſchiſmata tollerentur.*
28 *Papa eſt vnus omnium princeps, & Rex regum, & cauſa omnium in eccleſia militantium.*
29 *Iuſtitia ſummum bonum appellatur, quare. Ibidem.*
Diuites, & potentes ſummi dicuntur.
30 *Papa ante coronationem ſummus dici poteſt.*

31 Papa

31 Papa quare ante coronationem ſuam non apponit in bullis nomen ſuum: ſed capita Apoſtolorum Petri & Pauli.
32 Epiſcopus poteſt in ſuo Epiſcopatu ſe ſummum Pontificem appellare.
33 Rex eſt quilibet in ſua domo.
34 Papa totum orbem habet pro diœceſi.
Rex in ſuo regno eſt Imperator. Ibidem.
35 Epiſcopus Ratione ordinis poteſt appellari ſummus Pontifex.
Ordo Epiſcopalis eſt præcipuus in eccleſia Dei. Ibidem.
Papa ordine non eſt maior Epiſcopo, ſed adminiſtratione. Ibidem.
36 Papa quomodo benedicitur, & quomodo conſecratur.
37 Papa eſt maior omnibus ſanctis, excepto Petro.
38 Papa omnia licent, præter peccatum.
Papa facit vnum conſiſtorium cum Deo. Ibidem.
39 Papæ nomen quare Romano pontifici ſit impoſitum, & quid ſignificat ibi latè, & vnde deriuetur.
40 Papa olim de ſenioribus eligebatur.
41 Græci epiſcopos ſuos, & presbyteros olim Papas appellabant.
Papæ nomen tantum Epiſcopis ſanctæ vitæ olim tribuebatur. Ibidem.
42 Papæ nomen ſoli Romano Epiſcopo in Nicæna ſynodo fuit tributum.
43 Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit ab eadem ſinodo vniuerſalis Papa appellatus. Ibidem.
Ioan. Patriarcha ob inſolentiam reprehenſus à Gregorio ibidem.
44 Dioſcorus Patriarcha Papam Eccleſiæ Romanæ ſe appellauit.
Conſtantinopolitana eccleſia eadem priuilegia habuit, quæ Ro.
Conſtantinopolitana eccleſia appellabatur Romana. Ibidem.
Græci errorem depoſuerunt in Concilio Florentino. eod. num.
45 Papæ nomen vnde deriuetur.
Linea veſtis in pretio fuit apud antiquos. Ibidem.
Romanæ mulieres quomodo primum veſte linea alba vti cœperunt. Ibidem.
46 Papa ita ſe habet in eccleſiis, ſicut Sol in planetis.
47 Papæ nomen qualiter olim breuiaretur.
Romanorum inſignia quibus vtuntur, videlicet. S.P.Q.R. quomodo interpretantur. Ibidem.
Digeſtorum litera, quæ per duplex. ff. inſcribuntur, quomodo interpretentur. Ibidem.
48 Papa multis nominibus appellari ſolet.
Papa quare plura nomina, quàm aliquis Principum habeat. Ibidem.
Romani nobiles olim tribus nominibus nuncupabantur. Ibidem.
Papæ nomen cur mutatur in promotione. Ibidem.
49 Species ſumpta in genere ſtringit ipſum genus.
50 Vniuerſalitas de proprietate ſermonis, non poteſt in maiori parte verificari.
51 Dictio quia, quomodo capiatur.
52 Rubro contrario nigro non ſtatur, ſed nigro.
Pacta ſolo conſenſu fiunt: ſtipulatio verò vltra cōſenſum requirit verborum ſolemnitatem, quare. Ibidem.
53 Conſueta veniunt in actu, & ſubintelliguntur etiam ſi non exprimantur.
54 Qualitas variatur reſpectu locorum.
55 Si ciuitas facit ſtatutum contra ſuam conſuetudinem tollitur conſuetudo.
56 Conſuetudo, & ſtatutum tollunt effectum nouæ conſtitutionis, & non tollitur, ſi non ſit mentio de conſuetudine prioris, n. 62.
57 Tempore quo ſtatutum erat, canon non erat.
58 Periurus quis non dicitur, licet periurauerit.
59 Genus quando non poteſt verificari niſi in vna ſpecie eſt ſpecies.
60 Priuilegium conſuetudini antecedit.
61 Gratiam à Papa impetrans tenetur conſuetudinem tenere eccleſiæ contrariam.
62 Papa an poſſit ſibi ſucceſſorem eligere.
63 Quando per ſecundam legem reuertitur ad ius antiquum, tunc nō requiritur mentio de conſuetudine.
64 Ius eſt certum, conſuetudo verò incerta.
65 Poteſtas datur fratribus abſoluendi, & quare.
66 Priuilegia Princeps non præſumitur ſcire.
67 Sicut non licet ignorare leges, ita nec conſuetudines generales.
68 Quando conſuetudo in totum tollitur, tunc requiritur mentio, ſicut ſi in parte, & quare.
69 Per ſecundam legem non derogatur priuilegio in corpore iuris.
70 Conſuetudo ſi fuerit particularis loci, aut populi tollitur per ſtatutum contrarium.
71 Iſta eſt via fauorabilis per quam ducuntur ad ius antiquum.
72 Abbas quòd non ſit Sacerdos conſuetudo valet, & quare.
73 Omnis lex concernit vtilitatem publicam.
74 Argumentum de parte ad totum reſpectu temporis valet.
75 Singulares perſonæ poſſunt inter ſe ſtatuta facere.
76 Familia particularis non habet iuriſdictionem.
77 Conſuetudo non valet per quam ſolemnitas teſtamenti minuitur & conſuetudo requirit rationabilitatem. n. 82.
78 Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.
79 Iuriſdictionem qui non habet, ſtatuta facere non poteſt.
80 Iura loquentia de perſonis, debent intelligi de habilibus.
81 Statutum valet auferens facultatem teſtandi.
82 Princeps præſumitur ſcire ſtatuta loci vbi habitat.
83 Doctores præſentantes laureandos poſſunt iurare illos eſſe idoneos licet non ſint.
84 Ludus taxillorum ex conſuetudine videtur permiſſus.
85 Mala conſuetudo, niſi citius euellatur, in priuilegium ab impijs aſſumitur.
Statutum requirit rationabilitatem. Ibidem.
Et requirit rationabilitatem. num. 131.
86 Executor datus à teſtatore ad diſtribuendum eius hæreditatem, non poteſt eligere filium ſpurium teſtatoris.
87 Nouum dicitur quod nunquam fuit ſtatutum, & dictio, nouiter, quomodo capiatur. Ibidem.
88 Dictio niſi, quomodo vſurpetur.
89 Qui promittit res non vendere alteri quàm ſibi non videtur teneri, niſi in euentum, quod alter vendiderit.
90 Aliud eſt renunciatio, aliud pactum de renunciando.
91 Vbi ſit mentio pretij, cenſetur celebratus contractus emptionis.
92 In Papa non cadit ignorantia iuris, & quare.
93 Omnium habere memoriā, & in nullo an errare proprium ſit diuinitatis, vide ibi latè.
94 Videmus Iuriſconſultos ſæpius labi, & eos reprehendere eſt quodammodo in Spiritum ſanctum peccare. Ibidem latiſſimè.
95 Nullus repertus fuit in cœlo ſanctus immutabilis: & nullus in terra qui non ſit mendax.
96 Sæpius falli proprium eſt hominis.
97 Aetas domus eſt obliuionis, in qua primum ſenectus incurrit.
98 Papa prædeceſſoris facta cum maiori reuerentia cuſtodit ob eam cauſam, vt ſua à ſucceſſoribus obſeruentur.
99 Papa poteſt eſſe idiota.
100 Papa creatus eo ipſo eſt Doctor vtriuſque iuris, declarando vt ibidem.
101 Quando reſcriptum continet clauſulam, nō obſtante, mutat nomen, & tranſit in priuilegium.
102 Princeps condendo legem vtitur plenitudine poteſtatis.
103 Vbi eſt certa ſcientia fruſtra fit mentio: & ibi quæ ſit certa ſcientia circa legem.
104 In reſcripto continente idem quod ius non requiritur mentio de iure.
105 Allegatio generalis coram Papa ſufficit.
106 Appellatione allegationum continentur tam allegationes iuris, quàm facti.
107 Reſcriptum contra ius quare non valeat, niſi habeat clauſulam, non obſtante.
108 Allegari debet ſpecificè coram Papa ratio de qua ibi.
Taciturnitas curæ in literis non inducit ſurreptionem. Ibidem.
109 Simoniacus ſe dicit nobilem non eſt ſurreptio.
110 Dictio ſicut, quomodo intelligi debet.
Capituli appellatione, an veniant canonici. Ibidem.
111 Papa quando ſcribit in materia iuris præſumitur ſcientia.
112 Papa propter inſufficientiam ſcientiæ non poteſt deponi: & quare. Ibidem.
113 Epiſcopus poteſt dignitate ſua priuari propter ignorantiam literarum.
114 Defectus ſcientiæ in prælato eſt magis deteſtandum, quàm homicidium.
115 Ignorantia eſt mater omnium malorum, & ibi plura.
Ignorantes non dicuntur homines. Ibidem.
116 Dictio poſtea, vel poſterior, quid denotat, latè ibidem.
117 Poſſeſſio mediatè, vel immediatè, an probetur per dictum teſtis, quòd

quod Titius poſt Sempronium poſſedit.
118 Probatio non valet quæ poteſt referri ad vnum, & ad alium.
119 Verbum auferri, ſine rapina intelligitur.
120 Dictio, violentia, poteſt actiuè, & paſſiuè capi.
121 Pluralitas teſtamentorum non præſumitur.
122 Non ſemper licet argumentari de ſtatuto, & conſuetudine ad legem.
123 Conſuetudo, & lex paris ſunt potentiæ.
124 Faciens actum contrarium primo de quo eſt certificatus, videtur à primo recedere.
125 Regula non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, quomodo procedat.
Voluntas etiam ex actu nullo colligitur. ibidem.
126 Conſuetudo inducitur ex actis multiplicatis etiam nullis, & poteſt fieri dupliciter. num. 130.
127 Dicens teſtamentum inofficioſum nulliter non poteſt petere relicta in teſtamento.
128 Loqui in actibus inter viuos, aut in vltimis voluntatibus quid ſit.
129 Quælibet ciuitas, & quodlibet caſtrum poteſt conſuetudinem facere.
130 Conſuetudo dupliciter conſiderari poteſt.
131 Conſuetudo irrationabilis non excuſat quoad Deũ: tamen quantum ad forum ſui valet.
132 Vbicunque Princeps in facto ſpecifico reſpondendo, aut ſcribendo, dicit toleramus, tunc videtur approbare, & diſpenſare.
133 Tolerantia ſuperioris non inducit approbationem rei illicitæ.
134 Maior pietas eſt largiri amicis pauperibus, quàm extraneis.
135 Ignorantia in facto proprio admitti propter multitudinem negotiorum.
136 Princeps in iure aliquando errat.
137 Quicquid Princeps loquitur, & vult, eſt lex.
138 Leges priores debent trahi ad poſteriores.
139 Statutum, vel lex poteſt ad libitum ſtatuentium reuocari.
140 Clauſula derogatoria differt à ſimplici proteſtatione.
141 Papa faciens promiſſiones ciuitati alicui ſibi ſubiectæ tenetur ſeruare.
142 Licitum eſt doloſum dolo decipere.
143 De epiſcopo ſimoniaco aſtu. Papa decepto.
144 Iudex promittens delinquenti remiſſionem delicti, ſi illud confiteatur, ſi poſtea confitetur poteſt eum condemnare.
145 Nullus eſt dolus ſi fides prædonibus ſeruetur.
146 Princeps non poteſt promiſſa reuocare ſine cauſa.
147 Per ſtatutum non poteſt clerico auferri ius commune, & quòd clerici reſpectu Imperatoris dicuntur magis non ſubditi quàm laici. ibidem.
148 Princeps in dubio non præſumitur de facto procedere, ne inde naſcantur iniuria, vnde iura naſcuntur, text. l. ſi quis curialis. C. de Epiſc. & cler. procedit de facto non de iure, multa notatu digna. ibidem.
149 Si clericus fieri volebat decurio cedebat bonis.
150 Dum clericus ſecularibus adminiſtrationibus intendebat, ea quæ Dei ſunt negligere videbatur.
151 Conſuetudines clericorum ſublata fuerunt per laicos.
152 Priuilegium conceditur non ſubdito propter aliquod factum, vel datum, & quare.
153 Ciuitas ſtatutum reuocare non poteſt.
154 De clauſula derogatoria quædam notabilia.
155 Clauſula expreſſa, & tacita, quid operantur.
156 Prohibitio teſtatoris tacita non inducit annullationem actus, in contrarium facti.
157 Argumentum à contrario ſenſu, colligitur ex tacita coniectura.
Intellectus nouus l. fin. ff. de leg. 2. ibidem.
158 Argumentum à contrario ſenſu, idem operatur, quod expreſſum.
159 Expreſſa clauſula derogatoria impedit ſecundum actum contrarium, niſi de illa fiat mentio.
160 Epiſtola præſumitur ſolemniter facta.
161 In epiſtola mercatorum ſolemnitas debet exprimi.
162 Verbum pertineant, intelligitur per fideicommiſſum.
163 Proteſtatio, vel clauſula derogatoria facta in vna diſpoſitione nõ porrigitur ad aliam.
164 Differentia inter epiſtolam, & codicillos.
165 Clauſula, ſiue proteſtatio, poſita ad augmentum quid operetur.
166 Actus in contrarium valet contra verba narratiua, & enunciatiua teſtatoris.
167 Teſtator nõ poteſt diminuere ſolemnitates inductas à iure, nec nouas & inſolitas addere poteſt.
168 Ex actu nullo declaratur voluntas teſtatoris.
169 Voluntas tacitè reſultans ex actu nullo, non eſt adeò potens, vt actum validum tollat.
170 Dubius eſt euentus litis.
171 Primo teſtamento facto inter liberos, in ſecundo debet fieri mentio ſpecialis.
172 Ratione paritatis fauoris, aut priuilegia confundantur.
173 Quando in derogatione legis prioris debeat fieri mentio in poſteriori.
174 In duabus conſtitutionibus contrarijs eiuſdem Principis primum colligitur notabiliter.
175 Per ſecundum reſcriptum iuri contrarium non ſolum tollitur lex ſed nec ipſum reſcriptum valet.
176 Si legitimetur filius natus ex ea cũ qua non poterat eſſe matrimonium, non ſufficit quod dicatur non obſtante aliqua lege: ſed debet dici nominatim non obſtante.
177 Quando lex habet clauſulam derogatoriam, requiritur quòd reſcriptum faciat ſpecialem mentionem.
178 Secundum reſcriptum contra conſtitutionem conciliorum non valet, niſi in eo fiat ſpecialis mentio de illa conſtitutione conciliari.
179 Omnis conſtitutio conciliaris dicitur continere tacitam clauſulam derogatoriam.
180 Difficilius rumpitur, quod eſt maiori authoritate roboratum.
181 Generalis clauſula quæ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie habet vim ſpecificæ expreſſionis.
182 Vbi conſideratur prærogatiua rei dignioris non ſufficit generalis mentio, ſed ex ſpecifica.
183 Quando in aliquo actu eſt data forma, non ſufficit illã adimplere per æquipollens, ſed debet ad vnguem obſeruari.
184 Quando certa ſcientia probatur derogatio, tunc non cauſatur ex ſimplici certificatione, ſed ex mera voluntate Principis.
185 Teſtamentum poteſt conſiderari dupliciter.
186 Per clauſulam non obſtante, non tolluntur ſtatuta iurata.
187 Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.
188 Clauſula derogatoria non tollitur per clauſulam non obſtãte, ſed requiritur ſpecialis mentio.
189 Vbicumque in ſtatuto aliquo eſt iuramentum, reuocato ſtatuto, in conſequentiam iuramentum tollitur tamquam acceſſorium.
197 Sublato actu principali per viam ſtatuti tollitur iuramentum.
191 Nunquid per ſecundum ſtatutum reuocetur primum iuramentũ, non facta mentione iuramenti.
192 Si ſtatutum reuocatur ab eodem ſtatuente, & nulla requiritur mentio: ſecus ſi ab alio.
193 Lex etiam valet ſine maturitate.
194 Ratione æqualis vtilitatis publicæ, & poteſtatis, ſecunda lex tollit priorem.
195 Vbi Princeps contra ius reſcribit ex certa ſcientia non eſt neceſſaria clauſula non obſtante.
196 Certa ſcientia etiam in geminatione reſcripti colligitur.
197 Motu proprio non arguit informationem Principis.
198 Sicut per reſcriptum conceſſum ex certa ſcientia tollitur lex contraria, ita ſi fuerit motu proprio conceſſum.
200 An Princeps concedendo aliquod beneficium incapaci ſcienter videatur ſecum diſpenſare.
201 Reſcriptum quid ſit, & priuilegium quid ſit. Ibidem.
Et quomodo differunt. num. 205.
202 Si concedatur reſcriptum contra ius, mutat nomen, & dicitur priuilegium.
203 Fruſtra precibus impetratur quod iure communi conceditur.
204 Ea, quæ ad cauſſas defendendas conceduntur, perennia eſſe debent.
205 Arbitrium iudicis debet regulari ſecundùm mentem legis.
206 Reſcripta contra ius debent reijci.
207 Vt valeat vnus actus non debet tolli alius.
208 Verbum ſingularium in iſto textu, ponitur ratione maioris frequentiæ.
209 Statutum conſtituens idem quod ius commune: an dicatur ius commune, non ſtatutum, & operetur vltra ius commune. numero 220.

210 *Si in eccleſia eſt ſtatutum iuratum, & per Papam confirmatum, quo caueatur, quod non admittatur illegitimus in eccleſia: an epiſcopus poterit diſpenſare.*
Statutum quod quilibet poſſit accuſare, reſtringitur ad habiles ſecundùm ius commune: ibidem.
211 *In ſecundo priuilegio debet fieri mentio primi: niſi primum contineat ſolum ius commune.*
212 *Maſculis non extantibus, quòd fœminæ ſuccedant quomodo procedat.*
213 *Si arbiter condemnat aliquem. & dat ei dilationem quatuor menſium, ſi condemnatus non ſoluat poterit moram purgare.*
214 *Si ſit facta commiſſio quod iudex procedat ſecundum ius, an poterit iudicare ſecundùm ſtatutum.*
215 *Nũquid ſi vniuerſitas facit legem municipalem de caſu deciſo per conſuetudinem detur actio ex conſuetudine.*
216 *Actio quæ datur ex ſtatuto eſt ſubſidiaria.*
217 *An extrauagans continens idem quod ius commune dicatur ius commune.*
218 *Statutum vltra ius commune, an dicatur merè ius: & an inſcribens ſe ad pœnam talionis teneatur in plus quàm per legem tenebatur. Ibidem.*
219 *Statutum quod ſpurij non ſuccedant intelligitur de ſpurijs prohibitis à iure communi.*
221 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet affirmatiuè.*
222 *Conſuetudo concurrens cum iure communi illud reddit fortius.*
223 *Conſuetudo an dicatur rationabilis relinquendum eſt arbitrio iudicis.*
224 *Conſuetudo in dubio, quando non eſt contra legem, rationabilis præſumitur.*
225 *Quando relinquitur caſus arbitrio iudicis declaratur. Ibidem.*
226 *Quando conſuetudo eſt præter ius, præſumitur ſemper rationabilis.*
227 *Bonum eſt habere iudicem fauorabilem.*
228 *Iudex debet bene diſcutere cauſam, & ſequi communem opinionem.*
229 *Illa dicitur rationabilis conſuetudo quam eccleſia approbat.*
230 *Quando ius commune reſiſtit, non poteſt noua conſuetudo induci.*
231 *Lex habens plures intellectus quomodo poteſt allegari, & quando lex præcepti habet plures intellectus, faciens contra eam non peccat. Ibidem.*
232 *Si ex pluribus intellectibus aliquis ſit communiter approbatus, & alij reprobati, perinde eſt. ac ſi eſſet vnus intellectus.*
233 *Intellectus* l.5.§.diuus.ff.de ſepul.violato.
234 *Populus per ſuum ſtatutum poteſt tollere legem Principis.*

LICET ROMANVS PONTIFEX,&c. Iſta decretalis, quę
à Doctoribus noſtris exactiſſimè eſt diſcuſſa, habet ſe ve-
luti Oceanus ad materias legum, priuilegiorum, reſcriptorum,
contractuum, pactorum, vltimarum voluntatum, & aliorum
actuum humanorum, in quibus datur rerũ viciſſitudo, & prio-
ris voluntatis mutatio. Quamobrem ad eam vndiq; tanquam
ad fontem accurritur, & ob eam cauſam plures ſuper ea ordi-
nariè ſcripſerunt, nonnulli etiam Moder.tep. quaſdam ſuas e-
diderunt, qui adeò minutum rete contexere conati ſunt, vt ni-
hil penè euaderet. Verùm, vt inquit Sene. inueniendis inuen-
ta non obſtant, præſertim in hac iuris diſciplina, in qua ſemper
nouum aliquid occurrit: vt dicit Imperator *in l.2.C. de veter.iur.
enu.* Decreui ego more Diogenis dolium quoq; vertere: ac ve-
luti nouiſſimus operarius poſt terga metentium ſpicas colligẽs
manipulum conficere. Et ne propter meſſorum multitudinem
ac rerum varietatem, offendamur in interpretatione iſtius ca-
pituli, hunc ordinem tenebo. Nam ante omnia notabilia plu-
ra noua iuxta ordinem literæ colligam, quę alij Doctores omi-
ſerunt, poſt hæc notabil. Gem. ordine repetam plura ad ea ad-
dendo vel detrahendo, prout dubitari continget. Summatur,
& diuiditur iſte textus, vt hic communiter per Doct. Noto igi-
tur primò *ibi, Romanus Pontifex, &c.* Quòd inter cætera nomina
iuris, quæ Papæ tribuuntur, & de quibus Archid. hic, & Præpo.
in cap. ſtatuimus. 3. diſtinct. meminerunt, illud eſt magis in vſu, &
1 à iure communi probatum, † quòd ſolus Papa appellatur Ro-
manus Pontifex. Ita ad hoc iſtum textum cum pluribus con-
cord. not. Modern. Neapol. *in repet. cap. ad limina.* vbi etiam eſt
de hoc text. 30. *quæſt.* 1. *in* 1. *notab.* ad idem eſt text. *in Clem. ne Ro-
mani. de elect.* Hoc enim nomen deſignat locum vbi collata eſt
dignitas, † & ideò conceſſio facta, ſub iſto nomine non erit 2
perſonalis, ſed durabit mortuo Pontifice: vt dicit Domin. qui
ad hoc not. iſtum textum, *in cap. ſi gratioſè. verſ. quæro nunquid. in
2. colum. infra de reſcript.* aliquando tamen ſecundùm ſubiectam
materiam perſonaliter capi poteſt, vt Modern. tradunt poſt
Baldum, *in cap. ſedes. in princ. de reſcrip.* ſic etiam videmus, † quòd 3
hoc nomen Papa, poteſt pro dignitate capi, & pro perſona, vt
declarat Bald. *in ca. ſanè. el 2. in fin. de offic. delegat.* nam ſecundùm
ipſum, Papatus vt dignitas non vadit ad inferos, poteſt tamen
Papa ſe eorum conſortio communicare, ita hæc Bal. † & adeò 4
hoc nomen Roman. Pontif. ſoli Papæ competit, quòd licet le-
gati de latere perſonam Papæ repræſentent, & eandem ha-
bent poteſtatem: vt latè ſcribunt Modern. *in tract. de offic. legat.*
Illud tamen nomen ſibi tribuere non poſſunt: vt dicit Imol. *in
Clem. cùm ex eodem. in fin. de ſent. excomm. & in Clem. cùm contingat.
in 2. colum. de rer. dom.* † Et dicitur Pontifex ſecundùm Archid. 5
hic, & Petr. de Ancharan. quaſi faciens pontem ad benè beate-
que viuendum: & idem dicit Cardinal. *in Clem. 1. in princ. de pœ-
nit.* Abb. & Modern. *in cap. 1. de iud.* Iaſon *in Rubr. ff. de acquirenda
poſſeſſ.* & alibi ſæpè, & hanc nominis deriuationem non ſolùm
Doct. noſtri, ſed ex Doctoribus politioris litteraturæ ſequitur
Beroal. ſenior *in adnota. ſuis, fol. 1.* dum declarat illud carmen O-
uidij, [Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.] Sed modò dili-
genter aduertendum eſt: quia iſta deriuatio, quæ ab omnibus
paſſim approbatur, non mihi ſatisfacit, ex eo, quia ſi primam
eius vocabuli originem reperimus, quæ ab Hebræis deſcendit
ſecundùm Bald. *in l. reſcripta. in 2. colum. C. de pre. Imper. offer.* apud
quos etiam primus Pontificatus fuit, vt exorditur gloſſ. & Nic.
de Lyra, *in lib. 2. Macha. cap. 3.* nihil magis alienum apud ipſos re-
periemus, quàm quòd hoc nomen Pontifex à ponte deriuatur
cùm huiuſmodi vocabulum Hebraicè nihil tale præ ſe ferat.
Quinimmò etiam ſi effectum huius aſſertæ deriuationis conſi-
deremus, minus hæc deriuatio nomini conueniet, aut iudicio
naturali quadrabit: nam ſi Pontifex ideò dicitur à ponte, quia
præbet viam ad bene beateq; viuendum, iam religioſus quiſ-
piam, & ſimplex vir exemplo vitæ honeſtæ eandem viam præ-
bens, ilicò Pontifex dici poterit cùm in eo effectus ille cõſiſtat:
ruſus ſi iam non ille præbeat deſinet eſſe Pontifex. Quæ quàm
ſint abſurda, & à ſenſu remota nemo eſt qui non facilè intelli-
gat, Sunt etiam qui dicant Pontifices ab eo dictos, quòd ab eis
primùm Sublicius pons Romæ factus, & reſtitutus ſæpè fuerit
in qua ſententia primus omnium fuit Var. *lib. 4. de lingua Latina,*
& ſecuti ſunt ex politioribus ferè omnes: cui ſententiæ adſti-
pulatur Petr. Andr. Gammarus, ex ordine noſtro, vir inſignis,
in comm: in extrauag. Iul. 2. *pag.* 47. & ante ipſum Modern. Aure-
liani, *in rep. cap. licet. de elect. pag. 9.* à quo Domin. Petr. bonam ſui
commen. partem accepit. Sed certè Varro quamuis litteratiſſi-
mus fuit, & qui illum ſecuti ſunt, in hoc grauiter ſunt decepti:
quia tempore Numæ Pompilij, qui Regum omnium primus
Martium Martij Patricij filium Pontificem creauit authore Li-
uio, nullus vtique pons Romæ fuit, vel etiam qui refici potue- 6
rit. Nam Ancus Martius ſecundus à Numa Rex † Tyberij pri-
mus ligneum pontem impoſuit Sublicium à Sublicibus, & le-
nigatis lignis appellatum: vt Liui. *in 1.* & Plin. *libr. 35. cap. 15.* me-
minerunt. Quomodo igitur potuit Pontifex dici à ponte, qui
nondum erat? nulla igitur poteſt fieri ſimilitudo rei cuius ima- 7
ginem non videmus, *l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſtrat.* nam
vt dicit Bald. *in cap. 1. de feud. guar.* vbi nullum eſt ſubiectum cor-
ruit correlatiuum, faciunt quæ not. Dyn. & Bart. *in l. ſic legatum,
§ ſi mihi. ff. de legatis. 1.* eo maximè, quia hoc vocabulum pons, à
quo Doct. ethymologiam nominis acceperunt recens fuit, vt
dicit Annius *libr. 17. antiq. cap.* 12. nomen verò Pontificis anti-
quiſſimum: non igitur potuit ſimilitudinem ab eo vocabulo
capere, & ita etiam Varrum nouiſſimè deridet Vigilius Zuich.
in commen. Inſt. tit. de teſtam. pag. 6. † Reiecta igitur hac leui opi- 8
nione ego ſic dicam, quòd hoc nomen Pontifex, triplicem po-
teſt habere deriuationem. Prima vt deriuetur à ponte, dictione
Hebraica, quæ ſecundùm diuum Hieronymum latinè idem ſi-
gnificat quòd inclinatio, & inclinatio in rebus diuinis idem re-
fert quòd cæremonia, quæ per inclinationem, & corporis cur-
uationem fit: vt *in cap. plerumque. § his ita. 2. quæſt. 7.* Pontifex igi-
tur dicitur quaſi factus & creatus ad cæremonias rerum diuina-
rum, quod apertè innuere videtur diuus Paulus *epiſt. 5. & 8. ad
Hebræos.* & huic ethymologiæ reddet etiam effectus primæ ſuæ
creationis. † Nam legimus in veteribus hiſtorijs Numam Pom- 9

pilium ad illum finem Pontificem maxim. inſtituiſſe, vt illi o-
mnium ſacrorum iura, ac Deorum immortalium cæremonias
committeret,& non cœleſtes modo cæremonias, ſed vt inquit
Liui. *libro* 1. ab *vrbe con.* iuſta quoque funebria, & quædam alia
ad placandos manes Pontific. Maxim. conceſſit, quod proſe-
quuntur latiùs quidam Modern. *in diebus ſuis genalibus, libro* 2.
cap. 8. & iſta inclinatio non ſolùm ad ſacrorum cæremonias, ſed
ad illud etiam hoc tempore referri poteſt, quòd debeat ſe pon-
tifex inclinare & ſubmittere, exemplo Chriſti omnibus inferi-
oribus Catholicis Deo ſeruientibus: vt dicitur *in dicto cap. ple-*
10 *runque*, vt ſic quantò eſt maior, tantò ſubmiſſius ſe gerat, † qua
ratione ſeruum ſeruorum Dei ſe appellat, vt not. *ſupra in proœm.*
Decret. Et etiam hac de cauſa Apoſt. 1. *Corinth. cap.* 9. omnium ſe
ſeruum facit: vt *c. iam nunc.* 28. *quæſt.* 1. quia qui ſic ſe ſubmittit &
inclinat maior omnibus reputatur, vt *in cap. diaconi.* 14. *diſtinct.*
vnde non ab re Chriſtus dixit, *Matth.* 2. & 24. [*qui maior veſtrum*
eſt, fiat ſicut ſeruus, & miniſter.] vt *in cap. nullus.* 9. *quæſtio.* 3. Et licet
propter humilitatem Papa ita vocetur, hodie tamen non lice-
ret Epiſcopis ſub hoc prætextu ſeruos ſeruorum Dei ſe appel-
lare, vt oſtendatur differentia capitis ad membra, licet quidam
gloſſator reg. Can. *in reg.* 15. *colum.* 2. teneat quòd Epiſcopi poſ-
ſunt ſe ſeruos ſeruorum appellari, cùm hoc non reperiat ipſe
prohibitum: tamen vt dixi, hoc non eſſet honeſtum: nam ſi nõ
licet inferioribus vti colore veſtium Principis: vt *in l. final. C. de*
veſti. holob. libro 10. eadem ratione non licebit vti eius appella-
tione, eo maximè, quia gloſſ. *in cap. quoties. in verſ. & parte.* 1. *quæ-*
ſtio. 7. videtur illam appellationem ſoli Papæ tribuere, pro qua
adde tex. *in cap. relatum. in fin. de ſent. excommun.* Secundò po-
teſt hoc nomẽ, Pontifex, deriuari à nomine Græco πόνος, id eſt
ponos, quod idem refert quod labor: à quo etiam deriuatur
pontus, ſecundùm Ambroſium. Proinde quia Romanus Pon-
tifex præter cæteros Principes voluntarios debet appetere la-
bores, ac ſollicitudinem maximam, & vigilantiam habere pro
quiete ſubditorum, & reipublicæ Chriſtianæ commodis: vt i-
pſe idem ſe præſtiturum pollicetur *in proœm. huius libr.* & *in cap.*
frequens, infra de reſt. ſpol. & hoc latiùs exponunt *in dicto cap. ple-*
runque. qua ratione dicit Abb. *in cap. mandata. in* 2. *notab. de præ-*
11 *ſumpt.* quòd officium Papale meritò ibi onus appellatur: † quia
illa verba, [Paſce oues meas,] per quæ Petro collata dignitas
fuit, laborem & miniſterium denotant, non faſtum, & ſuper-
biam, vt ibi per eum. Tertio modo dicitur pontifex quaſi po-
tentes faciens: vt dicere ſolebat Q. M. Scæuola Pontifex Maxi-
mus, vt refert Feneſtella *in lib. in magi. capit. de collegio Pontificum.*
Nec quidem ab re, cùm in eo ſit ſumma poteſtas: vt dicit Bald.
in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer. & *in proœm.* Greg. refert Andr.
Sicul. *in cap. niſi ſpecialis. colum.* 4. *de offic. leg.* quod vſu experimur.
Nam nemo mortalium ita repente potentes creare poteſt ſine
detrimento facultatum eius, ſicut Papa de alijs Romani pon-
tificis nominibus, dic, vt *hic* per Archid. & *in capit. vbi periculum.*
12 § *cæterum infra de elect.* † Illud tamen vltra ipſos eſt memoran-
dum, quòd Papa poteſt appellari Rex: vt innuit text. & ibi not.
13 gloſſ. *in cap. cùm inter vniuerſa. in fin. de elect.* † Nam apud Iudæos
ex lege naturæ, & ordinatione diuina Sacerdotes ijdem & Re-
ges erant, vt dicit textus *in cap. cleros. in verſiculo Pontifex.* 21. *diſt.*
cum concor. vt tradit Præpoſit. *in cap. Moſes. numero* 3. 8 *quæſt.* 1. Sic
enim Melchiſedech Rex fuit, & Sacerdos: vt patet *Hebræ.* 7. *cap.*
ſimiliter & Iob vtrumque munus impleuit, vt eius *libr.* apparet
14 *capit.* 1. & 29. † Sic etiam apud Gentiles Romanos, pontifex
maximus Rex ſacrorum dicebatur: vt author eſt Liuius, *libr.* 7.
ſecundi belli Puni. Nam, vt dicit Iſidor. *libro* 7. *etymolog.* maio-
rum conſuetudo hæc erat, vt Rex etiam eſſet Sacerdos, vel põ-
15 tifex. Et ſicut pontifices dicebantur Reges; † ita & Imperato-
res pontifices dicebantur: vt inquit Baldus *in l. reſcripta. in* 2. *co-*
lum. Cod. de precib. Imperat. offer. & Ioannes Franciſcus Pauinus *in*
tract. de offic. & pote. cap. ſede vacan. fol. 14. alleg. text. *in cap. de capi-*
tulis. 10. *diſt.* & latius reaſſumit Aluar. Pelagij, *libro* 1. *de planctu*
Eccleſiæ. cap. 52. & hoc idem probat Paris de Put. *in tractatu de re*
mil. fol. 24 *in* 3. *colum.* & eadem ratione Papa, Imperator dici po-
teſt, ſecundùm Ioannem Andream, *in cap. per venerabilem. qui fi-*
lij ſint legit. in 5. *colum.* & Baldus *in dict. l. reſcripta.* quia videmus,
quòd obtinet Imperium Romanum: vt dicit Hoſtienſ. *in cap.*
quod ſuper. de voto. & aliquid dixi *in commento regulæ Cancellariæ, de*
infirmis reſign. in 2. *quæſt.* & iſta omnia de iure antiquo proce-
dunt, hodiè verò non eſt in vſu: vt Romanus pontifex dicatur
Rex, vel Imperator: vt dicit Card. ſancti Sixti, *in ſumma ſua, de*
poteſtate Papæ, quem refert Decius *in cap. licet de euitan. in* 3 *colum.*
numero 11. *de elect.* Poteſt tamen hodie appellari princeps, vt pa-
tet *in cap. corpora. de conſecrat. diſt.* 1. & *in cap.* 2. *de regular.* & *in cap.*
2. *de maior. & obed.* & tenet Steph. de Neapol. *in repet. cap. ad li-*
mina. 30. *quæſt.* 1. *in* 10. *notab.* & appellatur illa repet. ſacramen-
tale, & hoc idem tenet Paul. *in dicto tractatu in* 6. *eviden. verſic.*
quinta ſedes. † Item Papa alio nomine appellatur ſummus pon- 16
tifex: vt patet *in cap. paſtoralis. de his quæ fiunt. à prælat.* & *in cap. cùm*
ad monaſterium. in fin. de ſtatu monach. & not. Card. *in Clem. final. in*
in princ. per illum textum, de ſent. excom. qui etiam alleg. Archid. *hic*
dicens, quòd iſtud nomen competit ſibi; quia in eo eſt omnis
ſummitas & celſitudo, quia non habet ſuperiorem in hoc mũ-
do, vt not. Hoſtienſ. *in ſum. tit. de fil. presbyt.* § *final.* & hac ratione
dicitur maior Imperatore: vt Bald. concludit *in l. final. C. de le-*
gib. & Anton. de Butr. *in cap. licet. in* 31. *colum. de foro comp.* Et pro-
pter hanc excellentiam, & plenitudinem poteſtatis hoc no-
men ſolùm illi competit: vt per plura probat Stephan. Gaie. *in*
ſuo ſacramenta. fol. 2. & hac ratione dicimus, quòd nomen hoc
ſummi pontificis, maieſtatem continet: immò idem ipſe maie-
ſtas appellatur: vt not. Speculat. *de elect.* § 1. *in* 6. *colum.* & Ioann.
Andr. *in capitul. venient.* 1. *de teſtibus.* Nec immeritò cùm Vicarius
Dei ſit, & eius locum teneat. vt Archid. tradit *in cap. fundamen-*
ta. de elect. libr. 6. & ſedet in ſede illa quam Dominus ſibi in per-
ſonam Beati Petri ſpecialiter elegit: ideoque ſummus ponti-
fex appellatur, vt dicit Speculator *in tit. de legat.* § *nunc oſtenden-*
dum, verſ. 62 Et hoc adeò verum eſt, quòd error dicentium cõ-
trarium eſt ſimilis errori dicentium, Spiritum ſanctum à filio
non procedere: vt dicit ſanctus Thom. *in opuſculo contra errores*
Græcorum. cap. 65. Nam vt idem ipſe ſubdit *in duobus cap. ſequent.*
primus, & ſummus dicitur: quia habet in omnibus curam, &
prælationem vniuerſalis eccleſiæ, qua ratione vniuerſalis pon-
tifex, & Epiſcopus totius Chriſtianitatis appellatur. vt Hoſt.
tradit *in ſum. de vſu pal.* § *final.* & textus *in cap. final.* 99 *diſt.* vel ſe-
cundùm Petrum de Anchatan. *in cap. in cauſis, in princ. de re iud.*
Summus dicitur, quia ſummè abſtinere debet ab inimijs maxi-
mè reſpectu Dei. *capitul. aliorum.* 9. *quæſt.* 3. qua ratione dicimus,
quòd non puri hominis, ſed vicem Dei gerit in terris. *capit.* 2. *de*
tranſlat. & hoc ſummitatis nomen à Moſe ortum habuit: vt di-
cit Bald. *in dict. l. reſcripta. in* 2. *colum, C. de precibus Imper. offer.* per
textum, *in cap. ſacroſancta.* 22. *diſt.* & ſequitur Andr. Sicul. *in cap.*
niſi ſpecialis. † Et iſtud nomen ſummi ſoli Papæ competit, non 17
autem alijs inferioribus: vt dicit gloſſ. 1. *hic*, cum qua Doct. tranſ-
eunt: & ſentit Abb. *in cap. in cauſis. in* 1. *notab. de re iud.* facit text. *in*
cap. excommunicamus. el. 1 § *moneantur. verſ. ſi vero. de hæret.* hoc et-
iam ſequitur Dec. poſt Andr. Sicul. *in cap.* 2. *ſuper gloſſ.* 2. *extra de*
iud. & iſta ſummitas ideò Papæ tantùm competit, quia illi ſoli
eſt data clauium plenitudo: vt dicit Bald. *in dicta l. reſcripta.* nam
omnia poteſt ſupra ius, contra ius, & extra ius: & in hoc nullus
alius ſummus in terra inuenitur: vt idem Baldus refert *in cap.*
1. *quali. dom. propriet. feud. prima.* & reaſſumit Philip. Peruſ. *in rubr.*
infra de teſtament. in 37. *colum.* cum quibus concordat Præpoſit.
Cardin. Alexand. *in cap. ſi Epiſcopus.* 18. *diſtinct.* facit etiam ad hoc
text. *in cap. factus.* 7. *quæſtio.* 1. habes igitur ex iſtis concluſionem
quòd Romanus pontifex ſolus appellari debet ſummus, non
autem alij inferiores.

Sed ad hoc aduertendum eſt, quòd iſtud dictum gloſſ. & ſe-
quacium dubitabile videtur: nam reperio quòd iſto nomine
ſummi pontificis veteres promiſcuè vtebantur: nam de iure
antiquo non ſolùm Papæ, ſed etiam Epiſcopis competebat: vt
tradit Archid. *in cap. legum.* 2. *quæſt.* 1. & hoc vltra ipſum probant
plura iura, In primis text. *in cap. de his, de conſecrat. diſt.* 5. & *in cap.*
omnis. 38 *diſt.* & textus *in cap. ſi officia.* & *cap. qui eccleſiaſticis.* 59. *di-*
ſtinct. & bonus text. *in cap. accuſatio.* 2. *quæſt.* 7. quem ad hoc alle-
gat idem Archid. *in cap. ſicut.* 1. *quæſt.* 6. & non ſolùm Epiſcopi
ſummi pontifices, ſed etiam ſummi Sacerdotes appellantur, vt
in cap. 1. § *per frontis chriſmationem, de ſacr. vnct.* & *in cap. miſerum,*
61. *diſt.* & *c. Pontifices,* 12. *quæſt.* & *cap. videntes.* 12. *quæſt.* 1. & *in cap fi-*
nal. 3. *quæſt.* 1. & iſta ſummitas Epiſcopis competebat ratione or-
dinis, cuius reſpectu Papa etiam Epiſcopum ſe appellat: vt pa-
tet *in proœm. Decret.* & *in cap. Saluator,* & *c. Epiſcopus.* 1. *quæſt.* 3. *cum*
ſim. & ita olim Romani pontifices † ſimpliciter Epiſcopos Vr- 18
bis Romæ ſe appellabant, vt patet in vetuſtiſſimo marmore in
eccleſia ſanctæ Anaſtaſiæ Romæ, de quo meminit Raphael
Volater. *in commentarijs ſuis libr.* 22. *fol.* 330. & probatur *in l. inter*
claras. in ſuprà ſcriptione. C. de ſumma Trin. vt *in cap. in canonibus.* 16.
quæſt.

quæſt.1.& alibi ſæpè. Habes igitur ex iſtis aliam opinionem contrariam primæ, videlicet, quòd non ſolùm Romanus pontifex ſed etiam Epiſcopi poſſunt ſummi pontifices appellari. Quid tenēdum? teneo primam opinionem, videlicet, ſolum Papam ſe ſummum pontificem, non autem Epiſcopi, vel alij inferiores appellari debere, quam opinionem vltra id, quod eſt magis à Doct. recepta, ego eam duobus fortiſſimis argumentis probo. Primò quia clarum eſt, quòd Eccleſia militans eſt exemplata ad ſimilitudinem Eccleſiæ militantis: vt d. cit text. *in Clement. ad noſtram de hæret. & in cap. eccleſia de conſecrat. diſt. 4.* Sed in
19 eccleſia triumphanti, vnus eſt ſummus omnium Deus, & pater, à quo cuncta procedunt, † & per ipſum in cœlo gradus diſtinguuntur, videlicet, Angeli, Archangeli, & cæt. inæquales in poteſtate, & ordine: vt dicit tex. ad litteram *in cap. ad hoc. 89. diſtinct.* ergò eodem modo in Eccleſia militanti vnus eſt, & eſſe debet ſummus omnium pater, & dominus, qui eſt vicarius Ieſu Chriſti, & cauſa cauſarum, & Dominus Dominantium: vt
20 dicit Bal. *in cap. eccleſia. el 1. colum. 2. vt lit. penden.* Secundò pro iſta opinione eſt textus in terminis, *in cap. t. 21. diſtinct.* vbi dicitur † quòd Moſes ex præcepto domini in antiqua ſynagoga in ſummum Pontificem inſtituit fratrem ſuum Aaron, filios verò eius in minores Sacerdotes vnxit, quæ omnia in nouo teſtamēto, vt *ibi* dicit text. eccleſia eſt imitata diſponens, quòd alij appellētur ſimpliciter Sacerdotes, alij Archipresbyteri, alij coepiſcopi, alij Epiſcopi, alij Archiepiſcopi, ſeu Metropolitæ, alij Primates, alij Patriarchæ, & cæt. ſeruata quadam diſcretione inter eos, ſubdit poſtea text. Simpliciter verò maiorum, & minorum Sacerdotum diſcretio in nouo teſtamento, & ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tāquam maiores Sacerdotes, Septuaginta duos diſcipulos tāquam minores Sacerdotes inſtituit. Petrum verò in ſummum Sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cœlorum conceſſit, &c. Ecce ergò textum apertum quòd Epiſcopi, nec alij inferiores à Papa non poſſunt dici ſummi, quia illud nomen ſummi, ad differentiam epiſcoporum, & aliorum Sacerdotum, quorum gradus ſuperius diſtinguuntur ſoli Papæ, vt ibi dicit text. à Domino tributum eſt, per quem diſtincta ſunt ſacerdotia. Non ergò poteſt epiſcopis competere: quia eſſet ordinem confundere non diſtinguere, & plura capita in eccleſia quaſi monſtrum iudicare: quod etiam latè probat Alua. Pelagij Cardin. antiquus *in opere de planct. eccleſiæ, lib. 1. cap. 54.* & Felin. *in cap. 1. in 2. colum. de conſtitu.* & hoc ex natura verbi etiam
21 ſuadetur: † quia ſummus, & ſupremus dicitur qui ſolus eſt inter homines, & ſingularis. *l. illa verba de verborum ſignific. & l. qui duos. ff. de rebus dubijs.* Non obſtat text. ſuperius allegati: & primò text. *in dicto cap. dubiis*, quia ille text. non dicit in ſpecie quòd illa verba, ſummus Pontifex, de Epiſcopo intelligantur, cùm materia de qua ibi tractatur Papam potius concernat, ſaltem de illo iure, de quo non erat ſatis clarum, an manus impoſitiò indifferenter Epiſcopis concederetur, niſi ex delegatione, per ea quæ not. *in capit. quanto de conſuetud.* & quia text. *in capit. manus ead. diſt.* dicit illud ſummis Sacerdotibus eſſe reſeruatū, quæ verba non de alio intelligi poſſunt, niſi de Papa, *dicto cap.*
22 *1. 21. diſt.* & eodem modo tollitur text. *in dicto ca. ſi Epiſcopus*, nam loquitur de electione ſummi pontificis, id eſt, Papæ, † qui per Archiepiſcopum, & coepiſcopos prouinciæ olim eligebatur: vt not. *in cap. in nomine domini 23. diſt.* & tradit Archiep. Iadren. *in theſauro Pontificali, fol. 13. in 2 colum.* Et finaliter alia iura poſſunt eadem via tolli, quia illa verba ſummi pontificis poſſunt de Papa intelligi, vt patet *in cap. cùm ad monaſterium. in fin. de ſtat. monach.* vel dicas illud procedere tempore naſcentis eccleſiæ, quo tempore nondum tituli, vel diœceſes diſtributæ erant, nec officia totaliter diſtincta, ſed promiſcuè officijs, & nominibus vtebantur, & varias per ſucceſſionem temporum mutationes recipiebant: vt latè tradit quidam Mod. *in tract. de benef.*
23 *in 5. quæſt. princ. 1. partis.* † Hoc etiam vltra prædicta ſuaderi poteſt: nam videmus in primitiua eccleſia Epiſcopos ſeinuicem ſanctiſſimos, & beatiſſimos appellari: vt eſt videre apud Auguſtinum, & Hieronymum, qui in etiam Papas ſe nominari patiebantur, vt dictum ſuit, & etiam inferius probabo: hoc tamē hodie non licet, ſed ſoli Papæ iſte honos datur: vt latè probat Troilus de Maluerijs *in tractatu de canoniz. ſanctorum. in 1. quæſtione:* & hoc maximè obſeruatum eſt poſtquam in concilijs Nicæno, & Calcedon. iſte titulus in ſignum ſingularis excellentiæ ſoli Romano pontifici tributus extitit: vt ſicut in poteſtate cæteris inferioribus eſt maior, ita & digniori & ſingulari nomine decoretur, & inter Epiſcopos vt maior cognoſcatur: & propter hoc diuus Bernardus *epiſtola* 41. Honorium Papam ſummum Pontificem vocauit: cuius dictum Ioan. Fab. contra Lutherum, qui contrarium aſſerebat, pro valido iſtius opinio-
nis fundamēto adducit, facit ad hoc in ſimili, † quia olim tem- 24
pore naſcentis eccleſiæ baptiſmus fiebat in nomine Ieſu Chriſti propter honorem nominis: & tamen hodie iam ſtabilita eccleſia non valeret baptiſmus ſi non obſeruaretur forma, *cap. t. de baptiſm.* vt concludit ibi gloſſ. quam ſequuntur *ibi* Doct. & Angel. de Claua. *in ſumma. in ver. baptiſmus. el 2. verſic.* 8. & in iſto propoſito bene facit, quod dicitur in auctuario epiſtolarum,
epiſtola incip. An non tibi videor, numer. 73. vbi dicitur, † quòd hoc 25
nomen ſummus pontifex, nondum illo tempore Damaſi erat auditum, nec reperitur in veterum ſcripturis ſed promiſcuè, & paulatim fuit vſurpatum: hodie verò ſoli Papæ competit, vt dixi, ſic ergò diſtinguendo tempora diſtinguetur eius nominis appellatio, nam licet olim Romani pontifices paterentur epiſcopos ſummos ſe pontifices appellari, hoc fuit ſecundùm S. Thomam *in tractatu contra impub. relig.* ne crederent Papam o-
mnem pontificum poteſtatem ſibi aſſumere, ac etiam † vt ex 26
paritate nominis charitas, & affectio augeretur, *iuxta l. vxorem. ff. de manumiſſ. teſtam. & l. filius. §. fin. ff. de cond. & demonſtrat.* Solebat enim in primitiua eccleſia omnis proprietas, & attributio poteſtatis, quæ non omnibus fuiſſet æqualis, & communis, eſſe odioſa: & ideò in actibus Apoſtolorum legitur multis fuiſſe ſcandalo, cùm audirent baptizatos dicere, [Ego Cephæ, ego Pauli.] Quamobrem, vt modeſtiæ ſimul, & humilitati ſtuderent, iuxta illud Chriſti, [Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini, ſicut paruuli, &c.] permiſerunt, vt paſſim nomen omnibus eſſet commune, & conueniens quidem hoc fuit illis temporibus ſtatuiſſe pro commodo, & quiete conuerſorum: vt Romanus pontifex cum cæteris Epiſcopis paritatem oſtēderet, ſicut Petrus cum Apoſtolis faciebat, quæ quidem paritas adeò inter Chriſti fideles amoris, & vnionis radices egit, quòd breui tempore eccleſia ſancta Chriſti fuit propagata: trito enim, & peruetuſto prouerbio dici ſolet, quòd paritas nominis inducit affectionem. *l. cùm filius. § pater ff de lega. 2. & cap olim. 8 quæſt. 1.* Sic igitur propulſata inuidia manu eccleſia in hac humilitate, & promiſcua nominis appellatione pluribus annis quouſque viſum fuit iam nomen illud ad gloriam, & fauſtum referri: quo factum eſt, vt ſicut pro euitanda diſcordia in primitiua Eccleſia paſſim quilibet Epiſcoporum nominibus abutebantur, ſic pro humilitate ſeruanda, fuerat poſtea *in 26. cap. tertij Aphricani concilij* ſancitum ne aliquis de cætero ſe Principem Sacerdotū, aut ſummum, vel Romanum pontificem appellaret, vt patet *in cap. primæ ſedis. 99. diſt.* In qua ſpecie plura exempla refert Specul. *in tractatu de modo celebrandi conc. parte 2. tit. 34.* † Sicque
ſyncera mentium ſimplicitas, & animorum concordia obſer- 27
uabatur, & ſchiſmatum ſemina, quæ facile leuibus de cauſſis naſcebantur, extincta fuerunt, & ita vſque ad tempora Siluestri magni deuentum fuit, quo tempore Conſtantino Auguſto duce eccleſia ſplendorem recepit, cuius opera factum fuit in concilio Nicæno, vt ſolus Romanus pontifex ſummus, & Papa appellaretur, vt inferius latè oſtendam, & authoritate probabo: nam ſicut vna tantùm eſt eccleſia, & vnus tantùm eſt ſummus ſpōſus Chriſtus, ita & Papa eius vicarius vnus eſſe debet, & eius nominis ſummus: vt latè probat Ioan. Turre Cre. Card. S. Sixti, *in lib. 2. de eccleſia. cap. 15. cum ſeq.* ſicut igitur ſolum Deum ſummum appellamus: vt *in ca. 2. de ſumma Trin.* & ille reſpectu cauſæ efficientis, ſiue formalis, vel finalis eſt cauſſa cuiuſlibet entis, & poteſtatis. *Prouerb. 8. c. & in ca. Nabuchodonoſor. 23. quæſtio. 4. cap. nec mirum. 26 quæſt. 5. & Daniel. 3. cap.* ita Papam
ſummum appellare debemus, † cùm ſit vnus omnium Prin- 28
ceps, & Rex Regum: & cauſa omnium in eccleſia militantium, vt tradit Bald. *in l. cum antiquioribus. colum final. in lect. antiqua. C. de iure delib.* illi ergò ſoli cui data eſt plenitudo poteſtatis competit ſummitas Sacerdotij, cui non communicat aliena, vt *in c. cùm ad monaſterium. in fin de ſtat. monach.* cuius quidem eſt tanta altitudo, quòd magis fide quàm ratione comprehenditur,
cap. non turbatur. 24 quæſt. 1. † & hac ratione iuſtitiam, quę Prin- 29
ceps, & regina omnium virtutum eſt, ratione virtutis ſummū bonum dicimus, *vt in cap. nimis deuotiſſimam 12 quæſt 2.* Sic etiam qui cæteris eſt ditior ac potentior, & inter homines ſingularis ſummus dicitur, alij verò tituli, vt eſt tex. *in l. 1. C. de quibus mun. libr.*

*libr.*17.illud igitur nomen non Epiſcopis propriè, ſed tantùm illi competit, cui ſedere licet in cathedra Petri, vt etiam de ſella curulli Liuius teſtatur *in* 3.Ex quibus etiam infertur, quòd Epiſcopi hodie non ſolùm ſummi, ſed nec etiam maximi pontifices dici poſſunt, quia illud verbum, maximus, ad illum pertinet, qui ſolus eſt in ſua dignitate, vt eſt dictum per text. not. *in dicta l.illa verba.la 2.ff.de verborum ſign.*concludo igitur ſolum
30 Papam appellari debere ſummum pontificem, † quòd nomen videtur etiam ſibi competere ante coronationem ea ratione, qua competit nomen Epiſcopi, iuxta textum, *in extrauag. Cle. V.incipit.quia nonnulli.in tit.de ſentent.excom.*tradit Felin.*in c.cam te.in 4.colum de reſcript.*licet *gloſſ.* in data Sexti libri contrarium teneat:& Petr.de Aneharan.*ſupra in proœm.huius libri in* 1.*col.* &
31 malè: † & quare ante coronationem nõ ponat in bulla nomen ſuum, ſed tantùm capita Apoſtolorum Petri & Pauli, vide Archid.*in cap.in nomine domini.*21.*diſt.*Et quod dictum fuit de nomine idem de veſtibus eſt dicendum, vt nullus præter Papam poſſit eius veſtibus vti, ſicut de veſte Imperiali legimus *in l.*2.*& 3.C.de veſti.holob.lib.*11. Nam neque nomen Cæſaris alijs quàm Imperatoribus dabatur, vt latè refert Alexand. de Ales. *libr.* 1. *dierum genialium.cap.*2.quamuis hoc quoq; cum tempore mutationem recepit, vt *ibi* præfatus Doctor exorditur. Alio tamen modo prædicta omnia fœdere diſtinctionis cõcordari poſſunt ſi conſiderentur ad hoc dicta Franc. Philelphi oratoris clariſ-
32 ſimi in oratione habita ad Comenſes pro laudibus Lazari Scarampi Epiſcopi, cuius eſt initium, Inſtruenti mihi. † qui aſſerit Epiſcopum poſſe ſummum pontificem appellari, quando eſt in ſuo Epiſcopatu, & ciuitate:& ita procedere poſſent, quæ in contrarium ſunt adducta: ſecùs verò vbi extra Epiſcopatum moram traheret:& ita procedat opinio iſta: quam diſtinctionem licet ad iſtum effectum præfatus vir non adduxit, eam tamen in hoc propoſito Spec.primus conſiderauit *in tit. de iuriſdict. omnium iud.in ver.ſecundum canones,*cum quibus concordat Petr.Andr.Gammia.auditor Rotæ *in commento extrauag.Iulij* II.
33 *fol* 14. & hoc in ratione conſiſtit, † quia quilibet in domo ſua eſt Rex:& quilibet Rex in ſuo Regno eſt Imperator, vt tradit Paris de Put.*in tractatu de re mil.folio* 24. *in* 3.*colum.cap. an liceat Regi pugnare cum Imperatore*, & hoc idem latiſſimè probat Gaſpar Velaſcus Hiſpanus *in ampla repet.l.Imperium.colum.*22. *num.* 53.*cum ſequent.ff.de iuriſdict.omnium iud.*& per cõſequens à ſimili Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu eſt Papa, vt eſt text. *in cap. duo iſta nomina.*23.*quæſt.*4.& tradit Abb.*in cap.venerabilem.in* 6.*colum.de elect.*quo loco refert ad iſtud dictum facetiam Richardi Regis Angliæ, & reaſſumit Anton.Corſe.*in tract. de poteſtate regia. in* 23.*q.*Si igitur Epiſcopus in ſuo Epiſcopatu eſt ſicut Papa in vniuerſo, poterit ſe ibi ſummum appellare, ſecùs verò extra diœceſim:quia illud nomen ſoli Papæ competit vbique, quia eſt E-
34 piſcopus Epiſcoporum, & vniuerſalis eccleſiæ præſidens, † qui totum orbem habet pro diœceſi, vt *in cap.cuncta per mundum.*9. *quæſt* 3.& tradit Felin.*in cap.graue.in* 2.*colum.de offic.ord.* & ante ipſum Firmia.*in tractatu de Epiſcopo.fol.*1.*in* 3.*colum.* & Henric.*in tractatu de ſtatutis ſynodal.parte* 1.*num.*22.& dixi latius in *tractatu meo expectatiuarum in princ.*Vel aliter poſſunt etiam omnes iſtæ
35 difficultates concordari, vt dicamus quòd Epiſcopi, & Papa diuerſis reſpectibus poſſunt appellari ſummi pontifices, † Epiſcopus ratione ordinis, qui eſt præcipuus in eccleſia Dei, & in quo Papa non eſt maior Epiſcopo:vt eſt gloſ.*in proœm.*6.*verſic.Epiſcopus.*ſequitur Iaſ.& Modern.*in l.Imperium.*2.*colum. verſi. nota ex iſto textu.ff.de iuriſdict.omnium iud.*Felin. *in cap. cùm nobis. in* 3.*colum.verſic.aduerte.de præſcript.*Ioan.Franc.Paui. *in tracta.de offic.& poteſtat.cap.ſede vacan.fol.*14.*verſ.quinta ſedet.* & rationem ponit Cald.*in proœm.Decret.in* 5.*colum.*& reaſſumunt Modern. *in tractatu nobilitatis.in* 2.*part.num.*20. vt *ibi* per eos, cum quibus concordat gloſſ.*in cap.nona.verſ.pari.*21.*diſt.*& ſequitur Ludou.Bolo.*in conſil.*75.& latius.& Modern. *in commento extrau. Iulij* II.*in verſic.Epiſcopus*, Et ideò ratione ordinis Papa Epiſcopos fratres appellat, vt dicit Abb.*in cap.quàm graui. de crim.fal.* & vt Papa ſe eiuſdem ordinis oſtendat, Epiſcopum ſe nomi-
36 nat.*in cap.ſaluator.& in c.Epiſcopus.*1.*quæſt.*3.hinc eſt † quòd quãdo Papa eſt prius Epiſcopus in coronatione ſolùm benedicitur, ſed non conſecratur. vt not. *in cap.ad honorem.de author. & vſu pal.& in cap.cùm ex eod.in fin.de pœn.& remiſſ.* & tradit Nico. Archiepiſcopus Iadreñ.antiquus Doctor, *in eo lib. qui theſaurus Pontificalis inſcribitur.in* 1.*part.cap.de coronat.Papa.* Aut verò cõſideramus iuriſdictionem, ſiue adminiſtrationem, & tunc Papa eſt maior omnibus in terra, vt dicunt præfati Doct.pro quibus facit text.*in cap.puto.*2.*q.*7.& eſt cauſa cauſarum, & dominus dominantium, prout dictum eſt *ſupra*, & tradit Fel.*in cap.in* 2.*colum.de conſtitut.*& Ioan.Tabien.*in ſumma.in ver. Papa*, † & 37
hoc adeò verum eſt, quòd non ſolùm eſt maior omnibus Epiſcopis adminiſtratione, & authoritate, ſed etiam omnibus ſanctis, excepto Petro.*cap.*1.20.*diſt.*tenet Abb.*in cap.qualiter, el* 2.*in princ.de accuſ.& in cap.cùm cauſam.in* 5.*not.de elect.* & latius Andr. Sicul.*in c.nouit.fol.*7.*de iud.*Idem Abb.& Mod.*in cap.ne innitaris. & in cap.tranſlato, de conſt.*& reaſſumit Henricus Botteus *in tractatu de ſynodo Epiſcoporum.parte* 1.*num.*17. Et licet aliqui cõtenderent non eſſe Petrum maiorem Paulo, ex eo quia Paulus ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ depingitur à dextris Chriſti, Petrus verò à ſiniſtris:vt etiam in bullis Papalibus obſeruatur:tamen hoc non eſt verum. Nam Papa in adminiſtratione maior eſt Paulo, vt tradit Stephan.de Gaieta *in ſacramentali.folio* 2.*in* 1.*colum.*poſt Arch.quem *ibi* alleg. *in cap. ſunt quidam.* 25. *quæſt.*1.& hoc idem firmant domini de Rota *in deciſ.* 447. *incip. quoddam factũ.in tit.de bigamis.in nouis.*Et illa deſignatio picturę non eſt facta ad oſtendendum poteſtatem clauium, ſed myſterium temporum ante & poſt paſſionem: vt declarat Card. Alexand.*in cap.quamuis.in princ.*21.*diſt.*& ante ipſum rationem illius picturę reddit Specul.*in rationali diuinorum.lib.*7.quem refert, & ſequitur Dec.*in cap.tranſlato.in* 2.*lect.colum.penult.de conſtitut.*& Modern.*in tract.beneficij.in* 5.*q.*1 *partis.in* 3. *requiſito*, ad quæ videnda ſunt quæ tradit Card.S.Sixti, *lib.*2.*de eccleſia. num.* 13.Soli igitur Petro conceſſa fuit clauium plenitudo, & eccleſiæ adminiſtratio, quæ in aſſumptione transfertur, nec aliqua confirmatione indiget, vt not.Ioan.Andr.*in cap.ad honorem, de auth.& vſu palij.*& ſecundùm hanc adminiſtrationem dicimus Papam poſſe æquare quadrata rotundis, & rotunda quadratis, 38
vt dicunt Hoſt.& Abb.*in cap.cùm veniſſent.de iud.*† cui omnia licent præter peccatum:vt idem Hoſtien.dicit *in cap.magnæ.de vo.* Nam facit vnum & idem conſiſtorium cum Deo, vt etiam Hoſtien.not.*in cap.quanto, de tranſlat.Epiſcopi.* Ratione igitur ordinis Epiſcopi olim poterant appellari ſummi Pontifices, & ita procedunt iura ſuperius allegata.Sed ratione adminiſtrationis & poteſtatis, ſolus vicarius Ieſu Chriſti ſummus Pontifex appellatur:*dicto cap.quamuis.*21.*diſt.* & ſecundùm hoc procedunt omnia illa nomina quæ de Epiſcopis refert Domin.*in c.fin.in* 2.*colum.infra de re iud.*Et hæc de iſto nomine ſummus, dicta ſufficiant, ad alia veniamus. † Appellatur etiam Romanus Ponti- 39
fex Papa in ſignum excellentiæ, & Apoſtolicæ poteſtatis, nam hoc nomen Papa, ſecundùm Archid.interpretatur, id eſt, admirabilis, & maior pater, vt dicit Archid. *in cap.quia Sacerdotes, per illum text.*10.*quæſt.*1.nam ſecundùm Doctor. deſcendit à dictione, Papæ, quæ eſt admirantis, vt dicit glo.*in proœm.clem.ver. Papa.* vbi Ioan.And.refert verſus Anglici in poetria noua, [Papa eſt ſtupor mundi, &c.] quam gloſſ.ſequitur Lud.Bolo.*in cõſil.*75.*incip. Quidam A.*& alij non parum multi Doct. quod breuitatis cauſa non refero, & pro interpretatione Archid.facit illud *Eſaiæ* 9.*cap.*[Et vocabitur nomen eius, Admirabilis.] Sed in hoc conſiderandum eſt diligenter, nam iſta interpretatio ſiue deriuatio nominis Papæ, videtur ſatis leuis, & frigida, altius igitur eſt repetenda. Dico ergò ſic, quòd hoc nomen Papa, poteſt interpretari multis modis. Primò deriuatur à dictione græca πάππος, id eſt, Pappos, quæ idem latinè refert quòd maior: hinc auos noſtros maiores, & ſeniores appellamus, à quo quibuſdam literis immutatis Pappous auus deducitur, vnde Anſo.ad nepotem, [Pappos, auiaſq; trementes, &c.] Et quia Romanus pontifex maior eſt omnibus, qui ſunt in eccleſia militante, vt *in cap.ſolitæ.de maior.& obed.* † ac etiam de ſenioribus, 40
olim eligi ſolebat:vt tradit Epiſcopus Zamoren.in ſpeculo vitæ humanæ:& dicetur inferius alio loco, ideò corrupto vocabulo Papa appellatur, id eſt, maior, vel ſenior: cum qua opinione concurrit quidam antiquus, & doctus gloſſator nomine Colmas *in commento pragmatica, titul.de elect.* Vel poteſt dici hoc nomen Papa, teſte Herodoto *lib.*4.*hiſt.*Scithicum eſſe, & ab ipſis prius inuentum, vel vt author eſt Arria.Bithiniacum eſt nomen. Nam omnes iſti Papam Iouem in cacuminibus mõtium conſalutare ſunt ſoliti, apud quos Papæus Iouis dicitur, vt ijdẽ authores meminerunt, & ſequitur Cęlius *lib.*6.*antiquarum lect. cap.*43.quo etiam nomine eorum pueri patres Papas appellãt, quòd nomen ab antiquis venerationis fuit, & vt nonnulli voluerunt à Syracuſijs tractum. Sicut igitur illi primum Papam

Iouem

Iouem,id eſt,patrem appellarunt, quo nomine nihil eſt in ſa-
cris literis gratius,vt latè probat frater Pet.Berchorij in dictio-
natio ſacræ ſcripturæ,ita & nos Romanum pontificem Dei vi-
carium etiam Papam appellamus,id eſt,patrem omnium fide-
lium : ſcripſit deinde paulatim huius nominis appellatio , ad
Græcos,apud quos tamen etiam venerationis fuit hoc nomen,
41 † vt presbyretos omnes morum grauitate,ac ſanctitate pollē-
tes initio Papas appellarent,vt ex antiquis authores ſunt Vgo,
Ioan.de Fanru.& Archid.ex modernis verò Gemin.Card.Ale-
xand.*in cap.ſi Papa.40.diſtin.*hinc euenit quòd Hieron.ſcribens
Auguſtino *in epiſtola cuius eſt initium Anno præterito.*Alipium Pa-
pam fratrem appellat,deinde ſolum Epiſcopis ſanctę vitæ hoc
nomen tributum fuit,vt refert Vgo Doctor antiquus,& Card.
S.Sixti,(vulgò Turre Crem.appellatus)*in cap.abſit.16.diſt.*Nam
beatus Hieron.Auguſtinum Papam nominat,ſic etiam Augu-
ſtinus ad Paulinum ſcribens Aurelium Epiſcopum beatiſſimū
Papā dicit:& Bonifacius comes eundem Auguſtinum eodem
nomine ſalutat , quo etiam nomine Aphricanum Concilium
eundem Auguſtinum inſigniuit , vt *in principio eiuſdem Codi-
cis* eſt videre , quem etiam in hoc propoſito refert gloſſ.*conci-
lij Baſilien.in verbo,Papali.titu.de elect.* vbi etiam de Paulo Sergio
beati Petri diſcipulo meminit,qui Norbonenſ. Papa appella-
tus eſt,vt patet *in ſupraſcriptione,cap.abſit.50.diſt.* quæ ita corrigi
debet:creuit adeò huius nominis æſtimatio,vt iam non ſolùm
Epiſcopi,ſed paſſim & ſimplices Presbyteri, ſicut olim eo no-
mine nuncuparentur , quòd hodie idem cernimus in illo no-
mine Cæſaris,quod ſolis Imperatoribus competebat,vt ſupe-
rius eſt dictum , hodie verò quilibet etiam vilis eo nomine in-
ſignitur: ſicut etiam olim appellatio domini alijs quàm nobi-
libus,& de claro genere natis nō tribuebatur,vt patet *in l.pro-
ximæ.ff.de his quæ in teſt.im.delen.& in authent.habita.C.ne fil.pro pa.
& in cap.graue.de exceſſib.prælat.* cùm eſſet nomen ſuperioritatis,
vt dicit Cornel.*conſil.129.in 3.lib.* Adeò quòd multi Imperato-
res illud nomen domini euitarunt , ne ſuperioritatem indica-
rent,vt ſcribit Sueton.*in vita Octauij,cap.*50.& hoc idem Tybe-
rium,& Alexandrum Imperatores feciſſe legimus, & quidam
tradūt ſuper illo verſu Vergilij:[Et dominum Æneam in regna
recepit,&c.]Hodie verò etiam vilibus, & nebulonibus com-
petit , nec eſt qui non ſibi de honore plurimum detrahi arbi-
tretur ſi hoc nomine non ſalutetur,propter rationem , quam
ponit Bart.*in l.cùm quis.§.Seiam.ff.de legatis* 3.& Paul.de Caſtr.
*in conſil.313.libr.*1.Ita de nomine Papæ factum extitit. Quam-
obrem,vt tanti nominis abuſus tolleretur Aphricani Concilij
Decreto , ſtatutum poſtea fuit ne de cætero aliquis ſummus
pontifex præter Epiſcopum vrbis Romæ , qui eſt vicarius Ieſu
Chriſti tali nomine appellaretur,vt ſuperius fuit dictum, fuit-
que hoc variè obſeruatum,vſque ad tempus Conſtantini ma-
gni,quo tempore Nicæna ſynodus congregata fuit : vbi etiam
inter cætera decreta ſalutaria illud quoque ſancitum eſt , teſte
42 Euſebio , † ne de cætero alius quàm Romanus Epiſcopus Pa-
pa appellaretur : vt ſicut ſolus Romanorum Rex appellabatur
Auguſtus,ita ſolus Romanus Epiſcopus præcæteris Epiſcopis
Papa veluti principalis pater vocaretur,vt de hac re Euſebium
ſequutus meminit Gabriel Theologus inſignis, *in expoſitione
canonis lect.23.in 4.colum.*& ſequitur Ganfridus Cenomanus *in
tract.de ſacr.miſſa.pagin.*27.& hoc idem poſtea Iuſtinianum Au-
guſtum lege lata ſtatuiſſe legimus, vt patet *in Authent. de eccleſ.
tit.in princ.*deinde *in Calcedon. concilio* ſub Leone primo ponti-
fice conſtitutum extitit,vt idem Papa vniuerſalis epiſcopus,&
ſummus omnium pontifex appellaretur,vt Ioan.Fab.*in eo libr.*
quem aduerſus Lutherum ſcripſit,pluribus locis meminit : &
ante ipſum hoc idem plenè eſt proſequutus Ioan.Roffenſis e-
piſcopus *in confutationibus Lutheranis:*& ſequitur Cardin.Gaie-
tanus *in tractat.de primatu eccleſ.cap.*14. & prius hoc tenuit alter
Cardin.S.Sixti,qui appellatur Turre cremata,*in cap.nullus.99.
diſt.* vbi numerat pontifices , qui illis temporibus hoc nomine
ſe appellarunt:& latius hoc ponit *in tract.de eccleſia.lib.2.cap.*16.
& ita *in Grangen.concil.* Simacho Epiſcopo eccleſiæ Catholicæ
vrbis Ro.duodecies acclamatum eſt,Papæ Simacho vita ſit:vt
patet *in cap.in canonib.16.quæſt.in fin.iuncta ſupraſcriptione:*& hoc
idem conſtitutum fuiſſe legimus *in concil.Alexandri* , vt Ioann.
Kyrij *in tractatu de prima.eccleſ.lib.3.cap.*30.author eſt,quo loco
plura ad hoc propoſitum pertinentia congerit , quæ ibi videri
poterunt,licet de prædictis ipſe mentionem nō faciat. Verùm
cùm hæc ita geſta fuiſſent,Græcorum ſchola, quæ ſemper am-
bitioſiſſimis hominibus abundauit,eò deuenit inſolentiæ, vt
non vereretur ad æmulationem ſacrorum cōciliorum, de qui-
bus proximè diximus,in Conſtantinopolitana ſynodo † Ioan. 43
Conſtantinopolitanum Patriarcham Papam vniuerſalem ap-
pellare , illum Romano pontifici æqualem facientes, vt de ea
re meminit Marcus Vigerius Card. *in decacordo Chriſtiano.folio
236.& ſeq.*cuius Patriarchæ inſolentiam Greg. magnus ponti-
fex pluribus Epiſtolis Eulogio,& Anaſtaſio, ac Mauritio Au-
guſto directis, fregit, vt *ex 5.& 6.parte regiſtri epiſtola 24.36.&*
38.clarius apparet. Nec ſatis fuit alijs ſcripſiſſe,niſi etiā ipſum
eundem Ioannem admoueret ſuæ ſtultitiæ,vt cautum eſt *in ca.
eccleſia.99.diſt.* fecerat illud prius Pelagius Papa hoc nomine
ſecundus,qui cùm intelligeret hoc in prædicta ſynodo à Ioan-
ne Patriarcha tentatum directis epiſtolis ex authoritate S.Pet.
eiuſdem ſynodi acta caſſauit,hoc etiam in Taraſio Conſtanti-
nopolitano Adria.1.Conſtantino , & Hirene ſcribens repre-
hēdit:† eadem etiam temeritate captus Dioſcorus Patriarcha 44
Papam eccleſiæ Romanorum ſe appellauit,qui poſt obitum a-
nathematizatus fuit,vt hæc omnia probantur *in cap.fin. §.item
Romanorum 24.quæſt.*2.Semper enim Conſtantinopolitana ec-
cleſia Romanæ æmula fuit ſuperbiens fortaſſis ex eo , quia vi-
deret paria ſibi ferè priuilegia cum Romana tributa fuiſſe , vt
not.gl.*in cap.renouantes.22.diſt.*gloſſ. quam ob rem Conſtantino-
politanam eccleſiam Romanam appellabant,vt patet *in d.§.i-
tem Romanorum,iuncta gloſſ.* Auxerat deinde magis ſuperbiam
illis,quòd Vigilius pontifex hoc idem illis indulſerat , videli-
cet,quòd in prouincijs ſibi ſubiectis locū Papæ teneret, quòd
poſtea Iuſtinia.Imperator lege publica confirmauit , vt eſt vi-
dere *in tit.de eccleſ.tit.in prin.colum.*9.Sicque toties luctatum ex-
titit,donec nouiſſimè ſub Euge.4.*in Concilio Floren.*Græci erro-
rem iſtum , cum pluribus alijs deponentes vnam ſanctam eſſe
Catholicam eccleſiam Rom. eiuſque epiſcopum ſolum Papā
vniuerſalem omnium patrem confiterentur , vt latius refert
Blon.Forliuien.qui non ſolū illi concilio interfuit,ſed vt Scri-
ba,& Secretarius pontificis conſtitutionem ſcripſit:vt atteſta-
tur Cardin.Senogal.*in ſuo inſtrumento Chriſtiano* , & eſt de hoc
edita extrauagans ſub nomine Eugenij 4.*in concilio prædict.*Re-
deundo igitur vnde digreſſi ſumus,concludo , quòd hoc no-
men Papa quoddam numen ,& quaſi viſibilem quendā Deum
præ ſe fert,quod niſi Deo immortali,vel eius vicario tribui nō
poteſt.† Poſſet etiam deriuari hoc nomen à verbo papo,quod 45
ſignificat aliquid pingue,vel delitioſum : iuxta illud Perſij,
[Et ſimilis Regum pueris papare minutum.] Quibus delitijs
pontifices imbui ſolent,vt dicit Epiſcopus Zamoren.*in tracta.
Speculi vitæ humanæ.* Vel Papa poteſt deriuari à papillis , parte
corporis delicatiſſima,& nobiliſſima. Vel à magiſterio, in quo
ſignificato accepit Iuuena. *ibi* , [*Tinnulus prægustat pocula Papas.*]
nam Papa ipſe magiſter eſt omnium:iuxta illud Matth.[*Vos di-
citis me magiſtrum,& bene dicitis,ſum vtique.*] Vel Papa poteſt di-
ci à papos,quod eſt genus cuiuſdam lini candidiſſimi, quo Æ-
gyptiorum Sacerdotes,ſicut hodie Papa ſtolis albis in ſignum
puræ,& immaculatæ mentis indui ſolebant,vt plerique ex Græ-
cis author.meminerūt,quod quidem genus veſtis ab antiquis
Imperatoribus triumphantibus originem habuiſſe conſtat,a-
pud quos in magno pretio fuit linea veſtis, vt latè probat Ioan.
Baptiſt.de ſancto Seuer.*in conſ.pro cano.reg.fol.36.in 3. colum.* &
Cæl.*libr.12.antiq.lect.cap.*40.hæc eadem linea veſtis , & hodie
in vſu eſt matronis mulieribus Romæ,quam eis Zaleucus Rex
lege lata conceſſit,non omnibus,vt hodie paſſim vtuntur,ſed
ingenuis,ac cum ancilla in publicum exeuntibus duntaxat, vt
author eſt Suidas,& Theo.*in lucubratio. ſuis ad Valerium , tit.de
iuſtitia,*niſi etiam velimus ad breuitatem vitæ: qua noſtra æta-
te pontifices viuunt deriuationem huius nominis detorqueri,
& ſecundùm hoc Papa deriuatur à Papi,quod eſt flos carduo-
rum citiſſimè in auras diffluens , vt inquit Plin.iuxta illud Lu-
cret.*libro* 3.[Nec plumas auium papaſque volantes.] Vt ſicut
flos ille citiſſimè vento rapitur,& in auras diſſoluitur, ſic pon-
tificum vita breui tempore deficit,& velociter diſſoluitur , in
cuius ſignificationem adhuc hodie quando Papa poſt creatio-
nem ad S.Petrum ducitur,ſtupæ ante illum comburuntur, &
dicunt illi iſta verba : [Sic tranſit gloria mundi. pater ſancte:]
vt meritò etiam Papa poſſet in hoc papilionibus aſſimilari qui
ſunt vermiculi quidam admirabiles inter noctem, & tenebras
lucentes ad modum ſtellæ, qui quantò mirabiliores ſunt , ita
cæteris vermibus imbecilliores probantur,teſte Colu.*libr.*10.
de A-

de Apibus, vtpote, qui tactu ſolo necentur: ſic Papa quamuis ad-
46 mirabilis ſit potentiæ, † & ita ſe habet in eccleſijs, ſicut Sol in
planetis, vt dicit Bald. *in c. bonæ, el 2. de poſtul. præla.* cæteris tamen
hominibus eſt fragilior & imbecillioris naturæ, vt breui tem-
pore diffluat, & ſicut nebula euaneſcat. Nec hactenus inuen-
tus eſt ex eodem ordine iam robuſtus, qui annos Petri ſupera-
uit, quamuis ex eis plures ad apoſtolatum iuniores ſunt electi:
rationem huius imbecillitatis, & breuitatis vitæ pontificum
ſcribit Rodericus epiſcopus Zamoren. *in Speculo vitæ Pontificũ.*
Conſideret igitur ſeipſum Papam, & tumorem deponat, & co-
gitet quid ſit: quia homo quis: quia epiſcopus homo natus. E-
piſcopus factus, ſed qualiter natus, de muliere breui viuens tẽ-
pore, qui ſicut flos agri ſtatim marceſſit, & dilabitur: cuius mi-
ſerias ſatis deplorat Pela. antiquus Cardin. *in lib. de eccleſ. planct.*
47 *artic. 13.* † ſunt tamen qui putant nomen iſtud, Papa, corruptũ
eſſe, ſicut pleraque alia aduentu Gothorum: nam cùm primò
breuitatis literis ſcriberetur hoc modo, propter, vel iſto, Papa,
quod idem præ ſe fert, quòd pater patrũ, vel pater patriæ, vul-
gus indoctum illas dictiones abbreuiatas ad iſtam appellatio-
nem nominis Papæ, qua hodie vtimur, retulit: & illius abbre-
uiationis antiquę argumentum præſtat ſtylus ſcriptorum bul-
larum, qui eodem modo ſicut olim hodie per abbreuiationẽ,
propter, ſcibunt: Sic etiam videmus factum in illis literis quas
48 nunc Romani pro inſignijs vtuntur, cruce in principio appo-
ſita, videlicet, † S. P. Q. R. Nam cùm illæ litteræ olim ita ab-
breuiatæ à Sibylla laminis æreis inſculptę dimitterentur in va-
ticinium Chriſti Domini ſub illo ſignificatu, videlicet, Salua
populum quem redemiſti. Illi hoc vaticinium ignorantes ad
illum ſenſum detorſerunt, videlicet, Senatus populuſque Ro-
manus, cui quidem interpretationi vulgati ſeries illarum litte-
rarum non ita quadrat ſicut primo ſignificatui, ſi crucem in
principio poſitam, & illud Q. conſideraueris, ita etiam factum
apud Iuriſperitos de litteris Digeſtorum legimus. ſicut de ple-
riſque alijs: nam errore literarum factum eſt, vt illud nomen
Digeſtis, per duplex ff. nulla ratione referatur, vt de iſto erro-
re Alciatus, Budæus, Cotta, & multi alij: & noniſſimè Petrus
Andr. Rotæ auditor *in extrauagant. Iulij. folio 47.* meminerunt.
Et iſta de hoc nomine, Papæ, dicta ſufficiant. De alijs verò no-
minibus quibus appellatur Papa, vide hic Dominic. & Mo-
49 dern. † & vltra ipſos textum *in cap. antiqua. de priuileg. & capitulo
3. de iure patronatus.* vbi appellatur Antiſtes, *& in cap. ſignificauit,
de cenſibus*, appellatur Præſul, appellatur etiam Archiepiſco-
pus, & interdum Patriarcha, vt nota. Archidiac. *in capitulo cle-
ros, & in capitulo, in tantum. 21. diſtinctio.* multis alijs nominibus
inſcribitur Papa, quæ breuitatis cauſſa omitto. Hoc vnum
conſiderandum eſt, quòd nullus principum inuentus eſt, qui
tot nominibus inſigniretur ſicut Papa. Et ratio in promptu eſ-
ſe poteſt, quia nullus principum vicem gerit in terris, ſicut il-
le: vnde, ſicut Deus in ſacra ſcriptura pluribus nominibus
nuncupatur propter varios effectus, vt tradit gloſſ. ordinaria,
ſuper illo dicto Zachariæ 14. [*& erit nomen eius vnum,*] & declarat
Lyra, *Exodi cap. 6.* & gloſſ. *ſuper capitulo primo. Paralippomenon.* I-
ta & Papa pluribus nominibus nuncupatur, & hoc regulare
eſt in ſacra ſcriptura, vt eadem perſona, pluribus nominibus
appelletur, vt patet de Petro Chriſti Vicario, & alijs, quos e-
numerat idem Nicolaus de Lyra, *in cap. 36. Geneſ.* erat enim an-
tiquitus obſeruatum, vt habenti vnum nomen in promotio-
ne dignitatis alterum imponeretur, quo nominari deberet ex-
emplo Chriſti, qui eligens Apoſtolos, nomina eis impoſuit,
quòd Chriſti exemplum poſtea ſecuti ſunt pontifices in ſui
creatione nomina mutantes, vt dicit Nicolaus de Lyra poſt
gloſſ. ordinariam, ſuper illis verbis, [*Simonem, quem cognomina-
uit Petrum*, &cæt.] *Lucæ ſexto cap.* & ex hoc confutatur illa opi-
nio Platinæ, & ſequacium in vita Sergij, qui dixerunt mutatio-
nem huiuſmodi nominis ab illo cauſſam habuiſſe, quod eſt
falſum, magna enim fuerat apud illos veteres maximè He-
bræos nominum imponendorum cura, vt apud Platonem, *in
Cratylo*, latè diſſerit Marſilius Ficinus, quam nominum ſcien-
tiam legi ſcriptæ præponentes Moſi, & Patriarchis à Deo da-
tam fuiſſe affirmant, vt de his latè Franciſcus Siluius *in epiſtolis
virorum illuſtrium. folio 189.* diſputat, & longè magis Ludouicus
Cælius *libro decimotertio antiq. lectio. capitulo quinto, & ſequen.* qui
ſingularium nominum præter cæteros, interpretationem ag-
greſſus eſt. Illud tamen non eſt omittendum, quòd prædicta
nominum multiplicatio in eadem perſona non paſſim omni-
bus olim permittebatur, ſed duntaxat nobilibus, qui tribus
nominibus poterant appellari, vt author eſt Auſonius *in Gri-
phon.* Nam ſecundùm Appianum *in proœm. lib. qui Lybicus in-
ſcribitur*, ab initio Romanis non niſi vnicum nomen erat, de-
inde aſſumpsêre duo, nec multò poſt tertium, in paſſionis, vir-
tutiſque teſtimonium, quale eſt illud, quod pontifices hodie
capiunt propter dignitatem, quod prænomen appellari poſ-
ſet, cuius originem Priſcianus ponit *libro ſecundo.* quamuis Po-
litianus more ſuo *cap. 21. miſcellaneo.* in diſputationem vertat, ex
dictis Appiani *libro tertio bellorum ciuilium.* Sed omiſſis diſputa-
tionibus illud verum eſt, nobiles tantùm plura habuiſſe no-
mina, vt ſcribit latè Alexand. de Alexand. *in diebus genialibus, li-
bro primo capitulo ſecundo*, ſicut hodie pontifices: nam videmus
quòd olim Papam Epiſcopi conſocium appellabant, vt Opta-
tus: alij conſacerdotem, vt Ambroſius: alij patrem, vt in con-
cilio Epheſino, & Taurinenſi, & de iſtis latè diſſerit Nicolaus
Cuſſa Cardinalis, *libro ſecundo de concordan. catholica. capitulo 17.*
& de veſtibus quibus indui debent: & de earum origine, &
ſignificatione latius ſcribit Franciſ. Georgius *in Armonia mun-
di, tomo tertio.* † Nota ſecundò ex iſto textu, *ibi, omnia iura, &c.* 49
iuncto verſiculo. quia tamen. Quòd ſpecies ſumpta de genere re-
ſtringit ipſum genus, vt generaliter non intelligatur, ita colli-
gitur *hic*: & iſtam regulam facit Andreas Siculus *in capitulo cùm
ordinem. in penultima columna, numero 67. de reſcriptis.* vbi latiùs
loquitur: & Iaſon *in l. præſcriptione, in quarta columna. verſic. ſed e-
go. Cod. ſi contra ius vel vtilitatem publicam*, Alberic. Bald. Angel.
& Imol. *in l. cùm in teſtamento, §. qui tres.* per illum textum, *ff. de
hæred. inſtitut.* cum concordan. vt ſcribit Marian. Socin. *in ſpec. ca-
pit. ſententiam ſanguinis, in vltima parte. quæſtione ſecunda in fine, ne
cler. vel monach.* amplia hoc ex dictis Felin. poſt Andream Sicu-
lum, *in capitulo ſedes. ſupra de reſcript.* vbi eſt de hoc textu. Et hoc
procedit quando ſpecies eſt poſita cauſa diſpoſitionis, ſecus
verò ſi appoſita ſit ad declarandum, vel demonſtrandum ip-
ſum genus, *vt in l. quæſitum §. item ſi fundum. ff. de fundo inſtruct.* &
hoc in dubio præſumitur, videlicet, quòd cauſſa demonſtra-
tionis, & declarationis appoſita fuerit, vt in notabili caſu tra-
dit Bartol. *in l. Centurio. colum. 7. in verſic. ſed quid ſi dixi. de vulgari.
& pupillar.* & *in pulchra quæſt.* hoc idem conſiderat Paul. de Ca-
ſtro *in conſil. 358. Quia exceptiones, colum. 2. verſic. reſtat. in 1. volum.*
cum concordan. quæ ſcribit Dec. *in l. in toto. num. 13. ff. de regulis
iuris.* & iſto modo iuſtificantur ea, quæ Andr. Sicul. adducit, *in
cap. bonæ, el 1. in 2. colum. de poſtulat. prælat. & in dicto capit. cùm ordi-
nem.* Sed circa iſta conſiderandum eſt ſubtiliter, quia ſignifi-
cans ponitur per dictionem vniuerſalem omnis, prout *hic* tex.
ibi, omnia iura, & cæt. non videtur, quòd reſtringi poſſit, quia
qui excipit caſum ab vniuerſalitate reddit propoſitionem fal-
ſam. *l. is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dubijs*, quia non eſt verum, 50
dicere omnes homines legere ſi Petrus currit, & excipitur: †
nam vniuerſalitas de natura ſui non poteſt verificari de pro-
prietate ſermonis in maiori parte. *l. non diſtinguemus. §. cùm in
plures. ff. de arbitr.* & in not. caſu tradit Aretin. *in l. 1. § ſed ſi mihi. in
2. colum. ff. de verborum obligat.* vbi per hoc concludit, quòd iſta
ſtipulatio non valeat ſi dico, promittis omnes ſeruos tuos? &
tu reſpondeas, promitto excepto vno: quia tali caſu non cen-
ſetur reſponſum interrogationi, quæ vniuerſalis fuit, & ideò
regula prædictorum Doct. poſſet procedere quando ponitur
genus indefinitè, id eſt, ſine ſigno vniuerſali, vel quando eſt fa-
cta expreſſio in vltima voluntate, vel actibus hominũ, in qui-
bus de voluntate expreſſa conſtat, ſecus autem in dubio, vel
quando talis vniuerſalis propoſitio à lege exprimitur. Nõ ob-
ſtat iſte tex. quia reſponderi poteſt: Primò, quòd *in ver. quia ta-
men.* non ponitur exceptio, ſed diuerſus caſus, † vt patet ex di- 51
ctione, quia, quæ capitur pro ſed: & ſic inducit ſeparationem,
vt tradit Bart. *in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Treb.* & hoc manife-
ſtè apparet in tex. quia illa verba omnia iura loquuntur de iure
cõmuni, ſed exceptio de qua in *ver. quia.* loquitur de conſuetu-
dine & ſtatutis ſingularium locorum: vnde dupliciter iſte caſus
eſt diuerſus à primo, nec potuit in genere cõprehendi, quia ge-
nus loquitur de iure, & iſte ſecundus caſus loquitur de his quę
conſiſtũt in facto, quæ inter ſe ſunt diuerſa, vt *in rub. ff. de iur. &
fact. ign.* Secundò, quia genus loquitur de iure communi: & iſte
ſecundus caſus de ſpeciali: & ita iſte tex. declaratur. Et ad iſtam
regulã, quòd ſpecies ſumpta de genere illud reſtringit, vidẽda
ſunt quæ dicit Soc. *in conſ. 300. In caſu. in 2. col. li. 2. vbi not.* limitat
procedere quãdo genꝰ exprimitur neutraliter, ſecus ſi p nomina
ſubſtan-

ſubſtantiua, vt *ibi* per eum. Nota tertiò quòd princeps conſti-
tutionem condendo poſteriorem cenſetur primam contrariã,
licet de ea mentionem non fecerit reuocare, ita ad hoc iſtum
text. not. Archid. *in cap. quoniam. in gloſſ. 1. 17. diſt.* & ad hoc idem
ponderat in pulchra quæſt. Ioan. Andr. *in regu. indultum. in 1. col.*
infra de regu. iur. in Mer. & Dominic. *in cap. 1. in 2. colum. infra de in-*
52 *reiur.* & per hoc dicit Alexand. *in l. 1. in 2. col. ff. ſi cert. peta.* † quòd
ſi rubrum contradicat nigro, ſtandum eſt nigro tanquàm vlti-
mo, allegat inter alia text. *hic*, & hoc procedit, etiam ſi prima
conſtitutio ſit iuris ciuilis, vt tradit Alexand. per iſtum text. ge-
neraliter loquentem, *in l. ſi quis iniquum. §. ſi is pro quo. in 1. colum.*
quod quiſque iur. quod probat ratione, quia Papa poteſt tollere
omnia quæ ſunt de iure ciuili etiam ſi magni ſunt præiudicij:
Nam videmus quod tollit exceptionem, quæ eſt de iure ciui-
li, & alia de quibus ibi per eum, facit optimè text. *in cap. ex par-*
te. de offic. delega. & hoc patet in iſto text. vbi per ſecundam con-
ſtitutionem tollit primam, & tamen non diſtinguitur, an illa
prima ſit iuris canonici, vel ciuilis, intelligitur ideo de vtra-
que. Sed circa hoc vltimum ſatis eſt cogitandum, per ea quæ
traduntur *in cap. ſi duobus. de appell. & in cap. per venerabilem. qui fi-*
lij ſint legit. & ideo in hac materia diſtinguendum eſt ſecundum
quod facit Cardin. de Turre Crema. *in cap. conſtitutiones. in 2. co-*
lum. 10. diſtin & Socin. *in conſil. 41. in 3. colum. lib. 3.* regula tamen
iſtius text. generaliter vera eſt, quod per ſecundam conſtitu-
tionem tollitur prima contraria, licet de ea non ſit facta men-
tio. Sed aduerte modo, & conſidera diligenter, quia contra
iſtam regulam text. noſtri vrget nouum, & fortiſſimum con-
trarium, ad quod non video Scribentes *hic* aduertiſſe: nam cla-
ra eſt regula quæ ponitur *in l. fina. C. de indi. vidui. tol. & l. 1. §. fina.*
53 *C. de lati. liber. tol.* † quòd quando lex noua reuocat priorem an-
tiquam debet facere de illa ſpecialem mentionem: ita ſunt ibi
text. quos ad hoc ponderat, & dicit meliores de iure Andr. Si-
cul. *in cap. 1. colum. 14. num. 37. vt lit. non conteſta.* cum multis con-
cord. quæ idem ſcribit *in conſil 39. Clementiſſime Deus. in 3 colum.*
lib. 1. & in repetit. cap. Raynaldus. in 75. colum. de teſtam. & alibi ſæpe:
& ita firmat Bartol. *in l. 1. ff. vi bono. rapt.* ad idem eſt text. *in l. ſan-*
cimus. C. de teſtam. & in l. præcipimus. in fin C. de appellat. cum ſimi. lib.
vt per Corne. *conſil. 199. incipien. In prima conſultatione. colum.*
antepenult. lib. 2. hic autem contrarium diſponitur: ergo malè.
Quid dicendum? repetio quòd Andr. Sicul. *in repet. rubr. extra*
de cau. poſſ. & propriet. quem refert, & ſequitur Anton. Corſ. *in*
notab. ſuis in ver. correctio. dicens ſe fuiſſe inuentorem huius con-
trarij aduertit ad hoc, & reſpondet quod iſta contraria proce-
dunt quando poſterior lex eſt correctoria prioris: nam tunc
bene de prima debet fieri mentio, & ita procedit text. *in d l fin.*
& opin. Bartol. *in d. l. 1. ff. vi bon. rap.* Sed ſi lex poſterior non eſſet
correctoria legis veteris, ſed tantùm contrarium ſtatuit illius
quod erat in lege veteri ſancitum, tunc non requiritur mentio:
& ita procedit iſte text. Adde pro iſta opin. bene facere quæ di-
cit Salic. *in l. 1. de ſer. reipub. man.* & quæ ſcribit latè Dec. *in conſil.*
25. in 2. par. in 1. & 2. colum. dum allegat Bartol. *in l. omnes populi.*
in 10. colum. ff. de iuſtit. & iur. Tamen iſta ſolutio mihi non ſatiſ-
facit. Primò, quia iure non probatur, & quia nulla videtur dif-
ferentia, an lex vltima corrigat, an contrarium ſtatuat, quia v-
troque modo prima lex reuocata reperitur, vt colligitur ex di-
ctis Anton. de Butr. *in cap. non debet. in 3. not. per illum text. de con-*
ſang. & affinit. qui promiſcuè alleg. textum iſtum, & iſte text. ſi
rectè ponderetur confundit iſtam diſtinctionem: nam loqui-
tur etiam de conſtitutione correctoria, prout patet *in ver. reuo-*
54 *care.* † nam reuocare nil aliud eſt quàm corrigere, vt eſt doctr.
Cardin. *in Clem. ſtatutum. in princip. de elect. & Clem. ſi Romanus. de*
præbend. & corrigere quis dicitur quando tollit primam conſti-
tutionem in totum, vt dicit in terminis Andr. Sicul. *in Clem. ne*
Romani. in 7. colum. in fin. de elect. & eſt de hoc text. *in cap. 1. de cog.*
ſpir. & deciſio Bartol. expreſſa *in extrauag. ad reprimen. in ver. non*
obſtan. vbi dicit, quod quando lex noua venit corrigendo le-
gem antiquam non requiritur mentio, alleg. text. noſtrum *hic*,
& l. non eſt nouum. & l. nam & poſteriores. ff. de legib. ad idem eſt de-
ciſ. Ioan. de Imol. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. matr. in 6. colum.* qui
dicit quod quando lex vltima venit corrigendo antiquam ſuf-
ficit quod ex mente nouæ legis hoc corrigatur, licet verba ſint
generalia, quod dictum ſequitur Dec. *in l. 1. in penult. colum. C. de*
bono. poſſ. contra tab. poſt Alexan. *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. & in*
conſil. 102. Super eo: colum. fin. in 3. volum. & ſic iſte text. loquens
de conſtitutionē reuocatoria, ſiue correctoria, quod idem eſt,
per ſupradicta, non requirit mentionem prioris conſtitutionis
contrariæ: cuius contrarium Corſet. & præceptor eius tenue-
runt. Quid igitur dicendum? cogitabam ſi ad iſtud contrarium
reſponderi poteſt altero de duobus modis. Primò, quod *l. fin.*
cum ſim. loquatur quando lex antiqua in parte corrigitur: tunc
enim bene requiritur expreſſa mentio, ea de cauſa, vt ſciamus
quæ pars fuerit reuocata: ita expreſsè loquitur *d. l. fin §. fin.* quã
ita intelligit, & ad hoc not. & commendat pro ſingulari idem
And. Sicul. *in repetit. rubr. C. qui admit. in 3. colum.* poſt Bald. *in d.*
§. fin. & ita intelligit idem Andr. Sicul. *in cap. 1. in 3. colum. de con-*
ſtitu. & in c. cùm omnes. num. 5. in fin. & in cap. cùm acceſſiſſent. num.
116. eod. tit. Et ratio eſſe poteſt, quia tali caſu illa pars quæ corri-
genda venit dicitur diſpoſitio ſpecialis, & de ſpecie facienda
eſt mentio, vt dicam infra in alio notab. Sed text. noſter loqui-
tur quando prima cõſtitutio generalis reuocatur in totum per
ſecundam contrariam. † Vel ſecundo poteſt ad iſtud contra- 55
rium reſponderi, quòd expreſſa mentio dicitur fieri trib. mo-
dis: vno modo, verbis generalibus: alio modo, ſpecialibus: ter-
tio modo, verbis ſpecificis, & nominatim, doctrina eſt Bart. *in*
l. 1. ff. de vulga. & pupilla. & in l ſi quis in princ. de lega. 3. facit text. ſe-
cundùm vtrumq; intellectum *in l. fin. §. omnem. C de admin. tut.*
vbi latiſſimè dixi *in ſingularibus meis*: & tradit Andr. Sicul. *in*
cap. ad aures. in 4. col. num. 17. de reſcript. dum igitur text. *in d. l. fina.*
C. de indi. vidui. cum aliis ſuperius adductis volunt debere fieri
mentionem in poſteriori lege, debet intelligi de mentione ge-
nerali per clauſulam non obſtante: & ita tenet Alex. *in l. fin. in*
apoſtill. ad Bartol. *C. ſi contra ius vel vtil publ. in addit. magna ibi. not.*
quod, &c. Et pro hoc videtur eſſe caſus *in extrauag. ad reprimen.*
circa fin. ibi, non obſtantibus legibus, & conſuetudinibus quibuſcunque:
& text. clarus *in cap. ſi Apoſtolica. infra de præben.* & dum text. iſte
dicit non requiri mentionem, intelligitur de mentione ſpecia-
li, generalis tamen mentio requireretur, & ita contraria con-
cordantur: pro qua diſtin. facit dictum Dominic. *in d. cap. ſi Apo-*
ſtolica. in 4. not. & in cap. ſi propter. de reſcrip. Nec obſt. *l. præcipimus.*
in fin. C. de appell. ibi, ſpecialiter: quia intelligitur generalibus ver-
bis: vt probat Bart. *in d. l. 1.* & ita Sali. etiam aliũ text. reſoluit per
iſtum modum loquendi *in l. ea quidem. C. de accuſ.* dum reſpon-
det ad *l. ſi maritus. §. lege Iulia. ff. de adult.* quæ vtitur hoc verbo,
ſpecialiter: & illum ſequuntur Moder. Bono. *in repet. l. 1. de accu.*
& quod iſte text. debeat ſic neceſſario declarari probatur per
text. *in cap. duo. 50. diſt. & cap. hoc ipſum. 35. quæſt. 2.* in quibus iuri-
bus probatur, quòd quando diſcors canonum inuenitur ſen-
tentia, ſtari debet potius antiquioribus quàm nouis: & ſic ibi
text. diſponit vltimam conſtitutionem non præualere: ratio
eſſe poteſt, quia in dubio non præſumitur eſſe intentionis Pa-
pæ velle tollere ſtatuta prædeceſſorum: *vt in cap. ſi ille.* & *ibi* not.
Præpoſit. *50. diſtinct. & in cap. 1. 55. diſtinct. in 1. not.* requiritur er-
go aliqua mentio, vt de eius voluntate conſtet per clauſulam
non obſtan. vel ſimilem, ex qua facilè mens ſtatuentis collige-
tur volentis à prima recedere: nam in tali caſu ſecundæ conſti-
tutioni primæ contrariæ ſtabitur: & ita procedit iſte text. & gl.
infra verſic. noſcatur. in fin. dum contra iſtum text. oppo. de dictis
iuribus, & non ſoluit: & ad hoc bene faciunt ea, quæ inferius
dicentur. Not. igitur iſtam differentiam inter legem contra-
riam ſimpliciter diſponentem, & habentem clauſulam non
obſtan. quia primo caſu lex noua poterit reduci ad cõcordiam
cum antiqua; & ita procedit *l. nam & poſteriores. ff. de legibus.* Sed
quando non habet clauſulam non obſtan. ſecus, & ita etiam
tenet Pet. de Anchar. *in repet. cap. 1 ſol 5. in 3. colum. de conſtit.* Nec
obſt. text. *hic in 2. reſpon.* qui ſecundum Doctor. aduerſatur ca-
ſui præcedenti: dum dicit, quòd de ſtatutis & conſuetudinibus
ſingulorum locorum, vel perſonarum debet fieri mentio, quia
dico quòd debet intelligi de mentione ſpeciali, non de gene-
rali, & iſto modo iſte caſus bene diuerſificatur caſui præceden-
ti, qui loquitur de mẽtione, ſiue expreſſione generali, & quod
iſta particula huius text. debeat intelligi de ſpeciali mentione,
eſt deciſ. Bartol. *in terminis in l. prætor ait. §. diuus. ff. de ſepul. viol.*
quod tene menti. Sed tamẽ adhuc aduerte, quia repetio quod
circa hoc vltimum Ægid. de Bell. *in deciſ. 32.* tenet contrarium,
& dicit quod in 2. parte iſtius text. ſufficit facere mentionem
generalem de ſtatutis contrariis per alleg. *ibi* per eum, & pro
ſua opin. eſt deci. Lap. Abb. *hic*, & Bald. *in cap. cum omnes. in 6. co-*
lum. verſic. modo Papa. de conſtitut. ſequitur Dominic. *in cap. fin. 1.*
in 5. colum. infra de conſuet. Sed dicas quòd prima opinio vide-
tur verior, pro qua eſt deciſio domi. de Rota *in deciſio. 3. in titu.*

de reſcript. in nouis, dum loquuntur de ſtatuto ſingulari eccleſiæ, & dicunt requiri ſpecialem mentionem, & idem videtur tenere Dominic. ſub diſtinctione tamen in *cap. ſi cui. in 5. colum. infra de præben.* dum alleg. text. *hic*. & Modet. Peruſin. *hic in vltimo notab.* & Aretin. *in conſil. 105. In præſenti conſultatione. in 5. colum. verſic. præterea ſtatutum*, non tamen hoc eſt ſine difficultate propter varietatem opin. vt patet ex dictis per Baldum, *in l. humanum. in 1. colum. C. de legib.* & Felin. *in cap. nonnulli. in 6. colum. de reſcript.* Sed tamen vltimum mihi videtur verius per ſuperius al-
56 lega. † Poſtremò contra primum dictum obſtat, quia argumentum de lege ad teſtamentum eſt validum. *§. diſponat. in Authent. de nupt. l. ſi quis legauerit. cum l. præcedenti.* vbi Bartol. *de leg. 1.* & ita de vno ad aliud arguit Imperator *in l. cum quidam. verſicu. quemadmodum. Cod. de verborum ſignificatione.* ſed teſtator per ſecundum teſtamentum tollit primum nulla facta mentione, vt tenet *hic* gloſſ. *in ver. reuocare.* arguendo à ſpeciali de *Authen. hoc inter liberos. C. de teſtam. & l. diuus. §. liter. ff. de iure cod.* cum concord. vt ſcribit Cardin. *in conſil. 52. incipien. In præmiſſo dubio. colum. prima.* ergo eodem modo & ſecunda lex de prima contraria non debet facere mentionem. Reſpondeo dupliciter. Primo quia negari poteſt quòd ſecundum teſtamentum ſine aliqua mentione vel generali, vel coniecturata reuocet primum, cùm text. ſit in contrarium *in l. ſancimus. C. de teſtam.* vbi probatur quòd tunc irritum erit primum teſtamentum cùm teſtator dixerit illud non voluiſſe valere, vel aliis verbis contrariam oſtenderit voluntatem. Non obſtat, *d. Authent. hoc inter liberos.* per locum à ſpeciali: quia dico quod illa mentio de qua *ibi* loquitur textus, intelligitur de ſpeciali, non autem de generali: probatur, quia teſtamentum inter liberos dicitur habere clauſulam derogatoriam: vt tenent hic Moder. & Doctor. *in d. Authent. hoc inter liberos. & in l. ſi miles. & ibi. §. in legatis. de leg. 1.* & tamen de clauſula derogatoria debet fieri mentio ſpecialis: vt latè concludit Felin. *in cap. accedentes. in 2. colum. extra de præſcriptio.* & Cardin. *in d. conſil. 52. in 2. colum.* Sic ergo illud quod dicitur, quòd ſecundum teſtamentum reuocat primum non facta mentione, intelligo de ſpeciali, generalis autem mentio requiritur *per d. l. ſancimus.* & ita erit noua declaratio ad iſtam doctrinam. Vel ſecundo reſponde quòd illa regula. *§. diſponat.* non procedit generaliter, vt declarat Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio. el 2. ff. de condit. & demonſtrat.* & latè Iaſon per illum textum, *in l. nemo poteſt. in 2. colum. & 2. lect. de lega. 1.* illud enim procedit quod voluntas teſtatoris eſt lex in fauorem illius pro quo diſponis, ita declarat Bartol. *in l. 1. colum. fin. C. de pact.* non tamen hoc generaliter eſt verum quoad alios, in quo lex imponit vinculum, & ita reſoluto illo argumento iura concordantur, & pro iſta concordia facit quod dicit Dominic. *in cap. ſi propter. colum. penult. infra de reſcript.* dum allegat iſtum textum. Vel tertio generaliter reſponde ad contraria ſupra facta quòd *d. l. fina.* cum aliis non loquitur diſpoſitiuè vt ibi patet, quo caſu illa verba non inducunt neceſſitatem, vt tradit gloſſ. ſingularis approbata ab omnibus *in l. vnica. C. quando non peten. par.* Si igitur contrarium fiat nihilominus lex valebit etiam ſi eſſent verba diſpoſitiua, cùm non ſit in dictis iuribus clauſula annullatiua, vt dixit Alexan. *notabiliter in conſil. 24. Inſpecto proceſſu. in 1. colum. in 4. vol.* maximè in principe de quo loquimur, qui non ligatur legibus, & dicitur habere iura in ſcrinio pectoris: fruſtra enim hoc in text. diceretur ſi de antiquis legibus deberet mentionem facere. Concludas ergo quòd illud eſt de bene eſſe, & ad abundantem cautelam non requiritur de neceſſitate, & ita iſta iura poſſunt reſolui: cogita tamen quia non videntur iſta eſſe ſine difficultate. Retenta tamen prima clauſula pro vera, limitatur non habere locum quando prima conſtitutio fuiſſet ſpecialis, & ſecunda generalis, quia tali caſu iſte textus non procedit, nec ſpeciei per genus cenſeretur derogatum, ita nota. dicit Bartol. *in extrauag. ad reprimen. in verſic. non obſtan.* & eum ſequitur Petrus de Ancharan. *in repet. cap. 1. fol. 5. in 3. colum. de conſtitut.* & ratio iſtius limitationis eſt, quia ſpecialis diſpoſitio cenſetur ignorari, vt *hic* eſt caſus *in ſecunda parte text.* qui videtur hanc limitationem probare, & ideo requiri-
57 tur quòd ſpecialis fiat mentio, † vel quia ſpecialis diſpoſitio dicitur dignior generali, & ideo non tollitur, niſi de ea fiat mentio, vt dicit Bald. *in l. 1. ff. de offic. conſul.* ſequitur Gulielm.
58 Monſera. *in commento pragmaticæ, fol. 5.* † Nota quarto ex iſto text. quòd ſtatutum, & conſuetudo æquiparatur, ita iſtum textum in notabili quæſtione ponderat Ioan. Andr. *in regula, nemo. la 2. in quæſt. ibi, quinto. infra de regu. iur. in merc.* & ad hoc idem not. Dominic. *in cap. fin. in §. vbi vero. in 1. colum. de appellat.* cum ſimilib. vt ſcribit Iaſon *in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. in 2. colum. verſic. 4. ex prædictis. ff. de iureiuran.* Felin. *in cap. quòd ſuper his. in penult. colum. de maior. & obedien.* & Federic. de Senis *in conſil. 17. Quæſtio talis eſt. in 2. colum.* qui ad hoc, ponderant illum textum, *& l. de quibus. ff. de legib.* facit ad hoc, quia conſuetudo idem eſt quod ſtatutum: vt not. dicit Bald. *in l. 2. circa fin. C. de bon. lib. cum concordan.* vt per Iaſon. *in l. omnes populi. in 1. notab. ff. de iuſtit. & iure. in lectu.* & tradit Alexand. *in conſil. 198. Maturè digeſtis. colum. 3. lib. 2.* Sed aduertendum eſt, quia iſta non ſunt generaliter vera: nam quando inter vnicum caſum, & alium
reperiuntur plures differentiæ, quàm concordantiæ, † illi ca- 59
ſus dicuntur diſſimiles, & non æquipollentes, ita Abb. *in cap. tranſlato. de conſtitut. & in cap. quemadmodum. de iureiuran.* & eſt bonus text. quem *ibi* not. Baldus & Iaſon *in l. 1. C. de iure emphyteut. cum concord.* quæ ponit gloſſ. *in cap. ſic enim. in verſic. nunquid. 28. quæſt. prima.* hinc eſt quod argumentum à ſimili eſt ita fragile quòd data diſſimilitudine etiam parua corruit, vt dicit Anton. de Butr. *in repetit. cap. fina. in 50. colum. de conſuetud.* Et regulariter data inſtantia iſtud argumentum tollitur, vt eſt textus notab. *in cap. cum Marthæ. & ibi not.* Abb. *in princip. de celebratione miſſa.* facit text. *in §. pauonum. Inſtitut. de rerum dim. Inſtitut. de rebus corpor. & incorpor. in princip.* Sed inter ſtatutum, & conſuetudinem repeiiuntur plures, & ſubſtantiales differentiæ, quàm concordantiæ, quas latè congerit Rochus Curt. *in tracta. conſuetu. in tertia quæſtione. princip. colum. 95.* & tradunt Abb. & Modern. *in cap. clerici. de iudic.* & latè Andr. Sicul. *in proœm. Clement. ſuper gloſſ. in verſicu. iuris.* & notabilius Felin. *in capitulo primo, in ſecunda columna, verſicu. limitatur hæc ampliatio. de re iudic.* ergo illa æquiparatio non procedit, non obſtat iſte textus, quia licet hic videantur æquiparari quoad hoc, vt ſicut de ſtatuto debet fieri mentio, ſic etiam de conſuetudine, cùm conſiſtant in facto: per hoc tamen generaliter, & per viam regulæ in aliis caſibus, non cenſentur æquiparari, immò habent ſe conſuetudo & ſtatutum tanquam ſpecies oppoſitæ, nec ſe compatientes in eodem ſubiecto: patet, quia ſtatutum eſt ius ſcriptum, conſuetudo verò ius non ſcriptum: & ſic ſunt ſpecies oppoſitæ, nec ſe compatientes in eodem ſubiecto, vt dicit Petrus de Ancharan. *in cap. cum dilectus. de conſuetud.* pro quo alleg. text. *hic*: ad idem eſt doctrina Bartol. *in l. de quibus. in fine.*
ff. de lega. dum concludit, † quòd ſi actor in libello faciat men- 60
tionem de ſtatuto, & poſtea probet de conſuetudine debet ſuccumbere, & hunc ſequitur Iaſon *in l. præſcriptione. in quarta colum. Cod. ſi contra ius vel vtilit. public.* & ideo tene quòd regulariter ſtatutum, & conſuetudo differunt, & appellatione vnius non venit aliud, prout latè dicit Curtius *loco ſuperius allega.* & manifeſtè colligitur *ex rubri. de ſtatutis, & conſuetud. in vſib. feu.* vbi illa ponuntur vt diuerſa. Nam ea quæ habent diuerſam cauſam productiuam, habent diuerſos effectus, vt *in §. Gallinarum.* vbi Ioann. Fab. *Inſtitut. de rerum diuiſ.* facit textus *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.* iuncto *§. ſed iſte. Inſtitut. de actio.* Sed ſtatutum, & conſuetudo habent diuerſam cauſam productiuam: ergo debent habere diuerſum effectum, *vulga. l. ſi idem. C. de codicil.* facit ad hoc quod in notab. caſu dicit Decius *in conſil. 275. In cauſa. in quarta columna, num. octauo, in ſecunda parte.* & Ludouic. Lunitanus *in l. 1. in ſeptima columna, & in l. ſi is qui ducenta. §. verum. in 41. colum. ff. de rebus dub.* Barbat. *in repetit. l. cùm acutiſſimi. in 93. & 112. colum. C. de fideicom.* Bartol. *in l. 1. in princip. ff. de re iudic. & in l. 1. in princip. ff. de teſtam.* Iaſon *in l. 1. in princip. de legat. 1. in rubr. C. de procurat.* Et quòd conſuetudo, & ſtatutum ſunt diuerſa, apparet *in §. conſtat. Inſtitut. de iure natura.* vbi ponuntur tanquam ſpecies oppoſitæ. Ponit etiam Angelus Aretin. *in §. ex non ſcripto. in prima columna, verſicu. ex quo Bartol. Inſtitut. de iuſtit. & iure.* Nec obſtat, quòd conſuetudo idem ſit quod ſtatutum, quia illud eſt verum, ratione vinculi, & quando concurrunt ſuper eodem caſu, *vt in dicto cap. cum dilectus.* Secus verò ſi ſuper diuerſis, vt *hic*, & ita iſtum textum intelligit Andr. Sicul. *in dicto cap. cum dilectus. in quinta columna, numero tertio.* Vel prædicta concordari poſſunt ex his quæ dicam *infra in 4. notab.*
Gemini. † Nota quintò ex iſto text. quòd Papa non poteſt im- 61
ponere legem ſucceſſoribus, ſed ſibi. ita iſtum textum ad hoc not. Dominic. *in cap. primo, in tertia colum. infra de præben.* patet, quia vt *hic* dicit text. poteſt reuocari illa conſtitutio prior, per poſteriorem ſucceſſoris, quod aliàs non poſſet, ſi prædeceſſor le-

ſor legem ſucceſſori imponeret, ſibi autem bene poteſt legem
imponere, ita Dominic. vbi ſupra, & idem Dominic. in cap. ſta-
tutum. in princip. in 6. colum. ſuper gloſſ. harum. infra de reſcript. cum
concord. vt ſcribit Cardin. S. Sixti, in cap. non liceat. 12. quæſt. 2. &
Troil. de Malui. in tract. de cano. ſancto. Sed circa prædicta ad
duo aduertendum eſt. Primò, quia iſtud primum dictum non
videtur verum ſimpliciter, ex eo, quia quando lex incipit ha-
bere effectum viuente Papa, videtur quod illa lex liget etiam
ſucceſſorem poſt mortem ſuam, vt eſt text. in cap. periculum. in-
fra de electio. in Clement. ne Romani. eodem titulo. vbi Papa facit le-
gem circa electionem ſucceſſoris, quæ ligat eum. Et iſta ratio-
62 ne dicit Decius in cap. licet. ſupra de elect. in ſecunda colum. † quod
Papa poteſt ſibi ſucceſſorem eligere, rationibus de quibus ibi
per eum, facit pro iſta opinione, quia lex de natura ſui debet
eſſe perpetua, l. Arriani. C. de hære. & habetur in cap. erit autem.
4. diſtinct. & ſic durabit in tempus ſucceſſoris, & ita per iſtam
rationem Feder. de Senis in conſil. 16. incipien. Capitulum eccleſiæ.
pluribus rationibus concludit ſtatutum Epiſcopi ligare ſuc-
ceſſorem, licet ſucceſſor habeat poteſtatem illud reuocandi,
cuius dictum ſequitur Philippus Franc. in capitulo ſecundo, §. ſta-
tuto. in tertia columna. infra eodem. & pro iſta opinione facit di-
ctum Cardinal. in cap. perpendimus. de ſentent. excommun. vbi di-
cit quod Papa non poteſt reuocare beneficium datum clericis
per diſpoſitionem cap. ſi diligenti. de foro competen. Ex quo mani-
feſtè apparet, quod prædeceſſor poteſt ſucceſſori legem impo-
nere, & hoc vlterius ſuadetur ex regula illa vetuſtate vulgata,
63 † quod valet argumentum de pactis ad ſtatuta. l. non impoſſibi-
le. ff. de pact. & text. ſingul. in l. fina. C. de fideiuſſ. Sed clarum eſt,
quod pactum factum per prædeceſſorem ligat ſucceſſorem,
vt tradit Bald. in cap. 1. de natu. feu. & ibi Præpoſ. qui per hoc di-
cunt, quod quando Imperator Federicus inueſtiuit commu-
nitatem Papiæ de comitatu, & aliquibus caſtris, & terris, po-
tuit facere pactum cum eis, quod nec ipſe, nec eius ſucceſſo-
res poſſent illud reuocare ſine culpa communitatis, & illud
dictum ſequitur Iacob. de ſancto Georg. in ſua inueſti. feu. co-
lum. 2. verſic. ſed an princeps. & Ioan. de Ana. in cap. fina. colum. 6.
ne prælа. vic. ſuas. & dicit Roman. in conſil. 52. In quæſtione. &c.
64 † quod ſucceſſor tenetur ſeruare promiſſionem anteceſſoris
ſui de non ædificando fortilitia, vt latius ibi per eum, qui no-
tabiliter loquitur: & in conſil. 116. Viſis neceſſariis, in fin. Et iſtam
opinionem firmat Franc. Curt. in conſil. 49. Memoria recolendæ.
in 72. colum. & latius Firmian. in tracta. de Epiſcopo in 4. parte 4. li-
bri. quæſt. 54. cum pluribus aliis concordan. quæ congerit Ludouic.
Bolog. in conſil. 6. Vt in præſenti. colum. penult. & idem latè Ioan.
Igneus in repetit. l. damnationes quas dinus in ſecunda & ſexta colum.
C. de donat. inter vir. & vxor. Si igitur iſta in pacto procedunt, er-
go eodem modo in ſtatuto habebunt locum per prædictam
regulam. Tamen tenendo communem opinionem ad iſtam
patet reſponſio, quod ideo illud capitulum vbi periculum.
cum ſimilibus, habent effectum vinculi poſt mortem con-
dentis, quia videntur tacitè approbata à ſucceſſore, & illis tan-
quam expedientibus ad vtilitatem eccleſiæ ex honeſtate ſe
ſubmittit, argum. text. in c. nos ſi incompetenter. 2. quæſt. 7. & l. eſt
receptum. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Nam licet princeps legibus ſo-
lutus ſit, tamen aliquando legibus ſe ſubmittit, l. digna vox. C.
65 de leg. not. Abb. & omnes in cap. 1. per illum text. de probat. † Per
hoc tamen non infertur, quod non poſſit legem tollere: nam
ſucceſſor Papæ poſſet (ſi vellet) diſpoſitionem illius cap. vbi
periculum. reuocare, introducendo alium modum, cùm iſta
ſunt de iure poſitiuo, ſupra quod eſt Papa, vt in cap. propoſuit. de
conceſſ. præben. cum concordan. quæ Andr. Sicul. ponit in cap. 1. in 7.
& 8. colum. de conſtitut. Nam adeò hoc eſt verum, quod etiam
bene ſtatuta prædeceſſorum ſuorum poteſt reuocare, vt dicit
Archidiac. in cap. ita dominus. in fin. 19. diſtinct. adeo quòd dicit
66 Dominic. conſil. 64. † quod Papa poteſt mitram à prædeceſſo-
re depoſitam apud mercatorem repetere, & illam obligatio-
nem reuocare, & ita in terminis d. cap. vbi periculum. videlicet
quod poſſit per ſucceſſorem reuocari, tenet Roſel. in tract. de
poteſtate Papæ. quem ſequitur Decius poſt Abb. in cap. licet. de ele-
ctio. & Andr. Sicul. in Clement. ne Romani. in 7. colum. de elect. Nec
obſtat, dictum Cardinal. in d. cap. perpendimus. quia illud ideo
eſt, ne oriatur ſcandalum in eccleſia ſancta Dei. Ita reſpondet
Roman. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matrimon. Vel aliter poteſt
dici, quod ideo Papa illam conſtitutionem tollere non poteſt,
non ex eo, quia prædeceſſor poſſet ei legem imponere, ſed

quia habet concurſum iuris diuini. † Nam exemptio clerico- 67
rum eſt de iure diuino; iuxta gloſſ. notab. in cap. Imperator. 96.
diſtinct. quam ſequitur Præpoſ. in cap. in iſtis. in fin. 4. diſtinct. quæ
ratio non militat in aliis conſtitutionibus, & ideo dicimus,
quòd licet diſpoſitio cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ.
ſit Gregorij, non poteſt tamen per Papam tolli, propter prædi-
ctam rationem, vt probant repetentes ibi, & eodem modo di-
cit Ant. de Butr. de cap. ſi quis ſuadente, 17. quæſt. 4. videlicet quòd
non poſſit per Papam tolli. Ita dicit Anton. de But. in cap. quan-
to. de conſuet. ſequitur Abb. in cap. nulli. de ſentent. excommun. Nec
etiam illud verum eſt, quod dicit Decius de eligendo ſucceſ-
ſore, quia communis opinio eſt quòd † Papatus non debet per 68
ſucceſſionem dari, ſed per electionem, vt dico in commento re-
gulæ cancell. de infir. reſid. & fatetur idem Decius in d. cap. licet. poſt
Abba. rationibus, de quibus per eos, & hoc vltra ipſos pluri-
bus rationibus eleganter probat Angel. de Ancona in tract. de
poteſta. eccleſ. quæſt. ſecunda. art. 3. & reaſſumit quidam Petr. Mo-
dernus in nouo ſuo tract. de primogenitura. fol. 89. in ſecunda & ter-
tia colum. & ratio iſtius concluſionis eſt, quia ideo Papa prohi-
betur ſucceſſorem eligere, quia effectus confertur in tempus
quo non eſt Papa, & ſic poſt eius mortem: vt dicit gloſſ. in cap.
Apoſtolica. §. his omnibus. 8. quæſt. 1. quam ſequitur quidam Mod.
Ioan. Nerutius in Rubrica de teſtamen. in 8. colum. poſt Andr. Si-
cul. ibi. Nec obſtat, quod argum. de pacto ad legem valet: quia
illud procedit, vbi eſt eadem ratio, ſed in caſu iſto non eſt ea-
dem ratio, quia princeps per contractum obligatur, cap. 1. de
probat. & non per legem, cùm ſit ſolutus. l. digna vox. C. de legib.
& ita illud argum. limitat Dec. in l. nec ex prætorio. in fin. ff. de regu-
lis iuris. & prius Felin. in d. cap. 1. in 3. colum. & ibi Decius per alle-
ga. ibi per omnes. Vel aliter ad illud argumentum reſpondeas,
vt latè per Iaſon. in l. iubemus. colum. 1. C. de iudic. & latius in Au-
thent. præterea. in 6. colum. C. vnde vir & vxor. cum concordan. vt tra-
dunt Modern. Taurinen. in l. vt vim. in 5. colum. ff. de iuſtitia & iure.
Pro quibus facit optimè dictum Cardinal. qui iſtam opinio-
nem tenet in conſil. 52. In præmiſſo dubio. Sic ergo ex iſtis maneat
prima regula firma, videlicet, quòd Papa non poteſt impone-
re legem ſucceſſori, quam quidem regulam ſi volueris cum
prædictis contrariis concordare, videas vltra prędicta Henric.
Boich. in cap. cùm ad hoc. de cler. non reſiden. qui ponit diſtinctio-
nem, quomodo ſucceſſor poſſit factum præceſſoris reuocare,
& hoc quantum ad iſtud primum dictum. Circa ſecundum di-
ctum, videlicet, quòd Papa poſſit ſibi legem imponere, aduer-
te, quia illud non videtur indiſtinctè verum in terminis iſtius
text. † quia princeps non poteſt ſibi legem imponere, quomi- 69
nus ab ea recedere liceat: prout not. idem Dominic. in cap. ſta-
tutum. colum. fin. infra de præben. niſi per viam contractus ſeu pa-
cti, vt dictum eſt, & tenet in terminis noſtris Felin. in cap. nouit.
in 8. colum. extra. de iudic. cum ſimilib. per Andr. Sicul. in conſilio 1.
in 3. & 4. colum. in 1. volum. & per Modern. in cap. 1. de probat. &
plura cumulat Ioan. Neuizanus copioſus Doctor Aſtenſis in
conſilio 12. inter conſil. Alber. Bruni in 4. colum. & in puncto iſtius
text. quòd princeps non poſſit ſibi imponere legem, à qua non
liceat recedere, tenet expreſsè Felin. in cap. nonnulli. in princip.
in ſeptima colum. verſic. reſpondet præfatus Doctor. extra de reſcript. &
hoc manifeſtè probatur, quia ligari proprium eſt ſubditi & co-
gnoſcentis ſuperiorem, ſed Papa de quo loquitur iſte text. ſu-
periorem non recognoſcit, vt in cap. ſignificaſti. & cap. innotuit.
de electio. cap. ſolitæ. de maior. & obedien. † ſed eſt iudex & ſupre-
mus omnium regum non recognoſcentium ſuperiorem: vt 70
dicit Ioan. Andr. in cap. graue. in ſecunda colum. de offic. ordin. igi-
tur, &c. Non enim legibus ſolutus eſſe diceretur, ſi lege ſua li-
garetur: prout in not. caſu exemplificat Abb. in cap. extirpan-
dæ. §. quia vero. de præbend. vbi per hoc dicit quòd Papa facien-
do conſtitutionem contra ſimoniacos non ligat ſeipſum, nam
licet dans illi pecuniam pro beneficio peccet, ipſe tamen ac-
cipiens non peccat, quod dictum celebrat Ioan. Caraphà
Cardinalis & quondam Vicecancellar. antiquus in tracta. de
ſimon. folio 2. in tertia columna. pro quo alleg. in ſimili quæ dicit
Ioan. Andr. in reg. cùm quid. de regulis iuris. in mercu. de Epiſcopo
ſtatuente quòd clerici ludentes ad azardum ſint excommuni-
cati, quòd ipſe ludens non comprehenditur in ſtatuto, de quo
ibi per eos: immò fortius ſi in tali lege apponeretur iuramen-
tum per principem adhuc non cenſeretur aſtrictus † cùm iu- 71
ramentum ſortiatur naturam diſpoſitionis ſuper qua impo-
nitur. l. fin. Cod. de non numer. pecun. cap. intellecto. de iureiuran.
gloſſ.

gloſſ. in verſic. reuocatus. in cap. fin. infra, de procur. declarando tamen, vt dicam infra in cap. 2. eod. tit. de honeſtate tamen quę ſunt dicta procederent, & ita procedit. l. digna vox. C. de legib. quicquid ibi Cyn. dicat, prout latius reaſſumo in commen. meo regu. canc. in 5. quæſtione proœmij. & in dicta reg. 18. de infir. reſid. quæ hic
72 non repeto. † Not. ſexto ex iſto text. in princip. iuncto fin. differentiam eſſe inter reuocare & derogare, quia reuocari illud dicitur quod tollitur in totum. Iſtud probatur ex dicto Cardin. in Clemen. ſtatutum. in princip. de elect. & Clemen. ſi Romanus. de præbend. vbi dicit quòd corrigere eſt reuocare aliquid quod tenuit, cap. non debet. de conſanguin. & affinit. iunctis dictis per And. Sicul. poſt Imol. in Clemen. ne Romani. in 7. colum. de elect. derogare verò eſt quando pro parte tollitur conſtitutio: vt in l. derogatur. ff. de verborum ſignificatione. & in eadem ſignificatione capitur apud peritos linguæ latinæ, vt apparet apud Cicer. de inuentio. in trecentis locis, & declarat Victorinus in Rhetor. M. Tullij, quamuis iſta ſecundùm ſubiectam materiam varientur, vt ex hoc text. colligitur ex adductis per Petrum de Monte, Epiſcopum Brixien. in ſuo indice, in verbo, correctio, & derogatio. & ex Plin. cap. 3. lib. 26. dum de Cleophante medico loquitur, & dixi ſuperius in quodam not. ideo non repeto, ſed declaranda ſunt
73 hæc dicta vt ibi dixi. † Nota ſeptimo ex iſto text. quòd ea quæ conſiſtunt in facto non præſumitur quis ſcire, ita dicit Card. & notat iſtum text. in Clemenc. 1. colum. 8. in 18. quæſt. de ſupplen. negligen prælator. Nam in his quæ ſunt facti non poteſt dari certa doctrina, nec ſcientia vt dicit idem Cardina. in Clement. 2. in 1. colum. quæſt. 2. de vita & honeſtate clericorum. dum ibi per iſtam regulam dicit quòd circa veſtes religioſorum non poteſt dari certa determinatio, quæ videlicet ſint honeſtæ, & perſulgidæ, & quæ non, cùm hoc conſiſtat in regulis eorum, quæ in facto conſiſtunt: & hinc ſolet dici, quòd facta prudentiſſimos homines fallunt. l. error. ff. de iur. & fac. ignor. & iſta ratione, ad quæſtio. facti non reſpondet iuriſconſultus, quia facilè poſſet decipi: vt l. eum quem temere. §. fin. ff. de iudic. & per hoc dicit Alexand. in l. poſt dotem. in 10. colum. num 29. ff. ſoluto matrimon.
74 † quòd ſi plures Doctor. affirment in lectura, ita de conſuetudine ſeruari, non creditur eis, cùm conſuetudo ſit facti, in quo etiam princeps errare poteſt, & hoc dictum ſequitur Curt. in repetit. cap. fin. in 99. colum. quæſt. 5. de conſuetud. & ante ipſum Iaſ. in l. de quibus. in penult. colum. ff. de legib. & in l. 1. in 2. lect. colum. 1. ſoluto matrimonio. & in l. admonendi. in 49. colum. in verſic. inueterata. ff. de iureiuran. & ob eam cauſam incertitudinis videmus, quòd non ſufficit allegare conſuetudinem, niſi probetur vt dicit Salicet. in l. 1. colum. 8. verſic. quæro an ſi conſuetudo. C. quæ ſit long. conſuet. & Aretin. in conſil. 13. Viſo diligenter. & pars ad eius poſitionem teneretur reſpondere, vt concludit Abb. in cap. 1. in 4. colum. de re iudica. & hoc non alia ratione, niſi quia conſiſtit in facto, in quo de facili quis errare poteſt. Secus in poſitione iuris, quia ad eam pars non reſpondet, ex quo ius eſt certum, vt tradit Bartol. in l. 1. ff. ſi certum petatur. & in l. 2. ff. de con-
75 feſſ. & Ægi. deciſ. 34. & prędicti omnes, fundantur in hoc, † quia facta ſunt incerta. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & cum prædictis tranſit Corneus in conſil. 181. Viſis nonnullis actis. in 9. colum verſic. neque ob. lib. 2. & Abb. in cap. paſtoralis. in penult. colum. de fide inſtrument. faciunt quæ idem Abb. dicit in cap. cùm veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſ. & reaſſumit Curt. in repetit. dicti cap. fin. in 3. quæſt. princip. Et hoc quod dictum eſt, facta poſſe ignorari, non ſolùm procedit in facto alieno, ſed etiam in proprio, ex quo iſte text. generaliter loquitur. Ex quo infertur, quòd Papa poteſt ignorare etiam ea quæ in facto proprio conſiſtunt: & hoc euenit propter multitudinem negotiorum, & importunitatem petentium, quæ nedum in principe, ſed in priuato cadere poſſunt. l. penult. ff. de confeſſ. & Bartol. in l. 2. eodem tit. Quod eſt verum, niſi factum eſſet notabile, nam tali caſu in facto proprio etiam in caſibus, in quibus poſſet admitti ignorantia, non eſſet tolerabilis: vt eſt text. ſingularis, quem ad hoc ponderat Felin. in vltim. notab. in cap. cùm illorum. de ſentent. excommun. Et hoc quod dictum eſt de ignorantia facti, procedit etiam ſi illud factum non ſit purum, ſed habeat in ſe mixturam iuris, prout hic exemplificatur in conſuetudine, & ſtatuto, quæ licèt in facto
76 conſiſtant, negari tamen non poteſt, † quin habeant mixturam iuris, & in tali mixtura factum præponderat, cuius ratione dicimus totam conſuetudinem, vel ſtatutum ignoratum, ſi non fiat de illa mentio, vt dicitur hic, & tradit Cardina. in Clement. finali. §. ſtatuimus. quæſt. 8. de ſtatu monach. & in Clement. 1. §. fin. de rebus eccleſ. non alien. & in Clement. ſæpe. in 6. colum. quæſt. 30. de verbor. ſignificat. in quibus locis meminit de iſto text. Tamen circa iſta aduertendum eſt, quod licet verum ſit, quod facta ignorari poſſunt, tamen non per hoc bene infertur ad conſuetudines, & ſtatuta, quæ abſolutè, & pro maiori parte in iure conſiſtunt, prout de conſuetudine eſt text. in cap. conſuetudo. 1. diſtin. de ſtat. in §. ius autem ciuile. Inſtit. de iuſt. & iur. Vbi conſuetudo, & ſtatuta veniunt appellatione iuris, vt dicit etiam Abb. in cap. cùm nobis. de elect. Dominic. hic in 1. oppo. aduertit ad hoc, & reiectis quorundam ſolutionibus, ipſe poſt dominum ſuum in iſta
ſolutione reſidet, videlicet, † quod licet conſuetudo ius dica- 77
tur, tamen continet plus de facto, quàm lex, ex eo, quia non vno momento inducitur, ſed ex diuturnis, & multiplicatis actibus, & ideo facti eſſe dicitur. Secus autem in lege, quia vno momento promulgatur, & ideo dicitur eſſe iuris. Ita concludit hic Domini. licet per longiora verba, quem ſequuntur communiter omnes, quibus adde Andr. Sicul. in cap. cùm dilectus. in 3. colum. num. 18. de conſuetud. Sed iſta ratio mihi non ſatisfacit, quia attenta ſua ratione ſtatutum, quod fit vno momento ſicut lex, deberet dici abſolutè in iure conſiſtere, cuius contra-
rium dicitur hic in text. † Præterea licet conſuetudo magis de 78
facto participet quàm lex, illud plus vel minus reſpectu temporis, non eſt in conſideratione, vt per hoc ſtat differentia ſpecifica, vt eſt caſus not. in l. pater qui caſtrenſe. §. fina. ff. de caſt. pecu. declarando, vt per Bartol. in l. ſi poſt tres. in vlt. colum. ff. ſi quis cautio. facit text. in l. fina. ff. de fun. inſtruct. quem ad hoc inducit Bartol. in l. 1. in 3. colum. verſic. tertiò vbi. ff. de actio. & oblig. Nam temporis longioris conſideratio eſt quædam qualitas, vt dicit Bartol. in l. ita ſtipulatus. in 2. colum. ff. de verb. oblig. quæ non facit differentiam ſpecificam, vt dicit idem Bartol. in d. l. 1. & illud ſuadetur, quia licet conſuetudo fiat ex pluribus actibus, ità etiam in condenda lege plures actus requiruntur, vt probatur in l. humanum. vbi per Bald. C. de leg. & tenet Bartol. in l. omnes populi. in 1 colum. ff. de iuſt. & iure. & in l. de quibus. in 4. colum. verſic. primò videamus. ff. de legib. & in Auth. vt facta no. conſtit. & licet actus con-
ſuetudinis conſiſtant in tempore, † argum. tamen de tempore 79
ad actus valet, vt in l. fina. ff. de triti. tenet Iaſ. in l. ſi eadem. in 1. colum. ff. de offic. aſſeſ. Et ideo D. Anton. in cap. fina. de conſuet. reſpondebat aliter ad d. cap. conſuetudo. quod ille text. ſit Iſidori, qui non habuit poteſtatem legis condendæ. Sed etiam iſtud non ſatisfacit, quia ex quo eius dictum reperitur canonizatum in lib. Decretorum, qui approbatus eſt, vt concludunt communiter Doctor. in cap. 2. de reſcript. & in l. 1. ff. ſi cert. pet. non poteſt reiici. Præterea dato quod ille text. poſſit ita diſſolui, non tamen tollitur per hoc text. in §. conſtat. Inſtit. de iur. na. vbi text. appellat conſuetudinem ius non ſcriptum.

Quamobrem, vt omnia iſta reſoluantur, ego puto aliter poſſe dici, & dicas ſic, quòd conſuetudo poteſt conſiderari tripliciter. Primò pro quadam aſſuefactione hominis, & iſta eſt facti, & communis eſt omnibus animantibus, vt patet in §. pauonum Inſtitut. de rerum diuiſio. Secundò capitur pro vſu plurium perſonarum, & tunc dicitur mos, vel vſus, & iſte etiam dicitur eſſe facti, quod probari debet, vt in l. 1. C. de legib. & ita procedit iſte text. Tertiò capitur pro iure, quod reſultat ex vſu & moribus, & illa conſuetudo dicitur ius, & tunc procedat contrarium: iſta fuit notab. reſolutio Bart. incognita Doctor. hic. qui in terminis ita declarat iſtum tex. noſtrum in l. de quibus. in 2. colum. in 1. quæſt. ff. de legib. Vel ſecundò poteſt iſta difficultas aliter (vltra Bart.) reſolui, ex qua reſolutione text. noſter nouiter declarabitur. Conſidera igitur quòd conſuetudo ideo in text. iſto dicitur facti ex eo, quia conflatur, & componitur ex puro, & merè tacito conſenſu & voluntate inducentium, non
autem ex expreſſo, vt eſt text. in l. de quibus. ff. de legib. † Tunc ſic, 80
quando aliquis actus conſiſtit in tacita voluntate, & conſenſu tacito hominum, ille actus dicitur eſſe abſolutè facti, text. eſt in l. in bonæ fidei. ff. de acquir. re. do. & iſta ratione conſuetudo hic facti dicitur, quia ſolo conſenſu hominum retinetur, nec in ſcriptis reponitur, vt in §. in his enim ciuitatibus. Inſtitu. de iure natu. & ideo conſuetudo, quia oculis decerni, nec legi poteſt, extra illum ignorari poteſt. Secus autem eſt in lege: nam in lege requiritur expreſſus conſenſus per viam ſolemnitatis & for-
mæ in ſcriptis repoſitæ, vt in d. l. humanum. † & vbicunque in 81
aliquo actu expreſſa forma, & ſolemnitas requiritur, ille actus dicitur eſſe iuris, vt eſt text. in l. 5. §. ſtipulatio. iuncta l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. vbi iſta ratione in d. §. pactus. dicitur, quod in ſtipu-

in ſtipulationibus ius continetur, in pactis verò factum verſa-
tur, quia pacta ſolo conſenſu fiunt, ſtipulatio verò vltra con-
ſenſum, requirit verborum ſolemnitatem expreſſam, vt etiam
declarat Bartol. *in l. ſciendum. & in 1. colum. ff. de verb. oblig.* Quod
not. quia iſta eſt vera & fundamentalis ratio ad iſtum textum,
in ſtatuto verò alia ratio concurrit, vt factum dicatur, quia ex-
tra territorium ſtatuens cenſetur priuatus, & illud ſtatutum
non habet vinculum, vt *in cap. 2. infra eod. & l. fina. ff. de iuriſdict.
omn. iud.* Sic ergo non facit ius, ergo erit factum, quod quidem
poteſt probabiliter ignorare princeps reſidens extra locum, v-
bi illud ſtatutum viget: & hoc expreſsè videtur ſentire Bald. ita
reſpondens ad iſtum textum, *in cap. cum omnes. in 6. colum. verſic.*
82 *& not. quod interdum. de conſtitut.* † Tamen ſi princeps reſidet in
loco vbi viget tale ſtatutum, & faciat legem, tunc non proce-
deret iſte text. per ea quæ *infra* dicam, quia tali caſu eſt ius in il-
lo, & iſto modo prædicta iura adducta pro contrario decla-
83 rantur nouiter, vt ſtatim probabo. † Iſtud tamen notabile li-
mitatur non procedere in his quæ de conſuetudine fieri ſo-
lent, quia poſito quod illa ſint facti, non poſſunt tamen pro-
babiliter ignorari. Ita not. dicit Socin. *in conſil. 97. In præſenti
conſultatione. in 1. colum. num. 8. in 4. volum.* & prius dixit Bald. *in
rubr. C. de fide inſtrum.* alleg. pro hoc text. quem dicunt ſingula-
rem *in l. fin. C. de fideiuſſ.* quem latè commendat Alexan. *in l. hu-
iuſmodi. in fin. princip. de leg. 1.* Iaſon *in l. admonendi. ſol. 109. ff. de iu-
reiuran. & in l. fina. in 10. notab. C. de iure emphyteu.* Rochus Curt.
in repet. cap. fina. in 128. colum. de conſuet. cum infinitis ſimilib. vt dixi
aliàs *in d. l. fina. in meis ſingularibus iuris ciuilis.* Tamen iſta limita-
tio videtur poſſe morderi, quia (vt ſuperius dictum eſt) in his
quæ ſunt facti non eſt dare certam doctrinam, ex quo extrin-
ſecùs accidunt, & ideo ſcientia non præſumitur, *l. quicunque. §.
fin. ff. de publ. cum aliis concord.* vt per Ioan. de Ana. *in conſil. 100.
Viſa petitione. in fin.* & per Felin. *in cap. tenor. de re iudic.* & in ſpecie
illam limitationem Bald. & aliorum alia ratione reprehendit
Felin. *in cap. ſicut. colum. fin. in 6. fallen. de re iud.* & Iaſ. *in l. certi con-
dictio. §. ſi nummos. in 4. colum. ff. ſi cert. pet. & in l. ſciendum. in princ.
& colum. 1. & 7. in 8. fallen. de verbor. obligat.* Et pro iſta opin. vltra
ipſos videtur hic caſus, vbi facta, de quibus loquitur iſte text.
videlicet, ſtatuta & conſuetudines erant conſueta, & in vſu, &
tamen Princeps ea præſumitur ignorare: patet, quia non reuo-
cantur niſi fiat mentio, nec dici poteſt, quod iſte text. loqua-
tur de conſuetudinibus & ſtatutis non vſitatis & conſuetis,
quia illa dicerentur efficacia, & per non vſum ſublata, vt dicit
text. *in Authent. quib. mod. natu. eff. ſui. §. penult. ibi, quoniam & non
vtendo perempta eſt, &c.* & text. *in l. 1. in princip. ibi, per diſſuetudinem
emendata, & abolita. C. de cad. tol.* Sic ergo ex quo iſte text. loqui-
tur de ſtatutis & conſuetudinibus in dubio debet intelligi de
efficacibus & vſitatis, *argumen. cap. Cumana. de elect. & §. ſed hæc
ſolemnia. Inſti. de verbor. oblig.* Quare de ſtatuto nullo, & non ef-
ficaci, non eſſet opus mentionem facere, per ea quæ tradit Fe-
lin. *in cap. ex tenore.* per illum text. *in 2. colum. ver. de reſcript. extra
de reſcript.* & quia iſte text. ſimpliciter de ſtatutis & conſuetu-
dinibus loquens, debet intelligi de validis, vt tradunt omnes
*in cap. fin. de conſuet. & in cap. 1. de conſtit. & in l. 4. §. condemnatum.
ff. de re iudic.* Sed tamen iſtis non obſtan. teneo opin. Bald. & ſe-
84 quacium per text. *in d. l. fina.* quia certum eſt, quòd † quando
facta ſunt conſueta, præſumuntur nota, & in eſſe actui, licet
non exprimantur: ſed ſtatuta & conſuetudines, de quibus lo-
quitur iſte text. ſunt conſueta, ergo præſumuntur nota. Data
igitur notitia, debent cenſeri per ſecundam conſtitutionem
reuocata, quòd autem facta conſueta cenſeantur nota, eſt tex-
tus *in l. quod ſi nolit. §. aſſidua. ff. de ædil. edic.* per quem dicunt Do-
ctor. inferius allegandi, quòd quando facta ſunt conſueta, po-
teſt ea notarius extendere in inſtrumento, licet non ſit à parti-
bus dictum, vt concludit Alexand. *in conſil. 27. In cauſa & lite. in
1. colum. in 2. volum. & in conſil 37. Viſo & opportunè. in 3. colum. eod.
volum.* cum multis aliis, quæ latius congeſſi *in notab. meis. d. l.
quòd ſi nolit.* & ſequitur Iaſ. *in l. fin. not. 30. C. de iure emphyt. & in l.
vt liberis. in 1. 2. & 3. colum. C. de collat.* declarando & limitando,
prout facit Decius *in l. ſemper in ſtipulationibus. colum. fina. ff. de re-
gul. iur.* Et iſta opinio eſt verior quàm dicit eſſe communem i-
dem Alexand. *in d. l. ſciendum. in 5. colum. cum infinitis concor.* quas
congerit Curt. *in tract. de iurepatron. in verbo, pro eo quod de diœce-
ſani conſenſu. in 7. quæſt. per totum.* & reaſſumunt Modern. Tau-
rinen. *in tracta. magno præſcriptionum. in 1. parte. 3. partis principa-
lis, in 10. quæſt.* & Modern. Bononien. *in ſingul. 123. incip. In iure.*

cum aliis cumulatis. per Felin. & Nouiſſ. *in cap. cum M. de conſtitut.*
Non obſtat, *d. l. quæcunque. cum aliis ſuperius allega.* quia illa pro-
cedunt in actibus merè facti & extrinſecis quæ princeps po-
teſt ignorare, iſte verò text. loquitur in factis habentibus mix-
turam iuris, & qualitatem extrinſecam, vt *ſupra* dixi in alio no-
tab. † quia qualitas variatur reſpectu locorum, & ideo talia 85
facta princeps non præſumitur ignorare. Ex quibus omnibus
infero ad nouam declarationem iſtius text. videlicet, quòd li-
cet dicatur, quòd princeps poſteriorem condendo legem,
non cenſetur priores conſuetudines, vel ſtatuta contraria tol-
lere, niſi exprimat, quia in facto conſiſtunt, hoc procedit
quando illa ſtatuta non eſſent in vſu, nec notoria, ſecus ſi illæ
conſuetudines, vel ſtatuta in vſu eſſent, & ſic eſſent notoria,
quia tali caſu cenſerentur reuocata, nulla facta mentione, &
non procederet iſte textus. Ita in terminis voluit Felin. *in cap.
fina. in 2. colum. de iudic. alleg.* inter alia dictum Bald. *in l. 2. in fin.
Cod. quæ ſit longa conſuet.* quem refert & ſequitur Iaſon *in l. ſe-
cunda. in 2. colum. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* de quo dicemus in-
ferius.

¶ Non obſtat ponderatio iſtius text. dum dicebam hic lo-
qui de ſtatutis, & conſuetudinibus vſitatis, & tamen per poſte-
riorem legem non tolluntur, quia non cenſentur nota: quia
reſpondeo, quòd iſte textus procedit quando illa ſtatuta vel
conſuetudines vigebant, & erant vſitata alibi, quàm vbi mo-
rabatur princeps: vt in ſimili videmus de ſtatutis Baſilien. con-
cilij quæ ſunt in vſu in Francia, & tamen Romæ non ſunt vſita-
ta. Et propter talia huiuſmodi ſimilia iſte text. dicit quod Papa
illa præſumitur ignorare, aliàs ſi vigerent in loco vbi princeps
nouam conderet legem, cenſerentur reuocata, nõ facta men-
tione, cùm ceſſaret ratio iſtius text. in ſecundo reſponſo. & mi-
litaret ratio poſita in princip. iſtius text. quia ſi ibi talia ſtatuta
& conſuetudines vigebant & erant in vſu, non poteſt princeps
ea ignorare. Ita ad litteram dicit Abb. *in cap. fin. de conſuetud* &
Imol. *in conſilio 24. in 2. colum.* vbi vult, quòd ſi ciuitas facit ſta-
tutum contra ſuam conſuetudinem, tollitur conſuetudo, nul-
la facta mentione, † quia ciues ibi habitantes præſumuntur 86
ſcire ſuam conſuetudinem: vt not. *in l. omnes populi. ff. de iuſtit. &
iur.* & ceſſat ratio iſtius text. ita Abb. *in d. cap. fin.* & tenet Bartol.
in extrauag. ad repri. in ver. non ob. ad fin. ſuper quibus tamen po-
teris cogitare.

¶ † Not. octauo ex iſto text. quòd conſuetudo & ſtatutum 87
tollunt effectum nouæ conſtitutionis generaliter prælatæ. Ita
not. iſtum textum Ioan. Andr. *in reg. nemo. 2. in princip. quæſt. 1. de
regulis iuris in mercu.* ratio eſt, quia illa ſunt facti, & præſumun-
tur tali caſu ignorata niſi in noua conſtitutione fiat mentio, &
ita iſtum textum not. etiam Archid. *in cap. conſuetudo. 2. diſtinct.
in princip. & in cap. 1. 29. diſtinct.* & idem Ioan. Andr. *in reg. cùm
ſtat. in quæſt. 1. in 1. colum. de regulis iuris in mercu. & reg. generali. in
princip. eodem titulo.* & Dominic. *in cap. fina. colum. penult. infra de
confeſſ. & in cap. 1. §. in cæteris. in 1. colum. infra, de cler. coniug. & in
cap. 2. in 2. colum. verſic. ſuper principali. ſupra de præben. & in cap. cui
de non ſacerdo. in 2. colum. eodem titulo. & in cap. 1. §. hanc autem. ſu-
pra de cenſib.* & iſta loca fuerunt ignota Modernis. † Et per hoc 88
infertur vnum quòd quando concurrunt factum, & ius, fa-
ctũ eſt potentius. Vnde per hoc dicit Dominic. *in c. cùm aliqui-
bus. in fin. tit. proximo,* quòd ſi Papa ibi ſcriberet illis, ad quos
non ſpectat collatio de iure communi, ſed ſpeciali, quòd de-
bet ſpecificè facere mentionem de iure ſpeciali, aliàs illud ius
† ſpeciale tollit effectum reſcripti vltimi, propter ignoran- 89
tiam illius, quæ in dubio præſumitur, alleg. text. *hic* quem et-
iam ad hoc *in not. quæſt.* ponderat Alexand. *in conſil. 73. incipien.
Viſo. in 3. colum. in 2. volum.* facit quod dicit Abb. *in cap. fina. in 3.
colum. ne cler. vel monach.* Tamen audias, quia illud dictum Do-
minic. videtur dubitabile in caſu, in quo ipſe loquitur, ex eo
† quia ibi genus, & ſic litteræ Papæ non poterant verificari, ni- 90
ſi in illo iure ſpeciali, ideo perinde operari deberent, ac ſi no-
minatim eſſet facta mentio de illo iure ſpeciali iuxta text. *in l. 2.*
vbi Iaſon & alij. *ff. de lib. poſthum. cap. ex parte. de offic. deleg.* maxi-
mè ne litteræ reddantur fruſtratoriæ, & nihil operentur con-
tra *cap. ſi Papa. de priuileg. & cap. cùm dilectus.* vbi bonus text. de
conſuet. Non obſtat iſte text. quia loquitur in ſecunda conſti-
tutione generali, quæ poterat alibi obſeruari, nec propter hoc
carebat effectu, vt in caſu in quo Domin. loquitur: & quod di-
ctum eſt de conſuetudine, idem dicendum eſt in pacto, de quo
requiritur expreſsè mentio: vt tradit Dominic. *in cap. quia ſæpe.
colum.*

60 colum. 1. de elect. Et hoc idem in priuilegio † dicendum eſt: nam
ſi priuilegium de conſuetudine non faciat mentionem, præ-
ualet conſuetudo: vt dicit Abb. in cap. licet. in 2. colum. de præbend.
poſt gloſſ. ibi: qui ad hoc allegat text. hic & tenet Domin. in cap.
2. in 2. colum. infra de præbend. & per iſtam regul. dicit etiam Car-
din. in Clemen. 1. in 3. colum. quæſt. 19. de electio. quòd ſi ante illam
Clementinam de conſuetudine, vel priuilegio fuiſſet indu-
ctum quòd vnum monaſterium, de gremio alterius eligeret ſi-
bi prælatum, quòd tale priuilegium, vel conſuetudo non eſſet
ſublata per dictam Clementinam: immò effectus ipſius impe-
diretur, ex quo in ea de conſuetudine non fit mentio, vt requi-
ritur hic, & hoc idem concludit Cardin. in Clement. 1. in colum.
2. quæſt. 13. de rebus eccleſ. non alienan. ex mente illius text. dum di-
61 cit † quòd prælatus concedens fructus adminiſtrationis ſuæ
ad tempus, vel ad vitam, quòd ſit ipſo iure ſuſpenſus, &c. dicit
Cardina. quòd ſi ante illam Clementinam fuiſſet conſuetudo
in contrarium, non cenſeretur ſublata per illum text. ex quo
nulla in eo fit mentio, & idem dicit de Clemen. 1. de rerum permu-
ta. & tradit Domin. in cap. fin. in princip. in 4. colum. verſic. item illa
Clemen. infra de conſuetud. & idem dicendum eſt in Clement. fin. de
reg. prout ibi declarat Barbat. in 2. colum. quæſt. 4. & ita etiam de
Clement. 1. §. permiſſa. de ſtatu monach. concludit ibi Cardin. & fi-
naliter hæc eſt firma concluſio, quòd ſi non fit mentio de con-
ſuetudine priori, illa non tollitur, ſed potius ipſa tollit effe-
ctum nouæ cõſtitutionis, vt dictum eſt. Et hoc tradit etiam vl-
tra prædicta idem Cardin. ponderando iſtum text. in Clem. fin.
§. ſiue. verſic. nos etenim. in 3. not. de ſepul. & in Clement. fin. §. quòd ſi
Epiſcopus. in 2. not. de rebus eccleſ. non alienan. & per hoc etiam dicit
Abb. in cap. 2. in aliquibus. de deci. in 3. col. quòd ſi in aliquo loco
62 ſit conſuetudo, quòd integræ decimæ non ſoluantur, † quòd
ſi Papa expreſsè non reprobet talem conſuetudinem loco-
rum, iura ſua habent locum in locis vbi pro maiori parte deci-
mæ integræ ſoluuntur, & talis conſuetudo valet, & impedit
effectum diſpoſitionis iuris noui, per quod Papa mãdat quòd
integræ decimæ ſoluantur, cum conſuetudo ſit facti, & eam
præſumitur ignorare. Pro quo etiam vide Abba. in cap. cum con-
ſuetudinis. in 8. colum. de conſuetud. & Alexand. in addit. ad Bart. in
l. Lucius. la 2. in medio addit. magna. de hæred. inſtit. Tamen iſtud di-
63 ctum non videtur verum, † quia quando per ſecundam legem
reuertitur ad ius antiquum, tunc non requiritur mentio de
conſuetudine cõtraria illi iuri, vt not. dicit Paul. de Caſt. in l. de
quibus. colum. fin. ff. de legib. & dico infra in limitationibus. Sed in ca-
ſu iſto per iſtam ſecundam legem Papa reuertitur ad ius com-
mune, quod eſt quòd integra decima ſoluatur, vt toto tit. de de-
cimis. igitur, &c. Et quod dictum eſt de conſuetudine & ſtatu-
to, idem dicendum eſt de priuilegiis, quia illa princeps præſu-
mitur ignorare, cùm conſiſtant in facto, per ea quæ dicta ſunt,
& tenent Modern. hic, poſt Ioan. Andr. & tenet Bald. in l. non
plures. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ideo per ſecundum primum
non tollitur, niſi de primo fiat mentio, vt dicit Abb. in cap. ve-
niens. per illum text. in 4. colum. de præſcript. & Domin. in cap. ſi pro-
pter. in 3. notab. infra de reſcript. aliqualis tamen eſt differentia in
hoc, inter ſecundum priuilegium, & ius commune: prout tra-
dit Abb. in cap. conſiderauimus. in 2. notab. de electio. Iſtud tamen
quod dictum eſt de priuilegio, limitatur non habere locum,
quando in ſecundo priuilegio eſſent clauſulæ pleniſſimæ ge-
nerales, prout conſuluit Feder. de Senis in conſilio 47. incipien.
Habita. quem in not. quæſtione. refert Abb. in cap. cum inſtantia. in
2. colum. in 1. volum. & conſil. 187. in 6. colum. in fin. in 5. volum. &
conſil. 101. in 6. colum. in fin. in 1. volum. & alibi ſæpe, & hanc opi-
nionem dicit eſſe communem Socin. in l. ſi mihi & tibi. §. in le-
gatis. ff. de leg. 1. Contrariam tamen opin. tenuit idem Felin. in
conſil. 133. incip. Caſus talis eſt, vbi vult, quòd non ſufficiant ver-
ba generalia pleniſſima, ſed requiritur ſpecifica mentio, &
iſtam dicit etiam communem opinionem Fel. in cap. accedentes.
in 2. colum. de præſcriptio. dicens erraſſe, aſſerentes contrariam eſ-
ſe communem, de quo latè ibi per eum, qui deinde contra-
riam opinionem limitando reſtringit ad tres caſus, quos vide
per eum: facit quod dicit idem Felin. in ſimili in cap. conſtitutus.
in 4. colum. de reſcriptio. dum loquitur de reuocatione ſtatuti iu-
rati. Tu autem adde quartum caſum in quo prædicta opinio
procedere poteſt traditum per eundem Felinum, in cap. 1. in 9.
colum. verſic. fallit regula. extra de reſcript. vbi plura dicit quæ ad-
denda ſunt ad Bartol. in l. ſi quis in principio, in 3. colum. de lega. 3.
& puto quicquid dicat Felin. primam opinion. in caſu in quo
Doctor. loquuntur eſſe magis communem, vt patet ex nume-
ro Doctorum illuſtrium, ſi eos computare volueris. Et ex iſtis
omnibus infertur vnum valdè notabile, quòd † ſtatutũ cleri- 64
corum contra canonem valet, quando fuit editum ante cano-
nem, ita ex iſto text. colligitur in ver. ſingularium perſonarum,
iuncto notabili prædicto, quem etiam ad hoc not. Felin. in cap.
quòd ſuper his. in 4. colum. de maior. & obedien. Tenet etiam Roch.
Curtius in tractatu de conſuetudine. in 38. colum. verſiculo, quintus
eſt caſus. Tamen aduertendum eſt, quia hoc notabile videtur
inaduertenter fuiſſe conſideratum, ex eo quia tempore quo
ſtatutum prædictum erat conditum, non erat diſpoſitio cano-
nis, cui obuiaret, cùm in iſto textu ſtatutum prius conditum
fuiſſe ſupponatur: & licet ex poſt fiat conſtitutio canonis, non
tamen illud ſtatutum ſimpliciter dicetur factum contra no-
uam conſtitutionem canonis, cùm accidentaliter illud con-
tingat, & ex poſt, nam tempore editionis ſtatuti, & ſic in ipſo
initio, verum eſt dicere ſtatutum illud clericorum, ſiue ſingu-
gularium perſonarum, non fuiſſe contra canonem, qui non e-
rat, ſed potius canon dicetur editus contra ſtatutum, & hoc ra-
tione præuentionis, argum. eorum quæ habentur in cap. ſi à ſe-
de, infra de præbend. dictum autem procederet, quando directè
ſtatutum tenderet ad derogationem canonis prius editi, ſed
tunc dictum ſtatutum non valeret per regulam traditam in
Clemen. ne Romani. de electio. & ſic etiam iſto caſu notabile prædi-
ctorum Doctorum non procederet. † In conſuetudine verò 65
aliter eſſet dicendum, nam ſemper valet contra canonem nul-
lo habito diſcrimine temporis dum tamen fuerit rationabilis
& præſcripta. cap. fina. de conſuet. † & in hoc eſt potentior lege, 66
quia illa tollit legem nulla mentione facta, & tamen lex eam
non tollit, niſi de illa expreſſa fiat mentio, vt hic, & ita declara-
tur dictum Abb. in cap. venerabilis. in 3. not. de præben. & ratio eſt,
quia illi caſus facti non cenſentur cogitati à principe, ſi de illis
non faciat mentionem. argum. l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de
iniu. Habes igitur ex notabili iſtius text. & ex prædictis omni-
bus regulam comprobatam quòd de conſuetudine vel priui-
legio in ſecunda conſtitutione facienda eſt mentio, iſtud ta-
men notabile ſiue regula limitatur pluribus modis. Primò nõ
procedere quando conſuetudo eſſet notoria & vulgaris, quia
tunc princeps eam præſumitur ſcire, & non procedit text. no-
ſter per dictum Bald. in l. 2. ad fin. C. quæ ſit longa conſuet. & in rub.
de conſuet. rectè ſcit. vbi dicit, quòd ſicut non licet ignorare leges,
ita nec conſuetudines generales, & hoc ſentit Domin. in cap.
ſtatutum. in princ. in 7. colum. infra eod. ſequitur Iaſon in l. præſcri-
ptione. in 2. colum. C. ſi contra ius vel vtil. pub. & iſtam limitationem
in ſpecie ad iſtum text. ponderauit Felin. in cap. fin. in 1. colum. de
iud. & in cap. à nobis. in princ. de except. & in cap. ſuper litteris. in 6. col.
de reſcript. vbi pulchra more ſuo accumulat, & idem repetit in
cap. 1. in 1. colum. de ſent. & re iud. & in cap. in noſtra. in 3. correlario. de
reſcript. in quibus locis limitationem iſtam ampliat, & exten-
dit, idem meminit in cap. accedentes. in 3. colum. de reſcript. & in cap.
cum contingat. col. pen. verſic. adde Old. de fo. compet. & ante ipſum
prius illud dictum Bald. retulit Matt. Lauden. de quo Fel. non
facit mentionem in tract. de Principibus, not. 27. & pro hoc fa-
cit not. dictum Ioan. Fab. Inſtit. de offic. iudic. in princ. vbi dicit, † 67
quòd licet ſententia data contra conſuetudinem ſit nulla ipſo
iure, ſicut lata contra legem, vt ibi probatur, tamen illud eſt
verũ, quando conſuetudo eſt notoria, quia tunc non præſumi-
tur ignorare iudex, vt ibi per eum. Secundò limitatur iſte text.
quod procedat quando conſuetudo in totum tolleretur, quia
tunc bene requiritur mentio, ſecus autem quãdo limitaretur,
vel reſtringeretur per legem, quia tunc non requiritur mentio,
ita declarat iſtum text. D. Abb. in cap. conſtitutus. de reſtitu. in integ.
in 3. colum. ante gloſſ. in ver. non ob. & hæc eſt noua limit. quam te-
neas menti. Tamen contra Abb. videtur, quia eadem ratio mi-
litat in parte, quæ in tota conſuetudine, cum vtroque caſu ra-
tio hic text. poſita militet. Præterea, quia text. hic in fin. loquitur
de derogatione partis, dum dicit non cenſetur in aliquo dero-
gare: nam iſtud verbum in aliquo in parte verificari poteſt, vt
eſt gloſſ. communiter approbata in Clement. 1. in verbo, aut earum
parte aliqua. de foro compet. & eſt text. quem ibi ponderat Iaſon in
l. 1. C. de pact. & pro iſta opin. etiam eſt text. in l. derogatur. ff. de ver-
bor. ſignif. & in l. fin. C. de indi. vid. tol. vt ſuperius dixi in alio not. &
tamen requirit mentionem, & ſic iſte tex. videtur aduerſari di-
ctis Abb. † Tertiò limitatur, niſi tales conſuetudines eſſent in- 68
ſertæ in corpore iuris, vt ſunt conſuetudines feudorum, quia
illæ

illæ cenſentur ius, ita Bald. *in c. cùm ordinem, in 10. colum. de reſcript.* quem ſequitur Iaſ. *in l. 2. in 2. colum. C. ſi contra ius vel vtil. public.* & hoc prius dixit Felin. *in c. ſuper literis, in 6. colum. de reſcript. & in c. in noſtra, in 4. colum. eodem titul.* Quod eſt verum, niſi ſit aliqua conſuetudo ſingularis, vt ibi dicit, & hoc idem de priuilegio dicit Peruſ. hic *in ſecunda colum.* qui allegat gloſ. *in capit. vt circa, in verſic. corporali, de electio.* qui vult per iſtum textum, quòd ſicut de iure non eſt facienda mentio in ſecunda conſtitutione, ita neque de priuilegio inſerto in iure, & ita illam gloſ. ad hoc allegat Felin. poſt Andr. Sicul. eam limitando *in c. 1. in 9. colum. de reſcript. & in c. poſtulaſti, 17. colum. verſic. limita quintò, eodem titul. & in c. fin. in 2. colum. verſic. quo, &c. de foro competent.* Sed tamen aduertendum eſt, quòd contra hoc videtur eſſe gloſ. communiter approbata *in l. decurionibus, C. de ſilent. lib. 10.* quam ſequitur Alexan. *in l. final. C. ſi contra ius vel vtil. public. in apoſtil.* ad Bartol. & Iaſon. *in l. poſtquam liti, colum. final. C. de pact. & alibi ſæpè.* In quo textu aper-
69 tè probatur, † quòd per ſecundam legem, non derogatur priuilegio in corpore iuris clauſo, ſed requiritur quòd de eo fiat mentio, ita tenet Felin. ſibi contrarius, licèt prædicta non adducat *in c. nonnulli, in 2. colum. de reſcript.* & per hoc facit gloſ. *in c. cùm dilectus, in verſic. conſtitutione, & c. cùm ad hoc, cum gloſ. non obſt. extra de cleric. non reſident.* de quo dicemus infra, *in gloſ. ſuper verbo, facti.* Interim tamē recedendum non eſt à prima opinione quæ eſt communis, vt patet ex dictis per Felinum *in c. 1. colum. 12. de reſcript.* declarando tamen, vt ibi per eum. Non obſtat text. *in d. l. decurionibus.* quia ille textus procedit in priuilegio ſpeciali & ſingulari perſonarum, de quibus ibi: & ideo ſpecialis mentio requiritur: & idem eſſet de conſuetudine ſingulari, vt ſuprà dictum fuit, & ſic ille text. non obſtat, & iſte limitatur. Quartò limitatur niſi conſuetudo ſit particularis illius loci, ſeu populi,
70 qui legem vel ſtatutum contrarium † condit, quia talis conſuetudo benè tollitur non facta mentione, quia ceſſat ratio textus, cùm de illa notitia habeatur. Ita dicit Abb. *in c. final. in colum. final. in fin. de conſuetud.* & hoc tenet idem Bartolus *in extrauagant. ad reprimendum. in verſic. non obſtan. in fin.* & ſequitur latè Imol. *in conſil. 24. in 2. colum.* cum quibus concord. Alexand. *in conſil. 72. in 6. volumine.* iſta tamen ratio non procedit in priuilegio, quia licèt priuilegium ſit in eadem eccleſia, nihilominùs cenſetur eſſe facti, & poteſt probabiliter ignorari, vt eſt caſus ſignandus, ſecundùm quod ibi declarat Abb. *in 2. notab. in c. conſiderauimus. de electio.* de quo tamen non multùm dubito, propter prædictam rationem, & quia in actu electionis, cui obuiabat priuilegium Eccleſiæ, de quo ibi non præſumitur ignorantia, cùm ſit in facto proprio, ſed potiùs ſcientia, maximè vbi eſt aliqualis præſumptio reſultans ex actu, vt Bartolus dicit *in l. ſi patronus, ff. de confirmat. tutor.* ſequitur Deci. *in c. cùm in cunctis, §. clerici, in princ. & colum. 1. de electio.* & Rochus *in tractatu iur. patron. in verſic. honorificum, in 4. quæſtione.* & idem Deci. *in l. qui cum alio, ff. de regul. iuris.* Felin. *in c. cùm olim, col. 4. de teſt.* & Aret. *conſ. 35. colum. fin.* & eodem modo in facto alieno ſcientia præſumetur, *vt in c. innotuit, circa fin. de elect.* Quintò fallit, niſi per legem quæ eſt contra conſuetudinem reducamur ad ius commune primæuum, quod fuit per conſuetudinem ſublatum, quia tunc benè tollitur conſuetudo per legem contrariam non facta mentione, ita notab. limitat Paul. de Caſtr. *in l. de quibus, colum. final. ff. de legib.* & ita intelligit textum, de quo Doctores hic & vbique dubitant *in l. 4. §. diuus. ff. de ſepulchr. violat.* & cum iſta limitatione tranſit Angel. Aretin. *in §. igitur, in 1. colum. in procem. Inſtitut.* & iſtam limitationem ſentit Domin. *hic in 2. oppoſit.* quem latè ſequitur Felin. *in c. nonnulli, in principio, in 3. columna, verſic. tertiadecima concluſio, de reſcript.* & pro iſta limitatione benè facit illud quod vulgo dici-
71 tur, † viam illam fauorabilem eſſe, per quam reducimur ad ius antiquum, vt dicit gloſ. *in c. ſtatutum, in verſic. numerandum, infra de præbend.* per textum *in capit. ab exordio, 35. diſtinctione. & l. ſi vnus. § pactus. ff. de pactis.* & eam ſequitur Alexand. *in l. ſi conſtante, in ſecunda columna, ff. ſolut. matrimon.* facit pro hoc dictum Domin. *in capit. accedentes, in fine. 50. diſtinctione.* vbi dicit, quòd valet con-
72 ſuetudo, quòd Abbas † non ſit Sacerdos, contra *capit. 1. de ætat. & qualitat.* & rationem aſſignat, quia de iure antiquo non reperiebatur, quòd eſſet Sacerdos, ad quod ius antiquum per conſuetudinem reducimur. Hinc eſt, quòd licet inferiores non poſſunt ſtatuere contra canones: illud tamen eſt verum, niſi ſtatuentes contra canones per huiuſmodi ſtatutum reducerentur ad terminos iuris antiqui: ita dicit Felinus, vbi infinita cumulat *in capit. cùm acceſſiſſent, in 2. colum. verſic. hanc declarationem,*

extra de conſtit. & faciunt in propoſito quæ tradit idem Felin. *in c. nonnulli, in 30. colum. verſic. decimatertia concluſio, de reſcript.* multa igitur permittuntur, vt ad ius antiquum redeamus, quę aliàs non permitterentur, vt tradit Roman. *in conſil. 318. in fin.* cum pluribus concord. traditis per Ioan. Croti de Monteferat. in repetit. *l. nemo poteſt, in 8. colum. verſic. puto, de legat. 1.* & Deci. *in conſ. 3. in 3. colum.* & Socin. *in conſ. 58. in 3. colum.* & Iaſon *in l. properandum, in 6. colum. C. de iudic. & in Authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ.* Tamen iſta limitatio mihi non ſatisfacit, quia ratio, in qua fundatur iſte textus, ne conſuetudines & ſtatuta cenſeantur ſublata, militat iſto caſu, nam per hoc quòd per vltimam conſtitutionem contrariam conſuetudini, reuertamur ad antiquum ius, non fit, vt illius conſuetudinis, quæ facta eſt, & in facto conſiſtit, Princeps videatur habere notitiam, nam per hoc quòd reuertimur ad primum ius, non arguitur ſcientia niſi probetur, vt hic eſt textus qui generaliter loquitur, & licet talis reditus, ſeu recurſus ad ius antiquum, reputetur fauorabilis, illud procedit, quando datur ſcientia conſuetudinis, nam aliàs via iſta non reputaretur fauorabilis, ſed potiùs odioſa, & tali caſu iſtud odium ſiue præiudicium, quod ex reuocata conſuetudine reſultare poſſet, præponderat vtilitati quæ ex noua conſtitutione reſultare poteſt, argumento *l. qui exceptionem, ff. de condit. indebit. & l. item ſi obſtetrix, ff. ad legem Aquiliam.* eo maximè quia illa *regul. c. ab exordio.* procedit, quando actus primus ad quem reuertimur, non eſt omnino extinctus, ſecùs verò quando extinctus eſſet, vt in caſu noſtro, vbi per conſuetudinem præſcriptam lex prior contrario extinguitur, vt habetur *in c. final. de conſuetud.* & ideo ille recurſus ad primum ius tunc fauorabilis non reputatur, ita illam regulam limitat & declarat Socinus *in conſil. 260. incip. In cauſa Nanutenſis, in 4. colum. quod not.* Sextò limita, niſi conſuetudo ſit generalis, & poſterior conſtitutio ſit ſpecialis, quia tunc benè tollitur conſuetudo nulla facta mentione, ſecùs ſi conſuetudo eſſet ſpecialis, & conſtitutio generalis, nam iſto caſu procedit iſte textus, & ita declarat Dominic. hic, *in 3. oppoſit.* & videtur ſentire gloſ. *in verſic. ſingularium.* Sed aduertendum eſt, quia contra hoc videtur in terminis deciſio Dyni *in regul. poſſeſſor. in 3. chart.* ſecundùm paruam impreſſionem, *infra de regul. iur.* & vltra ipſum hoc ſuadetur, quia attenta finali ratione iſtius textus, nulla videtur differentia inter vtrumq; caſum. Nam conſuetudo ideo non cenſetur per contrarium actum ſublata, quia cùm ſit facti, præſumitur ignorari: iſta ratio pariter militat, quando conſuetudo eſt generalis vel ſpecialis, & licet primum dictum ſaluari poſſit, per ea quæ dicta ſunt ſuprà *in 4. limitatione.* tamen ſecundum dictum, videlicet, an lex ſecunda ſit generalis vel ſpecialis, nullo modo placet, ex quo ille textus ſimpliciter loquitur, & ita ſimpliciter debet intelligi, dato quòd maior ratio ſit in vno caſu, quàm in alio, argum. text. nor. *in l. 1. §. quod autem. ff. de aleat.* & quia per ſpecialem conſtitutionem non arguitur maior ſcientia conſuetudinis, ſuper quo cogitandum erit. Septimò limitatur iſte textus vt non procedat quando conſuetudo eſſet contra publicam vtilitatem, nam per legem ſequentem benè tollitur, non facta mentione. Ita dicit Paul. de Caſtr. poſt Baldum *in dicta l. de quibus.* & fuit prius dictum Bart. *in extrauagant. ad reprimend. in gloſ. non obſtant. circa medium.* quod commendat Abb. *in c. nonnulli, colum. fin. extra de reſcript.* Sed ipſi non aliter aſſignant rationem iſtius limitationis, quæ prima facie videtur contra iſtum textum, qui ſe fundat in ignorantia, quæ conſiſtit in facto. Vnde pro iſta limitatione poſſet aſſignari duplex ratio: Prima, quia ideo non requiritur mentio in poſteriori lege in caſu præfato, quia conſuetudo contra publicam vtilitatem non valet, *capit. final. de conſuetud. iuncta Authent. nauigia, C. de furt. & Authent. omnes, C. communia de ſucceſſ. & c. erit autem lex, 4. diſtinctione.* quo caſu in poſteriori lege non requiritur mentio, quia de actu nullo non requiritur mentio, *capit. non præſtat, infra de regulis iuris, cum concord.* vt tradit Felin. *in c. ex tenore, in 1. colum. extra de reſcript.* & tenet Cardin. *in Clement. ſtatutum, in 3. oppoſit. de elect.*

Sed iſta ratio morderi poſſet ex eo, quia omnis conſuetudo, quæ eſt rationabilis, & præſcripta tollit legem, *capit. final. de conſuetud.* & tamen † omnis lex concernit vtilitatem publicam, *capit. erit autem lex, 4. diſtinctione, l. 1. & 2. ff. de legibus.* & ſic attenta 73
iſta ratione conſuetudo omnis tolli poſſet per ſecundam conſtitutionem non facta mentione, cuius contrarium hic dicitur ratione ſpeciali, quia in facto conſiſtit. Et ideo alia, & ſic ſecunda ratio poteſt aſſignari, quia ex quo per poſteriorem legem

gem Reſpublica conſeruatur, propter hanc cauſam receden-
dum eſt à regulis iuris, *l. ſi quis in graui, §. verùm. ff. ad Syllanian. l. pe-
nult. ff. de ſicar. cum ſimilibus.* & ſic diſpoſitio textus noſtri non ha-
bebit locum, ratione Reipublicæ. Sed etiam iſta ratio eodem
morbu laborat, quo prima, per ea quæ ibi dixi, videlicet quia in
qualibet lege tractatur de vtilitate publica, *dict. c. erit autem lex.*
& ſic eſſet dicendum, quòd ſemper poſterior lex non deberet
mentionem facere de conſuetudine, quod eſt falſum. Dicas er-
go quòd iſte textus loquitur de conſuetudine non contraria iu-
ri, ſed præter ius, & iſto caſu dictum Paul. de Caſtr. benè proce-
dit, quia ſi fuiſſet correctoria iuris, per vltimam conſtitutionem
illi contrariam videtur reuerti ad antiquum ius correctum, &
ſic non requiretur mentio, per ea quæ dicta ſunt ſuperius *in 5. li-
mitatione.* Vel quia conſuetudo erat cõtra vtilitatem publicam,
ex eo quia contra bonos mores, & tali caſu dictum Pauli defen-
ditur; ſuper quibus cogitandum erit.

Octauò limitatur, niſi lex prohiberet tantùm ad tempus,
non perpetuò, quia tunc per legem benè derogatur conſuetu-
dini, licet de illa non fiat mentio: quia textus hic procedit, quã-
do lex noua induceret impedimentum perpetuum. Iſta limita-
tio colligitur ex dictis hic per Dominic. *in prima oppoſit.* poſt Io-
annem Andr. *in c. Abbate, de verborum ſignificat.* & tacitè ſequun-
tur omnes. Sed tamen iſta limitatio non videtur tuta, cùm i-
dem ſit iudicandum de prohibitione temporali, reſpectu illius
temporis, quod de prohibitione perpetua, *gloſ. in Clement. 2. de
rebus eccleſ. non alienand.* ad idem gloſ. *in Clement. 2. de reſcript.* quæ
allegat bonum textum *in l. ſufficit, ff. de condit. indebit.* & ibi notat
Iaſon & Abb. *in c. cùm olim, de rerum permutatio. & in c. quanto, in 5.
colum. de iureiurand.* per textum *in l. Iuriſperitos, ff. de excuſat. tutor.
cum concord.* quæ ſcribit Iaſon *in l. principalibus, in 1. columna in fine,*
74 *ff. ſi certum petatur.* Et ad hoc facit, † quia argumentum de parte
ad totum reſpectu temporis valet. *l. ſi cui, in principio, in verſ. ſi pro-
inde.* & ibi notat Bald. *de legat. c. l. tres tutores.* & ibi Bartolus *in pri-
mo notab. ff. de adminiſtrat. tutor.* declarat Deci. *in regula, cuius effe-
ctus, ff. de regulis iuris.* & quia iſte textus generaliter loquitur, ergo
generaliter debet intelligi, dato quòd in vno caſu ſit maior ra-
tio, quàm in alio, *l. 1. §. quod autem, vbi eſt text. notab. ff. de aleat.* & ra-
tio textus noſtri ita militat in prohibitione temporali, ſicut in
perpetua. Tamen non eſt recedendum à dicta limitatione, pro
qua ratio efficax adduci poteſt, quia cùm illa lex ſit temporalis,
modicum præiudicium afferre poteſt, & ideo non debet de ea
iudicari, ſicut de perpetua, vt eſt textus *in l. quoties, C. de precibus
Imperatori offerend.* & hoc tolerabile videtur, vt actus valeat, ob
quam cauſam ſæpè recedimus à regulis iuris, vt in notab. caſu
dicit Iaſon *in l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, ff. de legat. 1.* faciunt quæ
dicit Præpoſit. *in c. rurſus, in princip. qui clerici vel vouent.* ſuper quo
tamen cogitabis, quia omnia ſunt noua. & ita etiam per iſtam
rationem fuit tentum in Rota in vna Gebenenſ. coram domi-
no Nicolao, quòd regula reuocatoria priuilegiorum induceret
modicum præiudicium, quia erat temporalis, ideo non de-
bet de ea iudicari ſicut de alijs regulis perpetuis, per plura quæ
ſcribit Decius *in c. quæ in eccleſiarum, in 12. columna, de conſtit.* & Fe-
lin. *in c. nonnulli, in colum. 24. verſic. fallit octauò, de reſcript.* Aretin. *in
l. item ſtipulatus, colum. 3. de verb. obligat.* & alij plures, quos breuita-
tis cauſa non refero.

Nota nonò ibi, perſonarum ſingularum ſtatuta, &c. ſecun-
75 dùm Modern. repetentes, quòd † ſingulares perſonæ poſſunt
inter ſe facere ſtatuta: adde quod ad hoc etiam iſtum textum
notat Baldus *in repetit. l. omnes populi, in princip. ff. de iuſtitia & iure.*
Et ex hoc Modern. de Monteferrato repetentes inferunt, quòd
ſi aliqua familia faceret ſtatutum, quod filiæ fœminæ non ſuc-
cedant, ſed quod cuilibet ex eis ſine liberis defunctæ ſuccede-
rent agnati proximiores, tale ſtatutum valeret, alleg. Ioan. And.
*in additione ad Speculat. in titul. de inſtrument. edit. §. compendioſè, ver-
ſic. ſed nunquid dicemus, cum ſimilibus,* vt hic per eos. Secundò infe-
runt, quod valeret ſtatutum factum inter agnatos auferens fa-
cultatem teſtandi, licet pactum non valeret, *l. ſtipulatio hoc mo-
do, de verborum obligat.* vt hic latiùs per eos. Adde pro iſta opinio-
ne quæ dicit Bartolus de quarterio ciuitatis, *in l. de quibus, colum-
na final. in lectur. ff. de legibus. & in l. omnes populi, in 3. quæſt. 2. quæſt.
principalis, ff. de iuſtitia & iure.* & quod dicitur de collegiis cerdo-
num, piſtorum, qui ſtatuere poſſunt, quo ad pertinentia ad
ipſos, vt tradit Abb. & alij *in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* Ergo
eodem modo eſt dicendum in familia. Et hanc eandem opi-
nionem reaſſumunt ijdem Modern. *in repetit. l. omnes populi, in
quarta columna, verſic. in morte, ff. de iuſtitia & iure.* Iaſon *in l. ſtipula-
tio hoc modo concepta, in tertia quæſtione, de verborum obligat.* Et ad i-
ſtam quæſtionem cumulant plura quidam inter nouiſſim. *in
conſil. quodam Campegij, num. 2. quod ponitur inter conſil. Albert. Brun.
in penultima & vltima colum.* vbi latiſſimè referunt omnes Do-
ctores ſuper iſta materia, quam etiam latè attingit Ioan. Cam-
pegius *in tractatu de dote, in vltima parte, quæſtione 76.* mihi tamen
iſta non videntur ſine dubio pluribus rationibus. Prima, quia
facere ſtatuta eſt iuriſdictionis, *l. 1. ff. de iuriſdict. omnium iud.* cum
concord. quæ ponit Andr. Sicul. *in c. tranſlato, in ſecunda colum. de
conſtitut.* & tradit Bartolus *in l. imperium, ff. de iuriſdict. omnium iud.
& l. omnes populi, ff. de iuſtitia & iure.* Baldus *in l. nulli, C. de ſentent.*
& tradunt omnes *in c. cùm omnes, de conſtitut.* Sed † familia par- 76
ticularis non habet iuriſdictionem, igitur non poterit facere
ſtatuta. Præterea regula eſt notiſſima, quòd ſingulares perſonæ
ſtatuta facere non poſſunt, ita firmat Abb. *in c. ius ciuile, 1. diſtin-
ctione.* quem ſequitur ibi Præpoſit. & idem Præpoſit. *in c. omnes, in
2. colum. eadem diſtinct.* vbi dicit, quòd vna pars populi ſiue certa
familia, quo ad ſuos, non poteſt facere ſtatutum, ſed quandam
admonitionem, quæ ſi non obſeruetur, non erit coarctatiua
vinculo legis, cùm non dicatur habere iuriſdictionem. hanc et-
iam opinionem tenet in terminis Alexan. *in l. ſi non ſpeciali, in 2.
colum. C. de teſtament. & in conſ. 122. Viſo puncto, in 2. colum. libro 4.* &
probat Aretin. *in l. ſi quis à filio. §. final. in 2. colum. de legat. 2.* & Al-
bert. Brun. *in tractatu de ſtatutis excludentibus fœminas, in 5. quæſtio-
ne.* & ibi refert in fortioribus terminis Baldum dicere *in conſ. 34.
incip. Inter illuſtrem, & in conſil. 160. incipient. Verba pictorum, in 1.
volumine.* non valere ſtatutum communitatis alteri ſubiectæ
circa ſucceſſionem & excluſionem fœminarum, etiam ſi per
verba generalia Principis videatur dari poteſtas, de quo dic vt
ibi per eum. Præterea facit, quia clarum quòd † conſuetudo nõ 77
valet, per quam ſolemnitas teſtamenti minuitur, *l. final. C. de te-
ſtament.* tenent Abb. & Modern. *in c. 2. de probat.* à fortiori ergo
non valebit ſtatutum tollens in totum ſolemnitatem iuris na-
turalis, de qua *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* quia priuatæ
perſonæ facere non poſſunt, quominus leges locum non ha-
beant in caſibus ſuis, *l. nemo poteſt, de legat. 1. l. ius publicum, ff. de pa-
ctis.* Item faciunt pro iſta parte quæ dicit Angel. Aretin. *in §. ex
non ſcripto, colum. penult. verſic. quaro fœmina. Inſtitut. de iuſtitia & iu-
re.* poſt Bartolum *in l. 1. ff. de legib.* quòd fœminæ non poſſunt cõ-
ſuetudinem inducere, quia condere legem, & ſtatuta, & con-
ſuetudinem, iudicantur à pari, quod non cadit niſi in habente
iuriſdictionem, per ſuprà dicta: & hoc ſequitur Præpoſit. *in cap.
fruſtra. colum. final. 8. diſtinct.* Et hinc dicit Baldus *in l. 2. §. deinde.
ff. de origine iuris.* quòd pars Guelpha, vel Gebelina non poteſt
inducere conſuetudinem, & ſic nec per conſequens ſtatuere,
niſi habeant merum & mixtum imperium, vel iuriſdictionem,
vel ſit conceſſum à Principe: & in terminis noſtris iſtam opi-
nionem latiùs probat Rochus de Curte, qui plura pro hac par-
te adducit *in tractatu de conſuet. poſito ſub repetit. c. final. eodem tit. co-
lum. 62. quæſtione 8.* & ibi allegat circa iſtum articulum Iaſonem
ſibi contrarium. Non obſtant modo contraria, quæ pro alia
parte adducta ſunt, & primò dictum Ioan. Andr. *in addit. ad Spe-
culat.* quia reſpondetur quòd ibi Ioan. Andr. nihil determinat,
nec loquitur in caſu noſtro, & præſuppoſito quod clarè loqua-
tur, eum reprobat Angel. & alij quos refert Alexand. *in d. l. ſi non
ſpeciali.* Et ego etiam vltra ipſos duplici ratione confuto. Primò,
quia nullum textum allegat, & † erubeſcimus, cùm ſine lege 78
loquimur. Nam, vt ſingulariter dicit Bald. *in c. in Geneſi, colum. fi-
nal. de electio.* paria ſunt ſine lege loqui, vel contra legem, quod
dictum ſequitur in ſimili reſponſione Iaſon *in l. ſingularia, in 7.
colum. ff. ſi certum petatur.* & reaſſumit idem Iaſ. *in l. illam, C. de col-
lat. in 2. colum.* vbi ſingulariùs ſubdit poſt Anton. de Butr. *in c. tua
nos, in 2. colum. de vſuris.* quòd poſſumus iudicare contra commu-
nem opinionem, ſi non habet caſum legis pro ſe. Secundò, quia
dictum Ioan. Andreæ eſt contra regulam, quòd ſingulares per-
ſonæ non habentes iuriſdictionem, nec facientes vniuerſita-
tem poſſint ſtatuere, & quod ſingulares perſonæ non faciant v-
niuerſitatem, eſt doctrina Bartol. *in l. ſi cognatis, colum. fin. ff. de re-
bus dubijs.* & ideo non poſſunt ſtatuta facere, ſed quandam ad-
monitionem, vt ſuprà dictum eſt. Vel ſaluando Ioan. Andr. po-
teſt † dici dictum ſuum procedere, quando illa progenies vel 79
familia haberet iuriſdictionem & imperium, ſecùs verò ſi eſ-
ſent ſimplices priuatæ perſonæ nullam habentes iuriſdictionẽ,
quia tunc non poſſent ſtatuta condere. Non obſtat illud de
quar-

quarterio ciuitatis, cum ſimilibus: quia dico illos ſtatuere poſſe, ſi habent iuriſdictionem: vt ibi dicit Bartol. quia faciunt collegium, ſecùs eſt in priuatis perſonis, quæ collegium non faciunt, vt dicit Bart. *in d. l. ſi cognatis.* & pro iſta diſtinctione facit dictum Aretini & Iaſ. *in l. filio. §. fin. ff. de leg. 1.* & finaliter iſta eſt communis ſententia, quod qui non habet iuriſdictionem, non poteſt ſtatuta facere, quo ad deciſionem cauſarum, ſecùs verò quantum ad diſpoſitionem & ordinationem rerum ſuarum, dummodò non ſint contra commune, vt colligitur ex ſupradictis, cum concordant. quæ Modern. repetent. congerunt *in l. imperium, ff. de iuriſdict. omnium iudic.* & eſt text. quem ibi Philip. Franc. ponderat *in c. 2. infra eodem.* Non obſtat etiam textus noſter in quo Modern. ſe fundant, quia intelligo eum de ſingularibus perſonis iuriſdictionem habentibus per ea quæ dicta ſunt, quia
80 iura † loquentia de perſonis, debent intelligi de habilibus, *l. vt gradatim, §. lege, ff. de munerib. & honorib.* cum concordan. vt dixi *in §. in perſonam.* poſt Iaſon. ibi, *Inſtitut. de actio.* & iſta mihi videtur veritas, & ſi in aliqua iuris parte reperiatur ſingulares perſonas feciſſe ſtatutum, illud eſt approbatione Principis, vel quia illis competebat iuriſdictio, aliàs ceſſantibus his, non poſſunt ſtatuta condere, nec conſuetudinem inducere, prout iſte intellectus probari videtur ex his quæ Alexander adducit *in conſil. 123. in 2. colum. 4. volum.* quod puto fuiſſe Barbat. Nec etiam eſt vera ſecunda illatio, quam facit prædictus Ioannes de Monte-
81 ferrato Modern. reperens, videlicet, quod valet ſtatutum † auferens facultatem reſtandi, licet non valeat pactum: quia clarum eſt quod tale pactum non valet, quia eſt contra bonos mores, vt dicitur *in dicta l. ſtipulatio hoc modo.* ergo minimè valebit ſtatutum per magiſtralem regulam Bartoli *in l. non impoſſibile, in fine. ff. de pactis.* vbi concludit, quòd ſi pactum eſt prohibitum, quia contra bonos mores, ita & ſtatutum, quia iſta ſunt conuertibilia, quod non poteſt fieri per pactum nec per legem. Ita dicit Bartolus, & latiùs *in l. omnes populi, in 7. columna, in 3. quæſtione tertia partis principalis, ff. de iuſtitia & iure.* quem ſequitur & approbat Decius *in conſil. 21. aliàs 225. In cauſa, in ſecunda columna, num. 4. in ſecunda parte, & in conſil. 43. In cauſa magnifici, colum. final. eodem libro.* Non obſtat conſilium Bartoli 72. quia ex dictis ibi per eum patet ſolutio, quia loquitur in perſonis habẽtibus merum & mixtum imperium, & non recognoſcentibus de facto ſuperiorem, etiam eccleſiam Romanam, quibus eſt pro ratione voluntas: quo caſu ſumus extra caſum noſtrum. præterea ibi non loquitur Bart. prout Modern. referunt, & ſic non facit ad propoſitum.

¶ Nota decimò ex iſto text. ibi, nouiter editam, &c. quòd iſtud verbum, nouiter, idem importat, quod vltimò editam, *cap. cùm Marthæ, §. cæterùm.* vbi ſic exponitur, *extra de celebrat. Miſſa. l. pacta nouiſſima, C. de pactis.* quod Alexand. adducit ad pulchram quæſtionem *in rubr. ff. de oper. noui nunciat. in fin. colum.* & quid dicatur nouum, vide gloſ. ordinariam *in c. generali, in verſic. de nouo, de elect. libro 6. cum ſimilib.* vt per Felin. *in c. cùm ex officij, in 8. colum. de præſcript. & in c. cùm acceſſiſſent, in gloſ. fin. de conſtitut.* & per Mo-
82 dern. *in l. admonendi, ff. de iureiurand.* aliquando † nouum dicitur quod nunquam fuit ſtatutum, quia ſi olim fuit, non dicitur nouum, vt eſt gloſ. not. *in c. præceptis. 12. diſtinctione.* & tenet Angel. *in l. 1. per illum textum, ff. quod quiſque iuris.* ſequitur Troilus de Malui. eximius Doctor Bono. *in tractatu de canonizatione Sanctorum, fol. 7. in 4. colum.* & Hoſtienſ. *in c. ſignificauit, de cenſib.* facit *l. non ſolùm, in princ. ff. de excuſat. tutor.* & ita poteſt capi hic, & nouum alido dicitur res inaudita, vt inquit Marcus Tullius *libro primo epiſtolarum, epiſtola 2.* aliquando nouum, id eſt antiquum, *vt in capit. omnes, de conſtitut.* & ita intelligi poteſt *d. l. 1.* Et nouum etiam aliquando dicitur, quod non durat per annum. gloſ. *in verſic. noui, in cap. de gradibus. 35. quæſtione 8.* & nouus homo quis dicatur, tradunt Moder. *in cap. ferrum, 50. diſtinctione.* & ita etiam in alio ſignificatu accipitur apud Tullium, qui nouum hominem appellat obſcurum, & peregrinum, ac terræ filium, qui nulla generis, neque gentilium nobilitate commendatur: hinc vſurpatur, quòd noui dicuntur moderni, licèt Petrarcha eos nouiores appellat, quod verbum tanquam inuſitatum in illo reprehendit Philephus *epiſtola 862. cuius eſt initium, Stultorum, &c. circa finem.*

83 ¶ Nota vltimò ibi, expreſsè, &c. quòd † dictio, niſi, quando ſequitur negatiua, ſtat incluſiuè, ita iſtum textum ad hoc ponderat Dominic. *in c. conſtitutio; infra de electio. in princ.* de qua dictione Moder. hic multa congerunt, quæ extra propoſitum videntur, & ideo non inſiſto, ſed videndum eſt, vt latiſſimè per Iaſonem & Alexand. *in l. actione, C. de tranſact.* per Moder. *in cap. 2. de regul. iuris, infra eodem libro.* Et quantum attinet ad iſtum textum, iſta dictio, niſi, quæ hic ponitur affirmatiuè, imponit neceſſitatem, & diminuit de ſuo genere, ſecùs quando ponitur negatiuè, vt notat Baldus *in capit. cùm acceſſiſſent,* per illum text. *de conſtitut.* & ibi Audr. Sicul. *in 8. columna, num. 38.* & de hoc per Bartolum *in l. diuus, ff. de petit. hæredit.* Non tamen omittenda ſunt circa iſtam dictionem, ea quæ ponit Iaſon *in princ. Inſtitut. de actio.* per illum textum, quæ licet ibi latius proſequutus fuerim in commentariis meis editis, tamen quia quædam adhuc occurrũt, quæ ibi ſcripta non ſunt, ideo breuiter perſtringam. Stante igitur concluſione ſuperius facta, quòd dictio, niſi, cùm negatiua ponatur incluſiuè, infert Iaſon dicto loco, ad quæſtionem ponamus, quòd aliquis promittat alicui non vendere equum, niſi ſibi, vtrùm poſſit compelli ad vendendum, caſu quo alteri non vendat? & communis opinio tenet quòd non, rationibus de quibus ibi latius dixi, ſed Archid. *in c. non ſit, 15. quæſtione 3.* tenuit contrarium, & pro ſua opinione facit quòd promiſſio de vendendo, videtur ponere actum in eſſe de præſenti: & tantùm operatur quantùm ſi venditio facta fuiſſet, vt ibi probant: pro quo accedit notàbile dictum Alexand. *in l. cùm fundus, §. ſeruum. ff. ſi certum petat,* vbi poſt Ioannem Andr. quem ibi refert, dicit, quòd ſi promitto me obligaturum ad decem, quod ſtatim poteſt agi ac ſi facta ſit obligatio, quod dictum ibi ſequitur Iaſ. & *in l. dominus. ff. de condit. indebit.* Moder. repet. *in l. 2. in princ. & in 5. colum. C. de pactis inter emptor. & vendit.* & nouiſſimè Florenti. *in repet. §. Cato, num. 179. ff. de verb. oblig.*

Sed breuiter iſtis † non obſtantibus, tenenda eſt communis 89
opinio, pro qua conſiderandum eſt, quòd qui promittit rem non vendere alteri, quàm ſibi, non videtur teneri niſi in euentum quòd alteri vendiderit ad intereſſe, ſed ſi alteri facta non ſit venditio, illa promiſſio de vendendo non eſt venditio, vt ibi latè dixi: & vltrà ea quæ ibi dixi iſtud tenet in terminis Audr. Sicul. *in c. niſi ſpecialis, in 1. notab. de offic. leg.* & Alexan. *in conſ. 121. Viſo themate, in 2. colum. libro 4.* & hinc dicit Roman. *in conſ. 86. Viſo, colum. 2.* quòd promiſſio de cedendo non inducit ceſſionem, & eodem modo promiſſio de inueſtiendo non obligat dominũ, vt tenet Andr. de Iſern. Bald. & alij *in c. 1. ſi de inueſtit. feud. fuer. controuerſ.* & eodem modo dicimus, quòd † aliud eſt renunciatio, 90
& aliud pactum de renunciando, vt *in Clemen. 1. de renunc.* & hoc idem permutatione procedit, *vt in c. quæſitum, & in c. cùm vniuerſorum, de rerum permut.* & plura alia ſimilia adduci poſſunt, quibus probatur aliud eſſe promiſſionem facere, aliud actum expedire: vt tradit Aret. *in conſ. 28. Diligenter, in 1. dubio.* quem referunt prædicti Moder. Florent. *in d. §. Cato, num. 181.* Ad idem facit gloſ. iuncto text. *in l. cognitio, §. final. ff. de offic. eius.* & text. *in l. qui ſe dicit, ff. de iudic.* & quæ not. Alexan. *in l. ſi pupillus, in fin. princ. ff. ad legem Falcid.* & Socin. *in l. ſi ante, in 1. colum. ff. ſolut. matr.* & gloſ. *in l. 1. ff. ſi aduer. liber. & in l. fin.* & ibi Bart. *C. vbi, & apud quem.* & text. *in c. ſuper eo, de offic. deleg.* & Bald. *in l. ſi quis filio. § de iniuſt. rupt. cum concord.* quæ adducit Barbat. *in d. c. ſuper eo, in 4. columna, num. 25.* & latè Hadrianus Papa *in 4. ſententiarum, titul. de Sacramento Matrimonij,* vbi latè examinat naturam iſtius dictionis niſi, in illa quæſtione, quando quis promittit alteri non nubere, quàm tali. Sed vt opinio † poſſit fœdere diſtinctionis ad concordiam reduci, 91
conſiderandum eſt vlterius pro noua diſtinctione in iſta materia, quòd aut promiſſio de vendendo fuit facta abſolutè nulla facta mentione pretij, & tunc firmiter concludendum eſt, venditionem alteri factam valere, quia primo non obligatur, cùm talis contractus potiùs conſiſtat in fieri, quàm quod fuerit factum, vt dicit Geminian. & Philip. Franc. *in c. penult. de electio. lib. 6.* Aut verò promiſſio fuit facta in contractu de vendendo pro certo pretio, & tali caſu procedat communis opinio, vt promittens cogatur primo vendere, nec alteri vendere poteſt, quia talis contractus habetur pro abſoluto, & ita reperio Carolum Ruinum hoc ſenſiſſe, in ſatis remoto & peregrino loco, videlicet *in l. 1. in princip. in quinta columna, ff. de verborum obligat.* pro quo eſt text. *in §. cùm autem. Inſtitut. de emptione & venditione.* & iſtud ratione probatur, quia vbicunque fit mentio pretij, cenſetur celebratus contractus emptionis & venditionis, *l. final. C. de præd. decurio. libro 10.* tenet Bartolus *in l. filiumfamilias. §. diui, de legat. 1.* Abb. *in c. 2. de poſtul. prælat.* & iſto modo facilè opiniones concordantur, & declarantur etiam ea quæ ſcribit Decius *in conſi. 14. in 4. colum. in 3. parte.*

Expeditis notabilibus extraordinariis quæ vltra Doctores
ponderaui, modò referam ordine ſuo notabilia Dominici de
ſancto Geminiano, quem vt præcipuum Doctorem ſuper hoc
6. libro Decretalium imitabor, poſtquam eius commentaria v-
ſu recepta ſunt in omnibus ferè gymnaſiis, & eundem interpre-
tes omnes quaſi ducem & aurigam referre ſolent, cuius dicta,
quæ in multis reformatione indigent, diligentius perſcrutabor,
multa noua aperiens, quæ vobis non erunt iniucunda, vt re ipſa
experiemini.

Notabilia Geminiani ſequuntur.

NOTA igitur primò ex iſto textu ſecundùm eundem Do-
92 minic. hic, † quod in Papa non cadit ignorantia iuris, &
ideo ſi concedit reſcriptum valet, licèt de iure mentionem non
faciat, ita Dominic. hic, cum quo omnes tranſeunt. Et ad hoc i-
dem iſtum textum not. idem Dominic. *in c. 1. in 4. colum. infra de
reſcript.* & hoc fuit originale dictum Innocent. *in c. 1. eodem titul.*
quem ſequitur Ægid. Bellam. *in deciſione 698. incip. Concluſio, in 2.
col.* Et iſtud quod dictum eſt procedit etiã ſi in reſcripto non ſit
appoſita clauſula, non obſtant. prout concludit idem Domi-
nic. qui ita intelligit iſtum textum *in c. ſtatutum, in 3. colum. verſic.
nota benè iſtam gloſ. infra titulo proximo.* & firmat Ægid. *in dicta de-
ciſione.* & Baldus *in l. item lapilli, ff. de rerum diuiſione.* Ex quibus om-
nibus duo habetis colligere, ſuper quibus aduertendum erit.
Primum eſt, quòd in Papa non cadit ignorantia iuris. Secun-
dum, quod reſcriptum valet, licet de iure mentionem non fa-
ciat. Circa primam concluſionem aduertendum eſt, quia non
videtur verum ſimpliciter iſtud dictum, quòd in Papa non ca-
dat ignorantia iuris, per textum *in l. 2. ff. de ſupellect. legat.* vbi Im-
perator circa intellectum ſupellectilis conuincitur erraſſe, &
hoc ſæpiùs contingere poſſe in Principe, idem Imperator fate-
tur *in l. 2. § ſi quid autem, C. de veteri iure enuclean.* dum ibi pro con-
93 ſtanti tenet, † omnium habere memoriam, & in nullo errare,
eſſe potiùs diuinitatis, quàm humanitatis, & ſic præſupponit
pro expedito, quòd in Principe ignorantia iuris cadere poſſit,
quia error, de quo loquitur ibi textus, nihil aliud eſt, quàm ig-
norantia, *vt in l. non idcircò, iuncta rubric. C. de iuris & facti ignorant.
& c. in quibus, 22. quæſt. 2. & l. error. ff. de iuris & facti ignorant.* Nec
mirandum, quòd ignorantia in Principe cadere poſſit, cùm ſit
animal mortale & occupatiſſimum. Nam licet conſtitutionem
primam, vel reſcriptum tollere poſſit, nulla facta mentione, &
facere alia multo maiora, poterit etiam hoc quod eſt commu-
ne omnibus hominibus, videlicet, errare, & peccare, vt probat
Archiepiſc. Florent. *in tertia parte ſumma, titul. 22. cap. fina.* Quam-
obrem dicit Felinus *in c. cùm à uobis, in ſecunda columna, in 4. notab.
de teſtibus.* quòd aliquando poteſt Papæ dici, vos fallit obliuio,
vt ibi latiùs per eum: nec mirum, quia memoria eius corrupti-
bilis eſt, vt dicit Baldus *in c. ex parte, el 2. de offic. delegat.* & hac de
cauſa videmus Iuriſconſultos ſæpiùs defeciſſe, vt refert Am-
broſius Opizo *in repetit. § diuus. l. filiusfamilias, de legat. 1. colum. 15.*
vbi ab obliuione Labeonem Iuriſconſultum defendit, ob quã
94 ſæpè Iuriſconſulti peſſimè ſunt locuti: & licet † ipſos reprehen-
dere ſit quodammodò in Spiritum ſanctum peccare, vt dicit
Lancellot. Deci. *in l ſi creditor, in 3. colum. de legat. 1.* & Iaſon *in l. à
diuo. § ſi ſuper, de re iudicat. in principio.* Propter quam cauſam Iaſon
in l. 3. § ex contrario, in primu verbu, non audet impugnare Treba-
tium, licèt æſtimauerit eum malè reprehendere Labeonem, ta-
men ſi euidenter de errore apparet, adhærendum eſt potiùs ve-
ritati, ob quam non dubitauit Paulus Petro in faciem reſiſtere,
capit. Paulus. 2. quæſtione 7. & ad Galatas capit. 2. ea igitur de cauſa
Iuriſconſulti de errore redargui poſſunt, prout à multis paſſim
reprehenduntur, vt dicit Alexand. *in l. prima, in 4. columna, num.
15. in fine, verſic. nam hæc differentia, ff. ſi certum petatur, per l. 3. § Nera-
tius, ff. de acquirenda poſſeſſione*, cum concordant. de quibus ibi per
eum, & hoc idem dicit Iaſon *in l. lecta, in ſecunda columna, eodem ti-
tulo.* & facit textus *in l. eſt differentia, ff. in quibus cauſis pign. tacit. con-
95 trahit.* † nam ſufficit quòd homines fuerunt, inter quos nullus
repertus eſt ſine macula. Nam ſicut in Angelis ſuis Deus inue-
nit prauitatem, cùm tamen illi non haberent, vt nos, inſtigan-
tem carnem, quid igitur fiet in filiis hominum, qui carnem in-
ſtigantem, dæmonem tentantem, & mundum inuitantem, &
ad errores inducentem habent? vt de iſtis eſt textus notab. *in c.
final. circa finem, de pœnitent. diſtinctione* 2. Propter quam rationem
dicit Andr. Sicul. *in rubric. de probat. in prima columna.* quod im-
poſſibile eſt dicere, quòd Iuriſconſulti aliquando non erraue-
rint, nam non auderet hoc dicere: & propterea Bartolus auda-
cter reprehendit definitionem latæ culpæ datam à Iuriſconſul-
to, *in l. latæ culpæ, ff. de verborum ſignificat. & in repetitione l. quod Ner-
ua, in quarta columna, ff. deposit.* Et hoc etiam patet in definitione
argenti puri data per Alphenum Seruij Sulpitij Iuriſconſulti di-
ſcipulum, cuius reſponſa infinita extant, de cuius errore Aulus
Gellius meminit noctium Atticarum *libro ſexto.* vbi etiam defi-
nitionem illam, ſiue etymologiam teſtamenti datam per Im-
peratorem *Inſtitut. de teſtament. in princ.* eleganter deridet. Quem
ſequitur pluribus verbis Laurentius Valla, elegantiarum ſua-
rum *libro ſexto.* & reaſſumunt quidam Moderni *memorialibus iu-
ris, in verbo, teſtamenta.* & nouiſſimi repetentes *in repetitione rubri-
cæ, de legat. 1. in 14 columna.* & Marcus Tullius *in oratione pro Mure-
na*, plura loca Iuriſconſultorum citat emendatione digna. Con-
niuere enim † & ſæpiùs falli, proprium eſt hominis, maximè 96
in hac legali ſapientia, quæ in arbitraria hominum voluntate
conſiſtit, ob quam cauſam dicit Angelus *in l. ſi contra, C. de vſu-
cap. pro empto.* quòd licet quilibet præſumatur doctus in arte ſua,
& perfectus, vt ibi textus, non tamen illud procedit in ſcientia
iuris, & propterea dicit, quòd nullus fuit Iuriſconſultus, qui
non fuerit reprehenſus, quod dictum magnifacit Andreas Si-
cul. *in conſil. 1. in 17. columna, in tertio volumine.* faciunt quæ dicit
Aretinus *in l. qui patri. ff. de acquirenda hæredit.* vbi iuris diſcipli-
nam maledicit ex eo quod vix biduum fuerat elapſum, quia vi-
derat textum, & tunc non recordabatur de eo, ad idem facit
quod latè dicit Andr. Sicul. de Bartoli errore loquens *in conſil. 1.
incip. Ex ſacris, in penult. colum. libro* 1. & Alexand. *in l. ex diuerſo, in
princip. in quinta columna, ff. ſolut. matrimon.* & hoc idem de Iuriſ-
conſultis Tertullianus dicit in Apologet. *cap. 4.* inquiens: [Mira-
mini hominem aut errare potuiſſe in lege condenda, aut reſi-
puiſſe in reprobanda? Nonne & ipſius Lycurgi leges à Lacedæ-
monijs emendatæ tantùm auctori ſuo doloris miſerunt, vt in
ſeceſſu inedia de ſemetipſo iudicauerit, &c.] Quod dictum am-
plioribus verbis reaſſumit Budæus *in Annotationibus iuris, folio* 8.
facit etiam quod de lege Longobarda dicit Lucas de Penna *in
l. 1. C. de gladiatoribus. libro* 10. quòd illa lex eſt fæx: & dicit Prepo-
ſit. *in § ſi duo, in fin. de pace tenend.* quòd quando Imperator fecit
illum §. non habebat Iuriſperitos: & Laurentius Valla *in ſuis de
lingua Latina elegantijs* Pomponium, Sabinum, atque Caſſium,
Iuriſconſultos, probat à vera geminarum interpretatione de-
uiaſſe: & ideo dicit gloſ. penult. *in l final. C. in quibus cauſis in inte-
grum reſtit. non eſt neceſſ.* quòd Iuſtinianus biberat quando fece-
rat illam legem: & gloſ. etiam alibi dicit, Hieronymum à vero
deuiaſſe, videlicet, *in c. 1. in gloſſ penult. 10. diſtinct.* & alibi dormi-
taſſe Auguſtinum. Ita dicit gloſ. *1. c. nuptiarum, in verſic. cùm enim,
27. quæſtione* 1. Vnde meritò gloſ. *in l filiusfamilias. § diui ff. de legat.
1.* dicit, quòd Iuriſconſulti multoties reprehenduntur, quinimò
plus dicit Angelus *in l. minus, C. de acquirenda poſſeſſ.* quòd nun-
quam fuit aliquis Iuriſconſultus qui aliquando non fuit repre-
henſus, quia, vt inquit Baldus *in quodam ſuo conſilio incipien. Scien-
dum eſt.* quem refert Socinus *in conſil. 150. in primo volumine, in 6.
colum.* ſpeculatiua & æſtimatiua, quæ eſt vtilior pars intellectus,
quàm ſit concluſiua, non eſt ſemper eadem, ſed ex varietate re-
rum & cellulæ intellectus variatur. Ita Bald. *in conſ. 99. incip. Sciẽ-
dum, in fin. in 2 volum.*

Sed licet (vt prædicti Doctores dicunt) in Iuriſconſultis vel
Principibus, labilis ſit memoria: non tamen ob eam cauſam re-
prehendendos exiſtimo, ſed potius excuſandos, quorum dicta
pro lege recipimus. Nam qui illos reprehendit, illis meliorem
ſe facit, & ſic legi facit iniuriam, cùm nullus lege melior inue-
niatur, vt dicit Baldus *in l. 2. C de ſentent. ex peric. recitand.* & nouiſ-
ſimi repetentes in reper. *cap. Raynutius, folio 224. in ſecunda colum-
na, de teſtament.* Nam inſanus meritò iudicatur, qui Iuriſconſul-
tum reprehendit, *l. ſi ita quis, ff. de euictio.* Sed poſſet dici, quod in
talibus imputanda ſit obliuio, non malitia. Nam quæ per obli-
uionem accidunt, venia digna videntur, niſi fuerit in facto
proprio, quæ omnia cùm in Principibus faciliùs accidere poſ-
ſunt, atque ideo ſæpiùs, quia negotiorum mole obruuntur,
propterea concludendum videtur, eos etiam poſſe labi, & à ve-
ro iuris intellectu deuiare, nedum à memoria iuris, quæ cùm
in omnibus labilis † ſit, in Papa faciliùs deficere poteſt, quia 97
frequenter Papæ annoſi, & graui ætate creantur, quæ ætas, ſe-
cundùm Senecam, domus eſt obliuionis, in quam primum ſe-
nectus incurrit, probat Modern. de Ripa *in tractatu Peſtilentiæ,*

fol.

fol.65.colum.1.& antè ipſum latiùs reaſſumit Andr. Sicul.in cap.ab excommunicato,in 15.colum.num.73.& latiſſimè in c. cùm adeo, in ſecunda columna,& in capit.cum te,per illum textum,in 3.colum. de reſcriptis.& in capit.cauſam quæ,el 2.de iudic.& in capit.tertio loco,in 29.columna,num.67.de probationibus. Quo in loco idem Barbat. ſe plurimùm iactat ſe aſſequutum fuiſſe memoriam non ſolùm naturalem, ſed etiam artificialem: & in propoſito alia congerunt Moder.Bononienſ.in repetit.l.is qui cum telo, num. 2. C.de ſicar. Ex quibus omnibus reſtat ſatis probata iſta concluſio, videlicet, quòd in Papa poteſt cadere ignorantia iuris propter obliuionē. Et hoc idem quod dicitur de Papa, procedit in ſenatu Cardinalium,vt Andr.Sicul.concludit in conſ.40.incip. Clementiſſimū, in 3.colum.lib.4.

Non obſtat iſte tex.qui in Papa videtur probare contrarium, quia ad illum dupliciter reſpondetur: Primò quòd loquatur in eodem Papa, qui duas conſtitutiones contrarias fecit, nam faciendo poſteriorem, cenſetur primæ derogaſſe, licèt de illa mentionem non faciat, ea ratione cùm ſit factum proprium, non præſumitur illud ignorare: ſed illas cenſetur habere in ſcrinio pectoris, quia in facto proprio ignorantia non præſumi-
98 tur,l.final.ff.pro ſocio,& capit.ab excommunicato,de reſcript. & † quia facta propria faciliùs videtur reuocare, quàm illa ſui prædeceſſoris,quæ cum maiori reuerentia cuſtodit, ob eam cauſam, vt ſua à ſucceſſoribus obſeruentur,vt eſt text.notab. in c.iuſtitiæ. 25. quæſtione 1. Per quem textum hoc in terminis dicit Roman.in cōſil.327.Iſta ſunt,in 2.columna.vbi multis rationibus hoc probat,& per hoc redditur dubitabilis opinio Ioan.Monach.hic, & Iacobi Butrig.in l.præſcriptinis,in fine, C.ſi contra ius. cum alijs quos refert Alexand.in conſ.3.Proſpectis,in 3.colum. num.20. in 6.volumine. qui dicebant, quòd Papa facilius conſtitutionem prędeceſſoris reuocat,quàm ſuam,quòd non eſt verum, facit capit. ex literis,de reſcriptis.

99 Vel ſecundò reſponde,† quòd iſta verba tex.videlicet,quòd Papa cenſeatur habere iura in ſcrinio pectoris, non intelliguntur propter ſcientiam & peritiam, vel memoriam, quas habet, quia poteſt eſſe idiota, & immemor etiam ſui: vt de Cæleſtino Papa legimus,qui adeo obliuioſus erat,vt ea quæ mane conceſſerat vni,ſero aliis concedebat,& ille idem idiota erat, propter quod hodie Pontifices remoueri non poſſent, vt dicit gloſ.in verſic.ſufficientem,in capit.1.de renunciat. libro 6. & Felinus in capit.ſi quando.in 9.columna,de reſcriptis.Sunt igitur intelligenda verba iſtius textus, quòd habeat iura in ſcrinio pectoris, propter au-
ctoritatem quam habet,non propter ſcientiam,ita dicit Baldus
100 in capit.1.columna final.de confeſſ. vbi dicit, † quòd quamprimum creatur aliquis Papa,eo ipſo eſt Doctor vtriuſque iuris, auctoritate,non ſcientia, quod dictum ſequitur Andreas Sicul. in rubr. de teſtament.in 39.columna, num.17. in fine.& ideo iſte textus cum miniſterio vtitur verbo,cenſetur, quod fictionem denotat, vt dicit Dominic.infra in 3.gloſſa.in alio propoſito, & intelliguntur quæ ſcribit Abb.ad declarationem iſtius textus in cap. cùm ex literis,in 5.notab. de reſtitut. in integrum. dum dicit, quòd iſta verba textus,quòd Papa habeat iura in ſcrinio pectoris, intelliguntur propter multitudinem peritorum, qui illi aſſiſtunt. Quod vltra ipſum,ratione probatur,quia ideo illud ſibi contingit, quoniam faciliùs res ad memoriam reducitur, quando à pluribus perſcrutatur, vt in capit.final. 20. diſtinctione. facit quod dicit Dominic. in capit. per hoc. §. verum, infra de hæret.& Abb. in capit.prudentiam.per illum textum in prima columna, de offic. delegat. & iſto modo declarari debet regula Abbat. in dicto capit. cùm ex literis. & licet non eo modo ipſe dicat,ſicut præmiſſum eſt,tamen pro opinione eius, eſt caſus in l. omnium, C.de teſtament. ibi, inter tot notabiles probataſque perſonas, quæ conſcientiam Principis tenent, quem textum ad hoc Andreas Sicul. ponderat in conſil.1. in octaua columna, in 1.volumine,& conſ.1.in 26 colum.in 3.volumine. & notat Corn.in conſ.200.in 3.columna, libro 1. & illam rationem Abba.in d.c.tam literis, approbat Barthol. Bellenzinus in tractatu de charitatiuo ſubſidio,quæſt.66.colum.7. vbi etiam aliam rationem reddit, quam ibi videas, & Andr.Sicul. in rubric. de teſtament. in 48.colum.num.17.in fin.& hoc quantum ad primum dictum Dominic.Secunda concluſio colligitur ex prædicto not.Dominic. quod adeo in Papa ſcientia iuris præſumitur, quod ſecundum reſcriptum valet de iure mentionem non faciens,& hoc procedit etiam ſine clauſula non obſtan.vt idem Domi.firmat,ita intelligendum iſtum text.in c.ſtatutum,in 3. col. verſic. not. benè iſtam gloſ.infra tit.proximo. & videtur ſequi Felin. licet de Domi. mentionem non faciat in c.1.in 4.col.verſic.limita 4 de reſcrip. vbi dicit, quod paris potētiæ eſt reſcriptum & lex ad tollendum primum ius:& hoc idem tenet Ægid.deciſ.698.

Sed tu audias,quòd dictum iſtud dom. Felini & ſequacium, quod ab aliis tacitè approbatur, mihi non placet, nec ſimpliciter eſt verum: nam illud in primis reprobat Abb.in capit. 1. in 2. colum.de reſcriptis. Nec illud dictum ex textu iſto colligitur, qui de lege loquitur contraria primæ conſtitutioni, ſed reſcriptum contra ius, non ſolùm illud non tollit, ſed nec tale reſcriptum valet, l.final. C.ſi contra ius vel vtilitatem publicam, & l. nec damnoſa, C.de precibus Imperatori offerend.capit.1.de reſcript. Et ideo, vt ſaluari poſſit dictum Dominici, oportet dicere, quòd dictum eius intelligatur, & ſuppleatur, quando in reſcripto appoſita fuiſſet clauſula,non obſtante,vt probatur in capit.nonnulli, de reſcript. aliàs reſcriptum tale eſſet illicò abiiciendum,vt dicit Abb.per gl. hic in capit.paſtoralis,in fin. de fide inſtrument. Pro quo facit doctrina Bartoli in l. final. in fine. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & quæ tradit Andreas Sicul.in rubric.de reſcript.in Clement.in 17.colum. Sed iſta ſuppletio ſeu defenſio poteſt morderi per ea quæ dicunt domini de Rota deciſione 3.in nouis.in 2.colum. vbi volunt, quòd per clauſulam non obſtant. non tollitur diſpoſitio iuris communis,& etiam quia ipſe Dominicus, declarando iſtum textum,& dicta ſua hic, contrarium dixit in dicto c.ſtatutum. videlicet quòd non requiritur clauſula non obſtant. & hoc alia ratio-
ne probatur,† quia iſto caſu,videlicet,quando reſcriptum con- 101
tinet clauſulam non obſtan. reſcriptum mutat nomen, & tranſit in priuilegium,vt dicit gloſ.in verſic.noſcatur.Nam reſcriptum propriè dicitur illud, quod eſt ad obſeruantiam iuris communis,non contra ius,l.falſo, C.de diuerſis reſcript. & tradunt Moder. in rubric.extra de reſcript.& dicam infrà in rubric. eiuſdem titul. & in hoc differt à priuilegio, quod eſt contra ius commune: & ſic iſtud dictum Dominici nullo pacto videtur verum, & contrariū eius,quod hic dicit,tenuit idem Dominicus poſt Ioan.Andr.& Petr.de Anchar.in c.1.in 2.colum. in gloſ.inuentione. infra de exceſſib. prælatorum.

Nec obſtat ſi dicatur, quòd Papa ſcribendo contra ius, cenſetur habere ſcientiam iuris, & ideo non opus eſt, quòd faciat mentionem de iure, prout latè dicemus infrà in alio notabili. Quia reſpondetur, quòd illud procedit quando Princeps ſcribit ſtatuendo per viam legis,vt hic dicit textus, ſecùs autem eſt, quando concedit reſcriptum contra legem, quia tunc præſumitur circumuentus, & reſcriptum potiùs per importunitatem obtentum, vt dicit hic gloſ.& Felin.in c.cùm à nobis, in 2. colum. de teſtib. Præſertim cùm in iſto caſu repetiatur facta prouiſio à iure, in d.l.fin. C.ſi contra ius. vbi diſponitur quòd reſcripta contra ius non valeant: & pro iſta parte facit dictum Cardin.in Clemen.fin. in fin.de electio.dum vult, quòd ex quo textus ibi dicit, quòd non valet licentia conceſſa religioſo, à ſuo ſuperiore generale, quòd poſſit conſentire electioni de ſe factæ ſi Papa ſcriberet, & concederet licentiam religioſo, talis licentia ex quo contra ius non valeret, & præſumeretur per importunitatem obtenta, vt dicit gloſ.hic in verſic.noſcatur.vbi videndum erit: & ratio differentiæ in prædictis eſt, quia quòd lex tollat legem, illud eſt ratione æqualis potentiæ,& vtilitatis, capit. non debet, de conſanguinit. & affinita. & illa vtilitas quæ in vltima lege conſideratur, eſt eiuſdem effectus, cuius erat prima, ſcilicet, perpetua & communis: & tali modo conſeruatur regula, quæ ponitur in capit.1.de regul. iuris. In reſcripto verò illa non militant, cùm non ſint minoris potentiæ, vt dicit Salicet.in l.final.C.quæ ſit longa conſuetudo, & in l. 1. C.de ſer.Reipubl. manumiſſ. Quia reſcripta ſunt ad priuatam vtilitatem, & ſtricti iuris: & ideo non afferunt commodum in vniuerſo, nec vtilitatem perpetuam, vt in terminis noſtris probat Decius in capit.final.in ſecunda columna, num.5.de conſtitutionib. cum ſimilibus.vt ſcribit Andreas Sicul.in capit.2.in ſexta columna, de reſcript.facit capit.plerumque, eodem titul. & ideo eſt, quòd per illud lex communis tolli non debet, nec diſſolui, niſi à pari & eadem potentia,d.c.t.

Vel ſecundò poteſt dici, quòd † Princeps condendo legem 102
vtitur plenitudine poteſtatis, ex quo illam facit ex certa ſcientia,& motu proprio, non ad alterius ſuggeſtionem, vt not. dicit Bartolus in Authent. quas actiones, C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. 1. in fin.C.de bonis vacant.libro 10. & ita intelligitur l. final. C. de legib. & hoc ratione probatur, quia certa ſcientia Principis quæ in lege condenda concurrit, æquiparatur plenitudini poteſtatis, vt notat ſingulariter Innocent. in c. innotuit, de electio. tenet Bald. in l.

cos, *in princ. C de appellat.* cum concord. vt ſcribit Alexand. *in conſil. 92. Perſpectis diligenter, in 6. colum. num. 32. in 6. volumine.* & ideo illa abſoluta poteſtas hoc operatur, vt prima lex contraria etiam
103 abſolutè tollatur, non facta aliqua mentione. Nam † vbi eſt certa ſcientia, fruſtra fieret mentio, *argument. l. 1. in fin. ff. de dote prælegat. capit. ſi motu proprio, de præbend. libro 6.* facit *l. quidam, ff. de re iudic.* nam illud requiſitum ad hoc ſit, vt ſcientia detur, qua habita non requiritur vlterior ſolemnitas, *argument. l. de vnoquoque.* & quæ ibi Alexand. not. *ff. de re iudicat. & l. 3. ff. quod quiſque iuris.* & ſecundùm hoc habes quòd ſtatutum, & reſcriptum multum differunt: & dico in vna quæſtione ſuper regula de annali. Ex quo infertur quòd malè dicit Antonius de Butr. & Imol. *in capit. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.* & Alexand. *in conſil. 2. in penult. colum. num. 1.* dum volunt quòd reſcriptum, & ſtatutum æquiparantur: & hoc idem tenet Iaſon *in l. penult. in 2. colum. ff. de iuſtitia & iure.* Nam ex prædictis patet contrarium: & ita in alio caſu illos reprehendit Decius *in c. cùm acceſſiſſent, in 4. colum. de conſtitut.*

Saluari tamen poſſet alio modo dictum Dominic. quòd dictum ſuum procedat quando reſcriptum non eſt contra ius, ſed ſecundùm ius commune: Nam tali caſu idem iudicatur de illo reſcripto, quod de iure, vt concludunt omnes *in capit. 1. de reſcri-*
104 *ptis.* & tenet gloſ. *hic in verſic. facti*, vbi dicetur: & † ideo ſicut in ſecunda lege non requiritur, quod fiat mentio de prima, ita in reſcripto continente idem quod ius commune. Tamen adhuc contra hoc inſtabit ſubtilis, & dicet, non eſt dare caſum in quo iſtud dictum Dominic. poſſit ſaluari, quia ſi lex concordat cum reſcripto, ſumus extra caſum iſtius text. qui de legibus contrariis loquitur: & clauſula, non obſtant. de qua Dominic. meminit, ita demum ponitur, quando ius obſtat, ſed eo caſu quo reſcriptum cum iure concordaret, non dicitur obſtare: ideo, &c. & ſi dicis, quòd reſcriptum poteſt continere idem quod ſecunda lex contraria primæ, iſtud etiam non ſufficit, ex eo quia cùm lex prima ſit per ſecundam ſublata, fruſtra diſputabitur, an reſcriptum debeat facere mentionem de prima lege, vel non, per ea quæ not. Felinus dicit *in capit. ex tenore, in prima colum. de reſcript.* Et ideo cogitabam adhuc, vt ceſſent omnes difficultates, ſi poſſet dici quòd ſi reſcriptum quod eſt contra ius, non infert alicui præiudicium, quando de tali reſcripto eſt benè informatus Princeps, putarem per illud eſſe derogatum iuri, etiam nulla facta mentione: ita intelligitur dictum Dominic. hic, *& in dicto c. ſi autem.* Aut verò reſcriptum eſt contra ius, & in præiudicium tertij, in fauorem cuius illud ius facit: & tunc præiudicium eſt magnum, quia priuatur iure quæſito, & tunc tale reſcriptum non valet. Et ita procedant iura contraria *in d. l. final. & l. nec damnoſa, cum ſimilibus.* Aut per illud reſcriptum contra ius facit modicum præiudicium tertio, & tunc reſcriptum valet, cum clauſula generali, non obſtant. & aliquando ſine clauſula, & ita procedat gloſ. *in verſic. noſcatur, infra eodem.* facit text. *in l. quoties, C. de precib. Imperatori offerend.* & iſta mea diſtinctio optimè probatur ex dictis Alexandri, licet non ita ſpecificè ipſe dicat *in conſ. 187. Videretur, in 6. colum. verſic. idem conſuluit, in 5. volumine.* & hoc idem expreſſius dicit *in conſil. 3. colum. 3. in 6. volumine.* Poſſet ad hoc etiam adaptari pro defenſione dictorum Dominici alia notabilis diſtinctio quam idem Dominicus ponit infra *in gloſ. noſcatur, in fin.* quem videas. Et per iſta habes perfectiſſimè enucleata iſta dicta Dominici ſuper iſto primo notabili. Quo retento, pro vera & clara notitia iſtius materiæ, & intellectu huius text. reaſſumo regulam primam Dominici hic, quam ampliabo, & limitabo nouiter vltra alios ſcribentes. Regula igitur eſt, quòd in Principe non cadit ignorantia iuris, quia cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris.

Amplia primò iſtud dictum, per ea quæ dicit Abb. *in c. veſtra,*
105 *in primo notabili, de cohabit. cleric. & mulierum.* vbi dicit, † quòd ex quo Princeps habet iura in ſcrinio pectoris, allegatio generalis eſt ſufficiens coram eo, quemadmodum coram maximo Doctore. Sed tamen aduertendum eſt, quòd iſtud non eſt ſimpliciter verum, prout dico latè *in c. cùm in multis, infra tit. proximo.* vbi videndum erit.

Secundò per iſtum textum dicit Abb. *in c. dudum, el 1. in 1. co-*
106 *lum. in fin. de electio.* quòd † licet appellatione allegationum contineantur tam allegationes iuris, quàm facti, vt tenet dominus Antonius *in c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ.* & Bartol. *in l. conſentaneum, colum. penult. C. quomodo & quando iud.* Tamen ſi fiant huiuſmodi allegationes coram Principe continentur tantùm allegationes facti, vt ſunt exceptiones, replicationes, & ſimilia, non iuris, cùm coram eo non ſit neceſſaria illa poſitio, quia in eo non cadit ignorantia iuris, *c. ſæpè, in princ. de appellationib.* faciunt ad hoc plura quæ congerit Felinus *in c. in cauſis, de regulis iuris.* Iſtud etiam dictum videtur dubitabile, quia iure non probatur, nam ſi de natura verbi, allegatio, continentur allegationes tam iuris quàm facti, non video rationem, quare illa verbi proprietas reſpectu Principis reſtringatur. Nec obſtat quòd habet iura in ſcrinio pectoris, quia illud intelligitur interpretatione, non verè & effectualiter, vt dictum eſt ſuperius: & ideo decipi poteſt, & errare: & propterea requiritur informatio, & allegatio, vt ex hoc certificetur. Probatur hoc per textum *in l. nec damnoſa, C. de precibus Imperatori offerend. iuncto c. nonnulli, de reſcript.* Nam † vi- 107
demus quòd reſcripta contra legem non valent, *dicta l. nec damnoſa.* & tamen cum clauſula non obſtant. valent, *dicto c. nonnulli,* ratio redditur per omnes, quia Princeps propter multitudinem negotiorum præſumitur circumuentus, & obliuiſci, vt vult hic gloſ. & text. *in c. ſi quando, de reſcript. & c. ex parte, de officio delegat.*

Iſta ratio militat, quando coram eo fiunt allegationes. Nam
propter † multitudinem negotiorum requiritur, quòd etiam 108
allegetur in iure, vt ſit benè certificatus, quia poteſt contingere quod Princeps ſit ignarus, & neſciat iura, & ideo cæcus de coloribus malè iudicaret. & ſi illa ratio eſſet vera, quòd realiter haberet in ſcrinio pectoris, deberet valere reſcriptum contra ius, ex quo præſumeretur illud ſcire, cuius contrarium dicitur *in l. nec damnoſa, & in l. final. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.* dicas ergo quòd illa ratio aliter intelligenda eſt, vt dixi. Tertiò per regulam iſtius textus dicit notab. Rota *deciſione 610. in tit. de ſubreptio. in antiquis.* quòd ſubreptio circa malam deductionem iuris communis, ſiue qualitatis non vitiat, cùm non dicatur Papa decipi, qui habet iura in ſcrinio pectoris, ſecùs ſi eſſet qualitas facti, quia benè tunc ſubreptio vitiaret, & ita dicit ibi Rota reſpondiſſe Vrbanum Papam cuidam Auditori: & ſequitur Felinus *in capit. ſuper literis, in quinta columna in fin. verſic. exprimenda ſunt, de reſcript.* & ibi allegat illam deciſionem Rotæ, licet corruptè. & idem tenet Rota *in deciſione 202. incip. nota quòd quis, in titul. de impetrationibus, in antiquis.* vbi tenet, quòd impetrans Decanatum vel Archidiaconatum, non eſt opus, quòd faciat mentionem de cura, cùm illa inſit à iure, *capit. ad hæc, de offic. Archidiac.* & ita etiam tenet Ber. de Beſigneto, *in deciſione 13. de præbend.* & Decius *in capit. cùm adeo, in 3. notab. de reſcript.* cum concordant. vt ſcribo *in tractatu meo de qualitatibus in impetrationibus ex-*
primendis, folio 1. Sic etiam videmus, † quòd ſi monachus dicit ſe 109
nobilem, non eſt ſurreptio, licet per profeſſionem expirauerit ſua nobilitas, quare Papa non dicitur decipi, vt concludit Roman. *in ſingul. 36. Vtrùm nobilis.* quem cum aliis refert & ſequitur Iaſon *in l. 2. in ſecunda columna, ſi contra ius vel vtilitatem publicam.* Felinus *in dicto capit. ſuper literis, in ſexta columna.* & quidam Bonus de Curtili *in tractatu nobilitatis, in ſecunda parte, num. 29.* & latè Felinus *in capit. in noſtra, in 4. corre. de reſcript.* & Andr. Sicul. *in capit. ad aures, in 1. & 2. colum. de reſcript.* & licet ibi poſt Hoſtienſem & Ioannem Andr. hoc in contentionem adducant, tamen illud dictum de nobilitate communiter tenetur. Illud tamen quod dictum eſt, quòd non ſit opus facere mentionem de cura, videtur magis dubitabile: nam confunditur per textum *in capit. cùm in illis.* & ibi notat Dominic. *infra de præbend. eod. lib.* & per dictum Cardin. *in conſil. 30. In hac dubia.* & hanc opinionem tenet expreſsè Imol. poſt Calderin. *in c. in noſtra, de reſcript.* & eſt communis opinio. Sed in vno caſu defendi poteſt prædicta opinio dominorum de Rota, videlicet, quando cura fuiſſet annexa ratione dignitatis, per ea quæ Dominicus dicit per illum textum, *in c. ſuper eo, infra de præbend. eodem libro.* & Oldra. *conſil. 102. Factum tale eſt.* & Rota *deciſione 46. in titul. de reſcript. in antiquis.* Quartò per iſtam regulam dicit Abb. *in c. examinata, in gloſ. final. de confir-*
mat. vtil. quòd † ſi confirmatio ſit facta à Principe ex certa ſci- 110
entia, quòd dictio, ſicut, in ea poſita non ſtat conditionaliter, ſed cauſaliter, ſcilicet pro quia, reddit enim cauſam confirmationis. Ratio eſt, quia tunc Princeps dicitur informatus, & ex hoc dicitur habere iura in ſcrinio pectoris: & ideo dictio, ſicut, non debet intelligi quòd ſtet conditionaliter, ſecùs autem quando Princeps confirmaret ſimpliciter non informatus, quia iſto caſu ex quo præſumitur ignorare, dictio, ſicut, ſtabit conditionaliter. Iſta ſunt verba in dicto loco, quæ notabis, & aliam deciſionem poni à Felino per iſtum textum *in cap. cùm adeo,*

adeò, in princip. de reſcript. quam breuitatis cauſa non refero, quo-
niam multum ſe extendit. Quintò per iſtum textum dicit Fe-
lyn. *in procem. Gregor in 5. colum.* quòd ſi Papa ſcribit capitulo in
materia odioſa, comprehendit ſolos canonicos, non autem
Archipreſbyterum, vel ſimiles, quia videtur conſiderare, prout
de iure communi eſt quod præſumitur ſcire, vt hic, non prout
de iure ſpeciali quod cenſetur ignorare, & ita procedit text.
in cap. eam te. ibi, Decano & capitulo, ſupra de reſcriptis. ita etiam fir-
mat Dominic. *in cap. fina. in penult. colum. infra de præbend.* & reaſſu-
mit latiùs Ioan. Fran. de Pauinis, *in tracta. de offic. & poteſta. cap. ſe-
de vacante, in 5. euidentiali, fol. 5.* Sextò dicit etiam notabiliter Fe-
lyn. per iſtum textum, *in cap. paſtoralis, in 2. colum. in fin. verſicu. li-
mita tertiò, de offi. ordin.* quòd ſi Papa concedat indultum vel pri-
uilegium alicui capitulo, vt habeat iuriſdictionem in certis ca-
pellis, iuncta clauſula, quòd ſuper illis non liceat alicui iuriſdi-
ctionem exercere: quod per iſta verba videtur adempta iuriſdi-
ctio, etiam in illis capellis & cuiuſlibet alterius, quod eſt verum,
vbi illa iuriſdictio illis competeret de iure communi, ſecus ſi
competeret de conſuetudine, per dictum not. Barto. *in l. viros, in
1. not. C. de diuer. offi. lib. 12.* vbi ponit exemplum in not. caſu, &
111 hoc ideo eſt. † quia in Papa quando ſcribit in materia iuris præ-
ſumitur ſcientia, vt hic eſt text. quem etiam ad hoc alleg. Domi.
*in cap. ſtatutum, in princip. in 6. colum. in gloſſ. & harum. infra de re-
ſcript.* & Ægidi. *in conſi. 1. colum. 20.* & pro illo dicto Felyn. facit
dictum eiuſdem Dominic. *in cap. ſtatutum. §. cum verò, in prima co-
lum. verſi. quid ſi cauſa, eodem titu.* vbi quærit de nota. q. quid ſi cau-
ſa Florentinorum committatur Epiſcopo Feſulano, qui in ciui-
tate Florētiæ, vbi habitat ex priuilegio poteſt iudicare inter ſuos
ſubditos, an valeat commiſſio? & poſt plura tenet quod non per
iſtum textum. Quia cùm Papa Epiſcopo Feſulano committit,
videtur committere ſub nomine dignitatis ordinariæ, & ſic Fe-
ſulis: & de illa iuriſdictione, quæ eſt iuris communis videtur Pa-
pa cogitaſſe, non de illa quæ competit ex priuilegio niſi Papa
ſit certificatus. Ita concludit ibi Domin. & poſteriores ſequun-
tur, cum quibus concordat Cardin. *in Clemen. cum de beneficio, in*
112 *3. colum. verſi. oppono ad hoc, de præbend.* † & ſub prætextu iſtius præ-
ſumptæ ſcientiæ iuris, dicimus Papam propter inſufficientiam
ſcientiæ non poſſe deponi, ſecus eſt in aliis inferioribus, in qui-
bus talis defectus multum nocet, quia in eis ſcientia iuris non
præſumitur, per textum hic, & ita in terminis dicit idem Domi.
in cap. 1. in penult. colum. ſuper gloſſ. inſufficientem, infra de renunc. & ſe-
quitur Deci. *in cap. cum in cunctis, in 3. colum. num. 17. de elect.* Ta-
men iſtud dictum videtur dubitabile: quia (vt dictum eſt) ver-
ba iſtius text. quòd Papa cenſeatur habere iura in pectore non
inducunt veritatem, ſed poteſtatem interpretandi, nam in igna-
ro Pontifice impoſſibile eſt, quòd verè illud contingat, qui ita
ſupinè errare poteſt, vt quilibet Chriſtianus: Non tamen qui-
libet ita errata poteſt interpretari, vt ipſe, cui ſoli traditæ ſunt
claues regni cœlorum, & poteſtas legis condendæ, *vt in Clement.
ad noſtram, de hæret.* Iſta tamen poteſtas ſibi tradita non capit
iſtum caſum, de quo agitur: nam poteſtas data, non reddit eru-
ditum vel doctum, aliàs inſufficientem, ſed ſufficientia &
habilitas benè reddunt capacem, & peritum poteſtatem haben-
113 tem: † vnde ſicut videmus quod Epiſcopus poteſt dignitate ſua
priuari propter ignorantiam literarum, vt in *cap. fina. 34. diſtinct.
& cap. fina. de æta. & qualit.* iſta ratione, quia debet eſſe ſpeculum
aliorum, & non poteſt ducatum rectum præbere, qui ignorat,
eadem ratione & Papa, qui præeſt omnibus: Nam idem dicen-
dum eſt de toto quo ad totum, quod de parte quo ad partem,
vt eſt text. not. *in cap. duo iſta nomina, 23. quæſt.* 4. & ita concludit
Andr. Sicul. *in conſi. 34. fol. vlti. colum. 1. in 2. volum.* & hoc in ratio-
ne fundatur, quia impedimentum literaturæ eſt de iure diui-
no, in quo non poteſt Papa diſpenſare, vt dicit Felyn. *in cap. ſi*
114 *quando, in penult. colum. verſic. ſed dices, de reſcript.* † Hinc eſt quòd
defectus ſcientiæ in prælato, eſt magis deteſtandum quàm ho-
micidium, vt dicit Innocen. *in cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.*
quem ibi Imol. dicit in hoc communiter approbari, & ſequi-
tur eum Bald. *in l. cùm fratrem, in 2. colum. C. de his quibus vt indign.
& in rubr. C. de ſumma Trinita.* & Præpoſi. *in cap. illiteratos. 37. di-
ſtinct.* & Decius *in dicto cap. cum in cunctis. in 10. colum. & in cap. pru-
dentiam, de offic. delega. cum ſimil.* & ratio iſtius dicti eſſe poteſt,
quia imperitia nullum eſt malum maius, vt dicit Præpoſi. *in cap.
per Iſaiam. in fin prin. 1. quæſt. 1.* & Cicer. *in 3. quæſt. Tuſcul.* Nam ma-
gis nocet fatuus quàm ſceleratus homo, cùm omnis ignorans
malus. Ariſtot. 3. *Ethico.* Terent. *in Adelph. cum multis ſimil.* aggre-
gatis per quoſdam Modern. *in tract. nupt. fol. 7. colum. 1.* hinc dici-
mus, † ignorantiam matrem eſſe omnium malorum, *c. ignoran- 115
tia. 38. diſtinct.* & talis defectus eccleſiæ multum officit, quæ vi-
ris literatis maximè indiget, & non aſinis ferratis, vt dicebat
Ioan. Monach. *in c. cum ex eo. infrà de elect.* & text. *in Clemen. 1. de
æta & quali.* & ibi Petr. de Ancha. *in fin. & in c. nihil, de elect.* Nam
ignorantes ſeu imperiti, non ſunt homines, ſed imagines homi-
num, vt dicit Abb. & ibi Andr. Sicul. *in c. prudentiam, in princip. de
offic. deleg.* In qua quidem ſpecie multa ſcribit Siluius in com-
mento ad epiſtolas illuſtrium virorum ſub nomine Angeli Po-
litiani, *fol. 275.* & Tertull. *in apologetico, fol. 1.* & dicit Felyn. *in cap.
ſi quando, in 5. colum. de reſcript.* quòd indoctus Epiſcopus aſino eſt
comparandus, ſecundùm Plat. & tamen (vt plurimum) illi ſunt
qui optatis fruuntur bonis, quia placent Principibus ratione
adulationis: & finaliter ſi iſta omnia reprobantur in particula-
ri prælato, quid dicendum erit in totius mundi parte? Tamen
quia iſte caſus in iure expreſſus non reperitur dignus depoſitio-
ne in Papa excepta cauſa hæreſis, vt *in cap. ſi Papa. 40. diſtinct.* ideo
receptum eſt, quòd propter inſufficientiam deponi non poſſit,
vt dicit Domin. *in cap. ſedulò. 38. diſtinct.* & Felyn. *in cap. ſi quando,
colum. penult. de reſcript. per gloſſ. in dicto c. primo, infrà de renunc.* & vl-
teriùs circa hoc inſiſtere, eſſet plus nimio ſapere, & linguam
balbutientem ſuper terram in cœlum ponere, contra textum
in cap. in tantum. 21. diſtinct. maximè quia, vt legimus in primiti-
ua eccleſia poſt Petrum, alij plures imperiti fuerunt, quia ſcien-
tia non requirebatur etiam in inferioribus clericis, quia ſuffi-
ciebat eos eſſe electos in ſortem domini. Ita dicit Ioan. Andr.
in cap. cum in cunctis, in princip. colum. 2. de elect. quem refert & ſe-
quitur Præpoſi. in *d. cap. illiteratos.* niſi dicamus illis quibus au-
rum, nec argentum erat, ſufficere pro ſcientia, nudam & puram
ſimplicitatem qua poterant, ſicut Petrus dicere, [*quod habeo, hoc
tibi do, ſurge & ambula.*] Quæ ſi hodie locum haberent, conclu-
ſio de plano procederet, ſed quia hoc tempore merita defece-
runt, vt dicit text. *in cap fraternitatis, 34. diſtinct.* multum expedi-
ret eccleſiæ ſcientia, qua deficiente nihilominùs Papa eſt Chri-
ſti verus vicarius. † Nota ſecundùm Domin. quod dictio, po- 116
ſteà, vel poſterior, denotat actum mediatum, hoc eſt factum ex
interuallo, non incontinenti. Pro quo vltra Domin. eſt text.
in l. per retentionem C. de vſur. quem ita intelligit Barto. *in l. non
ſolum. §. morte. in 2. colum. verſicu. & finit. ff. de oper. noui nuncia.*
& eſt text. *in l. in bonæ fidei. & l. petens. C. de pact. & in l. prima, in fin.
ff. ſi tab. teſtam. nul. exta.* quem ad hoc alleg. Ioan. Andr. *in regu-
la. ſine culpa, de regul. iur. lib. 6 & in Mercu.* & ſequuntur Moiler. Sar-
di. *in tracta. legiti. fol. 56. in 1. colum.* Et quod dictum eſt de dictio-
ne poſteà, idem dicendum eſt in dictione poſtmodum, vt latè
tradit Andr. Sicul. *in c. propoſuiſti. in 1. colum. de foro compet.* & idem
latiùs *in cap. in præſentia, in 26. colum. per illum textum de probat.* vbi
expreſsè ſequitur Domin. hic, & allegat plura ſimilia. quæ ibi
videas, cum quibus concor. Deci. *in l. 2. in princip. in 2. lectu. ff. ſi cer-
tum peta.* & vltra ipſos eſt de hoc text. *in § ſi quis. Inſtitu. de teſtam.
& in §. præterea. Inſtitu. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam. & in §. ſed
hæc. Inſtitu. de exhære. libe. cum ſimil. vt infrà dicam.* Et iſta de pla-
no procedunt in dictionibus poſteà, & poſtmodum, de quibus
text. hic, & prædicti Doctores loquuntur, ſecus autem videtur
in dictione poſt, quia illa actum immediatum ſignificat, niſi
ex verbis ſequentibus hoc declaretur. Ita dicit Iaſon *in l. iuriſ-
gentium. §. quinimmò, in 4. not. ff. de pact.* per illum textum & ſe-
quuntur Modern. *repet. in l. 1. ff. ſi certum peta.* & idem firmat Ia-
ſon *in l. non erit. §. ſed nec. in 1. colum.* quem legit cum *l. 3. ff. de iureiu
& in l. ſi ita quis. §. Seia, in 3. colum. not. 6 ff. de verb. oblig.* Et pro iſta
opinione vltra ipſum eſt text. *in l. perfecta. C. de donat. quæ ſub mod.
& in l. 2. iuncta l. ex duobus. ff. de duob. reis.* & iſto modo intelligen-
do benè concordatur contrarietas Domin. quam ponderant ibi
Doct. quia hic loquitur in dictione poſtea, *in cap. 1. infrà de reſtitu.
ſpolia.* loquitur de dictione poſt, & ſic in caſu diuerſo. Tamen
iſta differentia mihi non ſatisfacit, & contra eam eſt deciſ. Bar-
tol. *in l. fructus. ff. ſolut. matrimo.* qui promiſcuè his dictionibus vti-
tur, & vltra Barto. pro iſta opinione videtur eſſe caſus, *in l. ſi mihi
& tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1.* vbi text. in princ. vtitur verbo, poſt:
& deinde in eodem caſu loquitur text. per dictionem poſteà.
Et ſic manifeſtè apparet nullam eſſe differentiam. Ad idem be-
nè facit text. qui loquitur de lege poſteriori, ſicut hic, & tamen
vtitur dictione poſt, *in l. 3. §. diuus. ff. de ſepulch. viola.* & ibi Bartol.
æquiparat illum text. & iſtum, qui tamē loquitur per dictionem
poſteà: & quod dictio poſt, ſignificet actum ex interuallo, eſt

caſus *in l. quod ait. §. fina. ff. de adulte.* Teneas ergo regulam tradi-
tam hic, quod dictio poſteà, ſeu poſt, ſignificat actum media-
tum, id eſt ex interuallo, quam per plura iura firmat Andr. Sicu.
in conſi. 9. Præclarè ſcribunt, in 3. colum. lib. 1. Et ex hoc ego infero
quod doctrina quam tradit Iaſon *in d. §. quinimmò, cum alijs alle-
gatis.* non eſt vera, quia dato quod dictio poſteà, non declare-
tur, & dictio poſt, ſimpliciter ſit prolata, tamen confunduntur,
nam de dictione poſteà, eſt caſus *in cap. ſcriptum.* & ibi gloſſ. ex-
ponit incontinenti, *de electione.* & de dictione poſt, eſt text. *in cap.
ſignificaſti. § aiunt. & cap. licet, in princip. & c. conſiderauimus, cum ſeq.
de elect.* & not. Andr. Sicu. *in cap. ſignificante, in 8. colum. num. 32. de
reſcriptis.* Et prædictæ dictiones non modicum ſed longam in-
teruallum inducunt, vt late probat Andr. Sicu. *in cap. in præſen-
tia. in 26. colum. de probat.* licet contra eum videtur text. *in l. quo-
ties. § ſi quis ita. ff. de hered. inſtitu.* vbi probatur quod iſta dictio in-
ducit modicum interuallum. Ex quibus omnibus infert hic
Domin. quod teſtes deponentes Titium talem fundum poſſe-
diſſe poſt Sempronium non inferunt, ſeu concludunt imme-
diatam poſſeſſionem, ſed mediatam declarando, vt hic per Mo-
dern. & iſtam opinionem ſequitur Andr. Sicu. *in cap. tranſlato, in
4. colum. de conſtitu. & in cap. cum M. Ferrarien. in 31. colum. num. 80.
eodem titu.* idem tamen Domin. vt hic dicit Philip. Peruſi. tenet
contrarium, *in cap. 1. in princip. infrà de reſtitu. ſpolia. per illum textum.*
Propter quam contrarietatem Modern. hic exiſtimant iſtud
verbum eſſe ambiguum: & ideo in caſu propoſito deberet in-
117 terpretatio fieri contra producentes teſtes. † Nam ſi produ-
cens vult probare immediatam poſſeſſionem, & teſtis modo
prædicto deponat, illa depoſitio interpretabitur de poſſeſſio-
ne mediata, & non immediata, & ſic contra producentem: &
econuerſò, ſi voluerit producens mediatam probare, illud di-
ctum teſtis interpretabitur de immediata, cùm debeat ſibi pars
imputare cur apertiùs iura ſua non produxit, & probauit, vt tra-
dit Alexand. & alij, *in l. inter. § ſi Stichum. ff. de verbo obliga.* & fina-
liter idem tenent cæteri ſcribentes hic per doctrinam Barto. *in l.
fructus, in fin. ff. ſolu. matrimo.* vbi concludit dictam dictionem eſſe
ambiguam: & quod iſtud verbum poſteà ſit ambiguum, &
quòd ita propriè importet actum mediatum, ſicut immedia-
tum, firmat Aret. *in l. debitrix. ff. ad Vellea. & in l. 2. §. prius, in 2. co-
lum. ff. de vulga. & pupill.* vbi ad hoc alleg. *l. quoties. §. fina. ff. de hered.
inſtit. & dicta l. fructus.* & vltra ipſum, ego allego textum *in cap. cum
omnes. de conſtitu. & in §. quod ſi naturali. Inſtitu. de rerum diuiſ.* cum
concord. non parum multis quæ congerit Andr. Sicul. *in Cle-
men. fina. in gloſſ. poſt datam, de reſcript. & in dicto cap. cum M in 31. co-
lum. num. 76. cum 3. ſequen. de conſtit.* cum quibus concordant An-
ton. Corſet. *in not. ſuis, in verſic. poſteà, nume. 224.* & Felyn. *in cap.
tranſlato. in 4. colum. in princ. de conſtitu.* & Nellus *in tracta. bannito-
rum, in 2. parte, 2. temporis, quæſt. 66. in 5. colum.* Et vltra ipſos ad hoc
ego aliàs notaui plura iura, in primis text. *in cap. qui ſemel. & cap.
ſi poſt.* quem ibi not. Præpo. *50. diſtinct.* & *text. in cap. ſi quis poſt. 51.
diſtinct. & in cap. ſi quis, 24. diſtinct. & in cap. 2. 26. diſtinct.* & *ibi* Præ-
poſ. ad idem text. *in l. 2. §. item mutuum. ff. ſi certum peta. & in l. pri-
ma. §. quod ſi poſtea. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & in cap. ſanè, el primo,
de offi. delega.* & quòd ſignificet actum immediatum, eſt text. *in l.
3. ff. de duobus reis, iuncta l. ſi ex duobus, eodem titu.* Et quod dictum
eſt de iſta dictione poſt, quòd ſignificet actum ambiguum, ita
quod poteſt referri ad actum mediatum & immediatum, idem
dicendum eſt in iſta dictione ante. Vnde ſi teſtis dicat Titium
poſſediſſe ante Sempronium, per hoc non videretur conclude-
re poſſeſſionem immediatam. Ita dicit Domi. *in c. 1. §. licet, per il-
lum text. de procur. lib. 6.* Tamen iſtis omnibus non obſtan. adhuc
eſt diligenter aduertendum, quia mihi videtur quòd nulla opi-
nio iſtorum ſit vera, & teneo quòd dictum teſtis nihil valeat, &
quòd nec cõcludat poſſeſſionem mediatam, nec immediatam:
& per conſequens, quòd non debeat fieri interpretatio pro pro-
ducente, nec contra eum, vt Doct. Modern. putant, Pro qua o-
pinione adduco dictum Ioan. Andr. *in cap. pia, per illum textum,*
118 *infrà de except.* vbi concludit, † quod quando probatio eſt gene-
ralis, quæ poteſt referri ad vnum, & ad aliud, illa probatio non
valet, ſed debet reiici. Ita dicit ibi Ioan. Andr. & ita etiam firmat
Abb. *in c. in præſentia, in penult. not. de probat.* ſequitur Felyn. *in cap.
prudentiam. §. ſexta. in fin. de offic. delega.* & vltra ipſos eſt deciſ. Bart.
in terminis, *in l. inter ſtipulantem, §. primo, circa fin. verſicu. & iſta lex,
ff. de verbo. obligat.* quem ſequitur Alexand. *in l. diuortio, in 3. colum.
num 14. [illegible] ſolut. matrimo.* Ad idem pro iſta opinione facit etiam in
ſimili, [illegible]abile dictum Ang. *in l. poſtquàm, circa fin. ff. de peti. hæred.*
quem referunt & ſequuntur Modern. cum multis ſimil. *in l. non
hoc, in 2. colum. num. 9. C. vnde legiti.* vbi dicunt quod teſtes qui de-
ponunt ſe vidiſſe de manibus accuſantis rem auferri, non pro-
bant rapinam: † quia verbum auferri, etiam ſine rapina intelli- 119
gitur, accedat quod idem Ange. dicit in *conſ. 1.* Porrecta fuit, in
2. colum. vbi dicit quod ſi reus facit oppoſitionem contra teſtes,
quòd nõ ſint omni exceptione maiores, iſta exceptio eſt inepta,
& nõ valet, quia per illud verbum ſunt, denotatur tempus præ-
ſens, & ſic ſtant iſta ſimul, quod non ſunt nunc, ſed fuerunt om-
ni exceptione maiores tempore depoſitionis. Quinimmò for-
tius dicit idem Ange. in *conſ. 309.* Pactum eſt tale, quòd ſi reus
excipiens dicat quod non ſunt nec fuerunt omni exceptione
maiores, quod adhuc talis exceptio nõ obſtat, cùm ſit ambigua,
quia illud verbum fuerunt, licet ſit præteriti temporis, poteſt ta-
men intelligi poſt teſtificatum. Quod dictum pro ſingulari not.
Iaſ. *in l. Titiæ textores, in fine. de leg. 1.* Ad idem faciunt pro iſta parte
quæ dicit notabiliter Ioan. Andr. *in c. quanquàm, de vſur. infrà eod.
lib. in princ.* & Cardin. *in c. perpendimus, de ſenten. excommun.* faciunt
etiam plura alia dicta quæ congerunt Moder. *in tract. de teſtib. nu.
23. cum 10. ſequen.* Ex quibus omnibus iſta pars comprobari po-
teſt. Accedunt etiam iſtis, ea quę cumulant Modern. Bononien.
in repet. rubri. C. de probat. in 75. colum. & per hoc dicit Barto. *in l. 2.
cum ſimil. ff. de duobus reis.* quod teſtes deponentes Titium cogno-
uiſſe Bertam violenter, non probant Titium vim intuliſſe, † cùm 120
illud verbum violenter, poſſit actiuè & paſſiuè capi. & cum illo
dicto Barto. tranſeunt nouiſſimi, *in dicto cap. in præſentia. in 10. co-
lum. de probat.* & commendat Marhe[illegible]la. *not. 103. incip. not. quod ſi
capitulum. cum concordan.* de quibus per Felyn. *in cap. ſuper his, in 7.
colum. verſicu. quarta concluſio, de accuſa. & in cap. audiuit. colum. penul.
de præſcript. & in procem. Decret. in 1. charta, colum. 3.* tradunt Moder.
Bono. *in ſing. 267. incip. dubia.* & iſtud dictum Bart. ſequitur etiam
Alexan. *in l. 1. in 2. colum. num. 7. ff. de acquir. poſſ. ff.* & alibi ſæpè, &
finaliter iſta regula eſt ſine dubio, quod probatio æquiuoca quæ
poteſt hinc inde trahi non valet, prout tradit Socin. *in conſ. 8. Vi-
ſis & diligenter, in 3. colum. 1 lib.* vbi pro hoc alleg. text. quem dicit
notabilem & ſingularem, *in c. illud, de præſumpt.* & ibi not. Anto.
de Butr. Sed in caſu noſtro iſta dictio poſteà, eſt ambigua, pro-
ut fatentur omnes ſuperiùs allegati, & poteſt ita ad actum me-
diatum ſicut immediatum adaptari, ergo depoſitio teſtis facta
ſimpliciter, quod Titius poſſedit poſt Sempronium non valet,
quia non neceſſariò concludit, vt eſt de eſſentia probationis,
d. cap. in præſentia. & l. matrem. C. de proba. cum ſimil. Non obſtat di-
ctum Barto. *in d. l. fructus.* quem alleg. hic Modern. & Nouiſſimi
repe. quia dico quòd ſi rectè ponderetur ibi Bartol. potiùs incli-
nat ad iſtam opin. videlicet, quod illud dictum teſtis nihil ope-
retur, & præſuppoſito totum aſſumpto, licet non vero, quòd
Barto. loquatur ſiue intelligatur, vt ipſi dicunt, tamen ex alio nõ
obſtat, quia Barr. ibi loquitur in diuerſa quæſt. antea, videlicet,
in teſtamento, ex quo reſultat præſumptio iuris pro primo inſti-
tuto producente, quæ eſt † quòd pluralitas teſtamentorum non 121
præſumitur, *l. fina.* vbi Bald. not. *C. de reb. cred.* & ideo fit interpre-
tatio, vt valeat dictum teſtis: & ita reſpondet & ſaluat Bartol. ibi
Lancel. Deci. & ſequuntur eo tacito Modern. Taurinen. ſed in
caſu noſtro ceſſat omnis iuris præſumptio & teſtamenti fauor,
ideo ſumus in regula quod generalis probatio non valet. Sed
vlteriùs tu aduerte ſi poteſt opin. Domi. hic defendi, nam ſi re-
ctè inſpiciantur verba ſua non declarat ſe in eis, an tale dictum
teſtis valeat vel non, ſed dicit quod non probat immediatam
poſſeſſionem, de mediata verò nihil dixit, ſed illum tacitè dixiſ-
ſe colligimus à cõtrario ſenſu quod non licet ad eũ impugnan-
dum, vt dicunt Moder. Bononien. *in l. 1. de offi. eius.* facit *l. fina. de le-
ga. 2.* Non eſt tamen omittendum quod ſuper iſta materia Bald.
dicit in *l. 2. §. creditum. ff. ſi certum peta. & in l. pacta conuenta. ff. de
contrahen. emptio.* quem refero in voce, ex cuius verbis poſſunt
concordari prædicta omnia. † Nota tertiò ſecundùm Geminia. 122
quod non ſemper licet argumentari de ſtatuto & conſuetudi-
ne ad legem, vt hic patet, & hoc omnes ſequuntur. Sed aduer-
te, quia iſtud dictum generaliter non eſt verum, nam ex eo
quòd in vno caſu diſſimilitudo cauſetur caſus æquiparati non
deſinunt eſſe ſimiles, vt tradit Iaſon in *l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cram, in 7. notab. ff. de verbor. obligatio.* † Conſuetudo igitur & lex
paris ſunt potentiæ, vt eſt text. *in cap. in his, 11. diſtinct. & gloſſ. in
cap. generali. ſuprà de elect. eodem libro.* Hinc eſt, quod ſicut iudex
iudicans contra legem facit litem ſuam, ita ſi iudicat contra
conſuetudinem, vt concludit Baldus *in Authen. iubemus, per il-
lum*

lum text. C. de indic. & tenet Areti. *in § primo in 2. colum. Inſtit. de offi. iudic.* Inmò plus dicit notabiliter Bald. *in l. 2. circa finem. C. de bonis quæ libe.* quòd appellatione ſtatuti, venit conſuetudo, ſequitur Alexan. *in conſi. 190. Maturè digeſtis, in 3. column. 2. vol. 1. & conſi. 65. Qui omne, in 3. colum. in 6. volum.* & Deci. *in c. 1. in 3. not. extra eodem.* & faciunt ea quæ ſcribit Rochus Curt. *in tracta. conſue. in 2. quæſtio.* & ea quæ dicentur *in cap. ſtatutum. infrà eod.* & ideo licet in aliquo caſu differant, vt hic: per hoc tamen regula ex hoc fieri non poteſt, vt facit Dominic. Sed ſaluando eum dicas, quod reſpectu cauſæ efficientis & poteſtatis, conſuetudo non differt à lege vel ſtatuto, ſed reſpectu modi & formæ benè differt, vt dicit not. Bald. *in l. conſuetudinis, in 2. colum. C. quæ ſit longa conſue.* & ita contrarium concordatur, & iſto modo ſaluari poſſent ea quę dicit Decius *in cap. 1. in penult. not. ſuprà eodem titu.* vbi latè probat quòd appellatione ſtatuti vel conſuetudinis ius commune venit, & econtrà, vt ibi latiùs per eum: & ante ipſum hoc proſequitur Iaſ. vbi ad notabilem quæſt. infert *in l. de quibus, colum. fin. ff. de*
124 *legi.* †Nota quartò ſecundùm Domin. quod faciens actum contrarium primò, de quo eſt certificatus, videtur à primo recedere. *cap. gratum, de offic. deleg.* quem ad hoc allegat Felyn. *in cap. cum M. in 4. colum. de conſtitu. & in cap. cæterum. in 2. colum. de reſcript.* & iſtam regulam tradit idem Felyn. vbi limitat ſex modis, *in cap. cum veniſſent, in gloſſ. 2. de teſtib. & in dicto cap. gratum.* ponit duas limitationes, & alias plures ante ipſum poſuit Firmanus in ſuo indice in verbo, appellatio tollitur, *verſic. 20.* Inter quas refertur vna hic per Moder. & nouiſſ. repet. quam poſuit Rom. *in ſingul. 150. incip. appellans,* &c. quæ eſt quòd iſta regula non procedat quando ſecundus actus contrarius primò nō fuiſſet ſortitus effectum, quia tunc à primo non videtur receſſum, allegant *gloſſ. in cap. cum veniſſent. de eo qui mitti. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruan.* vbi ideo ille qui appellauit, comparendo coram iudice à quo, non viſus fuit appellationi renunciaſſe, quia ille ſecundus actus, pro quo comparuit, non fuit acceptatus per iudicem, nec per partem, & per conſequens non fuit ſortitus effectum: & propterea aduerſarius non poterit etiam ſe in eo fundare, quantum ad effectum, vt talis actus tollat appellationem factam, ex quo illum actum non acceptauit per regulam, *ex eo. infrà de regul. iur.* tenet Alexand. *in l. ſi quis ſeparatim. §. fina. in apoſtill.* ad Barto. *ff. de appella.* & ita in terminis reperio, quod iſtum textum limitat Andr. Sicu. *in c. 1. in 4. colum. nume. 26. de conſtit.* facit quod dicit Bald. per illum textum, *in l. nihil. § cum filius, in fin. ff. de inoffi. teſtam. & in l. ſeruus quoq. ff. de hæred. inſtit.* & notabiliter *in l. ſeruus hæres. in 2. not. C. de impu. hære. cum ſimil.*

Et vltra ipſos pro iſta limitatione videtur caſus, quem ad hoc ibi ponderant omnes, *in l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ.* & facit tex.
125 *in l. ſi iure, de lega 3.* †Et ideo dicimus quod non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, *infrà de regul. iur.* non præſtat, cum concord, vt ſcribit Iaſ. *in l. ſub prætextu, la 1. num. 11. C. de tranſact. & in l. fina. in pen. colum. C. de iure emphyt.* & reaſſumit Dec. *in 1. parte conſiliorum, conſi. 8. Viſo puncto, colum. fina. cum 4. alijs concord.* quæ ſcribit Iaſon *in l. 1. §. hac autem, in 2. colum. quod quiſque iur.* Sed aduertendum eſt, quòd licet iſta limitatio communiter teneatur, mihi tamen non ſatisfacit, quia clarum eſt, quod aduerſus illum qui actum contrarium primò facit eſt pręſumptio iuris, de qua *in cap. ſolicitudinem, de appella.* videlicet, quòd velit à primo actu recedere, & iſta voluntas etiam ex actu nullo declaratur, vt *in l. fina.* vbi Barto. *ff. de reb. eo. & in l. gerit, in 3. colum. ff. de acquiren. hæredita.* & Bald. *in l. qui à patre, per illum textum. ff. de confirm. tuto.* Cum quibus concord. Deci. *in cap. vt debitus, in 2.*
126 *colum. in gloſſ. 2. de appellat.* & hoc ſatis ſuadetur, †quia videmus, quod conſuetudo tacito conſenſu inducitur ex actibus multiplicatis: & tamen licet illi actus fuerint nulli, nihilominùs conſuetudo inducitur, quia ex illis voluntas colligitur, vt tradit Angel. Aretin. *in §. ex non ſcripto, in 5. colum. num. 27. verſicu. quæro an ex actibus ipſo iure nullis. Inſtit. de iuſti. & iur.* poſt Barto. *in l. de quibus. ff. de legib.* Accedat quod nota. dicit Hoſtien. *in cap. relatum, de offic. delega.* vbi concludit, quòd licet ad perpetuandam iuriſdictionem requiratur citatio, illud procedit etiam ſi citatio ſit nulla: quia ex tali citatione nulla iuriſdictio perpetuatur, ſicut etiam dicimus quod noua prouiſio licet nulla, ſupplet diligentias, prout fuit tentum in Rota in cauſa coram reuerendo domino Petro Borſio vertente inter dominum Ioan. Anguiano ex vna, & Ferdinandum Gundiſalui ex altera, & ratio erat, quia noua prouiſio continet duo, ſcilicet prouiſionem quo ad beneficium, & ſuppletionem diligentiarum: vnde ſi ex aliquo defectu illa prouiſio beneficij non valet, valebit tamen noua prouiſio quo ad alium effectum, ſcilicet, quo ad ſupplendas diligentias, cùm vtile per inutile non vitietur in reſcriptis, iuxta textum ſing. *in c. ſi eo tempore. de reſcript. lib. 6.* & hoc ſæpiùs fuit tentum in Rota, prout refert dom. Guil. Caſſador. auditor in quibuſdam recollectis deciſionum. Sic etiam dicimus, quod citatio licet nulla, facit quòd aliquis non dicatur pacificus poſſeſſor, quo ad effectum de annali, & triennali, quia ſufficit ad illud quælibet moleſtia, etiam de facto, & ſic nulliter, per ea quæ dicit Imol. & communiter Doct. *in Clemen. gratiæ. de reſcript.* Prout etiam concluſum fuit in Rota in quadam alia cauſa Cæſarauguſtan. me præſente: vt ſcribo in regula. de annali: ſic etiam appoſitio manus Papæ, licet nulliter, afficit beneficium, vt dicit Rom. *conſi. 355.* Circa primum. facit etiam *l. in teſtamento. ff. de fideicom. liber.* Eodem modo eſt dicendum in propoſito noſtro, quòd licet ſecundus actus contrarius primò ſit nullus, quòd per illum tacitè videtur receſſum à primo.

Et vltra prædicta pro iſta parte faciunt tria iura: Primò text. *in § poſteriori. Inſtit. quib. mod. teſtam. infir.* Secundò tex. *in l. legatum. §. 1. & l. ſi tranſlatum. ff. de adimen. legat.* vbi eſt caſus, quod per ſecundum legatum inualidum videtur receſſum à primo. Tertio loco pro hoc eſt text. *in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficio. teſtamen.* vbi eſt caſus, †quod dicens teſtamentum inofficioſum, nul- 127
liter, & ſic ſine cauſa præiudicat ſibi, vt non poſſit petere relicta in teſtamento, cùm ex illa querela arguatur velle recedere à teſtamento. Non obſtat tex. *in d. l. ſi mihi. §. ſi cum filius.* quia reſpondetur, quod ideo ibi actus inualidus non remouet filium à querela, propter odium patris qui in vitio reperitur, non inſtituendo filium, vt ibi expreſsè dicitur, & ſic ille text. ſpeciali ratione procedit. & pro iſta parte facit *l. eum qui du. u. C. de adulter. & c. primum. de ſponſa. lib. 6.* Nec obſtat dicta regula, *ex eo. de regul. iur.* quia dico, quòd licet non poſſit ex illo actu quem impugnat pars habere intentum, quòd eſſet ſi conſeretur actus primus reuocatus: tamen dico quod aduerſarius, licet effectualiter in actu ſe fundare non poſſit, quando expreſsè illum impugnauit, benè tamen poterit ſe fundare in eo, quando ſimpliciter non acceptauit, non tamen impugnādo, vel poterit ſe fundare in confeſſione tacitè reſultante ex actu inualido aduerſarij. Ita dicit notab. Abb. *in c. cum venerabilis. in 7. colum. de except. cum concord.* vt per Decium *in cap. at ſi clerici, in 9. colum. in fin. extra de iudic.* Vel ſecundò limitatur dicta regula, vt per Moderno. reper. videlicet, Ioan. Crotum de Monteferrato, *in c. 1. in gloſſ. 2. in fin. infrà de reſcript.* vel aliter reſoluas iſta iura ex his quæ ſcribit Dominic. *in cap. ſi duo, in 2. colum verſi. in fin. gloſſ. de procura. lib. 6.* †Vt tamen ceſ- 128
ſet omnis difficultas Doctorum, circa iſtam limitationem, tu vltra ipſos ſic diſtinguas, quod aut loquimur in actis inter viuos, aut in vltimis voluntatibus. Primo caſu regula ſit iſta, quod per ſecundum actum inutilem, non receditur à primo valido. Ita eſt text. *in l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. certi condictio. in ratione ſui. ff. ſi certum peta.* & procedit regula, *non præſtat. infrà de regu. iur. cum ſimil. hic allega.* Aut ſumus in vltimis voluntatibus, & tunc per ſecundum actum, licet inutilem, tollitur primus validus. Ita procedunt alia iura, *& l. legatum. §. 1. & l. & ſi tranſferam. ff. de adimen. lega. & l. planè, in princip. de legat. primo.* Sic concludit nota. Alexand. *in l. ſi cum dotem, in 2. colum. num. 8. ff. ſolut. matrimon.* Sed tamen aduerte, quia iſta diſtinctio circa iſtud vltimum caput videtur dubitabilis, *per l. ſi iure. ff. de legat. 3.* Sed Barto. ibi reſpondet, quod ille text. procedit in ademptione tacita: nam tunc per ſecundum actum inutilem non receditur à primo valido, niſi quatenus expreſsè conſtet de voluntate teſtatoris. Ita dicit Barto. & licet iſtam ſolutionem improbet Alexand. *in d. l. ſi cum dotem.* eam tamen idem ſibi contrarius approbat *in l. planè, in princip.* quam legit cum lege præcedenti, *de lega. 1.* & finaliter eam ſequuntur communiter alij *in l. ſeruum filij. §. ſi idem. de legat. 1.* & ibi Alexan. hoc firmat. Aliter tamen circa hoc diſtinguit Socin. *in dicta l. ſi quis ante.* quem videas, quia notabiliter loquitur. Iſta tamen concluſio limitatur per Alexand. *in dicta l. ſi cum dotem.* procedere, quando per actum inualidum quis recederet à primo valido inducto in fauorem facientis, ſecus autem quando eſſet inductum in fauorem tertij: quia tali caſu per ſecundum actum inualidum, quis à primo recedere non videtur, alleg. text. *in l. planè, la prima.* quam ita intelligit, *ff. de legat. primo.* Tamen iſta limitatio non eſt vera, quia confunditur per textum *in d. l. Papinianus. §. meminiſſe.* & quia etiam non eſt generalis ad actus inter viuos, & ideo cogitandum eſt. Poſtremò, (ne quid

vtili-

vtilitatis omittatur) eſt aduertendum. quod contra prædictum
notabile, videlicet, quod per ſecundum actum quis videatur à
primo recedere, obſtant plura iura, in primis text. *in l.qui in alie-
na.§ fina.ff.de acquiren.hered.& l.Neſennius.ff.de negot.geſtis.& cap.1.
quod metus cau.* Per quæ iura Barto. & communiter Docto. con-
cludunt *in l.non ſolum.§.morte, in 4.colum.verſi.& tunc quæro. ff.de
oper.noui nunc.* quod actus contrarius proteſtationi, de qua quis
eſt certificatus in dependentibus ab animo vnius annullatur, &
actus primus proteſtationis ſuſtentatur: & ideo pro noua de-
claratione iſtius difficultatis videas quæ ibi latè dixi *in repetitione*
129 *mea.* vt audiſtis anno præterito. † Nota quintò ſecundùm Ge-
minia. quòd quælibet ciuitas, & quodlibet caſtrum poteſt con-
ſuetudinem facere: & ita tranſeunt poſteriores. Sed aduerten-
dum eſt quod iſtud dictum non eſt abſolutè verum: quia ca-
ſtrum non poteſt quo ad deciſionem cauſarum, conſuetudi-
nem facere, quia ille poteſt facere conſuetudinem, qui habet
iuriſdictionem ſtatuendi, vt concludit Barto. *in l.prima.ff.de legi.
cum ſimil.* vt dixi ſuperiùs. Sed caſtrum alteri ſubiectum, non ha-
bet poteſtatem ſtatuendi, ergo conſuetudinem inducere non
130 poteſt. † Et ideo pro vero intellectu iſtius notabilis, & text. no-
ſtri conſiderandum eſt, quod conſuetudo poteſt introduci du-
pliciter, aut circa deciſionem cauſarum, aut circa alia pertinen-
tia ad mores caſtri vel ciuitatis: primo caſu ſi eſt ciuitas vel ca-
ſtrum ſubiectum, non poteſt facere talem conſuetudinem: &
ita procedunt contraria, niſi conſentiat Princeps. Ita tenet gloſſ.
in cap.fruſtrà.8.diſtinctio. Oldrad.*conſi.236. Multa in medium, colum.
9.in 3.volum.* Et iſto modo declarari debent dicta Geminia.*in
cap.fina.in princip. infrà de conſuetu.* Aut verò ciuitas vel caſtrum
habent iuriſdictionem conceſſam, vel non ſubſunt alicui, &
poſſunt talem conſuetudinem inducere. Ita poteſt ſaluari di-
ctum Geminia. hic, vel in ſecundo caſu, quando faciunt conſue-
tudinem ad ſuorum bonorum adminiſtrationem: & ita etiam
poteſt intelligi dictum Domin. hic: iſta reſolutio colligitur ex
dictis Barto. *in l.omnes populi, in 1.quæſt.princip.ff.de iuſti.& iure.* vbi
latiùs dixi.

Nota ibi, dummodò rationabilia, ſecundùm Domin. quod
in cõſuetudine & ſtatuto requiritur rationabilitas, & hoc adeò
eſt verum, quòd licet Princeps ſtatuat aliquid in contrarium,
non videtur intentionis eius officere conſuetudini, vel ſtatutis
rationabilibus, vt innuit Abb. *in c.breui.in fin.* dum ſimpliciter
alleg. iſtum text. *ſuprà de iureiuran.* & hoc dicit clariùs *in c.ex parte,
in 3.colum.de conceſſ.præbend. iuncto text.in cap.fin.infrà de conſuetu.*
Et iſta de plano procedunt in conſuetudine vel ſtatuto rationa-
bili, de quibus loquitur iſte text. ſecus verò in irrationabilibus,
quia in illis non habet locum. Nam per contrariam conſtitu-
tionem, etiam nulla facta mentione tolluntur, vt dicit Cardin.
in cap.ſtatutum.in 3.colum.& 3 oppoſi. de elect. & hoc procedit etiam
ſi illa ſtatuta irrationabilia fuiſſent per Principem tolerata, vt
dicit Anton. Roſel. declarando iſtum textum in tract. de concil.
fol.99.*in 2.colum.* & tradunt Modern. *in cap.fina.de conſue.per gloſſ.
in cap fin.3.diſtin.* & text. *in cap.fin.infrà de iureiu.* & ſequuntur ſim-
pliciter Moder. hic, licet de prædictis mentionem non faciant.
Ex quibus omnibus tres concluſiones colliguntur. Prima quod
in conſuetudine rationabilitas requiritur. Secunda quod idem
ſit in ſtatuto. Tertia quod tolerantia Principis non facit valere
conſuetudinem vel ſtatuta quo ad hoc, vt irrationabilia, de ipſis
debeat fieri mentio. Circa primam concluſionem eſt aduerten-
dum, quia non videtur ſimpliciter verum, quòd conſuetudo de
131 neceſſitate requirat rationabilitatem: patet, † quia omnis con-
ſuetudo irrationabilis iniuſta eſt, vt not. Abb. *in c.cum contingat.
per illum textum de offic.delega.& in c.ab excommunicato.de reſcript.*
& tamen cõſuetudo iniuſta quo ad forum temporale valet me-
ro iure, & excuſat à pœna, vt eſt glo. communiter approbata *in c.
denique,4.diſtin.& in c.cum venerabilis, de conſue.* quas ad hoc com-
mendat Iaſ. *in l.de quibus, in 1.colum.ff.de legi.* per gloſſ. dicit Roma.
in conſ.966.cuius eſt initium, Videtur prima fronte. quòd ſi Præſiden-
tes Senen. iurent in principio ſui officij de admittendo arbi-
tria, ſi poſteà non admittant, non ſunt periuri, propter conſue-
tudinem, quæ tali caſu excuſat, & hoc idem de conſuetudine
non reſiden. Cardin. concludit *in conſi.132.incip. Presbyter, in 2.co-
lum.* & per hoc dicit Roc. Curt *in tracta.conſu. in 11.& 12.colum.*
quod Doctores præſentantes laureandos poſſunt iurare illos
eiſ idoneos, licet non ſint. Nam excuſantur à periurio, propter
conſuetudinem, per adducta ibi per eum: & idem dicit de lu-
dentibus ad taxillos, vel chartas. Nam talis ludus adeo ex con-
ſuetudine permiſſus, quòd lucrantes cogi non poterunt ad re-
ſtitutionem. Concludendum eſt igitur contra Geminia. & ſe-
quaces hic, quod conſuetudo pro neceſſario requiſito eius non
requirit quòd ſit rationabilis. Nec iſte text. probat eius opi-
nionem neceſſariò, quia nõ emanauit ad hoc. Saluari tamẽ poſ-
ſet dictum Gemin. ratione fori conſcientiæ in quo rationabili-
tas requiritur, & irrationabilis conſuetudo non excuſat, vt dicit
glo.in d.c.deniq. Sed cogitandum eſt an ipſe ita intellexerit. Circa
ſecundam concluſionem etiam conſiderandum eſt, quia nõ eſt
verum quòd ſtatuta de ſui natura, & pro forma requirant ratio-
nabilitatem: quia videmus quòd ſtatuta iniqua & irrationabilia
valent, vt eſt text. *in l.1.& in l.3.* & ibi Alexand. & omnes, *ff.quod
quiſque iur.* & text. *in c.cum omnes.* & ibi communiter Modern.
de conſtit. Non obſtat text. *in d.c.erit autem lex.* quia ad illum po-
teſt multipliciter reſponderi. Primò quòd ille text. ſit conſilij,
cùm ſit Iſidori, qui poteſtatem non habuit legis condendæ, per
ea quæ Docto. tradunt *in l.1.ff.ſi certum peta.& in cap.2.de reſcript.*
Vel ſecundò ille text. loquitur in lege communi, nos autem lo-
quimur in ſtatuto, & inter iſta eſt maxima differentia: & ita ad il-
lum text. in terminis reſpondet Iaſ. *in l.2.ff.quod quiſq. iur.* cum
pluribus concordan. quæ aliquando ſcripſi in repetitio. *d.c.erit
autem.* facta in primo anno quo aſſumptus fui ad lecturam de-
creti Papiæ. Vel tertiò reſponde, quod licet ſtatutum, vel lex
communis debeat eſſe rationabilis: tamen ſi ſit ſine ratione, nõ
eſt de ea iudicandum, ſed ſecundùm eam. ita propriè dicit text.
in d.c.erit.circa finem. quem ad hoc allegat Rochus Curt. *in tracta.
de conſuetu. in 31.colum.* & ante ipſum ita reſpondet Andr. Sicul.
in Clem.1.in 3.colum.de elect. & prius hoc dixit Bart. de quo prædi-
cti non fecerunt mentionem, *in l.omnes populi, in 9.colum.verſicu.
circa ſecundum.ff.de iuſti.& iur.* Secunda tamen ſolutio mihi ma-
gis placet: Nam negari non poteſt quod in lege communi &
vniuerſali prædicta non haberent locum, niſi in ſtatuto parti-
culari: quia in lege communi plura requiruntur quàm in ſta-
tuto: & inter cætera rationabilitas quæ in iuſtitia conſiſtit, quam
pro forma requirit lex communis. Nam ratio, & iuſtitia ſunt
anima legis communis, ſine quibus conſiſtere non poteſt, vt
probat Andr. Sicul. *in cap.filius.in 3.colum. de teſtamen.& in dicta
Clement.1.* & reaſſumit latè Afflictus *in conſtitutione regni incip.
Horæ,&c.* & licitum eſt legem iniuſtam & irrationabilem dolis
& fraudibus circumuenire, vt dicit Bald. Paul. de Caſtr. & Corn.
in l.fina.in princip.per illum textum.C.de cadu.toll. ſatis eſt ad propo-
ſitum noſtrum, illam eſſe communem opinionem, quod ſtatu-
tum iniquum & irrationabile valet, licet annullari poſſet. Cir-
ca tertiam concluſionem etiam eſt aduertendum, quia contra
eam facit text. *in c.quia circa, de conſangui.& affinita.* vbi per tole-
rantiam inducitur approbatio, tenet Iaſ. *in l.1.in princip.quod quiſ-
que iur.* Sed reſponde, vt per Abb. *in c.niſi eſſent, in 4.colum.de præ-
bend.* † quod vbicunque Princeps in facto ſpecifico, reſponden- 132
do vel ſcribendo dicit toleramus: tunc videtur approbare, & di-
ſpenſare ſuper illo actu aliàs illicito: ita procedit contrarium, *d.c.
quia circa.* ſecus autem vbi Princeps tolerat de facto non reſi-
ſtendo: quia tunc non inducitur approbatio, & ſic intelligit tex.
in cap.cum iam dudum, cum alijs alleg. Ita dicit Abb. *in d.cap.niſi.* cu-
ius dicta reaſſumit latiſſimè Felyn. *in c.primo.in 6.& 7.colum.ver-
ſicu.lex noua, de treug.& pace.* debet tamen eſſe cautus Princeps,
vt tali conſuetudini irrationabili à principio reſiſtat: quia vt di-
cit text. *in cap. mala conſuetudo, 8. diſtinctione.* niſi citiùs euella-
tur, in priuilegiorum ius ab impiis aſſumitur. † Habes igitur ex 133
iſtis declaratam iſtam opinionem Modern. quòd tolerantia ſu-
perioris non inducit approbationem rei illicitæ, & ex hoc ipſi
inferunt, idem eſſe in teſtatore: quia diſpoſitio teſtatoris non
cenſetur approbare illicita, Bald. *in l.nulli, 20.quæſt.C de Epiſco.
& cleri.* vbi vult quod executor datus à teſtatore ad diſtribuen-
dum eius hæreditatem, non poterit eligere filium ſpurium ip-
ſius teſtatoris, quia non videtur data poteſtas diſtribuendi con-
tra ius, *argum l.Lucius.§.penult.ff.ad municip.* & ita cum iſto dicto
reſident Modern. Tamen Bald. *in l.nulli.* nihil dicit de hoc, ſed
dixit *in l.id quod pauperibus, in 22.quæſt.C de Epiſco.& cleri.* & hanc
eandem opinionem tenet Cardin. *in Clem.1.colum fin. de teſtam.*
& Iaco. de Arena, vt refert Ioan. Andr. *in addit.ad Specul.in § nunc
verò aliqua, verſicu.82.incip. Quid erit, in addi. ſub litera H.* Suade-
tur hoc, quia diſpoſitio generalis recipit reſtrictionem de habi-
litate, vulga. *l.gradatim. ff.de muner.& hono.& cap.primo. ſuprà
de conſtitut.* & hoc expreſsè dicit Barto. *in l.cum quidam.§.primo, de
lega.ſecundo.* & Bald. *in l.ſi quis ad declinandam, in 2.colum. C.de Epiſc.
& cle-*

& cleric. Sed ſpurij non ſunt huiuſmodi, igitur &c. Præterea quia talis diſtributio debet interpretari, prout verba ſonant, itaque diſtributio fienda in pauperes, tali caſu in vno verificari nõ poſſet, vt tradit Bal. *in l. prima. verſicu. iuxta hoc. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & Barto. *in l. 1. ff. de opt. leg. cum concord.* vt ſcribit Felyn. *in cap. omnes leges. in 2 colum. 1. diſtinct.* & reaſſumit latè Decius *in cap. prudentiam. §. adijcimus, colum. 1. de offic. delega.* & licet Alexan. in hoc plura in contrarium adducat, *in l. Gallus. §. quod ſi is. ff. de liber. & poſthum.* Iaſon tamen ſimpliciter tranſit cum prædictis. † Aduer-
134 tendum tamen eſt circa prædicta: quia dictum Bald. *in dicta l. id quod pauperibus.* non videtur verum: quia clarum eſt quod maior pietas videtur relinquere conſanguineis pauperibus, quàm extraneis, *cap. non ſatis. 88. diſtinct.* quem textum ad hoc alleg. Abb. *in c. 1. colum. 2. de cohab. cler. & mu. & in c. dilecto, in 1. not. per illum textum. de praben.* Sed filius ſpurius eſt de conſanguineis, & pauper, igitur &c. & fortè ex mẽte iſtius rationis Bal. ſequutus fuit iſtam opinionem ſibi contrarius, *in l. illa inſtitutio.* vbi hoc tenent Ange. & Imol. *ff. de hæredib. inſtit.* & idem Bal. *in conſ. 456. in 2. volum.* & Petr. de Anchara. *in c. cum tilli, de teſtamen.* & idem Imol. *in l. captatorias. ff. de hæredibus inſtitu. & per eundem in l. Lucius. §. in teſtamento. ff. de legat. primo.* Facit ratio text. *in Authen. de inceſt. nupt. in fine.*

Prætereà facit, quia diſpoſitio de redimendis captiuis comprehendit illos, qui culpa ſua ſunt captiui, gloſſ. not. *in cap. ſanctorum, 12. quæſtio. 2. cum concord. vt latè dixi in §. item ſi quis in fraudem, in gloſſ. creditorum. Inſtitu. de actio.* Ergo à fortiori ſubueniendum eſt ſpuriis teſtatoris, qui ſine culpa ſua illam labem inciderunt: & quia licet ſit ſpurius, filius tamen eſt, *vt in d. Authen. de inceſt. nupt. in princip. §. ſi verò contigerit.* facit quod dicit Barto. *in l. ſi quis à liberis. §. ſed vtrum ff. de libe. agnoſ.* Nam multi ſpurij boni fuerunt, vt refert Nicol. de Vbald. *in tracta. de duobus fratrib. fol. 8.* & reaſſumunt Modern. *in tracta. nuptial. fol. 55. in tertia colum.* Et quia tali caſu filio ſuo relinquere lex non prohibet, vt dicit Iaſon poſt Paulum de Caſtr. *in l. ſi is qui, la 1. in 2. colum. ff. de vulga. & pupill.* Quid igitur dicendum? aduerte quod pro concordia iſtarum opinionum poteſt ſic dici, quod aut ſpurius vult admitti ad illud relictum iure fideicommiſſi, vel ſucceſſionis, quaſi quòd de tali paupere cenſerit teſtator: & tunc non admittetur per rationes ſuperiùs adductas in 1. opinio. aut vult admitti iure pauperis, vt ei fiat eleẽmoſyna vſque ad concurrentem quantitatem debitam talibus de iure communi, puta pro alimentis, iuxta *cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulte.* & tunc procedit ſecunda opinio. Ita reperio tenere Aret. *in dicta l. ſi is qui. in fin. colum. ff. de vulg. & pupill.* & eſt de mente Ioan. Aud. *in addit. ad Specul. vbi ſuprà.* Et ad prædicta quomodo executor pauperum poſſit eligere filios, vel ſeipſum, vide latè Felynum *in cap. cæterum, in pen. colum. de offi. ordin.* & Socin. *conſ. 11. incip. Circa præſentem, in 2. colum. lib. 1.* Abb. & Modern. *in c. cum in iure, de electio.* Roman. *in conſi. 228. in 8. colum. fol paruo.* & Andr. Sicul. *in c. cum tibi, not. 13. & 17. de teſtam. & dixi latius in repetitione mea, l. cum filio. de legat. 1. in 1. charta.* ¶ Glo. *in verbo, iura: ibi, quare aliud in iuribus, aliud in reſcriptis.* dicit hic Dominic. & ſequuntur Modern. quod in re-
135 ſcriptis ideo eſt, † quia propter multitudinem reſcriptorum præſumitur ignorantia, *c. cùm olim, de re iudica.* quæ licet in facto proprio non præſumatur, *c. ab excommunicato, ſuprà de reſcript.* tamen fallit propter multitudinem negotiorum. Ita concludunt hic Docto. cum quibus tranſit Felyn. *in c. nonnulli, in prin. in 10. colum. in fin. de reſcript.* vbi videndum eſt, & pro iſta opinione facit melior text. *in c. ſi aliquando, de ſenten. excommu.* Nec obſtat ſi dicatur, quod ex quo reſcripta ſunt cõſueta, non deberent ignorari, per ea quæ ſuperiùs diximus in nominibus, per *l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua.* quia illud eſt verum, niſi facta cõſueta ſint varia: & ita procedat iſta opin. & iſtam regulam de ignorantia, *cum 8. fallen.* ponit Soc. *in tract. regularũ, reg. 185.* Aduerte tamen ad vnũ, quod licet ignorantia in facto proprio admittatur propter multitudinem negotiorum, illud eſt verum, niſi illud negotium fuerit arduum, prout ſuperiùs dictum fuit, quibus adde Felyn. *in c. accepimus, in 3. colum. in fi. de fide inſtru. Glo. habere. ibi. C. de teſta. l. omnium.* iſte text. ad hoc ſolet communiter allegari quòd Princeps habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, prout hic alleg. *gloſſ.* & Imol. *in c. 1. in 2. colum. de reſcript. & glo. in c. quoniam, 18. diſt.* & *glo. in verſi. iuribus, in c. cupientes. infrà de elect. & Dominic. in c. 1. in 3. colum. quæſt. 10. de exceſſ. prælato.* & etiam ad hoc alleg. iſtum tex. Iaſ. *in l. præſcriptione. in 2. colum. in fi. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* vbi per hoc infert *ibi in 3. col.* quod ſubreptio iuris in reſcripto nõ vitiat illud: quia Papa cenſetur ius habere in ſcrinio pectoris: & per conſequens in eo decipi non poteſt.

Tamen illa *l. omnium.* quæ communiter ad hoc allegatur, hoc non probat ſecundùm Archid. hic, & eundem Archid. *in c. prætereà, 23. diſt.* & vltra ipſum hoc ego ita probabo: quia illa verba quod in noſtris eſt ſcriniis conſtitutum, poſita in *d. l. omnium.* &c. nõ intelliguntur de pectore Principis, ſed de iure, quod cõſeruatur in cancellaria, ſiue audientia ſuorum peritorum, vt exponit glo. *in l. comparationes. C. de fide inſtrum. & in §. hunc igitur. C. de Iuſti. codi. confir.* & videtur de hoc text. *in c. tantis, 81. diſtin.* & ſic iſtud dictum interpretatiuè accipitur. Nam verè & realiter loquendo in Principe non cadit memoria omnium legum, vt patet *in l. 2. C. de vete. iur. enucle. & in cap. prætereà. cum ibi not. 23. diſtinct. cum concord.* vt dixi *ſuperius in 1. nota. vno.* † Nam, vt ibi dixi, Prin- 136
ceps in iure aliquando errat, *l. tertia. in fin. ff. de ſupp. lega. & in cap. vnico, vt eccle. benefi. & cap. cum inſtantia, de cenſib.* & eo maximè, quia vt plurimum ſummi Pontifices ſenes eliguntur: in qua ætate naturaliter contingit obliuio, vt probat Andr. Sicul. *in cap. eam te, in tertia colum. per illum textum, ibi, ſi benè meminimus, de reſcrip.* & ideo nimirum ſi Papa circumueniri poteſt, vt tradit Cardina. *in conſi. 142. in 2. colum.* vbi loquitur de Cæleſtino. Sed illa expoſitio *ad l. omnium.* magis placet: dicimus Papam habere iura in ſcrinio, &c. eo quia omnia conſeruantur in cancellaria ſua, quæ vt dixi, ſcrinium appellatur, per quam conſeruatur memoria rerum geſtarum, vt *in l. 1. C. de priuileg. eorum qui in ſa. pa. mili. libro 11.* Hinc eſt, quod illi dicuntur ſcriniarij, qui conſeruant huiuſmodi ſcripturas cameræ Principis, vt patet *in cap. ad audientiam, de præſcript. in prima conſtitu. Cod. §. ideoq́ue. cum ſimil.* de quibus etiam loquitur *titulus. C. de proxi. ſa. ſcrinio. libro 12. per totum.* & de talibus ſcriniis loquitur, *d. l. omnium.* Tenendo tamen communem intellectum, videlicet, quòd Papa propter ſummam eius poteſtatem, & copiam peritorum, qui ei aſſiſtunt, dicatur habere iura in ſcrinio pectoris, quam ſequitur latè Felynus *in cap. nonnulli, in 20. colum. de reſcript. & in cap. in noſtra, in quarto correlario, eodem titu. text. in dicta l. omnium.* poterit aliter declarari & induci hoc modo, videlicet, quod illa verba in ſcriniis, ibi poſita declarentur per iſtum textum, qui clarè de ſcrinio pectoris loquitur, non de ſcrinio librorum. Itaque lex illa, omnium. quæ eſt antiqua, declaretur per iſtam nouam legem loquentem in eodem caſu, iuxta vulg. *l. non eſt nouum. ff. de legi.* & tradunt Doctores *in l. prima, de lega. primo.* & licet illa verba ſcrinijs poſſint etiam adaptari ad locum, in quo ſcripturę reponuntur, qui ſcrinium dicitur, *in dicta tamen l. omnium.* non capiuntur in illo ſenſu, ex eo, quia ibi diſponitur, quod teſtamentum factum coram Principe ſine ſolemnitatibus iuris ciuilis valeat, ratio eſt, quia vbi eſt Princeps, ibi non præſumitur ignorantia ſolennitatum iuris, propter copiam peritorum, vt latè declarat Corne. *in conſi. 200. incipien. Videtur, in 1. & 2. colum. libr. primo.* & hoc meritò ibi inductum eſt, quia præſente Principe videtur ibi adeſſe tota ſynodus legalis ſapientiæ. † Nam quicquid loqui- 137
tur & vult, lex eſt. Nec eſt dare legem poſitiuam, quæ extra eius mentem vagetur, *vt in l. fina. C. de legib.* & iſte ſenſus habetur hic in textu noſtro. Ratio igitur illius *l. omnium.* non concludit, nec adaptatur ad ſcrinia, in quibus reponuntur leges, ſed ad interpretatiuam poteſtatem declarando, vt per Corneum in *dicto conſ.* vbi ſubdit vnum aliud, quod iſta ſcientia iuriũ quæ in Principe præſumitur, iuxta *dictam l. omnium.* non procedit in aliis inferioribus, etiam non recognoſcentibus ſuperiorem: quia licet illi in locis ſuis habeant iura Principis: non tamen apud eos præſumitur adeſſe illa copia peritorum, quæ adeſt coram Principe: & ideo in illis, *dicta l. omnium.* procedit. Ita ibi latè Corne. & hoc ante ipſum prius tenuit Ægid. Bellame. de quo ipſe mentionem non fecit, *in conſi. 1. in 22. colum.* vbi etiam ponit practicam, *dicta l. omnium.* quæ omnia nota tanquàm non vulgatia. In eadem *gloſſ. ibi dum oppo.* contra iſtum textum *d. cap. quod autem,* & *cap. plures.* omiſſis ſolutionibus gloſſ. & Doct. hic videtur dicendum, quod illa iura nihil faciant, ex eo quia *in dicto cap. quod autem.* benè dicitur, quod non reperiebatur iure cautum de viro & vxore: quia in *in dicto cap. plures.* expreſſum non erat, niſi quod plures non poſſent leuare puerum de ſacro fonte, ſiue vir, ſiue mulier, &c. Iſta verba non intelliguntur de viro & vxore: & ideo benè dicebat Vrbanus *in dicto cap. quod autem.* implicitè tamen ſub illa diſpoſitione comprehendebantur: & ita reperio, quod tenet gloſſ. *in cap. ſi quando, de reſcriptis, in gloſſ. fina.* ¶ Gloſſ. *reuocare.* Iſta gloſſa diuiditur in quatuor partes: in prima ponit concordan-

cordantes ad textum in ſecunda infert: in tertia, rationem aſſignat: in quarta, excipit duos caſus: ſecunda ibi, idem in teſtib. tertia ibi, ratio eſt. quarta ibi fallit. In eadem gloſſ. ibi, non eſt nouum. dic quod illa lex potiùs facit in oppoſitũ, dum ibi potiùs innuitur,
138 † quòd leges priores debeant trahi ad poſteriores, & non quòd ſint ſublatæ, & ita illum textum ad hoc Rochus Curtius allegat in tracta. iuriſpatronat. in verſicu. ipſe vel is à qua, &c. quæſtio. 26. & de hoc etiam Decius in conſi. 64. incip. Concluſio. colum. fina. in 2. parte. & ita etiam d. l. non eſt nouum. intelligit. Andr. Sicul. in cap. ſuper quæſtionum, in 3. nota per illum textum de offic. delega. vbi per hoc reprehendit Doctores promptos ad iurium correctionem, & in hoc ſenſu alleg. etiam Roma. in conſil. 341. incip. Circa primum in ſecundo dubio, verſicu. cæterum. & gloſſ. prima in cap. quoniam. 18. diſtinctio. & ita etiam alleg. Decius in conſi. 65. incip. Conſultus, colum. fina. in 2. parte. & cum iſto communi intellectu tranſeunt Modern. Taurinen. videlicet, Claudi. Aquen. in l. ſi quis id quod, in 6. colum. ff. de iuriſdict. omnium iudic. vbi notabilem limitationem ponunt ad dictam l. non eſt nouum. quam videas. Dicas igitur pro reſolutione prædictorum vnà cum Barto. in l. ſed & poſteriores, eodem titulo. quod aut prima lex eſt generalis, ſecunda eſt ſpecialis: & tunc per ſecundam benè tollitur prima: vt hic eſt text. aut prima eſt ſpecialis, ſecunda generalis, & tunc ſpeciei per genus non derogatur, ſed debet potiùs prima lex concordari cum noua: & ita intelligitur d. l. non eſt nouum. de quibus notabile exemplum ponit ibi Barto. quem ſequitur Alexand. in conſil. 123. incip. Scripſit, in 3. col. libro 4. & ita d. l. non eſt nouum. intelligit idem Alexan. conſi. 108. colum. fina. in 3. volum. & Abb. in conſi. 51. in 1. volum. & Andr. Sicul. in conſil. 48. in 4. & 5. colum. libro 2. & in ſumma d. l. non eſt nouum. procedit quando ſumus in dubio an ſecunda lex aduerſetur priori, vt tradit Bartol. in repet. l. omnes populi, in 4. quæſt. 7. quæſt. principalis, in 21. colum. ff. de iuſti. & iur. & ſentit Alexand. in conſil. 85. incip. Animaduerſis, in ſecunda colum. libro quarto. & conſil. 57. colum. fina. lib. tertio. & conſil. 56. in tertia colum. lib. ſecundo, & in conſil. 206. in 4. colum. eodem libro. Sed vbi eſſemus in claro, quòd lex poſterior eſſet de directo contraria priori, tunc non procedit, d. l. non eſt nouum. ſed regula textus noſtri, videlicet, quòd vltima derogent prioribus, quæ generalis eſt in omnibus actibus hominum, quos latè refert Iaſon in l. pacta nouiſſima C. de pact. & ante ipſum plures caſus enumerat Alexan. in quibus vltima derogant prioribus, in conſi. 122. Viſo puncto, in princip. in 4. volum. Decius in conſi 195. in prima colum. Et iſtam diſtinctionem videtur etiam approbare Roma. in conſi. 57. incip. In cauſa, & in conſi. 322. In caſu propoſito. & Andr. Sicul. in conſi. 26. in ſeptima colum. in ſecundo volum.
139 † In eadem gloſſ. ibi, ratio eſt, &c. habes concluſionem quod ſtatutum vel lex poteſt ad libitum ſtatuentium reuocari, cùm dependeat à ſola voluntate eorum. Pro iſta opinione facit text. & quæ ibi dicit Barto. in l. cum precario. ff. de precario. & hoc idem procedit in teſtamentis, vt latè probat Alexand. in conſil. 105. in quarto volumine, in 2. colum. & hoc idem in vicario dicit Dominic. & Modern. in c. 1. de offic. vica. lib. ſexto. & Abb. in c. ſua, eodem titu. & in c. volentes. de offic. lega. & eodem modo procurator datus etiam cum iuramēto de non reuocando eadem ratione ad libitum reuocari poteſt, vt in c. fin. & ibi gloſſ. infrà de procur. eod. lib. cum concor. quæ Alexan. ſcribit in conſil. 18. Viſis, in ſecundo volum. Deci. in conſil. 61. in ſecunda parte. quæ omnia in illa ratione fundantur, quia ſunt actus dependentes à voluntate vnius: & propterea contraria voluntate reuocantur, vt etiam arguit Cardin. in conſ. 52. in 1. colum. Sed tamen aduertendum eſt quod attenta iſta ratione glo. & Doct. proteſtatio dependens à voluntate vnius, deberet per contrarium actum reuocari, cuius oppoſitum concludit Bart. & communiter alij in l. non ſolum. §. morte, in 4. colum. ff. de ope. noui nunc. per text. inter alios in l. qui in aliena. §. fina. ff. de acqui. hered. & c. ſollicitudinem, de appell. Nec dicas, quod ibi eſt propter clauſulam de-
140 rogatoriam: † quia clauſula derogatoria differt à ſimplici proteſtatione, prout latè ibi probo in repet. mea, & tenet Bart. in l. ita ſtipulatus, in 1. colum. in fin. ff. de verbo. oblig. Et ideo dicas ſic, quod ideo in proteſtatione illud receptũ eſt: propter declarationem expreſſam voluntatis, quæ facit quod in contrario actu poſtea facto deficiat cõſenſus, vt in l. & ſi plerique, ff. de religio. & l. Neſennius. ff. de nego. geſt. & ita dicit Barto. in l. omnes populi, in 10. colum. in fin. verſi. circa ſecundum. ff. de iuſti. & iur. Sed in caſu iſtius glo. ſumus in actibus merè ſimplicibus contrariis, non declaratoriis: & ideo ſecundum tollit primum: Hinc eſt, quod ſi in lege vel teſtamento declararetur volũtas in primo ſub commemoratione ſecundi contrarij teſtamenti in poſterum faciēdi, primum per ſecundum non tolleretur, l. ſancimus. C. de teſtam. & l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, de leg. 1. & ita iſta opinio communis procedit.

Iſta concluſio limitatur duobus modis per Moder. & nouiſſ. repe. hic. Primò, vt non procedat, quando ſtatutum huiuſmodi tranſiret in contractum: quia tunc reuocari non poteſt, l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. faci. Facit dictum Paul. de Caſtr. in l. digna
vox. C. de legi. dum vult, † quod Papa faciens pacem cum ciuita- 141
te ſibi ſubiecta, ſi faciat ei aliquas promiſſiones, tenetur eas obſeruare, nec eas violare poterit, etiam de plenitudine poteſtatis, vt hic latè per eos, & idem quod hic latiùs tenent Modern. in repet. l. omnes populi, in 21. colum. ff. de iuſti. & iur. & ante ipſos Deci. in cap. nouit, in 9. colum. de iudic. & in cap. 1. in 27. colum. de probatio. vbi aliis modis limitat. Pro iſta limitatione vltra ipſos adde Petr. de Ancha. in repet. cap. 1. in 14. quæſt. princ. de conſtitu. Iaſon in l. ciuitas, in 2. colum. ff. ſi certum peta. & in l. Barbarius, in 6 colum. verſicu. 12. ff. de offic. præto. cum concord. vt ſcribit Thomas Parpalia in repet. l. placet, in 16. & 19. & 40. colum. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Corne. conſi. 70. in litera M. in 2. lib. & reaſſumit latiſſimè quidam Ioan. Neuizanus Doctor Aſtenſis in conſi. 12. poſito inter conſilia Alber. Bruni, quo loco in iſta materia cumulat penè infinita, & iſta de plano procedunt, quando priuilegium vel contractus initus eſt cum non ſubdito: quia tunc reuocari non poteſt, vt inquit Lap. alleg. 100. incip. In quæſt. propoſita, colum. fin. Rom. conſi 252. Pro deciſione, colum. 2. & conſi. 152. Quæritur primò, in 4. colum. & Abb. conſil. 41. Videndum eſt, colum. fina. lib. 1. Andr. Sicul. conſil. 2. in quarta colum. Alexand. conſi. 101. Viſis inſtrumentis, colum. 2. in primo volum. cum ſimil. & talis reuocatio contractus initi cum non ſubdito intelligitur interdicta Principi, etiam ſi ſubſit cauſa, vt notanter concludit Paul. de Caſtr. in conſil 287. colum. fina. in primo volum. Secus tamen ſi contractus initus ſit cum ſubdito, vt dicit Imol. in c. noſtra, de iureiur. quem refert, & ſequitur Barba. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs, in 22. colum. de iudic. & in cap. nouit, in 3. colum. num. 181. eodem titu. dicens pro hoc eſſe caſum ſingularem, in l. Titius puerum ff. de obſe. liber. de quo text. etiam meminerunt Modern. in repet. l. omnes populi, in 22. colum. ff. de iuſti. & iur. & Roman. in conſi. 436. incip. Quod indultum. in 6 colum. paruo volum. Et quod dictum eſt de ſubdito non habet locum, quando pro illo contractu Princeps pecuniam accepiſſet: quia tunc idem dicendum eſſet, quod de non ſubdito, videlicet, quòd reuocari non poſſet. Ita Bald. in l. qui ſe patris. colum. 7. verſic. hoc ſcias. C. vnde libe. Et licet iſtud vltimum non ſit ſine dubio, vt patet ex his quæ dicunt nouiſſimi in d. c. 1. & dixi latiùs in d. l. Titius. Tamen primum dictum communiter tenetur, vt latè exorditur Guiliel. Benedicti Modern. in magna ſua repet. c. Raynutius. fol. 15 in 4. colum. de teſtam. Reſtat igitur concluſio firma, quòd Princeps non poterit reuocare ſtatutum tranſiens in contractum. Tamen aduertendum eſt vlteriùs, quod iſta principalis limitatio non videtur vera: nam præſupponit Principem ex contractu obligari, & non poſſe illud reuocare. Nam in contrarium conſuluit Ioan. Campegius in conſi. 2. poſito inter conſilia Alber Bruni, & idem Alberi. in conſil. primo. vbi per plura tenent Principem poſſe à contractu recedere, prout vult, quia non poteſt ſibi imponere legem, à qua recedere non liceat, l. Princeps. ff. de legi. Pro quo plura conſil. alleg. quæ pro te videas. Et pro iſta parte videtur deciſ. Bart. in l. ſi quis, in principio. in penult. colum. de lega. 3. Et vltra allegata per ipſos, de hoc mihi videtur caſus nota. in l. vacuatis. C. de decu. libr. 10. vbi immunitas conceſſa à Principe per viam contractus poteſt per ipſum reuocari. Ad idem eſt text. in l. qui fundos. C. de omni agro deſer. libro 11. & iſta de plano procedunt, quando illud Princeps faceret pro publica vtilitate, quæ in dubio præſumitur, vt dicit Bartol. in l. quicunque. in fine. per illum textum. C. de fide inſtrument. & iur. haſtæ fiſcal. lib. decimo. alleg. text. in l. certa forma. C de iur. fiſc. libro decimo. Præterea neque illa illatio, quam faciunt Modern. de dicto Paulo de Caſtr. in l. digna vox. poteſt procedere: quia contra eam videtur text. in l. fina. ff. de condict. ob turpem cauſ. vbi ſi promitto vel do pecuniam vt rem meam, quam tibi commodaui recuperem, ea recuperata, nihilominùs poſſum pecuniam repetere: ſic eſt dicendum in propoſito, quia ſi Princeps facit promiſſiones ciuitati ſubiectæ, cum qua bellum habeat, ex quo illud facit, vt eam ad ſuam obedientiam reducat, videtur quòd facta reductione poſſit promiſſiones illi factas infringere, per illum textum. Suadetur † hoc, nam licitum 142
eſt, doloſum doloſo decipere, quoad effectum, vt ad voluntatem meam reducam, nec ille dolus dicitur eſſe malus, ſed bonus.

bonis. Ita eſt text. *in l. cum pater. §. à Titio. ff. de legat. 2.* facit gloſſ. *in cap. cupientes. §. quod ſi per viginti, infrà de elect. cum concord.* quæ ſcribit Decius *in c. ſedes, in 2. not. de reſcript.* & de hoc videtur deciſio nota. & quaſi in terminis Barto. *in l. 2. C. quando lice. ſine iudi. ſe vindi.* Facit quod dicit Fulgoſ. *in l. fina. §. ſed quia quidam, in 2. colum. C. de iur. deliber.* Non obſtat *dicta l. quod ſemel.* quia licet ille text. habeat plures intellectus, vt patet *ibi per gloſſ.* & hoc euitari poſſit iuxta doctrinam Barto. *in l. in ambiguo, de rebus dubijs.* Tamen tenendo quòd probet, coniuncta *l. item eorum. §. fina. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi.* dico quod ad illum textum poteſt reſponderi, diſtinguendo, quod aut illud priuilegium ſeu ſtatutum eſt factum ex cauſa, & tunc ſine cauſa non poteſt reuocari: & ita intelligitur ille text. aut ſubeſt cauſa, & tunc poteſt, vt in quæſtione noſtra: nam Papa ad hoc facit pacem, vt illos de ciuitate ſibi ſubiecta, qui denegabant ei obedientiam, ad eam reduceret, quo caſu facta reductione poterit voluntatem mutare. *d. l. fina.* Et pro iſta opinione facit dictum Bartol. *in l. 4. §. ſi tibi. ff. de condi. ob turpem cauſ. & in l. ſi quis in graui. §. ſi ex ſtipulatu. ff. ad Syllania.* Accedit ad hoc notabile dictum Archid. *in c. vtilem, 22. quæſt. 2.*
143 vbi refert factum Papæ Alexandri III. qui † cùm à ſimoniaco Epiſcopo non poſſet confeſſionem criminis extorquere, promiſſionibus illi in ſecreto factis aſtu detexit eius crimen, & detectum poſteà iure puniuit. Nam promiſit illi Alexander remiſſionem, ſi vellet coram Cardinalibus ſuum fateri reatum, qui putans Alexandrum pollicitam ſibi fidem ſeruaturum, crimen præſentibus Cardinalibus confitetur: Tunc Alexander, ex tua igitur confeſſione te condemno, & publicè depono. Iſtud dictum Archidia. multum commendat Felyn. *in c. afferte, in princip. de præſumpt. & in c. accedens, el 2. vt lite non conteſta. in 1. colum.* Iaſon *in l. ſi mora, in 3. not. ff. ſolut. matrimo.* Quamuis rem ipſam, & perſonam aliter æſtimantibus res dura videatur. Simile exemplum referunt Modern. Bononien. ſe habuiſſe in facto *in repet. rubr. C. de probat. in 69. colum.* vbi videas, quia eſt notabile, & ſæpiùs contingens, & aliud ponit Specul. *in lib. qui vocatur rationale diuino. fol. 65. in 3. colum.* Ad idem accedat not. dictum Hugo. quem refert, & ſequitur *ibi* Domin. & Præpoſi. Alexand. *in c. nos in quen-*
144 *quam, 2. quæſt. 1.* vbi dicunt, † quod iudex promittens delinquenti remiſſionem delicti, ſi illud confiteatur, quod ſi poſtea confitetur, poteſt eum condemnare, quod valdè commendat Felyn. *in d. cap. afferte.* & iidem Modern. *in ſingu. 177. incip. malitijs.* facit etiam ad hoc notabi. dictum Ioan. Andr. *in addi. ad Specul. in titu. de fur. in addi. circa finem.* quem refert, & ſequitur Alexand. & Iaſ. *dicto §. ſi tibi.* & Barb. *in cap. ſedes, in 4. colum. de reſcript.* & Mod. *vbi ſuprà. & in l. 1. §. cum quis, colum. 1. de quæſt.* In qua quidem ſpecie plura exempla refert Baptiſt. Fulgoſ. *in lib. exemplorum, cap. de aſtutè dictis & factis.* vbi inter cætera illa de milite Hiſpano, Mneſteoque Aureliani Imperatoris liberto, & Cæco Agrigentino ſummè notanda ſunt, ad quæ addes ea quæ de dolo Pithij ex ſententia Galli Aquilij ſcribit Marc. Tull. Cicero *libro 3. Offic.* Concludas ergo, quod ſicut impium eſt bonos circumuenire, ita etiam expedit malos, quos aliter caſtigare non poſſumus, inſidijs atque dolis circumuentos punire. Nam, vt inquit Baldus *in l. prima, in penult. colum. verſicu. quæritur quidam. C. vnde vi.*
145 † quod nullus eſt dolus ſi fides prædonibus non ſeruetur. Nam dolus an virtus quis in hoſte requirat? vt dicebat Coræbus, alioquin iuſtiſſimus apud Virgil. in Æneid. refert Iaſon *in l. ſi rem. ff. de præſcript. verbis.* Tamen adhuc eſt aduertendum, quia contra iſta videtur deciſ. Barto. quem ibi ſequuntur alij *in l. conuentionum. ff. de pact.* vbi vult per illum textum, quod illa regula quæ habet, quod fides hoſti non eſt ſeruanda, intelligitur à perſona priuata, ſecus verò à publica, vt eſt Papa & Imperator, Iudex, Dux belli, & ſimiles, de quibus ſuperiùs eſt dictum, quia iſti ſeruare fidem debent, etiam ſuis hoſtibus, vt *ibi* dicit Bartol. Pro quo eſt notabile conſil. Ioan. de Imol. *in conſil. 109. incip. Viſa inquiſitione.* quem ſequitur, & commendat Paris de Puteo *in tract. ſyndica. folio 92. verſicu. ſequitur quæſtio.* & reaſſumunt Modern. *in ſingul. 201. incip. In confeſſum, in ſingularibus nouiter editis.* Tamen ad iſtud dictum Bartol. *in dicta l. conuentionum.* poteſt reſponderi, quòd procedat quando perſona publica promittit fidem non ſubditis, ſecus autem ſi ſubditis negantibus obedientiam, vt in caſu noſtro: quia tales dicuntur prædones, & nullus eſt dolus, ſi talibus fides non ſeruatur: pro qua opinione allego textum *in cap. vtilem, 22. quæſt. 2.* qui textus loquitur in perſona publica, videlicet, in Rege, & tamen dicit *ibi* textus, quòd ille dolus eſt bonus ſi fides rumpatur hoſti à Rege, quia hoſtem poſſumus aſtu decipere. Vel ſecundò dicas illud procedere, quando Princeps certat de lucro captando, ſecus autem de dãno euitando: quia tunc (vt ſubditos trahat ad volũtatem ſuam) poterit bonis verbis decipere, *l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* Et ita declaratur nouiter dictum Barto. & aliorum, *in d. l. conuentionum.* ſuper quo cogitabis, quia quælibet opinio magno ſe iudice tuetur. Vel tertiò dicas, quòd licet Princeps in dubio non videatur velle etiam in caſu quo poſſit tollere priuilegium ſubdito conceſſum ex cauſa oneroſa, & quæ tranſiuit in contractum, illud eſt verum, niſi ſit modicum præiudicium ad modicum tempus: quia in tali caſu, vt reuocatio aliquid operetur, hoc videtur de intentione eius vt cenſeatur reuocatum priuilegium. Ita bis tempore meo determinauit Rota de menſe Decembr. 1531. in vna Hiſpalenſis ſimplicis beneficij coram R. P. domi. Ioan. Clerici, & in alia Gebenen. de Begnino coram dom. Nico. de Picolominibus de menſe Ianuarij 1532. Nam concluſerunt, quòd regula cancellariæ poſterior quæ volebat certos ibi nominatos præferri quibuſcunque officialibus, cenſeretur derogaſſe priuilegio militum ſancti Petri conceſſum per viam contractus, & ex cauſa oneroſa, ex quo illa reuocatio erat duratura ad modicum tempus, videlicet, viuente Papa: pro qua opinione allegabatur text. *in l. quoties. C. de precib. Impera. offeren. & conſil.* Alexan. *in terminis in conſil. 216. incip. nec arguendi ſumus, in ſecundo volum. quod eſt notandum.* Tamen conſidera in contrarium, *gloſſ. in cap. cum ol.m. de conſue.* quæ communiter approbatur, & tamen vult quod ſicut Princeps non præſumitur velle aliquem præiudicare in magno, ita neque in modico præiudicio, ſequuntur Modern. *in cap. ſuper eod. de offic. delega.* & ideo cogitandum eſt, ſi aliter poſſent iſtæ opiniones ad concord. reduci. Dico igitur ſic, † 146
quod aut Princeps vult promiſſa reuocare ſine cauſa, & hoc facere non poteſt, ſed efficaciter ex contractu obligatur, ſicut quilibet priuatus, *vt dicto cap. primo de probatio.* & iſto modo procedit prima opinio. At verò loquimur de reuocatione cum cauſa: & tunc procedit ſecunda opinio, quòd poterit reuocare contractum cùm ſit omni lege ſolutus: & iſta diſtinctio videtur colligi ex dictis per Felynum *in dicto cap. 1.* & per præfatos conſulentes, licet non ita expreſsè dicant. Sed vlteriùs circa prædicta eſt aduertendum, qui contra illud, quod dictum eſt ex mente Dominic. hic, videlicet, quod priuilegium ſiue ſtatutum in vim priuilegij non ſubditis conceſſum, non poteſt reuocari, vt etiam cõcludit Bartol. *in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ.* per rationem quam tradit Iaſon *in l. ſi reus, in princip. ff. de pact.* Moder. de Monteferrato *hic in ſeptima colum. multum inſtant.* & dicunt contra hoc eſſe textum *in l. ſi quis curialis. C. de epiſco. & cleri.* quem ibi in penult. nota. ponderat Bald. *in illis verbis.* [*Legem enim his prodeſſe non patimur, &c.*] Vbi dicit, † quòd licet per ſtatutum non poteſt clericis auferri in commune, poteſt tamen eis auferri beneficium ſtatuti, & beneficium priuilegij ſibi indulti: & ita illum textum ad hoc ponderat Alexand. *in l. nolle. ff. de acquiren. hæred.* licet de eo Modern. non fecerint mentionem, ad hoc idem illum textum inducit Andr. Sicul. *in repet. rubr. C. qui admitt. in 3. colum. & in rubric. de rebus eccleſ. in 8 colum. num. 83. & colum. 29. num. 135.* Bald. *conſil. 261. Licet ſtatutum, in tertio lib.* quod errore eſt repetitum *conſi. 270. eodem lib.* Alexand. latè *in conſi. 209. Statutis accuratè, in antepenult. colum. in 2. volum. cum pluribus alijs concordan.* quos præter iſtos congregat Decius *in conſil. 505. Viſis his quæ nouiſſimè, in 2. colum. in 2. parte, & in conſ. 73. aliàs 275. In cauſa, in 2. colum. & 4. ea. parte.* & Iaſ. poſt Baldum *in l. de quibus. in 2. colum. ff. de legibus.* & tamen nemini dubium eſt, quod clerici reſpectu Imperatoris dicuntur magis non ſubditi, quàm laici, cùm illi etiam ſi vellent non poſſent ſe ſubditos facere, vt notanter concludit Signorol. *in conſi. 21. incip. Statuta ciuitatis, colum. 2.* Ex quibus habes comprobatam opinionem Moder. Sed ad illum textum iidem Modern. repeten. *hic, & in repet. l. omnes populi, in 14. colum. ff. de iuſti. & iur.* diuerſimodè reſpondent. Prima igitur eſt ſolutio quotundam, vt ipſi dicunt, quod reuocatio priuilegij, *dicta l. ſi quis curialis.* procedit de facto, non de iure, & licet ipſi non dicant, iſta reſponſio fuit Felyn. *in cap. eccleſia ſancta Mariæ, in 40. colum. verſicu. pro prima opinione, de conſtitut.* vbi latiùs hoc attingit. Sed ad hoc prædicti Modern. replicant, quòd illa ſolutio eis non placet, † quia Princeps in dubio non præſumitur de facto procedere, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcun- 148
tur, *l. meminerint. C. vnde vi. cap. qualiter & quando, de accuſa.* vnde ipſi aliter diſtinguunt, vt hic per eos, & licet ipſi non dicant ſuam diſtinctionem poſuit prius gloſſ. *in proœm. Clemen. in verſic. de ca-*

de cætero.poſt princ. quam ſequitur Felyn. *in cap.2.in 4.colum.in fin.*
& in c.fin.in 4.colum.de conſtit.& *in c.1.in 9.colum.in fin.verſi.6.de re-*
ſcript.& in c.cauſam,in 3.colum.de præſcript. & alibi ſæpè. Et ideo re-
iecta prædicta ſolutione iidem Moder. aliam & diuerſam ſolu-
tionem aſſignant, *ad d.l.ſi quis curialis, in d.l.omes populi.* vt ibi per
eos,quæ prius fuit Decij. *in d.cap.eccleſia ſancta Maria, in 23. colum.*
& ante Deci. eam prius ſcripſit Andr.Sicul. de quo ipſi non me-
minerunt, *in conſ.1.in 11.colum.in 3.volum.* Sed tamen reiectis om-
nibus iſtis ſolutionibus mihi videtur aliter dicendum , videli-
cet,quod text *in dicta l.ſi quis curialis.* non probet illud, ad quod
Modern.& communiter Doctores allegant , immò potiùs pro-
bat oppoſitum,& ideo conſidera, quod ibi Imperator non tol-
lit priuilegium clericis, ſed potiùs illos ſtatuendo videtur pri-
uilegiare:pro cuius intelligentia eſt ſciendum , quod vt dicit ibi
gloſſ.fin.de iure antiquo erat diſpoſitum , † quod ſi clericus fie-
ri volebat decurio cedebat bonis : verùm quia illa lex antiqua
erat clericis odioſa , & quodammodò in iniuriam ordinis cle-
ricalis introducta , quia per illam videbãtur infœlices clerici in
plateis mendicare in opprobrium clericatus , vt dicit text. *in cap.*
diaconi,93.diſtinctione. Ideo illam Imperator *in dicta l.ſi quis curia-*
lis,in fin. ſuſtulit , & reuocauit : & quòd illa lex antiqua fuiſſet in
iniuriam clericalis ordinis,eſt caſus in terminis , *in Authen.ſed ne-*
que.C.eod. titu. patet igitur : & quod illa lex *ſi quis curialis.* reuo-
cans illam legem antiquam fuit facta potiùs in fauorem cleri-
corum,quàm quod eorum priuilegium tollat. Nec obſtat ſi di-
cas quod verba illius text. videntur innuere , quòd illa lex fuiſ-
ſet clericis proficua , ibi dum dicit , [*Clericis enim vlterius legem*
prodeſſe non patimur,&c.] Quia reſpondeo quòd licet ex tali le-
ge ſenſiſſent aliquale commodum temporale ratione honoris,
& præeminentiæ dignitatis decurionatus , illa tamen vtilitas e-
rat ſecundaria , & per conſequens non erat in conſideratio-
ne,argumen. gloſſ. fina. *in cap. 2. infrà de pact.* & eorum quæ tra-
dit Iaſon *in l. ſi quis nec cauſam. ſi certum peta.* Principaliter tamen
illa lex erat odioſa , quia in detrimentum ordinis clericalis , &
neglectum cultus diuini, argumen. text. *in l.1.ff.de aduin.tuto.* &
iſtud probatur *in cap.ſi diligenti,de foro competen. in d. Authen.ſed ne-*
150 *que.* † Quia dum clerici ſæcularibus adminiſtrationibus inten-
debant,ea quæ Dei ſunt negligere videbantur , *c.ſed nec. extra ne*
cleri.vel mona. & per conſequens per hoc cultus diuinus minue-
batur , contra textum in *cap.ex parte.de conſtitu.* vnde Imperator
Chriſtianiſſimus hæc conſiderans reuocauit illam legem anti-
quam:& iſte videtur verus ſenſus nouus & realis, ad *d.l.ſi quis cu-*
rialis. quem perpetuò nota. Et tenendo iſtam partem non obſt.
etiam text. in *d.cap.ad Apoſtolicam,de ſimo.* allega.per Modern.poſt
Bartol. *in dict.l. priuilegia.* quia reſpondetur, quod ille text. non
probat , vt etiam de hoc perpendit Iaſon *in l.non ampliùs. §.ſi cer-*
151 *tum,in 2.colum.num.12.ff.de leg.1.* † Nam dicitur ibi quòd quidam
laici introduxerunt quandam conſuetudinem de dando cleri-
cis aliquid, & ibi fuerunt ſublatæ quædam conſuetudines cleri-
corum,illa tamen non fuit ſublata : ex quo Bart. arguit ideo fa-
ctum fuiſſe,quia illa non potuit reuocari , quod tamen ibi non
dicitur. Nam ideo ibi illa conſuetudo non fuit reuocata,quia e-
rat licita,per hoc tamen non infertur quòd reuocari non poſſet:
& ſic ille tex.non probat. Vides igitur quantum Moder. in hoc
à vero deuiauerint , fateor tamen quòd vtraque opin. in diſpu-
tationis congreſſu de facili ſuſtineri poſſet , vt patet ex adductis
per Felyn.& Deci. *in d.cap.eccleſia ſancta Maria.* Ne tamen aliquid
remaneat intactum, & text. *in d.l.ſi curialis.* omni ex parte reſol-
uatur,puto ſic poſſe diſtinguendo dici,videlicet vt fiat differen-
tia inter priuilegia clericis conceſſa , quæ ſortita ſunt effectum,
& illa quorum nondum effectus fuerat ſequutus,nec ius acqui-
ſitum:primo caſu procedat opinio cõtraria, ſecundo caſu com-
munis opinio , & iſta diſtinctio in terminis approbatur à quo-
dam Moder.Petro And.de Caſali, Bononien.in tract.extenſio-
num, *in 41.colum.* & ego pro iſta diſtinctione allego textum *in ar-*
gum.in cap.fin de conceſſ præben.lib.6. quem ad hoc Felyn. inducit
in cap. cauſam quæ, in 15.colum. & in c.capitulum, in 7. colum.de re-
ſcript. & ad hoc facit regula Cancellariæ, ordine 10.cum duabus
ſequen.& hoc quantum *ad l.ſi curialis.* Sed amplectendo totam
materiam prædictarum concluſionum in genere , & præſer-
tim iſtius concluſionis principalis poſſunt omnes prędictæ opi-
niones aliter ad concordiam reduci, diſtinguendo iſto modo,
152 † quod aut priuilegium conceditur non ſubdito propter ali-
quod factum vel datum: & tunc ſecuto facto vel dato nõ poteſt
ampliùs reuocari : quia iam illud priuilegium ſortitum eſt natu-
ram contractus: & tunc dicitur ſortiri naturam cõtractus,quan-
do vt dixi,ex illo reſultat datum vel factum : exemplum poteſt
poni in dicto Ioan.Andr. *in tit.de cenſi. §. nunc dicendum, verſ.quod*
ſi vniuerſitas. † vbi dicit quòd aliqua ciuitas feciſſet aliquod ſta- 153
tutum , quod venientes ad habitandum illum locum eſſent im-
munes ab omnibus oneribus, & exactionibus. Si ciuitas poſteà
ſtatuiſſet contrarium, ſtatutum non valeret:ratio eſt , quia illud
priuilegium fuit conceſſum illis propter aliquod factum , ſcili-
cet ſi veniret ad habitãdum , quo caſu naſcitur hic quidam con-
tractus,ſcilicet do vt facias,vel facio vt facias,vnde eo ipſo quòd
tales veniunt ad habitandum eſt perfectus & conſummatus
contractus. & ideo ampliùs non poteſt reuocari,& ita intelligi-
tur illud dictum Bar. *in dicta l.qui ſe patris.C.vnde libe.* quòd quan-
do priuilegium tranſit in nomen contractus , non poteſt reuo-
cari. Hæc fuit not.declaratio Aret. *in cap. nouit , de iudi.* aut verò
ex illo priuilegio, ſiue ſtatuto, non reſultat aliquod datum vel
factum,& tunc benè poteſt reuocari, & procedit contraria opi-
nio.† In eadem glo. *in fin.* dum loquitur gloſſ. de clauſula dero- 154
gatoria Moder.hic ſe remittunt. Nouiſſimi autem ſatis imperti-
nenter circa hoc multa tranſcribunt , ego etiam me remitto: &
vide vltra hic alleg.per Moder.latè Fely. *in c.accedentes,in 2.colum.*
de præſcript. vbi dicit , quod de clauſula derogatoria debet fieri
ſpecifica mentio in ſecundo teſtamento,vel lege, nec ſufficit ge-
neralis , & dicit hanc eſſe communem opin. & qui contrarium
dicunt,errant: & hoc idem tenet *in c.1.in 9.col.de reſcript.* & ante
ipſum Card *in conſi.52.incip.In præmiſſo dubio.* & iſtam etiam dicit
eſſe communem opin. Alex. *in conſi.25. Viſo teſtamento.in 3.volum.*
Socin.tamen. *in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.de lega.1.* dicit commu-
nem opinionem eſſe in contrarium , videlicet, quòd ſufficiat
mentio generalis, de quo vide ibi per Moder. & aliàs plura dixi
poſt Barto. *in l.ſi quis in principio.de legat.3.* & vide Felynum *in cap.*
nonnulli,in 6.colum. poſt Abba. *de reſcript.* & ad iſtam gloſſ. vide
eundem Felinum *in c.gratum, in princ.de offi.delega.* Domin. *in c.fin.*
infrà de reſcript. & vltra ipſos vide gloſſ. not. *in c.quoniam.18.diſtin.*
& latiùs Alex. *in conſi.44.Videtur prima fronte,lib 4.* & quæ dicatur
clauſula derogatoria,& quibus verbis fieri poſſit declarat Dom.
in conſi 95. incip. Super dubio. quæ omnia addas ad loca commu-
nia. Et quæ dicta ſunt de plano procedunt in clauſula deroga-
toria expreſſa:de tacita autem, quæ elicitur à contrario ſenſu,eſt
maior dubitatio , communis tamen opinio tenet quòd de illa
nulla debeat fieri mentio , ſed quod per ſimplicem contrariam
voluntatem tollitur, allegatur text. ſingul. *in l.fina. in princip. de*
legat.ſecundo. Declaro † quæ dicatur clauſula derogatoria expreſ- 155
ſa,& quæ tacita, quia fortaſſis non intelligis : dicas ergo quod
clauſula derogatoria expreſſa eſt , quando declaratur voluntas
in ſpecie , ratione alicuius actus poſtea faciendi cum certa ſo-
lennitate extra in teſtamento, dico, ſi aliud teſtamentum fece-
ro , nolo quòd valeat , niſi ibi talis ſolennitas ponatur:ecce
quod nominaui expreſsè actum faciendum , qui ſi non habet
illam ſolennitatem propter iſtam clauſulam derogatoriam ex-
preſſam , non valet. Tacita clauſula eſt , quando in genere ge-
neraliſſimo , & non ſpecificè volo aliquid obſeruari in actu fa-
ciendo , vtputa *in d.l.fina.* nam dixerat teſtator, ſi quid obſigna-
uero,&c.& non dixit quod erat obſignandum. Rurſus non ex-
preſſerat in clauſula , & quid ſi obſignatum non fuiſſet, & pro-
pterea actus poſteà factus,& nõ obſignatus valuit. Iſta eſt com-
munis opinio,ad *d.l fina.* licet non fuerit ita declarata, quam ſe-
quuntur & tenent hic Modern.& prius Bald. *in l.humanum.C.de*
legi.& in filium, colum.13.C.famil.erciſcun. Alexan. *in l prima,in 2.co-*
lum.ff.de offic.eius. Iaſon *in l.filio.in 1.colum.ff.de libe. & poſthum. & in*
l.ſeruum filij §.ſi idem.in fin.colum.de lega primo. & idem Iaſon dicit
aliàs ſe dediſſe quinque intellectus , *ad d.l.fina in l.ſancimus. C.de*
teſtamen. vt ipſe idem refert *in l.clari,C.de fideicommiſſ.* & tamen in
d.l ſancimus. illos non ponit. † Iſte intellectus communis vltra 156
Doctores poteſt iſto modo fortificari , quia prohibitio teſta-
toris tacita , non inducit annullationem actus in contra-
rium facti , neque operatur excluſionem eius , ſecus eſt in ex-
preſſa,gloſſ.eſt not. *in l.cum pater.§.libertis.* & ibi Bartol. *de lega.2.*
Hinc eſt , quod expreſſa ſubſtitutio pupillaris excludit matrem,
c.ſi pater,infrà de teſtam.& l.Papinianus §.ſed nec impuberis.ff. de inoffi.
teſtam. Tamen ſecus eſt in tacita,vt eſt text. *in l.precibus.C.de impu-*
be.& alijs ſubſtitut.ſecundùm communem intellectum, & in l fina.C.de
inſtitu.& ſubſtitu. Ergo eodem modo eſt dicendum in clauſula
derogatoria expreſſa,vel tacita. Sed tamen conſiderandum eſt,
quia iſte intellectus qui eſt communis, ad *d.l.fina.* non videtur
proce-

procedere, quia ibi non colligitur argumentum à cõtrario ſen-
ſu, & ideo valuit epiſtola poſteà non obſignata. Nam ſi argum.
157 à contrario ſenſu colligeretur non valeret, probatur hoc, † quia
illud quod venit à contrario ſenſu dicitur eſſe expreſſum, & ma-
nifeſtum propriè ex voluntate teſtatoris, non tacitum, caſus eſt
not. ſecundùm quod eum ponderat And. Sicu. *in c. 2. in 12. colum.*
de foro compet. in l. ſi quis locuples. ibi, apertiſſimè. ff. de man. teſt. melior
text. *in c. 1. 1. diſtin.* Nam Chriſtus in Euangelio dixit, [*Quacunque*
vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.] à contrario
ſenſu ibi colligitur, quod Chriſtus prohibuit aliis fieri, quòd ſibi
nollet fieri: & tamen text. *in d. c. 1.* dicit quod iſtud prohibetur in
Euangelio, licet hoc veniat à contrario ſenſu, quod ibi not. glo.
158 *in verb. prohibetur.* † Datur ergo ex hoc clarè intelligi quod ar-
gum. à contrario ſenſu idem operatur quod expreſſum: quia ſu-
mitur ex coniectura manifeſta, *l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff de*
condit. & demonſtr. & ibi not. Socin. *in 5. not.* Quo caſu illud quod
colligitur manifeſte, habetur pro euidenti expreſſo, *l. licet Impe-*
159 *rator, de lega. 1.* † Sed expreſſa clauſula derogatoria impedit ſe-
cundùm actum cõtrarium, niſi de illa fiat mentio, *l. ſi quis in prin-*
cipio. vbi Bart. *ff. de lega. 3.* Ergo eodem modo illa quæ colligitur
à contrario ſenſu: & iſta ratione eſſet dicendum quod *in d. l. fina.*
epiſtola non obſignata non deberet valere, quare igitur *in d. l. fi.*
contrarius actus valuit? dico quod non alia ratione, niſi quia ibi
non ſumitur à argum. à contrario ſenſu: & quia ille caſus epiſto-
læ non obſignatæ erat omiſſus à teſtatore, quo caſu relinquitur
ſub diſpoſitione iuris, *vulga. l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthum.*
Quæ diſpoſitio iuris communis diſponit, quòd valeat eo mo-
do, quo poſſit, vt ibi patet, & eſt text. *in l. quiſquis, de legat. 3. ibi,*
[*Voluntatem præterea defuncti quæ maximè in fideicommiſſis valet, ei*
ſententia ſuffragari, &c.] Et præſertim hoc admittendum eſt fa-
uore liberorum, de quibus loquitur *dicta l. fina.* pro quibus ſo-
let benigna capi interpretatio, *l. cum auus. ff. de condi. & demonſtr.*
& l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & propter illos receditur à
regulis iuris, *Authent. hoc inter liberos. C. de teſtam. hic alleg. in gloſſ.*
Habes igitur ex hoc primum nouum intellectum, *ad d. l. fina.* vl-
tra omnes, quòd licet in ſecundo actu debeat fieri mentio de
primo habente clauſulam derogatoriam, tamen vbi ſecundus
eſt factus fauore filiorum, hoc non procedit ratione ſupradi-
cta. Tamen iſtum intellectum non teneo, qui licet prima fa-
cie videatur coloratus, tamen non eſt tutus, ex eo quia illud
aſſumptum non eſt verum, quòd dicatur propriè expreſſum il-
lud quod venit à contrario ſenſu, vt tradit Barto. & Alexand.
& alij per plura iura, *in l. 1. ff. de offic. eius.* & Felyn. *in princip. Decre.*
in 2. colum. & iſta eſt communis opinio, quamuis nouiſſimi Bo-
nonien. *in d. l. 1.* hoc diſputent, & ibi reſpondent ad iura ſuprà al-
leg. & hoc etiam tenet Bart. & Moder. *in l. omnes populi, in 4. quæſt.*
6. quæſt. princi. ff. de iuſti. & iur. & ibi dixi. Vnde duo alij intellectus,
ad l. fin colliguntur ex dictis per Deci. *in l. 1. in 12. colum. ff. de offic.*
eius. videlicet, quod ideo *in d. l. fina.* Epiſtola non obſignata va-
luit, quia in ea fuit facta mentio de clauſula derogatoria poſita
in teſtamento: ad hoc ipſe alleg. text. qui ita intelligitur ſecun-
dùm communem intellectum, *in l. diuus. §. & licet. ff. de iure co-*
dicill. & tamen ibi glo. pacificat, *d. l. fina.* cum illa lege, & ſimul ita
intelligit: & pro iſto intellectu vltra Deci. facit, quia ex quo text.
160 *in d. l. fina.* loquitur de epiſtola † præſumitur, quòd fuerit ſolem-
niter facta cum omnibus requiſitis, text. eſt quem ibi Bald. not.
in prin. in l. 1. C. de contrahen. & committ. ſtipul. Sed tamen iſte intel-
lectus mihi non placet, quia eſt diuinatiuus, & contra text. *in d. l.*
fina. Nam ibi text. non dubitaſſet an epiſtola valeat vel non ſi in
ea fuiſſet facta mentio de clauſula derogatoria: & illud dictum
161 Bald. *in dicta l. 1.* procedit † in epiſtola mercatorum non teſta-
toris, in qua ſolennitas debet exprimi, vt dicit text. *in l. ſi quis in*
principio, de legat. 3. Vnde ibidem Decius fortè ad hoc aduertens,
dat alium ſenſum: & dicit quòd ſi ibi argumentum à contra-
rio ſenſu colligatur directo modo, ille textus non obſtabit:
nam ibi argumentum à contrario debet capi ſic: quia dum ibi
dicitur valere iure codicillorum quod obſignatum fuiſſet, à cõ-
trario, ſequitur quòd nõ valeat iure codicillorum, ſi obſigna-
tum non ſit. Sed per hoc non tollitur quin valeat virtute dona-
tionis comprehenſæ in epiſtola, quia iſta videtur diuerſa diſpo-
ſitio. Tamen etiam iſte intellectus qui videtur multum colo-
ris habere, & fuit Caroli Ruini, vt infrà dicetur, licet per alia
verba relatus per Decium claudicat ex eo, quia text. ibi quærit,
an ea quæ in epiſtola continentur ad filium pertineant, &c.
162 Certum eſt quod iſta verba de fideicommiſſo loquũtur. † Nam
verbum pertineant, intelligitur per fideicommiſſum, *l. fidei-*
commiſſa. §. ſi filio, de legat. 3. l. 1. C. de pact. inter empt. & vend. & hic vi-
ce codicillorum. Et tamen dicit ibi text. quod debetur filio reli-
ctum in epiſtola, & tamen illa epiſtola quæ vicem codicillo-
rum obtinet non fuit obſignata: & ſic iſte intellectus, etiam ſi eo
modo capiatur contrarius ſenſus non conuenit. Et ideo reperio
alium nouum intellectum ad iſtum textum poſitum per Caro-
lum Ruin. *in l. ita ſtipulatus. fol. 8. ff. de verb. obl.* dicẽs quod in *dicta l.*
ſumitur argumentum à contrario ſenſu: quia illa clauſula dero-
gatoria ibi poſita fuit ad derogandum his, quæ in codicillis re-
liquiſſet. Ideo ſi non reliquiſſet ibi in codicillis obſignatis, di-
ſpoſitio non valuiſſet, argumento ſumpto à contrario ſenſu:
ſed quia illa proteſtatio ſumpta à contrario ſenſu fuerat facta
circa codicillos, non extendebatur ad epiſtolam, quæ differt à
codicillis, ſecundùm Baldum *in l. hæreditas. in princip. C. de his qui-*
bus vt indign. † Proteſtatio igitur vel clauſula derogatoria fa- 163
cta in vna diſpoſitione, nõ porrigitur ad aliam, *l. ſi vnus. §. ſi ante*
omnia. ff de pact. Bar. *in l. nõ ſolũ. §. morte. de ope. nou. nũ.* & iſta eſt ratio
d. l. fi. Sed iſte etiã intellectus reprehẽditur per nouiſſimos Bono-
nien. *in l. 1. 28 col. de offi. eius.* dicentes quod *in dicta l. fi.* generaliter
fuit derogatum omni relicto, quod non eſſet obſignatum: pa-
tet, quia teſtator dixit, ſi quod obſignatum, &c. Neque eſt ve-
rum quod illa proteſtatio fuit facta circa codicillos, de quibus
teſtator non fecit mentionem, ſed de omni relicto. Sed tu con-
ſidera quod iſti nouiſſimi non rectè perceperunt intellectum
Ruini, quia Ruinus non dicit, quòd illa clauſula fuit poſita in
codicillis, ſed ad derogandum his quæ in codicillis reliquiſſet,
quòd ſi obſignatum non eſſet non valuiſſet vice codicillorum:
ſed relictum in epiſtola non eſt relictum in codicillis, ſed in di-
ſpoſitione diuerſa ab illis, vt Ruinus probat, & ideo illa pro-
teſtatio epiſtolam non comprehendit, & hoc eſt quod vult di-
cere Ruin. & iſte intellectus eſt idem in effectu cum illo De-
cij, & neſcio quis eorum alteri ſubtraxerit, niſi dicamus ani-
mam vnam fuiſſe in duobus corporibus.

† Tamen mihi iſte intellectus alia ratione non placet, quia 164
quo ad effectum iuris & relicti in vltima voluntate nulla eſt dif-
ferentia inter epiſtolam, & codicillos, *l. 1. §. ſancimus, vbi gloſſ. C. de*
lati. liber. tollen. l. qui abſenti in fin. ff. de acquiren. poſſ. ff. & codicilli &
epiſtola pro eodem ponuntur, *in l. 1.* & ibi not. gloſſ. fina. *C. de co-*
dicill. per quam apparet, differentiam, quam ponit Baldus *in di-*
cta l. hæreditas. non eſſe ſubſtantialem, ſed tantùm accidentia
concernere, vt ibi patet, quo caſu accidentia non inducunt ſpe-
cificam diuerſitatem: vt dicit Barto. *in l. prima. in 3. colum. ff. de a-*
ctio. & oblig. it. & Modern. omnes *in l. prima. ff. de acquiren. poſſeſſ.*
& Bulgar. Doctor ſubtilis *in rubric. C. qui admit. in 7. colum.* & tra-
dunt Modern. *in l. prima, de legat. primo.* Vnde reperio quod Bar-
tol. de quo nullus mentionem facit, *in l. ſi quis in principio teſta-*
menti, in 1. colum. verſicu. oppono quòd non ſit neceſſe, &c. de legat. tertio,
ex mente Petri ponit alium intellectum *ad d. l. fina.* ſatis colora-
tum. Dicit enim quod ideo *in d. l. fin.* proteſtatio illa, ſi quod ob-
ſignatum, &c. non vitiauit epiſtolam non obſignatam, † quia 165
illa clauſula ſiue proteſtatio fuit poſita ad augmentum, & ex a-
bundanti: & ideo non operatur diminutionem, *l. legata inutili-*
ter, de legat. 1. Sed iſte intellectus, quamuis à nemine reprobe-
tur, mihi tamen ea ratione non ſatisfacit: quia regu. *d. l. legata in-*
utiliter. procedit, quando inducta ad augmentum operantur &
ſortiuntur effectum, & propterea diminutionem non indu-
cunt, ſecùs verò vbi nihil operantur reſpectu augmenti: quia
tunc vt operentur, benè inducunt diminutionem. Caſus eſt de
hoc notabilis quem ibi ad hoc not. Barto. *in l. denique. §. inter-*
dum. ff. de pecu. legat. Facit benè text. *in l. Proculus. ff. de vſufruct.* ſe-
quitur Iaſon *in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis. in 2. colum. num. 11. de le-*
gat. 1. Decius *in l. 1. in 3. colum. num. 34. ff de regul. iur.* & Moder. poſt
Iaſo. *in repet. l. Centurio. fol. 27. in 2. colum. ff de vulga. & pupill.* Cùm
igitur *in d. l. fi.* illa proteſtatio inducta ad augmentum, videlicet: ſi
quod obſignatum erit, &c. nihil in augmento operatur, ergo
deberet diminutionem & annullationem epiſtolæ non obſi-
gnatæ inducere, cuius contrarium ibi dicitur, ergo non fuit
illa intentio & mens Iuriſconſulti. Quare reperio etiam quòd
Imol. aliter illum textum intelligebat, videlicet, † quòd illa e- 166
rant verba narratiua & enunciatiua teſtatoris, & ideo actus in
contrarium factus valuit, & tenuit, ſecus ſi fuiſſent diſpoſitiua,
ſed neque iſte intellectus valet, & eum eleganter deridet, &
confutat Aretin. *in l. ita ſtipulatus, la grande, in 7. colum. verſicu. ſe-*
cundò adde, de verbor. obliga. Et ideo ego vt inter tantos conſpicuos

patres

patres etiam dolium voluam aliter, & nouiter interpretandam
duco, *d. l. fina.* dicas igitur, quod ideo *in d. l. fina.* epiſtola non ob-
ſignata valuit, quia illa clauſula derogatoria appoſita per teſta-
torem non valebat de iure, ex quo addebat nouam ſolemnita-
tem in codicillis, quod ita probo: Nam certum eſt, quod in co-
dicillis ſigilla non requiruntur, *iuxta not. in §. fina. Inſtit de codicill.*
tenet expreſsè Iaſ. *in l. fina. in 4. colum. verſicu. prætereà nota. C. de co-
dicill.* facit *l. diuus, in princip. ff. eod.* Vnde ex quo teſtator per illam
clauſulam volebat addere ſolennitatem ſigilli non requiſitam
167 in codicillis, ideo talis claula nō valuit, † quia illud manifeſtum
eſt in iure, quod ſicut teſtator non poteſt diminuere ſolennita-
tes inductas à iure, ita nouas & inſolitas addere non poteſt, vt
firmat Iaſon *in l. nemo poteſt, in 2. lectura, colum. 3. verſicu. amplia. de
legat. primo.* poſt Barto. *in l. ſi quis in principio. de legat. 3.* & facit vl-
tra ipſum textum *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, de verbor. obligatio. cum
ſimil.* vt ibi dixi: & ideo *in dicta l. fina.* actus factus in contrarium
non valuit, quia de tali clauſula, quæ non valebat, non require-
batur mentio, vt probat Socin. *in conſil. 163. in 3. colum. libr. 2.* cum
concor. de quibus per Felyn. *in c. ex tenore, in 1. & 2. colum. de reſcrip.*
per regulam, *non præſtat, infrà de reg. iur.* facit *l. ſi dari. ff. de verb. oblig.*
& quæ dicit Deci. *in cap. ex parte, in 4. not. de reſcript.* & per conſe-
quens epiſtola poſteà non obſignata valuit. Sed aduerte vlte-
riùs tu ſubtilis, quia poſſet aliquis veſtrum dicere, quod iſte in-
168 tellectus mordeti poteſt, ex eo quia poſito † quòd illa proteſta-
tio, ſiue clauſula derogatoria, poſita in teſtamento fuiſſet nul-
la, nihilominùs ex actu nullo, declaratur voluntas teſtatoris,
l. fina. vbi Barto. *ff. de rebus eo. cum ſimili. vt ſuprà dixi in notab.* & hoc
etiam habet locum in proteſtatione, quia proteſtatio nulla im-
pedit actum contrarium fieri, *l. 1. ff. de ope. noui nuncia.* Ergo eo-
dem modo eſſet hic dicendum, quod licet illa clauſula deroga-
toria quæ addebat ſolennitati non valet, tamen ex illa declara-
tur voluntas teſtatoris volentis valere actum contrarium. Sed
ad hoc reſponde, quòd licèt ex actu nullo voluntas teſtatoris
colligatur, eſt verum quo ad producendum actum extraneum
ab ipſo teſtamento alteri non præiudicialem, & in fauorem fi-
liorum tendentem. Ita procedit *d. l. fina.* ſecus verò quando illa
voluntas tenderet ad derogationem alterius actus validi, & iu-
169 re facti: † quia tunc talis voluntas tacitè reſultans ex actu nullo,
non eſt adeò potens vt actum validum tollat, *l. ſi iure. ff. de legat. 3.*
cum ſimil. vt dixi *in 4. nota.* Non obſtat text. *in l. 1. de noui oper. nun-
ciat.* quia nunciatio licet eſſet iniuſta, non tamen erat nulla: nam
ſi fuiſſet nulla, vt quia clarum eſſet nunciantem non habere iùs,
talis nunciatio non impediret actum in contrarium factum,
quia poſſet ſperni. Ita dicit ibi Barto. & ſequuntur communi-
ter alij. Admittitur ergo illo caſu iniuſta nunciatiò, quia dubi-
170 tatur an nuncians habeat ius, vel non, † & dubius eſt euentus
litis, vt ibi latiùs declarant Modern. Papien. *in 1. colum.* & ſic per
iſta habes declaratam iſtam materiam, *& d. l. fina. de legat. 2.* vltra
ſcribentes, reliqua videas *in l. omnes populi.* vbi tibi dixi hoc an-
171 no. † In ea gloſſ. *in fin.* habes concluſionem, quod de primo te-
ſtamento facto inter liberos in ſecundo debet fieri mentio ſpe-
cialis, aliàs non cenſetur reuocatum per ſecundum: & hæc eſt
communis opinio, quam ſequuntur hic Modern. & nouiſſi. &
vltra ipſos latè defendit Decius *in conſi. 60. aliàs 264. Reuocatur in
dubium. in 1. & 2. colum. in 2. parte, & notabilius* Socin. *in conſi. 163. in-
cip. Non fuiſſet opus, in 2. colum. & in conſi. 229. colum fina. lib. 2.* & Ro-
man. *in conſi. 179. colum. penult.* in quibus locis latè materia iſtius
gloſſ. diſcutitur. Et hoc procedit quando in ſecundò teſtamen-
to inſtituti ſunt extranei, ſecus verò quando ſecundum teſta-
mentum etiam fuiſſet factum inter liberos, quia in tali caſu, de
primo mentio facienda non eſſet, iuxta gloſſam ſingul. *in §. &
ſiquidem in verbo perfecta, in Authen. de teſtamen imperfect.* quæ à plu-
ribus approbatur, quos alleg. Iaſ. *in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis, in
ſecunda lectu. colum. fina. ff. de legat. 1.* & hoc in ratione fundatur,
quia ex quo pariter à teſtatore dilecti videntur, & concurrit
idem fauor, paritas illa fauoris priuilegium videtur confunde-
re, *argum. l. ſed ſi milites. ff. de excu. tutor.* & ita Modern. hic dicunt.
Tamen aduertendum eſt, quia iſtud non videtur verum, ex eo
quia ratio quare inductum eſt, quòd de clauſula derogatoria in
ſecundo actu fiat mentio, fuit propter defectum conſenſus, qui
conſideratur in ſecundo actu, *l. at ſi quis. §. plerique. ff. de religio.*
& ita dicit Iaſon *in dicto §. in legatis, in 3. not. in 1. lect.* Sed iſta ra-
tio militat quando ſecundum teſtamentum factum ſit, etiam
172 inter liberos. † Nec obſtat quod ratione paritatis fauoris priui-
legia confundantur, *d. l. ſed & ſi milites.* quia illud procedit quan-
do priuilegiati concurrunt ſuper vno & eodem actu. Secus ve-
rò quando diuerſi ſunt actus, vt in caſu noſtro: quia tali caſu pri-
mus actus prohibitiuus attendi debet, *per regul. l. tutor. §. liberti ff.
de ſuſpect. tuto.* quam ad hoc alleg. Alexan. *in l. ſi conuenerit, in 2. co-
lum. num. 4. ff. de re iudic. cum ſimil.* vt dixi *in §. item ſi quis in fraudem,
num. 27. Inſtit de actio.* Gloſſ. *noſcatur.* diuiditur in tres partes, in
prima opponit contra text. & ſoluit: in ſecunda limitat, & decla-
rat contrarium: in tertia iterum opponit, & ſe remittit: ſecunda
ibi, *in reſcripto etiam.* tertia *ibi. item contra, in principio.* † Circa iſtam 173
gloſſ. plura ſcribunt Docto. de clauſula derogatoria legis prio-
ris, de qua debet fieri mentio in lege poſteriori, in qua materia
poſt Modern. quos vt plurimum ſequar, quia magis ordinatè
procedunt eſt diſtinguendum, quod aut loquimur de deroga-
tione legis per aliam legem, aut per reſcriptum ſeu priuilegium.
Primo caſu ſubdiſtingue, aut prima lex continet clauſulam de-
rogatoriam ad ſecundam legem, & tunc dico quod requiritur
ſpecialis mentio, intelligendo de ſpeciali mentione ſecundùm
quod declarat Barto. *in l. ſi quis in principio, in 4. colum. verſicu. quæ-
rò. quid ſi teſtator. de legat. 3. & in l. prima ff. de vulga. & pupill.* Ita de-
bet intelligi quod dicit Abb. *in cap. paſtoralis, in fin. de fide inſtrum.*
& procedit opinio Felyn. *in cap. veniens, de præſcript.* Iſtud ſingu-
lariter limitatur non procedere, quando prima lex eſſet Impe-
ratoris habens clauſulam derogatoriam, & ſecunda correctoria
fuiſſet Papæ: quia tali caſu ſufficeret generalis mentio per clau-
ſulam nō obſtan. quo ad loca ſubiecta eccleſiæ, † & eodem mo- 174
do puto in duabus conſtitutionibus contrariis eiuſdem Princi-
pis. Primum colligitur notab. ex dictis Alexan. *in conſi. 187. Vide-
tur, in 5. colum. verſicu. poſtremò, in fin. lib. 5.* Secundum probatur ex
his quæ ſuperiùs dixi: ſi verò prima lex non habet clauſulam de-
rogatoriam, tunc ego dico, quod requiritur mentio generalis
per clauſulam non obſtantem propter ea quæ dixi ſuprà in no-
tab. In ſecundo caſu ſunt plures quàm ſex opiniones, quas ſe-
riatim refert Ioan. Andr. *in cap. primo, infrà de exceſſ. præla.* Moder.
in c. nonnulli, de reſcrip. Tamen ne vos ſitis in ambiguo, ego diſtin-
guo iſtam materiam per capita, vel regulas addendo, vel detra-
hendo dictis aliorum, prout conducere arbitrabor, & vt faci-
liùs habeatur ſenſus ſingulorum. † Prima regula ſit quod per ſe- 175
cundum reſcriptum iuri contrarium non ſolùm non tollitur
lex, ſed neque ipſum reſcriptum valet, *l. fina. C. ſi contra ius vel vtil.
publ.* niſi in reſcripto ſit clauſula non obſtante. vt latè dixi *ſuprà in
1. not.* ante illa Domin. ſed ſi lex habet clauſulam derogatoriam
contra quam reſcriptum impetratur, tunc non ſufficit clauſula
non obſtante, ſed requiritur ſpecialis mentio, vt tenet Abb. *in c.
nonnulli, de reſcript.* licet in hoc Alexan. contrarium teneat, *in di-
cto conſi 185. in 6. colum.* † Et ex hoc inferunt Modern. hic, quòd ſi 176
legitimetur filius natus ex ea, cum qua non poterat eſſe matri-
monium, non ſufficit, quòd dicatur, non obſtante aliqua lege,
ſed debet dici nominatim non obſtan. § *fin. in Authen. quib. mod.
natu. effi. ſui.* alleg. pro hoc Petr. de Ancha. *in conſ. 236. ſed eſt in conſ.
241. incip. Ex tenore priuilegij. in prin.* & vltra Modern. hanc opinio-
nem tenet glo. *in d. §. fina.* & Anton. Roſel. *in tracta. legitimationis,
fol. 15. in 1. col.* tenet Bald. *in l. eam quam, in 7. colum. verſic. interroga-
tus. C de fideicom* Felyn. *in d. c. nonnulli, in princ. colum. 4. in fin. verſic.
amplia.* Alexan. *in conſ. 193. Aſſumo, in 2. col. lib. 2.* Tamen circa iſtam
illationem, cum qua tranſeunt Modern. aduertendum eſt, quia
in contrarium conſuluit Alexan. *in conſi. 186. incip. Videretur pri-
ma conſideratione, in 5. colum. lib. 5.* vbi vult, quòd in caſu illius illa-
tionis non requiratur ſpecialis mentio de illo, *§. fina.* ſed ſuffi-
ciat clauſula non obſtante lege in contrarium faciente, & ibi al-
legat pro iſta parte plura fundamenta, quæ per te videas, quo-
rum aliqua refero in voce, cùm non oēs habeatis conſi. Alex.
Et pro hac parte expreſsè conſuluit Petr. de Anchar. ſibi contra-
rius, *in conſi. 336. Viſo diligenter tenore.* & Paul. de Caſtr. *conſil. 225.
Dubitatur primò an Comes. in 2. volum.* ſecundùm nouam impreſ-
ſionem, & ſecundùm antiquam *in conſil. 239. aliàs 223. ſecundùm
varias impreſſiones.* & hanc opinionem tenet Ludo. Sardis *in tract.
legi fol. 63. in 3. colum. verſic. vndecimò quæritur, & fol. 61. verſicu. primò
quæritur.* & ibi firmat hanc eſſe communem opinionem, quam
latiùs cæteris poſt longam diſputationem comprobat Præpoſi.
ſancti Ambroſ. *in cap. per venerabilem. §. quod autem. in 32. colum. ver-
ſicu ſed quæro, & iſta, &c. qui fil. ſint legiti.* licet de prædictis non fa-
ciat mentionem, & cum iſta opinione tranſit etiam Guido Pa-
pæ *in tracta. de clauſulis derogatorijs. fol. 12. in 3. colum.* faciunt quæ
tradit Alexan. *in l. ſciendum, in princ. in 2. colum. ff. qui ſatiſda. cogan.*
Ex quorum dictis poſſetis more nouiſſimorum hic chartas im-
plere.

plere. Ego autem quia ad ea quæ ibi ſunt dicta recurrere poteſtis, non curo fruſtra papyrum denigrare, neque allegata per ipſos referre: ſed ſufficit in propoſito allegare illos, qui plures remiſſiones adducunt: vt docet Felyn. *in cap. Rodulphus, in 8. colum. verſi. & iſta, de reſcript.* Patet igitur ex prædictis, quod opinio Moder. hic non eſt vera, nec dictum Petr. de Ancha. *in dicto conſil.* cùm maturiùs in alio ſcripſerit, *argum. l. diui. de iure patron.* & ſecundùm iſtam partem ego conſului Patauij, & obtinui in conſilio Brixiæ pro meo ſcholari reuocari ſententiam latam ſecundùm primam opinionem. 177 † Prædicta tamen concluſio principalis, quod quando lex habet clauſulam derogatoriam requiritur quòd reſcriptum faciat ſpecialem mentionem, limitatur aliquibus modis per Felyn. *in dicto c. nonnulli.* & ſequuntur Modern. hic, quos non curo referre, quia nulla eſt difficultas. 178 † Secunda regula eſt, quod ſecundum reſcriptum contra conſtitutionem conciliarem nó valet, niſi in eo fiat ſpecialis mentio de illa conſtitutione conciliari, nec ſufficit clauſula non obſtan. *c. ex parte, de cap. mo. cum ſimili.* vt per Felyn. *in d. cap. nonnulli, in 3. colum. verſi. & nota.* & ratio poteſt reddi, 179 † quia omnis conſtitutio conciliaris dicitur continere tacitam clauſulam derogatoriam. Bald. *in l. humanum. C. de leg.* poſt Archid. hic, quem ſequitur totus mundus, vt dicit Felyn. *in dicto c. nonnulli, in 4. colum.* & ratio rationis poteſt eſſe illa, quam ponunt hic Moder. quos videas, & nouiſſimi *in rubric. de iudi. in fin.* poſt Decium *in conſil. 51. in prima parte.* 180 † Nam clarum eſt quod difficiliùs rumpitur, quod eſt maiori authoritate roboratum, vt eſt text. *in cap. poſt tranſlationem, de renuncia.* quem ad iſtud propoſitum pro notabili commendat Roman. *in conſi. 327. Iſte ſunt, in prima colum.* & iſtam rationem videtur etiam ſentire Felyn. licet iſta non alleget, *in dicto cap. nonnulli.* & Deci. poſt Abbatem *in c. prudentiam. in princ. de offi. delega.* Ex quibus omnibus inferunt Modern. hic, quod ſi Papa diſpenſat cum aliquibus coniunctis in tertio gradu, quòd poſſint contrahere matrimonium, quod iſto caſu requiritur expreſſa mentio, *c. non debet. de conſangui. & affini.* quæ eſt conſtitutio conciliaris. Hoc tamen limita verum eſſe, ſecundùm ipſos, niſi ſignificatum eſſet Papę in ſupplicatione qualiter iſti erant in tertio vel quarto gradu: quia tunc non requireretur mentio ſpecialis, ſed ſufficit generalis, *d. cap. non debet.* licet ſit conſtitutio conciliaris, 181 & ratio eſt ſecundùm ipſos, † quia generalis clauſula quæ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, habet vim ſpecificæ expreſſionis: *l. fundus. ff. de fund. inſtru. l. pediculis. §. cum quæreretur. ff. de aur. & argen. lega. cum concord.* vt hic per eos. facit *cap. ex parte, el primo, de offic. delega.* & vltra ipſos pro iſta opinione eſt deci. Barto. quaſi in terminis, *in l. ſi quis, in principio. in 2. colum. ff. de legat. tertio.* vbi dicit Bart. quod ſi feci primum & vnicum teſtamentum, & appoſui clauſulam derogatoriã, videlicet quod nolebam valere aliud teſtamentum, niſi eſſet facta mentio de certa ſolennitate poſita in primo, videlicet, de hoc verbo, [Aue Maria,] quod nihilominùs valebit ſecundum teſtamentum reuocans primũ cum clauſula generali, non obſtan. quocunq; alio teſtamento in quo ſit clauſula derogatoria: quia tunc iſta expreſſio ſufficit. Rationem ponit ibi Barto. quia ex quo iſta clauſula generalis poſita in ſecundo non poteſt, niſi in vno teſtamento verificari, habetur pro ſpeciali, ſecus ſi plura teſtamenta præceſſiſſent: & iſtam opinionem Bart. latè comprobat & ſequitur Alexan. *in conſil. 134. Præmiſſo themate, in 2. colum. in 1. volum.* 182 † Sed tamen iſta limitatio Modern. non videtur vera, quia vbi conſideratur prærogatiua rei dignioris, non ſufficit generalis mentio, ſed ſpecifica & nominatim, text. eſt *in cap. inquiſitores, de hæred. lib. 6.* & gloſſ. *in cap. 2. de præbend. eod. lib.* & gloſſ. *in Clemen. 1. in verſi. nominatim, de vita & honeſta. cleri. cum ſimili.* vt per Felynum *in cap. tranſlato, in prima colum. de conſtitut.* & *in cap. ad aures, in prima colum. cum ſequen. de reſcriptis.* Sed in caſu præfato conſideratur prærogatiua dignior conſtitutionis conciliaris, quæ cæteris præfertur, vt tradit Decius & nouiſſimi, *in cap. 1. de iudi.* Igitur non ſufficit mentio generalis. 183 † Secundò, quia quando in aliquo actu eſt data forma, non ſufficit, illam adimplere per æquipollens, ſed debet ad vnguem obſeruari, vt tradit Alexan. *in l. 1. in 2. colum. ff. de libe. & poſthum.* Felyn. *in cap. cum dilecta, in 9. colum. de reſcript.* & eſt text. *in cap. cum de non ſacerdotali. & in cap. quamuis, el primo, infrà de præbend.* ſed in caſu noſtro eſt data certa forma reſpectu clauſulæ derogatoriæ, ergo requiritur quod ad vnguem, & ſpecificè de illa fiat mentio. Nec obſtat, quod tali caſu generalis expreſſio habeatur pro ſpecifica: quia illud nõ eſt naturaliter verum, ſed per quandam circumlocutioné, & æquipollentiam, vt ſup. patet, & tenet Domin. *in cap. 2. in 4. colum. infrà de reſcript.* & Felyn. in *dicto c. cum dilecta.* Ideo illa expreſſio non ſufficit ad derogãdum conſtitutioni conciliari, quæ dicitur continere clauſulam derogatoriam, & ſic formam, & per hoc tollitur motiuum Moder. Quia licet generalis ſermo qui non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, reputetur ſpecificus, illud procedit, vt dictum eſt, per quandam fictionem, & æquipollentiam, quæ iſto caſu ceſſat: vel dicas illud procedere, quando ſpecies in qua verificatur eſt ſimplex nõ habens formam, ſecus verò ſi formam continet, tali caſu opus erit ſpeciali mentione per ſupradicta. Prætereà attenta ratione Modern. ſequeretur quòd omnis conſtitutio & quælibet diſpoſitio, in qua eſt dicta clauſula derogatoria, & quodlibet teſtamentum cùm ſit certum quod vnum factum cõtinet, per generalem clauſulam tolleretur, quod eſt falſum, & contra text. *in d. l. ſi quis, in principio. ibi ſpecialiter, & in l. ſancimus. C. de teſtam. & d. c. ex parte. & d. c. nonnulli.* Nec obſtat quòd Princeps fuerit certificatus, quia illud non releuat, niſi appareret in reſcripto de tali ſcientia, & tunc ſumus extra caſum noſtrum: 184 † quia quando certa ſcientia probatur, derogatio tunc non cauſatur ex ſimplici certificatione, ſed ex voluntate mera Principis, qui ita vult, & tali caſu videtur facere de plenitudine poteſtatis, vt *infrà* dicetur in gloſſ. igitur extra iſtum caſum ſequitur concluſio vera, quod conſtitutio conciliaris non reuocatur per ſecundum reſcriptum, niſi fiat ſpecifica mentio de illa, in ſignum maioris priuilegij, quo differt ab aliis conſtitutionibus, *argu. l. apud Labeonem. § ait prætor. ff. de iniu. c. quàm periculoſum, infra de ſenten. excommu.*

¶ Non obſtat dictum Barto. in *d. l. ſi quis.* in principio teſtamenti, quia reſpondē illam opinionem Bart. eſſe communiter reprobatam, & eam latè reprobat Alexand. ſibi contrarius poſt alios, quos ibi refert *in l. nominatim, in 2. colum. de libe. & poſthum.* & licet Moder. Senen. ibi conentur Bart. defendere, ſatis leuiter tamen iidem Modern. tenent contra Bart. *in l. ſi mihi & tibi. in 4. col. ff. de leg. 1.* & ibi poſt Aret. quem referunt, conſiderant, 185 † quod teſtamentum poteſt conſiderari dupliciter, aut reſpectu formæ, & conteſtualitatis, & tunc dicitur vnum teſtamentum, *l. ſi is qui. ff. de teſtam.* aut reſpectu plurium contentorum in teſtamento, & tunc quot ſunt diſpoſitiones, tot poſſunt dici teſtamenta, argumen. eorum quæ not. Bart. *in l. ſcire debemus. ff. de verbo. obliga.* ſic ergo licet vnicum tantùm teſtamentum præceſſerit, tum ſecundum teſtamentum cum clauſula derogatoria generali, non tollet primum habens clauſulam derogatoriam: quia licet clauſula non obſtante dicatur ſpecialis reſpectu primi teſtamenti, vt dicebat Bart. tamen reſpectu clauſulæ derogatoriæ contentæ in primo dicetur clauſula generalis, & ſic illam clauſulam non tollet, & iſto modo doctrina Bart. reſoluitur. Teneatis ergo, quod cùm diſpoſitio *dicti cap. non debet.* ſit conciliaris, dato quòd Papa ſit informatus, nihilominùs requiritur quòd de illa fiat mentio ſpecialis per ſupradicta. 186 † Tertia regula eſt, per clauſulam non obſt. non tolluntur ſtatuta iurata, ita eſt glo. ſingu. *in ca. cũ non deceat, in ver. effectum, infrà de electio.* quam vltra adducta hic per Modern. multum commendat Alexan. *in l. fina. in apoſtilla magna.* ad Bart. & ibi Iaſon *in fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* & idem Alexan. *in l. 1. in princip. colum. fin. ff. ad leg. Falcid.* Felyn. *in c. 2. in 8. colum. verſic. limita tertiò, de ſponſ.* Cortes. *in repet. c. grandi. in 2. colum. verſi. iuramento. de ſupplen. negli. prælato. lib. 6. & in repet. rubric. de iureiur. in 22. ſpeciali,* cum concord. traditis per Modern. & nouiſſ. *in cap. conſtitutus, in 2. colum. de reſcript.* quibus adde Vitalem *in tracta. de clauſulis, in verſi. clauſula non obſtante, quibuſcunque, fol. 7.* ſecundùm impreſſionem Pariſienſem paruam: ſequitur etiam quidam Moder. Marcus Antonius Bauerij Doctor eruditus *in tracta. de virtute iuramenti, priuilegio 15.* cum ſimilib. aliis quæ Iaſ. *adducit in l. ſi mihi. §. in legatis, de legat. 1. in 2. colum. 1. lect.* & ratio iſtius regulæ eſt, 187 † quia iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ, vt tenet Barto. *in l. ſi quis in principio, colum. fina. de lega. 3. per textum in l. cum pater. §. filius, de lega. 2.* ſequitur Iaſ. in §. *item ſi quis poſtulante, in 2. colum. num. 4. Inſtitu. de action.* & dictus Modern. *in dicto tracta. iuramenti, in prima charta, verſicu. nonò infertur.* & Iaſ. *in l. pacta nouiſſima, in prin. C. de pact.* poſt Bartolum *in l. omnes populi, in 10. colum. verſi. ſed an iuramentum. ff. de iuſti. & iur.* 188 † & tamen clauſula derogatoria non tollitur per clauſulam non obſtan. ſed requiritur ſpecialis mentio, *d. l. ſi quis in principio. & l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legat. 1. cum ſimilibus.* ergo idem erit in iuramento. † Sed tamen aduertendum eſt, quòd iſta concluſio ſeu regula, quam ſequuntur hic Modern. poſt alios ſuperiùs relatos non videtur

vera: quia clarum eſt, quod vbicunque in ſtatuto aliquo eſt iu-
ramentum, reuocato ſtatuto in conſequentiam iuramentum
tollitur, tanquàm acceſſorium, ergo non eſt opus quòd de illo
mentio fiat. Ita eſt doctrina Abba. communiter approbata, *in c.
cum acceßiſſent, in 2. colum. de conſtitu.* diſtinguendo, vt ibi per eum:
& ratio eſt, quia iuramẽtum ſequitur naturam diſpoſitionis ſu-
per qua interponitur, *l. fin. C. de non nume. pecu. c. per venerabilem, in
fin.* vbi Abb. *de elect.* & Bart. *in d. l. omnes populi, in 11. colum. in princip.*
Cardin. *in Clemen. 1. in prin. in 3. quaſt. de reg.* & declarat Alexan. *in
l. non tantum, in princ. in 3. colum. num. 11. ff. de reiudi.* & Franc. Cre-
mo. *not. 152. incip. volo dare, &c.* nam in tali iuramento intelligitur
illa clauſula, rebus ſic ſtantibus, hoc eſt quòd eatenus teneat,
quatenus ſtatutum ſuper quo interponitur non reuocatur, *c.
quemadmodum. vbi gloſſ. de iureiurand.* facit quod not. Abb. *in cap.
cum M. Ferra. in 1. colum. de conſtitu.* & Doctores *in l. fina. ff. qui ſatiſ-
da. cog. & gloſſ. in cap. fina. infrà de procur.* Sed ſtatutum primum po-
teſt tolli per ſecundum nulla facta mentione, ergo & iuramen-
tum. Patet igitur ex prædictis, quod de iuramento non eſt fa-
cienda mẽtio, ſed ſufficit reuocare actum principalẽ, ſuper quo
eſt interpoſitum iuramentum per ſupra dicta, & hoc regulari-
ter procedit in actibus dependentibus à voluntate vnius, de
quibus hic loquimur. Non obſtat quod iuramentum habet
clauſulam derogatoriam, *d. l. cum pater. §. filius.* quia licet hoc
negari poſſet ex eo, quia ille text. hoc non probat, tamen præ-
ſuppoſito illo aſſumpto pro vero, dico illud procedere reſpectu
obſeruantiæ: quia ſi aliqua particularis perſona ex facientibus
illum actum iuratum vellet contrauenire, & facere actum con-
tra iuramentum, non valeret, & iſto reſpectu dicitur derogare,
ſecus verò quando per viam ſtatuti contrauenitur collegialiter,
190 quia tali caſu iuramentum non impedit vires reuocationis, †
quia ſublato actu principali illud tollitur. Non obſtat text. *in d.
c. conſtitutus.* quia ideo ibi per ſecundum reſcriptum non tollitur
ſtatutum iuratum, quia Princeps cenſebatur illud ignorare, vt
hic, non autem fuit cauſa ſolum iuramentum, & ille text non
procedit ſi ſecundus actus fieret per viam legis, vt hic loquimur.
Vel ſecundò reſponde, quia ideo ibi reſcriptum nõ valuit, quia
nullam faciebat mentionem, neque generalem, neque ſpecia-
lem. Et ideo pro vera intelligentia prædictorum in hac materia
191 poteris ita diſtinguere, † quod aut quærimus nunquid per ſe-
cundum ſtatutum reuocetur primum iuramentum non facta
mentione iuramenti, aut verò per ſecundum reſcriptum. Pri-
mo caſu dicas, quod aut ſtatutum primum iuratum reuocatur
ab alio quàm ab illo qui illud condidit, & obſeruare iurauit: &
tunc benè requiritur quòd fiat mentio de iuramento: quia licet
reuocetur ſtatutum, remanet tamen vinculum iuramenti, & tũc
dicitur habere clauſulam derogatoriam, & ita procedit gloſſ. *in
dicto c. cum non deceat. cum alijs ſuprà adductis.* & ita in terminis con-
192 cludit Abb. in *c. conſtitutus, in 3. colum. de reſcript.* † Aut verò ſtatu-
tum reuocatur ab eodem ſtatuente, & nulla requiritur mentio,
ſed procedant adducta in contrarium, & ad hoc text. in *cap. dile-
cto, de præben.* & iſta fuit ſingularis declaratio. Anton. de Butr. in
cap. 1. colum. penult. de his quæ fiunt à maio. parte capit. quam teneas
cordi: & pro iſta deciſione faciunt quæ in ſimili dicit Alexand.
in l. 1. in prin. colum. fina. verſi. in hac materia. ff. ad legem Falcid. & hoc
videtur ſentire expreſsè Deci. *in c. fina. in 5. colum. num. 5. extra eod.
titu.* Secundo caſu aut quærimus nunquid primum ſtatutum
iuratum per ſecundum reſcriptum reuocetur non facta mẽtio-
ne ſpeciali, & tunc dicendum eſt, quod nõ, cùm tale reſcriptum
cenſeatur potiùs per importunitatem obtentum, vt hic dicit *glo.*
nam ſi Princeps non fuiſſet de iuramẽto certificatus, fortè non
conceſſiſſet reſcriptum, vt dicit nota. in iſtis terminis Laurent. de
Rodul. *in repe. c. ſine exceptione. 12. q. 2. quæſt. 40.* Sed per viam con-
ſtitutionis benè reuocatur, non facta mentione, vt dicit Domi.
in d. c. cum non deceat. & ſequuntur Modern. *in repet. l. omnes populi,
in 23. colum. verſ. quarta concluſio. de iuſti. & iur.* intelligendo tamen,
vt ſuperiùs eſt dictum ſecundùm Anton. de But. vt euitetur con-
trarium, quod adducit Philip. Fran. poſt Imol. contra Dom. *in d.
c. cum non deceat.* ¶ In ea gloſſ. ibi, *quia maturius, &c.* iſta ratio mihi
non ſatisfacit, quia etiam ſi lex ſecunda maturius facta non fue-
rit, ſed ex abrupto tollit primam contrariam, ex quo text. iſte
193 ſimpliciter loquitur, & quodcunque † Principi placet dicatur
lex, non igitur impoſita eſt illi forma, vt maturius & cum maio-
ri deliberatione legem condat quàm reſcriptum concedat, §.
ſed quod Principi. Inſtitu. de iure natu. & eſt bonus text. ad propoſi-
tum, *in c. cum apud. 11. q. 3.* Et licet lex deberet cum maturitate fie-
ri, *vt in l. humanum. C. de legi.* per hoc tamen ſi facta non ſit eo mo-
do, nihilominùs lex eſt, & non eſt de ea, ſecundùm eam iudi-
candum, *vt in c. erit autem lex, in fin. 4. diſt.* tenet Curt. *in tracta. de
conſue. in 31. colum.* Barba. *in Clemen. 1. in 4. col. de elect.* Bart. *in l. omnes
populi, in 9. col. verſi. circa ſecundum. ff. de iuſti. & iur.* † Ratio ergo eſt 194
illa, quam ſuperiùs dedimus in textu: quia ratione æqualis vtili-
tatis publicæ & poteſtatis ſecunda lex tollit priorem; non ſic in
ſecundo reſcripto, quia cùm ſit conceſſum ad particularem vti-
litatem, nõ præſumitur velle Princeps legem publicam ad mul-
torum vtilitatem introductam ita de facili propter reſcriptum
vnius perſonæ tollere, cùm non ſit æqualis poteſtatis, nec vtili-
tatis. † In ea glo. ibi, *in ſcripto, etiam, &c.* ex iſta gloſſ. habes vnum, 195
quod vbi Princeps contra ius reſcribit ex certa ſcientia, non eſt
neceſſaria clauſula non obſt. ita iſtam *gloſſ.* ad hoc not. Abb. *in
cap. nonnulli, in princip. de reſcript.* & dicitur Princeps tunc facere
ex certa ſcientia, quando hoc exprimit in reſcripto, vel quando
ex verbis expreſſis in reſcripto poteſt colligi, quod Princeps eſt
informatus, vt declarat idem Abb. *in cap. cum inter. in princ. de ex-
cept.* & ibi Felyn. *in 3. colum. & in cap. ex multiplici, de deci. & in c. 1. in
2. colum. de reſcript. & in c. ad hæc, in fin. eod. titu.* vbi alleg. iſtam gloſ-
ſam, & ita intelligit. Nam certa ſcientia idem operatur quod ex-
preſſa mentio, vt ibi dicitur, & per hoc dicit Abb. *in c. fina. in 3.
not. & in 4. colum. vt lite penden.* quod licet priuilegium impetra-
tum lite pendente nõ valeat niſi de lite fiat mẽtio, fallit niſi pri-
uilegiũ ſit conceſſum ex certa ſcientia: quia tali caſu certa ſcien-
tia idem operatur quod expreſſa mentio, per gloſſ. *hic, cum con-
cord.* vt per Alexand. *in conſi. 18. Viſo ſtatuto, in 4. colum. in 6. volum.
& in l. quacunque, in 1. colum. C. de teſtamen. mili.* & hoc idem la-
tiùs Roman. probat *in conſil. 327. Iſta ſunt rationes, in 2. colum.* &
circa hoc notabile exemplum ponit Abb. *in cap. cauſam, el 5. in 2.
colum. de teſtib.* & aliud Felyn. in quo dicit ſe conſuluiſſe; *in cap.
cauſam quæ, in ſeptima colum. de reſcript.* & idem repetit *in cap. cum
adeò, in 11. colum. de reſcript. & in cap. cum à nobis, in 2. colum. de teſtibus.*
† Et iſta certa ſcientia etiam ex geminatione reſcripti colligi- 196
tur: quia talis geminatio habet vim certæ ſcientiæ, vt hic innue-
re videtur gloſſ. & tenet Felyn. *in cap. ſi quando, in fin. de reſcript. &
in cap. nonnulli, in 18. colum. eodem titu.* & iſta de plano procedunt,
quando de mente Principis conſtat. In dubio tamen extra ma-
teriam iuris non præſumeretur certa ſcientia, ſed talia reſcripta
præſumerentur per importunitatem obtenta, & debent reiici,
vt tradit Barthol. Vero. *in cautel. 2. in tertio modo.* vbi inuehit con-
tra miſeros prælatos, qui non audent contradicere iniuſtis re-
ſcriptis, & contra legem conceſſis. Et propterea bonum & vti-
le eſt, vt clauſula ex certa ſcientia, vel motus proprius, expri-
matur in literis, vt docet idem Bartho. Veronen. *in cautel. 116.
incipien. nonnulli.* Quia tali caſu reſcriptum impugnari non po-
teſt, vt Alexand. *dicit in conſil. 215. Nec arguendi, & 6. colum. verſicu.
ſexto confirmatur, lib. ſecundo.* & Bartol. in *l. conficiuntur. §. codicilli,
in princip. ff. de iure codicill.* Ioan. de Ana. *conſil. 8. Viſo inſtrumento,
colum. fina.* Oldrad. *conſi. 257. Factum tale eſt, colum. quarta.* & ita de-
bet intelligi gloſſ. hic, quam ita declarat Decius *in conſil. 52. In
cauſa inquiſitionis, in prima colum. num. 1. in 2. parte.* & prius decla-
rat Felyn. de quo ipſe mentionem non facit in *cap. 1. in 8. colum.
de conſtitu.* & idem latiùs tradit in *cap. primo, in 14. colum. de reſcript.*
Et prædicta omnia procedunt in his quæ ſunt iuris, quæ Prin-
ceps præſumitur ſcire, ſecus verò in his quæ conſiſtunt in facto:
vt commercia, ſtatuta, & conſuetudines locorum, in quibus cer-
ta ſcientia non præſumitur, niſi expreſsè appareat, Baldus *in l. fi-
na. in 2. colum. C. ſenten. reſcin. non poſſe.* ſequitur Alexan. *in conſi. 125.
Viſo titulo conſtitutionis, in fin. lib. ſecundo.* Hoc tamen quod de cer-
ta ſcientia dictum eſt, non habet locum in reſcripto impetra-
to motu proprio, vt notanter dicit Felyn. *in cap. conſtitutus, in 5.
colum. verſicu. obſtat ſecundò deciſio, de reſcript.* † & eſt ratio, quia mo- 197
tus proprius non arguit informationem Principis præceſſiſſe:
nam ſi ſciuiſſet fortè non ita ſcripſiſſet. Ita ibi Felyn. idem *in cap.
nonnullis, in 10. colum. eod. titu.* Sed tamen hoc non videtur ſine du-
bio: quia immò clauſula motus proprij arguit Principem velle
illum actum facere, & quod ritè omnia præceſſerint. Card. *in Cle.
2. in 4. q. de offi. ordina.* Bald. *in l. omnes, in prin. C. de quadrien. præſcript.*
& hoc ego probo inconuincibiliter: quia vt dicit hic gloſſ. cer-
ta ſcientia Principis arguitur ex ſecunda iuſſione, vt etiam ex-
preſsè Felyn. concludit *in d. c. conſtitutus. in 6. colum. verſicu. & de
hoc quotidiano.* & tamen ego habeo, quod ſecunda iuſſio & clau-
ſula motus proprij æquiparantur. Ita not. Bald. *in l. nec damnoſa.
C. de precib. impe. offeren.* quod dictum pro ſingulari commendat

Roma.

Roman. *in l. ſi verò. §. de viro, in 31. fallent. ff. ſolut. matrimon.* Alexan. *in l. 3. in princ. ff. quod quiſque iuris.* Decius *in c. ſi quando, in 1. colum. de reſcript.* & Andr. Sicul. *in c. conſtitutus, in 2. colum. num. 9. de reſcrip.*
198 Ergo videtur, † quòd ſicut per reſcriptum conceſſum ex certa ſcientia tollitur lex contraria, ita ſi fuerit motu proprio conceſſum. Accedant ad hoc effectus plures, quos de iſta clauſula motus proprij ponit Roman. *in conſ. 327. in 2. colum.* qui in propoſito benè facere videntur, cum pluribus concordant. quæ Decius congerit *in c. ad aures, colum. fin. de reſcript.* & per hoc dicit idem Decius *in l. certum, in 2. colum. ff. ſi cert. pet.* quod motus proprius operatur vnum, quod vbi aliàs per clauſulam non obſtant. non cenſeretur derogatum priori ſpeciali priuilegio niſi expreſſa mentione facta, ſecùs tamen eſt vbi concederetur motu proprio: & licet contrarium in hoc videatur tenere Felin. *in c. cùm eccleſiaſtica, de except.* tamen opinio Decij eſt verior, ad quæ faciunt ea quę Bonifac. ſcribit *in Clement. per literas, in 2. colum. de præbend.* Et ideo pro concordia dicas, quod dictum Felini debet intelligi, quando conſtaret de mente contraria Principis: vt tradit Abb. *in c. cùm olim, in 6. colum. verſic. an autem, de re iud.* Secùs tamen eſt in dubio, quia tunc idem eſt dicendum de clauſula motus proprij, quod de clauſula ex certa ſcientia: vt colligitur ex dictis Felin. *in c. cauſam quæ, colum. penult. de teſtib.* dum allegat Baldum *in l. quod fauore. C. de legib.* immò plus dico, quòd clauſula motus proprij, non ſolùm arguit præſumptam ſcientiam Principis, ſed extendit gratiam vltra præſumptam mentem concedentis, *Clement. ſi Romanus, de præbend. l. quod autem. ff. ſi quis cautio.* vbi † priuilegium conceſſum motu proprio, trahitur ad litis pendentiam, & ſic vltra
199 intentionem concedentis: vt not. ibi Bald. Paul. de Caſtr. & Alexan. & expreſsè Abb. *in dicto c. fin. in 3. notab. vt lite pendent.* & alium notabilem effectum clauſulæ motus proprij, vide per Roman. *in conſ. 327. in 5. colum.* & alium per Petr. de Braxio, *in tractatu de electio. fol. 96. in 2. colum.* poſt Ioan. Andr. *in c. cùm in cunctis, §. cùm verò, de elect.* quibus adde Petr. And. Gamma *in tract. legat. folio 54.* Limitantur tamen prædicta, niſi talis clauſula motus proprij, fuiſſet procurata, prout ſæpè hodie, & quaſi communiter fit: quia tali caſu perderet virtutem ſuam: vt tenet Cardin. *in conſil. 142. in fin.* & Decius *in c. 2. in ſecunda columna, de reſcript.* & hoc probari debet, quia aliàs in dubio hoc nō præſumeretur: vt Decius tradit *in conſil. 341. num. 4.* & ita ſeruat hodie Rota. Secundò limitantur prædicta procedere in his quæ ſunt ſolita cōcedi, ſecùs in inſolitis: vt not. idem Decius probat *in conſil. 599. num. 8. in ſecunda parte, quæ omnia tene menti.* Et ad prædicta adde rationem, quare Princeps per vltimam conſtitutionem tollit primam contrariam, non facta mentione: quia in ſecunda conſtitutione adeſt certa ſcientia. Ergo eodem modo motus proprius, quia lex ſemper motu proprio fieri ſolet: vt notat Bartolus *in l. 1. in fine, C. de bonis vacant. libro 10. & in Authent. quas actiones, circa finem, C. de ſacroſanct. eccleſ.* ſequitur Deci. *in capit. final. in quarta columna, num. 10. de conſtitut.* Habes igitur ex his, quòd clauſula, ex certa ſcientia, ſupplet omnem defectum, & æquipollet clauſulæ, non obſtant. Hinc ſumpta occaſione Modern.
200 hic extendunt fimbrias circa illam quæſtionem, † an Princeps concedendo aliquod beneficium incapaci ſcienter videatur ſecum diſpenſare: & in effectu omnia quæ referunt ponit Felin. *in cap. nonnulli, de reſcript. circa 15. colum.* vbi infinita pro & contra congerit: *& in c. cùm vigeſimum, de offic. deleg. & in c. præterea. de teſtibus cogend. & in c. cùm inter, in 3. colum. de except. & alibi ſæpè.* Et ideo in hac materia ſcrupuloſa melior & accommodatior videtur diſtinctio, quam poſt ſubtilem diſceptationem ponit Decius *in c. ſi quando, columna fin. de reſcript.* quem refero in voce, & vltra ipſum circa iſtam quæſtionem vide plura cumulata per Moder. Rauen. in Alphabeto iuris, *in verbo, Princeps.* & nouiſſimi apoſtillantes ad Dynum, *in regula Beneficium, folio 12. ſecundùm paruam impreſſionem, infra de regul. iuris.* & per Vital. de Cambanis *in tractatu clauſularum, in verbo, clauſula ex certa ſcientia.* & per Moder. quoſdam *in tractatu de beneficio, in octaua quæſtione tertiæ partis, colum. fin. & in princ. quæſtionis.* In eadem gloſ. ibi, & ſi reſcriptum concedit, &c. Collige ex iſta glo. differentiā inter reſcriptum & priuilegium, nam ad hoc nor. iſtam gloſ. Felinus *in c. ex literis, de*
201 *fide inſtrument. in princ.* Nam † reſcriptum eſt illud quod emanat ad obſeruantiam iuris communis, *vel l. falſo, C. de diuerſis reſcriptis.* & tenet Dominic. & Franciſc. hic, & ſequitur Andr. Sicul. *in cap. cauſam quæ, in 2. columna, num. 8. de reſcriptis.* Priuilegium verò eſt contra ius, *cap. priuilegia. 3. diſtinct.* & hanc differentiam cum iſta gloſ. approbat Felin. *in rubric. eodem tit. in 2. colum.* & hoc idem tenet Abb. *in c. cauſam quæ, in princ. de reſcript.* ſequitur Curtius Senior *conſil. 16. incip. Clarum, colum. 7.* & ideo dicit hic gloſ. quòd ſi concedatur † reſcriptum contra ius, mutat nomen, & dicitur 202
priuilegium, & iſtam gloſ. ad hoc alleg. Moder. de Monteferrato *in rubr. infra eod. de reſcript.* ex quo infertur, quod iſto caſu tale reſcriptum eſſet latiſſimè extendendum, licet de natura ſui reſcripta debeant interpretari ſtrictè, cùm tunc mutet nomen, vt declarat Felinus *in c. cauſam quæ, in 9. columna, & in c. cùm adeo, in 33. colum. de reſcript.* & tradit Innocent. *in c. Epiſcopi, de rebus eccleſ. non alienan.* Sed aduerte, † quòd licet differentia hic tradita inter reſcriptum, & priuilegium communiter approbetur, mihi 203
nō videtur probabilis, quia habemus quod fruſtra precibus impetrantur, quod iure communi conceduntur. *l. 1. C. de theſaur. lib. 10.* ſi igitur reſcripta conceduntur ſecundùm ius commune, iam fruſtra impetrantur, ſtante regula poſita in gloſ. facti, *infra eodem.* videlicet, quod quando ſtatutum vel reſcriptum continet idem quod ius commune, dicitur in effectu ius commune, non ſtatutum. Suadetur hoc, quia clarum eſt quòd per reſcripta conceditur iuriſdictio delegata, *c. paſtoralis, & c. prudentiam, cum ſimilib. de offic. delegat.* etiam cùm nemini dubium eſt, quòd illa reſcripta ſunt contra ius commune, cùm veniant in præiudicium iuriſdictionis ordinariæ fundatæ de iure communi: vt patet *in c. ſanè, de offic. delegat. & in d. c. paſtoralis, §. qui autem.* Non obſtat *d. l. falſo,* in qua Doctores fundamentum faciunt: quia ille text. non dicit, quòd reſcripta ad obſeruantiam iuris concedantur, † ſed 204
quod ea quæ ad cauſas, ſcilicet, ad agendum & defendendum conceduntur, prout ibi intelligit gloſ. & Odofr. perennia eſſe debent: ibi enim erat talis caſus, impetraueram reſcriptum ad lites contra te, quo fortè non vſus ſum per annum, poſtea volo te vigore talis reſcripti conuenire, tu opponis quod illud reſcriptū tempore non vtendo ſpirauit, conſultus Imperator quid iuris? Reſpondet quod ea quę ad ius reſcribuntur, id eſt, ad cauſas decidendas perennia eſſe debent. Vides igitur quòd ille text. non probat opinio. Doctorum. Vnde mihi videtur quòd melior ſit differerentia, quam ponit Abb. *in c. plerumque, in 3. notab. de reſcriptis.* quam valdè commendat Iaſon *in l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* videlicet, quòd † inter reſcriptum & priuilegium eſt iſta differentia, quod reſcriptum ad aliquid faciendum durat perpetuò, 205
alleg. text. *in d. l. falſo.* quem ſic intelligit: priuilegium verò expirat tempore, hoc eſt decennio: & ita iſtam differentiam ſequitur ibidem Felinus poſt Bald. *in d. l. falſo.* Vel ſecundò potes tu aliam differentiam dare: quia reſcriptum eſt illud quod conceditur præter ius commune, priuilegium verò contra ius. Sed tenēdo quod etiam reſcriptum poſſit contra ius concedi: vt patet in reſcriptis derogantibus iuriſdictionem ordinariam, reſponderi poſſet ad textum *in l. fin. C. de mand. Princip. cum ſimilib.* quod illud quod dicitur reſcriptum contra ius non valere, intelligitur contra ius non commune, ſed tertij, *iuxta c. ſuper eo, de offic. deleg.* & ſic illa verba contra ius, non intelliguntur de iure ſcripto: quia illud præſumitur Princeps ſcire, vt hic eſt text. quem ad hoc ponderat Dominic. *hic in principio, & dixi in alio notab. latius.* ſed quando reſcriptum eſt contra ius tertij, tunc præſumitur per importunitatem obtētum, & ſic nouiter intelligitur iſte punctus, pro quo dico eſſe caſum, qui communiter perperam allegatur *in l. reſcripta, C. de precib. Imperatori offeren.* dum ibi in principio ponitur regula cum exceptione. Nam regula eſt, † quòd reſcripta contra 206
ius debent teneri: fallit, dicit text. niſi ſit tale quod non lædat alium, ſed proſit petēti, &c. quæ verba clarè innuunt regulam de illo reſcripto loqui, quod eſt contra ius tertij, aliàs exceptio non loqueretur in terminis regulę. Nam non eſt bona exceptio ſi regula loquitur de homine, & exceptio fiat de aſino: vt dicit Dyn. *in proœm. infra de regul. iur. colum. fin.* quem ſequitur & refert Deci. *in l. 1. col. antepenul. num. 26. ff. de regul. iur.* non tamen recedendum eſt à communi circa hoc. Nam qui nimis emungit, ſanguinem elicit, *c. niſi. de renunc.*

¶ Gloſ. ſingulatim perſonarum. duo facit, ponit limitationem ad iſtum textum, & rationem eius. Circa limitationem vide quæ dico ſuperius *in 8. notab. meo, in 6. limitatione,* quæ optimè procedit in terminis huius gloſ. Tamen non per iſtam rationem gloſ. quę licet ab omnibus approbetur, mihi tamen non ſatisfacit: quia iſta ratione attenta idem deberet dici econtra, videlicet, † quòd ideo conſuetudo non debet tolli vt valeat: & quia 207
illa regula procedit, quando per validitatem actus alius nō annullatur, vel tollitur: *vt in d. l. quoties, de verb. oblig.* cum concord. quæ Socin. tradit *in tract. regularum, num. 440.* cum eadem ratio

mili-

militer, vt actus qui tolli debet, valeat, quæ in actu contrario tollente conſideratur: & propterea textus hic de conſuetudine mentionem fecit, quia non minus laudabilis conſuetudo populum tenet quàm lex: *vt in l. de quibus, ff. de legib.* Et ideo debet de illa fieri mentio, & licet hic text. de conſuetudine ſingularium
208 perſonarum loquatur, illud verbum, † ſingularium, quia ponitur ratione maioris frequentiæ, non excludit generalem conſuetudinem, *argum. glo. notab.* in *Clemen. 1. in verſic. præſidentes, de reſcript. & gloſ. in l. vnica, in verbo, ſponſam, C. de rapt. virg.* ſequitur Iaſon *in l. certi conditio, §. ſi nummos, in 4. colum. ff. ſi cert. petat.* Regula tamen ſiue dictum gloſ. in ſe verum eſt, quòd actus in dubio interpretari debet vt valeat.

¶ Gloſ. facti, iſta gloſ. eſt magiſtra, & multum celebrata pro ſingulari, ideo eius materiam vtilem latius attingam, vt ex ea fructus in practica, & ſubtilitas in ſcholis colligatur. Diuidatis ergo eam in quatuor partes, in prima exponendo textum infert ad quæſtionem: in ſecunda quæſtione per tria exempla declarat: in tertia quæſtione decidit per ſex rationes: in vltima per viam ſummarij opinionem ſuam firmat. ſecunda ibi, *& puto.* tertia ibi, *pone in terminis.* quarta ibi, *dico autem.* quinta ibi, *ſi igitur.* Colligo
209 igitur ex iſta gloſ. vnam concluſionem, † quòd ſtatutum continens idem quod ius commune, dicitur ius commune, non ſtatutum. iſta opinio eſt communis, prout dicunt Modern. Bononien. poſt Bart. *in repet. l. omnes populi, in 3. quæſt. priuc. in 12. colum. ff. de iuſt. & iure.* & fundatur iſta opinio ſecundùm gloſ. & antiquos Doct. hic in ſeptem motiuis additis tribus per Moder. repe. hic, videlicet Ioan. Crotum de Monteferrato, qui *in repet. d. l. omnes populi.* dictis fundamentis per eum hic relatis addit duo alia, quę reaſſumunt nouiſſimi hic, per plura verba nihil in effectu noui addentes: quibus omiſſis ego vltra ipſos plura noua dicta pro vtraque parte adducam, deinde pro concordia opinionum ad loca non vulgaria te remittam, ex quibus diſſidentes opiniones poterunt concordari. Pro iſta igitur communi opinione vltra alios, quòd ſublato iure communi videatur ſublatum ſtatutum continens idem quod ius commune: adduco primò dictum Dominici ſibi contrarij dictis hic per eum *in c. 1. in 4. colum. verſic. & ex his, infra de filijs presbyt.* vbi quærit in notab. quæſtione. Pone
210 quòd † in eccleſia eſt ſtatutum initatum, & per Papam confirmatum. quo cauetur quod non admittatur illegitimus in eccleſia, an Epiſcopus poterit diſpenſare? Ioan. Monach. cum quo tranſit ibi Dominic. dicebat quod ſic, quia vbi plures prohibitiones procedunt ab eodem fonte ſuper eadem re ſublato principali, & alia videntur eſſe ſublata, *argument. l. fina. C. de duob. reis, cum ſimilib. vt ibi per eum.* ſed epiſcopus iſto caſu poſſet diſpenſando relaxare ius commune, ergo illo ſublato ſtatutum & alia idem continentia cenſentur eſſe ſublata. Non obſtat textus hic, dum dicit, quòd per ſecundam conſtitutionem non tolluntur ſtatuta priora contraria: quia reſpondet Dominic. ibi, quòd iſte text. procedit in ſtatuto & conſuetudine præter vel contra ius, ſecùs in continentibus idem quod ius antiquum: quia tunc illo iure antiquo ſublato per poſteriorem conſtitutionem, cenſentur ſublata idem continentia. Ita dicit Dominic. ibi, pro quo ad de gloſ. *in cap. vt circa, in verſic. corporali, infra eodem libro.* ex quibus infert ibi Dominic. quòd impetrationi factæ à Papa in tali eccleſia per eum qui dixit ſe filium ſacerdotis, quod poſſit conſequi beneficium etiam in eccleſia cathedrali, non obſtabit tale ſtatutum, vel conſuetudo, licet de illis non fecerit mentionem: quia ex quo eſt conforme iuri communi, non præſumitur Papa ignorare, per textum hic: & hoc idem in priuilegio impetrato dicit Oldrad. *in conſil. 249. Quæritur vtrùm mortuo Epiſcopo, in fine.* Præterea pro iſta opinione facit dictum Moder. Ariminenſ. *in apoſtil. ad Angelum de maleſic. in verſic. necnon per querelam, folio 11.* quòd ſtante ſtatuto, quod quilibet poſſit accuſare, non admittentur inhabiles, ea ratione, quia illud idem diſponitur de iure communi, in quo fit reſtrictio tantùm ad habiles: *vt in c. 1. de accuſat.* Ergo idem erit in ſtatuto continente idem quod ius commune per plura, quæ ibi alleg. contra Baldum, qui tenebat contrarium *in rubric. C. qui accuſare non poſſunt.* & in notab. caſu etiam conſuluit Petrus de Anchar. *in conſil. 408. Probata, in penul. colum.* motus inter alia per gloſſam hic, vt ibi per eum. Et per hoc dicit idem Dominic. *in capit. ſi tibi conceſſo, in prima columna, verſic. nota benè, infra de præbend. per illum textum,* quòd ius commune limitans aliud ius commune, inducit etiam limitationem conſtitutionis particularis diſponentis illud idem quod ius commune.

¶ Nec obſtat, dicit ipſe textus hic, quia limitatur non procedere in ſtatutis continentibus idem quod ius: & iſtam opinionem videtur ſequi Abb. *in c. final. in 11. columna, de conſuetud.* dum ſe remittit ad gloſſam hic, & ad ea quę dixit *in c. 1. in 1. notab. ſuprà eodem, & in c. ſuper eo, in fin. de cognat. ſpirituali.* & ibi Præpoſit. hoc ſequitur: hoc tamen ſublimitat Dominic. hic, & Præpoſit. *in dicto c. ſuper eo.* eſſe verum, niſi per reuocationem talis conſuetudinis vel ſtatuti continentis idem quod ius commune naſceretur ſcandalum: quia tunc reuocato iure communi, non cenſetur talis conſuetudo reuocata: prout eſt gloſſa ibi ſingularis quam dicit eſſe notandam, aliàs autem ceſſante ſcandalo procedit regula iſtius gloſſæ, quam etiam firmat Abb. *in capit. cùm dilectus, in ſecunda colum. de cleric. non reſident.* contra gloſſam ibi, & Hoſtienſ. qui tenebat contrarium: & Felinus *in capit. 1. in 9. columna de reſcript.* vbi ponit regulam, † quòd in ſecundo priuilegio debet fieri mentio de primo, niſi primum contineat ſolùm ius commune, *per gloſſam hic:* quod eſt verum, niſi primum priuilegium contineat aliquam qualitatem plus quàm ius commune: vt quia iam per illud ſit acquiſitum ius alteri, vt ibi per eum: & hoc ante ipſum fuit dictum Aretini *in capit. cauſam, columna final. de teſtibus.* Et pro iſta opinione faciunt quæ tradit Iaſon *in l. 1. in 10. & 11. colum. ff. de offic. eius.* dum vult poſt alios, 211
quòd † ſtatutum quod viget Florentiæ, quòd non obſtantibus maſculis fœminæ ſuccedant, nihil operatur ex quo continet idem quod ius commune: & ideo vt aliquid operetur, ſumitur argumentum à contrario ſenſu. Sic ergo ex dictis ibi per eum colligitur, quòd ſtatutum continens idem quod ius commune, eſt ius commune, & ſic nihil operatur in ſenſu directo: & rationem ponit idem Iaſon *in l. properandum, §. ſine autem alterutra, in ſecunda columna, C. de iud.* Quia ſtatutum continens idem quod ius commune, non eſt propriè ſtatutum: vt ibi laté per eum. Præterea pro iſta gloſſa facit quod dicit Baldus, & ibi laté Alexand. *in l. Gallus, §. ſi eius, in 1. columna, ff. de liberis & poſthum.* vbi volunt, quòd licet libellus alternatiuus non admittatur, procedit tamen libellus, quando peto condemnari aduerſarium ad pœnam iuris communis, vel ſtatuti continentis eandem pœnam: quia tunc in tali libello non videor niſi petere tantùm pœnam iuris communis: & ideo non erit alternatiuus, argument. gloſ. hic: & ex hoc idem Alexand. *in l. 3. in 3. colum.* poſt Baldum, *ff. de legat. 1.* infert contra Bartolum, † quòd ſi arbiter condemnat aliquem, & dat ei dilationem quatuor menſium, quòd ſi condemnatus non ſoluat, poterit moram purgare: ratio eſt, quia ex quo arbiter dedit dilationem quatuor menſium, videtur dare illam eandem quam dat ius commune, & ſic nihil ex ſe dare: vnde quemadmodum in dilatione legis admittitur purgatio moræ, ita & in dilatione data ab arbitro continente idem quod ius commune, argumento gloſ. hic. Sed tamen circa iſtud dictum videtur, quòd communis opinio ſit pro Bartolo, vt ibi dicit Iaſon, & idem Alexand. tenet contrarium *in l. 4. §. ſi quis condemnatus, in fin. colum. ff. de re iud.* & modo non diſſentio, ne videar extra propoſitam materiam diuagari. Et pro iſta parte arguunt etiam in notabili quæſtione Moder. Hiſpani, videlicet, Ferdinandus Loazes eximius Doctor *in repet. §. 1. in 13. columna, num. 122. Inſtitut. de iuſtitia & iure.* Nunquid † ſi ſit facta commiſſio, quòd iudex procedat ſecundùm ius, an poterit iudicare ſecundùm ſtatutum vel conſuetudinem continentem idem quod ius? & ibi poſt plura videtur tenere quod ſic: quia licet appellatione iuris, de communi tantùm intelligatur, *§. quoties. Inſtitut. de iure natur. cũ cum ſimilibus.* vt ibi per eum, tamen quando ſtatutum vel conſuetudo continet idem quod ius, benè cõprehenditur appellatione iuris: & iſtam dicunt eſſe magis communem opinionem Moderni Taurinen. poſt Paulum de Caſtr. *in l. in pluribus, in 1. columna, ff. de iuſtitia & iur.* Iaſon *in l. omnes populi, in 4. columna, eod. tit.* licet contrariam opinionem dicat magis communem Andr. Sicul. *in conſ. 66. incip. Illud in medium, in ſecunda colum, verſic. ſed licet, in 3. volum.* ſed non eſt verum. Facit etiam quod notat Bartol. ſibi contrarius *in l. 1. colum. 3. quæſtione 3. C. quæ ſit longa conſuetudo.* vbi quærit, † nunquid ſi vniuerſitas facit legem municipalem de caſu deciſo per conſuetudinem, vtrùm detur actio ex conſuetudine, vel ex illa lege municipali, ſiue ſtatuto? & videtur dicendum, quòd ex ſtatuto tanquam vltimo, *argum. l. ſi mihi & tibi, §. fin. de legat. 1.* & notatur per Bartol. *in l. 1. ff. de condict. ex lege.* tamen Bartolus determinat contrarium, videlicet, quod detur ex conſuetudine & non ex ſtatuto, ex eo; quia † actio quæ datur ex ſtatuto, eſt ſubſidiaria, & ſic cõpetit in 216
euen-

euentum in quem non poſſet agi ex conſuetudine: vnde ſi conſuetudo de per ſe eſt valida ab initio, ſtatutum ſuperueniens continens idem nihil addit. Item pro opinione iſtius gloſ. facit quod tradit Roman. *in conſil.* 105. *Viſo themate propoſito, &c.* vbi concludit in notabili caſu, quòd ſtatutum continẽs idem quod ius commune, recipit omnes qualitates iuris communis, quas aliàs non haberet: exempli gratia clarum eſt, quòd ſtatutum non extenditur ad caſum fictum *l.* 3. *§. hæc verba, ff. de negotijs geſtis, l.* 1. *& ibi Bart. ff. de fonte.* & tamen ſi ſtatutum continet idem quod ius commune trahitur ad caſum fictum ſicut ius commune, caſus eſt notab. *in c. ad audientiam, & in c. cùm dilectus, extra de cleric. non reſident.* ponit exemplum in caſu tunc occurrenti, ponamus quòd ſtatutum puniat crimen ſtellionatus quod punitur à iure communi *l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus, ff. mandat.* nunquid ſtatutum habebit locum in mandante committi illud crimen? & concludit quod ſic: & tamen ille eſt caſus fictus, *regula, qui per alium, infra de regul. iuris, l. quod ſæpè, vbi Bald. ff. de contrahend. emptio.* & iſtam opinionem gloſ. noſtræ ſequitur etiam vltra prædicta Georgius Natta *in repet. Clement. ſæpè, in* 20. *columna, verſic. ad hanc rationem, &c de verborum ſignificat.* vbi per eam confutat opinionem Petr. de Anchar. *in conſil.* 286. & Roman. *in l.* 2. *de re iudic.* dum volunt quod ſtatutum Florentinum, per quod inſtantia appellationis reducitur in omnibus ad paritatem cauſæ principalis, quod multum operetur, ipſe ibi contrarium concludit per iſtam gloſſam, & alia ibi per eum adducta. Poſtremò pro iſta parte facit dictum Felini *in c. paſtoralis, in princ. de teſtament.* vbi
217 per iſtam gloſſam dicit, † quod extrauagans continens idem quod ius commune dicitur ius commune, pro quo ibi allegat plures concordantes, & ſubdit quòd licet ſtatutum quod allegatur in alieno foro debeat produci, tamen ſi contineat idem quod ius commune, non eſt producendum: & hoc etiam tenet & ſequitur *in notab quæſt.* Georgius Natta *in d. repet. Clement. ſæpè, in princ. colum.* 22. Iſta ſunt quæ pro opinione iſtius gloſ. facere videntur.

218 ¶ Tamen contra † opinionem gloſ. & communem, videlicet quòd ſtatutum continens idem quod ius commune, non dicatur merè ius commune, ſed quod contineat, quod plus tenuerunt plures Doctores, de quibus ſcribentes hic non meminerunt. Inprimis Bart. *in l.* 3. *§. ſi rem. de legat.* 1. vbi vult, quòd ſi per ſtatutum diſponatur, quòd victus victori in expenſis condemnetur, licet iſtud idem ſit de iure communi, *l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudic. c. calumniam, de pœnis.* tamen iſtud ſtatututum multa operabitur vltra ius commune: quia licet de iure communi excuſetur ab expenſis habens iuſtam cauſam litigandi: tamen ſtante dicto ſtatuto non excuſabitur, ſed victor poterit agere vigore ſtatuti. *per gloſ. ſingularem in §.* 1. *in verſic cauſam. in Authent. de exhibend. reis.* quam multum commendat Andr. Sicul. *in c.* 1. *num.* 62. *& in c. cauſam quæ, num.* 136. *de reſcript.* Facit pro iſta opinione elegans dictum Aretini *in c. ſuper his, in* 5. *colum. de accuſat.* vbi dicit, quòd licet accuſans aliquem ſit de iure obligatus ad pœnam talionis ſi deficiat, *vt in l. fin. C. de accuſat.* Tamen ſi illud idem quod eſt de iure communi accuſator expreſsè promittat, huiuſmodi promiſſiõ continens idem quod ius commune operabitur plures effectus de nouo pluſquàm ſi non expreſſiſſet, nam erit obligatus naturaliter ex conſenſu ad pœnam. Item præſumetur deficiens calumniator per iura & rationes, quas ibi notabiliter adducit, ex quibus manifeſtè colligitur, quòd text. *in l. qui bis idem.* & concluſio glo. noſtræ non procedit: & pro iſta parte plures alias deciſiones congerit Andr. Sicul. *in Clem.* 1. *colum.* 11. *nu.* 40. *cum ſeq. de elect.* Sed iſta omnia dubitationem recipiunt: nam in primis dictum Bart. *in d. l.* 3. *§. ſi rem.* reprobat Matheſil. *in notab.* 82. & inter alia per theoricam iſtius gloſ. Nã ex quo tale ſtatutum nihil plus continet, quàm ius cõmune, dicitur ſolum recitatorium, & nihil addit, *l. ius ciuile, ff. de iuſtit. & iure.* & iſtud dictum Matheſil. ſequitur Iaſ. poſt Alexan. *in l. properandum, § ſin autem alterutra, in* 2 *colum. C. de iudic.* & Felin. *in c.* 4. *in* 13. *colum. in fin. verſic. limita, de reſcript.* & clariùs *in c. ſignificauerunt, in* 2. *colum. de excep.* Ad dictum Aretini patet ſolutio, quia loquitur in prouiſione hominis quæ multum differt à ſtatuto, vel conſuetudine, vt not. *in l. de quibus, & in c. cùm dilectus, de conſuet. & in l. fin. de pact. cõuen.* Nam partes non præſumuntur elegiſſe viam per quam iudicium earum reddatur fruſtratorium, *l.* 3. *C. de teſtamen. milit.* & ideo inductum eſt *in l. quoties, de verborum obligat.* quòd in promiſſionibus debet ſemper in dubio fieri interpretatio, vt potiùs valeant quàm pereant: hoc autem in ſtatuto nõ concurrit cùm reformari poſſit, & ſemper in eo dicitur res integra, cùm dependeat ab arbitrio vnius, non ſic in contractibus. Tamen quicquid ſit, non obſtant. prædictis mihi opinio Bartoli videtur magis vera, quam refert & ſequitur Franc. Cremonenſ. *not.* 120. *incip. Habent inſtant.* & eam probo iſto modo, vt dictum eſt, nemo præſumitur facere velle actum fruſtratorium, *d. l.* 3. *de teſtament. milit.* Sed ille qui ſtatuit in caſu Bart. præſumebatur habere ſcientiam iuris communis, in quo ignorantia non præſumitur, *l. error, eodem tit.* ergo ſtatuendo videtur velle aliquid vltra ius inducere. Nam ſecundùm coniecturam voluntatis actus agentium regulantur *l. non omnis. ff. ſi certi petat.* facit pro hoc quod adducit quidam Hiſpanus Soto nuncupatus *in commento regulæ primæ Cancellariæ,* & in puncto illam opinionem Bart. *d. l.* 3. dicunt eſſe communem: Moder. *in l. patre vel marito, in* 7 *columna, verſic. limita, ff. de quæſtio. & in ſingul. ſuis,* 207. *incip. Victus victori.* & vltra ibi per eos adducta eam ſequitur Andr. Sicul. *in conſ.* 12. *incip. Scribitur apud Prophetam, in* 7. *colum.* 1. *volumine, & in conſil.* 40. *Præclarè ſcribitur, in fin eodem lib. & in conſil.* 51. *Scribit Sapien colum.* 11. *eodem lib.* & Imol. *in conſ.* 5. & Alexan. *in l. Paulus, la* 1. *ff. de re iud.* & Lanfranc. de Orian. *in repet. c. quoniam contra, in verſic de expenſis, colum.* 5. *de probat.* & Iaſon ſibi contrarius *in l.* 1. *in* 11. *columna, ff. de offic. eius.* Manet igitur ex iſtis opinio Bartoli firma, quod ſtatutum continens id quod ius commune, addat qualitatem plus, ex quo infertur, quòd ſi iuſta de cauſa relaxatur ius commune, non cenſetur ſublatum ſtatutum: & licet idem Bartolus videatur tenere contrarium *in l.* 1 *in* 3. *quæſt. C. quæ ſit longa conſuetudo.* de quo ſuperiùs mentionem feci in parte affirmatiua: tamen quo ad illum caſum de quo Bartolus loquitur *in dicta l.* 3. verior eſt opinio ſua ibi, per ea quæ dicta ſunt. Præterea contra iſtam gloſ. tenet etiam Alexand. ſibi contrarius *in conſ.* 193. *Aſſumo in conſultatione, in* 1. *colum. & in fine, in* 2. *volumine.* vbi quærit,
ponamus quod ſit ſtatutum confirmatum per Regem, † quòd 219
ſpurij, & non legitimè nati exhæredentur, intelligendo de illis qui non poſſunt ſuccedere in hæreditate parentum ſecundùm ius commune, & quidam ſpurius impetrat legitimationem, non facta mentione de dicto ſtatuto, nunquid valebit? & videbatur dicendum quod ſic, quia illud ſtatutum continet idem quod ius commune, *Authen. ex complexu, C. de inceſt. nupt.* & tamẽ de iure communi non eſt opus facere mentionem, vt not. Innocent. & Hoſtienſ. *in c.* 1. *de reſcript.* gloſ. *in l.* 1. *in princ. ff. ad legem Falcid.* Igitur nec de illo ſtatuto continente idem quod ius commune: tamen hac ratione non obſtante Alexander determinat contrarium ibi in fine, & reſpõdet ad iſtam gloſſam tripliciter, quem videas, & refero in voce. Præterea Iaſon ſibi contrarius *in l. ſi donaturus, ff. de condict. ob cauſam.* tenet etiam contra iſtam gloſ.
quòd † ſtatutum continens idem quod ius commune operatur
vltra ius commune per illum text. nam de iure communi eſt, ꝙ 220
dos data propter matrimonium, matrimonio non ſequuto repetatur, *l. ſi ego, in princ. ff. de iure dot. cum ſimil.* & tamen ſi ego paciſcor, vt mihi reſtituatur in dictum euentum, & ſic non ſequuto matrimonio, illud pactum non erit ſuperfluum, ſed producet actionem præſcriptis verbis, & alia plura commoda quæ ibi enarrat Iaſ. *in d. l. ſi donaturus.* Et iſtam opinionem quod ſtatutũ continens idem quod ius cõmune aliquid plus operetur tenet Barbat. *in tract. de præſtant. Cardin. in* 1. *quæſt.* 1. *partis, circa princ.* & idem videntur tenere Moderni Hiſpani *in l. iuriſgentium, in princ. in* 2. *col. ff. de pact.* dum reſpondent ad *l. ius ciuile, ff. de iuſt. & iur.* & iſtam partem tenet quidam Gloſſator *in regula prima Cancellariæ, ſol.* 7. dum volunt, quòd ſtatutum continens idem quod ius dicitur neceſſarium, & non ſuperfluum, per dictum Ang. *in Auth. vt omnes obed. iud. in prin. cum ſimil.* & † quia ratione geminationis
plus puniuntur tranſgreſſores, *c. nullus, in princ.* 50. *diſtinct.* & hoc 221
idem tenet Imol. per illum text. *in c. cùm veniſſent, in* 1. *colum. de inſtitut.* & plura adducit Barb. *in c.* 1. *num.* 65. *de reſcript.* Et iſtam opinionem etiam ſibi cõtrarius tenet Abb. *in c. cùm veniſſent, in princ. de inſtit.* vbi colligit ex illo text. quòd † conſuetudo concurrens
cum iure communi illud reddit fortius: & per conſequens videtur aliquid addere. Idem tenet Abb. *in c. fin. in fin. de obſeruat. ieiun.* dum vult, quòd ſi conſtitutio diſponit idem quod ius, ſublato iure communi non tollitur illa conſtitutio, ſicut vbi votum concurrens cum iure communi non tollitur: & idem Abb. hoc firmat *in cap. cùm eſſet, in princ. de teſtament.* dum colligit ex illo textu, quòd conſuetudo continens idem quod ius illud corroborat, vt ſic videatur maioris auctoritatis: & idem tenet *in c. ſopita, de cenſib. per illum textum.* & hoc expreſsè tenet etiam idem 222

idem Abb.*in c.ex parte,el 3.in princ.& in 2.colum.de verborum signi-
ficat.* dum vult, quòd tale ſtatutum vel conſuetudo multum o-
perentur: quia per illud datur noua facultas agendi, de quo ibi
per eum, & hoc idem firmat *in rubric. de regularibus, in fin.* cuius
contrarium idem tenuit *in c.cùm dilectus,de cleric.non reſident.& in
alijs locis ſuperius allegatis.* Et pro iſta opinione facit dictum Baldi
in l.3.in 2.colum. C.de conſtit.pecun. vbi dicit, quòd ſi mercator iu-
rat ſtatuta mercantiæ, ſi non ſeruat illa quæ continent idẽ quod
ius commune erit periurus, contra gloſ. hic allegatam pro hoc
textus *in l.magiſtratus,ff.ad municip.* quem ad hoc idem not. Rom.
in ſingul. ſuo 304. incip. Iudex iurat. Item etiã contra iſtam glo. te-
net Andr.Sicul.*in c.conſuluit,in 7.colum.num.32.de offic.delegat.* vbi
ponderat textum ibi contra iſtam gloſſam, & adducit duo alia
iura, quæ ibi videas per eum. ad idem facit gloſ.*in l. vnica, in ver-
ſic anniuerſaria, C de collat.lib.*10. vbi vult, quod conſuetudo con-
tinẽs idem quod ius commune faciat quoddam mixtum, quod
non tollitur reſcripto niſi facta mentione. Ex quibus omnibus
habes iſtã concluſionem principalẽ glo. pro & contra vltra ſcri-
bentes ex multorum auctoritatibus roboratam, pro qua vltra
prædicta vide latè Anton.de Roſellis *in tract. de poteſtate Papæ, &
Concilij, fol.98.per tot.* vbi refert circa iſtam gloſ. opinionem om-
nium antiquorum hic, & reſpondet fundamentis eorum, licet
idem Antonius *in eodem tract. fol. 78. in 1.colum.* tenuerit contra-
rium, dum pro hoc alleg. not.per Doct. *in c. 1.de reſcript.* & Ioan.
Andr. *in c. 1.de filijs presbyt.* videas ibi per eum, quia non eſt mei
moris papyrum denigrare, in referendo opinionem ſingulo-
rum, ſed solùm ea quæ occurrunt vltra adducta per eos ſcribe-
re. Et ideo pro concordia omnium dictorum vide Abbatem *in
conſil.*102.*in fine, libro primo.* vbi dicit, quòd ſtatutum continens i-
dem quod ius commune, poteſt dici ius commune quo ad in-
terpretationem, quæ de eo fieri debet, ſicut de iure communi,
& quo ad quædam alia, vt notatur *in l.ſerui, C.de noxal. & in l.fi-
nal.C.de iure deliberan.& in c.cùm dilectus, de conſuetud.* & ita proce-
dit opinio iſtius gloſ. ſi verò conſideramus ſtatutum quo ad
modum agendi, & tunc non poteſt dici abſolutè eſſe ius com-
mune, iuxta ea quæ notat Bartolus *in l. 1. ff ad legem Falcid.* & hoc
idem tradit Imol.*in c.cùm dilectus, in princip. de cleric. non reſident.*&
vide aliam notabilem diſtinctionem in iſta materia per Bal-
dum *in l.1.C.de ſer.reipubl.manumiſſ.* ſequitur Bàrbat. *in cap. 1. num.
56.de reſcript.* Poteſt igitur ſumi regula ex gloſ.noſtra & ex dictis
ſuperiùs allegatis cum ea concordant. Ex alijs verò contrariis
poſſent fieri limitationes, quod fecit Felinus, licet prędicta non
non viderit nec adduxerit *in cap. 1. in 12. & 13.colum. extrà, de re-
ſcript.* vbi ponit duodecim limitationes ad regulam iſtius gloſ.
ad quas ſingula dicta applicari poſſunt, & latè etiam circa hoc
diſtinguit Angelus Aretin. *in §.ius ciuile, num.22.Inſtitut.de iuſtitia
& iure.* & Andr. Sicul. *in Clement.1.fol.65.in 2.& 3.colum.de electio.*
& Socin. *in l.moribus, in princ.de vulgar. & pupillari.* & reaſſumit la-
tius quaſi per viam tractatus Alber. Brunus *in tractatu de augmẽ-
to, in tertia concluſione principali.* & tangitur per Modern. *in l.1.ff.ad
legem Falcidiam.* Ex quorum dictis adiunctis ſuperioribus per
me adductis, poteſt haberi noua reſolutio in tota iſta materia,
quam tibi latiùs repeterem, niſi oneratus eſſem duabus lectio-
nibus, quarum prima in §. morte. maiorem mihi temporis par-
tem aſſumit, quo fit vt poſt immenſam reuolutionem, quæ mo-
leſtiſſima eſt parum temporis ad ſpeculandum dimittatur, niſi
cùm in medio vacationes contingunt. Satis igitur tibi erit acer-
uum dictorum nouorum abſque aliquo labore reperire, quem
vigilans vix ſibi quiſque in tribus annis pararet, vt experientia
poteris probare. In eadem gloſ. ibi, tamen conſuetudo præſcri-
pta, qua ſeruatum fuit ius commune, &c. habes ex iſta gloſ. re-
gulam communem, quòd conſuetudo qua obſeruatum fuit ius
commune, inducit aliquid de nouo: iſta concluſio gloſ. non eſt
vera, ſecundùm Ioan.de Ligna. & alios hic, &c. & rationem aſ-
ſignat Socin. *in conſ.* 145. *in 2.colum.* Quia obſeruantia legis ſe-
cundùm certam interpretationem ex quo homines agunt ob-
ſeruare legem, & non inducere aliquid de nouo, non inducit
conſuetudinem, ita ibi Socin. & idem tenet *in conſ. 111.colum.fin.
2.volum* & vltra ipſum hoc tenet Domin. *in c.nullus, colum.fin. in-
fra de electio.* & cum ipſis tranſeo, & addo prædictis Cardin. Ale-
xan. *in c.mos eſt, 1.diſtinct.* vbi tenet iſtam opinionem contra gloſ.
& limitat dupliciter. Primò quod procedit niſi ex reuocatione
talis conſuetudinis ſequeretur ſcandalum. Secundò limitat niſi
intellectus legis fuiſſet varius & dubius: quia tali caſu conſue-
tudo ſuper obſeruantia legis circa certam interpretationem ſi-
ue intellectum tenendum induceret aliquid de nouo, & ideo
reuocata lege non cenſeretur reuocata talis conſuetudo, vt di-
cit Ioan. de Imol. *in c.ſtatutum, infrà de electio.* adde Imol. *in Clem.
1.in 3.colum.verſic.vltim.extra gloſ.eodem titul.* circa quæ multa poſ-
ſent dici. Sed ne in immenſum creſcat opus ſubſiſto contentus
inuentione nouorum locorum. Gloſ. rationabilia, † ponit tria, 223
ex quibus duæ concluſiones colliguntur. Prima eſt, quòd con-
ſuetudo an dicatur rationabilis vel non, relinquendum eſt ar-
bitrio iudicis: ſed hoc intellige conſideratis circumſtantiis lo-
ci, & temporis, & vtilitate publica. Cum iſta opinione gloſ. trã-
ſeunt Doct. hic: & eam approbat Abb. *in c.final. in 4.colum. num.5.
de conſuetud.* & Andr. Sicul. *in c.ex parte, el 2.in 3.colum.num.16.de of-
fic. delegat.* & ibi Imol. dicit iſtam opinionem eſſe communem,
quam ſequitur Cardin. Alexand. poſt Archid. & Dominic. *in c.
quia fruſtra, 8.diſtinct. & in c.illa, in fin.12.diſtinct.* vbi aliter hoc pro-
bat, & Calder. *in conſil.18.incip. An ciuitas, in titul de conſtit.* & And.
Sicul. *in c.at ſi clerici, § de adulterijs, colum.8.de iudic.* & Feder. de Se-
nis *conſ.15. Quæſtio talis, colum.4.* Felin. *in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, in 3.
colum. de conſtitut.* & alios caſus in quibus arbitrio iudicis ſtandũ
ſit, ponit Andr. Sicul. *conſ.7. Sapienter. colum.6. & ſequent. & conſi.
ſequent. colum.10. libro 2. cum concordant.* vt per Moder. *in tractatu
nuptiali, fol.23. in ſecunda columna,* vbi plura allegat, & Deci. *in cap.
ſedes, in gloſ.3 de reſcript.* & Rochus Curt. *in repet. c final. de conſuetu.
folio 11.colum.2.* latiùs Barbat. *in conſil.45. Illud, colum. penult. & fin.
in 4.volumine.* latiſſimè Modern. *in l.quæſtionis modum, colum. 1.&
ſequent & in l.de minore, colum.8.de quæſtionib.* & per Modern. *in al-
phabet. vtriuſque iuris, in verſic. arbitrium, cum ſimilibus, vt dixi in c.ſu-
per his, de accuſat.* Aliam tamen rationem conſuetudinis rationa-
bilis aſſignat Anton. de Butr. *in d. c. fin. de conſuetud.* quem refert
& ſequitur hic Domin. & licet illam rationem improbet Abb.
in d.c. tamen eam approbat Andr. Sicul. *in conſil. 51. Scripſit gloſ. in
penult. colum. in 2.volumine.* & Rochus Curt. *in repet. d.c. fin. in 25.co-
lum.* vbi latius hoc proſequitur. Sed tamen aduertendum eſt,
quia iſta communis opinio non videtur vera, ex eo, quia regula
quod relinquatur hoc, vel illud in arbitrio iudicis procedit in
dubio, vt Iaſon concludit *in l 1.colum.1.num.35. ff. ſolut.matrimon.
& in l.poſt dotem, num.105.eodem tit.& in l.in ſuis, colum.2.ff.de liberis
& poſthumis.* Sed † conſuetudo in dubio, quando non eſt con- 224
tra legem, rationabilis præſumitur, vt concludit Baldus *in l.de
quibus, colum.9.num 33.verſic.item valet conſuetudo.ff de legib. allegat.
c illa. 12 diſtinct.* & ſequitur Alexand. *in conſil. 123. Circa primum.
colum. 1 libro quinto.* & hoc idem in ſtatuto dicit Lapus *allegat.*
101. & quod dictum eſt de conſuetudine, idem dicendum eſt
in lege, vt tenet Cyn. *in l.final.C ſi contra ius vel vtil.publicam.* Er-
go vbi habemus præſumptionem claram determinantem, in
dubio quid tenendum, arbitrium iudicis non eſt in conſidera-
tione, per ſupradicta: & pro iſta opinione videtur dictum gloſ.
hic *in ſecunda parte ibi,* & benè dicit, vbi gloſ. dicit, quòd eo ipſo
eſt conſuetudo rationabilis quæ non reprobatur, ſed defendi-
tur ab eccleſia: & ſic vides quod gloſ. ſibi aduerſatur, quia ſi in
arbitrio iudicis relinquitur, an ſit rationabilis, ſignum eſt quod
aliter apparere non poteſt: vt dicit not. Baldus *in l ſi pater. §.final.
per illum text. cum ſequent. ff.de hæredib. inſtit.* Et iſta de plano proce-
dunt, quando conſuetudo nõ eſt cõtra ius, ſed ſi eſſet cõtra ius,
eodem modo relinquendum non videtur iudicis arbitrio, cùm
lex ſuper hoc diſponat præſumendo talem conſuetudinem ir-
rationabilem: vt eſt text. quem ibi ad hoc not. Abb. *in quinto no-
tab. in c.3.de eo qui mit.in poſſeſſ. cauſa rei ſer. & in c.ad noſtram, in 3.no-
tab. de conſuet. & in conſ.7. Tria, in 2.colum. libro 2.* & hoc latè defen-
dit Deci. *in c.2.in 5.colum. num.9.de probat.* Sic † ergo quocunque 225
modo de conſuetudine tractetur, arbitrium iudicis locum non
habebit. Quod vlteriùs viua ratione probatur: nam iſtud arbi-
trium iudicis de quo gloſ. hic loquitur, non videtur in conſide-
ratione, ex quo illud regulari debet ſecundùm mentem legis ſi-
ue iuris, vt concludit Barthol. Veronenſ. poſt Baldum quem ibi
refert *in l.ſi fugitiui, in ſexta colum. C. de ſeruis fugit.* cum concord.
quæ ſcribit Decius *in capit. ex literis, in tertio notab. de probationibus.*
& idem proſequitur latiùs Paulus de Monte Pico, *in repetit. l. in
quartam, in 56.columna. & ſequent. ff. ad legem Falcidiam.* aliàs appel-
lari ab eo poteſt, vt dicit Bartolus *in l. Lucius, in fin ff de infam. & in
l.in crimine. ff. de adult. gloſſ. in capit. ſuper his, in verſic. arbitrium, de ac-
cuſat.* vbi latè dixi. Sed de iure diſpoſitum eſt, † quòd quando 226
conſuetudo eſt præter ius, præſumitur ſemper rationabilis. Er-
go iudex ſuum arbitrium regulabit ſecũdùm iſtas præſumptio-
nes. Et ideo pro vera declaratione iſtius concluſionis diſtinguo
ſic,

ſic,quòd aut appatere poteſt an conſuetudo ſit contra vel præ-
ter ius,tunc illud ſequendum eſt quod dictum eſt ſuperius. aut
verò hoc liquidè non appatet propter conflictum rationum &
opinionum.Et tunc procedit opinio iſtius gloſ. quia tali caſu in
arbitrio iudicis erit iudicare,an conſuetudo ſit rationabilis, vel
227 non, † & propterea bonum eſſet habere iudicem fauorabilem
in huiuſmodi arbitratijs, vt dicit gloſ. in c.in iudicijs,infra de regu-
lis iuris.& gloſ.in c.venerabilem,in verſic.fauere,de electio. & iſto mo-
do concordando iſtas opiniones verificatur illud quod dicit Ia-
ſon in l.cùm prolatis,in fine.ff. de re iud. Quibus accedant quæ dicit
Aret.in §.cùm ex aliena,in gloſ.mediam.Inſtit.de rerum diuiſ.& quod
dicit Alexand.in l.Titius,in 5. notab.ff. ad Trebellian. & notabiliter
Iaſon in l.ſi eadem,in fin.ff.de offic. aſſeſſor. cum multis concordant.
quæ ponit Deci.in cap.1. in 5.colum.num. 10. verſic.illud vtiliter, de
probationib.vbi omnes prędicti Doctores in ſimili materia nota-
228 biliter dicunt,† quod licet iudex debeat benè diſcutere cauſam
& ſequi communem opinionem,nec ſequi medium, vt faciunt
ruſtici,vt dicit gloſ.in l.Neſennius,ff.de negot.geſtis.tamen dicunt i-
pſi illud eſſe verum , niſi communis opinio facilè diſcerni non
poſſet: quia tunc in ſuo arbitrio erit ſequi medium,vel adhære-
re opinioni quæ magis placebit:vt dicit Iaſon in dicta l.cum prola-
tis,& in l.quæ in aliena,num.25.ff.de acquirend.hæred.cum ſimilibus. &
ſic habes etiam ex iſtis comprobatum ſecundum dictum , ſiue
rationem gloſ.videlicet,quod cõſuetudo eſt rationabilis quam
eccleſia recipit,&c.vt ſtatim dicam. Secunda concluſio colligi-
229 tur ex iſta gl. quòd † illa dicitur rationabilis conſuetudo, quam
eccleſia approbat:cum iſta gloſ.tranſeunt Moder.poſt alios,ad-
de vltra ipſos quod iſtam gloſ.in hoc ſequitur Abb.in c.cùm tan-
to, de conſuetud. Et nota quod aliud eſt, quod ſtatutum vel con-
ſuetudo ſit rationabilis , & aliud quod diſponat de ratione , vel
ratio de ſtatuto : vt nouiter declarat Corn. in conſ.90.incip.Scru-
puloſa,in penult.colum.& in conſ.236.incip.Conſtat, in 1.colum.verſic.
fundatur,in 3.volum.poſt Bald.in c.1.§.ſi decenti,qui feud.dar.poſſ. re-
liqua dic vt hic per Doct.

¶ Gloſ.expreſsè ibi , quod verum eſt, poteſt dici hodie,quia
ius reſiſtit,&c. collige duo ex iſta gloſ.Primò,quòd illa conſue-
tudo dicitur irrationabilis cui ius reſiſtit, de quo dictum eſt ſu-
periùs in gloſ.proxima.& per hoc ſolet allegari text.in c. 2.de eo qui
mittit.in poſſeſſ.cum ſimilib.vt per Abb.& Moder.in c.ſicut conſuetu-
do,de probat.Secundò colligitur,quòd quando ius commune re-
230 ſiſtit , † non poteſt noua conſuetudo induci , diſtinguendo ta-
men vt hic per Dominic. cum quo tranſeunt alij : & plura poſ-
ſent hic pro,& contra dici,tamen quia materia iſtius tex.eſt iam
ſatis onerata , ero contentus nouis remiſſionibus. adde igitur
pro iſta opinione dom.Ioan.de Anan.in c.quoniam,quod eſt cap.3.
in princ.ne prælat.vices ſuas.vbi hanc diſtinctionem Domin.ſequi-
tur,& dicit eſſe notandam,& eandem latè ſequitur Felin. in c. 2.
in 3.colum.cum ſimil.de probat.& Deci.ibi,in 10.colum.poſt Alexan.
& Moder.in l.ſi non ſpeciali,C.de teſtam.& in l.ſi mihi & tibi, §.in le-
gatis.vbi videndum eſt,de legat.1.& per Iaſ.in l.de quibus,in 13.colum.ff.
de legib.& latiſſimè præ cęteris iſtum articulum proſequitur Ro-
chus Curt.in repet.c.fin.in 85.colum. cum ſequent. extra de conſuetud.
vbi multipliciter ampliat iſtam cõcluſionem gloſ. & poſtea ap-
probando diſtinctionem Dominici hic pluribus modis limitat,
quem videas.

Gloſ.fin.ibi,illa lex multis modis intelligitur,&c. not.ex iſta
231 gloſ. quòd † lex habens plures intellectus non poteſt allegari:
ita ad hoc iſtam gloſ.not.Felin.in c.1.colum.fin.de conſtit. & eſt di-
ctum Bart.vulgare in l.in ambiguo, ff.de rebus dub. quem ad hoc vl-
tra adducta per Felinum allegat & ſequitur Alexan.in l.ſtipulatio
hoc modo.§.alteri,colum.fin.ff.de verb.oblig.& in l.Gallus, in princ.in 2.
colum. verſic.contra Bartol.ff.de liber. & poſthum. Iaſon in l.poſthumo,
in 7.colum.C.de bon.poſſeſſ.contra tab.& iſto modo reſpondet Abb.
ad quoddam contrarium in c.cùm omnes,in fine.de conſtitut.& A-
lexan.in conſ.8.colum.2.lib.1.& ideo dicit Bald. in c. fin.de conſtitut.
quòd quando ſtatutum habet plures intellectus,non poteſt al-
legari in deciſionibus cauſarum , neque ſententia contra illud
lata eſt nulla,& hoc idem in lege habente plures intellectus,te-
net idem Bald. in l. 2.in 2.colum.C quando prouoc.non eſt neceſſ. hinc
not.dicit Ioan.de Anan.in cap. Petrus, in 1.colum.de homicid.quòd
quando lex præcepti habet plures intellectus , faciens contra
eam non peccat : & hoc idem in lege Dei , not. Abb.& Ioan.
Andr.in c.capellanus,per illum text. de ferijs.ſequitur Alexan. in con-
ſil.144.Circa primum.in 5.volum.& reaſſumit Iaſ.in l.admonendi , in
11.colum.ff.de iureiurand.Et iſta de plano procedunt,quando nul-
lus illorum intellectus eſſet probabilis,ſecùs verò ſi aliquis illo-
rum ratione probari poſſet : quia tunc ille eſſet tenendus,vt cõ-
cludunt Bartol. & Socin.in d.l.in ambiguo. & tenet Alexand. in l.
diem functo,in 2.colum.ff.de offic.aſſeſſor.& in l.final.colum.fin.ff.quod
quiſque iuris. Et idem eſt dicendum de illo intellectu qui magis
menti conueniret , vt tradit Georg. Nata in repet. Clement.ſæ-
pè,in princip.in 12.columna , de verborum ſignificat. Et idem dicen-
dum eſt de intellectu magis dubitabili : quia tunc ille ex pluri-
bus debet allegari , vt per Abbat. in c.de multa , de præbend.in 1.co-
lum.& ibi latè dixi , & in c.cùm in iure peritus , de offic.delegat. Idem
eſt, † quando ex pluribus intellectibus aliquis ſit communiter 232
approbatus,& alij reprobati : quia perinde eſt ac ſi non eſſet ni-
ſi vnus intellectus: ita dicit Iaſon in l. naturaliter. § nihil commu-
ne,in 28.colum.ff.de acquir.poſſeſſ.tenet etiam Decius in conſi. 46.a-
liàs 250.incip. Antiqua,& ſatis nota,&c.colum.final.in 2.parte, & dixi
in c.1.in gloſ. 1. infra de iudic. eodem libro. Idem quando vnus ex illis
conueniret rubricæ : vt dicit Alexand.in l.1.in 3 colum.ff.ſi certum
petatur.& expreſsè hoc tenet Bald.in l.1. colum. 11. C. ne liceat tertio
prouoc. & hoc clariùs firmat Abb. cum concordant. ibi traditis
per Decium in c.bonæ,de confirmat.vtil.vel inutil.& plures alias dif-
ferentias quando ex pluribus intellectibus aliquis ſit tenẽdus,
tradit Decius in l.quoties idem ſermo,in fi.ff.de regul.iuris. & aliquid
Felinus in c.dilecto, in 1.colum. de teſtib. Vltimò † circa intellectum 233
l.3. § diuus.ff.de ſepulchr.violat. quam hic allegat gloſ. habes con-
cluſionem gloſ.hic,quod ideo in illo text. lex poſterior reuoca-
uit conſuetudinem : quia in lege fiebat mentio conſuetudinis,
vt etiam dicit ibi Bartolus. Vel ſecundò , quia in ſecunda lege
conſtabat de certa ſcientia Principis , vt dicit gloſ.in c.paſtoralis,
de fide inſtrument.& iſtæ ſolutiones ſiue intellectus ad illum text.
communiter recipiuntur per Doctores vbilibet. Tamen mihi
videntur oĩnò à veritate deuiare,q̃a tex. in d. §.diuus.nõ loquitur
de conſuetudine,prout Doct. putant , neq. eo modo vt ipſi di-
cunt, ſed hoc apertè & nitidè dicit illa litera , videlicet ꝙ ſi poſt
legem generalem diui Adriani diſponentem in eos,qui in ciui-
tate ſepulchrum faciunt , ſequutum fuerit ſtatutum municipa-
le contrarium diſponens,lex illa generalis obtinere debet, & in
omni loco valere : & iſto modo ille text.non eſt contra textum
noſtrum : quæ autem ſit ratio deciſionis illius legis ita intelle-
ctæ non ſatis apparet ex ſcriptis Doctorum. Mihi videtur quod
ſit duplex, & ita duo naſcentur intellectus. Prima ergo ratio eſt
vt lex illa generalis vincat ſtatutum in illo loco : quia inferiores
ſtatuere non poſſunt contra legem ſuperioris, l.forma , C.de offic.
præfect.prætor. tenet Bald.in l.omnes populi,in 2.colum.ff.de iuſtitia &
iure.& hoc etiam procedit in populo,vt tenet gloſ.in l.non ambi-
gitur,ff.de legibus.quam plures ſequuntur, quos refert & ſequitur
Præpoſit.in c.lex,2.diſtin.ad idem tex.in l.final. C.de legib & iſta eſt
communior opinio. Secunda ratio eſt , quod ibi text. ſtatutum
nõ reuocat,ſed dicit legem valere , nec etiam per ſtatutum fuiſ-
ſe reuocatam , quia eſt generalis : & ſic ſi non obtinet in loco v-
bi ſit ſtatutum , valebit in omni loco , & iſte erit ſecundus ſen-
ſus,ſecundùm quem comprobabitur alia opinio , quæ refertur
in d. l. final. C.de legib. quòd † populus per ſuum ſtatutum poteſt 234
tollere legem Principis,per ea quæ not.in l.omnes populi , ff.de iuſt.
& iure.cum allegatis per Felin.in c.ſuper his,de maior.& obedient. &
ſic quomodocunque ille text.intelligatur non facit ad propoſi-
tum iſtius text.Et per iſta etiam reſoluuntur duo alij intellectus
ad dictum §. diuus. per Paul. de Caſtr. in l.de quibus. quos ibi la-
tius refert & ſequitur Iaſon in 12.colum.ff.de legib. & Rochus Cur.
in tract.conſuet.poſito ſuper c.fin. de conſuetud. in 91. colum. & faciunt
ea quæ diſtinguendo tradit Angel. Aretin.in §.1.in 3.colum.
num.10. Inſtitut.de offic.iudic. de quo dictum fuit ali-
quid ſuprà in notab.in 5.limit.

* * *

REPE-

REPETITIO
IN CAP. VT ANIMARVM.
De Conſtitutionibus.

Celeberrimi I. V. C. D. Ioannis Croti de Monteferrato.

SVMMARIVM.

1 *Iuris canonici principalis eſt intentio conſulere ſaluti animarum.*
2 *Contrahentibus non eſt licitum in foro conſcientiæ ſe adinuicem decipere, etiam citra dimidiam iuſti pretij.*
Conſcientia idem eſt quod bonus vir.
3 *Subſtitutus pupillo, an per expreſſam ſubſtitutionem pupillarem poſſit in foro conſcientiæ denegare legitimam matri, quæ ſibi competit in bonis filij.*
4 *Eligens dignum, cùm poſſit eligere digniorem, an ſit tutus in cõſcientia.*
5 *Inferiores epiſcopo ſtatuta condere poſſunt: & an canonici ſine cõſenſu epiſcopi poſſint ſtatuta facere:*
Et an Epiſcopus ſine capitulo.
6 *Ignorantia excuſat à pœna legis municipalis, quia ignorans non dicitur deliquiſſe.*
7 *Ignorantia quo caſu non excuſet.*
8 *Statutum, quod prohibet ignorantiam allegari, an valeat.*
9 *Statutum potius nullum debet operari effectum, quàm vt contineat aliquam iniquitatem.*
10 *Litis euentus eſt dubius.*
11 *Lex ſemper debet interpretari ſecundùm rationabilem intellectum, ne aliqua abſurditas inde ſequatur.*
12 *Iura quæ dicunt ignorantiam excuſare, intelliguntur de ignorantia iuſta, non autem de craſſa vel ſupina.*
13 *Extenſio de caſu ad caſum non eſt facienda in materia pœnali.*
14 *Ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ fictæ, non veræ.*
15 *Pœna impoſita hæredi non vindicanti necem defuncti, non comprehendit fideicommiſſarium.*
16 *Minor iurans licet repræſentetur maior per iuramentum, iſtud eſt per fictionem, non autem per veritatem.*
17 *Caſus verus & fictus quando æquiparantur à lege antiqua, an conſtitutio loquens de caſu vero comprehendat caſum fictum.*
18 *Ignorantia affectata eſt minor, quàm ſcientia vera.*
19 *Sententia definitiua illa eſt, quæ imponit finem controuerſiæ.*
20 *Excommunicatione nulla eſt maior pœna in eccleſia: & vbicunque in iure canonico ſit mentio de morte, intelligitur de excommunicatione.*
21 *Vox omnis iudicis faciens ad cauſam dicitur ſententia interlocutoria.*
22 *Excommunicatio propriè non dicitur ſententia.*
23 *Statutum dictans, quòd ſententia non poſſit ferri ſine conſilio ſapientis, & aliàs lata non valeat, intelligitur de ſententia definitiua.*
24 *Sententia interlocutoria quæ dicatur.*
25 *Conſtitutio noua an liget ignorantes.*
26 *Excommunicatio fertur propter contumaciam.*
27 *Fur de iure communi non debet ſuſpendi, niſi eſſet famoſus latro.*
28 *Propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia.*
29 *Conſtitutio declaratoria, quæ extenditur ad præterita, non extenditur reſpectu pœnæ.*
30 *Delinquens cenſetur conſentire in pœna, quæ imponitur pro huiuſmodi delicto.*
31 *Excommunicatio dicitur eſſe quædam pœna medicinalis diſciplinãs, non autem eradicans.*
32 *Pœna temporalis poteſt imponi ſine cauſæ cognitione perpetua, aut non.*
33 *Delictum, quod quis facere propoſuit, ſi tendit ad finem, qui ſequutus eſt, inſpicitur euentus, non autem principale propoſitum, licet incidat in aliam ſpeciem delicti.*

VT ANIMARVM. Dominus Anton. de Butr. eleganter
hoc capitulum commentatus eſt, & in eo multa ſcripſit:
Ego autem ne proceſſus impediatur, ea duntaxat attingam, quę
magis concludere arbitrabor. Summate vt hic per Doctores.
1 Noto primò, † quòd principalis intentio iuris canonici eſt
conſulere ſaluti animarum: nam ex procemio declaratur finalis intentio diſponentis, *l. fin. ff. de hæredib. inſtit. l. epiſtolam, in princ. ff. ad Trebellia.* Bartol. *in l. cùm hi, in princ. ff. de tranſactio.* Et pro hoc
notabili eſt gloſ. *in c. cùm contingat, ſuprà de iureiurand.* Et ex hoc
dubia videtur deciſio domini Anton. *in c. cum dilecti, de empt. & vendit.* vbi poſt beatum Thomam *ſuper ſecunda ſecundæ, quæſt. 77.*
artic. 1. dicit, quòd non eſt licitum † contrahentibus ſe ad inui- 2
cem decipere, etiam citra dimidiam iuſti pretij in foro conſci-
entiæ. Quod confirmatur: Nam conſcientia idem eſt quod bo-
nus vir, ſecundùm Baldum *in c. cùm cauſa, ſuprà de teſtib.* Sed non
decet bonum virum contrahentem ſecum in aliquo decipere,
gloſ. eſt *in l. ſemper, ff. de regul. iuris.* quam multum extollit Bald. *in*
Authent. ad hæc, in 6. colum. verſic. inſuper quæritur, C. de vſur. Nam ex
ſupradicto notabili patet illud dictum non eſſe verum, cùm ius
canonicum, quod conſulit ſaluti animarum, approbet huiuſ-
modi contractum, *d. c. penult.* ergo contrahentes ſunt tuti in foro
conſcientiæ, aliàs ſequeretur, quòd quis deciperetur legis cly-
peo, quod eſſe non debet, *l. 1. in fin. C. de his qui veni. ætat. impetr. c.*
de viduis. 27. quæſtione 2. Similiter impugno dictum Archid. *in c. ſi*
pater, infra de teſtament. vbi dicit, † quòd ſubſtitutus pupillo per 3
expreſſam ſubſtitutionem pupillarem non poteſt in foro con-
ſcientiæ denegare legitimam matri, quæ ſibi competit in bonis
filij. Nam ex quo ius canonicum diſponit, quod per huiuſmodi
ſubſtitutum mater penitus excludatur, *d. c. ſi pater.* ergo ipſe ſub-
ſtitus eam excludens auctoritate iuris canonici tutus erit in fo-
ro conſcientiæ. Tertiò confunditur deciſio domini Abbat. *in c.*
conſtitutis, el 2. ſuprà de appellat. vbi dixit, † quòd ille, qui eligit di- 4
gnum, poſſit eligere digniorem, non eſt tutus in conſcientia,
per text. *in c. ſi quis iuſto, §. 1. infra de elect.* Nam ex quo approbatur
à iure electio facta de digno, licet dignior potuerit eligi, dicen-
dum eſt quòd quicunque elegerit dignum non peccabit: & per
iſtam rationem impugnat Abb. dom. Philip. Peruſi. *in d. c. con-*
ſtitutis.

Secundò noto, † quòd nõn tantùm epiſcopus, ſed etiam in- 5
feriores eo, ſtatuta condere poſſunt: quia etiam iſti dicuntur
ordinarij. gloſ. *in c. ordinarij, infra de offic. ordin. & in Clemen. 1. de iu-*
re patrona. An autem canonici poſſint facere ſtatuta ſine conſen-
ſu epiſcopi: vide gloſ. *in c. 2. infra de verborum ſignific.* quæ vult,
quod ſic, & de illa meminit Abb. *in c. cùm conſuetudinis, ſuprà de*
conſuetud. Capitulum etiam vacante ſede ſtatuta condere po-
teſt, gloſ. *in c. cum aliquibus, in verbo, ſtatutis, infra de reſcript.* Ioan. de
Imol. *in dicto c. cum conſuetudinis.* ratio eſt, quia condere ſtatuta
eſt iuriſdictionis, prout Bartolus *in l. omnes populi, in 3. columna, ff.*
de iuſtitia & iure. & capitulum ſuccedit in his quæ ſunt iuriſdi-
ctionalia, *c. 1. infra de inſtit. & c. 1. infra de maior. & obedient.* & dicta
ſtatuta iniicient vinculum epiſcopo, quia poſtea fuit electus,
niſi illud reuocauerit. Ita inquit Federic. de Senis *in conſ. 16.* An
autem epiſcopus poſſit ſine conſenſu capituli ſtatuere? dicen-
dum eſt quod ſic, tenetur tamen habere conſilium ipſorum, a-
liàs illud ſtatutum eſſet irrationabile, ſecundùm Ioan. Andr. &
Archidiac. *in c. 1. ſuprà eodem.* & ſi ipſi canonici nollent conſen-
tire, eis inuitis poſſet ſtatuere, *c. olim, ſupra de arbitris.* & iſtud fir-
mat dominus Abb. *in dicto c. cum conſuetudinis.* quia ſicut in exer-
cenda iuriſdictione, & in corrigendis exceſſibus ſubditorum
non tenetur habere conſenſum ſubditorum, ſed ſufficit habe-
re eorum conſilium, *c. 3. infra de conſuetud.* ita & regulariter in ſta-
tutis condendis ſufficit habere conſilium ipſorum: ſed conſen-
ſus ipſorum non eſt neceſſarius. dicit tamen Petr. de Anchar. *in*
c. 1. de conſtit. quem refert dom. Abb. *in d. c. cum conſuetudinis.* quòd
ſi epiſcopus præſcripſit, quod poſſit exercere iuriſdictionem ſi-
ne conſilio capituli, poterit etiam edere ſtatuta ſine conſilio ca-
pituli: quod dictum impugnat dom. Abb. *in d. c. cum conſuetudi-*
nis, in fin. vide ibi per eum.

Tertiò noto, † quòd ignorantia excuſat aliquem à pœna iu- 6
ris municipalis: & ratio eſt, quia pœna ligat reſpectu deli-
cti, & vbi non eſt delictum, ibi non eſt pœna, *l. filiusfamilias. ff.*
de hæredib. inſtit. Ignorans autem non dicitur deliquiſſe, *l. ſi quis*
ignorans, ff. locat. c. in lectum. 34. quæſtione 2. c. ſi verò, de ſentent. excom-
municat. quod ſanè intellige, ſi illa ignorantia fuit probabilis, a-
liàs ſecùs. Hinc dicit Bald. *in l. data opera, C. qui accuſa. non poſſunt.*
in ciue nouello excuſabilem eſſe ignorantiam ſtatutorum il-
lius ciuitatis, ad quam ſe de nouo tranſtulit, allegat text. *in l. &*
qui cum vno, in § fin. & l. qui commeatus, ff. de re milit. & illud ſequi-
tur dom. Ludouic. *conſ. 491. incip. Propoſitæ conſultationis,* & aliàs
defendi quendam ſcholarem, qui attulerat pannum de alieno
terri-

territorio in hac ciuitate pro faciendis veſtibus contra ſtatu-
7 ta Bononienſium, quæ hoc prohibent imponendo pœnam a-
miſſionis ipſius pauni. † Limito tamen hoc notabile, vt non
procedat, quando in ſtatuto eſſet appoſita clauſula decreti,
puta decernẽtes irritũ & inane, ſi ſecus actum fuerit: hoc enim
caſu conſtitutio ſtatim ligat etiam ignorantes, *ca.1. infra de cõ-
ceſ. præben. c. ſi beneficia. & in cap. ſi poſtquam. infra de præben. gloſſ. in
cap. eo tempore. infra de elect.* traditur per Abb. *in cap. cæterum. ſupra
de reſcript.* Hanc limitationem tradunt dom. Anto. & Imo. *in c.
cognoſcentes. ſupra de conſti.* Paul. de Eleaz. *in proœm. cle.* Lap-
pus *in Clement. 1. de elect.* Contrarium tenet Domi. Card. in *Cle-
ment. 1. in quæſt. 18. de elect.* eo quia iſta conſtitutio noua habet
in ſe tacitam conditionem, videlicet vt liget à tempore ſcien-
tiæ, & ſic vt injiciat vinculum ſcientibus non autem ignoran-
tibus. Sed decretum appoſitum diſpoſitioni habenti condi-
tionem ſuſpendit in conditionis euentum, *Clemen. 1. de conceſ.
præb.* & per iſtã rationem reſpondetur ad iura ſupra allegata:
quia diſpoſitio ibi ſemper fuit pura, & nullam habuit condi-
tionem ſuſpendentem vim decreti: & hanc ſententiam am-
plectitur Ludo. Roman. *in conſil. 130.* eo quia iſta clauſula, ex
quo eſt appoſita cõſtitutioni, cuius natura eſt non ligare igno-
rantes, eius naturam ſortitur, *cap. ſi ſuper gratia. infra de offi. deleg.
l. 1. §. ſi ſub conditione. ff. vt leg. nomi. cauea. l. in ſeruitute. §. ſi quis bono-
rum. ff. de bo. liber. iuncta l. poſt legatum. § qui mortis. ff. de his quibus vt
8 indig.* Et iſta opinio eſt verior. ¶ † Tertio fallit in caſu, in quo
ſtatutum prohibet ignorantiam allegari: nam valet huiuſmo-
di ſtatutum ſecundum Barto. *in l. diuus in princip. ff. de ſal.* Bald. *in
l. 2. ff. de leg.* Abb. *in c. ad falſariorum. ſupra de crimi. fal.* Et pro hoc
facit text. *in §. penult. in authen. vt med. lit. fac inſ. non ſic. in verbo, nec
ignorantiam proponat.* facit etiam text. *in l. ſicut. § ſi. C. de præſcript.
30. vel 40. anno. ibi, etiam ſi legis ignorantiam allegare attentauerit.*
Hanc tamen limitationem temperat Bald. *l. 1. in 3. col. C. de cadu.
tollen. verſic. item dicta inſtitutio*: vt procedat in ignorantia craſſa
& ſupina: & idem tenet Sali. *in l. ata nobis pudor. C. ad l. Iuliam de
adulte. & in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſcribunt.* Ludo Roman. *in l.
1 §. nunciatio. ff. de noui operis nuncia. & in l. 1 §. occioſrum. ff. ad Sylla-
nia.* Ioan. de Ana. *in dict. c. ad falſariorum*, & iſtud eſt verius. Sed
dicet aliquis interpretando ſtatutum modo prædicto nullum
operabitur effectum, cum idem diſpõnat ius commune. Sed
ſtatutum debet interpretari, vt aliquid operetur ſecundum
Batt. Imo. & alios *in l. 4 prætor ait. ff. de damno infect.* etiam ſi poſ-
9 ſit alio modo interpretari, *cap. paſtoralis.* vbi Abb. *de appella.* † Ad
hoc reſpondetur, quod immo ſtatutum potius taliter eſt in-
terpretandum, vt nullum operetur effectum, quam vt conti-
neat aliquam iniquitatem, ſecundum Bald. *in l. terminato. C. de
fruct. & litis expen.* Maxima autẽ ſubeſſet iniquitas quod is, qui
fuit in iuſta ignorantia, deberet puniri, *argumen. l. ſi quis in ſuo. §.
legis. C. de inoffi. teſtamen.* Non obſtat text. *in dicto capit. paſtoralis.*
nam ibi interpretatio, de qua habetur in illo textu, non con-
tinet aliquam iniquitatem, cũ remotio appellationis ita pro-
10 deſſe poſſit parti aduerſæ ſicut parti impetranti. † Eſt enim
dubius litis euentus, *l. quod debetur. ff. de pecul.* Et licet poſtea al-
tera pars tantum in effectu læditur, contra quam fuit lata ſen-
tentia, ex hoc tamen non dicitur lædi propter commodum,
quod à principe conſequi potuit ex illa remotione faculta-
tis appellandi, *l. de fideicommiſſo. C. de tranſactio. l. ſi pater puellæ. C.
de inoffic. teſta.* Et iſta eſt pulchra declaratio ad *d. cap. paſtoralis.*
Confirmatur iſta reſponſio: Nam licet regula ſit, quod ſtatutũ
debet interpretari, vt aliquid addat iuri communi, ſecundum
Barto. *in l. 2. ff. de vſucap. & in l. 4. § prætor ait. ff. de dam. infect.* tamẽ
potius debet intelligi, vt ſit inane & nullum effectum opere-
tur, quam vt quis indebite damnum patiatur. glo. eſt *in l. ſi. in
§. in computatione*, quam ibi multum extollit Bart. *C. de iu. delibe.*
& ibi etiam in ſpecie Paul. de Caſt. Imo. & Moder. *in l. 4. in §.
prætor ait. ff. de dam. infect.* Sed ſi iſte ignorans exiſtens in iuſta
ignorantia puniretur, iam ſibi damnum indebitè infligere-
tur, igitur debet reſtringi ipſum ſtatutũ. Hinc eſt, quod ſi ſta-
tutum dicat, victus victori in expenſis condemnetur, inter-
pretabitur tale ſtatutum, niſi talis victus habuerit iuſtam cau-
ſam litigandi, prout diſponit ius commune, *l. qui ſolidum. §. et-
iam. ff. de lega. 2.* quia aliter interpretando, videlicet, quod et-
iam habens iuſtam cauſam litigandi deberet in expenſis con-
demnari, quis cogeretur ſuum ius indefenſum relinquere
hoc timore, ne victus cogeretur ſoluere ſumptus victori, quod
eſſet iniquũ, *l. illud. in prin. ff. de petitio. hære.* & iſtud in quæſtione
huius ſtatuti loquentis de expenſis firmat Bald. *in l. terminato.
C. de fruct. & lit. expen. in l. eos. in §. cautione. C. de appell.* Raph. Fulg.
in conſil. 5. incipien. Præſuppoſitis duobus ſtatutis Veronæ. Dom. Alex.
& Modern. *in l. properandum. in §. ſin autem alterutra. C. de iudi.*
Tertio † facit, quia lex ſemper debet interpretari ſecundum 11
rationabilem intellectum, ne aliqua abſurditas inde ſequa-
tur, *l. ſcire, in §. aliud. ff. de accuſat. tuto.* Sed eſſet magna abſurdi-
tas, ſi interpretaretur ſtatutum iſto modo, quod is, qui fuit in
iuſta ignorantia, puniretur, vel aliquod ei damnum infligere-
tur, *cap. 2. de cogna. ſpirit. l. fin. in §. ſina ff. de lega. 2. ibi, propter iuſtam
ignorantiam tam mulieris quam emptoris, &c.* & iſta opinio eſt ve-
rior & æquior. ¶ Vltimo noto, † quod iura, quæ dicunt, igno-
rantiam excuſare, intelliguntur de ignorantia iuſta non au- 12
tem de craſſa vel ſupina, quia iſta æquiparantur ſcientiæ, ſimi-
liter ignorantia affectata æquiparatur ſcientiæ, *capitu. cum in-
hibitio. de cland. deſponſ. cap. eos. infra de tempo. ordinan.* Immo dicit
gloſſ. notabilis *in Clemen. 1. in verbo, ſcienter. infra de conſangui. &
affinit.* quod conſtitutio pœnalis, quæ ligat ſcientem, ligabit
etiam ignorantem ignorantia non probabili vel affectata. &
cum iſta gloſſ. tranſiuerunt ſimpliciter Moder. Peruſi. Ego
dubito de veritate iſtius gloſſæ, propterea puto poſſe attenta-
ri contrarium, quod immo conſtitutio pœnalis ligans ſcien-
tem non complectitur ignorantem ignorantia non probabi-
li, vt quia verſatur in affectata ignorantia. Moueor imprimis:
Nam diſpoſitio loquens de ſcientia comprehendit affectatã
ignorantiam: iſtud nõ eſt ex proprietate ſermonis, ſed ex qua-
dam extenſione. ita pondero textum *in cap. eos. in verbo, ſeu affe-
ctata. ignorantia.* quod verbum eſt ampliatiuum præcedentis
diſpoſitionis, *l. ſi quis ita ff. de auro & argen. lega.* † Sed in materia 13
pœnali non debet fieri extentio de caſu ad caſum, in quo non
verſatur omnimoda rõ. *l. pen. & in l. ſi. C. interdic. mat. inter tut. &
pupil.* licet ſub larga ſignificatione vocabuli poſſet caſus ille cõ-
prehendi, *l. ſi vxor. in princip. ff. ad l. Iul. de adul.* quem allegat pro
ſingulari Domi Franc. Aret. *in cap. per tuas, de probat.* ¶ Secundo
moueor, † nam affectata ignorantia non æquiparatur ſcien- 14
tiæ veræ, ſed ſcientiæ fictæ: caſus eſt *in capitulo cum inhibitio. de
cland. deſponſ. ibi, cum non inexpertes ſcientiæ vel ſaltem affectatores
ignorãtiæ videãtur.* quod verbum videtur importare fictionem,
l. prima, in §. deiectiſſe. ff. de vi & vi arma. Sed conſtitutio pœnalis
loquens in caſu vero non comprehendit caſum fictum, *l. an-
tequam. ff. ad ſenatuſconſul. Sylla. iuncta l. ſequenti*, quem not. Aret.
in l. prima, de vulga. & pupil. vbi † pœna impoſita hæredi nõ vin-
dicãti necem defuncti non comprehendit fideicommiſſatiũ, 15
qui fictus eſt hæres, *l. ſilius. ff. de eo quod cer. loco.* facit ꝙ no. Bar. *in
l. fin. C. vnde vi.* vbi dicit, quod illa lex puniens occupantem rem
alterius non comprehendit occupantem rem hæreditariam,
quæ fictè non verè eſt alterius, *l. 1. §. primo. ff. de re. diui iuncta l.
hæres quandoque. ff. de acqui. hæred.* Hinc dicit Barto. quem docto-
res ſequuntur *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* quod pœna illius l.
quæ imponitur maiori venienti contra proprium iuramentũ,
non ligat minorem iurantem: quia licet † minor iurans repræ-
ſentetur maior per iuramentum, *auctenti. ſacramenta puberum. 16
C. ſi aduerſus vendi.* tamen iſtud eſt per fictionem, non autem per
veritatem. ideo illa lex non verificatur in illo qui fingitur ma-
ior. † Et ſi dicatur quando caſus verus & caſus fictus æquipa-
rantur à lege antiqua, tunc etiam conſtitutiõ quæ debet in- 17
terpretari ſtrictè loquens de caſu vero comprehendit caſum
fictum, *capit. cum dilectus. capit. ad audientiam. ſupra de clerico non
reſiden.* & ibi Ino. & Dom. Abb. notant. Sed ſcientia & affe-
ctata ignorantia æquiparantur, *dicto capitulo eoſ. de temporibus
ordin.* igitur &c. quia reſpondeo, quod prædicta fundamenta
loquuntur, quando cõſtitutio continet idem, quod ius com-
mune, quod æquiparat illos duos caſus, declarat illa duo iura
multum notabiliter. & bene domi. Abb. ibi. ¶ Tertio moueor:
† Nam minor eſt ignorantia affectata, quam ſcientia vera, *di- 18
cto capitulo cum inhibitio in verba, vel ſaltem affectatores ignorantiæ.*
quod verbum denotat diminutionem, *capit. penult. de donatio.
inter virum & vxorem. capi. cauſam quæ.* & ibi d. Card. not. *infra
de elect.* & de iſta dictione vide quod ſingulariter ponit Barto.
in l. ſi ita in vlti. colum. ff. de auro & argen. lega. vbi dicit, quod ſi te-
ſtator dicat, ſi non valet iure teſtamenti valeat ſaltem iure co-
dicillorum, &c. iſta clauſula operabitur effectum ſuum etiam
rupto poſtea teſtamento agnatione poſtumi. Sed diſpoſitio
pœnalis non debet extendi de maiori ad minus, *d. l. ſi vxor, in
princip. ff. de adulterijs.* ¶ Quarto & vltimo facit, quia quod ſcien-

tia comprehendat affectatam ignorantiam, iſtud non eſt ex
proprietate ſermonis, ſed per quãdam extenſionem, d.c.eos.in-
ducendo ſicut ſup. indnxi. Sed quando ſumus in materia reſtrin-
gibili, verba quæ poſſunt capi ſtricto modo & largo modo ca-
pientur ſtricto modo, non autem largo, c. Rodulphus, quem ibi
notat Abb. de reſcrip. l. quod ſi nepotes, in prin. ff. de teſta. tu. Matthe.
in ſuis notabilibus carta pe. Ex iſtis puto dubiam eſſe deciſionem
prædictæ glo. cogitabitis tamen ſuper his, quia hæc à nemine
19 traduntur. expedita ſunt notabilia. ¶ † Oppono contra text.
qui appellat excommunicationem ſententiã: illa dicitur ſen-
tentia diffinitiua. quæ imponit finem controuerſiæ, c. ſiùm ve-
20 miſſent. de teſtib. not. glo. 2. q. 6. c. biduum. † Sed excommunicatio
non imponit finem controuerſiæ, imo eſt quædam pœna, qua
nulla maior in Eccleſia, c. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. c. corripiantur.
24. q. 3. c. ſacro. de ſenten. excom. in verbo, inſonti tantam pœnam im-
ponere. & vbicunque in iure canonico fit mentio de morte, in-
telligitur de excommunicatione, c. per venerabilem. circa mediũ:
qui filij ſint legitimi: nec mirum, quia exaommunicatus traditur
Satanæ, & Diabolus vtitur eo velut pecore, & ſicut ruſticus v-
titur ſuo iumento, ſic dicit glo. in c. audi. 11. q. 3. Abb. in rubr. de
ſenten. excom. Solutio: dicunt Docto. maxime Ioan. An. quod
proprie excommunicatio non dicitur ſentẽtia. ſed improprie,
ex quo infert hic dominus Lapus, quod ſententia excommu-
nicationis poteſt ferri die feriata: allegat Spe. in titu. de ferijs. in
§. ſequitur. ver. porro. Dicit tamen Ioan. de Imo. quod ratio Ioan.
An. non valet, quia licet non ſit diffinitiua, tamen eſt interlo-
12 cutoria, quia † omnis vxor iudicis faciens ad cauſam dicitur
eſſe ſententia interlocutoria, ſecundum gloſſ. in §. omnem. in auth.
de lit. col. 8. & glo. in l. cum clericis. in verbo, ſententiarum. C. de Epiſ.
& cler. quæ dicit, quod præceptũ de præſentando dicitur ſen-
tentia interlocutoria: ad idem eſt glo. 2. q. 6. §. diffinitiua. poſt-
22 modum ſaluat eum duobus modis, vt hic per Domi. in 2. col. †
Ego autem ſaluo alio modo, quia licet excommunicatio dica-
tur ſententia interlocutoria non tamen proprie eſt ſententia,
quia ſententia diffinitiua eſt illa, quæ propriè dicitur ſentẽtia,
ſecundum glo. ordinariam in l. 1. in §. biduum. in verbo, ſententia la-
te. ff. quando appel. ſit. & glo. in c. cum olim. in verbo, ſententia. de teſti.
quam ibi not. Imo. & eſt tex. in l. dicere. ff. de arbi. in prin. & in cap.
veniẽtes. in prin. ſup. de iureiur. & in l. quid ergo, in §. quæſitum. ff. de his
qui no. infa. & ibi. Bald. eum ad hoc no. Ex hoc infert Bal. in addi.
ad Spec. in tit. de proba. in 7. col. quod ſi ſtatutum diſponat. quod à
ſententia non poſſit appellari, tamen poterit appellari à ſen-
tentia interlocu. quia non eſt proprie ſententia, alleg. text. in l.
ſi ex cauſa, in §. nunc videndum ff. de minor. & ibi Bald. idẽ Bald. in
23 l. 1. in finali col. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. † Vbi etiam dicit,
quod ſi ſtatutum dicat, quod ſentẽtia non poſſit ferri ſine cõ-
ſilio ſapientis, & aliàs lata non valeat, intelligitur de ſententia
diffinitiua: ſequitur Roma. in l. ſi quis mihi bona. in §. pen. ff. de ac-
quir. hæred. & de huiuſmodi quæſtionib. vide latè Ludo. Ro-
ma. & d. Alex. in Rub. ff. de ſenten. & re iudica. vbi multa ponit cir-
ca hoc: addo tamen, quod ſententia excõmunicationis nõ eſt
24 proprie ſententia interlocu. quia illa † dicitur ſententia inter-
locutoria, quæ inter principium & finem cauſæ profertur, ſe-
cundum glo. in clem. 1. in verbo, diffinitiua. de ſequeſtra. poſſ. & fruct.
Sed excõmunicatio aliquando profertur extra iudicium, cap.
dilecto. inf. de ſenten. excom. propterea dicit d. Abb. in rubr. de ſenten.
excom. quod excõmunicatio dicitur quædam cẽſura Eccleſia-
ſtica, c. querenti. de verbo. ſignifi. Sed dubium eſt, an dicta ſenten-
tia excom. magis ſit ſimilis ſententiæ interlocu. an ſententiæ
diffinitiuæ. & breuiter cõcludo. quod magis participat de ſen-
tentia interlocu. quã de ſententia diffinitiua: quod patet, quia
ſicut iudex poteſt reuocare ſententiam ſuam interlocutoriam
male latam, c. cum ceſſante, de appel. l. quod iuſſit. ff. de ſenten. & re iud.
non autem diffinitiuam, c. in literis, de offic. deleg. l. iudex poſt quã.
ff. de ſenten & re iud. Ita poteſt reuocare ſententiam excom. ma-
le latam, c. ſacro. & ibi Dom. Abb. in 4. notabili, ſupra de ſenten. ex-
com. Præterea ſicut appellans à ſententia interlocutoria debet
exprimere cauſam in appellatione, ita appellans à ſententia
excom. cauſam tenetur exprimere, ſecũdum Inno. in c. per tuas,
ſupra de ſenten. excom. Ioan. And. in c. venerabilis, infra de ſenten. ex-
com. Dom. Abb. in d. c. ſacro, ex quo infertur, quod in diſpoſi-
tione etiam odioſa faciente mentionem de ſententia interlo-
cutoria comprehendetur ſententia excommunicationis, argu.
l. quæritur. ff. de ſtatu. hom. & l. repetundarum. ff. de teſti. cum ſimi. ¶ gl.
25 in verbo, ignorantes. circa iſtam glo. † an noua conſtitutio liget igno-
rantes: ſunt conſiderandi duo caſus. Primus caſus, & iſte nul-
lam habet dubitationem: quando ſtatutum imponit pœnam
pro aliquo facto non damnato de iure communi, & tunc tale
ſtatutum non ligat ignorantes, dicta l. ſi. ff. de decret. ab ord. fac. vt
quia dicit ſtatutum, quod nullus poſſit vendere frumentum
extra territorium: hoc non eſt prohibitum de iure communi,
l. dudum. C. de cõtrahenda. empt. l. nec emere. C. de iure deliberan. ¶ Se-
cundus caſus eſt, quando ſtatutum vel noua cõſtitutio impo-
nit pœnam pro facto iam damnato de iure communi, vt quia
diſponit ſtatutum. quod quis non committat furtum ſub cer-
ta pœna, & tunc ſecũdum omnes reſpectu excommunicatio-
nis non punitur ignorans, etiam ſi pœna excommunicationis
imponatur à ſtatuto pro facto alias damnato à iure diuino. † 26
Ratio eſt, quia excommunicatio non fertur contra aliquem
niſi propter contumaciam, c. nemo Epiſcoporum. 11. q. 3. Sed qui
ignorat non contemnit. l. ſi quis ignorans. ff. de loc. c. cum voluntate,
de ſentẽ. excom. l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſ-
ſeſ. eatur. ¶ Tertius caſus eſt, & iſte eſt multum dubitabilis, † 27
quando ſtatutum imponit nouam pœnam pro facto facto dã-
nato à iure communi, qui dicat ſtatutum, quicunque commi-
ſerit furtum ſuſpendatur: nam de iure communi fur non de-
bet ſuſpendi, ſecundum glo. in c. inter alia, de immun. Eccleſ. niſi
eſſet famoſus latro. l. capitalium, in § famoſos. ff. de pœnis. & in iſto
articulo glo. in c. à nobis. primo, de ſententia excommun. tenuit, quod
iſte ignorans puniatur pœna puniatur pœna contenta in ſta-
tuto pro iſto facto iam damnato à iure communi. & iſtam opi-
nionem firmat Barto. poſt Cyn. in l. cunctos populos, in 5 col. verſi.
ſecundo quæritur. C. de ſumma Trini. & fide Catho. & ibi Fulgoſius,
Dom. Anto. de Butr. in d. c. à nobis. Imo. in c. 1. & in c. ſi. in 4. colum.
de conſtitu. Pet. de Ancha in commento. c. canonum ſtatu. in 11. q.
prin. de conſtit. Idem Pet. de Ancha. hic in verſi. quinto oppono:
quia poſtquam iſte ſciebat ſe delinquere, non debemus meti-
ri pœnam ſecundum eius intentionem, ſed ſecundum verita-
tem, l. enim. in § pen. ff. de muris. l. vulgaris in §. ſi is. ff. de fur. l. ſi. ff. de
crimi. expila hæred. ibi, nihil immutat exiſtimatio ſurripientis. Con-
trariam tamen opinionem tenuit gloſſ. in cap. veſtra. Ioan. And.
Domi. & etiam Moder. Peruſini. Ioan. And. in addi. ad Spec. in
tit. de conſtit. in 2. colum. Dom. Anto. ſibi contrarius in d. c. cognoſ-
centes. & ibidem Dom. Felin. in 3. colum. Dom. Abb. in d. c. à nobis.
mouentur, quia habens animum delinquendi debet puniri
vltra menſuras intentatas, c. ſi vero. de ſenten. excom. & ſi dicatur,
iſte dat operam rei illicitæ, ideo debet imputari. quicquid ſibi
contingat vltra intentionem ſuam, c. tua. ſupra de homic. quia re-
ſpondeo illud procedere in his pœnis, in quibus lata culpa
ſufficit, vt eſt irregularitas, capit. lator, de homic. ſecus eſt in his, in
quibus dolus requiritur. vel agitur de alia pœna, quàm irregu-
laritate, vt patet in l. ſi quis ingenuã, in §. in ciuilibus ff. de cap. & po-
ſtli. reuerſ. & in l. verum, in princip. ff. de iu. Nam † propoſitum & 28
voluntas diſtinguunt maleficia, l. qui iniuria ff. de fur. & cap. cum
voluntate. de ſenten. excom. facit deciſio Ioan. And. in cap. cum quis.
de reg. iur. in mercur. & quod no. Dom. Abb. in cap. ſi vero. de ſenten.
excom. poſt gloſſ. ibi, & quod ponit diſputãdo Feder. de Sen conſ.
ſuo 14 & pro iſta opinione adducit Dom. Felin. tex. in cap. ſi quis
cum. & in c. ſi quis cum duobus. & in c fornicatus. 34. quæſt. 1. vbi dãs
operam facto damnato, & ignorãs qualitatem per quam ma-
gis debeat puniri, excuſatur à pœna illius qualitatis. † Secun- 29
do facit tex. in c. nullus. 50. diſt. & text. in cap. quoniam. 47. diſt. vbi
conſtitutio declaratoria, quæ extenditur ad præterita, nõ ex-
tenditur reſpectu pœnæ: quod non contingit alia ratione, niſi
ne ignorans ſubijciatur pœnæ contentæ in dicta conſtitutio-
ne declaratoria. † Tertio facit, nam dum aliquis incurrit pœ- 30
nam, videtur concurrere quædam ratio naturalis, quia quis
delinquendo videtur conſentire in pœna quæ imponitur pro
huiuſmodi delicto, l. Imperatores. ff. de iure fiſci. in verbo. te huic pœ-
næ ſubdidiſti. not. Inno. in c. noſtra. ſup. de iniur. Bart. in l. ex hoc iure.
in vlt. col. ff. de iuſti. & iur. Cardi. in Clem. paſtoralis. de ſenten. & re
iudi. Sed ignorans non conſentit. c. cum olim. ſupra de ſenten. & re
iudi. ¶ Quarto facit, quia iſta cõſtitutio, ex quo addit pœnam,
dicitur noua, l. iuriſgentium. in §. adeo. ff. de pact. Barto. in l. fin. C. de
prox. ſac. ſcri. lib. 12. Sed noua conſtitutio non ligat ignorantes,
c. cognoſcentes. ſup. de conſtit. Quid tenẽdum in iſto articulo mul-
tũ ambiguo & dubio? Ego ſequor opin. gloſſ. noſtræ, pro qua nõ
cundo per mendicata ſuffragia eſt tex. hic dupliciter inducen-
do, & primo conſidero, quod nulla alia ratione ſententia ex-
com. impoſita à lege noua non ligat ignorantes, niſi iſta ratio-
ne,

ne, quia ignorans non contemnit. Itaque iſta ratio cum vnica ſit, habetur pro expreſſa, *c. ſuggeſtum, de appella.* & ibi Dom. Philippus innecto *c. meminimus. de appel.* pro qua legiſtæ allegant gl. *in l. quamuis. C. de fidei.* Sed iſta ratio militat in alia pœna quàm excommunicat. quia ignorans euitat illam pœnam etiam ſi ſit pecuniaria; quia non dicitur conſenſiſſe. *d. l. ſi quis ignorans. ff. loca. l. nec apud Labeonem, in §. ſi quis virginem. ff. de iniur. cum ſimi.* Secundo adduco eundem tex. qui ſecundum omnes loquitur in pœna excommunicationis: ſed iſta pœna nõ efficiuntur ignorãtes, ergo multo minus punientur alia pœna. Probo maiorẽ:
31 Nam † excõmunicatio dicitur eſſe quædem pœna medicinalis diſciplinans, non autem eradicans, *c. 1. de ſenten. excom. inf.* & dicitur eſſe temporalis, *c. quoniã frequenter. in §. fi. ſupra vt lit. non conteſt. iuncta l. 1. in §. fi. ff. de offi. præfect. vrbis.* not. Inno. & Abb. *in c. ex literis. ſup. de conſtit.* ſed pœna temporalis facilius imponitur
32 quàm pœna perpetua: patet, quia † pœna temporalis poteſt imponi ſine cauſæ cognitione, *l. fi. ff. de pœnis.* vbi Bart. & Abb. *in c. fi. de offi. lega. & in c. ex literis. de conſti.* non autem pœna perpetua, vt ibi notatur: ſed pœna temporalis, quæ facilius imponitur. non afficit ignorantes, ergo multo minus pœna perpetua: & iſtud eſt ſolidiſſimum fundamentum, quod non poteſt realiter ſolui. Non obſt. iura in contrarium allegata. Vnum cogit
33 me multum dubitare, in quo vellem edoceri, † nam quando delictum, quod quis facere propoſuit, tendit ad illum finem, qui ſequutus eſt, tunc inſpicimus euentum, non autem principale propoſitum, licet incidat in aliam ſpeciem delicti, *l. fi. ff. de crimine expil. hereditatis. c. fi. infra de homici.* Si verò ad hoc non tendebat delictũ, quod principaliter facere propoſuerat, tũc non inſpicimus euentum, l. verum, *in prin. ff. de fur.* & ita no. Bar. *in l. diuus. in fi. ff. ad l. Corne. de Sica.* ſed iſte cogitauit committere factum, non tamen cogitauit de pœna contenta in ſtatuto, quia iſtud factum tendit ad illum finem, qui ſequutus debet puniri vltra propoſitum: licet propter nouam pœnam appoſitam à ſtatuto tranſeat in aliam ſpeciem delicti. cogitabitis. Secundo pondero textum in verbo, volumus. quod eſt noui iuris promulgatorium, ſecundum gloſſ. *in Clem. in verbo, volumus. infra de offic. vica.* ergo de iure communi ſecus erat depoſitum, quod cum tantùm in hac ſententia ſit correctum, in alijs firmum manebit, *l. præcipimus. in fi. C. de appella. l. ſancimus. C. de teſta.*

¶ Sequitur §. Statuto.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis, & legis æquiparantur.*
2 *Sententia excommunicationis ligat animam, quæ loco non circumſcribitur.*
3 *Laici ratione peccati ſunt ſubditi Epiſcopo, ſub cuius diœceſi morantur, & ideo an ligentur ſtatuto ipſius Epiſcopi imponente ſentẽtiam excommunicationis pro delicto. num. ſeq.*
5 *Quod non poteſt fieri in genere, nec in ſpecie fieri poteſt.*
6 *Argumentum de rebus ad perſonas eſt validum.*
7 *In delictis puniendis conſiderari debent ſtatuta & conſuetudines loci, in quo fuit perpetratum delictum.*
8 *Conſtitutio puniens delicta futura, confert effectum ſuum ad tempus, quo delictum fuerit commiſſum.*
9 *Statutum diſponens, vt mulier ingreſſa monaſterium nõ ſuccedat, eſt inualidum, quia confert effectum in tempus.*
10 *Lex vel ſtatutum ſemper loquitur & eſt in viridi obſeruantia.*
11 *Statuta loci ſeruantur in his, quæ reſpiciunt litis deciſionem, vbi delicta ſunt commiſſa.*
12 *Pœna an imponi poſſit per ſtatutum pro futuris culpis: & quid in ſententia iudicis.*
13 *Argumentum de ſententia legis vel ſtatuti ad ſententiam iudicis non ſemper procedit.*
14 *Hæreditatem petẽs debet eam petere in loco, in quo iacent bona hæreditaria.*
Et vbi dicatur iacere hæreditas.
15 *Contractus extenduntur ſecundum voluntatem contrahentium.*
16 *Sententia & ſtatuta in quo differant.*
17 *Statuta natura eſt non ſolum ſententiare, ſed & cauſam ſententiãdi nouiter inducere.*
18 *Sententia ex ſe nouam cauſam non inducit, ſed inductam à iure declarat.*
19 *Iuriſdictio alicuius ſicut non ſe extendit extra territorium iudicis, ita non extenditur eius ſtatutum, etiam ſi diſponat ſuper eo, quod alias eſt prohibitum de iure communi. limita vt num. 21.*
20 *Banni effectus non extenditur extra territorium bannientis.*
22 *Collatio beneficij eſt voluntariæ iuriſdictionis, & dicitur donatio quædam.*
23 *Epiſcopus poteſt ferre ſententiam excommunicationis contra ſuum ſubditum exiſtentem extra ſuam diœceſim.*
24 *Duo quando ſunt ſimul vnita, attenditur magis potens.*
25 *Subiectus quis dicatur.*
26 *Beneficium acceptans videtur cum Eccleſia contrahere.*
27 *Idem iudicatur de augmento, quod de ipſa re principali.*
28 *Statutum diſponens minorem 25. annis contrahere non poſſe ſine conſenſu propinquorum, nunquid comprehendat minorem alienigenam contrahentem in loco dicti ſtatuti.*
Statutum non poteſt habilitare vel inhabilitare perſonam non ſibi ſubiectam.
29 *Statutum loci, in quo contrahitur, ſeruatur reſpectu formæ.*
30 *Conſuetudo loci eſt ſeruanda in his quæ reſpiciunt litis deciſionem.*
31 *Cauſa ciuilis ſi agitetur coram iudice Eccleſiaſtico, de qua etiam iudex ſecularis cognoſcere poterat, ſi dubitatur an debeat admitti appellatio, & quomodo ſit admittenda, an attendatur ius canonicum an ciuile.*
32 *Inſtantia cauſæ de iure ciuili poſt triennium expirat.*
33 *Statutum, quod ſcripturæ priuatæ mercatorem vel eorum libri faciant plenam fidem, ſeruabitur in quocunque loco producantur.*
34 *Epiſcopus ſi excommunicauit aliquem ſub conditione, qua pendente iſte deſinat eſſe ſubditus Epiſcopo, & poſtea exiſtat conditio: an erit excommunicatus.*
35 *Conditio non poteſtatiua trahitur retro: ſecus in conditione poteſtatiua.*
36 *Fictio tranſlatiua locum non habet, niſi vtrunque extremum ſit habile.*
37 *Sententia excommunicationis ferri non poteſt contra aliquem, niſi præcedat trina citatio.*
38 *Furtum committenti de iure cõmuni diuerſa pœna impoſita eſt. & quæ.*
39 *Aſſeſſores cauere debent, ne quiſpiam præſtet patrocinium pro inſignibus latronibus.*
40 *Suſpendi quod quis debeat pro tribus furtis ſi ſtatuto caueatur, ſan ſi quis commiſit furtum æquiualens tribus paruis, ſit loco ſtatuto.*
Iudex quo caſu poſſit tranſgredi leges.
41 *Delicta reiterantibus difficilius venia conceditur.*
42 *Latro famoſus pro prima vice veniam meretur.*
43 *Peccatum eſt malus cognoſcere turpem, quam formoſam.*
44 *Lex lata fauore reipublicæ interpretatione eſt adiuuanda.*

§ STATVTO. † Collige imprimis circa iſtum §. quæ fuerit primo ratio dubitandi. Et ratio dubitãdi, potuit eſſe multiplex. Et prima: nam ſententia iudicis & legis æquiparantur: 1
ſed iudex per ſuam ſententiam poteſt ligare exiſtentem extra territorium, ergo & lex. maior probatur in *l. ſeruus hac l. de minori.* probatur, quia iudex poteſt excommunicare exiſtentem extra territorium ſecundum Innocentium & alios *in cap. fi. de foro compet.* Abb. *in cap. nouit, de offi. deleg.* quia † ſententia excõmunicationis ligat animã, quæ loco non circũſcribitur: ſecũ- 2
do facit text. in *l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cleri.* vbi iudex ſecularis punit ſuum ſubditum delinquentem in Eccleſia, & ſic in aliena iuriſdictione. facit tertio text. in *l. 2. C. de euict.* Ratio autem decidendi fuit, quia tale ſtatutum, de quo in text. reſpicit litis deciſionem: in deciſione autem litis non inſpicimus locum, in quo quis natus eſt. vel locum in quo habet domicilium, ſed locum in quo quis contraxit, *l. ſi fundus in princip. ff. de euict.* per quem text. ita not. Barto. *in l. cunctos populos. in 4. colum. verſi. nunc veniamus. C. de ſumma Trinita. & fide Catho. & in ſecunda colum. verſi. mihi autem videntur.* Vbi proprie loquitur de ſtatuto puniente delictum, & facit mentionem de tex. noſtro, quem ſic intelligit & declarat: videte ibi eum. Notant ex iſto tex. Domin. & Moder. Peruſini, quod ſtatutum † Epiſcopi imponens ſententiam excommunicationis pro delicto ligat laicos, qui morantur in ſua diœceſi, quia ratione peccati ſunt 3
ſubditi ipſi Epiſcopi, *cap. nouit. de iudi.* quidam doctiſſimus ſcolaris dixit pridie ſe multum dubitare, an procedat iſtud notabile Domin. Ergo pro vera enucleatione iſtius articuli intendo

doeum plene examinare. Reaſſumo ergo hunc articulum in
4 dubium, † an conſtitutio Epiſcopi excommunicans commit-
tẽtes furtum liget laicos, quia aliàs ſunt de ſua diœceſi. Et pro
parte affirmatiua arguatur: Primo ſic: Sententia excommuni-
cationis dicitur eſſe pœna, *c. nemo Epiſcoporum*: 11. *q.* 3. *c. ſacro. de
ſenten. excom.* circa medium: imponere autem pœnam eſt iuriſ-
dictionis, *c. fine, in §. in hoc cap.* 33. *quæſt.* 2. Sed iudex Eccleſiaſti-
cus in laicis nullam habet iuriſdictionem, *c. cum ad verum ventũ
eſt* 96. *diſt.* Secundo arguitur ſic: Diſpoſitio ſtatuentis generalis
nõ cõprehendit perſonas, de quib. nõ poteſt diſponere, *c. à no-
bis. de ſenten. excom. l. Lucius. in §. penult. ff. ad municip. ibi, cum ad ea
qui mũdari poſſunt ſuam voluntatem decidiſſe videantur*. Bald. *in l. ſi.
in §. in computatione. C. de iure deliber*. Barto. *in l. ſub conditione. ff. de
condi. inſti.* Sed de laicis non poteſt Epiſcopus diſponere, quia
in eos nullam habet iuriſdictionem, iuribus ſupra allegatis.
Igitur tam ex præſumpta voluntate ipſius diſponentis, quàm
ex defectu poteſtatis ipſius Epiſcopi, qui nõ habet iuriſdictio-
nem in laicos, non ligantur prædicta ſententia excommuni-
5 cationis ipſi laici. † Tertiò: quod nõ poteſt fieri in genere, nec
in ſpecie, *c. de tua. de decim.* Sed in ſpecie non poſſet ligare ipſos
laicos, *d. c. cum ad verum ventum*. Ergo nec in genere hæc potuit
6 facere. ¶ Quarto adduco iſtum text. permittendo † eſſe vali-
dum argumentum de rebus ad perſonas, *l. vnde ſi ita heredem, in
princip. ff. de milit. teſtamen.* Sed huiuſmodi ſtatutum non li-
gat ſubditum delinquentem extra territorium, vt in text. no-
ſtro ratione ipſius territorij. Ergo nec ligabit nõ ſubditum de-
linquentem intra territorium, quia adeſt defectus ex parte ip-
ſius perſonæ delinquentis, in quam Epiſcopus nullam habet
iuriſdictionem: igitur, &c. Et ſi dicatur, ratione delicti effici-
tur de iuriſdictione ipſius Epiſcopi, *cap. nouit. de iudicijs*: reſpon-
detur, quod ex quo conſtitutio reſpicit delicta futura, *c. ſi. ſup.
de conſtitut.* & illo tempore iſte nondum deliquerat, per conſe-
quens Epiſcopus nullam habeat iuriſdictionem in eum: & li-
cet superuenerit qualitas, propter quam poteſt exercere iuriſ-
dictionem in eo, tamen hoc non ſufficit, quia debuit adeſſe
tempore, quo exercebat ſuam iuriſdictionem, *argum. l. prima.
in §. ſi filius. ff. de leg.* 3. *cap. ſi eo tempore. infra de reſcript.* Contrariam
tamen opinionem credo veriorem, videlicet quod immo iſti
laici ligentur pœna ſtatuti: quia ex quo committitur furtum
in territorio Epiſcopi, ratione delicti ſortiuntur forum ibi, *cap.
penult. & fi. de foro competen.* & pœna ſtatutorum loci habet lo-
cum, caſus eſt in *l. ſaccularij in §. ſunt quædam. ff. de extra. crimi.* &
7 illum text. dicit meliorem de iure Bald. *in c. fi. de fer.* Vbi dicit, †
quod in delictis puniendis debent conſiderari ſtatuta & con-
ſuetudines loci, in quo fuit perpetratum delictum. idem *in l.
ſecunda. C. de noxa. in l. ſed ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cle.
in* 3. *colum. & in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſis infam. irrog. & in
l. quicunque. & in authentica, ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis.* &
Domi. Abb. allegans eundem text. *in §. quod clericis. in* 4. *colum.
de foro competen.* & tamen tempore, quo fuit edita dicta conſti-
tutio, ipſe delinquens non erat de iuriſdi. ipſorum ſtatuen-
8 tium. Præterea † conſtitutio puniens delicta futura, confert
effectum ſuum ad tempus, quo delictum fuerit commiſſum,
& illo tempore laicus delinquens ratione delicti eſt de iuriſ-
dictione ipſius Epiſcopi, *capit. nouit. de iudic.* Igitur ligari debet
conſtitutione ipſius Epiſcopi per regulam traditam *in l. in tẽ-
pus. ff. de hæred. inſtituen. & in l. quod ſponſæ. C. de donatio. ante nupt.*
facit quod decidit Bald. *in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cleric.* vbi
9 dicit, quod † ſtatutum diſponens, vt mulier ingreſſa monaſte-
rium non ſuccedat, eſt inualidum, quia confert effectum in
tempus, in quo iam tranſlata eſt in alterius iuriſdictionem, de
quo per Abb. *in cap. quod clericis, in* 12. *colum. de foro competen.* Si-
militer dicit Bald. *in l.* 1. *C. vbi de crimi. agi. oport.* quod in emit-
tente ſagittam contra alium attenditur locus, vbi delictum
fuit conſummatum, quia potius conſideratur qualitas pa-
tientis quàm agentis, *l. eum qui. §. pen. ff. de iniur.* Quam quæ-
ſtionem late diſputat Ioan. Andr. *in capit. in obſcuris. de regu. iur
10 in mercurial.* † Præterea lex vel ſtatutum ſemper loquitur, &
eſt in viridi obſeruantia, *l. Ariani. C. de hæret. cum ſimi.* Itaque à
tempore, quo laicus delinquit, tunc cõſtitutio imponit ei pœ-
nam & non prius, & hoc eſt ei permiſſum ratione delicti, *d. cap.
nouit.* Et ex iſtis ſatis poteſt colligi reſpõſio ad adducta in cõ-
trarium, in ſpecie tamen reſpondendo. Primum argumentum
ſic ſoluitur, & negatur, quòd Epiſcopus in laicos non habeat
iuriſdictionem, quia immo habet ratione peccati, *d. cap. nouit.*
Ad ſecundum reſpondeo, quod cum ſtatutum conferat effe-
ctum in tempus delicti, & in illo tempore delinquens ſit de
iuriſdictione Epiſcopi. [illegible] ita diſpoſito dicitur ligare ſubditũ,
non autem eum, [illegible] ſubditus non eſt, & per hanc reſponſio-
nem tollitur etiam tertium argumentum. Non obſtat quar-
tum, & hic eſt aduertendum: Nam ideo ſtatutum imponens
pœnam non ligat ſubditum delinquentem extra territorium,
quia iſta conſtitutio reſpicit litis deciſionem: in † his autem, 11
quæ reſpiciunt litis deciſionem, ſeruantur ſtatuta loci, in quo
delicta ſunt commiſſa, vt probat iſte tex. Non autẽ conſidera-
tur locus, cui erat ſubditus is, qui deliquit: ita procedit iſte tex.
quem ſic declarat Barto *in l. cunctos populos, in antepenultim. colum.
verſic. mihi autem videntur. C. de ſumma Trinitate & fide Catho.* Sed
iſta ratio locum non habet, quando non ſubditus deliquit in
alterius diœceſi, quia ex quo ſtatutum prædicti loci inſpici
debet, cum reſpiciat litis deciſionem, punietur pœna dicti ſta-
tuti. vel aliter & melius poteſt dici, quod iſte delinquens ſit
ſubditus ratione delicti ipſi Epiſcopo *dicto cap. nouit igitur. &c.*
Et iſta eſt verior, licet aliquando fuerim in contraria opi-
nione.

¶ Tertio noto, † quod pro furtis culpis pœna imponi po- 12
teſt per ſtatutum, licet ſecus ſit in ſententia iudicis. Nam pro
delicto nondum commiſſo non poteſt ferri ſententia excom.
cap. Romana §. caueat. in ſ. de ſenten. excommu. † Ex quo infertur, 13
quod non ſemper eſt validum argumentum de ſententia l. vel
ſtatuti ad ſententiam iudicis. Hinc eſt, quod ſententia iudicis
poteſt mitti executioni in bonis ſitis in territorio alterius iu-
dicis, *ca. poſtulaſti. de foro competen. l. properandum. §. ſin autem reus.
C. de iudi.* & tamen ſecus eſt in ſtatuto, quod non porrigit vires
ſuas ad bona alibi ſita, *l. non ſolum. §. qui teſtamento. ff. de excuſa.
tuto.* Barto. *in l. cunctos populos. in* 9. *colum. de ſumma Trinita. & fide
Catho. ver. ſed inſurgit forte dubium* Et ex iſtis dubia videtur quæ-
dam pulchra deciſio Ioan. de Ana *in conſil. ſuo.* 5. *incip. Viſis ſtatu-
tis, quorum tenor talis eſt.* vbi conſuluit, quod ſi ſtatutum dicat,
vt mater ſuccedere non poſſit extantibus agnatis, & filius qui
mortuus eſt ab inteſtato matre ſuperſtite habeat bona alibi
ſita, in huiuſmodi bonis mater ſuccedere non poterit, cum ta-
le ſtatutum porrigat vires ſuas ad bona alibi ſita. Adducit ra-
tionem ſatis coloratam. Nam † hæres, qui petit hæreditatem, 14
eam petere debet in loco, in quo iacent bona hæreditaria, *l.* 1.
C. vbi de hæred. agi oport. Ibi autem hæreditas dicitur eſſe, vbi eſt
maior pars hæreditatis. *l. fideicommiſſum. ff. de iudi.* Sed certum
eſt, iudicem debere ſeruare ſtatuta & loci conſuetudines, in
quo iudicat, *l.* 3. *§. ſi. ff. de teſt.* Hæc deciſio per prædicta confun-
ditur. Præterea hoc ſtatutum continet odium irrationabile,
cum mater excludatur à ſucceſſione filij, quæ ſibi debita eſt, *l.
nã & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſta.* Ideo ad bona alibi ſita extendi
non debet, arg. *c. ſi ſententia. infra de ſenten. excom.* prout in ſimili
quæſtione determinat Bar. *in d. l. cunctos populos. in* 6. *quæſt. prin.*
Non obſtat, quod iudex iudicare debeat ſecundum loci ſtatu-
ta, in quo iudicat. Nam hoc procedit, quando ſtatutum reſpi-
cit litis ordinationem: Sed ſi reſpiciat litis deciſionem, non
debet ſeruari, Quinimo conſideranda erit loci conſuetudo, in
quo poſita ſunt bona, de quibus iudicare debet: ita declarat
Dom. Abb. *in d. c. quod clericis. in* 3. *colum. per text. in l. an in totum.
C. de ædifi. priua. & l. pupillo ff. de tuto. & cura. da. ab his.* Sed tu con-
ſidera ſubtilius, ſi dici poteſt, quod immo procedere poſſit de-
ciſio Ioan. de Ana. hac ratione: Nam hæres, qui adiuit hæredi-
tatem in loco, vbi eſt maior pars hæreditatis, adeundo vide-
tur contrahere cum legatarijs, *l. apud Iulianum §. fina. ff. ex qui.
cau. in poſ. ea. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obliga.* & cũ in illo
loco ſit ſtatutum, de quo ſupra ſeruari debet quocunque lo-
co agatur, cum reſpiciat litis deciſionem. Sed iſta conſidera-
tio non eſt bona, quia aditio hæreditatis non poteſt ſe exten-
dere niſi eatenus, quatenus fuit delata, *l. antiqui. ff. ſi pars hæred.
pet. l. ex ſemiſſe. & l. ex aſſe. ff. de acquir. hære.* Sed non eſt delata cir-
ca bona, quæ ſunt in alio loco, in quo non eſt prædictum ſta-
tutum: igitur hæc aditio ad dicta bona non poterit extendi,
cum † contractus extendatur ſecundum voluntatem contra- 15
hentium, quæ præſumitur fuiſſe ſecundum loci conſuetudi-
nem, in quo res ſita eſt, de qua agitur, *l. ſi fundus. in princip. ff. de
euict.* In vno tamẽ caſu rectè procedere poteſt hæc deciſio præ-
fati doctoris, videlicet quãdo ſtatutum loqueretur in rem, nõ
in perſonam, vt quia diceret, bona filij decedentis perueniant
ad agnatos etiam matre exiſtente, vt in ſimili not. Barto. *in d. l.*

cun-

16 *cunctos populos,in* 11.*col.ver ſed poſſet dubitari.*† Videndum tamen eſt,quæ potuit eſſe ratio diuerſitatis inter ſententiam & ſtatuta.Ioan.And.*in c.Romana,in §.cauæant.inf.de ſenten.excom.* remittẽdo ſe ad varia loca aſſignat plures rationes diuerſitatis,quas non refero.Dom. Anto.hic non in lectura,ſed in repe.aſſignat
17 pulchram & ſubtilem rationem. Nam † natura ſtatuti eſt non ſolum ſententiare, ſed cauſam ſententiandi nouiter inducere,*arg.l.ius autem ciuile.ff.de iuſti.& iur.*notatur *in c.*1.*in glo.magna*, vbi latè dixi.*ſup.eod.* Sed cauſa ex ſtatuto non inducitur nec induci poteſt ante ipſum ſtatutum, quia non poteſt dici factũ contra ſtatutum, niſi prius ſit editum & promulgatum ipſum ſtatutum:ergo de neceſſitate ſtatutum ſentẽtiat reſpectu cauſæ de futuro, quia reſpectu cauſæ de præterito non poteſt, cũ
18 nõ poſſit eſſe cauſa vel culpa, antequam ſit ſtatutum,*c.cognoſcentes.ſup.de conſti.*† Sed ſententia ex ſe nouam cauſam non inducit, ſed inductam à iure declarat,*l.ſicut.§.ſi quæratur.ff.ſi ſer. vendi.l.Pomponius,in §.ſed & is ff. de procura.l.ex diuerſo.in §.*1.*ff.de rei vendi.*vnde ſententia iudicis cenſetur executio iuris:oportet ergo de neceſſitate cauſam præcedere, ex qua feratur ſententia, aliàs index exequeretur, antequam cauſa eſſet in eſſe deducta.quod eſſe non debet.*l.*1.*C.de execu.rei iud.*Hinc eſt,quod actus futuri temporis non ſpectat ad iudicem,*l.*1. *in §.*1.*ff.de vſuris. cum ſimi.* & iſta eſt pulchra & notabilis ratio, & melior quæ poſſit aſſignari.

19 ¶ Vltimo nota, & ita allegatur, † quod ſicut iuriſdictio alicuius non ſe extendit extra territorium iudicis,*l.fi.ff.de iuriſd. omn.iudi.* ita non extenditur eius ſtatutum, etiam ſi diſponat ſuper eo, quod alias eſt prohibitum de iure communi, quod procedit non ſolum reſpectu perſonarum, ſed & reſpectu rerum,*l.a in vnus § ſi is qui.ff.de bon.aucto.iudi.poſſ.* etiã ſi iudex vellet excedere limites ſuæ iuriſdictionis, de quo per Bal in *l.certa ratione.C.quando prouo. non eſt neceſ.* Ideo ſi ſtatutum diſponat bannitum poſſe impune offendi,aut occidi.non poterit tamẽ extra territorium impune offendi, ſecundum Ioan.de Imo.*in Clem.paſtoralis,in* 4.*col.inf.de ſenten. & re iudi.* Pet.de Ancha.*in c.*
20 *canonum ſtatuta,in* 16.*car.verſ.tertio quæro.de conſti.* Nã † effectus banni non extenditur extra territorium bannientis, ſecundũ Bald.*in l.*1.*C.de hære.inſtit.& in l.exequutorum. in* 8.*col. C.de exec. rei iudi.* Præterea dicit Bald.*in l. quicunque. C.de ſer.fugit.* quod bannitus captus extra territorium banniẽtis non eſt legitime captus.Alibi dicit idem Bald.*in l.cunctos populos,in* 6 *colum.verſi. nunc venio.C.de ſum.Trin.& fide Catho.*quod ſtante ſtatuto prædicto,ſi ille, qui occidit bannitum extra territorium capiatur in territorio, non poterit ibidem puniri, quia hoc delictum eſt commiſſum in perſona priuati, & in factis priuatorum nõ attenditur territorium. Sed an aliquid ſit permiſſum vel prohibitum,*l. non ſolum.§. qui teſtamento.ff de excu.tut.* adducit text. *in l.*3.*§. transfug.ff.de ſi.ar.* & iſtud ſequitur Nellus de ſancto Geminiano *in tractatu banuit. in ſecunda parte* 2. *temporis, quæſt.*
21 57.† Limita prædictam notabile in his, quæ ſunt contentioſę iuriſdictionis: Secus autẽ eſt in his.quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,*l.emancipari. §.*1.*ff.de adopt.l.*2.*ff de offi.procon.* nor glo. *in d.l.fi.ff.de iuriſdi.omn.iud.* Hoſtien.*in tit.de pœni.& remiſ.§.qui. confitendum. verſ.ſed nunquid extra territorium.*vbi dicit,quod ſacerdos parochialis exiſtens extra ſuam parochiam poteſt abſoluere ſuum parochianũ, ex quo etiã infertur quod Epiſ-
22 copus exiſtens extra ſuam diœceſim poteſt beneficia ſuæ diœceſis conferre: quia licet collatio † beneficij ſit actus iuriſdictionalis,*c.noſtri.in illo c.tranſmiſſam, de elect.* eſt tamen voluntariæ iuriſdictionis cum magis vni quàm alio non debeat conferre.& collatio beneficij dicitur donatio quædam, *c.fi. infra de offi.vica.*& ita tenet glo.*& ibi* Abb.*in cap.nouit.ſupra de offi.leg.* Infertur etiam, quod Epiſcopus exiſtens extra diœceſim poteſt electiones confirmare aut infirmare, ſi non appareat contradictor, ſecundum Arch.*in c.qui in aliquo.*50.*diſt.*Pau.de Caſt. *ind.l.fin.*
23 ¶ † Secundo fallit in ſententia excommunicationis, quã poteſt Epiſcopus ferre contra ſuum ſubditum exiſtentem extra ſuam diœceſim: quia excommunicatio ligat animam, quæ loco non circumſcribitur.ſecundum Inno.*in c.fi.ſup de fo.compe.*Abb.vbi hoc limitat *in c. nouit.ſup.de offi.leg.* Ratio tamen ſuperius adducta non videtur vera per illud, quod nor.glo.*in c a nobis.ſup.de ſenten.excom.*quæ dicit, quod ideo mortuus,in quo apparent ſigna contritionis,poteſt abſolui poſt mortem, vt in illo tex. quia ſententia excommu. ligat corpus & animam. Cũ

ergo corpus excommunicati ſit extra diœceſim,videtur quod excommunicatio ligat animam, quæ nobilior eſt corpore,*c. præcipimus.*12.*q.*1. & anima ſit intra territoriũ,quia loco nõ circumſcribitur, cenſebitur ferri ipſa ſententia excommu. intra territorium,*arg.l.domum.in prin.ff.de contrahen. emptio.& l.f.de commiſſum.ff.de iudi.* & quando † ſunt duo ſimul vnita,attenditur magis potens,*l.ſi non fuit §.peruenimus.ff.de aur. & argen.leg.* 24
Sed iterum inſtatur, quia ſi anima non circumſcribitur loco, ita eſt extra territorium, ſicut intra: cum ergo extra territoriũ ſit,etiam corpus ſimul cum anima, videtur quod in eum non poſſit ferri ſententia excommunicat. *arg. d.l.domum.cogitabitis.*

¶ Tertio fallit in conſtitutione Epiſcopi, quæ diſponit, quod non reſidens beneficio per duos menſes eo ſit priuatus: quia ſi aliquis ſit extra territorium,ligatur huiuſmodi ſtatuto, cum principaliter reſpiciat rem ſibi ſubiectam,videlicet ipſum beneficium:ratione † autem rei quis dicitur ſubiectus,*c.fi.ſup.de fo.compe.* 25 etiam ſi perſona ſit extra territoriũ,*c. Romana.§. contrahentes.inf.de fo.competen.*ſic decidit Federi de Sen. *in conſ.*182. *incip.in hoc dubitabili paſſu.*Pet. de Ancha.*in cõmento c.canonũ ſtatuta,in* 22.*car de conſtit.*Domini.*hic in* 6.*col.comprobatur:* Nam is, qui acceptat † beneficiũ, videtur contrahere cum Eccleſia,*c.* 26 *niſi cũ pridem, de renunt.verſ.ſponſam enim tuam,&c.* ſed ſtatuta & conſuetudines locorum ſeruandæ ſunt, in quibus contractus fuit celebratus,non conſiderato quod contrahentes non ſint ſubiecti ſtatuentibus,*l.ſi fundus,in prin.ff.de reb.cor.* Vltimo fallit in locis confœderatis cum ſtatuentibus ſecundum Bar.*in l. cunctos populos.in* 6. *q prin.C.de ſum. Trin.& fid.Catho.*adducit tex. *in l.non dubito ff.de cap.& poſtlimi.reuer.* in dubio tamen hæc ſtatuta locum non habent in locis confœderatis cum ipſis ſtatuẽtibus:ita voluit Pet.de Anch.*in cle.ne Romani.§.ſane de elect.*pro quo adduco quod voluit idẽ Dom. Pet.*in c.canonũ ſtatuta,car.* 20.*ſup.de conſtit.* vbi decidit, quod bannitus de vno territorio non poterit manere in loco poſtea ei ſubiecto.quia † idem iudicandum eſt de augmento quod de ipſa re principali.*l.inter* 27 *ſocerum.§.cum inter.ff.de pact dota. l. etiam C.de iur.dot.* Alex. *in l.ſi.ex toto,in prin.ff.de lega.*1. † Nunquid autem ſtatutum diſponens minorem 25. annis contrahere non poſſe ſine conſenſu 28 propinquorum,comprehendat minorem alienigenam cõtrahentẽ in loco dicti ſtatuti Bald *in l.fi.ff.de iuriſ.omn.iud.* tenet. quod huiuſmodi ſtatutum habebit effectum in caſu præmiſſo, licet minor non ſit ſubditus ſtatuentibus. Sequitur Aret *in conſ.*75. *incip.Conſideratis omnibus,col.*3.*verſ.iſta doctrina.*Cui deciſioni aduerſari videtur doctor Bar.*in d.l.cunctos populos,col* 7.*verſ.ſed circa hoc dubitatur.*vbi dicit,quod ſi ſtatutum diſponat, quod filiusfamilias teſtari poſſit,ſi forenſis,qui eſt filiusfam.teſtatus fuerit in loco dicti ſtatuti, nullum erit eius teſtamentum,quia ſtatutum non poteſt habilitare vel inhabilitare perſonã ſibi non ſubiectam,*l.*1.*in fi.ff.de tuto. & cur. dat.ab his.* Sequendo tamen prædictam deciſionem Bald. quæ vera eſt, conſiderandi ſunt duo caſus. Primus eſt, quando ſtatutum abſolute & ſimpliciter habilitat vel inhabilitat perſonam,& tunc non cõprehendit forenſem ibidem contrahentẽ,& ita loquitur Bar. in loco ſupra alleg. Secundus caſus eſt, quando ſtatutum introducit certam formam vel ſolemnitatẽ ſine qua perſona contrahentis non habilitatur, & tunc ſeruãdum erit ſtatutũ loci,in quo contractus celebratur,licèt contrahens ſit forenſis, quia † ſi- 29 cut reſpectu formę vel ſolemnitatis debet ſeruari ſtatutũ loci, in quo contrahitur, *l.ſi fundus. in prin ff.de euict.* Ita & huic caſu debet inſpici & conſiderari dictum ſtatutum. Et ita has deciſiones fœdere prædictæ diſtinctionis reducit ad concordiam Pet.de Anch.*in d.canonum ſtatuta,in* 12.*q.prin.verſiculo, quid dices de obligatione.*quod cõprobatur ex dictis Bar.*in d.l.cunctos populos.col.*8.*verſ.*6. *videndum eſt*, vbi dicit, ſtatutum diſponit quod teſtamentum non fiat niſi coram duob notarijs:certe hoc ſtatutum inhabilitat perſonam ad teſtandum, non ſimpliciter nec abſolute, ſed ſecundum quid, videlicet niſi ſeruetur dicta ſolemnitas:& tamen vult ibi Bar.quod ſtatutum loci ſit ſeruandum.in quo teſtamentum ipſum confectum fuerit: Ita quod ſi forenſis conficiat teſtamentum ibi, hanc ſolemnitatem ſeruare debebit,& ſi ſubditus ſtatuentib.alibi teſtetur, nõ tenebitur adhibere prædictã ſolemnitatẽ:& iſta eſt vera doctrina.

¶ Succeſſiue in quantum diximus ſupra,† quod in his, quæ 30 reſpiciunt litis deciſionem,ſeruãda eſt loci cõſuetudo,in quo ſita ſunt bona, ſuper quibus iudicandum eſt, ſed in his quæ reſpiciunt litis ordinationem,aliud ſtatuitur: Notate circa prædicta

dicta aliqua pulchra & practica multum notatu digna. Nam
pone, ſtatuto cauetur, quod contra inſtrumentum non poſſit
opponi aliqua exceptio, & producitur inſtrumentũ alibi con-
fectum contra me in loco dicti ſtatuti: An erit locus diſpoſi-
tioni præmiſſi ſtatuti. Bal. *in l. 1. 5. quæſtione, C. ne fili. pro pat.* de-
cidit quod non, eo quia reſpicit deciſionem litis. Ideo conſi-
randa ſunt ſtatuta loci, vel ius commune, in quo contractus
fuit celebratus. & idem tenet Paul. de Caſt. *in l. à diuo Pio. §.
ſententiam. ff. de re iudic.* Sed ſi ſtatutum dicat, quod inſtrumen-
ta publica habeant executionem paratã, ſi producatur inſtru-
mentum alibi confectum contra me in loco prædicti ſtatuti,
ſeruabitur ſtatutum etiam quo ad forenſes, quia reſpicit litis
ordinationem: ſed decidit Bal. *in l. 1 in fi. C. de confeſ. & in l. 1. in 4.
q. C. ne fil. pro pat.* Pet. de Ancha *in d. c. canonum ſtatuta, verſ. ſed iu-
xta prædicta quæro.* Paul. de Caſt. *in l. 2. C. quemadmodum. teſtamen.
aper.* Lud. Rom. *in conſ. 243. incip. Ad prædictorũ corroboration, ẽ &*
hoc etiam elicitur ex doctrina Barto. *in l. cunctos populos, in 5. col.*
dum adducit text. *in l. 5. §. fi. ff. de teſtamen.* Ideo dicit Domi. An-
to. de Butr. *in cap. quod clericis, circa medium, de fo. cõpeten.* quod
31 ſi cauſa † ciuilis agitetur coram iudice Eccleſiaſtico, de qua
etiam iudex ſæcularis cognoſcere poterat, ſi dubitetur an de-
beat admitti appellatio, & quomodo ſit admittenda, atten-
dendum erit ius canonicum, nõ ciuile, quia hic reſpiciunt or-
dinem iudiciorum. ſequitur Alex. *in conſ. 177. incip. Viſo proceſſu
cauſæ vertentis, in ſecundo lib.* Ex qua infero, quod cum de iure
ciuili gradatim fieri debeat appellatio, *l. Imperatores. §. Idem re-
ſcripſerunt ff. de appellat.* de iure autem canonico appellari poſ-
ſit omiſſo medio, & hic reſpiciat ordinationem iudicij, ſerua-
bitur diſpoſitio iuris canonicieci, nõ autem ciuilis in caſu præ-
32 miſſo. infertur etiam, quod cum † de iure ciuili inſtantia cau-
ſæ poſt triennium expiret, *l. properandum. in prin. C. de iudi.* de iu-
re autem canonico perpetuo duret, ſeruabitur etiam ius ca-
nonicum, ſi cauſa ſæcularis agitetur coram iudice Eccleſiaſti-
co, & ita tenet Domi. Abb. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu.
colum. 8. verſi. ſeptimus caſus eſt.* facit gloſſ. *in Clemen. diſpendioſam,
de iudi.* & iſtud ideo eſt, quia prædicta reſpiciunt litis ordina-
tionem. Sed ſecus eſt in his, quæ reſpiciunt litis deciſionem,
quia ſtatutum loci ſeruabitur, in quo celebratus fuit contra-
33 ctus. † Hinc eſt, quod ſtante ſtatuto, quod ſcripturæ priuatæ
mercatorem vel libri eorum faciant plenam fidem, ſeruabi-
tur dictum ſtatutum in quocunque loco producantur. Ita de-
cidit Ioan. And. *in addit. ad Spec. in titu. de inſtrumen. edit. in §. nunc
dicendum, in addit. magna, in verſ. ſeptimum ſupplementum, adducit l.
1. C. de emancip. lib.* & text. *in cap. cum dilectus, de fid. inſtrumento-
rum.* Sequitur Domi. Anto. *in cap. 2. de probat. in 3. colum.* pro quo
adduco, quod dixit Bald. *in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamen.* vbi di-
cit, quod ſcripturæ factæ in loco ſecundum priuilegium illius
loci vbicunque habent effectum: & idem dicit Bald. *in l. exem-
plo. C. de probat.* & hoc quando ſcriptura facta fuit in loco, in
quo viget talis conſuetudo, ſecundum Bald. *in cap. cum dilectus,
de fid. inſtrumen.* Et ex iſtis ſunt expedita notabilia huius §. quæ-
34 rit hic Archidiaco. † an ſi Epiſcopus excommunicauerit ali-
quem ſub conditione, qua pendente iſte deſinat eſſe ſubdi-
tus Epiſcopo, & poſtea exiſtat cõditio: an iſte erit excommu-
nicatus? Hunc articulum arguendo ad partes diſputat Ioan.
Andr. *in cap. cum ſint partium iura, de reg. iur. in mercur.* & conclu-
dit, quòd ſi conditio eſt non poteſtatiua, hæc ſententia ligabit
35 illum, qui deſinit eſſe ſubditus, quia conditio, † non poteſta-
tiua trahitur retro, *l. ſi filium. ff. de verborum obligat. l. potior. in prin.
ff. qui pot. in pig. hab.* ſecus ſi conditio fuit poteſtatiua, quia
illa non trahitur retro. Hæc deciſio Ioan. Andr. ſubſiſtere non
36 poteſt, quia † fictio translatiua locum non habet, niſi vtrun-
que extremum ſit habile, *l. bonorum. ff. de rem rat. habe.* Sed ex-
tremum à quo non eſt habile, cum tempore exiſtentis condi-
tionis non ſit ſubditus, Igitur. &c. Præterea inquantum lo-
quitur de conditione poteſtatiua, quæ non trahitur retro, di-
37 co quòd iſtud nihil refert, cum † ſententia excommunicatio-
nis ferri non poſſit contra aliquem, niſi præcedat trina cita-
tio, *cap. ſacro. de ſenten. excommunicat.* per ſolam autem citatio-
nem præuenta eſt iuriſdictio, *capit. penult. de foro competen. l. cum
quadam puella. ff. de iuriſdict. om. iud.* cogitabitis ſuper iſtis.
38 Gloſſ. in verbo, furtum. Circa iſtam glo. addit, † ꝙ de iure
communi diuerſa pœna impoſita eſt committenti furtum:
quia ſi fuerit manifeſtũ, eſt pęna quadrupli, alias eſt pœna du-
pli, & pœna quadrupli eſt de iure prætorio, *§. 1. Inſtitu. de per-
pe. & temp. actio.* Itaque actio iſta pœnalis durabit anno. *dicto §.
1.* notate tamen, quod talis pœna exigi non poteſt in foro con-
ſcientiæ, gloſſ. eſt ſingularis *in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2.* quam
ſequitur Abb. *in cap. canonum ſtatuta, in 3. colum. ſupra de conſtitu.
& in cap. ſuam, de pœn. & in capit. cum cauſam. ſupra de teſtib. & in
proœm. decreta. in verbo, rex pacificus. & in cap. ſi egreſſus. de iniur.* Bal.
*in l. poſt deciſionem. C. de furt. & in l. id quod pauperibus. 9. quæſt. C. de
Epiſco. & cler.* Pet. de Ancha. *in cap. 1 ſupra eod. & in conſil. 42. inci-
pien. Pro clariori, &c.* & alibi ſæpe Doctores notant illam gloſſ.
Et dicit Dom. Anto. *in cap. 1. in 3. colum. de do. & contuma. quod pœ-
na l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* non habet locum in foro con-
ſcien. ſupra apparet, quod fur non debet furca ſuſpendi, vel
alia pœna corporali de iure communi affici, de quo eſt text. *in
§ pen. in auth. vt nul. iud.* vbi dicit text. pro furto nolumus omni-
no quodlibet membrum abſcindi aut mori. idem firmat gloſſ.
iuris canonici *in cap. inter alia. de immun. Eccleſ.* & qui vult hoc al-
legare, debet hoc expreſſe probare, *cap. is qui. de ſenten. excommu.
l. at ſi quis, in §. diuus. ff. de relig. & ſump. fun.* fallit tamen in famo-
ſis latronibus, *l. capitulum. §. famoſos. ff. de pœn.* & illi dicuntur
famoſi latrones, non qui ſępius furati ſunt, ſed qui homines
in locis aggrediuntur. & bona eis auferunt, quos vulgò appel-
lamus aſſaſſinos, ſecundum Ang. ibi allegantem tex. *in l. prætor.
in §. aduerſus eos qui cadauera.* ibi, *armati morte latronum idegerint.
ff. de ſepul. viola.* & dicit Bald. *in auctẽn. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. in
5. colum.* quod aſſeſſores † non debent pati quempiam præſta- 39
re patrocinium pro inſignibus latronibus: allegat tex. *in l. per
omnes. C. de defenſ. ciuit.* Dicit tamen Bald. *in d. auctẽn. ſed no-
uo iure.* † quod ſtante conſuetudine, quod quis debeat ſuſpen- 40
di pro tribus furtis, ſi vnus commiſit vnicum furtum magnum
æquiualens tribus paruis, punietur pœna ſtatuti allegat tex. *in
l. ſi is qui in tres, in §. pen. ff. de excuſat. tut.* & quia iudex propter de-
licti enormitatem & ex iuſta cauſa poteſt tranſgredi leges, ſe-
cundum Inno. *in c. 1. de conſtit.* pro quo allego tex. *in l. ſi quis filio
exhæredato, in §. quid tamen. verſ. niſi forte. ff. de iniuſt. rup. teſtamen.*
Idem tenuit Bald. *in capit. 1. in §. iniuria. de pac. iur. fir. in vſib. feu.*
Angel. *in l. quod ſi nolit, in §. qui aſſidua. ff. de ædili. edict.* Ang. Aret.
in tractatu maleficiorum, in verbo, veſtem cœleſtem abſtulit. Sed in
hoc contrarium tenet Paul. & Salice. *in d. auct. ſed nouo iure. C.
de furt.* Ioan. de Ana. *in cap. fin. de furt.* quia potius ſtatutum con-
ſiderauit conſuetudinem furandi quam ipſum furtum, *d. l. ca-
pitalium, in § graſſatores. ibi, ſi ſæpius. &c. & §. ſolent, eod. tit.* & † rei- 41
terantibus delicta difficilius venia conceditur, *l. 3 C. de epi. au-
di.* & per illum tex. dicit ſingulariter Guil. de Cuneo, quod ſi
quis habuit gratiam de vno homicidio, ſi poſtea fecit alterũ
homicidium, & de illo etiam obtinuit gratiam non facta men-
tione de illo primo homicidio, iſta impetratio eſt ſubreptitia:
& ita dicit Dominus And. Barb. *in cap. ſuper literis, in 24. colum. de
reſcrip.* ſe vidiſſe decapitari vnum in iſta ciuitate Bononię, quia
non fecerat mentionem de primo homicidio, de quo tamen
habuerat gratiam: facit text. *in cap. poſtulaſti, in verbo, non de leui.
ſupra de reſcrip.* & ibi Dom. Felin. ſequitur etiam hanc deciſio-
nem Guiliel. Hinc eſt, quod etiam famoſus † latro pro prima 42
vice veniam meretur, ſecundum gloſ ſingularem, *in c. qualiter
& quando. ſecundo, ſupra de accuſat.* quem ſequitur Angel. de Arę.
in §. ex maleficijs. Inſti. de acti. in 2. colum. & eſt text. *in d. §. graſſato-
res, ibi, ſi ſæpius. ff. de pœnis.* facit gloſſ. *in c. fi. 14. q. vlt.* † quæ vult, 43
maius eſſe peccatum cognoſcere turpem, quã formoſam: quia
formoſæ magis alliciunt mentes hominum ad libidinem, quã
turpes, à quibus maxima cum facultate quis poteſt ſe abſtine-
re: & iſta opi. eſt æquior, ideo tenendo, *l. ſi de interpretatione. ff.
de pœn.* & non obſtat *d. l. ſi is qui in tres, & in §. pen.* nam ideo ibi
vna magna tutela æquiualet tribus, quia ibi agitur de delibe-
rando tutore ab onere alterius tutelæ. Hic autem agitur de im-
ponenda pœna, & ſic dé condemnando, longe ergo eſt diſpar
ratio, *l. Arianus. ff. de actio. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.* &
ſi dicatur: Immo nos ſumus in materia fauorabili, cum aga-
tur de puniendis maleficijs, quod intereſt reipublicæ *l. ita vul-
neratus, ff. ad l. Aquil. l. licitatio. in §. qui illicita. ff. de public. capit. vt
famæ. de ſenten. excommu.* Barto. *in l. quemadmodum. C. de agri. &
cenſib. lib. 11.* lex enim lata † fauore reipublicæ interpretatio-
ne adiuuanda eſt, *l. hoc modo. ff. de condi. & demonſtra. l. ſi quis in 44
grau. §. vtrum, verſicu. hi quoque. ff. ad ſenat. conſul. ſyll.* Bald *per
illum textum in l. 1. C. de preci. Imperat. offer.* quia iſta procedunt,
quando delictum remaneret impunitum, alias ſecus, prout
in caſu noſtro: quia tunc non ſit extenſio ſecundum Bart. ſin-

gulari-

gulariter, *in l. 2. in §. exercitum. ff. de his qui notau. infam.* Vel alio modo poteſt dici, quod ideo ibi illa tutela æquiparatur tribus paruis, quia eadem ratio militat in illa tutela magna, quę militat in tribus paruis, videlicet ne nimium tutor oneretur: ſed in caſu iſtius ſtatuti militat diuerſa ratio in trib. furtis, in quibus deprehenditur conſuetudo furandi, quæ non deprehenditur in vnico furto. Non obſt. quòd iudex poſſit præterire leges, &c. quia illud procedit in maioribus iudicibus, prout eſt Præſes Prouinciæ: ita ſingulariter limitat Bal. *in auct. hodie. C. de iudic.* facit text. *in l. diuus, la 2. ff. de falſis,* vbi hoc non poteſt fieri inconſulto Principe.

REPETITIO
IN CAP. VT ANIMARVM.
De Conſtitutionib.

Præclariſſimi I. V. C. D. Franciſci Zabarellæ, Pata.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, vt, cauſatiuè ponitur.*
2 *Cauſa debet inferre ſuum cauſatum, & ei proportionari.*
3 *Statuta omnes ſcire tenentur, & ideo non poteſt allegari ignorantia.*
4 *Metus non excuſat, quem non præcedit culpa.*
5 *Excommunicatio impropriè appellatur ſententia; ſic etiam abſolutio.*
6 *Negationes duæ faciunt vnam affirmationem, quando referuntur ad idem verbum: ſecus ſi ad diuerſa.*
7 *Abſens & ignorans an ligetur per ſententiam ſui ordinarij.*
8 *Ordinarij qui dicantur.*
9 *Ignorantes non ligari an indiſtinctè ſit verum. num. ſeq.*
10 *Anima ligari non debet ſine culpa & conſenſu.*
11 *Ignorantia ſupina quæ dicatur. & num. ſeq.*
Et an ſit differentia inter ſupinam & craſſam.
13 *Epiſcopus ſi certum quid probibeat, puta excommunicat furtum committentes: ſi metropolitanus eius illud committit, an ligetur.*
Et quid de ipſo conſtituente contrafaciente ſtatuto.
14 *Priuilegiatus ne poſſit excommunicari, an ligetur ſtatuto excommunicante furantes, ſi ipſe furatur.*
15 *Excommunicatio lata à ſtatuto dicitur ſententia iuris, ſeu canonis.*
16 *Statuens gerit perſonam publicam, delinquens autem priuatam.*
Et in generali diſpoſitione perſona loquens comprehenditur.
17 *Archiepiſcopus eſt ordinarius prouinciæ.*
18 *Epiſcopus ſtatuens an ligetur ſuo ſtatuto.*
Diſpenſatione in generali non includitur id, quod expreſſum foret illicitum.
19 *Epiſcopus nec ſe nec ſuperiorem poteſt abſoluere, & minus ligare.*
20 *Indulgentiam concedens ea non gaudet, nec eius ſuperior, & tamen habet perpetuitatem.*
21 *Iudex poteſt condemnare ſubditum exiſtentem extra territorium, & ſi eius ſtatutum extra territorium non extendatur.*
22 *Poteſtates in eccleſia militante quæ ſint.*
23 *Epiſcopus ligatur ſuo ſtatuto non à ſeipſo, ſed auctoritate archiepiſcopali, & Papali.*
24 *Sententia viuæ vocis an diſſtrat à ſententia lata à ſtatuto. num. ſeq.*
25 *Sententia non poteſt contra aliquem ferri, niſi ſeruato ordine iuris.*
26 *Princeps quicquid agit deliberatè, eſt lex, quia eſt tota vniuerſitas in virtute: ſecus ſi ex abrupto.*
27 *Pactum tutoris factum cum creditoribus pupilli de certa quota eis ſoluenda non ſtringit tutorem.*
28 *Sententia excommunicationis ſi eſt lata contra aliquem, ſub conditione, qui pendente conditione efficitur de foro alieno, nunquid adueniente conditione ligabitur.*
29 *Statutum Epiſcopi an liget delinquentes extra territorium. numero ſequenti.*
30 *Iudicis decretum reſtringitur ad eius territorium, & res in ſuo territorio exiſtentes.*
31 *Furtum damnatur lege diuina, can. & ciuili.*
32 *Verba generalia in expreſſè probibitis maiorem effectum operantur quàm expreſſa.*
33 *Statuti verba aliquādo ſcribuntur in perſonam, aliquando in rem.*
34 *Statutum vt ſit certum, debet referri ad territorium ſtatuentis.*
35 *Subditus ſi delinquit in loco exempto, an ligetur.*
36 *Exemptus ſi delinquat in loco nō exempto, nunquid ligetur per conſtitutionem ſeu ſtatutum vnius loci non exempti.*
37 *Papa quare diſpoſuit, quòd ſtatutum generale non extendatur extra diœceſim.*
Clauſula generalis non extenditur ad ea, quæ expreſſa errorem inducerent, vel contra ius eſſent.
38 *Sententia reſtringitur ad tempus, quo quis eſt iudex, non autem ad tempus, quo futurus eſt priuatus.*
39 *Subditus an conueniatur coram iudice domicilij, an in loco delicti.*
40 *Inferior Epiſcopo an poſſit habere territorium.*

VT ANIMARVM. Gloſſa prima dicit, propter quid fuit
edita hæc decret. & eam diuidit. Et ſi vis apertius ſic diuide.
Primo in duas, ſicut duo ſunt dicta. ibi ſecunda, ſtatuto.
Et prima ſubdiuiditur in tres. quia primo pręmittit rationē diſpoſitionis.
Secundo diſpoſitionem ſubiungit. Tertio illam
limitat, *ibi ſecunda:* Sinus. *ibi tertia:* Dum tamen. Secunda principalis
etiam ſubdiuiditur in duas, quia primò ponit dictum,
ſecundo rationem, *ibi ſecunda ſecundæ,* Cum extra territorium.
Gloſſ. etiam hic ſummat, pone caſum, & lege litteram. † Vt 1
[hæc dictio cauſatiue ponitur pro quo, vide quod not. *de condit. app. verum. in fin. ſecundæ gloſſ.* & ſuper ea per Ioan. And. Nolumus.
] hoc verbum videtur inductiuum iuris noui, vt not.
gloſſ. *in Clement. vnica, de offic. vica.* & eſt gloſſ. fin. vbi loquitur
de verbo, *nolumus.* Furtum.] exempli cauſa ponitur, nam idem
in quolibet alio delicto, cùm ſequens ratio ſit eadem. Ioan.
And. Ius dicenti.] id eſt, iudici etiam ordinario, *ff. ſi quis iuſdi. non ob. in rubro. & l. vna, quaſi per totum.* ¶ † Oppono primò, quia 2
cauſa debet inferre ſuum cauſatū, & ei proportionari: & ideo
debet inferre dictum legis, vt ſic vbicunque locum habet lex,
habeat locum eius ratio & econuerſo, *ff. ad leg. Aquil. l. illud. in princip. ff. de fonte. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de bo. poſ. ex teſta. mili. l. 1. in princip. & C. de interdict. l. 1.* Not. gloſſ. *in l. non omnium. ff. de legi.*
Sed hic in princip. dicit, quòd vult prouidere periculis animarum,
& poſtea diſponit, quod ignorantes non ligentur per
ſententias ſtatutorum generaliter, cum tamen ſint aliquę ſententiæ,
in quibus non agitur de periculo animę nec per illas anima
ligatur, ſed ſolùm corpus: ſolue vt in gloſſ. 5. † Oppono
ſecundò. quia ſtatuta non poſſunt ignorari, cùm omnes ea 3
ſcire teneantur, *ſup. eod. c. 1. in Greg. compil.* Nec auditur allegans
ignorantiam ipſorum, *in auth. vt factæ not. conſtit. circa princ. col. 5. & ſup. de poſtu. prælat. cap. 1.* fiunt etiam publicè: & quod publicè
factum eſt, ignorari non poteſt, 38. *diſtinct. etiam. in princip. 22. quæſt. 2. cap. ſi. ſup. qui mat. accuſ. poſ. cum in tua. 12. q. 2. qui diuinis. 11. quæſt. 3. ſi quis laicus. ff. de inſtito. l. & ſi pupillus. §. præſcribere. ſolue vt in glo. 3.* ¶ Oppono tertiò, quod immo ligentur ignorantes. Eſt
enim quid eis imputetur, quia potuerunt informari, aliàs non
videntur excuſabiles, ſicut † non excuſat metus, quem non
præcedit culpa, *ff. quod met. cauſa. l. ſi mulier. gloſſ. 6.* tangit hoc. 4
¶ *In § ſtatuto.* oppono de *c. Romana. §. caueant. inf. de ſenten. excom.*
ſolue, *vt in gloſſ. ſuper verbo, commiſerint.* & adde ad finem gloſſ.
quod not. *in præalleg. c. Romanæ. in gloſſ. quia tractus. & ſuper ea.* †
Item oppono, quia text. dicit, excommunicationis ſententia: 5
videtur enim, quòd ſit potius pœna, 11. *quæſt. 3. nemo epiſcoporū,*
24. *q. 3.* corripiantur. ¶ Sol. impropriè appellatur ſententia, vt
hic, *& de ſenten. excom. per totum. 18. diſtin. c. vlti.* Sic etiam abſolutio
impropriè dicitur ſententia, 11. *quæſtio. 3. cap. 2.* Excommunicatio
enim potius punit, quàm cauſæ finem imponat, ſecundùm
Archid. hic, & fuerunt verba Tan. Item oppono, innuit
textus in fin. quia † duæ negationes faciunt vnam affirmationem,
l. duobus verbis. ff. de verb. ſignific. & ſic innuit text. 6
in fin. quòd non parens ſit puniendus, cuius contrarium voluit
auctor, *cap. iſtius.* Gloſſa vltima metu iſtius contrarij exponit
textum. Ad contrarium autem formaliter dic, quòd
duæ negationes faciunt vnam affirmationem, quando referuntur
ad idem verbum. Secus ſi ad diuerſa, *ff. de iureiuran. l. ſi duo patroni. §. Marcellus. ſupra de iureiuran. & ſi Chriſtus.* ſecundùm
Ioan. Mon. & Ioan. Andr. quod verbum non pareatur,
poteſt legi compoſitæ, id eſt, inobediatur idem eſt dictum. Et

hic

hic poſſent formari duæ obiectiones ex his, quæ habentur *inſ.*
7.quæſt. quæ ſoluuntur per ibi notata. ¶ Quæro, quia in princi-
pio text. dicit per ſtatuta, quia in ſententijs generalibus, quas
proferunt ordinarij viua voce in modum ſtatutorum. pone
exemplum *in cap. conſtitutis, infra de teſtibus. & de iureiuran. ad no-*
ſtram.2. Reſpondeo, ſecundum Ioan. And. idem eſſe, ſcilicet
quod ignorantes non ligantur, & multo fortius, quia tales
ſententiæ non ſunt perpetuæ, nec habent vim legum ſicut
ſtatuta, vt not. gloſſ. penult. *in cap. à nobis, 1. ſupra de ſenten. excom-*
mun. Sed contra facit quod not. gloſſ. *in cap. Apoſtolicæ. ſupra de*
cle. ex. mi. vbi dicitur, quòd abſens & ignorans ligatur per ſen-
tentiã ſui ordinarij. ¶ So. ꝙ ibi dicitur, loquitur quãdo nomi-
natim excommunicatur ignorans: hic autẽ quando per verba
generalia ſententia promulgatur, & ſic ſolum ad ſcientes re-
8 ſtringitur. ¶ Quæro ſecundò, † qui dicantur ordinarij. Solut.
vt in gloſſ. 5. *quæ incipit, Qui dicantur,* quæ remittit ad *c. cum ab ec-*
cleſiarum. de offic. ordin. vbi plene de hoc per gloſſ. & per Innoc.
Archid. autem hic repetit. & eſt eius concluſio, quod quili-
bet prælatus, qui ex electione habet prælaturam, eſt ordina-
rius & habet iuriſdictionem. Allegat quod not. 1 Hug 11. *quæſt.*
3. nullus. Et Ioan. *ead. cauſa, & quæſt. qui reſiſtit.* dicens. quod ple-
banus ruralis dicitur ordinarius, quia & paſtor appellatur, *63.*
diſtinct. ſi in plebibus: & ſic videtur poſſe excommunicare, *1. quæſt.*
1. vt euidenter. in fin. & 11. quæſt. 3. cap. 1. de hac materia alibi ali-
latius Et not. de hoc Archid. *in cap. 1. inf. de ma. & obe l.* ¶ Quæro
9 tertiò, nunquid quod hic dicitur, ignorantes non ligari, ſit in-
diſtinctè verum. Et videtur quod non, per ea quæ not. *in d. c. à*
nobis. 1. ſup. de ſentent. excom. Contrarium tenet hic Ioan. And. di-
cens per hunc textum determinari, maxime per ſequens re-
ſponſum, quod etiam ſi ſtatutum puniat aliquid prohibitum
l. diuina vel canonica, tamen ignorans non ligabitur. Et per
hoc ſecũdum eum determinatur hic, quod not. Ioan. de Deo,
lib. 2. quæſtionum, quæſt. 3. & 4. vbi quærit, an impubes, qui falſa-
uit inſtrumentum: & an monachus, qui tulit falſum teſtimo-
nium, ignorantes conſtitutionem epiſcopi, quæ tales excom-
municat, ligentur per illam. Quicquid enim ibi dixerit Ioan.
de Deo, tenendum eſt quod non ligantur pœna epiſcopalis
ſtatuti, quod potuerunt ignorare, vt hic. Ita tenet Ioan. And.
Legiſtæ autem, & maxime Bart. *in l. 1. C. de ſum. Trin.* ſic diſtin-
guit. Aut enim ſtatutum punit ſeu damnat aliàs damnatum l.
diuina, canonica, vel ciuili. & tunc etiam ignorans ligatur il-
lo ſtatuto, *vt C. vbi de crimi. agi. opor. authen. quæ in prouincia. ff. de*
extraor. crimi. l. ſæcularij. ſup. de ſent. excom. à nobis. 1. No. Dynus.
in l. ſi cui. §. ſinem. ff. de accuſ. & Cyn. ponit *in l. 1. C. vbi ſena. vel cla.*
Et ſic forenſis aliunde veniens faciens contra ſtatutum, quod
prohibebat damnatum aliàs de iure communi, etiam ſi ſit i-
gnorans, ligatur ſecundum eos. Quam opinionem ſequitur
dominus meus, *in præalleg. c. à nobis. 1. ſup. de ſentent. excom.* Ex qua
infertur, quod opinio Ber. quam ponit etiam in illo, *c. à nobis.*
& quam recitat gloſ. hic ſit vera & certe hodie ita practicatur.
Vnde ſi aliquis forenſis delinqueret in ciuitate iſta, etiam ſi
neſciret ſtatutum, quod diſponit de pœna illius delicti, tamen
teneretur, quod ligatus eſſet. Poſſet tamen forte fieri diſtin-
ctio inter pœnas ſpirituales & corporales, vt in primis ſtamus
cum Ioan. Andr. hic, quod text. iſte generaliter intelligatur,
quod ignorans non ligetur. In corporalibus autem ſtamus gl.
Ber. & dictis legiſtarum. Et ſit ratio differentiæ. quia primæ,
10 ſcilicet, ſpirituales † inferuntur in animam, quę ligari non de-
bet ſine culpa & cõſenſu. Ex quo autem præſupponitur, quod
iſte ignorauit ſtatutum, licèt commiſerit aliàs rem illicitã, ta-
men illa pœna ſpiritualis, quæ infertur in animam, non debet
ligare cum fuerit ignorata. In corporalibus autem pœnis eſt
quid imputetur ſibi, qui ſe non informauit. Sed hęc diſtinctio
non bene poteſt iure probari. Vnde hęc diſtinctio deberet re-
ſtringi ſecundum diſtinctionem iſtã, ſcilicet vt loquatur quã-
do ſtatutum erat promulgatum ſuper eo quod aliàs non erat
damnatum, *vt inf. ſequitur.* Aliquando autem ſtatutum dãnat
aliàs non damnatum: & tunc ſubdiſtinguunt, quia aut foren-
ſis ſtetit tanto tempore in loco, quod veriſimile eſt ipſum de-
bere ſcire ſtatutum: & tunc punitur ſecundum illud ſi delin-
quat, *l. 2. C. vbi de cri. agi. opor.* & ibi de hoc in gloſſ. finem. De ci-
ue ergo non eſſet dubium, quin ſtringeretur. Aut forenſis non
ſtetit tanto tempore, quod veriſimile ſit eum ſcire. & tunc aut
prohibitum in ſtatuto erat prohibitum in alijs ciuitatibus cõ-
uicinis & quaſi communiter omnibus vt puta extrahere bla-
dum de terminis: & tunc ligatur etiam ignorans, *l. fin. §. licet*
quis. ff. de public. Aut illud non erat alibi prohibitum, & tunc ſi
delinquit ſcienter ligatur. Si autẽ ignoranter, non ſtringitur,
l. ſi. ff. de decr. ab or. fa. ¶ Et ſic iſto modo cum iſta diſtinctione ha-
bet iſte text. ſuam veritatem. In curijs tamen eccleſiaſticis ſer-
uatur opin. Ioan. And per plures. Licet dicta diſtinctio vi-
deatur multum iuri cõueniens, & melius ſaluat opiniones. Et
ſic iſte text. eſt intelligendus, quando ſtatutum punit aliquid
quod ignorari poteſt. In caſib. autem præmiſſis, quando ſta-
tutum punit id, quod eſt aliàs damnatũ l. diuina, canonica vel
ciuili: vel quando ſtatutum erat commune in plurib. partibus
vel quando ille cõtrafaciens ſtetit tanto tempore, quod † ve- 11
riſimiliter ſcire potuit, ſi allegat ſe ignoraſſe, non eſt audien-
dus, quia talis ignorantia dicitur ſupina, vt no. glo. *in l. ſi. §. licet*
quis. ff. de public. præall. quam gloſſ. approbat ibi Bart. Et facit *l. ſed*
& ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſtito. & l. regula. §. ſed facti. ff. de iur.
& fa. igno. quas etiam ibi gloſſ. allegat. Et ſic optimè concordat
iſte text. qui excuſat ignorantes, niſi ignorantia ſit craſſa & ſu-
pina. ¶ † Quæro quarto, quæ dicatur ignorantia craſſa & ſu- 12
pina. ¶ Sol. ſecundum gloſſ. *ſuper verbo, ſupina.* quæ tamen glo.
non facit differentiam inter craſſam & ſupinam, quam vide-
tur facere text. propter diſiunctiuam, aut. Arch. autem hic la-
tius tangit, dicens illos dici ignorantes, qui nec de iure nec de
facto aliquid ſciunt de aliqua re, nec inde aliquid ſuſpicantur.
Quæ fuerunt verba Vin. & Go. Dicit demum quid ſit ignorã-
tia craſſa, & quid probabilis. Remittens ad nota. 38. *diſtinct. in*
princ. 22. quæſt. 2. c. vlt. & ſup. qui ma. accu. po. cum in tua. ver. alioquin.
12. q. 2. qui damnis. 11. q. 3. ſi quis laicus, ad fin. ff. de inſtito. l. ſed & ſi pu-
pillus §. præſcribere. Sed quia non declarat differentiam inter
craſſam & ſupinam, ideo dic quod dicitur ignorãtia craſſa per
quandam metaphoram, id eſt ſimilitudinem. Sicut enim oculi
craſſi non vident rem in debita diſtantia & qualitate & quan-
titate, ita talis ignorantia obnebulat iudiciũ, vt nec rectè diſ-
cernat rationem eligibilis, ſed de ipſa iudicat ſecundum con-
formitatem adaptantem. Supina autem dicitur, eo quod non
eſt erecta ad iudicium rationis, ſed proſtrata iacens non curat
inquirere rationẽ eligibilis. Quæ verba ſunt commentatoris
Burlei, 3. *Ethicorum tractatu primo,* vbi de multiplici ignorantia
tractat Philoſophus. Et eſt hæc differentia potius verbalis
quàm realis quantum ad inducendam diſpoſitionem diuer-
ſam. In iure enim cõtinuè æquiparantur ignorantia craſſa &
ſupina, & quod in altera diſponitur in alia locũ habet. ¶ Quę-
ro quarto, ſecundum ꝙ quærit hic Archid. † nunquid ſi epiſ- 13
copus certum quid prohibeat per ſuũ ſtatutum, puta quia ex-
communicat oẽs furtũ committentes, & metropolitanus eius
illud poſtea cõmittit, an illo ligetur. Recitat opin. dicentium,
ꝙ non, de quib. *3. q. 6. c. 1. 22. diſt. ſi qui ciuium. in gl. 2. & ſup. de rap. c.*
1. vbi de hoc per Go. & alios. *de maio. & obed. cũ inferior,* per Inn.
& Hoſt. *in ſumma de ſent. excom. §. quis valeat. ver. quid ergo.* ¶ Eo-
dem modo quærit Archid. de ipſo conſtituente & contra ſta-
tutum faciente, an ligetur. ¶ † Quærit etiam tertio de priuile- 14
giato, ne poſſit ab aliquo excommunicari: an ſcilicet ligetur
per ſtatutum excommunicans furantes, ſi ipſe furatur. Et ad
hoc vltimum dicit Archi. quod ſic. Dicens. quod priuilegium,
niſi aliud in eo exprimatur, debet intelligi quod nõ poſſit ex-
communicari, ſcilicet ab homine. Secus autem eſt in excõmu-
nicatione lata à ſtatuto, quia illa dicitur ſententia iuris, ſeu ca-
nonis, alleg. ad hoc *3. q. 4. nullus. in fi. & de ſent. excom. nuper. §. in ſe-*
cundo. ſup. de maio. & obe. ſi quis venerit. 11. q. 3. ſi autem. ¶ Item quia
generale ſtatutum promulgans nõ fert ſententiam in aliquẽ,
ſed committens factum iam à tali canone damnatum ligatur
ex ſuo facto ſeu delicto. Pro hoc allegat quod not. Innoc. *in c.*
à nobis. 1. & c. nuper. de ſent. excom. Et dicit Arch. ſic debere intel-
ligi *c. ne aliqui. & c. ſi Papa. §. idem. inf. de priuilegijs.* & de hoc ibi, *&*
in c. 1. eod. tit. In primis autem dubijs tenet Archid. quod & me-
tropolitanus & epiſcopus ſint excommunicati, ſi faciunt cõ-
tra ſtatutum: & mouetur, quia iſta non ligantur ſententia puri
hominis, ſed veri Dei: epiſcopus n. auctoritate Apoſtolica ge-
nerali habet auctoritatem faciẽdi canonem, à quo nullus ex-
cluditur, & ſic talis dicitur ligari ſententia Papæ. Ad ꝙ inducit
Archid. *c. nemo contemnat. 11. q. 3.* Dicens, quod efficaciter facit.
Remittit autem de hoc ad nota. per ſe. *inf. de ſen. excom. Romana.*
§. caueant. & §. 1. D. Ioan. And. in iſtis duob. §. de metropolitano
& Archiepiſcopo, tenet hic contrarium, remittens ad notata
per ſe, *in cap. 1. ſupra. de rap. & in cap. ne aliqui. infra. de priuilegijs.*
& la-

& latius in regula, *cui licet, in quæſtione ibi poſita, inf. de reg. iur.* D.
Ioan. Cald. *in repet. c. 1. de rap. præalleg.* tenet cum Ioan. Andr. D.
meus, *in c. cum inferior. de maio. & obe.* videtur ſentire cum Arch.
licet concludat opinionem Ioan. And. magis approbari. Hæc
contentio antiqua fuit Hug. *in cap. 1. 3. quæſt. 6.* tenuit quod li-
garent. Ibi tamen loquitur de metropolitano tantum, dicens,
quod ſuffraganeus per ſententiam ipſum delinquentem non
poteſt cohibere, ſed per ſtatutum ſic. Ex eo, quia veniens con-
tra ſtatutum incidit in factum iam damnatum à lege, *24. quæſt.
1. c. 1. & 2. & 3.* Bar. Brixi. *in præall. c. 1. q. 5.* idem tenet per *l. 3. ff. de
offic. præſid.* De ipſo autem epiſcopo ſtatuente idem videtur te-
nuiſſe Hug. *in canone, Adrianus. 63. diſt.* Pet. de Bellapet. *in auth.*
16 *quibuſcunque. C. de ſacroſan. eccleſ.* idem tenet. † Mouetur, quia
ſtatuens gerit perſonam publicam, ſed delinquens gerit pri-
uatam. Item quia in generali diſpoſitione perſona loquens
comprehenditur, *ff. de admi. tut. l. cum hæreditas ff. de pact. l. cum in
eo.* Quidam fuerunt diſtinguentes, quod aut epiſcopus ſolus
promulgabat ſtatutum, & tunc nec ipſe nec metropolitanus
eo ligantur. *C. de legi. l. digna vox.* Aut non poteſt ſolus facere,
ſed cum capitulo ſuo, vt habetur *in cap. quanto. ſup. de his quæ ſi. à
præla.* Et tunc tenent cum Hug. & Arch. quod ligetur. Lauten,
17 & Gof. ſimpliciter tenuerunt neutrum ligari, quia † archie-
piſcopus eſt ordinarius prouinciæ, *9. quæſt. 3. cap. 2.* Quę ratio i-
dem & fortius probat in ordinario per *cap. cum epiſcopus. infr. de
offic. ordin.* Hos ſequitur Hoſtien. *in ſum. præalleg. de ſent. excomm.*
Bertam. prouincialis. Idem in Archiepiſcopo, *per cap. graue. de
præben. & de ſentent. excommun. à nobis. 1. & in authen. de defen. ciu. §.
non habente.* Fundatur hæc pars, ſcilicet quod Archiepiſcopus
non ligetur per multa iura, *ff. de mino. l. minor autem. ff. de arb. l.
nam magiſtratus 21. diſtinct. inferior. de maio. & obe. cum inferior. de
18 elect. ne Romani, in cle.* † Quod autem epiſcopus ſtatuens non li-
getur faciunt iura multa. *ff. de arb. l. pen. de inſtitut. cap. fin. ff. de do-
nat. inter vir. & vxo. l. quod autem. §. vxori. 23. quæſt. 5. poſt princ.* Ipſe
etiã Ioan. And. induxit alias rationes, quia in generali diſpo-
ſitione non includitur id quod expreſſum foret illicitum, *de
verbo. ſign. ex parte. 3. & infra de iu. capitul. 1.* Hoc autem maxime
ſecundum eum procedit in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris,
ſup. de iniurijs, in noſtra. ſed ſi ſtatuens dixiſſet, expreſſe, quod
vellet ligare ſe, vel Archiepiſcopum, fuiſſet illicitum: ergo,
19 &c. Ad hoc, *inf. de reg. iu. in generali.* Item † quia epiſcopus nec
ſe, nec ſuperiorem poteſt abſoluere. Ergo multo fortius nec
ligare, quia par eſt poteſtas, *de pœn. diſtinct. 1. verbum.* Quòd non
20 poſſit abſoluere probat, quia † concedens indulgentiam non
gaudet ea, vt not. Vin. & ipſe poſt eum, *in c. cum ex eo. ſup. de pœn.
& remiſ.* Nec ſuperior eius, *vt in c. quod autem. eod. titu.* & tamen
talis indulgentia habet perpetuitatem, vt not. *gloſſ. in c. ſi. ſup. de
offic. leg.* D. Ioan. Cald. *in præalleg. cap. 1. de rapt.* dicit, quod ſi poſ-
ſet verè probari, quod maiorem poteſtatẽ haberet iudex circa
delinquentem, vbi per ſtatutum pœna ponitur, quàm habeat,
cum per ſententiam hominis promulgatur, crederet opinio-
nem Hug & ſequacium eſſe veram, vt tunc vigore ſtatuti liga-
retur, qui à ſtatuente per ſententiam puniri non poſſet. Sed
21 ſecundum eum contrarium reperitur: † nam ſubditum exiſtẽ-
tem extra territorium iudex per ſententiam excommunicat,
ſecundum quod not. *in c. finem. ſup. de fo. compet.* & facit *c. tua. vt
lite non conteſt.* & tamen ſtatutum eius extra territorium non
extenditur, vt in hoc. *Dominus meus in c. cum inferior, præalleg* di-
22 cit ponderandum, quod † in eccleſia militante ſunt poteſta-
tes mouentes tantum, ſicut eſt Papa. Sunt mouentes & motæ,
ſicut ſunt patriarhæ, archiepiſcopi, & epiſcopi, qui mouent
ſubditos, & mouentur à ſuis ſuperioribus. Sunt motæ & non
mouentes, vt ſubditi, ad inſtar orbis cæleſtis: ibi enim Deus
mouet, & à nullo mouetur. Intelligentiæ autem mouentur à
Deo, & mouent alias inferiores, & ipſæ, inferiores mouentur
23 & non mouent. † Modo ad propoſitum dicit ipſe, quod epiſ-
copus ſtatuens ſi ligatur ſuo ſtatuto ſecundum opinionẽ Hug.
& ſequacium, non poteſt dici quod ligetur à ſeipſo, ſed ligatur
auctoritate archiepiſcopali & Papali, à quibus radicaliter po-
teſtas epiſcopalis ſumit fundamentum: & idem ſecundũ eum
diceretur de archiepiſcopo. Vel ſecundum eum poſſet diſtin-
gui de archiepiſcopo, quia aut agit contra ſtatutum epiſcopi,
vt archiepiſcopus: & tunc non ligatur. Pone exemplum, ſta-
tuit epiſcopus quod in certa eccleſia certa die non celebretur.
Archiepiſcopus in apparatu ſolemni celebrat: non dicitur fa-
cere contra ſtatutum, ita quod afficiatur pœna ſtatuti. Aliàs li-

citum eſſet inferiori tollere iuriſdictionem ſuperiori ſuo. Aut
agit vt priuatus, puta quia ſtatutum arctabat furantes, & ipſe
furatur: & tunc intelligatur ligatus: dicit tamẽ *vt ſup. dixi*, quod
opinio contraria communiter approbatur, ſcilicet quod nec
metropolitanus nec epiſcopus ſint ligati. Opinio Hug. & Ar-
chid. forte eſſe æquior & fauorabilior, vt crimina corrigeren-
tur, *ſup. de ſent. excom. vt famæ.* Et ſi ego illã ſequerer, dicerem eſſe
† magnam rationem differentiæ inter ſententiam vocis viuæ 24
& ſententiam latam à ſtatuto. Hoc maximè dico, quia propter
verba D. Ioan. Cald. qui vt ſtatim dixi dicit, quod teneret cum
Hug. ſi videret rõnem differentiæ inter ſententiam & ſtatutũ
quantum ad vim ligandi: ipſa enim ſententia vocis viuæ oẽm
auctoritatem & ſubſiſtẽtiam trahit ab auctoritate epiſcopali.
Quod patet, quia ſtatim eo mortuo vel à dignitate amoto ex-
pirat ſententia. vt no. gl. *in c. à nobis. de ſent. excom.* Statuta autem
ab eo facta aliunde habent robur, & ſunt perpetua, ſicut dici-
mus in ſtatutis factis per legatum. *ſup. de offic. leg. c. ſi.* Vnde ipſa
ſtatuta ſtatim cum ſunt ab epiſcopo abſoluta, eorum reſpectu
epiſcopus dicitur cauſa efficiens, ſed non conſeruans: item ſta-
tuta ſunt ad regulationẽ diœc. ipſa autem ſententia directo &
principaliter ſcribitur in perſonas. & hęc eſt ratio, vt ſtatim tã-
gam, quare ſententia afficit extra territorium & non ſtatutum
† & etiam ſententia non poteſt contra aliquem ferri, niſi ſer- 25
uato ordine iuris, de quo ordine habetur, *in c. quoniã contra fal-
ſam, de prob. ſup.* & facit quod habetur, *in c. ſi. de re iud. inf.* Statuta
autẽ, quia in diœc. ſcribũtur, & directo & principaliter perſo-
nas non concernũt, ſed ſolum vim conſequentiæ, & ſuper fu-
turis promulgantur, vt *in c. quoniam conſtitutio. ſup. de conſtit.* non
exigunt certum ordinẽ iuris: in eis. n. attenditur ſola ſolẽnitas
tempore promulgationis, vt ſ. promulgentur pro euidẽti vti-
litate, maxime quando diſponerent aliud, quàm prius ſeruatũ
fuiſſet. Sicut in legũ promulgatione dicitur *in l. in rebus. ff. de le-
gibus.* Vnde ſi per ſtatutum epiſcopi aliquis ligatur, non poteſt
dici directo & immediatè ligatus ab epiſcopo. Aliàs ſequere-
tur, quòd, mortuo ipſo epiſcopo, ille ipſo iure eſſet ſolutus, ꝙ
eſt falſum, ſed in ſententia ſecus, quia ſola auctoritas epiſcopi
ligat ipſa mediante. ideo ſi aduertatur, dicendo epiſcopum li-
gari per ſuum ſtatutum, non infertur, ergo ipſe ligat ſeipſum:
ſed bene infertur, quòd ligatur à ſtatuto per ipſum promulga-
to, & ſic à cauſa ſumente ab eo robur in præterito, non autem
quæ continue viuificetur ab eo. Et propterea ſequendo illud
quod ſcribitur, *Eſaia 10. nunquid gloriabitur ſecuris contra eum,
qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur.*
Quæ verba ponuntur *in c. inferior. 21. diſtinct. & in §. finem. 23. q.
5.* dicerem, quòd non eſt inconueniens, quòd ſerra ſecet illum,
qui eam conſtruxit: nec quod ſecuris cædat ſuum artificem.
Hoc enim eſt bene poſſibile: ſed quod ſecuris cædat cædentẽ,
& ſerra ſecet ſecantem, hoc penitus eſt impoſſibile ad bonum
intellectum. Sic modo ad propoſitum faciendo, quod ſtatutũ
epiſcopi liget ipſum ſtatuentẽ, non eſt aliud, quàm quod ſerra
ſecet artificem qui eam conſtruxit. Quod, vt dixi, eſt poſſibi-
le, cum iam vtrunque opus ſit abſolutum ab artifice ſuo. ſed
quod epiſcopus ligaretur per ſuam ſententiam, eſſet idem, ac
ſi ſecans ſecaret ſeipſum. Quod eſt abſurdũ, quia ſententia cõ-
tinuè viuificatur ab ipſo promulgatore, ſicut opus ſecandi ab
ipſo ſecante. iſta fundantur ſuper eo, quod ſtatim præmiſi,
quia epiſcopus reſpectu ſtatuti per eum promulgati non eſt
cauſa agens directo ſententiam ſtatuti: Sed ſententia conti-
nue viuificatur, vt dixi, ab ipſo promulgatore, & eo deſinen-
te, vt puta extincto, vel priuato, ceſſat eius ſententia. De ſen-
tentia generali loquitur, de qua loquitur gloſſ. Ber. *in præalleg.
cap. à nobis. 1.* Aliæ etiam differentiæ ſunt inter ſententiam e-
piſcopi vocis viuæ, & ſententiam ſtatuti, vt patet hoc in gloſſ.
ſuper verbo, commiſerint. quæ incipit, contra. & latius not. *inf.
de ſentent. excom. Romana. §. caueant. in gloſſ. quia tractus.* & ſuper
ea. Ioan. And. *in nouella*, & per hanc viam tollerentur rationes
contrariæ ſatis faciliter, quia nec ipſe epiſcopus ligat ſeip-
ſum directe & principaliter, nec ſuum ſuperiorem. Tamen
quia opinio alia eſt communior, ſcilicet quod nec metropo-
litanus nec epiſcopus ligentur, tranſeo nunc cum illa, & ad
contrarias rationes reſpondeo. Ad iura allegata per Hug. di-
co ſecundum Ioan. And. *in præalleg. regula, cui licet*, quod lo-
quuntur in facto damnato à iure communi, ſcilicet in hæreſi,
& ſic non probant quod ligetur à ſtatuto. Ad *l. 3. ff. de offic. præſi.*
dicit, quod licèt illa lex dicat præſidem debere purgare pro-
uinciam

nunciam malis hominibus, nec diſtinguatur ibi vnde ſint, ta-
men non propter hoc tollitur diſtinctio ſuperioritatis vel i-
dentitatis, quæ ſit per alia iura. Ad *c. nemo condemnat. 11. quæſt. 3.*
dicit, quod ſi opinio Archid. eſſet vera, & illud cap. ſi legere-
tur, vt vult Archid. ſequerentur tria abſurda ¶ Primum, quod
cum auctoritate canonis epiſcopus ferat ſententiam: ergo per
ipſum & eius ſententiam ligabitur: Quod tamen ipſe & om-
nes negant. Tenendo tamen aliam opinionem negaretur cō-
ſequentia propter rationem differentiæ, quæ eſt inter ſtatu-
tum & ſententiam. Secundum abſurdum, quia concluderé-
tur Papam ligari ſua lège, cū faciat auctoritate Chriſti. Quod
eſt falſum, vt habetur 93. *diſtinct. ſi inimicus. & in cap. nullis ſup. de
ſenten. excommun.* Tenendo opinionem Archid. dici poſſet non
eſſe abſurdum, quod Papa delinquens ligaretur lege ſua, & ſic
etiam Imperator. Et ad *l. digna vox. C. de legi. & ad c. propoſuit. ſup.
de conceſſ. preben.* quæ videntur contraria, diceretur quod prin-
ceps non ſtringitur lege ſua, quin deliberate agendo poſſet
26 contrarium facere ſine pœna. † Deliberatus enim princeps
quicquid agit eſt lex, quia eſt tota vniuerſitas in virtute, *ſupra
cap. proxi.* vbi not. Ioan. Mon. Secus ſi ex abrupto, & vt priua-
tus ex paſſione ſingulari ſua delinquat. Tertium abſurdum,
quia ſequeretur ſecundum eum, quod epiſcopus poſſet ligare
non ſubditos, cum omnes ſubditi ſint Chriſto & Papæ, quo-
rum auctoritate ligat. Ad iſtud diceret Arch. quod non infer-
tur, quia auctoritas Papæ, & Chriſti refulgentes in epiſcopo
non extenduntur niſi ad locum regulabilem per hunc epiſco-
pum. Cauſa enim ſuperior coagens inferiori non producit
ampliorem effectum in latitudine, quàm ſit poteſtas cauſę in-
ferioris, aliàs non diceretur coagere. Reſpondet autem Ioan.
And. ad illud *c. nemo condemnat*, quod ſi indebitè ligatur, loqui-
tur in iam ligato ſeu vinculato. Cum dicit, nemo condemnat
vincula eccleſiaſtica, & ſic præſupponit vinculum eſſe. & ſe-
quitur: Non enim homo eſt qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc
poteſtatem dedit. Fatetur ergo Ioan. Andr. quod vinculatur
ab epiſcopo, qui eſt ei ſubditus, vinculatus eſt etiam à Chri-
ſto, qui dedit clauium poteſtatem, *Matth. 16. Ioan. vlt.* & ſic vir-
tutem vinculi exprimit ille canon, ſed poteſtatem vinculandi
non ampliat: & vt clarius intelligatur, dicendum eſt quod in
conſtitutionibus promulgandis non attenditur auctoritas
mediata, ſed immediata: & ſic licèt ad conſtitutionem epiſco-
pi concurrat auctoritas Dei & Papæ, tamen ipſa conſtitutio
denominationem ſuſcipit ab epiſcopo & præcisè, ſicut eius
ſingularis operatio indicatur, patet *ſup. c. prox.* Vnde non po-
teſt rectè dici diuina vel Papalis conſtitutio. Alias tolleretur
diſpoſitio *ſup. cap. proxi.* Et per hoc reſpondetur ad motiuum
domini mei de poteſtatibus mouentibus & motis, &c ¶ Ad
rationem Pe. qua dicit, quod delinquens tenet perſonam
priuatam, &c. Reſpondetur per *§. tempeſtiuum. de l. ille à quo ff. ad
Trebel.* vbi patet, quod prætor vel conſul inſtitutus hæres, vt
reſtituat hæreditatem non poteſt cogi à ſeipſo vel conſule, &
tamen in adeundo tenet perſonam priuatam. ¶ Tenendo ta-
mē aliam opinionem dicerem, quòd aliud eſt in ſtatuto quam
in ſententia. Et *§. tempeſtiuum.* non loquitur in ſtatuto. ¶ Ad *l.
cum hæreditas. & l. cum in eo.* per Pet. alleg reſpondetur, quod ip-
27 ſo † facto pactum tutoris factum creditoribus pupilli de certa
quota eis ſoluenda non ſtringit tutorem. Sed prouidebitur
per iudicem, quod ipſe ſtet contentus in ſe ex quod fecit in
alio. ¶ Et per hoc etiam tollitur illud generale, quod quiſque
iuris in alterum ſtatuit, &c. Quia non ipſo iure ligatur, ſed à
ſuperiore ſeruare cogitur, quod in alijs ſtatuit. De hac materia
latiùs vide etiam *in illa regula, cui licet, in quæſtio. ibi poſita.* ¶ Quę-
ro ſexto, licet poſſet dici 8. *quæſt.* cum ſtatim expediuerimus
28 tres ſimul. † Pone quod excommunicationis ſententia contra
aliquem ſub conditione lata eſt, qui pendente conditione ef-
ficitur de foro alieno, nunquid adueniente conditione liga-
bitur? Arch. qui hic format quæſtionem, arguit primo quod
ſic, quia tempus conditionis appoſitæ in ſententijs inſpicitur,
2. quæſt. 6. biduum. Et idem in pignoribus, *ff. qui po. in pi. ha. l. po-
tior. §. 1.* Idem in manumiſſione, *C. de teſt. ma. l. ſtatu liberis.* ¶ Et
dicit, quod hoc tenuerunt Laud. Grego. Ber. & Innoc. *in cap.
præterea. 2. de appel.* & Bart. Brixien. in quæſtione venereali, quæ
incipit, Eſto, quod ipſe tamen Archid. tenet contrarium, di-
cens Dama. *in d. cap. præterea.* idem tenuiſſe, ſcilicet quod non
ligatur: & mouetur per hunc textum & per textum, *in c. à no-
bis. 1. ſup. de ſentent. excommun. & per cap. Romana. §. 1. inf. de ſentent.
excommunicat.* quæ iura probant excommunicationem non li-
gare non ſubditos, ſed ſententia conditionalis non ligat ante
tempus euenientis conditionis, *vt Inſtitut. de ver. ob. §. ex condi-
tionali. & l. diem cedere. ff. de ver. ob.* Tempore autem exiſtentis cō-
ditionis iſte reperitur non ſubditus: ergo non ligatus eſt. &
quod tempus exiſtentis conditionis attendatur, allegat *l. ſi
ſponſus. ff. de do. inter vi. & vxo.* Ioan. And. hic tenet contrarium,
ſcilicet quod ſit ligatus. & contrarium etiam tenuit, *in cap. præ-
terea. præalleg. & in regula, cum ſunt. inf. de re iu. in quæſtione ibi poſi-
ta:* in quibus locis diſtinguit, quod aut pendente conditione
deſijt cauſa, propter quam ille excommunicabatur, & tunc
habet locum opinio Archid. Ponit exemplum, ſi epiſcopus
mandat Titio clerico beneficiato, vt reſideret inf. menſem in
ſuo beneficio, alias eum excommunicat. Modo ſi Titius acqui-
rit aliud beneficium incompatibile, vel contrahit matrimo-
nium: & ſic priuatur primo, veniente conditione non erit ex-
communicatus. iſtud nulli dubium. ¶ Si autem ſubeſt cauſa,
tunc indiſtinctè tenet ipſum excommunicatum, quocunque
ierit, maximè per *c. penult. de fo. compet.* Quia ſi ſola citatio præ-
uenit, afficit taliter, quod poterit excōmunicari. & aliter con-
tra citatum procedi, vt ibi: fortius hoc debet operari ſententia
iam lata, licèt ſub conditione. ¶ Ad contraria autem quando
attendatur tempus conditionis appoſitæ vel tempus exiſtén-
tiæ, dic vt not. *de reſcript. ſi pro te. in gloſſ. 4. & latius vide in regula,
cum ſunt præalleg.* ¶ Quæro ſeptimò, an iſte text. in ſecundo re-
ſponſo, in hoc ſc. † quod diſponit ſtatutum epiſcopi nō ligare 29
delinquentes extra territorium, indiſtinctè habeat veritatem.
Videtur primo quod non, per ea quæ no. per Cyn. & alios le-
giſtas, *in l. extra territorium. ff. de iur. om. iud.* Quorum hæc ſit di-
ſtinctio: quod aut ſtatutum punit aliàs punitū l. diuina vel cō-
muni, vt homicidiū rapina, furtū, & ſimilia: & tunc vbicunq;
per illud ligantur ſubditi ſtatuentis, pro quo induxerūt, *l. cum
vnus. § penult. ff. de bo. auct. iud. po.* quæ lex parum facit. Immo po-
tiùs facit contra: † quia ibi dicitur, quod decretum iudicis re- 30
ſtringitur ad territorium ſuum, & res in ſuo territorio exiſten-
tes. Sed proeius melius facit *c. Romana. § contrahentes. infr. de fo.
compet.* Ad quod tamen reſpondetur, quod iudex decernere
poteſt miſſionem faciendam in bonis exiſtentibus in alio ter-
ritorio, ſed non exequi, ſed iudex bonorum exequitur, *ſup. de
fo. comp. poſtulaſti.* Aut prohibitio ſtatuti non concernit aliquid
prohibitū l. diuina vel communi iure, tunc dixerūt ſubditum
non ligari extra territorium, moti per illam *l. fi. ff. de iuriſ. om. iu.*
Vt puta ſi ſtatutum prohibeat carnes comedi quarta feria, nō
ligabitur extra territorium ſubditus comedēs. Item quod in-
diſtinctè non procedat iſte text. etiā probatur ex his, quæ not.
Inn. & Abb. *in c. à nobis. ſup. de ſent. excom.* qui diſtinxerunt, quod
aut ſtatuens vſus fuit his verbis, Excommunico oēm qui furtū
fecerit in diœc. mea & tunc delinquens extra territorium non
ligatur. Aut ſimpliciter dixit: Excommunico omnes qui furtū
fecerint. & tunc vbiq; ligatur. Iſtis non obſtantibus dominus
Ioan. And. dicit text. ſimpliciter intelligendum vt iacet. ¶ Et
ad primam opinionem Cyni dicit, quod reprobata eſt per hūc
textum: hoc enim patet, quod ſtatutum excommunicabat fa-
cientes furtum, quod eſt damnatum l. diuina, canonica vel ci- 31
uili, vt patet *Exodi, 20. 14. q. 5. pœnale. ſup. de furtis: & ff. & C. de fur-
tis.* & tamen dicit text. quod non extenditur ad delinquentes
extra territorium. ¶ Ad ſecundam opinionem Innoc. ſimiliter
dicit, quod reprobata eſt per hunc text. Hic enim ſimpliciter
latum fuit ſtatutum, & pœna excōmunicationis etiam ad de-
linquentes extra diœc. bene ſecundum Ioan. And. hic repro-
batur opinio Inno. & approbata eſt opinio, quæ ſimpliciter *in
d. c. à nobis.* tenuit ꝙ extra territorium non extendebatur. Vltra
prædicta ſciendum eſt, quod Bart. *in l. 1. C. de ſum. Tri.* in repeti-
tione, quam fecit, tractans iſtam materiā etiam poſt tempora
huius c. dixit ſic eſſe diſtinguendum. Aut .n. quærimus, an ſta-
tutum liget extraneum delinquentem extra territoriū: & tūc
dicendum eſt quod non, per *l. extra territorium. ff. de iuriſ. om. iu.*
& per hoc c. in quo caſu nullum eſt dubium. Aut quærimus, an
ſubditi delinquentes extra territorium ligentur, & tūc ſubdi-
ſtinguit, quia aut ſimpliciter promulgatur ſtatutum, & tunc
comprehendit delinquentes in diœc. Aut additur quod ſiue
in diœc. ſiue extra vult delinquens teneri: & tunc ſubditi vbi-
cunque delinquentes ligantur. Allegat *l. 1. C. vbi de crim. agi
oportet. & l. fin. ff. de decret. ab or. fa. C. de commer. & mer. l. mer-
catores. & l. 1. C. de ciuil.* & dicit, quod ex hoc potuerunt intra
territo-

territorium conueniri per *l.1.C.vbi de crimi.agi oportet.* & ſic dicit hoc *c.intelligendum*, quando indefinite ſtatutum promulgatur. & non cum illa adiectione, ſiue in diœc. ſiue extra. Dominus meus, qui vidit dicta Bart. *in c. à nobis.1.de ſenten.excommun.*
32 *ſæpius allegat.* reprobat hanc diſtinctionem. † Mouetur, quia in expreſsè prohibitis maiorem effectum operantur verba generalia quàm expreſſe, *l.quadam.ff de acqui.rer.do.* Si ius dicit extra territorium, inhibetur à lege: ergo maiorem effectum deberet operari ſtatutum generale, quàm expreſſum ſeu ſpecificum. ¶ Item ſecundum eum hoc ſtatutum, quod expreſſe dicit in diœc. ſiue extra, cōtinet intolerabilem errorem, ergo, &c. Dictum domini mei placet mihi, ſed eius ratio non videtur concludens, quia ſtatuens non dicit ius extra territorium, ſed in territorio ſuo promulgat ſtatutum, quod vult habere vires alibi: & hoc facere poſſet ſicut in ſententia dictum eſt ſupr. ſed ſi præſupponitur, quod hoc non ſit contra iura, ſcilicet quod ſtatutum extra territorium vires porrigat, tenet contra Barto. Facit, quia non apparet ratio, quare verba generalia ſtringantur ſolum in territorio, nec ipſe allegat aliquam rationem. *Si* autem hoc euenit ratione defectus iuriſdictionis, quæ hic ponitur, quia extra territorium, &c. tunc procedit ratio domini mei. Quia ſi in verbis generalib. hoc non inducitur, ergo nec in ſpecificis, quia minorem effectum inducunt in prohibitis verba ſpecifica, quàm generalia, vt ſtatim dictum eſt. Vnde alia meo iudicio poteſt reddi ratio, quam dū fui ſcholaris eius imaginatus fui, vt ſcilicet dicamus, quod quia ſtatuta ſcribuntur principaliter in diœc. id eſt, ad ipſam diœc. regulandam, propterea nullo modo poteſt ſe extendere extra, ne ſit verum dicere, quod alienam diœc. regulet contra iura: aliàs enim neſcio videre rationem, quare hic diſpoſitum fuiſſet, quod ſtatutum generale reſtringeretur ad diœc. Ipſa autē ſententia ſcribitur in perſonam, & ideo nulla iniuria ſit alienæ diœc. quod ſubditum ſuum verum ibi moram trahentem epiſcopus ſuus excommunicet. & ſic concludo iſtum textum generaliter intelligendum, quod ſtatutum nullo caſu extenditur extra ter-
33 ritorium ſtatuentis, & loquor de ſtatuto punitorio. † Aduerti tamen debent verba ſtatuti, quæ aliquando ſcribuntur in perſonam, aliquando in rem, ſecundum ea quæ not. *in c.quod clericis, de foro compet.* per dominum meum. *Si* in rem, tunc habet locum quod nunc dixi, ſcilicet quod nullo modo comprehenditur ſubditus alibi delinquens. *Si* autem ſcribantur in perſonas, vt puta ſi diſponat ſtatutum, quod quicunq; Florentinus vbicunque ſit teneatur ſic facere ſub certa pœna, modo poſſet dici idem in ſtatuto, quod dicitur in ſententia vocis viuæ, ſcilicet quod extendatur ad exiſtentem in alio territorio. Immo dicitur intra territorium reſpectu perſonarum ſubditarum ratione domicilij, quas ordinarius vbique coercet, vt not. Innoc. *in c.ſi. de for.compet.* & *not.inf.de fo.compet. Romana. §.contrahentes.* Verba autem ſtatutorum communiter referuntur ad diœc. ſtatuentis, quia ſtatuens non habet reſpectum tantū ad ſubditos ſuos, ſed habet reſpectum ad ſuum territorium ſeu diœc. volens curare prouinciam prout tenetur, *per l.congruit.ff. de offic.præſi.* Et intendit comprehendere omnes contrafacientes ſiue ſubditos ſiue non. Sed quando exprimit tantū de ſubditis vbicunque ſint, tunc apparet quod principaliter intētio non eſt curare prouinciam ſed corrigere ſubditos. Et ſic proprie ſtatutum perſonale eſt non reale, ideo extenditur. Immo verius eodē modo comprehendit ſubditos alibi delinquentes, ſicut ſi intra prouinciam deliquiſſent. ¶ In caſu autem huius cap. apparet, quod ſtatutum fuit reale & ſcriptum in diœc. quia per hæc verba: Quicunque furtum commiſerit. non ſit expreſſio alicuius tertię perſonę nec certi collegij, in quæ ſcri-
34 batur ſtatutum. † Vt ergo ſtatutum ſit certum, oportet quod referatur ad territorium ſtatuentis. Et ſi adderetur, ſiue in territorio, ſiue extra, dico quod non valeret, quia ordinarius vnius loci non poteſt alium locum per ſua ſtatuta regulare. ¶ De alijs ſtatutis, & in alijs etiam caſibus quid iuris, plene tractat Bart. *in præalleg. l.1. C.de ſum.Tri.* & dominus meus in præalleg. *c.*
35 *à nobis.1.de ſen. exco. ibi videatis.* ¶ † Quæro octauò quia tex. dicit quod non ligantur ſubditi extra diœc. committentes: quid ſi intra diœc. comittunt, in loco tamen exempto, ſicut ſunt loca mendicantium, & aliarum religionum. ¶ Dominus Ioan. Cal. cuius dicta hic refert dominus Ioan. And. & appellat eū ſuum adoptiuum. diſputauit hanc quæſtionem, & tenuit locum exemptū exceptis certis caſibus per omnia comparari loco extra territorium conſtituto. Vnde ſecundum eum non ligantur. Motus fuit principaliter per *hanc decret.* & *per c.cū epiſcopus.inf. de offi. or.* & *per canon.18.q.2.luxurioſo.* & *inf.de ſtat.re.cap.1.ad fin.* & *per cle.* Archiepiſcop. de priuilegijs. In quibus ponuntur aliqui caſus, in quibus in loco exempto epiſcopus exercet iuriſdictionem, & ſit generalis exceptio in alijs. Induxit etiam gloſſ. *cle. quamuis. de ſo.compet. quæ incipit quia nomine.* ¶ Refert tamen Ioan. And. quod dominus ſuus, qui vt puto fuit dominus Marſilius, de quo facit mentionem *in c.querelam.ſup.de elect.* & *in regula, quod alicui.inf.de reg.iuris.* diſputando tenuerat ſubditum epiſcopi delinquentem in loco exempto ligari ſtatuto ipſius. Secus autem tenuit, ſi etiam perſona eſſet exempta. Et cōcludit plus ſibi placere dictum domini Ioan. Cal. per iura ſupe-
riusallegata. ¶ † Quæro nono, quid ſi exemptus delinquit in 36
loco non exempto, nunquid ſtringatur per conſtitutionē ſeu ſtatutum vnius loci non exempti. ¶ iſta quæſtio propriè nō cadit hic, ſed tractabitur *in c.1. inf. de priuilegijs.* vbi tenetur, quod
ſic poſt Stephanum prouincialem, Quæro decimo † de ratio- 37
ne, quę mouit Papam ad ſic diſponendum, quod ſtatutum generale non extenderetur extra diœc. ¶ Ioan. Mod. reſpondet, quod ratio fuit, quia generalis clauſula non extenditur ad illa, quæ expreſſa errorem inducerēt. vel contra ius eſſent, *ff ad exhi.l.penult.inf.de re iu.in generali.* ¶ Item ſi in loco delicti eſſet ſtatutum ſimiliter excommunicans furantem, ſequeretur quod ille furans in aliena diœc. eſſet ligatus duabus excommunicationibus in eodem delicto, quod eſſe non debet, *vt l.licèt. §.ſi. ff.nau.cau ſta.* Secundum eum ergo congruum fuit, vt reſtrin-
geretur ſtatutum ad territorium ſtatuentis, ſicut † etiam re- 38
ſtringitur ſententia ad tempus, quo quis eſt iudex, & non extenditur ad tempus, quo futurus eſt priuatus, *l.eum qui. ff de iuriſd. om.iud.* † Et licet ſecundum eum ratione delicti poſſit ſub- 39
ditus coram iudice domicilij cōueniri; tamen conuenientius eſt vt conueniatur in loco delicti, *l.1.* & *auct.ibi ſignata. C. vbi de crim.agi oportet.* & *l. capitalium. §.famoſos.ff. de pœnis.* ¶ Sed ad hoc ſtatim opponit, quod immo ligetur ſubditus extra diœc. *ſup.de ap.cum ſim.in fi.* & *de cler. excom.mi. apoſtolica.* ¶ So. ſecundum eū ibi loquitur de excommunicatione lata per ſententiam cōtra certam perſonam: hic autem per ſtatutum: inter quę eſt diuerſitas. ¶ Ad c. tamen, cum ſit. aliter poteſt reſponderi, quia Corinthus excommunicatus ab Apoſtolo erat intra limites legationis Apoſtolo cōceſſæ. ¶ Quæro vndecimo, quia hic ſit mētio de territorio epiſcopi, † an inferior epiſcopo poſſit habere 40
territorium. Hæc quæſtio expeditur plenius, *in c.cum contingat ſup.de foro comp.* vbi communiter tenetur, quod ſic ex conſuetudine vel præſcriptione vel alio iure. ¶ Et aduertatis circa finem huius textus, quod licet ſtatutum non ſtringat extra territorium, tamen ratione delicti poteſt ille delinquens conueniri coram iudice domicilij, & per eum puniri: & ſimiliter per iudicem delicti puniri poteſt. ¶ Ad primum facit *C.vbi de crim. agi oportet. auct. qua in prouincia.* & *l.1.* & *quod not. de foro compet. c. finem.* ¶ Ad ſecundum facit *3.q.6.c.1.* ¶ *In gloſſ 3.* ibi, *Idem in alijs:* Concordat Arch. propter text. qui indiſtincte loquitur: ideo dicit ſuper verbo, ſententijs ſcilicet exponit quibuſcunque: Allegat, *c.vlt.31.q.1. Et in eadem glo. ibi, C.de teſta. l. iubemus.* & *C.de tabula. l. generali, lib.10.* ſecundum Ioan. Mon. Illa lex dicit conſenſum non ignorantiā volumus obligari. Et loquitur de domino, qui ſciebat ſeruum cartas publicas ſcribere. In glo. Qui dicantur. dixi ſup. quid hic tractet Archid. plenius tamen ponitur, *in d.c. cū ab eccleſiarum.* ¶ In gl. quæ eſt in fin. ſup. tetigi de ignorantia, & quare dicatur craſſa & quare ſupina, *in 4.q.* ¶ In gloſſ. No. epiſcopum. *in fin.* adde, quod not. *de offic. Archid. c. fin.* & *inf. de apoſt. c. vlt.* ¶ In gloſſ. *in fin.* dic vt not. per Ioan. And. *in d.c. Romana. in glo. quia tractus.* ¶ In glo. quod eſt contractatio. *ibi, Decalogo.* dic *Exod.20. Deut.5.* In glo. vlti. dic, vt ſupra dixi *in vlt. oppoſitione.*

REPETITIO
IN CAP. VT ANIMARVM.
De Conſtitutionib.

Clariſſimi I. V. C. D. Marci Antonij Marſcoti De Caluis.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ordinarij nunquid ligent ignorantes.*
2 *Ignorantia iuris neminem excuſat.*
3 *Statutum municipale dicitur ius ciuile.*
4 *Iuris canonici intentio principalis eſt animarum ſaluti conſulere.*
5 *Loquentis intentio ex proœmio colligitur.*
6 *Iudex quilibet iuxtà iuris ordinem iudicare tenetur.*
7 *Clauſula, conſcientiæ tuæ committimus, quid importet.*
8 *Lex peccati nutritiua in foro conſcientiæ minimè ſeruanda: & an poſſit eſſe iuſta.*
9 *Lex forum à foro diſtinguens ſeruari debet.*
10 *Lex in præſumptione fundata an liget.*
11 *Conſcientia quos liget: & quid ſit num.14.*
12 *Cupiditas malorum omnium radix.*
13 *Anima cunctis rebus precioſior.*
14 *Contrahentibus nunquid deceat citra dimidiam iuſti pretij ſe decipere in foro conſcientiæ.*
15 *Gabella iniuſta licitè fraudari poteſt.*
16 *Iura permittentia contrahentibus ſe decipere quo caſu habeant locum.*
17 *Subſtitutus pupillo per expreſſam pupillarem an in foro conſcientiæ poſſit matri deuegare legitimam.*
18 *Argumentum de parentibus ad filios & econtra procedit, ſed non de marito ad vxorem.*
19 *Pauperem in neceſſitate quilibet tenetur alere, & melius eſt ei ſubuenire quam eccleſiam rebus ſacratis ornare.*
20 *Mater nunquid poſſit priuari bonis à patre per filium quæſitis.*
21 *Conſuetudo vel ſtatutum an legitimam tollere poſſint.*
22 *Eligens dignum, ſi idoneiorem eligere potuit, nunquid ſit tutus in conſcientia.*
23 *Sententia declaratoria, & diffinitiua quomodo inter ſe differant.*
24 *Excommunicatus ipſo iure quo caſu ſit euitandus, & quo caſu non.*
25 *Appellatio an admittatur à ſententia declaratoria excom.*
26 *Infamiæ irrogatio an ſententiæ declarationem expoſcat.*
27 *Verbum, decernimus, idem importat quod declaramus.*
28 *Incorrigibilis quando & quis eſſe dicatur.*
29 *Notorium quando dicatur.*
30 *Citatio partis nunquid fiat in declaratoria: Et quid in ſuſpecto de fuga.*
Et quid in facto notorio. nu. 31. & 32. Et quid vbi declaratoria non requiritur. num.33.
34 *Inferior ab epiſcopo nunquid legem condere poſſit.*
35 *Meri imperij quæ ſunt, ſoli Principi reſeruata dicuntur.*
36 *Legem condere nunquid ſit meri imperij.*
37 *Statutum & conſtitutio an differant.*
38 *Clauſula in fine poſita ad quæ referatur.*
39 *Inferior ab epiſcopo an habeat territorium.*
40 *Conſtitutio fauorabilis, ſi ex ea odium naſcatur, an fauorabilis vel odioſa dicatur.*
41 *Statuta qui condere poſſit. num. 43.*
42 *Iuriſdictionis diffinitio: & an appellatione iuriſdict. comprehendatur imperium. num. ſeq.*
43 *Ignorantia an excuſet à pœna iuris municipalis. num. ſeq.*
44 *Ignorans quis ſit, & quæ ſit ignorantia, & quid neſcientia.*
45 *Sententia ſtatuti an differat ab illa hominis, & in quibus.*
46 *Reclamari quo tempore poſſit ab iniquo ſtatuto.*
47 *Clauſula decreti, decernentes irritum & inane, ſi ſecus factum fuerit. an liget ignorantes. numer. 40. & quid in ſpiritualibus. num. 50.*
48 *Contrarij vnius ad poſitionem tollitur aliud.*
51 *Statutum ignorantiam allegari prohibens an valeat.*
52 *Statutum quo caſu vltra ius commune operetur.*
53 *Lex ſecundum rationabilem intellectum eſt interpretanda, ne ex ea ſequatur abſurditas.*
54 *Probatio contra præſumptionem iuris & de iure nunquid admittatur.*
55 *Ignorantia an ſit cauſa probabilis ad reſtitut. in integ. concedendam.*
56 *Ignorantia affectata ſcientiæ an æquiparetur: & quæ dicatur affectata. num. 59. & 60.*
57 *In pœnale & exorbitans quo caſu extendi poſſit.*
58 *Diſpoſitio loquens de teſtibus in quibus verificetur.*
60 *Conſtitutio pœnalis loquẽs in caſu vero non verificatur in caſu ficto: & quandoque econtra.*
61 *Verbum, videtur, quomodo intelligatur.*
62 *In exorbitantibus fauore animæ etiam fit extenſio.*
63 *Sententiæ appellatione nunquid excommunicatio comprehendatur. & quæ ſit ſententia diffinitiua.*
64 *Statutum de ſententijs ſermonem habens, de qua intelligatur.*
65 *Sententia excommunicationis interlocutoria appellatur, & quare non diffinitiua: & an ſemper ſit interlocutoria. num. 66.*
67 *Litis pendentia quo caſu inducta dicatur.*
68 *Sententia interloquutoria quo caſu poſſit reuocari à iudice, & quo caſu non.*
69 *Statutum municipale an & quando ad mortale obliget. amplia vt num. ſeq. & 71.*
72 *Ordinarius quis dicatur. & eius appellat. quis comprehendatur.*
73 *Statutum pro facto à iure communi damnato nunquid ignorantes liget.*
74 *Dolus & lata culpa differunt.*
75 *Voluntas & propoſitum maleficia diſtinguunt.*
76 *Legum correctio eſt euitanda.*
77 *Conſtitutio, quæ ad præterita extenditur, an procedat quò ad pœnam.*
78 *Pœnam qua ratione quis incurrat.*
79 *Homicidium lata culpa commiſſum an homicidij pœna puniatur.*
80 *Iniuriarum actio reſpectu filij quando patri competat.*
81 *Excommunicatio eſt pœna temporalis.*
82 *Argumentum à maiori ad minus & è contra quando procedat.*
83 *Intentio vel eius euentus an & quando attendatur.*
84 *Prætor in princ. officij iurat ſtatuta ſeruare.*
85 *Ignorantia quibus modis probetur.*
86 *Ignorantia craſſa & ſupina quæ dicatur.*
87 *Statutum vbi ſimpliciter loquitur pœnam imponendo, lata culpa, vel dolus præſumptus ſufficit.*

VT ANIMARVM. Pro clariori intelligentia decret. huiuſmodi per partes expediam, quæ duas principales habet partes. Prima vſque ad §. *ſtatuto epiſcopi*: hinc ad finem ſecunda. At prima in tres diuiditur. Primo rationem diſpoſitionis præmittit. Secunda diſpoſitionem ipſam ſubiungit *ibi, ſententijs per ſtatuta. &c.* Tertiò eam limitat, *ibi, dumtamen*: Summa & communiter in rub. Statuta ordinariorum non ligant probabiliter ignorantes. hoc d. vſque *ad §. ſtatuto, &c.*

¶ Et pro † ratione dubitandi, vt videantur ignorantes hu- 1
iuſmodi ſtatutis ordinariorum ligari, quia inciderunt in factũ pe ſententiam excommun. damnatum, ideo quaſi à Canone excommunicati videntur, *arg. c. 1. 2. & 3. 24. q. 1.* & vide gloſſ. *in c. à nobis, lo 1. in verbo, non niſi. in ver. ſed videtur quod per talem ſententiam. de ſent. excom.* In contrarium tamen eſt veritas, vt ignorantes non ligentur, ex quo illis publicatum non eſt, text. eſt *in c. propoſuiſti. 82. diſt. & in c. quod dicitur. 16. diſt.* & iſta ratio poteſt ad propoſitum ad ſecundam partem princ. induci cum alijs in gloſſ. alleg.

¶ Secundo poteſt dici, quod † ignorantes ligentur, quia i- 2
gnorantia iuris neminem excuſat, *to. tit. ff. de in. & fact. igno. not. in c. 2. hoc tit. ſup.* & vide quæ ibi *in gloſſ. fin.* dixi: ſed ſententia ſtatuti dicitur ſententia iuris ciuilis, caſus eſt *Inſtit. de iur. natur. in princip. §. ius autem ciuile. verſic. nam quod quiſque populus. ibi, vocaturq́; ius ciuile, &c. & ibi gloſſ. in verbo, ius ciuile.* & quod *ibi not. c. conſuetudo. prima diſtinct. c. Catholica. 11. diſt. c. inſtitutionis. 12. diſtin. cum alijs.* igitur excuſari non poſſunt: & vide quæ not. *in c. eos, iuncta gloſſ. ſcienter. de tempo. ord. inſ.* Cui reſpon. verum eſſe quod de ignorantia dicitur iuris communis, non tamen municipalis: & ideo † licet ſtatutum municipale ius ciuile dicatur, eſt 3
verum, proprium tamen ciuitatis illius, dicit text. *in d. §. ius autem*

autem ciuile. verſic.nam quod quiſque.in fin. Cuius ignorantia excuſat, quia probabiliter ignorari poteſt. ideo non obſt. quod de ignorantia iuris obijcitur, niſi talis ſit ignorantia, vt in text. ibi, dummtamen, &c. de his tamen infra in gloſſ. ſententijs, dicetur.

¶ Not.1. in princ. vt animarum † periculis, &c. quod principalis intentio iuris canonici eſt animarum ſaluti conſulere, gloſ. in verbo, debent. ver. item vbi per iuramentum, c. cum contingat, de iureiuran. & ideo Abb. in c. fin. in 4. colum. verſic. vlti. gloſ. ponit vnum, de conſuetud. quod conſuetudo rationabilis dicitur ſemper ſecundum vnumquodque ius, quod ad illius iuris finẽ accedit: & finis iuris Canonici ac diuini eſt animæ felicitas, c. conſuetudo, in fin. 1. diſtinct. vbi conſuetudo religioni eccleſiaſticæque diſciplinæ congruere debet: hinc præſcriptio cum mala fide non admittitur: nec vſuræ, quia ad l. canonicam hominem in Deum dirigere ſpectat, Ioan. And. in regul. poſſeſſ. in mercu. de reg. iur. inf. & Ioan. de Lig. in proœm. Decret. & ibi Abb. doct. in c. clerici. & quod ibi longiori calamo ſcripſi, de iudic. à iure tamen Cæſareo quod in bonum publicum conſtat, admittitur,
5 vt in locis alleg. & quod text. probet hic: Nam ex proœmio † loquentis diſponentis intentio declaratur, facit text. ſingul. à Bald. appellatus in l. fin. ff. de hæredib. inſtitu. l. epiſtolam. in princip. ad Trebel. intentio enim loquentis attendi debet, c. humanæ aures. 22. quæſt. 5. ipſa eſt, quæ dirigit opus, c. ſolet. de conſecrat. diſt. 4. & ad ipſam in dubio recurrendum fore putamus, not. in c. licet. de offic. ordin. c. expoſita. de arbit. & in c. cum dilectus, de donatio. & in c. intelligentia. c. præterea. de verb. ſig. Spec. in titu. de inſtrum. editio. in §. nunc autem videndum reſtat. de impugna. verſic. ſi autem dubium. Et propter hoc alias dicebam, ius Pontificium in bonum animæ ſimpliciter eſſe directum ratione duplici.

6 ¶ Quilibet iudex † iuxta iuris ordinem iudicare tenetur, c. 1. hoc tit. ſup. in Auct. vt nulli iudic. in §. & hæc vero iubemus, col. 9. & in § omnis. in Auct. de iudic. col. 6. & in c. iuſtis. 4. diſtinct. in fin. ſed l. eſt ſanctio ſancta iubens honeſta. &c. c. erit autem. l. 4. diſtin. igitur ſanctum erit iudicium, quia ſi ſecundum leges iudicauerit, non iudicabitur ipſe à domino, c. 1. de ſent. & re iud. inf. vnde vt ſupra diximus nec cum mala fide præſcriptio à Pontificio iure admittitur: quod dictum not. ſecus ſi cum bona fide, quia etiam in foro conſcientiæ tenet, Innoc. in c. cura. de iure patron. Anch. in reg. poſſeſſor, in 2. fol. inf. de regul. iur. item & ſimiliter ius accreſcendi. de quo not. in l. 1. in §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. cum alijs infra dicendis.

7 ¶ Amplia † etiam, ſi cum clauſula conſcientiæ tuæ cauſa cõmitteretur: quia nec leges, nec canones tunc tranſgredi poteſt: quia de conſcientia legum publica non autem priuata intelligi debet, Bald. in q. ſtatuto cauetur, quod fænerator. vlt. colum. quam Alex. not. ſequitur in conſil. 359. Viſis verbis teſtamenti, col. 3. alias in conſi. 118. In caſu de quo quæritur. in 5. volum. num. 12. fo. 90. & eſt text. iuncta gloſ. in c. iudicet. 3. q. 7. Cyn. in l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſta. Bald. in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. quia ciuiles leges & canonicæ, & ſi non iuris apices, attendi obſeruarique debent, Iaſon. in l. poſt diuiſionem. in 2. colũ. in ſi. cum ſequent. C. de iur. & fact. ignoran. alleg. Bald. in l. vnica. 3. colum. C. de confeſſ. non tamen pœnæ legales dupli vel quadrupli, gloſſ. ſingul. alleg. in c. fraternitatis. 12. q. 2. & idem dixit in ſtatutis gloſſ. in c. quæ in eccleſiarum, hoc tit. ſup. & ibi Bald. 1. colum. quem ad hoc not. & dicit, ꝙ alibi non reperitur: & per hæc ampliantur quę ſup. in c. 1. hoc tit. habetur. & pro hac ſententia facit gloſſ. in ver. oneramus, in Clem. 1. de iure patron. vbi cum cauſa alicuius conſcientiæ committitur, de iudicio huiuſmodi coram ſuperiore in dubio refricari poteſt. Non obſt. gloſſ. in ver. relinquitur, in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorem, de reſcrip. inf. vbi à tali iudice appellari non poteſt: quia reſpon. eſt verum, quod non tenetur deferre, nec appell. talis illius manus ligat: ſed ne ad ſuperiorem recurrat, qui ei inhibeat, & ſi opus fuerit ſententiam non retractet, impedire poteſt, & iſta ſimul ſtare poſſunt. pro qua ſol. vide Mariã in c. ſuper his, vlti. col. de accuſatio. & Imo. in c. 1. 13. col. in c. ſignificaſti, lo 1. de homicid. & ibi Fel. in 2. & 3. col. & bene in c. 1. hoc tit. ſup. col. 20 verſ. & ſi dicatur conſcientiæ tuæ. cum ſeqq. Abb. in c. paſtoralis, de appella. in princ. Felin. in c. ad abſoluendam, in q. vtrum in cauſa hæreſis appelletur. de hæret. cum alijs. Decium vide in c. conſtitutis, el 3. in 2. not. de appellatio. & ibi in apoſtillis.

8 ¶ Fallit tamen primo † iſta ampliatio, quando l. eſſet nutritiua peccati: tunc enim in foro conſcientiæ ſeruari minime debet: quia licet iuſta ſit, non tamen auctoritate Dei per eius miniſtros edita eſſe videtur, Abb. in c. 1. hoc tit. ſup. & vide Abb. in proœm. decret. in 2. q. Nouiſſi. in d. c. 1. col. 9. verſic. 2. eſt, quod ſi lex iuſta. alleg. Fed. conſil. 21. Nunquid hæres. & Feli. ibi poſt glo. primam, Anch. conſil. 14. Videtur prima facie, Bald. in Auct. ingreſſi. col. 7. C. de ſacroſ. eccleſ. Abb. in c. vigilanti, col. ſi. de præſcript. & in c. 2. de teſta. Flo. in l. ex parte, in §. ſeruo. ff. famil. erciſcun. Alexan. conſ. 28. Statutis, col. 4. in 2. volum. cum alijs. Peruſi. in c. conſtit. de appell. & Abb. in c. cum cauſam, colum. 4. de teſti. nec mirũ quod lex iuſta ſit & nutritiua peccati vt Abb. in d. c. c. Beat. Thom. parte 2. quæſt. 96. vbi eandem ſententiam tenet. quem Ioan. And. in c. 2. infra de vſur. refert & Peruſ. in c. ſi pater. col. fin. verſic. ſed in contrarium facit primo. de teſtam. infra.

¶ Fallit ſecundo, quando † l. forum fori à foro poli id eſt 9
forum contentioſum à foro conſcientię diſtingueret: quia tũc ab illius diſpoſitione, quæ clara videtur, recedi non debet, cap. tua nos. ſecundum commun. intellectum. ad idem tex. in c. quicunque 17. quæſt. 4. in princip. ibi, ſed iure fori, non iure poli. c. inquiſitioni, in ſi. de ſentent. excom. & quę not. in c. à nobis. lo 2. illo & eod. tit. & cum iſta concluſione Nouiſſi. in d. c. 1. col. 9. verſic. prima eſt. hoc tit. ſupra.

¶ Fallit tertio, quando in præſumptione † tantum l. fun- 10
data reperiretur, quia tunc non obligat, ſi veritas in contrarium vigeat, voluit Abb. in d. c. 1. & Nouiſſi. col. 10. verſic. quarta concluſio, poſt gloſ. primam, alleg. Innoc. in c. quia plerique. de immu. eccle. Ioan. Andr. & Abb. poſt alios, in c. ij qui. de ſpon. Bald. in l. cum quis, colum. 7. verſi. quæritur an lex poſitiua. C. de iur. & fact. igno. Anch. in regu. poſſeſſ. alleg. colum. 13. infr. de regu. iur. Nam conſcientiæ forus ad iuris naturalis ac gentium terminos reducitur, 11
Abb. in c. 1. in fin. de reſtit. ſpol. conſcientia † non ligat, quos natura non obligat, Bald. in l. 1. in fin. C. de vecti. & commiſ. propter quod Fulg. poſt Bald. in l. poſt diuiſionem. C. de vete. iur. enucl. dicebat & eſt ſententia communis, quòd filius partem hæreditatis extraneo in teſtamento non ſolemni relictam etiam, in foro conſcientiæ dare non tenetur, vide Bald. in l. cum quis, in 4. colum. verſi. 10. probatur. C. de iur. & fact. ign. Ang. in diſputa. Aſten. miles, in 17. colum. Ant. de Butr. in c. nouit. colum. 12. de iud. Imo. in l. nemo poteſt, & ibi Alexan. 10. colum. plenius. ff. de leg. 1. quod verum aſſerunt Nouiſſi. in l. poſt diuiſionem, quando filius bona huiuſmodi poſſederit, ſecus ſi extraneus: vbi multa videbis, quia hic non eſt locus eius.

¶ Secunda & † principali ratione, malorum omnium radix 12
eſt cupiditas, c. bonorum. 47. diſtinct. & in §. cogitatio. in Auct. vt iud. ſine quo. ſuffrag. col'at. 2. & in §. quia radix. & in §. ex promiſſu. de pœni. diſtinct. 2. lex enim illiuſque diſpoſitio cum diuina iuſtitia conuenit, vt latius in proœm. Decreta. & per ſupra alleg. vbi noxius appetitus limitatur: Non tamen alia de cauſa, niſi ob bonum finem animæ, quæ † cunctis pretioſior eſt, c. cum infirmitas, de 13
pœnit. & remiſ. itaque bona erit conſequentia, hoc de iure canonico ſeruari debet, igitur & in foro conſcientiæ, niſi in caſibus ſupra not. & iſta videtur optima conſequentia, quę an neceſſario concludere habeat, vide quæ dicunt Nouiſſi. Mediol. in c. tranſlato, in 2. lectu. in 2. col. verſic. quarto not. vbi ad illam tollendam non eſt ſatis inſtantiam dare, niſi ſpecialiter detur in caſu, in quo loquimur: quia ſufficit quem iuris regulam pro ſe habere, de quo Salic. in l. precibus, col. 2. C. de precib. Imp. offer. quod dictum limitat illud vulgatum no in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. data inſtantia corruit arg. quod not. & gloſſ. pen. in l. creditori. ff. de no. oper. nuncia. & quia non eſt materia congruens, hic ſicco pede tranſire curaui.

¶ Ex quibus omnibus † Ant. in c. cum dilecti. de emptio. & ven- 14
di. poſt B. Thom. in ſecunda ſecundæ. quæſt. 77. artic. primo, redargui poteſt, vbi voluit, quòd contrahentibus citra dimidiam iuſti pretij non ſit licitum in foro conſcientiæ ſe ad inuicem decipere. Et ratio eſt, quia conſcientia idem eſt quòd bonus vir Bald. in c. cũ cauſam, de teſti. & non decetũ bon virum ſecum contrahentem decipere. gloſſ. in l. ſemper. ff. de regul. iur. quam Bald. extollit, in Auct. ad hæc. colum. 6. verſi. inſuper quæritur. C. de vſur. & tamen videmus ius Canon. cuius intentio principalis eſt animarum ſaluti prouidere, contractum huiuſmodi comprobare, d. c. cum dilecti. & cap. pen. de emptio. & vendi. vnde videtur, quod quis ſit l. clypeo deceptus: quod eſſe non debet, l. 1. in ſi. C. de his qui veni. ætа. impetra. cap. iudicis. 27. quæſt. 2. Et cum iſta reprehenſione Nouiſſi. repeten. hic tranſeunt. quorum opin. ſic comprobari poteſt per not. per Nouiſſi. Mediol. poſt Abb. & alios, in c. 1. in 10. colum. verſic. tertia concluſio. vt iura, quæ contrahentibus ſe ad inuicem decipere permittunt, in foro conſcien-

rere non tenetur, vt idoneiorem inueniat: & hoc modo poteſt intelligi text. in d. cap. monaſterium. 16. q. 7. ibi ſufficit quod præſentatus non ſit malus, quia intelligitur quando melior haberi non poſſet: pro qua opin. vide gloſſ. in c. licet. 8. quæſt. 1. Secus quando idoneum & idoneiorem habere poſſet, quia idoneiorem præſentare tenetur: & hoc modo in primo & in ſecundo caſu ſalua erit præſentantis conſciētia: plus enim audeo, quod hoc verificetur in epiſcopo inſtituere debente, vt vbi meritorum non datur paritas, idoneiorem inſtituere teneatur: & hoc modo contraria huiuſmodi concordari poſſe iudico: pro quo vide Roch. Curtium in tractat. ſuo de iure patro. in duobus locis, primo ſuper verbo, honorificum. colum. 16. verſic. decimoquinto quæro. cum ſequenti. duabus colum. & in verbo, onerosum, in 2. col. in verſi. ſecundo quæro. & de hoc longiori calamo in repetit. c. quoniam. de iure patron. dixi, ac concluſiones quamplures alias publice diſputaui. & hanc præcipue peculiari ſua dote munitam domino dante reperies.

23 ¶ Not. ſecundo ibi, ſententijs † per ſtatuta prolatis, quod ſtatuta quandoque ſententiæ promulgationem continent: quod exemplificari poteſt, quando pœnæ apponuntur ipſo iure, & dicitur ſententia iuris, c. pro humani. infr. de homi. ſeu canon latæ ſententiæ, c. ſi vero, ſup. de ſent. excom. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. l. amiſſione, in §. qui deficiunt. ff. de cap. diminut. quandoque tamen ſententiam proferendam diſponunt, & ſunt maximi effectus, quia vt Gemin. hic, quando à ſtatutis ſententia profertur, alia hominis diſpoſitiua non eſt neceſſaria, ſed declaratoria tantum: & pro exemplo vide Bal. in c. 1. in §. 1. quib. mod. feud. amit. Nam quando quis à bonis ſuis cedit, ſuper bonorum amiſſione ſententia ferenda non eſt, ſed declaratio tantum, l. facultas. cū alijs ibi. C. de iure fiſc. lib. 10. not. in l. 1. in §. calumniatoribus. ff. ad Turpil. Gemin. latè poſt Archid. & Ioan. And in d. cap. pro humani, in §. fin. de homi. inf. vbi concludit, quod ita canon. quæ pœnam ipſo iure infligunt de crimine commiſſo. tantum declaratoriam expoſcunt: adeo quod ante ipſam pœna & ſi ipſo iure delinquenti à iure ſit vel ſtatuto impoſita, ſuum non ſortitur effectum, caſus eſt in c. cum ſecundum. de hæretic. inf. & in §. notandum. verſic. nam facti quidem quæſt. 2. quæſt. 3. Bald. in auct. hoc amplius. C. de fideicommiſ. & in c. 1. de feud. ſine culp. non amitten. & in auct. qui ſemel, in 1. colum. C. quomodo, & quando iudic. Gemin. in cap. 2. ad fin. de confeſſ. inf. & Bart. in l. eius qui delatorem, in princ. & l. imperator. ff. de iure fiſc. Bald. in l. vnica, colum. 8. C. de confeſſ. cum alijs per Felin. in repetit. c. 2. de ſponſalib. in 2. colum. vbi latius cum ſequenti.

24 ¶ Et ex his infero, quod licet quis † in canonem latæ ſententiæ incidat ante declaratoriam tamen non erit euitandus in publico etiam à ſcientibus cum excommunicatum eſſe in diuinis & in cōmunione, Anch. conſ. 185. verſi. ſecundò moueor, cū alijs per Felin. ſup. loco alleg. in 3. col. verſi. & ex prædictis non inferas. vbi alleg. extrauagantem Martini Papæ 5. in Concilio conſtātien. editam & in Baſilien. ante eius ſciſſuram confirmatam: ſecus poſt declaratoriam, quia euitari debet. Franc. Cur. conſil. 20. colum. 12. in princip. quod tamen dictum reſtringendum fore putaui.

25 ¶ Fallit, quando à tali † declaratione appellatum fuiſſet, licèt ad ſe ſtatim executionem trahat, ſiue ſententia iuſta ſit vel iniuſta, cap. paſtoralis. de appellatio. cap. ſane. de ſent. excommun. cap. ſententia paſtor. 11. quæſt. 3. cum alijs, puta quando quis in ſententiam excommunicationis iuris ſiue hominis incidiſſet, ſi dubium factum ſit, propter quod quis in excommunicationem incurrerit, appellari poteſt: & tunc niſi probationis vel proſecutionis termino finito, in iudicialibus nec extraiudicialibus debet euitari, not. Lapus in Clem. 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. & ibi Cardin. vlti. ſol. verſic. ſexto quæro, alleg. gloſſ. in §. quod ſi per 20. Alex. in l. 3. in §. ſeruus, in 4. col. verſic. ad prædicta etiam facit. ff. de acquir. poſſ. quod Nouiſſi. Mediolanen. in c. ad hæc l. vltimo, in 3. not. ſol. 32. de appellatio. Felin. in repetit. d. cap. 2. de ſponſalib. in 3. col. in princ. non tam vtile quam ſingulare commendauit in practica poſt Cardin. in loco alleg. Ro. in l. ſi cum bonis. in 6. col. ff. de verb. oblig. cum alijs. Et quando dicimus, quod in ſententijs, à iure vel per ſtatuta prolatis alia hominis ſententia diſpoſitiua non requiritur, ſed declaratoria tantum.

26 ¶ Fallit primò in his, quæ immediate † executiue ad factū trahuntur, nec ſui natura aliam extrinſecam poſt ſe executionem expectant, vt eſt, quando ipſo iure irrogatur infamia, vt in c. fœlicis, alleg. Item quod quis ſit inteſtabilis, in his alia actualis non requiritur, ideo declaratoria non eſt neceſſaria, quicquid Ioan. And. poſt Arch. in c. fœlicis. de pœn. inf. dixerit: ſecus ſi in his, quæ poſt ſe ſui natura executionem expectant, vt eſt pœna confiſcationis bonorum etiam in crimine læſę maieſtatis, §. contrarium. Inſtit. de heredi. quæ ab inteſt. defer. & in §. publica. Inſtitut. de pub. iudic. l. eorum. ff. ad l. Iul. maieſt. & in auth. bona. C. de ſent. damna. Item & in bonis monaſterium ingredientis, auct. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. c. ſi qua mulier. 19. quæſt. vlti. cum alijs, per Innoc. in cap. in præſentia, de probatio. ſup. Vel poteſt poni exemplum in priuatione beneficij: & cum hac ſententia Imol. tranſit Gemin. in d. c. fœlicis, in 1. colum. verſic. quæro an ſit neceſſaria. addit quod not. Innoc. in c. qualiter. lo 2. in gloſſ. mag. verſic. item not. quod ſententia. ſup. de accuſat. Nouiſſi. tamen Peruſini ibi in §. nullus, poſt gloſſ. in verb. damnentur. contrarium dixerunt, ad hoc vt infamis repelleretur, declarari debet infamiam incurriſſe, vnde ſiue per ſententiam ſiue ipſo facto quis incurrat infamiam, opus eſt declaratoria, argum. eorum quæ not. in gloſſ. ſuper verbo donec, in Clem. 1. de decimis. vbi ad hoc vt diffidatus poſſit offendi, declaratoria requiritur, & in auct. de tabellio. in §. vt tamen, colum. 4. Bald. in l. iubemus, in §. ſane. C de ſacroſan. eccleſ. & Bartol. in l. eius qui debitorem. ff. de iure fiſc. Confirmo in ſententia excommunicationis, quæ ſtatim ſecum trahit executionem, cap. paſtoralis. & quod ibi not. cum alijs ſupra & tamen poſt ſe declaratoriam expoſcit, vt Felin. in capitul. 2. de ſponſal. allegat. vbi ſupra ſatis. & pro his vide Bartol. in l. quod iuſſit. ff. de re iudic.

Fallit ſecundo in caſu cap. vbi periculum. in §. præterea. de electio. inf. vbi deputantur executores cum pœnis, vt præmiſſa omnia & ſingula in dicta conſtitutione contenta, ſine fraude aut dolo aliquo aucto. apoſt. obſeruari faciant: quod ſi ſecus fiet, pœnam excommunicationis eo ipſo incurrant, & perpetuò ſint infames, nec ad aliquod publicum officium admittantur: ſubdit text. feudiſque ac bonis cæteris, quæ ab eccleſ. Rom. vel quibuſlibet alijs obtinuerint, ipſo facto decernit eſſe priuatos. Item ſubdit text. ita quod ad eccleſias ipſas plene ac libere reuertantur, adeo quod earundem adminiſtratores de eiſdem ſine contradictione aliqua diſponere poſſint: nam † verbum decernimus, idem videtur importare quod declaramus: & hoc quando ius antiquum declarat, quod ibi patet in princip. vbi loquitur de Alex. 3. & alijs prædeceſſoribus, voluit Cardin. in c. decernimus, de iudic. alleg. text. in cap. ad audientiam, de cleric. non reſiden. c. cum olim. de priuil. vbi etiam de verbo innouamus, ſtatuimus: & vide And. Sicu. & Nouiſſi. ibi. Secundo facit text. in quantum vult, quod bona illa, libere, &c. & in fine ibi, vt de eiſdem per adminiſtratores abſque contradictione aliqua, &c. vnde non poſſet de declaratione apponi: & hoc modo poteſt ille tex. probare, quem ſimpliciter ad hoc Felin. in repetit. d. c. 2. in 2. colum. verſic. quod dictum eſt requiri declaratoriam. de ſponſa. vbi etiam Gemin. per illum textum ita tenere affirmauit: verè tamen hoc non ſentit, quia licet in 6. not. dicat, quod vbi quis ipſo facto eſt priuatus à iure, de re, quam tenet, non requiritur alia ſententia hominis, ſed licitum eſt illi, ad quem res ipſa deuoluitur, illam auctoritate propria capere: hoc verum puto declaratoria præcedente: & dum dicit, quod alia ſententia hominis non requiritur: eſt verum de diſpoſitiua, quod etiam probat per concordantes, alleg. not. Bartol. in l. non ſolum, in §. liberationis cauſa. ff. de liberatio. legat. cum alijs: & ideo Gemin. remittit ſe ad not. in d. cap. cum ſecundum. de hære. vbi hoc in §. confiſcationis. ſentit expreſſè, vt requiratur hominis declaratoria ante executionem, vbi quis ipſo facto damnatus eſt: & ideo ille text. hoc modo inductus dabit caſum, in quo ſententia hominis declaratoria non requiritur. 27

Fallit 3. in clerico † incorrigibili, puta in caſu cap. cum non ab homine, de iudic. vbi primo eſſet depoſitus, ſecundo trina monitione præcedente, ad hoc vt ſe corrigat monitus, cap. ſacroſ. de ſenten. excom. & in c. conſtitutionem. illo tit. inf. & eo non reſipiſcente anathematizatus, quia ex quo ad eccleſiam non accedit, ſe ad pœnitentiam offerendo, incorrigibilis dicitur, adeo vt ſtatim de foro ſæculari efficiatur abſque alia hominis declaratoria, voluit Abb. in d. cap. cum non ab homine. 9. colum. verſi. ſed certe ſi ſubtiliter. de iudic. vide Bald. in l. iubemus, in §. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. quicquid Petr. Innoc. & Ioan. And. & Cardin. dicant. & ratio eſt, quia luce clarius de illius incorrigibilitate conſtare videtur: quia eo ipſo quod in pertinacia durat, priuile- 28

uilegium clericale amittit, adeo quod locus inficiationi non relinquitur, *arg. text. in c. euidentia, de accuſat. & quod not. in cap.*
29 *quanto. de translatio. prelato.* Nam † eo ipſo, quod epiſcopus de ſua eccleſia tranſit ad aliam, dicitur notorium: fortius hoc caſu triplici pœna præcedente: & ſic in notorio ſe fundat: & hoc modo limitantur iura ipſo iure pœnam imponentia, quæ hominis declaratoriam expoſcunt ante executionem: quod verum eſt, niſi factum eſſet notorium, *c. cum ſecundũ. ſup. alleg.* Bart. *in l. eius qui. ff. de iu. fi. cum alijs.*

¶ Sed videtur, quod hoc non ſit verum, nam vbicunque alicui interdictio ratione certæ qualitatis competit, ante omnia de tali qualitate conſtare oportet, *c. cæterum. de iudic. cap. rerum. c. cum ſit, de for. comp.* & ibi Innoc. Angel. *conſilio ſuo 6. vel 7. not. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. pub.* ſed laicus non habet quid in clericum agere niſi poſt depoſitio. *excommun. & anathemati.* in profundum malorum venerit, caſus eſt, *in d. cap. cum non ab homine. ibi. poſtmodum ſi in profundum malorum, &c.* & hoc ex interuallo, *l. 2. C. de cuſto. reo. not. in c. cum M. hoc tit. ſup.* igitur qualitas huiuſmodi ſibi conſtare debet: & ideo iudex eccleſiaſticus ante omnia illum incorrigibilem declarare debet: & iſta fuit ratio And. Sicu. alleg. not. Bart. *in l. ſtipulatio. in § habet. ff. de no. oper. nunc.* Opin. tamen huiuſmodi confirmo per tex. *in fin. ibi, qui vult quòd antequam laicus ſe intromittat, neceſſe eſt vt eccleſia, non habeat vltra quid agat*: vnde neceſſaria declaratoria videtur. & ideo Nouiſſi. Mediolanen. *in d. cap. cum non ab homine, colum. penult. verſic. tertia concluſio*: cum aliquo tamen moderamine ſententiam Abb. approbare videntur, videlicet dum tamen factum declaretur eſſe notorium, per not. per Bald. & Salic. *in l. ea quidem. C. de accuſatio.* concludit Aretin. *in conſi. 165. Sicut Ioan. dixit, colum. 2.* hoc vltimum tamen non placet, habita Abb. ſententia pro vera. quia quando eccleſia non habet quid vltra ſatis notorium dicitur, quia ex proceſſu conſtat illum incorrigibilem fore, *cap. cum olim. de verbo ſignific.* Rectius tamen Abb. ſentit, quod pro cautela fiat, *in cap. ad noſtram, lo 3. de iureiurand.* Cardin. *in Clement. paſtoralis, in 17. not. de re iudic.* tenendo opinio. And. Sicu. illum eccleſia incorrigibilem eſſe, & in malorum profundum veniſſe, nec contra illum quod facere poſſet habeat, declaret: & ideo poteſtati ſeculari relinquat, vt ei exilij vel alia legitima pœna inferatur, rationibus ſupra allegatis.

30 ¶ At † quando dicimus, quòd quando ſtatuta ſententiæ promulgationem continent, tunc alia hominis diſpoſitiua non requiritur, ſed illius declaratoria tantum, vt ſup. Declara vno modo hoc verum eſſe legitime parte citata, vt in caſibus ſupra allegat. *cap. ſecundum, allegat. cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. cap. licet canon. de elect. inf. cum alijs.* & iſtud voluit glo. quam omnes ſequuntur ſuper verbo, conſtiterit. *in Clement. præſenti, de cenſi. gloſſ. ſuper verbo, conſtiterit, in Clement. 2. de pœn.* & ibi approtur gloſſ. antepen. *in Clemen. 1. eod. tit. gloſ. in cap. licet epiſcopus, de præben. inf. iuncta gloſ. in cap. de multa, illo ti. ſup.* & hanc ſententiam tenent Card. & Imol. *in c. extirpandæ.* ſequendo gloſſ. *in cle. præſenti. de præben.* faciunt no. per Bar. *in alleg. l. eius qui delatorem. ff. de iu. fi.* Ro. *deciſ. nouis, 61.* & iſtam ſententiam & concluſionem tenet Fran. Cur. *conſ. ſuo 20 Domine labia mea. in § circa primum. col. 6. verſ. facit, circa med.* quæ tamen declaratio triplici reſtrictione procedit. itaque.

31 Fallit primo, quando quis † eſſet de fuga ſuſpectus, ſentit Abb. *in d. c. cum nõ ab homine, col. pen. cum ſequenti, de iudic.* & Felin. *in repetit. d. c. 2. in 2. col. verſic. item in quantum, de ſponſal. in 2. colum.* ratio eſt, quia vbicunque criminis punitio excluditur, non debet citatio committi, Bald. *in l. cunctos populos. in lect. C. de ſum. Tri. & fide Catholi. l. conſentaneum, in 7. colum. C. quomodo, & quãdo iudic.* Saxe. *in l. abſentem. C. de accuſ.* Bald. *in l. 2. C. vbi quis decurio.* Anch. *conſ. 178. In auxilium veritatis.* Rom. *in l. de pupillo, in § ſi quis riuos. ff. de noui oper. nunc. per l. at prætor. in § ſi debitorem. ff. de his quæ in fran. credit.* & remittit ſe ad dicenda *in cap. præterea, lo 2. de ſponſa.*

32 ¶ Fallit ſecundo, quando factum † eſſet notorium, ſiue exceſſus per euidentiam facti, quia tunc citatio non requiritur, Abb. *in cap. peruenit, lo primo de appellatio.* & Ioan. And. & Doct. *in cap. ſacro, de ſentent. excommun.* & Abb. *in capit. reprehenſibilis. de appellatio.* propter factum notorium poteſt quis denunciari & declarari à canone excommunicatus abſque alia citatione: pro quo Anchara. *conſilio ſuo 185. verſic. ſecundo moueor.* voluit quod excommunicatus etiam notorie non ſit euitandus etiam in publico ante declarationem, niſi pro percuſſione eccleſiaſticæ perſonæ, alleg. Abb. in *Clemen. 2. in verbo, ſuppoſitis. de ſentent. excommun.* Archiepiſcopus Flor. *in ſumma de cenſu.* ita tranſit Felin. *in d. cap. præterea. 3. colum. verſic.* & licet ipſe non dicat, addens gloſſ. ſingu. *in cap. indignè. 12. quæſt. 2.* vbi agitur de depoſitione clerici propter crimen commiſſum, monitio non requiritur: quod dictum eſt contra illud, quod voluit Abb. *in d. cap. cum non ab homine. vbi ſupra in 3. fallen. in princip.* quando diximus, quod & ſi clericus propter aliquod crimen deponatur, ſi excommunicandus erit, præcedente monitione fiet, de quo ſup. & tamen ſumus in notorio iuris: & hoc verius eſſe videtur *cap. in loco. 5. quæſt. 4.* per Innocen. & Doct. *in cap. ad hæc, de appell.* Cald. *in tractat. de interdict. in 4. principali not. in allegat. cap. ſacro.* vide Rot. *deciſio. 401.* quia ex quo declarant, & noua pœna non infertur, citatio non eſt neceſſaria, *cap. paſtoralis. de appellatio. cap. ſi inimicus. 93. diſtinct. cap. pia, de except. infr.* Ludo. Roman. *conſilio ſuo 482. In caſu præmiſſo circa primum in quo quæritur.*

¶ Eſt tamen aduertendum, quia non ſufficit, quod de delicto notorie conſtet, niſi ſit etiam certum, quod abſenti nulla defenſio competat. Secus tamen, ſi eſſet notorium, & abſenti conſtaret nullam defenſionem competere, tunc fallentia & reſtrictio clara: pro quo Hoſtienſ. Ioan. And. & Doct. *in d. cap. reprehenſibilis, de appellatio.* & pro his vide Franciſ. Curt. *in loco ſup. alleg. in declaratione ſup.* Secus ſi non conſtaret vel certum non eſſet abſenti ius defenſionis aliquod nõ competere, tunc citatio requiritur ſimul & cauſę cognitio: Paul. *in d. Clem. præſenti,* quia multa notoria dicuntur, quæ tamen non ſunt: & hoc modo in notorijs requiritur citatio, not. *in cap. ad noſtram. ſup. alleg. de iureiur.* ſequitur Car. & Ino. *in c. extirpandæ. de præben.* & Felin. *in d. c. præterea, in 2. col. alleg. cum alijs not. in c. tua, de coha. cler. & mulier.*

¶ Fallit tertio † in caſibus, in quibus declaratoria non requiritur, de quibus ſupra: quia tunc pœna erit in cauſa, & ſi declaratum non fuerit, nec pars etiam citata fuiſſet, Gemin. *in c. fœlicis, in princip. 3. colum.* alias fallentias & reſtrictiones vide per Peruſ. poſt Gemin. *in d. cap. cum ſecundum. in § confiſcationis. verſi. 2. tenementi, in 1. colum. de hæret.* cum alijs per Lap. *alleg. ſua 127.* Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de appell. in ſi.* quæ not. ſunt pro intelligentia, *cap. cum ſecundum alleg.* Quæ omnia hic cauſa breuitatis omitto. 33

¶ Not. 3. ibi, quorumcunque ordinariorum. Epiſcopum † non ſolùm, verum inferiorem ab ipſo ſtatutum condere poſſe, de quo Archid. pro opin. eorum, qui dicebant plebanum vnà cum ſuo capitulo quo ad ſuos parochianos in his quæ ad eos pertinent ſtatuere poſſe, quia ordinarius dici poteſt: quia qui à collegio vel vniuerſitate vel à Principe iuriſdictionem habent, ſtatuta huiuſmodi facere poſſunt. vt Archid. Abb & his ſimiles, de quibus *in cap. 1. de ætat. & quali.* not. *in cap. fin.* & ibi Abb. *de offic. Archid.* & quod ordinarij ſint, Gemin. alleg. gloſſ. *in Clemen. 1. de offic. ordin.* & quod not. *in cap. ordinarij, de offic. ordin. infr.* & vide an ſtatuant inferiores ab epiſcopo, quod not. *in cap. cum M. c. ex litteris. hoc tit. ſup.* vbi Nouiſſi & an epiſcopus cum capitulo ſtatuat, Nouiſſi. repeten. hic latius dicunt, de quorum poteſtate vide longius, *in c. cum ab eccleſiarum prælatis. & in cap. quanto, de offic. ordin.* plenius Abb. *in cap. cum contingat, & in c. quod clericis.* & ibi Abb. *de for. compet.* & qui ſint ordinarij, *inf. cum glo.* dicetur in verbo ordinariorum. & hoc propter dictionem quorumcunque, quæ eſt multum prægnans: & vide Gemin. *in c. ſtatutum. in 2. colum. verſic. quid ſi ordinarij habentes conferre non ſint diœceſani. vbi in repetit. latius ſcripſi, de præben. inf & not. in l. omnes populi.* poſt Bart. Nouiſſi. Mediol. *in 1. & 2. lectu. ff. de iuſti. & iur.* & per Cardin. *in cle. ne Romani. de elect.* & quod not. Bart. *in l. fi. C. de colleg. illicit.* Bald. & Salic. *in l. fi. C. de iuriſdict. om. iud.* vbi tractatur, an collegia licita ſtatuere poſſint, Canon. *in locis allega.* Iaſon *in l. imperium. in 2. col. verſi. 2. moueor. ff. de iuriſd. om. iud.* vbi videtur velle poſt Bat. *in d. l. omnes populi, in 4. quæſt. 1. q. principalis,* quod magiſtratibus quibuſlibet competit l. condere in ſpectantibus ad iuriſdictionem ſuam: & not. *in l. 1. ff. quod quiſque iuris.* Item ſenatoribus ac præfectis prætorio, *l. non ambigitur. ff. de legib. l. formam. C. de offic. præfecti prætor. cum alijs.* 34

¶ Contra ſententiam huiuſmodi facit: quæ ſunt † meri imperij, ſoli principi reſeruata dicuntur, *in l. imperium. ff. de iuriſdict. om. iudic. & in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. in 1. & 2. lectu.*

per

per Iaſon. *l. non ambigitur. alleg. ſup.* & expeditur officio iudicis
nobiliſſimo vtilitatem publicam reſpiciente. Riminal. *in l. im-
perium. alleg. col. 16. verſi. ſucceſſiue, circa med. & in 5. col. ver. reſtat ſo-
lum.* Et licet hoc præfecto prætorio & ſenatoribus competat,
illud eſt ex priuilegio eis attributo, *vt in l. non ambigitur. & in l.
forma. alleg. C. de offic. præfect. prato.* adeo quod huiuſmodi reſer-
uata præſcribi minime poſſunt, *l. bene à Zenone.* & ibi Bald. *C. de
quadr. præſcriptio.* & vide quæ not. Anch. *in cap. 2. de præben.* infra
faciunt quæ ad quæſt. illam not *in rub. ſupra hoc tit.* per Doct. an
ardua expediat Ro. Pon. ſine Cardinalibus. latius vide quod
de præſcriptione dicit And. Sicul. *in tractatu de excel. Cardin.
in prima parte, in 2. quæſt. principali. qua not. in cap. cum non liceat, de
præſcript. cum alijs.* At condere legem eſt de reſeruatis principi,
iurib. & locis alleg. ideo non videtur, quod tales hoc poſſint.
Poſſet tamen dici, quod illud eſt verum quo ad l. generalem,
& ita loquuntur iura alleg Sed quod iſte talis ſtatuat, non eſt
inconueniens quo ad ſe ſpectantia & ſubditos ſuos, vt ſupra
diximus in concluſione.

36 ¶ Vel poteſt † dici, quod non eſt meri imperij. niſi ſtatuatur
ſuper his quæ ſunt meri vel mixti imperij, ita voluit Bald. *in l.
nulli. C. de ſenten.* aliàs eſſet ſimplicis iuriſdictionis, quam ta-
men iſti inferiores habent, *vt ſup. & inf.* dicemus, Bald. *in c. cum
omnes, alleg. hoc tit. ſup. col. 17. circa fi. l. 2. §. hi datur. ff. de iudic.* Alex.
in l. 1. 4. col. ff. de iuriſd. om. iud. vel poſſet dici, quòd ſtatuere erit
ſemper meri imperij, ratione ſup. alleg. quia ad vtilitatem pri-
uatam principaliter nunquam ſit ſtatutum, aliàs erit conſtitu-
tio, *l. 1. ff. de conſtit. princip.* ex quo iſti dicuntur facere conſtitu-
tionem. non autem ſtatutum, videntur poſſe ſtatuere, capien-
do tamen hic ſtatutum pro conſtitutione large, aliàs text. hic
ſententijs per ſtatuta prolatis. & per ea quæ *ſup. in Rubrica* dixi-
mus, vbi conſtitutio eſt propriè principis, de quo ſatis ſupra,
37 quæ not. pro † ſtatutis facientibus mentionem de conſtitu-
tio. vel ſtatuto, *l. 3. §. hæc verba.* & ibi Bartol. *ff. de neg. geſt.* quæ ta-
men differentia non placet, vide Iaſ. *in l. omnes populi, in 3. colum.
verſic. circa primum, quòd condere ſtatuta. cum ſequenti. ff. de iuſt. &
iure.*

38 ¶ Secundò, nam † clauſula in fin. poſita obſcura in princip.
ſcripta declarat, vide quod not. *in cap. olim. & in c. poſtulaſti. ſup.
de reſcriptis.* Sed iſte text. *in verſic. ſtatuto.* loquitur in epiſcopo,
& ſic in diœceſano, appellatione cuius venit epiſcopus pro-
pter ſubiectam materiam: & vide Batt. Brixien. *in verbo, clauſu-
la. 1. col. in repert. & not. in c. ad deliberandam, de iud.* vide quæ not.
in c. ſecundo requiri. & in cap. inquiſitionem. de appellatio. vbi clau-
ſula in fin. vel in medio poſita ad præcedentia refertur: cũ au-
tem in odium ordinariorum eſſet, ſi tales inferiores ab epiſco-
po ſtatuta facere poſſent, *c. peruenit. 11. q. 1.* facit quod not. in ſi-
mili per Riminal. *in rub. ff. de iuriſdict. om. iudic. col pen. verſic. conſi-
derando.* vbi ordinaria fauorabilis, delegata vero odioſa, quia
ordinariæ iuriſdictioni nocet. *l. 1. in §. 1. ff. de iuriſdict. om. ind. cap.
quærenti. de offic. deleg.* facit gloſſ. *in cle. fin. in ver. nolumus de offi. or-
din.* ideo iſte text. hic poteſt intelligi de ordinarijs. vt ſupr. ſin-
gula ſingulis reddendo: Sed poſſet reſpon. quod de clauſula
dicitur, eſſe verum niſi ſermonis ſectio eſſet, quia text. *in princ.*
loquitur in vno caſu, *& §. ſtatuto epiſcopo.* in alio caſu. Nam pri-
39 ma pars poteſt in ſecunda verificari, ſed non ecõtra, quia † iſti
inferiores ab epiſcopis non habent territorium, *c. cum ab eccle-
ſiarum prælatis.* vbi Abb. & not. etiam *in c. cum contingat, alleg. ſup.*
quod verum reputat Iac. de S. Georg. hic, & Ioan. And. *in d. cum
contingat,* quos hic Gemin. refert & ſequitur, *col. 5. verſ. quæro an
inferiores prælati.* Secus tamen in epiſcopo, de quo *in gloſſ territo-
rium.* dicemus: vel quod de clauſula dicitur. non procedit. e-
ſto quod clauſula eſſet, quia reſultaret inconueniens vel iu-
rium correctio, vt hic, *de quibus ſup. & infr.* vbi qua auctoritate
tales ſtatuant, videbimus. ad præcedentia non refertur. tex. eſt
ſingul. & ibi Abb. *in c. veſtra, lo 2. ver. non debeat ad contemptum,* &
alia quæ non ſunt de forma referri, *de elect.* Batt. *in l. prætor. la 2.
ff. vi bon. rap.* cum alijs eleganter per Anton. Corſet. *in ſuis ſingul.*
40 *in verbo, clauſula poſitis.* & † quod de odio dicitur. imò eſt in fa-
uorem inferiorum, vt text. hic in princip. etiam habeat locum
quo ad inferiores. Et ideo ſequitur regula, quod vbi ſumus in
fauorabilibus, fit extenſio, licet ex iſto fauore aliquid ſequa-
tur odium, not. *in cap. 1. de loca. & in c. ſi vero, de ſentent. excommun.*
Itaq; veniunt etiam appellatione ordinariorum: imo & diœ-
cæſanorum. Gemi. *in cap. ſtatutum, in 2. colum. ſup. alleg. circa med.*
vbi diſpoſitio illius text. in talibus ſibi locum vendicat: & iſta

opin. Gemin. & ſequacium per hunc tex. & alia iura ſup. alleg.
vera eſſe videtur, quæ

¶ Ampliari poteſt, etiam ſi in tali ſtatuto pœnam adijcere
vellent, Innoc in gloſſ. ſua *in verbo, ſides. in cum acceſſiſſent.* Ant.
& omnes, *in fin. hoc tit. ſup.* Ang. *in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicen. non
obtemper.* Et iſtud eſt ratione iuriſdictionis, quam habent: ſe-
cus in alijs nullam habentibus, qui licet ſtatuant, non tamẽ in
alijs pœnam adijcere poſſunt, niſi ab habentibus iuriſdictionẽ
ſtatuendi poteſtatem obtinuerint, *l. qui ex ma. ff. ad municip. l. in-
ſulæ. ff. de iudic.* & ibi Alexan. *colum. 6.* Bartol. *in l. ambitioſam. 10.
colum. in ver. 3. regula. ff. de decret. ab ordin. facien.* Bald. *in l. 1. in fin.
C. ſi rect. prouinciæ. cum alijs.* per Iaſ. *in l. omnes populi. in ſecunda lect.
colum. 9. verſic. not. tamen quod licet. ff. de iuſti. & iur.* Cum au-
tem iſti, de quibus loquimur, iuriſdictionem habeant, igi-
tur, &c.

¶ Ex quibus † infero, quod qui iuriſdictionem habet, ſta- 41
tuta condere poteſt, tenuit Bartol. *in l. omnes populi, poſt gloſſ.
ff. de iuſt. & iu.* Bald. *in l. decernimus, circa med. C. de ſacroſ. eccle.* vbi
de tyrannis, ex quo iuriſdictionem non habent, ſtatuere non
poſſunt, idem Bald. *in tit. de pace conſt. in verbo, ſecundum alleg. &
in l. nulli. C. de ſenten.* Bald. & Salic. *in l. fin. C. de iur. om. iud.* Ant. &
Imol. *in c. cum omnes. hoc tit. ſup.* & idem Bald. *in l. humanum. C. de
legibus.* Sed iſtud non videtur verum, patet ex diffinitione iu-
riſdictionis, quam poſuit gloſſ. *in l. 1. ff. de iuriſdict. om. iudic.* eſt
poteſtas † de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicen- 42
di: & tamen condere ſtatuta non eſt neceſſitatis, imo facta co-
acte non valerent in effectu: & ideo licet iſti habeant iuriſdi-
ctionem de cauſis cognoſcendi, non tamen ſtatuta condendi:
& iſta fuit ſententia Rayn. alleg. Imol. *in cap. cum acceſſiſſent, hoc
tit. ſup.* & cum eo Bald. *in d. l. omnes populi, in princip. & in l. 1. in 1.
colum. ff. de iuriſdict. om. iudic.* licet vt ſup. in locis alleg. contrariũ
dixerit, & pro hoc facit dictum Ang. *in l. imperium. alleg. in 3. col.*
vbi infeudatus à rege de ciuitate vel caſtro cum iuriſdictione
ſtatuta condere non poteſt, & vide, quia poteſtas ſtatuendi &
ius reddendi ſunt ſpecies adinuicem ſeparatæ, non tamen lo-
quendo, vt Nouiſſi Ferrarien. *in commen. l. imperium, in 2. colum.
ver. not. ex iſto text.* vbi appellatione iuriſdictionis imperium
non comprehenditur, *ff. de iuriſdict. om. iudic. alleg.* Bart. *in l alleg.
publicanus, in §. fin. ff. de publica. & in l. 1. in § ſi quis interdicto. ff. de iti-
ne. a. tuq. priua. cum alijs.* idem tenuit Alexan. *in l. 1. alleg. in 4. col.
ff. de iuriſdict. om. iudic.* quem ſequitur Iaſon *in d. l. omnes populi. 9.
colum.* idem adde in hoc puncto, niſi iuriſdictio capiatur large,
prout à dictione deſcendit, quæ idem eſt quod poteſtas, & iu-
ris quaſi legitima poteſtas, declarat gloſſ. *in l. inſinuandum, in
Auct. de defen. ciuit.* poteſt tamen & populus, villa vel caſtrum
in rebus ad ſe pertinentibus ſtatuere, & hoc ex poteſtate, *l. om-
nes populi,* ex alijſq; legibus quæ l. oppidi vel municipij eſſe ſer-
uandam dicunt, *l. item eorum. circa princip. quod cuiuſque vniuer-
ſita. nom. l. gradatim, in §. 1. ff. de mune. & honor. l. 1. C. de emancipa.
lib.* Ita Alberic. *in prima parte ſtatut. in 5. quæſt. ex prædictis patet.*
cum quo tranſeunt Nouiſſi. *in d. l. omnes populi,* vnde idem in
caſu noſtro concludendum eſſe videtur, vt non virtute iuriſ-
dictionis, ſed potius ex l. vel canonum diſpoſitione, vt in mul-
tis locis patet, *d. cap. cum ab eccleſiarum, cum alijs in concluſione al-
leg.* & per Nouiſſi. Mediol. *in commento cap. ex literis, hoc tit. ſup.*
& vide Nouiſſi. repeten. qui de capitulo & epiſcopo multa di-
cunt, & quando capitulum ſine epiſcopo ſtatuat: & quia latius
materia huiuſmodi *in cap. cum omnes. & in cap. cum acceſſiſſent. &
in cap. cum M. hoc tit. ſup. ſatis aperte ponitur, & in titu. de his quæ fi. à
prælato. & etiam à ma. parte capituli,* idcirco ſub ſilentio hic præ-
tereunda putaui.

¶ Not. 4 ibi, *ligari † volumus ignorantes,* quòd ignorantia
quem à pœna iuris municipalis excuſat: & ratio eſt, quia pœ- 43
na imponitur propter cõtemptum ſtatuti: & ille, qui ignorat,
non contemnit. ideo puniri non poteſt, facit quod not. *in cap.
2. hoc tit ſupr.* & Rom. *conſi. 59.* Nouiſſi. tamen repeten. hic aliam
poſuere rationem, quia pœna ligat reſpectu delicti: & quia ta-
lis non peccat, ideo non punitur, *l. paterfamilias. ff. de hered. inſtit.
l. ſi quis ignorans. ff. loc. c. in lectum. 34. q. 1. c ſi vero. de ſent. excom.* quæ
tamen non placet, quia text. hic non dicit, quòd contra diſpo-
ſitionem iuris non veniat, & quod non committat in cauſa:
committit quidem, ſed non punitur: pro quo facit text. *in c. in
lectum. alleg.* ignorabat probabiliter, & tamen pœnitentia pu-
nitur, quia ſcelus: licet Nouiſſi. Mediol. *in c. 2. hoc titu. ſup. in 4.
colum. in fin. in 2. lectu.* illud ad cautelam, quod fuit dictum gloſ.

pen. ibi. deliquit tamen, etiam ſi nulla pœnitentia ei iniuncta fuiſſet: propter illud verbum ſcelus, & *in cap. ſi vero, lo ſecundo, de ſent. excommun.* alleg. vbi licet ignorantia clericum percutientem à ſententia excommunicationis excuſet, illius tamen violentas manus appellat.

44 ¶ Pro † declaratione litteræ dicitur ignorans, qui aliquid nec iure nec facto ſcit, nec ſuſpicatur illud: ita Vinc. & Goffr. Nam ignorantia proprie eſt ignorare, quæ ſcire tenetur, *in § ſi. 37. diſtinct.* propter quod Abb. reprehendit text. *in cap. ad Apoſtolica. de cleric. excommun. miniſtr.* quia ignorantia in vitium ſonat, quando quis ignorat, quæ ſcire tenetur: ſecus ſi ignorat, quæ ſcire non tenetur, quia neſcientia dicitur. Sed reſpon. poteſt quod licet alias ignorantia, neſcientia, error & titubatio differant, vt per gloſſ. *in rubric. ff. de iur. & fac. igno.* cum in materia tamen huiuſmodi ad factum & ad ius referat, hoc caſu nõ differunt, vide quod no. *in cap. in quibus. 22. quæſt. 2. & in c. quamuis. 28. diſt.* Abb. *in d. c. ad Apoſtolicæ. in 2. col. in 3. not. verſic. Item not. differentiam:* prædicta tamen concluſio duobus modis ampliabitur, & totidem reſtringetur.

45 ¶ Amplia † igitur primò, vt ignorans ſtatuti ſententia non ligetur: ſed nec hominis generali apprehenditur, vt ſic diceret iudex: † omnes Titium teſtes producere volentem impedientes excommunico. *c. conſtitutis, & quod ibi not. de teſti.* Eſt tamen verum ſtatutum à ſententia generali differre, quia illud poſt ſtatuentis mortem durabit: ſententia vero minime. Ioan. And. & Archid. hic not. Ioan. And. *in cap. Romana. verſic. quia tractum certum, in nouel. de ſent. excommun.* quod verum intelligatis, niſi ante illius mortem ſit purificata conditio: ſecus ſi pure & cum cauſæ cognitione: quod verum etiam erit in interlocutoria, *c. paſtoralis. in § 1. de offic. ordin.* alias minime tenet, per not. *in l. non puto. ff. de poſtul. l. fi. ff. de pœn.* Secundo amplia non ſolum in ordinatio, verum & in legato, vid quod not. *in c. præſenti, de offic. leg. infra, & in c. ſi. eo tit. ſup.* idem Ioan. Bertarchi. *in tractat. de epiſcopo. in ſecunda parte, 4. lib. 15. quæſtio. 2. col. verſi. ſed quæro quid de legato. alleg.* quæ not. Spec. *tit. de lega. in §. ſupereſt. verſic. poteſt & legatus.* quod verum eſt in his, quæ ad ſuam iuriſdict. pertinent, Innoc. *in cap. veniens, de offic. leg.* Abb. anti. *in cap. 1. de loca.* Bald. *in marga. in verbo, legatus, cum alijs,* & hoc modo intelligas quod Nouiſſi. Peruſi. *in primo not. in princip.* aſſerunt. Item à diffinitiua appellari debet: in ſtatuto verò iniuſto, vel in alterius præiudicium tendente, ſatis eſt contradicere, Ioan. Andr. *in c. cum omnes. ſup. hoc titu. l. ab eo. C. quomodo, & quando iudic. 2. quæſt. 6. in §. diffinitiua:* ſed quia à die ſcientiæ ligat, & tempus arbitrariũ eſt reſpectu ignorantium, Nouiſſi. Mediol. qui multa adducunt *in cap. 2. in 2. lect. n. 9. verſic. ſecundo Abb. concludit. cum ſequenti.* ideo conſulerem hæc vera, dumtamen infra tempus legitimum dicant ſaltem à die publicationis & ſcientiæ: quia vnum ſine altero non ſufficit, vt ibi per ipſos dicitur: ne cõtradicendi facultas ſubditis inferiorum à principe perpetuò ſit attributa. Nouiſſi tamen Mediolanen. *in cap. conſuluit, in colum. fin. ver. ſi poſtremo. in fin.*
46 dicunt, quod licet poſt † tempus ad appellandum ab iniquo ſtatuto reclamari poſſet, hoc tamen verum, ſi infra annum fiet, allegat. Bartol. *in l. ambitioſa, colum. penult. verſiculo quæro infra quantum tempus. ff. de decret. ab ordin. facien.* per textum *in l. qui grauatos. C. de cenſib. lib. 11.* quod ſingul. reputatur.

¶ Amplia ſecundò, etiam ſi ſtatutum pro facto iam à iure communi, ſeu diuino damnato cenſurarum pœnam imponeret, tunc non ligatur ignorans, ratione de qua *ſupra in not. huiuſmodi. capit. cum voluntate, de ſentent. excommunic. ſupra. l. Fulcinius, in §. quid ſit latitare. ff. ex quibus can. in poſſeſ. ea.* poteſt poni exemplum in excommunicatione, ſuſpenſione & interdicto, *cap. quærenti. de offic. deleg. cap. quærenti. de verbo. ſign.* & cum hac ſententia hic tranſeunt omnes, & ita Gemin. Peruſi. & Nouiſſi. repeten. *in glo. in verbo, ignorantes. inf.* in hac poſt alios concluſione quieſcunt: quod non ſolum in cenſurarum ſententijs, verum & in alijs: de cuius veritate. *in gloſſ. prædicta,* dicemus.

47 ¶ Fallit primò, niſi in † ſtatuto eſſet clauſula decreti appoſita, decernentes irritum & inane ſi ſecus actum fuerit. quia hoc caſu conſtitutio ignorantes ſtatim apprehendit, *cap. 1. de conceſſio. præben. infra. cap. ſi beneficia. cap. ſi poſtquàm de præben. hoc lib.* gloſſ. *in capitulo ſi eo tempore, in ver. ignoranter de electio. infra.* Abb. *in cap. cæterum. ſupra de reſcript.* Anton. Imol. & Nouiſſi. Mediola. *in cap. 2. in 5. colum. verſic. tertio adde. hoc tit. ſupra.* quod pr[æ]ter per actus annullationem, allegat. gloſſ. in *Clement. 2. de hæret. cum alijs* per Felin. *in d. cap. 2. in ſexta colum. verſic. quarto limita. & in d. cap. cæterum. in §. prima reſtrictio. verſic. ſecunda reſtrictio. cum ſequenti.* vbi de ſecundis litteris cum clauſula huiuſmodi contra primas impetratis. Sed contra iſtam limitationem facit, quod voluit Card. *in Clement. 1. quæſtio. 18. de electio. argument.* decretum in diſpoſitione, in qua conditio tacita vel expreſſa inſit, appoſitum, in conditionis euentum ſuſpenditur, *Clement. vnica, in princip. de conceſſio. præben.* Nam conſtitutio non ligat ante duos menſes, & ideo neceſſaria eſt publicatio: & iſtud dictum Cardin. approbat Ludo. Roman. *conſil. ſuo 330. Circa primum. 5. colum. ibi, quo ad tertium:* nam iſta clauſula, ex quo acceſſoriè conſtitutioni eſt appoſita, cuius natura eſt non ligare ignorantes, eius naturam ſortitur, *cap. ſi ſuper, de offic. delegat. infra.* & cum iſta ſententia Felin. *in locis allegat.* tranſire videtur: quam hic Nouiſſi. repeten. *in 3. colum. verſic. limito tamen hoc not.* veriorem eſſe dixerunt: contrarijs reſpon. vt in illis ſemper fuerit diſpoſitio pura, nullamque conditionem decreti vim ſuſpendentem habuerint, amplians Felin. *in dicto cap. cæterum. in §. prima reſtrictio. in 4. colum. verſic. neque ſit differentia.* etiam ſi in clauſula verba ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, per not. per Doctor. *allegat. cap. ſi tempore. infra de elect. in gloſſ. ignoranter.* Sed iſtud non videtur verum, nam licet natura conſtitutionis ſit non ligare ignorantes, & ſic videtur in ſe tacitam conditionem habere quæ intra duos menſes conſtitutionis nouæ ſuſpendit effectum: hoc verum eſt, niſi vt ſupra de mente principis contrarium diſponatur, vt hic per clauſulam decreti, quæ conſtitutionis naturam non ſortitur, immo illa etiam ipſa excluditur.

Et ad tex. *in cap. ſi ſuper. alleg.* verum, quia ibi gratia executores expoſcit, nec ſine illis ſtare poſſe videtur, *argument. text. in cap. vbi periculum, in §. præterea. cum alijs,* ideo illius naturam ſequitur. Secus in caſu noſtro, quia poteſt eſſe conſtitutio ſine clauſula decreti, quæ & ſi non ſtatim, poſt tamen duos menſes ſuum ſortietur effectum, & ideo neceſſe eſt, vt natura conſtitutionis decreti clauſulæ cedat, alias contraria eſſent & nihil operantur, & ſequitur regula, de qua *in l. ſed & ſi pupillus, in §. ſi inſtitoria. in gloſſ. ver. recte. & in l. fina. ff. de inſtit. actio. & in l. Pomponius. ff. de procurato. not. in l. hac verba. ff. de verb. ſignific. & in §. nec autem. in authen. de mand. princip.* & per Dyn. *in reg. qui ſentit, de regu. iu. infra in gloſſ. in verbo, matrimonium. in l. fi. ff. de diuort.* vbi ad poſitionem vnius † ex contrarijs, alterius deſtructio 48
ſequitur.

¶ Sublimitatur † tamen opin. huiuſmodi dupliciter: pri- 49
mo dato quod noua conſtitutio ignorantem apprehendat, quod Anton. But. & Imo. ac Abb. tenent *in d. c. cæterum.* Gemi. *in cap. 1. in §. ex parte. colum. pen. de conceſ. præben. infra,* quia decreti natura eſt ignorantes afficere, *cap. pen. de præben. infra.* verum eſt quo ad actus annullationem, nõ autem quo ad pœnam, Ioan. And. *in cap. vbi qui. infra ad fi. de reſcript.* vult enim, rem referri, puta beneficium, in quo ſcientia nõ requiritur, Ioan. Mon. ibi per text. *in l. 2. ff. de decret. ab ordi. facien.* de quo Archid. *in §. 1. 19. diſt.* gloſſ. *in ver. ex nunc, in Clem. nolentes. de hæret.* de quo Felin. *in c. cæterum. in §. prima reſtrictio. in 2. col. verſi. ſecunda reſtrictio.* quod videtur, niſi ignorans abſque culpa eſſet, quia euitat omnem pœnam. Abb. quem Nouiſſi. ſequuntur, *in d. cap. 2. in gloſſ. fin. colum. 5. verſic. in gloſſ. fina.* vbi Abb. & ſi dicatur, quod etiam annullatio actus eſt pœna, vide Felin. *in loco allegat. verſicu. ſi diceres.* vbi triplicem ſol. apponit: & iſtam limitat. poſuit etiam, *in d. cap. 2. verſic. 4. limita.* & Nouiſſi. *ibi in 3. colum. in gloſſ. diſpendijs. in prima lect. & in 2. in 4. colum. in ea.* gloſſ. vbi pulchre *hoc tit. ſupra.*

Secundo † ſublimiteris hoc, quando eſſemus in beneficialibus & ſpiritualibus, in quibus Papa liberam habet poteſtatem, *c. 2. de præb. inf.* & text. *in cl. 1. inſi. vt lit. pen.* & iſto modo Nouiſſi. Mediol. *in c. 2. alleg. in 1. lect. in 6. col. verſi. ſed aduertendũ eſt.* & hoc modo intelligunt text. *in alleg. c. 1. in §. adijciebãtur. infra de conceſ. præben.* & tunc & quo ad actus retractationem & quo ad pœnæ incurſum. allegat. Paul. de Caſtr. *conſil. 281. Primum dubium. col. 2.* Secus tamen in alia materia: quod verum eſt in iure quæſito, quod ſine cauſa fieri non poſſe videtur, Bartol. *in l. quæcunque. C. de fid. inſtrum. lib. 10.* ſecus in iure acquirendo: vide tamen quæ ſupra dicta ſunt, an & quando l. ad præterita extendatur. Et quia poſſet dici, quòd allegat. habent locum

in Pa-

in Papa, qui clauſula huiuſmodi ſuis in diſpoſitionibus ap-
ponere poteſt: Secus tamen in ordinario ac alijs inferiorib ſu-
perioribus eo, vt in legato: quod etiam in his omnibus idē di-
cēdum fore exiſtimo. pro quo Hoſt. Ant. de But. & Io. de Imo.
in c. dilecto, in 14. col. verſ. item in priuilegijs. ſup. de præb. quod verum
intelligatis in decreta appoſito in dependentibus à poteſtate
deponentis, *l. proper. andū. in §. ſin autē reus. C. de iudi.* & quod ha-
betur *in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig.* & quod no. *in c. ſi Apoſtolica. de
præben. inf. qu: decreto legati*, & idē in decreto à quolibet priuato;
vt ſup. per l. ſi quis in prin. teſtam. ff. de lega. 3. pro his facit, quod no.
Doct. de teſtatore venditionem in ſuo teſtamento prohiben-
te, quia ignorantes afficit, *in c. Raynuldus. de teſta.* & quæ not. *in
c. veritatis. de dolo & contum. in fi. cum alijs.*

51 ¶ Fallit ſecundo iſtud 4. not. quando ſtatutū † ignorantiam
allegari prohiberet, quod tunc valet. de quo ſupra currēti ca-
lamo, aliquid *in c. ſup. proximo, in 12. col. verſ. at ſupradicta limitari
poſſunt*, per not. per Barr. *in l. diuus. in prin. ff. de falſis.* Bald. *in l. 1. ff.
de legib.* Abb & Io. de Ana. *in c. ad falſariorum, de crim. fal.* per illū
tex. Ludo Roma. *in l. de pupillo, in §. nunciationē. ff. de no. oper. nunc.*
pro quo vide tex. *in auth. in med. lit. fac. iuſſo. non ſi. ibi, nec ignoran-
tiam proponat. in §. pen. collat. 8.* vbi non datur venia his, qui præ-
tendunt ſe veritatem edicti ignoraſſe: & ſic non licet dicere,
ignorans feci: & *in l. ſicut, in § fi. C. de præſcript. 30. vel. 40. anno. ibi,
et: ā ſi in legis ignorantiam allegare tentauerit*, Bal. vide *in l. 1. in prin.
in 3. col. C. de cadu. tollen.* & tex. *in auth.* vt factæ *nou. conſti. collat. 5.*
& vide pro iſta ſententia Ant. Corſet. poſt And. Sicul. *in rub. de
crim. fal in ſingul. ſuis ſingul. agitor. antia*, Mod. & Nouiſ. *in c. 2. in ſe-
cundo lectu. col. 7. verſ. tertio adde, hoc vt tit.*

Sed iſtud verificatur in ignorantia craſſa & ſupina, Bald. *in
d. l. 1. in 4 col. C. de cadu. tollen. verſ. item dicta inſtitutio.* Sali. *in l. ita
nobis pudor. C. ad leg. Iul. de adulte. & in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſ-
crib. & alijs in locis præal.* quos Nouiſ. repeten. hic referūt & ſe-
quuntur. Vel ſecundum Nouiſ. Mediola. quando ſtatutum fa-
ctū ſine dolo & culpa ex aliqua cauſa tamen ſubſiſtente pu-
nire vellet. quia tunc valet: ſecus tātum ſi ratione doli vel cul-
pæ, vt in dubio videtur, alio caſu minime apparente, quia tunc
licet non admittatur probatio per iuramentum, legitima ta-
52 men excludi non poterit. Ex qua interpretatione † tollitur
obiectio eorum, qui dicebāt, ſtatutum interpretari debere, vt
vltra ius commune aliquid operetur, voluit Barto. & Imo. *in l.
4. in §. prætor. ff. de dam. infecti.* quia ſatis operatur, quādo de igno-
rantia craſſa & ſupina intelligitur, vel vt talis iuramento pro-
bari minime poſſet, vt ſup. Et hoc propter iniquitatem, quæ
ex eo ſequeretur, ſi aliter diceretur: quia tunc potius inane
eſſe & nullum operari effectum, quam quod quis ex eo dam-
num patiatur. Barto. *in l. 2. ff. de vſucap. & in alijs locis ſupra allega.*
glo. eſt *in l. fina. §. in computatione.* quam Barto. ibi commendat.
53 *C. de iur. delib.* item † l. ſecundum rationabilem intellectum in-
terpretanda eſt, ne ex ea ſequatur abſurditas, *l. ſcire in § aliud.
ff. de accuſatio. tutor.* Nouiſ. vide *in c. paſtoralis. in primo nota. de ap-
pella.* quod eſſet ſi ſtatutum huiuſmodi de iuſta ignorantia in-
telligeretur: ideo talis ignorans indebitæ pateretur. & extra
rationabilem intellectum abſurditas inde ſequeretur. Sed vi-
detur, quod ſtatutum valeat. nam quando ſtatutum ex iniqua
interpretatione damnum contineret abſurditatem, tunc fru-
ſtra membranas occupat: verum eſt quando de iure ignoran-
tia vera tolli non poſſit, quod non eſt hoc caſu, quia cum à leg.
& cano. reperiatur hoc alias factum iuribus alleg & tamen ibi
de vera ignorantia intelligitur, ex quo de mente ſtatuentis cō-
ſtat, arg. eorum quæ dicta ſunt *in prima limita. ſupra de clauſula
54 decreti, iur. ibi allegatis.* Et forte poſſet dici. quod iſta † eſſet præ-
ſumptio iuris & de iure, de qua per gloſſ. *mag. in c. is qui fidem. de
ſponſal. & in cap. vidua, de regul.* contra quam in contrarium pro-
batio non admittitur, vt ibi Modet. & Nouiſ. *in rubr. de proba-
tio.* glo. *fi. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæredi. cum alijs.* & ibi latius illam
cum quampluribus concluſionibus repetendo dixi, quia ius
præſumit ſcientiam, & ſuper iſta ſtatuendo procedit, & ſic in-
terpretatio, de qua ſupra, non ſatisfacit, quia videtur quod
ſtatuentes ſemper ex aliqua cauſa ſtatutum faciant, ex quo
ſimpliciter loquitur ignorantiam excludendo, Nouiſ. diſtin-
ctio vana eſſe videtur, quod intelligo quo ad annullationem
actus, non autem cenſuras, propter tex *hic in prin. in ratione ſui,
de qua ſupra primo not.* Nec reſpon. Nouiſſ. repeten. ad text. *in c.
paſtoralis. de appella. alleg. hic in 3. colum. verſic. ſecundo fallit*, & pro-
cedit, quia eſſet vera, quando aduerſarius actorem ſemper re-
conueniret: vnde ex quo non ſemper actor recōuēniretur
ideo non ceſſat, quin cōuentus cum illa clauſula damnum pa-
tiatur: & tamen valet talis interpretatio, vt ibi. Alia tamen o-
pin. eſt multum æqua.

¶ Not. 5. & † vltimo ex tex. ibi, *dum tamen.* quod licet conſti-
tutio noua ignorantes minime apprehendat: hoc verum eſt, 55
dumtamen ignorantia probabilis fuerit, ſecus ſi craſſa ſiue ſu-
pina exiſtat, *c. ad Apoſtolica. de cleri. excō. miniſt.* quæ & qualis ſit,
in *glo. ſupina.* dicemus, vbi eſt locus eius. Nam ignorantia eſt
cauſa probabilis & vera ad reſtitutionem in integrum aduer-
ſus præſcriptionem decurſam concedendam glo. not. in *l. ſi pa-
trē. in ver. nō vtendo. iuncto tex. in §. 1. ff. quemadmo. ſerui. amit. gl. in l.
1. C. de pat. poteſta.* Specu. *in titu. de præſcript. in §. 1. verſ. pone colonus.*
Bar. & Ang. *l. 1. in §, ſi quis autem, per illum tex. cum glo. ff. de iti. actu-
que priuato.* Abb. *in c. vigilanti. de præſcriptio. ſup.* Lud. Roma. *in l.
qui vniuerſas, in §. fi. ff de acquir. poſſ.* Ioan. de Imo. *in repet. c. fi. fol. 12.
de præſcriptio.* Allex. qui huiuſmodi & alia allega. *in conſ. ſuo 71.
Videtur prima conſideratione, in 2. col. verſ. quod autem ignorantia. in
primo vol.* Paul. de Caſt. *conſ. 294. Ego Paulus.* Bart. Cæp. *in titu. de
ſeruit. vrba. prædio. c. 24.* Doct. *in l. cum. longi. C. de long. temp præſcri-
ptio.* Fran. Curt. *conſ. 82. Deus Pius Ieſus Chriſtus, col. 3 verſ & ſi forte
opponatur. cum alijs:* nam iſta profectio excuſat, Abb. *conſ. ſuo 35.
primo vol.* Roma. *conſ. 473.* Io. de Ana. *conſ. 72.* cum alijs per No-
uiſſ. Mediola. *in c. 2. col. 6. verſ.* & ſecundum iſtam concluſionē,
quod ex probabili ignorantia. *hoc. tit. ſup.*

¶ Amplia cōcluſionem huiuſmodi etiam in affectata igno-
rantia, quia † ſcientiæ æquiparatur, *c. cum inhibitio. de clande. de-* 56
ſponſa. c. eos. inf. de temp. ord. Imo. *in gl. in Clem. 1. in ver. ſcienter dixit,
de conſang. & affi.* quia conſtitutio quæ ſcientem ligauerit, in
ignorantia non probabili vel affectata locum habebit, cum
qua glo. Nouiſſ. Peruſi. tranſeunt. Quibus adde, quod voluit
Paul. de Caſt. *conſ. 295. Viſo ſupraſcripto puncto. 1. col. verſ. contra-
rium tamen verius:* qui vltra allega. hic alleg. *l. qui contra. C. de in-
ceſt. nup.* Gemi. *in prin. 1. & 2. col. 38 diſt.*

¶ Cuius tamen contrarium Nouiſſ. hic repetēn. quatuor
rationibus ad vnum eundemq; effectum tendentibus tenent,
& primo, quia diſpoſitio de ſcientia loquens affectatam igno-
rantiam ex proprietate ſermonis ſed potius extenſione quadā
comprehendit, *c. eos. ſup. alleg. in verbo*, ſeu quod eſt diſpoſitio-
nis præcedentis ampliatiuum, *l. ſi quis ita. ff de aur. & argen. lega.*
quod non eſt pœnalibus faciendum, niſi ſit omnimoda ratio;
l. penul. & in l. fi. C. de interdi. matri. inter tuto. & pupil. etiamſi ſub-
lata ſignificatione vocabuli poſſet caſus ille comprehendi, *l. ſi
vxor, in prin ff. ad l. Iuliam de adult.* Sed reſpon. poteſt, quod iſta
non † eſt extenſio: nam vbi duo ſic ſe habent, quorum vnum 57
venit appellatione alterius, lato ſumpto vocabulo. ſi eadē eſt
ratio in vtroque, & exprimitur à iure, tunc ius exorbitans pœ-
nale & reſtringibile loquens de vno locum habet & in alio: &
iſtud probant tres glo. ſimul iunctæ in *Clem. 1. & in Clem. audi-
tor. de reſcrip. & in Clem. prima, de electio.* Exemplum in falcidia &
trebellia. poni poteſt, vt not. in *authen. ſed cum teſtator. C. ad l.
falcid.* idem in teſtamento & donatione, gloſſ. *ſingul. in capitu.
quamquam. de vſur. infra.* idem in electio. & poſtulatio *cap. cum
in cunctis. de electio.* idem in electione & præſentatione, *gloſſ. ſin-
gul. in cap. fina. de electio infra.* propter quod tenuit Andr. Sicul.
in *cap. propoſuiſti. colum. 16. verſic. ſed iudicio meo, de probatio.* quod
† diſpoſitio loquens de teſtibus, non ſolum verificatur in il-
lis de veritate deponentibus, ſed de iudicio artis eorum: & fa- 58
cit quod longiori ſermone ſcripſi *in repeti. cap. quoniam. in 6. con-
cluſio de iure patron. verſ. nec ob ſi aliquis duceret.* And Sicul. *conſ. ſuo
45.* Sed in caſu noſtro appel. ignorantiæ affectata comprehen-
ditur ſaltem lato ſumpto vocabulo, *text. hic*, quia ſimpliciter
ſi de ignorantia diſpoſuiſſet, de craſſa & ſupina intelligere-
tur, *cap. ad Apoſtolica. de cleri. excom. miniſt.* vbi etiam erroneam
exprimit, not. in regul. *ignorantia, de regul. iur. infra.* facit text. in
cap. cum inhibitio. alleg. & in cap. eos. vbi de vera ignorantia loqui-
tur, & tamen affectatam comprehendit. item eſt eadem ratio;
nam ratio, propter quam in diſpoſitione huius text. non ad-
mittitur ignorantia craſſa & ſupina, eſt de malitia ſua quis
commodum reportet, quod eſſe non debet, *capit. ſedes Apoſtoli.
capit. ex literis. capit. nonnulli, cum ibi nota ſupra de reſcrip.* quod eſ-
ſet, ſi affectata non puniretur, quæ eſt, quando ſcire † potuit 59
ſed noluit, *immo diſſimulauit, l. qui contra. C. de inceſt. nupti.* quæ
non videtur abſque dolo, Angel. *de claua. in ſum. in verbo, igno-
rantia. in §. 4. in 2. columna ver. ſi autem ignorantia ſit affectata.*

ideo eadem videtur ratio. & per cōſequens & iuris diſpoſitio, arg. tex. *in l. Titius, in §. ſororem, ff. de fideicommiſ. liber.* facit quod aliàs ſcripſi repeten. tex. *in c. ſi Apoſtolica ſede vacant. de præben. inſ.* Tertio & vltimo per allegata exprimūtur à iure, ideo veriſſima erit reſpon. quia ſuccedit nobiliſſ. doctr. Cardi. *in Cle. 1. in 2. col. in prin. de reſcript.* quia ratio l. non eſt aliud quam illius mens vt ſupra alias diximus, ideo intenſio erit non extenſio, *l. poſtulauerit, in §. ratio, ff. de adulte. l. quidam, in §. nummularios, ff. de eden.* ex quibus tollitur vltimum eorum fundamētum, quod eſt idem in ſubſtantia cum primo.

60 ¶ Secundò, conſtitutio pœnalis † loquens in caſu vero, nō verificatur in caſu ficto, *l. ſi antequā. ff. de ſenatuſconſult. Sylle. iuncta l. ſie.* quod Aret. no. *in l. prima ff. de vulg. & pupil.* vbi pœna hęredi defuncti mortem minime vēdicanti, ad fideicommiſ. nō extenditur: quia fictus eſt hæres, *l. ſi filius. ff. de eo quod cert. lo.* ſed ſi diſpoſitio huiuſmodi affectatam cōprehenderit ignorantiā, traheretur ad caſum fictum, quia ignorantia affectata non æquiparatur veræ ſcientię ſed fictæ, *c. cum inhibitio, alleg.* ibi, cum ex parte ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur, quod fictionē importat, *l. 1. in §. deieciſſe. ff. de vi & vi ar.* cui licet per ſupra alleg. ſit ſatis reſpon. tamen diſpoſitio loquens in caſu vero habet locum in ficto, caſus eſt *in c. cum dilectus. & in c. ad audientiam* & ibi Io. de Imo. poſt Abb. ideo non eſt incōueniens. quod affectata puniatur. & ratio etiā eſſe poteſt. quia in caſu noſtro habetur reſpectus ad no. *in c. à nobis, lo 1. de ſenten. excom.* & ad not. *in c. ad Apoſtolicæ. ſupra alleg.* ideo ad caſum fictū extendi poteſt: & ſic eorum reſpon. contra eos retorquenda videtur: & ſi verbum videtur, *in l. 1. in §. deieciſſe alleg. ibi* fictionē importet, illud aliter eſſe non poteſt, *c. ſi. de homic. inſ.* non tamē à pœna eximitur, arg. eorum quæ not *in l. retro. & in l. ab omnibus. ff. de capti.* Bar. *in l. 1. C. quomodo, & quando iudex.*

61 † Verbum tamē, videtur, *in c. cum inhibitio.* non videtur fictionem ſed veritatem importare, ex quo à l. latore eſt expreſſum, niſi materia ſubiecta aliud exigat, vt in ſpolio & homicidio, vt declarat Barto. *in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* gloſſ. *in l. ſeruum filij, in prin. ff. de lega. 1.* probat text. *in l. 3. in §. contrario.* & ibi Ange. not. *ff. de acquirend. poſſeſ.* Bald *in rubr. de præſcriptio. ſupra in 2. col.* Iaſon. *in l. cum quis in 2. col. verſ. omiſſis leuibus* Barto. *C. de iur. & fac. igno.* & ipſum longiori ſtylo de verbo videtur, quando veritatem importet, & fictionem, *in l. naturaliter. in ſecundo not. in prima col. cum ſequen. ff. de acquirend. poſſeſ.*

62 ¶ Et ſupradicta † confirmo, eſto quod non diceretur. niſi per viam extenſionis, etiam procedere poſſet fauore animæ: quia principaliter ius Pontif. conſiderat, *vt ſup. in 1. not.* retenta diffinitione affectatæ ignorantiæ, quæ ſine dolo non eſt, ideo ad illum corrigendum ligari videtur, Ioan. An. *in c. 1. de homic. infra glo in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.* Ioan. And. *in c. ex tenore. qui fil. ſint legi.* cum alijs per Peruſi. poſt Gemi. *in c. 1. in 3 col. verſ. quarto limita, de tempo. ordi.* Ideo Nouiſſ. repet. non videtur opi. vera, ſaluo tamē, &c. Et pro his quæ hic dicta ſunt vide Anto. Corſet. *in ſuis ſingul. in ver. extenſio.* vbi per duas col. eleganter & copioſe.

63 ¶ Ex dictis † Io. Andr hic ſecundum Gemi. *in 2. col. in 2. oppo.* quod appellatione ſententiæ proprie & ſtricte loquendo excōmunicatio non cōprehenditur. Et ratio eſt quia ſententia diffinitiua eſt illa, quæ negotio finem imponit, no. glo. *in c. biduum 2. q. 6. c. ſummopere. 11. q. 3.* quod excōmunicatio non facit, ſed potius pœna appellatur, no. *in c. ſacro, de ſenten. excom. ſup. & in c. corripiantur. 24 q 3.* Gemi poſt Archi. *in c. quod autem. vbi glo. col. fi. verſ. no tamen ex iſta glo. 2. q. 1.* Et hoc pro ſtatutis mentionē de ſententia habētibus, Imo. *in rub. ff. de ſent. & re iudi.* vbi Alex. addit tex cum glo. *in l. quod iuſſit. illo tit. & in c. veniēs, C. de iureiur. ibi, poſt ſententiam*: & ideo ſi de ſententijs gabella ſolui debeat, vel à ſententijs ex ſtatuto appellari nō poſſit, de diffinitiua tātū intelligitur: quod hic Gemi. poſt Io. de Imo. approbare videtur, Bal. *in rub. de ſenten. 2. col.* facit. *l. ſi ex cauſa. §. nunc videamus. ff. de mino.* vbi Guil. Bald. & Albe. & quod voluit Bal. *in l. 1. ad fin.*

64 *C. ne lice. tertio prouo.* vbi ſi ſtatuto † dicatur, ſententiam abſque ſapientis conſilio nō valere, de diffinitiua intelligi debet: & hanc ſententiā tenuit Feli. poſt Abb. & alios *in rubr. ſup. col. 5. verſ. ſententes ctiam quod appella. ſententia. de re iud.* Secus tamen lato ſumpto vocabulo. quia nō vt diffinitiua ſed vt interloquutoria, & ſtatim dicemus: ideo Ioan. And. à Io. de Imo. perperam facere, reprehēditur: quia licet Ioan. And. appellatio. ſententiæ excom. non comprehendi velit, ſed diffi. tantum proprie loquendo, non tamen interloquutoriam eſſe negauit, & lato ſumpto vocabulo non contineri, pro quo vide Felin. *in loco ſupra alleg. verſ. limita: hæc* Alex. *in d. rub.* gloſſ. & Barto. *in l. 1. in prin. ff. quod quiſque iu. cum alijs in 6. col. vbi latius.*

¶ Secundo † ex dictis Ioan. de Imo. quem hic Gemi. refert 65
& ſequitur, not. quod licet ſententia excommunicationis diffinitiua non ſit, interloquutoria tamē erit: ratio eſt. quia omnis vox iudicis ad cauſam faciens ſentētia interloquutoria dici poteſt, pro quo. glo. ſing. *in auth. de litigio. & deci. parte litis, in §. omnem*: rectius allegaſſet glo. *in verba, ſiue interloquutionibus, in §. ad excludendas autem, &c. col. 8.* alia tamen videatis *in §. diffinitiua. in ver. diffinitiua. 2. q. 6.* glo. Archi. Ioan. Fan. & Gemi. *in c. quod autem, in glo. ſupra alleg.* Abb. poſt glo. & Butr *in c. ſacro, alleg.* Abb. poſt Cardi. *in c. paſtoralis, in §. verum. in 4 col. verſ. 10. ſo. de appellatio. & in c. perpendimus, col. 13. verſ. quæro dixi quod excommunicatio, de ſenten excom.* glo. *in c. decernimus, 3. q. 9.* concludit Felin. *in rub. col. 9. verſ. excommunicatio eſt interloqutoria. de re iudi.* & quod verum primo probari poteſt: Nam appellans ab ea cauſam grauaminis exprimere debet, *in verbo, dicenda, in §. biduum. 2. q. 6. glo in ſumma, ab omnibus approbata. 2. q. 1. alleg. ſup.* Spec. *titu. de ſenten. in §. 2. in prin.* idem in excom. ſingulariter voluit Inno. in glo. *in ver. præmiſſa, in c. per tuas. de ſenten. excom.* Spec *tit. de appel. in §. 6. circa prin.* Archi. *in c. venerabilem, in 2 col. eo. tit. infra.*

¶ Fallit tamen prædicta † concluſio, vbi excommunicatio- 66
nis ſentētia in viam extraiudicialem proferretur per iudicem ratione delicti, *c. ſi ſacerdos, de offi. ordi.* vel ratione contumaciæ non obediendo, *c. ex tuæ. de cleri. non reſiden.* vel eius iura extra iudicialiter defendendo, *c. dilecto. inſ. de ſenten. excom.* quia tunc dicitur potius pœna ſiue cenſura Eccleſiaſtica: & hoc modo poteſt intelligi quod Archi. dixit *in c. ſi. 18. diſt. & glo. in ſumma, 2. q. 1.* & quod ibi Gemi. *col. fi.* Anch. *hic, 3. col. ver. oppo. ſecundo. & in c. 1. verſ. quæro quæ eſt differentia, quod in e. c. infra.* Secus ſi pro cōtumacia iudiciali, *c. tuæ. vt lit. non conteſt.* & hoc fuit dictum Io. de Imo. quia tunc interloquutoria dicitur, tamen argu. à diffinitione ſupra non tollitur, nec ſententia excom. ſine monitio-
ne fertur, ideo citatus † & de iure Pontificio iudicium à cita- 67
tione exorditur, adeo quod litis pendentia inducitur, *Cle ſi. vt lit. penden* & ibi no. *& in c. gratum c. relatum, de offi. delega.* vbi de materia tractatur: ex quibus aliàs conſului in materia beneficiali propter regulam de ſurrogandis collitigantibus, quod citatio per edictum in pub. locis affixū & reſponſio, puta in præſentatione ſeu electione, *cap. ſi de electio inſ* adeo litis pendentiā inducunt, vt ſuperueniens collitigans in iuribus defuncti ſurrogari poſſit, quare cogita.

¶ Secundo, quod ſit interlocutoria, patet, ſicut iudex interloquutoriam male latam reuocare poteſt, *c. cum ceſſante. de appellatio. l. quod iuſſit. ff. de re iudica.* & non diffinitiuam, *c. in literis, de offic. delega. l. iudex poſtquam, cum ibi not. de ſenten. & re iudi.* eo modo excom. ſententiam male latam, Abb *in c. ſacro, in 4. not. de ſenten. excom. ſupra*, & cum illa opin. tranſeunt Nouiſſ. repet.

¶ Fallit tamen iſtud, quando talis † interlocutoria com- 68
modum & intereſſe partis concerneret, quia tunc pro iudicis arbitrio reuocari non poteſt, ſic intelligitur gloſſ. *in verbo, addere, in l. ſi. ff. de pręto ſtipu.* & Barto. *in l. apud Aufidium. ff. de optio. lega.* vbi interlocutoria executioni mandata partibus inuitis reuocari non poteſt: ſecus in iſta, quia licet ſecum incontinēti executionem trahat, illam tamen quia in poteſtate iudicis eſt reuocare poteſt: vnde ſi parte non citata eo caſu, quo de iure citanda erat, abſoluerit, abſolutio tenet: hoc voluit Card. *in dicto cap. perpendimus. 32. colum. ſupra* alleg. gloſſ. *in c. excommunicatos. 11. quæſt. 3.* Spec *titu. de comu. §. ſi. verſ. ſed pone excommunicatur cum ſeq.* & cum hac ſententia tranſit Felin *in rubr. de re iudi. col. 9 verſ. non ob. glo. & in rub. de ſenten. excom. 2. colum. verſi. item arguitur ſi*, alleg. Bald. *in l. 1. C. de poſtul. cum alijs*: ad quæ cum hic materia ſit impertinens, quando interlocutoria reuocetur, vos ad loca alle. ſuccincte remitto.

¶ Gloſ *animarum*, alleg. concordantes ad text. & quia de illius materia ſatis in prima no. dictum fuit, ideo ad ſequentem me transfero.

¶ Gloſſ *ſententiis*, oppo. contra textum & tripliciter ſol. dic vt Franc. Zabarel. *hic prima columna verſicu. oppo. primo.* vel Gemi. *hic colum. 7.* Gloſſ. 3. recta per contrarium. ex qua not. quod † veniens contra ſtatutum municipale præceptiuum mor-
taliter peccat: quę probatur ex gloſſ. *in 2. ſol. ibi, & poteſt dici* 69
quod in hoc prouidetur, &c. & vide quæ de lege dixit Feli. *in 1. not.*

& No-

& Nouiſſ. Mediolanen. poſt Abb. *in c. concupiſcentiam. 1. col. ver.*
circa ea quæ Dom. Abb. hoc tit. ſup. Profectò attendendum exiſti-
mo, nam licet iſtud dictum in ſe, non tamen ſimpliciter, ſed vt
infra dicemus poſſit eſſe verum: tamen ſi quæratur, quare hic
animab. prouideatur, & propter peccatum inobedientiæ di-
catur, non placet, quia ſi præſupponitur, quod tex. velit igno-
rantem ligari reſpectu inobedientiæ, hoc eſſe non poteſt: quia
ex quo ignorat, non contemnit. ideo nulla inobedientia: & per
conſequẽs nullum peccatũ: & latius *ſup. 4. not.* Gemi. *In gl. igno-*
rantes. in verſ. nec ob ratio principij. inf. ſecus ſi ex cõtemptu, quia
contraueniens l. ſeculari, ciuili vel municipali quantumcunq;
iuſtæ nunquam mortale incurrit, niſi ex cõtemptu: tunc enim
non ſolum in materia præceptiua, verum & conſilij ad morta-
le tenetur, not. per Nouiſſ. *in c. nam concupiſcentiam*, poſt Felin.
hoc tit. & vide Imo. *in reper. c. cum contingat. 17. fol. in repeti. de iure-*
iur. pro quo ponderat tex. *in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. in verſ. quæro Im-*
perator. propter quod Fel. *in repeti. c. 1. in 10. col. verſ. tertio intellige,*
de ſponſal. limitat dictum B. Tho 2. 2 *q. 96. arti. 4.* refert Io. And.
in c. 2. de verb ſignifi. infra, cum alijs per Feli. *in 9 col. verſ. quarto fal-*
lit. cum ſeq. vbi tenet. quod *ſupra* in concluſione diximus, ideo
ob inobedientiæ peccatum ligari non poteſt, caſus eſt *in c. ad*
Apoſtolica. de cleri. excom. miniſt. vbi de ignorante ſatis dictum
erat, licet ſententia excommunicationis ſecum executionem
ſtatim trahat, *c. à nobis, de ſenten. excommu. lo 2.* itaq; quo ad ani-
mam dubitari ſuperfluum erat, & quo ad pœnam corporis af-
flictiuam, per *l. ſi ff. de decret. ab ord. facien.* & ideo alias diſputan-
do dicebam text. huiuſmodi in prima parte ſui ſuperfluum eſ-
ſe, quia l. debet de caſu dubitabili loqui, *c. cum in iure peritus, de*
electio. c. cum in iure peritus, de offi. delega. cum alijs ibi per Doct. ex
quibus igitur nulla Doct. dubitandi ratio bona, ſed habita
ſol. hic pro vera.

70 ¶ Amplia iſtam concluſionem, etiam † ſi in tali ſtatuto alia
pœna impoſita eſſet, quod pro l. Imperatoris dicit eſſe not. &
voluit Gemi hic. & in *c. perpetuo, in not. per illum text. de electio. inf.*
pro quo dixit eſſe caſum *in c. commiſſa, in fi. eod. titu.* & lib. idem
Gemi. *in c. in nomine Domini. 23. diſt* pro quo Felin. *in d. c. nam con-*
cupiſcentiam, primo not. 1. colum. & Nouiſſ etiã *hoc tit. in 1. & 2. lect.*

¶ Limita iſtud eſſe verum, quando ſpecialis pœna imponi-
tur in materia, quæ aliàs prohibita erat: quia tunc vltra ſpecia-
lem pœnam generalis locum habet, quæ eſt, vt contra prohi-
bitionem veniens puniatur, *cap. 2. c. ſolite. de maio. & obed. c. qui*
reſiſtit. c. Iulianus. 11. q. 3. Secus ſi pœna ſpecialis in materia prius
non prohibitiua apponatur, quia illa tantum locum habebit:
& hoc modo pro ſol. contrarij Matheſi. *not. 78.* vbi pœna ieiu-
nij trium dierum in conſti. alicuius religionis appoſita pecca-
tum non incurrit, quia videtur prohibitio limitata ad pœnam
expreſſam: & quod not. *in c. nonne, de præſumptio. & in l. cum præ-*
tor. ff. de indi. vbi incluſio vnius, &c. Bald. *in l. non dubium. C. de leg.*
quæ colligitur ex dictis Docto. *in l. cũ prætor. ff. de noui oper. nunc.*
pro quibus Nouiſſ. vide *in d. c. nam concupiſcentiam. alleg. in prima*
lectu. colum. 3. verſi. ſecundo in iudice Eccleſiaſtico: & in 2. lectu. in 3. col.
verſ. ſed in contrarium, cum ſequenti hoc titu. ſupra. ad c. commiſſa, il-
lud procedit, quia eſt ibi expreſſum. Et ex his infert, quod vbi
fit ſtatutum municipale & pœnale in materia alias non prohi-
bitiua, ad mortale non obligat.

71 ¶ Cuius contrarium voluit Inno. quem † Hoſt. Ioan. An.
Io. de Lign. & Ant. *in c. 1. de ſponſa.* referunt. vbi quod alias pec-
catum non erat per l. vel ſtatutum municipale efficitur: quod
in laicis etiam locum habet, dummodo ſtatuendi poteſtatem
habeant, & iſta ſit, nec l. diuinæ vel canonicæ repugnet in foro
conſcientiæ, ligat, glo. 1. *ibi, iure poli. in cap. quæ in Eccleſiarum. hoc*
titu. ſupra, & ibi Bald. Ancha. *in regul. poſſeſſor, colum. 8. cum ſequen.*
de reg. iur. infra. Ioan. Cald. *in diſput. Bononien. Statuto cauetur. vlti.*
colum. Inno. *in c. quia plerique, ante fin. de immunit. Eccle.* & ideo di-
ctũ Bart. *in l. cum prætor, alleg.* & ſequacium minus verum vide-
tur, de quibus vos, cum ibi ſit locus eius, ad not. *in c. nam concu-*
piſcentiam. hoc tit. ſupra remitto.

¶ Gloſ. ſtatuta. oppo. contra text. vt ignorantia allegari non
poſſit: ſol. vt *ſupra*, in 2. ratione dubitãdi, & infra, *in glo. in verbo,*
ſupina, & vide quæ ſupra, *in c. 1. hoc tit. col. 10. verſi. not. 3. diximus.*
Ex qua not. quod in ſubditis ſtatuentis ignorantia probabilis
datur: & hoc in iure ſtatuario ſeu municipali, ſecus de iure cõ-
muni, Inno. *in cap. dudum, de conuerſio. coniugato.* puta quando
quis de nouo in locum ſtatuti veniſſet, & ſtatutum non eſſet
notum communiter, quia tunc ignorantia excuſaret, Spec. *tit.*
de conſuet. in prin. cum alijs. per Peruſi. poſt Gemi hic, & vide *quæ*
ſup. in c. 1. hoc lib. & tit. col. 11. verſ. nota quarto. poſuimus.

¶ Gloſ. *ordinarij.* quærit, qui ordinarij † dicantur: & ſic re-
mittit. Ordinarius eſt quilibet prælatus. qui ex electione præ- 72
laturam habet, quia iuriſdictionem conſequitur: iſtud ex di-
ctis Archi. *hic in 2. colum. in prin.* not. Fran. Zabarella *in ſua repe-*
titio. hic. 1. colum. verſ. ſecundo quæro. ſequitur Hug. *in c. nullus. 11. q.*
3. & ibi Ioan. *cauſa eadem & quæſt in cap. qui reſiſtit.* vbi plebanus
ruralis ordinarius dicitur, quia paſtor appellatur, *cap. ſi plebibus.*
63. diſtinct. & vide Hoſtien *in ſumma, tit. de offi. ordi. in §. quis poſſit*
eſſe ordinarius. & in §. quis poſſit conſtituere verſ. Item vniuerſitas. & in
§ quid pertinent. verſ. quid de ſubditis. vnde iſti habent à l. iuriſdi-
ctionem ordinariam ab vniuerſitate vel collegio, dum tamen
approbante mediantibus, quia ordinaria conceditur à prin-
cipe vel à l pro quibus vide quod not. *in l. more ff. de iuri, di. om.*
iud. per Nouiſſ. Ferrarien. poſt alios *colum. 8. in fin. verſ. in eadem*
gloſſ. ibi, not. breuiter. & colum. 10. verſ. ex iſta glo. cum hu Archi. *in c.*
conqueſtus. 9. q. 3. vbi electus ab vniuerſitate non ſolum ab illa
iuriſdictionem habet, ſed etiam à l. quæ illi concedendi pote-
ſtatem tribuit, *alleg. l. 2. C. de vete. iur. enucl.* facit etiam quod not.
in cap. cum contingat. de foro compet. & in c. cum ab Eccleſiarum præ-
latis, de offi. ordi. & vide quod *ſupra in 3. not.* diximus.

¶ Ex his tamen & tex hic not. eſt, quod appellatione ordi-
narij etiam inferior ab Epiſcopo comprehenditur, Abb. Feli.
poſt Areti. & ibi Nouiſſ. *in 1. not.* poſt And. Sic. *colum. 4. verſi. no.*
ibi iudicis ordinarij, in cap. poſt ceſſionem. de probatio. qui etiam ordi-
nariam dicuntur habere, *vt ſupra*, exempli gratia in Abbate,
Archidia. & ſimilibus diximus, Barto. *in l. more, alle.* Anchar. *in*
Clemen. & ſi principalis. de reſcript. Ioan. And. *in addi. ad Specu. in tit.*
de aſſeſſo. Moder. poſt Gemi. *in c. ordinarij. in gloſſ. 2. de offi. ordi. inf.*
quod eſt pro ſtatutis not. Et ratio eſt, quia ad eſſe iuriſdictio-
nis ordinariæ territorium omnino non requiritur, Bald. *in l. 1.*
in §. cum vrbem, circa medium. ff. de offi. præfect. vrb. Sed illam No-
uiſſ. *in cap. poſt ceſſionem, alleg.* reprehendunt: nam licet arguat,
quòd inferior ab Epiſcopo dicatur ordinarius, non tamen
quod appellatione ordinarij abſolute inferior comprehen-
datur: & ideo ſuppleas, quod cum iſte inferior ſit ordinarius,
&c videtur verum, quia iuriſdictionis conceſſio eſt, quæ ordi-
nariam tribuit, quæ ex electione vt *ſupra* prouenit. Quod ta-
men ſecundum ſubiectam materiam intelligas, quandoque
Epiſcopus tantum, quandoque inferior, vt in beneficiorum
collationibus, inſtitutio, &c. de quibus dic, vt per ipſos *in 2.*
colum. in prin. ſatis tamen territorium habere dicitur & limita-
tum quo ad perſonas, à quib. ſibi iuriſdictio vt *ſup.* eſt conceſ-
ſa & hoc modo territorij conſideratio de ſubſtantia erit: ideo
Feli. poſt Aret. *in loco alleg.* poſuit dictionem, omnino: quę om-
nia in materia ordinariorum tractanda illo *in tit. c. cum ab Eccle-*
ſiarũ prælatis. de offi. ordi. & per And. Sicu. *in repeti. c. cum contingat,*
de fo compe. ibi latius dicenda reſeruo.

¶ Glo. *ignorantes.* oppo. contra tex. dicas, *vt ſup. in prima ratione* 73
dubitandi. Ex qua † ex dictis Gemi. poſt Io. And. hic not. colli-
gitur, quod ſtatutum nouam pœnam pro facto iam à iure com-
muni dãnato imponens, ignorantes non apprehendit: & iſtã
conclu. tenuerunt hic Peruſi. Anchar. *in cap. à nobis, de ſenten ex-*
com. lo 2. Ant. de But Feli. *in 3. col. verſ. tertia concluſio.* & ibi Io. de
Imo. Paul. *in proœm. Clem.* Ioan. And. *in additio. ad Spe. hoc tit. in 2.*
col. & Nouiſſ repeten. *hic col. 6. verſ. tertius caſus eſt, cum col. ſequen.*
& pro iſta ſententia facit: Nam habens animum delinquendi,
vltra menſuras intentatas puniri non debet, *c. ſi vero, lo 2. ſupra*
de ſent. excom. & ſi reſpon. quod imò etiam vltra menſuras intẽ-
tatas, ex quo operam rei illicitæ dabat, & ideo vltra intentio-
nem ſuam & pœna ſtatuti & iuris cõmunis puniri debet, *c. tuã.*
de homic. dicas illud eſſe † propter latam culpam, quæ in illis 74
ſufficit, vt eſt irregularitas, *c. lator, de homicid.* Secus in his, in
quibus de aliqua pœna quam de irregularitate agitur, vel do-
lus requiritur, *l. ſi quis ingenuã, in §. in ciuilib. ff. de capt. & poſtlimi.*
reuer. l. verũ, la 2. & l. qui iniuria in prin. ff de furt. Et ratio eſt, quia
† voluntas & propoſitum maleficia diſtinguunt, *c. cum volun-* 75
tate, de ſenten. excom. cum alijs per Abb. *in alleg. c. à nobis. & in c. ſi*
vero. per Nouiſſ. hic repetent. poſt Felin. *in d. c. 2. in 3. col. verſ. ter-*
tia concluſio, &c.

¶ Secundo dãs operam facto damnato & qualitatem igno-
rans, per quam magis puniri deberet, ab illius qualitatis pœ-
na excuſatur, *c. ſi quis cum matre. c. ſi quis cum duabus. in cap. quidam*
fornicatus. 33. quæſtio. vlti. Quibus reſpon. Nouiſſ. *in c. 2. hoc tit. ſu-*
pra,

pra.col.8.vbi Mod. hic argũt iura non ꝓcedere, quia de igno-
rãtia ibi nil dicitur, profecto ſimpliciter illa intuenti Euãgeli-
cum dictum videtur: ſed ſi gloſſ. in verbo, vxorem, in alleg. c. ſi quis
cum duabus. conſiderabitur, vere de ignorantibus loquuntur,
76 quia ſcientes alia pœna plectuntur, aliàs iura huiuſmodi per
alia in glo. alleg. corrigi deberent, quod non eſt † dicendum,
niſi aliud appareat, c. cum expediat, & ibi no. in prin. infra de electio.
l. illam. C. de collatio. l. 1. C. de inoffi. dot. l. ſancimus. C. de teſta. cum alijs.
¶ Tertiò, conſtitutio, quæ alias † ad præterita extenditur,
77 reſpectu pœnæ non procedit, puta in declaratoria, Anton.
Abb & Imo. in cap. fin. ſupra hoc titu alleg. quod not. Paul. in proœm.
Clemen. in verbo, de cætero. text. cum gloſſ. in Clemen. 1. in verbo,
de cætero, de vſur. cum quampluribus alijs per Felin. col. 11. verſ.
quarto limita hanc ſecundam fallen. & ibi Nouiſſ. in 3 colum. verſic.
in gloſſ. fina hoc titu. ſupra. Alexan. conſil. 7. Viſis, colum. 2. volum. 2.
cap. nullus. 50. diſt. c. quoniam. 47. diſt. & ratio eſt, quia videtur no-
ua conſtitutio hoc reſpectu iudicari debet, per glo. in Clemen.
2. de hære. Sed Nouiſſ. in loco ſupra alleg. reſpon. iſtud eſſe, quia cũ
nihil ſit quod ignoranti imputari poſſit, ignorantia talis pro-
babilis erit: ideo ad pœnam non fiet extēſio: ſecus in caſu no-
ſtro, cum factum iure communi reprobatum fuerit. Replica
tamen, quod eo modo hoc caſu ignorantia probabilis erit re-
ſpectu pœnæ, quia vtroque caſu factum erat reprobatum à iu-
re, vt per Doct. in locis alleg. in caſu declaratoriæ: & hoc caſu
etiam præſupponitur.
78 ¶ Quartò, cum quis † pœnam incurrit, obligatio quædam
naturalis ad pœnam concurrere videtur, l. Imperatores. ff. de iure.
fiſc. ibi, te huic benè ſubdidiſti, nota. Bartol. in l. hoc iure. colum.
finali. ff. de iuſtit. & iure. quæ in ignorante minime cadit, In-
nocen. in capitu. in noſtra, de iniur. Cardi. in Clementi. paſtoralis. de
ſenten. & re iudi. Sed ignorans non conſentit, cap. cum olim. ſupra,
de ſenten. & re iudi. igitur, &c. ad quod Nouiſſ. reſpon. quod imo
conſentire videtur, ex quo illicitæ rei operam dedit, vnde præ-
ter illius intentionem in eo quod ſequitur conſentire vide-
79 tur, cap. ſi. de homi. inf. dicite, vt ſupra in primo arg. ibi in lata culpa,
quæ dolo non æquiparatur. Ex quo infero, quod † homicidium
lata culpa commiſſum homicidij pœna non punitur, l. in l. Cor-
nelia. ff. ad l. Cornel. de ſica. & in ſtatuto not. Bald. in l. data. opera,
col. 4. C. qui accuſa. non poſſ. vide nouiſſ. Mediolanen. poſt Abb.
in cap. 2. hoc. titu. ſupra colum. 5. verſ. pro concordia, in prima lectu. &
in 2. colum. 5. verſic. quarto adde: ſecus in caſu huiuſmodi. in quo
dolus requiritur, quia ignorantia craſſa & ſupina, quę per tex.
huiuſmodi non excuſatur, quia ſine dolo non eſt, vt latius ſu-
pra vlti. no.
80 ¶ Quinto, † facit text. in l. eum qui. in §. fin ff. de iniur. ad hoc
vt iniuriarum actio patri pro iniuria filio illata competat, in-
ferens iniuriam ſcienter facere debet. Secus ſi filium patrem-
famil. putauerit. Et ratio eſt, cum affectus iniuriam facientis
in illum tanquàm patremfamil. eſſet, l. illud in princip. ff. illo titu.
ſimiliter affectus delinquentis in eo, quo peccauit, de iure
communi mulctatur: quia ex quo patri filij nomine tantum
non autem vtriuſque, ſentit glo. ſi. in d. §. ſi. ibi, verſ. poteſt tamen.
alleg. text. in arg. in l. item apud, in §. ſi quis ſit. l. Iulia. in §. nēſi duos.
ff. ad ſenatuſconſult. Macedonia. idem hoc caſu. vt ſupra. plectetur.
Et ſi diceretur, illud eſt, quando vni iniuria fit ex perſona al-
terius, vt ille, tunc iniuriantis animus inſpiciatur, voluit
Barto. in l. diuus. ff. de ſica. & ideo Abb. in cap. à nobis. ſup. allega. vt
Nouiſſ. in d. cap. 2. alleg. hoc titu. ſupra, affirmatiuam veriorem de
iure dicebat, pro qua facit ratio text. in c. ſi. de homi. infra ibi eum
potuerit cogitare. Et ratio eſt, quia vnaquæq; ciuitas ſtatuta pro-
pria habet. ac ſuo in ſenſu abundat, c. vtinam. 76. diſt. ad quod
etiam alle. quod voluit text. in auth. qua in prouincia, C. vbi de cri-
mi. agi. opor. l. ſæcularij. in §. ſunt quædam. ff. de extraord. cri. & in
hac opin. Barto. & alij in pace quieſcunt.
¶ At ſcitote tamen, quod text. in l. eum qui. in §. ſi. alleg. quan-
do vni ex alterius perſona fit iniuria, procedit, quo caſu, &c.
non tollitur arg. quia ratio text. ibi, cum affectus iniuriam,
&c. replicat rationem Pau. iureconſul. & ſic quare iniuriantis
animus eo caſu ſimpliciter inſpicitur, non oſtenditur: ideo ni-
ſi ratio rationis aſſignetur, adhuc contrarium viget. Ad ratio-
nem tex. in c. ſi. de homi. infra, ex quo quælibet ciuitas, &c. ſequi-
tur, quod nunquam ignorantia allegari poſſet: conſequens eſt
falſum, caſus eſt hic, c. à nobis. alleg. ia. ad Apoſtolicæ. de cleri. excom.
miniſt. l. ſi. ff. de decret. ab ord. faciēd. cũ alijs. Ex his infero, quod tex.
cum alijs ſupra alleg. nil ad propoſitum in caſu noſtro: ſecus
in pœnis iuris communis, rationibus de quibus ſupra, in c. 1. hoc
titu. colum. 11. verſic. no. quarto, cum ſequenti, de quo in §. ſtatuto, forte
dicemus: & iſta concluſio confirmari poteſt per not. in 5. no. ſup.
ex quo reus propter contemptum incidit in pœnam: & ideo
quia hic ignorat, non contemnit, igitur &c. & iſta videtur ex-
preſſa, cum vnica ſit, c. ſuggeſtum & ibi Nouiſ. & in c. meminimus,
de appell. ſi non contemnit, quia ignorat nec conſentit, l. ſi quis
ignorans. ſupra allega. l. item apud Labeonem, in §. ſi quis virginem. ff. de
iniur. idem videtur in alia pœna.
¶ Vltimò pro iſta † concluſione, pœna temporalis, quæ fa-
cilius quàm perpetua imponitur, quia ſine cauſæ cognitione,
l. ſi. ff. de pæn. & ibi Barto & Abb. in c. ſi. de offi. lega. ignorantes nō 81
afficit, multominus perpetua. ſed excom. eſt temporalis, capit.
quoniam frequenter, in §. fin. vt lit. non conteſta. iuncta l. 1. in § fin. ff. de
offi. præfect. vrb. nec ignorantes afficit, igitur &c. & cum iſto arg.
& præcedenti tranſeunt Nouiſſ. repeten. hic, quod ſolidiſſi-
mum ac realiter ſolui minime poſſe dicunt. Sed iudicio meo
peccare videntur, quia argu. de minori ad maius negatiue non
procedit: ſecus affirmatiue, quia vt hic præſupponunt, excom.
non eſt pœna ſed medicina, cap. 1. de ſenten. excommu. infra, & ibi
Nouiſſ. Peruſi. in c. not. ideo minor pœna quàm perpetua. igi-
tur arg. ceſſat. auth. multo magis. C. de Epiſco. & cleri. cap. miramur. in
§. quid ſi. 16. diſtinct. cap. ſi in laicis. 38. & quod not. in locis allega. Se-
cundo iſto, quod à † maiori ad minus, quia nulla maior pœna
in iure Pontificio quàm excommu. c. corripiantur. 24. quæſt. 3. c.
non afferamus. 24. quæſt. 1. gloſſ. in cap. ſacro. de ſenten. excommu. ſupra, 82
cum alijs medicinalis eſt quo ad medelam animæ, vt com-
munione hominum priuatus rubore confuſus facilius reuer-
tatur, cap. intelleximus, de iudi. ſupra, in c. 1. de reſcrip. infra & vtrobi-
que dixi: & adhuc arg. non procedit, quia arguere de maiori ad
minus negatiue, quod poteſt, cap. ex parte. de decim. cap. ſi ergo. 8.
quæſt. 1. cum alijs, nil aliud eſt quàm à maioritate rationis ar-
guere, quæ in pœnam perpetuam locum non vendicat, quia
illa corpus tantum, iſta vero corpus & animam ſimul, in tribus
alleg. ideo nō procedit. Tertio tex. hic ab illis ponderatus ſim-
pliciter non loquitur in ſententia excommu. ſed generaliter
ibi, ſententijs. &c. de quo ſupra ſatis: qua tamen ratione dicas vt
ſupra in gloſ. ſententijs. in princip. Quarto. ſi arg. procederet, ſequi-
tur quod ſtatutum in temporali pœna ignorantes afficeret. ſe-
cus in perpetua. ideo quo ad vtranque concludere debet: alijs
tamen rationibus cum negatiua tranſeo, videlicet vt ſtatutũ
nouam in pœnam pro facto alias à iure communi damnato
imponens ignorantes nō afficiat. Nec diſtinctio de pœna cor-
porali & ſpirituali iure probatur, tenuit Franc. Zabarel. hic in
repet. 2. col. verſ. quæro tertio.
¶ Pro affirmatiua tamen vltra alia per Barto. poſt Cyn. in l.
1. colum. 8. verſ. ſecundo quæro. C. de ſum. Trini. & fid. Catho. & ibi in
apoſtil. ad eum in verbo, iure communi: an ſi ſtatutum, & ibi de q.
huiuſmodi facit, vbi delictum, quod quis facere proponit, ad
alium finem tendit conſequuto: Euentus † non autem pro-
poſitum principale, & ſi in aliam delicti ſpeciem committe- 83
retur, attenditur, l. fina. ff. de crimi. expil. hæredi. c. fina. de homi. infra:
ſecus ſi non tenderet, quia non euētus ſed intentio principa-
lis inſpicitur. l. verum. in prin. ff. de fur. not. Barto. in l. diuus, in fin. ff.
ad leg. Corn. de ſica. ita hoc caſu videtur euētus conſideratus, nō
autem quod princip. agebatur, propter quod Nouiſſ. repeten.
hic dubitare conantur, ac ſuper hoc edoceri deſiderant. Sed
licet ſupra ſatis dictum ſit, tamen dici poteſt, quod licet illis
caſibus quod principaliter agitur attendatur, & quandoque
euentus licet in aliam delicti ſpeciem. &c ex iuris cōmunis di-
ſpoſitione procedit, cuius ignorantia allegari minime poteſt,
ff. de iur. & fact. igno. & hic in glo. ſequenti, ideo diſtinguitur, vt ſup.
& hoc modo poteſt reſponderi ad tex. in l. vulgaris. in §. ſi quis æs.
ff. de furt. licet Nouiſſ. Mediolanen. aliter in c. 2. col. 8. ver. cōtrariũ
videtur voluiſſe Bar. &c. hoc tit. ſup. & in l. ſi quis aliud. in §. qui abor-
tionis. & quod not. Bar. in l. reſpiciendum. in §. delinquunt, in fi. ff. de
pœn. cum alijs per Felin. in d. c. 2. col. 3. verſicu. contrarium tenet Cyn.
¶ Diſputatiue tamen vide, ſi dici poſſet, quod nec pœna iu-
ris communis nec ſtatuti puniretur: Nam pœna ſtatuti ſuper
facto iam à iure communi damnato, ſtatuentis pœnam iu-
ris communis quieſcere facit Bald. notat in l. data opera. C.
qui accuſa. non poſſ quem ſequitur Ancha. in commento c. primi. ſu-
pra hoc titu. verſic. quæro vtrum: ratio eſt, quia ius commune vi-
detur eſſe correctorium, Barto. in repeti. l. quid ergo. in § pœna
grauior, colum. 3. verſ. iuxta hoc quæro. ff. de his qui not. infam. l. 1. C. ſi
aduerſ.

aduerſ. delicti. & in auth hodie. C. de iudi. & in l. non eſt nouum. in fin. ff. de legi. & ſic ab illo receſſum: facit text. *in l. ius ciuile ff. de iuſti. & iure.* & ſi nō expreſſè ſaltem tacite, adeò quod l. noua ſuperueniente minime tolleret, de quo ſatis ſupra *in gloſſ. facti. in c. 1.* vbi ſatis, & pro his Ioan. And. *in addit. ad Spec. titu. de pœn. tem. litigan. in fi. & ibi in rubr de furt.* Cyn. & Sali. *in l. qui ſepulturam. ff. de ſepult. viol.* Barto *in l. 1. vi bon. rapt.* Ioan. de Imol. *in l. 2. in 2. col. ff. de pub. iud.*

84 ¶ Secundò, quia poteſtas in princi. ſui † officij iurat ſeruare ſtatuta. & iuramentum obligat in forma ſpecificata, *cap. ad noſtram, el primo. de iur. iur.* Ioan. And. *in addit. d Specu. allega.* Bald. *in l. 1. in 10. oppo. C. de ſumma Trini. & fide Catho. & in l. placet. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Alex. *in l. quinque. de ſer. fugi.* Feli. *in c. de cauſis. 6. col. de offic. delega.* quæ omnia limiteris, quando eſſemus in dubio: ſecus ſi in caſu claro, quia non videtur eſſe receſſum: & hoc modo intelligitur quod voluit Abb. *in c. de cauſis, alleg. in gloſſ. in ver. certa, ſequitur,* Bald. *in l. eum qui. C. de furt.* Roman. *conſil. 117. Expræmiſſa. in fin.* Alexan. *in l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de noui oper. nunc.* Angel. Areti. *in tracta. maleſi. in verbo, & caput à ſpatulis. col. 1. cum alijs.* & cum hac concluſio Nouiſſ. Mediolanen. *in d. c. de cauſis, in glo. in verbo, acta, in 3 colum. verſ. in fi. glo.* Sed iſto tamen, quod in caſu claro eſſemus, vt ſupra, adhuc tamen ſi ignorantia probabili fuerit, ſtatuti pœnam euitabit, rationibus ſupra allega. cogitabitis, quia hoc veriſſimum eſſe videtur, ita & in curijs Eccleſiaſti. opin. iſta ſeruatur, dixit F. anc. Zabarel. *hic in*

85 *repetit. in 2. col. verſ. & ſic modo cum iſta diſtinct.* & quibus † modis ignorantia probatur, an per abſentiam vel iuramentum ſit ſatis illam probare, latius per Felin. poſt Abb. *in alleg. c. 2. colum. 8. verſ. circa quartum & vlt. & ibi colum. pen in prima lectu. verſ poſtremo inſtat* Abb. *in pen. colum. verſ. poſtremo. in vltimo membro. hoc tit. ſupra vbi latius, & quod ſupra diximus in c. 1. col. 12 aliàs 7. verſ. at ſupradictà.*

86 ¶ Gloſſ. ſupina, habet duas partes: in prima † quærit, quæ ignorantia ſupina dicatur. In ſecūda, quæ eſt ibi, *ignorantia ergo. &c.* oppo. contra text. dicas, vt *ſupra* in ſecunda ratione dubitandi. Ex qua primo not. quæ ignorantia ſupina dicatur, ſed reaſſumetis materiam & pro iuu: nibus, quia tex. hic de craſſa & ſupina, quæ eſt. quod publice factū eſt ignorare, not Gemi. *in prin. in 1 colum. verſ. item not. ex glo. quod igno 38 diſtinct. glo. eſt in c. 1 de ordi. ab Epiſcop. qui re Epiſcopa.* Et poteſt exemplum poni *in §. vlt. 22. quæſt. 2. & in cap. cum in tua, qui matrimo accuſa. poſſ verſic. alioquin. ca. diuinus. 12. quæſt. 2 c. ſi quis laicus. 11. q. 3. l. ſed & ſi § proſcribere. ff. de inſtitu.* ſecundum Archid. hic, nam craſſa dicitur, quādo ſcire potuit, & minime indagare curauit: ſicut ſupinus exiſtens, quæ ibi fiunt videre poteſt caput leuando: & craſſus, quando ad pedes reſpiceret caput leuand - : ſimiliter qui ſcire potuit & non curauit, in ignorantia craſſa & ſupina erit. Abb. ita declarat *in c. Apoſtolica. de cleri. excom. miniſt. in glo. alleg 1. colum in 4. not.*

¶ Eſt tamen differentia inter vtranque propter dictionem, aut, in text hic poſitam, de quo *ſupra in 1. colum. 10 in 3. no.* ideo dicatis, quod craſſa dicitur meta, horice, id eſt ſimilitudine quadam vt oculus craſſus ratione debita in diſtantia & qualitate & quantitate non videt: dic talis ignorantia iudicium obnebulat, vt nec rectè diſcernat rationem elegibilis, ſed de ea ſecundum conformitatem adaptantem iudicat. Supina vero dicitur, eo quod ad rationis iudicium erecta eſt, ſed proſtrata iacens rationē elegibilis non curat inquirere. & hæc Brul. *commentatoris 3. Ethi.* eſt tamen verbalis, dixit Zabarel. *hic in 2. col. cū ſeq. verſ. quarto quæro.* quia in iure continue æquiparantur, adeo vt diſpoſitum in vna habet locum & in alia, &c. ideo rectius dixit Abb. nuper allega.

87 ¶ Secundò not. ex gloſſ. in princ. quod vbi ſtatutum † ſimpliciter loquitur pœnam imponēdo, lata culpa ſufficit vel dolus requiritur: ita Peruſi. hic, alleg. text. *in l. 1. §. Sceuola. & in §. nunc autem. ff. ſi quis teſtamento* & ibi plenè per Bart. glo. & Doct. *in l. in actis. ff. de in lit. iuran.* vbi dicitur, quando in criminalibus lata culpa dolo æquiparetur, de quo tamen latius per Nouiſſ. Mediolanen. *in c. 2. poſt Felin. hoc titu. ſupra, vbi de materia huiuſmodi.* Nam probabilis ignorantia in ſe latam culpam non includit, probat text. hic, dum loquitur de ignorantia, dum tamen craſſa vel ſupina non ſit: quæ cum in ſe latam culpam includant, probationem excludent, vt ex declaratione earum colligi poteſt, Cyn. *in l. ſi quis non dicam. C. de Epiſco. & cler.* gloſſ. not. *in l. liberorum. in §. notanter. ff. de infamib.* vbi iuris communis ignorantia lata culpa eſt, idem in ſtatutis, vt tex. & glo. hic, i. ſi tamen ſimpliciter, ſed vt *infra* dicemus.

¶ Tertiò, licet ignorantia iuris communis non excuſet; municipalis tamen ſecus: text. eſt hic, quia probabiliter ignorantes non ligat, de qua in ſecunda ratione dubitandi ſupra, & iſta eſt communis concluſio, de qua vide quæ ſupra *in capit. 1. colum. 2. cum ſequenti, verſic. nota. quarto quod non exiſtens, &c.* Quam tamen & quæ ibi dixi limita, vt non procedat, quando allegans ignorantiam tanto tempore in loco ſteriſſet, quod veriſimile eſt ipſum ſtatutum ſcire debere, quia tunc puniri poſſet, *l. 2. C. vbi de cri. agi opor. de quo ibi in gloſſ. fina.* Secus ſi tanto tempore non ſteriſſet, quia ligari minime poſſet. Et ideo Feli. *in cap. 2. in 4 colum. ver. limita primo. hoc titu. ſupra* dicebat, quod ſtatuto publico præſentes ſtatim ligantur: de abſentibus vero in arbitrium eſt iudicare debentis, quando ſciuiſſe dicantur; quia certa doctrina dari minime poteſt. Hoſt. *in proœm. ſimi. in §. conſtitutio. in ver. quid de conſtitutionibus.* Ioan And. tangit *ſuper glo. fin hoc lib. in nouella,* & Barto *in l. omnes populi 7. quæſt. ff. de iuſti. & iur.* Anch. *in commento cap canonum, hoc titu. ſupra fol 31.* Quæro etiam, an ſicut in legibus Oldr. *conſ. 119.* Bald. *in l leg. ... actiſſime. C. de legib. in c. quod dicitis. 16. diſt. cum alijs.* ¶ Sublimitetis tamen, niſi quod municipali iure prohibitum eſſet in ciuitate vel loco, idem in alijs conuicinis, ſeu ciuitatibus prohiberetur, vt de Baldo exportando, vel quando ſtatutum aliàs de iure communi damnatum, l. diuina cano. vel ciuili puniret: tunc allegans ignorantiam tanquam craſſam & ſupinam non amitteretur, *l. fina. in §. licet quis. ff. de publi.* & ibi Barto *in l. 1. colum. 8. verſicu. ſecundo quæro. C. de ſummā Trinit. & fid. Catho. l. ſed & ſi pupillus, in §. proſcribere. ff. de inſti l. regula, in §. ſed facti. ff. de iu & facti.* igno quod pro concordia inter text. & gloſſ. *ſupra ignorantes,* cum qua Fran. Zabarel. ſe abſoluit *hic in repet. in 2. colum.* vnde hæc diſtinctio deberet reſtringi, de cuius veritate ſatis abunde ſupra dictum fore putamus.

¶ Sequitur §. Statuto Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de conſuetudine ad ſtatutum procedit.*
2 *Statuta municipalia an & quando & qua ratione extra territorium ligent.*
3 *Epiſcopus per ſuum ſtatutum nunquid iuri communi pœnam addere poſſit.*
4 *Mutatio quotuplex.*
5 *Legi certum quid pro forma ſeruari mandati, quo caſu addi vel minui poſſit. num. 6.*
6 *Delictum ſimplex multiplicem pœnam non meretur.*
7 *Fur an ſemper de furto teneatur committendo furtum.*
8 *Epiſcopus quo caſu in laicos iuriſdictionem habeat, & ipſi illius ſtatutis ligentur: & an poſſit illos carcerare. num. 10.*
9 *Laici quo caſu de foro Eccleſiaſtico fiant, & tunc qua pœna plectantur.*
11 *Pœnæ expreſſio in diſpoſitione ſtat, vel legali quid operetur.*
12 *Statuentes quo caſu recedere poſſint à ſtatuto iurato.*
Et quid de clauſula generali.
13 *Confirmatio ſuperioris quid operetur.*
14 *Sententia excommunicationis nunquid abſentem liget extra territorium.*
Et an corpus & animam liget. num. ſeq.
16 *Baptiſmus charecterem in anima imprimit.*
17 *Anima intellectiua quā ſit.*
18 *Occidens partum, adhuc anima non infuſa, an dicatur homicida.*
19 *Abſens de iu. cau. quibus pœnis ligetur.*
20 *Statutum extra ſtatuentium territorium, ſeu diœce. an habeat vires. num. 22.*
Et quid in banno.
21 *Occidēs bannitum extra territorium an præmium ex ſtatuto promiſſum conſequatur.*
23 *Verba generalia habent maiorem effectum in expreſſè prohibitis quam expreſſa.*
24 *Statutum reale & perſonale qualiter differant.*
25 *Iudex quo caſu poſſit extra territorium ius dicere.*
26 *Iuriſdictio voluntaria in quibus conſiſtat.*
27 *Statutum Abbatis exempti quò ad ſubditos an idem operetur quod ſtat. Epiſcopi.*

28 Ar-

28 *Archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei ſui delinquens, nunquid pœna ſtatutaria ibi puniri poßit.*

29 *Epiſcopus participans cum excommunicato, an incurrat excommunicationem.*

30 *In pœnalibus qualitas diſpoſitionis reſtringit.*

31 *Metropolitanus in alterius Epiſcopatu delinquens an illius Archiepiſcopi pœna ſtatuti ligetur.*

32 *Epiſcopus in ſua diœceſi delinquens, an ſui ſtatuti ſententia ligetur.*

33 *Dignitas immortalis.*

34 *Statutum iniquum ligat ſtatuentem.*

35 *Sententia ſub conditione lata an ſubditum liget, qui illa pendente ſit factus alterius fori.*

36 *Conditio poteſtatiua & caſualis differunt.*

27 *Excommunicatio ſub conditione lata an ſtatim liget.*

38 *Subditus delinquens in diœce. in loco tamen exempto, an illius Epiſcopi ſtatuto ligetur.*

39 *Locus exemptus intra diœceſim, & extra diœceſim qualiter differant.*

40 *Prælatus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens quid poßit.*

41 *Delinquens ratione delicti quot tribunalia ſortiatur, & apud quem iudicem, & quibus pœnis puniatur.*

42 *Statutũ Epiſcopi alterius parochiam proceßionaliter intrare prohibens ſub pœna excom. nunquid priuilegiatos afficiat.*

43 *Aqua hauſtu conceſſo, videtur conceſſum iter ad illum.*

44 *Subſtitutus extra territorium delinquens nunquid ligetur ſuperioris ſtatuto.*

45 *Statuti ſententia, & hominis longe differunt.*

46 *Statutum turpitudinem ſuam allegare aſtringẽs, iniuſtum dicitur.*

47 *Statutum fieri non poteſt abſque cauſæ cognitione.*

47 *Epiſcopus extra diœceſim exiſtens nunquid ſtatuere poßit.*

Statuere nunquid ſit meri vel mixti imperij.

Officium iudicis nobile quod dicatur.

49 *Statutum nunquid fieri poßit die feriata.*

Et quid de ſententia excom. ſuper notorio.

50 *Statuti pœna punitus, an poßit iterato pœna iuris communis puniri.*

51 *Delinquens extra territorium ſi non fuerit ibi punitus, ſi in loco originis, vel domicilij contra ipſum procedatur, qua pœna plectatur.*

52 *Religioſus in Epiſcopum per Papam promotus, qui bona ante conſenſum penes ipſum exiſtentia ordini reſtituere tenebatur, ſed non fecit, an excom. ſententia ligetur.*

53 *Statutum Epiſcopi, quo beneficiorum rectores ad reſidentiam infra certum tempus faciendam aſtringit, exiſtentes extra territorium ligat.*

54 *Epiſcopi & legati quo caſu poßint contra ius ſtatuere.*

55 *Ad ſuperiorem quo caſu recurratur.*

56 *Statuta Epiſcopi aut legati an ſint perpetua an temporalia: & quid in ſtatuto delegati.*

57 *Argumentum de ſententia ſtatuti ad ſententiam iudicis an ſemper procedat.*

58 *Sententiæ executio quo caſu fiat in alieno territorio.*

59 *Verbum, quod ad futurum & præteritum referri poteſt, quomodo intelligitur.*

Conſtitutionis natura eſt futura non præterita reſpicere. ibid. ſecus in conſt. declaratoria. nu. 61.

60 *Statutum, quod bannitus, ſi 10. ſoluerit, liberetur à banno, an valeat, & tam ad futura quam ad præterita trahatur.*

62 *Legatum viduis factum an ad viduatas extendatur.*

63 *Verbum, quondam, quid importet.*

64 *Statuti verba quomodo intelligi debeant.*

65 *Opiniones plures ſi ſint in glo. quæ ſit probabilior.*

66 *Furtum quid ſit, & qua pœna fur puniatur.*

67 *Iuriſdictionem ordinariam quis habeat in diœceſi.*

68 *Diœceſis appellatione an comprehendatur ciuitas.*

69 *Iuriſdictio quo iure inuenta, & Epiſcopis & ſuperioribus ſit conceſſa.*

70 *Homo non dicitur, qui ratione caret.*

71 *Specialitatẽ inter contraria allegare, & illius rationem omittere nihil eſt.*

72 *Territorium quid ſit.*

73 *Ciuitas, ſuburbium, diœceſis, diſtrictus, & territorium inter ſe differunt.*

74 *Negationes duæ quando affirment, & quando negatiua neget.*

75 *Legiſlatoris ſi verba & mens contraria exiſtunt, à quo ſit recedendum.*

§ STATVTO. Summatur, vt communiter in *rubr.* Diuidi poteſt in tres partes. In prima conſulatio. In ſecunda reſponſio, *ibi, ſubditi eius.* In tertia ibi, *cum extra territorium.* reſpõſionis ſiue deciſionis ratio.

¶ Et pro caſus poſitione *in c. à nobis, lo primo. de ſenten. excom. ſup.* dictum eſt, quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit, ſententia huiuſmodi ſtatuentis tantum ſubditos ligat: at an de præſentibus duntaxat, vel extra territorium exiſtentibus ſimul, ac excommunicationis ſententia nõ ſolum, verum alia ſtatutaria quacunque ligentur, dubitari forte continget, ideo quid iuris quæritur.

¶ Et pro ratione † dubitandi, facit argum. de conſuetudine ad ſtatutum, quod eſt de iure validum, *in c. 1. ſupra hoc titu.* ibi, *cõſuetudines & ſtatuta.* Sed conſuetudo regionis illius loci pro euictione præſtanda, in quo negotium geſtum eſt, attenditur, *l. ſi fundus ff. de euictio. arg. text. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. cap. Romana. in § contrahentes, de foro competen. infra.* igitur & ſubditos & forenſes tam in diœceſi exiſten. quàm extra, &c. cuius contrarium Bonifa. voluit, vt ſubditi forenſes ibi delinquentes non autem extra includantur, de quo latius *infra.* Et rationem decidendi in fi. ponit, quæ adeo generalis eſt, vt de ſententia ſtatutaria non tantum excommunicationis, verum alia quacunque propter rationis generalitatam intellexiſſe videatur: & eſt intellectus Ioan. And. hic, Anto. & Pet. *in d. cap. à nobis:* & ideo non erit caſus ſpecialis in ſententia excommunicationis tantum propter periculum animarũ, pro quo Nouiſſ. Peruſi. *hic colum. penult. verſi. ſecundo quæritur. cum ſequenti,* ſententiam communem dixerunt. Ad allega. in contrarium reſpub. habere locum in ſtatutis, litis deciſionem concernentibus, in quibus non locus originis ſeu domicilij, ſed in quo quis contraxit inſpicitur, dixit Barto. *in l. cunctos populos. in 5. col. verſ. nunc veniamus. C. de ſum. Trinit. & fi. Catho.* & ita Nouiſſ. repeten. hoc alleg. & hũc text. ſic intellexiſſe dixerunt *ibidem col. 8. verſ. mihi videtur dicendum.* 1

¶ Et licet reſpon. quæ hic per eos pro decidendi ratione alleg. in ſe ſit vera, hic tamen extra propoſitum, quia text. hic in ſtatuto litis deciſionem concernente non loquitur, ſed in delictum puniente: & ſi ratio, quæ in fi. ponitur, conſideretur, intellectum confundit huiuſmodi etiã intelligendo text. generaliter in † quacunque ſententia ſtatutaria, quæ extra territorium non ligat: vera tamen erit non virtute ſtatuti ſimpliciter, vt ſtatuta loci non ſolum litis deciſionem, vt ſi contractus celebretur in loco, vbi contra inſtrumentum nulla poſſit exceptio opponi, quamuis tale inſtrumentum ibi factum non fuerit, & alibi producatur, iudex illud ſeruare tenetur, quod ſingulariter not. Baldus & reputat menti tenendum in *l. 1. 5. q. C. ne fil. pro pat.* Paul. de Caſt. & Mod. in *l. à diuo Pio, in §. ſententiam. ff. de re iudi.* licèt Paul. de Caſt. in *l. 2. in princip. vlt. colum. ff. de eo quod cert. lo.* quem reprehendit Iaſ. in *d. l. cunctos populos. 5. col. verſ. tertium prin. membrum,* quæ ordinationem vel ſolemnitatẽ, vbi actus celebratur, vt ſi duo forenſes Bononiæ contraherẽt, & de quolibet contractu ſtatuto ibi dictante Gabella ſoluatur, ſoluere tenentur, de quo Barto poſt Cyn. *in repet. l. de quib. 19. nu. ff. de ll.* & Bald. vide *in cap. ſi. colum. penult. de feud.* vbi ad hoc alleg tex. in *l. 1. in §. ſi ff. de vent. inſpi.* verum in reſpicientibus ordinem iudiciorum & modum procedendi in lite illius loci, concernentia quo ad non ſubditos attendantur, vt ſi ſtatuto dicetur, inſtrumenta ibi executionem paratam habere, tunc nec libell. nec litis conteſtatio requiritur, pro quo vide quod dixit Bald. in *l. 1. in 3. quæſt. C. ne fil. pro pat. alleg. & in cap. fin. colum. penult. de confeſ.* Ancha. *in repet. cap. 1. ſupra hoc titu. verſic. iuxta prædicta quæro.* Roman. *conſil. 243. Ad prædictorum corroborationem.* Paul. de Caſt. *in l. 2. C. quemad. teſta. aperi. cum alijs* per Iaſon. in *d. l. cunctos populos. 4. colum. verſic. capio gloſſ.* iuris communis ſic diſponentis iuribus allega. & in ſtatuto idem quod ius commune continente, vt in delictis puniente: fit enim delinquens de foro illius iudicis ratione delicti, non virtute ſtatuti, ſed iuris cõmunis diſpoſitione, *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. cum alijs* per Bart. in *d. l. 1. col. 7. verſ. ſecũdo quæro.* & quod no. in *c. poſtulaſti, de fo. compe. ſup. c. placuit. 6. q. 3. c. ſubdiaconus. 24. q. 1.* & iſtud eſt quod voluit Bart. *in d. verſ. ſecundo quæro an ſtatutum extra territorium liget* vbi hunc tex. alleg. de quo ſatis ſupra. Nos autem in mera ſtatuti non humani diuinique iuris potentia ſuffulta loquimur, ad hoc faciunt quæ not in *l. 1. C. de emancipa. liber. & in l. ii qui bonis. ff. de verbo. obliga.* & quod not. Franc. Curt. 2

conſ.

conſil. ſuo 27. Magnificus vir, in §. verum iſti. vbi arg. ab vltima vo-
luntate ad ſtatutum: nam vltima volũtas ligat vbique, quia pro
l. de quo *ſup. in c. 1. in glo. reuocare. & l. auctoritate, ideo, &c.* dubium
tamen contra doctr. Bart. & aliorum facit, quia text. hic in facto
à iure communi damnato, & tamen extra territorium, &c. co-
gita, quia etiam infra aliquid dicimus.
3 ¶ Not. primò ex text. ibi, *qui furtum † commiſerint, excommuni-
cationis ſententia, &c.* quòd Epiſcopus per ſuum ſtatutum pęnam
ipſo iure, iuri communi delictum punienti apponere poteſt: ca-
ſus eſt hic, gloſſ. *in verbo tolli.* & ibi Card. *in clemen. ne Romani, in
princ. 1. q. de elect. & in clem. fin. in §. quod ſi. in prin. de pœn. per illum tex.*
gloſſ. 1. *in clem. 2. de ata. & qualit.* Ant. de Butr. *in c. innotuit, de eo qui
ord. fur. ſuſcept.* Abb. *in c. quoniam, in §. porro, col. 7. vt lit. non conte. ſup.*
& text. hunc ad hoc conſiderauit Bald. *in l. omnes populi. in 6. col.
& text. in d. c. nouit. & in clemen. fin. de pœn. alleg. ff. de iuſtit. & iur.* &
cum iſta communi ſententia tranſit Felin. *in c. quod ſuper his, col.
5. verſic. fallit 7. & colum. 6. verſic. ſed per hoc non recederem. de maio. &
obed. cum alijs.*
¶ Contra opinionem & concluſionem huiuſmodi adduci-
4 tur text. *in d. clem. ne Romani.* vbi per inferiores † à Principe con-
tra illius conſtitutionem modificari, corrigi, mutari, detrahi,
addi, diſpenſari, ſeu renunciari minimè poteſt: pro quibus vide
Oldra. *conſil. ſuo 259. colum. 3. in prin. & fin.* facit text. *in cap. inſtitu-
tionis. 25. diſtin.* & per Gemin. *in ſum. in 2. col. 18. diſtin.* & ideo vide-
tur per ipſum Epiſcopum addi non poſſe. Sed dici poteſt, quod
illa verba verificantur habito reſpectu ad text. *in cap. vbi pericu-
lum, de elect. infra.* non autem generaliter ſibi locum vendicant:
quod videtur, quia ſi iſtud eſſet verum, ſequeretur quod infe-
rioribus ſemper diſpenſatio prohibita eſſet, quod eſt falſum,
niſi vbi prohibitum reperitur, gloſſ. 1. *in cap. at ſi clerici. §. de adul
terijs*, vbi Abb. & Nouiſſ. *de iud.* & ibi alias latius legendo dixi, ad
text. *in cap. in iſtis.* loquitur ibi de mutatione detractiua, & hoc
modo Gemin. ibi, ſecus de additiua, de qua hic loquimur, & vi-
de A. ch. *in ſum. 5. diſt. in prin.* & ſequitur Gemin. ibi, quos refert
& ſequitur Fel. *in d. c. quod ſuper his, col. 6. verſic. ſed per hoc. cum infra
dicendis.*
¶ Secundo ſi ſtatuto caueatur, ne † propter caſum fortui-
tum poſſit à priore mutari. prohibitum intelligitur, ne eorum
5 numerus augeatur: ratio eſt, quia † ſi mutatio prohibetur, for-
tius additio, tenuit Bartol. *in l. fin. in fin. C. de proxi. ſacro. ſcin. lib. 12.
per illum text.* ſequitur Marian. *conſil. 53.* Angel. Mauro. facit *l. iu-
riſgentium, in §. adeo. ff. de pact.* vbi ſi additur vel detrahitur actui,
dicitur nouus vel mutatus, de quo aliquid ſupra *in gloſſ. in verbo,
facti. l. ius ciuile. ff. de inſtit. & iur.* ideo videtur, quod Epiſcopus nõ
poſſit. Poteſt dici, quod textus *in dicta l. fin.* per Bartol. alleg.
non probat. Eſto quod probatet, illud eſt ratione formæ, cui
addi non poteſt, *cap. cum dilecta, ſupra de reſcript.* Et quòd qui ad-
dit, non mutet propriè loquendo, vide Abb. *in cap. 2. colum. 13.
verſicul. nunc venio ad aliam particulam cæſareos iuris*, videas *in l. edi-
ta. C. de edend.* vbi inter libellum mutantem & illi addentem
longè differre oſtendit. & hoc modo reſpondetur ad textum
in l. iuriſgentium. in §. adeo. allega. quapropter concluſio ex text.
6 erit vera, quæ tamen fallit quando ius † commune pœnas ſuf-
ficienter haberet, iuxta not. *in cap. felicis, de pœnitent. infra.* quia
inconueniens eſt, quod quis pro vno delicto pœna multipli-
ci puniatur, caſus eſt *in cap. at ſi clerici, in §. de adulterijs, in fin.
cum alijs in gloſſ. duplici.* & ibi Abb. *de iudic. ſupra. gloſſ. in clemen. fin.
de pœnit.* propter quod alias conſtitutiones ſynodales Bonon.
cùm de iure communi ſatis in pœnis prouiſum fuiſſet, caſſari &
annullari debere publica in diſputatione dicebam, prout fa-
ctum fuit.
¶ Fallit ſecundò, quando talis pœna in iure communi ip-
ſo iure appoſita foret, & hoc ſentit Gemin. hic ibi, ſed non ip-
ſo iure: quia tamen nihil alleg. Et fortè ratio reddi poſſet, quia
cum textus hic periculis animarum prouidere intendat, & iſta
ſit iuris Pontificij fundamentalis intentio, de qua ſupra in pri-
ma parte in primo not. Et pœna ipſo iure appoſita non ſolum
in foro fori, verum in foro poli, & quo ad conſcientiam ligat,
probatur *in cap. 2. de præſcript. infra.* voluit Abb. *in cap. 1. hoc titulo
ſupra.* quod etiam Andr. Sicul. *in repetit. cap. Raynaldus, circa fin. de
teſtam.* ſenſit: quem refert. & cum iſto dicto ſingul. tranſit An-
ton. Corſet. *in ſuis ſingul. in verbo, pœna ibi, vbicunque pœna apponi-
tur, ideo &c.* Ratio tamen quare Epiſcopus poſſit addere, vide-
licet quando ſufficienter prouiſum non eſſet, adeo generalis
eſt, vt etiam ſi ipſo iure pęnam legis vel canonis pro illo delicto
ſimilem pœnam habenti apponeret, haberet locum lex, vt fur-
tum committens vltrà alias pœnas furibus à iure impoſitas et-
iam eo ipſo excommunicationis ſententia ligetur, quod ſatis
eleganter limitatum reperio, quando aliquid vincenti, † vel 7
barattariam in domo tenenti aliquid furto ſubtractum eſſe ap-
paret: tunc enim non ſolum pœnam exigi prohibitum eſſe vi-
detur, verum de tali furto accuſari minimè poſſe, text. ſolemnis
in l. 1. §. idem not. ff. de aleato. quem Rayn. de Forl. ibi, & Flor. de
ſancto Petro conciuis optimus, & ita in facti contingentia plu-
ries conſuluiſſe dixerunt. refert Andr. Sicul. *in cap. 1. de forti.* &
ſequitur Anton. Corſet. illius diſcipulus *in ſingul. in verbo, furtum
licitum eſt, &c.* quod tamen in iure noſtro non approbo, quia
licet lege permittente peccare non dicatur, & ſic abſolutus ſit,
l. Gracchus. C. de adulter. cum alijs. in foro fori, non tamen in foro
poli, quia repugnat iuri diuino, in quo *in 2. tabul. 4. loco* pro-
hibitum fuit. gloſſ. *in verbo, in pœnis. in capitul. quid in omnibus. 33.
quæſt. 7.* pro quo faciunt not. *ſupra, & in cap. nam concupiſcentiam,
hoc titulo ſupra* per Felin. & alios, & ideo licèt vna prohibitio
ceſſet, ſcilicet iuris humani, non tamen diuini, argument.
text. *in §. affinitatis, Inſtitut. de nupt. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præ-
dio. cap. ſi eo tempore, de reſcript. infra.* cum alijs, & hanc veriſſimam
eſſe credo.
¶ Not. ſecundo, quòd † ſtatutum Epiſcopi pœnam excõ- 8
municationis ſubditis pro delicto imponens, laicos afficiet,
quod Gemin. argum. huius tex. not. Et rationem adducit, quia
ratione peccati ſiue delicti ſubditi ſunt Epiſcopo, *cap. nouit. cum
ibi not. de iudic.* & cum hoc tranſeunt Peruſi. hic: & ideo funda-
mẽta & rationes Nouiſſ. repeten. hic *in ſecundo not.* ceſſant, quia
iuriſdictionem contra eos vendicat ſibi Epiſcopus. & cum iſta
reſponſione ſententiam huiuſmodi approbando quieſcunt. &
ideo licet ſubditus extra territorium delinquẽtis non poſſit ab
illo puniri, ſed ab eo, in cuius diœceſi, ſeu territorio deliquerit,
niſi vt infra dicetur, illud eſt ex diſpoſitione iuris, ne delicta re-
maneant impunita, *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. vt fama. de
ſenten. excom. ſupra.* ex quo etiam ratio huius text. in fin. concor-
dat cum diſpoſitione iuris communis: qua tamen delinquens
extra territorium vbi deliquerit ibi punitur, non autem eo quia
conſtitutio, de qua hic in ſe litis deciſionem contineat, de qua
ſatis ſupra *verſ. & licet.* & ideo argu. eorum de rebus ad perſonas
hoc modo tollitur.
¶ Sed ſola delicti ratio non videtur ſufficiens, quia ex quo
iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, *cap. cum ad verum ventum. 96. diſt. c.
cum Epiſcopus, de offic. ord. infra, no. in d. c. nouit.* vnde licet non pu-
niatur per Epiſcopum, punietur tamen per iudicem tempora-
lem: & ideo benè dicitur ratione delicti, ex quo peccatum na-
ſcitur, de quo ſatis ſupra primo not.
¶ Amplia primò, non ſolum in † caſu præcedenti Epiſco- 9
pus iuriſdictionem vendicat, verùm in quocumque crimi-
ne Eccleſiaſtico, quia qualitas delicti illos de foro eius con-
ſtituit, *authent. item nulla. & ibi not. C. de Epiſcop. & Cleric. capit.
cum ſit generale. capit. ex tenore. de foro competen. capit. 1. de offic.
ordin.* vbi inter clericos & laicos non datur diſtinctio, ſed in-
diſtinctè dicitur, quod adulteria & ſimilia, ſi opus fuerit,
brachium inuocare ſæculare poſſit, alias ipſe facere poterit.
*authent. cauſa quæ cum Monacho. in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.
cum alijs:* ſecus ſi non eſſet crimen Eccleſiaſticum, etiam ſi
laicus ad regimen alicuius hoſpitalis, iuxta textum *in cap. quia
contingit, de relig. domi. infra,* per Epiſcopum deputatus eſſet:
ita conſuluit Paul. de Caſtr. *conſilio ſuo 350. Quæritur an laicus.
1. volum.*
¶ Amplia ſecundò, non ſolum pœna ſpirituali verùm tem-
porali, ſcilicet pecuniaria, & iſta fuit opinio Andr. Sicul. *in capit.
ad aures. de pœn.* ex quo eſt caſus, in quo iudex ſibi iuriſdictionem
in laicos vendicare poteſt: non apparet ratio in contrarium,
quare pœnam talem imponere non poſſit, facit text. *in cap. ſta-
tuimus. 16. quæſt. 1. & in cap. quiſquis. 17. quæſt. 4. & in dicto cap. ad au-
res.* vbi propter ſacrilegium iudex Eccleſiaſticus laico pœnam
temporalem imponere poteſt, atque ab eo, dominio vtili tem-
porali priuari ex contractu quæſito. idem Sicu. *in cap. quibuſdam,
de pœn. cap. Adrianus. lo 2. 63 diſtinct.* & iſtam ſententiam ſequitur
Steph. Aufrerius *in repetit. clem. vt clericorum. colum. 34. cum præce-
den. verſic. ex præmiſſ. infertur.* alleg. Sicul. *in cap. cum ſit generale. & in
cap. licet ex ſuſcepto. de for. competen.* & in curia Tholoſæ ſic ſerua-
ri dixit.
¶ Fallit tamen, quando Epiſcopus † in caſibus prædictis lai- 10
cos car-

cos carcerare vellet, quia non poſſet, ſiue in pœnam ſiue in cuſtodiam, de quo *in c. quamuis, de pœn. infra*, & iſta eſt communis opinio Anch. *in reg. iuris, ea quæ de reg. iur. infr. colum.* 48. Oldr. *conſil.* 86. Ioan. And. *in addit. ad Spec. in rubr. de offic. ordin.* Ioan. de Imo. *in dicto cap. cum Epiſcopus, de offic. ord. infra*, & ibi Anch. *per illum text. in verbo, perſonas.*

¶ Quæ locum non habent in caſibus à iure expreſſis, vt in hæreſi, *vt in auth. cauſa quæ cum monacho, alleg. c. vt commiſſi, de hæret. infra not. in c. cauſam, qui fil. ſint legit.* & in crimine ſortilegij, text. eſt & glo. *in c. idolorum. 26. q. 5. cum alijs* per Steph. *in loco alleg. col.* 33. *verſic. Dominicus.*

¶ Contrarium tamen tenuit Gemin. ibi Ant. *in c. 2. de adult. & in rub. de ſortileg. & in c. qualiter lo 2. in §. ad corrigendos, colum.* 8. *de accuſat.* facit text. *in c. idolorum. in verbo perpetuas incluſiones. 26. q. 5. cum alijs* per Steph. Auffr. *in alleg. repetit. clem. vt clericorum, in col. 31. verſic. 5. principaliter quæro, de offic. ordin. & in tract. ſuo de poteſta. Eccleſ. ſuper laicos & reb. eorum in princ. verſic. primo pro crimine Eccleſiaſtico.* & placet per not. *in l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. cum prætor. ff. de iud. cap. præterea. & in cap. 1. de offic. delegat.* de quo alias ſuo loco dicemus.

¶ Limitatur tamen in perpetuo carcere, dictum fuit ſingul. Ludou. Rom. *ſingul.* 706. dicentis, ita ſingulatitur Oldra. *conſilio* 88. dixiſſe, & ſequitur Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in rubri. de offic. ordin.*

11 ¶ Not. tertiò & vltimo modum validandi † & fortificandi ſtatutum & eius obſeruantiam, videlicet per pœnæ appoſitionem ſecundùm Gemin. hic: ſed in quantum dixit: validandi, non videtur benè loqui, quia ſequeretur, quòd validitas ſtatuti ex pœnæ appoſitione dependeat, quod tamen eſt miri contrarium, quia etiam ſi ſtatutum non ſit pœnale, valet, quia non omne ius præcipit, nec punit, *l. legis virtus. ff. de legi. & ſena. conſul.* gloſſ. *vide in verbo, ius præcepta in §. iuris præcepta.* & ibi latius legendo dicebam, *Inſtitut. de iuſtit. & iur. cum ibi not.* in alijs benè loquitur, dato tamen quòd materia, ſuper qua ſtatuitur, præceptiua eſſet, abſque pœna tamen, tunc arbitraria eſſet iuxta not. *in cap. in cauſis, de offic. delegat.* vbi plenius de hoc ſcripſi. Et ideo ad terrorem pœnæ impoſitio imponitur, vt illius metu à prohibitis abſtineant, *cap. mulier. 16 quæſt. 1. cap. 1. de pœnitent. & remiſſ. cap. quæſitum, in fin. 45. diſtinct. cap. diſciplina,* ſecundùm Stephan. Auffrer. per illum textum *in repetit. clemen. vt clericorum, in 4. colum. verſic. not.* 13 poſt Guil. & Zenzel. *ibi, de offic. ordin. text. alleg. in l. 1. C. ad leg. Iul. repet. l. capitalium, in § famoſos. ff. de pœn. cum ſimilibus.* Hinc ſæpius videmus, illius executionem in loco delicti fieri, vide Stephan. *in loco alleg. in 5. colum. verſicul. & exinde:* & eſt vnus ex modis fortificandi ſtatutum, quo ad illius obſeruantiam. Nec obſtat quòd pœnæ impoſitio ſit ſuperflua, ex quo ſi non eſſet, arbitrariè puniretur: quia fateor, ſed magis timetur, quòd ſpecialiter, &c. *cap. qualis. 25. diſtinct. ideo, &c.* quod procedit etiam quo ad ſtatuentes, vt ad ſtatutorum obſeruantiam certa pœna obligare poſſint. gloſſ. *in verbo, firmitate, in cap. cum aliquibus,* & ibi Petru. *de reſcript. infra.*

12 ¶ Secundo modo quo † ad obſeruantiam fortificatur ſtatutum per iuramentum, quia tunc ſtatuentes ab eo ſimpliciter recedere non poſſunt, de quo Abb. & Felin. poſt cum *in cap. cum acceſſiſſent. folio 58. num. 11. hoc titulo.* & Abb. *in cap. dilecto, vlti. colum. de præben.* Nam placet, quando ſinguli iurarunt ſeruare ſtatutum, quia tunc ſi collegium deliberet ſtatutum tollere, nõ peccant ſinguli contrauenientes: ſecus ſi collegialiter, quia periurij pœnam euitant, quia non datur diuerſitatis ratio. Bonum tamen eſſet habilitationem à iuramento obtinere, demum ſtatutum ſuſpendere. & ita vidi in practica ſeruari, aliàs non recederent: quod adeo verum reputo, etiam ſi Princeps contra illud ſcripſerit, ſi clauſula etiam iuramento firmata appoſita non fuerit, non intelligitur eſſe remotum, quia generalis mentio nõn ſufficit, vide gloſſ. *in verſic. effectus, in cap. cum non deceat, in fin. de elect. infra.* latius per Doctor. *in cap. conſtitutus.* vbi materia ponitur, *ſupra de reſcript.* Rota *deciſ.* 294. *licet quis iuret, ſub titulo de conſuetud. & de iureiuran. in nouis.* vide Angel. *in l. 1. in §. quæ onerandæ. ff. quar. re. actio non det.* Alexand. *conſilio* 27. *Viſo libello producto, primo volumine.* quæ alleg. Nicol. ſuperan. *in Apoſtill. ad Peruſi in cap. cum aliquibus, in 1. colum. in 2. not. de reſcript. infra.* Felin. *in dicto cap. cum acceſſiſſent, in verſic.* facit gloſſ. *in clemen. hoc tit. ſupra.*

13 ¶ Tertiò & vltimò pro † nunc per confirmationem ſuperioris, quod intellige de confirmatione neceſſaria, Bart. *in l. omnes populi, colum. 14. verſic. iuxta prædicta quæro. ff. de iuſtit. & iur.* ratio eſt, quia confirmatio actum validat, ideo ſuperioris ſtatutum dicitur, *l. 1. C. de vete. iur. enucle. cap. ſi Apoſtolica. de præben. infra.* Innocent. dictum ad hoc adaptari poteſt *in c. accidentibus, de priuileg.* not. Cardin. *conſil.* 130. *ad primam partem,* Bald. *in l. ex placito. C. de rerum permutat.* ad quod reuocãdum eadem auctoritas neceſſaria, argum. *gloſſ. in l. cum proponeretur. ff. de leg.* 2. & cum iſta ſententia tranſeunt Noniſſ. Mediolan. *in cap. cum acceſſiſſent. ſupra hoc tit. colum. 3. verſicul. ſecundò concluſio prædicta locum habet.* Ex his quo ad obſeruantiam non ſolum ſubditos ſtringunt, verum ipſos ſtatuentes ſaltem quò ad iſtum & præcedentem, & quid de primo latius infra fortè dicetur. Ex quibus textualia clara, nunc ad dicta Doctor. veſtigia tamen Gemin. calcando procedam.

¶ Ex dictis Gemin hic † poſt Ioan. Andr. not. eſt, quòd ſententia excommunicationis ab homine in ſubditum abſentem 14
ſpecialiter lata, extra iudicantis territorium extenditur, gloſſ. *in cap. Epiſcopum. 10. quæſt. 2.* Innocent. & alij *in cap. fin. de for. compet.* & concluſionem huiuſmodi aſſirmant Noniſſ. Mediolan. poſt Alexand. *in l. fin. 2 colum. verſic. vndecimò fallit.* & Abb. *in cap. nouit, de offic. legat.* Sed contra iſtam concluſionem facit textus *in cap. Romana, in §. contrahentes, de foro competen infra.* Nam ſententia hominis extra territorium iudicantis exequi non poteſt: ſimiliter videtur de ſententia excommunicationis, quæ ſecum executionem trahit, *cap. paſtoralis, de appellat. & quod ibi not.* & illa fuit ratio, quare per appellationem illa non ſuſpenditur, vt textus ibi expreſsè, à qua, alijs ibi Abb. rationibus reiectis per Noniſſ. *in §. verum. in 1. colum. in fin.* cum ſequenti in illa, cum cauſa certis alijs tranſeunt: & propter rationem huiuſmodi contra hanc concluſionem tenuit. Cui Gemin. hic reſpond. quod iſtud eſt ſpeciale in ſententia excommunicationis, quæ vt ſupra ſtatim ſecum trahit executionem: ſecus in alijs, quia illud eſt ex defectu poteſtatis: & videmus, quòd extra territorium, vbi non requiritur cauſæ cognitio, abſoluere poteſt, ſicut abſoluere poteſt, not. *in d. c. nouit.* vbi Abb. *de offic. lega.* Et ratio rationis addi ei poteſt, quia ligat animam, quæ loco non circumſcribitur: & ideo alterius iuriſdictionem non impedit: & hanc dicit eſſe communem.

¶ Contra rationem † huiuſmodi facit gloſſ. *in cap. à nobis, lo 2.* 15
in verbo relaxatur, de ſentent. excom. vbi non ſolum anima, verum etiam corpus excommunicationis ſententia ligatur: & ideo mortuus, vt in textu ibi dicitur, abſolui ab ea debet, quod not. Anton. de Butr. ibi, & Abb. & Felin. *in dicta gloſſ.* ad multas quæſtiones: & ideo videtur, quòd extra territorium ſubditus excommunicari non poſſit, quia extra diœceſim erat poſitus, argum. text. *in l. ſi Rufinus. ff. de milit. teſtam.* Et iſta fuit Noniſſ. hic repeten. ratio, auctore ſuppreſſo, de quo *infra colum. 5. verſic. ſecundo fallit.* Sed reſpond. poteſt, quòd ex quo anima, quæ loco non circumſcribitur, & quia nobilior eſt corpore, *cap. præcipimus. 12. quæſt. 1. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ. no. in l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. de quo hic in prima parte text. primo not.* ideo intra territorium eſſe cenſetur, arg. *l. domus, in prin. ff. de contrahen. empt. cum alijs.* Adhuc autem inſtant, quòd ex quo corpus eſt extra, ita & anima, videtur neutrum ligari, quod lectori cogitandum relinquit.

¶ Ad quod tamen reſpond. & primò, quòd illa gloſſ. non eſt vera, vel abſolutio ibi fit, ne ſcandalum & error, qui ſi non abſolueretur, poſſet induci, vel propter timorem & reuerentiam cenſuræ fit: & fuit Hoſtienſ. ibi opin. gloſſ. reprobando, quem refert Anton. de Butr. *colum. 3. verſic. venio ad gloſſ.* & cum iſto dicto concordat Ioan. de Ligna. quem refert Cardin. *in dicto cap. à nobis. colum. 2. verſic. oppo. quarto.* dicens, quòd ibi corpus in vim conſequentiæ venit, quod Noniſſ. repeten. hoc tacitè dicunt, & ſine præiudicio iudicis territorij, quia rem indiuiſibilẽ & non quantitatiuam concernit, & ſic ipſo facto imponitur: ſecus ſi hominis miniſterio: & hoc modo reſpond. *in cap. fin. in 2. colum. circa fin. ad text. in cap. poſtulaſti. de foro compet.* Tenet tamen, quod ligetur corpus, non tamen propriè. Et ratio poſt Innocent. ad text. *in cap. à nobis. de ſentent. excommun.* alleg. dicit ibi Eccleſiam ligaſſe & abſoluiſſe defunctos, id eſt, denunciatos ligatos vel abſolutos: ratio eſt, quia Eccleſia ſola cõtritione, eò, quia de occultis non iudicat, *c. ſicut nobis, in ſi. c. tua, in ſi. de ſimon. c. 1. de clande. deſponſat.* niſi ſecundùm formam à ſe ſtatutam, ſi viuus, vel mortuus fuerit abſolutus, de quibus Ioan. And. Abb. Fel. & alij

in d. c.

in d.c.à nobis.& text ibi non dicit, quod ligatur corpus, ſed quia communicandus ei ſi vixiſſet, & ideo propter contritionem, quæ ab anima, ideo, &c.

16 ¶Sed iudicio † meo ligatur anima, quia clarum eſt, quod per baptiſmum in ea character imprimitur, gloſſ. *in d.c.à nobis. alleg. per tex. in cap. licitè. 32. quæſt. 7. & ibi gloſſ. in verbo, nunquam.* ideo mortuus baptizari non poteſt. ita Docto. omnes poſt gloſſ. alleg. *in verbo, relaxatur.* Sed excommunicatio propriè ſumpta, quæ à ſacramentis & communione hominem priuat, & etiam ab Eccleſiæ ingreſſu, de quibus *in dicto cap. à nobis. & in cap. ſi verè, illo tit. & in cap. in multis. 11. quæſt. 3.* Sed iſtis prohibitis characteris baptiſmi hac prohibitione durãte, effectus erit ſuſpenſus ſaltem quo ad Eccleſiam militantem, igitur, &c. & quòd excommunicationis ſententia characterem baptiſmi afficiat, text. eſt apertus *in dicto cap. licitè. ibi, reus verò excommunicationis.* argum. de ſacramento matrimonij ad illud regenerationis, id eſt, baptiſmi, iuxta illud Euangelij, *Niſi quis renatus fuerit, &c.* & facit textus hic noſter in princ. in ratione ſui, de qua ſatis ſupra in prima parte primo not. ideo nunquam carebit regenerationis ſacramento, qui cùm ſit in anima, ea ſola non corpus ligatur, *cap. ſi quis presbyterorum.* vbi Andr. Sicul. poſt Ioan. de Imol. *de rebus Eccleſ. non alienan.*

17 ¶Secundò confirmo, anima intellectiua † eſt forma eſſentialis corporis, *clemen. 1. in §. porrò.* & ibi Card. *2. colum. verſ. circa primum, cum ſeq. de ſumma Trinitate & fide Catholica.* vbi alleg. Auguſt. *in lib. de ciui. Dei.* vbi quiſquis vidit mentis naturam eſſe ſubſtantiam, & non eſſe corpoream, &c. quod ratione probatur, nam ſi non eſſet per ſe ſubſiſtens, non eſſet eius aliqua operatio propria, non enim operari eſt alterius, niſi entis in actu, & eo modo aliquid habet operationem, ſicut calor calefacit, per id quod eſt per ſe calidũ. Sed animæ intellectiuæ eſt operatio propria ipſum intelligere, quod ſine corpore operatur, igitur per ſe ſubſiſtit, & eſt vna & eadem in homine, Auguſt. *in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus.* quæ & corpus viuificat, & ſemetipſam ſua ratione diſponit: & ideo dicitur, quòd eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, *l. ſicut.* & ibi Bartol. *ff. de ſeruit.* Thom. *in 1. parte, quæſt. 76. artic. 8. & 1. diſtinct. 8. artic. 5.* Hinc non corpus ſed cadauer ea ab ipſo ſeparata dicitur, *cap. ex quadam. de celebrat. miſſa.* & † ideo occidens partum, in quo anima adhuc

18 infuſa non erat. homicida non dicitur, *cap. quod non formatum, 32. quæſt. 2.* & ideo videtur, quod corpus non liget, aliàs ſequitur quod infidelis quilibet excommunicari poſſet, cuius contrarium eſt veritas: facit quod not. *in capit. quamquam. de vſur. infra.* & quod alias de hebræo *in repetitio. Rubrica in cap. 1. de probation.* publicè *in diſputat. concluſio. 80. cum quinque ſequentibus dixi.*

¶Adhuc tamen inſtatur, quando dicitur, quod præiudicium in alterius territorio non infertur, immò contrarium erit verum, quia illius ſubditi ſaltem excommunicatione minori ligabuntur, *cap. in multis. 11. quæſt. 3. cap. ſacro, de ſenten. excom. cap. ſtatuimus, illo tit. infra. cum alijs.* & ibi excommunicatus talis erit tanquam membrum putridum, ideo, &c. *cap. cum ad monaſterium. de ſtat. mon.* Et ideo poteſt dici, quod excommunicatio ligat extra territorium, hoc procedit ex iuris communis diſpoſitione, vt

19 hic Gemin. Et quia † iure Pontificio ſententiæ, quæ non ſunt corporis afflictiuæ, contra abſentem ferri poſſunt etiã in quocunque crimine, ſecus eſt cæſareo iure ſtatutum, *l. abſentẽ, & quod ibi not. ff. de pœn.* quod eſt verum, quando iudex procedit ex officio: de quo vide Gemin. poſt Ioan. Fan. *in c. decernimus, in 3. colum. verſ. oppo. cum gl. 5. q. 9.* non ſubditum abſentem ſentẽtia excommunicationis apprehendit.

20 ¶Secunda † concluſio, ex dicto Gemin. iuncto tex. colligite, quod ſtatuti ſententia vltra diœceſ. ſeu territorij limites iuſdicentis vires non habet, etiam ſi contraueniens illius ſubditus eſſet, *l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iud. not. in cap. nouit, de offic. lega.* ratio reddi poteſt, quia clauſula generalis ad ea quæ expreſsè errorem inducerent, vel contra ius eſſent, extendi non poteſt, *l. penult. ff. ad exhiben. cap. in generali. de regul. iur. infra.* item ne duplici excommunicationis pœna ligetur, quod eſſet, ſi in loco delicti ſtatutum ſimile eſſet, ſecundùm Ioan. Mon. quem Fran. Zabarel. *hic penult. & vlt. colum. verſic. quæro decimò, ſequitur.* vltima non placet, quia ea vera ſequeretur, quod ſi pœna eadem pro furto inflicta non eſſet, tunc poſſet extra ligare, quod eſt falſum. Et ideo Ancharan. *in repetit. capit. 1. folio 17. in verſic. tertio principaliter. hoc titulo.* ſupra & Imol. *in clement. paſtoralis. col. 4.* dere iudic. dicebant, quod ſi ſtatutum diſpoſuerit, vt bannitus impunè offendatur, extra territorium iuſdicentis occidi vel offendi non poſſet, & qui contra fecerit, ob talem indulgentiam in loco delicti à pœna homicidij non erit excuſatus. Ratio eſt, quia effectus banni extra territorium bannientium vires non habet: voluit Bald. *in l. 1. colum. 3. C. de hæredi. inſtitu. & in l. executione, colum. 10. C. de executio. rei iudicatæ.* Et ideo Bald. *in l. 2. C. de ſeru. fugit.* quem referunt & ſequuntur Nouiſſ. Mediolanen. *in l. fin. alleg. 1. colum. in princip.* quod bannitus extra territorium bannientium captus, quia non legitimè captus non eſt, relaxari debet, Bald. *in cap. cum olim, in fin. de re iudicata. cum alijs.*

¶Limitetis, quia licet in † foro delicti perpetrati à pœna 21
homicidij tutus non ſit ratione ſupra allegata, præmium tamen delinquenti ex ſtatuto bannietium promiſſum debetur, quod eſt ſingul. dictum Bald. *conſil. 397. Præmittendum eſt ad euidentiam. 6. volum.* quod dictum à D. meo & conciue nobiliſſimo Dom. Hyppolyto Marſilio habui *in ſingul. ſuo 124. Vidiſti anno præterito. folio 12. & ſingul. 294. Odia reſtringi. folio 31.* & hoc ex fauore procedit: ſecus in odioſis, quia tunc ſeruatur *regula ſupra.* de qua Ioan. de Imol. *conſil. 80. In caſu præmiſ. in fi. verbis.* ad quod vide Bald. *in l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica.* Angel. *in l. hæres abſens, in §. 1. circa fin. verſicul. vltimò circa iſtum articulum. ff. de re iudicata.* Caueat tamen, ne ex ſpe præmij ſolatium mortis acquirat.

¶Fallit primò † not. & concluſio huius text. quando in ſtatuto diceretur, ſiue in diœceſi ſiue extra ſubditos delinquentes velle teneri: quia vbicunque deliquerint, omninò ligantur: ſecus ſi ſimpliciter ſtatutum promulgatum fuiſſet: quia tunc ſubditi tantum in diœceſ. delinquentes apprehendit, & voluit Bartol. *in l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica in repetit.* quam poſt tempora huius textus in lucem emiſit, *alleg. l. 2. C. vbi de crim. agi op. & l. fin ff. de decret. ab ord. facien. l. mercatores. C. de commer. & mer. l. 1. C. de euictio.* propter quod intra territorium conueniri poterint, *l. 1. C. vbi de crimin. alleg.* qui ſe hunc textum generaliter intelligere dixit. Sed iſtud non videtur verum, quia in expreſsè † prohibitis effectum maiorem verba generalia habent quàm expreſſa, *l. quadam, cum ibi not. ff. de acquiren. re. domi.* Cùm autem ius extra territorium diei ſit reprobatum à iure, igitur maiorem effectum operari deberet generale ſtatutum quam expreſſum ſiue ſpecificum: & iſta fuit reprobationis ratio Ioan. de Ligna. Bononien. Domin. Cardinal. Flor. præceptoris, de qua *in cap. à nobis, de ſentent. excommunicat. lo 1.* ſe Bartol. *repetit. de qua ſupra* vidiſſe teſtatur, quam Cardinal. & ſi dictum illius approbet, rationem vero minimè, ex quo non concludit: quia ſtatuens ius extra territorium non dicit, ſed ſuo in territorio ſtatutum promulgat, quod vires alibi habere demonſtratur, & facere poteſt, ſicut in ſententia, *de qua ſupra, & infra.* Et ſi etiam præſupponamus, quòd ſtatutum extra territorium vires porrigat, adhuc contra opinionem Bartol. facit, quia non videtur ratio differentiæ, quare verba generalia ſolum in territorio ſtringant, quæ tamen eſſe poteſt defectus iuriſdictionis: & hoc modo Cardin. Dom. ſuum ſaluat *in repet. huius text. in 6. colum. verſic. vltra prædicta:* quia ſi non verbis generalibus, igitur nec ſpecificis, vt ſupra. Aliam tamen rationem aſſignant, ne alienam diœceſ. regulare videatur, aliàs ſe non videre rationem quare verba generalia ad diœceſ. ſeu territorium ſtatuentis, reſtringantur, quia ſententia in perſonam, & ideo nulla iniuria alterius diœceſ. fiet, quod ibi ſubditus ligetur. Vel dicas, quod hoc non procedit, quia ſequeretur: quod ſtatutum potius ex voluntate quam ex poteſtate ligaret: quod non eſt verum, vt hic, & *in dicta l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iud.* Ita Ioan. de Ligna. & Anton. hic, & *in cap. à nobis, lo 1. alleg.* vt Gemin. hic.

Side numbers in the right margin of this column: 22 (beside "tuto diceretur…"), 23 (beside "neralia habent quàm expreſſa…").

¶Fallit ſecundo † in ſtatuto perſonali, per not. *in cap. quod clericis, de foro competen. ſupra.* puta ſi ſtatuto caueatur, quod quicunque Bononien. vbicunque ſit, ſic ſub certa pœna facere teneatur, & ita fuit opinio Franc. Zabarel. Padua. Cardinal. Flor. *in repetit. hic colum. 6. cum ſequenti. verſicul. aduerti tamen debet.* argumen. de ſententia ad ſtatutum, quæ intra territorium deſpectu perſonarum ei ſubditarum rationem domicilij, quas ordinarius vbique coercet, not. Innocent. *in cap. fin. de foro competen. & in cap. Romana, in §. contrahentes. infra illo titulo.* Secus quando rem apprehenderet, vt in caſu noſtro hic: quia communiter ad diœceſ. referuntur & territorium, vt illud curare 24
velit,

velit,vt tenetur, *l.congruit.ff.de offic.praeſid.* tunc omnes tam ſubditos quàm forenſes: ſecus ſi de ſubditis vbicunque fuerint exprimat. Quæ limitatio per allegata in hoc vltimo no. non placet, quia ſemper ſtatuentis intentio eſt, & res & perſonas ſuis ſtatutis afficere & ligare, quia etiam in perſonis rationes prohibitionis non ceſſant. Nam ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quod illud potius ex defectu voluntatis quàm iuriſdictionis procederet: quod tamen non eſt verum, & fuit ſententia Nouiſſ repeten. hic *colum. 4. verſic. vltimò not. l. cum vnus, in §. ſi is qui. ff. de bon. aucto. iudic. poſſ.* Bald. *in l. certa ratione. C. quando prouocare non eſt neceſſe.*

25 ¶ Fallit tertiò, quando partes † conſentirent, quia tunc iudex extra eius territorium ius dicere poteſt, facit text. *in capit. ſtatutum. in §. in illo, de reſcript. infra gloſſ. in cap. vt litigantes. de offic. ordin. infra.* Bartol. *in l. ſi. ff. de iuſtit. & iur.* Alexand. *in l. fin. 1. colum. verſic.* item fallit vbi partes *ff. de iuriſdict. omnium iud.* alleg. & quæ voluit Cyn. *in l. ſi qui ex conſenſu. C. de Epiſcop. & Cleric.* argum. tex. *in l quaero. ff. de ſolut.* vbi tutores, quibus bonorum prouincialium aſſignata erat adminiſtratio, debitorem extra prouinciam, ſi ſponte ſe obligauerat ad ſoluendum, exigere poſſunt, quia poteſtas quam tutores in adminiſtrando habent, iuriſdictio quædam videtur, Guil. de Cu. Bartol. *in l. fin alleg.* & Bald. *in l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iud.* Sed reſponderi poſſet, quod ditur de tutoribus, procedere, vt iam dictum eſt ratione contractus & obligationis, vt patet, & ſic iure communi, nos autem de iure municipali: & ideo extra propoſitum. Item ſequeretur, quod partes iuriſdictionem iudici dare poſſent, & ſic contra regulam extra territorium & in præiudicium iudicis illius territorij, in quo eorum iudex ius dicere vellet, de quo ſupra in præcedenti limitatione. Dicerem tamen, quod opinio procedat expreſsè partium interueniente conſenſu, non autem tacito, per text. *in dicto §. in nullo*, per ea quæ *in cap. in cauſis. 3. not. de offic. delegat. in 2. lect.* dixi. Nec placet, quod ibi de iuriſdictione odioſa tractetur, ex quo ſimilitatione de odio ita militat de delegato contra illum, in cuius territorium cognoſcere vellet, ſicut de ordinario extra ſuum partium conſenſu ius dicere vellens: ſed fortè de expreſſo conſenſu, ne inuiti à iudice trahi poſſint, vt eorum laboribus & expenſis prouideatur, quia cùm actoris reſcriptum iam ſit factum commune, *l. fin. C. de fruct. & lit. expen. cap. 1. & 2. de mut. petit. cap. diſpendia, in §. reus quoque. infra de reſcript.* & hoc præſertim, ne poſſint retrocedere: ideo conſenſus partium expreſſus interueniet: ſimiliter & illius, in cuius diœceſ. fuerit: ſecus in delegato, quia vbi partes voluerint in loco quolibet alicuius, ſuper hoc licentia minimè requiſita, poterit ipſe ſedere, quia illius vices gerit, qui ſuperiorem non habet, *cap. cuncta per mundum. cap. per principalem. 9. quaeſt. 3. cap. ſolita, & quod ibi noe. de maior. & obed. cap. nouit, de iudic. cum alijs*: quia præiudicium non conſideratur, ex quo ſemel Papa intelle[illegible] ordinario præiudicium inferre, arg. eorum quæ not. *in cap. præſenti de offic. lega. infra. & in clem. cap. de beneficio, de præben.* vnde ſola partium voluntas in conſideratione habetur: in caſu vero noſtro & partium & alterius iuſdicentis conſenſus expreſſus attendetur, de quo infra ſuo loco dicemus.

26 ¶ Fallit quartò in his, quæ ſunt iuriſdictionis † voluntariæ, facit gloſſ. cum ibi not. *in cap. nouit, de offic. lega. gloſſ. 2 in l. fin. ff de iuriſdict. omn. iud.* & latius *in l. 2. ff. de offic. proconſul. & lega.* & ideo ordinarius vel legatus extra prouinciam beneficia cóferre poſſunt: de quo in repetit. *cap. ſtatutum de præben. infr.* latius in publica diſputatione dixi, ſcribentium dicta limitand, de legato etiam longiori ſermone *in extract. de poteſtate legati. quaeſt. 5. & 15. & excommunic.* pro iniectione manuum abſoluere, de quo *in cap. excommunicat. de offic. legati.* Item pœnitentias iniungere: & ideo Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſſ. in §. & cui conſitendū. verſicul. nunquid extra territorium*, dicebat, quod Parochianus ſuo Presbytero etiam in alterius parochia pœnitentiam & abſolutionem recipere poteſt: vide tamen Oldra. *conſil. 163.* & Andr. Sicul. *circa hoc in cap. in cauſis. 4. not. in 1. & 2. colum. de offic. delegati:* vbi etiam poſt eum dixit. Item diſpenſare, *cap. 1. & 2. de fil. preſbyt. infra. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit.* & electiones confirmare, *cap. Abbatem. infra. de elect. cum alijs*, & ſuam limitationem tenuit Iaſon poſt Alex. *in alleg. l. fin. 1. colum. verſic. limita regulam huius text ff. de iuriſdict. om. iud.* & pro veritate huius fallentiæ non inſiſto, cum ſuis in locis vbi ſupra, vnuſquiſque articulus ſatis examinatus exiſtat.

¶ Fallit quintò & vltimò pro nunc, quando ſtatutum cauſam ſententiæ ex facto negatiuo in alterius territorio commiſſo originariè ageret: cui contrarium factum affirmatiuum in limitibus proprij territorij faciendum erat, quia tunc ligat, arg. tex. *in c. ex tua. de cler. non reſid.* Ratio eſt: quia ex quo factum negatiuum terminos naturales non habet, *c. bonæ. lo 1. de elect. c. vlt. 6. q. vlt.* factum reputatur, vbi contrarium factum erat faciendum, *l. deſertorem. in §. qui ſtationis. ff. de re milit.* facit quod no. Bartol. *in l. libellorum. ff. de accuſat.* cuius dictum vt Gemin. hic, poſuit Ioan. Fan. *in c. libellorum. 2. q. 7.* ſecus ſi ex facto affirmatiuo in alterius territorij limitibus originato cauſam ſententiæ originariæ egerit, vt hic, quia tunc non ligat extra territorium, ſiue exprimatur ſiue non. Et ratio quare non liget, quia non ex defectu poteſtatis vinculū iniiciendi, ſed ex defectu poteſtatis cauſam ſententiæ inducendi, ſecundùm Ant. quem hic Gemin. refert. & ſequitur.

¶ Ex quo infertur ſecundùm Anton. quem hic Gemin. ſimpliciter refert, quod † ſtatutum religioſorum exemptorum eo 27
caſu, quo Epiſcopus extra diœceſ. ligat, religioſos extra locum ligabit: quia Eccleſiæ territorij loco ſuccedunt: & quia perſonarum non loci iudices eſſe dicuntur, *clemen. dudum, de ſepul. in ver. locis. & quod not. in cap. cum illorum. in § ſi verò clauſtrales, de ſent. excommunic.* adde quæ ſupra in inferioribus Epiſcopo, qui eadem ratione in ſubditos iuriſdictionem habent, Ioan. Andr. tamen *in cap. cum contingat. de fo. compet.* Ioan. de S. Georg. ſentit, quod ratione territorij, quando ſunt exempti, quod intelligo quando ſuperiores iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē haberent, per gloſſ. reput. ſingul. *in clem. 1. ſuper verbo proprij. de reb. Eccleſ.* per quam vide quod dixit Cardin. *in clem. vna, vlt. col. 26. q. 1.* Abb. *in cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat. & quæ not. in cap. Abbates, de priuileg. infra.* & hoc modo correlatiuum intelligi poteſt, ſaniori tamen ſententia ſalua.

¶ Ex dictis Gemin. in ſecundo quæſito, quia de primo ſatis in not. ſupra de ignorantia, not. quòd † Archiepiſcopus in diœceſ. ſeu territorio ſuffraganei delinquens, illius ſtatuti pœna 28
non punitur: & iſta eſt communis ſententia, quam Ioan. Andr. quem Gemin. hic ſequi videtur, ex quo ad ipſum ſe remittit *in regul. cui licet. in mercur. de regul. iur. infra.* ad quem etiam Felin. ſe remittit *in cap. cum inferior, de maior. & obed. vbi longius*: quia Archiepiſcopus in diœceſ. ſuffraganei, quin iuriſdictionem habeat, negari non poteſt. Nec obſt. text. *in cap. paſtoralis, de offic. ordin.* verum eſt quo ad ſubditos, ſecus quo ad ipſum Epiſcopum, quia illi immediatè ſubeſt: igitur ligari minimè poteſt: facit pro iſta concluſione, nam maior falſum coram minore teſtificans, licet ab illo regulariter poſſet puniri, non tamen quando maior alias in minorem iuriſdictionem haberet, Abb. *in cap. dilecto. vlt. col.* de quo Fel. *in dicto cap. cum inferior. 1. col. verſ & adde Arch. in fin.* quibus rationibus concluſio huiuſmodi defenſatur ſatis per Franc. Zabar. *in repet. hic in 3. colum. verſic. quaero quinto, in princ.* de quo Ioan. Andr. poſt Ioan. Cald. *in c. 1. de rapto.* latius tamen *in alleg. reg. cui licet.*

¶ Contra hoc tamen facit, quia ſtatuendi auctoritatem Epiſcopus à Canone habet, ideo ſententia Papæ videtur, *cap. nemo. 11. quaeſt. 3.* & iſtud etiam concludo pro concluſione infra not. & hoc voluit Arch. hic, & hanc partem Paul. de Senis ſe diſputando tenuiſſe: nam ludens † Epiſcopi excommunicationem in- 29
currit: & Epiſcopus, qui in crimine criminosè ſcienter communicat, *c. ſi concubinæ. de ſent. excom. ibi poſt ſententiam.* reſpon. quod hoc non procedit, quia hac ratione eius ſententia ligaretur, quod tamen reprobant omnes, & hoc modo reſpondet Ioan. Andr. hic, & Card. *in repet.* hic, dum Florentiæ legeret, & *in d. reg. cui.* Et ſubiungit, quod contra communem tenendo poſſet reſpon. quod licet eius ſententia non ligetur, nimirum cùm ſententia à ſtatuto differat, de quo *infra ad c. nemo.* ſatis reſpon. per Fran. Zabar. hic *in repet. col. 5. in princ.* Ad illud de participatione eſt verum, non ſententia ſtatuti, ſed iuris communis, quia dicitur quod participans cum excommunicato, &c. excommunicatione ligatur, de qua quæſtione ſuccinctè vide Ioan. Andr. *in c. cui licet. alleg. col. 5. verſ. Veniamus ad quintum.*

¶ Confirmo tamen per tex. *in* † *c. ſtatutum, de elect. iuncto tex. in c. licet Canon, de elect. infra. & in c. quia periculoſum, de ſent. excom.* 30
infra. vbi generalis diſpoſitio ratione qualificationis in odioſis reſtringi debet: facit quod not. per Abb. *in rub. de vi. & hone. cler. & in rub. de reg.* & quod latiùs dixi *in repet. c. 2. de præben. infra.* vbi gloſſ. 1. dicebat, quod Epiſcopatus non erat dignitas, ſed dignitatis culmen, ſub diſpoſitione illius reſeruationis non contine-

tur,

tur, argu. text. in l. item apud Labeonem, in §. hoc edictum. ff. de iniur. Poſſet tamen dici pro opinione Archid. poſt Hug. à quo primò quæſtio huiuſmodi originem traxit, not. in c. 1. 3. q. 6. quam Bart. Brixien. per l. 3. ff. de offic. præſid. veram eſſe dixit, niſi de periculo animæ tractaretur: quia tunc extenſio fiet etiam in correctorijs & pœnalibus, non tamen ſimul, Bartol. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. venditio. gloſſ. in verbo Apoſtolica. in l. omnes. C. de ferijs. Peruſ. in c. 1. col. 3. verſ. quarto limita. de æta. & qual. infra. Ioan. And. in c. ex tenore, qui fil. ſint legi. & conſtitutio huiuſmodi eſt excluſiua peccati: & adde hic, quæ ſupra in 1. part. in 1. not. Replica hoc non procedere hic ex defectu poteſtatis Epiſcopalis in ſuũ metropolitanum, de quo Guid. Pap. vide in rub. de offic. ordin. vbi poteſtates diſtinxit.

31 ❡ Amplia concluſionem etiam in caſu, in quo † Archiepiſcopus in Epiſcopatu alterius Metropolitani: quem ſuffraganeus eius diſpenſatiuè teneret, delinqueret: quia tunc puniri nõ poſſet ſententia Innoc. quem omnes ſequuntur in d. c. cum inferior. alleg. & Felin. in 2. col. verſ. declara. 2. Arch. & Gemin. in c. 1. alleg. 3. q. 6. Anch. in c. poſtulaſti. verſ. ſextò oppo. colum. 20. de for. competen. Ad quod Fel. hic text. alleg. quem peregrinum appellat, in §. his ita. verſicul. item cùm Dauid. 2. quæſt. 7. qui 1. libr. Regum, cap. 11. 12. & 22. regiſtratus eſt, vbi Nathan Propheta Regem Dauid, cuius ſubditus erat, de adulterio & homicidio reprehendit: quod ratione officij ſui fecit, ideo ibi monuit, non autem in cauſa ſententiam tulit, de quo Felin. videas: ſed conſidera, quod in Epiſcopo non ſolum eſt officiũ monendi ſed & puniendi, not. in ca. 1. de offic. ordin. & in cap. cum non ab homine. cap. nouit, de iudic. hoc tamen caſu videtur, quod non poſſit: opin. huius ampli. videtur ſentire Ioan. Calder. in repet. c. de illis. 6. colum. verſic. ſeptimò an Epiſcopus. vbi dicit, quia nulla ſuperioritas, à contrario ſi aliqua, igitur vt hic. non tamen de delicto depoſitione digno, & vide no. in cap. 1. vbi gloſſ. de legato loquitur, de offic. lega. & quæ de Epiſcopo dicuntur abſente, in c. decernimus. 3. quæſt. 9. & ibi Gemin. poſt Ioan. Fant. de quo ſupra in verſic. ſecunda concluſio. & pro iſta ampliatione vide Cardin. Flor. in d. c. cum inferior. vbi pulchrè, & placet æquitate ſuggerente, alias minimè, quia ſuperioritas nihil operatur.

32 ❡ Secunda concluſio ſit, quod Epiſcopus in ſuo † territorio delinquens municipalis ſtatuti ſententiam non incurrit, l. penul. ff. de arbit. cap. fin. de inſtit. & quod ibi not. l. ille à quo, in §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. nam conſul vel prætor hæres inſtitutus, vt reſtituat, in adeundo perſonam priuatam gerit, & tamen à ſe ipſo vel alio conſule vel prætore non cogitur: quia tamen in cogendo perſonam publicam gerunt, l. quod autem, in §. vxori. ff. de donat. inter virum & vxorem. alias rationes poſuit Dom. Card. hic in repet. col. 3. verſ. quod autem Epiſcopus ſtatuens. poſt Ioan. And. in reg. cui, alleg. & Ioan. Cald. in repet. c. de illis, in colum. 7. verſ. idem tenuit Bertran. de reſcript. Ad quod in locis allegatis alias rationes alleg. eorumque obiectionibus reſpond.

❡ Ad idem facit text. Iſaiæ 10. in c. inferior. 21. diſt. & in c. fi. in §. hinc not. 23. q. 5. Nunquid gloriabitur ſecuris, &c. Nam ſtatutum eſt inſtrumentum ſecuris ab Epiſcopo productum, quod facere poteſt, c. nullus. 3. q. 4. de quo latius in gloſſ. in verſ. ſtatuto. cui reſpõ. poſſet non eſſe inconueniens, quod ſerra ſecet illum, qui eam conſtruxit: neque ſecuris illius artificem cedat, quia poſſibile eſt. Sed quod ſecuris cedat cedentem, & ſerra ſecet ſecantem, ad bonum intellectum hoc penitus impoſſibile. Ideo ſtatutum Epiſcopi ſtatuentem ligabit, & hoc modo ſerra artificem, qui illam conſtruxit: quia opus vtrumque à ſuo artifice abſolutum eſt: ſecus ſi ſua ſententia ligaretur, quia tunc ſecans ſeipſum ſecare, ideo illius ſtat. ligabitur: quia Epiſcopus reſpectu ſtatuti promulgati non eſt cauſa agens directo ſententiam ſtatuti: Secus in ſententia hominis, quia viuificatur eo viuente: eo tamen mortuo ceſſat: quod non eſt in ſententia ſtatuti, quia poſt mortem durat, cap. fin. de offic. lega. cum ibi not. & propter hoc dicebat Card. hic col. 4. quod Ioan. Cald. in alleg. c. de illis, de rapto. Hug. cõtra communem conſentire poſſet, ex quo & ſententia ſtatuti & hominis differunt.

33 ❡ Sed reſpon. quod immò † impoſſibile, ex quo ſeparatio dignitatis à perſona non datur: & ideo quocunque ierit, dignitas ipſum ſequitur: quæ etiam eo mortuo viuit, nec vnquam moritur, cap. ſi gratioſè de reſcript. infra. niſi in caſibus expreſſis, cap. poſtulaſti, de conceſſ. præben. cap. à collatione. & quod vtrobique not. de except. infra. igitur inconueniens, quod ſerra ſecet ſecantem, & ſecuris cedentem, quod eſſe non poteſt, aliàs opus eſſet, quòd dignitas Epiſcopalis, à qua ſtatuendi auctoritas deſcendit, Epiſcopum vt perſonam priuatam puniret: quod videtur ſentẽtia ſtatuti, quæ intra territorium tantum, ſecus in illa hominis, quę ſubditum extra ligabit, de quo ſatis ſupra. Cùm autem ſe ſentẽtia non liget, nec virtute ſtatuti, quia ipſe directè & immediatè eſt cauſa agentis. Et quod de ſententia dicitur, eſt verum in interlocutoria, vel alia iuris ordine non ſeruato, alias minimè gloſ. in l. fin. ff. de pœn. & gloſſ. vnica in l. 1. C. de poſtul. & quod ibi no. & hic per Peruſ. colum. 2. verſ. & aduerte primò inquantùm gloſ. de quo Andr. Sicul. poſt alios in alleg. cap. fin. de offic. legat. quicquid Fran. Zabarel. hic in repetit. vbi ſupra. contra Ioan. Calder. in dicto cap. de illis. de rapto. dixerit, & opinio huiuſmodi communis eſt, pro qua vide latius, an ſtatuentes delinquendo eius ſtatuto ligetur, quod voluit Alexand. poſt Cyn. & Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. quod quiſque iuris, in princ. in 1. colum. not. Bald. in authen. quibus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Iaſon ibi in dicta l. 1. in 2. colum. verſic. quarto not. quod.

❡ Fallit, quando ſtatutum eſſet † iniquum, quia tunc contra ſtatuentem retorquetur, & hoc modo reſpond. ad text. in dicta l. 1. alleg. ſecundùm Angel. quem Iaſon in loco allegato adducit, & Modern. & Bald. in l. ſi conſul. ff. de adoptio. & in cap. 1. in §. ad hæc, de pace iur. firma. Lud. Rom. in conſil. 444. An dictum caſtrum, in vltimo dubio. cum alijs. 34

❡ Ex ver. Ioan. Andr. in locis allegatis per Gemin. hic in tertio quæſito, not. quod ſententia † excommunicationis ſub conditione 35 lata, ſubditum ligat, quia illa pendente factus eſt alterius fori. Et ratio eſt, quia ſententia ſub conditione lata tenet, facit text. hic, & in cap. à nobis, lo primo. de ſenten. excommun. & in cap. Romana. in §. caueant. eodem titulo infra cap. præterea, lo 2. de appellatio. & fuit quæſtio Dama. ibi per Arch. hic tranſit. Nouiſſ. Mediolanen. in dicto cap. præterea, 1. colum. in 2. not. & cum iſta ratione tenuerunt concluſionem Laur. Vincen. Tancred. Goffred. Phil. Gloſſ. Innoc. & Hoſt. ibi, & per Bartol. Brixien. eſto quod ſententia: ſub tit. de ſentent. excommun fol. 26. num. 42. in quæſtione Dominicali. & Franc. Zabarel. hic in repetit. colum. 5. verſic. quæro 6. Ioan. Andr. in regul. cum ſunt, col. pen. & fin. verſ. tertium, de regul. iur. Quæ iudicio ſaniori ſaluo non ſatisfacit, quia non quæritur hic, an teneat, ſed an ſubditum alterius fori conditione pendente factum liget. Sed hoc potius ratione præuentionis, quæ cauſatur ex ſola citatione, multo magis ex ſententia, cap. penultimo de for. competent. l. ſi poſteaquam. ff. de iudic. l. penultim. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. ideo ſubditus adhuc erit: propter quod reſpond. ad textum in dicto cap. Romana. in §. 1. & textus hic, qui in ſtatu loquitur, cuius virtus eſt futura reſpicere, & intra diœceſ. exiſtentia tantum ligare: ſecus in ſententia, de qua ſatis ſupra contra ſubditum ſpecialiter lata: & hoc modo contrarium de textu in cap. præterea. alleg. propter appellat. quæ iuriſdictionem iudicis à quo in iudicem ad quem transfert, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro.

❡ Fallit, quando conditio † talis poteſtatiua eſſet, puta ſi ſub- 36 ditus de foro excommunicantis eſſe deſineret: quia cauſa excommunicationis ceſſaret, vt ſi excommunicatus ſit, ſi non reſideret in beneficio, vel illius ratione ordines minimè reciperet infra tempus: vel ad aliud beneficium tranſlatus eſſet primo dimiſſo, quia tunc non ligatur purificata cõditione: ſecus in cauſali, vel quæ in poteſtate non eſt, quia retro non trahitur, l. qui balneum. vbi text. & ibi Bartol. ff. qui potio. in pignor. hab. Et hoc modo tollitur contrarium de text. in l. potior. in §. 1. ff. qui potio. in pignor. habean. vbi ſi omnia bona mea tibi ſub conditione obligauero, & ante conditionis euentum alteri purè obligem, conditione exiſtente, creditore ſecundo potior erit primus, quia illius euentus ad diem contractus trahitur, ac perinde eſt ac ſi tantùm purè bona mea tibi obligaſſem: vnde nimirum, ſi ibi trahitur retro ad diem conditionis appoſitæ, & hoc modo intelligitur textus per Bartol. in l. ſi is qui pro emptore, colum. 16. ff. de vſucapio. & per Nouiſſ. Mediolanen. in dicto cap. præterea, lo 2. in 2. colum. verſicul. in gloſſ. 2. & facit ad quæſtionem quæ Piſis fuit, vt per Bart. in dicta l. ſi is qui pro emptore. folio penultimo. verſic. quidam propter maleficium, alleg. Bald. in capit. quod tranſlationem, colum. penultim. verſicul. quæro numquid. de offic. legat. cum alijs per Franc. Zabarel. hic in verſicul. & colum. ſupra allega. ad hoc facit, quod aliàs dixi in repetit. cap. 1. de probation. concluſione 24. ad textum in l. Lucius. ff. de conditio. & demonſtratio. probatio per coniecturas à iure approbata, quia non fuit poteſtatiua, admittitur, vbi latius.

¶ Sed dicitur, quod tempus exiſtentis conditionis conſideratur, non autem appoſitæ: quia extremum à quo habile reperitur: quia illo tempore ille reperitur contumax, propter quam contumaciam excommunicationis pœna imponitur, *cap. nemo. 11. quæſt. 3.* Secus à principio, quia illo tempore non fuit contumax: & iſtam ſpecialitatis rationem poſuit Cardin. *in 4. colum.* & Imol. ibi *in 6. verſicul. quæritur hic.* Guil. *in l. ment. paſtoralis, de re iudic.* quos Nouiſſ. *in dicto cap. præterea, in 4. colum. in princip.* referunt & ſequuntur, Bald. addendo, qui hoc expreſsè dixit *in authen. contra rogato, colum. 1. C. ad Trebell.* ad differentiam *l. qui potior. in §. 1. alleg.* Non tamen puto recedendum à ratione priori, de qua in concluſione, per iura allegata, quia in caſu *cap. præ-*
37 *terea, alleg.* ibi contumax † reperitur, & tamen non erit excommunicatus: ſed illa contumacia non conſideratur propter appellationis exiſtentiam, vt ſupra ſatis. Conſideretis tamen, ſi dici poſſet collationis gratia, quod conditione pendente is, in quem lata fuit, excommunicatus ſit, ſiue conditio purificetur ſiue non: quia iam ſententia lata eſt, vt fatentur omnes ſupra, & per tex. *in cap. paſtoralis. de appellat. in ſecundo reſpon.* vbi ſtatim ſecum executionem trahit: non tamen euitabitur ante declarationem & publicationem, vt latius ſupra *in 1. parte, colum. 5. cum ſeq. verſic. not. 2.* & ideo abſolutio neceſſaria, propter quod malè dicitur de creditore prorogãte dilationem, quia non prorogat ſententiam, ſed declarationem & publicationem: de hoc tamẽ *in c. præterea, in 2. col.* per Nouiſſ. poſt Abb. quia hic non eſt locus, ibi Deo volente dicemus.

38 ¶ Succeſſiuè *in † 4. quæſt. ibi, quæro pone,* ex verbis Gemin. hic poſt Ioan. Andr. colligite, quod delinquens in diœceſ. in loco tamen exempto, pœna ſtatuti ipſius Epiſcopi puniri non poteſt, textus hic *extra territorium. cap. a nim Epiſcopus. de offic. ordin. infr. cap. liminoſo. 18. quæſt. 2. clemen. Archiepiſcopus. de priuil g.* duplici ratione, quia locus extra diœceſ. & locus exemptus intra diœceſim æquiparantur. Idem contra exemptum Epiſcopus niſi in certis caſibus, vt ſupra iuriſdictionem non habet, itaque eius ſtatuta non ligant, gloſſ. *verbo aut earum parte, in clemen. 1. de foro competen.* & cum illa ſententia tranſit Ioan. Andr. hic dicens rationibus ſupra alleg. quæſt. huiuſmodi per Ioan. Calder. eius adoptiuum diſputatam & approbatam, quam etiam ſequitur Franc. Zabarel. h c *in repetit. colum. 8. verſicul. quæro* 8. Ancharan. hic, cum limitat. tamen de qua *infra, & in repetit. cap. poſtulaſti. in 4. quæſt. de foro competen.* Gemin. & Nouiſſ. Peruſ. Iaſon *in l. fin. colum 1. verſicul. extende regulam. ff. de iuriſdictio. omnium iudic.* alleg. Petr. de Anch. *in repet. cap. ſi propter tua debita, colum. 31. de reſcript. infra.* Angel. *conſilio 233. Quadam Domin. Margareta, in 2. columna.* vbi tenuit, quod teſtamentum in monaſterio exempto confectum in territorio Senenſi non dicitur eſſe factum ratione, de qua ſupra.

39 ¶ Contra † hoc tamen videtur ratio prompta, non ſequitur, locus exemptus non eſt Epiſcopo ſubditus, igitur æquiparatur loco extra diœceſ. licèt locus exemptus non ſit ſub iuriſdictione Epiſcopi, non tamen ſequitur, quod non ſit de diœceſ. probatur iſta differentia, Epiſcopus non poteſt ſedere extra diœce. ſine licentia loci illius iuriſdictionem habentis, *clemen 1. alleg. de foro competen.* in loco exempto intra diœceſim ſolo conſenſu Abbatis non iudicis loci exempti iuriſdictionem habentis ſedere poterit, voluit Feder. de Senis *conſil. 2.* vbi latè, cum quo Bald. hic, quem Peruſ. referunt *colum. 3. cum ſequenti, verſicul. in gloſſ. in verbo diœceſ.* quia ſubditus contra ordinarij intentionem iure communi fundatam de loco exempto excipere non poteſt, argumen. *l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. vendi.* Sed reſponderi poteſt, quia ſi intelligatur, quod Abb. ſit, qui loci exempti iudex exiſtat, ratio differentiæ huiuſmodi contra alleg. retorquetur, & ſic intelligo: ſi verò alium eſſe illius loci iudicem diceremus, credo, quod non poſſit etiam cum conſenſu Abbat. *per alleg. ſupra in 2. concluſio. ex dictis primæ quæſt.* Gemin. *in 3. fallen.* per not. per Alexand. & alios *in dicta l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & in cap. ſtatutum, in §. in nullo. verſicul. ad id, de reſcript. infra. & per not. in cap. in cauſis. de offi. deleg. ſupra.* Ad dictum Bal. reſpon. quod non procedit hoc caſu, quia in loco exempto non habet iuriſdictionem, alias ſequeretur quod declinatoria fori allegari non poſſet, ſi priuilegio exemptionis illius loci tueri non poſſet, quod non eſt verum, quia ius erit illis, non autem tertij, ideo ceſſat arg. *de l. loci corpus. alleg.* quia nullum ius quo Setanæ ædes aduerſus altius ſuas extollere volentem tueri ſe poſſint.

¶ Fallit tamen concluſio, quando prælatus loci † exempti 40
iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem non haberet: quia quicquid exemptionis priuilegio prælato vel loco exempto non acquiritur, illius loci territorij ſiue diœceſ. Epiſcopo reſeruatum eſſe cenſetur, argument. eorum quæ not. *in cap. auditis. & in cap. veniens, de præſcription. ſupra. & in cap. cum capella. de priuileg. l. nec vtile. ff. ex quibus cau. maio.* facit quod not. Ioan. Andr. poſt Innocent. *in cap. paſtoralis, de donatio.* Item delicta remanerent impunita, contra textum *in l. 1. C. vbi de crimin. agi op. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. cap. vt fama. de ſentent. excommunicat. ſupra.* hinc videmus ordinarium in exemptos ſibi iuriſdictionem vendicare, *clemen. 1. de ſentent. excommunicat. cap. ad abolendam. ſupra. de hæretic.* Secus ſi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem haberet, quia omnis iuriſdictio eſt ipſi ordinario adempta, & territorium videtur ſeparatum, not. *in cap. cum quidam. de iureiur. ſupra.* per Innoc. & Ioan. And. per gloſſ. *in clem. ne Romani, in verbo diœceſim. de elect.* & cum his reſidet Anch. *hic col. pen. cum ſeq. ver. quarto quæritur.* & hoc modo dicta Ioan. Cald. & ſequacium intelligi debere ſcriptum reliquit, pro quo facit gloſſ. *in verbo proprij. in clem. 1. & quod ibi no. de reb. Eccleſ. non alienan.*

¶ Sed meliori ſententia ſalua, puto quod hoc non procedat, & ad primum reſpon. quòd ex quo contra exemptos ordinarij iuriſdictio reſeruata reperitur in iure, *clem. 1. de ſupplen. neglig. prælat. & in clem. 1. de iurepatr.* cum alijs per iura nuper alleg. & vide Franc. Zabar. *vbi ſupra colum. fin. verſic. & aduertatis:* videtur, quod in alijs ſe intromittere minimè poſſint. Et ad illud dico, quòd delicta non remanebunt impunita. Nam delinquens ratione
delicti † tria tribunalia ſortitur, videlicet delicti, domicilij, & o- 41
riginis, delicta non erunt impunita, quod procedit non ſolum via accuſationis, verum inquiſitionis, & pœna iuris communis non ſtatuti domicilij vel originis, ideo hic *in fin. text. extra territor. &c.* vel ſtatuti loci, in quo deliquit, Peruſi. hic *colum. fin. in princ.* de quibus vide Felin. *in cap. fin. colum. 5 cum ſequenti. verſicul. dum dicitur valere conſuetudinem, de foro competent.* & hic Gemin. *per not. in l. 1. C. vbi de crim. agi opor.* & per Peruſi. *hic colum. penult. verſic. tertio quæritur:* nam ad hoc vt delinquens puniatur neceſſe eſt quòd duo concurrant, primò quod ſtatuens iuriſdictionem in loco habeat, vbi virtus ſtatuti dirigitur: ſecundo, quod perſona ſit ibi ſubiecta ſaltem ratione cauſæ, propter quam vult illum ligare, per not. *in cap. Eccleſia. hoc titulo ſupra, & in cap. benè quidem. 96. diſt.* adeo quod vnum ſine altero nõ ſufficit, ideo concluſio vera, quicquid Fed. & ſequaces dixerint. De quinta quæſtione ſatis *in 1. parte. ſupra col. 18. cum ſeq. ver. ex his tamen.* ideo quo ad ſextam.

¶ Ex dictis † Anton. de Butr. hic quem Gemin. *in verſic. quæro* 42
Epiſcopus ſtatuit, colum. 5. colligite, quod ſtatuto Epiſcopi ſub excommunicationis pœna, quam contrauenientes eo ipſo incurrant, vt nullus alterius parochiam proceſſionaliter intret, prohibente religioſos priuilegiatos, *vt in cle. ſuper cathedram. alias dudum. in §. huiuſmodi quoque ſtatuto, de ſepul.* contrarium attentãtes ſtatuti pœna non ſtringi: & cum iſta ſententia tranſit Oldr. *conſil. ſuo 225. col. 3. verſ. circa ſecundùm grauamina quæ fratribus ordinum, &c.* vbi conceſſio ſine omnia videntur cõceſſa, quibus ad illum peruenitur. *l. ad rem. l. ad legatum. ff. de procurat.* facit text. cum ibi not. *in c. 1. & in c. præterea. de offic. deleg. l. 2. ff. de iuriſdict. om. iud. l. oratio ff. de ſponſalib.* præſertim, quia nullum præiudicium niſi oculis inuidiæ, vt ibi latius per eum, cuius verba hic breuitatis cau-
ſa omitto: facit † quod de hauſtu aquæ dicitur, quia eo conceſ- 43
ſo, iter conceſſum eſſe videtur, *l. 1. & in l. qui habet hauſtum. in §. fin. ff. de ſeruit. ruſtic.*

¶ Amplia, ſiue in priuilegio ad liberam ſepulturam eligentes recipere conceſſerit, ſiue ſimpliciter eligentes ad ſepulturam dicatur inſtantes, vt ſupra pœnam non incurrunt, licet Gemin. hic contra. Nec obſt. de duabus ſeruitutibus, vt vna remota altera non tollatur, *c. ex tuarum, de auto. & vſu pallij.* Nam iure cõmuni fratres non habent ſepulturas, not. Inno. *in c. 1.* & ibi Hoſt. & Ioan. And. *in c. cum liberum, in princ. de ſepul.* Arch. *in cap. 1. de pac. infra.* alias fruſtra membranas occuparet, *dicta clement. ſuper cathedram. l. 1. C. de theſau. lib. 10. l. 1. ff. ad municip.* Secundò, quia ad aliquod diuinum officium in parochia alterius exercendum contra voluntatem Epiſcopi vel rectoris admitti non debent, *cap. Epiſcopi. 7. quæſt. 1 cap. nullus. 9. quæſt. 2. c. ſcriptum. 6. quæſt. 3.* licet igitur ſepultura concedatur: aliud tamen reſtat quod voluit Oldra. *alleg. ſua 82. An fratres poſſint cum cruce, &c.* Quia reſpond. quòd licet primum tollatur, & cum ſuis appendicijs conſuetis ſpecia-

ſpecialiter concedatur, non in hoc aliud impeditur, quia diuina miniſtrare officia non in ſepultura ſola cõſiſtit, ſed in alijs, & ideo ſepultura conceſſa alia conceduntur, quibus illud exerceri ſolet, iuribus alleg. & alijs de quibus per Oldr. vbi ſupra: ideo confitendi facultate conceſſa, & abſolutio, & pœnitentię impoſitio conceſſa videntur, *clemen. dudum, in §. ſtatuimus. & ibi gloſſ. in verbo audire, de ſepultu.* licet iſta de ſubſtantia, illa vero ſint de iure, per alleg. ſiue ſpeciali conſuetudine, per text. *in ca. ſupra proximo,* ſiue generali & inueterata cõſuetudine, in cuius remotione oriri ſcandalum poſſet, remota non erit, gloſ. *in 37. verſic. limita. igitur concluſio vera.* Eſt tamen dicendum, quod ſi hoc caſu vellent rectorem excludere, non poſſent, vt per Old. *alleg. 82. vſque in finem,* ne ab alijs funeralibus, de quibus *in c. vnico. in fin. de cler. non reſid. inf.* vt latius dixi, excludantur.

44 ¶ Septimo † loco hic quæritur: An ſubditus, qui infra menſem à die commiſſi furti, &c. Ex dictis Gemin. poſt Lap. no. eſt, quòd ſubditus, qui extra territorium furtum commiſit, nec infra menſem coram ſuo, ſeu delicti ordinario legitime comparuit, ſententiam excommunicationis propter hoc ſtatutariam non incurrit, pro quo facit text. *hic in ratione ſui in fin. cum l. ſi. ff. de decret. ab ordin. facien. cum alijs ibi ſupra no.* quod procedit, etiam ſi per viam generalis ſententiæ. Ad tex. *in c. fin. de for. compet. ſupra, & in c. 1. de rapto.* vera ſunt non per viam ſtatuti, vt coram vtroque ordinario conueniri poſſit, ſed vel iudicio ordinario ſiue extraordinario hoc erit, quia tunc tria conſequitur tribunalia, *vt paulo ante ſupra,* & ſic de iure communi, non autem virtute ſtatuti, & pœna iuris communis, ſiue ſtatuti loci, in quo deliquit. Nec obſtat quod Ioan. And. *in c. 1. prima colum. circa med. de priui. infra in verbo, in loco exempto,* dixit: quia reſpon. quòd vterque, Abb. ſcilicet & ordinarius index erit, primus ratione principij, alter vero conſummati delicti: quia delinquẽs ſtans in loco exempto extra locum exemptum iactu lapidis exiſtentem percuſſit, & fuit quæſtio Ægy. Cremo. quam latius Ioan. Andr. *in Mercur. in cap. in obſcuris. de regul. iur. infra* reaſſumpſit, cauſſa primi tamen fortior eſſe videtur, *arg. l. ſi plures. in fin. ff. arbor. furt. cæſ.*

¶ Fallit primo concluſio, quando ſpecialiter ordinarius loci vel domicilij, vt ſupra, mandaret: quia ſi ſubditus delinquẽs poſt delictum non comparuerit, pœnam ſtatuti non effugiet.

45 Et ratio eſt, quia inter † ſtatuti & hominis ſententiã longa differentia eſt, pro quo vltra alleg. ſupra & hic per Gem. *& ſupra in 2. colum. verſic. opp.* quod immo ſententia, &c. videatis per Feder. *conſil. ſuo 16. colum. 3. verſ. ad ſecundã q. vſque in fin.* vbi pulchrè, & per Nouiſſ. repeten. *hic in 3. colum. verſ. tertio not.* de quo etiam pr Gem. *in q. ſequenti.*

¶ Fallit ſecundo, quando alter de mente ſtatuentis, conſtaret, vt ſi dixiſſet, quicunque furtum commiſerit, coram nobis aut loci delicti diœceſano compareat: tunc non reſpectu furti, ſed ratione comparitionis ſubditum extra territorium delinquentem apprehendet: & ratio eſt, quia ſaltem per edictum ad hoc poſſet arctari, *c. ex tuæ. de cler. non reſiden. & quod not. de rapt. in c. 1. & in c. Romana. in §. contrahentes. de for. compe. infra.* Secus tamẽ ſi ſtatutũ generale eſſet, quia ex quo ſumus in dubio, tales extra diœceſ. delinquentis non afficiet, & hoc ex voluntatis defectu: & fuit ſententia Anton. de Butr. quem hic Gem. refert & ſequitur: ratio eſt ſecũdum eum, quia vbi ſtatutum ſuper facto negatiuo in alterius territorio diſponit, cuius factum contrarium affirmatiuum in limitibus territorij ſtatuentis eſt faciendum, videlicet illuc cõparere valet: Sed iſtud non videtur procedere, quia ſtatuentes extra territorium non ex defectu voluntatis, ſed poteſtatis delinquentes ſubditos ligare non poſſunt: & Ioan. de Lignan. & Anton. de Butr. quos refert Gemin. *ſupra colum. 3. verſicu. quantum autem.* & ſequuntur Doct. Bart. *in l. 1. C. de ſum. Trini. & fid. cathol.* reprehendẽtes. Ad illud quod de facto negatiuo dicitur, eſt verum iuris communis diſpoſitione, *iuribus alleg. ſupra,* quia in beneficio ſuo quilibet reſidere de iure tenetur, vt ſupra: vnde ſtatutum afficit perſonam illa ratione non reſpectu perſonæ ſimpliciter, ſed in conſequentiam reſpectu beneficij intra territoriũ ſtatuentis poſiti, ideo comparere non ſufficit, ſed reſidere, niſi iuſtam cauſam habuerit, tenetur, vt dictũ eſt, *vt infra in vltima q. dicetur:* ſecus hic, ex quo extra territorium, &c.

46 ¶ Fortius tamen dicendum videtur, quòd † nec prima nec fall. 2. ſupra ſiſtere poſſint: quia ſtatutum debet eſſe iuſtum, caſus eſt *in cap. proximo. ſupra ibi, dum tamen ſint rationabilia, &c. cap. erit autem. l. 4. diſtin. cum ſimil.* Sed ſtatutum ſiue ſententia turpitudinem ſuam allegare aſtringens, vt ſupra, iniuſtum videtur, quia contra iuris communis diſpoſitionem, vt hic. Nec poteſt contra canon. Epiſcopus ſtatuere, de quo infra igitur, &c. minor probatur *tot. tit. ff. de condit. ob turp. cau. c. inter dilectos, de donatio.* & ibi Abb. *in 2. colum. verſic. regula eſt. & in l. ſullo. ff. de fur.* Abb. *in cap. cum ſuper, in 2 colum. cum ſequenti, verſi. ſed generaliter. de conceſſ. præben.* conſequentia patet. Et ſi dicatur, non habet locum vbi de periculo animæ agitur, *gloſſ. 2. in c. tertio loco.* vbi Felin. *colum. 5. verſic. in gloſ. 2. de præſumptio.* alleg. gloſſ. *fin. in cap. conſtitutus. de tranſactio.* & gloſ. *in verbo viuente, in cap. ex tenore. de teſti.* vbi latius. At reſpon. poteſt, quod in foro conſcientiæ ſatiſ erit delinquentis animæ conſultum, quia pœna, quæ pro delicto à l. imponitur nõ debetur, *cap. fraternitatis. 12. quæſt. 1.* quæ communiter approbatur, de qua Nouiſſ. Mediolanen. *in cap. 1. colum. 9. verſiculo quinta concluſio. & 10. colum. verſicu. quicquid. tamen ſit, hoc titu. ſupra in prima lectur. alleg.* Bald. *in l. poſt deciſionem, in fin. C. de furt.* vbi per illam gloſſ. dixit, quod fur ad pœnam furti in foro conſcientiæ non tenetur. Idem Bald. *in l. iubemus. in §. ſane. colum. 1 verſic. nunquid in foro conſcientiæ C. de ſacroſanct. eccleſ.* Quam gloſſ. *in dicto capitu. 1. ſupra hoc titul.* approbat d. m. Domin. Floren. dulphus de Gonza. Bononien. nec ſtatuto nec ſententia ſubditus extra territorium delinquens ligari videtur ſaniori iudicio ſaluo.

¶ Gem. hic poſt Lap. *ex † 8. quæſt.* multa dixit, ex quibus not. 47
1. quod Epiſcopus abſque cauſæ cognitione ſtatutum minime facit: & iſtud confirmari poteſt: Nam ll. & ſtatuta fieri debent cauſa cognita & cum deliberatione matura ad modum ſentẽtiæ, *in l. humanum. & l. fin. C. de legi. & in auct. habita. C. ne fili pro patre.* & iſta ratione Andr. Sicul. *in capit. nemini, colum. 5. verſicu. ſed certe iſtud not.* motus, vt ſtatuta ab officiali temporali perpetua ſint, ideo ſicut effectus trahens originem ex ſententia eſt perpetuus, *l. 1. C. de poſtul. l. geſta. C. de re iudic. l. inter caſtellianum. ff. de arbitr.* ſic ſtatuta ipſa durare poſſunt, *de quo ſupra alleg. l. fin. ff. de pœn.* & quod Nouiſſ. hic Peruſin. *in 2. colum. verſic. & aduerte.* Secus ſi abſque cauſæ cognitione, quia tunc vltra eius officium non durarent, *l. fin. ff. de appellatio. recipien.* Cyn. *in l. 1. ff. quod quiſque iuris.* & not. quod de perpetuitate ſtatutorum dictum eſt, de quo *in gloſſ. ſtatuto. infra,* & eſt ſolemnis limitatio ad text. & not. *in cap. fin. de offic. delega.* & ex his, quæ ſupra dicta ſunt, duo inferuntur. Primò, quod Epiſcopus † extra territorium exiſtẽs 48
ſiue diœceſim ſtatutum condere non poteſt, & vltra allega. ſupra facit text. *hic, & ratione ſui, & quæ not. in cap. nonit. & in capitu. quanto. de his quæ fiunt à prælato.* & latius per Andr. Sicul. vbi ſupra, & de ordinario & legato legem ſiue ſtatutem condere volentibus: Nam ſaltem conſilium capituli ſui requiritur, ad hoc vt cum cauſæ cognitione fiat: eſt verum, quod quãdo ſine cauſa diſſentirent, tunc pro conſentientibus habeantur, dum tamen ſtatutum ſit iuſtum & rationabile, *vt in locis allega.* Archid. *in ſum. 18. diſtinct.* Felin. *in cap. quod ſuper his, colum. fin. in fin. de maiorita. & obedien.* quod ſecus præſumeretur eorum non interueniente conſilio, ideo cum extra territorium ſuum, non fiet illorum congregatio ex defectu poteſtatis: intra territorium igitur, non autem extra fiet: propter quod reprehenditur dictum Bald. *in cap. cum omnes, colum. 8. verſicu. ſed quid ecce ciuitas, hoc titu. ſupra,* quem ſimpliciter Iaſon refert *in l. omnes populi. in 3. colum. verſicu. ſecundo & fortius. ff. de iuſtit. & iur.* vbi voluit, quod ſtatuta condere ſit iuriſdictionis voluntariæ: quod non videtur *propter ſupra alleg. & per not. in dict. l. omnes populi.* & hoc puto verum, ſiue ſtatuere meri ſiue mixti imperij vel iuriſdictionis ſit: Nouiſſ. tamen ibi dicunt, quòd licèt materia, ſuper qua ſtatuitur, poſſit eſſe mixti imperij vel iuriſdictionis, ipſum tamen ſtatuere meri imperij ſemper exiſtimant, quia ſemper officio iudicis nobili & ad public. principaliter vtilitatem, & ideo non poteſt dici iuriſdictionis voluntariæ, quia officium iudicis nobile illud dicitur, quod principaliter propter ſe exercetur, Innocent. *in cap. 1. de offic. iudic.* Bald. *in cap. in cauſis. de offic. delega. colum. penult. verſicu. not. hic quod officium:* cum autem auctor. huiuſmodi ex *l. vel canon.* principaliter diſpoſitione deſcendat, *vt latius ſupra,* quæ & ſi à principio voluntaria eſſet, requiſita tamen, illam intra territorium non extra ſtatuentes exercere debent. Itaque & ſi actus ad territorium ſit deſtinatus, ſi alibi geratur, in loco deſtinato geri non videtur: cuius contrarium in voluntaria iuriſdictione locum haberet: ſecus in contentioſa, etiam ſi iudex in breui reuerſurus eſſet, voluit Andr. Sicul. *in capitulo*

nouit.col.6.in fin.de offic.leg. alleg. text. *in l. ex facto, in §. verum.ff.de hæred inſtit.cum alijs.*

49 ¶ Tertio & vltimo infertur, quod † ſtatutum nec per epiſcopum die feriata fiet, & vltra alleg. vide quæ not. *in t fin. de fer. & in l. 2. ff. illo tit. cum alijs infinitis:* quæ hic induci poſſent, quæ ſub ſilentio ob ſtudij initium prætereunda putaui.

¶ Secundam concluſionem principaliter ex dictis Gemin. hic poſt Lap. not. quod ſententia excõmunicationis ſuper notorio & extra territorium etiam die feriata lata tenet, quod & Lap. vt in ea ſpeciale ſit atteſtatur duplici ratione, ſecundùm Gemin. hic, primò argument. per tex. *in capit. venerabilibus, in §. porro, de ſentent. excommunic. infra,* qui nihil iudicio meo facit, ſecundo argumen. de tempore ad locum, ſicut excommun. poſt diffinitiuam ante tamen appellat. ab illa interpoſita ſimiliter extra territorium: ſed conſidera, quia hic eſt deceptio, quæ præſupponit quod iudex poſt ſententiam diffinitiuam iuriſdictionem non habeat, quod eſt falſum ante appellationem, *cap. præterea lo 2. de appella.* quod ibi not. immo appellat. deſerta, *cap. quærenti, de offic. delegat.* vbi in delegato loquitur, quod plus eſſe videtur: & ratio argumen. non procedit argumen. hoc caſu, quia iudex extra territorium ſuum videtur perſona priuata, de quo per Doctor. *in quæſt. An Archiepiſcopus in diœceſ. ſuffraganei delinquens & ipſe ſuffraganeus eius ſtatuto ligatur:* & quia de iſta concluſione ſaltem quo ad primam partem Doctor. *in cap. cum ſit Roman.* præſertim per Nouiſſ. poſt Abb. *colum. penultim. verſic. in gloſſ. fin. de appellat.* ſatis dictum exiſtimo, ideo ad ibi dicta me remitto: ſed quia ipſa ſecum ſtatim executionem trahit, *capitu. paſtoralis, de appellat.* & ſtatim ligat, ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit, timenda eſt, *capit. ſententia. 11. quæſtio. 3. cum alijs,* licet iniuſta apud Deum minime, *capitul. à nobis, lo 2. de ſentent. excommunicat.* puto quod & extra territorium, de quo *in capit. nouit. cap. excommunicatis, de offic. legat.* & aliquid *in cap. fina.* etiam die feriata excommunicatum liget: & ideo Gemin. hic, dicebat, quod ſi proceſſus ad hoc vt valeat agitari die feriata non debeat, & licet excommunicationis ſententia abſque cauſæ cognitione ferri minime poſſit, lata tamen tenet, & hoc Anton. dictum hic fuiſſe credit.

50 ¶ Subſequẽter † ex dictis Gem. poſt Lap. *in 9. q. dum quæritur, an punitus pœna ſtatuti, &c.* not. quod ſubditus intra diœceſ. delinquens, & ſtatuti pœna punitus, pœna iuris communis amplius puniri non debet. Et ratio eſt, quia ſemel punitus iterato puniri non poteſt, facit quod not. *in c. tuæ.* & quod ibi per Abb. & alios, *de procurat. & in cap. 1. colum. antepen. vſque in fin. verſic. capio tertium,* per Andr. Sic. poſt Abb. *in gloſſ. fin. de offi. ord.* vbi multas quotas tam pro concluſione quam contra, vbi materia tractatur: Nouiſſ. etiam *in l. cunctos populos, colum. 6. verſi. vlt. not. C. de ſum. trin. & fide cathol.* & facit text. *in cap. at ſi clerici, in §. de adulterijs. in fin.* & ibi per Doct. *de iud. & in cap. in cauſis,* & ibi eleganter d. m. Dom. Flor. dulph. *de offic. deleg.* qui & doctrina & practica abſque aliorum iniuria vtraque in cenſura Mineruæ iuris merito dici poſſet.

¶ Amplia iſtud non modo in eodem foro, ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtico, verum etiam in alterius foro, quia pœna impoſita in foro ſeculari tollit illam in eccleſiaſtico, & econtra Ioan. Andr. & Hoſtien. *in alleg. cap. tuæ, de procura.* ita Nouiſſ. Peruſin. *in cap. felicis, in § per hoc. 1. colum. verſic. in glo. in verſi. ad minus, de pœnit. infra.*

51 ¶ Amplia † ſecundo, etiam ſi ſubditus extra territorium deliquerit, quia ſatis eſſet, ſi ſtatuto loci delicti punietur, dixit Paul. *in clemen. paſtoral. de re iud.* quem hic refert Gemin. Quod tamen verũ reputat, quando pœna talis ipſo iure à ſtatuto loci delicti imponeretur, vel minor eſſet quã illa iure cõmuni, tũc enim procederet: ſecus ſi non ipſo facto, & eſſet minor vel æqualis: quia licèt à iudice delicti ſit pœna ſtatuti punitus, tunc pęna l. domicilij ſiue originis per ſuum iudicem punietur: quæ tamen reſtrictio nec Anton. nec Ioan. de Imol. quos Gemi. hic refert & ſequitur, non placet: ratio eſt, quia quando eſt punitus lege commiſſi criminis, ſiue fori illius loci, *capit. poſtulaſti, de foro competen.* non debet amplius puniri: ſi verò non eſſet punitus, ne delicta remaneant impunita, poterit vel accuſationis vel inquiſitionis via damnari: pœna tamen loci ſtatuti, in quo delictum commiſit, & hoc *per ſupra allegat.* quæ hic, cum de his ſupra ſatis, pro quibus vide Alexand. *conſilio ſuo 111. primo volumine.*

¶ Fallit primo, quando non ageretur ad vindictam, vt concluſio communiter intelligitur, ſed pro intereſſe & commodo priuato: quia tunc licèt ſit vna punitus, punietur & altera, tamen de qua not. *in l. ſenatus.* & ibi Bart. *ff. de accuſatio. l. licet, in §. pe. ff. nau. caup. ſtabul. l. 1.* & ibi Bar. *ff. vi bon. rap.* ſeu vna ciuilis eſſet altera criminalis, *l. prætor edixit, in §. 1. ff. de iniur. l. 1. C. quando ciuilis actio.* Ioan. And. *vlt. gloſſ. in c. cum dilecti, de dol. & contu.* & quod de intereſſe priuato dicitur, amplia, etiam ſi duæ eſſent, intereſſe ſiue commodum priuatum concerneret, ſiue proſequeretur, & vtraque ex facto, ex quo reſultant diuerſi tituli criminis, qui vt ſpecies ſeparatæ & diſtinctæ ſe habent, deſcenderet: quia tunc poterit vtraque puniri, *l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulter. l. qui de crimine. C. de accuſatio.* Bartol. *in d. l. ſenatus,* & quãdo dicatur quis ad intereſſe priuatũ ſiue commodum vel vindictam agere, vide Bartol. *in l. prætor, in §. 1. colum. 1.* alleg. Alexã. *conſil. 211. Viſis, col. 2. in 2. volum.* & Abb. *in d. ca. de cauſis.* & ibi Nouiſſ. Mediolanen. *col. 12. verſ. ſubſequenter Abb.* & vide quæ per Aret. *in cap. de his, de accuſatio.* & ibi poſt ipſum dixit d. m. D. Anto. Maria de Sala Bononien. à bo. me. Iulio II. & equeſtri ſenatoriaque dignitate exornatus, ibique vitæ diem clauſit extremũ: cuius theorica quãtum ingenio & practica voluerit, experientia tunc docuit.

¶ Fallit 2. propter criminis enormitatem, *c. felicis, de pœn. infra,* vbi latius, & alias limitationes per Peruſ. ibi poſt Gem. *in § per hoc, 1. & 2. col. in locis alleg. ſupra* habetis.

¶ Penult. loco † ex dictis Gemin. hic colligite, quòd ſi religioſus in Epiſcopum fuerit per Papam promotus, qui ante cõſenſum bonorum ordinis reſtitutione omiſſa prouiſioni iam factæ conſenſit, excommunicationis ſententia eo ipſo ligatur. 52
& pro iſta opin. alleg. Dom. de Ro. *deciſio. ſua 311. in antiquis,* qui ex eodem themate pro & contra allega. & in hanc ſententiam & concluſionem deſcendunt, alleg. not. per Innoc. *in cap. præterea, lo 2. in 2. col. verſi. & idem eſt ſi dicas, &c.* vbi ſi dictum ſit, ſi talem elegeris, excommunico te. Simul cum prolatione verborum excommu. incurrit: quia excommunicatio propter illius velocitatem fingitur præcedere, alleg. no. per Ioan. And. *in regu. cum ſint partium, de regu. iur. infra.* & ſic cum illis Gem. hic reſidere videtur. melius vide Do. de Ro. *in recollectis* per d. Bernardum de Biſigneto *deci. prima hoc tit.* Sed alia opin. verior eſſe videtur rationibus per ipſos allegatis, quia videtur ſtatim exemptus, & ante conſenſum non eſt excõmunicatus: ratio eſt, quia cum agatur de impedimento ad pœnam, actus debet eſſe conſummatus, *cap. perpetua.* & ibi Io. And. & Gem. *de electio. inf.* Bal. per illum text. *in l. qui autem. ff. de infamib.* not. Abb. *in c. cũ in cunctis, in §. clerici. 1. col. de elect.* & ideo Nouiſſ. Mediolanen. *in d. cap. præterea. col. fin. verſ. poſtremo* Abb. diſtinguunt dicta Innoc. inter forum conſcientiæ & iudiciale: item & in eo etiam diſtinguũt. Item quando diceretur eligentes, Innoc. ſentẽtia procedat, vt quamprimum eligere inceperint excommunicati exiſtent: Secus ſi dictum ſit, ſi elegerint: quia niſi poſt actum cõſummatũ, ex quo tamen hic exemptus eſt à ſtatutis religionis, videtur nõ ligari: in caſu tamen Innoc. erant ſub iuriſdictione ſtatuentis, quibus illis mãdatur, hic autem electo, qui ſtatim ab illa facta promotione liberatus fuit, *arg. eorum quæ no. in c. licet epiſcopus. c. ſi motu proprio. c. ſi tibi abſenti, cum ſimi. de præben. inf.* & pro iſta opin. vide quæ non minus vere quam eleganter no. Nouiſſ. Mediol. *in c. 1. col. pen. ver. ex ſupraſcriptis not. eſt, hoc tit. ſupr.* Nec obſt. de intentione eligentis, vel excom. ſententiã proferentis: quia omnia hæc cum intentione Papæ concurrunt, cuius potentię ſuccumbunt. Hæc tamen non reſiſtẽdi ſed collationis gratia aperui: Cum quibus tamen vt agnus coram tondente libentius errare vellem, quam cum cæteris bene ſentire.

¶ Poſtremò & vltimo ex verbis Gem. *hic in fi. q.* poſt Fede. de Sen. *conſ. ſuo 182. Puncto dubitabili.* colligite, quod ſtatutum Epiſcopi, quo † beneficiorum rectores ad reſidẽtiam infra certum 53
tempus faciendam aſtringit, extra territorium ligat exiſtentes: quia reſpectu rei delictum dicitur intra diœceſim ſeu territoriũ commiſſum: & huic ſententiæ coniungi poſſunt no. *inf. in 2. cõcluſio.* ex dictis Io. And. poſt Gem. *in 3. col. ver. quantum aũt ad ſententiam.* & cum his tranſit Iaſ. poſt Alex. *in l. fi. in 2. col. ver. 14. limita. ff. de iuriſd. om. iud.* Aneh. *in commemo c. primi, hoc titu. ſup. fol. 29. ver. reperi eius conſilium,* propter quod alias pluries à quibuſdam ſed. apoſtolicæ prothon. interrogatus, an ordinario ſuo ſubiecti eſſe dicantur: dixi quod ſic, no reſpectu perſonæ, ſed beneficiorum intra illius diœce. ſeu territorium exiſtentium. ex prędictis Gem. apparatu abſoluto, ad gl. *huius §. venio.*

¶ Gloſſ.

¶ Gloſſ. ſtatuto. habet tres partes. In vnaquaque de q. quærit, & breuiter de reſol. 2. ibi, & legatus. 3. ibi, & ſunt talia. Ex qua in prima parte not. iuncto text. ibi, ſtatuto Epiſcopi quo, &c. quòd Epiſcopus in ſua diœceſi ſeu territorio ſtatutum facere poteſt: & iſta eſt communis omnium ſententia, & in ca. 2. de maiorit. & obedien. tenet Bartol. in l. 1. in princ. ff. quod quiſque iur. & in l. omnes populi. 9. quæſt. & iſtud verum eſt cum conſenſu capituli, de quo aliquid ſupra, faciunt not. in c. nouit. & in c. quanto, de his quæ fi. à prælato. vbi quando cõſenſus ſiue capituli conſiliũ neceſſarium ſit, dicitur, & in ſtatuendo quid poſſit epiſcopus, vide Io. Bertachi. in tract. de epiſcopo, in 2. par. lib. 4. col. 9. verſic. 14. quæro. quod tamen verum eſt, niſi contra canones ſtatuta facta fuiſſent, ad quod multa alleg. in c. cum inferior, de maiori. & obedien. vbi Felin. Nouiſſ. Mediolan. in l. omnes populi, in 2. lect. colum. 3. verſic. not. tamen diligenter.

¶ Secunda concluſio ex 2. parte gl. talis eſt: legatus in prouincia ſua ſtatuta facere poteſt, cap. 1. de locat. & quia de iſta materia ſatis in c. fin. de offic. lega per Guid. Papam, & poſt Andr. Sicul. latius, vbi an ſolus vel cum aliorum conſilio, ſatis abunde dixit, itaque vos breuitatis cauſa ad ibi dicta remitto: quod tamen intelligite, niſi contra canones ſtatueret, ſicut de Epiſcopo ſup. not. in c. cum inferior, allega. & in clem. ne Romani, de elect. vbi Card. poſt alios, & ibi Andr. Sicul. in quãtum dicimus limitando, niſi contra canones vterque ſtatueret, Fran. Cur. conſi. ſuo 21. col. 49. & col. 51. in fin.

54 ¶ Fallit, quando ex euidenti & neceſſaria † cauſa fieret, quæ principem ad id faciendum ea intellecta moueret, fuit dictum Bal. in l. omnes populi, col. 6. verſ. ſed hic dubitatur. pro quo facit tex. in l. ſi hominem, ff. manda. Abb. in c. dilecti. vlti. not. de appell. & in c. at ſi cleric. in §. de adulterijs, col. 5. de iud. & in c. fin. de conſuet. ſupra. & in legato facit quod voluit Anton. & Imol. in c. fin. de tranſactio. vbi licet alias legatus de latere cauſam ſimpliciter & de plano, &c. de iure audiendam committere minime poſſit: ex euidenti tamen & neceſſaria cauſa ſtatum cauſę tangente contrarium facere poteſt, gl. in c. fin. de hæret. inf. quam Imol. ſingul. appellat in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Similis tamen eſt in clemen. ſæpe, in verbo, mandamus, de verb. ſignifica. & ibi Lanfran. de Orian. ad quod etiam vide, quæ adduxit Specu. in tit. de lega. in §. nunc ſupereſt. verſ. ſed nunquid legatus. Bald. in l. nec quicquam. in §. fin. ff. de offic. proconſult. & leg. Alexan. conſil. ſuo 248. proſpectis his, in 2. volum. Nouiſſ. Mediolanen. in c. fin. in 1. not. de confirmatio. vtil. vel inutil. cum alijs per Iaſon. in l. omnes, alleg. & faciunt not. per eum in l. 1. in 1. not. & 1. colum. C. de precib. imperator. offeren d. m. & conciuis Hyppol. Marſil. Iureconſult. vtraque cenſura extollendus in ſingul. ſuo 295. clauſula.

55 ¶ Sublimitatur tamen fall. huiuſmodi, quando ſuperior † haberi non poſſit, alias in Epiſcopo ambitionem ſaperet, ſi cõtra canon ſtatueret, dixit Felin. in c. quod ſuper his, colum. 3. verſicu. fallit primo. & in col. 7. verſ. dixit etiam mirabiliter Bald. de maiorit. & obedien. hoc de mente Abb. eſſe in c. dilecti. colum. 2. de appellat. quod ſatis ornauit in c. 1. colum. 17. verſ. fallit 7. hoc titu. ſupra. facit quod ſcripſit Andr. Sicu. de legato, an ſibi ſimpliciter legatum ſe aſſerenti credatur, in tract. de excellen. Card. in 2. quæſt. col. pen. verſ. poſſit nihilominus dari aqua diſt. ſecundi tractatus, cum ſequẽti quæſt. per eum, de quo longiori calamo in primo dubio, in tractat. de poteſtate lega ſcripſi.

56 ¶ Tertia & vltima concluſio ex vltima parte gl. not. † quod ſtatuta tam epiſcopi, quam legati perpetua ſunt, adeo vt finito eorum officio durabunt, caſus eſt in c. 1. de loca. extra, & in c. fin. de offic. leg. vbi ſupra dixi materiam huiuſmodi per Andr. Sicul. ad plenum tractari, gloſſ. in c. nouit. illo tit. tenuit Ioan. Berta. in ſuo tract. de epiſcopo, col. 10. ver. & not. quod conſtitutiones, ſol. 16. in 2. par. lib. 4. & quod de perpetuitate dicimus.

¶ Fallit in delegatis, qui licet ſtatuta facere poſſint, non tamen perpetuo durant, voluit Gem. & Peruſi. poſt Lap. hic, allega. not. in c. à nobis, lo 1. de ſent. excom. & per Innoc. in ca. pro illorum, de præben. ex quo infertur, quòd inquiſitores hæreticæ prauitatis ſtatuta facere poſſunt, c. ne aliquod, de hæret. infra. quod idem in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum erit, ſecundum Gemi. & Peruſin. poſt Lap. hic. Ad id quod ſupra diximus, illa non erunt ſtatuta: quod patet, nec propter perſonas nec etiã ratione formæ, dixit Ioan. Andr. in c. pro illorum, alleg. col. 3. verſ. in gloſſ. 2. de præben. & ideo cum generalis ſententia ſit, id extra propoſitum de ſtatuto.

¶ Gloſſ. commiſerint, habet tres partes, in prima contra text. opp. In ſecũda ad illud remouen. triplicem ſol. aſſignat. Prima ibi, aliud eſt ferre in aliquem. 2. ibi, vel licet ibi prohibeatur. 3. ibi, vel ſi dicatur. Tertio & vltimo ibi, quod prius dixi, quæ ex ſol. prædictis tenenda ſit quærit & ſol.

¶ Not. ex prima ſol. quòd pro futuris culpis † ſtatuti ſenten- 57
tia pœna imponi poteſt: & ita loquitur text. hic, de quo in cap. à nobis, lo 1. de ſent. excom Secus tamen in ſentẽtia hominis, ſiue iudicis erit caſus eſt in c. Romana, in §. caueant, in glo. alleg. ex quo infertur, quod arg. de ſententia ſtatuti ad ſententiam hominis ſiue iudicis non ſemper procedit: differentias quãplures per Feder. de ſen. conſil. ſuo 16. col. pen. verſ. reſtat reſpondere ad tria, habentis, de quibus etiam per Io. And. in ſuppletione in c. Romana, alleg. & ibi Gem. poſt Lap. Itaque Nouiſſ. repet. hic col. 3. verſ. tertio no. dixerunt, quod licet ſententia ſtatuti ad bona in alterius territorio ſita vires non extendat, l. non ſolum, in §. qui teſtamento, ff. de excuſa. tuto. Bart. in l. cunctos populos, 9. col. C. de ſum. trin. & fid. cath. verſic. ſed inſurgit forte dubium. Secus tamen in ſententia † homi- 58
nis ſiue iudicis erit, quia manu iudicis illius territorij executioni mandari poteſt, c. poſtulaſti. de for. compet. l. properandum, in §. ſin autem reus. C. de iudic. pro quo videbitis, quæ habentur in l. à diuo Pio, in §. ſententiam. & ibi per Doct. ff. de re iudic. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. quod tamen declaretis eſſe verum, quando ius dicens iuxta ll. ſiue canones iudicauit: ſecus ſi ſecundum illius territorij ſeu diœceſis ſtatuta ſententiam dixit, quia tunc non tenetur, hoc pro ſingul. poſuit d. m. & conciuis Nobiliſſ. cuius virtutem ſua ſcripta docent, D. Hyppolitus Marſilius, ſingul. ſuo 138. ſol. mihi 13. Iudex vnius territorij: dicens dictum fuiſſe ſingul. Bald. in l. 1. in fin. verbu. C. de confeſſ. quod ſenſit in l. 1. in 4. q. C. ne fil. pro patre. quam refert & ſequitur Alexan. in l. à diuo Pio, in §. ſententiam, alleg. 1. additio. in 3. colum. verſic. ſecundo limita cum alijs: ad hoc vide Hoſtien. in cap. excommunicatis, de offi. lega. quem refert & ſequitur Abb. in 2. colum. vbi licet legatus miſſus ſubditos pro iniectione manuum in clericos excommuni. intra prouinciam abſoluant: Secus tamen extra, ex quo non de iure cõmuni, ſed ex priuilegio tantum. Sed licet hoc vlt. ſit verum, tamen contrarium dici poſſet, quia ſupra vidimus, quod iudex domicilij ſiue originis ſi ſubditum, qui extra territorium deliquerat, vt ſupra nõ ſuis ſtatutis ſed illius loci delicta puniet, & tamẽ poteſtatem huiuſmodi propter delictum alibi commiſſum, ne delicta remaneant impunita, à iure communi conſequitur, l. 1. C. vbi de cri. agi op. no. in c. poſtulaſti, alle. cum alijs. Et ſi cõtrarium diceremus; ſequeretur cõcluſio ſupra nulla, quia ſententia nõ ſecundum iuris communis diſpoſitionem lata extra territoriũ & in bonis alibi ſitis executioni mandari non poſſet. Quapropter locorum ſtatuta & cõſuetudines particulares legitime introductæ fruſtatoriæ eſſẽt, quod falſum eſſe videtur.

¶ Secunda cõcluſio ex gl. in quantum in vltima ſol. iuncta vlt. parte ad primam redit. Not. quod vbi verba † ſtatuti poſſunt de præ- 59
terito & futuro intelligi, in dubio potius, vt dent formam futuris, quam præteritis interpretari debent: Et ratio eſt, quia de natura conſtitutionis eſt futura non præterita reſpicere, niſi vt ſupra & voluit gl. in verbo, receperint. in c. vnico. & quod ibi alias legendo dicebam, de cleric. non. reſi. & quod not. in l. leges & conſtitutiones. C. de legib. Anch. hic col. 6. Alex. conſ. 108. tertio vol. cum alijs. ver. 10. opp. firmant Peruſi. hic ſimiliter poſt Gem. facit tex. in c. 2. hoc tit. ſup. & ibi Nouiſſ. in 1. no. & in c. fi. in 2. col. verſic. quarto not. eo. tit. vbi multa alleg. Ang. conſ. ſuo 67.

¶ Fallit primo † concluſio huiuſmodi, quãdo eſſemus in re- 60
miſſione pœnæ, ſeu fauore alicuius liberationis, vt ſi ſtatutum diceret, quicunque pacem ab offenſo habuerit, liberetur: vel, quicunque bannitus fuerit, ſi 10. ſoluerit, liberetur à banno: hoc in præteritum & futurum trahetur, glo. in l. cum ſecũdo. ff. de iniuſt. teſta. & ibi Imol. Anch. nuper alleg. Peruſi. cuius contrarium hic Imol. quem Gem. refert & ſequitur, tenet, quia materia delinquendi prompta videtur, & ideo non valet, text. eſt in proœ. ſup. ibi, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur: & ideo ſententia Io. de Imo. placet, Cyn. & Bart. poſt eum in l. cũ l. ff. de legi.

¶ Fallit ſecundo, quando conſtitutio antiqui iuris † declarato- 61
ria eſſet gl. in ver. cenſemus, in clem. 1. de conceſſ. præben. glo. in verbo de cætero, in proœm. cle. & pro iſta fall. faciunt no. per Bart. in l. omnes populi, in 5. q. prin. verſ. circa tertium. ff. de iuſti. & iur. per text. in §. 1. in Authen. de fil. ante inſtrum. dot. nat. & Bald. in l. non dubium, in 3. not. per illum text. C. de ll. quem Nouiſſ. Mediolan. in c. fin. col. 7. ver. prima eſt quod ſi. hoc tit. ſup. vbi pulchre loquuntur, & iſtam fall. pro concluſione ponunt.

¶ Fallit

¶ Fallit tertio pro nunc, vbi materia ſubiecta non repugnat,
vel intellectus abſurdus reſultaret: quia & in ll. ſtatutis & vlti-
mis voluntatibus verbum futuri ſubiunctiui ad tempus & prę-
teritum & futurum interpretari poteſt. Itaque Bart. commu-
niter reprehenditur in l. hoc articulo. 1 colum. ff. de hared. inſtit. vbi
62 ſi teſtator † cuilibet ſuæ filiæ, quæ vidua fuerit, centum legaue-
rit, tale legatum prius viduatis de iure non debetur, l. ita ſcri-
ptum. & l. ſolemnis. ff. de condit. & demonſtratio. & ibi Imol. Paul. de
Caſt. & Paul. in l. fin. C. de indic. vid. tollen. ratio eſt, quia materia
non repugnat, & ſumus in teſtamentis, in quibus plenior in-
terpretatio à iure conceditur, c. cum dilecti, de donat. ſupra. & pro
his omnibus vide exempla per D. Iaſ. in l. poſſideri autem, in §. ex
pluribus. col. 3. verſ. in glo. in verbo vſuceperit ff. de acquir. vel amit. poſſ.
vbi de his pulcherrimo ſtylo procedit: ad hoc facit gloſſ. in §. 1.
Inſtitut. ex qui. cau. maior. in verbo ſerui, ſcilicet quondam, & ibi not.
quòd vbi verba in pręſenti verificari non poſſunt, verificantur
in præteritum, & ſubauditur verbum quondam: ad quod facit
quod dixit Bartol. de inſtrumento, quod de falſo redarguebā-
tur, in l. 1. ff. de nou. oper. nunc. gloſſ. penul. Inſtit. de vſucap. in §. ſed a-
63 liquando Et ideo gloſſ. in † verbo olim, quæ ſingul. reputatur, di-
xit quòd verbum quondam, tria tempora, ſcilicet pręſens prę-
teritum & futurum importat.

64 ¶ At diſputatiue † tamen per alleg. ſupra in concluſione, itē
& quia verba ſtatuti proprie intelligi debent, l. 3. in §. hac verba.
& ibi Bart. ff. de negot. geſt. & ideo cauſa naturalis magis quam ac-
cidentalis attenditur, not. in c. præſenti. & ibi videbitis. de præb. infr.
vbi in repet. dixi, arg. eorum quæ no. in l. non aliter. ff. de lega. 3. ad
quod vide quæ per Imol. poſt Abb. no. in c. dilectus. & in c. ad au-
dientiam. de cler. non reſid. & in cap. cum dilectus, de conſuetud. quia ſi
ſtatuentes voluiſſent, expreſſiſſent, arg. text. in c. ad audientiam.
de decim. facit gloſſ. in verbo, falſam, in l. cum tale. in § fin. & ibi Bart.
ff. de condit. & demonſt. cuius vigore quod ſupra, de legato viduis
facto commemorauimus, tenuit: & pro his vide Lanfran. de
Orian. in tract. de interpret. ſtatuto. in 2. colum. ver. ſecunda concluſio.
cum ſequenti. vbi ponit, quādo ſtatutum habet plura ſignificata
ſecundum propriam ſignificationem, tunc interpretatio fiet
ſecundum ſenſum materiæ ſubiectæ magis amicum, vt in l. ſi v-
no ff. loca. & in l. ſi ſeruum plurium, in § fin ff. de leg. 1. cum alijs per eum:
& ſi præſupponatur, quod futurum ſubiunctiui de illius pro-
pria ſignificatione ſit duo tēpora importare, quod in ll. & vlti.
voluntatibus dictum eſt, etiam ad ſtatuta extendatur. Secus
tamen, quando plura ſignificata habet, tunc ſermonis impro-
prietate reiecta, ad illud ſecundum propriam verbi ſignifica-
tionem & ab illo minime recedendū putauit, l. conſtitutionibus.
ff. ad municipal. cum alijs. niſi abſurditas & impropria aſſumendo
æquitas reſultaret, vt latius per eum vbi ſupra quæ cum quoti-
die practicentur, memoria ſunt certe tenēda: tunc ſaluari poſ-
ſet, quod de futuro ſubiunctiui dicitur; alias non eſſet verum,
quia licet futurum cum præterito in deſinentia concurdet, nō
tamen idem in ſignificato important: quia quinque tempora
tenet, in quibus pręteritum à futuro ſeparatum eſt, vt Priſci. de
verbo ac illius auctor. placuit.

65 ¶ Tertio & vltimo ex vlt. parte gloſſ. no. quod † gl. ponens plu-
res opin. vltimam in dubio approbare videtur, niſi aliud dicat
doctrina Barto. in l. qui filium, in §. Sabinus. & ibi gloſſ. ff. ad Trebell.
Hoſt. & Ioān. Andr. in c. 1. de ſent. excom. inf. Lud. Rom. in l. 3. in §.
Neratius. ff. de acquir poſſeſſ. & in conſil. ſuo 83. Quæro ite. Imol. in ca.
fin. pen. ſo. de reſcrip. Bald. in c. 1. an apud iudic. vel dom. cum alijs per
Felin. in c. 1. col. fin. verſ. quarto nōt. hoc tit. ſupra.

66 ¶ Gloſſ. furtum, habet duas † partes: In prima, quia in text. de
furto fit mentio: quid ſit furtum quærit. & ſol. in 2. ibi. & prohi-
bitum etiam in decalogo. alleg. concord. ad text. vbi etiam de
iure diuino furtum prohibitum eſt, vt in 2. tab. Moyſ. &c. quarto
loco ponitur, vt in gloſ. de quo ſup. Ex qua primo not. quid ſit fur-
tum, & fur qua pœna puniatur, vide Cyn. in auth. ſed nouo iure.
C. de ſeru. fugit. Bar. in l. capitalium, in § famoſos. ff. de pœn. quos hic
Anch. col. 6. verſ. venio ad quæſtiones, & intra vario modo loquen-
tia adduxit per ſtatuta terrarum cōmuniter eſſe prouiſum di-
xit: & quia in materia tit. ſupra ſpecialem habemus; ideo ad ibi
dicta me remitto: & quo ad pœnas huiuſmodi & alia vide No-
uiſſ. repet. hic, vbi per duas col.

¶ Secunda concluſio ex gloſſ. ibi; & prohibitum, no. iunct. text.
quod factum alias iure diuino, canon. vel ciuili ſub certa pęna
punitum, municipali. l. non modo, verum noua pœna damna-
ri poteſt. Nam furtum eſt iure diuino prohibitum, non furtum
facies. vt in iuribus alleg. in gloſſ. ibi, decalogi Exod. 20. & Deuteronom.
5. vt Franc. Zabarel. poſt Ioan. Andr. & Gemin. hic in repetit. co-
lum. fin. vltim. verbis. Idem iure cæſareo C. & ff. de furtis. Similiter
& iure Pontificio, eodem titu. de furtis. infra. Item & municipali,
vt per Barto. in locis alleg. ſupra, concluſione proxima. & de iſta con-
cluſione ſatis ſupra dictum exiſtimo: ad quę vos cauſa breuita-
tis remitto.

¶ Gloſſ. diœceſim. habet duas † partes, in prima quærit, quis 67
ordinariam in diœceſ. iuriſdictionem habeat. & ſol. quòd Epi-
ſcopus: demum ibi, & in quolibet loco, &c. quærit, in quo lo-
co illam exercere poſſit, & ſol. ex qua not. quòd Epiſcopus in-
tra diœceſ. iuriſdictionem ordinariam habet, quam in quoli-
bet loco ipſius non tamen exempto exercere poteſt: de quo la-
tius per Doct. in c. cum epiſcopus, de offic. ordin. infra, & in c. 1. illo titu.
ſupra & aliquid diximus. ſupra in gloſſ. ordinariorum: quod pro-
cedit non ſolum in diœceſ. verum & in ciuitate, quia verbum
diœceſ. à † l. prolatum ciuitatem comprehendit. Secus tamen 68
in reſcriptis ad lites & beneficia, quia appellatione ciuitatis nō
comprehenditur diœceſ. & econtra, facit text. iuncta gloſ. in c.
Rodulphus. & ibi Felin. latiſſ. de reſcript. & gloſſ. pen. in capit. accepi-
mus, de ætat. & qualit. & gloſſ. in c. fin. & ibi Doct. de præben. & in c.
1. de rerum permut. infra, & in cap. gratis, in §. quocunque. de præben. in-
fra. & iſta eſt communis ſentētia, quicquid Andr. Sic. & ibi poſt
Ioan. de Lign. & Paul. de Eleaza. in clem. ne Romani, de elect. dixe-
rit: & ideo ſi mandatur Titio prouideri de beneficio in ciuita-
te vacante, de vacante in diœceſ. prouideri non poteſt, not. in
c. quamuis, de præben. infra, quo ad lites apertus eſt text. in d. ca. Ro-
dulphus. vbi principaliter eſt materiæ locus: ſecus in diſpoſitio-
ne fauorabili: & ideo dicebat Bald. in l. ſi quando. l. a prima ad fin.
C. de bon. vacant. libr. 10. quod princeps concedens alicui terri-
torium vniuerſaliter, in conceſſione tali iuriſdictio tranſit, de
quo latius per Spec. Ioan. Andr. de iuriſd. omn. iud. verſ. ſed an me-
ri. Aug. in l. 1. in §. fin. ff. de offic. eius. Alex. in l. 3. in prime. colum. pen. ff.
de ac. iuir poſſeſſ. § ſi alij. per Iaſon. in l. 1. colum. pen. verſic. quarto &
& vlt. ff. de iuriſdict. omn. iud. vbi quærit, an iuriſdictio cohæreat
territorio: de quo etiam aliquid ſupra quando caſtrum ſimpli-
citer conceditur.

¶ Quo † tamen iure iuriſdictio inuenta ſit, vide not. per No- 69
uiſſ. Mediolanen. in l. ex hoc iure, prima colum. poſt Bald. 2. col. 3. q.
& in 5. colum. in 2. oppo. ff. de iuſtit. & iur. Innocen. in cap. licet, de for.
compet. vbi de iure gentium inuenta: diſtinctiones vero parti-
culares iuriſdictionum & magiſtratuum Cæſareo iure intro-
ductæ fuerunt, l. 2. in §. poſt originem. ff. de orig. iur. quo modo ta-
men Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis & Epiſcopis
conceſſa fuerit, vide Guil. in rubr. de offic. ordin ſupra. ad quod fa-
ciunt not. per Bart. in l. fin. in 3. col. C. vbi & apud quos. vbi quando
ordinaria & delegata iuriſdictio concedatur, de quo etiam ca-
no. in c. licet, de offic. ordin.

¶ Gloſſ. cum extra. quærit de q. An de omnibus ſit reddenda
ratio. & dicit quod ſic, per hunc text. ibi, cum extra, &c. eſt enim
ratio deciſionis huius §. ſtatuto. Ex qua no. quod de omnibus eſt
reddenda ratio, cap. ſi quando, in gloſſ. alleg. c. ratio. & ibi Imol. poſt
Abb. de præben. not. Cardin. poſt Zenzeli. in clem. 1. in 1. not. de ele-
ctio. facit text. in c. ſi homo eſſes. 27. q. 1. & ideo gloſſ. ibi dicit, quod
† homo non eſt homo qui ratione caret, §. hinc vero. 23. quæſt. 3. 70
Quod eſt verum in his, quę à naturali ratione ſine hominis in-
genio dependent, §. ecce. 36. diſt. c. Corepiſcopi. 68. diſtin. c. ſi habes.
24. quæſt. 3. cap. Nabuchodonoſor. 23. quæſt. 4. Secus in his, quæ in ſe-
cretis Dei conſiſtunt, vel ex ſola hominis voluntate depen-
dent, quod exemplificari poteſt: quare in vſucap. triennij ſpa-
tio, &c. quam vltra & citra non: reſp. ex quo à voluntate l. lato-
ris, qui plus & minus ſi voluiſſet ſtatuere potuiſſet, & hoc mo-
do l. non omnium, cum alijs concordan. procedit: ſecus ſi quæratur,
quare res aliena vſucapi poteſt, reſpon. ne rerum dominia in
incerto ſint, l. 1. ff. de vſucapio. pro quibus vide Hoſtienſ. in ſum. in
§. quæ vires. 1 & 2 colum. verſic. ſi quæratur. titul. de reſcript. Nouiſſ.
poſt Abb. & Felin. in cap. ſi quando, colum. fin. verſic. in gloſſ. in verbo
rationalem.

¶ Ex quibus infero, quòd inter contraria ſpecialitatem † 71
allegare & illius rationem omittere nihil eſt, c. licet. in fi. de elect.
l. ſed & ſi ergo, in fin. ff. ad Velle. c. quod ſicut, in §. ſuper eo, de elect. ſupra
cap. cum apoſtolica, in §. auctoritates, de his quæ fi. à prælat. ſine conſenſu
cap. alias arg. à ſimili procedere poſſet, l. non poſſunt. ff. de legi. c. in-
ter cæteras. de reſcripr. l. inter ſtipulantem, in §. ſacram. ff. de verborum
obligat. c. ſuper quodam, in fin. de ſtat. mona. cap. tua, in fi. de conſangui.
& aſſi-

& aſſinit. & huic ſententiæ Hoſtien. *in ſum. in §. quas vires habeãt, in 2. colum. verſ. non ergo, titu. de reſcript.* pro quo facit gloſſ. *in verbo, collirio, in c. ſi. 29. diſt.* quæ illorum ſolutionem quod aliud ſecundum ll. aliud vero ſecundum canon. vel hoc nouum, illud actum in contrariis dicunt, arguit.

¶ Gloſſ. *territorium*, habet tres partes: in prima alleg. concor. ad text. pro regula fortificanda, *in 2. ibi, & eſt territorium, &c.* quid ſit territorium quęrit, & ſolut. vltima *ibi, quod ab eo dictum, &c.* vnde dicatur, & ſic illius etymol. declara. Ex prima parte not. eſt, quod in text. dicitur, de quo ſatis in not. & ideo ad materiam quid poſſit iuſdicens in ſuis territoriis: & an negotia vnius ciuitatis poſſit in alia expedire, vide plenè Andreã Sicul. poſt alios *in capitulo nouit, de offic. legat.* vbi latius ſcriptum reliquit.

72 ¶ Secundo in tertia parte colligite, quid ſit † territorium, & ex 3. vnde dicatur: & dici poteſt, quod diœceſ. eſt territorium. Eſt verum, quòd ex quo hic ſit mentio de diœceſ. demum in fin. de territorio, quod appellatione territorij diœce. comprehendatur. Stepha. tamen Auffre. *in repet. clem. vt clericorum, de offic. ordin. colum. 32. verſ. præterea licet territorium:* dixit, quod & ſi territorium & diœceſis in vno & eodem loco ſiue ſubiecto exiſtent, illud quo ad laicos & eorum poſſeſſiones & bona, diœceſ. vero ad clericos & eccleſias ipſorumque bona referri, alleg. tex. *in clem. ne Romani, de elect.* Sed confunditur hic differentia huiuſmodi, quia ſi Epiſcopus non habet in laicos iuriſdictionem, niſi in criminibus eccleſiaſticis, vt latius ſupra ſatis erat hic diœceſ. exprimere, non autem vtrunque: & tamen ſumus in materia excommunicationis, quæ animam ligat, ideo ad Eccleſiam. Poſſet dici, quod licet hoc caſu iudex eccleſiaſticus in laicos manum apponere poſſit, non tamen inconueniens, quod territorium exprimatur, quia omnino etiam ſi nõ fuiſſet expreſſum, tacite comprehenſum fuiſſet. Vel forte melius, ſatis erat de diœceſ. mentionem habere: territorium vero expreſſit, quia pro ratione decidendi regulam *l. fin. ff. de decre. ab*

73 *ord. facien.* adducere voluit. † Ciuitas tamẽ, ſuburbium, diœceſ. diſtrictus, & territorium differunt, videatis ſi placet Felin. qui *in c. Rodulphus*, pleniſſimè ſcripſit.

¶ Gloſſ. *impune, quæ eſt fin. & vlt.* pro illius declaratio. opp. cõtra text. de *l. duobus. ff. de verb. ſignific.* vbi duæ negotiationes affirmant, ideo verba *hic in fin.* poſita auctoris intentioni repugnãt.

74 ſolu. vt in ea. Ad contrarium tamen ex dictis Doctor. hic † not. quod vbi duæ negationes ad idem verbum relationem habẽt, affirmant, vt in contrario ſupra. Secus ſi ad diuerſa, vt hic, quia tunc negant, *l. ſi duo patroni, in §. Marcellus. ff. de iureiur. c. & ſi Chriſtus, illo tit. ſup.* & hoc Ioan. Mon. licet Ioan. Andr. non placeat, verbum compoſitum eſſe dixerit, quod tamen Ioan. de Imol. non placet, quia compoſitio negatiuam nõ tollit: faciunt not. per Cyn. *in l. actor. C. de probat.* & gloſſ. *in clem. in pleriſque. de elect.* quod per verbum impune, hic, Gem. tenet, & cum Ioan. Mon. fuit Franc. Zaba. *hic in repet. 1. col. verſ. item opp.* inuũit text. & Peruſi. *hic col. 4. verſ. in glo. fin.*

75 ¶ Vel cogita ſi dici poſſet, quod vbi verba † & mẽs legiſlatoris ad inuicẽ contraria exiſtunt, quia verba vnum & mens contrium ſentit, tunc mente retentata à verbis recedendum putamus, faciunt no. *in l. non dubium. C. de legib. l. cum virum. C. de fideicom. text. in l. ſcire oportet, in §. aliud. verſ. conſequens,* quem Bal. ſingul. appellat, nec ſimilem reperiri atteſtatur. *ff. de excuſatio. tuto.* quod in ſtatutis tenuit pro concluſione Lanfran. de Orian. *in tractat. de interpretat. ſtatuto. 2 colum. verſi. tertia concluſio, circa medium, de probat.* vbi pulchre. Quorum materiam Brixien. more breui compendio ſubtiliter eneruauit. Et pro iſtis negatiuis vna duabus vel tribus vide not. per Nouſ. Mediolanen. quo ad materiam huiuſmodi, remiſſiue tamen, *in l. 1. colum. 7. ver. Gloſſ. in verbo vſucapionem. C. de ſer. fugiti.*

& per hæc ſat parata
bibere.

REPETITIO
IN CAP. VT ANIMARVM.
De conſtitutionibus.

Celeberrimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnenſ.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, vt, quid importat.*
2 *Finis & principalis intentio iuris canonici eſt, periculis animarum ſuccurrere.*
3 *Iuris ciuilis intentio eſt, bonum publicum conſiderare.*
Allegatio canonum præferenda eſt allegationi legum, quando ſimul etiam leges allegari debent. ibid.
Declaratio iſtius text. ibid. & num. 40.
4 *Periculum animæ quod hic conſideratur eſt ratione excommunicationis: non tamen accidit ſic in omni alia diſpoſitione canonica.*
Non eſt licitum in foro conſcientiæ contrahentibus ſe inuicem decipere. ibid.
5 *Conſcientia idem eſt quod bonus vir.*
6 *Licitum eſt aliquem decipere in foro conſcientiæ.*
Mercatores omnes irent ad domum diaboli, ſi nõ liceret eis contrahendo aliquem in valore decipere. ibid.
7 *Dolum ex propoſito adhibens in contrahendo non eſt tutus in foro conſcientiæ.*
8 *Deceptio re ipſa, non dicitur propriè dolus.*
9 *Dolus re ipſa & ex propoſito æquiparantur.*
10 *Dolus ex propoſito adhibitus in contractibus conſiderari poteſt dupliciter.*
11 *Caſus in quo emptor non tenetur in foro conſcientiæ.*
12 *Homines coercere à commercio hominum nihil infœlicius.*
13 *Ius ſummum ſumma iniuria eſt.*
14 *Subſtitutus pupillo per expreſſam ſubſtitutionem pupillarem nõ poteſt in foro conſcientiæ denegare legitimam matri.*
15 *Canones emanarunt cooperante Spiritu ſancto.*
16 *Qui peccat lege permittente, non dicitur peccare.*
Canones qui militant in foro poli, procedunt etiam in foro fori. ibidem.
17 *Eccleſia militans eſt exempta ad ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis.*
18 *Lex permiſſiua peccati etiam venialis non debet obſeruari.*
19 *Ius canonicum, diuinum appellatur.*
20 *Quotieſcunque lex poſitiua abſque iuſta cauſa contradicit æquitati naturali talis lex non ligat.*
21 *Duplex eſt finis iuris canonici.*
22 *Qui potuit eligere digniorem ſi eligat dignum, non eſt tutus in foro conſcientiæ, & peccat mortaliter. num. 29.*
23 *Electio dignioris eſt introducta pro forma, & eſt impoſita à Deo iure præcepti. num. 26.*
24 *Pater non poſſet meliorare vnum ex filijs in plus quam alios.*
25 *Ille ex filijs in pari gradu præferri debet, qui prudentior & iuſtior habetur.*
26 *Ex duobus digniorem eligere tenemur de iure diuino.*
27 *Qui doctior, ſanctior, & eminentior eſt, ille eligi debet ad Sacerdotium.*
Indignus promotus meretur decapitari. ibid.
28 *De Paſchaſio quoddam admirandum exemplum.*
29 *Qui omiſſo digniori minus dignum eligit, peccat.*
30 *Alexandri Regis prudens in obitu factum.*
31 *Parentes filijs optimos præceptores relinquant.*
32 *Non omne quod licitum eſt in foro canonico contentioſo licitum eſt in foro conſcientiæ.*
33 *Illicitum per diſpenſationem licitum redditur.*
34 *Publiciana competit de iure canonico, etiam tempore quo quis eſt in mala fide.*
35 *Si lex ciuilis eſt iuſta in foro fori, vtique erit iuſta in foro poli, id eſt, conſcientiæ.*
36 *Si pro cauſis temporalibus cogitamus, quantò magis pro animarum ſalute prouidentia eſt noſtræ ſolicitudinis adhibenda.*
37 *Sicut ex Philoſophia & Medicina fit perfectus medicus: ita ſciens ius cano-*

ius canonicum & ciuile efficitur perfectus legiſta.

Canoniſta ſine legibus nihil valet: ſed legiſta ſine canonibus parum. ibid.

Moralitas eſt ſumma ſummarum ad gubernationem orbis. ibid.

Biblia ſola non ſufficit ad eccleſiam gubernandam. ibid.

38 Ius ciuile & canonicum paribus paſſibus ambulant.

39 In lege humana poteſt conſiderari duplex iuſtitia.

40 Quandoque ſtatuta continent promulgationem ſententiæ.

41 Cautela ne quis priuetur beneficio propter delictum.

42 Promulgatio excommunicationis ſimpliciter facta, non inducit canonem latæ ſententiæ ſed ferendæ.

33 A ſententia excommunicationis lata à ſtatuto poteſt quilibet alius quam proferens ab ea ſententia abſoluere.

44 Ignorantia excuſat quem à pœna legis municipalis: limitando vt hic: & num. 46.

45 Ignorantia ſtatuti poſt duos menſes non præſumitur.

46 Attentans virginem credens eam meretricem nõ tenetur pœna iniuriarum.

47 Ius puniens participantem cum excommunicato, non comprehendit ignorantem.

48 Perſonæ ignorantes non ligantur ex illis clauſulis quas non intelligunt.

Ruſtici & mulieres ab ignorantia iuris non excuſantur, niſi in caſibus expreſſis ibid.

49 Indocti atque imperiti homines debent doctos conſulere.

Clientulus ſi non intelligit aduocatum latinè loquentem, iudici nõ illi præiudicat. ibid.

Ignarus non debet eſſe præſens. ibid.

50 Emphyteuta non ſoluens canonem per biennium nõ cadit à iure ſuo ſi ignorauit.

51 Si quis ignoranter acceperit vxorem alterius in coniugem, & inde nati ſunt filij tales dicuntur legitimi.

Minor ignorans ſe læſum etiam poſt mille annos poteſt reſtitutionem petere. ibid.

52 Ratione ignorantiæ toleratur ſententia lata à non capace.

53 Interficiens bannitum liberatum à banno & habentem literas ſalui conductus excuſatur propter ignorantiam.

54 Ignorantia craſſa, & ignorantia ſupina quare ita appellentur.

55 Statutum diſponens ignorantiam non poſſe allegari intelligitur de ſupina.

56 Epiſcopum poſſe facere ſtatuta quomodo intelligitur.

57 In materia correctoria & pœnali ſtrictè eſt procedendum: neq; debet fieri extenſio de caſu ad caſum.

58 Pœna temporali non ligantur ignorantes, vbi periculum animæ nõ vertitur, ſed pecuniarium.

59 Vtrum faciens cõtra ſtatutum municipale, præceptiuum, & pœnale peccet mortaliter.

60 Si in regula monachorum continentur aliqua facienda ſub pœna peccati mortalis: ſi tamen in illa regula eſt appoſita pœna temporalis, an quis liberatur à pœna peccati.

61 Si malefactor punitur pœna condigna per legem releuatur à pœna purgatorij.

Intellectus ad iſtum text. ibid. & num. 62.

62 Peccatum non dicitur niſi vbi adeſt voluntas.

63 Ordinariorum appellatione qui veniant.

Territorio & iuriſdictione ceſſantibus fruſtra ſtatuta erunt condita. ibid.

64 Idem iuris eſt de ordinarijs perpetuis quod de temporalibus.

Paria ſunt aliqua eſſe perpetua, vel temporalia, ſed poſſe eſſe perpetua. ibid.

65 Legatus poteſt facere ſtatuta quæ durant etiam legatione finita.

1 VT ANIMARVM. † In text. ibi, vt, iſta dictio multipliciter capitur, vt Alber. dicit in ſuo dictionario, ſed hic ponitur cauſatiuè, ſicut in c. vt debitus. de appell. & in c. vt litigantes. infra de offic. ordin. & ita in terminis iſtum tex. ad hoc not. And. Sicul. in c. mandatum. in 2 colum. num. 9. de reſcr. Sed de proprietate verbi debet poni modaliter, vt ibidem dicit Andr. & hoc idem Bartol. tradit in l. 1. ff. de condit. & demonſt. cum concor. quę ſcribit Alexan. in l. qui abſenti. § ſi quis, in princ. ff. de acquir poſſeſ. & Socin. in l. cum aui. in 1. colum. ff. de condi. & demonſt. Poteſt etiam dici quod iſta dictio vt, in iſto text. denotat cauſam finalem conſtitutionis, vt not. gl. 1. per illum text. quem etiam ibi no. Doct. in cle. 2 de æta. & quali. maximè quando ponitur in proœmio conſtitutionis, vt hic per tex. no. in l. fin. ff. de hære. inſtit. Et ita in hoc ſignificatu in vno priuilegio Alex. Papæ VI. vbi erant iſta verba, [vt nuptui tradere poßis, &c.] Ita fuit interpretata iſta cauſa Tatuiſina feudi coram D. Raynaldo heri dictio vt, per Rotam 26. Nouemb. 1535.

† Not. primò ſecundùm Domini. hic, quod finis & principalis intentio iuris canonici eſt ſuccurrere periculis animarum: adde tu pro iſta opin. text. in c. 1. inf. de præb. & c. fin. de præſcr. cum concor. vt per Corn. in conſil. 36. In hac conſultatione. in litera K, in 2. volum. & ita iſtum text. ad hoc idem quod Dom. alleg. And. Sicu. in c. nam concupiſcentiam. in 2. col. num. 8. ſupra eo. tit. & in c. fin. in 22. col. num. 101. de conſue. & in repe. c. Raynaldus. in 78. col. de teſta. & ideo ius canonicum iſta ratione diuinum appellatur, vt in c. qualiter. de accuſa. & hac de cauſa dicit Imo. poſt Flor. in c. 1. de conceſſ. præben. quòd raro vel nunquam reperta eſt differẽtia inter Canoniſtas & Theologos: & ſequitur Mod. Hiſpanus in ca. 1. in 2. colum. de empt. & vend. & ratione iſtius finis ius canonicum à iure ciuili diſtinguitur. † Nam iuris ciuilis intẽtio principalis eſt 3
boni publici conſeruatio, ſecundaria verò ſalus animæ, vt dicit gloſſ. ſingu. in c. cum contingat. ſupra de iureiuran. quam allega. Dom. hic, & commendat Felin. in c. 1. in 3. colum. ſupra de pact. & Dom. ſupra cap. proximo. in pen. colum. & hoc dicit Ioan. Andr. licet dictam gl. non alleg. in regula, poſſeſſor. in 7. col. in mercu. quem ſequitur Abb. in c. fin. in 4. col. num. 5. de conſue. & propterea dicimus, quod quando leges & canones promiſcuè allegantur, ſemper præferenda eſt allegatio canonum propter excellentiã ſubiecti. ita Abb. dicit in c. inter alia. in 2. not. de iuſmun. eccle. Nam vt dicit idem Abb. in c. cum cauſam. col. 4. de teſti. ius canonicum à foro conſcientiæ non diſcrepat, ſequitur Dec. in c. 1. de conſtit. in 8. colum. † Tamen aduertẽdum eſt, quod iſta regula quam Do- 4
min. hic, & alij poſteriores colligunt ex text. noſtro non probatur ex eo, quia periculum animæ, de quo iſte text. loquitur conſideratur reſpectu excommunicationis, quæ in ſtatuto Epiſcopi poſita fuerat contra aliquid facientes, vt ſentit hic glo. & ob eam cauſam dicit hic text. periculo huiuſmodi ſuccurrẽdum, & tale periculum nõ conſideratur abſolutè, quia ius canonicum principaliter tendat ad ſalutem animæ, cum in omnibus diſpoſitionibus iuris canonici non contingat de tali periculo excommunicationis tractari, vt patet in c. per tuas. de ſimo. & alijs ſimilibus. vbi de priuatione beneficij tantum agitur quæ periculum animæ non inducit: iſta igitur ratio text. hic ſpecialiter procedit, vbi de excommunicatione agitur, quæ ſecundũ iuſtitiam iuſtè ignorantem afficere non debet, vt dicit hic tex. quod manifeſta ratione probatur, quia ſi in ſtatuto, de quo hic loquitur text. non fuiſſet pęna excommunicationis appoſita, ſed temporalis ceſſarent iſta verba text. [vt animarum periculis, &c.] quod quidem periculum ignorans pœnam temporalem non incurreret, & ſi incurreret nõ incideret in periculum animæ, vt dicam inf. in gloſſ. ſuper verbo, ſententiis. & ſic videtur quod iſta ratio text. non ſit generalis ad regulam quam hic faciunt Doctores. Sed retenta regula Docto. pro vera, videlicet, quod principalis finis, & intentio iuris canonici ſit ſuccurrere periculis animarum per illam, dicunt Modern. repetentes hic, videlicet Ioan. Crotus de Monteferrato, quod deſtruuntur & redduntur dubitabiles tres deciſiones Doctorum alibi approbatæ. Primò confutatur dictum Ant. de Butr. communiter approbatum in ca. cum dilecti. de empt. & vend. vbi vult poſt beatum Thomam, quod non eſt licitũ in foro conſcientiæ contrahentibus ſe inuicem decipere, etiam citra dimidiam iuſti precij, quod dictum etiam vltra Moder. multum commendat Iaſon in §. ſed iſte. num. 113 col. 26. Inſtit. de act. & Modern. repeten. in l. 2. in 38. colum. C. de reſc. vend. & Barthol. Veronen. in tracta. de ſimula. contract. ſequitur etiam quidam Gerardus de Petra ſancta ſubtilis Doctor. in ſingul. ſuo 22. incipient. Rogo vt nunquam. & latiſſimè Ioan. de Anan. in cap. in ciuitate. de vſur. in 3. colum. Et illud dictum in ratione fundatur, † quia conſcientia idem eſt quod 5
bonus vir, vt dicit Bald. in c. cum cauſam. cl. 1. de teſtib. Sed bonum virum non decet contrahentem decipere, ſecundum gloſſ. in l. ſemper ff. de regu. iur. igitur, &c. Et iſtud motiuum, licet Modet. non referant, fuit Ioan. de Anan. in d. c. in ciuitate. in 4. & 5. colum. de vſur. ſequitur Gerard. & Iaſ. vt ſupra, & Barbat. in l. 4. §. Cato. colum. 27. de verborum obligat. & conſil. 56. lib. 2. & conſil. 21. colum. 2. conſil. 22. colum. 4. & conſil. 67. colum. 1. lib. 4. cũ ſexcentis concordantiis cumulatis per quoſdam Modern. in tracta. legum connubialium l. 8. Tamen licet hoc dictum ab omnibus approbetur, Modern. tamen hic dicunt non eſſe verum, per text. in cap. cum dilecti. & in capitu. cum cauſam. extra de emptio. & venditione. nam cum

cum illi tex. de iure canonico approbent talem deceptionem:
ergo huiuſmodi contrahentes erunt tuti in foro conſcientiæ
per regulam iſtius text. alias ſequeretur, quod illa iura iniice-
rent nobis laqueum contra text. in l. 1. in fin. C. de his qui ven. ætat.
impet. & c. de viduis. 27. q. 2. & ita cum iſto dicto Moder. ſimplici-
ter tranſeunt poſteriores. Adde pro iſta opinio. Bald. in c. ſi pro-
6 ponente. de reſcript. † vbi dicit licitum eſſe decipere aliquem et-
iam in foro conſcientiæ, quia debet eſſe vnuſquiſque cautus in
rebus ſuis, alias ſequeretur quod omnes mercatores irent ad
domum diaboli, quod eſt abſurdum: & hoc idem tenet Petr.
de Anchar. in regula, peccatum. in 4. concluſione principali, de regul.
iur. lib. 6. & Barbat. in cap. 1. de emptio. & venditio. & ante ipſum A-
retin. in cap. cum cauſam. de teſti. & in l. ſi quis cum aliter. colum. fin. de
verbor. oblig. Sed aduerte, quia ad iſtud dictum Moder. videtur
reſpondere Decius in cap. 1. in 8. colum. in prin. extra eod. tit. & in l.
7 ſemper in contractibus. in fin. ff. de regu. iur. † dicit enim quòd dolus
ex propoſito adhibitus in contrahēdo non eſt permiſſus in fo-
ro conſcientiæ: & ita procedit dictum Anton. de But. in d. c. cum
dilecti. & communis opin. ſecus verò ſi dolus re ipſa eueniat ex-
tra propoſitum, quia tali caſu ille dolus nō imputatur: & ita pro-
cedit text. in dict. cap. cum dilecti. Et iſta fuit diſtinctio Abb. licet
Dec. non dicat in cap. quia plerique. in 9. q. num. 28. de immun. eccleſ.
& licet eam aliqualiter videatur pungere Ioan. de Anan. in d. c.
in ciuitate. tamen motiua ſua reſoluuntur ex his quæ latè Aret.
tradit in d. c. cum cauſam. in 5. colum. & ſequen. de teſti. poſt Cald. in
repet. cap. nauiganti. de vſur. & ita communiter tenetur. Sed vl-
terius circa hoc attende diligenter, quia ita diſtinctio Decij &
aliorum, mihi non ſatisfacit ex eo, quia confunditur per text.
in d. c. cum dilecti. & c. cum cauſam. de empt. & vend. Nam illi text.
loquuntur in deceptione, quę approbatur vſque ad dimidiam
8 iuſti precij: ergo intelligitur de deceptione ex propoſito, †
quia deceptio re ipſa non dicitur propriè deceptio, ſeu dolus,
ſed error, vt eſt gloſſ. communiter approbata in d. l. ſi quis cum a-
liter. ff. de verborum obligat. & ſequitur Corne. in conſil. 181. Viſa. in
littera F, in 3. volum. & ideo text. in d. cap. cum cauſam. qui de dece-
ptione loquitur debet intelligi de vero & proprio dolo ex pro-
poſito non re ipſa, argum. text. in l. 1. §. hoc interdictum. & quod
ibi dicit Bartol. ff. de fonte. & tradit latè Felin. in rubr. de ſponſa. in
4. colum. & tamen ille dolus approbatur à iure canonico: & ſic
adhuc militat ratio Modern. Suadetur hoc, nam præſuppoſi-
to quòd text. in d. cap. cum dilecti. & d. ca. cum cauſam. de deceptio-
ne ſiue dolo re ipſa loquerentur ex alio capite: iſta diſtinctio
9 Abb. & Decij non procedit: † quia deceptio re ipſa, & ex pro-
poſito æquiparantur, vt not. Iaſon in d. l. ſi quis cum aliter. in prin.
Per illum text. & hoc clarius Petr. de Ancha. firmat in conſil. 39.
Pro clariori deciſione: vbi hoc probat per text. in l. 2. ff. de except.
doli. vbi probatur quòd ad reſciſſionem contractus idem ope-
ratur dolus re ipſa quod ex propoſito, vt ibi per eum: & hoc
idem dicit Abb. in conſilio 8. Tria ad deciſionem. colum. 2. in 2. parte:
& in conſil. 107. Quatuor ſunt. in 2. dubio. eodem lib. cum pluribus
concor. quæ congerit Dec. in conſil. 180. Viſa renunciatione. in
3. & 4. colum. in 1. parte: & tamen iſtæ deceptiones ſiue ſint ex
propoſito, ſiue in re ipſa iure canonico approbantur, vt dictis
iuribus, ergo tales decipientes authoritate iuris canonici dē-
bent eſſe tuti in foro conſcientiæ per regulam ſupradictam, &
10 per ea, quæ Decius tradit in cap. iurauit, circa fin. de probatio. † Et
ideo pro reſolutione vera iſtius materiæ conſiderandum eſt,
quòd dolus ex propoſito adhibitur in contractibus conſide-
rari poteſt dupliciter, videlicet, aut expreſſe, aut tacitè: primo
modo decipiens non eſt tutus in foro conſcientiæ: quia vide-
tur inducere venditorem fraudulentis verbis: & ideo tali caſu
doloſa perſuaſio plus eſt quam violenta coactio, l. 1. §. perſuade-
re, ff. de ſer. corrupt. & ita procedit dictum Domin. Anton. & ſe-
quacium in d. c. cum dilecti. Secundo modo licitum erit etiam in
foro conſcientiæ decipere, etiam ſi talis dolus proueniat ex
propoſito vel ſcientia mea, diſtinguendo tamen in iſto ſecun-
do caſu inter venditorem voluntarium, & neceſſarium, vt ſin-
gulariter diſtinguit Petr. de Anchara. in regula, peccatum. colum.
11. infra de regul. iur. Nam ſi tu ex voluntate habes rem venalem,
& petis decem, ego autem emptor ſcio bene, quòd valet de-
cem, ſed nolo dare niſi quinque, & dico tantum valere, tali ca-
11 ſu ego emptor non teneor in foro conſcientiæ, † quia ex quo
te cauilloſis verbis non induco ad vendendum pro quinque,
ſed tu venditor iam ſciebas plus valere, & tamen tradidiſti pro
quinque non coactus neceſſitate pecuniæ, ſed libera volunta-

te, ego ſum ſecurus per rationem ca. ſcienti. infra de regul. iur. alias
ſi contrarium diceremus, non ſaluaretur vniuerſa caro, & tali
caſu eſſet homines coercere à commercio communi, † quo ni-
hil infœlicius homini contingere poteſt, vt in l. hi qui. C. de apo- 12
ſta. & ideo dicendum eſt tales eſſe ſecuros, neque attendenda
eſt conſcientia tam ſcrupuloſa, quæ potius iniuſta dicitur, vt in
cap. ſerpens. de pœnit. diſtinct. 1. & in cap. plerunque. 2. quæſt. 7. & capit.
præcepta. 24. quæſt. 4. Nam talis iuſtus peribit cum iuſtitia ſua, vt
ibi dicitur: & originaliter Eccleſiaſtices 7. cap. hinc ortum vo-
lunt illud commune verbum, de quo Plato 6. de legibus. diſſerit,
ſummam, videlicet, æqualitatem in inæqualitatem tranſire, ſi-
cut alibi Cicero † ſummum ius putat ſummam eſſe iniuriam, 13
& de vtroque meminerunt Modern. in volum. Prouerbiorum,
centuria 1. chiliadis 1. numer. 2. & Budæus in annotat. Pandectarum,
ſub titu. de iuſtit. & iure. fol. 2. & ita nouiter videtur tenendum in
iſto articulo, ſaniori iudicio ſemper ſaluo. Et prædicta omnia
de plano procedunt in deceptione vel dolo, qui circa bona
temporalia adhibentur, ſecus tamen eſt in dolo adhibito cir-
ca ſpiritualia: nam dolus aduerſarij in ſpiritualibus non vitiat
contractum, vt tradit gloſſ. in verſicu. cauſa. in capit. ex parte tua. de
conuer. coniug. & in cap. dudum. eodem titu. & ideo non datur reſti-
tutio in integrum ratione circumuentionis in iſtis ſpirituali-
bus: vt dicit Specula. in titu. de reſtitut. in integr. §. qualiter. verſicu.
ſed nunquid. & Ioan. Andr. Abbas, & alij in cap. cum virum. de re-
gula. & ante ipſos hoc tenet gloſſ. 1. in cap. illud. 21. quæſt. 1. & hoc
verum eſt, niſi deceptio in ſpiritualibus reſpiciat perſonam &
bona, quia licet reſpectu perſonæ dolus ille bonus reputatur,
qui ad vitam meliorem inducit, reſpectu tamē bonorum ma-
lus dolus reputatur, vt exemplum ponit textus valde ſingula-
ris in cap. fina. 20. quæſt. 3. quem ad hoc pro ſingulari not. Moder.
omnes in capitu. in præſentia. de probatio. & Modern. Hiſpanus in
tractatu, de vltimo fine iuris. in 88. colum. Secundò declaratur hoc
procedere, niſi talis dolus etiam prudentem virum deciperet,
quia tunc etiam in ſpiritualibus vitiaret actum, vt not. Imol. &
Abb. colum. fin. in capitu. cum dilectus. quod metus cauſa. Præterea
limitantur prædicta procedere in perſonis ſecularibus: ſecus
tamen eſt in Eccleſiaſticis, vt declarat Socinus in conſilio 29. co-
lum. fina. libr. 4. Et iſta ſufficiunt quantum ad primum dictum
Modern. † Secundò principaliter per dictum primum nota- 14
bile & regulæ iſtius text. Modern. reprehendunt dictum Ar-
chidiac. in capitu. ſi pater, infra de teſtamen. qui dicebat quòd ſub-
ſtitutus pupillo per expreſſam ſubſtitutionem pupillarem nō
poteſt in foro conſcientiæ denegare legitimam matri, quæ ſibi
competit in bonis filij, Modern. dicunt illud dictum non eſſe
verum, quia ex quo ius canonicū diſponit per huiuſmodi ſub-
ſtitutionem matrem penitus excludi, vt diſponitur in dict. cap.
ſi pater. ipſe ſubſtitutus eam excludens authoritate iuris cano-
nici erit tutus in foro conſcientiæ: & ſic dictum Archidia. non
eſt verum, ita reſident Modern. hic. Adde tu in primis pro iſta
opinio. contra Archidiac. Lancel. Dec. in l. precibus. in 2. colum.
verſicu. vnde ſuccedit. C. de impub. & aliis ſubſtit. vbi dicit † quod 15
ex quo canones emanarunt cooperante Spirituſancto, vt in
cap. ſi quis Diaconus. 50. diſtinct. eſſet abſurdum dicere quod con-
tra conſcientiam aliquid promittatur: nam leges humanæ, &
ciuiles obligant in foro conſcientiæ, vt tradit Abb. in capit. 2. de
teſtament. & declarat S. Thom. 2. 2. quæſt. 96. Secundo pro iſta
parte arguit etiam Socin. in repet. l. moribus. in 9. colum. verſicu.
circa tertium. ff. de vulga. & pupilla. dicens, quod lex ciuilis quæ nō
eſt nutritiua peccati ligat, & ſeruanda eſt etiam in foro con-
ſcientiæ, vt latè concludit Ioannes Andr. poſt S. Thom. in cap.
quamquam. de vſu. libr. 6. nam ex quo hoc permittitur à canone,
† qui peccat lege permittente non dicitur peccare, c. qui peccat. 16
23. quæſt. 4. l. Gracchus. C. de adulter. Præterea, quia lex canonica
non permittit aliqua cum peccato, cap. fin. de præſcript. cum ſimil.
vt ibi per eum: & licet ipſi non dicant hæc omnia fuerunt mo-
tiua Philippi Franchi in dict. capitu. ſi pater, in fin. colum. vbi tenet
contra Archidiaconum. Pro qua opinio. vltra ipſos facit, quia
lex canonica etiam in foro contentioſo non differt à foro con-
ſcientiæ: nam ſi debet eſſe iuſta in foro poli etiam in foro fori
eadem iuſtitia attenditur, gloſſ. in capit. quæ in eccleſiarum. quam
ibi commendat Bald. extra de conſtitut. cum concord. non parum
multis, quos congerit quidam Modern. in tractat. nuptia. fol.
142. in 3. colum. & ad hoc eſt dictum Abb. in capitulo vigilanti. co-
lum. fina. de præſcript. Facit etiam quòd quando iura canonica
volunt aliud ſeruari in foro contentioſo, & aliud in foro con-

ſcientię illud exprimunt: vt dicit Dec. *in l. culpa caret. ff. de reg. iur. colum. fina.* & Anton. Modern. Hiſpanus noſter *in cap. 2. colum. 2. de emptio. & venditio.* ſed in caſu iſto non illud exprimitur, igitur &c. Et pro iſta opin. facit gloſſ. *in clemen. ad noſtram, in verſicu. ec-*
17 *cleſia. de hæret.* vbi dicitur † quòd eccleſia militans eſt exempta ad inſtar Eccleſiæ triumphantis: facit *cap. eccleſia paradiſo compa-*
18 *rata. de conſecrat. diſtinct. 4.* hinc eſt, † quòd vbi lex eſt permiſſiua peccati, etiam venialis, non debet obſeruari in foro conſcientiæ, nec etiam in foro fori: Felin. *in cap. eccleſia. in 16. colum. de conſtitut.* Abb. *in cap. veniens. ſecundo, de ſponſa. & in capitul. fina. de præ-*
19 *ſcript.* text. *in cap. inter hæc. 33. quæſt. 2.* † Et hoc reſpectu ius canonicum diuinum appellatur *capitul. qualiter & quando. de accuſat.* quia ſemper eſt conforme iuri diuino, *capitu. fina. 9. diſtinct.* cum ſexcentis concordan. *vt in tractat. nuptiali. fol. 128. in tertia colum.* Sed in foro conſcientiæ quis licitè poteſt retinere quod ſibi debetur, vt notat Bald. *in authent. ad hæc. C. de vſur.* ergo eodem modo poterit retinere illud quod à iure canonico vel lege cōceditur, vt latè tradit Iaſon *in l. ſi pœna. in fine princip. ff. de conditio. indebit.* faciunt ea quæ dicit Felin. *in dict. cap. vigilanti. colum. fina. de præſcript.* Et vltra ipſum accedat in propoſito quod dicit Aretin. *in conſil. 155. incipient. Periculoſum eſt. in fin.* vbi vult à fortiori, quòd etiam ſi pia cauſſa ſit ſubſtituta non excludit matrem niſi eſſe talis ſubſtitutio facta pro exoneratione conſcientiæ teſtatoris. Iſtis tamen non obſtan. teneo opinio. Archidiac. quæ eſt communis, & eam ſequuntur Modern. *in dicta l. precibus. C. de impuber. & in l. 2. ff. de vulga. & pupilla.* plura allegantes, & Alexand. *in conſil. 45. Habita ſuper his. in 3. colum. in 1. volum.* & prædicta opin. fundatur in ratione text. *capitulo fina. 17. quæſtio. 4. iuncta l. nam & ſi parentibus. in principio. ff. de inofficioſo teſtament.* nam *in dict. cap. fina.* diſponitur, quòd qui relictis filiis inſtituit Eccleſiam alium quærat qui accipiat quam Auguſtinum, quia Deo propitio neminem inueniet, cùm illud non ſit ſecundum conſcientiam, & ſic iure poli, & tamen quod ibi dicitur de filiis ſtatuitur idem eſſe in parentibus, *vt dict. l. nam & ſi parentibus.* per quam legem hoc dicit Fabia. de Monte *in repetitio authent. nouiſſima. in 2. quæſtio. 1. partis. C. de inoffic. teſtament.* & Angel. *in l. ex facto. § ſi quis rogatus. ad Trebellianum.* Barbat. *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* & per iſtam rationem tenent iſtam opinio. Archidiacon. Corneus Perusinus, & Philippus Decius *in dict. l. precibus. in 4. colum.* Domin. *in dict. cap. ſi pater.* pro quo dicto vltra ipſos benefacit, nam quod mater in totum excludatur etiam à legitima, vt volunt communiter Doctor. *in dict. l. 2.* contradicit æquitati naturali: vt patet ex adductis egregiè per Bald. in *d. l. precibus.* poſt princip. verſicu. circa tertium.
20 vnde quotieſcunque lex poſitiua abſque † iuſta cauſſa contradicit æquitati naturali, talis lex non ligat in conſcientia: vt tradit Imol. *in cap. quia plerique. circa fin. de immunitat. eccleſ.* vbi notabiliter ex hoc infert ad quæſtionem de filio, de qua ibi per eum. Sed clarum eſt, quod nulla iuſta cauſſa ſubeſt, vt mater legitima debeat priuari, ergo illa diſpoſitio *dict. cap. ſi pater.* tan-
21 quam rigoroſa non debet attendi in foro conſcientiæ. † Non obſtat primo fundamentum Ioannis Croti hic in text. noſtro, videlicet, quod ius canonicum principaliter tendit ad vtilitatem animarum: quia pro reſolutione aduertendum eſt, quod duplex eſt finis iuris canonici, vnus eſt fori contentioſi, alius eſt fori conſcientiæ, primus non eſt in totum directiuus ad ſalutem, nec omnia ſecundum ipſum licita ſunt in foro animæ, vt patet *toto lib. 2. Decretalium.* qui circa iudicialia verſatur. Alius eſt finis in totum directiuus ad animam, de quo loquitur *titu. de homicidijs, & titu. de pœnitent. & remiſſ. & plures alij tituli:* de primo loquitur iſte text. de ſecundo omnia contraria alleg. Et pro iſto duplici fine eſt notabilis doctrina Anton. de Butr. per illum textum *in capit. inquiſitioni. de ſentent. excommun.* quem ſequitur & multum commendat Felin. *in cap. nouit. in 6. colum. de iudic. & in d. cap. inquiſitioni.* & licet Andreas Sicul. more ſuo ſuper hoc dubitet *in repetit. cap. Raynaldus. in 13. colum. de teſtament.* tamen pro opin. Dom. Anton. quæ communis eſt, ego allego text. *in cap. tua nos. de ſponſal. & in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2.* & pro iſta diſtinct. quod duplex ſit forus iuris canonici eſt caſus vltra ipſos *in cap. fin. 17. quæſt. 4.* quæ omnia tene menti, quia non fuerunt hactenus declarata. facit text. *in cap. litteras. de reſtitut. ſpo-*
22 *liat.* quem ad hoc idem alleg. Felin. *in d. cap. inquiſitioni.* † Tertiò principaliter ex iſto text. reprehendunt Modern. dictum Abb. *in cap. conſtitutus. el 2. extra de appellat.* dum vult, quod qui potuit eligere digniorem ſi eligat dignum non eſt tutus in foro conſcientiæ; per tex. *in cap. ſi quis iuſto, infra de elect.* Nam dicunt Modern. iſtud dictum non eſſe verum, ex quo electio digni à iure canonico approbatur, *in d. cap. conſtitutus,* cum ſimil. ibi adductis, licet dignior poſſit reperiri, dicēdum eſt, quod eligens dignum non peccat, & ita *in d. cap. conſtitutus,* reprehendit Abb. Philippus Peruſinus. Sed tamen opin. Abb. quicquid iſti dicāt eſt communis & verior, vt ibi exordiuntur nouiſſimi, & eam ſequitur Rochus de Cur. *in tractat. de iurepatron. in verſ. honorificum. quæſt. 15.* alia adducens, & ſequitur Dec. *in cap. in præſentia. in 26. colum. num. 56. de probat.* & vltra ipſos poteſt iſta opin. ratione, & multorum exemplis comprobari, † quia clarū eſt quod 23
electio dignioris eſt introducta pro forma, *in d. capit. ſi quis iuſto.* tunc ſic, quando electio fuit celebrata de minus digno habito conſenſu eligentium, licet nō fuerit ſeruata forma, electio valet etiam in foro conſcientiæ, hoc dicit Innocen. *in ca. quia propter. de elect.* ſequitur Abb. *in ca. 1. in fin. de reſtitut. in integr.* & Dec. *in c. 1. in 8. colum. de conſtit.* & Iaſon *in l. nemo poteſt. in 2. lectur. in 16. colum. de lega. 1.* dixi in § *omnium. numer. 27. de actio.* vltra prædicta iſta opin. poteſt cōprobari authoritatibus tam iuris diuini, quā humani de iure ciuili, in primis eſt text. qui non ſolet communiter allegari, *in l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. in verbo, in quem contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ, &c.* quem tex. ad hoc Paul. de Caſtr. allega. *in conſil. 179. in 1. lib. colum. 2.* & hinc eſt quod lege Longobarda cautum erat, † quod pater non poſſet meliorare 24
vnum ex filiis in plus quam alios, niſi alter fuerit magis meritus, de qua lege meminit Alber. *in authen. nouiſſima. colum. 8. verſicu. item de iure. C. de inoffic. teſtamen. & in l. quoties. colum. 1. C. famil. erciſ.* & eodem modo in feudo dicendum eſt vt prudentiori, & ſic idoneiori ex filiis dandum ſit, vt dicit Ioann. Andr. *in addit. Specul. in rubr. de feud. colum. vltim. verſic. ſed hoc præſuppoſito.* & hoc idem dicendum eſt in ſucceſſione regni. † Nam ille ex filiis in 25
pari gradu præferri debet, qui prudentior, iuſtior, ac eminentior virtutibus alijs fuerit, vt ſcribit Petr. de Ancha. *in conſil. 351.* Pro maiori intelligentia, &c. vbi hoc multipliciter probat, & hoc idem ſtatutum videtur de iure diuino, vt patet 4. *Regum 10. ibi. dum dicit: et. [Eligite meliorem de filijs domini veſtri, & ponite ſuper ſolium patris ſui.]* *facit etiam Geneſ. cap. 27.* vbi Iſaac benedixit Iacob natu minorem non Eſau maiorem, & quamquā errore ductus, tamen ſecundum Doctor. ibi ille error non ſine miniſterio euenit, quoniam Iacob melior erat: ad idem facit text. 1. *Paralipomenon 26.* vbi Eſau filium ſuum Sichi iuniorem prætulit fratribus ſuis natu maioribus, quia valentior cæteris erat, & hoc idem fecit Roboam Rex, præfecit enim Abiam filium iuniorem Ducem ſuper omnes fratres ſuos, quia ſapientior, & potentior erat: ideo ipſum Regem facere cogitabat, vt patet 2. *Paralipomenon capit. 11. & 3. Regum capitu. 15.* ad idem facit quod ſcribitur 1. *Machab. cap. 2. in fin. & 2. Paralipomenon cap. 5.* † 26
& iſta electio dignioris videtur nobis impoſita à domino iure præcepti, vt patet *Leuit. 8. cap.* dicit enim Dominus ad Moyſem, *[Congrega omnem cœtum ad oſtium tabernaculi in electione Aaron, & filiorum eius]* vt ſciant omnes, † quod qui præſtantior ex om- 27
ni populo, doctior, ſanctior, & eminentior, ille eligatur ad ſacerdotium: & ibi Origenes in gloſſ. dicit, quod qui aliis modis eligunt debent timere Dei iudicium, & ſibi imputare damna, & perditionem animarum, & ruinam Eccleſiæ, quæ deſtituitur in inſtitutione mali prælati. Nam plus peccant qui eligunt indignum, quam qui eligunt contra formam electionis, Bald. *in cap. auditis. circa fin. de elect.* Imò plus quam homicidæ: vt dixi *ſupra in cap. 1.* allegando Imol. *in cap. cum noſtris. de conceſſ. præbend.* & Dec. *in cap. cum in cunctis. de elect.* & indignus taliter promotus meretur decapitari, vt dicit gloſſ. *in l. qui cum vno. ff. de re mil.* quā ſequitur bonus Bixien. *in tracta. nobilitatis. in 2. parte, num. 154.* & ideo diuus Gregorius *in 4. Dialogorum*, narrat † de Paſchaſio 28
Diacono Romanę Eccleſię, qui licet alias vir clarus fuiſſet miraculis, vt quia ad eius pheretri tactum dæmoniacus quidā ſanatus fuerit, nihilominus anima torquebatur in termis, qui interrogatus à quodam ſancto Epiſcopo quare torqueretur, reſpondit, quia in contentione ſchiſmatica tenuerat partes Laurentij contra Symachum, qui dignior erat ad Pontificatum: & hoc dictum ſancti Gregorij commendat Monopolitanus *in libro peregrinarum quæſtionum, cap. 3. 1. Decadis. quæſt. 2.* & Ioannes Valenſis, *in communiloquio. parte 4. diſtinct. 3. capit. 4.* accedant ad iſta quæ dicit Auguſt. *de ciuitate Dei. lib. 15. capit. 20.* dum dicit, quod ante diluuium primogenitus nō ſuccedebat in regno, ſed ille ex filiis eligebatur, qui erat magis virtuoſus, & qui magis

magis deligebatur à patre:& plura etiam dicit Archiepiſc. Flo-
ren. *in 4. parte ſummæ, titu. 9 cap. 3.* Patet igitur ex dictis ſacræ ſcri-
29 pturæ, † quod qui dimiſſo digniori minus dignum alias bo-
num eligit, peccat mortaliter, ſecundùm Albertum magnum,
& hoc etiam ex Gentilium authoritatibus confirmatur. Nam
30 vt ſcribit Quintus Curtius de geſtis Alex. li. 10. Cùm Alexan-
der vltimum vitæ ſuæ terminum inſtare cerneret, annulum
ſuum Perdicę tradidit: interrogatus deinde cui relinqueret re-
gnum, reſpondit, ei qui eſſet optimus, & quaſi idem de Socra-
te Platina refert *in dialogo de vera nobilitate*, & ita parentes in-
31 ſtruit Plutarchus, *in lib. de liber. educan.* † vt filiis optimos præce-
ptores relinquant, & alia plura ad idem propoſitum congere-
rem, niſi iam iſta ſufficerent ad probandam iſtam concluſio-
nem, quam & Felin. *in cap. cum adeo, & cap. ſi quando, de præſcript.*
poſt Bald. *in l. id quod. colum. 19. C. de epiſc. & cler.* & Ancharan. *in
clemen. 1. in fin. de ætate & qualitate.* ſequuntur cum concord. non
parum multis, quæ curioſus inueniet. Non obſtat fundamen-
tum Moder. hic, quia reſpondetur, vt ſuperius dictum fuit: vi-
32 delicet † quod non omne quod licitum eſt in foro canonico
contentioſo, licitum eſt in foro conſcientiæ, vt per Anton. de
Butr. *in d. cap. inquiſitioni.* & eſt text. *in capit. tua nos. de ſponſ.* & ſe-
quuntur nouiſſimi *in dicto cap. conſtitutus*, quia Eccleſia duplici
foro regitur, nec illico illud admittendum eſt, hoc eſt licitum
in foro Eccleſiæ, ergo conſcientiæ, vt not. Præpoſi. *in c. tua, per
illum text. in 2. colum. de ſponſ.* quia forus Eccleſiæ in ſpecie, & fo-
rus conſcientiæ differunt, vt per eum, & hoc ſuadetur ex tribus
vltra ipſos. Primo per text. *in capitu. in litteris. de reſtitutio. ſpoliat.*
vbi de iure canonico prædo debet reſtitui: & tamen dicit ibi
Abb. *in vltimo not.* quod illud non ſapit æquitatem, ſed eſt de
rigore iuris ciuilis, *vt in l. 1. §. ſi à me. & l. ſi colonus. ff. de vi & vi ar-
ma.* ſic ergo non eſt inconueniens quòd ius canonicum in fo-
ro contentioſo non ſequatur æquitatem fori conſcientiæ, vt
patet in omnibus canonibus iudicialibus qui directè non ten-
dunt ad ſalutem animæ, ſed ad bonum publicum. Secundo
pro iſta parte eſt text. *in cap. requiſiuit, extra de ſponſal.* vbi ius ca-
nonicum permittit peccatum, vt ibi not. Abb. vt euitetur ma-
33 ius malum. † Sed poteſt dici quòd ibi non permittitur pecca-
tum, cùm lex illo caſu videatur diſpẽſare, quo caſu illud quod
illicitum erat per diſpenſationem licitum redditur, vt dicit Io-
annes Andr. *in cap. non magno. ne cler. vel monach.* quem refert, &
ſequitur Præpoſi. Mediol. *in cap. quod ait. 14. diſtinct.* dictum ta-
men in ſe verum eſt in perplexis, quod permittitur minus ma-
lum propter maius euitandum, *vt in cap. duo ſunt. 13. diſtinct.* Sed
illud procedit in malo, quia prohibitum, ſecus autem in pro-
hibito, quia malum: nam in tali permiſſio non valeret: vt not.
gloſſ. *in cap. ex parte. el 1. de offic. delega.* & ita declaratur etiam tex.
in capit. ſacris. quod met. cauſ. & tamen *in dict. capit. requiſiuit*, illud
permittitur. Tertio pro prædicta opin. facit quod habetur per
gloſſ. communiter approbatam *in cap. Abbate ſanè. infra de re iud.*
34 vbi dicitur, † quod Publiciana cõpetit de iure canonico, & ta-
mẽ nemini eſt dubium quod in ea verſatur mala fides tempo-
re quo quis agit, vt concludit Iaſ. poſt alios, quos refert *in §. ſed
iſte. nu. 85. Inſtit. de actio.* ad idem eſt text. *in c. 1. de præſcript.* vbi per-
mittitur præſcriptio rerum Eccleſiæ cum mala fide. Ex quibus
omnibus apparet manifeſtè, quod ius canonicum non ſemper
principaliter attendit vtilitatẽ animæ, ergo reg. text. noſtri de-
bet limitari & reſtringi quod procedat in foro canonico con-
ſcientiæ, ſecus eſt in foro canonico cõtentioſo, quia in illo fo-
ro aliquãdo attenditur principaliter bonum publicum, & ſe-
cundario vtilitas animę, & ſic neceſſario non aſtringit nos reg.
iſtius text. in illo foro: & ex hoc ego infero quod ratio Abb. *in
c. fin. de conſuet.* non eſt bona, vbi per rationem iſtius regulæ di-
cit, quod clerici non poſſunt ſtatuta facere contra ius canoni-
cum: licet laici poſſint ſtatuere contra ius ciuile: de quo latius
dicã inferius *in §. ſtatuto.* Sed iuxta prædicta pro maiori decla-
ratione eſt vlterius aduertendum, quia videtur quod tota iſta
materia ſubiecti vtriuſque iuris, quã Doctores vbilibet diſtin-
guunt vſq; ad integros tractatus, ſit omnino ſuperuacua, ſi re-
gulas iuris approbatas obſeruare voluerimus. Nã illud in pri-
35 mis expeditum † eſt apud iuriſperitos, quòd quando lex ciuilis
eſt iuſta in foro fori, vtiq; erit iuſta in foro poli, id eſt, cõſciẽtię:
iſtam regulam ponit Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, per gloſſ. ibi. de
conſtitut.* & idem dicit Bald. *in c. in omni negotio. de teſtib.* vbi plus
dicit, quod ſi aliter diceremus, omnis legũ forma, & eius ſub-
tilitates ducerent nos ad inferos, & ſcientia iuris ciuilis eſſet

magis damnata quam maleficiorum, & hoc idem not. Bald. *in
l. vnica. in 3. colum. C. de confeſſ. & in authent. ingreſſi. in 8. colum. C. de
ſacroſanct. eccleſ.* & ſecundùm iſtam regulam arguit Aret. *in con-
ſil. 47.* Reuocatur in dubium. *in 1. colum* & latè Modern. repe-
tentes *in cap. 1. colum. 1. & 5. de pact. & in tracta. de fin. vtriuſque iur.
colum. 15. cum concordan.* vt per Iaſon. *in l. ſi poſt diuiſionem, in penul-
tim. colum. C. de iuris & fact. ignor. & in l. nemo poteſt, in 2. lectu. in 18.
colum. verſicu. ſimiliter. de leg. 1.* vbi dicit ſe ſecundùm iſtam regu-
lam conſuluiſſe, & ita etiam conſuluit Bald. *conſilio 285. in 3. vo-
lum.* & iſta eſt communis opinio. vt atteſtatur Iaſon *in dict. l. ne-
mo poteſt.* Et hinc eſt, quod leges ciuiles animam cuicunque rei
prætulerunt, *vt in l. ſancimus. C. de Epiſcopis & cleric.* nam vt dicit
text. *in §. ſi verò liberi. in fin. in Authent. vt cùm de appellat. cognoſ. &
in capitu. omnes. 47. diſtinct.* † ſi pro cauſſis temporalibus cogita- 36
mus, quanto magis pro animarum ſalute prouidentia eſt no-
ſtræ ſolicitudines adhibenda? faciunt ea quæ dico *in capitu. ſta-
tuto, infra eodem.* Ecce igitur quòd leges ciuiles magis atten-
dunt bonum animæ, quam rerum corporalium commoda,
pro qua etiam voluerunt non minus hominem debere eſſe ſo-
licitum, & memorem, quam pro caducis & rebus iſtis tranſeũ-
tibus, *vt in l. fin. C. ad leg. Iul. repet.* tenet Iaſon *in l. 1. in 12. colum. ff.
de offic. eius.* Rochus Curtius *in tracta. iur. patr. in verſicu. competens.
quæſtio. 25. in 3. colum.* Si igitur iſta regula eſt vera, ergo finis v-
triuſque iuris non differt reſpectu animę, vt multipliciter pro-
bat Iaſon vbi ſupra, & Modern. *in tractat. primogeniture. fol. 90.
in 3. columna.* Nam ita ſibi ad inuicem iſtæ duæ ſcientiæ coniun-
guntur, & ſuffragantur, quod not. dicit Bald. *in capitu. cum cau-
ſa in 2. colum de probat.* † quod ſicut ex Philoſophia, & Medi- 37
cina fit perfectus Medicus, ita ſciens ius canonicum & ciuile
efficitur perfectus Legiſta, & niſi iuriſta ſciat canones non gu-
ſtabit hanc dulcedinem, nec poteſt practicam legum & iudi-
ciorum perfectè cognoſcere, & iſti ſunt ſecundùm eundem
Bald. *in proœm. Decretalium*, qui dulcedinem ſcientiæ guſtant:
immo ipſe idem de ſe ibi gloriatur traxiſſe ſcientiam noſtram
ad naturalem intellectum. Cuius verba commendant Mo-
dern. Hiſpani in repet. *capitu. per veſtras folio 1. in 3 colum. de dona-
tio. inter virum & vxorem.* & hoc dictum Bald. videtur duriſſi-
mum imperitis deteſtantibus ſacros canones, vt dicit Andreas
Sicul. *in Rubric. de teſtament. 1. colum.* & ſecundum hoc verifica-
tur illud vulgare verbum Roma. *not. 654 incipien. habens funem.*
videlicet quod [*Canoniſta ſenza legge vale niente: ma Legiſta ſen-
za capitoli vale poco.*] Quod dictum ita vulgare ſequitur Ioan.
Rogerij *in capit. 1. in primo not. de cauſſ poſſ. & pro.* & Ioan. Igneus
in diſput. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. columna 4. & id-
eo Ioann. Fabri. *in §. item precium. de emptio. & venditio.* inuehit
contra puros Legiſtas, qui nihil ſciunt de libris Poëtarum, &
Philoſophorum, nec de moralibus, quod eſt deterius, cùm
moralitas, quæ in canonibus conſiſtit ſit ſumma ſummarum
in regimine mundi, vt dicit Bald. *in conſilio 276. Rex Romano-
rum. columna ſecunda libro 3.* & ita etiam Felin. *in capit. Eccleſia ſan-
cta Maria, in 22. colum.* arguit & reprehendit puros canoniſtas,
qui putant omnia poſſe decidi inter clericos ſolis canonibus
immo quod fortius eſt per ſolam bibliam regi non poſſet Ec-
cleſia ſancta Dei, vt dicit Hoſtienſ. *in ſumma, de pœnit. & remiſſ.
§. cui confitendum. colum. nona verſi. tertio.* & contrarium eſſet pręſ-
ſumptuoſum aſſerere, ſecundum Pauinum *in tractat. de viſita.
folio 72.* & contra plures Legiſtas ſchandeſcit Andr. Sicul. *in ca-
pit. 1. in 2. colum. num. 5. de poſtulat prælat.* qui volunt repetere ali-
quas Decretales cum ignorent earum rubricas, ex quibus et-
iam poteſt inferri ad illud dictum Bald. *in l. fin. in princ. C. com-
mun. de leg.* & ad alia plura, quæ Barbat. ponit *in Rubr.* Vide igi-
tur ex iſtis, † quod ius ciuile & canonicũ paribus paſſibus am- 38
bulant. Nam qui peccat lege permittente pœnam non mere-
tur, *cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. & l. Gracchus. C. de adult.* & ſic vtrun-
que ius concordat in fin. Et quod ius ciuile dicatur ſcientia di-
uina vltra text. *in §. iuriſprudentia. Inſti. de iure nat.* hoc tenet Bar.
in trac. teſtimoniorum. fol. 5. in ver. ſiue e prudentia eſt. &c. & Moder.
Bon. *in tract. extenſio, colum. 9. & in ſupplemento Pi anella. in ver. dex.
ver. 7.* & frater Baptiſta Salis *in ſumma, quam appellat baptiſtinam.
in eod. ver. fol. 2.* vbi concludit, quod reſpectu finis ius canoni-
cum non diſtinguitur à ciuili, & econtra tenet Aret. *in cap. qua-
liter, el 2 in 2. not. de accuſ.* cum concord. non parum multis, quę
congerunt Modern. Aſten. *in tracta. nuptia. fol. 131. in 2. colum.* &
ideo Pelagius Papa ſcribens Childeberto Regi ſe legibus ſub-
ditum profitetur, *cap. ſatagendum. 25. quæſt. 1.* cum concord. vbi

ſcribit Lucas de Penna in l. fin. C. de inco. lib. 10. colum. fin. ſequitur Modern. Hiſpanus in repet. c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor.
39 fol. 89. in 2. col. † Et ideo pro reſolutione iſtorum dictorum, poteſt ita dici, quòd in lege humana poteſt cōſiderari duplex iuſtitia, vna ciuilis, alia naturalis: reſpectu primę reperitur varietas in vtroque iure, tam reſpectu cauſſæ efficientis, quam finalis efficientis: quia ius canonicum eſt maioris dignitatis ratione condentis, qui eſt vicarius Ieſu Chriſti: & iſta ratione ius ciuile poſtponitur: vt in c. ſolitæ. de maior. & obed. & ratione finis etiam reperitur diſcrepantia: quia ius ciuile punit corporaliter, & ſequitur rigorem. Ius verò canonicum æquitatem: vt patet in c. inter hæc. 33. quæſt. 2. & in c. quamuis. de pœn. libr. 6. & ſecundùm iſtam iuſtitiam variatur ſubiectum vtriuſque iuris. Nec obſtat illa regula, qui peccat, de qua in l. Gracchus. quia illa intelligitur de peccato quo ad forum temporale, ſecus quo ad forum conſcientiæ: vt in d. cap. inter hæc. & tenet Abb. & Modern. in capit. ſi verò el 1. in vltima gloſſ. de ſentent. excommunic. ſed ſecundùm naturalem iuſtitiam concordat vtrunque ius, vt in §. iuris præcepta. Inſtitut. de iuſtit. & iur. & ita fœdere diſtinctio. poſſunt prædicta concordari. Poteris etiam aliam concordiam in genere colligere ex dictis Hiſpani noſtri in tractat. de vltimo fine iuris canonici & ciuilis. Sed quia iſta ipſe non ſcribit, nolui ſua hic inſerere, cùm cuique videndi pateat locus. Non tamen omitto, quòd Angel. de Claua. in ſumma ſua. in ver. lex. verſ. quarto. enumerat vndecim caſus in quibus ius canonicum & ciuile diſcordant à prædicto fine, in quibus etiam quis non obligatur in foro conſcientiæ, vt ibi latè per eum. Et per iſta ſumus expediti de pri-
40 mo notabili. † Nota ſecundò ſecundùm Domin. hic, quod quandoque ſtatuta continent promulgationem ſententiæ, vt hic: & in clemen. 1. quæ cum iſto text. concord. de priuileg. & tunc non eſt neceſſaria ſuper illa plena hominis ſententia diſpoſitiua, ſed ſufficit declaratiua: vt in cap. cùm ſecundum. infra, de hæret. ſecus vero quando diſponunt ſententiam proferendam: quia tunc bene requiritur plena ſententia hominis diſpoſitiua: vt colligitur ex not. per Innocent. in capit. cum noſtris. de conceſſ. præben. Sed circa hoc conſiderandum eſt, quia non videtur iſtud dictum Domin. verum in terminis iſtius text. qui de pœna excommunicationis loquitur impoſita ipſo iure, quæ ſpecialem in ſe continet rationem, vt dicit Felin. in cap. cum contingat. in 2. colum. de for. compet. & in tali pœna vel ſimili; quæ ſecum executionem trahit, non requiritur ſententia declaratoria: prout putat hic Domin. quia diſpoſitio dicto capitu. cum ſecundum. non procedit tali caſu, prout declarat Abb. in capit. cum non ab homine. in penult. colum. de iudic. & alij plures, quos ad iſtud propoſitum Dec. adducit in conſil. 145. Quæritur in effectu. in 3. colum. lib. 1. & hoc idem ante ipſum firmat Præpoſi. in cap. ex ratione. in 4. col. de appell. cum multis concord. vt per Felinum in capit. præterea. in 1. colum. de ſponſal. verſicu. vt quod dictum eſt. & hoc idem Domin. ſequitur ſibi contrarius in capitul. fœlicis. infra, de pœnis. quem Felin. refert in dict. cap. præterea. Cùm igitur ſententia excommunicationis de qua text. hic loquitur, trahat ſecum executionem, prout eſt text. in capit. paſtoralis. de appellatio. & facit text. in capit. cum non ab homine. in princip. de ſentent. excommunica. patet quod non requiritur ſententia declaratoria, prout dicit hic Domin. & alij: dictum tamen ſuum extra iſtum caſum rectè procedit, prout declarat Alexand. & Modern. in l. ſi cui bonis. de verborum obligatio. & prius Angel. in Authent. de inceſt. nupt. in princip. numer. 4. & Dec. in conſil. 71. Viſo decreto. in 1. column. in 2. parte. & conſil. 1. in 3. colum. in 3. parte nouiter impreſſa. poſt Bartol. in l. Imperator. vbi etiam Alexan. ff. de iur. fiſc. cum pluri. concord. quæ congerunt Modern. Bonon. in rubric. ff. ad legem Cor. de fal. in 4. colum. per totum. Et iſta omnia dubitationem non habent in ſententia quæ ipſo iure à lege infligitur, ſecus quando pœna ſententiam hominis requirit, quia illa debet fieri diſpoſitiuè cum plena cauſæ cognitione: vt hic permittitur: & tali
41 caſu vtilis cautela eſt, † quod ſi quis timet priuari beneficiis propter delictum, & lex dicat ſententiam proferendam, quod antequam ſententia proferatur, renunciat in fauorem alicuius amici ſui à quo poſtea poſſit eadem beneficia iterum conſequi: & docet Abb. in capitul. tanta. in 2. not. de exceſſ. prælat. & in capitu. licet Hely. in gloſſ. ſuper verbo, infamis, de ſimon. Bartol. in l. iuſiurandum. la 2. §. fin. ff. de iureiuran. cum ſimilib. Et iſta de plano procedunt quando ſententia eſt proferenda, ſecus autem quando ſententia per ſtatutum profertur: quia tunc talis renunciatio non valeret, cùm iam ſint affecta bona, ſiue beneficium, ſuper quibus non requiritur alia priuatio, ſed ſolum declaratio priuationis: vt dicit hic Domin. & declarat not. Felin. in capitulo in noſtra. in 37. correllario, in 2. columna de reſcript. Sed vlterius cogitanti videtur modo quod iſte text. inductus, prout Domin. hic, & Felin. inducunt, nullo pacto probat opinio. prædictam, quia vt dicit gloſſ. hic in verſic. ſtatuta. iſte text. non loquitur de ſtatuto iuris communis, ſed de particulari ordinatione Epiſcopi: tunc ſic, aut illa ſententia excommunicationis Epiſcopi, de qua loquitur iſte text. fuit lata ſub conditione contra tale quid facientes, aut ſimpliciter. primo caſu ferri non poteſt ab Epiſcopo, per text. in cap. Romana. §. caueant. infra, de ſentent. excommunicat. vt tenet hic gloſſ. in verſicu. commiſerint. Secundo caſu ſententia ferri poteſt, & ita præſumendum eſt quod hic talis ſententia fuerit ſimpliciter lata. Si igitur ita
eſt, reſultat modo vna regula communiter approbata, † quod 42
promulgatio excommunicationis ſimpliciter facta non inducit canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ: de hoc eſt gloſſ. nota. in cap. ſicut. el 2. in verſicu. anathematis. de ſimon. & in cap. vnico. de ſagitta. & in cap. cùm eſſet. de teſtament. tenet Abb. in capit. relatum. de iure patron. cum multis concord. quos ſcribit Modern. quidam curioſus in alphabeto iuris, in verbo, verbum ſilex, & cap. circa fin. Cùm igitur in iſto text. fuerit tali modo in ſtatuto promulgata excommunicatio, requirit miniſterium hominis diſpoſitiuū, iſtud tamen non procedit in ſententia lata à iure communi: & ita procedat regul. & limitatio ſupra dicta. Secundò limitatur, niſi Papa reſcriberet, quod de beneficio Titij vacaturo per priuationem prouideretur Sempronio, quia tunc iſto caſu, licet non ſit lata ſententia, quæ ad priuationem requirebatur, tamen renunciatio impeditur, niſi in caſu quo ille Titius mandatum Papæ ignoraret. ita ſingul. conſuluit Anton. de Butri. in conſil. 43. incipient. In Chriſti nomine, &c. aggreditur: & aliæ ſunt differentiæ quando ſententia profertur à ſtatuto, vel quando decernitur proferenda ab homine: vt proſequitur hic Peruſin. in 1. not. & vltra ipſum illa differentia eſt magis ſignanda, quam late tradit Felin. poſt Abb. & alios in capit. paſto-
ralis. §. præterea. de offic. ordinat. videlicet, † quia à ſententia ex- 43
communicationis lata à ſtatuto, de qua hic dicitur, poteſt quilibet alius quam proferens ab ea ſententia abſoluere, capitu. ex frequenti. vbi Abb. in vltim. not. de inſtitut. ſecus verò in ſententia lata ab homine: quia alius quam ipſe idem proferens non poteſt abſoluere. gloſſ. in clemen. 1. in verbo à canone. de priuileg. quod etiam commendat idem Felin. in capitul. prudentiam, §. ſi vero, de offic. delegat. quod limita & amplia, vt per eundem in dict. §. præterea. & alia differentia poteſt colligi ex his quæ dicit Abb. in
capit. irrefragabili. in 5. colum. de offic. ordin. dum allegat. text. hic. † 44
Nota tertiò, quod ignorantia excuſat quem à pœna legis municipalis, vt hic. ratio eſt: quia ſtatuta conſiſtunt in facto, vt in capitu. 1. ſupra eodem. & facta poſſunt probabiliter ignorari, vt ibi: & in l. error. ff. de iur. & fact. ignorant. & ideo talis ignorantia excuſat, vt hic: & ita tenet Alexand. in conſil. 165. Dubitatur. column. fina. in 6. volum. † Sed aduerte, quia iſta ratio morderi po-
teſt ex eo: quia illa attenta ſequeretur quod etiam poſt lapſum 45
duorum menſium poſſit quis ſtatutum ignorare: talis tamen ignorantia non præſumitur, ſed ſcientia ex quo factum eſt publicè notum, capitulo quod dicitis. 16. diſtinctio. quæ omnia ante duos menſes publicationis non conſiderantur: vt hic. Et hoc de plano procedit in ſtatuto, ſecus autem in pœna legis communis, vt l. 1. ff. de legi. & gloſſ. hic in verſic. ſtatuta. & intellige hoc notabile ſecundùm quod ibi declarat Domin. poſt Innocent. in capitulo dudum. de conuerſ. coniuga. Et quod dictum eſt de lege communi, procedit, niſi ignorantia ſit abſq; culpa, l. metrodorum. ff. de pœn. glo. in l. 1. ff. de recepta. cum ſimilibus. & tali caſu ignorantia præſumitur, niſi probetur, l. verius. ff. de probat. Et hoc etiam in beneficialibus habet locum, vt Abb. concludit in capitulo ſuper literis, de reſcript. & ibi Dec. in 3. colum. & idem Decius in capitulo cum in cunctis, §. clerici. de elect. Sed an hoc procedat etiam eo caſu quo quis incidit in crimen damnatum, dicam infra in gloſſ. in verb. ignorentes. interim tamen vos faciatis regulam ex iſto text. quod ignorantia excuſat quem à pœna legis, concord. bonus text. in l. apud Labeonem. §. ſi quis virgines, ff. de iniur. † vbi attentans virginem credens eam meretricem non tenetur
pœna iniuriarum: quia ignorabat: & per hoc eſt dictum Abb. 46
in c. ſi vero. el 2. de ſenten. excomm. dum alleg. text. hic dicens, quod ſi quis credens percutere Martinum laicum percutit clericum, dicit quod propter errorem qualitatis excuſatur ab excōmunicatio-

nicatione.facit text.in c.ſi iudex.eo.tit.lib.6. Sed iſtud dictum nõ
videtur verum ex eo : quia in malefactis ignorantia non præ-
ſumitur,l.1.C.de ſicar.& c.1.de præſum.& ideo ſciẽtia præſumitur,
arg.text.& quod ibi not.Bart.in l.ſi ventri.ff.de priuileg.credit. Ta-
men ſaluari poteſt Abb. ratione excommunicationis : prædi-
cta verò procedunt ratione pœnæ corporalis quam talis non
euitat: & ad hoc habes meliorem text. qui poſſet ad hoc alleg.
in l.generali.C.de tabul.li.11.ibi,conſenſum volumus,non ignorantiam
47 obligare,&c.facit cap.inter alia.de ſentent.excommun. † vbi ius pu-
niens participantem cum excommunicato non habet locum
in ignorante. Et pro ornatu iſtius regulæ in practica adde ali-
quas notabiles deciſiones vltra alios. Primo per iſtam regulã
dicit ſingulariter Bartol. in l.fin.§.item quæſiuit.per illum text.ff.de
condit.indebi.quod ſi mulier,ruſticus, vel minor, renunciant in
contractu condictioni indebit. & condictioni ſine cauſſa, vel
omni alio iuris auxilio , talis renunciatio non præiudicat tali-
48 bus quo minus indebitum ſolutum poſſint repetere : † ratio
eſt , quia cum communiter iſtæ perſonæ ſint ignorantes, non
ligantur ex illis clericis quas non intelligunt:ita ibi Bart.quem
poſt longam diſceptationem ſequitur ibi poſt alios Iaſ. & Ioã.
in repet.cap.cum contingat.in 123.colum.de iureiuran.cum ſexcentis
aliis concord. congeſtis per Modern. Bononien. in ſingul.ſuis,
not.18.incipient. Quotidie fiunt, &c. Sed conſidera quod iſtud di-
ctum Bart.non videtur verum ex eo, quod mulier, & ruſticus,
& ſimiles perſonæ ab ignorantia iuris communis nõ excuſan-
tur,niſi in caſibus expreſſis: vt concludit Iaſon in l.ſi certis annis.
in 3.colum.C.de pactis.& in l.ſi quis id quod,ff.de iuriſd.omn.iudi. & in
l.venia.C.de in ius vocan.& caſus iſte de quo Bartol. loquitur ex-
49 preſſe non repetitur exceptus à iure,† ergo ſtandum erit regu-
læ,quæ habet, ignorantiam iuris non excuſare , maximè cum
prædictæ perſonæ à peritioribus certificari debuerunt de illis
clauſulis iuris communis: vt in c.innotuit,de elect. Nam ſicut ſci-
unt ire ad ſyluam pro lignis, & ad Eccleſiam pro indulgentiis,
ita debent peritos conſulere : vt inquit Bald. in l.iuris.C.qui ad-
mit. & hoc maximè procedit quando agitur de rigore iuris cõ-
ſeruando, vt in caſu iſto: quia tunc nullus excuſatur : vt Socin.
concludit in regul.433.in vlti.fallen.poſt Bald & alios in d.l.iuris.
& in ruſtico ſunt gloſſ.expreſſę in cap.ignorantia.38.diſtinct.& in
§ eſt ignorantia.1.quæſt.4.ſequitur Barbat.in c.ſuper litteris,colum.
8.de reſcript. Tamen ab opin. Bart. quæ communis eſt, non eſt,
recedendum,quam ſequitur Alexand.in conſil.41. Super præ-
miſſo.in 5.colum.lib.1.cum concord.vt per Decium in conſil.180.
Viſa renunciatione.in 3.colum.in 1.parte:tamen vt tales perſonæ
obligentur, habes cautelam , quam ibi ponit Bartol. vbi poſt
eum latiſſimè dixi,& refero in voce, quibus adde Abb.in c.fin.
in 3.colum.de ſolut.dum alleg. text. hic, & de illa cautela memi-
nit Alex.conſil.14.num.19. in 6.volum. & pro iſta deciſione opti-
mè facit quod dicit Bal.in l.1.C.de error.aduo.quod ſi aduocatus
alicuius loquitur coram iudice latinè , & clientulus eſt idiota,
& ignarus litterarum quod talia dicta aduocati etiam prolata
præſente,& audiente clientulo illi non præiudicarent propter
eius ignorantiam, cum ille qui non intelligit , non dicatur eſſe
præſens,l.coram.ff.de verb.ſign. & facit pro hoc dictum eiuſdem
Bald.in l.2.eo.tit. & iſta omnia bene procedunt in pœna de qua
ſtatutum loquitur, ſecus tamen eſt reſpectus ſolennitatis con-
tractus inductæ ex ſtatuto : quia tali caſu etiam aduenæ, & pe-
regrini illa ſeruare tenentur, & de illa debent inquirere , licet
ſtatutum quo ad pœnam illos non liget:vt dicit not. Felin.in c.
1.in 12.colum.de ſponſal. Secundò per iſtam regulam dicit Bartol.
50 in l.cum filiusfamilias.§.in hac.ff.de verb.oblig.† quod emphyteuta
non ſoluens canonem per biennium,non cadit à iure ſuo ſi ig-
norauit talem rem eſſe emphyteuticam:& ita tenet Dyn. in re-
gula, cùm quis ſuccedit, infra de regul.iur. & Angel. Aretin.Inſtitut.
quib.dare tutor.poſſ.in princip.cum ſimilibus. vt per Philippum De-
cium in l.qui in alterius.ff.de reg. iur. Nam vbi eſt ignorantia, non
eſt delictum,neque contumacia:vt dicit Abbas per iſtum text.
in c.paſtoralis.in 10.col. de appella. Tertio pro iſta regula,facit no-
tabile dictum Card.in clem.1.q.38.de priuileg.vbi dicit, quòd di-
ſpoſitio illius clemen.puniens præſumentem, &c.nõ ligat ho-
minem ſimplicem cõuenientem illi diſpoſitioni ſine dolo,vel
præſumptione,quia ceſſat finis quem lex conſiderauit,& dicit
ſe ita conſuluiſſe , quod dictum multum commendat, & dicit
ſe alibi non legiſſe Felin.in cap.quoniam contra. in 5.colum. in vlti.
not.de probatio.& hoc idem tenet Calder.in conſil. 4.in titu.de ſen-
tent.excommun.Quarto pro iſta parte facit dictum Alexan.poſt

Bald.& alios, quos refert in l.fin.C.de dolo. vbi dicit, quod ſi ſta-
tutum imponit pœnam poteſtati non inquirenti de crimine in
certum tempus, quod intelligitur talis pœna eſſe impoſita ſci-
enti,ſecus ignoranti, quamuis circa hoc ſint variæ opin. vt pa-
tet per Roman in repet.l.ſi vero.§.de viro.in l. & 51.fallen. ff.ſolut.
matrim.ſed prima opin. videtur verior, pro qua facit quod di-
cit Abb.declarando iſtum text. in capit.cum ſit. in fin.extra de ap-
pella.dum vult quod pœna imponitur ratione contemptus,ſed
ille qui ignorat non contemnit, ideo non punitur, vt hic, nec
tali caſu requiritur abſolutio , vt notabiliter dicit Egid. deciſio.
541.incipien.ignorant. Quinto pro iſta parte facit optimus text.
in c.ex tenore,qui filij ſint legit. vbi eſt text.† quod ſi quis ignoran-
ter acceperit vxorem alterius in coniugem: & inde nati ſunt fi- 51
lij, tales filij propter illam ignorantiam dicentur legitimi , &
ſuccedent parentibus,& ita tenet Bald.licèt illum tex.non al-
leg.in l.qui contra.in vltim colum.C.de inceſt.nuptijs Sexto facit di-
ctum Abbatis in Rubrica de ſchiſmat. in fine. vbi dicit, quod licet
ille qui gerit ſe pro Papa , & ſibi adhærentes ſint excommuni-
cati, fallit tamen, niſi eſſet probabilis ignorantia, vt ibi latius
per eum.Septimo per text.hic,facit dictum Bald. in l.falſam.C.
ſi ex fal.inſtrumen.vbi dicit, quod licet minor læſus debeat intra
quadrimeſtre petere reſtitutionem in integrum,cap.1.de reſtitu.
in integrum, infra eodem lib. Tamen illud fallit, niſi ignoret ſe fu-
iſſe læſum, quia tunc etiam ſi per centum annos ſteriſſet , ſem-
per poteſt eam petere , & iſtud dictum Bald.dicit ſingulariſſi-
mum Iaſon in §.rurſus.colum.15.num.82.Inſtitut. de actio. & latius
commendat Ioan.Bald. in tracta.præſcript folio 62.in 2.colum. &
Alexand.in conſil.52.in 4.volum.cum ſimil. quæ circa iſtam mate-
riam adduci poſſent, quæ breuitatis gratia omittam, quæ po-
teris videre in dicto §.rurſus. vbi latè dico. † Octauo per iſtum
text.dicit Abb.in cap.ſchiſmaticus, in 4. colum.de reſcript. quod ra- 52
tione ignorantiæ toleratur ſententia lata à non capace , quod
eſt verum quando illa ignorantia erat probabilis , vt hic, ſecus
ſi craſſa vel ſupina. † Nono per illam regulam cõſuluit notab.
Decius in conſil.1.in 3.parte nouiter impreſſa,quod interficiens ban- 53
nitum liberatum à banno & habentem literas ſaluicõductus,
excuſatur propter ignorantiam quæ in dubio præſumitur , vt
ibi latius per eum. Limitantur tamẽ omnia prædicta per iſtum
textum.niſi ignorantia craſſa fuerit aut ſupina,tunc enim talis
ignorantia habet vim ſcientiæ, cap.1.de poſtul.prælat. cum ſimil. vt
per Roman.conſil.340.Circa primum.in fin.& Alexan.in con-
ſil.65. Quoniam omne datum. columna penult. in 6.volum.
quod errore eſt repetitum in conſil.119. eodem volum. † & di-
citur ignorantia craſſa à quadam ſimilitudine pinguedinis, ſe- 54
cundum Bald.in cap.ab excommunicato. de reſcript. Nam homi-
nes pingues parum vident ſecundum eũ,& pro ipſo facit bene
text.in c.ne tales.de conſecrat.diſtinct.5. & dicitur ſupina ad ſimili-
tudinem,quia homo ſupinus non videt ſeipſum : ita Bald. ibi,
& ſequitur Andreas Sicul.in 14.colum.num.71. Et per hoc dicit
Abb.in cap.olim.in 10.colum.de reſtitut.ſpolia.quod ſi quis pro re-
cuperatione rerum ſuarum expellendo aliquem clericum oc-
cidat vel mutilet, ex quo illud non eſt licitum, incurrit irregu-
laritatem,cap.ſuſcepimus,extra de homi.& fortè ſecundum ipſum
excommunicationem , cum modum exceſſerit in alium acri-
ter ſeuiendo. Tamen ſi talis percutiens modum exceſſit igno-
ranter,tunc non eſt excommunicatus, cum excommunicatio
requirat dolum,capitu.ſi quis ſuadente.17.quæſt.4. qui ceſſat data
ignorantia, quod eſt verum , dicit Abb. niſi ignorantia fuerit
craſſa vel ſupina,vt ibi per eum,& facit etiam dictum Abb.in c.
fin.circa fin.de iurepat. dum vult, quod tempus ad conferendum
non currit Epiſcopo ignoranti,niſi fuerit ſupina ignorãtia, per
text.hic,& quod generaliter iſto caſu dicatur craſſa vel ſupina
ignorantia,colligitur ex verbis Abb.in c.ſicut, in 4.col.ne cleri.vel
mona.dum alleg.text.hic, & dixi ſupra. † Notandum tamen 55
eſt, quod ſtatutum diſponens , quod ignorantia non poſſit al-
legari,intelligitur de craſſa vel ſupina,non de iuſta,vt dicit Sa-
licet.in l.ſenatus.C.de his qui ſi.aſcri.alleg.text.in d.l.diuus, ſed pri-
ma opin.eſt verior,quam tradunt Doctor.in cap ex parte.per il-
lum textũm. de offic.delegat. & quod dictum eſt de ignorantia
craſſa, idem eſt affectata, quæ æquiparatur ſcientiæ : vt hic di-
cit Peruſin. & latius tradit Felin. in capitul. à nobis. in 1.colum.de
except.per gloſſ. quæ communiter ad hoc alleg. in clemen.1. in ver-
ſicul.ſcienter de conſang. & affin. & in capitu. quoſdam. in 2.colum. de
præſumpt. cum ſimilibus. & illa arguitur exactu quem quis ſcire
tenetur: vt in l.quod te.ff.ſi certum petat. & l. 1. ff.ſi quis omiſſ. cau.te-

ſtamen. & ibi hoc tenet Bald. & ex pluribus alijs modis ignorãtia craſſ. colligitur, quos ponit Socin. *in tract. regula. num.* 220. & aliquid Alexan. *in conſil.* 40. *viſo themate. in 2. colum. in 6. volum.*
56 Corn. *in conſil.* 25. *in littera T, in 2. parte.* † Not. quarto, quod Epiſcopus poteſt facere ſtatuta: hoc tamen dupliciter intelligi poteſt, vel de pertinentibus ad iuriſdictionem ſuam, & tunc vnà cum cap. poteſt hoc facere. Si vero faciat ſtatuta in alijs in quibus vertitur intereſſe aliorum, tunc Epiſcopus non poteſt ea condere ſine conſenſu, vel ſaltem præſentia illorum de quorum intereſſe agitur: vt dicit Innocent. *in cap. veſtra. de loca. & in cap. fin. de offic. leg.* tenet Feder. *conſil.* 17. & hoc procedit quando legitimè contradicere poſſunt, ſecus ſi non haberet cauſam legitimam contradicendi: vt declarat hæc omnia Abb. *in cap. fin. in 3. colum. de ferijs.* Gloſſ. *ſententijs.* diuiditur in tres partes, in prima, declarat iſtum text. in ſecunda, cum extendit & ampliat: in tertia reſpondet tacitæ obiectioni. ſecunda ibi, ſed idem in
57 alijs. tertia ibi, & poteſt dici. † Pro expeditione igitur iſtius glo. colligo tres concluſiones vltra alios. Prima cõcluſio ſit, quod licet in materia correctoria & pœnali ſtrictè ſit procedendum, nec debeat fieri extenſio de caſu ad caſum gloſſ. *in clement. vt hi qui. ſupra de ætat. & qualit. cum ſimilib.* tamen fallit fauore animæ, ita eſt gloſſ. hic iuncto text. quam nullus ſcribentium ponderat, quæ facit quod doctrina Bartol. *in authen. C. ſi aduer. vend.* & Abb. *in cap. quæſiuit. de diuort. cum ſimi.* vt per Felin. *in cap. tranſlato. colum. fin. de conſtit.* & ad hoc facit text. *in cap. penult. de ſentent. excommun.* & probat gloſſ. *hic in verſicu. ſed idem in alijs ſententijs.* Ex ex hac eadem parte gloſſ. ſecundo infero, quod quando diſpoſitio vel conſtitutio aliqua redditur eluſoria, fit extenſio etiam in pœnalibus, concord. bona gloſſ. *in cap. quamquam. infr. de vſur. in gloſſ. fin.* Tamen audias, quia hoc non eſt indiſtinctè verum: quia illa regula procedit vbi per hoc aliquis indebitè damnum non pateretur, aliàs potius permittitur, quod diſpoſitio ſit fruſtratoria quàm quòd alicui damnum inferatur: vt eſt text. & gloſſ. quem ibi not. omnes *in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber.* Sed in caſu iſto de vtilitate ignorantis agitur, propterea iſta ratio gloſſ. bene procedit, & probatur clare in iſta gloſſ. quia ſi diceremus, quod ideo ſtatuta non ligant ignorantes vt periculis animarum obuietur, ſequeretur quod *l. fin. ff. de detre. ab ordin. faci.* hic alleg. in gloſſ. non procederet, vel iſta cõ
58 ſtitutio eſſet ſuperflua, † cùm ibi etiam in pœna temporali non ligentur ignorantes, vbi periculum animæ non vertitur, ſed pecuniarum: & ideo dicit hic gloſſ. ne reddatur fruſtratoria altera iſtarum diſpoſitionum, eſt dicendum quod ibi etiam conſideretur periculum animæ reſpectu inobedientiæ: & ſic licet puniatur pœna pecuniaria contrafaciens legi, tamen alio reſpectu peccat contraueniendo præceptis legis, *cap. 2. de maior. & obed.* Ex quo colligitur tertia regula, quòd attento quòd in text. iſto non poteſt reddi, niſi vnica ratio, videlicet, vt periculis animarum obuietur, &c. quod iſto caſu iſta diſpoſitio, licet pœnalis, poſſit extendi ad omnem ſimilem caſum, per doctrinam Abb. *in capitu. fin. in 2. colum. de reſcript.* cum concord. vt per Dec. *in capit. ſuggeſtum. de appellat.* & Felin. *in dicto cap. tranſlato. in fin.* & Iaſon *in §. omnem. Inſtitut. de actio.* dum alleg. *l. quamuis. C. de*
59 *fideicommiſſ.* † Secunda principalis concluſio colligitur ex iſta gloſſ. ſecundùm Domin. & alios, quod veniens contra ſtatutum municipale præceptiuum peccat mortaliter, etiam ſi in tali ſtatuto apponatur pœna corporalis: ita concludunt hic Doctor. & idem tenet Domin. per illum text. *in cap. commiſſa. §. fina. infra de elect. & in capit. perpetuæ. eodem titu.* & ſequitur Dec. *in capit. nam concupiſcentiam. in 2. lectur. colum penultim. de conſtitut.* & hoc in ratione fundatur: quia lex temporalis quæ eſt iuſta in foro fori, vtique ligat in foro poli. gloſ. nor. quam ibi commẽdat Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtitut.* tenet Dec. *in capit. 1. in 3. colum. eodem titu.* Et iſta ratione ſequuntur iſtam gloſ. quidam Modern. *in tractat. de iuſtit. & iure. fol.* 24. cum concor. quæ ad iſtam gloſſ. congerit. Felin. *in d. c. nam concupiſcentiam. de conſtitut. in princ.*

¶ Sed circa prædicta diligenter eſt aduertendum: quia non videtur verum illud quod gloſſ. hic, Doctor. & Gem. dicunt, videlicet, quod vltra pęnam temporalem, quam quis incurrit contraueniendo legi, peccet mortaliter. Nam habemus regulam iure probatam, quod quis licitè dicitur facere actum contra legem, quando pro illo actu pęna imponitur: iſtam doctrinam tradit Ioan. Andr. poſt Hoſtien. *in c. relatum. ne cleri. vel mo-*
60 *nach.* vbi fortius cõcludunt, † quod ſi in aliqua regula religioſorum continentur aliqua facienda ſub pœna peccati mortalis, ſi tamen in illa regula ſiue conſtitutione eſt appoſita pœna temporalis, contraueniens liberatur à pœna peccati, etiam ſi iuraſſet illam regulam ſiue conſtitutionem obſeruare, quam doctrinam approbat Iaſon *in l. 2. num.* 177. *alias* 143. *colum.* 57. *C. de iure emphyteu.* & Matheſil. *no.* 78. *incip. not. doctrinam mirabilem,* & celebrant Modern. Mediolanen. *in memorialibus iuris, in verſiculo pœnam petens,* & idem Iaſon *in §. item ſi quis poſtulante. in 10. colum. num.* 78. *Inſtitut. de actio.* Alexand. *in Apoſtil.* ad Bartol. *in l. prætor. ff. de non. oper. nunciat.* Barba. *in rubric. de iureiuran. in clem. in 1. colum. & apoſtilla.* ad Abb. *in cap. clericos. de cohab. cleri. & mu.* & Bernard. Landr. *in apoſtilla* ad Abb. *in capitu. 1. ſupra eodem titulo.* vbi vltra Matheſil. pro iſta opin. alleg. Petr. de Anch. *in quodam conſil.* vt ibi per eum. Et pro iſta opin. vltra ipſos facit text. *in cap. non liceat. extra de præben.* quam ad hoc ibi Dec. inducit, & ponderat etiam Modern. Papien. *in rubr. de conſtitu. in 4. col.* pro quibus eſt doctr. Barto. *in l. prætor ait. ff. de oper. nou. nuncia.* quem ſequitur Feder. *conſil.* 244. & Roman. *conſil.* 409. cum concord. vt Præpo. ſcribit *in cap. cum ſpeciali. in princ.* poſt Bald. *ibi, de appellat.* Ex quibus omnibus iuſtificatur ſatis iſta opin. quod vbi pœna temporalis imponitur, licitè, & ſine peccato quis contrauenit legi vel ſtatuto. Immo plus eſt, illud impune fieri poſſe quam ſi ſine pœna permitteretur: vt tradunt Alexand. & Modern. *in l. 1. in princ. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt vi exi.* ſequuntur prædicti Modern. Papien. & Petr. de Ancha. *in cap peccati venia. colum. 4. de regul. iur.* & reaſſumit latius Deci. *in l. vt vim. in 2. colum ff. de iuſtit. & iur.* Tamen tenendo opin. Domin. hic, & ſequacium, ad iſtud contrarium reſponderi poteſt quod procedat quando illud pro quo pęna imponitur, non ſonat in maleficium, nec eſt de ſe malum principaliter, ſed eſt malum propter prohibitionem, vt in caſu illius text. ſecundum quod exemplificat gloſſ. *in cap. ex parte. el 1. de offic. delega.* Sécus tamen eſſet generaliter in alijs criminalibus prohibitis, quia malis, pro quo eſt Doct. no. Bald. *in l. decurionis. C. ex quibus cauſ. infam. irro.* & declarat magiſtraliter Felin. *in c. quæ in eccleſiarum. in 4. & 5. colum. extra de conſti.* cum quo concordat Roſcl. *in l. nemo martyres. C. de ſacroſan. eccle.* faciunt ea quæ dicit Dec. *in c. 2. in 8. colum. numi. 14. de iud. & in l. in ambiguis §. non eſt nouum. ff. de regul. iur.* & Felin. *in c. 2. in 1. colum. de teſti.* & Iaſon *in rubr. ff. de offic. eius. & in l. patre furioſo. in 3. colum. ff. de his qui ſunt ſui.* & iſto modo diſtinguẽdo in hac materia declarantur dicta Bart. in alia materia *in l. inter. §. ſacram. de ver. oblig.* & Firmia. *in ver occidens bannitum. ver. 21.* & quæ tradit Alex. *in conſil. 132. in 2. col. ver. circa ſecundum. li. 4.* Ex quibus etiam reſultat vna notabilis limitatio ad gl. iſtam edita per Dom. hic. Alia limitatio colligitur ex dictis Iaſ. *in d. l. 2. de iure emphyt.* dum vult ꝙ regula prædicta Io. And. *in d. c. relatum,* procedit, quando pœna & conſtitutio ſit facta ab vno & eodem, ſecus ſi conſtitutio ab vno, & pœna imponatur ab alio, quia tali caſu procederet iſta gl. ꝙ eſt notandum. Et iſtud dictum Iaſ. tacito authore immutatis vel bis tranſcribit, & ſibi appropriat Dec. *in d. c. nam concupiſcentiam, in 2. lect. col. pen. de conſtit.* Sed mihi nulla videtur ratio differentiæ, quia ſi contraueniens legi peccat mortaliter, *vt c. 2. de maio. & obed.* pœna poſtea appoſita ab eodẽ, vel alio cõdente non tollit pœnam illã intrinſecam peccati. Nã illa pœna rẽporalis appoſita fuit accumulatiuè, vt magis conſtitutio ipſa obſeruetur, vt dicit tex. *in c. ſi aduerſus. de hæ re. & in c. quamquã. 23. di.* Niſi dicamus ꝙ quando idem author cõſtitutionis non appoſuit pœnam, alius appoſuit, quia putauit illã pęnã peccati non ſufficere: & ſic accumulatiuè, non priuatiuè, ſuper quo tamen cogitabis: & ſic habes in quo caſu quis vltra pœnã ſtatuti dicatur peccare. Sed vlterius circa hoc notandum eſt, ꝙ tale peccatum contrauentionis conſtitutionis non prẽſtabit impedimẽtum ad alia negotia exercenda. arg. gl. *in c. cum dilectus, de conſue.* ne contingat quis duplici pœna puniri ex eodem actu, contra text. *in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, in fin. extra de iudi.* facit *l. ſenatus. ff. de accuſ.* Sed tamen in foro conſcientiæ hoc non procederet, per tex. *in c. 1. de adul.* & ibi dixi. Iſta tamẽ quæ dicta ſunt de peccato, puitarẽ vera quando pro illo delicto pœna impoſita non fuiſſet cõdigna: ſecus verò eſſet dicendum quãdo illa pœna eſt commenſurata delicto: quia tunc credo quòd ſoluta pœna ſit ſublatum peccatum, argumen. eorum quæ not. *in regula, peccatum. infra, de regul. iur.* † & quia ſi malefactor peccat, pęna con- 61
digna, quæ ſibi imponitur per legem, releuat eum à pœna purgatorij: per ea quæ dicit gloſſ. *in capit. importuna. in verſicul. martyrium, de pœniten. diſtinct.* 1. quod non eſſet ſi adhuc remaneret pecca-

peccatum mortale: & ideo pœnitentia pœna peccati dicitur.*in cap.pœnitentia.de pœniten.diſtinct.3.*& pro iſta opinione facit gloſſ. *in cap.menſuram.de pœnitent.diſtinct.1.*Et iſta de plano procedunt, quando ſcienter aliquis contra legem facit, ſi verò ignoranter feciſſet, iſto caſu gloſſ. hic non benè loqueretur, & certè inficiari non poteſt, q per hoc textus reddatur valdè dubius: quia præſupponitur in eo, quod ideo hic ſtatutum fuit, ne ignorantes pœna ſtatuti afficiantur, ne per hoc periculum incurrerent animarum: ſi enim ſunt ignorantes qualiter periculum animæ incurrere poſſunt: cùm ignorans non delinquat nec contemnat.*l.ſi quis ignorans.ff.loca.cap.inter alia.& cap.ſi verò.de ſenten.ex-*
62 *communic.*† & peccatum non dicitur, niſi vbi adeſt voluntas, *cap.1.§.1.15.quæſt.1.*quæ in ignorante ceſſat, *vt in l.2.ff.de iudic.* & ideo dicas quod iſte textus debet intelligi de ignorante poſt duos menſes à tempore publicationis: quia talis præſumitur ſciens, per ea quæ ſuperius dicta fuerunt, vel in ignorantia craſſa vel ſupina. Vel dicas quod iſte textus debet intelligi, quando ſtatutum inferiorum ordinariorũ erat editum ſuper eo quod prius à iure communi ſtatutum erat, tamen in eo ſtatuto addita pęna puta excommunicationis, quod inferiores facere poſſunt per gloſſ.*in clemen.ne Romani.in verſicul.tolli.de elect.* vnde fuit hic probabile dubium, quia ex quo prohibitio erat facta à iure communi, nunquid faciens contra ius commune, incurrat pęnam poſitam in ſtatuto facto ſuper eodem caſu, quod quidem ſtatutum delinquens poterat ignorare: & determinatur hic quod non, ne ignorans illaqueetur ad periculum animæ, & iſtum puto eſſe verum ſenſum iſtius literæ, de quo tamen latius
63 dicam *infra, in gloſſ.ignorantes.* † Gloſſ.*ordinariorum.* Not. ex iſta gloſſ. quod appellatione ordinariorum non ſolùm venit maior ordinarius: *vt in cap.1.de offic.ord.& cap.cùm Epiſcopus.de offic. ord.infra eo.* ſed etiam quilibet inferior: vt eſt textus & gloſſ.*in cap.ordinarij.infra de offic.ordin.* & iſtud procedit ſecundùm Domin. ibi, quando materia ſuper qua ponitur hoc verbum eſt proportionabilis inferioribus, ſecus autem ſi non omnibus æqualiter competeret, & ita ſecundùm hoc diſpoſitio iſtius text. debet reſtringi ad illos tantum inferiores, qui territorium habent & iuriſdictionem: vt dicit Arch. hic, & ſequitur Abb. *in c. cum conting.ıt.in 10.col.de foro compet.*& hoc latius declarat Socin. *in conſil.285.Reuerendiſſimus.in 2.col lib.2.* vbi variè interpretantur verba iſtius text. quibus ceſſantibus fruſtra ſtatuta erunt condita, cùm non reperiant ſubiectum quod ligent, arg eorum quæ not.*in c.1.in gloſſ.omnibus.ſupra eod.tit.in antiquis.& l.fin.ff.de iuriſdict.omn.iud.*

Et hoc de plano procedit in ſtatutis pœnalibus, de quibus iſte textus loquitur: nam talia requirunt territorium, vt idem Abb. dicit *in dicto cap.cum contingat.in 15.colum.* ſecus verò in ſtatutis non pœnalibus factis ad ordinationem alicuius ordinis collegij vel congregationis: & ita procedit doctrina Bartol. *in l. omnes populi.folio 2.de iuſtitia & iure.* & quæ dicit Alexand. *in conſilio 35.colum.fin.libr.4.* & Aretin. *in cap.poſt ceſſionem. de probat.* & puto ita etiã poſſe procedere quod dicit Abb. *in cap. conſenſus. de cleric.non reſiden.* dum dicit, quòd Concilium generale poteſt conſtitutionem facere, cùm habeat iuriſdictionem per iſtum textum, tamẽ ex quo non habet territorium, deberet eo modo intelligi, vt dixi, niſi dicas quod ratione Papæ, qui eſt in Concilio vt caput: *vt in cap. innotuit. de elect.* fortiatur illud priuilegium ſtatuendi etiam cum pœna, argument. eorum quæ Modern. tradunt *in cap. 1. de iudic.* ponderando ſupraſcriptionem illius textus. Secundò iſte textus debet intelligi de ordinatijs conſtitutis à iure, & ſic perpetuis, ſecus verò de illis, qui accidentaliter creantur à capitulo vel Papa ſuper aliquo negotio: vt not. declarat Paul. de Caſtr. *in conſil.3.incipien. Qui additione non indiget. colum.fin.in 1.volum.* & ſequuntur Modern. *in cap. poſt ceſſionem.de probat.* & iſtud not. ſentit Abb. *in cap.irrefragabili.*
64 *in 5.colum.de offic.ordin.* dum allegat iſtum textum.† Sed aduertendum eſt, quia iſtud dictum Paul. de Caſtr. non videtur verum: nam idem iuris eſt de ordinarijs perpetuis quod de temporalibus, qui ad nutum reuocari poſſunt, dummodo poſſint eſſe perpetui, vt eſt gloſſ. communiter approbata *in clemen. 2. de reſcript.* & ibi latè dixi. argumen. text. *in l.iuriſperitos.ff. de excuſat. tuto.* nam paria ſunt, quod aliquid ſit perpetuum, vel poſſit eſſe perpetuum, *l.ſufficit.& ibi gloſſ.ff.de condit.indeb.* cum concord. quæ alleg. Iaſon *in l.principalibus.ff.ſi cert. peta.* Et de hoc vide-
65 tur eſſe caſus *in capit.1.de locato.* † vbi legatus poteſt facere ſtatuta, quæ durant etiam legatione finita, vt dicit textus *in capit. nemini.de offic.lega.* & tamen nulli eſt dubium, quòd tales Legati poſſunt ad nutum Papæ reuocari. Et iſta omnia de plano procedunt in ſtatuto condendo, quia tali caſu paria ſunt, aliquid eſſe perpetuum vel temporale, dummodo poſſit eſſe perpetuum, quia de commodo & fauore iuſdicentis agitur, & vtilitate Reipublicæ: ſecus tamen in pœna, de qua ſtatutum loqueretur, vel in odioſis, quia tunc procederet dictum Paul. de Caſtr. per ea quæ dicit Abb. *in cap.de multa.in 5.colum.de preben.& in cap.cum non ignores.eodem tit.* vbi concludit quòd diſpoſitio illius textus quæ eſt pœnalis & loquitur de dignitatibus, habebit locum in perpetuis, non autem in illis quæ poſſunt eſſe perpetuæ, vt ibi per eum, iunctis his quæ ipſe dicit *in cap. licet. in princ. de foro competen.& in cap.1.de cogna.leg.& in cap.cum olim.de rerum permutat.* Et pro iſta declaratione facit in ſimili dictum Bartol. *in l. item ſi in poteſtate.in fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.* & iſto modo declarantur etiam ea quæ Decius dicit *in dicto cap.poſt ceſſionem.in 1.not.* Et circa hoc eſt vlterius notandum, quod licet appellatione ordinariorum cæteri cum Epiſcopo comprehendantur, vt ſupra dictum eſt: tamen ex aliqua qualitate Epiſcopus ab aliis inferioribus diſtinguitur: quia licet inferiores etiam ordinarij dicantur, ſolus tamen Epiſcopus ordinarius diœceſanus dicitur, vt dicit Cardin. *in clemen.1.in 18.quæſt.de ſupplen.negligent.prælator.* & tradunt Doctor. *in cap. cum olim. de præſcript.& in capit.cum Epiſcopus.& capit. ordinarij.* per illum textum *de offic.ordin.libr.6.& in clemen.1.poſt gloſſ.de vita & honeſt.cleric.* & an habentes curam animarum comprehendantur ſub iſta vel ſimili prærogatiua, vide Abbat. *in cap. decernimus. in 6. colum. de iudic.*

Sequitur §. Statuto.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poſſunt in ſuis diœceſ. ſtatuta condere, dum tamen non ſint contra ius canonicum.*

2 *Epiſcopus dicitur concurrere cum capitulo, tanquam generalis ordinarius etiam in caſu in quo prælati inferiores haberent iuriſdictionem.*

Ratio quare Eccleſiaſtici non poſſunt ſtatuere contra legem Papæ, & laici poſſunt contra legem Imperatoris. ibid.

3 *Laici ratione animæ ſubijciuntur canonibus & præceptis Papæ.*

Lex ciuilis dirigit hominem in Deum, ſicut ius canonicum. ibid.

4 *Imperator recepit poteſtatem à populo, qui retinuit ſibi hanc poteſtatem, ſed Papa recepit à Deo.*

5 *Omnis poteſtas temporalis à Deo eſt.*

6 *Vnus debet eſſe Princeps.*

7 *Par in parem, nec minor contra minorem imperium habet.*

8 *Quando aliquid eſt apertè diſpoſitum de iure canonico, & non reperitur illud clarè de iure ciuili, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris canonici.*

Intellectus l.omnes populi.de iuſt.& iur.ibid.

9 *Sententia excommunicationis appellatur ſententia, tamen non propriè: declarando vt ibi.*

10 *Sententia capitalis vel priuationis bonorum, ſententia propriè dicitur.*

11 *Excommunicatio non fit ad finem, vt aliquis principaliter puniatur, ſed vt emendetur.*

12 *Quod dicitur de toto reſpectu totius, idem dicendum eſt de parte reſpectu partis.*

13 *Actio ita datur in factum per interlocutoriam, ſicut per diffinitiuam.*

14 *Verba ſimpliciter prolata generaliter debent intelligi.*

15 *Sententia interlocutoria dicitur abſolutè ſententia.*

16 *Epiſcopus per ſuum ſtatutum poteſt imponere pœnam ipſo iure de delicto pro quo ius aliam pœnam imponit.*

17 *Epiſcopus poteſt facere ſtatutum ad reformationem morum.*

18 *Factum à iure damnatum poteſt Epiſcopus prohibere ſub certa & noua pœna.*

19 *Lex poſitiua ſi eſt conſona iuri diuino, ſi tamen ei aliquid additur additio facit eam differre à iure diuino.*

20 *Species reaſſumens genus eſt potentior ipſo genere.*

21 *Nemo debet duplici pœna puniri.*

22 *Electio facta vno ex canonicis contempto, an ſit caſſanda, vel ſit nulla.*

23 *Cui prohibitum eſt mutare ius, à fortiori illi prohibetur poſſe addere.*

24 *Verbum non poteſt, eſt natura talis, vt inducat formam.*

25 Epiſcopus non poteſt facere contra legem ſuperioris, & non poteſt per ſuum ſtatutum contrariam pœnam ponere.
26 Epiſcopus non poteſt pœnas ipſo iure quæ afflictionem corporis, aut infamiam inducunt, imponere.
27 Forma duplex eſt, quædam hominis, alia iuris.
Intellectus ad iſtum text. ibid.
28 Vbi forma à iure non eſſet data ſimpliciter, ſed cum decreto annullatiuo, tali caſu poteſt procedere regula.
29 Epiſcopus poteſt contra ius ciuile ſtatuere, quod exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò opponatur.
30 De iure canonico exceptio non numeratæ pecuniæ perpetuò opponi poteſt.
Conſtitutionis ius fortius eſt quàm diſpenſationis. ibidem.
31 Laici ſubijciuntur ſtatuto Epiſcopi tendentis in vtilitatem animæ & inducenti euitationem peccati.
32 Abſolutè dici non poteſt, quod Papa vel Epiſcopus ſtatuere poſſint contra laicos.
Iudices temporales de peccato ſubditorum cognoſcere poſſunt.
33 Epiſcopus in foro contentioſo non poteſt per ſuum ſtatutum ligare delinquentes laicos ad peccatum, niſi ob negligentiam iudicis ſæcularis relinquentis peccata impunita.
34 Modi aliqui ad ſtatutum confirmandum.
35 Epiſcopus receptans furem incidit in excommunicationem latam.
36 Papa proprio iuramento ligatur, neque ſe ab illo ſine cauſa abſoluere poteſt: ſed vbi per viam ſtatuti iurat, creditur non tenere. numer. 39.
Paulus II. & Gregorius IV. iurarunt in conclaui ante aſſumptionem non creare Cardinales, quod poſtea non ſeruarunt. ibidem.
37 Iuramentum actum, alias de ſua natura reuocabilem facit irreuocabilem.
38 Papa iurans in ſtatutis non ligatur iuramento.
39 Statutum non extendit vires ſuas extra territorium: declarando latè vt hic.
40 Subditus Epiſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna excommunicationis, ne quis tali tempore vadat de nocte, ſi eſt extra territorium.
41 Statutum dicitur eſſe iniuſtum, quando excedit fines iuriſdictionis.
42 Si ſtatutum dat præmium occidenti bannitum, comprehendit etiam occidentem bannitum extra territorium.
43 Quando delictum originem habet à loco ſtatuentis ex cauſa iam damnata, tali caſu ſtatutum porrigit effectum ſuum extra territorium.
44 Patronus Eccleſiæ non poterit etiam tempore fundationis diſponere de iuribus ipſius Eccleſiæ in præiudicium ipſius Epiſcopi.
45 In traditione rei ſuæ quis poteſt apponere pacta quæ vult.
46 Mandata, & reſcripta Principis etiam generalia recipiunt interpretationem ſecundùm poteſtatem mandantis.
47 Mandatum generale generaliter debet intelligi.
48 Quando agitur de iuriſdictione, non valet argumentum, hoc poteſt fieri in ſpecie, ergo in genere.
49 Licet quis poſſit abſoluere, non tamen poteſt excommunicare.
50 Abſolutio eſt iuriſdictionis voluntariæ, & fit quandoq; extra territorium.
51 Delegato iniuſtè procedendi non reſiſtitur.
52 Extra territorium iudici poteſt reſiſti.
53 Epiſcopus non ſolum à pari, ſed etiam ab inferiori prælato poteſt iudicari & puniri quando deliquit in illius territorio.
54 Ad cognoſcendum an appellatione iudicis comprehendatur ſæcularis, vel Eccleſiaſticus, conſideratur ſubiecta materia.
55 Qui ſtatuere non poteſt: poteſt tamen ſtatuendo pœnam addere.
56 Licet quis extra territorium ſtatuere non poſſit, poterit tamen declarare.
57 Si extra territorium quis non habet iuriſdictionem, non poteſt eam pacto priuatorum conſequi.
58 Sacerdos parochialis exiſtens extra territorium ſuæ parochiæ poterit parochianum ſuum vbicunque confiteri & abſoluere.
59 Imperator non poterit aliquem legitimare in terris ſubiectis Papæ.
60 Duplex eſt iuriſdictio.
61 Diſpenſatio poteſt fieri extra territorium.
62 Statuta Epiſcopi, an ſint perpetua vel ſint potius temporalia. num. 66.
63 Statutum Epiſcopi dicitur ius prætorium, & an in eo requiratur conſenſus.
64 Ad perdendum priuilegium clericale, iura requirunt trinam monitionem.
Epiſcopus putatiuus an poſſit ſtatuta facere. ibidem.
65 Legatus de latere, an poſſit facere ſtatuta perpetua.
Legati appellatione de maiori intelligitur. ibidem.
66 Perpetuum eſſe aliud eſt, & aliud tanquam perpetuum.
67 Differentia eſt inter ſententiam & ſtatutum.
68 Multa prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent. ibidem.
69 Iudex debet proferre ſententiam ſedendo: declarando vt ibi.
70 Verba nullius momenti poſſunt annullationem ipſo iure importare.
71 Ius ciuile poteſt impedire obligationem naturalem ne naſcatur.
72 Filiæ ingratæ poteſt pater negare dotem.
73 Statutum nunquam obſeruantia confirmatum poteſt tolli per decem annos.
74 Actio facilius impeditur quàm exercitium actionis iam natæ.
75 Verba ſtatuti quomodo intelligi poſſunt, vt formam dent futuris negotijs & præteritis: in dubio potius debent intelligi de futuris.
76 Verba præteriti ſubiunctiui, poſſunt etiam ad futurum detorqueri.
77 Verbum habens duo ſignificata, debet in vtroque verificari.
78 Intentio Principis poteſt dupliciter conſtare.
79 Verborum coniectura capitur ex eius ſignificatu.
80 Intellectus iſtius text.
81 Intellectus c. fi. ſupra de conſtit.
82 Epiſcopus maior ordinarius dicitur alijs inferioribus.
83 Iuriſdictio eſt indiuidua.
84 Epiſcopus & Legatus poteſt cauſas vnius ciuitatis in alterius diœceſim tractare.
85 Statutũ Epiſcopi non ligat aliquem extra territorium: ſed ligabit delinquentem in diœceſi in loco exempto.
86 Locus exemptus dicitur extra iuriſdictionem Epiſcopi.
87 Territorium quid ſit.
88 Ciuitas aliquando poteſt habere territorium, licet non habeat iuriſdictionem.

§. STATVTO. † Nota primò quod Epiſcopi poſſunt in ſuis 1
diœceſibus ſtatuta condere, dum tamen non ſunt contra ius canonicum: vt latè tradit Felin. *in cap. ſuper his. de maio. & obedien.* & dico *infra in 2. noc.* & tenet Bartol. *in l. 1. ff. quod quiſque iur. & in l. omnes populi. in 9. quæſt. 1. quæſt. princ. ff. de iuſtiti. & iur.* Iſtud tamen procedit, dummodo adſit conſenſus capituli, & talia ſtatuta rationabilia ſint & non ambitioſa: vt concludit Innocent. *in cap. veſtra. de loca.* & Bald. *in l. nulli. C. de ſentent.* & illud dictum Innocent. ſequitur Felin. *in cap. cum omnes. in 6. colum. de conſtit.* declarando & limitando notabiliter: vt per Firmian. *in tractat. de Epiſcopo. in 2. parte 4. libri, in 15. quæſt. fol. 16.* & Aretin. *in §. ius autem ciuile. in 3. colum. Inſtitut. de iure naturali.* cuius dicta non refero: quia mei moris non eſt alienis plumis mihi alas componere: ſed proprijs inuentionibus vti: & tali caſu quando conſenſus, vt dicitur, capituli requiritur, † Epiſcopus dicitur 2
concurrere tanquam generalis ordinarius, etiam in caſu in quo prælati inferiores haberent iuriſdictionem: vt dicit Abb. declarando dicta Archidiac. hic *in cap. cùm ab Eccleſiarum. in fin. de offic. ordin.* & ita declarari debent dicta Abb. *in cap. ſi quis. in 2. not. de maior. & obedien.* Sed aduertendum eſt, quia illud dictum Innocent. licet ab omnibus approbetur, mihi tamen non ſatisfacit: quia text. iſte ſimpliciter loquitur de ſtatuto Epiſcopi, & de conſenſu capituli nullam facit mentionem: ergo videtur quòd ſolus Epiſcopus hoc facere poſſit: & idem eſt *in cap. ſi quis. de maior. & obedien.* & ſi Papa hoc voluiſſet, vtique expreſſiſſet, *vt in capit. ad audientiam. de deci.* & quia Epiſcopus in diœceſi ſua cenſetur Papa, *cap. 1. verſic. de perferendis. de ſac. vnctio. & in clement. de pœnis.* Sed modò pulchrum eſt videre, quæ eſt ratio quare Epiſcopus nec ſubditi canonici non poſſunt ſtatuere contra legem ſuperioris, populus autem ſæcularis poteſt contra Imperatorem. Domin. hic, & Modern. *ſupra eo. in cap. 1. in 3. colum.* ſe remittunt, & non benè, cùm hic meritò hoc diſcutiendum eſſet: & ideo ſuper iſta quæſtione reperio varias rationes: vna fuit Abbat. *in cap. fin. de conſuetud.* quòd ideo hoc eſt: quia ius canonicum tendit principaliter ad ſalutem animarum: vt ſupra in principio iſtius capituli fuit dictum, & clerici huic fini renunciare non poſſunt, quæ ratio ceſſat in laicis ſtatuentibus contra ius ciuile: & iſtam rationem ſequitur Iaſon

Iaſon in repetition. *in l. omnes populi. in 2. colum. de iuſtit. & iur.*
Sed iſta ratio nihil valet & reprobatur, per ea quæ dixi ſupra in
princ. iſtius textus, quia non eſt verum, quod indiſtinctè ius ca-
nonicum tendat ad vtilitatem animæ: vt ibi latiùs probauit: &
ſaltem eſſet dicendum, quod clerici contra canones non con-
cernen. principaliter vtilitatem animarum, ſed corporalem, &
propriam ipſorum poſſent ſtatuere: vt circa ordinem iudicia-
rium, & modos appellandi & excipiendi introductos à iure ca-
nonico, qui non concernunt vtilitatem animæ, ſed merè ciui-
lem, & tamen hoc illis non conceditur. Præterea attenta illa ra-
tione dicemus Papam etiam non poſſe ſtatuere contra ius ca-
nonicum: quia eſſet ſtatuere contra vtilitatem animarum, quã
vſque ad ſanguinem defendere tenetur Papa: *vt in cap. ſunt qui-*
3 *dam. 25. quæſt. 1.* quod tamen eſt falſum. † Præterea ex alio iſta ra-
tio non eſt bona: quia habemus quod laici ratione animæ ſub-
ijciuntur canonibus & præceptis Papæ: *vt in cap. nouit. de iudic.*
tradunt omnes *in cap. 1. & in cap. nam concupiſcentiam. de conſtitut.*
& non ſolùm Papæ, ſed etiam Epiſcopis: vt hic eſt textus, quem
not. ad hoc Domin. *in cap. 2. de maior. & obed.* & tamen habemus
quod laici poſſunt ſtatuere contra ius canonicum: vt eſt textus,
quem ibi not. Abb. & omnes *in capit. venientes. de iureiuran.* ſi igi-
tur ratio ſua fuiſſet vera, quod ius canonicum conſiderat vtili-
tatem animarum, illa ſtatuta à canonibus reijcerentur, etiam in
laicis, cuius contrarium videmus. Item attenta ſupradicta ra-
tione, neque etiam clerici poſſent conſuetudinem inducere
contra canones, cùm repugnaret fini æterno, & ſic vtilitati ani-
marum ad quem canones diriguntur, *vt in cap. quanto. & in cap.*
de conſuetud. cuius contrarium probatur *in cap. fin. eodem titulo.*
Neque eadem ratione attenta contra ius ciuile laici poſſent
ſtatuere ex eo: quia leges ciuiles etiam principaliter vtilitatem
animarum concernunt, vt ſupra dictum eſt in principio iſtius
capituli. Nam ius ciuile dicit, quòd oportet prius animas, de-
inde linguas fieri eruditas: vt dicit textus *in §. penult. in proœm.*
Digeſtorum: & textus quem ibi ad hoc ponderat Ange. *in §. cum-*
que. hoc. in proœm. Inſtit. ex quo proœmio intentio finalis conſti-
tuentis colligitur: *vt in l. fin. ff. de hæred. inſtit.* & facit textus *in l.*
ſancimus. C. de Epiſcopis & Clericis. & tamen videmus quod laici
ſtatuta contra leges facere poſſunt: & ideo aliam rationem aſ-
ſignat Dom. Anton. *in cap. cum M. ſupra eodem titulo. & in cap. 1. de*
4 *tranſlat. Epiſcop.* quam alibi ſæpè Modern. ſequuntur, & Præpo-
ſit. *in cap. fruſtra. in 3. colum. 8 diſtin.* † quòd ideo hoc eſt, quia Im-
perator recepit poteſtatem à populo, qui in tranſlatione im-
perij retinuit ſibi hanc poteſtatem, ſed Papa recipit à Deo, non
à clericis: & ideo clerici nullam vnquã poteſtatem habuerunt.
Sed iſtam rationem eleganter deridet Imol. *in cap. 1. de tranſlat.*
prælat. & And. Sicul. *in cap. fin. in 12 colum. num. 106. de conſuet.* qui
reiecta iſta ratione ſequitur primam, & cum eo tranſeunt Mo-
dern. Mihi etiam iſta ratio ex alio non ſatisfacit ex eo: quia at-
tenta tali ratione etiam conſuetudo, quæ à poteſtate originem
ſumit: vt dicit Bart. *in l. 1. in fin. ff. de legi.* & Modern. *in rubr. de con-*
ſuet. non deberet poſſe induci à clericis contra canones, cuius
contrarium eſt verum, nec eadem ratione attenta laici in rebus
ſuis contra canones poſſent ſtatuere, cùm ipſi non dederint po-
teſtatem Papæ: cuius contrarium probatur *in dicto cap. venientes.*
Præterea attenta ſupradicta ratione idem eſſet dicendum in
laicis ſtatuentibus contra ius ciuile: nam licet Imperator Im-
perium à populo habuerit: poteſtas tamen condendi legem,
quę poſt tranſlatum imperium competit Imperatori, non à po-
pulo, ſed à Deo procedit: vt patet Prouerb. 8. cap. [*Per me Reges*
regnant, & Legum conditores iuſta decernunt:] & hoc expreſsè dicit
textus *in §. quia igitur. in authen. de fide inſtrum. & in l. fin. 23. quæſt. 1.*
5 cum concord. quos ſcribit Paris de Puteo *in tract. de re milit. ſol. 1.*
in 4. colum. & dixi ſupra *in princ. iſtius cap.* † Nam omnis poteſtas
temporalis à Deo eſt: *vt in cap. nec nimirum. 26. quæſt. 5.* & ideo
conſiderata iſta ratione deberemus dicere quòd laici ſtatuere
non poſſent contra Imperatorem: cuius contrarium commu-
niter omnes fatentur. hactenus reprobatę ſunt omnes rationes
Doct. Quid dicendum? mihi videtur quod inaniter omnes
torquentur in aſſignando rationem non conſiderato funda-
mento: nam ſi rectè cuncta penſantur, non cauetur expreſsè
in iure ciuili, quod inferiores laici poſſunt ſtatuta facere contra
principem, quamuis pertinaciter Doct. hoc defendant, cuius
opinionis ſignifer fuit Alber. *in tract. ſtatutorum, part. 1. in 7. & 8.*
quæſt. & alij plures ſequuti eum, cùm ad hoc dicendum neq; ra-
tio naturalis ſuadet, neque iuridica: nam contra naturam po-
tius iudicatur quod membra à capite ſeparentur: *vt in c. quoniã.*
de offi. ord. quod fit ſi à lege principis ſubditi recedunt, cõtra le-
gem eius calcitrando, & contrarium ſtatuendo: † nam vnus de-
bet eſſe princeps: vt dicit text. hoc probans ratione naturali *in c.* 6
in apibus. 7. q. 1. & Ariſt. 2. *Meta.* Abb. *in diſput. ſua 1.* & pluralitas eſt
naturæ inimica: *vt in l. ſi. ff. de rerum diuiſ.* nec potuit Roma duos
pati Reges, vt ibi dicitur: ſed dicere quod laici pro ſuo arbitrio
poſſint tollere legem Principis, eſſet dare pluralitatem Princi-
patuum, cùm condere legem ſit de ſupremo imperio, & de re-
ſeruatis in ſignum excellentiæ: vt tradunt omnes *in l. 1. ff. de offic.*
eius. & in l. Imperium. ff. de iuriſdict. om. iud. hoc tamen eſt inconue-
niens, igitur, &c. Non obſt. text. *in l. omnes populi.* per quem com-
munis opinio mouetur: quia ille text. non dicit quod populus
poſſit ſtatuere contra legem Principis, ſed ſimpliciter quod po-
teſt ſtatuere: vnde intelligendum eſt illos poſſe præter legem
in caſibus non deciſis à iure etiam vel ſecundùm legem: *vt in l.*
magiſtratus. ff. de municip. † Ad hoc benè facit regula clara, quòd
par in parem, nec minor contra minorem imperium habet, *l. nã* 7
& magiſtratus ff. de arbit. per quem text. iſtam opinionem tenuit
gloſſ. *in l. ſi feriati. ff. de ferijs. & l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel.*
& habetur *in c. quod ſuper his. de maio. & obed.* ſed dicere populum
poſſe tollere legem Principis, eſt maiorem minorem ſubmit-
tere, & hoc eſt contra iura, ergo, &c. † Præterea hoc ex alio ſua- 8
detur, nam clarum eſt, quod quando aliquid eſt apertè diſpoſi-
tum de iure canonico, & non reperitur illud clarum de iure ci-
uili, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris canonici in vtroque foro, *in*
c. 1. & 2. de oper. no. nunc. Felin. *in c. in cauſis col. 1. & in c. fraternitatis.*
col. 2. de teſti. ſed de iure canonico diſpoſitum eſt, quod inferio-
res tollere non poſſunt legem ſuperioris: *vt in clem. ne Romani. de*
elect. ergo illa diſpoſitio habebit locum de iure ciuili, poſtquam
apertè contrarium non apparet, niſi de expreſſa indulgentia,
ſiue priuilegio Principis hoc populo concederetur: *vt in c. veniẽ-*
tes. de iureiur. & iſto modo poſſet tolli text. ſecundùm alium in-
tellectum *in d. l. omnes populi. cum ſim.* quæ allegantur. † Not. vl- 9
terius ex iſto text. ibi, ſententia, quòd ſententia excommunica-
tionis appellatur ſententia, tamen hoc non eſt verum propriè
loquendo: quia potius dicitur eſſe pœna: vt dicit hic Arch. &
communiter alij, adde eundem Archid. *in c. ſi. 18. diſt. & 2. q. 1. in*
ſumma, cum concor. quæ ſcribit Fel. *in rubr. de re iud. in 8. col. verſic.*
non obſtan. & dixi latius *in rubr. de ſentent. excomm.* Et hoc de pla-
no procedit, quãdo excommunicatio apponitur in ſtatuto, de
quo text. hic loquitur, ſecus verò in excommunicatione, quæ
profertur ab homine: quia talis benè dicitur ſententia interlo-
cutoria, & ita And. Sicul. & Moder. tenent *in rubr. de re iudi. in*
clem. & hic. Ex quo inferunt, quòd ſtatutum loquens de ſenten-
tia non comprehendet excommunicationem: vt hic latè per
ipſos. Adde pro iſta opinione Abb. *in rub. de re iud. in fin. & in rub.*
de ſentent. excom. & vtrobique Felin. & idem Abb. *in c. præterea. el*
2. in 5. col. de appellat. & ſequuntur quidam Modern. *repet. ſupra in*
princ. iſtius capituli, fol. 21. & ratio prædictorum eſt: quia cùm ex-
communicatio ſit quædam interlocutoria, non venit propriè
appellatione ſententiæ: vt concludit Alexan. & alij *in rubr. ff. de*
re iud. per l. quod iuſſit. eod. tit. & quia verba debent accipi in potio-
ri ſignificatu, &c. Tamen circa hæc omnia conſiderandum eſt.
Primò, quia illa ratio communis, quod excommunicatio ideo
ſententia non dicatur, ex quo punit, non videtur vera, quia ea-
dem ratione eſſet dicendum in alijs ſententijs, quibus crimina
puniuntur: & tamen hoc eſt falſum; † quia ſententia capitalis, 10
vel priuationis bonorum, ſententia propriè dicitur: *vt in l. 4. &*
5. de bon. proſcripto. & toto tit. C. de ſenten. paſſ. & quia textus noſter
hic ſimpliciter excommunicationem appellat ſententiam: er-
go in dubio debet intelligi de ſententia propriè, *l. 1.* & ibi Bart.
ff. de fonte. & l. non aliter. de lega. 3. & hoc idem patet *in rubr. de ſen-*
tent. excommunic. nam ibi etiam ſimpliciter excommunicatio-
nem appellat ſententiam, & illa differentia, quæ ſit, an à ſtatuto
vel homine excommunicatio proferatur, iure non probatur,
immò parificantur, vt tradit Federi. de Senis *in conſil. 2. in princ.*
& eſt textus *in l. ſeruus hac lege. C. commun. de lega. & C. de re. alien. l.*
fin. quia iſto caſu nulla videtur differentia: quia vtroque modo
excommunicatus puniri dicitur, & ſententia quæ à ſtatuto pro-
fertur, vel à lege, etiam canon latæ, vel ferendæ ſententiæ di-
citur: vt tradit Felin. *in cap. Rodulphus. de reſcript.* † Et quia ex- 11
communicatio non fit ad finem, vt aliquis principaliter pu-
niatur, ſed vt emendetur, & iſto reſpectu ſententia excom-
municationis medicinalis dicitur, *vt in cap. cum medicinalis. infra,*
de ſen-

de ſenten. excomm. & propterea illa ratio non tollit, quin abſolu-
tè ſententia dici poteſt. Et ex hoc infero, quòd ſtatutũ loquens
de ſententia comprehenderet propriè excommunicationem,
nec illud obſtat, quod interloquutoria non ſit propriè ſenten-
tia, quod ex *rubr. C de ſentent. & interloc.* videtur colligi, dum ibi
ponitur vt diuerſa, quia ad hoc reſponderi poteſt, quod illa di-
ctio, &, in illa rubr. ponitur inter genus & ſpeciem, vt *in rubr. de
ſer. & a. qua.* & illa opinio eſt vera, quando in ſententia interlo-
quutoria non concurrit eadem ratio, prout declarat latè Dec.
in cap. ſuper eo. el 2. in 4. no. de appell. poſt alios, quos ibi adducit: &
licet dicatur quod ſententia imponit finem controuerſię, idem
eſt dicendum in interloquutoria, quæ etiam imponit finem illi
articulo, ſuper quo profertur diffinitiuè: vt eſt gloſſ. *in l. ſi quis
iuſiurandum. C. de reb. cred. & in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de
12 *libe agnoſcen.* † & ſic quod dicitur de toto reſpectu totius, idem
dicendum eſt de parte reſpectu partis: vt not. Iaſon. *in l. iuriſgen-
tium. §. adeo. in 1. not. ff. de pac. & in l. à iudice. in 3. colum. C. de iud.*
Andr. Siculi. *in cap. 1. in 9. colum. de lit. conteſt. & vulga. l. quæ de tota.*
13 *ff. de rei vendi.* † Et hoc vlterius ſuadetur, quia videmus quod ita
datur actio in factum pro interloquutoria, ſicut pro diffiniti-
ua, vt not. gloſſ. *in l. fin. §. de neceſſitate. C. de bon. quæ libe.* Nec obſtat
quod verba in potiori ſignificatu ſunt intelligenda, *l. 1. ff. ſi ager
vecti.* quia illa regula procedit, quando in alio minori intelligi
14 non poſſunt: & ita procedit *dicta l. 1.* † alias verba ſimpliciter
prolata generaliter debent intelligi, ita declarat *dicta l. 1.* no. Bar-
tol. *in l. ſi mater. §. penult. ff. de except. rei iudic.* ſequitur Iaſon *in l. in-
certi. § ſi nummi. in 1. colum. nu. 6. ff. de condict. indeb. & in l. 1. in princ.
colum. 16. de acquir. poſſeſſ. nouiſſimè repet. in cap. 2. in 4. colum. de iud.* &
Socin. *in conſil. vlt. in 2. lib.* Et iſta omnia in ratione efficaci fun-
dantur, quia negari non poteſt quod iſte terminus, ſententia, ſit
dictio generalis, ergo propriè comprehendit ſuas ſpecies, *l. ſi
quid earum. §. interemptum ff. de lega. 3.* licet Socin. *in l. 1. de vulg. &
pupill. & in rubr.* & ſic ita comprehendit interlocutoriam ſicut
diffinitiuam, ſicut iſte terminus animal vt genus ita propriè di-
citur de boue ſicut de homine. Nec obſtat etiam textus qui ad
hoc de interloquutoria allegatur *in l. ſi ex cauſa. §. nunc videamus.
ff. de minor.* quia ille textus de ſententia non loquitur: ſed præ-
ſuppoſito quod de ſententia loqueretur ex alio ille tex. nõ pro-
cedit propter delictum minoris. Ita illum textum declarat Bar-
tol. *in l. ſi quis in tantam. in 2. colum. verſic. quæro quid de pupillo. C vn-
15 de vi.* & finaliter † quod ſententia interloquutoria abſolutè di-
catur propriè ſententia, tenent Mod. Regien. *in rubr. ff. de re iudi.*
& Franc. de Aret. *in tract. quæ ſit ſententia diffinitiua. in penul. quæſt.*
rationibus de quibus ibi per eos, ad quos ſupradicta addi poſ-
16 ſunt. nam iſta videtur ſatis probabilis opinio. † Not. tertiò ex
iſto textu ſecundùm Domin. quod Epiſcopus per ſuum ſtatu-
tum poteſt imponere pœnam ipſo iure de delicto, pro quo ius
aliam pœnam imponit non ipſo iure, ita eſt hic text. notab. quẽ
ita intelligit Abb. *in cap. cum contingat. in 2. colum. de foro competen.*
per quem dicit not. Cardinal. *in capit. ex tua. de clericis non reſiden.*
quod licet de iure communi clericus non reſidens ſit priuan-
dus beneficio: tamen Epiſcopus poteſt per ſuum ſtatutum im-
ponere pœnam ipſo iure, videlicet, vt ſit priuatus: facit pro hoc
etiam gloſſ. *in clemen. vt hi qui. de æta. & qualit.* & iſtam opinionẽ
per textum noſtrum tenet Abb. licet de Card. mentionem non
faciat, *in cap. quoniam. §. porro. in penult. colum. num. 11. vt lit. non con-
teſt.* & ad hoc iſtum text. alleg. Bald. *in cap. reprehenſibilis. in 2. co-
lum. verſic. quæro vtrum. de appellat.* Amplia hoc quod dicitur de E-
piſcopo procedere in Legato: nam ſi inferiores hoc poſſunt, vt
hic, à fortiori Legatus: & ita iſtum textum ampliat Abb. *in cap.
17 quod tranſlationem. in 3. colum. de offic. lega.* & ſic habes ex hoc †
quod Epiſcopus non poteſt ſolum corrigere exceſſus ſubdito-
rum, ſed etiam ſtatuta facere ad reformationem morum per
appoſitionem pœnæ ipſo iure, dum tamen ſint ſecundùm re-
gulas canonum, quamuis etiam præter ius canonicum ſtatuere
poſſit pœnam etiam addendo, vt ſuperius dictum eſt, in caſu v-
bi ius pœnam non appoſuit, vel ſi appoſuit eam poterit augere
vt patet hic: ſed contra ius non poteſt hoc facere: & ita iſtum
textum ad hoc alleg. Abb. *in cap. licet. in 2. not. de offic. ordin.* & Ge-
org. Natam *in repet. clem. ſæpè. in 49. colum. de verborum ſignific.* & i-
dem eſt in Papa in caſibus, in quibus ſtatuere non poteſt, vt
contra ius diuinum: nam poteſt præter ius diuinum ſtatuere
apponendo pœnam, vt tradit Felin. *in cap. cùm Paulum pen. de fide
inſtrum.* & hoc idem eſt in concilio generali: nam tollere non
poteſt legem Papa, licet præter eam poſſit ſtatuere, vt eſt gloſſ.
ſing. *in clem. ne Romani. in verſic. electionem.* & quod Epiſcopus poſ-
ſit ius commune adiuuare etiam per pęnam ipſo iure, vt hic di-
citur, tenet Abb. *in cap. quoniam. §. porro. in 7. colum. vt lit. non con-
teſta.* & Moder. Bononien. *in cap. 1. in 7. colum. ſupra eodem titulo.* &
ad hoc Abb. tradit vnum ſimile *in practica in dicto cap. quoniam. §.
in alijs. in 26. colum. eod. tit.* & per hoc dicit etiam Abb. *in cap. ex fre-
quentibus. in 2. not. de inſtit.* quòd ſuperior poterit facere ſtatutum
fulminans excommunicationem ipſo facto contra tenentes
beneficia ſine legitimo titulo: & allegat text. hic, † & ſic poteſt 18
factum à iure damnatum prohibere ſub certa & noua pœna, vt
tradit idem Abb. *in cap. à nobis. per illum & iſtum text. de ſentent. ex-
comm.* & hoc de additione pœnæ latè proſequitur Felin. *in cap.
quod ſuper his. in 5. colum. de maiori. & obedien.* † Et intantùm ope- 19
ratur hæc additio pœnæ, quod licet lex poſitiua ſit conſona iu-
ri diuino, ſi tamen ei aliquid additur illa additio facit eam dif-
ferre à iure diuino, & iudicatur de ea idem quod de iure poſitiuo:
ita eſt text. hic, quem ad hoc ponderat Felin. *in cap. 1. in 5. colum.
de treu. & pace.* & ita declarantur dicta ſua *in cap. 2. in 2. colum. de
probat.* Nam hoc ſtatutum Epiſcopi, de quo loquitur iſte textus
prohibens furtum quod alias eſt damnatum lege diuina in ad-
ditione pœnæ limitatur per ius poſitiuum, vt non liget extra
territorium ſtatuentis, ſicut ius poſitiuum: & ex hoc compro-
batur illa regula, † quod ſpecies reaſſumens, genus eſt potentior 20
ipſo genere, *vt in cap. 2. & ibi dico infr. de præben. lib. 6.* Hoc tamen
procedit reſpectu pœnæ appoſitæ in ſtatuto, non autem reſpe-
ctu qualitatis delicti, quia ius diuinum per hoc non alteratur,
ſed potius adiuuatur, *vt in l. hac conſultiſſima. de teſtamen.* & ita et-
iam limitatur & declaratur dictum Cardin. *in clemen. ſtatutum.
in 4. colum. de election.* dum dicit quod idem iudicatur de addita-
mento quod de principali, vt procedat cæteris paribus, vt quia
habent ſimilitudinem in origine & natura, ſecus ſi aliter qua-
litas alteratur per additionem, *vt in l. ius ciuile.* vbi not. Iaſon. *ff.
de iuſti. & iur.* facit benè textus *in cap. ſtatutum. infra de elect.* Sed
circa prędicta diligenter eſt aduertendum, imprimis non vide-
tur verum iſtud dictum Dominic. communiter approbatum,
quòd Epiſcopus poſſit per ſuum ſtatutum imponere pœnam i-
pſo iure in caſu, ſuper quo ius commune aliam pœnam impo-
nit ex eo, † quia nemo debet duplici pœna puniri, *cap. at ſi cleri- 21
ci. de iud. cum ſimil.* cùm per pœnam appoſitam per Epiſcopum
pœna iuris communis non cẽſeatur ſublata, niſi dicamus quod
iſtud dictum debet intelligi quando pœna iuris communis
non erat ſufficiens pro illo delicto, quia tali caſu non eſt incon-
ueniens, vt quis duplici pœna puniatur: vt eſt bonus textus *in
cap. cum in cunctis. §. clerici.* & ibi not. Dec. *in 2. not. de electio. gloſſ. no.
in cap. menſuram. de pœnitent. diſtinct. 1.* vel poteſt intelligi, quando
pœna iuris communis non imponebatur ipſo iure, ſed Epiſco-
pus per ſuum ſtatutum illam eamdem inducit puniendo ipſo
iure, vt in exemplo Cardin. *in d. cap. ex tua.* quem ſequuntur plu-
res, quos ſupra retuli. Sed vlterius cogitandum eſt, quia iſtud
dictum Cardinal. quod prædicti Doctor. tantum commendãt,
adhuc non videtur aliquo pacto verum, nec etiam abſolutè
verum eſt Epiſcopum addere pœnam poſſe ad ius commune:
nam imprimis contra opinionem Cardin. & ſequacium eſt di-
ctum Ioan. Andr. in terminis. *in addit. ad Spec. in rubr. de elect.* vbi
concludit quod Epiſcopus non poteſt per ſuum ſtatutum im-
ponere pęnam ipſo iure in caſu ſuper quo ius commune impo-
ſuit pœnam per ſententiam non ipſo iure, & exemplificat: vt
ecce de iure communi inductum eſt, † quod electio facta vno 22
ex canonicis contempto, ſit caſſanda, non autem ſit nulla ipſo
iure, *vt in cap. quod ſicut de elect.* Si verò Epiſcopus per ſuum ſtatu-
tum diſponeret eſſe nullam ipſo iure non valeret: & hoc tenet
Oldra. *in dicto conſil. 259.* & hoc idem per viam regulæ videtur
tradere Bald. *in l. programmata. C. commi. vel epiſto.* & in ſpecie cõtra
opinionem Card. *in d. c. ex tua.* tenet Gaſpar Calder. Ioan. And.
& expreſſiùs Imol. *in d. c. ex tua.* & videtur iſta eſſe communis o-
pinio, quã vltra prædicta expreſsè tenet Alb. *in l. de quibus. in 50.
col. ver. item quæritur an circa electiones. ff. de legi.* & Oldr. *conſil. 259.
Impugnatur electio. in 2. col.* imò fortiùs poteſt attẽtari, quod Epi-
ſcopus non ſolum non poteſt per ſuum ſtatutum imponere pę-
nam ipſo iure, ſed nec etiam aliquam aliam præter ius cõmune in-
ducere per doctr. Bart. quæ videtur in terminis *in l. fin. in fin. C. de
prox. ſac. ſcrin. lib. 10.* † vbi concludit, quod cui prohibitũ eſt mu- 23
tare ius, à fortiori illi prohibetur poſſe addere, ſequitur Old. *ind.
conſil. 259. Impugnatur electio. in 2. col.* Nam qui addit, mutare dici-
tur, *vt in d. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. de ver. obli. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur.*
ſed Epi-

ſed Epiſcopus prohibetur mutare legem ſuperioris, *d clemen. ne Romani.* igitur & addere ad eam pœnam prohibetur: & hoc vlterius efficacius probo ſic, quia clarum eſt quod inducta eſt forma à iure quòd Epiſcopus, nec alij inferiores à Papa poſſunt tollere legem ſuperioris, *vt in clem. ne Romani, de elect.* vbi text. lo-
24 quitur *per ver. non poteſt.* † de cuius natura eſt inducere formam, vt tradit Iaſon *in l. 1. in prin. per illum text. ff. de verb. oblig.* & eſt text. *in l. nemo poteſt. de leg. 1. & c. 1. de reg. iur. infra eo. lib.* per quæ iura hoc tenet Bart. & Bald. *in l. Gallus. in prin. in 2. col. ff. de liber. & poſthum.* cum ſexcentis con cord. quæ congerunt Mod. in tra. legum cōnubialium. *fol. 176. cum ſeq.* ſed vbi inducta eſt forma, paria ſunt facere contra vel præter, vt eſt gloſſ. not. communiter approbata *in cap. ſi cui. in ver. præter. infra de elect.* tenet Abb. *in c. piſanis. in 2. col. per illum text. de offic. deleg.* Imol. poſt Bald. & Anton. *in c. dilecti.*
25 *per illum text. de maio. & obed.* † ſed Epiſcopus non poteſt facere contra legem ſuperioris, *vt in cap. ſuper his. de maio. & obed. & dicta clem. ne Romani.* ergo pariter nec poterit præter legem ſuperioris facere conſtituendo pœnam. Et per hoc ego damno opinionē Alb. & Moder. *in c. prudentiam, in prin. de offic. deleg.* dum ibi Abb. vult, quod licet Epiſcopus non poſſit ſtatuere contra legem Papæ, poterit tamen præter legem facere apponendo pœnam: quod dictum etiam ſequutus eſt Felin. *in cap. cauſam quæ. in 2. colum. de re iud.* & alibi ſæpè, ſed illud non eſt verum, vt vides per iſtam regulam. Et ideo pro reſolutione prædictorum conſiderandum eſt, quòd iſtud notabile Dom. & Doct. verum eſt in caſu in quo loquitur iſte text. videlicet in pœna cenſuræ, quæ ſpiritualis eſt, & de facili reparari poteſt, *vt in cap. cum medicinalis. de ſent. excommun. lib. 6.* & habet in ſe ſpecialem differentiam ab alijs, vt
26 concludit Bald. *in l. 1. in princ. ff. de leg.* † Secus verò videretur in pœnis ipſo iure, quæ afflictionem corporis, vel infamiam inducerent, quia illas imponere non poteſt, vt declarat not. Bald. & Salic. *in d. l. programma.* Sed conſidera adhuc tu ſubtilis, quia iſta diſtinctio non eſt generalis, nec eneruat ea, quæ ſupr. dicta ſunt, quæ prædicti Doctor. non viderunt. Et ideo ego ita dicerem, quòd aut à iure communi eſt ſtatuta aliqua certa & determinata pœna imponenda, aut nulla. Primo caſu Epiſcopus non poteſt per ſuum ſtatutum contrariam pœnam imponere: & ita procedit dictum Ioa. And. *in d. rub. de elect.* Nam ſi ius commune dicit quòd electio ſit caſſanda, præſupponit actum ante caſſationem valere: vt tradit Bart. *in l. iuſiurandum. ff. de iureiur.* & Inn. *in cap. cum in noſtris. de conceſſ. preben. cum ſim.* ſi verò Epiſcopus ſtatuit pœnam ipſo iure, vult actum ſtatim non valere, & ſic manifeſtè facit contra ius commune: & ideo meritò illud ſtatutum non valeret per prædictam regulam: & hoc generaliter in omnibus caſibus poteſt habere locum, niſi pœna ſit medicinalis, vt hic, quia licet illa ſit ipſo iure impoſita, non tamen concernit actum ſuper quo ius commune diſpoſuit, ſed ſolum perſonam contrafacientem: & iſto modo declaro, & approbo dictum Bal. *in dicta l. programma.* & procedit iſte text. vel niſi pœna appoſita à iure communi non eſſet clara in verbis, ſed dubia propter diuerſitatem opinionis, tunc enim Epiſcopus poſſet pœnam ipſo iure imponere, ita tenet Ioan. And. *in cap. ex parte. el 3. per illum text. de verb. ſignific.* & Ioan. de Ana. *in c. fraternitatis. colum. penul. de hæret.* aut verò ius commune prohibet aliquid non fieri, tamen ſuper illo facto non apponit pœnam aliquam, & tali caſu Epiſcopus per ſuum ſtatutum poterit apponere, vel ipſo iure, vel per ſententiam: & iſto modo ego intelligo gloſ. *in d. clem. ne Romani. in verſic. tolli. quod tene menti.* Nec obſtat dictum Bar. *in d. l. fin. cum alijs alleg.* quia procedunt illa quando per illam additionem mutaretur ſubſtantia rei, alias ſecus, vt not. dicit Archi. *in ſumma. 5. diſtinct.* faciunt etiam quæ Rom. dicit *in conſil. 45. Super eo quod quæritur.* & ea quæ dicit Abb. *in cap. 2. in 8. colum. verſic. & aduerte. & verſic. pone enim. de lib. oblat.* † Non obſtat illud
27 quod dicebatur de forma data *in dicta clem. ne Romani.* quia aduertendum eſt, quod duplex eſt forma, quædam eſt hominis, alia iuris, prima annullat actum, ſiue fiat contra, ſiue fiat præter, ita procedit regula illa gloſſ. *in dicto cap. ſi cui, cum alleg. ſuperius,* & ita expreſsè hoc dicit Card. *in clem. 1. in 30. quæſt. de deci.* quia tali caſu durius agitur cum homine quam cum lege, *vul. l. Celſus. de arbitr.* declarando vt dixi *in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de act.* In forma verò iuris diſtinguendum eſt, quia aut emanauit ſimpliciter prohibendo, non tamen annullando, & tali caſu factū contra formam non valet, ſed factum præter non inualidatur: ita eſt doctrina Bartol. notabilis *in l. omnes populi. in 7. colum. verſi. circa ſecundum. ibi. quid dicemus. ff. de iuſtit. & iur.* dum reſpondet ad *l. humanum.* & declarat magiſtraliter Deci. *in conſil. 25.* & ſecūdùm alium numerum *in conſil. 229. Stante conſtitutione. in 2. colum. in 2. parte.* & aliquid per eundem *in cap. de appell. in 2. colum. extra de appell.* & ita procedit *dicta clem. ne Romani.* & ita etiam declarat text. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig.* dum ibi datur forma quod alteri ſtipulari nemo poteſt, & tamen præter illam formā valet ſtipulatio pœnæ, vt dicit ibi Bartol. † Sed vbi forma à iure 28
non eſſet data ſimpliciter, ſed cum decreto annullatiuo, tali caſu poteſt procedere regula *dicto cap. ſi cui.* & ea quæ ſuperius dicta ſunt: & tunc paria eſſent contra formam facere, vel præter, per ſupradicta, intelligendo tamen vt per gloſſ. *in clemen. 1. in ver. inhibentes. de iure patr.* ſecundùm quod eam declarat Felin. *in clem. ex parte. in 4. & 5. colum. de conſtit.* & quæ dicit Salic. *in l. vlcim. per text. ibi iuncta l. præcedenti. C. de ſent. ex peric. reci.* & Iaſon *in l. 1. C. de ſumma Trinit.* & reaſſumunt Moder. quidam, certè eruditi, *in tractat. de iure maritali. fol. 167.* quæ omnia notanda ſunt vltra Doct. Et iſta omnia quæ dicta ſunt de plano procedunt, quando de reuocanda, vel tollenda conſtitutione canonis Epiſcopus diſponit, ſecus vero ſi contra legem ciuilem ſtatuiſſet, quia tali caſu permiſſum ſibi videtur, quia ceſſat ratio in qua fundatur, *dicta clem. ne Romani.* & ideo Bald. *in c. cùm omnes. colum. fin. de conſtit.* dicit, † quod Epiſcopus poterit facere ſtatutum, quod 29
exceptio non numeratæ pecuniæ inter clericos poſſit opponi vſque ad quadriennium non obſt. quod ius ciuile contrarium ſtatuat, quod ſequitur Felin. *in cap. ſuper his. in fin. de maio. & obed.* Sed conſidera tu, & audias diligenter, quia in caſu iſto ideo ſtatutum Epiſcopi valeret, quia per illud reuerteretur ad ius antiquum, quo erat diſpoſitum quod intra quadriennium talis exceptio proponi poſſet, *vt in l. in contractibus. C. de non numer pecun.* & ita in terminis dicit Dom. Anton. & Imol. *in c. fin. de ſol.* ſequitur Socin. *in conſil. 241. Circa primam. in 7. colum. in 2. volum.* immo dico tibi vnum, quod tale ſtatutum non diceretur contra ius ciuile, ſed contra ius canonicum, † nam de iure canonico exce- 30
ptio non numeratæ pecuniæ perpetuo opponi poteſt, vt ſingulariter dicit Dyn. *in regula, locupletari. in fin. infra de reg. iur.* cuius opinionem plures ſequuntur, quos refert Iaſon approbans iſtud dictum *in l. qui pecuniam. in 2. colum. ff. ſi certum pet.* & iſta eſt communis opinio, vt dicunt Moder. apoſtil. ad Dyn. *in dicta regula,* vt plures alleg. & vltra ipſos hoc tenet Dom. Bapt. de S. Blaſio, *in repet. rubr. Decreti, in 25. quæſt.* vbi plura adducit: & ſic vides quod Felin. & Bald. malè dicunt, dum volunt quod tale ſtatutum ſit contra ius ciuile, & quod valeat. Nam ex prædictis vides quod non ex directo contra ius commune, ſed conſeruatiuum iuris ciuilis antiqui: & tali caſu Epiſcopus etiam contra canones ſtatuere poſſet, quando per ſuum ſtatutum reuerteretur ad ius antiquum, vt dictum eſt *ſuperius in cap. 1.* quæ quidem via fauorabilis reputatur, vt dicit gloſſ. *in c. 3. in verſic. numerandum. infra de præben. eod. lib.* Nam tali caſu Epiſcopo hoc non denegatur, vt concludit Abb. *in c. cùm acceſſiſſent. ſupra de conſtit.* & tenet Fel. *in c. ſuper his. in 3. col. cum concor. vt ibi per eum. de maio. & obed.* Nam tale ſtatutum nō diceretur contra ius canonicum, ſed in caſu de quo hic agitur, ſecus eſt, per ea quæ dicta ſunt, & per rationem quam adducit Bald. *in l. illicitas. in princ. in 1. lect. ff. de offic. præſid.* Et circa prædicta vlterius notandum eſt, quod licet Epiſcopus contra ius canonicum, nec etiam Legatus de latere ſtatuere poſſint, diſpenſatio tamen eis non denegatur, vt concludit Dec. alia adducens *in rubr. ſupra de conſtitut. in 2. lect. colum. penult.* & ſic potentius videtur hoc caſu ius conſtitutionis quàm diſpenſationis, vt Anton. dicit *in clemen. 2. per gloſſ. ibi. de reſcript.* & idem Dec. *in cap. de cauſis. in 2. colum. num. 8. de offic. delegat.* † Not. 31
quarto, quod laici ſubijciuntur ſtatuto Epiſcopi tendenti in vtilitatem animæ, & per quod euitatur peccatum, ratio eſt ſecūdùm Domin. hic, quia laici quo ad animam ſubijciuntur iudici Eccleſiaſtico, *cap. nouit, extra de iudic.* adde pro iſta opinione benè facere, quæ dicit Innocen. & Abb. *in cap. 1. ſupra eod.* vbi dicūt quod conditori canonum ſubdita eſt vniuerſa caro: & ſequitur Firmian. *in tractat. de Epiſcop. folio 28. in 3. colum. verſicul. prædictis adde.* & ita in terminis iſtum textum ad hoc idem inducit Angel. *in conſil. 64. incipien. Quoniam.* Sed tamen aduertendum eſt, quia iſtud notabile reſpectu laicorum in textu iſto non probatur, quia intelligi debet de clericis Epiſcopo ſuo ſubiectis. nec etiam obſtat text. *in dicto cap. nouit. & in dicto cap. 1.* quia procedunt in laicis ſubiectis aliqua particulari ratione, ſicut *in cap. cæterum. de iudic.* per hoc tamen abſolutè dici non poteſt † quod 32
Papa vel Epiſcopus ſtatuere poſſint contra laicos ex eo, quia diſtin-

diſtinctæ ſunt poteſtates, vt dicitur *in dicto cap. nouit. & in cap. ſi duobus. de appell. & in cap. ſolitæ. de maio. & obed.* & vnus ſe non impedit de iuriſdictione alterius, vt not. per omnes *in cap. Eccleſia. & in cap. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & in cap. per venerabilem. & ca. cauſam. qui fil. ſint leg.* Nam illud quod dicit Domin. procederet, quando aliquo reſpectu ſpeciali iudices temporales non poſſent illud peccatum laicorum punire, & de illo cognoſcere, vt *in clem. diſpendioſam. de iudic. & in cap. fin. infra de iudic.* & tradit notan. Alexan. *in conſil.* 111. vel quando denegaretur ab eis iuſtitia, quod quidem ſpecialiter non regulariter hic contingit ex eo, quia cùm iudices temporales de peccato ſubditorum cognoſcere poſſint, vt tradit not. Bart. *in l. ſub prætextu. ff. de va. & extraord. cognit.* & Bald. *in cap. 2. de probat.* & eſt textus *in l. ſenatuſconſul. ff. de offic. præſid.* & optimus text. *in cap. Regum. & in cap. Rex. & cap. relegantes. 23. quæſt. 5.* & facit textus *in l. potioris. C. de offic. recto. prouin.* non debemus ad ſubſidiarios iudices cuiuſmodi ſunt Eccleſiaſtici recurrere. Nam iudices temporales præſumuntur in dubio, quod iuſtum & honeſtum fuerit iudicare, vt *in l. 2. C. de offic. ciui. iud. & in cap. in præſentia. de renunc.* niſi conſtiterit contrarium, quo caſu, vt dictum eſt, habetur recurſus ad Eccleſiaſticos iudices, vt tradit Alexand. *conſil. 111. in 2. colum. lib. 1.*

33 † Et ideo ego putarem, quod Epiſcopus in foro contentioſo non poſſet per ſuum ſtatutum ligare delinquentes laicos ad peccatum, niſi ob negligentiam iudicis ſæcularis relinquentis peccata impunita, vel niſi in foro conſcientiæ, qui quidem forus non circumſcribitur loco, vt patet ex verbis Diui Pauli ad Corinth. 1. capitul. 5. cui quidem foro omnes laici ſunt obnoxij, & ob eam cauſam parere coguntur Epiſcopo, & alijs rectoribus Eccleſiæ, vt *in cap. omnis. de pœnit. & remiſſ. & in cap. omnis anima. de cenſib. cum ſim.* & tali caſu benè procederet dictum Domin. ſi ita loqueretur, & ita poſſunt declarari ea quæ dicit Abb. *in cap. pen. in 1. colum. verſic. ſed contra hoc. de conſuet. & in cap. dilecto.*

34 *in 5. colum. de teſtib.* † Not. vlterius & quintò ex iſto textu ſecundùm Domin. hic, vnum modum fortificandi ſtatutum, ſcilicet per pœnæ appoſitionem: adde ad hoc text. ſingul. *in l. fin. C. de dinor.* & alius modus firmandi ſtatuta eſt iuramentum, *vt in c. vbi periculum. §. præterea. infra de elect.* tertius modus eſt confirmatio ſedis Apoſtolicæ, *vt in cap. dilecto ſupra de præben. & in cap. cum venerabilis. de conſuet. & in cap. conſtitutus. de reſcript. & in cap. cum M. & cap. cum acceſſiſſent. de conſtit.* & de hoc eſt bonus textus. & ibi not. Domin. *in cap. cum aliquibus. infra de reſcript.* Iſtud tamen dictum Domin. intelligitur reſpectu ſubditorum, ſecus verò reſpectu ſtatuentium, qui pœna ſui ſtatuti non ligantur, nam poſſunt retrocedere, ita in terminis de Epiſcopo dicit Bald. *in auth. quibuſcunque. in fin. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. digna vox. de legi. & in l. cùm ipſe. C. de contrahen. empt. & notabilius in l. voluntatibus. in 4 colum. in lectu. antiq. C. de fideicomm.* & ita etiam concludit Abb. *in cap. 1. in fin. de rapto.* & Archid. *in cap. licet canon. infra de elect.* & hoc latiſſimè probat in notabili quæſt. Ioan. Andr. *in reg. cui licet. infra de reg. iur. in mercuria.* Sed tamen in contrarium eſt deci-

35 ſio Bald. *in §. ad hæc. in 6. colum. de pace iur. firman.* † vbi concludit Epiſcopum receptantem furem incidere in excommunicationem latam vigore ſuæ conſtitutionis diſponentis, quòd furans ſit excommunicatus. Tamen quicquid ſit prima opinio eſt cōmunis, & verior reiecta opinione Bald. per ſupra dicta, & alia plura, quæ ad iſtud propoſitum congerit Firmia. *in tract. Epiſcopi in 3. parte, lib. 4. quæſt. 16.* & ibi diſputat quid etiam in Papa, de quo ſpecialius dixi *in regula, de infirmis reſi. quæſtio. 1.* Et hoc de plano procedit in pœna, de qua Domin. hic loquitur, & prædicti Doct. Secus tamen eſt in iuramento, per quod ſtatutum cōfirmatur, quia illud benè ligat ſtatuentes, vt ab illo retrocedere non poſſint ſine nota periurij, vt not. Abb. *in cap. conſtitutus. de reſcript.* diſtinguendo tamen nota. vt per eundem *in cap. dilecto.*

36 *colum. fin. de præb.* & hoc idem in Papa videtur habere locum, † qui proprio iuramento ligatur, nec ſe ab illo ſine cauſa abſoluere poteſt, prout concludit And. Sicul. *in cap. 1. num. 57. de conſti.* vbi refert Inno. dicere *in cap. non eſt. de voto.* quòd Gregorius XII. qui in conclaui ante Papatum iurauit, & vouit renunciare Papatui pro ſedando ſchiſmate, quod durauerat triginta annis, quod fuit aſtrictus iuramento: & hoc idem cum pluribus concord. reaſſumit Dec. *in conſil. 151. Maximi ponderis. in 5. colum. in 1. parte.* & latiſſimè iſtam partem defendit poſt longam diſputationem Hieron. Vicecomes *in tract. de obligatione Papali. in 4. quæſtio.* Sed tamen authoritates prædictæ intelliguntur, quando Papa per viam contractus ſe obligat & iurat obſeruare, quia tali caſu cùm de præiudicio tertij agatur, efficax eſt iuramentum:

& ratio eſt in promptu, quia iuramentum eſt talis naturæ, † 37
quod actum alias de ſua natura reuocabilem facit irreuocabilem, vt tradit latè Iaſon *in l. ſi conuenerit. ff. de iur. om. iud.* Dec. & alij *in capitu. 1. de iudic.* cum concor. vt ſcribit Thomas Ferratius *in caute. 30.* cum quibus concordant Modern. omnes tam *in cap. 1. de conſtit.* quam *in cap. 1. de probat.* vbi eſt propria materia, ſed vbi per viam ſtatuti, vel alterius diſpoſitionis non ſonantis in contractum Papa iuraret, credo illum non teneri nec ligari iuramento: ratio eſt, † quia ſtatutum de ſui natura eſt reuocabile, & dependens à voluntate principis, & ſic vnius, vt patet *in c. 1.* & ibi *gloſſ. ſuper eo. & in l. fin. C. de legib.* & iuramentum ſortitur naturam diſpoſitionis, ſuper qua interponitur, vt *in l. fin. C. de nō num. pec.* vnde tali caſu reuocato ſtatuto iuramentum etiā cenſetur reuocatum ex eo, quia in eo ſemper ſubintelligitur illa clauſula rebus ſic ſtantibus, vel ſi Papæ placuerit, vt *in ca. ne quis. 22. quæſt. 2. in l. cum quibus. ff. de ſolut. & in cap. venientes. de iureiur.* & ita procedit dictum Petr. de Anchar. *in cap. venerabilem. in fin. de elect.* cum multis quæ congerit Felin. *in cap. 1. in 9. colum. verſic. ſexta declaratio. de conſtit.* & ibi reſpondet ad quandam rationem contrariam, de quibus Doct. latiſſimè diuagantur in dictis locis vbi videndum eſt, quia non eſt hic proprius locus. nam videmus exemplum de Papa Paulo II. & de Gregorio XII. quod refert Andr. Sicul. *in cap. in præſentia. in 34 & ſeq. colum. de probat.* qui iurauerant in conclaui ante aſſumptionem & poſt capitula. 43. obſeruare & nullos creare Cardinales, niſi de voto vnanimi omnium Cardinalium. Et tamen poſtea hoc non obſeruauit. Nam creauerat octo Cardinales inter quos fuit creatus Generalis Ordinis ſancti Franciſci, qui poſtea fuit creatus Papa & vocatus Sixtus IV. Et idem fecit Gregorius XII. qui vt refert Dom. Ant. de But. *in c. 1. de conſtit.* iurauerat ſe non creaturū Cardinales, & hoc non obſtante creauit poſtea duos, quorum alter vocabatur Gabriel de Contumelijs, qui poſtea creatus fuit Papa, & vocatus Eugenius IV. Et licet idem Andr. Sicul. multis verbis eos defenderit *in tract. ſuo de præſtantia Cardinaliū, in dicto cap. in præſentia.* ſe contrarium conſuluiſſe dixit, & ſe excuſat à contrarietate ibi exemplo Auguſtini, qui librum retractation. fecerat. Sed circa prædicta vlterius aduertendum eſt, quod iſtæ opiniones poſſent ſic nouiter concordari, quod aut ſtatutum prohibet aliquid quod eſt contra bonos mores naturales, & ſuper illo apponitur pœna vel iuramentum, & tali caſu credo ſtatuentem ligari: aut verò illud quod prohibetur, eſt contra bonos mores ciuiles tantum, & apponitur pena, & tunc dicerem non ligari ſtatuentes, argum. eorum quæ tradit Iaſon poſt Paul. de Caſt. *in l. pacta quæ contra. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verborum obligat.* de qua materia dixi in regula Cācellariæ 18. † Not. ſextò ex iſto textu ibi, cùm extra territorium, 39
&c. quòd ſtatutum non extendit vires ſuas extra territorium, ita iſtum text. not. Abb. *in cap. quæ in Eccleſiarum in princ. de conſtit. & in rubr. de foro compet.* vbi declarat quid ſit territorium, de quo hic text. loquitur & dicetur infra in gloſſ. & ad hoc idem not. Alex. *in conſil. 41. in 5. volum.* vbi plures concord. allegat. & iſtam regulam ampliat & limitat 17. modis Iaſon *in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* Sed vltra ibi dicta per eum, & alios ibi & hic adde pro declaratione & ampliatione iſtius text. & regulæ aliquas deciſiones Doctorum in practica, quas ex varia & multa lectione collegi addendo ad eos vel detrahendo prout dubitari continget. Primò igitur iſta regula textus noſtri procedit, quando ſtatutum eſt odioſum, tunc enim limites diœceſis non excedit, vt not. Bald. *in l. 1. C. de ſumma Trinit.* & ibi latè Bart. & reaſſumit latè Socin. vbi multa cumulat *in conſil. 271. incip. In præſenti conſultatione. colum. penult. in 2. volum.* & notabiliter per eundem *in conſil. 84. In præſenti conſultatione. in 4. colum. lib. 1.* vbi ita intelligit text. hic, & *in conſil. 36. Rectè ac maturè in 1. colum. 1. lib.* & hinc eſt † quod ſubditus Epiſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna excommunicationis, ne quis tali tempore vadat de nocte, ſi extra diœceſim vadit de nocte, vt dicit Abb. 40
poſt alios quos refert *in cap. 1. de rapt.* & reaſſumit Alexan. *in conſil. 111. in 1. volum.* † Nam tale ſtatutum dicitur eſſe iniuſtum, quando excedit fines iuriſdictionis, vt dicit Abb. *in cap. 1. in 2. colum.* & ibi Felin. *in 9. colum. de conſtit.* & idem dicit Abb. *in cap. Eccleſia ſancta Maria. in 5. colum. eod. tit.* & alleg. text. iſtum & ibidem *in 10. colum.* ſecus verò eſt in ſtatuto fauorabili, quia tunc benè ligat extra territorium, ita notabiliter dicit Bald. *in conſil. 397. Præmittendum eſt ad euidentiam. in 6. volum.* vt ſi ſtatutum dat præ-

42 præmium occidenti bannitum, comprehendit † etiam occi-
dentem bannitum extra territorium: & licet contrarium te-
neat Iaſ. *in d.l. fin. in 1. extenſione*, dum alleg. pro ſua opin. Imol.
in Clem. paſtoralis. in 2. colum. in 6. notab. de re iud. & alios vt *ibi* per
eum, quem etiam ſequuntur tacito authore hic Modern. Bon.
nihil vlterius addentes. Tamen prima opin. Bald. *in d. conſil.* vi-
detur mihi verior & magis communis per rationem, de qua
dixi *ſupra in gloſſ. ſententiis.* quam ſequitur Nellus *in tra. bannito.
in 2. parte. 2. temporis. quaſt. 56. & d. ab. ſeq.* & plures alij quos re-
ferunt Modern. Bon. qui hanc partem probant *in l. infans. in 5.
colum. ff. ad legem Corn. de ſicar.* & hoc ratione probatur vltra ip-
43 ſos, † quia quando delictum habet originem à loco ſtatuentis
ex cauſa iam damnata, tali caſu ſtatutum porrigit effectum
ſuum extra territorium, vt dicit notabiliter Anton. de Butr. *in
cap. à nobis. 1. de ſent. excom.* & ſequitur Felin. *in cap. propoſuiſti. in 15.
colum. de foro compet.* iſtud tamen declaratur procedere, ſecun-
dùm quod intelligit Bald. *in tract. ſtatuto. in ver. bannitus. ver. 2.*
videlicet quod tale ſtatutum extēdetur extra territorium quo
ad remiſſionem per illud conceſſam, quæ porrigitur extra li-
mites iuriſdictionis fauore publico: per hoc tamen non tolli-
tur quin ſtatuto illius territorij, vbi bannitum occidit, puniri
non poſſit: & ita poſſunt opin. contrariæ concordari, & ita et-
iam videtur ſentire Bald. *in cap. ex litteris. circa fin. de conſtit. cum
ſimil.* & per hoc iuſtificatur quod Felin. dicit *in cap. propoſuiſti. in
6. & 15. colum. de foro compet. & in cap. poſtulaſti. in 6. colum. eod. tit.*
Secundò per regulam iſtius text. dicit Abb. *in cap. cùm dilectus. de
44 conſuet. in princip.* † quod patronus eccleſiæ non poterit etiam
tempore fundationis diſponere de iuribus ipſius eccleſiæ in
præiudicium ipſius Epiſcopi, vnde non poteſt transferre in a-
lium prælatum ius conferendi, nec hoc ſtatuere, cùm perti-
neant ad Epiſcopum, cuius eſt iuriſdictio, vt hic. Nam, qui nō
habet iuriſdictionem non poteſt hoc facere, quia ius dicere &
ſtatutis ligari à pari procedunt, vt hic: & idem tenet Abb. *in c.
ſignificatum. in 1. notab. de præben. cum concord.* quæ adducit Felin.
in cap. cùm venerabilis. 12. colum. de except. Sed aduertendum eſt,
quia videtur quòd patronus tempore fundationis de iuribus
45 eccleſiæ diſponere poſſit. † Nam regula eſt quòd in traditione
rei ſuæ quis poteſt apponere pacta quæ vult, *l. traditionibus. ff. de
pact.* & in puncto hoc vide firmare Hoſtien. *in cap. ea quæ. de ſtatu
regula. cum ſimil.* quæ congerit Felin. *in tracta. quando litteræ Apo-
ſtolicæ. &c. in 2. colum. verſic. corroboro.* & Barbat. *in conſil. 33. Scri-
pſit Pſalmiſta. in 4. colum. in 2. lib.* Sed iſtis non obſtantibus non
recedendum eſt ab opinio. Abb. quæ communis eſt, vt patet
ex adductis per Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent. in 8. colum. de conſtit.*
& ad adducta in contrarium in terminis reſpōdet Roch. Cur-
tius *in tracta. iuriſpatronatus. in verſic. pro eo quòd de diœceſani. in 12.
quaſt.* vbi latius loquitur, & copioſius Lambert. *in tract. iuriſpa-
tronatus. in 1. & 2. parte. & in 3.* Tertiò per iſtum text. dicit nota-
46 biliter Abb. *in cap. ex parte. el 2. 2. colum. extra de offic. deleg.* † quòd
mandata & reſcripta principis etiam generalia recipiunt inter-
pretationem, ſecundùm poteſtatem mandantis, vnde ſi prin-
ceps mandat, quòd omnes exceptiones remoueantur in caſu
in quo nō poteſt eas remouere, vt quia generaliter intelligen-
do excluderentur defenſiones, quę ſunt de iure gentium, & tunc
illa poteſtas, ſiue mandatum, reſtringitur ad limites poteſtatis,
47 ſicut hic, ſecus in materia in qua poteſt diſponere, † quia tunc
tale mandatum generale generaliter debet intelligi. Et ita in
notabili caſu dicit idem Abb. per iſtum text. *in cap. cum tempo-
48 re. in 4. colum. de arbit.* † Tu ex hoc collige quòd quando agitur
de iuriſdictione, non valet argumentum, hoc poteſt fieri in
ſpecie, ergo in genere per iſtum text. quem ad hoc alleg. Ioan.
de Imol. *in Clement. paſtoralis. in fin. de re iud.* & Felin. *in cap. ſi quis
contra. colum. penult. de foro compet.* & ſecundùm hoc iuſtifican-
tur ea, quæ Moder. tradunt *in l. 1. ff. de offic. eius.* de argumento
de minori ad maius poſt Socin. *in repet. l. 1. ff. quis, & à quo.* Item
per iſtum text. dicit idem Abb. *in cap. nonit. in 2. colum. de offic. de-
lega.* quod licet ea quæ expediuntur ſine cauſæ cognitione, &
non pro tribunali, poſſunt exerceri extra territorium. *l. 2. ff. de
offic. proconſ. l. fin. ff. de offic. præfect. vrb.* & ideo tenet excommuni-
catio ſi Epiſcopus iniuſtè extra territorium excommunicauit,
vt quia ſine cauſæ cognitione, & abſq; eo quod ſedeat pro tri-
bunali illam fulminauit, vt ſentit gloſ. *in cap. Epiſcopum. 19. quaſt.
3.* Tamen ſi vellet contentioſè procedere non teneret proceſ-
ſus, etiam ſi non excipiatur, quia iuriſdictio inhæret territorio,
vnde extra territorium non eſt iudex, & ita intelligit text. *hic,*
quod not. Iſtud tamen ibi limitat, niſi iudex haberet conſen-
ſum illius iudicis alterius territorij partibus conſentientibus,
vt *ibi per eum.* & pro iſto dicto Abb. facit dictum Felin. *in c. cùm
inferior. in 2. colum. de maior. & obedien.* vbi dicit † quod licet quis 49
poſſit abſoluere, non tamen poteſt excommunicare, vnde
Prior ordinis Hieroſolymitani poteſt ex priuilegio abſoluere
generalem ab excommunicatione propter manuum iniectio-
nem in clericum, licet ille generalis ſit ſuperior illius, non ta-
men poteſt illum excommunicare, & idem diximus de Lega-
to de latere qui abſoluit non ſubditos ab excommunicatione,
cap. penult. de offic. leg. & tamen non poteſt illos ligare: † ratio eſt, 50
quia abſolutio eſt iuriſdictionis voluntariæ, & ſit quaſi extra
iudicium, & ideo poteſt fieri extra legationem, limitando ta-
men, vt dicam inferius, ſed excommunicatio non poteſt fieri
niſi cauſa cognita, *cap. ſacro. infra de ſentent. excommun.* & videtur
actus iudicialis, & iuriſdictionalis, & ideo non poteſt fieri ex-
tra territorium, vt *hic,* & ſecundùm hoc ritè procedunt duæ il-
lationes, quas ponit Iaſ. *in d. l. fin. in 2. colum. verſic. ſecundo ex iſta,
cùm in iuriſdictione volūtaria fundentur.* de quo tamen inferius di-
cetur. Et per iſta dicit etiam Old. *conſil. 73. incip. Quæritur ſi præ-
latus.* quod Epiſcopus non poteſt concedere litteras indulgen-
tiarum pro opere quod fieri debet in aliena diœceſi: & hoc
multis rationibus probat, & inter cætera per regulam iſtius
text. & idem Oldrad. aliam deciſionem ponit *in conſil. 17.* & di-
cit Ægid. *in deciſ. 508.* per iſtam regulam, quod auditor came-
ræ, camerarius vel alius præter Papam nullo modo poſſunt ci-
tare extra curiam, quia iuriſdictio eorum eſt tantum in curia,
& propterea dicit quod in hoc arguitur temeritas auditoris
cameræ, quia dicit ſe executorem proceſſuum, & omnium
conſtitutionum Papalium tanquàm ordinarius, & per hoc
omnem iuriſdictionem ordinariorum, immò ipſius Papæ niti-
tur occupare, cùm tantum ſit iudex cortiſanorum, vt vtar ver-
bis ipſius Ægidij *deciſio. 210.* vbi hoc idem tenet. Præterea per
iſtum textum dicit Felin. *in cap. ſi quando. in princip. de offic. deleg.*
ex illo text. † quod delegato iniuſtè procedenti non reſiſtitur: 51
ſed iſtud non procedit quando iudex procedit extraiudiciali-
ter, & ſic extra iuriſdictionem grauando, quia licet non ſit ap-
pellatum dummodo grauamen ſit ita reparabile indiſtinctè
reſiſti poteſt, pro quo alleg. text. *hic,* vbi patet † quod extra ter- 52
ritorium iudici non paretur: poteſt igitur ei reſiſti, & ſic ponit
Felin. regulam, quod vbi datur prærogatiua reſpectu certi of-
ficij, illa nihil operatur, quatenus ille aliquid facit extra offi-
cium, pro quo allegat ibi multa ſimilia, quæ per te videas, qui-
bus adde notabile dictum Abb. *in cap. ſignificauit. in 2. colum. de
offic. ord.* vbi iſtud idem exemplificat in Papa, & alleg. text. *hic,*
& ratio eſt, quia tunc ille extra officium vt extraneus iudica-
tur. † Hinc eſt, quod Epiſcopus non ſolum à pari, ſed etiam ab 53
inferiori prælato poteſt iudicari & puniri quando delinquit in
illius territorio, vt dicit Abb. *in cap. cùm inferior. de maio. & obed.*
& idem in Archiepiſcopo delinquente in territorio ſuffraga-
nei dicendum eſt, vt dicit *hic* Arch. arg. iſtius text. & hoc idem
tradit Abb. *in cap. ſanè. in 2. colum. de foro compet.* quod procedit
etiam reſpectu ſuperioris laici. Nam ille punire poteſt etiam
Epiſcopum machinantem in vitam eius, attenta origine Epi-
ſcopi, vt latè concludit Præpoſit. *in cap. in primis § de perſonis. in
1. & 2. colum. 2. quaſt. 1.* dixi in *§. rurſus. Inſtit. de actio.* & quod di-
ctum eſt iuriſdictionem non ſe extendere extra territorium,
idem dicendum eſt quo ad loca exempta intra territorium exi-
ſtentia vt tradit Socin. *in conſil. 77. incipien. Conſilium noſtrum. in 3. co-
lum. verſic. primo quia ſtatuta. in 1. volum.* vbi inter alia alleg. text.
in l. decuriones. C. de ſilen. lib. 12. vt latius dictum fuit ſuperius. Et
per hoc dicit dom. Abb. *in cap. nullus. de foro compet.* † quod ad 54
cognoſcendum, an appellatione iudicis comprehendatur ſe-
cularis, vel eccleſiaſticus conſideratur ſubiecta materia. Nam
in diſpoſitionibus eccleſiaſticis comprehenduntur eccleſia-
ſtici, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, in ſecularibus verò
diſpoſitionibus tantùm comprehenduntur ſæculares, argum.
iſtius text. in fin. Et per illam rationem etiam dicimus, quod
ſæcularis etiam de crimine hæreſis non cognoſcit, quia cùm ſit
eccleſiaſticum eſt alterius fori, immò quod plus eſt ſtatuendo
ſuper tali crimine, non poterit pœnam addere, cùm punitio
non ſpectat ad eum, ita not. dicit Abb. *in cap. cùm ſit. in 9. colum.
de foro compet.* licet contrarium circa hoc vltimum tenuerit ibi
dom. Anton. quem ibi reprobat, & fortè opin. ſua videretur
in hoc verior, † quia qui ſtatuere non poteſt, poteſt tamen ſta- 55

tuendo pœnam addere. præſuppoſita opin. communi pro ve-
ra vt in gloſſ. ſingulari *Clem. ne Romani. in ver. tolli. de electio. cum*
ſi mil. vt dixi ſupra in 2. not. Et iſte text. de plano procedit, quan-
do delictum committitur in perſonam extra territorium, ſe-
cus verò eſt, quando crimen committitur reſpectu rei ſitæ in
diœceſi ſtatuen. per ea quæ Felin. *tradit in cap. poſtulaſti. de foro*
compet. declarando vt per Abb. *in cap. paſtoralis. colum. 12. de ap-*
pellat. & in cap. fin. in 3. & 21. colum. de foro compet. & in cap. 1. in 2.
colum. de raptor. & latius tradit quidam Silueſter Theologus *in*
ſumma ſua in ver. excommunicatio. el 2. verſic. ſciendum eſt tertio. &
56 Oldrad. *in conſil. 17. in 2. & 3. colum.* † Et iſta omnia bene proce-
dunt ratione diſpoſitionis nouæ, ſecus autem reſpectu decla-
rationis, quia licet quis extra territorium ſtatuere non poſſit
poterit tamen declarare, & ideo Epiſcopus extra territorium,
licet aliquem excommunicare non poſſit, poterit tamen de-
clarare ipſum eſſe excommunicatum, ita notabiliter iſtum tex-
tum limitat Ioan. Andr. *in cap. nouit. de offic. lega.* cuius dictum
approbat cum multis concor. Felin. *in cap. qualiter. el 1. in 13. co-*
lum. & ſeq. de accuſat. & ea omnia quæ dicta ſunt de ſtatuto ha-
bent locum, & extenduntur ad conſuetudinem, vt latè ſcribit
Rochus Curt. *in tract. conſuetudinis. in 123 colum.*

Vltimò ad regulam iſtius text. facit quod Alexand. adducit
in conſil. 122. in 5. colum. lib. 4. vbi dicit quod adeò regula in text.
iſto tradita eſt vera, quod licet ſtatutum factum ab eo, qui non
habet in alium iuriſdictionem fuerit confirmatum à ſuperiore
habente poteſtatem, etiam ex certa ſcientia, quod nihilomi-
nus tale ſtatutum vigore talis confirmationis non extendetur
ad illos qui non ſubſunt ſtatuenti per rationem Abb. *in cap. du-*
dum. de decimis. quod eſt notandum. Tamen hoc dictum vide-
tur mihi periculoſum, per ea quæ tradit Andr. Barb. *in cap. con-*
ſtitutus. de reſcript. & Felin. *in cap. cùm omnes. in 3 colum. de conſtitut.*
Nam clarum eſt, quod vbi non ſubditi vellent ſubiici ſtatuto,
& illi conſentirent, ligarentur eo, vt Abb. dicit *in cap. per vene-*
rabilem. in 6. colum. qui fil. ſint legit. & tamen confirmatio ex cer-
ta ſcientia ſupplet conſenſum, vt prædicti Doctor. dicunt. Igi-
tur dictum Alexand. non procederet: cogita quia magna eſt
authoritas Alexand. & vide alias deciſiones ad regulam iſtius
text. poſitas per eundem Alexand. *in conſil. 11. in 4. volum.* quas
vobis refero in voce cauſa breuitatis. Limitatur modò regula
iſtius text. pluribus modis. Primò niſi iuriſdictio extra territo-
rium exerceatur de conſenſu partis, quando non tractatur de
præiudicio alterius, ita dicit Baldus. *in proœm. Cod. & in proœm.*
Feud. quem refert & ſequitur Abb. *in cap. per venerabilem. in 6. co-*
57 *lum. qui fil. ſint legit.* † Tamen iſtud dictum videtur dubium ex
eo, quia ſi extra territorium quis non habet iuriſdictionem,
non poteſt eam pacto priuatorum conſequi, *l. ius publicum ff. de*
pact. & l. priuatorum. Cod. de iur. omn. iudic. Nec obſtat, quæ dicit
Bald. *in dicto proœm.* quia loquitur in Imperatore vel Papa, qui
dicuntur ſaltem extra ſuum territorium retinere iuriſdictio-
nem habitu, per hoc tamen abſolutè concludi non poteſt i-
dem eſſe in alio quocunq; iudice. Secundò limitatur iſta con-
cluſio non habere locum in iuriſdictione voluntaria, ita limi-
tat Ludouic. de Sardis *in tract. legati. fol. 59. verſic. ſecundo quæri-*
tur. in fin. & Iaſ. *in l. fin. poſt gloſſ. ibi. ff. de iuriſd. omn. iudic.* vbi per
58 hoc infert poſt Hoſtienſ. *in ſumma, de pœnit. & remiſſ.* † quod Sa-
cerdos parochialis exiſtens extra territorium ſuæ parochiæ po-
terit parochianum ſuum vbicunq; confiteri & abſoluere, cùm
ſit voluntariæ iuriſdictionis, & iſtam opinionem ſequitur Mo-
dern. de Ripa *in tract. legali peſtilentiæ. fol. 87.* vbi poſt Angel. de
Clauaſio dicit plus, quòd hoc idem procedit in vicario Sacer-
dotis per rationes de quibus ibi per eum, & refero in voce. Sed
conſiderandum eſt, quia iſta limitatio non videtur vera ex eo,
quia regula iſtius text. non ſolùm procedit in iuriſdictione
contentioſa, ſed etiam voluntaria, vt concludit Petrus de An-
char. *in conſil. 320. incipien. Primum dubium.* alleg. text. *in Clement.*
59 *ne Romani. § porro. de iureiuran.* per quem textum infert, † quòd
Imperator non poterit aliquem legitimare in terris ſubiectis
Papæ, dato quòd legitimatio innitatur iuriſdictioni volunta-
riæ, vt dicit Anton. de But. *in cap. venerabilem. colum. 4. qui fil. ſint*
legit. & *ibi* Abb. *in 3. colum.* & hoc idem Alexand. firmat *in conſil.*
67. incip. Conſideratis. colum fin. lib. 1. vbi dicit quòd iſta eſt com-
60 munis opin. † Sed tu conſidera pro concordia, & vera intelli-
gentia iſtarum opinio. quia duplex eſt iuriſdictio voluntaria,
vna eſt fori conſcientiæ, alia eſt fori temporalis, prima bene
poteſt extra territorium expediri, quia adhærent claues, vbi eſt
perſona, quæ illas habet, nec illa poteſtas conſcribitur loco
nec tempore, *cap. quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. 1.* & de tali iuriſ-
dictione voluntaria loquitur Hoſtienſ. & Iaſon *vbi ſupra*, cum
quibus concordat Rochus Curt. *in repet. cap. fin. in 124. colum. de*
conſuetud. Hoc tamen non habet locum, niſi in caſibus exce-
ptis & reſeruatis, quia in illis etiam extra territorium, neque in
eo iuriſdictio exerceri poteſt, declarando latius vt per Gundi-
ſaluum de Villadiego quondam egregium auditorem Rotæ *in*
tract. de lega. quæſt. 13. vbi diſtinguit de abſolutione à ſententia
lata à iure vel ab homine, & quando iſto caſu requiratur cauſæ
cognitio, quando non, de quibus ibi latiſſimè per eum, & i-
dem latius reaſſumit *in quæſt. 15.* quæ per te ipſum videas. Se-
cunda verò iuriſdictio voluntaria fori contentioſi variatur ſe-
cundùm circumſtantias caſuum. † Nam ſi illa exercetur circa 61
diſpenſationem, ſi quidem diſpenſatio concernit principali-
ter perſonam, & ſecundario rem, illa exerceri poteſt extra ter-
ritorium ratione rei, ita declarantur quæ dicit Roman. *in con-*
ſil. 39. In propoſita quæſt. colum. 2. & quæ dicit Bartol. *in l. legitimos.*
colum. 1. verſic. quæro an iſtud decretum. ff. de legi. tuto. Aut verò ſit
diſpenſatio principaliter reſpectu rei per perſonam detentæ,
& tunc non poteſt fieri extra territorium vbi eſt res, & ita pro-
cedat dictum Dominic. *in cap. cùm ex eo. infra de elect.* & ita de-
clarat Decius *in conſil. 3. alias conſil. 207. Pulchrum eſt dubium. in 2.*
parte. faciunt ea quæ Calder. tradit *in conſil. 7. iſto titulo.* & iſto
modo Imperator non poterit legitimare in terris eccleſiæ, nec
Papa in terris imperij, quo ad non ſubditos ſibi, vt latè probat
Thomas Ferrarius *in cautel. ſua prima in ordine*, & ibi ponit mo-
dum qualiter hoc expediri poſſit, & ex hoc ſumi poteſt exem-
plum ad alios caſus. Et per iſta etiam iuſtificantur dicta Iaſ. *in l.*
ſed ſi hac. § fin. ff. de in ius vocan. & Philip. Franc. *in cap. fin. de offic.*
vicar. & Bartol. & Bald. *in l. 2. ff. de offic. proconſ.* dicentium, quod
habens iuriſdictionem voluntariam ab inferiore à principe
non poteſt eam exercere extra diœceſim, vt in vicario Epiſco-
pi. Nam dicta ſua intelliguntur reſpectu fori contentioſi, vt in
collatione beneficiorum, de qua loquuntur, licet in hoc con-
trarium voluit Rota *in titulo de offic. vicar. deci. fin. in antiquiori-*
bus, ſecus verò in foro conſcientiæ *per ſupra dicta.* † Gloſſ. ſtatuto. 62
concludit duo, primum eſt quòd Epiſcopus ſtatuta facere po-
teſt, & illa ſunt perpetua, ſecundum quod idem eſt in legatis.
Circa primum cum quo tranſeunt omnes eſt animaduerten-
dum ad duo, primò quia videtur dubitabile hoc, quòd Epi-
ſcopus abſolutè poſſit ſtatuta facere. Nam eſt contra text. *in*
cap. veſtra. de loca. & ea quæ not. Ioan. Andr. *in cap. fin. de offic. ar-*
chid. Nam *in d. cap. veſtra.* dicitur, quòd beneficiatus liberè po-
teſt locare redditus ſuæ eccleſiæ ſine licentia ſuperioris, & ſic
illud verbum liberè, arguit quod ſtatutum factum in contra-
rium non valeat, cùm de natura illius verbi ſit non exigere al-
terius conſenſum, vt latè exorditur Iaſ. *in l. 1. per illum text. C. de*
ſacroſanct. eccleſ. Abb. *in cap. de multa. per illum text. de præbend.* pro
qua opin. facit dictum Cardin. *in cap. ad hæc. de religio. domi.* vbi
dicit, quod Papa Bonifacius conceſſit quibuſdam conſtituen-
tibus oratorium, vt miſſæ, & alia officia poſſent ibi licitè, & li-
berè celebrari, fuit non mediocriter dubitatum quid intelli-
geretur per illud verbum liberè, fuit conſulendo concluſum
per Cardin. quod intelligebatur quod poſſet illud fieri ſine li-
centia Epiſcopi, & quod Epiſcopus non poſſet ſtatuere con-
trarium, nec locum dirimi, quod alias potuiſſet cum cauſa. Et
hoc dictum Cardinal. refert, & ſequitur cum multis concord.
Andr. Sicul. *in cap. 1. in 4. colum. num. 26. de reſcript.* ſed iſtis non
obſtantib. contrariam opinionem puto veriorem. Non obſtat
text. *in d. cap. veſtra.* quia ideo ibi Epiſcopus non poteſt ſtatuere,
quia tangit iura aliorum & eorum præiudicium, quo caſu po-
teſtas impeditur, ſecus verò in pertinentibus ad iuriſdictio-
nem ſuam, vt latè tradit Abb. *in d. cap. veſtra. in fin.* vbi aduertit
ad iſtud contrarium, & ſoluit, pro cuius vlteriori declaratione
videnda ſunt quæ Aretin. tradit *in § ius ciuile. num. 5. verſic. quæ-*
ro nunquid iudices. Inſtit. de iur. nat. Secundò aduertendum circa
iſtam quæſtionem gloſſ. dum vult ſtatuta Epiſcopi eſſe perpe-
tua, quia hoc nullibi repetitur expreſſum, & ideo cùm lex non
dicat nec nos dicere debemus, *vt in § cùm igitur. verſic. ſint an-*
tem. in Authent. ne ſe. nub. ibi non eſt lex aliquid dicens. Quamobrem
concludendum videtur quod ſunt perpetua viuente Epiſco-
po, ſed eo mortuo ſpirant, & requirunt confirmationem ſuc-
ceſſoris, prout de litteris Cancellariæ Apoſtolicæ dicitur in re-
gula prima, per gloſſatores, facit text. & *ibi* Dominic. *in cap. præ-*
ſenti.

ſenti. *infra de præben.* & quia voluntas expirare videtur cum concedente, *argum. cap. ſi gratioſè. infra tit. proximo*, & hoc probo tali
63 ratione, quia ſtatutum † Epiſcopi dicitur ius prætorium, vt dicit Bald. *in l. ſiue part. in fin. C. de dilat. & in l. fin. de ædilit. actio. & in marga. ſua. in ver. Epiſcopus. verſic. vigeſimo.* & ideo talia ſtatuta dicuntur eſſe temporalia, vt ibidem concludit Bald. & Doctor. *in l. 5. ff. de verbor. oblig.* & in terminis ita tenet Ioan. Fir. *in tract. de Epiſcopo. in 2. parte. 4. lib. quæſt. 15. fol. 26.* & Aretin. *in §. aliæ. Inſtit. de actio.* Stat igitur concluſio firma quòd Epiſcopus ſtatuta facere poteſt, ſed illa ſunt temporalia. Iſta concluſio recipit aliquas declarationes, primò quod procedat accedente conſenſu capituli, quia tali caſu ſtatuta facere poteſt, vt dicit Innoc. *in d. cap. veſtra.* per Abb. *in cap. cùm conſuetudinis. de conſuet.* alias viderentur facta ſine maturitate, quo caſu non eſſet illis obtemperandum, vt in notabili caſu exemplificat Bald. *in l. programma. C. commi. vel epiſto.* Secundò iſta regula procedit dummodo talia ſtatuta non alterent voluntatem defunctorum, vt tradit Bald. *in l. voluntate. in vltima colum. C. de fideicom.* quia etiam Papa non poſſet in alium vſum tranſmutare diſpoſita per teſtatorem, vt concludit Decius *in conſil. 357. in 2. colum.* Pœnas tamen poteſt imponere Epiſcopus non exequentibus dictam voluntatem, vt idem Baldus concludit *in l. 1. in vltima quæſt. C. de his quæ pœnæ no.* & etiam alterare voluntatem defuncti non executam, vt ſingulariter declarat Imol. *in l. 1. in 3. colum. verſic. & ſi vis tenere. de condit. inſtit.* quem multum commendant Modern. Hiſpan. *in repet. cap. per veſtras. fol. 27. in 1. colum. de donat. inter vir. & vxor.* & hoc dictum ſequitur etiam Felin. *in cap. ſuper his. in 2. colum. de accuſat.* Hippol. *ſingul. 194. incipien. Magna eſt.* & plures caſus in quibus Epiſcopus voluntatem defuncti mutare poteſt, ponit Imol. *in cap. nos quidem. in 5. colum. de teſtam.* aliquid per Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent. in 7. colum. ver. & pro iſtis. de conſtit.* ſequuntur Moder. Bonon. *in cap. clericos. in fol. 6. colum. 3. de offic. vicar.*

¶ Et quod dictum eſt de pœna procedit etiam ſi iam à lege fuiſſet temporalis pœna appoſita contra non exequentes voluntatem defuncti, quia etiam hoc caſu poteſt Epiſcopus per ſuum ſtatutum pœnam ſpiritualem imponere, vt dicit Bald. *in l. ſi quis ſeruo. in fin. C. de furt.* & de hoc videtur hic eſſe text. vbi Epiſcopus pro furto imponit excommunicationem, cum per leges pœna impoſita ſit temporalis, & hoc idem reſpectu modi probandi contra vſurarios procedit, vt Bald. dicit *in l. omnes.*
64 *§. ſuper. C. de vſur.* † Et aduerte circa hoc, & tene menti vnum dictum, quod licet quo ad perdendum priuilegium clericale iura requirant trinam monitionem, vt eſt text. *cap. contingit. de ſent. excom.* tamen illa regula non procederet quando Epiſcopus per viam ſtatuti apponeret illam pœnam, text. eſt *hic* quem ita intelligit, & declarat Abb. *in cap. fin. in 2. colum. de vita & honeſt. cler.* & de hoc vltra Abb. eſt text. *in cap. ad Apoſtolica. de re iud. iſto lib. in fin. quem ibi §. ita nos.* ad hoc not. Dominic. de Rota *in nouis, deciſ. 436. quæ eſt in tit. de dolo & contu. vlt. cum multis concord.* quos ſcribunt prædicti Hiſpani *in d. cap. fol. 66.*

. Et hoc quod dictum eſt Epiſcopum ſtatuta facere poſſe, procedit etiam ſi putatiuus Epiſcopus fuerit, quia interim valent dicta ſtatuta, licet proceſſus per ipſum factus non valeat: ita Bartol. *in l. Barbarius. colum. 6. verſic. ſed quid de his. ff. de offic. prætor.* qui ad hoc alleg. text. *hic:* ſed text. iſte hoc non probat, quia ſimpliciter de Epiſcopo loquitur. Quintò debet intelligi de vero & legitimo, argum. text. *in cap. Cumana. de electio. & l. fin. C. de his qui ve. æta. impetr. & l. 1. ff. de fonte.* vbi Bartol. ad illud quod dicit de proceſſibus eſt caſus notabilis *in cap. 1. in verſic. adiiciebatur. infra de conceſ. præben.* & Bald. *in l. 2. num. 76. C. de ſerui.* & ita
65 procedit optimè gloſſ. iſta. † Secunda concluſio gloſ. eſt quod Legatus de latere poteſt ſtatuta facere, & illa erunt perpetua: alleg. pro hoc text. *in cap. fin. de offic. lega.* & cum iſta opin. vltra Scriben. *hic* tranſeunt Moder. *in tractatu, de poteſtate Legati. in 6. concluſ. in 6. declar.* & hoc idem tenet Spec. quem ipſi non alleg. *in tit. de lega. §. ſupereſt. verſic. poteſt etiam legatus, &c.* Bartol. *in l. 1. in princip. ff. quod quiſque iur. & in l. omnes populi. in 4. quæſt. 1. princ. ff. de iuſtit. & iur. cum concord.* vt per Ioan. Fitmian. *in tracta. de Epiſcopo. fol. 6. in 2. colum.* Et hoc de legato procedit generaliter in quocunque legato, vt dicit Aud. Sicul. *in d. cap. fin. in princip.* ſed ego non puto verum niſi ſolùm de legato de latere, & ſic de maiori, *argum. text. in cap. penult. de ſent. excom.* vbi appellatione excommunicationis de maiori intelligitur, facit quod dicit Bald. *in l. 1. ff. quod quiſque iur.* cuius dicta in inferioribus legatis

non procedunt. Sed circa iſtam concluſ. aduertatis diligenter: quia primum dictum iſtius concluſ. videlicet, quod legatus ſtatuta facere poſſit, expeditum eſt quando illa facit in his quæ pertinent ad ſuam iuriſdictionem, vt dicit Imol. *in d. cap. fin. de offic. legat.* & latius Bald. *in marga. in ver. lega.* & de his quæ non ſunt reſeruata principi, *vt in cap. quod tranſlationem. de offic. lega.* ſublimitando, vt ibi ſingulariter declarat Abb. Quantum ad illud quod ſubiungit gloſſ. & prædicti Doctor. quod talia ſtatuta ſunt perpetua, eſt aduertendum quod hoc non probatur apertè *in d. cap. fin.* quia ibi text. dicit tanquàm perpetua. Vnde aliud eſt eſſe perpetuum aliud eſſe tanquam perpetuum, *argumen. l. ſi maritus. §. legis. ff. de adult. & l. mercis. de verbor. ſignif. & l. actione. § publicatione. ff. pro ſoc. & l. quia parentis. ff. ſoluto matr. cum ſimil.* † & ideo ego crederem quod durante vita illa ſtatuta valeant, 66 & taliter intelligantur perpetua *per l. 1. ff. pro ſoc.* ſed poſtea expirent, non tamen à communi recedendum eſt in dubio. Et quod dictum eſt de ſtatutis, idem dicendum eſt de indulgentiis per illum conceſſis, quæ perpetuo durant, vt dicit Imol. *in cap. quod tranſlationem. de offic. lega.* & hoc de ſtatuto de plano procedit quando aliter de eius mente non conſtat. Non tamen idem eſt in ſententia generali per eum lata contra tale quid facientes, quia morte legati vel priuatione expirat, niſi iam ſecutus fuiſſet effectus, vt latè declarat Villadiego auditor Hiſpanus *in tract. legati. quæſt. 16 in 3. colum.* ¶ Gloſſ. *communiſ. erunt.* diuiditur in tres partes: Nam format contrarium quod tripliciter ſoluit. ſecunda *ibi, licet.* tertia *ibi, vel ſi dicatur.* Ex iſta gloſſ. collige tres notabiles concluſ. † Prima eſt quod differentia eſt inter ſententiam & ſtatutum, 67 quia ſententia non poteſt ferri pro delicto futuro, ſtatutum vero ſecus, cum iſta opin. gloſſ. quæ communis eſt tranſit Felin. *in cap. prudentiam. §. ſi verò. de offic. deleg* & plures alias differentias ponit Ioan. Andr. *in cap. Romani. hic alleg.* quibus non reſiſto. † Secunda concluſio gloſſ. eſt 68 quod multa prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent, iſta communis gloſſ. optimè probatur *in illa vulga. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cum pluribus deciſio. ibi cumulatis.* per Iaſ. ſed quia iſte locus opportunus videtur, vt ſi quid boni ad iſtam regulam labor aſſiduus & ſubtilis inueſtigator potuerunt congerere vltra Doctor. in medium afferam. Ideo vltra Iaſ. & alios iſtam regulam gloſſ. aliquibus notabilibus deciſionibus ornabo in iudicando & conſulendo plurimum neceſſariis. Primò enim per regulam iſtius gloſſ. dicit Georg. Nata *in Clemen. ſæpe. in §. & quia. in 29. colum.* poſt Pet. & Cyn. *in l. iudices. C. de iudic.* † quòd licet iudex debeat proferre ſententiam ſedendo, *vt in cap. fin. infra de re iudic.* 69 tamen ſi ſtans proferat, valeat, quia multa prohibentur fieri, &c. Sed tamen aduerte, quia iſtud dictum non mihi videtur verum, ex eo, quia text. *in d. cap. fin. in fin.* annullat ſententiam, ſi aliter quàm ſedendo lata fuerit. † Nam illa verba nullius penitus eſſe momenti, 70 inducunt annullationem ipſo iure. *l. ſi quis Sempronium. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi minor. ff. de fer. expor. cum concord.* vt per Iaſ. *in l. 5. §. condemnatum. in princip. per illum text. ff. de re iudic.* Adde text. *in l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pupilla. & in l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. de donat. inter virum & vxorem.* Niſi ſuſtinendo opinio. prædictorum Doctor. dicas quod illa verba nullius momenti, poſita *in d. §. fin.* non ſemper denotant annullationem ipſo iure, vt not. *in l. oratio. ff. de ſponſa.* & ita tenet Ioan. de Monteferrato, *in repet. l. ſi conſtante. in 2. colum. in fin. ff. ſolut. matrim.* Sed tamen aduerte, quia text. *in d. cap. fin.* adhuc non tollitur, quia dato quòd prædicta verba illius momenti, poſſent ſemper annullationem ipſo iure importare, ex alio tamen *in d. cap. fin.* annullatio ipſo iure inducitur, quia vnà cum illis verbis eſt dictio penitus, quę ſola de per ſe ipſo iure annullationem importat, vt eſt text. & *ibi* gloſſ. *in l. ſi qui aduocatorum. C. de poſtul. cum concordan.* traditis per Alexand. *in l. qui vſumfructum. in 2. colum. ff. de verbor. obligat.* Sed etiam ad hoc reſpondere poſſet quod hoc non ſemper eſt verum, vt eſt gloſſ. in terminis ſententiæ, de qua loquimur, quæ tenet opin. Georg. Natæ, *in cap. Romana. §. fin. infra de ſentent. excom.* & loquitur de dictione penitus. Omiſſis igitur ambagibus breuiter concludas quod talis ſententia eſt nulla ipſo iure, non ſolùm ea ratione quia verbum nullius momenti, & verbum penitus, annullat ipſo iure, ſed quia ipſa verba annullatiua ſunt geminata, vt ibi patet, quo caſu reſultat vnum, quod licet alias verba ſimpliciter de per ſe non importent annullationem, tamen vbi ſunt geminata inducunt annullationem ipſo iure, vt tradit Baldus per illum text. *in tit. de pace conſtan. in verbo, caſſetur.* ad idem text.

& gloſſ. in l. cum poſteaquam. C. de pact. quam ibi vt ſingularem
ad hoc commendat Iaſ. ad idem text. in Auth. caſſa & irrita. C.
de ſacroſanct. eccleſ. Sic ergo pater, quod illa deciſio Georgij in d.
Clem. ſæpe. non eſt vera, licet videatur magis communiter ap-
71 probari. † Secundò per iſtam regulam dicit Iaſ. in l. is cui bonis.
in 3. colum. ff. de verbor. oblig. & in l. non dubium. in 2. colum. C. de le-
gib. quòd licet ius ciuile poſſet impedire obligat. naturalem ne
naſcatur, l. ſi non ſortem. in princip. ff. de condit. indeb. tamen poſt-
quam cauſata eſt, tollere non poteſt: ſic etiam in ſimili dici-
mus, quòd teſtator poteſt immutare obligationem quando
eſt in fieri, ſecus autem quando eſt in eſſe deducta per iſtam re-
gulam, ita dicit Iaſ. in l. nemo poteſt. in 2. colum. in 1. lectura. de leg. 1.
Accedant ad hoc quæ dicit Alexan. in l. ſingula. in 4. colum. num.
9. ff. ſi cert. petatur. duas alias deciſiones notabiles ad iſtam regu-
lam poſui in cap. 1. in gloſſ. 3. infra de iudic. vbi videndum erit. Ter-
tio facit pro iſta regula quod dicit Bald. in l. fina. C. de dot. promiſſ.
72 vbi dicit † quòd licet filiæ ingratæ poſſit pater denegare do-
tem, tamen poſtquam ſemel illi conſtituit dotem non poteſt
priuare illam dote, quia multa prohibentur fieri, &c. & hoc
dictum pro notabili refert & ſequitur Petrus Gerardus in no-
tabili ſuo 1. Quatuor alias notabiles deciſiones pro iſta regula
ponit Iaſ. in l. 1. in princip. in 3. colum. ff. de oper. nou. nunc. quem vi-
deas, & alia ſimilia ad iſtam regulam ponit Goffredus, in libello
iuris canonici. in rub. quando matrim. contrahit. contra interdic. eccleſ.
poſt princ. in verſ. e contra. & per hoc dicunt notabiliter Ant. Car-
din. & Imol. in cap. 1. de treu. & pace. quòd licet ad tollendum le-
gem canonicam iam confirmatam requiratur tempus de quo
in cap. fin. de conſuet. tamen ad faciendum quòd ſtatutum nun-
quam vſu confirmatum nullius ſit effectus, ſufficit quod tran-
ſeant decem anni. Ad idem pro iſta regula facit dictum Alex.
in conſil. 40. Viſo themate. in 3. colum. 6. volum. & dictum Decij in
73 conſil. 22. num. 2. & conſil. 29. & conſil. 57. num. 1. in 2. parte. † Acce-
dat etiam quod dicit Ioan. de Monteferrato in repet. l. ſi conſtan-
te. in 56. colum. ff. ſoluto matrim. vbi dicit quod licet diuitiæ mari-
ti impediant reſtitutionem dotis, tamen ſi prius facta ſit reſti-
tutio non poteſt retractari, argum. d. l. parte furioſo. cum aliis con-
cord. vt ibi per eum. Hinc eſt quod dicimus quod facilius impe-
74 ditur actio quàm exercitium actionis iam natæ, † vt in notabi-
li quæſt. tradit Riminald. in l. 1. in 6. colum. C. de pact. & ne multi-
plicitate deciſionum oneremini, reliqua quæ ad iſtam regu-
lam dici poſſunt curſim & remiſſiuè complectar: videas igitur
ad iſtam regulam aliam deciſionem Iaſ. in l. & ſi prætor. in 3. co-
lum. in gloſſ. 1. ff. de offic. eius. & aliam in l. non ſolum. §. morte. in 3. no-
tabili. ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. 12. & 13. colum. num. 46. & 48. ff.
de acquir. poſſeſſ. & in l. furioſum. in 1. colum. C. qui teſtam. fac. poſſunt.
& in l. 2. §. 1. in 5. colum. ff. ſoluto matrim. Et ad iſtam regulam ſe-
ptem deciſiones cumulat Roman. in conſ. 215. Duo ſunt. & Cor-
ne. conſil. 4. in fin. lib. 1. cum pluribus aliis quæ congerit Dec. in l.
in ambiguis. §. non eſt nouum. ff. de reg. iur. & alij plures quos breui-
tatis gratia omitto.

Modo iſta regula limitatur duobus modis. Primò non pro-
cedere quādo eſt maior ratio in producto in eſſe quàm in pro-
ducēdo, quia tali caſu facilius tolletur productum quàm pro-
ducendum tollatur: ita limitat Iaſ. in apoſtil. ad Chriſtopho. Por-
tium, Inſtit. de ſuſpect. tuto. in gloſſ. ſuper verbo, procedunt. aliàs habe-
tur ſuper gloſſ. remouere. in §. ſuſpectus.

Secundò limitatur procedere quando iam productum eſt
perfectum: ita limitat Dyn. in regula, poſſeſſor. fol. 3. ſecundum par-
uam impreſſionem. verſic. ſecundò opponitur. infra de reg. iur. Alio mo-
do limitatur iſta regula, vt per Dec. in d. §. non eſt nouum. quem vi-
75 deas. † Tertia concluſio ex fin. gloſſ. colligitur quòd quando
verba ſtatuti poſſunt intelligi vt dent formam futuris negotiis
& præteritis, in dubio potius debent intelligi, vt dent formam
76 futuris: ita ex gloſſ. not. Doctor. hic & poſteriores. † Et ratio
iſtius concluſionis eſt, quia de natura legis eſt concernere fu-
tura, vt in cap. fin. ſupra eod. tit. & ſecundum hoc verbum iſtud,
commiſerint, poſitum in text. futurum reſpicit, licet etiam ad
præteritum referri poſſit, prout magis conuenit materiæ, cùm
ſit præteritum & futurum ſubiunctiui, & ita procedit gloſſ. hic
quam ad hoc not. Andr. Sicul. in cap. ad hæc. in 2. colum. de reſcript.
& ante ipſum in terminis hoc firmat Bartol. in repet. l. omnes po-
puli. in 18. colum. verſic. iuxta præmiſſa quæro. ff. de iuſt. & iur. Tamen
obſtat huic concluſioni quæ dicit Roman. in conſil. 323. Quo ad
77 primum. vbi concludit † quod quando vnum verbum de ſui
natura poteſt importare duo, vt eſt præteritum ſubiunctiui
quod poteſt referri ad futurum & ad præteritum, tali caſu ad
vtrumque referri debet: & ſic ad præteritum & futurum, vt in
pulchro caſu ibi conſuluit. Sed ad iſtud dictum Roma. reſpon-
det Iaſ. ſub diſtinctione in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque
iur. vt ibi videre poteris & refero in voce, cuius dicta prius fue-
runt Felin. de quo ipſe mentionem non facit in cap. ad hæc. in 1.
colum. de reſcrip. vbi regulam ponit cum limitationibus, & idem
Felin. repetit in c. fin. ſupra de conſtit. & vtrobique approbat gloſ.
hic: & finaliter nemo ab ea diſcrepat. Sed tu audi diligenter,
quia videtur mihi quod Roman. optima ratione motus fuerit,
quam ego alia via tutari conabor. Nam certum eſt quod licet
conſtitutio vel ſtatutum in dubio futura reſpiciant non autem
præterita, vt in d. cap. fin. tamen vbi de intentione principis con-
ſtat volentis illud ad præterita extendi, clarum eſt, quod ſtatu-
tum illud præterita comprehendet, vt omnes fatentur in d. cap.
fin. † Sed iſta intentio principis poteſt nobis conſtare duplici- 78
ter, aut expreſsè, aut ex coniectura verborum, vt tradit Abb.
in cap. cùm inter. in princ. & ibi Felin. in 3. colum. de except. cum con-
cord. vt dixi ſupra in cap. 1. in gloſſ. noſcatur. & iſta coniectura ver-
borum capitur ſecundum eius ſignificatum, vt in l. Labeo. ff. de
ſup. leg. † vnde ſi ſignificatus proprius verborum eſt duplex, a- 79
ctus agentium verificabuntur in vtroque ſignificatu: vt in l. 3.
ff. de bon. poſſeſſ. niſi in teſtibus in quibus vterque ſignificatus ca-
dere non poteſt, vt de hoc plura exempla Felin. ponit in cap. ſu-
per his. de accuſat. & Iaſ. in l. non hoc. C. vnde legib. & dixi ſupra in
cap. 1. in 2. notab. poſt Dominic. Cum igitur in caſu noſtro Papa
hic loquatur per verbum commiſerint, † de cuius natura eſt 80
propriè importare præteritum perfectum, & futurum ſubiun-
ctiui, ergo referretur ad vtrumque, quia talis videtur intentio
condentis qualis ex facie verborum apparet, d. l. Labeo. & tradit
Socin. in conſil. 66. incip. Conſiliis meis. in 2. colum. lib. 2. vbi plura
iura allegat. † Non obſtat text. in d. cap. fin. quod ſtatutum re- 81
ſpicit futura: quia illud eſt verum, quando non conſtat ex in-
tentione principis per interpretationem verborum quod velit
etiam ad prætetita extendere, quod eſt notandum pro intelli-
gentia d. cap. & ita opin. Roman. poterit defendi: prima tamen
opin. communis eſt, pro qua vltrà prædicta plura cōgerit Vin-
cen. Hercula. in diſput. ſua 2. incip. In nomine domini noſtri. vbi vi-
dendum eſt, quia latè loquitur. ¶ Gloſſ. diœceſim: intendit de-
clarare ſecundum Gemin. hic & Moder. quis dicatur habere
iuriſdictionem ordinariam, vt hic in ea. Sed aduerte quia in-
tentio gloſſ. non eſt niſi declarare iuriſdictionem Epiſcopi,
non authoritate abſolutè quærere quis dicatur habere ordina-
riam. Nam aliàs male loqueretur gloſſ. reſpectu aliorum infe-
riorum, qui dicuntur ordinariam habere, vt ſupra in princ. iſtius
text. & tamen non habent territorium, quia nec etiam ad eſ-
ſentiam illius iuriſdictionis requiritur, vt not. in cap. cum contin-
gat. de foro compet. & declarat Bald. Hinc eſt quod etiam ex poſ-
ſeſſione territorij non arguitur iuriſdictio, prout latè conclu-
dit Socin. in conſil. 15. In cauſa & quæſt. lib. 3. vt in l. cum vrbem. ff. de
offic. præfect. vrb. Ratio igitur gloſſ. bene concludit quòd † Epi- 82
ſcopus maior ordinarius dicatur, & præeminet aliis inferiori-
bus, ex eo quia diœceſim habet, in qua ſedere poteſt, & in qua-
libet eius parte pro tribunali iudicare, vt dicit text. in d. cap. cum
Epiſcopus. alleg. in gloſſ. & tenet Felin. in cap. accepimus. colum. penult.
de fide inſtrument. & hoc idem eſt in Legato cui duæ prouinciæ
commiſſæ ſunt. Nam ſedere poteſt in qualibet eius parte, vt
dicit Abb. per illum text. in cap. nouit. de offic. lega. ſequitur Felin. in
cap. fin. in 2. colum. de iud. & hoc idem eſt in Cardinalibus reſpe-
ctu titulorum ſuorum, vt dicit Imol. in Clement. ne Romani. in 5.
colum. de electio. & ibi Cardinalis, quos ſequitur Felin. in cap. his
quæ. per illum text. in princip. de maior. & obedien. & ratio prædicto-
rum eſt, † quia iuriſdictio eſt indiuidua, & ideo exercendo 83
eam in qualibet parte diœceſis, dicitur continuari quaſi poſ-
ſeſſio in toto territorio, l. vna eſt via. ff. de ſerui. ruſti. prædiorum,
cap. paſtoralis. de appella. & hoc expreſsè dicit Innoc. in cap. dile-
ctus. de capel. mon. quem refert & ſequitur Bald. in l. 2. C. de ſerui.
& aqua. & in hoc Epiſcopus fundatam habet intentionem, vt
tradit Cardin. in conſil. 116. Duo videnda. in fine, declarando, vt la-
tè per Decium in cap. cum venerabilis. in 10. nota. de except. & Felin.
in cap. ne Dei. de ſimonia. ſecundum Andr. Sicul. in cap. cum te. de
offic. delega. & in cap. nonnulli. de reſcript. & ex hoc infert quod E-
piſcopus & Legatus poſſet cauſas vnius ciuitatis, † vel diœce- 84
ſis in alia tractare, etiam ſi inter ſe ciuitates multum diſtent per
ſupradictam rationem, & ita ampliari poteſt d. cap. cum Epiſco-
pus.

pus.& limitati text.in c.ſtatutum.infra de reſcript.ſecundum And.
Sicul.in cap.cum te.de offic.delega.& in cap.nonnulli.de reſcript. Sed
tamen aduerte, quia contrarium eſt verum. Nam illud quod
dicit text. in d.cap.cum Epiſcopus.& gloſſ. hic non habet locum in
magna diœceſi, vt ibi notabiliter declarat Petr. de Anchar. &
in cap.nonnulli.de reſcript.& in cap.fin. de dolo & contum.& alibi ſa-
pe per text.in l.cum poteſt.C.de appellat. per quem ita tenet Felin. in
cap.ſanè.in princip.de foro compet.& in d.cap.nonnulli.& ibi reſpon-
det ad motiua Andr. Sicul. & vltra ipſos iſtam opin. ſibi con-
trarius tenet ipſe Andr. Sicul. in conſil.52.colum.6.lib.2.& ſic iſta
gloſſ.& d.cap.cum Epiſcopus. declaratur, quòd procedant reſpe-
ctu cauſarum illius ciuitatis vel loci vbi Epiſcopus ſedet, non
autem alterius longè diſtantis. Et iſta omnia de plano proce-
dunt in locis ſibi ſubiectis, in quibus pro tribunali ſedere po-
teſt Epiſcopus, & aliæ perſonæ ſupradictæ, ſecus verò in loco
exempto, quia dato, quod ille locus in diœceſi ſit, non tamen
dicetur de iuriſdictione vt Epiſcopus in eo pro tribunali ſede-
re poſſit, vt dicit hic gloſſ. per text. in d. cap. cum Epiſcopus. & hoc
tenet Imol. in Clem.2.in 1.colum.de priuileg.& facit gloſſ. in Clem.
1.de exceſ.præla.cum ſimilib. quæ Abb.& Moder. adducunt in cap.
Abbate. de reſcript. & tali caſu paria ſunt, quòd locus ſit exem-
ptus, vel extra territorium, vt dicit hic Ioan. Andr. & idem
Ioan. Andr. in Clement. 1. in verſic. aut earum parte. in gloſſ. de foro
85 competen. & ſequitur hic Dominic. † Ex quo infert Ioan. Andr.
quòd ſicut ſtatutum Epiſcopi non ligat aliquem extra territo-
rium vt hic, ita neque delinquentem in diœceſi, in loco tamen
exempto, ita notabiliter concludit Ioan. Andr. & Dominic.
hic, qui allegat Imol. in cap.nimis. de iureiur. Sed hoc ibi non di-
cit Imol. ſed fuit dictum Hoſt. ibi: quem refert ibi Ioan. Andr.
& latius Abb. concludens per hoc quòd loca, quæ ſunt in pro-
uincia vel diœceſi habentia dominium ſeparatum, non dicun-
tur eſſe de illo regno ſiue diœceſi, & ſequitur Cardin. in Clem.
2.§.1.in 4. quæſt. de priuileg. & hoc latè firmat Petr. de Anchar.
in repet.cap.ſi propter.in 3.colum.verſic.& iſta faciunt.infra de reſcrip.
quem multum ad hoc commendat Andr. Sicul. in d.cap. Abba-
te. & iſta videtur eſſe communis opinio. Sed conſiderandum
eſt quòd iſtud dictum Ioan. Andr. cum quo prædicti Doctor.
tranſeunt non videtur verum, quia immò ſtatu. Epiſcopi liga-
86 bit delinquentem in diœceſi in loco exempto, & † ſic iſto ca-
ſu non ſunt paria, ligare ſubditum extra territorium, vel in ter-
ritorio, in loco tamen exempto, pro hoc videtur eſſe caſus in l.
ſi quis in hoc genus. Cod. de epiſcop.& cleric. vbi laicus iudex poteſt
punire ſubditum ſuum exiſtentem in eccleſia, & ſic in loco
exempto: ad idem bonus text. in l.fin.ff. de decre. ab ordi. fac. &
iſtam opinionem per plura fundamenta firmat Feder. de Senis
in conſil. 2. incipien. Statuto Epiſcopi. & ibi reſpondet motiuis ad-
ductis pro contraria opin.& præcipue ad text. in d.cap.cum Epi-
ſcopus. hic alleg. in gloſſ. & hoc videtur tenere Abb. in cap.nouit. de
offic.lega. Communis tamen opin.cum dicto Ioan.And. defen-
di poſſet ab iſtis motiuis per iſtum textum ſi rectè ponderetur.
Nam hic textus dicit quod ſtatutum Epiſcopi non ligat ſuos
ſubditos extra territorium delinquentes, ſed certum eſt quòd
locus exemptus quoad iuriſdictionem dicetur extra poteſta-
tem & territorium Epiſcopi, d.cap.cum Epiſcopus. ergo illum non
ligabit, & vt dicebat Ioan. Andr. iſta æquiparantur, ligare ex-
tra territorium, & in territorio, ſed in loco exempto: & ad
iſtam rationem non fuit vnquam reſponſum, quæ iudicio meo
eſt veriſſima, & probatur in cap. luminoſo.18.quæſt.2.& iſtam re-
gulam vltra prædicta ſequuntur Angel. in conſil.233. incip. Qua-
dam domina.in 2.colum. & Calder. conſil.13.in tit.de foro competen.
Paul. de Caſt. in conſil. 187. incipien. Notandum eſt quòd iſta impe-
rialis.in penult.colum.in 2.volum. Roman. notabili 49.Iaſ.in l.fina.
in princip. de iuriſdict. omnium iudicum. Angel. in diſputa. ſua incip.
Bononien.in 1.colum.& in d.l.fin. ſequitur Martin. Lauden. in tra-
cta.de priuileg.& reſcript.num.60. Non obſtat text. in d.l.ſi quis in
hoc genus. quia illa poteſtas iudicis laici, fuit ibi de facto non de
iure, quod probatur, quia illa diſpoſitio non valuit in dam-
num eccleſiæ & eius immunitatis, vt not. Abb. & communi-
ter alij in cap.eccleſia.de conſtit. vbi per hoc concludunt, quod tit.
C.de ſacroſanct.eccleſ.& de epiſcop.& cler. ſint hodie correcti per
rationem poſitam in d.cap.eccleſia. & poſito quòd non fuerit
correctus ille textus ſubtiliter intuenti non probat illud ad
quod allegatur, neque etiam text. in d.l.fin. quæ ibi ſtatum ligat
extra municipium, in loco tamen ſubiecto, nec text. contra-
rium dicit: aliàs eſſet contra text. in l.fin. ff. de iuriſdict.omn.iudic.

alia motiua, quæ in contrarium adduci poſſunt facilè ex iſtis
reſoluuntur, & ſecundum iſtam diſtinctionem reſtringi poſ-
ſunt dicta Fel. in cap.graue.in 1.& 3.colum. de offic. ord. Et pro cla-
riore reſolutione prædictorum, vlterius notandum eſt quod
dictum Ioan. Andr. in caſu iſtius text. optimè procedit: ſecus
verò extra iſtum caſum, quia in aliis pœnis ſubditus extra ter-
ritorium & in territorio in loco exempto ligatur. Fallit hoc in
pœna ſpirituali qualis eſt excommunicatio, quæ ſecum trahit
executionem, & ſic diſpoſitio iſtius text. ſpeciali ratione pro-
cedit, vt dicit Bald. in l.1.ff.de leg.& Angel. in diſput. Bononien.in 1.
& 2.colum. Felin. in cap.cum contingat.in principio. de foro competen.
aliis modis limitatur iſte text. qui colligi poſſunt ex his quæ di-
cit idem Felin. poſt Moder. in cap.poſtulaſti.de foro competen.in vl-
tima colum. quæ breuitatis gratia non refero. † Gloſ. territorium. 87
ponit concord. & declarat quid ſit territorium, ſuper quibus
non eſt inſiſtendum: ſed ſuper iſta 2. vlt. alleg. hic per Doctor.
& in l.fin.ff.de iuriſdict. omnium iudic. videndum quid ſit territo-
rium: Abb. in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtitut. Socin. in conſil.86.
In cauſa communitatis.in 2.colum. 1. volum. vbi ponit etiam de ſi-
gnificatione iſtorum verborum curia & diſtrictus, quod con-
ſilium errore eſt repetitum in conſil. 166. eiuſdem volum. & quali-
ter diuidatur & fiat menſuratio territorij, per eundem in conſi-
lio 127. Viſis capitulis.colum.fin. 1.lib. quod etiam conſilium im-
preſſorum errore repetitum eſt in eodem volumine, conſilio 181. &
notabilius per eundem in conſil. 15. In caſu, in 2.& 3.colum. in 3.
volum. Vbi etiam ponit quòd aliqua ciuitas poteſt † habere 88
territorium, licet non habeat iuriſdictionem, de quo ibi latè
per eum, & vltra prædicta de illo verbo & pluribus aliis latius
loquitur Felin. in cap.Rodulphus.10.colum. verſic.territorium.de re-
ſcript.cum aliis congregatis, per Firmian. in indice ſuo in verſic. terri-
torium. & vltra ipſum hoc latè ponit Barbar. in conſil.11. Scripſit
belliſſimè.in 2.colum.in 1.volum.& in Clement. Romani.fol.6. num.
27. in gloſſ. in verſic. hoc caſu. de electio. vbi lariſſimè proſequitur
differentias iſtorum vocabulorum territorium, diœceſis, &
diſtrictus, & aliorum plurium, de quibus etiam per Aretin. in
conſil.77.& per Præpoſit. in cap.1.in princip. de capi.qui cur.vend.
in vſi feu.& quomodo probetur territorium per Alber. Brun. in
conſil.95.alias 24. incip. In cauſſa & differentia. per totum, vbi nota-
biliter loquitur, & quod dicatur podere, quod manſum po-
nit Ludouicus Luſitanus in l.fundum.fol.7.in 3.colum.ff.de rebus
dub. poſt Bartol. in l.ſi ita.de aur.& arg leg. & quid ſit ciuitas vrbs
per eundem in l.ciuibus.eodem tit. & quid ſit prouincia, territo-
rium, & de pluribus aliis remiſſiuè per Nouiſſ. in amplo tracta.
præſcriptio.in 1.parte.4.partis, in 4.quæſt.

REPETITIO IN RVBRIC. De Reſcript.

Celeberrimi I.V.C.D. Ioannis Croti de Monteferrato.

SVMMARIVM.

1 Reſcriptum, priuilegium, & donatio in quo differant.
2 Beneficium quid ſit.
3 Commodatum dicitur beneficium.
4 Principis liberalitas frœno non ſubiacet, neque debet coerceri.
5 Princeps concedens alicui caſtrum vel domum, intelligitur etiam conceſſiſſe munitiones, & omnia in illis exiſtentia.
6 Clauſula nunquam trahitur ad præcedentia, quando coarctatur conceſſio facta à principe.
7 Ius accreſcendi non habet locum in contractibus: ſecus in conceſſione facta à principe duobus.
8 Priuilegium dicitur quaſi priuans legem, & eſt conceſſio facta à principe contra ius commune.
9 Receſſus à iure communi eſt odioſus, reditus autem eſt fauorabilis.
10 In priuilegiis fit ſtrictior interpretatio quàm in contractibus, etiam ſtricti iuris.
11 Reſcriptum quid ſit, & quid reſcriptum ad lites.
12 Diſpenſatio quid ſit, & in quo differat à priuilegio.
13 Diſpenſatio ſi eſt facta cum aliquo ſuper ætate quoad dignitates,

vel

vel bèneficia curata, non cenſetur diſpenſatum quo ad beneficium ſacerdotale.

14 *Diſpenſatus quo ad duo beneficia incompatibilia, non cenſetur diſpenſatus in eadem eccleſia.*

Diſpenſatio ſuper ordinibus facta, intelligitur de minoribus.

15 *Diſpenſatio licet ſtrictè ſit interpretanda, extenditur tamen ad ea, quæ ſunt conſecutiua & acceſſoria actus principalis, ſuper quo emanauit.*

16 *Mandatum quid ſit.*

IN iſta rubrica pro euidentia iſtius tituli præmittit hic Petr.
1 de Anchar. † quæ ſit differentia inter reſcriptum, priuilegium & donationem. Cum de eis habeantur ſpeciales tituli *in libro decretalium*: ego autem latius declarando iſtam materiam præmitto, quod in iure noſtro reperiuntur quinque vocabula, quæ aliqualiter diſcrepare videntur, ſcilicet beneficium, pri-
2 uilegium, reſcriptum, mandatum, diſpenſatio. † Et quid ſit beneficium, ponit text. *in cap. 1. in §. fina. in tit. in quib. cau. feud. amit.* vbi dicitur, quòd beneficium eſt beniuola actio gaudium tribuens capienti, & hoc beneficium dupliciter capitur, in genere & in ſpecie, vt declarat Bartolus *in l. fina. ff. de conſtitut. princip.* Si capiatur in genere, comprehendit omnia quatuor ſubſequentia vocabula, hinc dicit Bartol. *in l. beneficio per illum textum. ff. ad legem Falcid.* cum quo ibi tranſit Dominic. Alexand. & Paul. de Caſt. *in l. maritum, in princip. ff. ſoluto matrimon.* quòd aliàs conſuluit in ciuitate Piſana, in qua eſt ſtatutum, quòd quidam nobiles de quadam cognatione ſint exempti ab omnibus oneribus, cum hoc, quòd non poſſint habere aliquod beneficium in ciuitate. Extat etiam aliud ſtatutum, quòd ſi aliquis aduocatus faciat fieri condemnationem cōtra aliquem reum, quæ debeat applicari fiſco, debeat habere duodecim denarios pro libra: ſi aliquis aduocatus illius parentelæ fecit fieri huiuſmodi condemnationem, non detrahet duodecim denarios, quia illa detractio dicitur & appellatur beneficium. Et quod ſit beneficium in genere, facit text. *in l. in commodato.*
3 *in §. ſicut. ff. commod.* vbi † commodatum dicitur beneficium, & text. *in cap. 1. ſupra commoda. text. in l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. exportan. ibi, intereſt hominis hominem beneficio affici*: pœnæ verò non irrogatæ indignationis duritiam continet, facit etiam text. *in l. ſi pignore, in princip. ff. de fur. ibi, ſpecies enim furti eſt de alieno largiri*, & beneficij debitorem ſibi conſtituere. Sed quando capitur in ſpecie, & tunc comprehendit conceſſionem factam à principe, vt quia princeps concedit aliquod caſtrum in feudum, vel aliquid de ſuo donat, vel aliquam gratiam facit ſecundum ius commune, vel præter ius commune: & in talibus beneficiis latiſſima ſit interpretatio, *cap. cum dilecti. in fin. de donat. cap. quia*
4 *circa, de priuileg. l. fina. ff. de conſtit. princip.* † Nam liberalitas principis fræno non ſubiacet, neque debet coerceri, *l. penult. C. de donatio. inter vir. & vxor. l. ſancimus. §. exceptis. C. de donat.* & dicit text. *in l. cum multa. C. de bon. quæ libe.* ſicut imperialis clementia omnes alias ſuperat, ita oportet liberalitates imperiales præcipuum habere culmen, dicit etiam text. *in l. fin. C. de præpo. agen. in reb. lib. duodecimo.* per quam abſurdum & temerarium eſt, per aſtutam interpretationem principum beneficia velle ad ſtri-
5 ctam interpretationem recludere. † Hinc eſt, quod ſi princeps concedat alicui caſtrum vel domum, intelligitur etiam conceſſiſſe munitiones & omnia in illis exiſtentia: ita decidit Bald. *in l. fin. ff. de conſtit. princip.* adducens text. *in l. ſi quando. la 1. C. de bon. vacan. lib. 10.* Confirmatur ex eo, quod ſingulariter ponit Innocent. *in cap. cum dilecti: in fin. ſupra de donat.* vbi dicit, quod
6 † clauſula nunquam trahitur ad præcedentia, quando coarctaretur conceſſio facta à principe: & de illo dicto meminit dom. Alexand. *in conſil. 48. incip. Super haſitatione, de qua quæritur.*
7 *in 1. volum.* Hinc † eſt, quod in contractibus non habet locum ius accreſcendi, *l. ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.* In conceſſione tamen à principe duobus facta locus eſt iuri accreſcendi, ſecundum Bald. *in l. 1. §. in primo. C. de cad. tol. in cap. 1. de duo. fra. de no. benef. inueſti. & in cap. 1. de duo. fra. à cap. inueſt.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obligat.* Alexand. *in conſil. 30.*
8 *incip. Quoniam omne datum optimum, colum. 4. & in 1. lib.* † Priuilegium autem dicitur, quaſi priuans legem, *cap. priuileg. 3. diſtin* & eſt conceſſio facta à principe contra ius commune, ita declarat Bartol. *in l. fin. C. ſi contra ius & vtil. pub. & in l. 1. in vltima colum. C. de iur. & fact. ignor. in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infect. & in l. ſi quando.* vbi Bald. *C. de inoffic. teſtam.* dom. Anton. & Abb. *in cap. olim tibi. ſupra de verbor. ſignif.* Paul. de Caſt. & Alexand. *in l. maritum, in princip. ff. ſoluto matrim.* Cyn. *in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offer.* & in hoc priuilegio ſtricta ſit interpretatio, *l. ſi quando, in princip. C. de inoffic. teſtament.* gloſſ. *in cap. 1. ſupra tit. proximo.* Archid. *in cap. frater. 16. quæſt. 1.* Bald. *in l. quæ ex relationibus. C. de lega.* & ratio eſt, quia priuilegium eſt conceſſio facta contra ius commune, aliàs non eſſet priuilegium, quia fruſtra precibus imploratur, & c. *l. 1. in fin. ff. ad municip.* † Omnis au- 9
tem receſſus à iure communi eſt odioſus, ſecundum Abb. *in cap. 1. ſupra de iudic.* Sicut econtra reditus ad ius commune cenſetur fauorabilis, *cap. 2. in princip. infra de deci.* gloſſ. *in cap. ſtatutum, in verbo numerandum. de præbend. lib. 6.* † Quinimò ſtrictior 10
ſit interpretatio in priuilegiis, quàm in contractibus etiam ſtricti iuris: patet, quia in his contractibus ſumitur argumentum à contrario ſenſu, *l. pecuniam quam. ff. ſi cert. peta.* Quod tamen non ſumitur in priuileg. gloſſ. eſt reputata ſingularis *in cap. licet. infra de priuileg.* † Reperitur etiam reſcriptum, & illud 11
dicitur, quando princeps reſcribit ad obſeruationem iuris communis, vt quia ſcribit quod fiat iuſtitia, *l. falſo. C. de reſcript.* Reperitur tamen reſcriptum, quod appellatur reſcriptum ad lites, vt quia princeps delegat cauſam aliquam, & quia huiuſmodi reſcriptum derogat iuriſdictioni ordinariæ, cenſetur odioſum, & ſtricte debet interpretari, ſecundum gloſſ. *in Clem. 1. infra eod. & in Clem. 2. de offic. ordin.* Et ſi dictum reſcriptum aliquid in ſe contineat, quod ſit contra ius commune, vt quia committitur cauſa, quod in ea procedatur ſummariè, tunc amittit nomen reſcripti & vocabitur priuilegium, gloſſ. eſt notabilis *in cap. 1. in verbo, noſcatur. ſupra tit. proximo.* † Reperitur & 12
diſpenſatio, quæ dicitur, quando conſtitutio iuris communis ex cauſa relaxatur, *l. 1. in princip. ff. de vaca. mune.* & de iſta loquitur text. *in l. ex facta, in princip. ff. de vulg. & pupil.* notat Ioan. And. *in cap. cum ex eo. infra de elect.* traditur *in cap. de multa. ſupra de præbend.* Et in hoc differt à priuilegio. Illud enim conceditur ſine cauſa, diſpenſatio autem cum cauſa, qua exiſten. falſa, vitiatur diſpenſatio etiam ſi motu proprio facta fuerit. Ita decidit D. Abb. *in cap. quia circa, ſupra de conſang. & affin. & in cap. ad aures. ſupra de reſcript.* Stricte etiam interpretandæ ſunt huiuſmodi diſpenſationes, *gloſſ. in cap. ordinarij, in verbo, diſpenſationes, infra de offic. ordin. cap. 1. & 2. infra de fil. presbyt.* intantum quòd non eſt permiſſa extenſio ad caſum habentem maiorem rationem, *c. fin. ſupra de tranſlat. Epiſcop.* Abb. expreſsè *in d. cap. ad aures.* Petr. de Anchar. *in conſil. 19. incip. Quæſtio talis eſt, dominus noſter. in fin.* vbi concludit, † quòd ſi eſt diſpenſatum cum aliquo ſuper æ- 13
tate quo ad dignitates vel beneficia curata, non ſit interpretatio vt cenſeatur diſpenſatum quo ad beneficium ſacerdotale, per text. *in cap. ſi cui de non ſacerdo. infra de præbend.* facit *l. pupillorum. §. cum prætor. ff. de reb. eo.* Dicit etiam Ioan. And. *in cap. ea quæ. de reg. iur. in ſuis quæſtio. mercuria.* quòd diſpenſatio facta de monacho ad beneficium curatum non extenditur ad ſimplex beneficium: videte etiam id quod dicit Abb. *in cap. de multa. ſupra de præbend.* vbi voluit, quod † diſpenſatus ad duo beneficia in- 14
compatibilia non cenſetur diſpenſatus in eadem eccleſia. Accedat gloſſ. notabilis *in cap. litteras, ſupra de fil. presbyt.* quæ vult, quod diſpenſatio ſuper ordinibus facta, intelligitur de minoribus. † Notate tamen, quòd licet diſpenſatio ſtricte ſit inter- 15
pretanda, extenditur tamen ad ea quæ ſunt conſecutiua & acceſſoria actus principalis, ſuper quo emanauit, gloſſ. eſt *in cap. quia in tantum. ſupra de præben. & in cap. ſi quis in clero. 7. quæſt. 1. & gloſſ. in cap. non poteſt, infra de præbend.* dom. Anton. & Abb. *in cap. cum in cunctis, ſupra de elect.* pro quo facit text. *in l. ſed ſi ex parte. in §. non ſolum. ff. ad Macedon. iuncta l. qui exceptionem. in princip. ff. de condi. indeb.* Reperitur † vltimo loco mandatum, & non lo- 16
quor de illo, de quo habetur *in toto tit. ff. & C. mandati.* Sed loquor de mandato Pontificis vel Principis, & illud eſt quando princeps mandat alicui, quòd exequatur gratiam, de quo habetur *in cap. eam te. ſupra de reſcript.* & ex iſtis habetur magiſtraliter & vtiliter declaratos iſtos terminos, & hæc ſufficiant pro ornamento iſtius rubricæ.

REPETITIO IN RVBRICAM.

De Reſcript.

Celeberrimi I.V.C.D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, priuilegium, reſcriptum, mandatum, diſpenſatio, licet aliquando promiſcua ſint, inter ſe tamen differunt.*
Beneficium quomodo diffinitur. Ibidem.
2 *Argumentum de feudo ad alias materias non valet.*
3 *Sacerdotes orationibus potius quàm crapulationibus, vel inerti otio abundare debent.*
4 *Oberto de Orto feudorum compoſitori non creditur, ſicut nec Gratiano.*
5 *Authoritas nec poteſtas ex longa conſuetudine præſumuntur.*
6 *Latæ culpæ diffinitio data per Iuriſconſul. reprehenditur.*
7 *Diffinitio ab effectu capi non debet.*
Beneficij noua diffinitio. Ibidem.
8 *Alia diffinitio noua.*
9 *Ius accreſcendi habet locum in beneficijs Principum.*
10 *Reſcripti diffinitio.*
11 *Reſcriptum continens idem quod ius commune, non eſt propriè reſcriptum.*
12 *Intellectus* ad l. falſo. C. de diuer. reſcript.
13 *Reſcriptum & mandatum differunt.*
Reſcripti noua diffinitio. Ibidem.
14 *Mandatum propriè dicitur quando iuriſdictio non datur.*
15 *Reſcriptorum duæ ſunt ſpecies, gratiæ & iuſtitiæ.*
16 *Reſcriptum in dubio, an iuſtitiæ vel gratiæ intelligatur.*

SVPER iſto titulo de reſcriptis plura congerunt Doctores,
præſertim Modern. *in rubrica extra eodem.* quæ alias dum i-
ſtum titulum penè iuuenis, interpretandum aſſumpſeram,
conſultò prætereunda duxi. Nam cum eo tempore nihil noui
quod addere poſſem occurrebat, malui plura omittere, quàm
nudus ac laborioſus relator videri, modo autem aſſiduo ſtu-
dio, ac repetita lectione diligentius ac firmius cuncta ruminãs
plura dicta ſcribentium reperio, à vero iuris tramite deuiaſſe,
ideò non ab re ex his quæ ad euidentiam iſtius tituli tam Mo-
dern. ibi, quàm repetentes hic adducunt quædam potiora ru-
tinanda delegimus, quę vtilitatem aliquando afferre poterũt,
1 iuxta textum, *in l. ſi forte. ff. de pœnis.* † Præmittenda igitur ſunt
ſecundùm Modern. repet. hic pro declarat. materiæ quædam
vocabula in iure reperiri expreſſa, quæ licet aliquando ſyno-
nima ſint, diuerſum tamen iuris effectum continent, quæ ſunt
iſta, videlicet, beneficium, priuilegium, reſcriptum, mandatũ,
diſpenſatio: iſta enim vocabula, licet vt dixi, interdum promi-
ſcuè capiantur, propriè tamen intelligendo videntur inter ſe
differre. Beneficium ergò diffinitur per textum, *in cap. 1. in § fi-
nal. in quibus cauſis feud. amit.* quod eſt beneuola actio gaudium
tribuens capienti, quam diffinitionem vt indubitatam Doct.
omnes *in Rubrica, extra eodem,* & hic, & vbique ſequuntur, &
eam tenet Abb. *in cap. olim. de verb. ſign. & in cap. ad audientiam. in
vlt. notab. de præſcript. & in cap. clerici. de vita & honeſtate cler.* & in
pluribus alijs locis, quæ congerunt apoſtillatores ad Dyn. *in
reg. beneficium, infra de regulis iuris,* & Summiſtæ omnes *in ver. be-
neficium.*

¶ Mihi tamen iſta diffinitio non ſatisfacit, quia illa diffini-
tio non eſt generalis ad omne beneficium. Nam non compre-
2 hendit beneficia eccleſiaſtica, de quibus loquitur iſte titulus,
† ſed ſolum cõcernit temporale beneficium feudi, de quo lo-
quitur text. *in d. cap. 1.* à quo quidem feudo non licet arguere,
nec inferre ad alias materias, vt dicit Bart. *in l. vt iuriſiurandi. § ſi
liberi. in duobus locis. ff. de oper. lib.* cum concor. traditis per Iaſ. *in l.
1. num. 56. C. de iure emphyt.* vbi rationem iſtius dicti videas. pro-
cedunt igitur illæ conſuetudines feudales, & habent locum
tantum in caſibus ſuis ſpecialibus. Quam opinionem ego eui-
denter probo, quia videmus quòd tale beneficium feudi ven-
di poteſt, *cap. ad noſtram. de empt. & vend. & cap. 1. de nat. feud.* quæ
venditio in beneficijs eccleſiaſticis ſummopere eſt deteſtanda,
vt patet *toto titulo de ſymo.* nam & in feudo quis ad lucrum aſſu-
mitur, vt Iaſ. dicit *in tract. feud. in 1. char.* ſed ad beneficia Eccle-
ſiaſtica prælati & eccleſiaſticæ perſonæ ad ſolicitudinem, & ad
curam aſſumuntur potius quàm ad gaudium, vt patet *in ca. hoc
tantum. 18. quæſt. 2.* & bon. text. *in l. generaliter. C. de epiſc. & cler. &
in cap. fin. infra iſto titulo. & in cap. multi. 49. diſt.* & eſt optimus tex.
in cap. illud. 8. quæſt. 2. † Et ideò dicitur, quòd vita Sacerdotum 3
lachrymis & orationibus non gaudio, crapulationibus vel in-
erti otio debet abundare, *vt in cap. conuenior. 23. quæſt. 7. & ca. fin.
36. diſtinct.* Cùm igitur in iſta materia occurrat tractandum de
beneficio eccleſiaſtico, meritò illa diffinitio beneficij feudalis
hic non aptatur, & quia illa diffinitio feudi fuit cuiuſdam † O- 4
berti de Orto, vt ibi patet, qui poteſtatẽ non habuit legis con-
dendæ, vt dicit Oldra. *in conſil. 159. in 2. dubio.* Areт. *in cap. quia V.
in prima lectura, in 2. colum. de iud.* & eius dicta ita reprobari poſ-
ſunt, ſicut dicta aliorum, ſicut de Gratiano dicit Felin. & alij, *in
cap. 2. colum. penult. de reſcrip.* & Modern. *in l. 1. ff. ſi certum petatur,*
& licet dicta eorum fuerint longiſſima conſuetudo recepta in
ſcholis, tamen non propterea tribuunt authoritatem nec po-
teſtatem legis, quia licet alias ex diuturnitate temporis multa
præſumantur, non tamen præſumitur poteſtas, neque autho-
ritas, † vt eſt caſus notabilis *in l. fin. ff. de vſuca. pro empt.* firmat A- 5
lexan. *in l. ſciendum. in 5. colum ff. de verborum obligat.* Et præſup-
poſito pro vero, quòd illa diffinitio beneficij poſita *in dicto ca-
pit. 1.* fuiſſet approbata ab Imperatore, nihilominus etiam iuſta
ratione reprehendi poteſt, quando conuincitur defectiua, vt
patet in diffinitione latæ culpæ data per Iuriſconſult. *in l. lata
culpa, de verborum ſignif.* † quam reprehendit Bart. *in l. quod Ner- 6
ua. in 4 colum. ff. depoſi.* Nec obſtat, quòd prælati in perceptione
redditu um accipiunt gaudium, & ſolatium, vt *in l. aduccati. C.
de aduoca. diuer. iud.* quia reſpondetur quòd illud accidentaliter
obuenit, propter laborem, & ideò non debet conſiderari, *ar-
gument. l. qui exceptionem. ff. de condit. indeb. & l. ſi quis nec cauſſam.
ff. ſi certum petatur,* & quæ not. *in l. venia. Cod. de in ius vocand.* Vel
ſecundò dicas, quòd illud gaudium, quod in perceptione e-
molumenti conſiſtit, conſideratur ex effectu beneficij, † à quo 7
effectu diffinitio formari, ſeu fieri non debet, ſecundùm om-
nes. Nam cauſſa per effectum non debet diffiniri, vt tenet Bar-
tol. *in l. 1. ff. de appellat.* & Decius *in Rubrica de probat. in 5. columna,*
licet aliter dixerim *in commentarijs meis actio. in princ. numer. 2.* Si
ergò illa diffinitio Oberti de Orto potiùs concernit effectum,
quàm ipſum beneficium, & ideò non valet. Quamobrem re-
perio, quòd Bart. de quo Doct. mentionem hic non fecerunt,
aliter diffinit beneficium, videlicet, quòd eſt conceſſio quæ-
dam, quæ non eſt contra ius commune, ita dicit Bartol. *in l. ſi fi-
nita. § ex hoc edicto. ff. de damno infect.* Sed etiam iſta conſideratio
Bart. non placet ex eo quia illa ratione attenta emptio, & ven-
ditio, locatio, & huiuſmodi alia, quæ circa iudicia vertuntur,
deberent appellari beneficia: quo nil abſurdius dici poſſet. Et
ideò omiſſis ambagibus mihi videretur, quòd ita nouiter be-
neficium diffiniri poteſt, videlicet, † quòd eſt beneuola actio 8
procedens ab authoritate & poteſtate concedentis conſiſtens
circa ſpiritualia & temporalia. Iſta diffinitio (vt opinor) com-
prehendit omnes actus procedẽtes à liberalitate hominis po-
teſtatem habentis, vel iuris, & verba omnia diffinitionis quæ
per ſe clara ſunt expono in voce. Et iſtud beneficium iſto mo-
do diffinitum, differt à reſcripto, quod eſt ſtricti iuris, benefi-
cium verò lati, *l. final. de conſtitut. princ.* niſi ſit conceſſum motu
proprio, vt *in cap. ſi pluribus. de præbend. infra eodem libr.* † eſt etiam 9
alia differentia, quia in beneficijs Principum habet locum ius
accreſcendi, vt eſt caſus ſingularis, *in leg. vnic. Cod. ſi liber. imper.
ſoc. libro 10.* quam ad hoc pro ſingulari commendat Iaſon. in
repet. *l. re coniuncti. in 2. columna, de legatis 3.* ſecus in reſcriptis, vt
in capitulo ; cui de non ſacerdotali. infra de præbend. Priuilegium
autem quid ſit ſatis hic clarè diffiniunt repet. poſt Modern. in
Rubrica extra eodem. cum quibus tranſeo. † Reſcriptum verò 10
eſt illud, quod conceditur ad obſeruantiam iuris communis,
l. falſo. Cod. de diuerſ. reſcriptis. & cum iſta diffinitione reſcripti,
tranſeunt hic, & vbique ſcribentes, Bartol. *in l. final. ff. de conſtit.
princ.* Decius *in capit. prudentiam, § ſexta. de offic. delegat.* & idem
Bart. *in repet. l. Cæſar. in 9. columna. numer. 23. ff de publica.* quem
Modern. quidam Bononien. ad hoc idem allegant *in l. 1. in 26.*

 colum.

colum.ff.de offic.eius. & cum iſtis concordat Decius *in conſil.5. In*
caſu propoſito.in 2.colum.2.parte.in conſil.29.Viſo tenore. colum.pen.
*eod.libr.*quod errore eſt repetitum *in conſil.72.eod.libr.* & iſta eſt
communis omnium opinionum. Sed diligenter aduertendum
eſt, quia contra hoc faciunt omnes text.poſiti *in tit.1.inf.de offic.*
*deleg.*vbi per reſcripta iudices delegati dantur, & tamen illa iu-
riſdictio eſt contra iuriſdictionem ordinariam, quæ procedit
de iure communi, vt eſt gloſſ. *infra in capit.1.& in cap. diſpendia.*
Præterea, quia quando Princeps concedit reſcriptum contra
ius commune faciendo mentionem de iure reſcriptum valet,
vt not.omnes *in l.reſcripta.Cod.de precib.Imper.offer.*tenet Domi-
nic.*in cap.1.in 1.notab.ſupra titulo* 1.& eſt text.*in cap.ex parte.de of-*
fic. delegati. & tamen illa dicuntur reſcripta, quæ non emana-
runt ad obſeruantiam iuris communis, ſed contra ius commu-
ne, ergò iſta diffinitio non eſt bona. Præterea, ſi reſcriptum di-
citur illud, quod continet obſeruantiam iuris communis, iam
11 reſcriptum continens idem quod ius commune, † non dice-
retur verè reſcriptum, & tamen conſtat de contrario, cùm tale
reſcriptum potius dicatur ius commune, quia fruſtra precibus
impetratur, quod iure communi conceditur, *l.1.C.de theſaur.*
lib.10.l.1.ff.ad municip.& quòd non dicitur reſcriptum, ſed ius
commune eſt, gloſſ.notabilis *in cap.1.in verbo, facti.ſupra de conſt.*
12 *eodem libr.*& ibi plura dixi.† Non obſtat text.*in dicta l.falſo.*quia
vereor, ne etiam falsò Doctor. interpretati ſint eius mentem.
Nam text.ibi non dicit illud, quod Doct.ex eo colligunt: ver-
ba enim illius legis hæc ſunt, [*ea enim quæ ad ius ſcribuntur peren-*
nia eſſe debent.] Doctores exponunt ad ius, id eſt, ad iuris obſer-
uantiam, vide quęſo, quàm extranea ſit iſta expoſitio, vnde vi-
detur mihi quòd gloſſ.ibi melius expoſuit ad ius, id eſt, ad cau-
ſam agendam, & defendendam, prout ibi etiam declarat O-
doffr.& ſecundùm hoc erit ibi ſenſus, quòd ſi ego contra te re-
ſcriptum impetro ad agendum, vel defendendũ, ob eam cau-
ſam, quòd eo reſcripto non ſum vſus per aliquod tempus, non
propterea reſcriptum euaneſcet, cùm reſcripta quę ad ius ſcri-
buntur perennia eſſe debeant, vt dicit ille textus. Præterea illa
13 diffinitio communis ex alio non eſt generalis, † quia tantum
reſpicit reſcriptum, per quod excitatur iuriſdictio, vt *in cap.li-*
cet.de offic. ord. & tale reſcriptum benè dicitur emanare ad ob-
ſeruationem iuris, & proprio nomine ſuo appellatur tale re-
ſcriptum mandatum, cùm per illud non detur iuriſdictio, vt
dicit Cald.*conſil.5.iſto tit.*& ſic patet, quòd diffinitio non com-
prehenderet illam ſpeciem reſcripti, per quod iuriſdictio tri-
buitur, quod appellatur propriè reſcriptum differens à man-
dato de quo diffinitio loquitur. Et ideò ego aliter & nouiter
reſcriptum diffinirem hoc modo, reſcriptum eſt quędam con-
ceſſio vel mandatum præter ius conceſſum circa iudicialia vel
extraiudicialia. iſta diffinitio videtur probari, *in § ſed quod prin-*
cipi.Inſt.de iur.naturali.& melius *in l.quæ relationibus. C. de legib.*
dixi in diffinitione vel mandatum, ad differentiam priuilegij,
& beneficij, & ita reſcriptum appellatur, *in ca.mandatum.extra*
*eodem tit.& in l.1.§.cui mandata.ff.de offi.eius.*intelligas tamen lat-
14 go modo ſumendo mandatum, † quia propriè capiendo illud
dicitur mandatum, quando iuriſdictio nõ datur, vt dicit Cal-
der.*in conſil.5.*iſto titulo, & propterea, vt euitarem ſcrupulum,
dixi in diffinitione, eſt quædam conceſſio, &c. dixi præter ius,
quia ſecundùm ius eſt inefficax per ſupra dicta, & contra ius
non valet, vt *in l.reſcripta.C.de precib.Imper. offer.* dixi circa iudi-
cialia, & extraiudicialia, ex eo, quia reſcripta ſunt duplicia, ſci-
licet, iuſtitiæ, & gratiæ: vt *in cap.capitulum.extra eodem.*vt ibi not.
Abb.*in 3.colum.verſ.& not.hoc verbum, & in cap.diſpendia.infra eo-*
15 *dem.*† Præmittendum eſt vlterius circa intellectum iſtius tituli
in actu practico, quòd reſcriptorum duæ ſunt ſpecies, iuſtitiæ,
videlicet, & gratiæ, vt tradunt Doct. *in cap.poſtulaſti.ſupr.eod.*re-
ſcripta iuſtitiæ diuiduntur in tria membra, quia quædam expe-
diuntur per viam breuis, quædam per viam cõmiſſionis, quæ-
dam per viam reſcripti, ſpecialiter nuncupati: de breuibus, &
gratijs dicam hic, quia de tertia ſpecie quæ commiſſiones re-
ſpicit dicam latiſſimè *in regula Cancell.25. de non iudicando iuxta*
formam ſupplicationum, vbi latius attingam pertinentia ad ſigna
turam iuſtitiæ. Sed antequam iſta duo capita reſcriptorum at-
16 tingamus, operæpretium erit videre.† Nunquid reſcriptum in
dubio de proprietate vocabuli intelligi debeat eſſe iuſtitiæ vel
gratiæ, vel vtrunque ſimul, quando materia ſuper qua reſcri-
bitur ad vtrunque adaptari poteſt. Quod in dubio debeat de
reſcripto iuſtitiæ, ſiue ad lites intelligi, facit *l. & ſi leuibus.* & ibi
communiter Doct.poſt Bart.& alios.*C.ſi contra ius.*vbi eſt text. qui loquitur in materia indifferenti, & tamen Bart.ibi & communiter antiqui intelligunt illum loqui in reſcripto ad lites, & ſic in reſcripto iuſtitiæ, ex quo datur intelligi, quòd appellatione reſcripti de tali intelligendum erit, facit *l.reſcripta.eod.tit.* Sed quòd de gratioſo intelligatur facit, quia verba in potentiori ſignificatu, & in eo præſertim reſcripto gratioſo hæc interpretatio capi debet, quia per tale reſcriptum nulli fit prçiudicium niſi ipſi concedenti, *cap.quia circa.cum vulg.de priuile.*ſed huiuſmodi ſunt reſcripta gratioſa, quia per ea non detrahitur iuriſdictioni ordinarij, ſicut per reſcripta iuſtitiæ, quæ iuriſdictionem minuunt ordinariam, vt dicit gloſſ. *in cap.1.& cap. diſpendia.infra eod.* ergò de tali in dubio debet fieri interpretatio. Sed quòd de vtroque debeat intelligi facit, quia generale verbum propriè cõprehendit omnes ſuas ſpecies, licet inter ſe diuerſas, vt patet in hoc nomine animal, quòd ita propriè comprehendit hominem ſicut equum. Quid tenendũ: dicas quòd appellatione reſcripti, in dubio venit reſcriptum iuſtitiæ non gratioſum, de hoc eſt deciſio in terminis Gemin.*in ca.ſi cui nulla.in 1.colum.de præb. infra eod lib.* per rationes de quibus ibi per eum, & iſta eſt communis opinio, pro qua faciunt ea quę ſuperius allegaui: & ita tempore meo fuit tentum in Rota corã R. P.D.Petro Vortio, & tunc domini iuris plura mouebantur ad hoc tenendum iſta ratione, quia qui dicit principem ſibi gratiam conceſſiſſe, debet illud clarè probare, *ca.conſtitutus.de conceſſ.præb.& in ca fraternitatis.de ſchiſmat.*ergò in dubio debemus reſcriptum interpretari iuſtitiæ.

REPETITIO
IN CAP. IPSO IVRE.
De Reſcriptis.

Celeberrimi I.V.C.D.Ioannis Croti de Monteferrato.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripti impetratio dicitur actus extraiudicialis, & eſt quid præambuli ad iudicium, quod per excommunicatum non poteſt exerceri.*

2 *Reſcriptum & proceſſus in quo differant.*

3 *Filiusfam.an poſſit impetrare reſcriptum.*
Et quid in excommunicato.num.ſeq.

5 *Reſcripti impetratio obtenti ab excõmunicato an reconualeſcat ſuperueniente abſolutione ante præſentationem ipſius reſcripti.*
Qualitas adiecta verbo intelligenda eſt ſecundùm tempus verbi.

6 *Diſpoſitio tempore, quo actus eſt expediendus, nõ ſumit robur, quãdo exigitur certa habilitas à iure, accedente poſtea habilitate, ſed requiritur habilitas in impetrante tempore, quo impetrat.*

7 *Actus nullus ex aliqua cauſa, non reconualeſcit ceſſante cauſſa.*

8 *Iudex ſi eſt excommunicatus tempore datæ reſcripti, cognoſcere nõ poterit de cauſa, licet ante præſentationem litterarum fuerit abſolutus.*

9 *Bannitus vel condemnatus pro debito quòd non poſſit contrahere, ſi ſtatuto caueatur, niſi prius eximatur de bãno, vel ſatisfaciat creditoribus, ſi prius contraxerit, & poſtea eximatur, reconualeſcet ipſe contractus.*

10 *Teſtamentum à principio nullum reconualeſcit, ſublato obſtaculo, de medio illius validitatem impediente.*

11 *Teſtamentum vſurarij præſtita cautione reconualeſcit.*

12 *Reſcripti impetratio eſt actus, qui poteſt ſtare in ſuſpenſo vſque ad præſentationem, & ante illam non tribuit iudici iuriſdictionem.*

13 *Actus, qui eſt nullus, non reconualeſcit.*

14 *Excommunicatus per abſolutionem reponitur in ſtatu, in quo fuit ante excommunicationem.*

15 *Stipulatio, quòd ego dem Titio centum, cui non intererat mea dari non valet.*

16 *Teſtis licet tempore, quo deponit, ſit inhabilis, ſi tamẽ fiat poſtea habilis, valebit eius teſtimonium.*

17 *Collatio beneficij ſi eſt nulla propter inhabilitatem perſonæ. cui beneficium fuit collatum, ſi illa inhabilitas ſit diſpenſabilis per inferiorem à ſummo Pontifice diſpenſatio ſuperueniens confirmat ipſam diſpenſationem.*

18 *Ab-*

18 *Abſolutio ab excommunicatione regulariter eſt permiſſa cuilibet inferiori à Pontifice.*
19 *Verbum non valeat, non importat nullitatem actus ipſo iure.*
20 *Reſcriptum ad lites an ſit nullum.*
21 *Reſcriptum impetratum ab excommunicato, an ſit nullum ipſo iure.*
22 *In acquiſitione, quæ cauſatur ex hominis facto non attenditur cui honor fiat, ſed cui commodum quæratur.*
Procurator acquirit Domino ex facto illius.
23 *Trebellianica an detrahatur di fideicommiſſorelicto ad piam cauſam.*
24 *Libertus non poteſt vocare patronum in ius ſine venia, poteſt tamen nomine alterius impunè illum vocare.*
25 *Minores quòd non poſſint ſe obligare ſine propinquorum conſenſu ſtatuto ſi cauetur, poterunt nihilominus ſine illorum conſenſu procuratores conſtitui ad negotia alterius.*
26 *Filiusfamilias ſine patris conſenſu in iudicio ſtare non poteſt: procuratorio autem nomine ſecùs eſt.*
Laici procuratorio nomine alterius poſſunt tractare negotia ſpiritualia.
27 *Fictio eundem effectum operatur in caſu ficto, quem veritas in caſu vero.*
28 *Diſpoſitio actum annullans dicitur pœnalis.*
29 *Exceptio debet eſſe de regula.*
30 *Filiusfamilias, qui ab omnibus reputabatur paterfam. ſi teſtetur, an valeat eius teſtamentum.*
31 *Clauſula motus proprij tollit vitium ſubreptionis, & nunquã tollit inhabilitatem eius, cui facta eſt conceſſio.*
Nec validat conceſſionem contra intentionem concedentis.
32 *Reſcriptum ab excommunicato impetratum ſuper nullitate ſententiæ eſt validum.*
33 *Permittuntur multa incidenter, quæ principaliter non permittuntur.*
34 *Cauſa nullitatis an & quando dicatur intentata principaliter, & quando incidenter.*
35 *Appellans tacitè videtur deducere nullitatem. num. 38.*
Expreſſio illius quod tacitè ineſt, nihil operatur, niſi ſiat expreſſio alio modo, quàm inſit. num. 37.
36 *Extrema duo quando exprimuntur principaliter per copulatiuã, vtrumque cenſetur expreſſum principaliter.*
39 *Commiſſio, quòd cauſa delegetur vni ex auditoribus Rotæ, valet, quia habent iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo, & commiſſiones, quæ eis fiunt, ſunt quadam diſtributiones cauſarum.*
40 *Auditores Rotæ in iudicando habent iuriſdictionem delegatam.*
41 *Proceſſus & ſententia non ſunt connexa, poteſt enim eſſe proceſſus validus & ſententia nulla.*
42 *Cauſſa nullitatis alicui commiſſa, poterit is ex eiſdem actis, quæ valida ſunt pronunciare, quia illi non pereunt, licet ſententia ſit nulla.*
43 *Genus à quo remouetur, remouetur & qualibet ſpecies.*
Et qui à toto prohibetur, & à qualibet eius parte cenſetur prohibitus.
44 *Articuli omnes dependentes à cauſa principali ſortiuntur eius naturam.*
45 *Libertus, qui non poteſt vocare patronum in ius ſine venia, ſi fuerit vocatus à patrono, poterit poſtea comparere, ex quo ſemel fuit vocatus in iudicio, quia cenſetur cõparere, vt ſe defendat, ex quo ſemel fuit citatus.*
46 *Excommunicato eſt permiſſa qualibet neceſſaria defenſio.*
Et quis dicatur defenſor neceſſarius.
Iudicium redditur in inuitum.
47 *Litigare quis non debet cum curatore illius quem putat eſſe maiorem, quia inſtruit eum, ad petendum reſt. in integ.*
48 *Lex vel ſtatutum quando annullat actum ipſo iure, tacitus cõſenſus partis opponentis de iure ſuo non cenſetur validare ipſum actum, amplia vt ibidem.*
49 *Exceptio excommunicationis reddit iudicium nullum.*
50 *Appellandum licet ſit à ſententia infra decem dies, aliàs tranſeat in rem iudicatam, quando tamen grauamen eſt ſucceſſiuum, poterit poſt dictum tempus appellari.*
51 *Carceratus perſeuerando in carceribus ſingulis diebus, & horis dicitur grauari, & in grauamine ſucceſſiuo non currit tempus appellandi.*
52 *Sententia contra ſe lata videtur quis acquieuiſſe ex eo quod non appellauit.*
Sententia in cauſa matrimoniali lata nunquam tranſit in rem iudicatam.
53 *Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, eſt nullum ipſo iure: filius autem præteritus approbare poterit teſtamentum.*
54 *Ferijs ſtatutis non in honorem Dei, ſed alias tacitè vel expreſſè renunciari poteſt.*
55 *Sententia ſi feratur contra excommunicatum, & reus conuentus abſoluatur, an valeat dicta ſententia.*
56 *Excommunicati odio quod ſtatutum eſt, non debet in eius fauorem retorqueri.*
57 *Excluſus à publicis officijs non intelligitur excluſus ab officijs oneroſis, ſed ſolum ab vtilibus.*
Tutela eſt officium oneroſum.
58 *Sententia ſi eſt lata in fauorem abſentis nõ citati eſt nulla ipſo iure: & quare fuerit introducta citatio.*
59 *Sententia lata in fauorem monaſt. quòd litigauit mediante Procuratore conſtituto ſine conſenſu Abbatis, an ſit nulla ipſo iure.*
60 *Factum aliquid non eſſe, vel nulliter factum paria ſunt.*
61 *Odium, quod venit in conſequentiam fauoris, non reijcitur.*
62 *Reus conuentus ſi oppoſuerit, quòd reſcriptum impetratum ab excommunicato ſit nullum, & obtinuit, non poterit reconuenire actorem coram iudice impetrato, quia ſublato expreſſo vitiatur & tacitum.*
63 *Iuriſdictio iudicis non inficitur per excommunicationem actoris ſuperuenientem.*
64 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
65 *Reconuentio actore inuito quo caſu procedat.*
66 *Redire an quis poſſit ad id, quod voluit impugnare.*
67 *Proceſſus agitatus coram iudice ordinario an valeat, actore exiſtente excommunicato prius quam contra eum fuit oppoſita exceptio excommunicationis.*
68 *Dictio, nihilominus, aduerſatur præcedentibus in iure, & in facto.*
69 *Dictionis aduerſatiuæ, ſed ſi. natura eſt repetere qualitates, quæ ſunt in præcedentibus in ſequenti diſpoſitione.*
70 *Fideicommiſſo quo caſu ſit locus, ita vt admittatur nepos ex filia præmortua, cùm ſit maſculus.*
71 *Nepos licet ſuccedat loco patris vel matris præmortuorũ, in eo tamen non attenditur qualitas, quæ eſt in Patre.*
72 *Renunciatio facta per filium cum iuramẽto nocet nepotibus mortua filia, viuente auo, ſi extant patrui, vel auunculi, aliàs ſecùs.*
73 *Ius agnationis conuerſatur per diuitias.*
74 *Iuriſdictio ordinaria firmior eſt quàm delegata.*
75 *Delegatus ex propria perſona iuriſdictionem non habet: ordinarius autem proprio iure iuriſdictionem habet.*
76 *Ius competens alicui ex eius propria perſona difficilius extinguitur, quàm ius competens ex perſona alterius.*
77 *Reſcriptum ſuper inquiſitione impetratum ab excõmunicato an ſit nullum, ſiue præbuerit nudum miniſterium ſiue non.*
78 *Reipublicæ intereſt, vt crimina puniantur.*
Infames & criminoſi non admittuntur ad accuſandum.
79 *Infamis admittitur ad accuſandum, ſi ſuam proſequatur iniuriam: ſecùs in excommunicato.*

IPSO IVRE. Conſidera imprimis, quæ fuit ratio dubitandi & decidendi. Breuiter ratio dubitãdi hæc fuit; † Nam impetratio reſcripti dicitur actus extraiudicialis, *c. ex parte, ſupr. de reſcr.* Sed actus extraiudiciales non ſunt interdicti excommunicato, *c. Felicis. §. verum, infra de pœn.* notant Innoc. & Abb. *in ca. veritatis. ſup. de dol. & cont.* facit tex. etiam pro hac ratione dubitandi, *in l. ſi libertus. ff. de in ius voc.* Ratio autem decidendi fuit, quia impetratio reſcripti eſt quid præambulum ad iudicium, quod per excommunicatum non poteſt exerceri, *c. intelleximus de iud.* Cùm ergò excommunicatus non poſſit eſſe in iudicio, non poterit etiam reſcriptum impetrare, quod eſt eius præparatorium, *argum. l. oratio. ff. de ſponſal.* 1

¶ Noto primò ibi, reſcriptum vel proceſſus, ponderando alternatiuam, vel, † quòd differentia eſt inter reſcriptum, & proceſſum: ex quo inferri poteſt, quòd reſcriptum non dicitur eſſe de proceſſu. Quod procedit ante præſentationem: facta autem præſentatione, dicitur de proceſſu, ſicut alia acta iudicialia, & illud commune vtrique parti, *l. 1. §. edenda. ff. de edend.* notant Innocent. & Hoſtienſ. *in cap. ex conqueſtione, de reſt ſpolia.* Innocent. *in cap. ſignificauit. de teſtibus. & in cap. quoniam contra falſam, de probat.* Infertur etiam, † quòd cùm impetratio reſcripti 2 3

non

non ſit actus iudicialis, prout dixi filiusfamilias, qui non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, *l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib.*
4 poteſt tamen impetrare reſcriptum. † Idem in excommunicato dici poteſt, licet repellatur à iudicio. Ita tenent Dom. de Rota, *deciſione* 175. quod procedit, ſi ante præſentationem reſcripti fuerit abſolutus, alias ſecùs, per iſtum textum, Ioan. de Imol. *in ca. dilectus filius* Abb. *in 2. colum. ſupra de reſcr.* in hoc vltimo tenuit opinionem contrariam, & ipſum ſequuntur Moderni Peruſi. Mouentur, quia text. *hic* annullat ipſo iure reſcriptum impetratum per excommunicatum. Ideò reconualeſcere non poteſt obtenta poſtmodum abſolutione, *ca. non firmatur. de regulis iuris. in 6. l. quod ab initio. ff. de regulis iuris.* Iſte articulus pulcher eſt, & ſubtilis, & à Doctoribus malè diſcuſſus. Ideò propoſui illum pleniori ſtylo præſenti lectione diſcutere. Re-
5 aſſumo itaque hunc articulum in dubium, videlicet, † An impetratio reſcripti obtenti ab excommunicato reconualeſcat ſuperueniente abſolutione ante præſentationem ipſius reſcripti? Pro parte negatiua ſic arguitur. Qualitas adiuncta verbo intelligenda eſt ſecundùm tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus. ff. de noxa. l. Titius. ff. de nul. teſtamen.* Bartol. *in l. ex facto. in prin. ff. de vulgar. & pupillar.* Sed ad hoc vt validum ſit reſcriptum, eſt neceſſe, quòd iſta qualitas excommunicationis abſit tempore impetrationis, vt *in iſto text.* Igitur ſi eſſet ex poſtfacto, non re-
6 conualeſcet, *d. l. Titius.* † Secundò arguitur ſic: Quando tempore, quo actus expediendus eſt, habilitas certa à iure exigitur, & illo tempore expediens actum ſit inhabilis, non ſumet robur ipſa diſpoſitio accedente poſtea habilitate, *l. 1. §. ſi filius. ff. de lega. 3. c. ſi eo tempore. inf. eod.* Sed habilitas requiritur in impetrãte eo tempore, quo impetrat, vt iſto tex. Si ergò ſuperueniat habilitas, quæ abfuit tempore impetrationis, nõ validabitur ipſa im-
7 petratio. Tertiò ſic arguitur: † Actus, qui eſt nullus ex aliqua cauſa, non reconualeſcit ceſſante cauſa, *Inſt. de exhær. lib. in prin. iunct. l. Papinian. in princ. ff. de inof. teſtam.* Sed reſcriptum eſt nullũ propter excõmunicationem, ergò non reconualeſcet illa ſublata. Quartò adduco gloſſ. *in c. dilectus, el 2. ſupr. de Preb.* quæ vult
8 quòd † ſi iudex ſit excommunicatus, tempore datæ reſcripti, cognoſcere non poterit de cauſa, licet ante præſentationem literarum fuerit abſolutus, quia attenditur tempus datæ. Et iſta pars videtur ſuſtentabilis.

¶ Contraria tamen opinio verior videtur, quòd immò reconualeſcat huiuſmodi reſcriptum, pro qua ſic arguo: Nam iſte impetrans, qui eſt excommunicatus, non eſt omninò inhabilis ad impetrandum, ſed eius poteſtas eſt offuſcata, & impedita propter excommunicationem. Si ergò hoc impedimentum ceſſauerit, ſuperueniente abſolutione reconualeſcit ipſum reſcriptum, *l. pignori. ff. qui & à quib.* Bart. *in l. cùm vir in 3 colum. ff. de vſuca.* quem ſequitur Abb. *in ca. cùm ex officijs. in penult.*
9 *colum. ſupra de præſcri.* vbi dicit, quòd † ſi ſtatuto caueatur, quòd bannitus vel condemnatus pro debito non poſſit contrahere, niſi prius eximatur de banno vel ſatisfaciat creditoribus, ſi aliquibus bannitus prius contraxit, poſtea eximatur de banno, reconualeſcet ipſe contractus, non quia ius ſuperueniat de nouo, ſed quia tollitur obſtaculum de medio, quod impediebat, ipſum contrahere, facit text. *in c. cura. & in c. ſuggeſtum, ſupra, de*
10 *iure patrona.* † Secundò adduco tex. *in l. qui ſoluendo non erat duos apollonios. ff. de hered. inſt.* vbi teſtamẽtum reconualeſcit à principio nullum, ſublato obſtaculo de medio illius validitatem
11 impediente. † Hinc eſt, quòd teſtamentum vſurarij, quod nullum eſt, non præſtita cautione, reconualeſcit, illa poſtmodum præſtita ſecundùm Bart. *in l. 1. ff. de reg. caton. & in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. irritoq. teſtam. cum ſuis concordantibus*, de quibus per Modern. Peruſ. *in l. poſthumus. C. de bono. poſſ. ff. contra tabu.* Se-
12 cundò facit: Impetratio † reſcripti eſt actus, qui poteſt ſtare in ſuſpenſo vſque ad præſentationem, quia ante illam non tribuit iudici iuriſdictionem, *ca. ſuper eodem de appellat.* Tunc ſicut actus, qui poteſt ſtare in ſuſpenſo, ſi à principio fuerit nullus, ex poſtfacto reconualeſcere poteſt ſecundùm Bart. *in l. ſi tibi electio. §. 1 ff. de optio. leg.* Tertiò facit: multum intereſt, an quis per actum de nouo ſuperuenientem deducatur in nouo ſtatu, an verò reponatur in illo ſtatu, qui ab origine naturæ inhærebat.
13 Nam † primo caſu actus, qui eſt nullus, non reconualeſcit, *l. nõ putauit. §. ſi quis emancipatum. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Secundò
14 verò caſu reconualeſcit, *l. filio quem pater. ff. de liber. & poſthum.* † Sed excommunicatus per abſolutionẽ reponitur in ſtatu antiquo, in quo fuit ante excommunicationem. Igitur reconualeſcere debet reſcriptum, licet ipſo iure nullum. Quartò adduco
15 quod volunt Bart. Ang Paul. de Caſtr. & communiter alij Doctores *in l. 1. ff. de pact.* vbi dicunt, quòd † ſi ſum ſtipulatus dari Titio centum, cui non intererat mea dari, quo caſu non valet ſtipulatio, *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obligat.* Si perueniat intereſſe, quia dictus Titius me inſtituat heredem, validabitur huiuſmodi ſtipulatio, per text. *in l. exiſtimo. ff. de verbor. obligat.* & per alia iura, de quibus *ibi*. Confirmatur & quinimò ex eo, quod voluit Fed. de Sen. *in conſil.* 129. vbi dicit, quòd licet teſtamentum excommunicati ſit nullum ipſo iure ſecundùm quoſdam reconualeſcit tamen obtenta poſtea abſolutione. Adduco &
16 ſextò notabile dictum Ioannis Andr. *in ca. factum legitimè. de regulis iuris. in mercurialibus.* vbi dicit, † quòd licet teſtis tempore, quo iurat, ſit inhabilis, ſi tamen tempore quo deponit fuerit habilis, valebit eius teſtimonium, quia depoſitio eſt effectus teſtimonij, & illo tempore attenditur habilitas, *leg. notionem §. inſtrumentorum. ff. de verborum ſign.* Vltimò adduco, quod voluit
17 Innocent. *in c. niſi cum pridem. §. 1. ſupra de renunc.* vbi dicit, quòd † quando collatio beneficij eſt nulla, propter inhabilitatem perſonæ, cui beneficium ipſum fuit collatum, ſi illa inhabilitas ſit diſpenſabilis per inferiorem à ſummo pontifice, tunc diſpenſatio ſuperueniens confirmat ipſam diſpenſationem, quia dicta collatio potius videtur ſteriſſe in ſuſpenſo, quàm fuiſſe nulla: & illud dictum ſequitur Dom. Anton. *in ca. at ſi clerici, in*
18 *princ. ſupra de iud.* † Cùm ergò regulariter abſolutio ab excommunicatione ſit permiſſa cuilibet inferiori à pontifice, *ca. nuper de ſenteut. excommun.* Igitur ea ſuperueniente, validabitur impetratio reſcripti. Non obſtant iuta in contrarium allegata, quia loquuntur, quando in perſona fuit ſemper inhabilitas. Sed in caſu noſtro fuit habilitas, licet fuerit impedita per excõmunicationem, qua remota ſumet robur ipſum reſcriptum: ſuper quibus diligenter cogitabitis.

¶ Secundò noto, † quòd iſtud verbum, *non valeat.* non im- 19
portat nullitatem actus ipſo iure: patet, quia ſi de per ſe iſtud importaret, ſuperfluum eſſet verbum ipſo iure, poſitum in tex. cuius contrarium voluit Bart. *in l. cùm lex. ff. de fideiuſſ.* adducens tex. *in l. in princ. ff. de don. inter vir. & vxor.* niſi dixerimus, quòd illud verbum fuit appoſitum gratia maioris expreſſionis, ideò ex eo non mutatur ſubſtantia ipſius verbi, *l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg. l. qui mutuam. in princ. ff. mand.*

¶ Tertiò † noto caſum, in quo reſcriptum ad lites ipſo iure 20
nullum eſt, regulariter tamen ſecùs eſt, *ca. ſuper litteris. ſupra de reſcriptis. gloſſ. in ca. ad audientiam, eodem titulo.* Literæ tamen beneficiales redduntur nullæ ipſo iure ob vitium ſubreptionis, *ca. ſi motu proprio. infra de Præbend.* Rationem diuerſitatis inter literas & lites, & literas beneficiales ponunt Ioan. And. & Dom. *in c. 2 infra de fil. Presbyt.*

¶ Quartò noto litteraliter, † quòd reſcriptum impetratum 21
ab excommunicato eſt nullum ipſo iure: hoc notabile extenditur aliquibus modis. Et primò ad caſum, in quo aliquis non excommunicatus impetrauit ſimul cum excommunicato, & cauſa eſt indiuidua: Nam ex parte vtriuſque vitiatur reſcriptũ, *argum l. Pedius. ff. de arb. & l. 1. §. Trebatius. & §. item quæritur ff. de aqua quotid. & æſti.* & ita tenet Ioan. And. *in c. vtile. inf. de reg. iur.* Petr. de Anchar. *hic*, Ludo. Rom. *in conſ.* 506. qui dicit ſecùs eſſe in actu diuiduo, quia tunc reſcriptum ex parte non excommunicati erit validum, nec ipſi nocebit inhabilitas alterius impetrantis: adducit tex. *in l. 1. §. & ſiquidem ff. quòd fal. tut. auct. & tex. in l. ſi ſponſus. §. marnus. ff. de donat. inter vir. & vxor. fuit l. ſi mihi & Titio in princ. ff. de legat. 2.*

¶ Sed contra primum dictum inſtatur, & videtur, quòd immò quando actus, ſuper quo fuit impetratum reſcriptum, eſt indiuiduus, debeat ex parte vtriuſque eſſe validus, *l. ſi communem ff. quemadmodum. ſeru. amit. cap. per tuas. de arbitr.* in argumentum Abb. *in cap. dilectus. de offic. leg. at.* Sed ſuſtinendo prædictam ampliationem reſpondetur, quòd prædicta procedunt in caſu, in quo is, qui eſt inhabilis ſecum admiſiſſet illum, qui eſt inhabilis ignoranter: Secùs ſi admiſiſſet illum ſcienter: Nam tunc vitiabitur reſcriptum ex parte vtriuſque. Ita notabiliter dicit Innocent. *in capitulo, illa ſupra, de electio.* vbi ponit rationem diuerſitatis, quia quando admittitur inhabilis ignoranter, is qui habilis eſt, videtur velle actum, qui per eum geritur, valere eo meliori modo, quo poteſt, *l. 3. ff. de milit. teſtament.* Ideò tunc non vitiabitur poteſtas, habilis propter immixtionem inhabilis. Quinimmò tunc ratione inſeparabilitatis

tatis actus valebit ex parte vtriuſque. Sed quando ſciens aliquem inhabilem illum ſecum admittit, videtur nolle qu equã ſine eo facere. Sed quòd actus pariter vim ſumat ab vtroque, ideò tunc ex parte vtriuſque vitiabitur, quia voluntas & poteſtas repugnant, *cap. cùm ſuper abbatia. ſupra de offic. deleg.* & pro hac doctrina eſt text. *in l. fin. ſupra de procur.* Ex qua declaratione habes limitationem ad prædictam ampliationem. Extenditur & ſecundò hoc notabile ad caſum, in quo procurator impetrans nomine alterius eſt excommunicatus. Et hoc quãdo conſtituens procuratorem ſciebat illum eſſe excommunicatum, aliàs ſecus, gloſſ. eſt *in cap. fin. ſupra de procurat.* Ioan. Calder. *in diſputatione incipiente, Excommunicatus communi opinione.* Petrus de Ancharan. *in cap. acceſſorium. de regulis iuris*, vbi multa adducit ad propoſitum, licet hic indiſtinctè teneat hoc procedere ſiue conſtituens ſciuerit, ſiue ignorauerit illum eſſe excommunicatum, quia ſi ſciuit, imputandum eſt ei, qui talem conſtituit procuratorem, *l. cum mandato. ff. de minor.* Si ignorauit agit contra procuratorem, ex cuius facto damnum paſſus eſt, vt notatur *in cap. ſignificante. de appellatio.* Hanc etiam diſtinctionem ſequitur Arctin. *in cap. poſt ceſſionem. ſupra de probat.* vbi Dom. Anton. dicit, quòd hæc opinio eſt magis communis, cuius contrarium tenent hic Archid. & Lapus, qui tenent indiſtinctè, quòd excommunicatus poſſit nomine alterius impetrare, & horum opinio dicit de iure eſſe veriorem Dom. Anto.

22 *in dicto cap. poſt ceſſionem.* & ego idem puto. Pro qua adduco textum *in l. 3. §. ſi proponas. ff. de leg. præſtan.* vbi † in acquiſitione, quæ cauſatur ex hominis facto, non attenditur cui honor fiat, ſed cui commodum quæratur. Et per illum textum Bart. ibi decidit pulchram quæſtionem in ſimili propoſito, quem vide. Sed procurator acquirit Domino ex facto illius, qui eum conſtituit: Igitur conſiderari debet qualitas Domini, cui cõmodum reſcripti acquirendum eſt, qui non eſt excommunicatus, non autem qualitas procuratoris: facit etiam text. *in l. cùm dotem. ff. ad legem Falc.* vbi inſpicitur perſona, cui commodum legati acquiritur, non is cui legatum factum eſt, & per illum text. Bald.

23 *in l. auia, in §. Titio. ff. de cond. & demonſtrat.* decidit pulchrum caſum: Communis eſt opinio, quòd † de fideicommiſſo relicto ad piam cauſam non detrahitur Trebellianica. Iſtud procedit ſecundùm Baldum ſiue hęreditas poſt mortem primi hęredis, ſiue poſt mortem ipſius fideicõmiſſarij reſtituenda ſit piæ cauſæ. Et hoc idem tenet Roman. vbi limitat *in conſil. 206. in fin.* Se-

24 cundò facit tex. *in l. quæſitum. ff. de in ius vocan.* vbi † libertus, qui non poteſt vocare patronum in ius ſine venia, poterit tamen

25 nomine alterius impune eum vocare. Ideò per illum textum dicit Angel. *in l. quamuis. in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ.* † ſtante ſtatuto, quòd minores non poſſint ſe obligare ſine cõſenſu propinquorum, poterunt nihilominus ſine illorum cõſenſu procuratores conſtitui ad negotia alterius: quia huiuſmodi ſtatutum intelligendum eſt, quando ſe obligat nomine ſuo, non

26 autem nomine alterius: pro quo facit gloſſ. *in l. lis nulla. ff. de iud.* Tertiò arguo ſic: † Filiusfamilias ſine patris conſenſu in iudicio conſiſtere non poteſt, *l. fin. §. neceſſitate. Cod. de bon. quæ liber.* procuratorio tamen nomine alterius poteſt eſſe in iudicio abſque patris conſenſu, *cap. qui ad agendum. de procurat. libr. 6.* Hinc

27 videmus, quòd laici procuratorio nomine alterius poſſunt tractare ſpiritualia, *cap. fin. infra de procurat.* Quartò † ſic arguo: Eundem effectum operatur fictio in caſu ficto quem veritas in caſu verò, *cap. cùm dilectus, & cap. ad audientiam, de cler. non reſiden.* Tunc ſic, actus factus à procuratore fictione iuris cenſetur factus à Domino, *l. oſſa. §. final. ff. de relig. & ſumpt. funer.* & eùm dominus ipſe non ſit excommunicatus, valere debet ipſum re-

28 ſcriptum, facit etiam & quintò tex. *in l. cogi. §. is qui ſolidum. ff. ad Trebellian.* † Vltimò adduco iſtum textum præmittendo, quòd hæc diſpoſitio eſt pœnalis, cùm annullet actum, videlicet impetrationem reſcripti, *l. ſenatus. ff. de contrahen. emp. l. fin. C. de poſthum. hared. inſt. cap. ſi religioſus. infra de electio.* Cùm ergò loquatur in excommunicato impetrante nomine ſuo, non habebit locum in excommunicato impetrante nomine alterius. Quod autem loquitur in excommunicato nomine ſuo impetrante, ſic probatur: text. noſter excipit impetrantem in cauſa appellationis, vel in abſolutione ab excommunicatione, quæ quidem abſolutio peti non poteſt per procuratorem, ſecundùm Innocent. Hoſtienſ. & Doct. Abb. *in cap. cùm deſideres. in vlt. col. ſupra de ſentent. excom.* vt ergò exceptio ſit bona, intelligendus

29 eſt text. in illo, qui impetrat nomine proprio, cùm † exceptio debeat eſſe regula, vt notatur *in cap. 1. infra de regul. iuris.* Barto. *in l. in his. ff. de legatis.* Tertiò extenditur ad excommunicatum occultum, quia in his quæ non geruntur ratione publici officij; nulla eſt differentia in occultum excõmunicatum, & notorium, ſecundùm Ioannem Andream Pet. de Ancharan. & Dominic. hic. Et hæc eſt doctrina Innocent. *in cap. cùm dilectus. ſupr. de conſuet.* Sequitur Abb. *in cap. intellex imus, de iud. in cap. conſulti. de procurat. & in cap. ſi verè. in fin. infra de ſentent. excom.* & eſt communis concluſio, pro quo adduci poteſt, quod voluit Bald. *in l. 2. in fin. C. de ſenten. & interloc. omn. iud.* vbi dicit, † quòd ſi filiuſ- 30
familias, qui ab omnibus reputabatur paterfamilias, teſtetur, nullum eſt eius teſtamentum: cuius tamen contrarium voluit gloſſ. quam ibi ponderat præceptor meus *in l. 1. Cod. de edict. diui Adria. toll.* Prædictum notabile ſic ampliatum fallit in nonnullis caſibus, & primo in caſu, in quo reſcriptum emanauit motu proprio ſecundùm Domin. quia † clauſula motus proprij tol- 31
lit vitium ſubreptionis, *cap. ſi motu proprio. infra de præb. clem. ſi Romanus. infra de præben.* Item quia tex. hic annullat reſcriptum impetratum, ergò à contrario ſenſu non vitiabitur reſcriptũ motu proprio conceſſum. Hæc limitatio non placet duabus rationibus. primò, quia clauſula motus proprij nunquam tollit inhabilitatem eius, cui facta eſt conceſſio, *c. non poteſt. infrà de præbend.* Sed reſcriptum propter inhabilitatem illius, cui eſt conceſſum, vitiatur, quia excommunicatus, vt in hoc textu, igitur clauſula motus proprij effectum non operabitur, vt notant ibi doctores, & Domin. *in c. ſi plurib. inf. de præb.* Secundò facit, quia clauſula motus proprij non validat conceſſionem cõtra intentionem concedentis: Abb. *in c. quia circa. ſupr. de conſang. & affin. & in cap. ad aures, de reſcrip.* Fel. *in tractat. iuris patronatus.* Sed non eſt veriſimile nec eſt intentionis concedentis velle aliquid cõcedere excommunicatis, quia videretur eos fouere in ſua proteruitate, quod eſſe non debet, *cap. vt clericorum mores, ſupra de vita & honeſtate clericorum.*

¶ Secundò fallit in caſu, in quo concedens reſcriptum ſciebat impetrantem eſſe excommunicatum, quia tunc videretur eum habilitaſſe, & ſuper tali defectu cum eo diſpenſaſſe. Ita concludunt Lapus, Domi. & Mod. Peruſ. *hic, per gloſſ. in cap. 1. in verbo, noſcatur. ſup. eod.* vbi multa adduxi.

¶ Tertiò fallit, † quando excommunicatus impetrat reſcriptum ſuper nullitate ſententiæ, hoc enim caſu validum eſt, ſe- 32
cundùm Hoſtienſ. *in cap. ſignificauerunt, de excep. & in cap. quod ad conſul. de ſent. & re iud.* Cuius contrarium tenuit *hic* Ioan. Andr. *in vltimis verbis, & in dicto cap. ſignificauerunt.* Petr. de Ancharan. *hic per iſtum textum*, in quo excipiuntur duntaxat duo caſus, in quibus excommunicatus poteſt impetrare, in alijs ergò caſibus firma remaneb it regula *l. quæſitũ. §. idem reſpondet. ff. de fundo inſtr. inſtrumentoq. leg. l. nam quod liquidè. §. ſi. ff. de pen. leg.* Puto tamen opiniones iſtas fędere euiuſdam diſtinctionis ad concordiam poſſe reduci conſiderando duos caſus. Primus caſus eſt, quando quis principaliter petit cõmitti cauſam nullitatis ſententiæ, & hoc caſu procedat opinio Ioan. And. & aliorum, qui eum ſequuntur. Secundus caſus eſt, quando quis petit principaliter committi cauſam nullitatis, & hoc caſu bene loquatur Hoſtienſ. † Multa enim permittuntur incidenter, quæ princi- 33
paliter non permittuntur, *l. 1. in fin. princ. ff. de auct. tutor. l. conditionibus pupillus. ff. de condit. & demonſtrat. iuncta l. pupillus. ff. de auctor. tut.* facit gloſſ. not. *in l. fin. C. de legit. tutor.* † Sed operæ pretium 34
eſt videre, an & quando cauſa nullitatis dicatur incidenter principaliter, & quando incidenter: gloſſ. *in l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* quam ſequuntur *ibi* Angel. Bald. & Salic. Ang. *in l. ſi expreſſim. circa medium ff. de appellat.* tenet quòd ſi dicatur hoc modo. Dico nullam eſſe ſentẽtiam, & ſi qua eſt appello, tunc nullitas dicatur venire incidenter, quia † qui appellat tacitè de- 35
ducit nullitatem, *l. quadam mulier. ff. famil. erciſc. l. Carmelia pia. ff. de iure patr.* Si ergò fiat expreſſio nullitatis, exprimitur id quod tacitè ineſt, quæ quidem expreſſio nihil operatur, *l. non rectè. C. de fideiuſſ.* Contrarium tamen & verius tenet Iacob. *in dicta l. 1.* Imol. *in dicta l. ſi expreſſim. in 6. colum. ff. de appellat.* Philip. Peruſ. *in ſua ſolemni repetitione, cap. dilecto. colum. 43. ſupra de appellat.* vbi põderat Bart. idem velle *in d. l. ſi expreſſim.* dum dicit, quòd quando in appellatione nõ fuit facta mentio de nullitate, tunc nullitas venit incidenter: ergò vult, quòd ſi ſimul cum appellatione nullitas fuerit expreſſa, tunc principaliter dicetur eſſe deducta: & ratio eſt, quia † quando duo extrema principaliter 36
exprimuntur per copulatiuam, tunc vtrunq; cenſetur expreſſum

ſum principaliter, *l. ſi cui. vbi gloſſ.* & *Bart. ff. de fund. inſtr. inſtrum.*
quel. & l. 5. C. ſi pend. appell. gloſſ. not. in cap. querelam. de ſimo. Præter-
ea quando in aliqua diſpoſitione includebatur aliquid, ſi illud
exprimatur, non amplius dicitur includi, *l. cùm ex filio §. penult.*
37 *&* ibi *notatur. ff. de vulg. & pup.* † Non obſtat, quòd expreſſio co-
rum, &cæt. quia illud procedit, niſi fiat expreſſio alio modo
quàm inſit, *l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de legat. 1. gloſſ. not. in cap.
1. in fin. de ſponſ. lib. 6.* Sed hic exprimitur nullitas alio modo quã
inſit, quia inerat incidenter. Sed per expreſſionem adeſt prin-
cipaliter, igitur, &c. Ita reſpondet Imol. *in dicta l. ſi expreſſim. col.
7.* vel aliter reſpondetur vltra Doct. Id, quod tacitè includeba-
tur, & implicitè in aliqua diſpoſitione, ſi exprimatur explicitè
hæc expreſſio magnum operatur effectum, *l. precibus. C. de impu.
& alijs. ſubſti. iuncto c. ſi pater. infra de teſtam.* Et ex prædicta con-
cluſione non puto eſſe veram deciſionem Innoc. Ioan. And. &
Domin. *in cap. 1. §. poſt hæc. infra de appellat.* Bald. & Salic. *in l. 1. Cod.
quando prouoc. non eſt neceſſ.* vbi voluit, quòd ſi aliquis dicat nul-
lam ſententiam, & ſi qua eſt, appellauit, ſi delegatur poſtmo-
dum cauſa appellationis, de nullitate non facta mentione, po-
terit tamen iudex appellationis cognoſcere de cauſa nullita-
38 tis, & ſuper ea pronunciare, quia † nullitas venit incidenter ad
appellationem, *l. quædam mulier. ff. famil. erciſ.* Et iſtos Doctores
ſequitur Philipp. *in d. cap. dilecto, quæſt. 29.* Nam ex quo nullitas
fuit deducta principaliter, vt ſupra fuit probatum, & duntaxat
commiſſa fuerit cauſa appellationis, videtur adempta facultas
cognoſcendi de nullitate, *cap. nonne benedicimus. de præſum. l. ma-
ritus. Cod. de procurato.* niſi dicamus ſuſtinendo hanc concluſio-
nem, quòd ex quo fuit petitum, vt cauſa nullitatis, & appella-
tionis committatur, & demum committitur cauſa appellatio-
nis, cenſetur etiam commiſſa cauſa nullitatis, ex quo vtrunque
fuerat petitum, & vnum habet cum altero connexitatem, *l. 1.
C. de diuer. reſcript. l. alteri. ff. de adim. leg.* alio modo defendi non
poteſt hæc deciſio.
39 ¶ Quartò fallit in impetratione reſcripti, per quod fuit ob-
tentum, vt cauſa committatur vni ex auditoribus de Rota: Nã
valebit hæc commiſſio. Ita concludunt Domini de Rot. *deci-
ſione 179. incip. Item quod commiſſio. & in deciſione 372. incip. Item ſi
committatur.* & ratio eſt, quia auditores habent iuriſdictionem
ordinariam in cognoſcendo, & commiſſiones quæ eis fiunt
ſunt quædam diſtributiones cauſarum: ideò in eis non proce-
dit iſte text. *cap. pia. infra de except.* Hanc limitationem ſequitur
40 hic Domin. *in 5. colum.* quæ procedit in proceſſu vſque ad ſen-
tentiam excluſiuè. Secus † erit in ſententia, quia in iudicando
prædicti auditores habent iuriſdictionem delegatam, vt no-
tant gloſſ. & Doctores *in Clement. auditor. de reſcript.* Ideò ſen-
tentia erit nulla, quia reſcriptum reſpectu ſententiæ erit nullũ:
nec eſt abſonum, quòd vnum & idem reſcriptum continens
41 plura capitula ſeparata, non autem connexa pro parte ſit nul-
lum, & pro parte ſit validum, *cap. ſi eo tempore. infra eodem.* † Sed
proceſſus & ſententia non ſunt cõnexa, quia poteſt eſſe, quod
proceſſus ſit validus, & tamen nulla ſit ſententia, vt per Bart. &
alios *in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iudex. & in l. cùm quæ-
rebatur. ff. de ſentent. & re iud. & in l. ſi expreſſim. ff. de appellat.* Inno-
cent. *in capitulo. in litteris. de offic. de legat.* vbi concludunt, quòd
quando ſententia eſt nulla, vt quia fuit lata die feriata, vel fuit
lata contra abſentem non citatum, tunc iſte defectus nullita-
tis inficit ipſam ſententiam, non alia acta, quæ eam præcedunt.
42 Propterea, † cui eſt commiſſa cauſa nullitatis, poterit ex eiſ-
dem actis, quæ valida ſunt, pronunciare, quia illa non petentur
licet ſententia fuerit nulla.
¶ Quintò fallit in caſu, in quo actor impetrat reſcriptum ſu-
per conſequentiis cauſæ principalis, vt quia petit committi re-
ceptionem teſtium, Ioan. Andr. *in cap. vtile. infra de reg. iur.* Hanc
limitationem impugnat hic Petr. de Anchoran. quia textus iſte
generaliter vitiat reſcriptum impetratum ab excommunica-
43 to: † quo ergò remouetur genus, remouetur quælibet ſpecies,
l. ſi quid earum. §. intereruptum. ff. de legatis. 3. & qui à toto prohibe-
tur, & à qualibet eius parte cẽſetur prohibitus, *l. qui ſcit. in prin.
ff. de vſuris. l. quæ de tota. ff. de rei vend.* Et hæc opinio D. Petr. iudi-
44 cio meo verior eſt, quàm confirmo: † Nam omnes articuli de-
pendentes à cauſa principali ſortiuntur eius naturam, *l. ſi quã-
do. in verbo. credere debent. C. de teſtib.* Bart. *in extrauaganti ad repri-
mendam, in verbo, ſummariè. col. 4.* vbi inquit quòd quando cauſa
principalis ſummariè debet expediri, omnes articuli qui inci-
dunt in ea ſimiliter ſummariè ſunt expediendi, & idem in ſi-
mili voluit Bart. *in l. ſolent. in fin. ff. de ali. & cib. leg.* vbi dicit, ſtante
ſtatuto, quòd in cauſis damni dati ſtari deberet iuramento dã-
num paſſi, quicunque articulus incidens in dicta cauſa debe-
bit decidi iuramento: & idem tenet Bal. *in l. 1. C. de reb. cred.* Pau.
de Caſtr. *in l. cùm hi. in princ. ff. de tranſact.* Franc. Aret. *in conſ. 183.
incip. Quia multa heri. in 3. col.* vbi multa ad hoc propoſitum ad-
ducit, facit etiam quod voluit Bald. *in l. 1. in fin. per illum tex. Cod.
commu. de legat.* vbi dicit, diſponit ſtatutum, quòd in cauſis, quę
voluntur ſuper inſtrumentis publicis, procedatur ſummariè
ſuper actione hypothecaria, quæ contrahitur ratione debiti
contenti in inſtrumento proceditur etiam ſummariè. Cùm er-
gò reſcriptum impetratum in cauſa principali ſit nullum ipſo
iure, erit eodem modo nullũ, ſi impetretur ſuper articulo de-
pendente à cauſa principali: & iſta eſt mera veritas. ¶ Vltimò li-
mitatur in caſu, in quo excommunicatus peteret reuocari te-
nutam, quam habet ſuus aduerſarius, principaliter tamen cõ-
paret ad ſe defendendum: tunc enim admittetur tãquam ido-
neus, ſecundùm Bart. *in l. de pupillo. §. ſi procurator. ff. de nou. oper.
nunc.* quem ſequuntur hic Domin. & Moder. Peruſ. cum multis
concor. de quibus per Alexandr. *in dicto § ſi procurator.* qui pro
hac concluſione adducit tex. *in l. libertus à patrono. ff. de in ius vo-
can.* vbi libertus, qui † non poteſt vocare patronum in ius ſine 45
venia, ſi fuerit vocatus à patrono poterit poſtea comparere, &
inſtare, vt in cauſa procedatur, ex quo ſemel fuit vocatus in iu-
dicio, quia cenſetur cõparere vt ſe defendat, ex quo ſemel fuit
citatus. Sed aduertite, quia ille tex. loquitur in eo, qui non ſim-
pliciter prohibetur agere, ſed ſecundùm quid, ſcilicet non pe-
tita venia, vt ibi declarat Bart. Sed excommunicatus ſimplici-
ter prohibetur agere, *d. cap. intelleximus.* Et ſi dicatur, idem de-
bet eſſe in caſu noſtro, in quo excommunicatus obtenta ab-
ſolutione poterit agere: reſpondetur, quòd tunc ageret non vt
excommunicatus, ſed vt quilibet alius, qui eſt habilis. Liber-
tus autem etiam petita venia agit vt libertus, non autem vt in-
genuus. Hinc eſt, quòd proceſſus valebit non petita venia, li-
cet libertus incurrat pœnam quinquaginta aureorũ: licet mul-
ti damnent opinionem Bart. *ſupra* relatam, tamen puto ipſum 46
bene dicere, & pro opinione adduco hanc rationem. † Excõ-
municato eſt permiſſa quælibet defenſio neceſſaria, *ca. cùm in-
ter. ſupra de excep. & ibi* Innocen. & alij notant, ille autem dicitur
defenſor neceſſarius, contra quem expreſſe dirigitur actio, vel
ſpecialiter vocatus eſt ad iudicium, quod redditur in inuitum,
l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig. ita dicit Innoc. *in d. cap. cùm
inter.* Bart. *in l. ſi fideiuſſor. § neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog.* Bart. & Bald.
in l. libertus. la 1. ff. de in ius vocan. & in l. cùm mulier. ff. ſolut. matrimo.
Propterea quando aliquis citatur vt reus, & comparet per ſe,
vel alium immediatè efficitur habilis ſecundùm Bart. & Paul.
de Caſtr. *in d. l. cùm mulier.* Bald. *in l. 2. §. quod obſeruari. verſic. 6. C.
de iuram. calum.* vbi dicit, quòd quis † debet eſſe cautus, vt non 47
litiget cum curatore illius, quem putat eſſe maiorem, quia in-
ſtruit eum ad petendum reſtitutionem in integrum, cum vi-
deatur fateri eſſe minorem litigando cum eius curatore: ideò
illo petente poſtea reſtitutionem in integrum, non cogetur
probare minorem ætatem, quòd aliàs fuiſſet neceſſe, *l. cùm te
minorem. C. de proba. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur.* Et idem
ſentit Sal. *in dicta l. cùm te. facit gloſa reputata ſingularis in § licet. in
Auth. de teſtib.* quæ dicit, quòd teſti adhibito in contractu non
poteſt opponi inhabilitas, ſequitur Abb. *in c. in nomine domini.
de teſtib. in l. parentes. C. eod.* cum multis concordantibus, de qui-
bus per Fel. *in d. cap. cùm inter.* Ex quibus concludo excommu-
nicatum petere poſſe reuocationem tenutæ, non obſtante ex-
communicatione, quia eſt defenſor neceſſarius ex quo contra
eum ſemel fuit intentata actio, & in iudicio vocatus fuit, & ex
iſtis ſunt expedita notabilia.

CAPIO GLOS. PRIMAM, Quæ notanda eſt, & ex illa
habetis, † quòd quando lex vel ſtatutum annullat actum 48
ipſo iure, tunc tacitus conſenſus partis opponentis de iure ſuo
non cenſetur validare ipſum actum. Quæ concluſio procedit,
etiam ſi lex annullaret actum in fauorem partis: nam & hoc
caſu tacito, vel expreſſo conſenſu non poſſet ille actus ſortiri
effectum. Addo gloſſ. idem volentem *in capit. diſpendia. in verbo,
proceſſus. infr. eod. & gloſſ. in cap. ſtatutum. in princ. in verbo, non com-
mittatur. eod. tit.* Et eſt gloſſ. *de intrinſ. in l. à diuo Pio. ff. de re iu. nup.*
& iſta eſt communis concluſio, quam limitat hic Lapus vt non
procedat, quando exceptio excommunicationis non fuit op-
poſi-

poſita, & iudex ad vlteriora proceſſerit, tūc videtur tacitè pronunciare exceptionem excommunicationis non competere, ideò non poterit poſtea opponi d. exceptio, niſi appelletur, *ca. inter monaſterium. ſupra de ſent. & re iud. l. 2. §. ſed ſi dubitetur. ff. de iud.* in hoc tamen contrarium tenet hic dom. Anto. ex quo iudex expreſſe non pronunciat exceptionem non competere, & ipſe funditus caret iuriſdictione, cùm reſcriptum ſit nullum ipſo iure. Ad text. *in d. cap. inter monaſterium.* reſpondet, quòd loquitur de exceptione, quæ nō reddit iudicium tertò nullum:
49 † Sed ſecùs eſt in exceptione excommunicationis, quæ nullum reddit iudicium, *vt in hoc tex.* Ponit etiam Lapus hic vnum dictum multum ſingulare, videlicet, quòd ſi iudex pronunciat impetrantem, contra quem fuit oppoſita excommunicatio, non fuiſſe excommunicatum tempore impetrationis, vel fuiſſe abſolutum, ſi pars non appellat à tali ſententia, non poterit poſtea opponi de excommunicatione, & ſic proceſſus ſententiæ valebit. Et iſtud dictum Lap. ſequitur *hic* D. Ant. & D. Lud. Roman. *in conſil. 384. in vlt. verſ.* Eſt ergò differentia, an iudex procedat ad vlteriora, quo caſu tacitè videtur pronunciare exceptionem non cōpetere: an verò expreſsè pronunciet, ſi conſiderentur dicta D. Ant. Ego autem audacìter puto poſſe dici, quòd etiam poſt pronunciationem, à qua non ſit appellatum, poſſit reus quandocunq; opponere exceptionem excommunicationis, eò maximè ſi ille actor adhuc ſit excommunicatus, quia illa ſententia continet grauamen ſucceſſiuum, cùm excommunicatus ſit, ad cuius inſtantiam citatur: durante ergò ipſo grauamine poterit appellare. Ita not. Ioan. de Imol. *in c. dilectus filius. ſupra de reſcrip. & in ſimili* Spec. *in tit. de appella. § reſtat.*
50 *col. vlt. in princip.* † vbi dicit, quòd licet à ſententia ſit appellandum infra decem dies, aliàs tranſeat in rem iudicatam, *c. concertationi. infra de appellat.* tamen quando grauamen eſt ſucceſſiuū, poterit poſt dictum tempus appellari: quia à grauamine quod eſt in fieri ſemper oritur nouum ius appellandi, & pro hoc facit text. in ratione ſui, *in l. 1. § pen. ff. de vſufruct. accre.* ibi, *quotidie naſcitur vſusfructus propter continuam & ſucceſſiuam patientiam cōcedentis.* Propterea dicit Bald. *in l. 2. circa medium, C. de epiſc. aud.* †
51 quòd ſi aliquis fuit incarceratus, & infra decem dies non appellauit, poterit poſtmodum perſeuerando in carceribus appellare, quia ſucceſſiuè ſingulis diebus & horis dicitur grauari per detentionem in carceribus, & in grauamine ſucceſſiuo non currit tempus appellandi. Hinc eſt, quòd licet exceptiones dilatoriæ ſint opponendæ ante litem conteſtatam, *c. inter monaſterium. de ſentent. & re iud. l. ita demum, C. de procurat.* tamen ſi habeant tractum ſucceſſiuum, poterunt opponi lite iam conteſtata, vt quia aliquis fuit citatus tempore feriato propter hominum neceſſitatem, & nihil excepit de ferijs, & ſic ſponte ſua ſuſcepit iudicium, poterit tamen iterum citatus de nouo eas opponere, & impedire actus futuros: ita decidit Ang. *in l. 1. in princ. ff. de ferijs.* Ioan. de Imol. *in c. fin. in fin. ſupra de ferijs.* Quod apertè probatur *in fin. d. l. 1.* Cùm ergò iſta pronunciatio continet grauamen ſucceſſiuum, ſemper quando reus citatur ad inſtantiam excommunicati, videtur quòd ſemper poſſit opponi exceptio excommunicationis contra actorem cùm grauamen ſit ſucceſſiuum, & ſemper oriatur noua cauſa appellandi. Præterea ratio, quare ſi non eſt appellatum infra decem dies non
52 poteſt vlterius appellari, eſt, quia † qui non appellat, videtur acquieuiſſe ſententiæ contra ſe latæ, *l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. cap. quod ad conſultationem. de ſenten. & re iud.* Hinc videmus, quòd ſententia in cauſa matrimoniali lata nunquam trāſit in rem iudicatam, *c. lator. & c. conſanguinei. ſupra de re iud.* quia conſenſus ipſorum coniugum reſpectu matrimonij iam contracti inualidandi nihil operatur, *c. ſuper eod. de eo qui cogno. conſan. vxor. ſuæ.* Sed ad validandum proceſſum agitatum per excommunicatum conſenſus partis nihil operatur, *vt in iſta gloſſ.* Ideò ſemper poterit opponi excommunicationis exceptio. Cogitabitis ſuper prædictis, quia ſunt noua, & à nemine conſiderata. Contra tamen principalem concluſionem iſtius gloſ. argui-
53 tur dupliciter. Et primò ſic † teſtamentum, in quo filius fuit præteritus, eſt nullum ipſo iure, *l. maximum vitium. C. de lib. præter. in verbo, vel ipſo iure euertat. l. inter cætera. ff. de liber. & poſthum. in verbo, inutile eſt teſtamentum filio præterito.* quæ verba cùm ſint præſentis temporis, oſtendunt actum nullum eſſe ipſo iure, *gloſſ. in l. in criminali. Cod. de iuriſdict. omnium iudicum,* & tamen filius præteritus approbare poteſt teſtamentum, *l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupt. irrito. f. teſtament.* Secundò adduco textum, *in l. 2. Cod. de ferijs. in vltimis verbis,* qui text. loquitur de ferijs inductis propter hominum neceſſitates, & de ferijs ſtatutis in honorem Dei, & poſtea in fin. dicit, ſi quid contra factum fuerit tempore feriatum ſit nullum, & viribus non ſubſiſtat: & ſic illa clauſula in fin. poſita debet referri tam ad ferias inductas ob hominum neceſſitates, quàm ob honorem diuinum, & tamen ferijs ſtatutis ob hominum neceſſitatem tacitè, vel expreſsè renunciari poteſt, & valebit iudicium illo tempore agitatum, *l. 1. in princ. & § 1. ff. de ferijs.* Suſtinendo tamen communem ſententiam dici poteſt, quòd in caſu *dict. l. filio præterito.* ideò validatur teſtamentum filio illud approbante ex quadam æquitate, vt voluntas teſtatoris nō pereat, *l. ſi pars iudicantium. ff. de inoſ. teſtament.* Ideò non debet extendi ad alium caſum, doctrina eſt Ioan. And. *in cap. 2. infra vt lit. pend.* quam extollit d. Abb. *in cap. propoſuiſti, de probat.* adducit text. *in cap. ſuſceptum. infra eodem.* At ſecundum reſpon. quòd illa clauſula debet referri ad proximiora, & ſic ad ferias ſtatutas in honorem Dei, non † ad alias, qui- 54
bus tacitè vel expreſsè poteſt renunciari, ne reſultet contrarietas, vt notat gloſſ. Bart. & alij *in l. ſi idem cum eodem. § fin. in glo. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.*

¶ Iuxta † prædicta quæro de pulchra quæſtione, videlicet, an 55
ſi feratur ſententia contra excommunicatum, & ſic reus conuentus abſoluatur, valeat vel ne dicta ſententia. D. Anton. *in cap. prudentia. in princ. ſupra de offic. delegat. & hic.* tenet, quòd non valebit dicta ſententia: & hanc opinionem ſequuntur Domin. & Modern. Peruſ. eo quia text. annullat reſcriptum, & proceſſum ipſo iure per excommunicatum factum. Examinanda eſt veritas iſtius quæſtionis arguendo ad vtramque partem, & pro parte affirmatiua primò ſic arguitur: Hoc † reſcriptum & pro- 56
ceſſus anullantur propter odium excommunicati: quod ergò ipſius ſtatutum eſt, non debet in eius fauorem retorqueri, *cap. & ſi neceſſe. ſupra de donat. inter vir. & vxor. l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & releg.* Pro quo etiam adduco pulchrum textum *in l. ſi ſeruus plurium. § ſciente. ff. de lega. 1.* vbi hæres, qui adiens hæreditatem inulta nece defuncti priuatur propter eius odium, illam tamen non amittit ſi plus oneris, quàm commodi contineat, ad idem text. *in l. ſi quis ſolidum. ff. de hære. inſtit.* vbi is, qui nō poteſt eſſe hæres in ſolidum defuncti propter eius odium, poteſt tamen hæres eſſe ex aſſe in hæreditate quæ ſoluendo non eſt. Ideò per illum textum dicunt Bald. Ang. & Imol. poſt Dyn.
† quòd excluſus à publicis officijs non intelligitur excluſus ab 57
officijs oneroſis, ſed ſolùm ab vtilibus cenſetur repulſus. Ideò poſſet promoueri ad officium tutelæ, quia eſt officium oneroſum, *l. tria onera ff. de excuſat. tutor.* facit gloſſ. *in l. 2. in § nemo. ff. de cap. diminut.* & quod not. Petr. de Anchar. *in cap. intelleximus, de iud.* vbi dicit, quòd diſpoſitio *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* procedit, quando hæreditas eſſet vtilis hæredi negligenti, ſecus ſi eſſet oneroſa, quia tunc non procederet illa diſpoſitio. Ex quibus concludendum videtur contra D. Ant. & ſequaces, quòd in caſu præmiſſo valebit ſententia. Puto opinionem D. Ant. eſſe veriorem, quòd immò talis ſententia ſit nulla ipſo iure, pro qua adduco notata per Bart. *in l. quæſitum. ff. de ſent. & re iud. & in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex,* vbi dixit, quòd † ſi ſit lata
ſententia in fauorem abſentis non citati: nulla eſt ipſo iure ta- 58
lis ſententia, ac ſi eſſet lata contra eum: quia quòd quis debeat citari ſit introductum non tam in fauorem ipſius, quàm vt rigor iuris ſeruetur, qui diſponit vt per actus ciuiles alteri per alterum non quæratur niſi ſit præſens, *l. ſi procuratori præſentis. ff. de verbor. obligat.* Et ex illa doctrina Bart. infert D. Ant. *in c. cauſam. quæ de iud.* quòd † ſententia lata in fauorem monaſterij, quod 59
litigauit mediante procuratore conſtituto ſine conſenſu Abbatis, eſt nulla ipſo iure, ac ſi eſſet lata contra ipſum monaſterium, vt *ibi eſt textus.* de quo tamen videte Abb. ibi per multa in hoc tenentem opinionem contrariam.

¶ Secundò moueor per tex. noſtrum *hic,* qui vult reſcriptum eſſe nullum ipſo iure, & per conſequens nulla iuriſdictio tribuitur ipſi iudici, reperitur ergò ſententia lata à non habente iuriſdictionem: ergò nulla, *cap. at ſi clerici, in princ. de iud. cum ſimil.* Præterea, & tertiò, iſte text. irritat ipſo iure proceſſum agitatum per ipſum excommunicatum nō expectato euentu ſententiæ. Si ergò poſtea feratur ſententia, reperitur lata ſine li-
bello & ſine litis conteſtatione, ergò nulla ipſo iure, cùm † paria 60
ſint aliquid non eſſe factum, vel nulliter factum, *l. quotiens. cum ibi notatis. ff. qui potior. in pign. habeau. l. 3. § condemnatum. ff. de re iudicat.* nulla ergò erit ipſa ſententia, *l. prolatam. Cod. de ſenten.*

ten. & interlocut. omnium iudicum, cum ibi notatis. Non obſtant
adducta in contrarium, quia procedunt, niſi fauor veniat in
quandam neceſſariam conſequentiam ipſius odij. Hoc enim
caſu fauor toleratur: pro hoc adduco text. *in l. tutela legitima. §.
planè ff. de legib. tut.* vbi habetur, quòd ſi quis rogatus de manu-
mittendo ſeruo ſit in mora, quo caſu dictus ſeruus ex diſpoſi-
tione ſenatuſcõſulti rubriani efficitur libertus orcinus, & per-
tinet ad familiam teſtatoris. Et ſic propter eius odium amittit
ipſe grauatus ius patronatus: in conſequentiam tamen iſtius
odij tutela liberti defertur patrono, *Inſt. de legit. pat. tute. in prin.*
Et ſic euitat onus tutelæ ipſe grauatus, ex quo conſequitur cõ-
modum ex ſua mora, & ſic delicto, quod toleratur, cùm veniat
in quandam neceſſariam conſequentiam odij. Idem eſt econ-
61 tra: † nam odium, quod venit in conſequentiam fauoris, non
reijcitur, *l. cùm ex oratione. §. fin. ff. de excuſ. tut.* Bald. *in l. quod fauo-
re, in 6. oppo. C. de leg.*

62 GLOSS. 2. Concludit hæc gloſſ. per tres rationes, † quòd
ſi reus conuentus oppoſuerit, quòd reſcriptum impetra-
tum ab excommunicato ſit nullum, & obtinuit, non poterit
reconuenire actorem coram iudice impetrato, quia ſublato
expreſſo vitiatur & tacitum. Et huic ſententiæ gloſſ. inhærent
Ioann. Andr. Petr. de Ancharan. & Dominic. & Modern. Pe-
ruſin. Ratio eſt: nam ex quo huiuſmodi reſcriptum nullum
eſt ipſo iure, nullam tribuit iuriſdictionem ipſi iudici. Igitur
non poterit procedere in cauſa reconuentionis. Hanc conclu-
ſionem limita tribus modis. Primò, quando exceptio excom-
municationis concerneret ſolùm perſonam excommunicati,
non iudicis, vt quia impetrans reſcriptum tempore impetra-
tionis non erat excommunicatus, ſed poſtea fuit excommuni-
catus, quo caſu poteſt repelli à limine iudicij, *capit. intelleximus,
de iud.* Hoc enim caſu coram iudice delegato procedet recon-
63 uentio, quia † non inficitur iuriſdictio iudicis per excommu-
nicationem actoris ſuperuenientem, ita concludunt *hic* Ioan-
nes Andr. Petr. de Ancharan. Domin. & Modern. per textum,
in cap. cùm olim. & in cap. P. & G. ſupra de offic. delegat. Ex quorum
dictis infertur, quòd iſte text. non procedit in actore impetrã-
te, qui fuit excommunicatus poſt impetrationem. Quod ſatis
ſuadetur ex verbis text. dum dicit, reſcriptum impetratum ab
64 excommunicato. † Qualitas enim adiuncta verbo intelligitur
ſecundùm tempus verbi, *l. in d. lictu. § ſi extraneus ff. de noxa l. Ti-
65 tius. ff. de milit. teſtament.* Secundò limitatur, † quando reus con-
uentus reconuenit ipſum actorem coram iudice delegato, &
actor hoc videns vult deſiſtere aliter. Nam hic inuito actore
procedit reconuentio ſecundùm Cyn. *in auth. & conſequenter.
C. de iuriſdict. omnium iud.* Ioan. Andr. Petr. de Ancharan. & alios
hic, eò quia per præſentationem reſcripti eſt acquiſitum ius i-
pſi reo, quòd eo inuito auferri non poteſt, licet receſſerit ex
facto aduerſarij, *l. poſt mortem. § fin. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. l. fin.
ff. de pact. cap. ab eo. infra de elect.*

¶ Tertiò limitatur in caſu, in quo reus oppoſuit exceptioné
excommunicationis contra actorem, à quo fuit impetratum
reſcriptum, & ille ſuccubuit: Nam hoc caſu poterit actorem
reconuenire coram iſto iudice impetrato. Ita limitat *hic* Pet. de
66 Ancharan. *colum.* 8. Non obſtat, ſi dicatur, quòd † quis non po-
teſt redire ad id quod voluit impugnare, *cap. cùm olim, de cenſib.
cap. ex eod. infra de regulis iuris.* Quia reſpondeo, quòd ex quo ſua
exceptio non potuit ſortiri effectum, quia fuit reprobata, re-
dire poteſt ad id, quod nixus eſt impugnare, *cap. mulier. ſupra de
iureiur. l. nihil. §. 1. ff. de inoffic. teſtam. cum multis concordantib. quas
poſui in cap. 1. ſupra tit. proximo.*

67 GLOS. IN VERBO, PROCESSVS. Vult iſta gloſſ. †
quòd proceſſus agitatus coram iudice ordinario, valeat
actore exiſten. excommunicato, priuſquam contra eum fuit
oppoſita exceptio excommunicationis: idem vult gloſſ. *in cap.
exceptionem, ſupra de except. per text. in cap. pia. in verbo, his quæ præ-
ceſſerunt nihilominus in ſuo robore permanſuris, infra de except.* & i-
bi omnes Doctores tenent hanc opinionem, à qua diſſen-
tit ſolus Dominus Andr. Barba. *in capit. intelleximus, in 12. colum.
ſupra de iud.* qui vult, quòd proceſſus etiam hoc caſu ſit nullùs
ipſo iure, motus, quia prædicta verba, in ſuo robore, non ad-
ducunt maius robur diſpoſitioni quàm prius haberet, ſecun-
dùm Ang. *in l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, per illum
textum, in verbo, in ſuo robore.* & ſubdit ibi præfatus doctor, quòd
huic fundamento acquieuit à viginti annis citra contra totum
mundum. Verùm, vt inquit Philoſophus, ad pauca reſpicien-
tes de facili enunciant: eius opinio falſa eſt, & ſuo fundamen-
to, in quo tantum gloriatur, dupliciter poteſt reſponderi, &
primò, quòd illud procedere poſſet, niſi *in dicto c. pia* eſſent alia
verba, ex quibus pateret proceſſum prius agitatum eſſe vali-
dum. Sed ibi ſunt verba, ex quibus apertiſſimè oſtenduntur pro-
ceſſum agitatum ante exceptionem excommunicationis eſſe
validum, vt demonſtrabitur, igitur, &cæt. Dicit enim ibi text.
actor in ſequentibus excludatur, donec meruerit abſolutionis
gratiam obtinere, & ſic vult text. in iſtis verbis, quòd poſt ex-
communicationem oppoſitam actor non poſſit agere, & ſic
proceſſus ſit nullus. Subdit poſtea text. his quæ præceſſerunt, 68
in ſuo robore nihilominus permanſuris, pondero † illam di-
ctionem, nihilominus, quæ aduerſatur præcedentibus in iu-
re & in facto, *l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebell.* & *ibi* Bart. notat.
Vt ergò aduerſetur de neceſſitate dicendum eſt, quòd illa ver-
ba dent firmitatem proceſſui, qui factus eſt ante oppoſitam
exceptionem excommunicationis. Secundò põdero eundem
textum *in fin.* dum dicit: Sed ſententia, quæ præceſſit, non mi-
nus debitum robur obtinebit, ſed tantùm executio ipſius ſen-
tentiæ impedietur. Et ſic vult text. expreſſe, quòd valeat ſen-
tentia lata in fauorem actoris. Sed quòd ſuſpendatur executio
ipſius ſententiæ durante excommunicatione, quæ executio
non deberet ſuſpendi, ſi nulla eſſet ſententia, quia huiuſmodi
ſententia non meretur executionem. *l. 3 §. condemnatum. ff. de re
iud.* & ſi dicatur, ibi non dicitur, quòd executio ſuſpendatur ad
tempus, ſed ſimpliciter dicitur, quòd ſuſpẽditur executio ſen-
tentiæ: ergò in perpetuum, *argument. l. ſi ſeruus C. de pœn* & quòd
not. D. Abb. poſt Doctores, *in c. ex litteris, ſupra de conſtit.* & facit
text. *in l. ſufficiat ff. de cond. indebiti. & text. in l. iuriſperitos, in princ.
ff. de excuſatio. tutorum.* Quia reſpondeo, quòd immò executio
talis ſententiæ ſuſpenditur vſq; ad tempus, quo durat ipſa ex-
communicatio, quod oſtendo ex illo textu *in verb. ſed ſi poſt rem* 69
iudicatam, ponderando † illam aduerſatiuam, ſed ſi, cuius na-
tura eſt repetere qualitates, quæ ſunt in præcedentibus in ſe-
quenti diſpoſitione, *l. Seio. §. Caio. ff. de fund. inſtruct. inſtru-
mẽtoq; leg. gloſſ in §. item lapilli. Inſt. de rerum diuiſ.* Bal. *in l. omnes po-
puli. in 12. colum. ff. de iuſtitia & iure.* Cùm ergò in præcedenti o-
ratione excludatur actor excommunicatus à ſequentibus a-
ctibus, donec meruerit abſolutionis beneficium, & ſic ad tem-
pus, iſta qualitas cenſetur repetita in ſequenti oratione: igitur
patet veram eſſe præmiſſam rationem.

¶ In eadem gloſſ. ibi, *cùm vitioſum fuerit initium.* Addite pro
hac ratione gloſſ. id quod voluit ſingulariter Ioan. Andr. *in ad-
dit. Specul. in tit. de teſtam. in rubr.* vbi ponit quæſtionem diſputa-
tam per Richardum Malumbræ in iſtis terminis: † quidam 70
teſtator habens duos fratres, Mæuium & Seium inſolidum hę-
redem inſtituit, quem grauauit, vt poſt mortem ſuam reſtitue-
ret hæreditatem Mæuio, vel eius hæredibus maſculis: mortuo
teſtatore deceſſit præfatus Mæuius, ſuperſtite nepote ex filia
præmortua: demum mortuus eſt Seius grauatus onere fidei-
commiſſi, quæritur, an ſit locus fideicommiſſo, ita quòd ad-
mittatur nepos ex filia præmortua, cùm ſit maſculus, decidit
Ioan. Andr. quòd ſicut eius mater, ſi viueret, excluderetur, ita
& eius filius excludi debet, licet ſit maſculus, quia ſuccedit in
locum ipſius: & cùm ipſa excludatur, quia fœmina, filio non
poteſt prodeſſe, *l. qui in aliena. §. quanquam. ff. de negot. geſt. l. filium
habeo. ff. ad Maced.* Et hoc dictum ſequitur D. Matheſil. *nota. 30.*
dicens, Dom. Anton. de Butr. Salic. & pleroſque alios ita con-
ſuluiſſe, pro quo adduco text. *in l. ſi viua matre. Cod. de bon. mat.*
vbi abſurdum eſt, vt filij ſint deterioris conditionis nepotibus.
Inuenio tamen Fulg. *in conſil. 86. incip. Ex prædicto themate propo-
ſitum.* conſulentem contrarium, ex quo in nepote reperitur
qualitas à teſtatore requiſita: & conſidera vnum, quod eſt no-
tabilius, quia Raphael conſuluit in cauſſa habente maiorem
dubitationem, videlicet, quando pauperes erant ſubſtituti, &
ſic quando ſubſtitutio fuit facta ad piam cauſſam. Et hoc ap-
probat *ibi* Cumanus ſubſcribendo dicto conſilio. Et pro hac
opinione vltra eos conſidero. † Nam licet nepos ſuccedat lo- 71
co patris vel matris præmortuorum, in eo tamen non attendi-
tur qualitas, quæ eſt in patre, ſed qualitas quæ eſt in eo, vult
Bart. *in l. 1. § ſi ſit filius. ff. de coniunct. cum emanc. liber. & in l. 1. §. ſi
ſit nepos. ff. de collat. dot.* facit text. *in l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonor.
poſſeſſ. contra tab.* Cùm ergò in nepote ſit qualitas maſculina,

quæ

quæ non eſt in matre, attendetur iſta qualitas, & admittetur ad fideicommiſſum, licet mater non poſſit remitti. Præterea & ſecundò, non eſt verum, quòd iſte nepos ſuccedat loco matris in terminis iſtius quęſtionis, quia huic nepos ſuccedit loco parentis, quando vult ſuccedere cum patruis vel auunculis in hæreditate aui vel patrui, alias ſecùs, prout notant Imol. & Ludou. Roman. *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred.* Salic. *in l. pactum C. de pact.* Paul. de Caſtr. & Modern. *in d. l. pactum quod dotali. C de*
72 *collat.* vbi dicunt, † quòd renunciatio facta per filium cum iuramento nocet nepotibus mortua filia, viuente auo, ſi extant patrui vel auunculi, aliàs ſecùs, vt ibi per eos. Ego tamen alijs rationibus ſequor opinionem Ioan. Andr. prima ratio eſt, quia ſi teſtator noluit admittere ad fideicommiſſum filiam fratris, quam veriſimiliter magis dilexit, multominùs cenſetur voluiſſe vocare eius filium, quem minus præſumitur dilexiſſe, cùm ſit in gradu remotiori, *l. Publius. §. final. ff. de conditio. & demonſtratio.* Præterea teſtator ideò iniunxit hoc onus fideicom-
73 miſſi fratri vocando deſcendentes maſculos alterius fratris, quia † voluit ius agnationis ſuæ conſeruari, quæ conſeruatur per diuitias, *l. & §. penult. ff. de ventre inſpic.* Cyn. *in l. publico. Cod. de adulter. & in infinitis locis* Doctores. Sed nepos ex filia fratris non dicitur agnatus, nec filia fratris, *§. final. Inſt. de pa. poteſt.* igitur, & cæt.

¶ In eadem gloſſ. *ibi, iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis. add. gl.*
74 *in Clement. 2. infra de offic. ord.* † Addite, quòd iuriſdictio ordinaria eſt firmior, quàm delegata, ſecundùm Archid. *in c. ſi Epiſcopus. 2. quæſt. 6.* Bald. *in l. ſi vt proponis. C. quomodo & quando iud.* Alexand. *in rub. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. in 2. colum.* Hinc eſt quòd iudex ordinarius, ſi ferat ſententiam nullam, iterum poteſt iudicare, *l. ſi præſcr. C. quomodo & quando iud.* & tamen ſecus eſt in delegato etiam principis, *l. iudex poſt quam, de ſent. & reiud. ca. in literis. & ibi notatur, ſupra de offic. deleg.* Et ratio eſt, quia de-
75 legatus † propria perſona iuriſdictionem non habet, *l. 1. §. qui mandata. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd.* Sed ordinarius proprio
76 iure iuriſdictionem habet, *l. quia. ff. de iuriſd. omn. iud.* † Tunc ſic, ius competens alicui ex eius propria perſona difficilius extinguitur quàm ius competens ex perſona alterius, *c. ſi compromiſſarius, in princ. iunct. c. ſi electio. de elect. lib. 6. facit tex. in l. ſi auguſtè. & in l. quod principi. ff. de legat. 2.*

¶ Gloſſ. *in verbo, quid ſi excommunicatus.* Concludit iſta glo. †
77 quòd reſcriptum ſuper inquiſitione impetratum ab excommunicato eſt nullum, ſiue præbuerit nudum miniſterium ſiue nō, per textum noſtrum, qui indiſtinctè loquitur. Innocen. tamen Lapus, Dom. Ant. & Domin. *hic* diſtinguunt hoc modo: Aut in reſcripto inquiſitionis non fuit expreſſa perſona excommunicati, vt quia dictum fuit, ad audientiam noſtram peruenit, &c. Et tunc validum ſit reſcriptum, quia nudum miniſterium dicitur præbuiſſe. Aut fuit expreſſa perſona excommunicati, & tunc ſit nullum ipſum reſcriptum, & iſtud communiter tenetur. Ego puto in puncto iuris probabiliter poſſe dici, quòd indiſtinctè valeat reſcriptum inquiſitionis impetratum ab excommunicato, quia cum agatur, vt delictum illius contra quē
78 inquiritur, puniatur, agitur de commodo reipublicæ, cuius † intereſt, vt crimina puniantur, & inhabiles admittātur, *l. ſi quis in graui. §. vtrum. verſic. hi quoque. ad Syllan.* Bald. *in l. 1. C. de precib. imper. offer.* ergò excommunicatus poterit impetrare in cauſſa inquiſitionis: iſtud tamen fundamentum non videtur tutum, quia videmus, quòd infames, criminoſi, & multi alij non admittuntur ad accuſandum, *ca. 1. de accuſat. l. criminis. C. qui accuſ. non poſſ.* Ergò multò magis excommunicatus debet repelli. I-
79 ſtud probatur: † Nam infamis admittitur ad accuſandum, ſi ſuam proſequatur iniuriam, *4. quæſtione 6. cap. omnibus*, & tamen excommunicatus, etiam ſi proſequatur ius ſuum repellitur à limine iudicij, *capitulo, intelleximus, de iud. gloſſ. hic*: ſequor igitur opinionem Innoc. & aliorum, *de qua ſupra.*

(*,*)

REPETITIO
IN CAP. IPSO IVRE.
De Reſcriptis.

Celeberrimi Iuris Vtriuſque Conſul. Dom. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus poteſt impetrare reſcriptum, cùm ſit actus extraiudicialis.*
2 *Impetratio reſcripti eſt præambulum ad iudicium.*
3 *Reſcripti impetratio conceditur ijs quibus denegatur iudicij proſecutio, & reſcripti impetratio conſiderari poteſt dupliciter.*
4 *Verba ipſo iure priuationem rei denotant.*
5 *Illud verbum ipſo iure non inducit ipſo facto priuationem.*
6 *Notorium vbi ponitur, ipſo iure ſententia declaratoria non requiritur.*
7 *Epiſcopus licet notoriè ſit homicida, non tamen debet deponi.*
8 *In notorijs citatio & ordo iuris requiritur.*
9 *Differentia eſt magna, an actus ſit nullus ipſo iure vel annullandus.*
10 *Verbi ipſo iure effectus, quòd vbi res non eſt de ſe tranſmiſsibilis ad hæredes tranſmittitur.*
11 *Difficilius eſt impetrare, quàm agere.*
12 *Filiusfamilias reſcriptum poteſt impetrare.*
13 *Differentia nulla eſt inter impetrare, & agere, ſi loquimur in delegato per reſcriptum.*
14 *Excommunicato prohibitum eſt impetrare & agere.*
15 *Peccator ad gremium matris Eccleſiæ, reuertitur rubore ſuffuſus.*
16 *Excommunicatus repelli poteſt à limine iudicij.*
17 *Diuinare licitum eſt, vt iura concordentur.*
18 *Contraria quando ſunt difficilia cogimur reſpondendo diuinare.*
19 *Motus proprius licet multum operetur, non tamen inducit habilitatem perſonæ.*
20 *Differentia eſt inter proceſſum & reſcriptum.*
21 *Reſcriptum delegatorium à tempore Præſentationis accipitur obur.*
22 *Reſcriptum etiam poſt Præſentationem non dicitur de proceſſu.*
23 *Citatio dicitur de proceſſu non autem libellus.*
24 *Proceſſus dicitur totum illud quod in iudicio ventilatur.*
25 *Aliud eſt eſſe Peruſinum aliud de Peruſio.*
26 *Preces per quem porrigantur non refert, ſed refert per quem fiat Præſentatio in iudicio.*
27 *Reſcripti impetratio eſt actus extraiudicialis.*
28 *Impetrare & iudicio proſequi paria ſunt.*
29 *Dictio non valet, importat nullitatem actus ipſo iure.*
30 *Quando verbum non valet, de per ſe indefinitè ponitur non intelligitur ipſo iure, declarando, vt num. 31.*
32 *Non inſpicitur modus intrandi religionem, ſed effectus.*
33 *Extenſio de caſu ad caſum admittitur etiam in pœnalibus.*
34 *Excommunicatus ſi pro alio reſcriptum impetret, valet.*
35 *Excommunicatus pro ſe, & pro alijs impetrare poteſt.*
36 *Statutum permittens bannitum impunè offendi, debet intelligi tā in rebus quàm in perſona.*
37 *Excōmunicatus prohibetur ne poſſit eſſe in iudicio propter communionis periculum.*
38 *Excommunicatus ſubſtituere procuratorem non poteſt.*
39 *Auditores Rotæ dicuntur ordinarij in cognoſcendo, & delegati in ſententiando.*
40 *Continentia cauſæ non debet diuidi.*
41 *Probitas vnius ex teſtibus ſupplet defectum alterius.*
Auditores Rotæ antiquitus ſolum cauſas audiebant, & Papæ referebant, qui poſtea ſententiabat, vel delegabat cauſam. Ibidem.
42 *Textus ſimpliciter de excommunicato loquens de maiori intelligi debet.*
43 *In actu impetrationis reſcripti nullum vertitur periculum communionis, ſed ſit præparatorium ad futuram communionem.*
44 *Sola reſcripti impetratio excommunicato etiam maiori non denegatur.*

45 *Quando excommunicatus impetraret cum non excommunicato, in re diuidua, tunc bene valet reſcriptum.*

46 *Non excommunicatus qui potuit de per ſe ſine excõmunicato impetrare reſcriptum, videtur reddere ſe inhabilem, ſi cum excommunicato impetrat.*

47 *Ex perſona habili in re inſeparabili debet valere reſcriptum impetratum cum inhabili.*

48 *Inſtrumentum confectum per duos notarios, quorum alter eſt falſarius, ſuſtentatur ex perſona notarij habilis.*

49 *Excommunicatus carceratus poteſt impetrare reſcriptum pro redemptione ſua.*

50 *Appellatio eſt quædam defenſio & leuamen grauati.*

51 *Incarcerato pro culpa ſua non eſt ſubueniendum.*

52 *Clauſula annullatiua, quando ponitur in aliquo actu conſenſus partium nihil operatur circa illum.*

53 *Clauſula annullatiua inducit formam. & num. 60.*

54 *Formæ introducta de conſenſu partium non poteſt renunciari.*

55 *Reſcriptum, vbi eſt nullum ipſo iure oppoſitio partis nihil operatur.*

56 *Formæ à lege inductæ in fauorem alicuius poteſt renunciari.*

57 *Clauſula annullatiua appoſita in aliqua diſpoſitione non alterat eam, ſed eius ſequitur naturam.*

58 *Iuramentum eſt vinculum Dei.*

59 *Quando partes poſſint clauſulæ annullatiuæ renunciare, & quando non.*

60 *Cautela pro iudicibus non habentibus iuriſdictionem, vt eã conſequantur & actum valident.*

61 *Reſcriptum de iure antiquo ab excommunicato impetratum non valebat.*
Intellectus c. dilectus. de reſcrip. Ibid.
Careat, verbum intelligitur ipſo iure. Ibid.

62 *Reus qui excommunicatum repulit non poteſt eum coram eodem iudice reconuenire.*

63 *Proceſſus factus per excommunicatum corã ordinario valet antequam opponatur.*

64 *Clauſula in ſuo robore duratura nihil noui inducit.*
Nouus intellectus ad iſtum tex. hic cum num. ſequent.

65 *Motus proprius non habilitat perſonam, quomodo intelligatur.*
Difficultas contrariorum cogit nos in reſpondendo diuinare. Ibidem.

66 *Iuriſdictio delegati odioſa eſt, quomodo intelligatur.*

67 *Appellatione iuriſdictionis venit delegata.*

68 *Verba in dubio debent intelligi iure ordinario non extraordinario.*

69 *Iuriſdictio delegati eſt accidentalis, ordinaria verò eſt naturalis.*

70 *Iuriſdictio ordinaria eſt perpetua.*

71 *Actiones ciuiles, quia à lege proueniunt prætorijs ſunt potentiores.*
Pauperi teſti minus creditur quàm diuiti. Ibidem.

72 *Excommunicatus non poteſt impetrare reſcriptum in cauſſa inquiſitionis.*

73 *Paria ſunt perſonam nominare in reſcripto, vel quod verba reſcripti in ea verificari poſſint.*

74 *Excommunicatus in caſu inquiſitionis impetrare non poteſt.*

75 *Excommunicatus impetrans in cauſa inquiſitionis ad hoc tendere præſumitur, vt crimina detegantur.*

76 *Excommunicatus non poterit impetrare procuratorio nomine alterius.*

77 *Nec inſpici debet per quem actus expediatur, niſi in quem effectus actus dirigitur.*

78 *Vbi eſt concurſus plurium perſonarum ibi periculoſior eſt conuerſatio.*

79 *Non omnium quæ à maioribus noſtris diſpoſita ſunt, ratio reddi poteſt.*

1 IPSO IVRE, &c. † Pro ratione dubitandi iſtius tex. conſi-
dera vnum motiuum ſatis vrgens, quia videbatur quòd ex-
communicatus poſſit reſcriptum impetrare, cùm ſit actus ex-
traiudicialis: vt *in c. ex parte. l. vlt. de reſcrip.* Et extraiudicialia ex-
communicato non denegantur, *c. veritatis. de dol. & contum.* vbi
not. Abb. & alij, *l. cùm quidam ff. de pœn.* Mod. repet. hic reſpon-
2 dent † quòd reſcripti impetratio eſt præambulum ad iudicium
quod excommunicatus exercere non poteſt, *ca. intelleximus. de
iud.* & ideò prohibito conſequenti prohibetur & antecedens,
per quod peruenitur ad illud, *l. oratio. de ſponſal.* Sed conſide-
randum eſt diligenter circa hoc: quia iſta ratio quam fa-
ciunt Modern. non videtur vera, ex eo, quia licet reſcripti
impetratio præambula ſit ad iudicium, tamen eſt præambu- 3
lum diuiſibile, & non neceſſarium: † patet, quia multis con-
ceditur reſcripti impetratio, quibus denegatur proſequutio
iudicij: vt eſt gloſſ. *in l. 1. Cod. de precib. Impe. offer. cum alijs quæ di-
cam in 2. notab.* & ſic prohibito iudicio antecedens ad iudicium
non prohibetur, ex quo in eo concurrit diuerſa ratio: & maxi-
mè quando non eſt præambulum neceſſarium, *argu. eorum quæ
tradit* Iaſ. *in l. & ſi prætor. in 1. not. ff. de offic. eius.* Et ideò pro reſolu-
tione attende quòd reſcripti impetratio poteſt conſiderari du-
pliciter, vno modo ad extraiudicialia mera, & talis impetratio
prohibita non cenſetur excommunicato: alio modo circa iu-
dicialia, & tali caſu excommunicatus impetrare non poteſt, vt
hic: ratio eſt, quia reſcriptum dicitur de actibus iudicialibus: vt
in c. quoniam. de prob. & æquiparatur libello: vt tradit Ioan. And.
*in c. dudum. el 2. de elect. & in c. 2. ſuper 2. gloſſ. de dilat. & in c. cùm ſu-
per. de conceſſ. præbend.* tenet Dom. *in c. 2. in 3. colum. infra eod.* & ſic
non eſt verum, vt dicunt Mod. quòd ſit actus extraiudicialis,
neque text. *in d. c. ex parte. probat.* Nam quamuis reſcripti impe-
tratio extra iudicium fiat, per illud tamen datur iuriſdictio in
habitu ante præſentationem: vt not. *in ca. ſuper eod. de appell. & in
c. paſtoralis. ſupra eod.* & idem iudicatur de habitu reducibili ad
actum quòd de ipſo actu, *l. pen. ff. de teſtament. mil.* Itaque reſcripti
impetratio non poteſt dici actus merè extraiudicialis, ſed po-
tius mixtus, & ſic qua ratione excommunicato prohibetur a-
ctus iudicialis, eadem ratione actus mixtus denegatur, *c. quan-
to.* & quæ *ibi not. ſupr. de iud.* Quia vbi vnum propter aliud vtro-
bique tantum vnum: vt dicit Abb. *in ca. latores. de cler. excom. mi-
ni. l. alteri. ff. de adimen. leg.* & not. Iaſ. *in l. quominus. in vlt. not. ab. ff. de
flum.* & iſta eſt ratio deciſionis iſtius tex. † Diuiditur, & ſumma- 4
tur iſte text. vt hic per Ioann. Andr. & Dom. In text. *ibi, ipſo iure,*
quòd iſta verba priuationem rei denotant abſque aliqua pro-
batione ſentẽtiæ exceptione vel miniſterio hominis, ita iſtum
text. ad hoc not. Aret. *in l. ſi ambo. per illum tex. ff. de compenſa.* & vl-
tra ipſum ad hoc idem not. Card. *in clem. 1. in ver. duro. in 5. not. de
hære. & in Clem. fin. in princ. in 3. not. de vita & honeſt. cler.* & ante i-
pſos gloſſ. fin. *in Clem. 1. de reſcr.* & ad hoc idem iſtum tex. indu-
cit Maria. Soc. *in cap. 1. in vlt. not. de re iud.* & Domin. *in cap. final. in
princ. infra de præſcr.* & hoc per viam regulæ tradit Bar. *in l. 1. ff. de
his qui not. infam. & in l. Mæuius. §. duobus. not. 3. ff. de leg. 2.* Aret. *in l.
vnica. in 2. col. C. ſi aduer. liber. cum ſimi.* vt per Moder. Peruſinos in
c. quam ſit. §. cæterum. infra de elect. Quibus adde tex. *in l. fin. C. loca.
iuncta gloſſ. in verb. cadunt.* & quod dictum eſt de dictione, ipſo
iure, idem eſt dicendum de dictione, ipſo facto: vt eſt tex. *in l. 1.
quibus ex cauſis ſer. propra. lib. accep.* quod not. Arch. *in c. felicis. ſuper
verbo, infamis. infra de pœnis.* & Bart. *in l. 1. in verſ. ſecundò videndum,
ff. de his qui not. infam.* & in ſumma iſta eſt vera concluſio, quòd
iſta verba important ſententiam iuris ſine miniſterio hominis:
vt eſt tex. vltra prædictos *in Auth. de rap. mul. collat. 9. & in l. ſeruitutes
la 1. in princ. ff. de ſeruit. & in l. ſi ita ſit reſcriptum de leg. 1. & in
l. qui bis. de verb. oblig. & in l. interdum. §. fin. ff. de oper. lib. & in §. ſin
autem. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. & in l. ſi quis vſumfructum. ff. de vſu-
fruct. leg. & in l. ſi ego. §. ſi rés. ff. de iure do. & in l. pen. C. de inoſ. teſtam.*
quæ iura notare debes, quia non reperies in communibus re-
pertorijs. Et licet alia plura iura ad hoc alias accumulauerim,
breuitatis tamen cauſa iſta ſufficient.

Sed modo aduerte, quia contra iſtam concluſionem vide-
tur text. in contrarium *in cap. licet Epiſcopus. infra de præbend. eodem
lib.* vbi probatur, quòd licet aliquis ſit priuatus ipſo iure primo
beneficio curato per aſſecutionem ſecundi, vt *in capit. de multa.
de præbend.* tamen ibi text. requirit citationem, & ſententiam
hominis, ergò non eſt verum, † quòd per iſtud verbum ipſo iu- 5
re, inducatur ipſo facto priuatio à iure ſine ſententia hominis,
vt dicit Bart. & prædicti Doct. pro qua opinione faciunt ea quæ
congerit Iaſon *in §. in bonæ. fid. in num. 77. Inſt. de actio.* & quæ dicit
Bart. *in l. ſcimus. in princ. per illum textum. C. de inoffic. teſtamen.* ad i-
dem eſt text. *in l. prætor. §. emancipatus filius. ff. de collat. bonor.* vbi i-
ſtud verbum ipſo iure, non operatur ſine miniſterio hominis:
& de hoc etiam eſt text. *in cap. auditis. & ibi gloſſ. de elect.* vbi ele-
ctio quæ ibi irrita ipſo iure dicitur, exponitur ibi, id eſt, irritan-
da: & ſic cum miniſterio hominis: & licet text. *in d. cap. licet.* vi-
deatur poſſe reſolui ex his quæ tradit Felin. alias adducens *in c.
in noſtra. in 36. correla. de reſcr. in 3. colum. & in cap. cùm olim. in 7. co-
lum. in ver. etiam multa de re iud.* alia tamen iura ſuperius allegata
non

non ita reſolui poſſunt,& ideò poteſt ad illa iura generaliter&
ſub diſtinctione reſpōderi, quòd iura quæ dicunt requiri ſen-
tentiam , intelligantur de ſententia declaratoria priuationis
quæ ſemper in criminibus inducentibus priuationem ipſo iu-
6 re neceſſaria eſt quoad effectum,† vt crimen puniatur, & pœ-
na exequatur, vt latè tradit Franc. Curt. in conſil.20.col.10.verſi.
confirmo.& colum.11.& de hoc eſt text. in cap. cùm ſecundùm.infra
de hæret.& hoc procedit vbi delictum eſt occultum,ſecus verò
vbi eſſet notorium talem incidiſſe in l.punitiem ipſo iure,quia
tunc non requiritur aliqua ſententia declaratoria : & ita poſ-
ſunt contraria concordari:pro quo eſt notabilis doctrina Ale-
xand. poſt Bart. in l.is cui bonis.in 1.colum.nu.19.ff.de verborum obli-
gat.vel dicas quòd prædicta iura procedunt reſpectu pœnæ iu-
ris, quæ quando à lege imponitur ipſo iure non requiritur alia
ſententia,ſecus verò eſt quo ad exequutionem realem & facti,
quia in tali requiritur bene ſententia declararoria , & ita pro-
cedit text. in dicto ca.cùm ſecundùm.cum alijs allegatis:& ita in ſpe-
cie declarat Dom. in cap.1.de homi.lib.6. & ſequuntur Modern.
repe.videlicet Franciſcus Ripa in cap.ſæpè.num.101.colum.penul.
de reſt ſpol.& ante ipſos hoc tenet Bart. in l.1.ff.de infam & ita per
hoc intelliges dicta Bart.& Alexand. in l.Impera.ff.de iure fiſci. &
Card. in Clem.1.per illum textum. in 4.notab.de pœnis. & ſic etiam
iuſtificantur ea quæ Dec.tradit in cap.1.in 2.lect.in 6.notab.de in-
dic.& ea quæ latè tradit Iaſ. in l.ſi quis maior. in 13.notab. Cod.de
tranſact.& Felin. in cap.Rodulphus.in 24.colum.de reſcript.& in cap.
irrefragabili.§.cæterum.de offic.ord.Sed conſidera quia dictum A-
lexan. in d.l.is cui bonis.videtur apud me dubium,ex eo quia tex.
in d.cap.cùm ſecundùm.generaliter loquitur,& contra Alexand.
eſt dictum Bal. in l.maritus.C.de don.inter vir.& vxor. & in l.nam
ita diuus.ff.de ado.& in l.cùm fratrem.C.de his quibus vt indi.quibus
7 locis vult Bal.† quòd in notorijs requiritur ſententia , & iuris
ordo,& hoc pro regula tradit idem Bal. in cap.ad noſtram. el 3 de
iureiurand.vbi vult,quòd in notorijs pars eſt citanda , & ſentē-
tia eſt ferenda,& idem Bald. in cap.cùm decorem. de vita & hone-
ſtat.Cler. & plura alia dicta Bald. pro iſta opinione adducunt
Modern.Bononien. in rubr.ff.de falſ.in 6.colum.ver. quinimmo v-
num audeo dicere, & idem Moder.plura cumulant in repet.l.de v-
noquoque.in 3.col.ff.de re iud.&c. Sed ad iſta omnia de facili po-
teſt reſponderi ,videlicet , quòd procedunt quando priuatio
non eſt inducta à lege ipſo iure:patet in exemplis adductis per
Bald.de epiſcopo homicida:nam ſecundùm communem opi-
nionem,de qua per Felin.& alios Modern. in cap.2.de reſcr.poſt
Innocent. in cap.cùm noſtris.de conceſſ.prabend. homicida non eſt
priuatus ipſo iure beneficijs,ſed venit priuandus,& ideò benè
requiritur ſententia,vt dicit Bal.ſecus tamen eſt in criminibus
notorijs,vel alijs factis,pro quibus inducitur ipſo iure ſenten-
tia à lege,quia iſto caſu procedit dictum Alexand.cum alijs al-
legatis:pro quo eſt doctrina Abb. in cap.cùm non ab homine. col.
penult.extra de iud.& ita etiam reſoluit dictum cap. licet. Epiſcopus.
8 ſuperius alleg.idem Felin. in cap.præterea.in 2.colum.de ſponſa.† Vel
tertiò dicas,quòd in notorijs citatio requiritur,quando poteſt
conſtare abſenti competere aliquam defenſionem:ſecus ſi de-
fenſio non competat,ita dicit Abb. in c.cùm olim.in 4.col.de ſen-
ten.& re iud.& in conſ.3.incip.Inter.in 7.col.verſ.ad 8.q.in 2.volu. &
Soc.conſ.4.incip.Super.col.pen.in 3.vol.& reaſſumit not. Dec. in c.
peruenit.el 1.ver.circa iſtum tex.de appel.& per hoc habes reducta
iſta contraria ad concordiam,eſt bene verum quòd licet in ca-
ſibus prædictis declaratoria requiratur , non tamen eſt de ne-
ceſſitate,vt dicit Bart. in l.1.C.de theſau.lib.10.quia vt dicit Fulg.
in conſ.148.in fin.declaratoria nihil noui inducit, ſed ſolùm ex-
cutit grana ex ſpicis.Tamen quo ad effectum prędictum,ſcili-
cet,quando factum eſſet occultum crederem eſſe neceſſariam
quia aliàs non poſſet haberi notitia priuationis inductę à lege,
cùm iſta declaratoria dicatur quædam exequutio,vt colligitur
ex dictis Bart. in l.quæ ſub conditione.§.fin.ff.de cond.Inſt.plures ta-
men ſunt caſus,in quibus talis exequutio ſine declaratoria nō
requiritur,prout proſequuntur Modern.Bonon. in rub.ff.ad le-
gem Cornel.de fal.in 4.colum.vbi per duas colum.hoc diſputant,
9 licet iſta in ſpecie non adducant,videatis ibi per eos.† Non ta-
men eſt omittendum vnum circa prædicta:quia vltra declara-
toriam,quæ in pœnis ipſo iure inflictis requiritur , ſunt plures
alij effectus iuris,qui ſequuntur ex priuatione inducta ipſo iure
à lege. Nam priuatus ipſo iure non facit fructus ſuos , ſed de
perceptis tenetur,ſiue extent,vel ſint conſumpti,& etiam te-
netur de his quæ percipi potuerunt, vt tenet Angel. & Paulus
de Caſtr. in l.1 per illum textum.C.de his quibus vt indi.declarando
vt per gloſſ.ſing. in auth.inceſtas.in verſic.innuere. C.de inceſt.nupt.
Et hoc non ſolùm procedit in foro fori,ſed etiam in foro poli:
vt dicit Ant. Corſet. not.264.incip.Pœna vbicumque. ſecus verò,
quando eſt aliquis priuandus, quia interim facit fructus ſuos,
vt latè tradit Felin. in cap.de quarta.in 9.colum.de præſcri. cum alijs,
quæ Modern.repet.adducunt, in repet.l.Centurio.fol.31.in 4.col.
num.447.de vulg.& pup. † Item operatur iſtud verbum ipſo iu- 10
re , quòd actus qui aliàs non tranſiret in hæredem fit tantum
tranſitorius vigore iſtius dictionis,ita nouiter Bal. in l.1. §.inſu-
per.de prohib.feud.alien.per Feder.iunctis his,quæ idem Bal.dicit,
in cap.1.§.domino.per illum tex.ſi de feud.fuerit contro.inter domi.&
agna.tradit Abb. in cap.fin.in 5 colum.de dona.Iaſ. in l.omnimodo,in
fin C.de inoffic.teſtam.faciunt ea quæ de iſta dictione ſcribit Soc.
in conſil.66.Viſa.in penult.colum.lib 3.Item iſta dictio operatur a-
lium ſimilem effectum,quòd in caſu,in quo requiritur citatio,
ſi appoſita fuerit iſta dictio,non erit neceſſaria, text.eſt ſingu-
laris, in cap.reprehenſibilis.de appellat. cum multis concor. quos ad-
ducit Maria.Soc. in tracta.cita.in 3.col.verſ.49.caſus,& reaſſumit
Modern.Bonon. in repet.l.vnica.C.de rapt.virg.fol.5.in 4.colum.v-
bi plura allegat , quibus adde aliam notab.deciſ.Bal. in l.iube-
mus.§.ſanè.num.7.C.de ſacroſanct.eccleſ.& aliam per Felin. in cap.
de hoc,in 2.colum de ſimo.quæ eſt etiam ſingularis.Poſtremò ad pro-
poſitum iſtius dictionis ipſo iure , & ſimilium , quàm in iure
vim quem etiam effectum habeant, & an per illum inducatur
pœna abſque ſententiæ prolatione , vide quæ nouiſſimè hoc
anno in lucem ſunt edita ab Andr.Tyraquello ſuper l.ſi vnquā.
C.de reuoc.donat.fol.313.quo in loco vltra peculiare in dict.l.ſi vn-
quam.materiam iſtam de qua loquimur , reaſſumit per ducen-
tas paginas,quæ non curaui recenſere, quia moris mei non eſt
materias tranſcribere de charta in papyrum,ſatis eſt , quòd ea,
quæ ſuperius dicta fuerunt per eum tacta non ſunt, quib9 ad-
dere poteris.† Not.ſecundò vnum aliud ex iſto tex.vltra Doct.
11 quòd difficilius eſt impetrare quàm agere,patet quia impetra-
tio hic facta ab excommunicato eſt ipſo iure nulla parte non
opponente,& tamen ſi agit,& nō opponatur,valet proceſſus,
cap.1.infr.de excep.Et ſic patet quòd difficilius eſt impetrare quā
agere,cuius tamen contrarium probatur apertè, in ca.cauſam,el
1.extra de iud.per quem textum contrariam regulam facit Ioan.
And. in addi.ad Spec.in tit.de reſcr.præſ.§.rationem etiam.in vlt.ad-
dit.& hoc ratione probatur, † quia filiusfamilias poteſt reſcri- 12
ptum impetrare ſine conſenſu patris,& tamen agere nō poteſt
prout latè probant Domini de Rota in deciſione 175. in tit.de re-
ſcript.in nouis. Mouentur inter cætera,quia non refert per quē
preces porrigantur Imperatori,alleg.tex.vbi clarius iſta regula
colligitur in l.vniuerſis.C.de precib. Imper.offer. & hoc idem affir-
mat Ægyd.de Bellame. in deciſione 750.& pro iſta opinione be-
ne facit dictum Alexan. in l.libertus.la 2.in fin.ff.de in ius voca.vbi
dicit,quòd Papa concedendo reſcriptum non propterea con-
cedit,quòd poſſit agere impetrans,alleg.tex. in Clem.1.de ſentē.
excom.ad idem bene facit,quod dicit Bal. in l.1.C.qui admit. vbi
dicit ſe conſuluiſſe,quòd filiusfamil.poteſt petere donationē
inſinuari ſine conſenſu patris,quia eſt quædam impetratio:&
hoc idem dicit in l.fin.§.neceſſitate.C.de bon.quæ lib. cum multis cō-
cor.quæ pro iſta parte And.Sic.congerit in rub.extra de reſcr.in 5.
col.Ergò manifeſtè videtur ſentire,quòd facilior ſit reſcri. im-
petratio,quàm agendi conceſſio,ergò regula iſtius tex.non eſt
vera.Tu modo aduerte,quia iſtud contrarium ſentit Fel. in ca.
edoceri.in 4.col.ver.quinta declaratio.extra de reſcrip. Et reſpondet
quòd iſtud quod hic dicitur in tex.noſtro non eſt regulare,ſed
ſecundùm ſubiectam materiam debet conſiderari. Nam ali-
quando vnum eſt facilius altero,aliquando non, nam hic dif-
ficilior eſt impetratio,quia ſumit robur à perſona inhabili , &
damnata à iure,ſed in d.cap.pia.valuit proceſſus fauore ordina-
rię poteſtatis,& ob negligentiam patris non opponentis:ſecus
verò,vbi iſta non concurrunt,quia tunc procederet contrariū
ex quibus apparet quòd non valet,arg.de iſto tex.ad tex.in d.cap.
1.de excep.nam ibi fuit facilius agere attenta perſona iudicis or-
dinarij , ſed ſi loquimur in delegato dato per reſcriptum nulla
eſt differentia inter impetrare & agere,† quia vtrunque pariter 13
prohibetur vt hic probatur, & hanc eandem differentiam in-
ter iſtm tex.& d.c.1.de excep.reſpondendo ad iſtud contrarium,
firmat idem Felin. in dicto cap.cauſam.in 1.colum.& licet ipſe non
dicat iſta fuit prius opin.Abb. in c.dilectus.el 1.in fin.de reſcript.&
in cap.intelleximus.in 4.colum.de iud.& in cap.prudentiam. §.ſexta.

in 2.co-

in 2.colum.de offic.delegat. & hoc ante Abb.dixit Lap. de quo ip-
ſe mentionem non fecit,*alleg.25.in verſic.vnde acta coram ordina-
rio.*& cum iſta opinio videtur tranſire Alexand.*in l.viro.colum.
penult.ff.ſolut.matr.*Eſt benè verum quòd ipſi iſtud contrarium
14 in ſpecie non formant, licet ex dictis eorum prædicta contra-
ria concordantur. Dec.tamen *in d.cap.edoceri.in ver.ſecunda con-
cluſio.& in d.cap.cauſam in 3.notabili.*dicit, † quòd iſta reſponſio
Felin.non tollit difficultatem. Nam cùm vtrumque ſit prohi-
bitum excõmunicato tam agere quàm impetrare, vt *hic:* quare
potius cum excommunicato valet iudicium quàm impetratio
& non dicit ipſe quòd impetrare & agere ſit actus ſeparatus,&
ideò vno prohibito,aliud non prohibetur,*argu.l.ſi vnus.* § *ante
omnia.ff.de pact.*& in excommunicato licet prohibitio facta ſit,
ne poſſit impetrare,neque agere, per hoc tamen termini non
ſunt pares,quia reſpectu facultatis agendi prohibitio facta eſt
ſimpliciter,quę non impedit validitatem proceſſus in contra-
rium,ſed prohibitio impetrandi non eſt facta ſimpliciter, ſed
expreſsè dicitur,quòd non valeat reſcriptum, neq; proceſſus,
vt hic, & ſic in effectu facilius impetratur reſcriptum, niſi lex
procedat vlterius aliter diſponendo,vt hic,ita concludit Dec.
in locis ſupr. alleg.& licet ipſe non dicat,iſta tamen fuit reſolutio
Abb.ad iſtum text.*in cap.cùm dilecta.in 4.colum.de reſcri.*& Ioan.
de Imol.*in l.1.§.ſublata.ff.ad Trebell.*quem ibi refert Iaſ. *in 1.col.n.
5.verſ.iſtam communem.&c.*Sed tu modo aduerte, quia per hoc
non tollitur communis reſolutio data per Felin. immò conſi-
deratio Decij eſt eadem cum opinione Felin. licet per diuerſa
verba,nam Dec.vult,quòd hic ideò ſit prohibitus excommu-
nicatus impetrare & agere,quia tex.hic vlterius proceſſit,hoc
non negat Fel.ſed quæ eſt ratio quare tex.hic vlterius proceſſit
vtrunq; prohibendo:hic eſt punctus ſuper quo nihil dicit De-
cius,& certè benè cogitando non poteſt reddi alia ratio quàm
illa Felin.quia ex quo in textu noſtro procedebatur coram de-
15 legato,proceſſus etiam impeditur cùm ſit factus à non haben-
te iuriſdictionem de per ſe,niſi vigore reſcripti impetrati, † &
vt citius rubore ſuffuſus excommunicatus ad gremium ma-
tris eccleſiæ reuertatur, vt dicit Iaſ.*in l.vniuerſi.C.de preci.Imper.
offer.*hęc omnia non impediunt iuriſdictionem ordinariam,de
qua loquitur text.*in dicto cap.*1. nam cùm non ſumat vires à re-
ſcripto excommunicati valet proceſſus,eſt bene verum,quòd
propter illã rationem vt rubore ſuffuſus excommunicatus cõ-
uertatur,&c.eſt inductum,*in dicto ca.*1. quòd per exceptionem
16 aduerſarij poſſit etiam iſto caſu impediri proceſſus,† & repel-
li excommunicatus à limine iudicij, quod in voluntate partis
opponentis cõſiſtit,vel etiam iudicis, qui authoritate propria
authorem excommunicatum repellere poteſt, *d.c.1.& c.excep-
tionem.extra eod.tit.de excep.*& iſto modo reſponſio Felin.ſalua-
ri videtur.Sed ex alio mihi videtur quòd omnes ſolutiones da-
tæ communiter ad iſtum tex.& dicta Doct.*& glo.*quæ commu-
niter recipiuntur volentium iſtum text.loqui de delegato non
videtur vera aliquo pacto,in primis,quia eſt diuinatiua ad tex.
noſtrum,qui ſimpliciter de iudice loquitur, & ſi quæ interpre-
tatio ad iſtum tex eſt facienda illa magis conuenit quod in du-
bio de iudice ordinario intelligatur,*arg.tex.not. in l.Seio.§.me-
dico.de ann.leg.*quia vt ibi dicitur verba in dubio debent intelli-
gi iure ordinario,& naturaliter,non accidentaliter,*l.fin.C.qui
ven.æta.impet.*not.Bart.*in l.1.§.hoc interdictum:per illum text.ff. de
fonte.* & quòd quando fit mentio iuriſdictionis, debeamus in
dubio de ordinaria intelligere,non autem de delegata, tenet
Ant.de Butr.*in cap.ſua.de offic.vic.*& Iaſon *in rub.de iuriſdict.omn.
iud.*Et verſa vice eſt dicendum,quòd magis videtur conſonum
verbis tex.*in d.c.pia.*dicere,quòd loquatur in delegato, eũ ver-
ba ipſius hoc innuant,quàm in ordinario,vt de ſe patet, vnde
retenta iſta opinio ego cogitabam aliter reſolui poſſe iſta con-
traria,videlicet,vt dicamus,quòd tex.noſter intelligatur quã-
do impetratio reſcripti facta eſt per ipſum excommunicatum
perſonaliter,&non per aliũ:hoc probatur *in iſto tex.in illis ver-
bis*[*ab excommunicato:*]quæ quidẽ verba ratione dictionis[*ab,*]
ſignificant cauſam immediatam,& ſic per ſeipſum quãdo per
alium:vt tradit Nellus *in tract.bannitorum.fol.39.col.1.* & in eo-
dem ſignificatu vſurpatur à peritioribus linguæ latinæ:vt patet
apud Quintilianum *lib.9.ibi,*[*Ab reo fuſtib.vapulaſſet.*]*& alibi ſæ-
pè.*vel aliter poteſt iſte tex.intelligi,vt dicamus hic impetratio-
nem factam tacita excommunicatione, *in cap.pia.ſecus.* vel ibi
motu proprio cõceſſum fuit reſcriptum hic ad inſtantiam ex-
communicati.*argum.tex.in cap.ſi pluribus.infra de præbend.* & hoc
ſentit Lap.hic,& licet hoc videatur diuinatiuum,nihilominus
propter difficultatem contrarij,† & vt iura iuribus cõcordẽ- 17
tur licitum eſt aliquando diuinare,vt dicit Iaſ.*in l. huiuſmodi.§.
ſi cui.de leg.1.*ſequuntur Modern. Ferrarien.*in l.1.colum.3.C. de e-
dend.*Et iſto modo reſpondendi vtitur Alexand. *in l. rei iudica-
ta.colum.fin.ff.ſolut.matr.*& ideò dicit Bart.*in l.ita ſtipulatus.in* 11.
colum.verſic.& erit octaua.ff.de verb.oblig. † quòd quando con- 18
traria ſunt difficilia cogimur diuinare, facit quod dicit idem
Bar.*in l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pact.cum ſimilibus.vt alibi la-
tius dixi.*

Non tamen omitto quòd iſta duo iura contraria aliter re-
ſoluit Alb.de Roſa.*in l.1.in fin.C.de iur.& fact.ignor.*quem refert
& ſequitur Iaſ.*in l.1.§.ſublata.in 3.colum.nu.15.verſic.tenendo iſtam
partem.ff.ad Trebell.*videlicet,quòd *in d.c.pia.* non valet proceſ-
ſus,niſi ex quadam diſpenſatione & benignitate canonica, a-
liàs autem ſecus,vt hic eſt.Quia in effectu non eſt aliud dicere
niſi quod iſte tex.procedit de rigore,& tex.*in d.c.pia.de æquitate.*
Sed iſta ſolutio non eſt vera: nam non video quare ibi potius
æquitas attendatur quàm hic,& diſpenſatio non præſumitur,
niſi probetur,*c.ordinarij.de offic.ord.eod.lib.* & quia *in d.ca.*1.non
conſtat de diſpenſatione,igitur non præſumam illam interue-
niſſe cùm iura non ſint trahenda ad gratiam ſeu diſpenſationẽ
vt dicit Abb.*in cap.ex parte.de teſtib.in cap cura.de iure patron.& a-
libi ſæpè.*quæ omnia tãquam noua notabis. In text.ibi,[ab ex-
communicato impetratum.]Nota quòd per iſtam dictionem
[ab,]datur intelligi reſcriptum,de quo tex.iſte loquitur,fuiſſe
obtentum ad impetrationem excommunicati,non autẽ fuiſſe
conceſſum proprio motu:ita not.hic Lap.ex quo infert, quòd
iſte text.non haberet locum in reſcripto impetrato motu pro-
prio à Papa,vt hic colligitur à contrario ſenſu, & hoc dictum
Lappi ſequitur Dom.*in 4.col.verſi.quòd ſi motu proprio,* cum qui- 19
bus tranſeunt alij.† Sed mihi hoc dictum nullo modo ſatisfa-
cit ex eo,quia motus proprius licet multum operetur, non ta-
men adeò,vt per illum habilitas perſonæ inducatur, vt eſt glo.
ſing.*in clem.ſi Rom.Pontifex.de præb.*quem ad hoc multum com-
mendat Fel.& alij,*in c.cauſam.de teſtib.*& Abb.*in c.cùm olim.in 6.
colum.de re iud.*& iſta regula adeò eſt vera,quòd etiam ſi ſimul
cum motu proprio concurreret clauſula, ſupplentes omnem
defectum iuris & facti, non per hoc perſona inhabilis diſpen-
ſaretur,vt eſt dictum notabile Archid.*in cap. Cenomanenſem.56.
diſt.*& Card.*in clem.2.§ cæterum.de re ind.*Fel.*in c.poſtulaſti.in 17.
col.de reſcrip.cum multis concor.quæ ſcripſi in tract.clauſularum Vgo-
nis.fol.*34 & reaſſumit Dec.*in conſil.541.Viſa donatione,&c.* Cùm
igitur impetratio in iſto text. annulletur ratione inhabilitatis
perſonæ,ergò eadem ratione attenta idem eſſet dicendũ ſi re-
ſcriptum conceſſum fuiſſet motu proprio. Nec obſtat argum.
ſumptum à contrario ſenſu hic,quia illud non procedit in fo-
ro pœnitentiæ,quando de peccato & vtilitate animæ agitur vt
dicit not.Bal.*in auth adhæc.in 2.col.de vſur.*alleg.gl.fin. *in Clem.*1.
*in ver.facere.eod.tit.*quam multum ad hoc commendat Mod.re- 20
peren.*in l.vnica.C.de rap.vir.n.61.* † Nota tertiò ſecundùm Phi-
lip.Peruſ.& Mod.*hic ibi,*[*reſcriptum vel proceſſus,*] quòd differẽ-
tia eſt inter reſcriptum & proceſſum propter diſiunctiuam,vel
quæ ponitur inter diuerſa,*ca.inter cætera.de reſcr.*Hoc tamen eſt
verum ſecũdùm ipſos ante præſentationem: ſecus autem poſt
præſentationem: nam tunc reſcriptum dicitur de proceſſu,
quemadmodum & alia acta extraiudicialia: vt per Innocent.
& alios, *in cap.conqueſtionem.de reſt.ſpol. cum ſimil.* vt hic per eos,
quibus adde Speculat. *in tit. de reſcrip.præſen.§.fin. verſi. ſed obij-
citur.*Et hoc ratione ſuadetur, quia reſcriptum delegatorium,
à tempore præſentationis accipit ſuum robur,*cap.vt debitus. ſu-
pra de appellatio.*quia tunc iuriſdictio tribuitur, quæ poſtea per
citationem perpetuatur.*capitulo, gratum.ſupra de officijs delegat.*
proceſſus incipit, vt dicit Paulus de Caſtr. *in rubr.Cod. de in ius
vocan.*& ſequitur Iaſon.*in l.poſtquam liti.in penult.colum. numero*
10.*Cod.de pact.*ergò quo ad hoc vt reſcriptum ſit de proceſſu re-
quiritur quòd præſentatio præcedat.Tamen iſta conſideratio
quo ad iſtum textum, mihi non ſatisfacit: quia in primis non
eſt verum, quòd textus iſte ideò ponat reſcriptum & proceſ-
ſum: quia hic non fuerat reſcriptum præſentatum, quia con-
trarium apparet ex verbis textus ſequentibus ibi, vel proceſ-
ſus per ipſum habitus, † quæ verba denotant reſcripti præſen- 21
tationem, ſine qua proceſſus fieri non poſſet, vt dixi, & ta-
men hoc non obſtante textu,hic iſta ponit vt diuerſa. Et ideò
tu dicas declarando aliter iſtum textum, quòd licet textus hic
de reſcri-

de reſcripto poſt præſentationem loquatur, vt dixi, quia ante præſentationem non dicitur habere effectum, d. cap. vt debitus. Tamen dico, quod reſcriptum etiam poſt ſolam præſentationem non dicitur de proceſſu: quod ita probo, quia vbi non eſt iudicium ibi non eſt proceſſus, vt probatur in l. edita. ſecundùm communem intellectum. C. de edend. & iudicium à citatione
23 incipit: vt in §. fin. de pœna teme. liti. † & ideo citatio quæ eſt primus actus iudicialis de proceſſu dicitur, nõ autem reſcriptum vel libellus præcedens: vt concludit Lanfranc. & Moder. in c. quoniam contra. in ver. citationes. in princip. de probat. & probatur in l. libertus aduerſus. ff. de in ius vocan. & ad iſta bene faciunt ea, quæ idem Lanfranc. adducit in Clem. ſæpe. in 4. colum. de verbor. ſignif. hinc eſt quod iudex non dicitur habere iuriſdictionem effectualiter ante citationem: vt in cap. gratum. de offic. deleg. & ſic ſola reſcripti præſentatio non dicitur de proceſſu: patet igitur quod reſcriptum & proceſſus ſunt diuerſa etiam poſt præſentationem. Sed præſuppoſito quòd reſcriptum de proceſſu dicatur, alio tamen reſpectu eſt differentia inter reſcriptum &
24 proceſſum. † Nam proceſſus dicitur totum illud quod in iudicio ventilatur & producitur ab vtraque parte ſcribendum à notario vſque ad ſententiam, cap. quoniam. & ibi not. omnes, ſupra de probat. Reſcriptum verò dicitur particula quędam actorum, & ſic proceſſus ſe habet vt genus comprehendens ſub ſe varias ſpecies quæ enumerantur in d. cap. quoniam. Sed reſcripti præſentatio differt à proceſſu tanquam ſpecies à genere, ergo ſunt diuerſa inter ſe: vt tradit Bartol. in l. qui vſumfructum. circa fin. ff. de verbor. obligat. ſecundùm quod declarat Iaſon in l. 1. num. 67. de acquir. poſſ. Et licet appellatione proceſſus veniat reſcripti præſentatio, & ſic ea ratione ſufficeret, quod text. hic irritaret tantum proceſſum, tamen non inconuenit quòd ſpeciei & generis fiat expreſſio: vt in rubr. C. de ſerui. & aqua. & talis expreſſio multum operatur, vt dicit Ioan. Andr. per illum text. in cap. nimis. ibi, vniuerſi & ſingulis, de exceſſ. prælat. & tradit Felin. in cap. venerabilis. in 1. colum. de offic. deleg. Et hoc vlterius ſuadetur: nam eo ipſo quòd tu dicis reſcriptum eſſe de proceſſu, fateris neceſ-
25 ſario reſcriptum eſſe quid diuerſum ab ipſo proceſſu: † ſicut aliud eſt eſſe Peruſinum, & aliud de Peruſio, prout tradit Alexand. in rubr. ff. ſolut. matr. in 2. colum. num. 9. ita aliud eſt proceſſus, & aliud eſſe de proceſſu. Et ex hoc primò inferas quòd excommunicatus poterit impetrare reſcriptum, cùm iſte text. non prohibeat, niſi præſentationem & reſcripti proſecutionem ex qua proceſſus fundatur: quia ex proceſſu poteſt reſultare commodum ſiue vtilitas ipſius excommunicati, non autem text. conſiderat ſolam impetrationem, ex qua ſola nihil vtilitatis conſequitur excommunicatus. Nam ſola reſcripti impetratio eſt ſine effectu ante præſentationem, cap. ſuper eo. de ap-
26 pel. † quæ ab excommunicato fieri poteſt, cùm non referat per quem preces porrigantur, d. l. vniuerſis. C. de precib. Imper. offer. ſed bene refert per quem fiat præſentatio in iudicio, cap. intelleximus. de iudic. & ita tenent & intelligunt iſtum text. domini de Rota in deciſ. 175. incip. Commiſſio. quos ſequitur Fel. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. in 13. col. ſupra de reſcript. Et hoc vlterius comprobatur, nam clarum eſt, quod ratio quare excommunicatus à limine iudicij repellitur, quæ ponitur in d. cap. intelleximus. in fin. ceſſat iſto caſu, quia ex ſola impetratione abſque proſecutione excommunicato non paratur commodum. Hinc eſt, quòd vt reus poteſt in iudicio intereſſe cùm ceſſet tunc ratio quia non agitur de ſuo commodo. cap. cùm inter. de except. Sed iſta ratio militat in ſola reſcripti impetratione: nam ſola reſcripti impetratio fortè magis redundat in damnum excommunicati, quàm in commodum, cùm per huiuſmodi reſcriptum
27 non poſſet effectum ſuæ intentionis habere. † Præterea quia reſcripti impetratio cùm ſit actus extraiudicialis, vt in cap. ex parte. el 2. de reſcript. non debet denegari excommunicato, ſicut neque alia extraiudicialia denegantur: vt in cap. veritatis. de dolo & contum. cap. felicis. §. verum. infra de pœn. Et ex hoc poteſt inferri quod tale reſcriptum ceſſante excommunicatione poterit conualidari & retrotrahi validatis ad tempus datæ, pro quo optimè facit doctrina Bald. in cap. cùm ex officij. in penult. colum. ver. ad hoc adduco. de præſcript. licet contrarium voluerit Abb. in cap. prudentiam. §. ſexta. in 2. colum. num. 10. de offic. deleg. & Peruſin. hic. Tamen prima opin. videtur verior quam pluribus fundamentis comprobant Modern. Bononien. de Monteferrato hic, quos videatis per vos, & hoc à fortiori procedit quando aliquis per malitiam fuit excommunicatus per Epiſcopum quando reſcriptum volebat impetrare fortè cõtra ipſum, quia tali caſu impetrans ſic excommunicatus non facit nullum reſcriptum, vt tenet hic Gemin. in 1. colum. Specul. in tit. de reſcript. præſ. §. ratione. ſed circa hoc quod dictum eſt valere reſcriptum
ante præſentationem cogitandum eſt: † quia non videtur ex- 28
peditum, ex quo in prohibitis paria ſunt impetrare, & in iudicio proſequi: vt in l. ſi quis maior. C. de tranſact. niſi lex vlterius procedat in aliquo caſu permittendo, vt l. libertus. ff. de in ius vo-
can. & dixi in § pœnales. Inſtit. de actio. † Nota quarto ibi, non va- 29
leat, quod dictio non valeat, non importat nullitatem actus ipſo iure, Iaſ. poſt Aretin. in l. 2. § prius. in 2. not. ff. de vulg. & pupil. patet, quia ſi de per ſe importaret nullitatem fruſtra fuiſſet hic poſitum illud verbum ipſo iure. Adde pro iſta opin. Doctor. Abb. in ſimili in cap. 2. in 1. not. de cohab. cleric. & Anton. de But. in cap. veſtra. in 3. colum. circa fin. eod. tit. Et iſto modo arguendi vtitur Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quinimmò. in 3. notab. ff. de pact. & Andr. Sicul. in cap. de his. in 4. colum. ver. nota ibi, vel reliquis. extra de teſt. Cuius contrarium voluit Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. vbi tenet allegando l. 3. in princip. ff. de donatio. inter vir. & vxor. quod tale verbum importat nullitatem ipſo iure, & ita tranſiit hic Philip. Peruſin. Moder. tamen dicunt, quod illa adiectio ipſo iure, fuit hic poſita cauſa maioris expreſſionis, argum. l. qui mutuam. ff. manda. cum ſimil. Et pro iſta ſolutione adde Felin. in cap. fin. in 14. colum. ſupra de conſtitut. Sed aduertendum eſt ad duo. Primò nunquid iſte text. probet primum aſſumptum quod iſti faciunt. Secundò vidẽdum erit, an verum ſit regulariter quod iſtud verbum non valeat, ſit annullatiuum ipſo iure. Circa primum dicas quod iſte text. nihil probat de iſto verbo non valeat, nam illud verbum ponitur hic ad determinandum illa verba ipſo iure, quæ de per ſe videntur imperfecta & nihil ſignificantia, niſi adiungeretur ſimile verbum non valeat, vel non teneat, vel ſit irritum, aut verba ſimilia: quia aliàs dicendo ipſo iure reſcriptum, &c. non addendo iſta verba non valeat, eſſet manca & mutila oratio, & ideo ex quo tale verbum in neceſſariam conſequentiam iſtius verbi ipſo iure, ponitur determinatiuè, non poteſt colligi argumentum ex illo ſolo, cum ad hoc principaliter non ponatur vt de per ſe ſignificet, & ideo non debet attendi, argum. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. iuncta gloſſ. in l. vnica. C. quando non peten. par. Motiuum autem Docto-
rum procederet † quando verbum non valeat, de per ſe prin- 30
cipaliter poneretur. Tunc enim poſſet dubitari an nullitatem induceret necne, de quo ſtatim dicam. Nec placet quod dicunt Moder. quod cauſa maioris expreſſionis ponatur: quia iſtud eſſet verum, quando ex abundanti, & ad maiorem cautelam, & ſic ſine neceſſitate tale verbum hic poneretur prout loquitur d. l. qui mutuam. cum ſimilib. Sed hic ponitur ad determinandum iſtud verbum ipſo iure, quod vt dixi, de per ſe explicari non poteſt ſine adiunctione iſtius verbi non valeat, vel alterius ſimilis, vnde conſideratio Moder. haberet locum quando iſtud verbum ipſo iure, eſſet per ſe ſignificatiuum: vt ponitur in cap. 1. de dilat. nam licet appellatione monachorum Abbas includatur, vt in cap. fin. de ſimon. Tamen in d. cap. 1. ex abundanti ponuntur iſta verba, [dilecti filij Abbas & monachi,] ſicut in illo exemplo, dicite diſcipulis, & Petro: prout etiam habes notabilem text. in l. quæſitum. § penult. ff. de fund. inſtru. cum ſimil. vt per Modern. in l. teſtamentum. C. de teſtam. & per Dec. in l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. ad quos hæc addere poteris. Circa ſecundum, an iſtud verbum non valeat, importet nullitatem actus de per ſe vel non. Doctor. vndique reperiuntur varij, & in variis locis, nam dom. Abb. & Doctor. in cap. quia propter. per illum text. extra de elect. tenent iſta verba denotare priuationem ipſo iure, & idem tenet Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. facit text. & gloſſ. in cap. diſpendia. eod. tit. Contrarium tamen expreſsè tenet Bartol. in l. vniuerſa. per text. ibi. C. de precib. Imper. offer. quem ibi ſequuntur Moder. cum concord. vt ſcribit Iaſ. in l. 2. §. prius. in 1. colum. ff. de vulg. & pup. Et ideo omiſſis multis dicas ſic vnà cum Bartol. in l. 2. C. de cano. fru. vr. Rom. lib. 11. qui videtur iſta
contraria in effectu concordare, † quod aut iſtud verbum non 31
valet, profertur à lege ſimpliciter ſine adiuncto, & tunc intelligitur ipſo iure, & procedat text. in d. cap. 2. cum aliis ſuperius adductis, aut verò non ſimpliciter profertur, ſed cum additione aliorum verborum, videlicet, [talis actus non valeat ſi per partem aliquid fuerit factum vel commiſſum,] & tunc quia iſta verba habent quodammodo tractum in futurum non important nullitatem ipſo iure, ſed ope exceptionis, ita procedit

cedit text. in d.l. vniuerſa. ita concludit Bartol. in d.l.2. quem ibi
ſequitur Ioan. de Pla. & alij, & hoc idem tenet Bartol. in l. ſi ita
quis. §. ea lege. in 6. num. ff. de verb. oblig. & hanc diſtinctionem per
quam concordantur multa iura ſequitur etiam, & approbat
latè Felin. in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. in 12. colum. de reſcript. &
latius comprobant Nouiſſimi repetentes in l. ſi vnquàm. C. de re-
uoc. don. fol. 361. Et circa hoc plura tradit idem Felin. in cap. in no-
mine Domini. in 1. colum. ſupra de teſt. & in cap. quoniam. in princip.
penult. colum. vt lit. non conteſt. & idem etiam reaſſumit in cap. Ro-
dulphus. in 17. colum. ver. vltimo. quia text. de reſcript. vbi longo ap-
paratu ponit quæ ſunt verba latæ & proferendæ ſententiæ, vt
ibi videas per eum. Vltimo not. regulam ex iſto text. quod re-
ſcriptum impetratum ab excommunicato eſt ipſo iure nul-
lum, & hoc eſt adeò verum, quia tale reſcriptum non inducit
litis pendentiam, vt dicit Card. in Clem. fin. in 4. quæſt. vt lit. pen-
den. Et iſta regula procedit etiam ſi per illud reſcrip. excommu-
nicatus reduceretur ad religionem, quia nullius eſt momenti,
nec profeſſio inde ſecuta, vt not. Felin. in cap. cùm illorum. in 1.
colum. ver. not. de ſenten. excom. limitando, vt ibi per eum, & idem
tenet Felin. in cap. fin. in 1. colum. de except. poſt Calder. quem ibi
alleg. Sed ad duo eſt aduertendum. Primò, quia non videtur
ſine dubitatione dictum Cardin. in d. Clem. fin. quia ea ratione
qua dicimus, quod ex actibus nullis inducitur conſuetudo, &
quod libellus nullus interrumpit præſcriptionem, vt tradit
Angel. in §. ex non ſcripto. inſt. de iur. natu. cum concord. vt per Fe-
lin. in cap. ex ratione. de reſcript. eadem ratione videtur dicendum
in dicto reſcripto ab excommunicato impetrato. Nam dato
quod non valeat, debet tamen producere effectum litis pen-
dentis. Sed ad hoc facilis eſt reſponſio, quod termini ſunt di-
ſpares: nam ad interrumpendam præſcriptionem ſicut & paci-
ficam poſſeſſionem ſufficiunt actus nulli qui de facto fiunt:
ſed ad inducendam litis pendentiam iuriſdictio requiritur,
quæ per reſcriptum nullum non tribuitur.

Secundò aduertendum eſt circa dicta Felin. in d. cap. cùm il-
lorum. & d. cap. fina. quia eius dictum non videtur verum ex eo,
32 † quia vbi agitur de religione non inſpicitur modus intrandi,
ſed effectus, vt in cap. fin. 20. quæſt. 3. nam per huiuſmodi ingreſ-
ſum omnis macula purgatur, vt in cap. 1. de fil. presbyt. quia mo-
naſterium habetur loco carceris, vt in cap. ſicut dignum. §. cleri-
cos. de homi. & quia text. in d. cap. cùm illorum. ſimpliciter conſide-
rat fauorem religionis, nec diſtinguit an religioſus intret per
reſcriptum vel non, & text. iſte fauore animę concedit excom-
municato impetrationem reſcripti in caſu abſolutionis. Ergo
pari ratione dicendum eſt fauore religionis in qua de vtilitate
animæ tractatur, ſicut etiam videmus quòd iſte textus locum
non habet quando excommunicatus impetrat reſcriptum pro
recuperatione famæ, vt dicit Ioan. de Anan. in cap. dura. in 2. &
3. colum. de crim. fal. pari ergo ratione debet permitti pro recupe-
33 ratione animæ. † Nam extenſio de caſu ad caſum tali caſu per-
mittitur etiam in pœnalib. & correctoriis: vt eſt gloſſ. in l. illud.
C. de ſacroſanct. eccleſ. cum ſimil. alleg. per Alexand. in l. ſi conſtante.
ff. ſol. matr. & ibi tenet Iaſ. in 14. colum. num. 78. & de hoc eſt gloſſ.
in cap. ſciant cuncti. infra de elect. cum pluribus aliis quæ congerit
idem Iaſ. in l. cùm quidam. in penult. colum. 24. ff. de lib. & poſthum.
& quia in d. cap. cùm illorum. Abbas in monaſterio ſuo eſt ordi-
narius, & ideo ſi excommunicatus impetrat ad illum reſcri-
ptum videtur potius illius iuriſdictionem excitare quam dele-
gatam dare, vt in cap. cum aliquibus. infra eod. & in cap. licet. de offic.
ord. quo caſu iſte text. non procedit per text. in cap. 1. infra de ex-
34 cept. † Et iſta omnia de plano procedunt quando excommuni-
catus per ſe impetrat, ſecus ſi pro alio, quia tunc bene valet re-
ſcriptum, ita dicit Iaſ. in l. vniuerſis. C. de prec. Imper. offer. & tenet
Dominic. hic in 4. colum. ver. quæro an excommunicatus. poſt Arch.
& Lap. quem ipſe refert, pro qua opin. Moder. hic plura fun-
damenta faciunt, quos per te videas, vt refero in voce, & eſt
text. in cap. ex parte decani. de reſcript.

Tamen contrarium tenet Abb. in cap. fina. de procurat. motus
quia text. hic generaliter loquitur, & debet intelligi ſiue pro ſe
ſiue pro alio: & iſtam opin. dicit tenere Ioan. Monach. & Ioan.
And. hic, & alibi: & idem firmat in cap. ad probandum. in 2. & 3. co-
lum. de re iud. Immò fortius vult Felin. in cap. poſt ceſſionem. in pen.
colum. ſupra de probat. quòd etiam ſi talis excommunicatus eſſet
occultus non poſſet pro alio impetrare contra Dominic. hic,
& ſeq. Sed iſta poſſent ad concordiam reduci, vt colligitur ex
verbis Felin. qui niſi ita concordetur eſſet ſibi contrarius in cap.
dilectus. el 1. in fin. eod. tit. vel melius dicas, quod aut loquimur in
caſibus conceſſis in text. excommunicato, † & tunc procedit 35
dictum Dominic. hic, Iaſ. & ſequacium, videlicet, vt eodem
modo quo & pro ſe, ita & pro alio impetrare poſſit abſolutio-
nem, vel appellationem committere: & ita intelligitur gloſſ. in
cap. fina. de procur. ſecundùm D. Anton. & Anchar. hic, & facie-
bat dubium iſto caſu, quia ex quo diſpenſatio facta eſt cum ex-
communicato debebat ſtrictè intelligi reſpectu perſonæ ſuæ,
non autem alterius, in cap. ſanè. de priuileg. Tamen hoc non ob-
ſtante ſecundùm iſtam opin. dicitur hic contrarium: ſi verò lo-
quimur in caſibus excommunicato prohibitis, & tunc proce-
dit opin. Abb. & ſequacium in d. c. fina. per generalitatem iſtius
text. Et licet iſto caſu maior ratio militat quando excommuni-
catus pro ſe impetrat, quàm quando pro alio, illud plus vel
minus non variat diſpoſitionem iuris. argum. text. valdè nota. in
l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. per quem text. notabilem quæſt.
decidit Bald. in l fin. in 2. colum. num. 4. C. ſi contra ius vel vtil. publi.
† vbi dicit, quod ſtatutum permittens bannitum impune of-
fendi, ex quo loquitur ſimpliciter debet intelligi tam de of-
fenſione rerum quam perſonæ, licet maior ratio ſit in vno caſu 36
quàm in alio, & ita ad hoc etiam alleg. Dec. in l ſi emancipati. in
1. colum. C. de colla. & Moder. Galiaula in l. 1. §. fin. in princip. ff. de
verb. oblig. vbi notabiliter loquitur poſt Aret. in l. talis ſcriptura.
in 4. colum. de leg. 1. cum concord. vt dixi in d.l.1. in ſingularibus meis.
† Et iſta opin. ratione firmiſſima ſuadetur, quia excommuni- 37
catus ideo prohibetur ne poſſit eſſe in iudicio propter pericu-
lum communionis, ac etiam ne ex malitia ſua commodum re-
portet, & quia videns ſe prohibitum à commercio quo boni
& honeſti homines vti ſolent, verecundia pulſus citius con-
uertatur: ſed iſta ratio militat quando excommunicatus pro a-
lio impetrat in caſibus extra text. noſtrum, nam exercendo of-
ficium procuratoris conſequitur aliquod commodum, & vti-
tur aliorum commercio, ideo ſecundùm mentem iurium de-
bet eſſe prohibita. † Hinc videmus quòd excommunicatus eiſ- 38
dem rationibus ſubſtituere procuratorem non poteſt, vt latè
concludit Dec. poſt Aretin. & alios in cap. poſt ceſſionem. in 12. col.
de probat. Et ſi tu dicis quod in caſibus conceſſis hic in text. etiam
militat periculum communionis, atque eædem rationes con-
currunt, & tamen excommunicatus admittitur: reſpondeo
quod in dictis caſibus eſt inducta diſpenſatio ne communio
periculum inducat quæ non reperitur expreſſa in aliis caſibus,
& quia in cauſa appellationis & abſolutionis de quibus text.
hic loquitur, videtur illud permiſſum ratione cuiuſdam de-
fenſionis & vtilitatis animæ eius, quæ excommunicato non
denegatur, c. cùm inter. de except. vt expreſsè dicit Dominic. in c.
fin. §. vbi verò. col. pen. in fin. de appell. & Abb. in c. prudentiam. §. ſex-
ta. in 1. col. de offic. deleg. Reſultat igitur ex prędictis quod excom-
municatus tanquàm procurator poterit pro alio impetrare in
caſibus ſibi conceſſis, ſed extra illos caſus reſcriptum non va-
lebit. Et iſta regula generaliter procedit, ſiue publicus, ſiue oc-
cultus excommunicatus fuerit, vt dicit Abb. in c. ad probandum.
in 2. & 3. colum. de re iud. & in cap. paſtoralis. §. verum. in 4. colum. in
princip. de appellat. & in cap. ſi vero. colum. 2. de ſent. excom. & hoc vi-
detur tenere Dominic. in cap. ſi is cui. in fin. infra de offic. deleg. Li-
mitatur tamen iſta regula aliquibus modis. Primò niſi per re-
ſcriptum impetratum ab excommunicato committatur cauſa
auditori Rotæ in curia, quia tali caſu diſpoſitio iſtius text. non
habet locum, ita dicunt domini de Rota in deciſ. 594. in antiq. in
tit. de impetrationibus. & in nouis deciſ. 175. in tit. de reſcript. & idem
tenet Ægid. de Bellamera, deciſ. 130. in fin. & in conſil. 95. incipien.
Præſupponitur. in princip. & idem Dominic. hic, & rationem po-
nit, † quia ex quo auditores Rotæ dicuntur quaſi ordinarij in 39
cognoſcendo, & delegati in ſententiando, vt eſt gloſſ. in Clem.
auditor. eod. tit. & iſtæ commiſſiones quæ eis fiunt ſunt quædam
diſtributiones cauſarum quas facit Vicecancellarius, vt decla-
ro in commento cuiuſdam regulæ Cancellariæ, & tradit latè
Paui. in tracta. de ſede vacante. fol. 11. in 3. col. Ideo diſpoſitio iſtius
text. non habet locum in eis, & hoc idem dicit Fel. in rub. ſupra
de offic. deleg. in 2 colum. & in cap. ex doceri. in 2. colum. in cap. nonnulli.
§. ſunt & alij. in 13. colum. & fin. de reſcript. Et hoc quod dictum
eſt procedit reſpectu cognitionis, vt dicit Dominic. hic, ſecus
verò reſpectu deciſionis, quia cum auditores Rotæ in ſenten-
tiando dicantur habere delegatam non ordinariam per ſupe-
rius dicta, & illam delegatam habeant ex reſcripto nullo, non
valebit eorum ſententia, licet valeant alia acta, ita concludit
Domi-

Dominic. hic, cum quo poſteriores tranſeunt. Sed iſtud di-
40 ctum Dominici non ſatisfacit, † quia continentia cauſſæ non
debet diuidi, *cap.1.12.diſtinct.l.nulli. C.de iudic.* & circuitus eſt e-
uitandus. *Clement.auditor.eod.tit.* & hoc ratione comprobatur,
quia ſi valet proceſſus, ergo valebit etiam ſententia, cùm ſen-
tentia de proceſſu dicatur, vt tenet Ioan. Andr. Abb. & alij
communiter *in cap. quoniam contra falſam. per illum text. ſupra de
probat.* & poſito quod auditores Rotæ habeant delegatam in
decidendo, non tamen recipiunt illam ex illa commiſſione ſi-
ue reſcripto, ſed ex diſpoſitione iuris tempore ſuæ creationis,
de qua loquitur Ægid. *deciſio.* 611. nam illæ commiſſiones non
dicuntur propriè, niſi quædam diſtributiones, vt eſt dictum,
& ſic nihil noui videntur tribuere, vel ſic delegatam tribuant,
deberet illa ſententia valere ex coniunctione proceſſus validi
ſub qua ſententia comprehenditur, vt ſupra dixi, *argument.cap.
ſacris. de ſepul.* & per ea quæ ſingulariter dicit Bald. *in l. ſi quis ex
argentariis.§.1.per illum textum.ff.de eden.* vbi dicit quod probitas
vnius ex teſtibus ſupplet defectum alterius. Et ideo infert
quòd ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti, alter verò eſt mul-
tum dignus, quod iſti duo teſtes faciunt plenam probatio-
41 nem, † quia integra fides vnius ſupplet imperfectum alterius,
quod dictum pro ſingulari commendat Felin. *in cap. tertio loco.
in fin. ſupra de probat. & cap. 1. in 3. colum. de præſcript.* & Alexand.
& Iaſ. *in dicto* §. 1. & idem Iaſ. *in l. 1. in 2 lectu. columna duodecima,
num. 53. C. de ſacroſanct. eccleſ. cum concord.* vt latè dixi *in d. l. ſi quis.*
§.1. Ita in propoſito eſt dicendum, nam dato quod ipſi audi-
tores in ſententiando delegati dicantur, eo tamen reſpectu,
quia proceſſus factus per ipſos valet propter coniunctionem
ſententiæ cum proceſſu, videtur dicendum ſententiam vale-
re, & ſic quòd vnius validitas ſuppleat inualiditatem alterius:
non tamen recedendum eſt à communi opin. quam tenet Spe-
cul. *in tit. 1. §. 1. in verſic. ſed nunquid. in fin.* vbi plus dicit, quòd
omnes exiſtentes in curia iudicant, aut ex generali delegatio-
ne Papæ, vt eſt auditor Cameræ & contradictarum, aut ex ſpe-
cialibus commiſſionibus ſicut auditores Rotæ, qui licet à
principio auditores fiant eo modo, vt dicit Ægid. *d. deciſio.* 611.
nihilominus ſecundùm eundem Specul. *in tit. de legato. §. nunc
nunc. verſic. item non obſt. & in tit. de auditore.* §.1. eorum officium
erat ad referendum antiquitus deſtinatum, deciſio verò ne-
gotij pertinebat ad Papam, quam per ſpecialem commiſſio-
nem poſtea delegabat: & tradunt Moder. *in d. Clement. auditor.*
42 & Gundiſaluus *in tracta. Cardinalium. in fin.* † Secundò limita-
tur iſte text. vt non procedat in excommunicato minori, quia
cùm text. ſimpliciter de excommunicato loquitur de maiori
intelligi debet, *cap. penult. de ſentent. excommun.* & ita iſtum tex-
tum intelligit Abb. *in cap. à nobis. de except. & in cap. intelleximus.
de iudic.* & idem tenet Cardin. *in Clement. 1. in 25. quæſt. de priuil.*
& Dominic. *hic in 2. colum. ver. quærit Lap.* & idem Dominic. *in
cap. ſi is cui. in fin. infra de offic. delega* & ſenſit Felin. *in cap. edoceri. in
4. colum. de reſcript.* Et ratio aſſignatur per prædictos Doctor.
quia ideo excommunicatus maiori ab impetratione prohibe-
tur propter periculum communionis, quod ceſſat in excom-
43 municato minori. † Sed iſta ratio non videtur vera, quia in a-
ctu impetrationis reſcripti nullum vertitur periculum com-
munionis, ſed ſit præparatorium ad futuram communionem,
vt dicit Felin. *in cap. nonnulli. §. ſunt & alij. colum. penult. verſic po-
teſt forte. eodem titulo.* & quia impetratio reſcripti actus extraiu-
dicialis eſt, qui non prohibetur excommunicato, ſicut neque
contractus, vnde eadem ratione attenta etiam excommuni-
catus minori non deberet poſſe impetrare, neque etiam con-
trahere, cuius contrarium volunt præfati Doctor. Et ideo di-
44 cendum eſt, vt aliàs dixi, † quòd ſola reſcripti impetratio ex-
communicato etiam maiori non denegatur, cùm ceſſat ratio
fundamentalis text. noſtri, quæ *in cap. intelleximus. ſupra de iu-
dic.* fundatur. Retenta tamen communi opinione, videlicet,
quod excommunicatus etiam à ſola impetratione repellitur,
alia videtur ratio quare iſte text. de maiori excommunicatio-
ne debeat intelligi quæ ponitur *in cap. 1. infra de except.* videli-
cet, vt rubore ſuffuſus ad eccleſiam conuertatur, ac ne ex ſua
proteruia & contumacia commodum ſentiat. Ita enim fit, vt
claues eccleſiæ minime contemnantur, & neruus eccleſiaſti-
cæ diſciplinæ ſuſtineatur, vt dicit text. *in cap. cum inter. ſupra de
conſuetud.* quæ rationes ceſſant in minori excommunicatione,
quæ propter contumaciam, ſeu delictum excommunicati
45 contracta non fuit, & ideo ceſſat in eo prohibitio. † Tertio li-
mitatur regula prædicta quando excommunicatus impetraret
ſimul cum non excommunicato in re diuidua, quam excom-
municatus non poſſet de per ſe impetrare, quia tunc bene va-
leret reſcriptum non excommunicati, ſecus ſi eſſet res com-
munis pro indiuiduo, tunc enim reſcriptum eſſet ipſo iure nul-
lum, ita Ioan. *in regula, vtile. de reg. iur. & hic,* & hoc dictum pro
ſingulari notat Ludouic. Roman. *in ſingul. 15. incip. Nunquid.* &
ſequitur Felin. *in cap. venerabilem. in 1. colum. de except.* & Domi-
nic. *hic in fin.* Hoc tamen videtur dubium, quia eadem ratione
qua reſcriptum eſt nullum in re indiuiſibili propter odium
adiuncti excommunicati, deberet etiam eſſe nullum quando
res ſuper qua impetratur reſcriptum eſt diuiſibilis & ſeparata
ab ipſo excommunicato. † Nam ex quo tali caſu non excom- 46
municatus potuit de per ſe ſine excommunicato impetrare re-
ſcriptum admittendo excommunicatum ad impetrationem,
videtur ſe inhabilem reddere, argum. text. notabilis, & quaſi
in terminis *in cap. cùm ſuper. de offic. delega.* & odium excommu-
nicati hoc operari debet, ne etiam ex perſona alterius conſe-
quatur illud quod per ſe non poteſt: immò ſi quo caſu reſcri-
ptum valere debet facilius ſuſtinebitur quando res ſuper qua
impetratur eſt indiuiſibilis cùm fortior ratio militet: quia
quando res eſt indiuiſibilis, non eſt aliquid imputandum non
excommunicato cur excommunicatum ad communionem
admiſit, cum ex qualitate rei indiuiſibilis, & per conſequens
neceſſitate potius quàm voluntate compulſus hoc fecit. Nam
ſolus impetrare non poterat propter ſubiectam naturam rei,
† & ideo reſcriptum valere debuiſſet & ſuſtineri ex perſona 47
ſua habili, *argum. text. in cap. per tuas. de arbit.* per quem text. plu-
ra cumulat Alexand. ferè ſimilia cum iſto caſu *in conſil. 122. in
4. colum. lib. 4.* & Stephan. Malereta, Moder. *in tracta. electio. fol.
15. Ad idem facit optime text. in cap. ſacris. de ſepult. & quæ per illum
textum notabiliter in propoſito decidit.* Felin. *in cap. cùm inter. colum.
fina. de except. & in cap. 1. in 4. colum. de præſcript.* Multa enim con-
ceduntur ratione actus indiuidui, quæ aliàs in actu diuiduo
non concederentur, vt notabiliter dicit Thomas Ferrarius *in
cautela 10.* & Iaſ. *in l. Imperium. in 1. colum. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*
Accedant prædictis quæ tradit Felin. *in cap. ſignificauerunt. in 7.
colum. ver. do. Abb. de except.* Ex præmiſſis igitur videtur dicen-
dum in caſu noſtro reſcriptum valere attenta habilitate alte-
rius impetrantis per textum, *in dicta l. ſi quis ex argentariis.* §. 1. in-
ducendo, vt ibi per Baldum, & quia ſecundùm regulam com-
munem magis dignum attrahit ad ſe minus dignum. *capitu.
tuam. de ordin. cognit. capitu. quanto.* vbi not. Abb. *de iudic.* † Et 48
hinc videmus quod inſtrumentum confectum per duos no-
tarios ſuſtentatur vigore notarij habilis, licet alius fuerit fal-
ſarius, vt dicit Baldus *in l. Imperator. ff. de ſtatu hominum. & in cap.
tertio loco. de probatio.* quem cum alijs multis deciſionibus re-
fert & ſequitur Felin. *in capitulo multorum. de Iudæis.* Nec vide-
retur honeſtum quòd ille qui excommunicatus non eſt pro-
pter culpam & contumaciam excommunicati pœnam patia-
tur. *l. electio. §. fina. cum concord. datis ibi in gloſſ. de noxali.* † Quar- 49
tò limita iſtum textum procedere in excommunicato carce-
rato, quia licet fuerit excommunicatus poterit tamen impe-
trare reſcriptum pro redemptione ſua, ita notabiliter limitat
Ioan. de Ana. *in capitulo excommunicatus. §. credentes. colum. fina.
in gloſſ. cum authore. de hære.* qui pro hoc allegat Baldum, *hic in
nonnullis ſuis apoſtillis,* & ſequitur Felin. *in capitulo fina. columna
prima, de exceptio.* & idem videtur ratione recuperandæ famæ,
vt *ſuperius dixi numero trigeſimo tertio.* Quod vltra eos ſuadetur,
quia licet excommunicato plura prohibeantur quæ enume-
rat Ioan. Andr. *in regula dolo. in quarto argumento. infra de reg. iur.
in Mercuria* plura etiam conceduntur tam per extenſionem ra-
tionis, quàm per diſpoſitionem iuris, vt tradit Felin. *in capitulo
intelleximus. de iudic.* & quamuis text. hic excipiat duos caſus,
poteſt tamen fieri extenſio ad ſimilia, vt tradit notabiliter A-
lexand. *in conſil. 102. conſideratis. in fin. in quinto volum.* Et iſte po-
teſt eſſe vnus ex ſimilibus caſibus, nam quemadmodum in
cauſſa appellationis excommunicatus admittitur, † quia ap- 50
pellatio eſt quædam defenſio & leuamen oppreſſorum, *cap.
ſuggeſtum. de appellat.* ita in dicto caſu quando excommunicatus
eſt incarceratus. † Tamen conſiderandum eſt, quia iſto caſu 51
diuerſa ratio videtur, nam incarceratis pro culpa ſua non eſt
ſubueniendum, vt dicit Bald. *in Authent. contra rogatos. Cod. ad
Trebellian.* quia dignum eſt, vt male meriti egeſtate laborent. *l.
bona fides. ff. depoſi.* qua ratione huic excommunicato non eſ-
ſet ſub-

ſet ſubueniendum. Sed ad iſta omnia poteſt reſpondert diſtin-
guendo culpam ſecundùm ea quæ dixi *in §. item ſi quis in frau-
dem. num. 32. Inſtitut. de actio.* vbi videndum erit reliquas limita-
tiones ad iſtum text. vltra quindecim poſitas hic per Dominic.
vide per Felin. *in cap. venerabilem. colum. 1. ſupra. de exceptio.* vbi eſt
videndum. Gloſſ. 1. ponit duo. Primum eſt quod reprobat per
iſtum text. opin. Tancr. Innoc. Bartol. Compoſt. & Specul. qui
dicebant reſcriptum impetratum per excommunicatum vale-
re niſi opponeretur. Tamen diſputatiuè videtur dicendum
non eſſe veriſimile illuſtres illos & antiquos viros ita ſupinè
errasse, cùm illis viuentibus decretalis iſta edita fuerit, & pro-
pterea pro eorum defenſione dico quòd non obſtan. iſtis ver-
bis text. ibi ipſo iure, per quæ mouetur gloſſ. hic, quod illi be-
ne dixerint, nam illa verba ipſo iure, intelliguntur ſi pars op-
ponat, vt eſt caſus de hoc *in §. bona fidei. Inſtit. de actio.* quem ibi
not. Iaſ. & omnes, & idem tenet Bartol. *in l. ſi conſtat. C. de com-
penſatio. cum concord.* traditis per Iaſ. *in lectu. l. admonendi. ff. de iu-
reiuran.* & alibi ſæpe, & ita opin. iſtorum poterit procedere, &
ſecundùm hoc moderanda erunt ea, quæ ſuperius dixi in no-
52 tabilibus. † Secundum eſt dictum iſtius gloſſ. ex quo vna alia
concluſio reſultat, videlicet, quòd quando in aliquo actu po-
nitur clauſula annullatiua conſenſus partium nihil operatur,
ſed bene operatur quando actus poteſt elidi, & annullari per
exceptionem, quia tunc pars non opponendo facit actum va-
lere. Ita iſtam gloſſ. vltra ſcribentes hic ad hoc ponderat Felin.
*in cap. olim. in fin. princip. de except. & in cap. cùm acceſſiſſent. in 3. co-
lum. de conſtit. & in cap. nonnulli. §. ſunt & alij in 13. colum. de reſcript.*
& aliam habes gloſſ. concordantem de iure ciuili *in l. à diuo Pio.
ff. de re iudic.* cum pluribus concor. ibi alleg. per eum, quibus ad-
de Iaſ. *in l. non dubium in 4. colum. C. de legib. & in l. pacta quæ con-
tra. in princip. & in l. penult. in 6. colum. C. de pact.* & Andr. Sicul. *in
Clem. fina. in 30. colum. de reſcript.* ſecundùm paruam impreſſio-
nem. *& in Clem. 1. in 8. colum. de elect.* vbi vltra plures gloſſ. quas
allegat dicit de hoc eſſe text. vltra alios *in §. & ſi legibus. 4. diſtin.
cum aliis ſimil.* vt per Felin. *in cap. cæterum. in 12. & 13. colum. ſupra
eod. tit. & dixi in Clemen. vnica, de conceſſ. præben.* & dicam *in cap. di-
ſpendia ſuper. gloſ. proceſſus. eod. tit.* Et ratio iſtius concluſionis red-
53 ditur per præfatos Doctor. † quia clauſula annullatiua intro-
ducit formam, vt tenet Bald. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.* & Petr.
de Anch. *in repet. cap. canonum. in ver. quæro. ſi ſtatuto cauetur quod
54 notarij. ſupra de conſtit.* † Sed clarum eſt quod vbi introducta eſt
forma non poteſt illi conſenſu partium renunciari, vt tenet
Bartol. *in l. de his. ff. de tranſact.* & Bald. *in Authen. iubemus. per illum
text. C. de iudic.* & reaſſumit Iaſ. *in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. in 5. co-
lum. ff. ſi quis cau.* ergo neque iſto caſu poterit, & iſtam opin. te-
net Bernard. de Bilig. *in deciſio. 1. de iureiuran.* Felin. *in cap. cùm di-
lecta. in 8. colum. de reſcript.* facit gloſſ. *in l. 2. C. commu. vtriuſque iu-
dic.* & pro iſta opin. quod quando eſt clauſula annullatiua, non
poſſint partes renunciare, videtur eſſe caſus *in cap. dilecto. de præ-
55 bend.* † Et pro iſta parte pondero hic eſſe gloſſ. inducendo hoc
modo, nam ſi reſcriptum eſt nullum ipſo iure ab excommuni-
cato impetratum, ergo oppoſitio partis non eſt in conſidera-
tione, vt dicebant Tancre. & alij enumerati in gloſſ. Et prædi-
cta procedunt etiam ſi lex annullaret actum in fauorem par-
tis, quia tali caſu conſenſus etiam eius nihil operatur, vt pro-
bat gloſſ. *in d. cap. diſpendia.* & gloſſ. *in cap. ſtatutum. in verbo, com-
mittantur. infra eod.* quas gloſſ. ſequuntur reper. *hic.* Sed contra
iſtam concluſionem tenent Moder. Bononien. hic, rationibus
de quibus ibi per eos, vt refero in voce, vltra quos ego contra
56 iſtam concluſionem adduco motiua duo. † Primum quia cla-
ra eſt regula quòd quando lex eſt inducta in fauorem alicuius
dato quòd illa lex contineat formam illi poteſt renunciari,
text. *in cap. fin. §. fina. de offic. deleg.* Bartol. *in l. filio præterito. per il-
lum text. ff. de iniuſt. rupt. teſtam.* facit *l. penult. cum vulg. C. de pact.
con.* eodem modo eſt dicendum quando illa lex continet clau-
ſulam annullatiuam, quia clauſula annullatiua, ſuper aliqua
diſpoſitione idem importat quod forma, vt tradit Bald. *in l. 1.
57 ff. de liber. & poſthum.* † & tamen illi formæ inductæ per talem
clauſulam renunciari poteſt per partem, *vt in d. cap. fina.* Et quia
clauſula annullatiua appoſita in aliqua diſpoſitione non alte-
rat eam, ſed eius ſequitur naturam, vt eſt caſus *in Clemen. vnica.*
& ibi Cardin. not. *de conceſſ. præben.* Sed ſimplici diſpoſitioni re-
nunciari poteſt conſenſu partium, ergo & clauſulæ annullati-
uæ. Comprobatur hoc, quia non debet plus poſſe operari vin-
culum principis quàm Dei, *argum. cap. dudum. §. nos igitur. de præ-
bend. eod. lib.* ſed vinculum principis per decretum ſuum indu-
ctum inducit formam, vt tradit Bald. *in l. 1. ff. de liber. & poſthum.*
† Ergo eodem modo & vinculum Dei, quod eſt iuramentum 58
etiam inducit formam, *cap. ad noſtram. de iureiuran.* & tamen illi
formæ inductæ per huiuſmodi vinculum per renunciationem
diſpoſitionis, in quo iuramentum interponitur, renunciari
poteſt, vt eſt gloſſ. communiter approbata *in cap. infra de procur.
& l. fin. C. de non numera. pecun.* Bartol. *in l. cum precario. ff. de preca.
cum ſimil.* Igitur idem dicendum eſt, & à fortiori in clauſula an-
nullatiua poſita à principe. † Et ideo pro concordia iſtarum 59
opin. poteſt vltra alios dari noua diſtinctio, quòd aut loqui-
mur de conſenſu tacito, aut de conſenſu expreſſo. Primo caſu
procedit communis opin. quod partes non poſſunt clauſulæ
annullatiuæ renunciare. In ſecundo caſu procedit contraria
opin. quod expreſſo conſenſu bene poteſt fieri talis renuncia-
tio, attento quod eſt inducta in fauorem renunciantis, de hoc
eſt caſus ſingularis, probans iſta duo membra *in cap. ſtatutum. §.
in nullo. eod. tit.* vbi diſpoſitio illius text. habet clauſulam annul-
latiuam *in fin.* & tamen dicit text. *in d. §. in nullo.* quod partes
poſſunt expreſsè illi renunciare, non autem tacitè, ita eſt ibi
text. quem ad hoc multum commendant domini de Rota, *in
deciſio. 380. incip. Si iudex delegatus. ſub tit. de reſcript. in nouis.* & pro
ſingulari allegat etiam Alexand. *in l. fina. in 1. colum. num. 6. ff. de
iuriſdict. omn. iudic. cum ſimil.* vt dixi *in d. §. in nullo.* Immò fortius
probat ille text. quòd dato quod conſtitutio ſit facta pro com-
muni vtilitate, dummodo in ea conſideretur fauor partium
poteſt illi renunciari, vt ibi patet iuncto principio illius text.
ibi, pro communi vtilitate, &c. † Et per hoc reſoluuntur contraria 60
adducta pro communi, quia licet clauſula annullatiua ponat
formam, & formæ non poſſit renunciari, vt ſuperius dictum
eſt. Illud procedit, niſi illa forma ſit introducta in fauorem
partium, vt eſt text. quem ibi not. Bald. & Moder. *in cap. fin. §. de
his. ſupra de offic. deleg.* & tenet Dec. *in cap. de cauſis. in 3. notab. de of-
fic. deleg.* Et iſta omnia de plano procedunt quando ſolus con-
ſenſus partium eſt in caſu ſine aliquo miniſterio iudicis, ſed v-
bicunque iudex † non obſtante exceptione partis pronuncia- 61
ret reſcriptum impetratum ab excommunicato valere, & per
conſequens ſe iudicem competentem declararet, tali caſu reo
non appellante reſcriptum valebit & tenebit, & iſte text. non
procederet, vt ſingulariter tenet Lap. hic, quem communiter
alij ſequuntur. Adde tu pro iſta opin. Lappi, Abb. *in cap. ſuper
litteris. in fin.* & ibi Felin. *colum. 20. num. 40. verſic. limita ſecundo.
de reſcript.* & ſequitur idem Abb. *in cap. ex parte decani. in 5. colum.
eodem tit. & in cap. præterea. in 3. colum. de dilat. & in cap. ſi duobus. in
4. colum.* & ibi Decius *de appellat.* qui dicit iſtam eſſe optimam
cautelam pro iudicibus non habentibus iuriſdictionem, vt ſe
pronuncient competentes: nam ſi non appellatur à tali pro-
nunciatione valet actus per dictum Lappi hic, quem etiam vl-
tra prædicta ſequitur Felin. *in cap. cæterum. num 16. & num. 23. de
reſcript. & in cap. cùm dilecta. in 2. colum. verſic. 39 caſus. eod. tit.* Ro-
man. *conſil. 384. In caſu propoſito.* & Georg. Natta *in repet. Clement.
ſæpe. in 20. colum. de verbor. ſignif.* Tamen licet prædicta videan-
tur ſatis aures demulcere, contraria tamen opin. contra Lapp.
mihi magis placet per fundamenta adducta hic per Modern.
repet. quæ vobis in voce refero, ad quæ nihil addendum oc-
currit. Glo. ſecunda in verbo reſcriptum, diuiditur in duas par-
tes, in prima ponit concordantiam ad iſtum text. In ſecunda
quærit & ſoluit: ſecunda ibi, & ſatis hic puto. Et iſta ſecunda
pars diuiditur in tot partes quot ſunt rationes poſitæ pro deci-
ſione. Ex prima parte colligitur concluſio, quod de iure anti-
quo reſcriptum impetratum per excommunicatum erat nul-
lum ipſo iure, *vt in cap. dilectus. hic alleg. in gloſſ. pro concord.* Ta-
men in hoc dictum gloſſ. non conſonat, quia aliàs fruſtratoria
eſſet diſpoſitio iſtius text. Sed reſponde ſecundum communi-
ter omnes *in d. cap. dilectus.* quod ibi non erant litteræ ipſo iure
nullæ niſi per exceptionem, & maximè proceſſus, ſecus vero
hic. Sed tamen aduerte, quia iſta ſolutio communis videtur
dubitabilis ex eo, quia text. *in d. cap. dilectus.* dicit quòd talis de-
beat carere impetratis, & verbum, careat, de ſui propria natu-
ra inducit annullationem ipſo iure ſecundum communem o-
pin. vt tenet gloſſ. *in l. prouidendum. in ver. caueat. C. de poſtul. cum
concor.* vt per Decium *in cap. ex tenore. de reſcript.* Et ideo aliter re-
ſponderi poteſt, quòd de iure illo antiquo non reperiebantur
excepti iſti duo caſus de quibus hic. Et ſic ratione illorum ca-
ſuum poterit iſte text. nouam diſpoſitionem continere. Vel ſe-
cundò

cundò dicas quod text. *in d.cap.dilectus.* non dicit quòd careat
impetratis, ſed quòd debeat carere: & ſic non inducitur ipſo
iure nullitas, ſed requiritur miniſterium hominis: ſecus verò
62 hic. † Colligitur ſecundò ex iſta gloſſ. quod reus qui excom-
municatum repulit, non poterit eum coram eodem iudice re-
conuenire. Hoc tamen intelligendum eſt quandò talis iudex
fuiſſet datus per reſcriptum impetratum tempore excommu-
nicationis, ſecus verò ſi tempore habili, licet ex poſt excom-
municatio ſuperuenerit, vt tenet hic Ioan. Andr. & alij, *argum.
text. in cap. cùm olim. & cap. P. & G. de offic. delega.* Sed conſideran-
dum eſt; quia illa eadem ratione qua excommunicatus prohi-
betur eſſe in iudicio, militat iſto caſu. Nam clarum eſt quòd
ideo iſte reus excommunicatum repulit propter periculum
communionis, & iſta ratio concurrit quando per viam recon-
uentionis vult eum illo litigare. Nam hoc conceſſum non re-
peritur: & quia ſi reus in vno caſu reprobauit eius communio-
nem in alio caſu tenetur illi prohibitioni ſtare contra ſe, *argu-
ment. l. Publia. ff. depoſi.* Et per hoc etiam magis dubium redditur
dictum Modern. repetentium hic poſt Petr. de Anchar. dum
volunt quòd reus poteſt reconuenire actorem excommuni-
catum coram iudice delegato, quando actor vult deſiſtere, a-
liter mouerentur ratione, quia per ipſum reſcriptum eſt acqui-
ſitum ius ipſi reo, quod eo inuito auferri non poteſt. Nam per
prædicta illud dictum non eſt verum ex eo, quia ſi reſcriptum
non valet, vt hic probatur, ergo reconuentio non valebit,
cùm iudex delegatus non dicatur iſto caſu habere iuriſdictio-
nem, & ideo proceſſus erit ipſo iure nullus: circa hoc tamen de
reconuentione multa dixi poſt Modern. *in cap. diſpendia. infra*
63 *eod.* † Gloſſ. proceſſus, concludit vnum, quòd proceſſus fa-
ctus per excommunicatum coram ordinario valet antequàm
opponatur, rationibus de quibus hic in ea, cum qua tran-
ſeunt omnes Scribentes *hic.* Sed Andr. Sicul. *in cap. intelleximus.
de iudic. in 8. colum. num.* 45. reprobat iſtam differentiam inter
ordinarium & delegatum concludens proceſſum coram vtro-
que eſſe nullum ipſo iure, & reſpondet ad text. *in cap. pia. infra
de exceptio.* dum ibi dicitur quod ea quæ præceſſerunt in ſuo ro-
bore durant. Dicit enim quod iſta verba nihil operantur vltra
id quod à iure reperitur diſpoſitum, neque dant nouum ro-
bur, vt dicit Angel. *in l. fin. C. de tempo appell. cum ſimilib.* vt ibi la-
tius per eum, qui ſuper hoc multum inſiſtit & exaltat vocem
ſuam: & idem tenuit *in conſil. 26. Sapienter ſcripſit. in 6. colum. in
2. volum. & in conſil.* 38. Præclarè ſcribit. *in 12. colum. eod. lib.* Sed
ad ſua motiua reſpondent Felin. & Decius, *in cap. intelleximus.*
& idem Felin. *in cap. cæterum. in 7. colum. per illum text. de reſcript.*
vbi dicit quod iſta verba multum operantur, quia inducunt
annullationem ipſo iure. Sed omiſſis contentionibus quic-
64 quid ſit in effectu iſta videtur veritas, † quòd illa clauſula in
ſuo robore duraturis, nihil noui inducit, niſi princeps per alia
verba hoc declarauerit, *vt in d. cap. pia.* reperitur in multis locis
declaratum per plura verba, vt patet *in fin.* ibi, *ſed ſententia quæ
præceſſit non minus robur debitum obtineat, &c.* Et ideo conſidera-
tio Andr. Sicul. non habet locum, & ita in terminis Felin. de-
clarat *in cap. cùm ad monaſterium. in 2. colum. de ſentent. & re iudic.
& in cap. exceptionem. in 2. colum. de except.* Decius *in cap. cùm ac-
ceſſiſſent. in princip. de conſtitut.* patet igitur quòd *in d. cap. pia.* pro-
ceſſus valet ante oppoſitionem, & ſic opin. And. Sicul. non eſt
vera. Sed vlterius eſt diligenter perſcrutandum, quare *in d. cap.
pia.* proceſſus valuit, & hic not. gloſſ. noſtra, & communiter
Doctor. dicunt, quia ibi coram ordinario, hic coram delèga-
to. Iſtud mihi non videtur verum, nam iſte text. non dicit ali-
quid de delegato, & in dubio potius de iuriſdictione ordina-
ria videtur intelligendum, & ſic de iuriſdictione maiori & fir-
miori, per ea quæ Iaſ. tradit *in rubr. ff. de iuriſd. om. iudic.* Et quo-
cunque modo fiat interpretatio ad iſtum text. prædicta con-
cordia iſtorum iurium non ſubſiſtit: nam ſi iſte text. intelligi-
tur in dubio de ordinario, concordia communis non proce-
dit, ſi verò intelligamus iſtum textum ſimpliciter loquentem
procedere in delegato, eodem modo dicimus text. *in d. cap. pia.*
qui etiam ſimpliciter loquitur, debere intelligi in delegato:
nam aliàs exponere iſta iura ſimpliciter loquentia diuerſimo-
dè non ſuadet ratio recti intellectus. Et ideo cogitabam pro
noua concordia & intellectu iſtorum iurium ſi dici poteſt,
quod diſpoſitio iſtius text. procedat in reſcripto impetrato ad
partis inſtantiam, vt patet ex illis verbis impetratis petitis hic,
quæ partis petitionem indicant, vt patet *in l. 1. & ibi* not. Bartol.
C. de peti. bono. ſubla. lib. 10. Sed text. *in d. cap. pia.* loquitur in reſcri-
pto conceſſo motu proprio. Nam ex quo *ibi* nulla fit mentio
de impetratione quæ eſt facti, non præſumitur illam interue-
niſſe. Ergo cenſetur conceſſio illa facta motu proprio, & ta-
men motus proprius iſtud operatur; quòd tale reſcriptum va-
leat per textum notabilem *in l. ſi quis iniquum. ff. quod quiſque iur.
& in cap. ſi pluribus. & in cap. ſi motu proprio. de præbend.* † Nec ob- 65
ſtat, quòd motus proprius non habilitat perſonam, quia ve-
rum eſt reſpectu habilitatis prouenientis ratione perſonæ, vt
videlicet per hoc cenſeatur abſolutus, vt *in Clem. ſi ſummus Pon-
tifex. de ſenten. excom.* reſcriptum tamen bene valebit donec op-
ponatur, & hoc inducit motus proprius: & ita poteſt intelligi
text. *in d. cap. pia.* Et ſi dicatur quod etiam iſte intellectus eſt di-
uinatiuus, fateor, ſed non eſt ita diuinatiuus ſicut communis
intellectus, & qualitercunque ſit propter difficultatem con-
trarij, ita videtur dicendum, vt in ſimili dicit Bartol. *in l. ita ſti-
pulatus. in 12. colum. ff. de verborum obligatione.* Et quòd iſte text.
procedat in reſcripto impetrato ad inſtantiam partis, & non
in reſcripto motu proprio, tenet Dominic. *hic in 4. colum. & co-
lum. fina. in 9. limitatio.* & ſequitur Barbat. *in rubr. de reſcript. co-
lum.* 9. vbi hoc declarat dum quærit, ſi in tali reſcripto eſſet ap-
poſita clauſula, ſupplentes, &c. de quo dic, vt *ibi* per eum. Vel
ſecundò poteſt reſponderi quod iſte text. procedit quando re-
ſcriptum fuit impetratum tempore excommunicationis: ſed
cap. pia. in reſcripto impetrato ante excommunicationem, li-
cet poſtea excommunicatio ſuperuenerit, quo caſu poteſt re-
pelli à iudicio, ſed proceſſus antea factus valebit. Et iſte vide-
tur verus ſenſus illius litteræ, pro quo faciunt quæ dicit Felin.
in cap. fin. colum. 1. de except. & quia videmus, quòd excommuni-
catus conditionaliter pendente conditione poteſt impetrare,
& non habet locum iſte text. vt limitat Pet. de Anchar. *in conſil.*
158. *Ex narratis. colum. fin.* ergo à fortiori erit dicendum iſto caſu
quando à principio quis non fuit excommunicatus. In eadem
gloſſ. *ibi, ſatis mirandum.* concludit gloſſ. vnum ad quod fre-
quenter alleg. iſta gloſſ. † quòd iuriſdictio delegati odioſa eſt, 66
cap. P. & G. de offic. deleg. cap. ad hæc. extra eod. tit. & tenet Andr. Si-
cul. *in cap. cauſam quæ. num. 28. eod. tit. & in cap. præterea. in 1. colum.
de offic. deleg.* vbi alleg. gloſſ. *hic.* Et iſtud dictum procedit etiam
per interpretationem, vt tradit *in notabili caſu.* Iaſ. *in l. ſi idem
cum eodem. in princ. in 1. colum. ff. de iuriſdict. om. iud.* Et fortius vo-
luit Paul. de Caſt. *in conſil. 253. Ad confirmationem. in 1. vol.* quod
reſcriptum impetratum puta ad ſummam ducentorum duca-
torum ex cauſa mutui non extendetur ad eandem ſummam
ex cauſa ſtipulationis, alleg. Innoc. *in cap. ſuper litteris. extra eod.*
& plura alia *ibi* congerit, quæ videas, & hoc conſilium appro-
bat Felin. licet corruptè *in cap. ſedes. in fin. de reſcript.* & iſtam et-
iam opin. tenet Andr. Sicul. *in cap. ſuper eo. num. 41. de offic. delega.*
Sed circa hoc aduertendum eſt, quia Innocen. *in cap. Epiſcopi. de
reb. eccleſ. non alienan. colum. fina.* tenet contrarium, & dicit quòd
reſcripta ad lites debent latiſſimè interpretari: & dictum ſuum
in ratione conſiſtit, quia reſcripta huiuſmodi, per quæ man-
datur iuſtitia fieri, debent interpretari ſecundùm ius commu-
ne, & recipiunt omnes interpretationes eius, vt tradit Domi-
nic. *in cap. licet canon. §. fina. ver. nota bene iſtud. ſupra de elect. eod. lib.*
ſequitur Decius *in conſil. 233. colum. penult.* Cùm igitur ius com-
mune propter eius fauorem recipiat latam interpretationem,
vt *in l. ſcire. §. aliud. verſic. ſed & ſi maximè. ff. de excu. tut. & in l. de
interpretatione. cum alijs. ff. de legib. & not. gloſſ. in cap. 3. in verſic.
numerandum. de præbend. eodem lib.* Igitur in reſcriptis eadem de-
bet fieri interpretatio. Cogita, & circa hoc vide Ioan. Andr.
in cap. capitulum. & latius in reg. is qui in ius. de reg. iur. in mercu. &
Felin. *in cap. cauſam. eod. tit.* Et reſolue iſtud contrarium cum di-
ctis Abb. *in d. cap. Epiſcopi.* vt retuli in voce, & Felin. *in cap. cau-
ſam. eod. tit.* † In ead. gloſſ. colligitur hic, quod appellatione iu- 67
riſdictionis venit delegata. Ita ad hoc iſtam gloſſ. alleg. Mod.
repeten. *in tit. de offic. eius. fol. 2. colum.* 4. & hoc ex iſta gloſſ. aper-
tè colligitur dum iſtum text. ſimpliciter loquentem intelligit
in iudice delegato, & iſta videtur eſſe communis opin. Sed
conſiderandum eſt, quia non videtur vera aliquo pacto ex eo
quia clara eſt iuris regula, † quòd verba in dubio debent in-
telligi iure ordinario non extraordinario. *l. ſcio. §. medico. ff. de* 68
annuis lega. not. Barbat. *in capitulo volentes. de offic. lega.* & Decius
in capit. inter cætera. in tertia columna, de appellatio. cum concord. vt
tradit Ioan. Neuizan. *in ſylua nuptiali, fol. 25. in 4. colum.* Præter-
ea quia in dubio cauſa naturalis potius attendi debet quam ac-
cidentalis.

cidentalis. *l. qui habet. ff. de tut.* Bald. *in Auth. ſimiliter. C. ad legem*
Falcid. Bartol. *in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthum. & in l. fin.*
69 *ff. de offic. proconſ.* Abb. *in cap. licet. de offic. lega.* † ſed iuriſdictio de-
legati eſt accidentalis: ordinaria verò eſt naturalis, vt tenet
Andr. Sicul. *in cap. ſuſcitatus. num. 47. de reſcript.* & de ſe patet, er-
go in dubio de ordinaria intelligi debet, præterea in dubio
quælibet res vel cauſa debet interpretari perpetua & perennis
non autem temporalis, *l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte.* & quod
per illum text. not. Alexand. *in l. in illa. colum. 2. ff. de verbor. oblig.*
Andr. Sicul. *in repetit. l. cùm acutiſſimi. in 114. colum. C. de fideicom.*
70 & Roman. *conſil. 45. Præſuppoſitis. in 1. colum.* † ſed iuriſdictio or-
dinaria eſt perpetua procedens à lege delegata non eſt tem-
poralis, & ab homine concluſio in dubio ordinaria debet at-
tendi non delegata, neque obſt. quod iuriſdictio delegata eſt
dignior. *cap. ſanè. cum vulga. de offic. deleg.* quia reſpondetur quod
licet ſit dignior non eſt potentior, vt patet *in l. more. ff. de iuriſd.*
om. iudic. nam ex quo iuriſdictio ordinaria prouenit à lege dici-
71 tur potentior, *vt in l. 1. ff. de offic. delega.* † Hinc eſt quòd actiones
ciuiles quæ à lege proueniunt ſunt potentiores prętoriis, vt le-
gitur & not. *in l. 5. de verbor. oblig. & Inſtit. de perpet. & tempo. præ-*
ſcript. per totum: & in l. in honorariis. ff. de actio. & oblig. concurren-
te igitur digno & potenti illud quod potentius eſt attenditur,
vt *in l. quæritur. ff. de ſtat. homin. & in cap. tuam. de ord. cognit.* hinc
eſt quod inter duos teſtes quorum vnus ſit pauper alter diues,
creditur magis diuiti quàm pauperi niſi diues ſit infamis, vt
tradunt Moder. *in ſuo tracta. de teſtam fol. 3 & 8.* pro quo vide la-
tè Ioan. Franc. Purpuratum *in rubric. a. ff. de iur. om. iudic.* vbi plu-
ribus modis limitat, ex cuius limitationibus poterit reſolui to-
ta iſta materia. Gloſſ. alio. in duas partes diuiditur, ponit enim
quæſt. & ſoluit, *in 2. parte.* plurium opin. refert. Ex qua vos v-
72 num colligatis, quòd † excommunicatus impetrare non po-
teſt reſcript. in cau. inquiſitionis rationibus de quibus in gloſſ.
cum qua communiter Doctor. videntur tranſire. Gemin. ta-
men *hic* poſt Lap. & alios quos refert diſtinguit, dicens quod
iſtud dictum gloſſ. procedit quando in impetratione reſcripti
fuiſſet expreſſum nomen excommunicati, ſecus verò ſi reſcri-
ptum impetratum per excommunicatum impersonaliter lo-
queretur, quia tali caſu opin. gloſſ. non procederet, & ita ſim-
pliciter cum iſta diſtinctione poſteriores tranſeunt. Sed conſi-
derandum eſt, quia mihi videtur quod non ſit aliqua differen-
tia quando in reſcripto ſit expreſſum nomen vel loquatur im-
perſonaliter dummodo probari poſſit quòd excommunica-
tus illud reſcriptum impetrauerit, quia certum eſt quod quan-
do actus per partem expeditur & imperſonaliter loquitur in
dubio videtur contemplata perſona agentis, non autem per-
ſona iudicis, de hoc eſt doctr. Bartol. *in l. vnica. ff. de condit. ex le-*
ge. colum. penult. alleg. text. *in Authen. ſacramenta puberum. C. ſi ad-*
uer. ven. & l. ſtatus. ff. de acquir. re. dom. & l. ſi vero. §. prætor. ff. de his
qui deiece. vel eff. & illam doctrin. communiter ſequuntur Do-
73 ctor. facit text. *in l. & magis. ff. de ſolu.* † Nam iſto caſu paria ſunt
quod perſona nominetur, vel quod verba reſcripti in ea veri-
ficari poſſint, *cap. ex parte. extra de offic. deleg. l. certum. ff. ſi cert. pet.*
Nam genus quod non poteſt verificari niſi in ſpecie reputatur
ſpecies, *l. 2. ff. de lib. & poſthum.* Præterea quia hoc eſt clarum in
iure quòd actus ab eo præſumitur factus ad quem ille actus
pertinet, vt tradit Oldr. *in conſil. 136. in 2. colum.* qui inter loqui-
tur, & quia excommunicatus prohibetur nomine alterius im-
petrare tanquam procurator, *vt in cap. poſt ceſſionem. de probat.* er-
go à fortiori ex perſona ſua, licet nomen eius non fuerit ex-
preſſum: & hoc vlterius ſuadetur, quia iura generaliter prohi-
bent excommunicatum ab impetratione iudicis, *vt hic*: ergo
videntur comprehendere iudicium inquiſitionis, ſecundùm
communem opin. vt tradunt Moder. poſt Abb. *in rubr. de iudic.*
in 6. & 7. colum. quia inquiſitio de iure canonico remedium or-
dinarium dicitur, vt tradit Bald. *in cap. 1. per illum text. in 2. colum.*
de offic. ord. & in cap. ſuper literis. extra eod. ergo pariter excommu-
74 nicato prohiberi debet. † Et quod tale reſcriptum imperſona-
le, in quo perſona non eſſet nominata non valeat, tenet ex-
preſsè Dominic. oblitus ſui, *in cap. ſeq. in 2. colum. verſ. & per præ-*
dicta. Et quantùm attinet ad negotium inquiſitionis in quo di-
ctum eſt excommunicatum reſcriptum impetrare non poſſe,
eſt aduertendum, quia contraria opin. verior videtur, pro qua
efficaciter facit, quia vt crimina detegantur aliàs incapaces &
inhabiles ad impetrandum admittuntur, *l. ſi quis ingrau. §. v-*
trum. & ibi not. Bart. *ff. ad Sylla. cum ſimil.* quæ ſcribit And. Sicul.
in cap. 1. colum. 14. de conſtit. vt dixi latius *in §. in perſonam. num. 23.*
Inſtit. de actio. † Sed quando excommunicatus impetrat in ne- 75
gotio inquiſitionis, iſta impetratio tendit ad hoc vt crimina
detegantur; ergo impediri non debet talis impetratio, & tali
caſu bene adaptatur ratio text. *in l. 1. C. de precib. Imper. offeren.* vi-
delicet quod non refert per quem preces porrigantur; *l. vni-*
uerſis. eod. titulo. Et ideo vt omnes difficultates reſoluantur poſ-
ſunt opiniones ſic concordari. Nam dum quæris an excom-
municatus poſſit impetrare in caſu inquiſitionis eſt diſtinguē-
dum, an talis inquiſitio tendat ad commodum excommuni-
cati necne. Exempli gratia eſt factum furtum in vicinia excom-
municato, ignoratur à quo, habetur tamen de aliquibus ſuſpi-
cio: excommunicatus impetrat ad iſtum effectum, vt rem ſibi
ſubtractam hoc medio cōſequatur, tunc dico tale reſcriptum
non valere propter rationem quæ colligitur *in cap. 1. infra de ex-*
cept. videlicet, vt excommunicatus citius conuertatur ad ma-
trem eccleſiam, & ne ex ſua malitia commodum reportet, *cap.*
intelleximus. de iud. & ſic communis opi. procedet. Aut verò ex-
communicatus, cui nullum damnū in vicinia fuit illatum,
impetrat principaliter vt crimina detegantur. Finge enim in
vicinia eſſe pupillos, viduas, vel alias miſerabiles perſonas,
quæ damnum paſſæ ſunt, habetur ſuſpicio de aliquibus, ex-
communicatus miſeratione ductus, vel quia plus poteſt impe-
trat vt crimina detegantur, putarem tali caſu debere reſcri-
ptum ratione text. *in l. 1. C. de precib. Imper. offeren.* ſuper quæ co-
gitabis. † Tertia concluſio colligitur ex iſta gloſ. quod excom- 76
municatus non poterit impetrare procuratorio nomine alte-
rius, *cap. poſt ceſſionem. alleg. in gloſſ.* cum qua omnes tranſeunt.
Sed aduerte diligenter quòd text. *in d. c. poſt ceſſionem.* non pro-
bat hoc ad quod gloſſ. hic, & alij inaduertenter adducunt,
quia excommunicatus ibi ea ratione prohibetur eſſe procura-
tor, quia debet officium ſuum circa iudicialia exercere quibus
reperitur prohibitus, & quia tali caſu ex quo procuratoris of-
ficium mercenarium eſt, & vtile, conſequi poteſt ex illo com-
modum quod excommunicato prohibetur, *vt in cap. intelleximus. de iud.* Iſta ratio non militat in ſola impetratione reſcripti,
quæ eſt actus extraiudicialis, *vt in cap. ex parte. extra eod. tit.* & fa-
tentur vbique Doctor. Nam eadem ratione qua excommuni-
catus contrahere poteſt nomine ſuo, ex quo eſt actus extraiu-
dicialis, vt *in c. veritatis.* & *ibi* Abb. *de dolo & contumia.* † debet et- 77
iam poſſe à fortiori impetrare nomine alterius, cùm ſit etiam
actus extraiudicialis, nec inſpici debet per quem actus expe-
diatur, niſi in quem effectus actus dirigitur. *l. ſi legatarius. C. de*
lega. traditur *in l. cum filio. de lega. 1. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis &*
legi. neque poteſt iſto caſu conſiderari ratio vtilitatis excom-
municati, nec vt citius conuertatur, quia omnes iſtæ rationes
concurrunt in contrahendo, & tamen non prohibetur à con-
tractu, igitur eadem ratione videtur dicendum in caſu iſto,
quare puto quòd gloſſ. non bene dicat. Et ſi dicatur quod om-
nes iſtæ rationes militant etiam vt excommunicatus non de-
beat repelli à iudicio, reſpondetur quòd in iudicio alia ratio
concurrit: nam ibi eſt propter concurſum plurium perſona-
rum vbi eſt periculoſior conuerſatio & communio, † ideo ex- 78
communicatus prohibetur eſſe in iudicio. Et quia ibi facilius
naſcitur ſcandalum & perniciosum exemplum, nam fortè ſi
excommunicatus contemptis clauibus eccleſiæ ageret cauſas,
& hoc eccleſiaſtici permitterent, à ſimplicibus dici poſſet,
[vbi eſt Deus eorum:] & quia etiam hoc expreſsè in iudiciali-
bus prohibitum eſt *in dictu cap. intelleximus. cum ſimilib.* Et ideo
prohibitioni ſtandum eſt, licet concludens ratio reddi non
poſſet, † quia non omnium quæ à maioribus noſtris diſpoſita 79
ſunt ratio reddi poteſt, *cap. ſi quando. de reſcript. l. non omnium. ff.*
de legib. quia in his quæ ſunt de iure poſitiuo ſufficit dice-
re, Ita placuit Legiſlatori, vt eſt gloſſ. *in l. 1. in*
ver. ratus. de poſtul. & dico
alibi.

REPETITIO IN CAP. CVM IN MVLTIS. De Reſcriptis.

Celeberrimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, multi, plura comprehendit, & qualiter, ibid.*
2 *Bugeſtu, dicitur multis vicibus factum.*
3 *Dictio, pluries, quot comprehendit.*
4 *Duo dicuntur plures.*
5 *Dictio, plurimas, quid differat à dictione, pluries.*
6 *Dictio, articulis, quomodo exponatur.*
7 *Verbum, trahuntur, quid ſignificet.*
8 *Iudicium reddi in inuitum quando intelligatur.*
9 *Trahi dicitur ille, qui ſolum citatur.*
10 *Allegatio generalis quibus caſibus poſſit fieri.*
11 *Allegatio ſpecialis non ſufficit, niſi ſit in propoſito.*
12 *Allegatio ad baliſtam.*
13 *Allegantes quando dicuntur ligare arenam ſine cemento.*
14 *Allegans impertinentia & generalia, repelli poteſt.*
15 *Allegare generaliter coram Principe & magno Doctore, an ſufficiat.*
16 *Princeps ita poteſt iura ignorare vt quilibet priuatus.*
17 *Princeps propter poteſtatem quam habet interpretandi, dicitur habere iura in ſcrinio pectoris.*
18 *In quo caſu aduocatus allegare poſſit ad aurem iudicis.*
19 *In conſilio quando allegationes poni debeant.*
20 *Quando ſufficiat dicere per ea quæ vidi & audiui, ſic conſulo.*
21 *Infinitas ſiue generalitas reprobatur.*
22 *Infinitas reprobatur in quinquaginta caſibus.*
23 *Actor reconuentus non poteſt coram eodem iudice reconuenire reum ſuper cauſa in reſcripto, non tamen expreſſa.*
24 *Infinitas reprobatur ne lites ſint infinitæ.*
25 *Compromiſſi dies niſi ſemel per arbitrum prorogari poteſt.*
26 *Sententia lata ad dictum peritorum an debeat retractari.*
27 *Creditor an poſſit pignorare alteri pignus debitoris ſui vltra tertiam vicem.*
28 *Ius acquiſitum in pignore, an ſit reale.*
29 *Infinitas reprobatur à iure.*
30 *Pignus ſemel liberatum non poteſt denuo pignori ſubijci.*
31 *Delegatus Principis an poſſit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi.*
32 *Vicarius perpetuus, an ſubſtituere poſſit vicarium perpetuum.*
33 *Patronus laicus an poſſit variare vltra duas vices.*
34 *Quando datur poteſtas variandi, præſtatur occaſio fraudis.*
35 *Vbi alicui conceſſum eſt variare, non intelligitur niſi ſemel.*
36 *Qui promiſit reficere molendinum ſi dirueretur, debet intelligi de prima vice.*
37 *Aduocatus qui pro certo ſalario promiſit defendere cauſam, an teneatur pro eodem ſalario proſequi cauſam appellationis.*
38 *Monachis habentibus priuilegium, quòd poſſint tempore interdicti vnà cum familiaribus ſuis audire diuina, an intelligatur tantùm de familiaribus præſentibus, vel etiam de futuris poſt priuilegium.*
39 *Exceptio excommunicationis an poſſit opponi bis tantùm.*
40 *Actus intelligitur pro prima vice.*
41 *Intellectus l. boues. §. hoc ſermone.*
42 *Clauſula, quidam alij, an comprehendat numerum infinitum.*
43 *Reſcripta fauore ordinarij largius interpretantur.*
44 *Declaratur iſte text.*
45 *Actus qui eſt nullus non præſtat impedimentum.*
46 *Subiecta materia aliud ſuadente infinitas admittitur.*
47 *Textus noſter non procedit in iudicijs diuiſorijs.*
48 *Variatio prohibetur ne locus ſit fraudi, quia ex variatione fraus præſumitur.*
49 *Citatio debet fieri certa in primo citatorio ne fraudulenter citatus in incerto vagetur.*
50 *Variatio in perſonis eccleſiaſticis maximè deteſtanda.*
51 *Fraudibus obuiandum eſt.*
52 *Vbi lex non prohibet, poſſumus fraudibus obuiare.*
53 *Dies quo fit mandatum, vtrùm computari debeat in actu faciendo.*
54 *Quando lex facit monitionem de duplo, vel quadruplo, intelligitur computato ſimplo.*
55 *In generali ſermone perſona loquentis comprehenditur.*
56 *Dies termini an computetur in termino.*
57 *Concluſio quòd clauſula, & quidam alij, non comprehenditur vltra quatuor.*
58 *Procurator generaliter recipit poteſtatem ſuper omnibus perſonis, & rebus in poſterum exprimendis.*
59 *Declaratur text. & gloſ.*
60 *Dictionis, alij, natura: an ſit ſimilia expreſſis copulare, & non diſſimilia.*
61 *Expreſſo clerico an conueniri poſſit laicus per dictam clauſulam.*
62 *Dictio, alius, non ſemper implicat.*
63 *In reſcriptis an maſculinum concipiat fœmininum.*
64 *Fœmina vtrùm comprehendatur ſub dictione laici.*
65 *Reſcripta cùm ſint odioſa, & ſtricti iuris, non dicuntur interpretari præter caſum expreſſum.*
66 *In contractu emphyteutico, qui eſt ſtricti iuris, maſculinum an concipiat fœmininum.*
67 *Per iſtam clauſulam, quòd poſſint conueniri homines talis loci, quot conueniri poſſint.*
68 *Vniuerſitas an conueniri poſſit vigore iſtius clauſulæ, quod poſſint cõueniri homines talis loci.*
69 *Vniuerſitas pro vno reputatur.*
70 *Quando lex præfinit certum tempus ad aliquid faciendum, non poteſt aſſignari ratio, cur non plus, vel minus tempus conceſſum fuerit.*
71 *Princeps quando mouetur ſola voluntate taxando numerum, non procedit de ſimilibus ad ſimilia, ſed prohibetur extenſio.*
72 *Regula Cancellariæ Apoſtolicæ num. 18 declaratio.*
73 *Allegare rationem licet fatuam, & diſſimilem, ſufficit.*
74 *Complexiones corporis ſunt quatuor.*
75 *Elementa quatuor.*
76 *Eunuchi qua ratione non poſſunt eſſe teſtes.*
77 *Liber Inſtitutionum quare diuiſus ab Imperatore in quatuor libros.*
78 *Quartus numerus.*
79 *Quatuor anni tempora.*
80 *Anni magni ab Adam vſq; ad finem quatuor tempora, quorum ratione ieiunia quatuor temporum introducta fuerunt in eccleſia.*
81 *Hominum quatuor ætates, quatuor vitia, quatuor ſpecies ſuperbiæ.*
82 *Animus ex quaternario conſtat ſecundùm Pythagoricos.*
83 *Quaternarius numerus ſanctiſſimum iuſiurandum apud Pythagoricos.*
84 *Olympica certamina quatuor celebratiſſima.*
85 *Conuinium quatuor rebus conſtare debebat.*
86 *Venti principales quatuor.*
87 *Deus quatuor præfinitur literis, & eiſdem Papa.*
88 *Quatuor modis per naturas cognoſcitur Deus, & quatuor modis operatur.*
89 *Liberi arbitrij quatuor ſunt ſtatus.*
90 *Epiſcoporum ordines quatuor.*
91 *Solis, & Lunæ virtutes animales quatuor.*
92 *Eccleſiæ Patriarchales quatuor.*
93 *Ordines quatuor.*
94 *Aſtrologiæ partes quatuor.*
95 *Solis equi quatuor.*
96 *Textus declaratur.*
98 *Princeps committens cauſam appellatione remota, vel ſtatutum prohibens appellationem, non intelligitur tam prohibere reſpectu tertij comparentis pro intereſſe ſuo.*
99 *Statutum prohibens appellationem intelligitur reſpectu partium, nõ autem reſpectu tertij, & ibi ponit ſimilia.*
100 *Iudex licet per proceſſum ad vlteriora videatur tacitè circa reiectionem obſtaculorum iuriſdictionis pronunciare, ſecus quo ad exceptiones impeditiuas proceſſus.*
101 *Acceptans primum beneficium quando poteſt acceptare ſecundum, & quando non, latè ibi.*
102 *Proteſtari quando debeat acceptans, & quando non.*

Repet. ad lib. 6. Decret. Tom. 5.

CVM IN MVLTIS. Summatur & diuiditur iſtud capitulum, vt hic per Doctores. In textu ibi, *multis.* Iſta † dictio hic plura & infinita comprehendit: patet, quia plura ſunt iura quàm quod facilè enumerari valeant, in quibus infinitas reprobatur, vt enumerat hic gloſ. facit text. & quod ibi notat 1

Bal-

Baldus *in l.hac conſultiſſima, in fin. C. qui teſtament. facere poſſunt.* vbi dicitur, quòd octo dicuntur multi, alibi dicitur quòd ſexdecim, *vt in l. in multis, ff. de ſtatu hominum.* quandoque vigintiquatuor millia dicuntur multi, vt dicit gloſ. *in c. vidua, 34. diſtinctione.* quæ vult, quòd illa dicatur vera meretrix, quæ plus quàm vigintitria millia hominum admiſit: nam ita ibi gloſ. exponit textum quæ dicit, quòd meretrix eſt quæ multorum libidini patet, & licet Dominic. hic dicat, quòd ſub iſta dictione, multi, hic tres vel quatuor comprehenduntur, hoc non probatur in iſto textu. Nam illud quod dicit Dominic. reſpicit clauſulam, quidam alij: & dictio, multis, in textu poſita non reſpicit illam clauſulam, ſed iura quæ infinitatem reprobant, quæ plura ſunt quàm tres vel quatuor, vt patet hic in gloſ. igitur dictum ſuum non procedit quo ad iſtum textum, nec etiam regulariter extra iſtum textum eſt verum, quòd iſta dictio, multi, ſimpliciter prolata, quatuor vel plura comprehendat, ſed vario modo accipitur. Nam aliquando quatuor, vel quinq; comprehendit, vt dicit Baldus *in l. excuſantur, in princ. ff. de excuſat. tutorum, verſic. inducit ad quæſtionem de faciente plura argumenta.* aliquando comprehendit duo aut tria, vt eſt text. quem ibi notant omnes *in §. ſingulorum, Inſtitut. de rerum diuiſ.* & text. *in §. fin. Inſtitut. de iure perſona.* per quem textum ita tenet gloſ. *in l. 1. §. potuiſſe.* ibi, hoc reſcriptum multa continet. *ff. ad Syllania. & text. in l. conſtitutionem, C. de administrat. tutor. & l. cum oportet, in princ. C de bon. quæ liber.* cum concord. vt per Alexan. *in apoſtil. ad Bartol. in d. l. 1. & in l. ſi conſtãte, in 8. colum. num. 22. ff. ſolut. matrimon.* & hoc idem tenet gloſ. *in*
2 *c. reliqui. 66. diſtinct.* & ſic habes quod bis geſtum † dicitur multis vicibus factum. Et ideo dicendum eſt, quòd omnia iſta ſecundùm ſubiectam materiam regulari debeant, in qua certa regula dari non poteſt, vt patet *in c. Latores, de cleric. excommunic. miniſtr. & in l. 2. §. ignominia, ff. de infamib. & gloſ. in c. quoties. 1. quæſt. 7.* quæ omnia arbitrio iudicis relinquuntur, vt eſt gloſ. *in c. cupientes, §. cæterùm, in verſic. contradicentium, infra de electio.* Et hoc procedit in iſta dictione, multi, idem autem eſt in dictione, pluries:
3 quia † bis factum non dicitur pluries factum. ita dicit Abb. *in c. ad noſtram. ſuper gloſ. 1.* quæ allegat plures concordan. *de reb. eccleſ. alienand.* allegat pro hoc tex. *in c. Chriſtiano. 34. diſtinct.* & tradit Angel. *in Authent. de trient. & ſemiſſ. §. 2. & gloſ. in l. cum ratio § ſi plures, ff. de bonis damnat. & probat text. inſtitut. de duobus reis, in principio.* Nam vt dicitur *in capit. quia intantùm, de præbend.* duo vel tria non dicuntur plura, ſed benè quatuor. Eſt benè verum, quòd plurimorum appellatio de ſui propria natura tres comprehendit, vt notatur *in §. & quod ſæpè, in Authent. de trient. & ſemiſſ. in gloſ. 1. columna 3.* licet aliquando in duobus verificetur, vt patet *in c. relatum, de conſecrat. diſtinct. 2.* hinc eſt quod plurimum tempus dicitur biennium, *vt in Authent. vt immob. ante do. §. 1. collat. 5.* Tamen, vt dixi, de proprio ſignificatu dictio plurimorum, vel plures ad tres reſtringitur, vt tradit etiam Baldus & Felinus *in c. interpoſita, de teſtibus.* Sed mihi videtur quòd idem in dicendum de iſta dictione, plures, quod dictum eſt de dictione, multi. Nam ſicut dictio, multi, de proprietate ſui, ita poteſt comprehendere duo ſicut quatuor, & recipit Cameleon ſignificatum ex materia ſubiecta, ita & dictio, plures, eaſdem qualitates recipit. In primis quo ad dictionem plures, probatur per textum *in*
4 *c. 2. § ſanè, infra de teſtamen.* vbi apertè colligitur, † quòd duo dicuntur plures, de quo etiam patet *in regula pluralis, inf. de reg. iur.* Et ideo ſi ſtatutum diſponat de pluribus percuſſionibus intelligi debet de duabus, vt vult Baldus *in l. 2. § ſi ignominia, in princip. ff. de infamib.* Roman. *conſil. 301. in penult. colum. alleg.* Bartol. *in l ſi gemma, ff. arbor. furt. caſ.* & tenet Angel. *in tractatu maleſic. in verb. pluribus.* Non obſtat text. *in dicto capit. Chriſtiano,* quia non loquitur de dictione, plures, ſed de dictione plurimas, inter quas
5 eſt magna differentia: quia † dictio plures, comprehendit duos vel tres, & dictio, plurimas, quantitatem innumeratam, vt probat Aretinus *in l. continuus. §. item quod. in 2. notab. ff. de verborum obligat.* & ante ipſum Dominic. & alij *in c. 2. in 1. colum. verſic. quæro an per iſtam diſpenſationem, &c. infra de fil. presbyt.* qui ita intelligit *d. c. Chriſtiano.* Et ideò pro intelligentia videtur dicendum, quòd regulariter dictio, plures, comprehendit tres vel quatuor vltra duo, niſi lex vlterius procedat enumerando plures caſus. Ita notabiliter dicit Archid. & Dominic. *in c. fin. infra de fil. presbyt.* & tali caſu non poſſet dari certa regula, ſed hoc indicabitur ſecundùm ſubiectam materiam: vt dicit Aretinus *in l. tùm quidam, §. quod dicitur, in penult. notab. ff. de acquirend. hæred.* & per gloſ. *in c. Latores, de cleric. excommunic. miniſtr.* vbi vult, quòd aliquando iſta dictio, multi, comprehendit quadraginta, & plures, vel minus: & ità procedit gloſ. *in §. quod ſæpè, in verb. filiorum, in Authen. de trient. & ſemiſſ.* quæ vult, quòd iſta dictio, plurimorum, in duobus, vel tribus intelligatur: & ſecundùm hoc text. hic benè procedit, habito reſpectu ad diſpoſitiones iuris in quibus infinitas reprobatur, de qua materia habetur per Alexan. poſt Bart. *in l. ſi gemma arbor. ff. arb. furt. caſ.* per Aretin. *in conſil. 102. in ſecunda columna.* per Baldum *in conſil. 199. in fin. in 1. volum.* ex quorum dictis aliquæ aliæ limitationes colliguntur, quas latius proſequitur Georgius Natam, *in repet. Clement. ſæpè, in princ. in ſecunda columna, de verborum ſignific.* & Alexand. *in l. ſæpè, colum. 1. ff. de re iudic.* & Moder. *in l. 1. de legat. 1.* vbi eſt gloſ. quod illa dictio quatuor
comprehendit. † In text. ibi, articulis, hoc verbum hic pro capi- 6
tulo exponitur, vt notat Baldus *in l. non poſſunt, per illum textum, ff. de legib.* & quod articulus dicatur capitulum, notat Bartolus *in l. 3. §. 1. ff. de liberis & poſthumis.* & aliis pluribus modis iſta dictio capitur, vt exorditur Baldus, & Moder. *in dicta l. non poſſunt.* ſed hic capitur, vt dictum eſt, pro capitulo vel pro parte iuris, vt per Archidiac. *& in c. accuſatus, in 1. colum. infra de hæret.* & in c. præceden-
ti capitur pro cauſa, vt eſt etiam text. *in proœmio iſtius libri.* † In te- 7
xtu ibi, trahantur, hoc verbum coactionem ſignificat, ita iſtum text. ad hoc ponderat Decius *in c. dilecti, in princ. de except.* alleg. gloſ. & Bartol. *in l. 1. C. de agric. & cenſib. libro 11.* cum aliis ſimilibus quæ prius adduxerunt ibi Moder. vt ibi per eos, quibus adde textum *in c. ſtatutum, §. cùm autem, infra eod. & in c. fin. ſuprà eodem tit. & eſt text. in c. lator, qui filij ſint legitimi.* & hoc clarius probatur *in c. cùm pro cauſa, de ſentent. excommunicat.* cum concord. vt per Andr. Sicul. *in c. fin. in 4. columna, num. 24. de reſcript.* & talis coactio dici-
tur reſpectu litis conteſtationis, † quia tunc dicitur iudicium 8
reddi in inuitum. *l. inter ſtipulantem, in princip. ff. de verborum oblig.* ratione quaſi contractus, qui ex litis conteſtatione reſultat: & ſic hoc verbum, trahere, litis conteſtationem importat, vt concludit Bald. *in Authent. habita, colum. final. verſic. ſequitur, C ne filius pro patre.*

Tamen ad iſta eſt aduertendum, primò quod non eſt verum quòd iſtud verbum trahere, neceſſario coactionem ſignificet, quia hoc expreſsè iure non cauetur, & textus videtur in contrarium *in c. Romano. §. caueant, infra de foro compet.* ibi, trahere inuitos, &c. *& in c. 1. de offic. delegat.* nam ſi de natura iſtius dictionis eſſet coactionem importare, non ibi additum fuiſſet illud verbum, inuitos, argumento eorum quæ notabiliter dicit Iaſ. *in l. iuriſgentium, §. quinimmò, in 4. notab. de pactis.* dum aſſignat differentiam inter dictionem poſt, & poſtea, de quo dixi *ſupra titul. proximo, cap. 1.* ex quo datur intelligi, quòd illud verbum de per ſe non ſolùm poteſt verificari in eo, qui volens ad iudicium venit, quàm in eo qui inuitus venit, vt de hoc videtur doctrina Abb. *in c. ſi diligenti, in 5. columna, num. 17. de foro compet.* & faciunt ea quæ dixi poſt Abbat. *in c. 1. in 1. notab. de adult.* nec etiam eſt verum quod Baldus dicit *in d. Authent. habita.* videlicet, quod iſtud
verbum, trahere, requirat litis conteſtationem, † imò ſufficit ſo- 9
la citatio: & ille dicitur trahi, qui ſolùm citatur: de hoc eſt text. quem ibi ad hoc ponderat Marian. Socin. & Abb. *in 2. notab. in c. 2. de libel. oblat.* vbi ex hoc inferunt ad ſtatutum: & hoc idem tenet Abb. *in c. paſtoralis, in 4. notab. per illum tex. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* facit tex. *in c. fin. §. 1.* & ibi not. Dom. *in 1. oppoſ. infra de offic. delegat.* Sed iſta poſſunt ad concordiam reduci per diſtinctionem quam facit Abb. *in d. c. ſi diligenti, in 6. colum. verſic. 2. gloſ. principaliter, &c.* & ita etiam concordari poteſt text. *in Auth. ſtatuimus.* vbi
etiam not. Bald. *C. de epiſcop. & cler. & in d. Authent. habita.* † Nota 10
primò ex iſto text. ſecundùm Dominic. quòd generalis allegatio ſufficit, vt puta dicendo cauetur lege, vt hic patet, & idem tenet Dominic. *in c. ſuper eo, in 1. notab. infra de hæret. & in c. fundamenta, in princ. in 3. notab. infra de electio.* facit text. *in c. vt euidenter, 1. quæſtio. 1.* Sed contrarium tenet Dominic. *in c. 1. in 3. notab. infra de cler. coniug.* & pro iſta opinione videtur eſſe text. quem ibi notant alij *in c. præterea. 25. diſtinct.* Hinc eſt etiam, quòd ſpecialis allegatio
non ſufficit, † niſi ſit in indiuiduo, tangat caſum de quo agitur, 11
quia aliàs dicetur generalis allegatio, vt eſt gloſ. ſingul. quam ibi commendat Card. *in 6. oppoſ. in Clem. ſæpè, de verb. ſignif.* nam allegatio non concernens præcisè caſum de quo quæritur, ſed à lõgè vocatur allegatio ad baliſtam, in quo allegationis genere taxatur ſæpè Barbat. ab Hippolyt. de Marſil. *in l. ſi quis vltimò, colum.*
9. ff. de quæſt. nam † taliter allegãtes dicuntur ligare arenam ſine 12
cemento, † vt dicit Bart. Veronen *in tract. de ſeruit. vrb. præd. c. 40.* 13
& propterea † allegans impertinentia & generalia poteſt repel- 14
li, vt

li,vt dicit Iaſon *in l. Centurio,in 4.colum.de vulg. & pup.* Quamob-
rem,vt concordentur opiniones,poteſt ſic dici,quòd generalis
allegatio ſufficit, quando aliquis per illam allegationem reddi-
tur certus,nec vacillat per eam intellectus,quo minus deueniat
ad cognitionem rei : & ita procedit iſte text. cum ſuprà allega-
tis , ſecùs autem ſi quis per illam generalem allegationem non
redderetur certus,vt in contrariis: ita dicit Ioan.de Imol.*in Cle-
ment.conſtitutionem , in 3.notab.de electio.* quod maximè procedit,
quando ius allegatur cauſa doctrinæ,vt not.tradit Bartol.*in l.v-
bicunque.in 3.columna , ff.de interrogat.actio.* Sed iſta diſtinctio non
tollit difficultatem , quia non declarat in quibus caſibus dica-
tur quis certus, & in quibus non , cùm iura ſuperiùs allegata in-
diſtinctè loquantur. Et ideo dominus Abb.*in c.veſtra , de cohabit.
cleric.& mulierum,in 1.notabili.* aliter diſtinguit, ſcilicet quòd co-
15 ram Principe , † & coram magno Doctore ſufficit allegare ge-
neraliter,vt lege cauetur. ratio eſt, quia cenſetur habere iura in
ſcrinio pectoris , *c. 1. de conſtitut. ſuprà.* & ſequitur Andr. Sicul.
in Clement. 1. in ſecunda columna, de electio. ſed adhuc iſtud dictum
Abbat.non plenè ſatisfacit , quia per hoc non neceſſario infer-
tur,quòd coram alijs inferioribus debeat fieri allegatio ſpecia-
lis , licet coram Principe ſufficiat generalis , in Principe non vi-
detur hoc abſolutum, quia in eo videtur eadem ratio quæ in a-
6 liis idiotis , ex eo, † quia Princeps ita poteſt iura materialiter ig-
7 norare vt † quilibet priuatus , licet poteſtatem interpretandi
habeat , vt latiùs probaui *in c. 1. ſupra titul. proximo.* & ideo tu di-
cas,quod aut allegatio fit à Principe,& tunc verum eſt quod di-
cit Abb.& tunc procedit text.hic,ſecùs ſi fit coram eo, & maxi-
mè ſi eſſet ius aliquod ſingulare vel extrauagans ad quod præ-
ſumeretur ignorare,tunc allegari debet,ita eſt text.& ibi dixi *in
c. 1. ſuprà de conſtitut. eodem libro.* ſi verò allegatio ſit coram aliis
inferioribus,& tunc aut ius eſt notiſſimum & vulgatum,& non
debet allegari. Aut nõ eſt omnino vulgatum , & debet fieri ſpe-
cialis allegatio, vbi non reſultat præiudicium allegantis , *c. paſto-
ralis,de fide inſtrum.* quod ita debet intelligi , & hoc procedit tam
in Doctore legente , quàm in diſputante , in Aduocato tamen
requiritur etiam ſpecialis , niſi ſit caſus per quem deciditur cau-
ſa, quia † tunc ne inſtruat aduerſarium cautela eſt , vt ad aurem
iudicis alleget, vt docet Specul. *in titul. de Aduocat. §. conſequenter,
verſic. item caueat.* Si verò loquimur in allegationibus quæ fiunt
conſulendo,& tunc dicit Ioan.Andr. *in addit. ad Specul. in titul. de
requi.conſi. §. 1. verſic. tenet.* quòd aut conſilia mittuntur extra ciui-
tatem,& tunc conſuetudo eſt Bononię,quòd in conſilio ponã-
tur allegationes , † quia non poteſt de facili haberi recurſus ad
conſulentem : ſi verò † ſit conſilium intra ciuitatem , & tunc
ſufficit conſulentem dicere, per ea quæ vidi & audiui ſic conſu-
lo , vt dicit ibi Specul.ne ex multitudine allegationũ iudex de-
ducatur ad nauſeam , & ita etiam ſequitur Ant. de Butr. *in repet.
d. c. veſtra, in 1. oppoſ.* ſed Ioan.Andr. *in c. ſicut, de reiudic.* aliter diſtin-
guit circa conſilia , dicit enim, quod ſi petantur à iudice, tali ca-
ſu Doctori ſufficit opinionem referre ſine allegatione iutium:
ſecùs verò quando conſilia petuntur à partibus , licet vtroque
caſu contrarium teneat ibi Abb. *in fin.* de hoc tamen vide om-
nino quæ dico *in c. ſtatutum, infra eod.* vbi loquor de conſilio de-
ciſiuo. Not. ſecundò , † quòd infinitas, ſiue generalitas repro-
batur, ita hic not. Dominic.& latiùs idem Dominic. *ſuprà in pro-
œmio huius libri, in §. ſanè, in 2. quæſt.* vbi ponit quot modis infini-
tum dicatur, quæ materia videtur brocardica , vt hic dicit idem
Dominic. *ſuper gloſ. 1.* & ideo remiſſiuè , & partim deciſiuè pro-
pter temporis breuitatem procedam plura vltra ſcribentes ad-
dendo. In primis † videatur Ioan. And. qui allegit ad hoc iſtum
textum,& ponit 50. caſus, quibus infinitas reprobatur *in regul. in
generali, in prin. infra de regul iuris, in Mercuria.* & Roman. ponit 12.
caſus in quib. etiam infinitas reprobatur, *in rubr ff. de arbitr.* Deci.
etiam *in l. vnica, in princ. C. de ſent quæ pro eo quod intereſt.* poſt Bald.
plura adducit, quæ ibi videri poſſunt : & iſtum tex. ad hoc etiam
allegat Alexan. qui latè ſcribit deciſiuè & partim remiſſiuè *in l.
quod bona. §. fin. per totum. ff. de dam. infect. & in l. ſi finita, in prin. num.
4. eod. tit. & in l. ſi cùm dotem. §. 1. ff. ſolut. matr.* & Barba. *in conſ. 33. in-
cip. Clementiſſ. in 4. colum. in 1. volum.* vbi de generalitate euitanda
aliqua ponit,& allegat inter alia text. hic, *& in c. ſedes, ſupra eod.* Et
vltra ipſos per iſtum tex. dicit Abb. *in c. 2. col. 1. nu. 5. de mut pet.* † ꝙ
actor qui ſuper vna cauſa tantùm reſcriptum impetrauit recon-
uentus non poterit coram eodem iudice iterum reconuenire
reum ſuper cauſa in reſcripto nõ expreſſa, in qua eſt modo reus,
quia reconuentio non intelligitur niſi quo ad illum , qui primò

conuenitur,& ratio eſt quam iſte text. ponit , videlicet vt euitẽ-
tur infinita, † vel ne lites ſint infinitæ , & ex litibus oriantur , vt 24
dicit Socin. *in l. ſingulis, per illum tex. ff. de except rei iud.* & iſta etiam
videtur ratio vnius dicti Specul. *in tit. de arbitr. verſic. ſed quid ſi fue-
rit actum.* vbi dicit, quòd ſi in compromiſſo fuerit actum, ꝙ dies
compromiſſi † prorogetur per arbitrum, non poterit niſi ſemel
prorogari, per tex. *in l. fideicommiſſa, §. ſi quis decem, de leg. 3.* pro quo 25
etiam Socin. *in conſ. 221. Viſa, & diligenter. in princ. in 2. parte.* dicit
hic eſſe caſum cum ſexcentis concordant. per Iaſ. *in l. 1. in 5. col ſu-
per gloſ. in verſ. infinito, C. de ſacroſan. eccleſ.* & per rationem iſtius re-
gulæ dicit idem Abb. poſt longam diſceptationem *in c. propoſui-
ſti, in 5. colum. de probat.* quòd † ſententia lata ad dictum peritorũ
non retractatur , etiam ſi peritiores poſtea producantur dicen- 26
tes contrarium, ne proceſſus fiat in infinitum, argum. iſtius text.
quia ſi retractaretur poſtea poſſet produci alij magis peritiores,
& eſſet proceſſus in infinitum , quod non eſt dicendum , vt ibi
per eum qui hoc dictum aliis rationibus comprobat. Sed ad-
uerte, quod licet plures ſequantur illud dictum Abb. tamen cõ-
munis opinio eſt in contrarium, vt ibi tradit Dec. referens alios.
Item per † iſtam regulam vt infinitas reprobetur , aliàs dici-
tur , quòd creditor non poterit vltra tertiam vicem pignora- 27
re alteri pignus debitoris ſui , dato quod pignus pignori dari
poſſit, *vt l. 1. C. ſi pignus pignori da. ſit.* quia debet intelligi de prima
vice propter infinitatem euitandam, ita concludit Spec. *in titul.
de pig §. 1. verſic. ſed cùm pignus,* alleg. text. hic , & tex. *in l. fideicõmiſſa,
hic alleg. in gl.* & hanc opinionem ſequitur etiam Roman. *in l. qui
bona. §. fin ff de dam. infect.*

Sed aduerte, quia quantum ad hoc, quod dictum eſt de pig-
nore, Angel. *in d. l. 1.* tenet contrarium , quem ſequitur Alex. *in d.
§ fin.* mouetur , quia † ius nobis acquiſitum in pignore eſt reale, 28
l. eos, C. qui pot. in pig hab. & ideo ius illud ab hoſtibus noſtris ſepa-
rari non poteſt , ſicut dominium quod eſt tranſitorium de per-
ſona in perſonã per mille manus , & ſemper remanet idem do-
minium. Nec obſtat, dicunt ipſi , dictum Specul. quia non pro-
bant iure, & iſta conſideratio fuit prius Baldi *in d. l. 1. C. ſi pig. pig.
dat. ſit.* tamen iſtis non obſtantibus verior mihi videtur opinio
Spec. quam in primis ſequitur Abb. *in c. cùm contra, in 2. colum. nu.
7. de pign.* & videtur ſequi Feli. *in c. licet. el 3. in 2. col. de teſtib.* vbi plu-
ra cumulat circa iſtam regulam , quę videas, quę prò maiori par-
te poſuit prius Alexan. *in d l qui bona § fin.* & dictum Spec. ſequi-
tur etiam Hippol. de Marſil. *in tract. de fideiuſ. in 9. q.* & Pet. Ra. *in
Alphab. iuris, in verb. infinitas.* & licet † opin. Spec.& Abbat. funde- 29
tur principaliter per clauſulam traditam in iſto text. vt infinitas
euitetur, vt *in d l fideicommiſſa, § ſi quis decem, de leg. 3.* tamen pro i-
ſta opinione videtur text. in terminis & ſingularis in ratione ſui
in l. fin. C. de remiſſ. pig. vbi eſt caſus ſecundùm Bart. ibi, contra quẽ
de facili quis reſponderet, † quòd ſi ſemel liberatum eſt pignus,
non poteſt denuò pignori ſubiici , vt infinitas euitetur : quem 30
text. valdè commendat And. Sicul. *in c. cùm acceſſiſſent. num. 98. de
conſtit.* & idem dicit eſſe ſingularem *in addit. ad Bald. in l. ſi legata.
C. de legib.* & meminit etiã Iaſ. *in l. fin. in vlt. not. C. de pact.* & finaliter
iſta opin. poteſt ſuaderi ex pluribus ſimil. adductis per Alex. *in
d § fin.* & Felin. *in d. c. licet.* in quibus non maior ratio militat infi-
nitatis euitandæ quàm in iſto caſu , & tamen illa ratione ne in
infinitum procedatur , volunt illos caſus reſtringere ad vnã vel
duas vices, ergo pariformiter dicendum erit in caſu noſtro. Prę-
terea per iſtam regulam dicit not. Alex. poſt alios, quos refert *in
l. à iudice, in 2 colum. num. 9. C. de iudic.* quòd † delegatus Principis
non poterit ſubdelegare cum poteſtate ſubdelegandi ratione 31
infinitatis euitandæ : & ita reprobatur Abb. tenens contrarium
in c. cùm Bertoldus, de re iud. quorum opin. videtur magis commu-
nis, vt patet ex allegatis per eum, licet Felin. *in d. c. cùm Bertoldus,
in 6. col. ver. ad aliam, &c.* velit vno caſu ſaluare dictum Abb. vt ibi
per eum.& pro dicto Alex. facit dictum Card. *in Clem. 1. q. 11. in 1.
oppoſ. de offic. vic.* vbi dicit, † quòd Vicarius perpetuus licet ſubſti-
tuere Vicarium poſſit, non tamen perpetuum, ne procedatur in 32
infinitum: & per hoc alleg. text. hic. Hoc etiam voluit Cald. per
iſtum text. *in conſ. 16. incip. An laicus, in tit. de iure patron.* quòd † ra-
tione infinitatis euitandæ patronus laicus non poteſt variare 33
vltra duas vices , quia licet iura dicant quod pluries poſſit varia-
re, illa tamen pluralitas ad duas vices reſtringitur, *iuxta regulam,
pluralis locutio, infra de regul. iuris , & l. vbi numerus, ff. de teſtib.* & pro
hoc benè facit dictum Dom. hic dum vult, † quòd quando da-
tur poteſtas variandi præſtatur occaſio fraudis, & ideo fit reſtri- 34
ctio, de qua hic in textu, & dicit Alexan. *in l. ſi ex toto, §. fin. in gloſ.*

35 fin. poſt alios quos ibi alleg. † quòd vbi alicui eſt conceſſum va-
riare non intelligitur niſi ſemel, & illud conſil. Cald. cum mul-
tis ſimilibus facientibus ad propoſitum multum commendat,
& ornat Felin. in c. omnes leges. 1. diſtinct. vbi copioſè ampliat regu-
lam pluralis locutio: & illud conſilium Calder. cum pluribus a-
lijs hinc inde diſcutit Rochus de Curte in tract. de iure patronat. in
verb. honorificum, quaſt. 10. & licet contrarium teneat Decius in c.
quanto, in 4. colum. ſuprà de iudic. prima tamen opinio eſt commu-
nis, & iſta regula iſtius text. vt infinitas reprobetur, habet quan-
dam affinitatem cum deciſione tradita in l. boues, §. hoc ſermone. ff.
de verb. ſig. quã latè diſcutit Fel. in c. 2. de treug. & pac. vbi multa cu-
mulat, quę in ratione text. noſtri fundantur, & vltra ipſos multa
etiam dicta notanda per iſtum text. in d. §. hoc ſermone. ſcribit Ge-
orgius Natam ſolemnis Doctor, & collega Felin. in repet. Clem.
ſæpè. in prin. col. 53. & ſeq. de verb. ſignu. & Iaſ. ponit 16. ſimilia in l. duo-
bus, §. ſi ei, in 1. & 2. colum. ff. de iureiur. & reaſſumit idem Iaſon in l.
diuortio, §. quod in anno, in 2. & 3. colum. ff. ſolut. matr. Quibus adde
notabile dictum Baldi in l. licet, in 4. quaſt. C. locati. de eo qui pro-
36 miſit reficere molendinum ſi deſtrueretur: nam † debet intelli-
gi de prima vice ratione vitandæ infinitatis, quod dictum pro
ſingulari refert Franc. Cremon. in notab. 146. incip. Decidi ſemel. &
latè proſequitur Iaſon in repet. l. quo minus. in 24. quaſt. ad fin. ff. de
flum. Et per iſtum text. dicit diſputando Ioan. Andr. in regula con-
37 tractus, in 2. quaſt. in verſi. item licet procurator, in Mercuria. quòd † ſi
Aduocatus qui pro certo ſalario promiſit alicui defendere cau-
ſam, debet intelligi de prima inſtantia, & ideo non tenetur pro
eo ſalario defendere cauſam appellationis, vt infinitas euitetur,
adducens alias rationes, vt ibi per eum. Et idem Ioan. And. in re-
gula qui ſentit, eod. tit. in Mercur. verſ. in contrarium facit. decidit no-
tabiliter aliam pulchram quæſt. videlicet, Monachi habent pri-
38 uilegium, † quod poſſint tempore interdicti vnà cum familia-
ribus ſuis audire diuina: iſtud priuilegium intelligetur de fami-
liaribus præſentibus, non de alijs qui poſt priuilegium recipiun-
tur, vt euitetur infinitas: & eſt aduertendum quod infinitas in
prædictis & alijs caſibus non debet per partes ipſas propria au-
ctoritate reſtringi, ſed hoc pertinet ad iudicem, vt dicit Feli. de-
clarans iſtum text. in c. propoſuiſti, in fin. ſuprà de probat. & plura cir-
ca hoc ponit Io. And. in regul. ſine culpa, in 2. q. col. 2. infra in Mercur.
39 & pro regula iſtius text. facit c. pia, infra de except. vbi † exceptio
excommunicationis non poteſt opponi niſi bis, vt euitetur in-
finitas, pro qua regula vide Petrum de Rauen. in Alphabet. iuris,
in verbo, infinitas. & plures caſus proſequitur Firmia. in Repert. ſuo,
in verbo, infinitas. & vltra ibi deducta vide lauſſimè Modern. de
Marſil. in tractatu de fideiuſſor. in 9. quaſt. principalis. vbi hoc latè pro-
ſequitur, & in l. vnius. § cogniturum. in 6. colum. in fine, verſic. item vl-
tra prædicta, ff. de quæſtio. & ad hoc eſt notabile dictum Albet. in 2.
part ſtatutorum, quaſt. 181. incip. per dominum fratrem Vbertum. quem
ad hoc multum commendant Modern. Mediolanenſes in libro
Memorialium iuris, in verbo reſcriptum, &c. qui ponunt notabilem
caſum, fuerat conceſſum cuidam nobiliſſimæ matronæ vt ſe-
40 mel poſſet intrare monaſterium Carthuſienſ. accidit † quod
poſtea in funere cuiuſdam reginæ fuit conceſſa generalis licen-
tia omnibus mulieribus intrandi illud monaſterium, quo tem-
pore vna cum alijs præfata nobilis matrona ingreſſa eſt, deinde
vigore ſuæ ſpecialis licentiæ noluit iterum ingredi: fuit dubita-
tum, nunquid poſſit, & fuit deciſum quod non, per dictum Al-
berici per rationem iſtius, pro quo videnda ſunt plura alia no-
tabilia dicta, quæ iidem Moder. tradunt in d. tract. dictorũ Memo-
ria. Bald. in verbo, executores. & in verbo, hæres hæredis, & in verbo, Le-
gatum, & in verbo, vxor derelicta. in quibus locis varias deciſiones
41 ponunt per illam l. boues, §. hoc ſermone, de verborum ſignificat. † qui-
bus adde Iaſ. in l. decem, in 5. colum. in fin. ff. de verb. obligat. facit di-
ctum Bart. in l. hoc articulo, in 2. colum. ff. de hæredib. inſtit. & aliud
dictum in propoſito ponit Oldrad. in conſ. 16. in 1. colum. & Iaſon
in l. placet, in 3. colum. ff. de liberis & poſthumis. Alexand. conſil. 43. in 6.
colum. 4. lib. & conſil. 16. eodem lib. & Franc. Cremonen. in notab. 75.
incip. Habebam redditum. & Imol. in c. conſtitutus, in 1. columna, de
conceſſio. præbend. & Thomas Parpal. in repetit. l. ſi quis maior, C. de
tranſactio. Decius in c. an ſit, in fine. de appellat. cum aliis pluribus
concord. vt ſcribit Ioan. Licirer Modern. in tractatu primogeni-
tura, in 4. quaſt. libro 2. folio 67. ex quibus omnibus plures notabi-
les deciſiones in vtramque partem extendi poterunt, quas o-
mitto propter impedimenta duarum lectionum, ſufficiet enim
vobis prædictos allegare Doctores qui plura allegant, vt vtar
verbis Felini in c. Rodulphus, in 9. columna, verſic. & iſta faciunt, de re-
ſcriptis. non tamen omittendum eſt quòd Laur. Calcan. in con-
ſil. 20. limitauit prædicta quatuor modis, vt ibi per eum, ſed vl-
tra eum limita regulam iſtius textus quinque modis, primò vt
non procedat in literis Epiſcoporum, in quibus iſta † clauſula, 42
quidã alij, non reſtringitur ad tres, vel quatuor, ſed comprehẽ-
dit numerum infinitum, ita dicit hic gloſ. in verſic. in literis. & ra-
tio redditur per Petrum de Anchar. hic in 1. colum. quia ad Epiſ-
copum ſolet haberi de facili & cum minori incommodo recur-
ſus potius quàm ad Papam, & quia largius interpretamur re-
ſcript. fauore ordinarij, & licet Dominic. hic teneat contrarium,
quem refert & ſequitur Marian. Socin. in tract. citat. in 6. quaſt. 3.
quæſt. principalis. tamen magis communis opinio videtur eſſe illa
quam tenet gloſ. pro qua vltra adducta facit benè ad propoſi-
tum Clem. 2. de offic. ordin. iuncto c. ſi motu proprio, infra de præben. eod.
lib. & pro iſta parte benè concludunt fundamenta Anton. de
Butr. hic, quia cùm hæc Decretalis ſit correctoria & limitatoria
iuris antiqui debet reſtringi, & intelligi in terminis illius, ſecun-
dùm not. per omnes in l. 1. ff. de leg. 1. & ſic non debet fieri exten-
ſio, per ea, quæ traduntur in Authent. quas actiones, C. de epiſcopis &
cleric. & ratio pro iſta parte eſt euidentiſſima, † quia quòd in li- 43
teris Papæ fiat iſta reſtrictio, eſt ideo, quia ſi impetrans infinitas
perſonas poſſet coram delegato conuenire exhauriretur pro
maxima parte iuriſdictionis ordinariorum cùm iudices dele-
gati plerumque extra curiam dentur. & ideo hac de cauſa reſtri-
cta fuit illa clauſula ad tres vel quatuor, reliqui autem conue-
nientur coram ordinario: iſta ratio non militat in literis ipſo-
rum ordinariorum, & ideo ceſſat diſpoſitio c. non debet, de conſan-
guin. & affin. Secundò † limitatur diſpoſitio iſtius text. non pro- 44
cedere in commiſſionibus, quę fiunt in palatio auditorum Ro-
tæ, nam illa clauſula, quidam alij, tunc reſtringi non debet ad
tres vel quatuor, ita eſt deciſio Rotæ Bernar. de Beſig. in titul. de
reſcript. ſecunda in ordine. & hoc eſt fortè quod voluit dicere gloſ.
hic in verbo, frequenter. tamen Maria. in tract. citationum, in 7. quaſt.
30. principalis. tenet contrarium, allegans quandam deciſionem
Rotæ per rationem iſtius text. & ibi diſtinguit, quem videas, &
cõtra iſtam limitationem facit ratio poſita ſupra in proxima li-
mitatione. Tertiò limita, † niſi prima citatio in qua eſſet facta 45
ſpecificatio trium, vel quatuor perſonarum, redderetur fruſtra-
toria, & alia cauſa fortè ex expreſſione perſonarum, quæ non
poſſunt per illam clauſulam conueniri, ſecundùm diſpoſitio-
nem c. ſedes, ſupra eod. quia iſto caſu poſſent alij plures conueniri:
ratio eſt, quia ille act⁹, qui nullus fuit, non pſtitit impedimentũ,
iuxta regulam, non præſtat, infra de regul. iuris. & pro iſta limitatione
faciunt quæ latè congerunt Modern. in dicta 9. quaſtio. in tractatu
de fideiuſſorib. verſic. ſecundò limita. Quartò limita, † niſi ſubiecta 46
materia aliud inaderet, quia tunc infinitas admittitur, vt vide-
tur colligi ex dictis Alexand. in dicta l. qui bona. §. fin. de dam. infect.
& per Hippolyt. vt ſuprà, & ideo dicit Alexand. in conſil. 145. in 2.
colum. libro 3. quòd tunc toleratur infinitas, quando verba con-
trahentium hoc important, vt patet in dictione, quocunque,
de quo ibi per eum. Quintò limito † iſtam regulam non pro- 47
cedere in indiuiduis iudicijs, ſcilicet familię erciſcundæ, finium
regundorum, & ſimilium, ita gloſ. hic in verbo, vel quatuor. & ſe-
quuntur Moder. in d. c. ſedes. & hoc approbat Marian. Socinus in
tract. de citat. in 2. quaſt. 30. quaſt. princ. & in c. fin. in 2. art. fallent. 2. de
mut. petit. & ratio redditur per eundem in d. tract. in 1. quaſt. 5. artic.
quia in talibus iudicijs non poteſt fieri congrua diuiſio, niſi de-
finiatur lis inter omnes, & idem eſt quando plures vellent pro
ſuo intereſſe comparere, vt ibi latè per eum. Nota tertiò † ex i- 48
ſto textu ibi, ſi circa ea poſſit liberè variari, &c. quòd variatio
prohibetur, ne locus ſit fraudi: quia ex variatione fraus præſu-
mitur, ita ad hoc iſtum text. alleg. Aret. & dicit not. in l. eum qui
certarum, §. quipurè, colum. penult. ff. de verb. obligat. & ideo propter
hoc iſte text. diſponit, † quòd citatio ſit certa in primo citato- 49
rio, ne fraudulenter citatus in incerto vagetur, vt dicit Card. per
iſtum text. in Clement. fin. in 5. notab. & in fin. vt lit. pendent. & prius
Lapus allegat. 8. in fin. quod de facili fieri poſſet ſi variatio per-
mitteretur, † & iſta variatio licet regulariter prohibita ſit in om- 50
nibus, in perſonis tamen eccleſiaſticis magis eſt deteſtanda, vt
tradunt Modern. in l. quoties, in 3. columna, C. de rei vendic. & eſt ad
hoc peculiaris text. in Clement. vnica, de renunc. cum alijs ſimilib. vt
per Felinum in c. olim, in 2. colum. de re iudic. & in c. ex parte decani, in
7. colum. verſic. excipiuntur, de reſcript. & vltra ipſum latiſſimè iſtam
materiam variationis proſequuntur quidam Moderni Bono-
nienſ. in §. his itaque, in gloſ. aduertit. Inſtitut. de iuſtit. & iur. & reaſſu-
mit

mit magis copioſè & ordinatè quidam Ferdinãdus Loazes Doctor Hiſpanus in d. §. his itaque, in 15. colum. cum ſequen. vbi in varijs caſibus hoc ampliat & limitat, vt ibi per eum, quia vterque eſt
51 impreſſus. Not. † quartò ibi, ne locus fraudi, &c. quòd fraudibus eſt obuiandum, concord. text. in c. ſedes. vbi Moder. ſuprà eod. tit. & iſtam regulam latè proſequitur Hippol. de Marſil. in ſingu. ſuo 177. incip. Malitijs, &c. Tu tamen vltra ipſos declara iſtud procedere, quando à iure reperitur facta expreſſa prohibitio frau-
52 dis, aliàs non cenſeretur prohibita, † quia non ſemper vbi lex non prohibet, poſſumus fraudibus obuiare, vt in notabili caſu declarat Socinus in conſil. 108. incip. In hac conſultatione, in 4. colum. verſic. nec etiam obſtat, in 1. volumine. ¶ Gloſ. 3. ex iſta gloſ. collige argumentum, quòd quando lex iubet actum eſſe facien-
53 dum, puta intra decem dies, † aliàs quòd actus non valeat, non debet computari ille dies, quo fit mandatum, vel impetratur reſcriptum ad expediendum illum actum, probatur hic. Nam Papa vult quòd per iſtam clauſulam, quidam alij, tres vel quatuor, non plures poſſint conueniri, & tamen gloſ. hic declarat debere mandatum intelligi præter expreſſos in reſcripto, quia illi non computantur in numero: ita videtur dicendum in propoſito quòd dies termini datus ad id faciendum, non debeat in termino computari, de quo tamen vide gloſ. in c. 1. infra de except. eodem lib. & in c. ſtatutum, infra de præbend. & in Clement. 2. de appel. Sed aduertendum eſt, quia iſtud dictum gloſ. non videtur verum neque iure probatum, quia text. hic ſimpliciter dicit quòd vigore clauſulæ, quidam alij, tres vel quatuor conueniuntur, vnde intelligitur computata perſona debitoris, niſi aliud appa-
54 reat ſicut videmus, quòd † quando lex facit mentionem de duplo, vel quadruplo intelligitur computato ſimplo, ita dicit Bartolus in l. hoc edicto, §. 1. per illum text. ff. de publ. ſequitur Iaſon cum concord. in §. ſic itaque. in 4. notab. Inſtitut. de actio. & eodem modo
55 videmus, † quòd in generali ſermone perſona loquentis comprehenditur, vt in l. Paulus. §. fin. ff. de pignor. & l. quòd ſi nolit. §. 1. ff. de ædil. edict. & l. quod ſi ſuo, & l. antepenult. ff. de in diem adiect. cum concord. vt per gloſ. in c. ſi verò, 23. quæſt. 5. & hoc maximè procedit, vbi de odio agitur, vt Ioan. Andr. dicit in regul. qui ſentit, de regul. iuris,
56 in Mercuria. Non obſtat † quod dicebatur de die termini qui non computatur in termino, quia reſpondetur illud eſſe verum quando lex vlterius procedit declarando ne dies termini comprehendatur, vel ex verbis, & dictionibus hoc colligitur, ſecùs verò eſt in dubio, quia dies termini benè in termino computatur, vt tenet Ioan. Andr. in c. quam ſit, §. 1. ſuper gloſ. menſem, infra de electio eodem lib. quem ſequitur Philip. Franc. in c. 1. in fin. princ. infra de reſtitut. ſpoliat. tenet Alexand. in l. Gallus, in princ. in 5. columna, num. 12. ff. de liber. & poſthumis. & Rochus Curtius in tractatu iur. patronat. in verbo, honorificum, quæſt. 52. & iſta eſt communis opi-
57 nio; ſic ergo iſta gloſ. non eſt vera. Stat igitur concluſio, † quòd iſta clauſula, & quidam alij, non comprehendit vltra quatuor, inter quos reus expreſſus in reſcripto connumeratur. Et aduerte quòd iſta concluſio de plano procedit in reſcriptis, prout loquitur text. hic, ſecùs verò eſſet in alijs diſpoſitionibus, vt puta in conſtitutione procuratorum, quia tunc non fiet reſtrictio ad
58 numerum quatuor, † ſed generaliter procurator recipit poteſtatem ſuper omnibus perſonis, & rebus in poſterum exprimendis, vt dicit Petr. de Anchar. hic. Hoc tamen intellige & declara, vt latè per Felinum qui ſuper hoc diſceptat in c. ſedes, in 8. colum. verſic. quinta declaratio, ſuprà eodem titul. Item aduertendum, quòd diſpoſitio iſtius text. procedit, quando clauſula ponitur cum expreſſione alicuius perſonæ, ſecùs autem ſi nullus reperitur expreſſus, ita tenet Ioan. Andr. hic, & ſequitur Felin. latè in c. ſedes, in 6. colum. de reſcript. Secundò limitatur quòd text. hic, &
59 gloſ. procedit, † quando perſonæ conueniendæ ſunt eiuſdem qualitatis, cuius ſunt expreſſæ per text. in c. ſedes, ſuprà eodem. & hoc dictat dictio alij, de cuius natura eſt ſimilia expreſſis copu-
60 lare, † non diſſimilia, gloſ. in l. ſi fugitiui, in verſic. alia, C. de ſeru. fugit. Clem. 3. infra eod. titul. vbi latiſſimè ſcripſi poſt Imol. & alios, cum quibus concordat Lud. Roman. in conſ. 42. in fin. & Alexan. in conſil. 87. in 2. colum. libro 5. & ſecundùm hoc ſi reſcriptum eſſet impetratum contra Titium & quoſdam alios, ſub illa clauſula, non poſſent conueniri fœminæ cùm ſint diuerſæ qualitatis, argum. tex. in l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, tritic. oleoq. legat. Cuius contrarium tenet hic Dominic. & communiter Doctores, & idem Dominic. in c. generali, in 3. colum. infra de electio. & licet ſuper hoc videatur aliqua difficultas, per not. per Moder. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iud. in illa quæſtione, An maſculinum con-

cipiat fœmininum, de quo etiam per Decium latè in l. 2. ff. de regul. iuris. tamen in propoſito noſtro iſtud dictum Domin. videtur verius, quia text. in d. c. ſedes. procedit, quando maiores perſonæ conuenirentur diuerſæ qualitatis, ſecùs verò de qualitate minori, vt dicit Abb. & Imol. in d. c. ſedes. dum volunt, quòd ibi ponderatur ſolùm diuerſitas in qualitate maiori vel grauiori expreſſis, non in minori, & ideo volunt quod expreſſo clerico conueniri poſſit per dictam clauſulam laicus, per allegata ibi per eos. & † ſequitur ibi Felin. poſt Barbar. 16. colum. plura adducens, 61
& reſpondet ad d. §. cui dulcia. vt ibi per eũ. & ita in propoſito videtur dicendum, quòd licet fœmina ſit diuerſę qualitatis à maſculo, nihilominus, quia dicitur minor qualitas, benè poterit conueniri per illam clauſulam, & quidam alij. Non obſtat quod dixi de dictione, alius, † quia reſpondetur quod illa dictio non 62
ſemper impliceat, vt patet in Authen. vt defunc. fun. in princ. ibi, milites, & ſeruos alios, & notatur etiam in d. c. ſedes. Sed vlterius circa hoc aduertendum eſt, † quòd iure non probatur, in reſcri- 63
ptis maſculinum concipere fœmininum. Nam text. in c. ſignificauit. de reſcriptis. qui ad hoc allegatur non probat duplici ratione, prima, quia ibi nullum verbum, & quia illa Comitiſſa ſi quo caſu conueniri poterat illud fuiſſet, quia erat hæres, vt ibi expreſſè textus dicit, qui iſtam rationem ponit. Secundò reſpondetur: Nam præſuppoſito quod non fuiſſet hæres ex alio, illa Comitiſſa videbatur poſſe conueniri, quia illa clauſula, quidam alij, expreſſè illam comprehenderat, quia illa clauſula erat ſub iſta forma, quod poſſet conueniri Comes, † quidam alij clerici, & 64
laici: vnde ſub illo verbo, laici, fœmina comprehenditur, vt dicit expreſſè Abb. in c. 1. in 2. colum. num. 4. per illum text. de vita & honeſt. cleric. quæ omnia in caſu noſtro ceſſant. Concludendum eſt igitur, quod illud dictum non eſt verum. Accedit quia reſcripta cùm ſint odioſa, † & ſtricti iuris, non debent interpretari 65
præter caſum expreſſum, c. Rodulphus, & c. ſignificante, eodem titul. quod vult in ſimili Cuman. conſil. 183. Viſa copia. vbi iſta ratione dicit, quòd † in contractu emphyteutico, qui eſt ſtricti iuris, 66
maſculinum non concipit fœmininum, facit quod dicit Bartolus in l. 1. §. ſed ſi incertum. per illum text. ff. de ventre in poſſeſſ. mitten. & in conſ. 54. incip. Angelus Matthiæ. vbi concludit, ꝙ licet in diſpoſitione odioſa legis maſculinum comprehendat fœmininum. Secùs in diſpoſitione hominis, vt hic, & ſequitur Iaſ. in l. ſi quis idem, in 2. colum. num. 15 verſic. quintò limita. ff. de iuriſdict. omnium iudic. licet hoc dixerit ad aliud propoſitum. † Gloſ. quidam alij. ibi, item ſi dicatur. Collige ex iſta gloſ. quod per iſtam clauſulam 67
quidam homines talis loci, non poſſunt niſi quatuor conueniri, niſi eos conueniat vt vniuerſitas, quia tunc vltra quatuor poſſunt in iudicium reuocari. pro iſta gloſ. vltra adducta hic per Doctores adde latè Felinum qui eam comprobat in c. cum te, in 12. columna, verſic. ſecunda declaratio, ſuprà de reſcriptis. & inter alia dicit vnum notandum, quòd etiam ſi fieret commiſſio contra quaſcunque perſonas per illam clauſulam non comprehenditur collegium auditorum Rotæ, allegat Roman. conſ. 436. incip. Quod indultum. quod nota. & † quòd vigore iſtius clauſulæ non 68
poſſit conueniri vniuerſitas, tenet Dominic. in c. cùm in illis. § illis, circa fin. infra de præbend. & quantum ad hoc de vniuerſitate iſtã gloſ. ſequitur Maria. Socin. in tract. decita. in 1. quæſt. 30. quæſt. principalis. & hoc procedit, quando in clauſula nulla perſona eſt expreſſa, vt quando cauſa committitur generaliter contra homines talis loci, ſecùs verò ſi aliqua perſona exprimitur, quia tunc ſub illa clauſula vniuerſitas, comprehendetur: quod procedit, quando perſona nominata eſſet in dignitate, † & æquè potens: 69
quia tunc vniuerſitas, quæ pro vno reputatur, conueniri poſſet, & tunc procedit text. in dicto c. ſedes. qui vult, quòd non maiores, ſed pares vel minores comprehendantur, & ita cum hac opinione tranſit Marian. in dicto tractatu 3. quæſt. 30. principalis. Super iſta tamen materia multa dicunt in contrarium Iaſ. & Modern. in l. ſi quis maior, in tertio notabili, C. de tranſactio. quos videas. Quantùm verò ad illud quod dicit gloſ. per iſtam clauſulam, contra Titium & nonnullos homines, non poſſe niſi quatuor conueniri, hoc non procedit, quando dictio vniuerſalis addita eſſet clauſulæ prædictæ, vt puta contra Titium, & omnes alios; quia tunc non haberet locum diſpoſitio iſtius textus, vt vult hic Ioan. Andr. & Dominic. quos ſequitur Marian. in præallegato loco, nam text. hic loquitur, quando clauſula eſſet conceſſa per dictionem particularem, non autem vniuerſalem. Gloſ. frequẽter. fuit expedita ſuprà in ſecundo notabili, in ſecunda fallentia. Gloſ. in literis. expediui eam ſuprà in ſecundo notabili, in prima limitatio-

*ne.*Gloſ.vel quatuor.ibi, dic quòd arbitraria,&c. collige vnum
70 ex iſta gloſ. quòd † quando lex præfinit certum tempus ad aliquid faciendum, non poteſt aſſignari ratio concludens cur non plus, vel minus tempus fuerit conceſſum: & ita ad hoc iſtam gl. allegat Dominic. *in c. ſi compromiſſarius, §. & idem, verſic. nec obſtat, infra de electio.* ad idem tu habes gloſ. quę communiter ad hoc allegatur *in l.1.§.initium, in verſic. ratus, ff. depoſitul.* per quam dicit Iaſon *in §.actionum, in 3.colum. num.17. Inſtitut. de actionib.* quòd nulla efficacior ratio reddi poteſt, quare actiones ibi enumeratę dicantur magis bonæ fidei, quàm aliæ, niſi quia ita placuit legiſlatori: & ita etiam reſpondet Bartolus in ſimili quæſtione *in l. humanitatis, circa finem. C. de impuber.* quia non omnium, quæ à maioribus noſtris introducta ſunt, ratio reddi poteſt, &c. *l. non omnium, ff. de legib.* cum aliis, vt per Modern. *in c. ſi quando, de reſcriptis.*
71 & tali caſu quando Princeps mouetur † ſola voluntate taxando numerum, non proceditur de ſimilibus ad ſimilia, ſed prohibetur extenſio, vt not. Baldus concludit *in l.3. colum. 2. verſic. ex quo, C. de iure dot.* quem ſequitur Decius *in conſil. 20. In caſu propoſito, in 1. columna, in 2. part.* vbi per hoc concludit regulam Can-
72 cellariæ Apoſtolicæ *num.* 18. diſponentem, † quòd reſignans beneficium ſuum ſi moriatur intra viginti dies, tale beneficium cenſeatur vacare per mortem, non per reſignationem, non habere locum in beneficio iuris patronatus, ad quod per præſentationem, & inſtitutionem quis aſſumitur, ea ratione, quia dicta regula loquitur in collatione, quæ taxatur cum termino viginti dierum, & ſic ex quo reſpectu termini eſt fundata in ſolo arbitrio Principis, talis regula non recipiet extenſionem, de quo tamen latiùs ſcribo *ſuper dicta regul.* & aliquid dicam *in regula de triennali, quæſt.* 1. & tradunt Modern. *in tractatu extenſionum, colum. 6.* Secundò collige ex iſta gloſ. dum allegat *c. non debet, de*
73 *conſanguin. & affinit.* quòd † ſufficit allegare rationem licet fatuam, & diſſimilem, probatur *in dicto c. non debet.* nam dicitur ibi, quòd ideo prohibitio coniugij fuit reſtricta ad quartum gra-
74 dum, † quia quatuor ſunt complexiones corporis, & † quatuor
75 elementa: clarum eſt quod iſta ratio eſt multum diſſimilis, nec faciens ad propoſitum, nam quid commune habet quod quatuor ſint complexiones corporis ad hoc vt prohibitio matrimonij quæ olim extendebatur vſque ad ſeptimum gradum ibi reſtringatur ad quartum gradum, quam rationem tanquam non cohærentem notauit ibi Ant. de Butr. *in 2. notabili, verſic. prohibitio.* & Abb. *in proœm. Greg. in 8. colum. verſic. primo noto.* & Geminia. *in c. quamuis, el 2. §. fin. circa fin. infra de præben. iſto lib.* verùm quia aliam magis concludentem dare non potuit, Papa illi ibi admittit. ad idem eſt gloſ. *in l. Eunuchis, C. qui teſtamen. fac. poſſunt.* quæ pro ratione illius text. allegat rationem fatuam, & ideo illa gloſ. ſolet etiam ad hoc allegari, videlicet, quod in his quæ ſunt de iure poſitiuo ſufficit allegare rationem licet fatuam. Nam i-
76 bi quæritur, † cur Eunuchi in teſtamento nō poſſunt eſſe teſtes, dicit ibi gloſ. quæ aliam rationem non inuenit, quod ratio eſt, quia non habent teſtes: & illam gloſ. ad hoc allegant Moder. repetentes *in l. cum filio, in 34. col. verſic. ſecundò collige, de leg.* 1. & proprius pro iſta opinione gloſ. facit etiam tex. *in §. igitur poſt, in pro-*
77 *œm. Inſtit.* vbi † Imperator librum Inſtitutionum in quatuor diuiſit libros tanquam quatuor elementa, vt ibi not. gloſ. quæ tamen elemēta nihil pertinere videntur ad partitionem libri. Sed diligenter aduertendum eſt, quod ratio *d. c. non debet.* de qua ibi iocatur dom. Ant. & ratio Imperatoris *in proœm. Inſtit.* & etiam iſtius text. videtur ſatis fundata, & rationabilis: Primò quantum
78 attinet ad *d. c. non debet.* non † potuit Papa in materia coniugij aptiorem numerum applicare, quàm quartum, de quo ibi fit mētio, is enim numerus, auctore Heſiodo, in eo libro qui opera, & dies inſcribitur, quē latinum fecit Nicol. Valla, nuptiis accommodatur, atque nauibus conſtituendis, fortaſſe quoniam ſolidi natura, quaternario debetur, in eoq; rationes omnes muſicæ continentur, ſolusq́ue iſte numerus ſe habet velut mater elementorum, numerumq́; hunc ſacratum Cilenio, hoc eſt Mercurio deputatum eſſe dicunt, auctor eſt Capella *lib. 7.* eo quod quadratus Deus ſolus habeatur in hoc numero, vt idem meminit. Nam in eo certa eſt ſoliditatis perfectio, & hoc quaternario, & tribus primis gradatim multiplicatis denarius fit numerus, hoc eſt, vnum, duo, tria, quatuor, decem componunt, & fortè hac ratione loturi mares olim quadrātem portionem ſoluebant, vt meminit Iuuenalis *Satyr. 4.* & ibi poſt eum Merula. ita etiam videmus ab ordine naturæ huic numero numen eſſe
79 tributum, † quatuor enim ſunt anni tempora, *vt in l.1. §. hoc inter-*
dictum, ff. de aqua quot. & æſti. qui loquitur de anno ſolari: † & eo- 80
dem modo quatuor ſunt anni tempora magni totius temporis ab Adam vſque ad finem mundi, videlicet tempus deuiationis, reuocationis, reconciliationis, & peregrinationis, ratione quorum ieiunia quatuor temporum in eccleſia fuerunt introducta, vt latiùs iſta declarat Archiepiſcopus Floren. *in 3. part. ſumma, tit. 13. cap. 4. §. 9.* frontes cœli quatuor elementa, quæ rerum omnium principia ſunt quatuor, quam ob cauſam Iuſtinianus in quatuor libros Inſtitutiones diuiſit, vt tanquam principia illa eſſent elementa quatuor profeſſoribus legum, vt ipſe idem *in*
proœmio eiuſdem libri teſtatur. hominum etiam quatuor † ætates, 81
quatuor vitia, & quatuor ſpecies ſuperbiæ, vt dicit Magiſter
Sententiarum *libro 2. diſtinct. 42.* virtutes quatuor, † vt teſtatur i- 82
dem Magiſter *libro 3. diſtinct. 33.* animum ex quaternatio conſtare Pythagorici putauerunt, ſiquidem eſſe mentem, ſcientiam, opinionem ſenſum, ex quibus ars omnis, & ſcientia, noſq́ue ra-
tionis compotes ſumus, idcirco ſanctiſſimum † apud eos iuſiu- 83
randum quaternarius erat, vt *libro de placitis Philoſophorum primo.* auctor eſt Plutarchus, & ratione numeri quatuor etiam cele-
bratiſſima certamina Olympica numerantur, † vt refert Meru- 84
la *in commento Iuuenal. Satyr. 8.* ea etiam ratione conuiuium qua-
tuor rebus conſtare debebat, † vt inquit Gellius *capite 11. 13. lib.* 85
& Gra. Pal. *de partibus adium, libro 2. folio* 70. quatuor † etiam 86
principales venti ab eodem Gellio ponuntur, *cap. 21. lib. 2. & ab eodem libro 3. capite* 10. arteriæ ſub harmonia ſiue collatione qua-
ternarij numeri collocantur. Quaternarij † igitur numeri tam 87
diuina virtus eſt, vt Deus etiam, cuius vices gerit Papa, conditor huius textus ſub eodem numero voluit ab omnibus ferè gentibus appellari. Deus enim quatuor præfinitur literis, Papa etiam eiſdem, vnde & inter Dei cognomina Tetragrammaton aſcripſere Ægyptij quatuor literas per ſe etiam Syræ maiorſi, Hebræi etiam quatuor literis ſcribunt Deum ſub hoc nomine, Adonai, quod non niſi commodè in pronunciatione ſub quatuor literis cadere potuit: Græci etiam θεὸς, id eſt theos, quatuor ſcribunt literis: Arabis, & Mauris, Alla: Latinis, Deus: Chriſtianis, Ieſu, ſine s, prout ab Angelo extitit nunciatum, vt auctores ſunt Baptiſta Piſo, & Marſilius Ficinus in commentariis in Cratilum Platonis, quę cauſa eſt, quod nos Hiſpani Dios,
literis quatuor, & Galli totidem Dieu, nuncupemus. † Qua- 88
tuor etiam modis per naturas cognoſcitur Deus, vt dicit Magi-
ſter Sententiarum *libro 1. diſtinctione 3. in litera, b, c, d, e.* † Quatuor 89
etiam Deus operatur, vt idem dicit *libro 2. diſtinctione 12. in littera b.* Liberi etiam arbitrij quatuor ſunt ſtatus, *vt eodem libro teſtatur, diſtinctione 25. g.* Quatuor ſunt ſtatus hominis, quatuor ſunt timores, quatuor ordines dilectionis, quatuor gradus charitatis.
Epiſcoporum † etiam ordines quatuor, vt itidem Magiſter latè 90
tradit *in 3 libro Sententiarum.* Quatuor † etiam virtutes animales 91
Solis, & Lunæ, vt latè exorditur Marſilius Ficinus *in triplici vita,*
libro 3. capite 6. Quatuor † eccleſiæ Patriarchales, *c. antiqua, de pri-* 92
uileg. Ordines quatuor, *vt in c. fin. de religioſ. domib. & c. 1. infra eod.*
lib. Quatuor † Aſtrologiæ partes, Geometria, Arithmetica, Mu- 93
ſica, & Aſtrologia, vt tradit Raphael Volaterranus, *lib.* † *commen.* 94
25. Solis etiam equi, vt fabulantur Poëtæ, † quatuor, cuius ra- 95
tionem aſſignat idem Raphael *eodem libro, cap. de Sole.* Alia plura præter iſta de præeminentia iſtius numeri Petrus Crinitus, *ca. 6. de honeſta diſciplina, lib. 22.* & Cenſorinus *cap. 12. libro de die Natali,* & Codrus *ſermone 6. folio 3.* & Abb. Zachar. *in ſermone Concilij Piſani, in fin. folio 2.* congeſſerunt, quæ breuitatis cauſa omitto, quibus adde quæ in opuſculo quatuor nouiſſimorum dicuntur, *folio 1.* & quæ dicit Archiepiſcopus Florent. *in 3. parte ſumma, tit. 23. cap. 1. §. 1.* vbi ponit quatuor proprietates Solis, vt ibi latè per eum, ex quibus omnibus ſatis manifeſtè apparet, quòd non ſine cauſa ſummus Pontifex *in d. c. non debet.* & hic reſtrinxit infinitatem potius ad quatuor, quàm ad alium numerum, & ita etiam poteſt defendi Imperator *in proœm. Inſtitut.* non eſt ergo ratio fatua, vt volebat Antonius de Butr. & ſequaces. Cùm non facilè in aliis numeris inuenies tot rerum ſignificatus ac myſteria, ſicut in quaternario: de quo vltra prædicta vide Marſilium Ficinum *in proœm. ad librum Platonis de differentia nominum: & dixi in dicto c. non debet.* In eadem gloſ. ibi, dico tamen, habes quęſtio-
nem † quòd diſpoſitio iſtius text. non procedit in iudiciis diuiſoriis, ratio eſſe poteſt, quia cùm in hæreditate poſſunt eſſe decem hæredes, ad quos iudicium familiæ erciſcun. pertinet, eſſet inconueniens, quòd quatuor tantùm admitterentur, & alij excludantur, & ita cū iſta quæſtione tranſeo, quæ cōmunis eſt, de 96

qua

qua etiam dixi *ſuprà in 2.not.in 5.ſallen.* faciunt ea quæ iudicio fa-
97 mil.erciſc.dicit Maria.Socin.*in tract.citatio.art.5.quæſt.1.*†In vltima parte glo.habes ex gloſſ.aliam limita.ad iſtum text.videlicet quod nõ procedat iſta clauſula in tertio agẽte pro intereſſe ſuo, quia etiam ſi eſſent plures, poterunt citari,& d.clauſula non habet locum:cum iſta glo.Doct.communiter tranſeunt. Adde in primis pro iſta opin.Maria.Socin.*in titu.de dilatio.art.7.in 2.q.30. q.principalis.*vbi ſequitur,& approbat iſtam gloſſ. in hoc,quæ eſt communis,& vltra ipſum adde benè facere, quæ dicit Bar.*in l.1. §.interdum.ff à quib.appell.non licet.* vbi dicit, quod Princeps com-
98 mittens†cauſam appellatione remota, vel ſtatutum prohibens appellationem, non intelligitur prohibere reſpectu tertij comparentis pro intereſſe ſuo, ſed ſolùm prohibet partes principa-
99 les,facit etiam † quod dicit Angel.*in l.ſi quis libertatem, per illum textum ſingularem.ff.de pet.hære.* vbi dicit, quod poſt litem conteſtatam dilatoriæ exceptiones opponi non poſſint, illud eſt verum reſpectu partis,ſecus autem reſpectu tertij comparentis pro ſuo intereſſe:& pro iſta parte multa notanda dicta cõgerit And. Sicul.*in c.ſuper eo.de offic.delega.* & ibi Felyn. & aliud dictum nota. ponit Felyn.*in cap.cum ſuper, in princip.de offic.delega. & latius in cap. veniens.de teſtib.& dixi latiſſimè in tracta.de tertio.*in indice meo deciſiuo,vbi plura conſ.Doct.ad memoriam allego, quæ breuitatis cauſa hic non conuenit referre. ¶Glo *in ver.quorum.*plana eſt, & non habet difficultatem, vt in ſuperioribus vidiſti: circa vltimam tamen partem eius videatis Iaſonem *in l.ita demùm,in 1.colum.C.de procu.*& latiùs Felyn.*in c.ſuborta,in 4.colum.de ſenten.& re iud.*& etiam notabiliter per eundem *in c.cæterum, in 9.colum.verſi. opus eſt,de reſcript,& in c.ſuper literis,in 22.colum. verſic. fallit duodecimò,eod.titu.*ſequitur etiam Andr.Sicul.*in c.conſultationibus,in 1.no. de offi.delega.*& Domin.*in c.ſtatutum. §.cum verò.infrà eod.*facit glo. *in c.1.ſuprà eod.* & gloſſ *proceſſus,in c.ſeq.* in quibus omnibus locis fit iſta concluſio, quòd licet proceſſus ad vlteriora ſufficiat loco
100 expreſſæ pronunciationis, † quo ad plura impedi. iuriſdictionem, ſecus eſt in exceptionibus impeditiuis proceſſus, quia in illis requiritur expreſſa pronunciatio, nec ſufficit proceſſus ad vlteriora,ita etiam colligitur hic. Nam ſi nomina citandorum non ſunt expreſſa modò, vt hic dicitur,non valet proceſſus, & ſi non opponatur ſed requiritur expreſſa interlocutio, vt prædicti Doct.no.in quibus locis notabiliter commentatur iſta pars glo. vt retuli in voce,& teneatis menti vltra Doct. Glo.fin.duo effectualiter facit,primò ponit regulam,ſecundò infert ad quæſtionem:ſecunda ibi,& non per hanc regulam. Regula igitur ex iſta gloſſ. colligitur quod variatio & inconſtãtia reprobatur, ex hoc infert glo.ad quæſt. ponamus, quod habens literas ad beneficia vacatura,acceptet primò vnum beneficium,ſi illud obtinere nõ poteſt,nunquid poſſit acceptare ſecundum,& gloſſ. tenet quod non,remittendo ſe pro veritate ad no.*in c.ne captandæ.infrà de con-*
101 *ceſſ.præb.* †Sed tu pro vera declaratione iſtius gloſſ. facias aliquas concluſiones, prima ſit quòd acceptãs primum beneficium purè & validè, ſi culpa vel colluſione ſua illud amittit,non poteſt ſecundum acceptare, per regulam poſitam in prin. glo. & ita in terminis tenet Roman.*in conſi.329.colum.3.verſicu.cæterum.* quem ſecuti ſunt Domini de Rota,me præſente in quadam cauſa Leonem parochialis de la Red.coram Dom.Nicolao Picolomineo, die 17.Febr.1533. & eodem modo dicendum eſt ſi cum aliquo concordauerit, vt tenet hic Dominic. quia tunc cenſetur gratiæ renunciaſſe, vt tradunt Domini de Rota *deciſ.438.in nou.* & Roman.*in d.conſi.* Secunda ſit concluſio, acceptans primum beneficium cum proteſtatione,quatenus mihi debeatur, prout hodie communiter acceptationes fiunt, poteſt variare acceptando ſecundum,ſi primum verè ſibi non debetur, & idem ſecundùm Doctores. hic ſi non proteſtatus fuerit, quando conſtat notoriè,vel errore probabili ſibi non deberi, iſtam concluſionem vltra hic adductam ſequitur in terminis Lap.*alleg.8. in penultima colum. verſicul. quid igitur.* ſequitur Angelus Aretin. *in §.penult.Inſtitu.de bonor.poſſeſſ.* & ratio iſtius concluſionis eſt, quia ſi acceptatio non habuit effectum non debet præiudicare,vt dicit Angel.*in l nihil.§.ſi cum filius.ff de inoffic.teſtamen.* & Petrus de Ancha.*in conſil.414.* & hinc eſt, quod acceptatio procuratoris quæ non valet,non nocet domino, vt tradit Bart.*in con-*
ſil.73. Quæritur vtrum, in 2.dubio.& Dominic.*in cap. eum qui,*
102 *in fin.infrà de præbend.*& Lap.*alleg.127.* Anaſtaſius *in 3.colum.* † Sed conſidera circa iſtam concluſionem primò quo ad illud quod dictum eſt de proteſtatione, quia videtur quòd acceptatio debet eſſe pura & certa, ſed quando fit cum proteſtatione videtur eſſe incerta & conditionalis, & per conſequens non videtur valida,per ea quæ tradit Dominic.*in cap.dudum,in fin.infrà de præbend.* vbi dicit quòd ſi executor dicat,confero tibi beneficium,ſi tibi debetur talis collatio, quia non eſt pura non valet, & hoc idem in acceptatione facta cum iſta proteſtatione, ſi placuerit Regi,tenet idem Domin.*in cap.2.in 3.colum. de elect. eod. lib.* & vtranque deciſionem ſequitur Felyn.*in c.cum contingat, in penult. colum.de offic.delega.* & ideo attentis præmiſſis melius eſſet non proteſtari,cùm proteſtatio illa tacitè ſubintelligatur quę expreſſa noceret, iuxta not.*per gloſſ.in cap.ſignificaſti, de election.* Vlteriùs aduertendum eſt circa illud quod ſuperiùs eſt dictum *in 2.concluſio.* quòd acceptans nulliter, quia fortè alteri eſt debitum beneficium, poteſt iterum acceptare, nam hoc videtur contra doctrinam Barto.*in l.2.§ primo.ff.de option.leg.* vbi concludit quod habens poteſtatem eligendi, eligendo, licet nulliter non poteſt ampliùs eligere,quia functus eſt officio ſuo, allegat textum *in l.ſiue propoſuis.C.quomodo & quando iud.* adde textum meliorem *in cap.ſi compromiſſarius,ſuprà de electio.* & ideo non ab re gloſſ. hic voluit proteſtationem eſſe neceſſariam, quia per eam declaratur voluntas in futurum ſecundùm Doctores communiter, ſed tenendo opinionem quam ſuperiùs tenui ad iſta contraria reſpondeas,vt per Decium *in cap.in literis, in 2.& 4.colum.de offic.delega.*vbi Modern. tenent opinionem iſtius gloſſ. quod acceptatio nulla non conſumit gratiam, quam opinionem firmat reſpondens ad prædictam Domin *in conſi.108.in penul.colum.& in conſi.78 verſi ſequitur iſtam gloſſ.*& Felyn.*in cap.ex tenore,in 4.colum. de reſcript.* & ad probandam nullitatem non ſufficit ſola aſſertio,ſed probari debet plenè, vel expectari ſententia declaratoria, vt tradit idem Domin. *in conſi 103.* vbi etiam dicit vnum aliud notabile: videlicet, quòd ſola acceptatio abſque prouiſione conſumit gratiam, & ſecundus expectans poterit acceptare, pro quo eſt præſumptio, transferens onus probandi in primum expectantem, qui inualidè acceptauit, vt latiùs per eum, nam contra bis acceptantem eſt ſiniſtra ſuſpicio, vt tradit Bartol.*in l. cùm procurator.§.primo ff.de noui ope.nunc.* & licet acceptans inutiliter non prohibeatur iterum acceptare, vt Felyn.tradit *in dicto c. ex tenore.*illud fallit,niſi pro illa prima acceptatione aliquid conſecutus ſuit renunciando,vt concluſum fuit in vna cauſa Hiſpalen. Cardinalatus contra Epiſcopum Solis, per ea quæ not.Roma.*conſi.329.*& *Rota deciſ.438.in nouis.*hoc tamen limitatur niſi in cauſa Seguntina de prados redondos, quæ modò pendet & habeo vota, quam hic non ſcribam niſi facta concluſione, & quod dictum eſt quis non poſſe validè niſi ſemel acceptare, intelligitur quo ad vnum vel duo beneficia in vna collatione, nam tria acceptare non poterit, vt refert dominus Guiliel.Algaren.fuiſſe tentum in Rota, plura de acceptatione dixi *in repertorio Rotæ.*

REPETITIO
IN CAP. DISPENDIA.
De Reſcriptis.

Celeberrimi I.V.C.D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnenſis.

SVMMARIVM.

1 *Diſpendia verbum quot modis exponatur.*
2 *Diſpendium & compendium in quo differant.*
3 *Sextus declaratur.*
4 *Promittens alicui quæſtionem non mouere ſub certa pœna,contrafaciens an dicatur in eam incidere.*
5 *Actorem per ſolam impetrationem reſcripti contra aduerſarium non incidere in pœnam.*
6 *Iura inquantum poſſunt conantur arctare prorogationem litium.*
7 *Lites inter ciues ſunt damnoſa Reipublicæ.*
8 *Reipublicæ conuenit ſubiectos habere locupletes.*
9 *Laudabile votum illorum qui lites execrantur.*
10 *Vt lites finiantur à ſententia interlocutoria non appellatur.*
11 *Statutum cogens affines ad compromittendum eſt fauorabile.*
12 *Lites in quantum ſint fugiendæ.*
13 *Rem litigioſam minus valere.*
14 *Homines per lites incontemptibiles reddi.*

15 *Ordinarij litigioſi prohibentur.*
16 *Seruos Dei litigare non oportere.*
17 *Clericus negotiator debet tanquam peſtis euitari.*
18 *Textus limitatur.*
19 *Aequitas præferenda eſt rigori.*
20 *Aequitas in quantum attendi debeat.*
21 *Rigorem ſeruari debere in cauſis Iudæorum.*
22 *Rigor & æquitas quid ſint, & quomodo capiantur.*
23 *Ex ſola reſcripti impetratione præſcriptio non interrumpitur.*
24 *Præſcriptionem per actum nullum regulariter interrumpi poſſe.*
25 *Textus in quo datur iuriſdictio in acceſſorio & non in principali.*
26 *Index quando non poſſet cognoſcere etiam ſuper incidenti.*
27 *Textus limitatur.*
28 *Index quando non poſſet facere condemnationem in expenſis.*
29 *Differentiæ inter actiones perſonales & reales.*
30 *Actiones perſonales longiori tempore præſcribuntur, & ideo maioris eſſe importantiæ.*
31 *Actiones faciliores eſſe & debiliores quàm reales.*
32 *Quod noſtrum eſt regulariter magis noſtrum eſſe non poſſe.*
33 *Actiones perſonales communiter paruæ ſunt, reales verò magnæ.*
34 *Gabellæ tot ſoluuntur quot ſunt cauſæ ſtante ſtatuto.*
35 *Reum coram eodem iudice poſſe actorem ſibi obnoxium reconuenire quomodo intelligatur.*

1 DISPENDIA. Diuiditur & ſummatur iſte textus, vt per
Ioan. Andr. hic. In textu ibi, diſpendia. † Iſtud verbum
multis modis exponitur per Archidiaco. hic, regulariter tamen
pro damno & detrimento ex dilatione cauſato capitur, vt *in
cap. quod ſæpè. infrà de electio. & in cap. ſecundo. in gloſſ. diſpendiji. ſuprà
de conſtitu. in antiq. & gloſſ. 2.* & ibi Archidiaco. *in cap primo, infrà re
lite penden.* & facit text. *in cap.* Abbate. *circa finem ibi, longo diſpen-
dio, de re iudica. eodem lib.* & not. Cardina. *in Clemen. diſpendioſam, in*
2 *princip. de iudic.* † & diſpendium, & compendium differunt, vt
dicit hic gloſſ. quam ſequitur Domin. *in cap. Abbate. §. præfatus.
in prin. infrà de re iudic. & in cap. 1. in prin. infrà de ſchiſma. & eſt text. &
glo. in proœm. cle.* & quid ſit aliquem puniri in diſpendio cauſæ
videtur tex. *in l. ſi quis pronocatione, cum ibi not. C. de appel.* & diſpen-
dium, labor & expenſæ differunt inter ſe, vt eſt text. *in proœ. iſtius*
3 *lib. circa finem.* † In text. *ibi, quæſtiones, &c.* Not. quod licet iſtud
verbum, ſiue dictio, pro contentione ante iudicium accipia-
tur, vt not. *in l. quæ fidem. ff. de tranſact. & in l. Lucius. §. tres hæredes ff.
ad Trebell.* & tenet Bald. *per illum text. in c. audita, de reſtit ſpol.* ſequi-
tur Decius *in cap. 1. in 2. not. de appell.* iſtud tamen eſt verum, quan-
do ab homine profertur, ſecus verò ſi à lege proferatur, vt hic,
nam tunc intelligitur per litis conteſtationem, *l. 3. C. fin. reg.* &
4 per iſtam diſtinctionem ſoluit Barr. illam quæſt. videlicet, † an
qui promittit alicui quæſtionem non mouere ſub certa pœna,
dicatur in eam incidere quocunque modo moueat controuer-
ſiam ante litem conteſtatam, an verò requiratur litis conteſta-
tio, & Bar. *in l. amplius non peti. in 3. colum. num. 5. ff. rem rat. ha.* reſol-
uit iſtud quæſitum modo prædicto, ſequitur idem Barto. *in l. Lu-
cius.* & ſequitur Cuma. *conſi. 17. in 2. colum. cum pluribus concord.* vt
per Alexan. *in l. ſi quis maior, in 2. colum. num. 6. C. de tranſact.* eſt be-
nè verum quod Matthæus Neruius *in repet. c. 1. de appell. in 1. not. t.*
recedit ab iſta opinione, & ponit quandam diſtinctionem, ve-
rùm quia mihi ſatis non facit, propterea non recedo à commu-
ni opinio. & de iſta dictione quæſtio, & de ſimilibus verbis ſcri-
bit Corne *in conſi. 267 incip. In hac conſultatione, in 5. colum. 4. volu.*
& ibi ponit quot modis accipiatur hoc verbum, & latiùs expo-
nit Franciſcus Brunus *in tract. de indi. & tortura, in 5. charta.* Et ex
hoc reſultat notabilis intellectus ad iſtum text. videlicet, quod
5 † author per ſolam impetrationem reſcripti cõtra aduerſarium
non incideret in pœnam, de qua in text. contra Domin. & alios
hic in 2. col. ſed requiritur litis conteſtatio ratione iſtius dictionis,
quæſtiones: & hoc ſuadetur, quia ratio in qua fundatur iſte text.
ceſſat hoc caſu. Nam aduerſarius non vexatur per ſolam impe-
trationem, pro quo facit text. *in l. libertus. ff. de in ius voc.* ſed per ci-
tationem benè committeretur pœna, nõ tamen per hoc perde-
ret cauſam, niſi lis conteſtaretur, quia tũc atgueretur maior ma-
litia impetrantis, & ita tenet glo. fi. & Inno. *in c. ex tenore, ſuprà co.
tit. glo. tamen, in c. ſi eod. titu. in verbo, ſuper vno.* tenet contrarium, vi-
delicet, quòd perdat cauſam, ſed illa glo. debet intelligi quando
vltra citationem proceſſum eſt ad litis conteſtationẽ, & ita con-
cordat Andr. Sicul. prædictam contrarietatem, *in d. c. ſi. colum. 13.
num. 72. facit tex. in l. ſi tibi. C. de libe. cau. & in l. cui neceſſitas. C. de libe.
cau.* quod ego limito procedere, niſi reus eſſet contumax, ita eſt
doctrina Barr. *in l. ſepulchri, in 1. colum. ff. de ſepul. viol. & in l. quamuis.
ff. de damno infect.* Paul. de Caſtr. *in l. quamuis. ff. de in ius vocan. per il-
lum text.* Abb. *in c. propoſuiſti. ad finem. & c. dilecti, colum. penul. de foro
compet.* quæ omnia nota. † Nota primò ſecundum Dominicum, 6
quod iura inquantùm poſſunt conãtur arctare prorogationem
litium, *c. finem. de dolo, & contumacia, l. properandum, in princ. C. de iu-
di.* & ita tenet Domi. *ſuprà in proœmio ſacroſanctæ. §. quem librum, in
princ. & in c. præcedenti, colum. 1. cum ſimil. vt per gloſſ. in l. æquiſſimum.
ff. de vſufruct.* & latiſſimè proſequitur Lucas de Penna *in l. litibus,
C. de agric. & cenſi.* & not. idem Domin. *in cap. 1. in princ. infrà de ap-
pella.* † quia lites inter ciues ſunt damnoſæ reipublicæ, *l. ſi quis. §.* 7
in ciuilibus. ff. de appella. Nam propter lites multi deducti ſunt ad
egeſtatem, & propriam patriam reliquerunt, vt *in Authen. de de-
fen. ciuita. in princip.* † quia reipublicæ conuenit ſubiectos habe- 8
re locupletes, qui per lites extenuantur, vt *in Authent. vt iud. ſi-
ne quoquo ſuffrag. §. cogitatio. & gloſſ. vtatur, in §. ſed etiam. Inſtitu. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & propterea reipublicæ intereſt lites ci-
tò expediri, vt dicit textus *in prima conſtitutione. C. ad finem.* & ibi
not. Bart. & Bald. & *in l. fratris. C. de tranſactio. cum ſimil.* vt per Ale-
xan *in l. Seius, in 4. colum. ff. ad legem Falcid.* † & ideo laudabile eſt 9
votum illorum qui eas execrantur, vt tenet Corneus *in conſ. 283.
Pari dicti, in penult. colum. in 4. volum.* cum pluribus notabilibus di-
ctis, quæ congerit Felyn. *in c. nihil, in princip. de præſcript.* & poſt ip-
ſum latiùs cumulant quidam Modern. *in tract. nuptia. fol. 24. in 3.
colum. & ſequen.* pro quo vide Alexand. *in l. ſi quis cum aliter, de ver-
borum obligat.* in illa quæſtione, an deceptus in tranſactione poſ-
ſit intentare remedium, *l. 2. C. de reſcind. vendi.* & Dominic. *in con-
ſil. 129. in 2. colum.* vbi ponit vtilitatem illius qui recedit à lite,
not. Dominic. *in c. 2. de verbo ſignifi. facit text. in l. item ſi rei. §. itaque.
ff. de alien. iu. mutan. cau fac. cum pluribus concordan.* vt latè proſe-
quuntur Modern. *in l. quidam æſtimauerunt, per illum textum, ff. ſi
certum peta.* & propterea vt lites finiantur † à ſententia interlo- 10
cutoria non appellatur, vt dicit Bald. *in l. apertiſſimi, in quinto no-
tab. per illum textum. C. de iudi.* & per hoc infert notabiliter Bald.
in l. qui ſe patris in fin. colum. verſi. prima quæſtio. C. vnde liberi. † quod 11
ſtatutum cogens affines, vel agnatos ad compromittendum eſt
fauorabile, ideo extenditur ad eos, qui de propria ſignificatio-
ne verbi non ſunt affines, vel agnati, quia per hoc lites euitan-
tur, quod dictum valdè commendant ibi Paul. de Caſtro, &
Alexand. *in penult. colum.* & Iaſon *in antepenult. & in notab. quæſtio-
ne* conſuluit Socin. *in conſil. 4. Viſis actis, & actitatis, ad fin. in primo
libro.* † & intantum ſunt lites fugiendæ, quod potiùs debet quis 12
perdere vnam partem rei, quàm litigare, *23. quæſt. 1. §. 1. & quæſt. 3.
c. 1. & c. ſuſcepimus. de homic.* & propterea dici ſolet, † quod res mi- 13
nus valet quando eſt litigioſa, vt dicit Barto. *in l. ſi duo ſocietatem.
§. arbitrorum, colum. fina. ff. pro ſoc. & in l per diuerſas, colum. 2. verſic. &
ſemper actio. C manda.* & hoc idem dicit Fabia de Monte *in tracta.
de emptio. & venditio. quæſt 8. princip. colum. 4.* Iaſon *in l. 1. §. ſi hæres,
colum 2. ff. ad Trebell.* † Nam per lites homines redduntur con- 14
temptibiles, & viles, *cap. prælatum. 88. diſtinct.* † & propterea liti- 15
gioſi ordinarii prohibentur, *46. diſtin. cap. 1. & 90. diſtin. c. litigioſus.*
† Nam ſeruos Dei non oportet litigare, *cap ſicut. 2. quæſt. 7. & 8. de* 16
ſynd. cap. vnico. & propterea dicitur *in c. negotiatorem. 88. diſtinctio.*
† quod clericus negotiator debet tanquàm peſtis euitari. Et 17
ob hanc cauſam hic inductum eſt, vt quis actiones ſuas perſo-
nales coram vno iudice proponat, quia non ita vexatur reus la-
boribus, & expenſis litis, neque intricatur inter varios circui-
tus, & contrarias ſententias, quas fortè plures iudices poſſent
proferre, vt dicit Abbas *in c. tuam. in 2. colum. de ordi. cogni.* & Do-
min. *in c ſtatutum. §. cum autem, in 1. colum. infrà eod. & alleg. text. hic.*
† Iſte tamen text. limitatur non procedere in cauſa hæreſis, quia 18
tunc benè poteſt aduerſarius ſuper eo articulo trahi ad diuerſos
iudices. Ita concludit Dominic. *in c. per hoc. §. verum. in prin. per il-
lum textum, infrà de hære.* Reliqua circa incommoda litis videas
in comment. meo ſuper regula Cancellariæ de annali poſſeſſore. vbi alia
plura ſcribo. † Not. ſecundò ibi, æquitatis compendio, &c. ſe- 19
cundùm Dominic. quod æquitas præferenda eſt rigori, *c. fina ſu-
prà de tranſactio. cum ſimil.* vt per Modern. poſt Alexan. *in l placuit,
C. de iudic.* vbi inter alia refert dictum notabile Archidia. *in cap.
quod à patribus. 13. diſtinct.* qui vult quod adeò æquitas debet at-
tendi, † quod in pertinentibus ad forum eccleſiaſticum at- 20
tendimus potiùs ius ciuile, quando habet æquitatem, quàm
ius canonicum continens rigorem, ponit exemplum in cle-
rico, qui iurauit ſoluere tali die, quod debet attendi dies ſecun-
dùm

dùm ius ciuile, & ſic ſecundùm *l. more Romano. ff. de fer.* quia eſt
æquius quàm ius canonicum, & hoc prius tradidit Felyn. *in c. ec-
cleſia ſancta Maria, in 17. colum. verſi. quinta declaratio, de conſtitu.* vbi
alias authoritates adducit. Iſta tamen regula procedit quando
æquitas eſt ſcripta, ſecus verò ſi non eſſet ſcripta, nam tunc non
præfertur rigori. Ita dicit dom. Anton. *in c. 1. colum. 7. de conſtitu.*
quem ſequitur Felyn. *in cap. cum illorum. in prima colum. ſuper gloſſ.
in verbo rigorem. de ſenten. excommu.* quod eſt verum. niſi pro æqui-
tate non ſcripta concurrat præſumptio, gloſſ. penult. *in cap.
ſuſcitata. de reſtitu. in integr.* Secundò notabilitèr limitatur, niſi
rigor eſſet in conſtitutione poſteriori, nam tunc præualeret æ-
quitati priori, gloſſ. notabilis *in cap. extirpandæ. §. quia verò, in ver-
ſic. priuatum, de præbend. cum concord. alleg. ibi per eum, pro quo facit tex.
in cap. primo. ſuprà de conſtitu. eod. lib.* Sed tamen idem Felyn. tenet
contrarium, *in cap. 2 in princip. de re iudic* & ibi reſpondet ibi gloſſ.
21 & in iſta materia dat plures remiſſiones, quas videas. † Tertiò
limita, niſi in cauſis Iudæorum, in quibus rigor debet ſeruari, nõ
æquitas, gloſſ. notabilis *eſt in cap. 2. gloſſ. penult. de Iudæ.* quam ad
hoc valde commendat Socin. *in conſil. 62. incip. In præſenti conſul-
tatione. colum. penult. in 1. volum.* aliæ limitationes poſſunt colligi
22 ex dictis Alexand. † & Modern. *in d. l. placuit.* & quid ſit rigor,
& quid æquitas, & quomodo capiantur, declarat Andr. Sicul.
*in cap. ſuper literis, in 3. colum. num. 20. de reſcriptis. & cap. ſi clericus lai-
cum, in 2. colum. num. 11. de foro competen. & in cap. quærenti. colum. pe-
nult. de offic. delega.* Nota tertiò *ibi, inquantum poſſumus,* &c. quòd
quo ad excitationem malorũ ſufficit quod quis facit illud, quod
ipſe poteſt, & ideo dicit hic Romanus Pontifex quantum poſ-
ſumus, quia omnia mala præuideri non poſſunt, nec fraudibus
omnibus poteſt occurri, quia nouæ fraudes quotidiè excogi-
tantur, *vt in Authen. vt hi qui oblig. habe. ſe perhib. res mino. §. primo,
colla. 6. & in Authen. de nupt. § iuſſionis, collat. 4.* nam vt hic dicunt,
homines ſemel dati in malum nihil eſt quòd non inueniant, vt
idem dicit glo. *in § lex. in Auth. de non alienan. aut permutan.* No-
ta quartò ſecundùm Peruſin. *hic ibi, omni commodo,* &c. quòd
ſi vigore primi reſcripti coram primis iudicibus impetrati erat
interrupta præſcriptio, vel erat conſtitutus aduerſarius in mo-
ra, vel in mala fide, quod ex ſequenti impetratione prohibita e-
uaneſcit omnis effectus ſecutus ex illa prima impetratione, pro
quo facit gloſſ. *in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defunctorum.* Sed modò tu
aduerte pro vtili intelligentia quòd iſta dicta Peruſi. ita ſimpli-
citer non videntur ſine dubio. Primò, quia videtur præſuppo-
nere vnum aſſumptum falſum, quod ex ſola reſcripti impetra-
tione interrumpatur præſcriptio.

23 † Nam cùm reſcripti impetratio ſit actus extraiudicialis,
vt tenet Rota *in deciſ. 175. in nouis.* & diximus *ſuprà in c. primo,* poſt
Modern. non conſtituit aduerſarium in mora ſecundùm Inno-
cent. *in c. olim, de cenſib.* & dicit Alexand. *in l. naturaliter, in apoſtil-
lis ad Bartol. in verbo interrumpatur, in quarta colum. ff. eod.* quod
non repetitur iure cautum, quòd interpellatio extraiudicialis
interrumpatur præſcriptione, niſi in caſibus expreſſis, allegat
Imol. *in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. obliga.* & ideo debet ſup-
pleri & intelligi dictum Peruſini, quando per illud reſcriptum
proceſſum fuit ad litis conteſtationem, per quam regulariter
præſcriptio cum bona fide interrumpitur, *l. more. C. de rei vendi-
catione.* tenet Abb. *in c. illud, in 2. colum. de præſcriptio.* & ita intel-
ligendo non eſſet dubium. Nota quintò ex iſto textu *ibi ca-
reat,* &c. quòd hoc verbum careat, denotat canonem latæ ſen-
tentiæ non ferendæ, vt latè probat Andr. Sicul. qui ad hoc no-
tat iſtum textum *in c. ſi diligenti, num. 90. de foro compet.* & ſequitur
Corſetus eius diſcipulus in ſingularibus ſuis, *in verbo, careo.* Con-
trarium verò voluit Franciſcus Cremonen. *in notabilibus ſuis, nu.*
7. vbi probat quòd hoc verbum careat, non denotet canonem
latæ ſententiæ ſed ferendæ, per allegata ibi per eum, & hoc idem
ſentit Matheſilanus *notabili* 112 & fortè propter iſtam diuerſi-
tatem iurium Dominic. hic ponderauit textum noſtrum pro v-
traque parte nihil determinans. Ego verò dico quod prima o-
pinio eſt communis, vt patet ex adductis per Decium *in conſil.
138. in princip.* verùm quia in ſe habet multa contraria, vt patet
ex allegatis per Iaſonem *in l. rem quæ nobis, colum. penult. ff. de acqui-
ren. poſſeſſ.* qui etiam ſuper hoc videtur varius, vt patet etiam ex
his quæ idem Iaſon diſputando adduxit, *in l. 2. in 3. colum. num. 12.
& ſequen. C. de iure emphyteutico.* ideo pro vera reſolutione præ-
dictorum contrariorum ſequor diſtinctionem, quam in iſta
propria materia ponit Felyn. *in cap. ex tenore, in 9. colum. verſicu.
conſidera tertiò, de reſcrip.* quam idem repetit *in cap. Rodulphus, in 17.
colum. eodem titu.* cui remitto propter ſui prolixitatem, refero ta-
men in voce, nam nihil ad eam addendum occurrit, nam ſatis
eam probat authoritate multorum. Sed maius dubium eſt, dum
vult Peruſinus, quod ſi per talem actum agitatum in iudicio vi-
gore talis impetrationis conſtituatur aduerſarius in mala fide,
quòd adhuc non interrumpatur præſcriptio, attento quod ille
actus annullatur hic. † Hoc tamen eſt falſum, quia licet per a- 24
ctum nullum regulariter præſcriptio non interrumpatur, *d. l. ſi
pater, cum gloſſ. C. de ſtatu defun. & per textum in l. ſi fundum. C. de rei
vendi. & reg. is non præſtat. infrà de regul. iur.* tenet Bartol. & alij *in l.
neminem. C. de exhib. re. & in l. primæ per illum textum. C. de iure do. im-
pe. cum ſimil.* vt per Præpoſi. *in cap. cum para. in 7. colum. de appella. &
gloſſ. in cap. placuit § poteſt. in verbo. interrupta. 16. quæſtio. 3.* & nota.
per Baldum *in Authen. offeratur, per illum textum. colum. fina. verſic.
venio ad illud C. de litis conteſta.* & Bartol. *in l. accuſatus. per illum tex-
tum. ff. de adulter. cum mille alijs concord.* quæ congerit Felyn. *in cap. ex
tenore, de reſcript.* de quo dixi *in cap. 1. ſuprà de conſtitu. eod. lib.* tamen
iſtud procedit, niſi per illum actum etiam nullũ appareat, quòd
aduerſarius ſit in mala fide. Nam tunc benè per talem actum li-
cet nullum interrumperetur præſcriptio. Ita not. dicit Abb. *in c.
illud, in 4 colum. verſicu. & in ſimili, de præſcript.* & ibi commendat Fe-
lyn. *in verſicu. tertia declaratio alia adducens.* & firmat Decius *in cap.
vt debitus, in gloſſ. 2. ſuprà de appella.* nam non eſt inconueniens iſto
caſu quòd actus nullus effectum producat, *vulg. l. fina.* vbi Bar-
tol *ff. de rebus eorum.* cum aliis, vt dixi *ſuprà de conſtit. cap. 1. 4. not. eo.
titu.* Nota ſextò ex iſto text. *ibi maluerit,* &c. hic eſſe tex. contra ea
quæ dicit Ioan. Andr. *in cap. 1 de mut. petit.* vbi voluit, quod coram
iudice delegato poſt litem cõteſtatam ſine nouis literis non ha-
bet locum reconuentio. Nam textus iſte relinquit hic in arbi-
trio rei ſi maluerit eas impetrare, quaſi innuat, quòd ſi velit ſi-
ne illis v[illegible] beneficio reconuentionis poſſit, & hoc in ratione
fundatur, quia diſpoſitio facta in vno ex correlatiuis trahitur ad
aliud, *l. fina. ff. de accep.* & ſic iudex ſine commiſſione non po-
terit. † Nota ſeptimò ſecundùm Petr. de Anchar. & Peruſin. hic 25
eſſe text. notabilem, vbi datur iuriſdictio in acceſſorio, & non in
principali, concordat text. *in Clemen. 1. de reſcript.* quam ad hoc ibi
not. omnes, & commendat idem Peruſi. *in cap. ex ratione, in 20.
colum. de appella. & in c. vt debitus in 8. notab. eod. titu.* vbi latiùs pro-
ſequitur, & meliùs cæteris hic Petr. de Anch. & Benedict. Capra.
† Iſta tamen declarantur procedere quando iudex aliàs de ſe eſ- 26
ſet capax iuriſdictionis, ſecus verò ſi non poſſet eſſe iudex etiam
data validitate reſcripti propter aliquod impedimentum, vt in
minori, furioſo, & muliere, & in laico reſpectu clerici, quia tunc
etiam ſuper incidenti cognoſcere non poſſet, vt tradit notab.
Ange. *in l. 2. verſic. quartò fallit. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* & per hoc
videtur text. *in cap. ſi iudex. infrà de ſenten. excommun.* & tradit Bar-
tol. *in l. quidam conſulebant. in prima colum. ff. de re iudica.* † Secun- 27
da declaratio colligitur ex his, quæ dicit hic Peruſi. videlicet,
quod iſte text. procedit quando iudex datus ſit per commiſſio-
nem, licet nullam, ſecus verò vbi nulla commiſſio præceſſiſ-
ſet, † quia tunc non poſſet talis iudex fortè datus à partibus fa- 28
cere condemnationem in expenſis, *argum. l. priuatorum. C. de iu-
riſdictione omnium iudicum.* & pro iſta limitatione benè facit quod
not. Abbas. & latiùs Modern. *in cap. ſuper literis, de reſcript.* vbi vo-
lunt idem eſſe quãdo reſcriptum, ſeu commiſſio eſſet falſa, nam
tale reſcriptum, ſeu commiſſio non dicitur emanatum à Princi-
pe, ſed à parte, declarando, vt ibi per eos, quid autem ſit in arbi-
trio dicas, vt hic per Baldum & Benedict. Capram. Nota octa-
uò ex iſto tex. *ibi, commodo careat literarum, &c.* quod impetrans li-
teras ad varios iudices ex ſola impetratione punitur. Ita ad hoc
iſtum textum ponderat Andr. Sicul. *in cap. ex tenore, eod. titu.* cum
quo videtur concordare Domin. *hic ſuper gloſſ. fina.* ponderando
text. *vt hic* per eum, contrariam opin. videlicet, quòd ſola impe-
tratio non puniatur, ſed quòd requiratur vſus, tenet Fely. & De-
cius *ſuper gloſſ. 1. in d. c. ex tenore.* vbi dicit Deci. quod iſta eſt com-
munis opinio, quam conatur defendere motiuis, de quibus ibi
per eum. Quid dicendum? mihi videtur, quòd ſola reſcripti
impetratio hic puniatur: nam eſt aduertẽdum, quod licet de iu-
re aliquo ſola impetratio reſcripti abſque vſu non puniretur,
quo caſu poſſet procedere communis opinio, vt dicit Decius
in dicto cap. ex tenore. tamen de iure iſto, in quo, vt hic dicit textus,
ampliatur ius antiquum, hoc inducitur de nouo vt impetrans
ex ſola impetratione literarum puniatur: & iſta eſt prima pœ-
na, quæ ex tribus hic impoſitis infligitur: ſecunda eſt, quòd ſi
vigore huiuſmodi literarum fiat proceſſus, erit nullus: tertia
pœna,

pœna, quòd ſi reum fatigauerit condemnetur impetrans in expenſis. Iſtæ tres pœnæ ſunt ſeparatæ & diſtinctæ, ergo de vna ad aliam non poteſt inferri, vt Decius putat: nec obſtat quòd verba cum effectu capiantur, quia hic etiam cum effectu capiuntur, nam ſola voluntas & effectus impetrandi non puniuntur hic, ſed requiritur factum impetrationis, & illud punitur pœna ſatis leui. Ita quod ex effectu quis punitur & aggrauatur pœna ſi impetrans vlterius progreditur, vt hic apparet. Ex alio tamen capite videtur opinio Moder. verior, quia tex. *hic in §. reus quoq.* loquitur in reo, cùm tamen text. *in princip.* loquens in actore dicat eum ſimili pœna puniri ſi non experiatur coram eiſdem iudicibus, ſed coram diuerſis impetrans, & ſic text. in altero ex correlatiuis non conſiderat ſolàm impetrationem, ſed proſecutionem iudicialem quo ad incurrendam pœnam. Cùm igitur correlatiuorum ſit eadem ratio, & tex. *in ſequenti §.* per quem præcedentia dubia declarari debent, conſideret vexationem iudicialem, vera erit illa communis concluſio, quod ex ſola impetratione actoris, vel rei non incurratur pœna: teneas menti & conſidera benè iſtum textum, quia fortè meliùs comprehendes ex lectione, quàm ex expreſſione mea. Gloſſ. perſonales: diuiditur in duas partes, in prima limitat text. referendo plures rationes, in ſecunda ponit opinionem ſuam, ſecunda *ibi, ſed fortè.*
29 † Circa primum inquantum ponuntur hic differentiæ inter actiones perſonales, & reales, vide Alexan. Iaſ. & alios communiter *in rubr. ff. ſi certum peta.* & reperit idem Iaſ. *in rubr. C. de inoffi. teſtam. & in §. omnium. in princip. Inſtit. de actio.* vbi poſt eum latiùs ſcripſi, & declaro in voce. In eadem gloſſ. *ibi. & facilius expediuntur.* iſta ratio glo non videtur vera, nam perſonales videntur eſſe
30 maioris importantiæ, † videlicet quia longiori tempore præſcribuntur, vt *in l. ſicut. & l. omnes. de præſcript. 30. vel 40. annorum, iuncta l. prima. C. de vſu transfor.* tamen tu teneas gloſſ. *per ea quæ tradit Alexan. in rubr. ſi certum peta.* & Modern. dum concludunt
31 faciliores eſſe & debiliores actiones perſonales, † quàm reales: hinc eſt quod perſonales de facili à Principe tolli poſſunt, reales autem ſecus, vt concludit ibi Alexan. & *in conſil. 190. in 2. volum.* pro quo etiam facit doct. 1. *Bart. in l. venditor. ff. de hære. & act. vendi.* declarando vt dixi latè *in d. § omnium in 4. notabili. Inſt. de actio.* Non obſtat quod ſuprà eſt dictum de præſcriptione, quia id fortificat opin. gloſſ. quia ex quo realis eſt maioris importantiæ inductum eſt, vt per 10. annos inter præſentes, & 40. inter abſentes præſcribantur, cùm in eis ſoleat haberi maior cura, & minor negligentia propter earum dignitatem & vtilitatem quàm in perſonalibus: & dum dicit glo. quod ſæpiùs fit inde inſtrumentum, vult dicere, quod actio perſonalis poteſt ex pluribus capitibus deberi, & ſic redditur liquida, & facilis, *argum. tex. & quæ*
32 *ibi not. in l. poſſideri. §. ſi ex pluribus. ff. de acquiren. poſſeſſ.* † Sed in actione reali eſt ſecus, quia non poteſt niſi vna via deberi, quia quod ſemel noſtrum eſt regulariter fieri magis noſtrum non poteſt. *cap. inter dilectos, vbi not.* gloſſ. & Felyn. *in octaua colum.*
33 *de fide inſtrum. § ſit itaque. vbi dixi, Inſtit. de actio.* † In ea. gloſſ. *ibi & communiter paruæ. &c.* habes, quod actiones perſonales communiter paruæ ſunt, reales verò magnæ. Adde quod hoc non ſolùm eſt reſpectu quantitatis vel rei debitæ, ſed etiam reſpectu iuris, quia habens actionem realem dicitur habere optimum ius, ſed habens perſonalem habet bonum, gloſſ. *in l. fideiuſſor, la 2. §. primo, in verſicu. poſit. ff. de pign.* Bartol. *in l. prima. C. quando & quibus quarta pars lib. 10.* & tenet Iaſ *in rubr. ff. ſi certum peta.* quod facit ad notabilem quæſt. de qua dixi *in §. omnium. in 4 notab. Inſtitu. de actio.* hinc eſt quod actiones perſonales faciliter tolluntur per Principem, vt per Bart. *in tracta. de tyrannide, quæſt. 4. & in l. creditor. colum. 2. ff. de ſol.* reales verò ex quo concernunt dominium, quod eſt de iure naturali, non ita de facili tolluntur, vt dicit Alexan. *in d. rub. & in conſi. 190. in 2. volu.* Felyn. *in c. cum omnes. & in c. quæ in eccleſiarum, de conſtit.* In ea *gloſſ. ibi, in vna petitione, &c.* habes ex iſta glo. quod plures actiones perſonales diſſimiles poſſunt in vno libello ſeu petitione cumulari, cũ iſta glo. tranſeunt communiter Docto. Sed tamen d. Abb. *in c. 2. colum. fin. de libell. obl.* poſt Bart. *in l. edita. C. de eden.* tenent contrarium, vbi volunt, quod ſi actiones ſunt diſſimiles requiruntur plures libelli, & idem tenet Bartol. *in l. per hanc. in 2. colum. C. de tempo. appella.* Tamen quicquid tenet opin. iſtius glo. quæ eſt communis, pro qua eſt gloſſ. iuncto text. *in c. querelam, de electio.* & gloſſ. *in verſi. poſſeſſorium, in c. 2. de cap. mo. cum concor.* quæ pro iſta opinione adducit Felyn. *in d. cap. 2. in 12. colum. verſic. ſed inquantum.* eſt benè verum quod iſto caſu debet cuiuſlibet actionis aſſignari cauſa in dicto libello, vt dicit hic gloſſ. & tunc ratione cauſarum totidem iu-
dicantur libelli, † & ideo tot gabellæ ſoluentur quot ſunt cau- 34
ſæ, ſtante ſtatuto, quod de quolibet libello debeat ſolui gabella, vt concludit idem Felyn. plura cumulans *in cap. 1. in princip. de mut. petit.* & hoc procedit quando diuerſæ ſunt actiones, vt ſuprà eſt dictum, ſecus verò ſi ſimiles, quia tunc vnus libellus reputatur, vt tradit ibi Felyn. per alleg. *ibi per eum.* & iſto modo poſſunt opin. concordari, videlicet quod opin. Abb. & Bart. procedat præſumptiuè, reſpectu ſolutionis & commodi ſtatuti: opin. verò glo. procedat attenta rei veritate, vel poteſt dici quòd non ſit vera ponderatio Felyn. ad iſtam glo. quia glo. hic non loquitur de pluribus actionibus perſonalibus diſſimilibus. & glo. allegatæ ſuprà poſſunt euitari, quia loquuntur in realibus, vt manifeſtè apparet: & ſecundùm hoc diſtinctio Abb. *in d. c. 2* & Bart. benè procedit, tamen tu non recedas ab opin. gloſſ. noſtræ ita intellecta vt ſuprà, quam ita declarat & ſequitur contra Bartol. Alexan. *in d. l. edita actio. in 5. colum. num. 7. verſi. & in hac materia. C. de eden* & eam etiam ſequitur ibi Iaſ. *in 11. colum. num. 35.* & idem Iaſ. *in l. ſi idem, in prin. ff. de iuriſdict. om. iud.* & iſta eſt communis opinio à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum, quamuis Decius *ibi in 20. colum.* conetur ſaluare Bart. & ſatis debiliter ideo non refero. In vltima parte gloſſ. concludit quod diſpoſitio iſtius text. habet locum in realibus, quod eſt verum ſecundùm Doctores hic, quando militat eadem ratio, vt quia res ſunt in vno loco, quia tunc militat ratio iſtius text. Si verò in diuerſis non procedit iſte text. & eo caſu quo procedit non habet locum pœna de qua hic, ita concludit Ioan. Andr. quem communiter ſequuntur alij.

Tamen dom. Abba. circa iſtud vltimum dictum Ioan. Andr. tenet contrarium *in c. fin. eod. tit.* dicens quod iſtud dictum Ioan. Andr. non eſt verum, tamen quia fuit varius in hac materia extenſionis. tunc etiam quia eſt contra multa iura in quibus fit extenſio in pœnalibus, vt patet *in l. 2. §. quod ſi curatores. ff. ad Tertull.* cum ſimilibus ibi allegatis per eum, quem ſequitur etiam ibi Andr. Sicul. ideo ſubſiſto. Sed tamen pro vera reſolutione quærendum de duobus. Primò nunquid ſit verum quòd iſte text. procedat in realibus. Secundò ſuppoſito quod ſic, vtrum pœna de qua hic, habeat locum. Circa primum tene communem opinionem, quæ eſt quòd procedat in realibus quando eſt eadem ratio, quam tenet hic gloſſ. & vbique Doctores, quam non poſſum examinare propter repentinas & tumultuoſas vacationes, ſed ne materia remaneat imperfecta circa reliquam partem illius text. vos permitteris hodierna lectione quod tota materia gloſſ. & illius text. *& §. reus.* qui plures requirerent lectiones colligam curſim per viam regulę & limitationum, quas non examino, ſed eas decidè & remiſſinè, quamuis earum aliquæ longam requirant indaginem. Regula igitur ſic eſt, quod reus coram eodem iudice poteſt actorem ſibi obnoxium reconuenire, ita dicit hic text *in §. reus, cum gloſſ. ſui.* † Limitetur pri- 35
mò hoc procedere quando hoc faceret poſt concluſionem in cauſa, vt declarat Lap. *alleg. 3.* facit text. *in cap. primo, de mut. petit.* ponderatus, & ibi per Modern. & *in Clem. ſæpè. de verb. ſigniſi.* vbi etiam hoc tenent Modern. & licet Peruſin. hic videatur dubitare, iſta tamen videtur veritas. Secundò limito non habere locum regula in nouis cauſis ortis poſt datam reſcripti, quia tunc ex beneficio reconuentionis non poſſet reus actorem reconuenire ſine nouis literis ſecundùm Damaſ. *in quæſtio. 12.* & tenet Ioan. Andr. & Domin. hic, rationibus, de quibus per eos. Tertiò limito in cauſis quæ non caderent ſub iuriſdictione delega. ſine ſpeciali mandato Papæ, quia tunc ſine nouis literis non poſſet, vt not. *in cap. quo ad tranſlationem. de offic. lega.* & tradunt Modern. *in l. ſecunda, & in l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Quartò limitò in caſu not. per Specul. *in titu. de reconuentione, §. primo. & ſecundo.* & Innocen. *in c. primo. de mut. peti.* refero in voce. Quintò fallit coram iudice appellationis, quia coram eo non poſſet reus reconuenire, *l. 2. §. hi qui ff. de iudi.* tenet Innocen. *in d. cap. primo.* & ita etiam firmat Dominic. *in conſil. 95. in princip.* Sextò fallit in conuento ſuper nullitate, quia non poteſt reconuenire coram eodé ſecundùm Bal. *hic per tex. in l. abſente. C. de accu.* Septimò fallit coram arbitro, quia coram eo non fit reconuentio, vt eſt text. *in cap. cum dilectus, de arbitr.* & ibi *in 1. notab.* limitat iſtum textum Abb. & iſtam limitationem ſequitur Roma. *in ſingul. 149.* & Alexan. *in conſ. 119. in 3. colum. lib. 2.* & iſta de plano procedunt in arbitro compromiſſario, qui aliàs per ſe nullã haberet iuriſdictionem, ſecùs tamen eſt in arbitro iuris vel compromiſſario,

ſario, qui aliàs per ſe iuriſdictionem haberet, quia coram talibus benè fieri poſſet reconuentio: de primo eſt dictum Specul. *in titu. de recuſa. §. effectus, verſicu. ſed nunquid coram iſtis.* & fundatur ſua opinio ratione, quia arbitri iuris in effectu ſunt delegati, *c. ab arbitris, infrà de offi. deleg.* pro ſecundo eſt doctrina Bart. *in l. non diſtinguemus. §. item ſi quis, de arbi.* pro quo facit text. *in c. licet. de offi. ordi. & c. cum aliquibus. infrà eo.*

Octauò limita, non habere locum regulam iſtius text. in iudice delegato electo communi conſenſu partium, quia coram tali non fit reconuentio, ita limitat Barto. *in Authen. & conſequenter, in fin. verbis. C. de ſenten.* ſequitur Abb. *in cap. cum dilectus, de arbit. & in c. de mu. pet.* & ibi Petr. de Ancha. ſibi contrarius, contrarium opinionem tenet idem Petr. de Anchar. *hic in vltima col.* & reprobat Barto. tribus rationibus, & eandem opinionem latè defendit per quinque motiua Andr. Sicul. *in d. cap. in 3. colum.* quorum dicta refero in voce: quid tenendum? teneo primam opinionem cum Bartol. quæ eſt communis, vt patet ex numero Docto. in *dicta Authen. & conſequenter, & in dicto cap. 1.* & illam opinionem Bartol. ſequitur Iaſ. *in l. eſt receptum, in fin. de iur. omn. iudic.* & Socin. in *tracta. regul. regula 332. in 13. limita.* & hodie ſum eam latiùs diſputaturus cum collega meo in circulis, propterea non me ampliùs extendo.

Nonò fallit coram delegato, qui non poteſt niſi in certa parte cognoſcere ſecundùm Baldum hic, & Benedict. qui alleg. Spec. in *titu. de reconuen. § primo, verſi. quid ſi conuenis. & § 2. verſicu. ſed nunquid.*

Decimò fallit quando quis eſt conuentus poſſeſſ. nam non poteſt reconuenire, vt tenet Innocen. in *d. c. 1.* & not in *c. fi. de ordi. cog.* & Abb. & Modern. in *d. c. 1.*

Vndecimò fallit in conuento criminaliter qui ciuiliter reconuenire non poteſt, vt not. in *l. fina. C. de ordi. cogni.*

Duodecimò fallit in conuento in cauſa ſummaria, quia non poteſt reconuenire in cauſa ordinaria, vt dicit gloſſ. *in verbo. voluerit. in Clemen. ſæpè, de verbo ſignifi.* tenet Bald. in *l. 1. C. vbi cau. ſtat.* ſed Georg. Natam in *repet. d. Clem. ſæpè. §. non ſic tamen. in glo. ſuper verb. exordium, in 2. colum.* tenet contrarium, & dicit quòd communis opinio eſt quòd habeat locum reconuentio, & ideo pro vera reſolutione iſtius articuli diſputandi hodie in concurſu collegæ videatis eundem Georgium, ſuper gloſſ. in *dicto verbo voluerit.* qui ampliat & declarat iſtam limitationem in quibus caſibus procedat, & reaſſumunt Modern. poſt Abba. in *d. c. 1.* & Socin. in *conſi. 88. colum. 8. lib. 1.*

Decimotertiò fallit ſecundùm Benedictum hic in offerente ſe liti, quia non poteſt reconuenire. *argum. not. in c. inter. de pact.* Sed tu conſidera ſi iſta limitatio eſt vera, quia poteſt confundi ex adductis *ſuperiùs in 8. limitatione.*

Decimoquartò fallit in conuento ad depoſitum, *vt in l. fina. C. de compen.* rationem vide per Barto. *in l. cum is. § primo. ff. de condict. indeb.* hoc tamen declaratur, vt per Bald. *in l. ſi quis. C. depoſi.* vt refero in voce, & iſtam limitationem ſequitur Abb. *in d. c. 1.*

Decimoquintò fallit in negotio inquiſitionis, vt not. Innoc. & alij in *d. c. 1. & in rubr.* & ſic facio finem. Addatis plures alias limitationes ad regulam iſtius text. præter iſtas quas ponit Socin. *in reg. 332.* vbi 18. modis limitat iſtam regul. Gloſſ. proceſſus, ponit vnam regulam ad quam quotidiè allegatur, videlicet, quod vbi lex procedit vlteriùs annullando conſenſus partium nihil operatur. Imò nec actus iudicis procedentis ad vlteriora, & ſe iudicem declarantis, quo ad primum dictum concordant, gloſſ. *in c. primo, ſuprà eod. & in c. ſtatutum, infrà eod.* & iſtam gloſſ. not. Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, in 3. colum. de conſtit.* vbi notabiliter limitat & declarat, & Rot. *not. 343. dictum Papæ* cum ſexcentis ſimilibus, vt ibi congerunt apoſtillatores, & ad hoc idem iſtam gloſſ. not. idem Felyn. in *c. olim. de exceptio. colum. 1.* & iſtam gloſſ. ad hoc etiam not. Iaſ. *in l. vniuerſa, in 3. colum. C. de precib. Impera. offer. & in l. pacta quæ contra. C. de pact.* & quantum ad ſecundum dictum idem Felyn. meminit de iſta glo. Et per iſta cum laude Dei poſtquàm etiam vobis ita videtur, ſit impoſitus finis huic decreta.

REPETITIO
IN CAP. STATVTVM.
De Reſcriptis.

Celeberrimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione ſtatuti comprehenditur etiam ius commune.*
2 *Verbum ſtatutum, propriè ad inferiores pertinet, & à iure communi diſtinguitur: Conſtitutio dicitur propriè, quam facit Princeps. ibidem.*
3 *Per clauſulam non obſtan. ſtatutis, non cenſetur ſublatum ius commune.*
Ioan. Andr. in Rom. Curia publicè fuit reprehenſus de quadam opinione. ibid.
4 *Papa vlteriùs procedit ſe declarando, dum ſe refert ad conſtitutionem per ſe editam.*
5 *Statutum attenta perſona loquentis non poteſt niſi de iure communi intelligi.*
6 *Appellatione ſtatuti abſolutè ius commune non comprehenditur.*
7 *Renuncians omni iuris auxilio non intelligitur renunciare beneficio ſtatuti.*
8 *Verba debent intelligi ſecundùm qualitatem perſonæ.*
9 *Correctionis ſui ipſius legitima cauſa eſt quando illud quod quis conſtituit tendere ad noxam incipit.*
10 *Solus Papa poteſt limitare, tollere, & interpretari ſtatuta concilij.*
11 *Doctori licitum erit ſuum conſilium in melius reformare.*
12 *Qui conantur ſuſtinere errorem ſuum incidunt in plura inconuenientia.*
13 *Corrigere ſeipſum ſuperior, aut errorem ſuum de facili agnoſcere non debet ne contemnatur eius authoritas.*
14 *Qui poſitus eſt vt aliorum errores corrigat verecundius videtur ſi in eo ipſe corrigendus inueniatur.*
Error maiorum facilius trahitur in exemplum. ibidem.
Intellectus c. 3. de autho. & vſu pal. ibidem.
15 *Conſilium deciſiuum quod dicitur.*
16 *Conſilium deciſiuum reuocari nõ poteſt, quando per illud acquiſitum eſt ius parti.*
17 *Perſonatus non eſt dignitas, declara, vt ibi.*
18 *Aliud eſt dignitas, aliud perſonatus, & aliud officium.*
19 *Cauſa à ſede Apoſtolica an debeant cõmitti habentibus primiceriatũ.*
20 *Canonicus non dicitur habere dignitatem.*
21 *Dictio, ſiue, diſiunctionem importat.*
22 *Dictio, ſeu, inducit argumentum & paritatem.*
23 *Alternatiuæ pars vna per aliam declaratur: & nu. 43.*
24 *Dignitas tanquàm genus comprehendit ſub ſe multas ſpecies.*
25 *Canonicatus in eccleſia cathedrali eſt nomen maximi honoris & præeminentiæ.*
Canonicatus quo ad quid dicitur dignitas. ibidem.
26 *Canonicus vt fieri delegatus poſſit requiritur vt ſit in ætate 20. anno.*
27 *Canonicus minor 20. an. ex certa ſcientia Papa poſſet eſſe delegatus.*
28 *Verba cum effectu debent intelligi.*
29 *Quo ad effectum delegationis non inſpicitur exercitium dignitatis, ſed nomen.*
30 *Conſuetudine ſtante quòd dignitas non conferatur niſi canonico, canonicus ſine præbenda illam habere poterit.*
31 *Tex. in c. licet canon. de elect. quamuis ſit pœnalis, verificatur tamen in habentibus parochialem habitu & nomine tantùm, licet non actu.*
32 *Monachus effectus canonicus eccleſiæ cathedralis an poſſit eſſe delegatus.*
33 *Monachi poſſunt dici canonici.*
34 *Canonici dicũtur à canone, & canon idem eſt quod regula, dans certam normam viuendi.*
35 *Religioſus obtinens prioratum poteſt eſſe delegatus Papæ.*
36 *Monachi prohibentur eſſe procuratores.*
37 *Mulieribus procuratoris officium prohibitum eſt.*
38 *Diſpoſitio loquens de habentibus dignitatem non debet extendi ad non habentes.*
39 *Extenſio non prohibetur habere locum in caſu in quo eſt minor ratio.*

40 Ca-

40 Canonicatus largo modo comprehenditur appellatione dignitatis.
41 Qualitas quæ eſt in conſtitutione relata cenſetur repetita in conſtitutione referente.
42 Qualitas adiecta non debet reſtringere diſpoſitionem procedentem.
43 Vna pars alternatiua per aliam debet declarari, ſuprà nu.23.
44 Quando in vno actu duæ concurrunt rationes, quarum altera nocet, alia verò prodeſt, cauſa illa quæ nocet debet attendi.
45 Monachi prohibentur iudicare.
46 Illa qualitas debet conſiderari, quæ magis fouetur à iure communi.
47 Statutum vel diſpoſitio generalis non comprehendit perſonas qualificatas.
Et vbi loquitur de homicidio non habebit locum in homicidio qualificato, nu.48.
49 Monachi & religioſi in dubio præſumuntur iuris ignari, & potius contemplationi intendere debent quàm actioni.
50 A contemplatiua vita recedi poteſt propter maiorem vtilitatem rerum eccleſiaſticarum.
51 Singula quæ non proſunt multa collecta iuuant.
52 Quando Papa ex certa ſciẽtia committeret monacho cauſam, ſiue ſit canonicus, ſiue non, poterit eſſe delegatus etiam ab inferiore.
53 Papa ex certa ſcientia poſſet cauſam ſpiritualem laico committere.
54 Multa per nos non poſſumus quæ cum adiuncto licent.
Inquiſitores poſſunt eſſe etiam non habentes dignitatem. ibidem.
Monachi poſſunt eſſe commiſſarij in extraiudicialibus, etiam ſi dignitatem non habeant. ibidem.
55 Iudicialia & extraiudicialia parificantur.
56 Inhabilitas vnius ſuppletur per habilitatem alterius.
57 Cauſæ à ſede Apoſtolica debent committi in locis vbi copia peritorum poſſit haberi.
Vbi eſt copia peritorum præſumuntur cauſæ melius decidi. ibidem.
58 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, quomodo intelligitur.
59 Regula quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, &c.
60 Delegatio Papæ debet fieri per literas, ſecus in delegatione vnius cauſæ factæ per Epiſcopum.
Subdelegatio facta à delegato Papæ per teſtes probari non poteſt. ibi.
Tranſumptum ab originali, in quibus caſibus probat. ibidem.
61 Quando cauſa committitur exiſtenti in dignitate in dubio cenſetur ſibi commiſſa iuriſdictio in eo loco vbi habet dignitatem, nõ autem in loco vbi reſidet.
62 Actus agentis debet interpretari ſecundum eius voluntatem, & diſpoſitionem iuris.
Dignitas quæ requiritur in delegato Apoſtolico, requiritur etiam in ſubdelegato ibidem.
63 Subrogatum ſapit naturam ſubrogati.
64 Delegatio facta ſimplici clerico eſt exorbitans tribus rationibus.
65 Priuilegium non tranſit de perſona ad perſonam etiam ex identitate rationis.
66 Simplex clericus cui Papa ex certa ſciẽtia cauſam delegauit, an poſſit alteri clerico non habenti dignitatem cauſam ſubdelegare.
67 Doctoratus dicitur eſſe dignitas.
68 Dignitates eccleſiaſticæ dicuntur quæ habẽt nomen à iure expreſſum.
69 Doctor exiſtens Pataui habens tamen dignitatem alibi vtrum ſit capax delegationis.
70 Doctor licet nõ poſſit eſſe delegatus, quia nõ habet dignitatem, tamen ſi legerit per 20. ann. poterit illi cauſa delegari à ſede Apoſtolica.
71 Arbitri iuris cenſentur delegati.
72 Delegatus etiam in dignitate minori maior reputatur quocunq; alio maiorem dignitatem habente.
73 Delegatus poteſt etiam citare Cardinalem.
74 Iudex maior poteſt ſe minori ſubijcere.
65 Executores ſunt meri iudices.
76 Quod principaliter fit, illud debet attendi, non autem ea quæ in conſequentiam.
78 Clauſula vocatis vocandis, facit de executore iudicem.
Commenda non eſt propriè dignitas. ibidem.
78 Vicarius non dicitur habere dignitatem, quod declara vt hic.
79 Diſpoſitio loquens de dignitatibus non habet locum in illis quæ ſunt ad nutum reuocabiles.
80 Paria ſunt aliquid eſſe perpetuum aut temporale, & poſſe eſſe perpetuum, declarando vt ibi.
Committi poteſt cauſa à Principe de iure ciuili non habenti dignitatem. ibidem.
81 Qui eſt in inferiori gradu iuriſdictionis reſpectu ſupremi gradus priuatus dicitur.
Intellectus l. ſi ff. de offi eius. ibidem.
82 Cauſa matrimonialis poteſt committi inferiori ab Epiſcopo exiſtenti in dignitate.
Cauſæ temporalis laico poteſt committi à Papa, licet non habeat dignitatem. ibidem.
83 Clerici à cauſis temporalibus alieni eſſe debent.
84 Inconueniens eſt, quod perſona vilis, & ſine dignitate repræſentaret Principem.
Legatus poteſt committere cauſam non habenti dignitatem, vt vicario. ibidem.
Imperator an poſſit cauſam committere Sacerdoti dignitatem non habenti. ibidem.
Primicerius, an ſit in dignitate. ibidem.
85 Eſſe iudicem eſt habere publicum officium.
86 Iudæi prohibentur ab omnibus honoribus & dignitatibus.
Iudæus non poteſt eſſe medicus Principis, neq; coquinus. ibidem.
Intellectus c. conſtituit. 17. q. 4. ibidem.
87 Cauſæ à ſede Apoſtolica, vtrum poſſint committi exiſtentibus in dignitate, vel perſonatu in alia eccleſia quàm cathedrali.
Locus inſignis præſumitur habere viros peritiores. ibidem.
88 Plus eſt eſſe conſeruatorem quàm delegatum.
Regula quod clauſula in fine appoſita referatur ad præcedentia limitatur.
89 Sanctio propriè dicitur cui adijcitur pœna, & ibi quomodo differat à conſtitutione.
90 Annullatio actus non eſt propriè pœna.
91 Plures conſtitutiones etiam non pœnales ſanctiones dicuntur.
92 Reformatio dicitur quando aliqua diſpoſitio non in totum tollitur, ſed pro parte corrigitur, & reformare eſt nouam formam dare. nume.94.
93 Quid ſi poteſtas datur alicui vt reformet ſtatuta, non videtur data poteſtas vt in totum illa tollat, & ibi quot modis capiatur reformatio.
95 Sublatis ſtatutis reformationes etiam tolluntur.
96 Appellatione dignitatis venit omnis præeminentia eccleſiaſtica.
97 Verbum dignitas habet ſe vt genus generaliſſimum ad omnia miniſteria eccleſiaſtica.
98 Species ſeparata à genere reſtringit ipſum genus.
99 Nullus poteſt obtinere dignitatem, niſi in 25. anno.
100 Dignitas poteſt in 20. anno diſpenſatione obtineri.
101 Quæ diſpenſatione Principis acquiruntur videntur impoſſibilia.
102 Iura in dubio adaptantur ad ea, quæ frequenter accidunt.
103 Facta non præſumuntur niſi probentur.
104 Conſtitutio declarãs intelligitur in terminis cõſtitutionis declaratæ.
Tex. in l. quidam. ff. de re iud. declaratur. ibid.
105 Diſpenſatus in vno non cenſetur diſpenſatus quo ad conſecutiua ſeparata.
106 Diſpenſatio non videtur reſpectu acceſſorij tollere obſtaculum, per quod illud acceſſorium expediri non poterat.
107 Verbum officium, eſt latiſſimum, comprehendens omnem præeminentiam eccleſiaſticam.
108 Officia perpetua differunt à canonicatu.
109 Licet canonici eccleſiæ cathedralis poſſint eſſe delegati, nõ tamen poterunt eſſe conſeruatores.
110 Quando duo ſunt æquiparata in materia diſpoſitio poſteà loquens de vno habet locum in alio niſi expreſſè excipiatur.
111 In materia odioſa non prohibetur fieri extenſio ad caſum qui lato ſumpto vocabulo poteſt comprehendi.
112 De ſtylo Romanæ curiæ committitur cauſa potius duobus quàm vni, & tribus quàm duobus.
Declaratur tex. in c. cum viginti. de offi. deleg. ibid.
113 Ex duobus iudicibus ſi alter eſt inhabilis non poteſt procedere cum habili.
114 Differentia eſt inter verbum ſufficere & requiri.
115 Teſtis per exceptionem conuictus de crimine, nulla pœna debet puniri.
116 Qualitas prærogatiuans an debeat adeſſe tempore datæ vel vacationis.
117 Qualitas adiecta verbo debet adeſſe tempore verbi.
118 Qualitas habens reſpectum ad effectum debet adeſſe tempore effectus.
119 Auditor Rotæ quocunq; tempore fiat vtitur priuilegijs antelationis.
120 Auditor creatus tempore vacationis & non tempore datæ expectatiuæ vtitur priuilegio ne teneatur ad diligentias.
121 Legatorum tres ſunt ſpecies.
122 Verba ſimpliciter prolata de digniori intelliguntur.

STATV-

STATVTVM. Iſta decretalis famoſa eſt & clauis totius ma-
teriæ reſcriptorum & delegatorum, & ideo plenius eius ma-
teriam attingemus, quantum ad pertinentia textus & gloſſ. di-
uidentur in §. prout not. communiter Doctores faciunt, vt com-
modiùs ſingulæ quæque partes quæ materiam ſeparatam con-
tinent perſcrutentur, & intelligantur. Hoc principium diui-
ditur, & ſummatur, vt hic per Domin. quem vt plurimum imi-
tabor. Nota primò ſecundùm Domin. & Modern. hic quod
1 † appellatione ſtatuti comprehenditur etiam ius commune, ex
quo infertur, quod reſcriptum tollens ſtatuta contraria, tollet
etiam ius commune, licet expreſsè non dicat de iure communi,
cùm ſtatutum ſit aptum etiam apprehendere ius commune. Ita
dicit Domin. hic, cum quo poſteriores tranſeunt, adde pro iſta
opinione Baldum *in l. illa inſtitutio, in fine. ff. de hæred. inſtitu. cum
alijs.* quæ Socin. adducit *in conſil. 81. In præſenti conſultatione, 3. co-
lum. libr. 1.* faciunt etiam quæ idem Socinus ſcribit *in conſil. 153.*
Pulchra & ſubtilis, *in 6. colum. lib. 2.* & iſtam opinionem expreſsè
tenet idem Domin. *in cap. primo. § quod ſi appellatur.* per illum tex-
tum *in 4. not. infrà de appella.* & Iaſon *in l. ſi creditori, in 2. colum. num.
5. de lega. primo.* Cardi. *in cap. 1. per illum textum, de conſtitu.* & ſequi-
tur ibi Andr. Sicul. & Decius *in 3. not.* Et quod dictum eſt de ſta-
tuto, videlicet quòd eius appellatione ius commune compre-
henditur: idem dicẽdum eſt econtrà vt appellatione iuris com-
munis etiam ſtatutum comprehendatur, vt notab. tradit Bald.
in l. 1. in 2. colum. C. de confeſſ. & iſta eſt communis opinio, vt patet
ex adductis per Modern. *in l. præſcriptione, in 4. & 5. colum. C. ſi con-
tra ius, vel vtil. publ.* Sed tamen diligenter conſiderandum eſt,
quia iſtud dictum Domin. quod communiter approbatur non
2 videtur verum, ex eo quia hoc † verbum ſtatutum proprie ad
inferiores pertinet, & in hoc à iure communi diſtinguitur, ſi
conſtitutio proprie dicitur illa quam facit Princeps, vt de pri-
mo eſt caſus *in c. primo & ſecundo, ſuprà titu. proximo.* De ſecundo
eſt text. *ad literam, in c. conſtitutio. 2. diſtin.* & tradunt Modern. *in c.
primo, extra eod.* ergo iſtud dictum non eſt verum: ſuadetur hoc
per dictum notabile domini de Rota *in deciſ. 3. incip. Si ſtatutum,
in titu. de reſcript. in 2. colum. in nouis.* vbi notabiliter concludunt,
3 quod † per clauſulam non obſtantibus ſtatutis, nõ cẽſetur ſub-
latum ius commune. Ergo manifeſtè apparet, quod appella-
tione ſtatuti non comprehenditur. Et illam deciſionem Rotæ
ſequitur Domin. ſibi contrarius, *in cap. ei cui, 4. colum. & c. ſi pro cle-
ricis, in 1. colum. infrà de præbend. eodem lib.* & reaſſumit latè Felyn. *in
cap. nonnulli, in 29. colum. verſicu. nona concluſio, de reſcript.* cum con-
cor. ibi per eum adductis, quibus adde Iaſonem *in l. omnes popu-
li, in prima colum. in lectu. ff. de iuſti. & iur.* facit quod dicit Alexand.
in conſi. 1. in 4. colum. in 4. volum. prius hoc tenuit Petr. de Ancha.
in conſil. 20. Viſo prædicto. & Albe. *in prima parte ſtatutorum, q. 147
incip. Statuto, colum. fina.* vbi reprehendunt gloſſ. Ioan. Andr. *in di-
cto cap. ei cui.* qui tenebat contrarium, & dicit quod cùm Ioan.
Andr. fuiſſet in Roma. Cur. publicè fuit reprehenſus de illa opi-
nione quam poſteà, cùm reprehẽderetur à Cardinali ſancti Eu-
ſebij, & aliis ibi aſtantibus, profeſſus fuit ſe in ſcholis opinionem
prædictæ gloſſ. reuocaſſe. Ita ibi dicit Albe. latiùs hoc narrans.
Patet ergo per iſta, quod opinio Geminia. neque eius illatio hic
4 non poteſt procedere. † Non obſtat ille text. quia Papa vlteriùs
procedit declarando, dum ſe refert non ſolùm ad conſtitutio-
5 nem per ſe editam, ſed ad conſtitutionem Gregorij, † & ideo
illud verbum ſtatutum, attenta perſona loquentis, & ſecundùm
ſubiectam materiam non poteſt niſi de iure communi itelligi,
argumen. l. plenum. § equitij. de vſu & habi. Per hoc tamen non in-
6 fertur illud eſſe generaliter & abſolutè † verum, quod appella-
tione ſtatuti, ius commune comprehendatur, cùm differãt ſpe-
cie, & habeant diuerſam cauſam productiuam. Vel poteſt di-
ci, quod iſte text. non probat, ex eo quia ſtatutum, de quo hic
fit mentio, non erat ius commune, ſed extrauagans quæ non
reperitur, *argum. c. paſtoralis, de fide inſtrum.* vt hic dicit gloſſ. 1. &
eodem modo reſoluitur text. *in dicto c. 1. de appell.* vt patet ex di-
ctione hoc, ibi poſita, quæ eſt demonſtratiua ſubiectæ materiæ,
vt not. Bart. *in l. 1. § 1. ff. de nou. ope. nunc.* Neque etiam illud ſatisfa-
cit, quod appellatione iuris communis, etiam ſtatutum compre-
hendatur, cùm cõtra hoc ſit deciſio expreſſa Bal. *in l. ſed & ſi quis,*
7 *§ quæſitum, in vlt. colum. ff. ſi quis cau.* † vbi vult, quod qui renun-
ciat omni iuris auxilio, nõ intelligitur renunciare beneficio ſta-
tuti: ergo apparet ſtatutum non comprehendi appellatione iu-
ris, & eſt pro opinio. Bal. tex. *in c. 1 ſuprà tit. prox.* Et ideo, vt omnia
iſta reſoluantur, conſiderandum eſt, quod aut iſta dictio, ſtatu-
tum, profertur à lege, & tali caſu hoc verbum in dubio in lege
poſitum de iure communi intelligetur, niſi ex relatione legis a-
liud appareret, aut profertur ab homine, & tunc aut ille homo
poteſt facere legem communem, vt Papa, & Imperator, & idem
dicendum eſt, aut non poteſt facere legem communem, & tali
caſu illud verbum intelligitur de iure municipali, non commu-
ni, attenta perſona proferentis. † Quia verba debent intelligi 8
ſecundùm qualitatem perſonæ, *c. & ſi quæſtiones, de ſimo.* Bart. *in l.
ſi quis in principio, in 2. colum. de lega. 3.* & ita intelligitur quod dicit
Baldus *in cap. cùm veniſſent, de eo qui mit. in poſſ cauſ. rei ſeruan.* dum
dicit quod ſi Rex Angliæ facit mentionem de iure, intelligitur
de iure Anglico ſecundùm qualitatem perſonæ loquentis, te-
net Deci. *in l. licet, de probatio.* Quo ad ſecundum principale di-
ctum, videlicet, an appellatione iuris comprehendatur ſtatu-
tum, ita videtur concludendum, aut hoc verbum ius, profertur
à lege, & tunc illud verbum ius, de iure communi, tanquàm di-
gniori intelligitur, & ſic ſtatutum non comprehenditur, niſi a-
liter verba ſuum non poſſent ſortiri effectum: aut verò appel-
latio iuris fit ab homine, vt ſolet fieri in commiſſionibus homi-
nis quibus mandatur, vt iudex iuſtitiam faciat, ſecundùm ius,
tali caſu non excluditur ſtatutum & conſuetudo, per textum *in
c. 3. de eo qui mit. in poſſeſſ. cau. rei ſer.* tradit Alexan. *in l. poſt dotem, co-
lum. antepen. ff. ſolut. matrimo.* & Paul. de Caſtr. *in l. conſtitutiones, cir-
ca fin. C. de bonis quæ libe.* & latè Moder. poſt Abba. *in rubri. de con-
ſuetu. & in c. licet cauſam, de probatio.* & aliquando dixi *in rubric.
Inſtitu. de actio* . cum multis aggregatis per Modern. Hiſpanos,
in titu. Inſtitu. de iuſtitia & iure, fol. 9. † Nota ſecundò ex iſto tex- 9
tu, quod illa eſt iuſta & legitima cauſa, vt legiſlator ſeipſum cor-
rigat, quando illud, quod fecit tendit ad noxam. Ita notant
Petr. de Anchara. & Geminia. hic, quia tali caſu melius eſt quòd
legiſlator ſeipſum corrigat, quàm quòd ab aliis corrigatur, vt
dicit textus notabil. *in § 2. in Authen de nupt. colla. 4. & in Authen.
vt fratrum filij. in princip.* † & propter iſtam rationem ſolus Pa- 10
pa poteſt limitare, tollere, & interpretari ſtatuta concilij, vt in-
quit Abbas *in cap. ſignificaſti. in 7. notabili, de elect.* Et ſi hoc proce-
dit in legiſlatore, faciliùs alij inferiores priuati poterunt dicta
ſua meliùs componere, † & ita Doctori licitum erit ſuum con- 11
ſilium in melius reformare, vt notat Angel. *in l. Labeo, in fin. ff. de
ſerui. ruſtic. prædio.* & ante ipſum Bald. *in l. fina. § ſed cum in ſecun-
dam, in fin. C. de furtis, & in cap. ne innitaris. in fine. de conſtitutio.* Pro
quo facit optimus textus *in l. diui. ff. de iure patro.* per quem tex-
tum ſæpiùs Andr. Sicul. ſeipſum à varietate excuſat, vt patet *in
repet. rubrica. C. qui admitti. in octaua colum. in tracta. de præſtan.* Car-
*dina. in 2. quæſt. 2. partis. & in conſi. primo, fol. 7. & conſi. 10 in princip.
& in conſi. 64. incip. Scribit, colum. 9. in primo volum. & alibi ſæpè.* &
idem facit Alexand. *in conſil. 55. Perſpectis, in 4. colum. in principio.*
& iſta ratione diuus Auguſtinus *libro retractationum* fecit, vt di-
cit Baldus *in dicto cap. ne innitaris.* & hac etiam de cauſa Bartol.
mutauit aliquando opinionem quam alibi tenuit, vt patet *in l. ſi
pater. C. de inſtit. & ſubſtitu. & l. qui Romæ, duo fratres, in 3. quæſt. ff. de
verbor. obligat.* & dicit Felyn. *in cap. ex literis, in quarta colum. de con-
ſtit.* quod Anton. de Butr. correxit ſcripta ſua, propter argumen-
tum ſibi factum in ſcholis à Dominico, quod facit contra illos,
† qui pertinaciter conantur ſuſtinere errorem ſuum, & inci- 12
dunt in plura inconuenientia, vt dicit Abbas *in cap. qualiter &
quando, el primo, per illum textum, de accuſa.* Iſta tamen quæ de cor-
rectione dicuntur, procedunt in caſibus, in quibus quis conui-
ctus non fuiſſet, ſed de facili poſſet conuinci, & ſic procedunt
in correctione occulta, quam prudens facere debet. Nam ſe-
ipſum emendare, & dicta in melius mutare magnæ ſapientiæ
exiſtimatur, vt dicit textus *in cap. magnæ. 22. quæſt. 4.* eſt benè ve-
rum quod iſta non habent locum in præſidentibus & ſuperio-
ribus aliorum qui ſi ſubditos ſuos caſtigant aut reprehendunt,
licet hoc aliquando minus iuſtè faciant, non propterea † ſpon- 13
tè debent errorem ſuum de facili agnoſcere, ne ab eorum ſub-
ditis ſub hoc prætextu contemnatur eorum authoritas, vt dicit
text. expreſſus *in cap. quando. 86. diſt. facit d. c. qualiter.* & tenent Ar-
chid. & Pet. de Anch. hic. Accedit quod de Auguſto dicunt Se-
xtus Aurelius *in eius vita.* & Valer. Max. *de inſti. antiq.* Sed iſta pro-
cedunt, vt dixi in ſuperiore, vt patet *in dicto cap. quando.* qui licet
diſſimulare debeat errorem ſuum propter prædictam cauſam,
non tamen propter hoc ei licet illum pertinaciter defendere,
vt tradit d. Anton. & Imol. *in cap. ab excommunicato. de reſcriptis.*
& latiùs Modern. Hiſpani, *Inſtitu. de iuſtit. & iur. § his itaque.* vbi
Modern. Bononien. latiùs diuagantur, ſed modus habendus

eſt, *iuxta text. in cap. 1. de offic. cuſto.* Nam, vt dictum eſt in Principe
& ſuperiore, de quibus prædicta iura loquuntur, faciliùs hoc
14 permittitur: † quia poſiti ſunt, vt aliorum errores corrigant, vt
dicitur *in dicto cap. qualiter.* & magis verecundum videretur ſi in
eo in quo corrigunt & caſtigant alios, ipſi correctione digni in-
ueniantur, propterea Principes cautos, eſſe oportet, ac in rebus
agendis moderatos & prouidos, quia error eorum facilè trahi-
tur in exemplum, vt dicitur *in cap. magnæ. de voto.* Quamobrem
illis permittitur vt ſe exonerando ab errore, alios onerent, vt di-
cit textus notabilis *in cap. 3. de auth. & vſu pa. & in dicto cap. quan-
do.* quem textum ad hoc ponderat Felyn. *in dicto cap. qualiter.* Ta-
men aduertendum eſt, quia text. *in d. c. 3.* non videtur probare il-
lud ad quod Felyn. allegat: nam meritò ibi error Legato impu-
tatus fuerat à Papa, quia ille ſolus Legatus peccauerat: non ta-
men text. dicit quod Papa in aliquo errauit, quia ſi erraſſet lici-
tum non eſſet in alium culpam ſuam reiicere: exemplo Daui-
dis qui cùm cæderetur populus ab Angelo, dixit: [Ego ſum qui
peccaui, ego iniquè egi, iſti qui oues ſunt quid fecerũt, vertatur
obſecro manus tua contra me, &c.] vt habetur *2. Regum, cap. 24.
& 1. Paralip. cap. 21.* nec tex. *in d. cap. ſi quando.* in hoc aduerſatur. Et
quod dictum eſt de mutatione conſilij Doctoris, procedit, niſi
conſilium illud deciſiuum fuerit, vt dicit Bald. quem ibi Mo-
dern. referunt *in cap. mutare, infra de regul. iur.* ſequitur Decius *in l.
edita actio. in 3. colum. C. de edend. & in l. prima, §. ſi quis. ff. quod quiſ-
que iur.* & prius hoc dicit Barba. *in conſi. 6. incip. Illud, colum. 2. in 4.
volum.* & ſequuntur Modern. *in tract. nuptia. fol. 115. in prima colum.*
15 † Sed quid ſit conſilium deciſiuum ipſi non declarant, ſed re-
perio quendam Moder. cuius dicta licet non ſint impreſſa, non
tacebo, *in l. ſi pater, in fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* hoc declarare. Dicit
enim quod conſilium deciſiuum dicitur illud quando aliquis
in ſcriptis conſulit, & ſub ſigillo in cauſa in qua nullam affectio-
nem gerit, niſi ſolum quia fuit requiſitus vel conſuleret. Nam
iſtud tale conſilium mutari non poteſt: Secus verò quando Do-
ctor conſuleret in cauſa, in qua eſt aduocatus, quia tali caſu vi-
detur quòd poſſit reuocare, quia fortaſſe propter nimiam affe-
ctionẽ ad cauſam potuit decipi, & propterea eſt ſuſpectus, pro
quo faciunt ea quæ dicit Bartol. *in l. deferre. ff. de iur. fiſ.* & Modern.
omnes *in cap. poſtremo. extra de appellat.* & ita prædicti Modern.
tranſeunt, licet non ita dilucidè declarent. Sed tamen iſtud di-
ctum Modern. non probatur aliqua authoritate iuris, ideo non
eſt tenendum, quare ego dico quod conſilium deciſiuum eſt il-
lud quod Doctor facit requiſitus, vel à iudice, vel à parte, ſed in-
tereſt, quia ſi à iudice petatur, in illo conſilio iura allegãda non
ſunt, quia æquipollet ſententiæ in qua iura non allegantur, ſe-
cus verò ſi à partibus conſilium deciſiuum petatur, quia in tali
conſilio iura allegãda ſunt, vt docet Ioan. Andr. *in cap. ſicut de
re iudi.* & ſequitur Abb. *in conſi. 21. incip. Saluatoris noſtri, in princip.
in 2. volum.* Et licet idem Abb. *in d. c. ſicut. in fi.* teneat contrarium;
cum quo videtur concordare Felyn. *in cap. & ſi quæſtiones, de ſimo.
in princip.* Nihilominùs opinio Ioan. And. communiter tenetur,
cum quo tranſit Corneus *conſil. 137. Viſis ſcripturis, in princip. lib. 1.*
Ex quibus omnibus manet concluſio firma, quod licet Doctor
poſſit conſilium ſuum corrigere, & in melius emendare, illud
non habet locum in cõſilio deciſiuo. Sed iſtud dictum de con-
ſilio deciſiuo adhuc mordeti poteſt, ex eo quia ratio iſtius tex-
tus refragatur. Nam ſi conſilium deciſiuum tendit ad noxam
& eſt erroneum: non video quare etiam reuocari non poſſit, vt
hic reuocatum fuit ſtatutum. Immò dico, quod ſi conſilium tali
caſu non reuocaretur, eſſet peccatum, quia eius contrarium ſal-
ua conſciẽtia fit, vt Socinus in quadam cauſa fecit, cuius factum
Decius refert *in l. precibus, in 2. colum. C. de impub. & alijs ſubſtit.* Præ-
terea contra illud dictum videtur eſſe caſus, *in l. diui. ff. de iur. patr.*
16 & ideo ego putarem quod † conſilium deciſiuum reuocari non
poſſit, quando per illud eſt acquiſitum ius parti, ex cuius reuoca-
tione damnum ſentiret. Secus verò quando res eſſet integra, vel
aliqua vrgens cauſa reuocationem ſuaderet. Iſta probantur in
ſimili, per bonum tex. *in c. quamuis, infrà de procur. eo. lib.* & ſecundũ
iſtam diſtinctionem poteſt intelligi & declarari dictum Imol. *in
c. ad audientiam, de homi.* & quæ tradunt Doct. per illum tex. *in c. ex
literis. de exceſſ. præla. cum concor.* quæ adducit Fely. *in c. ſicut dignum.*
17 *de homi.* † Nota tertio arg. quod perſonatus nõ eſt dignitas, quod
manifeſtè hic probatur, ex dictione aut, quæ inter diuerſa poni-
tur, ita hic tranſeunt cum Domi. poſteriores. Adde quod iſtam
eandem opinionem tenet Domi. *in c. 1. §. hæc autem, in 1. notab. per
illum text. infrà de elect. & in c. vt circa in prin. in 3. not. eo. titu. & in c. 1.
in 4. not. infrà de æta. & qualita. & in c. ordinarij. & in 2. not. infrà de off.
ordinarij. & in c. fin. in 4. not. & in §. ſi. eo. tit. & in c. 2. infrà de præbend.
& in c. quia ſæpè, in prin. & in c. ſi is cui, in prin. eo. tit.* in omnibus iſtis
locis tenet Domi. quod perſonatus & dignitas differunt: & au-
deo hoc affirmare, quod in tota lectu. Domi. non eſt alius locus
in quo de iſto text. meminerit ad iſtum propoſitum, quàm in
iſtis allegatis, vt curioſus poterit re ipſa experiri, & idem quod
Domi. tenuit primò Imol. *in c. quia nonnulli, de Iudæ.* Cardina. *Cle-
men. 2. verſi. quintò nota. de iudic. & in Clem. 1. in 3. colum. verſicu. quæ-
ro quid eſt dignitas, de præbend. & in Clemen. 2. § primo, de æta. & qual.*
& reaſſumit Abb. & alij *in c. de multa. vbi latè dixi de præben.* & Ol-
drad. *conſ. 150. In eccleſia Valenti. in 2. colum. cum concord.* vt latè con-
gerunt Modern. *in tracta. de beneficio, in 2. quæſt. prima partis.* Ta-
men iſta non tranſeunt abſque dubio, ex eo quia plura iura ſunt
quæ perſonatum dignitatem appellant, & pro eodem capiunt,
vt in c. ad aures, de reſcript. & in c. ex parte. eod. titu. cum ſimil. Sed ad
iſta infra datur communis reſolutio per Abb. & Modern. *in cap.
cum acceſſiſſent, de conſtitu. & in d. c. de multa.* videlicet quod proce-
dunt largo modo, vt probatur *in d. c. cum acceſſiſſent.* Sed propriè
capiendo, † aliud eſt dignitas, aliud perſonatus, & aliud offi- 18
cium, ex quo infert d. Alexan. *in conſil. 77. In cauſa & lite, colum. 2.
lib. 2.* quod iſte text. requirens cauſas à ſede Apoſtolica debere
committi exiſtentibus in dignitate, non habet locum in primi-
ceriatu. Sed diligenter attende, quod iſta non videntur omni
ex parte vera, & in primis non vſque adeò apparet, quòd perſo-
natus non ſit dignitas. Quia ſi iſta nomina dignitas, perſonatus,
& officium ſunt ſynonima, vt volunt omnes *in d. c. cum acceſſiſ-
ſent, per illum textum. & in d. c. ad aures.* neque reperiatur text. qui
contrarium determinet: ego non video quare perſonatus non
debeat dici propriè dignitas, neque obſtat ille text. quia illa di-
ctio, aut, vario modo exponitur, vt patet, *in l. cum quid, & l. ſæpè.
& l. cum coniunctione. ff. de verbor. ſignifi. & ff. de aur. & argen. lega. l. ſi
legatum.* cum concord. vt per Archidia. *in c. 2. de reſtit. in integrum,
eodem lib.* & per Alberic. *in ſuo dictionario.* & ideo ſuper ea funda-
mentum fieri non poteſt, argu. eorum quæ notantur *in l. in ambi-
guo. ff. de rebus dubijs.* vel meliùs dicas quòd hic ponatur illa dictio,
aut, inter genus & ſpeciem, vt dicit notabiliter Bald. *in l. vbi pa-
ctum, in 1. colum. in prima oppoſi. C. de tranſact.* & Cardin. *in Clem. 1. in
14. quæſt. de cauſ. poſſeſſ.* & ſecundùm hoc iſte text. probabit, quod
perſonatus eſt ſpecies dignitatis: & ſi in aliquo iure reperiatur
contrarium, illud attribuendum erit conſuetudini particulari,
quæ poteſt in hoc multum detrahere, *vt in cap. cum contingat, de
foro compet. & c. 1. & fina. infrà titu. 1.* † Et ex hoc infero quod Ale- 19
xand. *i dicto conſi. 77.* peſſimè ſit loquutus, dum voluit, quòd ex-
poſitio iſtius textus non habet locum in primiceriatu, quia ſiue
primiceriatus ſit dignitas ſiue perſonatus, qui differt à dignita-
te, iſte text. vtrunque comprehendit, & tamen inficiari non po-
teſt, quòd ſit dignitas, vel perſonatus, qui pro eodem capitur, vt
eſt caſus in terminis, *in d. c. cùm acceſſiſſent.* & bonus text. *in cap. per-
lectis. 25. diſtinct. §. ſi ſunt. & §. ad primicerium.* per quem textum
Aretin. *in conſi. 23. incipien. In præſenti conſultatione.* tenet quòd ſit
dignitas niſi Papa aliud per ſuas literas velit, & hoc idem dicit
Andr. Sicul. *in conſil. 39. Clementiſſime Deus, in 3. colum. libr. primo.*
& ſequuntur Modern. Taurinen. *in l. fina. colum. penult. ff. de offic.
eius cui mand. eſt iu.* † Nota quartò ſecundùm Domin. quod ca- 20
nonicus non dicitur habere dignitatem. Adde eundem Do-
min. qui ad hoc idem notat iſtum textum *in cap. fina. in princip. per
illum textum, infrà de renuncia.* & hoc euidenter † hic probatur 21
propter illam dictionem, ſiue, quæ ponitur inter dignitatem &
canonicatum, de cuius natura eſt diſiunctionem & diuerſita-
tem importare, vt tradit idem Dominic. *in cap. licet primo, de offic.
vica.* qui ad hoc iſtum textum ponderat, & *in §. cum verò, infrà eo-
dem.* & hoc idem tenet Baldus *in cap. paſtoralis. de offic. delega.* pro
qua opinione videtur eſſe text. *in c. fina. infra de offi. delega. in prin-
cip.* cum ſimil. quæ tradunt Modern. *in tracta. de beneficio, in 2. quæ-
ſtio. primæ partis.* & hoc idem firmat Andr. Sicul. *in c. quæſitum, in 1.
notab. de rerum permu.*

Sed aduertendum eſt, quia iſte text. non videtur probare il-
lud ad quod Domin. inducit: quia dictio, ſeu, poſita hic in text.
inter dignitatem & canonicatum, non arguit, canonicatum di-
uerſum eſſe à dignitate, ſed eſſe idem cum dignitate de ſui natu-
ra. † Quia illa dictio, ſeu, inducit augmentum & paritatem, li- 22
cet quo ad verba videatur diſiunctionem inducere, ratione di-
ſpoſitionis, de qua agitur, textus eſt de hoc ſingularis *in l. ſi quis
ita. ff. de auro & argen. lega.* quem ad hoc pro ſingulari com-

mendat

mendat Clemen. *in ſingu. 56. incip. Lego Digeſtum.* vbi dicit, quòd ſi teſtator leget Digeſta, ſiue Codicem, quod vtrunque debetur, per *d. l. ſi quis ita.* quam etiam ad hoc ponderat Roma. *in conſi. 363. in 2. colum.* Alexan. *in conſi. 193. in 2. colum. libr. 2.* Decius *in conſil. 69 Viſis duobus, in 3. colum. in 1. parte.* & ita textum noſtrum inducunt Domini de Rot. *in deciſio. 445. incip. Si Legatus. in titu. de præbend. in 2. colum. in nouis.* vbi æquiparant canonicatum & dignitatem, per illum textum, & ſic iſte text. poteſt retorqueri contra Domi. & ſequaces. Nam ſi dictio, ſeu, ponitur inter dignitatem & canonicatum, clarum eſt, quod canonicatus eſt di-
23 gnitas, ex eo † quia vna pars alternatiuæ per aliam debet declarari, vt dicit Barto. per illum textum *in l. 1. ff. de rebus dub.* & hoc maxime hic procedit, quia talis dictio ponitur ſicut inter genus & ſpeciem. & ſic declaratiuæ, vt patet in *cap. nulli, de rebus eccleſ.*
24 *non alie. & in c. multi. 1 queſt. 1. & in c. ab eo. infrà de elect.* † Nam dicitur eſſe genus comprehendens ſub ſe plures ſpecies, ſiue ordines dignitatum, vt tradunt Doctores *in c. cum acceſſiſſent, de conſti. & in cap. de multa. de præbend.* inter quas erit canonicatus eccleſiæ cathedralis, & hoc innuitur ratione illius dictionis ſiue, pro quo eſt gloſſ. *in dicto text. in l. ad protegendum. C. de in lit. dan. tuto.* quæ exemplum ponit in illo dicto Alexan. ſiue Pati. de quo text. & exemplo meminit Bartol. *in l. ſi quis ita ſtipuletur. ff. de verbor. obligat.* & hoc idem probatur per gloſſ. penult. *in cap. ſi canonici, infra de offic. ord.* vbi textus ille de canonicis loquitur, & tamen gloſſ. illa appellat canonicatum dignitatem. Facit quod not. Bald. *in l. 1.*
25 *C. de pœ. bo. ſubla. libr. 10* † Nam canonicatus in eccleſia cathedrali eſt nomen maximi honoris & præeminentiæ, vt dicunt Docto. *in cap. ſiua. de præbend.* & tradit not. Domin. *in cap. quamuis, in princip. §. quanquam, in 3. not. infrà de præbend.* ſequuntur Modern. *in tracta. de benefic. in quæſt. 45. tertiæ partis.* Sed Felyn. *in cap. paſtoralis, in 3. colum. de offic. delega.* videtur concordare opin. licet de prædictis non faciat mentionem. Dicit enim, quod propriè loquendo canonicatus non eſt dignitas, & ita procedat dictum Domin. hic, ſed largo modo poteſt dignitas appellari, & ita procedat gloſſ. *in dicto cap. ſi canonici.* & pro iſta diſtinctione adde Imolam *in cap. relatum, el 2. in 3. colum. de teſtamen.* vbi dicit quod canonicatus quo ad quid dicitur eſſe dignitas, vt in iſto text. aliàs verò canonicus dicitur beneficiatus ſimpliciter, & hoc idem latiùs repetit Imol. *in cap. dudum, el 1. col. 1. de elect.* Tamen iſta reſolutio Felyn. & Imolæ mihi non ſatisfacit, quia vt ſuperiùs dictum eſt, negari non poteſt quin canonicatus in eccleſia cathedrali habeat effigiem dignitatis propter maximam præeminentiam, propter quam multi Reges in canonicos eccleſiarum cathedralium ſe creari procurarunt, vt de Rege Franciæ in eccleſia ſancti Hilarij, refert Abb. *in cap. extirpanda. §. qui verò. de præbend.* & tradunt Modern. *in tracta. electionum, fol. 18.* & quod talis præeminentia æquipolleat dignitati tenet Domin. *in c. primo infrà de fil. presby.* & eſt text. hic qui videtur iſta reparare, vt dicunt Domini de Rota *in dicta deciſ.* quod ex dictione ſeu, manifeſtè colligitur. Et ideo hac ratione videmus quod in multis eccleſiis cathedralibus, adcò canonicatus in pretio habetur, quod ratione præeminentiæ appellant ſe Cardinales, vt patet in eccleſia Rauennaten. & Compoſtellana, in quibus Andr. Sicul. qui hoc tenet, exemplum poſuit in capitulo cùm acceſſiſſent, de conſtitur. & hoc idem de eccleſia Mediolanen. Curtius *in tracta. conſuetu. in 29. colum.* & idem in eccleſia Caluguritan. vbi ſunt octo canonici, qui appellantur Cardinales, & ſic ſunt & reputantur eſſe in dignitate. Et ideo ego aliter reſoluerem iſtas opiniones, vt dicamus quod aut aliquis eſt canonicus in eccleſia cathedrali, & iſto caſu vera ſit iſta concluſio, quod canonicatus dicatur dignitas, & habeat eandem prærogatiuam, & tali caſu canonicatus dicitur eſſe de dignitatibus minoribus propter illam qualitatem honoris eccleſiæ cathedralis, & ita procedunt dicta Rotæ, & gloſſ. *in dicto cap. ſi canonicis.* cum ſimilibus ſuperiùs allegatis. Aut verò quis eſt canonicus eccleſiæ inferioris collegiatæ, & tali caſu procedat opinio Dominici hic, cum adductis ſuperiùs, & pro hoc videtur deciſio Innocent. *in cap. fraternitatem, de ſepul.* de quibus omnibus latiſſimè dico in tractatu meo expectatiuarum in princip. vbi pono ſex modos creationis in canonicum & eorum differentias. Et hoc quod hic dicitur, canonicum poſſe fieri delegatum, debet intelligi, concurrentibus aliis requiſitis à iure antiquo, cui per iſtum textum non
26 cenſetur derogatum, & ſic † requiritur quod talis canonicus vigeſimum attingat annum, & ſic licet canonicus in minori ætate eſſe poſſit, vt tradit Rota *in deciſio. 324. incip. Suppoſita, in nouis.* Tamen quo ad effectum vt eſſe poſſit iudex delegatus, illa ætas 20. annorum requiritur, per textum *in cap. cum vigeſimum. de officio delega.* & ita in terminis notat Lapus *in allegatione 47. incip. Factum ita ſe habuit, in penult. colum.* & videtur tenere gloſſ. *hic in verſic. canonicis.* Item hoc procedit etiam ſi in delegatione non fiat mentio de canonicatu, ſed de alio beneficio, quod non ſufficiebat ad delegationem. Ita notabiliter in pulchro caſu conſuluit Abb. *in conſil. 93. In quæſtione quæ ad præſens, libr. 2.* † Sed ſi 27
canonicus eſſet minor 20. annis, delegatio non valeret, niſi ex certa ſcientia Papæ, vt tenet gloſſ. & alij, *in verſicu. canonicis.* Et eodem modo videtur requiri, quòd talis canonicus cum effectu ſit canonicus, nam ſi eſſet canonicus ſub expectatione præbendæ, non videtur quòd talis delegatus eſſe poſſit. † Quia 28
verba cum effectu debent intelligi, *cap. relatum, de cleri. non reſiden. l. 1. § hac verba. ff. quod quiſque iur.* & quia talis canonicus ſine præbenda non dicitur beneficiatus, vt concludit Abbas *in cap. in noſtra, in tertio notabili extra eodem titu.* ſequitur Decius *in cap. cum M. in prima colum. num. 2. & num. 35. de conſtitu.* Quia talis dicitur canonicus in herbis, vt dicit Imol. *in cap. relatum, de præbend.* Sed contrarium concludendum eſt, vt tenet Ioan. Calde. *in dicto cap. cùm M.* quem ibi refert Barba. *in 58. colum.* & tenet ſimpliciter Dominic. *hic in 24.* & hoc poteſt taliter ſuaderi. Nam
† quo ad effectum delegationis non inſpicitur exercitium dignitatis, ſed nomen, vt concludunt Domini de Rota, *in deciſione 445. incipien. Si legatus, in tertia colum. in titu. de præbend. in nouis.* ad idem facit quod notabiliter dicit Dominic. *in cap. ſi in cui. §. & ſim. infrà de præbend.* † Quod ſi in aliqua eccleſia eſt conſue- 30
tudo, quòd dignitas non conferatur niſi canonico, quòd tali caſu ſufficiet quòd ſit canonicus ſine præbenda, quo ad hoc vt talis conſuetudo verificari poſſit. Et hoc manifeſtè probatur ex gloſſ. poſita *hic, in verſicu. canonicus.* quæ vult ſufficere, quòd illa qualitas detur à principio. Vnde ſi poſteà ceſſet omninò, etiam quo ad nomen, tamen valet delegatio: † hinc eſt, quod di- 31
ſpoſitio *cap. licet canon. infrà de electiōn.* licet ſit pœnalis, verificatur tamen in habentibus parochialem habitu & nomine tantùm, licet non actu, vt concludit ibi Archidiaco. Eodem modo dicit Imol. procedere, quod dicitur *in cap. de multa. de præbend.* & reaſſumunt Modern. *in tractatu benefic. quæſtione 42. tertiæ partis.* Nec obſtat quòd tales canonici non dicantur beneficiati, vt dicebat Abbas *in dicto cap. in noſtra.* quia eſt diſtinguendum, an ſint recepti in eccleſia numerata, vel non numerata. Quia primo caſu procedit dictum Abbatis ſecundo caſu, quod dictum eſt, vt notabiliter Rota concludit *in dicta deciſione 455. in fine.* vbi videndum erit latè. † Et iſta omnia de plano procedunt in canonico ſeculari, ſed de regulari monacho effecto canonico eccleſiæ cathedralis magna eſt difficultas. Nam Archidia. hic, & Ioan. Andreas, tenent quod diſpoſitio iſtius text. non procedat in tali canonico, & idem poſt relatas opiniones concludit hic Dominicus *in 1. quæſtio.* Ratio iſtius opinionis eſt, quia 32
talis monachus de iure antiquo prohibetur eſſe iudex, vt probatur *in cap. de præſentium.* & ibi gloſſ. *16. quæſt. 1.* facit ratio *cap. 1. de ſyndico, & cap. 2. de poſtul.* & iſta opinio eſt communis, cum qua poſteriores tranſeunt. Iſta tamen opinio ampliatur vt procedat etiam in priori cathedralis eccleſiæ religioſo conuentuali & manuali, & idem Dominic. dicit in *in cap. in cui, in fi. infrà de præbend.* & etiam haberet locum in decano rurali, vt dicit Rota *deciſ. 442. in nouis.* Modò aduertendum eſt, contra iſtam opinionem tenet Panorm. *in cap. cauſam quæ, de iudic.* vbi tenet quod diſpoſito iſtius textus habet locum in religioſo canonico eccleſiæ cathedralis, prout ſunt monachi eccleſiæ Cathanien. in Sicilia. Quam opinionem licet putem eſſe veriorem, exiſtimo tamen Abb. eam tenuiſſe profuo potiùs commodo quàm veritatis tuendæ gratia, erat enim Siculus, qui plus nimio cupiditatibus ſuis indulgent, vt eſt in prouerb. peruetuſto, & erat etiam monachus & habitum monaſticum ſancti Benedicti in d. eccleſia Cathanien. aſſumpſit, & ſunt ſimiles eccleſiæ in Anglia, & in ciuitate Peruſina, vt dicit ibi Abb. & Petr. de Ancha. hic, qui quidem monachi faciunt vnum corpus, cum ipſo qui habetur loco Abbatis, & omnia ibi expediuntur † per Epiſcopum & mona- 33
chos. Tales ergo monachi poſſunt dici canonici, per text. iuncta gloſſ. *in cap. 2. 58. diſtin.* Neque vocabuli etymologia contradicit:
† quia canonici dicuntur à canone, & canon idem eſt quod regula, dans certam normam viuēdi, *c. canon. 3. diſt.* competit igitur 34
hoc nomen monachis regularibus, & tales poſſunt appellati canonici: ſtante hoc poteſt illis committi cauſa à ſede Apoſtolica,

ſicut

ſicut aliis canonicis ſecularibus. Pro qua opinione dicit Abb. eſ-
35 ſe tex. *hic. iuncta Clem. 2. eo. tit.* nam *in d. Clem. 2.* dicitur, † quod re-
ligioſus obtinēs prioratum poteſt eſſe delegatus Papæ, quia ha-
bet dignitatem ſecundùm diſpoſitionem iſtius text. qui ſimpli-
citer facit mentionem de habentibus dignitatem, non diſtin-
guēs inter ſeculares, vel regulares. Vnde ex quo qualitas requi-
ſita ad delegationem reperitur in religioſis, efficiuntur habiles,
& capaces delegationis Apoſtolicæ, ſicut ſeculares. Ex quo ſe-
quitur quod ſicut per diſpoſitionem *d. Clem. 2.* extenditur prima
diſpoſitio iſtius tex. loquētis de habentibus dignitatem ad mo-
nachos, habentes etiam dignitatem, eodem modo videtur ex-
tendi ſecunda diſpoſitio iſtius textus loquentis de canonicis ſe-
cularibus ad canonicos religioſos, vnde non eſt dare rationem
diuerſitatis, ita Abb. concludit contra communem opinionem,
in d. cap. cauſa. licet longioribus verbis hæc proſequatur, & can-
dem opinionem firmat Abb. & dicit ſe ſuper hoc aliàs conſu-
luiſſe, *in cap. cum olim, el 2. in 3. colum. verſicu. in gloſſ. de priuil.* Sed ad
iſtam rationem Abb. reſpondet Ludo. Roman. *in l. 2. ff. de verbor.
obliga.* qui refert ſe hoc præſente Abb. in Rom. Curia dixiſſe, di-
cit enim q *d. Clem. 2.* loquitur de priore conuentuali, quia prio-
ratus dicitur dignitas, *vt in cap. niſi, de præbend.* Quæſtio verò no-
ſtra loquitur de monacho vel regulari; qui reputatur canoni-
cus in eccleſia cathedrali, per quem canonicatum nulla tribui-
tur dignitas ſecundùm veras concluſiones: vnde argumentum
non valet de habentibus dignitatem, ad non habentes: pro-
batur hoc, quia videmus, quod ſimplices monachi prohiben-
36 tur † eſſe procuratores, *c. primo de ſyndico, & cap. monachi. 16. quæſt.
5.* & tamen illa iura non habent locum in monachis habenti-
bus dignitatem, *c. ſopitæ, de cenſi. c. contingit, de tranſact. & c. cùm de-
37 putati de iud.* † & eodē modo videmus, mulieribus procuratoris
officium prohiberi: & tamen ſi ſint in dignitate poſſunt procu-
rare, *c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil.* Vnde concludit contra
Abb. quòd licet diſpoſitio iſtius tex. ceſſet in habentibus digni-
tatem *per d. Clem. 2.* non tamen ceſſat in non habentibus, ne cen-
ſeatur correcta diſpoſitio iuris antiqui, *vt in d. c. de præſentium.* &
ideo dicit quod Roma. Curia conſueuit, quādo cauſas commit-
tit huiuſmodi religioſis, expreſſam mentionem facere de quali-
tate monachatus. Sed tenendo opinionem Abba. ad iſtud dictū
38 Roma. facilis patet ſolutio. † Nam licet diſpoſitio loquens de
exiſtentibus in dignitate non debeat extendi ad non habentes,
illud eſt verum, quando illi qui nō habent dignitatem ſunt om-
ninò priuatæ perſonæ, & ita iura allegata per Roma. procedunt,
ſecus verò quando illæ perſonæ haberent officium, & qualita-
tem eminentem, vt eſt canonicatus, per ea quæ ſuperiùs dicta
ſunt: quia tali caſu non videtur inconueniens, quod diſpoſitio
loquens de dignitatibus, habeat locum in illis qui habent offi-
cium æquipollēs dignitati, vt eſt canonicatus: & licet maior ra-
39 tio ſit in habentibus dignitatem, † nihilominùs propter hoc ex-
tenſio non prohibetur habere locum in caſu in quo eſt minor
ratio, prout eſt caſus ſingularis *in l. prima. §. qui autem. ff. de aleato.*
quem in iſto propoſito extenſionis alleg. pro ſingulari Bald. *in l.
fina. in 2. colum. num. 4. C. ſi contra ius. vel vtilita. publi. & in l. binas æ-
des, circa medium ff. de ſerui. vrba. prædio.* cum concordan. vt per Fe-
lynum *in cap. quæ in eccleſiarum, in 4. colum. de conſtitutio.* & ad hoc
idem ſæpiùs de iſto textu facit feſtum Decius in multis locis, vt
patet *in l. ſi emancipati, in prima colum. C. de collatio. & in cap. cum in
cunctis. §. clerici. in prima colum. de elect.* vbi ad illum textum ponit
caſum, & *in cap. non liceat. in 2. colum. de præbend. & in cap. primo. in
quarta colum. de probatio. & cap. cum ſit, nume. 19. de appellatio. & in
conſil. quinto. & in conſil. 54. In caſu domini, in 3. colum. in ſecun-
da parte;* vbi notabiliter loquitur, & *conſil. 76. Conſultus à reueren-
do, in 1. colum. eadem parte.* & iſta eſt communis concluſio, & quia
extenſio non prohibetur, etiam in odioſis de caſu ad caſum, qui
lato ſumpto vocabulo poſſet comprehendi, vt tradit Alexan. *in
l. Centurio, in 2. colum. ff. de vulg. & pup. per textum in l. filium habeo. ff.
ad Macedo. cum aliis, vt ibi per eum.*
40 Sed † canonicatus venit largo modo appellatione digni-
tatis, vt concludit Felynus *in cap. paſtoralis, in tertia colum. de offic.
delega.* Ergo, &c. Cùm igitur diſpoſitio iſtius textus loquens
ſimpliciter de dignitate, extendatur ad dignitates regulares,
per d. Clement. 2. ergo extendetur cum aliis qualitatibus ſuis.
41 † Quia qualitas quæ eſt in conſtitutione relata, cenſetur re-
petita in conſtitutione referente, *l. lecta.* & ibi not. Modern. in 5.
notabili. ff. ſi certum peta. & Baldus *in l. ſi defenſor. §. qui interroga-
tus, per illum textum. ff. de interrog. actio. & in l. ſi prior. per illum text. ff.
ſolut. matrimo. & in l. ſi ita ſcripſero, de condi. & demonſtra.* Iaſon *in l.
vbi autem. §. illud. ff. de verbo obliga. in 1. notabili. quem. §. legit poſt l. ſti-
pulationum quadam, cum materia, Authen. ſi quis in aliquo. C. de edend.*
facit text. *in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. aſſe toto. ff. de hæred. inſti.
cum concord.* quæ ſcribunt Modern. *in l. certum. ff. ſi certum peta.*
† & quia qualitas adiecta *in dicta Clem. 2.* non debet reſtringere 42
diſpoſitionem præcedentem, vt not. tradit Aretin. *in l. ſalis ſcri-
ptura. in 4. colum. ff. de lega. 1. & in conſi. 143. Viſa conſultatione, per to-
tum, cum conſil. ſequen.* Et hoc maximè tenendum eſt, † quia text. 43
in d. cap. ſtatutum. alternatiuè loquitur; & vna pars alternatiuæ
per aliam debet declarari, *l. 1.* vbi not. Bartol. *de rebus dub. quem
textum pro ſingulari commendat* Roman. *in conſil. 231. Præmiſſorum
Doctorum, &c.* & reaſſumit Decius *in conſil. 57. in ſecunda colum. 2.
parte, & in conſil. 66. Dominus Raynaldus, in 2. colum. num. 4. eodem li-
bro.* & ideo illa pars alternatiua de canonicis eccleſiæ cathedra-
lis, quæ ponitur hic in text. debet determinari ſecundùm decla-
rationem factam de prima parte alternatiuæ, ſcilicet de digni-
tatibus, argum. eo. quæ dicit Abb. *in c. de multa, in gloſſ. in eadem. de
præben.* cum concord. vt ſcripſi *in §. pœnales, Inſtitu. de actio.* Sed
quantum ad illam partem de dignitate loquentem reperitur fa-
cta declaratio *in dicta Clemen. 2.* ergo reſpectu iſtius ſecundæ par-
tis; in qua concludit, eadem ratio extendi debet, & ſic opinio
Abba. per iſta defenditur à dictis Roma. Vnde Andr. Sicul. &
Felyn. *in dicto cap. cauſam aliis rationibus.* reprehendunt Abbatem,
& conantur defendere communem opinionem, ex quorum di-
ctis aſſumam tantùm vnam rationem quæ videtur prima facie
magis vrgere. † Dicunt enim quòd regula eſt firma in iure, quòd 44
quando in vno actu concurrunt duæ rationes, quarum altera
nocet, altera verò prodeſt: cauſa illa quę nocet debet attendi, nō
illa quæ prodeſt; vt eſt text. *in l. ſi quis in graui. §. fina. cum ſequen. ff.
ad Syllania.* adde textum, & ibi Bartol. *in l. 3. in princip. ff. de ſuſpect.
tutor.* Sed in caſu noſtro in monacho canonico eccleſiæ cathe-
dralis duæ cauſæ concurrunt, vna quia eſt monachus, & iſta no-
cet, propter quam prohibetur eſſe iudex, *dicto cap. de præſentium.*
alia eſt canonicatus, qui prodeſt ad delegationem. Concur-
rentibus igitur his duabus rationibus, illa potiùs attendenda
eſt, quæ nocet, & ſic vt prohibeatur eſſe iudex. Sed iſta ratio
ſumpta ex dicta *regula, l. ſi quis in graui. § fina.* pluribus modis e-
uitari poteſt: nam aduertendum eſt, quod ratio quare regula
prohibitiua, & quæ nocet, attenditur in prædictis iuribus, non
eſt ideo quia abſolutè, & diſtinctè diſtinctè regula quæ nocet,
attendatur, ſed quia illa prohibitio eſt ſpecialis, & ſic ſe habet
vt ſpecies, regula verò permiſſiua vt genus, & generi per ſpe-
ciem derogatur, vt expreſsè dicit Bartol. *in extrauagan. ad repri-
mendam. in verſicu. non obſtantibus.* & declarant nouiſſimi Regien.
in l. 1. §. 1. poſt Alex. ibi in fin. ff. de oper. nou. nunc. & Decius *in cap. at ſi
clerici. in 15. colum. verſicu. ſexto alias, extra de iudic.* & ante ipſos Ale-
xan. *in l. ſi conuenerit, in 2. colum. num. 4. de ſenten. & re iudic. cum con-
cord.* vt ſcribit Iaſon *in repet. l. ſi arrogator. in 17. colum. num. 48. ff. de
adopt.* & iſto modo illa iura, quæ pro iſta regula inducuntur de
plano procedunt. Sed quando vtraque regula fuiſſet genera-
lis, vt in caſu noſtro illa ratio non procedit. Nam generaliter
† monachi prohibentur iudicare, & etiam generaliter canoni- 45
ci eccleſiarum cathedraliū permittuntur eſſe delegati: in iſto e-
nim concurſu duarum diſpoſitionum generalium regula per-
miſſiua attendi debet, quia etiam videtur magis qualificata,
quia agitur de maiori fauore, & ideo offuſcat cauſam præceden-
tem. Vnde tali caſu prædicta regula non procedit, vt eſt caſus
*in l. ſi vir. ff. pro donat. & melior text. in l. non intelligitur. §. ſi quis pa-
lam. & ibi* not Barto. *ff. de iure fiſci.* & tradit Dyn. *in regula poſſeſſor,
colum. penul. de regul. iur.* & latiùs idem Barto. *in d. l. ſi vir.* & reaſſu-
mit Andr. Sicul. *in c. cum ſuper, in 3. colum. de offic. deleg.* & Felyn. *in c.
venerabilem, de except.* & aliter limitat Barto. *in d. l. ſi quis in graui. §.
fina. vt ibi per eum.* † Et quòd illa qualitas debeat conſiderari, quæ 46
magis fouetur à iure communi, eſt text. *in c. ſuper quæſtionum. §.
porro, de offic. delega.* tradit Aret. *in l. 2. in prin. de verbo. oblig. dum alleg.
l. nam ſimiles. ff. de iniuſto rupt.* & in terminis noſtris hoc dicūt Mo-
dern. de Monteferrato *in repeti. l. 1. in 23. colum. verſic. quarto. quan-
do in vno. ff. de lega. primo.* & iſta eſt alia limitatio ad dictam regu-
lam, quam latè probat Iaſon *in d. repet. l. ſi arrogator, num. 48.* &
quia in caſu noſtro conſideratur validitas reſcripti Apoſtolici.
Vnde quando ex parte regulæ permiſſiuæ concurrit fauor, vt a-
ctus ſuſtineatur, illa præfertur regulæ prohibitiuæ, vt not. tra-
dit Iaſon *in l. 3. in fin. C. de inoffic. teſtamen.* quod pro ſingulari com-
mendat Gerardus de Petra ſancta *in ſingul. ſuo 41. incipit. Nam*

quando

quando dua cauſa. vbi aliam notabilem limitationem ad prædi-
ctam regulam ſcribit, faciunt quæ dicit Andr. Sicul. *in cap. non-
nulli. §. ſunt & alij, in 3. colum. de reſcriptis.* Et pro iſta limitatione
Iaſ. eſt caſus, *in c. ſi eo tempore, ſuprà eodem titu. & lib.* & ita prædicta
argumenta reſoluuntur vltrà alios, aliæ rationes adductæ per
Andr. Sicul. & Felyn. fragiles ſunt, & ad eas reſpondet Decius
in dicto cap. cauſam. vbi videndum eſt. Non obſtat etiam quòd
induceretur correctio iuris antiqui, de quo *in d. cap. de præſentium.*
ſi iſte text. extenderetur ad canonicos religioſos. Quia dico ti-
bi non eſſe verum, quia ille text. ſolùm prohibet ſimplices mo-
nachos ne poſſint eſſe iudices, vt manifeſte ſentiunt Domini de
Rota *deciſ. 283. in titu. de offi. vic. in antiquis.* & ideo non compre-
hendit canonicos qualificatos, & ſic habentes canonicatum per
regulam, quam tradit Salic. *in l. fina. in prin. C. de iur. dot.* videlicet
47 quòd ſtatutum vel diſpoſitio generalis † non comprehendit
perſonas qualificatas, quem ſequitur Iaſon *in l. 1. in 3. colum. ff. ſo-
lut. matrimo.* pro quo alleg. *l. in teſtamentis, iuncta l. hac conſultiſſima.
C. qui teſtam. face. poſſ.* & idem tenet Iaſ. *in l. poſtquam, in 3. colum. C. de
pact.* Modern. de Monteferrato *in repet. l. ſi conſtante, in 5. colum. &
17. ff. ſolut. matr.* cum concor. vt dixi *in proœmio regularum Cancel-
lariæ, q. 4.* & pro iſta regula benè faciunt quę ſcribit Decius *in rub.
de proba. colum. 2. nu. 11. & 12. & in conſi. 65. in 1. col. libr. 1. & in conſi. 1.
in 1. colum. in 3. volum. cum pluribus concor. vt dico in §. rurſus, nu. 22.*
48 *Inſtit. de actio.* vbi concluditur, † quod ſtatutum loquens de ho-
micidio non habebit locum in homicidio qualificato. Patet er-
go quod diſpoſitio *d. cap. de præſentium.* procedet & habebit ho-
die locum in caſu ſuo, videlicet in monachis ſimplicibus. Caſus
ergo noſter extra illam diſpoſitionem inducitur, pro quo facit
text. *in c. ſtatutum, de elect. iſto lib.* vbi dicitur quod diſpoſitio, *c. licet
canon.* quæ loquitur de parochiali, nô habet locum in parochia-
li qualificato. Et ſic opinio Abb. contra communem videtur ve-
rior: ſtat ergo concluſio quod diſpoſitio iſtius text. habet locum
in monachis canonicis eccleſiæ cathedralis, etiam nulla facta
mentione, vt de hoc videtur eſſe deciſio Rotæ vltra prędicta, *nu.
209. incip. Nota quod vbi cauſa, in titu. de commiſſio. in antiq.* & quod
dictum eſt de monachis idem dicendum eſt de fratribus men-
dicantibus, vt dicit Abb. *in c. cum olim, in 1. nota. per illum tex. de ma.
& obe.* ampliando, & declarando, vt ibi per Fely. & pro iſta opin.
vltrà ſuperiùs adducta, facit gloſſ. *in Clem. 2. de iud.* quam ibi not.
Card. *in 5. q.* vbi dicit quod diſpoſitio illius text. loquens ſimpli-
citer de canonicis habet locum in regularibus: quia appellatio-
ne canonici illi veniunt, facit etiam glo. Italię, *in c. 1. infrà de tempo.
ordi.* & glo. *in Clem. 1. de reſcript.* dum extendit text. de regularibus
ad ſeculares. Retenta tamen communi opi. pro vera limitarem
ego primò non habere locum in religioſo canonico & valdè li-
terato. Quia tali caſu propter duplicem prærogatiuam recede-
retur à diſpoſitione iuris, *argum. l. ſed & reprobari. § ſi enim. ff. de ex-
cuſ. tut.* & quod ibi not. Bald. & per ea quæ tradit Andr. Sicul.
*in cap. cum vigeſimum, in 7. colum. de offic. delega. & in tractatu de præ-
ſtantia Cardinalium, in prima quæſt. 1. partis principalis, colum. 15. & in
proœm. Clem. 9. & 10. colum. per totum, & in cap. 1. colum. 24.* & ibi Fe-
lyn. *in 18. colum. de conſtitut. & in cap. ſi pro debilitate, in quinta colum.
& in cap. de cauſis, num. 4. de offic. delega. & alibi ſæpè.* facit text. *in cap.
de multa. de præbend.* aliàs enim vbi non daretur illa eminens
49 ſciētia, procedit communis opinio illa præcipua ratione, † quia
monachi & religioſi in dubio præſumuntur iuris ignari, *cap. ex
multa. de voto. & in cap. quoniam, de ſimo.* tenet Decius *in cap. paſto-
ralis, de iudic.* quia potiùs contemplationi intendere debent,
quàm actioni, vt *in cap. licet, de regul.* tenet Bald. *in rubrica. C. de*
50 *ſumma Trinit. & in l. athleta. §. de ruſticis. in fine. ff. de excuſ. tut.* † Sed
vbicunque ſunt eruditi & habent eminentem ſcientiam ab illa
contemplatione recedi poteſt propter maiorem vtilitatem re-
rum eccleſiaſticarum, vt *in cap. niſi. §. pro defectu. & §. verum. de
renunciat.* Iſtud tamen quod dictum eſt non procederet quan-
do non concurreret in religioſo, niſi ſola qualitas ſcientiæ, quia
illa ſola non ſufficeret: ex quo iſte textus requirit dignitatem,
vel canonicatum. Et dato quod ſolus canonicatus in religioſo
non ſufficiat, tamen concurrente qualitate doctrinæ, ſingula
51 quæ † non proſunt multa collecta iuuant, *vt in cap. primo de treug.
& pac.* pro quo videtur notabilis deciſio in ſancto, Cardina. *in
Clemen. fina. de ſenten. excommuni.* Secundò limitatur iſta conclu-
52 ſio non habere locum quando Papa † ex certa ſcientia com-
mitteret monacho cauſam, quia tali caſu, ſiue ſit canonicus, ſi-
ue non, poterit eſſe delegatus etiam ab inferiore, vt tradit Cal-
der. *in conſil. 2. de offic. delega. argumen. c. qui verè. 16. quæſtio. 1.* & hoc
expreſsè tenet Abb. *in cap. per inquiſitionem, in 2. notab. de electio.* ſe-
quitur Areti. *in conſi. 58. Diligentur conſideratis, in 3. colum. in fin.* &
hoc etiam tenent Modern. Taurinen. *in l. fina. ff. de offic. eius.* & Fe-
lyn. *in cap. nonnulli, in 3. colum. verſi. limito ſecundò, de reſcript.* ad quos
prædicta addes, benè faciunt quæ dicit gloſſ. *in c. 2. de iudic.* dum
ibi diſponitur quòd † Papa ex certa ſcientia poſſet cauſam ſpi- 53
ritualem etiam laico committere. Tertiò limito non habere lo-
cum communem concluſionem, quando religioſus eſſet datus
delegatus vnà cum alio qui haberet dignitatem. Quia tali ca-
ſu licet de per ſe delegatus eſſe non poſſit, ratione tamen adiun-
cti habilitatur, *argumen. text. in c. per tuas. de arbit.* & not. Bald. *in l. ſi
quis ex argentarijs. § primo, per illum text. ff. de edend. cum concord.* vt
per Iaſ. *in l. imperium, in 2. colum. & in l. cum quidam. ff. de iuriſd. om-
nium iudi.* & Fely. *in c. 1. de præſcrip.* & de hoc in terminis videtur ca-
ſus, *in c. cum dilecti, de accuſ.* & ibi not. Abb. *in 1. nota.* & ita procedit
text. in ſancta ſubſcriptione, *in c. per inquiſitionem.* & ibi expreſsè no.
Abb. *de elect.* ſic etiam debet declarari text. *in c. cum olim, el 2. de pri-
uileg.* nę inducatur correctio: † Nam multa per nos facere non 54
poſſumus, quæ cum adiuncto licet, vt probatur *in d. cap. per tuas.*
cum ſuperius alleg. per quæ iura notabilę cautelam tradit Tho-
mas Ferratius *in caute. 10. incipien. Si contingat,* poſt Iaſ. *in l. emanci-
pati, in 3. colum. C. de colla.* cum pluribus ibi per eum cumulatis, &
in caute. 23.

Quarto communis eſt concluſio quod neque iſte tex. proce-
dit in caſibus enumeratis, *in d. Clem. 2. de reſcript.* & alijs quos tra-
dit Felyn. *in c. inſuper, de teſti.* & notabiliùs *in c. cum I. & A. in penult.
colum. de re iud.* Quintò limitatur non procedere, quando tales
monachi fierent inquiſitores, quia ratione fidei hoc tolerare-
tur, & ita procedit quod not. Abb. *in c. cum dilecti, in 1. not. de accuſ.*
Sextò notabiliter limita iſtam concluſionem non procedere,
quando religioſus daretur commiſſarius Apoſtolicus in extra-
iudicialibus. Quia tali caſu, dato quòd non habeat dignitatem,
nô habet locum ille text. Ita notabiliter dicit Abb. *in c. cum in ve-
teri. in 2. not. de elect.* aliàs ſi contrarium diceremus, diſpoſitio il-
lius text. cenſeretur correcta ſecundùm eum, quod non eſt di-
cendum. † Sed diligenter eſt aduertendum, quia non videtur 55
ratio differentiæ inter iudicialia, & extraiudicialia, vt patet *in c.
primo. infrà de iud. eod. lib. & in l. nec mirum. ff. de pign. actio.* & quia ra-
tio iſtius text. quæ aſſignatur hic *in gloſſ. ſede Apoſtolica.* videlicet
ne pannoſus & ſimplex clericus repræſentet Papam, militat iſto
caſu, & ideo ego reſponderem planiùs ad textum *in dicto c. cùm
in veteri.* quòd ille text procedat, quando religioſus ſolus non
fuit datus commiſſarius, ſed vnà cum alijs habentibus dignita-
tem, vt ibi expreſsè dicit text. & ideo ſuccedit illud, quod dictũ
fuit *ſuprà in tertia limitatione.* quod ea quæ per nos ſoli non poſſu-
mus expedire, cum adiuncto habili conſequimur. † Quia inha- 56
bilitas vnius ſuppletur per habilitatem alterius, *argum. c. ſacris, de
ſepul. & d. l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend.* & iſtam puto veram
eſſe rationem ad illum textum, & per iſta habes vltra omnes
iſtam concluſionem perfectiſſimè diſcuſſam. † Nota quintò ex 57
iſto textu ſecundùm Domini. hic quod cauſæ à ſede Apoſtolica
debent committi in locis vbi copia peritorum poſſit haberi, ita
hic not. omnes, & ſequitur Felyn. *in cap. de quarta, in 9. colum. de
præſcript.* & Roman. *notab. 455. incipien. Si allegatur in cauſa.* & ra-
tio videtur, quia vbi eſt copia peritorum præſumitur quòd cau-
ſæ meliùs decidantur, *argumen. c. prudentiam, de officio delega.* facit
text. *in l. ſi auiam. C. de ingenuis manu. ibi. ſi cum peritioribus tracta-
tum habuiſſes, facilè cognoſceres, &c.* Et iſtud intelligitur quando
commodè fieri poteſt commiſſio, vt text. hic dicit: ſecus tamen
ſi cum incommoditate, quia tali caſu iudex ſibi prouidere po-
teſt de aſſeſſore, vt dicitur *in §. aſſeſſorem, infrà eodem.* qui textus ita
declarari poteſt. & extendi ad iſtam incommoditatem. Quia
licet iudex ratione ſuæ peritiæ non indigeat eius opera, ratione
tamen loci vbi copia peritorum non habetur neceſſaria vide-
tur, vt ſaltem in aliquo adimpleatur diſpoſitio iſtius textus: pro
quo faciunt ea quæ ad propoſitum ſcribit Iaſ. *in l. certi, in ſe-
cunda colum. C. de iudic.* Maius tamen dubium eſt, nunquid clau-
ſula decreti appoſita *hic, in fin.* comprehendat iſtum caſum, in
euentum quod commiſſio fieret in loco vbi non eſt copia pe-
ritorum, cùm tamen alio loco haberi poſſet commodè. Omiſ-
ſis pluribus communis opinio videtur quòd talis commiſſio vi-
tietur per ea quæ in ſimili dicunt hic Dominic. & alij in caſu mi-
nus dubitabili, & pro iſta opinione facit text. *in cap. tua, de cleri.
non reſid.* Ego autem puto contrarium, quia iſta verba textus
ſignificant potiùs accidentiam facti, quàm iuris miniſterium, &

ideo iſtum caſum non excludunt, argumen. gloſſ. notabilis *in Clemen. 1. in verſicu. præſidentes, infrà eodem titu.* & gloſſ. *in l. vnica, in verſic. ſponſam. C. de rapt. virginum.* & videtur ſentire gloſſ. *in verſic. nec audiantur.* Nam ſufficit quòd iudex habeat qualitatem, de qua hic: & propter quam principaliter ipſa diſpoſitio emanauit. Vnde illud, quod de copia peritorum dicitur procedit de 58 benè eſſe. † Neque obſtat illa regula, quòd clauſula in fine appoſita referatur ad omnia præcedētia, quia illud procedit, quando omnia præcedentia ſunt de forma ſubſtantiali, & non de iuſtitia, vel niſi ſequatur abſurdum, vel inconueniens, vel annullatio actus, ita quaſi in terminis not. Abb. *in c. eccleſia, el 2. in ſexto notab. per illum textum, de election.* & notabilius Cardina. *in conſil. 70. Ex præmiſſo ſupraſcripto.* vbi reſpondet iſto modo ad illum textum qui habet clauſulam decreti, *in fin. vt hic.* & iſtud etiam notat Barto. *in l. fina. §. Titia. ff. de lib. lega.* aliter illa regula limitatur, vt latè per Modern. *in cap. cauſam, de reſcript. & in cap. ſecundo requiris, de appella.* nec minus obuiat illa alia regula, quòd vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, &c. *vt l. iam hoc iure,* 59 *de vulg. & pupill.* † Quia illa regula procedit vbi eſt eadem ratio in omnibus, *l. Caius. ff. ſolut. matrimo.* tradit Alexan. *in l. Gallus. §. quidam, de libe. & poſthum.* Sed hic non eſt eadem ratio in contentis ſub iſta diſpoſitione ex eo, quia iſtud quod de copia peritorum dicitur, commoditatem reſpicit, quia commodius cauſæ tractantur in tali loco. Per hoc tamen ſi alibi non ita commodè tractentur, dummodò ritè procedatur, ſatisfactum videtur diſpoſitioni. Non obſtat text. *in dicto c. tua.* quia ille textus procedit ratione ſtudij, quod debet fieri in locis inſignibus, vbi copia peritorum habetur ad docendum, ſine quibus non poteſt vera doctrina haberi, vt notatur *in proœm. Digeſt.* Et hoc ſuadetur, quia vt hic dicit Dominic. quædam hic fuerunt addita à compilatoribus, vt patet de verbo commodè, poſitum hic. Vnde talia verba non inducunt diſpoſitionem, vt tradit Alex. de compilatoribus Digeſtorum loquens, *in l. viro. ff. ſolut. matrimo.* vt etiam patet *in c. penult. §. prohibemus, infrà de offic. legat.* vbi Domin. & 60 alij reprehendunt rationem illius tex. † Nota ſextò ibi, literarum ſedis Apoſtolicæ, &c. quod delegatio debet fieri per literas, & ſic requirit ſcripturam, ita intelligit iſtum textum Domin. *in c. 1. §. poſtquàm, in fin. infrà de cenſi.* Suadetur hoc, quia text. iſte ponit clauſulam decreti, ergo videtur introducere formam, vt dicit Baldus *in l. 1. ff. de libe. & poſthum.* facit text. *in cap. cùm in iure, de offic. deleg.* Tamen iſtud efficaciter hic non probatur. Dictum tamen eſt in ſe verum, quod delegatio Papæ debet per literas probari, & non per teſtes, *vt in l. 1. C. de mand. Princ.* & tradunt Doct. *in c. quoniam contra, de proba.* & hoc idem eſt in delegatione Epiſcopi ad vniuerſitatem cauſarum, ſecus autem ſi ad vnam cauſam, quia tunc probari poteſt per teſtes, vt tradunt Domini de Rota *in deciſ. 297. incip. Si Epiſcopus, in 2. dub. ſub titu. de reſcript. in nouis.* Et quod dictum eſt in delegatione Papæ, idem dicendum eſt in ſubdelegatione quæ ſcripturam requirit, & per teſtes probari non poteſt, vt dicit Imol. *in dicto cap. cum in iure.* & Archidiaco. *in cap. ſi ſubdelegato, de offic. delega. lib. 6.* Hoc tamen non procedit in ſubdelegatione collectoris dati à Papa, quia licet commiſſio ſcripturam requirat, & probari per teſtes non poſſit, tamen ſi faciat ſubcollectorem, talis ſubdelegatio per teſtes probari poterit, vt dicunt Domini de Rota *in deciſio. 266. incip.* Dixerunt, *in titu de probat. in nouis.* per rationem ibi poſitam per eos, quos cum alijs concord. ſequitur Barthol. Belenz. *in tractatu de chari. ſubſi. quæſtione* 91. declarando, vt per eum *in quæſtio.* 94. & prædictum notabile adeò eſt verum, quod etiam ſi delegatio per tranſumptum probaretur, non ſufficeret, prout concludit Roman. *in conſil. 338. incipit, Cùm propoſitam quæſtionem.* Et hoc verum eſt niſi tranſumptum fuiſſet tranſcriptum ab originali ſolenniter, iuxta formam, *cap. fina. de fide inſtrum.* & quæ ibi dicunt Doctores, quia tali caſu fides illi tribueretur, vt ibi habetur, & tradit Angel. & alij, *in Authen. ſi quis in aliquo. C. de edend.* Hoc tamen verum eſt, quando lis non pendet. Si verò lis penderet, tunc ſeruat Rota quod etiam ſi tranſumptaretur cum ſolennitate, de qua *in dicto cap. fina.* ei non adhiberetur fides, niſi iura ſint extracta per compulſoriam decretam ab auditore, coram quo pendet lis, & talis practica fuit fundata forè, *in cap. ſi. vt lit. penden. & in deciſ. 411. in no. incip. Si lite pendente.* dum alleg. *cap. vt noſtrum, de appella.* Sufficeret tamen iſto caſu, quòd produceretur ſumptum facultatis collectoris de regiſtris bullarum Papæ, quia illi Rota ſolet fidem adhibere ſicut originalibus, vt dicunt Domin. *in deciſio. 291. incipien. Nota ſumptum, quæ eſt duplicata errore, in deciſ.* 291. dummodò ſigilla recognoſcantur, quibus ſumptum clauſum præſentatur, & iſta de plano procedunt in cauſis pendentibus in curia, ſecus extra curiam, quia tali ſumpto cum ſolo ſigillo non adhiberetur fides, niſi produceretur bulla plumbata. Et ratio differentiæ poteſt eſſe, quia in curia poteſt de facili haberi recurſus ad regiſtrum, vel Papam, ſi de viribus ſumpti dubitatur, iuxta ea quæ no. Specul. *in titu. de proba. §. videndum, verſicu. quod de auditoribus.* quod fieri facilè non poſſet extra curiam. Quæ omnia notabis in practica quando fueris Romæ. Nota vltimò generaliter per viam regulæ, ex iſto textu ſecundùm omnes, quòd cauſæ à ſede Apoſtolica debent committi exiſtentibus in dignitate, ita not. Abb. *in cap. ſuſpicionis, in ſecunda colum. de officio delega. & in cap. quoniam Abbas, in 5. colum. eodem titu.* & Alexand. *in conſil. 77. In cauſa & lite, in 2. colum. volum. 2. & in rubric. ff. de offi. eius, in 2. colum.* Amplio iſtam regulam, & limito vltra ſcribentes pluribus modis. Primò ampliatur regula ſupradicta quòd procedat, etiamſi ille, cui committitur cauſa non habeat dignitatem in illo loco, vbi fit commiſſio ſed alibi, ita tenet Cardina. *in Clemen. de ſenten. excom.* † Sed tamen iſtud dictum Cardina. ſimpliciter ita intellectum 61 non videtur verum, ex eo quia quando cauſa committitur exiſtenti in dignitate, in dubio cenſetur ſibi commiſſa iuriſdictio in eo loco, vbi habet dignitatem, non autem in loco vbi reſidet, niſi hoc expreſsè dicatur. Caſus eſt de hoc quem ibi ponderat Ioan. Andr. *in cap. fina. de rer. permut.* & hoc idem tenet Abb. *in cap. olim, in glo. 1. de except.* ad idem eſt text. iuncta ſupraſcriptione, *in cap. fina.* & ibi not. Abb. *in 1. notabili, de iudi.* Suadetur hoc, quia habens dignitatem ſi reſideat extra locum dignitatis priuatus reputatur, vt dicit Abbas *in cap. fina. in 3. colum. de foro competen.* per alleg. ibi per eum. Sed priuato fieri non poteſt delegatio, igitur &c. Et ſecundùm hoc declarandum eſſet dictum Cardinal. procedere, quando de hoc fieret mentio. Sed videtur quod etiam ſine mentione dictum Cardinal. poſſit defendi, ex eo quia iſte text. non requirit aliud, niſi quòd cauſa committatur exiſtenti in dignitate, & quòd reus per tale reſcriptum vltra vnam dietam à ſua diœceſi non trahatur, *vt in §. primo, infrà eod.* vnde ſi in patria mea reſideret pro ſuo beneplacito habens dignitatem alibi, ego exiſtimo impetrationem valere, & quòd iuriſdictio cenſeatur data in illo loco impetrantis. † Quia in du- 62 bio actus agentis debet interpretari ſecundùm eius voluntatem & diſpoſitionem iuris, *l. nō omnis. ff. ſi cert. peta.* Vnde ex quo iudex eſt conſtitutus in dignitate, & per impetrationem contra reum fit intra metas iuridicas talis impetratio non poteſt dici doloſa. Non obſtat quòd talis cenſetur priuatus, quia illud eſt verum reſpectu exercitij iuriſdictionis, quàm in alieno territorio exercere nō poteſt, vt *in l. 3. ff. de offi. præſid. alleg.* per Abb. ſecus vero vigore commiſſionis Apoſtolicæ quæ honorem tribuit & iuriſdictionem, & illuſtrat dignitatem etiam alibi exiſtentem quæ comitatur perſonam, *vt in c. ſi gratioſè, §. eodem. & c. præſenti. infrà de præbend.* & talis qualitas non ſeparatur à ſubiecto, niſi per mortem ciuilem vel naturalem. Et ideo ego dictum Abb. & aliorum declararem procedere, quando fieret impetratio ſiue commiſſio habenti dignitatem reſidenti tamen vltra dietam à loco rei. Quia tali caſu in dubio procedit quod dicit Abb. cùm ceſſet ratio ſupradicta, & iſto modo illæ opin. concordari poſſunt, & ita declaratur etiam dictum Domi. *in c. ne aliqui, col. fi. infrà de hære. & ſuprà in proœm. in 5. notabili.*

Secundò principaliter regula prædicta extenditur, vt procedat etiam in ſubdelegato. Nam ea ratione qua delegatus requiritur, quòd ſit in dignitate, eadem ratione in ſubdelegato dicēdum eſt, ita tenet Abb. *in c. paſtoralis, in 3. col. de offi. delega.* & Rota *deciſ.* 392. Not. *quod ſi in forma communi, in antiq.* & ratio redditur, quia † ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati, *§. fuerat. Inſt. de actio. cum ſimi.* Et ex hoc infertur, quòd ſi Papa ex certa ſcientia com- 63 mitteret cauſam ſimplici clerico non habenti qualitatem requiſitam in iſto tex. ex quo videretur ſecum diſpēſare, iuxta ea quæ dicit glo. *hic in ver. literarum.* quòd talis clericus poſſit alteri ſimplici clerico illā cauſam ſubdelegare, quia ſubrogatum ſapit naturam, &c. & ita in terminis poſt longam diſputationem tenet Decius *in c. ſi pro [illegible]litate, de offi. delega.* contra Fely. qui cōtrarium tenebat rationibus, de quibus ibi latè per eos. Pro qua opinione faciunt quæ tradunt Doctores *in l. filiusfamilias. §. diui. & in l. pater. §. quindecim, de legat. 3.* quòd res ſemel effecta alienabilis, ſemper durat alienabilis. Ita hic eſt dicendum, quòd cauſa ſemel effecta delegabilis non exiſtenti in dignitate duret cum quali-

tate

64 tate ſua. Tamen quantum ad iſtum caſum † mihi opinio Felini videtur verior ex eo, quia negari non poteſt, quod delegatio facta ſimplici clerico, eſt exorbitãs tribus rationibus: Primò, quia inducit habilitatem incapacis, & iſto reſpectu inducit priuilegium perſonæ. Secundò, quia per iſtam delegationem derogatur diſpoſitioni iſtius textus diſponentis cauſas delegari debere exiſtenti in dignitate. Tertiò, quia huiuſmodi delegatoria reſcripta iam de ſe extra iſtum caſum ſunt odioſa, quia abſorbent iuriſdictionem ordinariam, gloſ. *in c. 1. ſuprà eod. & in c. ad hæc, extra eod. titul.* Iſtis tribus rationibus concurrentibus videtur dicẽdum quòd talis habilitas transferri non poſſit per ſubdelegatio-
65 nem alteri perſonę incapaci. Quia priuilegium † non tranſit de perſona ad perſonam, etiam ex identitate rationis, *c. ſanè, de priuilegijs.* & maximè priuilegium continens diſpenſationem, & in caſu iſto, quia diſpenſatio de ſe eſt odioſa, *vt in c. 1. infrà de filijs presbyt.* & perſonam non tranſgreditur, *§. ſed quod Principi. Inſtit. de iure natur.* facit *l. quia perſonale, ff. ſolut. matrimon.* maximè cùm ſit correctoria iſtius diſpoſitionis debet reſtringi, & prohibetur extenſio, *l. ſi verò. §. de viro, ff. ſolut. matrimo.* Cùm igitur plures ſint rationes obſtantes, ideo concludendum eſt iſtum ſimplicem
66 clericum, † cum quo per Principem eſt diſpenſatum, non poſſe alteri clerico ſimplici delegatam ſibi cauſam ſubdelegare, niſi habeat qualitates requiſitas in iſto textu. Vt tamen omnia iſta magis lucidius intueri poſſint reaſſumo iſtam quæſtionem per viam dubij, videlicet an ſi Papa ex certa ſcientia delegat cauſam non habenti qualitatem de qua hic, poſſit delegatus ſubdelegare non habenti dictas qualitates. Super quo videtur dicendum, Primò quod ſic affirmatiuè propter illam vulgarem regulam quæ habet, quod ſubrogatum ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, *in c. eccleſia, vt lit. penden. in Clement. 1. de offic. vicar. cum vulga.* Cùm ergo delegatus licitè ſine illis qualitatibus procedat, eodem modo dicendum eſt in ſubdelegato qui eſt ſubrogatus eius loco. Secundò pro hac parte videtur eſſe text. in terminis *in c. ex literis, in prin. de in integrum reſtit.* vbi ſi Papa delegat cauſam matrimonialem non Epiſcopo, cùm aliàs de ſui natura debet delegari Epiſcopo, *vt in c. decedentibus. de exceſſib. prælat.* & tradit Specul. pulchrè *in titul. de reſcriptis Principum, §. ratione forma, verſic. cuius ad inſtructionem.* & Abb. *in c. cauſam matrimonij, de offic. delegat.* ille delegatus poterit illam ſubdelegare ſimiliter non Epiſcopo. Tertiò poteſt optimè adduci illud quod voluit Bartolus poſt quoſdam Doctores *in l. 1. in 3. colum. verſic. quæro nunquid, &c. ff. de offic. eius.* vbi dicit, quòd licet cauſa meri imperij non poſſit delegari à Principe, *vt in l. prima, in princip. ff. de offic. eius, l. imperium, ff. de iuriſdict. omnium iud.* nihilominùs ſi Princeps delegat illam, poſtea poterit delegatus ſubdelegare, licet non fuerit Princeps, quia cùm cauſa ſemel mutauit naturam ſuam, cenſetur facta delegabilis, *argument. l. final. in fine, C. de imponend. lucrat. deſcript. libro 10. & l. pater filium. §. quindecim. ff. de legat. 3.* In contrarium verò adduco primò, nam quod non habens huiuſmodi qualitates, poſſit eſſe delegatus, videtur eſſe quoddam priuilegium contra iſtum textum. Sed priuilegium non egreditur perſonam priuilegiati, *vt in c. ex parte, & c. porrò, de priuileg. & in regula priuilegium, cum vulga. ergo, &c.* Secundò nemo dubitare debet quin iſta non ſit quædam diſpenſatio quo ad delegatum, vt non exiſtens in dignitate, vel canonicus poſſit eſſe delegatus, ergo reſtringenda quo ad ipſum tantùm, vt patet per textum *1. quæſtione 7. in c. niſi rigor, & c. 1. & 2. de filijs presbyt. libro ſexto.* Tertiò pro hac parte facit iſte textus *in §. in illo verbo, neque alibi.* vbi textus dicit, quòd ſubdelegatio debet fieri perſonis ſuperius duntaxat deſignatis, & ſic vtitur verbo taxatiuo, quaſi intendens, quod nullo caſu poſſit ipſe delegatus ſubdelegare niſi habentibus prædictas qualitates. Quartò pro hac parte adduco textum valde vrgentem *in capit. ſuper quæſtionum, in §. porrò, & in §. ſi verò, ff. de officio delegat.* vbi ſi Princeps delegat cauſam cũ illa clauſula, appellatione remota: & ſic dat hoc priuilegium delegato, ipſe non poterit eodem modo ſubdelegare cum ipſa clauſula, & ſic illud priuilegium non tranſit in ſubdelegatis. Si ergo priuilegium cohærens cauſæ non tranſit in ſubdelegatum ſi cauſa ſubdelegatur, multo magis priuilegium cohærens perſonæ non debet tranſire in eum. Vlteriùs de ſui natura cauſa debet delegari habentibus dictam qualitatem, non aliis, *d. c. ſtatutum.* naturam igitur primordialem debemus attendere, *argumen. l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetr.* Sextò, duo ſpiritualia non debent concurrere in eodem ſubiecto, *l. 1. de dot. promiſſ.*

Septimò, vbicunque aliqua res non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes, ſi tamen de voluntate teſtatoris fiat tranſmiſſibilis, intellige tantùm de primo, *l. antiquitas, C. de vſufruct.* ita in caſu noſtro eſt dicendum, quòd illa delegatio non poſſit fieri in ſecundum. Iſtis tamen ſic ad vtramque partem deductis, tenendo partem negatiuam ad contraria facilis erit reſponſio, primò dum dicebatur, quòd ſubrogatum ſapit naturam, &c. nam illud eſt in natura primordiali, & quod ſubrogatum ſapit naturam quam habet à lege, non autem naturam accidentalem quæ ex accidenti datur, prout eſt iſta data ab homine quod ſine illa qualitate poſſit eſſe delegatus, ſed ſapit naturam primordialem, videlicet, quod non poteſt eſſe delegatus niſi habeat prædictas qualitates. Illa enim dicitur natura primordialis, id eſt primæua, & hoc modo patet gloſ. *in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet.* & pro iſta reſponſione eſt text. & ibi not. Bart. *in l. item veniunt. §. cùm prædiximus, ff. de petit. hæred.* & Bart. *in l. 1. § hæc actio. ff. ſi quis teſtam. liber. eſſe iuſſ. fuer.* Secundò non obſtat text. *in c. excluſis.* valdè vrgens. Ideo enim potuit ibi cauſa matrimonialis alteri quàm Epiſcopo ſubdelegari, quia delegatus ſubdelegauit alteri collegio cui Papa iam commiſerat prædictam cauſam matrimonialem: & ſic ambos illos viſus eſt Papa habilitare indiſtinctè ad cognoſcendum de cauſa illa. Nec obſtat ſi diceretur quòd hæc reſponſio non procedit; quia delegatio eſt ſtricti iuris: *vt in c. 1. & 2. de offic. deleg.* quod non eſt dicendum, quòd licet Papa habilitauerit illos nõ Epiſcopos ad cognoſcendum de tali cauſa vt delegatos, videatur etiam habilitaſſe illos, vt alter alteri ſubdeleget niſi quatenus ei de iure competeret, maximè quia text. *in d. c. ſuper quæſtionum.* vult, quòd licet ſint dati delegati cum clauſula à Papa recepta, tamen ſi alter ſubdelegat alteri, nõ poterit illa clauſula ſubdelegari, & ſic text. *in d. c. ex literis.* non procedit ex eo, quia Papa voluerit, ſed ſolùm ex poteſtate ipſius delegati ſubdelegantis. Et ideo ad hoc motiuum reſpõdetur, quod videtur habere duo capita, primum caput circa *c. cùm 20.* ſecundum circa *c. ſuper quæſtionum.* & quo ad primum dico quod dato quod delegatio ſit ſtricti iuris, illud eſt verum quo ad diuerſas cauſas, vt videlicet delegatus poſſit cognoſcere de alia cauſa in commiſſione expreſſa, iſto modo text. *in d. c. P. & G.* procedit, ſed circa illam cauſam commiſſam tantummodò eſt fauorabilis, & amplianda, patet per *c. 1. de offic. delegat.* vbi etiam ſi non dicatur in commiſſione poteſt delegatus cõpellere impedientes ſuam iuriſdictionem. Ad idem melius facit text. *in c. præterea, eod. tit.* vbi commiſſa cauſa tantummodò cenſetur cõmiſſa, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. In propoſito ergo cùm Papa *in d. c. ex literis.* habilitauerit illos non Epiſcopos, vt poſſint eſſe delegati, conuenienter videtur illos habilitaſſe, vt alteri poſſit committere & alteri ſubdelegari, cùm ſit quòd cauſa aliàs non expediretur, ex quo in commiſſione illa non adeſt illa clauſula, ſi non omnes, *de qua in c. prudentiam, § adijcimus, & in c. quamuis, eod. titul.* & pro tollenda iſta contrarietate videtur caſus in terminis non inſtando in verbis *in capit. quamuis, eodem titul.* vbi ſi cauſa duobus committitur, ſimpliciter videtur, &c. ſi expreſsè hoc non dicatur, prout eſt caſus noſter. Quo autem ad textum *in c. ſuper quæſtionum. §. ſi non.* reſpondetur, quod differt in multis ille caſus à *d. c. ex literis.* nam ideo ibi priuilegium procedendi appellatione remota extinguitur, quia aliter poterat ſolus procedere appellatione remota, vnde iudicium omnino habuiſſet effectum, & ſic cauſa habuiſſet finem. Sed in caſu *d. c. ex literis.* iudicium fuiſſet effectũ fruſtratorium in eo tãtùm, & ſic cauſa illa fuiſſet protelata, contra *c. finem litibus, de dol. & contumac.* maximè quia erat cauſa matrimonialis quæ requirit breuiorem expeditionem, *iuxta Clement. diſpendioſam, & Clement. ſæpè.* Circa verò doctrinam Bart. *in l. 1. ff. de offic. eius.* reſpondeo, quòd illa non obſtat duplici capite. Primò, quia quod ipſe delegatus poſſit cauſam meri imperij ſubdelegare, illud non eſt ex eo quòd cauſa mutauerit naturam ſuam, ſed propter regulam generalem, quæ habet, quòd delegatus Principis indiſtinctè poteſt ſubdelegare, *vt dicta l. à iudice, C. de iudic.* Verum eſt quòd poſſet etiam dici illud eſſe verum in cauſis delegabilibus, & quæ poſſunt per iſtum ſubdelegari. Sed iſta non eſt huiuſmodi, quia expreſsè prohibetur hanc ſubdelegare inferior à Principe, *dicta l. 1. ff. de offic. eius, cum ſimilibus.* ideo aliter reſpondeo, quòd illa doctrina Bartoli non eſt vera, quia habet expreſſum caſum legis contra ſe, *in cap. ſi probabiliter, de offic. delegat.* vbi delegatus Principis non poteſt cauſam grauem ſubdelegare, prout eſt cauſa meri imperij, prout not. dom. Anton. *in c. quod ſedes, in princ. vltim. colum.* quem ſe-

quitur ibi Ioan. Andr. & Imol. *de offic. ord. n.* & idem videtur velle Specul. *in tit. de leg. § excipientem, in 5. colum. verſic. ſed hic incidit alia quæſtio.* & Salic. poſt Petr. & Cyn. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* & per illa reſponſum eſt ad illam doctrinam Bart. & ſic ad omnia motiua pro hac parte inducta. Vel alio modo reſponde, quòd in caſu noſtro eſt diuerſa ratio, quàm in caſu Bartoli, quia in caſu Bartoli & iuriũ, quæ allegat, ſiniſtrum datur res in eadem natura quam aſſumpſit, quia eſt eadem. Sed in caſu noſtro in quo ſunt plures inhabiles ad gerendum vnum actum; ſcilicet, vnus habilitatur, non ſequitur ex hoc habilitatio aliorum, quia ſunt diuerſæ perſonæ. Tenendo tamen, diſputationis gratia, partem affirmatiuam ad motiua facta pro parte negatiua, faciliter reſponderi poteſt. Et primò ad primum motiuum dum dicebatur, quod iſtud erat priuilegium perſonale, videlicet, quod non habentes iſtas qualitates poſſint cognoſcere, &c. quia negatur maior, videlicet, quod ſit priuilegium, immò dicitur onus, quia iudicare eſt onus: vt eſt textus *in l. munerum, § iudicandi, ff de munerib. & honorib.* facit optimè textus *in c. cùm æterni, de regul. iuris, libro ſexto.* facit etiam textus *in l. ſancimus, C. de iudic. cum alijs ſimilibus.* igitur, &c. & hac de cauſa delegatus cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, *vt in c. ſuper literis, de reſcriptis, & in c. vt debitum, de appellat.* quia non præſumitur in ſe velle recipere onus. Et ſimiliter per iſta erit reſponſum ad ſecundum argumentum dum dicebatur quod erat diſpenſatio; quia non eſt diſpenſatio, ex quo affert onus, non autem vtilitatem, vel priuilegium quod eſt de natura ipſius diſpenſationis. Vlteriùs non obſtat textus *in c. ſtatutum. § non ſolum, de reſcript. libro 6.* vbi dicitur, quòd ſubdelegatio debet fieri perſonis ſuperius duntaxat deſignatis, & ſic habentibus qualitatem prædictam, illud enim habet locum, quando delegatio ipſa erat facta perſonis prædictis, tunc enim benè verum eſt, quòd ſubdelegatio eſt fienda tantummodò illis perſonis, ſed quando non eſſet delegata cauſa modo prædicto de quo ibi, tunc in ſubdelegatione non eſſet etiam ſeruandus ille textus. debet enim Papa ipſe velle licere aliis quod ipſi licitum fuit, iuxta regulam, quòd omnis eius actio noſtra eſt inſtructio, *in c. ſignifica. de electio. in c. & ſi Chriſtus, de iureiurand. cum vulga.* & præſertim quando in loco non eſſent perſonæ habentes dictas qualitates.

Item & quartò non obſtat text. *in c. ſuper quæſtionum, § ſi verò, de offic. delegat.* vbi ſi Princeps delegat cauſam appellatione remota, delegatus non ſubdelegat appellatione remota: & eſt ratio, quia illud priuilegium quod à ſententia non poſſit appellari, eſt maximum priuilegium, quia iudex non videtur habere ſuperiorem, tunc ideo tale priuilegium non egreditur perſonam. Sed in caſu noſtro non vertitur aliquod priuilegium, vt ſuprà dixi in ratione primi argumenti: ſed quia iſta reſponſio videtur nimium generalis, ideo reſpondetur aliter, quia ideo non potuit cauſa ſubdelegari cum illa clauſula, quia omnino alter de per ſe ſiue ſubdelegare poterat procedere appellatione remota, & ſic cauſa omnino habuiſſet finem, & videtur non fuiſſe deluſorium. Sed in caſu noſtro, ſi cauſa non poſſet delegari non habenti prædictam qualitatem, puta quia in loco, vel extra vltra vnam dietam non reperirentur huiuſmodi clerici, iudicium eſſet deluſorium, & ita ſit reſponſum ſatis ad illud *c. ſuper quæſtionum § porrò.*

Item non obſtat, ſi diceretur quod videtur electa induſtria, &c. quia non cenſetur, niſi appareat: quo caſu ſi eſſet electa, non eſſet dubium, quia non poſſet nemini ſubdelegare, *vt in capit. final. eodem titul.* ſed ceſſaret omnis coniectura induſtriæ, quando in loco non eſſet aliquis habens aliquam dignitatem, vel canonicatum.

Item non obſtat ſi diceretur, quòd delegatus non poteſt vti clauſula, ex certa ſcientia, quia importat plenitudinem poteſtatis, gloſ. *in c. ad hæc, de reſcript.* ſed delegatus non habet plenitudinem poteſtatis, quia illius eſt ſoluere, &c. *vt in c. inter alia, de ſent. excom.* Reſponde quòd delegatus non facit ex eo quod vtatur illa clauſula, ſed facit, quia lex debet eſſe poſſibilis. *4. diſtinct. erit autem lex.* Sed pone quòd in loco non ſunt habentes dictas qualitates, nec ibi propè, & Papa delegaret non habenti, præſumeretur tollere ius tanquam impoſſibile ex cauſa. Et per hanc rationem inferri poteſt, quòd ipſe delegatus poſſet ſubdelegare non habenti illas qualitates, de quibus hic, quia ibi non inuenirentur tales. Redeundo igitur ad propoſitum iſtius vltimi notabilis, regula igitur eſt, quòd cauſæ à ſede Apoſtolica debent committi perſonis exiſtentibus in dignitate. Iſta concluſio ſingulariter limitatur vltra alios pluribus modis: Primò, procedere in executoribus gratiarum. nam dato quod ipſi ſint in dignitate, poſſunt tamen committere vices ſuas ſimplici clerico nullã habenti dignitatem, vt notabiliter concludunt domini de Rota, *decis. 369. in tit. de reſcript. in nouis, incip. Si in forma communi, &c.* vbi dicunt ita fore in Rota per omnes dominos concluſum per do. Archid. hic, quia tales non ſunt iudices, ſed meri executores. & ita etiam ijdem tenẽt *in decis. 392. incip. Nota quòd ſi in forma, in tit. de executorib. in antiq.* Declarando tamen vt per eoſdẽ dominos *in decis. incip. Nota quòd executor, in tit. de offic. deleg. in antiq.*

Tertiò extende regulam ſecundam habere locum in Doctore ſimplici. Quia † in tali verificatur diſpoſitio iſtius text. ex eo, 67
quia Doctoratus dicitur eſſe dignitas, *c. quanto, de magiſt.* cum concord. ibi traditis per Feli. & idem latiùs tradunt Moder. *in tract. de Doct. in 4. parte, quæſt. 1.* & Alexand. *in l. Centurio, in 2. colum. ff. de vulgar. & pupil.* Sed vnum mihi obſtat, quia text. iſte loquitur de dignitatibus eccleſiaſticis, & Doctor non eſt in dignitate eccleſiaſtica, & licet hoc admittatur ex eo, quia talis dignitas reperitur à iure canonico expreſſa, † per regulam *c. 1. de ætat. & qualitate.* vbi habetur, quòd illæ dicuntur dignitates eccleſiaſticæ, 68
quæ nomen habent à iure expreſſum, vt tradit Archid. & Dom. *in c. 1. infra eod.* tamen ex alio iſta dignitas non ſufficit, quia iſte text. loquitur de dignitatibus propriè: patet, quia canonicatus largo modo eſt dignitas, vt dicit Felin. *in c. paſtoralis, in 3. colum. de offic. deleg.* Et tamen in diſpoſitione iſta ſub illo verbo, dignitatibus, non comprehenditur, ſed ponitur hic in text. vt qualitas differens à dignitate ſecundum omnes Doct. vt patet ex dictione, ſeu. Ergo manifeſtè colligitur, quod illud verbum, dignitate, poſitum hic in text. accipitur pro dignitate propriè, nõ largo modo. Quia tali caſu canonicatum comprehenderet, nec poneretur vt diuerſa in tex. cùm igitur Doctoratus ſit propriè dignitas, vt concludunt Mod. *in tract. de beneficio, in 2. quæſt. 1. partis, fol. penult.* quia diffinitio dignitatis data per Abb. & communiter Doct. *in c. de multa.* non adaptatur Doctori, ergo concludendum eſt non comprehendi ſub diſpoſitione iſtius textus, qui de proprijs dignitatibus loquitur, vt tenet hic gloſ. *in verbo, dignitate.* quæ communiter approbatur, & pro iſta opinione videtur gloſ. quæ hoc tacitè ſentit hic *in verſic. ſede Apoſtolica.* aliàs ſequeretur quod eadem ratione poſſet fieri commiſſio ſimplici clerico, cùm dicatur habere dignitatem ratione clericatus, *vt in c. denique, 4. diſtinct. & in c. 1. infra de vit. & honeſt. cler.* & breuiter de hoc videtur deciſio Card. ſi ſubtiliter ponderetur *in Clem. fin. de ſent. excom.* vbi dubitat an Doctor exiſtens † Patauij habens tamẽ di- 69
gnitatem alibi ſit capax delegationis, attento quòd alibi dignitatẽ habet? & concludit quod ſic, facta mentione de tali impedimento. Si igitur illud eſſet expeditum, quòd Doctor ratione Doctoratus poſſet eſſe iudex delegatus, nulli fuiſſet dubium, an haberet alibi vel non haberet dignitatem, cùm tali caſu dignitas Doctoratus ſufficeret, quæ Doctorem comitatur vbiq;. Concludo ergo quòd diſpoſitio iſtius text. non procedit in ſolo & ſimplici Doctore. Limitarem tamen hoc, niſi eſſet Doctor excellentis & eminentis doctrinę, quia in tali regulæ iuris transgrederentur per text. notabilem *in l. ſed & reprobari. § ſi enim. ff. de excuſat. tut.* quem ibi ad hoc pro ſingulari notat Bald. & Alexan. *in l. Centurio, in 2. colum. ff. de vulg. & pupil.* cum multis concor. quæ congerit And. Sicul. *in tract. de præſtant.* Card. *in 1. quæſt. 1. part. principalis, colum. 15. & in proœm. Clem. in 9. & 10. colum. per totum, cum alijs ſimilib.* vt ſcribo *in d. l. ſed & reprobari.* Sed iſta limitatio mordeti poteſt, ex eo, quia licet Doctor ſit eminentis doctrinæ, non propter hoc talis eminens doctrina conſtituit eum in dignitate, licet eum faciat magis mereri, & meritum non tribuit dignitatem: *vt dicit Card. in Clement. 2. in 2. quæſt. de magiſt.* ſequitur Dec. *in c. clerici, de iud. & in l. cum quid, in 3. colum. ff. ſi cert. pet.* Secundò limitarem, niſi Doctor legeret per viginti annos, quia tali caſu ex illa prærogatiua temporis acquirit dignitatem comitatus, *l. vn. in fine, cum gloſ. C. de profeſſ. qui in vrb. Conſtant. lib. 12.* cum concord. vt ſcribit Iaſ. *in l. 1. in 2. colum. ff. de offic. eius.* Suadet hoc per ſummum notabile dictum Andr. Sicul. *in c. fin. § cæterùm, colum. 12. num. 29. de offic. delegat.* vbi dicit, quòd licet Doctor non poſſit legere per ſubſtitutum, *vt in l. inter artifices, ff. de ſolutio.* quam ad hoc allegat Bart. *in l. nemo, ff. de dubb. reis.* Tamen vbi Doctor legiſſet per 20. annos, hoc poteſt facere inſtar illuſtrium, *vt in l. quiſquis, C. de epiſcopis & clericis.* ita in caſu noſtro eſt dicendum † licet ſit ſimplex 70
Doctor non poſſit eſſe delegatus, tamen ſi legit per 20. annos, poterit illi cauſa delegari. Quod nota, quia ſunt omnia noua in mate-

materia. Tertiò limito, niſi Doctor hoc habeat ex priuilegio A-
poſtolico, vt poſſit eſſe delegatus: quia tali caſu non procederet
diſpoſitio iſtius textus, & ita in Doctoribus Vniuerſitatis Ca-
domen. dicunt in terminis quidam Moder. *in tract. de Docto. in 2.*
parte, fol. 17. Quartò ſimpliciter extendo iſtum text. & regulam
prædictam habere locum in arbitris datis ſuper cauſa principa-
li, qui debent eſſe in dignitate, vel perſonatu, vel canonicatu ec-
cleſiæ cathedralis, ita extendit Dominic. *in c. legitima, in 4. colum.*
verſic. in fin. gloſ. infra de appel. contrarium tamen videtur tenere i-
dem Dominic. *in c. iudex, in 3. colum. verſic. ſed ſi quis, infra de offic. de-*
leg. Sed concordando opin. tu potes diſtinguere inter arbitros
71 iuris & compromiſſarios. Nam † primi cenſentur delegati, vt
tradunt omnes *in l. fin. per illum text. C. de iudic. & in cap. ab arbitris,*
de offic. delegat. & in iſtis benè requiritur qualitas iſtius text. quia
ſubrogatus in locum iudicum recuſatorum, *vt in c. ſuſpicionis, in-*
fra de offic. deleg. & ſubrogatum ſapit naturam ſubrogati, & ita di-
ctum Dominic. procedit *in dicto c. legitima.* aut verò ſunt arbitri
compromiſſarij, teneo quòd tales non comprehendantur ſub
diſpoſitione iſtius textus, qui de iudice delegato loquitur, & iſti
non ſunt tales, & qui in aliquo caſu allegat ſimilitudinem eſſe
inter tales & iudices, debet eam probare procedere illo caſu, vt
tradit Abb. *in c. tranſlato, de conſtitut.* Quintò extende prædictam
regulam procedere etiam ſi iudices dati, ſecundùm formam i-
ſtius textus, eſſent minoris dignitatis, quàm partes coram ipſis
litigantes: quia per hoc non obumbratur neque impeditur iu-
riſdictio, cùm ſufficiat in talibus iudicibus adeſſe qualitatem
72 dignitatis, quæ hic requiritur. Sufficit enim † quòd in illa di-
gnitate minori iudex repræſentet Papam, propter quam repræ-
ſentationem maior reputatur, quocunque alio maiorem digni-
tatem habente, *vt in c. ſtuduiſti, de offic. legat. & in c. ſanè, de offic. de-*
73 *legat.* Hinc eſt, † quòd delegatus poteſt citare etiam Cardina-
lem, vt dicit Baldus *in l. iubemus, §. final. C. de epiſcopis & clericis.* de
honeſtate tamen fuiſſet benè conueniens, quòd cauſa inter
maximos prælatos non committeretur inferiori in dignitate,
ſed maiori, vel ſaltem pari, vt dicit Abb. *in c. cùm cauſa, in ſecun-*
do notabili. per illum textum, *de offic. delegat.* & per iſta dicta a-
liàs dicebam *in l. eſt receptum, ff. de iuriſdict. omnium iudic.* quòd il-
74 le textus non probabat communem intellectum, † vt videlicet
maior iudex poſſet ſe minori ſubiicere, quia textus ſolum dicit,
quòd maior, &c. & non dicit iudex. Vnde ego illud verbum in-
telligebam de maiori ratione potentiæ, *vt in c. 1. de offic. delegat.*
vel maiori nobilitate, diuitiis, vel ætate, vt quia pater vel alius,
vt dixi *in §. quadam, in fin. Inſtitut. de actio.* poſt Iaſonem, & de-
clarat idem Iaſon *in l. 2. §. ait prætor, ff. de in ius voc.* Nam tali caſu
dato, quòd iudex ſit minus potens vel ruſticus, poteſt potentes,
diuites & maiores omni reſpectu & imperio coercere, vt hic.
Sed ſi aliquis maior eſſet iuriſdictione, tunc non procederet iſta
ampliatio ad textum noſtrum, neque text. *in dicta l. eſt receptum,*
quod inter alia improbabam per textum *in l. nam magiſtratus, ff.*
de arbitr. dum ibi dicitur, quòd par parem coercere nullo modo
poteſt: iſta verba, non poteſt, de ſui natura non ſolùm tollunt
potentiam voluntatis partium, *vt in l. 1. in princ.* & ibi not. Iaſ. *ff. de*
verb. oblig. ſed etiam prohibent diſpenſationem, *vt in Clem. hi qui,*
in gloſ. in verb. concedatur, de ætat. & qualit. & hoc niſi vigente ne-
ceſſitate ex licentia principis fiat, & ita intelligo *l. ille à quo. §. tē-*
peſtiuum, ad Trebel.

Sextò extende ſupradictam regulam procedere in executo-
ribus gratiarum datis cum clauſula, vocatis vocandis, &c. Nam
tales debent eſſe in dignitate. Ita dicunt domini de Rota *in de-*
75 *ciſ. 370. incip. Ex hoc, in nouis, ſub tit. de reſcript.* Ratio eſt, † quia exe-
cutores cum prædicta clauſula non ſunt merè executores, ſed
ſunt veri iudices cum cauſæ cognitione, & parte vocata, vt in-
nuit dicta clauſula: vt not. omnes *in c. exhibita, de iud.* & compel-
luntur vigore illius clauſulæ aſſumere partes iudicis, vt inquit
Cardin. *in Clemen. 1. quæſt. 15. eod. titul.* & iſtam opinionem expreſ-
sè etiam tenet Guiliel. de monte Laud. *in Clement. 1. eod. titul.* Sed
circa hoc varij ſunt prædicti domini de Rota, ex eo quia *in deci-*
ſione 565. incip. Vtrùm c. ſtatutum, in tit. de executoribus gratiarum, in
antiquis: tenent contrarium dicentes, quòd iſte textus nec eius
pœna non habet locum in executoribus gratiarum, etiam ſi illi
76 aſſumant partes iudicis; moti iſta ratione, † quia debet attendi
illud quod principaliter fit, non autem ea quæ in conſequen-
tiam. Cùm igitur executores principaliter deputentur ad nu-
dum factum, ſi ex hoc pro faciliori executione illius gratiæ aſ-
ſumant partes iudicis, non debet officere, etiā ſi non ſint in di-
gnitate, vel alia qualitate hic requiſita, ex quo diſpoſitio iſtius
textus eſt pœnalis, & reſtringenda ad caſum ſuum, ſcilicet in iu-
dicibus deputatis ad cauſas. Quid dicendum? Breuiter iſta mihi
videtur, quòd ſi à principio executores ſunt dati, cum prædi-
cta clauſula, vocatis vocandis, ego teneo quod requiratur in eis
qualitas iſtius textus, quia tales dicuntur iudices delegati, & ita
ſub illo titulo ponuntur in *Clement. 1. de offic. delegat.* & ita proce-
dit deciſio Rotæ 370. *ſupra alleg.* & iſta eſt communis opinio quā
ſequitur ibi Card. *in Clement. 1. quæſt. 15. eodem tit. & idem in conſil.*
Quia nobiles viri. vbi dicit, † quòd iſta clauſula eſt tantæ poten- 77
tiæ, quod facit de mero executore iudicem, & reaſſumit latè
Felinus *in c. exhibita, in 1. columna de iud. & in c. de cætero, in 3. colum.*
de re iudic. & in c. fin. in 6. colum. verſic. fallit primò, de præſumpt. & in c.
paſtoralis, §. quia verò, colum. 2. de offic. delegat. & alibi ſæpè conge-
runt Moder. *in nouo tractatu clauſularum, fol. 21.* Si verò tales exe-
cutores dati ſunt ſine clauſula, vocatis, &c. & poſtea accidit q
quo ad executionem gratiæ, quæ fortè aliter expediri non po-
teſt; incidenter cognoſcunt de qualitatibus pertinentibus ad
gratiam, tali caſu actus factus per ipſos non annullabitur per i-
ſtum text. ex eo, quia non ſunt in dignitate, quia ſufficit quod
tales dati ſunt principaliter ad nudum factum exequendum, li-
cet ex poſt accidat illud quod cognoſcant, *argum. l. ſi quis nec cau-*
ſam, ff. ſi cert. petatur. & ita procedit deciſio Rotæ contraria, & *de-*
ciſ. 392. in antiquis. Pro qua faciunt optimè quæ dicit Vitalis de
Cambanis *in ſuo eleganti tractatu clauſularum, in clauſula 32. incip.*
Si conſtiterit, vbi notabiliter declarat quam poteſtatem habeant
iſti nudi executores. ſuper quibus tu vlteriùs cogitabis, quia an-
guſtia temporis, & impedimentum duarum lectionum non pa-
titur in ſingulis immorari.

Septimò extende vt habeat locum in ſubexecutore deputa-
to ad cōfirmationem electionis, vt tradit Ægid. de Bellam. *in de-*
ciſ. 126. incip. In executore. & quid in aliis executoribus *dixi ſuperius.*
Octauò extende etiam, ſi cauſa quæ committitur eſſet inter lai-
cos, quia adhuc procedit iſte text. vt latè probat Alexan. *in conſ.*
77. In cauſa & lite, in 2. colum. libro 2. Nonò ampliatur iſte text. vt
habeat locum in commendatario alicuius dignitatis: ita in ter-
minis dicit Andr. Sicul. *in conſil. 2. incip. Sapienter, in 2. volumine.* &
Decius *in c. quoniam Abbas, in 3. colum. de offic. delegat.* Et licet com-
menda non dicatur vera dignitas, quo ad quædam, vt dixi latè
in commento regulæ Cancel. de viginti. & latiùs ſuper regula
de triennali, tamen quo ad plura eſt vera dignitas, vt idem De-
cius probat *in c. edoceri, in fin. de reſcript. & alibi ſæpè.* & ideo cauſa il-
li à ſede Apoſtolica committi poterit. Nam commendatarius
dicitur habere titulum, vt dicit Collecta. *in c. fin. de fil. presbyt.* &
hoc maximè procedit in commendatariis perpetuis, vt tradit
Præpoſ. Alexan. *in c. cùm autem, 44. diſtinct. & in c. ſi quis, 58. diſtinct.*
& Nicol. Milis *in verbo commenda.* & tales faciunt fructus ſuos ſi-
cut titulares, vt prædicti dicunt, & probat latè Pauinus *in tract.*
ne ſede vacant. fol. 21. Tamen quo ad effectum iſtius text. contra-
rium tenet Hieron. Paulus *in practica Cancellariæ, fol. 122.* vbi dicit
quòd de ſtylo, neque de iure ſolent nec debent committi cauſæ
commendatariis. & hoc idem tenet D. Guliel. Caſſador. in Col-
lectaneis *deciſ. ſuper reg. de infir. reſig.* quod eſt verum, niſi Papa ex
certa ſcientia hoc faceret, & hoc caſu poſſet ſaluari opinio De-
cij & Barbatiæ, & tali caſu ſolus Papa in hoc diſpenſat, adeo q
Vice Cancellarius facere contra formam iſtius textus non poſ-
ſet, vt dicit Ægid. *deciſ. 81.* nec etiam legatus de latere, vt ibidem
dicitur. Tamen in Vice Cancellario dicit hic Domin. *in 4. colum.*
quod de ſtylo poſſet, licet ſecùs de iure, ſuper quo cogita. Limi-
tatur modo iſte textus & prædicta regula aliquibus modis vltra
illos, qui ex ſupradictis ampliationibus colligi potuerunt. Pri-
mò non habere locum in habentibus dignitatem iure, ſiue no-
mine alieno, vt † ſunt vicarij, qui propriè non dicuntur habere 78
dignitatem, ſecùs autem in habentibus dignitatem iure pro-
prio, ita tenet Cardin. *in Clement. 2. in 12. quæſt. de reſcript.* & iſtam
opinionem videtur ſentire Dom. *in c. cùm de beneficio, in 2. colum.*
infra de præbend. & quod dictum eſt de vicario Epiſcopi, idem eſt
in vicario Archiepiſcopi, qui eſſet officialis legati, qui non poſ-
ſet auctoritate ordinaria procedere. Nam tales non poſſunt eſ-
ſe delegati, niſi habeant qualitates hic requiſitas, vt tenet Ægi-
dius Bellame. *deciſ. 60.* ſequitur Felin. *in c. cùm ex officij, in 10. co-*
lum. de præſcript.

Sed aduertendum eſt, quia in contrarium videtur text. *in d.*
Clement. 2. niſi ſaluando dicas, & hoc eſt verum, quòd ille text.
de nouo hoc induxit in officiali generali, ſed ſecundùm tem-
pora

pora iſtius text. procedat dictum ſuum, & regulariter iſtud te-
79 netur, quòd † diſpoſitio loquens de dignitatibus, non habet
locum in illis quæ ſunt reuocabiles ad nutum & temporales, vt
dicit Abb. *in c. de multa, in 5. columna, & in c. cùm non ignores, de præ-
bend. & in c. G. perpetuus, in princ. de fide inſtrument. & in c. edoceri, in
quinta columna, de reſcriptis. & in c. poſtulaſti, per illum textum, eodem
titul.* Verùm quia contra iſta vrget text. *in l. ſufficit, ff. de condict. in-
debit. & in l. iuriſperitos, ff. de excuſat. tut.* vbi colligitur regula, quòd
80 paria † ſunt aliquid eſſe perpetuum vel temporale, & eſſe poſſe
perpetuum: quæ iura ad hoc cum pluribus concordant. indu-
cit Iaſon *in l. principalibus, in prima columna, ff. ſi certum petat.* Abb.
in c. cùm olim, de rerum permut. & in c. quanto, in 5. colum. de iureiuran.
Ideo dicas reſolutionem ſic, videlicet quod in odioſis proce-
dat prima regula. Secunda verò in fauorabilibus, argument. do-
ctrinæ Bart. *in l. item ſi in poteſtate, ff. de his quæ ſunt ſui vel alien. iuris.*
Limitatur ſecundò regula ſupradicta non procedere de iure ci-
uili, de quo poteſt committi cauſa non habenti dignitatem, vt
eſt text. *in l. fin. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.* quem cum aliis
concord. Alexan. ad hoc alleg. *in rubr. eiuſdem tituli.* Sed diligen-
ter aduertendum eſt, quod ille text. in quo principaliter funda-
tur iſta limitatio, non videtur probare id ad quod communiter
adducitur, quia dum text. dicit de priuato, non intelligitur de
priuato ratione dignitatis, ſed de illo qui non habet merum,
81 vel mixtum imperium. Quia † ille qui in inferiori gradu iuriſdi-
ctionis eſt, reſpectu ſupremæ priuatus dicitur, vt eſt caſus nota-
bilis *in l. præcipimus, §. final. C. de appellat.* ſic ergo ſtant iſta ſimul,
quod aliquis ſit in dignitate inferiori, cui legitimè cauſa meri &
mixti imperij committi poteſt, & tamen dicatur priuatus. & ita
videmus quod iſta ratione cauſa ciuilis quæ eſt de ſupremo im-
perio, priuata dicitur, vt eſt text. *in l. de fide, C. ad legem Corn. de falſ.*
Vides ergo quod text. *in d. l. fin.* nihil probat, alia iura quæ ad hoc
adducuntur per Alexand. non faciunt aliquid ad propoſitum.
Stat igitur concluſio firma, quòd diſpoſitio iſtius text. procedit,
tam de iure canonico, quàm ciuili. Non obſtat iſte text. ibi, ſedis
Apoſtolicæ. Quia illa verba frequentiam denotant, non iuris
miniſterium, & ideo nõ excluduntur alij habentes poteſtatem
committendi, argument. gloſ. notabilis in *Clemen. 1. in verſic. præ-
ſidentes, de reſcriptis.* quam ibi cum multis aliis pro ſingulari pon-
derat Andr. Sicul. poſt Imol. & eſt alia de iure ciuili non vul-
garis *in l. 2. in verſic. præcedenti, ff. de vulgari & pupillari.* quam ibi ce-
lebrat Iaſ. cum aliis concord. & per hoc eſt bonus text. *in l. ſcire,
§. 1. verſic. ſed & ſi maximè, ff. de excuſat. tutor.* quem pro ſingulari
commendat Andr. Sicul. *in commento l. cùm acutiſſimi, in 22. co-
lum. C. de fideicommiſſ.* & pro iſta opinione benè facit, quod dicit
Abb. *in c. 1. in gloſſ. 3. de conſanguin. & affinit.* vbi ex generalitate i-
ſtius text. volens poſſe committi cauſas exiſtentibus in digni-
82 tate, infert quod hodie † cauſę matrimoniales poſſunt commit-
ti inferiori Epiſcopo exiſtenti tamen in dignitate ſecundùm di-
ſpoſitionem iſtius text. ex quo generaliter loquitur, & non di-
ſtinguit cauſas. ita eſt dicendum in propoſito, quòd licet iſte te-
xtus de commiſſione Apoſtolica loquatur, non per hoc exclu-
duntur in foro ciuili Principes habentes poteſtatem delegandi,
cùm militet eadem ratio iſtius text. & ſecundùm hoc declara-
tur dictum Card. *in Clemen. 1. §. eiſdem, in princ. de foro compet.* dum
ponderabat iſtum textum *in verſic. literis Apoſtolicis.* quod eſt no-
tandum. Tamen non eſt recedendum ab opinione Alexan. quę
communiter tenetur. Nam ex quo duo ſunt diſtinctæ iuriſdi-
ctiones, temporalis, & eccleſiaſtica, *vt in c. nouit, de iud. & c. ſi duo-
bus, de appel. cum ſimilib.* de quibus *in c. per venerabilem, qui filij ſint le-
git.* & in vtroque foro reperitur hoc diſpoſitum, quælibet di-
ſpoſitio debet ſeruari in foro ſuo, vt not. *in c. 1. de arbitr. libro 6. &
in c. dilecti, de iud.* Non obſtat quod dicit Abb. *in d. c. 1.* quia de ſty-
lo cauſæ matrimoniales non committuntur aliis, quàm Epiſco-
pis, & ita hodie ſeruatur, vt tradunt Modern. *in c. cauſam matri-
monij, de offic. delegat. & in c. ſanè, eodem titul.* Niſi illi ſint ſuſpecti,
vel locus ſit remotus vltra vnam dietam; & ita ſeruat hodie ſa-
cra pœnitentiaria Apoſtolica, cuius immerito ſum regens. Li-
mito tertiò iſtum tex. non procedere, quando Papa committe-
ret cauſam temporalem laico, quia tali caſu poteſt fieri cõmiſ-
ſio nõ exiſtenti in dignitate. Ita dicit Ant. de But. Imol. & Mod.
Peruſ. *in c. ſua nobis, in vltimo notabili per illum tex. de appel.* & reſpõ-
dent ad iſtum text. quod procedat in cauſis ſpiritualibus, nõ au-
83 tem in temporalibus, † à quibus clerici alieni eſſe debent. Et ſe-
cundùm iſtam opin. conſuluit Andr. Sicul. *in conſ. 39. incip. Cle-
mentiſſime, lib. 1.* vbi poſt plures rationes, iſtam dicit communem
opinionem eſſe. Tamen contrariam opinionem tenet Iaſ. *in ru-
bric. de offic. eius.* poſt Imol. hic, qui concludunt diſpoſitionẽ iſtius
tex. generaliter loquentis de cauſis procedere etiam quãdo cle-
rico committeretur à Papa cauſa temporalis, propter rationem
quam ponit Innoc. videlicet, quia † eſſet inconueniens ꝙ per- 84
ſona vilis & ſine dignitate repręſentaret Principem ſupremum,
& iſtam opinionem dicit veriorem Alex. *in conſ. 77. incip. In cauſa
& lite, in 2. & 3. colum. in 2. volum.* vbi latiſſimè conſuluit in eadem
cauſa in qua ſuperiùs cõſuluerat And. Sicul. & reſpondet omni-
bus motiuis relatis per And. Sicul. adducens plures Doct. maio-
ris auctoritatis tenentes iſtam opinionem. Sed poſſent iſta dicta
concordari, quòd de ęquitate & honeſtate procedat dictum A-
lexan. & aliorum. Sed de ſtricto iuris rigore procedat contraria
opinio, iuxta text. *in d. c. ſua nobis.* Limita iſtam concluſionem nõ
procedere in legato Papæ committente cauſam vt Vicario Pa-
pæ. Quia tali caſu poteſt committere non habentibus qualita-
tes hic requiſitas. Ita tenet per plura Andr. Sicul. *in conſ. 39. Cle-
mentiſſime, in 3. colum. in 1. volum.* & iſta omnia de plano proce-
dunt reſpectu Papæ committẽtis. Sed maior eſt difficultas quid
ecõtra, an Imperator vel alius Princeps poſſit committere cau-
ſam Sacerdoti exiſtenti in dignitate, in qua quæſtione quia non
pertinet immediatè ad iſtum textum, concludo breuiter ſub di-
ſtinctione, quod aut eſt cauſa ciuilis & committi poteſt, ſecùs ſi
criminalis, ita diſtinguit Calder. *in conſ. 6. in titul. de offic. delegat.*
vbi reſpondet ad argumenta, quæ fieri poſſunt in contrarium,
& hoc tenet Iaſon *in rubr. de offic. eius, colum. fin.* contra Andr. Si-
cul. *in rubr. de offic. delegat. colum. antepenult.* qui tenebat contra-
rium, licet de Cald. non meminerint: & reaſſumit latiſſimè De-
cius *in c. 3. in 9. colum. verſic. quid e contra, de iud.* vbi aliquando dixi:
& certè articulus eſſet diſputabilis, vt apparet ex his quæ nouiſ-
ſimi tradiderunt ibidem. Limito quartò iſtum textum non pro-
cedere in primicerio, qui licet habeat officium in eccleſia, non
tamen poteſt eſſe delegatus, vt concludit Alexand. *in dicto con-
ſil. 77. in 2. volumine.* & hoc procedit etiam ſi partes conſenti-
rent, vt idem Alexand. ibidem, & Felinus *in c. cùm dilecta, colum.
9. de reſcript.* tenuerunt, ſequuntur Modern. Taurinen. *in l. man-
datum, colum. penult. de offic. eius.* Sed in hoc de primicerio vide-
tur dubitabilis iſta limitatio, vt ſuperiùs dixi, & etiam ex eo,
quia primiceriatus reputatur dignitas, vt Andreas Sicul. *in dicto
conſil. 39.* & Aretinus *in conſil. 23. in 1. colum.* & ideo Decius *in c. cùm
acceſſiſſent, in 1. notab. de conſtitut.* reducit opin. ad concord. cuius
opinio videtur poſſe morderi ex his quæ ſuperiùs dicta ſunt *in
extenſione tertia.* Vnde poteſt dici, quòd ſi eſſet in loco conſuetu-
do, quòd primicerius eſſet in dignitate conſtitutus, & tunc
procedit opinio Andreæ Sicul. Secùs ſi nulla eſſet conſuetudo,
quia conſuetudo poteſt facere quod officium ſit dignitas, vt
tradit Abb. *in c. de multa, de præbend.* & ante ipſum Bartolus *in l. 1.
C. de mulier. & in quo loco, libro decimo, colum. 2.* & Geminia. *conſi. 30.
incip. Dubium.*

Sed quæro de vna quæſtione, vtrùm diſpoſitio iſtius textus
procedat in commiſſione facta Iudæo? Dicas breuiter, quòd ſi
commiſſio eſt facta ex certa ſcientia, res de plano procedit, ſi
verò ad impetrationem partis: & tunc puto non valere com-
miſſionem, per text. not. *in c. cùm ſit, cum duobus ſequentib. de Iudæis,*
vbi Iudæis prohibetur publicum officium. Sed † eſſe iudicem, 85
eſt habere publicum officium, *vt in l. 1. & ibi gloſſ. ff. de iuriſdict.
omnium iudic.* ergo Iudæi iudices eſſe non poterunt, aliàs actus
eſſet nullus. Præterea † Iudęi prohibentur ab omnibus honori- 86
bus & dignitatibus ciuitatis, *l. fin. C. de Iudæis.* adeo quod neque
poterit eſſe medicus Principis, cùm talis habeat dignitatem, vt
dicit Bart. *in l. 1. C. de com. & aqua. lib. 12.* neque aliquem artem ex-
ercere in ſeruitio Principis, quia eo ipſo diceretur habere digni-
tatem, iuxta textum *in l. nemo præfectus, C. de dignit. libro duodecimo.*
quem pro ſingulari commendat Roman. *in ſingul. 830. incip. Tu
habes ad hoc.* Ex quo infertur quod neque etiam Iudæus coquus
Principis eſſe poteſt, cùm talis coquus dicatur habere dignita-
tem, vt idem Roman. refert *in ſingul. 66. incip. Vtrùm eſſe coquum,*
cum aliis concord. vt ſcribunt Modern. Aquenſ. *in rubr. ff. de iu-
ſtitia & iure. in 4. colum.* Ex quibus omnibus illud reſultat, quòd
eadem ratione neque eſſe poterit delegatus Principis. Nam eſ-
ſe iudicem delegatum eſt honor: *vt in c. vt debitus.* & ibi not. Mo-
der. *de appel.* & hoc adeo verum eſt, quod neq; cõſenſu partium
hoc fieri poterit propter clauſulam decreti annullatiuam hic
in fine poſitam, & iſta omnia de plano procedunt in Iudæo.
Sed quid in nouiter conuerſo ex gente Iudæorum, an talis po-
terit

rerit eſſe delegatus Papæ? text. *in c. conſtituit. 17. quæſt. 4.* videtur
innuere quod nondum prohibet Iudæis, vel his qui ex Iudæis
ſunt, officia publica exercere. Ita eſt ibi text. quem ad hoc pro
ſingulari allegat Iaſon *in rubr. ff. de iuſtitia & iure, in princ. num. 6.*
& ante ipſum Roman. *in ſingul. 672. nunc veniamus.* Sed in con-
trarium facit text. *in c. eam te, de reſcript.* per quem textum dicit ibi
Abb. quòd conuerſi ad fidem ex gente Iudæorum poſſunt ha-
bere dignitates eccleſiaſticas, ex eo quia magis laudandi ſunt,
quod conuerſi ſint, quàm vituperandi, quod Iudæi fuerint.
Non obſtat text. *in dicto c. conſtituit.* quia illa verba, quæ ex Iudæis
ſunt, non intelliguntur de conuerſis cum effectu, ſed de filiis
Iudæorum, vt ſit ſenſus quòd non ſolùm Iudæi, ſed qui naſcun-
tur ex illis priuantur adminiſtratione officiorum publicorum,
vel intelligitur de illis qui dicunt ſe velle fieri Chriſtianos, de
quibus *in c. Iudæi. & in c. ne quid abſit, de conſecrat. diſtinct. 4.* & ita in
terminis ad illum textum reſpondet Ioan. de Anan. *in c. cùm ſit,*
colum. fin. de iudæ. poſt Ioan. de Fantu. *in d. c. conſtituit.* Sed iſtæ ſo-
lutiones mihi non ſatisfaciunt, ex eo quia eſſet idem per idem
implicare. Nam ex quo text. prohibet Iudæos, intelligi debet,
ſiue ſint patres, ſiue filij, ſiue illi, qui conuerti volunt: quia om-
nes iſti ſub illo verbo, Iudæi, comprehenduntur, & ſic illa verba
quæ ſequuntur, quæ ex Iudæis ſunt, eſſent ſuperflua. Nec etiam
conuenit ſolutio gloſ. & Archid. quod illa verba intelligantur
de conuerſis ad fidem. Quia cùm magis ex hoc illi ſint laudan-
di, non videtur honeſtum, quod vnde præmium merentur, pœ-
nam conſequantur, vt patet *in dicto c. eam te.* Nam, vt inquit Am-
broſius, fidelior fuit Petrus poſtquam conuerſus fuit à peccato,
quàm antea: *vt in c. fidelior, 50. diſtinct.* Et ideo ego dupliciter re-
ſponderem ad textum *in d. c. conſtituit.* Primò, quod loquitur in
illis, qui cùm Iudæi fuiſſent, ſacrum baptiſma ſuſceperunt, qui
poſtea Chriſtianum nomen mentiti ritus Iudaicos interius ob-
ſeruatunt, hi ſunt quos nos in Hiſpania Marranos appellamus,
de quibus intelligitur ille text. Iſti enim deteriores ſunt Iudæis,
qui vtramque legem deludentes ſub ſpecie religionis, peſtife-
rum virus emittunt. Vel ſecundò reſponde ad *d. c. cõſtituit.* quod
ille text. non loquitur de conuerſis, ſed de Iudæis, qui in obſer-
uatione legis Iudaicæ perſeuerant, & iſti ſunt in duplici genere.
Quidã enim origine ſunt Iudæi, quidã verò ritu, & obſeruatiõe
legis, qui dicebantur proſelyti, qui de Gentilibus tranſibant ad
Iudaiſmum, vt dicit Nicol. de Lyra *in proœmio epiſtolæ primæ Petri,*
de quibus loquitur text. Matthæi 23. *cap.* dum dicit: [Væ vobis
Phariſæi, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſely-
tum:] vbi gloſ. exponit eo modo, vt dixi. Text. igitur *in d. c. con-*
ſtituit. volens vtrumque genus Iudæorum includere, dicit, Iu-
dæi aut hi, qui ex Iudæis ſunt, ſcilicet ritu per obſeruantiam ve-
teris legis: & hoc etiam videtur ſentire gloſ. *in d. c. conſtituit.* cùm
dicit, ex Iudæis ſunt, vel fortè de proſelytis, cum qua opinione
videtur ibi tranſire Vguſius. Ex quibus omnibus reſultat iſta cõ-
cluſio, quòd conuerſus ad fidem Chriſti, qui verè Chriſtianus
eſt poteſt eſſe delegatus Papæ, ſecundùm formam iſtius textus,
cùm dignitatem habere poſſit. Sed iuxta iſtud notabile quæro
87 vltra Doct. de notabili quæſtione, dicitur hic, † quòd cauſæ à
ſede Apoſtolica poſſunt committi exiſtentibus in dignitate vel
perſonatu, &c. quòd ſi aliquis habet dignitatem, vel perſona-
tum, ſed non in eccleſia cathedrali; nunquid poterit illi com-
mitti cauſa? Ratio finalis iſtius text. ſuadet quod ſic: quia iſte ho-
neſtè poteſt repræſentare Papam. Ex aduerſo obſtat iſte textus,
dum poſt enumerationem dignitatum, perſonatuum, & cano-
nicorum, ponit in fine illam clauſulam, eccleſiæ cathedralis, &
ſic videtur quòd talis clauſula in fine appoſita reſpiciat & qua-
lificet præcedentia, *l. talis ſcriptura, de legat. 1. & c. inquiſitioni, de ap-*
pellatio. Si ergo cauſæ poterunt committi exiſtentibus in digni-
tate, vel perſonatu, vel canonicis eccleſiarum cathedralium,
non aliis. Quia illa determinatio eccleſiæ cathedralis parifor-
miter reſpiciet omnia determinabilia, *l. iam hoc iure, de vulgar. &*
pupillar. & quia illa verba, cathedralium eccleſiarum, concer-
nunt dignitatem loci, quæ in iſto caſu conſideratur, quia in lo-
cis inſignibus præſumuntur eſſe homines peritiores, vt cauſæ
melius videantur, vt tradit Iaſon *in l. iuris ignorantia, in ſecunda &*
final. columna, C. qui admit. Nam quanto inſignior eſt locus ma-
gis præſumitur pro eo, vt *in c. legimus, 90. diſtinct.* & ſequitur Præ-
poſit. *in c. nouit, in prin. 12. diſtinct.* Breuiter concludo contrarium,
videlicet, quod committi poteſt cauſa à ſede Apoſtolicã habẽ-
tibus dignitatem vel perſonatum in locis honorabilibus, licet
non in eccleſia cathedrali. Pro qua opinione moueor ratione,
& auctoritate, quia videmus † quod plus eſt poſſe eſſe conſer- 88
uator quàm delegatus, vt dicit gloſ. hic *in verbo, canonicis, in princ.*
quam ſequuntur omnes: & tamen videmus quod qui eſt in di-
gnitate etiam in eccleſia collegiata poteſt eſſe conſeruator: er-
go eodem modo & delegatus. Secundò pro iſta opinione vide-
tur eſſe gloſ. in terminis, *in Clement. 2. in verbo, delegatus.* quam ibi
optimè declarat Imol. *eod. titul. de reſcript.* Non obſtat quod clau-
ſula in fine appoſita, &c. quia illa regula procedit, niſi ex hoc a-
ctus annullaretur, vt dicit Bartol. & gloſ. *in l. cùm vulgari, ff. de dot.*
prælég. & maximè quælibet pars iſtarum clauſularum habet ſuas
qualitates determinatas, & qualitas quæ in fine apponitur, po-
neretur cauſa declarationis: quia tali caſu regula non procedit,
vt not. Bartol. *in l. fin. §. Titia, ff. de liber. leg.* Sed in iſto textu illa ver-
ba, eccleſiarum cathedralium, fuerunt poſita ad declarandum
illum articulum de canonicis, vt dicit gloſ. hic, *in verſ. quadam, &*
in verſ. canonicis, circa fin. ibi, & not. quod dicit, canonicis, &c. & eo-
dem modo reſoluitur illa alia regula, quod vna determinatio,
&c. Quia illud procedit, niſi ſit diuerſa ratio, *vt in l. Caius, ff. ſolu.*
matrimon. Gloſ. 2. *in verbo, ſed Apoſtolica,* quæ interlinearis eſt: quæ
exponit text. in iſtis verbis, id eſt legatis, vel delegatis ab eis, &
ſentit gloſ. quòd diſpoſitio iſtius text. procedit in delegato le-
gati, videlicet, vt ſi ille det iudicem, quod teneatur ſeruare di-
ſpoſitionem iſtius text. & cum iſta gloſ. Doctores tranſeunt. Ta-
men conſiderandum eſt, quod iſte text. in quo fundatur glo. de
legato nõ loquitur, ſed ſolùm de iudice dato à Papa, vel eius le-
gato, qui eius auctoritatem gerit. Vnde qua ratione iſte tex. non
procedit in ordinario, vt tenet gloſ. & omnes, *infra in verbo, ſedis*
Apoſtolicæ. eadem ratione non habebit locum in delegato legati,
qui minor eſt ordinario. Quia ratio iſtius text. non militat iſto
caſu, quæ cùm ſit pœnalis, non debet extendi, maximè ad ca-
ſum diuerſum. Gloſ. ſanctione. concludit, † quòd ſanctio pro- 89
priè dicitur cui additur pœna, vt not. *4. diſtin. in ſumma,* cum iſta
gloſ. tranſeunt poſteri. Adde ſimilem gloſ. *in Clem. ſæpè, in verbo,*
conſtitutionem. quam ibi Card. & reperent. ſequuntur, *de verb. ſig-*
nif. & de hoc eſt caſus ad literam *in §. ſanctæ, Iuſtit. de rer. diuiſ.* cum
concord. vt adducit Deci. & Moder. *in rubr. de conſtit. in 2. lectu. in*
fin. & hoc de plano procedit, & eſt verum in ſe. Tamen reſpectu
iſtius text. gloſ. malè loquitur, ex eo, quia pœna, quæ hic poni-
tur circa annullationem actus, † & annullatio actus nõ eſt pro- 90
priè pœna, quando actus annullatur propter formam ſine ſolẽ-
nitatem non obſeruatam, vt dicit Bald. *in l. non dubium, in 2. co-*
lum. verſi. item not. C. de legib. & ſequitur Abb. *in c. 2. de conſtit.* & an-
te ipſum Petr. de Anch. *in commento c. 1. fol. 11. eodem tit.* Alexand.
in l. turpia, de legat. 1. & in iſto textu annullatio propter illam cau-
ſam inducitur: & ideo licet iſte text. appellet iſtam conſtitutio-
nem, ſanctionem, non tamen propriè dicenda eſt ſanctio, ſed
largo modo: & ita aliæ † conſtitutiones etiam nõ pœnales, ſan- 91
ctiones dicuntur, vt tradit gloſ. quæ allegat iura *in d. §. ſanctæ.* &
reaſſumit Troylus de Maluitiis, Doctor Bononien. *in tract. de ca-*
no. ſanct. fol. 2. in 1. colum. propriè tamen loquendo, ſanctio illa eſt,
quæ veram pœnam & naturalem continet, videlicet corpora-
lem vel pecuniariam, vt exemplificat Innocen. *in c. ſi verò, de ſen-*
tent. excommunic. † Gloſ. reformandum. concludit vnum, quòd 92
reformatio dicitur quando aliqua diſpoſitio non in totum tol-
litur, ſed pro parte corrigitur, ex quo inferunt Dominic. & Mo-
der. hic, † quòd ſi datur poteſtas alicui, vt reformet ſtatuta, non 93
videtur data poteſtas, vt in totum illa tollat & corrigat, ſed pro
parte reformet, allegat text. *in Clement. ne Romani, §. 1. de electio.*
cum iſta opinione tranſeunt omnes hic. Adde quod iſtam opi-
nionem approbat Ant. de Butr. *in c. irrefragabili, in 3. notab. de offic.*
ordin. & Roman. *in conſ. 325. incip. Quo ad primum, in 3. colum. verſic.*
ex quibus verbis. & Baldus *in conſ. 23. Eſt dicendum, libro 2.* ad idem
benè facit dictum Bart. dum loquitur de reformatione libel-
li *in l. fin. ff. de appellat.* benè facit *l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact. & tex.*
in l. 1. §. hoc etiam, C. de vete. iure enuclean. Sed tamen aduertendum
eſt, quod iſta opinio gloſ. & Dominic. dubitabilis videtur, &
confunditur per text. *in l. vectigalia. ff. de public.* vbi reformatio di-
citur, quando diſpoſitio in totum tollitur, & ità videtur capere
Bald. *in l. abſentem, num. 4. C. de accuſat.* facit text. *in l. maioribus, C.*
commun. vtriuſque iud. Non obſtat textus hic alleg. per Dominic.
in dicta Clement. ne Romani. quia ille text. non loquitur de refor-
matione, ſed de modificatione, vel correctione: & alia iura ſu-
perius allegata euitari poſſunt: nam text. *in d. §. adeo.* potiùs re-
torquetur: quia † reformare eſt nouam formam dare, *vt in l. pa-* 94
cta conuenta, ff. de contrahend. emptio. Iſtis tamen non obſtantibus,
non

non eſt recedendum à communi opinione iſtius gloſ. quam vl-
tra prædicta ſequitur Roman. in conſ. 362. Quo ad primum, in fin. &
Felin. in c. in noſtra, in 14. colum. in 16. correl. de reſcript. Decius in c. 1.
in 2. lectur. in 4. notab. de conſtit. & latius idem Decius in conſ. 174. in
2. colum. & hoc ex natura etymologiæ vocabuli deprehenditur:
quia reformare præſupponit aliquid eſſe priſtinæ formæ, vt tra-
dit Iaſon in l. petens. in 1. colum. C. de pact. & in l. lecta, ff. ſi certum peta-
tur. vbi latius dixi: & licet reformatio primam formam præſup-
ponat, nihilominus actus reformatus, non à prima, ſed à ſecun-
da forma nomen accipit propter rationem gloſ. anterioris, quæ
allegat textum in l. 1. §. ſed neque, C. de vet. iur. enuclean. & melior eſt
text. in §. cæterùm, verſic. nos verò. quem ibi Aretin. ponderat, Inſtit.
de legit. agnat. ſucceſ. & licet iſtis videatur aduerſari text. in c. literis,
de reſcript. prout eum ibi ponderat Abb. in 3. notab. & Moder. la-
tius, tamen quando prima forma reducitur in ſecundam ratio-
nem imperfectionis primæ, dicta in c. literis, non procedunt, vt
patet hic in reformatione antiquæ Extrauagant. quę per editio-
nem iſtius text. reformatorij reſoluta fuit. Nec mirum, cùm in
reformatione maior induſtria requiritur, iuxta ea quæ tradit
Baldus in conſil. 123. Reuerendiſſimus, in vltimo dubio. vbi per hoc
concludit, quòd ſi aliquis eſt deputatus reformator alicuius lo-
ci, ipſe per ſe ipſum ad locum accedere debet, & non aliis com-
mittere: quia per hoc cenſetur induſtria electa, vt referunt no-
uiſſimi Taurinenſ. in l. 1. num. 464. de offic. eius. Vt tamen prædicta
omnia concordentur, poteſt ſic dici: Reformatio poteſt capi
dupliciter. Primò pro quadam renouatione actus inualidi: & i-
ſto modo procedit dictum Baldi in d. conſ. 123 cum ſimilib. Secun-
do modo poteſt capi pro quadam additione, & ſuppletione ad
actum validum, & tunc procedit iſta gloſ. & dictum Abb. in di-
cto c. literis. Nam iſto caſu actus reformatus, magis quàm refor-
95 mans attenditur. Hinc videmus, quòd ſublatis ſtatutis † refor-
mationes etiam tolluntur, vt not. Baldus in l. 1. in princ. per illum
text. C. de latin. libert. tollend. quod non eſſet, ſi reformatio princi-
paliter conſideraretur, argum. l. oratio, de ſponſal. & vltra prædicta
iſtam gloſ. ſequitur etiam Paulus de Caſtr. in conſ. 351. Prædicta re-
formatio, in 2. volum. & clarius in conſ. 290. Viſis his, in 2. colum. num. 3.
1. lib. & Moder. Hiſpani, videlicet, quidam Ferdinan. Loazes, in
repetit. titul. Inſtit. de iuſtitia & iure, in princ. colum. 11. Gloſ. dignita-
te. ponit duo, primum eſt intellectus ad textum, ſecundò con-
96 trarium ſoluit. Circa primum concluſio eſt glo. † quod licet ap-
pellatione dignitatis veniat omnis præeminentia eccleſiaſtica,
vt not. in c. denique, 4. diſtinct. Tamen in textu iſto qui loquitur
de dignitate, iſtud verbum dignitas, capitur ſtrictè pro dignita-
tibus eccleſiaſticis: & ſecundùm hoc clericus ſimplex, licet vi-
deatur eſſe in dignitate, d. c. denique. & Doctor, vt in c. quanto, de
magiſtr. non tamen poterit eſſe delegatus, vt dictum fuit ſupe-
97 riùs. Sed obſtat modo vnũ, & aduertas, quia † certum eſt quod
hoc verbum dignitas, habet ſe vt genus generaliſſimum ad om-
nia miniſteria eccleſiaſtica, ita dicit Dominic. in c. 1. in 1. colum. de
conſuetud. quem cum concord. Moder. ſequuntur in tractatu be-
nefic. quæſtione 2. parte 1. ſi hoc ita eſt, ergo appellatione generis
quælibet eius ſpecies propriè comprehenditur, l. ſi quid earum. §.
interemptum, de legat. 3. & text. melior non ſolitus in communi al-
legari, in l. item legato, §. item intereil, ff. de legat. 3. tradunt Doctores
in rubr. de vulgar. & pupillar. Cùm igitur iſte text. ſimpliciter de di-
gnitate loquatur, igitur comprehendet omnes qui ſunt in ali-
qua præeminentia. Et ideo pro reſolutione conſiderandum eſt,
quòd regula prædicta procedit niſi Princeps vlterius procedat
declarando & reſtringendo genus, prout patet hic, dum diſtin-
guit ab iſto verbo dignitatis, perſonatum, & canonicatum: per
quod datur intelligi, quod illud verbum dignitatis, poſitum
98 hic, ſtrictè capiatur: quia † ſpecies ſeparata à genere reſtringit
ipſum genus, l. cùm de lanionis, §. cui fundum, ff. de fundo inſtruct. te-
net Iaſon in l. præſcriptione, in 4. columna, verſic. ſed ego, C. ſi contra ius
vel vtilitatem publicam. cum ſimilib. vt dixi in repet. c. 1. in 2. notab.
ſupra titul. proximo. & ſecundùm hoc benè dicit hic gloſ. & com-
munis opinio, quòd iſtud verbum dignitas, hic poſitum, capi-
tur ſtrictè, & ita tenendum eſt. In eadem gloſ. ibi, nota mirabile,
&c. gloſ. hic opponit contra text. iſto modo. Clarum eſt, quòd
in ætate viginti annorum quis poteſt eſſe delegatus, c. cùm vigeſi-
99 mum, de offic. delegat. & † tamen nullus poteſt obtinere dignita-
tem, niſi in vigeſimoquinto anno, vt in c. cùm in cunctis, de electio.
Ergo videtur quod aut iſta diſpoſitio non procedat, aut text. in
d. c. cùm vigeſimum. videatur correctus: timore tamen huius con-
trarij glo. reſpondet dupliciter. Primò, quòd iſta ratione fuit ad-
ditum hic in textu, vel canonicis eccleſiæ cathedralis. Nam ex
quo canonici poſſunt eſſe in ætate minori 25. annor. c. ex eo, infra
de elect. & not. in c. ſicut tempore, ſuprà eod. Ideo text. in d. c. cùm vigeſi-
mum. poterit hodie habere locum, quando commiſſio fit cano-
nicis, ſed in commiſſione quæ fit exiſtentibus in dignitate non
procedat. Vel ſecundò dicit gloſ. poteſt habere locum d. c. cùm
vigeſimum. quando quis obtinet diſpenſatiuè dignitatem in mi-
nore ætate. Ita concludit hic gl. cum qua poſteriores tranſeunt.
Adde Felin. in c. at ſi clerici, in 10. colum. de iud. & iſtam gl. ſequitur
expreſſè Cardin. Alex. in c. nos conſuetudinem, in 3. colum. 12. diſtinct.
Sed diligenter aduertendum eſt, quia nulla iſtarum ſolutio-
num tollit difficultatem d. c. cum vigeſimum. Nam † licet verum 100
ſit in ſe, quòd dignitas poſſit in vigeſimo anno diſpenſatiuè ob-
tineri, de quo tamen in fin. gloſſ. dicetur, illud tamen communi-
ter non contingit, ſed raro. Quia ea † quæ diſpenſatione Prin- 101
cipis acquiruntur, reputantur impoſſibilia, vt dicit Dominic. in
c. gratia, in gloſſ. penult. ſuprà eodem. & eſt text. in c. apud Iulianum, §.
fin. de legat. 1. cum concord. vt per Decium in c. 1. in 1. colum. de fide
inſtrument. & in c. at ſi clerici, §. de adulter. in 5. colum. de iudic. tradit
Angel. Aretin. in §. fœmina, per illum textum. Inſtitut. de adoptionib.
& Georgius Natam in repet. Clement. ſæpè, in 13. colum. de verborum
ſignificat. Iura † verò in dubio adaptantur ad ea quæ frequenter 102
accidunt, vt dicit gloſ. in c. quia ſæpè, infra de electio. per textum il-
lum vulg. in l. de his, & l. nam ad ea, ff. de legibus. & quia diſpenſatio-
nes conſiſtunt in facto, c. licet Epiſcopus, infra de præbend. facta verò
non præſumuntur, niſi probentur, l. quæcunque. §. fin. ff. de publicia.
nec etiam placet † quòd diſpoſitio textus in d. c. cum vigeſimum. 103
ad canonicos tantùm reſtringatur, & quod ſit ex alia parte in-
ducta correctio reſpectu dignitatum. Et ideo ego puto aliter
dicendum, videlicet, quòd text. in dicto c. cùm vigeſimum. non
ſolùm non corrigitur in aliquo, ſed etiam nihil faciat ad diſpo-
ſitionem iſtius textus. Et in primis præſuppono vnum quod fa-
tentur omnes in d. c. cum vigeſimum. videlicet quod diſpoſitio il-
lius textus, venit ad declarandum textum in l. quidam conſulebat,
ff. de re iudic. & ibi dicit Imola in ſummario. & Alexander etiam in
dicta l. quidam. quo † caſu conſtitutio declarans intelligitur ſe- 104
cundùm terminos conſtitutionis declaratæ, l. ſi prior. vbi Baldus
& Angel. ff. ſolut. matrimon. & in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & de-
monſtrat. tradit Socin. in conſ. 250. In cauſa Bononienſ. in 5. columna,
libro 2. Sed diſpoſitio dictæ l. quidam, procedebat tantùm in iu-
dice dato in temporalibus. Ergo eodem modo diſpoſitio dicti c.
cum vigeſimum. Concludo ergo, & dico, quòd text. in dicto c. cùm
vigeſimum. procedit, quando cauſæ temporales committuntur,
quia tunc ſufficit quod delegatus ſit in ætate viginti annorum,
immò dico quod non requiritur, quod ſit canonicus, ſed com-
miſſio poteſt fieri priuato, per textum in c. ſua nobis, de appellat. te-
nendo intellectum Anton. de Butr. Imol. & Moder. & pro hoc
eſt text. in l. fin. ff. de offic. eius. Præſupponendo modo commu-
nem intellectum, quamuis ſuperiùs in alio articulo aliter te-
nuerim, & ſic textus in dicto c. cum vigeſimum. ita intellectus ſine
determinatione procedit, ſed textus noſter loquitur in cauſis
eccleſiaſticis, in quibus maior induſtria requiritur, vt in cap. 2. de
tranſlat. epiſc. & ideo delegati in huiuſmodi cauſis non ſolùm de-
bent eſſe in idonea ætate, ſed etiam qualitate hic requiſita, &
ſic concordando tempora concordantur ſcripturæ, vt in capit. in
ſcripturis. 8. quæſtione 1. Vnum tamen omittendum non eſt, ad
quod gloſ. hic in fin. eſt notanda, dum videtur ſentire vnum ne-
ceſſarium in materia diſpenſationis, videlicet, quòd licet regu-
la ſit tradita per gloſ. & Doctores in Clement. 2. de ætat. & qualitat.
& Bart. in l. in quæſtionibus, ff. ad legem Iuliam maieſt. quòd † diſpen- 105
ſatus in vno, nõ cenſetur diſpenſatus quo ad conſecutiua ſepa-
rata, tamen illud procedit, quando aliàs in conſecutiuo reperi-
tur inhabilis. Sed ſi in conſecutiuo non reperitur inhabilis, facta
diſpenſatione in antecedenti, tunc vigore talis diſpenſationis,
non ſolùm poteſt exercere principale, ſed etiam acceſſorium &
ſeparabile, in quo non erat inhabilis: ita eſt gloſ. hic, quam mul-
tum commendat & extendit Præpoſit. in c. vos, in 3. colum. 12. di-
ſtinct. & ratio eſt, † quia diſpenſatio videtur reſpectu acceſſorij 106
tollere obſtaculum, per quod illud acceſſorium expediri non
poterat: & ita iſtam gloſ. ante Præpoſit. ad hoc ponderauit Do-
minic. in dicto c. nos conſuetudinem, 12. diſtinct. & reaſſumit latius
Felinus allegans ad hoc iſtam gloſ. in c. poſtulaſti, in 15. colum. de re-
ſcript. & in c. at ſi clerici, §. de adult. in penult. colum. de iud. & ante ip-
ſos iſtam gloſ. ad hoc idem notat Abb. de quo prædicti non fa-
ciunt mentionem in c. cum nuncius, in princ. de teſtib. Sed tu audias
quod

quod iſtud dictum non eſt ſine dubio quia ſi aliquis in conſe-
cutiuo habilis reperitur, quod poſſit deinde illa conſecutina
expedire, nõ procedit ratione diſputationis, ſed quia alias ha-
bilis fuerat, & tali caſu non benedicunt Doct. quod diſpenſa-
tio tollat obſtaculum, quia ſi illud erat ſequitur quod nõ erat
habilis, cum fuerit impeditus. *c. fraternitati. & c. pen. de frigi. &
ma.* & propterea diſpenſatio requiritur, cuius contrarium fa-
tentur Doct. Ideo cogita. ¶. Glo. canonicis diuiditur, vt hic per
Io. de And. in nouel. Ego autem tot faciam partes, quot erunt
dicta notanda in ea: in prin. igitur gl habes colligere vnam cõ-
cluſionem, quod diſpoſitio iſtius tex. non habet locum in of-
ficijs perpetuijs exiſtentibus in Eccleſia cathedrali ex eo, quia
illa differunt à canonicatibus, vt probatur *in c. 1. inf. tit.* 1. cum
iſta gl. tranſeunt poſteriores. Sed aduertendum eſt, quòd text.
in d. c. 1. non probat quod de iure ſit differentia inter perpetua
officia & canonicatus, ex eo quia illa verba ad conſuetudinẽ
quarundam Eccleſiarum referuntur, ſecundum quam iſta no-
mina varientur, vt dicit ibi Domin. & Abb. *in capit. de multa.* per
hoc tamen non probatur abſolutè, quod de iure canonicatus
107 non ſit officium perpetuum, cum iſtud verbum † officium, ſit
latiſſimum comprehendens omnem præeminentiam Eccle-
ſiaſticam, vt tradit Imo. *in Clemen. 1. in 4. col. de regu.* Abb. *in cap.
cum dilectus. colum. penul. de conſuetu.* cum concor. vt per And. Sic.
& Doct. *in rub. de offi. & po. iud. deleg.* & latius per Ioan. Franciſcũ
Pauinum Rotæ auditorem *in tracta. de offic. & pote. c. ſede vacan.
in verbo officio. fol.* 4. & Corneus *conſ. 76. Præſens, in litera G. in 3.
parte.* Abb & Dec. & alij *in c. poſt ceſſionem. de probatio.* & ſecundũ
hoc canonicatus comprehenditur ſub illo verbo, & canonici
poterunt dici in officio perpetuo.

108 Sed tamen iſtis non obſtantibus tenenda eſt concluſio gl.
† quòd illis committi non poſſit cauſa ex eo, quia officia per-
petua differunt à canonicatu. vt eſt caſus *in cap. quia ſæpe. infra
de præben. eodem lib.* & ſunt officia perpetua, vt Sacriſta, cuſtos,
vt dicit Pet. de Ancha. *in dicta capit. 1. infra de conſuetu.* & prædi-
cti Docto. & ita ponitur *rubrica de officio cuſtodis, vt text. in cap. ſi.
eiſdem tituli,* & eodem modo Rector Eccleſię dicitur in officio,
cap. licet. inf. de electio. & eodem modo, propoſitus dicitur in of-
cio, *vt in cap. dudum. el primo. de electio.* ſic etiam plebania, vt *in c.
quod Dei. de ſta. mon.* Non obſt. prædicta omnia, quia illa proce-
dunt capiẽdo illud verbum largo modo, ſed in quæſtione illa
109 loquitur capiendo verbum ſtrictè. † In eadem gl. *ibi, item ſcias,*
habes quod licet canonici Eccleſiæ cathredralis poſſint eſſe
delegati, non tamen poterunt eſſe conſeruatores. Ratio iſtius
concluſionis eſt ſecundum glo. ex eo, quia *in cap. fin. infra de offi.
delega.* non ſit mentio de canonicis, &c. Doct. omnes ſimplici-
110 ter tranſeunt cum iſta glo. † Sed mihi iſta opin. non ſatisfacit,
ex eo quia quando duo ſunt æquiparata in materia æquipol-
lenti diſpoſitio poſtea loquens de vno habet locum in alio, ni-
ſi expreſsè excipiatur, *l. ſi quis ſeruo. C. de furt.* tradit Bart. *in l. ſi cõ-
ſtante. in 5. colum.* & ibi Iaſon. *ff. ſolu. mat.* & Abb. *in cap. de multa.
in gloſſ. in verbo, in eadem Eccleſia. de præben.* Sed in text. noſtro ca-
nonicatus æquiparatur dignitati in materia delegationis. Er-
go eo modo. quo poteſt eſſe delegatus, poterit eſſe conſerua-
tor, cum conſeruatores iudicibus delegatis æquiparentur, &
ita ſub illo titulo ponuntur, vt patet *in cap. 1. & in d. cap. ſi. inf. de
offic. deleg.* Accedat ad hoc, quia canonicatus largo modo venit
appellatione dignitatis, & habet magnam prærogatiuam in
Eccleſia cathredrali, vt *ſupra* dictum eſt in textualibus per di-
ctum Inno. *in cap. fraternitatem de ſepul.* Ergo diſpoſitio illius *c.
fi.* loquens de dignitate & perſonatu comprehendet canoni-
cos, ex quo illa diſpoſitio eſt fauorabilis, & ſic latiſſimè exten-
111 denda. *cap. odia. infra de reg. iur. l. venia. & ibi glo. C. de in ius vocan.* †
& quia in materia etiam odioſa non prohibetur fieri extenſio
ad caſum, qui lato ſumpto vocabulo poteſt comprehendi. *l.
filium habeo. ff. ad Macedon. cum alijs allega.* per Iaſon. *in l. fin. ff. de in
ius vocan.* nec obſtat quod in *cap. ſi. infra de offi. deleg.* non fiat mẽ-
tio de canonico, quia reſpondetur ſatis eſſe factam mentio-
nem intenſiuè ſub illo verbo dignitatis, quo caſu opin. gl. hic
nõ procedit. In ea. glo. ibi, ſed vt *ſup.* dixi, &c. habes ex gl. quod
diſpoſitio illius text. procedit in canonico legitimæ ætatis, a-
lias illi committi non poteſt cauſa, niſi ex certa ſcientia princi-
pis, cum iſta gloſſ. tranſeunt omnes hic, adde Felin. *in cap. at ſi
clerici. §. de adul. colum. penult. de iudi.* Sed conſiderandum eſt,
quod gloſſ. iſta bene loquitur, caſu quo ſolum canonico exi-
ſtenti in minori ætate cauſa committeretur, quia tali caſu in-
firmitas iudicij prohiberet illum eſſe iudicem. *l. quidam de re
iudica.* † Sed tamen cum de ſtylo Romanæ curiæ ſoleat po- 112
tius duobus, quam vni, & tribus, quam duobus cauſa com-
mitti: vt dicit text. *in cap. prudentiam. in prin. de offi. delega.* videtur
dicendum, quod iſta gloſſ. non procederet, quando aliter in-
dex fuiſſet legitimæ ætatis, & in qualitate hic requiſita, quia
dato quod vnus non ſit legitimæ ætatis, tamẽ ex habilitate al-
terius poſſit procedere, arg. text. notabilis ſecundum quod
ibi not. Bald. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden.* & quæ per illũ
tex. cumulat Fran. Curt. *in tract. de teſti. in 1. q.* maximè quia iſte
text de ætate non diſtinguit, & licet text. *in cap. cum vigeſimum
de offi. delega.* requirat ætatem 20. annorum in iudice, illud pro-
cedit in cauſis temporalibus, vt *ſupra* dictum fuit in alio arti-
culo, vel ille text. procedit de antiquo iure cui per iſtum text.
cenſetur derogatum vel procedit, quando vni tantũ, vel duo-
bus committitur cauſa: quia tali caſu ſi ambo fuiſſent in mino-
ri ætate procederet ille text. & opin. gl. hic. Secundo quando
vnus ex iudicibus fuiſſet legitimæ ætatis, & aliter non, iſte ca-
ſus eſt mixtus, & ideo non comprehenditur ſub diſpoſitione
d. cap. cum vigeſimum. per ea quæ tradit Bart. & Doct. *in l. 2. ff. de
verbo. oblig.* Non obſt. tex. *in cap. cum ſuper. de offic. deleg.* † dum ibi 113
dicitur quod ex duobus iudicibus, ſi aliter eſt inhabilis non
poteſt procedere cum habili, quia reſpondetur illud proce-
dere, quãdo inhabilitas eſt reſpectu iuriſdictionis. Sed in caſu
noſtro defectus non eſt in iuriſdictione, ſed in ætate, & de illa
non reperitur cautum, cum tex. hic ſimpliciter requirat cano-
nicatum in iudice, vel dignitatem. Vnde ſi ſecundum diſpoſi-
tionem iuris cononici poteſt eſſe in minori ætate, poterit eſſe
iudex, & text. *in d. cap. cum vigeſimum.* procedet in caſibus præ-
dictis, vel habebit locũ ſolum in dignitatibus, & perſonatib.
In ea. *ibi, nec iſta decretalis dicit quod hoc ſufficiat, &c.* Nota ex iſta
gl. ſecundum omnes hic, quod † differentia eſt inter verbum 114
ſufficere, & requiri, quia verbum ſufficit de natura ſui nihil a-
liud requirit. quam qualitatem expreſſam. Sed verbum requi-
ritur, ſignificat, quod omni ex parte habilitas concurrat etiã
in caſibus nõ expreſſis, quod facit ad ſtatuta ſecundum ipſos.
Adde quod iſtam glo. in hoc approbat, & ſequitur Abb. *in cap.
1. in 6. notab. de poſtu. præla. & in cap. cum dilectus. in 20. colum. nume.
33. de ordi. cog.* & alibi ſæpe & plura congerit Ant. Corſer. *in no-
tabilibus ſuis in verbo ſufficit. num.* 332. qui ad hoc iſtam gl. reputat
notabilem. & per hoc dicit Abb *in c. 1. in vlti. not. de except.* quod
† teſtis per exceptionem conuictus de crimine nulla pęna de-
bet puniri propter verbum ſufficit, poſitum ibi in text. de cu- 115
ius natura eſt, vt nihil aliud requiratur, vt *ſupra* eſt dictum. &
idem tenet Abb. *in c. ſi. in 3. col. de ſuc. ab inteſt. & in c. cum locum. in
2. notab. & in c. tua. verſ. ad idem. & in c. cum apud. in 2. not. de ſpon. &
in c. ſi. in 2. notab. de ſpon. duo.* Felin. *in c. verum. in pen. colum. de fo. cõ-
pe. & in c. cum nuncius. in prin. de teſtib.* cum alijs inductis per Soci.
in conſ. 99. colum. 5. lib. 3. Circa illud quod gl. *hic in fine* dicit quod
ſufficit quod ſit canonicus tempore datæ, hic oritur notabile
dubium, quod propoſitum fuit ſuit ſæpe in Rota, an † quali- 116
tas prærogatiuãs requiratur, adeſſe tempore datæ, an tempore
vacationis, an verò vtroque tempore, vt ecce, duo impetrant
gratiam exſpectatiuam, quorum vnus erat ſcriptor Apoſtoli-
cus, alius verò ſimplex clericus, qui poſtea tempore vacatio-
nis beneficij fuit effectus auditor Rotæ, an iſto caſu debeat
præferri ſcriptor auditori in concurſu gratiarum. Gemi. ponit
quæſtionem in terminis *in conſ.* 113. & tenet quod auditor de-
beat præferri, & videtur ſentire Bald. *in c. conſtitutus. in 3. colum.
de reſcrip.* & gloſſ. *regulæ Cancellariæ in regula prærogatiuarum. col.
pen.* & videtur tenere Rot. *in antiq. deciſ.* 857. *Vrbanus.* & ſentit
Abb. *in c. dilectus. in 2. colum. de præben.* & idem Abb. & Barba. *in c.
cum te.* & ibi Felin. *in pen. col. verſ. fallit quinto. circa finem. de reſcrip.*
Cald. *in conſ. 21. tit. de præben.* & plures alij quos breuitatis cauſa
non refero. Contrarium tamen tenuit Rota me præſente de
anno 1532. de menſe Iunij coram R. P. D. Iacobo Simoneta in
quadam cauſa Dom. Nicolai de Pycolominibus auditoris, &
tunc fuit dictum quod ſemper Rota tenuit qualitatem requi-
ri vtroque tempore, & ideo fuit dictum Dom. Nicolao quod
concordaret, & Rota mouetur per verba regulæ quæ dat præ-
rogatiuam in exſpectatiuis conceſſis auditoribus, & ſic præ-
ſupponit tempore conceſſionis, & ſic datæ debere eſſe tales,
quia † qualitas adiecta verbo debet adeſſe tẽpore verbi. *vulg.* 117
l. ex facto. de vulg. & pupil. l. in d. … §. … ff. de adil. edict.
Pro quo opin. adducebatur *conſ. Bal. 401. incip. Pet. de Seſſa. lib. 1.*

&c. Ita eſſe de ſtylo curiæ atteſtatur Ioachimus de Narnia antiquus aduocatus, & poſtea auditor in quodā ſuo cōſilio. Ad primum, in tertio dubio, qui allegat ad hoc gloſſ. *in cap. ſtatutum. eodem titu. lib. 6.* vbi ad effectum prærogatiuæ. & qualitatis requiſitæ, de qua ibi, requiritur quod quis ſit in dignitate, vel canonicus tempore datæ. facit *l. Mela. ff. de alimen. & cib. leg.* & pro iſta opin. facit alia regula Cancellariæ, quæ vult quod quādo aliqui ſunt pares in data p̄feratur prærogatiuatus, minus prærogatiuato, & pro iſt. o pin. faciunt quæ in ſimili tradit Villadiego *in tracta. de leg. quaſt.* 4. & Aloyſius Tuſcanus *in quodam ſuo conſil. poſito in 2. volum. fol.* 142. Sed in contrarium pro prima opin. plura adducta fuerunt, maximè ponderata regula quæ dicit in aſſecutione, &c. & ſic conſiderat vacationem beneficij. & per conſequens effectum quo ad prærogatiuam.
118 & ideo quādo habetur reſpectus ad finem tunc debet † qualitas conſiderari tempore effectus. Barto. *in d. l. ex facto. in 1. col.* præterea quia exſpectatiua eſt gratia conditionalis *l. cum ita. de opti. lega.* & in cōditionibus ſufficit qualitas tempore completæ conditionis exiſtere. *l. cum qui poſt. ff. de condi. & demon. l. non oportet. de lega. 2.* Nam quælibet res ſecundum effectum cōſiderari debet, *cap. cum dilectus. de ord. cog.* Et quia priuilegium auditorū fuit conceſſum collegio. & ideo † quandocunq; quis efficiatur auditor habet illud priuilegium. & pro iſta parte facit text. *in l. ſi cognatus. ff. de re. dub. & in l. interuenerit. ff. de leg. praſt. & in cap. et cui. de preben. lib. 6.* vbi qualitas requiſita ad aliquem effectum conſideratur tempore effectus. Non obſt. contraria, quia loquuntur quando effectus conſideratur tempore datæ, vt *in cap. duobus de reſcrip. lib. 6.* quia tali caſu tempus datæ debet attendi: Secus iſto caſu, vt Abb. diſtinguit *in capit. dilectus. el 2. de preben.* vide plura ad propoſitum quæ congerunt Mod. de Ripa *in cap. inter catera. in 3. & 4. col. de reſcript.* Præterea facit, quia iuſtum eſt quod qui habet damnum conſequatur commodum: ſed ſic eſt quod eo ipſo quod quis eſt auditor, & eius beneficia ſunt reſeruata, ergo eodem modo honeſtum eſt, quod in aſſequutione eorum ſi vacant quando eſt auditor poſſit vti prærogatiua dignitatis. Primum probatur per Felin. *in capit. in noſtra. concor. 21. de reſcript.* & Gemin. *conſil. 79. in fin.* Itaque conſideratis omnibus res fuit valde dubia, & vota dominorum paria, & propterea mandatum fuit concordari. Contingit autem eodem anno & menſe in cauſa mea Canonicatus Elect. alia quęſtio coram Dom. Nico Picolo auditore. Nunquid ego,
120 † qui tempore datæ exſpectatiuæ meæ non eram auditor, ſed tempore vacationis ſum auditor, poſſim vti priuilegijs diligētiarum conceſſis auditoribus: Et fuit dictum quod ſic, quia diligentiæ veniunt poſt vacationem, & ſic reſpiciunt illud tempus in quo ego ſum auditor. Et quia hic non agitur de cōcurſu prærogatiuarum in præiudicium alterius, & ideo res non habuit dubium, & ita cōcluſum fuit & obtinui Hæc volui hic ſcribere potius memoriæ cauſa, quam doctrinæ. Glo. legatorum. habes concluſionem ex gloſſ. quod diſpoſitio iſtius text.
121 habet locum in omnibus legatis, † quorum tres ſunt ſpecies, de latere, nati, & miſſi, vt habetur *in cap. penult. de offic. leg.* & ratio iſtius concluſionis aſſignatur hic per gloſſ. quia tex. iſte generaliter loquitur, & ideo generaliter debet intelligi, & ita cū iſta gloſſ. poſteriores tranſeunt, & eam expreſsè ſequitur Gūdiſaluus de Villadiego quondam auditor Rotæ *in tracta. de le-*
122 *ga. q. 3.* Sed aduertendum eſt, quia videtur quod † verba ſimpliciter prolata debent intelligi de digniori & maiori, & in potiori ſignificatu. *l. 1. §. qui in perpetuum ff. ſi ager vecti.* Sicut appellatione excommunicationis de maiori intelligimus, & eodem modo appellatione iudicis de ordinario intelligimus, vt tradunt communiter Docto. *in rub. ff. de iuriſd. omn. iud.* Sic eſt hic dicendum, quod legatorum appellatio de maiori, & ſic de legato de latere debet intelligi: niſi dicas quod hoc multoties fallit propter ſubiectam materiam.

(*,*)

REPETITIO
IN CAP. TIBI QVI. De Reſcript.

Clariſſimi I. V. C. D. Alexandri de Antilla Florentini.

SVMMARIVM.

1 *Literas Apoſtolicas primo impetrans præfertur ſecundo, etiam ſi primo præſentauerit.*
2 *Dictio, affecta, quomodo capiatur. num. 7.*
3 *Dictio, quinimmo, quid ſignificet.*
4 *Dolum quis ſi allegat, probare debet.*
5 *Repetentem decet pauca textualia recitare.*
6 *Impetratio quid ſit.*
8 *Occupantis melior eſt conditio.*
9 *In procuratoribus, & impetrantibus, non eſt par ratio.*
10 *Beneficium idem ſi duobus conferatur eodem tempore, collatio vitiatur.*
11 *Simile omne eſt diſſimile, vnde ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differentium comparatio, & in ea non requiritur, quod res tota ſit toti rei ſimilis, ſed in eo ad quod confertur.*
12 *Receptio quædam eſt iuris & quædam facti.*
13 *Abſentes an ſint vocandi in receptionibus iuris & facti, & an debeat fieri collegialiter.*
14 *Collegium non conſiſtit in minori parte in caſu non conceſſo.*
15 *Receptio, quæ fit ad mandatum ſuperioris, an debeat fieri collegialiter.*
16 *Executor ſi eſt datus ad prouidendum, ſtatim per præſentationem factam ei, ad quem ſpectat collatio, affecta eſt præbenda: ſecus ſi ad compellendum.*
17 *Executor ſi alicui prius conferat præbendam, quàm eum faciat recipi in canonicum per collationem præbendæ intelligitur ſibi conferre etiam canonicatum.*
18 *Executore dato ad prouidendum quare per præſentationem tollatur poteſtas ordinario prouidendi.*
19 *Executore mortuo, qui reſeruauit collationem præbendæ, ad quem ſpectabit collatio.*
20 *Impetrans primus quo caſu dicatur negligens, ita quod ſecundo debeatur præbenda.*
21 *Negligentia quo caſu non impediat conſecutionem præbendæ.*
22 *Argumentum a contrario ſenſu an procedat.*
23 *Negligens quis dicatur.*
24 *Negligentia executoris an noceat impetranti.*
25 *Commiſſarij teſtatoris an poſſint eſſe incerti.*

TIBI QVI. Repetiturus præſens capitulum *ſub titu. de reſcript. lib. 6.* Primo illud ſummabo, licet breuiter fieri non poſſit: & propter hoc credo gloſſam vel nouellatorem non ſummaſſe. Summa ergo, & ſic. † Si ex duobus impetrantibus 1
in eadē Eccleſia literas Apoſtolicas in ſimili gratia ſuper proximo vacatura, ſecundus primo præſentet, & in canonicum recipiatur, in præbenda vacante poſt receptionem primi, pręfertur ipſe primus. hoc primo. Idem ſi ante receptionem primi vacet præbenda per notificationem, interdictum ſeu reſeruationem ſui executoris affecta. hoc ſecundo. Idem in præbēda vacante ante præſentationem, ſi in literis primis Papale decretum apponitur. hoc tertio. Prædicta vera, niſi dolus vel notabilis negligentia primo imputari poſſit, hoc quarto & vltimo. Diuiditur autem ſecundum Ioan. Mod. ſic: Quia primo ponit tres caſus, in quibus primus impetrans præfertur. Secūdo illos in fine moderatur. Tu autem facias quatuor partes, ſicut quadruplex ſummarium poſui. Secunda *ibi, idem.* Tertia *ibi, quinimmo.* Quarta *ibi, in prædictis.* Etiam litera correcta, & poſito caſu in terminis, quem etiam ponit gloſ. Venio ad expoſitionem literæ, *tibi qui.* licet quidam docto. legiſtæ in pronominibus, relatiuis, copulis, diſiunctionibus, monoſyllabis, coniunctionibus, & ſimilibus in eorum repetitionibus communiter inſtent, id noſtro propoſito non putans competere, ſed potius grammaticis ipſis relinquere diſpoſui. Eſt enim meum hæc iura tractare, non autem orationis partes vel participia

cipia alphabetarijs quærere. Similem ergo diſſimilem, *vt.2.*
diſt.c.4. De præbenda] iſta forma aliquando conuertitur, *vt inf.*
de præben.ſi clericus. Io. And. Sequitur §. *idem.ibi, Pertinebat*] de
2 iure vel conſuetudine ſecundum Arch. † Affecta] idem ver-
bum *inf. de conceſ. præb. ſi capitulo.* & componitur ex ad & facio
mutata d, in f, ſecundũ deriuatores, & ponitur pro informa-
re, pro punire, vel tormentare, & pro capere. vnde verſus: *Af-*
3 *ficit, informat, punit, capit, hæc tria ſignat.* Sequitur §. † *quinimmo.*
de hac dictione hic per Archi. diccutẽ, quod ſunt duæ dictio-
nes, ſc. quin. & immo, & ſcribitur per duplex m, & eſt aduer-
bium eligendi. Quandoq; etiã ſonat in potius. Quandoque
affirmandi, & ſonat in certe. Quandoq; eſt cõiunctio illatiua,
& valet quantum igitur. & vide quod no. *de hæc. inſti. l. ſi ita. in*
1. glo. vbi dicitur, quod qñq; ponitur prout. quandoq; pro vel.
4 Sequitur §. *in prædictis.* expone *vt in gloſſ.* † Dolus] quem qui
allegat probare debet, *ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. C. de dolo. l.*
dolum. circa quod vide quod plene ſcripſit Io. Mona. *inf. de reg.*
5 *iur. ſcienti.* & hic quo ad apoſtillas tex. facio finẽ. † Nec mire-
tur aliquis, ſi tam pauca textualia recitaui, quoniam repeten-
tẽ ſic facere decet, vt teſtatur mortuæ vocis ſiue calamo, do-
ctor meus Io. And. *in c. beneficio de reſti. in integ. in prin.* vbi ad in-
ſtructionem repetentium ſic dicit: Diſcant ergo volentes in
ſtatu ſcholaſtico formoſe repetere pauca & breuia, & non ex-
quiſita textualia recitare. Venio ad oppoſitiones, & primo
oppono contra *prin. c.* vbi dicitur, quod impetranti fuit gratia
6 conceſſa. † Sed contra, quia impetratio dicitur ambitio, *infra*
de præb. quamuis, 1. Sol. ex parte cõcedentis dicitur gratia, huic
eſt quod donare videtur, *de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ad fin.*
de hoc tu dic, vt not. *de præb. relatum.* Ex parte vero impetran-
tis dicitur ambitio: in concedente ergo loquitur hic in impe-
trante loquitur contrarium. & ideo ex parte ipſius impetran-
tis fit reſtrictio, vt *in d. c. quamuis. & eo. titu. ſi pluribus.* ſecundum
Archi. Secundo oppono etiam ad primam partem *c. inquantũ*
dicit, quod habens primo canonicatum poſtponitur. *de l. re-*
ſcripto. ff. de mune. & hon. & C. de conſul. l. 1. lib. 12. & hæc eſt obie-
ctio Arch qui non ſoluit. Tu dic, quod *in l. reſcripto. in prin.* di-
citur, quod prout quiſque decurio creatus eſt, ita magiſtratũ
adipiſcatur. Item *in l. 1. de conſu.* dicitur, quod inter conſules
attẽdere dẽt qui primus fuit cõſul: ſed iſte ſecundo impetrãs
primo fuit canonicus, ergo, &c. Solu dic, ꝙ ibi ſecũdus factus
decurio vel conſul, ante creationem primi non habebat pure
ius ad rem, ſed hic ſecus. & pro textu modo bene facit *prædicta*
l. 1. in fi. de conſul. vbi primus cõſul ſecũdo patritiatum adeptus
præfertur ſecundo conſuli, qui illum in patritiatu præceſſit:
ita hic primus impetrans, qui eſt ſecundo canonicatum ade-
ptus, præfertur ſecundo impetranti, qui eum in canonicatu
præceſſit: & vide quæſtionem ſecundam poſitam *ſuper regula,*
ſine culpa. infra de reg. iur. in primo membro. & in ſolutionibus cõ-
trariorum, vbi Io. And. Aduerte, quia iſtud contrarium trahit
7 ſecum aliud. † Et ideo oppono tertio, & ſic illi debetur prima
præbenda vacans, pro quo primo eſt affecta, quia hic ſumitur
afficere pro capere, vel informare, vt ſic pro vno capta pro a-
lio capi non poteſt, ſed pro ſecundo prius petiuit affecta per
collationem canonicatus, *inf. de præb. cum cui & c. ſi poſtquam* &
expreſſus *de conceſ. præb. ſi ſolt. in fi.* ergo debetur ſecundo & non
primo. Solutio, fateor maiorem, niſi aliquid præcedat affe-
ctionem, quod ipſam habeat impedire: ſed hic præcedebat
impetratio primi, quæ impedit affectionem factam pro ſecũ-
do habere vires, ex quo ipſe primus receptus eſt, antequam
conferatur vacans præbenda ſecundo. Probatur hæc ſolutio
expreſſe per id quod not. Arch. *inf. eo. duobus. ſuper verbo. aſſecu-*
tus. & quod not. *inf. de conceſ. præb. ſi ſolt. in glo. magna, verſ. ſi autem*
canonicatus. vbi dicunt, quod ſi primo mãdatur conferri, & ſe-
cũdo collatus eſt canonicatus, debetur præbenda primo, &
tamen prius fuit affecta pro ſecundo quam pro primo, ſc. per
per collationem canonicatus. Vel poſſum negare maiorem,
quia non ſequitur ſemper, pro iſto eſt affecta primo. ergo pri-
mo ſibi debetur. ita dicit glo. *in Clem. cum ei. 1. reſponſo. de conceſ.*
præb. quæ incipit, Si enim circa medium. ſed hæc ſolutio eſt eadem
cum prima, quia ſi nihil præcederet, quod impediret affectio-
nem, ſemper deberetur ei, pro quo eſt affecta, ſi ipſam vellet.
Sed quando aliquid præcedit impediens. tunc ſecus, & ſic in-
telligatur illa glo. alleg. † Quarto oppono adhuc ad primam
8 partem de *l. pluribus. ff. de procu.* vbi melior eſt conditio occupã-
tis, ad idem. *ſup. de procur. non iniuſte.* ſed hæc conditio occupã-
tis nõ eſt melior, ergo &c. Solue, quod hic Papa voluit vtrũ-
que obtinere cum ordine ſuo, & ideo primus eſt potior. rece-
ptus poſt receptionem ſecundi, ex quo in perſona ſecundi fa-
ctum non erit perfectum. Io. Mon. & Arch. Tu dic, quod cõ-
traria loquuntur in duob. datis eodem tempore. Hic vero lo-
quimur in duob. datis ſucceſſiue. † vnde aduerte, non eſt par 9
ratio in procuratorib. & impetrantibus: nã ſi detur vnus pro-
curator, & demũ detur alius, reuocatus eſt primus, vbi aliud
non adijcitur, *vt ff. de procu. ſi quis cũ §. fi. & ſup. eod. non iniuſte. &*
inf. de procu. ſi duo, in prin. Etiam ſi ſecũdus nolit acceptare man-
datum, vt ibi not. *in glo. 2.* & tamen in impetrantibus hoc non
procedit, imo directe procedit contrariũ, quod apparet, quia
dando ſecundum procuratorem tollitur primus, ex quo ſim-
pliciter dantur, vt dixi, & tamen ſi detur gratia ſimpliciter in
eccleſia, & demum datur alia ſimilis ſimpliciter, ſecunda nõ
valet, *ſup. eo. mandatũ. & inf. eo. duobus. rũ ſim.* Apparet ergo quod
in procuratore ſecundum præiudicat primo, ſed in impetra-
tionibus prima præiudicat ſecũdæ, ex quo apparet hic magis
põderari prioritatem quam ibi. Præterea vt dixi, ſi eodem tẽ-
pore datæ eſſent gratiæ, bene haberet locum occupatio, id eſt
quod ille præferretur, qui prius præſentaſſet, vt patet *inf. eod.*
duobus. cum ergo contraria loquantur in datis eodem tẽpore,
non mirum ſi occupatio prodeſt. Præterea in contrarijs ſi ad-
mitteretur vterq; poſſet vnus negare & alter confiteri, & ſic
periculum immineret ex eo. qui nil valeret, vt not. *in d. c. ſi duo.*
in glo. 4. Et eſt ratio, quia dati ſunt circa idem factũ. Hinc vero
dato, quod vterq; admittatur, nullum periculum imminet,
quia dati ſunt circa diuerſas præbendas. † Vnde ſi idem bene- 10
ficium duob. eodem tẽpore conferatur, collatio vitiatur, vt
not. Io. And. *inf. de præb. ſi à ſede. per l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutela.*
ff. de rebus dub. ſi fuerit. ad hoc *inf. de elect. c. 2.* Apparet ergo, quod
magna eſt differẽtia inter procuratores & impetrantes. Alex.
Quinto opp. adhuc ad primam partem, vbi dicitur quod gra-
tiæ fuerunt ſimiles, quia primus non habuit clauſulam non
obſt. ꝙ pro alio, quia ſibi neceſſaria non fuit. Secundus vero
neceſſe habuit eã habere, ſed gratia habens clauſulam eſt diſ-
ſimilis ab illa quæ non habet, vt no Io. And. *inf. eo. duobus. ſuper*
verbo, eligeret. ergo &c. Sol. potuit eſſe, quod vterq; habuit clau-
ſulam, quare alius prius fuerat receptus auctoritate eiuſdem
Papæ, & præbendam habuerat iuxta veram ſ pin. Io. And *in d.*
c. duobus, in fin. Vel dic, quod licet primo non eſſet neceſſaria
clauſula, ad cautelam impetrauit Vel dic, ꝙ habuerunt ſimi-
lem gratiam, quia vterq; ſuper canonicatu & præbenda. Itẽ
vterq; habuit ſimilem executorem. Qualiter autem dicatur
diſſimilis, no. *in d. c. duobus.* Non ergo habuerunt eandem gra-
tiam ſed ſimilem. † Omne autem ſimile eſt diſſimile. vnde di- 11
cit Io. And. *inf. de præb. non poteſt. ſuper glo. pone.* alic g. dictum iſtar.
quod ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differentium cõ-
paratio, vnde in illa non requiritur, ꝙ res tota ſit toti rei ſimi-
lis, ſed in eo ad quod confertur. Venio ad quæſtiones, & circa
primam partem quæro, de qua receptione loquatur mãdatũ
executori, vt recipi faceret. Io. And. *ſuper verſ. recipi.* dicit ſic, lo-
quitur de receptione, quæ tribuit ius, quæ dicitur collatio: ſic
ſup. eo. cum aliquibus hoc dico, dicit ipſe, per id quod not. *in vlt.*
glo. huius partis Hæc ſunt eius verba. intelligas *in glo. ergo ſi.* quæ
gl. clarius debuiſſet formari, vt inferius patebit. † Sed ad hu- 12
ius intelligẽtiam ſcias, quod quædam eſt receptio iuris, quæ-
dam facti. Receptio iuris, per quam ius tribuitur, id eſt quia
Papa non contulit canonicatum, ſed mandat quod confera-
tur. ſi vero contuliſſet, tunc illi, qui recipient, dicuntur de
facto recipere, quia iam de iure habuerat canonicatum in cu-
ria Et ideo quæratur ſecundo circa hoc, † an in talibus rece- 13
ptionibus ſint vocandi abſentes, & an debuerat fieri colle-
gialiter? de hoc not. Arch & Io And. *inf. de præb. cum in Eccleſiis.*
& de conceſ. præb. ſi capitulo. & ſup. de reſcrip. c. ã te. ſuper glo. arg. quod,
& de poſtu. prælat. bonæ. 2. ſuper glo. & ideo Et ſcias, quod ſi nos lo-
quimur de receptione, quæ fit per capitulum non ad manda-
tum, alicuius, hic nullum dubium, quod debẽt vocari abſen-
tes, vt eſt caſus *inf. de præb. cum in Eccleſiis* & debet fieri colle-
gialiter. Si verò fit receptio ad mandatum ſuperioris, tunc di-
cit Arch. *ſup.* quod abſentes non ſunt vocandi, & non intelli-
git niſi de illa quæ tribuit ius & dicitur collectio, de qua &
hic loquimur, & huic dicto non videtur aſſentire Io. And. *in*
d. c. ſi capitulo. Si daretur mihi licentia, illud dictum non placet
ſimpliciter: vnde dico in tali receptione vocandos abſentes,

ſed

ſed non omnes,ſed tot, quod cum præſentibus faciant duplo
maiorem partem vel ſaltem maiorem partem. Quod probo,
quia mandatum ſuperius vult, quod illi, qui recipiunt, reci-
piant de iure. hinc eſt, ꝙ dicitur receptio iuris, vt *ſup.* dictũ eſt.
ergo ſecũdum iuris diſpoſitionem debet fieri. ſed de iure hæc
receptio debet fieri collegialiter, & in cõi, vt inferius dicetur.
14 † Collegium vero non reſidet in minorem partem in caſu nõ
conceſſo.ergo &c. Sed dices, ꝙ ſecundum ſupradicta non ſo-
lum debeant tot vocari, quod faciant maiorem partem, ſed
oẽs, ex eo quia intentio mandantis eſt, quod receptio de iure
alias eſt vt vocentur omnes per prædictum *c. cum in Eccleſiis*. ad
quod dico, quod licet illa opi. poſſet defendi ſecundũ quoſ-
dam, mihi tamen non placet: pro qua tamen optime facit ꝙ
not. Io. And. *inſ. eo. duobus in glo. ad quã*. vbi dicit, quod ad illam
primam electionem vocabuntur abſentes. ſed dic, quod illa
prima electio de iure cõi procedit per illum tex. licet neceſſa-
rio teneantur: ſunt ergo qñ proprio iure recipiunt tenẽtur
vocare abſentes, *vt in c. cũ in Eccleſiis*. & tamen ius neceſſitat eos
ad recipiendum, vt ibi, tenentur vocare ad illam primam ele-
ctionem. Vnde dico, quod intentio mandantis eſt, quod talis
receptio fiat de iure, id eſt taliter, vt ius tribuat & valeat. ſed
certum eſt, quod ex quo eſt facta per maiorem partem, valida
eſt, quod apparet, quia etiam ſi fieret à maiori parte capituli
ꝓpria auctoritate, non vocata minor, minor põt illã ratifica-
re, vt dicit glo. *in prædicto c. cũ Eccleſiis. per c. quod ſicut. de elect.* ergo
apparet, quod valuit, alias non poſſet ratificari, *eod. tit. auditis*.
Non obſt. quod etiam illi, qui non fuerunt vocati, poſſunt
facere caſſari receptionem, vt dicit glo. prædicta. quia dico il-
lud verum, quando recipiunt propria auctoritate: ſed hic re-
cipiunt mandato ſuperioris, quod neceſſario eos aſtringit ad
receptionẽ certæ perſonæ, & iſto caſu procedit dictum Arch.
ſed ſi minor præſens non vocauit tot, quod faciant maiorem
partem, recipiat etiam ad mandatum ſuperioris, hæc receptio
nõ tribuit ius, quia fuit nulla à principio. Cum ergo mãdetur
capitulo vt recipiat, capitulum autẽ conſiſtat in maiori par-
te, quia quod ſit à maiori parte, intelligitur factum à toto, niſi
minor oſtendat iuſtã cauſam, *56. diſt. Apoſtolica. de elect. cum inter
canonicos, in prin. de his quæ fi. à ma. par. cap. c. 1. ff. ad muni. quod ma-
ior*. in minori vero non cõſtat, apparet ꝙ tot debẽt eſſe, quod
capitulum faciant. & pro iſta opi. quam teneo, optime facit ꝙ
no. Io. And. *inſ. ne ſed vac. c. vno. §. fi. ſuper ver. ſtatuto*. vbi ponendo
quæſtionem Bar. Brixi. dixit, quod ſi Papa mandat Epiſcopo
& capitulo, quod inueſtirent *P. de præb.* ſi capitulum inueſtiuit
abſente Epiſcopo, non valeat. & tu dic, quod Epiſcopus præ-
ſens non poſſet contradicere capitulo. Demum ſubdit, ꝙ illud
debet intelligi in inueſtitura, quæ dicitur collatio: ſic & in
propoſito cum nos de receptione, quæ dicitur collatio: ergo ſi-
cut ibi illi, quibus ſcribitur, debent adimplere mandatum nõ
obſtãte abſentia, ſic & hic ille cui ſcribitur, debet adimplere,
ſed capitulo ſcribitur: capitulũ autem non conſiſtit in minori
parte in caſu nõ expreſſo, vt *ſup. dixi*, ſed in maiori, ergo maior
pars ſaltem debet eſſe præſens. Si vero receptio eſſet facti, vt
quia Papa cõtulit canonicatum in curia, tunc dico neminem
vocandum fore. † An autem debeat fieri collegialiter rece-
15 ptio, quæ fit ad mandatũ ſuperioris. Dicas, quod ſi loquimur
de receptione, quæ tribuit ius, id eſt quando nõ fuit collatus
canonicatus in curia, tunc neceſſe eſt quod fiat in cõmuni, ſi-
ue collegialiter, vt dicit Archi. *in d. c. ſi capitulo*. & Io. And. poſt
eũ, & Inno. *in prædicto c. cum te*, & Io. And. *ſup. gl. ordi.* ſi vero col-
latus eſſet canonicatus in curia, ita quod iſta eſſet receptio fa-
cti, tunc non eſt neceſſe, quod fiat collegialiter, ſed ſingula-
riter poteſt fieri ſecundum prædictos. Tertio quæro adhuc
circa primam partem. qualis fuerit iſte executor, an prouiſo-
rius, an cõpulſorius. Gloſſella *ſuper ver. prouideret*. vult quod ſit
prouiſorius per illud verbum, prouideret. ſed aduerte, quia
ſecũdum iſtam gloſſellam reſoluitur intellectus iſtius primæ
partis, & gl. *quæ incipit, ergo ſi prius*. de qua *ſup.* mentionem feci,
& glo. *magiſtrate, inſ. de conceſ. præb. ſi ſol. ante medium. & glo. decre.
ſi capitulo. quæ incipit, Contra tractant de intellectu iſtius c.* Circa †
16 quod aduertendum eſt, quod ſi executor eſt datus ad proui-
dendum, ſtatim per præſentationem factam ei, ad quem ſpe-
ctat collatio, affecta eſt præbenda, ſed ſecus ſi ad compellen-
dum, vt in iuribus vulgarib. *ſi capitulo. & ſi ſoli. inſ. de conceſ. præ-
ben.* ita quod collatio poſtea alteri facta non valet. Fingamus
ergo, quod ſecundus impetrans primo præſentauit, & rece-
ptus eſt, demum ſecundo loco primus præſentat, ſed non re-
cipitur, ante cuius receptionem vacat præbenda, quæ confer-
tur ſecundo, tenet ne collatio, vt dixi? Gloſſella ergo videtur
velle ꝙ ſic, & idem prędicta gl. decret *ſi ſol. ante mediũ. ver. in ſe-
cundo caſu*. & idem vult iſta litera à contrario ſenſu: ex quibus
apparet, quod requiritur receptio in canonicum facta de pri-
mo impetrante, ad hoc vt non valeat collatio facta ſecundo,
& hoc idem innuit glo. *ante pe. iſtius c.* & ſic non ſufficit præſen-
tatio ſola ſine receptione, & hunc eundem intellectũ ſentire
etiam videtur quædam alia gl. prædi. *c. ſi ſoli. quæ incipit, & tunc.*
ſi dicamus ꝙ illud alias poſitum in eadem gl. determinet ca-
ſus alios iſtius *c. excepto §. quinimmò*; veruntamen illa gl. aliter
poſſet intelligi, ſc. quod illud alias referatur ſolum ad prædi-
ctum *c. ſi ſoli*. eandem ſententiam ſentit Compo. *de reſcrip. capi-
tulũ*. & Io. And ponit *ſuper ver. mandato*. vbi dixit ſic: Sed ſi prę-
benda ante receptionem ipſius primi iam eſſet collata ſecun-
do prius receptio, valeret collatio. & ſic põderat receptionẽ:
eundem intellectum ſentit gl. *inſ. §. idẽ. quæ incipit, & poſt.* quæ
vult, quod in ſecundo, ſc. *in prædicto §. idem*. præſentatio fuerit
facta, & tamẽ per *illũ* §. patet, quod requiritur proceſſus exe-
cutoris, & ſic ſola præſentatio non ſufficit, ſed ad iſtam gl. po-
teſt reſponderi, quod loquitur de præſentatione facta execu-
torib. ſed vt dixi hoc eſt dicere contra caſum decre. *ſi capitulo.
inſ. de conceſ. præb.* vt ſola præſentatio in tantum afficit, ꝙ alteri
poſtea facta collatio non tenet. Et loquor de præſentatione
facta ei, ad quem ſpectat collatio, non autem executori: & ꝙ
talis præſentatio ſufficiat etiã in caſu noſtro expreſſe vult gl.
inſ. eo. c. § idẽ. quæ incipit, Sed ad quid. ex quib. contrarietatib. re-
manet tremulus huius decre. intellectus. Super quo auxilio
præmiſſo inuocato dico, quod ſi ad finem iſtius primæ partis
ibi, ante tuã receptionem, ſubaudiatur vel literatarum præſenta-
tionẽ, ceſſat omne contrariũ, & tunc ad gl. ego ſic reſpõdebo,
quod ex quo præbenda fuit collata ſecundo, antequã primus
præſentaret, per cõſequens fuit collata priuſquã reciperetur
ipſe primus: & ſic intelligitur illud prius, id eſt, ante præſenta-
tionem, Ad gl. *c. ſi ſoli. ibi dũ dicit*, ſi autem tempore receptionis
primi, addã & præſentationis, nam iſta optime cõpatiuntur,
ꝙ præſentatio & receptio factæ fuerint eodẽ die vel tẽpore,
non ſumendo tempus ſtrictiſſime: ſic etiam faciam de gl. an-
tepen. *huius c.* nam ibi dum dicit, ſed primus erat receptus, dicã
vel præſentatus erat, vel dicam quod *ibi, & in fi. iſtius primæ partis*
ceſſat argum. à contrario ſenſu, quia contrarium reperitur in
iure. ſed hoc male poſſet ſuſtineri, maxime per præalleg. gl. *c.
ſi capitulo. quæ incipit, Contra*. cui reſponderi non poteſt: & ideo
vt non dãnentur vel improperentur tot gloſſæ, ſed ſaluæ pro-
priè iaceant, dico aliter intelligendũ illud c. ſc. quod receptio
in canonicum ſit neceſſaria, ad hoc vt non teneat collatio fa-
cta ſecundo impetranti, nec ſufficiat ſola pręſentatio literarũ.
Et ſi dicatur, qualiter reſpondetur *ad c. ſi capitulo. infra de conceſ.
præb.* iuncta gl. quæ hoc ponit *ſuper ver. prouideret*, dico, quod
ſi ſubtiliter intelligat. iſte tex. hoc non dicit, quod iſte fuerit
executor ad prouidendum ſimpliciter, ſed dicitur ꝙ ipſe exe-
cutor debebat recipi facere in canonicũ, & ſic in hoc fuit exe-
cutor ad cõpellendum: deinũ dicitur, & de præbenda pro-
uideret: in hoc fuit ad prouidendum. cum ergo executor
prouidere non poſſet de præbenda, niſi primo feciſſet im-
petrantem recipi, ergo apparet, quod poteſtas prouiſoria
executoris non habet vires niſi poſt illam receptionem,
& ſic non poteſt operari effectum, niſi poſt illam receptio-
nem. Probatur hoc per id quod not. Ioan. Andr. & Archi. in
caſu conuerſo, *inſ. de præb. ſi clericus*. vbi dicunt, quòd executor
datus, vt mihi prouideat de præbenda & poſtea me faciat re-
cipi in canonicũ, non poteſt antequã mihi conferat præben-
dã me facere recipi in canonicum propter formam mandati
ſeruandã, *inſ. de præb. cum de non. cum ſimi.* ſic & hic, antequam me
faciat recipi in canonicũ, non poteſt prouidere de præbenda.
Nõ obſt. ſi forte dicatur ꝙ ibi ponitur verbum poſtea, hic nõ:
quia illud poſtea, nihil operatur quantũ ad hoc per ordinem
literæ, cui ſtatur in dubio, *inſ. de elect. ſi quis iuſto. cum concor. ibi ſi-
gnatis, & inſ. de præb. mandato. cũ concor.* Probo fortius: iſte text.
debet intelligi *in prin.* de receptione, quæ habuit ius & iuridi-
ce conſiſtit, *vt ſup. dictum fuit* ſecundũ Io. And. † Sed ſi execu- 17
tor prius confert præbendã quam eum faceret recipi in cano-
nicum, per collationem præbendæ intelligitur ſibi conferre.
etiam canonicatum, vt no. Arch. *inſ. de præb. ſi clericus. 1. reſpõſo*
ita

ita quòd poſtmodũ non eſt neceſſaria receptio, niſi de facto
ſecundum eũ:ergo ſequeretur, quòd iſte text.loqueretur etiã
de receptione facti,quod eſt falſum, vt *ſup.*dixi.& hoc vult *hic*
Io.And.dum dicit in prin. aliquando conuertitur forma iſta,
vt inf.de præb.ſi clericus. ſed cum forma capituli ſi clericus, ſit vt
prius prouideat de præbenda, & poſtea faciat recipi in cano-
nicũ,ſequitur quòd cum hic conuertatur, prius debet facere
recipi & demũ prouidere, & ſic ante receptionẽ nullam po-
teſtatẽ habet prouidendi, ſicut ſi eſſet datus in die vel ſub cõ-
ditione ad prouidendum de præbenda,non dubũ quòd ante
diem vel conditonẽ prouidere non poſſet,per conſenſus ante
diẽ vel conditionem teneret collatio facta per capitulũ quia
poteſtas ſua ad diem refertur, ſicut dicimus de impetratione,
*inf.c.proximo.*faciat ꝙ no.*inf.de offi.deleg.cũ plures.in gl.ſi.& ſuper*
18 *ea in ſuppletione quæ incipit, Facit ꝙ no.*† Præterea, quæ eſt ratio,
quare dato executore ad prouidendũ per præſentationẽ tol-
litur poteſtas ordinario prouidendi.ratio eſt,quia Papa dan-
do talẽ executorem videtur ad ſe vel ſuum executorẽ proui-
ſionem reuocare, vt no.*inf.de conceſ.præb.ſi capitulo.in 3.glo.& in*
Cle.ſi de beneficio.in glo.determinatur.de præb. Sed conſtat,ꝙ ante-
quã executor iſte faciat recipi in canonicũ prouidere non põ-
teſt,vt probatũ eſt *ſup.*ergo ad eum non eſt reuocata poteſtas,
& ſic vſq; ad receptionem in canonicũ remãſit poteſtas apud
ordinarium collatorem: cum ergo contulerit ſecundo impe-
trãti,tenet collatio. ¶ Reſtat modo reſpondere ad gl. hic po-
ſitam ſuper verbo,prouideret.quę innuit,ꝙ iſte fuerit execu-
tor ad prouidẽdũ.dic quod gl.verum dicit, quod iſte eſt exe-
cutor ad prouidendũ *in 2.parte, ſc.de præb.* ſed non in prima,ſc.
canonicatu.vnde iſta gl.non fuit ſignata ſuper *verbo, recipi face-*
ret, ſed ſuper ver.prouideret. Non obſt quod ſequitur in gl.quòd
alius eſt caſus iſtius c.primi à caſu c.ſi ſoli.per quod videtur,ꝙ
ſi *in c.ſi ſoli.*fuit executor ad cõpellẽdum,ergo hic fuit ad pro-
uidendum : quia dico,quod hoc non ſequitur : dico ergo , ꝙ
gl.verum dicit,quod alius eſt caſus, ſc.quia *in c.ſi ſoli.* fuit exe-
cutor datus ad cõpellendum in totum, ſed hic fuit pro parte
ad cõpellendum & pro parte ad prouidendum,& ſic expreſſe
dicit Io. And.*in d.c.ſi ſoli. in prin.* vbi tractat plenam materiam
executorum.ſc.quòd in iſto c. executor fuit partim ad cõpel-
lendum:partim ad prouidendum. idem dicit *in d. c. ſi capitulo.*
præallę. gloſſ. contra quæ etiam ſoluere videtur contrariũ *iſtius*
c.ad illud, quod hic fuit ſcriptum ſolum executorib. *ibi, cap.&*
executori,& ſic innuit illa glo.quòd ſi executori ſoli ad proui-
dendũ ſcriptum eſſet , quod per ſolam præſentationem non
afficeretur præbenda : hoc tamen non credo per rationẽ quã
ibi reddit ália gl *quæ incipit, Iſtud dixi ſup.ver.præterea.*vnde dico,
quòd ſi hic fuiſſet datus executor ſimpliciter ad prouidendũ,
ſola præſentatio ſufficeret. & eſt ratio, quia quando ſcribitur
ſoli executori ad prouidendum, fortius tollitur poteſtas col-
latori, quã quando ſcribitur collatori & executori: ſed quali-
ter reſponderetur ad glo.*inf.§.idẽ.quæ incipit, Sed ad quid.* Dico. ꝙ
illa glo.in ſe vera eſt in qualibet parte. Primo enim glo.dicit,
quòd ſola præſentatio ſufficit,per *c.ſi capitulo.*ergo refert ſe ad
illum caſum:ſed fateor, quod in caſu illius c.ſola præſentatio
ſufficit,quia executor ſimpliciter fuit ad prouidẽdũ: hic vero
ſecus, vt ſuperius dictũ fuit Demum gl.ſoluit,ꝙ præſentatio
facta ei,ad quẽ ſpectat collatio, ſufficit, & hoc ſimiliter verũ
eſt habito reſpectu ad contrariũ, quod fuit formatum, ſc.*ad*
*c.ſi capitulo.*vnde dicit gl.vt ibi.non autem dixit,*vt ſup. 1. reſpon-*
ſo.& ſic non dixit, ꝙ in hoc 1. reſponſo præſentatio ſufficeret
ſola.demum dicit, quod præſentatio facta executori ſoli non
ſufficit,vt hic,& hoc etiam verum eſt in ſe,vt no.*in prædicto c. ſi*
*capitulo.*Sed ſi tu dicas,ergo gl.innuit,quod hic fuit facta præ-
ſentatio ſoli executori,& ꝙ ſi fuiſſet facta ei,ad quẽ ſpectabat
collatio,illa ſola ſufficeret. Fateor, quod hoc argumentũ po-
teſt ſumi à contrario,ſed dico, quod cum tempore præſenta-
tionis eſſet adhuc ad cõpellẽdum,vt ſup.dictũ fuit, reperitur
caſus contra iſtud arg. à contrario, ſc. prædictum *c.ſi ſoli.* ergo
illud arg.non procedit, & maxime in gl. ¶ Quæro circa ſecũ-
19 dam partem,† ponamus, quòd executor reſeruauit,ſecundũ
quod ibi dicitur *in verſ.ſeu demũ moritur, ad quem ſpectabat colla-*
tio ipſius præbendæ. Dic quod ad Papam, cuius auctoritate facta
fuit reſeruatio,ſecundum Arch.qui alleg ꝙ no.Inn.*de iu. pat.*
*c.cũ dilectis.& de appel.vt noſtrum.*Io.And.¶ Quinto quæro circa
20 vltimam partem , † quando dicitur primus impetrans negli-
gens,ita quod præbenda debeatur ſecundo.Glo.ſi.reſpondet
ad hoc per *cap.ſi clericus.inf.de præben.* ſed iſta non eſt reſponſio
quia illud cap.hoc non dicit, quando dicatur negligens,ſed
eſt allegatio,quod negligentia noceat.Arch.vero dicit,quod
hoc quod de negligẽtia dicitur , debet intelligi & gloſſari per
id quod no.*ſup.eo c.capitulũ. in gl.& inf.ver. alij dicunt. & de teſti.*
veniens.2.in glo.ſed quare.& quod no.Inno.*eo tit. mandatum.in 1.*
gl in prin.& in fi. & quod no. Hoſt.*in ſum.eod.tit.§.quod cui.ver.*
*quid ſi Abbas.*Remittit tamen *ad decre.ſi clericus.*Lap. *hic ſuper ver.*
*in prædictis.*dicit quod iſtud *ver.in prædictis.*reſpicit omnes præ-
dictos caſus:cuius contrariũ tamen videtur velle Io. And.*inf.*
*eo.duob.ſuper glo.antepe.circa fi.magnæ ſupple,ver.an.ver.hinc gl.*vbi
dicit ſic:Vnde nec reſumuntur ſuperiores caſus,ſicut *ſup.eo.ti-*
*bi qui in fi.*Sed dic, quòd illud facit pro,quaſi dicat Io. And.ꝙ
hic reſumuntur omnes *ſup.* dicti caſus per iſtũ finem, *ibi.* ſc.*in*
c.duob.non.& ſic illud ſicut, non reddit ſimilitudinẽ negatiuã,
nec determinat verbum , reſumuntur. quaſi dicat , nec reſu-
muntur hic caſus ſuperiores,ſicut reaſſumuntur *ſup.eo.tibi qui*
in fi. aliæ ex locis. Deterioratur ergo ſecundum eum conditio
primi negligentis , & melioratur ſecundi vigilantis & nõ ne-
gligentis. Vnde videtur dicit ipſe, quod præbenda vacãs deb-
eatur ſecundo,etiã ſi nondũ ſit ſibi collata & non primo, licet
Hoſt.*ſup eo.ti.c.capitulo.*& Arch.& Io. And.*inf.de præb.ſi clericus.*
dicatur, quod non ob.negligentia primi debetur primo & nõ
ſecundo pręběnda vacans,antequã ſecundo conferatur,qua-
ſi non ſit notabilis negligentia , antequam præbenda vacans
conferatur ſecundo. & pro eis facit *inf de præb.ſi tibi abſenti.&*
prædictũ.c.ſi clericus. demũ dicit,quod Io. An.ſcripſit ſibi, quod
† in eo,qui conſecutus eſt canonicatum à Papa, notabilis ne- 21
gligentia non impedit conſecutionem præbendæ alteri non
collatæ.In illo verò, qui conſecutus canonicatũ non eſt, poſ-
ſet notabilis negligentia impedire etiã re non integra, vt lite-
ræ non afficerent, & hoc eſt planum.Sed ipſe Lapus dicit dici
poſſe notabilem negligentiam includere ſub ſe collationem
alteri factã, vel quod iſta clauſula determinet primum dictũ.
Finaliter dicit, quod huic literæ ſtandum eſt.† Nec obſt.prę- 22
dicta capitula, *nã in c.ſi clericus.* eſt arg. à contrario ſenſu, quod
non procedit, cum hic ſit expreſſum contrariũ.*c.verò,ſi tibi ab-*
*ſenti.*loquitur in collatione.vbi habet plus iuris.Hic autem in
impetratione, vbi minus eſt iuris,& diuerſi ſunt caſus: & ideo
aliud & aliter ibi, aliud & aliter hic:& iſte eſt verus intellectus
huius c.& aliter intelligenti congrueret illud Sene.*decla.lib.1.*
in exordio in fi. ſummam quidem eſſe dementiam detorquere
orationem, cui eſſe rectam liceret.Ego credo, quod Lapus ve-
riſſime loquatur , quod apparet, quia *ſup.1.reſponſo.* loquitur
de præbenda vacante, & dicit quod primus impetrans debet
anteferri, & demum dicit *hic in fi.*illud eſt verũ, niſi negligẽtia
primo impetranti poſſit imputari : ergo apparet, quod negli-
gentia notatur etiã ipſa præbenda vacante, antequam ſecun-
do conferatur , imo neceſſaria debet intelligi iſte finis de ne-
gligentia ante collationem factã ſecundo, *cũ in eodem 1.reſpõſo.*
dicatur *in fi.* ex quo alteri ante tuam receptionem collata nõ
extitit.Et ad hoc optime facit quod no. *in Clem.cum ei quem.de*
*conceſ.præb.in glo. iſte terminus.in fin.*vbi dicit gl.quòd in caſu *c.ſi*
clericus. ordinarius non habet poteſtatem ſuper neglecta :
ergo vult, quod præbenda vacabat. ſed quia neglecta fuerat,
ordinarius non poteſt negligenti conferre, & ſic demonſtrat
negligentiam eſſe in præbenda adhuc vacante, antequam al-
teri conferatur.Nec obſt.ſi dicatur, quod illa glo.debet intel-
ligi, quod ideo ordinarius nõ habet poteſtatem ſuper negle-
cta, quia iam erat alteri collata: quia verba ipſius gl.eſſent de-
riſoria,nec probarent illud, ad quod gl. inducit. facit etiã pro
iſta opi. quod not.*in d.c.ſi clericus. in glo.deſidioſæ.*quæ dicit hoc
arbitrarium,quando † ſc. dicatur quis negligens,& idem no. 23
Io.And.*de reſcrip.c.capitulũ.ſuper ver. nõ proſequatur.* ſed quis ar-
bitraretur, quod ex quo vacauit præbenda per longum tem-
pus. & habuit impetrans poteſtatem petendi, & non petijt ,
non dicatur negligens? quare meo videre Lapus in iſto paſſu
eſt veritatis amicus.adhuc coadiuuo Lap.fortius,& ſic bene-
ficium affectum conferri non poteſt alteri quam ei, pro quo
affectum eſt,ſiue afficiatur per collationem canonicatus, *inf.*
*de præb.ſi poſtquã.*ſaluo quod dixi *ſup.in 3.oppoſitione,*ſiue per de-
cretum Papæ, quod eſt tantæ efficaciæ, quod impedit etiam
ignorantes conferre:iura ſunt vulgaria,*inf.de præb.dudum. & c.*
ſi beneficia.& c.pe. & de conceſ.præb.c.1. ſed hic præbenda erat af-
fecta ſaltem in vltimo caſu per decretum, quo obſtante alteri

non poterat fieri collatio, niſi poſt negligentiam: ſed poſt illã bene poteſt conferri. Dicat ergo mihi ille, qui dicit negligentiam non dici niſi poſt collationem alteri factam, qualiter finis iſtius capituli practicabitur, qui finis vult, quod etiam vbi erat decretũ, ſit dare negligentiã: nã certum eſt, ꝙ ſecundũ te nunquam dicitur negligentia, niſi poſt collationem alteri factã legitime, ſed obſtante decreto nunquam potuit fieri collatio, niſi poſt negligentiam: negligentia autem nõ poteſt eſſe niſi poſt collationem: ergo nunquam erit dare negligentiã, quia eſſet contrarium in obiecto: & ſic amice Lape taceãt, qui tibi contrariantur, quoniam ignorant quid dicant. Nam ſi ponderaſſent iſtum finem hic, non dicerẽt, qui finis loquitur in præbenda vacante præferendum primum, niſi negligentia poſſit ipſi imputari: ergo in ipſa vacante no. negligentia etiam ante collationem alteri factam. ¶ Sexto, † quid de

24 negligentia executoris, an noceat impetranti. Gloſſ. *in Cle. ſi de beneficio. de præb.* alleg. dictum Cõpo. *in c. capitulum, ſup. de reſcrip.* dicentis, quod non nocet, ꝙ gloſ. illa intelligit verum, quando executor poterat prouidere de beneficio ſpectãte ad collationem cuiuſcunq;, nec tempus adijcitur acceptationi, ſed executor eſſet datus, vt prouideret de beneficio ſpectante ad collationem certæ & nominatæ perſonæ, tunc executor prouidere non poteſt, ex quo elapſum eſt tempus illius, qui grauabatur, quouſq; deuoluta ſit collatio ad Papam. ſed tu dic, quod illa gloſ. procedit, quando beneficium non eſt affectũ. Si enim beneficium eſſet affectum, tunc certum eſt, quod ei ad quem pertinet collatio non currit tempus, quia impeditur conferre, & ſic ad alium non poteſt tranſire poteſtas: quia nõ valenti conferre non currit tẽpus, *c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. cum ſi.* & hoc ſit verum, vbi eſt negligẽtia ſolius executoris: ſi autem eſſet negligentia impetrantis, tunc habet locum ꝙ dicitur *in fi. iſtius c.* ¶ Venio ad gloſ. & 1. gl. ponit caſum literalem. Tertia glo. reſpondet per duas q. ſc. quid ſi nõ fuiſſet dictũ de proxima, & quid ſi proxima debetur alteri. vtranq; ſoluit cum determinatione. Gloſ. non dicit, ſol. contrarium & remittit. Gloſ. videbatur obijci. obiectionem impugnat & remittit. Gl. ſed quicquid ad quid obijcit & ſoluit. ¶ In gl. 2. *ibi, tutor incertus.* ſequitur teſtamento dari nõ poſſunt. ¶ In 3. gloſ. *ibi eum qui calen.* ſi promiſi calen. Ianuarij non adiecto primis, ſecũdis vel vlterioribus nec appareret de quibus ageretur, intelligitur de primis. In gloſ. 1. *in fin,* primam quæſtionem proſequebatur Hoſt. *in ſum. de maio. & obe. poſt prin.* Io. And. *in 2. ibi. ſi ſuper & Cle. eo. tit. vna.* Io. And. *eo. tit. c. 1.* & ibi no. *in 1. glo. & ſuper ea. & in fi. facit inf. de priui. c. 1. §. & idipſum.* & quod ibi no. Io. An.

25 † An autem cõmiſſarij teſtatoris poſſint eſſe incerti, vt puta quos Titius elegerit, terminauit Lãber. de Rampo. quod nõ. *per l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. a. tu.* prout no. ipſe Io. And. *inf. de proc. c. 1. ſup. glo. antepe. alleg.* ¶ In gloſ. videbatur, *ibi, quod illud prius.* ſic dicto prius in verbis teſtatoris facit dubiũ. *ff. ad Trebel. quidam. 1. reſponſo. ibi, vel ſi prius quid ei acciderit:* ſic de hac dictione, penè, an ponatur nominaliter, an aduerbialiter, *no. C. de his qui à non domino manu. l. ſi. in 1. gloſ.* Io. And. ¶ In gl. *ſed ad quid, in fi.* & vide quod ibi no. in gl. contra Ioan. And. in gl. *decretum, ibi, ignorantes.* hoc probat hic litera ante præſentationem. Io. And. vide iura quæ *ſup.* alleg. *in 5. q. ver. adhuc,* & quod not. *inf. de elect. ſi eo tempore. & in fi.* Opponit Io. Mo. contra hoc *de l. fi. ff. de decret. ab ord. fa. & ſup. eod. de conſti. c. 2.* Reſpondet, quod hic Papa fecit gratiam quam ponendo decretum cõfirmat: & fortius eſt hic duo facere quem alterum ſolum, *ſup. de præb. dilectus. 2.* & hoc inſinuat voluntatem, quæ ſeruanda eſt in re, cuius eſt moderator & arbiter, vt in prædicta decre. *inf. de conceſ. præb. & C. mãdo. in re mãda.* Idem Arch, remittens ad ea, quæ not. *inf. de præben. ſi Apoſtolica.* Tu dic, quod ibi de decreto ordinarij: hic de decreto Papæ: in plus placet, quod ibi dicitur hominem probabiliter ignorantem non ligari ad culpam vel eius pœnam, hic dicitur rem affici; in quo ſcientia non requiritur. collator tamen excuſatur, *vt ſup.* & ſic concor. facit *inf. de præb. ſi beneficia.* Io. And. ¶ In glo. *pen. in fi.* Arch. dicit, quod ibi fuit dolus nõ impetrantis, ſed alterius: fateor, hic tamen per dolum illius poteſt exemplificari dolus iſtius, vt ſcilicet quia credebatur tenuis in proximo vacatura, noluit recipi, ſed demum prius vacauit pinguior. Ioan. And. Vel dum eſſet in vacando tenuis, procurauit primo impetrans, quod vacaret pinguior, ad hoc vt ipſe conſequatur pinguiorem, & ſecundo impetrans tenuem præbendam haberet, ſecundum Lapum.

REPETITIO

IN CAP. GRANDI.

De ſuppl. negl. Præla.

Celeberrimi. I. V. C. D. Antonij Corſeti Siculi.

SVMMARIVM.

1 *Præſidens ſi fuerit negligens & remiſſus, ſuperior debet ſibi dare idoneum coadiutorem.*

2 *Barones & comites in quo differant.*

3 *Comes proprie non dicitur abſque comitatu, ſed abuſiuè.*

4 *Statuta pœnalia loquentia de comite reſtringuntur ad comitem propriè, & non ampliantur ad comitem abuſiuè.*

5 *Canonicus ſine præbenda impropriè dicitur canonicus, imò dicitur canonicus in herba.*

Item Doctor ignorans abuſiuè dicitur Doctor, & ideo appellatur legum dolor.

6 *Baro quis dicatur.*

7 *Conſuetudo eſt optima legum interpres, & communis vſus loquendi attendi debet.*

8 *Comites an debeant præferri baronibus.*

Argumentum ab ordine litteræ validum eſt in iure.

9 *Negationes duæ an faciant affirmationem: & quid ſi apponãtur tres negationes idem concernentes, nu. ſeq.*

10 *Negationes quis geminat plerunque ex abundantia cordis.*

11 *Affirmationes duæ, ſiue duo aduerbia affirmatiua, imo confirmatiua, quare non faciunt vnam negationem, ſicut duæ negationes faciunt vnam affirmationem.*

12 *Dictio, in, quo caſu ſtet negatiuè & quando affirmatiuè, & quando augmentatiuè & quando nihil operetur.*

13 *In dignitatibus conferendis attenduntur perſonarum merita.*

14 *Donatio facta intuitu meritorum & ſeruitiorum dicitur donatio remuneratoria.*

Bona delata ad fiſcum regulariter licet alienari non poſſint, poſſunt tamen propter remunerationem.

15 *Proclamata remuneratoria poteſtas mittere poteſt.*

16 *Donatio remuneratoria non indiget inſinuatione, & dicitur eſſe quadam permutatio.*

17 *Donatio facta nepotibus ab eo, qui filios non habebat, nec habere ſperabat, & cum iuramento confirmata cum renuntiatione omnibus legibus & iuribus an ſi poſtea ſuſcipiat filios, reuocetur.*

18 *Ciuitas an poſſit alicui donare rem alterius ciuis cauſa remunerationis, quia bene ſe geſſit pro republica.*

19 *Donatio remuneratoria non reuocatur per ſequentẽ ingratitudinẽ.*

Alienari poſſunt res eccleſiæ propter remunerationem.

10 *Princeps non debet eſſe auarus ſeu venalis.*

21 *Donare ſi quis eſt prohibitus, & facit donationem, ſi obligatio naturalis præceſſit, valet ipſa donatio.*

12 *Donatio propria quæ ſit.*

13 *Donatio facta inter patrem & filium propter benemerita valet.*

Item donatio inter virum & vxorem.

14 *Minor propter remunerationem poteſt manumittere ſeruum.*

In donatione remuneratoria non habet locum exceptio, ne quis conueniatur vltra quam facere poſſit.

15 *Recipientis aſſertioni an ſtetur de ſeruitijs præſtitis, vel aſſertioni ſuccedentis ei, cui iam præſtita fuerunt.*

16 *Collatio ſi aliter non teneat niſi propter merita, non ſtabitur aſſertioni meritorum, niſi benemerita verè probentur.*

17 *Prælatus ſi alienat rem Eccleſiæ, & aſſerit propter imminentem neceſſitatem Eccleſ. alienare, an ſtabitur tali aſſertioni, niſi aliter probetur.*

18 *Prælatus ſi confiteatur recepiſſe pecuniam, per talem confeſſionem non probatur numeratio, niſi aliter probetur pecuniam fuiſſe numeratam: & quare.*

19 *Dictio, infra denotat diminutionem ſeu reſecationem verborum, & poteſt denotare actum immediatè ſequentem terminum, cui adiungitur, & actum multo tempore diſtantem.*

20 *Dilatio data per dictionem, infra, includit diem, in qua dilatio aſſignatur.*

21 *Præcipio & mando, an inter ſe differant.*

22 Præceptum an expiret morte præcipientis.
23 Verba rogatiua ſeu exhortatiua quandoque inducunt neceſſitatem.
24 Verba imperatiui modi ex ſe non ſemper æquipollent verbis præceptiuis.
25 Reipublicæ intereſt gubernari per nobiles, & non per plebeios.
26 In eccleſiaſticis non attenditur dignitas, ſed virtutum nobilitas.
27 Potentia quo caſu præferatur ſcientiæ.
28 Perſonarum non eſt acceptio apud Deum.
29 Nobilitas eſt duplex.
30 Oriundus ex pauperibus parentibus ſi ſe virtutibus dedicauit, magis eſt commendandus, quàm is, qui ex nobili progenie fuit oriundus, & quare.
31 Nobilis quis dicatur, & quæ debeant concurrere vt quis dicatur nobilis.
32 Copola, &, de ſui natura ponitur inter diuerſa, & quando fiet expoſitiuè.
33 Nobiles & literati viri æquiparantur ad canonicatus eccleſiæ cathedralis capeſcendos.
34 Doctor nobilis præfertur Doctori plebeio, quia duo vincula vincunt vnum.
35 Nobilis moribus præfertur nobili genere tantum.
36 Peccator emendatus in promotione ad prælaturam eſt præferendus ei, qui nunquam peccauit.
37 Gloſſa debet intelligi ſecundum legem quam allegat, & quando aliquid refertur ad aliquid, debet intelligi ſecundum id, ad quod fit relatio.
38 Fætum Deum negare quare ipſe Deus permiſerit.
39 Pro nobilibus præſumitur quo ad actum nobilitatis.
40 Nobilitati præferuntur boni mores.
41 Mulieres nobiles minus honeſtæ non admittuntur in teſtes ad probandam virginitatem.
42 Nobilis nunquid per religionis ingreſſum perdat nobilitatem.
43 Nobilitas eſt quoddam ius ſanguinis, quod eſt incommutabile.
44 Monachi ſunt mortui mundo.
45 Priuilegium indultum alicui comiti palatino ad legitimandum filios nobilium, intelligitur de nobilibus, qui inſpecto communi modo loquendi dicuntur nobiles.
46 Diſpoſitio recipit interpretationem & declarationem ex mente reſcribentis.
47 Papa & Imperator præſumuntur habere omnia iura in ſcrinio pectoris: in dubio tamen volunt quòd communis vſus loquendi attendatur, & vulgaris modus loquendi.
48 Vſurarius eſt infamis, & ideo ſi habet feudum, propter vſurariam prauitatem non gaudebit beneficio illius conſtitutionis, volentes, quia deſinunt eſſe nobiles.
49 Feudum, ſi eſt antiquum dicitur nobile, adeo quod illud habens dicitur nobilis nobilitate accidentali: ſecus ſi feudum ſit nouum, quia plebeius remanere plebeius.
50 Societati renuncians ante tempus conuentum remanet ſocius quo ad damna, non quo ad commoda.
51 Appellationi licet quis videatur renunciare, procedit tamen, quando illa renunciatio tendit ad damnum, ſecus ſi ad commodum.
52 Executor vltimæ voluntatis ſi fuit negligens per annum, & cadat ab officio exequendi, Epiſcopus poteſt eum compellere ad exequendum, quia non debet ſibi prodeſſe negligentia.
53 Delictum non debet præſtare immunitatem delinquenti.
54 Comites appellatione nobilium continentur.
55 Liberalitas præſumitur in nobilibus & militibus, & donare eſt proprium nobilium.
56 Scientia hominem nobilitat, & nobilitas ſcientiæ & ingenij præfertur nobili ex accidenti.
57 Nobilitas animi ex largitionibus cognoſcitur.
Doctor quilibet præſumitur nobilis.
58 Honorem & dignitatem illicite vſurpans punitur pœna ſacrilegij.
59 Nobilis an quis dicatur faciens artem mechanicam.
60 Viles perſonæ quæ dicantur, & quæ leues, & qui dicantur viri ingraues.
61 Nobilis condemnatus de falſo propter formam ſtatuti an deſinat eſſe nobilis.
62 Domini efficiuntur nobiles propter ſubditos nobiliores.
63 Mulier nobilitatur per dignitatem mariti.
64 Legitimi & naturales deſcendentes ex ſpurijs & baſtardis nobilibus, an dicantur nobiles: & quid ſi ex matre nobili nupta ſpurio vel baſtardo.
65 Filius ex matre nobili, non ideo dicitur nobilis.
66 Chriſtus redemptor non denominatus eſt à matre.
67 Nobiles non debent pati pœnas viles.
68 Beneficium ſufficiens ad hoc vt quis dicatur habere, debet haberi ratio nobilitatis, ſcientiæ, & dignitatis.
69 Nobilis ſi nubit plebeio, poteſt ſibi conſtituere dotem animo donandi, licet conferat in tempus matrimonij.
Donatio ſimplex prohibetur inter coniuges.
70 Nobilitas eſt vilis, quæ ex venibus naſcitur.
71 Vitiorum cauſa vnde oriatur.
72 In virtute ſummum bonum poſuere peripathetici.
73 Conſuetudo quòd quis ſit nobilis vel ignobilis, non valet.
74 Nobili vel noto plus creditur quàm alij viro.
75 Genitiuus denotat dominium: & an hoc ſemper.
76 Domus appellatione in materia pœnali, an veniat domus conducta.
77 Statutum pœnale verificatur ſecundum communem vſum loquendi.
78 Proprietas à poſſeſſore incepit.
79 Genitiui natura eſt ſignificare id quod eſt alterius.
80 Dictiones, de, & ex, propriè denotant cauſam propinquam & immediatam: Ob, autem, &, propter, denotant cauſam remotam.
81 Dictio, à, quandoque ſtat incluſiuè, quandoque vero excluſiuè.
82 Rex & eius vices gerens debet eſſe deuotus: & qui dicatur deuotus.
Subditi debent eſſe deuoti & obedientes ſuis principibus.
83 Officium publicum conſtitutione Romanæ eccleſiæ nullus habere poteſt, niſi ſit fidelis & deuotus eccleſiæ Rom.
84 Iudæi & aliæ ſectæ an poſſint dici fideles & deuoti ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ.
85 Iudæi veniunt appellatione populi Rom. ſubditi populo Rom.
86 Statutum debet intelligi ſecundum vulgarem modum loquendi.
87 Mali ab omni ſpecie eſt abſtinendum.
88 Iudæus non poteſt eſſe officialis, nec tutor Chriſtiani, quia non poſſunt præſtare iuramentum, quod tenetur præſtare Chriſtianus.
89 Actus principalis ſi non valet ex contractu, ſuper quo appoſitum eſt iuramentum, nec valebit iuramentum.
90 Conſtitutio qualibet debet intelligi ſecundum ius commune, quando non apparet aliter de mente conſtituentis.
91 Correctio iurium eſt euitanda, & improprietas.
92 Iudæum qui permittit promoueri ad officia publica, ſacrilegium committit; & velut in ſacrilegum excommunicatio eſt proferenda.
93 Papa debet niti animarum periculis obuiare.
94 Veriſimile quod non eſt, eſt quædam falſitatis imago.
95 Contraria duo non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.
96 Papa non diſpenſat contra ius diuinum.
97 In diſpoſitione vbi requiruntur plures qualitates neceſſariæ ad eſſentiam actus, non ſufficit vna qualitas, ſed omnes debent interuenire.
98 Copulatiua ad veritatem requiritur vtranque partem eſſe veram.
99 In rege ſeu eius locum tenente debet eſſe probitas, & debet eſſe ſuperior circumſpectus circa ſubditos.
100 Circumſpectus quis dicatur, & vnde dicatur.
101 Adminiſtrator illuſtrium perſonarum quas qualitates habere debeat.
102 Rex appellatur illuſtris: & qui alij dicantur illuſtres.
103 Iuſtitia ſine miſericordia vertit ver um principem in tyrannum.
104 Magnanimus quis præſumatur.
105 Auaritia nil eſt deterius, præſertim in principibus & rempubl. gubernantibus, & in ſenibus dicitur quoddam monſtrum.
106 Liberalitas in omnibus eſt laudanda: liberalis enim poteſt dici nobilis.
107 Largitas tenet medium inter prodigalitatem & auaritiam.
108 Dictio, abſque, quomodo ſumatur.
109 Filius illegitimus non poteſt ſuccedere in regno patris: & in quibus ſuccedant filij illegitimi, & an debeant habere alimenta. 110.
111 Dos ſuccedit loco alimentorum.
112 Alimenta negare eſt necare.
113 Ius canonicum vbique eſt ſeruandum, quoties tractatur de peccato etiam in iudicijs imperij.

114 *Regis filius excludit in regni ſucceſſione fratrem regis, & ſic eius patruum.*

115 *Ius primogenituræ poteſt alienari.*

116 *Pater & filius cenſentur eadem perſona.*

117 *In ſucceſſione rerum priuatarum plures filij præmortui tenent locum patris, ita quòd ſuccedũt in hæreditate vnà cum patruis per ſtirpem, & non per capita.*

118 *Primogenitus ſi ante adeptionem regni viuente patre deceſſit, relicto ex eo filio, an filius primogeniti debeat ſuccedere auo ſuo in regno, an vero ſecundogenitus.*

119 *Regnum eſt indiuiſibile, & non capit duos: Et filijs regis deficientibus frater ſuccedit in regno.*

120 *Dictio, præſertim, quomodo ſumatur, & quomodo dictio, maximè.*

121 *Rex dicitur habere curã, & debet eſſe defenſor eccleſiarum, & piorum locorum regni.*

Et dicitur habere liberam & generalem adminiſtrationem: & an idem ſit in prælato. 122.

123 *Verbum, libera, quid operetur in procuratorio.*

124 *Adminiſtratio libera, ſeu libera poteſtas per quæ verba conferatur.*

125 *Eccleſia, monaſterium, & locus pius, in quo differant, & an appellatione vnius veniat reliquum.*

126 *Portio canonica ita debetur de relictis factis monaſterijs & alijs pijs locis, ſicut de relictis factis eccleſijs.*

127 *Iura indulta eccleſijs, an habeant locum in hoſpitalibus.*

128 *Iura regulariter præſtant immunitatem & priuilegia eccleſiis, & non alijs locis.*

129 *Monaſterium, quandoque exponitur pro eccleſia.*

Improprietates ſunt euitandæ.

130 *Argumentum vnde dicatur.*

131 *Hoſpitalia poſſunt petere reſtitutionem in integrum, & quare.*

132 *Eccleſia ſi adiuit hæreditatem damnoſam, non tenetur vltra vires hæreditarias.*

133 *Fugiens ad hoſpitale gaudet ea immunitate, qua gaudet fugiens ad eccleſiam.*

134 *Res eccleſiæ detinens, etiam ſi ſit laicus, ſicut poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico, ita & laicus detinens res hoſpitalium.*

135 *Prælatus ſicut non poteſt teſtari de rebus acquiſitis ex prælatura, ita & rector hoſpitalis non poteſt teſtari de acquiſitis intuitu hoſpitalis.*

136 *Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto an habeat locum in hoſpitali, ſicut in eccleſ.*

137 *Monaſterij appel. in materia ſtricta non comprehenditur eccleſia ſecularis: ſecus in materia larga.*

138 *Eccleſiaſticæ perſonæ quæ ſint.*

139 *Vaſallus ſeu ſubditus debet præſtare fidelitatem domino ſuo, & ſibi eſſe fidelis. & econtra dominus vaſallo.*

140 *Locator ſi promiſit non expellere inquilinum, intelligitur ſi ſoluerit penſionem. & ſic ſi fecerit id, ad quod tenetur ex natura contractus.*

141 *Dominus per feloniam commiſſam in vaſallum, feudi proprietate priuatur. ſicut econtrario vaſallus feudo.*

142 *Pœna ad hoc vt petatur, cauſa debet eſſe liquida.*

143 *Qui non facit vel impendit quod debet, fruſtra petit debitum.*

144 *Dos ſi per dilationem non detur, donatio propter nuptias denegari prorſus debet.*

145 *Legis auxilium fruſtra implorat, qui committit in legem.*

146 *Promittens & iurans ſeruare aliquem contractum, intelligitur ſe obligare, in quantum alius obſeruat pro parte ſua, aliàs non tenetur ad obſeruantiam.*

147 *Pacem ſi duo fecerunt, cum promiſſione illam non rumpendi: ſi poſtea rumpunt, qui rumpit ſecundo, poteſt accuſare primum, ſed primus non ſecundum.*

148 *Delicta paria mutua compenſatione tolluntur.*

149 *Qui venit contra ſcriptum ei vti non debet.*

150 *Homagium alicui præſtare eſt quædã ſpecies ſeruitutis: & an prælati teneantur præſtare homagium principi ſeculari: & quid ſit homagium, & quid fidelitas.*

151 *Clerici recipientes beneficia à ſuperioribus, an debeant præſtare fidelitatem ſeu homagium.*

152 *Homagium continet temporale commodum illius, cui præſtatur.*

153 *Iurans parere mandatis alicuius, intelligitur ſuper rebus licitũ & honeſtis.*

154 *Epiſcopus iurans ſeruare conſuetudines, quas hactenus ſuperiores epiſcopi obſeruauerunt, veniunt conſuetudines laudabiles, & honeſtæ.*

155 *Seruus in grauibus non excuſatur etiã obtemperans domino: quinetiam ad mandatum principis non excuſatur quis faciens contra Deum.*

156 *Papa non habet authoritatem peccandi, & per conſequens eius authoritas non extenditur in peccatis.*

157 *Defendere ſi promiſi & iuraui aliquem contra omnes homines mundi, non venit patria, nec coniuncta perſona, nec propria.*

158 *Naturalia ſunt immutabilia.*

159 *Statuta generaliter edita reſtringuntur, ne trahantur ad caſum periculoſum & illicitum.*

160 *Priuilegia quando confirmantur, intelliguntur confirmata ſolùm iuſta.*

161 *Iuramentum præſtitum de non obediendo alteri quàm regi, intelligitur niſi alius fuerit, qui vices regis gerat.*

Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.

162 *Vicerector an gaudeat priuilegio rectoris: & an debeat habere ceſſionem rectoris præeminentem.*

163 *Delegatus gerens vices delegantis ita debet honorari, vt ipſe delegans tanquam repræſentans eius perſonam.*

164 *Prærogatiua quæ eſt in principali, eſt etiam in ſuo locum tenente.*

165 *Honor maior debetur epiſcopo quàm ſuo vicario.*

166 *Caſtrum, ciuitas, & villa, in quo differant.*

167 *Caſtrorum dominus, vel ciuitatum, debet poſſe ingredi fortalitia cum omnibus ſuis.*

168 *Scholaris in domo conducta communiter cum ſocio poteſt ibi recipere ſuos, non tamen ganeas introducere.*

169 *Actio criminalis cui datur, multo magis debet dari defenſio: &*

Iniuria, quæ fit vni de agnatione, omnes reſpicit.

170 *Alimenta ſi quis eſt ſtipulatus viro, tenetur præſtare vxori, quia ſunt vna caro.*

171 *Nobilis priuilegiatus vt poſſit audire diuina tempore interdicti, an poſſit ſecum ducere familiares.*

172 *Sui qui dicantur, & qui veniant ſuorum appellatione.*

173 *In mandato facto vniuerſitati non comprehenduntur ſinguli, niſi aliud exprimatur.*

174 *Copula natura eſt diuerſa coniungere.*

175 *Conſtitutio pœnalis vel alia ſi eſt concepta per dictionem, ſi quis, vel, ſi qua, an comprehendatur vniuerſitas.*

176 *Clauſula, in omnibus & per omnia, quid operetur.*

177 *Dominus poteſt violenter cogere ſubditos ſe ab obedientia ſubtrahentes.*

178 *Redditnum appellatione non veniunt iura.*

179 *Fructus omnis conſiſtit in redditu, ſed non econtra.*

180 *Fructus dignitatis debẽt peruenire ad manus adminiſtratoris habentis liberam & generalem adminiſtrationem: & tali ſoluendo debitor eſt liberatus.*

181 *Expenſæ ſunt faciendæ ſecundum quod decet reſpectu qualitatis eius, cui ſunt miniſtrandæ: & eſt conſideranda ratio ſeu qualitas redituum, vt ſemper aliquid ſuperſit.*

182 *Alimenta dantur ſecundum qualitatem & dignitatem perſonarum.*

183 *Imperator eſt dominus orbis, & omnia ſua eſſe intelliguntur & ſub eo ſunt omnes nationes.*

184 *Imperium à cæleſti maieſtate traditum eſt: ſacerdotium enim & imperium ab eodem fonte procedunt.*

Hiſpania olim erat ſubiecta Imperatori.

185 *Papa non debet iuriſdictionem alterius vſurpare.*

186 *Reges Hiſpaniæ, Franciæ, & Angliæ tenentur de iure Imperatori obedire, licet de facto non obediant.*

187 *Actus vbi poteſt præiudicare vltra intentum gerentis illum actum gerens debet proteſtari & declarare intentum ſuum. quòd illi non intendit præiudicare.*

188 *Coadiutor regis debet habere expenſas pro ſe & ſuis: & an curator debeat ali de bonis pupilli.*

189 *Coadiutoris expirat officium morte illius, cui datur.*

190 *Rex an poſſit priuare filios, vel collaterales, vel fratres regno, quod debetur per ſucceſſionem: & an fœmina ſuccedat in regno.*

191 *Clericus an propter negligentiam poſſit deponi: & quis dicatur negligens.*

192 *Iudex propter negligentiam poteſt remoueri, & poteſt procuratorem ex negligentia repellere.*
193 *Poteſtas, ſeu officialis remotus propter ſuſpicionem non debet habere ſalarium.*
194 *Negligentia vnde proueniat.*
195 *Negligentia quandoque poteſt excommunicari.*
196 *Principes ſeculares an teneantur ad defenſionem eccleſiarum, viduarum, & orphanorum.*
197 *Tutor an poſſit dari regi pupillo, & demum curator completa ætate puerili vſque ad 22. annum.*
198 *Mulier eſt inhabilis ad iudicandum, & tamen ſi ſuccedit in regno iudicat.*
199 *Quilibet in rebus ſuis eſt moderator & arbiter.*
200 *Minor 25. annis non habet perſonã ſtandi in iudicio, immo etiam eo inuito datur ſibi curator.*
201 *Rex, vel alius princeps ſi deceſſit relicto filio impubere, quis exercebit iuriſdictionem: & in qua ætate poterit iſte filius adminiſtrare.*
202 *Diſpoſitio qualibet debet ampliari & reſtringi ad limites rationis expreſſæ, etiam ſi verba non patiantur.*
203 *Alienatio prodigi an teneat, ſi ſit notorium, quòd ſit prodigus: & an geſta per eum firmentur iuramento.*

1 GRANDI. † Si ille qui præeſt, negligens fuerit & remiſ-
ſus, debet ſuperior ſibi dare idoneum coadiutorem. hoc
dicit, ſecundum Ioan. And. *hic in gloſſ. prima*, cum quo ſcriben-
tes omnes communiter tranſeunt. Sed iudicio meo hoc ſum-
marium eſt nimis generale. & ſpecialius ſic ſummari poteſt:
ſi ille qui præeſt, negligens fuerit & remiſſus, debet ſuperior
dare ſibi coadiutorem cum omnibus qualitatibus hic requi-
ſitis, qui circa incumbentia officio ſuo prouideat. & quæ ſint,
Papa declarat: & ſublatis obſtantibus mandat ipſum recipi,
deinde mandat ſibi pareri, tertio mandat ſibi ſuffragari. quar-
to de redditibus ſibi reſponderi, & contra rebelles ſeu contra-
dictores, iudices & executores dat cum proteſtatione. hoc di-
cit. ¶ Et diuiditur in tres partes. In prima igitur ponit manda-
tum. In ſecunda ibi, *alioquin*, dat ipſius mandati executores.
In tertia ibi, *per hoc proteſtatur*.
2 Not. primo ex ſupraſcriptione, ſecundum dominum Do-
min. de ſancto Gemin. hic, quod †, differentia eſt inter Ba-
rones & Comites: & ſic appellatione vnius ſecundum eum
non comprehenderetur reliquus. & allegat ad hoc gloſſ. *in
Clementina prima, in ver. principum. de baptiſ. & cap. fundamenta de
electio. libro ſexto.* & ita reſidet. Ego adduco dominum meum,
dom. Andr. Barbatium vtriuſque Iuris principem in ſolenni
repetitio. *extrauagant. volentes, in verſic. Comites, Barones, & nobi-
les.* vbi colligit ex illo text. eandem doctrinam: & dicit, quod
hic prædicta ponuntur vt diuerſa. & allegat dom. Dominic.
hic, & gloſſ. *in dicta Clementina prima, & in dicto cap. fundamenta.
§. proinde. in verſic. dux, Comes, aut Baro.* & adduco etiam domi-
num Dominicum, *in dicto cap. fundamenta § proinde.* vbi etiam
colligit hoc, & allegat gloſſ. ibi, & vide dom. Ioann. de Imol.
poſt Stephan. *in dicta Clement. vnica, in tertia colum.* vbi idem
ſentit, & quis dicatur comes, vide gloſſ. *in dicto cap. fundamenta.
§. proinde. in verſic. marchio*, vbi declarantur plura vocabula. &
vide text. *in cap. primo, in tit. quis dicatur, dux, marchio. vel comes. in
3 vſib. feu.* vbi probatur, quod qui eſt inueſtitus aliquo comitatu,
appellatur comes, ergo ſine comitatu proprie non dicitur co-
mes, ſed abuſiue ſecundum Bald. ibi, ſicut ſunt comites ſacri
palatij, qui creant tabelliones, dant tutores, & alia faciunt,
quæ in eorum priuilegijs continentur. allegat not. *in l. 1. ff. de
tut. & cur. da. ab his*, quod eſt bene notandum propter ſtatuta
pœnalia loquentia de comite, vt reſtringantur ad comitem
proprie, & non amplientur ad comitem abuſiue. & ratio red-
4 di poteſt. † quia ſtatuta debent ſtrictè & proprie intelligi, *l. 3.
§. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. quicquid aſtringendæ. ff de verb. oblig. l. 1. §.
ſi is qui nauem. ff. de exercito. cap. in noſtra, de iniur & dam. da. cum ſi.*
faciat ſimile ſecundum dominum meum *in d. extrauaganti, vo-
5 lentes.* † quod dicimus de canonico ſine præbenda, vt proprie
non dicatur canonicus, ſed dicitur canonicus in herba, vt no.
*in cap. relatum. & in cap. dilectus, de præben. & in cap. cum noſtris, de
conceſ. præben.* & vide Pet. de Anchar. *in cap. cum cui, de præben. lib.
6.* vbi dicit, quod inane eſt nomen canonici ſine præben. Ego
adduco quod voluit D. Abb. *in cap. inter dilectos, de fi. inſtrument.*
vbi dixit, quòd ſecundum conſuetudinem Lombardiæ aliqui
appellantur comites, ſi de eorum genere fuit aliquis comes;
tamen iſti non dicuntur veri comites, nec ſtatutum loquens
de comite habebit locum in iſtis, vt dixi. faciat ſimile quod di-
cimus de Cardinalibus Rauennæ, de diabolo principe huius
mundi, & de Imperatore Græcorum, & rege ſacc . . um de qui-
bus per gloſſ. *in cap. pudor. 32. quæſt. 2. & per gloſſ. in . . p. venerabi-
lem. in ver. tranſtulit. de ele.* faciat ſimile de doctore ignorante,
qui abuſiuè dicitur doctor, & ideo belliſſime dixit Angel. *in l.
1. § pueritiam. ff. de poſtu.* quod talis non appellatur legum Do-
ctor, ſed legum dolor. Et alleg. quod voluit gloſſ. ſingu. *in l. 2.
C. qui ata. ſe excu. lib. 10.* faciat text. peregrinus, *in c. multi. 40. di-
ſtinct. & text. in l. 1. C. qui & aduerſus quos.* & ibi Bal. colligit, quod
in defectu boni, triſtis ſedet in banca: faciat etiam in ſimili
quod not. *in cle. in pleriſque de elect.* † De barone vero, quis dica-
tur baro; dom. meus, *in d. extrauaganti dicit. quod in lib. feu.* non
reperit text. formalem exprimentem hoc nomen: nam text. *in
capit. 1. in titu. quis dicatur, dux, marchio, vel comes*, dicit, qui non à
principe vel à poteſtate de plebe aliqua aut plebis parte per
feudum fuerit inueſtitus, is capitaneus appellatur, qui pro-
prio valuaſor magnus appellabatur olim, qui text. ſecundum
D. meum, ſi recte ponderetur, importat hominẽ inferiorẽ co-
mite: quo caſu videtur intelligi de Barone. & ad hoc adducit
Bald. *in titu. qui feu. da. poſ. in vſi. feudo.* vbi dicit, hi ſunt, quos vul-
go barones appellamus; & refert quendam magnum Doctor.
ſic dicere in ſua ſumma: & hoc etiam videtur probare gloſſ.
iuncto text. & eo quod voluit ibi Domi. *in d. c. fundamenta.* nam
text. ibi facit mentionem de barone. & gloſſ. declarat, quis di-
catur marchio, dux, comes, & nõ declarat quis dicatur baro,
ſed bene declarat quis dicatur capitaneus, & tamen D. Domi.
ibi dicit, quæ differentia ſit inter principem, marchionem. &
barones, vide in gloſſ. ergo iudicio meo ſentit Do. quòd capi-
taneus dicatur baro, ergo recte locutus eſt Bal. quod capitanei
ſunt hi, quos vulgò barones appellamus, *in d. c. 1. qui feu. da. poſ.*
& miror, quod D. meus illam glo. ad hoc non ponderauit iun-
cto text. & eo quod dixit ibi D. Dom. immo iudicio meo po-
teſt dici, quod quilibet inferior comite habens dignitatem a-
liquam dicatur baro: nã bares græce, latine grauis, ſed in hoc
attendenda eſt conſuetudo & communis vſus loquendi: nam
vocamus barones dominos & patronos oppidorum & caſtel-
lorum, & in Sicilia patria mea dulciſſima huiuſmodi vocare
ſolemus: nam conſuetudo † eſt optima legum interpres, *c. cum
dilectus. de conſuet. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. cum ſi.* & commu-
nis vſus loquendi attendi debet, *l. librorum. §. quod tamen caſ-
ſius. ff de leg. 3. l. Labeo. § idem Tubero. ff. de ſuppel. leg.* & quod voluit
ibi Bart. *c. ex litteris.* & ibi omnes, *de ſpon.* Iac. Butr. *in 1. conſtit. ffo-
rum. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven.* Bart. *in l. 1. C. de iu-
ra cal* D. Ant. & D. Abb. *in proœm. Gregor.* & idem Abb. *in repeti.
§. qui vero. cap. extirpandæ. de præb. cum ſi.* & tamen iſti domini ca-
ſtellorum ſunt inferiores comitib. ergo. ¶ Sed quæro, † an co-
mites debeat præferri baronibus? Et dic quod ſic, per tex. *in d.
c. fundamenta. §. proinde*, arguendo per illum text. ab ordine lit-
teræ, quod validum eſt in iure, vt dixit gloſſ. *in cle. vnica, de ba-
pti. & in c. quorundam. inf. de elect.* & quod habetur *in l. generaliter.
in ver. ordinem ſcripturæ ſequendum. ff. de fideicom. lib.* & per D. Abb.
in c. ſedes Apoſtolica, de reſcrip. cum concor. Sed obſt. ſupradictis iſta
ſupraſcriptio, quæ probat contrarium: nam dicit idem baro-
nibus & comitibus: & ſic baro præfertur comiti. Dic, quod Pa-
pa improprie locutus eſt, & non eſt mirum, quia quandoque
iura apponunt nomina vulgaria, *c. veſtra, de loca. c. præſenti. §. lo-
ra. de præb.* & Imperator quandoque loquitur groſſo modo, vt
voluit Bald. *in cap. 1. qui feu. da. poſſ. & allega. not. in l. 1. C. de ſer fug.*
¶ Not. *ibi, non immerito*, † quod duæ negationes faciunt vnam
affirmationem, id eſt, meritò. *l. duob. ff. de verb. ſign.* vide D. Dom.
in cap. 1. inf. de iureiur. & Bart. *in l. fœminæ. ff. de ſena.* cuius contra-
rium innuit, *c. & ſi Chriſtus, de iureiuran.* dum dicit eſt eſt, non
non. dic pro ſol. quæ colligitur ex gloſſ. 2. & 3. *d. cap. & ſi Chri-
ſtus*, quod quando duæ negationes referuntur ad idem, faciũt
vnam affirmationem, vt in contrario: ſecus ſi referuntur ad di-
uerſa, *vt in d. c. & ſi Chriſtus*, fit enim ibi geminatio, vt vna refe-
ratur, ad cor, alia ad os, quod not. idem, vbi referuntur ad di-
uerſa in eadem oratione con[illegible]nta, vt not. *in d. l. duobus.* Itẽ hoc
limita, niſi ſequatur abſonus & contrarius intell. tunc enim
duę negationes non faciunt vnam affirmationem, ſed vna ne-
gatio ſtat proprie, alia ſuperabundat: plerunque † enim ex
abundantia cordis quis geminat negationes, vt colligitur ex
not.

nor. in l.1.C.de ſer.fu. vbi per Cyn.facit l.fluminum,in princip.ff.de
dam.infect. Sed quid ſi apponantur tres negationes concernẽ-
tes idem, neque reſultat contrarius ſeu abſonus intell. & ſen-
ſus D.Abb.in d.c.& ſi Chriſtus,dicit quod duę faciunt vnam af-
firmationẽ.& tertia ſtat proprie,vt in l.1.ff.de hære.inſti.not.Bar.
in l.duob.& ita ibi reſidet.Ego adduco Pau.de Caſt.in d.l.1. C.de
ſer.fugi.vbi dicit,quod legiſtę in hoc non attendunt intellectũ
dialecticalem,ſed mentem loquentis, & remittit ſe ad no. per
Cyn. in l.qui ſe patris.C.vnde lib. & vide gloſ.& ibi Ioan. de Imo.
poſt alios in cle.vnica,de offi.deleg.in ver.nec non. Ioan.Cal.D.meũ
in c.in noſtra.de reſcript.Doct.in d.l.1.& Bart. & alios in d.l.duobus.
11 & Doct.poſt Cyn.in d.l.qui ſe patris,cum alijs concor. Sed † eſt du-
bium,quare duæ affirmationes ſiue duo aduerbia affirmatiua
immo melius confirmatiua non faciunt vnam negationem,ſi-
cut duæ negationes faciunt vnam affirmationẽ.reſponſio eſt,
quia aduerbia confirmatiua non diſtribuunt,ſed ex ſuo ſigni-
cato & modo ſignificandi confirmant, quicquid inueniunt,
qualitercunque ſit illud. aduerbia vero negandi diſtribuunt,
iuxta ſententiam beati patris Aug.dicentis: Negatio eſt tantæ
malignitatis,quod quicquid inuenit, deſtruit, & eius oppoſi-
tum ponit, ideo non eſt ſimilitudo inter aduerbia affirmandi
& negandi: & hanc diuerſitatis rationem ponunt logici,& pͤ-
ſertim reſpondet magiſt. Paulus Pergulẽſis in dubijs ſuis, du-
12 bio 7.¶ †Secundo colligo retentis eiſdem verbis,quod dictio,
in ſtat hic negatiue,ſeu priuatiue:ſed propter aliam negationẽ
ſibi adiunctam ſtat affirmatiue,ſimile in c.ad audientiam noſtrã.
de conſuet.in ver.inſpicientibus.quandoq; ſtat augmentatiue.vt in
c.1.ſup.de fideiuſ.iuncta gl.& in l.Gallus.§.caſus ille indiſſicilis.ff.de lib.
& poſthu.quandoq; nihil operatur vt not. in c.nobis.de iur.pa. &
vide de hoc plene per D.Abb.& D. meum in d.c. ad audientiam
noſtram.& vide gl. in cle.paſtoralis.in ver.inuigilare. & ibi Ioan.de
Imo.poſt alios,de re iu. & plene per Doct.in d.§.caſus.& vide D.
Do. in c.vt ſuper.de ap.lib.6.Arch.40.diſt.c.ſi Papa.¶ Tertio colli-
13 go ex eiſdem verbis,† ꝙ in dignitatibus conferendis attendũ-
tur perſonarum merita,inquantum iſte tex dicit,non immerito,
immo merito.ad hoc c.de multa,in fi.de præb.c.ſtatutum. in princ. ſup.
de reſcript.c.cum nobis olim.c. innotuit. in verſ.propter prærogatiuam
meritorum.cap.cum in cunctis.de elect.cum ſimi adeo quod donatio
14 facta † intuitu meritorum & ſeruitiorum dicitur eſſe donatio
remuneratoria:& licet iure cautum ſit, quòd bona delata ad
fiſcum regulariter alienari non poſſint, tamen propter remu-
nerationem alienari poſſunt.elegans text.eſt in l.diuus.ff.de bon.
dam.facit l.multarum.C.de modo mul.Et ideo dixit Guil.de Cun.
in l.1.in princip.ff.de iuſti.& iu.quòd poteſt poteſtas mittere pro-
clamata remuneratoria,l.mulier in opus ſalinarum.ff.de capti.Bal.
in l.programma.C.de com.vel epi.Barto.in l.illud.C.de cano.largi.lib.10.
faciat tex.in l.cum nauiculariorum.C.de naui.lib.11.vbi remittitur
onus ſoluendi gabellam propter remunerationẽ. faciat quod
15 habetur in l.Aquilius Regulus.ff.de dona vbi † donatio remunera-
toria non indiget inſinuatione.& quod habetur, in auth.eo de-
curſum.C.de dona. ante nup.& in l.ſi.circa principiũ,cũ glo. C.de iure
dot.ideo belliſſime dixit Bal. in l.ſed & ſi legr. §.conſuluit.ff.de pet.
hære. quod donatio remuneratoria dicitur eſſe quædã permu-
tatio,& non proprie dicitur donatio,& ſingulariter dixit Bal.
in l.ſi vnquam.C.de reuocan.dona. quod licet propter natiuitatem
filiorum ſuperuenientem reuocetur donatio antea facta,vt ibi
eſt text. elegans,nihilominus non reuocatur quãdo eſt remu-
neratoria,† ſi quis donauit nepotibus ſuis tempore quo filios
ideo non habebat,nec habere ſperabat, & cum iuramento re-
nunciauit omnibus legibus & iuribus, per quæ dicta donatio
poſſit reuocari, an ſi poſtea ſuſcipiat filios, poterit ipſa dona-
tio reuocari? Dic quod ſic,quia habet locum l. ſi vnquam. C.de
reuoc.dona Nec obſt.D.Re.Ludo.Rom. conſil.268. & an ciuitas
poſſit vni ciui donare rem alterius ciuis cauſa remunerationis,
quia bene ſe geſſit pro republica: vide Lud.Ro.quod ſic, conſ.
310.faciat text.qui reputatur ſing. in l.metum.§.licet.ff. quod me.
cau.ibi,donatio remuneratoria non reuocatur, nec annullatur propter
metum.faciat text.qui reputatur ſing.in l.ſi pater. §.1.ff.de dona. vbi
16 † donatio remuneratoria non reuocatur propter ſequentem
ingratitudinem.adduco c.quicunq; ſuffragio. & c.eccleſiaſticis.12.
q.2. & c.per tuas.de dona. vbi poſſunt res eccleſiaſticæ alienari
propter remunerationem. & adduco D. meum D. Andream
Barbatiam, in extrauagan. volentes.in ver.intuitu ſeruitiorum. vbi
dixit,quòd quando conſtitutio eſt remuneratoria,conſtituẽs
non debet grauare ſubditos ad aliquid ſoluendum eſt enim

longius alienum à culmine regiæ, ſed imperialis liberalitatis.
vnde multum egregie dixit Bal.in l.imperialem.§.propterea ducа-
tus.de probi.ſeu alien.per Fede. in vſi.feu. quod † princeps non de-
bet eſſe auarus ſeu venalis:& idem voluit,in c.1.§.ſi vero. in titu.
qualiter ſeu olim po alien.& adduco D.Abb.in Rub.de dona.vbi di-
xit,quod † qui eſt prohibitus donare, & facit donationem, ſi
obligatio naturalis præceſſit illam donationem, & valet illa
donatio:quia proprie non eſt donatio,ſed quædam permuta-
tio,ſeu compenſatio ſeruitiorum & refert Bart. in proœmio ffo-
rum,dicere notabile verbum,quod donatio, quæ ſit cauſa re-
munerationis,non eſt vera donatio,& hoc ſibi placet Nam vt
dixit,eſt potius quædam permutatio ſeu compenſatio ſerui-
tiorum receptorum. hoc probatur per l.1.poſt princ. ff.de donat.
vbi dicitur,quod † illa eſt propria donatio, ad quam donator
mouetur nulla alia cauſa præcedente, niſi vt exerceat magni-
ficentiam & liberalitatem quandam:ſed ille, qui obligatus eſt
ad antidora, non donat ſolùm vt exerceat liberalitatem, ſed
potius vt ſoluat debitum naturæ,& vt remuneret eum,qui ſi-
bi ſeruit.pro hoc bonus text. in d.l. Aquilius.vbi dicitur, quod ſi
quis donat magiſtro ſuo,illa non eſt vera donatio,quia potius
voluit remunerare officium & obſequium magiſtri.ad idem d.
l.ſi pater.Et ex prędictis poteſt inferri ſecundũ D. Abb.in d.Rub.
quod inter coniuges prohibetur vera donatio quãdo ſcilicet
nulla præceſſit inter eos oblatio naturalis. ſed ſi præceſſit ob-
latio,videtur tenere donatio: quia, vt dictum eſt, illa non eſt
donatio:& hæc faciunt ad multa.& idẽ D. Abb.in d.c.per tuas:
dicit,quod ille text. facit, quod conceſſio remuneratiua non
videatur pura donatio:& quod prohibitus donare nõ videtur
prohibitus pro ſeruitio remunerando aliquam rem donare:
nam licet res eccleſiæ prohibeantur donari ſeu infeudari,vt in
c.2.de feu.& in c.nulli de reb.eccle non alie.tamen bene poſſunt in-
feudari propter merita & ſeruitia impenſa eccleſiæ: & remit-
tit ſe ad ea quæ dixit in d.Rub. & adduco c.ad hæc.& c.relatum.el
2 de teſta. vbi clericus poteſt aliquid erogare alicui pro remu-
neratione ſeruitij. faciat quod not. in cap.cæterum.de dona. facit
gloſſ.in authen.vnde ſi parens.C.de inoffi.teſta.& l.ſi donatio.C.de do-
nat.† vbi valet donatio facta inter patrem & filium propter
benemerita.facit l.quod autem.§.ſi vir & vxor.& l.quæ iam nupta.
& l.cum hic ſtatus.§.ſi ſocer.ff.de dona.inter vi.& vxo.vbi donatio
inter vi.& vx. valet, ſi eſt remuneratiua.facit c.illud. 16.quæſt.6.
facit l.iubemus. C.de ſac.ſan.eccleſ.faciat text.ſing.l.2.§.ex prætorio.ff.
de manumiſ.vin.† minor poteſt manumittere ſeruum propter
remunerationem.& ibi eſt caſus ſing ſecundum Ang.quod il-
lo caſu benemerita debent vere probari:facit doctrina Ang.in
l.ſed hæc illa.ff.de re iud. vbi in donatione remunitoria non ha-
bet locum exceptio, ne quis conueniatur vltra quam facere
poſſit & quod in ſimili conſuluit Bart.conſi.incip.D.Philoſophus.
& de materia vide plene per Doct.& D.meum in d.Rubri.de do-
natio.& in d.extrauagan.cap.volentes.† Sed ſtat difficultas,an ſta-
bitur aſſertioni recipientis de ſeruitijs præſtitis, vel aſſertionẽ
ſuccedentis ei, cui iam præſtita fuerunt? Et dic quòd ſic, in a-
ctibus procedentibus ex poteſtate aſſerentis: ſecus ſi non con-
ſiſtat in voluntate aſſerentis: iſta eſt gloſſ.ſing & vnica ſecun-
dum omnes in l.ſi donatione.C.de colla. vnde non ſtatur aſſertio-
ni patris ſuper benemeritis filiorum, nec ſtatur aſſertioni Ab-
batis ſuper meritis & ſeruitijs impenſis monaſterio, niſi vere
probentur,vt eſt text.melior qui reperiatur in iure, vt Angel.
vtar verbo, in l.etiam.§.expleto tempore. ff.de manumiſſ. vin. ad-
duci poſſet text. in l. ſi forte.ff. de caſtren.pecul. vbi Bartol. dixit,
quòd ſi collatio † aliter non teneat niſi propter merita, quòd
non ſtabitur aſſertioni meritorum, niſi benemerita vere pro-
bentur.& ibi etiam dixit, quòd ſi in inſtrumento notarij dici-
tur,quòd prælatus alienauit præcedentibus tractatibus quòd
non ſtabitur à tali aſſertioni,niſi aliter conſter de tractatibus
præcedentibus idem refert dixiſſe,in l.ſecundum. ff. de verb. oblig.
& idem dixit expreſſe in authent.ſi quis aliquo documento. C.de e-
den,& idem voluit Pet.de Anchar.in Clement.1.de reb.eccleſ.non
alien.& adduco text. in l.1.C.de men.& immuni. lib.11. & quod vo-
luit ibi Bartol.& Ang. & adduco, quod egregie voluit Bartol.
in l.per diuerſas. C.man. quod ſi in inſtrumento ceſſionis appo-
natur confeſſio pretij recepti, & aliter non apparet de nu-
meratione, quod non ſtatur tali confeſſioni: & ideo ceſſio
illa non præiudicabit ei, contra quem facta eſt, ita voluit
Iacob. de Bel. in Authent. de æquali. do. §.primo, & ita conſuluit
Iacob.Butr.Rayn.de for.Franc.de Piſis,& ipſe Bar. vt ipſemet
refert

refert in *d.l.per diuerſas.* facit quod voluit Bald. *in l. 2. C. ne liceat*
poten. & quod voluit Guil. de monte Laud. quē ſequitur Zenze.
& alij. *in cle. 1. de reb. eccl. non alie.* quòd † ſi prælatus alienat rem
eccleſiæ, & aſſerit propter neceſſitatem imminentem eccleſię
alienare, quod non ſtabitur tali aſſertioni niſi aliter probetur
veritas. faciat quod voluit Ioan. And. *in c. ſi. de dona.* & adduco
l. qui teſtamentum. ff. de probat. vbi eſt text. mirabilis, quod ſi ali-
quis legat vt debitum, ſi aliter non probetur debitum, quod
debeatur vt legatum. facit quod voluit Cyn. Bald. & alij, *in l. 1.*
C. de natu. libe. & ideo dixit gloſſ. ſing. ſecundum Bald. & alios
in l. 1. C. de adie. ſal. cauſa lega. quod non poteſt hęres illo caſu op-
ponere exceptionem non numeratæ pecunię & Pet. de Anch.
18 *in d. Clem. 1.* dixit, † quod ſi prælatus confitetur recepiſſe pecu-
niam, quod per talem confeſſionem non probatur numera-
tio, niſi aliter probetur pecuniam fuiſſe numeratam. & moue-
tur, quia talis confeſſio voluntaria habet vim cuiuſdam dona-
tionis, & alleg quod voluit Cyn. *in l. vnica. C. de confeſſ. in 15. q.*
& Bart. *in l. à diuo Pio. §. ſi cuiptor. ff. de re iud.* & quod not. *in auth.*
hoc ius porrectū. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. facit di-
ctum Innoc. *in c. grauis, de depo.* & bonus text. *in l. cum hi. §. ſed cū*
lis. ff. de tranſact. & ibi Bar. allegans Inno. *in d. c. grauis.* ſed Pau. de
Caſt. *conſ. 2. conſuluit contra illud dictum.* Per. de Anch. ſuper con-
feſſione facta per prælatum de recepta pecunia, & vide Abb.
in c. 2. de precario. quis iuſtius dixerit, hic non examino: nullam
tamen mentionem fecit Pau. de Caſtr. ibi de D. Pet. & vide et-
iam quod voluit D. Ant. & D. Abb. *in c. quamuis, de re iud. ver. re-*
ferunt. Cyn. *in d. l. vnica. C. de confeſ. in 15. q.* faciat quod not. *in cap.*
quod quibuſdā, de fideiuſ. & in c. 1. de ſol. & vide D. meū, *in extrauag.*
volentes præalleg. & vide, an confeſſio inter maritum & coniu-
gem facta præiudicet creditoribus: vide Ang. Aret. *Inſtit. de a-*
ctio. §. fuerat. Bart. & Doct. *in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat.* & Doct. *in l.*
cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 2. & Bart. *in conſi. incip. Pet. Nicola.*
19 ¶ Not. ibi, *& inf.* † quod dictio, inf. denotat diminutionem ſeu
reſecationem verborum factam, quæ verba erant in antiqua
decretali. & ad hoc adduco ſupremum D. ct. Bart. *in l. Gallus. §.*
idem credendum. ver. quæro quid ſi dixit, & inf. ff. de lib. & poſthum. vbi
dixit, quod ſignificatio huius dictionis eſt, quod ſcribens in-
tendit omittere aliqua, quę erāt in medio, & aſſumere aliquid
quod erat inf. & alleg. *l. 2. ff. ad leg. Aquil.* & pater ſecundum eū
in omnibus decretalib. vnde illud, quod omittitur per dictio-
nem & inf. ſignificatur illud, quod omittitur. adduco D Abb.
in c. cum virū. de reg. vbi dixit per illum text. quòd de ſignificato
huius dictionis inf. eſt quòd quando coniungitur certo tem-
pori, denotat imperfectionem, vnde is dicitur inf. annos diſ-
cretionis, quia adhuc nō eſt adeptus annos diſcretionis, vt quia
adhuc eſt impubes. Et miror pro certo, quòd Moderni non
viderint nec allegauerint: & vide eundem Abb. *in c. 1. de cleric.*
coniug. & adduco Gemin *in c. ſi annum §. ſi vero. in ver. no. primo,*
de iudic. inſ. eo. li. quòd dictio inf. poteſt denotare actum imme-
diate ſequentem terminum cui adiungitur, & actū multo tē-
pore diſtantem. quod dicit not. dignum pro teſtibus concor-
dandis, quòd ſi vnus teſtis diceret actum factum inf. domum,
& alter diceret in camera domus, iſti ſunt concordes de loco,
cum dictio inf. poſſit referri ad quamlibet partē incluſam ter-
mino addito. & adde eūdem Gemi. *in c. Pia, de except. lib. 6.* quòd
20 † dilatio data per dicta dictionem inf. includit diē, in qua di-
latio aſſignatur. & vide Ana. *in c. ſuper eo. de vſu.* ¶ Not. *ibi, manda-*
21 *mus.* quęro, † an ſit differentia, quando cauſa committitur per
verbum, mando, vel per verbum præcipio Solemnis Doct. Io.
de Imo. *in Clem. ſæpe. in gloſſ. in ver. mandamus.* dicit quod ſic, quia
quando committitur per verbum mādo, poteſt ſubdelegatus
ſubdelegare, ſecus ſi per verbum præcipio & de hoc dicit eſſe
gl. ſin. & alibi non repertam, *in l. ſæpè audiui Cæſarē. ff. de offi. præſi.*
& dicit, quòd ſic ſeruāt curiales D. Papæ & D Imperatoris. fa-
cit quod *in c. dudū. 57. q. 2. & ff. de iuriſ. om. iu. d. l. & quia.* ſed forte
de iure ſecundum non videtur verum, per not. *in l. 1. §. ff. quod*
iuſſu. & vide etiam Pau. de Eleaz *in cle. procuratorem. de procur.* &
Bald. *in l. fundi § item ſi amicus. ff. de acqui. poſſ.* Sed idē Io. de Imo.
22 *in d. cle. procuratorem, in 3. col. in princ. quærit,* an † præceptum ex-
piret morte præcipientis. Pau. de Eleaz. quem refert. ibi Ioan.
de Imol. dicit, quòd non: refert tamen ibi idem Ioan. de Imol.
quoſdam dicere, quòd aliud eſt mandatum, & aliud pęceptū,
14. q. 1. c. quod præcipitur. & d. c. dudum. & vide ibi not. ſecundum
D. Ant. *in d. cle. procuratorem.* & vide Bart. *in d. l. fundi. §. 1. & in d.*
l. & quia. & per Ioan. de Lig. *in d. cle. procuratorem.* vbi Io. de Imo.
dicit, quod non eſt differentia inter iuſſum & mandatum ſeu
præceptum, ſi fiant à priuato, *l. 1. ff. man.* & ibi eſt caſus ſecundū
eum Si verò fiant à ſuperiore, idem videtur, quia mandatū vel
rogatio ſeu exhortatio ſuperioris videtur præceptū, *l. 1. ff. quod*
iuſſu: & dicit hoc regulariter verum. fallit quo ad poteſtatem
ſubdelegandi. quia vbi committitur cauſa verbū præcipimus,
non poteſt ſubdelegari: ſecus ſi per verbum mandamus, vt no.
gloſſ. ſing. ſecundum eum. quę non eſt alibi, *in d. l. ſæpè.* & ſic di-
cit etiam ibi ſeruare curiales Papæ & Imperatoris, nō alleg. ta-
men illa ſecundum eum text. hoc bene probantē, videtur ta-
men in alio eſſe differentia, quia proprie iuſſus, ſeu præceptū
videtur eſſe, quando emanat circa eā quæ incumbunt ex offi-
cio fiendo: mandatum verum vbi nō incumbebat hoc facere,
iuxta not. *in præal. l. & quia. & in d. l. fundi, §. item ſi alicuius. & l. ſi*
per epiſtolam. eo. tit. ſecundum D. Ant. *& in d. cle. procuratorem.* &
ſic Ioan de Imo. videtur ſibi eſſe contrarius. Sed dic. quod non
eſt cōtrarius per diſtinctionem, quam dat *in d. cle. procuratorem.*
D. meus *in c. eam te. de reſcript. in ver. mandatum dedimus, & præce-*
ptum ſecutus eſt gloſ. in d. l. ſæpe. & in pleriſque alijs locis: ſed non alle-
ganit Doct. *in d clem. procuratorem,* adde ad prædicta gloſſ. *Inſtit.*
de Attil. tut. §. ſed hoc iure vtimur. in ver. iuſſione, quæ facit differen-
tiam inter mandatum & iuſſum, & omnino vide D. Felin. *in c.*
eam te, in 10. col. in ver. inter mandatum & præceptum, de reſcript. v-
bi ponit quinque differentias, quas tranſplantare nolo more
quorundam noſtri temporis Mihi videtur, quod ex quo gloſ.
in d. l. ſæpè, eſt communi iure in obſeruantia, ſit ſequenda, arg. *l.*
minime. ff. de legi. & vidi ſæpenumero in iudicijs & palatijs ſecū-
dum ipſam iudicari: ſed de ſtricto iure non videtur eſt diffe-
rentia inter iuſſum, præceptum & mandatum: & ad hoc pon-
dero gloſſ. *in Clem. paſtoralis. in ver. de more. de re iudic.* vbi dixit,
quod verbum, iubeo. eſt neceſſitatis. & alleg. *d. c. quod præcipi-*
tur. ecce nunc. quod Ioan. And. ęquiparat iuſſum & præceptū
& poſtea ſubdit ad mandatum vel præceptum. & ſic videtur
ſentire, quòd æquiparantur. Item in his verbis attendi debet
materia ſubiecta. *arg. l. ſi vno. ff. loca.* & per id quod voluit Bal. *in*
l. ſi. C. de vſu. nam iſta verba licèt ſint neceſſitatis, tamen attenta
materia ſubiecta impropriantur, & non important neceſſita-
tem. vt notant Canoniſtæ, *in c. nam concupiſcentiam. de conſtitut.*
referentes beatum Thom. *2. 2 artic. 86. q. pen.* Archid. *27. quæſt.*
1. cap. 1. & in c. vtinam. 76. diſtin. & vide D. Abb. *in d. c. nam concu-*
piſcentiam. & in c. pen. in 1. notab. de vi. & hone. cler. vbi pulchre lo-
quitur. & aliquid per eundem *in c. veſtra, de cohabi. cleric. & mul.*
& in repet §. qui vero. c. extirpandæ. de præb. & diſtingue, vt ibi per
eum. † Item verba rogatiua, ſeu exhortatiua quandoq; indu- 23
cunt neceſſitatem, vt eſt text. iuncta gloſſ. *in c. rogo. 11. quæſt. 3.* &
per Ioan. de Imol. poſt alios, *in cle. 1. in ver. exhortamur. de teſti.* &
per Doct. *in præallegatis locis.* & adde vnum in ſimili, quod dixit
D. Abb. *in d. cap. nam concupiſcentiam,* quòd † verba imperatiui 24
modi ex ſe non ſemper æquipollent verbis pręceptiuis tex. eſt
pulcher *in Clemen. venerabilis. §. noſtraque. de verb. ſigni.* qui tex. eſt
melior de iure ad hanc materiam, ex qua cle. colligitur hęc di-
ſtinctio, quod aut conſuetudo habet, quòd illa verba impera-
tiui important præceptum in caſu, de quo eſt quæſtio: & tunc
ſerua conſuetudinem *cap. cum dilectus. de conſuetud. l. minime.* Aut
non apparet de conſuetudine, & tunc recurre ad qualitatem
materiæ: ita dicamus in propoſito noſtro, quòd ex quo con-
ſuetudo inoleuit in curialibus Papę & Imperatoris, quod ver-
bum præcipio, denotet induſtriam perſonæ, adeo quòd non
poteſt actus ille ſubdelegari, ſtabimus huic conſuetudini, *per*
d. l. minime & d. c. cum dilectus. cum ſi. in alijs vero caſibus recurre-
mus ad qualitatem materiæ: & ita mihi videtur dicendum in
hoc caſu, ſaluo meliori iudicio alterius rectius ſentientis. ¶ † 25
Not. *ibi, nobilem.* argum. ex iſto text. ſecundū D. Domi. de ſan-
cto Gemi. poſt alios hic, quod in dandis dignitatibus ſecula-
rib ponderatur dignitas, & nihil aliud alleg. ego adduco Bal.
in quodam ſuo conſil. incip. Martinus Ioan. de Florentia, poſito inter cō-
ſilia Aug conſil. 67. vbi dicit, quod intereſt reipub. gubernari
per nobiles & non per plebeios, *l. honores. ff. de decu. l. ad ſubeun-*
da. C. eo. tit. lib. 10. & in authent. vt omnes obed. indic. prouinc. & in
authent. de defen. ciui. in princip. & in §. 1. & ibi D. Ang. arguit cō-
tra ſtatuta Florentiæ, quæ repellunt à regimine ciuitatis, quia
ſtrictè ſunt interpretanda, cum ſint contra ius commune re-
fert & ſequitur eum D. meus, D. And. *in extrauagant. volentes,*
in ver. nobiles. & adduco ego Martin. Lauden. *in titu. de digni-*
tat. vbi dixit, quod princeps debeat conferre dignitates
pro-

propter labores. merita & virtutes, non propter ambitionem
& virtutum præmia, *C.de ſta.& imag.l.contra publicam,in l.fin.C.
de remili.* & vide Arch. *47.diſtinct.c.omnes huius ſeculi.* An autem
iſtud procedat in eccleſiaſticis. Ioan. And. remittit ſe ad not. *in
c.quoniam vetus.24.q.1.* vbi gloſ. dicit, quod cum eſſet diſcordia
inter eligentes Rom. Pont. quidam ex electoribus hæc ferunt
verba dixiſſe, piſcatori Petro fabri filio ſucceſſorē quæramus,
26 non augusto Imperatori: & ſic in his † eccleſiaſticis non attenditur
dignitas, ſed virtutum nobilitas: & remittit ſe etiam
ad not. *in c.conſtituris.el 2. de ap.* & ibi videas bonam gloſſ. *in ver.
in potentia.in ver. nunquid habenda eſt ratio potentiæ diuitiarū & nobilitatis.&c.*
vbi arguit pro & contra. Sed pro ſolut. dic, quod ſi
omnes circūſtantiæ pares eſſent hincinde, ſatis poteſt recurri
ad diuitias, ſeu potentiam, vt per eam ſubleuetur eccleſia, *per
iura prædicta. & per d.c.conſtitutis.* vbi recurritur ad dignitatem,
cùm numerus eſt longe maior ex altera parte, *c.dudum.el 1.de elect.*
vel dic & clarius ſecundum Hoſt. *in d.c.conſtitutis.* conſiderandam
eſſe qualitatem & ſitum eccleſię, vt ſi eccleſia indiget
27 potentia vel diuitijs, tunc † potentia præfertur ſcientiæ, *arg.
bonum in c.offic ij.de elect.* vbi vero non indiget potentia, ſcientia
præfertur potentiæ, *arg.in c.in cauſis. de elect.* Si vero indiget diuitijs,
vt quia eſt onerata debitis, tūc diuitię præferētur ſcientiæ
& potentiæ, *arg.10.queſt.2.c.hoc ius porrectum.* ad hoc faciat
quod in ſi. not. Hoſt. *in c.1.de conſang.& affi.* ceſſantibus autem
prędictis conſiderationibus vt puta quia eccleſia non indiget
potentia vel diuitijs, tunc licèt prædicta gradum adijciant,
non tamen propter hoc reprobabitur electio facta de eo, qui
non eſt diues vel potens, ex quo aliàs eſt idoneus: & ita procedit
gloſſ. *in d.c. quoniam vetus. & bonus text. in c. venerabilis.in ver.
non generis, ſed virtutum nobilitas vitæque honeſtas gratum Deo faciunt
& idoneum ſeruitorem, ad cuius regimen, &c. depræb.* & apud
Deum non gradus elegantior, ſed vitę melioris actio comprobatur,
23. *queſt.4.cap.ſicut excellentiam.* nec conſiderandum eſt,
quis maior ſit in loco vel ordine, ſed quis iuſtior, 40. *diſtin.non
28 loca.& cap.multi. in fin.* nec † apud Deum eſt acceptio perſonarum,
*d.c. venerabilis.c.nouit, de iudic.31.queſt.2.§.his ita.3.queſt.8.
cap.vlti.& 4.q.4 cap.2.* & adduco text. *in c. ad decorem.in ver.viros
litteratos & alios idoneos, de inſtit facit c. ſpecialis. & cap. dominus. 56.
diſtinct.facit cap.nos qui præſumus. cap.illud.cap.qualibet.40. diſtinct.*
& iſta intelligas procedere, niſi eccleſia indigeret potētia, nobilitate
& dignitate, ſecundum D. Abb. *in d.c.conſtitutis:* non tamen
allegauit omnia iſta. & licet defectus nobilitatis vel potentiæ
non repellat, vt *in d.c. venerabilis.* non tamen nobiles &
potentes ſunt reſpuendi in eccleſia Dei, cum ipſe Chriſtus, qui
eccleſiæ caput eſt, quoſdam nobiles & potentes ad ipſum regimen
elegit, vt Bartholomæum & Paulum, ſecundum gloſſ.
& Doct. *in d.c.venerabilis.* ¶ Not. etiam retentis eiſdem verbis,
29 † quòd duplex eſt nobilitas, ſecundum D. Abb. *in d.cap.venerabilis:*
quædam generis. & in hac ſunt laudandi parentes: vnde
alibi ſecundum eum, ſi nobiles es, lauda parentes: ad hoc *cap.
nunquam 56.diſtinct.* Ego adduco Senecam *in tragedijs:* Qui genus
iactat ſuum aliena laudat. Alia eſt nobilitas virtutum, &
iſta eſt nobilitas animi, & proponenda nobilitati generis: vnde
pulchre inquit Cicero, *in inuectiua contra Saluſtium: Sanctius
eſt meis fulgere moribus, quam maiorum opinione niti, vt ſim poſteris
meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.* & contra eundem
dixit: Quod deficit in te, incipit in me, quaſi volebat inferre,
quod Saluſtius degenerabat genus ſuū, ſed ipſe proprijs virtutibus
præſtabat ſuis initium nobilitatis. Sed tamen vbi concurrunt
duo vincula, quia quis eſt nobilis ex virtutib. parentum
& virtutibus proprijs, tunc profectò eſt magis honorandus,
quia duplex decor fulget in eo, parentum & proprius. licet
30 magis ſit cōmendandus is, qui † ex pauperibus parentibus
oriundus virtutibus ſe dedicauit, quam is qui ex nobile progenie
oriundus fuit: ratio, quia nobilis habuit exemplum nobile
ſuorum, & occaſionem maximam, vt eſſet virtuoſus: ſed
ex pauperibus natus eſt ſolius Dei virtute mirabilis. ita apertè
videtur velle text. *in d.c.nunquam 56. diſt.* & ita teſidet D. Abb.
in d.c.venerabilis. ſed D. meus *in ſua repet.d.extrauagantis, volentes.
in ver. nobiles.* nixus eſt multa de hæc nobilitate in medium adducere,
quæ hic interſeram: & pro ingenij mei paruitate ipſa
examinare conabor, & ea quæ ipſe dicit, [illegible], ne alienæ
laudis ſim occultator: nam talis ſuus eſt [illegible], *arg. l. hereditatē.
§.ſi ff.ad leg fal.* ſecundum Bal *in præludij ſui.* Et primo
alleg. text. *in l.nobiliores.C.de commer.& merca.* qui ſecundum eū
decidit, † quod nobilis dicitur reſpectu natalium, quia natus 31
ex nobilibus parentibus & etiam dicitur nobilis reſpectu honorum,
quos adeptus eſt, & reſpectu diuitiarum, quia diues
eſt: quem tex. ad hoc reputat ſing & meliorem de iure, & ſubdit
quod Doct. non alleg. *in c.de multa.de præben.nec in c.1.de conſuet.lib.6.*
nec Bart. *in ſuo tractatu de dignitate,* quem poſuit *in l 1.
C.de digni.lib.12.* & ſic ſecundum eum, vt quis dicatur nobilis,
debent concurrere tria, quòd ſit natus ex parentibus nobilibus,
& ſit honorib. conſpicuus, & patrimonio ditior. & idem
videtur ſentiſſe Bart. Brix. *in repertorio ſuo in littera, N. in ver. nobilis.*
vbi dicit, quòd tria inducant nobilitatem, neceſſitas, honor
& diuitiæ: & allegat. *in l. nobiliores.* & ſic tacito auctore fecit
ſe nouum inuentorem illius text. & pro certo non rectè loquitur,
quia tria debent ad hoc cócurrere, vt quis dicatur nobilis.
& ad hoc adduco Bald. *in d. l. nobiliores.* vbi per illum text.
dixit, quòd alius eſt nobilis natalibus, alius dignitatibus, & alius
diuitijs. & refert hoc ibi velle Iacob. But. & ſubdit, quòd
per illum tex. quis poteſt dici nobilis trib. modis. primo modo
prout vulgus accipit, ſcilicet vt quis dicatur nobilis natalibus.
ſecundo modo ſecundum Philoſ. ſcilicet vt quis dicatur nobilis
propter honores & dignitates. tertio modo, vt quis dicatur
nobilis propter virtutem animi magnitudine decoratam.
& ſic Bald. ſentit, quod illa tria non debent ſimul concurrere,
vt quis dicatur nobilis, & iudicio meo rectius loquitur: nam
in illo text. illa tria ponuntur, vt diuerſa, & hoc probat copula.
&, quæ † de ſui natura ponitur inter diuerſa, vt not. gloſſ. *in 32
rubric.ff.de iur.& fac.igno.* & not. *in cle.in pleriſque.de elect.* nec probat
ille text. quod iſta tria in nobilitate interueniāt, immo iſta
tria genera hominem nobilium prohibentur à comercijs, &
quodlibet genus de per ſe debet abſtinere ab illis: nam poſſet
hoc eſſe, quod quis eſſet ditior patrimonio & honoribus conſpicuus,
& non eſſet natalibus nobilis, & abſurdum eſſet dicere,
quod iſta tria ſimul debeant concurrere: nam licet propriè
nobiles dicantur nobiles natiuitate & progenie ſecundū
communem vſum loquendi, tamen Imperator voluit etiam
alios nobiles largo ſumpto vocabulo ſumptos etiá prohibere
à comercijs, & hoc videtur rectè intuenti ſenſiſſe Bald. ibi, &
meritò Imperator ibi præpoſuit nobiles natalibus alijs nobilibus
aliàs ſequeretur abſurdum, & vix & rarò haberet locum
d.l.nobiliores, Dicamus ergo, quod illa l. intendit tria perſonarum
genera prohibere: primo nobiles genere. ſecundo nobiliore,
propter honores & dignitates: tertio ditiores patrimonio.
Nec obſt. ſi dicatur, quod illa copula, &, ſtabit expoſitiue,
ſcilicet &, pro id eſt: hoc modo illa l. vendicabit ſibi locum in
nobilitate tribus conditionibus qualificata: quia reſpondeo,
quod hoc non poteſt eſſe in caſu illius l. nam tunc copula, &,
ſtat expoſitiue, quando ponitur inter duo, quorum alterum
eſt ſequela, ſeu effectus alterius. Exemplum, talis ſit excommunicatus,
& à cætu fidelium ſit penitus alienus: tunc ſtat illa
copula, &, expoſitiue, quia alterum eſt ſequela, ſeu effectus alterius:
ſecus in caſu noſtro. & ad hoc adduco text. iuncta doctrina
D. Abb. *in c.monaſteria.de vi.& ho.cle.* immo eſt dicendum
in caſu noſtro, quod quando copula ponitur inter æquè principalia,
exponitur copula pro alternatiua: cum ergo iſta ponantur
ęquè principalia *in d.l.nobiliores.* ergo, &c. & ad hoc adduco
eundem D. Abb. *in c.2 de vi.& ho.cleric.* vel dici poteſt &
ſaluari D. meus, vt ille text. intelligatur, quod debent concurrere
illa tria, ad hoc vt aliquis dicatur nobilis, quo ad hoc, vt
prohibeatur à comercijs, & abſtineat ſe à mercibus ſed in alio
caſu non procederet, quia odia ſunt reſtringenda, *regula odia.
de re.iu.lib.6.& de pœn.diſtinct.1.§.pœna §.cum ſi.* Sed primus intel.
mihi videtur verior, & cum eo tranſeo, quicquid dicat dom.
meus. Deinde D. meus allegat quod habetur *in §.1. & etiam in
princip.in auth.de deſen.ciui.* facit text. ſecundum eum *in d. c.multa.*
vbi æquiparantur nobiles & litterati viri, inquantum text.
ibi dicit. circa ſublimes & litteratos perſonas. vidi ibi D. Abb.
vbi pulchrè loquitur. faciat gloſ. ſingu, ſecundum D. meum *in
l. ſocietates. ff. pro ſocio.* de qua Salic. ibi facit feſtum, † quod ad 33
canonicatus eccleſiæ cathedralis capeſcendos æquiparantur
nobiles & litterati viri. ergo ſi eſt nobilis & litteratus, videretur,
præferendus litterato duntaxat per illam gloſſ. ſecundum
eum, de qua non habuit conſiderationem Bald. *in l.nemini. C.
de aduo.diuer.iud.* vbi dixit, quod ſi ſunt † duo Doctores æqua- 34
lis ſcientiæ, & vnus eſt plebeius alter vero nobilis, quod præferretur
Doctor nobilis doctori plebeio, ex eo quia in eo concurrunt

currunt duo vincula, videlicet nobilitatis & litteraturæ, &
duo vincula vincunt vnum, *cap.1.de treu. & pace.auth. itaque. C. communia de ſucceſſi.* Sed D. meus poterat allegare D. Abb. *in ſi-
mi in d.c.venerabilis*, quem ſuperius retuli, vbi dixit, quod vbi
quis eſt nobilis ex virtutibus parentum & ex virtutibus pro-
prijs.magis eſt honorandus, quam ille qui ex virtutibus pro-
prijs duntaxat eſt nobilis:& hoc propter duo vincula, licet il-
le alter ſit magis commendandus.poterat etiam allegare no-
tabile dictum Cyn. *in l.prouidendum. C.de poſtu.* vbi dixit, quod
† nobilis moribus eſt præferendus nobili generi tantum:quia
ille nobilitatem exquirit à ſe, alius verò pollet ex nobilitate
ſuorum:ſed ſi quis eſſet moribus & genere nobilis, tunc præ-
ferendus eſt ei qui eſt nobilis morib. tantum, quia duplex di-
gnitas fulget in eo & propria & ſuorum. pro quo dicto Cyn.
D.Abb. *in c.1.de donatio.*allegat *d.c.nunquam 56.diſt.*& pro certo
miror, quod nec Bald.*in d.l.nemini.*nec D. Abb. *in d. c. venerabi-
lis.*allegauerit hoc dictum, quia non potuiſſent pro eorum di-
cto accommodatius dictum allegare, & longe miror etiam,
quod D.meus *in d.extrauag.* defecerit non allegando Cyn.*in d.
l.prouidendum.*& illud dictum Cyn.allegauit Bald.*in l.cum plu-
res.§.1.ff.de admi.tut.*poterat etiam D.meus allegare dictum Bal.
in l.sed & milites.ff.de excu.tut. vbi dixit, quod marchio & comes
præferendus eſt ei qui eſt marchio duntaxat. Deinde D.meus
ſubdit, quòd Bald.*in d.l.nemini.* non poterat allegare melius
quam gl. *in d.l.ſocietates.* pro certo illa gl.*d.l.ſocietates.* non pro-
bat doctrinam Bal.nam licet æquiparet nobiles & litteratos,
tamen non aperit, an litteratus & nobilis debeat litterato tã-
tum,& ſic parum appenſate locutus eſt. deinde dicit, quod
ſunt anni 30. quibus hunc paſſum retulit in procemio cle. au-
ſus fuit damnare doctrinam Bald. per quandam gloſſ. ſing. &
celebrem *in d.c.nunquàm.56. diſtinct.* quæ voluit per illum text.
quòd natus ex parentibus prorſus alienis à virtutibus, dum ta-
men ipſe ſit bonus & virtuoſus eſt melior eo, qui natus eſt de
bonis parentibus, licet ſit æquè bonus & virtuoſus:ecce nunc
ſecundum eum, quòd in illo concurrunt duo vincula, in alte-
ro duntaxat vnum, & nihilominus vnum vinculum præfertur
duobus & habet rationem in ſe, quia natus ex vilibus parenti-
bus naturaliter debet declinare in deterius, *l.quid ſi nolit. §.qui
mancipium.ff.de ædi. edict.* quod eſt ſecus in nato ex claris paren-
tibus & adduxit text.cum gloſſ. ſua, & ſtupendum & ſingula-
36 rem, *in c fidelior.50.diſt.* vbi probatur, † quod peccator emen-
datus in promotione ad prælaturam eſt præferendus ei, qui
nunquam peccauit: eodem modo magis meretur natus ex vi-
lib. parentibus quam natus ex claris parentibus & allegat in
arg illud Senecæ *in prima tragædia*: Nobiles aui non ſunt mihi,
ſed clara virtus.& quod ſcripſit Cicero, *in Inuectiuis contra Ca-
tilinam.* eſt licet in hoc D. meus ſubtiliter loquatur, tamen ab
eius morſibus ſaluari poteſt doctrina Bald.Cyn.& Abb.vt di-
camus, quod magis honorandus & prę̨ferendus ille, qui natus
ex bonis parentibus eſt virtuoſus, quam ille qui natus ex vilib.
parentibus eſt virtuoſus, & hoc propter duo vincula. Non ob.
gloſſ. *in d.c.nunquam.* quia illa gloſſ.non dicit, quòd ſit præfe-
rendus ille, qui natus ex vilibus parentib. eſt virtuoſus, ſed di-
cit quòd eſt melior.& gloſ.illa declarat text. ergo debet intel-
ligi ſecundum text.arg.eius quod dixit Bart.*in l. non ſolum. §.ſi
37 liberationis. ff. de lib.leg.* quòd † gloſſ. debet intelligi ſecundum
id ad quod ſit relatio.text.elegans eſt ſecundum Ang. *ibi, C. de
quadri.præſcript.in l.omnes.* voluit hoc expreſſè Bald.poſt Iacob.
Butr. *in auth.ſacramenta puberum. C.ſi aduerſus vend.* faciunt not.
*in d.authen.ſi quis in aliquo documento. C.de eden. & in c.1. de probat.
cum ſimi.* Cum ergo gloſſ.declaret text.ergo debet intelligi ſe-
cundum eum.ſed text.dicit quòd magis ſplendet, ergo debet
intelligi, quod eſt melior quo ad ſplendorem famam nomen
& commendationem,& pro mea ponderatione adduco in te-
ſtem D. Abb.*in d.c.venerabilis.*vbi tacite ſenſit hoc contrarium:
dixit enim ibi, quòd natus ex bonis parentibus, ſi eſt virtuoſus
eſt magis honorandus propter duo vincula, & præferendus
illi natus ex vilibus parentibus, qui eſt æque virtuoſus, licet i-
ſte talis virtuoſus natus ex vilibus parentibus ſit magis com-
mendandus quàm ille, qui ex nobili progénie oriundus, ſi eſt
virtuoſus:& aſſignat rationem, quia nobilis habuit exemplar
nobile ſuorum,& occaſionem maximam, vt eſſet virtuoſus,
ſed ex pauperibus natus eſt ſolius Dei virtute mirabilis. alleg.
text.*in d.c.nunquam.* Ecce nunc, quomodo D. Abb. ſenſit hoc
contrarium, & interpretatus eſt illum text. procedere quo ad
maiorem commendationem, & non quo ad prælationem: &
& ſi recte ponderetur, ita aperte probat ille tex. ergo doctrina
Bald.& aliorum remanet vera, quicquid dicat D. meus. Non
obſt.*d.c.fidelior.*iuncta ſua gloſſ. quia illud ideo eſt & permitti-
tur hac ratione, vt ſciat melius compari:nam text.celebris *in c.
conſiderandum 50.diſt.*dicit, quòd ideo † omnipotens Deus per- 38
miſit Petrum ſeipſum negare, vt ipſe, qui erat futurus eccleſię
paſtor, diſceret in ſua culpa qualiter alijs miſereri debuiſſet:
non tamen ſequitur, quòd ſit melior alio qui nunquam pec-
cauit, immo vberiorem gratiam habebunt, qui non peccaue-
runt, quàm hi qui peccauerunt, ita dixit gloſſ. not.*in c.alma, in
verſic.appropinquent, infra de ſenten.excom.* Deinceps D. meus re-
fert quandam facti contingentiam, quod cùm quidam egre-
gius orator ſuperioribus diebus peroraſſet coram ſanctiſſimo
domino noſtro Sixto Papa IV. proteſtatus eſt ſe ſuos non cõ-
mendare, quia virtus exordium habuerat ab eo, & non à ſuis:
allegat etiam gloſſ. *in c.illud 40.diſtinct.* quæ dicit, † quod præ- 39
ſumitur pro nobilibus quo ad actum nobilitatis, non tamẽ
allegat Ludo. Rom. *in ſing.ſuis notabili. vlt.* vbi fecit illam gloſſ.
ſing & refert Ioan.And.*in addit.Specu. in tit.de loca.* dicere fuiſſe
arduam dubitationem in curia Rom. Princeps quidam com-
miſerat cuſtodiam ſuæ arcis cuidam ſuo deuoto & fideli, ille
verò neceſſitate ſuadente commiſit cuſtodiam arcis cuidam
alteri, qui illam vendidit inimicis domini. Agebat dominus
contra illum fidelem:fuit in curia deciſum, quòd ſi ille prodi-
tor erat nobilis homo, non erat pręſumptio proditionis futu-
ræ, ideo excuſatus fuit ille fidelis credens arcis cuſtodiam no-
bili viro:præferuntur † tamen boni mores nobilitati, text. eſt 40
in l.pronunciatum.§.primo. ff.de verbo.ſignific. quem allegauit pro
ſingulari Bald. *in c.plene, de proba.* † quòd mulieres nobiles mi- 41
nus honeſtæ non admittuntur in teſtes ad probandam virgi-
nitatem.& pulchre dixit Angel. *in l.ſi à bonæ fidei. ff. de rei vendic.*
quòd domino Gulpho de phrato tunc Bononię poteſtati fuit
aſſignatus curialiter cuſtodiendus quidam nobilis de manda-
to Ancianorum, nihilominus fugam arripuit: refert deciſum
fuiſſe illum poteſtatem excuſatum: dicit tamen vidiſſe illum
fuiſſe in magna ſuſta. facit quod voluit Old. Laudenſis *in ſuis
conſilijs,* vbi refert illam quæſt. Ioan. And fuiſſe in Curia. faciat
quod voluit Bald *in d.ſuo conſil. incip.Martinus Ioan. de Florentia.
poſito inter conſilia* Ang. *conſil.67.* quod ſuperius retuli, *& in au-
then.de defen.ciui.in princip. & §. primo.* & quod voluit ibi idem
Ang.& adducit D.meus quod voluit Lud. Rom.*in ſuis ſing. no.
39.ſed in ordine meo* 38. vbi quærit, † vtrum nobilis per religio- 42
nis ingreſſum perdat nobilitatem. & videtur ſecundum Lud.
ibi quòd ſic, quia perdit ius comitatus.gloſ.eſt *27.q.2.c.ſi ripſit.*
quas gloſſ.approbat Spec. *in tit.de ſta.mo.§.1.verſic.11.*& Bald. *in
l.Deo nobis. C. de epiſc. & cleric.* Ego adduco gloſſ. *in c. præſens.20.
quæſt 3.*quę dicit, quod ſtatim deſinit eſſe comes aliquis, quàm
primum fuerit clericus:ergo multo fortius monachus. vide ta-
men de hoc not.per D. Abb.*in c.inter dilectos, de fi.inſtrum.* & per
Doct. *in c.ſi. de cleric.coniug.* & ſubdit ibi Ludo quòd cùm eſſet
quęſtio de facto inter Dominos de Rota in perſona vnius no-
bilis de Francia, qui in impetratione beneficij dixerat ſe nobi-
lem, cum eſſet monachus fuit ſibi obiectum de ſurreptione
reſcripti.aliqui domini allegant duas gloſſ. expreſſe volentes
monachum nobilitatem perdere, quarum prima eſt, *in cap.1.de
pur.cano.* ſecunda eſt, *in cap. ea quæ. de ſta. regu.* & tamen his non
obſtantibus dom.de Rota contrarium determinauerunt pręcipua
ratione, quia † nobilitas eſt quoddam ius ſanguinis, 43
quod eſt incommutabile, vt *in l.ius agnationis. ff. de pact.d. l. Deo
nobis. C.de epiſcop. & cleric.* Item dato, quòd perderetur, Papa
non fuit deceptus ab impetrante, ſed potius in iure, quia illud
conſiſtebat in iure. & ita fuit deciſum & bene ſecundum Lud.
Ro.facit, *l. iura ſanguinis ff.de regu.iur.* faciat etiam, quia mona-
chus non perdit iura ſuitatis, ita voluit Pet.de Ancha. *in cap. de
cætero.de teſti.& allegat c.vnicum.18.q.2.* Item dico. quòd mona-
chus æquiparatur filiofam. vt voluit Bart. *in l.1.ff.de vulg.& pup.*
& dom.Abb.poſt Innoc. *in c.in præſentia, de probat.* faciat quod
voluit Bald.*in l.1.C.qui admit.*vbi dixit, quod attenditur com-
moditas monaſterij, an monachus æquiparetur filiofa.an ſer-
uo,& an monachus & ſeruus æquiparẽtur, non eſt noſtra ma-
teria.vide de hoc Ioan.de Imo.*in Clem.1.de elect.* Ioan.And. *in c.
2.infra ne cleric.vel mona.* Bald.*in l.Titius rogatus ff ad Trebel.* Inno.
*in cap.cum olim.de priui.*Bart.*in l.1.& in l.quod ſeruus.& ibi gloſſ.ff.
de ſtip.ſer.* Pet.de Anch.*in c.ſi. infra de teſta.* cum ergo monachus

dicatur filius, ergo non perdit nobilitatẽ: ſed ratio D. de Rota
eſt efficacior, & magis ſtringit quam iſta. Non ob. gloſſ. præal-
legatæ, quia iudicio meo idcirco monachus dicitur perdere
nobilitatem, ex quo inter monachos & Dei ſeruos non debet
eſſe differentia, nec perſonarum acceptio, & maxime circa di-
uina miſteria: & repugnaret ſtatui monachorum, quod vnus
diceretur nobilior altero: & ſic in ipſo ſeruitio diuino nõ con-
ſideratur nobilitas, ſed reſpectu exercitij impeditur, vide no.
in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & gloſſ. *in l. 1. in ver.
dignitatis. ff. de poſtul.* quæ dixit, quod dignitas & auctoritas eſt
quo ad mundum, ſecus quo ad Deum, *c. nouit. de iudic. Authen. de
44 mona. §. 1.* Cùm ergo † monachi ſint mortui mundo, *c. placuit, el
1. & 2. 16. quæſt. 1. auth. ingreſſi.* & quod ibi not. *C. de ſacroſan. eccleſ.
l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. c. nolo. c. non dicatis. q. 12. q. 1. cum ſi.* ergo
non attenditur eorum nobilitas & dignitas quo ad ipſum
Deum, cui ſe dedicarunt, licet quo ad mundum nobilitas re-
manſit in eis, ſed vt dixi quo ad ipſum Deum impeditur eius
effectus. & iſta adde ad D. de Rota, Ludo. Rom. & D. meum,
45 & intelligit idem D. meus nobiles nobilitate non vulgari. † &
propter hoc iudicio ſuo male cõſuluit Pau. de Caſt. *conſil. 228.*
vbi conſuluit in quodam priuilegio indulto comiti palatino
ad legitimandum filios nobiliũ, quòd intelligitur de illis no-
bilibus, qui inſpecto communi modo loquendi dicuntur no-
biles, quia iſtud non videtur bene dictum ſecundum D. meũ,
ex eo quia verba prolata à doctis ſunt intelligenda ſecundum
modũ loquendi peritorum, ſing. eſt gl. *in l. quid ſi nepotes. ff. de te-
ſta. tu.* & faciat gloſſ. *in l. 1. C. de vſur. & text. in l. ſi dictum. in verſic.
non ita vt vulgus opinatur. ff. de euict.* ſecus ſi proferantur ab indo-
ctis. gloſſ. eſt, *in l. 2. ff. de orig. iuris, in princ. & in l. quoties. C. fa. her.
& in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verb. oblig.* cùm ergo impe-
rator ſit ſapientiſſimus iuris lator, ergo verba ſua ſunt intelli-
genda ſecundum morem peritiſſimorum hominum. Sed iu-
dicio meo Theologia Pauli mihi videtur verior, nam iura vo-
lunt & permittunt, quòd in dubio attendatur cõmunis vſus
loquendi, vt plene nota. *in c. ex litteris, de ſpon.* per D. Abb. & D.
Ant. *ſupra in proœm. Grego.* & per Bart. *in l. 1. C. de iur. calum.* & per
not. *in l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de lega. & in l. Labeo. §. idẽ
Tubero. ff. de ſupr. leg. cum ſi ſuperius allegatis*: ſecus ſi ex mente
priuilegiantis ſeu reſcribentis aliter appareret, quia tũc ſtan-
dum eſſet diſpoſitioni concedentis, *l. ille aut ille. §. cum in verbis.
l. non aliter. ff. de leg. 3. c. fi. de ver. ſignific. cum ſi.* & dicit ſe ſuperiori
anno conſuluiſſe in curia Romana: Regula cancellariæ dicta-
bat, quod nobiles in beneficijs haberent certam prærogatiuã,
fuit dubitatum de quibus nobilibus intelligeretur illa regula
cancellariç Papç: conſuluit, quòd intelligebatur de nobilibus
illuſtribus, quia ſic colligebatur ex mente Papæ, & allegauit
text. *in c. fundamenta. §. proinde, in verſic. comes, dux, baro vel nobilis.
46 ſup. de elect.* Sed in hoc eſt hæſitatio aliqua, quia † diſpoſitio re-
cipit interpretationem & declarationem ex mente reſcriben-
tis: ita voluit Innoc. *in c. eccleſiaſtica. de except.* vbi dixit, quòd re-
ſcriptum recipit interpretationem ex mente reſcribentis: re-
fert & ſequitur illud dictum Bald. *in l. 1. ff. de conſtit. princ. & in l.
ſi. C. ſi contra ius vel vti. pu. & in c. ſuper eo, de officio deleg.* & ibi de hoc
eſt gloſſ. probatur, *in c. cum dilecta, in ver. præter conſcientiam no-
ſtram. de reſcript.* & hoc colligit ibi D. meus, & per conſequens
47 non recte reprehendit Pau. de Caſt. nam † licet Papa & Impe-
rator ſint ſapientiſſimi, vt præſumantur habere omnia iura in
ſcrinio pectoris, *vt in c. ſup. de conſtit. & in l. omnium. C. de teſtamen.*
tamen in dubio volunt, quòd communis vſus loquendi at-
tendatur, & vulgaris modus loquendi, *c. præſenti. §. loca. de præ-
ben. infra. gloſſ. in c. nonnullis, de reſcript.* immo apponunt iura no-
mina vulgaria, *c. veſtra, de loca. d. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff.
de lega. 3. cum ſi.* ergo, &c. & adducit etiam D. meus quo ad iſtam
nobilitatem, text. *in l. 1. C. de prima. vrbis Alex. lib. 11.* qui text. de-
cidit, quòd melius eſt eſſe popularem nobilis ciuitatis, quàm
eſſe nobilem mediocris ciuitatis, ſecundum Bart. ibi: quod eſt
not. faciat text. *in d. authen. de hære. & fal. in princip. in ver. ciuitatũ
habitatores.* quod nota pro nobilibus ſtantibus & habitanti-
bus in villis & locis ruſticalibus: & eſt text. *d. extrauagantis, vo-
48 lentes.* infert dom. meus, † quòd vſurarius habens feudum,
cùm ſit infamis, *vt in l. improbũ fœnus. C. ex qui. cau. infa. irrog.* vbi
per ſcribentes, & per dom. Anton. *in cap. Raynutius, de teſtamen.*
& per Bald. *in l. qui accuſare. C. de edén. & in d. l. improbum*, & per
ſcribentes, *in cap. quia periculoſum. de vſur.* quòd non gaudebit
beneficio illius conſtitutionis propter vſurariam prauitatem:
deſinunt enim eſſe nobiles. & dicit, quòd ille text. loquitur
de nobilitate proprie ſumpta. facit quod not. Accurſius *in l.
ſtemma. ff. de gradi.* & quod habetur, *in cap. nos qui præſi. mus.
41. diſtinct. & in dicto cap. de multa. & in dicto cap. venerabilis.* &
dicit, quòd nobilitas eſt animi, quem moribus ornat, iu-
xta illos verſus, qui poſiti ſunt per ſcribentes, *in dicto cap. ve-
nerabilis.*

Nobilitas hominis eſt omnis dèitatis imago
Nobilitas hominis virtutum clara propago
Nobilitas hominis mentem frenare furentem
Nobilitas hominis hominem releuare iacentem
Nobilitas hominis niſi tempora nulla timere:
Nobilitas hominis naturæ iura tenere

& plene per Ioan. And. & alios, *in d. cap. venerabilis.* nam & Saul
ex vili officio fuit promotus in regem, vt habetur 1. Regum, c.
9. & etiam Dauid: faciat quod habetur, *in capit. vnde cunque. 56.
diſtinct.* & dixit Bald. *in cap. 1. in titu. quis dicatur dux vel marchio,
in vſi. feud.* quòd † ſi feudum eſt antiquum, dicitur nobile, vt 49
probatur ibi, adeo quòd vaſallus poſſidens illud feudum an-
tiquum dicitur nobilis nobilitate accidentali: ſed ſi feudum
eſſet nouum, plebeius remaneret plebeius, licet haberet tale
feudum. & ita reſidet dom. meus *in d. extrauaganti, volentes.* &
antequàm addam ea, quæ ſum dicturus de nobilitate, limito
illud quod dixit dom. meus *in præallegato loco*, quòd vſurarius
efficitur infamis, & deſinit eſſe nobilis, dico hoc eſſe verum
quoad honores & commoda, ſecus quo ad onera & incom-
moda, & ad hoc adduco, quod voluit Bart. *in l. 1. C. de digni. lib.
12.* vbi dixit, notabiliter delinquens ex forma ſtatuti perdit
nobilitatem, quod intelligitur perdidiſſe quo ad commoda
& iura, ſed quoad onera & damna remanſit notabiliter. & ad-
duco quod voluit Bald. *in l. cum quis. C. de natura. lib. & in authen.
habita. C. ne filius pro pa.* facit text. ſolemnis, *in l. actione. §. ſocieta-
te. ff. pro ſoc.* vbi † renuncians ſocietati ante tempus conuentum 50
remanet pro ſocius quo ad damna, non autem quo ad com-
moda. & adduco quod voluit Dyn. Angel. & Ludou. Rom. &
alij Moderni *in l. ſi quis ſolitum. ff. de hære. inſti.* vbi dixerunt, ſta-
tuto cauetur, quòd guelphi non poſſint habere officia in ciui-
tate, quia intelligitur, ſi illa officia ſunt honorabilia: ſecus di-
cit ſi ſunt vilia & damnoſa. facit quod voluit Ludo. Roman. *in
l. ſi exhæredatus. §. 1. ff. ad ſyl.* facit gloſſ. multum elegans *in cap. ex
parte. de reſcript.* quæ dicit, † quòd licèt quis videatur renuncia- 51
re appellationi per actum contrarium, procedit quando illa
renunciatio tendit ad damnum: ſecus ſi ad commodum: & gl.
in cap. non inter. de except. voluit, quod excommunicatus non
euitat iuramentum calumniæ. & adduco, quod voluit dom.
Pet. de Anchara, *in cap. intelleximus, de iudic.* vbi dicit, ſi hæres
debet priuari hæreditate, quia non ſeruauit voluntatem de-
functi, vt *in authen. de hære. & fal. §. ſi quis autem non adimplens.* &
non ſit qui velit ipſam hæreditatem, quia forte eſt damnoſa,
ipſe hæres compelletur ipſam retinere per not. *in l. ſi ſeruum plu-
rium. §. ſi quis autem. ff. de lega. 1. & in d. l. ſi quis ſolitum.* & vide D.
Cardin. *in cap. Ioannes. de teſt.* † vbi dixit, executor vltimæ vo- 52
luntatis fuit negligens per annum, & cadit ab officio exe-
quendi, *cap. nos quidem, eod. titu. l. nulli. C. de epiſcop. & cleric.* Epiſ-
copus autem vult eum compellere ad exequendũ, dicit quod
poteſt, quia negligentia non debet ſibi prodeſſe. & refert &
ſequitur hoc dictum dom. meus, *in dicto cap. intelleximus.* Ego
adduco gloſſ. *in cap. paruuli. 22. quæſt. 5.* quòd periurus non de-
bet admitti ad iurandum: tamen iuramenta, quæ ſunt potius
oneris quàm honoris, bene præſtabit, vt eſt iuramentum ca-
lumniæ, ſimiliter iurabit domino ſuo in cauſa feudi: & addu-
co Bart. *in l. 1. C. de falſ.* licet aliter & non bene ſenſerit Bald. *in
cap. dilectus. de reſcript.* & ratio omnium iſtorum dictorum eſt,
quia † delictum non debet præſtare immunitatem delin- 53
quenti, *l. relegatorum. §. fin. ff. de interdict. & rele.* nec de malitia
ſua debet commodum reportare, *d. cap. intelleximus.* ¶ Venio
nunc ad ea, quæ de nobilitate dicturus ſum: & primo adde ad
dom. meum *in d. extrauaganti, volentes.* dom. Dom. de ſanct. Ge-
org. lic. vbi *in 3. no.* dicit, † quòd ap. nobilium comprehen-
duntur comites, quod not. ſecundum eum, quia facit ad pri-
uilegia diſpenſationum conceſſa ſuper illegitimitate, in qui-
bus excluduntur filij nobilium, quia includuntur filij comi-
tum: & allegat text. *in cap. conſtitutus, el. 2. de teſti.* hoc idem vo-
luit Bartol. Brixien. *in repertorio ſuo in littera, nobilis*: vbi dixit,
quod ap. nobilium comprehenduntur milites, comites & ba-

rones,

tones, & alleget hunc textum & pro certo miror, quòd dom. meus, qui auſus eſt attingere hunc paſſum & copioſiſſime & pleniſſime non allegauerit D.Do.hic, & adduco Bald. in cap. 1. ad fin. in tit. qui feu. da. poſſ. vbi dixit, quòd in nobilibus & diuitibus præſumitur liberalitas: & allegat Accurſium, in l. vxorem. §. fin. ff. de lega. 3. & l. filius. ff. de do. & adduco text. in cap. 1. de do. vbi per illum textum dicit dom. Abb. quòd proprium nobilium eſt donare: & dicit, quòd ille text. poteſt intelligi in nobilibus genere aut moribus aut animo. & plus dico, quòd tex. d. cap. 1. de do. ſecundum vnum intellectum probat, quòd promiſſa nobilium ſunt debita: cùm dicat ille text. nobilitas legem ponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit, id eſt, tribuere promiſit æſtimet. & ſecundum alium intellectum nobilis, qui recipit beneficium, debet ſe æſtimare debitorem, & multiplicare beneficia, quaſi illa donatio ſit debita ex nobilitate. & adduco l. prouidendum. C. de poſtu. quæ probat iuncta gloſſ. in ver.
56 quos meritum vita nobiliſſimos facit, † quod ſcientia nobilitat hominem. & probat hoc text. iuncta gloſſ. in d. cap. de multa. & in l. 1. §. eſt quidem ſanctiſſima. ff. de va. & extraor. cog. & adduco ego Cyn. in l. quiſquis. C. de poſtu. vbi dixit, quòd nobilitas ingenij & ſcientiæ
57 præfertur nobili ex accidenti. Item nobilitas † animi ex largitionibus cognoſcitur, l. filiusfa. ff. de do. facit quod not. Innocen. hic & in Clem. 1 de reliquijs & vene. ſanct. & adduco Angel. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. primo. ff. de iudic. vbi dixit, quòd quilibet doctor dicitur nobilis. refert & ſequitur Angel. dom. meus in ll. dom. Alexan. de Imo. in addit. ad Bart. in d. l. 1. C. de digni. lib. 12. quod nullus præſumitur nobilis niſi probetur: ita dixit Bald. in c. 1. §. ſi Ruſticus, per illum text. de pa. tenen. & viola. eius. facit quod vo-
58 luit Bartol. in l. reddatur. C. de profeſſo. & med. lib. 12. adde text. & Bartol. in l. 1. C. vt digni. ordo ſeruetur, vbi vſurpans † honorem & dignitatem illicite punitur pœna ſacrilegij. & vide Bald. in l. data opera, in 17. colum. C. qui accuſ. non poſ. vbi dicit de illo, qui nominant ſe comitem, qui non ſit, & creante notarios, quòd punitur pœna mortis, cap. paratus. 23. quæſt. 1. & vide Martin.
59 Lauden. de materia nobilitatis & dignitatis in titu. de dignitate †, & an faciens artem mechanicam dicatur nobilis. dic quòd non, ita dixit Bald. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. Ego adduco bonam gloſſ. in cap. qui contra pacem. 23. quæſt. 1. quæ dicit, quòd omnes exercentes vilem artem dicuntur ignobiles, & tales vilem artem exercentes non debent promoueri ad dignitates ſeu ad regimen ciuitatis. & hoc not. pro his, quæ dixi ſuperius, an in dandis dignitatibus attendatur qualitas perſonę: & vide text. not. in l. ne quis. C de digni. lib. 12. & qui proprie dicantur ignobiles, vide Bartol. in l. 1. C. de digni. lib. 12. vide dom. Abb. in
60 cap. quia nonnulli, de cleric. non reſi. & † quæ perſonæ dicantur, viles, vide Bal. in c. ſedes, de reſcript. quod illi, qui ſunt malè morigerati, vt lenones, & ſimiles, dicuntur viles ſecundum eum: & vide gloſſ. in l. neque. C. de digni. lib. 12. quæ quærit, qui dicantur exercere vilem artem: dicit quòd cuſtodes portarum, vendentes poma, ficus & ſimiles. & quæ perſonæ dicantur leues, vide gloſſ. 2. quæſt. 5. c. omnibus. & dom. Abb. poſt alios in cap. licet cauſam, de probat. vbi dicit, quòd viri leues dicuntur, qui facilè omnibus omnia credunt, & quotidie mentiuntur, licet nullum lædant, & qui dicantur viri graues, vide gloſſ. ſingul. in cap. licet ex quadam de teſtib. in ver. graues, quæ dicit graues appellari, qui ſunt bonæ famæ & opinionis: vide eam omnino, quam gloſſ. ſummopere notabis propter ſtatuta, quæ in multis caſibus requirunt graues perſonas. Et adduco quod voluit
61 Bartol. in l. 1. C. de incolis. lib. 10. vbi quærit, an nobilis condemnatus de falſo ex forma ſtatuti, propter quod deſinit eſſe nobilis, remaneat nobilis quo ad minorandam pœnam: vide eũ ibi, & vide eundem in l. 1. C. de infa. lib. 10. & adde Innoc. in cap. ſedes, de reſcript. quis dicatur nobilis, & quis ignobilis. & Zenz. in extrauaganti execrabiles. Ioan. 12. ſuper verbo, generalitatem. vide not. in cap. Moyſes. 7. quæſt. 1. & in cap. conquerente. de cleric. non reſid. Item populares, diuites & honeſti gaudent priuilegio nobilium, ſecundum Bartol. in l. capitalium. §. ſerui. ff. de pœn. quod not. pro his, quæ dixi ſupra ad l. nobiliores. vt diuites dicantur nobiles: & nobilitas generis attenditur, l. cum hi. §. annos. ff. de tranſact. d. l. prouidendum. l. ſi furioſi C. de nupt. 30. diſtinct. cap. hac autem. Item non ſolum attenditur nobilitas generis, ſed etiam nobilitas morum, vide in l. ſcire. §. ſi. ff. de tu. & cu. dat. ab his. Item nobilitatur quis ex eo, quia ſit clericus. ita dixit Ioan. And. in
62 cap. libenter. de ſer. non ordin. præterea † domini efficiuntur nobiles per ſubditos nobiliores. not. in authen. conſtitutio quæ de di-

gnit. §. generaliter. in gloſſ. nobiliores. colum. 6. licèt ex ſtatuto ad commodum popularium facto nobilis non poſſit habere magiſtratum, per hoc non perdit naturalem nobilitatem, ſecundum Bald. in l. 2. ff. de adopt. adde tex. & Bart. in l. omnia. C. de con. in publicis horreis. lib. 10. vbi Bartol. vbi. loco colligit ex illo text. quòd ille eſt nobilis, qui eſt prudens & virtuoſus qui licèt aliter determinauerint, in l. prima. C. de digni. lib. 12. & † mulier no- 63
bilitatur per dignitatem mariti, l. mulieres. & ibi Bart. C. de inco. lib. 10. ibi, genere nobilitatum. & vide Pet. de Anchar. conſil. 390. incip. Viſis diligenter iuribus & inſtrumentis. Vtrum † legitimi & 64
naturales deſcendentes ex ſpurijs vel baſtardis nobilibus poſſint dici nobiles: & quid ſi ex matre nobili nupta ſpurio vel baſtardo, an poſſet ex hoc dici nobilis? & vide Bartol. in l. fœminæ. ff. de ſena. vbi per illum textum dicit, quòd vxores corruſcant radijs maritorum. adde etiam, quod nobilitas non imprimitur à genere materno, vt habetur in l. liberos. ff. de ſena. & ideo alibi dicebat Bald. in l. fin. C. de ſer. fugiti. quòd † filius non eſt 65
nobilis, quamuis mater ſit nobilis, quia cùm nobilitas ſit quędam dignitas à parentibus deriuata, quę denominabitur à potentiori cauſa, & certum eſt, quòd potentior eſt forma quàm materia, cum forma ſit agens, & materia patiens: & omne agens ſit nobilius patiente, ſecundum eum: de quo vide per Doct. in cap. 2. de conuerſi. infide. & alibi: tamen ibi dicitur, quòd
† Dominus & redemptor Ieſus Chriſtus denominatus eſt à 66
matre, quia dictus eſt de ſtirpe Dauid, vt not. in cap. nouit. de iud. dici poteſt, quòd negari non poteſt quin natus ex nobili muliere non dicatur nobilis, & participiet aliquid de nobilitate, cum omne compoſitum participet de materia & forma, 32. quæſtione 4. cap. fin. & Spec. in titu. de feu. §. quoniam verſic. 5 & ita dicit Bal. in d. l. fin. vide gloſſ. not. in cap. dicat aliquis. 32. quæſt. 4. quæ ponit tres caſus, in quibus filius ſequitur patrem, & vnum in quo ſequitur matrem, vt ibi, & vide D. Abb. in cap. Raynutius, de teſta. vbi per illum textum dixit, quod filius quandoque denominatur à matre ſicut ibi: nam vocabatur Raynutius de Cle. contrarium tamen dicit debere eſſe de iure, debet enim filius denominari à patre & non à matre, cap. Raynaldus eod. titu. & hoc, quia ſequitur familiam & agnationem patris, & non matris, de conuerſi. infide. & Inſtitut. de leg. agna. tute. §. 1. Non obſt. d. cap. Raynutius. quia illud poteſt contingere ſecundum Ioannem Andream aut propter fauſtum ſuperbiæ, quia mater erat nobilis, vel quia forte dudum deceſſerat pater, & ſic denominatus fuit à matre, aliàs non. & in quibus caſibus filius denominatur à matre, vide D. meum D. And. in repet. d. cap. Raynutius, de teſt. in 22. colum. vbi omnino videas. Item nobilitas tollitur per infamiam, l. ſenatores. ff. de ritu nup. & hoc adde ad id, quod dixi ſuperius de vſurario: & licèt popularis efficiatur nobilis, non propter hoc perdit priuilegia popularium, Bart. in l. Alexandrinis. C. de decu. lib 10. Item † nobiles 67
non debent pati pœnas viles: idem etiam de alijs popularibus diuitibus & honeſtioribus ſecundum Bartol. in l. capitalium. §. ſerui. ff. de pœn. & adduco text. optimum in cap. fin. de pœn. vbi in inferendis pœnis parcitur nobilitati & gloſ. ibi colligit, quod aliter punitur nobilis & aliter ignobilis, vt in d. cap. qui contra pacem: cum alijs ſuperius allegatis. & adduco gloſſ. in cap. cum adeo de reſcriptis. quæ dixit, quod ad hoc vt † quis dicatur ha- 68
bere ſufficiens beneficium, debet haberi ratio nobilitatis, 41. diſtinct. cap. non cogantur. & ratio ſcientiæ, d. cap. de multa. & ratio dignitatis, d. l. 1. §. eſt quidem ſanctiſſima. nam, vt dicit ibi D. Abb. nobilis vel habens dignitatem eccleſiaſticam non debet eſſe ſolus nec ſine miniſtro. & vide ſimilem gloſſ. 21. quæſt. 1. in cap. ſi & adduco text. in cap. non ſatis. 86. diſtinct. in ver. item conſideranda eſt. Adde etiam, quod iura facientia mentionem de nobilibus iuris, exprimunt & nominant eos nobiles, vt in cap. de Francia. de ſpon. & in cap. examinata. de iudic. in ſupraſcriptione, & in cap. examinata, de confir. vti. vel inuti. in ſupraſcriptione, cum alijs ſi. & hoc, quia iura deferunt nobilitati & dignitati, op. facit l. quotiens. C. de digni. lib. 12. gloſſ. in cap. cum quidam. de iureiuran. gloſſ. in cap. homo Chriſtianus. 40. diſtinct. & gloſſ. in dicto cap. qui contra pacem. text. in l. milites. C. de quæſt. cap. quia pontificali. de offic. deleg. in fin. & cap. quia periculoſum. inſ. de ſentent. excommun. faciat quod voluit Bald. in l. quotiens. in ver. ſedendi. C. vbi ſena. vel clariſ. & in l. nemo. C. de ſum. Trinit. & fid. cath. & per alios, in l. capitalium. §. ſerui. & §. igne. ff. de pœn. & gloſſ. in cap. fin. de tranſact. & gloſſ. in d. cap. non cogantur. & gloſſ. in Clemen. 2. de pœn. cum ſi. Et adduco quod voluit Bartol. in l. ſi voluntate. C. de do. promiſſ. quod ſi

nobi-

69 nobilis † nubit plebeio, poteſt ſibi conſtituere dotem animo
donandi, licèt conferatur in tempus matrimonij: quia iſta nõ
eſt ſimplex donatio, quę prohibetur inter coniuges, ſed eſt re-
muneratiua, quia nobilis nubes plebeio videtur quoddam
munus conferre, & ſic maritus donando videtur remunerare,
& non ſimpliciter donare, ad hoc *l. Aquilius. ff. de do.* & hoc ope-
ratur nobilitas. & donatio remuneratiua non prohibetur in-
ter vi. & vxo. hoc idem voluit Bart. *in l. ſi diuortio. ff. de verbo. ob-
liga.* licèt non ita clarius. & idem tenet Bart. & Angel. *in l. ſi ita
ſtipulatus. §. ſi tibi nupſero. per illum textum ibi. tibi.* hoc voluit Bal.
in l. 1. C. de do. ante nupt. & Angel. *in conſil. 5. incipien. And. Ioannis de
valerijs.* & idem Angel. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Ioan. de Imol. *in
rubri. eod. titu.* vbi de hoc dicit gloſſ. ſingu. *in l. ſi voluntate.* & vi-
de Modernos *in d. l. ſi diuortio.* & mirum, quòd ipſi non alle-
gent D. Abb. *in cap. 1. de adult.* vbi de hoc dicit glo. ordin. & ſing.
in d. l. ſi voluntate, & per eundem D. Abb. *in cap. fin. de do. inter vi.
& vxo. & in cap. ſuper eo. de teſt. in 2. colum. in ver. not. quod honor.* &
per Ioan. de Ana. *in d. cap. 1.* & hæc concluſio procedit, quando
conſtat, quòd vir animo donandi mulieri confeſſus eſt. Quid
autem in dubio? Modern. *in d. l. ſi diuortio.* dicunt idem, quia
mulier propter eius nobilitatem nubendo ignobili videtur ei
munus facere, & ideo confeſſio mariti in dubio debet præ-
ſumi animo donandi & remunerandi, *l. ſi vero non remunerandi.
§ idem Papin. ff. manda.* & hoc clare voluit Bartol. *in d. l. ſi volun-
tate,* & licet Cyn. & Bald. ibi, & Ludo. Rom. *in d. l. ſi diuortio.* te-
neant contrarium per rationes non multum vrgentes ſecun-
dum Modernos ibi. & vide dom. meum *in c. 1. de do.* vbi loqui-
tur de triplici nobilitate ſupernaturali & ciuili. de quibus dic
vt ibi per eum, & adduco illud, quod habetur. *in d. cap. nun-
70 quam. 56. diſt.* vbi tex. dicit, quòd vilis † eſt illa nobilitas, quæ ex
renibus naſcitur, quid prodeſt generatio his, quorum mores
diſceptant: quid generatio nocet vilis his, quos mores exor-
nant: aurum de terra naſcitur, terra contemnitur, aurum vero
eligitur. roſa de ſpina naſcitur, ſpina dimittitur. & adduco ver-
ſus vulgo tritos.

Nec patres nec matres dant nobis nobilitatem.
Virtutibus & vita nobilitatur homo.

& faciant hi verſus:

Carior an doctrina poſſit mortalibus eſſe.
Degeneres claros facit & ipſa viros.
Quid igitur faciant, qui ſunt à ſanguine clari,
Dijs ſimiles facit gloria ſecunda viros.

& adduco text. *in c. naſci. 56. diſt. in l. in fin.* vbi dicitur, quod non
71 in fœminis, ſed in voluntate † naſcentis cauſa vitiorum eſt at-
que virtutum. & adduco Bald. *in cap. 1. alias in cap. venient, de teſti.*
vbi dicit, quòd ſicut corpus noſtrum illuſtratur ſole, ita bona
fama, & ſubdit, quod mulier plebeia habens bonos mores
præfertur mulieri nobili non habenti bonos mores. & hoc o-
72 peratur ipſa virtus, in qua † peripatethici ſummum bonum
poſuere, teſte Cicerone *in li. de amicitia:* & idem Cicero *in para-
doxis. Nulla poſſeſſio auri & argenti pluris quàm virtus æſtimanda eſt.
cum alijs ſi.* & faciat gloſſ. *in cap. lex eſt 2. diſtinct.* quæ dicit, quod
maiores natu dicuntur nobilitate, dignitate, & antiquitate &
ſcientia: & ſic not. ex illa gloſſ. quòd nobilis dicitur maior na-
tu. & qui dicantur maiores, vide plene per dom. meum *in repet.
l. cum acutiſſi. C. de fideicom.* & Pet. de Anchar. *in repet. cap. canonum
ſtatuta, de conſtit.* & multa dici poſſent de hac nobilitate, quæ
breuitatis cauſa omitto. adde ad iſtam nobilitatẽ, quòd voluit
73 Bart. *in l. exemplo. C. de decu. lib. 10.* vbi dixit, quòd non valet con-
ſuetudo nec etiam per conſequens ſtatutum, quòd quis cen-
ſeatur nobilis vel ignobilis. reprobat enim ille text. morem &
conſuetudinem, quæ contrarium induceret; quod no. perpe-
petuo ſecundum eum. & ſic illa l. damnat conſuetudinem do-
minorum venerorum, qui efficiuntur nobiles. & vltra illos ca-
ſus, quos dixit gloſſ. *in d. c. dicat.* adde bonum text. & ibi Bald.
in l. liberos. ff. de ſena. & vnum caſum, quem ponit gloſſ. *in d. cap.
2. de conuerſi. infide.* & alium caſum ponit Bald. *in l. qui contra. C.
de inceſt. nupt.* cui adde gloſſ. *in cap. fin. de clande. deſponſ.* Item di-
gnitas cauſatur à patre & non à matre: tex. & ibi Doct. *in l. nul-
74 lus, la 1. C. de decu. lib. 10.* Item † nobili vel voto plus creditur
quam alij viro, vt le. & not. *in cap. nobiliſſimus. 97. diſtinct.* & per
Ioan. And. *in cap. ad Apoſtolicæ de reiudic. lib. 6.* & per Doct. *in cap.
quòd ſuper his, de fi. inſtrum. & in cap. cum in iure perit. de offic. deleg.
& in cap. ſicut. de ſentent. excommun.* & ad hoc adduco in terminis
celebre conſilium Angel. *conſil. 182. incipiens Mandatum principis
prima fronte, &c.* facit ad hoc gloſſ. ſingul. *in l. vnica. ff. de ri. nupt.*
vbi nobili viro ſeu honeſtæ perſonæ probatæ vitæ remittitur
onus ſatiſdationis. & adduco gloſſ. *in l. Titio fundus. de condit. &
demonſt.* quę dicit, quod creditur honeſto & nobili viro dicen-
ti ſeu promittenti ſe cauturum. opti. facit quod voluit Anto.
de Butr. *in cap. poſtremo. de appel.* & Hoſtien. *in cap. finem litibus de
dolo & contum. text. in cap. 2. de no. oper. nun. cap. in noſtra. de procurat.*
gloſſ. *in cap. expedit. 12. quæſt. 1. cum ſi.* & de iſta nobilitate adde
D. Abb. *in cap. dudum el 2. de elect.* & Bart. Cæpollam Veronen-
ſem, *in tract. ſuo de re mili.* vbi plene. † Not. ibi, regis Portuga- 75
liæ, quod genitiuus denotat dominium: bonus text. eſt, *in l. 2.
§. in locum. ff. de reli. & ſumpt. fu.* gloſſ. & Doct. *in cap. 1. in ver. qua
regi. de poſſ. prælat.* & ibi plene per dom. meum poſt alios, & vi-
de Specu. *in titu. de probat. §. ſecundum. ver. ſed pone.* & Bald. *in ad-
dit. Spec. in tit. de confeſſ.* Pet. de Anchar. *in cap. poſtulaſti, de cleric.
excom. miniſt.* & D. Abb. *in cap. quia de iudic.* vbi dicit & colligit
ex illo text. quod genitiuus non ſemper ſignificat dominium,
ſed quandam facultatem adminiſtrandi vel poſſidendi, & di-
cit eſſe bonam gloſſ. *in d. cap. 1.* proprie tamen denotat domi-
nium ſecundum eum. & alleg. dictum Bartol. *in rubric. ff. de ope.
no. nunc.* vbi Bart. dicit, quod quandoque ex communi vſu lo-
quendi denotat nudam detentationem, vnde commodata-
rius quandoque dicit, ille equus eſt mei vel Titij. ſicut etiam
dicit de hoc pronomine ſuum, poteſt etiam quis dicere bene-
ficium eſſe ſuum, ex quo ſibi eſt collatum, *vt in cap. ſi tibi abſenti,
de præben.* licet proprie denotet dominium, *vt 8. diſtinct. cap. quo
iure,* & quod ibi not. *& in l. Quintus Mutius. ff. de au. & argent. leg.*
& ita reſidet ibi D. Abb. dominus meus D. Andr. *in d. cap. quia.*
V. dicit, quod debet addi, quod dixit idem Bartol. *in d. rubric.*
vbi inducit ad quæſt. ſtatuti diſponentis, ſi quis acceperit rem
alterius, puniatur certa pœna, quod comprehenditur acci-
piens rem locatam vel accommodatam propter communem
vſum loquendi. & pro hoc videtur gloſſ. *in l. 2. §. 1. ff. de origi. iu.*
quæ voluit, quod colonus dicit, iſte fundus eſt mei: & tamen
eſt detentor. & ſic genitiuus verificatur in detentore ſed Ioan.
de Imol. *in d. rubr.* damnat doctrinam Bartol. dicens fore ſatis
abſurdum, vt in ſtatutis pœnalibus verificetur genitiuus in
detentore prædio pœnæ. *argum. l. ſi præſe. ff. de pœn. & de pœn. diſtin.
1. §. pœna.* & dicit, quod gloſſ. *in d. l. 2.* procedit, quando ex facti
euidentia poteſt percipi mens ſtatuentis vel diſponentis, quòd
colonus dicat, iſta res eſt mea, quia poteſt intelligi ex mente
proferentis, id eſt, ex me detenta. & ita damnat doctrinam
Bart. dom. meus. *in d. c. quia ſ.* ſequitur Bart. *per l. lege Corn. §.
domum. ff. ad l. cor. de ſicar.* vbi in † materia pœnali appel. domus 76
meæ venit domus conducta: & adducit *l. nec in ea. §. domus. ff. de
adult. & in d. cap. 1.* vbi in materia reſtringibili appell. terrarum
regis veniunt terræ adhærentes regi, quarum dominium &
poſſeſſionem non habebat, & allegat Specu. *in præallegato loco,*
& gloſſ. *in l. quoties. C. fa. here.* quæ dicit iſta verba, libri Ariſto-
telis, id eſt, quos fecit Ariſtoteles. hanc partẽ ſequitur D. Car.
in d. c. 1. facit c. eccleſia eorum. de cle. excom. mini. vbi eccleſia dicitur
laicorum. & ſecundum Ioan. And. ibi eſt vulgare gallicorum,
vt dicant, eccleſia mei. & ſic verificatur genitiuus in eo, qui nõ
habet curam nec detentionem, ſed ſolum in eo qui recipit ſa-
cramenta, ſecundum D. Pet. de Anchar. ibi, & allegat Bart. *in d.
rubric.* Nec obſt. quòd ſumus in materia pœnali, quia † ſtatu- 77
tum pœnale verificatur ſecundum communem modum lo-
quendi, vt voluit Ioan. And. *in cap. fundamenta, de elect. lib. 6.* &
gloſſ. *in cap. nonnulli, de reſcript. & in cap. ſtatutum. §. cum autem. eo.
titu. ſup. eo. lib. 6.* & pulchre dixit Ioan. And. *in cap. ſi ſententia. inf.
de ſentent. excommun.* quòd interdicta terra alicuius, videtur in-
terdicta terra, in qua habet vſumfruct. maxime quia tale ſtatu-
tum tendit ad fauorem publicum vt delinquentes puniantur,
ideo debet extendi: ita dicit Bart. *in l. quemadmodum. C. de agri.
& cen. lib. 11.* facit *l. 1. §. item Pomp. ff. nau. cau. ſta.* vbi genitiuus ſi-
gnificat detentionem, quod inducit Bald. ad quæſt. ſtatuti di-
centis, ſi quis fecerit inſultum ad domum alicuius. & Specu. *in
præalleg. loco* dicit, quòd ſi quis percutiat aliquem in domo ali-
cuius, intelligitur de dominio, *d. l. 2. §. in locum.* Bald. tamen di-
cit, quod quandoque agitur ratione conuentionis: & tunc lo-
quitur ille *§. item Pomp.* quandoque agitur ratione perſonæ, &
tunc loquitur, *l. lege cor. §. 1.* quandoque agitur ratione iur. &
tunc loquitur, *d. §. in locum. & al.* quod not. gloſſ. *in d. l. 2.* ita di-
xit. *in d. l. §. item Pomp.* & idem Bald. *in d. l. 2. §. 1.* dicit, quod ru-
ſtici dicunt, campus eſt meus, quem colunt, per illam gloſſam
quia

quia improprie loquuntur. & ideo ſi ſta. dicit, ſi quis offende-
rit aliquem in rem ipſius, quòd non includit colonum *per d.
l. 2. §. in locum.* dom. meus dicit, quòd grammatici dicunt, quòd
meus, tuus, ſuus, ſunt pronomina poſſeſſiua: Legiſtæ vero di-
cunt, quod ſunt proprietatis denominatiua: & ideo dicta ſunt
poſſeſſiua, quia † proprietas à poſſeſſore incepit, *l. 1. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. l. 2. C. in qui. cauſis colo. cenſib. libro vndecimo.* & vide
D. Abb. *in d. cap. 1.* vbi dicit, quòd iſta pronomina denotant
dominium. allegat bonum textum cum gloſſ. *in dicto capitulo
quo iure.* & gloſſ. *in d. cap. 1.* Sed idem D. Abb. *in capitulo, nul-
lus, de iureiuran.* dixit, quòd hoc pronomen ſuus, non ſemper
denotat dominium, nam ibi denotat iuriſdictionem, & quan-
dam poteſtatem, ad idem ſecundum eum *dicto cap. ſi tibi abſen-
ti* & hoc habetur. *in d. l. quintus Mutius.* vide de hoc Doctor. *in
cap. 1. de ſponſa.* & ibi plene per dominum meum, nam text. ibi
dicit non ſua, id eſt, francorum, & ſic proprie non ſua, ſed de
regione. vnde ipſa erat: tamen conclude, quòd proprie de-
notat dominium ſeu proprietatem. & vide Dom. Abb. *in cap.
pro illorum, de praben.* quem Moderni non allegant, vbi pul-
chre loquitur de hoc pronomine ſuus. & de iſto genitiuo ad-
duco Pet. de Anchar. *in cap. 1. de auct. & vſu pal.* & adduco Bar-
tol. *in procemio C.* quem Moderni & præſertim dominus meus
79 non allegant. vbi dicit Barto. quod † natura genitiui eſt ſigni-
ficare id quod eſt alterius, *l. ſeruum Titij. ff. de leg. 1.* & dicit, quòd
grammatici dicunt: quòd genitiuus regitur quandoque ex na-
tura cauſę efficientis, quandoque aliter. & dicit, quòd ibi ſunt
duo genitiui, vnus genitiuus eſt ex natura cauſæ efficientis, a-
lius ex natura cauſæ materialis: & hoc, quia conſtat de mente:
vbi autem non apparet, regitur ex natura eius. quod eſt alte-
rius, vt in contrarijs: ideo ſi ſtatutum diceret, ſi quis dede-
rit damnum in iure alterius, non intelligitur alterius ex natu-
ra cauſæ efficientis, licet alterius, vt ſignificet dominium: ita
dicit text. not. *in l. 1. C. de rei vxo. ac.* & ex communi vſu loquen-
di verificatur etiam ex poſſeſſione ſola: vnde poteſt dici res
alterius, hoc eſt poſſidentis tantum, ita probat text. *in l. 1. §.
ait prætor. & l. ſeq. ff. nau. cau. ſta.* pro hoc habes gloſſ. not. ſatis
in d. l. 2. circa princip. ff. de ori. iur. vbi dicit, quod fundus dicitur
coloni, equus dicitur regacij: & ideo quidam boni gramma-
tici ſecundum Bartolum dicebant, quòd regebatur genitiuus
ex natura poſſeſſionis. ¶ Not. ibi, de diuotione. nam colligo
80 primo, † quòd dictiones, de, & ex, proprie denotant cauſam
propinquam & immediatam, Bartol. *in l. 1. § ex incendio. ff de in-
cen. rui. naufra.* D. Anton. *in cap. 1. de cleric. pugnan. in duel.* Ioan.
And. & D. Abb. & alij, *in cap. auditis, de procur.* & D. Abb. *in cap.
inter dilectos. de fide inſtrumentorum.* Doctor. *in cap. qualiter. de e-
lect.* D. Pet. de Anchar. *in cap. 1. de homi. & in cap. ſi propter tua de-
bita, ſupra de reſcript.* dominus meus *in Rubric. de conſtitut. & in
Rubr. de conſuetu. in 12. colum.* Bald. *in l. 1. § pen. C. ad l. Aquiliam. &
in l. cum oporteat. C. de bon. quæ libe. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. &
iur. & in l. 3. C. de actio. empt & vendi. & in l. de interpretatione. ff. de le-
gi. & in l. 1. C. de emancipa. libe. & in l. 1. C. ſine cenſu. vel reliq. & in l. ſi
viuus. ff. de bon. auct. iu. poſſ.* improprie denotant cauſam remo-
tam, & exponitur per ob, & propter, vt not. *in præallegatis iuri-
bus.* & vide Bartolum *in l. liberorum. ff. de verb. ſignificat.* dictiones
ob, & propter, denotant cauſam remotam, vt per Bartol. *in d.
l. liberorum.* & Doctor. *in d. cap. auditis. & in d. cap. qualiter. & in d.
81 cap. inter dilectos.* † Dictio, A, quandoque ſtat incluſiue quan-
doque vero excluſiue, vt per Cyn. Bald. & alios, *in l. à calligato.
C. de nuptijs.* Et vide elegantiſſimum conſilium Oldra. Lau-
den. *conſilio 49.* vbi luculenter loquitur. ¶ Secundo colligo
82 primo ex iſto text. † quòd rex ſeu gerens vices eius debet eſſe
deuotus: & quæro quis dicatur deuotus. Reſpondeo, quòd
hoc verbum adaptatur ſubditis regum, appellantur enim de-
uoti, id eſt, obedientiarij, & adduco ſingul. & celebrem text.
in l. à legatis. in verbo, gentium deuotarum. C. de vectiga. & quod vo-
luit ibi gloſſ. peregrina, & ex qua colligit ibi Baldus coniun-
cto textu, quod ex illa l. aſſumptus erat ſtilus regum ſcriben-
tium, deuotis noſtris, quia perinde eſt ac ſi diceret, obedien-
tiarijs noſtris: & per conſequens ſubditi debent eſſe deuoti &
obedientes ſuis principibus: & adduco optimum textum, *in
titulo de pact. conſtant. circa principium in verſiculo, deuotionis.* vbi
Baldus colligit ex illo textu, quòd ſubditi debent eſſe deuoti,
& allegat *dictam l. à legatis.* & adduco dominum meum, *in cap.
ex litteris. de conſtitutioni.* vbi colligit eandem doctrinam: & ad-
duco eundem dominum meum, *in repetitione extrauagan. vo-*

lentes, in verſic. deuotione non modica. vbi idem colligit, & vtro-
bique allegat Bald. *in dictis locis.* Sed hic aliter capitur deuo-
tio, quia intelligitur quo ad Deum & eccleſiam Romanam,
prout dicit gloſſa, *in verſic. deuotione,* & Doctor. addunt circa fi-
dem Catholicam. facit *in ſi. cap. decer. in verſic. deuotus ingreſſus. in-
fra de immunita. eccle. & adduco cap. conſuluit. in verſic. deuotio. de v-
ſu.* hoc voluit ibi dominus meus, *in verſic. omnibus his locis,* dicit
quòd verbum deuotio, adaptatur Iudæis, vt dicantur deuoti
& fideles Romanæ eccleſiæ: & refert ita conſuluiſſe domin.
Petr. de Anchar. *conſilio 272. incipien. de titulis criminum, quæ in
inquiſitione deducuntur,* † conſtitutione Romanæ eccleſiæ ca- 83
uebatur, quòd nullus poſſet habere officium publicum, ni-
ſi eſſet fidelis & deuotus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, alias
puniatur: modo quidam Iudæus aſſumptus fuit in curia Ro-
mana ad publicum officium, fuit dubitatum, verum incide-
ret in pœnam? Conſuluit Petrus de Anchar. quòd non, im-
mo potuit aſſumere officium, quia Iudæi † & aliæ ſectæ re- 84
probatæ poſſunt dici fideles & deuoti ſacroſanctæ Roman.
eccleſiæ: nam eccleſia permittit Iudæos ſeruare ritus iudai-
cos, *l. iudæos. C. de iudæis. cap. in nonnullis. & cap. & ſi iudæos. de iu-
dæ.* ſed dominus meus in præallegatis locis, & maxime, *in dicto
capitulo, ex litteris. & extrauagan. volentes.* dicit, quòd iudicio ſuo
male conſuluit: & contrarium tenuit *in Rubrica, de iudæis. & plu-
ra dicit:* & ſed capiam rationes magis vrgentes, & ea dicta, quę
magis ſtringere videntur, & primo adducit *Rubricam, iuncto
capitulo ſecundo, de conuerſi. infide.* vbi Iudæi dicuntur infideles:
& clarum eſt quòd reſpectu Chriſti & Sanctæ eccleſiæ ſuæ di-
cuntur infideles: licet ergo ſint ſubditi, & veniant appellat.
ſubditorum, vt eſt textus iuncta gloſſ. ſingula. *in capitulo, in
Quiritum. 50. diſtinct.* vbi probatur, quod † appellat. populi 84
Roman. veniunt iudæi ſubditi popul. Roman. tamen non
ſunt fideles eccleſiæ. deinde adducit doctrinam euangeli-
cam, quando Chriſtus dixit Thomæ, noli eſſe incredulus
ſed fidelis: ergo ex ore Chriſti probatur, quod qui non cre-
dit dicitur infidelis: ſed Iudæus non credit in Chriſtum. nec
in eccleſiam ſuam, ergo eſt infidelis: facit, quia officia &
ſimilia non conferuntur exoſis & inimicis Chriſti in generali
ſermone, *l. Lucius. §. Lucius dam. ff. de leg. 2.* ſed Iudæi ſunt ini-
mici Ieſu Chriſti & eccleſiæ ſuæ, *vt in dicto capitulo, & ſi Iudæos.*
melius poterat allegare *cap. licet vniuerſis. in verſic. Chriſti inimi-
co. de teſtibus,* licèt ergo pacifice nobiſcum viuant, & pro ſola
humanitate faueantur à nobis, vt *in capitulo, iudæi. eodem titulo.*
non tamen propter hæc dicuntur fideles eccleſiæ. † Præterea 86
ſtatutum intelligitur ſecundum vulgarem modum loquen-
di, *cap. ex litteris, de ſpon. cum ſi. ſuperius alleg.* & pulchre dixit
Bald. *in titu. de pa. conſtan. in §. pactiones,* quòd omnis ſenſus,
qui non conſonat auribus vulgi, dicitur extraneus. allegat, *d.
cap. ex litteris.* Sed in caſu noſtro non applaudet auribus vulgi,
nec auribus peritorum, quòd Iudæi admittantur ad officia
publica, vt deuoti & fideles eccleſiæ: ergo idem eſſet cauſa
peſſimi exempli, vt eccleſia conferret officia iudæis, vel quòd
aliquis eligeret iudæum ad officia publica, vt deuotum & fi-
delem eccleſiæ: nam † ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt, 87
cap. cum ab omni ſpecie mali, cum alijs vulgaribus, de vi. & ho. cle.
facit opt. *l. ſi quis aliquid. § ſi quis abortionis. in verſic. res peſſimi ex-
empli eſt. ff de pœn.* & ibi in gloſſ. ſunt concor. Item iudæi de gra-
tia tolerantur ab eccleſ. *dicto capitulo Iudæi. & dicto cap. & ſi iu-
dæus.* ergo non ſunt præmiandi ſufficijs, officere ergo debet
eos eſſe toleratos ab eccleſ. nec duplex gratia debet inſimul
concurrere, *l. 1. C. de do. pro.* Item iudæi, ſunt infames. *auct. ga-
zaros. verſic. circumciſos. C. de hære.* ergo non poteſt quis eligere
eos ad publica officia. facit quod voluit gloſſ. *in auctén. iuſiu-
randum quod præſtatur ab his. colla. ſecunda circa principium in ver-
ſiculo. Chriſtum,* quæ dicit, † quòd iudæus non poteſt eſſe of- 88
ficialis. & allegat rationem: quia non poteſt præſtare iura-
mentum, quod tenetur præſtare Chriſtianus officialis. & pro
illa gloſſ. quam dom. me. reputat ſingula. adduci Bartol. *in
Rubric. ff. de iuſtitia & iure:* vbi dixit, quòd Iudæus non poteſt
eſſe tutor Chriſtiani, ex eo quia tenetur ſubire iuramentum
quilibet tutor. *l. fin. C. de adminiſtra. tutorum. & ſi op. de l. Spado-
nem. § iam autem. ff. de excuſatio. tuto.* dicit ibi Bartolus illam l.
procedere de iure Digeſtorum: & adducit ſimiliter dominus
meus. quod dixit Bald. *in capitulo 1. §. item ſacramenta. de pa. iu-
ram. firman. in vſibus feu.* vbi dixit, quòd iudæus non gaudet
beneficio, *capituli, quamuis, de pact. infra.* quia non cadit in iu-

dæum iuramentum, de quo ibi. vnde ad hoc dom. Abb. poſt
alios, *in cap. gaudemus, de diuor.* & Salic. *in l. Iudaeos. C. de Iudaeis:*
vbi de tenet Sal. contractum iudæi validari per iuramentum,
ad l. Moyſ. Bald. *in l. pen. C. de haere. per illum textum iuncta gloſſ.*
Ludou. Romanus *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. haere. & in l. pa-*
ctum quod dotali. C. de colla. facit quod nota. *in capitulo, monet, &*
in cap. quamuis, & quod voluit ibi Archid. *22. quaeſt. 1. & in l. ait*
praetor. §. iurari. & ibi per Doctor. *ff. de iuriur.* & quod voluit
Paul. de Caſtr. *in quodam ſuo conſil.* vbi concluditur, quòd non
attenditur iuramentum Iudæorum inter ſeſe: quoniam de
his, qui foris ſunt, nihil ad nos de iure canonico. ſed remanea-
89 mus, in terminis iuris ciuilis quoad iudæos, ita † quod ſi non
valet actus principalis ex contractu, ſuper quo oppoſitum
eſt iuramentum, vel valebit iuramentum, *l. non dubium. C. de*
le. vide Ioan. de Ana. *in cap. fin. in 5. colum. de iudaeis.* gloſſ. ibi,
Bald. & Salic. *in l. non erit. §. diuus Pius. ff. de iureiurando.* Ioan. de
Imol. *in capitulo, & ſi Chriſtus, de iureiurando.* mihi videtur opin.
dom. mei bonis rationibus ſuffulta, & eam alia ratione corro-
90 boro: † Quælibet conſtitutio debet intelligi ſecundum ius
commune, quando non apparet aliter de mente conſtitutio-
nis, *l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. capit. cum dilectus, de conſuet. cum ſi.*
Item debet ſemper, ſi commode fieri poteſt, concordari &
91 eſſe conſona iuri communi, quia † correctio iurium eſt eui-
tanda, *capitulo, cum expediat, de elect. ſupra l. vnica, C. de inoffi. don.*
Item proprie debet intelligi, *l. 3. §. hac verba. ff. de neg. geſt.*
quia improprietates euitandæ ſunt, *capitulo, in his. de verb. ſig. l.*
non aliter. ff. de legat. 3. cum ſimi. Cum ergo apparet de men-
te conſtituentis, quòd fideles & deuoti debeant aſſumi ad
officia publica, & per motiua dom. mei oppoſitio. proba-
tum eſt, quòd non ſunt fideles: ergo ab eius mente non eſt
recedendum, *dicta l. non aliter. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff.*
eodem titul. l. ſi quis filium, in ver. cum manifeſtiſsimus teſtatoris eſt
ſenſus. verborum interpretatio nuſquam tantum valeat, vt melior ſen-
ſus exiſtat. C. de libe. praete. cum ſi. Item ſi aliter eſſet, derogaretur
iuri communi: nam iure cautum eſt, quod Iudæi non aſſu-
mantur ad officia publica. bonus text. eſt, *in c. conſtituit. 17. q. 4.*
& ille text. aſſignat rationem, ne ſub hac occaſione iniuriam
92 faciant. Item committit ſacrilegium, qui permittit iudæum
promoueri ad officia publica, & veluti in ſacrilegium, excom-
municatio proferenda eſt, *vt in dicto capitulo conſtituit.* ergo non
eſt veriſimile, quod Papa voluerit derogare iuri communi in
odium Chriſtianorum, cum ipſe ſit eorum paſtor. Item non
93 eſt † veriſimile, quod Papa daret materiam delinquendi,
cum ipſe nitatur animarum periculis obuiare, pro vt omnia
ferè iura clamant, *cap. vt animarum periculis. ſupra de conſtitut. cap.*
94 *vbi periculum, ſupra de elect. cum ſimi.* & illud † quod non eſt veri-
ſimile, eſt quædam falſitatis imago, ſecundum Baldum, *in l. 1.*
alias in l. fugitiui. C. de ſer. fu. facit *l. non eſt veriſimile. ff. quod me. cau.*
capitul. quia veriſimile. de praeſumpt. cum ſi. ergo. Item proprie &
ſtricte non poſſunt Iudæi dici fideles Chriſti & eccleſiæ Ro-
95 manæ, cum iura dicant, quod ſunt Chriſti inimici, & duo †
contraria non poſſunt ſimul ſtare in vno & eodem ſubie-
cto ſecundum philoſophos, facit *l. vbi repugnantia. ff. de re-*
gulis iuris. capitu. ſolicitudinem, de app. capitulo cum renunciatur. 32.
queſt. prima. cum ſi. & quotidie videmus perfidos & iniquos
Iudæos, inſidias parare Chriſtianis & contumelias Chriſto
& eius eccleſiæ inferre. Facit etiam, quia eſſet contra ius di-
uinum, quod Iudæi haberent aliquam dominationem, impe-
rium, ſeu officium contra Chriſtianos, cum Deus per pro-
phetam dixerit, Cùm venerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit
96 vnctio veſtra. Contra quod ius † diuinum Papa non di-
ſpenſat, *25. prima. capitul. ſunt quidam,* not. *in capitulo quae in*
eccleſiarum, de conſtitut. & in l. fina. Cod. ſi contra ius vel vti. pu-
blic. & in cap. litteras, de reſtitutio. ſpo. licet illud poſſit limi-
tare & reſtringere, vt not. *in praeallegat. iuribus.* facit quod
nota. *in capitulo, quanto. de iureiuran. & in capitulo non eſt, de vo.*
cum ſim. & per iſta damnata eſt opinio ac doctrina domini
Petr. de Anchar. ſuper hoc paſſu. Sed dominus meus domin.
Andr. licèt in præallegatis locis damnauerit præallegatum
conſilium domini Petr. de Ancharan. tamen *in quodam ſuo*
conſilio incipien. Licet in medium adducere. vbi conſuluit, quod
in ſtatutis municipij comprehenduntur Iudæi, *in quarta colum.*
refert præallegatum conſilium Domin. Petr. & ſubſequenter
dicit pro conſilio dom. Petr. eſſe text. in indiuiduo, *in dicta l.*
à legatis. in verſic. gentium deuotarum: iuncta doctrina Bald. *ibi-*
dem, & in titulo de pace conſtan. in principio, in ver. deuotionis:
vbi colligit, quod ſubditi dicuntur eſſe deuoti: vnde ex quo
Iudæi ſunt ſubditi, per conſequens dicuntur deuoti & fide-
les: & per conſequens non incidunt in pœnam aliquam,
nec dicuntur venire contra conſtitutionem: Mihi videtur,
quod talia motiua non obſt. quia licèt deuoti dicantur ſub-
diti, & Iudæi ſint ſubditi, & per conſequens deuoti: non
ſunt tamen fideles, prout dictat conſtitutio: ergo in Iu-
dæum non cadit conſtitutio: quia vbi in † diſpoſitione re- 97
quiruntur plures qualitates neceſſariæ ad eſſentiam actus,
non ſufficit vna qualitas, ſed omnes debent interuenire, *ar-*
gument. eorum quae not. in cap. licet cauſam. de probatio. & in capitulo,
cum iam dudum. de praebend. capitulo ſignificauit. de appellatio. & in
capitulo ſecundo, de reſcriptis. Præterea ad veritatem † copula- 98
tiuè requiritur, vtramque partem eſſe verè, vt not. *in dicto*
capitulo ſecundo, & in l. ſi haeredi plures. ff. de condit. inſtitut. Cùm
ergo conſtitutio requirat iſta duo copulatiua, ſcilicet quod
ſint deuoti & fideles: ergo vtraque qualitas debet interue-
nire: & licèt vna adſit, altera abſit, non eſt ſatisfactum con-
ſtitutioni, vt nota. in præallegat. iuribus, ſicut in ſimi. dicam,
quod vbi plures rationes conueniunt in lege, licèt vna deſit,
ſi tamen altera remanet, ſtat ſalua *l. diſpoſitio. l. ſi non l. Aelia*
Sentia. ff. de heredi. inſtit. l. liberorum. ff. de his qui not. infam. Inſtitu.
de nupt. §. affinitatis. cum ſimi. Non obſtat *dicta l. à legatis*: nec a-
lia motiua, & dicta Bald. quia loquuntur tantum in perſo-
nis deuotis, & non in perſonis deuotis & fidelibus. Cum
ergo iſta qualitas, quod ſit fidelis, non cadat in Iudæum,
vt dictum eſt: ergo conſtitutio non vendicat ſibi in locum
in ipſo Iudæo: & per conſequens nec domin. Petr. nec do-
minus meus, rectè conſuluerunt. & adduct. etiam Ioan. de
Ana. *in Rubrica, de Iudaeis, in quinta colum.* vbi refert & ſe-
quitur præallegatum conſilium Petr. de Ancharan. nihilo-
minus pro concordia dici poteſt, quod aut nos loquimur
quo ad eccleſiam militantem; & procedat opinio. Petr.
& ſequacium: quia ſi pacifice viuunt & quiete conuer-
ſantur, dicuntur deuoti & fideles: Aut loquimur quo ad
eccleſiam triumphantem, & procedat opinio mea con-
traria.

¶ Not. ibi, probitate. † quod in rege ſeu eius locum tenen- 99
te debet eſſe probitas. & quærit hic dom. Dom. in quo erat iſte
probus. ſol. ſecundum Pet. probitate armorum, vel ſecundum
Arch. modeſtia.

¶ Nota. ibi circumſpectior. quòd ſuperior circa ſubditos
debet eſſe circunſpectus, quaſi debet eſſe oculis plenus, &
hincinde ſubditorum facta conſiderare. op. facit ad hoc cap.
ſcriptum. *ſupra de elect.* & tales ſecundum gloſſ. *hic in verſic cir-*
cunſpectione, debent eſſe Diaconi, 93. *diſtinctio. adduco ego capitul.*
ad hoc. de offic. Archid. vbi Archidiaconus eſt oculus epiſcopi,
& per ipſum debet releuari cura epiſcopalis ſolicitudinis: &
dicitur † circunſpectus ſeu circunſpectio nomen compoſi- 100
tum à circum, & ſpicio, non eſt in vſu: & idem eſt quod vi-
deo, quaſi circunſpectus, id eſt circum circa viſus, & circun-
ſpectio id eſt circum circa cognitio, quia hincinde debet
ſuperior cognoſcere & inſiſtere circa vtilitatem ſubditorum.

¶ Not. *ibi, multipliciter commendatum.* ſecundum dominum
Petrum de Ancha. hic, † quod iſte text. enumerat qualitates 101
requiſitas in perſona adminiſtratoris illuſtrium perſonarum:
requiruntur enim plures qualitates, ſcilicet nobilitas, deuo-
tio, probitas, circunſpectio, ſanguinis parentela, magnani-
mitas, potentia, dilectio erga ſubditos, & cum magna ma-
turitate inquirendum eſt, vt iſta adſint, ad hoc vide *l. 1. C.*
man. de tut. & cura. illuſtrium perſonarum. & per hoc ſentit dom.
Per. de Anche. quòd inquantum iſte text. loquitur de regis
coadiutore, & ipſe vocat eum adminiſtratorem illuſtrium
perſonarum, quod Rex † dicatur illuſtris propter hoc in ſu- 102
praſcriptione, *cap. nouit, de app.* vbi dicitur, illuſtri regi Fran-
ciæ. & idem, *in cap. tuam. de ordin. cogni. & in cap. nouit. de offic. leg.*
& in capitul. ex ſpeciali. in ver. Illuſtrem Regem Portugalliae, de iudic.
cum ſi.

¶ Sed quæro qui dicantur illuſtres? Dic quod illi proprie
dicuntur illuſtres, qui habent plures prouincias ſeu plures
ciuitates ſub ſe, & ſunt multorum prætorum præfecti, vt Re-
ges, patriarchæ, & ſimiles: comites dicuntur Spectabiles: ita
voluit

voluit Bald. in l. prima. ff. de offic. præfect. prætorio. & vide eundem
Baldum in Rubrica, ff. de offi. proconſul. vbi dixit, quod comites
prouinciæ ſunt illuſtres reſpectu prouinciæ. & Dux Apuliæ
dicitur illuſtris, reſpectu plurium ciuitatum, refert & ſequi-
tur Bald. dom. meus in dicto capit. nouit. de offic. leg. & in d. extra-
uag. volentes. quod notabis ſecundum eum contra nonnullos
Baro. comites, qui ſunt domini alicuius bichochiæ vel mo-
lendini, & volunt vocare illuſtres. Sed dominus Dominicus
de ſancto Geminia. hic allegat poſt alios Ciceronem in ora-
tione ad Cæſarem pro Rege Deiotaro, vltrà medium, cum de fruga-
litate illum commendaſſet, ſubdit, ſcio hoc verbum Reges
iam laudari ſolere, fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magna-
nimum, largum, beneficum & liberalem, hæ ſunt laudes
regiæ. illa priuata eſt, vt volet quiſque accipiat. Ego tamen
frugalitatem, id eſt modeſtiam & temperãtiam virtutem ma-
ximam iudico. Ex qua auctoritate no. qualitates requiſitas
in rege, & ex iſto text. not. qualitas requiſitas in coadiutore,
qui datur regi ſecundum Doct. hic. debet enim eſſe fortis. ad
hoc faciat iſte text. licet loquatur in coadiutore. in ver. poten-
tia, debet etiam eſſe iuſtus. ad hoc facit cap. rex. & cap. regum
eſt proprium facere iudicium & iuſtitiam. 24. quæſt. 5. tamen iſta iu-
ſtitia debet eſſe dulcore miſericordiæ temperanda. cap. diſci-
plina. 45. diſtinct. nam † iuſtitia ſine miſericordia vertit verum
103 principem in tyrannum, iuxta Sapientis ſententiam, debet
etiam eſſe magnanimus, ad hoc faciat iſte text. in ver. magna-
nimitate, & quo ad iſtam magnanimitatem adduco tibi Bart.
in l. in his quæ. C. de prædijs & omnibus rebus nauiculariorum. libr. 11.
vbi not. ex illo text. † quod ad probandum hominem magna-
104 nimum præſumitur ex magnitudine ædificiorum refert & ſe-
quitur eum Mar. Lauden. in tractatu de princip. & ſic not. quod
ex ædificiorum magnitudine probatur magnanimitas prin-
cipis, & allegat ibi Mat. not. in l. 2. C. de mulie. lib. 11. † debet eſ-
105 ſe largus, beneficus & liberalis, & ad hoc adduco Ciceronem
dicentem, quod nil deterius auaritia, præſertim in principi-
bus & rempublicam gubernantibus: & in ſenibus dicitur
quoddam monſtrum: nam auaritia eſt idolorum ſeruitus. c.
auaritia. de præben. quia auarus videtur cõmittere idololatriá,
& ſeruire quodammodo idolis, quia auarus magis diligit nũ-
mos, quàm Deum, vnde maiorem reuerentiam adhibet auro
quàm ipſi creatori. ad hoc pulcherrimus text. eſt in cap. ſunt hi.
47. diſtinct. Item auaritia eſt cunctorum malorum mater, 23.
diſt. his ergo. & alibi appellatur cæcitas, vt in ca. auaritia cæcitas.
ſup. de elect. nam hominis mentem excæcat, vt agenda non
videat, & pro hoc cap. quorundam. ſup. eodem titu. vnde multum
notabiliter dixit Seneca. Nil eſt turpius auaritia ſenili: eſt e-
nim quaſi monſtrum deficiente via augere viaticum, id eſt
deficiente via augere patrimonium, & per conſequens aua-
ritia eſt deteſtãda in omnibus, † & præſertim in principe ſeu
106 rege: liberalitas vero laudanda: nam liberalis poteſt dici no-
bilis, quia exercet actum nobilitatis: ita colligunt ſcriben-
tes in capitu. primo, de dona. nam nobilium eſt propium donare,
prout hic not. & ſuperius dixi. Item liberalitas in donando
cõmendatur, & dicitur quędam beatitudo in donatore, vn-
de Chriſtus dixit, beatius eſt dare quam accipere, vt in cap. cum
Martha. de celeb. Miſſ. & in cap. prædicator. 16. quæſt. 1. ſed intellige,
vt meram liberalitatem quis exerceat & non prodigalita-
tem, vt inquit Cicero de officijs in ſecundo lib. Nec ita laudan-
da eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire nequeat, nec
ita aperienda, vt omnibus placeat: & eadem habenda eſt cu-
ra rei familiaris, quam quidem dilabi temere flagitioſum eſt:
ſed ita tamen, vt in libertate & auaritia abſit ſuſpicio. refert
dominus Abbas in dicto capit. 1. & Hieronymus ad Paulam,
Chriſti ſubſtantiam ne imprudenter effundas, ne liberalita-
te liberalitas pereat. Debet etiam eſſe largus: nam † largitas
107 tenet medium inter prodigalitatem & auaritiam, gloſſ. eſt in
cap. ex parte, de conſuetu. & ſic largitas eſt virtus, quia in medio
conſiſtit virtus: dicit enim Philoſophus, quod medium at-
tingere difficilimum eſt, & adduco gloſſ. de pœn. diſtinct. 3. in §.
contra quæ de charitate, quæ dicit, quod omnibus ſeruare me-
dium vltra hominem eſt, quaſi dicat, quod eſt magis diui-
num quam humanum: nam res penè contra naturam eſt,
quòd aliquis ſit ſine peccato. 25. diſtinct. §. criminis. & quis di-
catur auarus, quis prodigus, vide gloſſ. in capit. ex parte. de con-
ſuet. Sed Hoſtien. ibi vltra gloſſ. ponit verſum: Parcus ſic reti-
net, ſed nummum plorat auarus. Dic quod parco ſeu auaro plus
placent retenta, largo vero data plus placent, ſecundum do-
minum Abbatem in d. cap. ex parte. Debet eſſe ſeuerus, quaſi
ſequens veritatem & realitatem, ſeu ſeuerus circa vitia & de-
licta, faciat capit. omnis vtriuſque. de pœn. remiſſio. & d. cap. rex. 23.
quæſt. quinta, ſed iſta ſeueritas debet eſſe ordinata, nec exce-
dens modum: & ad hoc adduco ego pulchrum text. in c. quo-
rundam. 74. vbi contra verba ponuntur: Tales erga ſubiectos
noſtros exiſtere debemus, quales nos ſi ſubiecti fuiſſemus
noſtros vellemus eſſe præpoſitos, faciat c. alligant. 26. q. 7. & c.
beatus. 45. diſt. cum. ſim.

¶ † Not. ibi, ſi abſque legitimo, de iſta dictione abſque, quæ
de ſua natura eſt excluſiua, quandoque vero ſtat incluſiue: & 108
tunc impropriè ſtat, de qua dictione vide plene per Archi. Io-
an. And. & Moder. in capi. qui ad agendum. infra de procura. cum
alijs concor. datis per Albe. in ſuo dict. & Fran. & Brix. in ſuo re-
perto.

¶ Secundo not. ex eiſdem verbis ſecundum Docto. hic †
quod filius legitimus ſuccedere non poteſt in regno patris: 109
& in quibus ſuccedant filij illigitimi, & an debeant habere
alimenta: quia non eſt noſtra materia, vide domi. Abb. poſt a-
lios in cap. tanta. qui filij ſint leg. & in cap. cum haberet. poſt gloſſ. de eo
qui duxit in mat. quam polluit per adulte. & glo. in cap. niſi. de renun.
& Inſtitu. de ſucceſ. cog. §. vulgo. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad orfi. &
per Barto. in l. ſi gener. ff. de his qui vt indi. & per dominum Ab-
batem in cap. per venerabilem, ad fil. qui fil. ſint legi. de alimentis ha-
betur in dicto capitu. cum haberet. & per Barto. in d. l. ſi gener. & in
tractatu de alimen. & in authen. licet. C. de libe. præte. & in authen. ex
complexu. C. de inceſt. nupt. cum concor. vide Bartolum in l. ſi quis à
liberis §. vtrum. ff. de libe. agno. vbi idem tenet, quod in filijs ſa-
cerdotum, an æquitas d. cap. cum haberet: habeat locum in illis,
vide eundem Barto. in l. fin. §. à ſocero. ff. de his quæ in fraud. credi.
vbi dicit, quod ſic: & vide Bald. in d. authen. ex complexu. vbi vide-
tur dicere contrarium. & vide conſilium Barto. incip. Domini-
cus magiſtri Theobaldi pater ſecularis, & breuiter conclude per
textum in cap. cum haberet, qui non eſt alibi ſecundum Abba-
tem, † ſcilicet quod de iure cano. etiam filij ſpurij vel nati ex
damnato coitu debent alia parentibus ſecundum facultates 110
eorum: & huic iuri canonico ſtatur: hic etiam de iure ciuili,
quia Eccleſia hoc induxit ex quadam æquitate naturali, ne
filij alimen. priuati pereant. vt etiam ſentit Barto. in d. authen.
ex complexu. vbi per rationem d. cap. cum haberet: dicit parentes
poſſe legare filijs ſpurijs ratione alimentorum, & quod pote-
runt parentes donare vel relinquere dotes filiabus, cum † dos
ſuccedat loco alimentorum, vt l. ſancimus. C. de nup. idem Bart. 111
in l. fin. ff. de his quib. vt indig. & in l. Mauius. §. duobus. ff. de legat. 2.
circa medium. & Bald. in l. eam quam. C. de fideicomiſ. quod intel-
ligit Ioan. de Imol. in l. in teſtamento. ff. de lega. 1. procedere in
terris Eccleſiæ, ſed non in terris imperij, per not. in cap. 2. de arbi.
lib. 6. Sed Angelus Aretin. Inſtu. de iure naturali, in 3. colum. di-
cit, quod cum occurreret ſibi de facto hæc quæſtio apud Re-
gium, ipſe & alij conſuluerunt contrarium per gloſſ. ad cap. cum
haberet. & domi. Anto. & Cardinalis. & eſt ratio, quia præ-
ſtat alimenta, quæ nec negari poſſunt, quod naturaliter non
ſit filius, & ſic de iure naturali, vt Inſtitu. de iure natura. in gloſſ.
ver. educa. & in l. 1. §. 1. ff. de inſti. & iur. & negare † alimenta eſt
necare, l. necare. ff. de libe. agnoſcen. ſed necare aliquem eſt pec- 112
catum mortale, facit l. 1. C. de ſic. ſed † quoties tractatur de pec-
cato, ius canonicum eſt ſeruandum vbique etiam in iudicijs 113
imperij, cap. 2. de no. ope. nuncia. & Docto. in l. 1. C. de ſacroſanct.
Eccleſ. & facit quod not. Cyn. & Sali. in l. qui contra. C. de ince. nup.
facit gloſſ. Inſtitu. de gra. § fin. 1. & ff. eod. l. iure. ¶ Not. ibi, qui eidem
regi, &c. ſecundum domi. Per. de Ancha hic, † quod filius re-
gis excludit in regni ſucceſſione fratrem regis, & ſic eius pa- 114
truum: licet ergo ordo genituræ conſideretur in tali ſucceſ-
ſione, vt in cap. licet vniuerſis, de voto. tamen nepos minoris æta-
tis retinet locum patris, & excludit patruum, & ſine dubio
iſtud eſt verum, quando pater huius nepotis iam adeptus fue-
rat regnum. Si vero Rex recedens relinquat nepotem ex fi-
lio primogenito, & alium filium natum priuſquam ſit ille
nepos, quis ſuccedat ordine genituræ, an nepos poſterior ex
primogenito iam defuncto, an alter regis: dicit hic dom. Pet.
de Ancha. quod fuit ardua quæſtio, & de facto, in qua Ol-
dra. Laudenſis conſuluit pro nepote minori, conſ. 94. incip. Ele-

ganter circa negotium, *in 9. colum. ibi*, Sed certum eſt, *in conſil.*
224 *incip. Iſta ſunt allegationes.* cuius motiua ipſe dom. Pet. refert
in cap. licet. de voto. & ideo hic non decidit, ſed Oldr. *in prælle-
gato ſuo conſ.* concludit filium primogeniti præferendum pa-
truo, & nititur probare iure diuino, naturali & ſcripto: nam
de iure diuino primogenitus regulariter ſuccedit in regno.
115 Itē ius † primogenituræ poteſt alienari, ſicut cōpertum eſt in
perſona Eſau, qui vendidit fratri ſuo Iacob iura primogenitu-
ræ: ergo huiuſmodi ius eſt trāſmiſſibile ad hæredē: & per cō-
ſequens cum filius habeat ius primogenituræ ergo ipſe & nō
116 ſecundogenitus debet ſuccedere, † De iure naturali proba-
tur, quod pater & filius cenſentur eadem perſona, 53. *quæſt.* 5.
§. *hac auctoritate*, *l. fina. C. de impub. & alijs ſubſtitutio.* repræſenta-
tur ergo pater in filio, pro hoc *l. liberorum*, *in fin. de verb. ſignifi.*
117 vbi pater perpetuatur in filio. † De iure poſitiuo probatur,
quia in ſucceſſione rerum priuatarum plures filij præmortui,
tenent locum patris, ita quod ſuccedunt in hæreditate vna
cum patruis per ſtirpem, & non per capita, vt no. *in authen. de
hære. quæ ab inteſt.* §. 1. & *inſti. eod. titu.* § *filius.* & not. bene præ-
dicta ſecundum dom. Abb. *in d. cap. licet.* quod ius primoge-
nituræ tranſmittitur in poſteriores etiam viuente patre, & de
iure diuino conſiſtebat in multis ius primogenituræ. & vide
ibi ius poſitum per gloſſ. *in capit. quam periculoſum. 7. quæſt. 1 ad
quam glo.* addit Ioan. And. quartum effectum: nam in fine ha-
bebat benedictionem paternam. Item duplicem partem in
hæreditate, inſuper benedicebat ſuis fratribus, vt habetur
Geneſis, 27. *cap.* quæ ſolet dom. Abb. recenſere in benedictio-
ne cōuentum: & quod nepos in hoc caſu debeat præferri pa-
truo, reſidet Ioan. And. *in addi. Spec. ſuper rub. de feu.* & commu-
niter Doct. *in d. capit. licet.* & hic, & Abb. *in d. capit. licet.* vbi dicit,
quòd in regno proueniente ex genere vlteriori nepos præ-
fertur fratri patris per text. illum apertum *in verſiculo*, *ſi dicens
Rex Siciliæ prolem.* nam vides ibi, quòd Rex Vngariæ deceſſit
relictis tribus filijs, primogenitus ſucceſſit in Regno, & poſt
mortem eius non ſucceſſit ſecundogenitus. & dicit hoc eſſe
clarum, quando primogenitus in vita ſua adeptus eſt regnū.
118 † Sed dubium eſt, quid ſi ante adeptionem regni viuente pa-
tre deceſſit primogenitus, relicto ex eo filio, an filius primo-
geniti debeat ſuccedere auo ſuo in regno an vero ſecundoge-
nitus? refert Oldr. *in prællegato conſ.* & ſequitur eum, quòd fi-
lius primogeniti præferri debeat, & dicit hanc partem tene-
re Bald. *in l. cum antiquioribus. C. de iure deli.* ſed ſalua pace, domi.
Abb. ibi arguit pro & contra, & non ſoluit. ſed vtitur his ver-
bis, ſoluat Appollo. & hoc modo loquendi viſa eſt gloſſ. *in l.
2. ff. de Aquil.* Sed domi. Domin. de ſan. Ge. hic ſuper hoc paſ-
ſu nihil dicit de ſuo, ſed allegat Oldra. *in prællegato loco*, licet
corrupte allegat *in conſil.* 222. & dicit quod Oldra. ibi ponit
allegata pro & contra, & finaliter fuit pronunciatum pro fi-
lio primogeniti per motiua ſuperius allegata Sed Ioan. And.
de Imo. hic dicit, quòd miratur de ſua deciſione, cū ipſe Rex
Robertus contrarium obtinuerit pro ſe & contra nepotem,
& pro ſecundogenito conſuluit Ricar. Malum. per *l. 3. C. de
bo. mater. & ibi* per Cyn. & Paul. de Caſtro. vbi tenent hanc
partem: & idem voluit Betto. *in authen. poſt fratres, C. de legi. hæ-
re.* & videtur ſibi conſiderandum, quod de iuris rigore præ-
fertur prior in gradu, *vt Inſtitu. de legi. agna. ſuc. in princip.* ſed ex
æquitate ſtandum eſt contrario in ſucceſſione aſcendentium
& collateralium in filijs fratrum, *vt in* §. *cum filij. Inſtitu. de hære.
quæ ab inteſt. deferuntur*: & *in d. authen poſt fratres.* & hoc aperte
innuit litera *in d.* §. *cum filij.* ſecundum Ioan. de Imo. hic. &
ideo ſecundum eum cum æquitas illa ſolum ſit ſcripta, quan-
do agitur, vt æqualiter ſuccedatur cum patruo, non vt ei præ-
feratur, erit ſecus dicendum, vbi aliter prædictorum eſt alte-
ri præferendus. maxime quia tunc non viget eadem æquitas:
tunc immo potius videtur, quod ſi oportet alterum præfer-
ri, & ſic alterum eorum per alterum excludi, potius nepos
debet excludi per rationem *d. l. 3.* ad idem facit, quia aut iſte
nepos vult venire ratione conſuetudinis regni, & non po-
teſt, quia illa diſponit de primogenito: ſed primogenitus eſt
patruus, *argum. capit. nam & ergo, &c.* Aut ipſe vult venire de iu-
re communi, & ſimiliter non poteſt, quia vt dictum eſt, ſo-
119 lum poteſt æqualiter venire, † ſed regnum eſt indiuiſibile, &
non capit duus, *de voto cap. licet*, nec reperitur æquitas ſcripta,
quòd aſſumat perſonam patris ad excluſionem patrui, vt di-
ctum eſt ſecundum eum, ergo & per dominum Domi. Mar.
Laudenſis *in ſuo ſolemni tractatu de primogenitura*, luculenter &
pleniſſime attingit hūc paſſū. Et primo dicit, quod iſta quæ-
ſtio eſt difficilis, & allegat auctoritates & rationes pro & cō-
tra, & deinde facit pulchram diſtinctionem dicens: Aut con-
ſtat de conſuetudine, quòd nepos excludit patruum vel e-
contra, & ſtandum eſt conſuetudini, *l. minime. ff. de legi.* Aut
non conſtat de aliqua conſuetudine: & tunc ſi conſtat de
mente concedentis ex verbis vel aliter, quòd nepos exclu-
dat patruum vel econtra, certè ſtabimus menti & verbis, *cap.
ſi Papa. de priuileg. lib. 6.* & qualiter colligatur mens, traditur
per Cyn. *in l. voluntas. C. de fideicommiſ. & in l. ſi ſeruus plurium.*
§. *fina. ff. de leg.* Aut non conſtat de mente, & tunc aut verba
cōſuetudinis vel cōſtitutionis loquuntur in potiori gradu,
puta quòd ſolus potior in gradu ſuccedat in regno, & tunc
patruus, qui eſt potior in gradu, ſuccedit, *l. iuriſconſultus. ff. de
gradi. iuncta dicta authentica poſt fratres.* & eſt de mente Bald.
in l. vt inteſtato. C. de ſuis & legiti. Aut verba conſuetudinis lo-
quuntur de iure primogenituræ, & tunc ſi prior fuerit natu
patruus quam nepos, patruus excludit nepotem. Si vero ne-
pos natus fuerit priuſquam patruus, tunc nepos excludit pa-
truum: ratio, quia tunc eſt primogenitus, *capit. Ioſeph. de verbo-
rum ſignifica.* & eſt de mente Bald. *in d. l. vt inteſtato.* Aut non
conſtat, quis prior ſit ætate, nepos an patruus, & tunc putat v-
trunque ſuccedere ſecundum not. per Baldum *in authen. ex
teſtamento, & vlti. colum. C. de colla.* Sed pulchrum eſt videre ſe-
cundum eum, quid hoc caſu, quando ſunt eiuſdem ætatis,
& aliter decedat, an ſuperueniens per ius non decreſcendi
habeat totum: reſpondit quòd ſic ſecundum Baldum *in l. 1.
in vlti. colum. C. quando non peten. partes.* & prædicta cedit eſſe
vera, niſi regnum eſſet iam deuolutum ad patrem iſtius ne-
potis, quia tunc nepos ſuccederet patri ſuo excluſo patruo:
text. eſt clarus *in dicto capitulo licet. de voto. & hic*, & ita reſidet
Martin. Laudenſis, cum qua diſtinctione tranſeo, quia vide-
tur ad concordiam reducere opiniones contrarias. & adde
ad hanc quæſtionem quoddam generoſum, conſi. dom. Abb.
in ordine meo 87. & quoddam aliud conſilium Paul. de Caſt.
in ordine meo 148. Adde plenam diſputationem in ſucceſſio-
nibus quæ deferuntur ordine primogenituræ, vel ſecundum
ordinem genituræ, quid ius ſi filius primogenitus prædeceſ-
ſit patri relicto filio. inde moritur pater relicto dicto nepote
ex primogenito, vtrum iſte ſecundogenitus patruus quo ad
dictū nepotem, an vero dictus nepos loco patris ſui primo-
geniti defuncti ſuccedat, vnde Petr. de Anch. *conſil. 81. incip.
Dicta facti narratio tam prolixe & confuſe expoſita.* vbi de hoc. no-
ta etiam ex eiſdem verbis, quod deficientibus filijs regis,
frater ſuccedit in regno. ¶ † Not. *ibi præſertim*, quod hæc di- 120
ctio de ſui natura eſt implicatiua: quandoque vero ſtat im-
proprie, & eſt dictio taxatiua. iſta eſt gloſſ. valde ſingu. *in cap.
per tuas, el 1. de ſymo.* gloſſ. reputauit ſingu. domi. Cardi. ibi. ſed
ego allego aliam quaſi ſoci, & ſimilem *in capit. inter alia, de
ſenten. excommu. cum ſimi.* faciat gloſſ. *in capit. illud. 12. diſtinct.* &
not. *in cap. ex literis, in ver. ex præſentium. de fid. inſtru. & in cap. di-
lecti, in ver. præſertim. de ar. & de dictione maxime*, vide gloſſ. &
Docto. *in cap. ad abolendam, de filijs presby.* & dom. Abb. *in proœ.
Grego.* & plene per dominum meum *in cap. quoniam frequenter.*
§. *ſi vero. vt lit. non conteſta. cum alijs ſimi.* ¶ Not. *ibi, curam.* † quod 121
Rex dicitur habere curam: & ſic Reges poſſunt dici curati. fa-
ciat *cap. princeps. & cap. adminiſtratores. 23. quæſt. 5. cum ſim.* & pro-
batur hic optime, quod Rex debet eſſe defenſor eccleſiarum
& piorum locorum regni. faciant præallegata *c. princeps. & ca.
adminiſtratores.* ¶ Not. etiam ex iſto text. † quod Rex dicitur 122
habere liberam & generalem adminiſtrationem: an idem ſit
in prælato, not. *in cap. cum nobis olim. de elect. in ver. liberam ad-
miniſtrationem. & in cap. is cui, eodem titu. lib. 6.* Hoſtien. *in cap. 2. de
iureiur.* §. *ſi quis poſſit. ver. in rebus*, tenet, quòd prælatus habet
generalem & liberam adminiſtrationem. ad idem facit ſe-
cundum eum *cap. iſtud*, vbi coadiutor habet liberam & gene-
ralem adminiſtrationem, idem voluit gloſſ. *in c. 1. in ver. curam
omnem. 7. quæſt. 1.* vbi colligit argumentum, quod coadiutores,
adminiſtratores & viſitatores debent habere liberam & ge-
neralem adminiſtrationem. & alleg. *c. quamuis. ea cauſa. & q. &
d. cap. cum nobis olim, in fin. & 21. quæſt. 1. relatio.* Goffre. *in cap. con-
tingit. de tranſactio. & in cap. nouit. de his quæ fiunt à prælato*, dicit
quòd prælatus habet generalem, ſed non liberam. Vinc. *in d.
cap. nouit. & in cap. edoceri. de reſcrip.* dicit, quòd habet liberam,
vbi

vbi habet conſenſum capituli, alias non fallit. *in caſu cap. paſtoralis de his quæ fiunt à prælato.* Item fallit, quãdo Papa committit liberam & generalem, *vt in d. cap. is cui. & hic.* Ioan. de Imo. *in d. cap. is cui. diſtinguit*, quod aut Papa exprimit in commiſſione, quod habeat liberam & generalem: & planum eſt quod habeat, vt eſt dictum in ſecunda fallentia, aut non exprimitur, & tunc ſi ſint actus, quos poteſt gerere ſine conſenſu capituli: & tunc ſi capitulum conſenſit, habet liberam & generalem: ſi verò non conſentit, habet vt dicit Vincentius, refert & ſimpliciter ſequitur Dom. Domi. ibi, Domi. Abb. *in d. c. edoceri*, dicit, quod prælatus habet liberam adminiſtrationem à iure: & alleg. *d. c. cum nobis olim. in fin. & d. cap. is cui.* idem Abb. ſecundum eum *per capitulum, nullus*, 18. *quæſt.* 2. nam poteſt explicare ea, quæ exigunt ſpeciale mandatum, *vt in l. procuratori, cui libera. ff. de procura.* quia prælatus nõ eſt procurator ſimplex, ſed habet titulum honorabilem & dignitatem, vt not. glo. *in capit. ſi. 5. quæſt. 3. & probatur in cap. indemnitatibus. ſupra de elect.* Ego adduco glo. *in cap. quia Epiſcopus. 5. quæſt. 3.* quæ dicit, quod prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationem in bonis Eccleſiæ, & dare poteſt bona aliqua; ſi hoc habeter Eccleſiæ conſuetudo: & intellige hoc ſecundum diſtinctionem datam per Ioan. de Imo. *in d. cap. is cui. & per not. in d. c. edoceri.* & adduco Dom. Abb. *in cap. cæterum. de do.* vbi dicit, quòd prælatus habet liberam adminiſtrationem in rebus Eccleſiæ, *per d. cap. cum nobis olim. & per d. cap. is cui.* & idem voluit Io. And.

123 *in c. qui ad agendum. infra de procur. in nouella.* † Quid autem operetur verbum, *libera* poſitum in procuratorio, do. Domi. de ſan. Ge. *in d. cap. is cui.* remittit ſe ad id quod habetur *in l. procurator cui libera ff. de procur. & in d. cap. qui ad agendum.* Ego dico, quòd hæc verba tranſeunt ea, quę requiruntur ſpeciale mandatum, vnde talis procurator poteſt omnia quæ poſſit facere dominus in propria perſona, dum tamen dolus abſit, *vt in d. l. procurator.* & ibi per Barto. *& in l. creditor. §. Lucius. ff. man.* non tamen poteſt donare, quantumcunque habeas liberam adminiſtrationẽ, niſi ſpecifice hoc concedatur, *vt in l. contra iuris regulas. §. filius. ff. de pact. & in l. filiusfam. ff. de dona.* facit *cap. fin. & quod ibi not. de offi. vica lib. 6.* & vide de hoc quod voluit Dom. Abb. poſt alios *in cap. petitio, de procur.* Ego & ad hoc adduco glo. *in dicto cap. is cui.* vbi dicitur, quod prælatus ſiue habeat liberam & generalem adminiſtrationem ſiue generalem & nõ

124 liberam, ſiue econuerſo non poteſt donare, niſi hoc habeat conſuetudo Eccleſiæ, & modica, *vt in d. c. cæterum.* † & per quę verba detur libera adminiſtratio ſeu libera poteſtas. Io. And. *in d. c. petitio.* dicit, quòd tunc ſolum, cum hoc ſpecialiter exprimitur, *vt in l. quam Tuberonis. §. alia ff. de pecu.* nam in verbis generalibus non venit hæc poteſtas: ſecus autem dicit ipſe, ſi dominus promittit habere ratum & gratum, quicquid procurator fecerit: nam ſecundum eum per hæc verba non datur libera poteſtas, ſed ad maiorem declarationem hæc clauſula ſolet apponi, *l. 1. ff. de offi. procur. Cæſa.* & ibi hoc ſequitur Barto. licet aliud ſenſerit *in d. l. procurator cui libera.* Sed hoc non examino hic, quia hæc decretalis ſatis eſt onerata materia ſua, ſed tene primum, & vide de hoc Dom. Abb. *in c. contingit. de tranſact.* & in quantum Io. And. *in d. c. petitio.* dicit, quod libera poteſtas non tranſit niſi ſpecialiter exprimatur Dom. Abb. ibi dicit, quod requiritur ſpecialis expreſſio ſaltem per verba æquipollentia: nam ſi ſit dictum, do tibi plenam adminiſtrationem ſeu poteſtatem. videtur data libera poteſtas, vt not. Bart. *in l. ſi procurator. C. de procu.* & ibi videtur *text. iuncta glo. in d. l. procurator cui libera.* & hoc placet mihi, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. certum. ff. ſi cert. pet. c. licet ex quadam, de teſti. c. tua. de conſang. & affini. cum ſimi.* ſecundum Do. Abb. ſi datur procuratori poteſtas, vt poſſit facere ea quæ dominus poſſet in propria perſona, vt not. Barto. *in d. l. procurator cui libera. & in d. §. Lucius.* licet quidam contra, quod plenius examinat dominus Abb. *in cap. ſi. de dil.* & vide eundem Do. Abb. *in cap. intelleximus, de indi.* vbi de hoc, & per Dom. meum *in d. c. ſi.* & tene opin. Bar. & Anch. *in d. cap. qui ad agendum*, quia probatur dictum eorum *in d. l. creditor. §. Lucius.* vbi hoc idem tenuit ibi Barto. licet aliter voluerit Dom. Anto. *in d. c. intelleximus.* ſed ipſemet contrarium tenuit, & ſic ſecutus eſt Barto. *in c. ſi.* & de his omnibus vide dom. Pet. de Ancha. Ioan. de Imo.

125 & do. Domi. poſt Ioan. de Fantu. *in d. c. qui ad agendum.* ¶ † Not. etiam ex iſto tex. differentiam inter Eccleſiam, & pium locũ: & ſic ſecundum Doct. videtur, & præſertim ſecundum Arch. & do. Domi. hic, quod appellatione vnius non comprehenditur reliquum, de quo ſecundum eum *in c. ſciant cuncti. ſup. de elect.* do. Domin. ſimpliciter dicit per illum tex. appel. Eccleſiarum non includuntur monaſteria & loca pia, ad hoc alleg. *c. generali. ſupra eod. tit.* & ibi etiam dicit not. differentiam inter Eccleſiam, monaſterium, & pium locum, & ſic videtur ſecundum eũ, quòd in materia pœnali & odioſa vno expreſſo aliud non includitur, & alleg. *d. c. ſciant.* & adduco eundem do. Domin. *in c. 2. inf. de in integ. reſti.* vbi quęrit, quid comprehendatur ibi appel. Eccleſiæ: *& in c. 1. eod. tit.* dicit, quod includitur monaſterium, & omnis pius locus: quia iſta æquiparantur, & alleg. *c. requiſiſti. ver. ſecus, de teſt. & c. ſciant cuncti, præallegatum. & d. c. generali. & hunc text.* Poſſent tamen omnia iſta ſecundum eum in contrarium induci, quia ibi fit ſpecialis mentio piorũ locorum vltra Eccleſias, & alleg. Ioan. And. hoc velle, ſed Io. de Fantu. ibi dicit, quod illi text. faciunt pro hac parte. quia ibi æquiparantur propter identitatem rationis, quæ ſubeſt in Eccleſia. & alijs pijs locis: ergo idem eſt dicẽdum ſecundum dom. Domin. *in caſu d. c. 2.* & iſtam partem tenet Bald. *in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. Eccleſ.* intelligẽdo hoc procedere. quando locus pius eſſet ædificatus auctoritate Epiſcopi: alias ſecus ſecundum eum, & adduco ego dom. Domin. *in cap. 1. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruan. infra eod. lib.* vbi quæritur. an ille text. habeat locum in hoſpitalibus, ita vt in eis non poſſit fieri miſſio? dicit quod hanc quæſtionem ponit Lapus de Caſtellione *in tractatu de Xenodochijs. quæſt.* 540. & ibi tenet, quod non poteſt fieri miſſio, ſed procedetur ad ſententiam lite non conteſta. quia ex quo eſt conceſſum remedium ordinarium, ſcilicet miſſ. in poſſ. ad hoc alleg not. *in d. Clem. diſpendioſam.* & dicit diſputaſſe dom. Lap. Abb. ad cuius quæſtionẽ & diſputationem ſe remittit. facit etiam, quia ſicut eſt periculum in vocationibus beneficiorũ, quæ eſt cauſa, propter quã proceditur contra contumacem lit. non conteſta. *ſup. vt lit. non conteſt. cap. quoniam. §. porro.* ita etiam eſt periculum in iſtis hoſpitalibus, *argu. Clemen. quia contingit. de religi. dom.* & adduco eundem dom Domin *in cap. 1. §. hæc autem de elect.* vbi poſt Lap. Abb. dixit, quòd diſpoſitio illius text. habet locum in hoſpitalibus. & idem voluit Lap. *in d. ſuo tractatu. quæſt.* 50. & 57. & adduco quod idem dom. Domin. *in cap. alma, poſt gloſſ. infra de ſentẽ excommu. & in cap. quamuis. §. ſi autem. infra de offi. ordi.* & adduco dom Abb. *in d. cap. requiſiſti, in ver. ſecus. de teſtib.* vbi per illum textum colligit, quòd † ſicut de relictis factis Eccleſijs 126 debetur canonica portio, ita & de relictis factis monaſterijs & alijs pijs locis. puta hoſpitalibus: & in hoc dom. Abb. dicit ſe non recordari de alio text. ita clare hoc probante, quod dictum intellige ſecundum dom. Abb. *in cap. officij. eodem titu.* ſi hoſpitalia ſunt religioſa. ſcilicet Epiſcopi auctoritate cõſtructa: ſi vero non ſunt religioſa. eſt magnum dubium. de quo vt *ibi per eum*: & adduco Petr. de Ancha. Domi. Cardi. & eundem Abb. *in cap. 2. de conſue.* vbi colligunt ex illo text. quod appel. Eccleſiarum non veniunt monaſteria, nec alia loca religioſa, vtputa hoſpitalia: nam text. *ibi in verſ. clauſtris, Eccleſiis vel alijs quibuslibet locis religioſis.* ponit illa vt diuerſa: & hoc verum ſecundum dom. Abb. poſt alios ſtricto ſumpto vocabulo, alias ſecus: de quo dicendum ſecundum eum, vt le. & not. *hic, & 54. diſt. §. hac auctoritate.* & ſubdit ibi Petr. de Ancha. quod etiam veniunt Xenodochia & refert ita dixiſſe Bald. *alibi.* ſed indiuiduo non allegat locum vbi hoc dixit dom. meus do. And. *in d. c. 2. allegat d. c. requiſiſti. & c. ſi. eod. tit. & d. c. ſciant cuncti. & d. c. generali. & d. auth. hoc ius porrectum §. ſi vero & quadã. in authen. de alie. & emphy.* in quibus iuribus ponuntur hęc vt diuerſa, facit *d. c. 1. & 2. de in integ. reſtit.* Io. de Fanu. hic ſentit quod imo veniunt proprio ſumpto vocabulo appel. Eccleſiarum, quia propter identitatem rationis æquiparantur: dom. meus *in d. c. 2. de conſuet.* non credit hoc eſſe verum per iura præallegata. Item allegat *l. omnia priuilegia. C. de Epiſ. & cle.* † vbi ſtatuit 127 Imperator, quod omnia iura indulta Eccleſijs habeãt locum in hoſpitalibus, ex quo ſequitur concluſio ſecundum eum contra omnes, quod nec propriè nec impropriè app. Eccleſiarũ veniant hoſpitalia & alia loca pia: quia ſi venirent, nõ fuiſſet opus diſpoſitione *d. l. omnia priuilegia.* & videtur quod antequã *d. l. omnia priuilegia*, emanaſſet, ꝙ hoſpitalia & alia loca pia nõ gaudebãt eo priuilegio, quo gaudent Eccleſ. ſeu bona Eccleſiarũ. & per hoc iſta nomina. Eccleſia, pia loca, & ſimilia ponuntur in iure vt diuerſa: & iſta videtur dom. mei melior

opi-

opinio: ſed iudicio meo in hoc non recte loquitur, quia licet
non emanaſſet d. l. omnia priuilegia. in materia larga & fauora-
bili ſemper app. Eccleſ. veniſſent hoſpitalia & alia loca pia,
quia vbi aliqua cõueniant largo ſumpto vocabulo, ap. vnius
comprehenditur reliquum, ex quo eadem ineſt ratio, ad hoc
alleg. tres gl. prima eſt in Cle. 1. de elect. 2. in Cle. 3. & in Cle. vbi au-
ditor, de reſcrip. Non obſt. d. l. omnia priuilegia, quia ibi Impera-
tor fecit gratia maioris declarationis, & videtur hoc proprie
poni in argumentum ſecundum Do. Abb. in d. c. 2. & Do. Abb.
colligit, quod hoſpitalia & ſimilia loca religioſa gaudent pri-
uilegio Eccleſ. licet clarius ſecundum eũ hoc probetur in d. l.
omnia priuilegia. vbi tex. & Bar. Dom. meus. ibi dicit, quod hoc
dictum eſt verum in ſe, ſed ex illo tex. non colligitur: nam in
primo tex. loquitur de clauſtris & alijs religioſis locis, & ſic nõ
de Eccleſijs, & ſic colligit ipſe totum cõtrariũ, q tex. probet,
quod Eccleſiæ gaudent illo priuilegio, quo gaudẽt monaſte-
ria & alia loca pia. nam in princ. fuit quæſitum, quãdo aliquis
dat aliquas poſſeſſiones clauſtris vel alijs locis religoſis, &
Papa reſpondet, quod donatio tenet, ſi donatio fiat clauſtris
Eccleſijs & quibuſdam locis religioſis, & hoc iudicio ſuo de-
bet colligi ex illo text. ſed iudicio meo ſaluari poteſt Dom.
Ab. vt dicamus, quod licet hoc argũm. clare nõ probetur nec
colligatur ibi, ſed clarius in d. l. omnia priuilegia, prout voluit
ibi Dom. Abb. tamen bene probatur ſubtiliter arguẽdo: nam
128 † iura regulariter præſtant immunitatem & priuilegia Eccle-
ſijs. & non in alijs locis, vt per totum tit. ſupra de imm. Eccleſ. &
C. de ſacroſan. Eccle. per totum & C. de his qui ad Eccleſ. confu. per totũ.
& cum ibi fuiſſet quęſitum de clauſtris & alijs locis religioſis,
Papa reſpondet, quod ſic ampliando terminos q. addendo
Eccleſ. & ſic voluit, quod clauſtra & loca religioſa gauderent
eo priuilegio quo & Eccle. quia iã de Eccleſ. diſpoſitum erat
generaliter, & per l. fin. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in d. c. 1. ſpecialiter
fuit dubitatum de clauſtris & alijs religioſis locis, cum de ec-
cle. minime dubitabatur: non ſequitur ergo ſecundum Dom.
meum, quod ille text. probet, quod Eccleſ. gaudent eodem
priuilegio, quo & clauſtra, quia licet app. Eccleſ. veniant mo-
naſteria & alia pia loca, non tamen econtra. & ad hoc adduco
Ioan. de Imo. in Clemen. 1. de elect. in gl. in ver. monaſterijs. vbi quę-
rit, an ille tex loquens de monaſterijs habeat locum in Eccle.
ſeculari: dicit quod non, & alleg § de ſer. 63 diſtinct. Clemen. vlt.
de pœn. capit. ex eod. titu. in fin. infra eod. lib. & Clemen. cupientes, in
princip. eodem tit. & d. cap. 2. de conſuet. deinde dicit, quod in con-
trarium facit iſte text. Sol. quod hic dicitur, quod app. eccleſ.
comprehenduntur monaſteria non autem econtra: & remit-
tit ſe hic, qualiter hoc debeat intelligi, deinde ſubdit ibi Ioan.
129 de Imo quod quandoque verbum † monaſterijs, exponitur,
id eſt Eccleſijs, vt in cap. nemini. 16. quæſt. 7. & ibi glo. ſed certe ſe-
cundum eum eſt impropria expoſitio, argum. d. cap 2. & argu.
huius tex & improprietates ſunt euitandæ, c. in his, de verb. ſign.
l. non aliter. ff. de lega. 3. cum ſim. ergo recte locutus eſt Dom. Abb.
quicquid dicat Dom. meus: nam Dom. Abb. colligit hoc ex
130 mente tex. nam † argum. dicitur, id eſt argutè inuentum, pro-
batur in text. iuncta gloſſ. in l. deſiderium. C. de po. & in cap. forus, de
verbo ſignifi. in quantum iſta largo ſumpto vocabulo conue-
niunt, quod app. Eccleſ. veniant monaſteria & alia loca pia.
præterea idem Dom. Abb. in d. c. 2. alleg dictum Ioan. And. in
131 d. c. 2. infra de in integ. reſtit. † vbi dixit, quod hoſpitalia poſſunt
petere reſtitutionem in integ. & hoc, quia gaudent eo priui-
legio quo & Eccleſiæ: nam titu. de in integ. reſtit. conceptus eſt
ſuper læſione Eccleſ. & non hoſpitalium, & per conſequens
non recte comprehenditur Dom. Abb. per Dom. meum, &
vide quod voluit Hoſt. in c. conqueſtus, de foro compet. vbi dixit,
quod ſicut turbans bona Eccleſiæ dicitur ſacrilegus eodem
modo turbans bona hoſpitalium dicitur ſacrilegus, & ſic ex-
tendit illum text. ad hoſpitalia, facit, c. accedentibus, de priuil. &
ibi Dom. Abb. dicit, quod ſicut bona Eccleſ. præſcribuntur
ſpacio 40 annorum, eodem modo bona hoſpitaliũ: hoc vo-
luerunt ſcribẽtes omnes in c. de quarta. de præſcrip. Bald. in auth.
licentiam. C. de Epiſco. & cler. dixit, quod ſicut prælatus præſu-
mitur ditatus de bonis prælaturæ. ita rector hoſpitalis præſu-
mitur ditatus de bonis hoſpitalis: effectus eſt magnus, quia
talia bona remanent in dominio Eccleſ. vt ibi, eod. modo re-
manebunt in dominio hoſpitalitatis, facit ſingu. dictum Ang.
132 in authen. de alie. & emphy. § ſi vero quidam. vbi eſt caſus, quod †
ſi Eccleſ. adiuit hæreditatem damnoſam, nõ tenetur vltra vi-
res hæreditarias, quia ex hoc nullum damnum ſentire debet.
Ange. intelligit illum text. etiam quando Eccleſ non facit
inuentarium, de quo habetur in c. 1 de ſo. & in c. 1. de teſt. & per
Dom. meum in rub. de acqui. hered & ibi videas, an hoc ſit verũ.
Ang in d. § ſi vero quidam. dicit hoc habere locum in hoſpitali,
quod ſi hoſpitale adiuit hæreditatem damnoſam, licet non
confecerit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias.
facit quod dicit Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſco. & cler.
in 3. col. vbi dixit, quod † fugiens ad hoſpitale gaudet ea im- 133
munitate. qua gaudet fugiens ad Eccleſiam. allegat Arch. 17.
q. 4 c. diffiniuit. quod eſt nor. ad extenſionem d. titu. C. de his qui
ad Eccleſ. confu. & titu. de immu. Eccleſ. Dom. meus in d. cap 2. limitat
hoc dictum, quando hoſpitale principaliter eſt deputatum
ad miſſas celebrandas: ſecus ſi principaliter deputatum eſt
ad alia ſacramenta miniſtranda, quia tunc non eſt locus vere
religioſus, ita voluit Guil. de monte Laud. in Clemen. quia con-
tingit. de relig. domi. vide Dom. meum, qui plene expreſſit hanc
limitationem in cap. fin de teſt. & adduco Bal. in d. authen. hoc ius
porrectum. vbi dixit, quod ſolemnitas illius authen. requiſita
in rebus Eccleſiæ habet locum in rebus hoſpitalium Eccle-
ſiæ, & addu. Inno. in c. cum ad ſedẽ. de reſti. ſpo ii vbi, dixit quod
ſicut Eccleſia eſt dotanda, ita & hoſpitale: & vide Dom. Abb. 134
in c. cum ſit generale. de foro compet. † vbi dixit, quod ſicut detinẽs
res Eccleſiæ, licet ſit laicus, poſſit conueniri coram iudice Ec-
cleſiaſtico, ita & laicus detinens res hoſpitalium. & adduco
Pet. de Anch in Clem. diſpendioſam. de iu. quod diſpoſitio illius
Cle. habet locum in cauſis hoſpitalium, ſicut in cauſis Eccle-
ſiaſticis. & idem Dom. Pet. de Anch in Clemen. cauſam de elect.
quod diſpoſitio illius text. habet locum in cauſa hoſpitalis,
ſicut in cauſa Eccleſ. & idem Dom. Pet. Cle. 1. de in integ. reſtit.
dixit. quod ſicut Eccleſ. reſtituitur in integ. ita & hoſpitale, &
vide d. Abb. in c. ſi. de teſti. vbi dixit, quod hoſpitalia gaudent.
priuilegio illius c. ſi & idem Abb. in d. c. accedentibus. quod priui-
legia indulta Eccle: videntur indulta hoſpitalibus. & alle. di-
ctum Io. And. in d. c. 2. de conſuet facit quod voluit Bal. in d. au-
then. licentiã. C. de Epiſco. & cle. vbi dixit, quod ſicut † prælatus 135
non poteſt teſtari de acquiſitis ex prælatura vel intuitu prela- 136
turæ, eodem modo rector hoſpitalis non poteſt teſtari de ac-
quiſitis intuitu hoſpitalis. Pau. in d. Cle. diſpendioſam. quærit, †
an miſſio in poſ. ex primo decreto, habeat locum in hoſpitali
ſicut in Eccleſ. Decidit quod ſic, idem tenuit Lap. in c. 1 § hæc
autem: ſup de elect. facit quod voluit idem Paul. in Clem. conſtitu-
tionẽ, de elect. vbi dicit, quod electus ſeu promotus ad hoſpitale
apponitur in forma de his, quæ habentur in d. Cle. quia contin-
git. & ex his poteſt aptari ſecundum do. meum in d. c. 2. quod
diſpoſitio c. ſi. de his quæ fiunt à maio. par. cap. loquens in fabrica
Eccleſ. habet locum in fabrica hoſpitalis, & diſpoſitio c. cum
dilectus cum ſua glo. de conſue. diſponens, vt tempore fundationis
poſſit fieri, quod inſtitutio poſſit fieri per alium quàm per
Epiſcopũ, vt procedat in hoſpitali fundãdo, & limitabis hæc
omnia ſecundũ eum, vt habeant locum in hoſpitali fundato
auctoritate Epiſcopi: ſecus ſi eſt hoſpitale, prout conſueuerũt
facere multi nobiles. ita dixit Bal. in l. orphanotrophos. C. de epiſc.
& cle. & in d. auth. hoc ius porrectũ. gl. in c. quidã. 18. q. 2. no. in d. c. 1. §.
hoc autẽ. ſup. de elect. & per do. meũ in d. c. ſi. de teſt. deinde Do. meus
facit quandam diſt. in d. cap. 2 quam facit hic Dom. & ſic tacito
auctore attribuit ſibi: dicit enim hic do. Domi. aut materia, in
qua profertur, eſt ſtatutũ proportionabile alteri ipſorum: &
tunc venit illud ſolum, cui proportionatur. caſus eſt iuncta
glo. in cap. nemini 16. q. 7. glo. penult. in cle. 1 de elect. Aut materia
eſt proportionabilis, & tunc aut profertur in materia ſtricta,
& tunc app. Eccle. nõ veniunt monaſteria & loca pia, quia
de propria ſignificatione vocabuli vnum differt ab alio. glo.
in c. cupientes. § 1. ſup. de elect. & Ioan. And. in c. cum Ioannes, de reg.
Item † app. monaſterij in materia ſtricta non comprehendi- 137
tur [illegible]ccleſ ſecularis, vt no gl. in d. Cle 1 de elect. quia proprie lo-
quendo monaſterium non includit Eccleſ ſecularem, vt nor.
Arch. in c. 1. 10 q. 3. facit c. Apoſtolica de do cap. ad aud. de Eccle. adi.
ita poteſt tex. intelligi d. cap. 2. & tex. iſte, & d. cap. ſciant. & d. c. ge-
neralis. Aut profertur in materia larga. & tunc app. Eccleſ. ve-
niunt monaſteria & ſimilia, cap. cum olim. el 2 de priui cum alijs
iurib. ſuperius alle. & pro certo hæc diſt Domi eſt ſatis æqua
& bona, & reducit ad concordiam iura diuerſimodè loquẽtia
ſuper hoc paſſu: & ad prædicta adde do. meũ An. l. in c. Raynu-
tius, de teſt. in 5. col. Not. ibi, tam religioſarum, quã ſecularium.
ſecun-

138 ſecundam do.Domi. † hic, quod perſonarum Eccleſiaſticarũ
quædam ſunt perſonæ religioſæ, quædam ſeculares. Ego quo
quo ad hoc adduco do. Abb. poſt alios *in rubr. de regul.* vbi hoc
139 voluit circa continuationem illius rub. Not. ibi; fidelitatem. †
ꝙ vaſallus ſeu ſubditus debet præſtare fidelitatem dominio
ſuo, & ſibi eſſe fidelis: & de forma fidelitatis vide text. *in c. de forma. 22. q. 5. & in c. 1. de for. fi. in vſi. feu.* & vtrobiq; videas, in quibus cõſiſtat hæc fidelitas, & not. ex illis tex. quod ſicut vaſallus
debet eſſe fidelis domino ſuo & præſtare ſibi auxiliũ & conſilium, ita etiam dominus vaſſallo vicem mutuam præſtare debeat,
adeo quod fides debetur hincinde. & ſi dominus fidem nõ preſtat, eam ſpectare non debet, *vt ff. loca. l. quæro. §. inter locatorẽ.* vbi
140 tex. dicit, † quod ſi locator promiſit non expellere inquilinũ,
intelligitur ſi ſoluerit penſionẽ, & ſic ſi fecerit id, ad quod tenetur ex natura cõtractus. Item ſi promiſi filium non exhæredare, intelligitur niſi cauſam exhæredationis dederit, *l. c. ff. de verb. oblig.* ita colligit Bal. *in d. c. 1. in ver. malo fidus. & in §. dominus vero.* vbi dicit, quod ille §. eſt nobiliſſimus, & ſanctum ius continet; nam dicit, quod in quibuſcũq; vaſallus debet eſſe fidelis domino, in eiſdem dominus debet fidem vaſallo ſeruare,
alioquin dñs iudicabitur male fidus, & dicit eo eſſe illũ valde iuſtũ §. *à dominu,* quia eſt eis terribilis. & dicit ibi ſimile notati de Abbate verſus monachum, vt not. *in c. vlt. de condi. ap.* &
per Io. And. *in nouella.* adduco ego text. *in c. 1. qualiter do. proprie.*
141 *ſeu priue.* vbi probatur, quod † dominus propter feloniam cõmiſſam in vaſallum, ſeu proprietate priuatur, ſicut econtrario
vaſallus feudo, & dicit ibi Bal. quod ſi vaſallus debuiſſet iurare fidelitatem, & requiſitus à domino nõ iuraſſet, tunc dominus non incideret in pœnam, quia qui non facit quod debet,
non recipit quod oportet, iſta enim natura eſt pœnarũ, ſiue legalium, ſiue cõuentionalium, quod niſi petens pœnã, probet
ex ſua parte debitum implementũ cõtractus, à pœnæ petitio-
142 ne repellitur, quia † liquida debet eſſe cauſa, vt pena petatur,
vt in d. l. quæro. §. inter locatorem. & no. *ff. de iureiur. l. & ſi non fuerit & in l. 1. C. de his quæ pœn. nom.* & in prædictis liquidiſſima debet eſſe probatio, *vt ff. de condi. & demon. l. in teſtamento, el 1.* & ſi non
conſtat de principali, nec etiã de pœnali: & altera non principali, non cõmittitur pœna: tex. eſt ibi ſing. ſecundum Bal. *in c. 1.* &
adduco *cap. eſtote ſubiectus. 95. diſt.* Vbi Hieronymus ſcribens ad Nepotianum refert illud oratoris Domitij; cur ergo, inquit,
te habeam in principem, cum me non habeas in ſenatorem, &
143 glo. ibi colligit arg. † quod qui nõ facit vel impedit quod debet,
fruſtra petit debitum, & alleg. *d. c. de forma.* & ibi concor. in glo.
& vide Lud. Roma. *conſ. 233. & conſ. 257.* vbi dixit, quod qui nõ
facit quod debet, non recipit quod oportet: & alleg. quod no.
in d. l. etſi non fuerit, & adduco textum *in authen. dos data. C. de don.*
144 *ante nupt.* vbi eſt text. quod † ſi per dilationem dos non detur,
dona. propter nup. denegari prorſus debet. & Bald. ibi dicit,
quod qui non facit quod debet, &c. & alle. *d. l. ſi non fuerit. & d. l. quæro. §. inter locatorem.* & adduco eundem Bald. *in l. talis facta ſtipulatio. ff. de iure do.* vbi dicit, quod qui non facit quod debet,
non recipit, &c. & alleg. *d. l. & ſi non fuerit.* & adduco dominum
Cardi. & Innocen. *in cap. ſuam. de pœn.* vbi dixerunt idem, & alleg. *d. l. & ſi non fuerit.* & adduco Pet. de Ancha *in cap. an ſit. de appella.* vbi, qui non facit, &c. & alleg *d. l. ſi non fuerit.* facit *capit. ex eodem infra de reg. iur. & cap. quia fruſtra, de vſu. & cap. contingit, el. 2. & in cauſis, de ſent. excommu. & l. auxilium. ff. de mino.* vbi fru-
145 ſtra † implorat auxilium l. qui committit in l. & adduco *cap. cũ olim, de cenſib.* vbi habetur, quod quis non debet beneficium
conſequi ex eo, renunciaſſe tacite videbatur: & adduco Dom.
146 Abb. *in cap. quemadmodum. de iureiuran.* † vbi dicit, quod promittens & iurans ſeruare aliquem contractum, intelligitur ſe
obligare, inquantum alius obſeruat pro parte ſua, aliâs non
tenetur ad obſeruantiam. facit ad hoc, *dicto cap. quemadmodum.*
vbi maritus iurans vxori ſe ſemper tenere eam pro legitima
vxore, intelligitur tale iuramentum, dũmodo vxor non peccet in l. coniugij, & non veniet contra reg. deſponſationis ſeu
fidem thori: & dicit quod concordat *d. l. quæro. §. inter locatorem.* idem ſentit Dom. Abb. *in d. cap. tua nos, de iureiur.* & alle. *d. l. quæro. §. inter locatorem.* Idem ſecundum eum ſi promiſi filium
non exhæredare, intelligitur niſi cauſam exhæredationis dederit, *l. quidam cum filium. ff. de ver. obliga.* Item ſi promiſi te non
offendere, intelligitur niſi cauſam offenſionis commiſeris, *l. qui ſeruum. ff. eod. & l. & generaliter,* ſecundum Barto. *in d. §. inter locatorem. facit ille §. ad omnes contractus,* in quibus vltro citroque aliquid promittitur, vt quis non teneatur ſeruare quod
promiſit, ſi per aduerſam partem omnia ſeruata non ſunt: facit *l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. ven.* debet enim ſecundum
hoc intelligi illud iuramentum de non diuertendo, ſi alter
coniugum l. ſeruauerit: & facit quod not. Bart. *in l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2.* per illum textum † dicit: Duo fecerunt pa- 147
cem, & promiſerunt illam non rumpere, ſi poſtea rumpunt,
qui rumpit ſecundo, poteſt accuſare primum, ſed primus non
ſecundum, quia ſecundus non erat obligatus, ex quo primus
non ſeruauit pacem: facit quod ipſe not. *in dicto §. inter locatorem. & quod leg. & not. in capit. peruenit. de iureiuran. & l. cum proponas. C. de pact. & in l. ſi inſtituta. ff. de offic. teſtam. & in l. qui fidem. ff. de tranſact. & in l. ſi conuenerit. ff. pro ſo.* vbi not. quod frangenti
fidem fides frangatur eidem. faciat quod voluit Innocen. &
alij *in cap. intelleximus, de adult. capit. fin. eo. titu. & capit. ſignificaſti, de diuor. & l. viro atque vxore. ff. ſolu. matrimo. cum ſimi.* vbi paria †
delicta mutua compenſatione tolluntur, vbi maritus non po- 148
teſt accuſare vxorem de adulterio, nec econtra, ſi vterque eodem morbo laborat, & adduco Petr. de Ancha. *in d. cap. fin. de adult.* vbi ponit q. quam poſuit Bart. *in d. §. libertis.* & dicit illum
textum facere ad prædictam quæſt. in arg deinde dicit, quod
tale argum. ibi non procedit; quia ius acquiſitum marito pro
adulterio vxoris perditur per adulterium ſuum, nihilominus
tenet matri. ſed in caſu quæſt. d. non tenet pactum per *d. l. qui fidem, & per l. qui cũ maior. §. ſi libertus, in ver. ignoſcendum eſt ei qui volunt vlciſci prouocatus. ff. de ope. liber.* nam ius quæſitum ſecundo
ex offen. primi ſibi facta non perditur per ſecundam ſuam offenſionem; & ſic pactum non tenuit; ſed fuit ſublatum. facit
ſingu. dictum Innocen. *in capit. mandata. de reſcript.* quod † qui 149
venit contra ſcriptum non debet vti eo. referunt & ſequuntur
Bald. & Salic. *in d. l. cum proponas:* & dixi plene poſt dominum
meum *in d. capit. peruenit, el 1. de iureiuran.* Not. *ibi, homagio.* quia
Docto. nihil hic dicunt de homagio, ſed tu dic, † quod præſta- 150
re homagium alicui eſt quaſi quædam ſpecies ſeruitutis: nam
recognoſcit eum in dominum; & de homagio hodie vide tex.
cum glo. *in Clemen. paſtoralis, de reiudi.* & Docto. *in cap. veniens, de accuſ.* vbi quærunt, an prælati teneantur præſtare homagium
principi ſeculari: & dicunt quod ratione temporalium tenentur prælati præſtare homagium, niſi eximantur priuilegio, ſed
Dom. Abb. *in d. c. veniens,* intelligit quando bona temporalia
fuerunt conceſſæ Eccleſ. in feudum: tunc enim domino feudi
etiam ſeculari præſtatur, iuramentum ad hoc *c. verum, de fo. compe. & c. ſolitæ. de maio. & obe.* ſecus ſecundum eum: ſi hæc bona
temporalia ſimpliciter eſſent conceſſa Eccleſiæ & non in feudum, quia tunc dominus temporalis in aliquo non recognoſcitur. facit *cap. nouerit. 10. q. 1. & l. vt inter diuinum. C. de ſacroſanc. Eccleſ.* & quod not. Inno. *in d. c. ſolitæ.* & ſecundum hanc diſtin. illum text. intelligit & d. Doct. ibi; & pro certo recte loquitur,
& de iſto homagio vide quod habetur *in capit. ex diligenti. de ſimo. & in c. ex tenore, de exceſ. præla. & in cap. fi. de reg. iur.* & vide Do.
Abb. *in dicto cap. ex diligenti.* vbi dixit per illum textum quod
homagium & fidelitas ſunt diuerſa, & proprie homagium eſt,
quando quis faciat promiſſionem alteri genibus flexis & manibus intra manus illius poſitis, ita quod efficitur homo illius, & talis appellatur homo ligius, & ſolet homagium præſtari Imperatori, ſeu Regi, ita quod non recognoſcit alium ſuperiorem: & de hoc homagio remittit ſe ad gloſſ. *in d. Clemen. paſtoralis.* & plene per Specu. *in tit. de feud. §. 2.* fidelitas vero eſt,
cum quis promittit alteri ſeruare fidelitatem, & continet iuſiurandum fidelitatis multa capitula, de quibus vide bon. text. *in dicto cap. de forma. 22. q. 2.* & quod not. *in cap. ego. N. de iureiuran.* & hoc iuramentum poteſt pluribus præſtari: &
an Cleri recipientes beneficia à ſuperioribus debeant præſtare fidelitatem ſeu homagium, vide Docto. *in d. cap. ex diligenti. & in d. c. graue.* & vide text & Hoſti. *in cap. cum Cle. de verb. ſig.* &
cõclude, quod homagiũ non præſtatur pro ſpiritualibus, quia
illud præſtatur tantum à vaſallo ratione feud. quod habet à
domino, ſed clericus non eſt vaſallus Epiſcopi, licet ab eo
recipiat beneficium, niſi receperit ab eo feu. Non obſt. *d. c. cum Cle. & 23. diſt. cap. quamquam. & d. c. ego. N. & d. c. grauem.* vbi patet,
quod Cle. recipientes beneficia à ſuperioribus eis præſtant iura fidelitatis, & etiam iura homagij: & de hoc vlt. videtur text.
in d. c. graue. quia debet intelligi ille tex. in homagio largo modo ſumpto, vt comprehendat tantum fidelitatem, vt ibi not.
& quæ ſit ratio diuerſitatis, quare homagium non debet præ-
ſtari

152 ſtari pro ſpiritualibus,ſed iura fidelitatis ſic, dic quia † homagium continet temporale commodum illius, cui præſtatur: nã efficitur eius ſubditus, & vaſallus, & obligatur ſibi ad certa ſeruitia, quæ pro ſpiritualibus conſequendis præſtari non debent: & hoc voluit ſentire glo. *in d.c.ex diligenti.* quod nõ eſt ſic in iuramento fidelitatis, cum præſtatur prælato. quia tantum ſe obligat, quod erit ſibi fidelis, & præſtatur potius dignitati quam perſonæ. ad hoc *c.venei.in fi.de elect.* & vide ad hoc celebrẽ tex. *in d.c.fi.de reg. iur.* & ibi Doct. ſummant illum tex quod pro ſpiritualibus homagium non præſtatur ratione prædicta faciat quod no. *in c.nullus. de iureiur. & illud c. non obſt.* etiam ratione ipſius iur. obedientiæ, quia procedit in ſimplicibus cle. vel in nõ ſuſpectis, quia tunc non debent compelli ad iuran. Alia capitula procedunt ratione adminiſtrationis ſibi conceſſæ. ſecun-
153 dum Do. Abb. ibi poſt alios. † Not. *ibi iuramento,* quod iſte tex. dicit ibi in iuramento licito & honeſto: nam iurans parere mãdatis alicuius, intelligitur tale iuramentum ſuper rebus licitis & honeſtis, & ad hoc vide gl. *in l.nõ videntur.§.qui iuſſu.ff.de reg. iu.* quæ dicit, quod iurans obedire mandato poteſtatis, intelligitur ſi mandatum illud ſit iuſtum: nam vbi vnicum verbum ſe habet ad bonum & ad malum, quia eſt æquiuocum, capitur in bonum & non in malum, ita dicit Bal. per illam glo. *in l.ſi ad excludendã.C.de iureiur.* hoc idem voluit do. Abb. *in c.1.de cle.non reſid.* vbi dicit, quod ita loquitur *c.eſtote.de reg.iur.* & vide gl. *in l.1.§.fi.ff.de his qui ſui vel alie.iur.* quæ voluit, quod iurans ſeruare ſtatuta populi, intelligitur ſi ſtatuta ſunt iuſta, alias ſecus: quam glo. ibi Nico. de Neapo. refert ſecundum quoſdam vnicam & ſingul. reputari, ſed ipſe dicit ſe alleg. ſociam *in l.eos. C.de vſur.* dom. meus *in repet.c.Raynaldus.de teſt.in 7.char.* adducit gl. *in c.1.quod me.cau.* & ibi do. Abb. dicit ibi per illam glo. quod iurans ſimpliciter parere man. alicuius, non obligatur vigore iur. niſi ad mand. iuſtum & ſecundum ius: & per hoc facit *de iureiur.c.Quintauallis.& c.veniens.* & adducit etiam do. meus gloſſ. *in c.cum iuramento.de homi.* & glo. *in c.tuas, de vſur.* quæ licet hoc probet, non tamen clare. & glo. *in c.ne Dei.de ſimo.* & glo. *in c.3.& in c.ex parte, de accuſ.* & glo. *in c.ex tenore, de ſenten.excom.* & glo. *in c.ad aures, de temp.ordi.* & glo. *in c.ego N.de iureiur. & in c.veniens.& in c.quemadmodum, &c. Quintauallis.eo.tit.* & glo. *in c.nerui.13.diſt.* & glo. *in c.2.de ma. & obe.* & adducit celebrem glo. Inno. *in c. di-*
154 *lecta.eo.tit.* † vbi dixit, quod ſi Epiſcopus iuret ſeruare conſuet. quas hactenus ſuperiores Epiſcopi obſeruauerunt, quod veniunt conſuetu. laudabiles & honeſtę: & adducit gl. *in d.c.Raynald.* quod licet hæres teneatur parere mãdato teſtatoris, non tamen tenetur ſi mandatum eſt iniuſtum. & ita reſidet ibi do. meus: ego addo ad eum aliam glo. iuncto tex. *in c.intimauit, de teſt.* & gl. *in c.conſtitutis. el 1.eod.tit.* & aliam glo. iuncto text. *in c. olim.de accuſ.* & vide aliam *in c.dilecta, in ver.ſalubria de maio.& obed.* & adduco gl. *in c.2.de arb. & ver.ſacra.* quæ dicit, quod iuramentum præſtitum in compromiſſo nõ extenditur niſi ad ea, quæ legitimè arbitrantur, alias ſi eſſet illicitum, non eſſet ſeruandum. & aliæ glo. poſſent allegari, quas breuitatis cauſa omitto, & per conſequens gl. alleg per dom. meum non excedunt vires humani ingenij, prout ipſe refert. adde text. bo. & rotundum *in c.1.de iureiur.lib.6.* & quod voluit ibi dom. Abb. *in c.vniuerſitatis.de ſenten.excom.* vbi *in 1.ſuo not.* colligit ex illo text. quod obligatus ad ſeruitium alicuius non tenetur illi obtemperare in rebus illicitis & à iure prohibitis, & ſi obtemperan-
155 do committit tem illicitam, punitur man. non obſt. nam † in grauibus non excuſatur ſeruus etiã obtemperans dño, *l.ad ea. ff de reg.iur.* ratio eſt. quia ex quo Deus vel princeps ꝓhibet, nõ debet iſte magis obedire domino ſuo, quã Deo, quin etiã ad man. principis non excuſatur quis faciens cõtra Deũ, vt eſt tex. *in c.Iul.& ſi dominus.& non ſemper.c.qui reſiſtit.11.q.3.* & adduco bo. tex. *in c.ſolicitudinem, de appel.* vbi non eſt obe. prælato qñ mandat aliquid iniuſtum. facit quod voluit Inno. *in c. inquiſitioni, de ſen.*
156 *excõ.* † vbi Papæ non eſt obtẽperandum, qñ ex eius man. aliquod malũ & ſcandalum eſt futurũ: nam Papa nõ habet auctoritatẽ peccandi, & per cõſequens eius auctoritas non excuſat in peccatis: faciat quod voluit idem Inno. *in c.quanto, de conſue.* & quod vtrobiq; not. Doct. & quod not *in c.ſi quando. de reſcrip.* & adduco Bald. *in d.l.ſi ad excludendam.* vbi dixit: Ego iuraui non aduocare nec patrocinari, nec doctorare aliquem ſine pecunia & ſalario: venit pauper, & vult doctorari, & ille talis eſt doctus & peritus, tale iuramentum non debet extendi ad pauperes. facit *d.c.1.de iureiur.infra eod. lib.* facit quod voluit Dom. Ant. *in c.ſi vero, eod.titu.* & addu. Ioan. And. in addi. Spec. *eo.ti.in rubr.* alias in rub. de fideiuſſ. vbi dixit, quod aliquis iurauit ſe non fideiubere pro aliquo, modo quidam captus eſt ab hoſtibus, & ſi aliquis fideiuberet pro eo, liberaretur, decidit, quod hoc caſu non tenetur ſeruare iuramentum. & addu. Bal. *in d.c.1 de no.for.fi.* vbi dixit, quod † ſi promiſi vel iuraui defen- 157
dere te contra omnes homines mundi. quod ſub tali iuramento non venit patria, *ff.quod met.cauſ l. metum.§. animaduertendũ. ff de cap.l poſtliminium.§.filius.l.veluti.ff. de iuſtit. & iur.* nam proprie patriæ debetur fidelitas, *vt in c.1.§.ſi vero. de feud. guardia. in vſib.feud.* & ſubdit Bal. *in d.c.1.de no.for.fide.* nunquid iſtud iuramentum aſtringit contra fratrem & filium? dicit gloſſ. *in d.c.1.* quod ſic, quod Bald. intelligit verum, niſi læderet fratrem vel filium in his, quæ ſunt de iure naturali, quia † naturalia 158
ſunt immutabilia, *vt Inſtit.de iure natur.gen & ciuil.§.ſed naturalia.* & vide ad hoc quod not. *in d.cap.ego, & in d.cap. de forma,* adduco text. *in cap.petitio.de iureiuran.* vbi probatur, quod qui iurat non eſſe cõtra principem ſeu aliquem. poteſt in cauſis ſuis & proprijs & Eccleſiæ ſuæ eſſe contra aliquem: & adduco Zenze. *in Clemen.1.de iureiuran.* vbi dixit, ſi ego promiſi & iuraui defendere te contra omnes homines mundi: quod non venit propria perſona, nec coniuncta: faciat id quod habetur *in l. inquiſitio.C.de ſo.* quod in generali ſermone intelligitur excepta perſona loquentis: & glo. *in cap. cum in iure peritus.de elect.* & quod not. *in dicto cap.petitio.* & vide Ioan. Cald. *in titu. de conſtit. conſ.4.in fin.* † vbi dixit, quod ſtatuta generaliter edita reſtrin- 159
guntur, ne trahantur ad caſum periculoſum & illicitum, & etiam iuramenta, & allegat *d.cap. Quintauallis. & d.cap. veniens. & d.c.1.eod.titu.infra eod lib.* & vide eundem Ioan. Cald. *conſ.3.4. & 7.in titu.de iureiuran.* & addu. Bald. *in cap.1.per quos fiat inueſti.* vbi
dixit, quod † quando confirmantur priuilegia, quod non intelligũtur confirmata, niſi iuſta priuilegia, & dicit hoc notari 160
in l.1.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in quantum dicit iſte text. non obſtantibus fidelitate, homagio, iuramento, & pacto, no. quod vbi in aliqua diſpoſitione ſuperior apponit iſta verba, non obſtantibus pactis, nõ propter hoc intelligas ſublata pacta iurata: gloſ. habes not. *in Clem.dudum, in ver.peccata. de ſepult.* idem ſi cõſtitutio emanaret cum clauſula, non obſt. ſtatu. quia propter hoc non tollit ſtatuta iurata, glo. eſt ſingu. *in c.cum non deceat.ſup.de elect.* quas glo. reputauit ſing. Ludo. Roma. *in ſuis ſing. no.80.* faciat quod pulchre voluit Archi. *in c.1.ſup.de conſtit.* vbi dixit, quod ſi emanaret decreta. epiſtola cum clauſula derogatoria, quod illa clauſula non tollit conſtitutionem factam in concilio: quia videtur facta cum maxima deliberatione, refert & ſequitur hoc dictum Arch. Bald *in l.humanum. C.de leg.* & dom. meus *in c. quanto, de vſu.* Not. ibi, cum ad vos acceſſerit. argu. ex iſto tex. † quod iuramentum præſtitum de non obediendo 161
alteri quam regi, intelligitur niſi alius fuerit, qui vices regis gerat. nam gerens vices ſuas ſeu ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l.ſi eũ §. quæ iniuriarũ.ff.ſi quis cau. c. Eccleſ.S.Ma.vt lit.pen.* opt. text. *in cap.præcipimus.93.diſtinct.* quem text. reputauit vnicum & ſing Ludo. Roma. *in ſing.ſuis,ſing.367.* 162
in ordi. meo, in hoc, † an vicerector gaudeat priuilegio rectoris, & an debeat habere ceſſionem rectoris præeminentem? Dicit quod de hoc quærit Barto. *in l.ſi filius. ff. de leg.* & ſubdit, quod ipſe fuit de hoc Romæ interrogatus, & poſtea quærens reperit caſum ſingu. quod ſic, & alleg *d.c.præcipimus*, & ſi tu diceres ſecundũ eum ita cõſuetum eſt, conſuetudo ſecundũ eũ modo alba, modo nigra eſt, vt dicit Hoſt. *in prin.ſũmæ.* & ideo non ſufficit hoc alleg. Ego addu do. Abb. *in cap.ſane, el 2. de offic. deleg.* vbi colligit ex illo text. quod † delegatus, qui gerit vices 163
delegantis, debet honorari tanquam repræſentans perſonam delegantis: & allega. *d.c.præcipimus. & l.fi.ff.de offic.eius cui man. eſt iuriſdict.* & facit ille text ſecundũ eundẽ Abb. quod vicerector ſcholarum ſit honorandus vt rector, quia gerit vices rectoris, de quo ſecundum eum *in dicta l.ſi filius. & in l. vicarius. ff. eodem titu.* & per conſequens ſalua pace Ludo. Roma text. *d.c. præcipimus* non eſt ſingu. cum idem probetur & colligatur *ex d.capit.ſane.* & faciant ad hæc iura præal. Dom. Petr. de Ancha. *in dicto cap.colligit.* quod idem honor adhibetur delegato in illa cauſa, quæ adhibetur principi, qui ſibi illam cauſam cõmiſit, quod dicit eſſe verum quo ad illam cauſam & connexa in ea: ſecus ſi extra illam cauſam vocaretur in iudicio, & delinqueret, vel alius ſibi iniuriam irrogaret, quia non cenſebitur in hoc maior, ſed vt priuatus, allegat *l.ſed ſi hac.§.fin.ff.de in ius voca.*

voca. Dom. Andr. *in dicto cap. ſanè*. allegat iſtum textum, & dicit illud, quod dicit hic Dom. Domin. & inquit, quod non eſt mirum, quia ſecundùm Dom. Petr. de Anchar. hæc poteſtas adminiſtratoris eſt dependens à Domino, & coniuncta ſibi, vnde grauamen iniunctum adminiſtratori concernit ipſum Dominum. *l. peto. §. matrem. l. cum pater. §. curatoris. ff. de leg. 2*. & ex perſona principalis Domini ſumit robur & perpetuitatem, *l. annua. ff. de annu. leg. l. quod Principi, & l. ſi Auguſta. ff. de leg. 2. facit cap. Romana. infra de offic. vicar*. implet ergo fidem & promiſſionem, qui illa exhibet adminiſtratori ipſius, *l. municipibus. ff. de condit. & demonſtrat*. & facit quod not. *in cap. eam te. de reſcript. in not.* facit *l. oſſa. in fin. ff. de reli. & ſumpt. fun.* vbi qui offendit vicarium Epiſcopi, dicitur offendere ipſum Epiſcopum: & ad hoc illum textum allegauit Bald. *in l. ſed & ſi quis. §. fin. ff. de in ius voca.* facit *l. ſi*
164 *prior. § fin. ff. qui potio. in pignor. habean.* vbi † prærogatiua, quæ eſt in principali, eſt in ſuo locum tenente, quem textum Angel. ibi inducit ad quæſtionem, quod locum tenentes poſſunt imponere pœnam ſanguinis ſicut illi, quorum vices gerunt, allegat in contrarium glo. *in l. 1. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit.* quod dicit eſſe verum in locum tenente dato ex hominis prouiſione, & ita procedit illa gloſſ. ſecus in locum tenente dato ex *l. prouiſione, alleg. not. in authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug.* & adducit ibi Dom. meus Bartol. *in dicta l. ſi filius.* vbi dixit, quod ſi vicerector conſtituitur à rectore, non habet illam immunitatem, quã habet rector, & per continens non erit ita honorandus, & ideo
165 dixit Bald. *in dicta l. ſed ſi hac. §. ſemper.* quod † maior honor debetur Epiſcopo quam ſuo vicario, & quam ſuo nuncio. Aut vicerector conſtituitur ab vniuerſitate, & tunc habebit eandem immunitatem & eumdem honorem: facit quod not. *in l. fin. C. vt digni. or. ſeruetur. lib. 12.* ſed multum obſtat textus *in dicta l. ſed & ſi hac. §. fin.* vbi videtur habens pulchra dicta in profundum deijcere. ibi enim dicitur, quod libertus non tenetur exhibere illam reuerentiam tutori aut curatori patroni ſui, ſicut tenetur exhibere patrono ſuo, vnde poterit vocare tutorem vel curatorem patroni ſui ſine venia in iudicio, & hoc contrarium formauit hic Petr. de Ancharan. qui non ſoluit: ſed Dom. meus *in dicto cap. ſanè.* ſoluit allegando text. *in l. ſeruus ſi haredi, in verſic. perſonæ quæ demonſtratur adhæret. ff. de ſtat. libe.* vbi eſt caſus, quod vbicunque aliquid indulgetur perſonæ, eam non egreditur. modo in propoſito verba iſtius edicti de in ius vocando diriguntur in perſonam patroni, ergo diſpoſitio eius non extendetur ad perſonam alterius, vt eſt tutor, curator & ſimiles, & eſt bona ſolutio, & de materia locum tenentis ſeu gerentis vices, vide plenè per Moder. *in comment. rub. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* & ibi per Alexand. not. ibi, *in ciuitatibus, caſtris, & villis,*
166 † quod aliud eſt caſtrum, aliud ciuitas, & aliud villa: de quo plenè *in cap. ſi ciuitas infra de ſentent. excommun.* & per Dom. Abb. *in cap. fraternitatis, de cler. non reſiden.* & per Archid. *in cap. ſtatu. §. ſed nec. ſupra. de reſcript. cum ſimil. alleg. in dicto cap. ſi ciuitas.* vbi plenè per Ioan. Andr. & alios. Not. ibi, *cum omnibus ſuis.* ſecundùm D.
167 Domin. † quod Dominus caſtrorum & ciuitatum debet poſſe ingredi fortil. cum omnibus ſuis: quod eſt contra illos, qui volunt paciſci cum Dominis, quod ſine viris, armis, vel certo numero ingrediantur eorum loca, ſecundùm Ioan. Andr. Petr. de Anchar. hoc idem vult, & dicit hunc textum fore notandum, & de receptione ſuorum: nam non videtur Dominus recipi, ſi ſui, videlicet vxor & domeſtici prohibeantur, nam ſecundùm eum ille, cui relinquitur habitatio, poteſt prædictos recipere, aliàs habitatio eſſet inutilis, & nihil alleg. ego alleg. text. *Inſtit. de vſu. & ha. §. item is qui adium, dummodo honeſtè, l. non ſolum. & l. non aliter. ff. eodem titulo.* deinde ſubdit hic Petr. de Ancharan. quod
168 ſcholaris † ſimiliter in domo conducta communiter cum ſocio poteſt ibi recipere ſuos, non tamen ganeas introducere, *vt in dicta l. non aliter. & l. 2. ff. eod. cum alijs ſequen.* ego adduco not. *in fi. c. dilectis. infra de ſentent. excommun.* vbi quis non ſolum poteſt propulſare iniuriam illatam, ſed etiam ſuis, *ff. de fic. l. 1. §. item di-*
169 *cius.* nam cui † datur actio criminalis, multo magis debet dari defen. *vt l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperſ. & iniuria, quæ fit vni de agnatione, omnes reſpicit, l. lege Cor. ff. ad l. Corn. de ſica.* & voluit Bartol. *in l. 1. in fin. ff. eodem titulo.* & Bald. *in l. 1. C. ſi quacunque prædit. poteſta.* dixi plenè *in cap. licet cauſam. in vlt. not.* poſt Abb. *de probat.* item vir debet defendere vxorem & econtra, quia ſpecialiter ſunt vinculo fœderis vniti & vna caro effecti, *33. quæſt. 2. cap. admone-*
170 *rit.* & ibi dixit gloſſ. fin. † quod ſi quis ſtipulatus eſt alimenta viro, tenetur præſtare vxori, quia ſunt vna caro: immò dicit etiam filijs & ſeruientibus, argum. *l. 2. ff. de vſu. & ha. & cap. ſtudeat. 50. diſtinct.* & addit id quod not. Dom. Abb. *in cap. quod nonnullis. de priuileg.* vbi quærit, an † nobilis priuilegiatus vt poſſit audire 171
diuina tempore interdicti, poſſit ſecum ducere familiares. & dicit quod ſic, aliàs eſſet ei inutile priuilegium, de quo hodie eſt textus *in cap. licet eod. tit. infra eod. lib.* & vide ibi Doct. & intellige hoc, ſecundum quod ibi not. faciat etiam quod not. Ioan. Andr. & alij *in cap. licet cauſam. de probat.* quod Dominus poteſt agere pro hominibus ſuis, quia in moleſtatione hominum ſubditorum intelligitur Dominus moleſtari: faciat quod plenè no. Innocen. *in cap. dilecti de appellat.* & gloſſ. *in cap. auctoritate. infra de priuileg.* & de materia, vt in illis iuribus, per Bartol. *in l. 1. §. fin. ff. de iniur.* Bald. *in rubr. de eau. poſſ. ff. & propriet.* Ioan. Calder. *in capit. cum non liceat. de præſcript.* Bald. *in cap. 1. de capi. qui curi. ven. & in cap. 1. & 2. de l. Corradi. & in l. imperialem. §. præterea. de prohi. feu alien.* per Feder. Hoſtienſ. *in cap. auditis. de præſcript.* Innocent. *in cap. fin. de maio. & obedien.* Dom. meus *in cap. cum deputati. de iudic. per illum textum.* Et † qui dicantur ſui, & veniant ap. ſuorum, de primo vi- 172
de text. *Inſtit. de hered. qualit. & differentia. § ſui.* & gloſſ. & Doct. *in cap. quicunque. infra de ſentent. excommun.* de ſecundo vide gloſſ. ſingul. *in l. penul. C. ad Turpill.* quæ dicit, quod veniunt vſque ad ſeptimum gradum: quam gloſſ. allegauit pro ſingulari Bald. *in cap. poſtremò, de appell. & in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.* & Pet. de Ancha. *in repet. cap. 1. de conſtitut. ad finem, in verſic. ſolet dubitari, qui continentur appellat. ſuorum.* Bald. *in l. petitionem. C. de aduo. diuer. iudic.* & Dom. meus *in repet. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. in 13. colum.* Bald. *in repet. l. ſi pater. infra de teſtam. in 19. colum. verſic. quid ſi teſtator dicat ſi deceſſerit ſine ſuis.* & allegat gloſſ. *in dicta l. penultim.* quod continentur omnes illi, qui poſſunt proſequi iniuriam illatam attinentibus ſuis: & vide Dom. meum *in capit. nonnulli. de reſcript.* Dom. Abb. Bald. & alios *in c. de cætero, de teſt.* & dixit Petr. de Anchar. *in repet. dicti cap. 1.* quod quandoque verbum ſui, apponitur in iure ad differentiam agnatorum & cognatorum: & tunc non veniunt appellatione ſuorum agnati & cognati: quandoque capitur ad differentiam prorſus extraneorum, qui nullo modo ſunt coniuncti: & tunc veniunt vſque ad ſeptimum gradum: & ad hoc allegat gloſſ. *in dicta l. penult.* quam gloſſ. ibi An. reputat vnicam & ſing. & eſt dare triplicem ſuitatem, ratione exiſtentium in poteſtate, & ratione ſanguinis, & ratione venientium ab inteſtato, vt not. *in l. vna. C. de his qui aper. tabu. & in l. cum antiquioribus. C de iure delibe. & in l. emancipata. C. qui admit.* Not. ibi, *vniuerſaliter ſingul. & ſingulariter vniuerſ.* argum. † quod 173
in mandato facto vniuerſitati non comprehenduntur ſingul. niſi aliud exprimatur, de quo *de exceſſ. prælator. cap. nimis.* vbi per Ioan. Andr. & mandatum ſingulis directum non ligat eos vt vniuerſitatem, nec contra, *l. ſicut. & quod ibi not. ff. quod quiſque vniuerſ. nom.* ſecundùm Dom. Pet. de Anchar. hic. Ego adduco eundem Dom. Petr. *cap. generalis. ſupr. de elect. in verſic. vniuerſos & ſing.* vbi colligit, quod natura † copulæ eſt diuerſa coniungere, vt 174
not. *in rubr. ff. de iur. & fact. ignor.* & dicit quod per nomen vniuerſos, videtur voluiſſe comprehendere vniuerſitatem, & per ſingulos ſingulares perſonas: dicit tamen, quod pœna excommunicationis, quæ ibi infligitur, non videtur pati hunc intellectum, quia talis pœna non cadit in vniuerſitatem, *vt in capit. Romana. § caueant. infra de ſentent. excommunicat.* & dicit quod ſimilis modus loquendi ponitur *in dicto cap. nimis.* & ibi Petr. de Anchar. formauit quæſtionem ſi † conſtitutio pœnalis, vel alia eſt 175
concepta per dictionem, ſi quis, vel ſi qua, an comprehendatur vniuerſitas? & dicit, quod textus *dicto cap. generali* facit quod nõ, inquantùm iſta nomina copulat vt diuerſa: ad idem *cap. 1. infra de vſu.* & pro proxima parte repetit concluſum in quadam quæſtione publicè diſputata, & miror quod Dom. Dom. non allegauerit: ſed idem Dom. Dom. *in dicto cap. generali.* colligit argumentum ex illo textu, quod diſpoſitio emanans contra vniuerſos non includit ſingulos comprehenſos ſub vniuerſitate. & allegat Ioan. Andr. *in dicto cap. nimis.* Conclude ergo, aut ſumus in materia fauorabili: & tunc vniuerſi comprehendunt ſingulos, argumen. *regulæ odia. de regul. iur. infra.* aut ſumus in materia pœnali: & tunc ſecus *vt in dicta regula odia.* Not. ibi, *in omnibus, & per omnia,* quia † do tibi ſtupendam doctrinam de hac clauſula: 176
nam Angel. *in l. in negotijs. ff. de re iudic.* dixit, quod licet aliquod verbum de ſui natura denotet fictionem, tamen ſi adijciatur ei hæc verba, in omnibus & per omnia, denotat veritatem, & allegat textum quem ipſe reputat ſingul. *in l. 3. §. furioſus ff. de iure codic.* refert & ſequitur cũ Dom. meus *in repetit. rubr. de fide inſtrum.*

quod

quod not. pro priuilegijs & diſpoſitionibus apponentibus ſi-
m lia verba, videlicet in omoibus & per omnia habeatur pro
ciue: quia talia verba operabuntur, quod ille cenſebitur verus
ciuis, & gaudebit priuilegio quo gaudent veri ciues: adde etiam
Alexand. & Modern. per illum textum *in l. 1. ff. de lega.* 1. Not. ibi,
177 *impendentes*: ſecundùm Dom. Petr. de Anchar. hic, † quod Do-
minus poteſt violenter cogere ſubditos ſe ab obedientia ſub-
trahentes: & ſic contra eos arma mouere, & ſubditorum auxi-
lium implorare, ad hoc *cap. dilecto. infra de ſentent. excommunicat.*
nam & priuatus amicos ad iuſtam defenſionem inuocat, vt no.
in l. 3. § cum igitur. ff. de vi & vi arma. & quod not. Iac. Butr. *in l. vt
vim. ff. de iuſtit. & iur.* & de iſto bello contra ſubditos vide per
Ioan. Andr. poſt Innocent. *in cap. olim, el 1. de reſtitut. ſpoliat. & in
cap. ſicut, de iureiuran.* facit quod ipſe not. *in cap. dilectis, de appllat.*
vide plenè per Doct. *in dicto cap. dilecto.* vbi de materia. Not. ibi,
178 *de redditibus & prouentibus*, argumen. † quod appellat. redditunm
non veniunt iura: & gloſſ. hic *in verſic. redditibus*, dicit quod in
plus ſe habet redditus quam fructus, vt partus ancillę. *ff. de vſu. l.
in pecudum. § partus. & ff. ad Trebell. l. deductum. § hæreditatem*: quia
generalius eſt nomen redditus, quam fructus. ſed gloſſ. *in cap. ge-
179 nerali. in verſic. redditus. ſupra de elect.* dicit, quod † omnis fructus
conſiſtit in redditu, ſed non conuertitur, quia partus ancillæ eſt
in redditu, ſed non in fructu, *vt in dicta l. in pecudum.* & ibi Dom.
Domin. dicit illam gloſſ. not. quid veniat appel. fructuum, &
appel. redditnum pro literis beneficialibus, in quibus fit men-
tio de redditibus, vel fructibus, & facit pro facientibus mentio-
nem de eis. Ego de his remitto te ad plenè not. per illud Rom.
& Modern. *in l. diuortio. § ſi fundum. ff. ſolut. matrimon.* quomodo
capiatur redditus, & quid in ſe contineat, *l. de vſufruct. lega. ff. de v-
ſufruct.* & quod appella. redditnum veniat fructus, vide *l. Paulus.
§. 1. ff. de vſufruct. & in l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebell.* & vide
eundem Ludou. Roman. *in l. ſi marito, in fin. ff. ſolut. matrim.* quid
180 contineatur appell. fructuum. Not. ibi, plenariè reſpon. † quod
fructus dignitatis debent peruenire ad manus adminiſtrat. ha-
bentis liberam & generalem adminiſtrationem, & tali ſoluen-
do debitor liberatur, ſecundùm Dom. Petr. de Ancharan. hic,
faciat *in ſi l. ſancimus. C. de adminiſtrat. tuto.* Et nota ibi plenariè,
quod fructus plenarie & ſine diminutione debent aſſignari: &
de natura huius verbi vide gloſſ. *in clemen. 1. in verſ. plenariè, de re
iudic.* & de hoc verbo, & verbo integrè dixi ad plenum *in not.
meis in litera, 1. in verſic. integrè.* vbi omninò videas. No. ibi, ſecun-
181 dùm quod decet excellentiam, † quod expenſæ ſunt faciendæ,
ſecundùm quod decet reſpectu qualitatis illius, cui ſunt mini-
ſtrandæ: & ratio ſeu qualitas redditnum conſideranda eſt, vt
tamen ſemper aliquid ſuperſit, *vt in l. ius alimentorum. ff. vbi pu. e-
du. debe.* vbi tutor debet aliquid de redditibus pupilli ſibi reſer-
uare pro neceſſitatibus emergentibus, quod not. contra ali-
quos temerè expendentes, per textum iunctis ibi not. per Abb.
in cap. cum Apoſtolus, de cenſi. & op. faciat iſte textus inquantum
probat, quod expenſæ debent fieri attenta excellentia viri &
attentis neceſſitatibus pro qualitate temporum & negotio-
rum emergentium, puta ſi hoc expoſcit bellum ſeu quid ſimi-
le, *l. ſi chorus. ff. de leg. 3.* Ego adduco *in ſi. text. in dicto cap. cum A-
poſtolus in verſicul. ne longi temporis victum breuis honor conſumat. de
cenſi.* & ibi Dom. Abb. per illum textum contra ſcholares, qui
repentè conſumunt id, quod ſufficit ad victum longi tempo-
ris: ſic enim redditus ſunt expendendi, vt ſemper aliquid in fi-
ne ſuperſit, iuxta conſil. iuriſconſul. *in dicta l. ius alimentorum.* &
adduco gloſſ. iuncto text. *in cap. quoniam. de vita & honeſtate cler.
in gloſſ. 1. in verſic. ibi habenda eſt ratio expenſarum.* vbi idem Domin.
Abb. colligit, quod ad hoc maximè iuuenes aduertere debent,
vt tantum expendant & non amplius, quantum habent in red-
ditus, immò conſiderandum eſt, quod ſemper aliquid ſuper-
ſit: nam ſi quis expendit tantum quantum habet in redditibus,
ex caſu aduerſo efficitur pauperior: & ita conſulitur tutori pu-
pil. *vt in dicta l. ius alimentorum.* & vide ad hoc gloſſ. *in cap. vnico,
infra de ſtatu monachorum.* & faciat quod leg. & not. *in cap. 1. & in
c. auctoritate, de inſtit.* & quod not. iſte text. dicit, ſecundum quod
ſuam excellentiam decet. concor. ſecundùm Do. Pet. de Anch.
*l. tutor ſecundùm dignitatem. ff. de adminiſtrat. tuto. l. ad præceden. §. in
primis.* vbi habetur, quod poteſt donare, quod regimini ſpeciale
& proprium eſt, *l. cum plures. §. 1. ff. eod. & l. ſi filius. ff. de donat. ar-
gum. contra ſupra de iureiuran. cap. intellecto.* ſed ibi loquitur in e-
normi priuilegio, vt ibi not. Ioan. Andr. Ego adduco, inquan-
tùm iſte textus probat, quod expenſæ debent fieri ſecundùm
excellentiam & dignitatem perſonę. *l. habitatio. ff. de ventre in poſ-
ſeſſ. mit. & l. 1. §. mulier. ff. eod.* vbi textus illi dicunt, quod cibaria
dantur ſecundùm dignitatem perſonæ & eius qualitatem, &
adduco gloſſ. *in l. ſeruis vrbanis, in verſic. item cibarijs comprehendi po-
teſt. ff. de lega. 3.* vbi ruſtici non habent cibaria ſicut vrbani &
nobiles, nam ruſtici vtuntur cepis, fabis & aceto: nobiles verò
pullis & delicatis cibis. faciat ad hoc bonus textus *in cap. cogan-
tur, 41. diſtinct.* & gloſſ. & quod voluit ibi Do. Abb. *in cap. cum ad-
eo, de reſcript.* & vide gloſſ. *in l. idemque. §. idem Labeo. ff. man. facit. l.
penult. ff. de alimen. & cib. leg.* † vbi alimenta dantur ſecundùm 182
qualitatem & dignitatem perſonarum. facit etiam, quia verba
relata ad perſonam intelliguntur ſecundùm conditionem per-
ſonæ cui diriguntur illa verba: ad hoc *l. plenum. §. equitij.* & quod
voluit ibi Bald. *ff. de vſu. & habit.* vbi ſi maritus legauit vxori le-
ctum, intelligitur de lecto viduali, & non ſerico: & quod vo-
luit Bartol. *in l. codicillis. §. inſtituto filio. ff. de leg. 2.* & Bald. *in l. ex mi-
litari teſtamento. ff. de teſtamen. milit.* & Petr. de Ancharan. *in cap. ſo-
lita. de maior. & obedien.* & Dom. Abb. *in cap. Raynaldus. de teſta-
men.* gloſſ. *in dicto cap. deinde. 35. diſtinct.* faciat quod voluit Dom.
Abb. poſt Innocent. *in cap. paſtoralis.* & ibi per Dom. meum, *de
don.* & quod not. *in l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic.* & ibi Angel. *&
quod dixi in not. meis in litera, C. in verſic. conditio perſonæ, cum ſimil.
Not. ibi, alioquin*, quod Papa dedit iſti prodigo & inutili coadiu-
torem, non autem remouit à regno: rationem *vide in gloſſ. 3.* quę
ſentit & idē in not. quod Papa ideo eum dedit, quod iſte Rex
nō habebat ſuperiorem: eo ergo deficiente potuit Eccleſia co-
adiutorem dare ad petitionem iſtorum, quorum intereſt, ſe-
cundùm Innocent. & Ioan. Monach. qui allegant. *ff. de tuto. &
curat. da. ab his l. diuus. & ſupra qui fil. ſint legit. per venerabilem.* Dom.
Petr. de Ancharan. oppo. quod Papa non debuerit ſe intromit-
tere de iſto Rege, ſed Imperator cui ſubeſt regnum Hiſpaniæ &
regnum Portugaliæ, *11. quæſt. 1. cap. quicunque. §. hic ſi quis. 12. quæſt.
1. futuram.* nam ſecundùm Dom. Petr. Imperator eſt † mundi 183
Dominus, *l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iac.* & omnia ſua eſſe intelli-
guntur, *l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* & ſub eo ſunt o-
mnes nationes, *dicto §. hoc ſi quis.* & totius orbis obtinet monar-
chiam, *dicto cap. futuram.* & meritò, quia † imperium à cœleſti 184
maieſtate traditum eſt, *C. de veter. iur. enuclean. l. 1. in princ.* ſacer-
dotium enim & imperium ex eodem ſonte procedunt, *vt in
Authen. quomodo oportet Epiſcopos, in princ.* Imperatorem enim mi-
ſit Deus *l. animatam in terris & regnis, in Authen. de conſulibus. §. fin.
collat. 4.* & hoc fecit Deus, vt difficilibus legem imponeret, &
generi humano iura diſtribueret, *in Authen. de inſtru. cau. & fide.
§. quia igitur. collat. 6.* & de Hiſpania, quod fuerit ſubiecta Impe-
ratori, expreſsè habet. *ff. de orig. iur. l. 2. §. & quia. & ff. de interdict.
& re. l. relegatorum. §. interdicere.* ad propoſitum ergo cum Papa
non debeat † iuriſdictionem alterius vſurpare, *cap. nouit. de iud.* 185
cap. licet de foro competen. quo iure dederit iſti curatorem vel co-
adiutorem non videtur. Sol. dicit ipſe & Ioan. de Imol. quod
poſſet dici, quod iſte de facto non recognoſcit imperium, ſicut
dicitur de Rege Franciæ, *vt in dicto cap. per venerabilem.* ſed iſta ſo-
lutio non videtur bona, quia Papa non debuiſſet ſe intromitte-
re, ſed benè coadiuuare Imperatorem, vt ſibi obediret, cùm v-
na poteſtas per aliam debeat adiuuari: vel ſecundò poteſt dici,
quod hoc fecit, quia Imperator erat in negligentia: ſed dicit
Dom. Petr. quod de iſta deuolutione non meminit ſe legiſſe,
niſi in caſu quo vacat imperium, *vt in dicto cap. licet.* & ſecundùm
Dom. Domin. poſt Ioan. de Imol. non videtur bona ſolut. quia
debuit primò moueri iuxta not. *in dicto cap. licet.* vel tertiò dici
poteſt, quod hic vacabat imperium, aliàs non potuiſſet, niſi ha-
buiſſet ex ſpeciali priuilegio Imperatoris, ſicut facit in terris
donatis Eccleſiæ per Conſtantinum ſecundùm Ioan. de Imol.
& Petr. de Ancharan. quia forſitan in illo regno obtinet iura
imperij: & ita reſident omnes: & quod Regnum Hiſpaniæ ſit
ſubiectum Imperatori, probat textus *in dicto cap. quicunque. §. hoc
ſi quis.* & de hoc plenè per Oldra. *in quæſt. 68.* & an de iure diui-
no gentium vel alio Reges ſubeſſe debeant Imperatori, vide
Oldra. *conſil. 69.* Mihi videtur, quod Papa potuit hoc facere,
quia iſte Rex non recognoſcebat Imperatorem, ſaltem præ-
ſcripſit iura imperij paſſiuè, id eſt, nomine Eccleſiæ Roman. ad
hoc quod legi, & not. *in cap. cum ex officij. & cap. cum non liceat. de
præſcript.* & hoc ſentit Hoſtienſ. *in dicto cap. per venerabilem. in gloſſ.
in verſicul. recognoſcat. in fin.* ſequuntur enim Ioan. Andr. & Dom.
Anton. vbi omninò videas. † Dicunt tamen quod Reges Hi- 186
ſpaniæ, Franciæ, & Angliæ tenentur de iure Imperatori obe-
dire

dite, licet de facto non obediant. Concluderem ergo quod li-
cet Hiſpania de iure ſubijceretur Imperat. per præallegata iura:
tamen de facto & vigore præſcriptionis ſaltem paſſiuè non re-
cognoſceret ipſum, quo caſu Papa eſt ſuperior: & ad hoc adduco
gloſſ. *in cap. Adrianus. 63. diſtinct.* quæ voluit quod Rex Hiſpaniæ
non recognoſcit ſuperiorem in temporalibus, & hæc mihi vi-
detur verior ſolutio, quam ſolutiones Doct. tamen tertia com-
187 muniter tenetur cogita. Not. ibi, per hoc autem, quod † vbi a-
ctus poteſt præiudicare vltra intentum gerentis illum actum
gerens debet proteſtari & declarare intentum ſuum, quod illi
non intendit præiudicare. facit in ſi. quod not. *in cap. ex parte, de
regul. & in cap. conſulti. & in cap. ad Apoſtolicam. & in cap. 2. eodem ti-
tulo. & in clemen. vni. eodem titulo.* & per Specul. *in tit. de ſtatu mo-
nach. in vltima quæſtio.* faciat quod voluit gloſſ. *in capit. cupientes. §.
quod ſi per 20. in verſic. propoſita, in verſic. ſed ſolet quæri. ſupra de elect.*
vbi not. ex ea, quod vbi quis eſt impeditus facere actum in ter-
mino ſibi ſtatuto, non excuſatur niſi proteſtetur. idem gloſ. vo-
luit *in cap. 1. de reſcript. in cap. plerumque. eodem titulo,* & faciat *de ap-
pellat. ſi iuſtus. & cap. ex ratione.* & per hoc dicit Ioan. de Imol. *in di-
cto §.* quod ſi per 20. ſemel obtinuiſſe in vna cauſa appellatio-
nis, id eſt, in qua appellans non poterat habere copiam iudicis,
& permiſit labi tempus ſine proteſtatione, & pro illa negligen-
tia in non proteſtando ſuccubuit, faciat quod voluit Petr. de
Ancharan. *in cap. paſtoralis. de offic. ordin.* & hanc theoricam Ioan.
de Imol. refert & ſequitur Dom. Domin. *in dicto §. quod ſi per 20.*
& Dom. meus *in dicto cap. 1. vide not. in l. 4. § ſi in venditione. ff. quib.
mod. pign. vel hypo. ſol.* & per Bald. *in l. ſi ſine, in fin. C. ad Velleia.* & Spe-
cul. *in titul. de elect. §. ſuperius*: vbi tacens, ſi non proteſtatur, vi-
188 detur conſentire. † Not etiam ex iſto textu quod coadiutor de-
beat habere expenſas pro ſe & ſuis, de quo *in cap. conſultationibus
de cleric. ægro.* & hoc probatur hic in textu, dum dicit ſibi & ſuis:
ſed Dom. Petr. de Ancharan. hic oppo. quod curator non debet
ali & nutriri de bonis pupilli, *l. tutoribus. ff. de adminiſtrat. tutoris.*
Sol. hoc ſpeciale eſſe in curatore iſto, ſcilicet dato regi: & facit
l. 1. C. de cur. illu. perſonarum. & quid ſit coadiutor, & qualiter de-
beat eſſe, & cuius ætatis, hoc non examino, vide plenè per Do.
Abb. poſt alios *in dicto cap. conſultationibus.* Not. ibi, *vltimo in vita
189 eiuſdem.* † quod officium coadiutoris exſpirat morte illius, cui
datur, & hoc colligit gloſſ. in eiſdem verbis. hanc partem tenuit
Ioan. Andr. *in dicto cap. conſultationibus.* hoc proſequitur Bartol.
in l. quæſitum. & in l. ſequent. ff. de tut. & cu. da. ab his. & probatur per
rationem: nam quando ſuperuenit adminiſtrator legitimus,
ceſſat datiuus, *ff. de tu. & ra. diſtra. l. ſi tutor. §. 1.* ſed capitulum eſt
procurator legitimus, id eſt, à iure datus, mortuo ergo princi-
pali, ceſſat adminiſtrator datus, ſcilicet coadiutor, & ſuccedit
legitimus, id eſt, capitulum. pro hoc facit, quod dicimus in vſu-
fructuario debente: nam exſpirat ceſſio vſusfructus in perſo-
nam illius, qui ab eo habet cauſam, *vt in l. neceſſario. §. quod ſi pen-
dente. ff. de pericu. & commo. rei vend.* patet enim in Epiſcopo mor-
tuo vel tranſlato: perit enim iuriſdictio vicarij, quæ ab eo de-
pendet, *vt in cap. conſulti. ſupra de procurat.* & ita ſcripſit Petr. de
Ancharan. *in dicto capit. conſultationibus, in 6. quæſtio.* Quærit hic
190 Dom. Domin. poſt alios, † An Rex poſſit priuare filios, vel col-
la. vel fratres regno, quod debetur per ſucceſſionem: vide hic
per eum: & an fœmina ſuccedat in regno, Ioan. de Imol. facit
hic pulchram diſtinctionem, quam refert hic Dom. Domin. vi-
de hic per eum, & vide Doctor. *in dicto cap. dilecti. de arbit. cum ſi-
mil.* Item Ioan. de Imol. hic tangit, vtrum Papa poſſit legitima-
re filium Regis Arragonum, qui non recognoſcit ſuperiorem?
Arguit pro & contra, & quia non eſt materia noſtra, vide hic
191 per eum, & Dom. Domin. hic. Gloſſ. 1. præſupponit † clericum
poſſe deponi propter negligentiam: & vltra iura allegata per
gloſſ. Archidiac. allegat *cap. ea quæ. de offic. Archidiac. cap. quamuis,
de re iudic. C. de ſuu patr. l. 2. lib. 11. & remittit ſe ad not. per gloſſ. in ſum-
ma huius titul. circa medium.* Dom. Dom. de San. Gemi. hic dicit
fore diſtinguendum. Si quæritur, an propter negligentiam poſ-
ſit clericus à beneficio remoueri: aut enim vna cum negligen-
tia concurrunt alia delicta, & tunc remouetur à dignitate ſua:
& iſte eſt propriè caſus 18. *quæſt. 2. ſi quis Abb.* & ita propriè loqui-
tur iſte textus, ſi benè conſideretur. Aut non concurrit aliud
delictum, ſed cum negligentia concurrit timiditas & remiſſio
in non exercendo ſibi iniuncta, & tunc non deponitur, ſed da-
tur ad tempus coadiutor: ita procedat *de ſtat. monach. cap. ea quæ.
§ quod ſi Abbas.* Aut non concurrit, & tunc aut tranſit in aliam
ſpeciem delicti, vt quia negligit dilabi res Eccleſiæ, domus, &

poſſeſſiones: & iſta cùm non ſtet in vim negligentiæ, inducit
depoſitionem: & ita poteſt intelligi 81. *diſtin. cap. dictum. & cap.
cum ad monaſterium. §. fin. de ſtatu monachorum.* & hoc dicit gloſſ.
notandum, 12. *quæſt. 2. ſæpè fit. in gloſſ. fin.* Aut eſt negligentia ma-
gna, quæ poteſt appellari aliàs negligentia, & negligens dici-
tur, quando poſt negligentiam monitus eſt & non deſiſtit, ar-
gumen. 11. *quæſt. 3. cap. placuit.* & tunc etiam poteſt deponi pro ta-
li neligentia, vt dicit hic Io. And. dicere Goffr. vbi ſuprà. & pro
eo eſt caſus *de offic. cuſtod. cap. 1.* & gloſſ. *in dicto cap. cum ad monaſte-
rium.* quæ dicit, quod pro negligentia deponitur, quando eſt
craſſa negligentia: & hoc etiam dixit gloſſ. *in dicto cap. ea quæ.* Aut
negligentia eſt mediocris, & tunc requiritur monitio, & iſta
propriè ante monitionem dicitur negligentia: vnde pro iſtà
imponitur excommunicatio duorum menſium, 1. *quæſt. 1. in cap.
quicquid.* Creditur tamen, quod minor negligentia induceret
depoſitionem prælati regularis, quàm prælati ſæcularis, cùm
facilius remoueantur regulares quam ſeculares. *de ſimon. per tuas.*
& ita poteſt intelligi gloſſ. *in dicto c. ſi quis. 18. quæſt. 2.* In dignita-
tibus autem ſæcularibus procedit gloſſ. hic, quæ habet locum
etiam in ducibus. comitibus & ſi. ſecundùm Innocent. & Ioan.
Andr. & ita reſidet hic Dom. Domin. ſed iudicio meo inquan-
tum Dom. Domin. in principio ſuæ diſtinctionis membro di-
cit, quòd vbi vna cum negligentia concurrunt alia delicta, tūc
remouetur à dignitate: & ita propriè loquatur iſte textus. Mi-
hi videtur & cuilibet rectè intuenti, quod iſte textus hic non
probet, immò contrarium: nam dicitur hic per Papam, quod
non adimitur ſibi & filio, ſi quem habuerit, eius regnum, licet
detur ſibi coadiutor, & per conſequens non rectè loquitur,
quia adiutoris datio, licet aliqualiter diminuat dignitatem, nō
tamen illam tollit, tamen poſſet ſaluari dictum Dom. quod li-
cet non tollatur nec adimatur dignitas, tamen ex quo admini-
ſtratio dignitatis alteri datur, videtur aliqualiter remotus à di-
gnitate: ſed iudicio meo per iſtud non ſaluatur benè opinio
Dom. Domin. & adduco Dom. Abbat. *in dicto cap. ea quæ. in verſic.
ſi verò,* vbi per illum textum dixit, aut negligentia eſt magna, &
prælatus venit deponendus: & ita procedat textus *in cap. ſi quis
Abb.* & gloſſ. *in dicto cap. cum ad monaſterium. §. quod ſi præuaricator.*
aut negligentia non eſt magna, & tunc ſecus, & ita procedat
textus *in dicto cap. ea quæ.* vnde hoc caſu debet dari ſibi coadiu-
tor, vt optimè probatur ibi. idem Dom. Abb. *in dicto cap. cum ad
monaſterium, in gloſſ. in verſic. negligens ibi. ſi eſt magna.* dicit not. be-
nè gloſſ. quod pro qualibet negligentia non debet remoueri
prælatus etiam regularis: pro hoc allegat textum quaſi expreſ-
ſum *in dicto cap. ea quæ. in verſic. quid ſi Abb.* & allegat not. *in dicto
cap. quicquid.* & ita intelligas etiam, † quod iudex propter negli- 192
gentiam remouetur, *ſupra de offic. præfect. vrb. l. ſi quis, cum ſimilib.*
quod poteſt intelligi, quando eſt craſſa & magna, *vt in dicto cap.
quicquid.* ſecundùm Dom. Anton. de Butr. *in dicto cap. ea quæ.* &
iudex poteſt procuratorem ex negligentia repellere, *vt in l. eum
qui res. C. de procurat.* Item deponitur ab officio, *vt in cap. 1. de offic.
cu.* & not. *in dicto cap. ea quæ* & intelligitur vt ſuperius dictum eſt.
Item priuatur ſalario, vt eſt textus, not. *in l. iudices. C. de anno. &
trib. lib. 10.* nam iudici delinquenti non debetur ſalarium: iſtam
quæſtionem determinauit Iac. de Are. *in l. qui negotiationem. §.
1. & § penult. ff. de adminiſtrat. tuto.* pro qua Bartol. dicit eſſe ca-
ſum notabilem *in dicta l. iudices.* quod dicit eſſe intelligendum,
quando illud delictum negligentiæ reſpicit vniformiter totum
tempus officij, aliàs pro ea parte, pro qua non fuit negligens, ſi-
bi ſalarium debebitur, argumen. *l. ſi fundus. ff. loca.* vide eundem
Bartol. *in l. Meuia. in princ. ff. de annu. leg. & in l. diem functo. ff. de of-
fic. aſſeſſo.* & Bald. *in l. Neſennius, in fin. in verſic. remouendus. ff. de ex-
cuſat. tuto.* & adde quod not. *in l. mancipia. C. de ſeru. fug.* ibi Bald.
dicit, quod † poteſtas ſeu officialis remotus propter ſuſpicio- 193
nem non debet habere ſalarium: & vide Dom. Abb. *in cap. cùm
ſit, de Iudæis.* Item prælatus negligens peccat mortaliter. gloſſ.
in dicto cap. ea quæ, quam intellige, vt ſupra dixi, ſcilicet quando ne-
gligentia eſt magna & notabilis, patet per Beatum Thomam
2. 2. quæſt. 54. artic. 3. & Prouerb. 19. Qui negligit vitam ſuam, mor-
tificabitur, & cum † negligentia proueniat ex quadam remiſ- 194
ſione voluntatis, per quam contingit, quod ratio non ſollicita-
tur ac percipiat ea, quæ debet, vel quomodo debeat, maximè
quando prætermittitur illud, quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſi-
ue ſit actus, ſiue ſit circumſtantia, ſemper erit peccatum morta-
le, præcipuè ſi illa negligentia ſit ex aliqua ſcintilla craſſa vel ſu-
pina, etiam quia negligentia eſt eruditionis nouerca, *vt in cap.*

REPETITIO IN CAP. QVAMVIS. De Pactis.

Præclariſsimi I. V. C. D. Georgij Natam Aſtenſis.

SVMMARIVM.

1 Pactũ de non ſuccedendo improbatur à lege, nec obligat paciſcentem: fallit, vt ibid. & num. 2 & 5. 9. & 10. 14 15.
3 Pater habens legitimum filium & naturalem, poteſt ſpurium legitimare hac lege, vt ipſe non ſuccedat patri, niſi in illo quod placuerit patri ſibi relinquere.
4 Pater an poſſit filium emancipare quo ad actum teſtandi tantum.
6 Filius debet habere legitimam titulo inſtitutionis: olim autem erat ſecus alias rumpit teſtamentum. num. ſeq fallit, vt ibid.
8 Legitima in æſtimanda an conſideretur tempus renunciationis, an verò tempus mortis patris, cuius patrimonium fortè fuit auctum.
11 Conuentio eſt nulla, per quam quis de hæreditate viuentis paciſcatur.
12 Teſtamenti veteris dicta non tenent, niſi in nouo reperiantur approbata.
13 Ius primogenituræ in abſtracto conſideratum à ſucceſſione poteſt per pactum tolli, ſed non vna cum ipſa ſucceſſione: & quæ ſint iura primogenituræ.
16 Pactum de non ſuccedendo iuramento firmatum, an obliget filiam paciſcentem.
17 Renunciatio etiam iurata non trahitur ad ius, quod ſuperuenit de futuro: iuramentum enim habet clauſulam tacitam, ſcilicet rebus ſic ſtantibus.
18 Alienans rem, licet cenſeatur renunciare vſufructui, quem habet in ea, tamen ex iure nouiter ſuperueniente poteſt illum recuperare.
19 Vſuras non repetere iurans, poteſt illas non obſtante iuramento petere, quando teſtator in ſuo teſtamento iuſsit vſuras debere reſtitui.
20 Scholaris licentiatus iurans non aſſumere gradum extra illud ſtudium, non obſtan. tali iuramento, ſi alibi nouum examen ſubeat, ibi gradum ſuſcipere poterit.
21 Pactum de non ſuccedendo, iuramẽto firmatum non impedit ſucceſſionem ex teſtamento. limita. vt ibi.
22 Pater cõtra pactum iuratum poſtea inſtituendo filium, videtur remittere tale iuramentum.
23 Renunciatio iudæi. vel hæretici cum iuramento an teneat, quia in eis non cadunt talia ſacramentalia.
24 Chriſtiani iurantes per deos alienos ligantur.
25 Papa poteſt punire iudæos peccantes contra legem naturæ, vel legem Moſaicam.
26 Iudæi & infideles admittuntur iurantes per ſuam ſectam.
27 Iuramentum ſecundùm contrarium primo licito non obligat.
28 Iuramentum debet habere tres comites, veritatem ſcilicet, iudicium, & iuſtitiam.
29 Contractus initus per doli capacem non firmatur iuramento.
30 Pupillus doli capax obligatur delinquendo.
31 Prodigus delinquendo amittit dominium rerum ſuarum: nec valet alienatio prodigi etiam iuramento firmata.
32 Pubertati proximus compellitur ad obſeruantiam iuramenti, ne periurium incurrat.
33 Ius canonicum non conſiderat niſi ſalutem animæ.
34 Iuramentum quodnam poſſit præſtari in abſentia partis.
35 Pupillus doli capax non poteſt teſtari ad pias cauſas, licet agatur de fauore animæ.
36 Pactum cum iuramento non obligat filiam, quæ non habuit dotem.
37 Mulieres propter dotem facilius inueniunt viros: & Reipublicæ intereſt mulieres eſſe dotatas, vt ciuitas repleatur.
38 Dos ſuccedit loco legitimæ, ex qua alimenta ſuſcipiuntur: nec valet pactum etiam cum iuramento, quod pater non alat filium.
39 Statutum eſt maioris authoritatis quàm pactum.
40 Legitima an ſuccedat loco alimentorum.
41 Legitima in vita patris eſt filio quaſi debita, non autem debita.
42 Fœmina excluſa per ſtatutum exeantibus maſculis vel agnatis, poteſt petere ab agnatis ſe dotari. amplia, vt ibid.
43 Iuri petendæ dotis non intelligitur renunciatum in generali renunciatione hæreditatis expreſſa.
44 Renunciatio generalis etiam iurata non trahitur ad legitimam: & quare.
45 Conſtitutio correctoria extenditur ex identitate rationis, quando agitur de fauore animæ.
46 Pactum puellæ iuramento firmatum, quæ renunciauit hæreditati paternæ in manibus patris illam dotantis, non tenet, ſi interueniat deceptio vltra dimidiam hæreditatis ad ipſam pertinentis.
47 Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, & debet habere tres comites, vt num. 28.
48 Dolus re ipſa ita reſcindit contractum, ſicut dolus ex propoſito: & ex quo arguatur dolus re ipſa. num. 50.
49 Minoris fragile eſt conſilium iuris præſumptione, & multis captionibus expoſitum.
Fœmina facilis eſt ad renunciandum, & iurandum.
51 Minor non obligatur iuramento, ſi interueniat deceptio vltra dimidiam, niſi iuraſſet non venire contra iuramentum ratione enormis læſionis.
52 Dolus non infertur ſcienti, & volenti.
53 Iuramentum quo caſu dicatur continere iniquitatem.
54 Contrahentibus licet ſe decipere ſine dolo, ſeu fraude citra dimidiam.
55 Reſtitutio ſui natura non datur pro modica læſione.
56 Filia modicè, & minus congruè dotata poteſt agere contra patrem, vel conſanguineos ad iuſtum ſupplementum.
57 Pater poteſt auferre filiæ cætera bona, ſi dos ſit ſufficiens ad legitimã, nec dicitur illi iniuriam facere, cùm nullum ius habeat eo viuente in bonis paternis.
58 Filia non obſtante renunciatione cum iuramento, quo caſu admittatur ad bona paterna.
59 Renunciatione facta in fauorem certarum perſonarum, illis ceſſantibus reconualeſcit ius renunciantis.
60 Moriens ab inteſtato videtur vocare venientes ab inteſtato.
61 Renunciatio generalis includit tam cauſam inteſtati, quàm teſtati.
62 Coniecturis in certis non eſt locus.
63 Par in parem non habet imperium.
64 Pactum de non ſuccedendo confirmatur conſuetudine.
65 Patris iuſſus ſolus, vel præſentia non cauſat metum.
66 Filius contrahens cum patre non præſumitur in dubio per metum contraxiſſe.
67 Metus ſolus verecundiæ ſufficit ad reſcindendum actum: fortius metus reuerentiæ.
68 Statutum requirens in contractu minoris, vel mulieris præſentiam conſanguineorum, non habet locum in contractu, qui fit cum patre, propter naturalem affectionem.
69 Matrimonium liberam requirit voluntatem.
70 Pacta inſolita geſta cum domino per vaſallum arguunt iuſtum metum.
71 Iurans in quibus caſibus non obligatur: & an iuramentum per metum extortum liget.
72 Iuramentum ſuper actu reprobato à iure ciuili interpoſitum, conualidat ipſum actum.
73 Iuramentum quo caſu ſit ſeruandum etiam quod mulieri aliunde ſuccurri non poſsit.
74 Dictio, nullo modo, tollit poteſtatem diſpenſandi.
75 Verba ſunt intelligenda cum effectu.
76 Iuramentum in præiudicium alterius remitti non poteſt ſine legitima cauſa etiam per Papam.
77 Læſio vbi eſt enormis, peti poteſt reſtitutio.
78 Iuramentum ren. ad hoc vt liget mulierem, an ſit neceſſe eam fuiſſe certioratam de præiudicio quod incurrit.
79 Iuri, quod quis ignorat, non videtur renunciare, nec ad id extenditur iuramentum.
80 Minor, qui compromittendo promittit ſub pœna parere ſententiæ arbitri ſi petat reſtitutionem in integrum, vel reductionem ad arbitrium boni viri, non cadit in pœnam.
81 Lex fingit iurantem ſcire omnia, quæ in iure conſiſtunt.
82 Iurans ſaltem implicitè videtur de præiudicio cogitaſſe in genere, ex quo generaliter iurat.
83 Papa poteſt ſtatuere, & ligare laicos in his, quæ ſpectant ad forum Eccleſiaſticum.
Iuramentum accumulat forum foro.
84 Lex ciuilis, vel ſtatutum an poſſit diſpenſare ſuper iuramento, vel diſpo-

diſponere.

85 Iuramentum vrgens in diſpendium ſalutis æternæ non eſt ſeruandum: & quando dicatur vergere in diſpendium.

86 Iuramentum directè redundans in præiudicium tertij non eſt ſeruandum.

87 Pactorum ſpecies quot & quæ ſint.

88 Succedendi facultas eſt iuris publici, quod pacto priuatorum tolli non poteſt.

89 Filij ſunt meritis ad paterna obſequia inuitandi, non autem pactionibus aſtringendi.

90 Pactum reſtrictiuum libertatis liberti non valet: & minus valebit in homine libero.

Libertatis datio, & adeptio, à pari procedunt.

Hæreditas pacto dari non poteſt, nec adimi, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.

91 Filijs naturaliter debetur hæreditas paterna.

Iura naturalia ſunt immutabilia.

92 Pactum cum eo initum, de cuius hæreditate agitur, non valet.

93 Voluntas vltima eſt ambulatoria vſque ad mortem.

94 Teſtamentum licet fieri non poſſit irreuocabile propter clauſulam in eo appoſitam, poterit tamen per pactum in eo poſitum.

95 Diſpoſitio, quæ purè prohibetur, cenſetur etiam prohibita, ſi fiat conditionaliter.

96 Donatio facta in teſtamento an poſſit reuocari.

97 Pactum de ſuccedendo an valeat. & num. ſeq.

98 Pactum de inuicem ſuccedendo in militibus tendentibus ad bellum valet: ſecus ſi non tendant ad bellum.

99 Donatio fauore piæ cauſæ omnium bonorum præſentium, & futurorum valet.

100 Pactum de ſuccedendo ſi eſt iuratum an valeat.

101 Iuraui aliquam ducere in vxorem, deinde contraho matrimonium per verba de præſenti, cum alia, tenet matrimonium, ſed ſum periurus.

Idem ſi iuraui non reuocare procuratorem, ſi reuoco, valet reuocatio, ſed ſum periurus.

102 Pactum de ſuccedendo inter liberos eſt ſeruandum, & quare.

103 Filius ſi commiſit cauſam ingratitudinis, ex qua poſſit per patrem exhæredari, ſi paciſcatur cũ illo, quod tali ingratitudine non obſt. ſuccedat, pactum valet: fallit vt num. ſeq.

105 Dolus de futuro remitti non poteſt.

106 Liberto propter ingratitudinem reuocato in ſeruitutem, non poteſt remitti talis ingratitudo, nec à domino dari libertas principe inconſulto.

Doctor propter delictum dignitate priuatus non poteſt iterum doctorari etiam propter nouum examen.

107 Pactum non valet, quod non liceat donanti reuocare donationem virtute ingratitudinis in futurum committenda. fallit. vt ibid.

Nec valet pactum inter dominum, & vaſallum initum, quod domino non liceat propter feloniam committendam vaſallum priuare feudo. num. ſeq.

109 Reuerentia, quæ debetur perſonæ, remitti non poteſt: illa vocatio, quæ debetur ratione contractus, benè remitti poteſt.

110 Filia ſi ſic excluſa per ſtat. propter pactum cum patre factum ſibi ius ſuccedendi conſeruare poteſt: ſecus ſi ſit excluſa ab inteſt. & ex teſtamento, & an valeat tale ſtatutum.

111 Pactum de hæreditate certo modo diruenda, vel diſponenda an valeat. & num. ſeq. & 114.

113 Pupillus ſuæ vitæ conſulere ignorat.

115 Filiusfam. ſi viuente patre facit debitori pactum de non petendo, an mortuo patre poſſit petere.

116 Auditur nemo contra factum proprium.

117 Filiusfam. regulariter ex contractu vel quaſi, ex quo non recipit pecuniam mortuo, obligatur.

118 Iuramentum metu extortum an obliget.

119 Papa in materia iuramenti poteſt ſtatuere, quod iuramentũ ſit ſeruandum nedum in terris Eccleſiæ, ſed etiam imperij: & quare.

Et quando dicatur iuramentum vergere in diſpendium ſalutis: & quando redundare in detrimentum alterius. num. 120.

121 Excuſſio bonorum fit principaliter in præiudicium fideiuſſorum, vel bonorum poſſeſſorum, & ideo ſunt citandi, aliàs non fieret eis præiudicium.

122 Sententia lata in fauorem creditorum contra hæredem nocet legatarijs.

123 Dicta gloſſarum & Doctorum debent intelligi ſecundum ius quod allegant.

124 Pactum de non ſuccedendo iuramento firmatum nedum filio iuranti nocet, ſed etiam nepotibus.

125 Iuramenti vinculum non tranſit ad hæredes: obſeruantia autem pacti de non ſuccedendo iuramento firmati benè ligat hæredem.

126 Iuramentum matris non debet filijs nocere.

127 Filia, ſi habuit dotem, quæ in legitimam computatur, videtur perinde, ac ſi totam portionem habuiſſet, quam ab inteſtato fuiſſet habitura.

128 Dotis conſecutio vel alterius portionis in vita patris, non excludit filiam: quo minus ſi viueret ſuccederet patri ab inteſtato, niſi interueniat renunciatio cum iuramento.

129 Nepos veniens ad hæreditatem aui tamquam hæres matris excluſæ, non auditur: quid autem ſi non venit tamquam hæres matris.

130 Ius accreſcendi potentius eſt, quàm ſit ſucceſſorium edictum.

131 Nepotes an intelligantur venire ad ſucceſſionem per ſucceſſorium edictum, ſi filia aliquid pro dote recepit, & integra portione ſuæ ſucceſſionis.

132 Filij plures ſi promiſerint patri cum iuramento communiter commorari vſque ad certum tempus, & vnus iſtorum filiorum moriatur, an alij poſſint ſine metu periurij ad diuiſionem prouocare.

133 In communione nemo cogitur ſtare.

134 Iuramentum licet ratione reatus periurij ſit perſonale, nec ad hæredem tranſeat, obſeruantia tamen pacti vel contractus iurati tranſit.

135 Pactum vbi non valet tanquam à lege improbatum, iuramentum non obligat.

136 Materia quælibet in partes diuiſa dilucidè magis intelligitur.

137 Legitima debita filio in bonis patris poteſt per ſtatutum tolli.

138 Legitima quid ſit.

139 Statutum excludens fœminas vel maſculus totum habeat, valet, & ita comprobatur de conſuetudine.

140 Filia excluſa à ſucceſſione, non intelligitur excluſa à dote vel alimentis.

141 Patrem ſuccedere filio non eſt de iure naturali, ſed potius ciuili & poſitiuo.

142 Filia dotata per ſtatutum excluſa, an poſſit agere ad legitimam, vel eius ſupplementum.

Argumentum de pacto ad ſtatutum valet affirmatiuè.

143 Doti conditio imponi poteſt, puta ſi maritabitur ſecus in legitima.

144 Statutum excludens filiam propter maſculos an dicatur ius ciuile, vel prætorium: & quid ſit ius prætorium.

Et an dicatur dictum ſtatutum odioſum, vel fauorabile, num. ſeq.

Et eſt correctorium iuris communis. num. 146.

147 Argumentum eſt bonum à tacita mente ſtatuentium.

148 Statutum ſi diſponit, quod bannitus non debeat exbanniri, niſi prius habita pace cum hæredibus defuncti, filia fœmina non poteſt pacem habere necę patris, quia tantum pertinet ad maſculos.

149 Mulieri licet prohibeatur proſecutio iniuriæ vi belli, duelli, vel manu forti, permiſſa eſt tamen vindicta iudicialis.

Mulier ancilla ita vendicat necem patroni ſicut ſeruus.

150 Pacem debens habere cum hæredibus defuncti, ita debet habere cum muliere ſicut cum maſculo.

151 Inimicitia dupliciter capitur.

152 Familiarum honeſtas propter diuitias cõſeruatur, quæ perit propter inopiam: pauperes enim citò ſunt fluxibiles: & egeſtate ſordentibus mors eſt ſolatium, & vita ſupplicium. num. 153.

154 Agnatio venit appellatione familiæ, & conſeruatur per maſculos.

155 Agnati lege duodecim tabul. præferebantur cognatis, & maſculi fœminis.

156 Statutum excludens fœminas quo caſu ſit fauorabile, & quo caſu odioſum.

157 Hæreditas inuenta eſt de iure ciuili, & dominium eſt iuris ciuilis.

158 Diſpoſita per ius ciuile poſſunt in totum tolli & in parte.

159 In re propria quilibet eſt moderator & arbiter.

160 Iuri ſuo qui vtitur, nemini iniuriam facit.

Statutum ſi excludat filiam dotatam, an ſufficiat quod dos ſit ei aſſignata per patrem in teſtamento, vel aliter.

Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.

162 Dotatam illam communis vſus loquendi interpretatur, cui dos eſt aſſignata.

163 In correctorijs etiam ex identitate rationis non fit extenſio.

164 Ar-

164 *Argumentum ab alluſione vocabuli eſt bonum.*

165 *Pater ſi legat centum filiæ pro dote, filia ex hoc non dicitur dotata, ſed habet actionem ex tali legato, vt illud conſequatur, ad hoc vt ſit dotata.*

Legatum, quod ſit filiæ pro dote dicitur conditionale, ſi maritabitur.

166 *Adiectiua duo ſeparatè poſita in dubio ponuntur pro coniunctis, maximè in lege, vel ſtatuto.*

167 *Dotem datam quando ſtatutum requirit, non verificatur in dote promiſſa.*

168 *Verbum ſimpliciter poſitum intelligi debet in potiori ſignificato.*

169 *Filia excluſa per ſtatutum an ſtatim petere poſſit dotem aſſignatam, vel debeat expectare donec realiter nubat.*

170 *Dos, quam ſtatutum mandat dari filiæ excluſæ, ſuccedit loco legitimæ, de qua reijcitur omne grauamen.*

171 *Plus & minus videtur tam reſpectu qualitatis, quam temporis.*

172 *Pater ſi ſimpliciter leget centum filiæ, an ipſa dicatur dotata, ita quod ſit in caſu ſtatuti excludentis filias.*

173 *Filiam eſſe maritatam ſi ſtatutum requirat, an ſufficiat quod ſit ſponſa, licèt matrimonium per verba de præſenti non contraxerit.*

174 *Quod futurum eſt, nondum dicitur eſſe: vnde verba legis loquentis in eo, quòd eſt in facto, non verificantur in eo quod eſt in fieri.*

175 *Verba ſtatuti vbi poſſunt aliquid operari, non ſunt interpretanda.*

Caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris cõmunis: & vbi verba ſtatuti non habent locum, nec eius diſpoſitio.

176 *Neptis ex filia excluſa an excludatur ſicut ipſa filia.*

177 *Neptis ex filio maſculo an excludatur per ſtatutum excludens filias fœminas: & quid de nepote ex filia. num. 178.*

179 *Fœmininum non comprehendit maſculinum.*

180 *Lex vbi diſponit reſpectu certæ qualitatis, ad hoc vt lex locum habeat, oportet illam qualitatem adeſſe.*

181 *Patris prouiſione quæ ſolum ad filios prouenire poſſunt, adimuntur eis per caſum in patre contingentem, non ea, quæ prouiſione legis veniunt.*

182 *Nepos, filia de medio ſublata, intrat primum gradum.*

183 *Actus niſi in principio ſumat initium, non poteſt ex illo fieri vlterior productio.*

184 *Filiæ appellatione ſublato vocabulo venit nepos: & ſic ſtat. excludens filiam, excluderet etiam nepotem ex ea.*

185 *Iura prohibentia detractionem falcidiæ extenduntur ad trebellianicam, quæ largo vocabulo dicitur falcidia.*

186 *Lex loquens de contractu habet etiam locum in quaſi contractu.*

187 *Filia ſi non vult dotari neq; nubere, ſed caſtitatem ſeruare vt patri ſuccedat, an debeat haberi pro dotata.*

188 *Pater ſi relicta poſthuma vel infante, vel furioſa, moriatur, & ſic non potuit eam dotare, an frater ſi voluit eam dotare audiatur, & ipſam excludat.*

189 *Filia ſi tempore, quo dotatur reſeruat ſibi ius ſuccedendi patri, an talis reſeruatio ſibi proſit.*

190 *Ius quærendi facilius tollitur quam ius quæſitum.*

191 *Hæreditas pactionibus dari non poteſt.*

192 *Pater ſi pro filia ingrediente monaſterium aliquid donet monaſterio, an ipſa habebitur pro dotata, ita quòd excludatur ſtatuto.*

193 *Mulier, quæ profitetur religionem, contrahit matrimonium, quia ſpiritualiter nubit Chriſto.*

194 *Continentes plus placent Deo, quam coniugati.*

195 *Dos appellatur, quæ datur patri pro matrimonio ſpirituali, ſicut illa quæ datur pro carnali. num. 197.*

196 *Monialis profeſſa, cum à ſe abdicauerit ſua, proprium habere non poteſt.*

198 *Delinquere in dubio quis non præſumitur, nec immemor ſalutis æternæ.*

199 *Statutum generaliter loquens interpretatur ſecundum ius commune.*

200 *Filia quòd debeat eſſe contenta dote ſibi data, ſi ſtatuto caueatur, an habeat locum, ſi dos fuit data pro ea eius marito.*

201 *Vxor an in dubio præſumatur ſcire facta mariti.*

202 *Frater non præſumitur ſcire teſtamentum ſratris.*

203 *Pater ſi promiſit dotem pro filia, & deceſſit an poſſit filia ſuccedere ſtante ſtat. excludente filias, ſi hæres velit ſoluere.*

Et an iſtud ſtat. habeat locum in filia, quæ fuit nupta, ſed tempore mortis patris remanſit vidua: num. ſeq. & quid ſi fuit dotata à ſeipſa, vel à fratre: num. 208.

205 *Matrimonium vbi non eſt, non poteſt eſſe dos.*

Dotata etiam dicitur, quæ dotem recuperauit ſol. matrim.

206 *Immunitatem qui conſequitur à ſtatuto propter numerum 12. filiorum, an ille amittat, ſi aliquis eorum moriatur.*

207 *Statuta excludentia dotatam à matre, vel à patre, an excludant dotatam ab auo vel auia.*

209 *Filia ſi dotatur à matre, mortuo patre, vel mortuo fratre dotatur à iure, an excludatur virtute ſtatuti excludẽtis filiam dotatam, ab hæreditate parentis iam mortui.*

210 *Lex vbi diſponit reſpectu certæ qualitatis, debet illa qualitas adeſſe tempore, quo defertur hæreditas.*

211 *Statuti verba non ſunt trahẽda ad iniquum, nec durè interpretanda ſed benignè.*

212 *Fiendum & deferendum facilius impeditur & tollitur, quam iam factum, & iam delatum.*

213 *Qualitas ſuperueniens actum ab initio nullum non conualeſcit.*

214 *Filia, mortuo patre, efficitur eius hæres ipſo iure, nec poteſt detinere eſſe hæres, licet poſtea dotem accipiat.*

215 *Teſtatoris voluntas ex conſuetudine regionis interpretatur & recipit intellectum, & præſumitur talis, qualis eſt diſpoſitio conſuetudinis vel ſtatuti ſuæ patriæ.*

216 *Teſtator præſumitur cogitare & velle diſponere illud, quod diſponit ius commune, & conſequenter ſtatu.*

217 *In actibus inter viuos præſumitur quis velle ſeruare cõſuetudines, & ſtatuta.*

218 *Emphyteuſim accipiens pro ſe & filijs ſuis, an comprehendantur fœminæ.*

219 *Patriæ & ſtatutis eius parere naturale eſt.*

220 *Velle quis non præſumitur quod non eſt conſuetum.*

221 *Procurator ad pacem contrahendam poteſt cõtrauenientibus pœnam apponere.*

222 *Principis mandata regulantur ſecundum conſuetudinem.*

223 *Aſſumptus ad officium videtur obligari ad faciendum quod eſt ſolitum per alios fieri.*

224 *Repellatur quomodocunque quis ab aliqua actione reſpectu certæ qualitatis, ſufficit ſi illo tempore, quo vult agere, adſit qualitas vt repellatur.*

225 *De hæreditate materna quãdo agitur, vt filia ad eam admittatur, quæ tempora conſiderentur.*

226 *Ius alicui quæſitum ſine ſuo facto auferri non debet.*

227 *Filia, quæ dotatur, cenſetur velle illud, quod ſequitur ex dotatione.*

228 *Conſequens qui vult, videtur velle omne neceſſarium antecedens ad illud.*

229 *Ius ciuile poteſt facere hæredem deſinere eſſe hæredem.*

230 *Excludi à ſucceſſione & iuris ſuccedendi aliud eſt, aliud à iure cõſequendi.*

231 *Filia quo caſu repellatur ab hæreditate parentis præmortui, & quo caſu eſt petitio vel actio non competat, immo cenſeatur excluſa & exhæredata.*

232 *Petitio vbi impeditur, impeditur etiam dominij tranſlatio, & per conſequens hæreditatis acquiſitio.*

233 *Statutum in materia odioſa loquens in actore, non habet locum in reo.*

234 *In hærede ſuo tẽpus mortis patris tantũ inſpicitur, quando tractatur de hæreditate ab inteſtato.*

235 *Ius quæſitum non adimitur per dotationem ſequentem.*

236 *Ius adeundi eſt ius quærendum, & non dicitur in bonis noſtris, & ideo per ſeruum non acquiritur domino.*

237 *Ius ad rem dicitur quoddam præambulum ad ipſam rem: & filia quo caſu dicatur habere ius in rem.*

238 *Filius legitimatus auocat hæreditatẽ à venientib. ab inteſt. quam nunquam adiuerunt, ſecus poſtquam illam adiuerint.*

239 *Iuri ſuo renunciare nemo cogitur inuitus.*

240 *Filia à ſtatuto excluſa, an ſaltem in dote ſibi ex forma ſtatuti data dicatur hæres, & in ea habere nomen hæredis.*

Et an dicatur adiuiſſe hæreditatem matris ex eo, quòd pater ſuus illam penes ſe retinuit.

241 *Pater ſi deceſſit condito teſtamento, in quo inſtituit filiam in aliqua re, quæ filia poſtea dotetur per matrem, an ipſa poterit conſequi id, quod eſt ſibi relictum in teſtamento.*

242 *Renunciatio tacita, quæ ſurgit ex dotatione, non debet plus operari, quam expreſſa.*

243 *Filia ſi fuit exhæredata vel præterita in teſtamẽto patris, & ante-*

quam impugnet teſtamẽtum, fuit dotata à matre, an poterit poſtea dicere teſtamentum nullum.

244 Pater ſi in teſtamento leget centum filiæ pro dote, & in illis eidem ſubſtituat, an valeat ſubſtitutio.

245 Subſtitutio facta per verbum commune, ſubſtituo, adiectum certæ rei vel quantitati, non poteſt inducere directam pupillarem.

246 Dos eſt proprium patrimonium filiæ.

247 Dos licet ſit debita filiæ, non tamen ſuccedit in ea veluti in legitima.

248 Pater habens plures filias, ſi illas dotat, & inuicem illas ſubſtituat fideicommiſſ. talis ſubſtitutio neutram dicitur grauare.

249 Donatio reciproca inter virum, & vxorem valet, nec requirit inſinuationem.

250 Statutum vigens in loco an habeat locum in iudæis, ibi commorãtibus quod maſculus filius iudæi excludat filiam fœminam.

251 Statutum, quod maſculus excludat fœminam, an habeat locum in filia dotata antequam fieret tale ſtatu.

Quid ſi ſtatutum diſponat. quòd diſpoſitio trahatur ad filias de præterito dotatas, an includat filiam de præterito dotatam, quæ iam cum fratre ſuo hæreditatem diuiſerat. num. 252.

253 Filia dotata ſi fuit ſemel excluſa ex eo, quod tempore mortis patris extabat filius maſculus, an ſi poſtea filius moriatur, filia admittatur ad ſucceſſionem limita. vt num. 155.

254 Regnum ſi de conſuetudine vel pacto debetur primogenito ſecundo genitus etiam mortuo primogenito ſine filijs non admittitur ad regnum.

256 Hæres ſemel poteſt auctoritate iuris deſinere eſſe hæres.

257 Stat excludens fœminas quas perſonas intendat vocare ad ſucceſſionem.

258 Filius naturalis tantum, id eſt, natus ex cõcubina retenta in domo indubitata affectione, & proteſtatione debita præmiſſa, an excludat filiam fœminam datam & maritatam.

259 Filij appell. quando veniat naturales tantum: & quid in ſtatutis. num. 261.

260 Lex vbi poteſt operari in proprio ſignificato, non debet ad improprium trahi.

261 Statutum excludens fœminam extantibus maſc. non comprehendet naturalem tantum, nec ſpurium, inceſtuoſum, aut ſimiles.

262 Lex vel ſtatutum vbicumq; conſiderat naturalitatem, ſemper appell filij venit naturalis.

263 Filius legitimatus an excludat filiam fœminam, ſtante ſtat. excludente fœminam.

264 Legitimati dicuntur filij legitimi & naturales natura & lege cooperante.

265 Libertus reſtitutus natalib. eſt verè ingenuus, licet non ſit naturaliter: ſecus ſi ſecum eſſet diſpenſatum.

266 Legitimare eſt maculam abſtergere illegitimitatis, quæ iure naturæ inhæret: & an legitimatus de propria ſignificatione vocabuli veniat appell filij legitimi & naturalis.

267 Talem eſſe aliud eſt, aliud haberi pro tali.

268 Statutum non trahitur ad caſum fictum.

269 Filius adoptiuus vel arrogatus & ſic legalis an excludat filiã fœm. ſtante ſtat. excl. fœm.

270 Decima non debetur de lucro hæreditatis delatæ filio.

271 Filius ſpiritualis non excludit ſubſtitutum.

272 Natura eſt magis attendenda quam accidens.

273 Cognatorum appell. veniunt etiam cognati ciuiles.

274 Loquutio pluralis an vno ſit contenta.

Vnus non eſt numerus, ſed principium numeri.

275 Statuto ſtante, quòd extantib. fratrib. filiæ excludantur, an intelligi debeat de fratribus filiæ excluſa an vero de fratribus defuncti.

276 Teſtator ſi legauerit 10. corbes frumẽti ad menſuram paduanam, videtur legaſſe ita vt Paduæ ſolui debeant.

277 Statutum exorbitans & iniquum debet reſtringi, & ad ius commune reſtringi.

278 Statuti mens reſtringitur, ampliatur, & declaratur ex eius præfatione.

279 Rubrica vbi eſt generalis, tex. etiam debet generaliter intelligi.

280 Verbum vnum & idem prolatum à ſtatuto reſtringitur ratione odij, & ampliatur ratione fauoris.

281 Fratris appellatione venit carnalis in dubio.

282 Frater filiæ an excludat eam, ſtante ſtat. quod frater defuncti excludat filiam.

283 Statutum factum in fauorem remotioris in gradu, videtur quoq; factum in fauorem proximioris.

Et quid ſtante dicto ſtatuto ſi filius nõ efficiatur hæres patri, an filia erit excluſa? num. 284.

Et quid in clerico, an gaudeat beneficio dicti ſtatuti.

285 Frater maſculus ſi moriatur non agnita portione hæreditatis, quæ de iure communi debebatur filiæ excluſa, an illam trãſmittat ad hæredes, vel filia dotata ad eam vocetur.

Eſto autem quod tranſmittat, an tranſmittat vt aditam, an vt adeundam. num. 286.

287 Soror an veniat appell. fratris, ſtante ſtatuto excludente fœm. propter maſc. ita quod ſi quis moriatur ab inteſt relicta vna filia dotata, vt alia non dotata, an dotata excludatur à ſucceſſione paterna per aliam non dotatam.

288 Incluſio vnius eſt alterius excluſio, & econtra.

289 Statuti ratione ceſſante, ceſſat & ipſum ſtatutum.

290 Loquendi communis vſus debet attendi, maximè in ſtatutis.

291 Maſculinum non concipit fœmininum in ſtatutis contra ius, ſiue maſculinum proferatur nomine proprio, ſiue nomine appellatiuo.

292 Fratris appel. an veniat frater tantum vterinus, ſtante ſtatuto excludente fœm. propter maſc.

293 Filius filij an excludat filiam à patre dotatã, ſtat. diſponente, quod filijs extantibus filiæ non ſuccedant.

294 Ratio ex quo niſi vnica poteſt aſſignari, illa habetur pro expreſſa.

295 Nepos ex filio an excludat neptem dotatam, natam ex alio filio præmortuo, à ſucceſſione aui, ſtante ſtat. quod frater excludat ſororem.

296 Pater habens filiũ & filiam, ſi dotauit filiã, & ex filijs nata eſt filia, an iſta filia habebit totam hæreditatem aui, excluſa filia dotata.

297 Pater ſi moritur ſuperſtite filia dotata, filio maſculo & nepote ex alio filio præmortuo, an iſte nepos admittetur ad portionem, ad quam filia de iure communi admitteretur.

298 Beneficiũ poteſt quis conſequi ex alterius perſona quod ex ſua conſequi non poſſet.

299 Papa ſi nominat collegium Cardinalium, vocat eos fratres, licèt in ipſo ſint aliqui diaconi cardinales, quos ſi in ſpecie nominaret, diceret filios.

300 Fratres duo habẽtes feudum commune à domino, ſi vnus viriliter defendit dominum in prælio, alter verò fugit, coniunctio fratris viriliter defendentis excuſat contumaciam fugientis.

301 Res ſi eſt communis epiſcopi & capitulis, ſede epiſcopali vacãte cõtra capitulum non currit præſcriptio.

302 Immunis à collectis ſi contrahit ſocietatem cum alio non habente immunitatem, is conſequitur ratione coniunctionis immunitatem.

303 Clericus & laicus ſi ſint executores teſtamenti epiſcopus poteſt ambos cogere ad exequendum.

304 Iuriſdictio perpetuata coram vno collega, dicitur etiam quo ad alium collegam perpetuata.

305 Notarij duo ſi ſint rogati, vnus probatæ fidei, alter infamatæ, propter fidem alterius valet inſtrumentum.

306 Teſtium in numero ſi ſit vnus domeſticus, aliorum reſpectu ſuſtinetur eorum dictum.

307 Laicus licet de per ſe non poſſit eſſe arbiter ſuper ſpiritualibus, tamen vna cum alio clerico poteſt.

308 Actus vbi pro parte eſt geſtus, & pro parte gerendus, cõſtitutio noua dans formam actibus gerendis iſtũ non includit, etiam in parte gerenda.

309 Appellatus licet non poſſit ex ſua perſona inſtare vt ſententia confirmetur, tamen ſi appellans inſtat contra ſententiam, poteſt appellatus petere, vt illi ſententia adiſatur vel diminuatur.

310 Filia dotata quòd non ſuccedat ſuperſtite filio, ſi ſtat. diſponat, vel ſuperſtite nepote, quid ſi ſupereſt filius & nepos ex alio filio præmortuo.

Filius dicitur pars corporis patris.

311 Filius clericus an gaudeat beneficio ſtatuti, quòd frater vel filius excludat ſororem. num. 315.

312 Clerici poſſunt vti ſtatuto laicorum diſponente, quod inſtrumenta guarentigiata habeant executionem paratam:

Et gaudent priuilegio conceſſo diſtrictualibus, & ſic comprehenduntur appell. diſtrictualium. num. 313.

314 Eccleſia dicitur eſſe de corpore ciuitatis.

316 Statutũ excludens fœm. extantibus maſc. vel agnatis, habet locum etiam

etiam in agnato non habēte virilia ſua, vel alias inhabili ad procreandum.

317 Statuta quæ ſint, quæ comprehendant clericos, & quæ non.

318 Stat. quòd extantib. maſc. fœm. non ſuccedāt, an habeat locum in hæreditate illius qui eſt clericus.

Et quid in clericis coniugatis. num. 319.

Et an dictum ſtat. vendicet ſibi locum, quando pater habens maſculum & fœminā moritur inteſtabilis, puta furioſus, vel aliter incapax teſtamenti factione actiua. 320.

Et quis dicatur inteſtatus. ibid.

321 Succeſſio pupilli non dicitur ex teſtamento vel ab inteſtato, ſed facit tertiam ſpeciem.

322 Argumentum à tacita ratione procedit.

323 Statutum excludens fœminas maſculis extantibus, an habeat locū in hæreditate materna.

324 Stat. excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris, an excludet etiam à ſucceſſione aui vel auiæ.

Et an ſtat. excludens eam à patre dotatam, ne ſuccedat matri, dicatur illam excludere à ſucceſſione patris dotantis. num. 325.

326 Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione aſcendentium, an illam excludat à ſucceſſione fratris, agnatorum, vel cognatorum, & ſic collateralium.

327 Excluſio in vno non inducit excluſionem in alio.

328 Contractus virtus non ſe extendit ad aliū caſum quam expreſſum, vel ad aliam perſonam.

329 Hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, ſed patrimonium.

330 Stat. excludens fœm. ab hæreditate patris & matris reſpectu maſc. & hæredum parentum defunctorum an excludat illam à ſucceſſione alterius quam parentum.

Et an excludat eam quo ad bona, quæ non conſequitur hæres vt hæres, ſed ex contractu patris, vel promiſſione alicuius. num. 331.

332 Filius vel filia an poſſit conſequi emphyteuſim, licet non efficiatur hæres patri.

333 Bonorum appell. venit ius emphyteuticum.

334 Fœmina an poſſit ſuccedere in feudum.

335 Statuto ſtante, quod dimidia pars bonorum eius, cuius bona publicantur, reſeruentur filijs, an filia dotata excluſa à ſucceſſione paterna admittatur ad dictam dimidiam virtute d. ſtatuti.

336 Filia dotata excluſa à ſucceſſione, an dicatur excluſa etiam reſpectu bonorum exiſtentium extra territorium ſtatuentis.

337 Vnum & idem quando diuerſo iure cenſetur, illud habetur pro duobus.

338 Ius ſuccedendi reſpicit bona, & ſic ſitum bonorum: ſucceſſio autem bonorum trahit ad ſe ſucceſſionem in perſonam, & reſpicit ius, quod habuit defunctus.

339 Statuendi poteſtas inter ſuos ſubditos non arctatur nec circūſcribitur territorio.

340 Lex vel ſtatutum inhabilitans perſonam ſibi ſubiectam effectum ſortitur, quocunque acceſſerit perſona.

341 Ineſſe ſi videtur id de quo minus, ergo & id de quo magis.

342 Sententia legis eſt fortior quam hominis.

Iudicium redditur in inuitum.

343 Contentio ſi oriatur inter filium maſculum & filiam dotatam de hæreditate paterna, iudicium eſt agendum in patria ipſorum, cui ſubditi ſunt.

344 Statuta habent vim diffinitiuæ ſententiæ.

345 Hæreditas nil aliud eſt, quam vniuerſum ius defuncti.

346 Res ſingulares, quando tractatur de aliquo vniuerſali, ſi ſunt ſub illo contenta, non conſiderantur.

347 Genus à quo remouetur, remouetur & eius ſpecies.

348 Hæres repræſentat perſonam defuncti pro ea parte, pro qua eſt hæres.

349 Arguere licet ab abſurdo vitando.

350 Teſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, ius non patitur.

351 Priuatus non dicitur habere diuerſa patrimonia.

352 Teſtamentum factum in iure habet effectum etiam in ciuitate.

353 Actus, qui geritur ſecundum ſpecialem conſuetudinem loci, trahitur ad acceſſoria.

354 Lex, ius noſtrum. ff. de reg. iur. nō habet locum, vbi concurreret auctoritas legis: vel procedit de iure communi: ſecus ſi cōſuetudo induceret contrarium.

355 Habilitare aliquos ad paternam hæreditatem, & aliquos inhabilitare, iuris ciuilis eſt proprium.

356 Teſtandi libera facultas in ſingulare priuilegium, & de gratia, cōceſſa eſt hominibus.

357 Teſtamentum capit robur poſt mortem teſtantis, & ab adita hæreditate: & vltima voluntas eſt ambulatoria vſque ad mortem.

358 Prohibitio certarum perſonarum dicitur aliarum permiſſio, & econtra.

359 Lex vel ſtatutum etiam odioſum extenditur ad id, quod eſt conſecutiuum.

360 Perſona ſi eſt affecta interdicto vbique ſortitur effectum interdictum.

361 Interdictum habens tempora ſucceſſoria quotidiè emanare videtur & quotidiè loqui.

362 Cauſa ceſtati regulatur à teſtamento, & non à loco aditionis.

363 Statutum ſi diſponit in loco vbi ſita ſunt aliqua bona defuncti, id eſt, in loco domicilij, quòd filius & filia pariter vocētur, ſed in loco vbi ſunt ſita aliqua alia bona, diſponit quòd filiæ excludātur, an filia excludatur à dictis bonis.

Et quid ſi filia fuerit dotata & maritata extra territoriū, vbi viget tale ſtat. & in ipſo loco viri vigeat ius commune, an filia ligetur ſtatuto, cui pater eius ſubditus erat. num. 364.

365 Vidua quoſque alij nubit, retinet nomen proprij mariti, & dicitur durare in primo matrimonio, ſi tamen honeſtè viuat.

366 Filia dotata an excludatur virtute ſtatuti excludentis fœm. propter maſc. niſi in teſtamento patris fuerit inſtituta.

Et an ſtante dicto ſtat. ſi pater dixit in teſtamento, filios meos hæredes inſtituo, an filia dotata dicatur inſtituta, & vocata in teſtamento. num. 367.

368 Teſtatoris voluntas iuxta regionis conſuetudinem eſt interpretanda.

369 Statutū an poſſit dare poteſtatem tertiæ perſonæ dotādi filiam, ita vt excludatur à ſucceſſione alterius parentis.

370 Filia ſi in teſtamento patris ſit præterita, an teſtamentum ſit nullum, diſponente ſtat. quod filia dotata excludatur.

Et dato quòd non poſſit dicere teſtamentum nullum, an ſaltem audiatur de iure prætorio veniens per bonorum poſſeſſ. contra tabulas. num. 371.

372 Filia quo caſu veniens per contra tabu. non tenetur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto vigore clauſulæ codicillaris.

373 Bonorum poſſeſſ. contra tab. illi datur, cui ab inteſt. debetur ſucceſſio: & per conſequens non datur excluſo à ſucceſſione inteſtati. num. 375.

374 Filia cùm prohibetur ſuccedere ab inteſt. nulla fit ei iniuria, ſi prætereatur in teſtamento.

376 Teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, tunc eſt nullum, quando eſt fauor præteriti quòd ſit nullum, ſed ſecus ſi eſſet eius odium.

377 Extraneus ſi eſt inſtitutus, & filia præterita, ſtante ſtat. excludente filiam, an teſtamentum ſit nullum, vel ſaltem poſſit contratabulari.

378 Teſtamenti validitas vel inualiditas nō poteſt pendere, ſed vel ſtatim nullum eſt, vel aliquod.

379 Filios maſculos non extare, vel extare & non ſuccedere paria ſunt.

380 Remedium contratabulandi eſt aduocatoriam, non autem ſimpliciter aperit viam ſucceſſionis ab inteſtato.

381 Inſtitutio facta de extraneo eſt excluſio maſculi, vnde tunc filia excluditur à rumpendo teſtamentum.

382 Præteritus à matre, vel auo matris, vel à patre milite habetur pro exhæredato, & parruum non impedit.

383 Pater ſi filium maſculū inſtituit, & filiam dotatam præterijt, nūquid decedente maſculo ſine liberis, filia poſſit dicere teſtamentū nullum, cùm ex diſpoſitione ſtat. filia dotata excludatur.

384 Hæreditas adiri non poteſt ex teſtamēto, quod ſperatur aliqua via rumpi.

385 Argumentum à contrario eſt improprium, ideo non habet locum in ſtatutis.

386 Prohibitus vſque ad tempus, poſt tempus videtur permiſſus.

387 Filius quamdiu eſt apud hoſtes, ſi fuit præteritus, non poteſt dicere teſtamentum nullum.

388 Statutum poteſt facere, quod qui ſemel fuit hæres, deſinat eſſe hæres.

389 Lex, ius noſtrum. ff. de reg. iuris. quo caſu non habeat locum.

390 Limitata cauſa limitatum producit effectum.

391 Filia præterita, viuente patre maſculo, an teſtamentū interim efficaciter valeat, ita vt ex illo poſſit adiri hæreditas recēti is terminis ſtatuti

ſtatuti excludentis filiam dotatam.

392 *Filius deportatus ſi poſt mortem patris reſtituitur, non dicit teſtamentum nullum, niſi reſtituatur vt ex retro.*

393 *Miles legis permiſſione poteſt teſtatus decedere vſque ad tempus, & poſtea inteſtatus.*

394 *Filia præterita ſi viuo fratre inſtituto moriatur, an trāſmittat ius ſuccedendi ad hæredes, ſi poſtea decedat maſculus.*

395 *Tranſmittens hæreditatem debet habere vel ius deliberādi, vel ius adeundi.*

396 *Pater habens filiam dotatam, ſi illā præterit, & maſc. inſtituit, adiecta clauſula codicil ſi non valet, &c. ſi filius inſtitutus deceſſit ſuperſtite d. filia præterita, quæ dicit teſtamentum nullum, an virtute clauſulæ codicill. dicatur grauata reſtituere hæreditatem hæredibus filij maſc.*

397 *Filius grauatus quo caſu detrahet duas quartas.*

398 *Filia excluſa à ſtatuto an audiatur petens cautionem à filio de non diſſipando bona & hæreditate reſtituenda, ſi caſus euenerit, quod decedat ſine filijs.*

399 *Hæredum appel. qui veniant ſtatuto excludente fœminas dotatas, quod nō poſſint habere regreſſum aduerſus fratres vel eorum hæredes.*

Hæres, nomen eſt generale comprehendes omnes ſucceſſores.

400 *Fiſcus venit veluti hæres extraneus, & dicitur propriè poſſeſſor.*

401 *Monaſterium an veniat appellat. hæredis, & an ſingularis ſucceſſor.*

402 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti.*

403 *Feudum ſi fuerit conceſſum pro me & hæredibus meis quibuſcunque, an poſſim extraneo legare, & ſic tranſeat in ſingularem ſucceſſorem.*

404 *Specialia duo ad eundem effectum cauſandum concurrere nō debent.*

405 *Feudum ſi eſt familiare, & accipiam illud pro me & familia mea, an tale feudum veniat in reſtitutione fideicom.*

406 *Filia dotata an excludatur per omnes hæredes vocatos ex teſtamento patris.*

407 *Dictio, niſi, eſt exceptiua, & exceptio non ampliat neque dilatat regulam: ipſam tamen declarat & firmat habere locum in caſib. non exceptuatis.*

408 *Re ſi priuetur, nec nomen habere mereris.*

409 *Hæredem patris qui ſe facit, ſi reperiatur eſſe eiuſdem gradus cuius eſt filia dotata & maritata, an excludat ipſam.*

410 *Lex quantumcunque dura eſt ſeruanda.*

411 *Feudum ſui natura non tranſit ad extraneos hæredes.*

412 *Hæreditas aſcendentium deſcendētibus eſt quaſi debita, principaliter tamen in ſe dicitur habere cauſam lucratiuam.*

413 *Filius adoptiuus de hæreditate patris adoptantis tenetur ſoluere gabellam.*

414 *Hæreditas quandoque dicitur lucroſa, quandoque oneroſa, quandoque nec lucroſa nec oneroſa, quandoque opulenta, quandoque locuplex.*

415 *Hæres, verbum reſtringitur ad deſcendentes.*

416 *Excluſio filiæ dicitur exhæredatio legis ſtatutariæ.*

417 *Statuti mens eodem modo coniecturatur ſicut mens teſtatoris.*

418 *Mens verbis eſt præferenda.*

419 *Argumentum à tacita mente ſtatuti valet.*

420 *Iniquum æquo quotieſcūque verbis ſimpliciter prolatis præfertur, receditur à verbis, & ſtatur menti.*

421 *Iuris alieni priuatio, & lucri debiti perceptio ſub generalitate verborum non comprehenduntur.*

QVAMVIS. Famoſa & vtilis eſt hæc decretalis, quam ego Georgius Natam, I.V. minimus Doctor cupiens præſenti anno aliquid in tabernaculo domini offerre, repetendam ſumpſi. Scitote tamen, quod hic materiam iuramenti alibi latè diſcuſſam non ponam, ſed tantum quando filia per pactum: item & quando per ſtatutum à ſucceſſione paterna excludatur.

¶Gloſſ. 1. ponit ſummarium. Diuiditur in duas partes. In prima dictum. In ſecunda ratio. ſecunda ibi, cum non.

1 † Nota primo regulam, quod pactum de non ſuccedendo improbatur à lege, nec obligat paciſcentem, concordantia iuris alleg. gloſſ. *hic in verbo, lex ciuilis.* Et quæ ſit ratio, dicam infra *in gloſ. in verbo, improbet.*

Fallit hæc regula primò in patre emancipante filium, & in præmium emancipationis aliquid accipiente, qui ſi faciat pactum de non ſuccedendo ipſi filio, obligatur & valet pactum, *l. 1. §. ſi vel parens. ff. ſi quis à parente ſue. manumiſſ.* de quo dicā *infra in gloſſ. in verbo, lex ciuilis.* † Fallit ſecundò in filio ſpurio, vel naturali legitimato, qui ſi tempore, quo legitimatur à patre, faciat pactum de non ſuccedendo patri, valet, & eſt ratio, quia ex quo iſte beneficio patris conſequitur legitimationem, debuit poſſe pater in actu legitimandi legem quam voluit apponere, *l. traditionibus. C. de pact. cap. verum, ſupra de condit. appoſi.* & ita ſingulariter Bat. *in l. lect. antiqua. in l. quæſitum, ff. de adop.* quem ſequitur Lūdo. Rom. *in l. qui ſuperſtitis. in 5. colum. ff. de acquiren. hæred. & in l. pactum. C. de collat.* quod eſt perpetuo notandum, quoniam per illud dictum eleganter Dom. Ant. *in cap. per venerabilem. in 30. colum. verſic. ſed eſt dubium, ſupra qui filij ſint legi.* decidit notabilem quæſtionem, videlicet, quòd pater habens legitimum filium † & naturalem, poteſt ſpurium legitimare hac lege, vt ipſe non ſuccedat patri, niſi in illo quod placuerit patri ſibi relinquere. Adde idem tenuiſſe Ang. *in l. ſi ab eo. & clarius in l. ſi de emancipatus. C. de legit. hære.* & Pau. de Caſt. *in d. l. ſi ab eo. & in rubrica, C. de iure aureorum annulorum, & in l. pactum. C. de colla.* referentem ita conſuluiſſe Rayn. de Forli. in ciuitate Piſarum, pro qua ſententia primò facit, quia debuit licuiſſe patri in actu legitimandi talem legem apponere, vt ſupra dixi. 2 3

Secundò facit text. *in cap. 1. de filijs. natis ex matri. ad morganaticā contracto.*

Tertiò facit ſimile, nam Anaſtaſius *in d. l. ſi ab eo.* reſeruat emancipatis ius tantum quo ad tutelam. Et poſtea Imperator *in dicta. l. de emancipatis.* reſeruat ius quo ad ſucceſſionem tantum, & non quo ad alia. Et iſta eſt ratio Angeli *in dicta. l. de emancipatis.*

† Quartò facit, quòd voluit Batt. *in d. l. 1. §. in filij. ff. ad Treb.* dicens, quod pater poteſt filium emancipare quoad actum teſtandi tantum, *per l. 2. ff. ad Macedo.* vbi eſt text. quòd lex facit filiumfa. quoad Caſtrenſe vel quaſi peculiū haberi pro patre, & non quo ad alia, & ita tenendum eſt, licet aliqui conſtituerint contrariū, moti ratione, quia monſtruoſum eſſet, quòd filius naturalis pro parte cenſeatur legitimus, & pro parte non cōtra gloſ. *in ver. parentis in c. cū inhibitio. de clandeſti. deſponſa.* Sed iſtorum ratio non concludit, quia fatendum eſt, quòd talis legitimatio non dicitur propriè legitimatio, ſed diſpēſatio, quæ poteſt fieri taliter, quod quis cenſeatur legitimatus quo ad quid, vel quo ad omnia: & quod cenſeatur legitimus, licet re vera nō ſit, *arg. l. cum ex oratione. ff. de excuſa. tut.* melius facit *l. 2. iuncta gloſ. C. de iur. aur. anul.* & quod no. Io. And. *in addit.* Spec. *in tit. de ſuc. ab inteſt. § fin. in addit. quæ incipit, dicit Roſfr.* de veritate tamen dicti Bart. *in dict. § in filij.* vide Bal. *in l. ſeruum. C. qui teſta. fa. poſſ.* vbi tenet contrarium, Io. de Imol. *in d. §. in filij. & in l. tam is. ff. de don. cauſa mor.* dixi alias plene *in rub. inf. de teſta.* 4

† Tertio fallit, quando filius paciſcens de non ſuccedendo tantum accepiſſet à patre, quantum aſcendebat ſua legitima: quo caſu pactum valet, *per d. l. 1. §. ſi vel parens. ſecundum alium intellectum. ff. ſi quis à parente ſue. ma.* & ita tenet Iacob. But. *in d. l. pactum. C. de collat.* Bald. & Angel. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Bartol. & Bald. *in l. fin. C. de pact. arg. l. cum quo de peculio. §. fin. ff. ad l. fal.* Sed idem Bald. tenet contra, *in d. l. pactum per l. ſi quando. §. illud, C. de inoffic. teſta.* vbi videtur caſus expreſſus, niſi diuinando dicamus, quod ibi filius nō tantum acceperat à patre, quantum erat portio ſuæ legitimæ, ſecundum Imol. & Ludou. *in d. l. ſtipulatio.* qui Ludou. pro Bald. dicit facere rationem: nam licet olim quo ad excludendum filium à iure rumpendi teſtamentum † ſufficeret ipſum habere quantitatem aſcendētem ad ſuam legitimam, vel titulo dotis, vel titu. donationis cauſa mortis, *l. Papinianus. § ſi quis mortis. ff. de inoffic. teſtamento. & l. vnica. § videamus. C. de rei vxor. ac.* hodie tamen filius debet habere legitimam *titu. inſtitutionis, §. aliud quoque, in Auctent. vt cum de appella. cogn. collatio. 9.* ergo non ſufficiat filium habere talem portionem virtute pacti: quare idem Ludouic. *in d. l. ſtipulatio.* videtur conſtituere differentiam inter pactum initum à patre, & initum à filio, quia ſi fiat à patre de non ſuccedēdo filio, valebit *per d. § ſi vel parens,* ſed econtra nō per text. *in d. §. illud.* & facit ratio, quia nec olim nec hodie cautū reperitur, quod pater debeat habere legitimā in hæreditate filij tit. inſtitutionis, ſecundum opin. Barto. *in l. fine. § excluditur. ff. de iur. patron* de quo tamen vide no. *in auctent. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam* & quę dixi *in c. ſi pater. infr. de teſt.* Tu non recedas à prima opi. quæ cōmunis eſt, vt 5 6

eſt, vt dicit Ludou. *in d.l. ſtipulatio.* quia primo non eſt bene di-
ctum, quod *d. §. illud,* loquatur tantum in filio paciſcente, imo
habet locum in omni perſona, quæ contra vltima eulogia ve-
nire poteſt, vt inquit text. *in d. §. illud. in fin.* Sed pater eſt huiuſ-
modi, *vt l. nam & ſi parentibus, in princ. ff. de inoffic. teſta.* igitur, &c.
Quare melius dic, quod ibi filius receperat minus quam aſcē-
derat ſua legitima, nec iſtud eſt diuinare: quod ſic probatur,
nam iure Codic. licèt filius deberet inſtitui vel exhæredari, ſi
tamen tantum acceperat, quantum erat portio ſua, exclude-
batur à iure rumpendi. *l. cum quæritur. C. de inoffic. teſta.* cum ergo
filius ibi fuerit admiſſus ad querelā neceſſe eſt fateri quod mi-
7 nus legitima receperat. † Secundo non obſtat ratio Ludo. ſcil.
quod hodie filius debeat habere legitimam titulo inſtitutio-
nis, alias rumpit teſtamentum, *per d. § aliud.* quia illud fallit in
filio, qui ab inteſt. nō erat ſucceſſurus, vt not. *in l. poſthumus. § ſi
quis ex his. ff. de inoffic. te. & in l. poſthumus. § ſi filium ff. de libe. & poſt-
hum. & l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſta.* ſed filius in caſu noſtro per
pactum prædictum excluditur ab inteſtat. quando habet inte-
gram legitimam per ſupradicta, igitur &c. ad hoc bene facit ſi-
mile, quod dicitur de filia dotata excluſa per ſtatutū à ſucceſ-
ſione paterna ab inteſtato, quod licet ſit præterita, non rumpit
teſtamentum, de quo not. *in l. maximum. C. de liber. præte.* per An-
gel. *in l. filiæ. C. de colla.* per Bald. *in l. vt liberis. C. eod. tit.* per Bart. *in
l. 2. ff. ad tertul.* per Bald. *in l. pater filium. in 6. colum in repet. ff. de in-
offic. teſtam.* per Bald. Angel. Ioan. de Imol. *in l. Gallus. § quid ſi tā-
cum.* & per Angel. *ea. l. § omnibus. ff. de libe. & poſthum. in conſil. 133.
quod incipit, In quæſt. vertente.* per Albe. *in ſecunda parte ſtatutorum,
q. 104.* per Raph. Cum. *in repe. l. ſi filius qui patri. in col. 18. ff. de vulg.
& pupilla.* per Ludouic. *in d. l. vt liberis, & in eius conſil. 13. quod inci-
pit, In Chriſti nomine,* idem videtur mihi de iure *in conſ. 179. quod
incipit, Ampliſſime Doct. colum. 4. & in col. 8.* Bald. *in l. ſi emancipati.
C. de collat.* Paul. de Caſtr. *in l. certum. C. vnde legi. & in conſil. 106.
& in conſil. 118. & 197. in princ. & 224. & 225. in 3. colum. & 345.* de
quo dicam infra poſt gloſſ. *in materia ſtatuti, in 4. principali quæſt.
verſic. 14. quæro.* Contra tamen hanc communem opin. facit ra-
tio expreſſa *in d. § illud.* ſcilicet quia meritis ad obſequia pater-
na filij ſunt vocandi, non patronis aſtringendi: quæ ratio ha-
bet locum, ſiue filius habeat integram legitimam, ergo &c. Se-
cundo facit ratio expreſſa *in l. fin. ff. de ſuis & legit.* Nec obſtat te-
nendo hanc partem, *d. § ſi vel parens.* quia licet dicat, quod quā-
do patronus habuit integram legitimam, non admittatur ad
rupielam teſtamenti, non tamen negat, quin ab inteſtato
8 poſſit ſuccedere cogita. † An autem in æſtimanda tali legitima
conſideretur tempus renunciationis, an vero tempus mortis
patris, cuius patrimonium forte fuit auctum. Iacob. Butri. *in l.
pactum, C. de collat.* tenet, quod tempus renunciationis propter
dubium euentum, quia patrimonium ita potuit diminui, ſicut
& augeri, facit *l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* Idem tenet Angel.
Imol. & Ludouic. *in dict. l. ſtipulat. hoc modo concepta.* & Bald. *in l.
quamuis. Cod. de fideicommiſſ. & in l. ſucceſſione. C. de reuo. his quæ in
fraud. cred. & in l. fin. § 1. in 3. colum. C. de vſur. rei iudic. & in l. ſecunda
C. de adopt.* & ita eſt tenendum, licet idem Bald. teneat contra-
rium *in dict. l. pactum. per text. in dict. § illud.* & ſequitur Paul. de
Caſtr. *ibi per d. l. ſi quando. § fina.* Sed ad iſta iura reſponde, vt
ſupra.
9 ¶ † Quarto fallit, quando tale pactum de non ſuccedendo
fuit factum poſt mortē illius, de cuius ſucceſſione agitur, quia
tunc non agitur de hæreditate deferenda, ſed iam delata, ergo
debet valere pactum, *per d. l. de fideicommiſſ. & l. qui Romæ. § duo
verb. oblig.* facit *l. 1. C. de pact.*
10 ¶ † Quinto fallit in filio primogenito paciſcente cum tertio,
puta fratre de non ſuccedendo patri cedendo ſibi iura primo-
genituræ, ſecundum Angel. *in recollectis, in d. l. ſtipula.* motus au-
ctoritate veteris teſtamenti, in quo Eſau renunciauit Iacob ta-
lia iura, *cap. quam ſit periculoſum. 7. q. 1. not. gloſſ. in l. quoties. in princ.
ff. de hære. inſtit.* & idem tenet Bald. *in d. l. pactum.* Contrarium te-
nuit Ludouic. *in d. l. ſtipulatio. 10. col. verſic. ſed certe per l. quidam in
iure. § fin. de don. & per l. 2. § fin ff. de his quibus vt indig.* vbi dicitur,
11 quod nulla † eſt conuentio, per quam quis de hæreditate vi-
uentis paciſcitur, immo tanquam indignus debet illa priuari,
improbe namque facit, qui de viuentis hæreditate quamuis
legitime à ſe ſperata nimis ſolicite agit, dicit text. *in l. 2. § inter-
12 dum. ff. de vulg. & pupill.* † Nec obſtat quod dicitur de Eſau & Ia-
cob, quia illud procedit iure veteris teſtamenti, cuius dicta nō
tenentur, niſi in nouo reperiantur approbata, *§. his itaque, 6. di-
ſtinct. not. in capit. fin. extra de conſuet.* & per beatum Thomam *ſe-
cunda ſecundæ, quæſt. 104. art. tertio.* vel melius dic ſecundum Lu-
dou. *in d. l. ſtipula.* quod illud ius primogenituræ eſt ceſſibile, vt
not. *in c. licet, ſupra de voto.* per Archid. *in d. c. quam ſit.* quia dicitur
eſſe contra ius naturale deferens ſucceſſionem filiis æqualiter
non inſpecto curſu natiuitatis, *l. ſcripto. ff. vnde libe. l. cum ratio. ff.
de bon. damn.* non ergo mirum, ſi tale ius primogenituræ facilius
tollitur quàm ius ſuccedendi, quod competit iure communi,
arg. l. eius militis, § militia miſſus. ff. de teſtam. milit. & ſic poſſet dici,
quod † ius primogenituræ in abſtracto conſideratum à ſucceſ- 13
ſione poteſt per pactum tolli, ſed non vna cum ipſa ſucceſſio-
ne: quæ autem ſint iura primogenituræ, gloſſ. *in d. c. quam ſit.* di-
cit, quod tria, primo quia præcedit, ſecundo ſedet ad dexteram
patris, tertio debet habere duplicatam eſcam, Ioan. Andr. ad-
dit alia *in d. c. licet.* quæ ibi vide. 14
¶ † Sexto fallit, quando conſuetudine vel ſtatuto tale pa-
ctum de non ſuccedendo approbaretur, prout ſentit Bartol. *in
l. pactum, C. de colla. in fin.* ſequitur Angel. & Paul. de Caſtr. ibi, &
Bald. *etiam in ſecunda oppo.* per text. *in c. 1. de filijs na. ex ma. contra-
cto ad morga, & in d. cap. filij. de controuer. feud. inter do. & agna.* An
autem idem ſit in pacto de ſuccedendo: Bald. variauit, nam *ibi
l. cum archimedoram, C. vt in poſſ. lega.* tenuit tale pactum appro-
bari poſſe conſuetudine. Sed contrarium tenuit *in l. 2. C. quæ
ſit long. conſuetu.* dicam infra in gloſſ. *in verbo, improbet.* vbi po-
nam regulam & fallentias, an & quando pactum de ſucceden-
do valeat. 15
¶ † Septimo fallit, quando tale pactum eſſet iuramento fir-
matum, per hunc text. vbi eſt clara deciſio, licet gloſſ. tenuerit
contrarium *in d. l. pactum. & in d. l. qui ſuperſtitis.* Sed cum hic aga-
tur periculum peccati etiam in foro ciuili, ſeruāda erit hæc de-
cre. vt dicit gl. *in regula, poſſeſſor malæ fidei, infra eod. lib.* notatur *in
clem. diſpendioſam, de iud. in c. fin. ſupra de præſcr. in c. 1. de no. ope. nunc.
in c. monit. ſupra de iud. in l. omni nouatione, C. de ſacroſan. eccle.* dicam
infra in glo. *in verbo, ſeruari.* & intellige hæc procedere, ſiue tale
pactum firmatum iuramento fiat tempore, quo filia traditur
nuptui, ſiue ante ſiue poſt, quia omni tempore habet locū ra-
tio expreſſa *hic in verſ. cum non vergat.*
¶ Nec obſtat text. *ibi dum nuptui tradebatur.* quia ponit facti
narrationem, ſic enim fuerat expoſitum Papæ ſecundum Ioā.
Monach. Arch. Ioan. Andr. & Gem. Ex quibus omnibus ple-
nius quam alibi habes notare fallentias ad hanc decre. 16
¶ † Nunc venio ad limitationes, & primo limita hanc de-
cre. in eo quod decidit, pactum de non ſuccedendo iuramen-
to firmatum obligare filiam ſic paciſcentem, habere locum in
filia volente ab inteſtato ſuccedere, ſecus vbi eſſet inſtituta in
teſtamento à patre, quia non obſtante iuramento poſſet ex te-
ſtamento ſuccedere, quia dictum pactum ſolum excludit cau-
ſam inteſtati, ita Bald. *in l. cum archimedoram. C. vt in poſſ. lega. in l.
pactum. C. pact. in 4. q.* Rich. & Bart. de Sali. *in d. l. pactum. C. de pact.*
Imol. & Ludo. *in d. l. qui ſuperſtitis.* Bald. *in l. fin. verſ. venio ad regu-
lam. C. de pact.* pro qua ſententia primo facit ratio, ne auferatur
teſtatori libera teſtandi facultas.
¶ Secundo facit *l. ſi patronus non aluerit. ff. de bo. liber.* 17
¶ † Tertio facit text. *in c. cum inter P. Goffredi. ſupra de renunc.* v-
bi ſingulariter probatur, quod renunciatio etiam iurata non
trahitur ad ius, quod ſuperuenit de futuro, habet enim iura-
mentum tacitam clauſulam, ſcilicet rebus ſic ſtantibus, *l. fin. ff.
qui ſatiſda. cogan. l. fin. ff. ad municip. l. fin. C. de non nu. pecu. c. quemad-
modum, ſupra de iureiur.* facit quod not. Bart. *in l. 1. § & poſt operis,
ff. de ope. no. nun.* ¶ Imo fortius renuncians cū iuramēto iuri, q̄ ha-
bet vel habere ſperat, intelligitur quod habere ſperat ex cauſa
de præterito, non autem de futuro, vt inquit Bartol. *in l. ſi vxori,
§ diuus. ff. de adult. in l. qui Romæ. § duo fratres, ff. de verb. oblig. in l. poſt
emancipationem, ff. de lib. lega. in l. quod ſeruus, ff. de cond. ob cauſam, in
l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact.* Bald. *in l. ſpem, C. de donat. & in l.
pactum, C. de colla. in 3. colum. & in 6. quæſt.* Petr. de Anch. *in clemen.
litteras, de reſcript.*
¶ Quarto facit, quod ſingulariter determinat Ludo. *ſuo conſ.
22. quod incipit, Propoſita mihi conſultationis, in fine.* dicens quod ſi
iuraui me non petere bona emphyteutica de cætero, intelligi-
tur iuramentum, niſi noua conceſſione ius petendi mihi pro-
ueniat, *per d. c. cum inter.*
¶ Quinto facit, quod idem ponit *in conſilio quingenteſi-
motertio,* quod incipit, *Diligenter inſpectis, verſiculo concludit.*
quod licet † alienans rem intelligatur renunciare vſufructui 18
quem

quem habet in ea, tamen ex iure nouiter ſuperueniente poteſt illum recuperare, *per dict. § c. inter. & per d. l. ſi patronus.* & per text. in ſui generalitate *in l. Lucius. ff. de euict.* ibi dum dicit, futuros enim caſus euictionis poſt cõtractam vend. ſuperuenientes ad venditorem non pertinere.

¶ Sexto facit doctr. glo. not. *in c. ad noſtram. el 2. in verbo, omni-*
19 *bus qui probarent ſupr. de iureiur.* quæ dicit, † quod iurans non repetere vſuras, poteſt illas nõ obſtante iuramento petere, quãdo teſtator in ſuo teſtamento iuſſit vſuras debere reſtitui, quaſi tunc qui ſoluit agat ex noua cauſa, ſcilicet teſtamenti ſuperuenientе, alleg. gl. *d. c. cum inter P.*

20 ¶ † Vltimo facit quod voluit D. Ant. & Imol. ſequitur *in d. c. cum inter.* dicentes, quod ſcholaris licentiatus iurans non aſſumere gradum extra illud ſtudium, non obſtante tali iuramento, ſi alibi nouum examen ſubeat, ratione noui examinis gra-
21 dum ibi ſuſcipere poterit, quod eſt ſingulariter notãdum. † Ex quibus ſtat clara concluſio, quòd pactum de non ſuccedendo iuramento firmatum non impedit ſucceſſionẽ ex teſtamento.

¶ Quod ſingulariter limita procedere non ſolum, quando filia iuraſſet non ſuccedere patri in manibus ipſius patris, ſed etiam quando cum iuramẽto hæreditati paternæ renunciaſſet in manibus fratrum, & ad eorum commodum etiam parte cõſentiente, quo caſu non obſtante iuramento, ſi fuerit à patre in teſtamẽto inſtituta, capere poterit, primo quia iſta filia agit ex noua cauſa, de qua non fuerat cogitatum: ſecundo, quia tale iuramentum videtur relaxatum in teſtamento à teſtatore, qui hoc poteſt. glo. eſt not. *in cap. ad noſtram. el 2. in verbo omnibus qui probarent. ſupra de iureiuran.*

¶ Nec obſtat quòd tale pactum firmatum iuramento emanauerit ad commodum fratrũ: quia inuito patre, de cuius hæreditate agitur, tale pactum non valet, & ipſius patris perſeuerantia vſque ad mortem requiritur, ſecundum Bal. *in d. c. ad noſtram. in 3. colum. verſ. pone filia.* dicentem de hoc eſſe caſum vnicum *in l. fin. C. de pact.* quæ lex licet ſit omnibus nota, tamen per neminem ad hoc eſt ſpecialiter allegata.

¶ Quod eſt omni cura memoriæ commendandum. fortius Bald. *in d. l. fin. verſicu. venio ad ſecundum.* notanter determinat, quod etiam pactum iuratum de non ſuccedendo ex teſtamento non præiudicat paciſcenti, ne tollatur libera teſtandi facultas. Et licèt iſta ratio non concludat, eò quia non tollitur libera teſtandi facultas, cùm poſſit alios inſtituere, tamen ipſum dictum placuit Ludouic. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.* illud
22 firmans tali ratione, quia pater † contra pactum iuratum poſtea inſtituendo filium, in neceſſariam conſequẽtiam videtur remittere tale iuramentum, *arg. cap. præterea. de offic. deleg.* quod poteſt, quoniam ille, in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum, obtinet vim Apoſtolici in illo remittendo, vt tenet Spec. *titu. 2. § nunc dicendum. verſ. hoc quoque. & in titu. de iureiur. § 1. ver. quid ſi ii.* & Ioan. Andr. *in c. præterea. de ſponſ.* facit *c. 1. de iureiur. cap. ſignificauit. & c. tuis, ſupra de teſtib.* idem tenet Bart. *in l. Labeo. ff. de iureiurando.*

23 ¶ † Secundò limita hanc decre. non habere locum in Iudæo vel hæretico renunciante iurante, quia in eis non cadunt iſta ſacramentalia, *per l. 2. C. de hære.* & ita tenuit Bald. *in c. 1. § item ſacramenta. de pace iuramento firmanda, in vſi. feud.* vt refert Ludou. *in d. l. qui ſuperſtitis.* tenens contrarium motus *per l. iudæos. C. de iu-*
24 *dæis.* facit *capit. iudæi. ſupra de iudæis.* Item † quia ſicut Chriſtiani iurantes per Deos alienos ligantur, *vt capit. & ſi Chriſtus. ſupra de iureiuran.* Ita & iudæi vel hęretici iurantes per Deos noſtros, ne melioris conditionis ſint ipſi quam nos contra *l. non ſolum. ff. de noxal. & l. ſeruus. ff. quod vi aut clam.* facit quod not. Innocentius
25 *in cap. ſuper his. ſupra de voto.* dicens † Papam poſſe punire iudęos peccantes contra l. naturæ vel l. moſaycam. Sed veniens contra iuramentum peccat in Deum, & ſic contra naturam, quia Deus eſt natura naturans, *§ conſequens. Inſtitut. de verborum obli-*
26 *gatio.* igitur, &c. † Præterea facit, quia iudæi & infideles admittut iurantes per ſuam ſectam, vt voluit gloſſ. *in l. non erit. ff. de iureiuran.* not. Spec. *in tit. de iureiuran. verſ. quid ſi iudæus.* ſed tu conſidera, quod licet iuramentum ſit de iure diuino, & obliget etiam ex diſpoſitione veteris teſtamenti, iuxta illud, Redde domino iuramenta tua, & tranſumptiue habetur *in cap. & ſi Chriſtus, ſupra de iureiuran.* Et lex moſayca ſtringat iudæos, *cap. gaudemus. ſupra de diuor.* adeo quod ad eam ſeruandam in noſtralibus poſſit compelli per Romanum Pontificem, vt notat Innocen. *in cap. quod ſuper his. ſupra de voto. facit ad prædicta c. monet. 22. quæſt.* 1. & quod notat Panorm. *in conſil. 40. incipiente, Quidam Bonauentura.* tamen in quæſtione noſtra contra Ludou. facit tex. hic dicens quod ideo iuramentum debet ſeruari propter diſpendium ſalutis æternæ: facit text. *in cap. ſi vere. & in c. cum contingat. ſupra de iureiur.* vnde ſolùm ad euitandum tale diſpendium ſalutis emanauit hæc deciſio, quæ ratio ceſſat in iudæo vel hęretico, cùm ſint perditi, *ca. ita quorundam. ſupra de iudæis.* ideo non cogentur ad talem obſeruantiam: pręterea Papa non cogit hebræos quo ad ea, quæ reſpiciunt fauorem animæ, *ca. qui ſincera. & c. de iudæis. 55. diſt.*

¶ Hinc dicitur, quod non arctantur conſtitutionibus canonicis, quia foris ſunt, *capit. gaudemus, ſupra de diuor. capit. multi. 2. quæſtione prima.* facit quod not. *in c. 1. infra de vſuris. & in clement. 1. de vſuris.* vnde puto veriorem eſſe opin. Bald. per prædicta, cogita tamen.

¶ † Tertiò limita non habere locum hanc decret. vbi filius 27
primo iuraſſet ſe non facturum pactum de non ſuccedendo, nam cum tali iuramẽto primo concurrit diſpoſitio iuris communis infirmantis pactum de non ſuccedendo, ergo ſecũdum iuramentum poſtea præſtitum de non ſuccedendo, cum ſit contrarium primo licito, non obligat, *cap. eam te. ſupra de iureiuran.* & ita limitauit hunc text. Bald. *in concluſionibus ſuis,* vt refert Ludouic. *in d. l. qui ſuperſtitis.* qui hanc limitationem confirmat ex eo, quod voluit Specul. *in tit. de empt. & vendit. in § tertio loco, verſic. & not. generale.* & Ioan. Andr. *in d. capitu. cum contingat.* vbi dicitur, quod ſi minor primo iuret non alienare ſine decreto iudicis, ſi poſtea alienat etiam cum iuramento, non valet alienatio.

¶ Secundo adducit gloſſ. ſingularem *in ca. licet mulieres. ſupra de iureiur. eo. lib.* dicentem quod ſi mulier primo iurat non conſentire alienationi fundi dotalis, ſi poſtea cõſentiat eum iuramento, non valet alienatio. facit quod notat Bart. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* & eſt caſus *in cap. intellecto. ſupra de iureiurando.* vbi Rex Vngariæ iurauerat non reuocare donationem, quam fecerat, & tamen quia in ſui coronationem primo iurauerat tenere illæſa bona regni, non obligatur ſecundo iuramento: & ita reſidet Ludo. vbi ſupra. illam tamen gloſ. *in d. c. licet mulieres.* & conſequenter omnia prædicta limita ſingulariter primo locum habere, vbi primum iuramentum fuiſſet pręſtitum in manibus alicuius & ad illius commodum, ſecus ſi generaliter & in nullius manibus, quo caſu cùm nulli fiat prę iudicium, ſecũdum iuramentum præualebit, ità ſingulariter Bal. *in c. veniens, in fin. ſupra de iureiur.*

¶ Secundò limita habere locum, vbicunque ille, cui pręſtatur ſecundum iuramentum, ſciuiſſet iſtum primo loco iuraſſe contrarium, ſecus ſi ignoraſſet, & hoc ne detur facilitas decipiendi, & locus fraudi, *per l. & liberi. ff. de contrahen. empt.* ita ſingulariter Bald. *in d. cap. cum contingat, in 8. colum.* quod perpetuò tene menti.

¶ † Quarto limita hanc decre. habere locum in filio pubere 28
iurante non ſuccedere patri, ſecus in impubere. Et facit ratio, quia iuramentum debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *ca. animaduertendum. 22. q. 2.* & eſt gloſſ. *in auten. quod eſt. C. de nupt. & in c. & ſi Chriſtus, ſupra de iureiurand.* quæ non cadunt in impubere, igitur, &c. & hoc ſine dubio procedit in impubere non doli capace: ſed quid in doli capace, difficultas eſt, quæ pendet ex not. *in authent. ſacramenta, puberum. C. ſi aduer. vend.* & quod idem ſit in doli capace, voluit gloſſ. *in l. fin. ff. de liber. legat.* dum dicit, quòd † contractus nullus initus per 29
doli capacem non firmatur iuramento, nec illo ligatur, quam opin. ſequitur Cyn. Petr. Butr. & Bald. *in dict. authent. ſacramenta.* qui dicit, quòd iuramẽtum eſt vinculum, ergo eſt iniuſtum, quod cadat in pupillum etiam doli capacem. Secundo iuramentum habet tres comites, vt ſupra dixi, & tria operatur, primo confirmat cõtractum, impedit reſtitutionem, & accumulat forum foro, *cap. fin. vbi notatur, de for. compet. eod. lib.* quæ non cadunt in pupillum.

¶ Et quod *d. auth. ſacramenta.* non habeat locũ in pupillo doli capace, tenet etiam ibi Ang. dicẽs ſe vidiſſe in publica diſputatione Bononiæ ſic teneri. idem tenet ibi Rapha. Ful. quia † li- 30
cet pupillus doli capax obligetur delinquendo, *c. 1. de delic. pue.* & ſic obligatur ex periurio, tamen illud verum, vbi à principio iurando peccat & periurat, vbi vero iurat in futurum ſeruare contractum, quo caſu iuramentum ab initio non continet delictum, nec periurium, certe non obligatur per *dict. auth. ſacramenta.*

31 menta.ibi.puberum. ſimile videmus in † prodigo, qui delinquen-
do amittit dominium rerum ſuarum, l.ſi quis in tantam. C. vnde
vi. tamen non valet alienatio prodigi etiam iuramento firma-
ta, vt notatur in l.is cui bonis.ff.de verb.obliga. Hanc etiam partem
tenet Paul.de Caſtr. in conſil. 93. quod incipit, In Chriſti nomine a-
men, ſi non interueniſſet iuramentum, dicens quod licet pro-
ximus pubertati puniatur, non tamen punitur vt pubes: & ſic
32 reſpondet ad d.c.1.de delic.pue. Et † ideo licet proximus puberta-
ti debeat compelli ad obſeruantiam iuramenti, ne periurium
incurrat, d.c.1. & c. ex litteris, vbi optimus text. ſupra de ſponſ. tamen
illud non eſt verum in iuramento præſtito de ſeruando con-
tractum. Contrarium tamen partem tenuit Bart. in d.aucten. ſa-
cramenta. & in l. qui iuraſſe.ff.de iureiur. quia talis ætas obligatur
ex delicto ex ex periurio, d.c.1.& d.cap.ex litteris.l.impuberem.ff.de
falſ. & hanc partem tenet Paul.de Caſtr. in d.authen.ſacramenta,
33 motus † quia ius canonicum non conſiderat niſi ſalutem ani-
mæ, vt gloſſ. in d.c.cum contingat. Idem tenet Ludouic. in d.l.is cui
bonis. motus, quia ratio dictæ aucten. eſt metus periurij, quæ ita
militat in pupillo doli capace, ſicut in pubere, ergo, &c. Idem
tenet etiam Andr.de Iſern. in c.1.§.item ſacramenta, de pace iur.fir.
Idem Ioan. Andr. poſt Hoſtien. in d.c.cum contingat. Idem Paul.
& Gemin. hic, quòd latè probat Ioan.de Imol. in d.cap.cum con-
tingat. in charta 56. de quo etiam vide Angel. in l.ſi quis pro eo.ff.de
34 fideiuſſ. Feder. in conſil.31. quod incipit, Minori. † Pro prima tamen
ſententia adducitur, quia iſtud iuramẽtum videtur poſſe præ-
ſtari in abſentia partis, vt inquit Bartol. de iuramento confir-
matorio contractus, in dict. authent. ſacramenta, per l. Pomponius
ſcribit.ff.de negot.geſt. ergo cum ſit actus, qui pendet à ſola vnius
voluntate, & expeditur, ex illo non obligatur minor doli ca-
pax, per textum ſingularem in l.2.§.voto.ff.de pollicita per quem
text. doctrinam tradit Bart. in l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. dicens,
35 quod pupillus † doli capax non poterit teſtari ad pias cau-
ſas, licèt agatur de fauore animæ, prædicta ratione poteſt di-
ci dictum Bartol. non eſſe forte verum, & contra eum tenet
Salycet. in dict. autent. ſacramenta. vbi melius Paul.de Caſtr. di-
ſtinguit, quòd aut iuramentum præſtatur ad confirmandum
contractum à principio nullum, & tunc requirat præſentiam
partis, ſed ſi iuratur ſuper cõtractu valido ad impediendam re-
ſtitutionem: tale iuramentum præſtari poteſt in abſentia par-
tis, vt ibi per eum.

36 ¶ † Quinto limita hanc decre. habere locum in filia dotata,
renunciante cum iuramento: ſecus ſi filia iurans non habuiſſet
dotem, quo caſu pactum cum iuramento non obligat eam, &
ita tenet hic Petr.de Anch. motus, primo per hunc text. à con-
trario ſenſu, ibi, dote contenta. Secundò, quia hæc decre. corre-
ctoria eſt legis pactum. C. de colla. & aliorum iurium allegatorum
hic in glo. ergo debet ſtricte interpretari, c.cum expediat, de elect.
eo.lib.l.1.C.de inoffic.dot.

37 ¶ † Tertio propter dotem mulieres inueniunt viros facilius,
vt in Aucten.de æquali dot.in princ. & intereſt reipublicæ mulieres
eſſe dotatas, vt ciuitas repleatur, l.1.ff.ſolut.matrim. ergo tale pa-
ctum tanquam contra publicam vtilitatem non valet, cap.ſi di-
38 ligenti. ſupra de foro competen. † Quarto dos ſuccedit loco legiti-
mæ, ex qua alimenta ſuſcipiuntur, l.quiſquis. C.ad leg.Iul.maieſta.
ſed non valet pactum etiam cum iuramento, quod pater non
alat filium, vt tenet Specu. in titul.qui filij ſint legit.verſic.ſed pone.
vbi dicit, quod ſi filius iuret de cętero nõ petere alimenta à pa-
tre, ſi laboret inopia, non obſtante pacto cum iuramento po-
teſt ipſa petere, quod ſequitur hic Ioan. Andr. Lap.& Gem. di-
centes ſimile dici de eo, qui iurauit non probare ſolutionem
debiti, niſi per inſtrumentum, quia hoc non obſtante probare
poterit per teſtes, quod dicunt tenere Spec. in tit.de probat.§.fin.
verſ.ſed pone. Tu adde, quod tale pactum non valet, tenuit gloſ.
in Authen.vt ſine prohibitione matr.&c.in §.quia vero.no.Doct. in c.
2.ſupra de probat. vbi plene per Ioan.de Imol.& per Imol.& per
Panorm. in d.c.ſi diligenti.in 6.colum. Petr.de Anch. in clemen.1.de
except. & per Bald. in l.vacuatis. C.de decurio.libro. 12. per Angel. in
authen.iubemus.& in corpore vnde ſumitur. C. de indic. & in l.pactum
quod inter hæredem ff.de pact. & ibi per Paul. de Caſtr. & in l.fin ff.
de prætor.ſtipul. per Alber. in l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact. in tit.
de inſtrum.edi.§.fin.verſi.ſed quid ſi debitor. & ibi Ioan. Andr. in ad-
dit. Imol. in d.c.2.de probat. Ludou. in ſuo ſing.1.& 2.in tit.de probat.
Quinto facit, quia tale iuramentum eſt contra bonos mores,
& naturalem æquitatem, quia pater aſtringitur filio, cap.aſſerte.
ſupra de præſumpt. ergo tale iuramentum non eſt obligatorium,

regula non eſt obligatorium.lib.6. Sexto adducit hunc text. ibi. niſi
dolo, ſed quando pater nulla dote interueniente recipit tale pa-
ctum iuratum per filiam, in ipſo ineſt dolus re ipſa, l.ſi quis cum
aliter.ff.de ver.obli. ergo, &c. Nec obſtat ſecundum ipſum, quod
legitima poſſit tolli per ſtatutum, vt no. Dyn. in regula, adultum.
de reg.iur. & Doct. in auth.nouiſſima. C.de inoffic.teſta. † quia maio- 39
ris auctoritatis eſt ſtatutum quam pactum, & ita reſidet ipſe di-
cens, quod ſi quæſtio contingeret de facto, eſſet ſubtilis.

¶ Tu adde, quod eandem ſententiam tenet Bart. & Richar.
de Salic. in l.pactum. C.de pact. moti, quia iuramentum nõ debet
eſſe vinculum iniquitatis, immo debet habere tres comites, vt
ſupra dixi. Sed aduerte, quia contrariam ſententiam tenet hic
Imol. quem ſequitur Gemin. idem tenet Imol. in l.qui ſuperſtitis.
ff.de acquir. here. & in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta. ſequitur Lu-
doui. in d.l.qui ſuperſtitis. mouẽtur primo, quia ratio hic expreſſa
in text. ſcilicet diſpendiũ ſalutis æternæ, habet locum, vbi nul-
la dos data fuit: igitur, &c. Secundò, quia oportet dicere, quod
hic iſta dos data non aſcenderat ad integram legitimam, quia
ſi aſcendiſſet, valuiſſet pactum ſine iuramento, per l.ſi quando.§.
illud. C.de inoffic.teſtam. & ſupra dixi plene in 3. fallent. qua ergo ra-
tione valet pactum iuratum, vbi integra legitima non eſt data,
eadem ratione valebit, vbi nulla dos interuenit, arg.l.quæ de to-
ta.ff.de rei vend. Hęc ratio non ſatisfacit, quia mulier habens pro
dote non totam legitimam, bene reperiret virum, licèt forte
non ita nobilem & diuitem, quem nõ reperiet mulier ſine do-
te. † Tertio non eſt indiſtincte verum, quod legitima ſuccedat 40
loco alimentorum, patet in filio ſpurio, cui legitima non de-
betur, auth.ex complexu. C.de inceſtis nupt. & tamen debentur ali-
menta, c.cum haberet. de eo, qui duxit in vxorẽ, quam polluit per adult.
Quarto non eſt hic dolus re ipſa, cùm nullus ſit error, nec aga-
tur de vero debito perdendo, quia legitima † eſt quaſi debita 41
filio in vita patris, non autem debita, vt eſt gl. in l.3. C.de iuris &
fact.ignor. Item ſi attenderetur talis dolus, eadem ratione non
poſſet renunciari cum iuramento remedio, l.2. C.de reſcin.vend.
& l.pen. C.de empt.& vend. quod eſt contra ibi not. Quinto non
reperitur iure cautum, quod tale pactum ſit contra bonos mo-
res, immo potius contrarium, per c.quam ſit.7.q.1. Item quia ſi
ita eſſet, non etiam valeret, vbi eſſet datum minus legitima,
quod eſt contra text. hic. Sexto per hoc mulier non erit indo-
tata, quia non obſtante pacto ſic iurato, poterit petere ſe dota-
ri, l.fin. C.de do.promiſſ. & nedum à patre, ſed etiam ab eius hære-
de, ad quem tale onus tranſit, vt dicit Barto. in l.ſi marito.§ ſi vo-
luntatem.ff.ſol.matr. facit quod no. ipſe Bart. in l.poſt dotem.ff.eod.
per l.ſi quis à libe.§ idem reſcriptum.ff.de libe.agno. facit etiam quod
voluit Bal. in d.l.fin. dicens, quod fœmina † excluſa per ſtatutũ,
extantibus maſculis vel agnatis, poteſt petere ab agnatis ſe do- 42
tari, & ſequitur Lud. in d.l.qui ſuperſtitis.

¶ † Tu adde ad hoc bene facere, quia in generali renuncia-
tione hæreditatis non intelligitur renunciatum iuri petendæ 43
dotis expreſſè: hoc tenuit Paul.de Caſtr. in conſil.129. quod inci-
pit, Licet iſta domina Liſa. quod conſiliũ repetitur etiam in opere
ſuorum conſiliorum in conſil.233. & vtrobique ipſe Paul. plus
tenet, quod in generali quietatione ſeu liberatione de omni-
bus legatis ſibi debitis non includitur legatum dotis, quod et-
iam ſic probatur: Dos ſuccedit loco legitimæ, vt not. Cyn. in l.
ſancimus. C.de nupt. & Barto. in l.Titio centum.in §.Titio genero.ff.de
cond.& dem.no. in l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſt. ſed generalis † renũ-
ciatio etiam iurata non trahitur ad legitimam, vt voluit Guil. 44
de Cu.& Ang. in l.de his ff.de tranſact. per l.ſi quando,§.& generali-
ter, C.de inoffic.teſtament. Immo etiam non obſtante, quod pater
iuſſerit filiam debere eſſe cõtentam & tacitam, poteſt filia pe-
tere ſupplementum legitimæ, vt eſt text. not. in §.cæterum.ibi, e-
tiam ſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti, in Auth. vt cum de app.cog.
ſecundum Ludo. in conſi.478. quod incipit. Hæc mater iſtarum ſpu-
riarum facit quod notat Bald. in d.§.& generaliter.& in d.l.fin. C.
de dot.promiſſ. pari ergo ratione tale generale pactum etiam iu-
ratum non includet petiti[illegible]nem dotis. Item ſecundum Ludo.
in d.l.qui ſuperſtitis. ſicut [illegible]ilia per ſtatutum excluſa fauore agna-
torum illos cogit ad [illegible]am dotandam, vt ſupra dixi, ita erit quã-
do eſt excluſa per pactum.

¶ Aduerte tamen, quia moderni. in l.pactum. C.de colla. repro-
bant dictum Guil.& Ang. in d.l.de his. quoniam ideo in genera-
li renunciatione non venit legitima, quia deficit ſpecialis con-
ſenſus, d.§.& generaliter, ſed iuramentũ habet vim ſpecialis cõ-
ſenſus, ſecundum Bal. notab. in l.1. C. commoda. per l.cum pater.§.

filium matrem, ff. de leg. 2. ergo renunciatio iurata includet legitimam, & iſta reprobatio, quam nonnulli noſtri moderni ſibi aſcripſerunt, fuit primo Ludouic. in l. 1. in §. quis ita, in 11. colum. ff. de verb. obliga. Sed certe Guil. & Angel. in d. l. de his. licet dicant generalem quietationem vel renunciationem non porrigi ad legitimam vel eius portionem, tamen quando eſt etiam appoſitum iuramentũ, quod idem ſit, non dicunt, nec de iuramento faciunt aliquam mentionem. Et ſic minus fideliter eorum dictum fuit relatum ab aliquibus. Vltimo dicit hic Imol. pro hac parte facere contra Petr. de Anchara. quia non eſt verum, quod hæc decre. ſit correctoria, nec iuri ciuili contraria, cum contrarium eius non diſponat, ſed illud limitat, & ſic potius dicitur diuerſa, quam aduerſa, vt dixit text. *in c. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à præla.* Præterea fatendo quod eſſet correctoria, tamen ex ratione hic expreſſa licita eſſet extenſio, glo. eſt *in clem.*
45 *1. de elect.* maximè quia hic † agitur de fauore animæ, quo caſu conſtitutio correctoria extenditur ex identitate rationis, gloſ. eſt, & ibi Bar. *in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. ven.* ſequitur D. Anton. *in c. fin. ſupra de conſti.* & Doct. *in c. cum cõtingat, ſupra de iureiur.* Gem. *in c. 1. de temp. ord. eod. lib. 6.* etiam ſi eſſet pœnalis, vt ſingulariter voluit Ioan. Andr. *in c. ex tenore, ſupra de teſti.* Panor. *in c. iurauit, ſupra de proba.* & *eſt gl. in c. quamquam, infra de vſu.* Ioan. Andr. *in c. fin. ſupra de clandeſt. deſpon. facit gloſſ. in verbo, grebibus. in clem. 1. de decimis.* dicit tamen Ioan. de Imol. *in d. l. qui ſuperſtitis.* q. ſi talis filia renunciaſſet doti, & etiam iuri petendæ dotis & alimentorum, non teneret iuramentũ per ſupradicta, & hoc mo-
46 do poſſet ſaluari opin. Petr. de Anch. & ſequacium. † Sexto limita hãc decre. non habere locum, vbi puella renunciaret hæreditati paternæ cum iuramento in manibus fratris illam dotantis, ſi interueniat deceptio vltra dimidiam hæreditatis ad ipſam filiam pertinentis, ſecundum Petr. de Anch. *in regula, acceſſoriũ, eod. lib. in 12. col.* dicentem ita ſe conſuluiſſe Senis in quadam puella minore 25. annis habente hæreditatem paternam valoris quinq; mille lib. renunciante in manibus fratrum pro
47 ſexcentum flor. ſibi datis in dotem. † Mouetur primo, quia iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, *ca. inter cætera, 22. q. 2.*

Secundo, quia debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam, *ca. animaduertendum. 22. q. 2.* gloſſ. eſt *in auth.*
48 *quod eu. C. de nupt.* ſed enim interuenerit deceptio vltra dimidiã, ceſſat iuſtitia, cum ſit euidens iniquitas, ergo, &c. † Tertio dolus reipſa ita reſcindit contractum, ſicut dolus ex propoſito, *l. 2. ff. de except. doli. l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obli.* ſed dolus ex pro-
49 poſito annullat tale pactum etiam iuratum, *vt hic in verbo, niſi dolo.* ergo etiam annullabit dolus re ipſa. † Quarto concurrit minor ætas, in qua iur. præſumptione fragile eſt conſilium, *l. 1. ff. de mino.* & multis captionibus expoſitum, vt ibi. Item cõcurrit ſexus muliebris, qui contra propria laborat commoda, *l. 4. C. de ſponſ.* & facilis eſt ad renunciandum, ita etiam ad iurã-
50 dum, *l. ſi mulier. C. ad Vellea. l. doli mali. verſic. diuerſum, ff. de nouat.* & ſic † ex minori ætate & ſexus fragilitate & facti qualitate arguitur dolus re ipſa.

¶ Ex quo infero, quod ſicut poteſt peti relaxatio à iuramento dolo præſtito, vt not. *in c. abbas, ſupra quod metus cau. & in cap. ſi vero. ſupra de iureiur.* not. Ioan. Andr. poſt Vincen. *in d. c. cum contingat. in reipſa glo.* dicens, quod licet iuramentum obliget mulierem ad obſeruãtiam contractus, debet tamen inſtare, vt abſoluatur: fortius debet abſolui in caſu noſtro, vbi cõcurrit minor ætas, fragilis ſexus, & deceptio enormis.

¶ Nec obſtat ſecundum ipſum, *d. auth. ſacramenta. & d. c. cum contingat.* & hic tex. quoniam iuramentum in dictis iuribus firmat contractum nullũ propter ſolemnitatem omiſſam contra nullitatẽ iuris ciuilis reprobãtis tales cõtractus, ſed ſi de dolo vel euidenti iniquitate arguatur contractus, tunc non debet iuramento firmari, quia eſſet vinculum iniquitatis: & ad hoc dicit facere conſilium Federic. de Senis, qui *in conſil. 14.* tenet, quod ſi ſoror minor promittat ſuis fratribus non habere regreſſum aduerſus bona paterna & materna certiora per notarium, quod pater in teſtamẽto fecerat ſibi legatum trium millium libr. quod ſi nullum appareat legatum, conſtat de dolo, quo fuit inducta ad renunciandum, & ſic pactum non valet. & eandem ſententiam ſequitur idem Petr. de Anchar. *in c. licet mulieres. infra de iureiuran. & in c. canonum ſtatuta, de conſtitut. in 11. quæſt. princ. in verbo, quid dices. colum. 88. & in ſua diſputatione, quæ incipit, Cum C. laicus.* quod etiam fuit de mente Dom. Ant. *in d. c.*

cum contingat, in quarto caſu principali. † Ex quo etiam limitari 51
poteſt *d. auth. ſacramenta puberum.* vt ſcilicet interueniente deceptione vltra dimidiam minor in effectu non obligetur iuramento, niſi ſecundùm Dom. Ant. expreſsè iuraſſet non venire contra iuramentum ratione enormis læſionis, quod eſt notandum. Ioan. tamen de Imol. hic tenet contrarium dicens quod non ob. ratio imbecillitatis ætatis, quia præſupponitur, quod iſta filia eſſet doli capax, quæ ligatur iuramento, & plenè dixi
ſupra in 4. limitatione. † Item no. ibi, *eſt dolus re ipſa.* quia præſup- 52
ponitur talem filiam ſciuiſſe valorem ſui patrimonij, & ſic ſcienti & volenti non infertur dolus, iuxta not. *in l. 2. C. de reſcin. ven. & in c. pen. de empt. & ven.* ſed ſi ignoraſſet, tunc procedere poſſet opi. Pe. de Anc. & conſilium Fed. 104. ſecundùm ipſũ, ſed ego reperio eſſe *conſil. 149. quod incipit. Quæritur an Dom. Margareta.*

¶ Hanc etiam ſententiam ſequitur Imol. *in d. c. cum contingat, in 25. charta, &c. & in c. Quintauallis, in charta antepen. eod. tit.* pro quo facit gloſſ. *in d. l. 2. & in d. c. pen.* dicens, quòd ſi deceptus vltra dimidiam iurat non venire contra, vlterius non auditur,
propterea † quia iuramentum non dicitur continere iniquita- 53
tem, niſi in ſe contineat quid turpe, ad hoc vt reſcindat actum: patet, quia iniquum eſt valere alienationem fundi dotalis, per quam mulier poteſt remanere indotata. Item iniquum eſt cõtractum minoris, in quo eſt deceptus citra dimidiam valere, & tamen iſta firmantur iuramento, *d. c. cum contingat. & d. auth. ſacramenta puberum,* ergo, &c.

¶ † Tenendo tamen primam opin. ſcilicet quod poſſit cõce- 54
di abſolutio, ad iura prædicta, & hunc tex. poteſt reſponderi, quod non loquitur, quando deceptio erat vltra dimidiam, ſed citra, cùm citra dimidiam licet contrahẽtibus ſe decipere ſine dolo ſeu fraude, *l. in cauſa. la. ſecund. ff. de minori.*

¶ Contra tamen hanc ſolutionem facit ratio expreſſa in dictis iuribus, ſcilicet quod iuramentum ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, quæ etiam locum habet quando eſt deceptio vltra dimidiam.

¶ Adde etiam contra Pet. de Anch. tenere Ludo. *in d. l. qui ſuperſtitis.* ſcilicet non eſſe præſtandam abſolutionem à tali iuramento, quia alias iura prædicta eſſent impoſita vento, contra *c. commiſſa, de elect. eo lib. & l. 2. C. communia. de lega.* maximè *d. auth.*
ſacramenta. quæ impedit † reſtitutionem, quæ ſui natura nõ da- 55
tur pro modica læſione, *l. ſcio. ff. de in integ. reſtit.* † Secundò, quia 56
ſi filia eſt modicè & minus congruè dotata, poterit agere contra patrem vel conſanguineos ad iuſtum ſupplementum, ſecundùm Bal. dicentem ſe ita conſuluiſſe *in l. fi. ff. de legat. 3. & l. ſi non mortis.* vbi per Cyn. *ff. de inoffic. teſt.*

¶ Quo tamen caſu dicit Lud. ſaluari poſſe opin. Petr. quando ſimul cum magna deceptione concurrerẽt falſæ deceptiones patris vel conſanguineorum, per ea, quæ dixit Fed. *in d. conſil.* qui limitauit hanc decret. & faciunt quæ dicam *ſupra in ſeq. limitat.* Septimò limita hanc decret. habere locum in filia dotata à patre de bonis patris renunciante cum iuramento, &c. Secus eſſet in filia dotata à patre de bonis ipſius filiæ, puta maternis, & renunciante dictis bonis cum iuramento, quo caſu non obſt. iuramento poterit venire: nec obſt. text. iſte, quia loquitur in patre dotante de bonis ſuis, quo caſu non præſumitur filia metu vel dolo inducta ad renunciandum, quia † pater poterat illi auferre per teſtamentum cætera bona, ſi dos erat ſufficiens ad legitimam, nec dicitur illi iniuriam facere, cùm viuente patre nullum ius habebat in bonis paternis, *l. 1. §. ſed an impuberem. ff. de collat. bonorum.* facit *l. fin. ff. de lib. agn.* not. gloſſ. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* immò poſſet dicere pater, meum non tuum tibi filiæ denego auxilium, iuxta not. *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. ha.* Sed vbi pater dat dotem filiæ de bonis filiæ maternis, tunc concurrente enormi læſione præſumitur filia à patre ſeducta & circumuenta ſic renunciaſſe, quo caſu abſolutio à iuramento peti poſſet, ita hanc decret. *ſingulariter limitat* Paul. de Caſtr. *in conſil. 175. quod incip. In Chriſti nomine amen, ſuper puncto, &c.* fortius dicens hoc procedere, etiam ſi interueniſſet decretum iudicis, de quo ibi per eum. † Octauò limita hanc decret. non habere locum in filia renunciante patri propter fauorem fratrũ, qui fratres viuo adhuc patre mortui ſunt: quo caſu filia non obſtante renunciatione cum iuramento admittetur ad bona paterna, ita ſingulariter Bald. *in l. pactum. C. de collat. in 4. quæſt. per l. iubemus. C. ad Vellcian.* Tu adde idem tenere Richard. & Bartol. de Salic. *in d. l. pactum.* Imol. & Ludouic. *in dict. l. qui ſuperſtitis.* alleg. *l. ſi actionem, C. de pact.* vide Bald.

Bald.*in l.ſi auus,in 2.colum.C.de liber.prætr.* Idem tenet hic Gem. per nor.per Rotam *deciſ.376.quæ incipit, Vtrum filia.* bene facit quod not. Ludouic.*in conſil.22.quod incipit,Propoſitæ mihi conſul-*
59 *tationis.* dicens,quod † renunciatione facta in fauorem certarum perſonarum, illis ceſſantibus reconualeſcit ius renunciantis,*per d.l.ſi actionem.& l.Paulo calimacho.§. Pomponius.de leg.3.* facit gloſſ.*in verſic.reputari,in cap.cum appellationibus,de appellat.in 6.* Quarto facit,quod not. Bald.*in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.* dicens, quod ſi renuncio alicui hæreditatem,illo nolente acceptare, reconualeſcit ius meum. Idem tenet *in l.ius agnationis.ff.de pact.facit c.ſi tibi abſenti,de præben.eo.lib.*

60 ¶ † Nono limita hanc decret.non procedere,quandò pater recipiens renunciationem à filia cum iuramento moritur cum teſtamento,ſecus ſi ab inteſtato ſecundum Zenze.hic notus, quia moriens ab inteſt. videtur reuocare venientes ab inteſtato,*l.conficiuntur.ff.de iure cod.* ſed ſi pater ex teſtamento vocaſſet filiam, ipſa non obſtante iuramento admitteretur ex tali iure nouo ſibi competenti, vt ſupra dixi *per cap.cum inter P.de renuncia.facit l.ſi mater.§. eandem, de except.rei iudic.* ergo etiam hoc caſu ſuccedat ab inteſtato : & eſt ratio, quia per tale pactum voluit pater ſibi prouidere,ne filia impugnaret iudicium ſuum,ſi aliis voluiſſet relinquere:ergo cũ inteſtatus decedit ceſſat ratio, cũ videatur ita reliquiſſe filiæ ſicut aliis. Quod dicit indubitanter procedere, vbi nulli extarẽt filij maſculi, quorum fauore videtur facta dicta renunciatio. Contrariũ ſequitur Ro-
61 ta, vbi ſupra, quam ſequitur hic Gemi. primo per generalem † renunciationem,quę ita includit cauſam inteſtati ſicut teſtati, *argum.l.primæ.§.ſed videndum ff.de ſuc.edic.* Nec obſtat ratio Zen. quia illa pręſumptio,quod pater inteſtatus voluit filiã vocare, procedit niſi præceſſerit renunciatio filię,quo caſu conſtat patrem voluiſſe eam excludere, & præſumitur in eadem voluntate duraſſe,& mortuus,niſi probetur mutata,*ca.maiores.de ba-*
62 *ptiſ.* In † certis enim non eſt locus coniecturis,*l.continuum.§.cum ita.ff.de verbor.oblig.* Nec obſtat alia ratio,quia ex quo præceſſiſſet generalis renunciatio, præſumitur omni via excluſa, & ita reſidet hic Gem.

¶ Decimo limita hanc decret. non habere locum in filia renunciante viuo patre hæreditati paternæ,nõ ipſi patri, ſed fratribus vel alij perſonę,patre non conſentiente,ſecundum Ful. *in dicta l.pacti.* qui dicit ita in facto conſuluiſſe, & cum eo tranſit Raph.Cu.*in d.l.ſtipulatio hoc modo.* Idem tenet hic Petr.de Anc. dicens ſe ita cõſuluiſſe *per l.fin.C.de pact.* vbi probatur,quod tale pactum eſt contra bonos mores, ergo non firmatur iuramẽto, *regula non eſt obligatorium, eod.lib.* eandem ſententiam tenet hic Imol.& Gem.Bald.& Sal.*in d.l.fin.* & facit ratio,quia hęc decr. exorbitans non debet extendi vltra caſum, quo loquitur, ſed loquitur in pacto facto patri, non ergo habebit locum ſi factũ fratri fuerit vel alteri, *regula quæ à iure,infra eod.lib.* Ludo.tamen *in d.l.qui ſuperſtitu.* tenuit opin.contrariam,dicens Feder.ita tenuiſſe *in conſil.143.* ſed voluit allegare *in conſilio.269.quod incipit, Quæritur an Domina Margarita.* vbi hãc decre.extendit etiam ad pactum factum fratri.Sed in veritate Feder. ibi loquitur in pacto facto fratri iam mortuo patre.

¶ Secundo alleg.Ludoui.Bald.*in dicta authen.ſacramenta puberum.* ſed ſimiliter Bald. ibi non loquitur, quando pactum fit adhuc viuo patre.

¶ Tertio adducit rationem, quia ratio hic expreſſa, ſcilicet periculum interitus animæ ita militat in renunciatione facta fratri,ſicut patri cum iuramento, immo fortior eſt, nam ſi tale pactum iuratum factũ patri valet, in quo cadit ſuſpicio & metus reuerentialis, vt infra dicam, fortius habebit locum quan-
63 do fit fratri,in quo ceſſat talis ſuſpicio,quia † par in parem non habet imperium,*l.nam & magiſtratus.ff.de arbit.*

¶ Quarto mouetur,nam ſicut filia minor, ſi renunciat fratri cum iuramento obligat illum,*dicta authen.ſacramenta puberum.* quæ etiam locum habet in diſtractu,vt ibi per gloſ.& ſupra dixi,ergo fortius filia, & ſic ſoror maior, in qua non concurrunt tot defectus, obligatur iuramento. Ex quibus ipſe concludit contra opinio. Rapha. quam etiam ſententiam ſequitur idem Ludouic.*in conſil.180.quod incipit,Clarum eſt in fin.* Et hanc opin. tenendo reſponderi poteſt ad arg. Ful. ſcilicet negando,quod iſta decret.ſit correctoria,vel fatendo quod ſit correctoria,tamen erit extendenda propter fauorem animæ , *vt ſupra dixi in alia limitatione.* Moderni tamen *in d.l.pactum.C.de collat.* ſequuntur opin.Raph.dicentes eſſe caſum ineuitabilem *in d.l.fin.C.de pact.* Sed tu conſidera ad illũ text. forte poſſe reſponderi,quod loquatur in pacto de ſuccedendo, ſeu de diſponenda hæreditate,cùm acquiſita erit,quod bene eſt contra bonos mores, ex quo inducit votum captandæ mortis, ideo iuramento non firmatur. Nos loquimur in renunciatione de non ſuccedendo, per quam tale votum non inducitur, immo tollitur : ad quod facit, quia tale pactum † de non ſuccedendo confirmatur cõ- 64
ſuetudine,*vt ſupra dixi in fallentijs per cap.1.de fil.nat.ex matri.contracto ad morga.* quod non poſſet facere conſuetudo ſi pactum eſſet contra bonos mores.cogita.

¶ Vndecimò † limita hãc decreta.non habere locum in filia 65
renunciante propter metum reuerentialem patris, per hunc text.*ibi, vel metum.* quod tamen intellige verum, ſi præcedunt minæ, vel verbera, quia ſolus iuſſus vel præſentia patris non cauſat metum, vt dicit Bart.*in l.1.§.quæ oneranda.ff.quarum rerũ act.non d.* de quo ſtatim *infra dicam.*

¶ Duodecimò limita hunc text. habere locum in filia renũciante cum iuramento, quæ ſuperuiuit patri : nam ſi viuo patre moreretur, pactum ſic iuratum non noceret filijs filiæ : de quo plenè dicam *infra in gloſſ.fina.*

¶ Vltimò limita hunc text.procedere, quando pater moritur relictis deſcendẽtibus, ſecus ſi moreretur nullis relictis deſcendentibus,quo caſu filia,non obſtante pacto iurato admitteretur, prout conſulendo tenet Angel.*in ſuo conſil.13.* refert & ſequitur Gemin.*hic in fin.*

¶ Secundo no. ex hac decre.*ibi,non vi vel metu,&c.* † quòd fi- 66
lius contrahens cum patre non præſumitur in dubio per metũ contraxiſſe, *concor.capit.cum contingat.ſupra de iureiuran.* ex quo male dixit gloſſ.*in d.§.quæ oneranda.* volens,quòd ſi libertus renunciet patrono,clericus prælato,pręſumatur renunciatio facta per metum reuerentialem : & idem de vxore reſpectu viri, nam certe contra ipſam text.eſt hic, & *in d.c.cum contingat.* probans,quod licèt alias in renunciatione iuris faciliter pręſumatur fraus, *cap.quam ſit periculoſum.7.quæſt.1.cap.2.de renunciatione.eod.lib.l.cum de indebito.§.fina.ff.de probatio.* tamen ſi fiat pactum, non præſumitur in dubio metus reuerentialis , niſi aliud probetur, & bene etiam facit gloſſ.no.*in cap.inſinuante.ſupra de cler.vel vo.* dicens, quod ſolum imperium parentum inducit talem metum.

¶ Quare Bart.*in d.§.quæ oneranda.* quem ſequitur ibi Ang.cõcludit, quod ſola præſentia patris ſeu alterius, cui debetur reuerentia,non inducit iuſtum metum reuerentialem ad reſcindendum actum, niſi probentur minæ vel verbera præcedẽtia, ideo admonet aduocatos, vt ſint cauti in articulis faciendis. Et idem tenuit Bart.*in l.ad inuidiam.C.quod me.cauſa* gloſſ.*in d.cap.inſinuante.*& Doct.*in l.interpoſitas.C.de tranſact.* Innocent.*in cap.cauſam matrimonij.ſupra de offic.deleg.* Bald.*in l.ſi ſine,in princ.C.ad Velleian.& in l.1.C.de bon.mater.& in cap.1.§.item ſacramenta.de pace iura.firm.in vſi.feudor.* D.Ant.*in ca.cum virum,ſupra de regula.* dicens ad propoſitum ibi eſſe text.ſingularem, facit *l.patre cogente.ff.de ritu.nupt.& fideiuſſor.§.pater.ff.de pigno.*

¶ Sed hanc communem concluſionem limita primo procedere,quando actus fit cum tertio, ſecus ſi fiat cum illo, cui debetur reuerentia, quia tunc præſentia vel iuſſus cauſat iuſtum metum, ſecundum Ludouic.*in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolut.matrimon.* ſic intellige text.*d.§.quæ oneranda.*& mouetur *per l.fin.§.ſi fœnerator.ff.quod metus cauſa.* vbi † ſolus metus vere- 67
cundiæ ſufficit ad reſcindendum actum, ergo fortius ſufficiet metus reuerentiæ.

¶ Tu contra Ludou. dic eſſe caſum hic. Item contra eum facit quod voluit Bal.*in d.l.pactum.C.de collat.* dicens, quod ſtatutum † requirens in contractu minoris vel mulieris præſentiam 68
conſanguineorum, non habet locum vbi contractus fit cũ patre,propter naturalem affectionem,vt ibi per eum.

¶ Nec obſtat *d.§.ſi fœnerator.* quia ibi de verecundia conſtabit aliter.

¶ Secundo fallit, vbi eſt talis actus, qui requirit liberam voluntatem, prout in caſu matrimonij , quia tunc ſola præſentia vel iuſſus patris cauſat iuſtum metum reuerentialem, ita Dom. Anton.*in d.capit.cum virum.* per text.ſingularem ibi, quem ſequitur Imo.*in d.§ eo autem tempore.* Et pro ipſo alleg. ibi Ludou. gloſ.*in c.preſbyter clericus 2.quæſt.3.* quam non reperi. Sed Panor. *in d.cap.cum virum.* tenet contrarium per text.*in capit.1.de ſponſa.impuber.* Nam † matrimonium requirit liberam voluntatem, 69
capit.cum locum.ſupra de ſponſa. & tamen ſola præſentia vel iuſſus

patris non cauſat iuſtum metum, *d.c.1.pro quo facit gloſſ.cum text.*
in d.cap.inſinuante.

¶ Nec obſtat *d.cap.cum virum.* quia ibi conſtabat filiam puel-
lam fuiſſe deceptam: hanc etiam partem tenet Ludou. *in d.§.eo*
autem tempore. per nota. *in ca.dilectus.ſupra quod metus cauſa.* & ſic
eſt tenendum. Nec prædictis obſtat *d.§.quæ oneranda.* quia ver-
bum cauſa cognita, ibi in text. poſitum probat cõtra, prout di-
cit Panorm. *in c.nonne.ſupra de præſumpt.*

¶ Tertio fallit, vbi ille, cui debetur reuerentia, eſſet ſolitus
in ſimilibus caſibus inferre minas vel verbera contra ſubiectã
perſonam, quia tunc in dubio præſumeretur metus reuerẽtiæ,
etiam ſi aliter non probentur verbera vel minæ, per ea quę vo-
luit Bart. *in l.1.§.& poſt operis.ff.de oper.noui nuncia.* & Doct. *in cap.*
fin.ſupra de appellat.

Quartò fallit, vbi actus taliter factus enormiter læderet
perſonam ſubiectam, tunc licet aliter non probentur minę vel
verbera, præſumitur metus reuerentiæ: ſic in ſimili limitando
hunc text. voluit Federic. *conſilio 169. incipiente, Quæritur an do-*
mina margarita. ſequitur Pet. de Anchara. *in regula, acceſſorium in*
13.colum. & facit, quòd pulchrè voluit Paulus de Caſtro. *in ſuo*
conſilio 175. de quo ſupra dixi *in limitatione 7.* hoc etiam confir-
mat, quòd not Baldus *in cap.1.qualiter vaſallus iurare habet,* dicẽs
70 quòd † pacta inſolita geſta cum domino per vaſallum arguũt
iuſtum metum, de quo ibi per eum & facit gloſ. *l.ſi quis ſub con-*
ditione.ff.de conditio. inſtitu. dicens, quòd ex inſolitis præſumi-
tur fraus alibi tamen Bartol. *in l.quæ dotis, in vltima colum.ff.ſolu.*
matrim per d.§.quæ oneranda. dicit, quòd ſola præſentia eius, cui
debetur reuerentia, operatur quòd præſens & tacens non vi-
deatur conſentire, cuius contrarium videtur tenere Panormi.
in dicto capit.nonne. pro Bartol. facit text. *in l. penultim.ff.de furtis.*
& gloſ.nota. *in cap.vnuſquiſque 22.quæſtiõ.4.* niſi dicas quòd *in d.*
l.penultim. concurrit enormis læſio per ſupradicta, & vide Bal.
71 *in l.1.C.de bon.mater.* † Tertio not. ibi, niſi, &c. quatuor caſus, in
quibus iurans non obligatur, de quibus plene per Imol. *in ca-*
pitu.cum contingat.ſupra de iureiurando. An autem iuramentum
extortum per metum liget, dicam infra ſuper gloſſ. & not. ple-
72 ne *in capit.verum, ſupra de iureiurando.* † Quartò not. ex text. *ibi,*
firmatum. quod iuramentum ſuper actu reprobato à iure ciuili
interpoſitum, conualidat ipſum actum, & facit *dict. capit. cum*
contingat. & ſic agetur ex ipſo contractu ſic affirmato, non au-
tem ex ſolo iuramento, & hoc tenet gloſſ. final. hic, & ſequitur
Gemin. de quo plenius per Imol. *in d.capit.cum contingat.* & ple-
ne per Panormita. *ibi verſic.venio ad ſecundum.* per Doctor. *in au-*
thent.ſacramenta puberum C.ſi aduerſus vend. Quintò not. ex text.
73 *ibi, omnino ſeruari.* † quod iuramentum, de quo hic, omnino eſt
ſeruandum, etiam ſi mulieri aliunde ſuccurri non poſſit; ſe-
cundum Archid. allegantem not. per gloſſ. *in dict.cap.cum con-*
tingat. quæ tamen expoſitio non placet hic Ioan. Andr. Quare
Imo. dicit, quod melior eſt expoſitio ad illa verba omnino ſer-
uari, dicere quòd licet alias abſolutio à iuramento poſſit peti,
cap.1.capitu.debitores.ſupra de iureiurando. hoc tamen caſu mulier
non poſſet petere abſolutionem, & ita tranſit hic Gemin. Tu
adde idem voluiſſe Imol. *in d.cap.cum contingat.in 7.colum.* Lu-
douic. *in conſil.437.quod incipit, In caſu propoſito aduertendum cen-*
ſeo in fin. Panormit. *in dict.capitulo cum contingat, & ſuo conſil.72.*
quod incipit, In hac cauſa quæ ad præſens venitur. vbi refert ſe idem
tenuiſſe in quadam ſua diſputatione, & D. Anton. *in d.cap.cum*
contingat. pro qua ſententia primo facit verbum omnino ſer-
uari, quod eſt præciſum, vt eſt gloſſ. nota. *in cap.fin.de offic.leg.eo-*
74 *dem lib.& in c.ſi à ſubdelegato, de offic.deleg.eod.lib.in l.1.§.ſi pecuniam*
ff.depo. & idem importat, quod † dictio nullo modo, cuius natu
ra eſt tollere poteſtatem diſpenſandi. gloſſ. eſt not. *in clem. vt hi*
qui.in ver.nullo modo, de æta. & quali. no. Ioan. Andr. *in c.cum ex eo,*
75 *de elect.eo.lib.* Imol. *in l.3.ff.de teſtam.*

¶ Secundo † facit, quia verba ſunt intelligenda cum effectu,
c.relatum, de cler.non reſi.l.3.§ hæc verba.ff.de neg.geſt.

¶ Tertio, quia ſi poſſit peti abſolutio, de modico ſeruiret
nobis hæc decret. & quaſi fruſtra occuparet membranas, con-
tra *ca.ſi Romanorum.19.diſt.& l.2.C.communia de leg.cap.commiſſa,*
de elect.eod.lib.

¶ Quarto ſi Papa voluiſſet abſolutionem peti poſſe, illud
expreſſiſſet, *c.ad audientiam.ſupra de decimis.l.vnica.C.de cadu.tol.*

¶ Quinto facit text. *in d.authent.ſacramenta.in verſic.inuiolabi-*
liter obſeruari. hoc tamen crederem verum, niſi ex tali pacto iu-
rato reſultaret enormis læſio, quia tunc abſolutio peti poſſet:
patet ex his, quæ dixit Feder. *in d.conſil.199.* Petr. de Ancharan.
in regula acceſſorium, in 13.colum.& in d.cap.licet mulieres, & plene
dixi *ſupra in 6. limitatione.* Et intelligit hunc text. & Prædicta
iura Panorm. *in præalleg.ſuo conſil.72.colum.fin.* quia † iuramẽtum 76
in præiudicium alterius remitti non poteſt ſine legitima cauſa
etiam per Papam, vt not. Innoc. *in c.cum inter.de renunc.* gloſſ. &
communiter Doct. *in c.quanto, de iureiur.* gloſſ. & Doct. *in ca.au-*
thoritate.15.q.6. ſecundum Panorm. ibi & etiam *in conſil.12.quod*
incipit, Magnificus dominus Ioannes.

¶ Facit etiam ad prædicta quod dicit D. Anto. *in d.c.cum con-*
tingat, volens, † quod vbi eſt enormis læſio, peti poſſit reſtitu- 77
tio, niſi de enormi læſione expreſſum eſſet in iuramento, & eo
caſu dicit quod ratione enormiſſimæ læſionis adhuc peti po-
terit, iuxta nõt. in ſimili *in l.2.C.de reſcin.vend.& in l.ſi quis cum a-*
liter.ff.de verbo.oblig. de quo tamen articulo vide plene not. per
Innoc. *in d.ca.cum contingat.* & plenius per Panorm. *ibi in 26.col.*
verſicul.conſequenter venio, & per Imol. *in c.Quintauallis, de iureiur.*
& per Doctor. *in d.auth.ſacramenta.* per Ludouic. *in d.conſil.437.*
Panorm. *in d.conſil.72.& conſil.12.præallegatis.* 78

¶ † An autem ad hoc iuramentum, de quo hic, liget mulie-
rem, neceſſe ſit mulierem fuiſſe certioratã de prçiudicio, quod
incurrit. Hoſtien. *in ſumma de fideiuſſ.§.1.ver.idem eſt.* tenet quod
ſic, quia iura, quę dicunt aliquem renunciare poſſe iuri ſuo, in-
telliguntur quando fuit certioratus de eius præiudicio: patet
in c.placuit.38.diſt.§.igitur ordinandus, in Auth.quomodo oportet epi-
ſcopos.colla.1. ¶ Arch. verò hic tenet hoc non eſſe neceſſariũ, pri-
mò per text. iſtum, qui loquitur indiſtincte.

¶ Secundo per tex. *in §.præterea in Auth.vt ſine prohibitione ma-*
tres creditrices. Tertio per *cap.pen.de empt.& vend.* & ita tranſit hic
Ioan. Andr. & Gem.

¶ Adde idem tenere Bald. *in d.cap.cum contingat.* & in minore
iurante non contrauenire contractui, quod non ſit neceſſaria
certioratio, conſuluit Bart. vt ipſe dicit *in l.ſi duo patroni.§.idem*
Iul.ff.de iureiur.& in l.ſciendum ff.de verbor.obligat. cum quo tran-
ſeunt Angel. Fulg. & Paul. de Caſtr. *in d.§.idem Iulian.* & eſt tex.
in c.ex reſcripto.de iureiur. vbi mulier iurans ſuper contractu ex-
cluditur ſine alia certioratione, vt dicit Bartol. *in l.ſi quis pro eo,*
in quinto membro ff.de fideiuſſo facit gloſſ. *in d.l.2.* quæ dicit, quod
iuramentum repræſentat eum maiorem. Idem ſequitur Barto.
& Angel. *in d.l.2.* Bald. *in d.l.2.C.de reb.credit.* Cuman. & Ludoui.
in d.l.ſciendum Bart. & Angel. *in d.auth.ſacramenta.* Panorm. *in d.*
c.pen Paul. de Caſtr. *in l.fin.§.fin.ff ad Velleia.* Ludoui. *in l.in repu-*
dianda ff.de acquir.hære. Idem in renunciatione Velleiani tenet
D. Anton. *in cap.ſi diligenti.ſupra de foro compet.* per text. *in d.cap.ex*
reſcripto.

¶ Contrarium tamen tenuit Dyn. *in conſil.quod incipit, Quidã*
Goffre. ſequitur Cyn. *in d.l.2.* Ioan. *in addit.Spec.titu.de oblat.& ſo-*
lu.§.1.in addit.quæ incipit, Vbertus. vbi tenet mulierem fore certi-
ficandam etiã quando interuenit iuramentum: mouetur Dyn.
quia † iuri, quod quis ignorat, non videtur renunciare, *l.mater* 79
decedens.ff.de inoffic.teſt. nec ad id extenditur ad iuramentum, *ca.*
veniens.ſupra de iureiur.l.ſi.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi.C.de non nu.pecu. Se-
cunda Io. Andr. *in d.c.fin.* adducit text. *in d.§.igitur ordinandus.in*
auth.quomodo oporteat epiſcopos, col.1.

¶ Tertio facit, quod not. Bartol. *in l.3.ff.rem ra.ha.* † vbi dicit, 80
quod minor, qui compromittendo promittit ſub pęna parere
ſententiæ arbitri, ſi petat reſtitutionem in integrum, vel redu-
ctionem ad arbitrium boni viri, non cadit in pœnam. Hanc et-
iam partem ſequitur Feder. *in d.conſil.199.quod incipit, Quæritur*
an domina Margarita. vbi fortius dicit, quod non ſufficit, ſi no-
tarius dicat in inſtrumento mulierem eſſe à ſe certioratam de
beneficio, &c. quia licet notario credatur de geſtis coram ſe,
non tamen creditur de geſtis per ſe, *in l.omnibus.C.de teſtib.* vnde
dat conſilium notario, quod dicat, talis mulier vel minor cer-
tiorata per talem renunciat, &c. Tu non recedas ab opi. Arch.
& ſequacium per text. *in d.c.ex reſcripto.* Nec obſtat huic opi. ra-
tio Dyn. quia illa non procedit, quando ſuper facto iurat, vt
declarat Bart. *in d.§.idem Iul.& in d.l.ſciendum.* Sed quia iure per
Bart. allegata non probant, quia loquuntur, vbicunque iura-
tur ſuper facto tollendo, & quęſtio noſtra loquitur, vbi iura-
tur ſuper facto confirmando: Ideo melius ſecundum Paul. de
Caſtr. *in repetitione d.auth.ſacramenta.* dic, quod vbi ignorantia
conſiſtit in iure, iuramentum ad ſic ignorata extenditur, quia
† lex fingit iurantem ſcire omnia, quæ in iure conſiſtunt, *d.c.ex* 81
reſcripto. & hanc ſol. tenuit etiam Paul. *in ſuo conſil.68.quod inci-*

pit, Viſo

82 pit, Viſo puncto ſuprascripto. vbi clarius loquitur. † Vel ſecun-
dò iurans ſaltem implicite videtur de præiudicio cogitaſſe in
genere, ex quo generaliter iurat, ergo iſtud ſufficit, argum. l. qui
iur. ff. de teſtamen. milit. ¶ Secundo non obſtat tex. in d. §. igitur or-
dinandus. quia ibi non interuenit iuramentum. ¶ Tertio non
obſtat dictum Bart. in d. l. 3. quia in quæſt. ibi formata ideo mi-
nor nō videtur renunciare reſtitutioni, quia etiam ſi vellet illi
renunciare non poſſet, l. ſi iudex circumuento. & l. intra vtile. ff. de
minor. vbi vero potuiſſet renunciare, male diceret Bartol. qui
ibi in hoc reprehenditur per Angel. Rapha. Cuma. & Paul. de
Caſt. & ita teneas. de quo tamen articulo vide plenè per Imol.
in d. cap. cum contingat. in tertio membro, licet ibi nullam opin. vi-
deatur firmare. Et ad id quod dicit Feder. non credi tabellioni
dicenti ſe certioraſſe, &c. Adde contrarium videri ſenſiſſe Al-
ber. in l. omnes. C. de hære. dicentem ſe alias defendiſſe mulierem,
quæ dicebatur certiorata per tabellionem, & cæt. nam ipſe fa-
cit articulum, ſuper quo fecit tabellionem interrogari, quid
eſſet Velleianum, cui neſciuit reſpondere, & ſic nō potuit mu-
lierem certificaſſe de tali beneficio.

83 ¶ † Sexto not. ex text. ibi, ſeruari. Papam poſſe ſtatuere & li-
gare laicos in his, quæ ſpectant ad forum eccleſiaſticum: & id-
eo cum iuramentum accumulet forum foro, cap. fin. de foro com-
pet. laicus poterit cogi per eccleſiaſticum ad eius obſeruātiam.
Ex quo infert Petrus de Anchara. ſe practicaſſe, quod cum ho-
die quaſi in omnibus contractibus interponatur iuramētum,
iudex eccleſiaſticus adiri poterit etiam cōtra mere laicum. An
84 † autem lex ciuilis vel ſtatutum poſſit diſpenſare ſuper iura-
mento vel diſponere? Petr. de Anchara. hic tenet quod ſic, pri-
mo per text. in l. quæ ſub conditione. in §. quoties. ff. de condit. inſtitu.
Secundo, quia in remittendo iuramentum lex obtinet vires a-
poſtolici, dicit gloſſ. nota. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron.
facit l. ſi quis inquilinos. §. fina. ff. de leg. 1. Quod limitat Imol. hic
procedere in iuramento nondum præſtito, ſed ſuper iam præ-
ſtito dicit, quòd ſi lex excludat actum, poteſt, ſed ſi actum non
excludat, ſed ſolum iuramentum, non poteſt, per ea quæ not.
Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. quod ſecundum Imol.
procedit nedum in l. ciuili municipali, ſed etiam in l. commu-
ni; quia inferior à Papa iuramentum tollere non poteſt: iſta ta-
men eſſet iuſta cauſa abſolutionis petendæ, ſi ius ciuile ex cau-
ſa moueatur. Hunc tamen paſſum dicit Imol. periculoſum, &
ſic relinquit cogitandum. Tu de hoc articulo vide Bal. in l. pa-
ctum C. de colla. & in dicta auth. ſacramenta. vbi etiam per Salic.
Bald. in d. l. omnes populi. in 10. colum. verſic. idem quæritur. in l. fin. ff.
qui ſatiſd. cogan. & in d. l. ſi quis inquilinos. §. fin. in l. non dubium. C. de
legi. cap. 1. §. item ſacramenta, de pace iur. firm. in l. 2. C. de reſcind. ven.
in l. ſi ad reſoluendum. C. de rebus credi. in l. nec paternus. C. de oper. libe.
in l. 1. C. ſi aduer. donat. in l. 2. in fin. C. de indicta vidu. toll. Bartol. in d.
l. omnes populi, in 8. colum. verſic. idem ſi ſtatutum. Petr. de Anchara.
in cap. canonum. de conſtitu. in colum. 82. in regula, acceſſorium. colum.
15. & leg. in regul. ex qua. colum. 34. & ſequenti. in regul. poſſeſſor ma-
læ fidei, colum. 44. plene per Imol. in d. cap. cum contingat, in colum.
60. & ſequen. & ibi per Panormita. colum. 26. & ſequent. & per ip-
ſum in eius quæſtione incipiente, Statuto Senenſi: plene per eundem
in ſuo conſilio 72. quod incipit, In hac cauſſa quæ ad præſens vertitur:
Felin. in conſilio 272. quod incipit, Factum tale eſt, ſtatuto ciuita-
tis Peruſinæ. Paul. de Caſtr. in conſil. 69. quod incipit, Viſis & ponde-
ratis. plenius in conſil. 96. quod incipit, Notandum eſt primo. & in
conſil. ſequen. Ludouic. pleniſſimè in conſil. 12. incipiente, Viſo facto
propoſito. & in conſil. 437. quod incipit. In facto propoſito aduertendum
cenſeo.

85 ¶ Septimo not. ibi in diſpendium ſalutis æternæ. quòd iuramen-
mentum vergens in diſpendium ſalutis æternæ non eſt ſeruan-
dum. & ſecundum Arch. vergere dicitur in diſpendium, quan-
do vergit in peiorem exitum, per text. in ca. ſi aliquid. 22. quæſt. 4.
Ex quo infert ſingulariter, quòd ſi iurat quis facere, aliquid.
ex quo reſultat peccatum veniale, non obligatur ad tale iura-
mentum, licèt non vergat in interitum ſalutis æternæ, vt dicit
gloſſ. verſic. benedictionem. in proœmio ſupra huius operis. quia licet
non vergat in interitum, vergit tamen in diſpendium, & ſic in
peiorem exitum. & ex hoc dicto gloriatur Arch. & exaltat vo-
cem ſuam. ſed dicit Io. Andr. quod fuit dictum originale Ioan.
Lauren. in d. c. ſi aliquid. pro quo facit text. hic, & in d. cap. cum con-
tingat. & ita tranſit Gemin.

¶ Tu adde idem tenere Bald. in d. c. 1. §. item ſacramenta. de pa.
iur. fir. & Ioan. de Imol. in cap. fin. in repet. in 1. colum. ſupra de reſcri.

tangit D. Anton. in cap. ſi vero. ſupra de iureiurando. Nec obſtat iu-
ra exprimentia interitum, quia ne reſultet correctio ad hunc
text. & ad cap. cum contingat. ibi non debet ſumi argumentum à con-
trario, vt inquit gloſſ. in cap. 1. de ætat. & qualit. eod. lib. in cap. ſignifi-
caſti. ſupra de foro compet. in l. 2. C. de conſor. eiuſdem litis, not. in l. con-
uenticulam. C. de epiſco. & cler. & eodem modo reſponderi poteſt
ad text. in d. c. fin. & ad prædicta faciunt not. per Ioan. And. in c.
fin. de for. compet. eod. lib. in articulo, nunquid iurans non fideiubere pro
alio ligetur iuramento, de quo ibi.

¶ † Vltimo nota, quod iuramentum directe redundans in 86
præiudicium tertij non eſt ſeruandum concor. d. ca. cum contin-
gat. & c. veniens, de quo infra in gloſſ. fin.

¶ Expeditis textualibus venio nunc ad expeditionem gloſſ.

¶ Et capio gloſ. in verbo, improbet. ad cuius intelligentiam ſe-
cundum Ioan. de Imol. hic & Bartol. in l. fin. C. de pact. & in l. ſti- 87
pulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. diſtingue † qua-
tuor ſpecies pactorum, prima eſt ſpecies pacti de non ſucce-
dendo. ſecunda pacti de ſuccedendo. tertia pacti de hæredi-
tate conſeruanda. quarta pacti de hæreditate certo modo di-
ſponenda.

¶ Circa primam conclude non valere tale pactum per hunc
tex. & alia iura hic in gloſſ. allegata. fallit in omnibus caſibus re-
latis ſupra in principio cap. Et quare tale pactum non valet, mul-
tæ aſſignantur rationes. prima eſt, quæ traditur in l. fina. ff. de ſuis
& legit. ſcilicet quia † facultas ſuccedendi eſt iuris publici, l. 3. ff. 88
de teſtamen. quod pacto priuatorum tolli non poteſt l. ius publi-
cum. ff. de pact.

† Secunda eſt, quia meritis filij ſunt ad paterna obſequia in- 89
uitandi, & non pactionibus aſtringendi, l. ſi quando, in §. illud. C.
de inoffic. teſtament. qui text. poteſt multipliciter intelligi, primo
quod ideo non valet, ne filius omittat obſequia paterna, quæ
veriſimiliter omitteret, ſi ſe priuatum ſentiat hęreditate pater-
na, & in hoc verſatur publica vtilitas. Secundo poteſt intelli-
gi, quod pater debeat prouocare filios ad eius obſequia meri-
tis & non pactionibus quia tale pactum minus grauat filium,
& reddit illum manſuetum, ita vt loqui non audeat, cum non
expectet hæreditatem patris niſi ex teſtamento: & ideo † quia 90
pactum reſtrictiuum libertatis liberti non valet, l. 1. §. quæ one-
randæ. ff. quarum rerum actio non datur. minus valebit in homine
libero.

Tertia ratio eſt, quia à pari procedunt, datio libertatis &
adeptio, l. 3. §. conditiones. ff. de adimen. leg. ſed hęreditas pacto da-
ri non poteſt, l. hæreditas. C. de pact. conuen. ergo nec adimi, vt cō-
trariorum eadem ſit diſciplina. c. hoſpitiolum. 32. diſt.

Quarta ratio eſt, quia pro modico quis renunciaret futuræ
hæreditati, etiam magnæ, iuxta illud vulgare,

Ad præſens oua cras pullis ſunt meliora.

& ideo ne faciliter homines depauperentur, prohibetur tale
pactum, arg. l. cum hi. in princ. ff. de tranſact. & hāc ſequitur Barto.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.

Quinta ratio eſt, quia hæreditas paterna naturali inſtinctu 91
debetur filiis, vt l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtam. l. cum ra-
tio. ff. de bo. dam. ſed iura naturalia ſunt immutabilia, l. eas cauſſas.
ff. de cap. dimi. §. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. gen. & ciui. ergo hæc
ratio non valet, quia ſequeretur, quòd in fratribus, in quibus
ceſſat ratio prima, valeret tale pactum, quod eſt contra dict. l. ſi
quando. §. fin.

† Circa ſecūdam ſpeciem, ſcilicet pacti de ſuccedēdo, con- 92
clude regulam, tale pactum non valere factum cum eo, de cu-
ius hæreditate agitur, l. ex eo. C. de inutil. ſtipu. l. ſtipulatio hoc modo.
ff. de verb. oblig. l. cum donationis. C. de tranſact. l. fin. ff. de ſuis & legit. l.
pactum. C. de pact. & l. fin. C. eo. & l. pactum. C. de collatio. & huius tri-
plex eſt ratio: prima, quia hæreditas viuentis pacto dari non
poteſt, l. hæreditas. C. de pact. conuen. ſecunda, quia aufert liberam
teſtandi facultatem contra ſubſtantiam vltimæ volūtatis, quæ
† ambulatoria eſt vſque ad mortem, c. cum Martha. de celeb. miſſa. 93
l. 1. C. de ſacroſan. eccle. l. ſi quis in princ. teſtam. ff. de leg. 3.

Tertia ratio, quia inducit votum captandæ mortis, & ſic cō-
tra bonos mores, l. 1. C. de teſtam. cap. ne captandæ. de conceſſ. præben.
eodem libro. Et ex his apparet non fuiſſe bene locutum Dyn. in
regul. quod ſemel. eod. lib. quem ſequitur eius diſcipulus Oldra. in
conſil. 10. alias in conſil. 120. qui dicit, quod licet † propter clau- 74
ſulam appoſitam in teſtamento non poſſit fieri illud irreuoca-
bile, hoc tamen poterit per pactum in teſtamento poſitum,
puta ſi teſtator ſic diſponat, ſi contingat me reuocare teſtamē-

tum,

tum, ex nũc dono tibi omnia bona mea: nam talis donatio ſub conditione facta valet, quia non eſt prohibitum contractum facere in teſtamento, *l. hæredes palam.* §. *fin.* vbi gloſſ. *ff. de teſtam.* quo caſu ſi contingat reuocari teſtamẽtum, hæres omnino habebit omnia bona. Sed certe Dyn. in hoc reprehenditur per Bartol. *in d. l. ſtipulatio hoc modo.* & *in dict. l. ſi quis in principio teſtamenti.* & per Bald. *in l. ſancimus,* & *in l. cum antiquitas. C. de teſtam.* & *in d. l. hæredes palam.* §. *fina.* & *in l. ex teſtamento.* vbi pulchre loquitur. *C. de fideicommiſſ.* & *in l. fina. C. de pact.* & *in cap. ſi quis de feu. da. in vicem l. commiſſo.* & *in l. 1.* poſt Cyn. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* immo ſeipſum reprehendit Dyn. *in ſuo conſilio. 9. quod incipit, Quidam Titius. in fin.* & primo facit, quia pactum, per quod tollitur libera teſtandi facultas, non valet, imo nec valet, ſi per ipſum reſtringatur talis facultas, *d. l. ſtipulatio hoc modo.* Secundo, quia ſequeretur, quod indirecte per pactum vel contractum daretur hæreditas, quæ directo per illud dari non poteſt, iuribus prꝍallegatis, contra *l. oratio. ff. de ſponſa.* & *cap. 1. de cler. coniuga. eo-*
95 *dem lib.* Tertiò quia † diſpoſitio quæ pure prohibetur, cenſetur etiam prohibita ſi fiat cõditionaliter, *l. Seius & Augerius.* & *l. penul. ff. ad leg. Falc. l. ſi ita ſtipulatus. ff. de oper. liber.* vnde quia tale pactum purum non valet, minus valebit conditionale. Nec obſtat *d. l. hæredes palam.* §. *fin.* quia illud non procedit, vbi impediretur libera teſtandi facultas: & ſecundum aliquos illa gl. non verum dicit, de quo plene per Ludouic. *in d. l. ſtipulatio, in 2. colum.* vbi etiam dicit allegãdo Lap. in allegationibus illud procedere, quando inſtitutio reſoluitur in contractum ſub condi-
96 tione: ſecus ſi legatum reſolueretur, de quo tamen articulo, † item & an donatio facta in teſtamento poſſit reuocari, vnde melius quã alibi per Ludouic. *conſ. 171. incipiente, Pro deciſione cõſultationis propoſita,* qui plene loquitur. Et ex his regulam habes ratione firmatam, quod pactum de ſuccedendo non valet.

97 † Fallit primo, vbi tale pactum à ſtatuto vel conſuetudine eſſet approbatum: ita ſingulariter Bald. *in l. cum archimedoram. C. vt in poſ. lega. per cap. mulier.* & *per cap. filij. ſi de feud. fuer. controuer. inter do.* & *agn.* Sed contra tenet ipſe Bald. *in l. 2. in 3. colum. C. quæ ſit long. conſue.* & hæc ſententia placet Modern. Bononienſibus *in d. l. pactum. C. de collat.* & *C. de pact.* quia illud, quod non poteſt fieri per pactum, quia contra bonos mores non poteſt etiam fieri per ſtatutum vel conſuetudinem, quæ debet eſſe honeſta, &c. §. *erit autem lex. 4. diſtinct.* & ita determinat Bartol. *in l. omnes populi, in 3. principali quæſt. ff. de iuſtit.* & *iur.* & ibi rationes. Nec obſtãt iura ſupra in contrarium adducta per Baldum, quia loquuntur in pacto de non ſuccedendo, quod non eſt contra bonos mores: patet, quia firmatur iuramento, vt hic, ideo poteſt etiam firmari conſuetudine vel ſtatuto, vt ſupra dixi *circa princ. decre.*

98 † Secundo fallit in militibus ad bellum, inter quos valet pactum de inuicem ſuccedendo, *l. licet. C. de pact.* Nec obſtat quod inducat votum captandæ mortis, quia illa eſt præſumpt. iuris ciuilis, quæ alio iure ciuili tolli poteſt: ſimile habetur *in l. hac conſultiſſima.* §. *ex imperfecto. C. qui teſtam. fact. poſſ. facit l. diuus. ff. de teſtam. milit.* vel ideo in milite hoc toleratur, quia ſi requireretur ſolemnitas alias requiſita, reſpublica poſſet pati prꝍiudicium, quia interim milites non tenderẽt ad bellum: & pondera text. *in d. l. licet. ibi, ad bellũ pergentes,* quia probat, quod nec domi, nec in tentorio habet locum d. l. Item põdera verbum, inuicem, ibi poſitum, ex quo collige legem illam non habere locum, quando pactum non eſſet mutuũ inter milites, puta quia vni tantum factum: de quo infra ſtatim dicam *in ſeq. fallent.*

99 † Tertio fallit ad pias cauſas ſecundum Bald. ſingulariter *in l. fin. C. de pact.* quia ſi valet fauore armatæ militiæ, vt prædixi, fortius valebit fauore cœleſtis militiæ, *l. milites. cum gl. C. loca.* & *eſt glo. in l. miles.* §. *1. ff. de re iudic.* ſimile videmus, quod fauore piæ cauſæ valet donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, ſecundum Bald. *in d. l. fin.* & *in autbent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Ludouic. tamen *in authen. ſimiliter, in 8. colum. in verſ. ſeptimum. C. ad leg. Falc.* tenet contrarium, quia ſi fauore filij tale pactum non valet, *vt d. l. pactum. C. de pact.* multo minus valebit fauore piæ cauſſæ, cui minor debetur fauor quàm filiis in ſuccedendo, *ca. quicunque. 17. quæſt. fin.* vbi dicit Auguſtinus, qui eccleſiam inſtituit, &c. refert glo. *in l. ſi quis ad declinandum. C. de epiſc.* & *cler.* Præterea inter milites tunc valet pactum de ſuccedendo, quando eſt mutuo factum, & ideo factum tantum vni militi non valet: certum autem eſt, quod inter eccleſiam, vel cauſam piam, & perſonam priuatam cadere nõ poteſt pactum de mutuo ſuccedendo, cum eccleſia nunquam moriatur. *ca. libertas. 12. q. 2. c. ſi gratioſe. de reſcri. eod. lib.* ¶ Saluando Bald. ſecundùm Modernum Bononienſem *in l. pactum. C. de pact.* facit, quia immo magis fauetur piæ cauſæ quam filiis, vt dicit ſingulariter Bartol. *in l. 1. in 5. q. C. de ſacroſanct. eccleſ.* niſi quando relinqueretur piæ cauſæ, legitima tolleretur filio contra pietatem traditam *in l. 2. ff. de inoffic. teſtam.* tunc enim non dicitur ad piam cauſſam relinqui, ſed ad impiam, & ita loquitur conſilium Auguſtini, de quo *in d. cap. quicunque.* & gloſſ. *in d. l. ſi quis ad declinandum.* Et quod magis faueatur piæ cauſæ quam militi, patet *in l. captatorias. C. de teſtam. milit. iuncto cap. cum tibi. ſupra de teſta.* ¶ Et de hoc paſſu, an magis faueatur piæ cauſſæ quam filiis, vide plene per Modernum *in repetitione ca. Raynaldus. de teſta. in 48. colum.* & *ſeq.* & per eundem *in repetitione l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. in colum. 50.* & *ſequentibus.*

† Quarto fallit, ſi pactum de ſuccedendo eſt iuratum, ſecũ- 100
dùm Bald. *ſingulariter in cap. moribus, ſi de feud. fuer. controuer. inter do.* & *agna.* Sed ſalua eius reuerentia in contrarium eſt veritas, quam primo tenet gloſ. *in l. ſi quando.* §. *illud. C. de inoffic. teſtamen.* & *in l. pactum. C. de collat.* & ibi Bald. *in 6. oppoſitione.* ſequitur Bartol. & Salic. *in l. pactum. C. de pact.* Bartol. & Doctor. *in d. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.* & *in d. l. fin.* & *in d. l. ſi quis pro eo, in primo membro. ff. de fideiuſſo.* & eſt ratio, quia eſt contra bonos mores, cùm inducat votum captandæ mortis, *cap. ne captanda. cap. deteſtanda. de conceſſ. praben. eodem libro.* & quòd inducat tale votum, eſt optimus text. *in d. l. de fideicommiſſ. C. de tranſact.* ergo non firmatur iuramento, regula non eſt obligatorium. *eodem libro.* tenet Bald. *in l. pacta quæ contra. C. de pact.* & *in d. l. pactũ, in quæſt. 19. C. de colla.* & *in l. non dubium. C. de legibus, in 13. oppo.* & *in Rubrica. de condict. ob turp. cauſam.* Bartol. *in d. l. ſi quis pro eo. in primo membro,* & *in d. l. ſtipulatio.* & per Imol. *in d. c. cum contingat.* poſſet tamen opin. Bartol. defenſari ſecundum Imol. *in d. cap. cum contingat.* ſi eam ſic intelligamus, ſcilicet quod licet tale pactum non firmetur iuramento, veniens tamen contra iuramentum ſit periurus: pro qua facit *d. cap. cum contingat.* & *capitu. ſicut ex litteris. ſupra de*
ſponſa. vbi ſi iuro † te ducere in vxorem, deinde contraho ma- 101
trimonium per verba de præſenti cum alia, valet matrimoniũ, ſed ſum periurus.

Secundo facit gloſſ. *in verbo, reuocatis, in c. fin. de procur. eod. lib.* dicens, quod ſi iure nõ reuocare procuratorem, valet reuocatio, ſed ſum periurus: ſequitur Barto. *in l. cum precario. ff. de precar.* ¶ Tertio, quod dicit Federic. *in conſil. 70.* volens, quod ſi iuraui non reuocare procuratorem conſtitutum ad renunciandum, valet tamen reuocatio, licèt reuocans dicatur periurus. Quarto gloſſ. *in cap. vltima voluntas. 13. quæſt. 2.* dicens, quod ſi teſtator iuret non reuocare teſtamentum, valet reuocatio, licet efficiatur periurus. ¶ Quinto facit quod voluit Hoſtienſ. *in cap. quemadmodum. de iureiuran.* dicens, quod etiam ſi lex ciuilis reprobet iuramentum expreſſe, veniens tamen contra eſt periurus. Nec obſtat d. regula, non eſt obligatorium. quia reſpondet Imol. vbi ſupra, quod iſtud pactum de ſuccedendo eſt contra bonos mores artificio iuris ciuilis, non autem de iure canonico: Ideo tale iuramentum erit ſeruandum, cùm poſſit ſeruari ſine interitu, &c. ſicut in ſimili dicitur in pacto de non ſuccedendo, per hunc text. & per not. per Bald. *in d. l. pactum. C. de colla. in quæſt. 11.* Hæc opin. quia animæ fauet, tuta eſt, tamẽ contra ipſam multum ſtringit ſecundùm Modernum Bononien. *in d. l. pactum. C. de pact.* quia dicitur eſſe tale pactum contra bonos mores etiam de iure canonico, cum ſecũdùm ipſum ius canonicum reprobetur votum captandæ mortis, quia cõtra bonos mores, quod votum ex tali pacto reſultat, igitur, &c. facit *d. cap. deteſtanda,* & *c. ne captandæ.*

† Quinto fallit, vbi pater, cui factum eſt pactum de ſucce- 102
dendo, inteſtatus decederet: nam inter liberos tale pactum erit ſeruandum, quia inter ipſos non refert, quomodo pater vel per epiſtolam vel aliter declarat ſuam voluntatem, vt ſecundum illam filij ſuccedant, *l. fin. C. famil. erciſ.* quod eſt ſingulariter notandum, ſi ponamus, quod pactum contineat filios debere ſuccedere portionibus inæqualibus, & ſic aliter quam ab inteſt. ſucceſſiſſent, quo caſu filij ex pacto ſuccederent, non autem æquali portione: faciunt not. *in ca. 1.* §. *item ſacramenta. de pace iur. firm.* ¶ Nec obſtat *d. l. pactum. C. de pact.* quia ibi pactum erat de ſuccedendo æquali portione, quo caſu iſta conſideratio nullius eſſet effectus. Pau. tamen de Caſtr. *in dict. l. pactum.* tenet contrarium per textum. *in l. licet. C. de pactis.* vbi ſpeciale eſt in-

eſtinter milites,an valeat tale pactum in vim vltimæ volũtatis:
ergo,&c.& ita reſident Moder.*in d.l.pactum*.
Tu conſidera pro hac limitatione facere quod voluit Bat.*in l.*
tale pactum.§.fin.ff.de pact. per illum text.dicens,quod inter filios
hæreditas dari poteſt pacto, & ſequitur Lud. *in auth.ſimiliter, in*
16.col.ver.2.inquantùm dixi.C.ad l.Falcid. licet Aug.teneat contra-
rium *in d.§.fin.*
Sextò & vltimò fallit,vbi per tale pactum de ſuccedendo di-
rectò non tollitur facultas teſtandi, ſed reſeruatur alia forma
diſponendi de bonis,per text.*in l.quidam cum filium,iuncta gloſſ.*
magna circa fin.ff.de verb.oblig. ſecundùm Ludo.*in d.l.ſtipulatio hoc*
modo,in col.12. Circa tertiam ſpeciem,ſcilicet pacti de hæredita-
te certo modo conſeruanda, diſtingue, quod aut quis priuatur
ſucceſſione propter delictum, aut propter rigorem iuris cõſer-
103 uandum.Primo caſu valet pactum, & ideo † ſi filius commiſe-
rit cauſam ingratitudinis,ex qua poſſet per patrem exhęredari,
ſi paciſcatur cum illo,quod non obſtãre tali ingratitudine ſuc-
cedat,valet pactum,*l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.*
104 † Fallit primò, vbi non remitteretur ingratitudo præterita,
ſed futura,quia ſi dicatur, quod non obſtante ingratudine cõ-
mittenda filius ſuccedat patri, quia tale pactum inuitat ad de-
linquendum,ideo non valet, *l.conuenire.ff.de pact.dota.l.quidam*
105 *decedens.ff.de adminiſt.tut.cap.vt fama.de ſenten.excommun.* Item †
dolus de futuro remitti non poteſt *l.iur.gent.§.ſi paciſcar.& l.ſi*
viuus.§.illud.ff.de pact.
106 † Secundò fallit in caſu *l.2.C.de libe.& eorum libe.* vbi liberto
propter ingratitudinem in ſeruitutem reuocato non poteſt re-
mitti talis ingratitudo,nec à domino dari libertas principe in-
conſulto: & per illum textum Bald.ibi in fin.ſingulariter dicit.
quod Doctor propter delictum priuatus dignitate doctoratus
non poteſt iterum doctorari, etiam propter nouum examen:
quod eſt ſingulari.no.dignum,pro quo allego text.*in l.nullus.C.*
de diuerſis officijs.libr.12. vbi qui reſoluitur à militia, ad eandem
non aſpirat ſine licentia principis,immò impetrans contrarium
per obreptionem punitur in libris quinque auri. Secundò fa-
cit,quod pulchrè inquit Bald.*in cap.1.§.ſi duo.in fin..de pact.tenen-*
da.in vſib.feu. dicens,quod remotus ab officio vel dignitate pro-
pter vitium perſonæ, nunquam ad illud aſpirare poteſt perpe-
tua macula ſibi officiente,niſi ex principis diſpenſatione, *l.ſi a-*
liud.C.de ſuſcept.& archa.libr.10.l.1.C.ſi rector prouinc.ibi,& cum ho-
norem,&c.
Tertiò facit textus *in l.nihil.C.de manumiſſ.vindicta.* per quem
dicit ibi Bald. poſt Oldra. quod notarius depoſitus ab officio,
non poteſt iterum per comitem palatinum creari tabellio, et-
iam ſi per principem ſit reſtitutus ad famam, & non ad officiũ,
quæ omnia diligenter not. Tertiò fallit, quando non obſtante
tali remiſſione, virtute delicti commiſſi ille remanet incapax
hæreditatis in genere,& iure ſuccedendi, *per l.1.C.de hæred.inſti.*
107 ſecundùm Ioan.de Imol. & Gemin.hic. † Et ex his primò in-
fero,quod non valet pactum factum,quod non liceat donanti
reuocare donationem virtute ingratitudinis in futurum com-
mittendæ, ſecundùm Bald. *in dicta l.fin.& in l.1.C.de ingratis. lib.*
& in l.fin. C.de bon. liberto. Fallit ſecundùm Ioan. Andr.*in addit.*
Specul.in titulo de donat.§.1.verſicul. quod ſi actum. quando tale pa-
ctum eſſet iuratum,*per cap. quemadmodum.de iureiuran.* quod re-
probat Ludouic. *in dicta l.ſtipulatio hoc modo concepta, in 4.colum.*
quia tale iuramentum reperitur appoſitum ſuper eo, quod eſt
contra bonos mores,ergo,&c.*regula non eſt obligatorium. libr. 6.*
& in l.ſi quis inquilinos.§.fin.ff.de leg.1. Nec obſtat *dict.cap. quemad-*
modum, quia ibi fuerat iuratum non accuſare ratione delicti
præteriti,non eſt ſeruandum,cùm remittatur dolus præteritus,
108 quia poteſt remitti, vt ſupra dixi. † Secundò infero, quod non
valet pactum inter do.& vaſallum initum, quod domino non
liceat propter feloniam committendam vaſallum priuare feu-
do: quod verum eſt, quando felonia eſt committenda ex ali-
quo delicto, ſecus ſi tantum inſurgeret propter reuerentiam
109 non præſtitam domino, quia licet † reuerentia, quæ debetur
perſonæ, remitti non poſſit, vt eſt illa quæ debetur à filio patri,
vel ab vxore marito, *l.alia.§.eleganter.ff.de ſolut.matrim.* tamen
aliud eſt in reuerentia,quæ debetur ratione contractus,q̃ benè
remitti poteſt, ſecundùm Bald.*in l.1.ff.de rerum diuiſ.* pro quo
facit gloſſ.not.*in l.ſi conuenerit.ff.de re iudic.& in l.ſi quis crediderit.*
ff.de pact.& ita ſequitur Lud.*in d.l.ſtipulatio,in 4.col.quod benè not.*
Secundo caſu principali, ſcilicet quando quis priuatus eſt
hæreditate propter rigorem iuris conſeruandum, dic ſecundũ
Batt.*in l.fin.C.de pact.* quod ſi poterat teſtator ſibi prouidere in-
ſtituendo illum,valet pactum,*§.fin.inſti agna.de legit.ſucc.l.ſi.c.de*
emanci.lib. ſed ſi ſibi teſtator prouidere non poterat vocando il-
lum ad ſucceſſionem, pactum non valet,*c.1.de ſuc.feu.* † Ex quib. 110
Batt.*in d.l.fin.* infert duo: primum, quod filia fœmina excluſa
per ſtatutum propter pactum cum patre factum, ſibi ius ſucce-
dendi conſeruare poteſt, quia pater poteſt illam inſtituere, vt
ſupra dixi,& plenius dicam infr.in materia ſtatuti. ¶ Secundùm
quod ſi filia ſit excluſa ab inteſtato & ex teſtamento, nõ poteſt
per pactum ſibi hæreditatem conſeruare: ſed an valeat tale ſta-
tutum,latè examinat Ludo.*in d.l.ſtipulatio.* ego ponam infra in
materia ſtatuti.
† Circa quartam ſpeciem, ſcilicet pacti de hæreditate certo 111
modo diuidenda,vel diſponenda ſit regula,quod pactum non
valeat, per text.*in l.fin.C.de pact.& in l.quidam in iure.§.ſi.ff.de don.*
¶ Fallit primo,ſi ille,de cuius hæreditate agitur,conſentiret,*d.l.*
fin. dummodo in tali conſenſu perſeueret vſque ad mortem, vt
ibi,& vide quæ dixi *ſupra circa prin.decret.in 1.limita.* ¶ Secundo
fallit,vbi fieret pactum ſuper hæreditate incerti hominis, *l.3.ff.*
pro ſocio. ¶ Tertio fallit,vbi tale pactum diſponendi de hæredi-
tate fieret in conſequentiam alterius contractus liciti præcedẽ-
tis,*l.ſi ſeruum in princ.ff.de actio empt.* ¶ Quarto fallit,vbi fieret ta-
le pactum ad liberandum paciſcentem,puta pater habet mul-
tos creditores,filius in vita patris dat certum quid creditoribus
hoc pacto, quod ipſum non moleſtent, ſi contingat eum ſuc-
cederet patri,*l.& ſuum.§.filius.ff.de pact.* ¶ † Quinto fallit,vbi ta- 112
lis hæreditas veniret acceſſoriè, puto vendo hæreditatem, in
qua erat annexa ſubſtitutio pupillaris, ad quam venditor ſpe-
rabat venire ex pupillari, certè in hac venditione hæreditatis
poteſt fieri pactum de hæreditate pupilli viuentis,quę venit ac-
ceſſoriè,*l.2.§.illud.in verſ.planè,in verbo.maxime.ff.de hæred.vel act.*
vend.& idem Bal.*in d.l.ſi.* Pondera tu in contrarium facere, quia
ratio expreſſa *in d.l.fin.* ſcilicet voti mortis captandæ fortius ha-
bet locum in pupillo, qui † ſuæ vitæ conſulere ignorat,*l.1.ff.de* 113
mino. quam in maiore,ergo,&c.ita tenendo ſecundum Moder.
in l.pactum.C.de collat. dictio maximè,poſita *in d.verſ.plane.* ſuper-
abundat: vel dic,quod ibi dictio maximè, capitur pro tantum,
ne fiat correctio *d.l.ſi.* quod poteſt vt dicit glo. no.*in c.cum olim,*
ſupra de teſti.& c.per tuas,el 1.de ſimon. cogita. † Et ex prædictis in- 114
fero,quod pactũ factum inter fratres de hæreditate patris certo
modo diuidenda conſentiente patre valet. ¶ Secundo infero,
quod ſi filia dotata conſentiente patre faciat pactum fratribus
de reſtituenda portione hæreditatis paternæ ſibi obuenienda,
valet,quia dicitur pactum de reſtituendo,non autẽ de nõ ſuc-
cedendo. ¶ † Quid autem ſi filiusfam. viuente patre facit debi- 115
tori pactum de non petendo, an mortuo patre poſſit petere?
Spec.*in tit.de pact.in fin.* arguit quod ſic, pro quo facit gloſſ. cum
text.*in c.ad noſtram.el 2.ſupra de iureiur.* in contrarium dicit facere
l.ſi non ſortem.§.ſi filius.ff.de condict.indeb. vbi per Doct. Item † quia 116
nemo contra factum proprium auditur,*c.diuerſis fallacijs,ſupr.de*
cler.coniug.l.ſi poſt mortem.ff.de adopt.facit regula, quod ſemel placuit.
ita Specul. hic refert.Lap.& Gemin.pro quibus facit ratio,quia
† regulariter filiusfam.ex contractu vel quaſi, ex quo non reci- 117
pit pecuniam mutuò,obligatur,*l.filiusfam.ff.de act.& obligat.cum*
ſimil. facit etiam quod in ſimili determinat Panormit.*in conſilio*
12.incipiente, Caſus talis eſt, Magnificus Dominus Ioan. vbi determi-
nat, quod ſi filiusfa. promittat dotem ſorori, tenetur etiam fa-
ctus paterfam.
Gloſſ.*in ver.lex ciuilis.ibi,pecuniam acceperat.* vult gloſ. quod id-
eo *in §.ſi vel parens.* hic allegato valuit pactum, quod pater non
ſuccederet filio emancipato, quia annexum erat delictum ex
ex,quod pater pro emancipatione pecuniam acceperat.& cum
hac ſolutione videtur tranſire Bartol.*in l.ſtipulatio.ff.de verb.oblig.*
Sed Imol.ibi dicit hanc ſolutionem eſſe contra text. *in l.vtrum*
turpem.ff.de verb.oblig. Ideo de intellectu *d.§.ſi vel parens.* vide per
gloſſ.& Doct.*in l.ſi quando.§.illud.C.de inoffic.teſtam.& in d.l.pa-*
ctum.C.de collat.
Gloſſ.*in ver.non de hoc articulo,* † an iuramentum metu exor- 118
tum obliget.Ioan. Mona. hic tenet quod ſic,ſed quod talis agit
ad relaxationem.Tu de hoc plenè dic,vt not.*in c.verum.ſupra de*
iureiur. vbi text.notabiliter dicit, quod ei qui inuitus iurauit nõ
eſt ita expreſsè dicendum,vt iuramentum non obſeruet, ſed ſi
non ſeruat, non eſt tanquam pro mortali peccato puniendus,
& dicit ibi Ioan.And.quod finis illius text. procedit ſine aliqua
abſolutione.

Gloſſ.in verbo.ſeruari.ibi,puberes. ſentit gloſſ. auth. ſacramenta
puberum.non habere locũ in impubere iurante: & intellige etiã
de doli capace,vt tenet Accur.in l.ſi.ff.de libe.cauſa.Arch.& Hoſt.
hic,& in d.c.cum contingat.tenent contrarium,& pro eis benè fa-
cit d.l.ſi.quia quantum ad ſalutem animę non apparet differen-
tia inter puberem & impuberem doli capacem: de quo arti-
culo plenè not.in d. auth.ſacramenta,& dixi ſupra circa prin.in 4.li-
mitatione poſita in 9.col.ad hunc text.
119 † In eadem gloſſ.in fin.not.ex gloſſ.quod in materia iuramen-
ti Papa poteſt ſtatuere,quod ſit ſeruandum nedum in terris Ec-
cleſiæ,ſed etiam Imperij: facit cap.nouit.ſupra de iud.not.plenè in c.
venerabilem.ſupra de elect.& hoc propter materiam peccati: facit
gloſſ.in reg.poſſeſſor malæfidei,eo.lib.not.in c.2.de arb.eo.lib.in clem.di-
ſpendioſam.de iud.in c.1.de oper.no.nun.in l.omnis nouatione.& in l.pri-
uilegia.C.de ſacroſan.Eccleſ.per Ang.in l.1.C.de iud.
Gloſſ.in verb.diſpendium.in fi. quando verò dicatur iuramen-
tum vergere in diſpẽdium ſalutis: dicas quod nedum quando
incurritur mortale,ſed etiam quando veniale,ſecundùm Arch.
hic,latè ſupra dixi in 7.notabili huius decretalis.
120 Gloſſ.in verb.detrimentum.ibi,ſcilicet principale. Not.ex gloſſ. †
quod tunc iuramentum dicitur redundare in detrimentum al-
terius,quando id principaliter agitur,ſecus ſi ſecundario.
Ex quo infert Gemin.quod ſi ex forma ſtatuti debeant voca-
ri illi,in quorum detrimentum fit actus,quod intelligitur de il-
lis,quibus principaliter & directè fit præiudicium, non autem
ſecundario:quod benè not. Tu dic ad hoc facere quod voluit
121 Ang.in l.cum filius,in prin.ff.de verb. oblig. dicens, quod † quia ex-
cuſſio bonorum principaliter fit in præiudicium fideiuſſorum,
vel bonorum poſſeſſorum, quod ipſi ſunt citandi,aliàs eis non
fieret præiudicium,vt ibi per eum, & per Iac. de Are.in tract.ſuo
de excuſſione.
Secundò facit,quod dixit Gem.in c.ſi.in ſi.ſup.de elect.eo.lib. di-
cens,quod illi,quos incidenter tangit negotium, non ſunt ne-
ceſſariò citandi,ſed tantum illi,quos principaliter tangit.
Tertiò de hoc eſt gloſſ.notabilis in l.de vnoquoque.ff.de re iudic.
quam ibi commendat Angel.
122 Quartò facit, † quia ſententia lata in fauorem creditorum
contra hæredem nocet legatarijs,l.filiusfam.§.diui.ff.de lega.1. ſe-
cundùm Imol.ibi,& facit l.1.§.hac verba.& §.cum dicitur.ff.ſi cui
pluſquam per l.Falcid.& quod not.Bart.in l.ſi in diem.ff.de aqua plu.
arcen. Tu conſidera contra hoc facere iura volentia, quod vbi
agitur de præiudicio tertij,ille ſit citandus, vt ſententia teneat,
l.ſi deſerta.C.ſi propter publicas penſitationes.& eſt glo.in l. cum miles.
§.1.ff.ex quibus cau.maio.& in l.in cauſa.la 1.ff.de min. facit cap.inter
quatuor.de maior.& obedien.& quod not.Cyn.in l.1. in fin.C. de ad-
uo.diuer.iud.& d.l.de vnoquoque. & l. nam ita diuus.ff.de adopt. Nec
obſtat dict.§.diui.quia ſecundùm gloſſ.fin.ibi loquitur,quando illis
legatarijs vel fideicommiſſ.nondum erat quæſitum ius tempo-
re iudicij,quia illis erat prædium relictum ſub conditione, ſi a-
lienaretur,& ideo non eſt neceſſe eos tunc citari,ſed ſolum hæ-
redem,ad quem ius ſpectat tempore iudicij: ſic etiam videmus
quod ante euentum ſubſtitutionis non eſt neceſſe citare ſub-
ſtitutum,l.1.§.pen.ff.de ventre inſpici.& no.Bart.in dicta l.ſi in diem.
Nec obſtat gloſſ.illa not.in dicta l.de vnoquoque. quia intelligitur
quo ad hoc,vt ſententia valeat, quo caſu ſatis eſt illum citari,
quem principaliter tangit negotium. Sed quo ad hoc vt ſen-
tentia noceat tertiò,neceſſe eſt quod de illo præcedat citatio,l.
ſi eo tempore.vbi per Bartol.C.de remiſſ.pigno.not. gloſſ. in dicta l.
cum miles.§.1. Fallit tamen hoc in caſibus poſitis in l.ſæpè,in ver-
ſic.ſcientibus.ff.de re iudicata.vt ibi plenè notatur, & de iſtis caſi-
bus videtur intelligere gloſſ.in dicta l.de vnoquoque.patet dum al-
123 legat dictam l.ſæpè.quoniam † dicta gloſſarum & Doct.debent
intellig. & interpretari ſecundùm ius quod allegant, vt dicit
Bartol.in l.non ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libera.lega.Et ex his patet
reſponſio ad gloſſ.iſtam, quæ dicit, quod iuramentum dicitur
vergere in alterius detrimentum, quando principaliter ad
hoc tendit: ſecus in ſecundario. vnde dicit, quod in caſu iſto
pactum de non ſuccedendo iuratum eſt obſeruandum, da-
to, quod ſecundario præiudicet nepotibus: nam certè dici
poteſt, hoc ideo eſſe, quia tempore pacti iſtis nepotibus non-
dum erat ius quæſitum per ſupradicta, de quo latius infra
dicam.
124 In eadem gloſſ.in fine vult gloſſ.† quod pactum de non ſuc-
cedendo firmatum iuramento nedum filio iuranti noceat, ſed
etiam nepotibus.Idem tenet hic Ioan.Andr.& Ioan.Calder.
ſed Paul.de Eleazar.hic tenet contra,quia iuramentum eſt vin-
culum perſonale,ergo non ligat hæredem,cap.veritatis,ſupra de
iureiuran.pro quo dicit etiam eſſe text. hic, ſi fiat punctus poſt
verbum fuerit.quia tunc cùm dicat text.ab eodem ſeruari. ſe-
quitur quod ab hærede non ſit ſeruandum,& ſic ab alio.Gemi.
hic tenet gloſſ.quia licet vinculum † iuramenti non tranſeat ad 125
hæredes,dicto cap.veritatis. ita vt hæres contrauenieus non effi-
ciatur periurus, tamen obſeruantia pacti de non ſuccedendo
ſic firmata iuramento benè ligat hæredem: ad quod dicit ipſe
facere text.hic dum dicit,pactum iuramento firmari.
Ex quo ſequitur, quod ex pacto ipſo ſit agendum, non au-
tem ex iuramento.tu adde ad hoc benè facere,quod not.Ioan.
And.in c.ſi.de foro compet.eod.lib.
Quæſtio iſta ardua eſt,de qua tetigit Bald.in l.pactum.C.de col-
lat.in 2.quæſt Fulgo.& Paul.de Caſt.ibi, Oldra.in conſil. 40.quod
incipit, Breuiter videtur. Bartol.Ioan. de Imol.Paul. de Caſtr.&
Ludou.in l.qui ſuperſtitis.ff.de acquir.hæred.habetur etiam per Bal.
in l.fin.in 6.colum.C.de pact.Salic.in l.pactum.C.de pact. Bartol.in l.
liberorum,in 9.colum.verſic.quæro,pone quod aliquid.ff de verborum ſi-
nific.quem refert & ſequitur Petr.de Ancharan.in clem.1.de bapt.
ponit etiam Paul.de Caſtr.conſil.300.quod incipit,In Chriſti nomi-
ne amen, viſo puncto. Ideo ad claram intelligentiam huius paſ-
ſus, in quo variè loquuntur Doctor.diſtingue duos caſus prin-
cipales. Primus eſt,quando filia,quæ renunciat cum iuramen-
to, deceſſit adhuc viuo patre ſuo. Secundus, quando deceſſit
iam mortuo patre. Primo caſu conclude, quod nepotes non
excluduntur excluſione matris, quæ deceſſit in vita illius, de
cuius agitur hæreditate, non nocet nepotibus, l.ſi ex patronis, in
§.ſi.ff.de ver.oblig.l.ſi quis filio exhæredato.ff.de iniuſto,rup.& iuramẽ-
tum † matris non debet filijs nocere, l.3.§.penult.ff.de iureiuran. 126
facit quod not.gloſſ.in d.l.pactum.C.de collat.
Secundò facit, quia renunciatio matris videtur in ſe habere
tacitam conditionem, ſcilicet ſi ad eam deferatur hæreditas:
vnde ſi illa tacita conditio non eueniat, renunciatio habetur
pro non facta, ſicut dicimus in ſtipulatione pura facta animo
nouandi obligationem conditionalem, quia ſtipulatio ipſa
pura habet tacitam conditionem, ſi conditio obligationis no-
uandæ eueniat: quare ſi deficiat,habetur pro non facta, l.quo-
ties.§.fin.ff.de noua. & iſta videtur eſſe communis opinio Docto.
vbi ſupra, excepto Salic.in dicta l.pactum. qui dicebat iſtud ve-
rum, niſi quando filius haberet neceſſe venire ex perſona ma-
tris, vt quia concurreret cum ſuis patruis, qui ſunt pares in gra-
du ipſi matri,§.cum filius,Inſtit.de hæred.qualit.& differ.authen.poſt
fratres.C.de legi.hære.nam quemadmodum filia fuit excluſa, ita
filius ex ea, §. ſoluto.verſicu.ſi verò nepos, in authent. de nupt. colum.
3.Sed ad iſtam rationem reſpondet Bartol.in dicta l.qui ſuperſti-
tis.& in l.1.§.ſi ſic.ff.de collat.dotis.& in l.1.§.ſi filius.ff.de coniungen.
cum emanc.liber. quia licet nepos ſuccedat in locum matris, hoc
tamen non habet à matre ſed à lege,quare facto ſuo mater illud
nepoti auferre non potuit.Præterea Ioan. de Imol.in dicta l.qui
ſuperſtitis.expreſsè reprehendit Salic. per rationem prædictam,
ſcilicet quia talis renunciatio habet tacitam conditionem, ſi fi-
liæ deferatur ſucceſſio: Ludo.tamen in dicta l.qui ſuperſtitis.limi-
tat hoc primum membrum procedere, niſi filia accepiſſet do-
tem,aſſerens ſe ſua portione eſſe contentam, quo caſu nepotes
excluduntur,non tamen virtute renunciationis,ſed ex eo,quia
mater eorum habuit ſuam portionem, quam ipſi vlterius ha-
bere non poſſunt: nihil allegat, ſed ſolum dicit Bald. ita tenet
in l.pactum. C.de collat. Sed certè Bald ibi in ſecunda quæſtione te-
net contrarium,ſcilicet quando filia deceſſit viuo patre.& cum
Bald.tranſit Paul.de Caſtr.in dicta l.qui ſuperſtitis. qui tamen pro
contraria opinione adducit, quia † ſi filia habet dotem, quæ 127
in legitimam computatur, l.quoniam. C.de inoffic. teſtamen. vi-
detur perinde eſſe, ac ſi totam portionem habuiſſet, quàm
ab inteſtato fuiſſet habitura,per ea quæ not.Barto.in l.1.§.filium.
in 4.quæſt.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabu. Sed ſi iſta eſſet, nepo-
tes ex eo nihil vltra petere poſſent, ne bis idem conſequantur,
contra regulam bona fides. ff. de regul. iur. cum id, quod ma-
ter accipit, tranſiuerit ad eos, & ſit eadem cauſa. dicit tamen
quod opinio Bald. in dicta l.pactum. vera eſt, † quia conſecutio
dotis vel alterius portionis in vita patris, ſi non interuenit
renunciatio cum iuramento, non excluderet filiam, quo mi-
nus ſi viueret, patri ſuccederet ab inteſtato, & etiam con-
tra teſtamentum, ſi præterita eſſet, modò dotem conferret,
l.filia. C.de collat.probatur in ſimili in l.ſi verò.§.final.ff.de bon.
liber.

liber.id ergo non poteſt concludere filiam, eſt renunciatio cum
iuramento, ergo nepotes qui non renunciauerunt & veniunt
ex perſona propria, cùm mater mortua ſit, viuo auo admitten-
tur, & nihil eſt quod eos impediat ſecundùm eum dicentem ſe
in facto hanc quæſtionem habuiſſe. Præterea illa renunciatio
habetur pro non facta, cùm non euenerit conditio tacita, vt ſu-
pra dixi, & ita videtur tenendum, licet Oldra. *in dicto conſilio* vi-
deatur velle contra, arg. *l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. & l. Pompo-
nius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſ.* Sed non obſtat quia non eſt verũ,
quod dicit, quod nepotes veniant ex perſona matris, & ita te-
nent Moder. Bonon. *in d. l. pactum C. de collat.*

129 ¶ † Secundo caſu principali, ſcilicet quandò filia deceſſit iam
mortuo patre: dic, aut nepos venit ad hæreditatem aui tanquã
hæres matris exceſſæ, & tunc non auditur, & ita debet intelligi
gloſſ. hic, vbi vero non venit tanquàm hæres matris: dic, aut ex-
tant aliqui fratres ipſius matris, & tunc cùm ipſi debeant ad-
mitti ad talem portionẽ matris, & ſic eorum ſororis, cuius por-
tio iſtis accreſcit, cùm ſint coniuncti ſeu pariter vocati, *l. vnica.
C. quando non peten. partes.* certè nepotes non admittentur; quo-
130 niam † ius accreſcendi potentius eſt quàm ſit ſucceſſorium edi-
ctum, vt eſt text. not. quem ibi ponderat Bal. *in l. meminimus. verſ.
ſi ex ſecundo gradu. C. de legi. hære.* & facit *l. emancipati. §. qui duos. ff.
de bon. poſſeſſ. contra tab.* ergò cum iſti fratres veniant iure accre-
ſcendi, excludent nepotes, qui veniunt per ſucceſſorium edi-
ctum, *l. 2. C. de ſucc. edi.* vbi verò non ſunt aliqui fratres dictæ ma-
tris; ſed tantum alij remotiores in gradu, qui non poſſunt ve-
nire per ius accreſcendi, & hoc caſu admittentur nepotes per
ſucceſſorium edictum; quando filia eſt excluſa per repudiatio-
nem vel mortem. vel aliter, *l. ſi is qui. in princ. de inoffic. teſtam. & l.
131 2. C. de ſuc. edict. l. 1. § quibus. ff. de ſuc. edict.* † Et hoc vltimo caſu, an
nepotes intelligantur venire per ſucceſſorium edictum, ſi filia
ipſa aliquid pro dote recepit, & integra potione ſuæ ſucceſſio-
nis: Bal. *in d. l. pactum. C. de colla.* tenet quod ſic, non virtute renũ-
ciationis, ſed ſucceſſionis: nã cùm ipſa filia videatur ſucceſſiſſe,
non eſt tractandum quod nepotes veniant per ſucceſſorium e-
dictum: alleg. not. *in d. l. 1. §. filium. in 4. quæſt.*

¶ Quod verum limitat ipſe Bald. quando filia aliquid recipit
pro ſua ſucceſſione ſuæ patris: ſecus ſi accepiſſet, vt nullo mo-
do ſuccederet, ſed repudiaret, *arg. l. fuit quæſtionis. ff. de acquir. hæ-
red.* de quo ibi per Bart. contra quem tenet Imol. *in d. l. qui ſuper-
ſtitis.* & vult, quod etiam ſi filia receperit aliquid pro parte ſua,
& vocet ſe tacitam & contentam, & renunciet, quod non no-
cebit nepotibus, quia dicit ſe non videre rationem, quare tunc
nepotes non poſſint venire ab inteſtato, ſi veniant ex perſona
ſua, ex quo filia eſt excluſa à ſucceſſione ab inteſtato, licet ali-
quid habuerit, quia illud non habuit tanquam hæres, nec per
hoc dicitur ſuccedere defuncto: & ideo ex quo eſt filia excluſa,
debet hæreditas venire ad ſequentes in gradu ex edicto ſucceſ-
ſorio, *§. placebat. Inſti. de legit. agna. ſuc. & in d. §. quibus.* Sed Moder.
in d. l. pactum, putant veriorem opinionem Bal. quam dicit opti-
mè probari ex not. Bart. *in d. §. filium. & per l. duobus.* intelligendo
vt ibi intelligit Bal. *ff. de leg. 2. & per l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de lega.
1.* vbi Bal. videtur decidere, de quo ibi per eundem *in l. vnica, in
6. quæſt. C. quando non peten. partes* facit quod not. Bal. & Angel. *in
l. Papinianus. §. vnde ſi quis. ff. de inoffic. teſtam.* Præterea facit, quia
filia habet illud loco ſucceſſionis hæreditariæ, cui renunciauit
propter illam portionem, quam habuit: ergo ſicut propter por-
tionem hæreditatis, quam filia habuiſſet ab inteſtato, exclude-
rentur nepotes, ita excludi debent per talem portionem, quæ
loco dictæ ſucceſſionis fuit, quia ſubrogatum, &c. *cap. Eccleſia.
vt lit. pen. cum ſimil.*

¶ Suprascriptæ quæſtioni applicari poteſt non minus elegãs
132 quæſt; † quid ſi plures filij promiſerint patri cum iuramento
communiter commorari vſque ad certum tempus, puta de-
cem annos, & vnus iſtorum filiorum moriatur, an eius filius ſi-
ne reatu periurij poſſit ad diuiſionem prouocare? Et in hac
quæſtione primò videndum eſt, nunquid pater poſſit iubere
filijs, vt communiter morentur vſque ad tempus. Primo vide-
tur quod nõ, quia licet teſtator iubeat pupillum apud aliquem
morari, à matre tamen illud præceptum ſeruari non debet, ſi
pupillo non expedit, *l. 1. ff. vbi pupillus educari debet.* contra tamen
tenet Bartol. quando aliquorum filiorum intereſt, *in l. Quintus.
per illum textum. ff. de annuis lega.* vbi etiam quærit, quid impor-
tant illa verba, communiter morari, an intelligantur reſpectu
bonorum, vel habitationis perſonarum. de quo ibi per eum, &
plenius per eundem *in conſilio 168. incipiente, Quidam habens bona
communia.*

¶ Oldra. tamen *in conſil. 41. quod incipit, Factum tale eſt, pater ha-
bens duos filios, &c.* videtur tenere, quod tale præceptum patris
non valeat, quia † nemo cogitur ſtare in communione, *l. fin. C.* 133
*commun. diui. l. inter omnes. C. de præd. mino. l. ſi non ſortem. §. ſi centum
ff. de condi. indeb. cogita.*

¶ Sed poſito, quod ſaltem per iuramentum poſſint filij ad
hoc cogi, nunquid mortuo vno eius filius teneatur ſtare?
Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de iud. §. ſequitur. in addit. quæ incipit,
§. ad hæc.* tenet talem poſſe alios prouocare ad diuiſionem, quia
iuramentum eſt perſonale, *c. veritatis ſupra de iureiur. cap. per tuas,
ſuprà de teſtibus. ibi, ſe ſuo iuramento, non Eccleſiaſticam, &c.* contra-
rium tenet Ludouic. *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hære.* quia † li- 134
cet iuramentum ratione reatus periurij ſit perſonale, nec ad hę-
redem tranſeat, obſeruantia tamen pacti vel contractus iurati
tranſit, *in auth. de iureiur. à morien. præſti. in princ.* not. Bald. *in l. ge-
neraliter. C. de reb. cred. & in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven-
di. not.* Ioan. Andr. *in cap. fin. de foro compet. eod. lib.* niſi dicamus, pa-
ctum vel iuſſum patris fore perſonale, puta ſi dicat, vt non
diuidant inter ſe, arg. *l. qui in futurum. §. ſi altera. ff. de pac.* quia tunc
iuramentum regulatur ſecundùm naturam pacti, *l. fin. C. de non
num. pecun.*

¶ Oldr. etiam *in dicto conſilio*, alio modo limitat prædicta non
habere locum, vbi omnes hæredes conſentiunt diuiſioni, quia
hoc caſu frater poſſet ſine metu periurij venire contra tale iu-
ramentum, cùm ſit appoſitum in eorum fauorem, ergo per ip-
ſos remitti poteſt, *cap. 2.* vbi per Innoc. & Doct. *ſupra de ſponſa. c.
1. ſupra de iureiur.* facit quod not. Bartol. *in l. cum ita ſtipulatus ſim
mihi à Proculo, ff. de verb. obligat.* quod tene menti. Extra gloſſ. op-
ponitur, quod imò nullo modo iuramentum, de quo hic obli-
get filiam, quia vbi † pactum non valet tanquam à lege impro- 135
batum, iuramentum non obligat, *regula non eſt obligatorium. eo.
lib.* Sed pactum de non ſuccedendo improbatur à lege, iuribus
hic in gloſſ. allegatis, ergo, &c. So. contrarium loquitur de his,
quæ ſunt prohibita ratione turpitudinis, quia cõtra bonos mo-
res, ſed hic tex. & ſimiles loquuntur de prohibitis ratione priui-
legij vel fauore perſonæ, ergo, &c. Ita tenet Dyn. *in regula. quæ à
iure, infra eod. lib.* puta ſecundùm Ioan. Andr. hic iſte text. dum
dicit, redundat in eius præiudicium. ſoluit ipſum contrarium,
quia per illud intendit docere, quod non eſt contra bonos
mores.

¶ Vltimò poſtquam ſupra latè vidimus, an & quando filia
excludatur per pactum à ſucceſſione paterna, reſtat videre an
& quando excludatur virtute ſtatuti diſponentis, quaſi per to-
tam Italiam filiam dotatam non poſſe habere regreſſum cõtra
fratres, vel hęredes patris: verum † quia quęlibet materia in par- 136
tes diuiſa dilucidè magis intelligitur, *l. 1. in prin. ff. de doli excep. §. ſi
non vſque. Inſti. de lega.* not. gloſſ. elegans *in verſ. partiri. in prœm. In-
ſtitut. §. igitur poſt libros.* Diuido hunc articulum in quatuor prin-
cipales quæſtiones. In prima dicetur de eſſentia vel qualitate
decreti ſeu ſtatuti. ¶ In ſecunda, quæ perſonæ excludantur vir-
tute dicti decreti vel ſtatuti. ¶ In tertia, quæ perſonæ excludant
filiam dotatam. ¶ In quarta, à cuius ſucceſſione, à quibus bonis,
& à quo iure excludatur.

¶ Circa primam principalem quæſtionem, primò quæro, † 137
an dictum ſtatutum valeat? Concludo quod ſic, quia per ſtatu-
tum poteſt in totum tolli legitima debita filio in bonis patris, vt
diſputauit Ricar. Malumbræ, & ſequitur Dyn. *in reg. indultum.
lib. 6.* Cyn. *in l. ſancimus. C. de nupt.* Bart. *in l. Titio centum. §. Titio ge-
nero. ff. de condit. & demon.* Ang. *in l. Papi §. 4. ff. de inoffi. teſta.* Ray. de
Forli. & D. Signorolus *in ſuo conſil. quod incipit, Deteſtanda.* Panor.
in ſuo conſil. 76. incip. Quidam deceſſit in ætate infantili. vbi dicit *in fi.*
cum communiori opinione ita tenet ſaltem exiſtente cauſa le-
gitima, & cauſa legitima eſt fauor maſculorum & agnationis,
de quo per Io. And. *in addi. Spe. ſuper rub. de ſucceſſ. ab inteſt.* per Do.
de Rota *in deciſ. 18. quæ incipit, Item fuit dubitatum. & in relationibus
poſitum.* per Doct. *in c. Raynutius. ſupra de teſtam.* vbi optimus text.
ibi, ſecundum conſuetudinem, &c. & per Bald. *in l. cum lege. C. de Epiſc.
& Cleric. & in l. fin. §. filium autem. C. de bon. quæ liber.* per Ludouic.
*in conſil. 32. quod incipit, Viſa municipali conſtitutione. & in conſil. 16.
incipiente, Viſo themate conſultationis. & in conſilio 134. quod inci-
pit, Pro declaratione.* plenius per Bald. *in l. 1. §. ius naturale. ff. de iu-
ſtitia & iure.* ergo à fortiori valebit ſtatutum excludens filiam
dotatam, quaſi tunc voluerit dotem ſuccedere loco legitimæ

& dotis

& dotis contemplatione filiam excludere à ſucceſſione, facit *l.*
138 *qui volebat. C. de hære. inſtitut.* † Secundò facit ratio, quia legitima non eſt niſi quædam portio congruè à lege taxata, *authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſtamen.* & dicitur eſſe bonorum ſubſidium, ſed hæc filia dotata ſatis habet ſubſidiũ & dotis & mariti *l. 1. C. vnde*
139 *vir. & vxor.* ergo tale decretum de iure valet. † Tertiò plus dixit Bald. *in dicta l. cum lege.* quod ſtatutum excludens fœminas, vt maſculus in totum habeat, valet & ita dicit de conſuetudine comprobari, quod etiam ipſe ſequitur *in l. cunctos populos. in lect. in quarta charta, verſic. conſequenter quæritur. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica.* pro qua ſententia adde rationem, quam poſui *infra eadem quæſtione, in articulo, an iſtud ſtatutum ſit fauorabile, in fin.* & ita videtur tenendum; licet ipſe Bald. *in dicta l. cunctos populos, in repetitione in quinta charta, in verſicul. ſed pone, quod ſtatutum, &c.* dicat ita demum valere ſtatutum, ſi filia ſit dotata tali dote, ex qua poſſit ſuſtentari, de quo etiam per eum *in cap. cum tanto, ſupra de conſuetud. & in capit. ſi proponente. ſupra de reſcript.* ſed fortè minus benè loquitur, quia licet filia ſit in totum excluſa à ſucceſſione paterna, poteſt tamen agere contra patrem vel fratres, vt eam dotent, *per l. fin. C. de dot. promiſſ. & l. qui liberos. ff. de ritu*
140 *nupt.* ſimiliter † agere poteſt ad alimenta, quæ iſta ſunt diuerſa, ſcilicet ſucceſſio paterna, dos, & alimenta: ergo filia excluſa à ſucceſſione non intelligitur excluſa à dote vel alimentis, argumen. *l. ſi domus. ff. de ſerui. vrb. prædi. & l. ſi mihi. ff. de ſer. ru. præd.* facit quod not. Ang. *in l. Modeſtinus. ff. de ſolut.* Imol. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligat.* & expreſsè hoc tenet Bald. *in dicta l. cunctos populos, in repet. in 4. charta, verſic. vnde ſi ſtatutum prohibet. &c.* probatur *ex authen. ſi qua mulier. ſecundùm vnam lect. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & faciunt quæ dixi *ſupra circa principium huius decret.*

¶ Aduerte tamen circa prædicta, quòd licet communior opinio teneat per ſtatutum poſſe in totum tolli legitimam filij, tamen aliqualis de hoc eſt dubitatio inter Doctor. quo tamen ad legitimam debitam parenti in bonis filij nulla eſt dubitatio, quia illa poſſit in totum per ſtatutum tolli: ita determinat Bal. *in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure.* quem ſequitur Ludouic. *in conſilio 32. quod incipit. Viſa municipali conſtitutione.* facit ratio, quia talis legitima non videtur debita de iure naturali, ſed de iure ciuili & poſitiuo, vt probatur *in l. de eman-*
141 *cipatis. C. de legi. hæredi.* per quam colligit ibi Bartol. quod † parentem ſuccedere filio, non eſt de iure naturali, ſed potius ciuili & poſitiuo.

142 ¶ An † autem filia dotata ſic per ſtatutum excluſa poſſit agere ad legitimam, vel eius ſupplementum? Videtur quod ſic, quia bonum eſt argumentum de pacto ad ſtatutum, vt quod non poteſt per pactum, non poſſit per ſtatutum, vt eſt gloſſ. not. *in rubrica. C. de decretis decurio. libr. 10. & in l. cum te. & in l. non impoſſibile. ff. de pact.* ſed per pactum vel renunciationem filia excluſa admittitur ad petitionem legitimæ, cui non præſumitur renunciaſſe, *l. ſi quando. § illud. C. de inoffic. teſtamen.* & *ſupra* dixi plenè *circa principium decret. in quinta limitatione.* ergo eodẽ modo non præſumitur ſtatutũ excludere filiam à legitima. Contrarium tenet Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtrat.* dicens, quòd filiæ excluſæ per ſtatutum nulla debetur legitima, nec dos in eius locum ſucce-
143 dit: probatur, quia † doti conditio imponi poteſt, puta ſi maritabitur, quæ non poſſet in legitima: & Bartol. ſequitur Paul. de Caſtr. *in conſilio ſuo 108. incipiente. Super primo quæſito. & in conſilio 197. quod incip. In caſu præſenti* clarius *in conſilio 118. in principio incipiente. Si Domina Cornelia. & in conſilio 230. in principio, quod incipit, Pro pleniori reſponſione. & in conſilio 345. quod incipit, Super puncto quo quæritur.* Ludouic. *in conſilio 16. quod incipit, Viſo themate.* clarius Bald. *in quodam conſilio,* cui ſubſcripſerunt Franc. de Albergotis, & Petr. & Vbaldis frater Bald. & Bald. *in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi.* Pet. de Anch *in conſil. 48.* Nec obſtat *dict. §. generaliter.* quia loquitur in pacto, nos in ſtatuto, cuius maior eſt auctoritas & potentia, vt inquit Barto. *in d. l. non impoſſibile. & in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Bald. *in l. de quibus ff. de legib. gloſſ. in l. neque pignus. ff. de reg. iur.* Ioan. Andr. *in cap. fin. ſupra de conſuet.* reprobans gloſſ *in dicta rub.* de quo etiam per Bald. *in l. ſi cautione. in fin. quæſt. C. de non numer. pecun. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. in dicta l. Titio centum. §. 2. in l. 1. C. communia. vel epiſtol.* vel dic affirmatiuè, videlicet argumentum de pacto ad ſtatutum, ſed non negatiuè, vt dicit Imol. *in l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim.* & facit tex. *in l. fi. C. de fideiuſſ.*

¶ Aduerte tamen, quod licet filia excluſa per ſtatutum, &c. non poſſit agere ad legitimam vel eius ſupplementum, quando tamen eſſet incongruè dotata, poſſet agere, vt congruè doteur arbitrio boni viri, ita eleganter Bald. *in l. fin. C. de dotis promiſſ.* per text. *in l. ſi filia. ff. de lega. 3.* Et facit, eò quia ſtatutum loquens de filia dotata, & ſic de dote debet intelligi de congruè dotata, arg. *l. cum poſt. §. gener. ff. de iu. dot.* facit quod not. Imol. *in c. accedens. ſupra de procurat.* fallit, vbi ſtatutum diceret, quod deberet filia eſſe contenta dote data vel promiſſa à patre, ſecundũ Bal. *in d. l. fin. arg. l. qui volebat. ff. de hære. inſtit.* quod etiam clarius voluit Bal. *in auth. res quæ. C. communia de leg.* dicens ita conſuetudine comprobari, quia licet ſtatuere ſit durum, cùm tamen non ſit contra bonos mores, eſt ſeruandum, *l. proſpexit. ff. qui. & à quib. cap. ſcriptum. 6. q. 3.* facit quod not. *in l. baliſta. ff. ad Treb.* quod tene menti.

¶ Secundò quæro, † an tale ſtatutum ſeu decretum dicatur ius ciuile vel prætorium. 144
Concludo quod ſi fuit factum à ſummo principe, dicitur ius ciuile. Si ab inferiore, dicitur ius prætorium, quia quicquid ſtatuitur ab inferioribus, dicitur ius prætorium, *l. ius autem ciuile. §. 1. ff. de iuſtitia & iure.* not. Bartol. *in l. 1. in fin. ff. de bonorum poſſeſſ.* dicens, quod ſi ex conſtitutione Ducis, Marchionis, Comitis vel inferioris à Principe hæreditas defertur, neceſſaria eſt bonorum poſſeſſio, quia ipſa cõſtitutio eſt ius prætorium, & conuertitur, agnatio bonorum poſſeſſionis fienda eſt infra centum dies, & coram iudice, idem voluit Bartol. *in l. quinta, in principio, ff. de verborum obligat.* & Bald. *in rubrica, C. qui admitti.* fallit vbi dux vel conditor ſtatuti haberet dignitatem perpetuam, & ad ſuos deſcendentes tranſmiſſibilem: nam tunc eius conſtitutio pro lege perpetua ſeruanda eſt, ſecundùm Bart. *in d. l. omnes populi. in 1. quæſt. principali. verſic. quarto quæro.* & Angel. *in d. l. 5. in princ. de quo articulo ibi vide per Imol.* & Lud. per Bart. *in l. fin. ff. de pœn. & in l. 2. §. fin. ff. pro emptore.* Bald. *in l. receptitia. C. de conſtit. pecu.* facit quod not. Ioan. And. *in c. fin. de appellat. lib. 6.*

¶ Tertiò quæro, † an dictum ſtatutum dicatur odioſum vel 145
fauorabile. Videtur quod odioſum, quia excludere filiam & alios vocare ad ſucceſſionem paternam, eſt odium nutrire inter deſcendentes, contra *l. illam. C. de collationibus. & l. cum oportet. §. fi. C. de bon. quæ lib.*

¶ Secundò, quia dicitur ad Galatas 4. *Si filius, ergo hæres,* not. gloſſ. *in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matr.* & notatur *in l. neceſſarijs. ff. de acquir. hæred.*

¶ Tertiò, quia filia ſic excluſa dicitur quodammodo exhæredata, *l. qui volebat. ff. de hære. inſtitu.* ſed exhæredatio eſt odioſa, *l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.* ergo, &c.

¶ Quartò irrationabiliter fauor eſt odium, *l. maximum vitium. C. de lib. præter.*

¶ Quintò, † tale ſtatutum correctorium eſt iuris commu- 146
nis, ex quo filiam priuat ſucceſſione paterna ſibi debita, vel quaſi, *l. fin. C. de codicill. & l. fin. §. 1. C. de curat. furio. cum ſimilibus.* ergo, &c.

¶ Sextò æquitas eſt vocare deſcendentes ad hæreditatem paternam, *l. ſi defunctus. C. de leg. hære.* ergo excludere eſt iniquum.

¶ Septimò, tale ſtatutum dicitur accuſare naturam, quod fœminas & non maſculos genuerit, contra *dictam l. maximum vitium.* Et hanc partem tenet Barto. *in l. cunctos populos. in verſic. 6. videndum. C. de ſumma Trinitate.* Pet. Iacob. de Ra. & Cyn. *in l. non ſine. C. de bonis quæ lib.* Bald. *in authen. res quæ. C. communia de lega.* & idem ſentit *in l. 2. C. qui ad libertatem peruenire non poſſunt.* Ipſe tamen Bald. *in dicta l. ſi defunctus,* allegat Bartol. *in l. liberorum. ff. de verborum ſignific.* dicentem, quòd huius ſtatuti nulla poteſt aſſignari ratio, ſed minus benè per infra dicenda. † Contrarium, 147
ſcilicet quod imò ſit fauorabile, probatur, nam bonum eſt argumentum tacita mente ſtatuentium, *l. milites agrum. ff. de teſtamen. milit.* quia mens & ratio ſtatuti, idem eſt, ſicut in homine idem eſt mens & ratio, ita Bald. *in dicta l. maximum vitium.* facit glo. *in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* Tertiò mens ſtatuẽtium, quæ colligitur ex conſuetudine locorum, vbi ſunt talia ſtatuta, *l. ſi ſeruum plurium. §. 1. ff. de leg. 1. l. 3. & l. Labeo. ff. de ſuppellect. lega. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtructo.* videtur ſumere rationem ex eo, qui apud maſculos remanent ferè omnia onera defunctorum, ergo æquum eſt, quod remaneant & commoda, *l. ſecundum naturam. ff. de regul. iur.* patet primò, quia qui ad maſcu-

maſculos ſolum pertinet propulſatio iniuriæ defuncti actiuè & paſſiuè: filia enim fœmina faidam leuare non poteſt, ideſt, iniuriam propulſare, vt dicit not. gloſſ. in cap. 1 an mutus vel imperfectus. & in cap. hoc autem, qui feud. dare poſſ. in vſib feu. quæ vult, quod de iure Longobardorum filia fœmina non ſuccedebat patri. Et per illam gloſſ. dicunt Bal. & Ang. in l. 4 §. Cato. ff. de verb oblig. & Bal in l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. & in l. pro hærede §. fin. vbi etiam
148 per Ang. ff. de acquir. hæred. quod † ſi ſtatutum diſponat, bannitum non debere exbanniri, niſi prius habita pace cum hæredibus defuncti; quod filia fœmina non poteſt pacem habere de nece patris, quia hoc tantum pertinet ad maſculos: quod eſt verum maſculis extantibus, ſecus illis non extantibus; vt dicit Imol. in l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. & pupill. Ludou. tamen in d. §. Cato. colum. pen. reprobat gloſſ. in d. §. hoc autem. primò, quia conſuetudo illa Longobardorum non deberet extendi ad conſe-
149 quentias. † Secundo, quia fœminæ & mulieri licet prohibeatur proſecutio iniuriæ vi belli, duelli, vel manu forti, tamē permiſſa eſt vindicta iudicialis, l. ſororem. C. de his quibus vt indig. l. ſi fœmine. C. ad Turpi. l. non ignorat. C. qui accu. non poſſ. §. conſequens. Inſtit. de ſuſpect. tut.

¶ Tertiò adducit text. ſingul. in l. 1. § potuiſſe. ff. ad ſilla. vbi mulier ancilla ita vendicat necem patroni, ſicut ſeruus.

¶ Quartò, iſtud non reperitur ſcriptum inter caſus, in quibus eſt deterior conditio mulierum, de quibus in l. in multis ff. de ſtat. hom. Sed aduerte quia Ang. conſil. 48. refert ſe hanc quæſtionem habuiſſe de facto & prædictis gloſſ. dicit eſſe caſum l. fin. §. vltro. ff. qui pet. tuto. ibi, virilis animi, &c. Sed dicit dictas gloſſ. intelligendas in defenſione extraiudiciali, ſecus in iudiciali per d. l. ſororem. Item aduerte, quia contra dictas gloſſ. ſcilicet, quod imò inimicitia cadat in muliere, text. eſt in l. 1. C. de his qui ſe deferunt. lib. 10. Illa muliere pariter inimicus.

150 ¶ † Ex quo infert ibi Ang. quod debens habere pacem cum hæredibus defuncti, ita debet habere cum muliere ſicut cum
151 maſculo. Nec ob. quod dicitur in Lombarda, quia † ſecundùm eum inimicitia capitur dupliciter, vno modo prout concernit rancorem animi, & ita cadit in muliere.

¶ Secundò, prout concernit actum extrinſecum & violentū, prout eſt arma portare, & de iniuria vindictam petere, vel duellum: & iſta non cadit in muliere. & Ang. ſequitur Ioan. de Ana. in c. cum oporteat de accuſ. Modò in propoſito cùm tale onus ſaltem vindictæ violentæ ſpectet ad maſculos, ſtatutū n excludēs fœminam à ſucceſſione paterna tanquam recompenſans, dictum onus dicitur fauorabile.

¶ Secundò hoc confirmo, quia tale ſtatutū concernit publicam vtilitatem, quæ requirit honeſtatem in ſingulis familiis cō-
152 ſeruari, l. 1. § ſed ſi hæres. ff. de ven. inſpi. l. ſuper ſtatu. C. de quæſtio. † Cōſtat autem, quod propter diuitias cōſeruatur honeſtas familiarum, quæ perit propter inopiam, §. ſancimus. in Auth. de teſti. l. 3. in prin. ff. de teſti. l. 1. ff. de cuſt. reorum. in auth. de defen. ciui. in prin. in auth. vt omnes obe iudi. in l. ſi creditores. ff. de priuil. cre. l. pietatis. C. de ſuſpect. tut. Sunt enim diuitiæ maximo adiumento honeſtati familiæ, iuxta illud Ouidij de faſtis.

In precio precium nunc eſt. dat cenſus honores:
Cenſus amicitias. pauper vbique iacet.

Nam propter diuitias homines redduntur nobiliores, vt dicit Innoc. in cap. Sedes Apoſtolica. ſupra de reſcript. facit l. honor. §. de ho-
153 noribus. ff. de mun. & honeſt. Pauperes † enim & miſeri citò fluxibiles ſunt, vt dicit Philoſophus, & probatur in l. 3. in princ. ff. de teſtib. Et egeſtate ſordentibus mors eſt ſolatium, & vita ſuppliciū, l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. & dicitur Eccleſiaſtici 40. Melius eſt mori quam indigere, nam vita eius eſt in cogitatione victus:
154 vnde † cum appellatione familiæ veniat agnatio, l. pronunciatio, in princ. ff. de verb. ſignif. & agnatio conſeruetur per maſculos, l. familia. ff. eod. tit. ad publicam pertinet vtilitatem, vt prole maſculinum comitētur paternæ diuitiæ, cùm per eam cōſeruetur memoria æterna aſcendentium, l. liberorum. ff. de verb. ſignif. Inſt. quib. mod. ius pa. po. ſol. l. & quia. ff. de interrog. ac.
155 ¶ Tertio, † tale ſtatutū imitatur ius l. 12. tab. per quod agnati præferebantur cognatis, & maſculi fœminis, Inſtitut. de Tertul.
156 in princ. & Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſta. §. item vetuſtas. † Et hanc partem, ſcilicet, quod tale ſtatutum ſit fauorabile, tenet Iac. de Are. in quæſtione diſputata. quæ incipit, Statuto vel conſuetudine. ſequitur Ioan. Andr. in addit. Specu. ſuper rubrica, de ſucceſſ. ab inteſta. in addit. quæ incipit. Eſt ſciendum quod Iac. de Aret. Angel. in l. quiſquis. vbi dicit hoc ſtatutum eſſe æquiſſimum. & in quæſtione diſputata. Nobilis quidam genere. & in conſil. ſuo 67. Cyn. in l. 1. C. de adulter. Ludou. in conſil. 411. incipiente, Quatuor ſunt. & in conſil. 16. quod incipit, Viſo themate. Bald. in l. ſi verò. ff. de legibus. habetur per Paul. de Caſtr. in conſil. 334. quod incipit, Primus caſus. dicentem non eſſe nouum naturali æquitati derogari per naturalem æquitatem, per l. 1. ff. de vſucap. & per l. ita vulneratus ff. ad legem Aquil. alleg. etiam Bald. in l. certum. C. vnde legi. dicens tale ſtatutum eſſe bonum, ſed non æquum: bonum propter publicam vtilitatem, & illud non inconuenit, quod aliquid ſit bonum ſed non æquum, vt dicit gloſſ. in l. 1. circa princ. ff. de iuſtit. & iur. ergo dictum ſtatutum factum fauore maſculorum dicitur fauorabile: & hanc credo communem opinionem, quam etiam tenet Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Sed not. quod licet ſtatutum non faciat mentionem de maſculis, tamen eorum fauore dicitur factum, ſecundùm Bald. in l. peto. ff. de lega. 2. Ludou. in conſil. 411. Bartol. in l. 1. §. filium. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Et hanc partem videtur etiam tenere Lapus in ſua alleg. 103. ſecundùm ordinem meam, quæ incipit, In quæſtione. circa princ. Sed aduerte, quia Bald. variè loquitur in hoc articulo, nam in l. 2. C. de in ius vocan. dicit tale ſtatutum reſpectu maſculorum fauorabile, reſpectu fœminarum odioſum, per gloſ. ſecundum Bald in l. 1. in fin. de ſecundis nupt. dicit, quod aut vix excluditur propter delictum & malos mores, & hoc eſt odium. Si vero excluditur propter prærogatiuam & honorem alterius, puta maſculorum, eſt fauorabile, & circa hoc debet ponderari intentio ſtatuentis, an principaliter ſtatuerit propter fauorem, an propter odium. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. dico eſſe gloſſ. in cap. ſciant cuncti. in verſic. alius. de elect. lib. 6. in cap. ſtatutum. in verſic. enumerandæ. de præben. eodem lib. & in cap. ſi propter, in verbo, primi anni. de reſcript. eodem libr. & vbique notat Gemin. in dubio tamen debet intelligi non propter odium ſtatutum, ſed principaliter propter fauorem, gloſſ. eſt notabilis, & ibi Bald. in l. 2. C. qui ad libertatem peruenire non poſſunt. licet contra facit gloſſ. in verſicul. ſimilibus. quam ibi ponderat Gemin. in cap. fin. de verborum ſignificat. eodem libro. Bald. in l. ſancimus. C. de nupt. dicit, quod de iure naturali ſtatutum eſt odioſum, ſed inſpecto iure ciuili eſt fauorabile.

Sexto Bald. in dicta l. 2. C. qui ad libert. dicit, quod ſi ſtatutum excludit fœminas à ſucceſſione aſcendentium, dicitur odioſum: ſi vero excludat à ſucceſſione fratrum vel tranſuerſalium, dicitur fauorabile.

Septimo Bald. in repetitione l. cunctos populos. in 19. colum. verſicul. item quæro quomodo cognoſcam. dicit, quod ſi principaliter ſtatutum fœminas excludat propter ſexum, eſt odioſum, dicta l. maximum vitium. ſed ſi fauore agnatorum, eſt fauorabile, l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. 2. Et licet ſtatutum expreſsè hoc non dicat, poterit tamen comprehendi coniectura, quoniam ſi excludit nepotem ex filia, probatur ex hoc factum fauore agnatorum: ſed ſi nepotem ex filia admittat, probatur factum in odium ſexus muliebris. Nec obſtat dicta l. maximum vitium. quia concedit Cal. quod ſtatutum continet odium ſecundario, ſed per hoc non debet dici ſtatutum odioſum per ſupradicta.

¶ Septimo idem Bald. in lectura dicta l. cunctos populos. in quarta charta, in verſiculo, conſequenter quæritur. dicit, quod eſt mixtum ex fauore & odio principaliter, tamen fauorem continet, dicta l. qui exceptionem. & ſupra dixi. Ecce ego quam variè Bald. locutus fuit.

¶ Conſiderabam tamen pro communi ſententia, ſcilicet, quod tale ſtatutum ſit fauorabile, facere vrgentem rationem, † quia hæreditas inuenta eſt iure ciuili, & dominium eſt iuris 157
ciuilis, textus eſt, & gloſſ. in l. 1. in princ. ff. de acquiren. rerum domin. tenet gloſſ. in l. pro hærede in princ. ff. de acquiren. hæred. & eſt textus in c. a. ius Quiritum. 1. diſt. probatur in l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ibi, ſimilitudine eſt iuris ciuilis. ff. ad Trebell. not. Bartol. in rubr. ff. de acquiren. hæred. item proprium legum eſt aliquos vocare ad hæreditatem & alios excludere, l. lege obuenire. ff. de verb. ſignificat. l. fin. ff. de ſuis, &c.

¶ † Modo ſic, diſpoſita per ius ciuile poſſunt in totum tolli 158
& etia[illegible] parte, vt in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. l. de quibus. ff. de [illegible] §. penult. Inſtitut. de iure naturali. not. Bartol. in dicta l. omnes populi. in 3. quæſtione principali. Immo dicit Bald. in l. vnica. in 10. colum. in verſiculo, quarta quæſtioni. C. quando non peten. par. quod ſtatutum in loco nō dicitur diſpenſatio, ſed ius commune: pro quo facit, quia quælibet prouincia abundat ritu ſuo,

cap. cer-

cap. certificari. ſupra de ſepul. cap. illa. 12. diſt. not. in cap. 1. de conſt. eo. lib.
ergo tale ſtatutū, quod eſt ius particulare in loco vel prouincia,
159 potuit fœminas, quas prius vocauerat, excludere, quia in † re
propria quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in re mandata. C. man.*
poterit fœminam dotatam excludere, nec dicetur odium cùm
eam excludat ab eius beneficio, & non odio perſonarum, ſed
fauore maſculorum, quos fortè prædilexit, ex quo per ipſos cō-
160 ſeruatur honeſtas familiæ, vt ſupra dixi: nam nemini † iniuriā
facit qui vtitur iure ſuo. Nec obſt. ſi dicatur, quod legitima eſt
debita filijs à iure naturali, & ſic tolli non poteſt: quia reſpōdeo
hoc eſſe falſum, nam cùm legitima habeat certas metas à iure
ciuili, *auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam.* non minus in ea poteſt ius
ciuile, quam ius gentium, imò plus eum det illi formam, *l. an in-
utilis. ff. de acceptila. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur.* & pondera hanc meā
conſiderationem, quia facit ad ea quæ ſupra dixi *in 1. q. ſcilicet an
tale ſtatutum valeat.*
161 ¶ Circa † ſecundam principalem q. ſcilicet, quam perſonam
intendat ſtatutum excludere. primò quæro, an ſi ſtatutū exclu-
dat filiam dotatam, ſufficiat quod dos ſit ei aſſignata per patrē
in teſtamento, vel aliter? Videtur quod non, quia ex quo ſtatu-
tum loquitur de filia dotata videtur requirere quòd ſit marita-
ta, quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, *l. fin. C. de dona. an-
te nupt.* Secundò, ſicut non poteſt dici nupta ante matrimoniū,
text. eſt *in l. quod pupillæ. ff. quando dies lega. ce.* ita nec dotata. Con-
trarium tenet Bart. *in l. Titio centum. §. Titio genero ff. de condit. & de-
monſt. in ver. quæro ſtatutum, &c.* primò per illum tex. Secundo *per
l. non eſt matrimony ff. de ritu nupt. & per l. qui pupillam. ff. de ritu nupt.*
Tertiò per gloſſ. quæ hic videtur velle, *in l. cum plures. §. 1. ff. de ad-
miniſt. tut.*
¶ Quartò ſtatutum loquitur de filia dotata à patre, &c. Sed
pater dotem aſſignando exercuit actum donandi, quantum in
eo fuit. *l. mulier. §. 1. ff. de condi. inſti. l. ſi ſtichum qui ff. de ſtatu liberis, er-
go, &c.* Et per hoc dicit Bart. apparere ſo. ad contraria, & Bart. ſe-
quitur Bald. *in l. non ſine. C. de bo. quæ lib.* dicens non ita conſue-
162 tudine obſeruari in ciuitate Perutij, quia † communis vſus lo-
quendi interpretatur illam dotatam, cui dos eſt aſſignata. tu die
ad hoc facere gloſſ. not. *in l. vnica §. accedit. C. de rei vxo. acti.* quæ
dicit, quod dos fit ex prouiſione. idem etiam ſequitur Paul. de
Caſtr. *in conſil. 231. quod incipit, Super eo quod quæritur.* dicens for-
tius hoc procedere, etiam ſi dos eſſet ſub conditione relicta. Io.
tamen de Imol. *in dicto §. Titio genero.* dicit opin. Bart. & Bald. æ-
quam, ſed de iure non procedere, primò quia ſtatutum corre-
ctorium eſt, *dicta l. maximum vitium.* ideo eius verba ſunt pro-
priè & ſtrictè intelligenda, vt not. Dyn. *in l. 1. ff. de verb. ſignificat.*
& not. *in l. conſtitutus. ff. de munup.* maximè quia concernit præ-
iudicium alterius, ergo ſtrictè interpretandum, vt minus lædat,
163 *l. 2. C. de noxa. c. dilectus. ſupra de conſuet.* maximè † quia in correcto-
rijs etiam ex identitate rationis non fit extenſio, iuxta no. *in au-
then. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ.* per gloſſ. *in ver. eligantur. in
clem. 1. de elect.* conſtat autem, quod ſtatutū ex proprio vocabulo
excludens mulierem dotatam, non includit dotatam, quando
nondum eſt maritata. vt ſupra dixi. Item facit tex. *ad hoc in d. §. Ti-
tio genero. in verſ. conſtante.*
¶ Fallit tamen ſecundū ipſum, quando conſuetudo loquen-
di aliter interpretanda eſſet, *l. cum Delamonis. §. aſinam. ff. de fundo
inſtruct.* Non obſt *d. l. non eſt. & d. l. qui pupillam.* quia ibi non dici-
tur, quod mulier incipiat eſſe dotata, antequam ſit matrimo-
nium, ſed dicitur, quod ſi pater in teſtamēto ordinauerit, quod
puella maritetur tutori vel filio tutoris, licèt alias non poſſet,
toto titulo, *C. de interdict. ma.* tamen hoc caſu tutor vel eius filius
poterit accipere eam.
¶ Secundò non ob. gloſſ. *in d. l. cum plures. §. 1.* quia potius ſen-
tit econtra Bart. dum dicit quod ſi pater dotem aſſignet filiæ, e-
rit dotanda, & ſic innuit quod nondum erat dotata.
¶ Tertiò non ob. *d. l. mulier.* §. 1. quia ibi non poterunt verba
de iure verificari, & ſecundùm proprium ſenſum, ideo verificā-
tur modo quo poſſunt, quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quia ver-
bum dotata, poſitum in ſtatuto verificari poſſet in maritata: fa-
cit quod no. *in l. Mæuius, in l. qui hære. & in l. hac conditio, 1. ff. de con-
di. & demon.* hanc partem tenet etiam Rapha. Cum. *in d. §. Titio
genero.* motus primò, quia ſtatutum debet propriè intelligi, niſi
aliud vſus loquendi in loco diſponat: ergo debet propriè intel-
ligi de filia dotata & maritata.
¶ Secundò, quia non eſt eadem ratio excludendi filiam do-
tatam & maritatam, & dotatam nondum maritatam, maximè
poſt mortem patris: quia communiter videmus, quod ſorores
malè tractantur à fratribus.
¶ Tertiò † facit alluſio vocabuli, ex qua argui poteſt, *l. 2. §. ap-* 164
pellata. ff. ſi cert. pet. l. tugurij. ff. de verb. ſignif. not. *in l. 1. in prin. ff. de ac-
quir. poſſ. & in l. 1. ff. de teſta.* dotata autem dicitur, id eſt, dos data: ſi
ergo dos data non eſt, non poteſt dici dotata, & ſic in ea verba
ſtatuti non verificantur.
¶ Quartò videtur caſus *in l. ſeruo. inuito. in § ſi teſtator. ff. ad Treb.*
† ſi pater legat centum filiæ pro dote, filia ex hoc non dici- 165
tur dotata, ſed habet actionem ex tali legato, vt illud conſe-
quatur, ad hoc vt ſit dotata: ergo ex tali legato non dicitur
dotata.
¶ Quintò facit, quia legatum, quod fit filię non maritatę pro
dote, dicitur conditionale ſi maritabitur, vt dicit Bart. *in d. §. Ti-
tio genero.* & infra dicam *in ſeq. quæſt.* Sed quamdiu pendet condi-
tio dotis, filia non dicitur dotata, caſus *in l. 1. §. ſub conditione. de
colla. dotis.* ergo per talem deſtinationem filia interim non dice-
tur dotata, & per conſequens non comprehendetur in ſtatuto.
& iſta pars de iure verior videtur, quam ſine dubio limita pro-
cedere, vbi ſtatutum excluderet dotatam & maritatam, quo
caſu non ſufficeret filiam in teſtamento fore dotatam, ſecun-
dùm Bald. *in d. l. non ſine.* pro quo facit, quia dotata, & maritata,
ſunt duo adiectiua, quæ ſtare non poſſunt ſine copula vel ſine
puncto, qui haberetur loco copulæ, gloſſ. not. *in l. pretia rerum. ff.
ad l. Falcid. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. ad carbo. in l. ſæpè. ff. de verb. ſignif. in l.
cum duobus. § ſi in coeunda. ff. pro ſocio.* not. Imol. poſt gloſſ. *in clem.
ſæpè, in 5. col. de verb. ſignif.* Pet. de Anch. Gemin. & Imol. *in c. fin. de
pactis. eo. lib.* not. *in l. qui cum plures. ff. de vulg. & pupill.* Præterea † 166
duo adiectiua ſeparatè poſita in dubio ponuntur pro coniun-
ctis, maximè in lege vel ſtatuto, ſecundùm Bart. no. *in d. l. ſæpè.* &
ſic perinde eſt, ac ſi diceret ſtatutum, ſi alia filia maritata dotata
fuerit, quo caſu requiritur concurſus vtriuſque, vt per Bart. *in l.
1 ff. de iuſt. & iur. in l. ſi is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub.* per Doct. *in c. 2. de
reſcript.* & ad propoſitum benè facit quod no. Bald. *in l. Gallus. §.
etiam, in fi. ff. de lib. & poſthu.* ergo non ſufficit, quòd pater filiæ in
teſtamento prouiderit.
¶ Secundò † limita procedere ſine dubio, quando ſtatutum 167
requireret dotem datam, quia tunc nō verificatur in dote pro-
miſſa, & multò minus in dote deſtinata in teſtamento, vt not.
Bartol. *in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quem ſequitur
Bald. & Ludo. *in l. ab hoſtibus. § ſi vir vxorem ff ſolut. matrimon.* &
Paul. de Caſtr. *in l. ſi marito. §. 1. ff. eodem tit.* not. plenè Andr. de I-
ſer. *in cap. 1. de ſucceſſ. feu.* Et facit, quia aliud eſt dotem datam eſſe,
aliud promiſſum, & ad eam actionem habere, probatur *in l. ſciē-
dum. § ſi ſimul. ff. qui ſatiſda. cogan. & l. minus. ff de regul. iur.* præter-
ea † verbum ſimpliciter poſitum intelligi debet in potiori ſig- 168
nificato, *Inſtitut. de iure naturali. §. ſed ius. l. 1. ff. ſi ager vectigalis.* &
debet propriè intelligi, *l. 1. §. ſi is qui. ff. de exer. l. ille aut ille. §.
cum in verbis. ff. de lega. 3. cap. in noſtra. ſupra de iureiuran.* ergo cùm
requirat ſtatutum dotem datam, & per conſequens matri-
monium eſſe contractum, ſine quo dos eſſe non poteſt, *dicta l.
fin.* ergo, &c.
¶ Salubre ergo & bonum conſilium eſt, quod pater in teſta-
mento inſtituat filiam nondum maritatam in illa portione de-
ſtinata pro dote, ne aliàs puta teſtamentum rumpat, quia hoc
caſu agere non poteſt, niſi ad ſupplementum legitimæ, iuxta
not. *in l. omnimodo. & l. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* vbi tamen in-
ſtituta non foret, ſi in teſtamento eſſet appoſita clauſula codi-
cillaris, licet filia diceret teſtamentum nullum tanquam præ-
terita, cogeretur tamen hæreditatem reſtituere hęredi vltra id,
quod percipiet pro ſua legitima, ſecundùm communem opi-
nionem, de qua *in auth. ex cauſa. C. de libe. præte. & in l. filio præterito.
ff. de iniuſto rupto.*
¶ Tertiò † quæro retenta opinione, quod ſufficiat dotem eſ- 169
ſe aſſignatam filiæ, an filia excluſa per ſtatutum ſtatim poſſit pe-
tere dotem aſſignatam, vel debeat expectare donec realiter
nubat? Quæſtio eſt antiqua diſputata per Ricard. malumbræ,
qui terminauit, quod ſtatim poſſit peti, quia † dos, quam ſtatu- 170
tum mandat dari filiæ excluſæ, ſuccedit loco legitimæ, de qua
reijcitur omne grauamen, *dicta l. omnimodo. & l. quoniam.* Ioan.
Andr. in *addit. Specul. in rubrica de ſtatu monachorum.* & Cyn. *in l.
ſancimus. C de nupt.* referunt argumenta Ricard. ſed Cyn. ali-
ter videtur loqui, Bartol. *in dicto §. Titio genero.* reprobat hanc
opinionem duplici ratione. Prima, quia ſtante dicto ſtatu-
to, dos non poteſt ſuccedere loco legitimæ, cum nulla legitima
debea-

debeatur, vt dixi plene *in 1. quæſt. principali.* Secunda ratio eſt, quia poſito quòd debeatur legitima, & dos in eius locum ſuccedat, tamen quia voluit ipſe Ricard. quòd licèt legitima tolli non poſſit per ſtatutum, poſſit tamen minui, certè ſicut poſſet minui reſpectu quantitatis, ita poterit reſpectu temporis, quia
171 plus † videtur & minus tam reſpectu quantitatis quàm temporis. *§. plus, Inſtit. de actio.* ſed dos & relictum pro dote ſui natura videtur dilatum in tempus matrimonij, caſus eſt *in l. quod pupilla. ff. quando dies lega. ce.* ergo quia dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, *d. l. fina.* ſic & ſtipulatio pro dote, *l. tali. ff. de iure dotium.* ideo remanebit tale relictum conditionale, ſi contrahatur matrimonium. Re tamen vera per ſtatutum poteſt in totum tolli legitima, vt dixi *ſupra in principali quæſt.* Concludit ergo Bart. quòd ſtante dicto ſtatuto, relictum pro dote eſt conditionale, ſi matrimonium ſequetur, & ante conditionem peti non poteſt. Præterea poſito, quòd non eſſet conditionale, negari non poteſt quin ſit in diem, vt dicit Bald. *in l. quoniam. C. de inoffic. teſtam.* Modo cùm talis dies ſit incertus, videtur conditionalis, *l. dies incertus. ff. de condit. & demonſtrat.* ſiue ergo ſit in diem, ſiue ſit ſub conditione ante nuptias peti non poteſt, ſecundum Bart. quam opin. pluries conſulendo ſecutus eſt Paulus de Caſt. vt ipſe dicit *conſil. 76. quod incipit, Viſo puncto.* vbi etiam dicit ſe vidiſſe per alios conſultum. Interim tamen filia debebit alimentari, *arg. l. qui filium. ff. vbi pupillus educa. debeat.* iunctis notatis per Cyn. *in l. alimenta. C. de negot. geſt.* Bald. tamen *in d. l. ſancimus. C. de nupt.* tenet opin. Ricardi dicens illam eſſe æquiorem quàm opin. Bart. de quo per Paul. de Caſt. *in d. conſil. 76.* qui ſaluat opinionem Bart. & plenius per eundem *in conſil. 232. incip. Super eo quod quæritur.*

172 ¶ † Quarto quæro, ſtante prædicto ſtatuto, quid ſi pater ſimpliciter leget centum filiæ, vel in centum eam inſtituat, an ipſa dicatur dotata, ita quòd ſit in caſu dicti ſtatuti? dic quòd non, quia legatum vel talis inſtitutio multum differt à conſtitutione dotis, *l. filia legatorum, cum ibi notatis. C. de leg.* aliàs ſequeretur, quòd mulier, ſi nunquàm nupſiſſet, ex quocunque legato diceretur dotata, quod lege non probatur: vnde iſte caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſoluto matrim. l. conſtitutionibus. ff. ad municipales.* maximè cùm agatur de lege corrigenda & materia exorbitanti, *arg. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthum.* Item ceſſat qualitas requiſita à ſtatuto, ſcilicet, dotationis: ergo ceſſabit & ipſum ſtatutum, *l. 3. §. hoc autem. ff. de itinere actuq. priuato.* & ita de facto conſuluit Franciſc. Tigrini, & dom. And. filius domini Raym. de Monte Robiano: quod not. Tu dic optime facere quod not. Bartol. *in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1.* dicens, quod ſi pater ſimpliciter leget filiæ, deinde illam dotet, filia petit vtrumque: & ſic patet, quòd legatum non intelligitur factum ex cauſa dotis, ad quod vide not. *in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſoluto matrim.* & per Ludouic. *in conſil. 253. Quæſtio incipit, videamus primo.*

173 ¶ † Quinto quæro, præſuppoſito, quòd requiratur filiam eſſe maritatam, an ſufficiat quod ſit ſponſa, licet matrimonium per verba de præſenti non contraxerit? Iacob. de Are. & Petr. vt refert Cyn. *in l. non ſine. C. de bonis quæ libe.* tenent, quod non, primo quia ibi tractatur de odio, ſponſa non continetur appellatione maritatæ, *l. ſolet. in fin.* & ibi hoc not. Alber. Bald. Ang. *ff. de his qui notantur infamia.* & Bald. *in l. ſi ante. ff. ſolut. matr.* vide Panorm. *in cap. illud, de præſumpt.*

¶ Secundo facit, *l. ſi quis officium. ff. de ritu nupt. l. quod ſeruus. ff. de condit. ob cauſam. l. ſancimus. C. de nupt. l. cum teſtator. C. de teſtam. manu.* in quibus probatur, quòd appellatione ſponſæ non venit maritata.

174 ¶ † Tertio facit, quia ſponſa eſt futura vxor, *l. 1. de ſponſa. cum l. ſequenti.* & quod futurum eſt nondum eſt, *l. & qui nondum. ff. de pign.* *ergo, &c.*

¶ Quarto, verba legis loquentis de eo, quod eſt in facto, non verificantur in eo quod eſt in fieri, *l. ſi quis id quod. §. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

¶ Quinto, vbi agitur de odio & legis correctione, verba ſtatuti debent capi in proprio ſignificato & ſtricte, *l. præcipimus. C. de appell. l. ſancimus. C. de teſtam. gloſſ. in l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſa mortis. & in Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in Clem. 1. in verbo, eiſdem. de æta. & qualit.* not. Bart. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* & Imol. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrim.*

175 ¶ † Sexto, vbi verba ſtatuti poſſunt aliquid operari, ſunt nunquam interpretanda, *l. ſi à domino. § ſi prædo.* & ibi Ang. *ff. de peti. hære.* facit *l. illud ff. eod. tit.*

¶ Septimo iſte caſus omiſſus à ſtatuto, quod loquitur de maritata, relinquitur diſpoſitioni communi, *l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthum. cum ſimilib.*

¶ Octauo, vbi verba ſtatuti non habent locum, nec etiam ipſum ſtatutum, *l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquiren. hæred.* & ita etiam tenet Alber. *in d. l. non ſine.* licet referat quoſdam tenere contrarium.

¶ Eandem quoque ſententiam tenet Pet. de Ancha. *in repet. cap. canonum ſtatuta. de conſtit. in colum. 172. verſic. quæro de quæſtione.* fallit tamen hæc communis opinio, vbi forent contracta ſponſalia de futuro inter impuberes, quæ poſt ſuperuenientiam legitimæ ætatis tranſiniſſent in matrimonium, iuxta not. *in cap. 1. de deſponſa. impub. lib. 6.* nam in tali ſponſa ſtatutum haberet locum, etiam ſi copula ſecuta non foret, *l. nuptias. ff. de reg. iur.* facit quod not. *in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler.* Ex quibus infero tale ſtatutum in dubio habere locum in ſponſa per verba de præſenti, licèt nondum copula ſit ſecuta: & ita ſentiunt præfati ſcribentes, ad quod videnda ſunt quæ in ſimili quæſt. plene tangit Panorm. *in conſilio ſuo primo, incipiente, Quidam A. contraxit ſponſalia.*

¶ Sexto quæro, † an neptis ex filia excluſa ſtante dicto ſta- 176
tuto excludatur, ſicut ipſa filia? Cyn. poſt Nicol. de Matharel. *in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet.* tenuit quòd ſic, idem Bald. & Imol. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matr.* & Bald. *in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in l. quod vero. ff. de legib. & in l. illam. C. de colla. & in l. de quibus. ff. de legib.* & Ang. *in § ac qui. in Auth. de triente & ſemiſſe. in conſil. 343. quod incipit, Totum dictum ſtatutum.* & Paul. de Caſt. *in conſil. 334. incip. Primus caſus. in 3. colum.* pro hac ſententia primo facit, quia ratio conſeruationis familiæ fortius excludit neptem quàm filiam, ergo, &c.

¶ Secundo facit quod not. Bald. *in l. Gallus, in §. inſtituens. ff. de liber. & poſthum.* & Bart. *in l. liberorum. ff. de verbor. ſignif.* cuius dicta ſequitur Pet. de Anch. *in Clem. 1. de baptiſmo.* & facit quod not. Bald. *in l. in ſuis, in fin. ff. de liber. & poſthum. & in cap. 1. §. hoc autem notandum. qui feudum dare poſſ. in vſi. feu.* de quo etiam per D. Signoro. *in conſil. 156.*

¶ Tertio facit, quia neptis ſuccedit loco filiæ excluſæ, ergo & ipſa excludetur: & ita Bald. *in l. venia. C. de in ius vocan.* & Panorm. *in conſil. 76. incip. Quidam deceſſit.*

¶ † Septimo quæro, an neptis ex filio maſculo excludatur 177
per dictum ſtatutum. Bald. ſingulariter *in d. l. venia.* tenet quod non, quia neptis ex filio maſculo repræſentat perſonam patris, qui ſuccedebat, ergo, &c.

¶ Contrarium tenet ibi Raph. Fulg. quia ſicut filia propria defuncti excludit, ita & neptis ex filio, quæ non debet eſſe melioris conditionis, *arg. l. ſi viua matre. C. de bonis mater.* Item qualitas maſculini ſexus, quæ erat in patre, ceſſat in filia, & ſicut patrem repræſentare non poteſt, quia non habet qualitatem requiſitam à ſtatuto, *arg. l. fin. C. de naturali. lib.* & hoc argumento vtitur Bart. *in d. l. liberorum. in verſic. pone recento, &c.*

¶ Tertio in nepte etiam ex filio ceſſat ratio ſtatuti, ſcilicet, conſeruationis agnationis, quam ſupra dixi *in prima principali quæſtione:* ergo, &c. Et ad iſta faciunt quæ pulchre not. Paul. de Caſt. *in conſil. 87. incip. Caſus frequenter contingit.* vbi quærit, an ſi teſtator filias eius fœminas inſtituerit in certis ſuis rebus, inſtituendo maſculum vniuerſaliter, cui ſubſtituat, ſi ſine filiis vel liberis moreretur, an filio moriente relicta filia fœmina, deficiat conditio vel non: de quo ibi per eum, & per eundem *in conſil. 355. quod incipit, Viſo dicto teſtamento. & in conſil. 189. incipien. Videtur dictum.* plene per Modernum Bononienſem *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. colum. 170.*

¶ Octauo quæro, † nunquid nepos ex filia excludatur ſtan- 178
te dicto ſtatuto. Franciſc. Tigrini *in quodam ſuo conſil. incipiente, Super quæſtione, quæ ori.* conſuluit nepotem maſculum ex filia fœmina non excludi à ſucceſſione aui, immò præteritum poſſe rumpere teſtamentum, non obſtante dicto ſtatuto, monetur primo, quia caſus iſte omiſſus eſt à ſtatuto, ergo, &c. *d. l. commodiſſime.*

¶ Secundo, quia † fœmininum non comprehendit maſcu- 179
linum. *l. ſi ita ſcriptum. in princ. ff. de leg. 2.* vbi dicit text. peſſimum exemplum eſſe ſub fœminino genere maſculinum comprehendi, facit *l. qui duos. ff. de lega. 3.* quod iſtud tenet gloſſ. & Bart. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.* facit gloſſ. *in Clem. attendentes, de ſtatu monach.*

dicens, quòd appellatione Abbatiſſæ non venit Abbas, quod maxime procedit in ſtatutis, quæ non recipiunt interpretationem extenſiuam. Ex quo infert Albericus *in prima parte ſtatutorum, quæſt.* 9. quòd ſtatutum prohibens ſub pœna dominos non tenere in ſuis agris capras, ne vicini damnificentur, non habet locum in tenente hircum: & ita dicit tenere Hoſt. & fuiſſe deciſum in ciuitate Mutinæ, de conſilio Alberti Papien.

180 † Tertio, quia vbi lex diſponit reſpectu certæ qualitatis, ad hoc vt lex locum habeat, oportet illam qualitatem adeſſe, *l.* 1. *§. non autem. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſ. fue. l.* 3. *§. hoc autem. ff. de iti. actuq́ priua. l. in delictu. § ſi detracta. ff. de noxa.* ergo cùm ſtatutum non loquatur ſimpliciter, ſed excludat filiam dotatam vel maritatam, quę qualitas cadere non poteſt in nepote maſculo, ergo, &c.

Quarto, vbi verba ſtatuti locum non habent, ibi nec etiam ſtatutum.

181 † Quinto, ea ſolum quæ ad filios peruenire poſſunt prouiſione patris, adimuntur filiis per caſum in patre contingentem, non ea quæ prouiſione legis veniunt, *l. ſi arrogator. ff. de adopt.* Sed ſucceſſio aui ad nepotem non prouiſione patris, ſed legis transfertur, *l. lege obuenire. ff. de verb. ſign. ſ. l. fin. de ſuis & legi. l. nam & ſi. in princ. ff. de inoffic. teſtam.* facit *l. cum quæritur. in ratione ſui. ff. de bon. libert.* ergo, &c.

182 † Et ad hoc facit, quia filia de medio ſublata, nepos intrat primum gradum, *l. pater filium. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis filium. C. eod. tit.*

Nec obſt. ſi dicatur, quòd ſit eadem ratio in nepote maſculo ad excludendum eum, quæ eſt in filia, ſcilicet, vt bona conſeruentur agnatis: quia dicit, quòd quia in ſtatuto mens & ratio non eſt expreſſa, non eſt licitum ex illa arguere, vt dicit gl. 3. *in l. quamuis. ff. de in ius voc. & in l. non dubium. C. de legib.*

Contrarium tamen tenuit Bart. licèt de prædictis mentionem non faciat, *in l. liberorum. ff. de verbor. ſignif. & in l.* 2. *§. fin. ff. ad Tertul.* quem ſequitur Petr. de Anchar. *in Clem.* 1. *de baptiſ.* & Ludouic. *in ſuo conſil.* 40. *incipiente, Viſis ac diſcuſſis.* dicens idem tenere Cyn. *in l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet.* & Bald. *in l. quod vero. ff. de legib.* adde idem tenere And. de Iſer. *in cap.* 1. *de natura ſucceſ. feud.* Bald. tamen *in d. l. maximum vitium.* diſtinguit, quod aut ſtatutum ſimpliciter excludit filiam, & tunc nepos & quilibet ex ea deſcendens dicitur excluſus tanquam deſcendens ex inhabili materia, *arg. l.* 2. *C. de libe. & eorum lib.* facit *cap.* 1. *§. hoc autem notandum. qui feu. dare poſſ.* aut non ſimpliciter loquitur, puta quia excludit filiam dotatam & maritatam, & tunc aut filia ſuperuixit patri, & hoc caſu nepos ex ea excludetur. Aut prædeceſſit patri, & tunc nepos non excluditur, quia tunc in eo ceſſat ratio ſtatuti, ſcilicet, dotationis: & idem tenet Bald. *in l ſancimus. in princ. C. de inoffic. teſtam.* Sed tu conſidera primo ad hoc facere quæ dixi ſuper *gloſſ. fin. in hoc cap.* Item aduerte, quòd omnes rationes, quibus mouetur Bald. ad dicendum, quod nepos ex filia moriente poſt mortem patris excluditur, militant etiam quando pater primo moritur. Præterea & illæ rationes, quibus ſupra concluſum eſt, neptem ex filia excludi, habent locum etiam in nepote maſculo ex filia, ergo, &c. quia mutato ſexu, non mutatur ratio excluſionis, cum talis non poſſit venire niſi tanquam imago matris, *arg. l. illam. circa fin. C. de colla.* igitur ex-

183 cluſa erit tota linea ex filia deſcendens, & † facit, quia niſi actus in principio ſumat initium, non poteſt ex illo fieri vlterior productio, *l. quæcunque gerimus. ff. de ac. & oblig.* Sed principium, ſcilicet, filiæ eſt excluſum, ergo, &c.

Tertio ad hoc facit, quod not. Ioan. And. *in cap. ad Apoſtolicæ. de re iud. lib.* 6. & Bald. *in l.* 1. *ff. de ſenato.* vbi dicit, quod Rex Angliæ nullum ius habet in regno Franciæ, quia proceſſit ex filia, quæ de conſuetudine non ſuccedit in regno & in cauſato, non eſt plus virtutis quam procedat ab influenti potentia cauſæ ſecundum ipſum. Et hanc partem ſequitur idem Bald. *in l. cunctos populos, in* 15. *colum. C. de ſumma Trinit. alleg.* Guil. & Cyn. *in l. de quibus. ff. de legib.*

Quarto, ſtatutum non ad perſonam ſed ad naturam habuit reſpectum, ideo quia nepos maſculus ex filia deſcendens eſt alterius naturæ & agnationis, certè licet filia de medio tollatur, non propter hoc deſcendens ex ea ſubintrat gradum vel locum, faciunt quæ voluit Bald. *in d. l. maximum. in* 2. *col.* Concludo ergo, quòd ſi filia ſit dotata & maritata, omnes ex ea deſcendentes fœminæ & maſculi erunt excluſi, ſiue filia moriatur viuo patre, ſiue poſt, vbi vero filia non eſſet dotata & moriatur, ſine dubio ſuccederet patri præmorienti, & ipſa & omnes ex ea deſcendentes. Sed ſi præmoreretur, forte tunc poſſet fieri diſtinctio inter nepotem maſculum & neptem ex ea, quia neptis ſi dotetur & maritetur per auum, non ſuccedit, ex quo in ipſa cadit iſta qualitas dotis, quæ cùm cadere non poſſit in nepote maſculo, fortè aliud dicendum, quia tunc ſumus extra caſum ſtatuti requirentis filiam dotatam, &c. facit *l. omnes. C. ſi nec cenſu. vel reli. l. ita demum. in princip. ff. de excu. tuto.* nec hoc caſu nepos dicitur ex radice inhabili, cùm mater ex eo, quod non fuerit dotata, nunquam fuit inhabilis: & idem dic de nepte, quando non fuiſſet per auum dotata vel maritata, cogita. Et tenendo opin. Bartol. & communem non obſtat, allegata in contrarium, & primo *l. commodiſſime*, quia imò iſte caſus non eſt omiſſus à ſtatuto, ſed comprehenſus, quia nedum fœminam, ſed lineā fœmininam totam voluit excludere, & per conſequens nepotem maſculum, in quo eſt eadem ratio, quia mutato ſexu non mutatur ratio ſtatuti, vt ſupra dixi, & bene facit *d. §. hoc autem notandum.* Præterea de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam etiam in exorbitantibus licita eſt extenſio, vt infra dicam.

† Sed ſublato vocabulo appellatione filiæ venit nepos, *l. liberorum. ff. de verbor. ſignific.* ergo ſtatutum excludens filiam, excludet etiam nepotem ex ea: quod autem licita ſit extenſio de ſtricta ad latam etiam in materia exorbitanti, probo primo ex gloſſ. *in ver. in canoniis, in cap.* 1. *de elect. eod. lib.* quæ dicit, quòd illa conſtitutio loquens de canoniis, habet etiam locum in omnibus beneficiis, quia largo vocabulo canoniæ appellantur, idem vult gloſſ. *in verbo, gregibus. in Clem.* 1. *de deci.* idem gloſſ. *in ver. Epiſcopus. in cap. quia periculoſum. de ſent. excommun. infra eod. lib.* idem gloſſ. & Ioan. And. *in cap. fin. de elect. eod. lib.* vbi extendit illam conſtitutionem loquentem de elect. ad præſentationem, quæ largo vocabulo dicitur electio, tex. eſt *in cap.* 2. *de in integr. reſt. ibi, antequam illum elegerit.* &c. hoc etiam tenet Ioan. And. *in cap. vnico. de rerum permut. eod. lib. infra*, & Paul. *in Clem.* 1. *de elect.* dicens illam Clem. loquentem de modo electiuo habere locum in quocunque modo prouidendi, idem tenet gloſſ. *in ver. clericus. in cap.* 1. *& in cap. eos. de tempo. ordi. eod. lib. & in Clem. auditor, de reſcript.* quæ dicit, quòd illa Clem. loquens de beneficio, habet locum in dignitate, quæ largo vocabulo dicitur beneficium, vt eſt gloſſ. *in reg.* 1. *infra eod. lib.* idem voluit † Bart. *in l. Marcel-* 185 *lus. ff. ad Trebel. & in Auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid.* dicens, quòd iura noua prohibentia detractionem falcidiæ quo ad primam cauſam, extenduntur ad Trebellianicam, quæ largo vocabulo dicitur Falcidia, *§ ſin autem. in verſiculo, omni ceſſante Falcidia. in Auth. de eccleſ. titul. colum.* 9. idem gloſſ. vult *in cap.* 1. *de poſtula. præla. eod. lib.* dicens, quòd ius exorbitans loquens de elect. habet locum in poſtulatione, facit gloſ. *in cap. ſi poſtquam. de elect. eod. lib.* quæ dicit, quòd illa conſtitutio loquens de collatione habet locum in prouiſione. Idem tenet gloſſ. & Bartol. *in Authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven.* † quæ dicit, quòd lex lo- 186 quens de contractu, habet etiam locum in quaſi contractu. Item facit gloſſ. *in verſic. ad correctionem, in Authen. vt hi qui obligatas ſe perhibent res mino. §.* 1. & quod not. Bartol. *in d. l. liberorum.* Quod tamen intellige, niſi conſtitutio ſit exorbitans & pœnalis ſimul, quia tunc de ſtricta ad latam non eſt licita extenſio, gloſſ. eſt notabilis *in ver. in eiſdem, in Clem. vt hi qui. de ætat. & qualit.* ſecundum D. Anton. & Imol. ibi, quod etiam tenet Ludouic. *in conſil.* 129. *quod incipit, Licet magna. & in conſil.* 150. *incip. In propoſita quæſtione.* & Gemin. *in cap.* 1. *de temp. ord.* dicens ſaltem non poſſe extendi conſtitutionem exorbitantem & pœnalem ſimul ad latiſſimam ſignificationem vocabuli, vt ibi per eum, vel aliter ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam, vt not. Bartol. *in l. omnes populi. in verſic.* 4. *quæritur. ff. de iuſt. & iur.* plene Gemi. *in cap. ſi poſtquam, de elect. eod. lib.* Secundo non obſt. quod fœmininum non includit maſculinum, quia ſtatutum agit nedum excludere filiam, ſed etiam omnem lineam ex ea deſcendentem, in qua nedum fœminæ, ſed etiam maſculi continentur, *Inſtit. de gradi. & l. iuriſconſultus. ff. eod.*

Tertio non obſt. quod in filio maſculo ex filia non ſit qualitas dotationis: quia reſpondeo, quòd ſufficit illam qualitatem fuiſſe in perſona filiæ, quam & eius lineam ſtatutum intendit excludere, facit *l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pupil. & l. Mela, in princ. ff. de ali. lega.* plene not. Bartol. *in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupil.* & Bald. *in l. antepenult. C. de inſti. & ſubſtit.* facit quod notatur maxime per Bald. *in l.* 1. *C. vnde vir, & vxor.*

Quarto non obſtat, *l.* 3. *ff. de interdic. & rele.* quia procedit quando

184

quando quis odio vel delicto principaliter excluditur à ſucceſſione, nos loquimur in excluſione, in qua non conſideratur perſona, ſed ipſa natura, & maſculus ſicut & eius mater: facit quod not. Bald. *in d.l.maximum.in 2.colum.*

Quinto non obſtat, quod in ſtatuto non ſit expreſſa ratio, quia cùm in reddenda ratione legis vel ſtatuti poſſit multipliciter per coniecturas procedi, probatur *in l. ſcire oportet. §. alius. ff.excu.tuto.ff.de legibus.l. benignus, in l.in ambiguo ff.de regul.iur.in l. adigere. §. quamuis.ff. de iur.patron.in l. vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff. de mu.& hono:in l.2.§.item Varus.ff.de aqua plu.arcen.* certè in caſu noſtro poteſt coniecturari ratio ſtatuti, quòd fuerit fauor conſeruationis familiæ, vt ſupra dixi *in t.quaſt.princip.* quæ ratio cùm ſit vnica, debet haberi pro expreſſa, gloſſ. eſt notabilis *in l.quamuis.C.de fideicommiſ.* & Bald. *in l.ſin.de libe. preteri. text. in l. nominatim.ff.de liber. & poſthum.* facit quod nor. Bald. per illum textum, *C.de fideicommiſ.l.quotiens.* text. & ibi Panor. *in cap. ſuggeſtum.ſupra de deci.& in cap.2.requiri. ſupra de appellat.* facit *l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excu.tuto.& l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.2.& l. tale pactum.§.fina.ff.de pactis.* not. Panorm. *in cap.fina.de re iudica.*

187 Nono quæro, † quid ſi filia non vult dotari nec nubere, ſed caſtitatem ſeruare vt patri ſuccedat: dic quòd quia ſtat per eam, quominus doterur, debet haberi pro dotata, *argum.l.qui filium.ff. vbi pupi.educa.debe.& l.iure ciuili.ff.de condit.& demonſtr. l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam.ff.de contrah.emp.* nam hoc caſu cum ſtatutum velit, quod dos ſuccedat loco legitimæ, *l.qui volebat.ff.de hæred.inſtit.* ſufficit illam offerre: facit quod not. Cyn. *in l.ſanc imus. C.de nupt.* & ita determinat Bald. *in l.pactum. C. de colla. ver. vigeſimo quæro. & in l. fin. C.de pact. in verſic. ſed ponamus, quod ſoror.* ſequitur Petr. de Anchar. *in repetitione cap. canonum ſtatuta, ſupra de conſtit. in colum.* 148. Contrarium tamen videtur tenere Andr. de Iſern. *in cap.1.in 12.colum. de natura ſucceſſ.feud.in verſic. modo fortius.* vbi tenet etiam, quod ſi filia fuit contenta dote, tamen poteſt petere reſtitutionem ratione minoris ætatis: de quo ibi per eum. Tenendo tamen opin. Bald. limita illam procedere, niſi iſtud ius ſuccedendi iam ſit delatum & quæſitum ipſi filiæ, quo caſu non poteſt cogi in vita renunciare ſucceſſioni: ad quod ſufficiunt quæ dicam *infra in quæſtione,* an ſi filia iam mortua matre dotetur à patre, excludatur à ſucceſſione materna.

188 Decimo quæro, † quid ſi pater relicta poſthuma vel infante, vel furioſa moriatur, & ſic non potuit eam dotare, an frater ſi voluit eam dotare audiatur, & ipſam excludat? Bald. notabiliter *in l.ſi plures. in verſic. iuxta præmiſſa. C. de condit. inſer.* arguit quod ſic, quia nihil potuit imputari patri. ¶ Secundò, quia iſta conditio dotanti ſic ſtatuto annexa, tranſit ad hæredes. ¶ Contrarium tamen tenet, quia iſte caſus omiſſus à ſtatuto debet relinqui diſpoſitioni iuris communis, iuribus vulga. Bald. ſequitur Petr. de Ancharan. *in dicto cap.canonum.in colum.* 149.

189 Vndecimo † quæro, quid ſi filia tempore, quo dotatur, reſeruat ſibi ius ſuccedendi patri, an talis reſeruatio ſibi proſit, Bartol. *in l.fin. C. de pact.* tenet quod ſic, per textum, *§ fin. Inſtit. de legi.agn.ſucceſſio.* Bald. tamen, & Paulus de Caſt. limitant hoc verum, quando maſculi conſentiunt, quorum fauore emanauit ſtatutum, *argum.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de lega.1.* & ibi etiam not. Bartol. *& in l.1.§.1.ff.de colla.bono.& in l.2.§. ſed videndum.ff.de tritico.* Secus ſi maſculi non conſentiunt, quibus ius quæſitum per ſtatutum pater auferre non poteſt, *l.ſin.ff.de pact. l.ſi poſt mortem.§.ſin.ff.de contra tabul.* Idem ſequitur Imol. & Ludou. *in l.ſtipulatio.ff.de verborum obligatione.* & Gemin. *hic in 4.colum.* 4. Moderni tamen *in d.l.fina.* indiſtinctè tenent cum Bartol. ibi, quia ſicut pater teſtando poteſt filiam inſtituere, & ſic tollere ius maſculis quæſitum, quando ſtatutum expreſsè non prohibet fœminas ſuccedere etiam ex teſtamento, vt communiter tenent ibi Doctor. ita videtur quòd poſſit paciſcendo tale ius tollere, maxime quia maſculis non eſt perfectè ius quæſitum in vita patris. Sed quædam impropria ſpes ſuccedendi, quæ licèt eis abinteſtato tolli non poſſit, tamen poteſt per pactum ſicut per teſtamentum tolli: & facit, quia iſtis maſculis etiam in ſpe non eſt quæſitum ius verbi, poſtquam filia eſt dotata, ergo pater à principio quando dotat filiam poteſt iſtud ius

190 quærendi filiis impedire, quia † facilius tollitur ius quærendum quàm quæſitum, *l.ſeruus.C. de pactis.* tu adde ad hoc facere quod inquit Andr. de Iſern. *in cap.1.circa finem princip. de natura ſucceſſ.feud.* vbi vult, quòd ſi filia recipiendo dotem proteſtetur, quòd propter hoc non intendit renunciare hæreditati, quòd ſi pater dans conſentiat proteſtationi, quod ſibi & hæredi ſuo præiudicat. Et hanc partem & opin. Bald. tenendo limita non habere locum, quando filia ex interuallo, poſtquàm eſt dotata, faceret pactum cum patre, vt poſſit ſuccedere. Et ratio eſt, quia tunc filiis maſculis eſt ius quæſitum ſaltem ſpe conſiderabili à iure, quæ habet ortum à ſtatuto & à cauſa de præterito: ergo non poteſt eis inuitis auferri. ¶ † Præterea hoc 191
caſu filia ſemel excluſa à ſtatuto inuitaretur per pactum ad hæreditatem, ſed hæreditas pactionibus dari non poteſt, *l. cum donationis.C.de tranſact.l.hæreditas.C.de pact. conuen.* ergo, &c. Secundo limita procedere, quando filia facit pactum cum patre, quòd poſſit ſuccedere: ſecus ſi eſſet pactum, quòd omnino deberet ſuccedere, quia iſtud eſſet pactum de futura ſucceſſione omnino improbatum, iuxta nor. *in d.l.fina.* & ſupra dixi *in gloſſ.in verbo, lex ciuilis.*

Duodecimo quæro, † quid ſi pater pro filia ingrediente monaſterium aliquid donet monaſterio, puta ponit centum ſuper altari pro eleëmoſyna, an iſta filia habebitur pro dotata, ita quòd excludatur ſtatuto? Bartol. *in l.Titio centum.§.Titio generc.ff.de condit. & demonſtrat.* tenet quòd ſic, quia in vulgari id quod datur monaſterio appellatur dos monialis, & idem voluit Bartol. *in l.1.§.ſi vel parens.ff.ſi quis à parente fue.ma.* facit quod voluit Bald. *in l.omnimodo. & in l. quoniam.C.de inoffic.teſtam.* Et pro hac parte vltra eos facit, quòd ſtatutum loquitur de dotata & maritata. † Sed conſtat, quòd mulier, quæ profitetur religionem, contrahit matrimonium, quia ſpiritualiter nubit Chriſto, & immortali ſponſo ſe coniungit, *cap.quæ Chriſto.& cap. quòd autem.27.quæſt.1.* vnde cum appellatione matrimonij veniat nedum carnale ſed etiam ſpirituale, quod eſt dignius, cum in eo ſit ſalus animæ, *27.quæſt.1.cap. nuptiarum bonum.* ergo, &c. licèt enim vergens & continentes & etiam coniugati per fidem rectam & bonam operationem placentes Deo ad vitam æternam mereantur peruenire, *cap.firmiter.in ſin.ſupra de ſumma Trinit.* tamen † continentes plus placent Deo quàm coniugati, quia non expedit homini ad regna cœlorum tendenti accipere vxorem, *cap.tunc ſaluabitur.33.quæſt.5.* & eſt gloſ. notab. *in d.cap.firmiter, in fin.* 192 193 194

Secundo facit ſtatutum loquens generaliter & indiffinite de filia dotata, † ſed ita appellatur dos illa, quæ datur pro matrimonio ſpirituali, ſicut quæ datur pro carnali, vt ſupra dixi: ergo de vtraque ſtatutum intelligetur, *cap. vt circa. de elect. eod. lib. l.de pretio.ff.de publica.* maximè cum ratio non ſuadeat magis includi matrimonium carnale quàm ſpirituale, *arg.l.generaliter.ff.de fideiuſſo.* 195

In contrarium tamen facit vrgens ratio, quia immò ſtatutum excludit filiam dotatam à ſucceſſione patris propter dotem, quæ remanet penes filiam, & illi quæritur, & dicitur eius patrimonium, *l.vnica.C.de rei vxor.actio.* ſed illa pecunia poſita ſuper altari loco eleëmoſynæ remanet penes monaſterium, cui acquiritur, & non moniali, cùm etiam illi acquiri non poſſit, cùm ſit † profeſſa, & à ſe abdicauerit ſua, immò nec proprium poſſit habere, *c.cùm ad monaſterium.ſupra de ſtatu monach.* quod etiam probatur, quia talis pecunia non reſtituitur moniali, ſi ad aliud monaſterium transferatur, *cap.ſi quis rapuerit.27.quæſt. 1.§.ſi vero relinquens, in Authentico de mona.cap.olim.el 2.ſupra de priuileg.* plene not. *in cap. quod à te.ſupra de clerie.coniuga.* † Secundo facit, quia illa pecunia oblata ſuper altari loco eleëmoſynæ non eſt dos illius matrimonij ſpiritualiter, nec eſſe poteſt, quia pro tali matrimonio ſpirituali conſequendo nulla dos poteſt aſſignari, & ſi ex pacto aſſignaretur, eſſet ſimonia, *cap. non ſatis.ſupra de ſimonia.* vbi autem ſponte & ſine vlla conditione, puta intentione aliquid detur, non eſt peccatum, *cap. veniens.cap.tua.& cap.fin.ſupra de ſimon.& 1.quæſt.1.placuit.* Non enim debet cenſeri dos matrimonij ſpiritualis illud, datum per eleëmoſynam, cùm dos dari non poſſit, *d.cap.non ſatis.* nec † in dubio præſumitur quis delinquere, *l.merito.ff.pro ſocio.* nec immemor ſalutis æternæ, *cap. ſacram.1.quæſt.7.l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccleſ.* nec eligere viam ad impugnanda ſua iudicia, *l.3.ff.de teſtam.mili.* 196 197 198

Tertio, illa pecunia non computatur in legitima, cùm non ſit data, vt apud filiam remaneat, ſed patre ſit oblata per patrem monaſterio loco eleëmoſynæ, & monaſterio acquiritur, vt prædixi.

Quarto, ſtatutum quod loquitur de filia dotata excludenda ab hære[illegible]ris, intelligitur de dote reſpectu matrimonij carnalis, pro quo datur dos per patrem ipſi filiæ, cui incumbit onus dotandi, *l. fin. C. de dotis promiſſ. l. qui liberos. ff. de ritu nupt.* non autem intelligitur de matrimonio ſpirituali, pro quo dari dos prohibetur:
199 ſtatutum † enim generaliter loquens, interpretatur ſecundum ius commune, *l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus. ſupra de conſuet.* nec includit aliquid à iure prohibitum. *cap. 1. de iureiuran. eod. lib.* Et hanc partem contra Bartol. tenet Petr. de Peruſ. *in quodam conſilio, quod incipit, Viſo præfato puncto, & viſis præfatis ſtatutis.* quem refert, & ſequitur Petr. de Vbald. nepos Bald. Petr. & Angel. *in repetitione ſolemni l. cum duobus. §. ſi inter fratres. ff. pro ſocio. in 11. parte principali, verſic. quarto quæro.* Tenendo tamen opin. Bartol. quam non cogito poſſe ſaluari, ſi dicamus, quòd vſus communis loquendi illud datum pro eleëmoſyna vocet dotem monialis: nam ſtatuta recipiunt interpretationem à communi vſu loquendi, vt fortè infra dicam. ¶ Limita illam procedere, quando poſt ſtatutum conditum illa filia ingreſſa eſſet monaſterium, ſecus ſi ante, ſecundum dominum Anton. *in cap. quod clericis, de foro competen.* dicentem ſecundum dom. Petr. de Anchar. ſe conſuluiſſe, de quo not. etiam Lap. *alleg. 103. ſecundum ordinem meum, quæ incipit, In quæſtione.* & facit quod not. Bartol. *in Auth. item nulla. C. de Epiſc. & cler. & in l. reſcripto. § fina. ff. de mune. & honor.* Archid. *in cap. 1. de immunit. eccleſ. eod. lib.* & ita Panorm. *in cap. quod clericis, in colum. 14.* quod tamen intellige verum, quando ſtatutum excluderet fœminam nulla facta mentione de moniali. Sed ſi etiam excluderet moniales, tunc diſtingunt Doctor. quòd aut ſtatutum loquitur per verba præteriti temporis, puta quòd ingreſſa monaſterium non ſuccedat, &c. & tunc ſtatutum non valet: aut loquitur per verba præſentis temporis, puta quòd ingrediens monaſterium non ſuccedat, & tunc valet, cum inijciat vinculum ante ingreſſum, ſecundum Bartol. *in l. fina. C. de pact.* de quo ibi plene per alios, & per Ioan. Andr. *in regula, ſine culpa. eod. lib.* per Bald. *in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cler.* & plenè per Doctor. *in l. ſi palatio. ff. de verb. oblig.* pulchrè per Paul. de Caſt. *in conſ. 355. quod incipit, Primum dubium, &c.*

200 Decimotertio quæro, † dicit ſtatutum, quòd filia debeat eſſe contenta dote ſibi data, an habeat locum ſi dos fuit data pro ea eius marito? videtur quòd ſic, per not. *in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1.* facit text. *in l. ſecundum. §. cum fundus. ff. qui ſatiſdare cog.* Contrarium tamen tenet Andr. de Iſer. *in cap. 1. in principio, in 12 colum. in verſic. ſi vero promittitur. de natura ſucceſ. feud.* dicens, quòd licèt ſi promittatur marito non mulieri, dos dicatur mulieris, *l. ſi mulier. § fina. ff. de iure dot. l. pater cùm filia. ſecundo reſponſo. ff. de pactis dota.* tamen illud verum, ſi mulier hoc velit, intellige hoc velit, ſcilicet, habere actionem, *l. tali. in fin. ff. de iure dot.* quia ex promiſſione dotis facta viro, ipſi & non mulieri inuitæ acquiritur actio. facit *l. ſi pro te. C. de dotis promiſ.* ſecus dicit ſi dos non ſit promiſſa, ſed legata marito, de quo vide not. *in l. ſeruo legato. § ſi teſtator. ff. de lega. 1.*

Quid autem ſi talis dos ſit promiſſa vel ſoluta marito filia ignorante? Item quod ſi filia tacente & non contradicente. Item quid ſi filia præſente & tacente. Item an ſi filia ſit minor, habeat reſtitutionem, ponit ibi Andr. de Iſern. *in colum. 9. & ſe-*
201 *quenti,* vbi etiam quærit, an † in dubio præſumatur vxor ſcire facta mariti. Arguit quòd ſic, quia coniuncti præſumuntur ſcire facta coniunctorum, *l. octaui. ff. vnde cogna. l. de tutela. C. de in integrum reſtit. mino. l. ſi filium. C. de libe. & cauſa.* ergo fortius præſumitur vxor, quia dicitur vna caro cum viro, *l. 1. ff. de ritu nupt.* Et Philoſoph. 2. *Oeconomiæ*, appellat dulcem collocutionem viri & vxoris, quaſi inter ſe conferant omnia, contrarium tenet ipſe, quia prædicta iura debent intelligi in conditione perſonæ coniunctæ, puta de ætate, de valetudine, & ſimilibus, quæ latere non poſſunt, ſed alia facta viri vxor neſcit niſi probetur, *l. ſi legibus. ibi, probatum fuerit. C. de epiſcopali audientia.* Præterea regulariter ignorantia præſumitur, *l. verius. ff. de proba. regu.*
202 *præſumitur. eod. lib.* hinc eſt, quòd frater † non præſumitur ſcire teſtamentum fratris, *l. quoniam. C. de iure delibe.* per quem text. ibi colligunt Bald. & Angel. quòd in concernentibus progreſſum ſanguinis coniunctus ſcire præſumitur facta coniuncti: ſed non in aliis, quod ſentit gloſſ. *in d. l. de tutela.*
203 Decimoquarto quæro, † quid ſi pater promiſit dotem pro filia, ſed voluit eam ſoluere, & deceſſit, an filia poſſit ſuccedere ſtante dicto ſtatuto, ſi hæres velit ſoluere? Bald. not. *& in l. ſi plures. in verſic. item iuxta hæc. C. de condit. inſertis.* concludit, quòd non, quia filia non poteſt dici indotata, ex quo præceſſit obligatio dotis: ad quod bene facit, quod dixi *ſupra in quæſt.* an ſufficiat filiæ dotem eſſe deſtinatam in teſtamento patris.

Decimoquinto quæro, † an iſtud ſtatutum habeat locum 204
in filia, quæ fuit nupta, ſed tempore mortis patris remanſit vidua? Bald. *in l. 1. in fin. C. vnde vir. & vxor.* arguit primo † quod 205
non, quia vbi non eſt matrimonium, non poteſt eſſe dos, *l. fin. C. de donat. ante nupt. l. 2. ff. de iure dot.* Contrarium tamen tenet, quia dotata dicitur etiam quæ dotem recuperauit ſoluto matrimonio, *l. fin. C. communia vtriuſque iud. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſocio. l. filiæ. C. de colla.* Item quia ſic ſe habet communis vſus loquendi. Et hoc procedit, quando ſtatutum ſolum requirit filiam eſſe dotatam, vt excludatur: ſed ſi excluderet filiam dotatam & maritatam, maius eſſet dubium, per dicta *ſupra in 2. q. huius 2. q principalis,* & tunc eſſet videndum, an vbi ſtatutum requirit certam qualitatem, ſufficiat illam ab initio eſſe, licèt poſtea deficiat, de qua plene per Bald. *in l. ex facto, in princ. ff. de vulga. & pupil.* cuius dicta ſequitur Pet. de Anch. *in cap. ſtatutum, in princip. de reſcript. eod. lib.* & ibi eſt bona gloſſ. *in verbo, canonicis.* plene etiam per Innoc. *in Clement. & ſi principalis. de reſcript.* facit quod pulchre not. Bart. *in l. præcipimus. § ſane. C. de appell.* & Angel. *in l. ſi quis heredem. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi quærit, ſi fiat legatum mulieri, ſi ingreditur monaſterium, vel accipiat habitum tertij ordinis, an ſi mulier accipiat, & deinde dimittat, debeat habere legatum: de quo plene per eum *in conſil. 34. & in conſil. 151.* per Aret. & Imol. *in l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pupilla.* vbi quærit, an ſi fiat legatum filiæ, ſi vidua erit tempore mortis patris, ſufficiat illam fuiſſe viduam, licèt poſtea maritetur, facit textus, & ibi notatur *in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit.* &
† quod pulchre not. Ioan. And. *in regula, decet. eod. lib. in Mercuria. in quæſt.* an qui conſequitur immunitatem à ſtatuto propter 206
numerum 12. filiorum, illam amittat, ſi aliquis eorum moriatur, & concludit quòd non, vide etiam Paul. de Caſt. *in conſil. 245. quod incipit, Supraſcriptus egregius.* vbi ſimiliter quærit de legato facto filiæ, ſi erit vidua tempore mortis patris, an ſufficiat illam illo tempore viduam fuiſſe, ſi poſtea maritetur, de quo eſt gloſſ. notabilis *in verſic. ſufficit, in l. fin. C. de indicta vidui. tol.* & ibi vide notabiliter Bartol.

Decimoſexto quæro, † quia ſtatuta quandoque excludunt 207
dotatam à patre vel à matre, an etiam excludant dotatam ab auo vel auia? Concludo quòd ſic, quia appellatione patris, & matris continetur auia & auus, *l. appel. & l. iuſta. in ſin. ff. de verbor. ſignif.* probat text. *in l. Neſennius. ff. de negot. geſt.* vbi hoc videtur velle Bald. *& in l. maximum vitium. C. de liber. præte.* facit quod ipſe not. *in l. quicunque. C. de ſeruis fugi.* & per Bart. *in l. 1. in 10. col. verſic. vlterius quæro vtrum tacita. ff. de vulga. & pupil. & in Auth. matri, & auia. C. quando mulier offic. tutela,* & quod not. Bart. *in l. 2. § ſed videndum. ff. ad Tertull.* & Paul. de Caſt. *in conſil 343. incipiente, Primo videndum eſt.* vbi concludit, quòd ſtatutum excludens matrem, excludit etiam auiam, licèt contra faciat quod voluit Angel. per illum text. *in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcriptorum.*

Decimoſeptimo quæro, † ſtante dicto ſtatuto, quid ſi filia 208
ſit dotata à fratre vel à ſeipſa? dic non habere locum ſtatutum, quia tunc ceſſant eius verba, ſcilicet, illa dotata à patre vel à matre, ergo ceſſabit ſtatutum, *l. ſi minor. ff. de verbor. obligat. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. cap. maiores. verſic. ceterum. ſupra de baptiſ.*

Secundo iſte eſt caſus omiſſus à ſtatuto, ergo, &c. *l. commodiſſime. ff. de liber. & poſthum.*

Tertio, quia aliter ſequeretur abſurdum, quia filia, cui hæreditas patris eſt debita, *l. cum ideo. ff. de bon. damna. l fin. ff. de codicil.* excluderetur ab ea.

Quarto ideo excluditur filia dotata per ſtatutum, quia conſiderauit dotem eſſe congruam portionem, & ſuccedere in locum portionis ſibi debitæ in hæreditate patris ab inteſtato, *l. qui volebat. ff. de hære. inſtit.* debet ergo filia eſſe dotata de bonis illius, de cuius hæreditate agitur.

Quinto facit, quia aliter ſequeretur, quòd quis poſſet excludere alium à iure ſuccedendi tertio ſine eius voluntate, contra *l. fin. C. de pactis.*

Sexto, ſtatutum ſimpliciter excludens filiam dotatam, debet intelligi ipſi dotanti, non autem alij, gl. eſt not. & ibi Bald. *in l. 1. C. de legit. hære.* fac. *l. illam. C. de colla. & l. quoniam. C. de inoffic. teſtam.*

teſtam.& ita conſuluit Franciſc. Tigrini *in quodam conſ.incip.Vi-*
ſo ſtatuto,&c. quod etiam ſequitur And. de Iſer. licèt prædictas
rationes non alleget, *in cap.1.in 8.col.verſic.& oportet, de natura*
ſucceſ.feud. de quo etiam per Angel. *in conſil.118.* & per Paul. de
Caſt. *in cõſ.18.quod incipit, Super primo dubio*, qui videtur innuere
contrarium: cõſtituit enim quòd ſtante ſtatuto, quòd filia do-
tata non ſuccedat, quòd ſi filia ſit à matre dotata, non ſuccedit
patri, de quo ibi per eum, & per Ludou. *in conſil.485.incip.In ca-*
ſu propoſitæ conſultationis. vbi limitat dictam gloſ.& Bald. *in d.l.1.*
non habere locum, quando ſtatutum excluderet filiam dota-
tam à quacunque perſona, quia cum à iure communi talis filia
ſit excluſa à ſucceſſione extranei dotantis, ad quam coniuncti
& non extranei vocantur, *Auth.in ſucceſſione.C.de ſuis & legi. Au-*
then. defuncto. C.ad Tertul. certe tale ſtatutũ intelligetur eam ex-
cludere ab hæreditate parentum, vt aliquid operetur, *c.ſi Papa.*
de priuil.eod.lib.l.ſi quando.ff.de leg.1. & idem tenet Paul. de Caſt.
in conſil. 337. quod incipit, Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum.

Decimooctauo quæro, quid ſi filia eſſet dotata de bonis
propriis, an erit excluſa dicto ſtatu. Bald. *notabiliter in l. mater.*
C.de iure dot. tenet quod non, quem ſequitur Pet. de Anchar. *in*
cap.canonum ſtatuta.in colum.149.quod bene nota.

209 Decimonono quæro, † mortua matre, filia dotatur à patre,
vel mortuo patre dotatur à iure, an illa filia excludetur virtute
dicti ſtatuti ab hereditate parentis iam mortui. Quæſtio eſt du-
210 bia, & primo videtur quòd non, quia † vbi lex diſponit reſpe-
ctu certæ qualitatis, debet illa qualitas adeſſe tẽpore quo de-
fertur hæreditas, *l.2.§.non autem.ff.ſi quis teſtamento. l.in delictis.§.*
ſi detractata. ff. de noxa. ſed filia excluditur propter qualitatem
iſtam, quia dotata: oportet ergo, quòd ſit dotata tempore, quo
ei hæreditas defertur à lege, aliàs ipſo iure ſuccedit patri, *l. in*
ſuis.ff.de liber.& poſthum. l.neceſſariis.ff.de acquiren.haredi.& matri
ſuccedet per Orficianum, *l.1.& 2.C. ad Orficianum, ergo,&c.*

Secundo, caſus iſte omiſſus eſt à ſtatuto, ergo, &c. *d. l.com-*
modiſſime.& l.conſtitutionibus.ff.ad municipa.

Tertio hoc ſtatutum eſt correctorium & exorbitans, *l.ma-*
ximum vitium. C.de libe.præte. & videtur nutrire diſcordiam in-
ter deſcendentes, contra *l.illud.C.de colla.& l.cum oportet.§.fin.C.*
de bo.quæ libe. ergo reſtringendum quantum poteſt, *l.præcipimus.*
C.de appel.l.ſancimus.C.de teſtam. glo.not. *in Clem.2.de ætа.& qual.*
& notatur *in l.tam his. §.1.ff. de donat.cau. mor. & in Auth. quas a-*
ctiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.

211 Quarto, verba † ſtatuti non ſunt trahenda ad iniquum, nec
dure interpretanda ſed benignè, *l.ſi à domino. §.ſi prædo.* vbi per
Ang. *& l.illud.ff.de peti. hared.* ſed extendere ſtatutum ad filiam,
quæ tempore delatæ hæreditatis non erat dotata, eſt iniquum,
& reſtringere, vt tantum includat filiam, quæ illo tempore fuit
dotata, eſt æquum, ergo, &c.

Quinto facit, quia negari non poteſt; quin hoc caſu ſtatu-
tum ſit dubium, ergo potius erit intelligendum ſecundum ius
commune, quàm e contra, *cap.cum dilectus.ſupra de conſuet.* gloſſ.
eſt in l. fin. §.in computatione. C.de iure delibe. gloſſ. & Doct. *in l. 2.*
C.de noxali.reg.odia.eod.lib.

Sexto facit, quia diuerſa eſt ratio excludẽdi filiam dotatam
212 ab hæreditate iam delata, & à deferenda, quia facilius † impe-
ditur & tollitur fiendum & deferendum, quàm iam factum &
iam delatum, *l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui, vel alien.iuris.* ergo
licèt dos data filiæ tollat ius ſucceſſionis quærendæ, non ta-
men tollet iam quæſitæ: probatur optime *in l. fin.ff. vnde libe.&*
in l. videamus.ff. quod metus cauſa. facit quod not. Cyn. *in l.1. C. de*
adult. & Ioan. And. *in addit. in rubr. de ſucceſ. ab inteſt.* Bald. *in l.ſi*
matre.C.de ſuis & legi. Et hanc partem tenet Bart. licèt prædicta
argumenta non faciat, *in conſil.31.quod incipit, In nomine Domini,*
quidam inteſtatus deceſſit, pro qua ſumma.

Septimo facit ratio, quoniam ſtatutum excludens filiam fę-
minam, illam non excludit, ſi ex teſtamento à patre vocetur,
vt infra dicam *in quarta principali quæſtione*: modo ſi aut pater
deceſſit condito teſtamento; & tunc ſi filia ſit inſtituta, habe-
bit ſuam portionem, aut præterij filiam, & tunc teſtamentum
eſt nullum, cùm adhuc filia non eſſet dotata, nec poteſt recon-
213 ualeſcere per dotationem ſequentem, quia † qualitas ſuperue-
niens actum ab initio nullum non conualeſcit, *regula non fir-*
matur.de reg.iur.eod.lib.l.filiusfam. ff.de teſtam. notatur *in l.filio præ-*
terito.ff.de iniuſto rupto, irritoq; teſtam. in l.2.§.1.ff.de lega.3.l.non du-
bium.C.de teſtam.l.2. C.communia vtriuſque iud. not. Imol. *in cap.*
dudum.de reb.eccleſ.non alien.& in cap.conſuetudinis, de conſuetud.&
in cap.cum dilecti, de elect. & Ludou. *in conſil.319.quod incipit, Circa*
propoſitam conſultationem, in 7.colum. aut moritur ab inteſtato, &
tunc ex tacita voluntate defuncti filia venit ad eius ſucceſſio-
nem, *l.conficiuntur.ff.de iure codicillo.l.ſi fundum.ff.de leg.1.* vnde vt
tantum operetur tacita voluntas quantum expreſſa, *l.qui ad*
certum. ff. locati. ſicut ſi pater expreſsè filiam vocaſſet, admitte-
retur. Ita & hoc caſu tacite vocata debet admitti, ergo dotatio
alterius parentis non debet nocere filiæ, quin conſequatur
portionem alterius parentis præmortui, ad quam ſaltem taci-
ta eius voluntate eſt vocata, quo caſu ſtatutum non habet lo-
cum, vt ſupra dixi: & hoc caſu dicitur vocata per patrem, ex eo
quòd ipſam non dotat, & ſic illam indotatam relinquit.

† Octauo facit, quia cùm mortuo patre filia efficiatur eius 214
hæres ipſo iure, *l.pro hæreditariis. C. de hæredita.actio.* non poteſt
deſinere eſſe hæres, licet poſtea dotem accipiat, *l.ei qui ſoluen-*
do.ff. de hæred. inſtit. ſed ſi filia tempore mortis patris reperiatur
dotata, & extet maſculus, ſi pater moriatur ab inteſtato, cùm
præſumatur ſcire diſpoſitionem ſtatuti, videtur filia ex tacita
mente patris excluſa, quia ſi aliud voluiſſet, diſpoſuiſſet: vo-
luntas † enim teſtatoris ex conſuetudine regionis interpreta- 215
tur & recipit intellectum, *l.ſi ſeruum plurium. ff.de lega.1.l.nummis.*
ff.de lega.3. facit quod not. Bart. *in l.ſuper creandis. C.de iure fis.lib.*
10. Et ideo voluntas & mens teſtatoris præſumitur talis, qualis
eſt diſpoſitio conſuetudinis vel ſtatuti ſuæ patriæ, prout not. &
determinat Petr. de Anchar. *in l. tres fratres. ff. de pact.* vbi dicit,
quòd ſtante ſtatuto excludente fœminas maſculis extantibus,
ſi pater generaliter inſtituat filios, non videtur filias inſtituiſſe,
ſed excluſiſſe: ſecus dixit, ſi extraneus inſtituat filios alicuius,
puta Sempronij, quo caſu veniunt etiam filiæ ipſius Sempro-
nij, *l.qui filiabus.ff.de leg.1.* & dicit ſe conſuluiſſe. Sed fuit origina-
le verbum Dyn. vt refert Bart. *in l.hæres.§.cum ita.ff.ad Trebell.* &
ibi hoc ſequitur Ang. & Imol. & Lud. quod not. eſt perpetuo.
Adde idem tenuiſſe Pet. de Anch. *in commento c. canonum ſtatu-*
ta, de conſtit.col.166.& ſeq. licèt ibi referat Pileum & Bald. tene-
re contrarium, tamen finaliter idem tenet Cyn. cuius ſenten-
tia ex multis confirmari poteſt: primò, quia † Bald. *in l.precibus,* 216
in 17.col.C.de impu.& aliis ſub.per l.ſi duo.ff.de acquir.hæred. not. di-
cit, quòd teſtator pręſumitur cogitare & velle diſponere illud,
quod diſponit ius commune, & conſequenter ſtatutum.

Tertio Bald. *in l.fideicõmiſſa.in §.1 ff.de leg.3.* dicit, quod teſta-
tor in dubio videtur voluiſſe illud, quod conſuetum eſt fieri.

Quarto Bald. *in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.in lectura* dicit, quod
voluntas teſtatoris præſumitur talis, qualis eſſe debet. Ex qui-
bus apparet præſumendum eſſe quem actum facere, ſecun-
dum quod diſponunt ſtatuta & conſuetudines patriæ. Et hoc
intelligitur nedum in vltimis voluntatibus, † ſed etiam in acti- 217
bus inter viuos, in quibus etiam præſumitur quis velle ſeruare
conſuetudines & ſtatuta, *l. quod ſi nolit. §.qui aſſidua. ff. de ædil.*
edic.l.ex ea parte, in princ.ff.de verb.oblig.l.ſi prius.§.1.de aqua plu.ar-
cen.l.antepen.ff.de manumiſſis vindicta.l.ſi finita, in princ.ff.de dam.
infect.l. cum Delanionis, in §.aſinam.ff.de fundo inſtruct.l.ſemper in
ſtipulationibus.ff.de reg.iur.

Quod primo comprobatur ex eo, quod dixit ſingulariter
Imol. *in cap.potuit, circa fin.de locato.* ſe conſuluiſſe apud Lucam,
† quòd licèt quis accipiat in emphyteoſim pro ſe & filiis ſuis,
non tamen venient filiæ fœminæ, vt vult Archid. *in cap. ſi quis* 218
ſuadente.17.quæſt.4. Tamen illud dicit verum, niſi conſuetudo
vel ſtatutum loci aliud diſponat, ad quod contrahens ſemper
præſumitur habere reſpectum, hoc etiam ſequitur Anchar. *in*
conſil.413.& Imol. *in l.fin ff.de condit.& demonſt.* & Bart. *in l.vt iuſ-*
iurandum. in §.ſi liberi.ff. de operis liberto. † Et pro prædictis facit 219
ratio, quoniam naturale eſt, vt patriæ & ſic eius ſtatutis parea-
mus, *l.veluti.ff.de iuſt.& iure, in fin.* ergo debet præſumi teſtamẽ-
tum vel contractus initus ſecundum conſuetudinem patriæ,
quia quilibet præſumitur talis, qualis eſt in ſua patria, dicit
Bartol. *in tractatu de Guelſis & Gebelinis, per d.l.veluti.* Hinc etiam
dixit Bald. *in d.l.ſi duo,* per illum text. quòd faciens actum, præ-
ſumitur ſe ſubiicere ſtatuto loquenti de illo actu, quod nota
ad ſtatutum diſponens pro contractu ſolui gabellam. Hinc et-
iam Bald. *in d. l.fideicommiſſa. §.ſi ſeruo.* dixit, quòd † quis non 220
præſumitur velle id quod non eſt conſuetum, *l.fin.C.de fideiuſſo.*
Et ideo infert, quòd ſi clericus ſecularis impetret præbendam,
quæ non eſt conſueta conferri ſeculari, non valet impetratio
etiam motu proprio facta, quia non pręſumitur illa mens con-
cedentis: pro quo etiam text. *in cap.cum de beneficio.de præben.eod.*

lib. hinc etiam Andr. de Iſern. *in cap. 1. de natura ſucceſ. feud.* dixit,
quòd ſi quis ſimpliciter accipiat feudum, videtur accepiſſe
pro ſe & maſculis, quando ita eſſet conſuetudo.

Hinc pulchre Bald. *in addit. Specul. in tit. de locato.* dicit, quòd
conſuetudine ſtante eccleſiæ, quòd emphyteoſis concedatur
vſque ad tertiam generationem, certe ſi ſimpliciter conceda-
tur, intelligitur conceſſa ſecundum conſuetudinem: bene fa-
cit quod not. Panor. *in conſil. 75. in fin. quod incipit, Diues quidam.*
vbi limitat Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua. verſic. 113.* dicentem
emphyteoſim conceſſam pro ſe & hæredibus, intelligi de filiis
& non extraneis, non procedere vbi conſuetudo patriæ eſſet
in oppoſitum: de quo ibi per eum. Hinc etiam Bartol. *in l. nemo*
eſt. ff. de duobus reis. dicit, quòd Doctor conductus ad legendum
poteſt per ſubſtitutum legere, quando in loco eſſet talis con-
ſuetudo: facit quod not. ipſe Bartol. *in l. domini prædiorum. C. de*
agric. & cenſ. vbi quærit, an panarius debeat partem domini-
cam ad domum domini portare: & dicit ſtandum conſuetudi-
ni, facit quod not. Ang. *in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.*
221 vbi dicit, quòd † procurator ad pacem contrahendam poteſt
contrauenientibus pœnam apponere: facit text. *in c. quòd tranſ-*
lationem, de offic. lega. vbi legatus ſimpliciter conſtitutus, intelli-
gitur ſecundum conſuetudinem. Et quod not. Ludou. *in conſil.*
94. quod incipit. Viſis his quæ narrantur. qui allegat Bart. *in l. 1. C. de*
paſcuis publicis, lib. 11. dicentem, quòd procurator principis con-
ſtitutus ad vendendum gabellas ciuitatis, intelligitur, vt ven-
222 dat ſolito modo: mandata enim principis † regulantur ſecun-
dum conſuetudinem, text. *in cap. fin. de conſuet. cod. lib. in cap. quòd*
dilectio. de conſang. & affinit. bene facit text. *in cap. eccleſiaſticarum.*
223 *& in cap. his. 12. diſt.* per quæ iura † Panorm. *in conſil. 16. incipiente,*
Ad claram deciſionem. dicit, quòd aſſumptus ad officium videtur
obligari ad faciendum quod eſt ſolitum per alios fieri: poſſem
ad hoc propoſitum multa elegantia ſimilia adducere, quæ la-
tiſſime ponuntur per Modernos *in l. tranſactum placitum. C. de*
tranſact. & in repetit. cap. Raynaldus. ſupra de teſtam. in 7. 12. 59. &
168. colum. plenius *in cap. quòd tranſlationem. ſupra de offic. lega. in*
7. colum. & ſeq. & aliqua in colum 46. Sed ne longior quàm pro-
poſueram fiam, conſulto omitto.

224 † In contrariam tamen partem, ſcilicet, quod imò talis filia
penè dotata excludatur à ſucceſſione iam delata, primò facit,
quia quomodocunque quis repellitur ab aliqua actione reſpe-
ctu certæ qualitatis, ſufficit ſi illo tempore, quo vult agere, ad-
ſit qualitas vt repellatur, *l. in delictis §. ſi extraneus. ff. de noxa.* facit
l. hoc demum. ff. de operis liberto. Sed nunc quando filia vult habe-
re regreſſum ad hæreditatem paternam, reperitur dotata, ergo
tanquàm in ſtatuto comprehenſa debet repelli.

Secundo facit, quia in tali verba ſtatuti habent locum, ergo
& ipſum ſtatutum, *l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito.*

Tertio videtur caſus *in l. fin. ff. vnde lib. & in l. capitis. ff. vnde co-*
gnat. vbi licèt tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agi-
tur, quis ſit habilis ad petendum bonorum poſſeſſionem, ta-
men ſi tempore quo petit, ſit inhabilis, repellitur.

225 Quarto, † quando agitur de hæreditate materna, vt filia ad
eam admittatur, duo tempora conſiderantur, ſcilicet, mortis
& aditionis hæreditatis, *l. ſi alienum §. in extraneis. ff. de hæred. in-*
ſtit. & ſi aliquis illorum reperitur inhabilis, excluditur & alius
vocatur: ergo licet filia tẽpore mortis reperiatur habilis, quia
nondum dotata, eo tamen tempore, quo vult habere regreſ-
ſum ad bona, eſt inhabilis effecta, quia dotata, quo caſu alter
226 eſt vocatus ad hæreditatem, cui eſt ius quæſitum, quod † ab il-
lo ſine facto ſuo auferri non debet, *l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.*
227 Quinto facit, quia † filia, quæ dotatur, videtur velle illud
quod ſequitur ex dotatione, *l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. l. ſi mulier. in*
princ. ff. quod metus cauſa. & ſic cum ex dotatione ſequatur amiſ-
ſio hæreditatis, & quodammodo eius repudiatio, ergo amplc-
ctendo dotem videtur velle hæreditati renunciare, quia qui
228 † vult conſequens vult omne neceſſarium antecedens ad il-
lud, *l. illud. ff. de acquir. hæred. cap. præterea de offic. deleg.*

Sexto facit, quia licèt cauſa excludendi ſit de præterito, ſci-
licèt, dotationis, ius tamen ſuccedendi eſt de futuro: & parti-
cipium dotata, appoſitum in ſtatuto poteſt etiam includere
futurum ius, & ſic ſucceſſionis, vt tenet Bald. *in l. omnes populi,*
in 13. col. verſic. ſed pone. ff. de iuſt. & iure.

229 † Nec obſtat, quod ſemel hæres, &c. quia illud falſum eſt,
cùm ius ciuile poſſit facere hæredem deſinere eſſe hæredem,
probatur *in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. & l. in ſubſtitutione. ff.*
de vulg. & pupil. ergo ſtatutum noſtrum, quod dicitur ius ciui-
le loci, *vt ſupra dixi in 1. quæſt. principali,* operabitur, quòd iſta fi-
lia propter ſequentem dotationem deſinet eſſe hæres ipſo iu-
re. Præterea etiam ſi tenemus, quòd non obſtante ſtatuto filia
dotata efficiatur hæres ipſo iure, ſed repellatur à conſecutione
hæreditatis, quod videtur eſſe quando ſtatutum non ſimplici-
ter dicit, quòd filia dotata non ſuccedat; ſed dicit quòd nul-
lum habeat regreſſum, &c. per quæ verba non videtur excludi
à iure ſuccedendi, ſed à iure conſequendi eſſentialiter ſuam
portionem: aliud enim eſt † excludi à ſucceſſione & iure ſuc- 230
cedendi, illud à iure cõſequendi: probatur *in l. fin. ff. de ſuis & le-*
gi. iuncta hac decre. facit *l. 1. in princ. ff. ad Macedo. & l. 21. § ff. ad vel-*
le. & l. 1. §. ſi ſublata ff. ad Trebel. notatur *in l. nam & poſtea. §. ſi dam-*
netur. ff. de iureiur. & in l. ſi eo tempore. ff. de pecu. in l. cum putarem. ff.
famil. erciſc. in l. poſthumus. §. ſi quis. ff. de inoffic. teſtam. notatur per
Bartol. *in d. l. nam & poſtea, in princip.* tamen etiam hoc caſu talis
aditio filiæ non trahetur retro in præiudicium iuris tertio quæ-
ſiti, *l. fin. & l. bonorum.* & gloſſ. optima *in l. ſi indebitum. ff. rem ra.*
habe. not. Bald. *in l. fin. in aliquibus lect. C. ad Macedo. in l. ordo, in fin.*
C. de execu. rei iudic. Bart. *in l. alienam rem. ff. de pignor. acti.* notatur
in l. cum mihi. ff. de verb. oblig. per Specul. *in tit. de obl. & ſolut. §. 2. in*
verſic. quid ſit ergo, &c. quid ergo tenendum.

† Conſideratur, quòd ſi ſtatutum dicat, filiam dotatam nul- 231
lum habere regreſſum, &c. ſed debere dote contentam eſſe:
Iſta verba ſimul iuncta operantur, quòd nedum repellatur ab
hæreditate parentis præmortui, immò etiam tali filiæ petitio
vel actio non competit, immò importat quòd dicatur exclu-
ſa, & exhæredata. *l. qui volebat. ff. de hæred. inſtit.* facit *l. 3. C. de libe.*
præte. & l. pactum. C. de colla. quæ dicit, quod per illa verba, non
habere regreſſum, in pacto appoſita non prohibetur filia pa-
tri ſuccedere, quia pactum non valet: ergo ſi apponuntur in
ſtatuto, quod valet & potens eſt excludere fœminas, vt ſupra
dixi *in prima principali quæſt.* tunc per talia verba impeditur &
tollitur ius ſuccedendi, quod nota, quia eſt magni effectus, vt
infra dicam. † Et ad hoc facit ratio, quia vbi impeditur petitio, 232
ibi & dominij tranſlatio, *l. Quintus, in §. argento. ff. de auro & ar-*
gento leg. & per conſequens hæreditatis acquiſitio, *§. penult. In-*
ſtit. de hæredum qualit. & diffe. l. ſi ager. in fin. ff. de rei vendic. vbi vero
non impeditur quis hæres eſſe, licèt impediatur agere, poteſt
tamen excipere, & ſic ſi poſſideret, poſſet ſe exceptione tueri.
† Statutum enim in materia maxime odioſa loquens in acto- 233
re, non habet locum in reo, vt dicit Innoc. *in cap. cum inter. & in*
cap. ſignificauerunt. ſupra de except. & vide Pet. de Anch. *in cap. ca-*
nonum ſtatuta. de conſtit. col. 180. quinimmò hoc caſu ſi filia age-
ret, licèt de ſtatuto eam excludente non apponeretur, poſſet
tamen per iudicem repelli, iuxta not. per gloſſ. *in l. vbi pactum.*
C. de tranſactionibus. per Bald. *in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduocatis.*
vnde cùm ſtatutum in materia maximè odioſa loquens de a-
ctore non vendicet ſibi locum in reo, vt ſupra dixi ex mente
Innoc. videtur, quòd ſi mulier poſſideret ab eo non auocare-
tur, de quo plenè Signo. *in conſil. 98.*

Diſtingue igitur in hoc articulo, quod aut loquimur de filia
dotata per vnum ex parentibus ante mortem ipſorum, & tunc
clarum eſt quòd excluditur à iure ſuccedendi. Aut loquimur
de filia dotata poſt mortem vnius ex parentibus, & tunc ſi agi-
tur de hæreditate patris, qui prædeceſſit, antequam dotaretur,
& tunc ipſo iure filia eſt hæres patri pro ſua portione, *§ ſui. In-*
ſtit. de hæred. qualit. l. neceſſarius ff. de acquiren. hæred. not. *in l. ſi cum do-*
tem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matrim. & ibi gloſſ. ideo cùm ſua
portio ſit acquiſita filiæ, ita quòd illam tanquam aditam non
tanquam adeundam tranſmittat ad hæredem, vt eſt caſus not.
in l. ſi quis filium. ff. de acquiren. hæredit. ergo licèt poſtea dotetur,
non tamen deſinet eſſe hæres, nec per ipſam dotationem de-
bet perdere ius iam quæſitum in hæreditate patris: facit opti-
me *l. fina. ff. vnde libe.* & in hæreditate paterna loquitur Bald. *in*
d. l. ſi matre. C. de ſuis. & legit. & ita ipſe de facto conſuluit in quo-
dam conſilio, *quod incipit, Quadam mulier nomine Leoneta.* † Mo- 234
tus primo, quia in hærede ſuo tempus mortis patris tantum in-
ſpicitur, quando tractatur de hæreditate ab inteſtato, *Inſtitut.*
de legit. agna. ſucceſ. § proximo. ſed iſta filia tempore mortis patris
eſt ſucceſſibilis, immò per exiſtentiam ſuitatis efficitur hæres
patri, ergo eſſe non deſinet, *per regulam ſemel hæres, &c. l. & ſi ſi-*
ne. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. l. aliquo caſu. ff. de hæred.
inſtitut. alleg. not. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſt-
humis. Idem tenet etiam Baldus, *in præallegato conſilio,* mo-
tus

tus eadem ratione, ſcilicet, quia in filia ſua inſpicitur tantum
tempus mortis teſtatoris, *l.ſi alienum.§.in extraneis.ff.de hære inſt.*
235 Item ius † quęſitum non adimitur per dotationem ſequentem,
quod etiam ſequitur Cyn.*in l.1.C.de adult.*& Ioan.And.*in addit.
Spec.in rub.de ſucceſſ.ab inteſt.*

¶ Si verò agimus de hæreditate materna, tunc ſi filia poſt
mortem matris dotatur per patrem, poſtquam facta eſt hæres
matris, & hoc caſu per dotationem ſequentem non deſinit eſ-
ſe hæres per rationes prædictas: vbi verò tempore dotationis,
nondum eſt facta hæres matris, tunc quia in ea inſpiciuntur
duo tempora, ſcilicet, tempus mortis & aditionis, *dict.§.in ex-
traneis.* vbi plenè not.nam filia matris non efficitur hæres ipſo
iure, cùm non ſit in eius poteſtate, vt notatur *in l.apud hoſtes.C.
de ſuis & legitimis. in l.venire.ff.de acquirend. hæredit. in l.1.& 2.
C.ad Orficianum.*& ideò cùm tempore quo vellet adire reperiet
ſe dotatam, & ſic factam inhabilem ad ſucceſſionem, credo
tunc, quod adire non poſſit, nec effici hæres matris, per tex-
tum, *in l.final.C. vnde liber.* & ita ſentiunt prædicti Doctores,
per iura, & rationes ſupra deductas in hæreditate paterna, quę
cùm ceſſent in hæreditate materna, ceſſabit & diſpoſitio, *l.adi-
gere.§.quamuis.ff.de iure patron.& l.illud ff.ad legem Aquil.*ex quibus
patet ratio differentiæ inter hæreditatem paternam & mater-
nam.

236 ¶ † Præterea etiam facit, quia filia antequam adeat in hæ-
reditate materna, non habet aliquod ius, licet habeat benefi-
cium iuris adeundi, quod ius adeundi eſt ius quærendum, & nõ
dicitur in bonis noſtris, & ideò per ſeruum non acquiritur Do-
mino, *l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.*immò propter ius adeun-
di competens alicui non dicitur ille habere ius in bonis hære-
ditarijs, *l.1.ff.de rerum diuiſ.*nec ius ad bona: probatur *in l.1.cùm l.
ſequenti.ff.de pet.hæred.*facit *l.ſecunda.§.in hac.ff. vi bon.rapt.* dici-
237 tur enim † ius ad rem quoddam præambulum ad ipſam rem,
l.1.§.qui ſemel.ff.de ſucceſſ.edict. in hæreditate verò patris dicitur
filia habere ius in re: pater, quia illam non agnitam tranſmit-
tit ad hæredem, *dicta l.ſi quis filium.notatur in l.gerit.ff.de acquiren.
hæred.in l.ſi filius patri.ff.de vulgar.& pupillar.l.in ſuis. & in l.ſi filius
hæres.ff.de liber.& poſthum.& §.ſui.Inſtitut.de hæredum qualitat.&
differen.*vnde cùm facilius retineatur, & difficilius perdatur
ius in re quàm ius ad rem, iuxta not.per Bartol.*in dicto §.& quid
ſi tantum.& in l.2.ff.de iuris & facti ignorant.notatur in l.prima. C.
de iur.aureorum annulorum.& in rubrica.C.de precib.Imperat.offer.
in l.nam ita diuus ff.de adopt.bon.text.in capit.final. de conceſſ. præ-
bend.in 6.*notatur per Dominum Anton *in capitulo, per venerabi-*
238 *lem, in 7.cart.ſupra qui filij ſint legitimi.* dum † dicit, quòd filius
legitimatus, auocat à venientibus ab inteſtato hæreditatem,
quam nondum adiuerunt: ſecus poſtquam illam adiuerint:
vnde aliud dicendum in hæreditate paterna, quàm in mater-
na. Tandem facit, quia hoc caſu permittendo ſe dotari, vide-
tur tacitè renunciare iuri adeũdi hæreditatem maternam. Co-
gita, quia hoc caſu forte non abſurdè poſſet dici, quòd filia ſi
nolet dotari per patrem, ſed ſibi reſeruare hæreditatem mater-
nam, & ius ſibi ſuccedendi, quod tunc cogi non poſſet per pa-
239 trem, quia cùm tale ius iam ſit delatum, nemo † inuitus cogi-
tur iuri ſuo renunciare, *l.final. Cod.de pact.*facit *l.2.ff.de iudic.* &
quod not.Bal.*in l.ſed ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cautio.*& notatur
*in l.1.§.quæ onerandæ.ff.quorum rerum actio non datur.*per Bal.*in l.
tranſactionis.& in l.interpoſitas.C.de tranſactio.*& ſic ſtatutum de-
bet intelligi, quando filia non vult dotari ante ius adeundi ſi-
bi competens, ſecus ſi poſt, quo caſu cogi non poſſet per pa-
trem, nec tunc habet locum conſilium Bal.quod ponit *in l. fi-
nal.C.de pactis.& in l.pactum.C.de collat.*de quo *ſupra* dixi *in hac ſe-
cunda quæſtione principali.*& bene facit quod not. Andr. de Iſer-
nia *in cap.1.de natura ſucceſſ.feud.in vſib.feud.in articulo,* an filia ſic
dotata poſſit petere reſtitutionem ratione minoris ætatis: &
concludit quod ſic, ergo fortius poterit tali dotationi reſiſtere,
240 ſcilicet, ne fiat. † Et ex prædictis maximè in verſic. nec obſtat,
habes inferre, an & quando filia dotata excluſa per ſtatutum,
ab hæreditate patris, ſtatuto non obſtante ipſo iure hęres dica-
tur hæreditatis defuncti.

¶ An autem dicta filia ſaltem in dote ſibi ex forma ſtatuti da-
ta dicatur hæres, & in ea habere nomẽ hæredis? Videtur quod
ſic, per textum, *in l.in conditionibus primum locum.§.ſi patronus. ff.
de condit.& demonſtrat.* Contrarium tamen determinat Angel.
in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.circa finem, dicens, quod talis pro-
priè non dicitur hæres, quia ſibi non competit diffinitio hære-
dis, qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, dicit tamen Angel.
quod quoad quædam habetur loco hæredis, per not.per gloſſ.
in l.ſi quis priore ff.ad Trebel.& not.in l.quoties.C.de hæred.inſt. põ-
dera tamen tex.*in d.§.ſi patronus.*quia videre meo probat cõtra-
rium eius, ad quod ipſum alleg.Ang.& vide in propoſito, quæ
plenius notat Angel.*in conſilio 77.quod incipit, Domina Maria.*
An autem filia dicatur adiuiſſe hæreditatẽ matris, ex eo, quod
pater ſuus illam penès ſe retinuit? vide Bartol.*in l.gerit.ff.de ac-
quirend.hæred.in antepen.colum.& nota in l. cum antiquiorib.C. de
iure delib.*

Vigeſimò quæro, † quid ſi pater prædeceſſit condito teſta- 241
mento, in quo inſtituit filiam in aliqua re, vel portione, quæ fi-
lia poſtea dotatur per matrem, an poterit habere id, quod eſt
ſibi relictum in teſtamento patris: Dic quod ſic, per iura & ra-
tiones adductas in proxima q.præcedenti: quinimo ſi in min⁹,
quàm legitima foret inſtituta, licet poſtea dotetur per matrẽ,
poterit tamen agere ad ſupplementum legitimæ, ſicut potuiſ-
ſet ſi non fuiſſet dotata, nam † tacita renunciatio, quæ ſurgit ex 242
dotatione, non debet plus operari quàm expreſſa, *l.cùm quid.
ff.ſi cer.pet.*ſed expreſſa renunciatio, quæ fieret per filium de hę-
reditate patris, non includit legitimam vel eius ſupplementũ,
ſecundùm Guil.& Doct.*in l.de his.ff.de tranſact.*& dixi *ſupra cir-
ca princ.decret.in quinta limitatione:* ergo nec iſta renunciatio ta-
cita, quæ ſurgit ex ſtatuto, facit gloſſ.*in rubrica C.de decret.decu-
rio.& in l.non impoſſibile.ff.de pactis.* Idem dicas in filia inſtituta à
matre in minus, quàm legitima, ſi antequam dotetur, agnouit
id in quo eſt inſtituta cum proteſtatione volendi agere ad ſup-
plementum legitimæ, quo caſu poſtquam fuerit à patre dota-
ta, poterit agere ad ſupplementum legitimæ in hęreditate ma- 243
terna ſibi debita. † Vigeſimoprimò quæro, filia fuit exhæreda-
ta vel præterita in teſtamento patris, & antequam impugnet
teſtamentum, fuit à matre dotata, vel ecõtra, an poterit poſtea
dicere teſtamentum nullum? Videtur quod non, quia donec
tacet filia ſic præterita, ceſſat ſuitas, & in eam non cõtinuatur,
dominium hæreditatis paternæ, vt not.*in l.in ſuis.ff. de liber. &
poſthum.* & ſic nullum ius eſt filiæ quæſitum in dicta hæredita-
te, licet habeat ius impugnandi teſtamentum, probatur *in l. in
ſuis.C.de repu.hæred.& in l.qui ſub conditione.ff.de condit.inſtit.*facit
quod not.Bart.*in dict.l.gerit.& l.cùm quidam ff.de bonorum poſſeſſ.*
dum concludit, quòd filius dicendo teſtamentum patris nul-
lum videtur ſe immiſcere, de quo per Bal & Imol.*in d.l.filio præ-
terito ff. de iniuſto rupt.* ergo cùm per dotationem non fuerit ei
ius quęſitum per dotationem ſequentẽ excludetur à iure quę-
rendo, *d.l.fin.ff.vnde liber.*dixi *ſup.in 19.quæſt.*& ſic teſtamentum
nullum reconualeſcit ex tali dotatione, & ex tacita approba-
tione filiæ, *d.l.filio præterito.*

Vigeſimoſecundò quæro, † quid ſi pater in teſtamento le- 244
get cẽtum filiæ pro dote, & in illis eiſdem ſubſtituat, an valeat
ſubſtitutio? Conclude, quod ſubſtitutio pupillaris valet & te-
net, quia dicitur eſſe prouiſio ipſius filiæ & non patris, *l.patris &
filij.ff.de vulg.& pup.*quæ etiam in legitima admittitur, *in l.tribus.
C.de inoffic.teſtamen.*Sed ſi ſubſtituat, ſi ſine liberis deceſſerit, an
valeat ſubſtitutio. Videtur quod non, quia primo non poteſt
valere vt pupillaris, quia † cùm ſit facta per verbum commune 245
ſubſtituo, adiectum certæ rei vel quantitati, non poteſt indu-
cere directam pupillarem, vt *l.cogi.§.& generaliter ff.ad Trebel.*&
not.Bar.*in l.Centurio.in 1.q.principali, in articulo de compendioſa fa-
cta per verbum commune.ver.quæro vlterius.ff.de vulg.& pup.per not.
in d.§.& generaliter.& l.his verbis.ff.de hæred.inſtit.*per gl. & Dyn.
facit gloſſ.*in l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſt. & in c. Raynutius.
ſupr.de teſt.*quę dicit, quòd illa verba, ſine filijs, appoſita in ſub-
ſtitutione interpretantur illam fideicommiſſariam, licet Doct.
communiter teneant contra, *per d.l.Cẽturio.* vnde cùm iſta ſub-
ſtitutio dicatur fideicommiſſ. quæ non poteſt fieri in legitima,
nec in alijs bonis filij, *l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff de vulg.& pupil.*du-
bium eſt, an in dote poſſit fieri, cùm illa † dicatur proprium pa- 246
trimonium filiæ, *l.3.§.ſed vtrum.ff.de minor.*& ita eſt debita, ſic-
cut legitima, *l.qui liberos.ff.de ritu nupt.l.fin.C.de dotis promiſſ.* &
quod non valeat, tenet Mar.Sili.prout refert Ioan.Andr.*in ad-
dit.Spec.in tit.de inſtrum.edit.§.vt autem.* & Bal.*in quodam conſilio.*
Quod verum limitat Dyn.quantum ad legitimam, ſed quan-
tum ad id, in quo excedit dos legitimam, tenet Dyn. talem
ſubſtitutionem valere in dote, per textum *in l.fin.§.filiæ.ff.de le-
gat.2.*vbi de hoc videtur caſus, & ita ſequitur ibi Bal.*& in l. Lu-
cius.§.maritus.ff.ad Trebellian.* & Cyn.*in l.vna.§.videamus.C.*

de rei vxor act. in fin. ſentit Bart. *in dict. §. maritus.* & plenius Bal. *in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtament.* Contrariam tamen partem, ſcilicet, quod indiſtinctè in tota dote valeat talis ſubſtitutio, tenet eleganter Paul. de Caſtr. *in conſil. 76. quod incipit, In*
247 *Chriſti nomine, viſo dicto puncto*, & contra, quia licet dos † ſit debita filiæ, non tamen filia ſuccedit in ea veluti in legitima, quia ſtante ſtatuto excludente fœminas, &c. fœminis excluſis non debetur aliqua legitima, vt dicit Bartol. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtrat.* & plenè dixi *ſupra in hac principali ſecunda quæſtione*: ergò dos data non poteſt dici ſuccedere in locum legitimæ, quæ non debetur. Nec obſtat, *l. ſi arrogator. ff. de adopt.* quia loquitur in quarta debita arrogato, quæ aſſignatur loco quartæ debitæ iure naturæ: & hãc partem inquit Paul. veriorem & tutiorem eſſe, & idem ſequitur ipſe *in conſilio 106. incipiente, Super eo, de quo quæritur*, de quo etiam per eundem *in conſil. 110. quod incipit, Subſtitutio facta. & in conſilio ſequenti.* hanc etiam partem tenet Ludo. *in conſil. 234. incipiente, Pro declaratione.* quia cùm dos non ſuccedat loco legitimæ, ſtante dicto ſtatuto, vt dixi, ergo ſicut poteſt ſubſtitutionem fideicommiſſariam facere valituram, *Inſtitut. de pupill. ſubſtitut. §. final. & ad Trebellian per totum*: certè nihil obſtat, quin etiam in iſta dote facta valeat, & ita credo tenendum. Et hæc opinio Paul. & Lud. ſine dubio procedit, vbi iſta filia decederet, antequam nuberet, quia dos dicitur relicta ſub conditione, ſi maritabitur: ergo ante conditionem purificatam potuit conditio fideicommiſſi apponi, & ita tenet Paul. *in dicto conſil. 66.* quod autem dicatur, relicta ſub conditione, ſi nubat, dixi *ſupra in hac 2. quæſtio principali.*

248 † Secundò ſine dubio procedit, vbi pater habens plures filias, illas dotat, & inuicem illas ſubſtituit fideicommiſſi. quia talis mutua ſubſtitutio neutram dicitur grauare, *argument. l. ſi pater. C. de inoffic. teſtam.* & eorum quæ not. *in l. 1. & in l. licet. C. de pact.* bonus text. *in l. de fideicommiſſ. C. de tranſact.* notat Bal. *in l. cùm archimedoram. C. vt in poſſ. ff. legat.* plenè per Imol. *in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſoluto matrimon.* Hinc dicit Bal. *in dicta l. ſi pater. in fin* quòd
249 † reciproca donatio inter virum & vxorem valet, quia non dicitur mera liberalitas: & ideo non requirit inſinuationem, vt pulchrè tenet Oldra. *in conſil. 130. incipiente, Ad habendam.* Ioan. Andr. *in addit. Speculat. tit. de inſtru. edit. § porrò. circa vltimam colum.* Salicet. *in l. fin. C. de pact.* de quo per Ludou. *in l. Aquilius. ff. de donatio.*

Tertiò ſine dubio procedit prædicta opinio, quando ſtatutum diſponeret, quòd filia teneatur ſeruare omnia ordinata per patrem, iuxta not. per Bartol. *in dicta l. Centurio, quæ omnia bene not.*

250 Vigeſimotertiò quæro, † an dictum ſtatutum vigens in loco, habeat locum in Iudæis, in eo loco commorantibus, ita quòd maſculus filius Iudæi excludat filiam fœminam. Videtur quòd ſic, per ea, quæ not. Bald. *in l. ſpadonem § iam autem. ff. de excuſ. tutor.* dicens, quod priuilegium datum incolis, includit Iudæos.

Secundò, quòd maſculus excludat fœminam, eſt de l. Moſaica, vt habetur Numeri. *c. 37.* ergo tale ſtatutum reducens ad l. Moſaicam eſt commendabile, *l. lege 12. tab. C. de legit. hæred.* ergò, &c. Tertiò, appellatione populi veniunt iudæi, probat tex. *in auth. de quæſtorib. circa principium*, quem ſingularem dicit Bal. *in cap. 1. de forma fidelitatis, & in rubrica, C. qui accuſ. non poſſ. circa finem.* & vide Pet. de Anchar. *in cap. ſi ſententia. de ſent. excom. eodem lib.* Et hanc partem, quòd ſtatutum in Iudæis locum habeat, reperio tenere Ioan. de Anania *in c. Iudæi, el 2. ſup. de Iudæis.* de quo ibi per eum plenè examinem illum articulum, an Iudæi in cõdendis teſtamentis vel iure ſuccedendi debeant obſeruare legem Moſaicam vel legem ciuilem.

251 Vigeſimoquartò quæro, † an iſtud ſtatutum habeat locum in filia dotata, antequã fieret tale ſtatutum? Videtur quòd ſic, quia ſtatutum dicit, ſi filia dotata fuerit: quod verbum fuerit, eſt præteriti perfecti & pluſquamperfecti, ergo tale ſtatutum trahitur etiam ad prius dotatam.

Secundò, quia filia tempore, quo debet ſuccedere patri, reperitur dotata, ergo, &c. faciunt quæ dixi *ſupra in quæſt. 19 maximè in ver. in contrarium.*

Tertiò verbum, dotata, habet cauſam permanẽtem, *l. Plautiana ff. de iure codicill. & l. verbum erit. ff. de verborum ſignificat.* & omne tempus ſignificat, vt ibi not. per conſequens tale ſtatutum extenderetur ad filiam prius dotatam, & ita conſuluit Bart. prout refert Angel. *in Authent. hæc conſtitutio interpretatur, collat. 6.* ipſe tamen tenet contra Bart. per illum textum, vbi dicitur de illo, qui in monaſterio intrare voluerit, & ſic loquitur per verbum præteriti perfecti & pluſquam perfecti temporis, & tamen illa diſpoſitio non habet locum in ingreſſo, antequã eſſet condita dicta conſtitutio, immò talis poteſt diſponere de bonis poſt ingreſſum. Præterea verbum fuerit, prolatum à ſtatuto, cùm etiam poſſit reſpicere tempus futurum, ad illud debet trahi, quia illud proprium eſt ſtatuti, *cap. fin. extra. de conſtit. l. leges, Cod. de legibus.* & hoc, niſi in ſtatuto fiat expreſſa mentiò, quòd trahatur ad præterita, vt ibi, & *in Authen. vt factæ nouæ conſtitutiones. & Authent. vt liberti de cætero, in princip.* ad hoc facit, quod not. Bart. *in l. cùm lex. ff. de legib.* Nec obſtat ſecundùm Angel. quòd verbum, dotata, habeat cauſam permanentem: quia fatetur illud verum, præterquam quãdo apponitur in l. vel ſtatuto, cuius proprium eſt reſpicere futura, vt dixi. Item non obſtat, quòd iſta filia reperiatur dotata, quia hoc non obſtante, non tamen fuit dotata poſt ſtatutum, ſed ante, & ſic non obſt. contrarium, per textum, *in d. Authent. hæc conſtitutio.* inductum, vt *ſupra*, & ita credit Ang. eſſe tenendum, licet non firmet, ſed dicat, cogitabitis. Ego verò puto tenendam eſſe opin. Bart. quã etiam tenet Bal. non faciens mentionem de Bart. *in l. omnes populi, in 13. colum. ver. ſed pone. ff. de iuſtitia & iur.* Nec obſtat tex. *in d. Auth. hæc conſtitutio.* ſuper quo Ang. facit fundamentum, quia ideò ibi verbum, fuerit, non includit tempus præteritum, quia lex vlterius proceſſit ita interpretando, vnde facit ille text. potius pro Bart. cogita tamen.

Vigeſimoquintò quæro, † quid ſi ſtatutum expreſſe diſponat, quòd trahatur ad filias de præterito dotatas, an includet 252
filiam de præterito dotatam, quæ iam cum fratre ſuo hæreditatem diuiſerat. Dic quod non, quia ad iam finita pacto vel tranſactione non extenditur ſtatutum, & ita in terminis tenet Bart. *in l. 1. in fin. ff. ad Tertull.* facit quod not. Cyn. *in l. leges, C. de legibus.* Paul. & Doct. *in Clement. 2. de ætat. & qualitat.* facit *l. cauſas.* & quod ibi not. Bartol. *C. de tranſact. & l. final. cum ibi not.* per Bart. *C. ſentent. reſcin. non poſſ. l. penul. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & quod not. Iacob. de Bel. *in Authen. vt cum de appell. cogno.* & Ang. *in conſil. 241. quod incipit, Philippus.* vbi concludit, quòd compromiſſum generale ita factum, quòd trahatur ad præterita, non debet extendi ad lites præteritas pacto, vel tranſactione finitas, quod not.

Vigeſimoſextò quæro, † quid ſi filia dotata ſemel fuit excluſa ex eo, quòd tẽpore mortis patris extabat filius maſculus, an 253
ſi poſtea filius moriatur, filia admittatur ad ſucceſſionem? Bar. *in l. fin ff. ad Tertul.* tenuit, quod ſemper remaneat excluſa, idem Bal. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libr. & poſthum. & in c. 1. epiſcopum vel Abbat. in vſib. feud. & in l. cùm vſusfructus vxori. C. quando dies le. ce. & in l. in quibus. C. de ſecund. nupt.* per gloſſ. ibi ſingularem, dicentem: quod quando aliquid deſcendit ab aliquo, ita quòd ad alium peruenit, excluſio eſt perpetua, & non temporalis, & ideò in caſu noſtro ſufficit, quod momento hæreditas peruenerit ad filios maſculos, ita quod filia perpetuo excludatur, vide etiam Bal *in l. ſi quis poſthumos §. ſi filium. ff. de inoffic. teſtament.* & ad hoc ſingulariter facit ſimile, quod dicitur de
filio primogenito, quia † ſi ex conſuetudine vel pacto regnum 254
debetur primogenito, ſecundògenitus etiam mortuo primogenito ſine filijs nõ admittitur ad regnum, ita ſingulariter Bal. per illum textum, *in cap. 1. de filijs natis ex matrimonio contracto ad morga.* facit *l. iubemus. in fin. C. ad Trebell.* & ita Bal. refert Ludo. *in conſilio 98. incipiente*, Quoad id, de quo quæritur, quod perpetuo not. † Limita tamen prædictam concluſionem procede- 255
re, quando ſtatutum ſimpliciter excludit fœminam: ſecus ſi non ſimpliciter, puta dicit, quamdiu extat maſculus, &c. & ſic non loquitur per verba denotantia momentum temporis, ſed perſeuerantiam, ſecundùm Bartol. *in dicta l. fin.* Angel. *in Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* per gloſſ. ibi † dicentem, quòd ſe- 256
mel hæres poteſt auctoritate iuris ciuilis deſinere eſſe hæres. Idem tenet Angel. *in § ſi verò non implens. in authen. de hæred. & fal.* vbi dicit collegium ſtò. ſic conſuluiſſe. Idem tenet Bal. *in dicta l. in quibus.* quia tunc iſta excluſio potius eſt temporalis, quàm perpetua. Ideò deficiente maſculo, admitteretur filia, facit §. *gregoriana. in Auth. de non eligendo ſecundò nuben. & tex. in §. quoniam autem. in auth. de nupt. & in l. cui alius. ff. de cura furio. & in l. Titius. ff. de excuſ. tut.*

Secundò limita prædicta procedere, quando filius iam

factus

factus hæres patris deceſſit, ſecus, ſi non fuit hæres, vel quia
noluerit, vel quia non potuerit, de quo pulchrè per Paulum de
Caſtr. *in conſilio 342. incipiente, Primò videndum eſt.* dicam plenè
infra in ſequenti principali quæſtione, in 7. & 8. quæſtio. nam quæ ibi
dicuntur, conferunt ad intellectum huius quæſtionis. Aduer-
te tamen, quia hæc quæſtio in terminis, quibus illam format
Bartol. *in dicta l. fin:* ſcilicet, quādo filius maſculus moritur, iam
adita hæreditate patris, poſſet procedere, quando ipſa filia hoc
caſu vellet venire ad talem hæreditatem, tanquā hæres patris:
ſed ſi venire vellet veluti ſuccedens fratri, bene poſſet, iuxta ea
quæ dicam *infra in quarta principali quæſtione, verſ. 5. quæro,* &c. I-
tem intellige, quod dixi, filiam mortuo fratre vocati ad ſucceſ-
ſionem patris, quando dicit ſtatutum, quàmdiu extat maſcu-
lus, &c. procedere patre moriente ab inteſtato, ſecundùm Au-
gel. *in d. §. ſi vero non implens.* Quid autem ſi fecit teſtamentum,
in quo inſtituit filium, & filiam præterijt, an ſtante dicto mor-
tuo fratre filia poſſet dicere teſtamentum nullum? vide *inf. in 4.
q. principali, verſ. 16. quæro.*

257 † Circa tertiam principalem quæſtionē, qua quæritur, quas
perſonas intendat ſtatutum excludens fœminam vocare ad
ſucceſſionem? Aduertendum eſt, quòd talia ſtatuta dicuntur
258 emanaſſe propter fauorem fratrum vel hæredum patris. † Et i-
deò primo quæro, an filius naturalis tantum, id eſt, natus ex
concubina retenta in domo indubitata affectione & protesta-
tione debita præmiſſa, &c. de qua *in l. in concubinatu. ff. de concu-
bin. & in Authent. quibus modis naturales effic. ſui. §. ſi quis autem.* ex-
cludat filiam fœminam dotatam & maritatam? Videtur quòd
non, quia ſecundùm propriam ſignificationem filium eſſe dif-
finimus natum de viro & vxore, *l. filiū diffinimus. ff. de his qui ſunt
ſui vel alieni iuris. l. quia ſemper. § pater ff. de in ius voc. habetur in au-*
259 *thēn. vt liceat matri & auiæ, §. ad hæc. col.* 10. † Secundò facit, quia
ad certos actus caſus vel reſpectus filij naturales, veniunt ap-
pellatione filij, *l. penul. C. ad orficia. & Inſt. ead. in princ. & in § item
quæſitum.* puta quia certis caſibus ſuccedunt patri in certa par-
te, *in auth. quibus modis natur. effic. ſui. §. diſcretis. & §. ſeq.* Item quā-
doq; intuitu pietatis naturales tantum comprehenduntur ap-
pellatione filij, *l. vxorem. §. codicillis, in fin. ff. de legat. 3.* immò quā-
doque excludit ſubſtitutum in certis caſibus, *l. ex facto, §. ſi quis
rogatus. ff. ad Trebellia.* Regulariter tamen filij naturales non ve-
niunt appellatione filij. *l. generaliter. C. de inſt. & ſubſt.* ergò cùm
exceptio in certis caſibus firmet regulam, *d. l. filium diffinimus. in
authen. de non alien. §. vt autem. & l. tribunus. § aliquis. ff. de teſtamen.
milit.* ſequitur, quod in caſu noſtro ſtatutum loquens de filio,
non includet naturalem tantùm. ¶ Tertiò ad hoc facit gloſ. illa
notabilis *in clem. 1. de baptiſ.*

Quartò facit, quia quo ad commodum filiorum naturales
filij non dicuntur filij, vt notatur *in l. 1. ff. de regulis iur.* per Dyn.
260 *in rubrica, de regulis iuris, eodem lib.* † Quintò, vbi lex poteſt ope-
rari in proprio ſignificato, non debet ad improprium trahi, *l.
verbis ciuilibus. ff de vulgar. & pupil. & in l. pupillari, eodem tit. lege li-
brorum. §. quod tamen Caſsius. & l. non aliter ff de lega. 3. l. Scæuola. ff.
ad Trebell.* ſed ſtatutum noſtrum ſatis poteſt operari ſecundùm
proprium ſignificatum in filio legitimo & naturali, ergò, &c.
Sextò de huiuſmodi genere perſonarum parum eſt curandū,
quia maximè hodie ratiſſimi filij naturales tantum reperiun-
tur: & idem fortius dicendum eſſet de vulgo quæſitis, id eſt, de
his filijs, qui naſcuntur ex publica & vulgari meretrice, quia in
iſtis multo minus quàm in naturalibus tantum habebit locum
ſtatutum: & ſic nō venient appellatione filij, cùm nec patrem
cenſeantur habere, & ideò ſolent ſpurij appellari, *Inſti. de nupe.
§. aduerſus. & de legibus agnat. ſucceſſ. §. vulgo.* Idem fortius eſt di-
cendum in incæſtuoſis, nepharijs & adulterinis, *dict. §. ſi aduer-
ſus.* iſti non merentur filij nuncupati, nec à patribus ſunt alen-
di de iure ciuili, *authen. ex complexu. C. de inceſtis. nupt.* licet aliud
ſit de iure canonico, *ca. cùm haberet. de eo qui duxit in vxorem.* &c.
nec patribus poſſunt ſuccedere, & vt vno verbo concludam,
omni legum beneficio ſunt priuati, & penitus excluſi, *l. ſi quis.
C. de inceſt. nupt. ibi, nec à patre,* &c. *& §. pen. in auth. quibus mod. effic.
ſui. & auth. licet. C. de nat. lib.*

261 † Concludo ergò, ſtatutum excludens fœminas extantibus
filijs, non comprehendere naturalem tantùm, nec ſpurium,
incæſtuoſum, nec ſimiles, & ita reperio tenere Bartol. *in conſilio
228. quod incipit, Statuto cauetur in ſimili quæſtione:* dicit enim ibi,
quòd ſi ſtatutum diſponat de quocunque relicto in teſtamen-
to ſolui gabellam, exceptis relictis filijs, quod de relicto filio
naturali eſt ſoluenda gabella: & ſic in ſtatutis appellatione fi-
lij non venit naturalis. Tu autem de hac quæſtione, & genera-
liter an appellatione filij veniat naturalis tantum, vide notan-
ter Petrum de Ancharan. referentem varias opiniones, *in capit.
canonum ſtatuta, ſupra de conſtit. in colum.* 164. & plenè ſcripta per
Ioannem de Imol. *in dicta l. ex facto. §. ſi quis. rogatus.* vbi ponit,
quid iuris, quando mentio filij ſit à lege communi, Item quid,
quando ſit à ſtatuto. Item quando à iudice. Item quando à te-
ſtatore, & ibi vide per eum, quia ſi dicta referrem ſua, præter
intentum fierem prolixior. Vnum tamen ſingulariter not. † qđ 262
vbi lex vel ſtatutum conſiderat naturalitatem, ſemper appel-
latione filij venit naturalis: ideò naturalis ita punitur *l. Pompeia
de parricidijs,* ſicut naturalis & legitimus ſecundùm Imol. *in di-
cto §. ſi quis rogatus. circa finem. ver. item prædicta.* & etiam per Bal.
*in cap. per tuas. ſupra de probat. & in l. parentes. ff de in ius voc. & in l.
ius ciuile. in 2. colum. ff. de iuſtit. & iure.* per Innoc. Doct. & Panor.
in cap nonnulli. §. ſunt & alij. ſupra de reſcrip. per Bal. *in l. quiſquis. C.
ad l. Iul. maieſtat. & in l. 1. in 6. carta. C. qui accuſ. non poſſunt. in pœna
nona, quod bene nota.*

Secundò quæro, † an filius naturalis legitimatus excludat 263
filiam fœminam ſtante dicto ſtatuto? Bal. *in l. cùm acutiſſimi. C.
de fideicommiſſ.* tenet quod ſic, quia legitimatus habet verum
principium, & primò hoc probatur ex determinatione Iacob.
de Are. *in quæſtione diſputata,* quam refert Ioann. Andr. *in addit.
Speculat. in tit. de ſucceſ. ab inteſtat. circa fin.* de ſubſtituto ſub con-
ditione, ſi hæres ſine filijs deceſſerit legitimis, & naturalibus:
dicit enim, quòd ſi hæres moriatur relicto filio legitimato, ex-
cludit ſubſtitutum, quia tales † dicuntur filij legitimi & natu-
rales natura & lege cooperante facit tex. *in auth. quibus mod. nat.* 264
effic. leg. § ſi quis igitur, circa fin. ibi, domum patris & Principis. quod
eſt dicere naturæ ſimul, & legis. Secundò, quòd legitimati ve-
rè & non fictè dicantur legitimi, probatur *in l. 2. C. de iur. aureo-
rum annulorum.* vbi † libertus reſtitutus natalibus eſt verè inge-
nuus, licet non ſit naturaliter, ſecus ſi ſecum eſſet diſpenſa- 265
tum: ita & in propoſito legitimatus dicitur verè legitimus, licet
non ſit legitimè natus.

Tertiò probatur ex doctrina Bartol. *in l. ſi ij qui pro emptore.
ff. de vſucapio.* vbi dicit, quod eſſe legitimum eſt iuris, & non fa-
cti, & ita qualitas iſta per legitimationem verè & non fictè im-
primitur.

Quartò facit, † quia legitimare eſt maculam abſtergere il- 266
legitimitatis, quæ iure naturæ inhæret, ſed erat offuſcata iure
gentium, vt notatur *in l. manumiſſiones. ff. de iuſtitia & iure.* Bald.
tamen ipſe *in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. in 3 colum. verſic. item
quæſitum fuit à me.* dicit, quòd de propria ſignificatione voca-
buli appellatione filij legitimi & naturalis non comprehendi-
tur legitimatus, alleg. *cap. naturales filij. ſi de feud. fuer. contro.* Idem
ſentit Bal. & Salic. *in l. fin. C. de his qui ven. ætatis impetra.* dicens,
ſingulariter per illam l. quòd ſi quis recipit emphyteoſim pro
ſe & filijs ſuis legitimis & naturalibus, quòd non venit legiti-
matus, quia non eſt naturaliter legitimus, ſed ex priuilegio, &
fictione. Dom. autem Anton. de Butr. *in cap. per venerabilem. ſu-
pra qui filij ſint legitimi, in vlt. quæſt.* dum tractat de effectu legiti-
mationis, tenet quòd legitimatus per ſubſequens matrimoniū
vel per alios mores legales, de quibus *in cap. per tuas. ſupr. qui filij
ſint legitimi.* comprehenditur appellatione legitimorum etiam
in ſtatuto facta, ſed non legitimatus per reſcriptum Principis:
ratio, quia dato, quòd non poſſit negari iſtum eſſe verè legiti-
mum, tamen non eſt legitimus de iure cōmuni, ſed de iure ſpe-
ciali, de quo ſtatutum nō præſumitur cogitaſſe maximè in præ-
iudicium aliorum, ſeu ad alios excludendos, facit *l. Iulianus. ff.
qui & à quibus.* ſed ſolùm cenſetur diſpoſuiſſe de legitimis, de
iure communi, Paulus de Caſtr. *in conſilio 221. incipiente, Super eo
quod primo loco. circa finem* dicit, quòd in hoc articulo multa poſ-
ſent dici, & ſe dubium eſſe, tamen propter auctoritatem tanti
viri, ſicut fuit Dom. Ant. credit tenendam eius diſtinctionem;
attento quòd ſtatutum excludens fœminas eſt cōtra ius com-
mune, *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* vnde cùm per diſtin-
ctionem D Anton. opin. reducantur ad concordiam, vt euite-
tur iuris correctio, & materia fraudis, ſcilicet, ne quis in fraudē
ſe legitimari faciat, & vt præiudicium aliorum tollatur, *argum.
l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de leg. 2.* ſtat cum ipſo D. Anton. quam opin.
ſecutus eſt idem Paul. *in l. final. C. de his qui veniam ætatis impetra.*
Sed idem Paul. *in conſil. 223. in fin. quod incipit, Videndum eſt primò.*
videtur tranſire cum opinione Bald. *in dicta. l. cùm acutiſſimi.* &

idem

idem facit *in conſil.225.incipiente, Super primo dubio.colum.*4.Eandem opinionem ſequitur Petr.de Ancharan.*in conſilio quodam ſuo.quod incipit, Stante validitate ſtatuti,* vbi refert idem determinaſſe Angel.*in quæſtione diſputata.quæ incipit, Nobilis quidam genere.* Ludou.autem Rom.*in l.ſi is qui pro emptore,in 10.colum.verſic. ſeptimo.ff.de vſucapio.* dicit ſe vna cum alijs famoſiſſimis Doctoribus in hac quæſtione conſuluiſſe. Tandem poſt multa argumenta hinc & inde facta concludit, quod ſi ſtatutum dicat, quod filij legitimi, & legitimè nati excludant filiam, quod tūc in legitimato locum non habet, quia poſito quod ſit verè legitimus, non tamen eſt legitimè natus, quia ex iniuſtis nuptijs à principio, *l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.& l.ſi vicinis.C.de nupt.* ideo iſte caſus tanquam omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l.ſi extraneus.ff.de condict.*
267 *ob cauſam.* immo poſito quod habeatur perinde, ac ſi eſſet legitimè natus, hoc tamen fingitur cùm aliud † ſit eſſe talem, aliud haberi pro tali, vt plenè per Bart. *in dicta l.ſi is qui pro emptore, in quæſtione de cive facto ex forma ſtatuti diſponentis illum haberi pro cive,* ideo merito de vno ad aliud non eſt inferendum, *l.final.ff.de calum.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquirend.poſſ.ff.l. Papinianus.ff.de minor.* Præterea ſtatutum non trahitur ad caſum fictum, *l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte.* per quem Bartol. ibi deci-
268 dit † ſtatutum puniens mulieres portantes perlas, non procedere in ea muliere, quæ portat perlas fictas, & contrafactas. Pro quo facit gloſſ.notab.*in l.2.C.de hæreticis.* dicens, quod falſus denarius non eſt denarius, quod etiam tenuit gloſa *in capitulo vera iuſtitia.45.diſtinctione.* dicens, quod ſicut falſa iuſtitia non eſt iuſtitia, ita falſus denarius non eſt denarius. Accedat quæſtio notab.quam ponit Ioan.Andr.*in addit. Speculat.titul.de crimine falſi.* de ludentibus ad par & impar, an ſi in numero pari reperitur falſus denarius, debeat computari vel non. Præterea ad propoſitum facit gloſſ.notabilis *in l. aſſiduis.C.qui potio. in pign. hab.* volens, quod priuilegia dotis non trahantur ad dotem fictam. Si verò ſtatutum loquatur ſimpliciter, vel de legitimis tantùm, tunc concludit ibi Ludou. bonis rationibus, quod fœmina non excluditur per talem legitimatum, potiſſimè per textum, quem dicit hanc quæſtionem decidere *in l.1.§.ſi quis filium.ff.ſi tabul.teſtamenti nullæ extent.* vbi licet ſit in iure clarum, quod filius in poteſtate excludat nepotem ex ſe natum, tamen ſi filius ille emancipetur, & poſtea readoptetur, & ſic poteſtati patriæ priſtinæ reſtituatur, *l.filio quem pater ff.de liber. & poſthum.* tamen non excludet nepotem: ſic in propoſito licet ſi filius fuiſſet legitimus excluſiſſet fœminam, ſi tamen poſtea ad iura legitimitatis reſtituatur & reducatur, non debet excludere fœminam filiam. Nec obſtat *l.1.§.ſi filium.ff.de contra tab.* vbi etiam reſtitutus excludit ſequentem in gradu, de quo etiam habetur *in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthum.* quia ille caſus eſt admodum diuerſus à caſu noſtro, vt ibi dicit gloſ. & nota.*in dict.§.& quid ſi tantum.* ita in hoc notabili quotidiano, & practicabili paſſu eſſe tenendum dicit Ludou. vbi *ſupra,* ſiue loquamur de legitimato, ſiue per reſcriptum Principis, ſiue per oblationem curiæ, qui non niſi legitimatus dici poteſt, cùm non legitimetur quo ad omnes, ſed ſolum quo ad patrem *§.filium verò in Authent.qui.mod.nat.effic.ſu.* ſiue per ſubſequens matrimonium, quia nec iſte in veritate ſaltem inſpecto principio originis eſt legitimus, ſed fictus, nam licet legitimatio trahatur retro, *l.cùm quis.§.neque.C.de naturali.libe.* non tamen poteſt dici verè legitimus, cùm in veritate non interuenerit tempore originis matrimonium, nec principio natus ſit legitimus, *argument.l.in bello.§.factæ ff.de captiuis.* Quod vltimum conſidera, quia probat diſtinctionem Dom.Anton.de qua *ſupra*, non fore bonam, pro illa tamen facit gloſſ.notabilis *in cap.innotuit. de elect.* dum dicit, quod legitimatus per ſubſequens matrimonium verè dicitur legitimus, niſi dicas, quod verè dicitur legitimus à tempore matrimonij poſtea, ſed non antea, attenta origine per ſupradicta. Quæ diligenter, & perpetuo memoriæ teneas. Domini, iſte quotidianus paſſus redditur valdè dubius & videtis quàm variè ſcripſerint ſuper ipſo maiores noſtri. Et dependet ab illo articulo, an legitimatus verè dicatur legitimus, aliter non conſiderata origine, de quo plenè per Paul. de Caſtr. *in conſilio 216. incipiente, Super puncto iſto. & in conſilio 221. quod incipit, Super eo quod primo loco.* plenius per Roſellum *in tractatu legitimationis, in 26.carta,* & per Modernum Imolenſem, *in quodam conſilio, quod incipit, Viſis codicillis.* Dictum tamen Bart. *in l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte.ſupra* relatum limitatem procedere, vbi ſtatutum prohiberet delationem perlarum, vt parcatur ſumptibus: ſecus ſi prohiberet ea ratione, ne mulieres ignobiles incedant ita ornatæ ſicut nobiles, per text.*in l.Velleian. C.de veſtibus olober.lib.11.* probantem veſtes vel pannos non debere tingi colore ſimili colori muricis, & purpuræ, &c. Tertio
quæro, † ſtante dicto ſtatuto, nunquid filius adoptiuus vel ar- 269
rogatus, & ſic legalis excludat filiam fœminam? Videtur per Imol. quod non, & adduco not. per Cyn. quem ibi ſequitur Angel.*in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtitut.& ſubſtitut.* vbi dicit quòd diſpoſitio *l.cùm acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.& l.cùm auus.ff.de condit.& demonſtra.* non habet locum in filio adoptiuo, quoniam illa iura loquuntur de filijs legitimis & naturalibus. Secundò facit quod dicit Angel.*in l.cùm in adoptiuis.C.de adop.* vbi per gloſſ.ibi dicit, quod ſi ſtatutum diſponat, quod de hæreditate alieni relicta ſoluatur gabella, tamen ſi pater inſtituat filium naturalem, non debetur gabella: facit ad hoc tex. cum ibi not. per Bart.*in l.1.C.de imponen.lucra.deſcrip.libr.10.* & idem te-
net Imol.*in l.in ſuis.ff.de liber.& poſthum.* facit † optima gloſſ. *in* 270
cap.paſtoralis.de decim. quæ dicit, quòd de lucro hæreditatis delatæ filio non debetur decima: accedat ſingulare verbum Angel.*in §.ſi vero, Auct.de nuptijs.colum.*4. Secus dicit Angel.*in dicta l.cùm in adoptiuis.* vbi pater inſtituit filium adoptiuum, quo caſu debetur gabella, cùm ſtatutum loquens de filio, non habeat locum in adoptiuo: & ita dicit Angel. ſe in facti quæſtione conſuluiſſe.

Tertiò facit, ſtatutum conſiderauit naturalitatem, ergo non comprehendit adoptiuum, qui eſt ciuiliter filius: facit *l.fin.C. de his qui ven.ætat.impetra.*

† Quartò facit, quod vult Bal.*in auct.niſi rogati.C.ad Treb.* di- 271
cens, quod licet filius meus ſpiritualis fortè ſit à me patre ſpirituali alendus, tamen non excludit ſubſtitutum, ſicut nec filius adoptiuus.

Quintò facit, *l.ſi quis ita.§.is cui.ff.de legat.2.* per quem dicunt Doct. quod ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis non veniunt filij adoptiui, ſecundùm Rayn. de Forli. & Doct. ibi, & *in l.fin.C.de his qui ven.ætat.impetra.*

Sextò facit gloſſ.*in §.1.in Authen.de triu.& ſemiſſ.* quæ dicit, quòd hodie non eſt aucta legitima, quæ debetur filio adoptiuo, licet illa, quæ debetur filio legitimo & naturali ſit aucta, de quo per Bart. & poſt Iacob. de Are.*in l.ſi arrogator.ff. de adoptio.* & per Bart.*in l.hæredibus.§ fin.ff.ad Trebell.* dixi aliàs *in cap.ſi pater. ſupra de teſtam.*

† Septimò facit, quia magis attendenda eſt natura quàm ac- 272
cidens, *l.fin.C.de his qui veni.æ.& l.qui habet.ff.de tutel.l.ſi quis poſthumos ff.de liber.& poſthum.cap.requiſiſti.ſupra de teſt.* ergò ſtatutū potius interpretabitur ſenſiſſe de filio ſecūdùm naturam, quā ſecundùm accidens: ad quod optimè facit quod vult Bald. & refert Panor.*in cap.licet.ſupra de offic.legat.*

Octauò facit, quod not. Bal.*in d.l.ſi arrogator.* vbi dicit, quod iura dicentia filium legitimum, & naturalem grauatum reſtituere poſſe, detrahere duas quartas, habet locum in filio legi-
timo naturali, non in adoptato vel arrogato. † In contrarium 273
tamen facit text. & quod ibi not. Bart.*in l.ſi cognatis.ff.de reb.dubijs.* vbi dicitur, quòd appellatione cognatorum veniūt etiam cognati ciuiles. Nec obſt.*d.l.ſi ita quis.§.is cui.* quia ibi ideò illud eſt, quia illi filij ciuiles facti ſunt non facto teſtatoris, ſed alterius, ſed vbi eſſent facti facto teſtatoris, appellatione filiorum, venirent etiam ciuiles, & ſic adoptiui, & arrogati, per *d.l.ſi cognatis.* Secundò facit, *c.in præſentia.de probat.* vbi appellatione filiorum venit monaſterium, & ſic filius ciuilis.

Tertiò facit, quod voluit Bald. *in quodam conſilio poſito inter conſilia* Angel.*conſi.65.* vbi conſuluit, quod ſtatutum excludens fœminas extantibus maſculis ad fauorem conſeruandæ familiæ habet locum in agnatis clericis, & religioſis, licet in eis ceſſet hæc ratio naturalis, & tenendo hanc partem, ex prædictis colligitur ſol. ad arg. contraria, & vide ad prædicta modernum *in cap.Raynaldus, in col.73.& ſeq.ſupra de teſtam.* mihi tamen magis placet opinio prima, quia verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda verè & naturaliter.

Secundò, quia tale ſtatutum eſt exorbitans, *dicta l. maximum vitium*, ergo reſtringendum, *regula odia. cum ſimilibus. libro ſexto.*

Tertiò, quia de iſtis adoptiuis, & arrogatis, non præſumitur ſtatutum cogitaſſe, per ea, quæ dixi *ſupra in proxima præcedenti quæſtione.*

Quartò

Quartò,iſtud ſtatutum præiudicat filiabus fœminis, vnde
cùm ſatis poſſit operari, ſi intelligatur de filio naturali & legi-
timo, certè non debet interpretari, vt comprehendat filium
ciuilem in odium fœminarum:cogita tamen, quia paſſus du-
bius eſt. Quartò hanc quæſtionem decidit text. *in l.1.* §. *ſi quis fi-
lium.ff.ſi tabulæ teſta.nullæ extabunt. inducendo vt ſupra dixi in pro-
xima præcedenti quæſtione.*
274 † Quartò quæro,dicit ſtatutum,quod extantibus filijs ma-
ſculis filia fœmina,&cæt.an ſufficiat vnum maſculum extare?
Videtur quòd non,quia pluralis locutio vno non eſt conten-
ta,*l.vbi numerus.ff.de teſtibus.regula pluralis.infra eod.lib.* Secundò,
vnus non eſt numerus,ſed principium numeri.
Tertiò,ſtatutum eſt exorbitans loquens in plurali,ergò ex-
tra caſum non debet extendi,*l.ſi ſeruum.* §. *non dixit prætor.ff. de
acquir.hered.*
Contrarium tenet Bald. *in l.1.C.de cond.inſer.* per illum text.
dicens,quod ſtante ſtatuto,quo diſponatur,quòd vir lucratur
dotem præmortua vxore ſine filijs, non habet locum mortua
vxore cum vno filio:mouetur Bald. quia hoc ſuadet ratio na-
turalis.Secundò facit text.notabilis *in l.iubemus.* §. *pen.C.ad Tre-
bell.* Tertiò facit,quod not.Bart. *in l.3.* §. *1.ff.de negot.geſt.* vbi di-
cit,quòd ſtatutum puniens producẽtes falſos teſtes, habet lo-
cum in producente vnum tantum,idem tenet Bart. *in l.1.* §. *ho-
minem ff.vi bon.rapt.* facit quod ipſe not. *in l.ſtichus qui.ff.de legat.*
1.quod etiam ſequitur Petr.de Anchar. *in cap.pen.de re iud lib.6.*
Quartò facit text.iuncta gloſſ. *in cap.2.requiris.ſupra de appel.* vbi
text.loquitur de arbitris, & tamen gloſſ.ibi intelligit etiam de
arbitro.Quintò facit *cap.accepta.de appell.* Sextò,quod not.Bal.
in cap.quæſtioni.de appellat. vbi dicit,quòd ſtatutum puniens de-
tinentem vxorem alterius per vnum menſem, habet locum in
detinente per plures.Septimò facit dictum Bald. *in cap.manda-
tum.ſupra de reſcrip.& text.in cap.prudentiam.* §. *adijcimus.de offi.de-
leg.* text.& ibi Panorm. *in cap.quotiens.de teſtib.* & quod not.Ioan.
Andr. *in tit.de reſcript.præſenta* §. *1.in addit. quæ incipit, & not.* &
quòd not.Gemin. *in cap.quamuis.de præbend.eod.lib. in articulo*,an
clauſula illa,ſi pro alijs nõ ſcripſerimus,procedat,vbi pro vno
ſolo ſcriptum eſt,de quo etiam per Petr.de Ancharan. *in cap.re-
latum.ſupra de teſtam.& in cap.1.ſupra de lit.conteſt.* facit quod not.
Bald. *in d l.iubemus.& in l.1.ff.de procurat.in dict.l.diuus.* §. *diuus.ff.
de petit.hered.* per Gemin. *in cap.pen.de reſcrip.eod. lib. in cap ſi com-
promiſſarius,de elect.eod.lib.in cap.1.de temp.ord.eod lib.* per Ioan.de
Imol. *in cap.2.ſup. de reſcrip.* vide tamen quod voluit D Ant. *in c.
cùm venerabilis,ſupra de except.* vbi dicit,quod ſi concedatur ali-
cui,vt poſſit permutare ſuum beneficium cum vno,quòd non
poterit permutare cum pluribus:pro quo dic facere tex. *in cap.
non poteſt,infra de præb.*
275 Quintò quæro,† dicit ſtatutum,quòd extantibus fratribus
filiæ excludantur,an intelligi debeat de fratribus filiæ excluſę,
an verò de fratribus defuncti,& ſic patruis dictę filiæ?
Videtur quòd intelligi debeat d[…]atribus filiæ excluſæ,
quia verba ſtatuti interpretantur ſecũdùm qualitatem perſo-
næ,ad quam referuntur, *l.plenum* §. *equitij. ff. de vſu & habit. l.ex
militari.ff.de teſtam.milit.l.ſed ſi ſuſceperit.* §. *ſi libertus.ff de iud.* per
276 quem dicit ibi ſingulariter Angel. † quòd ſi teſtator leget 10.
corbes frumenti ad menſuram paduanam, videtur legaſſe ita,
vt Paduæ ſolui debeant,facit *l.pen.ff.de alimen.leg.* & text. *in cap.
cùm de beneficio.infra de præbend.* & tex.melior *de iure in cap ſi pater.
infr.de teſtib.* Conſtat autem,quòd verba ſtatuti referuntur ad fi-
liam excluſam,ergò verbum fratribus, ibi poſitum intellige-
tur de fratribus filiæ,& non teſtatoris.Secundò facit,quòd in-
terpretatio iuſta & congrua naturali rationi ſemper fieri debet
*ff.de cond.& demonſtrat.l.in his.C.de bonis quæ lib.l.non ſine.ff. de con-
ſtitut.pec.l.ſed ſi alij.ff.de excuſ.tutor l.ſcire oportet.* §. *ſufficit.* Sed in-
terpretari ſtatutum loqui de fratribus teſtatoris eſſet iniquum
quia per illos excluderetur filia, quæ eſt in prima cauſa ſucce-
277 dendi, *auct.in ſucceſſione.C.communia.de ſucceſſ* ergò tale † ſtatu-
tum tanquam exorbitans & contra ius, *dicta l.in eximum vitium.*
inquantum poteſt debet reſtringi & ad ius commune reduci,
cap cùm dilectus.ſupra de conſuet.l.fin. §. *in computatione. Cod.de iure
delib.l.2.C.de noxali.l.Cæſar.ff.de publica.&c.* Sed in contrarium
facit præſumpta ratio ſtatuti,quæ fuit conſeruatio agnationis,
vt dixi *ſupra in prima principali quæſt.* quæ ratio cùm pariter ha-
beat locum in fratribus defuncti,ſicut in fratribus filię,ex quo
per illos etiam cõſeruatur agnatio, ergò in illis locum habebit
ſtatutum. Secundò ſtatutũ loquitur generaliter,ergo de vtro-
que fratre debet intelligi, *l.de pretio.ff.de publica.c.ſi Romanorum.*
19. *diſt.* quod ſine dubio procederet, quando in præfatione ſi-
ue proœmio ſtatuti apparet de dicta cauſa,quia † ex præfatio- 278
ne mens ſtatuti reſtringitur,ampliatur & declaratur: primum
probatur *in l.Titia.* §. *idem reſpondet.ff.de verborum obligat. & in l.
item quia.* §. *idem reſpondet.ff.de pact.* Secundum voluit glo *in ver.
conſentientes,in l.1.ff.de ind.in ver.ſi quæras.* & gloſſ. *in l.eleganter.ff.
de condict.indebit.* not.Innocen. *in cap.innotuit,de temp.ord.* facit *l.
quotiens.* §. *ſi cùm primum ff.de hære. Inſt.* Tertium probatur *in l.1.
ff.de orig.iur.in l.fin.ff.de hære.Inſtit.* hinc dixit gloſ.not. *in l.1.C.ne
liceat in vna eademq; cauſa*,text.dubium declarari ex rubrica, &
etiam interpretari,quod multum ſingulariter not. ibi Bal.pro
† quo dicas facere gloſſ. ſingularem *in l.1. C. de capitatio. ciuium 279
cenſibus eximenda.* quæ dicit,quòd vbi rubrica eſt generalis, tex.
etiam debet generaliter intelligi:& illam gloſſ. ſingularem di-
cit Ludou. *in rubrica.ff.ſi certum petatur*, ex ratione enim ſtatuti
mens reſtringitur & ampliatur, *l.cùm pater.* §. *dulciſſimis ff.de leg.
2.l.ſi is qui animo.* cum gloſſ. *ff.de acquir.poſſeſſ.l.penult.ver. & licet.
ff.de iur.& fact.ignorant.* Et hac parte tenuit Ludou. *in conſil.ſuo
17 incipiente,Viſo themate conſultationis.* tenuit etiam conſulen-
do recolendæ memoriæ, Dom. Obertinus Natam auus meus
paternus,iuriſconſultus maximus,qui ab ijs, qui Aſtenſem a-
grum incolebant,el ſauio,vulgariter appellabatur in quodam
ſuo conſilio, vbi ſic intellexit decretum illuſtriſſimi Domini
Marchionis Montisferrati, diſponens quod filia dotata, & c.
nullum habeat regreſſum, &c. contra fratres aut hæredes de-
functorum:nam illud verbum fratres,intelligitur de fratribus
defuncti,quod declarant ſequentia verba, *ibi,aut hæredes defun-
ctorum.l.ſi ſeruus plurium.* §. *fin ff de legat.* 1. Item quia vna deter-
minatio vniformiter debet intelligi, *l.iam hoc iure ff. de vulgari.
& pupillarib.* ergò illa verba defunctorum, interpretantur illud
verbum fratres,vt etiam intelligatur de fratribus defuncti,du-
ra tamen & aſpera videtur deciſio,ita quòd Clariſſimus reco-
lendæ memoriæ miles & Doct.Hẽricus Natam,genitor meus,
& Illuſtriſſimi Marchionis Montisferrati Senator, cui pluries
præſens quæſtio de facto decidenda occurrit,nunquam auſus
fuit alteram partem amplecti,ſed continuè partes ad concor-
diam nitebatur deducere. Nam prò parte contraria, dicebat
facere rationem,quia ſtatutum debet intelligi, vt minus lædat
ius commune,&c.ergò illud verbum,fratres, ſimpliciter pro-
latum debet reſtringi ad fratres ipſius filię dotatę,ne in tantum
lædatur ius commune,& mens teſtatoris, qui præſumitur no-
luiſſe alienos ſuæ poſteritati anteferre,quod etiam nõ eſt præ-
ſumendum voluiſſe ſtatutum. Ideò erit recedendum à verbis,
vt deſeruiamus menti, *l.non dubium.C.de legib.l.ſcire oportet.* § *a-
liud.ff.de excu.tut.* vbi not.Bal.quod vbi ex verbis ſimpliciter in-
tellectis præſertim iniquum æquo, recedimus à verbis, & ſta-
mus rationi legis,lex enim in duobus reſtringitur ad coniectu-
ratam mentem,ſcilicet,ne quis lædatur indebite.Secundò,ne
quis ad lucrum perueniat indebitè,cum alterius iactura, *l.adi-
gere.* §. *quamuis.de iure pat.l.1.C.de noxa.l.vt gradatim.ff.de mune.&
honor.* hæc enim duo ſunt prorſus aliena à mente legis etiam
generaliter loquentis,vt not.per Bal. *in d.* §. *aliud.*
§ Nec obſtant illa verba poſita in ſtatuto ibi,contra fratres
aut hæredes defunctorum: quia illud verbum, defunctorum,
referendum eſt ad verbum, hæredes, vt ſit ſenſus, quòd filia
dotata non admittatur ad ſucceſſionem parentum contra fra-
tres ipſius filiæ,aut contra hęredes ipſorum defunctorum,nec
eſt inconueniens, quia vnum, † & idem verbum prolatum à 280
ſtatuto reſtringatur ratione odij,& amplietur ratione fauoris,
vt inquit ſingularis gloſſ. *in l.cùm hi.* §. *qui tranſigit.ff. de tranſact.*
Nec debet ſtatutum ſic ſimpliciter intelligi, ne confuſus ſer-
mo,&c. *l.final.Cod.de dotis promiſſ.* ſed debet benigna ſuppletio-
ne iuuari,vt ibi,iſtę ſunt principaliores rationes,licet alias po-
ſuerit,quæ mentem præfati genitoris mei dubiam reddebant.
Ego verò in ſtricto iure arbitror opinionem Ludou.& domini
aui mei meliorem, quia in patruis etiam militat ratio ſtatuti,
qua attenta omnibus fundamentis in contrarium deductis fa-
cilè reſpondetur.Prætetea intelligere verba ſtatuti,vt *ſupra*,eſt
violare litteram,immò ſequeretur,quòd vna & eadem ſtatuti
diſpoſitio ſimplex intelligeretur diuerſo iure,contra *capit.cùm
in tua.de decim.* cum concordan. ibi in gloſſ. eſſet enim neceſſe
intelligere illud,fratres,ſcilicet ab inteſtato venientes:& illud
aut hæredes,ſcilicet,vocatos in teſtamento, quia ſi intellige-
retur illud verbum,fratres,ſcilicet inſtitutos in teſtamento eſ-
ſet re-

ſet reſtringere dictum, ſtatutum locum ſolum vendicare condito teſtamento per patrem, quo fratres filiæ aut alios hæredes ſibi feciſſet, quod eſt abſurdum, quia etiam dictum ſtatutum
281 procedit, vbi pater moritur ab inteſtato: verè iſta ratio multum viget pro hac parte in hac difficili quæſtione.

¶ Non omittam tamen vnum ſingulare verbum ad intelligentiam ſupradictorum, & infra dicendorum quod ponit Ludouic. *in præallegat. conſil.* 16. ſcilicet, quòd appellatione fratris venit carnalis, & non conſobrinus in dubio monetur, quia ſtatuta ſunt in potiori ſignificatu interpretanda, & ita expreſsè tenet gloſſ. *in l. fratres. Cod. de inoffic. teſtam. & in l. 1. ff. eod. tit.* quarum gloſſ. non meminit Bart. idem tenens *in l. Lucius. §. quæſitũ. ff. de legat. 3. per l. iuriſconſultus. §. 2. & 4. ff. de gradib.* nec etiam Bal. referens ſe ita conſuluiſſe in q. trutinata *in capit. 1. in fine, de feudo Marchiæ. in vſib. feu.* licet dicat alios conſuluiſſe contrarium, ſed malè, quæ omnia diligenter not. & adde eandem opinionem tenere Petr. de Ancharan. referendo Bald. ita conſuluiſſe *in repetitione cap. canonum ſtatuta, de conſt. col.* 168.

282 ¶ Sextò quæro, † dicit ſtatutum expreſſe, quod frater defuncti excludat filiam, an frater filiæ etiam illam excludat? Videtur quod non, quia ſtatutum eſt exorbitans. Secundò, quia caſus eſt omiſſus à ſtatuto, & cæt. Contrarium credo verius.

¶ Primò moueor, quia alias ſequeretur abſurdum, quod filia excluderetur per remotiorē in gradu, & non per proximiorem, contra *l. ſcire oportet, in §. aliud. ff. de excu. tut.* facit quod not. Bar. & Bal. *in l. non dubium. C. de legib.* & Bar. *in l. omnes populi, in 6. q. princ. ff. de iuſt. & iure.* & Ioan. de Imol. *in l. ſi verò. §. de viro, in 3. articulo principali. verſ. an autem. ff. ſolut. matr.*

¶ Secundò facit bonus text. *in l. penult. C. de bon. mat. & in §. noſtra. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt.* quibus probatur, quòd filius non debet eſſe deterioris conditionis quàm nepos.

283 ¶ † Tertiò facit text. gloſſ. & quod ibi notant Bartol. & Angel. *in l. 2. ff. ad leg. Pompe. de parricidijs.* vbi probatur quòd ſtatutum factum in fauorem remotioris in gradu videtur quoque factum in fauorem proximioris. Ex quo infert ibi Angel. quod diſpoſitio loquens de fratre conſobrino, habet etiam locum in ſimplici fratre.

¶ Quartò facit, quod not. Bald. *in l. illam. C. de collat.* dicens, quod ſtatutum in cauſa proxima cenſetur ſtatutum in remota, quæ per illam & ex illa deſcendit.

¶ Quintò facit gloſſ. *in aut. præterea. C. vnde vir, & vxor.* quæ extendit illam diſpoſitionem loquentem de viro, & vxore extantibus filijs, habere locum etiam extantibus aſcendentibus.

¶ Sextò facit text. *in l. filium habeo. ff. ad Macedon.* qui extendit diſpoſita in patre etiam ad auum, & ſic ad gradum vlteriorem.

¶ Septimò facit ſingularis determinatio Ludou. *in conſilio 463. incipiente, In propoſita quæſtione.* dicentis, quòd ſtatutum diſponēs, quod ſi hęreditas perueniat ad tertium in gradu quod debet ſolui minor gabella, habet etiam locum, ſi ad ſecundum in gradu perueniat, & ſic ad proximiorem, quod bene not.

¶ Octauò etiam facit, quia præſumpta ratio ſtatuti magis habet locum in fratre filiæ quàm in fratre defuncti, ergò, &c. faciunt quæ dixi ſupra proxima quæſt.

¶ Nonò facit theorica Bartol. *in l. 2. in verſic. ſed ſi forte. ff. ad Tertull.* dicentis, quod ſi fauore agnatorum excluditur mater à ſucceſſione filij per ſtatutum, certè tale ſtatutum excluder etiam auum maternum, & alios remotiores aſcendentes per lineam maternam: ergò, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ſtatutum vocans remotiorem videtur etiam vocare proximiorem.

¶ Decimò facit determinatio q. poſitæ *ſupra in 2. q. princ. ver. 6. quæro.* vbi concluſum fuit, quod ſtatutum excludens filiam, excludit etiam neptem ex filia, de quo dic vt ibi: ergò vt contrariorum par habeatur ratio, ſtatutum vocās remotiorem videtur etiam vocare proximiorem.

¶ Vltimò accedat determinatio Panorm. *in conſil. 76. quod incipit, Quidam deceſſit in ætate infantuli.* vbi determinat, quod ſi virtute ſtatuti frater defuncti excludit matrem, certè fortiùs matrem excludet auus paternus, quia ſi tale ſtatutum vocauit tranſuerſales ad excludendum matrem, fortius videtur vocaſſe auum paternum, qui eſt proximior, vt ibi per eum.

¶ Accedat quoque determinatio Pauli de Caſt. *in conſil. 338. incipiente, Hæreditas prædicta.* vbi dicit, quod ſtatutum loquens de fratribus patruelibus, extēditur ad fratrem carnalem, quia in eo eſt maior ratio.

¶ Septimò quæro, † quid ſi ſtante prædicto ſtatuto filius non efficiatur hæres patri, an filia erit excluſa: Bartol. *in l. 1. §. ſed ſi non ſit. ff. ad Tertul. & in l. 1. §. qui filium. ff. de contra tab.* & Bald. *in l. maximũ vitium. C. de liber. præter. & in l. in ſubſtitutione. ff. de vulgar. & pupillar.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 388. incipiente, Super primo quæſito.* tenent, quod filijs repudiantibus, vel ſtatuto renunciantibus fœmina non excludatur. Sed quid ſi frater non poteſt ſuccedere, vel quia excluſus per pactum factum patri de non ſuccedendo, vel quia incapax, puta quia bannitus, vel frater in[illegible]or: me remitto ad Bartol. *in dicto §. qui filium. & in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniungen. cum emancipat. liber.* Bald. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & in dict. l. maximum vitium,* per Bald. *in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit. & in l. in amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi.* per Angel. *in l. 2. C. de teſtament. militar.* & an filius clericus gaudeat beneficio huius ſtatuti, videbimus *infra* de bannito tamen Sal. *in l. 1. C. de hæred.* dicit, quod licet bannitus de iure communi non excludatur à ſucceſſione, tamen excludetur à beneficio huius ſtatuti excludentis fœminam: vnde ipſe bannitus, & fœmina pariter ſuccedent, ita dicit Salic. per illum text. & ſe remittit ad ea, quæ dicit *in l. 1. C. de hæred. inſtitut.* 284

¶ Octauò quæro, † quid ſi iſte frater maſculus moriatur nō agnita portione hæreditatis, quæ de iure communi debebatur filiæ excluſæ, an illam tranſmittat ad hæredes, vel filia dotata ad eam vocetur. Salic. *in l. 1. C. de adult. in fin.* concludit, quòd filia vocetur: primò mouetur, quia priuilegium ita demum locum habeat, ſi acceptem: patet in filijs, & agnatis à iure ciuili excluſis, & vocatis à iure prætorio, *l. 1. C. qui admit. l. nonnunquam. & l. ſi is qui in poteſtate. ff. de leg. præſtan. not. in l. qui abſenti. ff. de acquirend. poſſeſſ. & in l. abſenti. ff. de don.* plenè *in cap. 1. infra de conceſſ. præbend.* ſed per filium non videtur acceptatum iſtud priuilegium à ſtatuto conceſſum, ergò, & cæt. ¶ Secundò priuilegium, conceſſum filijs de tranſmittenda hæreditate non adita eſt conceſſum in portione hæreditatis ſibi debita, qua non debet fraudari, patet, *in l. 1. C. de his qui ante apert. tab.* ergò ſecùs erit in portione, quam filius habet priuilegio ſtatuti excludentis fœminam, quia illam non habet iure naturæ, ſed priuilegio, & lucro ſtatuti, vnde ceſſante ceſſet æquitas, *dicta l. 1. ceſſabit,* & eius diſpoſitio. 285

286 ¶ Tertiò quæro, † eſto quod tranſmittat, non tamen tranſmittit vt aditam, ſed vt adeundam, *dicta l. 1. circa medium,* & clarius probatur ſecundùm ipſum, *in l. ſi quis filium. in princ. ff. de acquirend. hæred.* & per hunc modum ius adeundi tranſmittitur, *l. cum antiquioribus. C. de iure delib.* & tunc ille, in quem tranſmittitur, ſuccedit suo adeundo hæreditatem tranſmiſſam, cui ſit quæſitum priuilegium [illegible]tatuti contra filium, ergò eam non habebit excludere, & hanc partem videtur tenere Paul. de Caſtr. *in conſil. 343. incipiente, Primò videndum eſt.* vbi limitat hoc procedere, niſi ſtatutum excludat fœminas, ſiue conſtet maſculos adiuiſſe, ſiue non conſtet, vt ibi per eum, *& in conſil. 388. quod incipit, Super primo quæſito.* Adde quæ not. Bald. *in l. ſi arrogator, in princ. ff. de adopt.*

¶ Sed tu aduerte, quia contraria opinio contra Salic. verior videtur, pro qua primò facit, quia talis fœmina virtute ſtatuti videtur de medio ſublata, & ſic perinde eſt, ac ſi mortua eſſet, *l. 1. §. penult. ff. de contra tab.* Item videtur exhæredata à ſtatuto, *l. qui volebat. ff. de hæred. inſtitut.* quibus caſibus non eſt dubium totam hæreditatem pertinere ad maſculos, qui in totum ipſo iure efficiuntur hæredes patri, ac ſi ſoli ſupereſſent, *l. neceſſarijs. ff. de acquirend. hæred. §. ſui. Inſtitut. de hæredum qual. & differ.* & in eos eſt continuatum dominium, *l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.* quod dominium non continuatur in filiam, ſed talis dominij continuatio impeditur per ſtatutum quo ad fœminas, ſecundùm Bal. *in d. l. maximum vitium, in fin. C. de liber. præter.*

¶ Secundò facit, quia non debet aliter de iſta portione, quæ aliàs erat debita filiæ excluſæ, iudicari, quàm de illa, quæ ipſi filio defertur, ne cenſeatur hæres diuerſo iure, *argument. l. cum, qui ædes. ff. de vſucapio.* imò in illa efficietur ipſo iure, ſicut in ſua, ergò, & cæt. nec eſt verum, quòd ex priuilegio deferatur filio iſta portio, immò defertur iure communi à ſtatuto habēte vim iuris communis in loco, vt *ſupra* dixi *in prima principali quæſt.* & in termi-

in terminis dicit Bald. *in l. vnica. C. quando non peten. partes. verſic. quartæ quæſtioni.* dicens, quod ſtatutum in loco non eſt diſpenſatio, ſed ius commune.

¶ Tertiò filius hæreditatem paternam ſibi delatam tráſmittit tanquam aditam, non autem táquam adeundam, licet cum beneficio abſtinendi, tex. *in l. ſi quis filium.* §. 1. & mirandum eſt, quod Sal. illam legem pro ſe allegauerit, cùm ibi ſit caſus contra eum, ad quid enim daretur ibi beneficium abſtinendi filijs, ſi non eſſent hæredes ipſo iure, ad idem facit *l. ſi fratris. C. de iure delib.* Non obſtat etiam *dicta l. 1.* quia procedit in deſcendente non ſuo, quæſtio noſtra loquitur in ſuo: vnde nihil ad rem: & ideò aliqui diſtinguunt inter hæredem ſuum, & non ſuum, vt eſt filius reſpectu matris. ¶ Sed tu dic idem eſſe etiam in illis per rationes prædictas. Item quia licet ipſe filius non fuerit hæres matri, videtur tamen ſufficere, quod alium hæredem faciat, ad hoc, vt filia excludatur, *argument. l. 3. C. de hæred. inſtitut. & l. ſi paterfamil. ff. eodem tit. & argumen. eius,* quod in ſimili dicitur, quod tranſmiſſio iuris deliberandi impedit vulgarem ſubſtitutum, vt dicit gloſſ. notab. *in l. 3 ff. de acquirend. hæred.* vbi vide & not. per Bartol. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupilla.* ſimiliter tranſmiſſio, quę fit virtute *dictæ l. prim. C. de his qui ante apert. tabul.* impedit vulgarem ſubſtitutum, ſecundùm Bal. notabiliter *in l. 3. C. de hæredibus inſtitu.* ergò idem erit in caſu noſtro, vt tranſmiſſio impediat filiam fœminam. Et ex prædictis habes elicere caſum, in quo prouiſio *dicta l. 1.* fuit neceſſaria in ſucceſſione ab inteſtato, ſcilicet, quando filia dotata excluditur à ſucceſſione matris ſuperſtite maſculo, qui poſtea moritur relicto filio non agnita matris hæreditate: niſi enim iſte filius ius adeundi hæreditatem maternam tranſmitteret ad eius filium, certè eius ſoror licet dotata, quæ eſt amita eius filij, ſuccederet, nec excluderetur per talem filium, quia tunc veniret ex perſona propria. Sed ſi venit ex perſona patris, prout eſt, quando venit virtute tranſmiſſionis, tunc ſororem & ſic amitam ſuam excluderet, quod eſt diligenter notandum, quia Imol. *in l. ventre, circa quintam regulam ff. de acquirend. hæred.* videtur velle, *dictal prima,* non habere locum, quando hæreditas fuit delata ab inteſtato, quia tunc tranſmiſſio eſſet nullius fructus, ſecundùm eum, ſed certè, vt ex præmiſſis patet, reſultat magnus fructus, cogita tamen.

287 ¶ Nonò quæro, † an ſtante dicto ſtatuto, quod appellatione fratris veniat ſoror, ita quod ſi quis moriatur ab inteſtato, relicta vna filia dotata, & maritata, & alia non dotata, an dotata excludatur à ſucceſſione paterna per aliam non dotatam. Subtilis eſt quæſtio, & quod excludatur, primò facit, quia v-

288 nius incluſio alterius eſt excluſio, & econtra, *l. cùm † prætor. ff. de iud. l. 2. C. de adult. cap. nonne, extra de præſumpt.* ſed ex tenore ſtatuti filia dotata excluditur, ergo non dotata admittitur, quæ à ſtatuto prohibente non comprehenditur, cùm quatenùs excludat filiam loquatur de dotata: ergo in non dotata locum non habet. Secundò in non dotata ceſſant verba ſtatuti, per conſequens ceſſabit ipſum ſtatutum, *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſthum. l. quod conſtitutum ff. de teſtam. milit. l. ſi vero. §. de viro ff. ſolut. matrim.* ¶ Tertiò, quo ad filiam non dotatam caſus reperitur omiſſus à ſtatuto, ergo relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *dicta l. commodiſſimè cum ſimilibus,* ſed de iure communi, filia eſt prima cauſa ſuccedendi patri, *auth. defuncto. C. ad Tertull. dicta l. maximum vitium,* ergo, &cæt. ¶ Quartò, quando diceret ſtatutum, quod filia dotata non habeat regreſſum aduerſus fratres, pro hac parte facit, quia tunc nedum tacitè, immo expreſſè filia non dotata fuit vocata per illa verba, aduerſus fratres, &cęt. quia appellatione fratris ſoror etiam continetur, *l. tres. in princ. ff. de pact. l. Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. l. Lucius. in princ. ff. famil. ercifc.* Nec mirum, quia maſculinum concipit fœmininum, *l. 1. ff. de verborum ſign. l. ſi quis id quod ff. de iuriſdict. omnium iudicum, l. quicunque. C. de ſeruis fug.* vnde cùm ſtatutum excludat filiam dotatam, ne regreſſum habeat aduerſus fratres, & appellatione fratris veniat ſoror, ex verbis ſtatuti habebit locum, & ipſum ſtatutum, & ſic non dotata excludet dotatam *in §. ſi is qui nauem. ff. de exercitoria. l. ventri ff. de tut. & curator. datis ab his. l. prætor, in §. ſi quis vi. ff. vi bon. rap. l. item apud. in §. ait prætor. ff. de iniurijs.* quod clarius videtur procedere, quando diceret ſtatutum, quod filia dotata non habeat regreſſum contra fratres, vel hæredes fratrum, quia tunc verbum, hæredes, rectè verificatur in filia non dotata, quæ etiam dicitur hæres, *§. ſui. Inſt. de hæred. qual. & diff. ita demum. Inſtitut. de hæreditate quæ ab inteſt. l. 1. § ſi*

it qui. *ff. ſi quis omiſſ. cauſa te. l. neceſſarijs. ff. de acquirend. hæred. not. in l. ſi cùm dotem. §. tranſigere damur ff. ſolut. matrimon.* facit *l. hæredis appellatione. ff. de verborum ſignificat.* In contrarium tamen facit, quia † ceſſante ratione ſtatuti ceſſat ſtatutum, *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. cum ſimilibus.* Sed ratio ſtatuti ſaltem præſumpta fuit fauoragnationis & conſeruationis familiæ, *vt ſupra dixi in prima principali quæſtione,* quæ ratio ceſſat in filia non dotata, ergo, &cæt. ¶ Secundò hoc ſtatutum eſt exorbitans, & contra ius, *dicta l. maximum vitium.* ergo ad alium caſum non debet extendi, *l. præcipimus. C. de appellat. l. ſancimus. C. de teſtamen. auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sed ſtatutum loquitur de fratre, ergo ad ſororem extendi non debet, cùm aliud ſit frater aliud ſoror, *Inſtitut. de gradib. in princ.* quod † etiam docet communis vſus loquendi, qui debet attendi, *l. cùm de lanionis. §. aſinam ff. de fundo inſtruct. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat.* 3 etiam in ſtatutis, in quibus magis attenditur communis vſus vulgarium, quàm iuris diſpoſitio, *l. quod ſi nepotes.* per gloſſ. & Doct. *ff. de teſtam. tutel.* Nam ſignificationes vocabulorum vulgus adinuenit, hinc dicunt Grammatici, quod ignoramus iuxta vulgare ponamus, facit *dict. §. quod tamen Caſſius.* & not. Bal. *in dicta l. maximum vitium.* ¶ Tertiò ceſſant hoc caſu verba ſtatuti, ergo & ipſum ſtatutum, *l ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæred. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de adulter.*

289 (right margin, beside "quia † ceſſante ratione ſtatuti")

290 (right margin, beside "quod † etiam docet")

¶ Quartò, verba ſtatuti ſunt ſtrictè interpretanda, & propriè, quia ſunt ſtricti iuris, *l. quicquid aſtringenda ff. de verb. obliga.* not. Bal. *in l. fin. C. de compenſa.*

¶ Quintò facit, quod dixi in quinta quęſtione, ſcilicet quod ſtatutum diſponens fratrem excludere ſororem, habet locum in fratre carnali, non in conſobrino.

¶ Sextò facit quod not. Bal. *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict.*

¶ † Septimò, quia in ſtatutis contra ius, ſicut eſt ſtatutum noſtrum maſculinum non concipit fœmininum, ſiue maſculinum proferatur nomine proprio, vt eſt gloſſ. *in l. ſi quis ita. ff. de legat. 2.* ſiue ſub nomine appellatiuo, puta frater: nam tunc nō niſi ex interpretatione poteſt continere ſororem: ſed ſtatuta ſunt propriè intelligenda, *vt ſupra* dixi, ergo, &cæt. & ita Dyn. quem ſequitur Bartol. *in l. 1. ff. de verborum ſignif.* Hinc dixit ſingulariter Archi. *in cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.* quod ſtatutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non excludit à ſucceſſione filiæ, quia eſt contra ius: ſequitur Geminian. *in cap. generali. de elect. eodem lib.* Secundò dixit Bal. *in l. quicunque, C. de ſeruis fugi.* quod ſtatutum diſponens filios bannitorum expelli de loco, non habet locum in filiabus banniti. Idem ſequitur ibi Salice. & Alber. *in quarta parte ſtatutorum, in quæſt. 64.* & Bal. *in dicta l. ſi quis id.* quod bene not. Nec obſtant ſupra allegata *in oppoſ.* quia non eſt verum, quod iſto caſu filia dotata ſit excluſa, *vt ſupra dixi.* Secundò non eſt verum, quod in caſu ſtatuti appellatione fratris veniat ſoror de propria ſignificatione, vt prædixi: quæ propria interpretatio attenditur in ſtatutis: ergo & cōtra. Nec obſtat *l. tres fratres.* cum alijs *ſupra* deductis, quia ſecundùm Iacob. Butr. ibi, quod appellatione fratris veniat ſoror, eſt ex interpretatione, vt refert Alber. *in ſuo repertorio, in ver. fratris.* non autem de propria ſignificatione: ergo iſta interpretatio in caſu ſtatuti odioſi fienda non eſt, vt prædixi: quod confirmo ex no. per Bal. *in l. 1. C. de ſucceſſ. edict. in articulo, an ſtatutum loquens de patruo, habeat locum in patruo magno. & l. 2. eod. tit. in articulo, an appellatione nepotis veniat filius fratris:* bene tamen verum eſt, quod in caſu fauorabili appellatione fratris venit etiam ſoror, vt dictis legibus, & expreſſè tenet Paul. de Caſtr. *in conſil. 338. incipiente, Hæreditas prædicta.* facit quod in ſimili not. Bar. *in l. liberorum. ff. de verborum ſignif. in quæſt. an appellatione filij veniat nepos.* & Bal. *in dicta l. maximum vitium.* & ad id quod dixi de maſculino, an comprehendat fœmininum, habetur *in dicta l. ſi quis id quod. & in dicta l. quicunque.* vbi ſimiliter diſtinguitur inter caſum fauorabilem & odioſum.

291 (right margin, beside "¶ † Septimò")

¶ Præterea in ſorore non eſt eadem ratio, ſcilicet, conſeruationis familiæ, quæ eſt in fratre, ergò ſtatutum in ea loquetur, *argument. l. fin. C. de nat. lib.* iunctis notatis per Bartol. *in d. l. liberorum. in verſiculo, quæro pone retento.* in fine dicit, ſcilicet quod ibi dicta, an appellatione filij veniat nepos, poſſunt deduci ad alios caſus, item ad prædicta facit quod not. Cyn. *in l. 1. C. quæ ſit long. conſuetud,* & quod in ſtatutis appellatione fratris non veniat ſoror, tenet Bart. *in conſil. 319. incipiente, Cauetur ſtatuto. in 2. colum.*

¶ Decimò quæro, † ſtante dicto ſtatuto, an appellatione 292

fratris

fratris veniat frater tantùm vterinus? Paulus de Caſtr. *in conſil. 346. quod incipit, In puncto quæritur.* tenet quod non, quia verbum frater, prolatũ in ſtatuto debet in potiori ſignificato interpretari, & ſic de vtrinque coniuncto, maximè quia hoc ſtatutum reſpectu fœminarum dicitur odioſum, vt not. Bal. *in l. 2. C. de in ius voc.* & dixi *ſupra in prima principali quæſtione.* Secundò ſtatutum habuit reſpectum ad conſeruationem agnationis, & familiæ, vt *ſupra* dixi *in prima q. princip.* quæ conſeruatio non fit per fratrem vterinum, ex quo ille conſeruat familiam ſui patris *l. familiæ appellatione. ff. de verb. ſign.* ergo, &c.

¶ Tertiò facit, quod *ſupra* dixi *in 10. quæſtione,* ſcilicet, quod appellatione fratris venit carnalis & non conſobrinus, de quo tamen, ſcilicet, an appellatione fratris veniat tantum vtrinque coniunctus, vide etiam per Angel. Aretinum *Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ.*

293 ¶ Vndecimò quæro, † an ſtatuto diſponente, quod extantibus filijs filię non ſuccedant, an filius filij excludat filiam à patre dotatam? Iacob. Butr. diſputauit hunc articulum *in quæſtione, quæ incipit, Statuto vel conſuetudine refert* Ioann. Andr. *in addit. Speculat. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. ſuper rubrica.* & Cyn. *in l. 1. C. de adul.* Et concludit, quod talis nepos ex filiò excludit filiam dotatam à ſucceſſione aui, quia appellatione filij ſaltem ſublata ſignificatione venit nepos; & idem ſequitur Paul. de Caſtro *in conſil. 144. incipiente, Præſens caſus,* quia tale ſtatutum reſpectu maſculorum non dicitur odioſum, vt dixi *ſupra in prima principali quæſtione.* Item nepos ex filio venit ex perſona patris: quod dixit ſine dubio procedere, quando ſtatutum diceret, quod extantibus maſculis deſcendentibus filia excludatur, quia appellatione deſcendentium venit etiam nepos, *l. liberorum. ff. de verborum ſign.* Eandem ſententiam, quod nepos ex filio excludat filiam, tenuit idem Paul. *in conſil. 334. incipiente, Primus caſus.* Ludou. *in conſil. 129. quod incipit. Licet magna apud me fuerit dubitatio.* Petr. de Anchatan. *in commento, cap. canonum ſtatuta. de conſtitut. colum. 141. ver. 3. quæro.* Bartol. tamen *in d. l. liberorum.* limitat hoc verum, ſi in ſtatuto eſſet expreſſa ratio: ſecùs ſi non eſſet expreſſa, quia tunc non eſt fienda extenſio ad alium caſum propter correctionem iuris, iuxta not. *in auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* 294 † Sed tu dic contrarium indiſtinctè tenendum, ex quo non poteſt niſi vnica ratio aſſignari, ſcilicet, conſeruationis honeſtatis familiæ, illa habetur pro expreſſa, vt eſt gloſſ. notabilis *in l. quamuis. C. de fideicom.* not. Bal. *in l. fin. C. de liber. præter.* & *in l. nominatim per illum textum ff. de liber. & poſthum.* ſed ſi ratio fuiſſet expreſſa in ſtatuto, fieret extenſio ad nepotem, & ſic ad caſum, vbi eſt eadem ratio, ergò & hoc caſu fiet, gloſſ. eſt in *Clement. prima. in ver. eligatur, infra de elect.* not. Bal. *in l. d. auth. quas actiones.* facit *l. emptor. §. fina. ibi, ead. ratione reddita. ff. de rei vend.* & *in l. an fideicommiſſ. §. cum Polidius, ibi, id q. &c. ff. de vſuris.* Immò tunc dicitur fieri extenſio de caſu ad caſum, quia vt inquit ſingulariter Bald. *in l. de quibus ff. de legibus.* poſt Petr. & Cyn. *in l. iura non in ſingulis, eodem tit.* quando in pluribus caſibus eſt eadem ratio, tunc vna & eadem ratio in vno decidit omnes ſimiles caſus, non per extenſionem ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium: ſed quando ſunt diuerſæ rationes ſimiles, tamẽ tunc eſt iſta extenſio, quæ dicitur quædam congreſſio de termino ad terminum per adæquationem, & paritatem rationis: iſta pulchra & vera verba ſunt Bald. *vbi ſupra,* & ita in hoc vltimo caſu loquitur gloſſ. *in d. auth. quas actiones:* nam fauor publicus & fauor pius ſunt diuerſi ſpecie, ſimiles tamen genere: & ideò licet *l. final. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* loquens de vtroque corrigatur, quatenus loquitur de fauore pio, per *d. authent. quas actiones.* non propterea corrigitur quo ad fauorem pium: malè ergo allegatur illa gloſſ. quod per identitatem rationis non fiet extenſio, quia debet allegari, quod per paritatem vel ſimilitudinem rationis lex non debet extendi: quod etiam voluit Cyn. poſt Petr. *in l. quod vero contra. ff. de legibus.* dicens, quòd vbi eſt eadem ratio numero, non dicitur fieri extenſio, ſed ex virtute, *l. vel ſtatuti* directò determinatur, licet deficiant verba: facit *l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de operis noui nunc.* & *l. his ſolu. C. de recupe. dom. l. 2. C. de indict. vindu. toll. l. ſi filium. ff. ad Macedon.* Bald. tamen *in l. ſed & milites. §. hoc autem. ff. de excu. tut.* & idem Bald. *in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimon.* quem ibi ſequitur Imola *circa finem.* tenet contrarium, ſcilicet, quòd nepos ex filio non excludit ſororem, niſi aliter de mente ſtatuentium appareat: Tu tene priorem opinionem per prædicta, quam tamen limita procedere quando ſtatutum dicit filium excludere ſororem: ſecus ſi diceret, quod frater excludat, quia licet appellatione filij veniat nepos, non tamen reperio, quòd appellatione fratris veniat nepos: Cogita tamen, quia hoc eſt mihi dubium, nam licet ſub verbis appellatione fratris non veniat nepos, tamen ſub ratione ſtatuti venit, cùm per ipſum etiam conſeruetur agnatio. Secundò adde, quæ dicam *infra in proxima quæſt.*

295 ¶ Duodecimò quæro, ſtante ſtatuto, quòd frater excludat ſororem, an nepos ex filio excludat neptem dotatam natam ex alio filio præmortuo à ſucceſſione aui. Dubium facit. quod dixi *in proxima præcedenti quæſtione.* Bald. tamen *in l. ſam intim. circa finem princip. C. de inoffic. teſtament.* dicit Iacob. de Aren. tenete, quod ſic, cuius opinio. ſequitur Ioan. Andr. *in addit. Speculat. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* Petr. de Anchatan. *in capit. canonum ſtatuta, colum. 161. & in colum. 194.* facit primò, quia nepos, & neptis fratres appellantur, *Inſtitut. de gradib. §. 4. gradu.* ¶ Secundò, in ipſo eſt eadem ratio, quæ eſt in fratre, & ſorore, quare cùm ſit eadem ratio, & verba ſtatuti non repugnant, & mens concordat, ſcilicet vt agnatio conſeruetur, ſtatutum debet habere locum, *l. 1. C. quæ ſit lon. conſuet.*

¶ Tertiò facit, quod ibi not. Cyn. ex quibus iunctis dictis *ſupra in proxima quæſtione;* infero, quod licet appellatione fratris, non veniat nepos quo ad excludendam filiam, & ſic eius amitam, tamen ſecus eſt quoad excludendam filiam ex filia, & ſic neptem, quia cùm iſti ſint conſanguinei. benè appellantur fratres & ſorores, *dicto §. 4. gradu.* quod eſt diligenter notandum, pondera tamen, quia contra facit; quod dixi *ſupr. in quinta quæſtione:* ſcilicet, quòd appellatione fratris venit carnalis, & non conſobrinus. Poteſt dici illud verum, quoad excludendum fratrem, vel ſororem carnalem, ſecus quoad excludendum conſobrinum: cogita.

296 Tertiodecimò quæro, † pater habens filium, & filiam, dotauit filiam: ex filio nata eſt filia, an iſta filia, & ſic neptis habebit totam hæreditatem aui, excluſa filia dotata? Cyn. *in l. 1. C. quæ ſit long. conſuetud,* concludit, quod ſi filius moritur in vita patris, filia dotata non excludetur per neptem, quia ad eam eius pater nihil tranſmittit: ſecus ſi moriatur poſt mortem patris quia tunc ius excludẽdi filiam dotatam dicitur à patre ad eam tranſmiſſum, *per l. primam. C. de his qui ante apert. tabul.* & *l. cum antiquioribus. C. de iure delib. in l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cad. tollend.* Idem ſequitur Ioan. Andr. *in tit. de ſucceſſ. ab inteſtat.* Tu limita hoc procedere quo ad excludendam amitam à ſucceſſione paterna, ſecus à ſucceſſione materna, per ea quæ plenè dixi, *ſupra in 8. quæſtione.*

Quartodecimò quæro, † quid ſi pater moritur ſuperſtite filia dotata, filio maſculo, & nepote ex alio filio præmortuo, an iſte nepos admittetur ad portionem, ad quam filia de iure cõmuni admitteretur. Quæſtio notabilis eſt, & Bald. notabiliter *in l. quibus. C. de ſecundis nupt.* illam format, & primò arguit Bald. quòd non, quia eius pater deceſſit tali tempore, quo non potuit tranſmittere, cum mortuus ſit viuo auo. Contrarium tamen determinat per textum, *in authent. ad eos. C. eodem tit.* quia iſte nepos cùm ſuccedat in loco ſui patris, dicta portio ad eum defertur. Item licet nepos appellatione fratris non comprehendatur, tamen cùm filia fœmina iam ſit excluſa per fratrem, debet nepos ex alio fratre admitti, *argument. l. final. C. de legit. hæred.* per quam ſingulariter Bald. *in l. quicunque. in 4. colum. verſ. attende hic. C. de ſeru. fug.* determinauit, quòd ſtatutum excludens auum, patruo extante, non excludit auiam, quia cùm ſtatutum ſit contra ius, maſculinum non comprehendit fœmininum, vt *ſupra* dixi *in 9. quæſt.* tamen ſingulariter dicit ibi Bal. & fortius, quòd auia extante auo non excluditur, ſed beneficio perſonæ auiæ admittetur ad ſucceſſionem, non obſtante ſtatuto, *arg. d. l. fin.* nam incluſus trahit ad ſe excluſum, non econtra: quod eſt perpetuò notandum.

297 † Ex quo infero, quòd quis ex alterius perſona conſequitur beneficium, quod ex ſua conſequi non poſſet; ad quod primò facit, *l. ſi communem. ff. quemadmodum ſeru. amit.* vbi in ſeruitute, quam pupillus habet communem cum maiore, non cõcurrit præſcriptio etiam contra maiorem beneficio minoris. ¶ Secundò facit, quòd ſingulariter tenet Bald. *in l. reſpublica. in fine, C. ex quibus cauſis maior.* vbi ſingulariter dicit, quòd ſi in Caſtro, villa, vel vniuerſitate ſunt aliqui minores, ipſorum fauore non currit præſcriptio contra vniuerſitatem.

¶ Tertiò facit gloſſ. not. *in cap. 1. infra de iurepatronat.* dicens, quòd

quòd vbi ius patronatus eſt commune laici, & clerici, laicus beneficio clerici cum patronis habet ſemeſtre ad præſentandum. ¶ Quartò facit, quod pulchrè vult Feder. *in conſil. 63.* vbi dicit, quòd ſi iuſpatronatus eſt commune clerici & laici, legatus ſe intromittere non poteſt: de quo per Lap. & Gemin. *in dicto cap. 1. in fin.* per Panormitan. *in cap. fin. eodem tit.* ¶ Quintò facit elegans verbum Bartol. *in l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* dicens, quòd vbi eſt cauſa communis clerici, & laici, debet appellari ad ſuperiorem clerici, & non laici, de quo etiam per ipſum *in l. ſolent. ff. de alim. leg.* & plenè Petr. de Anchar. *in regula, ea quæ. in 27 colum.* & per eundem *in cap. Romana de appel. eod. libr. in 13. colum.* facit quod voluit Bart. *in l. 1. §. ſi quis. ff. de appel. & in conſ. 225. quod incipit, Clericus.*

† Sextò facit gloſſ. not. *in cap. 1. de offic. leg. eod. lib.* dicens, quod ſi Papa nominat collegium Cardinalium, vocat eos fratres, licet in ipſo ſint aliqui Diaconi Cardinales, quos ſi in ſpecie no-
299 minaret, diceret filios, *capit. quam graui. ſupra de crim. fal.* de quo
per D. Anton. *ſupra in proœmio* Gregor. & per Gemin. *ſupr. in proœmio huius libri.*

Septimò facit gloſſ. notab. *in l. 1. C. ſi in communi eademq. cauſa reſtitutio. &c.* quæ dicit, quòd in re indiuidua reſtitutio minoris prodeſt maiori: de quo tamen ibi per Doct. communiter dicentes contrarium, & per Florianum *in l. loci corpus. §. ſi fundus ff. ſi ſeruitus vend.*

Octauò facit, quod dicit Bald. *in l. 1. C. pro ſocio.* dans cautelam patri relinquendi ſpurio, ſcilicet, quod faciat ſpurium cõtrahere ſocietatem omnium bonorum cum aliquo habili, & deinde pater illum habilem inſtituat hæredem, quo caſu ſpurius ratione ſocietatis cõſequitur de hæreditate patris, ſed hoc fuit originale dictum Dyn. *in l. ſi is qui duo. per illum text. ff. de lib. leg. &c.* ſequitur Petr. de Ancharan. *in capit. 2. ſupra de Iudæis.* quod intellige, niſi conſtaret de fraude, ſecundùm Bartol. *in dicta l. ſi is qui duo.* & fraus dignoſcitur ex not. per Bart. *in l. poſt contractum. ff. de donat.*

Nonò facit text. & ibi Gemin. *in cap. ſi duo. de offic. deleg. eod. lib.* per quem dicit Gemin. quod ratione communionis proceſſus facti per vnum delegatum ſimul cum duobus ſubdelegatis, ab alio delegato debet appellari ad ſuperiorem delegati, non autem ad ſuperiorem ſubdelegatorum.

300 † Decimò facit elegans verbum Bal. *in c. 1. quib. mod. feu. amit.* dicens, quòd ſi duo fratres habeant feudum commune à Domino, & vnus fratrum viriliter defendit Dominum in prælio, alter verò frater fugit, quòd coniunctio fratris viriliter defendentis excuſat contumaciam fugientis.

Vndecimò facit, quod ibi etiam not. Bald. dicens, quòd ſi ciuitas habeat nobiles & populares & caſtrum in feudũ, quòd ſi nobiles ſint rebelles, populares non, feudum non applicatur Domino propter talem mixturam & coniunctionem popularium & nobilium.

301 † Duodecimò facit, quod dicit Panormitan. *in cap. 1. de præſcript.* volens, quòd ſi res eſt communis Epiſcopi & capituli, ſede Epiſcopali vacante, contra capitulum non currit præſcriptio.

Decimotertiò facit *cle. ſi religioſus de procur.* vbi dicitur, quod quãdo cauſa eſt communis monaſterij & laici, monachus monaſterij poteſt eſſe procur. laici in illa cauſa.

302 † Decimoquartò facit gloſſ. ſingularis *in l. final. C. de muner. & honor. non continuandis. libr.* 10. quæ dicit, quòd vbi aliquis eſt immunis à collectis, & contrahit ſocietatem cum alio non habente immunitatem, quòd ratione coniunctionis alter conſequitur immunitatem: quod perpetuo not. & licet Bart. ibi contradicat, tamen hoc anno conſulendo ſecutus ſum gloſſ. ibi, cui conſilio ſe ſubſcripſerunt præſtantiſſimi Iuriſconſulti, Hieronymus Tortus & Ioan. Puteus.

303 † Decimoquintò facit, quod not. Cardinal. *in capit. Ioannes. ſupra, de teſtament.* dicens, quòd ſi clericus & laicus ſint executores teſtamenti, Epiſcopus poteſt ambos cogere ad exequendum.

304 Decimoſextò facit, quod † idem Cardinal. not. *in capit. cùm C. canonicus. de offic. delegat.* dicens, quòd iuriſdictio perpetuata coram vno collega dicitur etiam quo ad alium collegam perpetuata propter talem mixturam: quod notandum eſt *ad c. cùm plures, de offic. deleg. lib. 6.*

¶ Decimoſeptimò facit, quod not. Imol. poſt alios *in cap. fin. ſupra, de poſtulat.* dicens, quod ſi laicus, & Eccleſia habent cauſam communem, ſacerdos poterit eſſe aduocatus pro tali lai-
co. ¶ Decimooctauò facit dictum Bald. *in l. Imperator. ff. de ſta-* 305
tu homin. dicentis, quod ſi duo notarij ſint rogati, & vnus probatæ fidei alter infamatæ, propter fidem alterius valet inſtrumentum, & idem voluit *in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. vbi caſus. ff. de edendo.* facit quod ipſe voluit *in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. publicam.*

Decimononò facit, quod ſcribit Angel. *in ſuo conſil. 1.* dicens
per text. in dict. §. cogentur. quod † ſi in numero teſtium ſit vnus 306
domeſticus, quod reſpectu aliorum ſuſtinetur eius dictum: & ita in facto conſuluit. Plus dicit, quod licet dicto teſtis vilis, & deploratæ fidei non ſit credendum, tamen ſi factum probatur per alios teſtes, credetur illi, dummodo in totum non ſit inhabilis ad teſtificandum: & ad hoc facit quod dicit Ludo. *in ſuo conſil. 260. incipiente, In caſu propoſita conſultationis. in fin. & in conſ. 486. in fin. quod etiam incipit, In caſu propoſita conſultationis, & in conſil. 486. in fin.*

Vigeſimò facit tex. *in cap. ad audientiam ſupra de præſcr.* vbi ille nobilis conſequitur perſona eccleſiæ, quod non fuiſſet conſecutus ex propria.

Vigeſimoprimò facit text. *in capit. penult. infra de conceſſ. præbend.*

Vigeſimoſecundo facit text. *in cap. 2. ſupra, de Iudæis.* vbi licet Iudæus non poſſit habere per ſe ſeruum Chriſtianum, tamen vna cum alio, cui eſſet aſſcriptus ſeruus Chriſtianus, illum poſſidere poteſt.

† Vigeſimotertio facit *capit. per tuas. ſupra, de arbitr.* vbi licet laicus per ſe non poſſit eſſe arbiter ſuper ſpiritualibus, tamen vna cum alio clerico poteſt, quem tex. dicit ibi ſingularem Panormitan. 307

† Vigeſimoquarto facit gloſſ. ſingularis *in clemen. 1. de teſtam.* dicens, quod vbi actus pro parte eſt geſtus, & pro parte gerendus, conſtitutio noua dans formam actibus gerendis, non includit iſtum etiam in parte gerenda, propter mixturam actus iam geſti: quod ſingulariter nota ad limitationem *c. fin. de conſt. & l. leges. C. de legibus.* 308

Vigeſimoquinto facit, quod not. Ang. per illum text. *in l. iubemus. ff. qui ſatiſd. cogunt.*

† Vltimo facit, quod not. Panorm. *in conſil. 2.* vbi allegando Domin. de Rota, dicit, quod licet appellatus non poſſit ex ſua perſona inſtare vt ſententia confirmetur, *c. quod ad conſultationem. de re iud.* tamen ſi appellans inſtat contra ſententiam, poteſt appellatus petere, vt illi ſententiæ addatur vel diminuatur, *facit l. omnem honorem. C. quando prouoc. non eſt neceſ.* Alia quędam ſimilia ad propoſitum facientia vide per Moder. *in cap. dilectus. de offic. legat.* 309

† Decimoquintò quæro, ſtatuto cauetur, quod filia dotata non ſuccedat ſuperſtite filio, vel nepote, quid ſi ſupereſt filius, & nepos ex alio filio præmortuo? Dic, quod ambo ſuccedunt, & excludunt filiam, quia non corrumpitur gradus, cùm nepos ſuccedat in locum filij, ſed per ipſam repræſentatur eius pater, *§. cùm filius. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat.* ita ſingulariter determinat Bald. *in l. 1. C. de ſecund. nup.* pro quo facit ratio, quia filius dicitur pars corporis patris, *l. cùm ſcimus. C. de agric. & cenſi. lib. 11.* ad quod accedant plenè not. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum.* 310

Decimoſextò quæro, † ſtante ſtatuto, quod frater vel filius excludat ſororem, an beneficio huius ſtatuti poſſit vti frater, qui eſt clericus? Dom. Anton. *in cap. quod clericis, ſupra de for. compet. & in cap. eccleſia ſancta Maria. ſupra de conſt.* tenet quod ſic, dicens, ita conſulendo tenuiſſe Ioan. de Ligna. & Pet. de Ancha. Idem ſequitur Lap. *in allegatione 105. quæ incipit, In quæſtione propoſita.* & ſequitur Panor. *d. cap. quod clericis. in 14. colum.* & Bal. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & in l. 1. ſub lect. C. de ſacroſanct. eccl. in ver. ſed hic vlterius quæro.* Pet. de Anch. *in cap. canonum ſtatuta. in colum* 83. licet Panor. *in d. cap. quod clericis*, referat illum tenuiſſe contrarium, ſed malè, & hanc partem ſequitur etiam Bal. *in conſilio, quod incipit Martinus, Ioannes, poſito inter conſilia Ang. conſil. 65.* & hæc opinio ſeruaretur in practica, vt dicit Imola *in cap.* 311
dilecti, de foro comp. † Pro qua ſententia primo facit tex. *in ca. dile-* 312
cti, vbi priuilegio conceſſo Anglicis clerici vti poſſunt: per quẽ text. determinat ibi Dom. Ant. quod clerici vti poſſunt ſtatuto laicorum diſponente, quod inſtrumenta guarentigiata habeant executionem paratam, quod etiam firmat Pet. de Anch. *in d. cap. canonum. colum. 83.*

Secundò facit, quia quando ſtatutum priuilegiando affert commodum etiam includit clericos, vt plenè not. *in d. cap. quod clericis.*

313 † Tertiò iſta opinio confirmatur ex not. per Ioan. Andr. per illum text. *in cap. fin. in princ. ſupra de offic. delegat. eodem lib.* dicentem, quod priuilegium cōceſſum districtualibus gaudent clerici & prælati: & ſic clerici appellatione districtualium comprehenduntur, *per c. accedens. el 2. ſupra vt lit. non conteſt. & c. Principes. 23 quæſt. 5.* quod dicit Bal. *in d. c. fin. in apoſtillis* eſſe bene notandum. Tu adde, quod idem ſequitur Paul. de Caſtr. *in conſil. 132. incipiente, Notandum eſt, in vltima colum.* dicens hoc procedere in concernentibus fauorem: ſecus in concernentibus odium, idem ſequitur Oldra. *in conſ. 32.* & Pet. de Anch. *in reg. ea quæ. col. 82. infra eod. lib.* vbi poſt Oldr. *in d. conſ. ponit*, an clerici dicantur de vniuerſitate. & concludit quod ſic. Idē ibi tenet Ioā. And. Pet. de Anch. & Gemin. *in c. ſi ſententia. in princ. infra de ſent. excom.* & Bal. *in l. 1. §. in initio. ff. de offic. præfect. vrb. in verſic. & not. ex prædictis*, Ludou. *in conſil. 180. quod incipit, Si admittimus in princip.*

Tertiò pro hac parte facit, quod not. Bar. *in l. 1. ff. ad munici.* v-
314 bi quærit, an appellatione ciuium veniāt clerici, & † facit quòd dicit Bal. *in c. 1. de eo qui arma bellica d. po. in vſib. feud.* dicens quod eccleſia dicitur eſſe de corpore ciuitatis.

Quartò facit quod not. Bartol. *in l. non dubito. ff. de captiuis, & poſtlim. reuer.*

Quintò facit, quod not. Ioan. And. *in addit. Spec. tit. de conſt. §.*
315 *1. verſ. & not. in 7. ratione.* † Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet quod clericus nō excludat ſororem, de iure fore veriorem inquit Imol. *in d. c. dilecti. & in d. cap. eccleſia.* pro qua primò facit, quia in clerico ceſſat ratio ſtatuti intrinſeca, ſcilicet conſeruationis familiæ, de qua dixi *ſup. in 1. principali q.* nam per clericos, qui matrimonium contrahere non poſſunt, non poteſt agnatio conſeruari, cùm prolem niſi damnatam habere nō poſſint: ergo cùm in tali clerico ceſſat ratio diſpoſitionis, ceſſabit ipſum diſpoſitum, iuribus vulgaribus.

Nec obſtat *dic. cap. dilecti*, quia loquitur in priuilegio conceſſo à Papa, & ſic à perſona eccleſiaſtica, nos de ſtatuto condito à laicis, quod non poteſt continere eccleſiam, nec clericos, etiam ſi fauorem ipſorum concernat, *dicto capitulo, Eccleſia.*

Secundò non obſtat dictum Ioan. And. *in dicto cap. final.* quia non probatur ex illo text. qui non loquitur de talibus pactis, vel ſtatutis, ſed de conſeruatore dādo à Papa. Præterea in contrarium eſt text. *in d. cap. eccleſia.* Tu recedas à prima opin. cui dic non obſtare argumenta Imol. Et primò argumentum ceſſante ratione ſtatuti: quia cùm iſtud ſit impedimentum accidentale, ſcilicet quod non poſſit ſobolem procreare, & conſeruare fa-
316 miliam, & non naturale, non debet attendi, ita notabiliter † Bal. *in d. ſuo conſilio*, dicens, ſtatututum excludens fœminas extantibus maſculis vel agnatis, habere locum etiam in agnato non habente virilia ſua, vel aliàs inhabili ad procreandū, quia iſta ſunt ex accidenti, & non à natura, ideo debet attendi communis natura hominum, & nō alicuius ſpeciale vitium, *l. ſi quis poſthumus. in princ. ff. de lib. & poſthu. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap. §. quia verò, in auth. vt debitrices & creditrices matres. & in l. nam ad ea. ff. de legibus.*

Secundò non obſtat *dictum ca. eccleſia.* quia ſecundùm Imol. *in dicto cap. dilecti.* loquitur, quando de rębus vel perſonis eccleſiaſticis ſpecialiter diſponit, ſecus ſi in genere, & hanc ſolutionem approbat tanquam ſuam Panorm. *in dicto cap. quod clericis. colum. 14.* & hoc ne notetur ſuperioritas ſtatuendi in ipſis laicis reſpectu clericorum, quod probat text. *in dicto cap. Eccleſia. ibi, à quibus ſi quid motu proprio*, &c. Fatetur tamen Panormitan. quòd prima ratio ibi in textu poſita procedit, quando ſtatutum loquitur generaliter, prout diſponebat in caſu *dicti capit.* ſed dicit illum procedere, quando ſtatutum non affert commodum ſimpliciter, vel quando loquitur ſtatutum præcipiendo, vetādo, vel prohibendo, quibus caſibus non extenditur ad clericos, ne videantur ſtatuentes habere poteſtatem in ipſos vel in eccleſias. Sed iſta ſolutio non multum eſt tuta, vt dicit Imol. *in dicto cap. dilecti.* per not. per Ioan. Andr. *in cap. fin. de immun. eccleſ.*
317 *eodem libro.* † Quare tu dicas ex mente Lapi in dicta allegatione, & Gemin. *in capit. fin. in princ. de offic. delegat. eodem libro*, quòd quædam ſunt ſtatuta præceptiua, & arctatiua, & iſta non ligant clericos, nec eccleſiam etiam in concernentibus fauorem, & ſic debet intelligi *dict. cap. eccleſia.* quædam ſunt ſtatuta priuilegiatiua, ſeu conceſſiua immunitatis, & iſta ſi proferantur per verba apta comprehendere clericos, illos includunt, puta ſi loquantur per verbum ciues, vel diſtrictuales, vel ſimilia, quib⁹ comprehenduntur clerici, vt *ſupra* dixi. Vel aliter reſpondeo, quòd cùm tale ſtatutum ſit fundatum ſuper honeſtate, & bonis moribus familiæ conſeruandæ, vt dixi *ſupra in 1. principali q.* quod includit clericos non intuitu ſtatuti, ſed intuitu honeſtatis, vt tenet Bart. *in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fide catho.* refert Imol. *in d. c. quod clericis.* facit *c. cùm cauſam. ſupr. de re iud. c. a. conſtitutus, ſupra de in integ. reſt. c. cùm veniſſent. de eo qui mit. in poſſeſ.* Vel quartò dico, quòd quia ſtatutum tale ſuper naturali ratione conditum eſt, *vt ſupra dixi in prima principali quæſtione*, ligabit etiam clericos, maximè in concernentibus fauorem, nam dicit Bal. *in cap. 1. de alien. feud.* quòd ſtatutum fundatum ſuper naturali ratione ligat clericos, & hanc partem credo veriorem, quæ ſine dubio procederet, quando ſupereſſent duo fratres, quorum vnus eſſet clericus alter laicus, quia tunc in beneficio laici clericus etiam ſuccederet. *argum. l. fin. C. de legit. hæred.* facit quod plenè dixi *ſupra in 14. quæſt.*

Decimooctauò quæro, † an ſtatutum prædictum habeat 318
locum, quando agitur de hæreditate illius, qui eſt clericus? Imol. *in dicto cap. quod clericis.* tenet quod non, quia tale ſtatutum agit facere hæredem decedenti, vnde cùm ipſe decedens ſit clericus, & ſic non ſubiectus ſtatuenti, ſtatutum eum non cōprehendit, per ea quæ habentur, *in dicto cap. quod clericis.* & per Bartol. *in dicta l. cunctos populos.* & ita dicit Imol. vbi *ſupra* ſe conſuluiſſe apud ciuitatem Lucanam: quod not. quia ſæpius contingit de facto: videmus enim, quòd habentes filios & filias, mortua vxore plerunque efficiuntur clerici & prælati: nam hoc caſu eorum filij maſculi non excluderent fœminas virtute dicti ſtatuti.

Decimononò quæro, † an tale ſtatutum habeat locum in 319
clericis coniugatis? credo quòd ſic, per tex. *in cap. 1. verſic. in cæteris. infra de clericis coniugat.* de quo me remitto ad ibi not. Circa
quartam & vltimam principalem quæſtionem, † qua quæri- 320
tur, à qua ſucceſſione ſeu à quo iure excludantur filiæ fœminæ virtute dicti ſtatuti, primò quęro, an ſtatutum vendicet ſibi locum, quādo pater habens maſculum & fœminam moritur inteſtabilis, puta furioſus, vel aliter incapax teſtamenti factione actiua? Quæſtio notabilis eſt, & difficultas in eo ſtat, nunquid ſtatutum diſponens de defuncto ab inteſtato, habeat locum in inteſtabili, & omiſſis opinionibus antiquorum, quas plenè refert Alberic. in opere ſuo ſtatutorum, reperio duas fuiſſe opiniones, prima fuit Bart. *in l. 1. ff. de ſuis & legit. & in ſuo conſilio, quod incipit, In quæſtione prædicta.* dicentis, quod licet ſecundum propriam ſignificationem inteſtatus dicatur, qui cùm teſtamentum facere poſſet, teſtatus non eſt. vt ibi, *& l. inteſtatus. ff. de verborum ſign.* tamen attento communi vſu loquendi, appellatione inteſtati venit etiam inteſtabilis, id eſt, ille qui teſtamentum facere nequit. Ex quo infertur, quod licet alias ſtatuta ſint propriè & strictè intelligenda, *l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte.* tamen ex quo communis vſus loquēdi, qui præfertur propriæ interpretationi. *l. librorum. §. quod tamen Caſsius ff. de leg. 3. l. Labeo. ff. de ſuppel. lega. l. cùm de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruct.* ſecundùm illum ſtatuta interpretanda ſunt, ergo, &c. & pro hac opinione Bart. Ludo. *in conſil. 32. incipiente, Viſa municipali conſtitutione.* adducit text. *in l. in teſtamento, ibi, filia inteſtata. C. de teſtament. milita. & in l. inteſtato. ff. de legit. tutor. in l. hæreditatem. C. de impub. & alijs ſubſtitut.* vbi tex. inteſtatum appellat decedentem, cui erat prohibita teſtamēti factio. Quare dicit ipſe non ſolùm ex communi vſu loquendi, ſed etiam naturali iure infans inteſtatus dici poteſt. Secunda fuit opinio Bal. *in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* & Petr. de Anchar. *in commento cap. canonum ſtatuta. de conſt. colum. 169.* dicentis ſe pro hac parte conſuluiſſe, qui aduerſantur Bart. dicentem, quòd quandoq; verba ſtatuti proferuntur ab idiotis & vulgaribus, & tunc intelliguntur groſſo modo, *C. de donat. ante nupt. l. ſi cùm te.* gloſ. eſt *in l. quid ſi nepotes. ff. de teſtam. tutel. in l. quoties. C. famil. erciſc.* quandoque verba proferuntur à ſtatuentibus iure peritis, & tunc non eſt inſpiciendum, quid idiotæ loquantur, ſed quid iuriſtæ ſentiant: nihil allegant, ſed Lud. *in d. conſ. alleg. l. deinde. ibi, non vt vulgus opinatur. ff. de euict.* ergo cùm verbum inteſtatus, proferatur à ſtatuentibus communiter iure peritis debebit propriè intelligi & modo, quo intelligunt iuriſtæ: facit gloſſ. & quod ibi not.

not. Bart. *in l. ſtipulatio iſta §. hac quoque. ff. de verborum oblig. & infra dicam.* Item facit gloſſ. & quod ibi not. Doct. *in l. cum anti-*
321 *quioribus. C. de iure delib.* quæ dicit, quòd † ſucceſſio pupilli non dicitur ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed facit tertiam ſpeciẽ. Quid ergò dicendum? Lud. *in præallegat. conſil.* dicit meliorem eſſe opinionem Bart. quia primò nõ eſt verum, quod dicit Bal. quòd ſtatuta ſint intelligenda propriè, immo debent intelligi ſecundùm communem vſum loquendi, cùm ſtatuta debeant conuenire ciuitati, vbi facta ſunt, facit gloſſ. *in c. nonnulli. ſupr. de reſcript.* Nec obſtat *d. l. ſi dictum.* quia loquitur in interpretatione legis generalis: quæſtio noſtra loquitur de interpretatione ſtatuti particularis, & ita debet intelligi dictum Imol. *in capit. cùm olim. de verborum ſignific. in verſ. ſi autem.* ad quod facit quod not. Bart. *in d. § hoc quoque*, poſt gloſſ. quod fuit originale verbum Innoc. *in c. cum clamor. in fin. in verſ. ſin autem. & in c. cùm cauſſam. ſupra de teſtibus in verſ. intelligo dictum teſt.* & hanc partem credo meliorem, maximè quia Bald. *in d. cap. 1. & in d. l. inteſtato,* quem ſequitur Petr. de Anchara *in d. c. canonum, colum. 169.* dicit ſuam opin. procedere in odioſis, ſecus in fauorabilibus: & ſic intelligit *d. l. 1. §. 1. ff. de ſuis & legit.* ſed ſtatutum excludens fœminas eſt fauorabile, vt *ſupr.* dixi *in prima principali quæſtione,* ergo verbum inteſtatus, in eo poſitum capietur largè, vt etiam comprehen-
322 dat inteſtabilem. † Præterea ratio ſtatuti ſaltem præſumpta eſt conſeruatio agnationis, vt dixi *in prima principali q.* modo cùm licet arguere à ratione tacita, vt dicit gloſſ. *in l. quamuis. C. de fideicommiſſ.* & Bal. *in l. maximum vitium. C. de lib. præter.* qui allegat *l. miles agrum. ff. de re mil.* certè cùm ipſa ratio habeat ita locum in inteſtabili ſicut in teſtato, ergo & in ipſo habebit locum ſtatutum: & ita in ſimili quæſtione determinauit Lud. *in d. conſ. 32.* volens, quod ſtatutum diſponens matrem excludi à ſucceſſione filij inteſtati, habeat locum etiam ſi filius mortuus ſit pupillus, & ſic inteſtabilis: & adde, quòd hanc opinionem ſequitur notabiliter Paul. de Caſt. *in conſ. 284. incipiente, Præſuppoſito quodam ſtatuto.* dicens ſe ſæpius ita conſuluiſſe in quæſtione facti, & ſe vidiſſe à multis conſultum.

323 Secundò quæro, † an ſtatutum excludens fœminas maſculis extantibus, habeat locum in hæreditate materna? Conclude, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter excludit fęminas propter maſculos, debet reſtringi reſpectu hæreditatis dotantis ipſas fœminas, ſecundùm Bal. notabiliter *in l. 1. C. de legib. hæred. per gloſſ. ſin illius l.* vnde filia dotata à patre de bonis paternis non ſuccedet patri, ſed in bonis maternis ſic, quia tale ſtatutum debet reſtringi ad caſum *leg. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtamento delentur. l. ita tamen, in principio. & §. 1. ff. de admin. tut. l. Lucius. ff. de fideicomm.* Sed cauſa excluſionis filiæ eſt dos ſeu dotatio, *l. qui volebat. ff. de hæred. inſt.* ergò ad hæreditatem dotantis debet reſtringi, *per ſupra dicta.* Tu autem tene hoc verum, ſi ſtatutum diceret ſimpliciter, quod mulier dotata non ſuccedat extantibus filijs maſulis, vel diceret quòd frater excludet ſororem dotatã, nec vltra diceret, & ita cautè loquitur Bal. *in dicta l. 1.* quaſi ſenſerit, quod tunc debeat ſtatutum reſtringi ad hæreditatem dotantis, ſecus ſi ſtatutum diceret, & ſpecificaret perſonam ſeu perſonas, puta quia filia dotata non ſuccedat patri, vel matri, vel patruo, quia tunc ſi dotetur ab vno iſtorum, excludetur etiam à ſucceſſione aliorum quia quantum ad dotationem ſtatutum loquitur in rem, dum dicit, filia dotata, & cætera, & non dicit, à quo, vnde non refert à quo fuerit dotata quo ad hoc, vt à ſucceſſione omnium excludatur, *l. item veniunt. §. à quo. ff. de pet. hæredi. l. item illa. §. fin. ff. de conſtitut. pecu. l. hac autem. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea.* fuit enim intentio ſtatuti, quod debeat ſtare dote contenta, nec debeat aliquid vltra petere de hęreditate nominatorum in ſtatuto: nec hoc caſu eſt fienda reſtrictio ad hæreditatem dotantis, quia verba ſtatuti hoc caſu habẽt largiorem interpretationem, & ideò dico, quòd ſi ſtatutum generaliter excludit dotatam mulierẽ à ſucceſſione aſcendentis, quia verbum aſcendens, comprehendit nedum patrem, ſed matrem, *l. quique. §. parentes. ff. de in ius vocand.* excluditur hoc caſu fœmina etiam ab hæreditate materna, perinde ac ſi dixiſſet ſtatutũ ab hæreditate patris vel matris, nam tãtùm operatur genus, quàm ſpecies nominata, *l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. & l. ſi duo. ff. de admin. tutor.* ſed ſi diceret, ab hæreditate patris vel matris, res eſſet clara, ergo idem dicendum, ſi dixit ab hæreditate aſcendentium, ita tenuit Paul. de Caſtr. *in conſil. 357. incipiente, Præſuppoſito quòd dictum ſtatutum.* pro quo facit, quia ſtatutum prędictum principaliter habuit reſpectum ad ſexum maſculorũ quantum ad excludendas fœminas, nõ quantum ad dotationem: quod patet, quia per dotationem excludentur tantum ab hæreditate dotantis, ergo, &c.

¶ Tertiò quæro, † an ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione patris, etiã à ſucceſſione aui vel auiæ excludat? Dic vt *ſupra* dixi *in ſecunda principali quæſt. in articulo, an nepos ex filio excludat filiam dotatam.* de quo etiam per Bart. *in l. liberorum. ff. de verb. ſign.* ergo, &c. 324

Quartò quæro, † an ſtatutum excludens filiam à patre dotatam ne ſuccedat matri, dicatur illam excludere à ſucceſſione patris dotantis? De quo vide Paul. de Caſtr. *in conſ. 334. quod incipit, Primus caſus.* vbi concludit quod ſic. 325

Quintò quæro, † an ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione aſcendentium, illam etiam excludat à ſucceſſione fratris agnatorum, vel cognatorum, & ſic collateralium? Videtur quod ſic, quia filia ſemel excluſa nunquam poſtea debet admitti, per ea quæ dixi *ſupra in ſecunda principali quæſtione, in verſic. 26. quæro.* tamen Bal. notabiliter *in cap. 1. §. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, in vſib. feud.* tenet quod non, quia hoc non dicit ſtatutum, ergo cùm ceſſant eius verba, ceſſabit & diſpoſitio, *l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirend. hæred.* facit *l. ſi minor. ff. de verborum obligat. capit. maiores. verb. cæterum. de baptiſmo.* maximè cùm ſit exorbitans & contra ius, & ſit ſtrictè interpretandum. Præterea iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto, & ideò debet relinqui diſpoſitioni iuris communis, *l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſthum.* pro qua ſententia facit, quia † excluſio in vno non indueit excluſionem in alio, *l. ſi domus. ff. de ſeruitut. vrb. prædio. l. ſuum. Cod. de iure deliberandi. l. 1. §. videndum. ff. de ſuis, & legitimis.* 326 327

† Secundò facit ſimile, quia virtus contractus non ſe extendit ad alium caſum quàm expreſſum, vel ad aliam perſonam, *l. ita ſtipulatus. in §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. l. ad probationem. C. de probat.* Nec obſt. ſi dicatur, quòd iſta hæreditas fratris olim fuit in hæreditate & bonis patris, à quibus filia dotata excluditur: quia reſpondeo, quòd per immiſtionem, quam fecit filius, iſta hæreditas deſinit eſſe patris, & totaliter tranſlata eſt in dominium filij, *l. 1. §. veteres.* vbi gloſſ. dicit, quod hæreditas † adita non dicitur amplius hæreditas ſed patrimonium, *l. per ſeruum. §. hæres. ff. de acquir. poſſ.* vbi hoc dicit glo. & *l. ſi plures. §. ſilij. ff. de vulg. & pupil.* merito ergo talia bona mutatione perſonæ nouum aſſumpſerunt ſtatum, adeò quòd virtus ſtatuti hoc caſu non nocebit filiæ, quæ non vt hæres patris petit, ſed vt hęres fratris: facit *l. Paulus. ff. de acquir. hæred. l. cùm patronus. ff. de lega. 2. cap. 1. de iure patron. lib. 6.* 328 329

Tertiò facit, quia ſicut renunciatio, quam facit filia patri etiam cum iuramento in terminis huius decret. non impedit filiam ſuccedere ex iur. de nouo, *cap. cùm inter. de renunciat. l. ſi patron. ff. de bonis libert.* ſimiliter tale ſtatutum hoc caſu non præiudicabit.

Quartò pulchrè facit, quod dicit Lud. Rom. *in conſ. 168. incipient, Circa primum quod quæritur.* vbi dicit, quòd renunciatio etiam cum iuramento in terminis huius c. non præiudicat filiæ, quo ad ſuccedendum fratri, ergo nec etiam præiudicabit ſtatutum, & hanc partem firmat Lud. *in d. §. veteres.* dicens tempore ſuo hanc quæſtionem fuiſſe Bononiæ.

Vltimò facit, quod in ſimili inquit Bal. *in l. ſi mater. C. de ſuis & legit.* volens, quod ſtatutum diſponens mulierem dotatam & maritatam extra territoriũ excludi à ſucceſſione patris, non habet locum quando filia, poſtquam ſucceſſit patri, nupſit extra territorium, quia amplius non dicitur hæreditas patris, ſed ſua, per gl. *in d. §. veteres.* & Bal. ſequitur Lud. *in conſ. 40. incipiente, Viſis ac diſcuſſis.* Pet. de Anch. *in c. canonum. de conſt. col. 108. ver. ſed pone quod ſtatutum.*

Sextò quæro, † an ſtatutum excludens fœminam ab hæreditate patris & matris, reſpectu maſculorum & hæredum parentum defunctorum, excludat illam à ſucceſſione alterius, quàm parentum? Dic, quod licet quandoq; appellatione parentum veniant e on ſanguinei, *cap. conſanguinei. 3. quæſt. 5. capit. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat.* tamen ſecundùm propriã ſignificationem appellatione parentum veniunt tantum aſcẽdentes, *l. quicunque. § parentes. ff. de in ius voc.* & ideò ſtatutum noſtrum de ipſis tantum intelligetur, niſi communis vſus loquẽdi faceret in oppoſitum, per ea quæ not. Bart. *in rubr. ff. de nou. oper. nunc. & quæ ſupra* dixi *in prima quæſtione huius quartæ principalis quæſtionis.* 330

331 Septimò quæro,†an ſtatutum excludens fœminam maſculo extante, illam quoque excludat quo ad ea bona, quæ non conſequitur hæres vt hæres, ſed ex contractu patris vel promiſſione alicuius. Exemplum pone in emphyteoſi, quam pater accepit pro ſe, & filijs ſuis maſculis & fœminis, an ſi ſuperſit maſculus, qui virtute ſtatuti excludit fœminam dotatam, poſſit ipſa fœmina excluſa in emphyteoſi ſuccedere in feudo? exemplum poni non poteſt, quia aut feudum ſimpliciter conceditur, & fœminæ ad eius ſucceſſionem non veniunt, capit.1.§. hæc autem.qui feud.dare poſſ.& in cap.1.de ſucceſſ.feud. aut accipitur pro ſe filijs ſuis maſculis, & fœminis, & tunc quamdiu extant maſculi, fœminæ non ſuccedunt, cap.1.epiſcopum vel Abbatem, & notatur in dictis iuribus, & quæ ſit ratio, not.per Bal. in l.liberti.C de oper.liber. Item in feudo eſt ſpeciale, quòd ſi filius vult admitti, debet prius cognoſcere hæreditatem patris: text.eſt in ca.1.an agnat.vel filius Quod tamen intellige verum, ſi filius poteſt hæreditatem agnoſcere, vt not.in dictis iuribus, & quæ ſit ratio, vide Bal. in l qui ſe patris.C.vnde liber. ipſum tamen fundũ non habebit filius, licet efficiatur hæres patris tanquam hæreditarium, vt inquit gloſſ.notabilis in dicto cap.1.epiſcopum vel Abbatem. vnde in emphyteoſi poteſt procedere quæſtio noſtra.

332 Quare pro declaratione ipſius tria occurrunt dubia.†Primum an filius vel filia poſſit conſequi emphyteoſim, licet non efficiatur hæres patri. Secundum ſi eſt caſus, in quo oportet ipſum eſſe hæredem, ad hoc vt poſſit conſequi emphyteoſim, an ſufficiat quòd ſit hæres in certa re? de quibus duobus vide Bart.in l. vt iuriſiur.§.ſi liberi.ff.de oper.liberto. plenius per Bal. in Authent. ſi quas ruinas.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& in l.liberti.Cod.de oper.libertor. plenè per Imol poſt Bart. in l.quod dicitur.ff. de verborum obligat. per Bart.Bal.& Angel.in l.ſi tibi.§ pacta.ff de pact.per Speculat.in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver.100.per Bal.& Ioan.de Imol.in l.Caius.ff.ſolut.matrim.per Bal.in dicta l.qui ſe patris.Paul.de Caſt.in conſil.232.incipiente, Viſis & conſideratis.& in conſilio 255. incipiente, Viſo puncto.per Ludo.in conſil.35.quod incipit, Viſa facti ſerie. dixi aliàs in cap.ſi pater.infra de teſtam.ſuper gloſſ. in verb.in re certa. Quid autẽ ſi capiat emphyteoſim pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, an inſtitutus in re certa dicatur ſucceſſor? Bald.notabiliter in l. quædam.§.nihil.ff.de edend.tenet quòd non, de quo per eundem in l.2.in repet.C.de iure emphyt.in 13.colum. Item quid ſi dixit, pro ſe & hæredibus ſuis.an inſtitutus in legitima tantum admittatur, vide Bal.in l.ex facto, in princ.ff.de hæred.inſtit. & in dicta l. 2.in 13.colum.dixi in dicto cap.ſi pater. Tertium dubium eſt, ſi impeditur filia ſuccedere patri extãte maſculo ex forma ſtatuti an poterit habere emphyteoſim, quam pater accepit pro ſe filijs ſuis maſculis & fœminis? Dic quòd ſi loquimur eo caſu, quo oportet filiam eſſe hæredem patris, ad hoc vt poſſit habere emphytheoſim, quod quando ſit, notatur in locis præallegatis, tunc quia prohibetur filia eſſe hæres, in neceſſariam cõſequentiam prohibetur etiam habere emphyteoſim, arg.l. ad rem mobilẽ.& l.ad legatum ff.de procur.& c.præterea.de offic.deleg. Si verò non ſit neceſſe, quòd ſit hæres, & tunc Bart.in d.§.ſi liberti, dicit q hoc caſu filia prohibita ſuccedere nõ admittitur ad emphyteoſim: pro quo facit, quia verba illa cõtractus, pro ſe filijs ſuis maſculis & fœminis, debent interpretari ſecundùm ordinationẽ ſtatuti, ſcilicet maſculo non exiſtente, argument.l.ſi duo.ff.de acquirend.hæred.& eius quod not.Cyn.in l ſi in computatione.C.de iure delib.dixi plenè ſupra in ſecunda principali quæſtione.in verſ.19.quæro. Contrarium tamen tenet Bald.in dicta Authen. ſi quas ruinas, argum.l.fin.C.de pact.& l.ſi poſt mortem.§ final.ff.de contratab. pro concordia conſidera tu poſſe dici, quòd aut ſtatutum excludit dotatã ab hæreditate patris, & hoc caſu cùm iſtud ius emphyteoticum ſit ſeparatum ab eius hæreditate, filia poterit ſuccedere ſicut maſculus, & ita procedat opin.Bal.in d.auth.per iura ibi alleg. Aut ſtatutum diſponit, quòd filia dotata nõ ſuccedat

333 in bonis patris, & tunc†quia appellatione bonorum venit ius emphyteoticum, l.bonor.ff.de verbor.ſign. filia excludetur ab ipſa emphyteoſi per maſculum, & ita procedat opin.Bar.in d.§.ſi liberi.& hanc concordiam ſumpſi ex doctrina Bal.in d.l.liberti.in 9.col.in verſ.quid ſtatutum eſt.cogita tamen. Adde tamen, in quãtum ſupra dixi, quòd fœmina non ſuccedit in feudum, quia il-

334 lud verum regulariter: † fallit primò, niſi feudum ad certum ſeruitium datum eſſet, quod non minus decenter per fœminã, quam per maſculum poteſt exhiberi: caſus eſt not.in c.ſi qui militis.de capitulis extraor.in vſib.feud quem titulum pauci libri habent, illum tamen ad hoc alleg. Bal.in l.quoties.C.de ſuis & legiti.

Secundò fallit, vbi feudum ita datur, quod nullum ſeruitiũ facit, d.c.ſi qui militis.ſecundùm Bal.in d.l.quoties.

Tertiò fallit, vbi feudum eſt exiguum, nam tunc cùm ex eo non cauſetur obligatio ad ſeruitium, vel ad faciendum fidelitatem, caſus eſt in c.1.de capitulis extraord. quem ad hoc allegat Bal.in cap.1.§.eſt & alia, quæ fuit prima cauſa benef.amit.ergo tunc fœmina ſuccedat.c.ſi qui militis.

Quartò fallit in feudo iure emptionis quæſito, in quo etiam fœmina ſuccedit magis ex natura contractus emptionis quàm feudi, vt refert Bal.dicere eleganter Odofre.in c.1.verſ.decidente qui feud.dare poſſ.facit quod not.Bar.in d.l.liberti. & dixi aliàs in c. ad apoſtolica de re iud.eod.lib.

Quintò fallit, vbi fœmina à Domino feudum redimit, ca.1. quemadmodum feudum ad filiam pertinet.

Sextò fallit, vbi feudum eſt fœmineum, vel vbi ſpecialiter eſt conuentum, quòd ad fœminam pertineat, cap. 1.de feudo fœmineo.

Vltimò fallit, vbi Dominus de nouo fœminam inueſtiuit, conſentientibus tamen illis, qui aliàs in feudo erant ſucceſſuri: nam in eorum præiudicium non poſſet Dominus alium inueſtire, c.1.de alien feud.pat.c.1.§.hoc quoque.de ſucceſſ feud. Et has omnes notabiles fallentias poſuit Lud.in conſil.367. incipiente, Circa primum.quas diligenter not.

Octauò quæro,†ſtatutum diſponit, quòd dimidia pars bonorum eius, cuius bona publicantur, reſeruentur filijs, an filia dotata excluſa à ſucceſſione paterna, virtute ſtatuti noſtri admittatur ad dictam dimidiam? Ang ſingulariter in l.ſi deportatus. C.de bon.proſcrip.concludit quod non, per illum tex. vbi eſt caſus, quòd filius emancipatus non vocatur ad ſucceſſionem patris damnati etiam quo ad bona reſeruata filijs ex gratia: ita in propoſito filia excluſa à ſtatuto non admittetur ad bona reſeruata filijs ex gratia alterius ſtatuti, tene menti perpetuò. 335

Nonò quæro,†an filia dotata excluſa à ſucceſſione dicatur, excluſa etiam reſpectu bonorum exiſtẽtium extra territorium ſtatuentis? Quæſtio diſputabilis eſt, & quod non excludatur, primò probatur ſic. Simplex diſpoſitio non extenditur, niſi ad bona ſita in territorium ſtatuentis, l.cùm vnus.§.ſi is qui.ff. de bon. auct.iud poſſ clemen.paſtoralis.de re iudicata. 336

Secundò, ſimplex diſpoſitio non extenditur niſi ad ius diſponentis, l.ſi domus.§.fin.ff.de leg.1.l. vxor patrui.C.de leg.ff.de contrahen.empt.l.qui tabernas.ergò tale ſtatutum noſtrum reſtringi debet ad bona ſui territorij, quæ potuit afficere, facit l.ſi quis duas.ff.communia prædio.

† Tertiò, quando vnum & idem cenſetur diuerſo iure, illud habetur pro duobus, l.Papinianus.§.ſed nec impuberis ff. de inoffic. teſt.in l.patris & filij.ff.de vulgar. & pupil. ſed patrimonium talis patris cẽſetur diuerſo iure reſpectu diuerſorum territoriorum: ergo reputabuntur duo, & ſic reſpectu vnius gubernabitur vna lege, reſpectu alterius alia lege, argum.l.ſi miles.& l ſi tertarũ. ff.de teſtament.milit.& l procuratoris.§.ſed ſi duas.ff.de tributoria.l. pupillo.ff.de tutor.& curator.da.ab his.facit quod habetur in l. controuerſia ff.de tranſact. 337

† Quartò, qui ſuccedit, in bonis ſuccedit, l.cùm hæredes, in princ.ff.de acquiren poſſeſſ.& ſic ius ſuccedendi reſpicit bona, & per conſequens ſitum bonorum, l.indictiones.C.de annonis & tribu.lib.11 l.cenſu.C.ſine cenſu vel reli.l.forma.§ ſi vero.C.de cenſib. l.1. ff.de muner.& in quo loco, lib.10 & quod ita ſit, probatur: qui tangit bona, dicitur adire hæreditatem, & conſequenter perſonæ ſuccedere, l.pro hærede.§.Papinianus.& l.gerit.ff.de acquir. hæred. Ex quo videtur inferri, quod ſucceſſio bonorum trahit ad ſe ſucceſſionem in perſonam. Ideò bona cenſentur quid principale, l.ex pupillari.ff.de vulg.& pupil.l.ſi pacto.C.de pact.cum ibi not. in l.2 ff.de peculio legat. Item ſucceſſio immediatè reſpicit ius, qđ habuit defunctus, l.hæreditas.ff.de regulis iur.l.3.§. bonorum ff. de bon poſſeſſ.Item in ſuccedendo principaliter attenditur, an ſint bona ſoluendo, Inſt.ad l.Falc.in princ.ſi ergo principaliter bona intuentur, ergò & ſitus eorum. 339

Quintò facit, tale ſtatutum eſt exorbitans & cõtra ius, l.maximum vitium.C.de lib.præt.cùm ergò nouam formam cõtra ius, det in ſuccedendo, non debet extendi ad bona extra territoriũ poſita, l.non ſolum.§.teſtamento, cum ibi not.ff.de excu.tut.& d.l.pupillo.& not.in l.etiam.ff.de teſtam.tut.

Sextò facit, quod not.Bartol.in l.cunctos populos. C.de ſumma Trinit.in quæſt.de public.bonorum, vbi quærit, an publicatio facta in vna ciuitate extendatur ad bona ſita in alieno diſtrictu, aut territo-

territorio, & ibi concludit, quod ſi ſtatutum eſt contra ius commune, non veniunt alia bona in dicta confiſcatione: de quo ibi per eum.

Septimo, tale ſtatutum ſecundum aliquos eſt odioſum, vt plenè dixi *ſupra in prima principali quæſt.* ergo non debet extendi extra territorium, *l. ex ea. ff. de poſtul. cap. ſi ſententia. §. fin. infra de ſent. excom.*

Octauo facit dictum elegans Specul. *in tit. de inſtrum. edi. §. compendioſè, in verſic. quid ſi ſit.* vbi dicit, quod conſuetudo Anglicana, qua cauetur, quod vxor ſuperueniens marito lucretur partem bonorum mariti, non trahitur ad bona exiſtentia extra territorium, *per l. 4. ff. de offic. præſi. & l. conſtitutionibus. ff. ad municipa.*

Nono facit verbum notabile Bartol. *in d. l. cunctos populos. in verſic. ſeptimo quæritur.* vbi dicit, quod conſuetudo Angliæ, quæ habet, quod primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, non extenditur quo ad bona extra territorium ſita.

Decimo hanc partem firmo auctoritate Bart. idem tenentis *in d. l. cunctos populos. verſic. ſexto videndum eſt.* & Bald. *ibi in lect. in quarta charta, ver. conſequenter quæritur,* dicit ſtatutum. & Panorm. *in c. p. propoſuiſti, in quinta colum. ſupra de foro compet.* & pro iſta parte etiam faciunt not. per Imol. *in cap. cum olim. in penult.*
339 *& vlt. colum. de cleric. coniuga.* † In contrarium tamen arguitur ſic, & primo poteſtas ſtatuendi inter ſuos ſubditos non arctatur nec circumſcribitur territorio, *l. fin.* vbi per Bartol. *ff. de decre. ab ordi. facien. l. mercatores. C. de commer. & mercatoribus. & cap. fin. de cler. non reſid.*

340 †Secundo, lex vel ſtatutum inhabilitans perſonam ſibi ſubiectam, effectum ſortitur quocunque acceſſerit perſona, *l. ex ea. ff. de poſtulando. l. relegatorum. §. Interdicere. ff. de interdic. & relega.* vbi per Bart. *cap. cum ab eccleſiarum. ſupra de offic. ord. d. cap. propoſuiſti. not. in l. his cui bonis. ff. de verb. oblig. & in l. is cui. ff. de teſtam. & in l. is qui ff. de tut. & cura. da. ab his.* facit quod dicitur de ſuſpenſione & excommunicatione, quæ excommunicatum comitatur quocunque vadat, *cap. quiſquis. 5. quæſt. 5. not. gloſſ. in d. l. ex ea.* & Archid. *in cap. is qui presbyter. 7. quæſt. 1. facit l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet.* ſed ſtatutum facit inhabilem filiam dotatam ad ſuccedendum patri, ergo vbicunque locorum erit inhabilis, lex enim & ſtatutum poſſunt ſuum ſubditum inhabilitare, *l. item eorum. in princip. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. l. ſemper. §. lege. ff. de iure immu. l. non tantum. §. fin. ff. ad carbon. l. 1. C. non licere habitatori. l. dudum. in fin. princip. de contrahen. empt. l. originarios. C. de agri. & cenſi. lib. 11.* & poſſunt quoſdam ad ſucceſſionem vocare & habilitare, quoſdam alios inhabilitare, *toto titulo, C. de hære. decurio. l. ſi quis. C. de inceſtis nupt. l. 1. & l. fœmina. C. de ſecundis nupt. l. 1. C. de natura. lib. l. lege obuenire. ff. de verb. ſignif. l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

341 † Tertio, ſi de quo minus videtur ineſſe & tamen ineſt, ergo & id de quo magis, *Authen. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ.* ſed decretum iudicis vnius territorij effectum ſuum extendit in alterius territorium, *l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum.* Item ſententia iudicis lata habet executionem in alterius territorio, *l. fin. C. vbi in rem actio. l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudic.* ergo multo fortius hoc operabitur ipſum ſtatutum vel lex, quod dicitur eſſe magis, vt voluit Bald. *in d. l. cunctos populos. in lect. in 3. charta. ver-*
342 *ſic. ſed quid e contra ſi ſubditus.* fortior † enim eſt ſententia legis quàm hominis, *l. ſi libertus minorem, in princ. ff. de iur. patron.* foret enim ridiculum dicere, quod plus poſſit iudex extra ſuum territorium, quàm lex vel ſtatutum, quod ita cohæret territorio ſicut iuriſdictio, *l. fin. C. vbi & apud quos.*

Quarto facit, in ſtatuto videtur ineſſe tacitus conſenſus populi, & per conſequens huius filiæ dotatæ, *arg. l. quod maior. ff. ad municipa. l. de quibus. ff. de legi.* vnde iſta filia ex tacita conuentione excluderetur, *argum. l. penult. ff. quando appel. ſit,* & amplius non audiretur, *l. 2. C. de infan. expoſitis. l. ſi quis. C. de rebus credi.* Quare cum iudicium reddatur in inuitum, *l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. oblig.* merito filia talis dotata excludetur.

343 † Quinto facit, nam ſi contentio oriatur inter filium maſculum & filiam dotatam de hæreditate paterna, iudicium eſt agendum in patria ipſorum, cui ſubditi ſunt, *l. 1. C. vbi de hæreditate,* ſed vigore huius ſtatuti ſententia foret exequenda etiam in bonis extra territorium, vt not. plenè *in d. l. cunctos populos. & in d. l. 1. nunc proxime allegata,* & ſic ab illis filia excluditur,
344 ergo & idem fiet per tale ſtatutum, quoniam † ſtatuta habent vim diffinitiuæ ſententiæ, vt probat text. iuncta gloſſ. not. *in l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideicom. liber.* not. Bartol. *in l. programmata. in princip. C. de omni. agro deſert.*(?) *vel epiſtolas,* licet nihil alleget, & iſta ratio ponderanda eſt, quia vrget pro hac parte, vt quemadmodum ſententia habet executionem in bonis alterius territorij auctoritate iuris communis, ita eadem auctoritate habebit ſtatutum, cui ius commune dat talem executionem in alterius territorio: facit *l. 1. §. lex Falcid. ff. ad legem Falcid. iuncta l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.* bene facit *l. fin. ff. de decre. ab ordi. fa. & ſimilia,* quæ ponit Bald. *in l. ex ea. ff. de poſtulando.* vbi dicit, quod bannum factum per poteſtatem habet etiam vires in curia Epiſcopi. Item quod ſtatutum diſponens bannitum non debere audiri, operatur quod etiam in curia Epiſcopi non ſit audiendus, facit quod not. Innoc. *in cap. 1. de offic. ordin.* Item non ſoluens gabellam, qui ex forma ſtatuti non debet audiri, non audietur etiam in foro Epiſcopi, ſecundum Bald. *in d. l. ex ea. quod tene menti.*

† Sexto facit, nam quando virtute ſtatuti fœmina dotata excluditur ab hæreditate paterna, & ſic ab eius ſucceſſione, 345
cum hæreditas nihil ſit niſi vniuerſum ius defuncti, *l. hæreditas nihil aliud. ff. de verb. ſignif. l. 1. §. 1. & l. item videndum. §. fin. ff. de rei vend.* Sed vbi tractatur de hæreditate, non conſideratur ſitus bonorum, *l. 1. C. vbi de hæreditate. l. fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudic.* ergo, &c. † Præterea cum diſputatur de aliquo vniuer- 346
ſali, ſingulares res ſub illo contentæ non conſiderantur, *l. eum qui ædes ff. de vſucap. ergo, &c.* Item in conſequentiam vniuerſi veniunt ea quæ principaliter venire non poſſunt, *l. quædam. ff. de acquir. rerum do. l. item videndum. ff. de peti. hære. l. non tantum. §. fin. ff. de rei vend. & l. 1. §. 1. eod. tit.* Item cum agitur de iure ſuccedendi, & ſic vniuerſali, non attenditur locus, *l. 1. §. quadam. ff. de re. dini. facit l. 1. ff. de contrahen. empt.* ergo cum hæreditas nihil aliud ſit, &c. non debet diuerſo iure cenſeri, *d. l. eum qui ædes. not. in l. 4. ff. ad legem Falcid.* à † quo remouetur genus, remoueatur & ſpe- 347
cies, *l. ſi quis cum totum. ff. de except. rei iud.*

Quare cum agatur de hæreditate paterna, & ſic de iure vniuerſali, & non debeat diuerſo iure cenſeri, ſequitur quod filia debet excludi etiam à bonis ſituatis extra territoriũ ſtatuentis.

† Septimo facit ratio: hæres repræſentat perſonam defun- 348
cti, *Authent. de iureiuran. à moriente præſti. §. 1. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* pro ea parte, pro qua eſt hæres, vt dicit gloſſ. not. *in l. 2. §. fin. ff. de prætor. ſtipul.* quemadmodum ergo defunctus detinebat bona ſita extra territorium, ita debet tenere eius hæres & non alius, qui defunctum non repræſentet: bona enim veniunt acceſſorie ad perſonam, *Authent. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. ſi pater. ff. de adopt. l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tuto. l. fina. C. ſi reus vel accuſ. l. 2. ff. de ſtatu homin. l. in pecudum. ff. de vſuris. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. facit §. fin. Inſtit. de iure naturali.* & optime etiam facit, quod dicitur de ſolutione collectæ, *in l. reſcripto. § fina. ff. de mune. & hon. & l. libertus. §. ſolum. ff. ad munici. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco.* Nam ibi dicitur, quod ſi perſona ſubeſt vni iuriſdictioni, & bona ſint ſita in alterius iuriſdictione, quod perſona poteſt in loco, cui ſubeſt, collectari etiam pro bonis exiſtentibus in alieno territorio: de quo per Bartol. *in d. l. 1. C. de mulie. & in quo loco.* per Ludouic. *in conſil. 161. incipiente, Viſo propoſitæ quæſtionis themate. & in conſil. 275. quod incipit, Quo ad primum.* per Baldum, *in l. 2. C. ſi ne cenſu, vel reli.* per Bartolum *in l. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. in l. forma ff. de cenſibus.*

† Octauo facit, quia licet arguere ab abſurdo euitando, *l.* 349
nam abſurdum. ff. de operis liber. c. dudum. de præben. ſed ſi tenemus filiam dotatam in iſtis bonis poſſe ſuccedere, ſequeretur abſurdum, ergo, &c. Abſurdum probatur, pone patrem condidiſſe teſtamentum, in quo fretus auctoritate ſtatuti, inſtituit maſculum, & fœminam præteriit: clarum eſt, quod tale ſtatutum valet, vt ſupra dixi poſt gl. *huius cap. in prima q. principali.* Sed ſi filius ſe immiſcuit hæreditati, locus eſt cauſæ teſtari: modo ſi filia vellet ſuccedere in bonis extra territorium, oportet quod ab inteſtato ſuccedat, cum ex teſtamento non poſſit, cum in illo non ſit vocata, & ſic † eſſet dare caſum & abſurdum, quod 350
non patitur ius, ſcilicet, teſtatorem decedere pro parte teſtatũ & pro parte inteſtatum, contra *l. ius noſtrum. ff. de reg. iuris. & §. nõ autem. Inſtit. de hære. inſtit.* nec eſt bene dicere, quod hoc operatur diuerſitas patrimoniorum, quia † nullus priuatus dicitur 351
habere diuerſa patrimonia, *l. iuriſperitos. §. oriundus. ff. de excu. tut.* Item nec hoc operatur diuerſitas conſuetudinis, quia quando ſunt diuerſæ conſuetudines in diuerſis locis, vna tantum illarũ

352 viget, & alia, ſcilicet, *l. fin. C. de teſtam.* vbi habetur, quod † teſta-
mentum factum in iure habet effectum etiam in ciuitate, *facit
cap. cum dilectus, de fide inſtrum.* nec eſt mirum, quia bona alterius
territorij ſubiacent diſpoſitioni ſtatuti alterius iuriſdictionis
in conſequentiam perſonæ. & clarum eſt, quod licet ſtatutum
principaliter de bonis extra territorium ſtatuere non poſſit, *l.
cum vnus. §. ſi is qui ff. de bon. auth. iu. poſ.* tamen in conſequentiam
353 poteſt. *facit l. 1. ff. de auct. tut.* vbi † actus, qui geritur ſecundum
ſpecialem conſuetudinem loci, trahitur ad acceſſoria: facit et-
iam quod not. Ioan. And. *in cap. paſtoralis, de priuileg.* & Innoc.
& Ioan. And. *in cap. 2. de immun. eccleſ. notatur in d. l. reſcripto. §. fin.*
& hoc expreſſè voluit Cyn. Guil. & Iacob. Butr. vt refert & ſe-
354 quitur Bart. *in d. l. cunctos populos. in verſic. ſeptimo quæritur.* † Ad-
uerte tamen, quia ad hoc argum. poſſet reſponderi ſecundum
Bald. *in d. l. cunctos populos. in lect. in quarta carta.* dicentem, quod
d. l. ius noſtrum non patitur, non habet locum, vbi concurre-
ret auctoritas legis: facit quod not. gloſſ. *in Auth. hoc amplius. C.
de fideicommiſ.* dicens, quòd auctoritate legis ſemel hæres poſſit
deſinere eſſe hæres: vel aliter dic, quòd illa l. procedit de iure
communi, ſecus vbi conſuetudo induceret contrarium, de
quo tamen dic vt ibi notatur per Doctor.

Nono facit, ſtatutum excludens filiam dotatam eſt factum
auctoritate iuris ciuilis, *l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. §. 1. Inſtit. de
iur. naturali* & ſic cenſetur factum ab ipſo iure ciuili: probatur
optime *in proœmio Inſtitutionum. facit cap. ſi Apoſtolica. infra de præ-
ben. eod. lib.* not. Bartol. *in l. 5. in princip. ff. de verbor. oblig.* & Bald.
not. *in l. ex ea. ff. de poſtulando.* ius autem ciuile vbique locorum
355 vires habet, *facit l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu.* † quare cum
proprium iuris ciuilis ſit aliquos ad hęreditatem paternam ha-
bilitare, & alios inhabilitare, *l. lege obuenire. ff. de verbor. ſignific. l.
fin. ff. de ſuis & legit.* quemadmodum ſi filia dotata eſſet excluſa
de iure communi à ſucceſſione paterna, nihil poſſet habere et-
iam de bonis ſitis extra patriam, ita non debet habere
quando excluditur à ſtatuto: facit regula, *qui per alium, infra de
reg. iur. eod. libro.*

356 † Decimo, in ſingulare priuilegium & de gratia conceſſa eſt
hominibus libera teſtandi facultas, vt inquit gloſſ. ſingularis
in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. quam ſequitur Panorm. *in rubr.
ſupra de teſta. & facit gloſſ. in §. ex his omnibus. 8. quæſt. 1.* dicens Pa-
pam non poſſe ſibi ſucceſſorem inſtituere, cum inſtitutio refe-
ratur ad id tempus, quo deſinit eſſe Papa, de quo tamen dic, vt
plene dixi *in rubr. infra de teſta. in ſecundo principali articulo,* vbi al-
legaui Bald. & Ang. tenere contra d. gloſſ. quæ tamen ratione
iuuatur, quoniam ſecundum regulas iuris ciuilis & gentium
357 nulli permittebatur teſtari ea ratione, quia † teſtamentum ca-
pit robur poſt mortem teſtantis & ab adita hæreditate, *l. om-
nium. cum ſimilib. C. de teſtam.* nullus enim cogitur ad obſeruan-
tiam ſui teſtamenti, imò poteſt quandoque reuocare: hinc di-
citur, quod vltima voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem,
*cap. cum Marthæ. de celeb. miſ. l. 4. ff. de adimen. lega. not. in l. ſi quis in
princip. teſtamenti. ff. de lega. 3.* qui ergo facit teſtamentum, vult
ipſum ſortiri effectum poſt mortem ſuam: & ſic diſponit de
bonis eo tempore, quo ipſe futurus eſt cadauer, & nihil erit
nec poterit, quoniam mors omnia ſoluit, *§. deinceps. in Auth. de
nupt. coll. 4. facit l. 2. ff. de vſufruct.* Item ſic conſideramus, iſte di-
ſponit de bonis non ſuis, *arg. l. quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt.*
quod non poteſt, *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. cap. quod autem, de
iurepatron. c. Daibertum. 7. quæſt. 1.* modo in propoſito licet ho-
minibus competat liber ſtylus teſtandi, *l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ.*
debent tamen teſtari ſecundum regulas iuris ciuilis, & ſecun-
dum illas diſponere, & ſic filiis & filiabus legitimam relinque-
re titulo inſtitutionis, *§. aliud, in Auth. vt cum de appell. cogno. Au-
then. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam.* ſed ſtante diſpoſitione ſtatuti
noſtri excludentis filiam dotatam poteſt teſtator filiam præte-
rire & nihil ei relinquere, & ſic de bonis extra territorium di-
ſponere. Immò etiam ſi pater cogeretur filiæ relinquere, poſſet
tamen de illis bonis diſponere in alium, *§. diſponat, in Authen. de
nupt.* ita quod filia nihil habeat de ipſis, *d. l. 1.* ſi ergo hoc poteſt
teſtator, fortius hoc poterit ſtatutum, maximè cum ſecum ha-
beat voluntatem teſtatoris ex duplici capite: primo, quia eſt
ſubditus ſtatuti, & ſic tacite ſtatuto videtur conſenſiſſe, *l. quod
maior. ff. ad municipa. l. de quibus. ff. de legi.*

Secundo, quia aut de ipſis bonis ſitis extra territorium te-
ſtatur, & tunc clara eſt eius voluntas. Aut moritur ab inteſt. &
idem, quia præſumitur voluiſſe diſponere, ſecundum quod
diſponit ſtatutum ſuæ patriæ, vt plene dixi *ſupra in 2. principali
quæſt. in ver. decimonono quæro.* Et ſic ſiue teſtetur, ſiue ab inteſta-
to moriatur, omni caſu voluntas patris contrariatur filiæ: face-
re autem differentiam quam facit Bart. *in d. l. cunctos populos. in
verſ. ſexto loco videndum,* an ſtatutum ſit permiſſiuum, an prohi-
bitiuum, an fauorabile, vel odioſum, nô habet in ſe rationem.

Quod primo probatur, † quia prohibitio certarum perſo- 358
narum dicitur aliarum permiſſio, & econtra, *l. 1. §. deinde. ff. de
poſtulando. l. cum prætor. in princ. ff. de iudiciis. cap. nonne. extra de præ-
ſumpt. l. patri. in princ. ff. de mino.*

Secundo, quia lex † vel ſtatutum etiam odioſum extendi- 359
tur ad id quod eſt conſecutiuum, *l. relegatorum. §. interdicere. ff.
de interdic. & relega.* cum ergo, vt ſupra dixi, bona veniant in cô-
ſequentiam perſonæ, reſpectu ipſorum bonorum non eſt con-
ſiderandum, an ſtatutum ſit fauorabile vel odioſum, prohibi-
tiuum vel permiſſiuum, licet regulariter odioſa reſtringantur,
l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. regula. odia. de reg. iuris, eod. lib.

Tertio, eadem eſt ratio in vtroq; caſu, quod probatur, quia
Bart. & alij tenentes tale ſtatutum non extendi ad bona ſitua-
ta extra territorium, mouentur, quia ad illa tanquam ſituata
extra poteſtatem ſtatuentium ſtatutum non porrigit effectum
ratione deficientis poteſtatis vel bailiæ in ſtatuente, *per l. extra
territorium. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & l. cum vnus. §. ſi is qui. ff. de bon.
aucto. iudic. poſſ.* ſed iſta ratio ita militat, ſi ſtatutum continet
prohibitionem ſiue odium, ſicut ſi continet permiſſionem vel
fauorem, ergo, &c. *cap. tranſlato, de conſtit. l. illud. ff. ad legem Aqui-
liam.* Præterea non eſt ita clarum & expeditum, quod illud ſta-
tutum ſit odioſum, vt plene dixi, *ſupra in prima principali quæ-
ſtione:* ex quibus patet reſponſio ad aliqua argumenta ſupra fa-
cta in oppoſitum, ne obſtent huic ſententię, cui etiam non ob-
ſtat, *cap. ſi ſententia. §. fin. infra de ſent. excom. eod. lib.* quia ſi ponde-
retur fauor vel odium ibi non eſt illud, quod operetur, ſed eſt
vitium ſine macula, quia affecta eſt perſona, quæ affecta vitio
interdicti nullibi poteſt audire diuina officia: ſi autem non eſ-
ſet affecta perſona, poſſet alibi audire, & ſic concordat *cum l. ex
ea. ff. de poſtulando.*

† Præterea ſi conſideras, *d. cap. ſi ſententia. & d. l. ex ea.* potius 360
faciunt contra Bartol. dicunt enim, quod ſi perſona eſt affecta
interdicto, vbiq; ſortitur effectum interdictum, ſed ſtatutum
noſtrum afficit & inhabilitat perſonam filię dotatę quo ad hę-
reditatem paternam, quod facere poteſt, vt ſupra dixi: ergo
trahi debet vbiq; & ſortiri effectum etiam reſpectu bonorum
ſitorum extra territorium: vnde licet in primo caſu *d. l. ex ea.* in-
terdictum non trahatur extra territorium ea ratione, quia per-
ſona non erat affecta. Item quia in alieno territorio non of-
fenditur perſona iudicis interdicentis. Item quia interdictum
ibi habebat tempora ſucceſſiua, quia conſiſtebat in non ad-
uocando, & conſtat † quod interdictum habens tempora ſuc- 361
ceſſoria quotidie emanare videtur & quotidie loqui, *l. 1. ff. de
vſufru. accreſcendo.* ideo quemadmodum iudex non poſſet tem-
pore interdicti extra territorium exiſtens interdicere, ita nec
interdictum debet intelligi, vt extra territorium trahatur, cum
quotidie loquatur, &c. ſufficit enim, quod iudici pareatur in-
tra territorium, *cap. vt animarum. §. ſtatuto. de conſtit. eod. lib. & d. l.
extra territorium.* ſecus tamen eſt in pœna, quæ momento con-
ſumitur & perficitur, quia ſecum trahit executionem, quia illa
porrigit effectum etiam extra territorium, ita pulchrè termi-
nat Bald. *in repetitione d. l. cunctos populos. in antepen. charta, in verſ.
ſed hic quæritur, quando iſta pœna, &c.* Similiter non habet ſudo-
rem rationis diſtinctio Bart. *in d. l. cunctos populos.* conſtituendo
differentiam, an ſtatutum loquatur in rem, an in perſonam,
quia qualiacunque ſint verba ſtatuti, ſemper præſumitur teſta-
tor vel defunctus voluiſſe diſponere ſecundum diſpoſitionem
ſtatuti, vt ſupra dixi *in ſecunda principali quæſtione, verſic. decimo-
octauo quæro.* & dubium non eſt, quin ſtatutum potuerit proui-
dere, quod filia in bonis extra territorium non ſuccedat, vt ſu-
pra dixi: ergo de verbis ſtatuti non eſt curandum. Ex quibus
omnibus hæc ſecunda opinio comprobatur verior de iure, &
per prædicta tolluntur argumenta in oppoſitum deducta, &
ne hæc opinio auctoritate deficiat, hanc partem primo tenet
Iacob. Butr. *in d. l. cunctos populos.* ſequitur ibi Bald. *in repetitione
in col. 33. verſic. ſecundum exemplum.* vbi dicit, quod opinio Bart.
eſt truffa, & ibi reprobat opin. Spec. ſupra relatam, dum dicit,
primogenitum non conſequi bona exiſtentia extra Angliam,
hanc etiam partem ſequitur domin. Signorolus de Homodeis
Medio-

362 Mediolanenſis *in conſil.167.* † Et ad prędicta facit, quia non attenditur locus aditionis, quia cauſa teſtati regulatur à teſtamento, & non à loco aditionis, *l. Titius. §. Roma. ff. de excu. tuto.* ſecundum Bald. *in d.l. cunctos populos. in lect. in 4. charta, verſic. ſed quæro de effectu. & etiam in repetitione, in 7. charta, in verſic. 4. quæritur.* Conſiderabam hanc contrarietatem forte poſſe concordare ſic diſtinguendo & conſiderando verba ſtatuti, quia aut ſtatutum excludit filiam ab hæreditate paterna, & tunc cum bona extra patriam veniant ſub iſto vniuerſali hæreditatis, procedit opinio ſecunda contra Bartolum. Aut excludit à bonis paternis, & tunc non trahitur ad bona extra patriam ſita, quia hoc caſu ceſſant vt plurimum rationes contra ipſum adductæ. Vel diſtingue cauſam teſtati à cauſa inteſtati: primo caſu procedat ſecunda opinio, ſecundo caſu procedat opin. Bartol. & ita in ſimili voluit Bart. *in d.l. cunctos populos. verſic. ſed quæro de effectu, in repetitione.*

363 Decimo quæro, † quid econtra, pone quod in domicilio patris viget ius commune, ſcilicet filius, & filia pariter vocantur, ſed in loco vbi ſint ſita aliqua bona, diſponit ſtatutum, quod filia excludatur, &c. an hoc caſu filia excludetur à dictis bonis. Quæſtio redditur dubia ex dictis in pręcedenti quęſtione. Ex quibus tamen apparet dicendum fore filiam non excludi, primo, quia bona illa continentur ſub hæreditate, & ſic ſub vniuerſo: ſecundo veniunt in conſequentiam perſonæ. Cogita tamen.

364 Vndecimo quæro, † quid ſi filia fuerit dotata & maritata extra territorium vel locum, vbi viget tale ſtatutum, & in ipſo loco viri vigeat ius commune, an filia ligetur dicto ſtatuto, cui pater eius ſubditus erat? Videtur, quod non, quia filia propter tale matrimonium eſt ſoluta lege originis, gloſſ. eſt notabilis *in l. origine. C. de municipibus & originariis. lib. 10.* quam ſequitur Cyn. Bald. & Angel. *in l. ſecunda. C. de iuriſd. om. iudic.* & Bartol. *in l. fina. §. idem reſcripſerunt. ff. ad municipa.* & hac ratione ſingulari inquit Bartol. per illum text. *in l. quoties. C. de priuileg. ſcholarium. lib. 12.* quod ſi concedatur mihi priuilegium & meis filiis maſculis & fœminis, quod fœminæ deſcendentes maritatæ non gaudebunt priuilegio, quia ex quo conuolauerunt ad matrimonium in totum ſunt tranſlatæ in alium: quod dictum ſequitur Ludouic. *in l. 1. in fin princip. ff. ad Trebell.* Quod tamen tu limita ſingulariter habere locum reſpectu eorum munerum, ob quæ mulier maritata reuocaretur ab obſequiis marito præſtandis: nam horum reſpectu dicitur ſoluta à lege originis, & bene facit *l. cæterum. §. mulierem. ff. de vſu, & habi.* ſecus eſt reſpectu aliorum, vt eſt text. *in l. aſſumptio. § filius. ff. ad municipa.* & ita Bartol. *in d. l. origine.* ſic concordando iura, quæ videntur contraria, diſtinguit, ex cuius dicto poteſt determinari quęſtio noſtra, quoniam enim per hoc, quod filia impediatur ſuccedere, non reuocetur ab obſequio marito præſtando, conſequens, eſt vt non dicatur ſoluta tali ſtatuto ſiue originis. Nec obſt. prędictis, ſi dicatur, quòd mulier vidua ſoluta ab obſequiis mariti, vt notatur *in l. ſicut. ff. de ope. liber.* per Bald. *in l prima. C. de leg.* & tamen retinet domicilium viri, *l. filius. §. vidua. ff. ad municipa.* ergo indiſtincte videtur dicendum, quod mulier ſit ſoluta à l. originis, & indiſtincte ſequatur forum viri, & ſic non videtur

365 bona diſtinctio Bart. quia reſpondeo, quod † vidua quouſque alij nubit retinet nomen prioris mariti, *l. fœminæ. ff. de ſenato. l. cum te. C. de nupt. cap. ex parte B. de foro competen.* Immò dicitur durate in primo matrimonio, *§. ſoluto, in Authent. de nupt. colum. 4.* hinc dicit gloſſ. notabilis in *Clement. ne Romani. verſic. eo tamen, de elect.* quod vidua denominatur à dignitate primi mariti, *per d. cap. ex parte B.* hinc etiam Bald. *in d. l. cum te.* dicit, quòd mulier comitatiua nupta cum gaudet priuilegio eius, mortuo viro, donec vidua manet. Quod tamen verum intellige, ſi honeſtè viuat, quia ſi inhoneſtè, non gaudet priuilegio mariti, ſecundum Bald. & Angel. *in l. cum quadam puella. ff. de iur. om. iud. facit ſingulare verbum.* Bald. *in l. his ſolis. C. de reuocan. donat.* dicentis, quòd omnes pœnas, de quibus *in d. l. fœminæ. C. de ſecund. nupt.* quas patitur mulier ſecundo nubens, patitur etiam vidua inhoneſtè viuens.

Secundò limita, niſi hoc, ſcilicet, quod vidua gaudeat priuilegio mariti, tendat in odium ipſius viduæ, quia tunc mortuo marito extinguitur odioſum, ſecundum Bart. *in l. Titia. §. vſuras. ff. de lega. 2.* dicentem, ſtatutum diſponens, quod banniti cum vxoribus non poſſint ſtare in territorio, non habere locum in vidua mortuo marito. Idem tenet Bald. *in l. eam quam. C. de fideicom. & in l. filium diffinimus ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in l. voluntas. C. de fideicomiſ.* vbi dicit, quòd ſi in Lombardia ſi mulier nubit Romano, viuit l. Lombardorum, & ſecundum conſuetudinem Lombardorum, licet de iure Romano mulier etiam vidua viuat l. mariti, vbi eſt eius fauor, ſecus ſi eius odiū, quod diligenter not. & bene facit dictum Bartol. *in d. l. quoties.* dicens, quòd priuilegio impetrato pro ſe & filiis ſuis maſculis & fœminis vtitur vidua, & ſic in hoc non vtitur lege mariti, quia iſtud eſſet ſibi odioſum, quod not.

Duodecimo quæro, † an filia dotata excludatur virtute dicti ſtatuti, ſi in teſtamento patris fuerit inſtituta: Dic quòd nō, immò fortè hoc caſu non valeret hoc ſtatutum tanquam tollens liberam teſtandi facultatem, per ea quæ dicit Bald. *in l. fin. C. de pact.* & retuli *ſupra in princ. decreta. in prima limitatione.* Et ideo ſtatutum debet reſtringi, ne ſuccedat contra vel præter voluntatem defuncti expreſſam vel tacitam, qualis eſt quando moritur ab inteſtato, *l. conficiuntur. in princip. ff. de iur. codicil.* hoc enim caſu filia excluditur, quia per talem dotationem deſinit eſſe ſua, quantum ad hoc vt in ipſam non fiat continuatio dominij, *argum. l. in ſuis. à contrario ſenſu. ff. de liber. & poſthum.* not. Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. præter.* facit quod not. Paul. de Caſt. *in conſil. 350. incipien. Super primo puncto, in 4. colum.* facit etiam, quod not. Panor. *in conſil. 13. incipiente, Quadam mulier filium habens.* Et ad hanc quæſt. faciunt quæ plenè dixi *ſupra circa princ. cap. in prima limitatione.* Aduerte tamen, quia procedunt prædicta, vbi conſtat patrem in teſtamēto filiam vocaſſe. 366

Sed an iſtud ſit in dubio pręſumendum, verbi gratia, † ſtante dicto ſtatuto in loco pater condidit teſtamentum, in quo dixit, filios meos hæredes inſtituo, an filia dotata dicetur inſtituta & vocata in teſtamento? Videtur quod ſic, quia filiorum appellatione & filiæ continentur, *l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2.* in contrarium facit, quia † iuxta cōſuetudinem regionis interpretanda eſt voluntas teſtatoris, *l. nummis. ff. de lega. 3. l. ſemper. ff. de regu. iur.* & illam retuliſſe videtur, *l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudic.* faciunt ad hoc plene dicta *ſupra in quæſt. principali, verſic. decimonono quæro,* primam tamen opin. ponendo terminos in conſuetudine ſic diſponente, quod extantibus maſculis fœmina ab inteſtato non ſuccedat, tenuit Pileus *in quæſt. 65.* Idem tenet Bald. *in l. quicunque. C. de ſeruis fugi. in ver. ſed pone ſtatuto cauetur.* vbi dicit, quod ſi ſtatuto cauetur, quod frater excludat ſororem ab inteſtato, ſaluo quod debeat dotari, ſi pater facit teſtamentum, in quo ita dixit, filios meos hæredes inſtituo, filia videtur inſtituta non in parte ſtatutaria, ſed in ea quæ debetur de iure communi, id eſt, in virili, quia cum teſtator ad ius ſe retulit, videtur de digniori intellexiſſe, *§. 2. Inſtit. de iure naturali gent. & ciui.* ita Bald. *in d. l. quicunque.* quod vltimum eſt dubitabile, & contra ipſum tenet Petr. de Anchar. *in d. cap. canonum. colum. 167.* vbi contra Pileum & Bald. videtur concludere, pro quo faciunt plene dicta *ſupra in 2. quæſt. princip. verſic. decimonono quæro.* 367 368

Decimotertio quæro, † an ſtatutum poſſit dare poteſtatem tertiæ perſonę, puta vni ex parentibus dotandi filiam, ita vt excludatur à ſucceſſione alterius parentis? Dic quod ſic, quia proprium legis & ſtatuti eſt aliquos excludere, & alios vocare ad hæreditatem, *l. lege obuenire. ff. de verbor. ſignificat. l. fin. ff. de ſuis & legit.* notat Bartol. *in rubr. ff. de acquiren. hæred.* Sed an hoc poſſit fieri per pactum, not. *in l. fin. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat.* dixi *ſupra ſuper gloſſ. in verbo, improbet.* 369

Decimoquarto quæro, † an ſtante ſtatuto excludente filiam dotatam, ſi filia in teſtamento patris ſit præterita, an teſtamentum ſit nullum? Ad veritatem huius quæſtionis indagandam repete hic remiſſiones, quas dedi *ſupra in princ. decre. in tertia fallentia.* & communis concluſio eſt teſtamentum valere, nec poſſe dici nullum, quam etiam tenuit Bald. dicens ſe ita conſuluiſſe *in l. poſthumus. § ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtam.* & Bartol. *in l. fin. ff. ad Tertullian. & in l. 1. § ſciendum. ff. de ſuis & legi.* vbi dicit, quod tale ſtatutum facit filiam deſinere eſſe ſuam, & per conſequens in eam non continuatur dominium, & ſic libere poteſt præteriri. 360

† Decimoquinto quæro, retenta communi ſententia, quod filia dotata excluſa per ſtatutum, & in teſtamento patris præterita non poſſit teſtamentum dicere nullum, an ſaltem audiatur de iure prætorio veniens per bonorum poſſeſſionem contra tabulas? Paſſus dubius eſt, & Doctor. variant. Nam Angel. 371

in l. fi-

in l. filiæ dotem. C. de colla. Iacob. Butr. & Bald. in l. ſi emancipati. C. eodem tit. & Paul. de Caſt. in l. certum. C. vnde cogna. tenent quod ſic, quia filia licet ſit excluſa ab inteſtato, tamen quia veniens per contratab. non dicitur in totum ab inteſtato venire, vt notat gloſſ. in l. vt liberis. C. de colla. & in l. illud. ff. de bon. poſſeſ. contratab. facit l. 1. in princ. ff. ſi tabulæ teſtamenti null. extabunt. & gloſſ. in l. 1. ff. de bonor. poſſeſ. titulo generali. certè iſta filia audietur per contratab. & idem tenet Angel. in d. l. vt liberis. & Ludouic. in conſil. 179. incipiente, Ampliſſime Doctor. motus, quia in ſimili videmus emancipatum de iure ciuili inhabilem ad ſucceſſionem paternam ab inteſtato, vt Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. §. emancipati. poſſe præteritum in teſtamento venire per contratab. toto tit. ff. de bonor. poſſeſ. contratab. Et ideo cautela eſt ſecundum iſtos, quòd filia præterita taceat, quouſque hæreditas ſit adita per inſtitutum hæredem, ne ipſe timore contratabularum omittat venire ex teſtamento, & veniet ab inteſtato, quo caſu filia reperitur excluſa per ſtatutum, & ſic nihil poterit petere. Et tenendo hanc partem infero vnum, ad quod quæſo antes præſtare, quod licet regulariter in teſtamento ſit appoſita clauſula codicillaris, per ipſam dicatur veniens ab inteſtato grauati reſtituere hæreditatem inſtituto hæredi in teſtamento, l. ſi quis cum nullum ff. de iure codicil. l. ex ca. ff. de teſta. not. in Auth. ex cauſa. C. de libe.

372 præte. per Bartol. in l. 1. ff. de iure codicil. hoc † tamen caſu filia veniens per contratab. non tenebitur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto vigore clauſulæ codicillaris: quod ſic probo: Veniens per contratab. & ſic iure prætorio dicitur venire præter voluntatem defuncti, gloſſ. eſt not. in l. 1. §. vel maxime. ff. de colla. bon. quam ſequitur & ſolitariam dixit Bald. in rubr. C. qui admit. circa finem. ſed veniens præter voluntatem defuncti non dicitur grauari per clauſulam codicillarem, vt inquit Bald. in l. non iuſtam. circa fin. C. ad Trebel. ergo ſequitur talem filium non teneri reſtituere, ergo, &c.

Aduerte tamen, quia gl. in d. §. vel maxime. reprobat ibi Bart.

373 & Alberic. in l. ſed cum patrono. in §. bonorum. ff. de bon. poſſeſſ. † Secunda eſt opinio Raph. Fulg. & Paul. de Caſt. in d. l. filiæ. tenentium contrarium: primo, quia illi datur bonorum poſſeſſio contratab. cui ab inteſtato debetur ſucceſſio, l. 1. §. filium. & l. illud. §. primo. ff. de bon. poſſeſ. contratab. Sed huic filiæ ab inteſtato non debetur ſucceſſio, vetante ſtatuto, ergo, &c.

Secundo, quia ſequeretur, quod melioris conditionis eſſet filia veniens contra voluntatem patris, quàm veniens præter, quod eſt contra l. ſiua. C. de libe. præte.

374 † Tertio, cùm ab inteſtato filia prohibeatur ſuccedere, nulla ſit ei iniuria, ſi prætereatur in teſtamento, cùm nihil ab inteſtato eſſet habitura, l. ſi præteritum. ff. de inoffic. teſtam. & hanc partem tenet Paul. de Caſt. in conſil. 345. incip. Super puncto. in col. 4. adducens not. in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniungendis cum emancipato liberis. vbi habetur, quòd iſta remedia dantur tantum his perſonis, quæ poſſunt dicere teſtamentum nullum: ſed filia non poſſet, vt dixi in præcedenti quæſt. ergo, &c.

375 † Secundo adducit l. non eſt ambigendum. §. vbicunque. ff. de bon. poſſeſ. vbi bonorum poſſeſſio non datur excluſo à ſucceſſione inteſtati, qualis eſt filia virtute ſtatuti, ergo, &c. Et hanc partem tenet etiam Bart. in l. fin. in 5. colum. ff. ad Tertullian. & in quodam conſilio, quod incipit, Quidam nomine Mandinus. & Bald. in l. maximum vitium. præallegata. vbi plene diſputat. & Angel. in §. & quid ſi tantum. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. & hæc pars tanquam æquior tenenda eſt, quam etiam firmat Bald. dicens ſe ita conſuluiſſe in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffic. teſtam. & Ludouic. Roman. ſibi contrarius in conſil. 13. quod incipit, Idem videtur mihi. pro qua ſententia etiam facit, quia ſi filius eſt in poteſtate, etiam poſito quòd præteriri non poſſit, ſecundum opin. Angel. tamen tunc ſi intentetur bonorum poſſeſſio contratab. ſemper verum eſt dicere, quòd res eſt in cauſa inteſtati, retenta communi ſententia, quæ habet, quod teſtamentum ſit omni iure, ipſo iure nullum, nec per contratab. conualeſcat, vt communis opin. eſt Doctor. in l. 2. C. de bon. poſſeſ. contratab. & in propoſito ita tenet Bald. clarè in l. certum; in penult. colum. C.

376 vnde legi. † Sed tu conſidera, quòd immò non eſt teſtamentum ipſo iure nullum per textum notabilem in l. ſi duobus. §. ſi prius. ff. de bon. poſſeſ. contratab. ſecundum intellectum, quem ad iſtum textum dat dom. Honofrius de Peruſio in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. & refert Imol. in l. ſi filius in poteſtate. ff. de liber. & poſthum. dicebat enim dom. Honofrius, quòd teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, tunc eſt nullum, quando eſt fauor præteriti quod ſit nullum, ſed ſecus ſi eſſet eius odiũ per d. §. ſi prius. modo in propoſito teſtamentum, in quo filia eſt præterita, non debet dici nullum, quia ſi nullum eſſet, res eſſet in cauſa inteſtati, & ſic filia eſſet excluſa per ſtatutum, quare ne contingat odium filiæ, dicendum eſt teſtamentum valere ipſo iure, & eſſe locum bonorum poſſeſſioni contratab. per d. §. ſi prius, niſi dicas, quod ille tex. hoc probat, cum habeat multiplices intellectus, de quibus in d. l. ſi filius. vbi Imol. reprobat hunc intellectum dom. Honofr. & ſic ille text. non obſtabit prædictæ opin. confirmatæ rationibus, de quibus ſupra. Ex quibus apparet ſolutio ad argumenta cõtraria, & ad vltimum argumentum aliter dic, quod eo ipſo quod ſtatuentes diſpoſuerunt filiam dotatam excludi debere, &c. intelligitur hoc ſtatutum voluiſſe derogare iuri cõmuni tam ciuili quàm prætorio, vt ab inteſtato filia nihil habere debeat, ſecundum Baldum, in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. † Aduerte tamen, quia 377
hæc opin. contra Aug. ſatis clare procedit, quando ille, cuius fauore ſtatutum excludit filiam, eſſet inſtitutus in teſtamento, in quo filia eſt præterita. Sed quid ſi ille, puta maſculus, eſſet excluſus, & alius inſtitutus puta extraneus, & filia præterita, an hoc caſu teſtamentum ſit nullum, vel ſaltem poſſit contratabulari? Variæ reperiuntur opin. Quidam enim dicunt, teſtamentum tunc eſſe nullum, per rationem ſupra deductam, poſito quod ipſa nullitas non proſit filiæ, ſed ei qui ab inteſtato illam excludebat. Nec hoc mirum eſt, quia ſimile alibi contingit in d. l. ſi filius. qui in poteſtate, vbi ſecundum teſtamentum, in quo filius eſt præteritus, eſt nullum, & tamen hoc non prodeſt ipſi filio, ſed inſtituto in primo teſtamento, in quo ipſe filius erat exhæredatus. Sed contra hanc opinionem facit text. in d. §. ſi prius. qui vult, quod teſtamentum valeat, quia intereſt ſua valere, ad hoc vt tollat primum, & ipſe poſſit contratabul. ſecundum, vel etiam aliter ſi in primo fuit exhæredatus, ſecundum, in quo fuit præteritus, eſt nullum, quia intereſt ſua, vt ſi inſtituti in primo non habeant hæreditatem, ad ipſum deuoluatur hæreditas ab inteſtato: quod non eſſet, ſi valeret, & hæc ratio & dictum probatur in l. ſi poſthumus à primo. in princip. ff. de liber. & poſthum. ſed in caſu noſtro non poteſt filiæ intereſſe ratione ſucceſſionis ab inteſtato, cùm ab illa ſit excluſa per ſtatutum, ad quam alius venit. Ideo hæc opinio non videtur bona, per l. ſi poſt mortem. §. ſi liberi. ff. de bon. poſſeſ. contratab. Nec obſt. text. d. §. ſi quis. vbi teſtamentum rumpitur ad inſtantiam eius, cuius non intereſt: quia ibi fit ruptura per ſententiam iudicis, non ipſo iure per præteritionem, ſecundum gloſſ. not. in l. antiqui. ff. ſi pars hæreditatis petatur. in verbo, immò. & pro hac parte, quod teſtamentum non ſit nullum ipſo iure, facit, quia præteritio, quæ non eſt odioſa filio, non reddit teſtamentum nullum, vt not. in l. cum ex filio ff. de vulg. & pupil. & in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & poſthum. ſed iſta præteritio filiæ non eſt iniurioſa, cum nihil auferat de eo, quod eſſet habitura ab inteſtato, cum ei nihil debeatur vetante ſtatuto, igitur, &c. Item quia præteritus rumpit teſtamentum, vt ſibi faciat locum, l. nam & ſi ſub conditione. ff. de iniuſto rupt. irritoq. teſtamento. quem locum ſibi hæc filia non faceret, ſed alij, ergo, &c. Præterea talis extraneus inſtitutus in teſtamento ſuccedit in locum maſculi, qui filiam excluſiſſet ab inteſtato, §. in omnibus. in Auth. de hæredibus & falcidia. vbi gloſſ. & in Auth. hoc amplius. C. de fideicom. in verbo, nullo modo. circa medium. ſicut ergo ille excluderet filiam à rumpendo, ſecundum opin. Bartol. ſupra relatam, ita & iſte inſtitutus, qui ſuccedit in locum maſculi, excludetur, vt idem iudicetur de ſubſtituto, arg. l. filia. §. Titia. ff. de condit. & demonſt. facit c. eccleſia. vt lite pendente. & infra dicam. Quare alia ſecunda videtur fuiſſe opin. Ang. in d. §. & quid ſi tantum. ſcilicet, quod teſtamentum non ſit nullum præciſè, ſed ita demum ſi filia præterita velit dicere nullum, & ſic ſtabit in pendenti, vt alibi inquit gloſ. notabilis in l. is qui. ff. de lega. 1. & in filio præterito ff. de iniuſto, rupt. quæ gloſſ. licet communiter per Doct. non approbentur, dicentes, quod imò teſtamentum eſt ſtatim nullum, in quo filius in poteſtate præteritus eſt, l. 1. ff. de iniuſto rupt. non expectata aliter declaratione filij: quod patet, quia ſtatim aliis filiis non præteritis eſt aperta via inteſtati, l. 1. ff. ſi tabula teſtam. nulla extabunt. tamen ſecundum Paul. de Caſt. in conſil. 345. incipiente, Super puncto. illæ gl. hoc caſu procedant, & ſic validitas teſtamenti pendebit ex volũtate & approbatione filiæ, & magnus reſultat effectus, quia ipſa fuit præterita, poterit gratificari cui voluerit, ſcilicet, vel extraneo inſtituto in teſtamento, vel venientibus ab

inteſta-

inteſtato, & ſic habebit beneficium venale, vt eſt alibi *in l. ſi-*
lium.§.erit.ff.de bon. poſſ.contra tab. quod non poſſet, ſcilicet, gra-
tificari, ſi teſtamẽtum ſimpliciter eſſet nullum; quia cum tunc
iam eſſet ius aliis quęſitum, & aperta via inteſtati, filia per ſuam
approbationem illud auferre non poſſet, *l.ſi poſt mortem.§.fin.ff.*
de bon.poſſeſ.contra tab.& in l.fin.ff.de liber.& poſthum. licet Bartol.
videatur dicere contrarium *in d. l. filio præterito, in penult. colum.*
reprehendendo Iacob. de Belui. qui tenebat, quod modo dixi
ſaltem hodie per text. *in §.ſiue igitur, in Authen. vt cum de appellat.*
cogno. vbi lex vltra procedit aſſignando bona aliis filiis ab inte-
ſtato: nàm dicit Bartol. illam aſſignationem intelligi factam,
niſi filius approbauerit teſtamentum *per d.l. filio præterito.& le-*
gem, nam & poſteriores. ff. de legibus. quod videtur bene dictum
quantum ad hoc, vt auferat fratribus ſcriptis ius ſuccedendi
ab inteſtato, ſi ipſorum intereſt ab inteſtato venire, puta quia
forte maiores portiones hæreditatis ſunt habituri, vt etiam fi-
liis exhæredatis, *d.l.fin.& d.l.ſi poſt mortem.§.fin.* & ſic illud erit
verum etiam iure veteri, ſed bene poſſet approbare in præiudi-
cium fratris inſtituti quantum ad hoc, vt teneatur ad legata in
teſtamento relicta, quia cum poſſit habere ex teſtamento, ſi
velit habere ab inteſtato, ad legata tenetur per titulum, ſi quis
378 omiſſa cauſa teſtamenti. † Sed iſta opinio Angel. non videtur
bona, quia validitas vel inualiditas teſtamenti non poteſt pen-
dere, ſed vel ſtatim nullum eſt, vel aliquod, *l. fin. ff. communia*
prædiorum. & ſi eſt, non poterit filia gratificari, vt dicit Ang. nec
vendere hoc beneficium. Nam ſi dicimus teſtamentum nul-
lum, aperta erit via aliis maſculis ſuccedentibus ab inteſtato,
etiam filia tacente, quam poſtea filia approbando non poterit
illis auferre per iura præallegata. Similiter ſi dicimus teſtamen-
tum validum, non poterit ex poſt facto rumpi ratione præteri-
tionis, quia in hoc inſpicitur initium, *l. ſi quis filio. in princ. ff. de in-*
iuſto, rupt. Nec obſt. *d.l.filium.ff de bon.poſſ contra tab.* quia ibi cer-
tum erit teſtamentum valere, & inſtitutum poſſe adire, & ſic
eſſe in eius voluntate vel poteſtate adire vel non: vnde bene
poterit gratificare, vel filio exhæredato non adeundo, vel præ-
terito adeundo. Sed hic non eſt certum validitatem vel inuali-
ditatem teſtamenti pendere ex arbitrio filiæ prætentæ: imò eſt
certum de contrario, ſcilicet, quod non pendet ex eius volun-
tate, ſed ſtatim eſt nullum, in ibus prædictis: & ſic non habet
de quo gratificetur alicui. Quare alia eſt opinio, quod imò te-
ſtamentum ſit nullum vel ſaltem poſſit contra tab. quam te-
nuit Imol. ex mente Angel. *in d.§.& quid ſi tantum.* & Ludonic.
379 *in l. vt liberis. C. de collat.* mouentur, quia † paria ſunt, filios ma-
ſculos non extare, vel extare & non ſuccedere, *l. ſi ex modica. §.*
ſi filius. ff. de inoffic. teſtam. §.ſed noſtra. Inſtit. de liber. ſucceſ.

Secundo, quia hoc caſu ceſſat ratio ſtatuti, quæ fuit, velle
fauere maſculis, vt dixi *ſupra in prima principali quæſtione:* & hoc
caſu quando extranei ſunt inſtituti, & filia erat emancipata
præterita cum cauſa, debet poſſe contra tab. quia per iſtud re-
medium res non in totum deducitur ad cauſam inteſtati, vt ſu-
pra dixi, & eſt caſus *in d.l. filiæ dotem. C. de coll. & ibi, ab inteſtato, vel*
380 *contra tab.* Hinc † dicit gloſſ. not. *in l. pater filium. ff. de inoffic. te-*
ſtam. & Imol. *in l. ſi filius qui patri. ff. de vulga. & pupil.* quod reme-
dium contra tab. eſt aduocatorum, non autem ſimpliciter a-
petit viam ſucceſſionis ab inteſtato, ideo non tollet hoc reme-
dium ſibi competens iure communi: & idem eſt ſi filia eſſet in
poteſtate patris, quia tunc eius etiam intereſt contratabulare
teſtamentum, vt habeat beneficium venale. Sed iſta opinio li-
cet ſit colorata, non tamen videtur tenenda per rationes ſupra
allegatas: & *ad §. ſed noſtra.* dic, vt ſtatim infra dicam, ad ratio-
nem ſtatuti dicas quod imò non ceſſat, ſed habet locum ratio
ſtatuti, ex quo ille extraneus inſtitutus ſuccedit in locum ma-
ſculi, & actus inſtitutionis illius fuit vnus & idem cum actu ex-
cluſionis maſculi, vt ſtatim dicam. Quarta eſt opinio, quod
immò teſtamentum valeat etiam iſto caſu, quo eſſet inſtitutus
extraneus, & ſic alius, quàm ille, qui fuiſſet filiam excluſurus,
quam tenuit Bart. *in l. 1. §. ſi pater. ff. de coniungen. cum emancipato*
libe. in verſic. ex hoc concludo, vbi ſubtiliter tractat hunc paſſum,
quando fœmina ab inteſtato excluditur ſtantibus maſculis, ſeu
extante maſculo, & maſculus excludatur à ſucceſſione facto,
& voluntate teſtatoris inſtituentis alium, quàm illum maſcu-
lum, an tunc filia excludatur à rumpendo per ius dicendi nul-
lum, vel contra tab. Et diſtinguit ipſe, quod aut actus excluſio-
nis iſtius & actus tranſlationis in alium eſt vnus & idem, puta
381 † quia inſtitutio facta de extraneo eſt excluſio maſculi, & tunc

filia excluditur à rumpẽdo, *per l. 1. § fin. ff. de agnoſcendis libe.* quo-
niam ille inſtitutus ingreditur locum illius, qui filiam excluſiſ-
ſet, ergo & ipſe illam excludet, vt ſupra dixi, facit *l. æquiſſimum.*
ff. ad Tertull. Aut actus excluſionis maſculi, & actus tranſlatio-
nis in alium ſunt diuerſi, vt ſi maſculus eſſet de ſuis vel deſcen-
dentibus, in quo fuit neceſſaria exhæredatio, quæ eſt diuerſa
ab inſtitutione, per quam inſtitutionem fit tranſlatio in alium,
& tunc aut filia vult venire per ius dicẽdi nullum; vel per con-
tra tab. tanquam præterita, & ſimiliter non poteſt, quia illud
ius oriri debet à principio, vt ſupra dixi. Aut vult venire per
querelam; & tunc poteſt, quia illa oritur poſt aditam hæredi-
tatem, iſta eſt notabilis doctrina Bart. quam tãquam tutiorem
& melius fundatam ſequitur Paul. de Caſt. *in d. conſil. 345. incip.*
Super puncto. † Nec obſt. *d. §. ſed noſtra.* vbi præteritus à matre vel 382
auo matris, vel à patre milite habetur pro exhæredato, & pa-
truum non impedit, & tamen ibi fuit vnus & idem actus, &c.
quia dicit Bart. *in d. § ſi pater.* quòd licet ibi inſpecta figura ver-
borum ſit vnus & idem actus, tamen ſecundum veritatem lex
fingit exhæredationem præcedere: quod patet, quia illa præte-
ritio habet vim exhæredationis, & ſic non manet in meris fini-
bus præteritionis, & ita credo tenendum, tamen cogita.

Decimoſexto quæro, † ſtatutum diſponit, quod filia dotata 383
non ſuccedat patri, donec vel quouſq; quamdiu ſuperuixerit
maſculus: contingit, quod pater filium maſculum inſtituit, &
filiam quam dotauerat præteriit, mortuo patre, filius maſcu-
lus deceſſit ſine liberis, filia præterita vult dicere teſtamentum
nullum, an poterit? Variant Doct. Nam primo loco Rayner.
de Forliuio, & Collegium Senenſe tenent, quod dicta filia ni-
hil poſſit petere, vel nullum dicere teſtamentum. Primò mo-
uentur, quia tempore mortis patris & aditæ hæreditatis filia
inuenit ſe excluſam per maſculum: ideo nunquam poterit di-
cere teſtamentum nullum nec de iure ciuili nec prætorio, quia
inuenit hæreditatem iam aliis applicatam, *argum. l. in quibus. C.*
de ſecundis nupt. niſi enim nullitas ſit tempore mortis, teſtamen-
tum inexpugnabiliter confirmatur, *l. ſi quis filio. ff. de iniuſto, rup.*
& patet in tota *l. Gallus. ff. de lib. & poſthum.* vbi non conſideratur
niſi aliquis præcedat tempore mortis teſtatoris.

Secundò facit *l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. de lib. & poſthum.*
vbi poſtquam filius excludit nepotem, & ſic eius filium iuxta
teſtamentum aui, in quo nepos erat exhæredatus, licèt poſtea
filius ſit ſublatus de medio, nepos tamen non poteſt rumpere.

Tertiò talis filia libere poteſt præteriri, ergo cùm eius præ-
teritio non ſit iniurioſa, non rumpit teſtamentum.

Quartò, quia aliàs ſequeretur; quòd quis decederet pro
parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus, *contra l. ius no-*
ſtrum. ff. de reg. iur. ſi diceremus, quòd quamdiu viuat maſculus
valeat teſtamentum, ſed illo mortuo filia præterita rumpat.

Quintò, † ex teſtamento, quod ſperatur aliqua via rumpi, 384
non poteſt adiri hæreditas, *l. penult. ff. de iniuſto rup. l. ſi filium, hæres.*
ff de liber. & poſthum. ſed ſi diceremus tale teſtamentum poſſe
rumpi per filiam, nunquàm poſſet adiri hæreditas per eum, er-
go, &c.

Sextò, licet ſtatutum dicat, quamdiu maſculus ſuperſit, &c.
quia cum maſculus moriendo tranſmittit hæreditatem etiam
ignorans ad filium vel hæredem ſuum virtute ſuitatis, *l. ſi quis*
filius. ff de acquir. hæred. ergo facta tranſmiſſione debet dici ex-
tare maſculus, *arg. l. ſi pater. ff. de lib. & poſthum.*

† Septimo, licet ſtatutum dicat, quamdiu viuet, &c. tamen 385
illo mortuo filia non debet audiri, quia cum argumentum à
contrario ſit improprium, *vt l. apud antiquos. C. de furtis. notatur*
in lege qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. non debet habere lo-
cum in ſtatutis, vt tenet Bart. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure.* &
Doctor. *in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdi-*
ctio. & Ludonic. *in conſil. 11. incip. In propoſita quæſtione. & in conſil.*
392. quod incipit, Circa primam. & in conſil. 399. incipiente, Vt præ-
ſens conſultatio.

Octauò, ratio huius ſtatuti eſt conſeruatio agnationis, vt di-
xi *in prima principali quæſtione:* quæ ratio etiam habet locum
mortuo maſculo: ergo & ſtatutum habebit locum. Et ad præ-
cedens argumentum facit ſingulare verbum Bald. *in l. 2. C. de*
condit. inſer. vbi dicit, quòd nunquam in diſpoſitione priuati-
ua debet ſumi argumentum à contrario; ex quo dicit, quòd ſi
pater exhæredat filium, niſi in patriam redierit, non intelligi-
tur inſtitutus ſi in patriam redeat, quia in diſpoſitione priuati-
ua, &c. quod etiam ſequitur Petr. de Anchar. *in repetitione cap.*
canonum.

canonum ſtatuta.extra de conſtit. in vltima char. & Paul.de Caſt. *in conſil.* 104. *quod incipit, Conſiderandum eſt.* modo ſic, ſtatutum prædictum excludens fœminam quamdiu ſuperuiuit maſculus, eſt diſpoſitio priuatiua, ergo in ipſa argum. à contrario non debet habere locum.

¶ Et hanc partem ſequitur Rapha. Cuma. *in d.l.ſi quis poſthumos.* §. *ſi quis filium.* dicens collegium Paduanum ſic conſuluiſſe, vt refert Ang. *in l.ei qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtit.*

¶ Secunda eſt opin. Bart. *in d.l.fin.ff.ad Trebel. & in ſuo conſil.* 11. *quod incipit, In nomine Domini, proponitur quod pater habens filium & filiam. & in conſil.* 44. *quod incipit, In Dei nomine amen, ſuper prædictis occurrunt dubia.* Bald. & Ang. *in d.l.Gallus.in* §. *& quid ſi tantum.* Bald. & Imol. *in d.l.ſi quis poſthumos.* §. *filium.* Angel. & Imol. *in d.l.ei qui ſoluendo.ff.de hæred.inſtitu.* vbi dicit, quòd ita conſuluit collegium Bononienſe. Bald. *in l.cum vxori. C.quando dies le.ce. & in l.in quibus. & in Authen.ſed & ſi quis, in 7.colum.C.de ſecun.nupt.* Bald. & Salic. *in l.ſi auus.C.de libe.præte.* tenentium contrarium, ſcilicet, quòd imò mortuo fratre iſta filia conſequatur dimidiam hæreditatis, quam ab inteſtato habitura fuiſſet. Et primo hoc operantur verba ſtatuti *ibi, quamdiu vixerit maſculus. arg.l.pater Seuerinam.* §. *fin.ff.de condit.& demonſtr. & l.penult.cum ibi not.C.de legatis.& l.Titius.ver.quo ad hoc.ff.de exitu.tuto.cum ſimil.*

386 ¶ Secundo facit, quia † prohibitus vſque ad tempus, videtur poſt tempus permiſſus, *l.Imperator.ff.de poſtulando.notatur in cap.penult.de conſtit.*

¶ Tertio, quia poſtquam filius maſculus deſinit eſſe, filia dicitur redire iure quodam poſtliminij, vt oſtendat teſtamentum fuiſſe retro nullum, *l. Gallus.* §. *ſi eius.ff.de liber.& poſthum.* & ſic ipſa filia ſuccedet in dimidia, ſicut ſucceſſiſſet cum maſculo, ſi ſtatutum non fuiſſet.

¶ Quarto facit ſimile, quod dicitur de filio præterito, qui non poteſt dicere teſtamentum nullum, quouſq; viuit, ſed poſtea retro rumpit, *vt inf.dicam,* & not. *in l.ventre.ff.de acquir.hære.*

387 ¶ Quinto idem videmus de † filio capto ab hoſtibus, quia ſi eſt apud hoſtes, non poteſt dicere teſtamentum nullum, ſed poſtea reuerſus rumpit, vt not. *in d.l.Gallus.* §. *& quid ſi tantum.*

¶ Sexto hoc videtur quaſi expreſſum *in d.l.æquiſſimum.ibi, expectandi, &c.ff.de bonorum poſſ.ſecundum tabul.* vbi dicit, quòd quamdiu ſupereſt aliquis, qui poteſt venire per contra tabulas, non poteſt venire alius per ſecundum tabulas: ergo quamdiu ſuperuixerit maſculus, non veniet fœmina, ſed illo mortuo ſic, & ſic ſtat communis opinio, quod ante mortem fratris filia non poteſt dicere nullum vel rumpere, ſeu aliter impugnare, quia cum illo viuente non poſſit ſuccedere ab inteſtato, non debet poſſe rumpere, quia is demum rumpit, qui ab inteſtato eſt ſucceſſurus, *l.ſi quis filio exhæredato. in princip.ff. de iniuſto rup. l.1.* §. *filium. & l.illud.ff.de bon.poſſeſſ. contra tabu. & in l.poſthumus.* §. *ſi quis ex his.ff.de inoffic.teſtam.* not. *in d.* §. *& quid ſi tantum.* & etiam ſupra dixi, poſt mortem verò fratris ſtatutum bene permittit illam ſuccedere: patet ex his verbis ſtatuti, quamdiu,
388 &c. & per conſequens poterit tunc impugnare: † ſtatutum enim poteſt facere, quod qui ſemel fuit hæres deſinat eſſe hæres, & quòd alius habeat hæreditatem ex teſtamento certo tempore, & poſtea ſucceſſio redeat ad cauſam inteſtati, *Auth. hoc amplius. C.de fideicom. vbi gloſſ. in l.in ſubſtitutione. cum ibi notatis ff.de vulga.& pupilla.* ſimile probatur in milite, qui ex permiſſu legis poteſt decedere teſtatus vſque ad tempus, & poſtea inteſtatus, *l.miles ita.in princ.ff.de teſta.milit.* facit quod not. Bald.
389 *in d.l.cunctos populos.in 4.char.C.de ſumma Trin.* vbi † dicit, quod *l.ius noſtrum.ff.de reg.iur.* non habet locum, vbi concurrit auctoritas legis.

¶ Non obſtat primum, quia procedit, niſi excluſio fieret ad tempus limitatum per rationem ſupradictam ſuper communi
390 opin. Limitata † enim cauſa limitatum producit effectum, *l.ne in agris.ff.de acquir.rerum domi.*

¶ Secundo non obſtat, *d.* §. *ſi filium.* vbi primus in gradu excludit perpetuo ſequentem: quia illud procedit de iure communi, ſed nos loquimur de iure ſtatuti, quod ad tempus tantum excludit.

¶ Tertio non obſtat, quòd filia potuerit præteriri, quia fateor illud verum, quouſq; ſuperuixerit maſculus, ſecus ſi poſt eius mortem.

¶ Quarto non obſtat quartum argumentum, quia ſtatutum bene poteſt facere, quòd quis decedat pro parte temporis teſtatus, &c. per ſupradicta, & eodem modo reſpondeo ad quintum & ſextum argumentum. Non obſtat ſeptimum, quia fateor, quòd argumentum à contrario in ſtatutis non debet imponi ad correctionem iuris communis vel alterius ſtatuti, quia iſte eſt ſenſus improprius, qui non cadit in ſtatutis, &c. ſed in caſu noſtro ex tali ſumpto argumento à contrario non corrigitur ius commune, imò ad illud obſeruandum iura interpretari debent impropriè, & abuſiue, vt eſt text. notabilis ſecundum D.Card. ibi, & Imol. per tranſportationem *in cap.audiſam quæ de reſcript.c.ad noſtram.de iureiur.c.dilecto, de verb.ſignif.* facit *l.2.C.de noxali.* & eſt gloſſ. ſingularis ſecundum Ludouic. *ibi in Auth.ex teſtamento.C.de colla.* ergo vt illud ſtatutum exorbitans à iure reducatur ad conſonantiam iur. quod pariter vocat maſculos & fœminas, *vt l.maximum vitium. C. de lib.præte.* non erit incongruum ſumere argumentum à contrario, quod diligenter not. Non obſt. etiam vltimum argumentum, quia reſpondeo illud procedere, vbi ſtatutum ſimpliciter loqueretur, non autem quando limitatè ad tempus, per ſupradicta.

¶ Decimoſeptimo † quæro, retentis terminis prædictæ quæ- 391
ſtionis, an viuente fratre maſculo interim teſtamentum efficaciter valeat, ita vt ex illo poſſit adiri hæreditas? Bart. *in l.fin.ff.ad Tertullianum. & in d.conſil.* 11. tenet, quod non, mouetur primo vt dixi in proxima quæſt. quia certum eſt, quod poſt mortem fratris filia poteſt impugnare teſtamentum: ergo neceſſarium eſt dicere, quod teſtamentum fuerit nullum à principio & retro: quod probatur ſic, quia ille præteritus poteſt dicere teſtamentum nullum, quia tempore mortis debebat inſtitui, *d.l.ſi quis filio exhæredato. & ſupra dixi in proxima quæſtione.* Sed ſi diceremus, viuo filio maſculo teſtamentum eſſe aliquod, & non fuiſſe neceſſe inſtitui filiam, ergo ſequeretur quod per filiam teſtamentum non poſſet rumpi: cuius tamen contrarium apparet per ſupradicta, ergo oportet fateri, quod hodie appareat illam tempore mortis debere inſtitui, & ſic teſtamentum retro fuiſſe nullum.

Secundo adducit ſimile, quod not. gloſſ. *in d.* §. *& quid ſi tan-*
tum. vbi † filius deportatus poſt mortem patris reſtituitur, non 392
tamen dicit teſtamentum nullum, niſi reſtituatur vt ex retro, vt ibi dicit gloſſ. *in fin.* ſic in propoſito, aut iſta filia dotata poſt mortem fratris incipit eſſe habilis ad ſuccedendum ex cauſa, quia retro non tenuit teſtamentum, & tunc conſtat teſtamentum retro fuiſſe nullum; aut quia retro tenuit teſtamentum, & tunc idem, quia ex teſtamento, quod ſperatur rumpi ex cauſa præteritionis, non poteſt adiri, *l.ſuum quoque.ver.& ideo.ff.de hære.inſtit. l.1.* § *expectandi.ff.de bonor.poſſeſ.ſecundum tabul.* ſed iſtud teſtamentum eſt huiuſmodi, ergo concluditur quod fuit nullum retro ſaltem ex eo, quod ex dicto teſtamento non fuit adita hæreditas, nec ſuus hæres extitit. ¶ Tertio ſimile videmus in filio præterito, qui quouſque eſt apud hoſtes, non poteſt dicere nullum, tamen poſtea reuerſus rumpit vt ex retro, vt not. *in d.* §. *& quid ſi tantum.* ¶ Quarto in terminis hoc eſt quaſi expreſſum *in d. l.æquiſſimum.ff. de bon.poſſeſ.ſecundum tabul.* vbi dicitur, quod quamdiu ſupereſt aliquis, qui poſſit venire per contra tab. ſi iſte eſt excluſus morte vel alio modo, certe tunc inſtituti in teſtamento venient per ſecundum tab. ſic erit in caſu noſtro, quia ſtatutum diſponit, quod quamdiu ſuperuiuit maſculus, non veniet fœmina: modo pone, quod illi qui poſſunt venire per contra tab. ſunt excluſi morte vel alio modo: certe tūc inſtituti veniunt per ſecundū tabulas, non quod ex tunc confirmetur teſtamentum, ſed tanquam retro valuerit teſtamentum, licet eo tempore, id eſt, retro venire non potuerit. Ita ergo erit, quod iſte debeat expreſsè venire, quaſi ex retro teſtamentum fuerit nullum, non quaſi hodie annulletur, quod etiam ſignificatio illorum verborum, quamdiu, &c. importat, vt ibi habetur. ¶ Contrariam tamen ſententiam tenuit Bald. *in l. ſi auus.C.de lib.præte.* dicens, Franciſ. Tigri. de Piſis & collegium Florentinum ſic conſuluiſſe, primo, quia ſtatutum poteſt facere filium eſſe hæredem vſq; ad tempus, & poſtea deſinere eſſe hæredem ipſo iure, *Auth.hoc amplius.C.de fideicom.* not. *in l.in ſubſtitutione.ff.de vulg.& pup.* facit *Inſtit.de eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.* §. *fin.* ¶ Secundo, ſtatutum poteſt facere, quod filius dum viueret ſit patri hæres ex teſtamento, & poſtea deſinat eſſe hæres & extinguatur cauſa teſtati, & filia ſuccedat patri in
portione ſibi debita ab inteſtato, ſic dicitur in † milite, qui per- 393
miſſione legis poteſt teſtatus decedere vſq; ad tempus, & poſtea inteſtatus, *l.miles ita, in princ.ff.de teſtam.milit.* cum ergo prædictum

dictum ſtatutum prohibeat filiam ſuccedere vſq; ad tempus vitæ fratris, videtur permittere, quod poſt tẽpus ſuccedat, d. l. Imperator, de poſtulando. & per conſequens rumpat, l. illud. §. 1. ff. de bonor. poſſ. ff. contra tab. & ſic filius dum viuet erit hæres ex teſtamẽto, poſtea verò filia ſuccedet ab inteſtato, quoniam ſtatutum ſolum infringit regulam iuris communis, l. maximum vitium, C. de liber. præter. excludendo filiam ad tempus vitæ fratris; poſtea reintegrando illam ad ſucceſſionem, argum. l. ſtatuliberi, §. Stichum, de legat. 2. & ideo frater maſculus interim verè erit hæres in ſolidum ex teſtamento, & non filia, ſed mortuo ipſo fratre redit res ad cauſam inteſtati ex defectu præteritionis filiæ, & ſic cauſa finalis, quæ medio tempore filiæ præſtabat obſtaculum, deficit per mortem maſculi, ita quod fœmina poteſt ſuccedere ſine obſtaculo vt ex nunc, id eſt poſt reuocationem finalis obſtaculi. & & ad rationes Bart. reſpondet Bald. vbi ſuprà, quod procedunt, vbi eſſemus in terminis iuris cõmunis, ſed nos loquimur in caſu prouiſo à ſtatuto, cuius mens eſt, quam ſuprà dixi, & cum iſta opinione Baldi contra Bart. tranſit Salic. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi auus. quam etiam ſententiam ſecutus eſt ipſe Bald. in d. l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam. & in c. 1. §. 1. epiſcopum vel Abbatem, in vſibus feud. Angel. in §. ſi quis autem, in Auth. de hæred. & falc. Paul. de Caſt. in l. ſi quis poſthumos, §. ſi filiam, ff. de liber. & poſthum.

Aduerte tamen, quod licet cõmunis opinio videatur cõtra Bart. Modernus tamen Imol. in d. l. ſi auus. ſuſtinendo opin. Bart. dicit, non eſſe reſponſum ſuæ rationi, quam adducit ipſe Bart. in l. fin. ff. ad Tertul. in fin. col. Nam licet opinio Bart. non procederet, vbi ſtatutum diſponeret contrarium, per rationes ſuprà adductas per Bart. tamen in quæſtione noſtra negat Bart. ſtatutum diſponere contrarium, quia diceretur diſpoſitum contrarium, quando ſtatutum diſponeret circa teſtamentum, vt puta ſi diceret, quod filia dotata non poſſit rumpere teſtamentum, quouſque vixerit maſculus: & hoc caſu procederet opinio Baldi & ſequacium, per d. l. miles ita. ſecùs eſt quando ſtatutum non diſponit circa teſtamentum, ſed ſolùm circa perſonam filiæ, ſcilicet quod non ſuccedat quouſque extat maſculus. Tunc enim quia poſſibile eſt, quòd filia præterita in teſtamento aliquo caſu & tempore, ſcilicet poſt mortem maſculi poterit ſuccedere, & ſic rumpere teſtamentum, ideo interim teſtamentũ debet eſſe in pendenti, & ſic ex eo nõ debet poſſe adiri hęreditas, & per cõſequẽs rumpetur, vt ex retro, ſicut in ſimili dictum eſt, quando poſthumus vel filius exiſtens apud hoſtes eſt præteritus, l. pen. ff. de libe. & poſthum. & d. l. ventre. Et pondera diligẽter hanc rationem Bart. quia nullus ex tenentibus cum Bald. ad illam aduertit, & ſuſtentabilis eſt opinio Bart. cogita tamen propter auctoritates aliorum.
394 ¶ Circa prædicta ſucceſſiuè quæritur, † an ſi filia fœmina præterita viuo fratre inſtituto moriatur, tranſmittat ius ſuccedendi ad hæredes, ſi poſtea decedat maſculus, ſtãte ſtatuto de quo ſuprà? Bart. not. in l. fin. ff. ad Tertul. concludit, quòd ſi iſti hæredes filiæ vellent venire ex perſona eorum matris, & ſic iure tranſmiſſionis, non poſſunt, quia cùm hæreditas non eſſet delata matri viuo fratre, non potuit mater tranſmittere etiam ius deliberandi, l. cum antiquioribus, C. de iure delib. Sed ſi vellent venire ex perſona ſua, ſi eſſent nati tempore aui, poſſunt, l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognati. Cum Bart. quo ad primum membrum, ſcilicet quod iſti hæredes non poſſint venire iure tranſmiſſionis ex perſona matris, tranſit not. Imol. in d. l. ei qui ſoluẽdo. pro quibus facit, quia tale ius dicendi nullum viuente fratre interim eſt conditionale, vel in diem incertum, ergo non tranſmittitur, l. hæres meus, & l.
395 quibus diebus §. quidam Titio. ff. de condic. & demonſtr. ¶ Præterea, vt ſuprà dixit Baldus & ſequentes, † iſte filius interim efficaciter eſt hæres, ergo filia non habet ius deliberandi & adeundi, & ſic nihil tranſmittit, quoniam oportet illum, qui tranſmittit, habere vel ius deliberandi, vel ius adeundi, l. ſuus, C. de repudian. hæred. nam qui nihil habet, nihil tranſmittit, d. l. cùm antiquioribus, cum vulgaribus facit c. quod autem, de iure patronat. Contrariam tamen ſententiam tenet Baldus in d. l. ſi auus. quia ſi tenemus opinionem Bart. de qua ſuprà, quod teſtamentum fiet retro nullum, tunc ſine dubio tranſmittit, quia caſus legis eſt quod ius tranſmittitur, licet deceſſerit antequam de nullitate potuerit agere, l. ſi poſthumus, ff. de liber. & poſthumis. ſed ſi tenemus quòd interim teſtamentum valeat cum effectu, tunc non fiat tranſmiſſio iuris dicendi nullum, ſicut non fit quando poſthumus præteritus deceſſit viuo teſtatore, quia tale ius adhuc non eſt in potentia effectuali ad aliquid. tu aduerte ſecundùm Modernum Imol. in dicta l. ſi auus. quia d. l. ſi poſthumus. non obſtat contra Bartolum, quia ibi non dicitur, quod filius decedens antequam inſtitutus in primo gradu repudiat, tranſmiſerit ad ſuos hæredes ius dicendi nullum gradum ſubſtitutionis, à quo ipſe erat præteritus, imò in illo caſu non ſuccedunt hæredes filij iure tranſmiſſionis, ſed ſuccedunt ab inteſtato iure proprio, quia erant proximiores teſtatori tempore, quo teſtamentum deſtituitur, id eſt, tempore quo inſtitutus hæres in primo gradu repudiauit, vt eſt textus in l. ſi quis poſthumos, §. filium, ff. de liber. & poſthum. Item quo ad ſecundum membrum Bartoli dum dicit, quod hæredes filiæ præteritæ ex eorum perſona poſſunt venire: aduertendum eſt, quod Baldus in dicta l. ſi auus, & Imol. in dicta l. ei qui ſoluendo. reprehendunt Bartolum, quia cùm tempore mortis aui; iſtos filios filiæ præteritæ præcederent filius maſculus & filia ipſa præterita teſtatoris, non poſſunt filij filiæ præteritæ rumpere teſtamentum, l. ſi quis filio exhæredato, ſupra allegata. & d. §. ſi filium. vnde cùm tempore mortis filiæ præteritæ adhuc extaret frater maſculus, non eſt perſona quæ poſſit rumpere, & in hoc cum Baldo & Imola ſtat modernus Imol. in dicta l. ſi auus. ¶ Quæro iuxta prædicta, pone, † pater habens filiam dotatam, illam præ- 396
terit, & maſculum inſtituit, adiecta clauſula codicillari in teſtamento, ſi non valet via teſtamenti, valet omni via, modo, &c. Contingit quod filius inſtitutus deceſſit ſuperſtite filia præterita, quæ dicit teſtamentum nullum, an virtute clauſulæ codicillaris, per quam veniens ab inteſtato debet reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, l. ſi quis cùm nullum, ff. de iure codicillorum, l. ex ea, ff. de teſtament. nota in Authent. ex cauſa, C. de liber. præter. per Bart. in l. 1. ff. de iure codicillorum. dicatur filia grauata reſtituere hæreditatem hæredibus filij maſculi præmortui. Bartolus qui hanc quæſtionem habuit de facto in d. l. fin. ff. ad Tertullia. tenet, quod ſi tenemus dictum teſtamentum viuo filio valuiſſe, ſed poſt eius mortem annullari conſtet, quod illa clauſula, ſi non valet, &c. habuerit effectum poſt mortem filij maſculi, & ſic eo viuo non ceſſit dies fideicommiſſi, ergo eius hæredibus non debetur, ſed remanet penès filiam grauatam, l. vnica, §. ne autem, C. de caduc. tollend. l. ſi in perſonam, C. de fideicommiß. ſed ſi tenemus teſtamentum retro fuiſſe nullum, vt tenet Bartolus, & ſuprà dixi, tunc quia retro cedit etiam dies fideicommiſſi, filia hæredibus filij maſculi tenebitur reſtituere. & idem tenuit Bartolus in dicto conſil. 44. incipiente, Super prædictis. dicens, quòd ſi iſta filia ſit grauata reſtituere, detrahet ſuam legitimam, in qua computabitur dos ei data, & legata ſibi facta, l. quoniam nouella, C. de inofficioſo teſtament. Trebellianicam verò non detrahet, quia cùm eo tempore teſtamentum ſit nullum, & ſtatim cogatur reſtituere, & non ſub conditione, vel in diem incertum, non poſſunt detrahi duæ quartę, quia communis eſt opinio, quòd tunc demum † fi- 397
lius grauatus detrahit duas quartas, quando grauatur ſub conditione, vt not. gloſ. in l. quamquam, C. ad legem Falcid. & notatur in l. Papinianus. §. ſed nec impuberes. & §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtament. & in Authent. de hæred. & Falcid. §. ſi quis autem non implens. & ſic loquitur c. Raynutius. & c. Raynaldus, ſuprà de teſtament. & inquit Bart. in dicto conſil. ¶ Tu adde, quod eandem communem diſtinctionem tenent Bart. Bald. & Angel. in d. §. meminiſſe. dicentes, quod communis conſuetudo mundi ſic ſeruat: idem tenet gloſ. & Angel. in l. 1. §. interdum, ff. ſi cui plus quam per legem Falcid. & not. per Bart. in l. filium quem habentem, C. famil. erciſcun. & in l. iubemus, C. ad Trebellian. & in d. l. quoniam nouella, & in l. ſancimus, in princ. in quinto notab. C. de inoffic. teſtament. & in l. ſi arrogator, in ſeptima opinione. ff. de adoptio. Angel. & Imol. in l. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulgar. & pupillar. Angel. in l. 1. in princ. & in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. Hoſtienſ. in ſumma, de teſtament. §. qualiter infirmatur, in fin. & ſequitur Lud. in conſil. 135. incip. Pro deciſione quæſitorum. Baldus tamen & Salic. in dicta l. ſi auus. & Bald. in dicta l. ſi quis filium. & Imol. in dicta l. ei qui ſoluendo. tenent contra Bartolum, quia teſtamentum toto tempore vitæ filij maſculi fuit efficaciter validum, ſecundùm opinionem Baldi, & communem ſuprà relatam: & ideo viuo ipſo filio non fuit verificata conditio clauſulæ codicillaris, ſed fuit verificata poſt eius mortem, quia tunc rumpitur teſtamentum ob præteritionem filiæ & ſuperuenientis: ergo cùm filius deceſſerit, antequam fuerit verificata conditio dictæ clauſulæ, non potuit ipſum fideicommiſſum tanquam conditionale tranſmittere, l. vna. §. ſi autem ſub conditione, C. de caduc. tollend. notat. in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul. Modernus tamen Imol. in dicta l. ſi auus. tacet opin. Bartol. quia verior eſt opinio Baldi, quòd teſtamentum ab initio fuerit nullum etiam viuo filio maſculo, adeo quod ex eo non potuit adiri

hæreditas,vt ſuprà concluſi,& ſic cùm conditio ſit verificata viuo maſculo,quia conſtat ex dicto teſtamento hæreditatem amplius adiri non poſſe, conſequenter quod teſtator deceſſit inteſtatus,*Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.in princ.* & *l.1.ff.de iniuſt.rupt.* ſequitur,quòd filius maſculus præmoriens ius tale fideicom. ad ſuos hæredes tranſmittit.Hęc tamen deciſio dependet à virtute eorum quæ dicta ſunt ſuprà *in 17.quæſt.*&c.

398 Vigeſimò quæro,† ſtante themate prædicti ſtatuti, quod fęmina excludatur, quamdiu ſuperſit maſculus, an filia audiatur petens cautionem à filio de non diſſipando bona & hæreditate reſtituenda ſi caſus euenerit quod decedat ſine filijs? Bart.*in l.final.ff.ad Tertul.*mouet quæſtionem,ſed non decidit,ſed dicit cogita. Tu dicas,quod decidi poteſt ex not.*in l.in omnibus,ff.de iudic.* & *l.dedi,in prin.* & *l.ſi pecuniam, ff.de condict.ob cauſam*, per gloſ. & pulchrè per Bald.*in l.2.verſic.nec cogitur,ff.ſolut.matr.*& gloſ.*in l.ſine apud acta,C.de tranſact.*

399 Vigeſimoprimò & vltimò quæro, † quia ſæpenumerò ſtatuta excludentia fœminas dotatas diſponunt ſic, quòd filia dotata aduerſus fratres vel eorum hæredes regreſſum habere poſſit. Quæro, qui veniant appellatione hæredum? Et ad intelligentiam ſcias, quod hoc nomen hæres, generale eſt, comprehendens omnes ſucceſſores,*l.hæredis appellatione, ff.de verborum ſignificat.* & ſic tam venientes ab inteſtato, quàm ex teſtamento: tam ſuos,quàm legitimos & etiam extraneos, niſi de mente diſponentis eſſet ſolùm deſcendentes comprehendere, vel niſi mentio hæredis fieret in materia ad extraneos non tranſmiſſibili,ſecundùm Panorm.*in c.in quibuſdam,ſuprà de pœn.* per gloſ.ibi notabilem,& Bart.*in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm,ff.de liber.& poſthum.* & Bald.*in c.1.de alienat.feud.in 2.colum.* quinimmò verbum,hæres,comprehendit etiam primum, ſed etiam omnes alios ſucceſſores.*l.hæredis appellatione,ff.de verborum ſignificat.* & ſic tam venientes ab inteſtato,quàm ex teſtamento, de quo *in l.final.C.de hæred.inſtit.* per Bart.*in dicta l.Gallus.§.etiam.facit l.3.ff.de iure immunit.l.ſtipulatio iſta.§.interdum,ff.de verb.obligat.*& pulchrè Bald.*in c.ſi pater,infra de teſtam.eodem libro,& in l.maximum vitium, C.de liber.præter.* Bald.*in l.alimenta,& in l.cùm vnus,ff.de aliment.legat.& in l.in annalibus,C.de legat.* not. Bart.*in l.liberorum, ff.de verb.ſignificat.*per gloſ.*in c.Raynaldus,de teſtament.& in c.2.ſuprà de verb.ſignificat.in fin.*vbi per dom.Ant.& Cardin. Florentinum,immò fortius appellatione hæredis venit fiſcus, ſecundùm Bald.*in d.c.ſi pater,qui alleg.gloſ.in l.ex facto,§.fin.ff.ad Trebel.& in l.3.C.ad legem Iuliam de vi publica.& in l.non intelligatur,§.cùm ex cauſa,ff.de iure fiſci,& in l.nouatio,ff.de nouatio.*ſequitur Petr.de Anchar.*in c.vbi-*
400 *cunque,infra de pœn.eod.lib.*¶ Aduerte tamen, † quia gloſ.notab, *in l.1.C.de bon.liber.*dicit, quòd fiſcus venit veluti hæres extraneus,& not. Lud.*in ſuo conſil.93.incipiente, Viſis quæ ſuperius conſulta.* & Bart.*in l.inter omnes,§.fin.ff.de fideiuſſor.in l.quoties.§.fin.ff.de nouatio.in l.cum fiſco,ff.ad Syllania.*nam propriè fiſcus dicitur poſſeſſor,*l.1.§.an bona,ff.de iure fiſci.* appellatione hæredis tamen non venit ſucceſſor de iure prætorio:gloſ.eſt *in l.hæredes,& in l.hæreditas,C.de verb.ſignific.*ſecundùm Petr.de Anchar.*in d.c.vbicunq;* alleg.Bart.ita velle in eius tractatu de ſubſtitutionibus.Item appellatione hęredis non venit fideicommiſſarius vniuerſalis,qui licet effectualiter ſit hæres,*l.ſi filius,ff.quod cum eo.l.poſtulante,in fine ff.ad Trebellia.*non tamen eſt hæres, ſed ſimilis hæredi, *§.inordinatum,in Authent.de hæredibus & Falcid.colum.1.*ſecundùm Bald.
401 *in d.c.ſi pater.*& Petr.de Anchar.*in d.c.vbicunque.*¶ An † autem monaſterium veniat appellatione hęredis,dic quod ſic.*c.in præſentia,ſupra de probat.not.in Authent.niſi rogati,C.ad Trebel.*¶ Sed an appellatione hæredis veniat ſingularis ſucceſſor, puta legatarius,vel ſimilis? Dicitur quod ſic,*per l.in conuentionalibus,ff.de ver-*
402 *borum obligat.*¶ Contrarium † tamen teneas,quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius,*l.hæreditas.ff.de verborum ſignif.* Ad l.in conuentionalibus,ſecundùm Bald.*in d.c.ſi pater.*dicas ibi ſpeciale eſſe.An autem appellatione hæredis veniat aſcendens? Videtur quod ſic,quia regulariter verbum hæres, ſignificat omnem directò ſuccedentem in vniuerſum ius,quod defunctus habuit, *l.fin.C.de hæredib.inſtit.l.ſub diuerſis.§.1.ff.de condit.& demonſtrat.l.quadam.§.his autem,ff.de edendo.*ſed hoc intellige verum eſſe in contractibus,& in legibus,ſecùs vbi verbum hæres, apponitur in vltima voluntate in ſubſtitutione,quia tunc non ſignificat alios quàm deſcendentes,ſecundùm Specul.*tit.de teſtamentis,§.in primis,ver.fin.*quem ſequitur Bald.*in c.1.de natura alien.feud.* quod
403 eſt benè notãdum. Et iſta † faciunt ad notabilem quæſtionem, ſcilicet an ſi feudum fuerit cõceſſum pro me,& hæredibus meis quibuſcunque,an poſſim extraneo legare, & ſic tranſeat in ſingularem ſucceſſorem? In hac quæſtione reperio Bal.variaſſe; nã *in c.1.§.donare.quib.mod.feud.alie.poſ.*arguit pro & contra,& primò videtur quod ſic, quia legatarius eſt quodammodò hæres,*l.id tempus.§.1.ff.de vſufru.* In contrarium facit,quia videtur quod immò veniat ſucceſſor ab inteſtato,*argum.l.ſi quando,in princ.C.de inoffic.teſtam.*& ideo vxor, quæ ab inteſtato venit, *Auth.præterea, C.vnde vir & vxor.*hoc caſu comprehenderetur appellatione hęredis:quod tamen ſibi non placet,quia eſſet impropriare feudũ in duobus:primò ratione hæredum, qui nõ ſunt agnationis cõ-
muniis.Secundò ratione † fœminæ regulariter prohibitę in feu- 404
dis ſuccedere, quod fieri nõ debet, ne duo ſpecialia ad eundem effectum cauſandum concurrant,*argum.l.1.C.de dot.promiſ.*vnde illa dictio,quibuſcunque,reſtringitur hoc caſu,*l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.not.in l.1.§.nunciatio ff.de oper.noui nunc.& in l.1.ff.ſolut.matr.* & hoc dictum Bald.refert Ludouic.*in d.l.id tempus*, licet dicat ſe ibi hoc non examinare. ¶ Sed ſecundo loco idem Bal.*in l.1.ff.de rer.diuiſ.in 24.quæſt.*tenuit expreſsè contrarium, dicens ꝙ ſi quis acceperit feudum pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunque,quòd illa dictio, quibuſcunque, porrigit feudum ad omnes hæredes etiam extraneos,per text.notab.*in c.1.de feud.non habente propriã naturam.* & ſic cum Bald.ſtat Lud.*in l.etiam,in prin.ff.ſol.matrim.* Quod minus dubium haberet, ſi inueſtitura diceret, pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunque:quia Bald.*in c.1.in prin.verſic.quid ſi commiſſum eſt,de prohib.feud.alien.per Feder.* inquit, quod ſi recipio feudum pro me & ſucceſſoribus quibuſcunque, quod iſta verba non ſolùm comprehendunt tria genera hæredum, ſcilicet voluntariorum, ſuorum & neceſſariorum tantùm, de quibus *Inſtit.de hæred.qualit.& differ.in princ.*ſed etiam continent legatarium,*l.quadam.§.ijs autem.ff.de eden.* quoniam legatarius in re legata quodammodò eſt hæres,*d.l.id tempus.§.1.*pro quo licet non allegat,facit *l.1.§.permittitur.*ibi, qualitercunq; hæredem & ſucceſſorem *ff.de aqua quotid.& æſti.*¶ Secundò facit text. *iuncta gloſ.in verbo,quibuſcunq;,in Clem.1.de iud.* vbi illa verba, quibuſcũque, non ſolùm clericos,ſed & laicos comprehendunt, & ſic alteratur natura actus per iſta verba prægnantia: ſolet ad hoc allegari gloſ.*in verb.omnimodo,in Clem.1.de vit.& honeſt.cler.& in Clem.1.in verb.quæuis,de re iud.in Clem.1.in verb.diœceſanus.de iure patr.in Clem.ne in agro,in verbo,omnes & ſinguli,de ſtat.monac.in Clem.1.de ſent.excom.*not.Bald.*in Auth.ſed cùm teſtator,C.ad leg.Falcid.* Bart.*in l.baliſta,ff.ad Trebel.in l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.in l.decem,ff.de verb.oblig.in l.gracè.§.illud ff.de fideiuſ.in l.rogo ff.de fideicommiſ.liberta.in l.ex facto, ff.ad Trebel.in l.Lucius,ff.de vulg.& pupil.*¶ Tertio † tamen loco ip- 405
ſe Bald.*in l.cùm virum,in fin.colum.C.de fideicom.in ver.ſed pone.* inquit,quòd ſi feudum eſt familiare, & accipio illud pro me & familia mea, an tale feudum veniat in reſtitutione fideicommiſſi? Concludit quod non, niſi fideicommiſſarius eſſet de familia vaſalli,vel in ea,alleg.*l.quia perinde,ff.ad Trebel.* nam licet iura ſepulchrorum, & iura patronatus nullo modo veniant in reſtitutione fideicommiſſi, quia non concernunt corpus hæreditatis, ius tamen tale feudi veniet, in ipſa reſtitutione: & intelligit ibi Bald.feudum dici familiare,ſi accipiatur pro ſe hærede ſuo maſculo:nam ex hac dictione, maſculo, natura feudi ſignificatur: aut eſt feudum hæredatarium, ſcilicet quod quis accipit pro ſe, & hęredibus ſuis quibuſcunque:nam per hanc dictionem,quibuſcunque,feudum extenditur ad omnem hæredem, & tunc veniet in reſtitutione fideicõmiſſi,ſicut cætera bona, alleg.not.*in d.c.1.de feud.non habente propriam naturam.*nam & fideicommiſſarius vniuerſalis hæres eſſe videtur,*l.quærebatur,ff.de teſtam.milit.*Poſtea verò Bald. ibi videtur ab hac opinione recedere, ſub verbo tamen forte,& dicit quod iſta dictio, quibuſcunque, debet referri ad habiles,& ſic ad agnatos, non autem protſus extraneos. Mihi magis placet opinio Baldi *in d.l.1.*cogita tamen. ¶ Quandoque tamen hoc verbum, hæres, ad proximum hæredem refertur.*l.cùm patronus,§.2.ff.de oper.liber.l.qui liberis,§.1.ff.de vulg.& pupil.*¶ Quandoque accipitur pro deſcendentibus maſculis & fœminis,*d.l.ex facto §.fin.*¶ Quandoque pro maſculo tãtùm,*c.1.de natura ſucceſſionis feudi.*not.Bald.*in l.Gallus.§.etiam.ff.de liber.& poſthum.*& Bald.*in l.liberti,C.de oper.liber.*¶ Qualiter autem accipiatur in materia noſtri ſtatuti, ſcilicet an pro deſcen-
dentibus † tantùm, vel pro omnibus hæredibus ſiue ex teſta- 406
mento,ſiue ab inteſtato venientibus, operæpretium eſt intelligere. Et primò videtur, quod dicta filia dotata excludatur per omnes hæredes vocatos ex teſtamento patris, quoniam per dictum ſtatutum tollitur ſuitas, & impeditur dominij continua-

tio, quæ aliàs fit de patre in filium & filiam, *l. in ſuis, ff. de liberis & poſthum.* & not. Bald. *in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* quod maximè procederet, quando ſtatutum vltra procederet iubendo filiam eſſe contentam dote, ita quod nullum habeat regreſſum ad paternam hęreditatem, quo caſu ſtatutum videtur illam exhęredare, *l. qui volebat, ff. de hæred. inſt.* vnde cũ impediatur dicta ſuitas & dominij continuatio, pater hoc caſu liberam habebat teſtandi facultatem in quoſcunque, & prout voluerit, quod etiam confirmaretur ex verbis ſtatuti dicentis filiam non habere regreſſum, &c. niſi eius parentes in eorum vltimis voluntatibus aliud voluerint ordinare. per quæ verba conſtaret dictum ſtatutum loqui in caſu, quo pater condidit teſtamentum, quo caſu vult ſtatutum, quod filia dotata nihil habeat præter vel contra voluntatem patris de eius hæreditate, ſed tantummodò ſecundùm eius voluntatem, & ſic illud, quod ipſi filiæ dotatæ relin-
407 queretur parentem. Dictio enim † niſi exceptiua eſt, vt eſt gloſ. *in l. teſtium, C. de teſtib. not. in l. actionem, C. de tranſact.* per Bart. *in l. 1. ff. de condit. & demonſtr.* per Bart. *in l. & ſi poſt tres, & in l. ſi eum. §. iniuriarum, ff. ſi quis caut.* & exceptio licet non ampliet neque dilatet regulam, vt eſt text. notab. ſecundùm Bart. ibi, *in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. legat.* & ſequitur Petr. de Anchar. *in rubr. de regul. iur. in 6. & in c. 2. de offic. vicar. eod. lib. & in c. 1. infra de priuileg.* Ludouic. Roman. *in conſ. 378. incipiente, Circa primum, & in conſi. 361. quod incipit, In eo quod quæritur. & in conſil. 107. incipiente, Circa id quod quæritur.* ipſa tamen exceptio declarat regulam, & illam firmat habere locum in caſibus non exceptuatis, *l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penu legat. §. vt autem, in Authen. de non alien. l. quæſitum, ff. de fundo inſtructo.* & ſic apparet, quòd hoc verbum, hæres, includit omnes vocatos in teſtamẽto patris. ſimiliter credo, quòd etiam includat ab inteſtato, ſed non omnes, ſed ſolùm fratres filiæ dotatæ, & alios, qui appellatione fratrum continentur. & qui ſint iſti, plenè dixi ſuprà *in 2. & 3. principali quæſtione.* Cæteri verò venientes ab inteſtato non excluduntur in ſtatuto, nec per illos filia dotata excluderetur à ſucceſſione patris inteſtati. moueor primò, quia cùm tempore mortis patris morientis ab inteſtato ſuperſit filia, non poteſt dici quod alius exiſtens in vlteriori gradu quàm filia illam excludat, cùm illa non ſit hæres, & ſic non comprehendatur à ſtatuto, immò ipſa non ſit filia, ſtatim mortuo patre ipſo iure hæres efficitur, *l. neceſſarijs, cum ibi not. ff. de acquirend. hæred.* plenè not. *in l. venire. ff. eodem titul. & in l. apud hoſtes, C. de ſuis & legi.* Adeo quod inter mortem teſtatoris & immixtionem filiæ in hæreditate paterna non eſt dare medium, vt not. *in l. final. de condit. inſtit.* ſi ergo filia eſt hæres, alius non po-
408 teſt effici hæres nec dici, quia dicit gloſ. *in verbo, quo autem, & eſt fin. in c. chorepiſcopi. 68. diſtinct.* quod † ſi te priueris, nec nomen habere mereris, facit *l. quod verò contra, §. vni duo. ff. de re milit. l. inter agnatos. §. quamdiu, ff. vnde legit. l. 1. C. ad Orficianum.* & qui non eſt hæres non excludit filiam, quia in ſtatuto non comprehenditur, *argum. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. rei. §. fin. ff. de pœn.* & ſic vbi non habent locum verba ſtatuti, nec ipſum ſtatutum, *l. ſi ſeruum. §. dixit prætor. ff. de acqui. hæred.* maximè in exorbitantibus, quale eſt ſtatutum noſtrum, vt dixi pluries *in 1. quæſt. principali.* & idem per omnia puto procedere in hæreditate materna, quando ſtatutum excluderet filiam dotatam etiam à materna hæreditate: nam licet illa filia non efficiatur hæres ipſo iure, vt plenè legitur *in dicta l. ventre, & in d. l. apud hoſtes.* tamen remotior in gradu non poteſt adire, cùm filia illum præcedat, *d. l. inter agnatos. §. quamdiu.* & ſic cùm non ſit hæres, non excludet filiam: quæ ratio ceſſat in hærede extraneo. inſtituto à patre vel à matre, præterita filia: nam cùm ex tali ſtatuto ſublata ſit ſuitas & continuatio dominij, vt ſuprà dixi, valebit teſtamentum patris & matris, licèt filia ſit præterita, & extraneus inſtitutus. Nec hoc caſu filia poterit adire ab inteſtato, quia ſpes eſt via teſtati per aditionem quam facere poteſt inſtitutus, *l. quamdiu, ff. de acquirend. hæred.* per quam aditionem efficitur hæres, & ſic contra ipſum filia nõ poterit habere regreſſum virtute ſtatuti prohibentis talem regreſſum. ¶ Sed quid ſi ille, qui vult dicere ſe hæredem patris, eſſet eiuſdem gradus cuius eſt filia dotata & maritata, puta ſupereſt alia filia non dotata nec maritata? Certè dicas, quod licèt iſta efficiatur hæres pro portione ſua, tamen pro portione concernẽte filiam dotatam hæres non erit, nec ipſa repræſentabit perſonam patris vel matris, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres, vt inquit gloſ. *in l. 2. §. fin. ff. de prætorijs ſtipulat.* nam pro alia parte cenſetur extranea, *l. 1. C. de bonis auctor. iud. poſſid. not. in l. ait, ff. de pact.* & ſic cùm non ſit hæres in ea portione, non habebit filiam dotatam excludere, quæ excluditur per ſtatutum ab hæreditate: nec etiam ipſa filia dotata ſeipſam excludet, ne, vt ita dicam, reperiatur eſſe debitrix & creditrix, quod eſſe non poteſt, *l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. l. cùm à matre, C. de rei vendic.* ¶ Circa quod tamen vide, quæ ſcripſi *ſuprà in tertia principali quæſt. in articulo, an appellatione fratris contineatur ſoror.* ¶ Verùm quia ſuprà dixi, quòd quandoque verbum hæres, continet † tantùm deſcen- 409
dentes, videndum eſt modo, an probatum à noſtro ſtatuto ſolùm deſcendentes comprehendat. Et primò videtur quod non, quia ſi ita intelligeretur & reſtringeretur, ſequeretur quod ſi pater habens filium & filiam dotatam, conderet teſtamentum, haberet neceſſe filiam inſtituere, ſi deſcendentes alios non haberet, & vellet extraneos inſtituere, quaſi non videatur hoc ſtatutum dare poteſtatem patri prætereundi filiam dotatam, niſi caſu quo deſcendentes haberet, & eos inſtitueret, quorum reſpectu diceretur habere liberam facultatem teſtandi, & filiam prætereundi: ſed ſi extraneum inſtitueret, teſtamentum foret nullum, quia cùm reſpectu deſcendentium voluerint dare poteſtatem patri excludendi filiam ab eius ſucceſſione, *argum. l. preto, § ficus, ff. de leg. 2. & l. pater. ff. de minor. l. cùm ita. §. fin. ff. de legat. 2. l. tutelas, ff. de capit. diminut. l. 1. cum l. ſequent. ff. de leg. præſtand. l. 1. C. de natural. liber. l. ſi infanti, C. de iure deliber.* certè reſpectu aliorum extraneorum, & ſic non deſcendentium ceſſabit dictum ſtatutũ, & ſic remaneremus in diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus, ff. de condi. ob cauſam.* ſed iſta eſſet nimis magna reſtrictio ad hoc ſtatutum, quia cùm loquatur per verbum, hæres, generaliter loquens, generaliter eſt intelligendum, *l. & generaliter. ff. de legat. præſtan. l. in fraudem, ff. de teſtament. milit.* etiam ſi veniat ad correctionem iuris antiqui, *vt legitur in Authen. ex cauſa, C. de lib. præter. & in Authent. ex teſtamento, C. de collat. & c. contra Chriſtianos, infra de hæret. eod. lib.* facit quod not. Bart. *in l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. & text. cum gloſ. in verb. homines, in Clem. 1. de elect.* lex † enim quantumcunque dura 410
ſeruanda eſt, *l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, c. ſcriptum. 6. quæſt. 3. c. in memoria, 19. diſtinct.* Et hanc partem tenendo non obſtat *l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel.* vbi verbum hæres, reſtringitur ad deſcendẽtes, quia hoc ibi contingit, ne aliàs diſpoſitio teſtatoris reddatur inutilis, vt ibi not.

¶ Secundò non † obſtant alia iura in materia feudali allega- 411
ta, quia ibi illud ideo eſt ratione rei, de qua agitur, ſcilicet feudi, ꝙ ſui natura non tranſit ad extraneos hæredes, vt plenè legitur *in l. Gallus, in §. etiam, ff. de lib. & poſth.* quæ ratio ceſſat in hoc caſu, igitur, &c.

¶ Nec obſtat prędictis, ſi opponatur, † quòd immò debeat hoc 412
caſu fieri reſtrictio, quia agitur de hæreditate aſcendẽtium, quæ eſt debita deſcendentib. *l. fin. C. de codic.* ideo ne filia priuetur hęreditate parentum ſibi debita, verbum hæres, prolatum à ſtatuto, debet ſtrictè accipi & intelligi pro deſcendente, vt not. *in d. l. adigere. §. quamuis, & in l. 2. C. de noxali. in l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de muner. & honor.* quia reſpondeo, quòd licet hæreditas aſcendentium dicatur quaſi debita deſcendentibus, vt not. gloſ. *in l. 2. & in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.* & not. *in d. l. ſi infanti, & in dicta l. fin.* tamen principaliter in ſe dicitur habere cauſam lucratiuam, probatur in text. *iuncta gloſ. in l. ſi duo. ff. de acquir. hæred.* facit quod pulchrè ſcribit Angel. *in §. ſi verò expectant, in Auth de nupt. collat. 4.* dicens, quòd ſi ex forma ſtatuti de qualibet donatione ſit ſoluenda gabella, certè erit etiam ſoluenda de hæreditate relicta filiis, ſi fuerit ſoluendo: quare cùm hoc caſu filia dicatur principaliter proſequi lucrum, ſtatutum noſtrum non capiet talem reſtrictionem, ſed generaliter debebit intelligi etiam ſi filia priuetur hæreditate paterna, quia lex quantumcunque dura, &c. benè facit quod not. Bald. *in l. non dubium, C. de legib. in illo arti. an ſtatuta recipiant interpretationem reſtrictiuam.* & Imol. *in l. ſi verò. §. de viro, verſic. igitur benè conſiderandum, ff. ſolut. matr.* ¶ Tu tamen tenendo partem contrariam, quam infra dicam, conſidera poſſe ad iſta reſponderi, & primò non obſtat dictum Angel. quia certè non videtur verum, & Bart. tenet contrarium *in l. 1. verſ. ex quo not. argumentum, C. de imponen. lucrat. deſcript. lib. 10.* dicens, quòd vbi imponitur gabella pro eo, quod transfertur titulo lucratiuo, non erit ſoluenda de hæreditate inter aſcendentes & deſcẽdentes collata, quia talis hæreditas non dicitur lucrum, ſed magis ſolutio debiti: & idem tenet Imol. poſt Angel. *in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.* quia iſti non dicuntur habere nouam hæreditatem, ſed potiùs continuare antiquum dominium. Plus dicit Imol. ibi inde procedere in omnibus alijs perſonis, quibus hæ-

reditas deſertur ſine facto ſuo, *per d.l.1.C.de imponend. lucrati. deſcript.* per quem text. & per not. *in d.l.in ſuis.* idem quod dixi tenet Angel. *in l.cùm in adoptiuis, C.de adopt.* & ſic dictum Angel. *in d.§.ſi verò.* cum reuerētia non videtur verum, & quaſi in terminis hoc tenet gloſ. not. *in c.paſtoralis, de decimis.* dicens, quòd licet de omni lucro ſit ſoluenda decima, non tamen eſt ſoluenda de hæreditate patris delata filio. Nec obſtat gloſ. *in d.l.ſi duo.* quæ ſentit, quod principaliter dicatur lucrum, quia intelligo illam procedere reſpectu illius portionis, quæ accreſcit cohæredi, ex eo, quod cohæres renunciat, non autem procedit reſpectu illius portionis, quæ ſibi de iure debetur in hæreditate patris.

413 Cogitabam ſaluare Angel. duobus modis, † primò vt procedat in filio adoptiuo, qui de hæreditate patris adoptantis tenebitur ſoluere gabellam, quia illam habet ex mera liberalitate, quia pater nihil ei relinquere tenetur, *d.l.cum adoptiuis. ibi, voluerit, &c.* & ita tenet ibi Angel. vel ſecundò procederet in hærede extraneo inſtituto, nam in iſtis duobus eredo diſtinguendum, an hæreditas ſit ſoluendo, vel non, quia primo caſu affert lucrū, ſecundo non, per text. *in l. hæreditatem. ff.mandati. probatur in l.ſi ſeruus legatus §.Stichus ff.de leg.1.* not. Dyn. Angel. & Imol. *in l.in-*

414 *terſtipulantem. §.ſi rē. ff. de verb.oblig.* hæreditas † enim quandoque dicitur lucroſa, quandoq; oneroſa, quandoque nec lucroſa nec oneroſa, quandoque opulenta, quandoque locuplex. Lucroſa dicitur afferens lucrum: oneroſa afferens onus, nec lucroſa nec oneroſa, quando nullum ex iſtis affert, puta quando aditur hæreditas cum beneficio inuentarij: opulenta, quando affert opes ſine aliqua vexatione: locuplex, quando affert opes cum vexatione. gloſ. *in l.ſi quis mihi. §.ſi ſeruus. ff.de acq hered.* Simile, vt placet medicis, videmus in corporibus humanis, quorum quędam ſunt ſana, quædam ægrota, quædam nec ſana nec ægrota.

415 Contrariam † tamen ſententiam in iure arbitror veriorem, ſcilicet quod hoc verbum, hæres, reſtringatur ad deſcendentes, & ſit ſenſus, quòd ſi filia fuerit dotata, & parens moriatur relictis aliis deſcendentibus, ſiquidem fecerit teſtamentum, & in eo illos inſtituerit, filia omnia eſt excluſa, nec poteſt impugnare teſtamentum, quaſi ſit exhæredata à lege, & ſublata ſuiras, *vt ſuprà dixi.* Si verò ab inteſtato moriatur ipſa filia, etiam per alios deſcendentes excludetur ſic diſponente ſtatuto. Sed ſi pater nō habens deſcendentes velit illam præterire, vel in minus legitima inſtituere, & extraneum hæredem facere, videtur quod non poſſit, & ſic verbum, hæres, ſumatur ſtrictè pro deſcendentibus tantùm, quod primo probatur in ſimili, de quo *in l.ex facto, §.final. ff.ad Trebel. & in c.in præſentia, de probat. & in l.1. C.ſi ſecùs imperialis liberalit ſine hærede deceſſerit, ſecundùm vnam lecturam.*

Secundò iſtud ſtatutum exorbitans eſt & correctorium, ergo reſtringi debet. *c.cùm dilectus, de conſuet. l.2. C.de noxal. l.fin. §.in computatione. C.de iure delib.*

416 Tertiò, † quia excluſio filiæ dicitur exhæredatio legis ſtatutariæ, *l.qui volebat. ff. de hæred.inſtit.* quæ legis exhæredatio ita eſt odioſa, ſicut exhæredatio hominis, vt notabiliter dicit Bal. *in l.illam, circa princ. C.de col.* vnde licet ſtatutum vtatur verbo generali, debet tamen legitimè intelligi & reſtringi, ne illa generalis ſimplicitas loquendi, & ſermo effuſus cadat in præcipitium, *l.final. C.de dotis promiſſio.*

417 Quartò eodem modo † coniecturatur mens ſtatuti, ſicut mens teſtatoris, *l.ſi ita fuerit, ff.de manumiſſ.teſtam. l.Labeo, ff.de ſtatulib. l.qui filium, in fin. ff.ad Trebel.* Sed generalis mens teſtatoris interpretatur & reſtringitur, ne voluerit alienam ſucceſſionem ſuæ anteponere, *l.cùm auus, ff.de condit. & demonſtrat. l.cùm acutiſſimi, C.de fideicom.* ergo eodem modo interpretabitur mens ſtatuti, quod voluerit præferre extraneos ipſi filiæ, licet dotata: vt ergo huic coniecturatæ menti ſtatuti ſeruiamus, debemus reſtringere verba, immò ſi opus eſt illa offendere, ne quis indebitè offendatur, vt not. *in d.l.adigere. §.quamuis. & in d.l.2. C. de noxal.* per Imol. *in l.ſi verò. §.de viro, verſic.circa princ. ff.ſolut.matr. facit l.ſcire oportet. §.aliud. ff.de excuſ.tut. & l.pater Seuerinam, in princ. & §.condi-*

418 *tionum, ff.de condit. & demonſtr. & l.cùm virum, C.de fideicom.* mens † enim verbis præferenda eſt, *l.ſi quis filium, C.de liber.præter. ibi,* vbi manifeſtus ſenſus eſt, nuſquam interpretatio verborum tātum valet, vt mens, &c. & bonus text. *in l.quoniam indignum, C. de teſtam.* ibi, teſtexis verbis, &c. not. Lud. *in conſ.179. incip. Ampliſſime Doctor, in 3.col.* quod intellige non ſolùm quando mens eſt in lege expreſſa, ſed etiam quando in lege non eſt expreſſa, dummodò illa mens vel ratio præfinita ſit naturalis, & naturaliter per ſimilem rationem poſſet imaginari, *l.ſcire oportet, §.ſufficit. ibi, & ex ipſa naturali iuſtitia, ff.de excuſ.tut.* ad idem *l.mulier,* iuncta gloſ. *ff.ſolut.matr.* vbi coniecturatur mens contra ipſius verba, *ad idem c.intelligentia. ſuprà, de verb.ſignif. & c.quaſt.1. Marcellion. & l.ſcire leges, ff.de legib.* Nam, vt notanter inquit Bal. *in d.l.ſcire oportet.* ſicut homo conſtat non ſolùm ex anima ſed & corpore, ita lex ex mente ſeu ratione & verbis, & verba ſe habent vt corpus & ſuperficies, ratio autem ſe habet ſicut ſpiritus & anima: & hæc magis debent attendi, quàm ſuperficies verborum, *d.l.ſcire, cum ſimilib.* Ad coniecturandam verò rationem, vbi non eſt expreſſa, debemus coniecturare, qua ratione fuiſſet motus vir ſapiens, cùm talis præſumatur leg ſtatorum: nam lex debet eſſe rationabilis, *4.diſt. erit autem lex.* & Doctori ſeu iudici data eſt poteſtas interpretandi legem, *l.1.C.de profeſſor. qui in ciuit. Conſtant. lib.12.* not. Innocent. *in c.cum ſpeciali, de appel.* Et ita formaliter inquit Panorm. *in conſ.1.incipiente, Facti contingentia talis eſt, quidam La. in col.pen.* Adde etiam quæ idem Panorm. not. *in conſ.76. incip. Quidam deceſſit in ætate infantili, in 5.colum.* facit, † quia argumentum à tacita mēte ſtatuti valet, *l.milites agrum, ff.de ſtat.mil.* nam mēs & ratio idem 419
eſt, ſiue in homine idem eſt mens & ratio, ſecundùm Bald. *in d.l. maximum vitium, C.de liber.præter.* facit gloſ. *in l.tale pactum. §.fin. ff. de pact.* alibi tamen gloſ. ſingularis *in l in ambiguis, de reb. dub.* dicit hoc procedere, quando verba ſecundùm propriam vel impropriam ſignificationem poſſunt conuenire menti, aliàs autem à verbis non receditur, quod ſingulariter not.

Quintò facit, quod no. Bald. *in d.§.aliud.* dicens, † quòd quotieſcunque ex verbis ſimpliciter prolatis præfertur iniquum æquo, tunc recedimus à verbis, & ſtamus menti. 420

Sextò, lex ita debet intelligi, vt non contineat abſurdum, *d.§ aliud.* & abſurdum dicitur alienum à iure, *l. Pomponius. ff.de negot.geſt. l.abſurdum. §.aliud. ff.de reg.iuris.* ergo, &c. Præterea † alieni iuris priuatio, & lucri debiti perceptio ſub generalitate verborum non comprehenduntur, *l.2.§.merito, ff.ne quid in loco public. l.in fraudem. §.fin. ff.de teſt.im.milit. l.ex facto, in princ. ff.de vulg. & pupil.* vt ergo euitetur hoc abſurdum, id eſt, ne extranei præponantur deſcendentibus in hæreditate eis debita, *vt ſuprà dixi,* illa verba, eorum hæredes, ſtrictè erunt accipienda pro deſcendentibus tantùm, *d.l.ex facto, §.fin.* & ita in ſimili quæſtione determinat Bart. *in d.l.Gallus, §.etiam, in verſic.quæro iuxta prædicta.* & dom. Anton. *in d.c.in præſentia, de probat.* facit quod voluit Specul. *in tit.de teſtam. §.1.in fin.* & quod not. Paul. de Caſtr. *in conſ.188. incipiente, Videtur dicendum.* & ſic ſufficit, quòd hoc noſtrum ſtatutum exorbitans & correctorium aliquid operetur & producat, *d.c.cùm dilectus, & d.l.2.* not. Ang. *in l.ſi à domino. §.ſi prædo. ff. de petit. hæred.* & per Doct. *in l ſciendum, ff.qui ſatiſda.cogant. in c.1.de conſtit. cod. libro.* per Bart. *in l.1. ff.ad leg. Falcid.* & ſatis operatur in caſu noſtro, ſi exiſtentibus deſcendentibus filiam excludat ab hæreditate patris, reliqui verò non deſcendentes cùm careant hac qualitate, & in ipſis non habeat locum mens ſtatuti, dictam filiam non habebunt excludere, quia iſte caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis, *l.commodiſſimè, ff.de liber. & poſthum. l.ſi extraneus. ff.de condict. ob cauſ.* & iſta pars tanquam æquior tenenda eſt, *l.hac lege, C.de pact.conuent. facit l. quòd Ephefi, ff.de eo quod certo loco.* Ad contraria ſuprà allegata ſatis ex prædictis patet reſponſio, quia *d.l.1.§ & generaliter.* non habet locum, vbi reſultaret abſurdum, vt ibi not. igitur, &c.

421

An autem hoc ſtatutum debeat intelligi de deſcendentibus tantùm maſculis, prout aliàs intelligitur in materia feud. vt *in c.1.de ſucceſſ.feud.* Videtur quòd ſic, per prædicta.

Secundò, quia ratio ſtatuti, ſcilicet, conſeruationis agnationis habet tantùm locum in maſculis, ergo, &c. de quo tamen vide pleniùs dicta ſuprà *in verſic. nonò quæro, in 3 principali quaſt. huius noſtræ repetitionis,* cuius riuos, cùm ſatis prata biberint, & ſtudium præſentis anni aduesperaſcit, claudere inſtitui.

Ego Georgius Natam minimus I. V. D. & ciuis Aſtenſis, diuina ſuffragante gratia, & diui Secundi patroni mei præſidio, 1435. die 2. Auguſti.

Digitized by Google

REPETITIO
IN CAP. QVAMVIS, De Pactis.

Celeberrimi I.V.C. D. Ioannis Guterij Licentiati,

In Salmaticenſi Vniuerſitate graduati, atque Aduocati Placentini.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura ſucceſſione lege ciuili improbatum eſt, de iure autẽ canonico iuramento confirmatur.*
2 *Pactum ſeu renunciatio hæreditatis futuræ cum iuramento facta in fauorem fratrum vel ſororum, an valeat?*
3 *Reuocato cõſenſu pacto ſiue renunciatione per patrem præſtito, pactũ etiam iuratum non valebit.*
4 *Pactum de futura ſucceſſione in caſu l. fin. de pact. non firmatur iuramento.*
5 *Reuocato conſenſu per patrem præſtito pacto ſeu renunciationi iuratæ. filiæ, facta in fauorem fratrum, an huiuſmodi filia ſit excluſa à ſucceſſione patris, qui reuocauit conſenſum?*
6 *Pater an poßit præſtare licentiam & conſenſum vt filius renunciet cum iuramẽto hæreditati à ſe profecturæ in fauorem alterius filij, vel duorum etiam alijs filijs præteritis vel prætermiſsis?*
7 *Renunciatio ſororũ hæreditatis paternæ facta vni fratri præſenti & recipienti, an omnibus alijs fratribus acquiratur, vel illi tantùm, cui renunciatum eſt, & num. ſeq.*
9 *Cautela, vt renunciatio illi tantùm acquiratur, cui fit.*
10 *Filius, in cuius fauorem renunciatum eſt ab alio fratre, an vltra hoc poßit per patrem meliorari in tertio & quinto bonorum.*
11 *Pater an poßit diſponere de legitima in ſe renunciata in filium vel filios, quos voluerit vltra tertium & quintum ſuorum bonorum, nihil relinquendo de prædicta legitima cæteris alijs filijs, quãdo renunciatio fuit facta hac facultate ſibi data per filium vel filiam, qui renunciauit, & numeris ſeqq.*
12 *Renunciationi legitimæ per filium in patrem ſimpliciter facta, nõ data dicta facultate, omnes filij habebunt æquale ius in legitima renunciata, excepto in tertio & quinto illius legitimæ, de quo poteſt pater liberè diſponere ſicut de ſuis bonis.*
13 *Renuncians ſuam legitimam in fauorem patris vel alterius, poteſt in legitima apponere grauamina & fideicommiſſa, &c. & vti facultate conceſſa per l. 27. Taur. parentibus.*
14 *Renunciatio hæreditatis vel legitimæ facta ab eo, qui habet aſcendentes vel aſcendentem, an eis præiudicet?*
15 *Pater an poßit in præiudicium cæterorum filiorum concedere filio vel filiæ teſtantibus facultatem teſtandi, ita vt bona ſua tam quæſita poßint quibuſdã ex filijs relinquere, alijs præteritis, vel extraneis? & an prædictus filius teſtans poßit de licentia patris, eidem patri prædicta bona relinquere ſupradicta conditione & facultate, & numeris ſeqq.*
16 *Filius an poßit conſentire grauamini in ſua legitima appoſito in præiudicium liberorum.*
17 *Filius an poßit renunciare ſuam legitimam in præiudicium creditorum, & num. 24.*
18 *Omnia bona filij decedentis ſine deſcẽdentibus legitimis ſunt legitima parentum, excepta tertia quæ eis neceſſariò relinquenda eſt.*
19 *Iura & actiones inter bona connumerantur.*
20 *Debitor poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatã in præiudicium creditorum.*
21 *Pater in vita non tenetur aßignare nec dare filijs ſuis legitimas ſibi competituras poſt mortem ipſius patris.*
22 *Ius adeundi hæreditatem non eſt in bonis noſtris.*
23 *Non eſt par ratio lucra non capere, & quæſita perdere.*
24 *Filius quod poßit renunciare legitimam in præiudicium creditorum.*
25 *Filius præteritus in teſtamento patris, poteſt id approbare, & tũc reconualeſcit teſtamentum iure prætorio.*
26 *Filius, in cuius fauorem pater fecit ſcripturam publicam non meliorandi alios, poteſt conſentire meliorationem aliorum fratrum factam, & renunciare prædictæ ſcripturæ in præiudicium ſuorum filiorum.*
27 *Filius tempore, quo pater teſtatur, poteſt conſentire ſe præteriri, vel exhæredari.*
28 *L. ſi vnquam, C. de reuocã. donat. an habeat locum in hæreditate non adita, & ſic in iure quærendo.*
29 *Differentia inter renunciare & repudiare hæreditatem.*
30 *Decedentibus ſimul patre, & filio in bello, non cognito, quis prius deceſſerit, præſumitur patrem prius deceßiſſe.*
31 *Pater poteſt remittere tacitè vel expreſſè vſumfructum filio, etiam ſi alios filios habeat.*
32 *Filius poteſt conſentire grauamini in ſua legitima appoſito, etiam ſi habeat filios.*
33 *Deſcendentibus debetur legitima iure naturæ, aſcendentibus verò iure miſerationis.*
34 *Maioratus poteſt conſtitui in legitima filij modo & forma hic poſitis.*
35 *Text. in l. fin. C. de pact. procedit etiam in filijs paciſcentibus inter ſe de hæreditate patris diuidenda certo modo.*
36 *Procedit etiam d. l. fin. in deſcendentibus paciſcentibus ſuper hæreditate filij.*
37 *Alius caſus in quo poteſt grauamen apponi ſecurè in legitima filij.*
38 *Tertius caſus, in quo poteſt ſecurè apponi grauamen filio in legitima.*
39 *Vinculari quomodo poßit legitima filij.*
40 *Conſenſus filij ſuper onere vinculi & grauaminibus in legitima appoſitis, an noceat eius filijs.*
41 *Conſenſus patris decedentis in vita filij, cui dedit licentiam ad teſtandum, præiudicat cæteris filijs.*
42 *Frater non admittitur contra teſtamentum fratris niſi turpi perſona inſtituta.*
43 *Mater poteſt approbare teſtamentum filij in præiudicium aliorum filiorum.*
44 *Pater an poßit licentiam & conſenſum à ſe præſtitum filio ad teſtandum reuocare, & numeris ſeqq.*
45 *L. fin. C. de pact. declaratur.*
46 *Primogenium à duobus conſtitutum, an poßit per ſuperſtitem altero defuncto reuocari.*
47 *Iure regio quid hodie in hoc dicendum ſit.*
48 *Marito conſtituente maioriam de re vxoris cum ipſius conſenſu, & poſtea reuocante talem maioriam, ad quem pertineant res maioris.*
49 *Pater quod poßit reuocare conſenſum, & licentiam à ſe præſtitam filio ad teſtandum.*
50 *Præterquam ſi adeſſet iuramentum, quia tunc non poſſet reuocare.*
51 *Filius vel pater, nõ poteſt poſt mortem teſtatoris conſentire grauamẽ in ſua legitima appoſitum in præiudicium filiorum, licèt poßit in præiudicium ſui ipſius.*
52 *Præſentia eius, cui fit renunciatio hæreditatis, an requiratur ad validitatem ipſius renunciationis iuratæ.*
53 *Donatio gratuita, an hodie iure regio acquiratur abſẽti, taliter quod reuocari non poßit ante acceptationem etiam.*
54 *Donatio abſenti facta quotieſcunq; notarius nomine ipſius ſtipularetur, & acceptaret eam, an poßit reuocari ante ratihabitionem abſentis.*
55 *Donatio facta cum iuramento de non reuocando eam, an poßit reuocari ante acceptationem.*
56 *Per traditionẽ ſcripturæ donationis vel tituli rei donatæ videtur tradita poſſeßio ipſius, & donatio erit certa, & non perturbabitur.*
57 *Donatario decedente ſine acceptatione donationis hæredes ipſius an poßint acceptare donationẽ, vel econuerſo decedente donatore ante acceptationem donatarij, an donatarius poßit poſtea acceptare donationem inuitis hæredibus donatoris.*
58 *Donatarius ſi ſit præſens tempore donationis, an requiratur acceptatio.*
59 *Quoad validitatem donationis ſiue priuilegij ſola ſcientia donatarij ſufficit, non verò quoad reuocabilitatem ipſius, quia ad id acceptatio quoq; requiritur.*
60 *Donatio facta alicui ita, vt poſt certum tempus acquiratur eccleſiæ, vel alteri pio loco, an poßit reuocari à ſolo donatore antequam ab eccleſia vel pio loco acceptetur, remißiuè.*
61 *Renunciatio cum iuramento, de qua in hoc tex. intelligitur habere locum ſi denuncianti delata fuerit hæreditas, aliàs ſecus.*
62 *Renunciatione hæreditatis maternæ facta cum iuramẽto in fauorem patris tantùm, vel patris & ſuorum hæredum, an hæreditas prædicta poſt mortem patris pertineat ad filios duorum, vel trium matrimoniorum, vel ad eos tantùm, qui fuerint ex eo matrimonio, ex quo fuit renuncians, remißiuè.*

SECVNDVS caſus principalis, in quo iuramentum confirmat actum aliàs de ſe inualidum, eſt in caſu capituli quamuis

tis pactum, de pact. in 6. cuius verba hæc ſunt:

Quamuis pactum patri factum à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbat lex ciuilis: ſi tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit, ab eadem omnino ſeruari debet: cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.

Text. hic non eget ſummario, quia breuiter ſe ipſum ſummat, & materiam eius Doctores pluribus in locis declarant. Præcipuè Gregorius Natàm & Couuar. hic ſuper hoc textu, qui lõga commentaria ediderunt, & ideo ipſe ne videar potiùs relator quàm inuentor, calamum in huius text. enucleatione non protendam, quia benè enucleatus eſt per ſupradictos. Sed quia ipſe iam ſuprà vnum caſum potiſſimum declaraui, in quo iuramentum confirmat actum aliàs nullum, & in eo poſui & conſtitui breuem repetitionem *ſuper Authent. ſacramenta puberum*, C. *ſi aduerſus vendit.* & alius ſecundus caſus potiſſimus ſit *in hoc capit. quamuis pactum.* in quo iuramentum etiam confirmat actum nullum & reprobatum à iure ciuili, ideo aſſumpſi declarandum textum hunc, & nonnulla circa eius intellectum præfigere placui, breuiter quidem & reſolutiuè ac ſatis diſtinctè, quia quotidiana & practicabilia ſunt quæ in hoc cap. traduntur, reliqua conſultò miſſa faciemus, contenti breui Repetitione, & in expoſitione huius cap. & materiæ hunc ordinem ſeruabo, ſcilicet, declarabo vnamquamque particulam eius ſigillatim, & nonnullas quæſtiones practicæ annectam vſq; ad verba finalia huius textus.

Adeſt igitur hic ſecundus caſus, in quo iuramentum robur vireſque præſtat actui aliàs inualido, imò per legem ciuilem roborato, ſcilicet, pacto de non ſuccedendo, nam ſi illi iuramentum ſuperaddatur, cùm tamen non vis, nec dolus intercedat, ſeruari omnino debet huiuſmodi pactum, cùm non vergat in diſpendium ſalutis æternæ.

1 Et primò dicitur in † hoc textu: *QVAMVIS pactum Patri factum, &c.* Verba hæc duabus orationibus ſeruiunt, ſcilicet, quòd lex ciuilis improbet huiuſmodi pactum, & quòd iure canonico per textum hunc iuramento confirmetur, ſi non vi, nec dolo præſtitum fuerit iuramentum. Quantum ad primum, lex ciuilis, quæ improbat hoc pactum, eſt *lex, pactum dotali, C. de collat. & l. pactum, quod dotali, C. de pactis.* quarum legum rationes congerit Couuar. hic *in 3. parte, in princ. num.* 1. Quantum ad ſecundum de iuramento, hæc deciſio noua eſt in ſua ſpecie, quamuis in genere poſſit confirmari per plura capita iuris canonici, ſcilicet, *c. licet mulieres, de iureiuran. lib. 6. & in c. cùm contingat, de iureiuran. & in c. 1. & in c. debitores, eod. tit. cum ſimilib.* quibus cauetur, quòd iuramentum, quod poteſt ſeruari ſine periculo animæ, eſt ſeruandum.

2 Sed primò circa † hæc verba & particulam text. quæro de optima quæſtione, quæ multum conuenit noſtræ materiæ, & ſæpè vertitur in practica, An quemadmodum huiuſmodi pactum factum patri valet, ita etiam valeat ſi non fiat ei, ſed fratribus & ſororibus renunciantis? In quo vera, & communis reſolutio omnium eſt, per quam opiniones Doctorum, quæ videbantur contrariæ, reducuntur ad concordiam, quod ſi quidem in hac renunciatione interuenit conſenſus patris, in quo perſeuerauit vſque ad mortem, valet quidem renunciatio, ſi verò non interuenit conſenſus patris, tunc eſt nullius momenti, argumento text. optimi *in l. fin. C. de pact.* ita tenet & concludit Georgius Natam hic *num. 17.* & Alexan. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num 12. circa fin. ff. de verb. obligat.* & Couuar. *in præſenti in 3. parte, in princ. num. 5.* & hoc modo intelligendus eſt Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in 5. limitatione ad legem regiam, num. 3. C. de inoffic. teſtam.* qui videbatur tenere contrarium, imò quod non valet huiuſmodi pactum fratribus factum etiam cum iuramento, nã intelligitur non accedente conſenſu patris, ſecùs ſi adſit. vnde dum text. noſter inquit, patri factum, ſupplendum eſt, idem eſſe, ſi fratribus fiat cum conſenſu tamen patris in eo perſeuerantis vſque ad mortem.

3 Vnde infertur, † quòd etiãſi ipſe pater ſemel præſtiterit hunc conſenſum, ſi tamen poſtea reuocet huiuſmodi pactum, etiam iuramentum non valebit, & filia, eo non obſtante, poterit patri ſuccedere. hæc eſt vulgata doctrina Baldi *in c. ad noſtram, el 1. nu. 9. de iureiur.* & licèt Iaſ. *in d. l. fin. num. 13. C. de pact.* reprobet eam, tamen opinio Baldi eſt veriſſima, communis, & tenenda, vt plures referens teſtatur Couuar. *vbi ſuprà, num. 7. & 8.* & præter eum Ant. Gomeſ. *in l. 22. Taur. num. 31.* pro quo meo iudicio eſt text. *in d. l. fin. C. de pactis.* vbi probatur, quod ad hoc vt valeat pactum de futura ſucceſſione, requiritur quod is, de cuius hæreditate agitur, conſentiat, & in eodem conſenſu vſque ad mortem ſuam permanſerit, aliàs ſi non permanet, nullum eſt pactum.

Iuncta communi † opinione gloſ. & Doctorum *in d. l. pactum* 4
dotali, C. de collat. & in d. l. final. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. quæ habet quod in caſu d. l. fin. etiam iuramento non firmatur pactum. & fundamentis Iaſ. qui tenebat contrarium, reſpondent & ſatisfaciunt benè Roderic. Suarez, & Anton. Gomeſ. *vbi ſuprà.*

Benè verum eſt quod Couuar. *vbi ſuprà nu. 8. in 4. & 5. caſu, fol.* 5
110. exiſtimat, ſub dubio tamen, † quòd quando pactum huiuſmodi fit fratribus, conſentiente patre, vel quãdo ipſi fratres inter ſe paciſcuntur cum conſenſu patris de ipſius hæreditate certis portionibus diuidenda, licèt ipſemet pater poſtea reuocet conſenſum ſuum, attamen virtute iuramenti filia erit excluſa ab huiuſmodi ſucceſſione, & in ſecundo caſu fratres tenentur ſtare pactioni à ſe initæ cum conſenſu patris, licèt ſit reuocatus conſenſus ex eo, quod pactum hoc valuerit cum conſenſu patris abſque iuramento, *vt in d. l. fin. C. de pact.* vnde licèt pater reuocet conſenſum, & ſic pactum non valeat, remanet tamen iuramẽtum, quod debet aliquid operari. & ſic ipſe Couuar. limitandam cenſet doctrinam Bald. ſupradictam & receptiſſimam, & veriſſimam, his duobus caſibus.

Sed certè miror virum grauiſſimum doctiſſimumque, quod hanc opinionem tenere tentauerit. Nam præterquam quod iſta hæc ſua opinio ſit contra communem opinionem Baldi ſupradictam, & contra aliam etiam communem opinionem ſupradictam, quę habet, quòd iuramentum non confirmat pactũ, de quo *in d. l. fin.* eſt etiam præterea contra *d. l. fin.* vbi requiritur perſeuerantia conſenſus, quia aliàs pactum interpoſitum improbũ & contra bonos mores exiſtimatur, & ideo iuramento non firmatur, & eſt etiam omni fundamento deſtituta, cùm ſciamus, quòd quando ex natura contractus ei ineſt aliqua conditio, eadem etiam ineſt in iuramento ſuper cõtractu interpoſito, & iuramentum non ſubſiſtit, neque operatur ſuam firmitatem, ſed ſortitur naturam contractus ſuper quo interponitur, *vt in l. fin. C. de non num. pecun.* quem text. in hoc conſiderat Bald. *in c. quæ in eccleſiarum, num. 52. de conſtit.* & Iaſ. *in l. qui pecuniam, colum. penult. ff. ſi cert. petat.* & ipſemet Couuar. in loco vbi eum retuli *ſuprà in primo caſu principali, ſcilicet in repet. text. in Authent. ſacramenta puberum, num. 26.* vnde nimirum, ſi hoc caſu iuramentum nihil operetur. & ita cum aliis Doctoribus in his propriis terminis & caſibus, tenet contrarium aduerſus Couuar. licèt eum non referat Ant. Gomeſ. *vbi ſuprà*, & eſt ſine dubio.

Vnde infertur † poſſe quidem patrem præſtare licentiam & 6
conſenſum, vt filius renunciet cum iuramento hæreditati à ſe profecturæ in fauorem alterius filij, vel duorum, hoc eſt, fratrũ renunciare volentis, etiam aliis filiis, & fratribus, præteritis vel prætermiſſis, nec enim filius vel filij prætermiſſi vel præteriti, habebunt ex hoc cauſam, aut ius quærelandi, ſe de licentia & conſenſu patris ex eo, quod pater præſtiterit dictum conſenſum, vt filius renunciaret in fauorem reliquorum fratrum, ſe præteritis, quandoquidem nullum præiudicium in hoc eis fecerit, cùm pater ipſe nihil haberet in legitima filij renunciantis, neque aliquid ex ea poterat ſibi acquirere, vt in eo omnes filij haberent partem, ſed tantùm habet & debet præſtare conſenſum & licentiam ad validitatem pacti & renunciationis, quia legitima, quæ renunciatur cum conſenſu patris, eſt propria ipſius filij, ſibi competitura in bonis patris poſt ipſius patris obitum, & etiam ſi pater non præſtaret prædictam licentiam & conſenſum, & ſic renunciatio fieri non poſſet, & facta eſſet nulla, adhuc patri nihil remaneret, neque acquireretur ex legitima ſui filij, volentis renunciare, vel renunciantis, nam eſt propria filij, & licèt viuente eius patre, de ea non poſſit diſponere abſq; ipſius conſenſu, tamen poſt eius mortẽ liberè poterit diſponere in quemcunque velit: vnde pater præſtando conſenſum & licentiam filio vel filiæ, vt renunciet ſuam legitimam ſibi competituram in bonis ipſius in quoſdam alios ex filiis, non facit iniuriam aliis filiis, cùm immò legitima ex bonis patris ſit quaſi debita filio in vita patris, iuxta gloſſam communiter approbatam *in l. 3. C. de iuris & facti ignor.* & ipſe filius reputetur quaſi dominus patre viuente in bonis ipſius, vt latè diximus *in repet. §. ſui. Inſtit. de hered. qualit. & different. in 2. ampliat.*

Sed contra † hanc opinionem & illationem obeſt doctrina 7
Bald.

Bal. *in l. pactum dotali. C. de collat. in 8. q. nu. 6.* vbi inquit quod ſi ſoror renũciauit hæreditati paternæ vni fratri præſenti & recipienti (intellige, ſcil. cum conſenſu patris) acquiritur non ſolùm illi fratri, in cuius tantum fauorẽ eſt renunciatũ, ſed etiam alijs omnibus fratrib. ipſius, & ibi refert Dy. ita cõſuluiſſe, & eum ſequutum Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de teſtib. §. 1. in additione, quæ incipit, de præcedenti. in fi. illius additionis.* ſequitur etiam Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. in 4. limitatione l. regia, nu. 1. fol. 149. & ſequen.* ea ratione, quia quoties vnus ex his, quibus ſucceſſio defertur, per mediam perſonã alterius, per repudiationem excludit à iure petendi, eius portio defertur alijs iure accreſcendi aliquando volentibus, & aliquando inuitis, vt *in l. 3. §. vt bonorum. cum tribus legib. ſequentib. ff. de acq. hæred. & in l. vnica. C. quando non pet. part. & in l. vnica. §. his ita. C. de caduc. toll.* vnde ita videbatur dicendum in noſtro caſu, & ſup. di. opi. Bal. tenet etiam plures allegans Boer. *deciſ. 184 nu. 3.*

Sed non obſtat hæc opi. & doctrina ſupradicti, meæ ſupradi. ſententiæ, quia fundamentum Roder. Suarez clarè loquitur & procedit quando repudiatio vel renũciatio nulli fit, ſed tantùm ſimpliciter fit, nõ explicato nec declarato cui fiat, quia hoc caſu meritò, quod omnibus fratrib. accreſcat, at verò quoties renunciatio fit fauore vnius vel duorum fratrum pluriumve cum cõſenſu patris, iam iſtæ ratio & fundamentum ceſſat, quia renuncians expreſsè voluit illi vel illis tantum acquiri, non verõ omnibus, quia ſi aliud vellet, expreſſiſſet, repudiando vel renunciando ſimpliciter, vel expreſsè in fauorẽ omniũ, vnde cùm hoc non fecerit, ſed imò in fauorem vnius vel duorum renunciauerit, ſi hæc renunciatio extenderetur in fauorem cæterorum fratrum, quibus non eſt renunciatum, eſſet contra voluntatẽ renunciantis, & ius accreſcendi procedit ex tacita quadam defuncti voluntate, & non contra eam, iuxta communem reſolutionem per nos traditam. *in l. vnica. C. quan. non pet. part.* &c.

8 Præterea & † ſecundò reſpondeo ad dictam Baldi doctrinam & ſequacium, quod procedit, præterquàm ſi appareat præſumptio donationis collatæ in illo fratre recipiente dictam renunciationem, quia tunc illi ſoli quæritur, *vt in l. in ædibus. verſic. veluti. ff. de donat. & in l. ſi actionem. C. de pact.* ita ſeipſum declarat idemmet Bald. *vbi ſuprà,* & etiam Roderic Suarez *in dicta 5. limitatione, nume. 1.* Sed hoc ſatis apparet quando renunciatio fit in fauorem vnius fratris cum conſenſu patris, nam renuncians, hoc ipſo, manifeſtam & notam facit ſuam voluntatem, vt ſolus ille frater, vel fratres, quibus renunciauit, habeant hæreditatem, non verò alij, quibus non renũciauit, præcipuè cùm fundamentum Bald. loquatur in eo caſu, quo eſt renunciata, & repudiata hæreditas ſimpliciter, non expreſſo, in cuius fauorem, & ita ipſe tenerem & iudicarem ſi caſus accideret.

9 Sed ad tollendum † omne dubium, & vt magis conſulatur ei, vel his, in quorum fauorem renunciatum eſt, alijs fratribus prætermiſſis oportet, quòd hoc exprimatur in renunciatione, vt illi vel illis acquiratur, cui, vel quibus renunciatur, nam voluntas renunciantis ea eſt, vt donatio fiat ei, vel eis tantùm, non verò alij vel alijs ſuis fratribus, & ita erit res explicita, & ſine dubio: vnde conſulo, vt hoc fiat, & apponantur in huiuſmodi renunciationibus verba ſupradicta, vt nullus remaneat ſcrupulus, licèt reuera, ſi omittantur, tenendum eſt valere renunciationẽ, & acquiri tantùm his, quibus eſt renunciatum, prout voluit renuncians per *ſupradicta.*

10 Et omnibus ſupradictis † in hac illatione ſubinfertur primò, quod filius in cuius fauorem eſt renunciatum ab alio fratre, vel fratribus habebit illam portionem vltra meliorationem tertij & quinti, quam meliorationem poteſt pater facere in illum filium, non obſtante quòd prædictus filius habeat iam vltra ſuam legitimam prædictam partem ſibi à fratre renunciatam, quod eſt vtile & ſingulare pro declaratione, l. fori & aliarum legũm huius regni, quæ prohibent filio poſſe relinqui vltra legitimam & tertium & quintum, aliquid aliud, nam portionem ſiue partem à fratre ſibi renunciatam cum conſenſu patris, benè poterit habere vltra ſuam legitimam & meliorationem tertij & quinti, nec hæc declaratio contradicit dictis legibus, quia illæ loquuntur & procedunt in patre, vel matre, & cæteris aſcendentibus, vt ipſi minimè quidem poſſint in præiudicium aliorum filiorum, vel nepotum alteri filio, vel nepoti plusquàm tertium & quintum meliorationis relinquere vltra legitimam, at in noſtro caſu pater nihil plus relinquit, ſed alter filius partem ſuam legitimam, quæ ad ſe pertinebat ex eiſdem legibus, in cuius præiudicium pater tam iure communi quàm regio non poterat aliquid diſponere, renunciat eam cum iuramento, & cum conſenſu patris, in illum fratrem, cui, nec patri conſentienti fit iniuria, nec cæteris fratribus, quandoquidem ipſi nihil in legitima renunciantis habebant, & ita inuenio, quod in expreſſis terminis, licèt ſic nõ declaret, tenet Ant. Gomez. *in l. 22. Tauri. nu. 32.* vbi refert hoc idem tenentem Roder. Suarez.

Secundò ſubinfertur † idem eſſe, ſi filius, vel filia cum conſenſu patris renunciet legitimam hæreditatem eiuſdem patris 11
& etiam matris ſibi deferendam in ipſummet patrem, hoc addito, vt ipſe poſſit liberè de prædicta ſua hæreditate & legitima diſponere relinquendo eam vni, vel duobus ex fratribus ſuis, filijs eiuſdem patris, quibus voluerit, & in ſupradicta parte & legitima poſſit ei, vel eis meliorationem facere vltra legitimas ſibi in bonis eiuſdem patris debitas, item & vltra tertium & quintum bonorum ipſius patris, de quo in filios, vel nepotes per leges regias poteſt facere meliorationem, ita quòd cæteris filijs non teneatur aliquid relinquere de prædicta parte legitima patri renunciata, nam huiuſmodi renunciatione, ita copioſè & diſtinctè facta, crederem profectò, poſſe patrem diſponere de legitima in ſe renunciata, in filium vel filios, quos voluerit, vltra tertium & quintum ſuorum bonorum, non obſtantibus dictis legibus regijs diſponentibus omnia bona parentum eſſe legitimam filiorum, excepto quinto, de quo poteſt pro anima ſua, & in extraneos diſponere, & tertio, in quo poteſt filios, vel nepotes meliorare. Nam hæ leges regiæ, vt ſuprà dictum eſt, loquuntur & procedunt in bonis ipſius patris, at verò nos loquimur in legitima alterius filij, quæ fuit in patrem renunciata, his facultatibus, vt pater poſſit diſponere de ea, vt ſuprà dictum eſt, hæc enim legitima filij debita ſibi poſt mortem patris, non eſt bona ipſius patris libera, ſi filius ſuperuiuit patri, nec pater aliquid in ea habet, licèt procedat ex bonis ſuis, quia neceſſariò tenetur filio relinquere prædictam legitimam ſine onere & conditione, & ita ſunt bona ipſius filij, de quibus poteſt liberè diſponere, quia tempore quo ſortitur effectum hæc renunciatio (hoc eſt poſt mortem patris) cùm pater ſit mortuus, poterat de illis bonis filius liberè diſponere, ergo & in vita patris idem poterit cum conſenſu ipſius patris, quandoquidem refertur ipſa renunciatio in ſuo effectu ad tempus mortis patris, & ſtatim eo mortuo incipit operari ſuum effectum, & ſic poteſt filius tempore traditionis rei ſuæ, vel propriùs, quæ ſua futura eſt (hoc eſt tempore renunciationis) adijcere quæcunque onera, & facultates voluerit, *argumento l. in traditionibus. ff. de pact. cum ſimil.* & ideo pater, in quem eſt renunciata hæc legitima, facultate ſupradicta ſibi conceſſa, vt poſſit liberè de ea diſponere relinquendo vni, vel duobus ex filijs ſuis vltra tertij & quinti ſuorum bonorum meliorationem, poterit vti hac facultate, quia dicta legitima non fuit ſibi acquiſita ſimpliciter & liberè adhuc, vt cæteri filij tanquam de alijs bonis patris poſſint petere in ea partem ſuam, ſed cum illa facultate, quæ quidem facultas reſpectu, & in fauorem filiorum, quibus fit, eiuſdem legitimæ melioratio per patrem videtur conditio, vnde cæteri filij non poterunt ſe conqueri de hoc, neque aliquid de prædicta legitima petere.

Fateor tamen, † quod ſi filius vel filia, ſimpliciter renunciaret 12
dictam ſuam legitimam in patrem non data, nec conceſſa ſibi facultate ſupradicta, quod tunc tanquàm in bonis patris ei acquiſitis, ſicut in alijs bonis eiuſdem patris, omnes filij habebunt æquale ius, neque pater poterit de illa diſponere vltra tertium & quintum, & idem iudicabitur de hac legitima renunciata ſimpliciter, tunc temporis, quod de cæteris bonis ipſius patris, nam ille filius qui in eum præd. modò renunciauit, habetur pro mortuo, ac per conſequens cæteris filijs accreſce[illegible] ius illud pro portionibus hæreditarijs ſibi deferendis.

Item etiam † ſupradicta ampliantur, quod ſicut filius renun- 13
ciãs in patrem legitimam ſibi competituram in bonis ipſius patris, poteſt apponere dictam facultatem & libertatem patri, ita etiam poterit apponere grauamina & fideicommiſſa & ſummiſſiones & prohibitionem alienationis, tandem maioratum in forma facere & conſtituere, non ſolùm quãdo renunciat patri, ſed etiam quando renunciat fratribus, vel etiam ſi non apponat hæc onera & grauamina, poterit concedere facultatem patri vel fratribus, in quorum fauorem renunciat, vt ea apponant & faciant, itaq; poterit vti facultate conceſſa parentibus in

caſu,l.27.*Taur.* quæ hodiè ponitur in l.11.*titu.6.lib.5. nouæ compilat.regia.* meliorantibus filios ſuos in tertio bonorum ſuorum, nam huiuſmodi filius vel filia renuncians poterit in tota ſua legitima hoc facere,per ea quæ ſuprà dicta ſunt, cùm non habeat deſcendentes, nec aſcendentes legitimos, quibus aliquid iure teneatur relinquere,ſed poſſit relinquere prædictam ſuam legitimam ſibi competituram in bonis patris poſt ipſius mortem, cuilibet extraneo,cum conſenſu tamen patris vel eius, de cuius hæreditate tractatur, ne aliàs detur votum captandæ mortis, vt *in d.l.fi.C.de pact.*quia licet habeat patrem tempore renunciationis,intelligitur tamen quod pater debet præmori,aliàs nihil valebit renunciatio,vt infrà dicetur.

14 Vnde infertur limitatio † ad omnia ſupradicta in hoc articulo,ſcilicet quod ſi hic filius vel filia renuncians haberet matrem vel alios aſcendentes, vel deſcendentes legitimos, vel aliquem eorum tempore, quo prædicta renunciatio ſortitur effectum, hoc eſt tempore mortis eius, cuius hæreditas renunciatur, & ipſe renuncians decedat in vita prædictorum ſuorum aſcendentium vel deſcendentium, vel cuiuſlibet eorum,ſupradicta omnia hoc caſu non procederent, nec valet renunciatio in præiudicium ipſorum, quia eis tenetur relinquere legitimas iuxta diſpoſitionem legum huius regni, ſcilicet deſcendentibus omnia bona, excepto tertio & quinto, & tunc de illo tertio debet diſponere inter dictos ſuos deſcendentes, vt *in dicta l.11. titu.ſexto,lib.5. nouæ recopil.* & aſcendentibus, excepto tertio, de quo poteſt liberè diſponere, & de quinto etiam, quando habet deſcendentes legitimos, vt diſponunt iura huius regni. Sed ſi tempore renunciationis non habet deſcendentes poſtea tamen ei naſcantur,an ſupradicta procedant? videndum eſt *ſuper gloſſ.huius cap.quamuis pactum. & ibi latè tractabitur.* quare ſuperiora omnia maximè ſunt notanda, quia quotidiè in practica contingunt,& ea non inuenio ſic declarata per Doctores noſtros Hiſpanos,nec per alios .Relinquo tamen cogitandum ſuper his,quæ dicta ſunt in hac ſecunda ſubillatione, vt deliberationi locus ſit meliùs ſentientibus, & intelligentibus, meo tamen iudicio ſupradicta vera ſunt,& optimis conſtant & probantur rationibus.

15 Maior autem † dubitatio eſt & verſatur,an dicta ſuprà in 1.& 2.proximis ſublimitationibus, procedant etiam quando filius vel filia conditteſtamentum de bonis ſibi iam quæſitis ex ſucceſſione matris defunctæ,vel alterius, vel alio quocunque titulo,an pater poſſit in præiudicium cæterorum filiorum concedere filio,vel filiæ teſtantibus facultatem, & licentiam teſtamẽtum condendi & relinquendi præd.bona ſibi iam quæſita, quibuſdã ex filiis, eiſdemq; fratribus teſtãtis cæteris fratribus præteritis & prætermiſſis, vel etiam extraneis, quibus voluerit filius vel filia teſtans? Item an ipſi filij teſtantes de licentia patris poſſint relinquere prædicta ſua bona ipſimet patri cum ſupradicta facultate, vt poſſit pater de eis liberè diſponere in fauorem vnius vel duorum pluriumve fratrum,eorundemq; patris filiorum,cæteris filiis præteritis vltra tertiũ & quintum bonorum patris,de quibus tertio & quinto ipſe aliàs poterat diſponere,vt in his caſibus cæteri filij, quib.nihil relinquitur ex his bonis, non poſſint ſe conqueri de ſuo patre, dicentes non potuiſſe patrẽ in præiudicium ſui ipſorũ dictam licentiam conceſſiſſe, nec facultate ſupradicta per filium ſibi conceſſa vti,ſed quod tenebatur omnib. ſuis filiis æqualiter relinquere tanquã bona ipſius patris ſibi acquiſita excepto tertio & quinto ipſorũ bonorum, in quibus licitum eſt ſibi per leges regias meliorare vel filium, vel nepotẽ, vnũ vel plures quos voluerit? Certè grandis, pulchra, & optima dubitatio eſt,quia nos loquuti ſumus ſup. in renunciatione,quæ fit per viã contractus, & in eo caſu præſupponitur prius decedẽdum fore patrẽ,quàm filium vel filiam renunciantem,vnde cùm filius vel filia renuncians ſuperuiuit patri,pater ipſe nihil hab[illegible] poteſt in illa legitima filij renunciantis,ita vt ex ea tanquã de bonis patris poſſint cæteri filij aliquid petere , neq; ipſe filius renuncians teneatur patri relinquere ſupradicto caſu , cùm ipſe pater prædeceſſerit,& ipſe filius renũciat,quod habiturus eſt ex patris ipſius bonis poſt mortem ipſius patris.At verò noſtra præſens quæſtio eſt,& loquitur in teſtamento,quod facit filius de bonis ſibi iam quæſitis,concedẽte patre licentiam & facultatem filio teſtandi, prout voluerit etiã in ſui præiudiciũ,hoc eſt patris legitimæ ſibi debitæ,quo caſu præſupponitur,filiũ vel filiam teſtantem prius deceſſurũ,quàm patrem ipſius, quo etiam caſu pater habet ſuã legitimam in bonis filij,& ita ſibi debetur , ſicut debetur filijs in bonis parentum,*vt in l.nam & ſi parentib.ff.de inoff.teſta.& in l.ſcripto.ff.vnde lib.*& de iure regio erat olim , *l.6.Tauri.*hodie eſt,*l.1.tit.8.libr.5. recopilation. nouæ legum huius regni.* vbi præcipitur & declaratur,omnia bona filiorum decedentium abſq; filiis vel deſcendentibus aliis legitimis eſſe legitimam aſcendentium ,excepto tertio,de quo poteſt filius liberè diſponere: vnde cùm pater in hac ſecunda præſenti quæſtione renunciet & cedat iuri ſibi quæſito,videtur præiudicare in eo cæteris filijs,& per conſequens quòd hoc non poſſit facere,quid dicendum?

Et licèt quæſtio hæc extra terminos noſtræ materiæ aliquantulum videatur, tamen quia aliquo modo ei concinere videtur, & quia ſubtilis & quotidiana in practica eſt, eam hic examinare & decidere libuit pro viribus meis tenuibus licet.

Et primò quidem videtur non valere huiuſmodi licẽtiam & facultatem in præiudicium cæterorum filiorum,immò quod ea non obſtante,& non obſtante etiam teſtamẽto filij, qui teſtatus eſt cum licentia patris, & defunctus eſt in vita ipſius, cæteri filij habeant integram & æqualem portionem cum aliis fratribus in legitima,quæ ex bonis filij defuncti pertinebat patri, præterquã reſpectu tertij & quinti,in quib. pater poterat meliorare quemcunque vel quoſcunq; vellet filiorum vel nepotum ex permiſſione legum regni,quia patet , in cuius fauore filius teſtatus eſt, concedendo ei prædictam facultatem , non potuit præiudicare filiis in illa legitima ſibi debita in bonis filij prædecedentis pluſquàm in tertio & quinto.

Ex his,quæ tradit Couuar. † *in c.Raynaldus.§.2.num.4. de teſtamen.*vbi dicit quod filius non poteſt conſentire grauamini in ſua legitima appoſito in præiudicium liberorum,& quod eius conſenſus reuocabitur ab eius filijs ex titulo inofficioſæ donationis , vel ex ratione, *l.ſi vnquàm.C.de reuocan. donat.* ſiquidem inofficioſa renunciatio aut remiſſio reuocatur tanquàm inofficioſa donatio ex traditione Doctorum per eum ibi relatorum, ſubdens,quod quamuis hic conſenſus reſpiciat ius querendum, quod minimè eſt conſideratione dignum ex remiſſionibus ibi allegatis per eum, tamen attenta Doctorum dubitatione, an filius poſſit grauamini adiecto in legitima conſentire , prædicto modo temperabitur, vt in præiudicium liberorum non valeat prædictus conſenſus , & inquit idem eſſe in conſenſu adhibito ad exhæredationẽ: hactenùs ille, ergo idem erit in legitima debita aſcendentibus quandoquidem æquiparantur, tam iure cõmuni quàm regio, quantum ad hoc vt debeãtur, vt ita etiam pater non poſſit conſentire grauamen in præiudicium filiorum, qui non participant de illa, ac per conſequens nõ poſſit dictam licentiam & facultatem concedere , vel ipſe teſtari poſſit de legitima ſibi debita in bonis filij,dando vni filiorũ ampliùs quàm alteri vltra tertium & quintum. 16

Secundò † pro hac opinione facit doctrina Pet.de Anch.*conſ.* 101.vbi tenet, quòd filius non poteſt renunciare ſuã legitimam in præiudicium creditorum, ſed ſic eſt, quod filius eſt creditor, vel ſaltem quaſi creditor,imò quaſi dominus legitimę ſibi competentis in bonis patris,etiam patre viuente,& è conuerſo,iuxta glo.communiter approbatam *in l.3.C.de iur.& fact.ignor.* quæ licèt in legitima filij tantùm loquatur,tamen idem eſt in legitima patris in bonis filij, vt *in d.l.nam & ſi parentibus ff.de inoffic.teſta. & in d.l.1.tit.8.lib.5.nouæ recopil.*igitur non poterit renunciare eam in præiudicium filiorum,quibus eſt quaſi debita. 17

Tertiò † & præcipuè pro hac opinione facit, *d.l.1 titu.8.lib. 5.ordin.noui regalis.* vbi probatur , quod omnia bona filij decedentis ſine deſcendentibus legitimis , excepto tertio, ſunt legitima patris, adeò quod ſicut parentibus non licet exhæredare, vel præterire filios extra cauſas à iure expreſſas, ita nec filiis parentes, quia neceſſariò tenentur filij parentibus legitimam relinquere, vt *ex dicta l.regia* colligitur , ſed nemo dubitat, quod hoc ius legitimæ patri debitæ in bonis filij dicuntur bona ipſius patris. 18

Quia iura & actiones † inter bona connumerantur , vt tradit latè Pinelus *in Rubrica.C.de bon.mat.ſtatim in prin.* ergo pater non poterit præiudicare in illo alicui filio. 19

Sed his non obſtantibus, contraria ſententia eſt verior meo iudicio & tenenda, imò quòd pater quantumcunque habeat alios filios , etiam in eorum præiudicium poſſit concedere licentiam & facultatem filio teſtanti vt poſſit ad libitum teſtari & diſponere,& inſuper poſſit ipſe pater de illa legitima liberè diſponere in vnum vel plures filiorum aliis filiis præteritis ex facultate ſibi à filio conceſſa.

Funda-

20 Fundatur primò † hæc opinio, per textum *in l. qui autem, in verſi. proinde ff. quæ in fraud. credit.* vbi probatur poſſe verum debitorem repudiare hæreditatem ſibi iam delatam non ſolùm teſtamentariam, ſed etiam legitimam in præiudicium creditorum, nec ex hoc creditores poterunt reuocare prædictam repudiationem, immò quod fortius eſt, & legatum poterit debitor repudiare.

In quo text. plura ſunt conſideranda & ponderanda, quæ magis aſtringunt & probant hanc ſecundam opinionem. Primò, quod ibi erat iam hæreditas delata, in noſtro verò caſu non, ſed deferenda: nam regula iuris eſt, quod delata hæreditas eſt, quam adeundo quis poteſt conſequi, ſed patri, quando ipſe præſtat licentiam & facultatem filio teſtandi prout voluerit, non eſt delata hæreditas, quia non poteſt eam adeundo conſequi, quia filius adhuc viuit, & ſuperſtitis nulla eſt hæreditas, vt *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hæred.* ergo ſi debitor iam delatam hæretatem poteſt repudiare ſine querela creditorũ, hoc eſt, quòd ex eo nõ poſſint ſe cõqueri creditores, à fortiori poterit deferẽdam vel grauamen in ea conſentire in præiudicium liberorum.

Secundò ponderandum eſt, quod in tex. illo, debitor eſt verus & proprius debitor, & creditores ſunt proprij creditores tempore, quo debitor repudiat.

Sed pater † in vita eſt improprius debitor legitimæ filiorum, quia in vita non tenetur pater aſſignare nec dare filijs ſuis legitimas ſibi competituras poſt mortem ipſius patris, vt *in l. 1. §. nec caſtrenſe. ibi, præmatura etenim hac ſpecies eſt collationis. ff. de colla. bon.* & per conſequẽs filij in vita patris non ſunt proprij creditores, ſed quaſi & improprij, iuxta d. glo. communiter approbatam *in d. l. 3. C. de iur. & fact. ignor.* igitur ſi verus & proprius debitor in præiudicium propriorum creditorum poteſt hæreditatem legitimam repudiare, à fortiori poterit id pater in præiudiciũ filiorum, qui ſunt improprij creditores.

Tertiò ponderandus eſt text. ille inquantum dicit idem reſpectu legati, vt debitor poſſit repudiare legatum ſibi relictum, nam hoc plus eſt, quàm quod poſſit repudiare hæreditatẽ legitimam vel teſtamentariam.

22 Nam ius † adeundi hæreditatem non eſt in bonis noſtris, vt *in l. pretia rerum. ff. ad l. Falcid. cum ſimilib.* & hæreditas antequàm adeatur nõ eſt acquiſita, quia opus eſt aditione, vt in quamplurimis iuris partibus probatur, at verò legatum ſtatim à morte defuncti abſque agnitione tranſit recta via in legatarium, *vt in l. à Titio. ff. de furt. & in l. 35. tit. 9. part. 6. l. 1. §. ſed vtrum. ff. ſi quid in fraud. patro. & in pluribus alijs iuribus vulgaribus.* eſtque receptiſſima hæc ſententia, igitur ſi dominium iam acquiſitum & radicatum in perſona debitoris poteſt debitor repudiare in præiudicium creditorum, nimirùm ſi poſſit pater ius quærendum renunciare in præiudicium filiorum.

23 Quia † non eſt par ratio, lucra non capere & quæſita perdere, vt *in d. l. qui autem, & in l. fina. C. de codicill. & in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. ff. de donat. inter virum & vxor.* ergo text. ille *in d. l. qui autem.* iunctis ponderationibus ſuprà factis expreſſus eſt pro hac opinione.

24 Ex quo confunditur † manifeſtè opinio Pet. de Ancha. *d. conſi.* 101. de qua fecimus ſecundũ fundamentum pro parte cõtraria, dicentis, quod filius non poteſt renunciare ſuam legitimam in præiudicium creditorũ, nam ibi videmus tex. expreſsè probantẽ contrarium, & contra Anch. tenet prætereà ex illo tex. Franc. de Rip. *in l. 1. nu. 7. ff. de pignorib.* & per glo. *in l. ſcimus, verbo, ipſo iure. C. de inoffi. teſtam.* & contra Ancha. eſt etiam bonus text. *in d. l. 1. ff. de pigno.* per quem eandem opin. tenet Paul. de Caſtr. *ibi num.* 2. licèt ipſe Rip. relinquat cogitandum propter authoritatẽ Ancha. Sed reuera opin. Anch. falſa eſt, & contra tex. expreſſum *in d. l. qui autem.* & contra eam etiam per illum tex. & per tex. *in l. patrem. eo. tit.* tenet additio Palatij Rubei *in repet. Rub. de dona. inter virum & vxo. §. 47. nu. 8. litera D. fol. mihi.* 60.

25 Secundò † principaliter pro hac opinione facit bonus text. *in l. filio præterito, cum materia. ff. de iniuſt. rupt. irritoq. fact. teſtamen.* vbi probatur, quòd ſi filius conſentiat & approbet teſtamentum patris poſt mortem ipſius patris, in quo ipſe filius præteritus eſt, æquitate prætoria reconualeſcit & ſuſtinetur teſtamentum, licèt aliàs, ſi non approbaret, eſſet nullum, vt *in l. inter cætera, cum ſimil. ff. de exhæred. libe.* ergo ita & eodem modo poterit pater conſentire præteritionem de ſe faciendam, concedendo filio licentiam vt teſtetur liberè ſicut voluerit, nec cæteri filij poterunt de hoc ſe conqueri, quia pater in quærendis, potuit illis præiudicare, per ea quæ ſuprà dicta ſunt.

Vnde infertur ſecundùm † Anto. Gomez. *in l. 22. Tauri. num.* 26
24. præcipuè ad finẽ illius numeri, quòd ſi pater fecerit ſcripturam publicam vni filio non meliorãdi cæteros filios, nec vllum eorum, iuxta diſpoſitionem *d. l. 22.* quæ hodiè eſt *l. 6. titu. 6. lib. 5. ordi. nou. regiæ recopil.* poterit filius hic, in cuius fauorem facta eſt huiuſmodi ſcriptura, conſentire meliorationem in fauorem aliorum fratrum, & renunciare dictæ ſcripturæ publicæ, etiam in præiudicium ſuorum filiorum.

Facit etiam † glo. *in l. ſi quando. § ſin. glo. fin. C. de inoffic. teſtamen.* 27
quæ tenet poſſe filium tempore, quo fit teſtamentũ per patrem vel matrem conſentire ſe præteriri vel exhæredari, & licèt aliqui dd. teneant illam gloſſ. eſt tamen magis communis opinio cum ea, vt latiſſimè concludunt Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus. in 10. ampliatione. nu. 31. & 32. & ſequentibus. C. de inoffi. teſtamen.* & Anto. Gomez *in d. l. 22. Taur. num. 5. & idem in 1. Tom. cap. 11. num. 14.* & alios plures omittam, qui de illa gloſſ. loquuntur & agunt, & ibidem dd. præcipuè Anto. Gomez. *d. c. 11. num.* 31. concludunt eadem ratione poſſe filium conſentire grauamini appoſito in ſua legitima, & opin. glo. ſuprad. probari videtur *in l. 6. tit. 8. par. 6.*

Tertiò & principaliter pro hac opinione facit gloſſ. fina. *in hoc c. quamuis pactum.* communiter approbata, *vt infrà ſuper ea videbimus.* qua probatur, pactum iuratum, de quo in hoc text. nocere filiis renunciantis, ergo ita & eodem modo dicendum eſt in noſtro caſu.

Quartò † hæc opinio probatur ſimili argumẽto, ſcilicet, quia 28.
deciſi text. *in l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona.* quæ habet, quod donatio omnium bonorum vel maioris partis reuocatur natiuitate filiorum, procedit & habet locum in bonis iam radicatis in patrimonio donantis, & ſuis effectis, ſecùs verò in hæreditate non adita per renunciantem, quia cùm huiuſmodi hæreditas nondum fuerit quæſita: ſed ſit ius quærendum, tunc enim renunciatio ipſius iuris quærendi & donatio non reuocatur poſteà natiuitate filiorum, *argumen. d. l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred. & in l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter virum & vxo.* & ita hanc opin. in terminis, *d. l. ſi vnquam.* tenẽt plurimi Doctores relati per Ripam *ibi in 11. q. num. 22.* & latiùs per Tyraq. *ibi in verb. donatione largitus, nu. 180. cum pluribus ſequentib.*

In quo, meo iudicio, ponit veram reſolutionem Rip. vbi ſuprà in hunc modum, quod ſi quidem ius quærendum, quod renunciatur, eſt radicatum de præſenti ſpe certa & probabili, & hoc caſu natiuitate filiorum reuocatur renũciatio, quia eſt propriè donatio, vt *in l. pactum curatoris. C. de pact. & in l. ſi mulier. C. de condict. ob cauſ.* de qua donatione loquitur *d. l. ſi vnquam.* & ideo ſi filia renunciaret hæreditati matris defunctæ, locus eſſet diſpoſitioni, tex. *in d. l. ſi vnquam.* vt prædicta renũciatio nihil valeat in præiudiciũ filiorum poſtea natorum, tum quia renunciaret hæreditati iam delatæ, & ſic iuri radicato de præſenti: tum quia † 29
renunciando videtur adire, *argumento l. ad rem mobilem, & in l. ad legatum. ff. de procur.* eſt enim maxima differentia inter renunciare & repudiare hæreditatem, nam renunciando aditur, non verò repudiando, vt declarat Paulus de Caſtr. *in l. ſi actionem. C. de pact. & in l. pactum, quod dotali. C. de collat.* & ita conſuluit Socin. *conſil. 54 incip. Viſa renunciatione. libr. 4.* ſi verò renunciatur iuri quærendo, non radicato vlla ſpe certa, tunc non erit locus diſpoſitioni, *dicta l. ſi vnquam.* & ideo ſi quis renunciet hæreditati patris vel matris viuentis, non reuocabitur renunciatio propter ſuperuenientiam filiorum, quia hæreditas viuentis non dicitur debita filijs ſpe certa ſecundùm Bartolum *in l. poſt emancipationem. §. illud. per illum textum. ff. de liberat. legat.* cùm filij poſſint præmori, & ſic nihil habituri ſint, vt *in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen.* & pater poſſit teſtari, & alium hæredem vniuerſalem inſtituere, filio ſuo præmortuo, *vt in l. prima. & in l. ſcimus. C. de inoffic. teſtamen.* præmatura enim eſt ſpes filij anhelantis ante diem hæreditatem parentum, vt *in l. prima. §. ſi impubere. ff. de collat. bono.* hactenùs reſolutio & diſtinctio Ripæ, quam reſolutionem & diſtinctionem refert ad literam, & ſequitur Roland. à Valle *conſil. 11. num. 24. & ſequen. lib. 1.* Vbi plus dicit & refert ex Carolo Ruino *conſi. 170. 3. colum. verſi. non obſtat, &c. volum. 1. & in conſil. 140. colum. fina. volum. 4.* quod renunciatio facta per filiam patri ad formam huius *cap. quamuis pactum.* non reuocatur propter liberos ſuſceptos, quia per talem renunciationem filia ſunt excluſa à iure quærendo, & non à iure quæſito, & ibi allegat alios Doctores hoc ſequentes, quod profectò maximè

facit

facit & concludit pro hac ſecunda principali noſtra opinione.

Ergo ita & eodem modo, imò à fortiori dicendum eſt in noſtro caſu in linea aſcendentium, quòd pater poterit præſtare licentiam & facultatem filio ſuo teſtanti, vt teſtetur prout voluerit, & relinquat bona ſua cui voluerit, cùm hoc ſit renunciare ius quærendum nō radicatum, neq; ſpe certa debitum, quia poteſt pater renuncians præmori, & ſic nihil renunciauerit, imò magis congruum naturæ eſt, & frequentiùs accidit, vt pater prius decedat quàm filius, vt *in d.l.nam & ſi parentibus.*

30 Et † decedentibus ſimul patre & filio in bello, non cognito quis prius deceſſerit, præſumitur patrem priùs deceſſiſſe ordine naturæ, vt de hoc eſt optimus text. *in l.qui duos.§.in bello. & in §.ſi Lucius.ff.de rebus eorum.* vnde ſicut renunciatio filiæ vel filij hæreditatis aſcendentium nondum ſibi delatæ præiudicat filiis ſuis, hoc eſt nepotibus eius, cuius hæreditas fuit renunciata, ita etiam & à fortiori præiudicabit renunciatio patris hæreditatis filij ſui viuentis nondum ſibi delatæ, cæteris filiis, per rationes ſuprà proximè dictas, & profectò hoc fundamentum ſatis viget pro hac 2. opinione.

31 Secundò & vltimò † pro hac opinione facit, quia pater, qui eſt legitimus adminiſtrator filij, quem in ſua poteſtate habet, & ratione patriæ poteſtatis competit ſibi vſusfructus bonorum omnium aduentitiorum filij, poteſt tacitè vel expreſsè remittere filio ſuo prædictum vſumfructum ſibi debitum etiam ſi filios habeat, & etiam vltra tertium & quintum, neque alij filij poterunt petere, vt prædictus filius conferat dictum vſumfructū, ſed præcipuum habere debet, etiam ſi pater aliàs fecerit tertium & quintum meliorationis in alium vel alios filios, vt latiſſimè plura iura & Doctores referens probat, & tenet Ant. Gomez. *in l.29. Taur.nu.29.& idem in l.48.Taur.nu.9.& 10.* vnde ita & eodē modo dicēdum eſt in noſtro caſu: quod certè ſatis expreſſum videtur in propoſito, & notādum in practica pro limitatione legum huius regni, quæ prohibent parentes meliorare poſſe filios vltra tertium & quintum bonorum ſuorum.

32 Et inuenio quod † hanc ſecundam opinionem fundat latiſſimè licèt non in propriis terminis tamen in aliis fortioribus Palatius Rub. *in repetit. Rubrica, de donat. inter virum & vxo.* §. 47. *num.1.& ſeq.vſque in fin.§.fol.mihi* 59. vbi dicit, quòd ſi pater grauamen fideicommiſſi impoſuit filio in ſua legitima, vt reſtituat poſt mortem filio ſuo primogenito, & ille etiam ſuo, vt fieri ſolet, & filius expreſsè conſentiat, valebit tale grauamen, nec dicetur hoc fieri in fraudem filiorum, & pro hac parte plura iura & Doctores alleg. præcipuè noſtrum textum *in hoc cap. quamuis pactum, & l.6.titu.8.partit.6.* ergo ſi hoc ſtatutum eſt in filio reſpectu patris, à fortiori idem dicendum erit in patre reſpectu filij.

33 Quia licèt tam aſcendentibus, quàm † deſcendentibus ſit debita legitima, vt *in iurib. ſuprà allegatis.* tamē deſcendentib. debetur iure naturæ, & aſcendētibus iure miſerationis, vnde fortius ius eſt deſcendentibus quàm aſcendentibus reſpectu legitimę ſibi debitæ, *vt in ſcripto.ff. vnde libe.* & licet Palat. Rub. *vbi ſup.nu.2.* dicat multò plura adduci poſſe pro contraria parte, quæ breuitatis cauſa, & quia lis ſub iudice eſt, omittit, remittens ſe ad ſcripta pro vtraque parte per maximos iuris vertices, neutram firmans ſententiam, tamen ſtatim per totum illum §. latiſſimè fundat hanc opinionem, eam amplians, vt etiam poſt mortem patris poſſit filius cōſentire prædictum grauamen, de quo vltimo ego malè ſuſpicor, & inquit, quod hoc modo dicunt aliqui, quod legitima filij poteſt perpetuò vinculari de conſenſu filij, quia poteſt per talem conſenſum ſibi & ſucceſſoribus præiudicare renunciando iuri ſibi competenti, non ſolùm mortuo patre quando radicatum eſt efficaciter ius legitimę in eo, ſed etiā eo viuo, quando tale ius non habet in legitima, quæ non eſt ſibi debita, ſed quaſi debita, *iuxta ſæpè allegatam glo.3.C.de iur.& fact.ignor.* & poſteà dicit, quod non poteſt ex hoc filius conqueri quòd pater renunciet vel remittat ius vel lucrum, quod ſperat futurum, & ibi latè fundat, vt dictū eſt, quod profectò expreſſum eſt in noſtra quæſtione, licèt loquatur Pala. Rub. in filio conſentiente grauamen in legitima, nam idem eſt à fortiori in patre conſentiente filium teſtari, prout voluerit ipſe filius, vel quòd leget vni vel pluribus filiorum, aliis prætermiſſis, vel quòd faciat vinculum, eandem ſententiam ſupradictam expreſſius firmauit idem Palat. Rub. *in l.27.Taur.nu.16.* eandem quoque ſententiam dicit ſatis ſuſtentabilem Roder. Suarez *in l.quoniam in priorib. in 10. ampliatione, nu. 48.C.de inoffi.teſta.fol.72.* ſcilicet quòd poſſit apponi grauamen maioratus in legitima de conſenſu ipſius filij, licèt dubitet de hac opinione, & relinquat cogitandum.

Inquit † tamen *num.45.* quòd in duobus caſibus hæc concluſio erit ſine ſcrupulo. Primus eſt, vbi vltra dictam approbationē, & expreſſum conſenſum teſtamenti & grauaminis ſibi appoſiti, inter fratres fieret dicta connētio bonorum paternorum vinculatio patre conſentiente & perſeuerante in eadem voluntate vſque ad mortem, *iuxta l.fina.C.de pact,* & hoc dicit menti tenendum, quia eſt nouum, & tandem dicit, cogita ſuper ea, & poſtea eam tenet, dicens ſic vidiſſe factum in quadam ſucceſſione antiquiſſima cuiuſdam nobiliſſimi militis huius regni ciuitatis Abulenſis, & fundatur ex glo. quam dicit communiter approbatam *in d.l.fi.C de pact.* 34

Quæ † ampliat eam, *l.in liberis.* ſcilicet quod filij de conſenſu patris poſſint paciſci inter ſe de hęreditate patris certo modo diuidenda, & conuentiones, quas voluerint facere ſuper ea, patre perſeuerante in eadem voluntate vſq; ad mortem, & illam glo. ſequitur Bart. ibi ſtatim in princ. poſt diuiſionem text. & dicunt eam communem ibi Iaſ. *num.5.* Purpur. 12. & Anto. Gomez. *in 1. tom.cap.11.num.31.* & Menchac. plures allegans *de ſucceſſ. creat.§.1. in princ.num.5.verſi.vt per hoc, in fin.* & refert plures eam ſequentes *in d.§.1.verſi.quo ad quartum, nu.16.* 35

Sed & † magis aſtringit pro hac opinione & primo caſu Roderici Suarez, *l.illa finalis.* ſi conſideremus procedere non tantùm in filiis paciſcentibus ſuper hæreditate patris ipſo conſentiente, vt ſuprà dictum eſt, ſed etiam in aſcendentibus, paciſcentibus ſuper hæreditate filij. hoc eſt deſcendentibus ipſo conſentiente, nam per hanc ampliationem magis accedimus ad noſtrā quæſtionem & materiam, & quòd hæc ampliatio ſit vera, tenēt ibidem Bal *col.2.* Alex. *in princ. 2.col.* Iaſ *num.5.* dicit communem Curt. Iun. *nu.9.* vbi etiam teſtantur communem Cagnol. *nu. 68.* & Purpurat. 23. quicquid aliàs teneant in contrarium Fulgo. *ibi ſuper glo. magna* Aret. & Lancelot. Dec. *col.2.* & Philip. Deci. *nu.15.* nam præcedens opinio eſt vera communis & tenenda. 36

Secundus caſus Roderic. Suarez *vbi ſuprà num.15.* in quo poteſt ſecurè filio apponi grauamen in legitima ipſo cōſentiente, eſt, quando conſenſus filij & approbatio grauaminis interueniret etiam poſt mortem patris, per textum *in l.ſi quando. §.illud. & in §.generaliter.C.de inoffic.teſtam.* de quo alibi latiùs dicemus annuente Deo. 37

Addit † Roderic. Suarez *vbi ſuprà num.51.* tertium caſum, ſcilicet vbi filius in vita patris approbaſſet teſtamētum, in quo fuit ſibi appoſitum grauamen in legitima, & filius iuraſſet de non contraueniendo, nec impugnando teſtamentum ratione grauaminis in legitima ſibi appoſiti, per textum *apertum in præſenti c. quamuis pactum.* & per alios Doct. quos ibi refert, & ſic licet quæſtio noſtra prima facie non videatur nimis concinere noſtro tex. attamen de ipſius materia eſt, & quæ deciditur per eum ſaltem in argumentum. 38

Si igitur hoc in filijs ſtatutum eſt, multò fortiùs in parentibus idem dicendum erit per rationem ſuprà aſſignatam, & ſic benè ex hoc tertio caſu cōprobatur noſtra opinio iunctis ſupradictis, & quæ infrà dicentur ex eodem Roderico Suarez.

Vnde ipſe infert † ex prædictis vnum famoſum ad conſulendum, vbi pater vult vinculare bona, quæ pro legitima relinquit filio ſuo cum prohibitione alienationis, & cum ſubſtitutionibus & aliis grauaminibus, ita vt omnis ſcrupulus ceſſet, ſcilicet, quod filius in ipſa confectione teſtamenti conſentiat, & approbet teſtamentum, & ſupradictum vinculum, & onus ſibi appoſitum in legitima, promittens & iurans non conuenire teſtamento & conditionibus in eo appoſitis occaſione legitimæ, vel eius ſupplemēti, vel alterius cuiuſlibet grauaminis, & in hoc conſentiant omnes alij filij ſi ſunt, nam per hoc videtur manere firmum vinculum. 39

Ergo ita & eodem modo, imò à fortiori dicendum videtur in noſtro caſu, quòd pater poſſit tempore teſtamenti, quod filius ſuus facit, conſentire grauamini & vinculis in legitima ſua impoſitis per filium, & etiam conſentire quòd alteri legetur & relinquatur, inſuper & teſtari liberè de prædicta ſua legitima ſibi relicta per filium hac facultate, vt poſſit liberè de eadem teſtari, ſicut ipſe filius poterat cum prædicto conſenſu patris extraneo legare eandem legitimam cum grauaminibus & conditionibus, quæ vellet: licèt in hac noſtra quæſtione non ſit neceſſarium iuramentum, quod Roderic. Suarez requirit in quæſtio. ſua, ſed ſi interueniat, firmius erit, ex his, quæ inf. dicentur

tur in quæſtione illa, an pater poſſit reuocare licẽtiam à ſe ſemel præſtitam ad dictum effectum.

40 Sed † propius accedendo ad noſtram quæſtionẽ, idem Roderi. Suarez *ibi. nu. 53. & pluribus ſequentibus vſq; ad fin. dictæ ampliationis decima.* tractat nouiter quæſtionem, an huiuſmodi conſenſus filij ſuper onere, vinculo, & grauaminibus ac ſubſtitutionibus & fideicommiſſis cum prohibitione alienationis appoſitis in ſua legitima præiudicet filijs conſentientis (hoc eſt) nepotibus eius, qui appoſuit grauamina, an verò, eo conſenſu non obſtante, poſſint petere, vt tota legitima diuidatur æqualiter inter omnes reiecto prædicto grauamine & vinculis? Et tandem ibi concludit, quod ſi quidem filius conſentiens decedit in vita patris, tunc hic conſenſus non obſtat nec præiudicat nepotibus, quia tenetur eis auus integram & liberam abſque onere relinquere legitimam ſui patris, quia ipſi ſunt hæredes ex perſona ſua propria, repræſentando perſonam patris. Si verò filius conſentiens ſuperuiuat patri, tunc aut conſenſit in vita patris, & præiudicat filijs ſuis: aut poſt mortem, & non præiudicat, eo quia ſtatim mortuo patre fuerunt filio acquiſita bona illa liberè, & abſque onere, reiecto prædicto vinculo, & quocunque alio onere, per textum *in d. l. quoniam in prioribus.* vnde filius ipſe poſt mortem patris, cùm ſibi iam ſint quæſita bona ipſius liberè, non poteſt conſentire vinculo, nec alicui grauamini in præiudicium filiorum, & conſenſus reuocabitur prætextu inofficioſę donationis (omitto, quòd poteſt pater vnum vel plures ex filijs vel nepotibus iure regio meliorare in tertio & quinto bonorũ.) & in hac diſtinctione reſidet Roderi. Suarez, licèt quia nouum timidus & dubius: & ampliùs dicit, quòd licèt ſit communis opinio, quòd ſucceſſorium edictum habeat locum in querela inofficioſi teſtamenti, (quod ipſe latiſſimè egi *in repetitione. l. pater filium. ff. de inoff. teſtamen.*) tamen in caſu ſupradicto, quo diximus conſenſum filij nocere nepotibus eius filijs, non poterunt admitti nepotes ex ſucceſſorio edicto, quod ſucceſſorium edictum propriè locum habet, quoties primus eſt excluſus repudiatione, vel morte, vel tempore, ſecus ſi eſſet inſtitutus, licèt repudiaſſet, vt in noſtro caſu.

Ergo ita & eodem modo dicendum eſt in noſtra quæſtione, vt obſtante conſenſu patris, eius filij non poſſint conqueri, nec annullare neque querelare, neque ex perſona patris, neque

41 ex perſona ſua per ſucceſſorium † edictum, nec alio modo iudicium & voluntatem patris, dum tamen cõſentiat pater in vita filij teſtantis, ſecus ſi poſt eius mortem cõſentiat, quia tunc eius conſenſus, quia eſt ſuper iure iam quæſito, non præiudicat filijs, præterquàm in tertio & quinto, in quibus poteſt meliorare vnum vel plures ex deſcendentibus ſuis, attentis legibus huius regni, ſi verò pater conſentiens decedat in vita filij, cui conſentijt, puto adhuc præiudicare filiis, quia in hoc caſu non militat eadem ratio, quæ in filio conſentiente grauamen in ſua legitima decedente in vita patris.

42 Nam ſublatis † aſcendentibus de medio, quia prædeceſſerint, frater non tenetur inſtituere fratres, & ſic fratres non ſuccedunt fratri contra ſuam voluntatem, & teſtamẽtum, niſi turpibus perſonis inſtitutis, *iuxta textum in l. fratres, cum ſimilibus. C. de inofficioſ. teſtamen.* licèt hoc caſu fratres non tam excludantur ex conſenſu patris, quàm ex legis authoritate, quia etiam ſi pater non conſenſiſſet, (eo quod deceſſit in vita filij ſui, qui teſtamentum condidit) non admitterentur fratres ad ſucceſſionem fratris defuncti cum teſtamento, niſi ex ipſius voluntate, vel turpibus perſonis inſtitutis, quia tunc admitterentur etiam contra teſtamentum & voluntatem fratris, vt *in d. l. fratres, cum ſimil.* At verò nepotes mortuo eorum patre in vita aui ſuccedunt neceſſariò ſi volunt auo tam ex teſtamento quàm contra, & ab inteſtato, vnde pactum & conſenſus patris in eo decedente in vita aui nepotum, eis non præiudicat, quia nunquàm fuit hæres patris, hoc eſt, aui, & hæc eſt maxima ratio differentiæ in hoc tantùm caſu.

43 Pro † hac etiam noſtra opinione facit quod tradit Boet. *deciſ. 96. num.* 10. vbi vult, quod mater poteſt approbare teſtamentum filij in præiudicium aliorum filiorum ex doctrina Bal. *conſi.* 81. *volum.* 4.

Ex quibus omnibus reſultat reſponſio ad adducta per Couuar. pro 1. par. iam videmus contrarium eius, quod ipſe dixit, & licèt ſuper eo eſſet dubietas Doctorum, tamen in noſtro caſu, (hoc eſt) in patre conſentiente, non debeter eſſe ea dubietas, vt *ſuprà dictum eſt, & dicetur ſtatim.*

Non obſtat etiam *l. 1. titu. 8. lib. 5. noui ordina. regal.* adducta pro 1. opinione, quia agitur in iure quæſito, nos verò loquimur in quærendo, quorum non eſt eadem ratio, vt ſuprà dictum eſt, nec obſtat quod per illam l. infert Palar. Rub. *in repet. Rub. de donat.* § 93. *num.* 6. dicens quod in præiudicium patris non poterit filia renunciare bonis quæſitis conſtante matrimonio, quia debet intelligi, vt ipſe loquitur, quando id faceret in fraudem, aliàs ſecus, quia eſſet contra *d. l. qui autem.*

Non obſtat etiam doctrina Petr. de Ancha. *d. conſil.* 101. quia iam fuit ei reſponſum, *ſuprà in principio huius ſecundæ opinionis.* & ſic remanet ſatis explicitus & declaratus articulus hic, meo iudicio, & nullibi eum inueni tactum in terminis huius quæſtionis ſuprà tacitæ & figuratæ, & ideò ſuprà dicta omnia congeſſi, & excogitaui, vt lector doctus & prudens eligat ex his opinionibus, omnibus hinc inde perſpectis, veriorem. Mihi hæc ſecunda opinio verior videtur per fundamenta ſuprà adducta pro ea, quia licèt Palar. Rub. & Roderic. Suarez *vbi ſupr.* loquantur ſub dubio, & relinquant cogitandum in ſua quæſtione, loquentes in filiis conſentientibus grauamina in ſuis legitimis, in noſtra tamen quæſtione non adeſt tanta dubitatio, eo quod, vt ſuprà nunc ſemel dixi, licèt parentibus & filiis debeatur legitima, tamen non ita debita eſt parentibus hæreditas filiorum, ſicut filiis hæreditas parentum, quia illis debetur iure miſerationis, his verò iure naturali, & ex parentum communi voto, vt *in l. ſcripto. ff. vnde libe.* vnde nimirum, quòd faciliùs parentes excludere ſe poſſint, & à ſe abdicare ius hoc, etiam in præiudicium filiorum, quàm filij. Licèt tamen hæc ita ſe habeant, quia articulus hic nouiter per me eſt diſcuſſus, & in eo, quòd ipſe legerim, neminem inuenerim ſcribentem, & iuſtum eſt correctioni, & limæ meliùs ſentientis me ſubmittere, id libenter facio, & cogitandum relinquo, vt deliberationi locus ſit, exemplo doctiſſimorum virorum noſtræ Cæſareæ, & Pontificiæ facultatis, ſatis eſt aperuiſſe viam, & laborem ſumpſiſſe, ſpiritumque fatigaſſe in excogitationibus & fundamentis vtriuſque opinionis, & meam ſententiam atque iudicium ſignificaſſe in hac contingibili quæſtione.

Sed † vltimam manum huic negotio imponamus, remiſſiuè ſaltem videndum erit, an retenta 2. opinione ſupradicta, pater poſſit licentiam & conſenſum à ſe præſtitum filio ad teſtandum reuocare? De quo quia calamus plus debito protenſus eſt, videndi ſunt omninò Roderic. Suarez *in d. l. quoniam in prioribus, in 11. ampliatione, nu.* 10. *fol.* 102. & Tellus Fernandez *in l. 6. Taur. nu.* 64. *& 65.* dicens ſe iam bis vidiſſe hoc in practica.

Illud † tamen aduertendum eſt, quod in hoc caſu non benè quadrat, quatenus ad perſeuerantiam, vel conſenſus præſtiti reuocationem deciſio, *text. in l. fina. C. de pact.* quæ requirit perſeuerantiam in conſenſu pacti vſque ad mortem eum præſtantis, nam ſi reuocat, non valet pactum etiam iuratum, vt iam ſuprà latè dictum eſt, quia lex illa loquitur in conſenſu illius, de cuius hæreditate agitur, at verò nos agimus de conſenſu & facultate illius, cui debetur hæreditas, quod longè diuerſum eſt, vnde non poteſt ſupradicta vltima quæſtio decidi, per hanc *l. fina. C. de pact.* nec bonum fundamentum ſumi ex ea, quia in caſu *d. l. fina.* deficiente conſenſu eius, de cuius hæreditate agitur, vel quia nullus interfuit, vel quia qui adfuit, fuit per eundem reuocatus, & ſi hoc non obſtante valeret pactum in caſu *d. l. fina.* daretur votum reprobum captandæ mortis contra voluntatem ipſius, quod eſt contra bonos mores, atque perinde nullius momenti, nec iuramento confirmatur, at verò in noſtro caſu ſupradicta ceſſant, quia nullum datur votum captandæ mortis, præcipuè cùm ipſe, de cuius hæreditate agitur, conſentiat, & nõ reuocauerit ſuum conſenſum, quandoquidem teſtatus eſt, & non mutauit voluntatem ſuam, vnde videbatur dicendum omninò valere prædictum teſtamentum filij per cõſenſum & approbationem patris ſemel præſtitum, licèt poſteà reuocaſſet, quia ſibi præiudicauit conſenſus ſemel præſtitus, & quod ſemel placuit, ampliùs diſplicere nõ poteſt, præcipuè, quia à principio fuit voluntatium patri conſentire, at verò ex poſt facto poſtquàm ſemel conſenſit & facultatem præſtitit filio teſtandi, prout vellet, eſt neceſſarium in eadem voluntate permanere, vt *in l. ſicut ab initio. ff. de de act. de actio. & oblig.* 45

Pro quo † facit opinio pulchra Doctorum tenẽtium, quod licèt cõſtituto à duobus, ſcilicet viro & vxore vel aliis, primogenito ex vtrinſq; patrimonio, vel facta melioratione poſſit alter eorũ, quo ad propria bona pœnitere inuito altero vel mortuo, 46

& ma-

& maioratum quo ad ſua bona reuocare, tamen ſi maritus ex legitimo conſenſu vxotis maioratum inſtituat ex bonis vtriuſque, morte ſolius mariti confirmarur maioratus iſte & vinculum huiuſmodi, adeò qnod vxor non poteſt reuocare id, etiam quo ad ſua bona, operante hanc confirmationem, & irreuocabilitatem conſenſu ab vxore legitimè ſemel præſtito, vt latè ex Oldrad. & alijs fundat, & tenet Roderic. Suarez *in repet. d.l.quoniam in prioribus, in 5.limitatione ad l.regiam, nu.12 fol.165.& in nu.14.fol.166.C. de inoffi.teſta.* & Didac. Couar. Præſul Segouienſ. meritiſſimus *in repet. Rubricæ de teſtam.2.par.nu.8.fol.5.* & Tellus Fernandez *in l.17. Taur.nu.14.* ergo ita in propoſito videbatur dicendum, vt patet, qui ſemel conſenſum præſtitit filio teſtandi prout vellet, non poſſet reuocare prædictum conſenſum.

47 Sed qnia † ſupradictam opinionẽ & diſtinctionem in materia vinculi vel maioratus retulimus, dno ſunt aduertenda & ootanda circa eam, antequàm ad propoſirum reuertamur. Primò, quod videtnr hodie iure regio, ſecundum caput & membrum ſupradictæ diſtinctionis non procedere, imò corrigi *per l.17.Tau.* quæ hodiè nouiſſimè ſitnatur, *in l.1.titu.6.libr. 5. nouæ recop. legum regni. & per l.44.quæ hodiè eſt l.4.tit.7.eiuſdẽ lib.5.* quibus legibus deciditur & probatur, quòd melioratio tertij ſiue fiat in teſtamento ſiue in cõtractu inter viuos poteſt reuocari, niſi in tribus caſibus ſpecialibus ibi poſitis, ſcilicet quãdo traditur in vita poſſeſſio bonorũ dicti tertij meliorato vel eius procuratori per conſtituentem: item quando traditur ſcriptura meliorationis coram tabellione: item & tertiò quando d.melioratio tertij fit ob cauſam matrimonij, vel ob aliam cauſam oneroſam: ergo videtur hodie dicendum attentis ſupradictis legibus regiis, quod etiam quando maritus cõſtituit maioratum vel vinculum cum legitimo conſenſu vxoris de vtrinſque patrimonio, poſſit vxor etiam mortuo marito, reuocare præd. maioratum & vinculum, quo ad ſua tantùm bona, ſicut poſſet, ſi ipſa ſola condidiſſet dictum maioratum, ſeu vinculum, præterquàm in ſuprà dictis tribus caſibus per dictas leges regias, qnia nõ debet plus operari conſenſus ſuus præſtitus marito, quàm ſi ipſa ſola conſtituiſſet dictum maioratũ ſiue vinculum, vel ſimul cum marito, quo etiam caſu poſſet reuocare, licèt conditum eſſet in contractu inter viuos, vt in dictis legibus regiis, & prætereà tenet Couar. *vbi ſupr.* vnde hæ leges regiæ reddũt me dubium de ſupradict. opin. Sed relinquo cogitandum, quia viri grauiſſimi Roderic. Suarez, Couar. & Tellus Fernandez, *vbi ſuprà.* qui prædictã opin. tenuerunt, oon ignorabant dictas leges regias, præcipuè Couar. & Tellus Fernandez, quia ille in eodẽ numero allegauit d.l.17. & per eam idem tenuit in primo caſu ſupradicto diſtinctionis, quando vir & vxor ſimul faciunt maioratum & vinculum, hic verò legit & commentatur, *d.l.17.* dum tenuit ſupradict. opin. & ſic præ oculis illam habebant, & nihilominùs, reſident in ſupradicta opin. quando maritus ſolus de conſenſu vxoris maioratum vel vinculum conſtituit de vtrinſque patrimonio, ideo ſi vultis tenere horum opinionem, cogitetis bonum reſponſum ad dictas leges regias, quia ipſe non inuenio, ſaltem ſufficiens.

48 Vlteriùs † & ſecundò *circa ſuprà dicta* eſt videndũ, quid ſi maritus de conſenſu vxoris faciat maioriam de re vxoris ipſa cõſentiente, ita vt marit⁹ diſponeret ſicut de re ipſius mariti, & poſteà maritus reuocet talem maioriam, ad quem pertineant res maioriæ? De qua quæſtione videndus eſt omninò Greg. Lopez *in l.9. tit.13.partita 5.in glo. el ſennor lo conſintieſſe.*

49 His tamen omnibus † nõ obſtantib. Roderic. Suarez, & Tellus Fernandez, vbi ſuprà eos allegaui *in verſi. ſed vt vltimã manum, nu.44.* in noſtra propoſita ibi quæſtione idem decidunt, quod *d.l.fin.C.de pact.in ſuo caſu.* aliis tamen fundamentis.

50 Benè † tamen verum eſt, quòd ſi prædicta licentia & cõſenſus patris in materia & quæſtione de qua agimus, eſſet iuramẽto vallatus, oõ poſſet reuocari, & patens omninò excluderetur ſecundùm Tellum Fernandez *in d.l.6.Taur.nu.64.& 65.* qui dicit ſe vidiſſe iam in vna cauſa matrem, quæ cum iuramento cõſenſit, & licentiam præſtitit, excluſam fuiſſe & in alia, quia nõ obſtante ꝙ licentiam præbuerat, quia eam reuocauerat, quod eſt profectò notandum, & pro hac opin. eſt tex. expreſſus in prę́ſenti, licèt loquatur in filiis, quia idem eſt in parentib. idemq́; probat, *l.ſi quãdo.§.illud.& §.generaliter.C.de inoffi.teſtam.* vnde conſulo, vt ſemper in hac licentia, & cõſenſu patris apponatur iuramentum, licèt ſecus eſſet in cõſenſu, vt fiat pactum de hæreditate viuentis, vt dixi *in princ.huius repet.num.3. 4. & 5.* quia nos in hac præſenti quæſtione agimus de reuocatione conſenſus præſtiti cum iuramento, vt filius liberè teſtetur, nullam relinquendo patri legitimam, quod eſt diuerſum, vt ſtatim dicam.

Circa quæ iura duo ſunt potiſſimè aduertenda. Primò, quod licet in caſu, *d.l.fi.C.de pact.* reuocato conſenſu etiã pactũ iuratum nihil valeat, vt *ſuprà dictum eſt.* tamen id eſt ideo, quia pactum eſt contra bonos mores, in noſtro tamen caſu licentia à patre præſtita filio teſtandi & conſenſus noo eſt contra bonos mores, vt *ſuprà* dictum eſt, & ideo iuramento firmatur & efficitur irreuocabilis, præterquàm quod in *d.l.fi.* licentia & conſenſus eius, de cuius hæreditate agitur, non fuit iuratus, ſed pactum ipſum, in noſtro verò caſu licentia & conſenſus fuit iuratus, vnde diuerſiſſimi quidem ſunt hi duo caſus, & minimè trahendi ad conſequentiam nec ſimilitudinem, quod nota.

Vlteriùs † & ſecundò circa ſupradicta iura eſt aduertendum, quòd licet in illis probetur, & prætereà Tellus vbi ſuprà dicat, 51 poſſe filium vel patrem poſt mortem teſtatoris conſentire grauamen ſibi in legitima impoſitum, dum tamen expreſsè & ſpecificè conſentiant, dicit tamen illud intelligendum reſpectu ſui ipſorum, non verò reſpectu filiorum, quia cùm iam ſit ius quæſitum, non poſſunt in eo eis præiudicare, vt iam *ſup.* diximus, & hoc modo eſt etiã intelligendũ illud, de quo *ſuprà* dixi me malè ſuſpicare, dum adduxi ampliationem Palat. Rub. dicentis poſſe filium etiam poſt mortem patris cõſentire grauamen ſibi in ſua legitima appoſitum, idemq́ue retuli etiam ex Roderic. Suarez, nam intelligi debet reſpectu ſui ipſius, non verò reſpectu filiorum ſuorum, præterquàm in tertio & quinto inter filios, & reſpectu quinti tantùm inter extraneos.

Vlteriùs † vt ad interpretationem aliorum verborum huius 52 cap. deueniamus, videndum nunc erit, an ad validationem renunciationis iuratæ, de qua in noſtro text. requiratur præſentia patris vel eorum, quorum fauore fit renunciatio, & quòd ab eis acceptetur? Qua de re videndus eſt Couar. *in præſenti, 3.par.relect. in initio, nu.4.* vbi de iure communi cõcludit requiri, id probans rationib. & auctoritatibus, & inquit ſufficere ſtipulationem notarij pro abſente, vel ratihabitionem ſubſequutam ipſius abſentis, de iure verò regio attenta, *l.3.titu.8.lib.3.ordin.veteris, quæ hodie eſt l.2.tit.16.libr.5.ordinament.noui, regiæ recopil.* inquit, forſan non eſſe neceſſariam notarij nomine abſentis ſtipulationem ex his, quæ ipſe Couar. tradit *lib.1.varia.reſolut.c.14.ſed & abſque, d.l.regia.* inquit Couar. non deeſſe, qui opinentur, iuramenti religionem ſufficere, vt etiam abſente patre, hæc renunciatio valida ſit: rurſus adhuc videri quibuſdam putat, oportere quòd pater ſit præſens in hac ſpecie vt ipſius conſenſus intercedat, ſine quo pactio iſta ſiue renunciatio etiam iurata iniquiſſima cenſetur, alioquin etiam notario pro patre ſtipulante poſſe filiam renunciationem reuocare, priuſquàm pater pactum ratum habeat, in hoc articulo de iure regio teneo veriſſimam eſſe opinionem, quàm Couar. ſub dubio affirmauit, ſcilicet quòd valeat, etiam ſi ſit abſens pater, huiuſmodi renunciatio, quia mihi videtur expreſſa, *d.l.regia.* dum probat valere pactum, ſiue obligationẽ alteri factam, ſiue inter abſentes, ſiue inter præſentes factũ ſit pactum: addo tamen, quòd præceſſerit conſenſus patris, licèt in alia ſcriptura ſeorſum, nam aliàs pactio iſta ſiue renunciatio ſine dicto conſenſu eſt nulla, *vt in d. l.fina.C.de pact.* ſi tamen præceſſerit, & eius virtute filius vel filia in abſentia patris vel fratrũ, in quorum fauorem renunciat cum iuramento renunciauerit, valebit quidem, & tenebit renunciatio, neque poterit reuocari etiam ante acceptationem, maximè ratione iuramenti appoſiti, quia ita firmat, roburq́ue præſtat actui inualido, vt nullo modo reuocari queat (ſeruatis ſeruandis, hoc eſt, præcedente conſenſu patris licet ſeorſum in alia ſcriptura) per textum *in præſenti cap. quamuis pactum, cum ſimilibus. & per text. in Authent. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditio.* de qua latè egimus ſuprà.

Ex quibus † ipſe idem inferre poſſem in mera & gratuita 53 donatione, quòd hodie ſtante, *d.l.regia.* acquiratur etiam abſenti, & non poſſit reuocari etiam ante acceptationem, quia lex illa non tantùm loquitur in pacto, ſed in quocunque genere obligationis, in qua quis ſe velit obligare alteri, nam remanet obligatus etiam in fauorem abſentis ſiue pacto nudo, ſiue alio modo, ſicut ſi interueniſſet ſtipulatio, ſed quando interuenit ſtipulatio, non eſt neceſſaria acceptatio, nec poteſt reuocari, quia obligatus per ſtipulationem, eſt firmiter obligatus, vt *in toto titu.ff. de verbor.obligatio. & Inſtitu.eodem, igitur, &c.* & in terminis *per dictam l. regiam.* ita tenet Anton. Gomez. *2.tom. cap. 4. de donat. num.3. ad finem.* & idem voluit *in dicto 2.tomo, cap.11.num.18. ad fin.*

eandem

eandem etiam opinionem tenet expreſsè doctor Didacus Petez Salmantinus *in l.3.titu.8. libr.3.ordina. veteris, colum.* 1053. *&* 1058. vbi refert Couarru. idem tenentem, ſed aduerte quòd Couarru. non idem tenet, ſed potiùs contra eum, vt infrà dicetur. Prò hac etiam opinione facit quod tradit Petrus Duennas *in regula 119. limitatione prima, ad finem.* vbi loquit hodie videri, *per dictam l.3.* non requiri acceptationem confeſſionis extraiudicialis, pro hac etiam opinione faciunt quæ latè tradit Roderic. Suarez *in repetitio. l. quoniam in prioribus, in 8.q.prin.num.1.& ſeq.fol.216. C.de inoffi.teſtam.*

Sed his non obſtantibus contrarium in noſtris terminis donationis factæ abſenti & non acceptanti, tenet etiam attenta *d. l.regia.* Georg. Lopez *in l.4.titu.4.part.5. in glo. no lo puede hazer per totam.* vbi latiſſimè fundat hanc opinionem, & reſpondet *ad d.l. regiam.* vbi limitat in duobus caſibus, primò, quotieſcunque notarius ſtipularetur & reciperet nomine abſentis, ſecundò quoties donãs iurauit donationem, quia his duobus caſibus ſecundùm eum non poterit reuocari donatio, etiam ſi non fuerit acceptata per donatarium, hanc etiam ſecundam opinionem tenet & ſequitur Couuar. *lib.1.varia.reſol. c.14.n.13.* & Petrus Nunnez dè Auendanno *ſecunda parte, c.29 prator, nu.11.* eandem etiam opin. tenet & ſequitur notarius Monterroſ. *in ſua practica, in ſeptimo tracta fol.115. ad finem.* vbi etiam appellat magis vulgarem, vbi limitat fauore eccleſiæ vel alterius cauſæ piæ, & hæc opinio ſecunda mihi videtur tenenda ex fundamentis & rationibus, de quibus per *ſuprad. dd.*

54 Sed † quantum ad primam limitationem ſuprà poſitam Gregorij Lopez, ſcilicet quotieſcunque notarius nomine abſentis ſtipularetur & acceptaret donationem, inuenio, quòd eam plures allegans ſequitur etiam Couat. *in Rubrica de teſtam. in 3.par.nu.* 13. vbi loquit eſſe communem opinionem dd. acquiri hoc caſu abſenti actionem vtilem abſque ceſſione, eſſe tamen neceſſariam ad hoc ipſius donatarij ratihabitionẽ, licet ante huiuſmodi ratihabitionem donator non poſſit reuocare prædictam donationem ſecundùm communem opinionem dd. quos ibi refert, licèt aliqui etiam per eum relati teneant contrarium, & hęc limitatio prima eſt vera & tenenda, licèt contra eam teneat Alciat, *in c. cum contingat, nu.111. ad fin. de iureiur.* & inquit *nu.* 112. eſſe hanc ſuam opinionem communem, & primam opinionem ſequitur, & latiſſimè probat agens pro & contra, & dicit communem plures referens Rolan. à Valle *conſi.19. per totum, pracipuè nu. 22. lib.1.* vbi reprehendit Alcia. *vbi ſuprà.* & tenet non requiri acceptationem ſiue ratificationem.

55 Secunda † limitatio Grego. Lopez vbi ſuprà eſt etiam vera, ſcilicet interueniente iuramento in donatione de non reuocando eam ſecundùm Couuat. *d.c.14.nu.13.* ſequitur etiam plures allegans & benè probans tã de iure canonico, quã ciuili, Rolan. à Valle *conſi.19.num.29.& ſequentib.lib.1.* & ita eſt tenendum, licèt Alciat. *vbi ſuprà d.num.112.* dicat contrariam opinionem eſſe veriorem.

56 Admonet † tamen Monterroſ. vbi ſuprà tabellionem de bono conſilio, vt partes admoneat, vt tradatur ſcriptura donationis donatario, vel titulus rei donatæ, quia per traditionem huiuſmodi videtur tradita poſſeſſio rerum donatarum, & donatio erit certa, & non perturbabitur, quod probatur *in l.1.C de donat. & in l.8.titu.30 parti.3. & in l.10 titu. de las donaciones, lib.3 for.* quæ intra benè declarat Anton. Gomez. *in l.45.Taur.num.56. vſque ad numerum* 60. & Tell. Fernandez *in l.17.Taur.num.65. & ſequentibus.* in melioratione & donatione tertij hodiè habemus leges regias expreſſas, quæ hoc dicunt & probant, ſcilicet *l. prima, titu.6.& l.4.titu.7.lib.5.noua recopil.regia.* vnde eſt cautela ad hoc, vt donatio ſit irreuocabilis, vel quòd acceptetur ſtatim à donatario, vel quòd tradatur ſcriptura donationis coram tabellione donatario nomine poſſeſſionis, & melius erit quòd fiat vtrunque.

57 Sed † an caſu quo donatarius decedat ſine acceptatione, ipſius hæredes poſſint acceptare prædictam donationem, vel econuersò decedente donatore ante acceptationẽ donatarij, an donatarius poſſit acceptare poſteà donationem, inuitis, & reclamantibus hæredib. donatoris? dubium eſt: De quo videndi ſunt Alcia. *in d.c. cum contingat, nu.*112. & Greg. Lop. *in d.l.3.parti.5.* glo. mag. *ad fin.* vbi tenent in vtroque caſu non poſſe fieri acceptationem, & alios dd. alleg. tenent etiam Doctores relati, Couat. *in d. Rub. de teſtam. in d.3.par.d.nu.13. col. antep. & pen. & fin. illius numeri.* vbi ipſe tenet contrarium, eo caſu, quo notarius ſtipulatus eſt, & acceptauit donationem nomine abſentis, quo caſu limitauit ipſe Couat. ſecundam opin. principalem ſuprà poſitam in materia donationis abſenti factæ.

58 Vlteriùs † addendum eſt, quòd ſi donatarius ſit præſens tempore donationis, nõ requiritur acceptatio, licèt melius ſit, & ſecurius, quod tunc etiam acceptetur donatio, ſecundùm Monterroſ. *vbi ſuprà.* & meliùs Couat. *d.nu.13. in 3.par. repet. Rubr. de teſtam.* vbi plures Doctores id tenentes alleg. & dicit communem, & iuramentum operatur præſentiam donatarij, ſecundùm Roland. à Valle *conſ.19.nu.33 & 34.lib.1.* & an in dubio præſumatur præſentia donatarij, licèt non fuerit aliquid dictum de præſentia ipſius, videndus eſt Boerius *deciſ.353.nu.3.*

Adde † vltimò in propoſito, quod tradit Auendan. *2.par.c.1. prator, nu.2.* vbi dicit eſſe communem opin. quod ad validitatem donationis vel priuilegij ſola ſcientia donatarij ſufficit, & ibi refert plures caſus, in quibus tacita præſumitur ſcientia & acceptatio, ſequitur Rolan. à Valle *vbi ſuprà* proximè cum retuli, vbi etiam refert quomodo præſumitur ſcientia, quę communis opi. debet intelligi, vt procedat quo ad vtilitatẽ tantùm donationis, nõ verò quo ad irreuocabilitatem ipſius, nam ad hoc requiritur acceptatio donatarij, vt *ſuprà dictum eſt.* ſed cogita ſuper hoc vltimo, quia Roland. *vbi ſuprà* dicit, quod ſcientia operatur ratificationem: quæ omnia ſunt menti tenẽda, quia ſunt quotidiana in practica: & hac ratione, quia dependentia ſunt ab his, quæ pro intelligentia noſtri tex. adducta ſunt, examinaui hic & poſui.

60 Vltimò † in materia donationis non acceptatæ, an donatio facta alicui ita vt poſt certum tempus acquiratur eccleſiæ vel alteri pio loco vel cauſæ, poſſit reuocari à ſolo donatore, antequã ab eccleſia vel pio loco acceptetur, videndus eſt Bart. *in l. qui Romæ.§ Flauius Hermes, num.1 ff. de verb. oblig.* & Roderic Suarez, *vbi ſuprà in d.q.8.princ.* & Ant. Gomez. *in l.40. Taur.num.29.& ſeq.* & Didac. Perez. *in l.3.tit.8.libr.3.ordin.col.1056.& ſequen.* & Couuar. *lib.1.var.reſolut.c.14 num.7.* & quia ipſi copioſè & latè id examinant, ego omitto. Etiam ipſe & alij aduocati huius ciuitatis conſuluimus in hoc puncto & artic. contra Bart. *vbi ſuprà* cum communi & veriore opinione.

61 Penultimò † circa expoſitionem horum verborum huius textus, quæ nunc examinamus, eſt aduertendum, quod ad hoc vt tex. iſte locum habeat, requiritur, quod filia vel filius renuncians ſuperuiuat ei, vel eis, quorum hæreditates & legitimas renunciat, nam prædicta renunciatio hanc tacitam habet conditionem, ſcilicet ſi renuncianti delata fuerit illorum hæreditas, aliàs ſec⁹, vnde ſi renũcians decederet viuo patre vel matre, quorum hæreditates renunciauit, renunciatio hæc eſt nullius momenti, & non nocet nepotib. ex filia renunciante, licèt ſint hæredes matris, quia ipſi hoc caſu admittuntur, non tanquã hæredes matris, ſed ex perſona propria, & ſi non ſunt deſcendentes renunciantis, multò minus nocebit d. renunciatio aliis fratribus, immò ea non obſtante omnes filij æqualiter ſuccedunt in bonis parentum, præterquàm ſi parentes diſpoſuerint de tertio & quinto quod poſſunt: nam hæc tacita conditio, quæ ineſt renunciationi, ſcilicet ſi delata fuerit hæreditas, ita impedit ortum & natiuitatem actionis, ſicut expreſſa, iuxta gloſſ. vulgarem & communiter approbatam, *in l. item quia. verb. malè petitur. ff. de pact.* prætereà conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, vt *in l. Mænius. & in l. qui hæredi. ff. de condict. & demonſtratio.* & iuramentum ſortitur naturam contractus ſiue actus, ſuper quo interponitur, & habet eandem conditionem, *vt in l. fina. cum ſimil. C. de non nume. pecun.* ergo cùm ſupradicta conditio non fuerit adimpleta, ſcilicet quòd hæreditas fuerit delata renuncianti, quia ipſe præmortuus eſt, & nulla ſit hæreditas viuentis, vt *in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæred.* nec pater in vita teneatur aſſignare filio legitimam, vt *ſuprà eſt dictum,* & conſenſus patris nihil operetur hoc caſu, quia in eo etiam ſubintelligitur dicta tacita conditio, ſi hæreditas renunciata deferatur renuncianti, conſequens eſt, vt huiuſmodi renunciatio ſit nullius momenti: & licet Roman. *in dicta l. qui ſuperſtitis.* & Decius, & nonnulli alij velint tenere contrarium, tamen pręcedens opinio verior & magis communis eſt, & tenenda meo iudicio in iudicando & conſulendo, vt pluribus allegatis tradit Couuarru. *in præſenti, in tertia parte, §.2.num.4.* eandem etiam pluribus Doctoribus relatis teſtatur communem tellus Fernandez *in l.6.Taur.nu.61.* vnde menti tenenda eſt hæc declaratio ad noſtrum textum, quia contigibilis eſt.

62 Vltimò † circa hæc verba, patri factum, huius text. eſt videnda

denda optima quæſtio deciſa per Nicol. Boërium *deciſ.* 184. *per totam.* ſcilicet, quando filia dote contenta renunciat vniuerſam hæreditatem matris in fauorem patris tantùm, vel patris & ſuorum hæredum, an ſi iſte pater habeat alios filios, fratres & ſorores renunciantis, item & alios filios ex alio & ſecundo, vel tertio matrimonio, vtrum hæc hæreditas renunciata, mortuo patre diuidatur inter filios vtriuſque matrimonij, vel ſolùm pertineat ad fratres & ſorores filiæ renunciantis ex vno, eodemque matrimonio, & non ad cæteros alterius matrimonij? videndus eſt ipſe Boërius, quia refert in hoc diuerſas opiniones Doctorum, & ſecundùm quam fuit iudicatum in ſenatu Neapolitano.

1 TEXT. *hic procedit etiam in filia minore* 25 *annorum, maiori tamen* 12. *anno.*

2 *Certioratio non requiritur minori facienda in caſu huius tex.*

3 *Tex. hic procedit non tantùm in filia emancipata, ſed etiam in conſtituta in patris poteſtate.*

4 *Tex. hic procedit etiam in filio ob aliquam cauſam renunciante cum iuramento hæreditati parentis.*

5 *Pater in vita non compellitur filio aſſignare legitimam.*

6 *Pater volens benè poteſt filio in vita aſſignare legitimam.*

7 *Legitima filio in vita patris aſſignata & tradita, an creſcentibus poſteà facultatibus patris poſſit filius petere ſupplementum & incrementum ſuæ legitimæ, & quid è conuerſò? & numeris ſequentibus.*

8 *Legitima conſideratur attentis bonis, quæ ſunt tempore mortis defuncti, non verò ante.*

9 *Tex. in l. ſi quando.* §. 1. *&* 2. *C. de inoffi. teſta. declaratur.*

10 *Legitimæ exceſſus recepta per filium in vita patris, diminutis poſteà facultatibus patris poterit repeti ab ipſo filio.*

11 *Filius in caſu huius textus excluditur à petitione ſupplementi & incrementi ſuæ legitimæ auctis poſteà facultatibus patris, & per contrarium, diminutis facultatibus non poterit ab eo repeti exceſſus.*

12 *Filius, qui in vita patris non recepit integram legitimam, poteſt poſteà auctis facultatibus reſiduum petere.*

13 *Filius qui in vita patris colli per ſtatutum, recepit legitimam pro condemnatione delicti ſoluenda, an etiam auctis poſtea facultatibus patris poſſit aliquid aliud conſequi.*

14 *Statuta ſunt ſtricti iuris, & non ſunt extendenda in præiudiciũ filiorum, ſed imò interpretãda vt quàm minimè lædant ius commune.*

1 A *Filia*, In hoc verbo, *à filia*, eſt aduertendum, quod † procedit deciſio hæc, etiam ſi filia ſit minor 25. annis, maior tamen 12. ann. vt probatur *in Auth. ſacramenta puberum, iam ſuprà latè declarata.* eſtque communis opinio ſecundùm Couuar. *in præſenti tertia parte, relectio.* §. 1. *nu.* 3, vbi plures Dd. allegat.

Sed an procedat in filia impubere doli tamen capace? videnda ſunt, quæ latè diximus *in d. Auth. ſacramenta puberum, nu.* 117. & ad ibi per me dicta me remitto.

2 Vbi etiam † latè examinauimus *in nu.* 113. *& ſeq.* an minor iurans debeat certiorari, de quo in ſpecie huius tex. Couuar. *hic nu.* 4. tenet cum Guid Papa & Guid. Bened. non requiri certiorationem iuris ciuilis improbantis hoc pactum.

3 Qui † *nu.* 5. tenet etiam tex. hunc procedere in filia nõ tantùm emancipata, ſed etiam in conſtituta in patris poteſtate.

4 Sed † & *text. hic* non ſolùm procedit in filia renunciante dote contenta, ſed etiam in filio maſculo, vel cauſa litis, aut donationis propter nuptias, vel alia ratione recipiente aliquid, & renunciante paternæ hæreditati cum iuramento, & ita nos in hoc capite indifferenter loquuti ſumus tam in filia quàm in filio renunciantibus, & hæc eſt communis omnium doctrina in præſenti.

5 Sed † eſt hic examinandus articulus ſatis difficilis in iure, in quo Doctores ſibiipſis valdè cõtradicunt: nam habemus, quod licèt pater in vita non compellatur filio aſſignare legitimam, *vt in l.* 1. §. *ſi impubere. ff. de collatione bono.* & eſt communis opinio ſecundùm Imol. & Alex. *in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pupill.* Fabian. *in Auth. nouiſſima, in* 7. *q. C. de inoffi. teſtam.*

6 Tamen volens pater benè poteſt filio etiam volẽti aſſignare & tradere in vita legitimam, vt probat tex. *in l.* 1. §. *ſi vel parens ff. ſi quis à parent. fuer. manumiſ. & in l. cum quo de peculio.* §. *fi. ff. ad leg. Falc.* & eſt cõmunis opin. ſecundùm Tellum Fernandez *in l.* 23. *Taur. nu.* 11. de quo vltra ipſum videndus eſt latè Iaſ. *in lect. l. frater à fratre. nu.* 44. *in* 5. *col. illius numeri, in* 7. *limitatione, & in repet. nu.* 43. *ad fi. ff. de condict. indeb.* & Roder. Suarez *vbi ſup. nu.* 3. *ad fin.*

Sed † eſt dubium, ſi aſſignata huiuſmodi legitima in vita, & fi- 7
lio tradita, poſteà facultates patris augeantur, an filius poſſit petere ſupplementum ſuæ legitimæ in eis? Et quòd non poſſit, nec etiam per contrariũ diminuatur legitima ſibi aſſignata ſi facultates patris decreuerint, tenet Iac. Butr. primus omnium & magiſter Bar. *in l. pactum. C. de collat. in ver. modò quæro. argum. text. in l. pen. C. de ſolut.* vbi probatur, quod ſi fundus datus in ſolutum pro debito, induſtria & opera creditoris melior factus ſit, debitor nihil ex hac melioratione poteſt petere, ſicut ecõuerſò creditor conueniri non poſſet, ſi deterior factus eſſet: inſuper inquit Iac. Butr. ꝙ in noſtro caſu filius non excluditur virtute pacti de non ſuccedendo, quia hoc reprobatum eſt à iure ciuili, ſed ex vi perceptionis partis, quæ ſibi competebat, vnde ſi poſteà facultates patris auctæ ſint non poterit petere ſupplementum, quia recepit quod ſuum erat, & ex ſolutione eius, quod ſibi debetur, excluditur, & non ex vi pacti de non ſuccedẽdo, & ibi addit aliam rationem, & ita inuenio quod hanc opin. Iac. But. teſtãtur communem in proprio loco, Rom. *colum.* 6. & Georgius Natam *in præſenti, colum.* 2. & Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in* 4. *limitatione, ad legem regiam, num.* 4. *fol.* 152. *C. de inoffic. teſtam.* quem refert, & hanc dicit communem Couuar. *in præſenti, in* 3. *parte,* §. 1. *num.* 2. communem etiam teſtantur Anto. Gomez *l.* 22. *Taur. nu.* 4. & Mencha. plures allegans *de ſucceſſ. creat.* §. 20. *num.* 291. hanc etiam communem, & magis communem plurimos Doct. referens, veram & tenendam dicit, & probat nouiſſimè Tellus Fernan. *in d. l.* 22. *Taur. num.* 16. vltra quos omnes hanc dicit communem, Ioan. Crot. à nemine allegatus, *in rep. d. l. frater à fratre, nu.* 17. *ff. de condict. indeb.* hanc teſtatur communem & magis communẽ videri omnium poſtremus Gaſpar Baeza *in tractatu, quem fecit de non meliorand. ratione dot. filiab. c.* 5. *num.* 30. vbi numeris ſequentib. eam tenet cum modificatione quadam, & loquitur ipſe in filia dotata cõpetenter, eandem etiam opin. nouiſſimè dicit cõmunem cum Rom. Curt. & Boer. *deciſ.* 6. Io. Baptiſt. *in ſuo ærario communi opi. litera f. nu.* 166. *fol.* 74. Sed meo iudicio cõtraria opinio eſt verior & tenenda, imò quòd filius poſſit poſteà petere legitimã & eius ſupplementum in bonis poſteà auctis, & hoc duobus præcipuè fundamentis omiſſis aliis.

Primò, † quia legitima conſideratur attentis bonis, quæ ſunt 8
tempore mortis patris, & non ante, vt *in l. cùm quæritur. C. de inoffic. teſtam. & in l.* 3. *&* 7 *titu.* 6. *lib.* 5. *noua recop. regia.* quæ ll. licèt loquantur in melioratione tertij & quinti, tamen idem eſt in legitima, cùm tertiũ inter liberos ſit legitima, quia extraneo relinqui non poteſt, *vt in l.* 11. *d. tit.* 6. *lib.* 5. vnde non poteſt filius, etiam ſi tempore aſſignationis legitimæ in vita patris ſibi factæ recipiat ſuam legitimam competentem, & integram, attento valore bonorum patris, illo tempore renunciare ius futurum, hoc eſt quod poſteà augetur, quia eſt pactum de futura ſucceſſione, quod iure ciuili eſt improbatum, & hoc fundamento reſpondetur fundamentis contrariæ partis, item etiam reſpondetur *d. l.* 1. § *ſi parens, & d. l. cum quo, de peculio.* § *fina.* quia in his iuribus non ſupponitur facultates patris eſſe auctas poſteà, ſed ſolùm affirmatur id, ad quod dicta iura adduximus, ſcilicet poſſe patrem præuenire tempus mortis, & ſoluere legitimas filiis in vita, quod quidem non mirum eſt, nam *& l. fin. C. famil. erciſcun.* hoc expreſſiùs dicit, nam inquit poſſe patrem in vita diuidere bona ſua inter filios, & quod valet huiuſmodi diuiſio, non tamen ideo ſequitur, quòd ſi poſt dictam diuiſionem alia bona aucta fuerint, non debeant diuidi.

Secundò, & principaliter † hæc opinio affirmatiua probatur 9
ex tex. optimo, *in l. ſi quando.* §. 1. *&* 2. *C. de inoffi. teſta.* vbi probatur, quod etiam ſi pater filio in vita det & aſſignet aliquas res pro legitima ſua, vel pro parte ipſius, non prohibetur filius poſteà ſupplementum petere. Neque obſtat intellectus, quem ad illũ text. ex plurib. Doctorib. aſſignat Tellus Fernan. *vbi ſup. d. nu.* 16. *ad fin.* ſcilicet quod ibi filius nõ accepit integram legitimam, ſed partẽ ipſius, ideo non prohibetur reſiduũ petere, at verò noſtra quæſt. eſt, quãdo filius in vita integrã legitimam eo tempore ſibi competentem accepit. Nam reſpondeo, ꝙ idem eſt, etiam ſi integrã legitimam accipiat, quia reſpectu bonorum poſteà quæſitorum, non integram legitimam accepit, vnde licet reſpectu eius legitimæ, quæ ſibi competebat tempore receptionis nihil poſſit petere ex bonis patris, qui iam recepit ius ſibi competens, tamen reſpectu cæterorum bonorum poſteà quæſitorum nõ prohibetur

tur petere legitimam, ſicut videmus *in dictis* §.§.1.*&* 2. quia licèt reſpectu illius partis quam filius in vita patris non poſſit poſt mortem patris aliquid petere, reſpectu tamen reliquæ partis ſibi pro complemento legitimæ competentis in bonis patris, benè poteſt petere, vt in dictis iuribus probatur, quia huic iuri nõ poteſt renunciari, cùm ſit improbatum pactum de renuncianda futura ſucceſſione, vnde cùm valeat argumentum de parte quo ad totum, & de toto quo ad partem, *vt in l.quæ de tota.cum ſimil.ff. de rei vendi.* conſequens eſt vt in illis §§. hæc ſecũda opinio benè probetur, non obſtãte intellectu & reſponſione illis iuribus aſſignatis per Tellum Fernandez, *vbi ſuprà.*

Et ita inuenio quod hanc ſecundam opinionem tenet expreſsè contra Iaco. Butr. Bald. *in d.l.pactum dotali .in 6.oppoſi.C.de colla* & dicit hanc opin. communem Iaſ. *in d.l.cum quæritur. & in Auth.nouiſſima,nu.9. & in d.l.ſi quando.§.1.incip.illud.C.de inoffi.teſt.* & communiorem dicit idem Iaſ. *in l.quod Seruius, col.fin.nu.12.ff. de condi.cauſ.dat.&c.* dicit etiã communem eam ſequẽdo Couar. *vbi ſupr.* & hanc dicit magis cõmunem, & eã ſequitur Menchac. *vbi ſup.* hanc etiam dicit magis cõmunem, & eam ſequitur idem Couuar. *in c.Raynutius.§.1.nu.8.de teſtamentis.* & dicit magis communem idem Mench. *de ſucceſſ.creat.§.18.nu.84.* quam opiniunẽ tenent etiam Bal. & Rip. *nu.38.per text.ibi in c.cum M.Ferrarienſis, de conſtit.* & ſequuntur eam & dicunt communem alij relati per Tellum Fernandez, *vbi ſuprà, num.15.* ſequuntur plures relati per Baezam, *vbi ſuprà,nu.27.* dicit communem Ioan.Bapt. *vbi ſuprà.* cum Couuar. hic Iaſ. & Grammat. quos tantùm refert.

10 Vnde † per contrarium idem erit diminutis facultatibus patris tempore mortis ipſius, nam poterit repeti à filio exceſſus legitimæ præſtitæ & receptæ, ſecũdùm Paul. de Caſt. *in l.in ratione, l.3.nu.5.ff.ad leg Falcid.* & ibi Alex. *nu.7.* & eſt ex mente communis opinionis affirmatiuæ ſecundo loco ſuprà poſitæ, licèt prima communis habeat cõtrarium, & in ſpecie Tellus Fernandez, *vbi ſup.d.nu.16.col.antep.* Nam retenta ſecunda opinione debet teneri opin. Pauli *ſuprad.* quia contrariorum eadem eſt diſciplina, & retenta prima opin. principali debet teneri contra Paul. ſed vt dixi, meo iudicio, ſecunda opinio eſt verior & tenenda, & per conſequens ſupradicta illatio, licèt ambæ opiniones cõmunes & magis communes ſint ſecundùm quod dd. dicunt.

11 Vnum tamen † eſt ſine dubio, quod deducitur in propoſita quæſtione ex noſtro tex. ſcilicet, quòd ſi filius hic, qui in vita patris accepit legitimam ſibi tunc competentem, cum iuramento renunciauit hæreditati patris futuræ, tunc omninò excluderur, etiam auctis poſteà facultatibus patris, & per contrarium ſi diminuantur, nihil repeti poterit ab eo filio, *per tex.in hoc cap.quamuis pactum.* qui expreſſus eſt in hoc, & plures Doctores allegans teſtatur hanc eſſe communem opinionem Couuar. *in præſenti.3. parte.d.§.1.num.2.colum.penult. & fina.illius numeri.* eandem quoque ſententiam tenet Tellus Fernandez *vbi ſuprà, nu.12.qui num. 13.& 14.* alios duos caſus conſiderat in materia. Hanc teſtatur etiam magis communem Ioan. Baptiſta *vbi ſuprà.* qui alios allegat, non verò ſupradictos, & inquit hanc eſſe concordiam inter ſupradictas opiniones.

12 Primus caſus eſt Telli *vbi ſuprà,* quando † filius in vita patris non recepit integram legitimam, nam inquit Tellus cum aliis, quos refert, quod tunc auctis facultatibus patris, poteſt filius reſiduum petere, *ex d.l.ſi quando.§.1.C.de inoffi.teſtam.* quod ſanè veriſſimum ipſe quoque eſſe cenſeo. Sed videtur aliquo modo in hoc ipſe Tellus reincidere in opinionem noſtram ſecundã principalem, nam ſi filius non recepit integram legitimam, etiam & reſpectu bonorum, quæ id temporis pater habebat, clarum eſt, quod etiam ſi facultates patris non augeantur, poterit petere poſtea reſiduum, igitur cùm Tellus Fernandez *num.13.* dicat, quod auctis facultatibus quando filius nõ integram legitimam in vita patris accepit, poteſt filius petere reſiduum, loquitur etiã reſpectu bonorum poſtea auctorum, nam ſi firmus erat author ſupradictus in opinione Iaco. Butrig. quæ fuit primo loco ſuprà poſita, non debebat dicere, *in d.num.13.* quod auctis facultatibus filius, qui non recepit in vita patris integram legitimam, poteſt reſiduum recuperare, quia etiam ſi nõ auctæ fuiſſent, ſed eadem bona fuiſſent, quæ erant tempore aſſignatur & receptionis, poſſet illud petere.

13 Secundus caſus Telli Fernandez *in d.num 14.* eſt, † quando pater in vita coactus fuit vi ſtatuti ſoluere legitimam tunc filio competentem pro delicto ipſius filij, nam tunc etiam auctis poſteà facultatibus patris, filius nihil aliud conſequi poterit: & ibi allegat Doctores hoc tenentes, hæc opinio vera videtur, quia hoc caſu iam lex, hoc eſt ſtatutum, contenta videtur illa legitima non inſpecto tempore mortis: licet poſſet ſubtiliter inſtari, quod ſtatutum huiuſmodi non præcipiat legitimam conſiderari tempore condemnationis, neque tempore mortis patris, ſed tantùm dicit, quòd pater teneatur ſoluere legitimam filio in vita pro condemnatione ipſius, vnde non aufert ius filio competens in bonis poſtea futuris.

Et ſic † cùm ſtatuta ſint ſtricti iuris, non ſunt extendenda in præiudicium filiorum, ſed imò interpretanda, vt quàm minimè lædant ius commune, *vt in l.2.C.de noxa act.cum ſimil.* quia debet intelligi ſecundùm ius, vt *in l.nam & poſteriores.ff.de legib.* præcipuè, quia eſt euitãda legum correctio, vt ſunt iura vulgaria, propter quæ dubius ſum in hoc vltimo caſu, tu cogita, & dato maiori otio delibera. 14

1 T*EX. hic an procedat in filia intrante religionem renunciante hæreditati patris cum iuramento aliqua dote recepta.*
2 *Renunciatio intrantis religionem qualiter & quo tempore hodie fieri debeat.*
3 *Ingrediens monaſterium ſi lædatur enormiſſimè ex ſua renunciatione iurata, quam fecit, an poſſit huiuſmodi renunciatio iurata reſcindi per reſtitutionem in integrum.*
4 *Teſtamentum ingredientis religionem, ante ingreſſum factum, an valeat hodie ſtante quodam decreto ſacri Cõcilij Tridentini.*
5 *Donatio inter viuos facta aliquibus diebus ante ingreſſum, an valeat ſtante dicto decreto ſacri Concilij Tridentini?*

D*VM nuptui tradebatur.* Adde † idem eſſe ſi filia renunciet dum religionem intrare vult, & ſic, quòd monaſterium nihil petere poſſit, ex iuris vulgari regula, quod valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale: & econtrà, *vt in c.inter corporalia, & c.fin.de tranſlat.prælat.* præcipuè cùm in hoc differentia non inueniatur, & ita in terminis tenent Bar. *in l.fin.nu.6.in fi. & ibi* alij Doct. *C.de pact.* præcipuè Cagnol. *in repetit illius l.nu.115.* & teſtatur etiam videri magis communem opinionem Couuar. *in præſenti.in 3.par.§.2.nu.3.* qui eam ſequitur, & inquit procedere, etiam ſi non reciperet omnem quantitatem ſibi competentem, dum tamen congruam dotem recipiat: & tandem inquit eſſe admodum vtile, & denique cautiſſimum, ad euitandas Doctorum opiniones in hac controuerſia, vt prædictum pactũ fiat ex conſenſu monaſterij, id eſt, prælati, & conuentus, qui in quærendis poſſunt monaſterio præiudicare, vt in ſpecie aſſerit tenere Purpur. & Cagnol. *in d.l.fi.nu.194.* & ita eſt tenenda hæc cautela, quia contra communem ſupradictam tenet Corn. *cõſ.272. lib.3.* & eſt etiam cõmunis opin. in contrarium, vt latiſſimè pro vtraq; parte plures allegans tradit Tellus Fernandez *in l.6.Taur. nu.52.* & plurib. ſequẽtib. qui eſt omninò vidẽdus in hoc articulo. 1

Hodiè † verò per ſacrum Concilium Tridentinum *ſeſſione 25. cap.16.* aliter in hoc ſtatutum eſt, his verbis, Nulla quoq; renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorẽ cuiuſcunque cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione, aliter verò facta etiã ſi cum huius fauore expreſſa renunciatione etiam iurata ſit irrita & nullius effectus, & ſic hæc forma ſeruanda erit in renunciationibus, quæ deinceps fient, quæ traditur in hoc decreto. 2

Sed † an ſi lædatur ex renunciatione ingrediens monaſterium enormiſſimè, quia renunciauit opulentiſſimæ hæreditati, modica dote, ſufficienti tamen contenta, poterit reſcindi huiuſmodi renũciatio iurata per reſtitutionem in integrum? Quia in re, quicquid ſit in aliis caſibus, vt dictum eſt à me, *in Auth.ſacramenta puber.C.ſi aduerſ.vendi.* in hoc tamen ſpeciali, quãdo renuncians ingreditur monaſterium, nullo modo reſcindi debet dicta renunciatio (ſi tamen ſit ſecundùm formam hodiè traditam *in dicto decreto ſacri Concilij*) etiam ſi læſionem enormiſſimam contineat, vt tenet latè fundans & probans Couuar. *in præſenti d.§.2.num.5.* ſequutus opin. Decij & Aym. Sauill. in conſiliis per eum ibi allegatis. 3

Sed † vidi iam quendam ſatis acuti ingenij Iuriſperitum intelligere prædictum decretum ſacri Cõcilij ſup. relatum in renunciatione & obligatione, quæ fit inter viuos, ſecus verò in teſtamento, quod ingrediẽs ante ingreſſum poteſt iure facere teſtando de omnib. bonis ſuis prout voluerit, neq; ingreſſu monaſterij 4

teſtamentum rumpitur, vt *in Auth. de monach. §. illud. & in §. nunc autem. & in Auth. ſi qua mulier. C. de ſacraſan. eccl. & in Auth. nunc autem. C. de epiſ. & cler. & in c. ſi qua mulier. 19. q. fin.* vnde cùm ſacrum Concilium tantum loquatur in renunciatione & obligatione, quæ quidem inter viuos fiunt, non debet extendi ad teſtamentum, quod eſt actus morientis & deambulatoriũ vſq; ad mortẽ, cùm per hunc intellectũ euitetur legum correctio, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? *vt in l. iubemus. C. de teſta. & in l. præcipimus. C. de appel.* Certè hic intellectus ſi verus eſt, prout videtur, optimus eſt, & qui plurimum conducit in practica, licèt nõ ſit remediũ firmum conſanguineis vel aliis, quibus in teſtamento ingredientis relinquitur hæreditas, quia poſtea ingreſſus poterit reuocare & annullare teſtamẽtum perſuaſione monachorum & conuentus. Sed quicquid ſit, non audeo affirmare hunc intellectum, relinquo ſub declaratione Summi noſtri Põtificis, qui habet auctoritatem declarandi, illud ſcio, præd. Iuriſperitũ, qui ita intelligebat, ſic practicaſſe in ſuamet perſona, qui ingreſſus fuit monaſterium S. Franciſci Salmaticæ, & antequàm intraret, fecit teſtamentum, & diſpoſuit de bonis ſuis in fauorem ſuorum fratrum prout voluit, ſed de eius teſtamenti firmitate dubito, attento dicto decreto ſacri Concilij, quod aliàs per hunc modum defraudaretur. Item etiam, quia ſunt diuerſę opin. inter glo. & Doct. *in iuribus ſup. alleg.* an monachus ante ingreſſum poſſit condere teſtamentum, præcipuè attenta *l. 17. tit. 1. part. 6.* quæ poſt ingreſſum prohibet teſtari: de cuius l. intellectu vltra Greg. *ibi glo. 1.* videndus eſt Couuar. *in c. 2. nu. 5. ad fin. de teſta.*

5 Cogitabam, an poſſet † dici, quod ingreſſurus, ſiue ingreſſura religionem, aliquibus dieb. ante ingreſſum, faciat donationem firmam & ſolennem ſuorum bonorum inter viuos, cui velit, reſeruata ſibi aliqua parte competente pro ſuis neceſſitatibus non facta mentione, nec renunciationis, nec ingreſſus religionis, quia cùm quis exiſtit in ſeculo non cogitans de ingreſſu religionis, etiam hodiè non videtur prohibitum per quintum Concilium, quòd donet, dum tamen alia ſolennia ſeruet, & in fraudem Concilij id non faciat, præcipuè, quia decretum *ſuprà dict. 5.* Concilij attentis præcedentibus decretis tantum videtur loqui in renunciatione facta ab ingreſſo religionem. Sed adhuc de hoc dubito, ſi fraus huiuſmodi donationis præſumi poſſit, quod poteſt conſtare, vel ex modico interuallo temporis inter donationem prædictam & ingreſſum religionis, vel ex alijs etiam coniecturis: ideo conſulo, vt ſemper in renunciationibus huiuſmodi ſeruetur forma tradita in hoc à ſacro Concilio Tridentino, *vbi ſuprà.*

1 *TEX. in hoc cap. quamuis pactum, procedit etiam ſi nulla dote recepta renunciatio fiat.*

2 *Matrimonium, an valeat & eſſe poſſit abſq; dote.*

1 VT DOTE *contenta.* Idem † ſi nulla dote recepta renunciationem hanc iuratam, de qua in hoc text. faceret, quia tũc alia ratione ſuſtinebitur hæc renunciatio, ſcilicet quia iuramentum poteſt ſeruari abſq; diſpendio ſalutis æternæ; quæ ratio etiã militat in hoc caſu, ſicut quãdo alia renunciauit accepta aliqua dote, & hæc eſt communis opinio, licèt aliqui Doctores teneãt cõtrarium, ſecũdùm Couuar. *hic d. 2. 2. nu. 6.* vltra quam eandem opinionem dicit magis communem plures Doctores referens Anto. Gomez. *in l. 22. Tauri. nu. 7.* quæ eſt tenenda, licèt vltra allegatos per ipſos contrarium etiam teneant Ancha. *conſil. 39. nu. 32.* Imol. *conſi. 1. col. 2.* & Barbat. *conſi. 21. nu. 5. & 6. lib. 1.* & Matth. de Afflict. *in c. 1. §. ſi quis inueſtiuerit. de feud. dat. in vic. l. comm. nu. 23.* qui poſt Iaſ. *conſi. 135. nu. 15. in fin. lib. 4.* limitant communem opinionem ſupradictam, ſi renunciatio cum iuramento fieret hæreditatis maternæ nihil recepto, de quo ipſe dubito propter communem opinionem ſupradictam.

2 Et † ex ſupradicta cõmuni opinione infertur valere quidem matrimonium & poſſe contrahi abſq; dote, quod probatur etiã ex tex. *in l. quod ſi nulla. ff. de religio. & ſumpt. fun.* in Concilio tamen Arelaten. cauetur, quòd nullum ſine dote fiat coniugium, quod lègitur *in c. nullum. 30. q. 5.*

1 *TEX. hic procedit etiam in renunciatione hæreditatis maternæ.*

2 *Renunciatio hæreditatis maternæ, an noceat patri habẽti in ſua poteſtate renunciantem, quod vſumfructum ſibi debitum in bonis renunciantis. & quo ad alia? & numeris ſequentib.*

3 *L. fi. in prin. C. de bon. quæ lib. declaratur.*

4 *Diſpoſitio illius l. non procedit quando teſtator, de cuius hæreditate agitur, tacitè, vel expreſſè voluit patrem non ſuccedere, ſed quòd repellatur.*

5 *Pater in caſu illius tex. præfertur ſubſtituto.*

6 *Sed hoc procedit in ſubſtituto extraneo, ſecus in coniuncto.*

7 *Subſtitutio pupillaris etiam excludit matrem quando ſubſtitutus eſt frater pupilli vel aliàs coniunctus.*

8 *Idem eſſet quando ſubſtituta eſt pia cauſa ad exonerandam conſcientiam teſtantis.*

9 *L. 2. C. ad Orfician. intelligitur.*

10 *Renunciatio filij hæreditatis maternæ cum iuramento, an valeat & noceat patri, quando mater extraneum hæredem fecit?*

11 *Renunciatio filij hæreditatis maternæ, an noceat patri, quando mater decedit inteſtata.*

12 *Renunciatio hæreditatis maternæ facta ſimpliciter, in dubio cenſetur facta fauore fratrum, vel ſororum.*

13 *Renunciatio hæreditatis maternæ, decedente matre inteſtata, & ſine alijs deſcendentibus legitimis excepto renunciante, non impedit quin hæreditas ipſius deferatur ipſi renuncianti.*

14 *Renunciatio filij hæreditatis maternæ facta cum iuramento, an nõceat patri quoad vſumfructum. & nu. ſeq.*

15 *Filijfamil. non poſſunt teſtari de rebus in quibus parentes eorum habent vſumfructum, nec eas alienare citra voluntatem parentum.*

16 *Filiusfamil. non poteſt hodie facere pactum de non petendo legatum ſibi relictum ſub conditione in præiudicium vſusfructus patri in eo debiti.*

17 *Peculium filijfam. in quo pater habet vſumfructum, nõ publicatur ob delictum filij, non ſolum reſpectu vſusfructus, ſed nec etiam quo ad proprietatem ne fiat patri præiudicium.*

18 *Patri non quæritur vſusfructus in bonis, quæ filijsfamil. dantur, vel relinquuntur conditione adiecta, vt ad patrem non perueniat vſusfructus.*

[illegible] *Mater poteſt apponere filio prædictam conditionem, ſcilicet, ne vſusfructus perueniat ad patrem, quando malè ſuſpicatur de moribus mariti.*

20 *Mater, an regulariter poſſit apponere dictam conditionem, ne ſcilicet patri quæratur vſusfructus, etiam ſi malè non ſuſpicetur de moribus mariti?*

21 *Difficultas quædam ex l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtam. mota diſſoluitur.*

22 *Renunciatio filij hæreditatis maternæ nocet patri ſine dubio, quando ipſe pater conſenſit prædictæ renunciationi.*

NVLLVM ad bona paterna regreſſum haberet. Adde idem 1
eſſe reddendo ſingula ſingulis, ſi filia vel filius renuncient cum iuramento hæreditati maternæ, promittentes ad bona materna nullum regreſſum habituros, nam valebit huiuſmodi renunciatio iuramento vallata, cæteris, quæruntur, ſeruatis, ſicut valet quando fit renunciatio bonorum paternorum, de quibus in hoc textu eiſdem rationibus quæ æquè militant in bonis maternis, ſeruatis ſeruandis: hoc eſt ſine dubio meo iudicio.

Dubium autem verſatur in hoc † puncto, an huiuſmodi re- 2
nunciatio facta cum iuramento de bonis maternis, noceat patri, qui in ſua poteſtate habet filium, vel filiam renunciantem, ſi mater decedat in vita patris, quia ſi poſt decedat, etiam non eſt dubium. Itaque dubium eſt, quando mater, cuius bonis filius vel filia renunciauit cum iuramento, decedat in vita patris filij, vel filiæfamil. renunciantis, an huiuſmodi renunciatio præiudicet, vel noceat patri in aliquo?

In hoc dubio inuenio doctrinam Pauli de Caſtro *in l. fin. in princip. C. de bon. quæ lib. num. 5.* in hunc modum diſtinguẽtis, quod aut filius, qui repudiauit cum iuramento, mortuus eſt viuente matre, & tunc pater non poteſt ibi aliquid acquirere, nam etiam ſi non repudiaſſet, per mortem eſſet excluſus, quia repudiatio non fuit ſortita effectum, nam cenſetur habere in ſe tacitam conditionem, ſi ſibi deferretur, & non fuit delata: aut filius ſuperuixit matri, & tunc eodem inſtanti ſibi defertur, & per repudiationem præcedentem ab eo abdicatur, quæ tunc incipit effectum ſortiri, quod ibi, quodam ſimili comprobat, & ideo pater tunc poteſt eam ſibi acquirere, ſi deceſſit inteſtata, & alium fecit hæredem: quia diſpoſitio *dicta l. fina. C. de bon. quæ lib.* non habet locum ſi teſtator, de cuius hæreditate agitur, aliter prouidit, & ad patrem noluit peruenire, quia poteſt derogare diſpoſitioni, *dicta l. fina. argumen. text. in Authen. excipitur. C. eodem.*

dem.de bon.qua lib. tàm expreſsè quàm tacitè. hęc Paulus: vnde mi-
nor Tellum Fernandez, qui in *l.6.Taur.nu.*55. allegãs dictam do-
ctrinam Pau. aliter eam refert, & nihil ſuper ea dicit: miror etiam
virum doctiſſimum Couuarr. qui eam falſam eſſe exiſtimat, a-
liter etiam Paulum intelligens, Præſul enim meritiſſimus, *in 3.
parte relect. huius cap.* §.2.*nu.*3.*in princ. illius numeri*. refert Paulum in
ſupradicta facti ſpecie tenere, non nocere huiuſmodi renuncia-
tionem iuratam patrifamil. ſub cuius poteſtate manet filius. qui
renunciauit, ſi mater mortem obierit viuente patre, & nondum
finita patria poteſtate. nam vt clarè apparet ex litera Pauli ſuprà
relata, ipſe hoc non tenet: ſed quod ſi mater deceſſit inteſtata,
tunc pater poteſt ſibi acquirere eius hæreditatem filio compe-
tentem & delatam, ſi verò deceſſit teſtata, & alium hæredem fe-
cit, tunc Paulus expreſsè inquit excludi patrem propter filij re-
nunciationem præcedẽtem, vnde diuerſum eſt hoc ab eo, quod
Couuar. exiſtimauit Paulum dicere.

Vnde ipſe Couuar. adhuc exiſtimans mentẽ Pauli eſſe, quam
ipſe retulit in *d.num.3.in princip.* poſtea *in eodem num.3.in penult.&
vlt. columnu.* inquit opinionem Pauli non omninò admittẽdam
eſſe, & ipſe in hunc modum diſtinguit pro intelligentia caſus ſu-
pradicti per Paulum poſiti, ſcilicet, quod aut pater conſenſit re-
nunciationi factæ per filium, & tunc res eſt admodum expedi-
ta. quod ſibi nullum ius in hac re cauſa patriæ poteſtatis compe-
tat, cùm eidem per conſenſum renunciauerit, nec filio deferri
poſſit hæreditas tempore mortis illius, de cuius agitur ſucceſ-
ſione, quia eidem validè renunciauerat, & ideo pater non po-
teſt hæreditatem illam petere ex perſona filij, & ſanè in hoc ca-
ſu Couuar. benè dicit, nec enim locutus eſt Paulus de Caſtr. *in eo.*
aut pater non conſentit renunciationi ſupradictæ, & hoc caſu
loquitur Paulus, & ſecundùm intellectum, quem Couuar. dicit
habere verba Pauli, non nocet renunciatio patri hoc caſu, ſed
ipſe Couuar. inquit quod valet & nocet renunciatio quo ad cæ-
tera, patri tamen non nocet quo ad vſumfructum, neque quo
ad alia iura, quæ ratione patriæ poteſtatis habere in eiſdem bo-
nis poterat. Sed ſi benè aduertamus ad Paulum, ipſe non inquit
indiſtinctè, non nocere patri renunciationem in hoc caſu, ſed
diſtinguit, an mater, cuius hæreditati fuit renunciatum per fi-
lium cum iuramento, deceſſerit teſtata necne, nam ſi deceſſerit
teſtata, & alium hæredem fecit, non verò filium, qui renuncia-
uit, inquit Paulus, pater non admittitur, quia mater potuit patri,
hoc eſt, marito ſuo tollere prædictam hæreditatem, & alij relin-
quere & derogare, *d.l.fina.* tam expreſsè quàm tacitè, ſi verò de-
ceſſit inteſtata, tunc pater poteſt acquirere hæreditatem, quia il-
lo tempore, quo decedit mater ab inteſtato, defertur filio ſuo
hæreditas, & patri acquiritur ratione patriæ poteſtatis, & ideo ſi
benè perpendantur verba, & mens Pauli nõ meretur reprehen-
di, & opinio Couuar. in effectu videtur concordare in vno caſu
cum opinione Pauli, ſcilicet, quando deceſſit mater teſtata, &
alium hæredem fecit, nam tunc & Paulus & Couuar. concludũt
nocere patri renunciationem, præterquàm in vſufructu, quia
reſpectu eius Couuar. dicit, patri non nocere renunciationem,
licet dubius ſit in hoc, Paulus verò generaliter tenet nocere pa-
tri renunciationem, nec excipit vſumfructum. Sed pro intelli-
gentia ſupradictorum circa dictam doctrinam Pauli duo ſunt
hic videnda. Primò, an doctrina Pauli ſit vera. Secundò, an iure
procedat limitatio Couuar. in vſufructu.

3 Quoad primum circa illud membrum Pauli, quando † ma-
ter deceſſit teſtata, & alterum hæredem fecit, quòd noceat patri
renunciatio præcedens facta à filio, contra hanc opinionem vi-
detur *tex. expreſſus in d.l.ſi.in princ. C.de bon.qua lib.* vbi probatur, ꝙ
filiofamil. recuſante adire hæreditatem ſibi delatam, poteſt pa-
ter eam ſibi adire ſuo periculo, & commodo: ergo licet filius re-
nunciet, & nolit hæreditatem patris, pater ipſe non obſtante re-
nunciatione & recuſatione filij. poterit eam ſibi adire. Sed nihi-
lominùs ego exiſtimo hanc opinionem Pauli eſſe veram. Neq;
obſtat *d.l.ſi.in princ.* quia tex. ille loquitur & procedit in hæredi-
tate iam delata filio, & ſic in hæreditate præſenti, nos verò agi-
mus in hæreditate futuro deferenda, & ſic in iure quærendo, at-
quidem diuerſa ratio eſt, iuris quæſiti, & quærendi, & qui non
poteſt renunciare ius quæſitum in præiudicium alterius, poteſt
renunciare ius quærendum, & valet renunciatio, vt in debito-
re, filio & prælato, qui poſſunt præiudicare in quærendis credi-
toribus, filijs & eccleſiæ, vt ſuprà ſatis ſuperque dictum eſt: ergo
merito quod renunciatio filij de hæreditate materna iurata no-
ceat omninò patri, cùm iuramentum non fuerit vi, nec dolo

præſtitum, & poſſit ſeruari ſine periculo ſalutis æternæ, vt in hoc
tex. nec obſtant verba finalia huius tex. dum dicit, nec redundet
in alterius detrimẽtum, quæ eſt exceptio & limitatio huius text.
quia hoc procedit de detrimento principali, ſecus de ſecunda-
dario, vt expreſsè tenet glo. fin. hic, quæ intelligit ſecundario di-
ci etiam ſi noceat filijs renunciantis, quia valet renunciatio, quę
glo. communiter eſt approbata, vt infrà videbimus: ergo ſi in
præiudicium filiorum valet renũciatio, à fortiori valebit in præ-
iudiciũ patris, quia fortius ius habet filius in bonis patris quàm
pater in bonis filij, vt ſuprà dictum eſt.

Secundò, reſpondeo cum Bald. *in d.l.fin.num.4.&14.* vbi te- 4
net, quod diſpoſitio illius l. nõ procedit, ſi teſtator, de cuius hæ-
reditate agitur, voluit patrem non ſuccedere, ſed quòd repella-
tur, non ſolùm ſi expreſsè hoc dixerit, argum. *text. in d. Authen.
excipitur. C.eod.* ſed etiam, ſi tacitè & per indicia conſtet, eam fuiſ-
ſe defuncti voluntatem, ſicut videmus in tacita pupillari, quæ
non excludit matrem, niſi per indicia probetur teſtatorem con-
trarium voluiſſe, argum. *l. Lucius. ff de vulg. & pupill. in l. in teſtamen-
to. C. de teſtam. milit.* & notatur *in l. precibus. C. de impube. & alijs ſub-
ſtit.* & in alijs pluribus locis, ergo ita & eodem modo ſi conſtet
de voluntate matris teſtantis ſaltem tacitè per indicia voluiſſe
excludi patrem à ſucceſſione & hæreditate filio deferenda, non
admittetur pater: quod ſatis conſtat, ſi mater in teſtamento
vnum ex filijs vulgariter ſubſtituit alteri filio in communi pote-
ſtate poſito, nam talis ſubſtitutus præfertur patri, & idem erit à
fortiori, ſi expreſsè mater prohibeat hæreditatem ad patrem
venire, argumento dictæ Authen. excipitur. eundem etiam in-
tellectum ſequitur Paulus de Caſtro *ibidem, num.6.* vbi ex hoc
infert, matrem poſſe tacitè & expreſsè derogare diſpoſitioni il-
lius l.

† Sed contra hunc intellectum facit opinio gloſſ. in d.l.fina. 5
in princ. verb. recuſante. quæ tenet, quod pater in caſu illius tex.
præfertur ſubſtituto, & ſic illi, qui ex voluntate teſtatoris debe-
bant habere hæreditatem in defectum inſtituti, quam ſequitur
Barto. & ibi cæteri Doctores, ſequitur idem Barto. *in l.1.num.22.
ff. de vulga. & pupill. ſubſtit.* duplici fundamento. Primò *per §. ſimi-
li, modo, eiuſdem l.fina.* vbi dicit text. perinde ad patrem hæredi-
tatem pertinere repudiante filio, ac ſi ipſe pater ab initio fuiſſet
inſtitutus. Secundò per textum *in l. ſi paterfamil. ff. de hæred. inſtit.*
vbi probatur, quod ſubſtitutio vulgaris intelligitur, ſi inſtitutus
hæres non erit, vel alium hæredem fecerit, ſed filiusfamil. legis
miniſterio, hoc eſt, per dictam *l.fina.* facit patrem hæredem eo
nolente adire, igitur, &c. & ideo opinio Gloſſ. & Barto vbi ſu-
prà teſtantur communiter approbatam, *dicta l.1.* Iaſon *num.* 43.
Ripa 145. & Socin. 26. & Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius,
verb. ſi abſque liberis moreretur, nume. 86. de teſtamentis.* licet con-
tra communem velint tenere Iaſ. *ibi num.* 44. & Alexand. *nu-
me.* 23.

† Sed hæc communis opinio licèt vera ſit, non obeſt ſecundo 6
intellectui, quem ſuprà aſſignauimus, *d.l.fina.in princ.* ex Bald. &
Paulo *ibidem.* Nam cõmunis opinio ſupradicta procedit in ſub-
ſtituto extraneo, non verò in ſubſtituto tam coniuncto, prout
eſt alter filius, & ſic voluntas teſtantis, & coniunctio ſanguinis
operantur patris excluſionem.

† Pro cuius confirmatione duo fundamenta adduco. Pri- 7
mum, nam quod ſuprà diximus, ſubſtitutionem pupillarem ta-
citam excludere matrẽ, quando id conſtat ex cõiectura ta men-
te teſtatoris, tunc procedit & conſtat ex teſtatoris voluntate,
quando eſt ſubſtitutus frater pupilli, vel aliàs coniunctus, ita re-
ſtatur communem opinionem eſſe Decius *in d.l. precibus, num.* 14.
C. de impub. & alijs ſubſtit.

† Ex quo dicebat Paulus, idem eſſe quando ſubſtituta eſſet 8
pia cauſa, ſed eius opinio eſt intelligenda, quando ſubſtitutio
piæ cauſæ fuit facta ad exonerandam conſcientiam teſtantis, &
non aliàs, ſecundùm Decium vbi ſuprà. & Couuar. *in d. cap. Ray-
nutius.* §.4 *num.6.* & de opinione communi ſupra dicta Decij, &
de alijs coniecturis, videndus eſt latè Barto. *in l.2 num.40. vſq. in
finem. ff. de vulga. & pupill.* & ibi Doctores, & Anto Gomez. *1. tom.
c.4 num* 18.

† Secundum fundamentum pro ſupradicto intellectu ſecun- 9
do, *ad d.l.ſi.* eſt & tex. optimus *in l.2. C. ad Orfic. incip. non pro nume-
ro.* vbi probatur, quod decedente matre, quatuor filijs relictis,
duobus in poteſtate patris, & alijs duobus emancipatis, & dece-
dentibus conſtitutis in poteſtate patris, antequàm ſibi quærere-
tur hæreditas materna, hoc eſt, antequàm eam adiret, tota hære-

ditas materna quæritur & pertinet ad duos filios emancipatos ſuperſtites pro vitilibus portionibus, quę competebant filijs decedentibus poſt matrem & conſtitutis ſub patria poteſtate eiuſdem patris, ergo ecce text. expreſſum, vbi pater excluditur ab hæreditate filijs ſuis famil. delata, eo, quòd prædicti filij habeant cohæredes alios fratres eiuſdem matris, & ſic ex tacita teſtatoris voluntate, quod ſanè non ita fuiſſet, ſi cohæredes fuiſſent extranei, nam poſſet pater tunc adire hæreditatem filijs delatam, *per d.l.fin.* licet Imol. *in l. ſi filiusfa. ff. de hæred. inſtit.* intelligat in text. illu, ideo patrem non admitti, quia filij illi, qui deceſſerunt, non adierunt hæreditatem, nec repudiarunt. Ipſe tamen exiſtimo, etiam in cauſa expulſionis patris fuiſſe coniectuatam mentem ipſius teſtatricis, quia erant cohæredes filij etiã eiuſdem ijdemque fratres decedentium: ergo ſi hoc ibi in cohæredibus coniunctis ſtatutum eſt, à fortiori idem erit in ſubſtitutis coniunctis, quia fortius eſt ius ſubſtitutionis vulgaris, quàm ius accreſcendi, vt probat text. *in l. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundùm tabul.* cum alijs ſimilibus.

10 † Vnum tamen reſtat in noſtro proprio caſu, de quo agimus, quando filius renunciauit cum iuramento hæreditati maternæ, quòd etiam ſi mater alium hæredem extraneum faciat, adhuc videtur valere renũciationem, & nocere patri, & hoc addo ipſe ampliando doctrinam Pauli, qui hoc tantum intelligebat habere locum, quando mater inſtituit alterum cõiunctum, & innuebat ſecus eſſe ſi inſtitueret extraneũ, & hoc timore glo. communiter approbatæ, *in d.l. fin.* ſed ego glo. illam & communem opinionem, in præſenti noſtro caſu non timeo, quia inter hos caſus eſt diuerſa ratio: nam in noſtro caſu filius cum iuramento renunciauit hæreditati matris in eius fauorem quæ renunciatio nocet patri, quia iurata, & quia ſuper iure quærendo, & non quæſito, vt ſuprà dictum eſt: vnde mater poterit liberè de ſua hæreditate diſponere etiam in extraneos, at verò, in caſu *dicta l. fina. & glo.* ibidem & communis opinionis, filius ante delatam ſibi hæreditatem nunquàm renunciauit, ſed poſtquàm ſibi delata fuit, renuit & recuſat adire, quod non poteſt facere in præiudicium patris, nam eo non obſtante pater poterit ſuo periculo adire, vnde meritò quod in hoc caſu ſubſtitutus extraneus datus à matre, non priuet patrem hac facultate adeundi, præterquàm ſi ſubſtitutus ſit coniunctus, vt ſuprà dictum: & hęc ampliatio ad doctrinam Pauli vera videtur, non tamẽ eam omninò affirmo. Et cum his eſt expeditus primus caſus diſtinctionis Pauli, ſcilicet, quãdo mater, cuius hæreditati filius cum iuramento renunciauit, decedit teſtata.

11 † Supereſt nunc alius caſus Pauli, ſcilicet quãdo mater decedit inteſtata, an renunciatio filij noceat patri? Et Paulus tenet quòd acquiratur hoc caſu hæreditas patri per eius agnitionem, *vt in d.l. fin.* quia ſtatim mortua matre inteſtata eius hęreditas defertur filio, vnde eo renunciante poteſt pater adire. Sed hoc ipſe intelligo verum, præterquàm ſi renunciatio hæreditatis fieret in fauorem fratrum, matre conſentiente, nam ſicut poteſt renunciari in fauorem eius, cuius hæreditas renunciatur, ita etiam & in fauorem fratrum, vt ſuprà eſt dictum, vnde ſi in eorum fauorem renunciatio fiat, exiſtimo quidem nocere patri eiſdem rationibus, quibus diximus ſuprà cum Paulo nocere renunciationem factam in eiuſdem matris fauorem, quando mater deceſſit teſtata, immò à fortiori, quia à principio emanauit renunciatio in fauorem fratrum.

12 † Quinimmò etiam ſi renunciatio hæreditatis maternæ fieret ſimpliciter, adhuc videtur in dubio facta fauore fratrum, vel ſororum, & ſic etiam ſi teſtator decedat ab inteſtato, filia, quæ renunciauit cum iuramento eius hæreditati ſimpliciter, non admittitur ad ſucceſſionem ipſius, immò repellitur, vt teſtatur receptiſſimam eſſe, & communem opinionem pluribus Doctoribus relatis Couuar. *in præſenti, in 3. parte. §. 3. nu. 5.* vnde cùm excludatur per ſuam renunciationem præcedentem iuratam ab ea hæreditate, & renunciatio ſit iuris quęrendi, meritò quod etiam hoc caſu valeat & præiudicet patri, & ſic malè ſuſpicor de doctrina & opinione Pauli, vbi ſuprà in hoc ſecundo caſu, ſcilicet quando mater decedit inteſtata per ſupradicta, & huius meæ opinionis videtur fuiſſe Couuar. *vbi ſuprà d. num. 5.* dum ſimpliciter tenet valere renunciationem ſupradictam, & non diſtinguit, an teſtata decedat mater.

13 † Vno tamẽ caſu poſſet procedere opinio Pauli, ſcilicet quãdo mater, cuius hæreditati renunciatum eſt, non haberet alium filium vel filiam, nepotem, vel neptem, præter eum, qui renunciauit, quia hoc caſu defuncta matre ab inteſtato, cùm non habeat alium deſcendentem, præter illum, qui renunciauit, videtur, quòd eidem deferatur hæreditas ipſius, non obſtante ipſius renunciatione, quia ea haberet effectum, ſi mater decederet teſtata, vel ſi inteſtata, cum hęredibus tamen deſcendentibus, vnde eis non relictus videtur, quòd re acquiratur filio, qui renunciauit, & per conſequens pater ipſius admittatur ad eam, *per d.l. fi.* & iſto ſolo caſu poſſet ſaluari opinio Pauli.

14 † Vltimò reſtat in hoc articulo, vt expediamus doctrinam Pauli, vbi ſuprà hic agere, an vera ſit limitatio Couuar. in vſufructu, quia ipſe tenet, quod licèt renunciatio hæreditatis maternæ cum iuramento facta valeat quo ad alia, patri tamen non nocet quo ad vſumfructum, & poſteà dicit, quòd licet ſit dubius, tamen adhuc eam admittendam eſſe cenſet.

15 † Pro hac opinione & limitatione allego text. *in d.l. fin. § filijs autem. C. de bon. quæ lib.* vbi probatur, quod filijfamil. dum parentes viuunt, nõ poſſunt teſtari de rebus, in quibus ad patres vſuſfructus pertinet, nec dominium earum vllo modo alienare citra voluntatem parentum, nec hypothecæ tradere, vel pignori aſſignare, & reddit text. rationem his verbis. Meliùs enim eſt coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium: ergo ita & eodem modo non poterit filiusfamil. renunciare hæreditati maternæ in præiudicium vſusfructus eius patri debiti, & legitimis ſanctionibus ratione patriæ poteſtatis citra conſenſum, & voluntatem ipſius patris: confirmatur etiam, quia in caſu *d. §. filijs.* etiam ſi iuramentum intercedat, adhuc alienatio non valet, vt tenet gloſſ. *ibi verb. voluntatem.* de qua alibi latè dicemus annuente Deo.

16 † Et ex *d. §. filijs autẽ.* dixit eleganter glo. ordinaria *in l. & hæredi. §. filiafamil. in verb. legatum. ver. ſed quid hodie. ff. de pact.* quod hodiè filiafam. non poteſt facere pactum de non petendo legatum ſibi relictum ſub conditione in præiudicium vſusfructus patri in eo debiti: ergo ita & eodem modo nõ poterit renunciare hæreditati maternæ, & ſi renunciet, renunciatio non nocebit patri, quo ad vſumfructum, quia clarum eſt, quod ea continet pactum de non petendo, vt probatur ex noſtro text. & illi gloſſ. eſt alia ſimilis, *in l. contra iuris. §. fin. verb inutile eſt, in fina. ff. eod. de pact.* quas glo. ſequitur Paulus de Caſtr. *in d. § filiafamil. nu. 2.* & cæteri poſt eum, ſecundum Ioan. Oroſc. *ibi. nu. 3.*

17 † Confirmatur etiam iſthæc opinio & limitatio: quia filiusfamil. etiam delinquendo, non poteſt patrem priuare vſufructu ſibi debito & pertinenti in peculio aduentitio, quia id peculium ob patris præiudicium euitandum non publicatur ob delictum filij, non ſolùm reſpectu vſusfructus, ſed neq; etiam quo ad proprietatem, vt pluribus Doctoribus relatis teſtatur communem opinionem eſſe Couuar. *lib. 2. variarum reſolu. cap. 8. num. 9. colum. pen. illius numeri, ad fin.* quam opin. ſequitur plures DD. allegans & latè fundans Anto. Gomez. 2. *Tom x. de ſeruit. num. 22. 23. & 24.* & teſtatur etiam communem Petrus Duenas *in reg. 275. limit. 7. fol. 98.* vbi alia in materia tradit, ergo nec per renunciationem poterit filius priuare patrem hoc vſufructu ſibi debito in bonis maternis.

Nec tenendo hanc opinionem, oberit noſter text. quia imò probatur in eo hæc limitatio in vltimis verbis text. ſcilicet; quia eſt in præiudicium alterius.

Sed his omnibus non obſtantibus meo iudicio contraria opinio verior eſt, immò quòd hæc renunciatio noceat etiam patri reſpectu vſusfructus ſibi acquirendi in bonis maternis, & hæc eſt intentio & mens Pauli, dum indiſtinctè & generaliter tenet nocere patri renunciationem, eo caſu, quo mater teſtata decedat.

18 † Quæ opinio probatur expreſsè *in Auth. excipitur. C. de bo. quæ lib.* vbi in expreſſis terminis vſusfructus probatur, quod patri nõ quæritur vſusfructus in his bonis, quæ filiisfam. dantur & relinquuntur ab aliquo parentum, conditione hac adiecta, ne ad patrem perueniat vſusfructus, ergo mater, in cuius fauorem filius renunciauit, relinquendo hæreditatem alteri filio vel extraneo, expreſſiſſimè videtur patrem priuare vſufructu, quia magis facto, quàm verbis voluntas declaratur.

Et hæc opinio procedet non tantùm quando mater deceſſit teſtata, ſed etiam ſi inteſtata deceſſerit, quia licèt tunc non militet ratio, tex. in *d. Authen.* excipitur, militat tamen alia ratio ſufficiens, quæ efficit validam prædictã renunciationem, ſcil. quod ſit iuris quærẽdi, in quo filius poteſt præiudicare patri, vbi ſuprà

latè

latè dictum & probatum eſt: maximè, quia eo tempore, quo filius renunciauit, non eſt certum, patrem habiturum vſumfructum bonorum maternorum, eo tempore, quo filio deferatur hæreditas, ſi ei non renunciaſſet, quia poterit contingere, quòd pater decedat prius, quàm mater renunciantis, vel etiam ſi ſuperuiuat pater, poterit contingere, quòd filius qui renunciauit, tempore mortis matris exierit à patris poteſtate, aliqua de pluribus cauſis à iure expreſſis, & ſic patri nullo modo vſusfructus acquireretur, etiam ſi eius filius hæreditati prædictæ nõ renunciaſſet. vnde tam ea ratione, quòd renunciatio ſit iuris quærendi, quàm euentus, & incertitudinis acquiſitionis vſusfructus, valebit optimo iure prædicta renunciatio, & præiudicabit patri, etiam ſi pater poſtea ſit in ea cauſa, vt ſi quæreretur vſusfructus, ſi prædicta renunciatio facta non fuiſſet.

Non obſtant huic ſecundæ opinioni fundamenta ſuprà adducta pro prima, nam eis omnibus patet reſponſio ex ſupradictis in hac ſecunda opinione, ſcilicet quod procedunt, quando patri eſt iam quæſitus vſusfructus, vt conſtat ex eiſdemmet iuribus & fundamentis, nam tunc meritò, quòd filius nullo modo poſſit patri in eo præiudicare, noſtra verò quæſtio loquitur & procedit in vſufructu, & iure quærendo, non verò quæſito, per quod datur bona declaratio ad iura & doctrinas gloſſatum, & Doctorum ſuprà adducta.

Non obeſt etiam huic ſecundæ opinioni text. *in hoc c. quamuis pactum, in fin.* quia ei iam ſuprà reſpondimus cum gloſ. fin. In præſenti communiter approbata, ſcilicet, quod procedat de principali detrimẽto, ſecùs verò de ſecundario, prout eſt id, quod patri fit in vſufructu, vel filijs renunciantis per ſupradictam gloſ.

Sed contra hanc ſecundam opinionem veriorem, eo caſu, quo mater decedit teſtata, & ſit contra Auth. excipitur. fortiter obſtat text. *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* cui conſonat *l. 17. tit. 1. part. 6. & l. 2. tit. 4. eadem parti.* vbi probat, quòd filio in legitima nullum onus, nec grauamen ſiue conditio apponi poteſt, & ſi apponatur, reiicitur, & pro non appoſito habetur. ergo mater non poterit apponere conditionem filio in legitima, ne ſcilicet vſusfructus acquiratur patri eius.

19 Sed huic difficultati poteſt dupliciter reſponderi: Primò, † quod mater poſſit apponere hanc conditionem, quando malè ſuſpicatur de moribus mariti, quia tunc potiùs tendit conditio ad prouidentiam filij, quàm ad ipſius damnum, nec grauamen, vt probat text. *in l. filijs matrem, C. de inoffic. teſtam.* bonus tex. *in l. multi non nota. ff. de liber. & poſthum.* quæ iura non ſunt correcta *per d. l. quoniam in prioribus.* prout tenet præfatus hanc eſſe communem reſolutionem Roder. Suar. *in d. l. quoniam, in 1. limitatione ad illam leg. in princ. & num. ſeq. & num.* 12. teſtatur etiam communem opinionem Menoch. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *nu.* 239. & 406. ſequitur Alciat. *reg. 1. præſumpt. 2. num.* 3. vbi plures Doctores refert.

Immò quod fortius eſt, tex. *in d. Auth. excipitur.* procedit etiam
20 ſi mater † non ſuſpicetur malè de moribus mariti, nam indiſtinctè in legitima poterit apponere filio hanc conditionem, ne ſcilicet vſusfructus patri acquiratur, quia vtroque caſu eſt fauor & prouiſio filij, quod eius pater non habeat vſumfructum. & ita tenet gloſ. *in Auth. vt liceat matri & auiæ, in princ. verb. participium,* quam gloſ. ſequutus fuit Bald. *in l. filiæ cuius, fin. colum. ad fin. C. famil. erciſc.* & Salic. *in d. l. filijs matrem.* dicens ſe approbare dictam gloſ. quam ſui maiores tenuẽre. & inquit Roderic. Suarez *vbi ſuprà num.* 11. quod audiuit ſecundùm hanc opinionem fuiſſe iudicatum in cancellaria. eandem etiam opinionem ſequitur, & latiſſimè defendit aduerſus tenentes contrarium Menchac. *vbi ſuprà num.* 234. vbi dicit communem eſſe. eandem quoque dicit magis communem Salic. *vbi ſuprà.* & eum referens Ant. Gomeſ. *in l. 48. Taur. num.* 11.

Sed Bart. in d. Auth. excipitur. reprobat ſupradictam gloſ. & tenet contrariam opinionem, quia aliàs eſſet in voluntate matris priuare patrem vſufructu ſibi debito per leges in bonis maternis filiorum ſuorum fam. hanc etiam ſecundam opinionem latiſſimè ſequitur & defendit Roder. Suar. *vbi ſuprà num.* 11. eandem dicit magis communem Ant. Gomeſ. *in 1. Tom. c. 11. num.* 27. *& idem in d. l. 48. Taur. d. num.* 11. eam ſequutus, vbi plures Doct. huius opinionis refert. vnde redditur difficilis articulus hic & dubius, ſcilicet quando mater non ſuſpicatur malè de moribus mariti, quia quando malè ſuſpicatur, communis eſt reſolutio & vera ſine dubio, quod hoc poteſt facere, *vt ſuprà dictum eſt,* ideo relinquo cogitandum ſuper dicto articulo, quando mater non ſuſpicatur malè de marito, an poſſit prohibere vſumfructũ acquiri patri? ſufficiat me adduxiſſe remiſſiuè, quæ in hoc puncto ſcripta inueni tam pro parte affirmatiua, quàm negatiua, quia locus iſte non exigit altiorem indaginem: licèt, vt meum iudicium declarem in hoc, mihi ſemper verior viſa fuit ſecunda magis communis opinio ſupradicta, ſcilicet, quòd mater nõ poſſit prohibere patri acquiri vſumfructum, quia is ex legum diſpoſitionibus ei competit tanquam legitimo adminiſtratori, ratione & virtute patriæ poteſtatis, vnde mater hoc ius tollere non poteſt, *argum. l. nemo poteſt. ff. de leg.* 1. & per alia fundamenta quæ me mouent ad tenendam hanc opinionem, quæ nunc omitto, atque difficile putarem, poſſe obtineri ſecundùm primam opinionem ſupradictam.

Secundò & veriùs † in propoſito reſpondetur dictæ difficultati motæ ex text. *in d. l. quoniam in prioribus.* quod illa procedit 21
reſpectu d. Auth. excipitur. non verò in noſtro caſu & quæſtione, quia nos non agimus quando mater inſtituit ipſummet filium, ſed quando filius in vita matris & cum eius conſenſu renunciauit cum iuramento hæreditati matris, & mater ipſa inſtituit alios hæredes, non verò filium renunciantem, vnde mater, cùm in ſui fauorem fuerit facta renunciatio, benè poterit diſponere ad libitum de ipſius bonis. ad quod præſtat argumentũ ratio text. *in d. Auth. excipitur.* caſus verò illius text. non eſt idem, de quo nos agimus. & quòd filius potuerit renunciare hæreditati maternæ in hoc caſu in præiudicium vſusfructus patris, probatur manifeſtiſſimè ex his, quæ ſupra non ſemel dicta ſunt, ſcilicet quia eſt ius quærendum, cuius quidem non par ratio eſt cum iure quæſito. Itẽ & ex gloſ. *in d. l. ſi quando. § fin. C. de inoffic. teſtam.* communiter approbata, vt ſuprà dictum eſt, quæ tenet poſſe filium in præiudicium liberorum renunciare hæreditati patris, & conſentire ſe præteriri & exhæredari, & vinculum & quæcunque alia onera in ſua legitima apponi, maximè interueniente iuramento, vt ſuprà latè dictum eſt. igitur à fortiori, id habebit locũ in filio renunciante in præiudicium patris, quia magis debita eſt hæreditas patris filiis, quàm hæreditas filij, patri, item & quàm vſusfructus, quia legitima debetur filiis iure naturæ, vt dictum eſt, vſusfructus verò debetur patri ex diſpoſitione ciuili, hoc eſt legali, vnde cùm fortius ſit ius filiorum, quàm patris, & in præiudicium filiorum valeat renunciatio, valebit & fortiùs in præiudicium patris.

Quando † verò pater cõſenſit renunciationi huic per filium 22
factę de bonis maternis, clarum eſt & abſque dubio nocere in totum patri, quia ipſe conſenſit. & ita tenet Couuar. *vbi ſup.* & probatur prętereà à fortiori, hoc eſt, in iure iã quęſito *in d. l. fin. § filijs autem, C. de bon. quæ lib.* & in aliis pluribus iuribus, quibus probabatur, poſſe quẽ iuri pro ſe introducto renunciare. q̃ iura vulgaria ſunt, & ideo non refero. & cum his remanet benè declarata tota opinio, & doctrina Pauli de Caſtr. *in d. l. fin. in prin.* quã nunquam ſic declaratã vidi, neque inuenies alibi huc uſque, quia Dd. hic nec alibi examinant eam, licet ſit articulus difficilis, quotidianus & optimus, quia Couuar. & Tellus Fernandez *vbi ſuprà,* qui de ea mentionẽ fecerunt, aliter, quã in meo libro ſe habeat, literã Pauli retulerunt, licet ob hoc non ſint arguendi, quia credendum eſt in ſuis libris literam Pauli eſſe prout ipſi retulerũt, & non ita latè declararunt. ideo menti ſunt tenenda omnia ſupradicta, quia honorem & pecunias tibi afferre poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Leges ciuiles, quæ improbant pactum de quo in hoc tex. referuntur & earum rationes remiſſiuè.*

2 *Pactum ſine renunciatio de non ſuccedendo an firmetur iuramento de iure ciuili.*

4 *Diſpoſitio huius text. eſt ſeruanda etiam per iudices ſeculares laicos.*

5 *Ius canonicum eſt ſeruandum etiã in foro ciuili & per iudices laicos, in concernentibus peccatum.*

IMPROBE lex ciuilis. Hæc lex ciuilis, eſt lex fin. *& in l. pactum quod dotali. C. de pact. & in l. pactum dotali, C. de collat. & in l. ſi quando. § 1. & 2. C. de inoffic. teſtam.* quarum legum rationes aſſignat & ponit Couuar. in præſenti *in initio tertiæ partis relect.* ideo eas non referam. 1

Eſt tamen in hoc dubium, ſcilicet, † an attento iure ciuili pactum huiuſmodi de nõ ſuccedendo, hoc eſt, renunciatio firmetur iuramento? In quo gloſ. *in d. l. ſi quãdo. § illud verbum prægrauari. C. de inoffic. teſtam.* tenet, quod ſiue pactum illud ſit de ſuccedendo, 2

 ſiue

ſiue de non ſuccedendo, non firmetur iuramentum, eandem opinionem tenet gloſ. *in d. l. pactum dotali, verb. improbatur.* quę refert Petrum tenentem contrarium, immò quod huiuſmodi renunciatio iuramento firmata valeat & teneat, eſt etiam ſimilis gloſ. *in l. qui ſuperſtitis, verb. repudiat. ff. de acquir. hæred.* ſed opinionē Petri quod valeat, tenet Bartol. *in l. ſi quis pro eo, in fin. ff. de fideiuſ.* & idem Bart. *in d. l. pactum dotali.* vbi Decius *nu.* 5. teſtatur eſſe communem opinionem. dicit etiam communem Boërius *deciſ.* 62. *num.* 13. & hanc opinionem tenet & declarat Roman. *in d. l. qui ſuperſtitis, num.* 1. Cagnol. *in repet. d. l. fin. num.* 15. *C. de pact. volum.* 7. *Repetitionum.* & Anton. Gomeſ. *l.* 22. *Taur. num.* 6. & hæc communis opinio procedit hodie & probatur attenta diſpoſitione iu-
1 ris canonici *in hoc c. quamuis pactum.* opinio verò contraria gloſ. attenta diſpoſitione iuris ciuilis, quod improbat huiuſmodi pactum, & iuramentum, id non confirmat tanquam factum contra prohibitionem legis, *vt in l. non dubium, C. de legib.* ita has duas opiniones concordat Bald. *in dicta l. pactum dotali. num.* 1. & Salic. ibi, *num.* 1. & eam dicit communem Gozadinus *conſil.* 97. *nu.* 13. tenet idem Bartolus *in repet. l. ſi poteſt, num.* 7. *ff. de acquirend. hæred.* vbi Maranta *num.* 218. teſtatur eam Bartoli opinionem eſſe communiter approbatam, & tenuit ante omnes gloſ. hic, *verb. ſeruari debebit.*

3 Sed ſupradicta procedunt in pacto † de non ſuccedendo iurato, de quo loquitur noſter text. nam cùm non ſit contra bonos mores, benè firmatur iuramento, & ſic quantum ad hunc caſum benè reprobantur dictæ gloſ. tamen quatenùs loquuntur in pacto affirmatiuo de ſuccedendo, benè dicunt gloſ. quod huiuſmodi pactum non firmetur iuramento, quia tractatur de hæreditate viuentis, quod eſt reprobatum, quia eſt contra bonos mores, ne detur votum captandæ mortis, *vt in d. l. final. & ibi notatur, C. de pactis.* & iuramentum contra bonos mores non eſt obligatorium, etiam attento iure canonico, *vt in c. non eſt obligatorium, de regul. iur. in* 6. de quo pacto noſter text. non loquitur, ſed de pacto de non ſuccedendo. & ita inuenio quod hanc opinionem gloſ. in pacto affirmatiuo de ſuccedendo tenent & ſequuntur Doct. ibidem. vltra quos, eam opinionem gloſ. in hoc dicit communem Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum.* 3 *ff. de verb. obligat.* ſequuntur & dicunt communem plures relati per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in princ. num.* 157. *& ſequent. C. de reuocand.*
2 *donat.* ſequitur alios referens Greg. Lop. *in l.* 33. *tit.* 11. *part.* 5. *in gloſ. nol deve valer.* & ita hanc materiam intelligit Bart. *in d. l. fin. nu.* 9. *C. de pact. & ibi Doct.*

4 Vltimò eſt notandum, † quòd diſpoſitio huius text. eſt ſeruanda etiam per iudices ſeculares laicos, per text. *in c. licet, de iureiur. lib.* 6. & ita tenet gloſ. *in hoc c. quamuis pactum. in verb. ſeruari debebit, ad fin.* dicens, quòd iudices ſeculares compelli poſſunt per cenſuras eccleſiaſticas ad obſeruantiam huius text.

5 Cuius ratio eſt, † quia cùm ſumus in concernentibus peccatum, ius canonicum eſt ſeruandum etiam in foro ciuili, & per iudices laicos, *vt in c. fin.* & ibi gloſ. & Doctores *de præſcript.* & ita hanc opinionem in terminis noſtri text. tenet Georgius Nata, *in repet. huius textus, num.* 10. & Guilielm. Benedict. *in repet. c. Raynutius, de teſtament. verſic. duas habens filias, num.* 247. *folio* 33. *in prima parte.* & teſtatur communem opinionem eſſe ex teſtimonio Pauli Pariſ. Couuar. *in præſenti, in* 3. *parte relect.* §. 4. *num.* 9. & ita eſt tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio non firmatur cum iuramento dolo præſtito.*

2 *Enormiſſima læſio in caſu huius text. an ſit cauſa ſufficiens ad reſcindendam renunciationem iuratam, de qua in hoc text. & quod remedium ſiue cautela adhiberi poſſit ad hoc, remiſſiuè.*

SI tamen iuramento non vi nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem. Formam huius iuramenti, vt comprehendat
1 omnes defectus & læſiones, poſui latè ſupra *in repet. Authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit. & ad ibi dicta me remitto.*

2 Senſus igitur † horum verborum eſt iunctis infra proximis, quòd ſi iuramentum, de quo in hoc text. præſtetur vi vel dolo,
2 non firmatur cum eo renunciatio. idem probat text. *in c. cùm contingat, de iureiurand. & in d. Authen. ſacramenta puberum, cum alijs ſimil.* de quo videndi ſunt benè materiam hanc examinantes vltra Doct. in locis ordinariis, ſcilicet, an contractus vel renunciatio, iuramento per metum, vim, vel dolum præſtito, ſit nullius momenti, & an opus ſit relaxatione & abſolutione. Couuar. hic *in* 3. *part.* §. 4. *num.* 2. & idem Couuar. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 4. *num* 7. *& idem in* 4. *de ſponſal.* 2. *part. c.* 3. §. 5. & Matthæus de Afflict. *deciſ. Neapol.* 263. *&* 322 *num.* 6. *& ibi eius additio. &* 393. *nu.* 11. & Nauar. *in repet. c. acceptam, de reſtit. ſpol. in* 5. *oppoſ. num.* 11. & Greg. Lopez *in l. fin. tit.* 11. *part.* 3. *gloſ.* 3. *ad fin.* videnda eſt etiam *in d. l. fin. partita, & l.* 28. *tit.* 11 *part.* 4. quæ leges videntur ſibi inuicem contrariæ. Sed Gregor. Lopez *in d. l.* 28. *verb. iurando.* ponit concordiam, videndus eſt etiam in materia Roland. à Valle *conſ.* 1. *num.* 76. *& ſeq lib.* 1. vbi omnes agunt de materia *c. ſi verò, de iureiuran.* & quia ipſi benè hoc declarant, ideo ego omitto.

Sed † an enormiſſima læſio contingens in huiuſmodi renunciatione iurata ſit iuſta cauſa, propter quam poſſit retractari ipſa renunciatio, & quod remedium ſiue cautela poſſit adhiberi, ne renunciatio ſiue contractus iuratus reſcindatur, prætextu huius læſionis enormiſſimæ, obtenta prius relaxatione iuramēti ad effectum agendi & excipiendi? dixi latè *in d. Authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. num.* 97. *& ſequentibus. ad ibi dicta me remitto.* 2

Vltimò poterat hic examinari quæſtio illa, An ſolus metus reuerentialis ſit ſufficiens ad reſcindendum contractum vel renunciationem iuratam? Sed omitto, alibi volente Deo latiſſimè dicturus, nedum breuis eſſe cupio in hac repetitione, longus eſſe videar.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians in caſu huius text. excluditur ab hæreditate patris etiam inteſtati decedentis.*

2 *Hoc limitatur, quando parens nullos alios filios habet.*

3 *Hoc ſublimitatur, ſi adſint nepotes, vel nepos.*

4 *Renunciatio facta non quidem contemplatione filiorum, ſed vt is, in cuius fauorem renunciatur, poſſit liberè diſponere, non admittitur renuncians ad hæreditatem parentis decedentis, etiam ſine alijs deſcendentibus.*

5 *Filius in caſu huius text. etiam ſi renunciauerit iuri petendi alimēta, poterit nihilominus ſi indigeat, ea petere.*

6 *Filius vel filia renuncians in caſu huius text. excluditur à legitima quæ ſibi competeret ſi non renunciaſſet.*

7 *Renuncians hæreditatem parentis, non prohibetur ſuccedere fratri, etiam ſi frater ipſe ſucceſſerit parenti, & eius bona habeat.*

8 *Hæreditas poſtquam eſt adita, non dicitur amplius hæreditas, ſed efficitur proprium patrimonium hæredis.*

9 *Renuncians hæreditatem parentis, non prohibetur ſuccedere fratri, qui fuit hæres eidem parenti, licet deceſſerit ante aditionem hæreditatis.*

10 *Cautela, vt renunciatio vtrumq; comprehendat.*

11 *Renunciatio in caſu huius text. non impedit renunciantem, quin capiat, quod ſibi relictum eſt in teſtamento ab eo, cuius hæreditati renunciauit.*

12 *Procedit hoc, etiam ſi filia renunciauerit ſucceſſioni ex teſtamento.*

13 *Procedit etiam ſi renunciatio fiat fauore fratrum, patre conſentiente.*

14 *Renunciatio, de qua in hoc text. facta alijs filijs exiſtentibus, & decedentibus poſtea in vita parentum, non impedit quin renuncians admittatur ab inteſtato & contra teſtamentum eius, cuius hæreditati renunciauit.*

OMNINO ſeruari debebit. Ex hoc infertur planiſſimè,
quòd † filia huiuſmodi excludetur virtute prædicti pacti 1
& renunciationis iuratæ ab hæreditate patris etiam inteſtati decedentis, vt plurimos allegans teſtatur communem eſſe opinionem Couuar. *in præſenti,* 3. *parte relect.* §. 3. *numero* 5. vltra quem eandem opinionem ſequitur & dicit veriorem, benè probans eam, & defendens à fundamento tenentium contrarium Antonius Gomeſ. *in l.* 22. *Taur. numero* 8. *qui* 11. 9. latiſſimè etiam probat & fundat, quòd neque contra teſtamentum, in quo præterita eſt huiuſmodi filia, vllo modo admitti poterit, propter renunciationem prædictam, & teſtatur eſſe communem opinionem, & probari in hoc text. in illis verbis: nullum ad bona paterna regreſſum habere. & etiam probatur in his verbis, quæ nunc declaramus, ſcilicet, omnino ſeruari debebit.

Sed hæc ſupradicta procedunt, † præterquam ſi tempore renuncia- 2

nunciationis pater vel mater nullos alios filios habebat præter renunciantem, nec poſtea etiam nati ſunt, quia ex tacita coniectura hæc renunciatio videtur facta contemplatione & fauore filiorum naſcendorum, *argum. l. cùm acutiſsimi*, C. *de fideicom. & in l. cùm auus, ff. de condit. & demonſtr. cum ſimilib.* vnde eis non natis, renunciatio nullum habet effectum, & per conſequens, patre vel matre decedente ab inteſtato vel cum teſtamento, filius vel filia, quæ renunciauit, admittitur, licet ſit præteritus vel præterita, & extraneus inſtitutus. & ita in terminis tenet Ant. Gomeſ. *in d. l. 22. num. 12.*

3 Quod ipſe ſubintelligo, præterquam ſi † filiis non exiſtentibus adſint tamen nepotes, vel nepos ex filio præmortuo, quia cùm tunc ceſſet ratio prædicta, quia natus eſt filius, licet ſit mortuus, in cuius locum ſubintrauit nepos, exiſtimo quidem hoc caſu admittendam eſſe renunciationem, & renunciantem minimè admitti ad hæreditatem neque ab inteſtato, neque contra teſtamentum, per noſtrum text. & quia nepotes, appellatione liberorum continentur, vt ſunt iura vulgaria, & quia ceſſat ratio ſuprà allegata.

4 Secundò ſubintelligitur prædicta opinio vltima Anton. Gomeſ. præterquam † ſi conſtaret apertè renunciationem minimè factam fuiſſe contemplatione nec fauore naſcendorum filiorũ tantùm, vt puta quia renuncians dixit, ſi non naſcantur liberi, poſſit pater vel mater ſua bona relinquere venientibus ab inteſtato, vel cuilibet extraneo, quia tunc nullo modo renuncians poterit ſuccedere, ſecundùm Ant. Gomeſ. *d. num. 12.* cum Collectario, quem refert *in c. fin. col. fin. num. 34. de donat.*

5 Et Ant. Gomeſ. *d. num. 12.* ponit † bonam declarationem in materia plures Doctores allegans & benè probãs, ſcilicet, quòd filius vel filia in caſu huius tex. non obſtante ſua renunciatione, etiam ſi expreſsè renunciauerit iuri petendi alimenta, poterit nihilominùs ea petere ſi indigeat, & non habeat alibi vnde ſe alat. Tum, quia prædicta renunciatio eſt contra ius naturale, quo tenetur pater alere filium egentem, vt ſunt iura vulgaria, à qua obligatione non liberatur parens vel filius reſpectu parentis, etiam ſi iurauerit alimenta non exhibere, *vt in c. cùm quidam. §. illi verò, de iureiuran.* Tum etiam, quia eſt contra text. *in l. necare, ff. de liber. agnoſcen.* & iuramentum hoc caſu daret occaſionem delinquendi, & eſſet contra bonos mores, vnde non eſt obligatoriũ, nec ſeruandum. & hæc opinio vera mihi videtur & tenenda in iudicando & conſulendo.

6 Secundò † ex his verbis noſtri text. & ex verbis præcedentibus, ſcilicet, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, probatur, quòd filia hæc vel filius renuncians excluditur etiam à legitima, quæ ſibi aliàs, ſi non renunciaſſet, debebatur in bonis parentis, quibus renunciauit, aliàs enim parum aut nihil operaretur renunciatio, atque ita hanc opinionem pluribus Doctoribus pro ea allegatis teſtatur veriorem & communem Couuar. hic *in 3. part. §. 3. nu. 3.* licet referat contrariam opinionem eſſe etiam communem, & plures eam ſequutos fuiſſe, ſed eius fundamentis ipſe reſpondet, & quia ipſe ibi refert, & reſoluit, quæ opinio ſit tenenda, ideo omitto. Solum aduerto, quod ad tollendum omne dubium renunciatio fiat expreſsè etiam de legitima & quacunque alia hæreditate & ſucceſſione.

7 Oportet nunc, viſis † his ampliationibus, aliquibus modis limitari noſtri text. deciſionem. Et primò limitanda erit, & intelligenda reſpectu bonorum ipſius, quibus renunciauit, ſecùs verò erit reſpectu bonorum fratris, etiam ſi frater ipſe hæreditatem eiuſdem met patris adierit, & eius bona habuerit, quia hoc caſu filia minimè prohibebitur ſuccedere in illis bonis, quantũcunque fuerint prius parentis, quibus renunciatum eſt per filium, vel filiam, immò poterit in eis ſuccedere ſequentibus fundamentis.

8 Primò, † quia hæreditas patris vel matris poſtquam eſt adita per alium filium vel deſcendentem, ampliùs non dicitur hæreditas patris vel matris defunctæ, ſed efficitur proprium patrimonium hæredis. text. eſt melior de iure *in §. 1. Inſtitut. de hæred. qualit. & differ.* in illis verbis: vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potiùs eius hæredis bona, quàm ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur. idem etiam probant text. *in l. ſed ſi plures, §. filio impuberi, ff. de vulgar. & pupil. & in l. eius, qui in prouincia, §. final. ff. ſi certum petat. cum ſimilib.* & tenet gloſ. magiſtra & ordinaria *in l. 2. §. veteres. verb. per vnum reliquorum, in verſic. at ſi poſt aditam, ff. de acquiren. poſſeſſ.* quam ſequitur Bart. *in rubric. num. 1. ff. de acquir. hæred.* & eſt communiter approbata gloſ. illa ſecundùm Iaſ. *ibidem num. 18.* & patet ex eodem *in d. rubr. num. 6.* quam opinionem plura allegans teſtatur communem Segur. *in l. cohæredi. §. cum filia, nu. 114. ff. de vulg. & pupil.* dicit etiam communẽ bona iura allegans Ant. Gomeſ. *in l. 45. Taur. num. 154.* & eſt ſimilis gloſ. *in l. pen. verb. hæreditati, ff. ſi cert. pet.* & ibi Iaſ. *in §. fin. num. 8.* plures gloſ. & Doct. allegant, inferens ex hoc ad quatuor optimas deciſiones ad ornatũ & practicam dictæ glo. & communis opinionis, quarum vna eſt noſtra opinio ſupradicta, ſcilicet quod filia nõ prohibeatur fratri ſuccedere, licet hæreditati paternæ renunciauerit cum iuramento, & alia gloſ. ſimilis *in l. hæres per ſeruum.* gloſ. 1. *ff. de acq. hæred.* & eſt communis opinio ſecundùm Anton. Gomeſ. *in d. l. 22. Taur. num. 13.* Secundò hæc opinio & limitatio ad noſtrum text. probatur optimè *in l. qui Titij teſtamentum, ff. de his, quib. vt indig.* vbi dicitur, quod licet ille, qui accuſat teſtamentum alicuius teſtatoris de falſo, & ſuccubuit, non poſſit ei ſuccedere, non tamẽ prohibetur ſuccedere hæredi eius, vel alteri, ad quem bona teſtatoris peruenerũt, quia alia bona teſtatoris peruenerunt, quia alia bona ſunt iam poſt aditionem. Tertiò hæc opinio probatur *in l. iubemus, C. ad Velleia.* vbi regula optima nobis traditur, ſcilicet, quòd omnis renunciatio reſtringitur ad contractum, perſonam, & cauſam, ſuper qua interponitur, & non extenditur ad alia. ergo ita & eodem modo dicendum eſt in noſtro caſu, quòd renunciatio quantumcunq; iurata, de non ſuccedendo patri vel matri, non extendatur ad fratris hæreditatem & bona. Quartò facit bonus text. *in l. fin. in prin. ff. de leg. 3.* vbi filius exhæredatus à patre, non prohibetur ſuccedere fratri hæredi eiuſdem patris, etiam in bonis patris, quia non dicitur ſuccedere patri, ſed fratri immediatè, ideo legata relicta ab exhæredati ſubſtituto hoc caſu non debentur, quia non ex perſona patris ſubſtituentis commodum habet, ſed ex altero ipſius filio fratre pupilli. Sed & poteſt alijs pluribus iuribus comprobari hæc opinio, ſed ſupradicta ſunt expreſſiora ex his, quæ adduci ſolent. Et ita inuenio, quod in expreſſo hanc opinionem & limitationem ad noſtrum text. tenet Bald. *in l. 1. num. 41. ff. de rerum diuiſ.* quem ſequitur Decius in pluribus locis, & alij plures Doctores relati per Ant. Gomeſ. *in d. l. 22. Taur. num. 13.* qui eos ſequitur. ex cuius reſolutione ſatis conſtat eſſe hanc communem opinionem, quã etiam, aliquibus relatis, teſtatur communẽ hic Couuar. *in 3. part. §. 3. num. 2.* & ſequitur eandem opinionem plures referens Tiraquel. *de vtroque retractu, 1. parte. §. 1. gloſ. 9. num. 44.* & Matthæus de Afflict. *deciſ. Neapol. 178. num. 4.*

Quæ quidem communis opinio non ſolùm procedit, quoties frater, † cui filia renuncians ſuccedit, adiuit hæreditatem 9 patris, ſed etiam ſi decedat ante eam aditam, nam tunc etiam poterit ſoror vtramque hæreditatem adire, & conſequi hæreditatem fratris ex propria perſona, tanquam ipſius hæres, hæreditatem verò patris ex perſona fratris defuncti ratione iuris adeundi, quod reperit in eius hæreditate tranſmiſſum, vel ex potentia ſuitatis, vel ex capite iuris deliberandi, ita tenet Aretinus *conſil. 161. num. 3. colum. 3.* & Decius *in conſil. 266. num. 3.* & Laurentius Calcaneus *conſil. 12. colum. 1.* & Anton. Gomeſ. & Couuar. *vbi ſuprà.*

Notabilis tamen erit cautela, † ſi vis, quod renunciatio vtrumq; 10 comprehendat, ita quod filius vel filia renuncians excludatur ab hæreditate fratris, quòd renunciatio cum iuramento fiat, non tantùm hæreditatis paternæ & maternæ, ſed etiam fraternæ, quia hoc caſu, cùm vtrunq; expreſsè renunciatio comprehendat, nõ poterit is, qui renunciauit, fratri ſuccedere. ita tenet Iaſ. *in l. eius qui in prouincia, §. quod ſi ſtipulatus, num. 11. ff. ſi cert. pet.*

Secunda principalis limitatio ad noſtrum text. eſt, † quotieſcunque pater ipſe, cuius hæreditati & ſucceſſioni filia renunciauit cum iuramento, aliquid reliquit in teſtamento ipſi filiæ vel iure legati, vel iure inſtitutionis, quia optimo iure poterit filia hæc relictum conſequi, non obſtante contradictione fratrum, quia pater, in cuius fauorem facta fuit renunciatio, poteſt hãc libertatem ſibi datam tacitè vel expreſsè renunciare, & in expreſſo ita tenet Bald. *in l. pactum dotali, num. 3. C. de collat.* & ibi Decius *num. 6.* Gulielm. Bened. *in c. Raynutius, in verb. duas habens filias, num. 266. de teſtam.* & eſt communis ſecundùm Rode. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in 5. limit. num. 7. in prin. C. de inoffic. teſtam.* & hanc opinionem tenet plures allegans Ant. *in l. 22. Taur. num. 10. col. 6. 7. 8. & 9.* vbi latiſſimè fundat & probat hanc opinionẽ, eam amplians duobus vel tribus modis. ſequitur etiam idẽ Anton. Gomeſ. *in l. 24. Taur. nu. 8.* vbi agit, an tunc teneatur conferre. Eandem quoq; ſententiam alios allegans tenet Matthæus de 11

Afflict.

Afflict. *deciſ. Neapol.* 350. *num.* 1. qui num. 1. & ſequentibus addit idem eſſe, ſi per contractum inter viuos ſibi aliquid donetur. & eſt magis communis hæc opinio ſecundùm Couuar. *in præſenti 3. part. in princ. num.* 8. qui ſupradictos non allegat. eſt etiam communis, vt plures allegans reſtatur Tellus Fernandez *in l. 6. Taur. num.* 40.

12 Quod procedit eadem ratione, † etiam ſi filia renunciauit ſucceſſioni ex teſtamento, ſecundùm Bald. *in l. fin. num.* 15. *C. de pact.* & Roman. *in d. l. pactum dotali, num. 6. in fin.* & Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num 9 ff. de verbor. obligat.* & Roderic. Suarez, & Matth. de Afflict. vbi ſuprà. licet ipſe de Afflictis velit tenere contrarium. hanc reſtatur communem opinionem Tellus Fernandez *vbi ſuprà num.* 41.

13 Procedit etiam, † ſi renunciatio fuerit facta fauore fratrum patre conſentiente ſecundùm Roder. Suar. & Couuar. *vbi ſuprà*, qui alios allegat. vbi agit, an idem ſit quotieſcunq; filia pactum, & renunciationem hanc iuratam fecit cum ipſis fratribus conſentiente patre. ſed & ſunt aliæ ampliationes ad hanc limitationem, quas refert Ant. Gomeſ. *in d. l. 22. Taur. num.* 10. *colum pen. & fin.* qui eſt omnino videndus in materia.

14 Tertiò noſter text. in hoc c. quamuis pactum limitatur, quando filius, † vel filia renunciauit cum iuramento ſucceſſioni patris vel matris, eo caſu, quo talis pater, vel mater habebat filios vel filias, & poſtea viuo patre vel matre decedant, quia tunc filia vel filius, qui renunciauit, poteſt liberè ſuccedere ab inteſtato, & contra teſtamentum, quia talis renunciatio habet in ſe tacitam conditionem, ſi filij ſuperuiuant. ita tenet Bald. *in d. l. pactum, colum. 2. num. 3. C. de collat.* & ibi cæteri Doctores. & eſt communis opinio ſecundùm Ant. Gomeſ. 1. *tom. Var. c. 5. de ſubſtit. fideicom. num. 23. verſic. Tertiò confirmatur.* vbi hanc opinionem probat argum. optimi text. *in l. 3. C. de inoffic. teſtam.* eandem opinionem communẽ teſtatur Couuar. *in præſenti in 3. part. §. 3. nu.* 4. qui eſt omnino videndus per totũ num. 4. quia facit in hac materia notatu concluſiones, eandem quoq; ſententiam plurimos allegans ſequitur & teſtatur communem Tellus Fernandez *in l. 6. Taur. num.* 44. vbi inquit neminem in hoc dubitare, quando expreſsè renunciatio fit propter fratres. & *num.* 45. inquit pluribus Doctoribus allegatis idem eſſe, quando in fauorem patris fieret renunciatio, nulla facta mentione de fratribus vel ſororibus, quia intelligitur & præſumitur, eorum earumque fauore factam fuiſſe, præterquam ſi de efficaciore præſumptione vel probatione conſtaret, renunciationem non fuiſſe factã fratrum contemplatione, ſed tantùm patris, quia tunc etiam ſi fratres mortui ſint, filia, quæ renunciauit, non ſuccedet ab inteſtato, neque contra teſtamentum. & ibi etiam latiſſimè agit, quid ſit, quando filia, quæ renunciauit, ingreſſa fuit religionem, & alij fratres & ſorores moriuntur in vita patris, videndus eſt omnino ſuper hoc, quia refert duos Regnicolas contrarios in hoc, & ipſe ponit ſuam opinionem inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quod vergit in diſpendium ſalutis æternæ, non eſt ſeruandum.*

1 CVm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium. † Nam ſi vergeret, minimè eſſet ſeruandum, vt probant iura hic allegata *in gloſ. verb. diſpendium.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, de qua in hoc textu, valet, etiam ſi alijs noceat ſecundariò.*

2 *Renuncians ſi decedat viuo patre vel matre, cuius hæreditati renunciauit cum iuramento, eius filij, vel nepotes poterunt & debent ad ſucceſſionem auorum & proauorum admitti, non obſtante prædicta renunciatione.*

3 *An id procedat, ſi filia recepiſſet dotem, & cum eo vocaret ſe contentam?*

4 *Renunciatio, de qua in hoc textu, decedente renunciante per mortem eius, cuius hæreditati renunciauit, nocet filijs renunciantis.*

5 *Hoc limitatur, quando nõ adſunt alij deſcendentes, qui ſuccedant ei, cuius hæreditati renunciatum eſt, etiam ſi adſint collaterales, quia tunc filij renunciantis admittuntur, & ſuccedunt, non obſtante prædicta renunciatione.*

6 *Renunciatio, de qua in hoc text. facta ab eo, qui ſuperuixit ei, cuius hæreditati renunciauit, non inualidatur natiuitate filiorum renunciantis.*

NEc redundet in alterius detrimentum. Gloſ. final. hic intelligit † de principali detrimento, quaſi velit dicere, 1
quòd principalis perſona, cui poterat præiudicari ex ipſa renunciatione, erat ipſa renuncians, ſed ipſa id poteſt facere, hoc eſt renunciare, ergo ſeruanda eſt renunciatio ipſius iurata, tam hac ratione, quàm præcedentibus, quod non vi nec dolo præſtitum ſit iuramentum, & quod poſſit ſeruari abſque interitu ſalutis æternæ. vnde infert gloſ. quod ſecundariò benè poſſet præiudicari ex hac renunciatione filij renunciantis, vel vito, vel venientibus ab inteſtato, vel ſimilibus perſonis, quibus pro[...] habet gloſ. noceri per prædictam renunciationem, quaſi dicat, non attenditur in hoc textu, quod ſecundariò his perſonis damnum, & præiudicium fiat. Articulus hic maxima diſputatione egeret & diſtinctione, niſi per noſtros Hiſpanos id factum eſſet, ideo ne alienis laboribus membranas adimpleam, reſolutiuè & remiſſiuè in hoc articulo me habebo, & ideo animaduertendum eſt, duos præcipuos caſus in propoſito conſiderari poſſe.

Primus, † ſi renuncians decedat viuo patre vel matre, cuius 2
hæreditati renunciauit cum iuramento, quia tunc eius filij vel nepotes poterunt, & debent ad ſucceſſionem auorum & proauorum admitti, non obſtante renunciatione prædicta iurata, quæ tantum effectum ſortiri intelligebatur, ſi ad renunciantem hæreditas delata fuiſſet, quæ cùm non fuiſſet ſibi delata, reperitur alia perſona, cui principaliter fit præiudicium in dicta renunciatione, hoc eſt, filius vel filij renunciantis, quibus defertur nunc hæreditas, vnde in ipſorum præiudicium valere non debet dicta renunciatio, per noſtrum textum in his verbis ſuprà relatis, quæ nunc declaramus. & ita hæc eſt communis opinio, vt plures allegans teſtatur Couuar. hic *in tertia parte*, §. 2. *num. 4. &* § 3 *num.* 6 & Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus, 4. limitatione legis regiæ, num. 5 C. de inoffic. teſtament.* & Antonius Gom. *in l. 22. Taur. num.* 10. hanc reſtatur communem plures alleg[...] Roland. à Valle *conſil. 11. num. 1. & ſequentibus, præcipuè num. [...] lib. 1.*

Vbi [...] num. 7. ampliat, etiam † ſi filia recepiſſet dotem, & cum 3
ea vocaret ſe contentam, & dicit hanc opinionem eſſe communem & tenendam in practica in iudicando & conſulendo, dum tamẽ nepotes conferant dictam dotem receptam per matrem. Licèt plures alij Doctores teneant contra ſupradictam communem ampliationem, quam ibi aſſignat, quos ipſe num. 3. refert, eandem etiam ampliationem huius primi caſus ſequitur & teſtatur communem plures referens Tellus Fernandez, *vbi ſuprà num.* 61. licèt Ant. Gomeſ. *vbi ſuprà*, teneat & fundet latiſſimè cõtra hunc primum caſum, imò quod hoc caſu noceat etiã renunciatio filiis renunciantis, & dicat hanc ſecundam opinionẽ eſſe communem, allegans plures, qui eam ſequuntur, & quod ipſe eam teneret in iudicando, & conſulendo. Sed meo iudicio verior & communior eſt prima opinio ſupradicta per noſtrum textum, & per cætera fundamenta adducta per Doctores, *vbi ſupr.* quam limitant aliquibus modis Roder. Suarez, & Ant. Gomeſ. *vbi ſuprà*, licet non veris, videndi ſunt omnino. eandem etiam dicunt communem Tellus Fernandez, *in d. l. 6. Taur. num.* 61. & Bacca *in tractatu quem fecit de non melioran. ratione dot. filiab. cap.* 74. *num.* 112. *folio* 74.

Secundus caſus principalis eſt, † quando filius vel filia renuncians cum iuramento deceſſit poſt mortem patris vel matris, cuius hæreditati renunciauit, ita que ei ſuperuixit, quo caſu noſtra gloſ. procedit, & eſt vera communiter approbata, vt teſtantur Doctores omnes Hiſpani, *vbi ſuprà*, & Roland. à Valle *d. conſil. 11. num. 8. & ſequent.* & idem Roderic. Suarez *in dicta l. quoniam in prioribus, in 10. ampliatione, num.* 62. *latius in d. 4. limitatione, num. 9. &* 10. 4

Hic ſecundus caſus limitatur per Doctores, † quando non 5
eſſent alij deſcendentes, qui ſuccedant ei, cuius hæreditati renunciatum eſt cum iuramento, quorum fauore emiſſa præſumitur renunciatio, quia tunc etiam ſi adſint collaterales, & alij cõſanguinei, non obſtante renunciatione prædicta, etiam ſi renuncians ſuperuixerit ei, cuius hæreditati renunciauit, non excluduntur eius filij, vel nepotes, ſed admittuntur ad hæreditatem aui, vel proaui, & præferuntur cæteris collateralibus

ipſius

ipſius aui, vel proaui, vt tradunt Anton. Gomeſ. & Roder. Suarez, *vbi ſuprà* 10. *ampliatione, num.* 62. *& in d.* 4. *limita. num.* 9. *&* 10. qui id benè probant, & Doctores id tenentes allegant. & latiſſimè etiam idem ſequitur Roland. à Valle *d. conſ.* 11. *num.* 12. *& ſeq.* vbi ſublimitat plures allegans, quando filia renuncians aliquid recepit pro dote & parte ſua, quia tunc nepos excluditur, non vi renunciationis, ſed ſucceſſionis, & hoc quando filia aliquid accepit pro ſatisfactione ſuę partis, ſecùs ſi accepit, vt nullo modo ſuccederet & repudiaret.

6 Ampliatur † hic ſecundus caſus à fortiori in filiis poſtea natis, quia ſi renunciatio prædicta iurata, de qua in hoc text. nocet filiis renunciantis & cæteris ſimilibus perſonis quando renuncians ſuperuixit ei, cuius hęreditati renunciauit, vt ſuprà dictum & concluſum eſt cum communi opinione, multo minus non inualidabitur dicta renunciatio in hoc caſu, natiuitate filiorum poſt dictam renunciationem: quia facilius quid impeditur à principio, quàm ex poſtfacto tollitur, vt ſunt iura vulgaria. & in expreſſo hanc opinionē tenent plures Doctores allegans Couuar. *in præſenti, in* 3. *parte*, §. 3. *num* 8. ad quem eſt aduertendum, dum allegat Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num.* 151. *quod in meo libro eſt, num.* 180. *& ſequent.* & vltrà eum latiſſimè idem tenet Ripa *in repet. d. l. ſi vnquam, in* 11. *quæſt. num.* 21. *&* 22. licet idem Couuar. contrarium, & non benè meo iudicio, & exiſtimauerit, *in c. Raynaldus*, §. 2. *num.* 4. *de teſtam.* Et cum his omnibus remanet benè expedita materia huius c. quamuis pactum. ſaltem reſolutiuè ſunt examinatæ præcipuæ quæſtiones huius c. quia ſicut in principio huius repet. diximus, hęc fuit noſtra intentio, non verò totam ipſius textus materiam perlegere, cùm id perfectiſſimè fecerit Couuar. ſed ſupradicta tantùm libuit tractare & examinare, licet nonnulla eorum etiam tractauerit Couuar. tum quia noſter caſus propoſitus id exigebat, ſcilicet in quo iuramentum confirmat actum aliàs inualidum & iure ciuili reprobatum, & materia quotidiana etiam poſcebat, tum etiam, quia poſt Couuar. alij etiam ſcripſerunt, & breuius nos diximus. Cæteros verò caſus, in quibus iuramentum confirmat actum aliàs inualidum roburque præſtat ei, proſequemur latè aliis commentariis edendis volente Deo. Interim habetis duos potiſſimos caſus, primum *in dicta Authent. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend.* quam ſupra repetiuimus. ſecundum *in hoc præſenti c. quamuis pactum, de pactis. in* 6. in quo etiam breuem repetitionem conſtituimus.

REPETITIO

IN CAP. PRIMVM, De Iudicijs.

Celeberrimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Regula vulgaris, quòd lex debet eſſe de caſu dubio, quomodo intelligitur.*
2 *Differentiam inter dubiam, & ambiguam rem.*
Verba iſta, quid iuris, qualiter intelligantur, ibid.
Auditores Rotæ & cameræ olim in cauſis conſulebant, ibid.
3 *Verbum, videtur, quid importet.*
Teſtes deponentes per verbum, videtur, an rectè deponant, ibid.
Sententia an valeat per verbum, videtur, ibid.
4 *Dictio, fortè, importat dubitationem.*
5 *Per verbum fortè, reſpondent ſæpè periti.*
6 *Verbum iubere præceptum, cōtinet magis arctatiuum, & ſpecificum, quàm verbum mando, & quomodo hoc intelligatur, ibid.*
Intellectus gloſ. in l. ſæpè, ff. de offic. præſid. diſcutitur, ibid.
7 *Citatus à delegato per verbum, iubere, an poſſit procuratorem conſtituere.*
8 *Mandatum à ſuperiore factum habet vim præcepti.*
9 *Hæc verba, præceptum, & mandatum, aliquando confunduntur.*
10 *Verbum, hortamur, importat neceſſitatem.*
11 *Verbum, rogo, habet vim præcepti.*
12 *Fit differentia in reſcripto Papæ, an ſit verbum præcipimus, an aliud.*
13 *Per verba hortatiua Principis non datur iuriſdictio, niſi addantur verba coerctionem ſignificantia.*
14 *Verbum, præcipio, vel iubeo, habet vim ſententiæ.*
15 *Reus quando perſonaliter comparere debet, in eiſdem caſibus, etiam actor perſonaliter adeſſe cogetur.*
16 *Actor ſe inſcribere debet ad pœnam talionis.*
17 *Dictio, alterutram, de ſui natura eſt diſtributiua duorum.*
18 *Quæ in fauorem alicuius conceſſa ſunt, non debent in damnum eiuſdem retorqueri.*
19 *Dignitas acquiſita per priuilegium tantùm valeat, quantum ſi acquiſita ſit de iure communi.*
20 *Spurius legitimatus non debet vocari ſpurius.*
21 *Habēs beneficia per diſpenſationem ita debet tueri, ſicut ſi de iure cōmuni poſſideret.*
22 *Paria ſunt quod aliquid concedatur de iure communi, vel ſpeciali.*
23 *Beneficium iuris nemini auferri debet.*
24 *Actori non debet licere, quod non liceat reo.*
25 *Verbi alterutram, natura eſt alterum de duobus includere.*
26 *Verbum, alterutram, eſt ambiguum, & aliquando requirit concurſum duorum.*
27 *Verbum, exigeris, compulſionem importat.*
28 *Verbum, exigere, etiam de volente intelligitur.*
29 *Iudex delegatus non poteſt regulariter citare perſonaliter in cauſa ciuili.*
30 *Facultas alicui conceſſa à iure, in dubio non eſt auferenda.*
31 *Citatus perſonaliter poteſt per procuratorem comparere, quando nō apparet cauſa, quare perſonaliter comparere debeat.*
32 *Dictio, ſe, denotat perſonalitatem.*
33 *Citatus à Papa etiam ſine expreſſione cauſæ debet perſonaliter comparere.*
34 *Nulla eſt differentia, an aliquis citatus vt per ſe compareat, an perſonaliter.*
35 *Dictio, per, quid indicet.*
36 *Declaratur & limitatur text.*
37 *Procurator, & dominus, reputatur vna & eadem perſona.*
38 *Facultas comparendi, vel per ſe, vel per procuratorem, poſita eſt in libertate domini.*
39 *Iura loquentia de iudicibus delegatis, habent locum in arbitris.*
40 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.*
41 *Ad reſpondendum poſitionibus perſonaliter citatur.*
42 *Citatus perſonaliter ſpernens præceptum, an capi poteſt perſonaliter etiam in domo.*
43 *Iudex delegatus in cauſa criminali poteſt perſonaliter citare.*
44 *Actor in criminalibus debet ſe inſcribere ad pœnam talionis.*
45 *Textus declaratur.*
46 *Iura non ſunt limitanda per ſubauditiones.*
47 *In curia Romana cauſæ criminales per Auditorem cameræ deciduntur, & per gubernatorem vrbis. Auditores Rotæ ſolùm de beneficialibus cauſis, & ciuilibus ſe impediunt.*
48 *Auctoritas Bartoli in terris imperij non eſt poſtponenda auctoritati dominorum de Rota.*
49 *Rota aliquando rotat.*
50 *Dicta dominorum de Rota non poſſunt facere legem.*
51 *Deciſiones Rotæ pro quibus ſæpius iudicatum eſt, habent vim legis, & ſtyli, qui obſeruari debet.*
52 *Textus declaratur.*
53 *Ambiguum dicitur, quando iura ſunt varia, & opiniones diuerſæ.*
54 *Lex quando habet plures intellectus dicitur ambigua, & non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*
55 *Iudex poteſt iudicare extra communem extante conflictu opinionū.*
56 *In conflictu opinionum bonum eſt habere iudicem fauorabilem.*
57 *Caſus in conflictu opinionum dicuntur eſſe pro amico.*
58 *Si vnus iudex in caſu dubio tulit ſententiam cōtra me, iudex appellationis in ambiguis poterit pro me dicere.*
59 *Bonus iudex nihil ex arbitrio facit.*
Iudex debet arbitrari ſecundùm mentem legis, & arbitrij ſui intellectus, & rationis.
60 *Maximi iudices, de quo intelligatur.*
Delegatus Principis æquiparatur ordinario.
61 *Aequiparatorum debet eſſe eadem ratio.*
62 *Iura loquentia de delegatis non habent locum in ordinarijs.*
63 *Quæ ſunt ſpeciali nota digna, niſi ſpecificè nominentur, cenſentur omiſſa.*
64 *Iudex delegatus fungitur vice principis.*
65 *Citatio perſonalis in cauſis ciuilibus non conceditur.*
66 *Bis idem non eſt repetendum.*
67 *Verba in dubio de digniori, & magis proprio intelligi debent.*

68 Or-

68 *Ordinarius dignior delegato.*
69 *Argumentum de ſtipulationibus extraiudicialibus an valeat ad iudiciales, & infra num. 72.*
70 *Subditi citati perſonaliter in dubio cauſa non expreſſa tenẽtur comparere.*
71 *Subditi Epiſcopo ſuo promittunt obedientiam.*
72 *Argumentum de iudicialibus ad extraiudicialia.*
73 *Collegium, capitulum eccleſiæ, & vniuerſitas, an poſſint perſonaliter citari.*
74 *Cauſa criminalis licet ciuiliter intentetur, ardua reputatur.*
75 *In cauſa criminali acta agitata cum procuratore rei tenent, licet ipſe procurator quandocunq; opponi, à iudice, & repelli poſſit.*
76 *Procurator in cauſa criminali interuenire non poteſt.*
77 *Accuſator illegitimus niſi repellitur per iudicem, neque per accuſatũ, proceſſus erit validus.*
78 *Teſtimonium criminoſi ſi pars non oppoſuit, valet, licet iudex eũ poſſet repellere.*
79 *Solennitas extrinſeca non præſumitur.*
80 *Fruſtra inducit annullationem ipſo iure.*
81 *Verba prohibitiua legis inducunt formam.*
82 *Perſonalis præſentia in cauſis criminalibus ideo requiritur, quia per præſentiam multa iudex deprehendit ex titubatione loquelæ & ſignis faciei, ex quibus indicium ſufficiens ad torturam poteſt inſurgere.*
83 *Dictio, fruſtra, vbi ſimpliciter profertur, in dubio ſemper debet propriè intelligi.*
84 *Natura aduerbij non poſiti cum verbo poteſt, in totum aufert potentiam, & actum annullat.*
85 *Præſentia alicuius vbicunq; requiritur ad pleniorem cognitionẽ cauſæ, nec interuenit, negocium redditur fruſtratorium.*
86 *Teſtis dictum repentinum eſt nullum, quia non præſumitur ſufficienter informatus.*
87 *Procurator in cauſa ciuili regulariter interuenire poteſt.*
88 *Regula, quæ multa prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent, non procedit in formalibus, & prohibitorijs.*

IVRIS ESSE AMBIGVVM, &c. Summatur & diuiditur
iſte textus, vt hic per Doctores ibi, Iuris eſſe ambiguum non
videtur: pondera hic eſſe caſum contra illam regulam vul-
garem, quæ traditur *in l. quòd Labeo, ff. de Carbon. edict. & alibi*: vi-
1 delicet, † quod lex debet eſſe de caſu dubio. Nam hic ponitur
caſus, qui in effectu dubius non eſt, & tamen de illo fit deciſio:
ad idem eſt text. *in l. 1. C. de filiofamil. & quemadmod. &c. lib. 1.* ibi,
dubij iuris non eſt. facit etiam text. *in l. 1. ſi ſtipulat.* ibi, manifeſtiſ-
ſimum eſt in viginti & decem ineſſe, *ff. de verborum oblig.* & text.
in l. pacta quæ cõtra, C. de pact. ibi, indubitati iuris eſt, &c. cum mul-
tis ſimilibus. Sed quia ſuper iſta quæſtione, videlicet, An lex de-
beat eſſe de caſu dubitabili, latius ſcribo poſt Abbat. vt audiui-
ſtis *in repet. mea c. de multa, de præbend.* non repeto vlterius. Et ad i-
2 ſtum textum tenendo rationem opinio. pro † nunc dicas quòd
non facit contra illam regulam, quia aliud eſt, quod res non ſit
dubia, aliud quòd non ſit ambigua, prout notabiliter declarant
Moderni Hiſpani *in rubrica, ff. de rebus dubijs.* ſecundùm gloſ. *in l.
de ſtatu. ff. de teſtament. iuncta l. in ambiguo, ff. de rebus dubijs.* & dicam
infra in gloſ. 1. Nam rectè conſiderando text. iſte caſum dubium
decidit, licet caſus ille non ſit ambiguus, prout in effectu non
eſt, & propterea non ſine miniſterio text. iſte dicit, ambiguum
non eſt, & non dixit, dubium non eſt. Et ex iſtis eiſdem verbis
notandum eſt, quòd verba iſta, iuris eſſe ambiguum non vide-
tur, &c. præſupponunt interrogationem fuiſſe factam per ver-
bum quid iuris: quia ex forma reſponſionis colligitur modus
interrogationis, *vt in l. 1. C. ſi quis ita, cum ſimilib. ff. de verborum obli-
gat.* Et quòd in iſto textu præceſſerit interrogatio prædicta per
illa verba, quid iuris, oſtenditur ex eo, quia ſummus Pontifex
hic reſpondet generaliter ſecundùm interrogationem, quæ et-
iam generalis fuit: quod not. Angel. *in l. eius, ff. ſi certum petatur.* v-
bi voluit quòd pro iſta verba, quid iuris, petitur conſultatio ge-
neralis, adeo quòd conſultus per dicta verba non ſolùm poteſt
reſpondere de eo, quòd reſpicit iuſtitiam, ſed de eo quod re-
ſpicit iuris ordinem. Hinc dicit Baldus *in c. 1. de controuerſ. inue-
ſtitu. in vſibus feudorum.* quod conſultus per illa verba, quid iuris,
non videtur plenum conſilium reddere, niſi de legibus omni-
bus conſilium reddat: & dicit Imola *in l. quadringenta, ff. ad legem
Falcidiam.* quòd illa verba, quid iuris, important omnem quæ-
ſtionem implicitè ex facto deſcendentem: idem dicit Imol. *in l.*
ſi fundum. §. Stichum, ff. de legat. 1. & reaſſumit latè Iaſ. & Modern.
in dicta l. eius, in no. & ideo Papa hic interrogatus quid iuris, re-
ſpondet generaliter tradendo regulam cum exceptionibus
ſuis, & ſic quadrat reſponſio Papæ interrogationi. Hoc tamen,
quod per Papam factum eſt, non poteſt fieri per quemlibet a-
lium iudicem non habentem poteſtatem legis condendæ.
Nam licet iudex de partium conſenſu poſſit ſuper articulo per
eas tranſmiſſo conſulere: ſecùs tamen quando ab altera parte
tantùm articulis conſultandus tranſmitteretur: quia tali caſu
non ſtaretur eius conſilio, vt Baldus dicit *in c. cæterùm, in fin. de re-
ſcript. alleg. text. in l. iuſiurandum & ad pecunias, §. ſi de qualitate, ff. de
iureiurand.* Hoc tamen dictum non eſt tanta commendatione
dignum, vt quidam exiſtimarunt. Quia nemini dubium eſt,
quod non ſolùm tali iudici, ſed neque cuilibet alteri conſulenti
credi debet, quia dictum Doctorum non eſt neceſſarium, ſed
probabile, vt notatur *in l. 1. C. de legib.* & tradit Felin. *in c. 2. de re-
ſcriptis.* Sed dictum Baldi eſſet alicuius momenti, ſi vellet iudi-
cem requiſitum ab altera parte non poſſe conſilium dare, pro-
ut videtur rationabile. Tamen Abb. Panormitan. tunc Auditor
cameræ in cauſis conſulebat, vt patet in eius conſiliis, & idem
de Auditoribus Rotæ apparet in ſubſcriptione conſilij Oldrad.
conſil. 66. In † text. ibi, non videtur. iſtud verbum hic veritatem 3
importat, vt dicit Andr. Sicul. qui ad hoc iſtum textum ponde-
rat *in Clement. gratiæ, in 2. colum. verſic. nota ibi videtur, &c. de reſcript.*
inferens per hoc ad teſtes deponentes per verbum, videtur,
quòd rectè deponant, de quo ibi per eum: & hoc idem tenet
Bart. *in l. quid tamen. §. ſi arbiter, ff. de arbitr.* Baldus & Angel. *in l. 1.
ff. de iuſtitia & iure.* Sed Imol. *in Clement. gratiæ.* & Alexan. *conſil. 15.
lib. 1.* tenet contrarium dicens, quòd verbum, videtur, non ſig-
nificat ſimpliciter fictionem, vel veritatem, ſed pariter ad v-
trumque adaptatur, & capiendo tali modo dictum teſtis per
verbum, videtur, non cõcluderet quid dicendum. Tu breuiter
dicas, quod licet verbum, videtur, regulariter fictionem ſignifi-
cat, *l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arm. cum ſimil.* vt per Bart. *in l. ſi is qui
pro emptore, in 4. colum. nu. 5. ff. de vſucap.* & dixi *in §. in perſonam, nu. 8.
Inſtitut. de actio.* tamen quando proferetur à legiſlatore in his,
quæ ſunt iuris, vt in caſu noſtro, ſignificat veritatem: ita dicit
Baldus *in capit. bonæ memoriæ, colum. penult. de appellatio.* & licet ibi
loquatur de verbo intelligitur, tamen idem eſt in verbo, vide-
tur, vt tradit Iaſon *in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, in vndecima
columna, ff. de acquirend. poſſeſſ.* & eſt textus *in l. qui tamen.* & ideo
dicit Dominic. hic, quod per verbum, videtur, reſpondent peri-
ti. pro quo alleg. textum *in capit. præterea, el 2. de appellatio.* & per
verbum, videtur, poteſt proferri ſententia, *l. diui. §. 1. ff. de libe. cau.*
cum concord. vt per Iaſonem *in l. 1. in fin. ff. de re iudic. & in l. 1. in fi-
ne princ. ff. de iuſtitia & iur.* & finaliter dicas, quod generaliter hoc
eſt verum, quod verba, quæ de ſe fictionem ſignificant, ſi pro-
ferantur in materia iuris, important veritatem. hoc dicit Barto-
lus *in l. ſi is qui, in 3 principali quæſt. in fin. verſic. & ſi tu opponis, ff. de v-
ſucap.* & plures alij, quos Decius adducit *in conſil. 275. incipient. Si
cauſa, num. 7.* Comprobatur hoc vltra ipſos per vnum ſimile:
nam videmus, quod dictio, † fortè, importat dubitationem, *l. 1.* 4
§. 1. iuncta gloſ. ff. de rei vendic. tenet Barbar. *in c. ſuper literis, in 31 co-
lum. de reſcript.* cum concord. vt dixi *in §. æquè, Inſtitut. de actio.* &
tradit Andr. Sicul. *in capit. ſignificaſti, in 3. colum. de foro competen.*
tamen quando profertur à legiſlatore in materia iuris, impor-
tat diſpoſitionem, & aſſertionem: ita Angel. *in l. ſubſtitutio, ff. de
vulgar. & pupillar.* quem ibi ſequuntur Alexan. & Iaſon, & dixi
latius poſt eundem Iaſonem *in d. §. æquè ſi. num. 4.* hinc illud vul-
gare naſcitur, † per verbum fortè, reſpondent ſæpè periti. gloſ. 5
in l. ſi duo. ff. de arbitris. & eodem modo dicitur, de verbo, credi-
mus, vt dicit Præpoſit. per illum textum *in c. fin. 47. diſtin.* & Ant.
de Butr. *in c. 2. per illum text. de poſtulan.* ad propoſitum ergo idem
dicendum eſt de iſto verbo videtur. Hinc etiam videmus, quòd
in materia iuris paria ſunt aliquid eſſe tale, aliàs haberi pro tali:
vt dicit Bart. *in l. ſi maritus, la 2. §. legis, ff. de adult.* cum concord. vt
tradit Decius *in d. conſ. in 4. colum.* eſt benè verum, quòd contra i-
ſtud dictum Bald. & aliorum plura que iura inueniuntur, in qui-
bus Iuriſlator loquitur in materia iuris, & tamen verbum, vide-
tur, fictionem importat, *vt in l. ſciendum, ff. de verborum obligat. cum
ſimilib.* & ideo dicendum eſt quòd in hoc ſubiecta materia de-
beat attendi, vt dicit *in tit.* Bald. *in rubrica, extra de præſcript. in 2. co-
lum.* In text. ibi, iubere non poſſe, † iſtud verbum, præceptum, 6
continet magis arctatiuum, & ſpecificum, quàm verbum, man-
do, vt dicit Baldus *in l. quoniam indignum, ff. de teſtament.* Cardin.
in Cle-

in Clemen. præſenti. in princip. de cenſib. Imol. in Clemen. ſæpe. de ver-
borum ſignifi. & gloſſ. in cap. dubium. 18. quæſt. 2. pro quibus facit
gloſſ. notabilis. in l. ſæpe. ff. de offic. præſi. quæ vult, quod licet de-
legatus à principe poſſit alteri ſubdelegare. l. more. ff. de iuriſdi.
omn. iudi. l. à iudice. C. de iud. capit. ſuper quæſtionum. de offi. deleg. iun-
cto cap. ſequen. illud tamen eſt verum quando commiſſio ſit per
per verbum, mãdamus, ſecus ſi per verbum, iubemus, quia ta-
li caſu ſubdelegare non poteſt: ita dicit ibi gloſſ. quam dicit
ibi ſingularem Bald. & in l. 1. in 3. colum. C. quomodo & quando iu-
di. & l. legis virtus. ff. de legib. & plures alij quos refert Iaſon. in l. 2.
in 2. colum. C. commu. de lega. & in l. iudice. in 5. colum. in fin. C. de iudi.
& vltra ipſum illã glo. latè approbat, & dicit mirabile, & quod
totus mundus eam ſequitur Felin. in cap. cam te. in 7. colum. verſ.
ſecunda differentia. de reſcript. & ibi ponit plures differentias in-
ter iſta verba, præcipio, mando, & iubeo, & Andr. Sic. in c. con-
ſtitutus. in 2. & 7. colum & in c. mandatum. in 2. colum. de reſcrip. &
notabiliter per Cardi. in Clemen. fin. in 3. colum. & ibi Imo. in 1. de
procur. quod tenet hic Ioan. And. Adde tu gloſſ. concor. in l. nec
mandante. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. & illam gloſſ. approbãt
Alexand. & Ioan. Bap. de ſancto Sene. & Riminal. in l. more. ff.
de iur. omn. iud. vbi Alexan. dicit, colum. fin. quod à toto mundo
approbatur: & hanc differentiam circa iſtud verbum, iubere,
ſequitur idem Alexand. licet prædictam gloſſ. non alleget in
l. 1. in 3. colum. 18. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi pro hoc allegat text.
in §. & hoc vero iubemus. in authen. vt nulli iudi. quam ad hoc prius
allegauit gloſſ. in d. l. ſæpe. & in d. l. nec mandante. quem allegat
Georg. Natam in repe. Clem. ſæpe. in 9. colum. de verbo. ſignifi. vbi ad
hoc alia adducit: & And. Sicu. in cap. 1. 3. colum. de offic. delega. &
reſpondet ibi ad illum tex. qui videtur facere in oppoſitum,
ex quibus infertur nouus intellectus ad iſtum textum † quod
7 qñ delegatus citat aliquem per verbum, iubere, quod poterit
procuratorẽ cõſtituere, ſed perſonaliter comparere teneatur,
& illud mandatum exequi debet, quia ſicut delegatus per ta-
le verbum non poterit ſubdelegare, ita neque citatus poterit
procuratorem conſtituere. cum iſta procedant à pari, vt in cap.
2. & c. 15. q. 5. de procura. eodem lib. & text. in l. & quia. ff. de iur. om.
iud. Sed prædictis non obſtan. contraria opin. poteſt defendi:
& ideo ponam iſtam concluſionem, quod quantum attinet
ad iſtum textum nulla eſt differentia, intra verbum, iubere,
& verbum, mandare, contra Io. Andr. & omnes, & ex qua in-
fertur, quod ſicut delegatus principis per verbum, mãdamus,
poteſt alteri ſubdelegare, vices ſuas, ita & eodem modo ſi fue-
rit datus per iſta verba, iubemus, vel præcipimus. Et in primis
iſtam opinionem ſibi contrarius tenet And. Sicu. Barba. in cap.
quoniam Abbas in 15. col. nu. 54. de offic. delega. vbi dicit. quod Gof-
fred. in libellis iuris ciuilis, in rubri. de actione mandati reprobat il-
lam differentiam, quam facit gloſſ. in d. l. ſæpe. dicens, quod nõ
reperietur iure cautum, quod intra illa verba ſit differentia:
nam † mandatum à ſuperiore factum habet vim præcepti, l. 1.
8 §. 1. ff. quod iuſſu. & in l. 1. C. ſi rector prouin. capit. cum inter R. de elect.
multò igitur magis faciant præcepta principis cùm preces hoc
faciant. Secundò mouetur idem Barba. per text. in cap. cam te.
de reſcript. vbi Papa indifferenter vtitur iſtis verbis, mandatũ,
& præceptum, pro quo tu adde meliorem text. in cap. 1. de offic.
9 delega. vbi Papa, quod in princ. appellauit † præceptum, po-
ſtea dixit mandatum: nam iſta duo interdum confunduntur,
vt dicit Georgius Nat. in dicta Clemen. ſæpe. vbi Imol. hanc opi-
nionem ſequitur per gloſſ. in dicta l. 1. §. 1. quod iuſſu, & eandem
nionem per prędicta motiua tenet Felin. ſibi contrarius, quod
tacito And. Sicu. in cap. ſi pro debilitate. in princip. de officio delega.
vbi addit pro iſta opinione gloſſ. in Clemen. 1. in verbo, hortamur.
10 de teſtib. quæ dicit, † quod illud verbum, hortamur, importat
neceſſitatem, ergo præceptum: & pro hoc vltra ipſos facit tex.
in cap. in verbo. hortamur. extra de teſtamen. vbi probatur, quod
per verbum, hortamur, datur iuriſdictio à principe: nam idem
importat, quod mandatum, vt tenet Archidia. in cap. quod quis.
in fin. 2. quæſt. 6. & tenet Ioan. de Deo, in ſuis quæſtionibus. quæſt. 6.
& hoc in terminis firmat gloſſ. in cap. ſicut inquit. per illum textum
2. quæſt. 7. quæ alleg. ad hoc d. l. ſæpe. & hoc idem tenet Card. Alex.
in cap. præſentium. in 1. colum. 7. quæſt. 1. vbi pro iſta parte plura in-
ra allegat, adde ad idem bene facere text. in cap. ſolito. §. verum.
de maio. & obe. & facit bene text. in l. iubemus. C. ad leg. Iul. repet. &
de hoc eſt optimus text. in capitu. quia iudicante. de præſcriptio. &
11 gloſſ. in cap. rogo. 11. quæſt. 3. quæ dicit, † quod verbum rogo, ha-
bet vim præcepti, & dicit Card. in Clemen. 2. §. fin. de ſepult. quod
verbum, hortamur, prolatum à principe inducit præceptum
ex quibus patet. quod gloſſ. in dicta l. ſæpe. non eſt vera, quæ
omnia nota tanquàm incognita & non tradita in locis vulga-
ribus. Quid tenendum? mihi videtur, quod opin. communis
ſit verior, pro qua ego gloſſ. adduco not. in cap. cum aliquibus. in
verbo, concedimus. infra de reſcript. eodem libro. quam ibi commu-
niter Doctores ſequuntur, † vbi ſit differentia in reſcripto
Papæ, an ſit verbum, præcipimus, an aliud verbum. Nam ſi ſit 12
verbum præcipimus, ſi iudex, cui ſit commiſſio per huiuſmo-
di verbum, alias potuit procedere, vt ordinarius, vigore iſtius
verbi non poterit, ſed cognoſcet, vt delegatus: ita dicit ibi glo.
quam pro ſingulari cõmendat Felin. in capitulo nã concupiſcen-
tiam. in 3. colum. de conſtitut. vbi dicit, quod licet Papa commit-
tens aliquid ordinario videatur potius iuriſdictionem ſuam
incitaſſe, quàm nouam delegatam dare, d. cap. cum aliquibus. cap.
licet de offi. ordi. tamen vbi Papa illud committeret per verbum
præcipio efficeretur de ordinario delegatus: quia videtur fie-
ri commiſſio aliter quàm ſit, quod no. ad idem gloſſ. in Cle-
menti. paſtoralis. in verbo, de more. de re iudi. adde etiam gloſſ. fin.
in cap. hi qui de præben. eodem lib. & gloſſ. penult. infra capit. licet. de
offi. ord. & plura alia pro iſta parte adducit Felin. in cap. præterea.
in 3. colum. de ſponſa. vbi concludit poſt Docto. plures, quos
ibi adducit, † quod per verba hortatiua principis non datur 13
iuriſdictio, niſi addantur verba coercionem importantia, vt
ibi latè per eum. Confirmatur iſta opinio per notabile dictum
Hoſtien. in cap. capitulum ſanctæ Crucis. de reſcript. quod refert
& ſequitur Bald. in Margarita ſua in verbo, Papa. verſic. 5. vbi no-
tabiliter dicit, quod eſt magna differentia inter verbum, man-
do, & præcipio, ſiue iubeo, quod idem eſt. quia ſi Papa in bul-
lis ſuis vtatur verbo, mando, non rumpit ius commune, ſe-
cus ſi vtatur verbo, præcipimus. allegat quod not. in d. l. ſæpe.
& hac ratione ſuadetur vltra ipſos: quia verbum † præcipio,
vel iubeo, habet vim ſententiæ, vt not. in cap. Raynutius. de teſta- 14
men. & ibi hoc tenet Ioan. Andr. l. in ſumma. ff. de re iudi. vbi eſt
text. de iſto verbo, iuſſerit. & optimus text. in cap. in his. de ver-
borum ſignifica. & tamen hoc non reperitur in verbo, mando:
& pro iſta parte facit text. in cap. culpatur. 23. quæſtio. 1. Non ob-
ſtant adductam contrarium, quia illa omnia procedunt vbi
preces, vel exhortationes principis, ſiue mandata emanarunt
ſuper materia, quæ de ſe importabat præceptum. Nam tunc
illa verba, licet de natura ſui non ſint præceptiua, tamen re-
ſpectu ſubiectæ materiæ inducunt præceptum: vt eſt text. &
gloſſ. in cap. rogo. 11. quæſt. 3. not. Abb. in cap. nam concupiſcentiam.
de conſtitu. & ibi plures regulas notabiles tradit Felin. ex qui-
bus poſſint omnia ſupradicta ad concordiam reduci: & aliam
concordiam ponit Cardi. in Clemen. procurator. in. in 3. oppoſi. de
procura. & quo ad terminos noſtros de verbo, iubemus. eſt gl.
notabilis. in cap. humanum genus. in verbo, vult. 1. diſtinct. quæ di-
cit hoc verbum, iubetur, exponatur ibi, id eſt conſulitur, ſe-
cundum ſcientiam meam. quam gloſſ. ad hoc ibi notat Car-
dina. & alij. Ad idem eſt gloſſ. quam etiam Præpoſi. ibi notat
in cap. ſi tantum. 6. quæſt. 2. cum pluribus concor. quæ adducit Barba.
ad quem ſupradicta addas in cap. cum contingat. colum. 1. nume. 5.
de reſcrip. & Iaſon. in l. 1. in princip. 4. colum. in 3. not. ff. de iuſti. & iu.
& ſecundum iſta iuſtificantur ea, quæ nouiſſimè ſcribit Deci.
in rubr. C. manda. vbi latius diuagatur in aſſignanda differen-
tia inter præceptum & mandatum. in text. ibi, alterutrum, &c.
non eſſe hic text. † quòd in caſibus in quibus rebus, perſona- 15
liter comparere debet, in eiſdem, &c. actor perſonaliter adeſ-
ſe cogetur, vt tenet hic Domin. in 3. quæſt. poſt Ioan. Andr. &
idem tenet Mari. Socin. ponderando iſtum textum in iſta di-
ctione, alterutrum in tracta. citatio. artic. 10. quæſt. 15. in 2. declara.
& hoc non ſolum habet locum in cauſa criminali, de qua nõ
videtur ita dubium † ex eo, quia actor ſe inſcribere debet ad
pœnam talionis. c. ſuper literis. de accu. l. ſi cui. ff. eod. titu. ſed etiã 16
procedit in cauſa ciuili, in qua delegatus habet ſpecialem cõ-
miſſionem citandi perſonaliter: ita in terminis iſtius text. cõ-
cludit Bernat. de Biſigneto auditor Rotæ. & Card. profundæ
ſcientiæ in deci. antiq. in titu. de dolo, & contuma. deciſio. 2. mouetur
inter alia, quia æquitas tit. quod quiſq; iu. hoc innuit. Itẽ quia
eſt intereſſe rei aduerſarij, vt actor perſonaliter compareat,
quia ſuper defenſionibus forſan melius ſciet quam procura-
tor veritatem, & nihil aliud. Tu pro iſta opin. dicas eſſe ca-
ſum hic in dictione † alterutrum, quæ de ſui natura eſt di-
ſtributiua duorum: ita dicit Fulgo. in conſil. 239. incip. Cum nobi-

let. in 1. colum. cum ſim. vt per Iaſon. poſt Barto. *in l. cum quidam. in 2. not. C. de impub. & alijs ſubſt.* & ad hoc adducitur per eum illa regula, quod debet licere actori, quod non liceat reo, vt ecõtra. *infra de reg. iur. non debet.* hinc eſt quod licet ea, quæ ſunt de iure naturali per principem tolli non poſſunt. §. *ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat.* tamen propter æqualitatem ſeruandam inter actorem & reum poterit princeps tollere. ita dicit Paul. de Caſtro. *in l. ſiquis iniquum. l. ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur.* Tamen iſtis non obſtan. teneo contrarium: nam clarum eſt in iure.† quod ea, quæ in fauorem alicuius conceſſa ſunt, non
18 debent in damnum eiuſdem retorqueri. *l. fi. C. de fruct. & lit. expen. l. quod fauore. C. de legi.* tradit Alexan. *in l. petens. in 2. & 3. col. C. de pact. cum ſim.* vt per Felin. *in cap. d. lecto el. 2. in 4. col. ver. octaua concluſio de reſcript.* ſed in caſu iſto actori qui impetrauit reſcriptum delegatorium conceſſum fuerat, vt etiam poſſet in cauſa ſua ciuili rem citari facere perſonaliter, ergo non debet illa gratia in odium ſui redundare, vt ipſe etiam cogatur perſonaliter comparere, ſed ad iſtud argumentum reſponderi poteſt, quod procedat quando actor immediatè & principaliter dãnum ſentiret: ſecus verò ſi in conſequentiam fauoris damnũ reſultet, quia illud non attenditur, vt eſt caſus *in l. cum ex oratione. §. fi. ff. de ex. tu.* quem ad hoc alleg. Bald. *in d. l. quod fauore. in 7. oppo.* & Socin. *in conſ. 275. incip. In cauſa fratrum. in pen. colum. lib. 2.* vbi aliter ad iſtam regulam reſpondit. Vel ſecundò vltra ipſum reſponde quod dicta regula procedit reſpectu eiuſdem diſpoſitionis vel perſonæ: ſecus reſpectu diuerſarum, quia tũc poteſt quis diuerſis reſpectibus pœnam pati & præmium. *l. 1. ff. de his quib. vt indign.* glo. *in c. dixit Sarra 32. quæſt. 4.* not. Bald. *per illum textum in l. 2. §. deinde de his. ff. de orig. iur.* Deci. *in c. intelleximus. in 3. colum. de iudi.* Sed ad hoc replicari poteſt quod text. *in d. l. cum ex oratione.* & regula per eum tradita procedit in his, quæ conceduntur de iure communi, ſecus vero de iure ſpeciali, vt in caſu noſtro, quia tunc procedit text. *in d. l. quod fauore. & text. in c. quod ob gratiam. infra de reg. iur.* ita dicit Roch. de Curte *in repe. c. fin. ſiue tractatu. conſue. in 121. colum* allega. per hoc Abb. *in c. nouit. de iud. & in c. Eccleſia. de conſtit.* vt ibi per eum: & vltra ipſum pro iſta ſua reſolutione bene facit, quod dicit Domin. *in c. ſi Papa. in prin. colum. fin. de priuileg. eodem lib.* vbi dicit, quod in his, quæ conceduntur de iure communi, verbã poſſunt aliquid non operari, ſecus in his, quæ iure ſpeciali concedũtur ne impetrans fruſtretur: quod dictum ſequitur Dec. *in conſ. 28. incip. Dura admodũ, &c. col. fin. in fine, in 2. parte.* Sed iſta reſolutio non ſatisfacit per ea, quæ dicit Bald. *in d. l. cum ex oratione.* vbi vult per illum text. † Quod tantum valet dignitas
19 acquiſita per priuilegium, quantum ſi acquiſita ſit de iure communi. facit etiam quod not. idem Bald. *in l. imperialis. per illum text. C. de nup.* vbi dicit quod † ſpurius legitimatus non de-
20 bet vocari ſpurius, quia perinde haberi debet, ac ſi legitime natus fuiſſet, quia quod fit per priuilegium, & iure ſpeciali idem operatur quod factum de iure communi, vt tradit idem
21 Bald. *in l. libertos. C. de colla.* † vbi dicit, quòd habens beneficia per diſpẽſationem ita debet tueri, ſicut de iure communi poſſideret, quod approbat & ſequitur Decius *in conſil. 54. in caſu*
22 *Domi. in 2. colum. in parte 2.* & ad hoc idem videlicet † quod paria ſunt, quod aliquid concedatur iure communi vel ſpecial. alleg. *d. l. cum ex oratione.* Ioan. Crot. de Monteferra. egregius. Docto. *in l. ſciendum. in princ. de verbo. obliga.* quam nouiter in lucem, tradidi imprimendam: ergo ex iſtis appatet, quod differentia quam Rochus facit non videtur vera: & in terminis illa differentia confunditur, per exempla tradita per Bald. *in d. l. quod fauore. in prin.* & per Dyn. *in d. c. quod ob gratiam.* quæ in priuilegijs pariter & iure communi loquuntur. Et vltra iſta pro ampliatione iſtius materiæ & intellectus, *d. l. cum ex oratione.* videatis nouiſſimè Iac. de Nigr. *in rep. l. 1. in 4. colum. ff. de lega.* 1. Secundò principaliter contra prædictam deciſionem Bern.
23 facit, quia certum eſt † quod beneficium iuris nemini auferri debet *regula, indultum. infra de reg. iur.* ſed in cauſa ciuili à iure indultum eſt per diſpoſitionem iſtius text. quod quis poſſit procuratorem conſtituere, igitur actor non cogetur perſonaliter comparere, cum non fuerit per reſcriptum prohibitus, ſicut reus. Ad iſtud etiam poteſt dici, quod in caſu iſto aufer-
24 tur actori talis facultas reſpectu adiũcti ſiue correlatiui † quia cum non debeat aliquid licere actori, quod non liceat reo, *regula, non licet. 1. de regu. iur. l. petenda. C. de temp. appel. & l. fin. C. de lit. expen.* meritò ſi vult vti illo fauore vt poſſit compellere reum perſonaliter comparere in cauſa ciuili, debet in alio grauari, vt ipſe etiam perſonaliter comparere teneatur. Tertio principaliter facit hic text. † *in verbo, alterutrum.* de cuius na- 25
tura eſt alterum de duobus includere cum ſit diſiunctiua. Arc. *in l. duobus. §. vbi. in princip. ff. de duo. re.* Barto *in l. hoc articulo. in fin. de here. inſtit. text. in l. de contrahen. C. de reſcin. ven. cum ſimi.* ſed ad veritatem diſtiunctiuè ſufficit, quod altera pars ſit vera *l ſi ita ſtipulatus. de verbo. obliga. c. inter cæteras. de reſcrip.* ergo in caſu noſtro ex quo reus compelli poteſt ſatis verificantur illa verba, vt actor compelli non poſſit. Ad hoc reſpõderi poteſt † quod 26
illa dictio in ambigua, & aliquando requirit cõcurſum duorum: vt in §. *quia non vos. in authen. vt nulli iudi. & § deinde. in Authen. de manda. prin.* vt in illo dicto ſacræ Scripturæ *Iaco. 5 cap.* [*Confitemini alterutrum peccata veſtra.*] Et ideo, vt omnia iſta contraria, & alia plura, quæ in hac materia fieri poſſent ceſſent pro veritate iſtius articuli neceſſarij, eſt diſtinguendum, dum quod aut actor impetrauit, vt aduerſarius ſuus perſonaliter citaretur in caſibus in iure permiſſis, aut in caſibus non permiſſis. Primo caſu non cogitur actor perſonaliter comparere per æquitatem *l. quod fauore. & c. ap. quod ob gratiam. ſupra alleg.* Secundo caſu ſubdiſtingue, quia aut actor obtinuit reſcriptũ ad ſupplicationem ſuam, vt reus in cauſa ciuili, quam mouere intendebat contra eum, poſſet perſonaliter à iudice compelli comparere, & tunc procedit opin. Bernar. de Biſig. *in dicta deciſione ſecunda,* propter iuſtitiam illius tit. quod quiſque iuris, ratio eſt vltra ipſum, quia quando princeps tali caſu cõcedit reſcriptum ad alterius poſtulationem contra diſpoſitionem iuris: de qua in tex. noſtro, tunc ius præſumit, quod propter importunitatem obtentum fuerit. *l. 1. C. de peti. bo. ſub. lib. 10. c. ſi quando de reſcrip. cap. ex parte. 2. de offi. delega. cum ſi.* & ideo nimirum ſi magis ſtricte interpretatur, vt reducatur, quantũ ſit poſſibile ad æquitatem. *argu. l. fin. §. in computatione. & quod ibi not. C. de iure deli.* aut vero princeps conceſſit reſcriptum delegatorium motu proprio, tunc tali caſu credo, quod actor non compellatur comparere, quo ad hoc vt latior fiat interpretatio in fauorem eius *arg. cap. ſi pluribus. de preben. eodem lib.* nam ſi militat ratio regulæ dictæ *l. quod fauore. & regula, quod ob gratiam. cum ſimil.* licet hoc raro concedatur, & illo modo contraria prædicta declarari poſſunt, licet adhuc non tranſeant ſine dubio. In text, *ibi.* † *exegerit.* hoc verbum compul- 27
ſionem importat, vt Domini. hic dicit *in 6. quaſt* & hoc idem tenet Bald. *not. in tracta. dot. colum. 63.* quia exigere eſt ab initio extorquere. *l. fideicommiſſ. §. ſi rem. de lega. 3.* Alexand. *in l. non ſolum. colum. 1. ff. ſol. matrimo.* Iaſon. *in l. eius. in 4. not. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi minus. colum. 8. C. qui teſta fa. poſ.* Barto. *in l. hoc iure ff. de ſolu.* Iaſon. *in l. 1. colum. pen. C. de Carb. edict. cum concor.* vt per Georg. Natam. *in Clemen. ſæpe. in prin. in gloſſ. in verbo, exigat. colum. 70. de verbo. ſignifi.* vbi ad ad hoc idem alleg. text. hic. & plures alios. Sed animaduertendum eſt, quod illud non videtur ſine dubio: quoniam † verbum exigere, etiam de volente intelligi- 28
gitur. *l. eum qui in popularibus. in verſic. exactum. ff. de iureiur.* quam ibi ad hoc ponderat Fulgo. & Alexand. ad idem text. *in l. quoties. §. fina ff. de noxa.* & ita poſſet hic capi, quoniam poteſt citatus perſonaliter non comparere & eſſe contumax. nam illud in voluntate conſiſtit. *l. 3. C. de here. inſti.* tamen à communi opin. non eſt recedendum, quia licet verbum, exigere, ad volẽtem pariter ſicut ad inuitum adaptetur, illud eſt impropriè, vt dicit gloſſ. *in d. §. ſi rem.* & tenet Iaſon. *in repe. l. admonendi. in 27. colum ff. de iureiuran.* in dubio tamen propriè capi debet. *l. non aliter. de leg. 3. l. hoc legatum. eodem titu. & l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exerc.* & ideo in *text. noſtro* hic propriè capitur: quoniam in cauſa criminali, in qua loquitur text. compellere poteſt iudex partem coram ſe perſonaliter comparere, de quo late videas circa materiam iſtius verbi, exigere Socin. qui diſtinguit quatuor caſus *in l. non ſolum. & ibi* communiter Moder. *ff. ſolu. matrimo.* Nota primò & principaliter ex iſto tex. ſecundum omnes ſcrib. † quod iudex delegatus non poteſt regulariter cita- 29
re perſonaliter in cauſa ciuili, ita ad hoc iſtũ tex. alleg. Domin. *in cap. quamuis. §. ſi autem. in princip. per illum text. de offic. ordin. & in cap. 1. colum. 9. in fin. de appella.* & hoc procedit etiam in Papa, niſi ſpecialiter derogaret iſti tex. interdicit Abb. *in capit. cum cauſam. in 2. not. de iur. cal.* ſequitur Felin. *in cap. licet ex quadam. in 2. colum. de teſti.* † quia facultas alicui conceſſa in iure, in dubio 30
non eſt auferenda, *regula indultum. infra de reg. iur. eodem lib.* tamẽ hoc quod dictum eſt de Papa, intelligendũ eſt ſimpliciter

quan-

quando citat aliquem, vt ſe ſuo conſpectui repræſentet vel
ad præſentiam ſuam veniat, prout loquitur text. in d. cap. cum
cauſam. ſecus autem ſi Papa citaret aliquem vt perſonaliter
compareret: quia iſta verba propriam perſonam, important
non procur. vt dicit Domin. in c. cupientes. §. hac generali. in vlti.
nota. ſupra de elect. faciunt, quæ tradunt latè Moder. in c. ſi. de of-
fic. delega. per glo. in Clem. 1. de vit. & honeſta. cler. & ratio eſt, quia
tunc Papa videretur ex certa ſcientia huic diſpoſitioni dero-
gare. arg. text. in c. 1. & ibi dixi ſupra de conſtit. eodem lib. & ita tenet
Abb. in c. cum cauſam. & Bal. & communiter Docto. ibidem cum
quibus tranſit Soci. in tract. citationis arti. 20. quæſt. 15. in t. fallen.
31 Sed contra hoc facit quod not. Bald. in l. 1. §. vſus. ff. de procu. vbi
vult † quod citatus perſonaliter poteſt per procuratorem cō-
parere; quando non apparet cauſa, quare perſonaliter com-
parere debeat, alias ſecus. & hoc dictum Bald. videtur ſequi
Felin. in c. 1. in 3. col. de re iudi. facit quod dicit idem Bald. in auth.
& qui in prin. C. de bo. auth. iud. poſſi. tamen poſſunt iſta dicta cō-
cordari dupliciter. Primò vt dictum Bald. procedit in iudici-
bus inferioribus. dictum verò Abb. in d. c. cū cauſam. in ſummo
Pontifice. Vel ſecundò quod procedat in cauſa ciuili quando
Papa mandauit aliquem perſonaliter comparere ad inſtātiam
partis, ſecus ſi motu proprio, & ita procedat dictum Abb. &
ita poſſunt concordari ea, quæ dicit Abb. patet gloſſ. in c. ſi. de
dila. & in c. quoniam. num. 37. de proba. ſed prima ſolu. mihi magis
placet. Præterea ex alio mihi videtur, quod illud dictum Abb.
in d. c. cum cauſam. nō ſit verum, quia præſupponit vnum, quod
videtur falſum. Nam vult quod ſi Papa citat aliquem vt ſe ſuo
conſpectui repræſentet, quod tali caſu remedium iſtius text.
mittendi procuratorem non ſit ſublatum, & perſonaliter nō
cogitur comparere, nam licet illud dictum Abb. communiter
teneatur, tamen contrarium in terminis noſtris tenet Do-
min. in cap. 1 per illum tex. de electio. ſupra eodem lib. vbi text. facit
differentiam, an quis ſit citatus, vt per ſe compareat, an per
procuratorem, & ſic eſt ibi caſus, quod idem eſt dicere, vt ali-
quis ſe præſentet, vel per ſe compareat, vel quod perſonaliter
compareat ad idem text. in terminis in c. nihil eſt. §. fin. de elect. &
in l. 1. ff. de aqua plu. ar. & text. in cap. 3. & ibi gloſſ. in verbo, per ſe. de
preben. eodem lib. & bonus text. in l. 2. §. 1. quem ibi not. Iaſon. in 3.
notabili. ff. ſolut. matrimo. & eſt text. in c. cum ibi per ſe, vel procur. a-
torem. de do. & contu. & l. præſenti. §. cum autem. C. de his, qui ad Ec-
32 cleſ. confu. † Nam iſta dictio ſe, denotat perſonalitatem, vt tra-
dit Bald. in c. ſi quis decreſſerit. ſi de feu. fue. contro. inter. & ag. allega.
text. in l. ſi ita fuerit. ver. idem quæri poteſt. ff. de ma. teſta. & ſequitur
Alexan. in l 3. §. ſi procur. in 2. colum. verſ. & hæc faciunt. ff. quod quiſ-
que iur. ad idem eſt text. quem ibi ad hoc ponderat Domin. &
Præpoſitus in c. in criminalibus. 5. quæſt. 3. & eſt tex. multum no-
tabilis, & ibi gl. in ver. per ſe. in l. 2. C. de his, qui ven. æta. impe. Non
obſt. in d. c. cum cauſam. quem ibi ponderat Abb. quia ille text.
nihil facit ex eo, quia illa verba ibi dirigebantur vniuerſitati
Fauentinæ, quo caſu non poſſunt intelligi de perſonali com-
paratione, ſed per procuratorem, vt in c. imperatorem. eo. titu. de
iur. cal. & dicam inf. in glo. ſecus verò eſſet, ſi illa verba directa
fuiſſent ſingulari perſonæ, quia tali caſu perſonaliter cogi de-
bet per ſupradictam opin. tamen Abb. poſſet vno caſu defen-
di, videlicet quando citatio fuiſſet emanata ab inferiore à Pa-
pa, puta, à delegato, nulla expreſſa cauſa, tunc enim & ſi per-
ſonaliter citaret, citatus poſſet procuratorem conſtituere, vt
33 dixi ſupra, & tenet Domi. hic in 6. quæſt. ſecus tamen ſi à Papa, †
quia tunc citatus ēt ſine expreſſione cauſæ debet cogi perſo-
naliter, neque procuratorem poterit conſtituere. Ratio dif-
ferentiæ poteſt eſſe, quia in Papa ſemper præſumitur cauſa in
his, quæ ſunt de iure poſitiuo, vt dicit Abb. & omnes Moder.
in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. & ita poteſt intelligi quod dicit
Domin. in c. cupientes. §. hac generali. in vlt. not. per illum tex. ſupra de
elect. quāuis iſta ſint in ſe vera, nō poſſunt adaptari aliquo pa-
cto ad defendendum Abb. qui clarè loquitur de Papa, vt ſu-
pradictum eſt, & ideo concludendum eſt contra ipſum & ſe-
34 quaces, videlicet † quia nulla ſit differentia, an aliquis citatus
ſit. vt per ſe compareant, an perſonaliter compareat, pro qua
opin. bene facit text. in l. iubemus. la 2. & quod ibi latè dixi. C. de
erog. mil. an. lib. 10 ad idem text. in c. 1. §. poſt hoc. ibi per ſe, vel procu-
ratores. inf. de appell. eod. lib. Tamen aduerte, quia nunc mihi vl-
terius cogitanti videtur, quod opin. Abb. ſit verior, quia diffe-
rentia videtur inter iſta verba, vt per ſe cōpareat & vt ſe ſuo
conſpectui repræſentet, quia prima denotant perfectam præ-
ſentiam, quæ perfectior eſſe non poteſt, quam cū perſona ea-
dem perſonaliter comparet, & hoc indicat illa dictio † prout 35
l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verbo. ſign. ſed poſteriora verba nō vi-
dentur tam exactam cōparitionem & diligentiam exigere, &
ideo per procuratorē poſſunt adimpleri, niſi lex vlterius pro-
cedat addendo aliqua verba, quæ cōparitionē denotent per-
ſonalem, & ita procedit text. in d. c. nihil. pro qua opin. videtur
eſſe caſus in c. expoſuit. de dilatio. & c. in cap. pen. quem ibi ad hoc
not. Abb. & And. Sicu. de poſtu. prælato. ad idem facit tex. in l. 2. ff.
de peti. hære. Niſi dicas, quod in illis iurib. fuit expreſſum, quod
per ſe, vel procuratorē ſe repræſentaret, quaſi tex. illi innuant,
quod ſi expreſſum non fuiſſet, illa verba per ſe deberent intel-
ligi & interpretari, vt ſuperius eſt dictum. Stat igitur ex ſupradi-
ctis concluſio firma quod iudex delegatus in cauſa ciuili non
poteſt aliquē perſonaliter citare, quominus liceat citatio pro-
curatorem cōſtituere, niſi hoc habeat in mandatis: quam cō-
cluſionem vltra ſuperius dicta probat etiam per iſtū tex. Car.
in Cle ſi. col. 3. in 3. q. vt lit. pen. Ampliatur iſta cōcluſio & limita-
tur vltra Docto. aliquibus modis. †. Primò quod procedat eſ-
ſe ſi locus, vbi quis citatur non eſſet tutus procuratori, ſed do- 36
mino, quia adhuc dominus nō poteſt cogi perſonaliter com-
parere, & e contra tex. eſt ad hoc notabilis ſecūdum quod pō-
derat ibi Abb. & Imol. in c. ex parte. el 1. de appella. quos ſequitur
Felin. in c. accedens. el 2. in 3. col. Sed re vera. vt lite non conteſta.
monetur Felin. per diſpoſitionem iſtius tex. quia ex quo regu-
lariter quis cogi non poteſt, vt perſonaliter cōpareat ſi locus
non eſt tutus procuratori. non debet principalis perſona pri-
uari beneficio ſibi conceſſo per iſtum tex. arg. regulæ, indultum.
infra de reg. iur. & licet Feln. non dicat ſuriſta ratio Cardi. ſan-
cti Ambro. in d cap. ex parte ſuadetur hoc, † quia procurator &
dominus reputatur vna & eadem perſona glo. notabilis in l. ſi 37
procurator. la. 2. in gloſ. ſi. ff de doli mali excep. tenet Iaſ. in l 1. §. ſi pro-
curator. in 2. colum. ff. ſi quis ius dic. non obtem. ſed quando locus
non eſt tutus procuratori, procurator cōparere nō poteſt, eo-
dem modo neque ipſe principalis. Sed tamen iſtud dictum
mihi non ſatisfacit; quia contra eos videtur eſſe tex hic quem
non conſiderarunt prædicti Docto. Nam text. hic in ſi. modifi-
cat regulam præcedentem videlicet, quod licet quis non co-
gatur perſonaliter comparere in iudicio, fallit, niſi ex aliqua
legitima cauſa hoc fieri debeat, vt hic exemplificat Domin.
in quinta. quæſt. & eſt text. clarior in l. ſi. C. de procuratori. tenet Fe-
lin. in c. 2. in pen. colum. de teſti. ſed in caſu iſto certè legitima cau-
ſa videtur, vt quis perſonaliter poſſit cogi, quando procurator
eius admitti non poteſt igitur, &c. Non obſt. text. in dicto cap. ex
parte. quia ille text. non probat, quod dominus tali caſu poſ-
ſit cogi, vel non in caſu propoſito, immo illa verba tu, vel tui,
&c. intelliguntur de bene eſſe id eſt quatenus dominus prin-
cipalis voluerit, quia licet locus non ſit tutus, vel ſibi vel pro-
curatori poteſt appellare, cum erat ibi paratio timoris propter
quem non erat libera facultas domino comparēdi, cuius cau-
ſa procurator non tute poterat comparere, ſecus autem ſi cul-
pa procuratoris locus fieret non tutus, tunc enim bene pro-
cederet dictum Doct. in quo in d. cap. ex parte, nihil dicitur, &
pro iſta opi. faciūt ea, quæ dicit Bald. in tit. de pace conſt. an. in ver.
ſententia. facit etiam, quod dicit idem Bald. in l. 1. colum. fin. C. de
ſenten. & interl. omn. iudi quod quando procurator poteſt re-
pelli à iudicio dominus cōparere tenetur, ſi eſt legalior, quia
eſt iuſta cauſa, & iſta opin. videtur tenere idem Felin. in c. cum
olim in prin. de teſti. dum ponderat illum text. ad hoc, quod licet
locus non ſit tutus domino, tamen compellitur conſtituere
procuratorem cum tamen contrarium dixerit ipſe, in dicto cap.
accedens & ratio eſt in promptu. quia eadem ratione, qua quis
non cogitur comparere perſonaliter, non debet poſſe cogi
procuratorem conſtituere, cum † hæc facultas comparendi
vel per ſe vel per procuratorem ſit poſita in libertate domini,
vt eſt text. in l. 1. ff. de procur. & in d. l. ſi. C. de procu. faciunt ea, quæ
adducit in ſimili Decius in capit. intelleximus. in 5. colum. in fin de
iudi. & tenet hic gloſſ. in ver. iudicem. ergo ſicut quando locus nō
eſt tutus procuratori dominus non tenetur comparere, vt ſu-
pradictum eſt, eodem modo, quando locus non eſt tutus do-
mino non debet cogi procuratorem conſtituere. Cuius con-
trarium dicit Felin. per illum tex. in d. cum olim. vt igitur tex. in
d. c. cum olim. & ea quæ ibi dicit Felin. ſaluentur, eſt neceſſariū
dicere, quod illa eſt legitima cauſa compellēdi dominum, vt
procuratorem conſtituat, quādo ipſe comparere non poteſt,

& econuerſo, quando procurator non admittitur, dominus
compellatur & ſic limitabatur regula iſtius text. *in princip.* &
ampliabitur finis iſtius decretalis quæ omnia tenete menti.
Secundò ampliatur prædicta concluſio vt procedat etiam in
auditoribus Rotæ, licet habeant ordinariam iuriſdictionem
in cognoſcendo, vt dicit glo. quæ eſt communiter approbata
in Clemen. auditor. de reſcriptis. tamen in cauſa ciuili perſonaliter
citare non poteſt, niſi hoc habeant in mãdatis, ita decidit Ro-
ta *in deci. 389. incipien. Not. quod regulariter in titu. de citationibus in
antiquis.* Rationem iſtius ampliationis ſubijciam ſtatim quan-
do tractabo quid in cauſa criminali *in 2. notab.* Tertiò amplia-
tur iſta regula habere locum in ordinario, vt tenet hic gloſſ.
in ver. iudicem. poſt Archi. & ſequitur Maria. Soci. *in tracta. ci-
tationis. in 2. articu. quaeſt. 15. in princip.* de quo tamen latius dicam
in gloſſ. Quartò ampliatur procedere non ſolum reſpectu rei
ſed etiam actoris, vt tenet hic Archi. Ioan. And. & Domin.
& dixi *ſuperius in verſic. alterutrũ.* Limitatur iſta regula pluribus
modis vltra Docto. hic: primò quod non procedat in arbi-
trio, qui poteſt etiam in cauſa ciuili partes perſonaliter citare
per tex. *in l. non diſtinguemus. §. ſi dominus:* qui eſt *§. fin. ff. de arbi.* &
ita limitat Felin. *in cap. penult. de offic. delega.* Sed aduerte, quia
iſta limitatio non videtur vera, nam text. *in d. §. ſi domini.* intel-
ligitur quãdo interuenerit legitima cauſa citandi ipſum do-
minum, fortè quia & melius informatus: & ita ibi illum text.
intelligit gloſſ. ſecundum primam lectu. quam approbat Bal.
pro qua gloſſ. alleg. text. *in l. fin. C. de procur.* quæ hoc probat in
iudice, & ſecundum hoc nulla eſſet differentia inter iudicem
delegatum & arbitrum, quia iudex delegatus ex cauſa, & in
ciuilibus poteſt citare perſonaliter, *vt ſupra dictum eſt per tex. hic*
39 *& d. l. fin.* & hoc ſatis ſuadetur, † quia iura loquentia de iudi-
cibus delegatis habent locum in arbitris, *capit. vno delegatorum*
40 *vbi* Abb. *de offic. delega.* † quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iu-
diciorum. *l. 1. ff. de arbi.* niſi in caſibus à iure expreſſis: ſic ergo
concludas, quod illa differentia, quam facit Felin. non eſt ve-
ra tenendo primum intellectum gloſſ. *in §. ſi domini.* neque po-
teſt ſuſtineri ex ſecundo intellectu gloſſ. ſecundum quem il-
le text. *in dicto §. domini.* nihil probat & hanc puto eſſe veram
veritatem. Secundò fallit niſi à principio compareat in iudi-
cio & offeratur libellus concludens in cauſa ciuili, quia tali
caſu cogitur poſtea perſonaliter reſpondere, ita dicunt domi-
ni de Rota *in deciſ. 272. in titulo de libelli oblatione, incipit. Licet con-
tra.* & per hoc benefacit, quod dicit Abb. *in capit. pertractandis.
in fin. de iura. calum.* vbi vult, quod licet dominus non poſſit
cogi perſonaliter comparere, ſecus tamen eſt ad reſponden-
dum poſitionibus & hoc eſt, quod vult dicere Felin. *in capitu.
paſtoralis. colum. 1. de iudic.* Sed aduerte quod iſta limitatio con-
funditur cum regula iſtius text. in 2. caſu, dum hic diſponitur,
quod ex legitima cauſa poteſt dominus compelli, quæ poteſt
eſſe multiplex, vt quia dominus ſit magis informatus, vt dicit
Rota *in dicta deci.* vel quia ſit iuſtior vt dicit Abb. & ſic in effe-
ctu non videtur limitari iſte text. Tertiò igitur limita, quod
prædicta regula non procedit quando iudex habet in man-
dat. ſpecialiter, quia tunc poteſt bene citare, vt dicit Cardin.
in Clemen. fin. colum. 3. vt lit. pend. & dixi ſuperius, & tali caſu et-
iam actor comparere tenetur propter æquitatem *regulæ non de-
bet. infra de reg. iur. & rubrica quod quiſque iuris, vt ſupra dictum fuit.*

Quartò fallit, niſi citatio facta eſſet ad reſpondendum po-
41 ſitionibus, † quia tali caſu poteſt quis perſonaliter citari, vt te-
net Domin. hic, & idem eſt pro veritate dicenda, vt concludit
Spec. *in titulo de citatione. §. contra citationem.* item non valet ci-
tatio, quod eſt verum, etiam ſi procurator haberet mandatũ
ſpeciale. *argum. gloſſ. fin. hic* & tradunt Docto. *in cap. paſtoralis. per
illum textum de iudi.* Niſi procurator haberet in mandatis mo-
dum ſpecificum reſpondendi ad poſitionem in cauſa ciuili,
vt tradit Bart. *in l. qui bona. § ſi aliena. ff. de dam. infect.* de quo dic,
vt in d. cap. paſtoralis. & dicam aliquid inferius. Quintò fallit niſi
iudex mandauerit citari, vt compareat ſub certa pœna Fiſcali
42 Cameræ applicanda nam iſto caſu ſi † citatus ſpreuerit præ-
ceptum, poterit iudex capi facere perſonaliter etiã in domo,
neque obſtabit diſpoſitio tex. *l. plerique. ff. de in ius vocan.* & text.
hic ita dicit Barto. qui hanc cautelam tradit *in l. cum eod. ff. ad l.
Iuliam pec.* & hanc cautelam Barto. ſequuntur plures, quos re-
fert Iaſon. *in l. plerique. in 3. colum. ff. de in ius vocan.* & vltra ip-
ſum hanc eandem ſequitur Barto. Veronen. *in tracta. ſuo cau-
te. 51.* & Iaſon. *in l. fin. colum. fin. C. de procur. & in d. l. plerique.* dicit

cautela Barto. ſibi non placet quod contra eam tenet Imol. &
Abb. *in cap. ad petitionem. de accuſa.* per iſtam rationem: quia ex
quo quis non cogitur in ciuilibus comparere, ſed poteſt pro-
curatorem mittere, vt hic non debet poſſe extrahi de domo,
& ſic perſonaliter compelli contra iſtum textũ, & ita ibi reſi-
det Iaſon. Or. aduerte, quod multum decipitur Iaſon in pri-
mis Abb. *in d. cap. ad petitionem.* nihil dicunt contra Barto. ne-
que Imo. ibi ſcripſit, & ratio ſua haberet locum quando ali-
quis citaretur ſimpliciter, quo caſu procedit, quod hic dici-
tur, *& in d. l. fin.* ſed vbi iudex citaret aliquem perſonaliter pu-
ta ad ſe informandum de intentione ſua, iſto caſu non poteſt
per procuratorem comparere per ea, quæ *ſupra* dictum ſunt,
per cap. paſtoralis. quia tunc tenetur perſonaliter comparere, di-
co quod iudex iniuſtè citauerit, & ſictè dummodo notorium
non ſit, nam ſi non comparet, & in contumacia & per conſe-
quens in maleficio *l. omne delictum*, & vbi Bart. *ff. de re milit.* no-
ta. Iaſon. *in l. ſancimus. per illum text. in 5. notabili. C. de iudi.* & pro-
pter talem contumaciam poteſt militari fiſco. *l. 1. & ibi nota. ff.
ſi quis ius dic. non obtemp.* & ideo propter pœnam ſeu mulctam,
quæ eſt criminalis, vt eſt gloſſ. *in l. 1. § 1. ff. de ſepul. violato.* poteſt
citari realiter, & ſic extrahi de domo, & tunc ex alio debito ci-
uili, & ibi recommendari, vt dicit Barto. *in l. 2. § fin. ff. de cuſto.
reo.* & hoc puto verius. Secundò principaliter nota ex iſto tex.
† quod in cauſa criminali iudex delegatus poteſt perſonaliter 43
citare: ita not. Domini. hic & idem Domini. ad hoc ponderat
text. per locum à ſpeciali *in cap. ſequenti in vltimo notabili*, & iſta
regula eodem modo procedit reſpectu actoris, vt ipſe etiam
perſonaliter comparere teneatur: ratio eſt, † quia actor in cri- 44
minalibus debet ſe inſcribere ad pœnam talionis *cap. ſuper his.
de accuſa.* & hoc pro expedito deciditur *in deciſ. Rota de dolo, &
contumacia deciſ. 2. in antiq.* Bernad. de Biſig *vt dixi ſupra in 4. no-
tab.* ſecunda ratio poteſt aſſignari ne iuriſdictio iudicis redda-
tur fruſtratoria, quia ſi principalis non comparet ſententia in
perſonam procuratoris ferri non poteſt, neque in perſonam
principalis, quia abſens, vt iſta probantur *in l. 1. C. de iniur. & in
l. 1. C. de ſent. & interlo. omn. iudi.* Limitatur tamen iſta concluſio,
ſiue notabile non procedere in Auditoribus Rotæ in Curia
Roma. quia etiam in † cauſa criminali perſonaliter non poſ- 45
ſunt aliquem citare, niſi habeant ſpecialem commiſſionem
neque etiam alius iudex delegatus in curia reſidens, ita iſtũ
text. limitant Domini. de Rota *in deciſi. 389. incipien. Nota quod
regulariter in antiquis*, ratio redditur ſecundum ipſos, quia ex
quo Papa ibi præſens eſt, & poteſt ad eum de facili haberi re-
curſus, non permittitur talis citatio iudicibus ibi reſidenti-
bus mouetur ad hoc dicendum per dictum Archidia. *in ſimili
in cap. ſtatutum in verſic. mandatum. ſupra de offic. delega. eodem lib.*
vbi dicit Archid. quod diſpoſitio illius text. non habet locum
in delegato ordinarij. cum ad eum de facili poteſt habere re-
curſus *cap. volentes.* & quod ibi congerit Barba. *in 4. colum. nume.
11. de offic. lega.* Tamen iſtud dictum Domi. de Rota mihi non
ſatisfacit, quia in primis non probatur aliquo iure *l. illam. C. de
colla.* † & iura non ſunt limitanda per ſubauditiones gloſſ. *in* 46
cap. cupientes. § quod ſi per viginti. ſupra de elect. Alexand. *in authen.
ex cauſa. C. de libe. præte.* Nec obſtat, quod haberi poſſit recur-
ſus ad Papam, quia dico attenta multitudine negotiorum
quibus Papa aſſiduè implicatur & opprimitur, iuxta ea, quæ
habentur *in cap. ex parte. el 1. de reſcript. & in capit. ad hæc. & in cap.
ſi quando. eodem titu. & in l. 1. C. de pet. bo. ſub. libr. 10.* ſatis poteſt
dici, quod non poteſt haberi de facili recurſus, & propter iſtã
occupationem, & difficilem additur, dicimus quod ea, quæ
à principe impetrantur cenſentur impoſſibilia. *l. apud Iulia-
num. de leg. 1.* quod quidem vſu quotidiano experimur, & pro-
pterea Papa ſuos officiales, & iudices facit. iſta verò ratio non
militat in ordinario, quia non ita implicatur varijs negotijs:
nec ita difficile conuenitur, ſed longè faciles ad eum aditus
patent. probatur hoc per textum *in Clemen. fina. de offic. ord. iun-
cto cap. ſi motu proprio. infra de preben. eodem lib. & cap. fin. ſupra de
offic. lega.* vbi impetrans beneficium à Papa etiam ſi vacauerit
in curia debet facere mentionem de alio obtento, & de qua-
litate impetrantis, aliàs eſt gratia ſubreptitia. *d. cap. ſi motu pro-
prio.* ſecus in ordinario. *d. Clemen. fin.* ratio ibi aſſignatur, quia
ordinarius magis de facili poteſt ſcire beneficia ſuæ diœceſis
quam Papa, propter varia negotia totius orbis, patet igitur
quod illa ratio Rotæ non militat iſto caſu, cum text. hic gene-
raliter loquatur neque diſtinguat, ergo neq; nos diuinguere
debe-

debemus.*l.precio.de publ.*& ratio Archi.*in d.cap.ſtatuimus.*& glo.
ibi,potius. facit in contrarium & pro iſta parte. Ex alio tamen
47 videtur,quod dictum Rotæ poſſet procedere ex eo, † quia in
curia Roman. ſpecialiter cauſæ criminales per auditorem Ca-
meræ, & Gubernatorem vrbis deciduntur: Auditores verò
Rotæ ſolum de beneficialibus cauſis, & ciuilibus ſe impe-
diunt, cum igitur diſtinctæ ſint iuriſdictiones, & Auditori
Cameræ in illis caſib. ſpecialiter iuriſdictio demandata ſit, quo-
niam per ſpeciem derogatur, *vt in cap. 1.extra de reſcript. regula,*
quoniam.infra.de regu. iur. Sed quicquid ſit à deciſio. illa Rotæ
in curia, non recederetur: quia ſunt adeò in maxima authori-
tate illæ deciſi, vt quandoque dicant contra iura: vt dicit Ma-
ria.Socin *in ca.1.colum.antepen.de lit.conteſta.*& dicit Io de Imo.
quem refert Barb.*in d.cap.1. in 11.colum.*quod maior eſt autho-
ritas eorum, quam communis opin. & Corne.*in conſil. 332.in-*
48 *cipien.Licet.colum.2.in 1.volum.*dicit † quod autho.Barto.in ter-
ris Imperij non eſt anteponenda authoritati dominorum de
Rota. & propterea dicit Felin.*in capitu.cum Bertoldus.colum.fin.*
*de re iudi.*quod in vna cauſa allega. contra quandam deciſ.Ro-
tæ dictum Imol.Anto.de Butr.& Abb.& quod non fuit exau-
ditus,licet pro tunc aliter Rota non concluſerit, tamen præ-
49 dictæ rationes videntur multum vrgere, & credendum eſt †
quod Rota aliquando rotat, vt colligitur ex dictis Alexan.*in*
l.ſi cum dotē.§.eo autem tempore.in 2.colum.ff.ſol.mat. & ex his quæ
dicit Maria.Socin.audiuiſſe à Bellam.*in cap.1.colum.antepenult.*
de lit.conteſt.& hoc expreſſius dicit gloſſator regularum Can-
cellariæ *in proœm. regularum*: & hoc ratione fundatur, quoniā
eorum opin.eſt probabilis, ſed non neceſſaria: vt dicit Domi.
in cap.duobus in 5. volum.verſic. item ſi primus. de reſcript. & in capit.
*& in cap.neque.11.diſt.*quem ſequitur Felin. & cōmuniter Mod.
50 *in cap.2.colum.penult.de reſcrip.*† & eorum dicta non poſſunt fa-
cere legem, & ideo reprobari poſſunt, vt dicta cuiuſcunque
Docto.vt dicit Domini.*in d.c.duobus.*& Iaſ.Deci. & Mod.*in l.1.*
51 *ff.ſi cert.peta.*eſt bene verum, quod in curia Roma.† deciſi.Ro-
tæ,pro quibus ſæpius iudicatum eſt, habet vim iuris, & ſtyli,
cap. quam graui. de crimi.fal. qui quidem ſtylus obſeruari debet
vt lex. *d.c.quam graui* & hoc dicit deciſio. 710.*in antiq.incipien.*
Nota quod ſtylus. & tradunt latè Moder. per illum text. *in cap. de*
reſcript.not.in c.2.ex literis.de conſue.facit cum dilectus.de fid.inſtrum.
& hoc per plura firmat Ioan.Franciſcus de Pani.*in præludijs ex-*
trauag. in vlti. colum. & vltra ipſum de hoc videtur eſſe deciſio
Rotæ,*in nouis: in tit.de reſcript.deciſ.3.incip.Si ſtatutum,&c.* ſecū-
dū numerum, vbi probatur, quod quo ad hoc (vt in Ro. ob-
tineatur) ſufficit probare quod alias in illa cauſa per dominos
ita fuit iudicatum, & iſta de plano procedunt quo ad curiam
Roma. ſed extra curiam procederet opi. Docto. quod eorum
52 opi.non faciant ius, quæ omnia tene menti.† Limitatur ſecū-
dò ſupradicta conclu.non procedere in illuſtribus perſonis,
quæ non poſſunt compelli etiam in criminalibus perſonali-
ter comparere, ſi poſſunt mittere procuratorem text. *in ſingu.*
in l.ſi. C.de iniur. quem ad hoc multum commendat Riminal.
in rub.ff.de offic.eius.in 2.colum. Barb.*in tracta.de præſtan.* Card.*in*
1.q.1.partis.colum.17.verſic.ſequitur. & quod dictum eſt iudicem
delegatum poſſe in criminalibus partem perſonaliter citare,
idem eſt in cauſa ciuili, legitima tamen præcedente cauſa, vt-
puta quando reſpōderi debet poſitionibus, & dominus prin-
cipalis eſt iuſtior, vt dictum fuit *ſupra.* & tenet Abb. *in cap. dile-*
ctus.num.4.colum.2. de procur. & idem tenet Felin. *in c. paſtoralis.*
*in 1 colum.de iudi.*poſt Abb. *ibi, & in c.in pertractandis. in fin.de in-*
ra.cal.& idem tenet Arch.*in cap.quia.colum.fi.5.q.3.*Felin. *in cap.*
*2.in pen.col.de teſtibus.*facit notabile dictum Barto.*in l.ſi.§.fina.ff.*
de appella. & generaliter concludendum eſt, quod vbi ſubeſt
legitima cauſa, dominus citari poteſt perſonaliter, vt hic di-
cunt Moder. & idem eſt, quando procurator eſſet rixoſus, &
dominus non eſſet rixoſus, vt dicit Abb.*in c.ſi.colum.2. in fin. de*
*iuramen.calum.*pro quo bene faciunt ea, quæ dicit Ange.& Lu-
do.Roma *in l.ſi.ff.ſi cert.peta.* & Iaſon.*in l.2.in 6.col.ff.ſolut.matri.*
alios caſus ponit hic Peruſi.quos videas. & Alexand. & Iaſon.
*in l.fin. C.de procura.*in quibus quis perſonaliter cogi poteſt, vi-
de ibi per eos, ad quos iſta addis, & vltra ſuperius dicta, adde
in hac materia plura cumulata in quibuſdam informationib.
nouiter impreſſis per Aduocatos Regis & Reginæ Angelo-
rum diſputatis in Conſiſtorio, & in Rota ſuper illa cauſa ma-
trimonij, quæ non curo referre, ne dictum per me alias in fer-
uore iuuentutis in aliquo tranſmutare, & quando id agere
vellem in tantis occupationibus publicis deeſſet omnino o-
cium ad hoc faciendum. Gloſſ.*ambiguum.*non diuiditur pro-
pter ſui breuitatem ex iſta gloſ. collige vnum, quod illud di-
citur † ambiguum, vbi iura ſunt varia, & opiniones diuerſæ. 53
cap.inter alia de ſenten. excommu. cum ſimi. vt hic per Domi. & la-
tius reaſſumunt Mod.*in rub.ff.de rebus.dub. & in l.veteribus. ff. de*
pact.& in cap.fina.de conſtit.& hinc dicimus,† quod quando lex 54
habet plures intellectus dicitur ambigua, & non poteſt alle-
gari ad deciſionem, cauſarum doctrina Barto.*in l.in ambiguo.ff.*
*de reb.dub.*quod tamen declara notabiliter, & limita, prout di-
co,*in cap.1.in gloſſ.fin.ſupra de conſti.eodem lib. & in cap. de multa.de*
preben.in repetit.mea, quam audiuiſtis anno præterito. Et ideo ſtan-
te conflictu opinionem † iudex poteſt etiam iudicare contra 55
communem, nec tenetur in ſindicatu, & in tali caſu bonum
eſt habere † iudicem fauorabilem, vt tradit notabiliter De- 56
cius poſt Bal.& Abb.*in c.1.in fi.de conſtitu.*& hoc dicit glo.*in reg.*
in iudicijs. inf. de reg. iur. quia tunc iudex poteſt fauere cui vult:
gloſ.*in cap.venerabilem.in ver.fauere.de electioni.* Iaſ. *in l.cum prola-*
tis. ad fi.ff. de re iudi. nam † tales caſus dicuntur eſſe pro amico, 57
vt dicit Iaſon.*in l.1.colum.num.35.ff.ſol.mat.& in l. in ſuis. in 3. col.*
ff.de libe.& poſthu.& in l.qui in aliena.num.35.ff.de acquir.her. Ta-
men aduerte, quod licet bonum ſit habere iudicem fauorabi-
lem, vt dicit Iaſon. per hoc tamen non videtur, quod ſenten-
tia diffinitiua eius libero arbitrio ſubmittatur, ſed quod in tali
caſu ambiguo conſuli debeat princeps. *argum.l. diui ff. de pœ-*
nis. † quoniam ſi vnus iudex tulit ſententiam in caſu dubio, 58
contra me, vt dicit Barto. *in l.4. §. hic autem iudicium.in fin.ff.de*
dam. infecto. & ſic non eſſet caſus deciſus cum ſuper eo nō poſ-
ſint eſſe certi iudices, neque aduocati an fouerent bonam vel
malam cauſam, quod damnant Moder.Bononien. *repe.in rub.*
C.de prob.colum.73.& Moder.Hiſpani. *in cap.cum cauſa. colum. 2.*
*de emp.& vend.*idem Iaſon. *in l.ita ſtipulatus. la magna. in 1.notab.*
ff.de ver.obliga. Nam licet lex in caſu dubio ſtet arbitrio iudicā-
tis,*l.1.in fin.ff.de in.deli.c.ap.cauſis.de offic.deleg. cum ſimi.*tamen de-
bet ille regulare arbitrium ſuum, prout quilibet bonus vir ſe-
cūdum negotij qualitatem, temporis, & perſonarum, neque
amore, vel odio flecti, quoniam † bonus iudex nihil ex arbi- 59
trio facit, vt dicit text.*in cap.iudicet.3.quæſt.7.* Nam vt dicit Bal.
*in l.ſi negatiui.*quam ibi Bartho. Vero.*in 6.colum. C.de ſer.fug.* de-
bet iudex arbitrari ſecundum mentem legis, & arbitrij ſui in-
tellectus & rationis, alias poteſt appellari, vt dicit Decius *in c.*
ex literis.in 3. notab.de proba.& Paulus Picus *in repet.l.an quartam.*
*colum.56.& ſequen.ff.ad leg.fal.*ex his igitur patet, quod quando
caſus eſt ambiguus, & ſic ſunt hinc, & inde variæ opinio. quod
iudex non poteſt ſequi, quod ſibi placet, ſed quod rationi
noſcitur conuenire contra Iaſon.& ſequaces. Gloſſ.*iud.delega-*
*tum.*diuiditur in tres partes, ſecundum Io. And.in prima con-
uenit & ſoluit, in ſecunda opponit, & etiā ſoluit, in tertia text.
determinat. ſecunda *ibi, argumentum contra.* tertia *ibi, in cauſa*
vero, &c.

Ex prima parte iſtius gloſ. colligitur concluſio quod diſpo-
ſitio iſtius text.qui de delegato loquitur habet locum in ordi-
nario, qui etiam perſonaliter citare non poteſt, cum iſta con-
clu.tranſeunt omnes Doct. hic, & principale eorū fundamē-
tum eſt *per l.ſi.C.de procu.* quæ lex indiſtinctè loquitur, & pro-
hibet ne quis compellatur in cauſis in ciuilibus cōparere per-
ſonaliter, niſi maximi iudices ex vrgentiorib. cauſis hoc exe-
gerint, & ſic illa verba, † maxime iudices de ordinario intel- 60
liguntur, pro quo bene facit tex.*in l.1.ff.de offi.eius.& l. maxima-*
rum.C.de excu.mu.lib.10 Et vltra Doct. pro iſta opin facit. quia
delegatus principis æquiparatur ordinario, vt not. *in l. à iudice*
*C.de iud.*Sed in delegato hoc inductum eſt per tex.*hic* ergo eo-
dem modo in ordinario habebit locū,† quia æquiparatorum 61
debet eſſe eadem ratio. *l.illud.ad l. Aquil.* Mihi tamen videtur
contrarium concludendum, videlicet, quod diſpoſitio iſtius
tex.non habeat locum in ordinario, quod pluribus rationib.
probo.Primo quia habemus vnam regu.† quod iura loquen- 62
tia de delegatis non habent locum in ordinarijs. *tex.eſt in §.ſi ve-*
rò etiam quidam iurent.in Auth. de exhib.reis. vbi probatur, quod
iudex ordinarius poteſt perſonaliter, & regulariter citare, ſe-
cus autem in iudice delegato, & hoc tenet per illum textum.
Alex.*in rubr.de offic.eius.in 2.colum.*& ibi plures differentias po-
nit inter iudicem delegatum, & ordinarium, finaliter conclu-
dit ordinarium in hoc eſſe maiorem delegato, & idem tenet
Barb.*in tit.de offic. deleg.* & in hoc de citatione idem tenet Bart.

in l plerique.ff.de in ius vocan.& in l.conſentaneum.C.quo.& quando
iud.& in authen.quod ſemel.cod.titu.facit etiam quod dicit Imo.
in c.fi.de reſcript.vbi dicit, quod diſpoſitio illius tex.non habet
locum in ordinario,cuius iuriſdictio amplior eſt,& fauorabi-
lis,pro quo facit gloſ.in c.1.ſupra de reſcript.eod.lib.& gloſ.c.1.inf.
de excep.quæ volunt quod illę diſpoſitiones non procedunt in
ordinario, cuius iuriſdictio eſt de iure communi & fauorabi-
lis,iuriſdictio verò delegata eſt ex iure ſpeciali,& odioſa Præ-
terea pro iſta parte faciunt quæ dicam inf.in 1.limit. iſtius con-
cluſionis,vbi pono rationem efficacem pro iſta parte. Poſtre-
mo facit, quia eſt diuerſa ratio inter delegatum & ordinariũ,
quia ſi delegatus nõ poteſt citare perſonaliter,& ideo eſt,quia
non fuit ſibi data iuriſdictio, niſi in cauſa ciuili, & extra illam
cauſam non habet iuriſdictionem,cum cauſa criminalis ſit di-
uerſa à ciuili,vt hic probatur, iſta ratio non militat in ordina-
rio qui generaliter iuriſdictionem habet:& ideo bene poterit
citare:meritò igitur tex.hic de delegato dicit,quia in eo dubi-
tabatur ante diſpoſitionem iſtius text.de ordinario autem nõ
erat dubitatio,vnde tanquam caſus omiſſus,& non expreſſus
relinquit diſpoſitioni iuris communis arg.text.in cap.inquiſito-
res.inf.de hære. in cap. quam periculoſum.inf.de ſenten. excommu.& l.
63 commodiſſime.de lib.& poſth. † quia ea quæ ſunt ſpeciali nota di-
gna,niſi ſpecificè nominentur,cenſentur omiſſa,dictis c.inqui-
ſitores. & in c.quia periculoſum qui tex.De Epiſcopo loquuntur.
ad idem gloſ.in c.1.de præben.eod.lib.l.apud Labeonem. §.prætor ait.
ff.de iniur. plura pro hac parte induci poſſunt, quæ breuitatis
cauſa omitto Iſtis tamen obſtan communis opin.defendi po-
teſt per tex.in d.l.fin.qui text.generaliter loquitur,& verba in-
nuũt,vt de ordinario ille text. loquatur, quoniã alias diſpoſi-
tio iſtius tex.eſſet fruſtratoria,cõtra ea quæ ſup.in proœmio prę-
mittuntur.Tamen ad hoc poteſt reſponderi,quia tex.in d.l.fin.
de delegato loquitur,quod patet.nã tex.hic in prin.dicit,quod
non eſt dubiũ quod delega. perſonaliter citare non poſſet, &
tamen illud non reperitur iure cautum, niſi in d l.fi. quia alias
tex.non dixiſſet, quod non erat ambiguũ de iure ſi eſſet prius
64 facta diſpoſitio.Imo eſſet dubium ex eo,† quia iudex delega-
tus fungitur vice principis,l.1 de offi.eius & c.ſane. & c.ſuper quæ-
ſtionum.de offi deleg. & ſicut princeps poteſt citare perſonaliter
in quacunque cauſa.c.dilecti.de do. & contu.vt tenet hic gloſſ.&
omnes.eodem modo videbatur dicendum in delegato,& ta-
men hoc non obſtan.tex.hic dicit, quod hic caſus non habet
dubium, quod profecto intelligi non poteſt non habere du-
bium,niſi ex eo, quia iam ante erat diſpoſitum in d.l.fin.neque
obſt. illa verba text.maximi iudices, &c. quia illa intelliguntur
de delegatis principis qui maiores reputãtur ordinarijs, vt in
c.ſane.de offi.deleg.& in c.ſtuduiſti.de offi.lega.& hoc omnes Doct.
concludunt in rubrica.ff.de offic.eius. Nec obſtat quod hic text.
eſſet ſuperfluus, quia reſpondetur non eſſe verum duplici ra-
tione.prima quia hic exſpecificantur cauſæ in quibus delega-
tus perſonaliter citare poteſt,quæ alias expreſſæ non erant,&
hoc reſpectu ſatis dicitur inducere de nouo, & non eſſet ſu-
perflua diſpoſitio quando illud, quod generaliter prius ſan-
citum fuit ſpecialiter diſponatur:vt dicitur in c.aduerſus.de vſu.
& hoc dicit Angel.in authen.vt omnes obe.iud.in prin.& eſt glo.in
cap.licet canonico.ſupra de elect.eodem lib.& tenet Philippus Fran-
cus poſt Domi.in cap.1.per illum text. ſupra de ſumma Trini. cum
pluribus concordan.quæ poſui in cap.de multa.de præben.in 1.not.
vbi videtur de hoc caſus. Secundo quia licet de iure ciuili eſ-
ſet facta deciſio, illa tamen non erat de iure canonico, de quo
videbatur dubium ſaltem reſpectu clericorum, quia non li-
gantur diſpoſitione d.l.fi.vt in cap.Eccleſia.extra de conſtit.& pro
iſta ſolutione videtur eſſe caſus in l.1.de bo.poſſeſſ.cõtra tabu. quę
ibi in prin.not.Iaſon.contra multos qui dicunt, hic caſus eſt de
indubitabili.ex quo alibi reperitur, quia dicit ipſe, quod non
eſt inconueniens quod aliqua lex ponatur in lib. Codicis de eo,
quod in libris Digeſtorum fuerat cautum, quia licet de illo iure
non eſſet dubium, ille caſus poteſt eſſe dubius de iure Codi.
in quo non reperitur expreſſus:ita hic videtur dicẽdum,quod
licet teneamus quod text.in d.l.fin.C.de procur. de delegato lo-
quatur, tamen quia ille caſus de iure canonico non erat ex-
preſſus, ideo de iſto iure non videtur ſuperfluus ſi ille idem
caſus repetatur,vt tenet etiam Bald.poſt Odofre.in proœm.Di-
geſto.in 2.colum.Et ideo aliter dici poteſt,quod licet in pluribus
caſibus ordinarius, & delegatus differant, tamen in caſu, de
quo hic agitur,non videtur ratio diuerſitatis cur potius ordi-
narius poſſit perſonaliter citare, quam delegatus: quia ratio,
l.fin.pariter in vtroque procedit. & pro iſta parte facit gloſſ. in
capit.in verbo,per literas. extra de reſcript. quam ibi communiter
Docto.ſequuntur,reiecta opin.Imo. ibi quæ ab ipſis commu-
niter damnati: vbi dicit illa gloſſ. quod diſpoſitio illius text.
procedit etiam in ordinario propter paritatem rationis: & idẽ
tenent Doct. in c.diſpendia. poſt gloſſ ibi in verſ. vel quæſtionis ſupra
de reſcrip.neque etiam obſt.quod dicebat Alexan.in rub. de offi.
eius. quod delegatus non poſſit realiter citare,quia reſponde-
tur illud procedere in reali citatione: de qua ipſe loquitur &
Barto. & communiter Docto. in l.2.ff de iur. omn. iud.ſecus au-
tem eſt in verbali citatione de qua nos loquimur, quia in ea
non eſt differentia inter ordinarium,& delegatũ,vt dicit Bart.
in l.plerique.nu.6.ff de in ius vocan. Nec etiam facit, quod iuriſdi-
ctio ordinarij ſit fauorabilis, quia eſt verum in his, quæ ſibi
competunt de iure communi: † ſed citatio perſonalis in cau- 65
ſis ciuilibus non conceditur. Inmo denegatur per text. in d.l.
fin.igitur debet eſſe eadem ratio in eo, quod in delegato, qui
quo ad cauſam ſibi delegatam dicitur maior ordinario,ſecun-
dum communem opin.quæ probatur in c.ſtuduiſti.de offi leg. &
in cap.paſtoralis.§.penult.de offic.delega. & pro iſta opi.eſt apertus
text. in d.l.fi. de procur. quæ alias eſſet ſuperflua ſi de ordinario
non loqueretur: propter quam legem in iſto text. de ordina-
rio non fuit dictum, † ne bis idem repetatur contra d.l.quibus. 66
ff.de verbo.obliga. & c.in memoriam 19 diſt. iunctis his quæ Deci.
tradit in cap.fi.in prin.de conſti. quod vlterius ſuadetur, quia tex.
in d.l.fin ſimpliciter loquitur quo caſu in dubio de iudice ordi-
nario intelligi debet.argu. text. in c pen.de ſenten.excom & quia
verba in dubio debent intelligi de iure ordinario. id eſt de iu-
re communi non de ſpeciali.l.Seio.§.medico.vbi Barto.ff.de ann.
leg. † quia verba in dubio de digniori, & magis proprio intel- 67
ligi debent.l.1.§.quia in perpetuum. ff. ſi ager vecti.l.quæritur. ff.de
ſtat.hom † ſed ordinarius eſt dignior per regulam, quæ tradi- 68
tur in l.ſi Auguſti.delega.2. igitur diſpoſitio d l.fina. de ordinario
loquitur: ſuadetur hoc per dictum notabile Bal.in cap.fin.de
ſenten.& re iudi.in princip.vbi vult,quod quando aliquis poteſt
procedere delegatus,& ordinarius,& proferat ſententiam,&
neſcitur ex qua iuriſdictione, debet in dubio intelligi, quod
protulerit vt ordinarius: quod dictum ſequitur & commen-
dat Barba.in c.volentes.in 10 colum. de offic.leg. arg.l. Clodius.ff de
acqui.hære.Concludo ergo, quod iſte text.habet etiã locum in
ordinario,dato quod in eo detur qualiſqualis differentia,arg.
tex.l.1.§.quod autem.ff.de aleato.& per iſta patet reſponſio ad ad-
ducta in contrariũ. quamuis loquantur in vario caſu. Et quod
dictũ eſt ordinarium non poſſe aliquẽ citare perſonaliter, niſi
in caſib. hic expreſſis, procedit in citatione iudiciali, ſecus au-
tem extra iudicium, vt in caſibus hic enumeratis per Io. And.
poſt Hoſt. Archi.& alios.Tamen Domi.hic tenet contrarium,
quia non videtur differentia in iudicialibus & extraiudiciali-
bus quoniã omnes caſus hic enumerati per Ioan.And.& Hoſt.
continent in ſe cauſam iſtam citationis perſonalis, & eodem
modo illa citatio ex cauſa permittitur in iudicio,& ſic non eſt
differentia,niſi reſpectu caſuum: quoniam plures caſus repe-
riuntur in extraiudicialibus, in quibus eſt neceſſaria præſen-
tia perſonalis quàm in iudicialibus: ita dicit Domin. hic, cum
ergo poſteriores tranſeunt.Adde pro iſta opin. gloſſ. in verbo,
in iudicio.infra eod.quæ alleg.tex.in c.2.ſup.de in integ.reſt.vbi glo.
hoc tenet. præterea quia argumentũ de iudicialibus ad extra-
iudicialia valet,ſecundum Iaſ.in auth.ſacramenta pub. in 20. col.
num.77.C.ſi aduer.vend.alleg.l.nec eſt mirũ ff.de pig. actio.& hic idẽ
tenet Iaſ.in l ſi homo mortuus.in 1.col.ff.de verb.oblig.facit l.inſulam.
ff.de verb.oblig.† vbi valet argum.de ſtipulationibus extraiudi- 69
cialibus ad iudiciales:& tenet Are.in l.cum qui.in prin.col.pen.ff.
de acquiren.hære.alleg.l.omnem.ff. de iudi. Sed iſtis non obſtantib.
contrarium puto verius:primò,per gloſſ.Inſtitu.de actio. in ver-
bo,in iudicio.iuncto text.quæ dicit, quod text. ibi vtitur iſto ver-
bo in iudicio, ad differentiam extraiudicialium, in quibus a-
liter proceditur, quam gloſſ.ibi communiter Docto. appro-
bant, ergo eodem modo eſt hic dicendum, quod iſtud verbũ
in iudicio,in teſt.hic poſitũ,ponatur ad differentiam extraiu-
dicialium, in quibus fieri citatio poteſt perſonalis Non obſt.
conſideratio Domi. quia illa procederet quando in illis caſi-
bus extraiudicialibus requireretur cauſæ expreſſio, prout in
delegato hic dicit Dom. in 7.quæſt.& latius Philip.Francus ſu-
per iſta gloſſ. Sed in ordinario iudice non eſt verum, quia po-
teſt

teſt in caſibus hic expreſſis per Ioan. And. & Dominic. extra iu-
70 dicium ſubditos ſuos perſonaliter citare, cauſa non expreſſa, †
& ſubditi in dubio tenentur comparere text. eſt in cap. quid cul-
patur. 23. q. 1. in fin. ad idem text. in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. quem
ad hoc alleg. Decius in l. certam. in 1. col. de iudic. non enim ad ci-
tatos pertinet videre, an iuſtè vel iniquè eos iubeat compare-
re, vt ibi dicitur, alias grauiter peccarent, vt in cap. 2. de maio. &
71 obe. & ratio rationis eſt, † quia ſubditi Epiſcopo ſuo promit-
tunt obedientiam, cap. nullus. de iureiur. &c. legebatur. & c. om-
nes. de ma. & obe. non ſic in iudice delegato: & ideo Epiſcopus
citare poteſt perſonaliter nulla expreſſa cauſa, quia præſumi-
tur iuſtè hoc feciſſe. Delegatus vero quia iſta in eo non con-
currunt non poteſt etiam extra iudicium hoc facere, & ita in-
telligatur gloſſ. in verbo, in iudicio. inf. eod. per iſtam rationem,
quæ videtur colorata, & concludens poſſet tentari quod di-
ſpoſitio iſtius text. non procedat in ordinario de quo tamen
72 ſuperius dictum eſt. † Non obſt. etiam quod valet argumen-
tum de iudicialibus ad extraiudicialia, quia hoc eſt falſum per
text. quem ibi not. Bart. & omnes in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de
verb. oblig. maximè vbi non eſt eadem ratio per ſupradicta: &
tenet Iaſ. in l. inſulam. in 3. not. ff. de verb. oblig. & ſic per iſta puto,
quod opin. Ioan. And. & Hoſtien. ſit verior. In fi. gloſ. ibi, in cau-
ſis vero eccleſiæ, &c. habes quæſtionem ex iſta gloſſ. † quòd col-
73 legium, ſiue capitulum eccleſiæ, neque vniuerſitas poteſt per-
ſonaliter citari, per ea, quæ habentur per omnes Doct. in c. di-
lectus. el 2. de ſimo. Adde quod hanc opin. expreſsè tenet Bald. in
l. ita demus. in 2. col. ver. vniuerſitas poteſt de iudic. quod procedit,
non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam criminalibus, vt tenet
hic Domin. & prius Bald. in l. Polla. colum. fin. C. de his quib. vt in-
dig. declarando vt ibi nota. per eum, cum multis ſimi. vt per A-
lexan. in apoſt. ad Bar. in l. aut facta. §. fin. in addit. magna ff. de pœn.
& ibi quæritur de pluribus quæſtionibus. cum ea hoc idem latius
ſequitur Marian. Socin. in tractat. citatio. in 4. articul. in 2. colum.
& in hoc non inſiſto. Gloſſ. criminalis diuiditur in tres partes:
in prima declarat text. in ſecunda ibi, ſed quærebat, &c. quærit
de vna quæſtione. in tertia ibi, ſed contra opponendo ponit
plures opin. Ex prima parte habes quæſtionem, quod diſpoſi-
tio iſtius text. non habet locum in cauſa criminali ciuiliter in-
tentata, quia in ea quis per procuratorem comparere poteſt,
d. c. tua de procurat. cum alijs allegat. in gloſſ. cum iſta concluſio-
ne tranſeunt omnes. Sed aduerte quod text. in d. cap. tua. non
videtur ſimpliciter concedere, vt in cauſa criminali ciuiliter
intentata procurator paſſim admittatur, ſicut in ciuili, ſed ita
demū ſi neceſſitas id poſtulauerit, & ſic ex cauſa. & hoc idem
in cauſa ciuili habet locum. Nam ex cauſa citatio perſonalis
fieri poteſt, vt hic dicit text. per hoc tamen indiſtinctè facien-
da non eſt regula, quamuis in cauſa criminali indiſtinctè & ge-
neraliter procedit, ſiue fuerit criminalis criminaliter intenta-
ta, ſiue ciuiliter, & tenet. minor ratio ſit in ciuili, tamen illa mi-
nor ratio non inducit diuerſam diſpoſitionem. argumen. text.
nota. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. & tradit Decius in c. non liceat. in
2. colum. de præben. & in c. 1. in 4. colum. de proba. & in conſil. 54. In ca-
ſu Domini. in 3. colum. in ſecunda parte, & conſi. 76. in 1. colum. ea par-
te. facit text. in l. ſi. de fun. inſtruct. & iſto modo declarari tex po-
74 teſt, in c. ſuper his. de accuſat. pro qua opin. vlterius facit, † quia
cauſa criminalis licet ciuiliter intentetur, tamen ex quo con-
cernit infamiam perſonæ, & damnum bonorum ardua repu-
tatur, per ea, quæ Bar. dicit in l. 1. col. ſi. & in l. in ſeruorum. ff. de pœ-
nis. & quando cauſa eſt ardua, licet ciuilis ſit, tamen quo ad
modum procedendi à pari procedit cum criminali, vt no. Mo-
der. repet. tradunt in rubr. de iudic. fol. 13. in 1. col. & hoc idē prius
Alexan. dicit l. diuortio. in 3. col. & in l. cum mulier. num. 5. ff. ſoluto.
matrimon. facit l. poſt litem. ff. de excuſa. tut. cum aggregatis, per Hip-
polyt. de Marſil. in l. 1. §. ſeruus mancipa. in 2. colum. ff. de quæſtio. &
alibi ſæpe. Ex quibus omnibus concluditur, quòd iſta gloſſ. non
bene dicat. Quod vlterius ſuadetur, quia attenta opin. gloſ. ſe-
queretur quod ex quo de iure canonico regulariter pœna ſan-
guinis non habet locum, vt Doctor. tradunt, in cap. cum non ab
homine. de iudic. & nota. in cap. quamuis. de pœnis. lib. 6. nulla eſſet
cauſa, in qua perſonaliter compelleretur cōparere, cùm om-
nes eſſent cauſę criminales ciuiliter intentatę. quod tamen eſt
falſum, vt hic eſt text. generaliter de cauſa criminali loquens,
ſuper quo cogitabis. In eadem gloſſ. ibi, ſed quærebat, &c. quia
prima pars huius gloſſ. non habet dubium, collige ex iſta ſe-
cunda parte vnam concluſionem quod in cauſa criminali po-
teſt interuenire procurator, ſi non opponatur exceptio pote-
rit tamen quandocunque opponi, & à iudice procurator re-
pelli, † tamen acta prius facta cum eo valebunt, per argumen. 75
text. in cap. exceptionem. extra de excep. iuncto c. Pia. infra eodem titul.
cum iſta gloſſ. tranſeunt hic communiter Doctor. Adde quod
iſtam gloſſ. ſequitur Roman. conſil. 215. incip. Duo ſunt, quæ prin-
cipaliter, &c. vbi eam confirmat ſeptem fundamentis, quæ ibi
videas. Et ſequitur Oldr. in conſil. 130. incip. Omnia prolixitate. in
3. col. & hoc tenet Bella. deciſ. 717. incip. Si clericus. & finaliter iſta
concluſio gloſſ. reducitur ad illam regulam vulgatam, videli-
cet † quòd multa prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent. Nā 76
licet procurator in cauſa criminali interuenire non poſſit. l.
pen. §. ad crimen. ff. de publicat. iudic. Tamen ſi interueniat, & non
opponatur, valet quod factum eſt. l. quamuis. C. de adulte. & ad i-
ſtam regulam inducit iſtam gloſſ. Iaſ. in l. patre furioſo. in 3. col. ff.
de hu, qui ſunt ſui. vel alien. iur. cum pluribus ſimili. quæ ibi con-
gerit: & vltra ipſum pro iſta parte facit in ſimili notabile dictū
Matthæſil. notab. 28. incipien. Nat. quod in cauſis. vbi dicit, quod li-
cet in cauſis etiam ſummarijs ſit neceſſaria publicatio atteſta-
tionum, hoc intelligitur ſi pars petat, per alleg. ibi per eum,
maximè per gloſſ. in ver. iudicijs. in cap. fin. inf. de hære. & ad iſtam
regulam vide quæ dico. inf. in c. ſi. §. 3. eod. tit. & hanc gloſ. ſequi-
tur etiam Archid. in c. reos. in fi. 5. q. 3. & Dom. in c. qui generaliter.
in princ. ſupra de procu. eo. li. Abb Pan. in c. veniens. in 1. colum. de cog.
ſpirit. & idem Abb. in c. nulli. in fi. col. num. 4. de accuſat. quem ibi
Felin. ſequitur in penult. colum. & allegat Bar. in l. filiusfa. §. vete-
rani. ff. de procurat. facit pro iſta parte dictum Anton. de But. in c.
1. de accuſa. vbi tenet quod ſi † accuſator illegitimus non repel- 77
litur neque per iudicem, neque per accuſatum proceſſus erit
validus, & ibi ego poſt Abb. latè dixi, & hoc ibi ſequitur Hie-
ronymus Zanetinus Bononien. in vltimo notabi. addit ea, quæ
nota. in cap. Pia. infra de except. & quæ notat Bart. in l. hos accuſare.
ff. de accuſa. & quod dicit Petrus de Anch. in c. teſtimoniū. de teſti.
qui vult † quod teſtimonium criminoſi ſit pars non oppoſuit,
valet, licet iudex eum poſſet repellere, facit quod dicit idem 78
Ant. in c. cum dilectus. de conſuet. Et pro iſta opin. ego addo duo
ſingularia dicta. Primum eſt, quia clarum eſt, quod allegando
turpitudinem ſuam. non auditur. l. aliàs. cum ſi. ff. de iureiuran. ta-
men illa regula non procedit, quando non fuit oppoſitum, ita
ſingulariter dicit Bal. in l. ſi. in ſi. C. de non nu. pecu. quod approbat
Alex. in l. Seius. & Augerius. col. ſi. ff. ad legem Fal. & pro ſingulari
refert Iaſ. in l. admonendi. col. 10. ff. de iureiur. Secundum quia nos
habemus † quod ſolennitas extrinſeca non præſumitur. l. quæ- 79
cunq; § ſi. ff. de public. tamen ſi non fuit oppoſitum bene præſu-
mitur, vt concludit Matth. notab. 12. Not. quod illa vulgaris &
per iſtam regulam duas notabiles deciſiones ponit Corne. in
conſil. 54. Videtur prima facie. in 1. col. 2. lib. vbi ponit de ſententia
lata de nocte, aliam deciſionem ponit in conſil. 46. In cauſa ver-
tente. col. ſi. vbi ponit de citatione. cum concor. vt ſcribam inf. in
c. ſi. iſto titu. & hanc opin. tenet & dicit communem Bal. in l. ita
demum. in 2. col. ver. ſed quid dicemus. C. de procurat. & cum ea vide-
tur tranſire Aret. & Iaſ. in l. licet. colum. ſi. verſi. in 3. aut. eo. titu. vl-
tra alios plures, quos hic Philip. refert, & finaliter pro iſta par-
te faciunt ea quæ congerit Iaſ. in l. admonendi. in 4. col. in lect. ff. de
iureiuran. vbi plures deciſiones ponit, quando actus qui non
poteſt fieri, ſi fiat, & non apponatur valeat, de quo ibi per eam
& reaſſumit Decius, in l. in ambiguo. §. non eſt nouum. ff. de reg.
iur. & Socin. in l. centurio. in 22. colum. ff. de vulga. & pupil. Iaſon.
in l. ſi tibi. §. rogaſti. ff. ſi cert. pet. & Barba. in cap. conſuluit. in 16. co-
lum. in gloſſ. tenebras. de offic. delegat. Abb. in cap. ab excommunicato.
de reſcript. Alexan. in l. ſi vnus. § pactus. in ſecunda colum. ff. de pact.
Sed tamen aduertendum eſt, quia iſta concluſio gloſſ. eſt
multum dubia, & intricata, cum in ea reperiatur varietas
opinionum, vt dicit Ioan. de Ana. in capitul. veniens. in fine extra
de accuſat. vbi videtur ibi tranſire cum Abb. qui in penult. colum.
ſibi contrarius tenet, quòd iſta gloſſ. non eſt vera, ſed quod
iudicium ſiue proceſſus factus cum tali procuratore ſit nul-
lus ipſo iure mouetur per doctrinam Bartol. in l. penult. §. ad
crimen. in fin. ff. de publicat. iudic. per illum textum, vbi text. dicit
quod in cauſa criminali fruſtra interuenit procurator ponde-
ra † verbum, fruſtra, quod inducit annullationem ipſo iure 80
de proprietate ſui non obſt. text. quem quidam pro contraria
parte inducebant, videlicet, in cap. fruſtra de vſuris. quia ibi po-
nitur illud verbum largo modo, & impropriè: vt dicit Abb.
in d. cap. veniens. & per hoc poteſt reſolui illud, quod dicit hic

Philip.Francus poſt Dom.hanc etiam opin.tenet Fel.ſibi con-
trarius. in c.ſciſcitatus.in 3.col. ver. probant iſta generaliter. extra de
reſcript. vbi dicit, quod iſta gloſſ. eſt falſa, & quod eam repre-
hendit Salic. in l.quam.C.de adulte. & Alex.hanc opin.dicit ve-
riorem in l.ita demum.in 1.col.C de procur. & cum hac opin. vide-
tur tranſire Aretin. dum ponderat dictionem fruſtra, in l. cum
ex. C. de tranſact. & alij plures quorum me turba fatigat. Quid
tenendum? mihi videtur quod opin.contra iſtã glo.ſit verior,
& magis communis: primò per fundamentum Bar.& Abb.ſe-
cundò per duo, vel tria media vltra ſupradictos Doct. In pri-
mis igitur illud fundamentum Bartol. in d.l.penult.§.ad camera.
videtur multum efficax, quia ex quo text. ibi dicit, quod in
criminali fruſtra interuenit procurator illa verba de proprie-
tate ſermonis ſunt prohibitiua, text.eſt de hoc quę ibi not.Iaſ.
in 2.notabili,in l.verbis ciuilibus.ff.de vul.& pup.cũ concor.vt per Fel.
81 in c. Rodulphus.in 21.col.de reſcrip.† & verba prohibitiua legis in-
ducunt formam l.non dubium. & ibi not. Bald. in 4.notabili, &
Iaſ.in 8.C.de legi. neq; obſtat, quod iſta dictio, fruſtra, poteſt a-
liquando impropriè capi, quia reſpondetur eſſe verum, tamen
in propoſito noſtro ſecus eſt duplici ratione. Primò attenta
82 materia cauſæ criminalis † in qua ideo perſonalis præſentia
requiritur: quia per præſentiam multa iudex deprehendit ex
titubatione loquelæ & ſignis ſupra faciei: vt tradit Felin. in c.
paſtoralis.in 2.col.de iud. Bart.in l.qui bona.§.ſi alieno, col.fi.ff de dam.
infect.ex quibus iudicium inſurgere poteſt ſufficiens ad tortu-
ram, vt in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.ex quibus iudex ple-
nè & melius inſtruitur ob quam cauſam poteſt iudex mandare
ex officio citari reum per procuratorem comparentem, vt per-
ſonaliter reſpondeat interrogationibus iudicis nec per hoc
dicitur partem grauare, vt dicit Ægidius Bella. deciſ.228. item
quod iudex quę omnia in procuratore ceſſant, ergo etiam ceſ-
ſat intentio legis. Nam cauſa eius finalis fuit, vt perſonaliter
quis compareret, factum igitur in contrarium non valet. Se-
83 cundò ex natura dictionis fruſtra, quæ licet interdum largo
modo non poſſit capi † tamen vbi ſimpliciter profertur, de-
bemus ſemper in dubio proprie intelligere, neque debemus
à natura propria dictionis diſcedere etiam in pœnalibus: ca-
ſus eſt in c.1.& ibi not.Ioan.And & Dom. in pen.col.de accuſa.inf.
eo.lib. facit bene text. in c.pen.de ſent.excom.in antiq.facit.l.non ali-
ter.ff.de leg.3. & vltra iſta, quæ dicta ſunt pro iſta opin. videtur
eſſe caſus in terminis rectè ponderando in c.veniens.extra de ac-
cuſat.vbi dicit text. quòd in cauſa criminali nõ poſſumus pro-
84 curatores mittere pondero illam negatiuam, † non præpoſitã
dictioni poteſt, de cuius natura eſt in totum auferre poten-
tiam, & actum in contrarium factum ipſo iure annullare, ca-
ſus eſt de hoc in l.1.in princ. ff.de verb.oblig. quem ad hoc ibi not.
Iaſ.& nouiſſimi repet. in primo notabili, & ante ipſos tenet Bal.
in l.ſi.col.fin. C de fideicom.& not.Iaſ.in l.pact. quæ contra. C. de pact.
Alexan. in l ſi quis mihi bona.§.iuſſum.nu.10.de acquir.hære. Bar.in
in l.ſi ita.de aur.& arg.leg.& tex.& ibi Abb.in c.1.de cau poſ. & pro-
prie.cum ſi. vt Modern.ſcribunt.in c.1.poſt gloſſ. ibi. inf.de reg.iu.
eod.lib. ſequitur Alex. in conſi.77.2.lib. Et pro iſta opin. facit vna
85 regula, † quia vbicunque requiritur præſentia alicuius perſo-
næ ad effectum plenioris diſcuſſionis & cognitionis cauſæ, il-
la non interueniente negotium redditur fruſtratorium. c.pa-
ſtoralis.& quod ibi not.extra de iudic.ad idem l.1.in princ.ff de ver.ob-
ligat. facit illud quod dicit.Bald. in l.1. 9.quæſt. C.de rei vend. de
ſtatuto quod in alienationibus mulierum requirit præſen-
tiam duorum conſanguineorum de quo in l.tranſactionem, per
omnes Doctor.C.de tranſact. ad idem facit l.poſt mortem.§.fin. ff.
de adoptio. ſed in cauſa criminali requiritur præſentia perſonæ,
& plenior habetur cognitio cauſæ, ex geſtu loquelæ, & alijs vt
ſuperius dictum eſt per dictum Bartol. in d.l.qui bona.§.ſi alieno.
col.fin. de dam. infect. ergo iſtis prætermiſſis iudex non dicitur
ſufficienter informatus ſecundùm naturam cauſæ, ergo ſen-
tentia, & acta erunt nulla, l.prolatam.vbi Bar. not.C.de ſen.& in-
terloc.om.iudic.cum alijs cumulatis, per Felin. in c.quoniam contra.
86 de probat. & hinc eſt quod † dictum teſtis repentinum eſt nul-
lum, quia non præſumitur ſufficienter informatus, vt eſt text.
not. in c.qui ambulat. 5.quæſt.5.cum pluribus alijs deciſionibus, quæ
in hoc propoſito ſcribit Barb. in c.ſi pro debilitate.in 5.col. nu. 43.
de offic.deleg. faciunt ea quæ Soc.tradit in conſil.32.in penult.col.in
fin.in 1.libro.

Non obſtant modo adducta pro contraria parte pro opin.
gloſſ.1.text.in l.ita demum.C.de procur.& l.filiusfa.§.veterani.ff.de
procurat. quia dico, quod in illis legibus de natura cauſæ non
requirebatur præſentia perſonalis: † quia regulariter in cauſa 87
ciuili procurator interuenire poteſt.l.fin.C de procur & hic erat
igitur in illis iuribus prohibitio perſonæ ex ſpeciali cauſa, quo
caſu ſi non fuit oppoſitum impedimentum perſonæ, proceſ-
ſus valet, quia natura cauſæ, de qua ibi non repugnat. Immò
exceptione non propoſita videtur ibi reuerti ad ius commu-
ne arg.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. cuius regreſſus fauo-
rem continet.vt dicit gloſſ.ſingularis, in cap.3.in ver. numeran-
dum.de præbend.inf.eod.lib. quam commendat Alexan.in l.ſi con-
ſtante.in princ.in 2 colum.verſic.limitare debet.ff.ſoluto matrim. bre-
uiter ergo concludas quod in illis legibus erat defectus perſo-
nę non cauſę Et ideo ſi omittatur exceptio, valet.& tenet pro-
ceſſus, hic vero natura cauſæ criminalis nõ patiebatur, vt pro-
curator comparere poſſet, quia prohibitus, vnde dato quod
poſtea repellatur, tamen proceſſus prius factus non debet va-
lere, quia eſt defectus in fundamento per ea, quæ tradit Bald.
& Iaſ. in l.licet.C.de procurat. bene facit text. & quæ ibi nota in
c.1.ſupra de reſcript.iſto lib. † Neque obſtat illa regula, quod plu-
ra prohibentur fieri, quæ poſt facta tenent, quia dico quòd il-
la regula non procedit in formalibus & prohibitorijs. cap.cum
dilecta.& ibi latè ponit Felin.extra de reſcript.l 3.§.in bello. vbi eſt ca-
ſus notabilis.ff.de re mi.& l.non dubium. cum ibi traditis per Iaſ. C.
de legibus.ſed in caſu iſto eſt tradita forma, vt ſupra, concluſum
eſt, igitur actus in contrarium factus non debet valere, & per
iſta poſſent plura huc pertinentia realiter reſolui, & iſta opin.
videtur mihi legalior, firmior, & verior.

REPETITIO
IN CAP. MVLIERES.
De Iudicijs.

Præclariſſimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij
Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Vagatio in mulieribus eſt prohibita, & earum permixtio in congregatione virorum.*
2 *Fœmina non poteſt in officium maſculi deputari: periculoſa eſt enim earum communio etiam inter affines.*
3 *Fœmina illa optima cenſebatur cuius nomen atq; corpus domeſticis parietibus continebatur.*
4 *Vxor repudiata olim, quia extra domum capite aperto verſaretur.*
Vagatio voluntaria à veteribus prohibita fuit mulieribus. ibidem.
5 *Authoritas ſedis Apoſtolicæ, & legati an differant.*
6 *Factum à Legato ſedis Apoſtolicæ cenſetur factum à ſede Apoſtolica.*
7 *Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur.*
8 *Omnia poteſt Legatus de latere quæ poteſt ipſe Papa, niſi ſpecialiter reſeruata.*
9 *Dictio, alia, regulariter paritatem ſignificat.*
10 *Mulieres non poſſunt trahi ad iudicium inuitæ perſonaliter.*
11 *Mulier pro debito ciuili capi non poteſt.*
Meretrices capi poſſunt, & incarcerari.
12 *Apponens ſcalas ad feneſtras alicuius mulieris punitur capite, ſecus tamen ſi mulier fuerit meretrix.*
13 *Mulier officium tutelæ gerens ratione debiti tutelæ poteſt capi, & incarcerari.*
14 *Nec meretrix munda, nec cornix alba ſit vnda.*
15 *De meretrice maritata ita iudicandum, ac de honeſta muliere vtrum ſit.*
16 *Ex delicto non debet quis lucrari.*
Si ſoluta meretrix propter ſimplicem fornicationem perdit priuilegium, à fortiori illud debet perdere meretrix maritata, quæ committit adulterium, & ſexum vituperauit.
17 *Priuilegium legis meretur amittere, qui commiſit in legem.*
18 *Dictio nulla ex ſua natura vniuerſali nihil excludit.*
19 *Filij nati ex vxore adultera cenſentur geniti ab ipſo marito, & non ab amaſio propter velamen, & fauorem ſacramenti matrimonij, quod omnia vetera crimina dicitur delere.*

20 Iniu-

20 *Iniuria quæ ſit marito ab vxore adulterata, grauior reputatur, quam mors.*

21 *Mulier maritata quamuis meretrix ſit, non debet poſſe carcerari propter honorem mariti.*

22 *Statutum dicens quod meretrix impune offendi poſſit, non habet locum in maritata meretrice.*

23 *Ea quæ conſiſtunt in reuerentia honeſtatis, renunciari non poſſunt.*

24 *Patronus turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris.*

25 *Meretrix licet poſſit carcerari, dum tamen eſt carcerato prohibetur quis ad eam accedere.*

Coitus, & acceſſus ad meretricem eſt impunitus.

Cognoſcens meretricem carceratam, æque punitur, ac ſi honeſtam mulierem cognouiſſet.

26 *Banniti licet poſſint impune offendi per ſtatutum, carceratus tamen bannitus occidens punitur morte.*

27 *Carcerati ſunt ſub protectione Curiæ.*

28 *Iniuria non debet fieri loco publico.*

29 *In alijs perſonis excepta muliere iudicium redditur in inuitum.*

30 *Examinatio teſtium de iure ciuili non committitur, niſi habenti iuriſdictionem, tamen de iure canonico committi poteſt notario vel priuatæ perſonæ.*

31 *Notarij ex natura ſui officij ſunt iudices ordinarij.*

32 *Notario examinatio teſtiũ committi poteſt tam de iure ciuili quàm canonico in ciuilibus, ſecus vero in criminalibus etiam de conſenſu partium.*

33 *Alexander pater veritatis.*

54 *Partes citari debent vt interſint receptioni teſtium à notario facienda.*

35 *Mulieres quando examinandæ ſunt an debeat citari pars.*

36 *Moniales non poſſunt in actu prohibito renunciare fauori earum.*

37 *Moniales de iure antiquo poterant comparere in iudicio per ſe vel per procuratorem.*

39 *Caſus in quo quis per ſe comparere non poteſt, & tamen per procuratorem poteſt.*

39 *Verbum oportet, neceſſitatem importat.*

40 *Receptio teſtium fieri poteſt in eccleſia.*

41 *Receptio depoſitionis monialium poteſt fieri in quocunque loco inter ſepta monaſterij.*

42 *Die feriata teſtis iurare non debet.*

43 *Depoſitio teſtium ſine iuramento eſſe non poteſt.*

44 *Argumentum de tempore ad locum validum eſt.*

45 *Doctor egregia perſona dicitur.*

46 *Auditores Rotæ egregiæ perſonæ dicuntur.*

47 *Nobilibus magis deſeruntur honores quam plebeis.*

48 *Honor præſuponit reuerentiam.*

49 *Iuri reuerentiæ præſcribi non poteſt.*

50 *Præſcriptio oritur ex taciturnitate, & patientia illius contra quẽ præſcribitur.*

51 *Perſonæ eccleſiaſticæ egregiæ dicuntur & milites cœleſtis militiæ, quibus eadem priuilegia conceduntur quæ militibus terrenis concedi ſolent.*

52 *Verba in dubio an debeant capi in ſpecie.*

53 *Verba ſimpliciter prolata quando inducerent pœnam & odium intelligendo ea in ſpecie, debent tali caſu intelligi in genere.*

54 *Qui petit eandem pecuniam ſibi reſtitui aptè dicitur petere quia intelligitur de eadem in genere & non in ſpecie.*

55 *Reſcripta ſunt ad obſeruantiam iuris communis.*

56 *Mentio vbi ſit de clericis Apoſtolicis, eſt intelligendum de generalib. non de ſpecialibus.*

57 *Verba quæ de ſui natura apta ſunt adaptari ad genus, & ſpeciem, in dubio interpretari debent in ſpecie.*

58 *Inferiores à principe non poſſunt committere cauſam contra iuris formam.*

59 *Inferiores à Papa in diœceſibus ſuis, & regnis tantam habent iuriſdictionem quantam princeps in vniuerſo.*

60 *Rex Siciliæ eſt illuſtris reſpectu Siciliæ, & Comes Prouinciæ reſpectu Prouinciæ.*

61 *Inferior à Principe poteſt committere cauſam appellatione remota.*

62 *Inferiores de iure ciuili poſſunt facere ſtatuta contra legem, ſecus de iure canonico.*

1 MVLIERES. Summatur & diuiditur, † vt hic per glo. & alios. In tex. ibi, mulieres quas vagari nõ conuenit, &c. Nota ſecundum Dom. hic. quòd vagatio eſt prohibita in mulieribus, & ſimiliter permixtio earum in congregatione virorum, ita Domin. hic, cum quo concordant Moder. reper. videlicet quidam Guliel. Benedict. *in c. Raynutius. fol. 14. in 4. colum. de teſta.* vbi plura ad hanc materiam pertinentia congerit. Et propter iſtam rationem dicit Specu *in titu. qui fi. ſint legi §. 1. verſicul. quid ſi viro abſente.* quòd vir poteſt cogere vxorem vt ſe domi contineat, pro quo facit text. *in authen. [illegible] lic. mat. & auiæ. §. quia verò plurimas.* & inter cauſas repu[illegible] vxorem ponitur iſta quando vxor nolente viro ex[illegible] manſerit. Turpe enim reputabatur apud veteres [illegible]ulieres per publica extra domum diuagari, vt publica extra domum diuagari, vt patet *in l. maritus. C. de procur.* ex cuius mente text. noſter ſumptus videtur, vnde non ab re Euripides nephas iudicauit virgines in turba conſpici, quia vt inquit text. *in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu.* naturalis pudor non permittit ſe ſe omnibus manifeſtare, adeò quod dicat Angel. *in l. ſi qua. C. ad Orfici.* quod mulier vagans per alienas domos, præſumitur meretrix. Nam ob eam vagationis cauſam Leuina quæ caſta erat, meretrix effecta fuit, vt Vale Flac. *lib. 1. Epigrammaton*, latè oſtendit. Et tales mulieres vagantes meritò à Poetis meretrices peregrinæ appellãtur, vt Donatus *in Andria Terentij* duobus locis adnotat, cui adſtipulatur illud Horatij, *lib 3. carminum, Ode tertia.* [Ilion fatalis inceſtuſq; iudex: & mulier peregrina vertit in puluere.] Ex quibus ſatis apparet, quòd prohibita olim fuerit mulierum vagatio, & ratio eſt quia vagatio non poterat eſſe ſine cõmixtione virorum, quæ vt dicit Abb. *in c. monaſteria. in 1. not. per illum text. de vit. & ho. cler.* periculoſa eſt, & ex eo oritur ſiniſtra ſuſpicio ex qua plura mala oriuntur, quæ ponit Luc. de Penna, *in l. 1. colum. 1. C. de mulie. & in quo lo. li. 10.* & text. & Doct. *in c. hoſpitiolum. 32. diſt.* & plenius Albe. *in dictionario ſuo, in ver. mulier hominem, &c.* & Dom. *in c. indemnitatibus. §. ſupradicta. de elect.* qui ponit vnam notabi. facetiam ſuper hoc text & gloſ. *in cap. quorundam. 34. diſtinct.* & Bald. *in l. neque natales. C. de prob.* quæ omnia inconuenientia ex eo etiam procedunt quia non obſeruatur conſilium Bal. *in c. quoniam frequenti. §. ſi vero ad fin. vt lit. non conteſt.* & quædam alia quæ ponuntur *in tracta Syluæ nuptial. fol. 5. in 3. colum.* & propterea dicitur hic, quod mulier cætibus virorum non ſe immiſcere debet. Nam propter iſtam rationem dicit Abb *in c. ſi. in 1. col. in c. 3 de cler. ægro.* † quod fœmina nõ poteſt in officium maſculi deputari, quia periculoſa eſt earum communio etiam inter aſſines, vt dicit idem Abb. per iſtũ tex. *in c. veniens el 2. in 1. col. de eo qui cog. conſ. vxo. ſuæ.* & ibi Præpo. *in 2. notab.* plura exempla ponit, in quibus prohibetur communio mulierum, & inter alia alleg text. hic. Nam ex nimia communione affertur opportunitas deteriora faciendi, vt ibi dicit Ioan. And. & ex hoc verificatur dictum Bart. *in l. 2. in princ. ff. de fur.* & ea quæ dicit Dom. per iſtum text. *in c. indemnitatibus. §. vt autem. ſupra de elect.* vbi aliqua ponit de leuitate mulierum, & ideo dicit Card. *in cle. ſi. §. illas. de ſtat. mona.* quod Propterea Papa reprobauit ſtatum Canonicarum regularium quoniam earum ſtatus periculoſus erat. & allegat text. hic, & hac de cauſa conſtituti fuerunt quatuor viri religioſi ad viſitanda monaſteria, vt dicit idem Card. *in d. cle ſi. § ſpecies. in 4. not.* per illum text. Et quod dictum eſt mulieres inuitas ad iudicium trahi non poſſe propter prædictam rationem videtur etiam habere locum in volentibus, quia pudor & verecundia ſexus quæ per text. *in l. 2. C de his qui ven. ætat. impe.* conſiderantur, & ratio ſuperius aſſignata à fortiori militat, quando mulier eſt volens quo tempore plura admittit mulier, vt patet ex dictis Præpoſiti Card. *in cap. diſcretionem. in 7. notabili, d. ee qui cog. conſan. vxo. ſuæ.* Nam opportunitas libera temporis & loci, accedente voluntate mulieris maiorem præſtat occaſionem delinquendi vt ſuperius dictum eſt, & ideo talis commoditas prohiberi debet vt dicit Iaſon. *in l. 3. in 4. not. ff de iureiurand.* quod vlterius ſuadetur, quia ratio iſtius text. fundatur in honeſtate, ergo illi renunciari non poteſt per mulierem, volentem, vt dicit Bald. *in l. 1. colum. penult. C. qui bon. ced. poſſ.* quia hoc eſſet contra bonos mores, & licet contrariam opin. videatur tenere Andr. Sicul. *in cap. lator. in 1. colum. num. 4. de pig.* argum. ſumpto à contrario ſenſu ex iſto text. & eum ponderando, vt ibi per eum: tamen propter rationem poſitam *hic in princ. text.* quæ generalis eſt, *l. licet. §. regulam. ff. de iur. & fac. ignor.* à fortiori militat in volentibus, & propterea non videtur recedendum ab his quæ dicta ſunt. Stat igitur ex præmiſſis concluſio quod mulie-

mulieres etiam volentes ad iudicium trahi non debent, quæ
concluſio vltra præmiſſa videtur confirmari poſſe per textum
in l. prima. C. de offic. diuer. iudic. ibi, quæ intra domum conſiderato ſexu
ſeſe contineat. fuerat enim antiquitus obſeruatum iuxta Thu-
3 cydidis ſententiam, † vt illa optima fœmina cenſeretur cuius
nomen atque corpus domeſticis parietibus contineretur, ex
quo illud emanauit quod ſæpe inter diuina canitur, & de quo
habetur *Pſalm. 127.* [*Vxor tua in lateribus domus tua.*] vbi Grego.
Nazianzenus ex h[illegible]gir mulieres domi clauſas manere
debere, adeo quod ad d[illegible] vel menſas externas accedere
honeſtum non putet. & idem [illegible]tius multis carminibus reaſſu-
mit in documentis virginum, quæ omnia ad volentem refe-
renda ſunt, in qua etiam ſententia eſt Ethnicus ille Euripides
in Iphigenia, & Diuus Ambroſius, quem refert Matthę. de
Afflictis; *in conſtitu. Sicilia, incipien. Mulieres. in princip.* Nec aliam
ob cauſam Phidias illuſtris pictor, Elienſibus Venerem teſtu-
dine condecoratam pinxiſſe, niſi vt planè oſtenderet mulie-
rum eſſe munus & ædes & ſilentium cuſtodire authore Plu-
tarcho in præceptis connubialibus, prout etiam Scobæus &
Pauſanias *lib. 6.* meminerunt: & eam ob cauſam C. Sulpitius
Gallus vxorem dimiſit, quoniam eam capite aperto foris ver-
4 ſatam cognouerat: † & Q. Antiſtius idcircò repudiaſſe vxo-
rem dicitur, quòd illam in publico cum quadam Tibertina
loquentem inuenerat. Pub. quoque Sempronius coniugem
repudiauit, quia ſe ignorante ludos ſpectaſſet, vt Valer. *lib. 6.*
de præmiſſis meminit: pro quibus accedit quæ Æmilius Pro-
bat. *in proœm. ſui operis*, & Claudian. de Proſerpina loquens.
Varro, & Macrob. *lib. 1. Saturnalium* tradiderunt, inde Caro
Cenſor. *eo. lib. quem de re ruſtica compoſuit cap.* 140. de vxore lo-
quens vicinis ac alijsque mulieribus quàm minimum vtatur,
neue adeat domum, neue ad ſe recipiat ad cœnam, ne quo
eat, neue ambulatrix ſiet. Ex quibus omnibus ſatis liquet va-
gationem mulierum etiam voluntariam nullo pacto eſſe per-
miſſam. in qua ſpecie multa congerit Barthol. Caſſa. *in cata-*
logo. gloriæ mundi, parte 2. Ioan. Neuizanus, & Tyraquellus, *in*
tractat. ſylua & legum connubialium. Prædictis tamen videtur
aduerſari finis illius textus, ponentis decretum irritans. Et
ideo vt text. noſter lucem veritatis nouam recipiat, & ea quæ
ſuperius dicta ſunt ſine nube maneant. Eſt aduertendum
quòd decretum annullatiuum poſitum *hic in fin.* ſolùm reſpi-
cit moniales comparentes voluntariè, & alias mulieres con-
tra voluntatem compulſas ad iudicium venire. Non autem
comprehendit caſum quando mulieres quæ ſanctimoniales
non ſunt voluntariè comparerent: nam licet tales eo modo
ambitum valeret *argument. l. ita demum. C. de procurat. & l patre.*
ff. de his qui ſunt ſui. Et hoc in ratione fundatur. quia certum eſt
quòd iſte caſus voluntarius in text. iſto non eſt expreſſus quo
caſu pœna & nullitas iſtius textus reſtringi debet ad caſus ex-
preſſos. *cap. at ſi clerici. § de adulterijs d. iud. & l. commodiſſime. de*
libe. & poſthum. Nec obſt. ſi ſubtilis ponderaret verba iſtius
text. *in verbo inuitas.* quod verbum innuit à contrario ſenſu
quod volentes poſſent trahi, quia reſpondetur illud eſſe ve-
rum nemine opponente, vbi tamen pars opponeret vel me-
lius iudex repelleret, procederet diſpoſitio iſtius text. pro-
pter rationes iam dictas. & tunc argument. à contrario ſenſu
non obſtaret quando ex eo reſultaret inhoneſtas & verecun-
dia. *l. 2. C. de condit. ob. l. concubinam. C. de epiſc. & cleric.* Et iſto
caſu ſupplendus eſſet text. dum dicit, inuitas. ſupple, maxi-
mè, vt etiam ſuppletur, *in cap. 1. ſupra eo.* per Archid. & alios
communiter: *& in cap. præterea. el 1. de appellat.* vbi Abb. poſt glo.
hoc not. Limitantur tamen iſta procedere, niſi alias iudicium
redderetur fruſtratorium niſi mulieres vel compellerentur,
aut voluntariè inducerentur in iudicio comparere, quia tali
caſu dicta ſuperius locum non haberent, per ea quę tradit An-
gel. *in l. conſentaneum. C. quomodo & quando. iudic. & dicetur infe-*
rius in 3. not. Nam tali caſu ſeruata conditione perſonæ fieri po-
teſt compulſio, iuxta text. *in l. 1. §. quid ergo. ff. de ven. inſpic.* Hoc
autem limitatur niſi aliter iudicium fieri non poſſet niſi com-
pellerentur mulieres vel ad iudicium volentes adducerentur,
quia tali caſu ſeruata conditione perſonę fieri poteſt compul-
ſio. *l. 1. §. quid ergo. ff. de ven. inſpicien.* vt tradit Angel. *in l. conſenta-*
neum. C. quomodo & quando iud. dicam. inf. in 3. notab. poſſent ta-
men prædicta omnia concordari, ſi cum temperamento fiat.
5 Not. ſecundò ex iſto tex. ſecundum Dom. † quod aliud eſt au-
thoritas ſedis Apoſtolicæ, aliud Legati, & ſic videtur quòd fa-
ctum legati non ſit factum ſedis Apoſt. adde pro iſta opin. ſi-
milem text. *in c. ſtatutum. in princip. ſupra de reſcrip.* & bonus text.
in cap. pen. de fil. presbyt. per quem text. dicit Archid. *in c. fin. inf. eo.*
quòd non dicitur emanatum à ſede Apoſtol. quod ſit à Lega-
to; ad idem facit gloſſ. iuncto text. *in cle. quia contingit. in verſic.*
Apoſtolicæ ſedis. de relig. do. & gloſſ. 1. *in cap. quo ad tranſlationem. de*
offic. lega. Tamen iſtud dictum Dom. & Doct. ita ſimpliciter nõ
ſatisfacit, quia regula eſt in contrarium † quòd factum à Le- 6
gato ſedis Apoſtolicæ cenſetur factum à ſede Apoſtolica. Fe-
lin. *in cap. capitulum. in 7. colum. de reſcript.* & tenet expreſſe Dec.
in cap. paſtoralis. in princip. de reſcript. & prius And. Sicu. *in c. man-*
datum. in 2. colum. per illum text. eo. tit. & dicit pro hoc eſſe text.
ſolennem & meliorem de iure *in c. Abbatem. de elect. lib. 6. & in c.*
literis. in 3. not eod. titu. † quia omnia noſtra facimus, quibus au- 7
thoritatem impartimur. *l. 1. verſic. omnia enim. C. de vete. iur. enu-*
cle. cap. vt noſtrum. de appella. cum ſimi. & dicit Ioan. de Ana. *in con-*
ſil. 94. incipien. Viſis & ponderatis. in ſecunda colum. quòd regula
communis eſt, † quòd omnia poteſt Legatus de latere quę po- 8
teſt ipſe Papa niſi reperiantur ſpecialiter reſeruata. *cap. niſi. & c.*
quo ad tranſlationem. de offi. leg. cum pluribus concor. vt ibi per eum.
Immò appel. ſedis Apoſto. venit Legatus de latere. gloſſ. *in c. ſi*
Abbatem. & ibi Ioan. And & Modern. *ſupra de elect. eo. li.* & facit
text. *in cap. 1. in princip. de ver. ſig. lib. 6.* hoc idem per plura firmat
And. Sicu. *in c. cæterum. in pen. colum. de donatio.* faciunt quæ ha-
bentur, *in c. authoritate. §. iubemus. de priuileg. lib. 6.* & idem con-
cludit And. Sicu. *in conſil. 12. incip. Difficile eſt. in 2. colum. lib. 3.* &
hoc in text. iſto facilius videtur procedere cùm non videatur
poſſe aſſignari ratio differentiæ inter Legatum & Papã, quod
etiam ſuadetur ex dictione † alia, hic poſita quæ regulariter 9
paritatem ſignificat. *cap. ſedes. de reſcript.* Sed pro concor. opin.
poteſt dici, quod regula ſupra dicta eſt vera & procedit in re-
ſeruatis in quibus Legatus poteſtatem non habet. Secus vero
in his quæ à Rege ſibi tribuuntur ratione ſuæ iuriſdictionis
vel ſpecialiter à Papa demandantur, quia tali caſu factum à
Legato cenſetur à ſede Apoſt. factum, per text. *in cap. hi qui. de*
præb. lib. 6. cum ſi. vt Modern ſcribunt, *in d. c. ſi Abbatem. vel concor.*
iſtas opin aliter, vt per And. Sicu poſt Lap. quem ibi refert, *in*
tract. de præſt. Card. in 2. parte. quæſt. 1. in fin vbi videndum eſt. quia
latius loquitur: & per iſta poſſunt ad concordiam reduci mul-
ta ſine ordine quæ d. Pet. And. Gramma. tradit. *in tract. ſuo le-*
gati. in 2. char. Nota tertio † quod mulieres non poſſunt ad iu- 10
dicium trahi inuitæ perſonaliter, ex quacunque cauſa: quod
tamen ſecus eſt in alijs perſonis. vt dicit hic Dom. per text. *in c.*
1. ſup. eo. vbi ex cauſa poteſt quis compelli perſonaliter compa-
rere, ex quo infertur ſecundùm eum quod in alijs perſonis iu-
dicium redditur in inuitum. Ex iſtis dictis Domi. colliguntur
duo: primum eſt quod mulieres inuitæ ad iudicium trahi nõ
debent, ita eſt hic tex quem ad hoc idem not. Abb. *in c. quoniã.*
in 3. not. de teſti. vbi dicit quod de iure antiquo ſecus erat, per
text. ibi: & hanc regulam ponit etiam Dom. *in c. indemnitatibus.*
§. porro. in 1. nota. ſupra de ele. & in c. c. §. porro. infr. de ſtat. mo. & hoc
non ſolum intelligitur in citatione verbali, ſed etiam reali, vt
latè tradit Iaſ. *in l. 1. nu. 93. C. de iur. emph.* Hoc limitatur per Phi-
lip. Francum hic, niſi mulieres fuerint inhoneſtæ vitæ: quod
ipſe probat vna ratione. † Nam clarum eſt quod mulier pro 11
debito ciuili capi non poteſt, *auth. ſed nouo iure. C. de cuſt. reo.* &
tamen illud nõ procedit in meretricibus, quia capi poſſunt &
incarcerari: gl. eſt ſingularis, quam ibi commendat Bal. *in l. con-*
ſentaneum. C. quom. & quan. iud. adde pro hoc bene facere quod
no Bal. *in l. ſi. ff. de rer. di.* vbi dicit † q licet apponens ſcalas ad fe- 12
neſtras alicuius mulieris puniri debeat pœna capitis, ſecus tñ ſi
illa mulier meretrix fuerit, pro qua facit *l. verum. ff. de fur.* Sic et-
iam videmus quod pœna *l. 1. C de ra. virg.* non procedit in rapi-
ente meretricẽ, *vt ibidem* dicit gl. *in verbo, honeſtatum.* & gl. *in l. 1.*
C. de his qui ad eccl confug. cum quibus concordat Barto. Cœp. *in*
conſil. 58. & Hippo *in l. ſi quis nec. col. 28. ff. de quæſtio.* & ante ipſos
hoc tenuit Boniſac. *in tract. maleſic. tit. de rapto.* & Barb. *in conſil.*
63. col. 3 lib. 4. & quidam Mod. Ioan. Pyrrus *in repet. l. contractus.*
fol. 5 colum. 2. ff. de re. iu. cum ſi. quibus accedat quod in propoſi-
to tradit Ioan. Bapt. de S. Seue. *in repet. l. omnes populi. col. antepen.*
verſi. 7 ſtat. ff. de iuſt. & iu. quo loco dixit Iudæum cum meretri-
ce matrimonium contrahentem non puniri pœna mortis ſi-
cuti puniretur ſi cum honeſta muliere contraxiſſet. cui adſti-
pulatur Alexan. *conſil. 99. lib. 6.* Et ad iſta bene faciunt ea quæ
tradunt quidam Mod. *in repet. l. diuus. ff. de ſic. a. nu. 89.* quibus eſt
nomen

nomen Ioan.de Villemari,& Caccialup. *in repet.l.ſi qua illuſtris.*
*colum.*8. C.*ad Orficia.* dicentes quòd illi qui meretrices inclu-
dunt non tenentur pœna priuati carceris.Hinc dicimus quod
cognoſcens meretricem per vim non punitur,vt tradit Gandi.
*in tra.maleſic.tit.de aliquibus quæſt.varijs,colum.*1. & idem Dec.*in l.*
inuitus.ad fin.ff.de re.iu. & iſta procederent etiam ſi meretrix eſ-
ſet alterius concubina, quia per hoc non dicitur honeſta, vt
dicit Mattheſil.not.101. *incipien. Nota quod concubina.* & ſequi-
tur Ioan.Bapt. Caccialup. *in d.repetit.l.ſi qua illuſtris.colum.*13. *&*
ſeq. Item procedunt prædicta in muliere quæ ſemel vni con-
ſenſit, quia præſumitur quod eodem modo alteri, vt probat
Hipp. *notab.*74. *in l.maritus.colum.fi.ff.de quæſt.* Secundò limita-
13 tur niſi † mulier officium tutelæ gerat,quia ratione debiti tu-
telæ capi & incarcerari poteſt, ita tenet hic Domin.poſt Ioan.
And.& ſequitur Francus per doctrin. Bartol. *in authent. matri*
& auia.C.quan.mul.offic.tu.fun.poſſ. & hoc idem tenet Bart.*in l.ſi*
quis ſub conditione.in 5.colum.circa fin.ff.de teſt. latè Ioan.de Platea
poſt Angel. *in l.nemo carcerem.de exact.trib. lib.*10. & Bald. *in tra.*
de carcere.in 2.quæſt. & Mattheſi. *notab.*109. *incipien. Nota caſum.*
& plures alij, quos breuitatis cauſa omitto . Sed circa iſta dili-
genter eſt aduertendum,in primis ad illud de meretrice, nam
præſuppoſito iſto dicto pro vero de quo tamen inferius dice-
tur,illud tamen procedit in meretrice ſoluta, vt videtur pro-
14 bari *in §.fi.in authen.de reſt.* & ea quæ parit.† Nam nec meretrix
munda nec cornix alba fit vnda,vt dicit Hoſtien.*in cap.ſi autem*
de coha.cleric.vel mulier. Secus tamen eſt meretrix & maritata
15 fuerit,quia tali caſu carcerari non poteſt, † & idem iudican-
dum eſt de ipſa ſicut de alia muliere,& diſpoſitio iſtius textus
in ea locum habebit,ita not.dicit Ioan.Andr *in addit.ad Specu.*
in titu.de iniur.& dam.da.in rubric. per textum notabilem ,*in l.ſi*
vxor.§.1.ff.de adult. quem ad hoc ſingul.dicit Ludo.Rom.*in l.ſi*
vero.§.de viro.in 2.fallen.in princip.ff.ſol.mat. Alexan.& Iaſon.*in l.*
plerique.in fi.ff.de in ius voc. Barb. *in cap.lator.de pigno.* & hoc idem
tenet And Sic. *in cap.paſtoralis.colum.6.ver.ſed ego quæro.de iudic.*
vbi notabiliter loquitur.pro iſta opin. facit *l.qua adulterium.in*
fin.C.de adul. vbi lex prohibens accuſationem illici coitus cum
meretrice commiſſi non extenditur ad meretricem coniuga-
tam quę accuſari poteſt per maritum.Cum quibus concordat
Angel.*in tract.maleſic.in verſic.che hai adulterato.fo.antepenult.* Et
Ioan. Baptiſta Caccialup.*in tract.de debito.fugi.quæſt.5.colum.fin.*
& habetur *in quadam practica* Manſuerij, *titu.de pœn.fo.99.cum*
alijs concor. vt ſcribit quidam Ioan.Montolonius *in promptuario*
iuris,in verbo Luxuria. Tamen aduerte.quia idem dicendum vi-
16 detur de meretrice maritata † ex eo , quia ex delicto non de-
bet quis lucrari. Immo,quantò grauius quis deliquerit,tantò
acrius debet puniri,*l.quæcunque.C.de ſer.fug.l.3.C.de epiſc.audi.* Si
igitur meretrix ſoluta propter ſimplicem fornicationem,per-
didit priuilegium,*d.authen.ſed nouo iure.* & aliorum iurium, de
quibus ſuperius diximus,à fortiori debet illud perdere mere-
trix maritata quæ adulterium commiſit , & ſexum vitupera-
17 uit,vt dicitur *in l.quæ adulterium.de adult.* Nam priuilegium le-
gis meretur amittere qui commiſit in legem,*l.auxiliũ.ff. de mi-*
no. quæ de adultera loquitur. Neque iſto caſu obſt. text.*in d.*
authen.ſed nouo iure. quia ille text. non loquitur ſimpliciter de
muliere, ſed de matre familias honeſtè viuente, vt patet *in l.*1.
C.de offic.di.iud.iuncta.l.pronunciatio.§.t.de ver.ſign. & iſtam opin.
tenet Dec. *in cap.paſtoralis.circa fin.de iud.* & ibi reſpondet *ad d.l.*
ſi vxor.& fundamenta ſua prius poſuit licet ipſe nõ dicat Ioan.
Baptiſt. de ſancto Seuerino *in tract.de debi.fug.in 7. quæſt.5. quæſt.*
princip. Et ante ipſos hoc tenuit Angel.*in d.tract.male.*& Gand.
locis ſuperius allegatis,quos ſecutus eſt Socin. *in reg.*258. *incip.*
Materfamilias.in 3.fallen. & Alexan. *conſil.99.colum.fin.lib.6.* Sed
breuiter his non obſt. mihi magis placet opin. quod de ſtricta
iuris ratione non ſolùm meretrix maritata, ſed neque etiam
ſoluta carcerari poſſit,pro qua ſententia videtur caſus. *in auth.*
*licet nouo iure. C.de offic. diuer.iud.ibi,nulla mulier.&c.*pondera di-
18 ctionem † nulla,quod ex ſua natura vniuerſali nihil excludit, *l.*
impoßibilium.ff.de regu.iur. quam ad hoc ponderat Dy. *in regula,*
nemo poteſt.de iur.lib.6. & opin. Ioan. Andr. & ſequacium tantò
magis videtur eſſe vera, quantò in ea concurrit maior ratio:
pro qua vltra text.*in d.l.ſi vxor.§.1.* ad quem non bene reſpon-
detur, ego eam probo vna ratione in ſimili, quia clarum eſt
quod propter conſeruandum pudorem mariti & legem ma-
19 trimonij lex permiſit † quod filij nati ex vxore adultera cen-
ſerentur geniti ab ipſo marito, & non ab amaſio propter ve-
lamen & fauorem ſacramenti matrimonij, quod omnia vete-
ra crimina dicitur delere , *vt in cap. quemadmodum. de iureiur. &*
in c. inter.de ſponſa. caſus eſt de hoc ſingularis *in l.miles.§. defun-*
cto.ff.de adult. quem ad hoc infiniti propemodum Doct. cele-
brant Bal.*in l.ſi à matre.C.de ſuis.& leg.*Abb.&Mod.*in c.per tuas.*
*de prob.*Barb. *conſil.67.incip.Omnipotentem.lib.4.conſil.27.Scripſit.*
colum.2.lib.1.& conſil.58.lib.2.& in alijs pluribus. Bald. *in conſil.39.*
in fin.punctus.lib.5. Alex.*conſil.87.in caſu.colum.penult.lib.3.& con-*
ſil.157.Videtur primum.lib.5.& conſil.88.lib.7.vbi latius:& Pau.de
Caſt. *conſil. 252. in fin. Quæſtio iſta.in 2.vo. Capra conſil.2.colum.4.*
Hippol. *in l.1.§.1.colum.6.ff.de quæſtio.* & Dec. *conſil.* 288. *Cremo.*
nota.126. & plures alij quos non refero , ex quibus colligitur
hoc ſub varijs tamen articulis in quibus prædicti Docto. aſſe-
runt,quod velamen matrimonij ſuperius dictum effectum o-
peratur † ne fiat iniuria marito, quæ in tali caſu grauior quàm 20
mors reputatur.*l.iſti quidem.ff.quod met.cau.l.codicillis.§.matre.*&
ibi Bartol.*de leg.2.* igitur in iſto caſu idem erit dicendum , † vt 21
mulier quamuis meretrix ſit, ſi tamen eſt maritata non debet
poſſe carcerari propter honorem mariti,qui non peccauit , &
per textum, *in d.l.ſi vxor.§.1.* per quem vltra prædicta iſtam o-
pin.tenuit Decius ſibi contrarius *in l.2.in 11.colum. ff.de regu. iur.*
Socin. *in tractat.fallen.regula.229.in ſecunda limitat.* & latè And.
Sicu. *in cap.in præſentia.colum.75.numer.85.& ſequen.de probat.* vbi
plura ponit, quid operetur figura matrimonij. Præterea pro
iſta opinio.facit dictum Bald. *in l.1.in fin.colum.C.de rap.virg.* v-
bi dicit quòd licèt illa lex non procedat in meretrice,ſecus ta-
men eſt in meretrice maritata : ad idem facit dictum Baldum 22.
*in compendioſa ſua in rubric.de quæſtio. verſic.*14. † quòd ſtatutum
dicens quòd meretrix poſſit impune offendi, non habet lo-
cum in meretrice maritata, & per iſtam rationem ego confu-
to dictum Bartolum *in l.ſi quis ſub conditione.in quarta colum.ver-*
ſic.præterea non videtur.ff.de teſtament.tut. quem alibi ſequuntur
Doctor.vt probatur , *in tractat. de carce.in 3.quæſt.* & Ioan.Bapt.
in dicto loco, vt dixi ſupra volentes, quòd quando mulier offi-
cio tutelæ fungitur , poteſt incarcerari ſicut maſculus. Nam
vt ſupra dictum eſt in princip. iſtius text. ex quo iſtud inductum eſt
propter pudorem & honeſtatem ſexus, non poteſt hoc fieri
etiam ſi mulier renunciauerit, † quia ea quæ conſiſtunt in 23
reuerentia honeſtatis renunciari non poſſunt. *l. alia. §.elegan-*
ter. vbi Alexan. & alij. *ff.ſolut.matrim.* & dico latius *infra in vlt.*
not. & per hoc etiam confunditur dictum Iaſon. *in l. neque im-*
puberis.in princip.ff.de in ius voc. dum vult puellas iure Codicis
poſſe carcerari,quia text. *in dicta authent. ſed nouo.* qui loquitur
de matrefami. à fortiori habebit locum in puellis filijsfamil.
attentis rationibus ſuperius dictis. Limitatur tamen iſta con-
cluſio, quod non procedat quando maritata meretricaretur
conſentiente viro qui pateretur tantam miſeriam, *iuxta cap.1.*
*33. quæſt.*1. † quia patronus turpitudinis eſt qui celat crimen 24
vxoris. *cap.ſi vir.de adulte.l.2.C.eod.titu.* ita limitat dictam con-
cluſionem Hippol.de Marſil.*in ſingul.279.incipien.Dixi tibi.* al-
legat inter alia text. *in argument. & quæ ibi not. in l. in arenam. C.*
de inoffic.teſt. pro cuius opinio. faciunt quæ latè ſcribit Ioan.
Neuiza. *in ſylua nupt.fol.*85.& iſto modo poſſet procedere opi.
Ioan. Bapt. de S. Seuerin. *in d. tract.* & Decij : aliàs verò ſecus
eſſet dicendum,& iſta poteſt eſſe prima limitatio ad ſupra di-
ctam regulam. Tamen circa iſtam limitationem aduerte dili-
genter, quia eo caſu quo vir conſentit adulterio vxoris . vir
puniri debet non vxor, per textum , *in cap.ſi tu abſtines.27.quæſt.*
2. per quem dicit Petr.de Rauen. *in alpha.iuris,in vlti.not.extra-*
uagant. quod in Alemania huiuſmodi homines lenones vxo-
rum ſuarum ducuntur ſuper aſinum nudi per ciuitatem ac ver-
beribus cæduntur præcone alta voce clamante,] ſic fit leno-
nibus :] & ſecundum leges Hiſpaniæ lenones vxorum morte
mulctantur,vt patet *in lib.7.partit.arum,tit.22.l.2.* & traditur *in*
l.mercalem. C.de cond.ob.tur.cau. & ob eam cauſam Seleuchus
Rex non caruit reprehenſione, qui ob ſeruandam vitam filio
amore flagranti coniugem filio abutendam tradidit , refert
Valerius *lib.5.cap.7.* & ſequitur Ioan.Lup. *in repet. capitu. per ve-*
ſtras.num.95.colum.4.de don.inter vi.& vxo. & plura in propoſito
congerit quidam Ioan. Neuiza. in Syl. *nup.fo.95.* In iſtis tamen
& ſimilibus multum valet conſuetudo patriæ & occaſio. qui-
bus circumſcriptis poſſet teneri limitatio . Alijs duobus mo-
dis limitatur prædicta regula , de quibus per Ioan. Caccia-
lupp. *in prædicto tractat. de debit. fug.* & reaſſumunt nouiſſimi
repet. *in l. conſentaneum. fol. 29. Cod. quomodo & quan. iudic.*

videat

videas ibi per eos. Ad vnum tamen ſingulare aduerte, quod licet
25 † meretrix poſſit carcerari vt dictum eſt ſupra, tamen quando
eſt carcerata prohibetur quis ad eam accedere. Nam quamuis
regula ſit poſita per text. *in l. verum. ff. de fur.* quod coitus & ac-
ceſſus ad meretricem ſit impunitus, tamen in tali caſu cogno-
ſcens meretricem punitur ac ſi honeſtam mulierem cogno-
uiſſet, ita ſingulariter dicit Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus. fo.*
26 *14. in ver. adulterium. in 1. col.* quod ipſe probat vno ſimili. † Nam
clarum eſt, quod licet banniti poſſint impune offendi per ſta-
tutum, tamen ſi ſunt carcerati hoc non licet, aliàs occidens
punitur pœnâ mortis, ita dicit Bart. *in l. in laqueum. ff. de ac. re. do.*
27 & alibi, † quia tales ſunt ſub protectione curiæ. *l. fin. C. de cuſt.*
28 *reo.* † & non debet fieri iniuria loco pub. *per d. l. 1. de offic. eius.* &
hoc dictum Paridis *in d. tract.* per plura dicta comprobat, & ſe-
quitur Hippol. de Marſil. *in ſingulari ſuo 150. incip. Acceſſus.* Eſt ta-
men aduertendum quod licet Paris de Put. & Hippo. cenſeāt
puniendum coitum meretricis carceratæ, hoc tamen non pu-
tarem verum de pœna ſimili cognoſcentis honeſtam mulie-
rem prout ipſi putant, ſed opinor eos extraordinariè punien-
dos eſſe, per ea quæ in propoſito Mattheſ. dicit *notabili 102. in-
cipien. Not.* quem ſequitur latè Ioan. Franciſcus Purpu. vir ap-
primè eruditus *in l. rogaſti. §. fi. ff. ſi cer. pe.* cum quibus concurrit
Ioan. Villemari *in d. l. dum. num. 142.* Secunda principalis con-
29 cluſio colligitur ex dictis Dom. in iſto notabili, † quod in a-
lijs perſonis excepta muliere iudicium redditur in inuitum:
de hoc dic vt latè dixi poſt Barb. & Moder. *in l. inter ſtipulan-
tem. §. 1. ff. de verb. oblig.* per Bartol. *in l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.*
latè Barb. *in cap. prætereà. in pen. colum. de offic. delega.* poſt Bart. *in l.
quoties. ff. de noxa* per Felin. *in cap. cùm olim in princip. de teſti. eum ſi.*
30 *Not. 4.* ſecundùm Peruſinum hic, quod licet de iure ciuili †
examinatio teſtium non poſſit committi niſi habenti iuriſdi-
ctionem, vt not. Bart. *in l. iudices. C. de fi. inſtrumen.* tamen de iure
canonico poteſt committi notario vel priuatę perſonæ, vt hic:
ita Philip. Francus hic. Et iſta concluſio de plano procedit niſi
notarius cui fieret commiſſio eſſet valde impudicus vel de fa-
cili alliceretur ex forma mulieris. Nam tali caſu commiſſio
examinis mulieris illi fieri non debet, iuxta ea quæ Marian.
Socin. tradit *in tractat. citatio. in 4. artic. in ſecunda colum.* vbi re-
fert facetiam Lotharij & Azonis qui cum eſſent ambo iudices
dati ab inferiori à principe dubitarunt nunquid poſſent cita-
re aliquem per nuncium aut per epiſtolam ſicut poterant ar-
bitri, an verò tenentur ipſi idem citare & partes præſentiali-
ter monere. & Azo dicebat quod poterant per alium citare ſi-
cut arbitri. Lotharius verò excellens doctor dicebat contra-
rium, ſed quod ipſi debebant ire ad domum citandi, vbi au-
tem Azo intellexit quod citanda erat pulchra puella, ſequu-
tus fuit opin. Lotharij, quæ hodie non eſſet vera ſecundum
Marian. per diſpoſitionem illius text. procedit igitur prædi-
cta concluſio extra iſtum caſum, quia tunc differentia eſt in-
ter ius canonicum & ciuile. Sed aduertendum eſt circa hoc,
quia illud quod hic eſt ſtatutum de iure canonico idem prius
videtur de iure ciuili fuiſſe conſtitutum, & ſic non videtur eſ-
ſe aliqua differentia inter ius canonicum & ciuile, vt tenet Sa-
lic. *in authen. ſed iudex. C. de epiſc. audi.* Bald. & Salic. *in l. hac con-
ſultiſſima. §. fi. C. de teſta. cum concor.* vt per Felin. *in cap. cùm cau-
ſam. in pen. colum. de teſti.* declarando notabiliter ſecundùm di-
ſtinct. Abb. *in cap. quoniam contra falſam. in 15. colum. num. 30. de
31 probat.* & vltra ipſos ego iſtam opin. probo, † quia notarij ex
natura ſui officij ſunt iudices ordinarij, ita dicit Pau. de Caſtr.
in l. 1. colum. pen. per glo. ibi. ff. de iudicijs. ſequitur Iaſ. *in rubr. ff. de ope.
no. nun. in princip. num. 3.* ſi igitur iudices ſunt tales examinatio
per ipſos fieri poterit. Tamen omiſſis cauillationibus iſta vi-
32 detur veritas quod tam † de iure ciuili quam canonico hodie
committi poteſt examinatio notario in cauſis tamen ciuili-
bus. Secus tamen in criminalibus etiam de conſenſu partium:
& ita debent intelligi dicta Bald. *in titu. de pace conſtant. §. hoc
quod ad nos. in 5. colum.* quem iſto modo intelligendo reddun-
tur fruſtratoria fundamenta, quæ Iaſ. contra illum adducit,
in l. 1. in fin. princip. ff. de ferijs. ſed in hoc eſt differentia quia de iu-
re ciuili non poteſt fieri niſi cum cauſa, & ita loquuntur præ-
dicti Doct. de iure autem canonico talis commiſſio poteſt fie-
ri pro libitu. voluntatis ſine aliqua cauſa. per textum, *in Clem.
33 vnica, de offic. delega. & text. hic,* & ita ſimiliter concludit † Alex.
pater veritatis *in l. hac conſultiſſima. §. fin. in 2. colum. C. de teſta.* &
ſecundum hoc dictum Paul. de Caſt. *in d. lit.* declaratur. Nam
talis commiſſio non ideo fieri poteſt notario, quia ex natura
ſui officij habeat iuriſdictionē, quia hoc latè reprobat Bened.
de Barzis *in tract. inſtrum. guarentigiæ, in 1. quaſt.* ſed ideo hoc fit
quia tantum nudum miniſterium ex cauſa committitur acce-
dente conſuetudine, vt dicit Salic. *in d. authen. ſed iudex.* & per
hoc mihi etiam videtur dubium dictum Abb. *in d. cap. cùm cau-
ſam. in fin.* dum vult, quod hic ſit ſpeciale, quod commiſſio
fiat notario, quaſi innuat quòd in contrarium ſit ius commu-
ne, quod tamen eſt falſum per ſupradicta. In cauſa verò cri-
minali nulla eſt differentia inter ius canonicum & ciuile. nam
commiſſio non poteſt fieri, vt hic concludit gloſſ. vbi viden-
dum erit, & latè ſcribit Felin. poſt Abb. *cap. cùm cauſam. in pen-
ult. colum. extra de teſti.* vbi per concluſiones hoc reaſſumit, ne-
que ſuper hoc valeret conſuetudo vt eſt ſingularis gloſſ. *in cap.
teſtes. 3. quaſt. 9.* Hoc tamen ſingulariter limitatur per iſtum tex.
in verſ. aut ſi talis, &c. niſi qualitas perſonæ tam teſtis recipien-
di quàm iudicis ſalua honeſtate & decentia non poſſit huiuſ-
modi actum receptionis teſtium per ſe perſonaliter adimple-
re. Nam tunc iſto caſu potius eſſet attendenda perſonarum
qualitas, vt hoc non faciant quàm cauſa, quæ etiam perſona-
lem præſentiam requirit, & ſic committi poſſet talis receptio,
quod dicit hic Pet. de Anch. *in fin.* eſſe valde ſingulare decla-
rando vt per eum. ſequitur Abb. *in cap. cum cauſam. colum. fin. de
teſti.* & notabilius *in cap. ſi qui teſtium. in vltimo notab. eo. tit. de teſt.*
Tamen diligenter aduerte, quia ſi tali caſu notario committa-
tur ſimplex receptio teſtium non videtur mirabile, ex quo nō
recipit partes iudicis in examinando, ſed nudum miniſterium
recipiendi. Secus verò ſi ex tali commiſſione iuriſdictionem
reciperet, quod tamen hic non dicit text. & per hoc videtur
doctrina Abb. *in d. c. quoniam contra. in 15. colum. & in cap. 1. in vlt.
not.* & ibi not. Felin. *in princip. de teſti. cog.* & in iſtis caſibus, in
quibus commiſſio permittitur † partes citari debent, vt inter- 34
ſint tali receptioni teſtium, vt dicit Bart. *in l. ad egregias. ff. de iu-
reiuran. per l. generaliter. C. eod. tit.* quod ſecus putat in caſu iſtius
text. † quando examinandæ ſunt mulieres, quia tali caſu pars 35
citari non debet. Sed contrarium videtur concludere Abb. *in
cap. ſi qui teſtium. in princip. extra de teſti.* & Roman. *nota. 364. in-
cip. Fuit vnus ex vobis.* ſequitur Felin. *in cap. 2. in 4. colum. extra de
teſti.* mouentur ratione & lege: primò quia ſicut notarius po-
teſt ire ad domum mulieris, eadem ratione & pars, ſed iſta ra-
tio videtur fragilis, quia clarum eſt quod maior verecundia &
timiditas cauſatur ex præſentia partis, & magis ſeruatur finis
honeſtatis iſtius text. ex illius abſentia. & quia ſi in vno indu-
citur ſpeciale vt notarius hoc poſſit ex ſpeciali commiſſione,
non debet hoc ad alios extendi: *argum. c. ſanè. de priuileg.* Secun-
dò Roman. dicit contra Bart. eſſe text. *in l. 2. §. ſin autem vel di-
gnitas. C. de iu. cal.* ſed dicas quod ille text. corrigitur *per authen.
principales, ibi poſitam,* vbi eſt caſus expreſſus pro opin. Bartol. &
ideo teneas iſtam opin. quicquid Felin. Abb. & cæteri dicant.
Not. vlt. ex iſto text. *in verſi. cæterum.* † quod moniales non poſ- 36
ſunt in actu prohibito renunciare fauori earum, videlicet vt
perſonaliter poſſint exire clauſtrum & in iudicio comparere,
ſed debent procuratorem mittere, & hoc expeditum eſt de iu-
re hodierno per iſtum textum, *& cap. indemnitatibus. de elect. ſup.
eo. li.* niſi in caſibus, de quibus *in cap. vnico. inf. de ſtatu reg.* † Sed 37
de iure antiquo moniales bene poterant in iudicio per ſe vel
per procuratorem comparere, vt eſt text. quem ibi not. Abb. *in
1. no. in cap. cùm dilecta. extra de reſcript.* Facias igitur duas regulas
ex iſto notabili: prima eſt quod moniales non poſſunt clau-
ſtra religionis exire cauſâ ferendi teſtimonij, ſed debent pro-
curatorem conſtituere: ſecunda regula ſit quod tali fauori pro
ſe introducto moniales renunciare non poſſunt. Circa primā
regulam non eſt inſtandum, quia clara eſt per iura ſuperius al-
lega. quam etiam regulam Abb. *in cap. paſtoralis. in pen. col. extra
de iudic. & in cap. veniens. in prima colum. num. 14. de accuſa.* † & ſic 38
habes hic vnum caſum in quo quis per ſe comparere non po-
teſt & tamen poterit per procuratorem: & ita ad hoc not. Car-
din. *in cle. religioſus. quaſt. 13. de procurat.* iſta tamen procedunt
quando quis per ſe prohibetur ratione qualitatis perſonæ vel
honeſtatis vt hic: ſecus tamen eſſet quando quis prohiberetur
propter inhabilitatem perſonæ, quia ſi non poteſt quis per ſe
neque per alium, vt ibi latius Cardin. declarat & reaſſumunt
Modern. *in reg. qui per alium. infra de reg. iur.* Et quod hic dicitur
non haberet locum in alijs egregijs perſonis, quia tales bene
compelluntur venire ad iudicium perſonaliter in cauſis crimi-
nalibus

nalibus ad ferendum teſtimonium, vt dicit Abb. *in cap. 1. in fin. per gloſſ. ibi, de teſti. cogen.* tenet Felin. *in c. ſi qui teſtium. in 1. col. ex-*
39 *tra de teſti.* Tamen contra hoc dictum Abb. pondera text. † *in l. ad perſonas egregias. ff. de iureiuran. in verbo oportet, quod neceſſitatem imponit. l. 1. ff. de iuſt. & iur. gloſſ. in cap. 1. inf. de præſcript. eo. lib.* præterea quia ibi patificatur egregia perſona & valitudine impeditus, ergo debent patiformiter determinari. *l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup.* Nam ſicut impeditus non poteſt compelli eodem modo neque egregia perſona: ſed reſponde quod ille tex. procedit in ciuilibus vt ibi dicunt omnes Moder. in criminalibus verò procedit opin. Abb. per gloſſ. *in d. cap. 1.* ad idem eſt gloſſ. quæ hoc tenet. *in cap. teſtes. 3. q. 9.* tenet Domin. *in cap. 2. infra de teſti. iſto li.* & Ro. not. 242. *incip. perſona egregria.* Quod eſt verum niſi fuiſſet maximo impedimento detenta, tunc enim iudex ſalua dignitate ad cauſa accedere poſſet, *arg. iſtius tex.* & ſecun-
40 dum iſtam regulam infertur vnum aliud, † quod receptio teſtium poteſt fieri in eccleſia, quod tenet Dom. per iſtum textũ *in c. de cætero. §. fi. in fi. inf. de immu. eccle. eo. lib.* de quo diſputat Bar. *in l. nemo. C. de ſac. ſan. eccleſ.* & finaliter id concludit. Sed tu aduerte quod licet dictum iſtorum ſit in ſe verũ non tamen probatur in iſto text. quia licet moniales extra monaſterium tra-
41 hi non debent, tamen infertur † quod receptio depoſitionis earum fieri debeat in eccleſia, quia etiam fieri poteſt in dormitorio vel refectorio, ſiue in alio loco extra eccleſiam intra tamen ſepta monaſterij: & ſic iſte text. non infert neceſſariò ꝙ
42 in eccleſia fiat examinatio: præterea quia videmus † quod die feriata teſtis iurare non debet, vt eſt gloſ. *in Clemen. 1. de offic. deleg.* tenet Abb. *in capit. 1. colum. fi. de ferijs.* & licet illo die deponere poſſit, vt ibi dicitur, illa tamen depoſitio pro nihilo re-
43 putatur niſi iuramentum ſequatur, ad quod dicta depoſitio refertur tãquam ad neceſſarium requiſitum † ſine quo depoſitio eſſe non poteſt, *vt in l. iuriſiurandi, C. de teſti. & c. hortamur. in 3. quæſt. 9.* & tradit Alber. Maleta. *in tract. teſtium, fo. 13. colum. 2.* Si igitur hoc fieri in die feriato & ſic tempore prohibito pro-
44 hibetur, idem erit dicendum reſpectu loci, † quia argumentũ de tempore ad locum validum eſt, *vt l. vinum. ff. ſi cert. pet.* vbi Iaſ. in ſimilibus terminis ibi arguit de tempore feriato ad eccleſiam, & ſic ad locum. *in l. plerique. col. 4. ff. de in ius voc.* & ideo dictum Bart. & Dom. ex iſtis redditur dubitabile, niſi ſaluentur, quod dicta eorum procedant in depoſitione tantum & contraria opin. in iuramento. Quantùm ad ſecundam regulã quod moniales non poſſint renunciare diſpoſitioni iſtius tex. in fauorem earum introductæ, hoc tenet, & ad hoc not. iſtum textum Dom. *in c. indemnitatibus. §. vt autem. ſupra de elect.* & Ro. *notab. 168. incip. Tu audiſti. l. ad perſonas egregias, &c.* vbi per iſtum text. dicit quod idem eſt in priuilegio *l. ad egregias. ff. de iureiur.* Nam illi diſpoſitioni egregia perſona non poterit renunciare, ſicut hic moniales non poſſunt quæ ſunt egregiæ: & per hoc comprobatur dictum Cyn. *in l. nec honorem. C. de epiſcop. & cleric.* qui voluit quod priuilegio, *d. l. ad egregias.* non poteſt renũciari, quia continet honeſtatem: & hoc dictum ſequitur Felin. *in c. ſi qui teſtium. in 1. colum. extra de teſti.* tenet Alexan. poſt Alber. *in*
45 *d. l. ad egregias.* hoc idem priuilegium competit doctori † qui egregria perſona dicitur, vt tenet gloſſ. *in d. l. ad egregias.* & de aduocato tenet Bart. *in l. 1. de offic. diuerſo. iudic.* quamuis Alex. in hoc de doctore contrarium teneat, *in d. l. ad egregias.* dicens illam legem habere locum niſi in quatuor perſonis ibi enumeratis, ſed dicas primam opinionem veriorem ex quo ſub illis verbis egregias, doctor comprehenditur qui egregia perſona dicitur, vt tenet Bart. *in d. l. 1.* facit doctr. Abb. *in c. ſignificauit. de offic. ord.* & firmat Bart. Bologn. *in repe. auth. habita. in 12. colum. C. ne fi. pro pat.* & Felin. *in d. c. ſi qui teſtium. in 1. colum.* vbi idem di-
46 cit † de auditoribus Rotæ qui egregiæ perſonæ dicuntur per allegata ibi per eum: & ideo diſpoſitioni illius legis prædictæ perſonæ renunciare non poterunt.

In contrarium tamen quod illi priuilegio poſſit renunciari per egregiam perſonam eſt gloſſ. magna *in fin. in l. inuiti. de teſti.* tenet Ludo. Roman. ſibi contrarius *in d. l. ad egregias.* pro qua opin. dicit eſſe caſum hic, *in princip.* dum text. vult quod mulieres inuitæ ad iudicium trahi non debent, ſed volentes: idem tenet Ang. *in l. alia §. eleganter. ff. ſolut. mat.* & Aretin. *in d. l. ad egregias.* & hanc opin. videtur tenere Felin. ſibi contrarius *in cap. ſi diligenter. in 6. colum. de for. compet.* vbi reſpondet ad text. iſtum *in fin.* quia ideo moniales prohibentur trahi ad iudicium non ea ratione, quia prohibitio in reuerentia fundatur, ſed propter periculum euagationis, vt ſentit hic text. *in princip.* quæ euagatio induceret diſſolutionem religionis, ſed extra illum caſum videmus quòd regulariter mulieres trahi poſſunt volentes, vt text. *hic in princ.* innuit. Quid igitur dicendum? mihi videtur quod prima opin. ſit verior, quia negari non poteſt quod text. *in d. l. ad egregias.* & text. hic fundentur in reuerentia perſonarum: probatur per text. *in §. interim. in authent. de defen. ciui.* vbi probatur † quod nobilibus longè facilius deferuntur 47
honores quàm plebeis: vt latius exorditur Iaſ. *per illum text. in §. item Seruiana. num. 26. Inſtit. de actio.* & communiter per Legiſlatores noſtros ſtatuitur, vt egregriæ perſonæ cæteris præferantur, *cap. de multa. de præb. l. nobiliores. C. de commer. & merca.* & idem circa eccleſiaſticas perſonas, *vt in c. ſolitæ. & in c. 1. & cap. ſtatuimus. de maio. & obe.* ſed clarum eſt quod iſta in reuerentia fundantur, † nam honor præſupponit reuerentiam, vt tradit Spec. *in tit. de teſt. §. 4. ver. illud quoque. vt in illo dicto ſacræ ſcripturæ,* 48
[*Honora patrem & matrem, &c.*] *iuncta l. bonori. & l. parens. cum duab. ſeq. ff. de ope. lib.* not. Bald. *in l. liberti. in 4. colum. C. de ope. lib. & melius in c. licet de prob.* Sed clarum eſt quod iuri reuerentiali debito ratione perſonæ renunciari non poteſt. *l. fi. vbi eſt caſus not. C. de bo. li.* tenet Roman. per illum textum *in not. 48. incip. Epiſcopus.* & Alex. *in l. pen. in 5. colum. C. de pact.* ergo egregiæ perſonæ non poterunt renunciare diſpoſitioni *d. l. ad egregias.* quæ vt dixi in reuerentia fundatur, pro qua opin. optimè facit quæ dicit Ang. *in l. ſed ſi hac. §. procu. in fi. ff. de in ius vo.* dum vult quod licet Epiſcopus eximat eccleſiam, nihilominus eccleſia tenetur Epiſcopo reuerentiam exhibere, quia illud ius non cenſetur remiſſum, vt not. *in c. paſtoralis. de do.* hinc eſt † quod iuri reue- 49
rentiæ præſcribi non poteſt, *c. cum liceat. de præſcript.* & ibi alia ponit Felin. quę reaſſumunt Mod. Taurin. *in tract. præſcr. fo. 49. num. 96. in prima parte 5. partis in princ.* & per hoc ego puto quod malè dicat Iaſ. *in l. d. l. ad egregias. in 1. colum.* dum vult quod tacitè poſſit renunciari. Nam clarum eſt † quod præſcriptio fun- 50
datur & oritur ex taciturnitate & patientia illius, contra quẽ præſcribitur. *l. 1. ff. de vſucap. l. ſicut. & l. vt perfectius. C. de præſcript. 30. vel 40. an.* & tamen pręſcriptio non procedit: præterea quia text. *hic in fin.* apponit regulam annullatiuam, ergo tacitus cõſenſus nihil facit, *vt in c. ſtatutum. §. in nullo. ſupra de reſcrip.* & tex. etiam *in d. l. ad egregias.* quæ per illum declaratur etiam prohibitiue loquitur, vt ſupra dictum eſt. ponderando verbũ oporteret, quod neceſſitatem inducit ſecundum communes reg. per gloſſ. *in c. 1. inf. de reſcript.* & ideo ſufficit Legiſlatorem aſſ. quia prohibuiſſe quo ad hoc vt actus in contrarium factus ſit nullus. *vt in l. non dubium.* & ibi not. Iaſ. *C. de legi.* Non obſt. quod text. noſter *hic in princip.* videtur probare quod poſſit huic diſpoſitioni renũciari, quia reſpõdetur dupliciter. Primò quod non loquitur de egregijs perſonis, ſed de alijs inferioribus. nã de illis ſpecialiter loqueretur. *l. item apud Labeonem. §. hoc edictũ. ff. de iniur.* gloſſ. *in c. 2. inf. de præben. eo. lib.* vel ſecundò poteſt teneri quod in iſto text. *in princ.* non ſumatur argum. à contrario ſenſu propter rationem quæ in princ. text. conſideratur: quæ ratio generalis eſt, & fundata in honeſtate: & ideo argu. non procedit, vt not. omnes Moder. *in l. 1. ff. de offic. eius. per l. conuenticulam. C. de epiſ. & cle.* & dixi *ſuperius.* Neq; etiam obſt. quod text. *hic in fi.* in monialibus loquitur, ne per euagationem diſſoluatur religio. &c. quia dico quod illa non eſt ſola ratio text. quia illa ratio conſideratur habito reſpectu ad perſonas quæ eccleſiaſticæ ſunt, & illo reſpectu religionis obſeruantię obligantur, licet particulariter, & de per ſe conſiderentur, *vt in cap. ſi diligenti. de for. comp.* & ideo text. ſtatuendo de religioſis, & eccleſiaſticis perſonis ſatis de egregijs perſonis expreſsè loquitur, † quia perſonæ eccleſiaſticæ egregiæ dicuntur, vt dicit 51
Spec. *in titu. de teſt. §. ſequitur. ver. quid de presbytero.* Nam dicuntur milites cæleſtis militiæ, quibus eadem priuilegia conceduntur, quæ militibus terrenis concedi ſolent, vbi concurrit eadem ratio, vt per omnes *in l. miles. ff. de re iudic.* concludo ergo quod diſpoſitio iſtius text. expreſsè de egregijs perſonis loquitur, quæ iuri introducto in fauorem earum ratione reuerentiæ renunciari non poſſunt, & ita text. *in d. l. ad egregias.* declaratur. Non obſt. text. *in l. quamuis. ff. de in ius vo.* quia ad illud reſpondet Alex. *in d. l. alia. §. eleganter. in princ.* & Dec. *in l. venia. C. de in ius vo.* quãuis circa illa iura aliter dixerim, *in commentariis meis, ſuper tit. Inſti. de act. in §. pœnales. in glo. in verſ. in ius.* qui vellet tamen ſuſtinere vtramque partem poſſet facere vnam diſtinct. quæ colligi poteſt ex dictis Felin. *in d. c. ſi diligenti. in 6. col.*

ad quæ omnia ſupradicta addere poteris pro eius decla. ¶Glo.
litterarum. iſta gloſſ. breuis eſt, ex qua duo notare debetis. Pri-
52 mò vnum quod videtur contra vnum commune, quod † ver-
ba in dubio debent capi in ſpecie non in genere, quam regul.
tradit Bart. per illum textum, *in l. hoc legatum. ff. de lega.* 3. vbi ex
hoc infert, quod ſi in libello ſimpliciter appareat de actione,
& non exprimatur generalis neque ſpecialis, intelligitur intẽ-
tata ſpecialis non generalis, & hoc idem tenet Alexan. *in l. cer-
ti. in princ. in 1. colum. ff. ſi cert. pet.* & idem Bart. *in l. t. in fin. princ. ff. de
eden.* tamen hic gloſſ. videtur velle contrarium, nam intelligit
text. iſtum loquentem ſimpliciter de litteris ſedis Apoſtolicæ,
vel Legatorum generalibus, & hoc magis fortificatur, quia i-
ſta interpretatio glo. eſt inducta in odium mulierum. nam per
iſtam interpretationem innuit, quod per ſpeciales literas ſedis
Apoſtolicę vel Legatorum inuitæ compelli poſſunt, & ſic iſta
expoſitio gloſſ. inducit duo ſpecialia Primum eſt contra illam
regu. *d. l. hoc legatum.* ſecundum eſt contra regul. quam not. tra-
dit Alex. *in l. Gallus. §. ſi eius. in 1. colũm. ff. de lib. & poſthu.* vbi vult
53 quod quando † verba ſimpliciter prolata inducerent pœnam
& odium intelligendo ea in ſpecie debent tali caſu intelligi in
genere, & econtra per eandem rationem. *arg. l. præſes. ff. de pœn.*
& per alia iura quæ ibi adducit, vnde iſta ratione idem videre-
tur hic dicendum, quia dato quòd iſta expoſitio gloſſ. genera-
liter procederet, tamen ab illa eſſet recedendum ratione præ-
dicta, & facienda interpretatio in ſpecie, & tamen vides hic
contrarium: & hoc etiam dictum gloſſ. in ratione videtur fũ-
dari, nam ex quo in text. iſto illa verba generaliter ſunt prola-
ta, generaliter intelligi debent. *l. 1. §. generaliter. de leg. præſt. l. de
pretio. de pub.* tamen hoc non releuat, quia attenta iſta reg. text.
hic deberet intelligi de literis tam generalibus quàm ſpeciali-
bus, quod tamen negat gloſſ. Et ideo breuiter videtur circa
hoc diſtinguendum quòd quando quærimus an verbum ſim-
pliciter prolatum debeat capi in genere, an in ſpecie, diſtin-
gue quod aut illud verbum de ſui natura & iuris diſpoſitione
ita poteſt ad ſpeciem ſicut ad genus referri, & tunc generaliter
debet intelligi, ita intelligatur tex. *in l. de pretio. cum ſi. de pub.* aut
verò illud verbum de natura ſui ordinaria eſt potius adapta-
bile ad genus, ſed ex ſpeciali prouiſione vel contrahentiũ vel
legis poteſt etiam ad ſpeciem extendi. & tunc in dubio via or-
dinaria & regularis attenditur. ita intelligitur text. *in l. Scio. §.
medico. ff. de an. leg.* & ea quæ dicunt Doctor. omnes, *in l. 2. in prin-
54 cip. ff. ſi cert. pet.* vbi volunt † quod qui petit eandem pecuniam
ſibi reſtitui aptè dicitur petere, quia intelligitur de eadem in
genere & non in ſpecie: quia generi illa petitio eſt magis con-
ſona propter naturam mutui, & ita hic poteſt intelligi gloſſ.
quia Papa in dubio non cenſetur concedere, niſi ea quæ ſecũ-
dùm communem ſtylum procedunt. *cap. 2. de reſcript. & cap. ad
hæc eod. titu.* & de communi ſtylo eſt vt reſcripta non ſint cum
præiudicio alterius, niſi ſpecialiter Papa illa concedat, *vt in c.
ex parte. el 1. de offi. deleg. & in cap. 1. ſupra eo. tit. & l. falſo. C. de diuer.
55 reſcript.* † quia reſcripta fiunt ad obſeruantiam iuris commu-
nis, vt tradunt omnes *in rubric. extra de reſcript.* vnde ex quo il-
la reſcripti ſpecialitas de iure communi & regulari non pro-
56 cedit † propterea vbi fit mentio de litteris Apoſt. eſt intelligẽ-
dum de generalibus non de ſpecialibus: alia etiam ratione. ni-
ſi de ſpecialibus intelligeretur repugnaret poteſtati concedẽ-
tis in materia prohibitoria contra ea quę traduntur, *in cap. pro-
poſuit. extra de conceſ. præben.* & ita hic contingeret. Nam ſi idem
de ſpecialibus intelligendum eſſet, videretur inferri Papam
non habere poteſtatem concedendi vt fœminæ inuitæ ad iu-
57 dicium traherentur contra ea quæ dicuntur *ſupra eod. cap. t.* † a-
liquando verba de ſui natura ſunt apta nata pariter ad genus
& ſpeciem adaptari de ſui natura, vel iuris diſpoſitione, & tũc
in dubio interpretatio debet fieri in ſpecie, quia illud ſignifi-
catum videtur magis proprium, ita procedat dictum Bartol.
in d. l. hoc legatum. & Abb. *in cap. Rodulphus. de reſcrips. cum ſi.* limi-
tando vt per Alex. *in d. l. Gallus. §. ſi eius. de libe. & poſt.* & ita habes
nouam diſtinctionem in hac materia, quam nota, quia per eã
plura contraria ad concordiam reducuntur. Secundo ex iſta
gloſ. colligatis ſecundùm Dom. & Francum hic quòd per ſpe-
ciales literas Papæ mulieres inuitæ trahi poſſunt ad iudicium,
ſecus autem per literas ſpeciales legatorum, quod probatur
ex hoc ſecundum ipſos, quia gloſ. de Papa fecit mentionem in
p incip. ideo de illo debet intelligi exceptio per tex. quem al-
58 leg præterea † quia inferiores à principe nõ poſſunt commit-
tere cauſam contra iuris formam, per gloſſ. *in c. ſi. inf. de hære. eod.
li.* & licet gloſſ. illa ad hoc ſing. reputetur per Imo. *in l. nemo po-
teſt. de lega. 1.* ſunt tamen aliæ plures hoc idem probantes, *vt in c.
indemnitatib. de elect. lib. 6. & in cle. ſæpe. de ver. ſig. in verb. mandamus.*
vt tradunt Mod. omnes poſt Alex. *in l. nemo poteſt. in princip. ff. de
leg. 1.* & Vital. de Camb. *in tract. clauſu. clauſula* 28. & Socin. *con-
ſil. 96. Viſo proceſſu. in 1. col. in 1. lib.* Sed aduertendum eſt quod i-
ſta opin. dubitabilis videtur ex eo, quia clarum eſt † quod in- 59
feriores à Papa in diœceſibus ſuis & regnis tantam habent iu-
riſdictionem quantam princeps in vniuerſo, vt gloſſ. *in l. neq;
pignus. ff. de re. iur. & in l. 1. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſ. iu.* tenet
Bald. *inſtit. de iu. na. §. vt autem. ver. 5. quæro.* alleg. tex. *in c. 2. de ma.
& obe. & in cap. 2. de conſtit. lib. 6.* & ideo dicit Bald. *in rubr. de offic.
proconſul.* quod Rex Siciliæ eſt illuſtris reſpectu Siciliæ, & co- 60
mes Prouinciæ reſpectu Prouinciæ, & ſic de alijs: vnde ſicut
princeps poteſt per literas ſpeciales hoc facere, ita etiam lega-
tus de latere & alij habentes iuriſdictionem ordinariam, & i-
ſto modo argumentandi vtitur Bart. *in d. l. omnes populi. in 4. q. 1.
principali. ff. de iuſti. & iur.* pro iſta parte videtur gloſſ. notab. *in
l ſi. C. de ſen. & interloc. om. iudic.* † vbi colligitur quod inferior 61
à principe poteſt committere cauſam appellatione remota,
ergo videtur pari ratione, quod eodem modo poſſent legati,
& alij ordinarij per literas ſuas ſpeciales mulieres inuitas ad
iudicium trahere. Tamen iſtis non obſt. non eſt recedendum
ab opin gloſ. quæ optima ratione fundatur, & quia diſpoſitio
iſtius text. eſt prohibitiua, ergo actus in contrarium factus per
ipſum inferiorem eſſet ipſo iure nullus, *vt in cap. ſi ſoli. de conceſ.
præb. lib. 6.* not. Abb. *in c. dilectus. el 2. de præben. cum concor.* quæ ſcri-
bit Felin. *in c. ex parte. in 4. col. de conſtit.* & iſta de plano procedũt
in perſonis eccleſiaſticis de quibus text. iſte loquitur. Secus
autem videretur dicendum in ordinarijs ſæcularibus per ra-
tionem quam tradit Abb & alij, *in cap. fin. de conſuet.* & Felin. *in
c. ſuper his. de maio. & obe.* † Nam inferiores de iure ciuili poſsũt 62
facere ſtatuta contra legem, ſecus de iure canonico, *vt in cle. ne
Romani. de elect.* ratio redditur, quia Imperator habuit à Popu-
lo poteſtatem. *§. ſed quod principi. Inſtit. de iur. natu.* Sed Papa ha-
buit à Deo, *cap. 1. de tranſla. Epiſcop.* prædicta ergo omnia quæ in
contrarium adducta ſunt, procedũt in ordinarijs ſæcularibus,
ſecus in eccleſiaſticis: & ita in terminis not. Pau. de Caſtr. hoc
dicit *in conſil. 24. incip. Super primo. in 2. volum.* dum loquitur de
duce Mediolani, cuius dicta approbat, & defendit latè Felin.
in cap. quæ in eccleſiarum. in 12. colum. ver. ſed hanc declarationem
de conſtit. & Iaſ. *in d. l. nemo poteſt. in 2. lect.* Nec obſt. dictum Bar.
in d. l. omnes populi. quia ibi loquitur quando ordinarij eccleſia-
ſtici ſtatuta facerent ſecundùm legem vel præter, non contra
legem, & prohibitionem ſuperioris & ita declarat illam doct.
Alex. *in l. nemo poteſt. in 1. colum de lega. 1. & in l. 2. in 4. colum. ff. de re
iud.* Nec obſt. *in d. l. ſi. C. de ſen.* quia ad illam gloſſ. reperio quod
reſpondet And Sicul *in c. quoad tranſlationem. in antepenult. col. de
offic. leg.* dicens quod illa gloſ. procedit in ſententia ab interlo-
cutoria in qua inferiores à principe ſiue eccleſiaſtici, ſiue tem-
porales, poſſunt committere cauſam appellatione remota, ſe-
cus autem in ſententia diffinitiua, & ita dicit procedere gloſſ.
in d. c. ſi. de hære. lib. 6. cum alleg. ſuperius. & dicit iſtam fuiſſe ſuã no-
uam limitationẽ. Sed dic quod iſtam limitationem ponit Vi-
talis de Camba. *in tract. clauſularum. in clauſula, appel. remota. nu.*
28. & ſequitur Celſus Vgo. *in tract. clauſu. fol. 16.* quæ ſi vera eſ-
ſet ſatis notabiliter illæ gloſſ. concordantur: tamen ego illam
limitationem non teneo ex eo, quia illa gloſſ. *in d. l. ſi.* commu-
niter reprobatur, vt per Bart. *in l. fin. ff. à quib. ap. non licet*, & per
Bald. *in d. l. fin.* & per alios plures quos tradit Felin. qui iſtam
opin. tenet, *in cap. 1. in 2. colum. ver. ſed iſte intellectus. de reſcript.* &
latius reaſſumit Georg. Natam *in repet. Clem. ſæpè. in 56. colum. de
verb. ſig.* qui per nouem motiua defendit regulam dictæ gloſſ.
c. fin. de hære. & ibi quinque modis ampliat: & illam gloſſ.
ſequitur totus mundus, vt patet ex adductis
per Felin. *in cap. olim. colum.*
2. *de accuſat.*
(****)

REPE-

REPETITIO
IN CAP. SI ANNVM.
De Iudicijs.

Excellentiſſimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnen.

SVMMARIVM.

1 *Verbi peregiſti natura eſt requirere tempus in totum completum.*
2 *Aetas 14. annorum completa reputatur integra, & diſcreta, ſicut ætas 25. annorum.*
3 *Filius ætate 14. annorum poteſt inuito patre ingredi religionem, & eximi à patria poteſtate.*
4 *Fictio in his, quæ ſunt iuris non habet locum.*
5 *Fictio eſt, quando id arguitur eſſe, quod non eſt.*
6 *Habens 14 annos, an poſſit eligi in Regem.*
7 *Venia ætatis ante 20. annum non conceditur.*
8 *Hoſpitalarius debet compleuiſſe ætatem 25. anno.*
9 *Idem ius ſeruatur in cauſis dependentibus à principalibus, quod ſeruatur in ipſis principalibus.*
10 *Vſura, intereſſe, & fructus, an dicantur acceſſoria.*
11 *Reuocatis ſtatutis omnes confirmationes dependentes ſunt reuocatæ.*
12 *Declaratio text. c. nec verò. circa princ. de poſtul. prælat.*
13 *In decimis maior 14. ann. eſſe poteſt in iudicio etiam ſine conſenſu patris.*
14 *Super cauſa ſpirituali an poſſit compromitti in laicum & de cauſa decimarum dependenti.*
15 *Ius decimandi eſt merè ſpirituale.*
16 *Quando agitur de facto decimarum iudex ſæcularis quoque ſuper hoc facto poteſt iudicare.*
17 *Ius patronatus dicitur dependens à cauſa ſpirituali.*
18 *Pater in ſpiritualibus filij non poteſt ſe intromittere, neque ei filius quicquam acquirit, neq; in iurepatronatus.*
19 *Connexorum idem debet eſſe iudicium.*
20 *Cauſa dotis quæ matrimonio connexa videtur an debeat ventilari coram iudice eccleſiaſtico ſicut cauſa matrimonij.*
21 *Communio actionis de dote quæ eſt inter patrem, & filiam vetat filiæ exercitium actionis.*
22 *Cauſa dotis eſt mixti fori.*
23 *Priuilegia conceſſa ſunt doti propter matrimonium.*
24 *Dotis cauſa aliqua ratione poteſt dici potius mixti fori, quàm merè ſæcularis.*
Vbi vnum propter aliud vtrobique tantum. ibid.
25 *In caſibus, in quibus quis poteſt eſſe in iudicio per ſe, in eiſdem poteſt procuratorem conſtituere.*
26 *Excommunicatus qui eſſe poteſt in iudicio ſe defendendo, procuratorem vtrum poſſit conſtituere.*
27 *Seruus & frater minor procuratores conſtituere poſſunt in caſibus, in quibus in iudicio eſſe poſſunt.*
28 *In cauſis popularibus procuratorem conſtituere aliquis non poteſt.*
29 *Textus declaratur.*
30 *Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur.*
Per ſubauditiones iura limitari non debent. ibid.
31 *Vbi quis in iudicio poteſt comparere ſine mandato cum cautione de rato poteſt conſtituere procuratorem ex quo præſtita cautione efficitur dominus litis.*
32 *Quando admittitur aliquis pro alio in caſibus, in quibus lis non conteſtatur, in illis non poterit procuratorem conſtituere.*
33 *Subſtituere alium loco ſui, niſi poſt lit. conteſt. nemo poteſt.*
34 *Coniuncta perſona in cauſis ſpiritualibus, & beneficialibus an admittatur pro coniuncta etiam cum cautione de rato, niſi habeat mandatum.*
35 *Pater pro filia tanquam coniunctus admittitur in cauſa matrimoniali, & conſtituit procuratorem.*
36 *Vtilitas filia vbi conſideratur à lege, non fit differentia inter procuratorem & alios coniunctos.*
37 *In cauſa matrimonij coniunctus pro coniuncto non admittitur ſine mandato.*
38 *Ille, qui admittitur nomine alieno non poteſt alium procuratorem facere etiam ſi pater fuerit.*
39 *Vbi ius non diſponit expreſſè, non debet fieri differentia inter maſculum, & fœminam.*
40 *In diſpoſitione legali, & materia indifferenti. ſi lex tantum de maſculo loqueretur comprehendit etiam fœminam.*
41 *Maiores 14. anno. beneficia habere poſſunt.*
42 *Maior 14. anno. iure ciuili à tutela liberatur, quoniam talis ætas ad regimen ſui ipſius idonea reputatur.*
43 *Canones permaximè neceſſarias exiſtimant pupillorum tutelas.*
44 *Vbi aliquid non reperitur diſpoſitum de iure canonico, ſi id cautum reperiatur de iure ciuili, illud ſeruari debet in foro canonico.*
45 *Argumentum de iudicialibus ad extraiudicialia valet.*

SI ANNVM. Iſte text. diuiditur, & ſummatur vt hic per
Doct. Nota primò ex iſto text. quòd licet regulariter mi-
nor 25. ann. non poſſit per ſe eſſe in iudicio ſine authoritate
curatoris, *vt in l. clarum. ff. de autho. præſt. & Inſti. de cura. in princip.*
tamen hoc fallit in caſu de quo hic. in quibus maior 14. ann.
poteſt in cauſis beneficialibus eſſe in iudicio, vt hic tenet Do-
min. & alijs omnes: & ita ad hoc iſtum textum not. Abb. *in c.*
fin. colum. 2. num. 8. de confeſſ. & ille annus 14. de quo hic fit men-
tio debet eſſe completus, vt hic probat text. *in verbo, peregiſti,*
de † cuius natura eſt requirere tempus in totum completum, 1
l. 2. ff. de adult. l. qui procuratorem. ff. de procu. & bonus text. in l. quin-
quaginta. vbi Nic. de Neap. *in lect. Bartol.* infert *ad pulchrã quæſt.*
ff. de excu. tut. per quæ iura Bartho. Vero. *in caut. 18. incipien. Ver-*
bum agere. notabilem cautelam tradit ad interrumpendũ con-
cordiam, vt ibi latè. † & talis ætas 14. ann. completa reputatur, 2
integra & diſcreta, ſicut ætas 25. ann. vt hic dicit text. & hoc
regulare eſt in ſpiritualibus, vt not. Iaſ. *in authen. ſacramen. pu-*
be. in 7. colum. C. ſi aduer. vend. qui ad hoc alleg. text. iſtum: & id-
eo in tali ætate dolus non præſumitur interueniſſe, vt not.
Abb. *in cap. cum contingat. in 16. colum. de iureiuran.* † hinc eſt 3
quòd filius in tali ætate poteſt inuito patre intrare religionẽ,
& eximi à patria poteſtate. text. eſt & gloſſ. *in cap. 1. 20. quæſt. 2.*
& not. per Doctor. *in cap. conſtitutus. de reſtit. in integ.* & idem eſt
in voto ſacri ordinis, idem in electione ſepulturæ, & vt teſta-
mentum condere poſſit: de quibus omnibus vide Abb. *in cap.*
ex parte. in 3. colum. num. 11. de reſtit. ſpoli. quia in omnibus prædi-
ctis talis ætas 14. anno. pro plena & integra reputatur. & pro-
pterea in cauſa matrimoniali agere poterit & defendere, vt
dicit Domin. *in cap. licet. colum. 2. verſic. quid ſi Seius. infra de ſenten.*
excommun. quia legitimam perſonam habet ſtandi in iudicio,
vt tradit idem Domin. *in cap. qui generaliter. §. fin. ſupra de procur.*
quia reputatur maior 25. anno. vt dicit text. Aduerte tamen
quòd quamuis habens 14. annos completos maior 25. repute-
tur, illud non per viam fictionis † quæ in his quæ ſunt iuris 4
non habet locum, in quibus princeps habet liberam poteſta-
tem. Nam licet diſpoſitio iuris per hoc alteretur, non tamen
receditur à veritate facti, in quo propriè fictio cadit, vt tradit
magiſtraliter Bart. *in l. ſi is qui pro emptore. in 12. colum. verſicul. ita*
quæritur circa prædicta. ff. de vſucap. & ita ad hoc iſtum text. indu-
cit Cardin. *in cle. quia circa. in pen. colum. q. 17. de electio.* Tamen i-
ſtud mihi videtur dubitale, quia quamuis princeps in materia
iuris liberam poteſtatem habeat, per hoc tamen non infertur
quin fictionem inducere poſſit. Nam nemini eſt dubium, † 5
quòd quando illud quod verum non eſt arguitur eſſe, illud
dicitur fictio, vt hic colligitur in illis verbis, ac ſi, quæ fictio-
nem important. *l. ſi alterius. ff. de hære. inſtit. l. 1. ff. de rest.* Nec obſt.
doctri. Bart. *in d. l. ſi is qui pro emptore.* quia Bartol. loquitur in fi-
ctione priuatiua quæ non habet locum in his quæ ſunt iuris,
per illam rationem quam ponit Cardin. videlicet quia prin-
ceps habet liberam poteſtatem: nam ſi princeps ſtatuit, quòd
ſi dolus committatur in contractu habeatur pro nullo: iſta nõ
eſt fictio, ex quo remouet formam iuris à tali caſu à contractu
quod poteſt. Secus verò eſſet in fictione inductiua, nam illa
bene poteſt fieri per principem, & ſecundùm hoc bene verifi-
catur quod dicit Domin. limitando iſtum textum *in cap. grandi*
in penult. colum. ſupra de ſup. neg. præla. vbi vult † quod habens 14. 6
annos non poteſt eligi in Regem niſi attingat 25. ann. per text.
in l. ad rempublicam. ff. de mu. & ho. & ſi eligatur debet ſibi dari
curator attento negotio maximi ponderis, ad quod homines
in huiuſmodi ætate 14. ann. reputantur incapaces, & infirmi

conſilij. Licet in hoc contrarium diſputando concludat Iaco.
de S.Georg. *in inue.feu.fo.2.colum.4.* vbi latius hoc attingit. Sed
tenendo dictum Domin. quod plures ſequuntur, dicendum
eſt non ſolùm illud dictum procedere in electione Regis, ſed
etiam habet locum quando maior 14. anno. eligeret ad alia
miniſteria vel negotia priuata, nam in prædictis talis ætas non
7 reputatur plena: hinc eſt † quod venia ætatis ante 20. annum
non conceditur. *l. 2. C. de his qui ve. æta. imper.* & cum iſtis bene
conſonant quæ dicit Cardin. *in Clemen. fin. §. vt autem. in 5. quæſt. de relig. do.*
8 vbi vult † quòd hoſpitalarius debet compleuiſſe æ-
tatem 25. anno. ex quo cura talis conſiſtit in temporalitate &
datur ad ſimilitudinem tutorum. Non obſtat text. hic, quia
ipſe reſpondet ibi poſt Pet. de Anchar. quod iſte text. proce-
dit in ſpiritualibus. Secus autem in temporalibus, vnde per
hoc infert quod ſi illud hoſpitale conferretur alicui in bene-
ficium, tunc ſecus eſſet & bene procederet diſpoſitio iſtius
9 text. quod not. Nota ibi, necnon & dependentibus, † quod
idem ius ſeruatur in cauſis dependentibus à principalibus
quod ſeruatur in ipſis principalibus: ita not. Pet. de Ancharan.
Domin. & Franc. hic. Et iſtam regulam facit Bartol. *in l. ſolent. in fin. ff. de ali. leg.*
Bald. *in l. 1. in 1. colum. C. de re. cre.* Aretin. *in cap.
cæterum. in quarta colum. de iudic. & not. in cle. diſpendioſam. de iudic.*
faciunt pro iſta opin. ea quæ adducit Deci. *in reg. iur. in omnibus
cauſis id obſeruatur. ff. de reg. iur.* ad idem gloſſ. magiſtrat. *in §. a-*
10 *ctionum. Inſtitut. de acti.* quæ vult, quòd † vſuræ intereſſe & fru-
ctus dicantur acceſſoria, & dependentes. Quibus accedant
quæ in notabili quæſt. dicit Iaſon. *in l. 1. §. qui mandatam. colum.
penult. ff. de offic. eius.* & Bald. *in l. 2. C. quando fiſc. vel pri. verſic. quid
ergo ſi veniat.* & ideo dicit Bald. *in l. 1. in princip. C. de lati. liber. tol.*
11 † quod reuocatis ſtatutis omnes confirmationes dependen-
tes ſunt reuocatæ: & cum prædictis concordat Felin. qui ad
hoc idem quod ſuperius not. iſtum textum, *in cap. paſtoralis. in
1. colum. verſic. conſidera duo. de reſcript.* vbi ex hoc infert quòd ſi
cauſa principalis eximatur à manibus ordinarij eodem modo
eximitur cauſa quæ dependet, *argum. iſtius text.* Et iſta regula
procedit quando in dependentibus concurrit eadem ratio.
Secus vero ſi diuerſa ratio aſſignari poteſt, & maximè vbi de
pœna agitur & odio, vt not. dicit Bald. *in l. ſi ex cauſa. § nunc vi-
dendum. per illum textum ff. de minorib.* & ita declarantur ea quæ
Bald. dicit, *in authent. ea quæ. in 8 colum. verſic. quæro qualiter. C. de
bon. autho. iudic. poſſi.* Vel iſta regula poteſt habere locum in de-
pendentibus neceſſarijs, vt declarat Innocent. *in capitulo cùm
ſuper.* & ibi Bald. *de confeſſis.* & alibi ſæpè, vt congerit Iaſ. *in l.*
12 *prima. in prima colum. ff. de iur. om. iudic.* & ſecundum prædictam
diſtinctionem debet declarari text. & quæ ibi not. Abb. *in cap.
& ſi vnanimiter circa princip. de poſtul. prælat.* de quo mentionem
facit Iaſon. *in rubric. de oper. no. nunc. in prima colum.* quamuis
etiam dici poſſit, quod text. ille de adhærentibus loquatur,
vt Modern. quidam ibi dicunt, quod nihil eſt. Et iſtæ cauſæ
dependentes exemplificantur hic per Modern. poſt Petr. de
Anch. Archid. & alios in decimis & fructibus earum, in iure
patronatus, & in acquiſitis ex cauſa beneficiorum: & idem
tenet Abb. *in capitulo exhibita. colum. 1. numer. 6. de iudic.* dum ſe
remittit ad ea quæ not. hic. Et vt res ipſa ſigillatim melius
13 percipiatur proſequor ſingula capita huius exempli. † Et
primò quod in decimis poſſit maior 14. anno. eſſe in iu-
dicio etiam ſine conſenſu patris, tenet expreſsè Rota *deciſio.
46. incipien. Capitulum ſi annum. in titul. de decimis. in nouis. &
deciſio. 498. incipien. Nota quod capitulum, &c. de decimis. in an-
tiquis.*

Et ex hoc infertur quòd cauſa decimarum dicatur etiam
14 ſpiritualis: † vnde ſicut ſuper cauſa ſpirituali non poteſt com-
promitti in laicum, *cap. contingit. de arbit. eod.* modo neque de
cauſa decimarum dependenti: quod tenet Rota *in loco ſuperius
allegato.* & ita arguit Cardin. *in conſilio. 82. incipien. Nobiles viri.
in antepenult. colum. verſicul. inſuper nec compromiſſum.* & hoc idem
in notabili quæſt. Bald. tenet, *in l. 1. in 7. colum. verſic. ſed pone. C.
de confeſſ.*

Tamen circa hoc aduertendum eſt, quia licet cauſa deci-
marum quæ in perceptione fructuum conſiſtit æquiparetur
cauſæ ſpirituali: hoc procedit quo ad hoc tantùm, vt coram
iudice eccleſiaſtico tractari poſſit, ſicut ipſa cauſa principalis,
15 videlicet † ius decimandi quod mere ſpirituale eſt, vt not. *in
cap. quamuis de decimis.* & ita procedit iſte text. & quæ Doctor.
dicunt: per hoc tamen non infertur quòd quo ad omnia cauſa
decimarum ſpiritualis dicatur cùm conſiſtat in temporalibus
eius perceptio, *argument. gloſſ. in ver. receperunt. in cap. cùm M. de
conſtitut.* & hoc in terminis firmat Pet. de Anchar. *in conſilio 34.
incipien. In cauſa. in ſecunda colum.* vbi vult quod licet in cauſis
ſpiritualibus tranſigi non poſſit: ſecus tamen eſt in cauſa de-
cimarum, quæ iſto caſu ſpiritualis non dicitur: & hoc idem
Ioan. de Ana. *cap. poſt miſerabilem. in fin. de vſur.* Et ideo in hoc
articulo ita videtur diſtinguendum, quod aut agitur de iure
decimarum, & procedant ea quæ dicunt ſupradicti Doctor. &
& Rota *in deciſionibus*: aut verò agitur de † facto decimarum, 16
vt puta de perceptione vel poſſeſſione, vel de rebus ipſis eli-
gendis, & iſto caſu procedat contraria opin. immo iudex ſe-
cularis ſuper hoc facto iudicare poſſet, vt eſt notab. dec. Fed.
de Senis *in conſil. 145. incip. Dom. Andreæ.* vbi notabiliter loqui-
tur, & diſtinguit modo prædicto quod not. & pro iſta diſtinct.
facit notabilis doctrin. Bart. *in l. eotem § qui maximos. in 3. quæſt.
ff. de public.* dum concord. text. *in l. nec emptio. ff. de contrahen. empt.
cum l. ſi vitium. ff. de actio. empt.* Secundum exemplum eſt † in iu- 17
repatronatus, quod etiam depēdens dicitur à cauſa ſpirituali
& ideo de ipſo idem iudicari debet per ſupradictam regulā,
vt tenēt hic omnes. Et vltra ipſos hoc idē tenet Roc. de Cur-
te *in ſuo tractatu iuris patronatus, in ver. competens. quæſt. 13.* vbi per
hoc infert quod ſicut † pater in ſpiritualibus filij non poterit 18
ſe intromittere, neque ei filius quicquam acquirit, ita neque
in iurepatronatus, & ideo pater præſentare non poterit, quia
in ſpiritualibus vel dependentibus ab his patria poteſtas non
conſideratur vt hic dicitur. Tamen circa hoc etiam eſt conſi-
derandum, quod hoc in iure patronatus non videtur indu-
ctum ratione dependentiæ cauſæ ſpiritualis quæ ſola non eſt
ſufficiens ad producendum talem effectum, cùm de per ſe
cauſa dependens conſiderari poſſit, & ſeparari à cauſa princi-
pali, vt not. *in cap. cum in. de ord. cogni.* & hoc dicit gloſſ. *in Clem.
diſpendioſam. in verſic. matrimonij. de iudic.* prout de præben. dici-
tur per gloſſ. & Doctor. *in d. c. cùm M. de conſtitut.* cùm quælibet
dependeat à cauſa ſpirituali, videlicet à titulo canoniæ tamen
in laico cadere poteſt prout de decimis ſuperius eſt dictum.
Sed hoc in iurepatronatus ratione connexitatis contingit, vt
not. Abb. per illum text. *in cap. quanto. de iudic. facit. l. quæ reli-
gioſi. ff. de relig. & ſump. fu.* & propterea idem de eo eſt iudican-
dum, quod de ſpiritualibus, † quia connexorum idem debet
eſſe iudicium, vt in notabili caſu tradunt domin de Rota, *in* 19
deciſio. 178. incipien. Emancipatio. in titu. de emancipat. in nouis. vbi
circa hoc declarant iſtum textum. Decius & Moder. *in capitul.
tranſlato. de conſtitut.* ex hoc etiam infertur † quod cauſa dotis 20
quæ connexa videtur matrimonio coram iudice eccleſiaſtico
ventilari debeat, ſicut cauſa matrimonij: quod tenet hic gloſ.
& de hoc dubitat Decius, *in cap. quanto. in 3. not. extra eo.* ſed
de hoc non eſt dubitandum quando cauſa dotis acceſſoriè
venit ad cauſam matrimonij per iſtum textum. Sed maior eſt
difficultas quando principaliter cauſa dotis intentatur extra
cauſam matrimonij: & ſuper hoc dicit Petr. de Anchar. hic ſe
putare quod iſte text. non habeat locum † propter commu- 21
nionem actionis de dote quæ eſt inter patrem & filiam, quæ
vetat filiæ exercitium actionis, *vt in l. 2. ff. ſolut. matrimon.* quam
legem non credit correctam per diſpoſitionem iſtius text. Et
hoc ratione ſuadetur quia iſta communio fuit inducta pro-
pter intereſſe patris, quod eſt in conſeruanda dote filiæ ne po-
ſtea eam cogatur dotare, *iuxta authen. quamuis. C. de rei vxo. a-
ctio.* Non poterit ergo filia agere in iudicio ſine patre niſi in ca-
ſibus not. *in authen. quòd locum. C. de colla.* ita concludit Petr. de
Ancharan. hic, & plures alij quos refert Felin. qui hanc opin.
tenet, *in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. in 20. colum. de conſtitut.* & hanc
opinio. defendit Socin. *in l. 1. in 3. colum. ff. ſolut. matrimo.* poſt
Aretin. quos ibi Moder. Senen. & Taurinen. ſequuntur, &
hanc eandem opin. quòd hæc cauſa ſit mere ſæcularis tenet
Barb. *in cap. ex tenore. in princip. per illum textum, de foro compet.* &
Campeius *in tractat. de dote, in prima parte, quæſt. 99.* licet ſub du-
bio fortè. & Marian. Socin. *in cap. licet ex ſuſcepto. colum. 7. verſi.
12. de foro compet.* Præpoſitus *in cap. per veſtras. in 6. notab.* & ibi
Modern. Hiſpani repetenten. *fol. 72. colum. 3.* & Præpoſit. *in c. de
prudentia. in prima notab. de dona. inter virum & vxor.* & tenet Au-
guſtinus canonicus in libro ſcrutinij, ſiue concertationis in-
ter canonicos regulares & monachos. *fol. 107. in fin. verſicul. &
vltra prædicta.* Iſta tamen concluſio declaratur vt procedat
quando cauſa dotis principaliter & de per ſe agitaretur, non
habito

habito reſpectu ad matrimonium, vt puta quando ſolut. matri. mulier dotem ſuam repetit: quia tali caſu tenent prædicti Doctor. eſſe cauſam mere temporalem & coram iudice ſæculari tractandam, & ita dicit eſſe communem opin. Felin. *in dicto cap. eccleſia S. Mariæ.* Secus verò ſi cauſa matrimonij incidenter tractatur prius intentata cauſa matrimonij ſuper quo principalis quæſtio erat, quia tunc procedit gloſſ. hic: & ita dicit eſſe intelligendum Iaſon. qui hanc diſtinctio. latius firmat, *in authent. quod locum. in 3. notab. in quinta colum. C. de collat.* Sed iſtis non obſtant. mihi videtur quicquid dixerint prædi-
22 cti Doctor. quòd communis opinio. eſt in contrarium. † videlicet quòd cauſa dotis ſit mixti fori, & ſic quòd poſſit coram iudice eccleſiaſtico tractari ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue de dote magna, ſiue de parua agatur, & ſiue pro diuite, ſiue pro paupere. In primis iſtam opin. firmat Felin. dicens hanc eſſe communem opinio. *in capitul. licet ex ſuſcepto: in prima colum. de foro compet.* vbi plures Doctor. allegat: quæ videas per te: & idem dicit Deci. *in authent. quod locum. in ſecunda colum. C. de collat. in ſecunda notab.* & ante ipſum latius firmat Bald. *nouel. in tractat. dotium, in 9. parte, in 16. ſpeciali*, & hoc idem concludit Baptiſt. de ſancto Blaſio, *in tractat. de priuil. in 61. priuileg.* & ab hac opin. in iudicando & conſulendo dicit non eſſe recedendum Alexan. *in l. 2. §. quod ſi in patru. in 2. colum. ff. ſolut. matrimo.* cum quibus concor. Roman. *conſilio 330. Circa primum, in quarta colum. verſic. quarto probatur*, ſecundum primam impreſſionem, licet ibi pro & contra multa dicat, ex quibus reſolui poſſunt ea quæ ſupra dicta ſunt. Et ego pro iſta opin. vltra prædicta moueor tali ratione: Nam quotieſcunque alicui conceduntur aliqua priuilegia ratione alicuius effectus conſummati, dato quòd ille effectus poſtea ceſſet, nihilominus priuilegia durant ratione illius primæ cauſæ, à qua ſemper eſt verum dicere emanaſſe priuilegium. ita eſt text. *in l. fin. ff. de vulg. lib.* & ibi Bart. *& l. in ipſius.* vbi Bald. *C. fa. hercif. no.* Domin. *in cap. licet. in ſecunda colum. verſicul. puto. ſupra de electio.* per gloſſ. *in ver. canonicus. in cap. ſtatutum. de reſcriptis. eo. li.* facit
23 *l. fin. ff. de ſena.* ſed in caſu noſtro † priuilegia conceſſa ſunt doti propter matrimonium. *l. 1. ff. ſolut. matrimo.* adeo quod ſine illo dos dici non poteſt. *l. 3. ff. de iu. do.* ergo dato quod de per ſe conſideretur, & eius cauſa ſolut. matrimon. agitetur ſemper dicetur habere reliquias illius ſpiritualitatis propter quam effectum habuit, argument. text. *in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. &*
24 *l. 1. de offic. proconſul.* & ſic debet dici hac ratione eſſe mixti fori potius quàm mere ſæcularis, quia vbi vnum propter aliud vtrobique tantum vnum, *l. alteri. ff. de adi. lega. l. qui libertatis. §. ſeruus.* vbi Bartol. *ff. de euictio. cum ſimil.* traditis per ſcriben. *in l. cùm ſeruus. ff. de condit. & demon.* & notat Abb. poſt gloſſ. *in cap. latores. de cleric. excommunicat.* Vel vt concordentur opin. poteſt diſtingui inter dotem profectitiam & aduentitiam, vt primo caſu procedat prima opin. quòd ſit tractanda coram iudice ſæculari propter communionem quam in tali dote habet pater propter exercitium actionis, cuius ſocius attendi debet: argument. eorum quæ in notabili caſu tradunt Domini de Rota *deciſio. 178. incipit. Emancipatio. in nouis.* ſecundo caſu procedit opinio communis: & pro iſta differentia bene facit gloſſ. *in l. ſecunda §. 1. in verſic. profectitia* & ibi Alexan. *declarat. ff. ſolut. matrimo.* Not. tertiò *ibi, per te, vel procuratorem, &c.* † quòd
25 in caſibus, in quibus quis in iudicio poteſt eſſe per ſe in eiſdem poteſt procuratorem conſtituere, concord. text. *in cap. ex parte.* & ibi not. Abb. *in prima colum. num. 7. de reſtitut. ſpolia.* & dicit ibi Pet. de Anchar. quòd ad hoc iſte text. eſt de iure cum concor. vt ſcribit Felin. *in cap. intelleximus. in 3. colum. qui ad hoc iſtum textum allegat. ſup. de iudic.* Et hoc de plano procedit quando perſona habilis eſt, & liberè de iure communi agere poteſt. Secus verò ſi ex indulgentia concedatur vt agere poſſit,
26 vt in excommunicato. † Nam licet eſſe poſſit in iudicio ſe defendendo, *cap. cum inter. de except.* per hoc tamen procuratorem non poterit conſtituere, vt notabiliter declarat Felin. *in c. poſt ceſſionem. in 6. colum. verſic. & aduerte. de probatio.* Sed breuiter veritas eſt in contrarium vt tenet Innoc. & Abb. & omnes, *in dicto cap. intelleximus.* & idem Innocent. *in cap. edoceri. de reſcript.*
27 & hoc idem procedit in † ſeruo & fratre minore qui procuratores conſtituere poſſunt in caſibus, in quibus in iudicio eſſe poſſunt, vt dicit Bartol. *in l. ſeruos. ff. de alimen. & ciba. legat.* facit text. *in l. ſeruum quoque. in princip. ff. de procurat.* quem notabilem dicit Roman. *in l. ſi ex legati. cauſa. de verbo. obligat.* & hoc idem

procedit in minore. *l. filiusfam. in princ.* vbi Bald. *ff. de procurat.* Et iſta omnia procedunt in caſibus, in quibus quis voluntariè in iudicio eſſe poteſt. Secus ſi de neceſſitate requiritur. vt perſonaliter agat, † prout in cauſis popularibus, *l. licet in populari-* 28
bus. ff. de procurat. quia tali caſu procuratorem conſtituere non poterit, vt ibi dicitur: *& in l. penult. §. adde crimen. ff. de pub. iudic.* declarando tamen vt per Paul. de Caſt. *in l. ſeruum. §. publice. ff. de procurat.* vt latius dictum eſt ſuperius. Tertio prædicta regula limitatur procedere † eo caſu quo quis procuratorio no- 29
mine agere poteſt: ſecus ſi nomine alieno prout eſt in coniuncta perſona, quæ licet pro coniuncta agere poſſit, tamen non poteſt conſtituere procuratorem, eo quia non agit nomine proprio, ita limitat Rota, *deciſ. 677. incipien. Nota quod coniuncta. alias eſt deciſio 34. in titu. de procurat. in antiq.* & licet pro iſta limitatione nihil allegat, tamen pro illa deciſio eſt text. *in l. 3. §. ſed & ſi fortè. ff. iudic. ſol.* Et illam deciſionem ſequitur Felin. *in cap. cum in ea. in quarta colum. verſic. declara dupliciter. de ſenten. & re iudic.* & Dec. *in cap. intelleximus. in quinta colum. de iudic.* & ante ipſos Corn. *in conſil. 209. in 9. colum. lib. 4. & ita limitant iſtum textum.* Tamen iſta limitatio non videtur vera: primò quia non fundatur aliquo iure, † & erubeſcimus, cum ſine 30
lege loquimur. *l. illam. C. de collat.* Nam per ſubauditiones iura limitari non debent, gloſſ. *in cap. cupientes. §. quod ſi per 20. ſupra de electio.* & in caſu iſto non videtur ratio aliqua quod coniuncta perſona in caſibus ſibi permiſſis à iure procuratorem conſtituere non poſſit ſicut ſeruus & excommunicatus, vt ſupra dictum eſt. & ad hoc bene facit, † quia vbi quis in iudicio po- 31
teſt comparere ſine mandato cum cautione de rato poteſt cóſtituere procuratorem ex quo præſtita cautione efficitur Dominus lit. Bartol. *in l. Titius. per illum textum. ff. de procurat.* Sed coniuncta perſona admittitur cum cautione, & ſine mandato, Alex. *in l. exigendi. C. de procur. l. ſed & hoc. & l. non ſolum.* vbi Paul. de Caſtr. *ff. de procur.* ergo poterit procuratorem conſtituere. Non obſt. text. *in d. l.* quia ille text. loquitur quo ad commiſſionem ſtipulationis iudicatum ſolui, & caſum noſtrum non attingit vt patet ex text. Et ideo pro vera intelligentia iſtius limitationis diſtingue tres caſus: † primus eſt quando admit- 32
titur aliquis pro alio in caſibus, in quibus lis non conteſtatur, & tunc in illis caſibus procuratorem conſtituere non poteſt: caſus eſt ſingularis, *in l. minorum.* ſecundum Bald. *ibi. C. de præd. mino.* iuncta *l. neque tutores. in fi. C. de procurat.* quem ad hoc Roman. multum commendat *in conſilio. 241. Spectabilis. in 5. colum. verſic. vltimo aduertendum.* ſecundum primam impreſſionem: & illum intellectum *ad dictam l. minorum* pro ſingulari commendat Iaſ. licet de Roman. non meminerit, *in l. cum quis. in princip. C. de procu. & in l. 2. in fin. ff. de offic. eius cui manda. eſt iur.* declarando tamen ſecundum quod dicit Bartol. *in l. nulla. C. de procurat.* Secundus caſus eſt in cauſis prophanis ſiue temporalibus, & iſta eſt regula communis, † quod nullus poteſt ſubſtituere a- 33
lium loco ſui niſi poſt litem conteſtatam. ita concludit Barto. *in l. exigendi. in 2. lectu. circa fi. ver. item quæro vtrum coniuncta. C. de procurat.* & ibi hoc tenet Cyn. *in 8. quæſt.* & hoc tenet Cardi. *in Clemen. 1. in 6. quæſt. de procurat.* Tertius caſus eſt in ſpiritualibus, vt hic: & circa hoc eſt maius dubium loquendo in coniuncta perſona: nam domini de Rota, *in deciſ. 142. incipien. In cauſa beneficiali. in titu. de procurat. in nouis.* tenent. † quòd coniuncta 34
perſona in ſpiritualibus & beneficialibus non admittitur pro coniuncta etiam cum cautione de rato, niſi habeat mandatum vt quilibet extraneus: & ideo procuratorem conſtituere non poterit: mouentur per text. *hic in fin.* vbi in iſtis ſpiritualibus proximitas & coniunctio nihil operatur. & hoc idem tenet Specul. *in titu. de coniunct. perſona. verſicul. quid ſi eſt cauſa ſpiritualis.* quod eſt verum niſi ad defendendum abſentem citatum per edictum ne priuetur beneficio: vt dicit Rota *in deciſio. 420. incipien. Si committatur. §. fin. in nouis.* ſed dicas quòd tunc non admittitur vt procurator, ſed vt defenſor & adminiſtrator, quo caſu bene poteſt coniunctus admitti etiam in beneficialibus, vt concludit Bald. *in addit. ad Specu. in titu. de procurat. §. ratione quoque. verſic. quid ſi canon. in vlti. colum. verſic. ſi pater.* Et per iſtam rationem fuit alias coram me in vna cauſa ſimplicis beneficij de anno præſenti 1533. menſe Ianuario in Rota concluſum quod pater poſſet præſtare conſenſum filio 15 ann. conſtituen. procuratorem patrem ſuum ad defendendum in cauſa beneficiali. Nam licet iſte text. requirat iſto caſu conſenſum Epiſcopi vel vicarij, tamen ſecundum Archid. hic, ille

conſenſus poſſet etiam per curatorem minoris præſtari, eadem ratione voluit Rota quod pater præſtare poſſet, cum per hoc pater non dicitur adminiſtrare, ex quo ille conſenſus præſtatur conſtitutioni procuratoris, ne minor decipiatur, ſed iſta ratio magis tangit patrem cuius magis intereſt quàm curatoris, cum ſoleant parentes capere conſilium & eſſe ſoliciti pro filijs, vt dicitur, *in l. nec in ea. ff. de adult. & l. iſti quidem. ff. quod met. cau.* igitur ea ratione qua curator præſtare conſenſum poteſt, eodem modo & pater maximè quia in cauſa illa fuerat conſtitutus ab ipſo minore procurator patruus eius, & ſic videbatur omnis fraus abeſſe, & ita ex votis dominorum ego iudicaui, licet poſtea noui auditores inniterendo rigori contrarium tenuerunt. Tamen circa iſtum tertium caſum eſt aduertendum, quia non videtur verum quod in iſtis cauſis ſpiritualibus coniunctus non poſſit admitti pro coniuncto ſicut in alijs caſibus admittuntur. Nam contra hoc
35 videtur eſſe caſus, *in cap. accedens. de procurat. in fin.* † vbi pater pro filia tanquam coniunctus admittitur in cauſa matrimoniali & conſtituit procuratorem, & ſic ibi eſt caſus pro regula iſtius textus. quod vbi quis pro ſe in iudicio eſſe poteſt, poterit etiam procuratorem conſtituere. Deci. ad iſtum text. reſpondet, *in dicto cap. intelleximus. in quinta colum.* & ante ipſum fuit reſponſio Iaſ. *in dicta l. cum quis.* quod ibi ſit ſpeciale in patre agente pro filia vt poſſit procuratorem conſtituere: ſecus tamen eſt in alijs coniunctis. Sed iſta ſolutio non ſatisfacit, quia illud quod pater pro filia admittatur non eſt inductum in fauorem patris, ſed filiæ, & attenta illa ratione quilibet coniunctus deberet admitti pro filia, vbi de vtilitate eius agitur, & quia text. *in dicto cap. accedens.* non ſe fundat in aliqua ſpecialitate: nos ergo eam inducere non debemus. iuxta
36 gloſſ. *in l. filium. C. fam. erciſcun.* Præterea pro hoc facit, † quia vbi vtilitas filiæ conſideratur à lege non fit differentia inter patrem & alios coniunctos, vt tenet Roman. *in l. pactum. C. de collat.* quem ibi Corn. ſequitur & Iaſ. *colum. penult. verſicul. extra gloſſ. vt late dico in §. omnium. numer. 27. Inſtitutio. de actio.* & per hoc facit text. hic. Et ideo aliter ad illum textum poteſt reſponderi, videlicet quod illa deciſio Rotæ, quo ad primum caſum non eſt vera, quia in materia ſpirituali coniunctus pro coniuncto de illo iure bene admittitur ſine mandato cum cautione, vt eſt gloſſ. nota. *in capitul. cum pridem. in gloſſ. 1. extra de pact.* quam pro ſingul. commendat Roman. *nota. 613. incipien. Tu audiſti.* & hanc opinio. expreſsè firmat Rota, vbi dicit ita fuiſſe deciſum, *in deciſio. 375. incipien. Fuit dubitatum. in titul. de procurat. in no.* mouetur pluribus rationibus, quas refert & ſequitur Felin. *in c. coram. in ſecunda colum. de officio. delegat.*
37 Eſt bene verum, † quod in cauſa matrimonij eſt ſpeciale, vt coniunctus pro coniuncto non admittatur ſine mandato, vt eſt gloſſ. *in cap. qui ad agendum. in gloſſ. penult. ſupra de procurat.* & gloſſ. *in cap. fina. eodem titul. & lib.* niſi fuerit pater pro filia, & ita procedit text. *in dicto cap. accedens. ſecundum gloſſ. in dicto capitul. qui ad agendum. & in dicto cap. fin. in verb. contrahendum.* & tali caſu pater, qui admittitur pro filia non poteſt dare procuratorem loco ſui, niſi de ſpeciali licentia Papæ vel partis: vt probatur, *in dicto cap. accedens.* neque eſt verum, quod dicebat Iaſon. & Deci. quod ibi erat in hoc ſpeciale in patre, quia dico quòd in hoc nulla eſt ſpecialitas, immo ſumus in re-
38 gula ſupradicta. † videlicet, quòd ille qui admittitur nomine alieno non poſſit alium procuratorem facere, & ſpecialitas quæ *in dicto capitu. accedens.* inducitur non eſt circa conſtitutionem procuratoris, ſed quod pater admittatur ad agendum ſine mandato ſpeciali in cauſa matrimonij, vt ibi innuit gloſſ. *circa fin.* cum regula ſit in contrarium, vt ſupra dixi, aliàs duo ſpecialia inducerentur *in dicto cap. accedens.* contra text. *in l. 1. C. de dot. promiſ.* quod tamen ſecundum communem regulam eſt abſurdum, ergo ſequitur quod Deci. & Iaſon non bene dicunt: concludas ergo cum limitatione prædicta, quod ille qui admittitur nomine alieno non poteſt procuratorem conſtituere, etiam ſi pater fuerit, ex quo infertur, quod text. *in dicto cap. accedens.* tantùm inducit vnum ſpeciale, videlicet, vt pater pro filia poſſit agere in cauſa matrimoniali ſine ſpeciali mandato. reſpectu verò conſtitutionis procuratoris per ipſum nullum eſt ſpeciale in patre: & ſic limitatio ad illum textum manet firma. Gloſſ. 1. concludit vnum quod diſpoſitio iſtius text. loquens de maiori 14. anno. procedit in fœmina maiore 12. anno. & cum iſta gloſſ. omnes tranſeunt: adde Arch. d. *in cap. certis. colum. fin. 15. quæſt. 3.* vbi dicit poſt Bonagui. ita ſeruari in Roman. curia. & ratio iſtius quæſt videtur, † quia vbi ius non diſponit expreſſe, non debet fieri differentia inter 39
maſculum & fœminam, *l. maximum vitium. C. de libe. præt.* & iſtam rationem adducit Pet. de Anchar. an. *in conſi. 120. Pro clariori.* & hoc de plano procedit in diſpoſitione legali & materia indifferenti, in † qua etiam ſi lex tantum de maſculo loqueretur comprehenderet fœminam, *vt l. 1 §. 1. de conſtitut. pec. & l. 3. in princip. ff. de nego geſt.* tradit Angel. *in conſil. 289. Viſo teſtamento.* dum alleg. Ioan. And. *in cap. fin ſupra de electio. eodem libro. cum concor.* vt Modern. ſcribunt, *in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & Deci. *in l. 2. in 17. colum. numer. 108. ff. de reg. iur.* Sed aduertendum eſt quòd ſupradicta non videntur conuenire iſti text. qui ſimpliciter & indeterminatè loquitur, & requirit ætatem completam 14. anno. vnde ex quo generalitas text. pariter ad fœminam, ſicut ad maſculum adaptatur, non videtur quòd in fœmina minor ætas requiratur 14. anno. quam ætatem text. non taxatiuè videtur & ſpecialiter in maſculo requirere, ſed generaliter in quocunque agente, & aliter verba text. non conuenirent, dum diſponit illam ætatem 14. anno. æquipollere ætati 25. quæ ratio non militat in ætate 12. anno. quæ longè remotior videtur & diſcretione caret. Nam licet in ea ætate mulier apta viro reperiatur, vt loquuntur iura allegat. in gloſſ. non tamen propter hoc idonea dicitur ad agendum & defendendum cauſas ſpirituales, de quibus hic, niſi ad illam ætatem 14. anno. venerit, & propterea dicendum eſt iſtum textum velle illam ætatem 14. anno. in quolibet agente vel defendente cauſas ſpirituales requiri. Immo poteſt attentari vnum, quòd diſpoſitio iſtius textus in principio non habeat locum in fœmina, non ſolum reſpectu ætatis quam requirit text. ſed ratione diſparitatis ſexus, quia fœmina ad agendùm & defendendum in iudicio pro ſe idonea non videtur propter rationem, quam ponit text. *in cap. 3. ſupra eodem.* & quæ ibi diximus, quæ ratio ceſſat in maſculo: tamen poſſet dici quòd fœmina in caſibus, de quibus hic bene admittatur ad agendum & defendendum in ætate 12. anno. dum tamen per procuratorem agat, vt in ſecunda parte iſtius textus & ita procedit text. *in cap. ex parte. de reſtitut. ſpolia. & text. in capitul accedens. de procurato.* & facit text. *in l. neque. C. eo.* nec in contrarium iure probatur, ſed ſi ætatem 14. annorum compleuerit, procedat, quod hic dicitur. Si tamen in cauſa beneficiali loquimur primum dictum mihi magis placet cum materia non ſit conueniens fœminis. Gloſſ. ac ſi maior. breuis eſt, & vno verborum conſtructu clauditur, ex qua vna concluſio colligitur, videlicet quòd maior 14. anno. poteſt cauſas ſpirituales per ſe tractare ſine curatore, ac ſi eſſet in ætate completa 25. ann. Domin. hic opponit contra hoc impertinenter, & ſe inuoluit circa aſſignandum rationem, quare minor 25. anno. beneficium regere poſſit, de quo per eum. Tu dicas quod omnes iſtæ rationes. & argument. Domin. tendunt contra minorem 14. anno. ſed in maiore de quo text. hic, & gloſſ. loquentur non procedunt † quia maiores 14. anno. beneficia habere poſſunt, vt not. *in capitul. ſuper inordinata. de praben.* quia talis ætas diſcreta repu- 41
tatur, & ceſſant rationes Domin. videlicet quòd ſeipſum regere non poſſit. quod patet, † nam ius ciuile in tali ætate puberem à tutela liberat, *vt Inſtitutio. de cura. in princip.* non alia 42
ratione niſi quia hæc ætas ad regimen ſui ipſius reputatur habilis. Gloſſ. de bebis. ponit quatuor antiquorum opin. quæ hodie per iſtam decretalem reſoluuntur, & ideo non erit inſiſtendum, circa vnum tamen dictum gloſſ. hic eſt aduertendum, dicit quòd de iure canonico materia tutelarum non eſt neceſſaria, & ideo compilatores huius voluminis de illis non tractarunt, & cum iſto dicto gloſſ. communiter alij Doctor. tranſeunt, & eam ad hoc ponderat & ſequitur Præpoſi. *in cap. quo iure. in tertia colum. 8. diſtinctio.* Sed conſiderandum eſt diligenter quia iſtud dictum gloſſ. non videtur verum ex eo, † quia canones permaximè neceſſarias pupillorum tutelas exiſtimarunt: & ita fuit in generali Concilio 43
conſtitutum, vt patet, *in cap. fin. 86. diſtinct.* & alibi ſæpe, vt ibi not. & hoc experientia ipſa patet, cum pupilli commodius ex hoc rerum ſuarum & perſonæ conſeruationem conſequantur. Neque obſt. quòd compilatores Decretalium, *titu. de tutel.* non poſuerũt, quia propterea factum fuiſſe arbitramur, quia in libris Digeſto. & Codi. latius de illis fuit tractatum, ad quos

tit. per

tit. per compilatores noſtros nihil occurreret addendum, & ideo fuit omiſſum, per hoc tamen non excludimur quo minus de iure canonico illis legibus ciuilibus, & tutelis vtamur,
44 † quia vbi aliquid nõ reperitur diſpoſitum de iure canonico, ſi tamen illud reperiatur de iure ciuili conſtitutum ſtandum eſt iuri ciuili etiam in foro canonico, vt eſt doctrina in terminis noſtris, Bal. *in conſ 243. In quæſtione iſta. lib. 1.* ſequitur Deci. *in c. Eccleſia. colum. 12. de conſtitu. & eſt regu. communiter tradita in c. 1. de oṗe. non. nuncia.* & tenet Domi. per gloſ. *in cap. pia. §. ſi quis. in 3. colum. infra de excep.* & quia canones tutelam non improbant, ſed videtur ſine controuerſia approbare, *vt in cap. ex parte. de appella. & in cap. ex tenore. qui fil. ſint legit. & in cap. puella. 20. queſt. 2. & in dicto cap. fin. & in pluribus alijs locis non paruum multis*, & iſta videtur eſſe ratio fundamentalis, quare ius canonicum de tutel. non tractauit. Eſt bene verum quod quantum ad effectũ cauſarum ſpiritualium, de quibus in tex. dicitur maior 14. anno. ſine curatore experitur, vt concludit Archi. poſt aliqualẽ diſputationem *in c. certis. colum. fina. 15. queſt. 3.* & iſtã procedũt in iudicialibus: in extraiudicialibus verò eſt maius dubium. Domin. tamen hic dicit idem eſſe, cuius opin. ſuaderi poteſt
45 ex regula quæ ponitur *in l. nec mirum ff. de pigno. actio.* † quod valet argu. de iudicialibus & extraiudicialia, & probatur *in l. omnium. ff. de iudi.* per quem text. ita arguit Aret. *in l. eum qui in princ. in pen. colum. ff. de acquiren. hære. & dixi ſupra in cap. 1. & Inſtit. de actio. in princip.* Tamen omnia iſta declarantur procedere quando in vtroque caſu eſt eadem ratio, alias autem arg. non procederet, vt not. dicit Bart. *in l. 3. §. idem ſcribit. in fin. ff. de pecul.* & ita dictum Domi. declarari poteſt.

Sequitur §. ſi vero.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſi verò, eſt aduerſatiua præcedentium.*
2 *Dictio, infra, denotat actum immediatè ſequentem terminum, cui adiungitur, & actum multo tempore diſtantem.*
3 *Dictio, ante, poteſt ſignificare actum immediatè ſequentem & diſtantem.*
4 *Dictio, poſt, actum mediatum & immediatum ſignificat.*
5 *Dictum teſtis ambiguum, & quod poteſt diuerſimodè capi, reijcitur.*
6 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*
7 *Dictio, infra, de ſua propria natura actum ſignificat ex interuallo diſtantem à principio omniſsis medijs.*
8 *Natura dictionis, &c. eſt ſuperiora & inferiora comprehendere.*
9 *Minor 14. annis licet poſſit habere titulum beneficij, non tamen poteſt agere vel defendere per ſe in iuditio.*
10 *Papa diſpenſando cum minore quo ad beneficium non intelligit per hoc ſecum diſpenſare quo ad liberam adminiſtrationem eius.*
11 *Minor 14. anno. comparens in iuditio ſi confitetur non valet eius confeſsio.*
12 *Denunciatio ad illum finem tendit, vt quis conſequatur ſuum.*
13 *Denuntiatio eſt triplex, Euangelica, Canonica, & iudicialis.*
14 *Denunciatio iudicialis eſt duplex, publica, & priuata.*
15 *Clericus tabellio officium exercere non poteſt, tamen ſi exerceat valet.*
16 *Multa prohibentur fieri quæ poſt facta tenent.*
Teſtis inimicus eſſe non poteſt, tamen ſi fuerit admiſſus, & non fuit oppoſitum valet.
17 *Iudex debet proferre ſententiam ſedendo, tamen ſi eſt bene informatus, & proferat ſtando, valebit.*
18 *Filiæ ingratæ dos dari non debet, tamen ſi datur non poteſt reuocari.*
19 *Verba non poteris, induũt formam, & annullant actum ipſo iure.*
20 *Forma vbi non obſeruatur, actus eſt ipſo iure nullus.*
21 *Non poteris, futuri temporis eſt maioris prohibitionis, quam nõ poteſt præſentis.*
22 *Lex ſtatim quod negatiuè aliquid prohibet, non cenſetur annullare actum in contrarium factum, niſi procedat vlterius annullando.*
23 *Iuditium acceptum à minore 14. anno. tendit in præiudicium ſuum, aut in commodum.*
24 *Eccleſia, vel minor, licet non poſſint vẽdere rem immobilem niſi ſeruata ſolemnitate à iure, tamen venditio vbi eſſet facta in vtilitatem eorum bene valet.*
25 *Stante ſtatuto quod contractus mulierum non valeant ſine conſenſu propinquorum, intelligitur de contractibus damnoſis non autẽ vtilibus.*
26 *Minor habens beneficium in Eccleſia ratione conſuetudinis ibi vigentis an poſſit adminiſtrare, & habere in capitulo.*
27 *Minor diſpenſatus ad beneficium cenſetur diſpenſatus ad reſiſtentiam, & alia conſecuta.*
28 *Princeps concedens minori magiſtratum in dubio videtur tribuere ei adminiſtrationem.*
29 *Iudex competens ad dandum curatorem in litem quis dicatur.*
30 *Non illico quod aliquis de principali cognoſcere poteſt, datur facultas ſuper acceſſorijs.*
Sine acceſſorijs iuriſdictio eſſet inanis.
31 *Curator minori an poſſit dari per officialem Epiſcopi.*
Officiali principalis Epiſcopi vnum, & idem conſiſtorium facit cũ eo.
32 *Diſpoſitio loquens de officiali habet locum non ſolum in principali, ſed etiam in foraneo.*
33 *Verbum excommunicatio, tã de maiori, quam minori intelligitur.*
34 *Verba generaliter prolata generaliter intelliguntur.*
35 *Lex niſi diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
36 *Facultas dandi curatorem ad litem non cauſatur ex eodem conſiſtorio, ſed ex iuriſdictione.*
37 *Officialis foraneus cenſetur datus ad vniuerſitatem cauſarum, & ſic æquiparatur ordinario.*
38 *Verbum officialis eſt nomen generale ad omnes habentes officium cum iuriſdictione.*
39 *Lex generaliter loquens, poteſt reſtringi à lege, ſecus ab homine.*

§SI VERO. In text. ibi, ſi verò. † Iſta dictio aduerſatiua 1
eſt præcedentium vt dicit Barto. *in l. ſi verò. ff. qui ſatiſda. cogan. cum concord.* vt Deci. ſcribit *in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. in prin. de iud. & in conſ. 303. In caſu occurenti. in 2. col. in 2. parte.* Tamẽ aduertendum eſt quod iſtud generaliter non eſt verũ ſed procedit tantum, quando dictio, ſi verò, ponitur de per ſe ſeparata à diſpoſitione, & ita procedit iſte text. Secus verò vbi talis dictio ponitur in eadem ratione coniuncta, quia tali caſu inducit potius coniunctionem, & repetit præcedentia cum eiſdem qualitatibus, ita eſt doctrina Barto. *in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel.* & hoc eſt quod dicit Bald. *in l. omnes populi. in 8. colum. verſicu. tertio modo. ff. de iuſti. & iur. & in notab. li caſu tradit* Corn. *conſil. 248. In præſenti conſultatione. in 4. colum. in 2. volum.* Ad vnum tamen aduerte quod quamuis dictio, *ſi verò*, in iſto text. aduerſatiuè ponatur, nihilominus hoc intelligendum eſt ratione qualitatis non materiæ iuris quæ eadem in iſto §. repetitur retento eodem caſu: pro quo facit optimè gloſ. & Barto. *in l. mariti. in fi. ff. de adult.* & not. Sali. *in l. vinum. ff. ſi cert. peta.* In text. *ibi, infra*, & notandum ſecundum Gemin. hic quem alij ſequuntur, † quod iſta dictio denotat actum immediatè ſequentem terminum cui adiungitur & actum multo tempore 2
diſtantem, quod dicit eſſe notandum pro concordandis teſtibus. Nam ſi vnus diceret actum factum infra domum, & aliter diceret in camera domus, iſti teſtes eſſent concordes, & probarent de loco ratione iſtius dictionis infra. adde pro iſta opi. quæ dicit idem Domin. *in cap. 1. §. licet. per illum text. ſupra de procur. iſto lib.* vbi in ſimili dicit idem eſſe in iſta dictione † ante, 3
quæ poteſt ſignificare actum immediatè ſequentem & diſtãtẽ, & ibi pariformiter infert ad dicta teſtium prout hic: quod dictum ſequitur Alexand. *cum concor. ibi per eum adductis in l. diuortio. in 3. colum. & in l. inſulam. §. ſeruus. colum. 1. ſolut. matrimo.* & hoc idem dicitur de iſta dictione † poſt, quę actum media- 4
tum & immediatum ſignificat, vt idem Domi. dicit *in cap. 1. ſupra de conſtitut. eodem lib.* vbi per hoc etiam infert ad dicta teſtium vt valeant, & ita cum iſta opin. tranſeunt poſteriores vbique. Sed diligenter aduertendum eſt, quia iſta opin. mihi non ſatisfacit ex eo, † quia quando vnum verbum eſt ambi- 5
guum & poteſt diuerſimodè capi, dictum teſtis per tale verbum non valet, ſed debet reijci, ita concludit Barto. *in l. inter ſtipulantem. §. 1. circa. fin. ver. & iſta lex. ff. de verborum obliga.* quem ſequitur Alexand. *in l. diuortio. in 3. colum. nume. 14. ff. ſolut. matrimo.* & tenet Abb. licet de Barto. mentionem non faciat, *in cap. in præſentia. in penult. notab. de proba. cum concor. vt dixi in capitu. 1. ſupra de conſtitu. eodem lib.* ſed in caſu noſtro hæc dictio infra, eſt dubia, quia poteſt ſignificare actum mediatum & immediatum, vt hic dicit Gemin. & omnes: ergo dictum teſtis per

6 talem dictionem non valet,† quia probatio debet de neceſſi-
tate concludere. *l. non hoc. cum concord. tradit ibi* per Moden.
7 *C. vnde legit.* Et ideo ego aliter ſuper hoc dicerem † quod
dictio infra, de ſua propria natura ſignificat actum ex inter-
uallo diſtantem à principio omiſſis medijs, vt dicit Barto. *in l.
Gallus.§.idem credendum. in fin. ff. de libe. & poſthum.* vbi per hoc
8 dicit quod iſta dictio infra, in hoc differt à dictione † &c.
de cuius natura eſt ſuperiora & inferiora comprehendere, &
ideo infert quod in lib. Decretal. ea ratione ponitur dictio &
infra, quia multa intermedia fuerunt reſecata quæ non facie-
bant ad rem. & hoc dictum Barto. quod ibi multum commē-
dat Fulg & Alexan. ſequitur Ioan. de Ana. *in cap. ſuper eodem in
princip. de vſur.* & Abb. licet de Barto. mentionem non faciat *in
cap. dudum el 2 in 2. nota. de elect.* Sed tamen licet prædicti Do-
cto. non dicant circa hoc quod de Decretalibus dicunt præ-
dicti Docto. aliter dicit Ioan. And. *in cap. à nobis. de iur. pat.* quem
refert & ſequitur Decius *in capit. 2. in 2. lectur. in primis verbis, de
conſtitu. & in cap. 1. in princip. de poſtu. præla.* vbi etiam aliam ratio-
nem ponit de principio antiq. Decre. de quo vide ibi. Redeū-
do tamen ad propoſitum dico quod iſta dictio infra, impor-
tat actum mediatum proprie, & hoc eſt quod vult dicere Abb.
in cap. 1. de cle. con. & in cap. ex parte. de reſtit. ſpol. & ſic non poteſt
ſignificare partem ſuperiorem, vt putat Domini. in exemplo
tertium, de quo per eum. Nam contra ipſum videtur eſſe no-
tabilis deciſio Barto. *in tract. de inſula. cap. 16. incipien. Quod ſi ex
vno latere.* vbi concludit, quod iſta dictio infra, ſignificat ex-
tremam partem, ſiue inferiorem rei. & ideo ſi dico delictum
eſſe factum infra domum non verificabitur in camera, prout
Gemin. quia non dicitur infra, ſed ſupra: & ita illud dictum
Barto. ſequitur Socin. *in conſil. 27. Viſis capitulis. in penult. colum.
lib. 2.* quod conſilium errore repetitum eſt *in eodem. lib. conſ. 181.*
& de hoc vltra iura allegata per Barto. videtur eſſe caſus *in l.
adeo. §. inſula. verſic. quod ſi ex vno latere. ff. de acquiren. rer. dom. facit
tex in cap. 1. & cap. ex tenarum. de autho. & vſu pal.* Et de iſta dictio-
ne infra, vltra prædicta eſt tenendum menti vnum dictū Bart.
in l. 1. §. cum vrbem. in fi. ff. de offic. præfect. vrb. de quo mentionem
faciunt Nouiſſi *in l. fin ff. de conſtitu. princip.* vbi dicit Bart. quod
licet regulariter dictio infra, excludat, tamen ſi ponitur in cō-
ceſſionibus & beneficijs includet omnia: quod not. pro quo
bene facit, quod not Bal. *in cap. 1. § ſi quis de manſo. in titu. de con-
trouerſ. inueſtit. & in cap. fin. in titu. de duobus fratri. de no feud. inueſt.*
9 Nota primò ex iſto text. † quod minor 14. annis non poteſt a-
gere vel defendere per ſe in iudicio: & tamen poteſt habere
titulum beneficij, vt text. hic innuit, & ita tenet Gemin. &
Mod. hic, qui in hoc dicunt iſtum textum menti tenendum:
ſubdunt tamen vnum plus ex mente Lap. *allega. 112. quæ in lib.
meo eſt 113. incipien. Quidam expoſuit, &c.* quod adeo prædicta ſunt
vera quod iudicium factum cum tali minore eſſet ipſo iure
10 nullum. & iſta ratione dicunt etiam hic Moden.† quod Papa
diſpenſando cum minore quoad beneficium non intelligitur
per hoc ſecum diſpenſare quoad liberam eius adminiſtratio-
nem, vt colligitur hic dum dicitur quod indiget curatore. Iſta
ſunt dicta Mod hic per Gemin. Ex quorum dictis tres conclu-
ſiones colliguntur, ſuper quibus inſiſtendum erit: prima eſt
quod minor 14 anno. non poteſt per ſe eſſe in iudicio licet be-
neficium habere poſſit. Pro iſta concluſione quo ad dictum
primum vltra alios eſt notabilis doctri. Abb. *in cap. fin. in 2. col.*
11 *extra de confeſ.* vbi plus ſubdit † quod ſi comparet minor 14.
anno & confitetur non valebit eius confeſſio: & iſtam etiam
concluſionem ſequitur Domi. *in c. ex eo. l. in princip. colum p. n. de
elect. lib. 6.* & iſta concluſio generaliter procedit non ſolum in
cauſis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus, *vt in l. clarum. C. de
authori. præſtan.* Sed tamen aduertendum eſt, quod iſta conclu.
videtur dubitabilis, ex eo quia minor 14. anno. ad denunciā-
dum admittitur, vt eſt ſingulare dictum Inno. *in cap. ſi qui mat.
accuſ. poſ.* quem ibi Docto. communiter ſequuntur: ergo pari
ratione videtur dicendum, quod ad agēdum admitti debeat,
12 † cum denunciatio ad illum finem tendat, vt quis conſequa-
tur intentum ſuum. vt dicit Bal. *in authen ad hæc. in 2. colum. verſ.
in contrarium. C. de vſur.* & ita intelligit text. *in cap ſi peccauerit. 2.
quæſt 1.* & ideo per talem de nunciationem intereſſe conſequi
poſſunt, vt ibi dicit Bald *in verſic. ſed dubitatur. & ibi per duas col.*
latius diuagatur circa iſtam denunciationem Euangelicam, &
iſta denunciatio tam in iudicio quam extra fieri poteſt, vt cō-
cludit Inno. *in c. ſollicitudinem. in 2. colum. de appella.* ſequitur Bal.
in marg. verſic. denunciatio & eſt text. *in capit. nouit. de iudi.* & talis
denunciatio probari debet ſicut actio, vt dicit Corn. *conſ. 137.
Placet mihi. in fin. 2. volum.* ſicut ergo minor ad denunciandum
admittitur pariter debet ad agēdum admitti: & ideo vt re-ſo-
lutio clare habeatur in hac materia eſt aduertendum quod † 13
denunciatio eſt triplex, quædam eſt Euangelica, alia canoni-
ca, alia iudicialis: vt tradit Spec. *in tit. de denun. §. 2.* Euangelica
fit ad emendationem quæ competit cuilibet Chriſtiano de
præcepto, vt eſt tex. *in c. cum ex iniuncto. §. fi. de hære.* canonica fit
ad pœnitentiam peragendam quam iudex ad effectum perdu-
cit etiam denunciatore non proſequente, vt cōmuniter Doct.
tradunt *in cap. nouit. de iudi.* poſt Barto. *in extrauagan. ad. reprimē.
in verbo. denunciationem.* † iudicialis eſt duplex, publica, & pri- 14
uata vt latè declarat Sal. *in l. ea quidem. C. de accuſ* & Are. *in tract.
maleſic. in ver. necnon ad denunciationem. cum concor.* vt latè dicunt
Moder. poſt Abb. *in d. cap. nouit.* & ſtante iſta diuiſione dictum
Inno. *in d. cap. fin cum ſuperius allegatis*, procedit in denunciatio-
ne Euangelica, quia illa bene fieri poteſt etiam à minore: per
hoc tamen non ſequitur, quod eadem ratione minor ad agē-
dum in iudicio admittatur, quia denunciatio Euangelica de
qua loquitur Innocen. *in d. cap. fin.* non fit in iudicio ſed extra.
Neque obſt. quod etiam in iudicio fieri poſſit per dictum In-
no. *in d. cap. ſollicitudinem. cum allega. ſuperius*, quia illud dictum
intelligitur de denūciatione iudiciali vel canonica, quæ mul-
tum differunt ab Euangelica per ſupradicta, & tradit plures
differentias Abb. *in d. cap nouit.* & ideo de vna non infertur ad
aliam, vt ibi concludunt communiter omnes, & in tali denū-
ciatione iudiciali probatio requiritur, quia agitur in ea, vt
correctus non ſolum emendetur, ſed vt læſus conſequatur in-
demnis, vt ibi probat Abb. Et ideo ego tenerem, & puto eſſe
verum quod minor 14. anno non poſſet talem denunciatio-
nem iudicialem facere. Nam de Euangelica de qua Innocen.
loquitur *in d. cap. fin.* adhuc eſt dubium & Docto. ibi reputant
illud dictum Innoc. mirabile & ſingulare, & ita declarari de-
bent dicta Bald *in d. authen. ad hæc.* quibus ſic reſolutis conclu-
ſio ſupradicta remaneat firma Secunda ſit concluſio quod iu-
dicium factum cum minore 14. anno. ſit nullum ipſo iure per
dictum Lap. faciunt ea quæ tradit Bald. *in l. clarum. C. de auth.
præſtan.* & quæ not. Abb. *in cap. fin. in 2. colum. de confeſ.* vbi con-
cludit quod neque etiam valet confeſſio. & finaliter cum iſta
concluſione Doct. omnes tranſeunt. Sed tu aduerte, quia cō-
trarium ſuaderi poteſt per ea quæ in ſimili tradit Abb. & alij
in cap ſicut. ne cler. vel monach. vbi dicitur † quod clericus tabel- 15
lionatus officium exercere non poteſt: & tamen ſi exerceat
valet, quod facit vt ibi dicunt omnes: idem dicendum eſt de
minore qui licet prohibeatur per ſe agere in iudicio tamen ſi
egerit valet, & de hoc etiam in ſimili videmus de religioſo, &
de milite *in l interdum. C. de procur.* qui licet prohibeantur eſſe
in iudicio tamen ſi actum faciant valet actus vt declarat Ro-
ma. *in conſ. 409. Quoad primum in ſecundo dubio*, & Fed. de Sen. *in
conſ. 243.* & Deci. *in cap. 2 in 8 col. extra eod.* & finaliter hoc re-
ducitur ad illam regulam † quod multa prohibētur fieri, quæ 16
poſt facta tenent, & in notab. caſu tradit Cyn. *in auth. ſi te-
ſtes quaſi ſi C. de teſti.* vbi dicit quod licet teſtis inimicus eſſe nō
poſſit, tamen ſi fuerit admiſſus & non ſuit oppoſitum valet,
vt tradunt Mod. *in l. 1. C. de teſta.* ad idem facit gloſ *in c. 1. in ver-
bo. criminalis. ſupra eodem* & ibi dictum fuit cum concor. vt per
Iaſon *in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. vel alie. iur.* vbi pro iſta
regu. 20. deciſio. congerit: & vltra ipſum pro iſta regula, quæ
facit ad oppoſitum iſtius concluſionis adde aliquas deciſio.
In primis deciſio Cyn. *in l iudices. C de iud.* vbi dicit, quod licet
† iudex debeat proferre ſententiam ſedendo, tamen ſi eſt be- 17
ne informatus, & proferat ſtando valebit, quia multa prohi-
bentur fieri. &c. Et hoc dictum ſequitur Georg Natam. *in re-
pet. clem. ſæpe. §. & quia. in 29. colum. de verborum ſignifica* Secundo
pro iſta regula facit quod tradit Geradus *in ſingularibus ſuis no-* 18
ta. 1. in 2. colum. vbi dicit poſt Bald. quem ibi refert, † quod li-
cet filiæ ingratæ dos dari non debeat, tamen ſi datur reuocari
non poteſt, & ibi ad alia infert, quem vide. ad idem pro iſta re-
gula faciunt ea quæ tradit Iaſon *in l. 1. in prin. in 2. colum. ff. de ope.
nou. nun.* Et breuiter pro iſta regula vltra communia & vul-
garia remiſſiuè iſtas deciſio. capias. In primis vide Iaſonem
*in l furioſum. colum. 1. C. de teſta. fac. poſſ. & in l. non ſolum. §. mor-
te. in 3. notab. ff. de oper. no. nuncia. in 19. colum. & in l 2 in princip.
colum. 11. ff. ſol. mat. & in apoſtil. ad Percum in §. ſuſpectus. Inſtitu de
ſuſpe.*

ſuſpecte. tuto.& in l.1.num.45.de acquiren.poſſ.& nu.48.& in l.non
*dubium.n.8.C.de legi.*Crot.*in repe.l.ſi conſtante.in 56.col.ff.ſolu.ma-*
trimo. Riminal.*in l.1. in 6.col. C.de pact.*Dec.*in rub. de appel.in 5.*
colum.& Mod.Bonon.*in l.3.in 3.colum.ff.de offi.eius.cum ſimi.* quæ
propter breuitatem extendere omitto, ex quibus iſta pars ſa-
tis ſuadetur, quod licet minor agere non poſſit, tamen ſi agat
& non opponatur iudicium valebit:& ita in terminis iſtam o-
pin. tenet Oldra. *in conſ.*130. *Omiſſa prolixitate facti. in 3. colum.*
Non Obſt. dictum Lap. *in dicta allega.* 123. quia illud dictum
habet locum quando proceditur contra abſentem contuma-
cem, quia tali caſu contra minorem iudicium non valet, ſed in
caſu noſtra eſt longe diuerſa ratio, quia quæſtio hic eſt quan-
do minor eſſet præſens & compareret in iudicio, in quo pro-
hibetur per ſe agere, & in iſtis terminis Lap.non loquitur. Ta-
men iſtis non obſt.prima opin.quę videtur communis defen-
19 di poteſt, & in primis pro iſta opin. pondero nouiter text. *hic*
in verſ.non poteris.† Nam clarum eſt quod iſta verba inducunt
formam, & annullant actum ipſo iure: ita dicit Barto.*in l. Gal-*
lus.in princip.in 1.colum.ff.de libe.& poſthu.& melius in l.fin.in 1.col.
ff.de ferijs.& in l.1.C.de dilat.& pro hoc eſt text.*in l.1.in princip.&*
20 *ibi not.*Iaſon.& Modern.*ff.de verborum obliga.& in cap.1.de regu.*
iur. infra eodem lib. † ſed vbi forma non obſeruatur, actus eſt
ipſo iure nullus.*cap.ſicut de non ſacerdotali. infra de praben & l.cũ*
hi.ff.de tranſact. Cum igitur minor hic prohibeatur eſſe in iu-
dicio, & ſic detur forma prohibitiua, actus in contrarium fa-
ctus eſt nullus, vt eſt text.notabilis *in cap.ſi capitulo.infra de con-*
ceſ.prabend.& iſtud à fortiori procedit in caſu iſto, vbi text.vti-
21 tur verbo futuri temporis, videlicet non poteris, † quod eſt
maioris prohibitionis quam dictio non poteſt, vt eſt doctri.
Barto. *in l. cum lex. in penult. colum. ff.de fideiuſ. cum concor.*vt per
And Sicu.*in cap. ſciſcitatus.in 3. colum.de reſcript.*& latius Felin.
in cap. quando.in 1.colum de præſumpt. Sed tenendo præceden-
tem opinio. ad iſtud nouum motiuum poteſt ſic reſponderi,
quod non eſt verum quod verbum non poteſt, annullat actũ
per ſimplicem prohibitionem niſi lex vlterius procedat an-
nullando, & ita debent prædicta verba intelligi: hoc proba-
tur per textum *in l.hoc iure §.non poteſt.ff.de dona.*vbi text.loqui-
tur per verbum non poteſt.& tamen actus non annullatur:ad
idem tex.& ibi gloſſ.*in cap.quanto.de conſuetu.& in l.non poteſt.ff.*
de adoptio. & ita tenet Roma. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri.per illum*
textum.ff. de verborum obligatio.& per text.in l. obligari. in princip.
ff.de autho.tuto. iuncta l.1.ff.de noua.cum ſimi. & hoc ratione fun-
22 datur vltra ipſum, † quia non ſtatim quod lex negatiuè ali-
quid prohibet cenſetur annullare actum in contrarium fa-
ctum niſi procedat vlterius annullando, vt eſt deciſ.Paul. de
Caſtro.poſt Bald.*in l.humanum. in fin. C. de legib.*& tenet Barto.
in l.omnes populi. in 7.colum.verſic. circa ſecundum. ibi quid dicemus.
ff. de inſtit. & iur. declarando ſingulariter, vt per Decium qui
hoc latius attingit *in conſil.229. aliàs 29.incipien. Stante conſtitu-*
*tione.in 2.colum.in 2.parte.*quod tene menti, quia nunquam au-
diuiſti.Cum igitur in iſto text. non ponatur clauſula annulla-
tiua actus in contrarium facti, merito iudicium cum minore
tenebit, & hoc notabile verbum deſeruiet tibi ad multa. Se-
cundo principaliter pro iſta opinione communi Moder. vltra
omnes eſt deciſ.in terminis Barto.*in l filiusfam.§.veterani. in fin.*
*ff.de procura.*quem ſequitur dom. Abb. *in cap.non iniuſtè.in 1.col.*
de procur.

Sed ad iſtud fundamentum poteſt reſponderi ex dictis e-
iuſdem Barto. *in l. licet. in 2.colum. C.de procura.* quod opin. ſua
procedit in ſeruo, ſed in filio non eſt vera. Vel ſecundo reſpõ-
de, quod contra opin.Barto.eſt text. *in d.§. veterani.* Nam po-
teſt eſſe in iudicio niſi opponatur, & ita procedit iſte text. pro
quo eſt doctri. Ioan. And. *in d. cap.non iniuſtè.*vides ergo quod
vtraque pars poteſt ſuſtineri: quid dicendum. Audias modo,
nam cogitabam, quod nouiter iſtæ opin.poſſunt concordari.
ex qua concordia text. iſte noſter noua ratione declarabitur:
23 dicas ergo ſic, † ꝙ aut iudicium acceptum à minori 14. anno.
tendit in præiudicium ſuum, aut in commodum. Primo caſu
ſiue loquamur in ciuilibus, ſiue in criminalibus, ſiue pupil-
lus, ſit præſens, ſiue abſens, iudicium erit ipſo iure nullum.&
ita procedit communis opin.pro qua facit text. *in l.minor.ff.de*
*procura.*Secundo caſu puto quod iudicium valeat: & iſtam di-
ſtinctionem probo ex pluribus.Primò ex doctri. Barto. *in l. cũ*
24 *hi.§.eam tranſactionem.*per illum tex.*ff.de tranſact.*† vbi dicitur,
quod licet Eccleſia vel minor non poſſint vẽdere rem immo-
bilem niſi ſeruata ſolemnitate iuris, tamen vbi venditio eſſet
facta in vtilitatem ipſorum bene valet, & hoc tenet etiam Bal.
in l.contra iuris.in ſi.prin.ff.de pact. ad idem facit dictum notabile Bal.
in l.neque.per illum text.C. de contrahen. & commit.ſtip. vbi dicit †
quod licet ſtet ſtatutum quod contractus mulierum non va- 25
leant ſine conſenſu propinquorum, illud intelligitur de cõ-
tractibus damnoſis non vtilibus, & iſtas duas deciſiones cum
concord.approbat, & ſequitur Decius *in notabili caſu in conſ. 5.*
aliàs 331. Pro reſolutione.in 2.col.in 3. parte nouiter impreſſa.& hoc
idẽ vltra Deci.pluribus deciſio.proſequitur And.Sicu.*in con-*
ſil.5.in penult.colum.in 3. volum. & reaſſumit Iaſon. tacite aut no-
re *in l.non eo minus.in 1.colum C. de procu.*quæ non refero, quia vt
vidiſtis moris mei eſt vobis tantum referre Doct.qui plura di-
cunt, non eorum dicta ſigillatim tranſcribere, quæ omnia ſi
conferatur ad propoſitum noſtrum erit dubium idem dicen-
dum eſſe in actibus iudicialibus factis à minore, cum ſecun-
dum communem regulam valeat argumentum de extraiudi-
cialibus ad iudicialia.*l.nec mirum.ff.de ping.actio.& l.omnem ff.de*
*iudic.*Tertia concluſio eſt ex dictis Moder.quod Papa diſpen-
ſando cum minore 14. anno. quo ad beneficium non videtur
ſecũ diſpenſare quo ad eius adminiſtrationem, vt hic patet.
Adde vltra doct. quod iſta opin. procedit etiam † ſi minor in
eccleſia haberet beneficium ratione cõſuetudinis ibi vigentis, 26
quia tali caſu non poterit adminiſtrare, & ideo nõ habebit vo-
cem in capitulo.ita dicit Domin. & declarat iſtum text. *in cap.*
ſi eo tempore.1.colum. ſi.ſupra de reſcript. eodem lib. & hoc idem Do-
min.ſentit *in cap.ex eo.in ſi.princ.de elect.eodem lib.* licet in præſen-
tatione aliter ſentiat, de quo ibi per eum, & hoc in terminis
firmat Felin. *in cap.edoceri.in 2.colum.de reſcrip.*alleg. Pet. de An-
cha.*in cap.1.de ata.& quali. eodem lib.*& Ioan. Andr.*in d.d.capit.ex*
ratione.& in cap.de multa.de præb. per quæ patet ꝙ iſta eſt com-
munis opin. Sed aduertendum eſt quod iſta concluſio mihi
non videtur vera per regulam gloſſ. quam Abb. ibi & omnes
ſequuntur *in capitu. quia in tantum.de praben.*vbi ponitur regula
† quod minor diſpenſatus ad beneficium, in conſequentiam
cenſetur diſpenſatus ad reſidentiã & alia conſecutiua, quam
regulam ponit etiam gloſſ.*in capit.ſi quis in clero.7.quæſt.1.*& ſe- 27
quitur Felin.*in cap.mandato.in 1.colum.de ſimo.*& latius *in cap.po-*
*ſtulaſti.de reſcript.*Abb.*in capit.at ſi clerici. §. de adulterijs.de iudi.*&
pro iſta parte videtur eſſe caſus *in l. quidam conſulebant. ff. de re*
iudi. † vbi princeps concedens minori magiſtratum in dubio
videtur tribuere ei adminiſtrationem.Non obſt.iſte text.quia
hic non negatur adminiſtratio beneficij minori circa benefi- 28
cium, quæ extraiudicialis eſt, & talis adminiſtratio minori be-
ne competit, *vt in capit.qui generaliter.§.ſi. ſupra de procura.eodem*
*lib.*non ſic in iudiciali, quæ extrinſecus venit, in qua maior in-
duſtria requiritur, *vt in d.c. qui generaliter.* vnde infertur ex hoc
prout inferunt Mod.quod ad diſpenſationem factam per Pa-
pam non rectè infertur per prædictam regulam. Non obſtat
tex *in cap.ex ratione.*quem alleg Moder. quia ille text.procedit
in diſpenſato ab inferiore in quo eſt lõge diuerſa ratio, vt ha-
betur *in cap.penult.de fil.presby.& in l.2.C ſi ſer. aut lib.*10. vel vt e-
uitentur omnia poſſet fieri differentia inter diſpenſationem
factã motu proprio.& ex certa ſcientia, & obtentam ad inſtã-
tiam partis per ea quæ dicuntur *in cap.ſi pluribus. infra de prab.eo.*
lib & in l.ſi quis iniquum.ff.quod quiſque iuris. & in l.idem Vlpia.ff.de
*excuſato.*Nota vlterius ſecundum Gemi. hic, quod ille dicitur
† iudex competens ad dandum curatorem in lite, qui poteſt
cognoſcere de illa cauſa, & ideo laicus dare curatorem nõ po- 29
terit. Sed tu aduerte quod iſta illatio non videtur expedita,
quia aut laicus de cauſa cognoſcere non poteſt, & tunc non eſt
dubium, quod curatorem ad eam cauſam dare non poſſit cum
ſit cõſequens & prohibetur antecedens, ſuper quo laicus pri-
uatus reperitur nõ iudex, aut verò de cauſa cognoſcere poteſt,
quod in ſpirituali cõtingere poteſt permiſſione Papæ, per no.
per Abb.gloſ.*in c.2.extra eo.titu.*& tali caſu dubitandum etiam
non eſt per tex.*in §.ſeq.*aut vero is cognoſcit alio iure, & tũc ra-
tio Gemi.hic non videtur cõcludens, † quia non illico, quod
aliquis de principali cognoſcere poteſt datur facultas ſuper 30
acceſſorijs, vt probat tex.*in c.1.§.1.inf.de fo.compet.*& ibi not. gl.
in verbo.ſuſcipere. in ſi. & hoc niſi acceſſoria ſint neceſſaria, ſine
quibus iuriſdictio eſſet inaniſſita procedit tex.*in §.ſequenti.&*
in cap.prudentiam §.ſexta. in ſi.d. offic.deleg. Nota vltimo ex iſto
tex.† quod non ſolum curator minori per Epiſcopũ dari po-
eſt, ſed per eius officialem: & hoc intelligitur ſecundum Ge- 31
min.

min. hic & alios de officiali principali Epiſcopi qui vnum &
idem conſiſtorium facit cum eo, *vt in cap. Romana. infra de ap-*
pella. eodem libro cum ſi. Secus verò de foraneo, facit pro iſta opi.
quia verba in potiori ſignificatione accipi debent. *l. quæritur.*
ff. de ſta. homi. cap. penult. de ſenten. excom. Sed diligenter conſide-
randum eſt, quia iſtud dictum Gemi. non videtur aliquo pa-
cto verum ex eo, quia text. hic generaliter loquitur de officia-
li: ergo de vtroque intelligitur, licet maior ratio ſit in vno ca-
ſu quam in alio: vt in ſimili eſt text. notab. *in l. 1. §. quod autem. ff.*
de aleato. ad idem *l. in fraudem. §. ſi. in fin. ff. de teſtamen. mili.* & hoc
idem in materia odioſa procedit in qua interpretatio fit qua-
tenus verba generalia ſecundum eorum proprietatem inclu-
dunt, vt not. Aretin. *in l. cum lege. per illum text. ff. de teſtamen.* &
hoc prius dixit Calde. *in conſil. 1. de conſangui. & affin.* & reaſſu-
mit Deci. *in conſ. 54. aliàs 258. In caſu domini in 3. colum. nume. 6. in*
2. parte. & pro hoc videtur eſſe gloſ. *in capit. ſtatutum. in princip.*
in verſi. obtinentibus. ſupra de reſcrip. quæ vult † quod diſpoſitio
32 loquens de officiali habeat locum non ſolum in principali,
ſed etiam in foraneo, & quia iſto caſu eadem ratio videtur in
vtroq;. Nam ſicut officialis principalis poteſt in ciuitate cau-
ſa coram ſe vertente curatorem minori dare, eòdem modo
officialis foraneus poterit in rure, quia illud videtur neceſſa-
rium ad expediendam cauſam, ne iudicium reddatur nullũ
ſecundum communem opinionem per ſupradicta: pro quo
facit text. *in §. ſequen.* Non obſtat modo quod verba in potio-
ri ſignificatu, &c. quia illa regula procedit quando aliter ver-
ba capiendo nihil operarentur, ita procedit text. *in d. c. penult.*
de ſenten. excommu. quem in terminis ita declarat Felin. *in cap. ſi*
diligenti. in fine, de fo. compe. alias vero verba generaliter capiun-
tur, vt eſt caſus *in cap. pia. infra de excepe.* vbi verbum † *excommu-*
33 *nicatio*, tam de maiori quam minori intelligitur: quia illa ge-
neralitas inducit effectum, *& in cap. penult.* minor excom-
municatio non inducebat effectum, ideo de maiori tantum
intelligitur, & ita etiam hoc tenet Decius *in l. ſemper in obſcuris.*
in fin ff. de reg. iur. & iſto modo etiam reſoluitur text. *in l. 1. ff. ſi a-*
ger vectig. per Barto. *in l. ſi mater. §. eandem. ff. de except. rei iudic.*
34 quem ſequitur Iaſon. *in l. incerti. §. ſi nummi. in 1. colum. nume. 6.*
ff. de condi. indeb. & hoc regulariter videtur habere locũ † quod
verba generaliter intelligantur, *l. de pretio. ff. de publica. & l. ſi ſer-*
uitus. ff. de ſer. reba. prædio. capit. ſolitæ de ma. io. & obed. & iſta regu-
la in materia iuriſdictionis de qua loquitur iſte text. locum
habet, vt concludit Alexand. *in rubric. ff. de iuriſdi. omn. iudi.* vbi
rubrica de iuriſdictione ſimpliciter loquitur: & tamen ſecun-
dum communem opinionem intelligitur tam de iuriſdictio-
ne ordinaria quam delegata, & hoc idem in iudice dicit gloſ.
iuncto text. *in §. 1. Inſtitut. de actio. in verbo, iudices.* dato quod v-
nus maior ſit altero per ea quæ Docto. communiter tradunt
in rubric. ff. de offic. eius & prædicta regula intelligitur etiam re-
ſpectu præiudicij, quia verba generalia generaliter intelligũ-
tur, vt eſt caſus *in l. fin in fin.* & ibi not. Angel. *C. de dot. promiſ.* ſe-
quitur Iaſon. *in l. qui Romæ §. duo fratres. in 27. colum. nume. 110. ff.*
35 *de verborum obliga.* hinc eſt quod dici ſolet, † quod ſi lex non
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. *d. l. de pretio.* & not.
Barto. *in l. 3. ff. de offic. præſid.* facit *capit. Romana 9. diſtinct. & capit.*
quia circa. de priuileg. cum pluribus concord. deciſionibus quæ
ſcribit Iaſon. *in l. quamuis. ff. de in ius vocan. per illum textum. & in*
l. non dubium. in 8. colum. num. 38. verſic. item ad iſtam. C. de legib. &
Georg Naiam. *in rip. Clemen. ſæpe. in 72. colum. de verborum ſignifi.*
Nec obſtat quod officialis maior Epiſcopi facit idem conſi-
ſtorium, vt dicit Gemin. *per dictum capit. Romana* quia hoc non
36 facit ad propoſitum, † quia facultas dandi curatorem ad li-
tem non cauſatur ex eodem conſiſtorio, ſed ex iuriſdictione,
vt patet *in §. ſequen. de ſubdelegato delegati.* quam quidem iuriſdi-
ctionem conſtat habere officialem forani, è vt not. gloſſ. *in l.*
fin. C. de iud. & in cap. ſtatutum. §. inſuper. in verſi. moderatæ. ſupra de
37 *reſcript.* & ideo vigore ſuæ iuiſdictionis poterit talis † offi-
cialis in loco ſuæ iuriſdictionis hoc expedire, cum cenſeatur
datus ad vniuerſitatem cauſarum: & ſic æquiparatur ordina-
rio, vt tenet Barto. *in l. ſi vni. alias Pomponius. ff. de re iudi.* & hoc
expreſsè firmat Abb. *in cap. ſi quis contra. in 20. colum. de foro com-*
peten. & gloſ. *in cap. cum cauſam. in verſic. delegatus. in fin. de appella.*
& ibi Abb. ſequitur & communiter Docto. *cum concord.* vt
per Andr. Sicu. *in cap. cauſam. de offic. delega.* Vltimò pro iſta opi-
38 nione facit, quia iſtud † verbum officialis, eſt nomen genera-
le ad omnes habentes officium cum iuriſdictione, ita dicit
And. Sicu. poſt Gui. & Imo. *in Clemen. 2. in gloſſ. officialis. in princ.*
de reſcript. & ſic videtur quod text. noſter ſimpliciter de offi-
ciali loquens debet intelligi de vtroque: & hoc niſi aliter ex-
preſſum reperiatur in illa parte iuris, quia tali caſu † lex gene- 39
raliter loquens bene poteſt reſtringi à lege, ſecus ab homine:
vt argumen. in ſimili Barto. *in l. ſerui nomine. ff. de vſucap. & in l.*
iubemus. §. ſanè. nume. 7. C. de ſacroſan. Eccleſ. quem ad hoc Nouiſ.
Regi alleg. *in rubr. ff. de oper. no. nun. num. 20.* & ita ego intelligo
illas 55. fal. quas ad illam regulam ponit Socin. *in ſuo tract. regu-*
larum, nume. 229.

REPETITIO IN CAP. ROMANA.

De foro compe.

Celeberrimi. I. V. C. D. AEgidij Bellameræ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis ſtatim quod appellatũ eſt à diffinitiua de prin-*
cipali cognoſcit.
2 *Epiſcopus eſt ordinarius totius ſuæ diœceſis.*
3 *Laici poſſunt conſentire in iudicem non ſuum abſque iudicis licen-*
centia.
4 *C. ſignificaſti. de foro compet. declaratio.*
5 *Conſuetudinem non valere, quod clericus in alium iudicem conſen-*
ciat ſine conſenſu diœceſani.
6 *Clerici poſſunt compromittere in iudicem laicum.*
7 *Clerici non poſſunt conſentire in iudicem nõ ſuum, etiam ſi ſit per-*
ſona eccleſiaſtica.
8 *Clerici ad hoc vt in alium iudicem conſentire poſſint, nouem requi-*
runtur.
9 *Teſtes examinãdi à iudice alterius territorij per literas iniurũ ſub-*
ſidium.
10 *Iudicis mandato in dubio parendum eſt.*
11 *Metropolitanus iudex peregrinus appellatur quantum ad ſubditos*
ſuorum ſuffraganeorum.
12 *Sententia & præcepta differunt.*
13 *Iuriſdictione mandata omnia cenſentur mãdata, ſine quibus expli-*
cari non poteſt.
14 *Argumentum à contrario ſenſu ceſſat, quando iura contradicunt.*
15 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
16 *Epiſcopi & officialis eius idem conſiſtorium.*
17 *Prælati largo modo dicuntur plebani, rectores & ſimiles.*
18 *Salaria aduocatis conſtituuntur ex officio, iuxta fori conſuetudi-*
nem, cauſæ qualitatem & aduocati facundiam.
18 *Contractus ratione quem forum ſortiatur, fallit num. 20. & 23.*
21 *Conſuetudo non valet, ne iuramentum præſtatur calumniæ.*
22 *Aduocati officium non eſt gratuitum.*
24 *Roma communis omnium patria dicitur.*
25 *Principali conceſſo videtur conceſſum acceſſorium.*
26 *Textum indiſtinctè loquentem indiſtinctè intelligendum.*
27 *Appellans agit.*
28 *Epiſcopus Officialem ſuum ſine Archiepiſcopi conſenſu inſtituit &*
deſtituit.
29 *Delicta perſonalia ſunt, ſi perſonas ſequuntur.*
30 *Conſuetudo vt valeat, requiritur quòd non ſit contra generale ſta-*
tutum Eccleſiæ.
31 *Appellantes temerariè iuſtum eſt, quod de eorum temeritate puniã-*
tur.
32 *Iuriſdictio per citationem inchoatur.*
33 *Iudicandi officium dignitatem habet.*
34 *Conſuetudo contra ius requirit quadraginta annos.*

ROMANA Hæc decretalis habet vndecim dicta circa
forum competens vel incompetens, ſecundum Hoſt.
Bot. & Card. Prima duo ſunt in principio, quæ tamen pro tri-
bus poni poſſent. alia verò tria ſunt *in §. 1. ibi. neque ſuffraganeo-*
rum. alia autem duo ſunt *in §. nec etiã.* Octauum eſt *in §. contra-*
hentes. Nonum eſt *in eod. c. in §. nec clericos. in primo reſponſo.* Deci-
mum eſt *in eodem §. 2. reſponſo. videlicet in ver. nec eorundem.* Vnde-
cimum eſt *in §. Fili. neque ibi poteſt.* Ego autẽ, quia decretal. eſt
multum notabilis, & continuò recurritur ad materiam eius,
legam

legem eam per tres partes. Prima pars continet ſeptem dicta & durabit vſque ad *§. contrahentes*. Secunda erit *in §. contrahentes*. Tertia pars erit *in § pen. & fi.* & incipiet *ibi, nec clericos*. Et dicit Landunus, quod hæc decre. ſumpta eſt ex his quæ notantur *ſup. de offi. ordi. cap. duo. & cap. paſtoralis. & 9. q. 2. per ibrum.* & per Vincen. & alios *ſupra c. ſanè. & c. fin.* & continet ſecundum eum ſex dicta, ſed non proſequor.

Expone literam, appellationis emiſſæ per illos de prouin-
1 cia Remenſi ad Archiepiſcopum Remenſem Card. & hoc intellige, cum appellatur ante ſententiam, † quia cum appellatur à diffinitiua ſententia iudex appellationis ſtatim de principali cognoſcit, & notatur *ſupra de appella. vt debitus. in gloſſ. pen.* ſecundum Ioan. & Borbo. Prætermiſſo, ſubaud ſicut Hoſtien. Nam ſunt paria, quod non ſit appellatum, vel quod ſit appellationis articulus prætermiſſus, nec Metropolitanus regulariter habet iuriſdictionẽ in ſubditos ſuffraganei ſui via ſimplicis querelæ. *ſupra de offic. ordi. paſtoralis.* Sed ſi appellatio eſt iuſta, procedat, & ſi eſt iniuſta remittat. *ſupra de appella. vt debitus. & eod. titu. infra cap. Romana. §. quod ſi obijciatur. & c. vlt.* licet in Romana curia quandoq; appellationis articulus omittatur, *arg. inf. de appel. cordi.* nec mirum, quia Papa ordinarius eſt omnium. *9. q. 3. cuncta & c. per principalẽ* Quia ſi cognoſceret Metropolitanus in hoc caſu, perinde eſſet, ac ſi ſine voluntate ſuffraganei per ſimplicem querelam cognoſceret, quod non poſſet facere, *vt ſupra hoc libro de offi. ordi. c. 1.* & ſic fraus fieret illi conſtitutioni. Et per hoc approbatur, opinio Hoſtien. qui notat *in dicto cap. cordi.* quod illa decretalis locum habet ſpecialiter in Papa, in Archiepiſcopo enim locum non habet, vt hic vides, & ſic etiam ſoluitur contrarium illius decretalis ad iſtam Ioan. Satis tamen videtur ſecundum Ioan. & Borbo. quod in quolibet inferiori à Papa locum habeat etiam decretalis illa, quæ per ſimplicem querelam poſſit adiri. & ſic poſſet intelligi opin. Innocen. vt ibi not. Et ideo ſi à ſententia Archidiaconi, vel alterius ſubditi Epiſcopi ad Epiſcopum appelletur, ipſe poterit cognoſcere de cauſa omiſſo articulo appellationis,
2 † quia ipſe eſt ordinarius totius diœceſis ſuæ. *11. quæſt. 1. de perſona. in fin.* non ſic in Archiepiſcopo, *vt dicto capit paſtoralis.* ſecundum Hoſtien. & omnes Borbonius. alias nihil aliud eſſet, quam voluntariè cauſas aliorum vſurpare, *contra ca. Romana. de offi. ordi.* fallit tamen etiam in legato, qui poteſt per ſimplicẽ querelam per tales adiri. *ſup de offi. lega cap. 1.* de quo dicam *infra parte 3. q. 3. & in dicto cap. vt debitus. allegato.* quia in appellationibus à diffinitiuis non oppoſita opponuntur, & ideo licet male appelletur, iudex tamen appellationis iuriſdictionẽ obtinet. *de fid. inſtrumen. cum Ioannes. in fi* Secus in alijs, in quibus ceſſante appellationis articulo ceſſat iudicis appellationis cognitio, *vt hic, & ſu c. vt debitus.* & hæc fuit ſententia Ber. Et in alijs etiam concordat Arch. dicens, *cap. cordi.* locum habere etiam in alio ordinario, qui per ſimplicẽ querelam adiri poteſt. ſed Archiepiſcopus non debet omittere articulũ appellationis, ſed eum primo diſcutere, vt ſciat, an procedat vel remittat, *vt ſupra.* & concordat etiam Pet. de Saxo. & ex his habeas rationem decidendi & dubitandi iſtius decretalis.

Circa iſtam tamen vide quod dicunt Hoſtien. & Borbo. *de appella. cap. Archidiaconi.* & vide quod pleniſſimè ſcripſi *ſupra de offic. Archi. cap. cum Epiſcopus. in 1. quæſt.* Minimè appellatum, iuſtè hoc dicitur, quia deficiente appellatione deficit delatio cognitionis in his cauſis, & perinde habetur ac ſi appellatum non eſſet, igitur articulus appellationis non eſt omittendus, ſed diligenter examinandus, & diffiniendus licet curia plerũque hoc omittat cauſa expediendi partes & abbreuiandi lites. *ff. de cert. peta. l. quidam. & c. cuncta. & cap. per principalem. & 2. quæſt. 7.* ideo Hoſtien. Remenſis Archiepiſcopus vel quilibet alius, Ioan. ſecundum omnes Borbo. *de offic. ordi. cap. 1. hoc lib.* Ioan. clericorum ſcilicet prouinciæ Remenſis ſecundum
3 Card. & Borbo. quæſt. diceret, & aliud in laicis qui † poſſunt conſentire in iudicem non ſuum etiam ſine conſenſu iudicis ſui. *ff. de iud. l. 1. & 2. infra de parochi. cap. fin.* quod verum eſt quo ad ſpiritualia, *infra de pœn. omnis.* quod dic, vt notatur *ſupra de deſpon. impub. cap. 2.* Hoſtien. *& ſupra eodem ſi diligenti. in glo. ſic patet. & eſt iuxta finem*, nec valet quo ad conſuetudinem *infra de pœniten. & remiſ. cap. fin. 2. reſponſo.* Cardin. & Borbo. quod intellige, ſaluo eo quod ſcripſi *de offic. delega decanus in 11. quæſt.*

Verum idem dicendum eſt in laicis, quod in clericis, quando in iudicio appellatur. Ratio eſt, quia cum etiam per citationem ſic præuenti à diœceſano non poſſunt diœceſani præuenientis iuriſdictionem declinare, etiam per appellationem appellationis omiſſo articulo, cõſentiendo quod Archiepiſcopus vel eius officialis de principali cognoſcat, *ſupra eodem titu. ſignificaſti. & cap. propoſuiſti.* ſecundum Lappum. Sed hoc intellige verum per te, ad cuius inſtantiam fuit facta præuentio, vel te officio curiæ Archiepiſcopalis reclamente ex iſto capite, alias autem proceſſum non auderem dicere nullum: cum huic iuri poſſit renunciare tacitè & expreſsè, *argumen. C. de pact. l. penult. cum ſimilibus.* Vel dic & verius vt credo, quod licet *capit. ſignificaſti.* † allegatum loquatur quo ad literam ſo-
lum de clericis, tamen quo ad quæſtionem & mentem intel- 4
ligitur etiam de laicis quo ad cauſas in quibus ſubſunt iuriſdictioni Epiſcopi: quia idem eſt præiudicium Epiſcopo vtrobique, nec apparet diuerſitatis cauſa, *argumen. ff. de verborum obliga. l. à Titio.* Et facit optime, quod ſcripſi *in dicto capit. de cauſis. de offic. delega. in dicta 11. quæſt.* Non credit tamen Archi. valere conſuetudinem, quod clericus † in alium iudicem con-
ſentiat ſine conſenſu diœceſani. Nam ſi Papa hoc intellexiſ- 5
ſet, id expreſſiſſet, ſicut in tribus caſibus ſubſequentibus. *de deci. l. ad audientiam.* Archi. & probat hoc tex *inf. §. 1. ibi, in his tribus.* per quod datur intelligi, quod in duobus, de quibus loquitur principium, non haberet locum conſuetudo Archi. *argumen. ſupra eodem ſi diligenti.* Lauren. *26. diſtinct. qualis. de præſumpt. nona.* & alias poſſet tota iuriſdictio vacare totaliter ſicut cuiuſuis alij extranei, etiam ſi de ſpirituali ſubiectione agetur. *de teſti. præſentata.* vel de alijs ſpiritualibus. *ſupra de arbi. contingit. vbi de hoc. & de re. permu. ca. fin.* Hoſtien. cum hoc prohibitum non ſit, ad hoc *de arbit. cum tempore. & capit. cum dilecti.* & in hoc concordant Card Lau Geſſe. & Borbo. ac Ioan. allega. *ſupra eodem ſi diligenti.* Tanquam iudices. † ſed tanquam 6
arbitri, bene poſſent, ſi clerici comptomitterent in ipſos, & repete quæ notantur *in dicto capit. contingit. & concor. ſupra eod. ſignificaſti.* ſecundum Innocen. hoc in omnibus Metropolitanis prohibetur, niſi in caſibus, *vt de offi. ordin. Romana. de ſupplen. negl. præla Romana.* tam in textu quam in gloſſ. Hoſt. *Licet, pro quamuis. Ipſos.* Archiepiſcopum vel officialem clerici litigãtes ambo, de altero enim ſolo non eſſet dubium. Nouella, de facto, ideo dicit de facto, quia ſecus de iure: nam licet alias licita ſit prorogatio, de caſu tamen hic prohibetur: quia licet laici poſſint in non ſuum iudicem conſentire, † clerici tamen
non poſſunt conſentire in non iudicem ſuum, etiam ſi ſit per- 7
ſona Eccleſiaſtica, nec eius iuriſdictionem prorogare ſecundum Ber. & Innocen. ſicut enim omnino non poſſunt in alios quàm ſuos ordinarios conſentire ſine licentia ſuorum Epiſcoporum, *ſup. eod ſignificaſti.* vbi plenè de hoc, ſic nec caſu, ſed coram delegato Papæ bene licet prorogare: *vt in cap. cordi.* allegato ſecundum Innocen. & concordant omnes. Conſentiant, ſcilicet per ſe ſine licentia Epiſcopi ſui: nam ſi cum licentia fieret & alia neceſſaria cõcurrerent, tenet conſenſus & iu-
riſdictionis prorogatio de facto & de iure, ſunt † autem no- 8
uem caſus, qui concurrere debent ad hoc, quod conſenſus clerici teneat Primum eſt, quod is in quem quis conſentit habeat iuriſdictionem, aliàs contra. *C. de iuriſdict. om. iud. l. 1. & l. priuatorum.* Secundum, quod ordinariam: nam delegata prorogari non poteſt quo ad perſonas. *de offic. delega. P. & G.* ſicut nec de nouo dati, nec reſtitui. *eod. titu ſignificantibus.* Tertium eſt, quod conſentiat. *ff. de iudi. l. 1.* Quartum, quod ex hoc ſequitur, ſcilicet quod non erret. *ff. de iuriſdi. omn. iud. l. ſi per errorem.* Quintum, quod liberè conſentiat non per metum. *ff. de iudi. l. 2. circa prin. verſ. aut ſi cum reſtituiſſet.* Sextum, quod conſenſum re integra non reuocet *ff de iuriſdict. omn. iudi. l. ſi conuenerit. argumen. de elect. in cauſis.* Septimum, quod is in quem conſentit, ſit perſona Eccleſiaſtica. *ſupra titu. 1. decernimus. infra eodem ſeculares.* Octauum, quod fiat cum conſenſu proprij diœceſani. *in Authen. de ſan. Epiſco. §. ſi verò Eccleſiaſticum, colla. 6.* Et hoc eſt, quod probat expreſsè de his duobus caſibus. *capit. ſignificaſti. & hac decre.* Nonum eſt, quod ſit talis cauſa, quæ admittat prorogationem talis iudicis, quod intelligas quo ad laicum volentem in ſe iuriſdictionem alterius prorogare, quod non poteſt facere ſuper ſpiritualibus, niſi & iudex ſpiritualis ſit, *ſupra de arbitri. contingit. infra de ordin. cogn. tuam.* ſecundum Hoſtien. Cardi. Geſſe. & Borbo. Super quo vide quod ſcripſi *ſupra eod. ſignificaſti. in 7. quæſt.* Diœceſanorum ſuorum, non ſufficit ergo conſenſus officialium cum ipſorum offi-

officium ſe non extendat ad iſta. *ſupra eodem lib. de offi. vica. capit. fin. & de tempo. ordi. cum nullus.* §. 1. ſecundum Borbo. & Nouellam. Voluntate. nam ipſis volentibus hoc poſſet, *ſupra hoc libro. de offi. ordi. capit. 1. & ſupra eodem ſignificaſti*, ſecundum Hoſtien. Cardi. & Borbo. Et per hoc patet, quod ſi ſuffraganeus detulit appellationi, bene poterit metropolitanus prætermiſſo appellationis articulo de principali cognoſcere, quaſi ſuffraganeus hoc voluerit. & pro hoc *infra de appella. cap. cum appellationibus.* ſecundum Nouellam, Neque ſuffraganeorum, iunge hic compellant, quod eſt in fin. huius §. Hoſtien. & dic Archiepiſcopus vel eius officialis. Borbo. Ipſorum, ſcilicet Archiepiſcopi vel officialium ſuorum: vt notatur *ſupra de offi. ordi. paſtoralis. in gloſſ. ſi nullam.* Borbo. Suſcipere. Archiepiſcopus cauſam & executionem ſententiæ poteſt delegare ſubditis ſuffraganeorum ſuorum, ſed ad hæc ſuſcipiendum eos inuitos nequit compellere, nec etiam vt coram ſe in cauſis ad eum per appellationem deuolutis teſtimonium ferant, niſi in his tribus caſibus conſuetudo aliud inducat, vt hic. debet ergo mandare ſuffraganeo ſuo, vt ſubditum ſuum compellat ad ferendum teſtimonium in cauſa illa. & idem facere debet in alijs duobus caſibus, prout notatur *ſupra de offi. ordin. paſtoralis. primo reſponſo. in gloſſ. ſi nullam.* vbi redditur cauſa, quare Archiepiſcopus illos compellere non poteſt. Et idem eſt de quocun-
9 que iudice, † vt ſi de illa ciuitate petantur teſtes, mittat iudex cauſæ ad iudicem loci, vt illos recipiat & atteſtationes remittat. *C. de fide inſtrumen. l. iudices.* Facit argumentum, quod iudex non habeat in acceſſorio iuriſdictionem quam habet in principali. Sed illud eſt, quia non habet ordinariam iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, *de offi. ordin. paſtoralis.* ſecundum Borbo. & Ioan. Nec obſt. ſi dicas, delegationem eſſe fruſtratoriam, & legem verbis imponi. *C. communia de leg. l. 3. in fin.* Et verba carere effectu, contra illud *de cleri. non reſiden. relatum.* cum dicit text. delegari poſſe, *de offi. ordin. Romana.* §. 1. fruſtratoria enim non eſt, licet ſi aliquantulum moroſa: quia requireret, vt compellat, vt dictum eſt, argumen. *in Authen. de teſti. §. & quoniam ſcimus. ſupra de fideiuſ. cap. conſtitutus. §. fin. de treug. & pace. cap. 1. 11. quæſtio. 3. iuris.* Et ſi ſuffraganeus non acquieſcat, poterit in ipſum animaduertere: cum idem ſubſit immediate. *de offi. ordin. paſtoralis.* & mandatum ſit iuſtum: nam & in dubio
10 parendum eſt, 23. *quæſtio. 1. quid culpatur.* Et idem † intelligi debet in ſequentibus caſibus ſecundum Hoſtien. & ſi infra terminum ad hoc aſſignatum id non fecerit ſuffraneus, Archiepiſcopus id faciet, *argumen. eius quod notatur ſupra de ſupplen. negl. præla. Romana*, ſecundum eundem Hoſtien. quod nõ placet Archidiacono dicenti. quod licet nunc ſuffraganei cogere poſſint. ſubditum ipſius non, Nouella. ſed hoc quod hic dicitur, & *de offi. ordin. Romana. §. 1. reſtringitur eodem titu. cap. vt litigantes.* ſecundum Cardina. Archidia. & Borbo. Nam me-
11 tropolitanus † iudex peregrinus vocatur quantum ad ſubditos ſuorum ſuffraganeorum: *vt 6. quæſt. 3. ſi quis. in fin. & dicto cap. paſtoralis. de hoc notatur. 3. quæſt. 6. peregrina*, ſecundum Archi. & Laudu. vel ſententias, intelligas vbi proceſſum eſt libello dato & ordine iudiciario obſeruato. Hoſtien. Cardi. Archi. & Borbo. Laudu. Præcepta, puta quando proceſſum eſt ſine libelli oblatione de conſenſu partium, vel quando confeſſio facta eſt nullo libello oblato. & per hoc expreſsè approbatur hic id quod notatur *in ſumma de libelli. obla. §. vtrum libellus. verſi. & hoc verum eſt. & de confeſ. §. fin.* Hoſtien. & fiunt hæc præcepta poſt confeſſionem iuris ordine prætermiſſo: vt notatur *de verborum ſignifica. in princip. cap. ex parte. & 2. quæſt. 1. in ſumma de elect. dudum. 2.* ſecundum Archidia. Laudu. & Geſſe. *& ff. de iudi. l. ſi*
12 *debitori.* Borbo. Differentiam autem † inter ſententias & præcepta vide *in dicto cap. ex parte. in gloſſ. fin.* vbi Nouella remiſſiones dedit, Deuolutis, aliàs delatis. Hoſtien. & idem de omnibus alijs caſibus, qui notantur *de ſupplen. negligen. præla. Romana.* Borbo. Ad hoc eos, ſcilicet Archiepiſcopum & officialem. Borbo. Teſtimonium. Sed contra, quia committitur principale & acceſſorium. *de offic. delega. prudentiam. §. antepenult. & pen. & fin.* & quia † mandata iuriſdictione omnia videntur man-
13 data, ſine quibus, &c. *de offic. delega. præterea.* & totum officium iuriſdicendi tranſit. *ff. de ſuſpect. tuto. l. 1. §. hæc autem.* Solutio. hæc vera ſunt, ſed not. eſt quod ordo ſeruetur. ſcilicet vt is qui ordinarius eſt perſonarum primitus requiratur. Cardin. qui ſi non obedierit puniri poterit, vt *ſupra* notatur, & ſi infra tempus congruum per Metropolitanum aſſignatum, eo lapſo habebunt locum contra ſupradicta: vt probat *dicta decretal. prudentiã. §. fin. & §. pen.* & apparet in his, quæ plenè notantur *de ſupplen. præla. Romana. §. 1. ſuper verbo*, nõ tamẽ ex culpis ipſius. Hoſtien. Sed hoc non credo ſecundum id, quod dixi *in dicto c. Romana.* vnde dic, quod delegare non poteſt inuitus, niſi qui de iuriſdictione delegantis eſt, *Inſtitut. de Attilia. tuto. §. ſed hoc iure. ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. 1. & l. ius dandi.* Ratio eſt, quia Metropolitanus ſubdito ſuffraganei inuito delegare non poteſt, ſicut nec quilibet alius ordinarius extra territoriũ ſuum. *ff. de iuriſdict. omn. iud. l. fin.* quod dic *vt in cap. vt litigantes. allegato.* Puto tamen, quod ſi ſubditus ſuffranei non vult recipere reſignationem, poteſt præcipere ſuffraganeo, vt ipſum compellat. tenet ergo delegatio mero iure, *de offi. ordin. Romana. §. nec pro eo.* & hic ſatis innuitur, ſed tamen non per Archiepiſcopum ſed per Epiſcopum, cui hoc præcipiet Archiepiſcopus, compelletur, ſic intelligo, quod legitur & notatur *de offi. ordin. paſtoralis. primo reſponſo. verſ. ad quod. in gloſſ. ſi nullam.*

Non obſtant contraria ſupradicta: quia in iudicibus delegatis loquuntur, quibus cauſa commiſſa intelliguntur omnia delegata. quæ ad ipſam pertinere noſcuntur: hic autem loquimur in iudice, qui plus non habet poteſtatis in ſuorum ſuffraganeorum ſubditos, quam ei expreſsè à iure committitur, *de offic. ordin. paſtoralis.* Archi. dicit Geſſeli. hoc eſſe probabiliter dictum, & videtur placere Borbonio & Nouellæ, niſi aliud in his, ſcilicet tribus caſibus, ſubaudi, vel alijs, in quibus poteſt locum habere conſuetudo. Hoſtien. Innuit ergo à contrario ſenſu in primis duobus caſibus non valere conſuetudinem, quod not. Archidiaco. vt dixi *ſupra in verbo clericorum.* Sed forte obſtare videntur iura, *de offi. ordin. Romana. de fo. competen. cum contingat. 9. quæſt. 3. cum ſimus. & cap. conqueſtus. de præſcript. cum ex officij. de offi. ordin. duo ſimul. de ædific. priua. l. an in totum. de emancipa. libe. l. 1. de apparito. l. viros. lib. 13. de exceſ. præla. à credentibus.*

Nec obſtat, quod hic dicitur tribus: quia non negatur. quin id ſit in primo caſu, *arg. tex. ſequentis.* Vel poteſt dici, † quod hic 14
argumentum à contrario ceſſat, quia multa alia iura contradicunt, *arg. eius, quod notatur ſup. eo ſignificaſti.*

Nec obſtat alia ratio Archidia. cum per conſuetudinem ius vnius Eccleſiæ valeat euacuari, vt in dictis iuribus ſecundum Geſſeli. de conſuetudine hoc ſemper excipitur, quia † dat iu- 15
riſdictionem, *vt notatur de offi. ordin. Romana. §. 1. verſ. niſi Remenſis Eccleſia.* Hoſtien. Et hoc additur ad primum dictum *huius §.* quod olim habebamus *in decretali paſtoralis. in prin. de offi. ordin.* Nouella. Sed caue de eo quod dixi in gloſſella proximè præcedenti, prohibere. ſed Epiſcopus ordinarios ſuper his compellendis requiratur, vt dixi. Et repete quod diximus *ſupra eod. licet dilecti. & c. licet ratione. & c. poſtulaſti. & cap. cum contingat.* Innocen. Compellant. non obſtat, quod commiſſo principali videtur commiſſum acceſſorium: quia illud obtinet in delegato, iſtud in ordinario: quia delegatus habet latius territorium quam ordinarius, vel dic vt ſcripſi *ſupra* poſt Borbo. aut vt ſcripſi poſt Hoſtien. & ſic tenent commiſſio & executio facta gradatim & ordinatim, vt primo compellatur Epiſcopus, & demum eius ſubditi ob negligentiam ſuam, *de offi. ordin. ad reprimendam.* Laud. nec etiam tertium dictum, & repete, compellant, quod procedit in præmiſſis caſibus Hoſtien. vel accipe cogant, quod eſt *inf.* Archi. Officiales. licet enim in Epiſcopum iuriſdictionem habeat: non tamen in officialem. *vt infra in fin. capituli* dicitur. Sed videbatur contra, † quia Epiſcopi & 16
officialis eſt idem conſiſtorium *infra eodem lib. de appella. Romana. ſupra eodem lib. de conſuetudine. non putamus.* Sed dic ſecundum Bor. quod non eſt ita vt hic. Et eſt ratio, quia cauſa ſalarij alia eſt cauſa de qua agitur, in qua ſolam habet iuriſdictioné propter appellationem. Archidia. Tu dic vt notatur *ſupra eodem lib. de offi. ordin. Romana. d. Cardi.* & hoc intellige, niſi officialis in officio ſuo delinquat. Et ſic non obſt. *de appella. Romana. in princip.* & ſic intellige quod dictum eſt de offic. vicar. *cap. 1. hoc lib.* Hoſtien. & ſecundum omnes Bor. prælatos, ex hoc nota, quod nedum † Archipresbyter ſed etiam inferiores, puta 17
plebani & rectores prælati dicuntur largo modo, vt *hic & ſupra de offi. ordin. cum ab Eccleſiarum*, ſecundum Hoſtien. & *ſupra de offi. delega. ſi quando.* ſecundum Card. & Geſſelli. & *de clerico agro. cap. tua.* ſecundum Borbo. & propoſiti poſſunt vocari, *infra de verbo. ſignifica. quamuis.* ſed quo ad hoc vt eis cauſæ à ſede Apoſtolica delegentur, non ſunt prælati niſi in cathedralibus

Eccle-

Eccleſijs locum obtineant. *ſupra de elect. cum inter canonicos.* vel a-
lijs collegiatis & honorabilibus. quod dic vt notatur *de reſcript.*
cap. præſenti. Hoſtien. Sed melius hodie *eodem tit. ſtatutum. libro 6.*
ſecundùm Borbo. & Archid. Vnde poteſt hic exponi, & intelli-
gi de rectoribus parochialium Eccleſiarum. & eſt ſimile *de cle.*
ægro. tua. allegato in princ. ibi, prælationis officio. ad idem *ſupra hoc lib.*
de elect. auaritiæ. Archid. Subiectos. alias Subditos. Hoſtienſ. Ei-
dem. ſcilicet Archiepiſcopo Remenſi, vel eius Officialibus.
Cardin. Conſuetudo: quæ iuriſdictionem dat, & ideo excipi-
tur: *vt eodem cap. ſupra proximo.* Hoſtienſ. quod dic vt ſatis nota-
tur *de offic. ordin. Romana.* in gloſſ. quam dat Archid. Nec, quar-
tum dictum. Subditos. alias non Prælatos. Nouella. vel alios
quam ſupradictos. & intellige ibidem, hoc eſt, in ſua diœceſi
non reparatos, aliàs obſtabit ſecundùm Geſſeli. ſuper ſalarijs et-
iam in diœceſi Remenſi præmiſſis, quæ promiſſio non debet
eſſe de quarta parte litis. *C. de poſtulat. l. ſi aduocatorum.* ſecundùm
Ioan. Azo. & Lauren. *ff. de pact. l. ſumptus.* de hoc notatur 3. *quæſt.*
7. *arcentur.* & ibi videas Archid. & talia † conſtituuntur ex offi-
18 cio iuxta fori conſuetudinem & cauſæ qualitatem & facundiã
aduocati: *vt §. in honorarijs. infra alleg.* ſecundùm Geſſeli. Sed de
quarta poteſt fieri, dummodo non excedat centum aureos. *ff.*
de va. & extraord. cognit. l. 2. §. licita, quorum ſeptuaginta duo fa-
ciunt libram auri. *C. de ſuſcept. & archa. l. quotiens. libr.* 10. licet no-
mine palmarij aliquid promitti poſſit, ſed ſi nihil promiſſum
eſt, vel ſit ſed incertum, debet iudex hoc æſtimare pro ſcientia,
facundia, & labore aduocati & cauſæ quantitate & qualitate &
fori conſuetudine, *vt ff. de var. & extraor. cognit. l. 1. §. in honorarijs.*
Hoſtienſ. Et hoc eſt, quod dicit Hoſtienſ. etiam in diœceſi Re-
menſi promiſſis, eſt contra regulam communem, qua cauetur,
19 quem ratione contractus ſortiri forum. Sed † hoc eſt hic ſpe-
ciale propter rationem poſitam hic *ſuper verbo cogan.* quia iudi-
cem habent, ad quem leuiter recurrere poſſunt, & propter a-
uaritiam iſtorum aduocatorum & procuratorum taxabat eos
conſilium Lugdunen. incipiens, Properandum ſalarium, quod
hodie eſt ſublatum. Cardin. & de iſtis ſalarijs habes *C. de ſuffrag.*
l. vna. C. mand. l. ſalarium. qua actione petatur habes *C. man. l. 1. in*
vltima gloſſ. & ff. eodem. l. ſalarium. Ioan. & Archid. de hoc plenius
in Specul. *de ſalario. § nunc de procurat. & §. ſequitur Archidiac.* vn-
de ſpeciale eſt, vt dixi, in cauſa ſalarij, in qua non habet iuriſdi-
ctionem, niſi per appellationem ſecundùm Bernat. vel licet ha-
beat iuriſdictionem in cauſa, non tamen in perſonas ratione
ſalariorum, cùm alia ſit cauſa, per proprium tamen ordinarium
debet tale ſalarium compelli reddi, & ſic non obſtat *C. de iudic.*
l. properandum. § ſed proculdubio, ſecundùm Laudu. ſed non valet:
quia etiam ſi promiſſa eſſent in diœceſi Metropolitani idem eſ-
ſet, vt dixi, cùm illa videantur promiſiſſe, vt viatores vel adue-
20 næ, quo caſu † non contrahitur forum ratione contractus. *ff.*
de iudic. l. heres abſens. §. 2. ſecundùm Geſſeli. Sed magis placet
quod ſimpliciter dixi, hic eſſe ſpeciale, quod ratione contra-
ctus ſuper huiuſmodi ſalarijs quis non ſortitur forum. Aduo-
cati, qui non ſunt admittendi, immò repelli poſſunt ſtatim
poſt iuramentum à partibus pręſtitum, quod ipſi credunt ſe iu-
ſtam cauſam fouere, vt & quam cito ſentient deſperatam di-
ſcedent. *C. de iudic. l. rem non nouam.* ſed ſecundùm Borbo. quod
iuretur. l. illa cauetur, ſed in conſuetudinem non habentur, ac
ſi innuat, quod conſuetudo illi iuri valeat derogare, quo nil
21 falſius eſt, ſicut † enim non valet conſuetudo, ne iuramentum
calumniæ præſtetur à partibus, *ſupra de iurament. calumn. cæte-*
rum. Sic non poteſt valere conſuetudo, quo minus aduocati
hoc præſtent. Et ideo neutrum remitti poteſt etiam aliqua diſ-
ſimulatione, & ſic nec tacitè. *C. de iurament. calumn. l. 3. §. ſed*
quia tenuit, immò magis compeſcendi ſunt aduocati, quàm
etiam principales, ſicut magis calumnioſi & cauilloſi, argu-
ment. *C. mand. l. ab Anaſtaſio. & in authent. conſtitut. quæ ex adſcript.*
& liber. nat. in princip. collat. 5. Eſt autem ratio quare in talibus
non valeat conſuetudo, quia laxat & parat pericula anima-
rum, & ideo non prodeſt, *vt ſupra de conſuetud. cap. fin.* & no-
tatur *infra de præbend. cap. extirpan.* Hoſtienſ. cui concordat Car-
din. Borbon. & Nouella. Sed Geſſeli. dixit, quod iſtius con-
trarium notatur *in authent. de man. princ. §. patron. collat. 3. & in*
dicta l. rem non nouam. § patron. vbi Cyn. poſt Petr. *in ſecunda quæ-*
ſtione dicit Butr. malè dixiſſe: quia iura non abrogantur, licet
non fuerint vſitata, dicens etiam quoſdam diſtinxiſſe, quia
aut agitur de iuramento calumniæ, & iſtud non poteſt tolli
conſuetudine. *C. de iuramen. calum. l. 2. §. ſed quia breuiter,* vbi de
hoc per Cyn. *in 2. quæſtio.* aut de alio iuramento: & tunc ſentio
cum Butr. ſed remittit ibi Cyn. ad notata ſua *C. quæ ſit long. con-*
ſuet. l. 3. dicam *in cap. cæterum. allegato.* Procuratorum, quamuis
officia procuratorum & aduocati hic videantur æquiparati: ta-
men multum ſunt diſcrepantia quantum ad hoc, de quo hic a-
gitur. nam aduocati † officium non eſt gratuitum, immò licitè 22
videtur. 11. *quæſt. 3. non licet.* 14. *quæſt. 5. non ſane.* ſed officium pro-
curatoris gratuitum eſt. *C. de procurat. l. litem.* Gen. non debet ad
hoc pecunia promitti, aliàs locatio eſſet. *ff. man. l. 1. §. fin.* Intelli-
gas ergo, quod hic dicitur, quando mandatum gratis ſuſcipi-
tur, nec pro eo ſuſcipiendo aliquid promittitur, licet recõpen-
ſatio pro labore detur: nam nec ideo minus gratuitum eſt. *ff.*
mand. l. fin. Remittendum. ſed & ſumptus poterunt ſtipulari. *ff. de*
pact. l. ſumptus. & Preſbyter pauper poteſt locare operas ſuas
non ſpirituale officium, & notatur de hoc *de iudic. cum ab omni.*
& de ſimon. ad Apoſtolicam. Hoſtienſ. dicit tamen Ioan. quod
adeo eſt gratuitum officium procurator. quod ſi aliquid reci-
piat contra bonos mores eſt & redemptor litis cenſetur: *vt l. li-*
tem. ff. manda. & l. ſi verò non remunerandi. §. vltimo. ſed leges illæ
loquuntur, quando paciſcitur de quota litis: hic loquitur de
ſalario dato pro labore præſtito, *ſic ff. manda. l. ſalarium.* Ioann.
quod etiam petere poteſt, quod dic vt notatur *in dicta l. ſala-*
rium. de hoc. 3. quæſt. 7. § tua. verſic. arcentur. Et plenius *ff. de pact. l.*
ſumptus. & in Spec. *de ſalarijs.* Nec obſtat *ſupra eod. cap. fin.* vbi ra-
tione contractus quis ſortitur forum † quia loquitur de viato- 23
re: *vt l. heres abſens.* ex quo reprobatur duorum opinio, primi di-
cebant, quod viatores Tholoſæ contrahentes, antequam inde
diſcederẽt, ibi poterant conueniri. ſecũdi dicebant, quod non
tunc, ſed benè ſi poſt receſſum reuerterentur, ſed vtraque opi-
nio hic reprobatur, niſi eſſet perſiſtens in loco, habens taber-
nam, armarium vel pergulam, *vt dicta l.* vbi de hoc, vel niſi ibi
promiſiſſet ſoluere, *vt in dicta l. § item ſciendum. & ff. de reb. autho.*
iudic. poſſi. l. 4. & ſupra eod. dilecti. Tamen aliqui intelligunt, quòd
hoc dicitur, quando litigant & aduocatus erat alterius fori
quam cutiæ Remenſis: vt ſi litigans Bauren. aduocatum duxiſ-
ſet de Baurio Tholoſam ſecundùm Laud. de quo dixi *ſupra in*
verbo, ſalarijs, in cauſis. Licet enim iuriſdictionem habeant in cau-
ſis: non tamen in perſonis ratione ſalariorum ipſorum, cum a-
lia ſit cauſa. Nec obſtat *C. de iudic. l. properandum. § proculdubio.* vbi
dicitur, quod propter ſalarium aduocatorum omninò non de-
bet fieri cauſæ dilatio: quia illud loquitur in ordinario ſecun-
dum Bern. & Ioan. niſi in Remenſi diœceſi fuerit facta promiſ-
ſio. Sed nec tunc præciſè, niſi ibidem innenianttur promitten-
tes: *vt infra in § ſed nec,* ſi occaſione horum ſalariorum differen-
tur, alias differretur negotium principale: quia præcipiet Ar-
chiepiſcopus ſuffraganeis, vt de ipſis faciant ſatisfieri compe-
tenter. & ſic non obſtat *§. proculdubio.* ſecundùm Hoſtienſ. &
Archid. & ſatis concordat Cardin. ſaluo quod dicit, quod for-
tè hoc ſtatutum, nec occaſione eorũ ſalariorum differatur ne-
gotium principale, & ſic non obſtat quod ratione contractus
ſortiatur quis forum, ſed magis placet Ioan. quod hic loquatur
de contractu inito in ciuitate ſuffraganei: puta cum Bononien.
appellans ſecum ducit aduocatũ Rauen. & ſic contractus Ra-
uennæ initus non fuerit, vt dixi: Vel dicit, quod locum habet,
quod hic dicitur, quando ibi non inuenitur. vel dic & verius ſe-
cundùm eum, quod hic loquitur de contractu, quem quis ce-
lebrat vt viator, niſi ibi promiſiſſet ſe ſoluturum, & ſic repro-
bantur duæ opiniones, quæ ipſe proſequitur: vt ſupra ſcripſe-
ram poſt Laudun. Nec obſtat *ff. de iudic. l. 2. §. omnes. & §. plane.*
quia in Roma ſpeciale eſt, quod ibi dicitur † quia communis 24
eſt omnium patria. *ff. ad municip. l. Roma.* ſecundùm Ioan. & Alb.
& Borbo. & eadem ratione idem de fideiuſſoribus ſi quos de-
diſſent, nouella.

Opponitur primò *de cap. cordi. infra de appellat. lib. 6.* Sed ſol-
ue per ea, quæ ſcripſi in expoſitione literæ *ſuper verbo, prætermiſſo.*
ſed adhuc replicatur *de l. prima & ſecunda. ff. de iudic.* ſed ſoluitur
per dicta & notata *ſupra cap. ſignificaſti.* Sed adhuc replicatur:
quia plus videtur habere Archiepiſcopus in prouincia ſua, qui
habet ſaltem iuriſdictionem habitu, quam vnius prouinciæ
præſes in prouincia alterius præſidis, qui nec actu nec habitu
iuriſdictionem habet ibi, & tamen in caſu illo prorogatio eſt
conceſſa à iure. *ff. de iuriſdictio. omnium iudic. l. ſi conuenerit. & l.*
prima & ſecunda. allega. ergo & in iſto. Solutio autem attendi-
tur quoad hoc ratio quam ſignat Archidiac. ſed diuiſio iuriſdi-
ctionis quoad commodum & vtilitatem, vt patet ex his quæ

ſcripſi *ſupra de offic. delegat. de cauſis. in II. quæſtio. & ſupra cap. ſignificaſti in prima quæſtione*, ſuper quo iunge, quod ſcripſi *hic in verbo, clericorum, & in verbo de facto.* Et hoc intellige ſaluis his, quæ ſcripſi *ſupra eodem, in verbo, conſentiant.* & poteſt etiam dici quod licet Metropolitanus in perſonam ſuffraganei habeat iuriſdictionem actu & habitu. *de offic. ordin. cap. paſtoralis.* tamen in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum non habet iuriſdictionem aliquam actu nec habitu, *vt hic, & eodem titulo, duo ſimul. & eodem capitulo paſtoralis. & de ſupplen. negligen. prælator. & de offic. vicar. & de offic. ordin. de appellat. & de ſententia excommunicationis. Romana. eodem libro.* Saluis omnibus alijs particularibus in iure expreſſis, in quibus fateor benè Archiepiſcopum habere iuriſdictionem temporibus quibus contingunt illi caſus etiam actu, & ante illorum caſuum contingentiam habitu. & ſic fateor benè, quod vacante Eccleſia ſuffraganea in cauſa confirmationis futuræ electionis Metropolitanus ante electionem habet iuriſdictionem habitu. & ſic poteſt etiam tunc, & ſic procedit, quod de hoc notat Nouella. *de elect. ſi confirmationem. hoc libr.* ſed dico, quod aliter Archiepiſcopus non habet in clericis ſuffraganeorum aliquam iuriſdictionem nec actu, nec habitu per prædicta iura.

Secundò opponitur, ibi teſtimonium. & ibi ſuper ſalarijs:
25 † quia conceſſo principali videtur conceſſum acceſſorium, videlicet omnia ſine quibus expediti non poteſt principale, *vt in cap. præterea.* vbi controuerſias habes. Et eodem modo opponitur contra illud, quod ibi dicitur, ipſorum delegatorum ſuſcipere: quia ſubdelegare poteſt, vt prædictum eſt, vt & delegatum cogere, *de offic. delegat. paſtoralis.* Et ſpecialiter contra illud, quod dicitur de ſalarijs. Nam partes mandantes aduocatis, procuratoribus vel notarijs, quod pro ipſis poſtulent, procurent & ſcribant, cum eis contrahunt in loco, territorio & foro Archiepiſcopi, ergo ex hoc ſortiuntur eius forum. *ſupra eodem cap. fina.* vide & repete quæ ſcripſi *ſupra eodem in expoſitione ſuper verbo, compellatur, & ſuper verbo, ſalarijs, & ſuper verbo, procuratorum, & ſuper verbo, in cauſis.* Sed non videtur communis ſolutio ſupra tacta procedere: nam poſtulando, procurando, & ſcribendo inter partem & aduocatum procuratorem vel notarium, negotium, ſiue obligatio quædam quaſi contrahitur. argument. *Inſtitut. de obligation. quæ ex quaſi contractu naſcuntur. §. 1.*

Et confirmo: quia eo ipſo quòd pars mandat iſtis perſonis ſic agere, videtur ibi contrahere. *ſupra eodem dilecti. cum ibi notatis.* Præterea: quia reſtringere textum iſtum ad caſum illum, in quo pars duxiſſet aduocatum, vel procuratorem: primò eſt nimis ad literam diuinare, & nimis literam reſtringere
26 contra iura communia, quæ volunt † textum generaliter & indiſtinctè loquentem eſſe indiſtinctè intelligendum, & etiam reſtringere textum ad viatorem, &c. prout alia opinio habet, vel ad ibi non repertum, prout habet tertia opinio, in eundem incidit errorem. Credendum enim eſt, quod Innocentius IV. qui fuit tantum literatus. & qui fecit & gloſſauit hanc decretalem, ſi ſe voluiſſet ad caſus iſtos reſtringere, hoc declaraſſet, prout facilè ſibi fuiſſet. *de decim. capit. ad audientiam.* Teneo igitur quartam opinionem, quæ habet, quod textus iſte intelligatur generaliter, prout iacet, & ponat caſus ſpeciales, in quibus etiam ratione contractus quis non ſortitur forum. Et ſic ratio ſpecialitatis eſt intentio, quam habuit Innocentius de reſtringendo cupiditatem & ambitionem, quam habebant Metropolitani ſuper ſuffraganeorum iuriſdictione occupanda, propter quod emanauit iſta decretalis & ſorores ſuæ, *de ſupplen. negligen. prælator. de offic. ordin. de appellat. & de ſententia excommunicat.* & quia lex præſumpſit iſtos contractus vel quaſi contractus propter cauſam, & ſic quaſi à viatore eſſe initos. In hac tamen præſumptione me non fundo totaliter, eo quod iſta decretalis loquitur indiſtinctè, & ſic in appellante, qui vicem actoris in cauſa appellationis obtinet, & ſic agendo ſuper contractibus ibi initis forum ſortitur. *ff. de iudic. l. 2. §. omnes. & §. ſed*
27 *& ſi agant.* licet dicere poſſes, quod licet † appellans agat, eius tamen actio pro defenſione habetur: vt colligitur ex eo, quod legitur & notatur *de reſcript. cap. 1. libro ſexto.* quanquam fatear probabilem eſſe intellectum, quod iſtius textus interpretatio referatur ad ius commune, videlicet excipiendo caſus, in quibus pars huiuſmodi de iure communi forum ſortitur. Nam licet Papa hanc decretalem & eius ſorores ad ſaluandam iuſtitiam ſuffraganeorum contra Metropolitanos ediderit: non tamen eſt veriſimile, quod per hoc voluerit Metropolitanorum iuriſdictioni & iuſtitiæ derogare. *C. vnde vi. l. meminerit. & l. ſi quando. de inoffic. teſtamen. ff. de vulga. ſubſtitut. l. ex facto. 11. quæſtione 1. peruenit. ſupra de elect. capit. Eccleſia beata. & de offic. ordin. capit. licet.* dubito decipi: quia ſuffraganeus ſum elige, quod tibi placet.

Tertiò opponitur, ibi, *nec eſſe ſuffraganeorum ipſorum officiales*: nam mirum videtur, quod dicit textus. Quia aut intelligemus textum quo ad ea, quæ facit officialis non vt priuatus: & tunc textus multum ineptè loquitur: quia loquendo ſub nomine officij ad nomen & dignitatem officij referre ſe debet. *ſupra de offic. deleg. quoniam Abbas. de reſcript. ſi gratioſe. lib. 6.* Aut intelligemus textum quo ad ea, quæ gerit, vt officialis, & hoc non poteſt dici: quia ſic de delictis, quæ in officio committeret per Metropolitanum puniri non poſſet, quod eſſet abſonū & contra determinationem Doctorum, quam ſcripſi *ſupra eo. in verbo, officiales.* quam hic repetas.

Et de hoc videtur, quod ea quæ ſcripſi *ſuper dicto verbo, officiales*, non procedant. Aduerte inuitæ, eadem dici poſſent in hoc paſſu, quæ dicta fuerunt in oppoſitione præcedenti. Probabiliter enim dici poteſt, quod officiales in his, quæ contrahent, vel quaſi, aut delinquent, vel quaſi, etiam vt officialis ſubeſſet iuriſdictioni Epiſcopi & non Metropolitani, pro eo quod in officio & territorio Epiſcopi & non Metropolitani hæc fierent. & credo indubitantiſſimè, quod hoc voluerit iſte text. qualiter enim contraherent forum Metropolitanum non video. Nam aut iudices, quod contraheret forum eius ratione perſonæ, aut ratione territorij. & hoc non: quia perſona nō ſupponitur eſſe ſubiecta ſibi, & hic probatur, quòd territorium non eſt ſuum vt hic, *& de offic. ordin. cap. Romana.* cum his quæ ibi dixi *in ſecunda quæſtione.* & tamen in perſonam etiam ſibi ſubditam extra ſuum territorium contrahentem vel delinquentem & exiſtentem iuriſdictionem exercere non poſſet. *ff. de iuriſdictio. omnium iudic. l. fin. de conſtitut. capit. ſecundo reſponſo.* Aut ratione officij, & hoc non: quia ſicut iuriſdictio, quam exercet officialis Epiſcopi non eſt Metropolitani, ſed ſuffraganei: vt hic probatur, ita officium, quod exercet officiale circa iuriſdictionem ipſam non eſſe Metropolitani, ſed ſuffraganei: cùm ipſi iuriſdictioni accedat, & per conſequens naturam ipſius ſortiatur: *vt infra de regul. iur. acceſſorium. libro 6. cum concordantijs.* Et patet: quia conſiſtorium officialis non eſt eius proprium, ſed Epiſcopi, de conſenſu Archiepiſcopi non putamus *de appellatio. Romana.* quia † Epiſcopus ſine conſilio & conſenſu Ar- 28
chiepiſcopi tanquam in re ſua propria moderator & arbiter officialem inſtituit & deſtituit. *C. manda. l. in re mandata ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur.* Et de hoc videtur etiam eſſe textus *infra eodem cap. §. fin.* qui §. loquitur multum generaliter & indiſtinctè. Nec obſtat ratio, quod dicunt Doctores hoc intelligendum, niſi officialis in ſuo delinquat officio, & ſic eſt intelligendum, *de appellatio. capit. Romana. & de offic. vicar. Romana.* tamen ſecundùm veritatem nihil probant: *nam cap. Romana. de appellatio*, quo ad propoſitum nihil dicit, niſi quòd idem eſt auditorium vtriuſque, quod non probat propoſitum: vt ſupra dixi. *& capit. Romana. de offic. vicar. licet. de ſententia excommunicationis.* latæ per Metropolitanum in officialem ſuffraganei faciat mentionem: non tamen ſimpliciter vel generaliter loquitur. Sed ad aliquam cauſam rationabilem ſe reſtringit, dicens ſic cùm Remenſis Archiepiſcopus in officialem ſuffraganei alicuius ſui excommunicationis ſententiam ex aliqua rationabili cauſa profert, &c. Nec obſtat, *de priuileg. cum capella. cum ſimilibus.* immò facit pro: quia loquitur in officio, quod eſt de iuriſdictione Epiſcopi, & cuius cura noſcitur ad Epiſcopum pertinere, neceſt bona conſequentia. Idem eſt conſiſtorium Epiſcopi & officiale. Ergo ſicut correctio & iuriſdictio delicti perſonæ Epiſcopi commiſſi in officio pertinet ad
Archiepiſcopum, ita & de officiali † nam delicta perſonalia 29
ſunt, & perſonas ſequuntur. *infra de regul. iur. capit. delictum. libro ſexto*, & ſolum deberet tenere ſuos authores. *C. de pœnis. l. ſancimus.*

Fateor, tamen quod ſi delinqueret in iuriſdictione Archiepiſcopi eam perturbando poſſet puniri per eum, argument. *ſupra de offic. delegat. cap. 1. & de offic. ordin. cap. 1.* Nec obſtat quod de officiali appellatur ad Metropolitanum: quia hoc non eſt pro eo, quòd correctio perſonæ officialis pertineat ad eum, ſed pro eo quod non poteſt competenter ad Epiſcopum appella-

pellari, & quia ad iuriſdictionem Epiſcopalem Metropolitanus ſuperior eſt immediatus. Et per hoc oportet reſtringere ea, quæ Doctores ſcripſerunt hic, *& in cap. Romana. de offic. vicar.* & quæ ibi ſcripſi *in prima oppoſitione.* Fateor tamen, quod propter dicta Doctorum huiuſmodi irrepſit conſuetudo generalis, per quam Metropolitanum indiſtinctè inofficiales ſuffraganeorum pro delictis commiſſis in officijs eorundem animaduertunt, excommunicando, &c. quam conſuetudinem puto ſeruandam in locis, in quibus repetitur introducta legitimè & præſcripta. & hoc de iſta quæſtione.

Quæritur primò ibi, *cognoſcant,* an habeat locum quod hic dicitur in legato, ſed de hoc dicam *infra in 3. parte, & quæſtione 3.*

Quæritur igitur, an hoc caſu valere poſſit conſuetudo. vide & iunge hic quæ ſcripſi ſuper hoc *ſupra eodem cap. in expoſitione. ſuper verbo, clericorum. & ſuper verbo, niſi aliud in his. & ſupra eodem ſignificaſti, 3. quæſtione 2.* quæ hic repetas. & per illa dicas, conſuetudinem hoc caſu introduci non poſſe. Facit: quia, vt dicit In-
30 nocentius *de conſuetudine in rubrica,* ad hoc † quod valeat conſuetudo, requiritur quod non ſit contra generale ſtatutum Eccleſiæ, *25. quæſtione 1. ſuſcipien. alias, ſunt quidam.* & quod occaſionem malignandi nō ducat. *12. diſt. not conſuetudinem.* & quod non ſit grauoſa Eccleſijs. *de conſuet. cap. 1.* modò ad propoſitum, ſi valeret iſta conſuetudo, per eam confunderetur generalis ſtatus Eccleſię: qui conſiſtit in diuiſionib. diœceſum Epiſcopatuū & Epiſcoporum, ſecundùm quem ſinguli præſules ſingulas vrbes regere debent, nec vnus de alterius iuriſdictione ſe intromittere poteſt, ne iuriſdictiones confundantur. *C. de Epiſcopis & Clericis. l. repetita. & de teſtament. l. conſulta.* Item inuitaret Metropolitanum ad delinquendum, videlicet ad occupandum ſuorum ſuffraganeorum iuriſdictionem, cuius occaſio permitti non debet. *ff. de pact. dot. l. conuenire. ſupra de conſuetud. ex parte.* Item eſſet nimis grauoſa ſuffraganeis & eorum Eccleſijs: quia per hoc poteſt eorum iuriſdictio paulatim totaliter vacuari, vt dixi ſupra, & hic iunge omninò quæ ſcripſi *de offic. legat. capitulo nouit. in ſexta quæſtione, & non plus de præſenti quæſtione, &c.*

Secundò quæritur quæ eſt ratio diuerſitatis, quare in duobus caſibus huius decretalis non poteſt valere conſuetudo: tamen in quatuor caſibus ſequentibus valere poteſt. Ratio reddi poteſt: nam refert multum inter conſuetudinem vniuerſalem & particularem quantum ad hoc: nam in duobus caſibus primis conſuetudo eſt vniuerſalis, & tendit ad iuriſdictionem Epiſcopalem per vias indirectas, videlicet friuolæ appellationis & temerariæ prorogationis, generaliter eneruandum, & vniuerſalem ſtatum Eccleſiæ immutandum. ſed in alijs caſibus cōſuetudo eſt particularis ſolum quoſdam particulares caſus reſpiciens, per quos non eneruaretur generaliter, nec eneruari poſſet vniuerſaliter iuriſdictio Epiſcopi. & ſic ceſſant in illis rationes immutationis vniuerſalis ſtatus Eccleſiæ, & grauaminis exceſſiui, immò & occaſionis delinquendi. Quia cum caſus illi non ſæpè contingant, modicum lucrum poſſet ex hoc Metropolitanus reportare, & ita non præſumeretur inclinari ad occupandum iuriſdictionem huiuſmodi ſine cauſa, & ſingulos caſus ſingulariter capiamus & clarius rationes ſingulorum caſuum perpendemus.

Primus caſus eſt, quod in cauſis, in quibus eſt ad ſedem Metropolitanam appellatum, nō poteſt Metropolitanus procedere appellationis articulo prætermiſſo, nec valet conſuetudo in contrarium. Ratio huius eſt euidens: nam conſuetudo daret occaſionem euidentem delictis committēdis & commiſſis etiam non puniendis, patet primum: nam quicunque ſubditi ſuffraganeorum attendentes, quod articulus appellationis foret prætermittendus in quibuſcunque cauſis ciuilibus & criminalibus indiſtinctè friuolè & malitioſè à ſuis Epiſcopis appellarent, vt poſſent canonicam correctionem effugere, ac modum diſciplinæ Eccleſiaſticæ euitare, quod eſſet ſimpliciter irrationabile & moribus bonis & Eccleſiaſtico honori aduerſum, *de conſuetud. cap. cum inter. & capit. cum venerabile. & capit. ex parte. de appellat. cap. ad noſtram. & cap. reprehenſibile. cum concordantijs vtrobique ſignatis. & de offic. ordin. cap. licet. cum ſimilibus. argumen. infra de appellat. cum friuolis.* Patet ſecundùm: quia iuſtum
31 eſt, quòd † friuolè, temerariè & malitioſè appellantes de temeritate & malitia ſua puniantur. Et eſt etiam multum rationabile tam propter punitionem huiuſmodi, quam pro iuſtitia ipſius appellantis, quam etiam pro honore iudicis à quo, temerariè extitit appellatum, puniatur malè appellans ſaltem in expenſis. & confirmetur proceſſus primi iudicis, & cauſa ad eum remittatur, *de appellat. cap. vt debitus, ante finem.* Et conſuetudo, quæ habet contrarium, valdè eſſet irrationabilis à contrario præmiſſorum. Item eſſet rationabile, quo ad id quod denegatur Metropolitano acceſſus per viam directam, videlicet ad cognoſcendum de cauſis ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum, quod per iura directè eidem prohibetur, admitteretur ipſe per viam indirectam, *infra de regul. iur. cum quid vna via. cum concordan.* quia ſimulata æquitas: vt notatur per Cardin. *de elect. cap. auaritiæ.*

Secundus caſus eſt, quod cum non eſt appellatum, non poteſt Metropolitanus de cauſis ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum cognoſcere, nec valet in hoc conſuetudo, ad quod militant rationes, quas in principio dedi. quia ſecundùm veritatem per hoc poſſet tota Epiſcopi iuriſdictio eneruari, etiam in graue præiudicium ſubditorum, qui cogerentur per hoc extra diœceſim & quandoque vltra duas dietas à fine diœceſis ire ad Metropolitanum pro reſpondendo in cauſis contra rationem iuris antiqui, *de reſcript. nonnulli. & noui. & eodem titulo ſtatutum, hoc libro.* Verum quia caſus iſte de per ſe dubitationem non haberet, addita eſt ibi ampliatio iſta, videlicet licet in ipſos ijdem clerici de facto conſentiant, abſque diœceſanorum ſuorum voluntate. Ratio autem ſpecialis, quare conſuetudo non poteſt inducere talem prorogationem eſt iſta: quia adeò eſt irrationabile, quod ſubditi à iuriſdictione & obedientia Epiſcopi ſui ſe ſubtrahant, quod hoc non poteſt conſuetudine introduci: *ſupra de præſcript. cum non liceat, & cap. cum ex officij.* & tamen non poſſunt per prorogationem eam dare Archiepiſcopo, quin illam Epiſcopo auferant: † quia inchoata iu- 32
riſdictio per citationem executam coram Archiepiſcopo: Epiſcopus amodo ſe intromittere non poſſet *ſupra eodem propoſuiſti.* Et adhuc plus videtur irrationabile, quod clerici iuriſdictionem, quæ ſua non eſt, ſed Epiſcopi, Epiſcopo pro libito voluntatis auferre, & Archiepiſcopo dare poſſint, quia poſtquam non eſt hoc eis permiſſum à lege *ſupra capit. ſignificaſti.* hoc etiam in obedientiam & infidelitatem contra dominum ſuum committere videtur contra bonum honorem & ſtatum ipſius attentare.

Primus verò caſus in quo valet conſuetudo, eſt iſte, videlicet, quod poteſt dare conſuetudo Archiepiſcopo, quod poſſit de iure clericis ſuorum ſuffraganeorum cauſas delegare, quod intellige ſaluo eo quod habes *ſupra de offic. ordin. Romana. & de ſupplen. negligen. prælat. Romana.* quod etiam poſſint clericos ipſos ad huiuſmodi delegationes ſuſcipiendas compellere, licèt aliàs de iure non poſſent: hoc enim videtur ſatis rationabile, ne hoc mandatum iuriſdictionis, cuius executio nedum licita, & honeſta, immò pia & laudabilis eſſe dignoſcitur, ſit deluſorium. *de offic. delegat. paſtoralis. in principio.* maximè cùm per hoc modicum vel nihil Epiſcopo præiudicetur. immo eſt ſibi honor, quod clericus ſuus ad tale officium aſſumatur, cum † dignita- 33
tem habeat officium iudicandi, vt patet ex notatis Innocent. *de præbend. de multa.* & Archidiaconi *de conſuetudine, capitulo 1. hoc libro.* facit quia de iure officium iudicandi quoddam munus neceſſitatis exiſtit, *vt ff. de muner. & honor. l. munerum. §. iudicandi.*

Et eadem ratio viget formaliter in caſu ſecundo ſententiarum & præceptorum executione concernente. & fortius in tertio caſu de teſtimonio: quia pauciores reperiuntur teſtes, quam iudices, & ideo fauorabile eſt, quod compellantur illi, qui reperiuntur, ne probatio anguſtetur. *C. de probat. l. fin. ſupra de teſtib. cogen. in rubro & in nigro. & per totum.* Caſus autem quartus de iuriſdictione in officiales grauior eſt, & poteſt limitari ad delicta commiſſa in officijs circa iuriſdictionem, & ad prælatos iuriſdictionem habentes, & ad caſus negligentiæ ſuffraganeorum, vel ad modicum numerum perſonarum, vt ſic ceſſant rationes in primis caſibus allegatis, & ſic vendicens ſibi communia iura, quibus cauetur, quod conſuetudo dat iuriſdictionem per Geſſel. allegata, ad quæ quo ad primos duos caſus faciliter reſpondetur, dicendo quod fallunt in tribus caſibus, quos notaui in princ. poſt Innoc. de quibus ſunt illi: vt ibi dixi. fallunt etiam in caſu, in quo eſſet conſuetudo irrationabilis, *de conſuetud. cum tanto.* cuiuſmodi eſſet in illis, vt ſupra deduxi. Et ex his planè patent rationes dubitandi, & decidendi ad prima ſex dicta huius decretalis.

Tertiò quæritur, vtrum in ſeptimo caſu decretalium, ſeu in vltimo dicto huius partis, videlicet in §. *nec ſubditos.* valere poſſet conſuetudo contraria, & videtur quod nõ: quia hoc in præcedentibus caſibus, qui ſunt, quatuor exprimendo, videtur prohibuiſſe de iſto. ſicut & de duobus primis, & quia facilè potuiſſet hoc exprimere, vt in caſu iſto, ſi voluiſſet, ſicut in alijs, ſicut dictum fuit de caſibus primis, argum. *ff. de iud. l. cum prætor. & de deci. ad audien.* Sed ego credo contrarium: quia eadem ratio vel maior viget in caſibus iſtis. ſicut in illo. ideo cùm non ſit ſpecialiter prohibitum in caſu iſto conſuetudinem introduci, & generalis regula iuris habeat, conſuetudinem dare iuriſdictionem. *ff. de verb. obligat. l. à Titio. in fin. de appellat. l. præcipimus. in fin. cum ſimilibus.* Hunc enim caſum omiſſum videtur iuri communi reliquiſſe. *ff. de condit. ob cau. l. ſi extraneus. ſoluc. matr. l. ſi conſtante. in princ.*

Quartò quæritur, quid de ſalarijs notariorum. Videtur idem, quod de ſalarijs aduocatorum & procuratorum ex identitate rationis. Sed ego credo contrarium: nam (vt dixi in quæſtione præcedenti) caſus omiſſus iuri communi relinquitur, ſed conſtat, quod articulus iſte de ſalario notarij eſt acceſſorius incidens, & connexus cauſæ, foroque & officio ipſius iudicis, *de probat. quoniam contra. in fin.* & ideo licet iuriſdictio delegati ſit præſcripta. *de offic. delegat. P. & G.* nihilominus ad eum pertinet iſte articulus. *de reſcript. ſtatutum. §. notarium. cum ibi notatis.* per Arch. & in Spec. *de ſalarijs. §. nunc de procur. verſic. ſed quid erit de tabellionibus.* & ideo Auditores palatij, qui ſolent ſemper iuriſdictionem reſtringere, compellunt partes, immò & procuratores per eum ſtatim quod onus procurationis aſſumpſerunt ad ſatisfaciẽdum de huiuſmodi ſalario notarijs pro tempore huiuſmodi oneris aſſumptionem præcedente. Præterea negari non poteſt, quin partes cum eis in foro Archiepiſcopi quaſi cum eis contrahant. Sed primum ſecurius, vt ſine libello tanquam incidens ſummariè expediatur talis articulus.

Quintò quæritur, quid de fideiuſſoribus, ſi quos dediſſent clerici ſuffraganeorum coram Metropolitano in cauſis ad eum per appellationem deuolutis pro ſalarijs fortè, pro aduocatis, vel procuratoribus ſuis in cauſis, ille per eos promiſſis ſoluendis. Nouella dicit, quod idem, vt videlicet fideiuſſores per Metropolitanum compelli non valeant ſuper huiuſmodi fideiuſſionibus coram ipſo Metropolitano reſpondere. Sed aduerte, quia ſi fideiuſſores eſſent de diœceſi Metropolitani, aut illius domiciliarij, & in illa larem fouerent, ſeu tabernam, armarium aut pergulam ibi haberent, aut ibi contraxiſſent, ibique reperirentur, etiam ſi eſſent diœceſis alienæ. Certum eſſet, quod in primis duobus caſibus ratione originis & domicilii, & in tertio caſu ratione contractus ibi tenerentur reſpondere. *ff. de iud. l. hæres abſens. ſupra eodem cap. fin.* & quod ibi ſcripſi *in 4. quæſt. & in 5. quæſt. § de domicilio. verſic. ſed nunquid ratione originis.* His ceſſantibus, hoc eſt, caſu quo eſſet in diœceſi ſuffraganei, & ibi ſolum habere domicilium, & ibi etiam has fideiuſſiones dediſſet, vel caſu quo tales in diœceſi Metropolitani exiſtentes ſolum tanquam viatores ibi fideiuſſiones feciſſent, vel alids etiam contrahendo forum ibidem ſortiti eſſent, ſed ibi non reperirentur: tunc etiam eſſet clarum, quòd ibi conueniri non poſſent, per ea, quæ ſcripſi *in locis preallegatis*, & quæ leg. & not. *infra eodem capit. §. contrahentes.* iuxta ea, quæ ſcripſi *in 2. oppoſit. §. certo igitur, ſupra eod. cap.* capitulum iſtud ponat caſum ſpecialem, ius commune in principalibus videretur fore, quod extenderetur ad caſum nõ expreſſum, de fideiuſſorib. tamen, ſi fideiuſſores ſint clerici ſuffraganeorum & conueniuntur pro huiuſmodi ſalarijs. ſatis applauderent verba conſtitutionis. & ratio eſt eadem. igitur etiam ſi eſſet exorbitans præſumam mentis identitatem. & propterea dicam non per modum extenſionis, ſed per modum incluſionis, iſtum caſum ſub hac conſtitutione comprehendi, arg. *de elect. c. fin. hoc lib.* & eius quod not. per Ioan. in gloſſ. & in Nouella *de temp. ord. c. 1. eod lib.*

Sextò quæritur, quantum tempus requiritur ad præſcriptionem dictæ conſuetudinis: † & quia hæc conſuetudo eſt
34 contra ius & contra Eccleſiam, dico requiri tempus quadraginta annorum: vt dixi in materia conſuetudinis ſupra *de conſuetudine ſuper rubrica, quæ incipit, nunc autem reſtat videre quanti temporis*, vbi omninò videas, & illa hic habeas pro repetitis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium redditur in inuitum, & quando quis ad illud trahatur. num. 3.*
2 *Contractus propriè dicitur, quando vltro citroque oritur obligatio.*
4 *Remiſſio in contractibus an fiat ſicut in delictis. num. 35.*
5 *Excommunicatio & miſſio in poſſeſſionem æquiparantur.*
6 *Contractus & delicta æquiparantur quoad forum ſortiendum.*
7 *Citatio re & verbo quando dicatur poſſe fieri.*
8 *Iuſſus quandam ſuperioritatem importat.*
9 *Iudex, qui requiſitus non vult facere iuſtitiam, litem ſuam facit.*
10 *Procedendum qualiter contra eum, qui in alieno territorio contraxit.*
11 *Iudicis de iuriſdictione prius conſtare debet.*
12 *Lis conteſtari non poteſt coram non ſuo iudice.*
13 *Diſpoſitio tollens vnum impedimentum ad tollendum duo non ſufficit.*
14 *Comparens videtur iuriſdictionem prorogaſſe.*
15 *Negatiuam probare tenetur, qui excipiendo ſuper ea ſe fundat, quantumcunque ſit difficilis ad probandum.*
16 *Sentẽtia cum debet præiudicare his quorum intereſt, neceſſe eſt, quòd ipſi ſciant.*
17 *Interlocutoria, qua quis pronunciat ſe iudicem competentem, habet vim rei iudicatæ.*
18 *L. ſi quis ex aliena. ff. de iud. declaratio.*
19 *Proceſſum ex defectu iuriſdictionis totum fore nullum.*
20 *Exceptionem in iudicijs expreſſè repellere, vel per proceſſum ad vlteriora, paria ſunt.*
21 *Iudex prout cognouit ex actis pronunciare debet.*
22 *Confeſſio vltro oblata per procuratorem contra dominum, domino non obeſt.*
23 *Iudex contractus an poſſit citare extra ſuum territorium.*
24 *Citationis actum ſimplicem.*
25 *Citatio eſt pars proceſſus.*
26 *Citatio habet duo extrema.*
27 *Iuriſdictionis actus extra territorium fieri non poteſt.*
28 *Clem. paſtoralis. de re iud. declaratio.*
29 *Citatio, quæ fit ratione delicti principaliter afficit perſonam.*
30 *Contractus non parificantur delictis quoad quem inuitum trahendum.*
31 *Effectus citationum extra territorium factarum, vel à iudice domicilij ratione contractus alibi facti.*
32 *Mandatum illius licet contemnere, qui mandandi poteſtatem non habet.*
33 *Iudex contractus contra contemnentem citationi parere num poſſit mittere in poſſeſſionem bonorum alibi ſitorum.*
34 *Contumacia maior eſt manifeſta quam ficta.*
36 *Remiſſio in criminibus non fit ad receptionem teſtium.*
37 *Contrahens debet ſibi cauere cum quo contrahat.*
38 *Remiſſio non fit etiam in lenibus criminibus.*

CONTRAHENTES. Iſte §. habet materiam valdè notabilem & quotidianam, & idcircò magis ſolicitè habemus inſiſtere circa illum, & eſt materia ipſa plenius diſcutienda ſecundùm Cardin. argum. *ff. de libe. leg. l. legati. in princ.* Et ad materiam huius §. vide quod notatur in Spec. *de i. decret. §. nunc videamus. ver. & not. quod.* & dicit ipſe Cardin. quod in hoc §. quatuor proſequitur. Nam primò regulam ponit. Secundò *in verſic. licet iuxta ſeu præter*, regulæ prouiſionem adijcit. Tertiò *in verſic. vel ſi fortè*, ampliationem ad prouiſionem poſitam adijcit. Quartò *in verſic. ſed tunc*, formam exequendi prouiſionem ampliatam tribuit, & quod hęc regula fundatur. *ff. de iud. l. hæres abſens.* & hoc de iſto principio.

Expone literam contrahentes. not. quod vbi quis contrahit, ſe defendere debet, ſecundùm diffinitionem ſequentem: & hæc quæ hic dicuntur notata ſunt per Accurſ. *in dicta l. hæres abſens. & ſupra eodem.* licet ſuper verbo, contractus, quæ intelligas ſecundùm iſtum §. Bern. & intellige hunc proceſſum in contractu, quem quis celebraret tamquam domicilium habens: cùm ibi pergulam habet vel armarium, aliàs contradiceret. §. *ſupra proximo.* Ioann. aliarum diœceſum, ſcilicet extranearum non ſuorum ſuffraganeorum. Vel dic aliarum, reſpectu Remenſis: nam omnes aliæ extraneæ ſunt quo ad id,

de quo

de quo hic agitur. ideo ergo dicit aliarum: quia ſi eſſent de diœ-
ceſi Remenſi, & in eadem contraxiſſent: tunc tam ratione cō-
tractus, quam ratione domicilij cogentur, *ſupra eod. cap. fin.* quia
1 † in inuitum redditur iudicium. *ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulan-
tem.* §. 1. Hoſtien. Sed Cardin. recipit ſecundum modum, dicens
aliarum, ſcilicet, à Remenſi: nam regulariter ſunt extraneæ, ſic-
ut *& cap. paſtoralis. de offic. ordin.* Ioannes autem vtrumque com-
prehendit, exponens aliarum prouinciarum, vel extra prouin-
ciam. Laud. ſequitur Card. argum. *6. quæſt. 3. ſcitote.* Et idem Ar-
chid. & Borb. omnes igitur concordare videtur, quod verbum,
aliarum, hic ſumitur pro diœceſibus ſuffraganeorum. & for-
tiori ratione pro alijs extra prouinciam. Super contractibus
ideoque facti ſunt de foro Remenſi ratione contractus, & ac-
cipe contractus pro omni obligatione etiam pro geſtione tu-
tulæ vel curæ, & omni contractu & obligatione, excipitur ta-
men viator emens vel vendens, cuius domicilium ſpectatur, vt
omnia probantur. *ff. de iud. l. hæres abſens.* §. 1. *& l. omnes, & l. inter-
dum.* §. *fin.* vel etiam ſi promiſit ſe ibidem quis aliquid ſolutu-
rum, *vt ff. de eo quod certo loco. l. 2. & ſupra eodem. dilecti.* ſecundùm
Hoſtien. & Cardin. facit *ff. de act. & oblig. l. contraxiſſe.* Dicitur ta-
2 men † propriè contractus vbi vltro citroque obligatio oritur,
vt ff. de verborum ſignific. l. Labeo 2. Cardin. & Laud. & Borbon. fa-
cit optimè ſecundùm eum, *de bon. autho. iud. poſſ. l. 3.* & ſic etiam
notant Bern. & Goffre. *ſupra eod. licet.* & de hoc notatur *in quæſt.
6. in ſumma.* ſecundùm Arch. ab eiſdem, ſcilicet contrahentibus
Cardin. Niſi inueniantur, ergo à contrario coguntur, ſi ibi in-
ueniuntur ſecundùm Hoſtienſ. & Cardin. & Archid. & hoc ap-
probatur ſententia Vincent. quam poſuit *in præallegato cap. licet.*
Dicit enim, quod dicitur ibi de contractu, intelligendum eſſe
ſi ibi conſiſtit, vbi contraxit, non dico iure domicilij, ſed ha-
bendo ibi tabernam, pergulam vel horreum: nam ſi eſt merca-
tor aduena ſtatim receſſurus, vel quotiens locum tranſit, non
cogitur ibi defendere, *vt l. hæres. & l. omnem. & l. interdum.* §. *vlt.* ſe-
cundùm Vincent. Sed hæc litera videtur contra ſumptū argu-
ment. à contrario ſenſu. ſed dico hoc intelligendum cum de-
terminatione præmiſſorum. Et ſic etiam intelligunt hoc Hoſt.
Petr. de Sanxo. ſecundùm Arch. ac etiam Ioan. Laud. Geſſeli. &
Borb. vt iura concordentur, *de elect. cum expediat, hoc libr.* ibidem
ſcilicet in Remenſi diœceſi Archid. trahere coram ſe: quia non
habent iuriſdictionem in diœceſibus ſuffraganeorum: vt ibi a-
liquid diſponant, vel agant, niſi quantum iura permittunt, vel
conſuetudo illis contulit ab antiquo, *9. quæſt. 3 conqueſtus. de offic.
3 ordin. Romana.* vbi de hoc ſecundùm Bernar. Et † notat hic Ho-
ſtienſ. tres caſus.

Primus eſt, quando quis in domo ſua, nec aditum præſtat,
ibi nec re, nec verbo trahitur ad iudicium. *ff. de in ius vocan. l.
plerique.*

Secundus eſt, quando eſt in domo & præſtat aditum: &
tunc vocatur verbo ſed non re: quia non extrahitur de do-
mo. *ff. de regulis iuris. l. nemo de domo. de in ius vocan. l. ſed & ſi is.
vbi. de hoc.*

Tertius eſt, quādo extra domum eſt etiam in vinea, vbi qui-
dem & verbo & re vocatur. *ff. de in ius vocan. l. ſed etſi. & l. ſeq.* Sed
ab iſto excipiuntur quatuor caſus.

Primus, ſi quis paratus ſit eum defendere.

Secundus, ſi componat cum aduerſario, *vt eod. tit. l. neque im-
puberes.* §. 1.

Tertius ſi paratus ſit ſoluere, *Inſtitut. de perpe. & tempora. ac.
in fine.*

Quartus eſt, ſi ſatiſdet. *ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi verò.* §. 1. alias co-
gi poteſt actione iniuriarum, vt ibidem.

Quid ergo ſi non præſtat aditum infra domum, dic quod, &
ſi non citetur infra domum, citabitur ante domum, vel extra,
vel iuxta, vel in Eccleſia cognatis monitis & amicis, ſicut nota-
tur *ſupra de dolo & contumacia. cap. fin. & de eo qui mit. in poſſeſſ. cap. ſi.*
ſecundùm Hoſt. & Nouellam. Super quo vide omninò quod
ſcripſi *ſupr. eod. ſanè. in quarta oppoſit.* Non debent, ſcilicet Remē-
ſis Archiepiſcopus, vel eius Officiales. Archidc. inuitos hic de-
ciditur antiquorum dubitatio, quorum quidam dicebant, vt
4 Azo. & Ioan. quòd remiſſio † fiebat in contractibus, ſicut in
delictis, & quidam dicebant contra, vt notatur *in dicta l. hæres
abſens.* ſecundùm Cardin. & etiam hic colligo, tales excommu-
nicari non poſſe. Quia compellerentur coram eis pro abſolu-
tione comparere, hoc etiam patet: quia certos articulos eis cō-
cedit cōtra tales, vt ſequitur, propter quod alia intelligitur pro-
hibere, vt *25. diſtinct. qualis.* Archid. & concord. etiam Lauden.
Geſſeli. & Nouella. Sed ſecundùm Cardin. id ſolum quod ſe-
quitur tenet, cùm non ſit noſtrum legem extendere. *vt ff. ſolut.
matrimon. l. ſi verò.* §. *de viro. de elect. quanquam. in princ. eodem libro.*
Hoſtienſ. tamen videtur velle contrarium, videlicet quo ad
mulctæ iuriſdictionem procedi poteſt. *ff. ſi quis ius dicen. non ob-
temp. l. vna. in princ.* & etiam ad excommunicationem: † cum 5
miſſio & excommunicatio æquiparentur, allegat *vt lite non con-
teſta. tua. & cap. quoniam frequenter. in fin.* Sed in excommunica-
tione dic contra ſecundùm Cardin. quia illa iura non loquun-
tur in iudice contractus, ſed de illo qui poſt litem conteſtatam
contumax eſt in cauſa, vbi non poteſt fieri miſſio, vel ſi de illo
vis intelligere, procedat quando ibi inuenitur: vt ſupra dixi. &
vide Nouellam poſt Innocent. *eodem tit. cap. fin. ſuper prima gloſſ.*
Item quia illud dictum eſt contra hunc textum, vt dixi ſupra *de
offic. delegat. cap. cum contingat. de ſententia excommunicat. cum deſide-
res*: ſecundùm Nouellam: quia ſi non poſſunt cogi inuiti ve-
nire, non poſſunt dici contumaces. *ff. de iud. l. non videtur. de peti.
hæred. ſi eo tempore.* & ſic non debent excommunicari. *11. quæſt. 3.
nemo Epiſcoporum. & cap. ſequen.* quia licet habeat iuriſdictionem
in caſu vel in re, non tamen in perſonas extra ſuum territo-
rium conſtitutas: vt hic patet, excommunicatio autem eſt
pœnæ propriæ perſonæ. Nec mireris, quod dixi, quod non
poſſunt dici contumaces actu: & tamen iſte verſic. licet dicit
faciendam miſſionem contra eos: hic enim fit in abſentem
cauſa Reipublicæ. Item & in pupillos. *ff. ex quib. cau. in poſſeſſ.
eat. l. 3.* § *penult. & vlt. & de priuileg. credit. l. pupillus.* ſecundùm In-
nocent. *ſupra eodem cap. fin.* Et ſic patet ſecundùm Cardin. quod
iſta duo, ſcilicet excommunicatio, & miſſio non ſemper am-
bulant pari paſſu. Patet etiam per hoc, quod miſſio non habet
locum, vbi duo contendunt de beneficio Eccleſiaſtico, *vt in-
fra de eo qui mit. in poſſeſſ. cap. 1.* & tamen excommunicatio pro-
pter contumaciam poteſt locum habere: vt in prædictis iuri-
bus. vnde iſte verſiculus & ſequens, non deberet intelligi caſu
dicti cap. 1. Nec etiam in caſibus, in quibus procedi poteſt lite
non conteſtata, *vt in dicto cap. quoniam.* §. *porrò. in fin.* ſecundùm
Borbon. Et patet etiam, quia contra pupillum fit miſſio: vt ſu-
pra dictum eſt, qui tamen non poteſt excommunicari: quia nō
poteſt eſſe contumax, *vt in dicto cap. nemo Epiſcoporum,* ſecundùm
Cardin. & à contrario verbo inuitos. Dic quod volentes poſ-
ſunt ſecundùm Geſſel. Licet in poſſeſſionem bonorum, quæ
ibi habent, ſcilicet in diœceſi Remenſi: etiam cùm alibi, ſcilicet
extra diœceſim Remenſem in ſuis diœceſibus faciunt, ſcilicet
contrahentes, & hoc dicit ſecundùm Innoc. quia ex quo ſe ex-
hibent & parati ſunt ſtare iuri coram ordinario domicilij, iudex
contractus ſe intromittere non debet. Sed contrarium hic ſta-
tuitur: vt contractus fori aliquid operetur ſecundùm eum. No-
uella. & ideo Card. in hoc verbo faciat, dicit ſi non faciant ſed
latitent, & vbi copiam ſui faciunt citandi ſunt, antequam re-
putentur contumaces. *ff quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. 1.* §. *item cum
ex edicto.* ſecundùm eum. ſi eorum ſcilicet Archiepiſcopi vel
ſuorum Officialium authoritate, quod intelligas, ſi ſint in ea-
dem prouincia ſecundùm ea, quæ notantur *de clem. non reſid. ex
tua.* ſecundùm Oſti. & Card. Citati, de hac citatione vide quod
ſcripſit Nouella *de appellat. meminimus.* & dic citati ſcilicet in ea-
dem prouincia. *cap. ex tua allegato.* ſecundùm Oſtien. vel extra
territorium & prouinciam per modum, de quo dicetur *infra in
7. quæſt. & ſequent.* quia illum intellectum & non alium videtur
ſonare iſta litera ſecundùm Borbon. licet aliqui ſuppleant ibi,
citati ſi ſint in citantium territorio ſecundùm Cardin. Sed ma-
lè vt dicetur *in 7. & 8. quæſtionibus.* contemnant vitium notat. ſed
ſi ſui copiam faciunt (vt præmittitur) citandi ſunt perſonaliter
antequam contumaces reputentur, *vt ff quæ ſenten. ſine appell. re-
ſcind. l. 1.* §. *item cum ex edicto.* Et hoc innuit litera ſequens, *ibi per-
ueniat ad eoſdem.* Ad hoc *ſupra de dolo & contumacia. venerabilis. in
fin. & de cleric. non reſiden. ex tua.* de quo etiam notatur. *3. quæſt. 9.
caueant. & infra de ſentent. excommunic. venerabile.* §. *idem eſt. in gloſſ.
cum iſta,* per Archid. vnde dicebat Oſtien. quod citatio quæ fit
ad Eccleſiam, ſiue ad domum, *de qua ſupra de dolo & contumac.* fit
tantum in defectum, vt ipſe notauit *in c. cauſam. vbi etiam de hoc.*
Sed intellige, quando is qui citādus eſt, inuenitur intra prouin-
ciam: nam extra non eſt facienda citatio, quamuis ſciatur, vbi
ſit is qui citandus eſt. Et intelligo de vulgari prouincia: & patet
ex eo quod legitur & notatur *de dolo & contum. cum olim. iux. a fi.
ibi in Ybernia, &c.* ſecundùm Goffre. approbatur, & hic per Oſti.

& adde quod de hac materia dictum eſt *ſupra hoc lib. de elect. ſtatuimus in gloſſ.* & hic videas. & *infra de praben. cum in Eccleſiis.* Arch. & per alios *in clemen. cauſam qua. de elect.* & concordat Lau. poſſint hoc. iuſtè ſtatuitur: quia huiuſmodi forum ſortiuntur ratione contractus ibidem, Arch. *miſſionem*, idem notat Vincen. *ſup. eod. ſanè.* Ex cuius dicto fuit formatum, quod hic dicitur. vbi etiam dicit, quod ſi is qui patitur miſſionem, impedit huiuſmodi iudicis mandatum: tunc quia delinquit in eius iuriſdictionem excommunicari poterit ab eodem, & teneret ſententia ratione delicti potius quam ratione rei, aliàs non poteſt excommunicari ab iſto Epiſcopo, in cuius diœceſi eſt prędium, quamuis nõ occurrat citatus, ſed habet fieri, quod hic dicitur ſecundũ Vincent. & hanc ſententiam viſus eſt Innoc. approbare *ſupra eod. licet.* & vide quod ipſe notat *de dilat. praterea.* in gloſſ. hic habes, ſecundùm Arch. & quod notat Ioan. And. *de rapto. c. 1.* videas etiã, quod ſcripſi *in d. c. licet. in 4. quaſt. & ſeq.* & quod hic dicitur, intellige de miſſione facta cuſtodiæ cauſa, de qua dic *vt ſupra, vt lit. non conteſt. cap. quoniam. §. in alijs.* ſecundùm Nouellam facere, & multò fortius decernere: vt patet *infra in §. ſeq.* ſecundũ Hoſt. & Card. & intellige pro menſura debiti declarati. iuxta lecta. & not. *in d. c. quoniam.*

Et intellige de miſſione fienda in fine re ipſa, ſi bona ſint Eccleſiaſtica, & idem ſi temporalia ſiue laicorum, ſi habeat in eis iuriſdictionem temporalem, aliàs poterit decernere faciẽdam & iudici remittere, vt legitur & notatur per Innoc. *de offic. deleg. ſignificaſti.* ſecundum Borbon. vel ſi fortè malitioſè latitãdo vel procurando, quod citatio ad ipſum peruenire non poſſit, *vt in dicto cap. quoniam. §. 1.* In quo caſu puto edictum proponi debere in Eccleſia cathedrali & in parochia, in qua ſunt bona ſua, ſi ipſa habeat in eadem diœceſi, argumen. *de dolo. cum cauſam qua. & cap. fin. de eo qui mit. in poſſ. cap. fin. de cler. non reſiden. ex tua.* ſecundùm Hoſt. Card. & Arch. & apertius hodie *in clemen. cauſam. de elect. & clemen. quamuis. infra eodem.* Cardin. autem tunc putat hanc citationem neceſſariam, quando manifeſtè non patet impedimentum vel malitia: *vt in cap. cum olim. allegato. & ff. de dam. infect. l. 4. § quotiens & ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. hoc autem. & ex qui. cau. maior. l. ergo, & in extrauagan. rem non nouam*, per quæ credit illum citandum adhuc in domo, ſi de impedimento vel malitia non appareat manifeſtè, aliàs ſecus ſecundum eum, Nouella, & placet Borbon. argumen. *dicti cap. venerabile. allegati.* Item
6 notat hoc Laud. poſt Cardin. quod licet contractus † & delicta æquiparentur quo ad forum ſortiendum: *vt ſupra eodem. licet.* tamen quo ad tractionem inuitam extra territorium eſt inæqualitas: vt hic. licet Bernard. *ſupra eodem. licet.* notet contrarium, & malè. Ratio diuerſitatis eſt: quia in criminibus perſonalis præſentia iudicis in teſtibus examinandis requiritur. *C. de fide inſtrumen. authen. apud eloquentiſſimum*, ſecus in ciuilibus. Item contrahentes voluntarius eſt ad contrahendum. & ideo ſibi imputet ſi forum eius habet ſequi: ſed ille cui dat damnum, inuitus ſuſtinet, & ideo meritò alter ad eius forum eſt trahendus, quæ remiſſio fiet cum aliquali cauſæ cognitione, de qua *ſupra eodem licet.* ſecundùm eum. ad hoc infra redibo. Item notat Laud. quod iudex contractus non poſſit citare ſed & verbis tantum, id eſt, requirere iudicem, ſub quo degit, vt eum citet. non obſtat *infra de priuileg. cap. 1. ibi, neque domiciliorum pratextu:* quia loquitur in caſu ſpeciali, & ſic eſt ius commune in contrarium. Et probatur hæc diſtinctio. *ff. in ius vocan. l. ſed & ſi. in
7 authen. de exhi. & introd. re. §. ſi verò.* Item notat, quod tunc † dicitur fieri citatio re & verbo, quando poteſt accipi per ſpatulas & corporaliter remitti, & verbo fit, quando ſolo verbo, vel per literas, vel per nuntium citatur, nec inuitus corporaliter duci poteſt: *vt infra de priuileg. cap. 1. §. 1.* Item notat, quod licet extra territorium per ſe citare non poteſt, ſi tamen inueniat eum in ſuo territorio, poterit eum citare, quod denotat verbum, alibi, hic poſitum in textu, aliàs tutius erit, quod citetur per illum, in cuius territorio habet domicilium: *vt dicto cap. 1.* licet aliqui dicant, quod immò ipſemet poterit talem citare. Nec obſtat *cap. 2. in fin. de conſtitut. hoc libro.* quia citatio duo habet, videlicet cauſæ cognitionem & ipſum edictum, quod eſt iuriſdictionis, & non poteſt fieri, niſi à iudice in ſuo territorio pro tribunali ſedente, *de quo. C. de Epiſcopis & Clericis l. omnes. §. verum.* & illud dicitur interlocutoria ſententia. aliud ſecundum eſt ipſa denunciatio, ſeu mera executio dicti edicti, & iſta non eſt iuriſdictionis: cùm eam arbiter faciat, *vt ff. de arbitr. l. ſed ſi interpellatur.* & de hac loquitur *infra de priuileg. cap. 1. & dicto cap. venerabili, de dolo*, vbi de hoc ſecundùm eum. Et ex hoc verbo malitioſè, apparet, quod ſecus ſi non malitioſè, ex quo non habent ibi bona ſecundùm Geſſel. decernere. Non obſtat *ff. de bon. auth. iud. poſſ. l. cum vnus. §. penult.* vbi de hoc. nam generaliter decernendo, videtur decernere de bonis in ſuo territorio cõſtitutis: quare nec de alijs poſſet, vt in contrario. Sed hoc caſu ſpecialiter poteſt decernere vt hic, non præcipere vel exequi, vt ibi, *& ſupra eodem poſtulaſti.* ſecundùm Hoſtien. Cardin. & Archid. Sed hoc faciet iudex territorij requiſitus. *vt ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. diuus.* vnde Hoſtienſ. *in dicto cap. poſtulaſti.* ſecundùm dominum ſuum dicebat, quod vbicunque iudex diffinitiuè pronunciat, hoc poteſt de bonis, quæ ſibi non ſubſunt, ſed per iudicem bonorum fiet executio, *allegat. ff. de re iud. l. à diuo Pio, §. 1.* Sed ſi interlocutoriè pronunciaret, non poſſet, niſi de bonis, quæ ſuæ iuriſdictioni ſubſunt, *per l. cum vnus, & l. heres abſens. §. 1. alleg.* Cuius contrarium dicebat Hoſtienſ. hic declaratum & benè. Et concordat etiam Geſſeli. Borbon. etiam not. quod de iſtis in territorio decernet. immò ab illis incipiet, *per praalleg. l. cum vnus. §. ii.* qui ſecundùm Cardin. & Nouellam. ſed tunc ſi quando decernit hoc de bonis alterius iuriſdictionis, ſecundùm Hoſtienſ. & Archid. diœceſa. reſpicit. quod dicit de Archiepiſcopo & eius Officiali. Nam hoc eſſet communi omni ordinario, qui requiritur à iudice contractus, etiam ſi ſit ſæcularis requiſitus. vt requirens: Nouella, ad denunciationem, ſimile *de treug. & pa. c. 1.* Hoſtienſ. *11. quaſt. 3. cura.* Archid. ipſorum ſcilicet Archiepiſcopi & Officialium ſuorum ſecundùm Hoſtien. Archid. & Borbon. faciet. & ſic exequetur, quod decreuit. Et ſic hoc etiam quando diffinitiuè pronunciauit, *vt in cap. poſtulaſti. & in l. à diuo Pio. §. 1. allegatis.* Sed quid ſi non vult facere. dico, quod peccaret, & poſſet compelli a Papa, vel eius ſuperiori ſecundùm id, quod legitur & notatur *65. diſtinct. ſi fortè.* Sed nunquid Metropolitanus hoc poterit ſupplendo negligentiam ſuffraganei; dicit Pet. de Saxona, quod ſic. Sed hoc non placet Cardin. & Archidiac. quia iſte non eſt de caſibus permiſſis, argum. *25. quaſt. 2. amputatur.* Sed nunquid igitur iudex contractus compelleretur, vt exequatur ipſam miſſionem faciendam, & arguit Archid. quod ſic, inducens quod ipſe ſcripſit in ſimili caſu *ſupra eod. cap.* quod dixi *in parte pracedenti, in expoſitione, in verbo, compellant, & ne ſuum decretum ludibrio fiat, &c.* Inducit Card. *pro hoc l. à diuo Pio, §. 1. ibi, ſi hoc viſum fuerit,* † quia iuſſus quandam ſuperioritatem impor- 8
tat, argumen. *Inſtit. de Attil. tuto. §. ſed hoc iure.* ſed Cardin. hic tenet contra: nam licet iudices inuicem habeant ſe iuuare. *C. de offic. prafect. prator. l. 2. § poſtquam ſupra de treug. & pac. cap. 1.* non tamen habet imperium par in parem ad cogendum. *vt de arb. l. magiſtratus. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. de elect. innotuit.* ſed hoc caſu fiet compulſio per ſuperiorem, *ſupra de iurepatr. nullus. infra de except. cap. fin. in fin. & not. ſimile. ſupra eodem. §. neque.* Nec obſtat *l. à diuo Pio.* quia non dicit ibi iuſſum ab iſto vel ab illo: vnde intelligam à ſuperiore, vt valeat in caſu, in quo melius valere poteſt, vel dici poteſt ibi verbum (iuſſum) intelligi, *vt ff. quod ius. l. 1. ſecundo reſponſo.* & † iudex qui requiſitus non vult facere iu- 9
ſtitiam, litem ſuam facit. *C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. in fin. de iudic. l. ſi filiusfamilias.* faciunt nota. de hoc. *24. quaſt. 2. dominus. & infra de re iudic. cum aterni.* ſecundùm eum. facit quod not. *in clem. paſtorali. de re iud.* Sed Archidiacono. & Nouellæ placere videtur, quod Eccleſiaſticus requirens, ſi eſt ſuperior requiſiti Eccleſiaſtici vel ſæcularis, illum coget. Facit quod ſcripſit Nouella poſt Innoc. *de offic. ordin. cap. 1. in fin.* & quod ibi ſcripſi *in 2. oppoſitione, & in duabus ſequentibus,* ſed ſi eſt par, vel inferior, illum non coget, *de elect. innotuit. de maiorit. & obedien. cum inferior.* ſæcularis verò in nullo caſu coget Eccleſiaſticum, *infra de except. cum quidam.* ſecundùm Nouellam & Borbon. & ſic hoc caſu coget Archiepiſcopus ſuum ſuffraganeum, qui eius ſuperior eſt. *de offic. ordin. paſtoralis.* huiuſmodi miſſionem, videlicet cauſa cuſtodiæ: vt dixi ſupra: videlicet primò mobilium, ſecundò immobilium, tertiò nominum, ſed non omnium, ſed vſque ad quantitatem debiti declarati, *vt in capit. quoniam frequenter. §. ſi autem,* notatur & probatur, *C. de bon. author. iudic. poſſ. l. cùm proponas. & Authent. ibi poſita. & dicta l. à diuo Pio. §. 1. 2.* Ex quibus notat Lau. quod ſiuè diffinitiuè, ſiue interlocutoriè vnus exequatur ſententiam alterius, *vt in capit. poſtulaſti. & l. à diuo Pio.* Item quod ſententia vtraque ab vno iudice in aliquem lata ad bona, quæ condemnatus habet, in alia diœceſi ſe extendit, per iura prædicta ſecundùm eum. Et hoc de expoſitione literæ ſufficiat.

Primò

10 Primò † quæritur, qualiter ſit procedendum, contra talem,
qui in alieno territorio dicitur contraxiſſe, & propter hoc illius
iudicis forum ſortitum fuiſſe, tractus corã iudice ratione præ-
dicti contractus ſtatim negat, ſe ibidem contraxiſſe, & hoc for-
te excipiendo vult illius iuriſdictionem declinare, aut libelli
reſponſionem ſeu litis conteſtationem impedire. Ad quod re-
ſpondet Innoc. dicens, quod talis ſi ib inueniatur, & neget ſe
ibi contraxiſſe, non cogetur ibi reſpondere libello ſuper prin-
cipali quæſtione porrecto, niſi ſummariè prius quæratur, &
probetur, eum ibi contraxiſſe, & ſi probatum fuerit, iudicabit
iudex ſuam eſſe iuriſdictionem cognoſcendi de principali. *ff. de
iud. l. ſi quis ex aliena. de reſcript. ſuper litteris, in fin.* tunc cogetur re-
ſpondere libello ſuper principali, & vterque tunc vtetur iuri-
bus ſuis, ſcilicet pacto de non petendo, vel præſcriptione, & a-
alijs huiuſmodi. Et idem notauit Goff. *in ſimili materia ſupra eo-
dem ſi clericus.* vbi dixit, quod ille laicus, de quo ibi loquitur ad
fori excluſionem, non ad iudicij ordinationem, dicebat rem,
de qua ibi agebatur, non eſſe Eccleſiæ vel clerici. Prius ergo e-
rat dicendum: alias videndum, an res eſſet eccleſiaſtica, vt ſci-
retur de foro. & eſt ſimile *infra de teſtib. veniens.* 2. ſummatim er-
go de hoc cognoſcetur, & ſi pronuncietur, rem eſſe eccleſiaſti-
cam, & ipſum debere reſpondere, non fiet præiudicium prin-
cipali quæſt. *ff. de liber. agnoſcen. l. ſi quis à liberis.* Et placere vide-
tur Archi. & Laud. ac etiam Borbon. & Nouellæ in hoc, quod
dictum iſtud Innocen. non reprehendunt. Inducit etiam No-
uella in ſimili de accuſato, qui ſe negat in territorio deliquiſſe,
notat in Speculo *de compet. iudic. adit. §. 1. verſic. Sed pone aliquis.* &
quod ipſe ſcripſit poſt Innocen. *de reſcript. ſuper litteris. ſuper vlti.
gloſſ. verſic. quærit Innoc.* quod ibi ſcripſi circa materiam tertię re-
gulæ. *in 4. quæſtio.* Sciendum tamen eſt, quod Oſtien. *in prædicto
cap. ſi clericus refert,* quod dictum Goffr. allegatum ſibi non om-
nino placet, pro quo Nouella inducit not. ſua *in d. cap. cum ſit.* 2.
Sed Collectarius approbat dictum Goffr. inducens notata In-
nocen. *ſupra tit. 1. certum.* quæ ibi ſcripſi *in 1. quæſtio.* & facit quod
ſcripſit Vincen. *ſupra eo. conqueſtus.* quod ſi laicus ſuper rapto vel
inuaſo coram eccleſiaſtico conuentus negat raptum vel inua-
ſum, iudex eccleſiaſticus cognoſcet, quibuſq; intelligat, quod
non eſt ſua iuriſdictio, & tunc condemnabit clericum in ex-
penſis, & remittet laicum ad iudicem ſuum: vt ſcripſi *in præall.
c. ſi clericus. in oppoſitione.* & hanc partem credo veriſſimam ſcili-
cet quod contra iuriſdictionem ad fori declinationem princi-
paliter & directè & etiam indirectè, & licet non directè, nec
principaliter contra libellum & impediendum litis conteſta-
tionem, opponi poteſt dicta exceptio. Et pro hoc primo indu-
co ea, quæ in ſimili materia latè ſcripſi *ſup. eod. cum ſit. in 1. q. §. in
primis.* vbi approbo dictum Goffr. vbi reperies fundamentum
huius opinionis. Item pro hoc induco, quod ſcripſi *ſupra eod. ex
parte B. in 1. notabili, & in dictis Collectarij. §. item quærit. maximè in
ver. aduerte.* vbi etiam reperies fundamentum huius opinionis.
Item etiam pro hoc induco, quod ſcripſi *ſup. eod. ex parte B. ſuper
gl. fin. in ſuppletione, quæ incipit, quod dixerat regiam.* quæ omnia hic
repetas. Item etiam induci poteſt, quod ſcripſit Nouella *inf. de
re iud. exceptionem in quæſt. mercuriali.* & quod dicam *inf. in q. pro-
ximè ſeq.* Sed opponitur *de c. exceptionis. inf. de lit. cõteſt.* nam exce-
ptio peremptoria regulariter litis conteſtationem nõ impedit,
exceptis quibuſdam exceptionibus priuilegiatis, de quarum
numero iſta nõ eſt. Sed dico, quod intelligitur dictum capitu-
lum de exceptione, cuius oppoſitio ipſo iure iuriſdictionem
iudicis nõ elidit. prout ſatis dixi *in d. §. in primis.* & magis decla-
rabo *in c. exceptionis.* ideo non dilato vlterius.

Secundo quæro de præſenti circa hoc, quid de incidẽtialio
quam ſit negatio, *de qua ſup.* reſpondet Innoc. dicens, quod in
incidenti non quæruntur hic ſed alibi, cuius occaſione ſubdit
Nouella, ſciendum eſſe, quod fuit diſputatum, ſi per ſtatutum
priuilegiati ſunt certi, vt ſuper iniuria eis illata ſtetur ipſorum
ſacramento. Et vnus ex illis accuſat forẽſem, qui forum decli-
nando, dicit ſe nullam iniuriam intuliſſe, de qua ibi poſſit ac-
cuſari, an ante vel poſt litem conteſtatã veniat ad hoc proban-
dum, & an ad hoc ſufficiat iuramentum accuſantis, eadẽ eſſet
quæſtio de contractu, & omittendo dubium, an ſtatuta ligent
forenſes, de quo in Spec. *de conſtit. ante fi.* cum ibi notatis per Io.
tunc diſputans, ꝙ accuſans debet probare accuſatum ibi deli-
quiſſe, *per l. vlt. C. de exhi. & intro. re.* & habebit pro iuriſdictione
firmanda plene probare, nec iuramentum ſufficiet, quaſi dicat
ſtatutum intelligi de probationibus, quæ fiũt coram eo, quem
iudicem eſſe conſtat, ad emendam vel pœnam, ꝙ eſt probare
ſuper principali, ſed non ad iuriſdictionẽ firmandam † de qua 11
primo debet conſtare ſecundum formam iuriſdictionis com-
munis, quã ſuper principali recipiatur probatio, per hunc mo-
dum ſeu totum non dilatabitur, quod eſt cõtra ius commune:
aliquis in proprio facto. *4. q. 3. nulla, quæ eſt. l.* .... *ff. de teſt.* Item con-
cordant iura, quæ nolunt credi vni ſoli, *de teſt. veniens. 1. & c. licet.*
Et facit regula, *quæ à iure. inf. de regu. iur.* & hæc Nouellæ placere
videntur, & etiam Collectario, qui hæc tangit, licet nimium
decurtate. *ſup. eo. poſtulaſti. ante fin.* inducens no. Inn. & Nouellę,
& etiam collecta ſua *de reſcr. ſuper literis.* notant Docto. *de capellis
Monachorum. cum dilectus.*

Sed quid vult dicere Innoc. cum dicat, ꝙ in incidenti non
requiruntur, nec alibi in negotio principali, quæ ipſo iure iu-
riſdictionem non elidunt, quæ litis cõteſtationem non impe-
diunt: *vt in c. exceptionis. alleg.* Iſta autem exceptio, non ſum do-
miciliarius tuus, nec in tuo territorio contraxi, vel deliqui, iu-
riſdictionem omnino elidit: *vt ſup. eo. c. fin.* ideo nõ mirum ſi iu-
riſdictioni ex conſequentia litis conteſtatio opponi poſſit, pro
eo † ꝙ coram non ſuo iudice lis conteſtari non poteſt: vt ſcripſi 12
poſt Ioan. Andr. *ſup. tit. 1. c. 1. 3. 4. in fi. quartæ oppoſitio. arg. C. ſi à non
comp. iud per totum. & ſup. tit. 1. an ſi clerici.* Nec *c. exceptionis.* obſta-
re videtur, quia non loquitur de exceptione fori declinatoria,
ſed ſolum de litis conteſtatione impeditoria, non autem de il-
la loquitur quæ eſt excluſoria vtriuſque † quia diſpoſitio tol- 13
lens vnum impedimentum ad tollendum duo eſt inſufficiens.
de fil. presbyt. c. 2. cum ſim.

Tertiò quæritur circa hoc, pone quod poſt peremptorium
ad proponẽdum fori declinatorias aſſignatum, in quo citatus
fuit contumax reputatus, citatus ad reſpõdendum libello, ſeu
contractui alibi inito porrecto, vult opponere exceptionem
prædictam, & negare ibi contraxiſſe ad impediendum litis cõ-
teſtationem, quæritur, nunquid poſſit: & videtur quod non:
quia ad fori declinationem eam non poteſt opponere, cum ab
illa peremptoria ſit excluſus. *ſup. de exce. paſtoralis. & de reſt. in in-
teg. coram.* Præterea † quia comparens videtur iuriſdictionem 14
prorogaſſe. *ff. de iud. l. 1. & 2. de iuriſ. om. iud. l. ſi conuenerit.* & per cõ-
ſequens ius quæſitũ iudici & parti ex tali prorogatione per ta-
lis exceptionis oppoſitionem auferri nõ poteſt: *vt ſupra de elect.
hoc lib. ab eo. cum concordantijs.* nec ad impediendum litis conte-
ſtationem opponi poteſt, cum ſit peremptoria & non priuile-
giata: *vt in d. c. exceptionis.* Solutio, dico quod ſi eſt talis, qui po-
tuerit iuriſdictionem prorogare, & eam prorogauerit, compa-
rendo non poteſt amodo iuriſdictionem declinare, per ea quę
circa hoc ſtatim dixi, & per conſequens nec impedire litis cõ-
teſtationem *per præallegatum cap. exceptionis.* Sed hoc ceſſante di-
ſtingue: quia aut dicit ſe non teneri reſpondere libello, ſeu li-
tem conteſtare propter defectum iuriſdictionis, eo quod ibi
non contraxit: & tunc procedit exceptio, & ſic intelligo dictũ
Innocent. & eſt ratio: quia tunc excipitur de nullitate proceſ-
ſus, maximè ſi ſit talis, qui iuriſdictionem prorogare nõ poſſit:
vt ſupra capit. ſignificaſti. quia tunc litis conteſtatio eſſet nulla ex
defectu iuriſdictionis, *arg. dicti cap. at ſi clerici.* De quo poteſt ex-
cipi in qualibet parte litis, vt patet ex his quæ leg. & not. *de ex-
cept. c. exceptionem.* Et ſi ſit talis, qui poſſet prorogare, & non pro-
rogauerit, adhuc idem: quia cum prorogare non poſſet com-
pelli inuitus, *vt ff. de iudic. l. 2. in princip.* caſu quo ibi non contra-
xiſſet, proceſſus per illum factus eo inuito per non iudicem eſ-
ſet factus, & ſic nullus, & ita exceptio adhuc eſſet de nullitate
proceſſus. Nec obſtat lapſus peremptorij, quia ex oppoſitione
huius exceptionis pateret à non iudice eam factam, & per con-
ſequens non arctaret, *vt in clem. paſtorali. de re iudi.* aut non exci-
pit, non eſſe reſpondendum libello propter defectum iuriſdi-
ctionis, ſed ſolum excipit, non eſſe reſpondẽdum propter de-
fectum obligationis: & tũc probabiliter poteſt dici, exceptio-
nem non eſſe admittendam propter ineptam eius propoſitio-
nem, *vt in dicto capitu. exceptionis. argumen. ſupra titu. 1. examinata.*
Sed de hoc dubito, & dicam *in capit. exceptionis.* Sed opponitur:
quia hæc exceptio, ibi non contraxi, eſt vna negatiua ſimplici-
ter & indeterminata, & per conſequens natura improbabilis.
C. de probat. l. actor. ſupra de elect. capitulo bonæ. & per conſequens
inadmiſſibilis: nam ſi admitteretur excipiens probare de-
bet. *ff. de probati. l. in exceptionibus. in principio.* qui † enim exci- 15
piendo ſuper negatiua fundat intẽtionem ſuam, illam proba-
re tenetur, quantumcunque ſit difficilis ad probandum, prout

notabiliter ſcripſit Bart. *ff. de verbor. obliga. l. in illa.* Et facit, quod
ſcripſit Innocen. *de accuſa. ſuper his.* & tamen non eſt admitten-
dus ad probandum quod probare non poteſt, *argu. ff. ad Velleia.*
l. aliquando.

Solutio, æſtimo quod Innocent. præuidit iſtud contrarium
in hoc, quod hãc propoſitionem in modum exceptionis ſub-
ſtituit, & poſuit dubium in negante ſe ibidem contraxiſſe: ac ſi
vellet dicere, quod ex ſola negatione conuenti incumbit onus
probandi trahenti: nec mirum, quia trahens in trahendo vices
actoris ſuſtinet, & intentionem habet iuris communis diſpo-
ſitioni contrariam, tractus autem in eo quod trahitur vice rei
& defenſionis fungitur; & habet intentionẽ fundatam de iure
communi, quo cauetur, ne vnus epiſcopus etiam metropoli-
tanus de ſubditis alterius ſe non intromittat: *vt ſupra eod. cap. in
princ. & de offic. ord. ca. 1. eod. lib. argum. C. de eden. qui accuſare. de pro-
ba. l. fine. infra de reſtit. ſpolia. ad decimas.* Vnde dico, quòd in modo
proponendi exceptionem eſt cautela, dico enim, quòd cauſſa
ex qua excipitur, & in qua excipientis intentio fundatur, de-
bet ſic excipere, cũ ſim clericus talis Epiſcopi & diœceſis eius,
non potes me trahere coram Archiepiſcopo: & hoc, quod di-
cis me in illius diœceſi extraxiſſe, nego tibi, vnde de affirmati-
ua ſua excipere debet, & affirmatiua actoris per negationem ſe
defendere, & per iſtud eſt reſponſum ad id quod opponebatur
in lege per Bart. allegata.

Quarto quæritur circa idem, pone quod negante reo, &
præmiſſa aliquali cognitione ſummaria pronunciat Archiepi-
ſcopus ratione contractus ad eum iuriſdictionem pertinere,
nunquid contra Epiſcopum illius abſentem & ignorantem fa-
cit ius iſta ſententia, & videtur quod non: nam iſtud ẽſt regula-
16 re, quod † dum ſententia debet præiudicare his quorum inter-
eſt, neceſſe eſt, quod ipſi ſciant. *ff. de re iud. l. ſæpe. §. ſcientibus. ſupra
de re iud. cap. quamuis.* & quod plenè diſcuſſum fuerit, *argum. ff. de
compenſat. l. quod iudiem.* §. 1. & quod iudicatum fuerit per iudi-
cem competentem, & ſic non in cauſa propria, quia in ea non
eſt quis competens iudex. *C. ſi à non compet. iud. per totum. & C. ne
quis in ſua cauſa ius ſibi di. in rubro & in nigro.* nec eſt iſta cognitio
plena ſed ſummaria. *ff. ad exhiben. l. 3. §. ibidem.* Et ideo non ob-
ſtante tali ſententia reſecat hoc, plenius adhuc diſcutiendum
in negotio principali. *ſupra de teſti. veniens. 2. allega.* & iudicaret
Archiepiſcopus, an ſua eſſet iuriſdictio, & ſic in propria cauſſa:
item quia non plus poteſt operari tacitum quam expreſſum. *ff.
loca. l. qui ad certum.* nec via indirecta cõcedi, quod directa pro-
hibitum eſt, *infra de reg. iur. l. cum quid vna via.* & tamen ſubditus
vnius Epiſcopi non põt via directa ſeu expreſſe obſtante iuris
prohibitione ſine ſui Epiſcopi licentia in alium Epiſcopum
conſentire: *vt ſupra capitu. ſignificaſti.* igitur nec tacitè per viam
huiuſmodi indirectam. Solutio, tene contrarium, dummodo
ceſſet omnis fraus ſiue colluſio: quia ſi interuenerit, patrocī-
nari non deberet: *vt ff. de dolo. l. 1.* immo tunc haberet locum vl-
timum contrarium, *argumen. ff. de appella. l. ſi per luſorio.* Nam ceſ-
ſante colluſione & fraude, lex iudici adito dat rationem dubij
& ex communicationis ac explicationis negotij iudicialis, ſu-
per quo aditur, & extenditur partium, inter quas ãditur, iuriſ-
dictio, etiam ſi in hoc alias nullo modo iudex eſſet, ad cogno-
ſcendum inter partes, an ſua ſit iuriſdictio illa, per quam po-
teſt de hoc cognoſcere, pronunciare, adeo quod interlocuto-
17 ria † per quam de hoc cognitio pronunciat ſe iudicem, à quo
non appellatur, habet ex authoritate legis vim rei iudicatæ, &
facit ius inter partes, & pro veritate habetur: *vt ff. de iudic. l. ſi
quis ex aliena.* & præiudicat alteri iudici ad quem iuriſdictio ip-
ſa hoc caſu alias pertineret abſenti etiam & ignoranti ex qua-
dam conſequentia neceſſaria & illatione indirecta: quia niſi
illi quo ad hoc præiudicaret ius non facere, nec pro veritate
haberetur, tale autem præiudicium quia modicum eſt, non
venit principaliter ſed indirectè, non ponderatur à lege. *ff. de
authorit. præſtan. l. 1.* & ex eadem cauſſa etiam non attenditur,
quod hæc diſcuſſio non eſt plena, maxime quia in eadem cau-
ſa ſuper eodem cap. in principali negotio plenior eſt habenda,
vt §. ibidem. & §. ſi vel parens. & capit. veniens allegatis. nec cenſetur
iudicare in cauſſa propria, ſed in cauſſa partium, inter quas
principaliter agitur. Secus tamen ſi inter ipſum Archiepiſco-
pum & alium Epiſcopum, cuius tractus clericus eſt, de iuriſdi-
ctione eſſet contentio, quia tunc eſſet quæſtio principalis ip-
ſius Archiepiſcopi, an ad eum iuriſdictio pertineret, & ideo
iudicaret tunc in cauſſa propria, quod eſſe non poſſet: *vt C. ne
quis in ſua propria. l. vna, allegata,* ex quibus omnia contraria ſunt
ſoluta.

Sed pro pleniori intelligentia forſan quæras † *cum l. ſi quis ex
aliena.* loquatur in iudice ordinario & non in delegato, quid in
delegato dicemus? Aliqui volunt dicere, quod idem in dele-
gato, *per tex. ſuper literis. in fin. de reſcript.* ſed forte non eſt hoc ve-
rum ſimpliciter: vnde dicas, quòd aut id propter quod de iu-
riſdictione delegati dubitatur, & de quo forte excipitur, eſt ta-
le quid, quod ſi verum eſſet, conſtaret literas delegationis eſſe
nullas, & prætenſum delegatum nullam iuriſdictionem habe-
re, & hoc caſu dico, quòd per l. tali prætenſo delegato nullam
dari iuriſdictionem, & ideo nec litteræ ſibi dant iuriſdictionẽ,
quia nullo iure hoc inuenio, & ſic eſt aliud quam in ordinario,
ſicut video in alio caſu, quia ordinarij iuriſdictio prorogatur
& non illius qui creditur iuriſdictionem habere, cum nullam
habeat. *ff. de iudic. l. 1.* neque delegati, inter perſonas inter quas
non habet, *de offic. deleg. P. & G.* ſic reperio, quòd communis er-
ror dat iuriſdictionem ordinariam, & tamen de delegata hoc
non reperio, *vt ff. de offic. prætoris. l. Barb.* & ſic videtur notaſſe In-
nocent. *de offic. deleg. ſuper litteris. in gloſſ.* immo ſiue forſan, aut id
propter quod dubitabatur, non eſt tale, quod ſi verum eſſet,
conſtaret literas delegationis fuiſſe ab initio ipſo iure compe-
tenter nullas, ſed bene ſurreptitias, & propter ſurreptionis op-
poſitiones ipſas & iuriſdictionem per eas ipſi delegato ipſo iu-
re competentem, poſſe ope exceptionis elidi & caſſari: & tunc
dico, quod licet nõ reperiam, quod lex canonica vel ciuilis ad
cognoſcendum, num ſua ſit iuriſdictio ratione dubij hoc caſu
det iuriſdictionẽ, quia nec opus eſt, cum eam (vt ſupponitur)
ipſo iure habeat ex reſcripto.

Reperio tamen bene, quod lex canonica idem concedit, ꝙ
de illa exceptione cognoſcere poſſit, &c. Intelligo tamẽ, iuriſ-
dictione ſibi competente per reſcriptum, quia non reperio, ꝙ
alia ſibi detur, ſic intelligo. *c. ſuper literis. in fin. arg. de offic. ord. c. li-
cet. & ſupra hoc libro de reſcript. cum aliquibus.* patet exemplum de
primo, cum litteræ dicuntur falſæ gratioſæ ac ſurreptitiæ, exẽ-
plum de ſecundo, cum litteræ de iuſtitia per falſi expreſſionem
aut veri ſuppreſſionem dicuntur obtentæ.

Quinto quæritur, qualiter procedendum eſt, dum compa-
rens non negat, nec excipit in modum dilatoriæ, vt præfertur,
ſed reſpondet libello & litem conteſtando negat contractum
& obligationem. Circa quod tria ſatis facilia vidẽda ſunt. Pri-
mo, quid ſi neutrum probatur, videlicet neque locus, neq; cõ-
tractus. Secundo quid ſi alterum tantum probetur, videlicet
contractus & non locus. Tertio, quid ſi vtrunq; probatur, vi-
delicet contractus & locus.

Ad primum reſpondeo, quod ſi vtrunque negatur, & neu-
trum probatur, & ſit concluſum in cauſa, nec ſit caſus proro-
gabilis, vt in propoſito: *vt ſupra eod. & in princ. cap.* nec fuit ſuper
hoc propoſita exceptio & repulſa, totus proceſſus cenſetur per
non iudicem factus, & ideo eſt totus ipſo iure nullus. Et ideo
non habet tunc metropolitanus, quod iudicet, niſi ſe in prin-
cipali negotio iuriſdictionem nõ habuiſſe, nec habere & † per 18
conſequens ex defectu iuriſdictionis totum proceſſum per eũ
habitum fuiſſe & eſſe nullum, & condemnet actorem in ex-
penſis, & reum relaxet ab audientia ſua, & remittat ad iudi-
cem ſuum: *vt in l. ſi quis ex aliena. & capit. ſuper litteris. in fin.* & eſt
ratio: quia aut validaretur proceſſus ſuus ex iuriſdictione ſua
ordinaria, & hoc non: quia ad nõ ſubditos, cuiuſmodi eſt iſte,
ſe non extendit, niſi ratione rei, delicti vel contractus, *ſupra eo-
dem capit. fina.* aut alterius iuris ſpecialis, de quorum altero non
apparet: quia licet contractus allegatus fuerit confeſſatus,
non fuit probatus, an validaretur ex iuriſdictione data à lege,
& hoc non: quia de illa non cognouit, *argument. ff. de iudic. l. de
quare.* à contrario. Sed ſi eſſet iuriſdictio prorogabilis, & reus
nec in iure nec in facto erraſſet, in vim iuriſdictionis proroga-
tæ proceſſus validaretur ipſo iure, ſic quod haberet talis pro-
nunciare ſuper negotio principali, reum ſecundum acta ab a-
ctoris impetratione abſoluendo, *vt ff. de re iudic. l. 1. & 2.* ſecus ſi
per errorem. *vt ff. de iuriſdict. om. iud. l. ſi per errorem.* & etiam pro-
poſita exceptione fori declinatoria, & de illa cognitione iudex
ſi illam tacitè repellendo ad vlteriora, proceſſiſſet, validaretur
proceſſus in vim talis repulſionis virtute iuriſdictionis à lege
datæ tacitè factæ. Tenemur enim in iudiciis quod idem eſt, † 19
poſt poſitam exceptionem interloquendo, expreſſe repellere,
vel tacitè ad actus contrarios procedendo, *argument. ff. de legi. l.
de qui-*

de quibus.§.1.& de acqui.hæred.l.illud. Dico tamen, quod proceſſus ille factus cẽſetur virtute iuriſdictionis ordinariæ tacitè legis authoritate prorogatę, ſeu per interlocutoriam tacitam vel expreſſam huiuſmodi repulſionis in vim iuriſdictionis à lege datæ per latam declarare.

Ad ſecundum dico etiam idem: quia quo ad iuriſdictionis effectum tantum operatur ſolius loci defectus quantum defectus loci & contractus: & hoc patet, ſaluo quod in caſu abſo-
20 lutionis, de quo dixi ſupra, deberet condemnatio fieri † quia iudex prout cognouit ex actis pronunciare debet: *vt d.l. de quare.& ff.de offic.præſid.l.illicitas.§.veritas.* Quoad tertium, vbi vtrũque probatur, eſt indubitatum, quod proceſſus quantum ex parte iuriſdictionis eſt validus, & de eo non reſtat, niſi quoad ſecundum acta & iura partium pronunciet Metropolitanus, prout pronunciare haberet, ſi cõtra alium ſubditum coram eo ageretur: quia ratione contractus ſortitus eſt forum, ratione cuius ſi ibi reperitur, cenſetur ſubditus, *vt hic.& c.licet.& l.hæres abſens.allegatis,&c.* & hoc eſt quod vult Innoc. dum dicit, quod vterque vtetur iuribus ſuis.

Sextò quæritur, qualiter eſt procedendum, quando comparens contractum & locum contractus cõfitetur. & videtur, quod tunc non ſit ſtandum confeſſioni propter præiudicium quod inde conſequeretur epiſcopus, *argumen.ff.de caſtren.pecu.l.ſi forte.* cum ibi not. per Bartol. *& eius quod notauit* Bartol. *ff.de verbor.obligat.l.ſciendum.* de prælato alienante rem Eccleſiæ immobilem & confitentem cauſam ſubeſſe neceſſariam alienationis eiuſdem, quod non debeat ſtari illi cõfeſſioni, *per l.ſi forte.allegatam.* facit quod ſolet dici de vxore confitente ſe debere marito, cui donare non poteſt durante matrimonio, quod præſumatur facta in fraudem legis, donationẽ huiuſmodi fieri prohibentis. Facit: quia quod prohibetur via directa, &c. *vt di-*
2 *xi ſupra.* facit quod not. Innocen. de † confeſſione vltro oblata per procuratorem contra dominum, quòd domino non obſit *ſupra vt lit.non conteſtat.cap.* 1. verum quia principaliter & directè agitur in huiuſmodi confeſſione de graui pręiudicio ipſius cõfitẽtis, nec agitur principaliter & indirectè, ſed minus principaliter & indirectè, & non de magno ſed de valde modico præiudicio epiſcopi, non video cauſam, quare cõtra confitentem deberet præſumi in hoc caſu malitia, colluſio ſiue dolus, ſeu quare non eſſet confeſſioni illi ſtandum, cum nõ conſideretur hoc caſu niſi eius perſona, cum ſolũ de præiudicio ipſius principaliter hic tractetur, *argument.ff.de inoffic.teſtam.l.Papinanus.§.vlt.* licuit enim ſibi bonam fidem cognoſcere: *ff.man.l.fideiuſſor.§.pen.* Fateor tamen, quod ſi ex perſpicuis iudiciis, vel alias præſumeretur malitia, dolus aut colluſio, inſtãte Epiſcopo poſſit agi de nullitate proceſſus: *vt l.ſi per luſorio.alleg.* Contraria autem non loquitur in caſu ſimili, & de graui præiudicio tractatur in illis. Dico igitur, quòd dicta confeſſio actorem ab onere probandi releuat. *infra de confeſſ.c.ſtatuimus.* & ideo tunc eſt idem dicendum, ac ſi fuiſſet per actorem vtrunque probatum, de quo ſatis dictum eſt in 3.arg. difficultatis proximè pręcedentis, his tamen omnino iunge quę ſcripſi *infra in §.proxim. in 1.quæſt.*

Septimò quæritur, an † iudex contractus citare poſſit extra territorium ſuum. Innocen. *ſupra eod.cap.fin.* recitat opinionem contrariam ſcilicet quorundam dicentium contractu iuriſdictionem competere, & per ipſam etiam extra territorium perſonam citari poſſe. Pro quibus facit iſte. *§.in verſ.licet, ibi, eorum authoritate citati,& ſupra de cle.non reſid.ex tua.& c.ex parte.1.& c.fin.* vnde dicit Hoſt. & poſt eum Arch. quod ſi iſti copiam ſui faciunt perſonaliter ſunt citandi priuſquam contumaces reputentur. *ff.quæ ſen ſine app.reſcin.l.1.§.rem cum.* ex eo edicto. & pro eo facit iſte. *§.in verſu vel ſi forte, ibi ne citatio perueniat ad eoſdem.* Dicunt autem ibi intelligendum, quando citandus eſt intra prouinciam: nam foris non citabitur, quamuis ſciatur, vbi ſit citandus. Et intellige arg. de prouincia vulgari. alleg. ſecundo, quod legitur & notatur *de dol.& contum.cum olim, ibi in Bernia,* vbi iſtud probauit Goff. *in ſum.huius tit.* tenet appertè, iudicem contractus citare contrahentem extra locum cõtractus. Item quòd non ſit neceſſe, locum in quo quis citatur, eſſe de territorio citantis, patet *ff.de arbitr.l.ſed & ſi interpellatur.* vbi citat arbiter per nuncium & epiſtolam, ſic *eod.tit.l.diem proferre.in prin.* et tamen conſtat, arbitrum territorium non habere, ita & canonici citant canonicum, *ſupra de elect. cum nobis olim.* & pars etiam per modum. *cap.1.de elect.hoc lib.& cle.cauſam.eodem titu.*

Item ſicut ex delegatione facta extra territorium proceditur intra territorium, vt not. *de offic.leg.nouit.ff.de offic.præfect.vr.l.fin.* Sic ex citatione foris facta procedetur infra: bene facit, quod dicimus, valere citationem factam die feriato ad diem non feriatum, de quo plenè per Nouellam *de fer.cap.fin.in ma.gloſſ.* vbi videatur ad propoſitum † diſtinctum triplicem citationis a- 24
ctum, *in verſu ſed committamus & verſiculo ad contraria,* videlicet citandi præceptum, citandi actus, qui conſiſtunt in executione præcepti, & proceſſus à citatione inchoati. Primus quia nõ requirit cauſſæ cognitionem, poteſt fieri die feriato: *vt C.de fer.l.actus.* niſi dum inter partes ſuper hoc altercatur, & ſic intelligitur *l.à præcedente.C.dilat.& fer.* & idem de ſecundo eadem ratione, *ad quod.ff ad l.Iul.de adult.l.miles.§.ſexaginta.* Sed ſecus de tertio: quia iuriſdictionis eſt ſecundum Pet. de Sanxona, & ſic ergo valet citatio facta loco nõ ſubdito ad locum ſubiectum, arguendo de tempore ad locum, vt not. *per d.cap.nouit.* Alij hoc negant, vt vbi ſupra dicit Innocent. *in d.cap.fina.ſupra eodem* dicentes extra territorium citari non poteſt. Pro quibus facit. *ff.de iuriſd.omn.iud.l.fin.& ſupra hoc libro de conſtit.cap.vt animarum.* Et pro hoc *de re iudic.cap.paſtoralis.verſic.vt illud.in cle.* vt patet extra territorium citare non poſſe, ſeu per citationem inter territorium factam, conſtitutum extra territorium non citari, ſed debere requiri iudex, ſub quo degit, vt illum citet. Facit, quod not. in Spec. *de compet.iudic.adi.§.1.verſic.ſed quæro, cum ſuis remiſſionibus,& de accuſ.§.1.verſic.ſed nunquid.& §.fin.verſ.vt ante.* Item conſtat, iudex contractus vel quiuis alius iudicium ſuum extra territorium ſuum exercere non poſſet, per iura prius inducta, ergo nec partem. *14.quæſtio.6.pœnale de donat.inter virum & vxorem.nuper.ff.de re vend.l.quæ de tota.* Quod autem † citatio ſit pars 25
proceſſus, patet *ſupra de probatio.quoniam contra.* Facit: quia ſpeciale eſt in caſu *clemen.quamuis.eodem titulo.* quod Epiſcopus citat & procedit in diœceſi aliena ſeu territorio non ſuo, igitur contrarium eſt regulare, vt ibi probatur *in princip.* Item cum iudex ſpecialiter exiſtens extra territorium ſuum cenſeatur priuatus, *vt ff.de offi.præſid.l.3.* ſolus ipſius nuncius priuatus vel epiſtola priuata licet ipſum repræſentet, cenſebuntur, & ſic arctare non poterunt. Nouella autem ſatis putat, per iſtum. §. in locis prius inductis, quòd iudex cõtractus citare poſſit extra territorium, etiam non inſinuando, vel requirendo iudicem vt citet, alias enim hic malè diceret littera, *ibi, eorum authoritate citati,* ſi non ipſius, ſed alterius authoritate citarentur: non enim dicit ad ipſarum partium requiſitionem, citati, ſicut in caſu de quo *infra eodem.§.in verſic. Sed tunc & quibuſdam,* videtur hoc expreſſum. *C.de epiſc.& cler.l.omnes.§.verum.* vbi apparitor præfecti prætoris recipit ſportulas pro citando in vrbe degentes, vbi Iac. de Ragn. & Cyn. hoc tenent etiam in iudice delicti. Cardinalis in iudice contractus hanc partem hic ſequi videtur per hunc §. *verſic.iſte,* licet qui aditurus eſt, nihil adiret, ſecundum eum: dicit tamen, quòd certius eſſet, quòd fieret per iudicem, ſub quo degit, ad quod facit *infra de priuileg.volentes.verſic.neque domiciliorum.* vbi patet, quod contrahenti iniungitur verbo, vt vadat ad locum, vbi delinquens remittitur. Nec obſtat ſecundum eum iſte. *§.in princ.* quia loquitur de citatione re & verbo, & hoc denotat verbum inuitos. Nec obſtat *l.extra territorium.* quia citatio habet duo extrema: vt ſcripſi *infra eodem colum.verſic.bene dicit.* Cardin. inducit quia aduerſario citationem iuris, quæ fit per interpellationem, poſſunt notificare *de elect.cap.ſtatuimus.& cap.cupientes.hoc lib.* & ſic non obſtat quod opponitur per id, quod fieret remiſſio in contractibus, ſi committeretur iudici, ſub quo degit. Quia ſolo verbo, &c. allegat etiam, *C.de pig.l.3.* Vnde per decretalem illam patet, quod non exemptus à iudice domicilij remittitur ad iudicem contractus verbo tantum & non re, ſed exemptus per iudicem domicilij non remittitur etiam verbo: id eſt, non poteſt ſibi iudex ille præcipere, quod redeat ad locum contractus. Et hæc coadiuuant opinionem, ad quod citari poſſit per iudicem contractus. Quia alias forum contractus in exempto eſſet inutile, illo non declinante ad locum contractus, & vide quod ibi not. Ioan. in gloſſ. quod dicat. Collectarius Lignanus & Paul. eandem opinionẽ ſequi videntur, quod proſequere vt ſcripſi *ſupra eod.c.fin.in 3.q.* Gaſpar de Cald. *ſupra eod.ſanè.* quod proſequere vt ibi ſcripſi *in 7.opp.* Placet hæc opinio, & patebit *infra in quæſtionibus ſequentibus.* ex declaratione effectuum huius citationis. Et vide ac iunge, quod ſcripſi de iſta. *quæſt.infra.eod.cap.quamuis.in clemen.in 1.quæſt.princ.§.7.quæritur.*

Nec

Nec obſtat contraria, & primo prima duo iura loquuntur
in ius dicente extra territorium. Citare autem non eſt iudica-
re, vel ius dicere, ſed potius requirere. Vnde dicit Card. hic &
26 Laudunus poſt eum, & tetigi ſupra quod † citatio habet duo
extrema, interloquutoriam de citando, & hoc iuriſdictionis,
& quandoque dicitur ſententia. *C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. præ-
terea. & l. cum clericis ad finem. & C. de procu. l. fin.* & hoc non fit ex-
tra territorium. Aliud extremum eſt actus citationis, vel quo
citatio nunciatur, & iſte non eſt iuriſdictionis. Vnde fit per nũ-
cium, & ſic loquitur *l. omnes. §. verum. C. epiſ. & cler. & l. ſed & ſi in-
terpellauer. §. 1.* ſecundùm Card. ſuper quo ſupra dedi remiſſio-
nem ad notata *in cap. fin. de fer.* Dicunt ergo prædicti Iac. & Cyn.
27 quod licet † actus iuriſdictionis fieri non poſſit extra territo-
riũ, fieri tamen põt ille actus, cuius effectus cõfertur in territo-
rium: inducunt quod de delegatione dixi ſupra. Non obſtat
iſte. §. in verſ. ſed tunc. nec etiam *cap. fin. & ca. poſtulaſti. ſupra eodem.*
quia loquuntur de exequutione ſententiæ & miſſione in poſ-
28 ſeſſionem, quæ fit reipſa & ſunt imperij. *ff. de iuriſd. omn. iud. l. iu-
bere.* ſecundum Card. Nec † obſtat *clem. paſtoralis. de re iud.* quia
ibi Imperator non erat iudex etiam ratione delicti. Vel ſic,
quod dicta clemen. loquitur in delictis, vbi taliter citatio fieri
non poteſt: quia ibi citatio perſonam afficit, & fiebat ibi cita-
tio ad effectum condemnandi perſonam, ac pœnam eidem in-
fligendi. Nos autem hic loquimur in contractibus & ad effe-
ctum alium, vt infra dicetur, iudex enim contractus vel rei re-
ligioſæ citat extra ſuum territorium: quia citatio non afficit
perſonam: ſed ſolum afficit rem, & ad illam refertur citationis
effectus, vt fiat miſſio propter quod ſit omne contra non con-
tumacem abſentem reipublicæ cauſa, qui tamen non eſt con-
29 tumax, nec excõmunicari poſſet: *vt in præall. c. ſacro.* vt dixi ſup.
eod. Sed vt ſtatim dixi, citatio † quæ fit ratione delicti, princi-
paliter afficit perſonam, & perſonam reſpicit citationis effe-
ctus: & ideo per iudicem delinquentis fieri debet, quem ad id
30 requirit iudex delicti vt ibi. Vnde dicunt hic Card. & Lau. poſt
eum & tetigi ſupra, quod licet contractus † pariſicentur deli-
ctis quo ad ſortiendum forum, non tamen quo ad quem inui-
tum trahendum. Ad id quod dicitur, quod non poſſet totum
iudicium, &c. reſpondemr, quod ſæpe licet in parte, quod nõ
licet in toto, quod patet per id quod habes *ſup. eo. licet. de offi. de-
leg. c. fin. §. vices.* is enim qui alias iuriſdictionem non committit
citationem committere poteſt, quod bene facit, ſuper quo vi-
de quod ſcripſit Nouella *de dolo & contu. c. ſi. inſi.* Et adde, quod
notatur. *ff. de leg. 3. l. ſi quid earum §. 1.* vbi dicitur, quod totum di-
cetur eſſe in parte. ſecundum quid. Nec obſtat *clem. quamuis. verſ.
eod.* quia fateor id quod dicitur ibi eſſe ſpeciale, videlicet quis
quod quis citetur ad locum non ſubiectum citanti. Nec obſtat
quod iudex perſonaliter exiſtens extra territorium cenſetur
priuatus, per id quod dixi in reſponſione ad primum, ſecundũ
Nouellam. Nec obſtat id quod dicitur *hic in princ. §.* quod trahi
non poſſunt inuiti, niſi ibi reperiantur, & ſic non tenentur cõ-
parere, & ſic non comparentes non poſſunt dici contumaces,
nec propter contumaciam eorum ad miſſionem in poſſeſſio-
nem procedi: fateor enim, quod quia non poſſunt trahi inuiti,
citatio ad comparendum non arctat præciſe ſed cauſaliter, ſi
non volunt pati miſſionem, & ideo dicit Nouella, quod talis
citatio non comparentem non conſtituit ſimpliciter cõtuma-
cem vel contemnentem, vt hic dicitur, ſed quo ad quid, vide-
licet quo ad miſſionem in poſſeſſionem faciendam, nec enim
loquimur de citatione reali ſed verbali.

Hoc autem certum eſt, quod iudex domicilij ad mandatũ,
rogatum ſeu requiſitionem iudicis contractus hãc citationem
facere poteſt, licet nõ valeat ad hoc compelli, ſicut nec ad miſ-
ſionem faciẽdam, vt in expoſitione ſatis dixi, immo tutius eſt,
quod ſic fiat vt dixi ſupra ſecundũ Car. & poteſt per fieri nun-
tium & epiſtolam, vt etiam dixi ſupra. Et tenet Pau. *in d. clemen.
paſtoralis.* & ſcripſi *ſupra in cap. fin. in 4. q.* & ſic per quemcunque,
igitur & per iudicem domicilij à fortiori ratione: nam cum au-
thoritate iudicis contractus ſint citandi, *vt hic in verſ. licet. ibi, ſi
eorum authoritate citati,* igitur per alium citare poſſunt, ſicut &
per ſe, *vt infra de iu. in c. poteſt. & c. qui per alium.* nã illa citatio non
eſt niſi quædam requiſitio ex parte contractus facta: ideo non
refert, per quem fiat. *ff. de pet. hær. l. item §. à quo.* ſeu denunciatio,
quæ poteſt fieri per quemlibet: quia non refert quomodo quis
ſciat, *arg. ff. de ac. empt. l. 1. in fin.* & eius quod legitur & notatur *de
elect. c. cauſam, in fin. in clem.*

31 Octauò quæritur, quis † eſt effectus citationum prædicta-
rum à contractu vel iudice domicilij factarum? ſuper quo vide
quod ſcripſi in expoſitione ſuper verbo inuitos, & ſuper verbo
miſſionẽ & ſe. & ſuper verbo malitioſè, & ſuper verbo decer-
nere, & ſuper verbo huiuſmodi miſſionem, & quod ſcripſi *ſu-
pra eod. cap. fin. in 4. quæſt. ſupra eod. ſanè in 7. opp. & ſupra de dila. cap.
præterea. in 2. q. & in trib. quæſtionib. ſequentibus, & etiam in 1. q.* Veri-
tas eſt iſta, quod ex talibus citationibus verbalibus extra terri-
torium factus citatus nõ compellitur inuitus comparere, hoc
probatur *in 1. reſpon. huius §.* ex quo ſequitur, quod contra eum
propter non comparitionem non poteſt procedi, niſi ad miſ-
ſionem in poſſeſſionem rerum, quas habet in territorio illius
iudicis contractus, cuius authoritate citatur, vt clarè hic in-
nuitur *in 2. reſpon* Ex quibus infertur, quo tali citatione nõ po-
teſt procedi ad diffinitiuam: licet & ſubſit alter defectus, litis,
videlicet non conteſtat. *infra vt lit. non conteſt. per totum.* Item ſe-
quitur, quod non poteſt procedi ex tali citatione ſeu eius con-
tumacia vel contemptu ad excommunicationem, mulctam,
vel aliam pœnam citato non comparente per iudicem contra-
ctus infligendam, vt patet ex his, quæ ſcripſi in locis præalle-
gatis. Et eſt ratio: quia ſic citatio arctaret ad pœnam aliquam
vel ſi in vim eius poſſet iudex contractus etiam in ſuo territo-
rio exiſtens in aliquo punire vel condemnare perſonam con-
trahentis citati extra ſuum territorium exiſtentem, iam ſeque-
retur, quod iudex in ſuo territorio poſſet facere actum, qui ar-
ctaret ſuum ſubditum: immo qui ligaret non ſubditum extra
territorium exiſtentem. Quorum primum eſt contra *ca. vt ani-
marum. 2. reſpon. & 2. contra c. à nobis de ſent. excom. alleg.* & dixi ſig-
nanter non ſubditum: quia licet non ſubditus forum contra-
hat ratione contractus: *vt ſupra eod. cap. fin.* per hoc tamen ſim-
pliciter non efficitur ſubditus, ſed ſolum cauſaliter, ſi reperia-
tur in loco contractus, vt dixi poſt Innocen. *in 4. q. alleg. in princ.*
quod *hic in princ.* notabiliter deſignatur, dum dicitur, niſi inue-
niantur ibidem.

Sed oppones de duobus: primò, quia tales ſic citati verè di-
cuntur contemptores, vt hic dicitur *in verſic. licet, ibi comparere
contemnant.* ſecũdò: quia immo & ex tali contemptu ſeu con-
tumacia illis pœna infligitur: nam contra eos fit miſſio in poſ-
ſeſſionem, *vt hic in præall. verſ. licet.* Solutio, dico quod verbum,
contemnant, recipitur large pro contemptu qui non inducit
contumaciam, niſi quò ad effectum miſſionis, de qua hic dici-
tur, vel loquitur de contemptu permiſſo à iure, ſalua miſſio-
ne, ſicut dici poteſt, licet † contemnere mandatum illius, qui 32
mandandi poteſtatem non habet. *ff. de iuriſd. omn. iudic. l. fin.* &
dixi *ſupra in præxi. q.* Ad ſecundum dico, quod miſſio in poſſeſ-
ſionem fit abſque contumacia vera, vt dixi poſt Innocent. *in d.
4. quæſt. in verſ. nec mireris.* Sed quæres, qualiter debet hæc miſſio
fieri: ſed dic de hoc vt ſcripſi in expoſitione in verbo, miſſio-
nem, & in verbo, facere, & in verbo, malitioſè, & in verbo, de-
cernere, & in verbo, huiuſmodi miſſionem, & latius videbi-
tur, *vt lit. non conteſt. cap. quoniam. & de eo qui mittitur in poſſ. cauſ. c.
ſi aduerſarius.* Sed nunquid † contra contemnentem parere ci- 33
tationi huiuſmodi poterit iudex contractus decernere miſſio-
nem fiendam in poſſeſſionem bonorum, quæ citatus in alia
diœceſi obtinet? Videtur quod non, eo quod hoc conceditur
hic iuncto caſu, de quo *verſu, vel ſi forte,* & non conceditur hic
in caſu iſto, de quo *in verſu licet,* & ſic in caſu iſto denegare vi-
detur, *de præſump. nonne. 25. q. qualis. ff. de iudicijs. l. prætor. C. de proc.
l. ſi maritus.* & maximè quia non videtur eadem ratio in caſu
iſto ſicut in illo. Nam malitioſè ſeipſum occultans, ne ad eum
citatio perueniat, eſt in ſimulata æquitate, quæ maior cenſe-
tur iniquitas, vt notatur per Cardinal. *de elect. capitul. auaritiæ.*
Sed contrarium magis placet: nam maior † eſt contumacia 34
manifeſta quam ficta, vt apparet ex his quæ. leg. & not. *in clem.
ſi ante, de dolo & contum.* Igitur ſi contra fictum contumacem
poteſt decerni, fortius & contra contumacem manifeſtum, in
cuius perſonam fuit forſan citatio exequuta, & reperio, quod
hoc etiam placuit Cardinal. *in verſicu. vel ſi forte. in princip.* dico
etiam, quod in caſu *verſicu. præcedentis* poſſet iudex decernere
miſſionem faciendam in bonis, quæ habet contrahens alibi,
maximè ſi ſub ſe habita nõ ſunt ſufficientia, & hoc apparet ſe-
cundum eum: quia *iſte verſus, vel ſi forte,* ampliat præcedentem,
hoc autem certum de reperto in territorio & citato non com-
parente, quod poteſt procedi contra eum ad excommunica-
tionem aut mulctæ indictionem, vel in poſſeſſionis miſſionẽ,
iuxta

iuxta ea quæ leguntur & notantur *in c. quoniam. alleg. ad fin. & ff. ſi quis ius di. non obtem. l. vna* cum factus ſit ſubditus per contractum & repertionem in loco ſimul: *vt in d. l. hæres abſens. & c. fin. ſup. eod. & hoc vult iſte §. in princ. ibi, niſi inueniantur ibidem,* & contrario, & per conſequens ſi cauſa ſit in qua poſſit procedi ſummariè, vt quia breuis, iuxta lecta & notata *in auth. niſi lites. C. de ſen. & interloc. om. iud.* vel ſi poſt litem conteſt. ſi abſentarent extra territorium: tunc etiam in cauſis non ſummariis crederem poſſe procedi etiam ad diffinitiuam ſententiam, *iuxta l. properandum. C. de iud.* nam cum lex canonica & ciuilis dicant, talem per contractum ſortitum eſſe forum, generaliter & indiſtinctè loquendo, intelligam quo ad omnia, ſi reperiatur in diſtrictu, *arg. ff. de publ. l. de precio. cum ſim.* ſed extra diſtrictum non propter defectum ſubiectionis in perſona quò ad id, in quo ſortita eſt forum: ſed propter defectum territorij: *vt ff. de iuriſd. om. iu. l. fin.*

35 Nonò quæritur, vtrum † remiſſio habeat locum in contractibus, quemadmodum & in delictis. Refert hic Oſtien. Azo. & Ia. dixiſſe, talem eſſe remittendum, ſi tamen ſit alibi non, ſicut obſeruatur in delictis: quia hæc æquiparantur *in Authent. vt nulli iudi. §. ſi quis verò comprehenſorum. & §. ſe. collat. 9. & vt omnes obed. iud. prouin. §. 2. colla. 5.* prout fit, vbi conuenitur quis pro ratione, reddenda *C. vbi de ratio. l. fin.* & idem etiam in priuatis. *C. vbi de ratio. l. 1.* vbicunque certæ perſonæ cognitio præſidi demandatur. *C. de li. pot. l. 1. & C. vbi de cri. vel non l. fin.* licet non latitantium bona tantum modo poſſideantur: *vt in prædicta l. hæres. abſens. §. 1.* refert etiam Oſtienſ. dominum ſuum dixiſſe, talem non eſſe remittendum, etiam ſi latitet: ſed ſufficere, quòd bona poſſideantur, & dicit Oſtien. quòd hæc opinio approbatur *hic in verſic. vel ſi forte. & ff. de in ius vocan. l. ſatiſque.* Sed ſi non habeat ibi bona, mulcta indici poteſt ſecundum Ioan. Sed idẽ ſecundum Azo. ſiue habeat bona ſiue non. Quod & domino Oſtien. placebat, *argum. dicti §. ſi quis verò comprehenſorum. & in Authen. de teſti. §. & quoniam ſimus.* immo & excommunicari poterit, *vt dicitur argumen. infra vt lit. non conteſt. c. tua. ſecundum eum.* infert etiam ſecundum Innocent. quod vbi quis contraxit vel quaſi conueniri & inuitus trahi poteſt, ſi ibi inueniatur, alias ſi ibi non inueniatur, vel etiam inueniatur, ſed nõ vult ſe defendere, bona poſſidentur, & mulcta indicitur, ſi non defendatur, nec remittitur talis niſi in caſibus ſupra notatis, & ſecundum hoc intelligi poteſt, quod hic dicitur, ſaluo eo quòd ſiue latitet ſiue non, bona poſſidentur. *vt hic in verſic. vel ſi quod,* intelligi debet in his caſibus, quibus lite non conteſtat. procedi non poteſt, alias cauſa examinatur & diffinietur, *vt in dict. capit. quoniam frequenter.* tam in textu quam in gloſſ. ſecundum eum. Cardinalis recitans primam opinionem, quæ habet, in contractibus fieri remiſſionem, quam tenuit Ber. *ſupra eod. cap. fina. in 2. gloſſ.* & inducens pro æquiparatione contractuum & delictorum, *authen. qua in prouincia, & pro remiſſione in delictis. §. neceſſitatem, in Authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.* dicit illam opinionem reprobatam *hic & in l. hæres abſens.* & æquiparationem fori non extendi ad contractum: *vt ff. de in ius voc. l. 1.* Nec obſtat *l. vltim. C. vbi de ratio. & alia alleg. & præſertim. §. neceſſitatem.* vbi iudex recedendo delinquit: quia illa iura loquuntur in caſibus ſpecialibus ratione publicæ vtilitatis, vt liquet ex eis: & eſt ra-
36 tio diuerſitatis inter contractum & delicta † quia in criminibus non fit remiſſio ad receptionem teſtium, ſed iudex habet eos examinare. *C. de fide inſtrument. authent. apud eloquentiſſimum. in authent. de teſt. §. & quoniam ſancimus. collat. 8.* & tamen teſtes non ſunt extra prouinciam euocandi: *vt ff. de teſt. l. 3. §. fin.* ne officium eorum ſit eis damnoſum. *ff. quemadmodum teſt. ape. l. ſed & ſi quis. & ſupra hoc lib. de elect.* cum non doceat, *in 1. reſpon.* Vnde ſi iudex ordinarius delinquentis cognoſceret de delicto commiſſo extra territorium ſuum, ibi non poſſet teſtes recipere, ſicut nec alios actus iuridicos facere, *vt in prædicta. l. extra territorium. & cap. vt animarum. in fin.* nec ipſorum teſtium receptionem ibidem committere, nec ipſos teſtes ad ſe euocare, *vt in dictis legibus.* Et optime tangitur ratio miſſionis in iudicibus qui pecunias receperunt, ſeu alias deliquerunt, *vt in authen. vt omnes obed. indic. prouinc. §. hoc conſiderantes. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. famoſos.* Quæ tamen rationes in contractibus locum non ha-
37 bent. Item contrahens † poteſt & debet ſibi cauere, cum quo contrahat. *ff. de re. iur. l. qui cum alio,* vnde ſibi imputet, ſi eat ad locum domicilij eius, cum quo contraxit, & quia alia eſt ratio contrahendi, & alia delinquendi. *ff. de exercito. l. 1. §. 1.* Et hic iunge, quæ ſcripſi in expoſitione in verbo, malitioſe, dicit tamen quod deferenti de crimine non credatur, vt remittatur delatus ad iudicem in cuius territorio dicitur deliquiſſe. Sed hic debet adeſſe aliqualis cauſſæ cognitio, & pronũciatio ſuper cognito. *C. de exhib. re. l. neminem. & §. ſi verò quis comprehenſorum, alleg. argum. C. vbi de crimin. agi. opor. l. 1. & de accuſ. l. vltim.* licet alij dicant, quod immo eſt credendum ſuper hoc literis iudicis notarij *argum. ff. de nox. vlt. l. & de remi. l. non omnes. §. à Barbar.* vnde hæc opinio, quod non fiat remiſſio in delictis placet hic Lau. Geſſe. Iac. Bor. & Petr. & Cyn. *in authent. qua in prouincia. alle. 5. quæſt. 1.* quia nulla. l. cauetur, quod in contractibus remittatur aliquis ad locum cõtractus, nec eſt noſtrum l. extendere, *vt in §. de vno. alleg.* Præterea: quia l. dicit, quod ille qui certo loco promiſit nedum ibi conueniri poteſt: ſed etiam alio loco idoneo, ne ſit in poteſtate, &c. quæ ratio non eſſet bona, ſi remiſſioni locus eſſet. *ff. de eo quod cert. loc. l. 1.* Quia ratio, quæ eſt in delictis: quia multis graſſantibus, &c. nam contractus & delicta patificantur vbi non inuenitur diuerſitas rationis, *argu. ff. de ac. l. ſicut. §. vlt.* Collectatius & Lignanus, vt ſcripſi. *ſup. eo. c. fin. in 4. q.* ſequuntur hanc opinionem, & dicunt, quod communiter approbatur, & hoc placet Nouellæ & eam teneas per motiua Petri & Cyn. Sed quid ſi de crimine ciuiliter ageretur. Cy. poſt Pe. vbi ſupra dicit, quod tunc non fieret remiſſio, & quod hoc dicit. *§. ſi quis verò comprehenſorum.* nam ibi enumerauit delicta enormia, poſtea dicit, ſi quis verò comprehenſorum, ad hoc quod debet intelligere, quod ſi pęnæ impoſitio nõ ſit aliis exemplum, non eſt faciẽda remiſſio, quod eſt menti tenendũ ſecũdum eos. Et hoc placet Nouellæ. & inducit *ſup. de proc. tua. & de ac. ſuper his. in fin.* & probat etiam ex eo † quia etiam in leui- 38
bus criminibus non fit remiſſio: *vt in §. ſi quis vero comprehenſorum, verſu in enormibus & verſi. pœna impoſitio alios tenet,* locus eſt remiſſioni, quæ ratio in his ceſſat. Hoc autem certum eſt, ſecũdum Petr. & Cyn. vbi ſupra quod liceat iudex contractus extra territorium poſſit citare citatione verbali, realiter tamẽ & perſonam capiendo citare non poteſt: quia in territorio alterius iudicis ipſe eſt priuatus, *vt ff. de offic. præſid. l. 3. & ad bon. auth. iud. poſſ. l. cum vnus. §. is qui.* nec poteſt in rem exequutionem facere, & minus per cõſequens in perſonam. Et probatur. *ff. de ædil. edic. l. quis ſit fugitiuus. §. idem putat, cum gloſſ. ſua.* quinimo nec in delictis hoc poſſet, imo mandaret, iudex loci delicti iudici vbi eſt reus, quod eum caperet & remitteret: *vt in § ſi quis vero comprehenſorum. alleg.* Illud autem quod ſupra dixerat Oſtien. de excommunicatione & mulctatione non placet, vt ſcripſi. *ſupra in prox. q. & in expoſitione literæ ſuper verbo inuitos. & iunge* quod not. *in clem. paſtorali. poſt medium. verſ. quod ſi punitio, in gloſſ. ſed nunquid.* iunge etiam ad materiam huius decret. ea quæ ſcripſi *ſupra eo. tit. c. poſtulaſti. in 1. opp. & in 3. & in 4. quæſt. in cap. fin. in 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. quæſt.* Et ex iſtis formare poſſes vnum magnum tractatũ, & plures repetitiones. Non tamen inferas ad hoc, quod diximus, quod vbi in contractibus remiſſioni non eſt locus, iudicem contractus in iuris ſubſidium iudicem rei non poſſe requirere, vt illum citet coram illo iudice contractus reſponſurus: quia immo eſt expreſſum quod poteſt. *infra. de priuil. volentes. verſicul. neque domiciliorum prætextu,* qui loquitur in caſu ſpeciali, & ſic ius commune tenet contrarium, *ff. ad municip. l. 1. & de elect. licet. in fin. & c. Indemnitatibus. in fi.* vnde cum citatio quædam fiat re & verbis, quædam verbis tantum, *vt not. ff. de in ius voc. l. ſed & ſi is. & in auth. de exhib. re. § ſi non quadam, colla. 1.* Prima non poteſt fieri à iudice contractus, niſi ibidem inueniatur vt hic, ſed 2. tantum. *vt in verſic. neque domiciliorum.* vbi expreſſe innuitur, quòd in delictis fit remiſſio & in contractibus, ſecundum Cardinalem.

SVMMARIVM.

1 *Notarium non poſſe conficere inſtrumẽta extra territorium illius, à quo conſtituitur.*
2 *Epiſcopi & eius officialis idem conſiſtorium, quomodo intelligitur.*
3 *Proceſſus nunquid valeat factus à iudice ſuper articulo an contrahens contraxerit in eius territorio.*
4 *Officialis ſuffraganei ſi delinquat in officio ſuo, an pertineat ad archiepiſcopum punitio.*
5 *Delicta perſonalia perſonam afficiunt.*
6 *Lex debet eſſe de bono & diſſiſils.*
7 *Prorogatio iuriſdictionis non poteſt fieri, niſi vtraque parte conſentiente.*

8 *Au-*

8 *Auditor Cameræ Apoſtolicæ an poſſit citare extra Rom. curiam ſine ſpeciali mandato Papæ.*

NE clericos ſuos. Iſta pars tertia continet duos. §. *& tria principaliter dicta*, ſecundum dictum principale eſt *in verſu.nec eorundem*,& tertium eſt §.*neq;poteſt*.

Expone literam, ipſorum alias ſuorum, ſecundum Hoſt.& Bor.innuendis,ideſt faciendis vel concipiendis ſecundum Io. Lau.& Bor.recognoſcendis, tangit conſuet. Franciæ,vbi ſunt tales recognitiones,& concordat ad hoc *ſupra de iur.pat.relatũ.* ſecundum Ioan. *& infra, c.proxi.* ſecundùm Geſſ.& Bor.coram ipſis.Quo facto ſigillabantur ſigillo curię ac ſi factum eſſet coram Archiepiſcopo vel officiali ſuo *ſupra de teſt.ſi qui teſti. & de teſti.c.1.ad finem.& de ap.cum parati.ff.de offic.præfect.vr.l.1.§.vlt.ff. de rebus co.l.magis puto.§.nec tamen.* ſecundum Hoſt. Car. Lau. &
1 Bor.Et per hanc litteram probat Petr.de Sanxona † notarium non poſſe conficere inſtrumẽta extra territorium illius, à quo conſtituitur, igitur ſi ſigilla faciebant ſcripturas contractuum auth.tamen non extra diœceſim illius à quo datæ erant,& hoc poſt hunc Spec. *de inſtru.edi.§.reſtat.verſic.& not.quòd Tabellio.& vel ſ.ego credo*,& vide *infra de re.iud.* Abbatem *in glo.ſcilicet donatio in fine.*& hoc eſt quod hoc per Arch.*in addit.* dicens, quod arg. huius litteræ dici conſueuit , quod ſi ſimpliciter conſtituitur notarius ab eo , qui conſtituendi poteſtatem habet , intelligitur conſtitutus infra metas iuriſdictionis ipſius conſtituentis: nam ſicut iſti clerici non poſſunt vti iſto officio,quod ſuccedit loco Tabellionatus extra iuriſdictionem eos mittentis , vt hic dicit, ſic nec Tabelliones hoc potuerunt , remittens etiam ad Spec.vbi ſupra & idem tenet Simon.*in clem.quamuis.infra eod.* vt ibi dixi *in 2.princ.§.6.quæritur, vbi vide, & in verſic.7.quæritur, ibi proximè ſequenti occaſione:* quia licet coram officialibus ſuis,vel etiam ipſis Archiepiſcopis fierent,in diœceſi ſua per tales contractus huiuſmodi contrahentes non ſortirentur forum,& tamen coram quocunque fiant, in ſua diœceſi ſortiuntur eius forum ſic contrahendo ſecundum Innoc. Tunc enim cum contractus non ſit initus in diœceſi Archiepiſcopi ſed ſuffraganei ſui,pertinet de hoc cognoſcere ad ſuffraganeum & non ad Archiepiſcopum , etiam ſi coram ipſo Archiepiſcopo fieret ſubmiſſio,nec valet ſubmiſſio clerici in hoc caſu,ſicut nec cõſicialis foranei:*vt ſupra hoc li.de offi.ord.c.Rom.1.reſpon.*ſecũdum Hoſt. Car.& Bor.huiuſmodi: quia ſcilicet recognouerint cõtrarium coram illis. Io. neq; poteſt, ergo non valet ſententia tanquam non à iudice lata.*2.q.1.in primis.de pœn.quod autem. & c.omnis.§.ſi quis autem.& de ſen.excõ.à nobis.*1.Et hoc intellige,niſi in his,in quibus delinquerent extra officium:quia tunc ſecus *vt ſup.hoc lib. de offi.vic.c.Romana.*vbi dixi de hoc, nec etiam citatus venire tenetur cum ipſe citans non exprimat caſum ad eum pertinentẽ, *vt in præal l.extra territoriũ.*ad idem *ſup.eo.c.§.nec etiam*,ſecũdum Hoſt.Arch.& Nouellam,Car.& Bor. officiales, licèt enim idẽ
2 ſit † conſiſtorium Epiſcopi & officialis ſui propter quod eſt ab officiali epiſcopi ad archiepiſcopum appellandum *infra de app. Romana.* non tamen habet iuriſdictionẽ in officialem epiſcopi: nam perſonæ officialium non ſunt de iuriſdictione Archiepiſcoporum, ſicut nec alij ſubditi epiſcoporum , ſecundum Inn. *vt ſup.eo.c.§.2.* ſecundum Ioan. querelantibus ſubditis propriis ſuffraganeorum, vel aliis, & intellige præter caſus exceptos. Nouella,eccleſiaſticam,ſcilicet interdictum,vel ſuſpenſionẽ, ſeu excommunicationem, *de ſent.excom. Romana.§.officiales.ſupra de verborum ſignific. quærenti.* Quod dic,vt not.*infra de homic. pro humani.*& quæ hic fuerit ratio dubitandi , ſatis habetur ex eo,quod dixi *ſupra eod.§.nec etiam* Hoſt.& Archi.erat enim dubium, proponitur id, quod dicitur, ſententiam paſtoris etiam iniuſtamurgẽ.*11.quæſtio.3.cap.1.* ſecundùm Franc.Inde eſt ergo quod quotidie citatus per alium in iuris ſubſidium ſi contumax ſit, excommunicatur per iudicem. Credo quod hoc non facit contemptus, quem committit contra iudicem ſuum, & ſic contra primum, cuius ipſe eſt nuncius & executor, *arg. de offi.deleg.cum olim.2.*& ſic conſequitur ex perſona alterius quod non ex ſe.*vt infra de conceſſ.præb.c.autem.* Et ſic citra cõtumaciam ſcilicet ratione contractus non poteſt quis non ſubditum excommunicare : quia ipſius perſonam afficeret excommunicatio,ſed miſſionem bene facere poſſet : quia illa res afficeret nõ perſonam, Lau.ſed quod dicit de excommunicatione,non eſt verum,vt patet ex his,quæ ſcripſi *ſupra proximè in 8.q.& in eod.§. in expoſitione literæ ſuper verbo inuitos*,quæ hic repetas,licet fatear quod ita curiæ Archiepiſcoporum abutuntur, ad quẽ abuſum Lau.forſan ſe retulit.

Quæritur primò *in §. ne clericos.ſuper verbo contractibus.* Pone, quod clericus ſuffraganei coram metropolitano non ſuo iudice conuenitur pro eo : quia dicitur in metropolitani territorio contraxiſſe, in quo tamen re vera non contraxit,ſuper quo tamen metropolitanus procedit.Quæritur, nũquid valet † pro- 3
ceſſus.Lappus dicit quòd non:quia in eum non potuit expreſſe vel tacite conſentire ſine diœceſani ſui conſenſu.*ſupra eodem tit.cap.ſignificaſti.& ſupra eod.c.in prin.* Plus dicit,quod ſi clericus ſuffraganei ſic conuentus excepit , & metropolitanus exceptionem non admiſit: ſed vltra proceſſit, vel admiſit, ſed pronunciauit ſuam eſſe iuriſdictionem ſuper principali , & ab eo fuerit appellatum,adhuc idem: quia non valebit proceſſus ſecundum eum,ſed ſi nõ appellauit , valebit proceſſus, niſi pronunciatum eſſet notoriè contra veritatem , vt quia eſſet notoriè contrariũ,videlicet quod alibi & non in ſuo territorio contraxiſſet.Facit ad hoc quod not. per Innoc. & Nouellam *de reſcri.ſuper literis.de dila.c.2.de cenſib.c.venerabili.de verb.ſign. c. ex par.* ſecundum eum.

Ad declarationem tamen & intellectum eorum,quę faciũt ad materiam prędictorum,dicit ipſe diſtinguendum eſſe:quia aut ratione contractus conuenitur clericus , aut laicus coram non ſuo iudice.Item,quia aut conſtat,contractum ratione cuius ſit conuentio, eſſe celebratũ in territorio iudicis illius. Aut conſtat non eſſe ibi:ſed alibi celebratum aut dubitatur.Primò caſu coram illo reſpondere cogitur, etiam ſi ſit clericus, dummodo coram eccleſiaſtico iudice conueniatur , alias non de laico verò non dubitat:quia coram quolibet conuenitur. Secundo caſu reſpondere non cogitur. Tertio verò caſu excipitur,aut de contractu non inito, aut excipitur de contractu nõ, ſi excipitur, aut excipitur ſimpliciter negando contractum eſſe initum inter eos ſcilicet actorem & conuentum, & hic cogitur reſpondere : & ſic probabitur contractus licet non ibi : ſed alibi celebratus, mandabit iudex reo conuento, quod ſatisfaciat actori. Ratio eſt : quia ſic excipiẽdo videtur ſubire iudiciũ iudicis, coram quo ſic excipiens conuenitur , & hoc verum, ſi eſt laicus ſic conuentus, alias ſi eſſet clericus ſic conuentus nõ valeret,niſi re vera ibi contraxiſſet.Ratio,quia laicus poteſt in non ſuum iudicem conſentire. Clericus autem niſi de licentia ſui iudicis:vt in iſto.*capitu.in princip. & in capitu.ſignificaſti alleg.* etiam quod ſi clericus in quem conſentit , *vt ibi, & c.ſi diligenti. eo.tit.*& ſi vero non ſimpliciter excipitur , ſed determinatè excipitur ad fori declinationem , dicendo quod ibi non contraxit,tunc antequam ad alia procedatur, oportet hoc diſcuti,& ſi non probabitur inibi contractum eſſe cõdemnabitur actor in expenſis, & abſoluetur ab inſtantia conuenti, ſeu remittetur ad iudicem ſuum : ſi autem probetur, tunc procedetur, vt not.Inn.*ſupra eod.§.contrahentes.* vlt.verò caſu,ſi cum non excipitur,ſi clericus eſt qui conuenitur,non poteſt iudex procedere,niſi conſentiret iudex ſuus,niſi ſaltem pronunciaret ſe iudicem,& non appellatur,ſed ſi eſt laicus conuentus,tunc procedere poteſt in principali , vt ex ſuperius dictis patet ſecundum eum.Sed antequam viderem dicta huius domini plenius multo iſta diſcuſſeram.*ſupra eo.c.3.§.contrahentes.in 6.primis quæſtionibus.*ideo dic vt ibi ſcripſi.

Secundò quæritur *in §.neque poteſt.ibi officiales,* vtrum ſi † offi- 4
cialis ſuffraganei delinquat in officio ſuo , pertineat ad Archiepiſcopum punitio? Videtur quod ſic,per id quod ſcripſi.*ſupra de offic. vic. Romana.in 1.oppo.*& per id quod ſcripſi.*ſupra eodem.§. in expoſitione litteræ ſuper verbo neque poteſt,ibi, & hoc intellige. ſupra eodem cap.nec etiam,in expoſitione ſuper verbo officialis.* Sed videtur oppoſitum,per id quod ſcripſi.*ſupra eod.cap.in 1.parte,& in 3.oppo.*Et aduerte:quia licet Hoſtien.qui videtur fuiſſe adinuentor huius opinionis, quod officialis Epiſcopi deliquens in officio ſuo ſubeſt ratione huiuſmodi delicti iuriſdictioni Archiepiſcopi *ſupra de officio vica.cap. Romana.* nitatur hoc exemplificare & probare per multa iura, tamen vt ſcripſi *ibidem in 1.oppoſi.* illa exempla & iura ad hoc per eum allegata in nullo vigent , nec pro iſta oppoſitione reperitur teſtis aliquis , quem ego viderim:& tamen text. eſt rotundus in iſto.§. *& ſupra eodem cap. in §. nec etiam*, quod etiam Archiepiſcopus in officialium ſuffraganei non habet iuriſdictionem. Et Innocent. quartus conditor & gloſator huius decretalis clarè in hoc. §. dicit *in verbo officiales.*quod perſonæ officialium , ſicut nec alij ſubditi Epiſcoporum,

rum, non ſunt de iuriſdictione Archiepiſcoporum. Et tamen text. *in iſto c.* nititur inquantum poteſt contra Archiepiſcopos Epiſcopis prouidere ne ratione contractus etiam initi in diœceſi metropolitaui per aliquem de ſubditis ſuffraganei, niſi ibi repetiatur, iuriſdictio Archiepiſcopo detur, & patet, hoc maximè *in §. contrahentes.* qui igitur dat iuriſdictionem Archiepiſcopo in caſu ſpeciali in officiali ſuffraganei eiuſdem ſuffraganei ſubdito, det mihi text. cum non ſit à tex. plano, niſi per tex. contrarium recedendum: quia non mutatur, &c. C. *de ap. l. præcipimus in fin.*

Pone, enim, quod officialis non eſt domiciliarius ſuffraganei, nec de prouincia metropolitani oriundus rogo dic mihi, per quem modum metropolitanus meam iuriſdictionem vẽdicabit: quia an ratione domicilij, an ratione rei, an ratione contractus, aut ratione delicti: *vt ſup. eo. tit. c. fin.* quia & ſi alij caſus contrahendi forum reperiantur, illi non faciunt ad propoſitum, & tamen de quatuor modis prædictis nec tres primi ad propoſitum faciunt: quia iſte nõ eſt domiciliarius alicuius eorundem, nec de re aliqua agitur: ſed de perſona, nec de contractu alio: ſed ſolum de delicto, & tamen ratione delicti quis nõ ſortitur forum alterius, niſi in eius territorio delinquat, nec ſi in territorio eius deliquiſſet, poſſet per illum puniri, niſi ibi reperiretur, aut ibidem remitteretur, vt legitur & not. *in §. ſi quis verò comprehenſorum, alleg. & ſupra de rap. c. 1. & ſup. eod. c. fin.* & hic probatur ſumendo contractum pro omni obligatione etiam delicti, iuxta. *l. omnium. ff. de iud.* & quod ibi notatur *in 2. gloſſ. & iuxta. §. & hoc conſiderantes, in auth. vt omnes obe. iu. prouin.* & quod ſcripſi *in d. §. contrahentes. in expoſitione ſuper verbo contractibus,* & vt planè ſoluatur id quod principaliter mouit Hoſt. videlicet: quia idem eſt cõſiſtorium officialis & epiſcopi, & propter hoc nõ ab officiali epiſcopi ad Epiſcopum ſed ad Archiepiſcopum appellatur, *ſupra, hoc libro. de conſuetudine, non putamus. & infra de appell. c. Romana.*

Circa hãc materiam ſic diſtingue: quia aut quæritur de cauſa, aut quæritur de perſona. Si quæritur de cauſa, dico quod ſi delinquat officialis in cauſa ſeu proceſſu, an expeditio cauſſæ, & ab eius delicto per appellationem legitimam iuriſdictio ad metropolitanum deuoluatur, & tunc dico, quod Archiepiſcopus habet iuriſdictionem in cauſa: ſed ceſſante huiuſmodi deuolutione ſecus eſſet, vt patet ex lectis & notatis *ſupra hoc lib. de offic. ord. c. Romana. & inf. de app. c. Romana.* & hoc planum ſecundum omnes. Si verò quærimus de perſona: tunc dico indubitanter ſecundum me, quod ex quocunque delicto omiſſo in cauſa in diœceſi ſuffraganei, ipſe per metropolitanum puniri non poteſt per prædicta.

Et hoc confirmo: quia aut cauſa huiuſmodi punitionis eſſet: quia perſona eius in delinquendo repræſentaret perſonam Archiepiſcopi, ſeu quod habetur pro eadem, quæ (vt opinor) fuit imaginatio Hoſt. aut quia non conſideraretur perſona vt priuata, ſed tanquam in officio officialatus conſolidata: aut quia Archiepiſcopus in hoc vellet ſupplere negligentiam epiſcopi negligentis officialem ſuum punire in huiuſmodi delicto: aut quia ipſe metropolitanus ex natura officij ſit priuilegiatus quo ad punitionem delicti circa tale officium commiſſum, nullum horum poteſt dici, igitur, &c. patet conſequentia: quia nulla alia imaginatio hic occurrit, quod autem primũ dici non poſſet, videlicet quod nihil faciat ad propoſitũ repræ-
5 ſentatio ſupra oſtendo. Et primò: quia † in delictis per ea quod perſonalia ſunt & perſonam afficiunt & ſequuntur, repræſentationi non eſt locus, præſertim cum in faciendo conſiſtunt: *vt inſ. de re iud. c. delictum.* & quod not. per Cyn. *C. de ſacroſan. eccleſ. l. iubemus nulli.* Secundò quia vbi eſt diuerſitas rationis, ibi non eſt locus repræſentationi, vt probant cõmunia iura, modo hic eſt diuerſitas rationis: nam ideo perſona Epiſcopi in officio ſui adiutorij delinquentis metropolitano ſubiicitur: quia ipſi Archiepiſcopo non eſt immediate ſubiecta, & quia quò ad illam iuriſdictionem quam habet metropolitanus in ſuffraganeos, tota prouincia ſua eſt ſibi pro territorio, iuxta lecta & no. *ſupra de offi. ord. paſtorali.* quæ ratio ceſſat in officiali. Nam perſona officialium non ſunt de iuriſdictione Archiepiſcoporum, ſicut nec alij ſuffraganeorum ſubditi, vt dixi ſupra poſt Innoc. Præterea, nec ſecundũ dici poteſt, videlicet ꝙ in hoc conſideraretur perſona officialis non vt priuata: ſed vt in officio officialatus conſtituta, ad hoc non tollendũ ſpecialiter & non ad aliud emanauit *iſte. §. in verbo officiales. & §. nec etiã. ſup. eo. c. in eod. verbo.* nullum enim dubium text. iſti habuiſſent, ſi ad perſonam officialis tanquam priuatam vt ea conſideratione archiepiſcopo in nullo ſubditum occurrebat, ad quod tollendum text. iſti
emananerunt † lex enim debet eſſe de bono & difficili: *vt ff. ad* 6
Carb. l. quod Labeo. Item nec tertium dici poteſt, videlicet quod Archiepiſcopus in hoc negligentiam epiſcopi ſupplere poſſit, quia Archiepiſcopus non ſupplet negligentiam epiſcopi, niſi in caſibus expreſſis à iure vt patet ex his quæ ſcripſi. *ſup. eo. c. in 1. parte. in expoſitione literæ ſuper verbo ſuſcipere, verſu, & ſi infra terminum.* Et facit *ſupra hoc tit. de ele. in c. quamquam. de ſup. neg. præla. c. Romana.* Item nec quartum dici poteſt, videlicet quod metropolitanus ſit ſuper hoc priuilegiatus. Cum hoc non reperiatur in iure expreſſum, & tamẽ de illo priuilegio deberet conſtare, arg. eius quod legitur & no. *de offi. ord. duo ſimul. & c. paſtor. & alijs iuribus. proximè alleg.*

Tertiò quæritur, redeundo ad primum principium, vtrum principium decre. habeat locum in propoſitionibus ad legatum, vel de latere interiectis, & fuit dictũ de tempore meo in conſiliis Rotæ quod non, pro eo quod poteſt adiri per viam ſimplicis querelæ, *ſup. de offi. legati. c. 1.* & ad hoc not. etiam *ſup. eo. c. in prin* vt ibi ſcripſi *in expoſitione ſuper verbo prætermiſſo.* Et no. etiam *infra ad app. cordi.* Et hoc tamẽ impugnabat Lappus, & poſt eum quidam auditor, qui vocabatur Benedictus: quia licet Epiſcopus & legatus in iuriſdictionem concurrant, *vt de offic. leg. c. 1.* tamen præuentio facta per Epiſcopum iuriſdictionem adimit legato, *de foro comp propoſuit.* nec appellatio ad eum iuriſdictionem deuoluit, niſi in conuentum, omittere enim articulũ grauaminis & procedere in principali eſſet quædam prorogatio iuriſdictionis, quæ requirit conſenſum iudicis iuriſdictionẽ tenentis. *ſup. eo. ſignificaſti* † & quæ non poteſt fieri niſi vtraq;
parte conſentiente, *vt ff. de iu. om. iu. l. ſi conuenerit. & l. ſi per errore.* 7
& de iud. l. 1. & 2. nec ſufficere videretur conſenſus tacitus, per not. Inn. *de off. leg. prudentiã.* Sed licet præmiſſa in ſolis diſputantibus & ad pauca reſpicientibus videantur forſitan colorata: tamen omnibus alijs dominis Auditoribus diſplicuerunt. Et primo: quia non eſt verum, quod præuẽtio adimat iuriſdictionem alias habenti ipſo iure, licet exceptionem pareat aduerſus præuentum, Nec *cap. propoſuiſti.* loquitur in caſu iſto, videlicet dum per appellationem à iudice præueniente receditur, *& c. ſignificaſti.* loquitur in prorogatione iudicis non ſui. hic verò legatus eſt iudex proprius ambarum partium: ita quod cõſenſus de litigando coram eo nõ eſt de iuriſdictione proroganda, ſed eſt de iuriſdictione non declinanda *vt ſupra tit. 1. c. 1.* & ſupponitur hic, quod appellatus in hoc conſentiat: quia alias non poſſet omitti att. appella. *vt infra. de app. cord. §. 1. ibi, vel partium voluntate omiſſio.* à contrario, voluntas vero appellantis non videtur neceſſaria, vt colligitur ex not. per Innoc. *in verbo partium.*

Quarto quæritur, vtrum † auditor cameræ Apoſtolicæ poſ-
ſit citare extra Romanam curiam ſine ſpeciali mandato Papæ, 8
& ceſſante quo ad hoc conſuetudine ſpeciali fuit concluſũ de tempore noſtro in conſiliis Rotæ quod non. Et hoc propter duo, primum eſt: quia territorium auditoris cameræ Apoſtolicæ ſicut & omnium auditorum cauſarum palatij & aliorum iudicum curiæ ad locum, vbi pro tempore curia reſidet, limitatur, & per conſequens citarent extra curiam, citarent extra territorium, quæ citatio ad effectum procedendi in cauſa, de quo effectu intelligo quæſtionem, non valeret, vt hic probatur *in §. contrahentes.* & patet ex his, quæ ibi ſcripſi *in q. 7. & 8.* Secundum eſt: quia hoc eſt contra ius, quod quis cõpellatur exire prouinciam ſuam, dimittere omnia facta & negotia ſua pro accedendo ad ſedem Apoſtolicam ad ibi litigandum in cauſis, *ſupra de reſcri. c. nonnulli. & c. ſtatutum. hoc lib. & in q. 6. quaſi per totum.* & ideo nulli alteri à principe hoc licere debet, vt not. per Car. *infra de re. iu. cap. in generali.* Ex quo patet, quod fines propriæ poteſtatis excedit, dum exequendo proceſſus Apoſtolicos, qui fiunt in die cœnæ, vel alias, tali vtitur poteſtate: ſic enim omnium ordinariorum: immo & ipſius Papæ iuriſdictionem vſurpare poſſet: & idem per eãdem rationem dicerem de Camerario Papæ, & ex his reſpondi nuper, quod cum ipſe Camerarius prætenderet ſe habere iuriſdictionem exemptorum, quod non reperio ſibi de iure conceſſum, & ob hoc quoſdam canonicos Cenomanenſes prætendentes ſe eſſe exemptos in ciuitate Cenom. multum longè à curia commorãtes citari feciſſent, dixi enim quod de iure dicta citatio non valebat per

prædicta, & intellexi, quod Papa ita reſpondit. Sed nunquid
poteſt ſuſtineri de iure, quod auditor Cameræ Apoſtolicæ re-
cipiat ſubmiſſiones quorumcúque etiam extra Romanam cu-
riam, & etiam vbicunque & quantumcunque à curia contra-
hentium, & iuriſdictioni ipſius auditoris in cõtractibus ipſius
ſe ſubmittẽtium, ac vigore illarum citet partes coram ſe in cu-
ria etiam quãtumcunque longè à curia commorantes: & bre-
uiter dico, quod non, & pro hoc facit *ſupra §. prox. & cap. ſignifi-
caſti. ſupra eod.* nam nõ video, quomodo in prorogatione iuriſ-
dictionis, quare magis vellent grauare iura diœceſani in fauo-
rem huiuſmodi auditoris, quam epiſcoporum vicinorum ſuo-
rum. Præterea, quia nõ plus videtur poſſe operari talis ſubmiſ-
ſio, quã contractus vel permiſſio de ſoluendo, aut reſponden-
do, ſeu quam omnia iſta ſimul, *vt ſupra eod. c. dilecti: cum ibi not.* &
tamen ex omnibus iſtis ſimul non poſſet quis citari vel cõpelli
inuitus ad ibidem reſpondendũ, niſi ibi ſine ſpeciali Papę prę-
cepto vel mandato, vt patet ex his, quæ ſcripſi *in d. c. dilecti. in 3.
q. ſe.* & probatur hoc *in §. contrahentes. & §. ſe. & in prin. dec.* fateor
tamen, quod dictus auditor prætendit quo ad hoc ſe habere
conſuetudinem ſpecialem, ſuper cuius viribus & modo intro-
ductionis & probationis, & qualiter poſſet ligare probabiliter
ignorantes cõtrar. *vt animarum.* qualiter poſſet ratione defen-
di, multæ difficultates oriri poſſunt, quas pro nunc cauſa bre-
uitatis omitto.

SVMMARIVM.

1 *Iudici facienda eſt fides.*
2 *Literis laici ſigillo ſigillatis fides eſt adhibenda.*
3 *Conſuetudo dat fidem inſtrumentis & literis.*

SECVLARES iudices. Hæc decretalis ius fauorabile pro per-
ſonis eccleſiaſticis continet: licet de facto ſeculares iudices
contrarium attentent, vnde forſan pœna adiici debuiſſet, &
olim grauius puniebantur *per dec. extrau. quam ſit graue.* quæ ex-
equebatur pœnæ adiectione *decret. ſi diligenti. infra eod.* & forſan
hæc decret. loquitur, vbi iudex ſecularis ex officio procederet
contra ipſos, ſed dicta extra quando procederet ad inſtantiam
partis, ſecundum Card. Dicit tamen Nouella, quod non vidit
dictam extrauag. ſed quod veritas eſt, *quod ille ver. quia vere,* erat
pars decret. *quia nonnulli. infra de immu. eccl.* & ibi ſcripſit Nouel-
la *in prin.* iſta fuit 7. & vlt. prouiſio quam ibi fecerat Alexan. IV.
& hoc de princ. Expone literam, ipſis ſcilicet iudicibus ſecula-
ribus nulla, obſequendi eſt eis neceſſitas non authoritas im-
perandi. 45. *diſtin. bene quidam. de conſtit. eccleſia. & de re. eccl. non a-
lie. c. cum laicis* Io. perſonis eccleſiaſticis, etiam ſi ordinem cle-
ricalem non habeant, vt religioſi & generoſi. 22. *q. 1. duo ſunt.* Io.
coram ipſis ſecularibus iudicibus, earum ſcilicet eccleſiarum
prouinciarum, ſecundum Ioan. Arch. & Bor. literæ continen-
tes obligationem cõtractam per ipſas perſonas eccleſiaſticas,
quæ literę coram iudice competenti fidem faciunt contra eos.
inſ. de ſo. c. 2. 24. q. 2. in prin. & de hoc *inſ. de fide inſtru. c. 2. in gloſ. 1. &
legitur 1. q. 1. ſaluberrimum.* Ac. Probationes, quæ faciendæ ſunt
coram iudice. 4. *quæſtio. 3. ſæpe. & l. eos. de probat. ex litteris. de elect.
ſcriptum. verſic. verum. ff. de probat. l. 50. 4. quæſt. 3. ſæpe. & l. 101. & not.
de offic. del. prudentiam, iuxta princ. in gloſſ. qui ſi certe, &c.* fruſtra er-
go tales probationes reciperet, nam cum perſona ſit eccleſia-
ſtica, coram talibus iudicibus non valet conueniri. *ſupra titu. 2.
at ſi clerici. 11. q. 1. experientiam. & cap. ſi quiſquam & capitu. clericum
nullum.* ergo nec probatio coram talibus iudicibus contra illas
1 perſonas eccleſiaſticas induci poterit, vt hic † quia iudici fa-
cienda eſt fides, vt ſupra ſecundum Car. & Arch. & hoc ſcias,
quod in his locis, quibus forte non eſt Tabellionum vſus: ſed ini-
tur contractus, quorum probatio fit per ſigilla iudicum ſingu-
larium, literæ tales ſigillatæ ita probabunt contractum coram
iudice competenti, niſi reprobentur, ſicut & inſtrumenta Ta-
bellionum laicorum, quod bene probat *decre. cum dilectus. de fi-
de inſtrum.* non tamen per illas literas vel ſigilla competet iuriſ-
dictio ſigillantibus ſuper clericum, nec expreſſe poſſet illum
ſuum facere iudicem. *ſupra eodem ſi diligenti. & de his ſupra c. prox.
§. pen.* ſecundum Nouellam. & vide no. Ioan. *infra de homic. cap.
pro humani. ſuper verbo, conſtiterit.* Lappus. inducuntur ſcilicet
de facto ſecundum Card. & Arch. & patet *in gloſſ. prox. præced.* a-
lias autem bene probarent coram iudice competenti, *vt ſupra
de ſo. c. 2. & 3. quæſt. 2. in princ.* & de hoc *ſupra de fide inſtrum. ca. 2. &
1. quæſt. 7. ſaluberrimum. alleg.* vnde ſi clericus confiteretur in lit-
teris iudicis ſecularis, ſe obligatũ, dici poſſet, quod huiuſmodi
litteræ facerent fidem ad probandum: non enim ad obligan-
dum. *arg. ff. depo. l. Publia. §. Lucius. ſupra de fide inſtrum. cum dilectus.
§. fin.* Nec obſtat *c. ſi cle. all. & ſup. eo. ca. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti.*
quia illa loquũtur de iudicialibus, hic autem loquimur de ex-
traiudicialibus & fa. quod not. Inn. & Comp. *de elect. per inquiſi-
tionem.* de confeſſione clerici facta coram iudice ſeculari, *arg. de
exceſſ. præl. quod ſit graue: & de te. cum ex literis.* Faciunt † quia litte- 2
ris laici ſigillo ſigillatis fides eſt adhibenda, ſi ita habet cõſue-
tudo *ſup. de fide inſtr. cum dilectus.* de talibus enim literis loquitur
c. ſup. prox. § pen. ſecundum Bor. damnabiliter: quia hoc eſt con-
tra eccleſiaſticam libertatem, *vt infra de immu. eccl. c. pen. in fin.* &
ideo poſſunt excommunicari, niſi moniti deſiſtant. 11. *q. 3. nemo
epiſcoporum.* ſecundum Bor. compelli poſſunt de facto, & hoc
eſt contra Bonon. qui habent ſtatutum, quod omnis contra-
ctus factus cũ rectore eccleſiæ valeat, & quod poteſtas teuea-
tur illud exequutioni mandare. Ioan. ¶ Dicitur enim hic com-
pellunt: ſcilicet captis pignoribus, vel ſubhaſtatis eorum bo-
nis, aut fideiuſſorum ſuorum: quia ſi diſtinguerent eorum per-
ſonas, locus eſſet pœnæ *c. ſi quis ſuaden. 17. q. 3. & not. ſup. eod. ſi di-
ligenti.* Dicit tamen Nouella, quod dictum ſtatutum poſt Cõ-
poſt. gloſſ. ſuæ regimine ciuitatis Bononienſ. tradito per ciues
domino Card. Hoſt. ſublatum fuit illud ſtatutum, de quo ſta-
tuto not. per Ægid. *de re iudic. cum cauſa.* vt ibi ſcripſit Nouella
ſuper *gloſſ. 2.* de cauſa autem reconuentionis remittit Arch. *ad
not. ſua de cler. coniu. cap. vno.* & Nouella ad not. in ſua *in capit. at ſi
clerici allega ſuper gloſſ. ſecunda.* Ergo ad mea *eodem cap. in oppo. 2.
cenſura,* & ſic per excommunicationem & ſuſpenſionem, & ſi
hoc non proficiat, ſupponatur eorum terra eccleſiaſtico inter-
dicto, *argumen. ſupra de verborum ſignificat. conuenti, de offic. delega.
ſanc. 2. de ſponſ. non eſt. infra de ſentent. excommunicat. ſi ciuitas. § ca-
terum.* Item poſſent puniri pœna impoſita. *C. de epiſcop. & cleri. l.
ſtatuimus.* ſecundum Borbo. & eſt ſimile. *infra de iureiuran. licet,
de except. capit. 2. de ſentent. excommunicat. decernimus.* ſecundum
Ioan. & Bor.

Quæritur primò, vtrum litteris laicorum, & inſtrumentis
notariorum authoritate laicorum, & quibus inter laicos de
conſuetudine creditur ſuper contractibus & cæteris cauſis de
negotijs, contra eccleſias & eccleſiaſticas perſonas ſit adhibẽ-
da fides. Videtur quòd ſic, per id, quod ſcripſi poſt Bor. *ſupra
eod. cap. in expoſitione. ſuper verbo, inducuntur. verſicu. vnde ſi clericus.*
Sed in contrarium facit, quod ſcripſi *ſupra cap. proxim. in expoſi-
tione ſuper verbo, coram ipſis, in verſic.* & per hanc litteram videtur
dicendum, quòd ſi habet conſuetudo inter Eccleſias & ec-
cleſiaſticas perſonas obſeruata, quòd inter eas talibus fi-
des adhibeatur, tunc eis eſt fides adhibenda: ſic enim adhi-
betur fides notarijs imperialibus inter Eccleſias & perſonas
eccleſiaſticas: quia hoc habet conſuetudo † nam conſuetudo 3
dat bene fidem inſtrumentis & litteris, quæ alias non proba-
rent, prout hæc leguntur & notantur *in d. capit. cum dilectus. § 1.*
ſed vbi conſuetudo talis hic nõ haberet, tunc ſecus, quia fides
quæ datur talibus literis & inſtrumentis, recipit authoritatem
vel à conſuetudine ipſorum laicorum, vel à iuriſdictione ſeu
ordinatione & authoritate ipſorum, iuxta not. Innocen. *de fide
inſtrum. cum P. tabellio,* quæ ligare non poſſunt eccleſias, neque
eccleſiaſticas perſonas, *vt patet ex his quæ ſcripſi. ſupra eod. tit. quod
clerici. in op.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum dat cognitionem iudici eccleſiaſtico.*
2 *Soluere pro inuito quando quis poſſit.*
3 *Monitio ſemper cenſuram præcedere debet.*
4 *Iuramenti adiectio an mutet forum, vel accumulet. num. 7. 16.*
5 *Iudex eccleſiaſticus qualiter procedat ſuper contractu iurato.*
6 *Notorium actus permanentis & actus tranſeuntis.*
8 *Periurium eſt crimen eccleſiaſticum.*
9 *Periurium directè reſpicit tantum irreuerentiam.*
10 *Adulterium dicitur delictum eccleſiaſticum tũc ſolùm: cum agitur
ad thori ſeparationem.*
11 *Cauſa vbi magis abundat, debet magis abundare effectus.*
12 *Cauſa continentia non diuidenda.*
13 *Remedio ordinario quamdiu poteſt eſſe locus, ceſſat ſubſidia-
rium.*

14 Con-

14 *Contractus iurati ratione quãdo laicus poſſit inuitus ad forum eccleſiaſticum trahi, num.17.*
15 *Iuramenti cognitio pertinet ad forum eccleſiaſticum.*
18 *Iuramenti obſeruatio non poteſt prætermitti abſque animæ periculo.*
19 *Principes an poſſint prohibere notarijs ne iuramẽtum in contractibus apponant.*
20 *Iuramentum eſt pars contractus.*
21 *Mandatum iniuſtum ipſo iure non valet.*
22 *Ius idem eſt de his quæ non ſunt, & de his quæ probari non poſſunt.*
23 *Homini naturalem facultatem à iure & à natura ei datum auferre iniquum eſt.*
24 *Iudex in facto ſupplere non poteſt.*
25 *Prohibens directam viam veniendi ad terminum, prohibet ipſum terminum.*
26 *Homines quod iurent ſine cauſa non decet, neque expedit.*
27 *Deus inter ſimplicem loquelam, & iuramentum non vult eſſe differentiam.*

CVM C. laicus. Tracta. fuit hæc decre. de extrauag. ele. quę incipiebat, ſuą nobis nobilis vir Henricus: ſecundum Io. & in ratione, *de c. nouit. ſupra tit. 1. de c. peruenit. ſupra de fideiuſſ. & c. fin. 22. q. 1.* ſecundum Lauren.

1 Expone literam, *laicus*, ecce † quod iuramentum dat cognitionem iudici eccleſiaſtico, quam alias non haberet. Card. & ideo dicit laicus: quia ſi eſſet clericus, dubitatio nulla eſſet, *arg. ſupra cap. prox. & ſupra eod. ſi diligenti.* ſecundum Borbo. Soluiſti, an fideiuſſor, qui ſoluit vſuras illas à debitore repetat? dic vt not. *ſupra de fideiuſſ. cap. 2.* & an ante ſolutionem agat fideiuſſor, contra debitorem, vt ipſum à fideiuſſione liberet, dic *vt ſupra de fideiuſſ. cap. conſtitutus. & cap. fin.* ſecundum Ioan. & plenius vide *in quæſt. mercuriali* ſecundum Nouellam *diſputata ſuper regula, damnum. infra de re. iur.* & dic ſoluiſti, vt tenebaris, *per authent. præſente, C. de fideiuſſor. & not. eod. titu. ſup. cap. 2. ibi, ſi renunciaueras beneficio, &c. vt in auth. alleg.* & maximè per iuramentum: *vt ſupra hoc lib. de pact. cap. quamuis. & de iureiur. cum contingat,* ſecundum Borbo. fideiuſſoris. Bart. *in quæſt. dominicali. 35.* tenet, quòd ille, qui iurauit pro nullo fideiubere, ſi debitor, pro quo prius fideiuſſerat, liberos redimat, & debitum ſoluat, non eſt periurus, cum non fideiuſſerit, ſed ſe liberauit, quæſtio non erat dubia. Plus dubitatur, an tale iuramentum ſit licitum, cum illud pręſtare nulla authoritas coegerit, *arg. 22. quæſt. 1. ita ergo.* Sed Laurentius illud dicit licitum, cum quis pro vtilitate proximi iurare poſſit, fortius ergo pro ſua, & no. *arg. 11. quæſt. 1. eſt.* ſed Nouella dicit tenendum, quod ipſe ſcripſit in Spe. *ſuper rubr. de iureiuran. poſt princ.* & quod non ſit licitum, bene facit, quod not. *11. quæſt. 1. ſi cum enim. in 1. glo.* Lappus opinio. 2. Lauren. non eſt bona, vt dicam *in cap. ſi vero. de iureiuran.* vbi hanc materiam Deo
2 duce plene tractare propono, obligatas, † diſputatum fuit, an non obligatus, qui captum pro debito liberat inuitum ſoluẽdo animo repetendi, an ei obſtet *l. is qui. ff. de negot. geſt.* ne repetat. Et ſoluit diſputans, quòd licet communis opinio habeat quòd non, *per l. vltim. C. de negot. geſt.* ipſe putat eum de æquitate teneri: & *l. allega.* loquitur in eo, qui geſſit negotium voluntarium, ſed iſtud eſt neceſſarium. Per hoc putat Nouella intellexiſſe, quãdo deficiebat omnis ſpes deliberationis, niſi per ſolutionem. videas quod not. *infra de regul. iur. peccatum. ſuper gloſſ.* Lappus. olim autem erat in optione creditoris, quem vellet conuenire debitorem vel fideiuſſorem, quod dic, *vt ſupra de fideiuſſ. cap. 2. in 1. gloſſ.* ſecundùm Ioann. *cap. ſi laicum vel clericum.* Quia quo ad hoc non diſtinguitur. Borbon. recuſer, & malè, quod dic vt legitur & not. de fideiuſſ. peruenit. Archi. & Laur. indemnem, & ſic ſentiebat damnum, vnde primum releuatur, quod eſſe non debet, *de fideiuſſ. cap. 2.* vbi de hoc, ad ſe, non ſic in hære de iurantis, ſuper quo vide quod ſcripſit Nouella *de iureiuran. veritatis, ſuper gloſſ. fin. & in dominicali. quæſt. 38. quæ incipit, Bononia iurauit pacem,* licet Abbas contra *de ſepult. cap. fina. in fin.* vt ibi per Nouellam, temere veniendo & malè. Secus ſi de neceſſitate, quod dic vt legitur & not. *de iureiuran. querelam. & de pignor. ſignificaſti.* ſecundùm Archidiac. *& de iureiuran. quemadmodum.* ſecundùm Laurent. Sed hoc dictum tendit, ad excluſionem perimij & non fori, ſecundùm Nouellam, iuranti, & idem in aliis criminibus eccleſiaſticis, quæ nota. *ſupra eodem titul. cum ſit Ioan. pertinere, vt ſupra de iudic. nouit. §. poſtremò. de purgat. canonica, nos inter.* facit ad hoc quod not. 11. *quæſt. 3. cum alijs, in gloſſ.* ſed pone ſecundum Archi. All. Laur. 22. *quæſt. 1. cap. ſi circumſcripta,* etiam vel ceſſante conſuetudine, de qua habetur *ſupra cap. ſi clericus. in fin.* ſecundùm Borbo. monitione præmiſ-
ſa, † quæ ſemper cenſuram habet præcedere. 12. *quæſt. 2. indigne.* 3
24. quæſt. 3. de illicita. de ſenten. excommunic. ſacro. ſecundùm Ioan. quod verum eſt, cum agitur ad pœnam excommunicationis, quod dic, vt legitur & not. *in cap. indigne. alleg.* ſecundum Archi. quod intellige, niſi celeritatem requireret, vt ſi iudex ſecularis teneret vinculum ad gulam clerici. de quo legitur & not. *de ſent. excommunicat. conſtitutionem.* & idem dicas de ſuſpenſione, quæ ad correctionem fertur, ſecus ſi pro pœna ſeu præſentia, tunc enim poteſt fieri ſine monitione ad tempus, ſicut & exteræ pœnæ infligi, *de pœnit. & remiſſ. cap. omnis.* & not. Innocent. *de exceſſ. prælat. cap. 1.* ſecundum Lauren. tenetur ex tribus, ſcilicet ex iure, pacto & vinculo iuramenti, ex vltimo coram Eccleſia conuenitur ſecundum Ioann. & Borbo. compellat, nota hoc,
quòd † adiectio iuramenti mutat forum, ſicut & contractum 4
inualidum facit quandoque validum. *ſupra hoc lib. de pac. capitu. quamuis. infra de iureiuran. licet.* & quandoque nihil operatur, *vt infra de iudic. cap. non eſt obligatorium,* ſecundum Car. & Archi. & aliqua licent propter adiunctum. 27. *quæſtione prima, ſi quis votum, infra de praben. ſi is cui. §. non ſic autem. & cap. licet. & capit. cum contingat. allegat. & capit. debitores. eodem titul.* ſecundum Lauren. Et ob hoc quidam iudices ſeculares inuenerunt cautelam, & prohibuerunt tabellionibus ſuis, ne in litteris recognitoriis vel obligatoriis partium iuramenta apponant, *argumento. C. de arbitr. authent. decernit,* ſecundum Borbo. Quod hoc anno mileſimo trecenteſimo octuageſimoſexto, de menſe Octobr. & Nouembris, fecerunt de nouo officiarij regis in lingua ocitana: immo & deteriora attentata ſunt, vt videre potes in conſilio meo.

Quæritur primò ibi, de iure poterit conuenire, qualiter, † 5
ſuper hoc procedetur. Dicit Nouella, quod licet iudex eccleſiaſticus hoc caſu audiat conquerentem, non tamen inquiret ex officio, remittens ad ea, quæ ſcripſit poſt Innoc. *de iureiuran. ad noſtram. 2. ſuper gloſſ. pen.* Vnde diſputauit Pet. de monte murlo, quòd ſi laicus denunciat clericum de hoc, quòd ſibi multitudine hominum damna & ſpolia intulit, dicens idem notorium, & petit reſtitutionem & emendam, Epiſcopus non poterit ſummariè vel ex officio procedere: ſed dabitur libellus & ſeruabitur iudicialis, ordo inducit *decr. olim. de iureiur.* quæ ſequitur in facto huic ſimili: & quia vt dicit *in decret. quanto. de tranſlat.* non poterat eſſe non notorium reuocatur proceſſus factus lite non conteſt. *ad idem. de ord. cogn. cum dilectus.* vbi in caſu ſimili ſeruatur iuris ordo. *& de offic. deleg. ſignificantib. idem. 2. quæſt. 7. lator.* Inducit regulariter libellum tradendum. 3. *quæſtio. 3. offeratur. de libel. obla. cap. 1.* etiam in criminalibus, niſi in caſibus notatis *ſupra de eccleſ. beneſic. cap. vt noſtram.* de quibus iſte non eſt. Item quia dato quod locus eſſet officio iudicis, tamen cum petitur principaliter, locus eſt petitioni. *de offic. iud. ca. 2.* & & quod not. *ff. de inter. ac. ſuper rubr.* ſcilicet in officio iudicis nõ requiri libellum: procedit, cum petitur incidenter vt ibi. Idem etiam quando ſit inquiſitio ad petitionem partis, & reus eſt præſens, vt ſcripſit Nouella, *vt lit. non conteſt. cap. quoniam. § ſunt & alij. & de accuſ. qualiter. 2. ſuper gloſſ. in fin. ſuppletionis. quæ incipit varia iura autem quæ de notorio loquuntur,* & dicunt in notoriis iu-
ris ordinem non ſeruandum, Non obſtat † quia hoc non eſt 6
notorium actus permanentis: ſed tranſeuntis, quæ differunt, *vt not. 2. quæſt. 1. manifeſta.* & ſcripſit Nouella *de cohabit. clericor. & mulier. veſtra.* nec eſt notorium iudici, & ſic ſibi probandum, 2. *quæſt. 1. § quando autem ergo iuris ordo ſeruandus.* Item illa iura, quę de inquiſitione ex iudicis officio loquuntur, locum habent cum ad correctionem & punitionem criminis tẽditur, ſed hoc agitur ad priuatum intereſſe, & concor. Collect. *de lib. oblat. cap. 1. ad fin.* & ſatis eſt eo caſu hoc iure non expreſſum, *ſupra de temp. ordi. dilectus. de tranſlat. c. 2.* & ſic non obſtat *l. ea quid m. C. de accuſ.* maximè quia loquitur in officialibus referentibus curiæ non ad inſtantiam partis, ſecundum Nouellam. Vtrum iudex delegatus datus ſuper violentijs & iniuriis illatis cuidam Monaſterio poſſit per viam inquiſitionis procedere, ſcripſit Feder. *in conſilijs ſuis* Specul. autem. *de reſcript. præſentatione. § ratione formæ. ad fin. 1. col. verſ. item, quòd in reſcripto nota.* quòd quando in reſcripto eſt illa clauſula ea quæ de bonis, &c. iudex delegatus non poteſt per modum inquiſitionis procedere: ſed ſolum

per modum iudicij, & idem ſcripſit Paul. *in clem. qui à contingit. de relig. dom.* Lappus.
Aduerte, diceret aliquis, quòd Nouella hanc q. hic extra
propoſitum collocauit : ſed non eſt verum : nam hoc fecit, vt
tacitè ad propoſitum vnam concluſionem inferret, videlicet
quòd cum agitur ex pactis inſtante parte & ad priuatum inter-
eſſe, quamuis videlicet pro vitando pacto periurij ad obſerua-
tione iuraměti, vt in propoſito, neceſſarium eſt libellum & li-
tis conteſtationem ac alium iuris ordině interuenire, per quod
reſponſum eſt q. principali ſup. propoſitę, licet fateat aliã con-
cluſionem elicere ex huiuſmodi q. videlicet quod etiã cum agi-
tur ex notorio quod non ſit actus permanentis: ſed tranſeun-
tis quòd negetur: quia vt probari debet notorietas, opus eſt li-
bello, litis conteſt. & ordine iudiciario.
Quæ concluſio valde mihi dubia eſt, & eam examinabo *in c. veſtra. alleg.*
7 Secundò quæritur, vtrum adiectio † iuramenti mutet fo-
rum, an verò ſolum accumulet? & videtur quòd mutet forum
per iſtud cap. & hoc videtur tenuiſſe Cardin. Archid. & Laud. vt
hic patet, ex his quæ ſcripſi *ſupra in expoſitione litteræ ſuper verbo*
compellat. & facit quod ſcripſit Nouella poſt Hoſtien. *ſupra de*
ordin. cogn. tuam, ſuper vlt. gloſſ. aliis videtur, quod talis adiectio
8 non mutat ſed cumulat. Fatetur enim periurium † eſſe crimen
eccleſiaſticum, vt not. *ſupra eod. cum ſit in 3. gloſſ.* ſed non ſit ne-
ceſſariò illud merè eccleſiaſticum, quin ſecularis iudex de illo
poſſit cognoſcere, illudque punire. Primum probatur *infra de*
iureiuran. licet. ibi quamuis eis conſtet legitimè de huiuſmodi iuramen-
to. & in fine vbi pronunciare impediuntur: immo coguntur, ſe-
cundum probatur C. *de tranſact. l. ſi quis maior. ff. de crimine ſtellio.*
l. vltim. & de iureiurando. l. ſi duo. §. fin. Item probatur, 13. *quæſtio. 5.*
rex. debet eſſe ergo illud de iure eccleſiaſtico, de quo ſecularis
iudex cognoſcere non poſſet, ſicut de hæreſi. *infra de hære. capit.*
vt inquiſitionis. §. prohibemus. vbi textus exprimit, illud mere ec-
cleſiaſticum. Ad id facit *prædicta decret. tuam. & qui filij ſint legit.*
capit. lator. & infra de ſentent. excommunicat. ſi iudex. in princip. & in
fi. & omnis cauſſa ſpiritualium vt annexorum *ſupra tit. primo. de-*
cernimus. & capit. quanto. & ſic non obſtat ſed concordat *decret.*
nouit. ſupra de iudic. vbi prouocauit Rex Angliæ ad iudicium ec-
cleſiæ, quod potuit, vt hic occurrebat, etiam ſi qualitas cauſſæ
ſcilicet pacis fractæ, *ſupra de treu. & pace. capitulo primo cum con-*
cordat. & defectus alterius ſuperioris, *ſupra qui ſi ſint legit. per ve-*
nerabilem. verſiculo inſuper. Decret. *autem per venerabilem,* loqui-
tur, cum dubitatur, an iuramentum eſſet licitum vel non. Di-
ſtinguendum eſt igitur pœnitentiale forum à iudiciali, quo
ad primum non eſt dubium, periurium eſſe crimen eccle-
ſiaſticum, & ſic loquitur 22. *quæſtione primo. præiudicandum,*
& quod ſcripſit Nouella *de purg. canonica. nos inter.* ſuper pri-
ma gloſſ. ſecunda loquitur de iuramentis, in quibus verſatur
alterius intereſſe, quæ propriè ſunt ad propoſitum diſtinguit
Nouella, an agatur ex iuramento vt ſeruetur, an excipiatur
ex illo.
Primò caſu contra laicum vterque eſt competens iudex, ec-
cleſiaſticus & ſecularis, ſicut de ſacrilegio dixi *ſupra eodem cum*
9 *ſit.* eſt autem huius ratio ad eccleſiaſticum: quia † periurium di-
rectè reſpicit Dei irreuerentiam, quæ propriè eſt Chriſtianæ
religioni contraria.
Secundo caſu, ſi contra agentem laicum in ſeculari foro ex-
cipiatur de iuramento, laicus iudex cauſæ de hoc cognoſcet &
diffiniet, in qua cognitione ſeruare debet ius canonicum, &
ad hoc per Eccleſiam cogi poteſt, & ſic loquitur *prædicta decret.*
licet. Et ſic etiam practicatur *decret. quamuis. ſupra eodem. libr. de*
pact. & authent. ſacramenta. C. ſi aduerſus vendi. ſi tamen hæc re-
ducentur in dubium probabile, an ſit iuramentum licitum &
ſeruandum necne remittendum eſſet hoc ad iudicem eccle-
ſiaſticum, *vt in decret. venerabilem,* & ſic poſſet intelligi dictum
10 Hoſtien. *in cap. tuam. de quo ſupra* dic, quod † adulterium dicitur
crimen eccleſiaſticum tũc ſolum cum agitur ad ſeparationem
thori, vt dixi *in c. cum ſit. de vſur. dixi in clemen. diſpendioſam. ſu-*
pra titu. primo. & dicam infra de vſur. capitu. primo. & videtur mihi
valde notabilis & menti tenenda : ſed vt clarius intelligantur
oppono: nam ſi vtriuſque, videlicet ſecularis & Eccleſia eſt co-
gnitio petitorij, igitur actor debet forum ſequi rei. *C. de iuriſdict.*
omn. iud. l. iuris ordinem. ſupra eodem. ſi clericus. & cap. cum ſit. Præ-
terea, quod non ſit cognitio iudicis ſecularis : ſed ſolum eccle-
ſiaſtici videtur probare *cap. nouit. & iſta decret. ibi, ad cuius forum*
ratione iuramenti cauſæ huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere: nam ſi
etiam ad ſecularem pertineret, hæc cognitio, ita ſpecialiter nõ
deberet text. iudici eccleſiaſtico hoc appropriare: primo, cum
ad vtrunque pertineret, deberet dicere vtriuſque eſſe cogni-
tionem, & vnumquemque remittendum eſſe ad iudicem ſuũ,
videlicet clericum ad eccleſiaſticum, & laicum ad ſecularem.
12. quæſt. 1. duo ſunt. 10. diſtinct. quoniam idem. 96. diſtinct. cum ad ve-
rum, in Authen. quo opor. epiſc. in princ. Solut. dico, quod differen-
ter pertinet hæc cognitio ad vtrunque: nam ad eccleſiaſticum
pertinet duplex cognitio, vna an ſit iuratum, alia an licitè ſit
iuratum. An ſecularem vero non pertinet niſi prima, videli-
cet an ſit iuratum: nam ad eum non pertinet cognoſcere, an
licitè ſit iuratum : vt prædictum eſt, verum quia ſecunda cog-
nitio iuris eſt, & prima facti, & ſecunda præſupponit iuramě-
tum, de vitibus eius quærit. Prima vero ſolum inquirit, an iu-
ramentum interuenit propriè loquendo. Secunda cognitio
iuramenti & non prima, aliud eſt enim iuramentum & cogni-
tio eius. Aliud eſt dubium hoc, an ſit iuramentum & eius in-
dago.
Ex quo infertur clarè, quod text. appropriatiue iudici ec-
cleſiaſtico iuramenti cognitionem attribuentes, multum pro-
priè loquuntur. Et per hoc ſoluitur ſecundum argumentum.
Sed pro ſolutione primi argumenti etiam aduertendum eſt
quod quia in cognitione iuramenti eccleſiaſticus iudex habet
latiorem poteſtatem quam ſecularis, vt patet ex proxime di-
ctis. Plus operatur in eo hæc poteſtas † in quo enim magis abũ- 11
dat cauſa, debet magis abundare effectus, *vt ff. de ſtatu. homi. l.*
quæritur. de aur. & arg. leg. l. & non ſint. §. peruenimus. infra de ver-
borum ſignific. ſicut. cum ibi notatis per Card. Et hinc eſt, quod
in iudice eccleſiaſtico & non ſeculari fori cumulationem ope-
ratur, volo dicere quod ſecularis licet cognoſcat, an iuratum
ſit, & compellat ad obſeruationem iuramenti, vt in iuribus ad
hoc ſuperius alleg. tamen hoc non facit, niſi in propriis ſubdi-
tis, videlicet in laicis, & ideo non ceſſat cumulatio fori, ſed ec-
cleſiaſticus nedum in propriis ſubditis ſcilicet in clericis ha-
bet hanc cognitionem & poteſtatem, ſed etiam in laicis, qui
ratione cognitionis & poteſtatis huiuſmodi ſui efficiuntur ſub-
diti & ſortiuntur eius forum, *vt hic, & in capitulo nouiter, cum ſi-*
milibus. Et ſic habet locum in eo cumulatio fori, & eſt ratio:
Nam cognitio ſpectans ad laicum, an ſit iuramentum, non dat
ſibi poteſtatem cognoſcendi, ſed eam habet in laicis, ſubditis
eius propriis ex iuriſdictione & ſubiectione naturali, quam
habet in eis quę ad non ſubditos extendi non poteſt, *vt in capi-*
tulo à nobis. alleg. Sed licet eccleſiaſticus iudex ex ſuperioritate
quam habet in clericis ex ordinario iure etiam hanc cognitio-
nem poſſit exercere in illis, tamen etiam ex hac poteſtate am-
pliori, quam habet à iure diuino cognoſcendi de quolibet iu-
ramento, an licitum & ſeruandum, in quo præeſt indifferen-
ter in omnibus, *vt in d. cap. nouit.* ipſe poteſt de iuramento cog-
noſcere etiam contra omnes, quemadmodum videmus in ſa-
crilegio, *vt cap. cum ſit. allega.* vnde arguendo de caſibus iſtis ad
omnes caſus ſimiles ex identitate rationis, *argument. de tranſlat.*
capit. 2. cum concord. poteſt ibi facere hanc regulam generalem,
quod vbicunque duæ ſimiles cognitiones reperiuntur, qua-
rum prima ad vtrunque, & ſecunda ad ſolum eccleſiaſticum
habeant pertinere, cognoſcere poteſt eccleſiaſticus indiſtin-
ctè, & indifferenter contra omnes, ſecularis ſolum contra lai-
cos, & dum non vergit ſecunda cognitio: quia tunc eſſet ad ec-
cleſiaſticum remittenda. Patet exemplum in ſimonia, prima
enim cognitio eſt, vtrum ſit data pecunia pro ordine vel be-
neficio alicui dando, de quo ſi conſtet contra laicum per con-
feſſionem vel alias coram iudice ſeculari, nec aliqua excuſa-
tio probabilis allegetur, non apparet, an per eum plectendus
non ſit. *argumen. C. de epiſ. & cler. l. quemquam. & l. ſi quis in hoc ge-*
nus. Secunda eſt, an ex datione pecuniæ ſimonia fuerit contra-
cta, ſi propter excuſationem probabilem ſuper hoc aliquod
probabile dubium oriatur, hoc enim iudicari non poteſt, niſi
per canonicas ſanctiones. Sic in vſura, prima cognitio eſt quã-
tum in ſorte data & in pecunia recepta, & an aliquid receptum
fuerit vltra ſortem. Secunda eſt, ſi ſuper vltra recepto an ſit v-
ſura probabile dubium oriatur, ſic in adulterio, primo an for-
nicatio cum alteri coniuncta ſit commiſſa. Secunda ſi allege-
tur, illam non fuiſſe vxoratam canonice & de vitibus matri-
monij eius dubitetur, & ſic de ſimil. Nec mirum : quia ſit con-
ueniens iuri & expediens litigantibus, quod † cauſſæ conti- 12
nentia

nen[illegible] non diuidatur, iuſtum fuit, quod daretur libera facultas ill[illegible] clerico vel laico, ad quem ex iuramenti obſeruatione vtilitas, an damnum ex violatione pertineret, quod etiam reum laicum qui iurauit ad forum eccleſiaſticum deducendi, ne ſi ſuper viribus iuramenti dubium probabile oriatur, oporteat articulum iſtum ad eccleſiaſticum iudicem remittere, *vt in capitulo tua. cum ſimilibus allegatio.* & ſic diuidere potes continentiam cauſſæ, *argument. C. de iudicat. l. nulli. cum ſimilibus.* Et ſecundum iſta intellige ea, quæ ſcripſi *in dicto capitulo cum ſit in tribus. quæſtione primus, & præſertim in fin. tertia quæſtione.*

Tertiò quæritur, qualiter debet formari libellus, dum laicus coram eccleſiaſtico iudice ratione iuramenti in contractu præſtiti conuenitur, nunquid poterit agi directè actione ex illo contractu & directe concludi ad dandum. Videtur quòd non: quia tunc non ageretur ex medio iuramenti, & tamen ex alio medio non poteſt iuriſdictio ad eccleſiaſticum iudicem pertinere: & facit optimè, quod ſcripſi poſt Innocent. *ſupra eodem cum ſit. in prima quæſt. principali, verſic. verum Innocen.* & etiam quod ſcripſi poſt eundem Innocent. *ſupra eodem titu. nouit. in 2. principali opp.* Aliqui concedunt oppoſ. dicentes, quod neceſſe eſt agere ſimpliciter ex medio iuramenti, dicendo: quia iuraſti, peto te compelli ad obſeruationem iuramenti, & quia obſeruatio iuramenti reſpicit dationem, peto te compelli ad dandum. Plus enim dicere voluiſti, quod ſi agatur ex contractu iurato: ſed non ex medio iuramenti, libellus tanquam ineptus reiiciendus eſt, *vt ſupra titu. 1. capit. examinata.* Plus dicunt alij, quod ſi contractus abſque iuramento de per ſe ſufficit ad productionem actionis, non poteſt occaſione iuramenti recurri ad eccleſiaſticum iudicem, ſeu ex medio iuramenti agi coram eo. & eſt ratio: quia remedium huius recurſus videtur eſſe ſub-
13 ſidiarium & extraordinarium, & per † conſequens quamdiu poteſt eſſe locus ordinario remedio illud ceſſare debet. *argum. ff. de min. l. in cauſæ.* quod alias nimium abſorberetur iuriſdictio iudicis ſecularis, eo quòd omnes notarij hodie in omnibus contractibus laicorum quaſi ex forma conſueuerunt adiicere iuramenta, & ſic eſſet in poteſtate huiuſmodi notariorum ſic abſorbere iuriſdictionem laicorum, huiuſmodi enim maliciis obuiandum eſt. *ff. de rei vend. l. in fundo.* nam ſicut clerici non ſuſtinent, quòd laici eorum iuriſdictionem impediant vel vſurpent. *infra de immun. eccleſ. cap. penult. & fin.* Ita nec e contra clerici iuriſdictionem laicorum impedire vel turbare debent, *vt d. capitul. nouit. argumen. ff. quod quiſque iur. in rubro & in nigro & per totum. & ſupra de conſtitut. cum omnes.* & ſic ſecundum iſtos reſtat
14 talis concluſio, videlicet, quod tunc † demum & non alias poteſt laicus ratione contractus iurati ad forum eccleſiaſticum inuitus trahi, cum contractus eſt alias de per ſe ſufficiens ad pariendum actionem, alias tamen talis, qui poteſt iuramenti adiectione firmari, vt in caſibus *ſupra hoc. libr. de pa. quamuis. & infra de iureiuran. capit. licet. & eodem titul. ſupra capitu. cum contingat.* & nec tunc etiam niſi agatur ex medio iuramenti, & videtur hoc poſſe ratione defendi: nam ratio quare laicus ſuper contractu iurato poteſt trahi ad forum eccleſiaſticum eſt iſta
15 † quia ad forum eccleſiaſticum pertinet cognitio iuramenti, vt hic dicitur: & non eſſet cauſſa ſufficiens, ſi id referremus ad illam cognitionem, an iuratum ſit: quia illa poſſet per ſecularem iudicem expediri, vt ſatis dixi *in quæſtione præcedenti.* Sed ad illam, an iuramentum tale ſit, quod ſit ſeruandum, modo vbi conſtat contractum validum ad pariendum actionem, non eſt neceſſaria dicta cognitio quid ſi ſiue ſit, extra naturam actionis reus compellendus eſt ad ſoluendum, & tamen ex iure communi recedi non debet ſine cauſſa: *vt ff. de conſtitut. princ. l. 2. &c.*

Quid dicendum, in veritate ſatis dubius ſum. vnde hic ſunt duæ difficultates. Prima eſt, quam tangit quæſtio principalis, & ſecunda, quam tetigi in dicto proximè præcedenti. In pri-
16 ma vero dico duo. primum eſt, quod adiectio † iuramenti facta in contractu forum eccleſiaſticum accumulat, nedum quo ad cognitionem iuramenti: ſed etiam quo ad cognitionem totius cauſſæ ac negotij principalis iure ordinario agitandam, & hoc probo per textum iſtum, ibi ad cuius forum ratione iuramenti cauſſæ huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere, & non dicit iuramenti cognitio, ſed cauſſæ huiuſmodi cognitio dicitur pertinere, & nõ dicit ad quem, ſed dicit, ad cuius forum, quod deſignat ordinarium iudicium. *ſupra de verborum ſignific. forus. & quod legitur & notatur ſupra eodem titu. cap. fin. & ſupra eodem cap. Romana. §. contrahentes.* Ex quo infertur, quòd non eſt neceſſe in libello dato contra laicum coram eccleſiaſtico iudice ſolum concludere ex medio iuramenti: ſed ſufficit concludere ex contractu iurato groſſo modo, exprimendo factum, prout eſt petendo condemnationem & compulſionem ad dandum, iuxta id quod legitur & notatur *ſupra tit. 1. dilecti.* & eſt ratio: quia ſi non poſſet cogi, niſi ex medio iuramenti, tunc non cauſſæ: ſed iuramenti ſolius cognitio ad eccleſiaſticum iudicem pertinet. Cuius contrarium dicit iſte text. expreſſe. Dico tamen ſecundo, quod neceſſarium eſt in libello deducere iuramentum & probare, immo: quod plus eſt, ſi laicus conuentus negaret ab initio ſe iuraſſe, iſtius quæſtionis, an iuratum eſſet, cognitio ſummaria ante lit. conteſtat. habet præcedere, & donec conſtaret per huiuſmodi informationem, quod iuraſſet, illo in negatione perſiſtente ad vlteriora procedi non poſſet, cum non niſi ex adiectione iuramenti eccleſiaſticus iudex iuriſdictionem vendicet in hoc caſu, vt patet ex his quæ ſcripſi. *ſupra eodem capit. Romana. § contrahentes. in prima quæſtione. & in remiſſionibus ibi datis.* In ſecunda vero difficultate credo, quod licet homines inde noti per falſas & cõfectas eorum inductiones Eccleſiam temere perſequentes prædictorum opinionem publice prædicent, & de facto contra Eccleſiam in aliquibus partibus executionem demandent, tamen de veritate iur. canonici hoc eſt indiſtinctè verum † quod ſiue contra- 17
ctus per ſe ſufficiat, ſiue per ſe non ſufficiat ad pariendum actionem, ſemper ad forum eccleſiaſtici iudicis ratione iuramenti cauſſæ cognitio noſcitur pertinere per iſtum text. indiſtinctè loquentem *& cap. quamuis. & cap. licet, alleg. cum ſim.* Pro quo ſciendum, quòd contrarium opinantes decipiuntur in vno, credũt enim, quod huius accumulationis ſolum ſit in cauſa hoc, quod cognitio iuramenti debet ad Eccleſiam pertinere, ſed reuera non eſt ita: nam ſubeſt & alia cauſa, videlicet, vt ob reuerentiam Dei, cui iurando data eſt fides, & per cuius religionem iuratum eſt ipſi Deo illibate ſeruandum, iurans ad obſeruationem iuramenti, per cenſuram eccleſiaſticam compellatur, vt probant ſatis iura, quæ allegaui *ſupra in expoſitione ſuper verbo, pertinere.* nec mirum: quia poſtquam agitur de honore & reuerentia Dei ſeruandis illibate, iuſtum eſt, quod ad eius vicarios, cuiuſmodi ſunt Epiſcopi, ad quos pertinet, principaliter huius honoris proſecutio & defenſio, recurratur: ſi enim ſacrilegium pro eo noſcitur ad forum eccleſiaſticum pertinere: quia eſt peccatum, quod committitur in perſonam vel in rem eccleſiaſticam *ſupra eodem cum ibi not.* quãto magis iſtud quod committitur in in Deum: quia propter vnum quodque tale, & illud magis. *ff. de collat. bon. l. dedi dotem. & C. de epiſ. & cler. authen. multo magis.* ex quo probabiliter dici poteſt, quod & de iam commiſſo periurio etiam extra contractum, tanquam de crimine eccleſiaſtico Eccleſia cognoſcere poteſt, & coadiuuabo vt ſtatim dicam, item eſt alia ratio, videlicet † quia ſine intre- 18
ritu vel diſpendio ſalutis æternæ, & per conſequens ſine periculo animæ non poteſt prætermitti obſeruatio iuramenti, vt probant all. iura. & *d. c. cum contingat. in fin. & ca. ſi vero. eod. titu.* & tamen ad Eccleſiam pertinet animarum periculo obuiare, & hanc rationem ponit ad literam *c. licet. all. in fin.* anima enim iurantis ſi deieraret, aut poſtquam dieraſſet, ſi non pœniteret eſſe in periculo, vt de ſe patet: modo ad propoſitum dico, quod non minus reſpicit honorem & reuerentiam Dei, & nõ minorem fidem debet Deo iuramentum præſtitum ſuper contractu valido, & efficaci de iure, nec magis iſtud quã illud poſſet abſque periculo animę & interitu ſeu diſpẽdio ſalutis ęternæ prętermitti: imo minus: nam obligatio ciuilis non minuit, ſed coadiuuat & fortificat obligationem iuramenti: cum duę vel tres rationes ſint fortiores quam vna, *in auth. de conſang. & vte. fra. in prin. & ſupra de treu. & pac. c. 1.*

Quarto quæritur, vtrum † imperator in imperio, vel rex in 19
regno, aut quæuis poteſtas ſecularis, in diſtrictu ſuo poſſit inhibere ſub pœna notarijs, ne in inſtrumentis per eos receptis partiũ iuramenta apponant, vel recipiant illa à partibus, vel ad iurandum inducant, vel partibus ſeu contrahentibus, ne prædicta faciant ſeu fieri procurent, iuxta ea, quæ ſcripſi *in expo. ſuper verbo, cõpellat* & videtur quod ſic, quia ſubditi tenẽtur obedire ſuis ſuperioribus, in mandatis licitis & honeſtis etiam ſecularibus, *vt ſup. de maior. & obed. c. ſolitæ. circa prin.* licitum autem videtur mandatum, per quod malitiis & fraudibus hominum obuia-

obuiatur. *ſupra de ren. capit. 2. hoc lib. & ff. de rei vendi. l. in fundo.* ſeu per quod iuriſdictio & poteſtas iudicis defenditur & tuetur: *vt ff. ſi quis ius dic. non obſt. l. vna. in principio.* modo talia videtur iſta mandata. Præterea ſic mandando poteſtas ſecularis non diſponit, niſi de proprijs ſubditis, & in re ſua iur. ſuo vtitur, igitur Eccleſia non poteſt hoc ſibi ad munera retorquere, *vt ſupra de elect. cap. cum Eccleſia Vulterana, & ibi concl.* in contrarium facit, quia hoc modo iudex ſecularis nititur viam indirectam iuriſd. eccleſ. impedire, quod facere directè non poſſet, quod ſibi licere non videtur, *infra de regul. iur. cum quid vna via, cum com. & ſpecialiter videtur te. bonus inf. de immun. eccleſ. cap. fin.* item pro hoc facit: quia quod dicitur, quòd licet cuilibet vti iu. ſuo & in ſuo facere, quod ſibi placet, etiam ſi alius ſentiat inde damnum, fallit ſpecialiter in duobus caſibus, primus eſt, ſi principalis intentio facientis tenderet ad nocendum alteri, ſecundus eſt, ſi in alienum immitteret, prout plenè deduxi *in cap. cum Vulterana alleg. in 8. quæſtio.* modo iudex ſecularis tale mandatum facit primaria intentione, vt impediat hoc modo iuriſ. eccleſiaſticam, & hoc modo in alienam, id eſt, in iuriſdictionem eccleſiaſticam, ſeu in materiam rei eccleſiaſticæ, ſcilicet iuramenti talem immittit. Nec obſtat quod ex hoc conſequitur commodum, videlicet conſeruationem & defenſionem ſuæ iuriſdictionis: nam cùm factum directè & principaliter ac immediatè cedit in damnum alterius, licet per quandam conſequentiã damni videlicet illati alteri cedat in vtilitatem facientis, de iure cenſetur ſic faciens in fraudem facere, quamcunque habeat voluntatem, & ideo hoc ſibi non licet: *vt ſup. hoc lib. de ren. c. ſi te.* prout hanc regulam dedi & proſecutus fui *in dict. 8. q. §. recipio poſtea caſum tertium.*

Ecce, quæſtio. poſſumus diuidere in tres partes principales, prima de notarijs. 2. de partibus, ſeu contrahentibus: tertia de alijs perſonis: item circa primam partem poſſunt moueri tres quæſt. Prima eſt de iuramenti iam præſtiti non in ſcriptione: ſecunda eſt de iuramenti præſtandi non receptione: tertia eſt de non inductione ad iurandum. Item circa ſecundam partem poſſunt etiam moueri tres quæſt. prima eſt etiam de non receptione à iurare volente. ſecunda eſt de nõ inductione, ſeu procuratione circa perſonam iurare habentis. tertia de non inductione, ſeu procuratione huiuſmodi circa perſonã notarij inſtrumentum recipientis: item circa tertiam partem poſſunt etiam moueri duę q. videlicet de duplici nõ inductione, ſeu procuratione de quibus ſupra proximè dixi, & ſic quæſtiunculæ *num.* 8. In prima q. dico quod mandatum illud, quod notario fieret, de non ſcribendo in nota, ſeu in protocollo & inſtrumento ſuper contractu iurato iuramentum per partes hincinde, vel per alteram earundem liberè præſtitũ, eſſet iniuſtũ & iniquum, & à quocunque ſuperiore fieret, non eſſet parendũ,

20 & eſt ratio † quia tale iuramentum eſt pars contractus; & ſic illud omittere eſſet contra fidelitatem & officium notarij & cõtra iuramentum, quod ipſi notarij in aſſumptione eorum ad huiuſmodi officium præſtare habent, iurant enim, quod fideliter omnia in ſcriptis redigent, & ſic illud omittere non poſſent, quia deierarent ad Gehennam, & ſic potius deberent pœnam quamlibet ſuſtinere, *vt in capit. litteras. de reſtitut. ſpoliat.* iniquum eſt enim impedire facultatem probandi. *C. de hære. l. fina.* & negari non poteſt, quin ſit iniquum impedire coërtionem ad obſeruationem iuramenti: quia impedire, ne prouideatur ſaluti animæ iurantis, & ne eius periculo obuietur, quod eſt contra bonos mores; & per conſequens mandato ad hoc tendenti tanquam iniuſto & iniquo non eſt obediendum *11. quæſt. 3. qui reſiſtit.*

Præterea, mandatum iſtud tendit directè ad auferendum ius quæſitũ parti ex iuramento ſine cauſa, de quo iure ſatis dixi *in cap. quamuis alleg. ergo. infra de re iudica. ſine culpa* nec enim odio Eccleſiæ alius eſt grauandus per iudicem ſecularem. *C. de inof-*

21 *fic. teſtament. l. ſi quis in ſuo. in fin.* & tamen † iniuſtum mandatum, de quo notoriè conſtat, quòd iniuſtum eſt, & contra bonos mores, ipſo iure non valet: quia nec aliqua talis lex vel conſtitutio valere poſſet. *4. diſtinct. erit autem. 8 diſtin.* quæ contra bonos mores. *de conſtitut. cum acceſſiſſent. & de conſtit. cap. fin. cum ſim.* & tamen talia mandata inter perſonas, quibus diriguntur, vicem legis habent. *C. de leg. l. 2.* tollere enim probationem iuris

22 eſt tollere ius, maximè cum de illo aliter apparere non poteſt † quia idem iuris eſt in effectu de his quæ non ſunt, & de his quæ probari non poſſunt, *vt ff. de contrahen. empt. l. in l. & l. Rut. & de re. iud. l. duo ſunt Titij.* item hanc partem bene probant iudicio meo. arg. quæ adduxi pro part. 2. q. principali, quę non repeto. In ſecunda q. adhuc videtur idem probabiliter poſſe dici, nã impedire contrahentes ne liberè contrahant ſine cauſa, & in materia

alias non damnata, nec reprobata de iur. eſt † iniuſtum & iniquum: quia hoc eſt auferre homini naturalem facultatem à iure & à natura ei datam, vt probatur clarè. *C. de contrah. emp. l. dudum. de iu. delib. l. nec emere, & man. l. in re mandata.* 23

Præterea: quia aut mandatum huiuſmodi de non recipiendo iuramenta in contractibus refertur ad receptionem inſtrumenti notæ ſuæ, ſeu protocolli: & tunc concordat cum q. proximè præcedenti. Aut refertur ad receptionem manualem, quã ſolent facere notarij, dum partes iurant in manibus ſuis, & tũc militat *arg. ſupra proxi.*

Præterea ſecundum iſtum intellectum mandatum eſſet deluſorium: quia partes non tangendo manum notarij, cum tactu vel ſine tactu Euangeliorum iurare poſſunt, vt de ſe patet, & ita verbis & non rebus ſecundum hũc intellectum eſſet impoſitum, contra iura. *C. com. de leg. l. 2. in fin. ſupr. eodem lib. de elect. commiſſa. §. porrò.* Et ſi eſſet factum illud mandatum ſolum ad ingendum difficultatem contrahentibus, tunc apparet euidẽter factum in fraudem & principaliter & directè animo nocẽdi contrahentibus, quod vix putarem, vel Eccleſiæ in impedienda iuriſdictione ipſius: & tunc talia in derogationem libertatis Eccleſiæ non valerent: *infra de immu. eccle. cap. eos qui. alleg.* & vigerent contra hoc dictæ rationes ad negatiuam quæſt. principalis adductæ. In tertia quæſt. crederem prima facie mãdatum factum notarijs de non inducendo contrahẽtes ad iurandum ſatis eſſe iuſtum: quia notarius repræſentat quaſi perſonam iudicis & medium tenere debet inter partes † nec eis 24

ſupplere in facto: cum vnius teſtis officium ſolum gerat, *argu. C. vt quæ deſunt adu. l. vna, cum ibi not.* ſtatim enim, quod vni parti faueret contra alteram eſſet in ſuo teſtimonio ſuſpectus: quia operam ſuam ingereret rei ad ſe non pertinenti. *ff. de procurat. l. quæ omnia. circa princip.* & ſi contractus eſſet vltro, citroque obligatorius, & notarius ſuggereret partibus, vel induceret eas, quod vltro citroque contractum iuramento firmarent, adhuc officium ſuum excedendo, & rei ad ſe non pertinenti operam dando, redderet ſe ſuſpectum, & maximè parti, contra quam poſtea ageretur ad obſeruationem iuramenti. cum igitur iuſtum & honeſtum ſit, quòd in notarijs quemadmodum in teſtibus omnis mala ſuſpicio ceſſet, & ad hoc tendat hoc mandatum, videtur negari non poſſe, quin ſit iuſtum & honeſtum, & per conſequens ei obediendum vt patet *in prima ratione primæ partis. quæſt. princ.* In quarta quæſtione videtur dicendum, quod mandatum factum parti contrahenti de nõ recipiendo iuramentum contractus oblatum ab alia parte ſecum contrahente ad iurandum contractum, eſt contra illam libertatem naturalem, de qua ſcripſi circa 2. *quæſt. in princ.* & per cõſequens iniuſtum, niſi ſubeſſet aliqua cauſa ſpecialis; puta ſexus, fragilitas, vel ætatis imbecillitas, aut forte prodigalitas ex parte iurare habentis. ex his & ſimilibus cauſis iuſtis bene prohibentur contractus iniri, & contra prohibitionem initi nulli vel annullandi decernũtur, aut exceptio vel reſtitutio datur, *vt ff. ad Velleia. & de re. co. & de cur. furio. & ad Maced. per totum.* ſed his ceſſantibus talem libertatem naturalem auferre ſatis iniuſtum eſt: ſed dices, quod cauſa tuendi & defendendi iuriſ. ſecularem, ne per Eccleſiam occupetur, eſt ſufficiens, *argum. eorum quæ dixi in prima ratione partis affirmatiuæ quæſtio.* 1. ſed certè hoc non valet: quia Eccleſia cognoſcendo de contractu iurato non occupat iuriſ. ſed licitè ſua propria iuriſdictione vtitur, ſecũdum quod volunt can. ſeu canonicæ ſanctiones: immo in hoc Eccleſiam impedire eſt licitum & contra libertatem eccleſiaſticam temerè attẽtare, *vt inf. de im. eccl. c. quoniam.* & ideo per talem modum temerarium & damnatum à iure non licet laicis poteſtatibus iuriſdictionem ſuam defendere: quia hoc eſſet in alienũ mittere, quod non licet, vt dixi ſup. ſed adhuc dices, id procederet in impediente iuriſdictionem Eccleſiæ iam quæſitam, nõ autem in impediente, per vias indirectas, ne quæratur: quia tales viæ indirectę bene quandoq; permittuntur *vt ff. de lig. 2. l. cum pater,*

§. Titio. ſed nec valet hoc: quia qui † prohibet directã viam veniendi ad terminum, etiam terminum prohibere videtur, *vt ff. de ſer. ru. præd. l. 4. altius. §. qui iter.* 25

Præterea, nec illa via licita, nec honeſta eſt, imo fraudulosa, vt ſæpe dictum eſt per auth. indirectis illicitis ad fraudandum permiſ-

permiſſum non eſt. *ſupra de procur. tua.* & quod ibi dixi 17 *quaeſt.*
de mãdato verò facto parti, ne procuret apud notarium, quod
iuramentum inſtrumento aſcribat, vt ne à notario illud reci-
piat, ad hoc reputo magis iniuſtum per ea quæ ſcripſi *in 1. & 2.*
quaeſt. coniuncta cum his quæ proximè dixi, & per hoc ſunt ex-
peditæ. 4. 5. *& 6. quaeſt. in 7. quaeſt.* puto mandatum directum om-
nibus alijs ſubditis tamen ipſius mandantis, & ſic intelligo quæ
dixi *in 3. quaeſt.* de non inducendo contrahentes ad iurandum
26 ſatis eſſe iuſtum & honeſtum: nam non dicet, neque expedit †
quod homines iurent ſine cauſa, & cauſa iurandi venit ſolum à
malo nõ iurantis, probatur *ſupra de iurein. & ſi Chriſtus.* vnde cum
hoc malum non appareat in contrahentibus, quia inuicẽ ſuper
contractu ſibi reddunt ſuper iudicẽ hoc malum in eis, vt ſine
iuramento ſibi inuicem non credant, vt eis ſeu animabus eo-
rum inuicem loquelam per obligationem iuramenti perſonis
maximè. quarum non intereſt, non videtur à radice charitatis
procedere, quia nemo deberet velle taliter ſe illaqueari pro-
pter periculum tranſgreſſionis & peccati mortalis, igitur nec
alteri facere: *1. diſtinct. in princ.* immò decens videtur, & hone-
ſtum à talibus abſtinere. iuxta illud, *non facias vlli, quod tibi fieri*
non vis. & per continens mandatum de abſtinendo iuſtum &
honeſtum eſt, ſicut dixi in ſimili *in 3. quaeſt. in 8. quaeſt.* puto man-
datum eſſe iniuſtum tanquam aduerſans operi charitatis, quod
conſiſtit in gerendo & procurando negotium bonum & hone-
ſtum proximi ſui, aduerſus quod bonum ligat proprium iura-
mentum ſecundùm beatum Thomam, vt ſcripſi, dicam latius
de iureiuran. cap. ſi verò. quod proſequitur Archid. 22. *quaeſt. 4 ſi ali-*
quid. de quo forſan aliquid dicam infra *de im. Eccleſ. cap. penult. &*
fin. Quintò quæritur, an cognitio fidei ſimplicis ſeu ſimpliciter
præſtitæ vel permiſſæ, ita pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum,
ſicut cognitio iuramenti, vt ſic eius ratione cauſæ tractatio ad
27 forum ipſius deuoluatur. Videtur quod ſic † quia inter ſimpli-
cem loquelam & iuramentum Dominus nullam vult eſſe dif-
ferentiam aut diſtantiam. *vt 22. quaeſt. 5 iuramenti.* vbi de hoc per
gloſſ. & latius per Archid. *& de fideiuſſ. peruenit.* facit: quia ratio-
ne peccati ſortitur quis forum Eccleſiæ. *ſupra tit. 1. nouit. & quod*
me. cauſa, cap. ad aures. & de iureiuran. debitores. ſed in contrarium
facit: quia qui contra iuramentum venit, multas pœnas patitur,
ſcilicet periurij, repulſionis à benefi. & à teſtamen. ac infamiæ,
quod non repetitur in ſimplici tranſgreſſione, argumen. *de ſe-*
pul. viol. l. 3. §. non perpet. ff. de re. & ſum. fun. l. at ſi quis. §. & generali-
ter. igitur nec videtur puniri in aſſum. fidei: quia hic tantum de
iurato non de ſimplici fide fit mentio, argumen. *de de. ad audien-*
tiam. 2. quaeſt. 5. conſuluiſti. cum ſimilibus. & quia non dicitur tan-
tum contemnere fidei fractor ſicut iuramenti, *not. ſupra de iure-*
iuran. cap. at ſi cler. & in eodem tit. & ſi Chriſtus. cùm ſolidius & fide-
lius liget iuramentum, quã ſimplex fides. 22. *quaeſt. 1.* omne quod
ſecundum Geſſel. dicam *in dicto cap. & ſi Chriſtus. in vlt. quaeſt.* Se-
xtò quæritur, vtrum ſicut clericus non poſſet prorogare iuriſdi-
ctionem iudicis ſecularis *ſupra eodem ſi diligenti. nec alicuius Epi-*
ſcopi. ſupra cap. ſignificaſti. ſic in laico, quod non poſſit prorogare
iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici. & videtur quod, ex identi-
tate rationum, & per rationem illius tituli. *quod quiſque iu. in rub.*
& nig. ff. & per ea quę ſcripſi *de offic. dele. de cauſis. in 11. quaeſt.* ſed dic
contra: quia laicus poteſt facere per prorogationem de non ſuo
iudice in ſuum iudicem, & non clericus, & quæ ſit ratio diuer-
ſitatis ſcripſi ſatis *ſupra eod. ſignificaſti. in 1. quaeſt.*

REPETITIO
IN §. CONTRAHENTES. CAP. ROMANA.
De fo. compet.

Clariſſimi I. V. Interpretis, D. Iacobi de Beluiſ.

SVMMARIVM.

1 *Innocentius IV. ius canonicum in duobus illuminauit, nempe ſuper decretalibus, nec non & conſtitutionibus, quas fecit in Concilio Lugdun. & quis fuerit.*

2 *Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen eius manebit in æternum.*

3 *Memoria vel titulus alicuius quot modis perpetretur.*

4 *Contractus ratione ſortitur quis forum, ſi ibi inuentus fuerit. n. 66. limita, vt num. 76.*

5 *Dictio, aliàs, eſt implicatiua quandoque, & quandoque non implicat.*

6 *Diœceſis Metropolitanorum & ſuffraganeorum in quo differant, & vnde dicatur diœceſis, & vnde parochia, & quare fuerunt diuiſa.*

7 *Territorium quod legiſtæ appellant, canoniſtæ vocant diœceſim.*

8 *Contractus vel quaſi, qui ſint.*

9 *Diſtractus vel renunciationes factæ in aliquo loco, quas eaſdem faciens ſeruare non vult, ſed contra eas venire, nunquid ſint ſeruandæ ab eo in loco vbi factæ ſunt, coactè.*

10 *Contractus & diſtractus eadem eſt lex.*

11 *Gabella ſi debet ſolui de contractibus debet etiam ſolui de diſtractibus quæ ſiunt per pactum obligatorium: ſecus ſi per ſolutionem vel liberationem.*

12 *Forum quis non ſortitur in loco diſtractus propter indebitum, quod recipit ibidem.*

13 *Exempla non reſtringunt regulam, ſed quod gratia exempli dicitur, ad omnia ſimilia porrigitur.*

14 *Contrahens in loco exempto à iuriſdictione diœceſani, an ipſius forum ſortiatur, in cuius diœceſi contraxit.*

Quid autem in contrahente in confinio duarum diœceſum, parochiarum, vel territoriorum, cuius iudicis forum ſortietur. num. 15.

16 *Medianum dicitur confinium duorum locorum.*

17 *Contrahentes in diuerſis territorijs, cuius iudicis forum ſortiantur: & quid in delictis.*

18 *Exemptus in loco exempto exiſtens & proijciens lapidem, ſi percuſſit exiſtentem in loco non exempto, per quem punietur?*

19 *Puniri quis ex eodem delicto poteſt per duos iudices, nec punitio facta per vnum alium liberat.*

20 *Bona mobilia clerici Deo ſeruientis, & ſine quibus ſeruire Deo non poteſt, nõ tangentur per iudicem ſæcularem, ſicut nec eius perſona: & quid immobilibus.*

21 *Mandans delictum vel contractum fieri in alio territorio vel ibi iam factum ratum habuit, cuius iudicis ſortiatur forum.*

Quid autem ſi contractus vel delictum fiat in inſulam. num. 22.

23 *Contractus vel delictum ſi fiat in mari, quis erit iudex competens.*

24 *Miſſa an poſſit in mari celebrari.*

25 *Superior contrahens quem forum ſortiatur.*

26 *Par in parem non habet imperium, multò minus in maiorem.*

27 *Epiſcopus auctoritate Apoſtolica poteſtatem habet condendi ſtatuta, & ideo quilibet conueniens eo ligatur.*

28 *Delegatus Apoſtolicus ſi in aliqua cauſa delinquat vel contrahat, nunquid per ordinarium diœceſanum vel alium puniri poſſit, vel conueniri.*

29 *Dictio, niſi, quomodo ſumatur.*

30 *Vſurarius nec per principes nec per ſtatuta permitti poteſt.*

31 *Subauditus malus nunquam in aliqua lege eſt intelligendus.*

32 *Trahi quis dicitur multis modis: & qualiter puniatur, qui aliquem trahit coram non ſuo iudice.*

33 *Defenſio de iure naturali per reſcriptum principis, vel alio modo tolli non poteſt: & debet fieri legitimè, aliàs quicquid ſequitur, in proceſſu eſt nullum.*

34 *Citatio eſt de iure naturali, & Deus in primo iudicio, quod contra Adam fecit, à citatione incœpit.*

35 *Citationis modi & forma ſunt de iure poſitiuo.*

36 *Bannum præconis per totam ciuitatem miſſum omnes ligat: & plus arctat præconis citatio, quam campana.*

37 *Actio an quæratur per ſacerdotem alteri tanquam per publicam perſonam.*

38 *Inuitus & non volens differunt.*

39 *Bona ita dicta, quia beant. Res autem quomodo ſumatur.*

40 *Citatio legitima ſi non præcedit, quicquid ſit vel ſequitur, eſt ipſo iure nullum: quæ citatio eſt neceſſaria etiam in notorijs ſiue in contractibus, ſiue in delictis.*

41 *Citatio extra territorium qualiter fieri debeat.*

42 *Citatus iudicis auctoritate ſi non venit, dicitur iudicem contemnere, quem contemnere graue eſt.*

43 *Iudex dicitur princeps ciuitatis: & non eſt maior contumacia, quàm ipſum offendere, vel ſpernere in non comparendo.*

44 *Contumax non auditur appellans: & quis ſit verus contumax.*

45 *Fraus & malitia præſumitur contra non comparentem in termino.*

46 *Citatus ſi veniat adhuc iudice ſedente, ſubuenitur ei ſaltem per in integ. reſtit. & auditur appellans.*
Quid autem ſi venit ſtatim poſt receſſum. ibid.
Quid autem ſi comparet coram iudice, dicens ſe ex obliuione non comparuiſſe. num. 47.
48 *Vocatus ad conſilium ſi non venerit cum pulſabitur campana, condemnetur in 10. ſi ſtatuto caueatur, nunquid veniens tardè, ante tamen reformationem conſilij, inciderit in pœnam.*
49 *Citatus ad audiendum ſententiam, vel aliquem actum iudicialem vel extraiudicialem comparens illicentiatus receſſit, antequam iudex ſedeat pro tribunali, poſtea iudex venit, & fert contra illam ſententiam, nunquid talis poterit appellare.*
50 *Comparere alicui non ſufficit, niſi expectet quantum debuit.*
51 *Contumax debet dici ille, & excommunicari, qui ante finitam cauſæ ſuæ examinationem à ſynodo abire præſumit.*
52 *Procuratorem reuocans rationabili cauſa videtur iudicem contemnere.*
53 *Recedens à iuriſdictione ſine licentia, puniendus eſt arbitrio iudicis.*
54 *Dictio, fortè, dubitatiuè ſumitur, & eſt aduerbium dubitandi: & quomodo alias ſumatur.*
55 *Malitioſus quis dicatur: & nomina terminata in oſus plenitudinem denotant.*
56 *Occultum quid dicatur.*
57 *Coniecturis locus eſt in incertis & non certis.*
58 *Decretum à decerno decernis, & propriè dicitur ſtatutum iudicis diffinitum: & quomodo aliter ſumatur.*
59 *Dictio ſed, regulariter eſt aduerſatiua.*
60 *Tunc, dictio extremitatem temporis ſignificat.*
61 *Diœceſanus & ordinarius in quo differant.*
62 *Exempli gratia quod dicitur, ad omnia ſimilia porrigitur.*
63 *Denunciatio quomodo ſumatur.*
64 *Iudex contractus non poteſt facere miſſionem in bonis, niſi in eius territorio & iuriſdictione conſiſtant.*
65 *Iudex requiſitus vt exequatur iudicis contractus, nunquid faciet hoc ſine nouo proceſſu vel informatione.*
67 *Sententia excommunicationis nulla non ligat apud Deum, nec Eccleſiam, nec reddit quem irregularem, ſi ſe immiſceat diuinis.*
68 *Eccleſia vtrum poſſit errare.*
69 *Excommunicatio fieri non debet niſi pro mortali.*
70 *Excommunicatio eſt æterna mortis damnatio.*
71 *Pœna nulla eſt maior in Eccleſia quam excommunicatio.*
72 *Delinquens forum ſortitur in loco delicti: & quid in foro pœnitentiali. num. 73.*
74 *Hæres an ratione iuramenti per eius prædeceſſores præſtiti coram eodem iudice forum ſortiatur.*
Et an poſſit incarcerari ex obligatione, qua defunctus ſe obligauit ad carceres. 75.
76 *Remiſſio non fit ad locum contractus, niſi de contractu fiat inſtrumentum, vel alia ſcriptura, in qua quis renunciet priuilegio fori. 77.*
78 *Contrahens cum aliquo ſcire debet & inquirere conditionem quo ad hoc illius cum quo contrahit.*
79 *Contractus & delicta in quo differant.*
80 *Mandatum iudicis impediens, & non patiens miſſionem fieri, nunquid poterit excommunicari per iudicem contractus.*
81 *Contrahens in loco contractus inuentus poteſt citari & trahi inuitus coram iudice contractus.*
82 *Prohibendum vna via, alia conceſſum non videtur.*
83 *Actio de dolo non datur, vbi alia actio, vel remedium competit.*
84 *Miſſio in poſſeſſionem comparatur excommunicationi.*
85 *Procedi quomodo debeat contra contrahentes in loco contractus non inuentus.*
86 *Iudex domicilij, vel alius, vbi bona contrahentis exiſtunt, requiſitus per iudicem contractus, vbi citatus non comparet, debet facere miſſionem: vnus enim iudex debet alij ſuffragari.*
Et quid ſi nolit facere miſſionem.
87 *Iudex licet realem & actualem executionem extra ſuum territorium facere non poſſit decretum tamen de mittendo alium in poſſeſſionem bonorum alibi extra ſuum territorium exiſtentium facere poteſt.*
86 *Rex vel Baro extra ſuum territorium exiſtens, poteſt committere cauſas audiendas infra ſuam iuriſdictionem.*
89 *Iuriſdictio voluntaria non circumſcribitur loco, ſed omnis locus ei patet.*
90 *Legitimari poteſt quis in quolibet loco: item Baro, Princeps, vel alius miles poteſt creare militem extra ſuum territorium.*
91 *Legatus poteſt extra ſuam prouinciam conferre, & reſeruare beneficia.*
92 *Deciſio quid dicatur, & in quo differat à conſtitutione.*
93 *Contrahens in loco contractus non inuentus an poſſit ibidem inuitus trahi & per iudicem domicilij vel alium competentem ad locum contractus remitti vt ibi ſe defendat, ſicut in delictis.*
94 *Bonifacio Pontifice nullus ingenij excellentior ſedit in cathedra Piſcatoris.*
95 *Gratianus Decretorum conditor in multis erraſſe reperitur.*
96 *Princeps præſumitur omnia iura in ſcrinio pectoris habere, errare tamen poteſt, & error facit ius inter ſubditos.*
97 *Sententia ſummi Pontificis poteſt in melius reformari.*
98 *Coniugati tonſuram deferentes videntur omninò laici.*
99 *Beneficium propter officium datur: & qui non laborat non manducat.*
100 *Tonſura etiam Clerici, ſæcularis exiſtentis videtur in Domini & Eccleſiaſtici myſterij vituperium redundare.*
101 *Epiſcopus ſuo gladio, ſcilicet ſpirituali debet eſſe contentus, non autem vtroque vti.*
102 *Imperator vel Rex ſicut non poteſt iura Pontificum vſurpare, ita ſummus Pontifex iura imperij vel Regis tollere vel minuere non poteſt.*
103 *Remitti ad locum contractus quis debeat.*
104 *Iuri pro ſe introducto qui renunciauit, ſibi imputet, quod ſibi neceſſitatem impoſuit.*
105 *Notarij ſimplicitas non debet partibus nocere.*
106 *Contractus ſi in vno loco eſt celebratus, & in alio debet fieri ſolutio, nunquid ad locum contractus debet quis remitti.*
107 *Remiſſio realis non fit de iure, niſi de officiarijs, qui publicam exercuerunt adminiſtrationem.*
108 *Contrahens cum ſtatim receſſuro an poſſit ibidem illum conuenire.*
109 *Delicti locus an in delictis inſpiciatur.*
110 *Poteſtas in foro pœnitentiali clauium dependet à Deo, & ſacerdos in hac parte vice Dei fungitur, ideo non habet territorium limitatum.*
111 *Iuriſdictionis prorogatio an inuito iudice fieri poſſit.*
112 *Epiſcopus an poſſit literas indulgentiæ vel indulgentias concedere ſuis ſubditis pro opere in alterius diœceſi conſtruendo.*
113 *Iudicis decretum de mittendo alium in poſſ. an extendatur ad bona ſita infra iuriſdictionem decernentis.*
114 *Bona clericorum an ſequantur perſonam, & gaudeant eorum priuilegijs.*
115 *Delicta & contractus ad paria iudicantur: & de criminibus non fit remiſſio ad receptionem teſtium, ſed iudex habet eos examinare.*
116 *Teſtes non ſunt extra ſuam prouinciam vocandi.*
117 *Remiſſiones fieri iure cautum eſt.*
118 *Remiſſiones in terris vni principi ſubiectis quomodo fiant.*
119 *Remiſſio non fit de hæretico in aliquo caſu, quia vbique cenſetur delinquere.*
120 *Iudex competens originis vel domicilij poteſt procedere per viam inquiſitionis contra ſubditum iuriſdictioni: & pœna debet imponi ſecundùm ſtatutum vel obſeruantiam loci delicti.*
121 *Delinquens an in alio loco, quam originis, domicilij, vel delicti puniri poſſit, ſi fugiat.*
122 *Deus nullum malum impunitum relinquit.*
123 *Domicilium habens, vel locum originis, ſi alibi delinquat, & iudex loci delicti ibidem ipſum per edictum vel vocem præconis citet coram ſe reſponſurum, citatio illum non arctat.*
124 *Iudex domicilij vel originis ſi præuenit iudicem delicti, nuquid de iure fieri debeat remiſſio ad locum delicti.*
125 *Iudex contractus poteſt contra contrahentem eius iudicium eludentem prouidere per pignoris captionem, & mulctæ indictionem, & alijs modis. vt ibid.*
126 *Iudex poteſt recuſantem reſpondere libello præciſè compellere omnibus remedijs, de quibus ibid. ne iuriſdictio ſua eludatur.*
127 *Adam qualiter fuit excommunicatus.*
128 *Officiales ſi recedunt ante completum tempus ſuæ adminiſtrationis vel officij, eſt prouiſum per iura quòd capiantur, & ducantur ad locum. vbi adminiſtrationem geſſerunt.*
129 *Actori qualiter prouideatur contra contrahentē abſentem, qui nuquam*

quam fortè ad locum contractus venit, nunquid iudex contractus poterit citare eum verbo, vel quid ſit agendum.

130 *Prohibito vno non videntur prohibita illa, per quæ peruenitur ad illud.*

131 *Miſſio in poſſeſſ. quo caſu fieri poſſit contra citatum, qui reputetur contumax.*

132 *Præfectus vrbis extra ſuum territorium exiſtẽs delegare poteſt cauſas infra ſuum territorium terminandas.*

133 *Fieri aliquid in loco permiſſo, vel in loco prohibito, ſed effectum dirigi in permiſſum, paria ſunt.*

134 *Papa poteſt quamlibet Eccleſiaſticam perſonam vbicunque exiſtentem citare.*

Item officiarius Imperatoris vel Regis, qui præeſt vni prouinciæ imperij vel regni; poteſt per vniuerſum imperium vel regnum citare homines exiſtentes in alia prouincia eiuſdem imperij vel regni.

135 *Citatio verbalis per nuncium fieri poteſt extra territorium quo ad efficiendum ius cauſæ, non quo ad efficiendum ius perſonæ.*

136 *Multa impediunt contrahenda, quæ non impediunt iam contracta.*

137 *Magiſtratus plures ſi ſunt in eadem prouincia, qui ſubſint vni præſidi, nunquid vnus poſſit committere citationem in territorio alterius.*

138 *Citatio dicitur ſententia.*

139 *Totum à quo remouetur, remouetur & qualibet eius pars.*

140 *Temporis & loci idem eſt iudicium.*

141 *Iudex extra ſuum territorium incipit eſſe perſona priuata.*

142 *Citatio quando ſit facienda voce præconis, & quando per edictum.*

143 *Licet aliquid ſæpè in parte, quod non licet in totum.*

144 *In dubijs ſecurior via eſt amplectenda, & tenendum eſt certum, & dimittendum incertum.*

145 *Officialis vel iudex domicilij ſi ad literas officialis vel iudicis contractus nolit remiſſionem facere, qualiter procedetur contra officiarios recuſantes.*

146 *Iuſſus quandam ſuperioritatem importat.*

147 *Iudex qui requiſitus non vult facere iuſtitiam, facit litem ſuam.*

148 *Citatus per iudicem contractus ſi comparuit in termino, ſed poſtea ſe abſentauit, quomodo erit contra eum procedendum.*

149 *Prælatus ſi concedit literas indulgentiarum pro opere, quod fit extra ſuam diœceſim abſque licentia vel conſenſu illius Epiſcopi, in cuius diœceſi ſit opus, an talis indulgentia proſit ſubdito concedentis.*

150 *Sententia poteſt ferri infra territorium, & extra mandari executioni.*

151 *Sententia lata infra territorium non ligat ſubditum exercentem actum extra territorium.*

152 *Locus & tempus paſſibus paribus ambulant.*

153 *Indulgentiam concedere non poteſt, qui non poteſt ligare vel abſoluere.*

154 *Iudex mediatus an poſſit per prouinciam ſuam concedere literas remiſſionis.*

155 *Legatum ob honorem ciuitatis, ciuitati relictum videtur.*

156 *Priuilegium quid ſit, & quis poſſit illud concedere.*

157 *Indulgentia duplex. & quare.*

158 *Res iudicata fictione iuris pro veritate habetur, ſecus in ſpiritualibus.*

CONTRAHENTES, &c. Quotidianam hanc materiam,
& per quamplures iudices & alios malè intellectam, ſer-
uatam & practicatam, vt ex infra dicendis apparebit, & ideo
quæcunque ad eam ſpectant, ſunt plenius attingenda, *ff. de libe.*
1 *leg. l. legaui.* † eſt de conſtitutione Domini Innocent. IV. qui ſua
eminenti ſcientia in duobus mirabiliter illuminauit ius cano-
nicum, videlicet ſuo elegantiſſimo apparatu ſuper decretali-
bus, nec non & conſtitutionibus, quas vt ſummus Pontifex fe-
cit in Concilio Lugdun. quod ibi tenuit Anno Domini 1244.
& fuit Ianuẽſis, de nobili proſapia, videlicet illorum de Fliſco:
ſucceſſit Cæleſtino IV. qui non vixit niſi per quindecim dies,
quem præceſſerat Gregorius IX. qui etiam ius canonicum ſum-
mè illuminauit, poſt cuius Cæleſtini mortem poſt biennium e-
lectus fuit hic Dominus Innocen. III. qui prius fuit Presbyter
Cardin. tit. ſancti Laurentij in Lucina, & vocabatur Sinibaldus,
& creatus fuit anno 1242. regnauit duodecim annis, mortuus
fuit & ſepultus Neapoli. horum partem ponit Ioa. And. *in addit.*
Spec. tit. ne ſede vacan. Aliam legi in Chronicis, quod iſte venera-
bilis memoriæ dominus optimam ſui memoriam in legibus,
ſcilicet canonica & ciuili reliquit, ſicut ſcribitur ad literam de
Leorio & Patricio, *C. de vet. iur. enuc. l. 2. §. poſt hoc. circa fin.* & facit
C. de teſt. l. iubemus. & quod ſcribit Eccleſ. 37. † Sapiens, inquit, in 2
populo hæreditabit honorem, & nomen illius manet in æter-
num: talia enim ſecundùm Philoſoph. 10 *Ethic.* fecerunt homi-
nem immortalem, quia per illa defunctus adhuc loquitur, *Heb.*
9. vnde Policrates. *in ſui operis proœmio.* Nullus (inquit) conſtanti
gloria claruit, niſi ex ſuo vel ſcripto alieno: eadem eſt enim aſi-
ni & cuiuſlibet Imperatoris poſt modicum temporis memoria,
niſi quod eius memoria alterutrius ſcriptoris beneficio proro-
gatur. idem ibi, *Item lib. ſent. epiſtolarum ſuarum 167.* etiam de hoc
plura dicit. Sed plenius † quot modis memoriæ vel titulus ali- 3
cuius perpetuetur, videatur Gaufr. de Salic. *ff. de auro & argen leg.*
l. Titia. vbi pulchrè & plenè. facit etiam ad præmiſſa quod opti-
mè de memoria per libros relinquenda diſputat Ioan. Andr. *in*
fin. Mercurialis, vbi omninò videatur, & ſingulariter ad propoſi-
tum text. *l. quoniam venit. C. de Epiſc. & Cler.* & ibi de venerandæ
recordationis Fabiano Epiſcopo, cuius laudabilis recordatio &
memoria recolitur hic: licet pauca meritorũ ſuorum reſpectu
pro eius commendatione & memoria glorioſa hic inſerui, quia
ſcriptum eſt, Danti mihi ſapientem, dabo gloriam, Eccleſ. vlt. c.
ff. de arb. l. qualem. §. Caſſius.

¶ Diuiditur præſens §. in quatuor partes. In prima Dom. In-
noc. ponit regulam vſque ad ver. licet. Secundò circa regulam
prouiſionem annectit vſque ibi, *vel ſi fortè.* Tertiò ampliationẽ
ad prouiſionem poſitam adijcit vſque ibi, ſed tunc 4. formam
exequẽdi prouiſionem ampliatam tribuit vſque ibi, *nec clericos.*
Sed Ioan. Imo. & nouellatorum h. d. † Ratione contractus for- 4
titur quis forum, ſi ibi inuentus fuerit, aliàs iniuſtus iudicium
pati non cogitur, h. d. primò, & ſi auctoritate iudicis loci con-
tractus venire contempſerit, patitur miſſionem in poſſeſſionẽ
bonorum, quæ habet ibidem *ex 1. decret.* h. 2. Si verò nullã habet,
aut latitat, vel impedit, quod citatio ad eum non perueniat, de-
cernere poteſt idem iudex actorem ponẽdum in poſſeſſionem
bonorum alibi exiſtentium. hoc 3. Quod decretum iudex bo-
norum requiſitus executioni mandabit. hoc dicit 4. & vlt. caſus
in terminis de ſe patet.

¶ Contrahentes] ſub. per ſeipſos, vel alium, ſeu alios eorum
mandato. *ff. de iud. l. ſi quis abſens. §. apud Labeonem. ff. de fideiuſſ. ſi vt*
proponitur. de act. & oblig. contraxiſſe. † Quid iur. autem de diſtra- 5
ctibus, hoc eſt, à contractibus diſcedent. vel renunciantibus iu-
ri ſuo, an habeat locum hic §. infra dicetur ſtatim *ſuper verbo, con-*
trahentibus, aliàs, dictio alias regula eſt diuerſitatis. *ff. ſol. matr. l. alia.*
& de his qui. vt indig. l. alia. & eſt dictio implicitiua, vt not. per Ac-
cur. *ff. de reb. dub. l. quidam. & in authen. de non alien. §. lex itaque. &*
de hoc de iur. patro ex literis. per Innoc. *de auro & argen. lega. l. agen-*
tes. §. mundus, cum gloſſ. 1. & l. ſi non ſunt. §. fin. eod. tit. in Auth. delict. §.
fin. ſi verò. de Epiſc. & Cler. auth. ſed neque. & de temp. in integ. reſtit.
pen ſuperuacuam. 79. diſtinct. nullus. ff. de excuſ. tuto. l. ſcire oportet & de
priuileg. Archiepiſcopo. in clem. de reſcriptis, ſedes Apoſtolica. eodem titul.
cap. 1. in clem. per Ioan. *& de regul. iur. in generali.* per Ioan. Imol. &
Ioan. And. *in nouella.* quandoque tamen non implicat. *ff. de pro-*
cur. non ſolum. §. quanquam. in gloſſ. Accurſ. *in auth. de mand. princ.*
§. oportet & alijs ibi alleg. de leg. in l. ſi fundi ſub conditione. §. ſi libertus.
& in dicta l. quidem. & clemen. infra de reſcriptis. † Hic ergo not. di- 6
uerſitatem eſſe inter diœceſim Metropolitanorum & ſuffraga-
neorum, *de offic. ordin. paſtoralis. diœceſim.* & dicitur à dia, quod
eſt duo, & ceſſio, quod eſt diuiſio. diuiditur enim & ſepara-
tur vna diœceſis ab alia, *13 quæſt. 1. per Archidiac.* vel dicitur diœ-
ceſis à Dionyſio Papa, qui prius diuiſit diœceſes, 10. *quæſtio. 3.*
nec minuatur. per Ioan. *& dicto cap. 1. per Archidiaconum.* vbi paro-
chia vno modo ſumitur pro diœceſi. *61. diſtinct. obitum, in fin. 24.*
diſtinct. presbyter, in princ. infra de his quæ fiunt à præl. c. fin. vbi eſt tex.
& plenè not. de elect. *cap. 2. ſuper verbo, hoc caſu.* per Ioann. Andr.
dicitur etiam parochia à partior partiris, quaſi partitio curæ, *de*
elect. licet canon. in princip. per Archidiac. factæ autem & diuiſæ
fuerunt diœceſes & parochiæ, vt quilibet ſit contentus ter-
minis & limitibus ſuis, ne vnus falcem ſuam in alienam meſ-
ſem immittat, vt probatur dictis iuribus, *& 6. quæſt. 3. ſcri-*
ptum. 11. quæſt. 1. peruenit. & de elect. venerabilem, in princip. facit *ff.*
ſi ſerui. vend. l. ficuei. §. ſed & quæratur. Item † aduertendum eſt. 7
quia quod legiſtæ territorium appellant, *de verborum ſignificat.*
pupillus. §. territorium. canoniſtæ vocant diœceſim, ita quod terri-
torium

torium in temporalibus, diœceſis in ſpiritualibus, ita eſt gloſſ.
vnica in iure, *in auth. de mona. §. & illud. ſuper verbo diœceſim, collat. 1.*
facit *c. Rodulphus. de reſcrip.* quis autem dicatur habere territoriũ,
plenè not. *de rap. c. 1.* per Henr. & inde Ioan. de Lig. *in clem. paſto-*
ralis, de re iud. ver. poſt Lau. dicit, quod territorium, diſtrictus, &
diœceſis, quaſi pro eodem ſumuntur.
8 ¶ † Super contractibus vel quaſi, ſpiritualibus, temporali-
bus, bonæ fidei, ſtricti iuris, re, verbis, literis, & conſenſu, nomi-
natis vel innominatis. De omnibus enim generaliter poteſt in-
telligi, quia generaliter & indiſtinctè loquitur, *ff. de lega. præſtan.*
l. 1. & § generaliter. quamuis enim contractus propriè dicatur vl-
tro citroque obligatorius, *ff. de verb. ſignific. l. Labeo. la 2. §. contra-*
ctum. hic tamen ſumitur largè etiam pro quaſi contractu & qua-
libet adminiſtratione vel ratiocinio, vt tutelæ, curæ, & cuiuſli-
bet adminiſtrationis publicæ vel priuatæ. Et etiã pro ſtipulatio-
nibus, tranſactionibus, donationibus, & alijs ſimilibus ab vna
tantum parte obligatoria: & generaliter pro omni pacto obli-
gatorio: talia enim omnia largo modo contractus dici poſſunt,
ff. de iud. l. omnem obligationem. & de fide inſtru. l. contractus. & ff. de a-
ctio. & oblig. l. 1. in fin. magna gloſſ. quæ eſt ad hoc not. & hoc te-
nent omnes hic, & Bern. *in c. fi. ſupra eod. tit.* ſicut etiam ſumitur
generaliter verbum contractibus in alijs materijs, *vt not. in auth.*
ſacramenta puberum. ſi aduerſus vendi. & in corpore vnde ſumitur, de
pace iura. fir. §. item ſacramenta. ſecundùm Columbum & Bald. i-
bidem, & alios *in d. auth. ſacramenta puberum.*
9 ¶ † Sed quid de diſtractibus, hoc eſt, de refutationibus, vel
renunciationibus factis in aliquo loco, quas eaſdem faciẽs ſer-
uare non vult, ſed contra eas venire, nunquid locum habebit
hic §. vt illas in loco, vbi factæ ſunt, ſeruare cogatur? & eſt dicẽ-
dum quod ſic, per præmiſſa, ſumitur enim hic contractus largè
pro omni pacto obligatorio, vt dictum eſt, & hoc dicit glo. et *in*
d. §. ſacramenta. & not. ff. de contrario iud. tute. l. 1. §. contrarium, in glo.
not. quam ibi ſequuntur Dyn. & Bald. facit *c. quamuis pactum. ſupr.*
de pact. eod. lib. quod de renunciationibus loquitur. *& ff. & C. quã-*
do liceat ab empt. re. per totum. & ff. de pact. l. ab emptione. & etiam pro-
batur, quia contractus interdum pro diſtractu ſumitur, *C. de o-*
mni agro deſer. l. omni. & ibi not. *lib. 11.* facit quod not. *ff. de vſufruct.*
10 *l. 3. §. idem Labeo.* per Bartol. Item confirmatur, quia † eadem eſt
lex contractus & diſtractus, *C. de dam. l. neque. la 2.* Item ſicut ex
ſententia condemnatoria oritur quaſi contractus, *vt ff. de pecu. l.*
3. § idem ſcribit. & ibi not. ita ex ſententia abſolutoria quaſi di-
ſtractus, *C. de appell. l. cos. §. ne temerè. & ibi not.* per Bald. & ibi dixi
11 his diebus illum. §. legendo, † quæ inducuntur per Bald. *in d. §.*
contrarium, de contrario iud. tu. ad notabilem quæſtionem de ſta-
tuto diſponente, quod de contractibus ſoluatur gabella, quòd
debeat etiam ſolui de diſtractibus, quæ ſiunt per pactum obli-
gatorium, ſed ſi per ſolutionem vel liberationem. hoc etiam
probant not. *in d. l. 3. §. idem Labeo. de vſufruct.* per Bald. quia ſicut
de contractu venditionis vel ſimili debetur laudemium, ita ſi
ab illa diſcedatur de conſenſu partium, pariter debetur, quod
etiam ſequitur Guil. *in Spec. tit. de locat. §. nunc aliqua, verſic. 96.* &
ibi Ioan. And. *in addit. & alijs iuribus.* per eundem Bart. *alleg.* Et li-
cet præmiſſis aduerſari videatur *ff. de condict. indeb. l. qui certo loco.*
12 *cum ibi notatis,* quæ videntur probare, quod in † loco diſtractus
quis non ſortiatur forum propter indebitum, quod recipit ibi-
dem: hoc tamen ideo eſt, quia ibi eſt error ex parte ſoluẽtis vel
recipientis, vel vtriuſque, qui impedit conſenſum, *vt ff. de iuriſ-*
dict. omn. iud. ſi per errorem. & de reg. iur. cuius per errorem. Item alia
ratio vel ſolutio dari poteſt, quia ſi repetens indebitum vellet
in loco vbi ſoluit repetere, & recipientem conuenire ratione
huius contractus vel quaſi, ipſe eſſet ſibiipſi cõtrarius, quia hoc
faciendo & aſſerendo ſe ibidem quaſi contraxiſſe, videtur actũ
approbare, & in repetendo reprobare, & ſic tanquam contra-
rius veniret repellendus, *C. de furt. l. 1. cum concor. ſuis* ſecundùm
Guil. de Cun. & Alberic. de Roſa. *in dicta l. qui certo loco.* quod eſt
notandum.
13 ¶ In Remenſi diœceſi iuitur] id eſt, contractus. † Et ponit
gratia exempli de Remen. diœceſi, quia idem eſt de alijs diœ-
ceſibus ſecundùm Io. An. *in nouella. ſuper verbo, diœceſanus* exem-
pla enim non reſtringunt regulã, ſed quod gratia exempli dici-
tur, ad omnia ſimilia porrigitur, *ff. de iur. & facti ignor. l. vnica. §.*
fin. de excuſ. tuto. ſcire oportet. §. planè. de vi & vi ar. l. 1. §. quidam
Hiberus. & not. ff. de iuſtitia & iure. l. 1. per Bald. & facit *l. 2. C. de*
14 *ſpor. la 2. & quod ibi not. per eundem, vbi vide.* Hic poteſt dubitari,
quid de contrahente in loco exempto à iuriſdictione diœceſa-
ni, an ipſius forum ſortitur, in cuius diœceſi contraxit? Videtur
ſic, quia loca exempta licet non ſint in diœceſi, ſunt tamen in &
infra diœceſim, *vt not. de reſcriptis, ſi propter.* per Ioan. And. *libr. 6.*
Sed hoc hodie expeditum per id, quod not. *infra de priuil. cap. vo-*
lentes. eod. lib.
¶ Quid autem de † contrahente in confinio duarum diœce- 15
ſium, parochiarum, vel territorium, cuius iudicis forum ſortie-
tur? Iſta quæſtio communiter per omnes mouetur in delin-
quente vel quaſi, *C. vbi de crimin. agi oportet, l. 2. & auth. qua in pro-*
uincia, & communis opinio, quod vtriuſque iudex poteſt cog-
noſcere, ſi tamen vnus præueniat, quia ſatisfactum eſt iuri, ille
cognoſcet. Alij contra, vt ſtatim dicam: apponetur etiam ibi
quæſtio de ſagittante in aliud territorium, de quo dic vt ibi.
Bartol. mouet etiam alibi, *ff. de accuſat. l. libellorum.* & plenè per
Ioan. Andr. *in regula, in obſcur. in Mercuriali.* & ibi etiam de con-
trahentibus per eundem. & hanc quæſtionem allegat Bald. vi-
de eum *ff. de offic. præfect. vr. l. 1. § 1. caſum. ff. de his qui deie. vel effu. l. ſi*
verò. §. quod ſi ex mediano. & infra tangetur ſtatim: † medianum 16
propriè enim dicitur confinium duorum locorum, vt ibi, quod
plenius dic *in dicta l. 2. C. vbi de crim. agi oportet.* per Bald. & vide
quædam infra dicta. faciunt etiam præmiſſa ad quæſtionem de
domo, quæ eſt in confinijs duarum parochiarum, cuius paro-
chiarum, cuius parochiæ dici debeat dominus eius, & cuius e-
rit parochianus, *de qua ff. de leg. 3. l. prædijs. §. balneas,* per Bartol. &
plenius per Ioan. Andr. *in addit. Spec. de paroch.* vbi vide ibi, cir-
ca Ioan. Andr. mouet aliam † notabilem quæſtionem de con- 17
trahentibus in diuerſis territorijs, cuius iudicis forum ſortian-
tur? & dicit quod debet inſpici locus, in quo perfectus eſt
contractus, & de hoc ſtatim dicam. in delictis tamen eſt alio-
rum opinio, videlicet quod vbi in confinio duorum territo-
riorum eſt delictum commiſſum, quod iudices vtriuſque terri-
torij debent ſimul conuenire, ſecundùm Franc. & Roffre. &
Ioan. Andr. *in dicta regula in obſcuris.* & Henric. *in cap. dudum, de e-*
lect. in maxima diſtinct. vt fin. & alleg. cap. paſtoralis, de reſcript. de ſent.
excom. in pa illorum. vt idem etiam Henric. paulò ante ponit alleg.
Ioan. Andr. *in eadem regula,* & ponit quæſtionem illam † de ex- 18
empto in loco exempto exiſtente, & proijciente lapidem, &
percuſſit exiſtentem in loco non exempto, & quæritur per quẽ
puniatur? Dicunt, quod vnum delictum plurima territoria
tangens cuilibet attribuatur inſolidum, *vt C. vbi de crimin. agi o-*
portet. l. 1. ſecundùm vnam expoſitionem gloſſæ, & ſic per v-
trumque puniendus, ſic etiam inſolidum Eccleſiaſticus & ſæ-
cularis ſunt iudices inſeparabiles perſonæ, *vt nota. 77. diſtinct.*
cap. 1. 12. quæſt. 1. cap. 1. ſic duæ poteſtates ſunt in eodem officio, *C.*
de offic. præfect. vr. l. 1. facit *ff. de offic. conſul. l. 1. ſupra de offic. delegat. cap.*
1. de præſumpt. literas. cum concordan. in gloſſ. Sicut in veſtibulo, vbi
duo ædificia tanguntur, vtriuſque cenſentur inſolidum, *ff. com-*
muni diuidun. l. arbor. §. de veſtibulo: non tamen intelligas vnam-
quamque pœnam inſolidum imponere poſſe, ſed reo per vnũ
punito præcluditur alteri poteſtas puniendi, quia non iudica-
bit Deus bis in idipſum, 81. *diſtinct. presbyter. 13. quæſt. vlt. cap. fin. de*
offic. deleg. at. licet. & de accuſat. de his. ff. nau. cau. ſta. l. licet. vbi plenè
de hoc per Alberic. de Roſate. *de purga. canoni. cum dilectus.* per
Innocent. & Hoſtienſ. *de re iudic. cum æterni. §. fin.* finaliter tenen-
do dictum Ioan. Andr. & Henric. vbi ſupra, concludendum eſt
de iure, quod conuenire debent iudices, vt ſupra dixi. Sed
quicquid ſit de iure in criminalibus, tamen non ſeruatur de
conſuetudine, quia quilibet iudex ſit delinquentis, in confi-
nio ſeu confinibus punit. Et eſt ratio, quia quilibet recipit in-
iuriam inſolidum, vt ſupra dictum eſt, & ideo ſi non ſit eadem
burſa fiſcalis, quilibet eum puniet: ita elegantiſſimè not. *in ex-*
trauagan. materia. per Bald. *C. de Epiſcop. & Cleric. l. ſi quis non dicam*
rapere. in 8. oppoſ. quod intellige in crimine non capitali, vel alia
ratione, cuius non debet ſequi mors vel membri mutilatio. Si
enim eſſet præuentus & punitus per vnum, quia ſatisfactum
eſt iuri, per aliam non poſſet nec deberet ſequi alia punitio, ſed
de pecunia non alia pœna, tantum ſuum dictum intelligo,
quod nota, quia alibi non memini me legiſſe, & hoc omni-
nò eſt nouum. alibi enim videmus † ex eodem delicto quem 19
per duos iudices puniri, nec punitio facta per vnum, alium li-
berat, *C. de Epiſcopis & Clericis. ſi quis in hoc genus, coniuncta cum*
capit. fœlicis. §. per hoc. aut ſæcularibus poteſtatibus. *de pœnit. eo-*
dem libr. verſicul. eſt not. text. facit *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. placet.*
cum ibi nota. per Bartolum & alios. *de Epiſcopali audientia. l. ad-*
dictos. & ibi nota. per gloſſam, quam ibi ſequitur Salicet. 17.

quæſt.

quæſt.4.diſſiniuit.& ibi eſt expreſsè *in fin.de clerico violato pacis.cap.*
1.in feudis.C.vt nemo priua.tit.l.2.& facit benè in feudis,*qua fu pri-*
ma cauſa beneſi.amit.§.denique.ibi.vt dominus habeat ſcire iniuriæ vl-
tionem,&c.& extra de maledict.cap.fin. & quod ibi not. per Hen-
ric.in omnibus iſtis iuribus probatur,*quod quis, &c.* clericus pro
eodem delicto per iudicem Eccleſiaſticum & ſæcularem pu-
nitur, nec pœna vnius ab alio excuſat, ſed liberat, *& facit C.de*
teſtib.l.nullum. Etiam ſi clericus,& punitur per Epiſcopum, *de*
conſecrat.diſtinct.3.quæ viſ.& per ſæcularem in bonis: & ita debet
intelligi,quia ſæcularis non tangit perſonam, per iura commu-
niter: bona verò ſic, quia quo ad illa ſunt ſubditi domino tē-
porali,11.*quæſt.1.§.his itaque.*& hic not. per D. Ancharanum *in*
Rub.in 22.de regul.iur.lib.6.& per hoc faciunt, quod ratione ali-
cuius fractæ ſaluaguardiæ poſſit per regem vel eius iudicem
puniri,de quo tangitur per Iac.licet contrarium videatur tene-
re *in tit.de condi.ex le.Inſtitut.de acti.§.quadrupli.in fin.*ſed dicta in-
ra multum vrgent contra. ſic tamen ſeruatur, & vide quæ ibi
addit Archidiac.& quod in eadem addidi *in dicto cap.diſſiniuit.*
*12.quæſt.4.*non poteſt enim negari,quia quælibet iuriſdictio ſit
offenſa, ergo per quemlibet punietur, nec valet argumentum,
quod fit communiter,quod ſequuntur perſonam,*de vita & ho-*
neſt.cler.cap.fin.& de cler.coniug.&c. quia iura ita clarè non lo-
quuntur quod bona ſequuntur perſonam, & ſunt argumenta
ſcholaſtica: quomodo autem hoc intelligatur, infra tangitur
20 plenè *in 5 oppoſit.*benè fateor, quod bona † mobilia clerici Deo
ſeruientis,& ſine quibus ſeruire Deo non poteſt, non tangetur
per iudicem ſecularem,ſicut nec eius perſona:de immobilibus
verò ſecus,& ita ſeruatur in Francia,quæ obſeruantia poſſet per
iura prędicta defendi & ſimilia.ſubmitto me tamen ſemper ve-
ritati & determinationi Eccleſiæ, &c.

21 ¶ † Sed quid ſi erit vnus in vno loco vel territorio præſens,
mandauit delictum vel contractum in alio territorio fieri, ſeu
perpetrari,vel ibi iam factum ratum habuit,quis hic autem erit
iudex competens iſtius mandantis,vel ratum habentis, vtrum
iudex loci vbi factum eſt mandatum,vel ratihabitio ſecuta,vel
locus vbi delictum vel contractus perfectionem habuit.Poteſt
etiam quæri, quid ſi hic factus eſt contractus, & res, ſuper qua
contractum fit alibi, & ibi facta & ſecuta eſt traditio, quis erit
iudex competens.& iſta ſunt quotidiana propter conſuetudi-
nes & ſtatuta de gabella ſoluenda de quolibet cōtractu, in quo
loco ſoluenda eſt gabella, an in loco vbi fit mandatum vel ra-
tihabitio ſecuta,vel in loco vbi eſt res & fit traditio, vel in loco
in quo partes conueniunt. Et ideo ſi fiat venditio in vno loco,
& traditio alibi in loco traditionis debet ſolui gabella,quia tūc
perficitur contractus, *vt Inſtit.de empt.& vend.in princ.& §.1.&*
quod ibi not,cum ſimilibus, & ita ſeruatur de vſu, & conſuetudine
in iſta Prouinciæ patria. Et eſt veritas, quod locus ille, in quo
contractus perfectionem ſuam aſſumit, debet inſpici, licet res
ſit alibi,aut alibi fiat mandatum vel ratihabitio ſubſequatur, &
illo loco ſoluenda eſt gabella,*ff.de offic.protonſ.& le.l.obſeruare.§.*
fin & quod ibi not.& ff.de verborum obligat.l.magiſter puto.§.illud.&
*vtrobique not.*per Bald.facit *ff.de iud.l.hæres abſens.§.apud Labeonem.*
& de fideiuſſ.l.ſi vt proponitur.& quod ibi not.de offic.præfect.vr.l.fin.&
*in dicta regula,in obſcuris.*per Ioan. And. *in fin.*per Henric.*in dicto*
cap.dudum.

22 ¶ † Quid autem ſi contractus vel delictum fiat in inſula,cu-
ius forum ſortietur contrahens,vel delinquens. Dicendum eſt,
quod iudicis,ſub cuius iuriſdictione vel diſtrictu inſula conſi-
ſtit. Si enim ſint in inſula Italiæ, ſub iudice Italiæ conueniendi
ſunt.Si in inſula prouinciali,ſub iudice loci, cui ſubeſt prouin-
cialis inſula.*ff.de iud.l.inſula.& ibi not.*per Alber.& facit *ff.ad mu-*
nicip.l.qui ex vico,& ponit Ioan.And.*in addit.Spec.tit.de compe.iu-*
dic.adi.circa prin.quæ etiam ad hac alleg.ff.ne quis in loco publ.l.littora.
facit *quod in q.ſeq.no.*

23 ¶ † Quid ſi in mari fuit contractus vel delictum, quis erit iu-
dex competens? Pro cuius ſolutione aduertendum, quod ci-
uitates maritimæ etiam in mari dicuntur habere diſtrictum, &
ideo ſingulariter dicitur mare,ſeu maria Venetorum, maria Ia-
nuen.mare Marſiliæ,Arelatæ,& ſimilia,*vt no.de elect.c.vbi maius.*
*§.porrò.*per Ioan.Mon.& alios,& ideo dicendum eſt, quod cō-
trahens vel delinquens ibidem ſortietur forum illius ciuitatis
vel loci,de cuius diſtrictu vel iuriſdictione eſt mare, ſicut dici-
tur ibi de electione Papæ facienda, ſi Papa moriatur in mari,
fiet enim electio Papę in eadem ciuitate,cui ſubeſt mare,vt ibi,
hoc etiam notant Doct.iuris ciuilis,Bart.*C.de claſſic.l.1.lib.*11.&
Bald.*C.de inſtit.& ſubſtit.ſub condi.fac.l.ſi teſtamentum ad quod fa.ff.*
de publ.l.Cæſar.

¶ † Quid autem de quæſtione,de qua non eſt diu quod vidi 24
dubiū fieri, quia loquitur de mari, vidi dubitari,an in mari vel
flumine poſſit miſſa celebrari, & non memini me legiſſe niſi in
rationali diuinorum officiorum,*lib.4.circa prin.* vbi dicit, quod
in caſu neceſſitatis de voluntate Epiſcopi poteſt dici in mari,vel
ſub papillone cum altari vel viatico. Quæ quæſtio licet ſit ex-
trauagans ad materiam Germani,& alibi motam,non reperi,&
eſt conueniens ſcire in partibus iſtis propè mare.

¶ Subſequenter quæritur ſuper hoc verbo, quia hic dicitur
indiſtinctè,† quod contrahentes in Vienenſi diœceſi ſortiūtur 25
forum ibidem,nunquid hoc etiam locum ſibi vēdicat in ſupe-
riore, vt ibi contrahens forum ſortiatur, verbi gratia diœc. Vie-
nenſi contrahit Primas, Patriarcha, vel Legatus, & à legatione
reuocatus,quæritur, an iſti ibidem pro contractibus initis per
diœc.forum ſortiantur.vel ponamus in patria iſta,quod Archi-
epiſcopus Aquen.contrahit in diœce.Vexincen.Aſten.vel Fo-
roliuien.quorum eſt Metropolitanus,vel Archiepiſcopus Are-
laten.in Marſilia Auinionen.vel Carpen.quarum eſt etiam im-
mediatus ſuperior, nunquid iſti ſuperiores ſortientur forum
diœceſanorum,in quorum diſtrictibus & diœceſi contrahunt?
Et breuiter quidam dicunt quod non,*de maior.& obed.cum infe-*
rior.& quod ibi not.per Innoc.& alios.Item † quia par in parem 26
non habet imperium,multo minus in maiorem, *vt ff.de arbitr.l.*
*non diſtinguemus,& ad Trebell.ille à quo.§.tempeſtiuum.*Item erube-
ſcit lex filios eſſe caſtigare parentum, *in auth.de nupt.§.quod ſa-*
cerdotum.collat.4.fa.de elect.ne Romani.in pe.not.in cle.& not.C.de of-
fic.præfect.vr.l.1.& ibi Ioan.Fabri.& Oſt.*in ſum.de fo.compet.§.qui-*
bus.verſic.ſi benè Archiepiſcopus delinquit,& not.Pet.de Anch.*ſupra*
eo poſtulaſti.in 6.oppoſit. & facit quod not. Oſtien. rurſum *de ſent.*
excom.§.quis valeat excommunicari.verſ.quod.ergo ſi Metropolitanus.
& arg.de prab.graue.de ſent.excom.à nobis.in auth.de deſen.ciui.§.non
*habente.*alij tamen tenent contra in caſu iſto, quia non dicitur
hic ſententia vel conſtitutio puri hominis, ſed iuris & canonis:
Epiſcopus † enim habet auctoritate Apoſtolica poteſtatem cō- 27
dendi ſtatuta,& ideo quilibet conueniens eo ligatur, vt plenè
not.*de conſtit.c.vt animarum.ſup.eo.lib.*per Arch.*vbi vide ver.ſed po-*
ne.& per Henr.*in alleg.c.cum inferior.*qui tenent opinionē Arch.
qui loquitur in caſu magno dubitabili, videlicet quando Epi-
ſcopus per ſe facit ſtatutum vel conſtitutionem generalem inſ.
diœceſ.& auctoritate ſua, hæc autem *in §.noſtro* minor videtur
dubitatio,quia iſta non eſt conſtitutio vel lex Epiſcopi, ſed Pa-
pæ,quia ligantur omnes ſubditi: & iſtam partem credo verio-
rem,maximè iſta vltima ratione.

¶ † Quid autem ſi delegatus Apoſtolicus in aliqua cauſa de- 28
linquat vel contrahat,nunquid per ordinarium diœceſanum,
vel alium puniri poterit,vel coram eo cōueniri? De hoc remit-
to ad ea quæ not.*C.vbi de crimine agi oportet,auth.qua in prouincia.*
*in fin.quæſt.*per Cyn.& ibi plenè quando delinquit, vel excedit
terminos ſuæ commiſſionis:de hoc etiam plenius *de offic.ordin.*
*cap.ſignificauit.*per Henr.qui plenè & notabiliter diſtinxit,*& eo.*
*tit.c.1.in clem.*per Guil.de monte Laud.vbi omninò videatur,&
de hac quæſtione ſic ſufficiant prædictæ remiſſiones. Sequitur
in text. abſente.

¶ Ab eiſdem] ſcilicet contrahentibus, niſi inueniantur ibi-
dem, hic in ordine exceptio poſtponitur deciſioni ſuæ regulæ,
regula enim ſequitur exceptionem, quæ regula dicit,quod cō-
trahentes inuiti trahi non poſſunt: ſequitur exceptio, niſi in-
ueniantur ibidem,vbi eſt aduertendum, † quod hic dictio,ni- 29
ſi, eſt exceptiua, & hic tenetur poſitiuè,quia ponit,ipſam enim
ſalutem in ordine intellectus præcedit oratio ſeu propoſitio
negatiua, eſt ſenſus à contrario ſumptus, quod ſi ibidem, hoc
eſt,in loco contractus inueniantur, trahi & conueniri poſſunt
inuiti, & cogi per iudicem contractus omnibus vijs & viribus
compelli,tam per excommunicationem, ſi ſunt contumaces,
quam per mulctarum impoſitionem,& alias procedi, ſicut cō-
tra eoſdem procederetur per proprium iudicem originis vel
domicilij,*ſupra vt lite non conteſt.quoniam frequenter.§.fin.ff.ſi quis*
ius dicen.non obtemper.l.1.& facit quod plenè not.dicet *infra in vl-*
tima oppoſit.principali, vbi videbuntur modi, quibus procedere
poteſt iudex contra contumacem: hoc enim caſu habet iudex
contractus iuriſdictionem in perſona in ſua ditione inuēta, ſe-
cus tamen eſt in caſu regulæ hic poſitę, videlicet vbi in loco cō-
tractus non inueniuntur: tunc enim cùm nō habeat perſonam
in ſua

in ſua ditione, non ita poteſt contra tales procedi ſecundùm cōmunem opinionem, & latè dicetur *infra in 3. notab. & in 2. q. prin.* vbi latius videbitur. Sed vbi dictionem niſi, præcederet oratio, ſeu propoſitio affirmatiua, tunc non ponit, ſed priuat, iuxta doctrinam Dyn. & aliorum *in reg. peccatum. infra de reg. iur. eo. lib.* vbi multa iura ad hoc alleg. & no. plenè *de præſcrip. c. de quarta.* per Hent. *C. de tranſact. l. 4.* & ibi per Barr. & Bal. *ff. de excu. tut. l. ſcire, in prin.* & dicetur ſuper verbo, *trahere, ibi, niſi cauſam, &c. & ff. ſi quis cau. l. ſi eum. § qui iniuriarum.* vbi etiam tractat de dictionibus *præter, vltra, & extra*: & prædicta vera, videlicet quod dictiones niſi, & ſimiles poſt orationem negatiuam ponuntur, niſi reſultaret intellectus abſonus alteri iuri contrarius: tunc enim non tenentur poſitiuè, verbi gratia conſtitutione principis cauetur vel ſtatuto, quod iudæi vel vſurarij non poſſunt recipere niſi duos vel tres ſolidos pro qualibet li. nunc eſt quæſtio, nunquid ſaltem vſque ad tres ſolidos recipere poſſunt, vt ſic prædictæ dictiones ponant. & vſque ad ſummam dictam videtur quod ſic, per præmiſſa: ad quod facit *de præſump. cap. nonne.* Contrarium tamen pro veritate eſt dicendum, quia ex hoc abſo-
30 nus & iuri contrarius intellectus reſultaret, quaſi per † hoc vſurarius permitteretur, quod in nullo caſu per principes vel ſtatuta fieri poteſt, vt *in cap. 1. de vſur. in clemen. ita eleganter not. in dicto §. quæ iniuriarum.* per Bald. & de hoc eſt gloſſ. ordina. quam ipſe non alleg. *in dicta clemen. vnica. de vſur. quæ incipit. quid ſi fiat ſtatutum, quam tene menti.* idem tenet ibidem Paul. de Eleazar. & alij *ſuper verbo. reſiſtentibus.* hoc etiam videmus in alijs dictionibus in alia materia, videlicet quod vbi abſonus aut legi diuinæ vel iuri contrarius intellectus reſultaret, tenentur impropriè, & videamus de dictionibus donec, antequam, vſque, primogenitus, & ſic de ſimilibus, vt habetur Matth. 1. cap. vltimo. antequam Maria & Ioſeph conuenirent, inuenta eſt Maria habens de Spiritu ſancto. ibi enim dictio, *antequam*, non ſtat propriè, quia non ſequitur quod poſtea conuenerint. Item alibi Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium ſuum primogenitum, non ſequitur quod poſtea cognouerit. Item ponit ibi primogenitum, id eſt, antequam nullus, quod alias prædicta eſſent contra fidem Catholicam, hæc probantur *de verb. ſignif. cap. Ioſeph. & cap. quod dicitur.* idem habetur Pſalm. 70. ibi, vſque ad ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me. ibi enim dictio vſque, non ſtat propriè, prout ſupra dictum eſt de alijs: nullus
31 † enim malus ſubauditus in aliqua lege eſt intelligendus, vt in iuribus allegatis, & probatur *C. de condi. inſer. l. cum patrem. & quod ibi not.* facit *ff. de tranſact. cum Aquiliana. & not. de elect. cupientes. & verbo præterea*, per Cardin. Item etiam in iuramento, vt ſingulariter not. per Bald. *C. qui. ex cau. infra arro. l. & ſi ſeuerior.*

¶ Trahere coram ſe non debent inuitos] hic eſt punctus eleuatus, & ponitur determinatio regulæ & deciſio quæſtionis 1.
32 † Et notandum circa verbum trahere, quod trahere dicitur multis modis, *vt not. C. ne ſi propa. auth. habita.* & ibi per Bald. hic tamen ſumitur per aliquem inuitum in iudicio notare, & ad hoc alleg. Bal. *in dicta auth. habita ff. de pecu. l. ſi poſtea.* Sed text. iſte melius hic videtur probare, quem ibi non alleg. Qualiter autem puniatur, qui aliquem trahit coram non ſuo iudice, habetur *in dicta auth. habita cum gloſſ. fin. & C. de iuriſdict. omn. iud. l. in criminali. ſupra de reſcript. ex tenore. & c. fin. cum ibi no. & ſupr. eod. ſi diligenti cum concord.* Et eſt aduertendum, quod tractio iſta, de qua hic, fit per citationem vel monitionem, quæ ſemper quando apponitur clauſula, niſi cauſam iuſtam, &c. vel niſi te grauatum ſenſeris, citationi æquiparatur, vt not. *Inſtit. de pœna te. litigan. 2. ſi.* per Ioan. Fab. & videtur pro ſecunda quod omne præceptum vel mandatum quodcunque per iudicem factum, quando ſubiungitur clauſula, niſi cauſam, &c. ſolum habet vim ſimplicis citationis, vt ibi not. Sed plenius & clarius per gloſſ. & Bart. *de no. oper. nunc. de pupillo. § meminiſſe. C. de Epiſc. & Cler. l. 2.* per Bald. *& de tranſact. l. actione. & C. comminatio. vel Epi. ſuper rubr.* per eundem, & omnino vide Bald. *de excu. tuto. l. ſcire, in princ.* Hæc autem citatio, ſeu innocatio ſecundùm Doct. eſt quædam defenſio contra violentiam iudicialem adinuenta, à qua omnia iudicia incipere debent non ab executione vel violentia, *vt not. in d. §. fi. de pœn. teme. litigan. & de cauſa poſſ. & propriet. c. 2.* quæ defen-
33 ſio eſt † de iure naturali, & ideo per reſcriptum principis vel alio modo tolli non poteſt neque debet, *vt in cle. paſtoralis. de re iudic.* & debet etiam fieri legitimè, alias quicquid ſequitur in proceſſu eſt nullum, *C. de accu. l. 4.* in gloſſ. ord. dicet plenius *infra ſuper verbo, copiam ſui non faciant.* & hoc plenè ponit D. Oldr. de Ponte de Laude, qui fuit maximus aduocatus in curia Romana tempore D. Ioan. 22. *in q. ceſt. ſiue in quæſtionib. ſuis, quæſtione mihi 35. incipit, Quæritur vtrum citatio.* vbi examinat *d. cle. paſtoralis, de re iud.* & ibi plenè *de citatione.* de qua etiã *in extrauaga. ad reprimen. ſuper verbo, figura iudicij.* per Barr. vbi dicit, quod citatio † eſt de iure 34
naturali, & Deus in primo iudicio, quod contra Adam fecit, à citatione incepit dicendo, Adam Adam vbi es tu. ecce citatio, Gen. 4. quod poteſt intelligi, quod ſit de iure naturali propter annexam defenſionem, quæ eſt in ea, quæ eſt iuris ciuilis naturalis, ſecundùm Bald. *C. de exe. rei iud. l. executione.* & ideo etiam in notario neceſſaria eſt, vt infra dicetur *ſuper verbo, copiam ſui non faciat.* † Modi autem formæ citationis ſunt de iure poſitiuo, ſe- 35
cundum Oldr. vbi ſupra, qui ſunt multi. Citatur enim quis, & trahi debet interdum verbo, *vt in toto tit. ff. & C. de in ius vocan. & Inſtit. de pœn. teme. litigan. §. fin. alleg.* Interdum per edictum, *vt ff. de iud. l. & poſt edictum. C. quomodo & quando iud. auth. qui ſemel. & ibi not. & de iudic. cap. 1. in clem.* ſecundùm Card. & Ioan. And. *hic in not.* Interdum facto, *vt de in ius vocan. l. plerique. cum concord.* interdum per ſonum campanæ, quę citat & vocat omnes audientes ſonum, *vt not. C. quomodo & quando iudex, authen. qui ſemel.* per Bald. *C. de exec. rei iud. l. executione*, per eundem, *& de offic. cuſto. c. 1. in nouella*, vbi dicitur quod citatur quis per ſonum campanæ, quando campana ſonat ad parlamentum populi. Quid autem ſi quis moram trahit in loco, in quo campanæ ſonus communiter non auditur? de hoc dic, *vt plenè not. ff. ad Sillan. l. 1. §. hoc autem.* per Bart. *& C. eod. tit. l. fin.* per Bald. interdum citatur vel trahitur quis per præconem voce tubæ, *vt d. authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.* Et † dicit Arch. quod bannum præconis per 36
totam ciuitatem miſſum omnes ligat, 41. *diſt.* qui dicit. per Arch. Attende tamen, quod plus arctat citatio præconis quam campanæ, quia præco loquitur, *vt not. de ſent. excommunicationis, in cle. ſuper verbo præconis.* per Ioan. de Lig. poſt alios Modernos. Adde omninò hic quoddam not. *infra ſuper verbo, comparere contemnũt.* Interdum citatur quis in publica prędicatione, vel per curatum in Eccleſia, vt videmus communiter obſeruari: facit quod not. *in d. c. 1. de iudi. in cle.* & tali ſacerdoti creditur de conſuetudine ſecundùm Per. Ia. in materia appellationum, quam ponit poſt *tit. de conſtit.* Petr. quod eſt notandum, illud enim eſt officium ſuum, & ita ſibi per ſuperiorem præcipitur, vt videmus in literis ſibi decretis citatorijs & monitorijs: & ideo ſibi credi debet, ita & melius quam vni vili executori: facit *de ſent. excom. quamquam. lib. 6.* & optimè quod not. *de iuſtit. & iure. l. 1. §. huius ſtudij.* vbi quærunt Doctor. an quæratur † per ſacerdotem actio tan- 37
quam publicam perſonam alteri: quæ quæſtio ibi ſatis diſputatur per Alberic. finaliter videtur reſidere cum Dyn. & alijs, quod in his, quæ ſpectant ad officium ſuum, per eum quæratur actio tanquam per publicam perſonam: ſecus ſi non pertineret ad officium ſuum: faciunt not. *in d. c. quamquam.* vt not. per Bald. *de excu. tuto. l. 2.* & vide omninò *extra, de appell. cap. parati.* de hac materia citationis dic plenè, *vt not. in extrauagan. ad reprimẽdam. ſupra alleg. ſuper verbo, per edictum.* per Bart. & de citatione eſt gloſſ. plenior, quæ fit in iure ciuili, *in feu. de mili. vaſ. qui contumax eſt, cap. vnico. 10. colum.* vbi vide Guil. in Spec. *de citatione* ponit ad plenum, qui multa ex prædictis non vidit: ideo hæc poſui, prout dicit Ioan. Fab. *Inſtit. de pœn. teme. litigan. §. fin.* De citatione extenſa ſeu compendioſa, vide *infra in 3. quæſt. principali, in fin.* & vide de citatione etiam multa no. quæ ponuntur *ff. de adopt. l. nam ita diuus.* per Bald. *& de offic. proconſul. l. nec quicquam. §. vbi decretũ.* per eundem, & ibi nunquid præſens ſit citandus. Item nũquid ille, qui tangit ſecundario non principaliter. & multa notabilia.

Non debet] ſcilicet Remenſis Archiepiſcopus, vel eius offi. inuitus: inuitus dicitur ab in & contra, & vita, hoc eſt volũtas, quaſi contra voluntatem. † Differentia tamen eſt inter inuitum & 38
non violentem, *C. manda. l. in rem mandata. in glo. ord.* & per hoc quod hic in tex. dicitur inuitos, hic deciditur antiquorum quæſtio & dubitatio: quidam enim dicebant. vt Io. & Azo. *ff. de iudic. l. hæres abſens. §. 1. & B. in c. fi. ſup. eo.* quod remiſſio ita fiebat in contractibus, ſicut in delictis. Alij verò dixerunt contra, vt not. *in d. l. hæres abſens.* quorum opinio deciditur hic, non enim ad locum contractus trahitur vel remittitur quis inuitus, niſi experiatur ibidem, vt hic, nec in hoc parificatur contractus & delictum, & ratio contra ſubijcietur, licet in aliquibus caſibus ſpecialibus in contractibus fiat remiſſio, ſecundùm Ioan. Mon. Car. hic. Et ego addo alios, vt plenè dicetur *infr. in 2. op. principali.* dic vt ibi. Item eſt benè notandum verbum inuitos, quia vbi contrahentes

non reperiuntur in loco contractus, non poteſt iudex illius lo-
ci contra eos procedere in perſona, cùm non ſit ei vere ſubie-
cta, ſed per actus, & ſecundum quid. Sed ſolum contra bona,
quæ ſunt infra ſuam iuriſdictionem, ideo ad miſſionem in poſ-
ſeſſionem in eis poteſt procedere, & aliàs non, vt ſequitur, &
not. Innoc. *in cap. fin. ſupra eod.* dicetur latius *infra in 3. notabili*, v-
bi omnino vide de hoc, *& in 2. quæſt. principali.* ¶ Licèt in poſſeſ-
ſionem bonorum.] Iſta eſt poſſeſſio tedialis ex primo decreto,
& fiebat olim in omnibus bonis, hodie non pro menſura de-
biti declarati, *C. de bon. auct. iudic. poſſ. l. cum proponas. & Authen. ei
qui iurat, ibidem poſita*, & ita iuxta hoc caſu iſtius §. fiet miſſio in
bonis contrahentis, præcedere tamen debet aliqua informa-
tio ſaltem ſummaria de contractu ibidem facto, ſecundum
Archid. hic, ſicut fit de delicto, *vt not. de re iud. paſtoralis. in Clem.
ſuper verbo, de more*, per Ioan. And. & not. Bald. idem de contra-
ctu, *C. ſi contra ius vel vtil. publi. l. præſcriptione. 2. colum.* & infra di-
cetur plenius *ſuper ver. faciet huiuſmodi miſſionem*, vbi vide. ¶ Qui
vellet magis circa hoc laxare materiam, poſſet hic tractare ma-
teriam primi & ſecundi decreti, quæ eſt longa & diffuſa. Sed
non eſt præſentis ſpeculationis, ſufficiant remiſſiones optime
ad hæc Doct. ean. qui plenè habent, *vt lite non conteſta. quoniam
frequenter.* Gui. in Spec. *de primo & ſecundo decreto.* & ibi pleniſſi-
me vnà *cum addit.* Ioan. Andr. *in addit.* D. legum habent etiam
plene gloſſ. ordin. ac tractat plenius quam alia gloſſ. & præce-
dit per viam ſummæ, *ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. Iulianus.* ibi et-
iam per Dyn. & Bart. *plenius. C. de bon. auct. ind. poſſ. l. cum proponas,
alleg. & ibi* per Cyn. & Bald. plenè, & idem Bald. *in extrauaganti
ante omnia.* multa pulchra ſuccinctè poſuit. *ff. ſi ex noxa. cauſa
39 aga.* ¶ † Bonorum] bona dicta ſunt, quia beant, *ff. de verb. ſignif.
l. bonorum.* rei autem verbum generalius eſt, *ff. ſi cert. pet. l. 1. in fin.
& de verbor. ſignif. l. rei.* Et ſumitur res quinque modis, vt not. *in
d. l. 1.* per Oldra. Guafr. de Saluiaco ponit latius *ff. de re iudic. l. 1.*
vbi, ponit ſeptem ſignificata. Archid. vero 40. *diſt. ante omnia.*
ponit octo ſignificata, omnino videatur ibi Remen. diœc. Et-
iam] dictio eſt implicatina. *ff. de iuſtit. & iur. l. 1.* ¶ Cum alibi]
ſed extra diœceſim copiam ſui faciant, hoc eſt ſunt parati ſtare
iuri alibi, vel etiam non ſint parati, vel copiam ſui non faciant,
ſed latitant, in hoc tamen eſt differentia, quia vbi copiam ſui
faciant, citandi ſunt, antequam contumaces reputentur, *ff. quæ
ſententiæ ſine appel. reſcind. l. 1. §. item ex edicto.* Regula enim eſt,
40 † quod ſi legitima citatio non præcedit, quicquid fit vel ſequi-
tur, eſt ipſo iure nullum, vt ſupra dixi, *& de accuſ. l. 4. in gloſſ. not.
& not. in feu. de pace te. §. ſi clericus*, per Bald. idem not. *de re iud. pa-
ſtoralis. in Clem. per Paulum ſuper verbo, legitime.* vbi omnino vide.
Plus dico, quod etiam in notoriis ſiue in contractibus ſiue in
delictis eſt citatio neceſſaria, *C. de his quibus vt indign. l. cum fra-
trem. & ibi not.* per Bald. ibi, &c. vide omnino, pro quo *de iure-
iuran. ad noſtram. 3.* & ibi in gloſſ. & Innoc. *idem de appellat. cum ſit
Romana.* & Gui. in Spec. *tit. de noto. crim. §. 1.* & Ioan. Monach.
in extrauaganti Bonifac. rem non nouam. gloſſ. fin. & facit *quod ſupra
dictum eſt ſuper verbo, inuitos.* ſuper quo etiam vide Ioan. Fab. no-
tantet *Inſtit. in proœmio ſuper verbo, proteſtatur.* vbi ponit mate-
riam notorij. Sed quæſtio iſta ponitur *ibi in verſic. circa tertium.*
Ad propoſitum autem vbi citandi latitarent, vel ſe malitioſè
occultarent, ſtatim ſequitur in parte ſequenti. ¶ Si eorum au-
ctoritate citati] ergo non alterius iudic. ſui, ſed iudicis contra-
ctus auctoritate, talis enim citatio conſtituit non venientem
contumacem vel contemnentem, non tamen ſimpliciter ſed
ſecundum quid, & ſequitur & de hac opin. eſt caſus *C. de Epiſc.
& cler. l. omnis. l. ſi vero apparitor*, ſecundum Iacob. de Aretin. &
Cyn. *ibidem, de quo dicetur infra in 2. quæſt. princip.* vbi pleniſſime
de hoc. [Et dicit curia] ſcilicet, Remen. Archiepiſcopus] vel
eius offic. quorum eſt idem auditorium, *ſupra eod. lib. de conſuet.
non putamus.* idem de quocunq; iudice contractus, per iam di-
cta, dicit tamen Ioan. Monach. hic citati ſubſunt in territorio
citantium, ita dicitur in gloſſ. interlineari *ſuper verbo, citati*, in
hoc differt ab aliis, & ita intelligitur quod *ſupra proxi.* dictum
41 eſt. † Vbi vero eſſent extra territorium, qualiter fieri debet ci-
tatio, & quomodo hoc intelligitur pleniſſimè not. dicetur *in-
fra in 2. q. principali.* Comparere contemnunt] not. ergo, quod
42 † qui auctoritate iudicis citatus eſt & non venit, contemnit iu-
dicem, quem contemnere eſt graue, *vt infra de nou. oper. nunc. c. 1.*
per Innoc. Dicitur enim iudex habere maieſtatem, qui con-
temnit, non debet impunitus remanere, *ff. de iuriſdict. omnium
iudic. l. facultas.* facit *ff. de interro. act. l. de ætate. §. qui tacuit. & de
noui oper. nuncia. l. 1. igitur vel iniuria, &c.* † Item iudex dicitur 43
princeps ciuitatis, *ff. de excuſat. tuto. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis prin-
ceps*, id eſt, magiſtratus. Multis autem modis iudex vel prætor
contemnitur, *vt ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. l. vnica.* & ibi per
Bald. *verſic. omnino videatur.* Et alibi dicit idem Bald. ad propo-
ſitum, quod non eſt maior contumacia, quam offendere iudi-
cem, vel ſpernere in non comparendo, *vt C. quorum ap. non re.
l. 1. & ibi not.* † Et propterea iura diſponunt, quod contumax 44
non auditur appellans, *6. quæſt. 6. ſunt quorum. & ff. de appellat. l.
ex conſenſu. §. fin.* & ibi eſt melior text. qui ſit in iure. ¶ Quis ſit
verus contumax, ſecundum Bartol. ibi hic ſtatuitur, videlicet
quod non appelletur in pœnam contumaciæ, *vt not. ff. quando
appell. ſit. l. 1. §. fin.* & ibi not. per Bartol. facit *de re iudic. l. contum.
& de re milit. l. omne delictum. §. 1. & 2. & quod not. vt lit. non conteſt.
cap. 1.* per Imol. *& plene de dolo & contuma. cap. 1. in Clem.* per Ioan.
And. *in gloſſ. mag.* & plenè *ff. de in integ. reſtit. l. fin.* per Bartol. *& d.
l. ex conſenſu. §. fin. per eundem. C. de iudic. l. properandum. §. ſin autem*,
per Cyn. Item † quia præſumitur fraus & malitia contra non 45
comparentem in termino, *vt not. in cap. cupientes, de elect. lib. 6.*
per Ioan. Monach. & Ioan. Andr. *in nouella*, & poſtea ipſo iure
repellitur, *de excuſa. tuto. l. ſcire oportet. §. conſequens. item not ff. de
adopt. l. nam ita, ad fin.* Bald. & ideo propter contemptum iudi-
cis poteſt quis de domo extrahi, quod alias regulariter dene-
gatur, vt plenè dicetur *in 3. not. prope fin. ibi vide* ¶ † Quid autem 46
ſi citatus veniat adhuc iudice ſedente? Dicendum eſt quod ei
ſubuenitur ſaltem per in integ. reſtit. & auditur appellans, *ff. de
in integ. reſtit. l. diuus.* vbi ponitur in practica, qualiter iſta in in-
teg. reſtit. peti & concedi debet, & dic vt ibi. Sed quid erit, ſi
iam receſſerat à tribunali, & venit ſtatim poſt receſſum, nun-
quid ſibi ſubuenitur? Guido de Suza. tenet quod ſic, *in d. l.
diuus.* quod intelligit Alber. ibi verum eſſe, ſi iudex receſſiſſet
à tribunali ante horam conſuetam, vel receſſiſſet, & ſtatim re-
diiſſet, tunc ſuccurretur ei, quaſi receſſiſſe non videatur, *ff. de
recept. arb. l. 3. cum concordan.* de quo dic plenius vt hic, & de hoc
quando iudex recedit ante horam ſolitam dic plenius *ff. de ex-
cuſ. tuto. l. ſi cum ipſe.* per Bald. *& de his qui not. infa. l. liberorum. in
princip.* Alber. & ibi etiam per eundem de campana, quando
tardius ſolito pulſatur, vel nullo modo pulſatur: & facit quod
notatum fuit *ſupra ſuper ver. trahere.* ¶ † Sed quid ſi quis compa- 47
ter coram iudice, dicens ſe ex obliuione hoc omiſiſſe, nun-
quid ſufficit? Dic quod non ſufficit, nec præſumitur in tam
breui tempore obliuio, *ff. de acquiren. poſſeſſ. peregr. §. quibus. &
ita not. ff. pro emp. l. fundum. §. ſi ſeruus.* & hoc tenet Bartol. con-
ſtanter. *ff. de appellat. l. ex conſenſu. 1* quicquid ibi dicat gloſſ. vbi
etiam not. quod non ſufficit, ſi per aliquem dicatur, quod non
credebat iudicem ita cito receſſurum; oportet ergo, qui alle-
rit iudicem primitiue & ante horam ſolitam ſediſſe vel receſ-
ſiſſe, hoc alleget & doceat, alias non crederetur ſibi per iam
dicta. ¶ † Præmiſſa induci poſſunt ad quæſtionem notabilem, 48
ſtatuto cauetur vel ordinatum eſt per ſuperiorem, quod quili-
bet de conſilio vel vocatus ad conſilium, qui non venerit ad
conſilium, cum pulſabitur campana certa die condemnabi-
tur in 10. aliquis venit ad conſilium, ſed venit tarde, ante ta-
men concluſionem vel reformationem conſilij, nunquid in-
cidet in pœnam? Dicit Archid. notabiliter quod non, & eſt ra-
tio, quia non contemnit, ita eleganter not. 18. *diſt. cap. ſi quis Epi-
ſcopus.* per Archid. quod ſequitur Alber. *in d. l. diuus.* & ſe aſſerit
obtinuiſſe de facto, & iſta bene faciunt ad verbum *hic in text.
poſitum.* Comparere contemnunt] non enim contemnit, licet
tarde veniat, & hæc vera, etiam ſi dies ſit hora ſtatuta, quia ce-
leriter purgatur mora etiam vbi eſt dies & pœna admittitur
purgatio moræ de æquitate canonica, *de loca. cap. potuit.* ¶ † Sed 49
quid e conuerſo, & ita fuit de facto coram me, quis eſt citatus
ad audiendum ſententiam, vel aliquem actum iudicialem vel
extraiudicialem, ipſe comparet antequam iudex pro tribunali
ſedeat vel actus aliquis fiat, & illico natus receſſit, poſtea iu-
dex venit & procedit & fert ſententiam contra illum, nun-
quid talis poterit appellare, quaſi dici nõ debeat cõtumax, vel
ſi ſit actus extraiudic. nunquid dici poteſt veniſſe vel compa-
ruiſſe ad hoc vt pœnam euitet. Iſta quæſtio fuit coram me in
præſenti ciuitate de facto in quadam cauſa, in qua procurator
fuit citatus, vel terminus ei per iudicem aſſignatus ad audien-
dum ſententiam, quæ paria ſunt, *iuxta l. ab eo. C. quomodo &
quando iudex.* & fuit ita, quod procurator ille antequàm iudex
veniret ad iudicium, comparuit coram notab. & ſcribi fecit

Ee compa-

comparitionem ſuam, & receſſit antequam iudex veniret. po-
ſtea ſententia fertur contra partem ſuam, quæritur nunquid
procurator potuit appellare? Et videtur quod ſic, quaſi non
videatur contumax vel continens per præmiſſa. Contrarium
dixi & iudicaui, videlicet illum fuiſſe contumacem, & appel-
late non potuiſſet: non enim comparere videtur qui non ſte-
tit, *vt ff. de excu. tuto. l. ſcire. §. ſcire. & §. conſequens. & §. ſufficit.* &
50 quod ibi not. per Baldum, vbi dicit poſt Iacob. de Are. † quod
non ſufficit alicui comparere, ſi non expectauit quantum de-
buit: pro quo alleg. *ff. qui ex cau. in poſſ. ea. l. 2. §. fin. ibi, nec ſufficit
quem defendiſſe, ſi non duret defenſio, &c.* Item hoc videtur deci-
ſum, quia ille dicitur contumax, & puniri debet etiam ſi ve-
niat ad iudicium, ſi recedat illicentiatus, etiam ſi procurato-
rem dimittat, ſi non ſit ſufficienter conſtitutus, *de procur. cap.
conſtitutus.* vbi videatur gloſella B. *ſuper verbo, illicentiatus.* quæ
51 alleg. 11. *quæſt. 3. certum.* & ibi eſt expreſſum, quod ille † debet
dici contumax & excommunicari, qui ante finitam cauſæ ſuæ
examinationem à ſynodo abire præſumit, vbi videatur Archi-
diac. qui dicit, quod tales ſine licen. petita & obtenta recedere
non debent. Pro quibus facit illa generalitas, vtiliter ſeu vitio-
ſe, aut inutiliter fieri & nullo modo fieri, æquiparantur, *ff. qui
ſatiſdare cogan. l. quotiens.* & videantur quædam ibi, & Bald. *in addit.
de pig. cum vitioſe. cum concordan. multis. ff. quod cuiuſque vni. l. 1.
§. vlt. 1. diſt. cap. 1. de tranſlat. cap. 2. de dol. & contum. cap. 1. in Clem.*
per Paulum. Item non videtur ſe liti obtuliſſe, qui deſtitit, *de
iudic. deſtitiſſe. & de rei vend. is qui ſe obtulit.* nec videtur verſum
niſi duret, *ff. de in rem verſo. l. ſi pro patre. §. verſum.* vbi Alber. po-
nit multas concord. ad hoc facit in propriis terminis, *d. l. ex con-
ſenſu. §. fin. de appellat. ibi, pro tribunali ſeden.* & ita iudicaui ſæpe in
præſenti ciuitate, vt iudex maior prouinciæ, *vnde facit de procur.
auditis,* † quia qui reuocat procuratorem, rationabili cauſa vi-
52 detur iudicem contemnere, vt ibi. facit etiam ad præmiſſa *de
dolo & contum. cap. 1. lib. 6. & in Clem. eod. tit. cap. 1.* & quod not. *de
procur. l. 1.* per Bartol. & hanc quæſtionem decidit expreſsè In-
noc. *in cap. calumnia. de pœnis.* vbi omnino vide, dicit enim quod
etiam ſi coram iudice comparuiſſet pro tribunali ſeden. & ſine
licentia receſſiſſet, vltima mora ſibi noceret, *ff. de pe. & commo. rei
ven. l. illud,* ſecundum Innoc. *vbi ſupra,* & vide optimam *l. ad præ-
53 miſſa, C. de decuri. l. ſi quis decurio. lib. 10.* † vbi ſi quis recedat à iu-
riſdictione ſine licentia, puniendus eſt arbitrio iudicis, quæ eſt
not. valde, & allegatur per D. Manuelem de Claris aquis, do-
ctorem Tholoſanum in ſuis ſingularibus, & Bald. ſuper In-
noc. III. *cap. querelam. de procur.* & hæc ſufficere poſſunt de con-
temptu iudicis & eius pœnis de præſenti. Cætera dic, *vt infra in
vltim. op.* vbi omnino vide quam plurima alia remedia de pœ-
na contra iudicem contemnentes, & ei non obedientes, quæ
ſunt notanda. ¶ Poſt miſſionem] ſcilicet, ex primo decreto, vt
dictum eſt ſupra. Contra eos] ſcilicet, contrahentes, & hoc
ſtatuitur in pœnam contumaciæ, ex quo forum ſortiuntur, &
citati venire contemnunt, vt eſt dictum. Alia autem pœna pu-
niri non poſſunt, niſi *in hoc §. contemnente,* vt infra dicetur, nec
poteſt, ſecundum iura canonica per mulctarum viam procedi,
de quo plene vide *in d. cap. certum. 11. quæſt. 3.* per Archidiac. *vt
lite non conteſt. a. quoniam, ad finem.* Facere] & multo fortius de-
54 cernere, vbi malitioſè occultant, *vt in ver. ſeq.* ¶ † Vel ſi forte]
hic eſt tertia pars, in qua prouiſionem prædictam ampliat, &
hæc dictio forte, proprie ſumitur dubitatiue, quia aduerbium
dubitandi eſt, *ff. de procura. l. mutus. de celebr. miſſ. ex parte. de elect.
ſi forte. lib. 6. Gala. 4. Dicitur dubito. aliàs timeo, ne fruſtra laborauo-
rim in vobis. 16. quæſt. 1. his ita.* & eſt philoſophicum tempera-
mentum, *vt d. l. mutus.* quia ſub dubio forte reſpondent ſæpe
periti, vt de arbitris. *l. ſi duo. de iure deliberandi, l. fina. §. licentia. &
de teſtamentis. cap. 2. in gloſſ.* quandoque ponitur affirmatiue, &
certificatiue, ſiue certitudinaliter, non dubitatiue, *ff. ad ſill. l. ſe-
quens. §. 1. & de reſcriptis. cap. 1. ſuper verbo, forſitan. in gloſſ.* & ita po-
teſt ſumi hic in textu, quandoque dictio forte, varietatem fa-
cti non iuris dubitationem denotat, *not. ff. de vulg. & pupil. l. in
ſubſtitutione. & ibi not.* & ita etiam poteſt poni hic, & de hac di-
ctione not. *de elect. vt circa. cap. cupientes. & de procura. ſi quem, de
cenſi. cap. 1. lib. 6. de ſupplen. negligen. prælato. cap. 1.* per Archidiac.
eodem lib.

55 ¶ Malitioſe] † malitioſus dicitur malo deterior, & plenus
malitia, quia nomina terminata in oſus, plenitudinem deno-
tant, *ff. de ſolu. l. creditor. ſuper verbo, aroſa.* id eſt, plena ære, & po-
nitur hic pro calumnia, vt dicatur, malitioſe, id eſt, calumnio-
ſe, quæ calumnia proprie fit in iudiciis: malitia autem fit extra
iudicium, ſicut in iudicio, *de elect. ſtatuimus. ſuper verbo, impugna-
tur.* per Archid. & not. Alber. *in ſuo magno alphabeto ſuper verbo,
malitia.* ¶ Et ſic not. quòd ſicut l. teſtante dolus & malitia com-
mittitur in contractibus, teſtamentis, & legibus, *vt ff. de except.
doli. l. 1.* ita etiam in iudiciis, vt hic, & alibi etiam legitur, quòd
qui lites ſequuntur, omnia mala norunt. *C. manda. l. ab Anaſta-
ſio. & ibi not. & C. de iure fiſci. l. facultas. alias defenſionis facultas. lib.*
10. quamuis aduocati & lites ſequen. debeant eſſe conſcien-
tioſi, ſecundùm Bald. *in d. l. ab Anaſtaſio.* & probe ſe habere, *de
excuſat. tuto. l. ſcire oportet. circa princ.*

¶ † Seipſos occultent] id eſt, ſe abſcondant, latitent, vel ſe- 56
crete teneant. Occultum enim dicitur abſconſum, vel ſecre-
tum, ſecundum Archid. & alios hic: putat tamen Hoſtienſ. in
vtroque caſu hic in littera poſito debere proponi edictum in
eccleſia cathedrali, vbi ſunt bona, ſi qui ſint in ſua diœceſi ta-
lium contrahentium: *ad quod de dolo & contuma. cauſam. & de eo
qui mit. in poſſ. cap. fin. de cler. non reſiden. ex tua. apertius hodie de elect.
cauſam. in Clem.* Ioan. Monach. putat hanc citationem in val-
uis tunc neceſſariam, quando manifeſte non apparet impedi-
mentum vel malitia. Sed vbi apparet, tunc non eſſet citationi
illi locus, quia in incertis † & non certis locus eſt coniecturis, *ff.* 57
de verb. oblig. l. continuus. §. cùm ita. facit *de leg. 3. ille aut ille. §. cum in
verbis.* ita not. hic Ioan. Monach. licet hæc iura non alleget *hic
in gloſſ. ſua magna in quæſt. quæ incipit, Item quæro. ſuper verſu, vel.* &
forte ſequitur in text. ne citatio perueniat ad eoſdem, de hoc
ſunt multi modi, *vt not. ff. qui ex cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſi
latitare. & §. ſeq.*

¶ † Decernere] à decernere, ſeu decerno decernis deſcen- 58
dit decretum. Et dicitur proprie ſtatutum iudicis diffinitum,
ff. de ſucceſſ. edic. l. 1. §. decretalis. & eſt aduertendum, quòd decre-
tum ſumitur decem modis, vt not. eleganter *ff. de officio procon.
& lega. l. ne quicquam. §. vbi decretum.* per Bald. quæ pertinent,
hic deſcribi poſſent, quia eſt vulgare & commune in omnibus
curiis & conſiliis ciuitatis, & villarum huius patriæ. Hic autem
ſumitur pro interlocutoria iudicis de mittendo in poſſeſſio-
nem, vt ſequitur, & ita etiam ponitur *ff. quib. ex cau. maio. l. ſed &
ſi per prætorem. §. ſed ſi dum decreto.* cætera circa hoc vide *in d. §. vbi
decretum.* per Bald. & eſt differentia inter decretum, auctorita-
tem, & conſenſum, *vt not. infra eod. lib. de reb. Eccleſ. non alien. cap.
dudum.* per Innoc. Ioan. Monach. & Ioan. And. *in nouella* & dic,
quòd iudex contractus decernet, ſed non exequetur, vt ſequi-
tur. Faciendam] ſcilicet, miſſionem in poſſeſſionem bono-
rum, ſcilicet, ex primo decreto, dictum eſt. Quæ in alia diœce-
ſi] vult dicere, quod ſi bona in ſua diœceſi non ſufficiunt, à
quibus primo debet incipere, vt infra dicetur *in quarto notabili,*
decernet miſſionem faciendam in his, quæ habet in alia diœ-
ceſi, ſecundum Ioan. Andr. *in nouella,* ſcilicet, de caſu, in qua
malitioſe latitat vel occultat.

Sᴇᴅ ᴛᴠɴᴄ] Hic eſt quarta pars principalis, in qua ponit
formam exequendi prouiſionem ampliatam, de qua ſupra.
† Et eſt ſciendum, quòd dictio ſed, regulariter eſt aduerſati- 59
ua, *vt not. infra eod. lib. de reb. eccleſ. non alien. cap. hoc conſultiſſimo.
ſuper verbo, non concedendo.* per Archid. & not. diuerſitatem facti
& identitatem iuris, *ff. de negoc. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi dominus.* &
quod ibi not. *& de peti. hære. ſed ſi lege, in princip. & not. de appellat.
concertationi.* per Archid. & nouellatorem, & ita poteſt hic po-
ni, quòd aduerſetur in facto, videlicet in perſonis iudicum
mittentium & exequentium miſſionem in poſſeſſionem, quia
in caſu præcedenti idem iudex decernit & mittit in poſſeſſio-
nem, hic vero iudex contractus decernit miſſionem, ſed eam
non facit, ſed requirit diœceſanum perſonæ contrahentis, vt
eam faciat: & ſic vtroque caſu eſt iuris identitas, quia fit miſ-
ſio, licet in perſonis iudicum ſit diuerſitas: de dictionibus, ſed
ſi: & ſed & ſi, habetur etiam *vbi ſupra in iur. ſtatim allega.*

¶ † Tunc] extremitatem temporum ſignificat, *ff. de condit.* 60
& demonſt. l. 4. & hic extremitas iuriſdictionis not. *vt in ſimili di-
cit gloſſ. Ioan. 93. diſtinct. cap. fin.* hic enim iudex contractus nihil
aliud poteſt, & ideo dicit iudex contractus ſic decernit, ſecun-
dum Archidiac. qui hoc vltimum dicit, & de iſtis dictionibus
tunc & nunc, not. *de præben. dudum.* per Archid. *in 3. gloſſ. & de
appellat. præterea.* per Innoc. ¶ Loci] locus nomen ethetocli-
tum eſt ſecundum grammaticos, quia in numero ſingulari eſt
maſculini generis, & in plurali eſt neutri generis, & habet
multa ſignificata: hic autem proprie & communiter in iure ſu-
mitur

mitur pro ſpatio, vbi homines poſſeſſiones habent, ff. de verbor.
61 ſignifi at. l. locus. ¶ Diœceſanus] † differentia eſt inter diœceſa-
num & ordinarium, de vita & honeſt. cleric. cap. diœceſanus. in fin.
primæ gloſſ. per Ioan. Andr. quem ſequuntur ibi alij Moderni in
Clemen. & de ſequeſtra. poſſ. ad compr. ſecundas, ſuper verbo, loci. & de te-
ſtam. cap. 1. ſuper verbo, ordinariu. etiam in Clemen. Sed quo ad cau-
ſam noſtram, non video magnam differentiam, quia idem eſ-
ſet in quolibet ordinario requiſito à iudice contractus, etiam
ſi eſſet ſecularis index requirens vel requiſitus, ſecundum Io.
62 Andr. hic, quia † quod gratia exempli dicitur, ad omnia ſimi-
63 lia porrigitur, vt ſupra dictum eſt verbo, in Remen. diœceſ. ¶ † Ad
denunciationem ipſorum] denunciatio multiplex eſt, de quo
2. quæſt. 1. cap. ſi peccauerit. per Archidiac. de iudic. nouit. per Innoc.
& alios, & de accuſ. qualiter & quando. & ibi habetur. & Guil. in
Specul. de denunciatio. hic autem ſumitur denunciatio pro re-
quiſitione. Et ideo Doctor. valde notant vbique hoc verbum,
non enim dicit text. hoc ad mandatum vel præceptum. Sed di-
cit ad denunciationem, iudex enim denuncians vel requirens
non poteſt præcipere vel mandare, aut aliàs cogere iudicem
loci domicilij vel originis, vt faciat hanc miſſionem vel remiſ-
ſionem & contrafacientem punire, vt not. Ioan. Andr. & alij in
clem. paſtoralis ſuper verbo, de more. de re iud. licèt malè faciat iudex
ille requiſitus, quia vnus iudex debet alij ſubſidium, vt de offic.
iudic. cap. 1. & ibi per Innoc. de ſentent. excommun. dilecto, in fin. lib.
6. in ſumma de treuga & pace. §. quid ſit. in fin. C. de Epiſco. audien. epi-
ſcopale. & ibi nota. & in ſecunda conſtitutione, C. Imper. vbi eſt text.
97. diſtinct. cum ad verum. & cap. duo ſunt genera. quod ſi facere
nolit, non puniet eum, quia non poteſt, cùm non ſit eius ſupe-
rior, hoc etiam tenet Henric. de rap. cap. 1. ad fin. 1. diſtinct. & dice-
64 tur pleniſſime in tertia quæſtio. priuilegij, vbi vide. Index † ergo
contractus non poteſt facere miſſionem in bonis, niſi in eius
territorio & iuriſdictione conſiſtant, ff. de bonis aucto. iudi. poſſi.
lege cum vnus. §. penult. & d. cap. vt animarum. in fin. ipſorum, ſci-
licet, Archiepiſcop. vel eius offici. faciet huiuſmodi miſſio-
nem, ſcilicet, ex primo decreto, exequendo decretum iudicis
65 contractus, vt eſt dictum. † Nunquid autem iudex requiſitus
hoc faciet ſine nouo proceſſu vel informatione? Quidam
quòd ſic, quia talibus litteris, quæ fiunt ad inſtructionem, non
creditur abſque nouo proceſſu, ſecundum Bald. C. de Epiſc. &
cleric. Authen. clericus. ſecus ſi ad punitionem, vt ibi not. idem et-
iam in his, quæ ſunt modici præiudicij, ſicut eſt miſſio in poſſ.
vt hic, item talibus requiſitionibus communiter creditur de
conſuetudine, 11. quæſt. 3. cura. cum gloſſ. & per Archidiac. de elect.
vt circa. in duobus locis. facit quod not. de ſentent. excommun. decer-
nimus, per Ioan. Imol. & Inſtit. de teſtam. §. 1. per Ioan. Fab. in
ſumma Hoſtienſ. de probat. §. fin. verſic. 10. Ego credo, quod de-
beat iudex requiſitus ſaltem ſummariè informari de contra-
ctu, & ita tenet Archid. hic, & Bald. expreſsè C. ſi contra ius vel
vtil. publ. l. præſcriptione, in 11. colum. ſicut etiam in delictis, ad hoc
quod fiat remiſſio, debet fieri aliqualiter cognitio ſaltem ſum-
maria, vt not. in Clem. alleg. paſtoralis. ſuper verbo, de more. per Ioan.
Andr. ind. cap. 1. de rapt. per Henric. & hoc tenet hic Ioan. Car.
in terminis iſtius §. facit vt notatur, vt lite non conteſt. cap. tuæ. per
Henric. qui generaliter loquitur etiam in aliis terminis, quod
priuſquàm iudex ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo de-
creto procedere poſſit, debet conſtare ſaltem ſummariè de
debito vel per iuramentum, vt ff. ad exhibend. l. theſaurus. & C. de
bo. aucto. iudi. po. l. cum propon. & in Authent. ei qui iurat. & in eis
not. per gloſſ. & Doctor. & ad præmiſſa bene facit. ff. de mili. te-
ſtam. l. diuus. verſic. optime videtur probari. & facit quod pulchre
ibi not. per Bartol. & Bald. facit ad Sillian. l. 2. §. illud. & quod ibi
plene not. prius enim conſtare debet de teſtatis & de delicto ac
aliis, priuſquàm ad alia procedatur: facit bene C. de accuſat. l.
non ignorat. hoc etiam Petr. Iacob. in materia feudo. in magna ad-
dit. quam facit. in arbore regis Franc. qui arbor incipit, Philippus. ad
fin. 10. Et ideo quia hodie ſpectatur & vertitur commodum
pecuniarium, quod in remiſſionibus in criminalibus facien-
dis debet fieri ſummaria cognitio, vide ibi notabiliter: pro qui-
bus omnino vide Oldrad. quæſt. mihi 72. incipit, Et videtur vbi,
&c. quando inuocatur brachium ſeculare, debet iudici requi-
ſito ſummariè conſtare & examinare, an iuſtum ſit præceptum
vel non, & vide ibi multa in additione, & vide omnino Clem. 2.
§. litteris, de pœnit. & remiſſ. in Clem. vbi eſt optimus text. & Bald.
in l. in criminali, de iuriſdict. omni. iudic. & vltra notabilia, vbi omni-
no vide, hæc ſufficiunt de litteralibus, quibus expeditis venio
ad notabilia. Primum notabile. † Not. primo ex iſto §. quod 66
ratione contractus quis ſortitur forum iudicis contractus: ſi-
mile ſupra eod. cap. fin. & ff. de iudic. l. hæres abſens. §. 2. & idem in
quaſi contractu & diſtractu, vt ſupra dictum eſt ſuper verbo, con-
tractibus. Et intellige ſanè, videlicet quod ſortitur forum iudi-
cis, ſcilicet, competentis, vt laicus contrahens ſortiatur forum
iudicis ſecularis illius loci, & clericus iudicis eccleſiaſtici, non
aliàs, iſta eſt gloſſ. in iure vnica hoc dicens, ff. ſi quis in ius voca.
non ierit. l. 1. quam ſequuntur omnes Doctor. & ideo errare vi-
di multos officiales Epiſcoporum, qui ratione contractus in
ciuitate, in qua præſunt, contrahentes inter laicos coram ſe
trahunt etiam inuitos, licet in eadem non reperiuntur, & ex-
communicant non comparentes, & aliàs rigide procedunt,
proceſſus tamen eorum tanquàm ab incompetenti iudice fa-
cti ſunt nulli, C. ſi à non compet. iudic. per totum. de iudic. at ſi clerici.
de conſuet. ad noſtram. & ibi plures concord. & not. breue de offic. ordin.
cap. 1. & 2. per Henric. & eorum ſententia excommunicationis
ex dicto capite eſt nulla: & etiam ex alio, quia dato quòd con-
trahentes eſſent clerici, non poſſunt contra eos ibidem non
inuentos per viam excommunicationis procedere, vt infra di-
cetur in 3. notab. & propterea nec tenenda nec timenda talis
excommunicatio nulla, vt not. Hoſtienſ. in ſum. de ſentent. ex-
commun. §. quid ſit effectus. & hæc vera de ſententia iuſta, & idem
tenet Petr. de Braco. in ſuo alphabeto ſuper verbo, excommunicatio.
§. 8. circa princip. nec debet denunciatio fieri, vt ibidem dicit,
& not. de appellat. paſtoralis. per Innoc. & Hoſtienſ. facit ad præ-
miſſa quod not. de reſtit. ſpol. in litteris. & quod not. de cleric. ex-
com. mini. cap. ſi celebrat, per Henric. vbi dicit, quod ſententia
† excommun. ſuſpenſionis vel interdicti nulla non ligat apud
Deum nec eccleſiam: quod eſt notandum, & ideo non eſt ne- 67
ceſſaria abſolutio, 2. quæſt. 1. primates. quod tenet Henric. de ſen-
tent. excommun. cap. 1. & cap. ſacro. diſtinct. 1. circa medium eſt. Ad-
de, quòd talis ſententia nulla non reddit quem irregularem,
ſi ſe immiſceat diuinis, de appellat. ad præſentiam. eod. tit. dilectus,
in fin. de ſentent. excommun. ſolet, in fin. & cap. licet. vbi hoc clare
not. Archidiac. in gloſſ. nota optimum. idem ibi Ioan. Andr. in no-
uella. Et hæc ſunt multum notabilia & male per iudices ſerua-
ta. Et ſi dicatur, ſententia excommunicationis ſiue iniuſta ti-
menda eſt, & quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c. 24. quæſt.
1. quodcunque. & quæſt. 2. cap. 2. qui fil. ſint legit. per venerabilem. cir-
ca finem, ex his not. quia ad hoc reſpondetur dupliciter. primo,
quòd hoc eſt verum claue eccleſiæ non errante, vt dictis iuri-
bus probatur, & not. ſupra in Specul. de pœniten. & remiſſio. verſic.
quid ſi in eadem opera. idem expreſsè Archidiac. 11. quæſt. 3. temeri.
24. quæſt. 1. manet. idem tenet Bartol. poſt Abb. & Ioan. Andr. de
ſentent. excommun. à nobis. ſecundo, per id cap. dicens poſt eos,
quòd ligatio vel abſolutio, quam facit eccleſia claue errante
non ligat nec ſoluit apud Deum, vide ibi. † Et vtrum eccleſia 68
poſſit errare, ibidem: & in quibus, ibidem. Secundo modo re-
ſpondetur, quòd præmiſſa vera in ſententia excommunicatio-
nis, quæ eſt aliqua, & rite lata: illa enim ligat apud eccleſiam
militantem, non apud Deum, de ſentent. excommun. à nobis. 2. &
de re iudica. cum æterni. lib. 6. nec contemnetur, tunc enim ligat
etiam apud Deum, vt plene not. Hoſtienſ. in alleg. cap. ſacro. di-
ſtinct. 1. qui allegat multa iura, & Doctor. hoc tenentes, & ſub-
dit multos modos, quibus contemnitur excommunicatio, vi-
deatur ibi plene de hac materia, & de excommunicatione, &
hic de iniuſta. Secus quando eſt nulla, quia tunc non eſt timē-
da, nec ligat apud Deum nec homines, vt ſupra. Eſt autem
nulla in multis caſibus, qui not. eleganter de ſentent. excommun.
præſenti. per Ioan. Monach. qui 10. vel 12. caſus examinat, in
quibus eſt nulla, vide ibi not. Ioan. And. & Hoſtienſ. ponunt
eod. tit. cap. ſolet. licet non ita plene. Pet. de Braco. in alphabeto ſu-
per verbo, excommunicatio. §. 8. ponit alios caſus, vbi videatur.
† Eſt etiam aduertendum, quod excommunicatio fieri non
debet, antequàm cauſa monſtretur, propter quam factæ regu- 69
læ hoc fieri iubent, aliter punitur hoc faciens ſuperioris arbi-
trio, in Authent. de ſanctis. Epiſc. §. in omnibus. ideo nec debet quis
excommunicari niſi pro mortali, 11. quæſt. 3. nemo ipſorum. & not.
de deci. cap. peruenit, per Hoſtienſ. & Henric. ad fin. quæſt. canoni-
cus, 24. quæſt. 3. de illicita. & vide de ſentent. excommun. ſtatuimus. vbi
Archid. enumerat vere pœnas, quibus puniuntur iudices in-
debite excommunicantes, vide ibi notabiliter, & nota. eod. tit.
cap. 1. lib. 6. & cap. ſacro. eod. tit. & vtinam tantum ſeruaretur,
quòd tales punirentur iudices, qui ſunt nimis faciles ad ex-

communicationum ſententias proferendum pro ſimplici citatione ad domum, vel pro quacunque leuiſſima cauſa contra iura prædicta, ſi bene enim puniretur, pœna vnius cederet aliis in exemplum, *ff. de inſtit. & iure. l. 1.* & eſſet metus multorum, *C. ad legem Iul. repet. l. 1.* & magis timeretur excommunicatio, nec ita vilipenderetur, vel vileſceret: conſiderare enim debent iudices iura ſupra allegata clarè maturitatem, proceſſus, & finem illius ponentia, & pœnam, quæ ex illa minus rite lata infligatur: eſt enim † excommunicatio æternæ mortis damnatio, 11. *quæſt. 3. nemo Epiſcoporum.* & ideo non debet quis excommunicari pro cauſa leui, aliàs iniuſte excommunicatur, 11. *quæſt. 3. Epiſcopi. & not. 5. diſtinct. duo ſunt. in gloſſ.* Ioan. quia non niſi pro mortali, vt eſt dictum, & monitione præmiſſa, & ordine iuris ſeruato: & idem de ſuſpenſione & interdicto, vt hic, & plura alia ad propoſitum not. Hoſtienſ. *in ſumma, de exceſſ. prælat. circa*
70
princip. vbi omnino videatur, & eſt ratio, quia nulla † eſt pœna maior in eccleſia, 24. *quæſt. 3. corripiantur. de exceſſibus prælat. cap. 1.* & ibi not. vbi quod propter eius magnitudinem Epiſcopus ſine conſenſu capituli eam ferre non poterat, & Hoſtienſ. vbi ſupra. Item non legitur in Actibus Apoſtolorum Paulum niſi bis vel ter excommunicaſſe, & pro magnis & grauibus cauſis & delictis, hic etiam ita mature & caute & tanta offenſa procedat, quòd ſtatim dæmonium intrabat corpus illius, & legitur de Corint. per Paulum excommunicato: & legitur in Actibus Apoſtolorũ de Anania & aliis, de quibus habetur *Actu. 5.* & recitatur 23. *q. 4. cap. quid Apoſtolus, &c.* Elimam magum, quia ceteros à fide retrahebat, cecitate percuſſit, *Actu. 13.* facit quod nota. *de ſentent. excommun. ex parte in Chriſto per Henric. 2. diſtinct. poſt medium*, de Corintho habetur 2. *Corinthiorum*, 5. vbi Apoſtolus eum abſentem tradidit Sathanę, quia delictum eius notorium erat, 2. *quæſt. 1. de manifeſta. cum concordan.* grauiſſimum enim crimen committebat, quia publice nouercam ſuam loco vxoris habebat, & ideo tales viſibiliter à dęmone vexabantur, *vt d. cap. de manifeſta. 11. quæſt. 3. abſit. & cap. audi. & 45. diſtinct. §. Salomon.* & ibi per Archid. & vide text. cum gloſſ. *in d. cap. audi.* Hodie autem non ſic, ſed facillime & pro leui cauſa ſine debita cauſæ cognitione valet non lata obſtante canone. Et ideo vilipenditur à multis, quamuis male per omnia in vtroque: qualiter autem Iudæi excommunicentur, & multa circa hæc, & etiam qualiter Adam fuit excommunicatus, & iudex ſecularis interdum excommunicat, videbitur *infra in 7. oppo.* redeo igitur ad propoſitum. ¶ Quot modis aliis ſortiatur quis forum, habetur *in d. l. hæres abſens.* per gloſſ. & Doctor. omnes. Roffred. facit in libellis ſuis titulum expreſſum. Guil. in Specul. *in tit. de*
71
compet. iudic. additione. qui pleniſſime loquitur, ratione † delicti autem conſtat delinquentem forum in loco delicti ſortiri, *vt C. vbi de crimi. agi oportet. l. 1. & 2. & in Authent. qua in prouincia. eod. tit. & in corpore vnde ſumitur.* & in hoc parificantur contractus & delicta, videlicet quod tam contrahens quàm delinquens ſortitur forum iudicis competentis loci: differunt tamen
72
in remiſſio. & aliis, vt ibi dicetur *in 4. oppo.* † De foro autem pęnitentiali, an ratione delicti ſortiatur quis forum pœnitentialem, & ibi teneatur confiteri vbi peccauit, *infr. dicetur in vlt. notabili in 4. oppo. & in fin. quæſt.* Item præmiſſa vera, quòd ratione contractus quis forum ſortitur non ſolum in contrahente ſed etiam in eius hærede, vt in loco contractus inuentus conueniri poſſit, *vt in d. l. hæres abſens.* ¶ † Sed an hoc ſibi locum vendi-
73
cet in iuramento, vt videlicet ſicut laicus ratione iuramenti ſortitur forum iudicis eccleſiaſtici, *vt in cap. fin. infra eod.* ita ſit de hærede iurantis laico, vt ratione iuramenti per eius prædeceſſores præſtiti coram eodem eccleſiaſtico forum ſortiatur. Abbas dicit quòd ſic, *infra de ſepul. cap. fin. argum. cap. dilecti, ſupra eod.* & ita dicit fuiſſe iudicatum per offic. cuiuſdam Epiſcopi, & & eius ſententiam fuiſſe confirmatam per iudicem appellationis. Sed Ioan. And. *infra eod. cap. fin. ſuper verbo. à ſe.* tenet contrarium, & Henric. *de iudic. cap. veritatis, in fin.* recitans ad litteram opin. Ioan. And. Iuramentum enim perſonale eſt, *vt d. cap. veritatis.* & facit *de arbit. per tuas, ad fin.* quamuis enim hæres ſeruare teneatur iuramentum defuncti, *vt in Authent. de iureiur. à mo. præſti. in princip. colla. 5.* non tamen propter hoc ſi non ſeruet, eſt periurus, nec forum iudicis eccleſiaſtici ſortitur: dictio enim à ſe, vel pro ſe, perſonalitatem ſignificat, & ad aliam perſonam non extenditur, *vt in Authent. de colla. §. iubemus. 1. colla. 9.* vbi eſt text. not. ad propoſitum. Nec obſtat, *d. cap. fin. de ſepul.* quia alio caſu loquitur, ſcilicet, in ſatisfactione abſoluti, ſe-
74
cundum eos, & ideo eſt caſus diuerſus, & non aduerſus. † Et 75
præmiſſa faciunt ad quæſtionem, an hæres poſſit incarcerari ex obligatione, qua defunctus ſe obligauit ad carceres: de qua tangit Bartol. *ff. ad Trebell. l. poſtulante.* vbi videtur dicere quòd ſic veritas tamen eſt, quòd non, quia illa eſt perſonalis, & perſonæ cohærens, & ideo ad hæredem vel aliam perſonam non tranſit, *C. de caducis tollendis. l. vnica. §. ne autem. cum concordan.* & hoc notabiliter tenet Bartol. *ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi deceſſerit. in princip.* quod verum intellige, quòd ex obligatione vel mora defuncti incarcerari non poteſt, ſecus ſi ex ſua propria poſtea contracta, ſi aliunde non haberet, tunc enim de iure communi poſſet incarcerari, *C. qui bon. cede. poſſ. l. 1.* ſi enim hæres in mora vel culpa eſſet, quod non faceret inuentarium, vel non ſeruaret ſolemnitates, nec vocaret qui vocandi ſunt, tunc poſſet in defectum bonorum incarcerari de iure communi, non ex hac obligatione defuncti, ſed hoc eſſet ex propria culpa, *C. de iure delib. l. fin. §. & ſi præfatam.* & ibi per Bald. quod ſingulariter not.

Secvndo nota, † quòd primum notabile prædictum, 76
videlicet quòd ratione contractus vel quaſi ſortiatur forum, recipit duas alias vel tres limitationes principales, vltra prædictas. Prima eſt hic in text. videlicet quòd hoc eſt verum, ſi in loco contractus reperiatur, quia alias inuitus trahi non poteſt, nec poteſt regulariter de loco domicilij ad locum contractus remitti verbo, vt hic, & hæc addit præſens §. *ad iura antiqua. vt* latius dicetur. † Secunda limitatio eſt circa hoc vltimum di- 77
ctum, videlicet quòd non ſit remiſſio ad locum contractus, niſi de contractu fiat inſtrumentum vel alia ſcriptura, in qua quis renunciet priuilegio fori quia tunc eſt ad locum contractus remittendus verbo, vt plene dicetur *in 2. oppo.* vbi omnino vide. Tertia limitatio eſt ad præſentem §. quòd ratione contractus quis forum ibidem ſortitur: hoc eſt verum, niſi ſtatim eſſet à loco receſſurus forum, dum tamen cum eo contrahens hoc ſciret, ſcilicet, inde eum ſtatim receſſurum, quod per exteriora apparere poteſt, vt infra dicetur, alias ſecus, vt not. *in d. l. hæres abſens. in gloſſ. ordin.* Oppo. contra ad hoc vt ratione contractus forum ſortiatur, quòd habeat ibidem pergulam, armarium, locum, vel officinam, in quibus reſidentiam aliqualem faciat, vt ibi aperte probatur *in d. l. hæres.* & hoc tenent ibi omnes Doct. & Ioan. And. *in addit. Spec. de compe. iud. adi. 2. colum.* & Moderni *in Clem. paſtoralis. de re iudic.* & eſt ratio, quia qui † cum alio con- 78
trahit, ſcit vel ſcire debet & inquirere cõditionem quoad hoc illius, cum quo contrahit, *ff. de reg. iur. l. qui cum alio.* alias ſibi imputet, vt ibi. Idem dico & ſi non habet ibi pergulam vel armarium, ſi tamen ibi conuerſari conſueuit, tunc enim forum contractus ſortiatur, *in Auth. qua in prouincia. alleg.*

¶ † Et eſt aduertendum, quòd in his duobus pręcedentibus 79
eſt triplex vel quadruplex differentia inter contractus & delicta, quia in delictis ſortitur quis forum in loco delicti, ſiue ibi inueniatur ſiue non, fieri enim debet remiſſio ad locum delicti de iure communi, quia perſona eſt affecta ibidem propter delictum & propter exemplum, vt infra ſtatim ſequitur, *vt in d. Auth. qua in prouincia. not. & in §. ſi quis vero comprehenſorum. in Auth. vt nulli iudi. collat. 9.* quod vltimum adhuc duas limitationes recipit, quia hoc eſt verum, quia debet fieri remiſſio in delictis enormibus, & eſt ratio, vt pœna cedat aliis in exemplum: in aliis verò, in quibus pœna non cederet aliis in exemplum, ſit remiſſio, vt probatur *in d. §. ſi quis vero comprehenſorum,* ſecundum Petrum & Cyn. *in d. Authent. qua in prouincia, in pen. quæſt. in fin.* quorum opin. ſequitur Henric. *in cap. 1. de rap. & infra dicetur.* Idem etiam not. Ioan. Andr. *in d. Clement. paſto. ſuper verbo, de more. de re iudic.* Idem Paulus *ibidem.* ex quo ſequitur, quòd vbi in delictis agitur ciuiliter, nunquàm ſit remiſſio eadem ratione, *de procur. cap. tuæ.* & hoc tenet Ioan. And. *hic in fin.* Paulus *vbi ſupra.*

¶ Alia limitatio primæ differentiæ, quòd tunc ſit in delictis remiſſio, niſi per alium iudicem originis vel domicilij delinquens ſit præuentus, *ff. de in ius vocan. l. 4.* ſecundum Iac. de Ra. & Alber. *in d. l. hæres abſens.* quando an ſit verum infra dicetur. Et prædicta vera de iure, quia de conſuetudine & obſeruantia communi non ſit remiſſio in delictis in diuerſis dominiis, vt infra plene videtur *in 6. oppo.*

¶ Secunda differentia inter contractus & delicta eſt, quia in delictis non inſpicitur nec ſit deſcriptio, vtrum quis ſit incontinenti receſſurus vel non, ſemper enim ibidem forum ſortitur de iure,

de iure, *vt d. Authent. qua in prouincia* & eſt ratio, quia delictum magis afficit perſonam quàm contractus, vt infra patebit.

¶ Tertia differentia inter contractus & delicta eſt, quia in contractibus regulariter non extrahitur quis de domo, quia eſt tutiſſimum refugium, *ff. de in ius vocan. l. plerique. & de reg. iur. l. nemo de domo.* facit quod not. *de elect. cauſam. ſuper verbo, in domo.* per Ioan. de Ana. *in Clem.* & ſi extrahatur inuitus videtur vim pati, & ideo debet relaxari & reſtitui priſtinæ libertati, vt ibi not. per Bart. & alios, & probatur per *tit. de libe. ho. exhi.* & facit quod not. *C. de ſer. fugi. l. 2.* per Bald.

¶ In delictis autem poteſt quis realiter capi & extrahi de domo, *vt in alleg. §. ſi quis vero comprehenſorum. & not. in d. l. plerique. & in d. l. nemo de domo. de reg. iur.* Quod autem ſupra dictum eſt, quòd in contractibus non debet quis de domo extrahi, eſt verum niſi ex hoc ſequeretur cõtemptus iudicis, puta quia prius ei præceptum eſſet, quod veniret ad eum, & venire recuſauit in ipſius contemptum, tunc enim extrahi poſſet & eſt patens, ideo quia hoc ipſo deliquit, & ideo Doct. ſuper hoc dant practicam & conſilium, quòd ſi aliquis latitat vel ſe malitioſè occultat, vt ad iudicium perſonaliter non vocetur ſeu citetur, quòd taliter fiat, quod ipſe verbo citetur per nuncium, vel cõprehendatur. Et ſi non compareat, de contemptu condemnatur, tunc enim poterit de domo extrahi, quia ibi eſt delictum: ita conſuluit Bart. & ipſe not. *ff. ad l. Iul. pecu. l. ſacrilegij crimen. §. fin.* quę practica & conſilium roborari & confirmari poteſt per ea quæ ſupra dicta ſunt de contemptu iudicis plene *ſuper verbo, ſi eorum autem citati. vbi vide,* & ſpecialiter etiam faciunt ad præmiſſa per ea quę hic not. quando quis non excommunicandus eſt, Archid. & alij Doctor. in hoc enim communiter concordant omnes hic, quòd in caſu huius §. Si contrahens ſit extra locum contractus, Epiſcopus autem ſit iudex contractus, & citatus non compareat, non poteſt per eum excommunicari vt ſupra dictum eſt *in primo notabili.* & latius infra dicetur *in ſeq. notabili:* ſed debet procedi ad miſſionem in poſſeſſionem bonorum, iuxta formam huius §. 80 † Pone ergo ad propoſitum, quòd iſte, contra quem decreta eſt miſſio, impedit iudicis mãdatum, & nõ patitur miſſionem fieri, nunquid hoc caſu iudex cõtractus eundem ſic impedientem, excommunicare poterit, & per eccleſiaſticam cenſuram contra eum procedere? Dicit Archi. quòd ſic, & eſt ratio, quia hoc caſu in iudicẽ delinquit, cum eum & eius mandata contemnit, & in non obtemperando impediat, ita dicit Arch. *hic ſuper verbo, miſſionem facere.* quod eſt notandum, & facit quod not. *C. vt in poſ. leg. l. cum archimedorũ.* & quod ibi not. per Bald. & ꝙ dicetur *infra in 2. op. principali.*

¶ Quarta differentia poteſt reuocari inter delicta & contractus, quia ſecundum multorum opin. iudex contractus poteſt cõtrahentem etiam in alia iuriſdictione exiſtentem citare verbo, vt dicetur *infra in princip.* ad effectum ſolum miſſionem faciendi, de qua hic, & non alias, quia huius citationis effectus reſpicit principaliter res in ſua iuriſdictione exiſtentes, ſi comparere nolit, vel perſonam contrahentis, quam afficere non poteſt, ſed ſolum res per miſſionem in poſſeſſionem.

¶ Iudex vero delicti non poteſt delinquentem in alterius iuriſdictione exiſtentem citare ad effectum alicuius punitionis faciendæ, ſed debet requirere iudicem domicilij delinquẽtis, quòd eum citet, *vt in d. Clem. paſtoralis. in ver. deciperet.* Et eſt ratio, quia huius citationis effectus reſpicit principaliter perſonam & eam afficit, quod fieri non poteſt niſi intra iuriſdictionem delicti reperiatur: & iſte articulus latiſſime examinabitur *infra in 2. principali.* & ideo dic vt ibi.

81 ¶ † Tertio eſt notandum, quòd contrahens in loco contractus inuentus poteſt citari, & trahi inuitus coram iudice contractus: niſi enim citatus legitime coram eo non compareat, poterit ſi ſit eccleſiaſticus excommunicare, & alias omnibus modis iuris contra eum procedi, ſicut procederetur per iudicem competentem domicilij vel originis: ex quo enim ibi inuentus eſt & præuentus, iudex contractus eſt in hoc competens, & in perſonam poteſt quis ius dicere, prout quilibet alius alias competens, *ſupra, vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter. ad fin. cum concord.* vbi autem ibidem non reperitur perſonaliter, ſed alibi eius auth. citatus eſſet, quia venire non cogitur, comparere recuſet, aliam pœnam non patietur niſi miſſionem in poſſeſſionem, iuxta formam huius §. quia inuitus cogi nõ poteſt aliis remediis, vbi inuentus non eſt ibidem, nec comparere cogitur nec perſonaliter venire, aut mittere, cùm cõtrahens eo caſu nõ ſit ſubditus vere iudici loci cõtractus, ſed per actus, & ſecundum quid, videlicet ratione cõtractus vel delicti, nec poſſit perſonam afficere, nec ligare, niſi eam apprehendat, vt plene dicetur *infra in 2. q. principali.* ſed ſolum ratione bonorũ, quæ ibi poſſidet, vt hic. ¶ Ex quo infertur notabiliter, quòd hoc caſu ſi citatus comparere recuſet, nõ poteſt iudex contractus per excõmunicationem vel eccleſiaſticam cenſuram contra eum procedere nec perſonaliter condemnari, quia perſonam afficere non poteſt, *vt ſupra dixi in primo notabili.* Item alia ratione, quia hoc caſu ſi poſſet excommunicari, per hoc inuitus coram eo traheretur perſonaliter, quod euidenter apparet, quia oportet eum abſolutionem poſtulare, quam priuſquam obtineret, eſſet neceſſe contumaciam purgare, & promittere ſtare iuri iuxta formam eccleſiæ conſuetam, alias eam non obtineret, *vt infra de ſent. excom. cum deſideres. & de offic. deleg. cum contingat.* quod aperte eſt contra deciſionem huius text. & quod † vna via prohibetur, alia concederetur, quod eſſe non debet, 82 *ff. de ſponſa. l. omnino. & de tuto. & cura. da. ab his. l. ſcire oportet. circa principium. infra de cler. coniuga. cap. vnico, eod. lib.* & in hoc concordant communiter omnes Doctor. Innoc. *ſupra eod. tit. cap. fin.* qui clare loquitur, gloſſ. & Doctor. *de rap. cap. in Archiepiſcopatu.* & Ioan. And. licet *in nouella in gloſſ. ſuper verbo, citati. ad fin.* idem Ioan. Monach. Bald. *C. de Epiſc. & cler. l. omnes. § executionibus. 3. col.* licet Cyn. *ibidem,* & probatur alia ratione, quia excommunicatio eſt odioſa ſicut actio de dolo, *ff. de dolo. l. 3. cum ſeq.* ſecũdum Henric. *in cap. tua. vt lit. non conteſta.* quæ actio † de dolo 83 non datur, vbi alia actio vel remedium competit, vt dictis l. licet Hoſtienſ. hic contrarium teneat, contra cuius opin. eſt iſte text. aperte, [illegible] enim eſt noſtrum ll. extendere, *ff. ſolu. matr. l. ſi vero. § de viro* [illegible]*m concord.* Nec obſt. ſi dicatur, quòd † miſſio in 84 poſſ. æquiparatur excommunicationi, & illa ad paria iudicantur, *ſupra vt lit. non conteſt. quoniam, in fin. ſupra alleg.* & ita ſi poteſt fieri miſſio, vt hic in text. eodem modo poteſt fieri excommunicatio contra non comparentem, quia iſta non ſunt per omnia ſimilia. Nam quandoque fit miſſio & non excommunicatio, de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſeruandæ, non poteſt dici contumax, & ſic non poteſt excommunicari, *11. quæſt. 3. nemo Epiſcoporum,* Contra eum tamen proceditur ad miſſionem in poſſ. *ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur. l. 3. §. pen. cum 2. alleg. ſeq.* ſecundum Card. & Ioan. And. *hic in nouella.* & Innoc. *ſupra eod. cap. fin. ſupra alleg.* & facit quod de excommunicatione dixi *ſupra in primo notabili.* ¶ Ex quibus infertur correlatiue, quòd etiam per modum mulctæ ſeu pœnæ procedi non poteſt contra contrahentem in loco contractus, rationibus & iuribus prædictis. Nec obſtat, *d. cap. quoniam. in fin.* loquitur in iudice competente veraciter habente perſonam ſubditam ratione originis vel domicilij, aut alias legitimæ, hic vero iudex contractus non eſt vere iudex contrahentis perſonæ, ſed per accidens & ſecundum quid, nec eum poteſt afficere vel aſtringere in perſonam, niſi eum miſiſſet in poſſ. iuxta formam huius §. niſi inueniatur ibidem, dictum eſt ſupra. ¶ † Quarto not. modum procedendi contra contrahentes in loco contractus non inuentos, primo enim poſt debitam citationem ſi nõ compareant, fiet miſſio in poſſeſſionem bonorum, quæ habent in loco contractus pro menſura debiti declarati, vt ſupra dictum eſt *ſuper verbo, qui in alia diœceſi.* Si vero debitor latitet vel occultet, fiet decretum per iudicem contractus de mittendo in poſſeſ. bonorum, quæ habet alibi, & ſic ex ordine literæ apparet, quòd in executionibus faciendis non debet inchoari à bonis in alia iuriſdictione ſitis, ſed ab illis quæ ſunt infra iuriſdictionem iudicis contractus vel alterius competentis: ſimile habetur *C. de iud. l. properandum. §. ſi autem reus. in text. & gloſſ. ord. & ſeq. tit. de ſent. execu. §. ſequitur. verſic. quod ſi is.* & ibi ponit formam & practicam ſcribendi & requirendi, vbi vide ſupra, & hoc approbat dictio alia, hic poſita, quæ eſt aduerſatiua ſecundum Hoſt. hic etiam tenet Ioan. Monach. *hic in magna gloſſ. circa fin.* facit ad præmiſſa quod in ſimili not. *de vſuris. cap. 1. infra eod. lib. in gloſſ. fin.* per Ioan. And. dicitur, quòd Papa conſtitutionem illam *in d. cap. 1.* contentam ſuper vſuraria prauitate expellenda primo debet eam ſeruari facere Papa in curia & terris ſuis, quam in aliis, pro quibus optime facit. *C. de his qui latro.* vel aliis criminibus reos occultaſſent, *l. 2. §. plene. ibi, poſſeſſionem faciet dare, ſi ciuilia ſuſſicere non poſſe proſpexerit.* & facit optime quod dicit Oldr. *in quæſtionibus primus, quæſt. 2. 72. incipit,* & videtur. ibi, iudex eccleſiaſticus nunquid poteſt aut debet inuocare brachium ſeculare, & ſi inuo-

85

ſi inuocet, non debet ei præberi miniſterium, nec dari execu-
tio, niſi inuocans prius quantum in ſe eſt fecit quantum po-
teſt, & ibi alleg. multa iura, remedium enim extraord. & ſub-
ſidiarium eſt, & vbi plus facere non poteſt, facit *de cleric. excom.*
miniſt. cap. 2. in fin. & 17. diſtinct. nec licuit. in text. & gloſſ. & in cap.
cum vero ab homine, de iudic. ſuper verbo, non habeat vltra quam fa-
ciat. & Hoſtienſ. clarè, quod autem ſupradictum eſt, quòd pri-
mo debet fieri executio in bonis exiſtentibus in iuriſdictione
iudicis contractus vel requiſiti, verum eſt, niſi in contractu vel
inſtrumento eſſet obligatio bonorum omnium, vel eſſet ali-
qua res nominatim vel ſpecialiter obligata, tunc enim in illa
poteſt fieri executio & ab illa inchoari, *vt C. de pign l. quamuis.* &
quod ibi plene not. facit *ff. de diſtract. pign. l. creditor.* & ita pridie
de facto conſultus in quodam negotio reginam tangente re-
ſpondi: & etiam alia ratione, quia ibi agitur de reali, quæ rem
ſequitur, C. *vbi in rem actio. l. 2.* facit quod not. *ff. ſi cert. peta. l. fin.*
86 per Bald. ¶ Quinto not. † quòd iudex domicilij vel alius, vbi
bona contrahentis exiſtunt, requiſitus per iudicem contra-
ctus, vbi citatus non comparet, debet facere iſtam miſſionem:
vnus tantum iudex debet alij ſuffragari & præſtare ſubſidium,
& vnus alio ſemper eget, *in ſecunda conſtit. C. circa princip. & de E-*
piſcop. audi. l. epiſcopale. ff. de offic. proconſ. & leg. obſeruare. & ibi per
Bald. *de ſentent. excommun. dilecto, in fin. lib. 6. de offic. iudic. cap. 1.* &
ibi per Innoc. & per Hoſtienſ. *in ſumma de treuga & pace. §. quid*
ſit, in fin. & ſupra dictum eſt ſuper verbo, ad denunciationem. ¶ Sed
quid ſi facere nolit? Doct. dicunt hic quòd peccat & vltra po-
teſt per ſuperiorem compelli, ſi ſuperiorem habet: vbi vero
non habet, licet male faciat & peccet, non tamen poterit ali-
ter compelli nec cogi ſecundum Ioan. Andr. *in nouella*, qui
dicit Cardin. idem tenere, idem tenet idem Ioan. And. *in Clem.*
paſto. de re iud. ſupra ſæpe alleg. ſuper verbo, de more, idem tenet Hen-
ric. *infra de rap. cap. 1.* Iſte eſt punctus diffin. & quotidie occur-
rens, & in multis locis ſeruatur, & fit contrarium de iure vel de
facto, quia contra iudicem requiſitum & eius ſubditos proce-
ditur per viam repræſaliarum, & ita ſeruant curiæ priuilegiatæ
iſtarum partium quando aliqui ſunt ſubmiſſ. dictę curię ex pri-
uilegio forte vel conſuetudine, quàm de iure, & ideo de hoc
articulo pleniſſime *infra in 3. quæſt. princ.* ¶ Ex præmiſſ. in prin-
cipio huius notabilis dicti infertur correlarie, quod ſi aliquis
iudex decernit & ordinat, & alius eius ordi. & decretum ad e-
ius requiſitionem exequitur, vt hic plus eſt interdum, quòd
hoc fit etiam ſine requiſitione, quia vnus iudex fert ſenten-
tiam & priuationem beneficij, & alius exequitur etiam iudice
decernente vel ſententiante non requirente, vt eſt caſus *ſupra*
eod. c. poſtulaſti. & iſta non ſunt noua, quia hoc videmus in plu-
ribus aliis materiis & caſibus: interdum enim alius eſt qui ſol-
uit, & alius id repetit, *ff. de condit. indeb. non eſt nouum.* item alius
appellat, alius appellationem proſequitur, *ff. de appell. l. à ſenten-*
tia. §. idem reſpondet. item & in extraiudicialibus & in negatio-
nibus deſcripta, & ad oculum videmus, quòd alius eſt qui ſe-
minat, & alius eſt qui metit, vt habetur *Luc. 19. & Ioan. 3. cap.*
item vnus capit vxorem, alius dormit cum ea, & vnus ædificat
& alius habitat, vnus plantat vineam alius vindemiat, vnus
ſoluit bouem & alius comedit, plura alia ponit ſcriptura con-
tra tranſgredientes præcepta & legem Dei, quę ad longum ha-
bent *Deut. 27.* vbi latius videant videre volentes.

87 ¶ Sexto † & vltimo eſt notand. quòd licet iudex realem &
actualem executionem extra ſuum territorium facere nõ poſ-
ſit, *vt ſupra eod. cap. vt animarum. in fin. & ff. de iuriſd. om. iud. l. extra*
territorium. & ff. de adil. edic. l. quid ſit fugitiuus, in princip. & ibi in
gloſſ. eod. quę de executione loquitur, & probatur etiam *in al-*
lega. cap. poſtulaſti. ſupra eod. decretum tamen mittendo alium in
poſſeſſionem bonorum alibi extra ſuum territorium exiſten-
88 tium facere poteſt. Simile etiam videmus econtra, quod † Ba-
ro vel Rex extra ſuum territorium exiſtens, poteſt committere
cauſas audiendas infra ſuam iuriſdictionem, *ff. de offic. præfect. vr.*
l. fin. & ibi not. & de offic. præſid. l. 3. & extra de offic. leg. cap. nouit. per
Ioan. Andr. *in nouella,* & dicetur plenius *in 2. quæſt. principali,* &
hæc vera in his, quæ ad contentioſam iuriſdictionem perti-
nent: illa vero, quæ ſunt voluntarię iuriſdictionis, poſſunt vbi-
que etiam in alio territorio expediri, & eſt ratio, quia illa in ſui
exercitio non habent locum annexum ſeu determinatum, *ff.*
de adopt. l. emancipari. cum concord. ¶ Item in vno territorio poteſt
quis facta alterius territorij, quæ ſunt iuriſdictionis, libere &
89 voluntarie explicare & expedire, quia † iuriſdictio voluntaria
non circumſcribitur loco, Sed omnis locus ei patet, quia libe-
ra eſt: facit *d. cap. nouit. cum ibi notatis.* per Innoc. *11. q. 1. ſi quidem,*
per Archid. *& ead. cauſa, q. 2. Epiſcopum.* vbi omnino vide eun-
dem, *& 51. diſt. ſi in aliquo.* per eundem, & ibi de confirmationi-
bus, an extra territoriũ fieri poſſint: facit *de offic. lega. quod tranſ-*
lationem. per Innocen. *& qui filij ſint legit. per venerabilem. per eun-*
dem, vbi dicit, † quòd quis poteſt legitimari in quolibet loco: 90
idem princeps, baro vel alius miles poteſt creare militem extra
ſuum territorium, *C. de dignit. l. 1. lib. 12.* & ibi not. per Bartol. in
diffinitione nobilitatis. Et ideo Rex Romanorum, qui fuit
Pariſiis Anno 1416. dum in parlamento Pariſienſ. litigaretur
cauſa ſuper officio Seneſcaliæ Bellicadri. & Nemauſi. contra
dominum G. Senheri. tunc legentem in legibus, qui fuit con-
temporaneus meus in ſtudio Auinionien. & obiiceretur con-
tra eum per eius aduerſarium, quòd non debebat habere di-
ctum officium, quod ſolitum eſt per milites regi & gubernari,
ipſe autem non erat miles, dictus Rex Romanorum, qui Im-
perator vulgariter dicebatur ibi in eius fauorem præſens hic
audiens ſurrexit, & coram omnibus ibi eundem cingulo mili-
tiæ decorauit: quam rem multi moleſtè tulerunt, vt audiui, ſed
ſine ratione, vt prima facie videtur per prædicta.

¶ † Item legatus poteſt extra ſuã prouinciam conferre & re- 91
ſeruare beneficia, *de offic. leg. c. 1. in fin. lib. 6. & quod no.* Et Epiſco-
pus poteſt extra diœceſim inſtituere præſentatum à patrono ad
beneficium, quia hoc eſt voluntariæ iuriſdictionis, & alia be-
neficia conferre, vt not. *in d. cap. nouit.* per Innoc. & facit quod
not. *de appellat. cap. qua fronte.* vt not. *infra eod. lib. de præb. ſtatutum,*
per Cardin. & facit bene quod not. *de for. comp. cap. 1. ſuper verbo,*
contentioſam, in Clem. vbi omnino videatur, & ſuper ea. Prædi-
cta vera in Epiſcopo vel in alio ordinario, ſecus autem in vica-
rio Epiſcopi etiam habente ſpeciale mandatum beneficia cõ-
ferendi, quod exigitur, *iuxta c. fin. de offic. vica. lib. 6.* ille enim ex-
tra territorium vel iuriſdictionem Epiſcopi hoc facere nõ po-
teſt, quia commiſſio vel mandatum factum ab inferiori à prin-
cipe nũquam poteſt exerceri extra territorium vel iuriſdictio-
nem committentis vel mandantis, *ff. de offic. proconſ. l. 2.* & ibi vi-
detur expreſſum, vt ibi hoc not. per Bald. & Cyn. *de ſum. Trin. l.*
1. per Bartol. non enim eſt tantæ virtutis & potentiæ iuriſdictio
commiſſa aut poteſtas delegata, ſicut princ. & de hoc plene *in*
d. l. 2. per Alber. vbi latius videri poteſt, & facit bene quod not.
de pœnit. & remiſſ. ſi Epiſcopus, lib. 6. per Archid. Item etiam dicunt
Doct. in his, quæ ſunt de foro pęnitentiali, quod poſſunt extra
territorium exerceri, parochianus autem ſacerdos, qui eſt ſpi-
ritualis iudex in foro pęnitentiali extra parochiam poteſt con-
feſſiones ſubditorum audire, abſoluere, & pœnitentiam im-
ponere, quia omnia iſta ſunt de iuriſdictione volũtaria, vt not.
Hoſtien. *in ſumma, de pœnit. & remiſſ. §. cui confitendum. poſt princi-*
pium, & Alber. *in d. l. 2. de offic. proconſ.* videtur omnino pro hoc
quod not. *de ſepul. Clement. vnica, ſuper verbo, audiat.* ¶ Et ſi dicat,
quod hoc eſt falcem ſuam in meſſem ponere alienam, quod
non licet, *vt ff. ſi ſerui. vendi. l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. 6. quæſt. 3. ſcri-*
ptum. quia hoc non eſt in meſſem alienam falcem imponere,
ſed ſpicas manu conterere, id eſt, animas à vitiis purgare, &
eccleſiæ incorporare, quod vbique facere licet, vt eleganter
not. *6. quæſt. 3. ſupra alleg.* per Archid. & dicetur latius *infra in 4.*
opin. & in fin. quæſt. vbi vide, & iſta omnia ſunt menti tenenda &
quotidiana. ¶ Expeditis litteralibus, quæ poſſunt ſufficere de
præſenti, venio ad oppo. Et primo ratione dubitandi & deci-
dendi oppo. fortiter contra text. iſtum ſic: Certum eſt, quod
hic liber ſextus opus digeſtum, idem diſertè geſtum appella-
tur, à quo ſuperflua ſunt amota, & eorum, quæ ibi tanguntur,
de quibus prius dubitatio erat declarata & deciſa, & propter-
ea hic liber dubiorum deciſio nuncupatur, *vt ſupra in proœm.*
huius libri, §. ſane. & §. ſequenti, cum ibi not. ſuper verbo, digeſtum. per
Cardin. Conſtat autem, † quod deciſio propriè dicitur, quæ 92
componitur ad dirimendum aliquarum diſcretiones, & in
hoc differt à conſtitutione, quæ dicitur quælibet principis or-
dinatio, *vt not. C. de emen. Inſtitut. C. ſuper verbo, deciſiones.* Et ſunt
quinquaginta deciſiones, vt ibi not. quas alias cum diligentia
inueſtigaui & in ſcriptis redegi, quæ ſunt illæ. Sed ita eſt, quod
illa, quæ hic dicuntur in textu, iam per alia iura nedum ciui-
lia, ſed etiam canonica deciſa erant, videlicet quod ratione
contractus quis ſortitur forum, & cogitur ſe ibidem defende-
re, *vt ff. de iudic. l. hæres abſens, in princip. ſupra ſæpiſſime allega.* &
eſt caſus etiam *ſupra eodem, capitulo licet.* ergo euidenter oſtendi
vide-

videtur Innocent. huius canon. conditorem de ſuperfluitate argui contra §. ſanè ſupra alleg. & habetur in proœm. Gregoriano, & in 1. conſt. C. §. quibus. Sol. hic tenera nulla eſt ſuperfluitas, immò eſt recta deciſio, quæ determinat & decidit quæſt. & dubitationem, de qua erat maxima controuerſia inter Doct. non enim hic principaliter deciditur hoc, videlicet, vtrum ratione
93 contractus quis forum ſortiatur: quia hic iam erat deciſum, & determinatum, in iuribus ſtatim allegat. † Sed hic quæritur, an contrahens in loco contractus, non inuentus poſſit ibidem inuitus trahi, & per iudicem domicilij, vel alium competentem ad locum cōtractus remitti, vt ibi ſe defendat, ſicut in delictis dicitur in auctent. qua in prouincia ſupra allega. & in §. ſi quis verò comprehenſorum, etiam ſupra allega. De quo dubio in contractibus erat magna diſputatio, & controuerſia inter Doctor. vt not. in dicta l. hæres abſens, de iudic. quod hic deciditur. Et reſpondetur, quòd non, & hæc eſt noua deciſio & determinatio, vt ſupra etiam tactum eſt. Et ideò propter præmiſſa attendendum eſt verbum aureum, quod alibi dicit Bal. de hac ſexti libri compilatione in materia ſatis extranea, vbi ſic dicit finaliter, in aurea, inquit, compilatione Bonifaciana ſexti libri non reperitur
94 error aliquis, ita dicit Bald. Cod. de iure delib. l. cum antiquioribus. hoc eſt, quod dicit Archidiac. ſupra, in proœm huius libri quòd † excellentior ingenij Bonifacio non ſedit in cathedra piſcatoris, non autem de compilationibus iuris dicitur, quia interdum dicitur canonis in compilatione erraſſe, vt infra de præca. cap. final. & ibi Ioan. Andr. poſt Hoſtienſ. & etiam in cap. final. de
95 iureiurand. & ibi etiam per Ioannem Andr. Gratianus † etiam Decretorum conditor licet opus ſuum tempore Eugenij proptiè fuerit per Eccleſiam approbatum, in multis errauit. Petr. de Braco in alphabeto ſuper verbo, Gratianus, enumerat, & colligit 16. loca, in quibus comperitur erraſſe per Ioannem, & Guido. quòd fuerit approbatum tempore Eugenij ponit Aſther. in magno alphabeto ſuper verbo, Gratianus. dicitur etiam Iuſtinianum legum conditorem aliquando ſummaſſe, vt not. Cod. in quibus cauſis in integrum reſtit. non eſt neceſſe. vnica l. final. & ibi not. & C.
96 de pet. hæred. l. final. licet autem princeps † errare non præſumatur, cùm habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, C. de teſtam. ur. l. omnium. & ſupra de conſtitut. cap. 1. eodem lib. tamen errare poteſt, & error facit ius inter ſubditos, vt not. expreſſè de ſuppell. il. lega. l. 3. Idem de Papa licet non præſumatur errare, tamen poteſt, & ideò debemus credere quòd etiam credit, non quòd Papa credit, ſed Innocent. & Bald. ſuper Innocent. de ſumma Trinita. capit. 1. & hoc videndum temporibus noſtris, quia errauerunt multi hinc inde, qui pro ſummis Pontificibus tenti fuerunt, & facit optimè, quod not. 33. diſtinct. præterea. per Ioan. vbi omni-
97 nò videatur, ſententia † enim ſummi Pontificis poteſt in melius reformari, de in integr. reſtit. cum ex rei. ad fin. 35. quæſtio. 9 ſententiam. & capit. grau. §. 1. & etiam ibi de ſententia Apoſtoli, & habetur Rom. 15. & Act. . 2. quæſt. 2. beatus Paulus. facit de re iud. cùm olim. & de elect. licet ad fin. & etiam dicit de iure conſultum malè iudicaſſe, ff. de verborum obligat. l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi not. & de acquiren. hæred. l. Clodius Glodianus. facit bene ad præmiſſa quod not. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. per Bartol. & dixi plenè in mea diſputatione, quæ incipit, Cyprianus in fin. primi puncti principalis, vbi vide multa circa hoc, quorum aliqua hic repeto, quia faciunt ad propoſitum, facit in decretis, 9. diſtinct. negare non poſſunt. cum concordan. & not. in dicto ca. final. hic autem in hac compilatione non eſt error ſecundùm Bal. ſed propter hoc dictum Bal. alias cogitaui, & videntur mouendi gratia diſputationis duntaxat, quòd in hac compilatione fuit erratum in aliquibus, & maximè in cap. vnico. de cler. coniugat. ver. coniugatus cum vnica. & virgine tonſuram, & habitum deferens clericales, in duobus gaudet priuilegio clericali, videtur enim, quòd eius decretalis ſolum obtineat hinc ſuis, hoc eſt temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſubiectos, & in ſimili dicitur, in cap. ſi duobus, ad fin. de appellat. de fide inſtrument. cum Ioan. de teſtament. cùm eſſes. & ibi expreſſè per Ber. Henr. & alios, & Hoſtienſ. in ſumma, de teſtament. §. qualiter conficiantur. verſic. vnde ſuper hac magna. & tangitur de conceſſ. præbend. auctoritate. per Archid. libr. 6. alias ſi haberet locum vbique & vniuerſaliter intelligeretur, videretur multum abſurdum, & in præiudicium iuriſdictionis ſecularis,
98 prima facie, † quia tales coniugati tonſuram deferentes, videntur omninò laici, 59. diſtinct. ad hoc ad nos. vbi videtur textus formalis, quòd tonſuratus ſimpliciter dicitur laicus, & not. 61. diſtinctio. in ſumma, vbi dicitur, quòd ille qui ordines non recepit, vel recepit tepe... aut per ſaltum, dicitur laicus, facit bene. 21. diſtinct. cleros in princ. vbi dicitur, quòd clerici dicuntur, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt. facit de præbend. cum ſecundùm Apoſtolum. quod videtur ad longum placere cum ſimilibus: hoc etiam dicit Catholicon, poſt Papinia. & addit: dicitur tamen, ordinem habeant, quod eſt notandum, facit optimè quod no. per Innoc. & alios, de maior. & obed. ca. 2. vbi dicunt, quòd Papa per ſuam conſtitutionē potuit ſine conſenſu Imperatoris à ſua iuriſdictione eximere clericos, ſcilicet, illos qui ſunt ſpirituales, & ex toto corpus & animam dederunt in ſeruitium, & ſortem Chriſti, 12. q. 1. cui. conſtat autem, quòd coniugatus non eſt huiuſmodi, quia corpus ſuum dedit vxori, de ſponſ. duob. c. 1. cum ſimil. Item Apoſtolus 1. Corinth. 7. in princ. dicit, Sic vir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier, & econtra. Item & poſt medium cap. annectit, qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo, qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt, & facit de cleric. coniugat. debitum.

¶ Si igitur coniugatus eſt à ſorte & à ſeruitio Chriſti ſeparatus, qualiter dici iuridicè poteſt ipſum beneficijs aliquib' clericorum gaudere, † cùm propter officium detur beneficium, 99
& qui non laborat, non manducat, de ætat. & qual. cap. 2. in clem. & ibi not. ff. de damno infect. l. quamuis, cum concor. &c. Quod optimè facit C. de epiſcop. & cler. l. generaliter. quam omninò ad hoc videre placeat, qualiter ergò potuerūt à iuriſdictione temporali in aliquo eximi per ipſam, & in præiudicium iuriſdictionis temporalis illam conſuetudinem condi, vt effectum ſortiatur in alijs terris, quàm Eccleſiæ in temporalibus, non ſubiectis, quantumcunq; veſtes & tonſuram deferat clericales & aurum? Videtur & prima facie abſurdum, de iudic. capitulo, nouit. circa princip. & facit bene quod not. de conſtitut. quæ in eccleſiarum. per Innocent. & not. de locat. cap. 2. per eundem. & de conuerſ. infid. cap. 1. in fin. per Archidiac. & maximè, † quia text. alibi dicit, quòd 100
tonſura etiam clerici ſecularis exiſtentis videtur in Domini, & eccleſiaſtici myſterij vituperium redundare, de cler. coniugat. capit. Ioannes, ad fin. non ergò debet priuilegiari per eccleſiam, qui eam vituperat: quod dico monendo, & latiori deliberationi relinquo, quia alibi latius dixi, & idem dixi, videtur in capitulo ſi Epiſcopus. de offic. ord. eod. libr. quia illa conſtitutio in hoc, quòd Epiſcopo concedit captionem & realem executionem, videtur contra text. in §. ſi quis contra aliquem clericum, in Auth. de ſan. epiſc. collat. 9. vbi captio & executio debet fieri per iudicem ſecularem, per epiſcopum requiſitum. Et probatur etiam † ra- 101
tione, quia epiſcopus ſuo gladio, ſcilicet, ſpirituali debet eſſe contentus, non vtroque vti, 96. diſtin. cum ad. & ibi text. cum concor. multis. 10. diſt. quoniã. vbi omninò videatur. Item etiam corporalia neſcit arma, nec habet gladium, niſi ſpiritualem ſaltē, quoad executionem, 16 q. 3. porro. 33. q. 2. inter hæc. in fin. in quibus eſt expreſſum cum concor. nō videtur ibi bona deciſio, & facit bene ad præmiſſa in auth. quom oportet epiſcopos. & cler. in princ. coll. 1. vbi videatur in textu & gloſſ. Et ideò dicta decretalis, 10. diſtinct. quoniam. verſi. omnino videatur. non ſeruatur in prouincia, nec etiam in partibus Tholoſanis, nec in multis locis in Francia, in quibus partibus ſunt periti illi viri. Non quæramus de alienis partibus, ſed videamus quid ſeruatur in Lombardia, & Italia, & ſpecialiter Romæ & cæteris eccleſijs, in quibus pro maiori parte non ſeruatur dictum capit. nec etiam alia priuilegia clericalia: quælibet ergò alij ſeruare debent, certè aliqualiter eſt excuſatio, de vſur. c. 1. lib. 6. cum ibi not. ad præmiſſa faciunt optimè, 96. diſtinct. bene quidem. & cap. cùm ad eum. & cap. duo ſunt hoc ſunt genera. cum alijs ſupra concord. ibi alleg. in quibus ponitur expreſſè, quòd ſicut † Imperator vel Rex iura pontificum vſur- 102
pare non poteſt, nec conſtitutionem in ipſorum, vel iuris eorū præiudicium decernere, ita etiam ſummus Pontifex, nec aliàs iura imperij vel regis tollere, vel minuere non debet, quæ ad longum videre placeat, & de hoc etiam per totam illam di. cum ſe. facit, de iud. nouit. in princ. & de conſtitu. cap. quæ in eccleſiarum. & quod ibi not. per Innoc. & alios, & ſic conſtitutiones illę vel ſimiles, quæ in præiudicium temporalis iuriſdictionis ſunt factæ, non videntur etiam temporalem obligare, bene facit qui filij ſunt legit. per venerabilem. §. rationibus. & de maior. & obed. inter quatuor. Nec obſtat, ſi forte opponatur de priuilegio dato Petro & eius ſucceſſoribus, Quodcunque ligaueris ſuper terram. Matt. 16. & 20. diſt. in princ. 24. q. 1. quodcunque. & cap. manet. & in d. cap. per venerabilem. & de re iudic. ad Apoſtolica. libr. 6. quia intelligi-

cut in ſpiritualibus conſtitutionibus, & præceptis circa ſpiritualia factis, eſt obediendum, vt not. Innocent. *ad literam, de conſuet. cap. quanto, ad fin.* Item illud intelligitur, ſi ſecundùm iuſtitiam, & iuſtè faciat, & claue non errante, ſecundùm gloſſ. *in dicto cap. manet.* & per Arch. *11. quæſt. 3. cœpiſti. & in dicto cap. ad apoſtolicæ per eandem.* Idem Guil. *in Spec. de pœn. & remiſſ. ver. quod ſi in eadem perſona.* & ſi in præiud cium alterius fiat, non eſt iuſta cōſtitutio, quoniam ſemper ſine præiudicio alterius debet fieri & intelligi, *ff. ne quis in loco publico. l. 2. §. merito. & de reſcript. mandatum. & eod. tit. quamuis lib. 6.* & melius & efficacius ad præmiſſa, *cap. ſuper eod. de offic. delegat. vt omnium ergo ſeruetur opinio*, vt dicit gloſſ. *alibi ff. de minor. l. 3. §. fin.* verum ſeruetur decretalis in foro beati Petri, & legis in foro regis, *vt not. C. de iud. properandum.* & Bald. *hic & in diuerſis alijs materijs vtitur iſtis verbis, C. de appellat. l. eos. §. ſi quot autem. & in feud. quid ſit inuen. cap. ſi et duo. & in diuerſis alijs locis*, quæ dico monendo, vt *ſupr.* ſed pro nunc ſufficiat hoc
103 nouiſſe propter not. Bald. prædictum. † Secundò oppo. principaliter contra præmiſſa, & quòd quis debeat remitti ad locum contractus probatur, *ff. ſi quis in ius voc. non ierit. l. 1. cum ibi not.* vbi habetur, quòd ſi quis in contractu renunciauit priuileg. fori, poteſt conueniri ibidem etiam ſi *ibi* non reperiatur, & ad illum locum debet fieri remiſſio: item ad idem in alijs caſibus conuenitur in loco contractus, vel quaſi, etiam ſi non reperiatur; & ibidem remitti debet, vt C. *vbi cauſſæ ſtatus. l. 1. & 2. & C. vbi conuen. qui certo loco dare promiſerit, & in Authentica, vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem, collat. 2. cum ſimilibus.* Solut. verum eſt, quod regulariter non eſt conueniendus in loco cōtractus, niſi *ibi* reperiatur, nec *ibi* remittendus, *vt hic*, fallit in caſibus ſupradictis, in quibus & aliquibus alijs eſt ſpeciale, ſecundùm gloſſ. & Doct. *in alijs l. hæres abſens. §. 1.* & Arch. *hic*, & Hent. *infra de rap. cap. 1.* Et ratio ſpiritualitatis patet in quolibet dictorum inita, vbi enim agitur de ratiocinijs, vel officio per aliquem adminiſtrantem in aliquo loco vel diſtrictu alicuius, melius reperitur *ibi*, & plenius particulariter de omnibus veritas tam per teſtes, & inſtrumenta quàm alibi: & eſſet valde graue his, cum quibus occaſione adminiſtrationis vel officij contractum eſt vel quaſi, quòd alibi haberent litigare, & quærere iura, & ideò ad locum illum fieri debet remiſſio, & realis. De officialibus qui publicam adminiſtrationem exercuerunt, & eſt par ratio, ſicut in delictis. Sed Bald. *in dicta l. 2.* vbi cauſa ſtatus, vbi probatur in text. & dicetur plenè in ſolutione 7. oppo. vbi vide, idem dico vbicunque eſt renunciatum priuilegio fo-
104 ri, *vt not. in dicta l. 1. ſi quis in ius voc. non ierit.* & *ibi* eſt gloſſ. *quæ non eſt alibi.* imputet † ergò ſibi, qui iuri pro ſe introducto renunciauit, & ſibi neceſſitatem impoſuit, quod facere poteſt, *vt C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, cum ſimilibus.* & ſtatim dicetur: & ideò communiter in inſtrumentis notarij ponunt, quòd contrahēs renunciat priuilegio fori: quæ renunciatio, & eius vigor poteſt in loco contractus remitti per prædicta, licet notarij ignorent multotiens, quod ſcribunt, quia ponunt hoc in alijs inſtrumentis, in quibus dicta clauſula eſt impertinens, *vt not. Inſtit. loca. §. adeo.* per Ioan. Fabr. facit quod not. *de actio. §. item iuxta. circa fin. per eundem. & ff. de præſcript. verb. l. inſulam. & quod ibi extraord. ſcripſi, & de vſufruct. leg. l. Titio. & de ſtat homin. l. nuper.* per Bald. *2. & 3. colum.* Item dicit Bart. quòd notarij in inſtrumentis & alijs ponunt plura, quæ potius ſunt de eorum conſuetudine quàm de partium voluntate, *ff. de iure codicil. l. 1. in 6. quæſt. in fine. & quod not. de aqua plu. arcen. l. fin. post eundem.* Item dicit Cyn. C.
105 *de retr. vxor. actio. l. vnica. §. 1.* quòd † ſimplicitas notariorum non debet nocere partibus, & eſt gloſſ. *de fideiuſſor. l. final.* Item eſt alius caſus, vbi eſt quis remittendus ad locum contractus, ſecundùm Bal. videlicet, quando quis perſonaliter ſe repræſentare promiſit, vt ipſe eleganter not. *in magna extrauagan. quo ad hoc. Cod. vt in poſſeſſ. leg. l. cum Archimedoram.* dicit enim, quòd vbi quis promiſit ſe perſonaliter præſentare, vel certo loco ſiſtere, ſeu ſiſti, iſta promiſſio purgari nō poteſt, niſi *ibi* ſe perſonaliter repræſentet, ita dicit ſe reperiſſe notatum per antiquiſſimos Doct. qui in multis ætatibus. Ac præceſſerunt *in dicta l. 1. ſi quis in ius voc. non ierit.* Et ideò ſi in inſtrumento debiti eſſent illa verba. Promiſit in illo loco ſoluere, & ibidem ſe perſonaliter præſentare, ſemper ad illum locum debet fieri remiſſio, quia ipſe ſibi hanc neceſſitatem impoſuit, hoc probatur ex ratione legis, *ff. qui ſatiſdare cogant. ſi fideiuſſor. §. penult.* & hæc vera, ſi actor petat remitti: ſed ſi non petit, vel reus non obtemperat prætori, tunc loquitur, *l. 1. ff. de eo quod certo loco.* Vtrum autem vaſalli vel alij iuramento ſuo ſuperiori aſtricti in ſui ſuperioris præiudicium poſſint ſic ſe alijs curijs obligare ſine conſenſu domini ſui, *vide infra in 4. oppoſ.* Quod autem dictum eſt, quòd debet fieri remiſſio ad locum contractus in caſu prædicto, intellige, id eſt, ad locum ſtatutum ſolum, ſi certus locus erat ſtatutus: ſecus ſi incertus, puta, vbicunque vis vel volueris, *vt ff. depoſ. l. Lucius.* † Porrò, ſi in vno loco eſt celebratus contractus, & in a- 106
lio debet fieri ſolutio, hoc caſu nunquid ad locum contractus debet quis remitti, quia non cogitur *ibi* iudicium pati, niſi *ibi* inueniatur; *vt dicta l. hæres abſens. §. final. quicquid noteiur de conſtitut. pecu. l. eum qui. §. Iulianus.* quid eſt in hoc caſu, ad alium locum, quam collatæ ſolutionis eſt remittendus, verba ſunt Baldi, *in dicta l. cum Archimedoram.* Et probatur multum *in hoc §.* quem non allegat, & ibi reddit rationem, quare in delictis debet fieri remiſſio; quod plenius dicitur *infra in 6. oppoſit.* & hæc ſunt multum notanda, & alibi non vidi ſcripta. † Aduertendum tamen eſt circa præmiſſa, quòd licet ita ſit de iure, quòd in caſibus præmiſſis fieri debeat remiſſio, intellige perſonæ, ſcilicet, verbaliter tantum, quia non fit realis remiſſio de iure, niſi de officiarijs, qui publicam adminiſtrationem exercuerūt, tunc ei fieri debet realis, *per iura ſupra allegata.* In caſu verò, de quo *ſupra*, vbi quis ſe promiſit perſonaliter præſentare, & renunciauit priuilegio fori, vel obligauit ſe ad carceres alternæ iuriſdictionis pro debito, ſi iudicem, cuius carceribus ſe obligauit, alius iudex domicilij requirat, quòd eūdem debitorem ſibi remittat captum ad carceres iuxta oblationis & renunciationis formam, communiter realem remiſſionem non facimus in diuerſis dominijs: perſona enim non capitur verbo, tamen ſi ſe debitor opponat, fit remiſſio, ſibique tantum ad ſe opponendum coram iudice requirente per iudicem domicilij, ſtatim fit executio in bonis tantum iuxta formam requiſitionis, & ita communiter ſeruamus in diuerſis dominijs, quando ſcilicet fiunt requiſitiones per curiam priuilegiatam parui ſigilli, montis Peſſulaui, Cabeoli, & ſimiles, dum annexas concedimus, in eis ſemper dicitur, perſonali remiſſione excepta in eodem dominio. Aut fiunt hoc caſu remiſſiones perſonales; ex quo perſonæ debitorum realiter ad captionem perſonæ repelluntur ſubmiſſæ, & ita practicamus omni die; & maximè in
curia cameræ rationum. Tertiò opponitur contra præmiſſa, & 108
videtur, quòd ratione contractus non ſortiatur quis forum, etiam ſi inueniatur, vt *in allegat. l. hæres abſens. §. 1.* vbi habetur, quòd ſi aliquis contrahat cum ſtatim receſſuro ſcienter, non poterit eum *ibidem* quærere, hic videtur tamen contrarium, ergò malè. Solut. iſte text. & ſimiles intelliguntur ſecundum illum, videlicet, quòd ratione contractus quis ſortiutur forum, ſcilicet, ſi habet *ibi* armarium, pergulam, vel ſtationem, vel alias *ibidem* conuerſetur, aliàs ſi ſtatim eſſet receſſurus, ſecus, vt plenè dixi *ſupra in primo notabili*: & hoc tenent omnes legiſtæ, *in l. per contrarium allegata*, & canoniſtæ *hic*, *in cap. licet. ſupra eod.* Et ideò vt iſte articulus liqueat, vtrum ratione contractus quis ſortitur forum, diſtingue, aut quis contrahit in loco domicilij, vel originis, & non eſt dubium, quòd *ibi* ſortiatur forum, quia etiam alias *ibi* poterit conueniri de iure communi, *vt ſatis ſupra dictum eſt dicto primo notabili*: Aut contrahit alibi, quàm in loco domicilij, vel originis, & *hic* ſubdiſtinguitur, quia aut eſt viator, & transferens, & hoc caſu etiam ſubdiſtinguitur, quia aut aliquis contrahit cum iſto tali ſciens eum clericum eſſe, & non ſortitur forum, *vt in allegat. l. hæres abſens. §. 1. ſupra, pro contrarijs allegatis, & ibi notat. in gloſſ. ſuper verbo, ſi ſcit.* Aut contrahens cum tali eſt ignorans eum eſſe talem, & hoc caſu contrahens ſortitur forum, vt not. *ibidem.* Aut eſt dubium vtrum ſciat vel ignoret, eum talem eſſe, & hic ſubdiſtingue, quia aut contrahens habet *ibi* armarium, pergulam, ſtationem, &cæt. & ſortitur forum: aut non, & non ſortitur, *vt dicta l. hæres. §. 1. notab.* & *ibi* ſic diſtinguit Bartol. Alber. & alij, atque multi iudices ſpirituales, & temporales malè aduertunt, quia ratione contractus, qualitercunque celebrati in eorum iuriſdictione contra eum ſtatim ſcribunt, & litteras concedunt indiſtinctè
minus ciuiliter per prædicta. Quartò oppo. † Hic dicitur, quòd 109
in contractibus, & *ſupra* ſatis dictum eſt, quòd in delictis inſpicitur locus delicti, vt *ibi* quis forum ſortiatur, contra quòd immò ſemper inſpiciatur locus domicilij, vt *16. quæſtio. 1. capitulo 1. cum ibi not.* Si enim quis peccat in alio loco, quàm domicilij, non debet confiteri peccata ibidem, ſed in loco domicilij, vt ibi habetur. Solut. ibi loquitur, in foro pœnitentiali,

in quo

in quo eſt differentia à foro iudiciali, quia in foro pœnitentiali in ſpiritualibus vbicunque quis peccet, debet proprio ſacerdoti confiteri, & ille abſoluit, & non alius, *de pœn. & remiſ. omnis vtriuſque ſexus.* in foro autem iudiciali ſecus, *vt hic. & ſupra eod. cap. fin. & de rap. cap. 1.* & ideò diuerſitatis via redditur *in d. cap. t. 16. quæſt. 1.* Ego autem Iacobus reddo aliam rationem, quia pœna in foro iudiciali infligitur propter offenſam & cōtemptum, maieſtatis iudicis ſeu poteſtatis, in cuius iuriſdictione delictum committitur, ex quo eius territorium turbatur, & poteſtas vilipenditur, quæ certis finibus concluditur, & limitatur, vt *ff. de offic. præſid. l. 3. & l. congruit:* meritò igitur iudex, cuius maieſtas & reſpublica ſeu territorium offenditur, & turbatur, & non alius, debet punire talem delinquentem, vide *C. de ſacroſanct. eccleſ. l. placet.* per Bart. *1. colum.* dicit, aliorum exemplis, & punitionibus territus ab illicitis abſtineant, *ff. de iuſtit. & iur. l. 1. C. ad legem Iul. repetund. l. 1. & alijs iuribus ſupra alleg.* Iudex enim vel præſes dicitur maieſtatem habere, vt not. *In proœm. Inſtituti. in princ.* & *ſupra* plenius dictum eſt *in text. ſuper verbo, ſi eorum auctoritate citati.* In foro autem pœnitentiali agitur de offenſa & contemptu concernente Dominum, qui non habet territorium limitatum, nec certis finibus concluſum, ipſius enim eſt terra & plenitudo eius, *Pſalm. 23. & 9. quæſt. 3. cuncta per mundum.*
110 & ratio, quia † poteſtas in foro pœnitentiali, dependet clauium à Deo data, & Sacerdos in hac parte vice Dei fungitur, ea propter non habet territorium limitatum, ſicut nec ille, à quo cauſſam habet, vt *ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. & quia. & l. ſi prætor. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict.* meritò Sacerdos in loco domicilij, parochianum ſubditum ſuum vbicunque deliquerit, debet punire, condemnare, & abſoluere, quia eſt Iudex competens in foro iſto pœnitentiali, vt *dicto ca. omnis.* quod autem *ſupra* dixi, quòd non habet territorium limitatum, intelligendum eſt, ne ſcilicet, quoad hoc, videlicet quòd ipſe habet cognitionem in foro pœnitentiali, parochiani vel ſubditi ſui vbicunque delinquentis, alias ſi ſimpliciter intelligeretur, quòd Sacerdos vel Epiſcopus non habet fines limitatos, & certis finibus incluſos, obſtarent ea, quæ *ſupra* dicta ſunt, *in expoſitione litterali ſuper verbo, Diœceſum*, & quod *infra* ſtatim dicetur. Alia differentia eſt inter forum pœnitentialem & iudicialem, quia in primo non habet locum iuriſdictionis prorogatio, vnde Epiſcopus non poteſt in foro pœnitentiæ alienū parochianum abſoluere, nec ordines, vel alia ſacramenta ſibi miniſtrare, quantucunque ille non ſubditus conſentiat, niſi hoc procedat de Epiſcopi proprij, vel Sacerdotis proprij conſenſu, *vt de parochia. cap. nullus. & dicto cap. omnis. §. t. 6. diſtinct. placuit. & ibi not.* facit quod not. *in cap. ſignificaſti. ſupra eodem*, ſecus autem in iudicialibus, in quibus locum habet iuriſdictionis prorogatio. *ff. de iudic. l. 1. & 2. Cod. de Epiſcop. audien. ſi qui ex conſenſu. & quod ibi plene not. ff. de offic. delegat. capitulo, P. & G. cum concordan.* Ideò dicit ibi Ioan. Andr. quòd in hoc eſt differentia inter forum pœnitentialem & iudicialem, quia in ſpiritualibus ſemper exigitur conſenſus proprij iudicis ſpiritualis, in alijs autem fieri poteſt iuriſdictionis prorogatio, etiam inuito vel proprio Iudice prohibente, vt not. *in dicta l. ſi quis ex. conſenſu*, per Cyn. *in 5. quæſt.* quod an ſit verum, indiſtinctè not. *ibidem*, & per eundem Ioannem Andr. *in addit. Specul. de compet. iud. adi.*
111 † Et idem an hoc procedat in iudice, qui habet recipere ſportulas, videlicet, an eo inuito poſſit iuriſdictionis prorogatio fieri? Et vide plenius circa hoc, in quibus caſibus impediatur prorogatio iuriſdictionis in iudicialibus not *de non. ope. nunc. l. 1. §. & poſt operis.* per Bart. & facit optimè quod not. *de iudic. l. vbi cœptum*, & quæ *illi* dixi, vbi allego not. Ioan. Monach. *in capitulo, accuſatus, de hæret. lib. 6. ſuper verbo, cœptū*, vbi dicit, quod *dicta l. vbi cœptum eſt iudicium, ibi, finem accipere*, debet intelligere, vbi non eſt præiudicium alterius, quia vbi eſſet, non habet locum, *dicta l.* & quod not. Ioan. Monach. *de conſuet. cap. non putamus.* dicit, quòd vſus, vel factum ſubditorum non poteſt præiudicium generare iudicibus, qui ſunt conſeruatores iurium. Et propterea dicit Bald. quòd in præiudicium iuriſdictionis ſuperiorum non poteſt ſubditus alibi litigare, nec per conſequens dictæ *l. vbi cœptum.* renunciare, & hoc ſequitur Bald. *de probib. feud. alien.* per Feder. *§. ius.* & facit quod not. *in dicto §. & poſt operis.* per Bartol. Item Bald. *C. de ſacroſanct. eccleſ. decreuimus* pro 2. pater, quòd nullus iuramento fidelitatis alteri aſtrictus poteſt alterius iuriſdictionem ſine licentia ſui domini, cui eſt iuramento aſtrictus, prorogare, & allegat gloſſ. ord. *in §. prætere*a *de probib. feud. alien. ſuper verbo. duos, quæ incipit, qui aliàs ſunt.* facit etiam quod not. *C. de appellat. l. ſi appellan.* & per Cyn. & Bald. *& ff. de iuſtitia & iur. l. omnes populi. 1. quæſt.* per Bart. & hæc ſunt notabilia & quotidiana. Et faciunt contra curias montis Peſſ. & alias priuilegiatas & non priuilegiatas, quibus ſubditi non ita diſtinctè ſe poſſunt obligare, nec ipſi executionem facere, ſicut communiter fit: inferior enim legem ſuperioris tollere, vel aliter ei præiudicare non poteſt, *in clem. ne Romani, de elect. & ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempeſtiuum:* ſed quid ſit de iure, de conſuetudine, & obſeruantia, videmus contrarium vbique ſeruari, & facit quod *ſupra* dixi *in 2. oppoſ.* Et eſt expediens ſubditis, quòd ita ſeruetur, quia creditores aliter ſuas pecunias traderent, niſi facerēt ſimiles obligationes & executiones, ſic complerentur & fierent. Ex mediatè præcedenti inferri poteſt, quod etiam extra locum proprium poſſit iudex ſuus ſpiritualis ſubditorum confeſſiones audire, & abſoluere, pœnitentias iniungere, & ſimilia facere, iudice ſpirituali loci minimè requiſito, & hoc tenet Hoſtienſ. *in ſumma. de pœn. & re. §. cui confitendum, poſt principium*, quod tamen non eſt in prorogatione iuriſdictionis temporalis, vel in foro iudiciali, illa enim in dicto foro fieri non poſſunt, niſi iudice loci requiſito, vt not. *in dicta l. ſi quis ex conſenſu.* per Cyn. & Bald. & *in dicto cap. P. & G. in nouella*, & facit, *Clement. quamuis, eodem tit. in Clement. & quod ibi not.* & facit bene iſte text. *in fin.* & quod *ſupra* dictum eſt *in dicto 6. notab.*
† Ex quibus differentijs inſurgit dubitatio ſatis fortis, & quæſtio quotidiana, videlicet, vtrum Epiſcopus poſſit litteras indulgentiæ vel indulgentias concedere ſuis ſubditis pro opere in alterius diœceſi conſtituendo, de qua *infra* plenè dicetur, *in vltima quæſtione principali*, vbi plenè examinabitur. 112
† Quintò oppo. fortiter contra finem huius text. hic dicitur in fin. quòd iudex contractus decreuit miſſionem faciendam in bonis alterius iuriſdictionis, ad cuius requiſitionem iudex bonorū exequitur. Oppo. *ff. de bon. auct. iudic. poſſ. l. cùm is qui.* vbi decretum iudicis de mittendo alium in poſſ. non extenditur, niſi ad bona ſita infra iuriſdictionem decernentis, & nullo modo ad alia: hic dicitur contrarium. Sol. non obſt. quia *ibi* iudex ſimpliciter decernit & ordinat inter ſuos ſubditos, & ideò ſolum ad bona ſuæ iuriſdictionis ſubiecta extenditur: hic verò alter ex contrahentibus non erat ſimpliciter ſubditus, ſed ſecundū quod hoc eſt ratione cōtractus, vt ſatis *ſup.* dictum eſt: propter quod expreſſe decreuit miſſionem fieri debere in alijs extra iuriſdictionem ſuam ſitatis, quod *ibi* permittitur, ne iudicium eius eluſorium fiat, & ſine aliqua coërctione exiſtat, quod eſſe non debet, *ff. de iud. l. ſi prætor. & de iuriſ. om. iud. l. 2.* quod decretum licet facere poſſit infra ſuam iuriſdictionem exequi, tamen id non poterit, ſed requiret iudicē bonorum in ſubſidium, vt *hic*, ad quod facit, quod dictum eſt *ſupra in 20. oppo.* Sed contra iſtā ſol. oppo. fortiter *de capitulo poſtulaſti, ſup. eod.* vbi ſi iudex domicilij aliquem ſibi ſubditum de delicto condemnat, ratione cuius priuari debet beneficio, & ferat ſententiam priuationis, licet condemnatus infra iuriſdictionem iudicis condemnantis non habeat beneficium, iudex tamen beneficij abſque aliqua requiſitione executionem faciet quoad beneficium, quod alteri liberè conferet, cuius tamen contrarium *hic* dicitur, quod non poteſt exequi abſque requiſitione iudicis decernētis. Sol. dictum *ibi* loquitur in ſententia diffinitiua, *hic* verò in decreto vel in ſententia interlocutoria, in qua expreſſio exigitur. Et eſt ratio diuerſitatis, quia in diffinitiua bona neceſſariò veniunt propter delictum, & tanquam acceſſoriè ſequuntur perſonam vt in contrario, & de iure patr. *cap. ſi laicus. lib. 6. 12. q. 2. eccleſiarum ſeruos. 16. quæſt. 1. ſimiliter. C. de impoſ. lucra. deſcrip. l. 1. libr. 10. & in Authen. de eccleſ. tit. §. ad hoc.* quod ſecus eſt in interlocutoria, quia in illa ſine expreſſione non veniunt bona principaliter nec acceſſoriè, quia non eſt tantæ virtutis, & efficaciæ, nec affatur de
hoc authent. † verum indiſtinctè clericorum bona ſequuntur 114
perſonam, & gaudeant eorum priuilegijs: & qualiter hæc intelligantur, & limitentur, Dom. Oldr. de Ponte, *in q. ſuis, q. mihi. 59. incipit, Thema tale eſt, quidam clericus tenens bona, & q. mihi. 150. incipit, Materia ipſius de hoc mouet:* plenius tamen quàm ipſe dicam: duo vel tria verba notabilia & breuia, quæ alibi clarè non memini me legiſſe. Primum eſt, quòd bona mobilia eccleſiaſticarum perſonarum, ſine quibus eſſe, viuere, ſeu ſuſtentari non poſſunt, vel etiam ſe mouentia, & ſerui. & alia animalia, quæ in ipſorum veſtibus & ſeruitio laborant, tanquā eis acceſſoria, & gratia ipſorum facta ſunt priuilegiata, & gaudent priuilegio

Eccleſiæ

eccleſiæ, quo ad iudicium ſeu forum, onera & functiones municipales, 12. *quæſt. 2. eccleſiarum ſeruos. 16. quæſt. ſimiliter. & quod ibi not. de vita & honeſtate cleric. ex litteris.* per B. Innocent. Hoſt. & alios. Alia verò bona mobilia ſeu ſe mouentia, quæ cauſſa negotiationis habent, priuilegio aliquo non gaudent, *de cenſib. cap. quanquam, libr. 6. & eodem tit. cap. præſenti, in clement. & ibi plene not.* per Ioannem Andr. & alios, & facit bene quod not. *in d. cap poſtulaſti.* per Innocent. *& C. de epiſc. aud. ſtatuimus,* per Alberic. De bonis autem immobilibus eccleſiarum, & clericorum, & quæ ſunt de dote eccleſiæ, eccleſiarum vel capellarum, & ſunt amortilata illa pari priuilegio, vt in iure alleg. & *infra* allegãdo. Quo verò ad alia immobilia, prædia, & poſſeſſiones clerici realiter non gaudent priuilegio, quia illa ad eos tranſeunt cum omnibus ſuis ordinarijs, & etiam extra ordinem, & quoad illa clerici Imperatoribus, & poteſtatibus ſecularibus ſunt obnoxij, 11. *quæſt. 1. § his ita. C. de epiſcop. & clericis. l. de his quæ ſunt,* text. not. *ff. de muner. & honor. l. fin. § patrimoniorum.* vel dic quòd in muneribus patrimonialibus, nullus etiam Pontifex excuſationem prætendere poteſt, & facit quod *ibi* not. per gloſſ. notabilem & alios, & facit bene quod not. *in dicta l. de his.* per Guil. & Bald. vbi dicit Bald. quòd licet poteſtates ſeculares perſonas clericorum tangere non poſſunt pro oneribus &, tributis rerum ſoluendis, ad res tamen reorum fructus capiendo procedere poſſunt, tanquam eorum iuriſdictioni tam vniuerſali, quàm particulari ſubiectas, de extraordinarijs autem muneribus, & iudex eccleſiaſticus haberet cõpulſionem, vt fortè de ordinarijs idem diceretur de canonico, de quo not. Ioan. Mona. etiam non minus per Innoc. quod de ordinarijs tributis non credo vſquequaq; expectatio, quia *hic* multum viget. *d. l. de his. & quod ibi not. de quo. C. de ſacroſanct. eccleſ. auct. caſſa.* & *ibi* per Sal. ad quæ autem ratione immobilium, & alias teneatur eccleſia, & perſonæ eccleſiæ, *not. in iuribus alleg. & plene in clem. 1. de vit. & honeſt. cler.* per Guil. Paulum, & alios modernos poſt Innoc. *in d. cap. non minus.* Domini legum plenè tractant. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. placet.* & *ibi* Barr. & alij *ad legem Velley. cum concordan.* & hic quo ad hoc ſufficiant de præſenti, & hæc eſt bona interpoſitio & vtilis ad præmiſſa. facit 23. *quæſt. 8. tributum. ver. eccleſia pro ſuis executoribus ſoluit tributum.* Vel breuius reſpondetur ad *dictum cap. poſtulaſti. ſupra pro contrarijs alleg.* quia loquitur in executione ſententiæ diffinitiuæ, & in miſſione in poſſeſſ. quæ fit re ipſa & irreuocabiliter, & iſta ſunt magis Imperij, quàm iuriſdictionis, vt *ff. de iuriſdict. omnium iudi. l. iubere cauere,* ſecundùm Ioannem Monach. *hic in gloſſ. mag. poſt medium.* miſſio autem in poſſeſſionem, de qua loquitur iſte text. non fit ita irreuocabiliter, & præciſè ſicut ibi, quia quandocunque compareat coram iudice contractus, & coram eo ſtet iuri, tolletur miſſio contrarijs non obſtantibus.

¶ Vt igitur iſte art. liqueat, cùm quæritur, nunquid decretũ, vel ſententia iudicis ad bona extra ſuam iuriſdictionem extẽditur, diſting. quia aut loquimur in ſententia diffinitiua, & ſic loquitur *dictum cap. poſtulaſti. & de re iud. à diuo Pio. § 1. cum ſimilibus.* Aut loquimur in interlocutoria, & hic ſubdiſtingue, quia aut iudex ſimpliciter decernit, & ſolum extẽditur ad bona ſuæ iuriſdictioni ſubiecta, *vt d. l. à iure vnus. § pen.* Aut expreſſe decernit & hoc ordinat, & tunc extenditur ad alterius iuriſdictionis bona, executio tamẽ fiet per alium, in cuius iuriſdictione ſunt ad ipſius decernentis requiſitionem, *vt hic.* ad quod facit. *ff. de decre. ab ord. faci. l. fin. & quod ibi not.*

¶ Sextò principaliter oppo. † quòd debeat fieri remiſſio ad locum contractus. *ff. de pœn. l. capitalium. § famoſos. & de accuſat. ſi cui. § penult. & fin. cum ibi not. C. vbi de crim. agi oportet. in auth. qua in prouincia, & in corpore vnde ſumitur, videlicet in authent. de collat. § ſi quis verò comprehenſorum, colum. 9.* in quibus dicitur, quòd in delictis ſemper delinquens remittendus eſt ad locum delicti: ergò ita dicamus in contractibus, quia ad paria videntur iudicari, *ff. de iudic. l. omnem obligationem.* Solu. iura pro contrarijs alleg loquuntur in delictis, in quibus non fit. Iſta ſolutio abſque dubio vera eſt, ſed non ſufficit, niſi reddatur ratio diuerſitatis, & Ioan. Card. *hic,* & Ioan. Andr. poſt eum Nouella reddunt rationem in hæc verba.

¶ De criminibus non fit remiſſio ad receptionem teſtium, ſed iudex habet eos examinare, *C. de fide inſtrum. auth. apud eloquentiſſimum. in authent. de teſtib. § & quoniam ſcimus, colum 7.* †
16 nec teſtes ſunt extra ſuam prouinciam euocandi, *ff. de teſtib. l. 3. § vltim.* ne officium eorum ſit eis damnoſum, *ff. quemadmodum. teſta. aperi. l. ſed & ſi quis. & § hoc loco. de elect.* cùm non deceat, id eſt, bene, ſi iudex ordinarius delinquentis cognoſcat de delicto etiam commiſſo extra territorium ſuum, *ibi* non poſſet teſtes recipere, ſicut nec alium actum iudiciarium exercere, *ff. de iuriſdict. omn. iud. extra territorium. ſupra de conſt. hoc lib. cap. vt animarum, in fin.* nec ipſorum teſtium receptionem ibidem cõmittere, nec ipſos teſtes ad ſe vocare: vt dictum eſt ll. & optimè tãgitur, ideò remiſſionis in iudicibus, qui deliquerunt, aut pecunias receperit, *in auth. vt omnes obed. iud. § hoc conſiderantes, colum. 5. & ff. de pœn. l. capitalium. § famoſos.* quæ rationes in contractibus locum non habent. Item cõtrahens poteſt, & debet cauere ſibi, quomodo contrahat. *ff. de reg. iur. qui cum alio contrahit.* vnde ſibi imputet, ſi eat ſeu ire habeat ad locum domicilij, & eius cũ quo contraxit: Et alia eſt ratio contrahendi, & alia delinquendi, *ff. de exercit. l. 1. § 1.* ſed ad eos poſſunt & aliæ rationes reddi, quia bono & graui prẽſidi conuenit curare, vt malis hominibus ſibi commiſſa prouincia careat, nec diſtinguitur vnde ſint, *ff. de offic. præſid. l. 3. & l. congruit ſup. allega.* quia ergò propter delictum territorium ſuum offenditur, & res publica barus, ad ipſum eſt facienda remiſſio, vt cæteri in exemplum reſpiciẽtes terreantur, & ab illicitis abſtineant, *ff. de iuſt. & iur. l. 1. C. ad l. Iul. repe. l. 1. in auth. vt iud. ſi quo. ſuffra. § quod autem, col. 2.* Et vltra vi ſit cõſolatio & ſolatium cognatis & affinibus interemptorum. Et eſt ratio, quæ redditur *in tex. in d. § famoſos.* Item prout *ſup.* tactũ eſt. in loco delicti facilius & pinguius ſiunt probationes ipſius, & hæc ratio ponitur *in d. § hoc conſiderantes, in auth. vt omnes obed. iud. prouinc.* Item & hoc ſtatutum eſt propter vtilitatem ſubditorum, ne cogantur cum luctu & expen. ſequi reum ad aliam prouinciam, vt *ibi* dicit tex. *in d. § qui omnino videatur.*

¶ Et in tantum debet fieri remiſſio in delictis, quòd ſi ſuperior Dominus alicuius caſtri iure ſuperioritatis aliquem iuxta locum delicti capiat in alia terra ſua, quòd illum ad locum, in quo deliquit, debet remittere, per iura & rationes prædictas, vt not. *C. ſi à non compe. iud. l. fin.* per Bald. ad quod nõ omnes domini ſuperiores aduertunt. Regina tamen hoc fecit pridie, de quodam alias capto pro furtis, quem ad locum delicti remiſit, de conſilio noſtro: fecit etiam ſimiliter his diebus contrarium, quia quendam Iudæum, qui furtum fecerat in ciuitate Marſiliæ, & fugerat Draginianum, etiam requirentibus Marſilienſ. remittere noluit. Et ratio diuerſitatis inter iſta duo decreta, qa ipſi Marſilienſes neminem volebant remittere, & per conſequens non facta fuit eis, nec debet fieri remiſſio vt eodem iure vtantur ij, quo alij vtuntur, *ff. quod quiſque iur. l. 1. cum ſimil.* Prædicta vera, ſcilicet, quòd fieri debẽt remiſſiones, ſcilicet, in grauioribus, *vt d. § ſi quis vero comprehenſorum,* in leuibus autem nõ fit remiſſio, vt probatur *ibidem.* Et eſt ratio, quia ceſſat cauſa vel ratio principalis, quare fiãt remiſſiones, quæ eſt, ſcilicet, vt cæteri terreantur, & conſolentur cognati & affines, vt eſt dictum quia in leuibus non fiunt tales punitiones, quòd ex hoc ſequi poſſit terror vel affinium cõſolationes, ſecundùm Pet. & Cyn. *in auth. qua in prouincia ad fin.* quando agitur ex crimine, non eſt locus remiſſioni. quorum opin. ſequitur Henr. *in alleg. c. 1. de rap.* merito non fiunt remiſſiones in leuibus, idem ſi agatur ciuiliter de crimine quantumcunq; graui eadem ratione, *vt de procu. c. tua. cum ibi not.* hoc etiam Ioann. And *hic in fin. in nouella,* idem Paul. *in clem. paſtoralis. de re iud. ſup alleg. ſuper gloſ. poſita ſuper verbo, ſed nunquam.* vbi ponit multa notabilia in iſta materia. Quę autem dicantur crimina leuia, grauia, grauiora, grauiſſima, *not.*
plenè. ff. de iniur. l. non ſolũ. § ſi mandato, per Ber. vbi remittere ſuf- 117
ficiat gratia breuitatis. ¶ † Item eſt aduertendum circa pręmiſſa, quòd ea, quæ dicta ſunt de remiſſio. fienda in criminib. procedunt & locum ſibi vendicant de iure: iura enim hoc fieri iuſſerunt, & decernunt fieri vtiliter & tempore ſ. quo totus orbis ſuberat vtiliter principi, & ei obediebat, videlicet Imperiũ totius mundi domino, *ff. ad l. Rhod. de iact. l. deprecatio. cum ſimilibus.* Idem eſt etiam dicendum in vno regno, vel principatu vel ducatu, aut patria ſeu terra particulari, quæ vni regi, principi, duci, vel domino ſubeſt, tunc enim fieri debent remiſſiones prædictæ de iure in eodem regno, ducatu, vel terra. Quibus caſib⁹ ſi non fiant remiſſiones, poſſunt iudices per eorum iudicẽ puniri, & inobedientes ad hoc compelli, vtpote ſibi ſubditos, vt in iurib. alle. In terris verò & iuriſdictionib. diuerſis, hoc eſt diuerſis dom. & principib⁹ ſubiectis mutuò, quia ſciſſum eſt Imperium, vt not. *de teſta. lib. 6. ſuper rub.* hodie de conſuetudine nõ fiũt remiſſiones, qa in caſu recuſationis, vel cõtradictionis remiſſio-

miſſionis hoc caſu nunquid recuſantem remittere, compellere, vel punire poſſit, quia ſciſſum eſt Imperium, *ff. de arbit. l. nam magiſtratus. & ad Trebell. l. illo à quo. §. tempeſtiuum.* & iſta eſt communis opinio Doct. vtriuſque iuris, & ita etiam ſeruari videmus communiter omni die. hoc not. *in dicta Clement. paſtoralis. de re iud. in gloſſ. ſuper verbo, de more,* & ſuper ea per Paulum, & alios, & iſta fuit opinio Odo. *in dicta Authen. qua in prouincia. & in l. 1. eodem tit.* quam Bald. finaliter poſt multa tenet *ibidem.* idem tenet. *C. de ſeruis fug. l. requirendi. & de executione rei iudic. l. executorem.* vbi dicit etiam, quòd in caſu, in quo fieri debet remiſſio, fit de condemnando, non de condemnato: hanc opinionem etiam tenet Iacob Butr. *C. de adult. authen. ſi verò.* & Bart. *ff. de ſepulch. viol. l. qui ſepulchra.* & iſta eſt conſuetudo & obſeruantia communis.

118 ¶ † Fiunt igitur circa hoc breues duæ concluſiones: prima, quòd de iure in terris vel iuriſdictionibus vni principi ſubiectis fieri debent remiſſiones in criminibus grauibus: quod eſt verum, niſi in loco domicilij vel originis fuerit delinquens præuentus, vt ſtatim dicetur in fin. iſtius oppoſ.

¶ Secunda, quod in diuerſis principatibus, terris, vel dominijs non fiunt remiſſiones de conſuetudine, ſunt etiam aliquæ terræ, vel ciuitates in patria iſta, quæ ſe habere dicunt ex priuilegio, quod non remittunt, & ita de facto ſeruant ciuitates Marſilienſes, & Arelatenſes, quod verum eſt in prima inſtantia, tunc enim non fit remiſſio ad locum delicti, ſed ſi delatus ad ſuperiorem iudicem extra illam ciuitatem, vel terram exiſtétem appellaret, cùm cauſa appellationis extra illum locum agitetur, fieri debet remiſſio, *vt not. in d. authen. qua in prouincia. in vlt. notab.* per Bal. iudex enim appellationis poteſt facere venire reum ad ſe, dum res exegerit, & eum eloqui voluerit, *iuxta l. eos. §. ſuper his. C. de appell.* & ibi hoc auno dixi, & plenè not. *eod. tit. l. minimè.* per Bal. & alios, interim tamen delatus in carceribus primi iudicis debet exiſtere, vt ibi not. hoc caſu autem nõ dicitur propriè remiſſio quia non remittitur delatus ad locum delicti, ſed dicitur quædam ad ſuperiorem iudicem tranſmiſſio. Prædicta item diſpoſitio facta *ſupra* de remiſſione fienda in vno vel pluribus dominijs vel principibus, locum habet in foro, ſeu iuriſdictione temporali, in foro autem eccleſiaſtico indiſtinctè, & vniformiter perſonæ ſubſunt vni principi ſupremo ſpirituali, videlicet Papæ, qui coget & compellet eccleſiaſticas perſonas remittere recuſantes, in quibus eſt eadem ratio quæ erat in foro temporali tempore l. conditæ per illum, qui ſolus præerat temporali iuriſdictioni, *vt in alleg. §. ſi quis vero cõprehenſorum.* Papa enim iubere poteſt, ſic iubet Imperator, & iſta eſt opinio Paul. de Eleaz. *in alleg. Clemen. paſtoralis. ſuper d. gloſ. poſita ſuper verbo, de iure. quod valdè notandum:* quod verum intellige exiſtente vnione eccleſiæ vniuerſali, & in obediẽtia vnius Summi Pontificis, vbi autẽ eſſet diuiſio ſeu ſchiſma in Eccleſia Dei, ſicut fuit proh dolor annis 40. proximè elapſis vſque ad electionem D. Martini Quinti Moderni, idem eſſet ſicut *ſupra* dictum eſt, quando ſciſſum eſt imperium paritate rationis per

119 eadem iura. Item † quæ dicta ſunt *ſupra.* ideò habent locum in crimine hære. in nullo caſu enim fit de hæretico remiſſio, quia ille vbique deliquit, ſiue ſit in cœlo, ſiue in terra, ſiue in mari, *C. de hæret. l. Ariani.* ergo vbique poteſt, & debet puniri, ſecundùm Paulum vbi *ſupra.* Adde, quod eſt aliud ſpeciale in dicto crimine hæret. quia quacunq; exemptione, vel priuilegio non obſtante punitio fiet per Epiſcopum Ordinarium, in hac parte tamen, vt à ſede Apoſtolica delegatum, *de hæret. capit. ad abolẽdam. in fin.* vbi eſt expreſſum in caſu appellationis, quia vt delegatus cognoſcit, appellatur ad Papam immediatè. Et epiſcopo mortuo, talis iuriſdictio non transferetur in capitulum, ſede ipſa vacante, vt hæc omnia clarè. & eleganter not. *in eodem cap. ad abolendam.* per Henricum, *in vltim. diſtinctio. qua not.* quia hoc vltimum vidi in facto in quodam monacho exempto, cuius Abbas deceſſerat, qui erat eius ordinarius cognitor criminis, non pertinuit ad conuentum ſede abbatiali vacante. Tenementi iſta, quæ ſunt notabilia quotidiana, & hæc ſufficiant de remiſſionibus.

120 ¶ † Sed circa præmiſſa moneo vnam notabilem quæſtionem & quotidianam ad propoſitum: dictum eſt *ſupra,* quod in diuerſis principatibus vel dominijs non fiunt remiſſiones: pone igitur, quod quidam Auinionenſis, vel alius foreſis deliquit in præſenti ciuitate hominem occidendo. vel aliud crimẽ graue, quo pacto fugit ad locum originis vel domicilij. Quæritur, nunquid ſuus iudex competens, ſub quo degit, poterit contra eum per modum inquiſitionis procedere, vel ſit neceſſe, quod per viam accuſationis ad partis inſtantiã procedatur, iſta quæſtio pendet de facto indeciſa, in conſilio excellentiſſimi Principis, D. Ducis Sabaudiæ, quæ ibi per vnum notabilem ciuem Auinionenſem fuit introducta per viam accuſationis, quia vertitur ſibi reſponſum eſt, quod per viam inquiſitionis nõ procedetur contra delatum, & eius complices, qui dictum ciuem cœperunt in terra Auinionenſi, non in terra D. Ducis, ſed procederetur per viam accuſationis, ſi vellet partem expreſſam facere. Breuiter iſta non eſt quæſtio noua, ſed alibi mota & plenè diſputata per Doctores. Cyn. diſputauit eam, & eius diſputatio incipit, Rector ciuitatis Senarum. Gandinus *in tracta. ſuo, quem fecit ſuper criminibus,* eam plenè tractauit. Odoff. etiam plenè, quorum opiniones recitantur ad longum *C. de ſumma Trinit. & fide cathol l. 1.* per Bartolum & Baldum. *in 8. & 9. quæſtio.* vbi pleniſſimè per eos. Ioan. Andr. *in addit. Specul. in tit. de compet. iudic. adi.* plenè etiam ponit. Breuis tamen & vera concluſio omiſſis recitationibus eſt iſta, quod procedi poteſt per iudicem competentem originis vel domicilij per viam inquiſitionis, quia inquirere eſt de ordine proceſſus, ideò debet inſpici ſtatutum, & lex loci iudicij, *C. quemadmodum teſt. aperi. l. 2.* ſed iſte eſt ſubditus iuriſdictioni ſtatuto & legi, ibi ergo poteſt inquiri contra eum, *C. vbi de crim. agi oportet. l. 1.* Præterea laicus delinquens in Eccleſia non delinquit propriè in loco ſubdito iudici temporali, & tamen inquiritur contra eum per iudicem temporalem & per modum inquiſitionis proceditur, *C. de epiſcop. & cleric. l. ſi quis in hoc genus.* Item inquiſitio ſucceſſit in locum accuſationis, *vt not. ff. de adult. l. 2. §. ſi publico* per Bart. Et hanc opinionem tenet Cyn. *in dicta diſputat.* & Bart. *in dicta l. 1. de ſumma Trinit.* Addit tamen vnum, quod pœna imponi debet ſecundùm ſtatutum, vel obſeruantiam loci delicti, ſi quæſit temporalis, non ſecundùm ſtatutum loci inquiſitionis. Sed hoc vltimum ibidem non tenet Bal. tenet enim, quòd tutior opinio eſt, quòd procedi poſſit per viam inquiſitionis, & punitio fieri per iudicem proprium, non attenta qualitate loci delicti, ſed attenta qualitate perſonæ, quæ eſt affecta propter delictum, & obligatio ſequitur delinquentem, quia caput ſequitur, *vt Inſtitutio. de noxal. §. 1.* & lepra leproſum, *ff. de poſtulatio. l. ex eadem.* Sicut enim in ciuilibus ex omni cauſa iudex officium ſuum impartitur cõtra ſubditum, ita ibi in criminalibus, cùm redigantur ad inſtar ciuilium procedendo, *argu. de pen. l. abſentem.* & iſta eſt concluſio Bal. *vbi ſupra,* poſt alios, quicquid dicat Ioan. And. & Odoff. *vbi ſup.* & ita teneo cum eis. cum recentiores Domin. qui tenent contrarium, latius tamen in remiſſionibus & locis allegatis, videant videre volentes, quia plenius diſputant dicti Doctores, & extendunt, quod gratia breuitatis hic omitto, quia ſufficit ratio prędicta, quã puto veriſſimam. ¶ Sed hic pertinenter quæri poteſt, dictum eſt *ſup.* quòd alibi delinquens puniri poteſt in loco domicilij vel originis, ſi fugiat locum delicti. † Sed nunquid in alio loco extra prędicta 121
poſſit contra eum inquiri, vel puniri. Iſta quæſtio eſt quotidiana, & pauci ſeruant veritatem iuris in eadem, quæ eſt breuiter, quòd extra dicta loca, videlicet delicti domicilij, vel originis, vel alterius, in quo de iure ſortitur forum, accuſari vel alias procedi, aut puniri non poteſt, vt eſt text. formalis *in alleg. Clement. paſtoralis, circa finem. in §. rurſus, de re iud. verſic. punitio tamen eorum.* ſicut punitio delictorum extra diſtrictum imperij ad Imperatorem non pertinet, vt dicit ibi textus, & ſi dicatur, quòd ſecundùm hoc crimina remanebant impunita, reſpondetur quod ſic, quia punitio fieri debet per iudicem competẽtem, alias non valet ſententia, *C. ſi à non compet. iud. & dicta Clement. paſtoralis.* & finaliter tamen punietur in hoc ſeculo, vel in hoc ſeculo, vel in alio, quia ſi differatur eius punitio ad tempus, non propterea impunitus remanebit, iuxta dictum moralis dicentis. *Temporibus peccata latent, &c. nolo putes prauos homines peccata lucrari, &c.* ſi enim in loco domicilij vel originis aliquod aliud delictum committat, poterit per iudicem competentem, huius delicti etiam de alijs delictis antiquis vbicunq; perpetratis puniri, quia illa alibi perpetrata aggrauabunt illud & eius qualitatem, & ſic pęnam augebunt, & ideò iudex competens huius delicti conſequenter eum de omnibus puniet, *ff. de accuſ. l. ſi cui. §. fin.* & ibi expreſsè per Dyn. & Bart. *quod eſt notandum.* vel ſi abſtineat ab alijs delictis, & mundè viuat in hoc ſeculo, adhuc nõ remanebit, quin per Deũ puniatur. Deus † e- 122
nim

nim nullum malum impunitum relinquit, *76.diſt.in.diuinæ.cum gloſ. ff. de pœn.l.ſtu.1.nullus.* nec omnia delicta, quæ in hoc ſeculo perpetrantur, hic puniri poſſunt, alias fruſtra eſſent purgatorium & infernus, *6.q.1.ſi omnia.* Præcedens tamen dictum duas limitationes recipit.

¶ Prima eſt in vagabundo, quia ille ad locum delicti remittendus eſt de iure, per iam dicta. Sed etiam ibi in caſu, in quo non fit remiſſio, puniri poteſt vbiq; inueniatur, & de illo intelligitur gloſſ. C. *vbi de crim. agi oport.l.1.* quæ dicit, quòd vbi te inuenero ibi te iudicabo: per quam gloſſ. dicit Bart. *in l. hæres abſens, de iudic.* quòd multi ribaldi ſuſpenſi ſunt, & omni die ſuſpenduntur.

¶ Secunda limitatio eſt in crimine furti, tenendo opin. Bar. videlicet, ſi reperitur in alio loco cum re furtiua ratione nouæ contractationis factæ in alia iuriſdictione, tunc enim in quocunq; loco cum re ipſa reperiatur, puniri poteſt, ſecundũ Dyn. & Bart. *ff. de fur.l.ſi dominum:* licet quidam illam notam non teneant communiter, tamen ita ſeruari vidi: quod intellige, ſi talis fur cum re furtiua moretur per vnam diem in vno loco, tũc enim poteſt ratione dictæ nouæ contractationis ſic factæ ibidem puniri, & ita limitatur dictum Bart. quia alias non habet locum, ita multum ſingulariter limitat Bald. dictum ſuum. *ff. de ſtat. hom.l.1.* quod alibi non memini me legiſſe, & prædicta locum habent, & intelliguntur in delictis, quia in contractibus indiſtinctè vagabundus poteſt per creditorem vbique conueniri, ne perdat ius ſuum, *vt d.l. hæres abſens, not. in alleg.c. poſtulaſti.* per Petr. de Anch. *in 3. oppoſ. repetitionis.*

123 ¶ † Plus dico in delictis, quòd ſi quis hic habens domiciliũ, vel locum originis alibi delinquat, & iudex loci delicti ipſum ibidem per edictum vel vocem præconis citet certam ſe reſpõſurum, citatio illa delinquentem hic notoriè domicilium habentem non arctat, vt eſt tex. *in d. clem. paſtoralis. §. decipere t. iuncto §. deniq; verſ. punitio. ſupra alleg.* ad quod pauci iudices attendunt, & hoc malè ſeruatur, imò totum contrarium: neceſſaria igitur hoc caſu eſt requiſitio & remiſſio facienda ad locum delicti, *de qua ſup.* & ſi fieri non poſſit, de conſuetudine, priuilegio vel alias neceſſe erit iudicem alium competentem ratione domicilij vel originis adire, per iam dicta.

124 ¶ † Circa quod dubitatur, pone quod in terminis præcedentibus iudex domicilij vel originis præuenit iudicẽ delicti, nunquid hoc caſu etiam de iure fieri debet remiſſio ad locum delicti? Alber. de Roſate poſt Iacob. de Are. ſe expedit vno verbo, dicens quòd non ex quo præuentus eſt, alleg. *ff. de in ius voc.l.4.* ita dicit in ſæpe *alleg.l. hæres abſens. de iud.*

125 ¶ Septimò & vltimò oppo. dicitur, † quòd ſi citatus auctoritate iudicis contractus venire contemnit patitur miſſionem in poſſeſ. bonorum, quæ habet in loco contractus, decernit fiendam eſſe miſſionem bonorum, quæ alibi habet, & *ſupr.* dictum eſt & notatum, quod alijs remedijs iudex contractus non poteſt procedere. Contra hoc fortiter opp. quòd etiam alijs modis & remedijs poſſit iudex prouidere contra contrahentem ſic eius iudicium eludentem, videlicet per pignoris captionem, *vt Inſt. de ſatiſda. tut. § pen. & fin. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam frequẽter § fin. & quod ibi not. ff. de mun. & hono.l. ſi quis magiſtratus. & ibi ſunt plures concor.* item per mulctæ indictionem, *ff. ſi quis ius dicẽ. non obtemp.l. vnica.* & vtrunque prędictorum probatur. *ff. de ven. inſpic.l.1. §. quid ergo. & §. ex hoc reſcripto.* Item per aliud eſt p perſonæ detentionem & arreſtationem, *ff. ad leg. Iul. pecu l. ſacrilegij capite. §. fin. & not. expreſſè C. de lit. cont.l.1.* per Bal. vbi dicit, quod

126 † iudex recuſantem reſpondere libello poteſt pręciſè compellere omnibus remedijs ſupradictis, ne iuriſdictio ſua eludatur *ff. de nox.l. quotiens. §. prætor, & l.1. §. ex hoc reſcripto.* ego allego ad hoc gloſſ. ord. *ff. de admin tuto.l. 1.* vbi per bannum ſeu arreſtum poteſt contra contumacem procedi, facit, *ff. qui ſatiſd. cog.l. ſi fideiuſſor. §. fin. & de leg. commiſſ.l. fin.* & quod ibi plenè not. per Bar. *& C. de epiſco. & cler. auth. item nulla communitas. & de ſuſp. tut.l.4. cum ibi not.* Plus dicit notabiliter Bal. *in d.l.1.* quòd non poterit iudex ordinare exigente cõtumacia rei, quòd lis habeatur pro conteſt. ſed oportet, quòd formaliter & præcisè conteſtetur, cum lit. conteſt. ſit de forma iudicij, & contineat formam à iure traditam, ſcilicet per narrationem, & reſponſionem in forma omiſſa, impoſſibile eſt quòd lis habeatur pro cõteſt. vel valeat proceſſus, vt not. Iaco. de Arc. *in d. §. ex hoc reſcripto. ſecundũ eum.* ego de hoc allegarem gloſ. ord. *in auth. qui ſemel, in gloſſ. mag. poſt med. C. quomodo & quando iud.* licet Hoſt. & Alb. teneant contra, vt ſcripſi, & Bal. *in d.l.1. de lit. conteſt* & ideò videtur mihi & ſemper iudicialiter dico ijs, qui coram me comparent, quòd practica, quã ſeruant procur. hic in curia laicali, quòd contra contumacem vel non reſpondentẽ libello ſemper petunt ſibi prouideri per miſſ. in poſſeſſ. ex 1. decreto, qua miſſione facta reus habet annum, antequã ſequatur miſſio ex 2. decreto, iuxta dictum *ca. quoniam frequenter,* licet iudex non teneatur expectare finem anni, ſi de contumacia manifeſta ſibi conſtet, *vt C. de bo. au. iud poſſ.l. cùm proponas. in glo. ord.* quæ iud. arbitrio relinquitur & approbatur per Doct. *ibidem,* & per Bart. poſt Dyn. *ff. de dam. infect.l. ſi finita. §. Iul. & ita alias iudicaui ad propoſitũ:* ergò videtur mihi, quod licet remedium ſit bonum & ciuile, tamen non eſt vſquequaq; expediens, quia alia prædicta ſunt expeditiora & breuiora, & quæ me ſemper offero facturum iudicialiter ſi petantur. Item aliud remedium eſt per quod poteſt iudex prouidere interdicto, ne quis de domo ſua exeat. *ff. de interdict. & rele.l. fin.* Item aliud per aditus iudicialis negotium, *ff. qui ex cau. ma.l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi dum decreto.* facit C. *de iud.l. ſancimus. & de dolo & cõtum.c. actor. lib. 6.* Sed illa iura vltimò alleg. loquũtur in actore contumace. Item aliud per propriæ rei interdictam alienationem, *ff. de polli.l. de pollicitationib. & qui & à quibus l. proſpexit.* Item aliud per ſolutionis pecuniæ debitam negationem, *ff. de requir. re.l. fin.* Item per domus clauſionem, *de clem. viola. pacis. §. ſi iudex. in feud.* ¶ Itẽ per domus propriæ deſtructionem, *vt cõmuni. diuid.l. ſi is cum quo.* & facit quod ibi not. per Alb. & Bal. & plenè. *ff. de aqua plu. arcen.l. Ateius.* Bar. & per Bal. *C. quib. ex cau. infa.l. & ſi ſeuerior, in fin. q.* & per Alb. *de his, qui not infam.l. quid ergo § pœna grauior,* & eſt tex. etiam *in feud. de probib feu. alie. per Federic. § conuenticulas. & §. ſeq.* ¶ Decretiſtæ habent *de pœn. diſt.1. cap.1.* ſed etiam continuatio cum ibi not. per Archid. *1.q.1. forum, in fin. de pœn. Fœlicis. lib. 6.* per eundem *in gloſ. quæ incipit. 33. q.4. quando vult.* per Ioan. And. *in addit. Spec. tit. de iniur. & damn. da. ver. agitur de repræſalijs. & in tit. de pœn. per eundem in tit. de dona. in fin.* ¶ Item per excõmunicationem, quando iudex laicus poſſit interdum excommunicare, & ab actibus legitimis repellere *ff. de pœn.l. moris, in princ.* quam ad hæc alleg. gloſſ. Ioan. *11.q.3. ad menſam,* facit *de epiſc. & cler.l. presbyteros. & de ſacroſan. eccleſ.l. placet. & ibi etiam de excommunicatione, & de multiplici excommunicatione* vide not. *de ſent. excom.c. ſtatuimus, lib. 6.* per Archi. *ſuper verbo, minoris.* vbi etiam dicit de Iudæis, qualiter excommunicantur, id eſt, à communione fidelium ſeparantur. † Item qualiter 127
Adam fuit excommunicatus, vide ibi latius, & quod *ſupr.* dixi, *in 1. not.* ¶ Theologi dicunt, quòd fuit excommunicatus in eiectione de Paradiſo, q̃a *Gen. 3.* dicitur, quòd Dominus poſt meridiem eiecit eum, non dicit euaſit, ſed eiecit de Paradiſo, vbi gloſſ. dicit tanquam excommunicatum, hoc etiam legi vidiſtis Maur. *ſuper verbo. vide prope fin.* Plura alia etiã ſunt in iure remedia contra contumacem, quæ quærere plus eſſet laborioſum, quàm ſubtile, ſed iſta ſufficiant de præſenti. Alia not. extraordinariè *in d.l. ſacrilegij capite. § fin. ad l. Iul. repe.* ergo veniendo ad propoſitum videtur, quòd text. iſte, qui ſolum per miſſionem in poſſeſſionem prouidet, non procedat. Sola dicta remedia locum habent in ſuis caſibus & ſimilibus, & hoc fieri per iudicem quando eſt ordinarius, vel alius iudex competens perſonæ, contra quam agitur, tunc enim iuxta ius exigen. poteſt eligere de remedijs prædictis vel alijs, prout videt expedientius, & illud quod magis timetur, *iuxta c. quoniam frequenter, in fin. ſupra alleg.* hic autem loquimur de iudice, qui non eſt propriè iudex contrahentis ſimpliciter, ſed ſecundũm quid, & per accidens, vt *ſupra* ſatis dictum eſt. & ideò ceſſant remedia ſupradicta in caſu illo. Eſt etiam aliud remedium, quod etiã poteſt locum ſibi vendicare in terminis iſtius §. vel ſi perſona eſt ſuſpecta de fuga, poteſt ad ipſius arreſtationem vel captionẽ in loco contractus procedere, vt dictum eſt. ¶ Circa hoc tamen eſt aduertendum, quòd ſuper fuga debet præcedere aliqua ſummaria informatio, *vt not. de ſenten excom. clericos. lib. 6.* per Archid. & Ioan. And. *in nouella, & ff. quæ in frau. cred.l. ait prætor. § ſi debitorẽ.* per Bart. *& C. de cond. ob turp. cauſ. quod exactum.* per Bart. *in fin.* in qua ſumma coniunctione non vocabitur pars, ne inſtruatur ad fugam, ſed hoc caſu procedetur de facto iuris ordine non ſeruato, *vt not. in d. §. ſi debitorem. & C. de decur.l. generali. lib. 10. & hoc ſingulariter not. in d.l. ſi fideiuſſor. §. fin. qui ſatiſd. cog.* per Bal. *pro quib. omnino videantur not. ſup. de offic. deleg.c.1. eod lib. circa fin.* per Ioan. Card. Archid. & alios, vbi vide quæ addi di extraordinar. iuxta gloſſ. & Pet. *in tit. de actio. furt. non manifeſti. 3. col.* item Apo-

ſtolus

128 ſtolus *t. ad Timoth. 5. Nemini citò manus impoſueris*. in caſu † tamen
fugæ officiariorum, quãdo ſcilicet, recedunt ante completum
tempus ſyndicatus, vel finitum tempus ſuæ adminiſtrationis,
vel officij, eſt prouiſum per iura, quod capiãtur & realiter du-
cantur ad locum, vbi adminiſtrationem geſſerunt, *C. vt omnes
tam ciuil. quàm mili. iud. l. 1.* Duplex tamen pœna eſt in hoc, &
diſtinguitur, quia aut officiarius recedit poſt tempus ſuæ ad-
miniſtrationis, vel officij ante tempus finiti ſyndicatus, & tunc
tanquam fur in quadruplum puniri debet, & ampliari tempus
ſyndicatus ſtatutum per ſex menſes, & creditur iuramento o-
mnium illorum, qui ab eo repetere volunt, & hæc omnia pro-
bantur *in §. neceſſitatem, in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. collat. 2.* &
ibi not. & ibi eſt gloſſ. mag. vbi verò officiarius recedit abſq; li-
centia ſuperioris ante finitum tẽpus ſuæ adminiſtrationis tunc
tenetur crimine læſæ maieſtatis, *vt ind. § not. & eſt tex. in auth. de
adminiſtrationib. in princ. collat. 7.* facit quod not. *in feud. de pace
ten. §. 1.* per Columbum, hæc procedunt de iure per ſtatuta au-
then. huius patriæ. Aliæ pœnæ mitiores ſunt ordinatæ de ma-
teria ſyndicatus, qui plenius velit videre, pleniſſimè videat, *ff.
de offic. procon. & leg. l. obſeruare. §. proficiſci.* per Bal. qui ponit cir-
ca illam materiam, *36. quæſtiones notabiles.* Libenter iſta hic in-
terpoſui propter officiarios temporales huius patriæ prouin-
ciæ, quorum quidam non completo ſyndicatu, & aliqui ante
eorum officium finitum ſine cauſa legitima recedunt, & mul-
tum frequentatur per aliquos, & fortè ad has pœnas non ad-
uertunt, idcirco hoc prò eorum aduiſamento, & reipublicæ v-
tilitate ſubiunxi.

¶ Redeundo igitur ad ſolutionem contrariam dico, quod in
§. noſtro ſumus in alio merito, quia hic iudex contractus con-
tra contrahentem in ſua iuriſdictione non inuentum non po-
teſt procedere, nec cogere reũ remedijs, de quibus *ſup.* dictum
eſt, nec habet alia, quàm hic ſunt expreſſa in text. cùm non ſit
iudex competens ſic contrahentis in iuriſdictione ſua non in-
uenti: ſecus ſi eum inueniret ibidem, quia tunc cùm ſit compe-
tens omnis, qui præuenit & apprehendit perſonam in iuriſdi-
ctione ſua, poteſt vti dictis remedijs, prout ſibi melius viſum
eſt, tam per excommunicationem, quàm alias, vt *ſupra* dictum
eſt, & hæc ſunt notanda, quæ ſufficiunt quo ad oppoſ. ¶ Nunc
venio ad quæſtiones principales etiã, quarum membrum bre-
uiter pertranſibo, quia *ſupra* tam in literalibus, quàm in oppoſ.
vbi pertinẽt, vidi eas cadere ad declarationem materiæ eas po-
ſui: aliquas tamen ſubiungam pro forma ſcilicet quatuor prin-
cipales, vtiles & quotidianas, & ad intellectum materiæ ne-
ceſſarias.

129 ¶ † Quęro igitur primò, quia hic dicitur, quòd ratione con-
tractus ſortitur quis forum, & ibidem reperiatur, alias non co-
gitur ibi ſe defendere: qualiter ergò prouidebitur actori con-
tra talem contrahentem abſentem, qui fortè nunquam ad lo-
cum contractus veniet, & ita eſt veriſimile, ex quo ſe ſcit ibi
teneri, iuxta *leg. primam. ff. de eo, quod certo loco. & C. eod. l. 1.* nun-
quid iudex contractus citare verbo poterit contrahentem, vel
ſaltem ſcribere poterit dicto caſu, & requirere in iuris ſubſidiũ
iudicem domicilij, vel alium competentem dicti contrahen-
tis, vt eum citet, aut ſibi intimet, quòd veniat reſponſurus co-
ram eo ratione dicti contractus? Iſta quæſtio mouetur hic per
Ioan. Card. *in gloſſ. mag.* & etiam per nouellatorem, in qua fue-
runt opin. quidã enim dixerunt, quòd non, vel ſi ſcribat, non
debet iudex competens contrahentis literas ipſas exequi, quia
ſic per hanc conſequentiam, & per indirectam fieret remiſſio
in contractibus, quod hic expreſſe prohibetur, & *ſupra* ſatis di-
130 ctum eſt, & ideò videtur, quòd fieri non debeat, quia † prohi-
bito vno videntur prohibita ea, per quæ peruenitur ad illud, *ff.
de ſponſ. l. oratio. & infr. eod. lib. de cler. coniug. c. vnico. & dixi ſup. in 3.
notab.* Contrarium videtur dicendum, *vt infr. de priuil. c. nolentes.
eod. libr.* vbi in exempto dicitur expreſſe, quòd ratione delicti,
nullo modo debet fieri remiſſio ad locum delicti, nec in con-
tractibus debet eis quoquomodo iniungi, alias præcipi vel
mandari, quòd coram iudice contractus compareant reſpon-
ſuri.

¶ Si igitur in exemptis eſt ſpeciale, & non debet fieri in deli-
ctis remiſſio, nec in contractibus iniunctio, ergò in cõtrarium,
in alijs contra, *vt ff. de admin. tut. l. 1. cũ ſimil.* & ita tenent hic præ-
dicti Doct. *& in alleg. clem. paſtoralis.* Non obſtat iſte §. qui vide-
tur dicere, quòd nullo modo trahi, vel citari aut vocari poteſt,
niſi in loco contractus, quia vocatio ſeu citatio multiplex eſt,
vt *ſupra* dictum eſt: quædam eſt realis, & illa fieri nõ poteſt per
iudicem contractus, niſi ibidem reperiatur, & tunc ſi ſit ſuſpi-
cio de fuga, ſuper illa fieri debet aliqualis ſummaria informa-
tio, vt dictum eſt *ſup. in 7. oppoſ.* quo caſu & tunc fieri poteſt rea-
lis citatio. Quædam eſt verbalis, & illa fieri poteſt per iudicem
contractus, *vt dicto verb. neq; domiciliorum,* à contrario ſenſu ſe-
cundùm Doct. ergò videtur concludendum, quòd iudex loci
contractus poſſit verbo citare contrahentem etiam extra ſuam
iuriſdictionem exiſtẽtem: quod an ſit verum, & quomodo hic
intelligatur, plenè examinabitur in quæſtione ſequẽti. ¶ Quæ-
ro igitur ſecundò principaliter, † an hoc ſit verum hic clarè in 131
terminis, & practica ponendo: pone, quòd Titius habens do-
micilium in ciuitate Maſſan. vel Foroiulien. contraxit hic; Iu-
dex præſentis ciuitatis, qui eſt iudex contractus, inſtante alio
contrahente decernit eum citandum ratione dicti contractus
per ſeruientem nuncium, vel epiſtolam: demum nuncius ille,
infra territorium præſentis ciuitatis citat Titium verbo in ter-
ritorio ciuitatis Maſſan. exiſtentem, clamando alta voce, cito
te comparitur um tali die coram iudice Aquen. ratione contra-
ctus cum tali initi reſponſurum, & c. vel quod plus eſt. Idem iu-
dex mittit nuncium ipſum cum cedula dictam citationem cõ-
tinente Marſiliæ vel Foriulium, vbi Titius habitat, eidemque
intimat & præſentat eandem, & demum refert iudici Aquenſ.
citaſſe iuxta ſibi mandata & iniuncta: quæritur, an dictus Ti-
tius ſit legitimè citatus ad effectum, quòd ſi non compareat,
poſſit dici contumax, & fieri poſſit miſſ. in poſſeſ. de qua loqui-
tur tex. iſte, vel ſit neceſſe, quòd iudex præſentis ciuitatis ſcri-
bat iudici domicilij, quòd eum citet ſuper dicto contractu co-
ram ſe de iure reſponſurum. Iſta eſt antiqua & dubia quæſtio
valde, in qua multi tam canoniſtæ, quàm legiſtæ multa ſenſe-
runt. Videtur tamen primò, quòd citatio extra territorium fieri
non poſſit, & facta non teneat neq; liget, & extra territorium
ius dicenti impune non paretur, id eſt, ſibi non obtemperatur,
& nulla pœna ſequi poteſt, vt *l. extra territorium, de iuriſd. omn.
iud. & in c. 2. in fin. de conſtit. eod. lib. & C. de adult. auth. ſi vero.* circa
quod ſe expedit Ioan. Fab vno verbo dicens, quòd hodie non
poteſt fieri citatio etiam verbalis, quia de reali nõ eſt dubium,
in alio territorio, *per clem. 1. de iud. & c. paſtoralis. de re iud. ſup. alleg.*
quas non vidit Specul. qui de hoc tractat *in tit. de citatione.* licet
contrarium notari conſueuerit *C. de Epiſc. & cler. l. omnes. §. ſi ve-
ro apparitor.* Iſta eſt breuis opin. Ioan. Fab. quã ponit *inſt. de pœn.
te. lit. § fin. in fin.* & ſic iuxta iſtam opin. neceſſaria eſt requiſitio
& rogatio tranſitoria iudicis contractus ad iudicem domicilij.
Cyn. de Piſtorio *in d. l. omnes. §. executoribus. verſ. ſi vero apparitor,*
latius exorditur hanc quæſtionem, dicens ibidem eſſe caſum
huius dubij, quia licet realis citatio fieri non poſſit extra terri-
torium, *vt in §. ſi quis vero comprehenſorum, poſito C. de adult. auth. ſi
vero verbale,* tamen poteſt per illum text. ver. ordinariè, vel de-
creto præfecti vrbis † poteſt quis moneri & citari in prouincia, 132
vt *ibi* tex. clarus, nec aperit, vel dicit, quòd ſit neceſſaria illa re-
quiſitio: facit *l. 2. C. de off. præfect. vrb.* quam etiam allegat ad hoc
Bar. vt *infra* dicetur. Probat etiam alia ratione, quia præfectus
vrb. extra ſuum territorium exiſtens delegat cauſas infra ſuum
territorium terminandas, *ff. de offic. præfect. vrb. l. fin. & not. de offic.
præſ. l. 3. extra de offic. legat. c. nouit. & ibi not.* per Henric. Boic, poſt
alios, igitur à ſimili tenere debet citatio facta extra territorium
cuius effectus dirigitur intra, quia paria ſunt, aliquid fieri † in 133
loco permiſſo, vel in loco prohibito ſed effectum dirigi in per-
miſſum, *vt in iuribus alleg.* Ad oppoſ. *de l. extra territorium.* & ſimiles
reſpondendum, quòd loquitur in iuriſdictionis exercitio, iu-
dex enim extra ſuum territorium exercere iuriſdictionem nõ
poteſt, quæ ibi effectum habeant: ſed in actum iuriſdictionis,
cuius effectus refertur ad locum, in quo habet iuriſdictionem
vnde poteſt quis extra ſuum territorium exercere, *vt dict. verſ. ſi
vero. & alijs iurib. ſupra alleg. in propoſita q.* & hoc tenuiſſe Iaco. de
Are. Cyn. *vbi ſupra.* Bart. de Saxoferrato, idem videtur tenere *ff.
de requi. reis. l. 1. § præſides. ad dictã clem. paſtoralis,* quę multum ob-
ſtare videtur prædictę opin. reſpon. quia ibi Papa declarat nul-
lam ſententiam Imperatoris latam Piſis cõtra Regem Rober-
tum, quia per edicta citauerat eundem exiſtentem in terris Ec-
cleſiæ, & ſic in alieno territorio, quod facere non potuit, & ſic
non videtur procedere dicta opinio. Sed Cyn. *in quadam ſua di-
ſputatione, quæ incipit, Statuto ciuitatis Senarum,* de qua *ſupra* facta
eſt mentio *in 6. oppoſ. circa fin.* dicit, quòd illi non poteſt dari re-
ſponſum in pace, ſed tranſeat cum alijs erroribus Canoniſta-
rum,

rum,& ita tranſit illud. Idem ſępè dicit in alijs paſſibus multis,
C.de euiſc.aud.l.2.C.de ed:nd.l.edita.& de pact.ſi certis annis.de ind.c.
quotiens.de appel.l.eos.& in l.pactum.C de collat. in quibus & pluri-
bus alijs mordet eoſdem D. Canoniſtas ſimilibus verbis, ſed
Bal.in eiſdem locis eos ſuſtinet communiter, vt ibidem poteſt
videri: Bart.autem *in d § præſides.* dicit ad propoſitum noſtrum,
quòd ipſe eſt de terris eccleſiæ,& ideò ſuſtinet illud ca. & alibi
plenius dicit, quòd ſol. Cyn. eſt temeraria, quia cum dicta de-
cretalis facta fuerit in concilio generali, vbi erat magna copia
peritorum intelligentium, non eſt veriſimile, quòd fuerit erra-
tum,& ideò reſpódetur, quòd dicta decretalis loquitur in ha-
bentibus iuriſdictiones ſeparatas & diſtinctas ab eodem prin-
cipę non dependentes, ſeu quæ ab eodem non habent depen-
dentiam, vt ſunt Papa Imperium, ita quòd vna ab alia non de-
pendeat, & tunc vnus non poteſt citare in territorio alterius,
ſed debet alias requirere iudicem, in cuius territorio eſt, vt il-
lum citet:& in iſtis terminis loquitur clem. paſtoralis. hic autē
in quæſt. noſtra,& in caſu dicti verſiculi, ſi verò apparitor, lo-
quitur in habentibus iuriſdictiones dependentes ab eodem
Principe, videlicet Imperio vel alio: ſi enim ſint diuerſi præſi-
des prouinciarum ab vno Principe vel rege conſtituti, tunc v-
nus poteſt citare verbo in territorio alterius, quaſi hoc videa-
tur permiſſum ab illo Principe, qui eos conſtituit ad hoc, facit,
ff.de adminiſt.tutor.l.Titium & Mæuium.§.tutores.& de ſol.l.quæro,
vel aliter reſpondetur, vnus iudex poteſt citare in territorio al-
terius iudicis, cui non ſubeſt, *vt dicto verſ.ſi vero apparitor.cum ſi-*
milibus. ſed in territorio illius iudicis, à quo habet iuriſdictionē
propter eius reuerentiam citare non poteſt, *arg.ff.de dam.infect.*
l.4.§.ſi tam vicinum. Et ita tenet alia opin. quòd Imperium de-
pendet ab Eccleſia, iſta poteſt eſſe alia ſol. Sed idem Bart. *in ex-*
trauag.Federici, quæ incipit, Ad reprimendum multorum facinora.ſu-
per verbo, per edictum. vbi dicit illam decretalem eſſe factam in
concilio generali, licet hic non legatur in eius inſcriptione
aliquorum librorum. Sed ſiue ita fuerit, ſiue aliter tamen copia
fuit intelligentium clericorum in eius compilatione: & ideò i-
pſe aliter ſoluit,& tenet opin. Pauli de Eleaz. diſtinguendo in-
ter iudicem domicilij,& alium iudicem delicti vel contractus,
quia iudex alicuius originis vel domicilij, poteſt ſubditum ci-
tare extra territorium citatione verbali, videlicet per nuncium
epiſtolam, vel edictum:& ideò eſt, quia talis alium ſuperiorem
non habet immediatè, per quem citari poſſit,& ita loquitur §.
ſi verò apparitor.& alia iura ſupra allegat. Iudex autem delicti vel
contractus non ſic, quia talis non eſt iudex verè ſimpliciter, ſed
per accidens,& quo ad quid, videlicet, ratione contractus, vel
delicti: nec propterea eſt verè ſubditus,& ideò non citat extra
territorium,& ſi citat, talis citatio non arctat quo ad hoc, vt af-
ficiat perſonam, vel executionem mereatur in perſona vel bo-
nis, niſi ſolum in rebus, quas habet in territorio citantis, vt in
terminis iſtius not. §.& ita loquitur *clem.paſtoralis.* vt ſic breui-
134 ter dicatur. quòd † Papa poteſt quamlibet eccleſiaſticam per-
ſonam vbicunque exiſtentē citare, quia ipſe eſt vicarius Chri-
ſti, cuius eſt terra & plenitudo orbis, *vt in Pſal.& de iud. cap. 1.in*
clem. Item officiarius Imperatoris vel Regis, qui pręeſt vni pro-
uinciæ Imperij vel regni, poteſt per vniuerſum Imperium vel
regnum citare homines exiſtentes in alia prouincia eiuſdē Im-
perij vel regni, quia hoc fieri videtur ſuperioris auct. *vt d §.ſi ve-*
rò apparitor.& d.l.2.de offic.præfect.vrb.in dicta extrauag. quod Im-
perator, vel alius princeps ſecularis non poteſt quem citare in
terris Eccleſiæ, quia Eccleſia illas terras ſibi ſpecialiter, & libe-
rè reſeruauit, *vt in d.c.paſtoralis.* Item eadem ratione Rex, vel e-
ius officiarius non poteſt citare aliquem in terris Imperij, vel
alterius domini, debet ergò ſcribi ſuperiori illius loci, vbi per-
ſona citanda moratur, vt ei intimet & notificet, *vt d.l.1.§.præſi-*
des.ff.de requi.reis. ſecundùm Bart. *in extrauag.alias.* Bald. verò *in*
dict.§.ſi verò apparitor, latius extendit, & examinat materiam &
intellectum *dictæ clem paſtoralis.* non ſolum quo ad citationem,
in alieno territorio, ſed etiam quo ad locum non tutum, quod
proſequere, vt ibi not.& plenius *dictam clemen.* examinat idem
Bald. *C.de exe.rei iud.l.executorem.circa finem in verſic. modo facia-*
mus vnum volatum, vbi mirabiliter arguit contra deciſionem i-
bidem factam,& finaliter reſpondet ad omnia. Idem tangit *in*
l.liberti libertæq́.de oper.liber. Oldra. de intellectu illius decreta-
lis fecit vnam quęſtionem expreſſam, quæ eſt *in 85.incipit. Quæ-*
ritur, an citatio.& ſupra dixi *ſuper verbo, trahere,* in quibus locis &
remiſſio. poterit videri per legiſtas volētes latius ſpeculari eius
intellectum:& hoc ideò dico, quia quidam dixerūt, quòd Pa-
pa in multis *ibi* fuiſſe dicitur partialis. Sed quantum tangit no-
ſtrum propoſitum Bald. *ad dictam clem.* reſpondet ſecundùm o-
pin. quorundam, quòd citatio † verbalis per nuncium fieri po- 135
teſt extra territorium quo ad afficiendum ius cauſæ, ſed non
quo ad afficiendum ius perſonæ. Vnde non poterit ſic verbò
citatus perſonaliter condemnari nec excommunicari, niſi eſ-
ſet alias ſubditus ratione originis vel domicilij, quia tunc ſor-
titur forum, eò quia ſubditus: delinquentes autem aut contra-
hentes licet ſortiantur forum ratione contractus, & delicti,
men per hoc non efficiuntur veri ſubditi, *vt not. in capit. 1 de foro*
comp.in clem.ſupra alleg. & iſta ſol. ſatis concordat, & in idem re-
cidit cum ſupradicta opin. Pauli, quæ fuit Ioan. Andr. *hic in no-*
uella ſuper verbo, citari, vt infra videbitur. Ipſe verò Bald aliter ſol-
uit, quod dictum eſt, & quod in alieno territorio poteſt fieri
citatio, verum eſt, niſi Dominus territorij prohibeat, *iuxta not.*
ff.de vſufruct legat.l.heres.§.fin.& in l.ſequent. per Iacob. de Aren.
Sufficit ergò ad iuſtificandum illa in decretali quòd Papa pro-
hibeat Imperatori, ne citet in territorio eccleſiæ,& iſta eſt opi-
nio Bald. Sed licet iſta ſol. ſit bona quoad futuras citationes, ſi
quæ fierent illo modo, vt propter hanc probationem continē-
tem citationes futuras non valeant, non tamen propterea ſe-
quetur, quin iam factæ ante dictā decretalem & prohibiti va-
leant, niſi alia ratione impugnarentur, ſicut dicimus in ſimili,
nemo in alienum fundum intrare vel venari prohibetur, niſi à
Domino fundi, vel per ſignum prohibeatur, *vt Inſtitutio.de re-*
rum diuiſ.§ in alienum fundū.& in decretis.1 diſt.omnes leges. tamen 136
ante prohibitionē intrare poteſt, facit, quia † multa impediunt
contrahenda, quæ non impediunt iam contracta, *ff.de his qui*
ſunt ſui vel alieni iuris.l.patre furioſo, cum concor. non ergò videtur
iſta vltima ſol. Bal. procedere cum antecedentia ſua.

¶ Bartholomæus de Salicerio *in d.l.omnes,* tenet opinio. Cyn.
& Bart. poſitam *in d §.præſides.* in vno caſu, ſeu membro, videli-
cet quando iuriſdictiones ab eodem principe non habent de-
pendentiam: tunc enim non valet citatio, *vt d.ca.paſtoralis.* Sed
vbi ab eodem principe dependent, tunc etiam in præſidatu v-
nus non poteſt citare præſes alterius præſidatus, in loco à ſuo
præſidatu diſtincto, *vt d.l.fin.de iuriſdict.omn.iud. & d.l.omnes.in*
prin.& ad hoc accedat *l.Titium.§.tutores, de adminiſtr.tutor.& de*
ſolut l.quæro.ſupra allegat. verbi gratia, Seneſcallus Bellicadri.&
Nemauſ. non poteſt citare aliquem ſuum quoniſmodo ſubditum
nec alium in Seneſcallia Carcaſonæ vel Tholoſæ exiſtentem;
quia ſunt diuerſi præſidatus & diſtincti, licet ab eodem Princi-
pe videlicet Rege Franciæ dependeant. Sed ſi ille præſidatus
ſit diſtinctus per ciuitates & loca, quæ ſunt in eodem ſitu, ſicut
eſt quilibet præſidatus ſeu Seneſcallia prædicta, tunc præſes il-
le per totum præſidatum & eius ciuitates verbo citare poteſt,
& citatio tenet & arctat, & iſte eſt caſus *in d.verſ ſi vero apparitor,*
ſecundùm eum, quod ſic probat, quia *dictus verſiculus: ſi vero.* di-
ſponit de citatione fienda, ſed de ſportulis ſoluendis ſecūdùm
varietates, de quibus *in ead l.omnes.* dicitur in tex. Vnde tex. ille
dum dicit, iuxta prouinciam, non debet intelligi de extranea
vel aliena, ſed de illi Præfecto commiſſa. *Et in verſic. hac,* qui ſe-
quitur *ibidem.* loquitur quando clerici prouinciales reperiun-
tur in ciuitate Conſtantina, & hæc omnia probantur per rela-
tionem, & continuationem ad ſupradicta *in e.l.* & hanc par-
tem firmat gloſſ. *in eodem titulo, l.iubemus.§.omnes. in gloſſ.fi.&.l.de*
epiſcop.& clericis. Nec obſtat, *l final.de offic præfect.vrb.* quam alle-
gat Cyn. poſt Iacob. de Are. quia actus delegationis ibi in to-
tum differtur,& ſuſpenditur ratione ſui effectus in locum per-
miſſum, nec aliquem afficit, donec ſit executio in locum per-
miſſum: non ſic in actu citationis, quia illa ſtatim abſque dila-
tione citatum afficit & affligit, *C.de fer.l.dies feſtos.* Item delega-
tio in loco, in quem confertur, fieri poſſet, ſi *ibi* delegatus exi-
ſteret; ſed non ſic in citatione, quia committitur in loco & per-
ſona, non ſuppoſitis iuriſdictioni, quia iudex committens *ibi*
facere non poſſet.

Ex qua opinione breuiter & clarè patet, quòd iudex extra
territorium ſuum non poteſt etiam verbo, vel per edictum ci-
tare: patet etiam ſol. ad contrarium,& ratio diuerſitatis *ibi,* &
iſta eſt opinio multum not.& colorata, quam credo, & teneo
veram, vt *infra* dicetur.

† Sed adhuc reſtat dubitatio circa quæſtionem propoſitam 137
quid de pluribus magiſtratibus cōſtitutis in eadem prouincia,
ſeu præſidatu, ſeu ſeneſcalia: quòd idem eſt, vt not. *C.de lon.tēp.*
præſcript.

*preſcript.l.fin.*per Ioan.Fab.& alios,*& Inſt.de vſuc.ap.in princip.per eundē*,qui omnes magiſtratus ſubſunt vni præſidi, vt videmus in hac patria prouinciæ,& in ſeneſcallia Tholoſæ,Carcaſonę, Belicadri,& alijs balliuis & in terris,nunquid poteſt vnus magiſtratus committere citationem in territorio alterius? & tenendo opinionem Bart,*in l.1.§.præſides.de rei vendic.de qua ſupra*, patet quòd ſic, quia tam ille qui teſtificari iubet, quàm ille in cuius territorio fieri iubetur citatio, non tam iure ſuo, quàm præſidis ibidem iuriſdictionem exercet, vt dictum eſt, & facit, *ff.de tutoribus.& curator.da.ab his.l.ius dandi.cum ibi notat.* Vnde iuriſdictiones non ſunt radicaliter diuerſæ, cùm vnuſquiſque vicem præſidis,vbi ius reddere debeat, cognoſcat. In contrarium facit argu. de reſpectiuo ad reſpectiuum,quod ſic debet operari,ſicut arg.de ſimpliciter ad ſimpliciter, *l.quid ſit.ff.de vſur.& de rei vendic l.qua de cota.* ſed vnus præſes non poteſt in iuriſdictione alterius,vt dictum eſt. Igitur nec vnus magiſtratus in iuriſdictione alterius, quia ſicut oppoſitum in oppoſito, & propoſitum in propoſito,*de leg.3.l.fin.*& iſta eſt verior & melior opin.ex quo officia,& iuriſdictiones ſunt ſeparatæ: & ita patet ſecundùm opinionem,ex quo officia & iuriſdictiones ipſorũ magiſtratuum ſunt diſtinctæ & ſeparatæ: ita patet ſecundùm opinionem Sal.in qua fuerunt multi canoniſtæ, vt *infra* patebit.Sol.ad quæſtionem propoſitam,quòd nuncius iudicis huius ciuitatis citare non poterit Titium, & etiam verbo nedum in Marſilia,de qua nullum eſt dubium, quia eſt iuriſdictio diſtincta,& ciuitas per ſe,& à prouincia ſeparata. Sed nec etiam in alia ciuitate,vel iuriſdictione prouinciæ,alia à iuriſdictione vel vicaria præſentis ciuitatis:debet ergò iudex domicilij, vel originis per literas iudicis contractus requiri & rogari, quòd eum citet tenendo iſtam opinionem nedum per modum conſilij tanquam tutiorem, ſed etiam quia eſt de iure neceſſe per prædicta,& ſic prima opinio Ioan.Fabr.*ſupra poſita*, & Sal.ſatis in idem concordant,& prædictæ ſunt opiniones Dominorum legum, quas congregaui hic de diuerſis locis hinc inde non ſine labore quæſiui.Contra tamen hanc opinionem vltimã Sal. multum vigere videtur tex.*noſtri §.ibi, eorum auctoritate citati.* per quem probare videtur,quòd iudex contractus poteſt citare extra ſuum territorium, dicit enim eorum auctoritate citari,ergò non alterius ſui iud.ſed ipſius auctoritate citantur:non enim dicit ad ipſorum requiſitionẽ citati, quia ſi Papa voluiſſet intelligere, quòd requireretur alterius iudicis requiſitio, hoc de facili exprimere potuiſſet:nulla enim in hoc fuiſſet difficultas,nec multam membranam occupaſſet,*C.de cad.toll.l.vnica.§.ſin autem ad deficienciã.& de decur.l.oratione.lib.10.de priuil. ſi Papa.infra eod.lib.de temp.ord.cap.fin.gloſſ.penul.& de elect.ſi forte, eod.lib.*& not.Ioan.And.*in cap.cùm inter.de re iud.& de appel.ſuper eod.*& facit quod *ſupra* dixi in text.*ſuper illis verbis,eorum auctoritate text.*& ideò per iſtum text.multi ex Dominis canonum tenent contrarium: qua de re circa hanc quæſtionem ſunt videndæ eorum opiniones per extenſum,primò Guil.in Spec. mouet iſtam quæſtionem *in tit.de compet.iud.adi.§.1.verſ.ſed quomodo iudex Biterren.citabit Nerbonen.ciuem.*& ibi recitat opin.quidã dixerunt,vt Vber.de Bobio,quòd debet mittere litteras iudicis Nerbonen.vbi reus degit,vt faciat eum coram ſe venire, alias procedet ſecundùm tenorem *huius* §. *Alij*,vt Goffre. *in ſumma iſtius tituli*,tenet, quòd poteſt illum citare extra ſuam iuriſdictionem,ex quo interloquitur de eum citando in loco, vbi habet iuriſdictionem,finaliter Spec.remittit ad ea, quæ notat. *eodem titulo,capit.final* per Innocent. remittit etiam idem Guill. ad ſeipſum *tit.de citatione,& in titulo,de accuſat §.1.verſic.ſed nunquid.& §.final.verſic.vt autem.*per hoc ergò videtur, quòd iudex ſibi ſubditum extra ſuum territorium exiſtentem citare non

138 poteſt.† Nam citatio eſt ſententia,*vt l.omnes,de epiſcop.& cleric. ſæpè alleg.& de his qui ad eccleſ.confugiunt.l.fin.& de procur.l. vltim.* Sed ſententia extra territorium ſuum non ligat, *vt dicto capit.2. de conſtituc.& dicta l.fin.de iuriſdict.omnium iudicum,l.fin.alleg.* ergò nec citatio. Item ſicut iudex prohibetur totum iudicium extra territorium ſuum exercere, ſaluo caſu de foro competẽ-

139 ti.*cap.vnico.*ſic & eius partem, quia † à quo remouetur totum, & quælibet eius pars.*ff.de ſponſal.l.oratio.ff.de rei vend.l. qua de tota.C.de rebus alien.l.vlt.14.quæſt.5.cap.pænale.32.quæſt. 4.capit.meretrices.*Sed citatio eſt pars iudicij,*vt ſupra de probat.capitulo quoniam.* ergò eam committere non poteſt vltra ſuos fines, ſicut nec vltra ſuum tempus poteſt citare,vel iubere,*ff.de iud.l.edictũ ff.de pœn.l.vlt.ff.de poſtul.l.puto.ff.de iuriſd.om.iud.l.cum qui. §.fin.*

Temporis † enim & loci idem eſt iudicium,*ff. ſi certum petatur.l.viuere.ff.de verborum obligatio l.quotiens. & de offic deleg at. de cauſis.& de pluspetitio.cap. vnico.* & hoc præcisè verum eſt. ſi loquamur de citatione per iudicem,*de qua C.de iud. l.ſancimus. C. quomodo & quando iud.l.2.*vel de tali, quæ fit realiter, videlicet, per captionem,*de pœn.cap.1.23.quæſt.4.diſplicet.de ſentent. excommunic.ſi clericos.lib.6.& ff.ſi quis in ius voc.l.priuſquam.& l.ſequent.* & patet hæc in iſto §.Idem videtur,ſi loquamur de verbali ſienda per præconem,*C.de ſeru.l.vltim.in authent.qua in prouincia.C. vbi de crim agi oportet.*Vel per litteras.*Cod.quomodo & quando iudex.l.conſentaneum.de in integrum reſtitut.cum ex litteris.& de dolo, & contumac.cap.cùm dilecti.* Vel per nuncium, *de appellatio cùm paraci.ff.de arbitr.l.ſed ſi interpellatur.in princip. & C.de præſcriptio. triginta annorum,l.ſicut.* Vel per publicum edictum, de quo de iudic. dudum.*C.vbi in rem act.l.3. Cod quomodo & quando iudex. authent.qui ſemel.ſupra de cleric.non reſiden.ex tua.* quia per iſta iudex citat,& ſuam vocem exprimit,ſicut per organum,*de dolo & contumacia.capit.final.ff.de conſtitut. pecu. l. qui autem,in fin.& ff.de acquirend.poſſeſſ.l.in eo.§.1.& de regulis iuris,qui facit, cum concordan.lib.6.*Si contra per ſe non poſſet, vt dixi,quia † extra ſuum 141

140 (margin, beside first line of right column)

territorium incipit eſſe perſona priuata,*vt de offic.legat.nouit.& ff.de offic.præt.l.3.* & id quod eum repræſentat, cenſebitur loco priuati,& perdet omnem auctoritatem extra ſuum territoriũ: & idem in edicto,quod æquiparatur epiſtolæ,*ff.de offic.proconſ. l.4.§.antequam.C.commi.vel epiſcop.l.1.* Sed contra , quòd citatio fieri poſſit extra territorium per nuncium, vel per litteras, *vt in hoc §.& C. de Epiſcop.& cleric.l. omnes.§ ſi non apparitor. ſæpè allegat.& inducto.*Facit,*de foro competent. propoſuiſti.* Præterea licet citatio ratione primi extremi,quod eſt commiſſio ſeu præceptum de citando,ſit actus iudicialis, tamen ipſa citatio non eſt actus iudicialis , quia non fit per iudicem , nec in iudicio. Sufficit ergò,quòd primum fiat in territorio, licet non ſecundùm , maximè, cùm effectus trahatur ad locum conceſſum, quia locus commiſſionis non eſt impedimento,ſi actus gerendus eſt in loco permiſſo; & ideò iudex extra territorium cauſſam poteſt delegare cognoſcendam infra territorium,*ff.de offic.præfect.vrb.l.final.ſupra allegat.*& not.*in prædicto capit.nouit.* ſicut etiam paria ſunt,aliquid fieri tempore conceſſo vel prohibito,ſi ad tempus conceſſum referatur, *ff. de donatio. inter virum & vxorem.l ſi enim.§.final.& l.ſequent. & de hæred.inſtit. l.in tempus.*ergò non nocet citationes fieri in loco prohibito, ſi eius effectus refertur ad locum conceſſum,immò non videtur eſſe actus iudicialis citatio,quia fit ab arbitro,*vt dicta l ſed ſi interpellatur.ff.de arbitr.ff.de re iudic.l.aut prætor.ff de verborum ſign.l.notionẽ.*ergò prohibitionis ratio ceſſat , quare ceſſare debet prohi-

bitio.† Quod autem fieri poſſit per præconem, & per edictũ, 142

probatur per inſtantiam citationis realis, quæ fieri prohibetur de domo habitationis. Sed ſi quis habitans videri poteſt , de publico fieri poteſt,quia ſumit vires in loco permiſſo, ſicut videtur in edicto,& in præcone,qui non intrant locum alienum *ff.de in ius voc.l.ſatis.2.& prædicta l præſenti,aliàs omnes § ſi vero.* & hoc tenet Goffred.*in ſumma.de ſolut.cum §. item ratione contractus.vt ſupra* tactum eſt. Alij dicunt citationem fieri in loco habitationis,quæ eſt loco edicti,vt not.*in Authent. de litig. §. omnem.& ff. de iudic.l. & poſt edictum.* quod dictum deficit,ſi non habet domum in loco vbi proceditur: ideò alij tenent , quòd fit loco edicti,& tunc nuncius citabit eum ad domum , quam ſi non habet publicatur citatio voce præconis in modum publicationis,non citationis,*vt dicto § omnem & ff de damno infecto. l.3.*& ſic ſeruauit Imperator Henricus,*in Clement.paſtoralis* & ſic ſecundùm iſtos non ſufficeret ſola vox præconis , nec miſſio nuncij,& epiſtolæ facta extra territorium , cùm exerceri non poſſint in territorio alieno. Alij dicunt per edicta , & epiſtolam citationem poſſe fieri extra territorium per iudicem,aliàs non,vel per epiſtolam , vt dixi, quia citatio eſt duplex, alia fit verbo,alia re,*vt not.ff.de in ius vocan.l.ſed ſi is.in Authent. de exhib. reis.§.ſi verò,collat.6.* & *ſupra* dictum eſt. Ad dictam clementin. reſpondent,quòd hæc ideò non eſt vera,& quod dicit nouiſſimum , ſubaudiri debet apud quoſdam , quorum falſa eſt opinio. Hæc ſolutio ſatis eſt temeraria ſecundùm Paulum. Sed Guill.dicit,quòd citatio habet duo extrema , primum continet ſententiam,interlocutoriam,ſcilicet , index interloquitur talem citãdum,& hoc habet fieri in territorio iudicis, qui eam profert,ſicut alij actus iudiciales, vt *C.de epiſcop. & cleric.l. omnes,ſæpiſſimè allegat. §.verum.& præterea.* ſecundum eſt ipſa de-

nunciatio ſeu executio, ſcilicet, quando Iudex per apparitorem ſuum ipſam citationem mittit, vel denunciat illi, qui debet citari. Et hanc poteſt per alium, & etiam extra territorium facere, ſicut apparet in citationibus iuris, quas pars, quæ non habet territorium, facit aduci ſus partem, vt *ſupra de electio. cùm nobis olim. & cap. ſtatuimus. & cap. cupientes, lib. 6. & in Clemen. cauſam electionu. eod. tit.* & idem poteſt arbiter, qui non habet territorium, *vt l. ſed ſi l. interpellatur. ſupra alleg.* Tutius tamen erit, ſi fiat per iudicem ſub quo degit, vt *infra* patet, vel dic, quòd citationem, quæ fit ſolum verbis, poteſt extra territorium facere, ſicut fit in contractibus. Sed illa, quæ fit re & verbis, quæ fit in delictis, ſicut eſt remiſſio, non poteſt fieri extra, immò habet fieri per iudicem ordinarium, ſub quo degit, *vt in prædicto §. verum. & infra etiam probat* Guill. Sed poteſt aliter dici, quòd ſi loquamur de iudice domicilij, ipſe verbaliter citare poteſt extra ſuum territorium per edicta, præconem, litteras, & nuncium, vt prędictis iuribus: Intimatio enim cùm non ſit iudicialis, fieri poteſt in alieno territorio, ratio eadem eſt, quia ille per alium citari non poteſt. Cùm enim citatio reſpectu principij, procedat à ſuperioritate, talis citatus alibi delinquens vel contrahens, alibi non habet ſuperiorem iudicem domicilij, quia ſola ſiſtentia vel tranſitus non facit eum ſubiectum, *de for. compet. ſi clericus.* & quod *ibi* not. Hoſtienſ. *ff. de iudicijs, l. hæres abſens. §. nunquid. & de tempor. ord. cap. cùm nullus lib. 6.* ergò ab ipſo ordinario citari poteſt, ſeu ipſa intimatio, & præceptum intimari ei poſſunt per nuncium & epiſtolam. Non obſtat, quod dixi de toto ad partem, quia illud verum ſecundùm quid, vt *not ff. de legatis ſecundo. l. ſi qui.* Si verò loquamur de ſubſtitutione delicti, vel contractus tantum, & ſic per accidens, tunc talis iudicis edictum vel citatio non arctat perſonam extra territorium: & ſic intelligitur *hic* Sed fieri debuit citatio per ordinarium ſuum, vt dicebat Gulielmus. & ſic intelligitur hic, & idē dicerem, etiam ſi talis tranſiret ad tertium territorium. Vel poteſt intelligi iſte §. etiam de citatione emiſſa à iudice contractus, quæ in territorio alio fieri poteſt, quoad executionē fiendam in rebus ſitis intra territorium, non quoad perſonam, *in Clemen. autem paſtoralis.* fiebat citatio quoad perſonam, & ideò non arctat extra territorium. Et loquitur iſte §. ſi contrahens *ibi.* domicilium habeat, pergulam, vel armarium, ſecus in ſimpliciter contrahente, vt *ſupra* not. Ad prædicta optimè facit *dicta clement. paſtoralis,* & ſic poteſt intelligi quod not. Innocent. *de foro competent.* licet Paulus. Hoc vltimum dictum approbat Ioannes Andr. *hic,* quem latè vide *in nouella*, *in gloſſ. ſuper verbo, citari ad fin.* poſt Ioannem Monachum. Hæc ſunt verba Guill. de Monte Laud. & Paul. *in dicta Clement. paſtoralis.* & quia ipſi allegant Ioannem Andr. Ideò omiſſis alijs recitationibus per ipſum Ioan. factis, ſubiungo eius opinionem, & ipſe ſatis putat per iſtam litteram, quòd Iudex contractus citare poſſit extra territorium etiam intimando vel requirendo iudicem territorij illius, vt citet, quod probat, quando dicit, eorum auctoritate citantur, non enim dicit ad ipſorum requiſitionem citari, ſicut in caſu hic notato in gloſſ. *bene poteſt. & in ver. ſed tunc.* & talis citatio conſtituit eum, non venientem contumacem, vel contemnentem, vt ſequitur, & *ſupra* dixi, ſed non ſimpliciter, ſed quoad quid. vt *hic,* quæ vera ſunt de citatione, quæ fit verbo tantum, non re, de quibus *ſupr. verbo. trahere.* Et quibuſdam videtur hoc expreſſum, *C. de epiſc. & cler. l. omnes, ſæpè alleg. § ſi verò apparitor.* vbi Iacob. de Aret. & Cyn. idem tenent etiam in iudice deleg. *vt ſup. recitaui.* Et reſpondent *ad l. fin. ff. de iuriſdi. omn. iud. vt infra dicam.*

¶ Vnde ſciendum eſt ſecundùm Ioannem And. quòd in iudice contractus hoc dictum placet Ioan. Monach. per hanc literam, & per literam quæ præcedit, ſub quo degit, ad quod facit *ibi* etiam, alibi copiam ſui etiam, dicit tamen tutius, quod fiat per iudicem ſub quo degit: ad quod facit *infra de priuile. nolentes. verſ. neque.* vbi patet, contrahenti iniungitur, vt vadat ad locum contractus, *ibi* delinquens verò remittitur, & ſic non obſt. quod apponitur, quòd per id fieret in contractibus remiſſio, ſcilicet, iudici, ſub quo degit, aliàs remitteretur, facit, *C. de pignor l. 3.* vnde per decreta. illam patet, quòd non exemptus ad iudicem domicilij non remittitur, etiam verbo non poteſt ſibi Iudex præcipere, quòd reſpondeat ad locum contractus, & vide quod *ibi* not. Ioann. And. *in gloſſ.* quaſi dicat, ad contraria reſpondetur, quòd prima duo iura loquuntur in ius dicente extra territorium, citare autem autem non eſt iudicare, vel ius dicere, ſed potius requirere, vnde not. Ioann. Monach. *hic* quòd citatio habet duo extrema, vt *ſupra* etiam eſt dictum per Paulum & Guil. *Ad decretal. paſtor.* reſpondetur, quòd Imperator *ibi* non erat Iudex ex loco delicti, & ſic non obſtat, vel dic, quòd Iudex contractus, vel rei litigioſæ citat extra ſuum territorium, quæ citatio non afficit, nec ex illa poſſet perſona puniri, ſed ſolum afficit rem, & ad illam refertur citationis effectus, vt fiat miſſio, quæ fit etiam contra non contumacem abſentem reipublicæ cauſſa; vel pupillum, vt dixi *ſupra.* & tamen contumax excommunicari non poteſt, *de ſententia excommunication. ſacro.* quia fertur excommunicatio ratione delicti principaliter, & afficit perſonam, quam reſpicit citationis effectus, & ideò per iudicem delinquentis fieri debet, quem ad id requirit Iudex delicti, vt *hic,* vnde dicit *hic* Ioan. Monach. quòd licet contractus perficeretur ad delictum, quoad ſortiendum forum, non tamen quoad quem inuitum ad iudicium trahendum. Et ad id quod dicitur.

¶ Certiò † reſpondetur, quòd ſæpè licet in parte quod non 143
licet in toto, quod patet per id, quod habes, *ſup. eod. c. ſi.* Is enim qui aliàs iuriſdictionem non habet, citationem cōmittere poteſt, & vide quod not. *ff. de reg. iur. l. ſi quid.* facit etiam quod dicitur *in decre. quamuis ſpeciale.* quòd *ibi* citatur quis ad locum non ſubiectum citanti. Sed de hoc non loquimur *hic.* Ad vltimum reſpōſum eſt per ea, quæ dicta ſunt in reſponſione ad primum. Ioan And. *hic in nouella.*

† Quid dicendum? Breuiter † ſi inter tot & tantorum cano- 144
num legum patres atten. iuribus & rationibus per eos alle. loqui & eligere dubitent, non eſt mirum, quia & in dubijs ſecurior via tenenda eſt, & tenendum eſt certum, & dimittendum incertum, *de pœn. diſtin. 2 cap. 2. de ſponſ. iuuenis.* & *ibi* concordant multi *in gloſſ. B. & de renunc. niſi cùm pridem. §. ne putes. & ibi not. ff. de exerci l. 1. §. in re igitur dubia. & de cond. Inſt quia ideo.* ego inclino ad opin. D. Sal. *ſupra* poſitam, videlicet, quòd extra territorium vel prouinciam, ſeu præſidatum alicui commiſſum non poteſt quis etiam verbo ſubditum, vel alium citare, per iura communia & fundamenta *ſupra* pro iſta parte alleg. Nec obſt. *dicta l. omnes. § ſi vero apparitor.* quia dum text. *ibi* dicit in prouincia, intellige illi præfecto commiſſa, non de extranea, *vt ſupra dixi, & not. eodem tit. l. iubemus, in gloſſ. fin.* Item non obſtat prædictæ opin. iſte §. dum dicit, eorum authoritate citari, *& ea. de quo ſupra,* formata eſt fortis opin. quia intelligendum eſt, ſi ſint, vel reperiantur in territorio iudicum citātium, tunc enim eius authoritate citari debent, alias non. Ita intelligit expreſſe hunc text. Ioan. Monach. *in gloſella interlineari poſita ſuper verbo, citati,* quicquid ipſe dixerit, *in gloſ. ſua magna,* in qua non firmauit, ſed dicit, quod tutius eſt &c. *ſupra dixi.* & hæc opin. & intellectus, quem tenet in dicta gloſella. eſt vltima, quæ tanquam verior eſt tenenda, *argum. l. non eſt nouum ff de legi. & concor.* rectè cum opin. Sal. & Salycetus cum eo, licet eum non alleg & iſtam opinionem teneo, quam multi ex Dominis legum & canonum tenent aliqui de iure, alij per modum conſilij, vt patet ex præmiſſis. Et ideò tanquam tutiori & etiam de iure procedenti eis adhæreo per iura & rationes allegatas, & ita etiam ſeruatur in practica & iudicijs, in qua opin. eſt Ioan. fa. etiam, qui fuit magnus practicus & aduocatus in parlamento pariſiē. cuius opin. fuit primò in præſenti quæſtione recitata.

¶ Quæro tertiò † principaliter, hic habetur, quòd in contra- 145
ctibus nunquam fit remiſſio re & verbo, tamen iudex domicilij requiſitus per iudicem contractus debet intimare & dictum ſuum exequi. Sed quæro, quid ſi officialis vel Iudex domicilij, ad literas officialis vel iudicis contract⁹ hoc facere nolit, prout re vera aliàs vidi, quòd officiarij Auinio. requiſiti tempore parlamenti regij in præſenti ciuitate tunc de anno Dom. 1416. reſidente facere noluerunt citationem vel inſtrumenta communia, de qua fuerunt requiſiti, qualiter & quomodo tunc fiet, & procedetur cōtra officiarios facere recuſantes: Iſta quæſtio eſt quotidiana & dubia valde, & vt dixi vidi eam in facto, & procedi vſq; ad grauem contriſtationem, & Marchiæ criminationem contra Auin. Ioan. Mon. *hic in fin. magnæ gloſſ.* mouet iſtam quæſtionem, qui recitat opin. quia quidam dixerunt, quòd iudex contractus poteſt alium compellere. *arg. d. l. à diuo Pio. §. 1. de re iud.* ſi hoc iuſſi fuerint, iuſſus enim † quandam ſuperioritatē 146
importat, *arg. Inſt. de Act. tu. §. ſed hoc iure. & ff. de acquir. hær ſi quis mihi bona. §. iuſſum. & per totum. tit. ff. quod iuſſu.* facit *§. ſi vero comprehenſorum. ſupr. alleg vbi eſt verbum, iubemus.* Sed ille loquitur in crimina-

criminali. Alibi dixerunt quòd nulla poteſt fieri compulſio, nã
licet iudices inuicem habeant ſe iuuare, *vt C. de offic. prætor. l. 2. §.*
poſtquam, & ſupra de treu. & pac. c. a1. vt ſupra dictum eſt ſuper verbo,
ad denunciationem. & in 5. notab. vbi tactum eſt de iſta q. non tamen
poteſt vnus alium cogere, quia par in parem non habet Impe-
rium, *ſupra de elect. innotuit. & ad Trebell. l. ille à quo. §. tempeſtiuum.*
& de arbi. l. nam magiſtratus. Sed hoc caſu fiet compulſio per ſu-
periorem, *infra de iure patron. nullus. & infra hoc lib. de except. c. fina.*
in fin. & in ſimili ſupra eod. neque. Non obſtat, *l. à diuo Pio.* quia de-
147 bet intelligi iuſſum fieri, ſcilicet, à ſuperiore, verum eſt, quòd †
iudex, qui requiſitus non vult facere iuſtitiam, facit litem ſuã,
C. de pact. ſi quis in conſcribendo. in fin. & ff. de iud. ſi filiusfamil. & not.
de hoc 23. q. 2. Dominus noſter. & inf. hoc lib. de ſenten. & re iud. cùm æ-
terni tribunal. ita dicit Ioann. Monach. *hic.* Arch. autem *hic ſuper*
verbo, faciet. dicit, quod iudex requiſitus facere debet. quid au-
tem ſi non vult facere reſponſionem: quod peccat, & poteſt
compelli à Papa vel eius ſuperiore, iuxta ea quæ leguntur, &
not. 65. *diſtinct. ſi forte.* compellet ergo Metropolitanus ſuum
ſuffraganeum, vt exequatur ipſam miſſionem faciendam, ne
ſuum decretum ludibrio ſit. Et facit quod not. Archid. *in prin-*
cip. huius capit. ſimul in gloſſ. ſua, quæ incipit, hic videtur. idem tenet
Ioan. Andr. *hic in nouella, ſuper verbo, faciet.* quia etiam requirens,
ſicut ſuperior requiſiti eccleſiaſtici, vel ſeculares illum cogent:
ad quod facit. *ff. de offic. ord. cap. 1. in fin* per Innoc. & Ioan. Andr.
poſt eum, ſi verò requiſitus eſt par vel inferior requirens illum
non coget, *vt in iuribus ſupra alleg. & de elect. innotuit. de maior. &*
obed. cum inferior.

¶ Secularis autem nullo caſu coget eccleſiaſticum, *inf. de ex-*
cep. cùm quidã. ſecundùm Ioan. And. *hic.* hanc opin. tenet Henr.
in alleg. c. 1. de rap. licet in cauſa criminali loquatur recitans opin.
Ioan. Fab. & Cyn. *in auth. qua in prouincia*, & aliorum, qui dice-
bant, quod *verſ. iubemus, ibidem & in corpore vnde ſumitur poſitum*
per quod cuilibet datur poteſtas, & imperium hic iubendi. Sed
partem non tenet, prout nec communiter tenetur. Sed dicit i-
dem Henr. quòd licet iudex requiſitus in non citando, vel re-
mittendo malefaciat, is tamen qui requirit, ſi non eſt alias eius
iudex, & ſuperior, illum cogere, vel punire non poterit, ſed a-
get coram ſuperiore illius, ad quod alleg. iſtum tex. dum dicit,
ad denunciationem, non dicit ad mandatum, vel præceptum,
vide quod dixi *ſupra ſuper verbo, denunciationem,* ad hoc facit, *de*
offic. ord. paſtoralis. in princ & quod not. de offic. deleg. prudẽtiam. §. ad-
ijcimus, in vlt. gloſſ. Nec obſtat *verbum, iubemus.* quia licet Impera-
tor ibi iubeat, nõ tamen dat per hoc iudici requirenti poteſta-
tem iubendi vel puniendi: ergo non conceſſum non attentet,
25. q. 2. amputanda. & hoc tenet Ioan. Andr. *in d. clem. paſtoralis, in*
gl. Sed nunquid de iure, quæ eſt poſita ſuper verbo, de more. iſta eſt opin.
Dominorum canoniſtarum, ſecundùm quã concluſio eſt cla-
ra, quòd non poteſt iudex requiſitus niſi per ſuum ſuperiorem
compelli. D. Bar. *in alleg. extrauag. ad reprimendam, ſuper verbo, per*
edictum. vltra medium mouet iſtam quæſtionem, quod ſi ille iu-
dex reſcribat, quod non vult ei renunciare: & recitat opi. Qui-
dam dixerunt, quod non imputetur ei, quia per eum factum
non eſt, *ff. quod vi aut clam. l. 1. §. fin.* Sed ſi hæc opinio eſſet vana,
iudex non poſſet proceſſum expedire, cùm lis non poſſit ali-
quo modo haberi pro conteſtata, vt *ſup.* dictum eſt *in vlt. oppoſi.*
& ideò non poterit ad vlteriora procedi.

¶ Alij dicebant, quòd habebitur tanquam legitimè citatus:
licet enim ipſe reus non impediuerit de ſe citationem fieri, im-
pediuit tamen defenſor eius, ſcilicet ſuus ſuperior, quod ſuffi-
cit, *vt ſup. de elect. cauſam. in clem. ibi, verum ſi per appellantem vel ſuo-*
rum nuncium, quam alleg. Bar. Ego allego alia iura, *C. de naucu-*
la. l. fin. lib. 11. & quod *ibi* not. per Bar. qui dicit, quod propter de-
lictum vel negligentiam iudicis puniuntur omnes ciues, idem
tenet Ioan. And. *in reg. non debet, de reg. iuris. in nouella,* imputatur
enim illis, qui talem elegerunt vel acceptant ad inſtar procur.
de quo dic ibi latius. Alia eſt opin. prædictæ q. aliorum dicen-
tium, quòd ſi iudex requiſitus nolit citationem vel denuncia-
tionem facere, & non ſit in territorio citandus, poterit ipſe iu-
dex requirens citare per edictum, ſecus ſi eſſet in territorio ci-
tantis.

¶ Et iſta opin. plus placet Bar. vt igitur ex omnibus præcedẽ-
tibus concludatur, eſt dicẽdum, quòd ſi iudex requiſitus nolit
exequi literas requirentes quòd non poteſt compelli aliàs quã
per ſuum ſuperiorem: & in hac concluſione concordant tam
Domini canonum, quàm legum, vt patet ex præmiſſis.

¶ Sed hic dubitatur, quid fiet, & qualiter prouidebitur a-
ctori, quia ſecundùm hoc multum cõtemnetur iuriſdictio re-
quirentis, non prouidetur contra ſic iuſtitiam denegantem:
quod videtur abſurdum: & ideò quidam de temporaneis no-
ſtris aliàs ſe expediendo in breui dixerunt, quòd locus erat viæ
repræſaliæ pignorationis ſeu marchæ, & procedendum eſt per
viam extraord. & de facto: quorum opin. licet aliàs mihi vide-
tur in certo caſu, de quo agebatur, æqua & iuridica, nunc tamẽ
pleniori vſus cõſilio. & deliberatione dico, quod in caſu iſtius
§. nullum datur aliud remedium, niſi miſſio in poſſeſſionem,
de qua *hic*: & tamen concedo, quòd ſi iudex requiſitus nolet
exequi literas requirentes, aut citatus per edictum non com-
pareret, poſſet fieri miſſio in poſſeſſionem bonorum, quæ ſunt
in territorio requirentis, aliàs autem ſi nulla eſſent, ſiue ciuili-
ter agatur, vt in iſto §. ſiue criminaliter in caſu *clemen. paſtoralis.*
& authen. qua in prouincia. Si non fiet executio literarum requi-
ſitoriarum, nunquam tamen eſt locus repræſalijs conceſſis, vt
patet ex prædictis, in qua opinio. omnes concor. Et poteſt hoc
fundari etiam alia ratione; quia pro regula ſeu maxima datur
illa materia, quòd ad hoc quod concedi debeãt repræſaliæ, re-
quiritur, quod propter defectum iudicis requiſiti & executio-
nis literarum totale ius partis, vel quaſi tollatur, nec vnquam
conceditur pro modica læſione vel præiudicio, quia remediũ
eſt extraordinarium, ſubſidiarium, odioſum, & contra ius cõ-
mune, & ideò pro modico non datur, *vt ff. de dolo. l. non debet. &*
de in integ. reſt. l. ſcio cum concor. Item quia ad talia remedia non
recurritur alijs exiſtentibus. *ff. de min. l. in cauſa. cum concor.* & ita
dicit Bart. *in materia ſeu tractatu repræſaliarum. 2 q. princ. & plurib.*
alijs locis in tractatu ſuo. & idem Ioan. de Lign. *poſt eum* Cùm igi-
tur in materia noſtra ſubeſt actori promptum remedium, vi-
delicet, quòd in caſu in quo contrahens in loco contractus nõ
poſſidet bona, poteſt adire iudicem ordinarium contrahentis
& coram illo vel alio competenti illum conuenire, & iuſtitiam
poſtulare: quo caſu ſi de intentione ſua doceat, ille tenebitur
ſibi ad expenſas & damna, *iuxta cap. fin. de dol. & contum. & Inſti.*
de pœn. te. litigan. in princip. nec d. bet propterea de laboribus, &
expenſis conqueri iſte actor, quia eſt, quod ſibi debet imputa-
ri, qui cum tali contraxit, debebat enim ſibi prouidere, *iuxta l.*
qui cum alio. ff. de reg. iur. Si verò criminaliter quis velit alium ac-
cuſare, poteſt adire iudicem ei competentem, & de eo iuſtitiã
poſtulare per iam dicta, nec procedi poteſt per iudicem requi-
rentis via repræſalia: quia non reperitur iure cautum his caſi-
bus vel ſimilibus, & ideò hoc attentare non debet nec vſurpa-
re, *dict. capit. amputato. 25. quaſi. 2. cum ſimilibus.* Quid ergo faciet
iudex requirens? reddere poteſt vicem pro vice iudici requi-
ſito in caſu ſimili, quia quod quiſque iuris, vt uti pro eo faciat,
quia vt dicit Terentius, omnium rerum viciſſitudo eſt mora-
lis. Tu quoque fac ſimile, alia remedia non habent, niſi eſſet
ſuperior, per præmiſſa, & facit bene quod not. *de offic. delegat.*
ſignificaſti, gloſſ. & per Innocentium. *de Epiſcopali audientia.*
aditos.

¶ † Sed quid erit, ſi in caſu iſtius §. non alio quis fuit citatus 148
per iudicem contractus, vel alium requiſitum, & citatus com-
paruit in termino, poſtea autem vel ſe abſentat, vel vlterius nõ
vult comparere, quid erit? Bartol. vbi *ſupra in dicta extrauagant.*
ſuper verbo, per edictum, mouet iſtam quæſtionem, & diſtinguit,
vtrum ſit citatus ſimpliciter ad vnum actum, & tũc iterum de-
bet citari ad alium, iuxta notata *in cap. ad repetitionem. de accuſat.*
per Innocent. *& de procurat. auditis. per eundem,* & Bal. & per In-
nocent. & not. *de dolo & contumac. cum qui.* per Card. & Archid.
& Guil. *in Spec. de citat. §. viſo. & de foro competent. capit. 1. ſuper ver-*
bo, procedere. in clement. & ff. quod vi aut clam l. aut qui aliter. in prin-
cip. & l. ſi vicem. §. final. & ibi per Bartol. *C. de iudic. authent. iube-*
mus, cum ibi notat, Aut citatio eſt facta magis extenſè, ſicut fit
communiter in Curia Rumana, & alibi, quia citatur abſens ad
omnes actus vſque ad ſententiam incluſiuè, & eſt bonum con-
ſilium, tunc illo caſu ſufficit citatio per edictum, vel præco-
nem per ciuitatem, quæ citatio eum arctabit, & poterit pro-
cedi ad alios actus, forma iuris ſeruata, *argument. l. ſi eo tempo-*
re, & de re iudic. cum ſimilibus, de quo plenè dic per Bartol. *vbi ſu-*
pra, & iſta citatio vocatur extenſa per Bart. *vbi ſupra.,* & Bal. ali-
bi vocat eam compendioſam ad exemplum ſubſtitutionis cõ-
pendioſæ, quæ ſub breuibus verbis plures actus, & ipſa ſeu
terminos continet. *C. quomodo & quando iud. auct. qui ſemel.* & ita
not. *ibi* per Bald.

¶ Quartò & vltimò principaliter, quia *ſupra in vltimo not. in*
fin. dictum eſt, quòd ea quæ forum ſpiritualem tangunt, poſ-
ſunt extra territorium fieri & exerceri, & ideò poteſt parochia-
nus confeſſiones ſubditorum audire, eoſque abſoluere, & eis
pœnitentiam imponere, cùm ſint voluntariæ iuriſdictionis,
quia non habet territorium limitatum, & multa circa hoc di-
cta ſunt, vbi *& plenius in 4. oppoſ. principali,* in cuius fine mota eſt
quæſtio ſequens.

Quorum occaſione ſubijcio hic q. D. Oldra. notabilem, cu-
ius verba hic quaſi formaliter inſerere decreui, quia ſunt no-
tabilia, clara, & pulchra, vtilia, & quotidiana, & ab omnibus
communiter non habentur, & eſt mihi in ordine quæſtionum
aliarum 293. per quam limitantur multa *ſupradicta in vlt. notab.*
& in 4. oppoſ.

¶ Quæritur ergò, † ſi prælatus concedit literas indulgentia-
149 rum pro opere, quod fit extra ſuam diœceſ. abſque licentia vel
conſenſu illius epiſcopi, in cuius diœceſ. fit opus, an talis indul-
gen. proſit ſubdito concedentis. Et videtur quòd ſic, quia dare
indulgentias eſt quodámodo de voluntaria iuriſdictione, & ta-
lia poſſunt extra territorium exerceri, *ff. de adop. emancipati. & de*
offi. proconſ. l. 2. Præterea hæc videtur donatio, quæ videtur poſ-
ſe extra territorium exerceri. Sic dicimus in collatione benefi-
ciorum, quæ poteſt extra territorium exerceri, *argu. extra de ap-*
pell. qua fronte. & not. Innoc. *extra de offic. leg. ca. nouit.* præterea eſt
abſolutio à pœna, quæ videtur poſſe extra territorium fieri, *ar-*
gum. extra. de ſen. excom. & d. c. nouit. nam iſta, in quibus non ver-
titur cauſæ cognitio videtur, quòd poſſunt extra territorium
fieri, cùm per hoc non præiudicetur iudici illi, in cuius territo-
rio fiunt, *argumen. eorum quæ not.* Innocent. *in præalleg. cap. nouit.*
& argum. C. de epiſc. & cler. omnes. §. ſi vero apparitor. & de offic. præ-
fect. vrb. l. 2.

150 ¶ † Inde eſt, quòd fertur ſententia infra territorium, & extra
mandatur executioni, *ff. de re iud. l. à diuo Pio. in princ. & ff. de bon.*
auct. iud. poſ. l. cùm vnus. §. pen. & de iud. properandum. § ſin autẽ reus,
& in hoc. §. contrahentes. Et ſententia priuationis fertur de bene-
ficio extra territorium exiſtente, *ſup. eod. poſtulaſti. 11. q. 3. ſi quis à*
proprio. & 7. q. 1. ſi quis presbyter. 32. q. 5. præceptũ. Et videmus quòd
quis conuenitur in loco domicilij pro poſſeſſione, quæ eſt ex-
tra, C. *vbi in rem actio. l. final. & ff. de iud. quod legatur. & l. ſi fideiuſſor*
contrarium, iſta enim incorporalia vbiq; ius ſumũt & effectum
oſtendunt, C. *de præſcrip. long. temp. l. fin.* Et videmus, quòd tutor
in domicilio datus adminiſtrat bona extra territorium conſti-
tuentis, *ff. de excuſ. tut. l. propter litem. §. 1. & ibi not.* licet cõtra not.
eod. tit. l. non ſolùm §. qui teſtamento. de hot. C. vbi petantur tuto. l. 1. &
ex decreto iudicis domicilij vendũtur bona extra territorium
exiſtentia, *ff. de rebus eo. quæ ſub tut. vel curat. l. magis puto. § illud. &*
arg. eorum quæ notantur. 7. q. 4. in venditionib. & not. Inno. *extra de*
priuil. cap. paſtoralis. circa hoc vide quod not. Iacob. de Are. C. *de*
prædi. mi. l. ſi prædium. & iſte videtur actus conditionalis, ſi dede-
ris vel qui dederit, nam quis vel qui aduerbium futuri tempo-
ris addit conditionem, facit, *ff. de lega. 1. l. ſtichus qui.* Et in condi-
tionalibus videtur, quòd debeat attendi tempus conditionis
appoſitæ, *ff. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum.* exiſtentia autem con-
ditionis purificat actum, *ff. de peri. & commo. rei. ven. quod ſi pendẽ-*
te. in princ. & qui potiores in pignor. habeantur. l. potior. cum ibi not. vt
finis trahatur ad principium, *ff. de captiuis & poſtlim. reu. in bello. §.*
codicilli. vt à primordio tituli poſterior formetur euentus, C. *de*
impo. lucra. deſcr. l. 1. lib. 10.

¶ Et idem videtur in loco, in quo debeat attendi, vbi condi-
tio eſt appoſita vel indulgentia conceſſa, *ff. ſi cert. pet. l. vinum.* vt
ſic attendatur locus à quo, & non in quem, *arg. ff. de cond. inſti. l.*
talem. & de hæred. inſt. l. aſſe toto. & de cond. & demon. l. ſi ita ſubſcri-
pſero. argumen. ff. de adminiſtrat. tut. Titium. §. tutores. & l. tutores. §.
verum. prout hoc generale, initium ſpectandum, de quo *extra*
de electio. dudum. vbi pleniſſimè per Henr. & Innocent. *l. 3. §. ſcio.*
Præterea iſtæ indulgentiæ ſunt de foro pœnitentiæ, quia per
eas fit remiſſio pœnitentiæ, *vt in c. cùm ex eod.* & ideò de his tra-
ctatur in titulo. Et remiſ. non conſideramus, quis eſt prælatus
illius. Et ideò dicitur, quòd ratione delicti nõ ſortitur quis fo-
rum, not. Ioan. *6. q. 1.* & dicit Hoſt. quòd presbyter poteſt extra
ſuam parochiam audire ſuum ſubditum, *in ſumma, de pœniten. §.*
cui confitendum. & ſupradictum eſt in quarta oppo. principali. Pro-
pterea licet quis prohibeatur mittere falcem in meſſem alienam,
ſcilicet, vſurpando iuriſdictionem, tamen vbique poteſt ſpi-
cas manu conterere, id eſt, animas à vitijs purgare, & Eccleſiæ
incorporare, & exponit Archid. *11. q. 3. ſi poteſt.* & *ſupra* dictum
eſt. Per indulgentias enim non videtur aliquis iuriſdictionem
alterius vſurpare, ſed animam à vitijs purgare, & hoc etiam *ſu-*
pra dictum eſt.

¶ In contrarium videtur, quòd talis indulgentia non proſit
ſubdito, quia extra territorium eſt facta, *ff. de offic. præſid. l. 3. de iu-*
riſd. omnium iudicum, l. fina. & videtur caſus *in capitulo, vt anima-* 151
rum. § primo, ſupra de conſtitut. eodem lib. † vbi ſententia lata infra
territorium non ligat ſubditum actum extra territorium exer-
centem, *argum. ff. de offic. præfect. vrb. l. fina. de actio. & obliga. l. con-*
traxiſſe. de bon. auct. iud. poſſ. l. 2. §. 2. & dictum eſt ſupra in literalibus
ſuper verbo, contrahentibus. Item & tempus attenditur, in quo actus
confirmatur, *ff. de donat. inter virum & vxorem. l. quia. & de donat.*
ante nupt. quod ſponſæ. & de hæred. inſtitu. in tempus. & de manu. teſta.
l. ſeruus. Cod. ad legem Falcidiam, de Plagia. in fuga. extra de re iudic.
Abbate. eodem libr. C. de mat. teſtam. l. 1. & ff. de teſtament. milit. ſi quis
alium. § fin. ff. de fundo inſtrum. l. cùm quidam. de arb. ſi cum dies. § in- 152
tra. de iuriſdict. omnium iud. eum qui. & locus † & tempus paribus
paſſibus ambulant, *ff. ſi cert. pet. l. vinum. de tritica. l. final.* præterea
quo ad iuriſdictionem æqualiter prohibetur exceſſus, quo ad
rem, ſicut quo ad locum, *vt d. l. extra territorium. arg. inſt. de actio.*
§. plus. & infra de plus petit. c. 1. Sed qui excedit in re, nihil agit, et-
iam indulgentias concedendo, vt expreſſe habetur *in cap. atte-*
dentibus. de exceſſ. prælat. vbi Abbas concedendo indulgentias,
& ſic nec per conſequens quo ad locum, cum vterque exceſſus
æqualiter prohibeatur. Propterea hoc videtur præſupponere,
cap. quòd autem. de pœn. & remiſſ. ſi ratio capituli attendatur, quia
dicit, quòd non ſubdito non poteſt dari indulgentia, & ratio
eſt, quia † qui non poteſt ligare, vel abſoluere, non poteſt in- 153
dulgentiam concedere, non enim minus eſt conſideranda ra-
tio & commendáda quàm ipſa lex, *ff. de iur. pat. adigere. § quam-*
uis. legem ipſa ratio commendat, *1. diſt. conſuetudo.* Et ideò ratio
etiam eam arctat, & extendit legem. *ff. de calum. & quia. ff. de leg.*
2. cùm pater. § dulciſſimi. & ideò excommunicatus hæreticus nõ
poteſt indulgentias concedere, quia non poteſt ligare, *arg. 24.*
q. 1. concedere audiuimus. de pœn. diſt. 1. verbum. Si igitur extra terri-
torium non poteſt ſubditum ligare, *vt in cap. vt animarum.* ergò
nec ſibi indulgentias concedere, imò facilius & leuius videtur
eſſe ligare, quàm indulgentias concedere. Nam nõ ſubditum
poſſum ligare, ſi delinquat infra territorium meum, *de rap. c. 1.*
de ſentent. excom. nuper. 6. quæſt. 3. placuit. & quòd non poſſum ſibi
indulgentias concedere, quemcunque actum meritorium in
mea diœceſi exerceat, *habetur de pœn. & remiſſ. cap. quod autem.* Et
ideò poteſt ſic argui, qui non poteſt quod eſt facilius, & leuius,
non poterit quod eſt difficilius vel grauius. Sic arguit text. *ff. de*
ſen. l. qui indignus. de ſentent. excomm. pro illorum. Sed ligare extra
territorium eſt facilius & leuius, vt dixi, & tamen non poterit
extra territorium, *vt in cap. vt animarum.* ergò nec indulgentias
concedere, quod eſt difficilius, & contra ius, propterea prohi-
betur prælatis, ne ad aliam diœceſim accedant, & ſibi tria prin-
cipaliter interdicũtur, ſcilicet, iudicare, ordinare, vel aliquam
de rebus ad aliam ſpectantem diſponere, *9. quæſt. 2. nullus, alias.*
6. quæſt. 3. ſcriptum. Sed non eſt dubium, quòd eccleſiæ, & alia
pia loca infra ſuam diœceſim conſtituta ad epiſcopum diœce-
ſis diſponere ſpectat, *6. quæſt. 8. omnes baſilicæ.* non ergò de eis di-
ſponere debet, eis pro fabrica vel ſimilibus aliquid conceden-
do, & ideò volunt iura quòd non celebret vel prædicet niſi in-
uitatus, *7. quæſt. 1. epiſcopi. & c. presbyter & 6. q. 3. ſcriptum.* pro hoc
videtur facere de pœnitent. & remiſſi. noſtro vbi permittit Ar-
chiepiſcopo, quòd poſſit per prouinciam ſuam concedere in-
dulgentiam, & ſic extra videtur quoddam denegare, *ff. de iur.*
cum prætor. & de præſump. nonne, ſumendo arg. à contrario ſenſu,
quod eſt validiſſimum in iure, *ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1.*
Sed ad hoc reſpondebatur, quòd c. iſtud non faciebat cauſſam
dubitationis, quæ fuerat, nam ſubditus poterat cõcedere ſub-
dito, non ſubdito non poterat, dubitatur an poſſit conce-
dere prouinciali per aliam prouinciam, quia non eſt ſuus ſub-
ditus ſimpliciter, ſed quoad quid, *vt in hoc §. & ſupra* dictum eſt
in princ. huius cap. Et Papa reſpondet quòd ſic, & ſic c. iſtud non
intendit aliquid diſponere de loco, ſed de perſonis, ſed iſte in-
tellectus non congruit literæ, quia nec per verba quærẽtis nec
etiam reſpondentis poſſumus aliquid colligere de perſona ſed
de loco, & ideò non eſt recedendum à propria ſignificatione
verborũ. *ff. de leg. 3. l. non aliter.* maximè vbi poſſunt habere pro-
prium & ſanum intellectum, *arg. ff. de aur. & argen. leg. l. Plancus.*

Sed alia fuit dubitatio, quæ habuit ortum *ex cap. proxime præce-
dente, in tit. de pœn. & remiſſ.* nam ibi Papa dedit formam, ſecun-
dum quam Epiſcopi poſſint indulgentias per ſuas diœceſes
154 concedere, † modo Archiepiſcopus dubitabat, an ſecundùm
illam formam poſſit per prouinciam concedere, quia in pro-
uincia non eſt iudex immediatus, ſed mediatus, vnde quęritur
an poſſit per prouinciam concedere literas remiſſionis. Et Pa-
pa reſpondet reperendo verba quæſtionis, quod tales litteras
poterit liberè per ſuam prouinciam concedere, ſed de perſo-
nis nihil dicit, & iſte intellectus congruit litteræ, quod poſſit
per prouinciam, non autem extra: ſed remanet dubium, an iſtę
litteræ conceſſæ pro opere, quod fit extra prouinciam, quod
ſubditi habeant indulgentiam, dicantur concedi infra pro-
uinciam, vel extra? & ſi dicamus quòd iſtæ literæ concedantur
perſonis, & tunc infra prouinciam. Si dicamus, quòd loco e-
runt extra, ſed attento quòd iuriſtæ rem attribuunt cauſæ pro-
ximæ & remotæ, *ff. de condit. ob tur. cauſam. l. penult. & de except. rei
iud. cum ad hoc.* not. gloſſ. *ff. re amo. l. ſibi. & de verbor. ſignif. l. in lege
Cenſoria. extra de homi. cap. de cætero.* videamus ergo quę fuit cau-
ſa proxima & principalis conceſſionis iſtarum litterarum. Et
certè fauor eccleſiæ, ſcilicet, vt haberet, &c. vel alius pius lo-
cus bene fabricaretur & ſuſtentaretur, vel locus per frequen-
tiam populi amplius honoretur, vt dicit *cap. antiquorum.* quæ
fuit extrauagans Bonifacij, quæ loquitur in Baſilica Apoſto-
lorum. Sibi ergo debent attribui iſtæ litteræ: & ideo dicit lex,
quòd littera, quæ mei cauſa facta eſt, mea quodammodo eſſe
videtur, *ff. de acquir. re. do. l. fin. & de fur. l. cum qui. §. ſi epiſtolam.*
Cum ergo iſta littera principaliter cauſa eccleſiæ ſit conceſſa,
ſua eſſe videtur. *ff. de eden. prætor. in principio.* immò quo ad domi-
nium ſua eſt, quia certe ius & littera cedit, *ff. de acquir. re. do. l. quia
ratione. §. littera. Inſtit. de rerum. di. §. litteræ.* vel non erat ſua, ſed
ſoluit notario, & hoc ſufficit ad hoc vt ſit ſua, *vt C. ad exhib. l. fin.
& ibi not. & de condit. cauſa da. l. 1. & de ſol. l. fin.* & pro ea dantur
actiones, quæ competunt domino, ſcilicet, ad exhiben. & rei
vendicatio. *ff. ad exhib. l. 3. § interdum. & ff. de rei vendic. l. item.* § 1.
Non obſt. quod dicitur, quod locus non eſt capax indulgen-
tiarum, ſed perſonę, quia quo ad hoc vt nos videamus cui con-
ceduntur litteræ, non curo quis conſequatur indulgentiam,
vel quis ſit capax indulgentiarum, ſed ſufficit mihi quod locus
ſit capax illius cauſæ propter quam litteræ ſunt conceſſæ prin-
cipaliter, vel illius eleëmoſynæ, quæ datur, vel illius honoris:
155 † & ideo dicit lex, quod illud quod ob honorem ciuitatis le-
gatur, ciuitati relinquitur, de illo qui legauit prandium illis,
qui facerent ludos certos in ciuitate Romana. Sed ciuitas non
erat capax illius legati, quia non comedit nec bibit, ſed luden-
tes tantum, quia tamen eſt capax illius honoris, qui fuit priui-
leg. cauſa legati dicitur legatum ciuitati, *ff. de leg. 1. l. ciuitatibus.*
& de hoc poſſent inueniri multa exempla in iure. Nam ſicut
hic fit remiſſio pœnæ ſpiritualis per iſtam indulgentiam, ſic
quandoq; fiet per indulgentiam vel priuilegium remiſſio pœ-
næ temporalis: nam ſi aliquis delinquit & fugit ad eccleſiam,
immunis eſt, & tamen eccleſia non eſt capax iſtius indulgen-
tiæ, quia non poteſt ſuſpendi vel fuſtigari, & tamen priuile-
gium eſt immunitas eccleſiæ, *de immun. eccleſ. per totum, & maxi-
me in rubrica,* quia ob honorem eccleſiæ principaliter eſt con-
ceſſum. ¶ Item conceditur priuilegium, quod clerici alicuius
eccleſiæ non poſſint excommunicari, etiam nō eſt capax iſtius
priuilegij, quia non poteſt excommunicari, & tamen priuile-
gium eccleſiæ eſt, quia propter honorem eccleſiæ principali-
ter eſt conceſſum, *extra de priuil. cum capella. cap. quoniam de verb.
ſignif. eod. P. infra, eod. lib.* nonne tota die hoc faciunt principes,
quia aut iudicant homines ad morandum in aliquo loco, con-
cedunt indulgentias & immunitates, ne ſoluant tributa, & ta-
men priuilegium eſt ciuitatis, *ff. de cenſibus. l. 1.* & ſic cum iſtæ lit-
teræ concedantur principaliter loco, extra prouinciam non
valebunt, & quia priuilegium non eſt dare loco non ſubdito.
156 † Nam priuilegium eſt lex, ſcilicet, publica vel priuata, quæ eſt
in priuatam vtilitatem lata. *3. diſt. priuilegia. 25. quæſt. 1. § fin.* dif-
fert ergo à lege communi, ſicut ſpecies à ſuo genere. Sed non
eſt dubium, quod per legem non poteſt quis locum ſibi non
ſubditum includere, *C. de ſum. Trin. & fid. cath. l. 1. in princ. & ff. de
cap. poſtliminium, in fin.* ergo nec priuilegium: à quo enim remo-
uetur genus, & quælibet eius ſpecies, *ff. de do. l. Aquilius, in fin. ff.
qui ſatiſd. cogan. l. ſi fideiuſſor. § pen.* & ideo dicit Hoſtien. *in ſum. de
priuil. § cui,* quod ille poteſt priuilegium concedere, qui in caſu
illo poteſt legem condere. Et ideo dicunt iura, quod princeps
non poteſt per legem vel priuilegium eccleſiam includere, &
ſi ſit in fauorem eccleſiæ, niſi ſit per eccleſiam receptum, vel
per eccleſiam approbatum, *extra de conſtit. cap. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ.* vide quod not. Innoc. *in c. auditis. extra de in integ. reſtit.* Non
obſtat, quod dicitur, quod dare indulgentiam eſt de volunta-
ria iuriſdictione, quia hoc non videtur verum, quia tunc poſſet
inter non ſubditos exercere, vt *in d. l.* habetur, quod tamen ne-
gat *cap. quod autem.* Prętetea *cap. quod autem.* requirit in dante in-
dulgentias, quod poſſit ligare, qui eſt actus collatus in inui-
tum, *5. quæſt. 1. non omnes. 6. diſtinct. ſed penſandum.* & tamen hæc
ſunt de concedentis iuriſdictione, *argum. ff. de verbor. oblig. inter
ſtipulantem* § 1. Non obſtat, quod dicitur, quod in his, à quibus
actus iuriſdictionis non exercetur, non præiudicatur illi Epi-
ſcopo: & ſic videtur, quod poſſit in aliena diœceſi, quia ordi-
nare non eſt actus iuriſdictionis, & tamen ſubditum meum
non poſſum in aliena iuriſdictione ordinare, *extra de vſu pal. ex
tuarum.* & quia vt dictum eſt, non ſolum iudicium eſt prohibi-
tum, immò diſponere de rebus alienis, quod eſſet hic: & licèt
ſententia mandetur executioni in bonis extra territorium,
hoc tamen fit de conſenſu ſuo, quod hic non negatur poſſe fie-
ri, *argum. eodem titulo, de foro comp. cap. vnico, in Clem. & de re iudica.
paſtoralis.* & ſic in loco domicilij conuenitur pro re, quæ eſt ex-
tra, non tamen extra mandabitur executioni, niſi per illum iu-
dicem, qui eſt ibi. Non obſtat, quod dicitur, quod indulgen-
tiæ ſunt de foro pœnitentiæ: † quia duplex eſt indulgentia, v- 157
na eſt ſpiritualis, quæ datur à præſbytero, cui commiſſum eſt
ſecundum varios modos prouideri peccatori, & iſta eſt de fo-
ro pœnitentiæ, & ideo non poſſet concedi niſi à preſbytero,
quia alius non habet claues, *de pœnitent. diſtinct. 1. multipliciter.
& cap. verbum.* ¶ Alia eſt generalis, quæ datur ab Epiſcopis, &
iſta non eſt de foro pœnitentiæ, immò de lege iuriſdictionis,
vt in capitulo accendentibus, extra de exceſ. prælat. vbi dicit, quod eſt
epiſcopalis dignitatis & iuriſdictionis, non dicit ordinis. Et id-
eo beatus Thomas & omnes alij Doctores dicunt, quod cleri-
ci & diaconi non poſſunt eas concedere, quia non poſſunt eas
exercere, quæ ſunt epiſcopalis dignitatis, *extra de elect. cap. ex
tranſmiſſa.* Præterea dicitur, quod ea quæ ſunt de foro pęniten-
tiæ poſſunt extra territorium exerceri, licèt hoc dicat Hoſtien.
non reputo bene clarum vel expeditum, quia ipſe non pro-
bat, niſi quod ſunt de voluntaria iuriſdictione, & ad hoc re-
ſponſum eſt ſupra, & facit *eodem tit. cum.* & ideo Archid. *de pœ-
nit. diſtinct. 6. cap. placuit,* recitat opin. Hoſtienſ. *& in fin.* dicit,
quod videtur contra *cap. ſuper cathedram. de ſepul. in Clement.* vbi
prædicatores conſtituti ſecundum formam illius decret. ſunt
quo ad audiendas confeſſiones quaſi curati, & tamen extra
eundem locum non poſſunt homines illius loci audire, ſed
Guil. de monte Lauduno reſpondet, quod fratres ſunt delega-
ti, preſbyteri ordinarij. Sed iſta non bene ſedēt in animo meo,
quia ſicut delegatus habet locum, in quo conſtituitur pro ter-
ritorio, *extra de præſcr. cap. ſtatutum. § in nullo.* ſic preſbyter ſuam
parochiam, & Epiſcopus ſuam diœceſim, immò citius hoc de-
ber eſſe in delegato cum repræſentet perſonam illius, cui to-
tus mundus eſt territorium, vt eſt Papa vel Imperator, de hoc
dictum eſt *ſupra in quarta oppo.* vbi vide omnino cum ſimilibus,
quia in codicillis nihil datur. Sed quod dictum eſt, in teſtamē-
to declaratur, etiam nos inſpicimus tempus, non locum de-
clarationis, quia qui declarat non dat, *ff. de acquir. re. do. adeo. §.
cum quis. de teſta. palam. §. ſed ſi notam.* facit *C. de fruct. & lit. expen. l.
terminato.* & quod ibi not. Cyn. *& G. de codicillis. l. fiue, extra de
appell. nouit.* Non obſt. ꝙ dicitur de actu cōditionali, quia illud
eſt de fictione iuris, ſicut in codicillis, *in l. in bello. de cap. & poſtli.*
fictio † autem in ſpiritualibus non præiudicat veritati: vnde fi-
ctione iuris res iudicata pro veritate accipitur, non tamen in 158
ſpiritualibus, *30. quæſt. 9. his ita.* & ibi not. & quod not. Archid.
extra de voto. cap. 1. lib. 6. arg. extra. de arg. cap. præterea. Oldra. Hanc
quæſt. etiam quaſi ad litteram ponit Alber. de Roſate, *ff. de iu-
riſdict. omn. iudic. l. fin.* D. Pet. de Anchar. *in repetitione cap. poſtula-
ſti, de foro compet. in 3. oppo.* & tangit etiam de eadem *in repetitione
regulæ, ea quæ. de reg. iur. lib. 6. in 2. oppo.* qui omnes ſequuntur
opin. Oldrad. *ad litteram,* vide Specul. *tit. de pœnit. & remiſ. ver-
ſicu. quod autem.* item vide Innoc. & Henric. *de pœnit. & remiſſ.
cap. quod autem. & ibi de indulgen. iſti per eos, & in Clem. 1. de pœnit.
& remiſſ.* per Paulum & alios Modernos, & Hoſtien. *in ſumma,
de pœnit. & remiſſ. §. ad quid valent.* & ibi pleniſſime bene habent

 princi-

principium & originem, & ad quid valent, vel proſunt, & inquantum plenè *de reliqui. & vene. ſanctorum, ſi dominum. §. fin. ſuper verbo, relaxamus*. per Guil. & alios Modernos notabiliter, dic vt ibi. Et hæc ſufficiant de præſenti, quæ omnia ſubiicio veritati, & iudicio cuiuſlibet melius ſpeculantis.

REPETITIO
IN RVBRICAM.
De Rerum permut.

Celeberrimi I.V.C.D. Petri Andreæ Gammari de Caſali, Bonon.

SVMMARIVM.

1 *Rei appellatio eſt latiſſima.*
2 *Permutatio fieri poteſt non ſolum de re, quæ habetur, ſed de ea etiam, ad quam quis habet actionem.*
3 *Rei vendicationem qui habet, dicitur eius dominus.*
4 *Lex requirens certam qualitatem in vno, non excludit alias qualitates alio iure requiſitas.*
5 *Permutatio an dicatur, ſi concedas mihi actionem & iura, & ego alia iura, vel aliam rem, animo tamen permutandi, an ſit contractus innominatus.*
6 *Permutatio nunquid fiat de omnibus quæ vendi poſſunt.*
7 *Litteræ expectatiuæ ad beneficia nunquid permutari poſſint. n. ſeq.*
8 *Permutatio fit de re vnius cum re alterius.*
9 *Verbo, rei, vbi additur verbum poſſeſſiuum, nunquam rei appellatione continetur actio vel ius ad rem.*
10 *Priuilegia non ſunt extendenda ad perſonas non expreſſas.*
11 *Permutatio rerum ſpiritualium inuicem eſt admiſſa.*
12 *Legiſlator quando ponit factum affirmatiue, & illud non impugnat, cenſetur approbare.*
13 *Non entis nulla ſunt partes.*
14 *Res ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*
15 *Ius, quod trahit originem ab aliquo alio principio non dicitur nouum ſed antiquum.*
16 *Gratia tranſmiſſa de perſona in perſonam an cēſeatur tranſmiſſa cum omnibus qualitatibus & prærogatiuis eam concernentibus.*
17 *Permutatio largo modo ſumpta fuit primus contractus, qui apud gentes reperiretur.*
Et latè continet emptionem & venditionem. num. 18.
19 *Permutationis genus de pecunia ad rem quare adinuentum.*
20 *Pecunia quare in forma publica ſit redacta.*
21 *Emptio*
Locatio } *quid.*
Mutuum &
Commodatum.
22 *Negotia plura ſunt quàm vocabula.*
23 *Contractus nominati & innominati qui dicantur.*
24 *Pacta pariunt actionem, ſi rei interuentu veſtiantur.*
25 *Donatio eſt contractus nominatus.*
26 *Nominatum vt aliquid dicatur, non ſufficit illud habere nomen generis generaliſſimi, ſeu etiam ſubalterni, ſed oportet quòd ſit ita ſpecies, quod nullo modo poſſit eſſe genus.*
27 *Tranſactio quare ſit contractus innominatus.*
28 *Venditionis appellatio eſt generalis ad omnem contractum, quo transfertur dominium.*
29 *Permutatio an ſit nomen generis vel ſpeciei.*
30 *Contractus vnde dicantur nominati, & vnde innominati. num. 32. & ſeq.*
31 *Societas eſt contractus nominatus abſtractus ab omni generalitate, nec poteſt adaptari niſi ſpeciei ſuæ.*
33 *Actiones ſunt de iure ciuili, contractus autem ferè omnes ſunt de iure gentium.*
34 *Permutatio cùm ſit antiquior & generalior contractus, qui reperiatur, quare in Decretalibus, & in ff. fuit poſitus poſt materiam aliorum contractuum, cùm antiquiora ſint præponenda.*
35 *Permutatio quid ſit.*
36 *Exempla multotiens repetita reſtringunt regulam, ita vt videantur inducere quandam formam, ſeu ſubſtantiam.*
37 *Dictio, per, quid importet.*
38 *Iura iuribus ſunt concordanda.*
39 *Verbum, dare, importat dominij tranſlationem.*
40 *Traditio inuenta, vt dominia transferantur.*
41 *Traditio, quæ fit ex cauſa venditionis an differat ab ea, quæ fit ex cauſa permutationis.*
42 *Venditor neceſſariò cogitur rem venditam tradere, nec ſufficit præſtare intereſſe.*
43 *Species ſi ex vna parte datur, ex alia autem ſpeciei cum ſupplemento numeratæ pecuniæ, nunquid dicatur emptio vel permutatio. num. ſeq.*
44 *Venditio dicitur, vbi interuenit pretium in quantitate conſiſtens.*
45 *Emptio & permutatio quid differant. num. 49. & ſeq.*
46 *Qualitates duæ quando concurrunt, quarum vna alteram non extinguit, ſemper naturalis præualet accidentali.*
47 *Hominis priuati intentio curſum legis immutare non poteſt.*
48 *Emptio abſque nummis contrahi non poteſt.*
50 *Permutationis contractus ſumit initium à tranſlatione dominij.*
51 *Argumentum ab emptione ad venditionem valet.*
52 *Permutatio de re aliena nunquid teneat.*
53 *Lex quod ſimpliciter appellat tale, illud eſt propriè tale.*
54 *Dictio, ſi, denotat conditionem.*
55 *Ablatiui abſoluti denotant conditionem.*
56 *Permutatio dupliciter accipitur.*
57 *Ex venditione duæ oriuntur actiones.*
Ex permutatione naſcitur actio præſcriptis verbis.
58 *Actio in factum in quibus caſibus competet.*
59 *Actio præſcriptis verbis cur ita dicatur.*
60 *Emptio & venditio ſimul ac de pretio conuentum eſt contrahuntur, permutatio autem ſolo rei interuentu.*
61 *Conditio, quæ datur ob cauſam, non habet locum in contractibus nominatis.*
62 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
63 *Permutatio nunquid ſit alienatio.*
64 *Statutum prohibens alienationem an prohibeat etiam permutationem. num. ſeq. præſertim num. 70.*
65 *Verba legis cui adaptantur, adaptatur & ipſa lex.*
Effectus denominatur ſemper in cauſa propinquiori.
66 *In contractibus attenditur tempus & locus celebrati contractus.*
67 *Actum celebrare is dicitur, qui celebrandi auctoritatem impartitur.*
68 *Cauſa remota magis attenditur quàm propinqua, & ſecundum illam iudicatur actus, quando ab ea dependet ius cauſæ propinquioris.*
69 *Ratio dictum ampliat & reſtringit.*
71 *Statutorum verba ſunt reſtringenda, & accipienda in propriis terminis.*
72 *Venditionis nomine continetur omnis contractus, per quem dominium transfertur.*
73 *Permutatio regulariter venditioni æquiparatur, & illi proxima nuncupatur: largo tamen ſumpto vocabulo aliud eſt à vēditione.*
74 *In mandatis fieri ſolet ſtricta interpretatio.*
76 *Statuto ſi caueatur, quòd conſanguinei poſſint redimere domum venditam à conſanguineo: quid ſi domum permutant, an poterunt redimere.*
77 *Permutatio in quibus conſiſtat.*
Nunquid in ſpiritualibus permittatur. 78.
79 *Spiritualia non recipiunt æſtimationem.*
80 *Spiritualia per ſe, quæ dicantur, & quæ cauſatiuè. & quæ non ex ſe nec cauſatiuè. num. 81.*
82 *Beneficia permutari poſſunt cum ſuperioris auctoritate.*
83 *Intellectus c. ad diſſoluendum. de deſpon. impub.*
84 *Clericus qualiter dicatur dominus beneficij.*
85 *Dignitatum nunquid poſſit fieri permutatio.*
86 *Mulier nunquid poſſit permutare dotem cum marito.*

PRÆSENS Decretalis inter alias huius Sexti libri decretales famoſa eſt ac ſingularis. Et ideo Ioannes Monachus, Archidiaconus, Ioannes Andreæ, Lappus, Alexander de Antilla, Petrus de Peruſio, Anchaeanus, Dominicus eam ſolemniter commentati ſunt. Continet enimm materiam in ſe elegantem & magnæ vtilitatis, permutationum, ſcilicet, quæ in cùria & alibi maxime frequentantur. Nos quoque extrema omnium veſtigia calcantes tanquàm abortiui huius ägrum excolere tentabimus. Nec me abſterruit tantorum patrum diligentem præceſſiſſe ſolertiam, quoniam ſi (vt opinor) à diuinæ legis inſtituto minimè receſſerunt, & mihi

racen.u-

racemulos, ſpicas, manipulosque à ſe contemptos reliquere:
Vnde pauperi ingeniolo noſtro ex racematione pabula ſup-
petantur. Cauetur enim *Leuit. 9. & Deut. 24.* Ne diuites agrum
ſuum penitus demeterent: neve omnino vindemiam facerent,
ſed racemorum, ac ſpicarum portione dimiſſa, quibus poſſet
laborioſa pauperum vita ſubſtineri. Ea igitur, qua ſoleris, ani-
mi attentione auditum præſtate: materiam ſubtilem & pul-
chram quadrageſimalibus hiſce lectionibus offero: Decreta-
lemque non negligendam, cuius verba priuſquàm declaran-
da aggrediamur, pauca de tituli ſignificatione ſunt dicenda, *l.
1. ff. ſi cert. petat.* Ne illotis (vt aiunt) manibus materiam proti-
nus aggrediamur, contra text. *in l. 1. ff. de orig. iur.* Legiſlator er-
1 go elegit vnum generale nomen, ſcilicet Rei, cuius † appella-
tio latiſſima eſt, vt inquit text. *in l. 1. & in l. rei. ff. de verb. ſignif.* ita
quòd corporalia & incorporalia, actiones & iura comprehen-
dat, vt per Bart. *in d. l. rei. & eſt text. Inſtit. de reb. corp. & incorp. l. no-
minis. ff. de verb. ſignif.* latè Bartol. *in l. Quintus. §. argento. ff. de aur.
& argen. lega.*
2 ¶ Poterit † igitur permutari non ſolum res, quę habetur, ſed
ea ad quam quis habet actionem, *l. rem in bonis. ff. de acqui. re. do-
mi.* Nam ſi appellatio eſt indiſtincta, ergo indiſtinctè accipien-
3 da, *l. de pretio. ff. de public.* Et eo maxime, quia † habens rei ven-
dicationem dicitur eius dominus, licèt apud alium ſit, *vt §. 2.
Inſtit. de actio.* Sed hoc eſt falſum, ſi vera eſt communis diffinitio
permutationis, de qua inferius dicetur: nam rei traditione in-
diget, quam præſtare nequit habens actionem tantum. Dic
igitur, quòd licèt dicar generaliter de rerum permut. non ta-
4 men innuit omnes res poſſe permutari, quando † non adſunt
alię qualitates à iure requiſitę: lex enim requirens certam qua-
litatem in vno, non excludit qualitates alio iure requiſitas, vt
eſt gl. not. *in cap. ſtatutum. in ver. Canonicis. de reſcript. ſupra eod. lib.*
¶ Ego tamen conſiderarem duos caſus, ſcilicet, quòd aut a-
gitur de permutanda ipſa re, aut de actione & iure ad rem: ſi a-
gitur de permutanda re, hoc non poteſt: ſi agitur de permu-
5 tanda actione, eſt dubium an ſi concedas † mihi actionem &
iura, & ego alia iura, vel aliam rem, animo tamen permutandi,
an dicatur permutatio, vel potius contractus innominatus. Et
videtur quòd magis ſit innominatus, ſcilicet, facio vt des. *l. na-
turalis. ff. de præſcr. verb.* Ego tamen puto in hoc poſſe dici, quòd
permutatio procedat, poſtquam iſta iura & actiones ſunt in
bonis noſtris, & ſunt incorporalia alienabilia. *l. quod noſtrum ff.
de reg. iur. cum ſimilib.* Et iſta incorporalia ſpiritualia permutari
poſſunt, vt paſſim concludunt omnes hic poſt Lapum *in ad. lit.
ad Feder. q. 13. in tractatu de permut.* qui dicunt ius canoniæ per-
mutari poſſe, licèt Ioan. de Lign. tenuerit contrarium, tamen
præcedens eſt communis & ratione ſuadetur.
6 ¶ Quæ vendi poſſunt, permutari † poſſunt tanto magis, *l.
ſin. ff. eod. l. cum precibus. C. eod. cap. ſin. ſupra eod. tit.* vbi aliquorum
datur permutatio, quorum non datur venditio. Nam iſte con-
tractus eſt bonæfidei, & à primordiis æquitatis naturalis ma-
nans, *l. 1. ff. eod. §. actionum. Inſtit. de actio.* At iſta iura ad res, & ſpe-
cies rerum etiam quæ in rerum natura non ſunt vendi poſſunt,
*l. ſi iactum. ff. de actio. empt. & in §. ea quoq́. & in §. ſi quis qui debito-
ri. Inſtit. de legat.* ergo & permutari poſſunt.
7 ¶ Et ita ex † his inſurgit alia difficultas, an litteræ expectati-
uæ ad beneficia permutari poſſint. Et communis opin. habet
quòd non, vt per Feder. *in quæſt. 13. in ſuo tractatu.* & Abb. *in cap.
olim ſupra eod.* Ioan. And. & Dominic. *infra in nigro.* Pet. de Peru-
8 ſio *in ſuo tractatu in 1. colum.* mouentur ratione: nam † permuta-
tio fit de re vnius cum re alterius, *l. 1. ff. eod.* & probat text. noſter
infra dum dicit, beneficia ſua permutare voluit, per quem pa-
ret, quòd vt procedat permutatio oportet quòd beneficium
ſit ſuum. At beneficium, quod quis expectat per litteras non
poteſt dici ſuum, *c. ſi tibi abſenti. ſupra de præb. eod. lib. not. in c. ad au-
dientiam. el 2. de reſcr.* vbi gl. dicit, quod ex iſtis literis nullum ius
ſpirituale acquiritur ad beneficia: ergo permutari non poteſt.
9 ¶ Iſta ratio poteſt comprobari, quoniam vbi † verbo rei ad-
ditur pronomen poſſeſſiuum, nunquam appellatione rei con-
tinetur actio, vel ius ad rem, Bart. *in l. 1. ff. de ſtat. hom.* Abb. *in c.
2. de relig. domi.* At ſemper vbi fit mentio de permutatione re-
rum, additur aliquod verbum poſſeſſiuum, vt patet diſcurren-
do per omnia iura, quæ de hoc loquuntur: ergo non poteſt di-
ci permutatio beneficij, ad quem habes actionem.
¶ Secundo probatur iſta communis opin. per locum à ceſ-
ſante cauſſa, quod in iure validum eſt, & quo ad eſſe produ-
ctiuum, & quo ad deſtructiuum, *cap. quod pro neceſſitate. 1. quæſt.
1. cap. cum ceſſante. de appellat.* At cauſa quare beneficiorum per-
mutatio inducta eſt, ceſſat in propoſito noſtro, quia adhuc
non conſtat an eccleſiæ quæ nondum vacat ſit vtilis iſta per-
mutatio, ſecundum text. *in c. quæſitum. ſupra eod.* ergo non pro-
cedit permutatio.
¶ Tertiò probatur, eo † quòd fines non ſunt excedendi, nec 10
extendenda ſunt priuilegia ad perſonas non expreſſas, *l. dili-
genter. ff. mandati. c. cui de non ſacerdotali. ſupra de præben. eod. lib. cap.
petiſti. 7. q. 1. reg. priuilegium. cum materia ſua.* Executor in manda-
tis habet, vt mihi expectanti conferatur virtute iſtarum littera-
rum beneficium, ſi daretur permutatio, iam conferret alteri,
quomodo ergo poſſibile eſt vt detur permutatio.
¶ Sed in contrarium poſſunt multa adduci. Nam † ſpiritua- 11
lium inuicem permutatio paſſim eſt admiſſa, *cap. ad quæſtiones.
ſupra eod.* hoc eſt ſpirituale, ergo permutari poteſt: & ſi dixeris
imò non ſpirituale, tunc tanto magis habebo intentum, quia
tanto facilius poterit contractari, *argum. cap. ſin. ſupra eod.*
¶ Secundo probatur, quoniam (vt in ſuperioribus dixi)
quod vendi poteſt permutari poteſt, iſtę litterę vendi poſſunt,
*vt in cap. ad audientiam. el 2. ſupra de reſcript. in 2. reſponſo. ibi, poſt lit-
teras taliter venditas.* & ſi dixeris, ibi Papa non approbauit ven-
ditionem, vt videtur ſentire Abb. reſpon. quod immò videtur
approbaſſe, quoniam quando Legiſlator † ponit factum affir- 12
matiue, & illud non impugnat, ſemper cenſetur approbare, *l.
cum fundum. §. ſeruum tuum imprudens.* & ibi Raph. Fulg. & Ale-
xand. *ff. ſi cert. peta. l. quod ſæpe. § ſi res. verſic. ſed videmus ff. de contra-
hen. empt. l. in rebus, poſt princip. verſic. ſed videndum. ff. commo.* quod
ſingul. eſt not. ad limit. illius reg. quę habet, quod verba enun-
ciatiua non diſponunt. *cap. ſi Papa. infra de priuileg.* Si igitur ven-
di poſſunt iſtæ litteræ, igitur tanto fortius permutari. Et iſtam
opinionem videtur ſentire Hoſtienſ. in ratione ſua, *in d. cap. ad
audientiam.* vbi dixit, quòd habens litteras ad beneficia poterat
illis renunciare, propterea quòd ſpiritualium inuicem permu-
tatio eſt permiſſa. *ad hoc cap. quàm periculoſum. 7. quæſt. 1.* & iſtam
partem aliàs tenui diſputando, & credo poſſe ſatis ſuſtineri,
poſtquam iſta permutatio quæ fit in iſtis beneficialibus non
eſt propriè permutatio, vt inferius dicam, ſed eſt quædam trã-
latio perſonarum de vno iure ad aliud ſuperioris authoritate
facta. Vnde qua ratione poteſt ſuperior accipere renunciatio-
nem beneficij, & tranſmutare perſonas, eadem ratione pote-
rit qui conceſſit recipere renunciationem iſtorum iurium &
transferre de perſona in perſonam, *arg. cap. quæſitum. ſupra eod.
tit.* Et ita conſiderando reſpondeo ad primum fund. in oppo.
quia hic non permutatur beneficium, ſed ius quod habetur ad
illud, ſicut euenit in illo qui vendit iactum retis, & cõſequen-
ter qui non habet piſcem.
¶ Ad ſecũdum dicitur, quòd ſatis poterit ſubeſſe ratio, quo-
niam poſito quòd Italus habeat literas ad beneficia in Gallia,
& Gallus in Italia, vel aliquis habeat litteras in diœceſi vbi tu-
te morari non poſſet, hæc & ſimilia poterunt dare iuſtam per-
mutandi cauſam.
¶ Ad tertium reſpon. quòd arg. ceſſat, poſtquam mandantis
authoritate vnus ſubrogatur loco alterius.
¶ Sed contra iſtam concluſionem ruſſus oppo. quòd nullo
modo ſit permutatio. Nam clarum eſt, quòd iſta permutatio
non fit niſi præcedente renunciatione in manibus ſuperioris.
Sed poſt renunciationem in talibus factam extinguitur hoc
ius quod habebatur, ergo impoſſibilis eſt permutatio, quo-
niam † non entis nullæ ſunt partes, *l. filius qui in prouincia. ff. ſi 13
cert. pet.* Vnde licet poſtea ſuperior tribueret tibi illud ius quod
ego prius habebam, non dicitur idem ius, quoniam res † ſe- 14
mel extincta, &c. *l. qui res. §. aream. ff. de ſol. not. in cap. quoniam. de
iure patro. ſupra.* ergo non poteſt dici permutatio.
¶ Solutio. reſpon. quòd quando fit iſta renunciatio cauſſa
permutationis, licet de rigore ius videatur extingui, tamen ex
æquitate dicitur adhuc perdurare, quæ æquitas potiſſimum in
cauſa permutationis attenditur, vt dicam *in cap. proximo.* Et ita
hoc ius inuicem collatum dicitur eſſe illud quod primo erat,
ſicut in ſimili quando deſtruitur nauis vt reficiatur ex iiſdem
tabulis, refecta dicitur eadem nauis, *l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cram. ff. de verb. oblig.* & quis abſolutus conditionaliter reincidit
in eandem excommunicationem, *c. eos. de ſent. excommun. infra.*
Imò fuerunt aliqui qui voluerunt renunciationem iſta de cau-
ſa factam non inducere vacationem, vt dicetur *infra in text.*

Et vbi

15 Et vbi aliquod ius † trahit originem ab aliquo alio principio, non dicitur nouum, ſed antiquum, vt recte explicat Bald. *in cap. cum acceſſiſſent. de conſtit.* & in gloſſ. ibidem dixit, quòd licèt noua dignitas abſque Epiſcopi conſenſu non poſſit in eccleſia erigi, poteſt antiqua deſtructa & ſopita refici. Vide multa ibidem in propoſito per Modernos accumulata.

16 ¶ Secundo oppo. quòd iſta indagatio † cum ſua concluſione nullam continet vtilitatem, ergo mala & ſuperflua, *l. 1. ff. de public.* Nam ſi iſta gratia, vt permutari poſſit, indiget ſuperioris authoritate: ergo in perſona eius cui conceditur eſt noua gratia principis, ſi noua, ergo ſuperflua ex cauſa permutationis, quoniam abſque permutatione ita obtinet vires. Vnde circuitus iſte debet euitari, *Clem. auditor. de reſcript.* Et ideo dicit Dominic. in nigro, quòd in caſu quando canonia permutatur amittitur illud ius prælationis, quod habebant compermutantes ex præcedentia aſſecutionis canonicatus, pro quo eſt text. *in l. qui ad tempus. ff. de decur.* ergo cum effectu ſaltem erit noua gratia vtrobique. Ex quo infero, quòd ſi Titius erat in caſu vt deberet præferri Sempronio vigore ſuæ gratiæ ſecundum ea quæ habentur *in cap. ſi ſoli. ſupra de conceſſ. præb.* & permutet gratiam cum Hortenſio, Hortenſius non habebit illud ius prælationis, quia iam erat extinctum per renunciationem Titij, & renunciatio gratiæ poſtea intelligitur abſque præiudicio iuris quæſiti alteri, *cap. quamuis. ſupra eod. lib. de reſcript. l. fin. ff. de pactis.*

¶ Sed reſpon. quòd imò ſecundum ea quę ſuperius concluſa ſunt iſta gratia tranſmiſſa de perſona in perſonam cenſetur tranſmitti cum ſuis qualitatibus & prærogatiuis eam concernentibus, per ea quæ habentur *in cap. eccleſia. S. Mariæ. vt lit. penden. & in reg. is qui. de reg. iur. infra.* Et licèt alias forſan de rigore hoc procederet, tamen æquitas aliud vult, quę omnino in materia noſtra eſt attendenda, vt dixi.

17 ¶ Iſta ſufficiant quantum ad primam partem rubricæ. Circa ſecundam ſupereſt, vt videamus primò eius originem & quidditatem, deinde aliqua dubia remoueamus. Ad cuius rei euidentiam ſciendum eſt, quòd permutatio † largo modo ſumpta, fuit primus contractus qui apud gentes reperiretur, vt inquit Philoſoph. *in 1. Polit.* & text. *in l. 1. ff. de contrah. empt.* dicens quòd omnes contractus expediebantur vnico vicariæ præſtationis actu, ex quo enim contingebat, vt tu abundares eo, quo ipſe carebam, vel ego eo quo tu, inuicem permutabamus iſta. Quod quia tamen nō ſemper facile eueniebat, ideo emptionis & venditionis, & conſequenter pecuniæ vſus introducta ſunt.

18 ¶ Vel altius rem exordiendo, vt † colligi poteſt ex media peripatheticorum diſciplina, dici poteſt, quòd permutationis verbum eſt latum emptionem & venditionem cōtinens; Nam omnis iſta mutua rerum contractatio reducitur ad tria genera permutationum.

¶ Prima eſt rei ad rem, vt frumentum ad vinum.

¶ Alia eſt rei ad numiſmata, & hanc vocabulo magis ſpeciali emptionem appellamus.

¶ Tertia eſt numiſmatum ad numiſmata, qua maxime vtuntur iſti nummularij, vt cum nummus argenteus commutatur cum aureo, vel econuerſo.

¶ Prima commutatio ſtatim à primordio generis humani eſt inuenta, cum primum dominia cœperunt diſtingui, vrbes ædificari: Statim namque humanum genus (natura dictante) ad ſui conſeruationem tendens cogitur modum hunc contrahendi adinuenire, vt ego, qui vno alimento abundam, vt puta vino, ſupplerem indigentiam alterius vinum non habentis, & ita ille ſuppleret meam frumento, quo ipſe abundabat, & ego carebam.

19 ¶ Verum cum in vno † regno aut prouincia compertum ſit, non poſſe de facili omnia nobis neceſſaria reperiri, cum variæ regiones ob varios ſiderum aſpectus aliis careant, aliis abundent, iuxta illud,

India mittit ebur, molles ſua thura Sabei.

Oportebat homines ad remota vagari, vt quæ volebant haberent, quod tamen haud ſine magno incommodo fieri poterat, tum propter rerum huc & illuc aduehendarum pondus, tum quia poſtea quandoque difficulter reperiebatur, qui eo quo tu abundabas indigeret. Vnde adinuentum eſt ſecundum permutationis genus, quod eſt de pecunia ad rem, hoc tamen diuerſimode factum. Primo enim conſiderantes aurum, & argentum cæteris metallis nobilitate præferri, illa ſub rudi maſſa aſportabant, & ad pondus commutabant, vt pro libra auri vel argenti tale quid haberetur, de quo argenti & auri pondere apud poëtas & hiſtoricos ſæpius habetur mentio, & in legibus, *vt in Auth. vt omnes obed. iud. in fin.* vbi librarum 10. auri pœna imponitur, & licèt etiam hodie non expendatur ad pondus ſed ſignatum numiſmatibus, tamen & numiſmata reducuntur ad rationem ponderis, vt habetur *in tit. C. de ponder. aur. lib. 10.* Vnde dicimus, quod 72. ſolidi faciunt libram auri, *l. quotiens. C. de ſuſcep. & archa. lib. 10.* & pro libra argenti inferuntur quinque ſolidi, *l. 5. C. de argen. pretio eod. lib.*

¶ Cum tamen adhuc † difficile eſſet, vt ementes & vendentes ſemper metalla ponderarent, inuentum fuit vt metalla hęc in fruſtra ſecarentur, percuterenturque forma quadam publica. Vnde numiſmata appellata ſunt, quandoque nomen à forma, qua inſculpuntur ſortientia, vt Philippi. *l. Quintus Mutius. l. 1. 2. § ſi factum aurum. ff. de aur. & arg. leg.* quemadmodum & nos Chriſtipedes, Coronatos, Iulioſque vocamus, immò metalla hæc ſignata generali vocabulo pecunia appellātur, ex eo quòd primum moneta pecoris imagine ſignata eſt, vt auctor eſt Varro. Factus ergo denarius publice obſignatus de facili portatilis habens omnium rerum commutationem, pecuniis enim omnia habentur, iuxta illud vulgare: Omnia per pecuniam facta ſunt, fuerunt tamen aliqui, qui vel quòd aurum ignorabant, vel quòd eo carebant, hoc neceſſarium pecuniæ genus modo ex corio, modo ex charta faciebant, vt inquit Bart. *in l. 1. ff. de contrah. empt.* & Bald. *in rubr. C. eod.* 20

¶ Rurſus cum adhuc ob variarum regionum principatus monetæ in forma variarentur, nec de facili homines vnius regionis agnoſcerent valorem monetæ alterius regionis, inuentum eſt tertium permutationis genus, quod fit per nummularios de pecunia. Et ita patet, quòd triplex permutandi genus eſt de iure gentium, & omnis contractatio rerum inuicem generali permutationis nomine continebatur. Sed quia generalitas nimia confuſionem quandam & ambiguitatem inducebat, factum eſt, vt ſpeciali quodam nomine contractus fere omnes baptizati ſint: aut enim dabatur certa quantitas † pecuniæ pro re, & vocata eſt emptio, aut pro vſu rei tantum, & dicta eſt locatio, aut ego dabam aliquid conſiſtens in pondere numero vel menſura, non vt idem, ſed aliud eiuſdem generis paris bonitatis vel valoris redderetur, fit mutuum, *l. 2. ff. ſi cert. pet.* Si autem vt idem reſtituatur, eſt commodatum, *vt Inſtit. quib. mo. re contrah. obli.* & ita de ſingulis. Verum quia † plura ſunt negotia quàm vocabula, *l. natura. ff. de præſcript. verb.* relicti ſunt multi modi contrahendi abſque ſpeciali nomine, qui adhuc in generis nomine ſteterunt, vt ſunt illi contractus, Do vt facias, facio vt des, de quibus *in l. naturalis. ff. de præſcript. verb.* cuiuſmodi eſt ille contractus, quem nunc permutationem vocamus: iſta enim varia rerum præſtatio remanſit ſub ſuo generali nomine. Hinc nata † eſt iſta differens contractuum adnominatio, ſcilicet, nominatorum & innominatorum, vt nominati dicantur, qui proprium ac ſpeciale nomen ſortiti ſunt, vt emptio locatio, & ſimilia, innominati vero, qui adhuc retinent generis nomen, vt permutatio, & ſimilia. *l. 1. & ibi not. ff. eod.* & iſta procedunt ſecundum opin. communiorem omnium canoniſtarum & legiſtarum. 21 22 23

¶ Sed aduerte hic tu ingenioſe: Si contractus ex eo dicitur nominatus, quod habeat ſpeciale nomen, iam ſequitur, quod permutatio ſit talis, quia & ipſa habet hoc nomen permutationis, quod per ſe ita diffinitur, vt alteri non competat, vt inferius videbitis. Et ideo gloſſ. *in §. item pretium. Inſtit. de empt. & vend.* dixit, quòd alia ratione dicebantur contractus nominati, & innominati, quia ſcilicet, nominatus ſtatim producit actionem, innominatus vero non, niſi ſecuto effectu, nam re integra locus eſt pœnitentiæ. Sed iſta ſententia iampridem ab omnibus exploſa eſt, vt inquit Hoſt. *in ſumma eod. tit.* cum † & pacta, quæ in ſuo generali nomine ſtant, pariant actionem, ſi aliquo veſtimento, id eſt, rei interuentu veſtiantur, *l. iuriſgentium. §. 2. & 3. ff. de pact.* Potior igitur viſa eſt omnibus hæc ſententia, vt contractus ex eo dicantur nominati, quòd habeant ſpeciale ac elegans nomen, ita quod alteri non competat. Innominati vero, qui non habent nomen ſpecificum, ſed ſui generis tantum, vt patet in permutatione, & aliis contractibus, qui continentur ſub genere, do vt des. *l. 1. §. item emptio. ff. eod.* Paul. de Caſt. & alij *in d. l. iuriſgentium.* & Salic. *in rubr. C. eod.* 24

¶ Ex quibus infertur, quòd donatio † eſt nominatus contractus, vt Bartol. *in l. Ariſtò. ff. de donat.* Sed quid dicemus domini: ſi 25

niſi vera eſt iſta communis differentia, quòd contractus dica-
tur nominatus, ex eo quòd habeat nomen ſpeciale, omnino
permutatio erit nominatus, quoniam eſt ſpecies illius generis,
Do vt des, *l. naturalis. ff. de præſcript. verb.* Bart. *in l. iuriſgentium. in*
princ. ff. de pact. tacitè ſentit iſtud contrarium, & ſoluit ſoluit di-
26 cens, quòd vt aliquid dicatur nominatum † in propoſito, non
ſufficit habere nomen generis generaliſſimi, ſeu etiam ſubal-
terni, quod alias poteſt eſſe ſpecies, ſed oportet quòd ſit ita ſpe
cies, quòd nullo modo poſſit eſſe genus. Et ideo licèt permu-
tatio ſit ſpecies reſpectu illius generis, Do vt des, tamen etiam
eſt genus ſubalternum reſpectu aliorum contractuum, qui ſub
27 ſe comprehendi poſſunt, hac ratione fit, vt † tranſactio dica-
tur contractus innominatus, ex eo quod conuenit omni actui,
per quem à lite receditur, *l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis.*

¶ At iſta theorica Bart. licèt prima fronte videatur exquiſi-
ta, tamen confunditur per text. ſingul. *in l. ſtatuliberi à cæteris. §.*
Quintus. ff. de ſtatulib. quem admiror Doctores non conſideraſ-
28 ſe, poſtquam in materia allegatur. Dicit enim quòd † vendi-
tionis appellatio eſt generalis ad omnem contractum, quo
dominium transfertur, & tamen venditionis contractum no-
minatum nullus abnegabit: Nihil igitur nocet contractum di-
ci nominatum, etiam ſi habeat nomen generis, modo genus
hodie ad ſuam ſpeciem ſit reſtrictum. Habere enim nomen
ſpeciei, vel generis ad vnam ſpeciem reſtrictum, iſta parifican-
tur in iure, *Inſtit. de adopt. & de vſucap. in princ.*

29 ¶ Imò dico tibi nuſquam probari in iure, quòd † permuta-
tio ſit nomen generis, imò ſemper iura faciunt mentionem de
eo tanquam de propria contractus ſpecie cōſiderata vt diuerſa
ſpecies ab emptione & venditione. Nec ad probandum iſta e-
geinus: text. eſt clarus *Inſtit. de empt. & vendit. §. & cum liner. ſe.* v-
bi approbata eſt Proculi ſententia dicentis permutationem eſ-
ſe contractus ſpeciem. Neceſſe igitur eſt, vt fateamur, vel per-
mutationem eſſe contractum nominatum, vel quòd differen-
tia contractus nominati & innominati male fuerit à Doctori-
bus percepta. Primum eſt impoſſibile, per text. *in l. 1. ff. eod.* &
multa alia iura, ergo ſecundum eſt verum, quòd Doctores in
intelligentia horum terminorum hallucinati ſunt.

30 ¶ Bald. *in d. l. iuriſgentium* (vt opinor) non † ignorauit vim
earum quæ ſupra memoraui obiectionum, & ideo differen-
tiam iſtam aliter declarauit ex mente text. *in l. 1. ff. de contrahen.*
empt. quòd ſcilicet, contractus ex eo dicatur nominatus, quòd
habet nomina contrahentium diſtincta, vt patet in emptione,
nam alius emptor alius venditor, & in locatione, vbi alius lo-
cator alius conductor, & ita omnes illi contractus qui variant
nomina contrahentium ſunt nominati, qui autem nō variant
ſed pariter appellant, ſunt innominati, vt patet in permutatio-
ne, nam vterque dicitur permutator, iſti ſuæ opin. videtur aſti-
pulari text. *in l. 1. ff. eod.*

31 ¶ Hæc indagatio confunditur per illud † quod habetur de
contractu ſocietatis, quem nemo abnegat nominatum, & ta-
men vtrobique ſocius, *vt per totum. ff. pro ſocio.* Ad hoc ipſe re-
ſpon. quod ſocietas eſt contractus abſtractus ab omni genera-
litate, quòd non poteſt adaptari niſi ſpeciei ſuæ. Sed iſta re-
ſponſio eſt nihil, quia non tollit contrarium, nam ſi contra-
ctus ex eo dicitur nominatus, quod habet nomina contrahen-
tium diſtincta, hic non habet nomina contrahentium diſtin-
cta, ergo non eſt contractus nominatus, bene ſequitur neceſ-
ſario, quoniam negatiue ſemper tenet hoc arg. *l. 2. §. appellata.*
ff. ſi cert. pet. Item contra iſtam theoricam arguitur: Eſt dare no-
mina contrahentium diſtincta in contractu, quem plane om-
nes dicunt innominatum, ergo theorica mala, antecedēs pro-
batur. Cōtractus, Do vt facias, vel facio vt des, ſecundum om-
nes eſt innominatus, *vt in l. naturalis ff. de præſcript.* & tamen no-
mina diſtinguuntur, quoniam alius eſt dans, alius eſt faciens.

32 ¶ Quid ergo † dicendum? communis opin. habet text. pro
ſe *in l. 1. ff. eod. ibi, quod in his duntaxat receptum eſt qui nomen ſuum*
habent, & exponitur, id eſt, contractibus nominatis, & ſic no-
minati dicuntur ex eo, quod habent nomen proprium & ſpe-
ciale. Sed ego credo hanc eſſe veritatem, quod contractus ſint
nominati, quoniam habent actionem à contractus nomine
33 dictam. Scitis enim quod † actiones ſunt de iure ciuili, contra-
ctus autem fere omnes de iure gentium, *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit.*
& iur. illi ergo contractus, quos ita dilexit lex ciuilis, vt pro-
priè actionis nomine inſigniret, dicuntur nominati, exem-
plum, Exemptio, Locatio dicuntur nominati, quoniam lex
dedit actionem propriam, quam ex empto, locato appellauit.
Innominati autem dicuntur, quos ciuilis lex neglexit ſpeciali-
ter actione propria priuilegiare, ſed adiunctis duobus genera-
libus actionibus, ſcilicet, præſcriptis verbis, & in factum eos
voluit eſſe contentos, *vt per totum illum titulum, ff. de præſcript.*
verb. & iſtud quod dico videtur ſentire Bald. *in l. 2. in 1. colum. C.*
quando lic. ab empt. diſc. quando impugnat Nicol. de Matar. te-
nentem contractum æſtimatum eſſe contractum nominatum.
Et iſta theorica videtur probari per text. *in l. qui ſeruandarum,*
in fin. ff. de præſcript. verb. quæ omnia poſſent cauillari: ſed do
text. hoc neceſſario probantem *in l. inquam. ff. de præſcript. verb.*
vbi dicit, quod contractus ſunt innominati quando eorum
appellationes nullo iure ciuili proditæ ſunt: ſed quomodo
dantur appellationes contractibus de iure ciuili, niſi dando a-
ctionem, cùm alias nomen habeant à iure gentium: oportet
igitur, vt contractus ſit nominatus, quod pro eo à iure ciuili ſit
ſpecialiter actio conſtituta.

¶ Sed quomodo reſpondes ad illum text. *in l. 1. ff. eod. ibi, no-*
men ſuum habent. Reſpondebam olim, quòd text. bene loque-
batur, ſed illi tantum dicebantur habere nomen ſuum, qui ha-
bebant actionem à ſe dictam: & ita reſpondeo *ad l. iuriſgentium.*
in princip. ff. de pactis. Nam text. *in d. l. 1.* dicit, quòd hoc receptum
eſt in his, qui nomen ſuum habent: & exponitur, qui ſunt no-
minati, exponendo vt prædixi: ergo cōtractus qui habet ſuum
nomen eſt nominatus. Sed in l. iuriſgentium. dicitur quòd illæ
conuentiones, quæ pariunt actionem non ſtant in ſuo nomi-
ne, ſed tranſeunt in proprium nomen contractus: ergo vt con-
tractus dicatur nominatus non ſatis eſt quòd nomen ſuum ha-
beat. Ego igitur credo, quod illa verba, nomen ſuum habet,
debeant exponi, id eſt, nomen conſenſus, de quo verba præ-
ceſſerant, vt ſit ſenſus, quòd illi contractus ſolo conſenſu con-
trahuntur, qui habent ſuum nomen, id eſt, nomen conſenſus,
id eſt, qui ſunt ex illis contractibus qui dicuntur conſenſu cō-
trahi, vt habetur *Inſtit. de obli. quæ ex conſenſu contrahuntur, cogita.*

¶ Poſſet hic † aliquis dubitare: permutatio eſt antiquior cō- 34
tractus & generalior qui reperiatur, quare Pont. in Decretali-
bus, & Iureconſulti in ff. poſuerunt iſtos titul. poſt materiam
aliorum contractuum, cum ſit quòd antiquiora & commu-
niora ſunt præponenda, *cap. antiqua, de priuileg. § ſingulorum. In-*
ſtit. de rerum diui. l. prima. ff. de acquiren. rerum domin. Sed reſpon-
detur, quòd conſiderarunt nobilitatem contractuum ex par-
te nominationis: Vnde cum permutatio ſit innominatus con-
tractus, & à iure minus dilectus, poſtpoſuerunt: ita ſoluit And.
Sicul. *in Rubr. ſupra eod. in princip.*

¶ Viſa modo permutationis † origine, videamus eius diffi- 35
nit. Et ſecundùm Azo. Hoſtienſ. & alios ſum. Permutatio eſt
alicuius certæ ſpeciei hinc inde facta præſtatio. In diffin. poni-
tur certæ ſpeciei, non quod alicubi ſcriptum reperiatur, ſed
quoniam ius de permutatione loquens ſemper exemplificat
de ſpecie ſecundum præfatos diffinientes. Ex quorum † de- 36
claratione elicio, quod exempla multoties repetita reſtrin-
gunt reg. ita vt videantur inducere quandam formam, ſeu ſub-
ſtantiam, ad hoc eſt gloſſ. *in Clem. 1. in ver. Diœceſanos. de iure patr.*
quam extollit Dominic. *in cap. ſi duobus. in gloſſ. ſuper verſic. præſen-*
tauerit. ſupra eod. lib. de reſcript.

¶ Et ita ſatis apparet differentia inter permutationem & a-
lios contractus, qui continentur ſub genere, Do vt des, quia in
illis non datur certa ſpecies. In hoc ergo ſolet dari talis doctri-
na, vt per Bart. & alios *in l. 2. ff. ſi cert. peta.* quòd in contractu, do
vt des: extra cauſam emptionis, quòd ſi datur ſpecies certa eſt
permutatio: ſi vero datur genus, & ſic ſpecies incerta vel quan-
titas, eſt contractus, do vt des. Et ratio ſecundum Moder. *in d.*
l. 2. eſt, quia permutatio eſt perfecta mutatio, quia illa † dictio, 37
per, denotat perfectionem quandam, *l. vrbana §. pernoctare. ff.*
de verb. ſignific. Sed (vt opinor) hæc ratio eſt quædam fabula ad
propoſitum noſtrum. Aut enim vis, quod traditio ſit vtrobi-
que ſecuta, aut non: ſi ſecuta traditio, ſiue promiſſio ſit facta in
ſpecie, ſiue in genere, nonne dicetur perfecta mutatio: Si vero
traditio non ſit ſecuta, ſiue promiſſio fuerit in ſpecie ſiue in ge-
nere, non dicitur perfecta mutatio, cùm adhuc pœnitentiæ lo-
cus ſit, *l. cum precibus. C. eod.*

¶ Ego igitur alias diſputando tenui, quod vbicunque con-
uenitur de danda re pro re, ſiue id in genere ſiue in ſpecie hoc
ſit permutatio: pone, habeo decem ſeruos, & decem equos,
ego do vnum ex ſeruis, vt des vnum equum quem videris:
certè

certè non video, cur non & hic ſit permutatio: equo enim traditio mutatio erit perfecta: & ne videar inconſulte loqui, hoc mihi probat text. *in l. naturalis. §. ſin autem do. ff. de præſcript. verb.* non violando litteram, diſtinguendo ſpecies contractuum, Do vt des, dicit quòd aut datur res pro re, & eſt permutatio. Aut datur pecunia pro re, & eſt emptio: non reperitur poſtea aliter diſtinctum à iure, quid nos tentamus diſtinguere, *l. de pretio. ff. de public.* Et poſt diſputationem reperio, quòd And. Sicul. quem non videram quando legi *in rubr. ſupra eod.* fuit in eadem opinione, quòd etiam plus in genere contraheretur permutatio. Imò quod eſt plus, ipſe tenuit quòd non reperiretur nomen permutationis reſtrictum ad aliquam ſpeciem, ſed generaliter acciperetur. Sed in hoc decipitur, quoniam ſatis dicitur in ſpecie, poſtquam habetur ſub genere, do vt des, *vt in d. l. naturalis.* & ponderatio quam ipſe facit de illa lege pro ſe eſt puerilis, & nihil ad rombum, ſi rectè inſpiciatur.

¶ Sed contra iſta vrget text. *in l. ſin. ff. de condit. ob cauſam.* vbi ſi ego do tibi pecuniam, vt mihi ſtichum dares, non eſt emptio, nec datur actio ex empto, nec eſt permutatio, vt patet, & tamen eſt ſub genere, Do vt des, ergo alius contractus innominatus, & certe iſta duo iura ſunt valde opp. & forſan vere contraria, ex eo quòd vna lex eſt Celſi, alia Pauli, qui potuerunt diuerſa ſentire, & ideo text. *in d. l. ſin.* dixit ſe procliuiorem in illam ſententiam, forſan innuens quòd inter eos erat altercatio.

38 ¶ Sed quia debemus † iura iuribus concordare. *c. cum expediat. de elect.* Ideo Doctor. communiter ſoluunt contrarietatem iſtorum iurium, quod aut ego do pecuniam vt des rem, id eſt, dominium transferas, & tunc non eſt emptio, ſed contractus innominatus. Aut do pecuniam vt tradas rem ſimpliciter eo non conſiderato, vt dominium transferas, & tunc eſt emptio, ſecundum primum membrum intelligitur *l. ſin.* quę vtitur verbo, dari. quod † importat dominij tranſlationem, *l. vbi autem. ff. de verbor. oblig.* Sed l. naturalis vtitur verbo accipere, quod ſonat meram traditionem. Iſta ſol. comprobatur ex eo quod dominij tranſlationem petere eſt contra naturam emptionis, ſecundum quam ſatis eſt rem tradi, *l. ex empto ff. de actio. emp.* ¶ Profecto iſta ſol. eſt ridiculoſa & damnanda, quoniam iam preſupponimus contractum qui celebratur eſſe ſub illo genere, Do vt des, ergo ſiue dicatur do pecuniam, vt des librum, ſiue vt accipiam, nihil diſtare videtur. Accedat, quòd text. *in d. l. naturalis*, loquendo de emptione & permutatione pariter vſus eſt verbo, accipiam. ergo ſicut in vno importat dominij tranſlationem, ita & in alio, *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.* Præterea † ad quid per Deum inuenta eſt traditio, niſi vt dominia transferat, *vt in l. traditionibus. C. de pactis. §. per traditionem. Inſtit. de re. diuiſ.* Vnde quod dicunt eſſe contra naturam emptionis, vt dominium transferatur, non puto verum, & text. *in l. ex empto.* non probat, quia dum dicit, quod ſi tradens eſt dominus transfert dominiũ aliàs non, hoc fit ratione impoſſibilitatis, quia nemo dat quod non habet, *c. quod autem. de iur. pat.* innuens, quod immò illa traditio naturaliter operatur dominij tranſlationem, quando tradens & vendens eſt dominus, quod ſemper præſumitur, ne quis alienam rem contractare putetur, & conſequẽter furtum committat, ad hoc text. *in l. incivile. C. de rei vendi.* vbi præciſè Imperator facit iſtam conſequentiam, res fuit emptori tradita, ergo dominium tranſlatum, & iſta opin. in tantum eſt vera, quod etiam poſt promiſſionem de vendendo ſolum traditio operatur dominij tranſlationem, vt latè per Soc. *in conſil. 180. incip. In præſenti conſultatio. in princip. in 2 vol. in antiquis.* qui reprehendit Alex. qui conſuluit contrarium.

41 ¶ Propterea dico, quod illa † traditio, quæ fit ex cauſa venditionis, non differt ab ea quæ fit ex cauſa permutationis, licèt text. *in l. 1 ff. eo.* quando vult permutationem non poſſe fieri de re aliena, videatur innuere contrarium, quod inferius declarabo, nam ita agitur de euictione in caſu permutationis, ſicut emptionis, *l. 1. C. eod.* At ne videamur propoſitæ contrarietatis obliti, dico quod ad illud contrarium melior eſt illa ſol. Ioan. communiter reprobata, vt dicamus quod ibi pecunia erat data in ſpecie, *vt in l. plane. la 1. ff. de leg. 1.*

¶ Sed contra ſuperius dicta valde ſtringit text. *in d. l. 1. C. eod.* vbi ſi loco pretij detur fundus quantitate non taxata; & euincatur poſtea res empta, datur ad intereſſe ad exemplum actionis ex empto, ergo ille non erat contractus emptionis, quia fuiſſet data actio ex empto: nec erat permutationis, quia poſtea ſeparatim quærit quid ſi permutaſſet, ergo eſt dare aliquem contractum ſub genere, Do vt des, qui non eſt permutatio nec emptio.

¶ Sed ad illud contrarium reſpondeo, quod ille contractus erat emptionis, ſed quia pretium non erat in pecunia numerata ſicut eſſe debet, *vt in §. item pretium. Inſtit. de empt. & vend.* fuit data non directa actio ex empto ſed vtilis, nam vt apparet in text. voluerunt iſti omnino venditionem contrahere, & ſic dicitur emptio vtilis, licèt non directa, vt tranſeundo videtur
firmare And. Sic. *in rubr. ſupra eod.* Ad † prædictorum compro- 42
bationem facit, quod venditor neceſſario cogitur rem venditam tradere, nec ſufficit preſtare intereſſe, vt voluerunt aliqui, ſed præciſè cogitur ad traditionem, vt per Bart. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.* Abb. Ant. Imol. & alij, præcipuè Fel. qui hoc late diſcutit, *col. 10. verſic. & per prædicta tangunt vic.* D. Ant. *in c. cum Ioannes. de fide inſtrum.* Si ergo ad hoc neceſſario cogitur, non eſt alia ratione niſi quia tenetur quantum in ſe eſt dominum facere, *vt in §. per traditionem. Inſtit. de re. diuiſio.*

¶ Diximus in diffinitione, quod eſt certæ ſpeciei hinc inde
facta præſtatio. Quæro quid ſi † ex vna parte datur ſpecies, ex 43
alia autem ſpecies cum ſupplemẽto numeratæ pecuniæ, an dicatur emptio vel permutatio. Effectus q. eſt magnus, quoniam ſi erit emptio, non licebit à cõtractu recedere, ſi autem permutatio, licebit ante rei traditionem, *l. 1. ff. eod. l. ex placito. C. eod.* Et ratio, quia emptio ſolo contractu informatur, & ideo cum pretium conuenit, tunc perficitur contractus, ſed permutatio à rei traditione informatur, Bart. *in l. iuriſgentiũ. ff. de pact.* Itẽ effectus erit propter ſtatuta loquentia de contractibus emptionis.

¶ Et primo videtur quod † ſit emptio. Vbi interuenit pre- 44
tium in quantitate cõſiſtens illa dicitur venditio, *l. 1. ff. de contr. emp. l. 1 ff. eod.* hic interuenit pretium tale, igitur.

¶ Sed reſpon. quòd arg. procedit quando totum pretium eſt in pecunia numerata, alias non, *§. item pretium. Inſtit. de emp. & vendi.* hic autem partim in ſpecie partim in pecunia numerata, ideo non obſtat.

¶ Secundo, ex eo quod vnum differt ab alio propter id maxime tale iudicatur ſi illud adeſt, vt not. *in Clem. 1. de ſum. Trinit.*
Sed emptionis & permutationis † ea eſt potiſſimè differentia, 45
quod in emptione & venditione contrahentium nomina diſtinguuntur, in permutatione non, cum in emptione alius ſit qui det alius qui accipiat pretium, *l. 1. ff. eod.* quod adeſt in caſu noſtro, cum appareat qui det & qui accipiat pretium, ergo emptio non permutatio eſt dicenda.

¶ Reſpondeo, quod arg. non procedit, niſi quando vnus eſt qui tantum dat pretium, alius rem, ſed hic vterq; dat rem. Imò arg. illud poſſet retorqueri, ex eo quòd vtrobique res.

¶ Ex oppoſito autem videtur quod ſit permutatio, nam in
† concurſu duarum qualitatum, quarum vna alteram non extinguit, ſemper naturalis præualet accidentali, *cap. præſenti.* & 46
ibi late dixi hoc anno. *ſupra. de præben. eod. lib.* Bart. *in l. 3. ff. de iuſt.* At in caſu noſtro interuenit ſpecies, quæ ſolet facere permutationem, qui eſt contractus naturalis, vt ſupra dixi, & pretium, ergo totum iudicetur ſpecies, vt potius ſit contractus naturalis & ſic permutatio.

¶ Sol. vterque contractus eſt de iure gentium, & à gentibus inuentus, & venditionis contractus à iure magis dilectus propter datam actionem: Vnde in dubio potius emptio quàm permutatio dicatur, quia magis dignum, &c. *cap. quod in dubiis. de con. c. eccleſ. vel. alta.*

¶ Secundo adduco text. *in cap. ad quæſtiones. ſupra eod. tit.* vbi eſt caſus in terminis, quod permutatio quarundam poſſeſſionum fuit celebrata inter duas eccleſias, refuſa certa quantitate pecuniæ ab eccleſia, cuius redditus erant tenuiores, ergo ſi ab vna parte ſit ſpecies & pecunia dicitur permutatio.

¶ Sol. ille text. loquitur in caſu claro, quando intendebant permutare. ¶ Ioan. And. *in d. cap. ad quæſtiones.* & Bart. *in d. l. 1. eod. tit. & in l. Ariſto. ff. de donat.* & plerique alij tangunt iſtam quæſt. & dicunt eſſe recurrendum ad mentem contrahentium, vt ſi illi intendant permutare, ſit permutatio, ſi vendere, ſit venditio. *cap. cum in aliis. ſupra de præben.* Sed ſi non apparet de intentione, recurremus ad coniecturas, per ea quæ not. Dyn. & Io. Andr. *in Reg. Inſpicimus. de reg. iur. & Reg. in obſcuris.* vt ſcilicet, ſi pecunia erit maioris quantitatis, dicamus illos contraxiſſe emptionem, ſi minoris, permutationem, *arg. l. item quæritur. ff. de ſta. hom.* & ita tranſeunt Abb. & Imol. *in d. cap. ad quæſtionem.* inferentes ad deciſionem alterius dubitationis.

¶ Papa

¶ Papa permiſit cuidam Abbati, vt poſſet vendere de poſſeſ-
ſionibus monaſterij vſq; ad certam ſummam. Idem Abbas ven-
didit vnum fundum, accepto alio fundo in ſolutum cum certa
quantitate pecuniæ, an illa alienatio ſit nulla, tanquam facta ex
cauſa permutationis, & ſic contra formam mandati, quod tan-
tum permiſit vendere? Et communiter tenetur quod valeat, ex
eo quod veriſimile eſt ipſum noluiſſe vendere.

¶ Aduertatis circa dicta iſtorum patrum, quatenus ponderāt
intentionem contrahentium, vt contractus dicatur permuta-
tionis vel emptionis. Nam de permutatione non dubito, quo-
niam pecunia ſpeciei loco fungi poteſt, & ea contrahi permuta-
tio, *argum.l.3.ff.cōmod. melior text.in l.ita conſtante, ff.de iure dot.* Sed
an intentio eorum poſſit efficere, vt id quod in dubio eſſet per-
mutatio, ſit venditio dubito. Quando enim illud quod dat eſſe
vni contractui, apponitur alteri, trahit illum cōtractum ad ſpe-
47 ciem ſuam, § *fin.Inſtit.mandati.* Vnde priuati † hominis intentio
legis curſum immutare non poteſt, *l.teſtandi, C.de teſtam.l.nemo
poteſt.ff.de leg.1.*

¶ Item videtur confundi iſta opinio per tex. *in l.1.C.eod.* intel-
ligendo prout cōmuniter intelligitur, quòd ille contractus non
eſſet venditionis. Nam ibi quidam habebat poſſeſſionem vena-
lem, & ſic conſtabat de intentione ſua, quod volebat vendere,
& tamen non eſt emptio, ergo intentio non operatur.

48 ¶ Sed quid † plura, text. *in l.1.ff.de contrab.empt.* confundit iſtā
opinionem quando dicit, quod placuit ſententia Proculi dicē-
tis, emptionem abſque nummis contrahi non poſſe. Et melius
per text. *in § item pretium.Inſtit.de empt.& vend.* primò quando di-
cit, pretium debere cōſiſtere in pecunia numerata, ſed ſi eſt par-
tim in ſpecie, quomodo dicetur in pecunia numerata? Pretium
enim eſt vnum totum: vnde non debet diuerſimodè cenſeri, *l.
eum qui ædes, ff.de vſuc.* Secundò reprobatur, quando text. apertè
dicit reprobatam opinionem illorum qui voluerunt ex permu-
tatione emptionem poſſe fieri, ex quo merito videtur dicendū,
quòd quando prætendunt ex vno contractu facere alium, ſuc-
cedat *reg.c.cum ſuper Abb.de offic.deleg.*

¶ Ego igitur ita diſtinguerem, quòd aut ſumus in contrahen-
do, aut in ſoluendo. Si ſumus in contrahendo, & conueniatur
vt detur res pro re, tunc eſt permutatio, etiam ſi emptionem ce-
lebrare intenderent contrahentes, propter text. *in d.§ item pre-
tium.* Sed ſi conueniatur de dando pretio pro re, aut taxatur
quantitas pretij, eſt vera emptio, & datur directa empti & ven-
diti: aut verò non taxatur quantitas, ſed ſimpliciter dicitur, da-
bo illam pecuniam in illo ſacco depoſitam, vel dabo illum fun-
dum loco pretij, & hic tacitè pretium eſt valor alterius fundi,
tunc non eſt directa, ſed impropria emptio producens vtilem
ex empto & vendito actionem, iſte eſt caſus *l.1. C.eod.* Quod ſi
daretur iſta pecunia non taxatę quantitatis, abſque eo quòd di-
ceretur pretio, eſſet permutatio ſecundùm verum intellectum
l.fin. ff de condi.ob turp.cauſam. & in hoc valet intentio contrahen-
tis. Si verò ſumus in ſolutione, dico quòd poſtquam inter par-
tes eſt conuentum de pretio, eſt vera emptio, nec vitiatur, ſi
ſpecies loco pretij detur parte conſentiente, *l.pretij, C.de reſcind.
vendit.* iſta diſtinctio poteſt colligi ex verbis Salic. & gloſ. *in d.l.1.
C.eodem.*

Expeditus de diffinitione, aggredior quaſdam quæſtiones,
49 vt clariùs illuceſcat huius diffiniti materia. Et prima † quæſtio
cum text. *in l.1.ff eod.* & text. *in l.2.C.eod.* dicat, quòd permutatio
eſt vicina emptioni, quæ ſit inter vtrumque contractum diffe-
rentia? Sol. vt colligi poteſt ex gloſ. *in d.l.1.ff.eod.& l.2.C.eod.* & ex
dictis Bart. & aliorum ſeptem ſunt differentiæ.

¶ Prima differentia ſumitur ex parte denunciationis. Cùm in
eo contractu venditionis triplex ſit nominum variatio. Aliter
enim dicitur emptio, aliter venditio, & ita ex parte contractus.
Item quo ad contrahentes, quum alius emptor, alius venditor.
Item ex parte rei, quum aliud merx, aliud pretium. In permuta-
tione ſecùs: Nam vtrobiq; permutatio, vterq; permutans, hinc
inde res ſeu ſpecies, probantur hæc *in l.1.§.1.ff.eod.*

¶ Secunda differentia ſumitur ex parte præſtationis ſeu tra-
ditionis, quoniam emptor tantùm tenetur pretij dominium in
vendentem transferre, ſed venditor non tenetur ad rei venditæ
dominium transferendum, ſed ſufficit quòd tradat, & promit-
tat de euictione. Vnde dato quòd eſſet aliena, non poſſet con-
ueniri antequam euinceretur, *l.ſeruus, §.fin.* quæ eſt lex ſingula-
ris ſecundùm Paulum de Caſtr. ibi, *ff.de actio.empti.* At in permu-
tatione tenetur tradens dominium transferre. Et iſta poteſt eſ-
ſe ratio, quare dicimus, quod de re aliena poteſt fieri permuta-
tio, quod apertè ponit text. referens opinionem Pedij Iuriſcon-
ſulti *in l.1.ff.eod.* Et hoc ſuadere videtur ratio, nam permutatio-
nis † contractus ſumit initium à tranſlatione dominij, vt dicit 50
ille text. *in illa l.1.* Sed dominium rei alienæ quomodo pote-
rit aliquis dare? *c.Daibertum.1.quæſtione 7.c.quod autem, de iure pa-
tronat.*

¶ Sed iſta differentia nunquam mihi placuit, ſi ita ruditer in-
telligatur, quoniā ſicut permutans tenetur dominium rei tranſ-
ferre, ita & vendens, quando eſt dominus: ad quid enim aliud
fuit inuenta, vt dixi in ſuperioribus, traditio? Et licet non vitie-
tur contractus emptionis ſi appareat rem eſſe alienam, idem eſt
in permutatione, poſtquam contractus eſt expeditus bona fide
inter contrahentes. Nam antequàm euincatur res permutata,
non poteſt agi ad diſſolutionem contractus permutationis, ſic-
ut nec etiam venditionis, vt tenuit gloſ. *in l.1.ff.eod.& in l.pro fun-
do, C.de tranſactio.* licet contrarium communiter teneatur. Ego
autem exiſtimo opinionem gloſ. veram non per rationes ſuas,
quia illis de facili reſpondetur. Mouentur enim illæ gloſ. iſta ra-
tione. Ab emptione † ad permutationem valet argum. *l.1.ff.eod.* 51
at venditor non tenetur ad euictionem, *vt ff de actio empt l.ſeruus.
§ final.* ergo idem erit iudicium, *l.non poſſunt, ff.de legibus.cum ſi-
milibus.*

¶ Sed huic rationi reſponde, quod non procedit hoc caſu æ-
quiparatio, poſtquam in hoc differunt, vnde adhuc quæritur
de principio.

¶ Vera tamen eſt iſta opinio, † quòd etiam de re aliena, quā-
do datur vt ſua, contrahitur vera permutatio, quæ ſemel perfe- 52
cta eſt irretractabilis, donec hęc res euincatur, ad vtrumque ad-
duco textum *in l.1.C eod.in fin.* Nam dicit, ſi permutatio facta eſt,
& quod præſtitum eſt, euictum eſt: ergo erat permutatio pro-
priè, antequam euinceretur: quoniam illud eſt † propriè tale, 53
quod lex ſimpliciter appellat tale, *l.propriè, l.fratrem, ff.de verbor.
ſignific.* ſecundum autem probatur quando dicit, quòd ſi quod
datum eſt compermutanti euictum eſt, tunc agitur: ergo ſi non
eſt euictum, non agitur. & ſic ante euictionem ſtat contractus
permutationis, ſicut & venditionis, probatur conſequentia per
argumentum à contrario, quod in iure eſt fortiſſimum, *l.1.ff.de
offic.eius.l.prætor.ff.de iudic.* Item probatur, quia † dictio, ſi, notat
conditionem, ſecundùm Bart. *in l.1.in 2.col.verſic.primò ergo quæ- 54
ro, ff.de cond.& demonſt.& ibi gloſ.* quæ conditio requirit implemē-
tum antequam perficiatur illud cui apponitur, *c.2.de cond.appoſ.
§.ex conditionali Inſtit.de verb.oblig.*

¶ Item ad ſecundum adduco text. *in l.ſi permutatio, C.de euict.*
ibi, eis euictis quantum intereſt conueniri poſſe rationis eſt: er-
go ſecùs ſi non ſunt euictæ. Nam iſti † ablatiui denotant condi-
tionem, ſecundùm Bald. *in l.1.in 2.colum.C.quando lic.ab empt.diſc.* 55
*Bart.in l.ab emptione.in 2.not.ff.de pact.ad hoc text.in l.euictus.ff.de vſu.
& in l.à teſtatore.ff.de cond.& demonſtr.*

¶ Item quod ſufficiat eum, qui permutat, haberi pro domi-
no, licet non ſit verè dominus: & ſic quòd de re aliena poſſit fie-
ri permutatio, eſt caſus clarus *in c.cùm venerabilis, de except.* quem
nullus conſiderauit. Dicit, quòd permutatio non poteſt expe-
diri niſi cum eo, qui eſt dominus, vel habetur loco domini: er-
go ſatis eſt quod permutans reputetur dominus, licet res ſit ve-
rè aliena. Sed ſi iam contractus cum tali eſt perfectus, nō video
quare debeat ante euictionem permutatio reſcindi, nec appa-
ret cur æquiparatio regulariter facta inter venditionem & per-
mutationem hoc caſu non teneat.

¶ Sed quomodo reſpondebimus ad illum textum *in l.1.ff.eod.*
qui dicit, alienam rem dantem, non contrahere permutatio-
nem. Si non contrahit permutationem, ergo ſequitur, quod a-
gi poteſt ante euictionem, quia in iſtis contractibus ſemper lo-
cus eſt pœnitentiæ re integra, *l.cùm precibus, C.eod.* Sol. permuta-
tio poteſt † dupliciter accipi, pro contractu de permutando re 56
non ſecuta, & pro contractu re ſecuta: quo caſu eſt vera permu-
tatio, id eſt perfecta mutatio, quantum in ſe eſt. Quando igitur
dicimus alienam rem dantem nō contrahere permutationem,
intelligitur ad effectum actionis conſequendæ aduerſus alium,
vt teneatur rem ſuam præſtare. Exemplum, dedi tibi rem alie-
nam, vt tu tradas tuam: ſi antequam tradideris, conſtat eam
quam tradidi eſſe alienam, ego non poſſum agere contra te, vt
tu tradas tuam, & ſic vt perficias contractum, ſicut agerem ſi
dediſſem meam, *l.cùm precibus, C.eodem.* At ſi tu primò rem tuam
tradidiſti mihi, vt traderem eam quæ non erat mea, tibi naſci-

tur actio præſcriptis verbis contra me, vt faciam eam tuam, vel
ſaltem tradam & promittam de euictione: & caſu quo poſtea e-
uincatur, permutatio habebitur pro non ſecuta: ſed ante eui-
ctionem tenebit permutatio, argum. text. in l. reſcriptum. §. 1. ff. de
distract. pignor. l. quoniam, l. cùm precibus, C. eod. l. ſi permutationis, C. de
euict. & iſtam declarationem ſentiunt plerique Doctores, præ-
cipuè Hoſtienſ. in ſumma, eod. tit. §. quid poteſt. motus auctoritate
gloſ. text. in d. l. 1. Ex quibus liquidò conſtat, quòd qui dat rem a-
lienam vt ſuam alio dante ſuam contrahit veram permutatio-
nem, quæ in caſu euictionis tantùm fingitur non ſecuta, quia
retractatur quod datum eſt.

57 ¶ Tertia differentia naſcitur ex parte actionis: Nam † ex cō-
tractu venditionis naſcuntur duæ actiones, quarum altera ex
empto nuncupatur: Sed ex permutatione naſcitur actio præ-
ſcriptis verbis, quæ aliàs in factum nuncupatur, vt per totum, ff. de
præſcript. verb. Et licèt aliàs actio in factum ſit generalior actione
præſcriptis verbis, vt eſt gloſ. magiſtra in §. actionum, in verſic. ex
permutatione. Inſtit. de actio. & Bart. in Rubric. ff. de præſcript. verb. & in
l. 1. ff. de condict. ex lege. tamen in propoſito noſtro ſunt ſynonima,
ſecundùm gloſ. in l. ex placito, C. eodem. & probat text. in l. ſi tibi a-
58 rea. § Iulianus. ff. de præſcript. verb. Datur enim † iſta actio, quotiens
celebratur contractus, cui à iure ciuili nulla actio data eſt, l. qui
ſeruandi, in fine. & in l. inquam, ff. eodem. Et generaliter datur actio
in factum, vbicunque dubitatur, quæ actio detur. Exemplum,
domino mercium ſi incertum ſit, an nauem conduxerit, an
merces vehendas locauerit, datur actio in factum. Item ſi
quis pretij explorandi cam rem æſtimatam tradat, neque de-
poſitum eſt, neque commodatum, & dubitari poteſt, an ſit
venditio vel mandatum, vel ſi videatur locaſſe rem venden-
dam, dabitur ergo actio in factum. ita declarat Azo in ſumma,
hoc tit.

59 ¶ Iſta autem actio præſcriptis † verbis ideo nomen illud ha-
bet, ſecundùm Cyn. in l. ex placito, C. eod. quoniā cùm agentes in
iudicio dubitarent de nomine contractus, nec ſcirent illud di-
cere, iudex mandabat verba quæ interuenerant ſcribenda, &
eis præſcriptis, id eſt, ante oculos ſcriptis, cùm non colligeretur
ex eis aliquem ſpecialem contractum interueniſſe, cœpit dari
quædam generalis actio, quæ vocabatur, præſcriptis verbis, id
eſt, ſecundùm verba, q̄ præſcripta ſunt. Sed iſta etymologia ni-
hil inſulſius, innuit enim ſcripturam in his neceſſario quodam-
modò ſibi locum vendicare, quod nullibi cautum eſt, & ibi tā-
tùm requiritur ſcriptura, vbi lex exprimit. iuxta notata in c. 1. de
cenſib. infra eodem lib. Vnde ego exiſtimo Iuriſconſultos vocaſſe i-
ſtam actionem, non quia verba ante ſcriberentur, ſed quia ex
facto propoſito in iudicio nulla oriebatur actio peculiaris, vo-
cabant eam generali nomine verborum, quæ proferebantur,
quaſi velint dicere Iuriſconſulti, ex facto narrato æquitas dictat
actionem naſci: ſed quia non eſt data actio nominata à iure ci-
uili, demus tamen actionem, quæ à facto propoſito vocabitur
in factum, id eſt, ſecundùm æquitatem facti, vel præſcriptis ver-
bis, id eſt, ſecundùm verba quæ præſcribuntur, id eſt, præponū-
tur in narratione facti, nam præſcribere idem eſt quod præpo-
nere. Vnde Cicer. in Catil. Ac ſenatui quæ ſunt gerenda præſcri-
bo, & quomodo Carthagini iam diu malè cogitanti bellum in-
feratur multo ante denuncio.

60 ¶ Quarta differentia eſt, † quòd emptio ac venditio ſimul ac
de pretio conuentum eſt contrahuntur, permutatio autem ſo-
lo rei interuentu, l. 1. ff. eod. ante enim non producit actionē, niſi
ſtipulatio interuenerit, l. ex placito, C. eod.

Quinta differentia eſt, quod vnum dicitur contractus nomi-
natus, aliud innominatus, de quo ſuperius ſatis abundè di-
ctum eſt.

Sexta differentia, quoniam in contractu permutationis ſi al-
ter impleuit permutationem altero non implente non ſolùm
poteſt agere ad implemētum vel intereſſe, ſed vt res ſua ſibi re-
ſtituatur, l. cum precibus, C. eod. quod in emptione ſecùs eſt, l. in ci-
61 uile, C. de rei vendi. Conditio enim, † quæ datur ob cauſam, non
habet locum in contractibus nominatis, l. fin. cum ibi not. C. de cō-
dict. ob cauſam.

Septima differentia, quia in contractu emptionis ex ſola tra-
ditione dominium non transfertur, niſi pretio ſoluto, vel habi-
ta fide de eo, §. venditæ, §. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. Sed
ſi permutatio impletur ex vna parte, licet non impleatur ex a-
lia, nec habeatur fides de implendo, tamen dominium tranſ-
fertur, gloſ. in l. permutationem, & in l. cum precibus. ibi Salic. C. eod.
gloſ. in l. 1. ff. eodem. mouetur Salic. iſta ratione. In contractu in-
nominato cuiuſmodi eſt permutatio, traditio fit ad obligatio-
nem perficiendam, & actionem inducendam, quam perficere
& inducere nō poteſt quis niſi trāſlato dominio, l. ex placito, l. re-
bus, C. eodem. ergo quis per quamlibet traditionem ex parte ſua
videtur dominium transferre voluiſſe, ne credatur maluiſſe a-
ctum fruſtratorium facere, c. Abbate ſanè, de re iud.

In hoc tamen contrarium exiſtimo, quòd immò dominium
non transferatur per talem traditionem, niſi res ex oppoſito ſit
data, vel habita fides de ea tradenda, ſicut in venditione, prout
ſentit gloſ. in l. cùm proponas, C. de dolo. Petr. Cyn. & Bartol. in l. cum
precibus, C. eodem. & Bart. in l. ſi ſeruus. §. locaui, in 2. colum. ff. de furt.
& hoc per textum in l. 3. ff. de pignor. actio. vbi ſi reſtituitur reſpi-
gnorata non recepta ſolutione, vel habita fide de ea non remit-
titur pignus: ecce ergo, quòd mauult quis traditionem
nullam facere, quàm contractum diſſoluere, ergo à fortio-
ri dicendum eſt idem in caſu noſtro, quòd tanto minus inten-
dat rem ſuam in alium transferre, cùm minus iuris habeat in re
pignorata, quàm in propria, & per iſtum textum confunditur
ratio Salic. Non eſt veriſimile, quod per iſtam traditionem vo-
luerit dominium transferre, & ſibi præiudicium generare abſ-
que fide, ſicut nec in venditione, vt in §. vendita. inter quos con-
tractus in propoſito non apparet ratio diuerſitatis, ergo ſtet æ-
quiparatio facta in dicta l. 1. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cum ſimili-
bus. Veriſimilis enim agentis intentio ſpectanda eſt, l. non omnis,
ff. ſi certum petat. regul. Inſpicimus, de regul. iuris. infra, eod libro. & veri-
ſimiliter non creditur quis velle ſuum abiicere, l. cùm de indebito,
ff. de probat. Extra iſtos caſus venditio & permutatio pari paſſu
ambulant, quoniam exceptio † firmat regulam in non exce- 62
ptis, c. 2. de coniug. lepros. cum ibi not. Et ideo dicitur contractus bo-
næ fidei, ſicut & venditio, de quo videas plenè not. in c. cùm ve-
nerabilis, de except.

¶ Secundo quæro, † An permutatio ſit alienatio? & breuiter 63
reſpondetur, quoniam alienatio comprehendit omne verbum
per quod dominium transfertur, l. 1. C. de fund. dot. clarè dicitur in
c. nulli, de reb. eccleſ. non alien. & ideo ſtatutum † vel alia quæuis di- 64
ſpoſitio prohibens quempiam alienare prohibet & permutare.
Spec. eod. tit. §. 1. verſic. Quod autem. Bart. in l. cum lex, ff. de fideiuſſor.
Bald. in l. non dubium, C. de legib.

¶ Ex his infertur ad elegantem quæſtionem quam diſputa-
runt Oldrad. Paduæ: Iacob. Butr. Bononiæ, prout refert Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. in rubr. prope finem, eodem titul. Statutum
Bononienſe prohibebat ſub certa pœna, ne alienatio fieret à
viuente in forenſem, modo accidit, teſtator Bononienſis
mandat hæredi vt permutet certum fundum cum Tullio Imo-
lenſi, mortuo teſtatore hæres facit permutationem, an dicatur
incidiſſe in ſtatutum. Et primò videtur quòd ſtatutum liget
iſtum.

Ex ſtatuto prohibentur alienationes factæ à viuis in extra-
neos. Iſta permutatio eſt alienatio, & fuit celebrata per hære-
dem, qui eſt perſona viuens, & facta in extraneum, ergo ſtatu-
tum comprehendit iſtum caſum. Nam cui adaptantur † verba 65
legis, adaptatur & ipſa lex, l. proſpexit, ff. qui & à quibus. l. Labeo, ff. de
ſupellect. legat. Secundò, quoniam effectus ſemper denominatur
à cauſa propinquiori, l. mulier, & ibi not. ff. rerum amot. l. carbonum,
§. ad faces, ff. de verborum ſignificat. At hæres viuens fuit cauſa effi-
ciens & propinqua illius permutationis, ergo permutatio fuit
per viuum expedita, & ſic alienatio, igitur habet locum pœna
ſtatuti. facit, quia † attenditur tempus & locus celebrati con- 66
tractus, l. in delictis. §. ſi extraneus, ff. de noxal. l. Mela, in princ. ff. de ali-
ment. & cibar. legat.

Contrarium tamen, & benè, fuit per dominos diſputantes
terminatum, propterea quod iſta permutatio eſſet potiùs di-
cenda permutatio defuncti, quàm hæredis, & hæres in hoc eſ-
ſet ſicut inſtrumentum exequens defuncti voluntatem, quo
caſu dicitur diſpoſitio ordinantis, non exequentis, l. in æſtimatio-
nibus. ff. de petit. hæred. Et is dicitur actum celebrare, qui celebran-
ti † auctoritatem impartitur, c. cùm aliquibus, ſupra eod. lib. de reſcri- 67
ptis, l. 2. C. de vet. iure enuclean. & hoc firmat Angel. in terminis pa-
rum diuerſis in d. l. in æſtimationibus, & in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de
verborum obligat. & ibi Bart. ſatis tamen inuolutè loquens. & pro
iſta facio vnam rationem.

Cauſa remota attenditur magis quàm propinqua, & ſecun- 68
dùm illam iudicatur actus, quando ab ea dependet ius cauſæ
propinquioris, l. ex placito, C. eod. & ſic attenditur principium in-

fluens

fluens in finem, *l. filius, ff. de verborum obligat. l. damni, §. Sabini, ff. de damno infect.* At teſtator eſt cauſa remota & principium influens immò imponens neceſſitatem huic permutationi, ergo rectiùs dicitur teſtatoris, quàm hæredis permutatio, igitur ſumus extra caſum ſtatuti, ad quod non debemus trahere caſus non expreſſos, quoniam & odioſum, quia pœnale & ſtrictè intelligendum *l. conſtitutionibus, ff. ad municip. c. cùm dilectus, de conſuet. c. in noſtra, de iniur.* Et per hæc ſunt ſublata fundamenta in contrarium, quia non eſt hæredis, ſed teſtatoris permutatio.

Immò aduertatis ad vnum, & non eſſet abſonum dicere, quod prohibentia alienationem in extraneum non prohiberent ſimpliciter permutationem, ſed tantùm quando res eſſet in territorio alieno, ſecùs quando in noſtro. Nam cùm tale ſtatutum ſit odioſum & contra ius commune, in eo quod adimit facultatem aliàs in re propria conceſſam, *l. in re mandata, C. mandat.* ergo debet illud verbum, alienatio, poſitum in eo reſtringi. Sicut aliàs fit *in l. ex hoc edicto, ff. de alien. iud. mutand. cauſa fact.* Reſtringi igitur debet ad id quod veriſimiliter ex mente & ratione comprehendit, *l. quamuis, C. de in ius voc.* non enim eſt ambulandum in cortice verborum, *c. Marchion. 1. quæſt. 1. l. ſcire oportet, §. aliud, ff. de excuſ. tut.* Quicquid enim agit prudens agit ratione finis, iuxta illud:

Quicquid agis prudenter agas, ſed reſpice finem.

Et omnis ſtatuens reputatur prudens, vt per Ancha. *in c. 1. de con-*
69 *ſtit.* & Abb. *in conſ. 1. in pen. colum. in 1. volum.* Ratio † ergo dictum ampliat & reſtringit, *l. cùm pater. §. dulciſſimis, ff. de legat. 2.* Sed ratio ſtatuti prohibentis alienationem in extraneum non vendicat ſibi locum in permutatione facta cum re, quæ eſt in territorio, vt probabitur: ergo nec habebit locum diſpoſitio. Iſta minor probari poteſt, quoniam tale ſtatutum non potuit fundari alia ratione, niſi quia non vult extraneos ditari in ſuo territorio, ſed vult quòd bona remaneãt ſubditis: ergo iſta ratio habeatur pro expreſſa, *iuxta not. in l. quamuis, C. de pact.* At iſta ratio non militat in caſu noſtro quoniam dando rem & accipiendo rem, non ditatur de nouo in territorio, cùm iam eſſet ditatus, & quod dat ſuccedat loco eius quod accipit, & reputetur (vt dicit Io. Andr. infra in nigro) eſſe idem.

¶ Præterea illa æquitas, ſuper qua poſſet fundari hoc ſtatutũ, ſcilicet vt ideo hoc diſponeret, vt potiùs vẽdamus vicino quàm extraneo, quia proximum debemus præhonorare, iuxta illud: *Diliges proximum tuum.* ceſſat in caſu permutationis, nam licèt pecunia vicini poſſit mihi præſtare idem officium, quod pecunia extranei, tamen idem officium non poterit præſtare res vicini, quod & res extranei, quando habet rem mihi conuenientem. Facilè enim euenire poſſet, vt in toto regno non reperiretur aliquis, cum quo commodè permutare poſſem: ergo ſtatutum iſtud reſtringendum eſt, ne nos inducat ad iniquitatem, *d. l. ſcire oportet, ff. de excuſ. tut.*

70 ¶ Ex his rectè infertur ad aliam quæſtionem, † an ſtatutum prohibens vẽditionem, prohibeat permutationem. Et per prædicta videtur quod non, prout tenuerunt Spec. *in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum, el. 2.* & ibi Ioan. And. *in addit.* ſubdens, quòd ſi ſtatutum dicat, quod de qualibet venditione ſoluatur gabel-
71 la, non ſoluetur de permutatione, quoniam verba † ſtatutorum ſunt reſtringenda, & accipienda in propriis terminis, *c. in noſtra, de iniur.* & iſtud tenuerunt Albe. C. Bald. Guido de Suzar. quos ibi refert Ioan. And. ad quod facit text. *in c. 1. ſuprà de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap.* vbi ponuntur iſta vt diuerſa, & dictum Guil. de Cun. *in l. quicunq. §. nõ tamen. ff. de inſtit.* vbi voluit, quòd ſi dominus permiſit emphyteutæ vendere, non poterit permutare. Facit tex. *in l. ſicut, in §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* per quem ibi dicit Bart. ſe vidiſſe ſæpiùs de facto, quòd ſi epiſcopus permiſit eccleſiæ alienare propter debita, non poterit permutare. Accedat quod dicit idem Bart. *in l. 1. C. eod.* quando vult, l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. loquentem in venditione, non habere locum in permutatione.

¶ Oppoſitum tamen tenuit gloſ. & Cyn. *in l. 2. C. de vſucap. pro empt.* pro quibus etiam ſimiliter eſt gloſ. *in l. ſtatuliberi à cæteris. §. Quintus. ff. de ſtatulib.* & mouentur: Nam appellatione venditio-
72 nis continetur † omnis contractus, per quem dominium transfertur, *d. §. Quintus.* quem text. ad hoc laudat Bald. *in d. l. 2. C. de vſucap. pro empt.* ad idem text. *in l. ſicut. §. venditionis, ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol. & in §. ſed ſi permiſerit, ead. l.* text. *in l. ſed quod ad eas. §. quod emptionem, ff. de pign. l. ſequitur. §. de illo. ff. de vſuc.* At in permutatione transfertur dominium, *c. nulli, de reb. eccleſ. non alien.* ergo comprehenditur in ſtatuto. Accedat, quòd permutatio venditioni
regulariter † æquiparatur, & illi proxima nuncupatur, *d. l. 1. ff. eo.* 73

¶ Sed iſta de facili corruunt, quia procedunt in materia aliàs fauorabili & minus reſtringenda.

¶ In hac dubitatione poſſunt conſiderari duo caſus, Primus, quando ſtatutum prohibet venditionem. Secundus, quando facit mentionem de venditione, non eam prohibendo, ſed ſuper illo contractu aliquid diſponendo, vt ſcilicet pro contractu venditionis ſoluatur tale quid, & iſtos duos caſus videtur aduertiſſe Bald. *in quodam ſuo conſilio, incip. In Chriſti nomine.* quod conſilium non vidi, ſed allegatur per ſcribentes, voluit enim Bald. quòd in primo caſu ſtatutum non comprehenderet permutationem, in ſecundo caſu ſecùs. & ita referendo rem ad terminos quæſtionis, videtur inclinare in ſententiam Speculat. & Ioan. And.

¶ Ego autem caſus iſtos aliter declararem, quòd aut ſtatutum prohibitiuum venditionis eſt fundatum in ratione, ne ſcilicet bona tranſeant ad extraneos, vt quia prohibet vendi extraneis, & tunc ſi velit permutare cum re, quæ eſt in territorio, poterit permutare ſtatuto non obſtante, quoniam ceſſat ratio, vt prædixi. Aut verò fundatur ſuper inhabilitate perſonæ, vt quia minor vel mulier prohibeantur vendere, & tunc nec poterũt permutare, quia eadem ratio deceptionis vtrobique, & hoc eg. egiè probat text. *in l. ſicut. §. venditionis, cum §. ſeq. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſol.* nam ibi mandatum de vendendo comprehendit omnẽ modum alienationis habẽtem eundem effectum & rationem,
licèt aliàs in † mandatis ſoleat fieri interpretatio multum ſtri- 74
cta, *l. diligenter, ff. mandati, cum ſimil.* Aut fundatur ſuper qualitate rei, & tunc aut prohibet ſine certa ſolemnitate fieri, & diſpoſitum in venditionis contractu, ſimiliter erit diſpoſitum in permutatione per idẽtitatem rationis. Aut verò prohibet, quia vitium eſt in vendendo, quia contrahitur ſymonia, vel res non eſt in commercio, vt eſt in ſpiritualibus & ſacris rebus, *vt in 1. quæſt. 1. per totum, l. inter ſtipulantem, § ſacram. ff. de verb. oblig.* & tunc aut vult prohibitus vendere, permutare cum alia re æquiualente pretio, & non poteſt, quia fieret fraus. *arg. c. licet ex quadam, de teſtib. c. quanto, de diuort.* Aut verò vult permutare cum alia ſimili, & poteſt, cum ſuperioris auctoritate, vt patet in beneficiis, *vt infra in text. noſtro, & in Clem. 1. eod. tit.*

¶ Circa ſecundum caſum quando diſponitur quod pro contractu venditionis tale quid ſoluatur, mihi videtur quod nõn comprehendatur contractus permutationis, quia ſtatuta huiuſmodi ſunt ad beneplacitum ſtatuentium nulla certa ratione fundata, & ideo verborum proprietati inhęrendum. *l. non aliter, ff. de leg. 3.* Et ſunt ad inſtar ſtipulationum, vt not. declarat Bald. *in l. contractus, in 2. col. C. de fide inſtrum.* Vnde ſicut in ſtipulationibus expreſſio vnius caſus non includit alium, *l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig.* ita nec in iſto caſu. Et licet aliàs lato ſumpto
vocabulo † permutatio comprehendatur ſub venditione, ta- 75
men propriè loquendo aliud eſt vẽditio, aliud eſt permutatio, *l. ſi idem, C. de codicil.* Dicitur enim proxima venditioni *in l. 1. ff. eod.* ergo ipſa non eſt venditio, quia nullum ſimile eſt idem, *l. quod Nerua, ff. depoſiti.* Immò dico tibi, quòd illa iura, quæ dicunt ſub venditione comprehendi omnem alienationem, loquuntur potiùs ex interpretatione & mente, quàm ex virtute verborum. Nam text. *in §. Quintus.* dicit, quòd lex videtur complecti, quæ verba denotant fictionem & interpretationem, per ea quæ dicit Bart. *in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap.* & per text. *in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict. omnium iud.* quando dicit text. quòd prætor per verbum, ſi quis, complexus eſt vtrumque ſexum: quod tamen non eſt ex vi verborum, ſed ex interpretatione, vt per Bart. *in l. 1. ff. de verb. ſignif.*

¶ Præterea non eſt precisè eadem ratio in permutatione, quę eſt in venditione in caſu noſtro, quia faciliùs eſt accipienti pecuniam, pecuniam ſoluere, quàm accipienti rem. Vnde creditur ſtatuentes voluiſſe intelligere de vera venditione, non de permutatione. Quod tamen limitarem, niſi permutatio fieret in fraudem, *l. fraus, ff. de legib. c. quanto, de diuort.* Et hæc not. quia alibi diſcuſſa non inuenies.

¶ Ex his patet aditus ad aliam quæſtionem, ſtatuto † caue- 76
tur, quòd ſi quis vendiderit domum extraneo à parentela, liceat agnatis ſuis eam redimere vſque ad certum tempus: modò accidit, quod iſte non vendidit ſed permutauit, vtrùm conſanguinei poſſint redimere. Et primò videtur quod poſſint, quia ſtatutum videtur fundari in hoc, vt illę domus remaneant in fa-

milia, quæ ratio militat etiam in permutatione: ergo debet eſſe idem ius, cùm ſublata ſignificatione permutatio comprehendatur ſub venditione, *vt in d. §. Quintus, & in alijs iuribus ſuprà alleg.* Et à ſtricta ad latam ſcilicet, procedit extenſio in odioſis, *l. ſi ſium habeo, ff. ad Maced. gloſ. in Auth. minoris debitoris, C. qui admit. Alex. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr.*

¶ Contrarium tamen firmat Specul. *in titul. de empt. & vendit. §. nunc videndum, verſic. ſed pone ſtatutum.* & ibi Ioan. Andr. *in addit.* quoniam huiuſmodi ſtatuta, ſeu odioſa, non debent excedere proprium ſignificatum. Et hoc teneo, quoniam non eſt eadem æquitas in vno, quę in alio: nam quando reſtituitur pretium emptori, nulla ſibi videtur iniuria fieri, cùm idem cenſeatur pretium quod reſtituitur cum eo quod dedit, argument. textus *in l. 2. §. mutui, ff. ſi certum petatur.* Sed quando dedit aliam domum, non dicitur accipiendo pretium accipere quod dedit, cùm aliud pretium, aliud res, *l. 1. ff. eod.* eſſet enim hoc cogere iſtum indirectè ad vendendum quod dedit ex cauſa permutationis, quod eſſe non debet, *l. nec emere, C. de iure deliber. l. inuitum, C. de contrahend. empt.* Præterea illa domus permutata cenſetur eadem cum prima: vnde non videtur ex bona æquitate adhuc vendita, *c. eccleſia S. Mariæ, vt lite pend. cum ibi not.* Poſſet tamen probabiliter dici, quòd aut ſtatutum, vel etiam teſtator diſponunt ſuper certis domibus, vtpotè ſuper illis quæ ab antiquo fuerunt certæ cognationis, aut ſimpliciter: ſi ſimpliciter, procedat quod ſuprà dixi. Si autem habita relatione ad certas domos, poſſet attentari, quòd ſicut non poſſunt vendi, ita nec permutari in præiudicium cognatorum, quia ratione affectionis eſt ſibi hoc ius acquiſitum, vt non poſſint ipſis inuitis ad extraneos tranſire. cogita tamen.

77 ¶ Tertiò quæritur, quæ † permutari poſſunt. Sol. edictum de permutando eſt prohibitorium: Vnde omnia quę expreſsè prohibita non reperiuntur, permutari poſſunt, *l. 1. ff. de teſtib. not. Abb. in c. cùm apud, & c. cùm locum, de ſponſal.* & generaliter quæ vendi poſſunt, permutari poſſunt, *l. 2. ff. & C. eodem.* Nec tamen omnia quæ permutari poſſunt, vendibilia ſunt: ideo in plus ſe habet facultas permutandi, quàm vendendi, quoniam ſpiritualia, quę nullo modo vendi poſſunt, *c. querelam, de ſymonia. c. de iure, de iure patronat.* permutari inuicem poſſunt, vt patet *infra in nigro, & ſupra in antiquis, eod. tit.*

78 ¶ Sed quòd imò ſpiritualia † permutari non poſſint, oppono: omnis contractus non gratuitus eſt reprobatus in ſpiritualibus, cùm ſcriptum ſit: Gratis accepiſtis, gratis date, *c. gratia. 1. q. 1. & c. quam pio. 1. quæſt. 2.* At permutatio non eſt contractus gratuitus, ergo, &c.

¶ Item contractus permutationis eſt huiuſmodi naturæ, quod ſi ab vna parte impleatur, ille qui impleuit poteſt agere contra alium, vt impleat, *l. 1. l. cum precibus, C. eodem.* poſito igitur quod permutatio completa ab vna parte, id eſt quòd vnus dederit ſuam prælaturam vel dignitatem, poterit ſecundùm hoc aliam petere ab alio. Sed hoc ambitioſum & reprobum iudicatur, *l. ſi quenque, C. de epiſcopis & clericis, capit. in ſcripturis, 8. quæſtione 1.* ergo permutatio non permittitur in ſpiritualibus.

¶ Veritas tamen eſt cum prima opinione, *c. ad quæſtiones, eod. tit. & infra in nigro.* Ad contraria reſpondetur, quod procedunt, quando præſtaretur temporale pro ſpirituali, vel ſpirituale pro
79 temporali, ſecùs ſi ſpirituale pro ſpirituali: nam cùm † ſpiritualia non recipiant æſtimationem, *argum. l. libertas, ff. de reg. iuris, l. inter ſtipulantem. ff. de verb. obligat.* rectè poſſunt inuicem permutari, *l. 2. ff. ſi cert. pet.* ſecùs ſi detur temporale pro ſpirituali, quia nulla inuicem proportio: & iſto reſpectu debent gratis accepta, gratis exhiberi, ne cum Simone partem capiamus, *c. Saluator. 1. quæſt. 3.* vbi reprobatur, qui pecuniam donum Dei poſſidere nititur: & pecuniæ appellatione prohibita ſunt omnia temporalia pretio æſtimabilia, *c. totum quicquid, ead. cau. & quæſt.* quod factum eſt non vt effectualiter procedat talis contractus ſi fiat, ſed in deteſtationem auaritię & ambitionis eorum, qui ita contrahunt, *vt in d. c. Saluator.*

¶ Vel aliter potes diſtinguendo ſoluere, quòd vt colligi poteſt ex dictis beati Thomæ *2. 2. quæſt. 100. art. 1. & in quarto ſent.*
80 Aliqua ſunt † ſpiritualia per ſe, id eſt per eſſentiam, vt ſunt gratia, virtutes, quæ in anima ſunt, & ex iſtis neque inter ſe, neque cum aliis poteſt expediri aliquis contractus inter nos, imò nec conſiderari, quoniam per infuſionem tantùm & induſtriam acquiruntur. & hoc rectè aduertit Vrbanus *in d. c. Saluator. 1. quæſtione 3.* Aliqua verò ſunt ſpiritualia cauſatiuè, & hoc dupliciter, actiuè & paſſiuè. Actiuè, vt ſacramenta, quæ ſolent inuiſibilem gratiam conferre. Paſſiuè, vt ſunt actus ex ſacramentis prouenientes, id eſt ad gratiam & virtutes diſpoſitio. Iſta quoque ex iuris diſpoſitione permutari non poſſunt, nec vendi: ex poſſibilitate tamen facti ſine effectu permutari ac vendi poſſent, vt ſi quis euchariſtiam emeret, vel permutaret. quid dicam hodie de iſtis dominis epiſcopis, quos Deus perdat, qui non aliter ordinandos admittunt, quàm certam pecuniam exponant notariis ſuis poſtea ſecretò diuidendam: ordinant quidem, characterem imprimunt, ſed ſpiritus, ſcilicet ab eis elongatur gratia. Faciunt contra *c. 1. ſuprà de ſymon.* & hoc obtigit mihi anno M.D. I. cùm in ciuitate Mutinæ peterem promoueri ad diaconatum cum quibuſdam ſociis, petierunt vt darem viginti ſolidos: ego autem tenui allegando textum & iura, illi ſtatim eiecerunt me votis eorum diſſimilem, minatique ſunt verbera, aſſerentes quod eos iniuria magna affeceram ſymoniacos appellando. Sed tunc magis acclamare cœpi proteſtando omnibus ordinãdis, quod erant ſuſpenſi ita accipiendo ordines: verùm quidam ex illis timens ne eorum errores ſimplicibus detegerem, blandis tentauit me verbis ſeducere ordinem gratis offerẽs: ego autem prælati ignorantiam & auaritiam non perpeſſus cum quatuor ſociis abſceſſi, ſed de his hactenus. Quædam verò dicun-
tur † ſpiritualia non ex ſe, nec cauſatiuè, vt ſunt beneficia eccle- 81
ſiaſtica & omnia alia ædificia ad pios vſus & in finem animę deſtinata: Xenodochia, hoſpitalia, & ſimilia, quæ & ad tempus, & in perpetuum ſolent adminiſtratoribus concedi, & hæc ſunt ſpiritualia ratione finis ad quem deſtinantur. & hęc ſunt incontractabilia nõ ratione eſſentiæ, ſed ratione dominij ſupra mondan. ex quo enim ſunt in dominio altiſſimi, dicuntur eſſe extra commercium hominum, *vt in §. nullius. Inſtit. de rer. diuiſ. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat.* & ideo calices ſacrati, patenæ, ſanctorum imagines, & alia huiuſmodi ſunt extra cõmercium, *vt in reg. ſemel Deo, infra de reg. iur.* Iſta tamen ab habentibus inuicẽ permutari poſſunt nõ ratione dominij, ſed ratione adminiſtrationis, auctorizante ſuperiore, *c. quæſitum, per totum, ſuprà eod.* & hæc, vt dicam infra, non eſt propriè permutatio. Sunt quoq; aliqua alia merè temporalia, quæ ad victum miniſtrorum ſolum deputata ſunt, vt fundi & domus eccleſiarum, & iſta paſſim permutari ac vendi poſſunt, modò adſit cauſa, & ſeruetur forma, de quo vide *in c. ſine exceptione. 12. q. 2. in c. ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſ. non alien. ſuprà in antiq. & in c. 1. ſuprà eod. lib.* ad prædicta vide Abb. poſt Ant. *in c. quanto, de iudic.*

¶ Ex prædictis ergo elicitur iſta concluſio, † quòd beneficia 82
& alia, quæ ratione deſtinationis tantùm ſpiritualia ſunt, rectè permutari poſſunt cum ſuperioris auctoritate. Sed dubium eſt, an iſti qui contractum hunc celebraturi ſunt, poſſunt antequã ſuperiorem adeant, inter ſe habere tractatum de permutando. Et primò videtur quod non: Nam ex ſolo officio ſuperioris ſecundùm indigentiam & vtilitatem eccleſiæ fieri debet permutatio, *c. quæſitum, eod. tit.* ergo nihil eſt quod ipſi inter ſe tractent, *l. penult. ff. de fideiuſſ.* & hoc firmat Hoſtien. *in d. c. quæſitum.* dans remedium volentibus permutare, vt antequam ſimul conueniãt, adeant ſuperiorem, & narrent cauſam permutationis, ſupplicando ſibi vt dignetur prouidere in aliquo loco, vel poſſet dicere, meum beneficium con. peteret tali perſonæ, & ſuum mihi. Quare rogo, &c.

¶ Sed iſta opinio eſt nimis rigida, & ideo communiter tenetur contrarium, vt per Abb. *in c. quæſitum, ſuprà eod.* & per Domi. *infra in nigro.* & eſt text. *in Clement. 1. infra eod.* ibi, permutare volentibus.

¶ Vnum tamen facit dubium, ſcilicet text. *in c. cùm vniuerſorũ, ſuprà eod.* vbi Papa dat veniam illis qui inter ſe tractauerunt de permutando, ergo erãt in culpa, *l. 1. C. de theſ. lib. 10. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. c. ad diſſoluendum, de deſpon. impub.* Ad iſtud obiectum reſpondet Abb. in eod. text. quod ibi non dat veniã, quia fuerit improbatus tractatus de permutando: ſed quia non poſſunt per ſe permutare. Et ita ex his verbis infert Abb. quod ibi fuerit facta permutatio auctoritate propria: cuius contrarium ipſemet ponit in ſecundo not. & in 1. oppoſ. verba Abb. *in 1. not.* ſunt iſta: *not. argum. ex litera,* quòd clerici dicuntur permutare, qñ inter ſe deliberant de permutando, licet poſtea vadant ad ſuperiorem, & in 1. oppoſ. dicit, quòd illa præbẽda erat legitimè collata, ſed vt ſubueniretur decepto fuerat facta reſtitutio, & ita applicando iſtas apoſtillas Abb. ad text. manifeſtè innuunt, quòd

tracta-

tractatus de permutando ſit improbatus, nam dicit text. quòd non poſſunt eccleſiaſtica permutare:& permutare dicuntur, qũ tractant de permutando ſecundùm 1. not. Abb. ergo ibi expreſſè prohibetur tractatus de permutando.

83 ¶ Ego igitur credo illum textum poſſe † intelligi altero de duobus modis, vel quòd reſignatio huius beneficij non fuerit facta coram ſuperiore, ſed de facto inter ſeipſos, & de facto fuerit datum illud beneficium illi conſanguineo L. cum ſpe quod L. daret ei ſuum qui poſtea noluit, vt in litera. Et quatenus reſtituitur illi G. beneficium eſt ex mero iure, non ex gratia, nam non valuerat talis reſignatio, quod ſatis innuit litera, quando dicit: Licet ipſi per ſe non poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare. Item quando dicit, Ammoto conſanguineo L. vel quôlibet alio illicito detentore. innuens, quòd ille qui tenebat beneficium, erat detentor illicitus: quia alius, alia, aliud, importat ſimilitudinem, vt per Abb. *in c. mulieres, de ſentent. excommun.* Sed ſi per ordinarium fuiſſet legitimè collatum, non diceretur detentor.

¶ Vel potes dicere, quod illi inter ſe habuerant tractatum de permutando ſub fide tantum, ſed non expoſuerunt illud ordinario. Vnde G. cõfiſus quod L. ſecundùm promiſſam fidem deberet poſtea ſuo renunciare, vt ſibi per ordinarium conferretur conſanguineo L. ſed L. decepit eum, vt in litera. Vnde Papa illi decepto ſubuenit, & iſte intellectus applaudet menti Abb. Ex quibus omnibus concluditur, quòd poſſunt permutantes inter ſe habere tractatum de permutando, dummodò permutationẽ poſtea ſuperioris auctoritate expediant.

¶ Sed contra prædicta, in quibus concluſum eſt beneficia permutari poſſe, oppo. quòd immò in his non cadat permutatio. Nam permutatio eſt certæ ſpeciei hinc inde facta præſtatio, vt communiter diffinitur. Sed iſta mutua præſtatio non poteſt dici ex parte clericorum, quoniam ad ipſos non ſpectat beneficia præſtare, *vt in d. c. cùm vniuerſorum.* Item nec ex parte epiſcopi, quia nihil ſibi præſtatur. Et hoc quod dico manifeſtè videtur exprimere text. *in c. quæſitum, eod. titul.* ibi, generaliter itaque teneas, quòd præbendarum permutationes fieri non poſſunt. Si autem epiſcopus cauſam inſpexerit neceſſariam, licet poterit de vno loco ad alium transferre perſonas, &c. tex. iſte clarus eſt, quid ergo dicemus? In beneficiis omnino cadit permutatio, *vt infra in nigro, & in Clemen. vna, eod. titul. & in mille locis.* Poteſt dici, quòd iſta permutatio eſt diuerſæ naturæ à permutatione rerum prophanarum propter defectum dominij, quod non poteſt eſſe apud nos in iſtis beneficialibus, vt ſuprà demonſtratum eſt. Vnde dicitur permutatio conſiderato effectu, quia effectualiter beneficium quod erat tuum præſtatur mihi, & meum tibi.

84 Nam licet in † beneficiis clerici ſint gubernatores & adminiſtratores bonorum eccleſiæ quæ ſunt in dominio Chriſti ſecundùm aliquos, vel in dominio ipſius eccleſię particularis: tamen conſiderãdo ipſum beneficium in ſe, clericus dicitur dominus illius, vt latè per Abb. *in c. cùm ſuper, in fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & ideo ſi clericus vendicet bona beneficij, vendicabit nomine eccleſiæ. Si autem beneficium, vendicabit nomine ſuo, vt ibi dicit Abb. *& in c. ex literis, poſt gloſ. de probat.* & Lapus *alleg* 51. Sed conſiderato eo quod inter partes fit, licet ſoleat appellari contractus permutationis, *vt in c. cùm venerabilis, de except.* rectiùs tamen diceretur alius contractus innominatus, facio vt facias. *de quo in l. naturalis, ff. de præſcri. verb.* Nam ex parte beneficiorum nihil præſtatur, ſed tantùm renunciatur liberè, *vt infra in nigro.* poteſt tamen renunciari etiam cum conditione, vt fiat permutatio hodie; quia lex ex benignitate hoc concedit aduerſus rigorem, *c. quam Pio. 1. quæſt. 2.* vti dicit Imol. per illum text. *in d. Clem. vna, eod. tit.* Permutatio ergo iſta erit quaſi permutatio propter repugnantiam diffinitionis, *l. 2 ff. de vſufruct. ear. rer.* Ex quo patet, quod argumentum factum de permutatione rerum prophanarum neceſſario non concludit in permutatione beneficiorum, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. & dicetur in nigro.*

85 ¶ Aduerte ad vnum incidenter, quòd † totus mundus allegat text. *in c. maioribus, de præb.* quod dignitatum non poteſt fieri permutatio: Sed ſi conſideretur ratio illius tex. *in fin.* vix poteſt ſuadere, vt intelligatur de iſta permutatione, cogitate.

86 ¶ Quartò quęritur, † an mulier poſſit permutare dotem cum marito. Aliqui tenuerunt quod non, ex quo inter eos non conſtat donatio aut venditio, tamen communis opinio eſt in contrarium, vt per Spec. *in tit. de donat. inter virum & vxor. §. fin. verſic. Sed quæritur vtrum mulier.* & ibi Ioan. Andr. & Bart. *in l. res quæ. ff. de iure dot.* quem refert & ſequitur recolendæ memoriæ præceptor meus Ioan. Campegius *in ſuo eleganti tract. dotium, in 4. parte, quæſt. 31. per text. in l. ſi ei nuptura, cum l. ſeq. & l. ſiue generali, & l. fin. ff. de iure dot.* Non enim refert à quo habeat fundum dotis ſuæ conſeruatiuum. *l. Mutius, ff. eod. l. Senatoris, ff. de Senat. l. cum ſeruum, ff. de verb. oblig.* Et qui dicunt inter eos non conſiſtere venditionem, malè dicunt, per text. *in l. quod autem. §. Imperator ff. de donat. inter virum & vxor. l. cùm in fundo. §. vxor viro, ff. de iure dot.* Et iſta ſufficiant pro declaratione rubricæ.

REPETITIO

IN CAP. LICET, De rerum permut.

Præclariſſimi I. V. C. D. Petri Andr. Gammari de Caſali, Bonon.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio beneficiorum nulli iuris rigori eſt ſubiecta, nu. 7.*
2 *Reſcripta principum non ſunt ſiniſtra interpretatione reſtringenda.*
3 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, quandoq; obeſt.*
4 *Dictio, licet, pro quamuis.*
5 *Ad Papam ſolum ſpectat dare ius ad beneficium vacaturum: inferioribus autem non conceditur hæc poteſtas.*
6 *Legatus poteſt reſeruare beneficia ſuæ collationi, & ligare manus ordinariorum.*
7 *Permutatio de iure canonico quid differat ab ea, de qua meminerunt iura digeſtorum.*
8 *Dictio, liberè, quid importet de ſui natura.*
9 *Rectores eccleſiarum an poſſint cogi ad permutandum beneficia ſua. num. ſeq.*
10 *Argumentum à fortiori in iure eſt validiſſimum.*
11 *Inducta in fauorem non debent imponere neceſſitatem.*
12 *Voluntas hominis non patitur coactionem.*
13 *Rector eccleſiæ non dicitur dominus, ſed procurator vel diſpenſator.*
14 *Fraus & dolus non debet alicui patrocinari.*
15 *Ex permutatione beneficij tenuis cum pingui nunquid ſtatim præſumatur fraus.*
16 *Interpretatio in benigniorem partem eſt faciẽda, vt actus magis valeat, quàm pereat.*
17 *Fraus nunquid indiſtinctè præſumatur, quando concurrunt adminicula ſanguinis, in permutatione beneficij tenuis cum pingui.*
18 *Superioris auctoritas purgat omne vitium, & malam intentionem.*
19 *Permutatio facta per ægrotantem, an cenſeatur fraudulenta.*
20 *Aequitas præferri debet rigori.*
21 *Rigor quid ſit, num. 23. & 27.*
22 *Aequitas quid, num. 28.*
24 *Lex quantumuis dura eſt ſeruanda.*
25 *Præſcriptio quare inducta ſit.*
26 *Ius quid ſit.*
29 *Diſpenſatio quid ſit, & vnde originem habuit.*
30 *Iudex æquitatem præ oculis ſemper habere debet.*
31 *Dictio, quamuis, de ſui natura implicat, & ampliat caſum.*
32 *Scriptura eſt de ſubſtantia legis ſaltem quo ad probationem.*
33 *Expreſſum dicitur, quod in genere exprimitur.*
34 *Aequitas ſi reperiatur ſcripta in vno caſu, & rigor in alio, quodlibet ſeruabitur in ſuo caſu.*
Si veniat autem decidendus caſus non deciſus, decidetur potius ſecundùm rationem æquitatis, extendendo æquitatem, quàm ſecũdùm rationem rigoris, nu. 35.
36 *Aequitas ſi ſit ſcripta in genere, & rigor in ſpecie, in ſpeciali caſu attenditur rigor, nec trahitur ad conſequentiam, etiam ſi habeat rationem.*
Si autem æquitas & rigor reperiantur ſcripta circa eundem caſum, præualebit vltimo loco ſcriptum, num. 37.
Lex enim vltima derogat priori.
38 *Permutatio nunquid teneat beneficij, ſi Papa ſibi eiuſdem beneficij collationem reſeruauit, & qui habebat beneficium, renunciauit in manibus epiſcopi, vt permutaret.*
39 *Circuitus ſunt fugiendi.*
Papa poteſt æquare quadrata rotundis.
40 *Actus non agit vltra intentionem agentis.*

41 Optans de conſuetudine beneficium vacans, non poteſt optare beneficium reſignatum gratia permutationis.
42 Beneficium nunquid poſſit permutari, ad quod quis habet expectatiuam, non obſt. expectatiua.
43 Litera expectatiuæ ſunt odioſa.
44 Reſcriptum Papæ nunquid vitietur propter taciturnitatẽ eius, quod ſcitum poſſet inclinare animum eius ad non concedendum, vel difficilius concedendum.
45 Ignorare quis non præſumitur factum ſuum, ſecus in Papa negotiorũ multitudine impedito, nu. 46.
47 Beneficia permutationis cauſa reſignata non poſſunt niſi permutantibus conferri.
48 Commodum eccleſiæ debet præferri commodo priuati.
49 Legatus nunquid poſſit conferre beneficia Papæ reſeruata ſi ei Papa conceſſerit, vt recipiat reſignationes beneficiorum factas ex cauſa permutationis, & ea permutet conferendo auctoritate Apoſtolica: cum
Mandatum generale non extendatur ad ea, quæ ſibi reſeruauit ſedes Apoſtolica.
50 Beneficiorum collatio quatuor modis dicitur ſpectare ad Rom. Pont.
51 Beneficia permutationis cauſa reſignata an dicantur ſimpliciter vacare, vel ſub conditione.
52 Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.
53 Beneficia quodãſucceſſorio iure in cõſanguineos trãſire ius abhorret.
54 Vtile per inutile non debet vitiari.
55 Permutans beneficiũ, in quo nõ habet ius, ex quo ſymoniacè illud adeptus ſit, nunquid cum bona conſcientia poſſit retineri ab eo, qui cũ illo permutauit, nu. ſeq. vſq. ad nu. 64.
56 Actus non operatur vltra intentionem agentis.
57 Permutatio non contrahitur ex aliena re.
58 Pecunia accepta ex re furtiua non cenſetur furtiua, nec vt furtiua.
59 Collatio noua ſimpliciter & abſq. conditione facta purgat omne vitium. & facit valere vt ex nunc.
60 Beneficij ſecundi acquiſitio trahit quandam neceſſariam conſequentiam ab acquiſitione primi.
62 Ius ſemel extinctum abſq. noua collatione non reuiuiſcit.
63 Verbum, volumus, eſt noui iuris promulgatiuum.
64 Impetrans beneficium vacans per obitum non tenetur probare de titulo ſui prædeceſſoris, ita nec impetrans per reſignationem.
65 Renunciatio beneficij an poſſit fieri ſub conditione.
66 Beneficia nunquid poſſint permutari cum præſtimonijs, & an cum hoſpitali, num. 67.
Et an cum iure patronatus, num. 68.
69 Ius patronatus an poſſit permutari cum alio iure patronatus.
70 Beneficia plura nunquid cum vno permutari poſſint.
71 Dictio, quotiens, quid importet.
72 Beneficia duo curata habens ex diſpenſatione, nunquid poſſit vnum permutare.
73 Illegitimus vel aliàs inhabilis diſpenſatus ad vnum beneficium tantùm, an poſſit illud permutare, num. ſeq.
74 Intellectus ad text. in c. 1. de fil. presbyt.
75 Beneficiorum pluralitas eſt multum odioſa.
76 In diſpenſationibus verba reſtringuntur ad locum & tempus.
77 Legitimatio eſt fauorabilis & amplianda.
Diſpenſatio odioſa.
78 Beneficium, quod eſt alteri vnitum nunquid permutari poſſit, antequàm vnio ſortiatur effectum.
79 Beneficium habens cum expectatiua ad aliud cum conditione, vt quã primum gratia ſortiretur effectum, debeat dimittere illud quod poſſidet, antequam gratia ſortiatur effectum nunquid poſſit illud permutare.
80 Rector habens eccleſiam vnitam menſæ monaſterij, an poſſit eam permutare, num. ſeq.
81 Canonici qui ſunt in eccleſia non numerata, an poſſint permutare præbendas: &
Beneficium extinctum an poſſit permutari.
82 Beneficia, quorum quis habet titulum, & non poſſeſſionem, nunquid permutari poſſin.
83 Beneficia commendata an permutari poſſint: & an
Beneficia manualia, num. 84.
85 Confirmata à ſuperiore non poſſunt per inferiorem reuocari.
86 Diſtributiones quotidianæ an permutari poſſint.
87 Penſiones, quæ dantur in beneficijs, an permutari poſſint.
88 Beneficium curatum habens, cùm teneatur infra annum promoueri, aliter elapſo anno perdat illud, ſi propè finem anni vult permutare cum alio, an poſſit.
89 Papa quæ ſibi ſpiritualiter non reſeruat alijs concedere cenſetur.
90 Epiſcopi nunquid permutare poſſint epiſcopatus.
91 Fructus beneficiorum nunquid debeantur vacantium ex cauſa permutationis.
92 Iactare ſuum nemo præſumitur libenter.
93 Diœceſis, verbum, quando profertur à iure, comprehenditur etiam ciuitas.
Secus in materia odioſa & reſtringibili, nu. 94. vbi hoc diſputatur.
95 Eccleſiarum in diœceſi appel. venit eccleſia cathedralis.
96 Beneficiorum diœceſis appellatione veniunt præbendæ, & alia beneficia maiora, & minora exempta, & non exempta: ſecus in materia odioſa.
97 Epiſcopus non poteſt permutare beneficia ſpectantia ad electionem aliquorum ſine eorum conſenſu.
98 Capitulum nunquid ſede vacãte poſſit expedire, & auctorizare permutationem.
99 Federicus vitio ſcriptorum deprehenditur corruptus.
100 Ignorantia leuis non excuſat.
101 Vicarius epiſcopi nunquid poſſit permutationem expedire.
102 In permutatione quando requiritur conſenſus electorum, nunquid ſufficiat conſenſus maioris partis, vel debeant omnes conſentire.
103 Ius eligendi per alium à Principe auferri non poteſt.
104 Permutationes factæ ab epiſcopo ſine conſenſu patronorum, vel electorum, an ſint nullæ ipſo iure, an verò annullandæ, nu. ſeq.
105 Permutare aliud eſt, & aliud permutanti conſentire.
106 Impedimentum non præſtat, quod de iure non ſortitur effectum.
107 Permutatio ſi expediatur per permutantes, & inferiores collatores, & poſtea epiſcopus eam ratificet, nunquid valeat talis permutatio.
108 Canonici receptio contra ſtatutum iuratum nunquid valeat, nu. ſeq.
109 Canonici in his, quæ tangunt canonicos tantum poſſunt ſine epiſcopo ſtatuere.
110 Periurus cenſetur infamis.
111 Pœna ſpiritualis vbi ex aliquo actu imponitur, ex ſola præparatione ad actum incurritur.
112 Iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriæ.
113 Actus ſpirituales contra proprium iuramentum non valent.
114 Iuramentum debet ſeruari in forma ſpecifica.
115 Statuti appellatione quid veniat.
116 In permutatione beneficiorum quæ ſunt diuerſæ diœceſis renunciatio fit à quolibet in manibus ſui ſuperioris, vel vnius, cui alter vices ſuas commiſerat.
An autem ex interuallo hoc fieri poſſit.
117 Permutatio conditionem continens tacitam an vitietur.
118 Vtile per inutile non vitiatur, quando extrema ſunt ſeparabilia.
119 Reſignatio ſi eſt facta in manibus ſuperioris ab vtraque parte, infra quantum tempus poſſit cogi epiſcopus ad permutationem auctorizandam.
120 Iudicis arbitrio relinquitur quod à iure deciſum non reperitur.
121 Permutatio ſi expeditur coram Rom. Pontif. nunquid ſit per permutantes facienda mentio qualitatum beneficialium.
122 Permutãtes nunquid permutatione perfecta poſſint in ſuo priori beneficio permanere.
123 Permutatio nunquid poſſit expediri per procuratorem laicum.
Et ſi poteſt, an idem procurator poſſit interuenire pro ambobus permutantibus, num. 124.
125 Beneficium poteſt conferri etiam abſenti.
126 Officio duorum nemo fungi poteſt.
127 Locus an attendatur vbi ſit reſignatio beneficij, an locus vbi eſt perſona reſignans.
128 Argumentum à loco ad tempus, & econtra valet.
129 Filiusfam. ex perſona ſua non poteſt ſtare in iudicio, ex perſona autẽ alterius ſic.
130 Actus per procuratorem geſtus eſt quædam fictio, quia fingitur factũ à domino.
131 Renunciatio beneficij inducit vacationem in curia, vbi eſt Papæ auctoritas.
132 Beneficium exemptum ſi veniat permutandum, an epiſcopus præſtabit auctoritatem.
133 Canonici habentes hortos & cameras apud eccleſiam, ſi permutant hortos ſimul cum cõſenſu capituli, nunquid poſtea ſucceſſor teneatur ſtare illi permutationi.
134 Renunciatio in ſpiritualibus debet eſſe libera, & ſine conditione. At
135 Conditiones, quæ tacitè inſunt in ſpiritualibus poſſunt deduci in pactum: &

Expreſſio

Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur. nu. 136.
137 *A malo non ſolùm eſt abſtinendum, ſed etiam à bono ſi habet ſpeciem mali.*

LICET. Iſta decretalis attento verborum contextu non recipit commodam diuiſionem: attento tamen ſenſu diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema. In ſecunda deciſio. In tertia deciſionis ratio: ſecunda, Nolumus: tertia, Quæ aliàs. Hoc etiam breuiter intendit ſecundùm communem intelle-
1 ctum. Non obſtantibus † expectationibus beneficiorum permutatio fieri poteſt. Vel aliter generalius ſecūdùm intellectum, quem inferiùs dare cōſtitui: Permutatio beneficiorum nulli iuris rigori ſubiecta eſt, & ideo expectatiuis non obſtantibus expediri poteſt.

Pro ratione dubitandi opp. quòd imò debeatur beneficium expectanti, quoniam gratia indiſtinctè concedit primū beneficium vacans, quando renunciatur, vt permutetur vacatura: ergo
2 debetur, quoniam iſta reſcripta † Principum nō ſunt ſiniſtra interpretatione reſtringenda, *c. olim, de verb. ſign. cum ſimilib.*

Solu. illud procedit ex rigore iuris, qui vult generaliter intelligi, *l. de pretio, de publ.* Sed æquitas aliter ſe habet: nam iniquum eſſet viſti, qui ea mente, vt permutarent, beneficiis renunciauerunt, illis priuarentur. Et omnis ratio, quia permutatio vt plurimum expeditur eccleſiarum vtilitate penſata, *cap. quæſitum, eod. titu. ſuprà.* Vnde dicit Papa præferendo æquitatem rigori in hac parte expone, id eſt permutationis cauſa nolumus permutationem iſta ratione impediri, & no. quod expoſuit verbum hac parte; ſcilicet permutationis cauſa, vt intelligas quod Papa voluit generaliter permutationem beneficiorum hac prærogatiua inſignire, vt æquitas rigori præualeret: cùm enim hoc in priuilegiū & fauorem permutationis, debet fieri lata interpretatio, *vt in reg. odia.* cum materia, quod facit ad multas q. vt videbis *inferius.* Et ita videtur, quod ante iſtam decretalem ex ſtricto iure beneficium conferri poterat expectanti.

Sed contra quod immò etiam ante iſtam decretalem eſſet idem, & conſequenter deciſio ſit inutilis, *oppo. de tex. c. inter cætera, ſuprà, de præbend.* vbi eſt caſus, quod beneficiū reſignatum permutationis cauſa alteri conferri non poteſt: ergo ſatis prouiſum erat per illum text.

Sol. reſpōdetur, quod ille tex. loquitur in caſu ſpeciali, quādo renunciatio fuit facta coram Papa, & veniebat per eum authorizāda permutatio: ergo arguitur ius commune in contrarium, *c. qualis, 25. diſt.* Sed iſta ſol. licet cōmuniter approbetur, tamē non ſatisfacit, quoniā omninò ex rigore iuris poterat Epiſcopus beneficiū quantumcunq; vacans in curia conferre præueniendo Papam, *per c. 2. de præb. ſup. eo. lib.* Vnde dic, quod iſte text. proceſſit declaratiuè ampliando rationem illius text. quæ erat fundata in æquitate, vt ſcilicet iſta permutatio priuilegietur ex parte æquitatis: benè faciebat dubium, quod ille caſus loquebatur de beneficio renūciato in manibus Papæ: nec obſtat, quòd vtatur verbo promulgatiōis noui iuris, quia ſecundùm ſubiectam materiam debent iſta verba interpretari, vt *in iuribus vulg.*

Secundo opp. quod tex. videtur ſibi contrarius, nā primò dicit, quod liberè reſignarunt, & poſteà in fi. dicit, quod renunciauerunt vt fieret permutatio, aliàs minimè reſignaſſent: ergo non liberè ſed conditionaliter renunciauerunt, ſi conditionaliter, ergo contra caſum, *c. quam Pio. 1. q. 2. c. cum pridem. de ſimo.*

Solu. renunciatio eſt libera, & abſque conditione aliqua, ita vt beneficium verè vacet, per ea quæ inferiùs dicam: ſed quia vtuntur iuris conceſſione, & ſi ſcirent permutationem non ſortituram effectum non renunciarent, & ſic impediretur Eccleſiæ vtilitas: ſtatutum eſt quod huiuſmodi permutatio nō impediatur: poſſent fateor exprimere quòd renunciarent cum hac conditione, vt voluit Imol. *in Clem. vna, eod. titu.* & tamen illa expreſſio non faceret renunciationem conditionalem, *l. conditiones quæ extrinſecus. ff. de condi. & demonſt.* quòd tamen non auſim affirma-
3 re, cùm † quandoque obſit expreſſio eius quod tacitè ineſt, *l. ſi in diem. ff. de condi. & demonſt.*
4 In litera † *ibi, licet.* expone, id eſt quamuis, vt Arch. *in c. licet, ſup. de conſti. eo. lib. ad hoc c. licet, de elect. & c. licet, de offi. vica. c. licet, de procur. c. licet. de appell. c. licet, de præbend. c. licet, de ſepul. c. licet, de priuileg. c. licet. de ſenten. excom. c. licet, de reg. iur.*
5 Noto primò textum *ibi, auctoritate Apoſtolica.* quod † ad ſolum Papam ſpectat dare ius ad beneficium vacaturum, *cap. dilectus filius, de præbend. c. quamuis, ſupra eod. titu. & lib.* inferioribus autem etiam legatis non conceditur talis poteſtas, *c. fina. de offi. leg. eo. lib.* Et hoc vt auferatur occaſio captandi mortem alienam, *c. ne captandæ, ſupra eo. lib. de conceſſ. præben.* Facit text. *in l. fin. in fi. C. de pact. cum materia ſua.* Poteſt tamen legatus † reſeruare beneficia ſuæ 6
collationi, & ligare manus ordinatorum, *c. Apoſtoli. c. ſupr. de præben. eo. lib.* cum moderatione tamen, *c. præſenti, de offi. delega. eod. lib.* Item poteſt dare executorem qui iſta conferat, *c. hi qui, ſuprà eod. lib. de præben.* Vnde in iſtis quoque vendicabit ſibi locum diſpoſitio tex. vt per glo. hic.

Secundò † not. *ibi, ſecundum formam iuris ſua beneficia permut. vol. &c.* quod permutatio beneficiorū à iure eſt permiſſa, de quo 7
dixi *in rub. per tex. in Clem. 1. eod. titu.* Ita tamen permittitur ſeruata forma iuris, vt dicit tex. ſcil. quod nō auctoritate propria ſed ſuperioris expediatur, qui ad vtilitatem Eccleſiæ iſtam referat, *c. quæſitum. ſup. eo.* Non enim ſufficit ſolus partium cōſenſus, vel rei interuentus ad permutationem complendam, *c. nemini. 16. q. 7. c. ſicut, de exceſſ. prælat.* Ex quo datur intelligi, quod permutatio † 8
de qua loquuntur canones, multum differt ab ea de qua meminerunt iura ffotum. Illa enim rei interuentu, & ſolo permutantium conſenſu completur, *l. 1. ff. eod.* hæc ſuperioris officium neceſſariò quærit: in iſta tres perſonæ neceſſariò concurrunt, in illa duæ tantùm. In iſta abſque traditionē ex ſola ſuperioris auctorizatione acquiritur ſtabile ius permutanti ceſſante omni pœnitentia, vt latè per Abba. *in c. cæterà, de præbend.* in prophana autem neceſſaria eſt traditio, *l. prima. ff. eod.* In iſta principalius attenditur quod expedit rei permutatæ, id eſt eccle. In illa autem quod expedit permutanti homini, cuius gratia prophana omnia facta ſunt, *l. iuſt ſſimè. ff. de ædil. edict. & §. in pecudum. Inſtit. de rerum diuiſ.* & ita poſſet non abſurdè dici, Eccleſia permutat rectorem magis quàm rector Eccleſiam, ſicut dicitur Eccleſia vacat rectore, *c. eccleſia veſtra. c. dudum, c. Cumana, cum ſimil. de elect.* Sed quia communis vſus obſtat, & inſenſata non contrahunt, dicamus permutationem fieri à rectoribus attento effectu, vt dixi *in rubric. ad hoc. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtru. lega. l. Labeo. ff de ſuppell. lega.* Poteſt etiam fieri iſta permutatio attenta vtilitate perſonarum, modò non reſultet Eccleſiæ damnum, ſed vtilitas, ſecundùm Anchar. *in Clemen. 1. eod. titu.* Anton. *in cap. quæſitum, ſupra eod.* Gaſparem Cald. *in conſil. 1. hoc titu.* vbi dixit, quòd licèt permutatio poſſit fieri vtilitate permutantium, tamen ſemper debet adeſſe Eccleſiæ vtilitas ſaltem conſecutiua, vt iuſtitiæ innitatur.

Tertiò not. *ibi, liberè.* quod permutantes liberè & abſque conditione aliqua renunciant beneficiis, de quo aliquid ſuprà attigi. Sed dici poſſet quòd verbum liberè excludat coactionē tantùm, non conditionem: de natura enim huius verbi eſt excludere omne impedimentum, & omnem alterius requiſitionem, *c. de multa.* & ibi Abb. *de præbend.* Abb. *in c. ſtatuimus, per illum text. de reg.* Ioan. And. & Domi. *in c. 1. eo. titu. infra eo. lib.* Anton. *in c. irrefragabili, in prin. de offi. ordin.* gloſſ. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle.* & gloſſ. *in Auth. omnes peregrini. C. communia, de ſucceſſ.* Vnum tamen obiter nota, quod per iſtam dictionem nunquàm intelligitur ſublata iuris ſolemnitas, *c. ex inſinuatione.* ſecundùm vnum intellectum, *ſup. de iur. patr.* vbi quando patronus concedit alicui eccleſiam liberè ordinandam, intelligitur cum conſenſu Epiſcopi, facit melior tex. *in l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.* vbi ſi vni concedatur facultas liberè teſtandi, intelligitur quòd teſtetur ſecundū leges, probatur *in d. Auth. omnes peregrini, cum glo. in ver. liberam. C. communia, de ſucceſſ.* Vnde dixit Rom. *in conſ. 202.* quòd fideiuſſor promittat liberè ſoluere, tamen poterit vti beneficio, *Auth. præſente. C. de fideiuſſ.* facit tex. *in c. 1. de offi. ordi.*

Ex his videtur poſſe inferri, quòd rectores † eccleſiarum 9
non poſſunt cogi ad permutandum beneficia ſua: aliàs quomodo liberè renunciarent, & ita tenuit Ioan. gloſſ. *in c. epiſcopus, de loco, 7. quæſt. 1.* Ioan. Andr. *in c. quæſitum, ſupra eodem.* Paul. *in Clem. 1. infra eod.*

Sed contra iſtam illationem opponitur, quod immo ſubſiſtente cauſa poſſint rectores cogi ad permutandum. Nam propter vtilitatem Eccleſiæ cogitur quiſpiam inuitus ordinari, *c. quæris, de æta. & qualita.* ergo tanto fortiùs permutare beneficium cùm magis ligetur quis ex ordine qui imprimit characterem indelebilem, quàm ex beneficio. Item adducitur tex. in *cap. quæſitum, ſupra eod. titu.* vbi iſta facultas transferendi clericos de loco ad locum datur Epiſcopo penſata vtilitate eccleſiarum. Item faciunt no. *in c. ante omnia, 40. diſt. & in c. in ſcripturis. 8. q. 1. in c. diſplicet, 23. q. 4.* vbi habetur quod epiſcopus inuitus poteſt ad epiſcopa-

tum

tum acceptandum cogi, & ita videtur firmare Innoc. *in c. niſi cum pridem, de renun.* in § *propter malitiam*, *in ver. perſecutio.* dicens quòd ſi periculum deſtructionis Eccleſiæ, vel magnum ſcandalum immineret, tenetur prælatus inuitus cedere, dummodò habeat æquè bonam prælaturam, hoc ſentit Archid. *in cap. epiſcopus, de loco, 7. quæſt. 1. & in c. ſi propter ſupra eod. lib. de reſcript.* Idem tenet Fede. *in ſuo tracta. quæſt. 25.* dicens hoc eſſe faciendum ab Epiſcopo cũ conſenſu capituli, niſi cõſilium & cõſenſum capituli præſcripſiſſet, per ea quæ habentur *in cap. 2. de conſuetu. ſupra eodem libro.* & per not. *in cap. cum ex eo. de elect. eodem lib.* & hoc apertè firmat Abb. *in d. cap. quæſitum.* declarans tamen procedere quando non poſſet conſuli, dando coadiutorem: aliàs autem potiùs detur coadiutor, p ea quę habentur per totum titulũ, *de cler. agro.* & iſta eſt communior opinio contra quam rurſus arguo, ſuſtinendo primam partem.

Etiam vbi agitur de vtilitate maxima Eccleſiæ non cogitur quis inuitus eam acceptare, ſed ſemper deſideratur aſſenſus: quę enim maior indigentia eſt quàm vacanti Eccleſiæ prouidere, & tamen non prouidetur niſi conſentiente eo qui ad id aſſumitur, *c. quam ſit, de elect. c. ſi tibi abſenti, de præbend. ſuprà eodem lib.* inuitus enim nullus cogitur creſcere, *c. geſta. 74. diſtin. l. inuito. ff. de regul. iur. cum ſimil.*

10 Secundò adduco tex. *in c. 1. de rebus eccl. non alie.* arguendo per † locum à fortiori, quod in iure eſt validiſſimum, *c. ſi ergo. 8. quæſt. 1. Auth. multo magis C. de epiſ. & cler.* Nam ibi etiam data vtilitate Eccleſiæ non poteſt Epiſcopus abſq; conſenſu rectoris tertiam Eccleſiæ permutare, igitur nec totam Eccleſiam.

Tertiò facit tex. *in Clemen. 1. eod. titu.* vbi qui permutant dicuntur vti conceſſione iuris, & ſic hoc eſt quoddam beneficium iuris aduerſus primum rigorem: modò ſic, inductum eſt

11 hoc † à iure in fauorem volentium permutare, ergo non debet eis imponere neceſſitatem, *l. quod fauore. C. de legi. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg.*

Quartò facit, quoniam permutatio eſt contractus. & contractus ſine conſenſu non fiunt, *l. ſicut. C. de actio. & obligat.* quomodo ergo poteſt cogi aliquis permutare.

In iſta q. amplectendo mentem Feder. de Sen. *in conſil. 62.* & Imol. *in c. ſi ſuprà eod.* poteſt probabiliter diſtingui, quod aut vtilitas huius permutationis eſt magna & euidens ratione animarum vtriuſq; eccleſiæ: vt quia vnus in loco eſt ſcandaloſus & inutilis, qui poſſet eſſe alteri loco vtilis, & alius ibi inutilis, poſſet hic eſſe vtilis, & tunc Epiſcopus poterit illos cogere ad permu-

12 tandum, non præcisè, quia † voluntas hominis velut quid liberum non patitur directam coactionem, *c. de pudicitia. cum c. ſeq. 32. q.* & contractus ſine voluntate non expediuntur, *d. l. ſicut.* ſed conditionaliter & indirectè cogi poterunt auferendo eis beneficia, quod fieri poteſt ratione ſcandali euitandi, quod maximè prælatis eſt procurandum, *c. qui ſcandalizauerit. ſup. de regu. iur. c. 2.* & ibi latè per Fely. *de præſcript.* & ita procedant adducta pro par-

13 te contraria. Nec eſt in hoc mirum, quoniam Eccleſiæ rector † non dicitur dominus, ſed procurator vel diſpẽſator, *c. 2. de dona.* Epiſcopus autem ſuæ diœceſis ordinator, & ad eum eccleſiarũ omnium cura pertinet, *10. q. 1 per tot.* Et ita non obſtat *reg. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.* Aut verò vtilitas eſt reſpectu temporalium, vt quia vnus eſſet vtilior in vna eccleſia quàm in alia, dummodò in ſua non ſit inutilis: non debet cogi ad permutandum, quia ſatisfactum eſt iuri, quando eſt idoneus, licèt alius ſit magis idoneus, per ea quæ ponunt gloſſ. & Docto. *in c. conſtitutis, in præſentia. de appell. & in c. licet ergo. 8. q. 1. & in c. quoniam, de iur. patr.* quod etiam procedit reſpectu animarum, per ea quæ ibi communiter dicuntur, licèt aliqui contradicant. Sed ſi ſit quis penitus inutilis reſpectu temporalium, modò ſit vtilis ad ſpiritualia, recurretur ad remedium Abb. dando coadiutorem, ſeu curatorem rebus eccleſiæ ad inſtar rerum pupilli & furioſi, & eccleſiæ vacantis, *vt ff. de cura fur. & c. præſenti, de offi. ord.* inhabilitas enim ad regendũ temporalia non eſt ſufficiens ad priuationem, & expulſionem à beneficio, ſi ſit habilitas ad principale, id eſt, ad ſpiritualia, cui temporalia famulari ſolent, *c. cum ſecundum, de præb. c. ſi quis obiecerit, 1. q. 2 cum ſimil.*

14 Quintò not. *ibi,* † *ſine fraude,* &c. quòd licet permutatio in hoc ſit priuilegiata, ita quòd beneficia vt permutentur vacantia, nõ debeantur expectantibus primam vacaturam, tamen non habet hoc priuilegium quando fieret in fraudem expectantium, quoniam fraus & dolus nemini debet patrocinari, *c. cum vniuerſorum, ſup. eod. reg. fin. de reg. iur. infrà.* de iſta fraude quomodo committatur, vide Abb. poſt glo. & Ioan. And. *in c. quanto. de priuileg. & in l. fraus ff. de legi.* Et quomodo differat fraus à dolo ponit Abb. *in c. 2. ex tenore, de reſcript.* Sed quod ad rem attinet poteſt poni exemplum *in c. 2. de renun. ſup. eo. lib.*

Sed pro declaratione huius † notabilis quæro, an ex eo quod quis permutat beneficium tenue cum pingui ſtatim præſumatur fraus ſecundùm tenorẽ, *text. in d. c. 2. de renun.* Et videtur quòd ſit præſumenda fraus *per illum text.* Item quia non eſt veriſimile, quòd aliquis velit deſcendere à maiori beneficio ad minus: *c. ſuper hoc. de renunc.* ad hoc text. *in l. filiæ. ff. ſolut. matr.* In arg. vbi pater dedit dotem filiæ emãcipatæ cum hoc, quòd ſi ſtante matrimonio moreretur, ad ſe reuerteretur dos, modò filia facit diuortiũ à marito, ne moriatur ſtante matrimonio: dicit Iuriſconſultus, quod nihilominùs pater habebit dotem, quia diuortium quod aliàs ita de facili nõ præſumitur in matrimonio, quod debet eſſe indiuiduæ conſuetudinis, *vt Inſt. de nupt. in princ.* videtur factũ in fraudem patris: pariter ergo dicemus in caſu noſtro, quod iſte deſcenſus à maiori ad minus quod non ſolet de facili euenire cenſeatur factus in fraudem expectantium. 15

His tamen non obſtantibus veritas eſt in contrarium, vt voluit Fede. de Sen. *in ſuo tract.* Abb. & alij *in c. quia non eſt veriſimile, de præſumpt.* dicentes, quod licet per illũ tex. demonſtretur, quòd ſit aliqualiter grauata opinio permutantiũ, tamen iſta præſumptio non eſt tanti, vt per eam impugnetur permutatio, niſi concurrãt alia adminicula, vt quia permutauerit cum nepote: nam tunc concurrit ſuſpicio ſanguinis, immò filiationis, ſecundùm illud vulgare dictum, ſæpe ſacerdotes natos dixẽre nepotes, & hoc placet dominis de Rota *in deciſ.* do. Bern. de Biſignetto, *deciſ. 2. iſto tit.* & ego ſequor, quoniam in dubio † ſemper in benigniorem partẽ debemus inclinare, *c. in pœnis. de reg. iur.* vt actus magis valeat quàm pereat. *c. Abbate ſanè, de re iudi. eo. lib.* Potuit enim fieri iſta permutatio ex vtilitate & cauſa. Quid ſi maiori beneficio incumbebat maius onus, quod ſufferre nequibat ſenior: vel quia illud tenue, quod accipit pro pingui, erat in patria propria, pingue verò extra patriam. Vnde ratione patriæ prædiligebat illud tenue. Dulcis enim eſt amor patriæ, iuxta illud Virg. 16

Nos patriæ fines. & dulcia linquimus arua. Vnde Ouid. *de triſti.*
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Afficit, immemores non ſinit eſſe ſui.

Ad hoc tex. *in l. habebat. ff. de lega. 3. l. mouetur. C. de ſer. exportan.*

Vel etiam potuit iſta permutatio procedere ex zelo conſcientiæ, eo quod reputabat ſe indignum tot fructibus, qui habebat beneficium pingue, quod non credo.

Ad *c. 2. de renun.* reſpondetur, quod procedit quando per alias apertas rationes fuit probata fraus. Vnde non ſumus in terminis merè coniecturalibus, *l. continuum. ff. de verb. oblig.* Et ita reſpondetur *ad l. filiæ meæ.* ad quam etiam poteſt reſponderi, quod nõ procedit ſimilitudo, quia in totum pater fraudaretur dote, ſed hic non fraudaretur in totum beneficio.

At quia dictum eſt *ſuprà* † *in reſolutione q.* quod quando concurrunt adminicula ſanguinis tunc præſumitur fraus, q. an indiſtinctè procedat? dic quod procedit niſi appareant aliquæ circumſtantiæ, quæ elidant illam præſumptionem, vt quia patruus nõ poteſt ſecurè morari in loco pingui: & ratio poteſt eſſe in his omnibus, ſecudùm Ioan. Fant. quoniam auctoritas † ſuperioris purgat omne vitium, & malam intentionem, *c. niſi. ſup. de præben. l. fur. §. qui iuſſu ff. de his qui not. infam.* & iſta ratione motus Petr. de Ancha. *in conſi. 280. incip. Quæſtio proponitur.* conſuluit quòd ſi ſenex & debilis vult permutare beneficium opulẽtum, ſed tamen curatũ cum alio tenui non curato, poterit Epiſcopus talem permutationem auctorizare. 17 18

Sed quid dicemus in permutatione † facta per ægrotantem, an cenſeatur fraudulenta. Pet. de Anch. *conſ. 339. incip. In caſu præmiſſo ante omnia.* dixit quod nõ omnis infirmitas faciebat renunciationem præſumi fraudulentãm, ſed ea tantùm quæ eſſet grauis, *per l. ſi adulterium. §. idem Pollio ff. de adult. de quo ibi plenè per eum.* & Ioan. de Imol. *in d. l. filiæ meæ.* & dom. Bartho. Soci. *in conſi. 53 in 1. col. in fin in 1. vol in conſilijs Bononienſibus.* Hodiè autem habemus regulam cancellariæ 18. quòd vt renũciatio facta per infirmum valeat, debet ſuperuiuere 20. diebus, de hac materia *vide deciſ.* Thomæ Fauſt. *in cauſa 6. dubio 22.* 19

Quintò not. quòd æquitas † præfertur rigori, & quoniam iſte tex. ſemper ad hoc allegatur hic aliquid de materia attingemus declarãtes quid rigor, quid ęquitas, demùm materiam breuibus concluſionibus explicantes. 19

Eſt

21 Eſt igitur rigor † colligi poteſt eſt verbis, *glo. in l. placuit. C. de iu-*
dic. & Bartol. *in l. 1. C. de legi.* ipſa iuris regula & ipſum ius ſtrictum
aliquid dictans.

22 Æquitas † verò eſt quædam facti conueniẽtia dictans aliquid
debere ab ipſa iuris regula ſegregari, quod nil aliud eſt, quàm
exceptio. At ſecundùm Bal. *in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit.* Æqui-
tas eſt duplex, alia motiua, alia pręciſa, quod clariùs explicauit *in*
l. 1 ff. de iuſti. & iur. dicens quod alia erat particularis, alia genera-
lis, quod nil aliud ſonat, niſi quòd quædã eſt æquitas ſecundùm
quid, quædam ſimpliciter: primam ita diffinit.

Æquitas eſt applicatio animi, ſeu iudicium, in quo citeum
ſcripta iuris regula aliquid dictante ſingulari ac propria ratione
ſtatuitur.

Æquitas verò in genere, quæ præcisè vel ſimpliciter poteſt
dici æquitas, eſt applicatio animi ad rectum iudicium intellectu
non errante in ſcientia, nec in circumſtantiis facti, ſicut dicitur,
æquum eſt iudicium Eccleſiæ claue non errante: de prima æqui-
tate loquimur, quando dicimus æquitatem rigori præferri, quo-
niam illi ſoli oppoſitus eſt rigor, qui per eundem ita diffinitur.

23 Rigor eſt ordinatio habens † eandem vim in differẽtibus ra-
tione, vt cùm ſit vna generalis conſtitutio, quæ generaliter ligat
multos caſus: nam ſecundùm rigorem & ordinationem illius le-
gis debet comprehendere omnes caſus contẽtos ſub illa gene-
24 ralitate verborum, quoniam lex † quantumuis dura eſt ſeruan-
da, *c. in memoriam, 19. diſt. l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* & ita in effe-
ctu verba Bal. incidunt in idem cum dictis Bar. & glo. vt rigor ſit
regula, exceptio ſit æquitas.

Sed contra iſta oppo. quòd nullus debeat locupletari cum al-
terius iactura, eſt æquitas, & tamen regula, *vt in regula locupletari,*
cum ſimilibus. à qua regula excipitur præſcriptio, quæ eſt rigor,
ergo non eſt verum quòd rigor ſit regula, exceptio ęquitas: mul-
ta alia ad hoc ſimilia ponit glo. *in c. ius generale. 1. diſtin.* Solut. hu-
ius oppo. habetur ex diſtinctione Bald. quòd æquitas quæ eſt in
regula locupletari, eſt æquitas generalis & præciſa, quæ non de-
bet attendi, ſed præſcriptio in quantum exceptio ab illa regula
dicitur æquitas motiua, ſeu ſecundùm quid: nam æquitate ſua-
25 dente, ne † dominia eſſent in incerto, inducta eſt præſcriptio, *l. 1.*
ff. de vſucap. & præſcriptio eſt æquitas ſecundùm hoc, reg. locu-
pletari, eſt rigor: quod videtur prima fronte ſatis impium, vt il-
lud quod eſt ſummè & naturaliter æquum dicatur rigor, quod
verò eum violat dicatur æquitas. Ego igitur ad fugiendum iſtas
amaritudines ſoleo aliter declarare iſtos terminos, nõ receden-
do tamen à ſenſu maiorum meorum.

26 Conſidero igitur, quod in iure noſtro reperiuntur quatuor
termini, ius, rigor. æquitas, diſpenſatio. Ius † eſt ars boni & æ-
27 qui, cuius merito quis non ſacerdotes appellat, *l. 1. §. ius eſt. ff. de*
iuſti. & iure.

Rigor autem multipliciter † accipitur, quandoque ſignificat
diſciplinam, *c. diſciplina. 45. diſt. in prin.* quandoque iuſtitiam de-
notat, *c. omnis. c. vera. ea. diſt.* quandoque autem dicitur rigor iuris
exceſſus, ſeu auſteritas, quæ inducitur aduerſus æquitatem iuris
ex cauſa, quandoque ad terrorem, *vt c. 2. de torneam. l. aut facta. ff.*
de pœnis. quandoque in odium criminis, vt in ſpoliatore, *c. in lite-*
ris, & c. ſæpè, de reſtitu. ſpolia. quandoque autem (quod magis ad
propoſitum attinere videtur) dicitur rigor ſtrictus iuris ordo ſeu
ipſa iuris ſubtilitas aliquid contra æquitatem dictans, ſecundùm
Abb. notabiliter loquẽtem, *in c. ſi clericus. de foro compet.* per illum
text. & text. *in c. in literis, de reſtitu. ſpolia. & c. primum, de dolo & con-*
tuma. Ex quibus omnibus colligo, quòd rigor etiam in propoſi-
to noſtro nihil aliud eſt quàm iuris exceſſus, id eſt, ius excedens
metas æquitatis: nam quando dicitur iuris exceſſus, intellige, id
eſt, æquitatis, cùm ius ſit ars boni & æqui. Et ideo cùm vis legis
trahitur ad aliquid contra æquitatem, illud eſt rigor, & benè ſe-
quitur alluſionem vocabuli, iuxta textum *in §. eſt & aliud. Inſtitu.*
de dona. Nam rigidum, aſperum, & durum ſignificat, & quaſi in-
flexibile, iuxta illud Virg. *Tum rigidas motare cacumina quercus.* &
alibi *in 2. Georg. Aera quæ diſſiliunt vulgo veſteſq; rigeſcunt.* Regula
igitur iuris nõ dicetur ſimpliciter rigor, ſed tunc tantùm ea par-
te, qua incipit ex ſua generalitate comprehendere aliquem ca-
ſum, quem æquitas dictaret non includi: eo enim caſu fit iuris
exceſſus, & tanquàm inflexibilis ad æquitatem dicitur rigor,
quod benè nota.

28 Æquitas autem rectè diffinitur, vt ſit facti † conuenien-
tia dictans aliquid vel particulariter, vel generaliter eſt ſtatuen-
dum, & ita vna ſit iuris æquitas, quæ modò ad genus, modò ad
ſpeciem applicatur.

Diſpenſatio autem † eſt iuris cõmunis relaxatio procedens ex 29
mera diſponẽtis miſericordia, ſecundùm Spec. *in tit. de diſpen.* vel
ſecundùm Bal. ibi eſt rigoris mitigatio, vel pœnalitatis modera-
tio facta per habentem auctoritatem ex publica auctoritate, vel
vtilitate, vel alia rationabili ęquitate, quam lex ciuilis indulgen-
tiam appellat: habuit autẽ originem à Deo, quando fecit homi-
nem ex nihilo, eiq; ad imaginem ſuam creato mũdum ſubiecit,
l. hæc imago. 33. q. 5. Clem. 1. §. ô diuini. de reliq. & vener. ſanct. Nam ipſe
primus diſpenſauit cum Adam & Eua, *c. ſerpens, & c. ſicut primi, de*
pœnit. diſtin. 1. Et idem ex ſimili miſericordia ſaluauit Cham filiũ
Noe, *c. ſententia. 2. q. 7.* Item Abraham de manu Caldæorum, *c. ſi.*
35. q. 1. Loth de Sodomis, *c. Deus. 2. q. 1. c. quod ait. 14. diſtin.* Et hac
præcipuè vſus eſt, cùm filium ſuum vnigenitum miſit, vt nos re-
dimeret, *c. in ſcripturis, 8 q. 1. c. cum redemptor. 12. q.* Et ita ex his pa-
tet, quod rigor eſt ipſe æquitatis exceſſus, æquitas autem conue-
nientia, diſpenſatio verò iuris in indiuiduo relaxatio. Ius autem
commune aliquid omnibus iſtis, & diſpenſationes iura ſingula-
ria dici poſſunt, *l. ius ſigulare. ff. de legi.* Quãdo autem rigor, & quo-
modo præualeat, vel cedat æquitati facilè perſpicietur ex con-
cluſionibus infrà dicendis.

Concluſio prima. Si nec rigor † nec æquitas alicubi ſcripta 30
reperiantur, attenditur æquitas relicto rigori: nam iudex æqui-
tatem præ oculis ſemper habere debet, *c. fina. de tranſact. Authen.*
inſiurãdum quod à moriente praſt. §. æquius. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod
cert. loc. Nam in ſubtilitate nimia ſæpiùs perniciosè erratur, *l. ſi*
ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. oblig. l. 2. §. item Varus. verſi. & hoc æqui-
tas ſuadet. licèt ſtricto iure careamus, *ff. de aqua plu. arcen.* nam ibi
gloſſ. exponit ſtricto iure, id eſt, rigore. Sed aduerte inciden-
ter, quod ille text. non probat, immò deſtruit opinin. eorum
qui volunt, quòd ſtrictum ius & rigor ſit idem, cuiuſmodi eſt
gloſſ. ibi, & Abb. *in d. c. ſi clericus, de foro compet.* Nam dicit textus,
quod æquitas ſuadet, licèt ſtricto iure careamus: ſenſus eſt ſe-
cundùm iſtos, quòd quamuis non adſit rigor, tamen æqitas di-
ctat: ergo ſecundùm iſtum ſenſum ſi adeſſet rigor, tanto magis
dictaret, cùm de natura † dictionis, quamuis, ſit implicare & am- 31
pliare caſum, *§. ſimiliter. Inſtit. de excuſ. tuto.* Nam ſi dixero, quam-
uis pecuniam non habeam, tamen habebo panem: ſenſus eſt,
quòd ſi haberem pecuniam tanto leuius haberem panem: ſed
quid inſulſius eſt iſta propoſitione, quòd ſi adeſſet rigor tanto
magis dictaret æquitas? cùm iſta inuicem opponantur, & vnum
excludat aliud, *l. hæc verba ff. de verbo. ſignifi.* Proptereà dico, quod
ſtrictum ius ibi accipitur pro expreſſa iuris diſpoſitione. Sed re-
uertendo ad principalem concluſionem dico, quod pro ea eſt
tex. *in l. 2. & ibi* Bald. *C. de reſcin. vendi.* & iſtam firmat Imol. *in c. 1. de*
conſtitu. dicens, quod iudex ſemper debet ſeruare æquitatem in
his quæ dependent ab arbitrio ſuo, & glo. *in l. inter filios. C. famil.*
erciſc. quæ dicit æquitatem ſequendam, licèt quandoque oculo
mentis caligante eam non ſequamur.

Sed oppo. & videtur, quòd iſta concluſio ſit impoſſibilis: nam
ſi rigor eſt ordinatio iuris indifferens ad plures caſus, quomodo
poſſibile eſt dicere quòd alicubi nõ reperiantur iſta ſcripta, cùm
omnes conſtitutiones quæ ligant hodiè ſint ſcriptæ, & in volu-
men redactæ, *vt in proœmijs Decretalium, Sexti, Clem. C. & fforum.* &
ſcriptura † ſit de ſubſtantia legis ſaltem quo ad probationem, vt 32
latè per Moder. *in rub. de conſtit.* & ſi dixeris, Rigor non expreſſus
in ſpecie, quia regula generaliter loquitur, hoc non tangit con-
cluſ. quia expreſſum † dicitur, quod in genere exprimitur, vt per 33
Bart. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* & ita vt videtis iſta concluſio poni-
tur per omnes, & non aduertunt quod eſt contra poſitionem
ſuam capiendo rigorem, prout ipſi capiunt.

Capias igitur rigorẽ pro exceſſu æquitatis: & ſunc ſicut æqui-
tas poteſt eſſe non ſcripta in intellectu iudicis, ita & rigor.

Concluſio ſecunda, ſi æquitas † reperiatur ſcripta in vno 34
caſu, & rigor in alio, quodlibet ſeruabitur in ſuo caſu. Domi. *in c.*
diſciplina, 45. diſt. iſta concluſio eſt vera, nec habet qui cõtradicat.

Concluſio tertia, ſi æquitas tantùm ſit ſcripta in caſu, illa ſer-
uetur. Si tantùm rigor, ſeruetur rigor, gloſſ. *in d. c. placuit. C. de iudi.*
& ibi Bart.

Concluſio quarta, ſi rigor in vno † caſu repeciatur ſcriptus 35
cum ſua ratione, & æquitas eodem modo cum ſua ratione, ſi
veniat decidendus caſus non deciſus, decidetur potiùs ſecun-
dùm rationem æquitatis extendendo æquitatem quàm ſecun-
dùm rationem rigoris, & iſte eſt propriè caſus, *l. placuit. C. de iudi.*
quando dicit præcipuam eſſe æquitatis, quàm rigoris rationem,

quem

quem intellectum ſenſerunt aliqui non ineruditi, vt per Imol. *in Clem.1.infra eod.* Et ibi Bald. Ex quo infero, quod caſus excepti à regula communi ex æquitate quæ propriè ſolet exceptionem inducere, vt voluerunt omnes, poſſunt trahi ad omnes caſus habentes rationem æquitatis in exceptione expreſſam, vt per Abb. *in c.cum dilecta.de confir.vtil.vel inutil.* & dixi latè *in tracta.extenſionum.in materia limit.*

36 Concluſio quinta, ſi æquitas † eſt ſcripta in genere, rigor in ſpecie, in ſpeciali caſu attenditur rigor, nec trahitur ad conſequentiam, etiam ſi habeat rationem, ita ſoleo intelligere, *l.quod verò.ff.de legi. & regulam, quæ à iure communi. de regul.iur.* æquitas enim firma manet in cæteris, *ad hoc reg.odia.cum materia, infra de regul.iur.*

37 Concluſio ſexta, ſi rigor † & æquitas reperiantur ſcripta circa eundem caſum, prævalebit vltimo loco ſcriptum. Et ratio, quoniam vltima lex derogat priori, *c.1.ſupra eo.lib. de conſti.* tenet glo. *in c.extirpandæ, in ver.priuatum.ſup.de præben.* Io.Andr. & Abb. *in c.fin.de tranſact.* Alex. *in d.l.placuit.*

Contrarium tamen in hoc videntur firmare glo. *in l.cotem ferro.§ fin.ff.de publi.* Archid. & Domi. *in c.diſciplina, 45.diſt.* dicentes, quod ſemper æquitas prævalet, pro quibus facit tex. *in d.l.placuit.* & quæ habentur *in c domino ſancto, 50.diſtin.* Sed hoc eſt falſum, aut enim accipis rigorem pro regula, & tunc nihil ad concluſionem: aut vis quòd vtrunq; ſit in ſpecie, id eſt, circa idẽ, & neſcio videre quomodo vltimo loco ſcriptum non prævaleat, niſi dicas ſecundo legiſlatori ademptam facultatem ſtatuendi, quod eſſe non poteſt, *l.ille à quo.§.tempeſtiuum.ff.ad Trebell.c.innotuit, de elect.* Procedunt ergo vltimo loco dicta in caſu dubio, vel quando rigor poſſet in aliquo alio caſu verificari.

38 Hic modò cadit pulchra dubitatio: Papa † reſeruauit collationi ſuæ quædam beneficia in ſpecie quando vacarent, qui talia beneficia habent, renũciant in manibus Epiſcopi, vt permutent. quæro, an vigore huius reſeruationis impediatur iſta permutatio: nam hic rigor reſeruationis eſt in ſpecie ad beneficia certa, & æquitas iuris eſt in ſpecie ad libertatem permutationis. Ioan.de Lign. & Imol. *in Clem.1.eod titu.* & Feder. *in ſuo tract. quæſtio.1.* & Petrus *in 2.parte,in princ.* tenent, quòd reſeruatio afficiat talia beneficia, & conſequẽter impediatur permutatio, dicuntque hoc hodiè determinatum *per extrauagan. Benedicti 12. quæ incipit. dudum. & per extrauagan. Execrabilis.* idem firmat Imol. *in cap fina.eod.in titu.* & Calder. *in conſil.3.hoc titu.* & hæc eſt communis opinio, pro qua arguitur fundamentaliter, vt meliùs poſſit veritas eluceſcere.

Præſupponitur in q. quòd iſta permutatio veniebat expediẽda per Epiſcopum: tunc ſic: quando Rom. Pontifex aduocat ad ſe beneficium, omnis diſpoſitio inferioris ordinarij circa illud eſt nulla, *c.nomen.2.q.1.c.dudum. & c.multũ ſtupeo, 3.q.6.c.vt noſtrum.* & ibi not. *de appell.* at in caſu noſtro Papa aduocauit beneficium ad ſe illud reſeruando, quomodo ergo poterit Epiſcopus expedire permutationem hanc, beneficia hincinde conferendo?

Secundò adduco textum *in c.ſi eo tempore, ſuprà eod.lib.de elect.* vbi in ſpecie ſcriptus eſt iſte rigor, quòd de beneficiis reſeruatis non ſe intromittant inferiores: licèt ergo æquitas dictaret permutationem non debere impediri, tamen iſta æquitas non reperitur ſcripta hoc caſu, ſed tantùm in caſu quando aliqui ſunt expectantes, vt eſt text. hic, quando dicit in hac parte ſecundùm Archid. & alios: ergo ſtemus rigori, quoniam quando rigor eſt in ſpecie, licèt æquitas ſit in genere, tamen attenditur rigor, *vt dictum eſt ſuperius.* facit, quia non eſt par ratio in literis expectatiuis quæ ſunt valdè odioſæ, & ambitioſæ, *cap.quamuis, ſuprà eodem lib.de præbend.* quæ eſt in reſeruationibus Papæ, quæ debent iudicari fauorabiles, *argum.c.ſi pluribus. & cap. ſi motu proprio, ſuprà de præbend.*

Tertiò adducitur tex. *in c.ſi ſuprà eod.lib. de conſuet. verſ.illud ius optandi quod habet ſenior ex conſuetudine tollere per reſeruationem domini Papæ.* ergo à fortiori permutatio, quoniam per optionẽ non fit bona collatio præbendæ, nec in totum læditur Rom. Pont. reſeruatio, dicamus ergo quòd permutatio impediatur, & ab hac opin. conſulendo non recedas, quoniam omnes eam tenẽt excepto quodam domino Azone de Ramenghis doctore Bononienſi, qui diſputando tenuit contrarium, vt dicit Imol. *in d. Clem.1.eod.tit.* & ibi Ioan.de Lig. dolet non vidiſſe rationes illius Doctoris, quoniam forſan in eius partem ordinaſſet, ſi bonas rationes attuliſſet. Vos autem attendite, quoniam credo opin. do. Azo. poſſe probabiliter defendi, & primo.

Aut Papa expreſſit certum modum vacandi in iſtis beneficiis ita reſeruatis, aut dixit in genere, quomodocunq; vacarent, aut dixit ſimpliciter, quando vacabunt. Si vnum modum tãtum expreſſit, non includitur vacatio per permutationem niſi exprimatur, *c.ſuſceptum, ſupra de reſcript.* & in hoc non eſt dubium. Si in genere, aut indefinitè, dico quod non includitur modo vacandi ex permutatione, quoniam ea quæ ſpeciali mentione digna ſunt, ſi non exprimantur, omiſſa intelliguntur, *l.item apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniur.not.in c.licet, ſup.eod.lib.de præben.* Permutatio autem eſt digna hac mentione propter rationem text. noſtri *hic, & in Clem.1.eo.tit.* ergo, &c.

Secundò quandocunque rigor eſt ſcriptus in genere, & æquitas in ſpecie, ſeu etiam in genere, ſemper æquitas rigori præualet, per ea quæ ſuperiùs dixi *ex l.placuit.C.de iudi.* At in caſu noſtro rigor reperitur ſcriptus in genere, quod de beneficiis Papæ reſeruatis nihil poteſt per inferiores diſponi, *vt in d.c.ſi eo tempore.* hic autem in ſpecie, ſeu in genere dictum eſt, quod in cauſa permutationis attenditur æquitas, immò rigori præfertur: ergo ſtat cõcluſio dom. Azonis. Nec obſtat quod dixit Archid. quod iſte tex. intelligitur tantũ, quando ſumus in literis expectatiuis: quoniam dico, quòd iſte text. generaliter priuilegiat permutationẽ, vt in ea æquitas præualeat rigori propter rationem, de qua in litera, & iſte fuit intellect⁹ (vt opinor) illius d. Azonis, qui eſt amplectendus: quoniam iſta permutatio eſt inuenta & priuilegiata ratione vtilitatis Eccleſiarum, *c.quæſitum, eod.tit. & ſatis dictum eſt ſuprà.* Comprobatur hoc, quia ſi caſus poteſt decidi per rationẽ rigoris & rationem æquitatis, ſemper deciditur ſecundùm rationem æquitatis, vt dixi ſuperiùs *in 4 concluſ.*

Tertiò, aut tu vis, quòd iſta reſeruatio fuerit facta à Papa contemplatione alicuius tertij, & dico quod noluit reſeruare iſta, per rationem text. *hic, & in d.Clem.1.* aut vis quòd fecerit attenta vtilitate Eccleſiarũ, & tanto minus, cùm permutatio directè ordinetur ad vtilitatem Eccleſiæ, reſeruatio autem eam impediẽs operaretur effectum ſibi contrarium, quod non conuenit, *l.legata inutiliter.ff.de adim.lega.l.quod fauore.C.de legi.*

Quarta opin. ex qua reſultet abſurdum vel inconueniẽs non eſt admittenda, *c.cum ſatis, de offi.* Ar. illud. *c.non eſt verſimile, de præſumpt.* At hoc eſſet inconueniens, ergo probatur minor. Ex hoc non debet iniuriæ & mali occaſio naſci, vnde iura naſcuntur, *d.Clem.1.eo.tit.cum vulg.* Sed cùm permutatio ſit actus à iure conceſſus, & fiat iuſſu & auctoritate Epiſcopi, penſata Eccleſiarum vtilitate, *c.quæſitum.eo.tit* de facili eueniet, quod iſti volentes parere Epiſcopo mandanti permutationẽ ex Eccleſiæ vtilitate, remanebunt ſuis beneficiis abſq; culpa, & cum magna iniuria priuati, & ſic ex bono & legitimè facto damnũ reportabunt, cõtra *l.Gracchus.C.de adult.* Nec obſtat remediũ, de quo inferiùs, quòd poſſet adire ſupplicando: quid enim ſi præuenirentur in collatione, hoc certè eſt impoſſibile. Saltem obeſſent ſibi expenſæ, & itineris & bullarum, cùm curia non ſit liberalis in datis niſi ferentibus aurum, vt dicit Hoſti. *in c.ſedes Apoſtolica. de reſcript.* &
iſtud eſt ambages & † circuitus inducere, quod fugiendum eſt, 39
Clem.auditor, de reſcript.l.ne in arbitris.C.de arbit. Præterea aut Papa intendebat reſeruare iſta, & tunc quid ſupplicatione opus eſt: ita ſibi placuit, ſatis eſt, *§ quod Principi, Inſti.de iur.nat.* poteſt enim æquare quadrata ſecundis, ſecundùm Hoſti. *in c.nouit, de iudic.* aut
hoc non intendebat, & nihil eſt, quia actus non † agit vltra in- 40
tentionem agentis, *l.non omnis.ff.ſi cert.peta.* Fugienda igitur eſt prima opin. tanquàm impia & iniqua.

Præterea nonne loquitur text. noſter in caſu reſeruationis: nam beneficia iſta reſeruantur per executores Apoſtolicos, *c.ſi poſtquàm, de præbend. eod. lib. & in cap.ſi capitulo, c.ſi ſolt.de conceſſ.præben.eo.lib.* ergo reſeruatio Apoſtolica, *c.cum aliquibus, eo lib.de reſcr.* & tamen non officit, vt hic. Nec etiã quod dicunt Feder. & alij, quòd iſtæ reſeruationes, quæ fiunt per executores, ſunt odioſæ, quæ autem fiunt per Papam fauorabiles: quoniam etiam in expectationibus factis motu proprio vendicat ſibi locũ text. ſecundũ omnes Doct. hic, cùm indiſtinctè loquatur, & tamẽ illæ literæ motu proprio ſunt fauorabiles, *c.ſi motu, de præbend.* ergo Fede. nõ vrget. Alexan. de Antilia, qui repetiit iſtũ tex. cuius ſcripta vidi poſt commentationem noſtram expeditam, tranſiuit in hoc cum opin. Feder. & aliorum. ſed tamen hac eadem ratione impugnauit fundamenta Feder. dicens, quòd alia eſt diuerſitatis ratio inter iſtos caſus, quoniam in expectationibus ſi non debetur vnum debetur aliud: vnde gratia fruſtrari non poteſt. Sed in reſeruatione ſecus, quoniam ſi vnum beneficium eſt reſer-

reſeruatum,& permutetur cum iuuene, poſſet nimium fruſtrari
deſiderium eius,pro quo reſeruatur.
Sed iſta ratio nihil valet,quid enim ſi fieret reſeruatio ad nul-
lius cōtemplationem. Item quid ſi eſſet generalis:nec tenet alia
ratio,quam aſſignat, videlicet quod in permutatione requiritur
conſenſus eius ad quē pertinet collatio. beneficia reſeruata per-
tinēt ad collationem Papæ,ergo,&c.Nam iſta ratio non proce-
dit, quoniam collatio multotiens de vacantibus ſpectat ad exe-
cutorem ligatis manibus ordinarij, *vt in d.c.ſi ſoli.* & tamen non
procedit in permutatione,meliùs eſt igitur,vt non comprehen-
dantur,quia id noluit Papa,per *rationes ſuprà deductas.* & ita eſt re-
ſponſum ad omnia fundamenta.
Sed quid reſpondebis *ad extrauagantem execrabilis.* non eſt
fas dicère contra caſum legis,& ſi dura ſit lex, *l.proſpexit.ff.qui &
à quibus.* Reſpondeo, quod *in extrauagan. execrabilis.* inducitur
caſus ſpecialis in beneficiis habitis ab eis, qui per adoptionem
alterius ea perdiderunt, & in odium pluralitatis beneficiorum
eſt ſpecialiter inductum, vt nec per viam permutationis poſſit
de illis diſponi,ergo in contrarium erit ius commune, *c.qualis,
25.diſtin.*
41 Ex prædictis infero, quòd ſi eſſet conſuetudo in † aliqua Ec-
cleſia,quòd antiquiores ſemper optarent beneficium vacans ſe-
cundùm tenorē,*text.in c.ſi.de conſue.eo.lib.*non tamen poſſent op-
tare beneficium reſignatū gratia permutationis, propter æqui-
tatem huius tex.quod etiam fatentur Paul. & Cardi.*in d.Clem.1.
per illū text.* qui apertè dicit talia beneficia nulli niſi ipſis permu-
tantibus conferenda, idem tenent Domi.& alij *in d.c.ſi.de conſue.*
Aliqui tamen tenuerunt, quòd imò eſſet locus optioni, & mo-
uentur,quoniam iura, quæ priuilegiū hoc permutationi indul-
gent,attendunt hoc,quod non licet tale beneficium alteri con-
ferre,ſed per optationem,quæ fit a ſeniori non fit noua collatio,
ſed optans aſſumit auctoritate propria. Vnde illa nō dicitur va-
care,ſed ea tantùm quæ relinquitur ab optante,& de illa poterit
permutatio fieri, ad hoc text.*in l.fiſtulas.§.fundum.ff.de contrahen.
empt.*vbi ſi emi fundum ab aliquo, qui moriatur antequàm fun-
di poſſeſſionem adipiſcar,ſi poſteà ſto tutor filiorū eius,acquiro
poſſeſſionem ex me hoc modo, quoniam filij egrediuntur, ego
ingredior,ad hoc text.*in l.1.& 3.C.quando dec.op.non.* Sed iſta ni-
hil obſtant ſecundùm Cardi. quoniā non ſolùm requiritur,quòd
iſta non conferantur alteri, ſed quòd conferantur permutanti.
Vnde licet tūc ita verificaretur,beneficiū nō eſt alteri collatum:
tamen iſta erit falſa, beneficium eſt permutanti collatum: tene
igitur primū,aliàs poſſet ſequi illud inconueniēs,de quo per Fe-
de.*in conſi.62.* Nam cùm permutatio expediatur Epiſcopi iuſſu
& Eccleſię vtilitate,&etiam perſonarum intuitu,eueniret quòd
pauper clericus dimitteret præbendam centum ducatorum, vt
aliam ſimilem haberet,& ſi eſſet locus optioni,poſſet optans di-
mittere vnam valentem 10.ducatis,ex qua non poſſet viuere,&
ſic pro præbenda centum ducatorum cogeretur habere vnam
valentem decem, quod non eſt dicendum: quia ſi ita ſciuiſſet,
veriſimiliter non renunciaſſet,*vt in d Clem.1.*
Item aliud:iuuenis non habens ætatem aptam ad ſacerdo-
tium habebat præbendam non ſacerdotalem:renunciat vt per-
mutet cum ſimili,qui habebat optionem, dimittit ſacerdotalē:
& optat non ſacerdotalem: ſi optio valet, iuuenis in totum ex-
cludetur, admiſſa propter defectum ætatis, à renūciata propter
optionem,quod eſt valdè inconueniens,de hoc tamen videatis
Fede.*in præallegato conſi.62.*& Card.*in c.quæſitum.ſupra eod.*
Ex quibus omnibus patet, quod ſiue coram ordinario, ſiue
coram legato fiat iſta permutatio, nūquàm impedietur,quoniā
& legatus eſt ordinarius,*vt in l.legatos.de offi.ordi.ſupra eo.lib.*quic-
quid attentauerit Feder.*in ſuo tract q.2.*
42 Sed dubitatur, quid ſi quis haberet † expectatiuam ad cer-
tum beneficium vacaturum,an idem permutari poſſit, non ob-
ſtante iſta expectatiua.Alex.de Antil.*in loco ſupra memorato* tenet
quod non, quoniam poſſet de facili reddi deluſoria eius expe-
ctatiua, & textus noſter procedit in expectatiuis generalibus,
idem firmat Andr.Sicu. *in c.quæſitum, in 4.colum. eod.titu.* dicens
hoc etiam placere domino Cardinā. & mouetur hac ratione,
quoniam iſte text.deuiat à communibus regulis iuris, & ſola æ-
quitas ſtat aduerſus rigorem. Vnde cùm loquantur in expecta-
tiuis generalibus,non debet trahi ad particulares, *vt in regu.quæ
à iure communi,infrà.*& hoc placuit Archid.qui volebat iſtum te-
xtum præcisè intelligi in caſu ſuo, & ita iudicando tene: ta-
men poſſet dici in contrarium eſſe veritatem, attento fauore,
quod tribuunt iura permutationibus: & præcipuè quando ſu-
mus in iſtis † literis expectatiuis,quæ ſunt odioſæ, *c quamuis, ſu-
pra de præbend ad hoc Clem.1.infra eod.* aliàs ſequi poſſet, quod ali- 43
quis ignorans ius alterius renunciaret beneficio, vt permutaret,
ſi non procederet text. in caſu q. iſte expectans haberet benefi-
cium huius:& ſic pauper renuncians priuaretur indebitè bene-
ficio ſuo,quod eſt cōtra rationem tex.noſtri, & text. *in d.Clem.1.*
Non obſtat,quòd poſſet eludi ſua expectatio, quia poſſet etiam
citiùs ſortiri effectum: quid enim ſcit ipſe quis citius ſit moritu-
rus:aduertat tamen ne hoc fiat in fraudem, quoniam non pro-
derit agentibus,vt dictum eſt.
Poſtquàm ſuperiùs aliquid attigimus de permutatione be-
neficiorum Papæ reſeruatorum. Quæro(poſito quòd non poſ-
ſit fieri eorum permutatio niſi per Papam,vt vult communis o-
pinio) quid ſi faciant iſtam † permutationem in manibus Pa-
pæ, nullam tamen faciant mentionem, quòd talia benefi- 44
cia ſint reſeruata,an valeat permutatio? Et quòd non valeat vi-
detur primo tex.*in c.cum olim,de re iudi.* vbi collatio facta à Papa
contra ordinationes ſuas illis tacitis reputatur ſubreptitia. Et ra-
tio poteſt eſſe in propoſito noſtro, quoniam quando Papa facit
iſtas reſeruationes,credēdum eſt quòd faciat cum cauſa, ne ſine
cauſa credatur aliorum iuriſdictiones vſurpare, *c.peruenit.11.q.1.
c.2.de relig domi.* Et ideo ſtylus cancellariæ habet,quod ſemper de
iſtis reſeruationibus fiat mentio.
Secundò facit,quoniam iſta reſeruatio oſtendit maiorem af-
fectionem Papæ erga beneficia taliter reſeruata:tunc ſic.Omne
tacitum quòd ſcitum poſſet inclinare animum Pontificis ad nō
concedendum, vel ad difficilius concedendum vitiat reſcriptū,
c.poſtulaſti.& ibi Doctores,*de reſcript.* Sed ratione affectionis hoc
potuiſſet euenire,igitur &c.
Pro contraria autem parte quòd imò valeat permutatio, fa-
cit,quoniam Papa etiam ſine reſeruatione, modò non præue-
niatur ad libitum. confert,diſponit omnia beneficia, *c.licet,ſupra
eo.lib.de præben.*fortius quando reſeruauit:ſed hoc arg.magis ten-
dit ad poſſe quàm ad velle Papæ, & nos diſputamus, an potue-
rit,ſeu an voluerit:& ideo fortius argumentatur.
Per iſtas reſeruationes Papa hoc ſolùm intendit, vt ipſe con-
ferat & non alius,eo quòd collationi ſuæ reſeruat, vt per Archi-
dia.*in d c.licet.* hic autem ipſe confert, ergo veriſimiliter voluit
collationem valere, eo † maximè quod quis non præſumitur 45
ſuum ignorare,*l.quiſquis.C.de reſcin.vendit.c.ab excommunicato, ſu-
pra de reſcript.*
Item quando quis poteſt facere actum duabus facultatibus,
vna validè,altera inualidè,ſi actum expediat, in dubio cenſetur
vſus magis facultate qua actus ſuſtinetur, *l.3.ff.de milit.teſtamen.c.
Abbate ſanè.de re iudic.eod.lib.*præſumamus igitur in dubio permu-
tationem factam vt de reſeruatis, ad effectum ſuſtinendi per-
mutationem.
Sed ad iſta poteſt reſponderi,quod licèt Papa intenderet per
ſe conferre, tamen non apparet quòd intenderet conferre iſtis
ratione reſeruationis, ſed potiùs per importunitatē petentium
videtur elicita collatio, & benè poteſt Papa † negotiorū multi- 46
tudine impeditus facta ſua ignorare,*c.1.& ibi not.de conſti.ſupra eo.
lib.c.eam te,de reſcrip.* cùm per improbitatem & importunitatem
petentium multotiens non concedenda concedat,*c ſi.de reſcript.
ſupra eo.lib.l.1.C.de pet.bon.ſublat.lib.10.*
Fede.de Senis *in ſuo tract.quæſt.4.*tangens hanc dubitationem
ita ſoluit, quod aut reſeruatio erat generalis, & nota in curia,
adeò quòd ſit veriſimile Papam illam ſciuiſſe:& tunc tenet per-
mutatio: Aut erat particularis, & ſecretò de certis beneficiis: &
tunc non valet niſi de illa fiat mentio, ex quo Papa hoc potuit
veriſimiliter ignorare. Et ſecundùm eum iſta eſt ratio,quoniam
quando reſeruatio eſt generalis, cenſetur facta in odium confe-
rentis,qui forſan conferebant indignis: quādo verò eſt particu-
laris,cenſetur facta fauore certæ perſonæ, & ratio,quoniam hoc
ſemper conſueuit Papa facere alterius contemplatione, ad hoc
l.qui ſemiſſis.ff.de vſur.l.vniuerſorum.ff.de pigno.act. Et ſi dixeris,quid
ergo fiet quando iſti permutantes reperient ſe ita deceptos? re-
ſpondet Feder.*ibi,& in conſi.13.* quod poterunt offerre ſupplica-
tionem Rom.Pont.talis formæ. Pater ſancte,ex quo renuncia-
tio noſtra facta eſt ex cauſa permutationis, tenuit, licèt non te-
nuerit collatio,ex quo de reſeruatione nō fuit facta mentio,pla-
ceat S.V. poſtquàm certificati ſumus de reſeruatione, quæ tunc
erat occulta, dare nobis licētiam redeundi ad noſtra beneficia:
vel dignetur S.V. perficere permutationem, faciens hinc inde
colla-

47 collatlonē. Scit enim S.V. quod beneficia permutationis † cau-
ſa reſignata non poſſunt niſi permutantibus cōferri, *Clem.1.eo.tit.*

Nota diligenter caudam huius ſupplicationis, quia videtur
Fede.innuere, quòd ſi Papa conferat iſta beneficia vacantia ex
cauſa permutationis, non teneat collatio, etiam ſi ſint reſeruata:
quòd ſi eſſet verum, non eſſet multum periculi tenere, quòd iſtę
reſeruationes allicіant beneficia permutanda. Sed hoc non cre-
do, quoniā ſi eſt reſeruatum, & verè vacat, & verè confertur per
Pontificem illi, cuius gratia forſan reſeruauit, quare non valebit
collatio, non reperitur hæc æquitas ſcripta, ſtabimus igitur rigo-
ri: poteſt tamen dici, quod Feder. intelligit, quando permutatio
fuit expedita per Papam, tacito de reſeruatione.

Circa iſtam diſt. vltimam domini Feder. aduerte, dum ponit
rationem, quare magis ſit habenda mentio de particulari quàm
de generali reſeruatione: nam non eſt bona. Reſeruatio genera-
lis concernit publicam vtilitatem Eccleſiæ: particularis autem
priuatam, vt ipſe vult: permutatio autem ſemper vtilitatem Ec-
cleſiæ principaliter, *d.c.quæſitum, ſup.eo.* tunc ſic: Faciliùs iura im-
48 pediunt † vnam vtilitatem Eccleſiæ ratione alterius vtilitatis Ec-
cleſiæ, quàm ratione vtilitatis priuatæ, quia commodum Eccle-
ſiæ debet præferri commodo priuati, ex quo reputatur publi-
cum, *c.in publicum.1.diſt.l.ſunt perſonæ ff.de reli. & ſumpt fu.* & quæ
plenè per Mod. *in l.1.ver.quia duo iudices.ff.ſolu.matr.* facit, quod in
habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, *l.in rem.§.item qui-
cunque.ff.de rei vendi.* At permutatio non impeditur ex generali
reſeruatione, quæ eſt propter Eccleſiæ vtilitatem: igitur tanto
minus ex particulari, quæ eſt ad commodum priuatorum. Præ-
tereà nonne in literis expectatiuis includitur iſta reſeruatio par-
ticularis ligans manus ordinarij: & tamen non nocet, vt patet in
text. Concludendum igitur eſt, permutationem tenere propter
fauores ſuos: ex eo quod nulla inhabilitas ex parte conferentis:
nec dicendum eſt intentionem deficere, quoniam Papa reſer-
uando non intendit probabiliter impedire permutationem.
Vnde non eſt veriſimile, quod expreſſio reſeruationis retraxiſ-
ſet eum à perficienda permutatione, taciturnitas ergo non no-
cebit, *per reg.d.c.poſtulaſti.*

49 Hic quoque annectitur alia dubitatio, an poſito † quòd Papa
conceſſerit legato vt recipiat reſignationes beneficiorum factas
ex cauſa permutationis, & ea permutet conferendo auctoritate
Apoſtolica, an poſſit ex ſimili cauſa conferre beneficia Papæ re-
ſeruata. Feder. *in q.2.* tenet quod non, quoniam generale man-
datum non extenditur ad ea quæ ſibi ſpecialiter reſeruauit ſedes
Apoſtolica, *l.quod tranſlationem, de offic.lega l.illud.ff.de mi.* Lappus
diſtinguit, quod aut reſeruauit ſpecialiter quædam beneficia, &
procedit dictum Feder. aut omnia, & tunc poteſt permutare,
50 quoniam aliàs gratia eſſet inutilis. Tu aduerte, quod † quatuor
modis poteſt ſpectare collatio beneficiorum ad Rom. Pont.
Primus eſt ex plenitudine poteſtatis, *c.omnes.22.diſt.cap.2.ſuprà eo.
lib.de præben.* & iſte modus nō adimit poteſtatem ordinariis col-
latoribus prouidendi, niſi quando Papa iam contulit vel man-
dauit conferri ligatis manibus ordinariorum, *vt in c.ſi capitulo.&
c.ſi ſoli.de conceſſ.præben.* & ſuper his legatus poteſt. Secundus mo-
dus eſt per deuolutionem ex negligentia ſuperioris, de quo *in c.
nulla.de conceſſ.præbend.cap ne pro defectu.de ele.* hoc caſu negligens
impeditur, quia negligentia ſua amiſit ius, ſed legatus de latere
conferre poteſt, per text. & ibi not. *in c.1.de offi leg.eo.lib.* & ita hoc
caſu poterit permutare. Tertius modus eſt per vacationem in
curia, *vt in c.licet, de præben.eod.lib.* & hoc caſu non poteſt legatus
retenta prima opin. permutare, quoniam iſta non poteſt con-
ferre abſque ſpeciali & expreſſo mandato, vt ibi, quod tamen
non procedit ſi Papa conſentiret permutationi, quoniam acce-
dente conſenſu eorum quorum intereſt, & per legatum & per
Epiſcopum ſemper poteſt permutatio celebrari, *vt in gloſſ.hic.*
Quartus modus eſt per reſeruationē factam ſpecialiter à Papa,
& tunc placet diſtinctio Lappi.

Expeditus de notab. venio ad dicta Domi. cuius ordinem ſe-
quar, vt faciliùs poſſitis, quæ dicenda ſunt in lectionibus præui-
dere. Prima oppo. fuit ſatis expedita ſuprà in prima oppo. tamen
ex ea elicio hanc concluſionem.

51 Beneficia permutationis † cauſa reſignata non dicuntur ſim-
pliciter vacare, ſed ſub conditione: & hoc, quia de natura huius
contractus eſt rem pro re dari, *l.1.ff.eod.* & ſunt reſignata, non vt
alteri dentur, ſed ipſis permutare volentibus, *Clem.1.eo.tit.& tex.
hic.* Ideo dixit Feder. *in d.conſi.62.* quod talia beneficia vacant, &
non vacant, & ſic non ſimpliciter vacant, ſed ſecundùm quid.
Illud enim tempus vacationis eſt momentaneum & indiuiſibi-
le, adeò quod eodem tempore eſt vacans & non vacans, ſecun-
dùm Inno. Nam ſtatim pręſtita auctoritate ab ipſis ſuperioribus
incipit ius competere compermutantibus, adeò quod non dici-
tur vacare: & ita ſentit Feder. quod alteri ex permutātibus nun-
quàm deſinat competere ius in beneficio, donec fuerit præſtita
auctoritas ſuperioris, qua ſuperueniēte immediatè incipit com-
petere ius in beneficio alterius, & egreſſus vnius iuris operatur
ingreſſum alterius in inſtanti. Simile eſt quod dicimus de vitio
& virtute, per not. *in c.cum renunciatur, 32.q.1.* & pro hoc videtur
multum facere, tex *in c.quæſitum.ſuprà eo.* quando miniſterium e-
piſcopi ſolùm verſatur in transferendo ab vno loco ad alium. Et
ab iſta opin. non videtur alienus Ioan. And. quando dicit, quod
hæc eſt quædam continuatio miniſterij, *arg.l.licet.ff.de cōſtit.pecu.
l.diuortium.ff.de diuor. l. quod dicitur.§.ſimiles.ad fi.ff. de milit.teſtam.
ibi, quaſi coniuncto munere.* & hæc dicta multum not ad q. multas
inferiùs tangēdas, & in primis conſidera, quod ex his dictis con-
funduntur illa dicta ſuperiùs, quando volunt Doct. quod reſer-
uatio Papæ afficiat iſta beneficia: nam ſi non vacant ſimpliciter,
nec vnquàm amittitur ius à compermutantibus in illis, quomo-
do reſeruatio afficiet? & tamen qui hoc dicunt illud tenent.

Sed iſtæ ſunt chimeræ, iſta beneficia purè vacant non condi-
tionaliter. Fit enim liberè reſignatio & purè, ergo pura vacatio,
quoniam qualitas renunciationis & abdicationis à iure inducit
qualitatem vacationis, *c.niſi cum pridem, de renunc. c. ſuſceptum de
reſcript.ſuprà eod.lib.* Debet enim renunciatio eſſe pura, *c.quàm pie.
1.q.2.* Nec obſtat, quòd lex velit iſta conferri niſi permutantibus,
quoniam ex hoc non alteratur natura renunciationis & vaca-
tionis, *c.Beatus.22 q.2 & in §.1.ver.Beata Maria, 27.q.2.c.peruenit.de
fideiuſſ.l.vlt ff.qui ſatiſd cog.*

Item contra iſta dicta adduco text. hic, dicit enim quod non
vult quòd beneficia conferantur expectantibus, vt æquitatem
præferat rigori: ergo ſecūdùm rigorem & ſubtilitatem iuris po-
terant conferri, igitur verè vacant. Nam quod expectanti con-
feratur beneficium conditionaliter vacans nullus rigor ſuadet,
immò eſt oppoſitum, *in c.cum ignores.de præben.*

Et ad hoc fortius ſtringit tex. *in d.Clem.1.* quando dicit, quod
beneficia reſignata cauſa permutationis non debeant conferri
niſi permutantibus: & hoc ne iuris conceſſione vtētibus illuda-
tur: quia aliàs non renunciaſſent. Dupliciter ergo probat ille tex.
quod verè vacant. Primò dum vult, quōd conferantur permu-
tantibus, vera eſt collatio, ergo vera vacatio. Secundò, quando
aſſignat rationem, ne illudatur, &c. Si enim non vacaſſet verè,
non aſſignaſſet illam rationem, ſed aliam, quia ſcilicet benefi-
cium quod eſt vnius, non poteſt alteri conferri, *argu.in §.affini-
tatis.Inſtit.de nupt.* Concludamus ergo, quod talia beneficia verè
vacant, & ſecundùm iuris rigorem poſſent cuilibet conferri, ſed
iura ex benignitate aduerſus rigorem hunc æquitatis clypeum
oppoſuēre, prohibentia quod huiuſmodi beneficia quātumuis
vacantia alteri conferantur. Vnde non eſt aliquod inconueniēs
ſi dicamus iſta beneficia poſſe aliquādiu vacare, antequàm per-
mutatio compleatur, cogita.

Ex prima q. Domi. elicio conclu. quod iſte tex, nō ſolùm pro-
cedit, quando ſunt plures expectantes, ſed etiam quando vnus
ſolus, ſecundùm Ioan. And. qui dicit ridiculoſum eſſe, ſi quis op-
poſitum attentaret, prout videbatur Archid. qui dicit, tex. pro-
cedere tantùm in caſu ſuo, & quod dicit Ioan. And. eſt euange-
licum, quia non conſtat de ratione in oppoſitum, ad hoc *l.non eſt
ſine liberis.ff.de verb.ſignifi.* non enim debemus iudaizare in verbis
more ſpecialiſtarum.

Ex ſecunda q. Domi. colligitur, quod non valet permutatio,
ſi renuncio tibi beneficium, vt tu reſignes tuum nepoti vel ami-
co meo, & hoc ſecundùm Ioan. And. qui mouetur per iſtum tex.
hic, quando dicit beneficia ſua, ad hoc tex. *in c.cum venerabilis, de
except.* & tenet Ioan. de Imol. *in c.fin.eod tit.* & Feder. *in ſuo tract.* &
Soc. *in conſ.168.incip.In primis determinanda eſt, q.in 2.volum.in an-
tiquis.* & Petr. de Peru. *in 5.parte.* & eſt verum, quia ſi detur tuum
vni qui non det ſuum non poterit dici permutatio, quoniā hinc
Inde non præſtatur neque effectu neque re ipſa, & ſic impoſſi-
bile eſt, quòd ſit permutatio: & eſt vtile dicere, ne detur occaſio
ſenibus perpetuandi conſanguineos in beneficijs.

Sed contra iſtam concluſionem videtur text. *in terminis, in c.
vniuerſorum.eod.titu.* vbi cùm duo vellent permutare, vnus reſi-
gnauit præbendam, quæ fuit collata conſanguineo alterius, ſed
alter poſteà noluit ſuā regnare, dicit ibi Papa, quod permutatio

debet

debet retractari, quia G. fuit deceptus, L. nolente ſuam præben-
dam reſignare: ergo ſi ab L. fuiſſet facta reſignatio, valuiſſet per-
mutatio facta cum conſanguineo L.

Item adduco textũ ceſſante ratione, *in Clem.1.eod.titu.* vbi di-
citur, quod beneficia renunciata cauſa permutationis non poſ-
ſunt conferri in ipſis permutãtibus, ne eis illudatur, & quoniam
aliàs non reſignaſſet: ſed quando conferuntur nepoti, vel cuili-
bet alteri, quem volunt permutantes, ceſſant iſtæ rationes: ergo
poſſunt conferri.

In hoc ego dicerem, quod aut quærimus, an à principio poſſit
conueniri inter iſtos, vt fiat hæc permutatio cum nepote, vel a-
lio, & dic quod non, quoniam non eſt permutatio tunc, ſed eſt
alia pactio à iure non admiſſa. Aut quærimus, an poſtquàm am-
bo renunciauerunt vt permutent ſimul, poſſit Epiſcopus de eo-
rum conſenſu alteri conferre beneficium: & dicẽdum eſt quod
52 poteſt, per rationem illius *Clem.1.* poteſt enim quilibet † renun-
ciare fauori ſuo, *l.quis in conſcribendo.C.de pact.* benè fateor, quod
Epiſcopus ad hoc non tenebatur, cùm aliàs libera ſit Epiſcopi
collatio, niſi in caſibus quibus ſpecialiter ad eam aſtringitur, *ar-
gum.c.relatum, ſuprà de præben.* dicamus tamen quod in hoc expe-
ctatiuæ habebunt locum, ex quo iſta non eſt vera permutatio,
quæ fit cum alio, & iſte tex. prouidet tantum impedimento per-
mutationis, non autem alterius collationis: & licèt aliqua æqui-
tas dictaret contrarium, tamen non eſt ſcripta: ergo non atten-
datur, per eà quæ dicta ſunt in vltimo not. & ita ſentit Petr. *in lo-
co præallegato.*

53 Sed quid dices: qui videt † iſtis placere, vt alterum ex illis be-
neficiis conferatur nepoti, confert illud alteri quem non vellet
permutãtes: an teneat collatio, & certè ſi apparet iſtum comper-
mutantem renunciaſſe iuri retractandi collationem alteri fa-
ctam, crede quod ex rigore iuris valeat collatio, poſtquàm illa
renunciatio non potuit eſſe niſi pura, nec admittitur talis
conditio ab aliquo iure, imò ius abhorret, ne beneficia videan-
tur quodam ſucceſſorio iure tranſire, *c.Apoſtolica.§.q.1. & de filijs
presbyt.c.ex tranſmiſſa. & de inſtit.c.ad decorem.* Idem quoque di-
cam reſpectu reſeruationum: Quæ omnia declararem, vt pro-
cedant in beneficio, quod venit cõferendum non permutanti:
54 ſecus in eo quod alter ex permutantibus acceptat, ne vtile † per
inutile vitietur. *vt in regu.cum ſimil.* pro quo eſt ratio text. *in c.cum
vniuerſorum.* & fortior deciſio, & hæc noua ſunt & non conſide-
rata per aliquem.

55 Vlteriùs quærit Dominic. an poſito, † quod vnus ex permu-
tantibus non habeat ius in beneficio, ex eo quod illud ſimonia-
cè adeptus ſit, & permutauit cum alio, an acceptũ cauſa permu-
tationis poſſit cum bona conſcientia retinere? quod vt clariùs
habeatis ex eius dictis elicio aliquas concluſiones.

Prima concluſio: huiuſmodi permutatio non operatur, vt ta-
le beneficium poſſit cum bona conſcientia retinere: & hæc eſt
vera propter rationes quas inferiùs deducam.

Secunda concluſio: Talis permutatio non tribuit ius permu-
tantibus, nec collatio eius vigore facta tenet, Ioan. Andr. Domi-
nic. hic, Imol. *in Clem.1.eo.tit. & in c.fi.ſuprà eod.* Petr. *in ſuo tract.in
2.col.* & eſt communis opinio omnium dicentium cõcluſionem
procedere: Siue vni competebat ius, quia ſimoniacè adeptum,
ſiue erat alteri quocunque modo debitum, ita quod fuit eui-
ctum, & ita Fede. *in ſuo tract.q.10.* Domin. hic, & Abb. *in c.cum ve-
nerabilis, de except.* Et ratio eſt, quoniam Epiſcopus intendebat
conferre beneficia tanquàm vacantia ex cauſa permutationis,
& apparet quod vnum nõ vacat ex iſta cauſa: ergo collatio nul-
56 la, quoniam actus † non agit vltra intentionem agentis, *l.non om-
nis.ff.ſi certum peta.* Item quoniam hoc eſſet aperire viam fraudi-
bus & malitijs, contra ea quæ habentur *in cap.quanto, de priuileg.*
Semper enim ſimoniacus permutaret. Facit ad hanc partem,
57 quoniam qui † alienam rem dat permutationem non contrahit,
l.1.ff.eod. Et hoc benè videtur deciſum *in c.ſuſceptum, de reſcript. ſu-
prà eod.lib.* vbi non valet collatio facta de beneficio vt vacante
vno modo, ſi vacet alio.

Nec obſtat ſi dixeris, illum text. procedere in reſcriptis quæ
ſunt ſtricti iuris: quia immò habet etiam locum in collationibus
ordinariorum, quæ fiunt habito reſpectu ad vnum modum, ſe-
cundùm Petr. per textum *in cap ex parte, de conceſſ. præbend.* Facit
prætereà, quod beneficium ſurrogatur loco primi. Vnde ſicut
non erat ius in primo, nec in ſecundo, per ea quæ habentur *in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. vt lit. pend.*

Contrarium in hoc tenuit Collectaneus doctor antiquus, de
quo meminerunt omnes hic, vbi voluit quod imò teneret per-
mutatio, non vt permutatio, ſed ex vi nouę collationis. Nam iſta
beneficia verè vacabant, & per habẽtem auctoritatem ſunt col-
lata: cur ergo non valebit collatio, poſtquàm non habemus ius
in contrarium? Ad contraria poteſt reſponderi, primò, quod nõ
aperitur via fraudibus: quoniã veritate detecta reſcindetur col-
latio, & quilibet reuertetur ad ſuum, ſicut in ſimili, pecunia † ac- 58
cepta ex re furtiua non eſt furtiua, nec vt furtiua, nec vt furtiua
iudicatur, *l.qui vas.ff.de furt.* tamen ex quo iniuſtè accepta, ſubia-
cet reſtitutioni, vt per Domi. hic: ſufficit enim quòd haberetur
loco rectoris ille, qui permutauit, ſicut cum quaſi domino pro-
cedit permutatio. *c.cum venerabilis, de except.* & dixi *in Rubrica.*

Ad illud quod dicitur de intentione, dico quod immò iſta e-
rat principalis intentio Epiſcopi conferre & prouidere vtilitati
Eccleſiæ ſecundùm formam, *c.quæſitum, ſuprà eod.* & licèt vacatio
crederetur ex cauſa permutationis, iſta erat intentio ſecũdaria,
quæ non attenditur, per ea quæ habentur *in c.conſuluit. de vſur.*
Vel dicas, quòd illa regula procedit in actibus aſſumẽtibus ſub-
ſtantiam ab intentione, aliàs non, *vt in l.in hoc iudicium.ff.commu-
ni diuid.l.fina.ff.de condict.ob turp.cau.l.ſi quis.§.fina.ff.commo. ibi ple-
rumque euenit, vt extra id quod agitur obligatio naſcatur.* Vbicunque
enim agens agit, & patiens eſt diſpoſitum, licèt aliter intendat
agens, tamen actus completur, ſicut euenit Iſaac, qui intende-
bat benedicere Eſau, & tamen benedixit Iacob, *c.quàm periculo-
ſum.7.quæſt.1.*

Ad *c.ſuſceptum.* dic quod ibi agens erat impeditus agere, cùm
facultas tantùm fuerit conceſſa circa vnum modum: vnde non
trahitur ad alium, ne mandati fines mandatarius tranſiliat, *c.cui
de non ſacerdotali, ſuprà de præben. eod.lib. c.cum dilecta, de reſcript.* Et
ita non obſtat *c.ex parte.* quia eramus in caſu, vbi agẽs, id eſt, con-
ferens erat impeditus.

Ad id quod dicitur de ſubrogato, reſpondetur quod † colla- 59
tio noua ſimpliciter & abſque conditione facta purgat omne
vitium, & facit valere, vt ex nunc, & ita defendi opinio. Col-
lecta.

In hoc tamen ego diſtinguerem, quod aut quærimus de col-
latione, quæ fuit facta illi qui ſuum benficiũ benè adeptum re-
ſignauit. Aut de ea, quæ facta eſt ſimoniaco, vel aliàs illicito de-
tentori. Si quærimus de ſecũdo, indubiè tranſeo cum commu-
ni, quòd non valeat collatio, non ea ratione, quia collatio hoc
non intenderet, ſed quia illud impedimentum ſimoniæ, vel vio-
lentiæ, vel intruſionis, quod impediebat acquiſitionem primi,
impedit acquiſitionem ſecundi, cùm acquiſitio † ſecundi trahat 60
quandam neceſſariam conſequentiam ab acquiſitione primi,
per text.in d.Clem.1. vnde quo ad ipſum debet iudicari vt primũ,
l.damni.§.Sabini.ff.de damn.infect.l.ex placito.C.de rerum permuta.
Sed ſi agimus de primo caſu, dico quod ex parte eius tenuit col-
latio, poſtquàm nõ fuit in culpa, & eſt perſona nullum ad id ha-
bens impedimentum. Ex quo enim ſeparabilis eſt vna collatio
ab alia, non eſt dicendum quod vtile per inutile vitietur, *vt in
reg.vtile.* & ibi Dyn. *infrà de reg.iur.* Et hoc dico cum temperamẽ-
to, niſi ius anteà fuerit quæſitum alteri in hoc totaliter adepto,
quo caſu poterit iſte repetere primum, ad inſtar permutationis
rerum prophanarum, *l.1.l.cum precibus.C.eo.*

Sed poſito quod iſta † permutatio in nullo teneat, quæro an 61
iſte qui non fuit in culpa poſſit redire ad primum beneficium
auctoritate propria, abſque noua collatione? Ioan. Andr. hic, &
Feder. *in ſuo tract.in 9.quæſt.* Abb. *in c.cum venerabilis, in 4.col.verſi.
quæro quare permutatio. de except.* tenent quòd auctoritate propria
poſſint redire ad primum beneficium, quia verè non vacat, nec
verè illud amiſerunt, dicit tamen Abb. quod melius erit expe-
ctare declarationem iudicis, qui declaret beneficiũ remanſiſſe
ſuum, & quod poteſt per ſe auctoritate propria redire, & ita trã-
ſiuit quidam Vber. de Lampugnano, qui textum hunc repetit,
auctoritate Felyn. *in d.cap.cum venerabilis.* mouetur iſta opin. quo-
niam ſi non poſſet auctoritate propria redire, ſed opus eſſet
noua collatione, iſtud eſſet ſubditos expenſis & laboribus fati-
gare, contra *cap finem litibus, de dolo & contuma. cap.diſpendia, de re-
ſcript. ſuprà eodem lib.* & circuitus inutiles inducere, *contra Clemen.
auditor, de reſcript.*

Item eſſet hoc laqueum non peccanti inijcere, ſi penitus
quis reperiret ſe vtroque beneficio priuatum, contra *cap. lite-
ras.§.nos autem, de reſtitut. ſpol.* & occaſionem iuris ad diſpẽdium
trahere, contra *l.cum qui.C.de vſucap.pro empt. & c.quod nonnullis, de
priuileg.*

Item adducunt tex. *in l. cum precibus. tum l. ſeq. C. eo.* vbi permutatione non ſecuta ab vna parte datur repetitio.

Poſtremò adducunt tex. *in c. ſi beneficia, ſupra de prebend. eod. lib.* per quem dicũt, quæſtionem iſtam apertè terminari: dicit enim quod ſi quis per acceptionem ſecundi beneficij perdit primum, ſi ſecundum poſteà euincatur, eo quod ipſo ignorante erat alteri reſeruatum, poterit ad primum liberè redire. Et hoc ne talis ignorantia, cùm ſit ſine culpa, præiudicialis exiſtat. pod. deciſionem, quia vult quòd liberè reuertatur: ergo auctoritate propria abſque alterius requiſitione, vt dixi in notab. Item pond. rationem, quæ ſimiliter cõcludit in caſu noſtro, ergo idem ius, *l. illud, ff. ad legem Aquil. cum ſimil.*

In contrarium tamen (vt opinor) ſe habet veritas, quod imò ſit opus noua collatione. Nam renunciatio fuit ſimplex, & vacatio vera, vt dixi in ſuperioribus: ergo ille primus titulus de neceſſitate extinctus eſt, quoniam aliter non potuiſſet procedi ad intitulationem alterius: & patet, quia *in Clem. 1.* dicitur, quod conferuntur beneficia ita reſignata ipſis permutantibus: ergo erant
62 extincta prima iura. At ius ſemel extinctum † abſque noua collatione nõ ſuſcitatur, *l. qui res. §. aream. ff. de ſol. c. quaris, de conſe. diſt. 2.* ergo opus eſt noua collatione, ne per indirectum violetur, *reg. c. 1. inf. de reg. iur.* quod beneficium habeatur abſque canonica inſtitutione. Adde, quòd vbicunq; ex mero iure proceſſit aliqis effectus, licèt adſit æquitas extinguendi illum, tamen neceſſarium eſt iudicis miniſterium, quòd cauſatum à iure impedimentum tollat, vt patet in remedio actionis reſciſſoriæ, *§. rurſus, Inſtit. de actio. cum ibi not. c. cum vniuerſorum.* ſecundùm communem intellectũ *ſupra eo.* & patet in mille iuribus, facit ad hoc. Nam vbicunq; priuatio vel extinctio expreſſa vnius actus inducitur ad finẽ alterius, licèt non ſequatur finis, tamen extinctio manet ſtrma, caſus eſt *in l. planè, in princ. ff. de leg. 1.* vbi ſi adimitur vni legatũ vt detur alteri, licèt ille alius ſit incapax, tamẽ priuatio tenet, & ita ad hoc illum tex. allegant Sali. & Imol. *in l. ſi cum dotem. ff. ſolu. matr. in prin.* & ibi Paul. de Caſtr. & alij hoc ſequuntur: cùm ergo ius ſit amiſſum per expreſſam renunciationem, licèt permutatio non ſequatur, tamen manebit renunciatio, & ita ſecundũ iſtam partem ſemper fuit deciſum & iudicatum per dominos de Rota, vt patet *deciſ. 23. in nouis. & in deciſ. 339. & deciſ. 402. & deciſ. 863. in antiq. & in deciſ.* Bern. *deciſ. 3.* tenet Dumin. *hic in gloſſ.* & Feder. fuit immemor, *in conſi. 12.* & ita eleganter conſuluit dominus Barth. Soci. *in conſi. 168. incip. In primis determinanda eſt, q. in antiq.* & ſecundùm hoc (vt opinor) iudicaretur in practica, & effugeretur periculum, *c. eum qui, ſup. de praben. eo. lib.*

Ad contraria reſpondetur, quod laboribus & expenſis parcendum eſt, quando commodè poteſt, & ius non repugnat, aliàs in integrum reſtitutiones, & alia iuris remedia perperàm inducerentur. Nec ex hoc inijcietur laqueus, quia ſuperior ex officio ſuo ſuccurret, ſatis enim eſt quod ſibi ad hoc reſeruetur actio, *l. item ff. de acquiren. rer. domi. & l. cum precibus.* cum ea quæ ſequitur facit in contrarium. Licèt etiam poſſet euitari iſta argumentatio de prophanis, vt dixi *in Rubric.* Nam ibi dicitur, quod fiet reſtitutio per cõdictionem ob cauſam: ergo non erat dominus, quoniam talis conditio non competit domino, *l. ſi. ff. quemadmodum ſeruit. amittatur.* ergo non obſtat.

Ad tex. *in c. ſi beneficia.* reſpõdet Pet. de Per. quod ille tex. continet caſum ſpecialem propter reſeruationes papales, in quo ius poſitiuum reſtituit illum ad titulum iam extinctum abſque noua collatione: vnde ante illum tex. erat contrarium: quod patet,
63 quia † vtitur verbo, volumus, quod eſt noui iuris promulgatiuum. Vnde ex quo continet caſum ſpecialem non debet trahi in argumentum, *vt in regu. quæ à iure communi.*

Sed ego aliter reſpondeo, non recurrendo ad mendicata ſuffragia ſpecialitatum, quod illud beneficium nunquàm vacauit, & ideo nimirum ſi poteſt reuerti. Nam vacatio primi ex adeptione ſecundi non naſcitur ex factõ hominis, ſed ex virtute legis ratione cuiuſdam conſequentiæ. Lex e go gnata omnium, quæ ſunt in rerum natura, ſtatim cognouit ſecundum beneficium minus legitimè adeptum, & ideo nõ priuauit eum primo, licèt reputaretur priuatus ab his, qui ea quæ erant ignorabat, pro hoc text. *Inſtitu. de verbo. obligat. §. conditione, de præſenti. & in l. cùm quidam. §. ſuum. ff. de acquir. hered.* Priuatio enim reſultans in conſequentiam alterius actus non inducitur ex actu inualido, *l. Clodius. ff. de alquiren. hered. reg. non præſtat impedimentum, infra eodem lib.* ſed in caſu dubita. vacatio reſultabat ex expreſſa renunciatione.

Circa prædicta aduerte, quod procedunt quãdo qui permutauit ſuum non eſſet in culpa, quoniam tũc datur repetitio: aliàs in totum excluderetur: exemplum, aliquas permutauit ſcienter beneficium pacificum cum litigioſo. Si euincatur lititigioſum, non datur regreſſus ad primum, ita dicit Soci. *in d. conſi.* & eſt de mente omnium qui præcedentia tangunt.

Ad euitandum tamen ſuſpicionẽ culpæ ſufficit probare compermutãtem fuiſſe habitum pro rectore, & fuiſſe in poſſeſſione beneficij, etiam ſi titulus compermutantis impugnetur, quo caſu impugnanti incumbit onus probandi, non obſtante clauſula in literis compermutantium in fine poſita, quoniam debet intelligi, prout de iure communi per lecta & not. *in d. c. cum venerabilis, de except.* Nam ſicut impetrans † beneficium vacans per obi- 64
tum non tenetur probare de titulo ſui prædeceſſoris, ita nec impetrans per reſignationem, *per ea quæ no.* Innoc. & Hoſt. *in c. illud, de præſumpt. & c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. rece.*

Ex præmiſſis ſequitur, quod iſte qui renunciauit beneficio cauſa permutationis non poterit agere interdicto Vnde vi. nec remedio *canonis Reintegranda, 3. q. 1.* cùm ex renunciatione perdiderit ius ſuum, per ea quæ not. Inno *in c. ſuper hoc, de renunc. facit c. accepta. de reſtiu. ſpol.* & ita firmant domini de Rota, *in deciſ. 101. in antiquis, & deciſ. 62. in nouis.*

Item aliud ſequitur, quod † ſi illi qui cauſa permutationis re- 65
ſignauerant beneficia in curia, moriantur extra curiam vnus vel ambo, antequã permutatio compleatur, beneficia dicentur vacare in curia, & erunt Rom. Pont. reſeruata iuxta formam tex. *in c. licet, ſuprà de preb. eo lib.* Nam ſi vacant per illam renunciationẽ verè, ita quod opus eſt noua collatione, & renunciatio eſt facta in curia, ergo vacant in curia, quoniam attẽditur tempus renunciationis non mortis, ad hoc *l. legatum. C. de conditio. inſert.*

Contrarium tamen tenet Ioan. Andr. hic, & Rot. *deciſ. 293. in antiq.* dicentes, quod iſta reſignatio fit ſub iſto modo, vt conferatur ipſis permutare volẽtibus. Vnde ſi conditio non ſequatur non videntur vacare, vt not. *in l. ſi quis accepto. ff. de condict. ob cauſ.* Vnde per modum reuolutionis videntur beneficia ad iſtos permutare volentes reuerti. Sed iſta omnia corruunt per ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, cùm veritas ſit quod vacant, & lex proſequatur fauore iſtas reſeruationes Papæ, vt *in d. c. licet.* Iudicando tamen non eſſet recedendum ab opinione Ioan. Andr. & Rotæ, quoniam eſt multum æqua ad tuendas iuriſdictiones Epiſcoporum, ad hæc vide quæ ponunt Domini de Rota, *deciſ. 579. in antiquis.* vbi tractãt an tali caſu renunciatio poſſit fieri ſub conditione.

Inquantum quærit Domi. an beneficium poſſit permutari † 66
præſtimoniis: Iſta ſit concluſio quod permutari non poſſunt, quoniam hæc præſtimonia dantur ad tempus vel ratione temporalitatis, nec ſunt beneficia, vt per Inno. Io. Andr. Imol. & Felyn. cumulatè loquentem *in c. poſtulaſti, de reſcript.* beneficiorum autem tantum inuicem admittitur permutatio, *vt hic, & in Clem. 1. eo. tit.* & iſta eſt opinio communis.

Dubitatur modò quid de hoſpitali. Sol. ſi † hoſpitale detur in 67
titulum, permutari poteſt, vt per Doct. hic, & Fede. *in quæſt. 14.* & hoc non habet qui contradicat. Sed dubium eſt, quod quando datur clerico vt bono viro iuxta formã Concilij Vienen. de quo *in cle. quia contingit. §. vt autem. de religio. do.* Feder. *in d. q. 14.* tenet quod hoc caſu permutari poſſit, quia talis titulus non eſt penitus prophanus, ſed eccleſiaſticus, & ſine labe ſimoniæ vendi nõ poſſet, *c. conſulere, de ſimo.* & hoc videtur ſequi Pert. de Peruſio, *in c. fin. eod. titu.* dicens ex mente Feder. quod ſpirituale cum quaſi ſpirituali permutari poteſt: quod dicit eſſe addendum ad ea, quæ habentur *in c. ad quæſt. eod. titu.* & ita videtur placere Imol. *in d. c. finali.*

Et ita ex dictis † ratione iſtorum videtur inferri, quod bene- 68
ficium poſſit permutari cum iure patro. quoniam illud eſt quaſi ſpirituale ratione ſaltem annexionis, *c. de iure, de iure patr. c. quanto. de iudic.* quod certè non habet aliquem ſaporem iuris. Et ideo Lap. *in addit.* & Felyn. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* tenent, quòd talis permutatio non poſſit procedere, niſi quando dantur in titulum. Et hoc certè exiſtimo verum, quoniam clerici in illis hoſpitalibus nihil proprijiuris habent, nec beneficium aliquod vel fructus, ſed ſimplicem tantùm curam ad inſtar tutorum & curatorum, vt dicit text. *in d. §. vt autem.* quod ergo erit ſubiectum permutabile.

Sed dices, quod de iure patr. inuicem, an † permutari poſſit 69
cum alio iure patro. Dic quod poteſt Epiſcopi auctoritate, vt

Card.

Card.& Abb.*in c.quūmoniam, de iure patro.* Aduerte tamen pro intelligentia eorum quæ dicta ſunt de præſtimoniis & hoſpitalibus: quòd ſi capiamus ſimpliciter permutationē pro illa translatione,quę fit ab Epiſcopo de perſonis ad loca,iuxta *c.quæſitum.* iſta poterunt hoc modo permutari, quia volētibus partibus poterit vni dare curam beneficij alteri hoſpitalis,& nihil repugnat. Sed ſi capiamus permutationem prout ſapit naturam cōtractus admodum eorum qui permutant: tunc nō poterit dici permutatio,quia ex parte hoſpitalarij nullū eſſe ſubiectum, ſuper quo fundetur permutatio: ergo nec erit permutatio, *l.eum qui in prouincia.ff.ſi cert.pet.Ideo cogita.*

Poſtquàm autem incidit ſermo de qualitate beneficiorum permutandorum. Quæro,an plura† beneficia cum vno permutari poſſint.Et amplectendo dicta ſcribentium deduco quatuor caſus in conſiderationem.

Primus caſus eſt, quando vellent permutare plures Eccleſias,iure proprietatis,& tunc poteſt, tex.eſt *in c.eum venerabilis, de except.*

Secundus, quando vellent permutare plura beneficia compatibilia: & tunc duo talia poſſunt cum vno curato permutari, Ioan. And.Card.& Abb.*in d.c.cùm venerabilis.* Fede.*in q.12.* per rationem *d.c.cum venerabilis.* & tex.*in c.2.de mutu.pet.* qui parum facit ſecundùm Abb. & hæc eſt vera propter auctoritatem Epiſcopi,quæ verſatur in conferendo.

Sed dubiū eſt,quid ſi euinceretur vnum ex duobus ab eo qui nō fuit in culpa.Rota *in deciſ.402.in antiquis.* tenet quod iſte habebit regreſſum ad primū, ſed opus erit noua collatione: quod ego teneo,quoniam deceptus in parte eſt,licèt non ſit deceptus in toto. Vnde ex æquitate ei ſubuenitur.Nam iſta duo beneficia ſubintrabant locum vnius,& pro vno reputabātur quo ad commodum permutantis,& ita poſſet dici deceptus in toto contractu,*l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff.de rebus dub.*

Tertius caſus, quando vnus vellet permutare vnum beneficium cum duobus incompatibilibus, quæ alius ex diſpenſatione obtinet:nam hæc permutatio non procedit:& ratio,quia illa diſpenſatio quæ fecit illum habilem ad duo incompatibilia nō operatur in perſona eius, cum quo non eſt diſpenſatum, *c.ſanè, de priuil.c.periſti 7.q.1.*

Quartus caſus,quando quis habet plura beneficia ex diſpenſatione,vt duo curata, & vult vnum ex illis tantùm cum alio ſimili permutare,& tunc non poteſt: & ratio eſt ſecundùm Fede. qui hoc tenet *in q.9.* quia licèt quis ſit diſpēſatus ad illa duo, diſpenſatio tanquam odioſa non trahitur ad alia, *c.nō poteſt,de præben.eod.lib.c.ordinarij.de offi.ordina.eod.lib.*

Fallit hoc quando vellet vnum iuratum cum non iurato, quòd alias cum relicto de iure teneri poſſet, permutare, quoniam poteſt iuxta not.*in c.dudum, el 2.de elect. & in c.literas,de conceſſ.præben.*

Fallit ſecundò, quando permutatio fieret auctoritate Papæ, quoniam tunc videretur reuocare diſpenſationem de perſona ad perſonam ſecundùm Domi.hic.

Fallit tertiò,quando in literis diſpenſationis concederetur vt poſſet permutare,ſecundū omnes,*in d.c.cum venerabilis.*Sed tunc dubitatur,an pluries an ſemel tantùm permutare valeat, qui talem gratiā habet. Ant.*in d.c.eum venerabilis.* eum quo eſt cōmunis opinio,tenuit quod vna vice tantùm,per tex. *in d.c.nō poteſt.& in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſign.* quod ſatis concedi poteſt propter naturam iſtarum diſpenſationum, quæ debent ſtrictiſſimè intelligi,*c.1.& 2.de fil.presbyt.ſup.eo.lib.*Ego tamē aliàs diſputando tenui contrarium, quoniam ea ratio quæ eſt permutandi vna vice eſt alia, poſtquàm permutatio eſt fauorabilis & æquitatem admittens,*vt hic.* Vbicunque enim ſumus in caſu vbi attenditur æquitas, iſti ſermones, qui alioquin ad primum reſtringuntur, verificantur in vlteriori,*l.hæc conditio.ff.de condit.& demonſt.l.cum pater.§.pater.ff.de legat.2.l.placet.cum l.ſeq.ff.de libe.& poſthum.* & ita poſt diſputatam.quęſt. reperio tenuiſſe Andr.Sicul. *in c.Raynaldus,in 3.car.de teſtam.* non tamen recedas conſulendo à prima opinione. Quæ fallit,quando in literis eſſet appoſita clau. quòd toties quoties vellet, permutare poſſet: nam tunc poterit ſemper data opportunitate permutare, vt eſt de mente omniū ſcribentium in hac materia. Nam iſta † dictio,*quotiens volo,&c.* importat idem quod ſemper, & omni caſu, *l.ſicut in annos.ff.quibus mod.vſuſfruct.amit.* Cardin.*in c.ſi conſti.*licet quandoque includat duas vices tantùm,tex.& glo.*in c.omnes Epiſcopi,2.q.6.*reſtringitur enim ſecundùm ſubiectam materiam ad infinitatē euitandam,

*l.fideicommiſſa.§ decem.de lega.3.*de hoc per Ang.& Mod.*in l.ſi finita.ff.de damno infecto,in prin.*

At pone modò, quod iſte, qui duo † curata ex diſpoſitione obtinebat effectualiter procedit ad permutationem iuris,quod fiet? Fede.*vbi ſuprà* dixit,quod benè valebit collatio huius quod eſt ita acceptum, ſed illud aliud quod retinebat ſimul ex diſpēſatione vacabit & retinebit ſub diſpoſitione capituli de multa. Lappus tamen in additionibus tenet contrarium, ſcilicet quòd valeat collatio,per tex. *in c.ordinarij. de officio ordina. ſuprà eodem libro.* vbi non valet collatio facta habentibus beneficia ex diſpenſatione,niſi expreſsè renuncient primis, & hoc tenet glo.& Domin.*in d.c. ordinarij.* per rigorem illius tex.multum reſtringentis diſpenſationem. 72

Sed contra, ſi quis habet duo incompatibilia & renuciet vni,illud quod remanet retinet non ex diſpenſatione, ſed de iure communi, quoniam ceſſante qualitate ceſſat cauſa diſpenſationis,& conſequenter ipſa diſpenſatio, *c.cum ceſſante,cum ſimil.de appellat.* ergo tunc dicetur extra terminos diſpenſationis, & in terminis iuris communis,ad quos de facili reducimur,*cap.ab exordio,35.diſtin.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.*ſed qui habet vnum de iure communi licitè accipit aliud & primum vacat, *c.multa.de præbend.* ergo opinio Feder. melius. Et ad textum *in c.ordinarij.* patet reſponſio ex eius verbis,*in fine.* quando dicit, quòd non valet collatio niſi ea quæ ſic obtinet, id eſt, ex diſpenſatione prius reſignet: ſed per renunciationem primi deuenimus ad caſum vbi ampliùs non obtinet ex diſpenſatione, ergo ſumus extra caſum, *cap. ordinarij, ad hoc l.quia in eum. ff. ad legem Aquiliam, cum ſimil.*

Ad hæc quæritur,an illegitimus. † vel aliàs inhabilis diſpenſatus ad vnum beneficium tantùm poſſit illud permutare. Archid.*in c.1.de fil presbyt.& in c.non poteſt § illud,de præb.*tenuit quod non,& eum ſequitur Rot.*in deciſ.339.incip.Si legitimus.in nouis.* Et primò mouetur per text. qui ſecundùm Moderni. hoc ineuitabiliter probat,*in d.c.1.de fil.presbyt.* dicitur enim quod ille. qui eſt diſpenſatus,poterit retinere vnum beneficium, ergo non plura: & debet intelligi ſucceſſiuè, quoniam ſatis prouiſum erat, quòd ſimul non poſſent *per d.c.de multa.* 73

Sed cum reuerentia † ille tex. non obſtat, quoniam intelligi debet de retentione plurium ſimul,vt verba apertè ſonāt: & ratio dubitandi erat, quia alioquin ex ſe habilis poterat retinere ſaltē duo compatibilia taliter vt diſpenſatus ad vnū tantùm: & iſte eſt verus ſenſus literæ, & vera reſtrictio:aliàs ſequeretur magna impietas, quòd ſi primum beneficium calamitate vel alluuione periret,ille pauper clericus perpetuò maneret ſine beneficio. 74

Secundò allegat tex.*in d.c.non poteſt.§.illud.* vbi diſpenſatio facta de beneficiis intelligitur de primis.

Sed reſpōdeo,quod ille text.nō procedit in caſu noſtro,quoniam loquitur in pluralitate † beneficiorum, quæ eſt multum odioſa,*quia in tantum.de præb.c.3.de cle.non reſi.* quoniam tūc maior cauſa reſtringendi quàm in caſu noſtro:facit in ſimili quod dicimus, ex cauſa reſtringitur nomen hæredis ad primum, *l.ſciendū, ff.de verb.ſignifi.l.antiquitas C.de vſuſfruct.* tamen poſteà extra illam cauſam trahitur ad omnem hæredem, *l.heredis.C.de verb.ſignifi.l.fin.C.de hered.inſtit.l.in annalibus.C.de legat.* Nam vtilitas permutationis quæ eſt in vno non eſt in duobus. 75

Contrarium igitur tenuit Ioan.Mo. & Ioan.Andr.dicens opin.Archi.forte nimis rigidam,inferēs ſubinde aliud, quod cùm ſuper iſto caſu ſemel pronunciaretur per Bonifacium,aderat Io. Mona. Vnde non ſit veriſimile, vt tenuerit cōtra pronunciationem Papæ.

Et ſi teneremus opin.Archid.ſequeretur, quòd idem eſſet in eo, cum quo ex quolibet vitio corporis, vel irregularitatis eſt diſpenſatum:quod eſt inconueniēs.Sed tu reſponde,quod nullum eſt inconueniens, poſtquàm ſumus in materia diſpenſationis,vbi ſtrictè agitur.

Item arguunt, quòd ex quo diſpenſatio eſt facta ſine loci vel vel temporis determinatione, non debet ad locum vel ad tempus coarctari,*l.in venditione.§.de tempore ff.de bonis aut.iud poſſ l.iuriſperitos,in prin ff.de excuſa.tuto.l.Gallus. §.videndum,verſ.nihil.ff.de lib.& poſthu.l.ei quoq; ff.de pecul.leg.l.penul ff.de fundo inſtr.leg.*Tu reſponde,quòd iſta non procedunt in † diſpenſationibus. vbi verbā reſtringuntur ad locum & ad tempus, *c.non poteſt, de præbend.* Nam in primo beneficio ſortitur effectum diſpenſatio, *vt ibi,l.boues.§ hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi.* 76

Tertiò mouentur argumentando per locū à ſubrogato,quoniam

niam hoc quod datur ex cauſa permutationis ſapit naturā primi
tatione ſubrogationis, l. vxor mariso, cum ſimil. ff. de donat. inter virū
& vxo. Sed reſponde, quod arg. nō tenet, quia ſubrogatio impe-
ditur propter incapacitatem huius diſpenſari ad alia beneficia.

Circa iſtam quæſt. Lappus diſtinguit, quod aut Papa legiti-
mat illegitimum, aut ſecum diſpēſat: primo caſu poterit permu-
77 tare, cùm legitimatio † ſit fauorabilis, & conſequenter ampliāda,
c. dilectis, de donat. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu.

In ſecundo autem caſu non poterit permutare, cùm diſpen-
ſatio ſit odioſa: Domi. in d. c. 1. de fil. presby. dicit, quod aut diſpen-
ſatur cum illegitimo generaliter, vt poſſit promoueri ad eccle-
ſiaſticum beneficium, aut ſpecialiter, id eſt ad certum beneficiū:
ſi primo, aut eſt conſequutus beneficium, & non poterit aliud
obtinere: cùm per adoptionem primi gratia ſit ſortita effectum,
vt loquitur Archid. in c. ſi quis pſeudo. 1. q. 1. & in c. nos conſuetudinem,
9. diſt. c. ſi. 33. q. 2. & ſi beneficium non erat conſequutus, & per ip-
ſum ſtetit, idem erit, c. commiſſa, de elect. aliàs autē poterit aliud ob-
tinere. At ſi ad particulare beneficium erat gratia nunquàm po-
terit aliud obtinere.

An iſta diſtinctio Domi. ſit vera non diſputo, quia nihil ad pro-
poſitum q. noſtræ. Vnde idem Domi. videtur tādem reſidere cū
diſtinctione Lappi, neglecta opinione Io. And. pro diſtinctione
Lappi facit illa differentia, quam ponunt Doct. in c. per venerabi-
lem, qui filij ſint legitimi. vbi dicunt aliud eſſe vnum legitimari quo
ad certos actus, quia tūc dicitur diſpēſatio: aliud legitimari ſim-
pliciter auferendo defectum natalium, & reducendo ad primū
ſtatum naturæ, quoniam talis legitimatio eſt fauorabilis. Cogita
tamen, quia magna æquitas verſatur in hoc, vt fieri poſſit per-
mutatio, quoniam ſemel habilitatus eſt ad vnū beneficium, nec
reperitur in his prohibita permutatio.

78 Ad hæc quæritur, an beneficium † quod eſt alteri vnitum per-
mutari poſſit antequàm vnio ſortiatur effectum. Exemplum:
Vnitum fuit beneficium vnius ſenis beneficio meo, vt poſt eius
ceſſum vel deceſſum vnio ſortiretur effectum, vt habetur in cap.
conſultationibus, de donat. cle. ſi vna de rebus eccle. non alia. an antequā
moriatur poſſit illud permutare. Dicunt Docto. quod non, quia
de facili poſſet impediri vnio, quæ pro Eccleſiæ vtilitate indu-
cta eſt, l. ſi vſuſfructus. ff. de vſufruct. Ita tenet Ioan. Andr. in addit. ad
Specul. in titu. de præbend. in princip. Feder. in conſil. 195. inc. p. Permu-
tatio. Rota deciſio. 160. in antiquis. & in deciſio. Bert. de Biſigneto,
deciſione prima, iſto titu. & ita iudicando tene, quoniam vt dicit
Feder. in quæſtione 33. poſſet aliàs de facili fruſtrari deſiderium
eius, qui ita expectaret. Aduerte tamen, quod in puncto iu-
ris poſſet dici contrarium, propter fauorem generaliter in-
dultum permutationi in caſu noſtro. Nec obſtat motiuum
iſtorum, quoniam ſi apparebit, quòd ſit facta ad impediendum
vnionem reputabitur fraudulenta, & non valebit. Cogita ta-
men.

79 Ampliùs quæro, habens beneficium habebat † expectatiuam
ad aliud, cum conditione, vt cùm primum gratia ſortiretur effe-
ctum, debeat dimittere illud quod poſſidet: an antequā gratia
ſortiatur effectum poſſit illud permutare? Rota in deciſ. 688. in
antiquis. dicit quod non potuiſt permutari, quoniam per hanc
cōditionem inducitur reſeruatio quædam, & reſeruata permu-
tari non poſſunt, & ſuper hoc dicunt illi domini emanaſſe. extra-
uag. Benedicti 13. & ita obſeruare curiam, idē firmant in deciſ. Bern.
deciſ. pen iſto tit. Si Super hoc caſu emanauit extrauagans, vt dicūt
iſti, huic ſtandum eſt, §. quod principi. Inſtit. de iure nat. Tamen ſe-
queſtrata determinatione Papæ in puncto iuris videtur dicen-
dum oppoſitum, quoniam hoc eſt expeditum de iure, quod per
adeptionē ſecundi vacat primum, c. de multa, de præben. Nam non
inducitur diſpenſatio niſi exprimatur, c. ſi motu, de præben. ſuprà eo.
ergo iſta conditio appoſita non alterat naturam gratiæ, c. ſicut,
de ſent. & re iudi. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. Sicut igitur
non obſtante gratia ſimpliciter facta non impediretur permu-
tatio, ita nec in caſu noſtro.

Ego igitur in hoc diſtinguerem, quod aut habebat gratiam ad
tale beneficium, quod adeptū inducebat vacationem primi, &
tunc non impediatur permutatio, quoniā illa conditio inerat, &
verba nihil operātur. Aut non erat tale quod vacaret, & cōditio
operatur reſeruationē: vnde permutatio non procedit: ita intel-
ligo extrauagantem ſi qua eſt ad hāc diſtinctionem, facit theo-
rica Abb. in c. cum dilecta, in glo. in ver. Iuris ordinem, de reſcript. vbi di-
cit quod expreſſio horum quæ inſunt mandatis neceſſitate non
faciunt mandata conditionalia, ſecus ſi ex voluntate.

Immò aduerte tu ingenioſe, quia videtur dicendū quod po-
tiùs irritetur gratia, quàm quòd impediatur permutatio. Cla-
rum eſt, quòd iſtæ literæ expectatiuę ſunt ad fauorem expectan-
tis, ita quod poteſt illis ad libitum renunciare: aliàs nō eſſet gra-
tia ſed incommodum, l. quod fauore. C. de legi. l. ſi quis in conſcriben-
do. C. de pact. Cùm ergo gratia ſit facta cum hoc, vt dimittat illud
quod poſſidet, ſi vult habere aliud, & iam ex facto ſuo permu-
tando deuenerit ad caſum, in quo nō poteſt illud dimittere, vi-
detur extincta gratia, potiùs quā impedita permutatio: ea enim
conditio poteſtatiua eſt à voluntate expectantis dependēs, vn-
de ad eum ſpectat debito tempore implere, l. 2. & ibi Bartol. ff. de
condit. & demonſtr. In hoc tamen eſſet aduertendum ad tenorem
literarum, quia quandoque conceduntur ad primum vacatu-
rum, quòd duxerit acceptādum: & tunc benè procederet quod
dico, quandoque dantur ad vnum certum beneficium ligando
ſtatim manus ordinariorum, ita quod etiam te non petente im-
peditur eius collatio, vt habetur in c. 1. de conceſſ. præben. & tūc for-
ſan dici poſſet, quòd non poſſit permutare, quia videtur appoſi-
ta conditio, vt dimittat propter ius certum & neceſſarium futu-
rum in perſona huius per vacationem, cogita, quoniam hæc ex
tempore dicta ſunt.

Accedit quæſtio, An Rector † habens Eccleſiam vnitā men- 80
ſæ monaſterij poſſit eam permutare? Et breuiter dicitur quod
non, ſecundùm Fede. in q. 33. & omnes admittunt: ratio eſt, quo-
niam iſta beneficia non vacant, & ita per hanc rationem tenet
Petr. in 6. q. Lappus in addit. ad Feder. videtur impugnare iſtam ra-
tionem, quoniam ſequeretur quòd non poſſet fieri permutatio
prębendarum in eccleſijs, in quibus non eſt diſtinctus numerus
Canonicorum, ſed vt videamus an vera ſit ratio Feder. intendo
diſcutere huncarticolum.

An Canonici, qui ſunt † in Eccleſia non numerata, poſſint 81
permutare præbendas: & conſequenter habebitur, an benefi-
cium extinctum permutari poſſit. Lappus, Ioan. Andr. hic Col-
lect. quem refert Ioan. de Lig. tenuerunt quod permutatio fieri
poſſit. Et ratio, quoniam de ſpiritualibus ad ſpiritualia paſſim
eſt admiſſa permutatio, c. ad quæſtiones. c. quæſitum, eo. titu. Sed poſ-
ſet reſpōderi, quod eſt verum ſtante ſubiecto permutabili, aliàs
non, vt in caſu noſtro.

Quidam igitur alij, vt Petr. de Peru. in 1. parte, quæſ. 7. tenuerūt
quòd talis permutatio non procederet, quoniam ea non fit niſi
de beneficijs vtrobique vacantibus per reſignationem, vt hic. &
in Clem. 1. eo. titu. nam etiam in prophanis ſi ab vna parte deficiat
ſpecies tota permutatio vitiatur, l. cum precibus. C. eod. talia autem
beneficia non vacant, ſed ſtatim per renunciationē extinguun-
tur, c. dilecto, de præben. ergo, &c.

Ioan. de Lig. vtitur in hac diſtinctione, dicens, quod in per-
mutatione ſpiritualium conceduntur duo. Spirituale, quod eſt
ſpirituali annexum, quod eſt temporale. Si ſpirituale eſt diſtin-
ctum, id eſt, ipſe canonicatus, licèt præbendæ non ſint diſtinctę,
permutatio fieri poteſt, ipſo canonicatu tanquàm ſubiecto per-
mutabili permanente. At ſi non ſit numerus Canonicorum di-
ſtinctus, credit permutationem expediri nō poſſe, licèt in ea Ec-
cleſia poſſit nouum ius creari.

Io. de Imol. diſtinguit, quod aut Canonici eiuſdē Eccleſiæ nō
numeratæ volunt ſimul permutare, & non poſſunt, quoniā per-
mutatio eſſet negatoria: aut verò volunt permutare canonica-
tum cum alio habente in Eccleſia numerata: & dicit, non video
rationem quare non poſſint. At dicet alia pars, quoniam facta
renunciatione non remanet, quòd permutetur.

Quicquid tamē ſit, prima opi. vera eſt. Ad cuius veritatem eſt
aduertendum, quod in iſtis beneficialibus ex parte permutan-
tium nihil præſtatur, niſi quod ab vtroque renunciatur iuri ſuo,
& præſtatio poſteà fit ab Epiſcopo ponendo vnum in loco vbi
alius miniſtrabat, cap. quæſitum, ſup. eod. Vnde licèt ſtatim iſto ca-
nonico renunciante extinguatur canonicatus, tamen potentia-
liter remanet locus in quo poſſit per Epiſcopū creari ius de no-
uo permutāti, & ille locus nō dicetur nouus & antiquus, eo quod
ſemper fuit in potentia, quæ actui ſolet æquiparari, l. 1. ff. de aqua
plu. arcen. ad hoc no. per glo. in l. 5. C. ſi de moment. poſ. in prin. Vnde
Bal. in c. cum acceſſiſſent, de conſti. dixit non eſſe nouum illud quod
ab alio principio ſumebatur. Eſt ergo habilitas permutationis
ex parte canonicorū, quonjā habent cui renuncient: & ex parte
pręlati, quia habet quod conferat ex neceſſitate, c. ex parte, de con-
ceſ. præben. tot enim ponēdi ſunt in beneficijs quot ex illis viuere
poſſunt, c. 1. de inſtit. c. quoniam, de vi & honeſt. cle. & ideo valet im-

petra-

petratio talium canonicatuũ,ſecundùm no. *in c.ſi.de conceſſ. præb. ſup.eo.lib.* ſtat ergo cõcluſio, ꝙ iſti canonicatus permutari poſsũt.

Et ita infertur, quod canonici ſupernumerarij diuerſarũ eccleſiarum poterunt ſuos canonicatus permutare, ſecundùm Dom. & Lap. hic, quicquid dicant Moderni contrarium attentantes.

Reuertendo tamen ad propoſitum primæ quæſtionis circa beneficia quæ ſunt de menſa, Imol. diſtinguit, quod aut monaſteria volunt permutare ea tanquàm proprietatem, & poſſunt: aut rectores volunt permutare ius ſuum, & non poſſunt niſi Abbate conſentiente.

Sed contrà, immò videtur quòd iſtæ eccleſiæ permutari poſſint, per tex. noſtrũ hic, tamen iſta monaſteria dicuntur expectantia donec vacent, quia non habent ius niſi moriẽte rectore. Sed cauſa permutationis eſt priuilegiata aduerſus expectatiuas, *vt hic.* Petr. de Peruſio ſenſit iſtud contrarium, & ſoluit, quod text. procedit quando expectatur titulus: q. autem quando expectatur proprietas: quæ ſolu. nihil valet, quia non aperit rationis diuerſitatem. Et ideo tu reſponde meliùs, quod text. habet locum in iure acquirendo poſt vacationem tamen debito. qui licèt vacet, tamen eſt opus noua collatione expectanti, *Clem. 1. eo. titu.* In caſu autem q. mortuo rectore ſtatim debetur firmum ius in Eccleſia virtute vnionis, ita quod alio iudicis miniſterio non eſt opus, ad inſtar proprietarij, in quo mortuo vſufructuario ſtatim conſolidatur plenum rei dominium.

Vlteriùs quæritur, an beneficia, quorum † quis habet titulum & non poſſeſſionẽ, permutari poſſint? & dic quod poſſunt, Petr. & Imol. *in c. ſi. eo. tit.* per ea quæ not. Innoc. *in c. inter cætera. ſupra, de præben.* & per ea quæ habentur *in c. ſi tibi abſenti, eo. tit. & lit.* & hæc eſt veritas. Nam beneficium dicitur habentis titulum, nõ autem poſſidentis, *c. cum qui. ſuprà eod. lib. de præben.*

Cadit inſuper † dubitatio, an beneficia commendata poſſint permutari. Sol. aliqua eſt commẽda temporalis, *id eſt,* ſex menſium, aliqua perpetua, ſecundùm no. *in c. nemo, ſup. eo. lib. de elect.* In primo caſu non fit permutatio, ex quo per illam non habetur ius. In ſecundo autem caſu poterit fieri permutatio, ſecundùm Fede. *in q. 15. & ibi* Lap. *in addi.* & ratio, quoniã hodiè conceduntur iſtæ commendę ratione perſonæ, immò in titulum, iuxta no. *in d. c. nemo.* ita tamẽ quòd fiat iſta permutatio auctoritate Papæ, per not. *in c. cum olim, eo. tit.* quod indiſtinctè procedit, quãdo fieret cum alia cõmenda, vel etiam beneficio: & quod de iſta commend. temporali non poſſit haberi permutatio, tenuit Flor. *in d. c. quæſitum, eo. tit.* quoniam non datur in titulũ, per no. *in c. veniens, de fil. presbyt. & in c. paſtoralis. 7. q. 1. & in c. præcepta, 55. diſt.*

Contrarium autem, quòd imò etiam de cõmenda temporali poſſit fieri permutatio, tenet Imol. *in c. fin eo. tit.* cui ego aſſentio, poſtquàm fit auctoritate Papæ, qui volentibus partibus poterit transferre iura ab vna perſona in aliã. Nec totaliter eſt non titulus iſta commẽda, imò eſt aliquis titulus, quoniam donec durat non dicitur vacare, iuxta not. *in d. c. nemo.* licèt poſteà ea extincta dicatur durare prima vacatio, per no. *in Clem. 1. vt lit. pen.* eſt ergo ius & vtilitas habentis. Et qua ratione poteſt permutari pingue beneficium cum tenui, eadem perpetuum cum temporali. A re enim ad tempus valet, *arg. l. miles ita § . & quia diximus. ff. de teſtam. milit.* Item patet, quia ſicut fundus qui eſt perpetuus permutatur cum ſeruo qui eſt quid temporale, eadem ratione poterit iſtorum inuicem fieri permutatio.

Ex his patet aditus ad aliam † q. An beneficia manualia permutari poſſint? & concludendum eſt quod poſſunt eſſe perpetua, per not. *in c. vltimo. ſuprà eo. lib. de reſcript.* dicuntur enim talia beneficia per reuocationem rectoris vacare, ſecundùm gloſſ. & tex. *in Clem. quia regulares. in ver. reuocari. de ſuppl. negli. prælat.* & hoc firmat Feder. *in q. 16.*

Verùm oritur maior dubitatio, an poſito quod iſti, qui habẽt beneficia manualia, permutent in manibus Papæ poſſint poſteà ad libitum reuocari: & videtur quod non, quoniam ea, quæ à ſuperiore † confirmata ſunt, per inferiorem reuocari non poſſunt, *c. 1.* & ibi Inno. & Abb. *de confir. vtil. vel inutil.* At Papa confirmat immò confert de nouo hoc ius, ergo non poſſunt remoueri per inferiores, *Clem. ne Romani, de elect.* Item facit, quoniam ſi ad nutum reuocari poſſet, permutatio redderetur eluſoria, quia ſtatim reuocarentur.

Contrarium tamen firmat Feder. *in q. 17.* & ibi Lap. *in addit.* & & Genel. *in. Clem. quia regulares.* Et ratio, quoniam in dubio facta Papæ non trahuntur ad præiudicium tertij, *c. ſuper eo. de offi. delega. l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico.* Item intentio Papæ non eſt, quòd aperiatur via perpetuandis clauſtralibus, *c. ad noſtram, c. porrecta, de confir. vtil. vel inutil. in d. Clem. quia regulares.* dicamus ergo, quod in dubio Papa expediuit permutationem, & contulit beneficium cum qualitatibus & oneribus ſuis, non intendendo eius naturam alterare. Ad contraria dic, quod procedunt quãdo Papa veriſimiliter aliud voluit. Et ſatis operatur iſta permutatio, quòd non poterunt reuocari ſine cauſa: & ſi reuocentur, poterunt implorare auxilium ſuperioris, ad hoc pond. tex. *in d. Clem. quia regulares.* quando dicit, cùm oportuerit reuocari: ergo non ex voluntate, ſed ex cauſa reuocari poſſunt, *c. non oportet. 3. q. 9. c. non oportet, de conſecr. diſt. 3.* ad hoc no. per Inno *in c. fin. qui fil. ſint legi.* & ita reſpondet Gen. *in d. Clemen. quia regulares.* Aduerte tamen circa iſtam quæſtionem, quod Paulus diſputauit Peruſij iſtam quæſt. an habẽtes talia beneficia à Papa poſſint à prælato reuocari, & incipit illa q. Religioſo, vt inquit Alex. de Antil. *hic in 3 parte. quæſt. ſuarum* concludit, quòd ſi Abbas fuit negligens in conferendo, & Papa contulit, nihilominùs poteſt reuocari, ſicut ſi ipſe Abbas contuliſſet. Secùs autem ſi Papa gratioſè illud contuliſſet, per ea quæ not. *in d. Clem. quia regulares, in glo. & in talibus.* cùm igitur non ſit gratioſa collatio permutantibus facta poterit reuocari.

Item cogita tu, ſi dici poſſet, quod aut Papa permutando & conferendo iſtis talia, motus eſt ex certa ſcientia tanquàm informatus de negotio, & nullo modo poſſit per inferiorem reuocari, aut aliter, & poſſit. Nam quando adeſt certa ſcientia, videtur tunc factus obedientiarius Papæ, ſecundùm no. per Inno. *in c. niſi, de præbend.* & Docto. *in c. inter.* N. *de elect.* tale enim ius confirmatum non tollitur per inferiorem, *d. c. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil.*

86 Ex præcedentibus quoque videtur inferri, quòd † diſtributiones quotidianę permutari poſſunt, quoniam & ea ſunt beneficia manualia, vt in *c. 1. de cler. non reſi ſup. eo. lib.* vbi Doct. cõmuniter firmant contrarium. Tu dic breuiter, quod aut dantur iſtæ diſtributiones ex iure ſeparato: & poterunt permutari. Aut dantur ratione alterius tituli tantùm, vt canonicis vel manſionariis: & tunc permutari non poſſunt, quia acceſſorium nõ recipit diuiſionem à principali, vt *in regu. Acceſſorium. cum ſimilib.* Poterunt quoque ſecundùm præmiſſa permutari vicariæ perpetuæ. quæ dantur in titulum, *vt in c. extirpandæ. ſuprà de præben. de quo vide* Soci. *in conſ. 258. in 2. volu.*

87 Sed quid de † penſionibus, quæ dantur in beneficiis, an permutari poſſint? Dic quod non, quoniã iſtæ penſiones ſunt quædam temporalitates, quæ non ſapiunt titulũ beneficialem: Vnde ſi mandetur alicui prouideri in penſionibus, *c. quamuis. de præben. lib. 6.* vbi glo. de natura huius penſionis, & habetur *in cle. quia regulares. de ſup. neglig. prælat.* dantur enim laicis benemeritis, *c. poſſeſſiones. 16 q. 1.* Non poſſunt igitur permutari, ne dicatur temporale cum ſpirituali commutari, *c. cum pridem, de pact. cum ſimil.* & ita firmat Petr. de Peru. *in 9. q. primæ partis.*

Ex quo infertur, quod etiam ordinatus ad titulum patrimonij non poterit patrimonium permutare cum beneficio, *de quo in c. epiſcopus, c. tuis. de præben.*

88 Occurrit nunc pulchra dubitatio. Scitis, quòd † habens beneficium curatum tenetur infra annum promoueri, aliter elapſo anno perdit illud, *c. licet canon c. commiſſa. de elect. ſuprà eod. lib.* pone, quod aliquis erat prope finem anni, ita quòd ampliùs nõ poterat ad debitos ordines promoueri, vult permutare cum alio an poſſit, quæritur? Doctores in hoc ſunt varij, Domini de Rota in *deciſ. 335. & in deciſ. 187. in antiq.* tenent quòd non poſſit fieri duobus fundamentis. Primò, quia ſequeretur inconueniens, quòd quis ſemper poſſet retinere beneficium abſq; promotione, nam in fine anni permutaret illud, & daretur nouus annus, quod eſt contra mentem. *d. c. licet canon & c commiſſ.* Sed poſſet reſponderi, quod hoc inconueniens ceſſat, poſtquàm permutatio Epiſcopi auctoritate expeditur, qui ſi hoc damnoſum viderit, auctoritatem non accommodabit.

Secundò mouentur, quod attenta natura permutationis permutans non tribuit maius ius in re permutata alteri quàm ſibi competat, *l. 1. ff. eod.* & ideo ſi beneficium, quod permutatur, deberet alteri penſionem, tranſiret cum ſuo onere. Sed ius huius, quando erat prope finem anni, erat temporale, & non perpetuum: ergo ſolùm pro modico tempore tranſibat beneficium ad compermutantem: & conſequenter perdet illud: ſed tunc non valet permutatio, quando beneficium euincitur ab vno, vt dixi in ſuperioribus, ergo.

Poteſt reſponderi, quòd noua collatio Epiſcopi tribuit ius perpetuum, poſtquàm non eſt alteri debitum.

Contrarium igitur tenuerunt Archid. *in c. cum ex eo. de elect.* Io. And. *in addit. ad Spec. in Rub. eo. titu.* dummodò non conſtet, quòd permutatio ſit facta in fraudem, *vt hic, & in l. ſi maritus, §. 1. ff. de adulte.* & Petr. de Peru. *in prima par. 1. q. in 8. q.* & roboratur iſta pars quatuor fundamentis.

Primum, antequàm elabatur annus, licèt conſtet ipſum non poſſe promoueri, nihilominùs retinet ius in beneficio, *d. c. commiſſa. de elect.* ergo permutare poteſt, quoniam eſt beneficium quod permutatur, & eſt ſuum quando permutat: & eſt auctoritas Epiſcopi, quare ergo non procedit permutatio? ſufficit enim tempore contractus adeſſe qualitates requiſitas, *l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal.*

Sed reſpondetur, quod hoc non procedit, poſtquàm illud ius eſt de propinquo perdẽdum, & neceſſariò. Vnde quo ad caſum noſtrum habetur perinde ac ſi eſſet deperditum, *l. pen. ff. de milit. teſtam.* & hoc ne aperiatur via fraudi. Paria enim eſſe debent, nõ habere ius, & habere inutiliter quo ad caſum noſtrum, *§. 1. Inſtit. de hæred. ab inteſt.* Et ita reſpondetur ad ſecundum fundamẽtum, quod ſolet fieri de *l. non ideo minus. ff. de rei vendi. & l. ſi quis ſeruum, ff. de noxal. l. 2. & poſt §. 1. ff. famil. erciſc.* vbi probatur, quod adhuc retineo dominium rei, quam dimiſſurus ſum.

Tertium fundamentum eſt ex eo, quod poteſt cum iſto diſpenſari per Epiſcopum, vt communiter concluditur *in d. c. cum ex eo.* ergo non eſt neceſſariò perdẽdum tale ius: ergo poteſt permutari, quoniam tunc Epiſcopus diſpenſare videtur.

Sed reſpondetur negando maiorem, quoniam multi tenuerunt contrarium, vt ibi per Domi.

Prætereà illud quod haberi poteſt ex diſpenſatiõe non habetur in conſideratione, nec dicitur licere, *not. in c. 1. in ſi. de reg. iur.*

Quartum fundamẽtum eſt, quòd licèt ſit ſpes indubitata de beneficio amittẽdo, tamen illi poteſt renunciare, & illa renunciatio dicitur inducere vacationem, *cap. per tuas, el. 1. de ſimo.* ergo poterit permutare.

Solu. poteſt renunciare, & per renunciationem dicetur vacare, eo quod cuius vacat: ergo poterit permutare: nego cõſequentiam per rationes pro alia parte deductas. In hoc eſt aduertendum, quod tota difficultas eſt in hoc, an Epiſcopus poſſit cum
88 iſto diſpenſare, vt teneat vſq; ad alium annum: nam ſi poteſt diſpenſare, ergo poterunt permutari, quoniam Epiſcopus auctorizando diſpenſat, & ceſſat illa ratio no. *in c. 1 de reg. iur.* quoniam iam clarè conſtat, quod non eſt impoſſibile, ex quo ad id eſt actualis diſpenſatio: Vnde non eſt locus coniecturis, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* Et quòd per Epiſcopum poſſit fieri iſta diſpenſatio, eſt communior opin. per text. *in d. c. commiſſa.* ad quid enim expectare illud tempus de momento ad momentum? *l. pen. ff. de*
89 *fideiuſſ.* Prætereà ea quæ ſibi Papa † ſpiritualiter non reſeruat alius concedit, *c. à nobis. de ſenten. excom. cum ſimil.* Item ad hoc pond. tex. *in d. c. commiſſa.* quando dicit, quod tale beneficium non poterit iterato conferri, quãdo vacat vigore talis ſtatuti: ſed quando ipſe renunciat ante tempus cauſa permutationis, non vacat vigore ſtatuti, ſed renunciationis: ergo tunc conferri poterit aliud quod datur loco illius: nam qui vnum denegat, aliud concedit, *c. nonne. de præſumpt. cum ſimilibus.* Et iſta pars eſſet ſatis benigna, vt amplietur fauor permutationis, *l. cum quidam. ff. de libe. & poſthum.*

Cogita tamen ſuper hoc, quoniam probabiliter dici poteſt, quod nec diſpenſatio concedatur Epiſcopo, nec permutatio habenti, cùm expectatio quæ fit *in d. c. commiſſa.* poterit procedere ad conſeruandum formam conſtitutionis, cùm regulariter tempora præfixa currant ad momentum, *l. qua ætate. ff. de teſtam. c. cum in cunctis. de elect.* Ad hoc primò conſidero, quod *in c. cum ex eo.* ſpecialiter conceditur facultas diſpenſandi Epiſcopo fauore ſtudij: ergo ius commune eſt in contrarium, *l. præcipimus. C. de appell.* Item conſidero tex. *in d. c. commiſſa.* vbi ad conſeruandum rigorem canonis prohibet Epiſcopo iteratam collationem cùm vacauerit: ſi poſſet iam eo tempore quo certum eſt ipſum non poſſe promoueri iterato conferri per renunciationem, manifeſtè eſſet parata illuſio canon. quam vt euitet intendit ligare manus ordinario. Et ſi diceres, habet locum quando totaliter vacauit, & tunc præcisè incideres in abſurdum illius text. quòd lex eſſet impoſita verbis & non effectibus. Nam ita diſpenſando poſſet Epiſcopus ex quacunque cauſa manu tenere aliquem in beneficio curato abſque ordine ſacerdotali, quod eſt apertè cõtra illa duo capitula, ſatis enim diceretur vacatio vigore conſtitutionis, quando iam ex illa erat orta certa ſpes de vacatione, *l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infect.* ex mente igitur illius conſtitutionis apparet, quod nõ poteſt cum iſto per Epiſcopum diſpenſari nec fieri iterata collatio:

Item ex contraria opin. aperitur via fraudi & illuſioni inſtabiliter. Scitis, quòd ſi permutatio impediatur ex vna parte propter defectum iuris alterius, datur regreſſus ad primum beneficium, vel per nouam collationem, vel auctoritate propria, *vt ſuprà* diſputatum fuit, non curo: vnde facilè eſſet permutare illud cum aliquo non habente ius in ſuo, vt illo à te poſteà euicto haberes regreſſum ad primum: quibus fraudibus intendit occurrere, *c. commiſſa.* Item eſto, quòd ceſſet fraudis ſuſpicio, erit ſaltẽ caſus, quod ſine culpa vacat, dabitur regreſſus ad primum, contra mentem, *c. commiſſa.* cogitate igitur.

Quæritur vlteriùs, quid † de Epiſcopis, an illi permutare poſ- 90
ſint epiſcopatus. Reſpondetur quod poſſunt, ſed debet auctoritas Papæ interuenire, cùm ſine eius licentia illis renunciare non poſſint, *vt de tranſla. prælat. per totum.* ad quod faciunt not. per Io. And. *in c. ſi. de poſtul. prælat.* Idem dico de Abbatibus & aliis prælatis inferioribus, quoniam nõ exempti permutant auctoritate Epiſcopi, quando ſunt exempti auctoritate Papæ. Imol. *in c. fin. ſuprà eod. & Mod. hic.*

Vlteriùs q. Domin. an iſti permutantes poſſint petere licentiam permutandi: & concludit quod poſſunt, dic vt per eum. Qui etiam ponit, an renunciatio facta per iſtos permutantes valeat: de quo ſuperiùs verba feci declarando, an veram induceret vacationem.

In quantum vltimo loco concludit Domin. quod iſte tex. habet locum etiam in permutationibus beneficiorum, quorum collatio ad inferiorem ſpectat, benè loquitur, quicquid dixerit Archid. quoniam eadem æquitas eſt in omnibus. Et ita not. limit. ad illam reg. quod qui vnum dicit aliud excludit: nam non procedit quando ratio exprimitur poſt caſum, quia caſus ampliatur ſecundùm rationem, *l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2.* & not. modum reſpondendi quando dicitur, quare de hoc deciſum eſt nõ de alio, quia ſcilicet de hoc fuit interrogatus, *c. de muliere. de ſponſal.*

Ad † hæc optimè accedit alia q. an tex. noſter habeat locum 91
in aliis caſibus, quando non abdicatur totaliter beneficium à permutante, ſed in parte, vt ſi concedãtur alicui fructus primi anni omnium beneficiorum, quæ vacabunt in certa diœceſi, ſecundum exemplum quod habetur *in c. ſi pauper. ſup. eo lib. de reſcr.* an tunc debeat habere illos fructus de beneficiis vacãtibus cauſa permutationis? glo. *in d. c. ſi propter.* tenuit quòd iſti fructus deberẽtur, mota per ſpecialitatem huius tex. qui in caſu literarum expectatiuarum præfert æquitatem rigori. Et ita tenet Antiliaſſignatus inter vtrumque caſum rationem diuerſitatis, quoniam in caſu noſtro hic agitur de totali priuatione beneficij, ibi autẽ quæritur de fructibus anni tantùm, idem quoque firmant Arelud. & Steph. dicentes etiam procedere, ſi in indulgentia diceretur de vacantibus per mortem, quæ cauſa eſt penitus falſa, per tex. *in c. ſuſceptum, ſup. eo lib. de reſcript.* Idem quoq; firmat Io. And. ſubdens & declarans procedere, quando permutantur tituli beneficiales: ſecus cùm tantùm præbendæ. Io. de monte Laud. *in extrauag. ſuſcepti, in gloſſ. verſi. eccleſia.* allegat pro vtraque parte: & tandem concludit, quod de æquitate non deberent includi iſta beneficia: ſed de rigore eſt ſecus: & ita reſidet cum iſtis. Ioan. de Lign. dixit, quod aut permutatio erat facta in fauorem permutantium, & procedebat opi. glo. aut in fauorem Eccleſiæ: & tunc erat dicẽdum contrarium: & ita cum iſta diſtinctione tranſeunt Moder. *in d. c. ſi propter.*

Attende circa diſtinctionẽ hanc, nam vtrobiq; conſtat, quod de rigore iuris debentur fructus, ex quo vacant beneficia, de æquitate non debentur, nec in vno nec in alio caſu, per textum hic, ſed æquitas non eſt magis ſcripta in vno caſu quàm in alio, ergo aut nullo caſu debetur, quia rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ: vel in vtroq; debetur. Eo igitur dicerem amplectendo partem magis æquam, quòd nullo caſu debeantur fructus, & hoc ex eo quod tex. noſter hic indiſtinctè dicit æquitatẽ rigori præferẽdam, vt ſuprà declaraui, ergo indiſtinctè & amplè intelligatur, *reg. odia, cũ ſimil.* reſtringatur enim iſta generalitas, vt non cõprehendat beneficia vacãtia ex cauſa permutationis, *arg. l. quamuis. C. de in ius voc.* Accedat his finalis ratio tex. noſtri, quod aliàs non reſignaſſent: nam & veriſimiliter ſi ſciuiſſent fructus

ſibi

92 ſibi aufferri non renunciaſſent, cùm † nemo credatur ſuum ia-
ctare libenter, *l. cùm de indebito, ff. de probat.* ſufficit ergo, quòd mi-
litat ratio in caſu quæſtionis, licet non tanta, quoniam hoc plus
& minus non facit rationem diuerſam, *l. fin. ff. de fund. inſtr. leg.* Et
ad pon. text. hic, dicas ideo dixit de literis expectatiuis, quoniã
de illis fuit interrogatus, vt ſuperiùs dixi, & per hęc ſunt expedi-
tæ quæſtiones Dominici, nunc capio gloſſas.

GLOS. in verbo, diœceſis. diuide & expedi eam vt per alios
hic: ex ea eliciuntur tres breues concluſiones.

93 ¶ Prima, quando verbum, diœceſis, † profertur à iure, com-
prehenditur etiam ciuitas: quod approbant omnes hic, *& in c. Rodulphus, de reſcript.* Ioan. Fant. Domin. *in c. quamuis, ſuprà eod. lib. de præb.* ad quod faciunt not. *in c. 1 de offic. ord.* ad hoc reg. *in toto, cũ materia, de reg. iuris.* text. probat iſtam concluſionem *in l. 1. §. cùm orbem, ff. de offic. præfect. vrb. & in l. ſi quando, C. de bonis vac. lib. 10. l. fin. ff. de conſtit. Principum,* & ibi Bart.

94 ¶ Secunda concluſio: In materia † odioſa & reſtringibili ap-
pellatione diœceſis non venit ciuitas. ita omnes hic, Abb. poſt
Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in d. c. Rodulphus.* & Doct. *in d. c. quamuis.*
quod etiam procedit in priuilegiis, quatenus lædunt ius tertij:
quo caſu ſunt odioſa, vt per Abb. *in c. olim, de verb. ſignif.* & ratio,
quoniam licet diœceſis ſonando diuiſionem ſeu partitionem
curæ complectatur orbẽ, tamen ratione honoris iudicatur quę-
dam circumferentia ad ciuitatem, & ad finem ciuitatis, & hæc
eſt communis opinio, licet Andr. Sicul. attentauerit contra-
rium *in dicto c. Rodulphus.* vbi dom. Felin. multa cumulatè retulit
ad propoſitum, ideo videbis. Sed contra iſtam glo. oppo. de tex.
hic, quòd imò etiam in materia odioſa comprehendatur ciuitas
appellatione diœceſis. Nam hic ſumus in materia Reſcriptorũ
ad beneficia, quæ eſt odioſa, *vt in d. c. quãuis.* & ſecundùm ipſam-
met gloſ. comprehenditur ciuitas. Sed reſpondeo, quòd gl. non
intellexit, quòd ſi mandaretur prouideri in diœceſi, poſſet pro-
uideri in ciuitate. ſed quòd ſi duo vellent permutare in ciuitate,
vbi eſſent expectantes, haberet locum text. per identitatem ra-
tionem, imò & in hoc eſt fauor non odium.

95 ¶ Tertia concluſio: Appellatione † eccleſiarum diœceſis cõ-
prehenditur eccleſia cathedralis, vide quæ plenius attigi *in cap. quamuis, ſuprà de præb.*

96 ¶ Gloſ. beneficia, not. quòd appellatione † beneficiorũ diœ-
ceſis veniunt præbendæ, & alia beneficia maiora & minora: ad-
de tu etiam exempta & non exempta. Felin. *in c. graue, in 1. colum. verſic. omnia iſta videntur; de offic. ord.* & hæc in materia fauorabili,
ſecùs in odioſa, vt per Felin. *in c. poſtulaſti, de reſcript. in 7. colum. verſic. circa gloſ. 2.*

¶ Gloſ. in verbo, collationem, diuitur in tres partes. In prima
ponit duas dubitationes. In ſecunda arguit ad vtranq; partem,
& determinat. In tertia declarat, quomodo in vnaquaq; proce-
dendum ſit. Secunda ibi, *In his.* Tertia ibi, *In prima.*

¶ Ex hac gloſ. collige, quòd text. intelligi debet quocunque
modo ſpectet prouiſio beneficiorum ad epiſcopum, licèt inter
modos prouidendi alioquin ſit differentia, *vt in c. cùm in illis, ſup. eod. lib. de præben.* & hoc verum.

¶ Secunda concluſio quæ elicitur ex dictis huius gloſ. eſt,
97 quòd Epiſcopus non poteſt † permutare beneficia ſpectãtia ad
electionem aliquorum ſine eorum conſenſu, quod admittunt
omnes, & habet locum iſta concluſio in quocunque patrono
ſiue laico, ſiue eccleſiaſtico *per c. dilectus, de iure patr.* & Dom. hic,
& in c. nullus, 70. diſtinct. Feder. *in ſuo tract. quæſt.* 19. immò & per-
mutatio facta per Papam de beneficiis patronalibus non valet,
ſi non fiat mentio de patronis, vt inquit Lap. *alleg. 3.* ad hoc tamẽ
vide, quæ ponit Felin. *in c. cùm Bertoldus, in 5. col. verſic. limita quintò, de ſent. & re iud.*

¶ Ampliatur hoc vt procedat etiam, quando collatio ſpe-
ctaret ad alium inferiorem, quoniam tunc permutatio debet
expediri per epiſcopum cum conſenſu illorum. Hoſtien. *in ſumma, eod. tit. §. quis poteſt.* Dominic. *in d. c. nullus.* Nam, vt dicit Ho-
ſtienſ. *in loco præallegato,* hoc eſt ſpeciale priuilegium epiſcopi, vt
poſſit diſpenſare contra Concilium Turonenſe, quod prohi-
bet permutationem, *vt in c. quæſitum, eodem tit.* & ita tranſit Ar-
chid. hic, & Imol. *in d. Clemen. 1.* dicens, quòd Abbates habentes
auctoritatem epiſcopalem, poterunt præſtare auctoritatem
huic permutationi.

¶ Sed contra prædicta oppono, per permutationem benefi-
cia verè vacant, & verè conferuntur, *vt hic, & in Clem. 1. eod. tit.* er-
go conferri debebant per eum, ad quem ſpectat collatio, poſt-
quàm non reperitur ius oppoſitum, text. *in c. quæſitum.* reſpexit
communiter accidentia, vt beneficia ſint ſub epiſcoporum di-
ſpoſitione, *c. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. c. nouerint. 10. q. 1.* vt quid e-
nim per tot ambages procedere, *Clem. auditor. de reſcript.*

¶ Vnum tamen ſcias, quòd ſaltem ex præſcriptione poteſt
competere tale ius inferiori, vt per Do ct. *in d. c. nullus.* & Feder. *in quæſt. 23.* nam iſte non eſt actus pertinens ad ordinem, ſed ad iu-
riſdictionem. gloſ. *in Clem. 1. infra eod.* quo caſu procedit præſcri-
ptio, *c. auditis, c. cùm olim, de præſcript. c. accedentibus, de exceſſi prælat.*
ſicut etiam præſcribitur ius vniendi.

¶ Sed quæritur hic, an capitulum † vacante ſede poſſit expe- 98
dire & auctorizare permutationem. Iſtam quæſtionem tangit
gloſ. magna *in Clem. 1. eod. tit.* & tandem concludit, quòd ſi ſit be-
neficium ſpectans ad collationem capituli tantùm, vel capituli
& epiſcopi, poterit capitulum expedire permutationem, quo-
niam hoc eſt iuriſdictionis epiſcopalis, in qua capitulum ſucce-
dit ſede vacante, *c. cùm olim. & ibi not. de maior. & obed. cum ſimilib.*
ergo poterit auctoritatem præſtare, & ita omnes tenent. At ſi
beneficium ſpectet ad collationem epiſcopi tantùm, gloſ. fir-
mat contrarium, & ibi etiam ſequitur Imol. & Alexan. de Antil-
la hic, & ratio, quoniam capitulum non ſuccedit in poteſtate
diſponendi de beneficijs talibus. per not. *in c. 2. ne ſede vac.* Nam ſi
diceremus iſtam permutationem poſſe expediri per capitulum,
eſſet admittere vna via id quod alia eſt denegatum, contra *re-
gul. cùm quid, infra de regul. iuris.* Feder. *in quæſt. 36.* tangit hoc vlti-
mum, & ſatis inuolutè loquitur, quod ex ſcriptorum vitio po-
tuit euenire, qui omnia corruperunt, tandem iſta videtur eſſe e-
ius mens, quòd reſignatio poſſit fieri in manibus capituli, &
poſtea epiſcopo creato expediri permutatio, tanquam incepta
à vicegerente ſuo poterit per ipſum epiſcopum cõpleri, & ſi e-
piſcopus noluerit complere, redibit quilibet ad ſua beneficia.
Et ratio huius rei eſt, quoniam licet quis prohibeatur confer-
re beneficia certa, non tamen protinus ſequitur, ergo prohibe-
tur renunciationem recipere: Nam epiſcopus poteſt recipere
renunciationem beneficiorum reſeruatorum Papæ, quæ ta-
men conferre non poteſt, vt dicit idem Federic. in locis ſuis.
Item poteſt capitulum talia beneficia ad epiſcopi collationem
ſpectantia commendare, vt not. *in c. nemo, in gloſ. magna, ſuprà de elect. eod.*

¶ Sed aduerte hic, quia † Feder. debet eſſe corruptus, quia gl. 99
hoc hoc non dicit, imò contrarium not. Ioan. And. *in c. 1. ne ſede vac. ſuprà eod. lib. & in c. 2. eod. tit. in antiquis, in fin.*

¶ Sit tamen cautus ille cui talia ex permutatione debentur,
ne antequam per epiſcopum conferantur adminiſtret, propter
text. *in c. eum qui, ſuprà de præb.*

¶ Sed contra hoc dictum Feder. videtur text. *in c. admonet, de renunc.* vbi tam prohibetur receptio renunciationis, quàm ipſa
collatio. Lap. *in additio. ad Federic.* vt euitet contrarium diſtin-
guit, quòd aut renunciat ſimpliciter, & non poteſt, *per c. admonet.* aut cum pacto permutandi, & poteſt propter text. *in Clemen. vna, eod. tit.*

¶ Aduerte circa dicta Feder. & Lapi, ſuccinctè & ad ſenſum
declarata. Nam aut reſignatio fuit facta extra cauſam permuta-
tionis, & non tenuit per *d. c. admonet.* Aut fuit ex cauſa & pacto
permutationis, & tunc aut ſciebant iſtos non poſſe permutare,
aut ignorabant, ſi ſciebant, in culpa fuerunt renunciando ſuis
beneficiis in manibus eorum, qui non poterant permutatio-
nem expedire, cùm ſit quòd nihil referebat expectare donec
crearetur epiſcopus qui renunciationem reciperet. Aut igno-
rabant, & hæc erat iuris ignorantia, vnde † excuſare non debet, 100
vt in reg. Ignorantia, infra de regul. iur. ex quo videtur inferri vnum
neceſſario, quòd ſi epiſcopus creatus nolit permutationem ex-
plicare, iſti non habebunt regreſſum ad primum beneficium,
quod culpa ſua amiſerunt, per ea quæ diximus in ſuperioribus,
tunc enim ceſſat æquitas *Clement. 1. hoc titul.* quoniam non vi-
dentur iuris conceſſione vti ita renunciando, ideo ſint cauti,
qui tales circuitus adamant, prohibita eſt enim talium renun-
ciatio indiſtinctè in manibus alterius, ad quid limitare in ea re-
nunciatione, quæ fit ex cauſa permutationis, hoc enim eſſet
multiplicare ſpecialitates abſque neceſſitate, contra *l. 1. C. de dotis promiſſ.*

¶ Sed quid dicemus de † Vicario epiſcopi, an per ipſum poſ- 1c
ſit permutatio expediri. Fede. tangit hoc, *quæſt. 26.* & tandẽ con-
cludit quòd nõ, niſi hoc habeat expreſsè in mandatis, idem fir-
mat Lapus *in addit. Ioan. de Lign.* & Imol. *in d. Clem. 1.* & ratio, quo-

niam Vicarius non poteſt deſtituere aliquem in beneficio, *c. 2. de offic. vic. eod. lib.* ergo nec inſtituere, per ea quæ dicit Innoc. *in c. quod in dubijs, de renunc.* vbi vult eum poſſe regulariter renunciationem recipere, qui poteſt deſtituere, & hoc approbant Paul. & Ioan. de Lignan. *in Clement. 1. de renunciat.* Item alia ratione, quoniam Vicarius non confert beneficia ſpectantia ad collationem epiſcopi, *c. final. de offic. vic.* ergo nec permutat, quoniam in permutatione eſt neceſſaria collatio, *vt in d. Clement. 1. eod. tit.*

¶ Tu tamen aduerte, quia iſta duo fundamenta nihil ſtringunt: Nam text. *in c. 2. de offic. vic.* benè probat, quòd non poteſt remoueri à beneficio propter crimen, & ſic inuitus, ergo à contrario alia de cauſa, vt renunciatione benè poſſet remoueri, & ſic argumentum non concludit. Nec ſecunda ratio valet, quoniam epiſcopus permutat beneficia ſpectantia ad collationem inferiorum de conſenſu eorum, *vt ſuprà dixi*, ergo non tenet cõſequentia. Videretur ergo dicendum oppoſitum, poſtquam vicarius ſuccedit ſaltem in his, quę ſunt voluntariæ iuriſdictionis, *vt in d. c. 2.* Propter hoc tamen nõ recedas à communi, quoniam iſta permutatio eſt priuilegium epiſcopale, & eius officiũ, quod ſub generali commiſſione non cenſetur demandatum, *c. fin. de offic. vic. ſuprà eod. lib. cum ſimil.*

102 ¶ Aliud modò quæritur in caſu gloſ. noſtræ, † an quando requiritur conſenſus electorum in permutatione, ſufficiat cõſenſus maioris partis, vel debeant omnes conſentire? Paul. de Eleazar. dixit, quòd aut permutatio fiebat gratia perſonarum, & debet interuenire omnium conſenſus, aut propter vtilitatem eccleſiæ, & ſufficit maior pars, ita tranſeunt plerique Doct. hic, & Feder. *in quæſt. 20.* Bald. *in l. etiam. §. & ſumm. §. hodie. ff. de pact. & in l. 1. ff. de offic. proconſ.* And. Sicul. poſt Abb. *in c. cùm omnes, in vlt. gloſ. de conſtit.* Imol. *in c. fin. eod. tit. ſuprà* quæ diſtinctio procedit etiam ſiue patronatus competeret pluribus vt ſingulis.

¶ Card. *in c. quæſitum, eod. tit. & in Clem. 5. eod. tit.* dixit, quòd iſta diſtinctio iure nõ probatur. Vnde videtur ꝙ in vtroq; caſu ſufficiat maior pars, *l. quod maior. ff. ad municip. cum ſimil.* Et hoc puto verum propter fauores, quos hodie habet permutatio: Si ſumus ergo in fauorabilibus, cur reſtringemus *reg. l. quod maior*? & hoc etiam tenuit Pet. de Peruſ. *in 3. parte, in 2. quæſt.*

¶ Ampliatur principalis concluſio, vt procedat etiam in legato de latere, quoniam nec ipſe ſine conſenſu eorum quorum intereſt permutare poteſt, ſecundùm Feder. *in quæſt. 19.* & Alex. de Antilla hic per tex. *in c. deliberatione, de offic. legat. ſuprà eod. lib.*
103 Ius enim † eligendi per alium à Principe auferri non poteſt, *c. cõſtitutus, de relig. domib. c. decernimus. 16. quæſt. 7.* Aduerte tamẽ, quòd hoc non procedit in patronis eccleſiaſticis, nec in electoribus eccleſiarum non collegiatarum nec cathedralium, quoniam talibus poteſt legatus derogare, *c. cùm dilectus, de iure patr. d. c. deliberatione.* arguendo à ratione ceſſante.

104 ¶ Circa prædicta cadit dubitatio, † an permutationes factæ ab epiſcopo ſine conſenſu patronorum vel electorum ſint nullæ ipſo iure, vel annullandæ? Paul. *in Clem. 5. eod. tit.* tenuit, quòd conſenſus eorum, qui habent interuenire, poteſt adeſſe ante & poſt, ex quo manifeſtè innuit ꝙ talis permutatio non eſt nulla, niſi ope exceptionis, alioquin non confirmaretur per ſubſequẽtem conſenſum, *c. auditis, de elect. cum ſimil.* quod & Lapus & Dominic. hic affirmant.

¶ Hoc tamen parum ſtringit, nam & quod nullum eſt per ſubſequentem conſenſum accipit robur, *l. penult. ff. de fund. dot. l. cùm vir prædium. ff. de vſucap.* vbi enim actus eſt nullus propter fauorem habentis conſentire, ſuperueniens conſenſus animat actum, *l. filio præterito, ff. de iniuſt. teſtam.* Melius ergo facit text. *in c. quod ſicut, de elect.* vbi electio facta, cõtemptis illis quorum intereſt, eſt irritanda ſi non conſenſerint. Ad hoc *c. cùm in eccleſiis, & ibi gloſ. fin. de præben.* vbi neglecti ſi velint, facere poſſunt, vt irritetur actus, ergo ex contemptu non inducitur annullatio ipſo iure. Facit text. *in c. illud, de iure pat.* Ad quæ tamen omnia poſſet reſponderi, quòd ſunt irritandi tales actus de facto, id eſt, irriti denunciandi, cùm aliàs de iure ſint nulli, *per l. non dubium, C. de legib.* ſimile eſt quod habetur *in c. 1. de cler. coniug. & in c. literas, de conceſſ. præbend.*

¶ Contrarium igitur, id eſt, quòd immò ſit nulla talis collatio ipſo iure, tenet Archid. hic, & Feder. *in quæſt. 30.* & Petr. de Peruſ. *in 3. parte.* quoniam pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure non poteſt dare, *cap. quod autem, de iure patrona. cum ſimilibus.* ſufficit enim prohibitum eſſe hoc fieri, *cap. quæ contra ius, de regul. iuris, in 6. d. l. non dubium, ad hoc text. in c. irrita. de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli, & in capit. ſine exceptione, 12. quæſt. 2.*

¶ Sed reſpõderi poteſt, quòd illud primum eſt brocardicum, & habet aliam regulam in contrarium, quod multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, *c. ad Apoſtolicam, de reg.* Vnde nõ concludit ſecundùm Imol. *in Clemen. & ſi principalis, in 3. colum. de reſcript.* & Petr. de Bellaper. & Azo *in brocar.* Ad c. irrita. dic, quod exponitur, id eſt irritanda. Sed iſta gloſ. eſt contra text. *in c. ſine exceptione.* Vnde dicas quod illud ideo eſt, quoniam lex vlterius proceſſit annullando actum, vt melius conſeruarẽtur bona eccleſiæ: igitur contrarium in aliis, *c. nonne, de præſumpt.*

¶ Sed pro iſta parte rurſus arguitur: Vbicunque in expeditione actus requiritur præſentia alicuius, quod ſit neglecto eo eſt nullum, *c. cauſam, el 1. & ibi not. de offic. delegat. c. obeuntibus. 63. diſtin.* hoc eſt huiuſmodi, vt patet, igitur collatio nulla, & hoc videtur tenendum, ne ſit dare vnam viam epiſcopo diſponendi de beneficijs inferiorum, quod alia via eſt denegatum, *vt in regul. cùm quid, infra eod. lib.*

¶ Ad hęc reſpondetur, quòd argum. procedit, quando requiritur præſentia alicuius æquè principaliter cooperantis. ſed in permutatione non æquè principaliter cooperantur electores & epiſcopus, imò epiſcopus ſolus permutat, & ipſe ſolum agẽs, reliqui autem ſimpliciter conſentiunt: & aliud † eſt permutare, 105
aliud permutanti conſentire, *l. aliud eſt vendere, ff. de verb. ſignif.* Licèt ergo malè faciat contemnendo, tamen tenet actus: ſatis eſt, quòd illis reſeruatur actio de contemptu, cum facultate annullandi permutationem.

¶ Et ad id quod dicitur *de reg. cùm quid.* dic quod ſatis verificatur in effectu, cũ poſſit elidi exceptione. Vel non procedit, quoniam iſta via expreſsè conceditur epiſcopo: per quæ videtur eſſe inclinandum in partem primam, vt ſit nulla ope exceptionis fauore permutationis, vt voluit etiam Alex. de Antilla.

¶ In iſta quæſtione aduertatis, quia Doctores non tangunt id, in quo ſtat vis dubitationis: Eſt enim in hoc, an electores, patroni, & ſimiles habeant conſentire vtendo iure ſuo, id eſt eligendo & præſentando: vel an habeant ſimpliciter conſentire epiſcopo conferenti. Nam ſi conſentiunt vtendo iure ſuo, ſtatim collatio erit nulla ipſis neglectis, *c. nouit, de his, quæ fiunt à prælat. c. decernimus, 16. quæſt. 7. c. deliberatione, de offic. legat.* Ordo enim turbatus, & carruca (vt dici ſolet) ante boues poſita turbat factum, *c. miramur, 61. diſtinct.* Sed ſi conſenſus tantùm ſimpliciter requiratur, valebit actus ſiue ante ſiue poſt interueniat, quoniam conſenſus tunc nihil aliud eſt, quàm conſummatio rei geſtæ vel gerendæ, ſecundùm Innocen. *in c. 1. de rebus eccleſ. non alien. eod. lib.* & videtur ſentire Bartol. *in l. ſi quis mihi. §. iuſſum, in fin. ff. de acquirend. hæred.* Innocent. Ant. & alij *in c. cùm conſuetudinis, de conſuetudine.* Angel. & Imol. *in d. §. iuſſum.* tunc enim actus formaliter geritur per vnum, & tunc demum ſumit vires indelebiliter, quando alius conſentit, ita intelligo textum iuncta gloſ. *in c. 5. ſupra, ne ſede vac. eod. lib.* & dicta per Abb. *in c. cùm olim, de arbitr.* vbi de materia tractat, *& in c. edoceri, de reſcript.* facit illud quod habetur de auctoritate tutoris, *Inſtit. de auct. tut.* arguendo per locum à ſpeciali. non enim eſt tunc de ſubſtantialibus ſicut eſſet in matrimonio, quinimò & ſi eſſet de ſubſtantialibus, ex quo requiritur fauore partis ſufficit quocunq; tempore interueniat, *vt in reg. ratihabitio, cum ſimil.*

¶ Ego igitur, vt ad rem redeam, credo, quòd requiratur conſenſus iſtorum cooperando & vtendo iure ſuo, vt ſi ſit patronus præſentando, & elector eligendo. Nam clarum eſt, quòd talia beneficia verè vacant, & verè conferuntur, & non reperitur aliquod ius quod iſto caſu expreſsè priuet iſtos facultate vtendi iure ſuo, quare ergo volumus id attẽtare, *l. illam, C. de collat.* & maximè, quia nulla ratio aſtringit ad id, non poteſt fieri permutatio ſine eorum conſenſu, cur non potiùs dabitur iſte conſenſus modo cõſueto, & naturali, quàm alio inaſſueto? cùm cauſa naturalis ſit attendenda, *l. habebat, & ibi Bart. ff. de tutel.* & fugiendæ ſunt ſingularitates inutiles, *l. 1. §. dixerit aliquis, ff. de publi.* Nec obſtat, quòd hoc ſit priuilegium epiſcopi: quoniã in hoc verſatur priuilegium ex eo, quod non poteſt niſi ipſo auctorizante & volente fieri permutatio, cùm aliàs inuitus cogatur præſentatos idoneos inſtituere, & electos confirmare, *c. 3. de iure patro. c. decernimus, 16. quæſt. 7.*

¶ Ex quo infero, quod non eſſet peccatum dicere, quòd ſi collatio beneficiorum ſpectaret ad inferiores, quòd in caſu permutatio-

mutationis fieret collatio per eos, epiſcopo auctorizante, vt fuit opinio quorundam relata per Anchar. hic ad exitum eorũ, quæ habentur *in c. Abbatibus. 12. quæſt. 2. & in c. in venditionibus. 17. quæſt. 4.* quod etiam ſentit Ioan. Andr. hic, & eſt not. tene tamen iudicando, quòd totum hoc negotium expediatur per epiſcopum, quia hæc eſt communis opinio fundata *in c. quæſitum, ſuprà eodem tit.*

¶ Ex præmiſſis infero, quòd pendente tali collatione inualida propter contemptum iſtorum poterunt electores procedere ad aliam electionem, & patroni ad aliam præſentationem, vt
106 videntur ſentire Archid. & Lap. hic, quoniam non † præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, *vt in regul. non præſtat, cum materia ſua.* Quod videtur dubium per text. *in Clem. vna, eod. tit.* qui prohibet conferri non permutantibus, ſed illud procedit, quando iuridicè & ſine culpa hoc faciunt: aliàs non merentur hoc beneficium, ex quo non vtuntur conceſſione iuris, vt dicit ille text.

¶ Aduerte ad vnum quod dicit Feder. *in quæſt. 31.* & reperit hic Alex. de Antil. & Pet. de Peruſ. quòd iſti electores, vel præſentatores contempti habebunt ſex menſes ad reclamandum, & nõ plus: quoniam illis elapſis deuoluitur ius ſuum ad ſuperiores, à die tamen ſcientiæ computantur, *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* hoc tamen aliqualiter reddit dubium, *per c. fin. ſuprà de elect. eod. lib.* quod per te videas, quia ex ſuperiùs adductis poteris elicere cõcluſionem, quia ſcilicet hic ſumus in caſu vbi electores non coguntur neceſſario eligere, vel præſentare ratione permutationis, quæ non ſolet inducere vacationem neceſſariam, ſed voluntariam, id eſt dependentem à voluntate permutantantium, epiſcopi & aliorum quorum intereſt.

107 ¶ Prædictis accedit alia ſimilis dubitatio, † quid ſi permutatio expediatur per permutantes & inferiores collatores, & poſtea epiſcopus ratificet, an valeat talis permutatio. Hoc non reperio tactum in indiuiduo, tamen videtur poſſe dici, quod per ſubſequentem ratificationem valeat, vt ex nunc, non vt ex tunc per ea, quæ dicit Bald. *in c. edoceri, de reſcript.* vbi loquitur in permutatione rerum eccleſiæ facta à capitulo ſine epiſcopo, epiſcopo poſtea ratificante, & vices ſuas interponente. Sed hoc totum dependet ab eo, an inferiores collatores conferant, an epiſcopus conferat, & auctorizet: nam ſi epiſcopus habet conferre, collatio eſt nullius momenti: & ideo ratificatio ſequens nihil operaretur, ſed opus erit noua collatione, iuxta ea quæ habentur *in regul. 1. infra de regul. iuris.* Sed tenendo, quod iſti conferant, & epiſcopus tantùm auctoritatem præſtet, non video quare non teneat permutatio, cùm iam expeditum ſit quòd regulariter auctoritas requiſita poteſt interuenire ante & poſt, ſecundùm Abb. *in d. c. edoceri, in vltim. colum.* & Bald. *in l. quacunq̃, C. de bon. quæ lib.*

Poſt prædicta Domin. intrat quandam difficultatem: Erant diminuti redditus cuiuſdam eccleſiæ habentis quindecim canonicos, quo attento, canonici ſtatuerunt non recipere vlterius aliquem in canonicum ex quacunque vacatione, donec eſſent reducti ad numerum duodecim tantùm, ſtatutumq; hoc iuramento firmarunt: modò vnus ex iſtis vult permutare cum alio, an poſſint eum circa metum periurij acceptare ante reſtitutionem prætaxati. Eadem quæſtio poſſet firmari de dignitate poſt vacationem ſuppreſſa. Ioan. Andr. tenet quod non poſſint conſentire, & ita dicit Lapus pronunciaſſe in quadam eccleſia ſanctæ Ceciliæ.

108 ¶ Feder. tangens hoc dixit dependere ab alia quæſt. An receptio canonici † contra ſtatutum iuratum valeat? Circa quod aliqualiter eſt inſiſtendum. Et inprimis ſciendum eſt, ꝙ ſtatuta quandoque ſunt iurata, & per ſuperiorem ſunt confirmata: & dic vt per Abb. & alios *in capit. cùm acceſſiſſent, de conſtitut.* Quandoque autem ſtatutum ſolo ſtatuentium iuramento fulcitur, & tunc diſtingue. Nam aut iurant, qui ſtatuunt, ſeruare ſtatutum, aut contenta in ſtatuto. Si primum, tunc aut reuocant illud, & in dubio valebit permutatio, & omnis actus geſtus in contrarium, quoniam iuramentum aſſumit naturam ſtatuti, & eo reuocato cenſetur iuramentum reuocatum, Bart. *in l. omnes populi, in 8. col. verſic. iuxta prædicta quæro, ff. de iuſt. & iure.* Card. *in Clem. 1. in 3. quæſt. de regular.* Abb. *in d. c. cùm acceſſiſſent.* Aut verò non reuocant ſtatutum, ſed ſimpliciter contraueniunt ſtatuto recipiendo aliquem capitulariter, & tunc eſt dubium. Archid. tenuit ꝙ nullo modo valeret iſta receptio, pro quo Do. adducit rationẽ, & non ſoluit. Ea eſt ratio: Capitulum ſolum ſine epiſcopo non poteſt facere ſtatutum, *c. cùm conſuetudinis, & ibi not. de conſuet.* ergo nec poſſunt aut tacitè aut expreſsè reuocare, *c. 1. de reg. iur. ſup.*

¶ Tu reſponde, † quòd maior non eſt vera, niſi in his quæ e- 109
piſcopi perſonam tangunt, in his autem quæ tangunt canonicos tantum poſſunt ſine epiſcopo ſtatuere, vt dicit Abb. *in loco præallegato.* ¶ Vel procedit quæſtio, quando hoc ſoli capitulo ex conſuetudine competit.

Lap. *in addit.* ad Feder. *quæſt. 25.* dicit, quod aut hoc faciebant cum cauſa, & tenebat receptio, ſed erant periuri, aut ſine cauſa, non tenebat.

¶ Sed quomodo ſtabit hoc, ſi ſunt periuri, ergo non tenet re-
ceptio, quoniam dicitur † periurus eſſe infamis, *iuxta not. in c.* 110
querelam, de ſymon. ad hoc reg. fin. infra de regul. iuris, l. 2. §. 1. ff. de his, qui not. infamia. Paulus *in Clemen. 1. de reg.* Feder. *in præalleg. quæſt.* Abb. *in d. c. cùm acceſſiſſent.* & communiter alij tenent, quòd valeat talis receptio, & quod taliter contraueniendo videntur tale ſtatutum reuocare, per contrarium enim factum receditur à ſtatuto, *argum. c. cùm M. de conſtitut.* & ideo non ſunt periuri, quoniam ceſſante cauſa, &c. *c. cùm ceſſante, de appellat.* & ita tranſeo cum iſta communi pro nunc, ſed ſupereſt vt eam purgemus ab aduerſis ictibus.

¶ Primò igitur per iſtam communem opinionem, quæ dicit eos non eſſe periuros, arguo in hunc modum. Vbi ex aliquo a-
ctu certa † pœna ſpiritualis imponitur, ex ſola præparatione ad 111
actum incurritur ea pœna, vt per Innoc. & Ioan. Andr. *in c. præterea, el 2. de appellat.* vbi ſi epiſcopus excommunicet eligentes talem, cùm primum præparant ſe ad eligendum, ſunt excommunicati, habetur enim tunc de proximo cingendus pro accincto, *l. penult. ff. de milit. teſtam.*

¶ Hanc obiectionem ita infringit Paul. *in Clem. 1.* quòd dicta Innocen. tantùm procedunt in excommunicatione propter ſui penetrabilitatem: At non ſic in caſu noſtro, in quo eſt dare prioritatem & poſterioritatem de neceſſitate, alleg. not. per Hoſti. *in c. ſacro, de ſent. excommun.* vbi voluit, quod licet iniuſtè excommunicans & excommunicatus incipiant ſimul ligari, tempore tamen & intellectu præcedit priuatio excommunicati, quia priuatio excommunicati operatur priuationem excommunicantis, ſicut infuſio gratiæ & peccatorum remiſſio ſimul ſunt tempore naturaliter in intellectu per infuſionem gratiæ præcedit remiſſio peccatorum, & ſic vnius ingreſſus operatur alterius ingreſſum, *cap. cùm renunciatur, 32. quæſt. 2.* cùm igitur incurrant periurium ſub conditione ſi te ceperint, ante receptionem non ſunt excommunicati, *argum. l. cedere diem, ff. de verb. ſignific.* facit ad hoc quod not. Ioan. Andr. *in c. contingit, el 1. de ſentent. excommun.* vbi dicit, participantem cum excommunicato non ligari, niſi explero primo actu participationis, faciunt quoque not. *in Clement. 5. in gloſ. 2. de conſang. & affinit.* At completa receptione ſtatim deſinit eſſe ſtatutum, ergo non ſunt tanquàm non contrauenientes ſtatuto periuri.

¶ At conſidera, quòd iſta reſponſio nõ tollit obiectum, quoniam ſicut eſt dare prioritatem in intellectu in caſu noſtro, itidem eſt in caſu Innocent. Et ideo Imol. *in c. dilecto, de præbend.* aliter ſoluit, quod illud ibi eſt propter intentionem excommunicantis, quæ eſt impedire actum, intentio autem ſtatuentium hic fuit ſeruare ſtatutum niſi reuocarent, *l. ſi quis, in princ. ff. de legat. 3.* quæ reſponſio ſatis procedit ex mente Innocen. ſi eius verba attendantur.

¶ Vel reſponde quòd diuerſa eſt caſuum ratio, quoniã ibi dependet factum à voluntate aliorum, hic à voluntate eorundem.

¶ Vel etiã negari poſſet dictũ Innoc. quoniã lege nõ fulcitur.

¶ Sed contra iſtas reſponſiones eſt deciſio Io. Andr. *in c. fin. in glo. 2. de coniug. ſer.* vbi ſi quis incipiat contrahere cum ancilla, ſtatim adipiſcitur libertatem. ¶ Illud procedit fauore libertatis.

¶ Secundò contra iſtam communem opinionem: Iuramen-
tum † habet vim clauſulæ derogatoriæ, Bart. *in d. l. ſi quis in prin.* 112
per text. in l. cùm pater. §. filius matrem, de legat. 3. ſed actus habens clauſulam derogatoriam, non reuocatur per contrarium niſi fiat ſpecialis mentio: *d. l. ſi quis in princ. & l. ſi vnbi. ff. de legat. 1.* ergo tale ſtatutum per contrauentionem non eſt renouatum, ergo periuri: ergo receptio nulla.

Tu reſponde, quòd iuramentum habet illam vim quo ad validitatem actus, non quo ad pœnam periurij, vel ad effectum reuocationis, ſecundùm ea quæ poſuit Anton. de Butr. *in c. 1. in penultim. colum. de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* & ſatis probatur *in d. c. filius matrem.*

Tertiò

Tertiò adducitur text. *in c. dilecto, de præb.* à contrario: poſſent enim augere numerum, niſi obſtaret ſtatutum iuramento firmatum: ergo quando tale ſtatutum obſtat, augere non poſſunt. Item in eo text. iuramentum & clauſula decreti à ſuperiore poſita patificantur. At quando eſt clauſula decreti, nec tacitè, nec expreſsè poteſt per inferiores conueniri, vt not. omnes *in d. c. cùm acceſſiſſent, de conſtit.* ergo, &c.

Ad hoc contrarium reſpõdent aliqui, quòd illa fuerunt verba patris narrantis. quæ ſolutio non placet, quoniam ſuper illis verbis fundatur intentio Papæ, quo caſu diſponunt, vt per Domin. *in c. ſi Papa, de priuil.*

Imol. dicit, quòd ibi prohibetur receptio, non tamen ſequitur quòd ſit nulla: Verùm hæc reſponſio non placet, quoniam ſi non poſſent recipere, ergo non valet receptio, quoniam pro non dato habetur, &c. *c. quod autem, de iure patrona.* non ergo ſunt periuri.

Ego igitur ſoluo, quòd loquitur ille text. quando iurauerunt ſeruare contenta in ſtatuto, vt dicetur in ſequenti membro: & ita patet communem opinionem eſſe defenſatam: pro qua dico eſſe caſum in fortioribus terminis *in c. cum acceſſiſſent, de conſtitut.* vbi cùm quædam dignitas vacaſſet, canonici fecerunt ſtatutum ad eam vlteriùs aliquem non admittere: quod ſtatutum fuit per ſedem Apoſtolicam confirmatum: deinde cùm Papa mandaſſet vni prouideri de illa dignitate, opponitur de ſtatuto: Papa reſpondet, quòd ſi poſt ſtatutum aliquem receperunt, iſte quoque recipiatur, quoniam per contrarium actum videntur ſtatuto voluiſſe renunciare, quanto magis igitur in caſu noſtro dicemus eos id voluiſſe, cùm ibi fuerit confirmatio ſuperioris, hic non. Item quia nemo creditur velle periurium incurrere ad diſpendium animæ ſuæ, *c. cùm contingat, de iureiur. c. licet, ſuprà eod. lib. & tit.*

Capio ſecundum membrum primæ diſtinctionis, quãdo iurant ſeruare in ſtatuto contenta: tunc cõmuniter tenetur, quod taliter recipientes ſunt periuri, vt per Abb. *in d. c. cùm acceſſiſſent, & in d. c. dilecto.* Card. *in Clem. 1. de reg.* Bal. *in præl. ad feud. colum. 7.* & ratio, quoniam iurando ſeruare contenta in ſtatuto, iurat ſeruare aliquid, quod etiam durat, & eſt ſtatuto remoto.

Sed dubium maius, de quo quæritur, eſt, an talis receptio ſit nulla, an valeat. Abb. *in locis præalleg. & in c. cùm ad monaſterium, in 2. colum. verſic. ſecundò not. de ſtat. monach.* Ioan. Andr. *in reg. quod ſemel, in Mercur. gloſ. in c. fin. in verſic. renocetis. de procur. eodem lib.* Paul. de Caſtr. *conſil. 56.* Alexan. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligat. & in conſil. 18. incip. Viſis cap. in 2. volumine.* tenent quod licèt ſint periuri, tamen receptio tenet, per textum *in c. ſicut, de ſponſal.*

Contrarium tamen firmat Innoc. *in d. c. dilecto.* ponens vnam 113 doctrinam, quòd † actus ſpirituales contra proprium iuramentum nõ valent. Sed Abb. ex hoc dicto ſumit occaſionem redarguendi Innoc. propterea quod dicit contra caſum *d. c. ſicut.* vbi tenet matrimonium, qui eſt actus ſpiritualis, contra proprium iuramentum. Ego tamen ſequor Innoc. cuius opinionem ibidem firmat Imol. *& in l. cùm vir, in antepenult. colum. ff. de vſuf. ap.* & Fulg. *in conſil. 210. incip. Pro euidentia ſciendum.* & Rota *in deciſ. 8. in tit. de procur.* quæ opinio eſt vera, vt dixi, per text. *in d. c. dilecto.* non cauillando literam.

Ad c. ſicut. reſpondetur, quòd ille caſus loquẽs de matrimonio, non debet trahi ad alios, cùm matrimonium ſolo conſenſu perficiatur, & à periuris infamibus, & indignis contrahi poſſit, *c. cùm locum, c. cùm apud, de ſponſal. & de coniug. ſeruor. per totum* Et ita ex hoc non meretur Innocent. reprehenſionem, quanquam & dici poſſet, quod Innoc. non aſſeruit illam regulam, ſed retulit quoſdam eam aſſerentes. applicando igitur prædicta ad propoſitum quæſtionis noſtræ, ſi iurauerunt ſeruare ſtatuta, & capitulariter conſentiant permutationi per vnum ex illis factæ, tenet collatio, nec ſunt periuri, quoniam facto ipſo iure videntur ſtatutum reuocare, & facto æquè ac verbis elicitur voluntas, *d. c. cũ acceſſiſſent.* At ſi iurarunt ſeruare contenta in ſtatuto, non poſſunt conſentire permutationi, quin ſint periuri, ſecundùm omnes; & permutatio non tenet, ſecundùm vltimam opinionem, licèt communis ſit vt teneat.

¶ Sed aduerte tu ad duo: Primò, quòd ſi communis opinio, de qua ſuprà meminimus, quæ vult, quòd conſenſus canonicorum non detur niſi per modum ſimplicis conſenſus, & eſt vera, dici poteſt quòd neutro caſu canonici fiant periuri. Nam iurauerunt non recipere in canonicum, vel non eligere ad dignitatem: iam non eligunt, nec recipiunt, ſed eligenti vel recipienti conſentiunt, quod eſt longè diuerſum, *l. aliud eſt vendere, ff. de verbor. ſignific.* ergo non ſunt periuri: in forma † enim ſpecifica non 114 ſeruatur iuramẽtum, *c. ad noſtram, de iureiur.* & odia ſunt reſtringenda, *reg. odia, infrà de reg. iur.*

¶ Secundò aduerte circa iſtam magiſtralem differẽtiam Doctorum noſtrorum de ſeruando ſtatuta vel contenta in ſtatutis: nam videtur quod non differant. Nam quid eſt iurare ſeruare ſtatuta, niſi contẽta in ſtatutis, id eſt particulariter diſpoſita per ſtatutum, & ſtatutum † capitur pro vno volumine, & pro vna 115 diſpoſitione contenta in volumine, vt in ſimili dicit Bart. de teſtamento *in l. ſi is qui. ff. de teſtam.* & Socin. in conſi. Bonon. *conſ. 2. in 4. colum.* & hæres qui tenetur ſeruare teſtamentum defuncti, tenetur ſeruare vnamquamq; diſpoſitionem teſtatoris, vt præſtare legata, & ſimilia, *l. legatum, ff. de leg. 1.* non enim ſimpliciter tenetur ſeruare illam ſcripturam teſtamentariam, ſed diſpoſitum in ea: aliàs eſſet eluſio: ita in ſimili, quando quis aſtringit ſe ſeruare ſtatuta, quid aliud intendit niſi ſeruare contenta in eis, & diſpoſita? Cogita, quia hoc dictum non cadit in ſenſum ſapientis. Præterea eſto quòd aliud ſit in vno, aliud in alio, nonne qui iurat ſeruare contenta in ſtatuto, iurat ſeruare aliquid quod habet relationem ad ſtatutum, & continetur in ſtatuto? Sed dato quod ſtatutum reuocetur, & deſinat eſſe per conuentionem, nonne deſinent eſſe contenta in ſtatuto? certè deſinent eſſe talia, propter naturam correlatiuorum, *l. 1. ff. de contrahen. empt. cum ſimil. lib.* Si enim non erit ſtatutum, quomodo erunt contenta in ſtatuto, nec iuramentum ſe extendit niſi quatenùs ſint in ſtatuto contenta, cogitabis.

¶ Tertia concluſio: In permutatione † beneficiorum, quæ 116 ſunt diuerſæ diœceſis, renunciatio fit à quolibet in manibus ſui ſuperioris, id eſt epiſcopi, vel vnius cui alter vices ſuas commiſerit, ita firmat gloſ. ibi, vel quilibet in manibus ſui epiſcopi, & Petrus de Perul. *in 2. parte, quæſt. vltim.* Sed dubium modo fit, an ex interuallo poſſit fieri iſta permutatio. Exemplum, ſumus duo diuerſæ diœceſis. qui volumus permutare, & primò vadimus ad epiſcopum meũ, & dico. Dñe epiſcope. ego intendo permutare beneficium meum cum iſto, propterea ex nunc renuncio, conferatis illi. Ibimus poſtea ad epiſcopum eius, vt ſuum mihi conferat. Epiſcopus meus accepta renunciatione à me confert illi beneficium meum tribuendo poſſeſſionem: deinde eo ad ſuum epiſcopum, vt illo ſimiliter renunciante alterum mihi cõferatur. quæritur an ex hoc interuallo vitietur iſte actus? Ioan. Monach. & Ioan. Andr. hic conſulunt, quod omnia fiant in inſtãti, ita quod vnus epiſcopus committat vices ſuas alteri, & per ipſum expediatur tota permutatio, vel quod omnes epiſcopi interſint, quoniam tunc vnius loco habebuntur, *c. cùm illorum. §. ſi verò, de ſent. excommunic. l. cùm fundus, ff. de condi. & demonſtr.* & ita conſulit Lapus tandem licèt per alia verba, & hoc conſilium ſemper eſſet daturum amico, vt euitetur perplexitas caſuum, de quibus infrà dicetur.

¶ Dicit tamen Feder. quòd iſta permutatio ſuſtineretur, quoniam non eſt veriſimile. quòd ego renunciando & tu acceptando voluerimus inducere vnã ſpeciem vacationis quàm ex permutatione, & hoc ſatis procedere poteſt ex æquitate tex. hic, & *in d. Clem. 5.* quando non eſſet qui contradiceret. ſed in caſu contradictionis oriuntur alia dubia.

¶ Primum dubium, an hoc caſu excludatur expectans? & videtur quòd non. Expectans enim in caſu noſtro excluditur, quando beneficium vacat ex renunciatione facta cauſa permutationis, vt manifeſtè dicit text. At beneficium huius, qui primò acceptauit meum antequam renunciaret ſuo, vacat non ex renunciatione, ſed ex eo quia acceptando ſecundum, vacat primum ipſo iure, *c. de multa, de præben.* ergo illud debetur expectanti, cùm ceſſante cauſa, &c. *l. adigere, §. quamuis, de iure patrona.* Item hoc videtur tenendum vt euitentur ſpecialitates, *l. 1. C. de dotis promiſſione.*

¶ In contrarium tamen exiſtimo veritatem attenta ratione text. quę licet loquatur in renunciatione, tamen comprehendit omnes modos vacandi inductos ab ipſa permutatione, quæ generaliter eſt priuilegiata aduerſus omnes rigores iuris, vt dixi in ſuperioribus, & hoc eſt de mente Feder.

¶ Secundum dubium: Canonicus † Imolen. vult permutare 117 cum Bonon. & renunciauerunt ambo, deinde epiſcopus Imolenſis cõtulit beneficium Bononienſi: Imolenſis canonicus venit Bononiam, vt alterum conferatur ab epiſcopo Bononienſi,

& in-

& interim moritur, quæritur an epiſcopus Imolenſis poſſit retractare collationem factam Bononienſi, ex quo permutatio non eſt ſequuta. Item quæritur, an expectans in eccleſia Imolẽſi poſſit repetere illud tanquam vacans per mortem, non autem ex cauſa permutationis. Ioan. Andr. & Dom. tenent, quòd Bononienſ. reuertetur ad ſuum beneficium, & Imolenſ. epiſcopus prouidebit ſuo, vel dabitur expectanti, & ita tranſeunt omnes hic, mouentur, quoniam iſta renunciatio permutationis cauſa facta conditionem in ſe tacitam habet, ſi permutatio fuerit effectum ſortita, *l. cum precibus, cum l. ſequent. C. eod. faciunt not. in c. quemadmodum, de iureiurand. in gloſ. 2. & in c. ſignificatum, ſuprà de præben. ad hoc l. cum te fundum, C. de pact. inter emp. & vend.* Vbi enim aliquid datur ob cauſam, cauſa non ſequuta retractatur actus, *l. fin. ff de cond. ob cauſ.* Et hoc eſt ſatis æquum ad conſeruandam vtilitatem eius, qui fuit primus in conferendo.

Contrarium tamen probabilius attentari poſſet, cùm à permutatione rerum prophanarum ad iſtam non valeat argumentũ, vt pluries dixi, & hic expediatur duplicatis collationibus, nã ſi tenuit collatio facta Bononienſi, & impedita eſt alia abſque
118 facto ſuo, cur debet ſua reuocari? Vtile enim † per inutile non vitiatur, quando extrema ſunt ſeparabilia, *vt in regul. Vtile, & ibi Dyn. de reg. iur. infra*, quod tanto fortius ſtringit, quia per has maximè prouidetur eccleſiarum vtilitati, *c. quæſitum, ſuprà eod.* Præterea cùm per iſtũ non ſteterit, ſibi imputari non debet, ſi mors ſuperueniens in perſona illius tanquam caſus fortuitus permutationem impediuit, *vt in reg. imputari, & in l. ſed addes. §. cùm quidam, ff locati.*

Præterea quando permutatio venit retractanda ex eo, quod per vnam partem non impletur, hoc ſolùm euenit ratione intereſſe, *l. cum precibus, cum ſimil. C. eo.* ſed huius mortui nihil intereſt, vt patet. Item nec epiſcopi, quoniam ipſe impleuit ex parte ſua, & functus eſt officio ſuo, *l. iudex poſteaquam, ff. de iudic.* & ad omnia contraria dic, quòd procedunt, quando viueret permutans de cuius intereſſe ageretur.

Accedit prædictis alia dubitatio: Reſignatio eſt facta in ma-
119 nibus † ſuperioris ab vtraq; parte, infra quantum tempus poſſit cogi epiſcopus ad permutationem auctorizandam. Paul. *in Clement. 1. eod. tit.* dicit, quòd circa hoc non reperitur tempus determinatum à lege, ſed poterit ad hoc à ſuperiore compelli, ne ſit negligens, *c. nullus, ſuprà de iure patronat.* ad hoc notatur per eundem *in Clement. 2. de relig. domib.* vbi dicit, quòd in iure non reperitur determinatum tempus, infra quod hoſpitalia conferantur, & ideo ſtabitur ſuperioris arbitrio. Idem notatur de exequutore dato à Papa, licèt in alio ſecùs, *c. ſi compromiſſarius, in primo reſponſo, ſuprà eod. lib. de elect. & in c. penult. de præbend. Clem. fin. de conceſſ. præbend.* idem dicimus in electionibus Imperatorum, *iuxta not. in c. 2. de re iud. eod. lib.* Et in receptionibus canonicorum, vbi non eſt certus numerus, ſecundùm Ioan. And. *in c. cùm in eccleſia, de electio.* nam in nullo ex iſtis caſibus eſt præfixum tempus certum, & ideo ſuperioris officio expeditur, quoniam quod à
120 iure deciſum † non eſt, relinquitur iudicis arbitrio, *c. de cauſis, de offic. delegat. ad hoc c. irrefragabilis. §. exceſſus, de offic. ordin. c. quanto, de tranſlat. prælat.* & ita cum hoc dicto tranſeunt omnes, per Feder. *in ſuo tractatu. quæſt. 29.*

Lapus rem clariùs explicando dicit, quòd ſi ſuperior, qui renunciationem recipit ex cauſa permutationis tertiò requiſitus à permutantibus permutationem non expediuit, erit in optione permutãtium an velint ſuperiorem adire, qui expediat permutationem, vel à permutatione deſiſtere, & reuerti ad beneficia renunciata liberè poterunt, *c. ſi beneficia, ſuprà de præben. facit Clem. 1. de ſupplen. neglig. prælat.* Ego credo, quòd non ſit in facultate eorum aliquo modo reuerti ad beneficia auctoritate propria, niſi conferantur, *vt dixi ſuprà in quæſt. Dominic.* benè poterunt impetrare à ſuperiore, vt epiſcopus cogatur permutationem expedire, vel iterum conferre propria beneficia, ſicque accedente omnium conſenſu, prout eſt de mente Fed. & aliorum, poſtquam enim epiſcopus acceptauit renunciationem cauſa permutationis, tenetur eam expedire, aliàs enim re integra hoc ponitur in facultate, *c. quæſitum, eod. tit.*

Sed imò videtur, quod habeat ſex menſes, quoniam beneficia vacant, & in vacantibus habet ſex menſes, *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.* & ita non poteſt dici quin hoc ſit expreſſum. Ad iſtud contrarium reſpondent Doct. quòd tantum procedit quãdo collatio eſt in poteſtate epiſcopi libera.

Sed iſta reſponſio confunditur per ea quæ not. Hoſtieſ. Vinc. & Compoſt. Ioan. Andr. Petr. & Abb. *in c. publicato, de elect.* vbi dicitur, quòd ſi canonici publicato ſcrutinio non eligunt quem canonicè nominauerunt, poteſtas eligendi illum deuoluitur ad ſuperiorem; & tamen talis electio ampliùs non erat libera, quæritur ergo negligentia in eo iure quod competit qualecunque ſit. ¶ Tene tamen communem opinionem, & dic, quod ille textus procedit in vacatione, vbi iam à principio decretum eſt, quid de beneficio debeat agi, ſicut in caſu noſtro, vbi æquitas hoc non patitur, quæ omni rigori in hac materia venit præferẽda, vt ſæpiùs dictum eſt.

¶ Gloſ. *in ver. in fraudem.* dic vt per Dominic. cuius dicta in ſuperioribus ſatis expedita ſunt. nunc aggredior quædam alia fragmenta huius materiæ. Et primò quæro, † vtrùm ſi permutatio 121
expeditur corã Rom. Pontif. ſit per permutantes facienda mentio qualitatum beneficialium. Et hoc dubium procedit, quando non fit motu proprio, tunc enim ſecùs, *c. ſi motu proprio, ſuprà eod. lib. de præben.* Et videtur dicendum, quod ſit habenda mẽtio: Quoniam in impetrationibus collationum beneficiorum expediendis per Papam habenda eſt mentio qualitatum eorum, *c. non poteſt, ſuprà eod. lib. de præb. Clem. fin. de offic. ord.* Sed in his impetratur noua prouiſio, vt patet, ergo, &c. Et ita firmat Lap. relatus per Dom. hic, qui dixit quod quando permutatio fiebat per Papam, tunc tantùm fieret mentio de qualitatibus, quando fieret ad petitionem partis, ſed ſi fieret per legatum, voluit ꝙ vtroque caſu deberet fieri mentio, & hoc apertè firmat idem Lap. *alleg. 96.* dicens permutationem factam coram Papa, tacito quod beneficium eſſet iuris patronatus, eſſe nullam.

¶ Oppoſitum tamen tenuerunt Feder. & Dom. hic tantùm referens, & Moderni, & Calder. *in iſto tit. conſil. 1.* quando dicit, quod permutatio facta per religioſos in curia non habita mentione de religione valet, & iſta tamen eſt communis opinio, ꝙ imò non ſint exprimendæ iſtæ qualitates beneficiales, quando permutatio fit coram Papa, pro qua opinione adducuntur tria fundamenta.

¶ Primum, ratio quare inductum eſt vt in impetrationibus, & diſpenſationibus aliis fieret iſta mẽtio eſt, quoniam Papa ſciens qualitates beneficij forſan non contuliſſet ſupplicanti. Item quia illæ impetrationes ſunt odioſæ, ad hoc quæ habentur *in c. poſtulaſti, de reſcript. & in c. quamuis, ſuprà de præb. eod. lib.* Sed vtrumque ceſſat in caſu noſtro: primum, quia omnia permutantibus ſunt conferenda, *Clem. 1. eod. tit.* Secundum, quia permutatio eſt fauorabilis, vt ibi, *& in c. quæſitum, eod. tit.* ergo ceſſat diſpoſitio *l. adigere, § quamuis, ff. de iure patron.*

¶ Secundum, permutatio admittitur à iure, vt perſona minus vtilis vni præficiatur alteri, in qua magis erit vtilis, *c. quæſitum, eod. tit.* At quando permutatio fit per Papam, iſte effectus ſequitur, quoniam quãdo permutatio expeditur per Papam, non eſt veriſimile, quod prætermiſerit cauſæ cognitionẽ, quod eſt de natura ipſius permutationis, *d. c. quæſitum.* qui enim vult vnum, vult omnia conſequutiua, *c. ſanè, de offic. deleg. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procur.* ergo valet permutatio, quoniam impleto fine legis, cenſetur impletum id propter quod lex diſpouit, *c. humanæ voces, 22. quæſt. 5. c. occidit. 23. quæſt. 8.* & habito effectu non curatur modus, *l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.*

Tertium, quoniam qualitates beneficiorum non ſunt exprimendæ niſi quatenus iure cauetur, gloſ. *in Clem. 1. de præb.* Abb. *in c. ad audientiam, de reſcript.* hoc iure non cauetur, ergo, &c. Pro veritate huius puncti ego diſtinguerem, quod aut ex literis permutationis poteſt colligi Papam fuiſſe certificatum de cauſa permutationis & qualitate beneficiorum, & tunc procedat permutatio, per argumenta præmiſſa. Aut verò non poteſt hoc colligi ex literis, ſed ſimpliciter apparet Papam permutaſſe ad petitionem iſtorum, & tunc dicerem quòd aut tacentur qualitates beneficiorum multum notandæ, vt quia erant iuriſpat. laicorũ, vel erant eccleſiæ collegiatæ, aut cathedrales, vel aliquid ſimile magni momenti, quod veriſimiliter ſcitum mouere potuiſſet animum Papæ ad non auctorizandum permutationem, & tunc credo permutationem non valere tacitis iſtis qualitatibus, & ratio, quoniam hodie fiunt illæ permutationes quandoque intuitu perſonarum, ſecundùm Imol. *in d. Clemen. 5.* quod maximè eſſet in caſu iſto præſumendum, vnde propter importunitatem petentium præſumetur talis conceſſio emanaſſe, *c. fin. de reſcript. cum ſimil.* & ideo non valebit, *per reg. d. c. poſtulaſti.* Aut verò tacentur qualitates modici momenti, vt valor, & ſimilia, & procedit communis opinio.

Secun-

122 Secundò quæro, † an poſito quod permutatione perfecta quilibet remaneat in ſuo priori beneficio, habeat locū *c. de multa. & c. cum qui, ſuprà eod. lib. de præbend.* Rota in *deciſ. Bernardini, deciſ. 100.* mouet iſtam quæſtionem, & tenet quòd non, ex quo iſte vnum tantùm beneficium conatur retinere, & ideo ceſſat ratio ambitionis. hæc quæſtio alibi non tangitur quod viderim. Sed contra *c. cum qui.* habet locum contra eum, qui temerè beneficium aliquod poſſidet, vt in illo textu. Iſte autem temerè poſſidet iſtud, cui iam renunciauit, & quod eſt alteri collatum, temerè enim tenet, qui contra iura tenet, ſecundùm Abbat. *in c. calumniam, de pœnis.* Iura enim volunt quemlibet in ſuo non in alieno beneficio reſidere, *vt de cler. non reſid. per totum.* Et hoc tanto magis ſuadetur, quia dicendo aliter pararetur occaſio fraudi, vt de facili ſenex permutaret pinguem tenui, ſi poſt permutationem poſſet in illo remanere, & fraudibus occurrendum, *c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & propriet. cum vulgaribus.* tene tamen primum, quod eſt tutius, & dicas quod per ſuperiorem cogetur ad reſidentiam ſui beneficij, & contra eos practicabitur *titul. de cle. non reſid.* Facit ad hoc, quoniam in iſtis permutationibus præſtita ſuperioris auctoritate abſque alia traditione acquiritur ius, ſecundùm Abb. *in c. inter cætera, de præben.*

123 Tertiò quæritur, an † per procuratorem laicum poſſit expediri permutatio. Aliqui tenuerunt quod non, per text. *in c. decernimus, de iud.* Sed hoc eſt falſum, quoniam licèt nomine proprio non poſſint ſpiritualia tractare, vt ibi, procuratorio tamen nomine poſſunt, *per text. in c. 1. ſuprà eod. lib. de procur.* Nam laicus poteſt pro alio acceptare beneficium etiam incertum, id eſt, primum vacaturum, vt per Ioan. And. & alios *in c. accedens, de præben.* Item conſtituitur laicus procurator ad renunciandum beneficio, vt voluit gloſ. communiter approbata in *Clem. 1. in ver. Procuratorem, de renun.* & in terminis quæſtionis noſtræ tenet Rota *deciſ. 18. in antiq. incipit, Vtrùm permutatio.*

124 Quartò quæritur, an † idem procurator poſſit interuenire pro ambobus permutantibus. Feder. *quæſt. 58.* tenuit quòd poteſt, datq́; viam deducendi ad practicam hoc modo: Dicet procurator D. epiſcopi, ego vt procurator Petri reſigno talem ſuam eccleſiam in manibus veſtris gratia permutationis habendæ cū Sempronio de tali ſua eccleſia: & eadem verba dicet in reſignando eccleſiam Sempronij, deinde epiſcopus conferet eccleſias ſibi acceptanti procuratorio nomine cuiuſque, poteſt enim
125 etiam abſenti † conferre beneficium, *c. ſi tibi abſenti. ſuprà de præbend. eod. lib.*

Sed in contrarium facit text. *in l. licet, §. ſi plures, ff. de procurat. & notatur in l. accipientes, ff. de auctor. tutor.* Nam duobus contendentibus de communi diuidendo, non poteſt dari idem procura-
126 tor. Et hoc videtur generaliter dictum, quòd † nemo poteſt fungi officio duorum, *l. nemo, C. de aſſeſſ. c. per veſtras, de iure patrona.* Prima tamen eſt vera, quoniam iſta duo officia ſunt compatibilia, & cadunt circa diuerſa, lex autem contraria loquitur in iudiciis contentioſis, vbi ſi vna pars fouet iuſtitiam, altera iniuſtitiam foueat, neceſſe eſt. Si igitur pro ambobus procuraret cauſam vnam, iniuſtè ſuſciperet quod nō poteſt, aliàs autem ſecùs, *per not. in l. conſul. ff. de adopt.*

127 Quintò quæritur, duo † commorantes in curia faciunt procuratorem ad renunciandum beneficia extra curiam cauſa permutationis, quis præſtabit auctoritatem, epiſcopus vel Papa. Ioan. de Imol. *in c. fin. eod. tit.* tenet quòd ſit neceſſaria auctoritas Papæ, quoniam non attenditur locus vbi fit reſignatio, ſed vbi eſt perſona reſignans, *per text. & not. in Clem. 1. vt lit. pend. & ea quæ not. Bart. in l. ſi vt proponitur, ff. de fideiuſſ.* & pro iſta parte adduco aliqua fundamenta.

128 Primum eſt, quia à † loco ad tempus, & econtra valet, *argum. l. ſi quis ita, ff. de auro & argent. legat.* At quando actus cœpit principium neceſſarium vno tempore, licet fiat alio, tamen cenſetur factum tempore principij, *l. ait lex, ff. ad legem Aquiliam. l. damni. §. Sabinus, & ibi Bart. ff. de dam. infect.* Igitur renunciatio cenſebitur facta in loco, vbi dominus, poſtquam aſſumit robur & principium à perſona domini, & conſequenter inducetur vacatio in curia, & auctorizatio ſpectabit ad Pontificem.

Secundum eſt, quòd in actibus explicandis per procuratorem, non attenditur perſona procuratoris, ſed domini. patet,
129 quoniam † filiusfamilias ex perſona ſua non poteſt ſtare in iudicio, *l. fin. §. neceſſitate, C. de bon. quæ liber.* & tamen nomine alterius ſtat, *c. qui generaliter. ſuprà de procur. eod. lib.* hinc eſt, quòd laici ex perſona ſua non tractant eccleſiaſtica, tamen vt procuratores tractant, *c. fin. de procur.* Sed dominus erat in curia, igitur beneficium erat reſignatum in curia, & conſequenter reſpicit diſpoſitionem Papæ.

Tertium, ſi diceremus oppoſitum, eſſet multiplicare ſpecialitates, ſeu fictiones, contra not. *in l. 1. C. de dot. promiſſ.* & per Bartolum *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* probatur: Nam † quòd actus geſtus per procuratorem valeat, eſt fictio, quia fingitur factum à domino, *c. qui per alium. infra, de regul. iuris.* Quod modo fingeretur factum extra locum vbi eſt, eſt alia fictio, ergo, &c.

In oppoſitum tamen exiſtimo veritatem. Nam tota difficultas ſtat in hoc, an beneficium vacet in loco vbi eſt dominus mandans, vel in loco vbi fit renunciatio. Sed tale beneficium vacat vbi fit renunciatio, vt firmat Archid. & poſt eum Domin. & alij *in c. licet. ſuprà, de præbend. gloſ. & Imol. in d. Clem. 1. vt lit. pend.* ergo pertinebit ad epiſcopum loci auctorizatio. Solum ratione vacationis in curia fit hæc reſeruatio Pontifici, *vt in c. licet.* Et hoc dico, quoniam ipſa renunciatio fit verè extra curiam. Nec poteſt dicere, quòd fingatur fieri in curia, quoniā iſtud eſſet multiplicare fictiones in caſibus à iure non expreſſis, contra ea quæ plenè dixi *in repet. Clem. quod circa, de elect.* vbi plenè attingo materiam fictionum. Nam hic fingeretur primò reſpectu loci, quoniam renunciatio facta extra curiam, diceretur facta in curia: item ratione perſonæ, quia facta à procuratore, fingeretur facta à domino. Item reſpectu temporis, quia facta vno tempore fingeretur facta alio, ſcilicet tempore mandati: ſtemus ergo veritati in hoc, quòd facta extra curiam, & ſolum adſit fictio ratione perſonæ, non loci, aut temporis: nam ſi procurator nomine alterius deliquit alicubi, ibi fingitur deliquiſſe, vbi procurator deliquit, ſecundùm gloſ. & Imol. *in d. Clement. 1.* & Bart. *in d. l. ſi vt proponitur.* Facit *l. 1. C. vbi de crimine agi oport. l. cum furioſus. ff. de iudic. l. ſi vt proponis, C. de mun. & orig. libro 10.* Item ſi dominus ſcribit ſeruo, vt moretur in libertate, non videtur voluiſſe eum ſtatim liberum, nec eius poſſeſſionem dimittere, ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo certior factus fuit ſeruus. *text. in l. qui abſenti, in princ. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Sileat igitur omnis fictio in caſu noſtro, excepta ea quæ neceſſaria eſt, ſcilicet perſonæ. Et ita ex his potes colligere reſponſiones ad contraria.

Sextò quæritur: Duo † Bononienſes clerici ſunt in curia, 131
vbi etiam eſt Bononienſis Epiſcopus: volunt iſti permutare, an permutatio poſſit per ſuum Epiſcopum expediri. Et dicendum quod non, quoniam renunciatio inducit vacationem in curia, vbi eſt Papæ auctoritas, ſecundùm Imol. *in dicto c. fin.* Nam non poſſunt epiſcopi in Romana curiā vti ſua iuriſdictione.

Septimò quæritur, † quid ſi veniat permutandum benefi- 132
cium exemptum, an epiſcopus tunc præſtet auctoritatem? Sol. iſta exemptio tripliciter eſſe poteſt: Primò, quando beneficium eſt exemptum, & ſoli Papæ ſubiectum: quo caſu epiſcopus nō auctorizabit, quoniam Papa dicitur talis beneficij ordinarius, *c. auctoritate, de priuileg. lib. 6. not. in Clement. 1. de rebus eccleſ.* Secundò, beneficium eſt exemptum à iure epiſcopi, & tamen ſubeſt proprio prælato, vel generali ſui ordinis: & tunc ſi proprius prælatus habeat iuriſdictionem epiſcopalem vel priuilegio, vel præſcriptione, quod poteſt eſſe, vt dixi, ipſe auctorizabit, alioquin ſpectabit ad legatum, vel ad Papam, qui ſunt propriè ordinarij exemptorum, *d. c. auctoritate.* Tertiò, Eccleſia eſt exempta à iuriſdictione epiſcopi, ſed populus non eſt exemptus, & tunc epiſcopus auctorizabit permutationem, ſecundùm Petrum de Perul. *in 2. part. in vlt. quæſt.* & ratio, quoniam iſti recipiunt curam animarum ab epiſcopo, & tenentur reddere rationem populi, & vadunt ad ſynodum, præſtantq́; in omnibus reuerentiam epiſcopo, quam præſtant cæteri rectores, *c. ex ore, de priuil.* Innoc. *in c. vrgens, de verb. ſignif. in 6.*

Septimò quæritur: Duo † canonici habentes apud eccleſiam 133
cameras & hortos, permutant hortos ſimul de conſenſu Capituli, vtrùm poſtea ſucceſſor teneatur ſtare illi permutationi. Et dicas quòd tenetur, vt voluit Calderin. *in conſil. 9. iſto titul. & melius in conſil. 4.* vbi plenè tractat materiam, an ſucceſſor teneatur ſtare permutationibus prædeceſſorum, & vide eundem *in conſ. 6.* ponentem iſtam quæſtionem: An Abbas habens ex priuilegio poteſtatē portandi mitram & annulum, & baculum paſtoralem, poſſit de licētia ſuperioris permutare cum Prioratu eiuſdem ordinis habentis redditum 150. ducatorum, in quo dic vt

per

per illum omnia ſubtiliter declarantem, & de materia quomodo ſucceſſor teneatur ſtare permutationi factæ, per prædeceſſorem, vide Abb. *in c. quoniam Abbas. de offi. deleg.* & eſt materia ordinaria text. *in c. 2. ſupra eod.*

134 ¶ Octauo quæro. Vnus ex permutantibus † eſt grauatus debitis nomine Eccleſiæ ſuæ, ita quod ad ea perſoluenda Eccleſia erat efficaciter obligata, an hoc poſſit deduci in pactum inter permutantes, vt ille qui talem Eccleſiam accipit, obligetur ad illa debita. Tanc. quem refert Barto. Brix. *in q. venereali.* 36. tenuit quod non valeret iſta pactio. idem tenuit Io. And. *in rubri. in addi. ad Spec. hoc tit.* Feder. *in q.* 39. Et ratio eſt, quoniam renunciatio in ſpiritualibus debet eſſe libera, & ſine cōditione *c. ſi. de pact.* ¶ Sed dici poſſet, quod hoc procedat in pactis & conditionibus à iure improbatis: ſecus in iſta quæ nedum improbata eſt, ſed etiam ſi non exprimatur ineſt, vt præſupponitur in q & probatur *in c. ex præſentium. de ſolu.* Et conditiones,
135 quæ † tacitè inſunt in ſpiritualibus poſſunt deduci in pactū, *c. ſignificatum. de præb. c. ſignificaſti. de elect.* Et ideo dicimus, quod quæ ſuperabundant non ſolent vitiare ſcripturas, *l. teſtamentū.*
136 *C. de teſtamen.* Et expreſſio † eorum, quæ tacitè inſunt nihil operatur, *l. cum quid. ff. ſi cert. peta. l. conditionis quæ extrinſecus. ff. de condi. & demon.*

¶ Non tamen recedas à prima opinione, quoniam poſſet de facili incidere aliqua ſuſpicio mali, vt quia pecunia eſſet debita conſanguineo vel amico, & fortior eſt iſta ſpecialis obligatio, *cap. ſi aduerſus. infra de pœnit. & remiſ.* Non enim ſolum
137 abſtinendum eſt † à malo, ſed etiam à bono, ſi habeat ſpeciem mali, *c. audiuimus. de ſimo. c. emendati.* 1. q. 1. Sed quid plura? text. *in c in electionibus. ſupra, de elect. eod. lib.* oſtendit quid tenendum ſit. Eſt enim is vnus de caſibus vbi expreſſa nocent, *c. ſi. de procur. eod. lib.*

¶ Similis q. poſſet poni de expenſis factis in beneficio ex proprio patrimonio, quo caſu dimittens beneficiū poteſt illas repetere, imo ius petendi etiam mortuo clerico datur hæredibus, *arg. in c. quicunque.* 12. q. 2. no. Abb. *in c. de multa. in 4. col. verſ. ſecundo fallit. de præb.* nam & hoc caſu facilius procuraretur fraus, ideo idem dicendum quod in primo.

¶ Ad hæc placet videre formam conficiendi hoc inſtrumētum permutationis, vide Ioan. And. *in addi. ad Specu. in rub. hoc tit.* Et ita per hæc habes celeberrime Antiſtes perfectam permutationum materiam.

REPETITIO
IN RVBRICVM
De teſtamen.

Celeberrimi. I. C. D. Philippi Franci de Peruſio.

SVMMARIVM.

1 *Rubricæ licèt debeant ad proxima præcedentia continuari, fallit tamen in rubricis huius ſexti libri, quæ neceſſariò continuandæ non ſunt.*
Idem obſeruatur in rubricis Clementinarum, quæ continuationem non habent ad præcedentia, & quare. num. 2. & idem in Authenticis. ibid.
3 *Continuatio quando fieri poteſt commodè, nullo caſu debet omitti.*
4 *Continuatio de lege ad legem non eſt neceſſaria, ſecus de §. ad §.*
5 *Teſtamentum quid differat ab alijs vltimis voluntatibus.*
6 *Locutio pluralis continet ſub ſe plures ſingularitates.*
7 *Rubrica eſt prius declaranda quàm nigrum.*
8 *Teſtamentum quid ſit.*
9 *Diffinitio omnis debet conuerti cum ſuo diffinitio.*
10 *Verbum, iuſta, id eſt perfecta.*
11 *Argumentum ab etymologia vocabuli an valeat.*
12 *Teſtamentorum ſpecies quot ſint.*
13 *Teſtamentum nuncupatiuum quid ſit.*
Requirit ſcripturam. num. 14.
15 *Teſtantis de perſona prius eſt quærendum, quam de ſolemnitate & forma teſtandi.*
16 *Edictum de teſtamentis eſt prohibitorium: nam teſtari quilibet poteſt, qui non reperitur prohibitus.*

17 *Teſtari qui prohibeantur. nume. ſeq.*
18 *Impubes quare prohibeatur teſtari.*
19 *Dies cœptus habetur pro completo.*
20 *Minor 25. annis, dummodo ſit pubes, poteſt facere teſtamentum, etiam ſine curatoris auctoritate.*
21 *Fœmina cur citius poſſit teſtari quam maſculus.*
22 *Malitia ſicut ſupplet ætatem ad contrahendum matrimonium, an idem ſit in conficiendo teſtamentum.*
23 *Pupillus doli capax, & cuius malitia ſupplet ætatem, an poſſit cum auctoritate tutoris teſtari.*
24 *Maior 14. anno. ſi dolo eſt inductus ad teſtandum, an valeat teſtamentum.*
25 *Statutum, quod proximus pubertati poſſit teſtari, an valeat.*
26 *Impubes an poſſit facere codicillos.*
27 *Prodigus prohibetur teſtari: & quis dicatur prodigus, remiſſiuè.*
Et an poſſit teſtari ad pias cauſas. num. 28.
29 *Alienare prohibitus videtur etiam prohibitus in Eccleſiam transferre.*
30 *Mulier licet ex ſtatuto non poſſit ſe obligare, poteſt tamen bona ſua offerre Eccleſiæ vel ad pias cauſas.*
31 *Teſtamentum furioſi confectum tempore ſanæ mentis non vitiatur.*
In dubio autem an præſumatur factum tempore ſanæ mentis, vel tempore furoris.
33 *Mutus & ſurdus à natura prohibetur teſtari: ſecus ſi ſit ſurdus tantum & non mutus: & ſecus ſi ſciat ſcribere.*
34 *Loqui non valens vel propter infirmitatem, vel quod ſit in extremo mortis, vel habet linguam ita groſſam, quod non intelligitur, an poſſit teſtari.*
35 *Surdaſter dicitur, qui cum difficultate audit.*
36 *Mutus & ſurdus an poſſit facere codicillos, vel donationem cauſa mortis.*
Et an teſtari ad pias cauſas. num. 7.
37 *Surdus & mutus à natura æquiparatur pupillo.*
38 *Cæcus vtroq; lumine prohibetur teſtari, ſiue à natura ſit cæcus, ſiue ex accidenti, niſi ſeruetur ſolemnitas l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ.*
Et quæ ſit hæc ſolemnitas.
Et an idem ſit ſeruandum in codicillis. num. 39.
Et an valeat ſtatutum in contrarium. num. 40.
Et an dicta ſolemnitas requiratur in teſtamento quod facit ad pias cauſas. num. 41.
42 *Filiorum fauor, & fauor piæ cauſæ æquiparantur.*
43 *Dubius de ſtatu ſuo prohibetur teſtare, & quis dicatur dubius.*
Et an poſſit teſtari ad pias cauſas.
44 *Obſes prohibetur teſtari: & de quo obſide intelligatur.*
45 *Captus ab hoſtibus teſtari non poteſt, nec valet eius teſtamentum, licèt ab hoſtibus redierit: ſecus ſi teſtatus fuerit ante captiuitatem.*
46 *Reſtitutio idem operatur quod fictio poſtliminij.*
47 *Capti ab hoſtibus quo caſu non efficiantur ſerui capientium, vel inteſtabiles.*
48 *Deportati ſeu damnati in metallum prohibentur teſtari: & quid ad pias cauſas.*
49 *Teſtamentum damnati ad mortem etiam ante damnationem factum non valet, & rumpitur, & quare.*
Limita vt num. 50.
51 *Sententia ipſo iure nulla non reddit quem inteſtabilem.*
52 *Teſtamentum factum ante ſententiam damnationis ad mortem an valeat, ſi fuerit appellatum.*
Et quid ſi condemnatus moritur infra tempus appellandi. num. 53.
54 *In cauſis capitalibus quilibet etiam extraneus admittitur ad appellandum pro condemnato.*
55 *Accuſatus pro crimine capitali & carceratus an poſſit teſtari, & valeat eius teſtamentum, ſi pendente proceſſu moriatur ante ſententiam.*
56 *Damnato ad mortem an poſſit reſeruari ius in ſentētia faciendi teſtamentum.*
57 *Cōdemnatus pro delicto ad mutilationem membri an ſit inteſtabilis.*
58 *Damnatus ad mortem ex forma ſtatuti an fiat inteſtabilis.*
Et quid de damnato ad mortem in abſentia. 59.
60 *Statutum nō extenditur vltra territorium, quando ſententia fertur contra formam iuris communis: ſecus ſi ſecundum formam iuris communis feratur.*

61 Banniti ſicut perdunt iura & priuilegia ſpecialia ciuitatis vnde ſunt banniti, ita etiam perdunt iura communia.
62 Bannitus ſi capiatur, & fiat executio ad mortem, irritatur eius teſtamentum in quocunque loco ſit factum, & quomodocunq;.
93 Inteſtabilis quis non efficitur per interlocutoriam.
64 Damnatus ad mortem de conſuetudine, & ſecundum ſtatuta locorum, ſi bona non publicantur non prohibetur habere hæredem: ſecus de iure cōmuni.
Et an poſſit teſtari ad pias cauſas. num. 65.
66 Damnatus ob carmen famoſum prohibetur teſtari: Et quid ad pias cauſas. num. 67.
68 Damnatus ad perpetuum carcerem prohibetur teſtari, & quare, ad quid ad pias cauſas. num. 73.
69 Pœna perpetui carceris eſt permiſſa de iure canon.
70 Laici nunquid ſicut clerici indiſtinctè poſſint per iudices Eccleſiaſticos in terris Eccleſiæ condemnari ad perpetuos carceres.
71 Ius canonicum non ad inuenit perpetuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam.
72 Seruus pœna hodie non fit, qui eſt benè natus.
74 Interficiens ſeipſum an prohibeatur teſtari.
75 Hæres volens probare innocentiam defuncti an admittatur, & valeat teſtamentum, ea probata.
76 Interficiens ſeipſum an in dubio præſumatur ſe interfeciſſe ratione delicti commiſſi an ratione furoris vel diſperationis.
Et an valeat eius teſtamentum ad pias cauſas. 77.
78 Infideles prohibentur teſtari, hæretici & pagani.
79 Iudæi tenentur viuere ſecundum iura & leges Chriſtianorum, & gaudent priuilegio ipſarū legum, & poſſunt teſtamenta cōdere.
Et quid differant ab alijs infidelib. num. 80.
81 Hæreticorum bona an hodie publicentur.
82 Chriſtianus nihil poteſt relinquere infideli, etiam ſi pater Chriſtianus bona velit relinquere filio iudæo.
83 Infidelis non poteſt ſuccedere Chriſtiano ab inteſtato.
Et an poſſit teſtari ad pias cauſas. 84. & 85.
85 Eleemoſyna poſſunt recipi à quibuſcunque etiam excommunicatis.
86 Excommunicatus teſtari nunquid poſſit.
87 Teſtari poſſunt omnes illi, qui retinent ciuitatem, libertatem, & bona: & omnes qui non reperiuntur expreſſè prohibiti.
88 Excommunicatus nunquid poſſit hæres inſtitui.
89 Teſtamentum pendente appellatione à ſententia excommunicationis an valeat.
90 Sententia vltimi ſupplicij trahit ſecum executionem.
91 Excommunicatus an poſſit teſtari ad pias cauſas.
92 Eccleſia poteſt recipere legata pro anima ab excommunicatis & publicis peccatoribus, tamen non debet ſe obligare ad orandum pro talibus.
93 Bona quæſita in peccato mortali non proſunt quo ad vitam æternam, valent tamen quo ad alia.
94 Oblationes non ſunt recipiēdæ ad publicis peccatoribus, & quare.
95 Relictum pro anima omne dicitur ad pias cauſas, & econtra.
96 Vſurarius manifeſtus an poſſit teſtari: & an facere codicillos. num. 98. & an donare cauſa mortis. num. 99.
97 Vſurarius quilibet nunquid indiſtinctè ſit inteſtabilis.
100 Vſurarius manifeſtus an valeat teſtari ad pias cauſas. num. ſeq.
101 Contritionis ſigna in vſurario quæ.
102 Teſtamentum vſurarij manifeſti conditum antequam exerceret vſuras, an valeat.
Et quid ſi fuit factum præſtita cautione, & deinde is continuauit vſuras occultè. num. 103.
Et quid ſi ex poſt facto, & poſt teſtamentum conditum præſtat cautionem. num. 104.
Et quid ſi dicta cautio præſtetur per hæredem poſt mortem vſurarij. 105.
106 Filius in poteſtate prohibetur teſtari.
Limitatur in filijsfam. clericis. num. 107.
108 Filiusfam. nunquid eo caſu, quo non poteſt teſtari, poſſit facere codicillos.
Et quid ſi fecit teſtamentum de conſenſu patris cum clauſula, ſi nō valet iure teſtamenti, valeat iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, an valeat tunc vt donatio cauſa mortis. 109.
119 Clauſula in teſtamenti non valet iure teſtamenti, non operatur vbi eſt defectus perſonæ, ſed vbi eſt defectus ſolemnitatis.
Donatio cauſa mortis largo ſumpto vocabulo dicitur vltima voluntas.
112 Donatio cauſa mortis ex quo perficitur conſenſu partium, ſi de illo apparet, ſatis ſufficiunt verba æquipollentia.
Et an ſit neceſſe, quod donatarius præſens debeat conſentire, & acceptare.
113 Donatio quomodo reuocetur.
114 Donatio inter viuos nunquid poſſit reuocari ſicut teſtamentum.
115 Pater nunquid poſſit emancipare filium quò ad actum teſtandi.
116 Statutum an valeat, quod filiusfam. poſſit indiſtinctè teſtari ſine conſenſu patris.
117 Filiusfam. an poſſit teſtari ad pias cauſas.
Et nunquid in his, in quibus teſtari non poteſt de iure communi, poſſit ſaltem teſtari ex priuilegio piæ cauſæ. 119.
118 In bonis aduentitijs filij non valentis teſtari ſuccedit nō ſolum pater, ſed etiam mater, & fratres filij.
120 In teſtamentis ad pias cauſas non curratur de ſolennitatibus inductis à iure poſitiuo.
121 Teſtandi auctoritas & habilitas eſt publici iuris, non autem ex pactis priuatorum.
122 Argumentum à contrario ſenſu, vbi venit legis correctio, nō procedit.
123 Legum correctio non debet induci per ſubauditos & coniecturatos intellectus.
124 Iudicare, verbum debet interpretari ſecundum regulas iuris.
125 Oratio vniuerſalis eſt omnium incluſiua, nullius autem caſus excluſiua.
126 Leges poſteriores à prioribus interpretationem recipiunt.
127 Filiusfam. etiam cum conſenſu patris non poteſt teſtari inter liberos ſuos.
128 Teſtamentum militis licèt ſit redactum ad ius gentium, tamen nō poteſt miles in patris poteſtate conſtitutus in alio periculo quam caſtrenſi, vel quaſi teſtari.
129 Spiritu Dei quæ aguntur licèt non ſint ſub lege peccati, ſunt tamē ſub lege poſitiua præceptoria & honeſta.
130 Filiusfa. nunquid in aduentitijs poſſit teſtari ſine cōſenſu patris.
Et quid ad pias cauſas. nume. 131.
Maximè de rebus proprijs ipſius patris. 132.
Et ſi de conſenſu patris fecit teſtamentum ad pias cauſas, an pater poſtea poſſit reuocare talem conſenſum. 133.
Et an ſufficiat generalis licentia patris de teſtando, an verò requiratur ſpecialis teſtando ad pias cauſas. num. 134.
Et ſi fecit teſtamentum ad pias cauſas ſine conſenſu patris, an pater poſſit conſentire ex poſt facto viuente filio. num. 135.
Et quid ſi deinde pater decedit, non præſtito aliter conſenſu, & poſtea moriatur filius cum eodem teſtamento, nunquid teſtamentum tale reconualeſcat. 136.
137 Seruus prohibetur teſtari, etiam ad pias cauſas.
Limita in ſeruis adſcripticijs vel cenſitis. 138.
139 Clerici omnes ſeculares & perſonæ Eccleſiaſticæ prohibentur teſtari de bonis Eccleſiæ, ſeu acquiſitis intuitu Eccleſiæ, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus.
141 Conſuetudo valet, quod Canonicus poſſit teſtari de fructibus percipiendis anno ſequenti poſt mortem ſuam: & quare.
142 Clericus an poſſit teſtari de his, quæ acquiſiuit ratione officij vel ſeruitij per eum præſtiti.
Quid de acquiſitis per ſacerdotem à parochianis in parochia. 143.
Quid autem de acquiſitis non ex re Eccleſiæ, ſed propter rem Eccleſiæ. 144.
Et quid ſi acquiſiuit multa poſt clericatum, & nō apparet, an ſint quæſita de rebus Eccleſiæ vel eius intuitu, vel an ſint acquiſita de bonis proprijs, vel intuitu perſonæ clerici. 145.
146 Clerici an poſſint teſtari de fructibus perceptis beneficiorum.
147 Clericus ſecularis nunquid poſſit teſtari de acquiſitis intuitu eccleſiæ, ex diſpoſitione, vel de licentia Papæ.
148 Heremitæ & alij fratricelli nunquid poſſint teſtari.
149 Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij prælati prohibentur teſtari de bonis Epiſcopatus, vel Eccleſiæ, vel eius intuitu acquiſitis.
150 Filij ſpurij de æquitate canonica debent alimentari à parentibus, ſecus de iu. ciuil. tamen non ſuccedunt patri nec ex teſtamento nec ab inteſtato.
151 Cardinales prohibentur teſtari de bonis Eccleſiæ eorum, de quibus titulum habent, ſeu eius intuitu acquiſitis.
252 Papa prohibetur teſtari de ipſo papatu, quia non poteſt ſibi ſucceſſorem eligere.
Nunquid autem poteſt teſtari de rebus Eccleſiæ Rom. ſeu de patrimonio B. Petri. 153.

154 Impe-

154 *Imptrator prohibetur teſtari de imperio, ſed de iure ipſius. De rebus autem & bonis patrimonialibus, vel acquiſitis intuitu perſonæ valet teſtari.*
155 *Reges prohibentur teſtari de regno, ſeu de iuribus ipſius regni, in quo datur ſucceſſio non à teſtatore, ſed ab ipſa lege ex ordine geniture.*
156 *Iura primogeniture quæ ſint, & in quibus conſiſtunt, remiſſiuè.*
157 *Monachi, canonici regulares, & omnes alij profeſſi regulam approbatam prohibentur teſtari.*
158 *Monachus non poteſt facere eleemoſinam de bonis monaſterij ſine licentia ſuperioris, niſi eſſet periculum, quod pauper fame perierit.*
Nec poteſt ſibi eligere ſepulturam. 159.
160 *Monachus dicitur ſeruus, & dicitur aſtrictus duriori ſeruitute ſuo monaſterio quàm ſeruus domino*
161 *Monachi appellatione venit etiam Abbas.*
162 *Monachus profeſſus, quo caſu poſſit teſtari. num. ſeq.*
163 *Monaſterium habetur loco filij.*
164 *Bona morientis infra annum probationis, non facto aliter teſtamento, nunquid ſint monaſterij, an venientium ab inteſtato.*
165 *Fratres mendicantes nunquid infra annum probationis poſſint facere teſtamentum.*
Et ſi faciant teſtamentum, an cogantur aliquid relinquere eorum Eccleſiæ. 166.
Et quid ſi profeſſi decedant non facto aliter teſtamento, an eccleſia poſſit petere eorum bona. num. 167.
Et quid in alijs non mendicantibus. 168.
169 *Teſtamentum nunquid rumpatur factum per ingreſſum religionis, ſi aliquid non eſt relictum monaſterio, iure inſtitutionis.*
170 *Ingrediens monaſterium ſi relinquid omnia bona monaſterio, & ſuis deſcendentibus nihil, an valeat teſtamentum.*
Et an cogatur relinquere legitimam ſuis parentibus. 171.
Et an poſt ingreſſum monaſterij poſſit reuocare teſtamentum. 172.
Et an eius teſtamentum confirmetur per profeſſionem irreuocabiliter. 173.
174 *Conuerſi ſeu oblati nunquid valeant teſtari.*
175 *Monachus vel alij regulares nunquid ratione cõſuetudinis poſſint facere teſtamentum.*
Et quid ad pias cauſas. num. 176.
177 *Monachus vel canonicus regularis ſi promoueatur in Epiſcopum vel archiepiſcopum an poſſit facere tunc teſtamentum.*
Et an liberetur à ſubſtantialibus regulæ.
178 *Monachus quicquid quærit, quærit eccleſia.*
179 *Monachus vel canonicus regularis, vel de ordine mendicantium ſi fiat Cardinalis, nunquid teſtari valeat.*
180 *Papa ſi prius fuit monachus, vel de ordine mendicantium, an poſſit teſtamentũ condere: & an liberetur à ſubſtancialib. regulæ.*
181 *Monachus aut canonici regulares vel alij mendicantes, nunquid de licentia Papæ poſſint facere teſtamentum: & quid in Epiſcopo vel Cardinali, qui prius fuit monachus. num. ſeq.*
182 *Impedimentum fortius eſt, quod à natura cauſatur, quam illud, quod ex conſuetudine Eccleſiæ.*
183 *Voti ſolemnitas eſt inducta ex conſuetudine Eccleſiæ.*
184 *Mutus & ſurdus de licentia principis poteſt teſtari.*
185 *Obſides dati tni[illegible]is imperij non poſſint teſtari, & quare, ſecus de licentia principis.*
186 *Imprator à Papa deponitur, & dignitate priuatur.*
187 *In votis ſemper intelligitur excepta auctoritas ſupirioris.*
188 *Dei & Papæ idem eſt conciſtorium.*
189 *Papa poteſt omnibus caſibus diſpenſare, in quibus à iure non reperitur expreſſum in contrarium.*
190 *Princeps dicitur lex animata in terris.*
191 *Regula, quod qui teſtari poteſt, poteſt & codicillari, habet locum in iis, qui poſſunt teſtari de iure communi, ſecus ſi ex priuilegio.*
192 *Teſtamentum fieri debet de bonis proprijs non de alienis.*
193 *Conſuetudo non poteſt concedere regularibus ius teſtandi, nec monacho aliquid contra tria ſubſtantialia regulæ.*
194 *Papa non poteſt diſpenſare contra ius diuinum.*
195 *Argumentum per locum à maiori valet.*
196 *Bona omnia monachi acquiruntur monaſterio.*
197 *Alienare prohibitus cenſetur etiam prohibitus in vltima voluntate diſponere.*
198 *Papa non habet dominiũ rerũ Eccleſiæ, ſed ſolam adminiſtrationẽ.*
199 *Bona eccleſiæ reſeruantur, vt ex fructibus ſubueniatur egenis.*
200 *Subtrahens bona eccleſiæ dicitur homicida.*
201 *Papa licet poteſtatem & dignitatem ab ipſo Deo receperit, non tamen recepit peccandi poteſtatem.*
202 *Papa mortaliter peccat, ſi bona eccleſiæ alienat in caſu non licito, ſeu in caſibus à iure non permiſſijs.*
203 *Papa nunquid poſſit diſpenſare cum regularibus in voto continẽtiæ vel paupertatis.*
204 *Monachus ad hoc, vt ex diſpenſatione Papæ poſſit teſtari, requiritur quod ſit magna & vera cauſa, aliàs diſpenſatio non valeret & eſt nulla.*
Idem debet eſſe in quibuſcunque votis, in quibus deſpenſatur. numero 205.
206 *Vota cum commutãtur, debet in cauſam commutari, quæ Deo ſit magis accepta.*
207 *Teſtamentum vt ſubſiſtat, quæ requirantur ſolemnitates, remiſſ.*
208 *Voluntatem vltimarum quatuor ſunt ſpecies, & quæ.*

LICET regulariter † rubricæ debeant ad proxima præce- 1
dentia continuari, vt *in l. 2. ff. de ſta. hominum.* Rubricæ tamẽ
huius 6. libri neceſſario continuandæ non ſunt, ſecundũ glo.
in rubr. *ſup. de ſum. Trini. & fide Catho. eo. lib.* quia ſecundũ quod
occurrebant aliqua addenda, mutanda detrahenda, vel corrigenda,
ſic addita & detracta mutata, vel correcta fuerunt
vnde certus ordo dari nõ potuit, & vt dicit gl. prædicta. Et eadem
ratione idem † obſeruatur in rubricis Cle. vt dicit gloſſ. 2
in rubrica de ſumma Trinit. & fide Catho. in Clemen. Et hac eadem
ratione Gloſſator iuris ciuilis non continuauit rubricas authenticorum.
Sed quia † quando continuatio fieri poteſt cõ- 3
mode, nullo caſu debet omitti, vt ſic oſtendantur ſingula iura
in debitis tit. eſſe ſituata, vt dicit text. *ſupra in proœmio huius
libri, in ver. nos ad apicem.* Cum etiam de lege † ad legem non ſit
neceſſaria continuatio ſecundum in gloſſ. *in l. Gallus. in princip.* 4
ff. de liber. & poſthu. ſi tamen id fieri commode poteſt, non debet
omitti, vt patet *in l. 3. in princip. ff. de acquir. poſſ.* Cum etiam
de §. ad §. fiat iſta continuatio, *in in d. l. 3. ex contrario,* & ibi glo.
1. Continuatur hæc rubrica ad proxima præcedentia ſic: Dictũ
eſt *ſup. tit. proxi. præcedenti de rerũ permu.* per quam ius vnius
ſuperuiuentis in alterũ ſuperuiuentem transfertur vt habetur
in d. c. vnico. de rerum permu. eod. lib. & in l. 1. ff. de rerũ permu. Sequebatur
competenti ordine videndum de teſtamentis, per quæ
ius ipſius morientis in alium ſuperuiuentem transfertur, &
ſic in hæredem, qui ſuccedit in omnibus defuncti, *vt l. cum hæres.
ff. de diuer. & tempo. præſcrip.* merito fuit hic poſita prima pars
huius rubricæ de teſta.

Verum etiam qui dicta iuris translatio poteſt contingere
per alias vltimas voluntates, *vt in d. cap. vltima voluntas. 13. q. 2.*
merito annectitur hic ſecunda pars huius rubricæ, vel vltimis
voluntatibus. Et aduerte † primo, quia cum in hac rubrica te- 5
ſtamentum, & aliæ vltimæ volũtates ponantur vt diuerſa, datur
intelligi differentiam eſſe inter teſtamentum, & alias vltimas
voluntates, dum quia diuerſis nominibus appellantur,
vt in l. ſi idem. C. de codicil. tum quia etiam hic ponitur copulatiua,
&, quæ habet copulare diuerſa, vt per gloſſ. *in rubrica. ff. de
iur. & fac. igno. & not. in capit. licet cauſam de proba.* Secundo aduerte,
quia cum hic dicatur de teſta. vt vltimis voluntatibus
in plurali, infertur plures & diuerſas eſſe ſpecies teſtamentorum,
aliarum vltimarum voluntatum, quia pluralis † locutio 6
continet ſub ſe plures ſingularitates, vt not. *in regula pluralis.
infra eodem lib.* & habetur *in l. ſi plures. C. de condi. inſert. & in l. falſa.
in fin. ff. de condi. & demon.* Vnde cum prius † ſit exponenda &
declaranda ipſa rubrica quàm nigrum, vt dicit text. *in l. 1. ff. ſi* 7
cert. pet. & hoc ne illotis manibus ad nigri materiam accedamus,
vt dicitur *in l. 1. ff. de orig. iur.* Videndum eſt primo de primo
de plura parte huius rubricæ, & ſic de teſt. ſecundo de ſecunda
& eius partibus, ſc. de alijs vltimis voluntatibus. Pro
declaratione igitur primæ partis, & pro faciliori intelligentia
dicendorum, dicendum eſt primo quid ſit teſtamentum. Secundo
quot ſint ſpecies teſtamentorum. Tertio an omnes indiſtincte
poſſint facere teſt. & qui prohibeantur. Quarto quæ
ſolemnitates requirantur, vt ſic teſtamẽtum de iure ſubſiſtat.
† Circa primum quid ſit teſtamentum. habetur *in l. 1. ff. eod. tit.* 8
vbi dicitur, quod teſtamẽtum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſciẽtia
de eo quod poſt mortem ſuam quis fieri velit: dicitur volũtatis
noſtræ, vt excludat diſpoſitionem de qua *in c. ſi. ſup. de ſucceſ.
ab inte.* Et dicitur iuſta, vt excludat diſpoſitionem captatoriam,
de qua in *l. captatorias. ff. de hære. inſti. & in c. cum tibi. ſup. eod.*

titu. Et dicitur iuſta, id eſt ſolemnis, quia licet eſſet iuſta, ſi nõ
eſſet ſolemnis non valeret, vt *Inſti. de hæred. ab inteſta. in pin.* Di-
citur etiam iuſta, id eſt legitima, quia ſi non eſſet legitima non
valeret teſtamentum, vt *l. 1. C. ſi quis alic. teſta. prohibu.* Item dici-
tur iuſta, vt excludat perſonas prohibitas teſtari, de quibus
infra dicetur: & ſic patet quod verbum iuſta, pluribus modis
exponitur, & in dubio illa interpretatio eſt ſumenda, quæ cõ-
uenit ſecundum ſubiectam materiam, vt *in c. præterea. & c. intel-
ligentia. ſupra de verbo. ſignifica. & in l. ſi vno. ff. loca.* Item dicitur,
quod ex ſententia, quod gloſſ. *in d. l. 1.* exponit, id eſt diſpoſi-
tio hominis, ſiue expreſſe ſiue tacite de eius voluntate appa-
reat, vt *in l. impuberibus. § præterea ff. de ſuſpect. tuto.* Item dicitur
9 poſt mortem, vt ſic excludat contractus. Sed quia † omnis
diffinitio debet conuerti cum ſuo diffinito. 27. *q. 2. in princip.
& in l. 1. § dolum. ff. de dolo* oponit glo. *in d. l. 1.* quod dicta diffini-
tio non procedat, cum cõprehendat codicillos, & donationẽ
cauſa mortis, & tñ codicilli non ſunt teſtamentũ. *vt d. l. ſi idẽ
& l. non codicillum. C. eodem titu.* quare gloſ ibi, vt tollat omnia
contraria, ſubaudit dictæ diffinitioni cum hæredis, inſtitutio-
ne legitime facta, ſed Barto. ibi repræhendit dictam ſubaudi-
tionem gloſſ. cum videatur abſurdum dicere quod iureccon-
ſultus ibi neſciuerit diffinitionem teſtamenti, & ſic dicta ad-
10 ditio non eſt neceſſaria, quia verbum † iuſta exponitur, id eſt
perfecta, vt *l. cum filio. § fina. ff. de lega. 3.* & ſic comprehendit hę-
redes inſtitutionem alias non eſſet perfecta, vt *l. proxime. ff. de
his quæ in teſtamen. delen. & in l. ſi nemo. ff. de teſta. tutel* quia non eſ-
ſet perſona hæredis defunctum repræſentantis, vt *in d. l. cum
hæres.* & ita ſequitur Bald. *in d. l. 1.* adducens tres perfectiones
teſtamenti, de quibus *infra*, & vide etiam per gloſſ. *in d. l. 1.* vbi
aliam ponit diffinitionem, & breuem, videlicet, quod teſta-
mentum eſt quædam ſolemnis diſpoſitio cum hæredis inſti-
tutione. Quod autem dicitur Inſti. *eod. titu. in prin.* quod teſta-
mentum eſt teſtatio mentis prout etiam dicit gloſ. *in c. 2. ſuper
eod. tit.* non eſt diffinitio, cum comprehendat codicillos, ſed
11 eſt quædam deſcriptio, ſeu ethymologia vocabuli, à qua † li-
cet bonum in iure ſit argumentum, vt *in l. 2. § appellata. ff. ſi cert.
peta. & in c. cum ſecundum. ſupra de præb. & 21. diſt. c. clericos.* Tamen
fallit quando diffinitio repuguat vt eſt hoc caſu, quia ſemper
diffinitio præfertur. Item fallit in nominibus proprijs, & ideo
eſt quod ſi quis vocaretur Peruſinus non ſequitur. ergo eſt de
Peruſio. ſecundum Bart. *in d. § appellata. & in rubrica. ff. ſolu. ma-
tri.* & ibi per Angel. inducentes prædicta ad repræſalias contra
Peruſinos conceſſas. de quo per Imo. & dominum Nicol. *in c.
1. ſup. de iudi.* Regulariter tamen dicimus quod omnis diffinitio
in iure noſtro eſt periculoſa, vt *in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur.*
de quibus diffinitionibus plene per Barto. *in l. 1. ff. de acqui. poſſ.*
12 † Circa ſecundum, quot ſunt ſpecies teſtamentorũ dic quod
aliud eſt teſtamentum in ſcriptis, de quo *in l. hac conſultiſſima.
C. eod. titu.* & ibi ponuntur ſolemnitates huius teſtamenti. Et
de eius forma plene per Specu. *in titu. de inſtrumentorum edit. in*
13 *§ vt autem. verſi. ad huius autem materiam.* † Aliud vero eſt teſta-
mentum per nuncupationem, quod hodie eſt in vſu, de quo
in d. l. hac conſultiſſima. § per nuncupationem, & dicitur per nuncu-
pationem, quia ſine ſcriptis, & ſine ſolemnitatibus requiſitis
in teſtamento in ſcriptis teſtator coram teſtibus ſuam volun-
tatem & hæredis inſtitutionem nuncupat, ſed declarat, & ita
exponitur *de conſecra. diſt. 4. quæris. prope finem*, & ſic ſcriptura nõ
eſt neceſſaria, quamuis per tabellionem redigatur in ſcriptis
ad faciliorem probationem. vt dicit gloſſ. *in d. § per nuncupa.* †
14 Fallit tamẽ in teſtamento etiam nuncupatiuo. in quo ſcriptu-
ra requiritur, vt *in l. hac cõſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſſ. & vide Inſti.
de teſta. § fi.* † Circa tertiũ principale, cum prius ſit quęrendum
15 de perſona teſtantis quam de ſolemnitate & forma teſtandi,
vt *in l. ſi quæramus ff. eo.* & non prius iuris ratio quam perſona ſit
quærenda, vt *in l. quidam referunt. ff. de iure codicillo. & in c. ad diſ-
ſoluendum. ſup. de deſpon. impub.* & de perſonis ante omnia eſt quę-
rendum, vt *2. q. 1. c. inprimis. & d. l. ſi quæramus.* Ideo ſciendum,
16 quia † edictum de teſtamentis eſt prohibitorium, nam quili-
bet poteſt teſtari qui nõ reperitur expreſſe prohibitus, vt patet
*C. qui teſta. fa. poſſ. & Inſti. eod. tit. per totum. & facit. l. ab ea parte. ff.
de probat.* & perſonas prohibitas enumerat gl. *in d. l. ſi quæramus.*
& Spec. *in tit. de inſtru. edit. § cõpendioſe.* & ſolent ijs verſibus no-
17 tari, videlicet *Teſtari † nequeunt impubes, religioſus. filius in ſacris
mortis damnatus & obſes: Prodigus ac ſtultus, ſeruus, dubius, furioſus.
Crimine damnatus, cum muto ſurdus, & ille qui magiſtratum læſit. ſic
cæcus & ipſe.* † Primo prohibentur facere teſtamentum Impu- 18
beres & ſic maſculus minor 14. annis & fœmina minor 12. vt
eſt text. *in l. qua ætate. ff. eod.* Et debet vltimis annis eſſe comple-
tus. Sufficit tamen quod dies vltimi anni ſit cœptus licèt non
ſit completus, quia in hoc dies cœptus habetur pro comple-
to, *vt d. l. qua ætate.* vbi gloſſ. † allegat iura in quibus dies cęptus 19
habetur pro completo, de quo per gloſ. *in Cle. ſi. de æta. & quali.*
& per Archi. *in c. ſi annum. ſupra de re iudi. eo. lib. & per gloſ. in c. ad
noſtram. ſuper de regu.* & plene per Imol. *in l. qui filium § Sabinus. ff.
ad Trebel.* Minor ergo † 25. annis dummodo ſit pubes poteſt fa- 20
cere teſtamentum, etiam ſine curatoris authoritate, etiam ſi
curatorem habeat, vt eſt tex. & glo. not. *in l. ab Aurelio. § Caius.
ff. de liber. lega.* licet tunc contrahere non poſſit, vt *in l. ſi curato-
rem habens. C. de in integ. reſtit.* & in teſtamento poteſt diſponere
de bonis ſuis, quod alias non poteſt ſine decreto, etiam donã-
do cauſa mortis, vt eſt text notabilis *in l. 1. de tutel. & rationibus
diſtra.* † Sed quæritur primo quare citius permittitur fœminæ 21
facere teſtamentum quam maſculo. glo. *in d. l. qua ætate.* dixit,
quod ideo, quia fœmina eſt citius ſagatior & viripotens quã
maſculus, & ratio rationis ſecundum Hoſt. & Ioan. And. *in c.
puberes. ſupra de ſponſa. impube.* eſt, quia mulier citius finitur &
conſumitur, ideo citius perficitur, ſic naturaliter videmus in
plantis & alijs animalibus, quæ ſicut cito conſumuntur ita ci-
tius perficiuntur. & in gl. *in verbo annum. in l. 2. C. de his qui veniã
ætate. impe.* quare mulier citius perficitur, quia mala herba cito
creſcit. Secundo quęritur, an ſicut ad † contrahendum matri- 22
monium malitia ſupplet ætatem, vt *in c. puberes. & c. fin. ſupra de
deſpon. impub.* Ita & ad teſtandum? & dic quod non, per tex. *in
d. l. qui ætate.* & ibi tenet dom. Pet. & Ioan. de Imo. *in d. c. 2.* & Io.
And. *in d. c. fin.* refert fuiſſe diſputatum de impubere multũ ſa-
gace, & valde prudẽter qui decubuit per tres dies ante 14. an-
num, quod non valeret eius teſtamẽtum, & ſic ſequitur quod
impubes etiam proximus pubertati, licet poſſit contrahere,
vt l. 1. ff. de nouatio. & ibi glo. ordinaria, quando quis dicatur pro-
ximus pubertati, tamen non poteſt facere teſtamentum inte-
rim, quod ſi fecit & factus maior decedit cum illo teſtamento
nõ valet, vt *in § præterea Inſtitu. quibus non eſt permi. facere teſtamen-
tum.* ratio, quia in teſtamentis duo tempora ſpectantur, ſcili-
cet tempus conditi teſtamenti, & tempus mortis, *vt in l. 1. § exi-
git. ff de bon. poſſ. ſecundum tab. & ibi eſt gloſ. ſingularis*, quod teſta-
mentum à principio validum ex poſt facto infirmatur. † Ter- 23
tio quæritur, an pupillus doli capax & proximus pubertati, &
in quo malitia ſupplet ætatẽ. poſſit etiam cum auctoritate tu-
toris teſtari ad pias cauſas? Bald. *in l. 4. C. qui teſta. facere. poſ.* te-
net quod non, *arg. l. fi. C. de teſta. mili.* vbi pupillus etiam miles
teſtari non poteſt. Idem tenet Barto. *in l. 1. C. de ſacro. ſan. Eccleſ.*
pro quo facit, quia pupillus non poteſt ſibi eligere ſepulturã,
vt in c. licet. verſ. quamuis. infra de ſepul. Idem tenet Bald. *in d. l. 1. in
reperi.* dicens de hoc eſſe caſum *infra eod. proxi.* vbi pater poteſt
ſubſtituere pupillo filio vſque ad pubertatem ad pias cauſas:
ergo ſequitur quod ipſe pupillus ſibi teſtamentum facere nõ
poteſt, cum pupillaris ſubſtitutio inducta ſit in præſidiũ, quia
pupillus teſtari non poteſt, vt *Inſtit. de pupil. inſti. poſt principium.*
† Quarto quæro quid ſi maior 14. annis dolo eſt inductus ad 24
teſtamentum, an teſtamentum ſit nullum, & quomodo ſuc-
curratur vide per Bart. *in l. 1. § fuit quæſitum. ff. ad ſena. conſul. Tre-
bel.* & per Bal. *in d. l. 4. & tex. notabilem. in l. non eſt enim. & ibi* An-
gel *ff. de inoffic. teſta.* Quinto quæritur, an † valeat ſtatutũ quod 25
pupillus prox. pubertati poſſit teſtari Bart. *in d. l. ſi quæramus. ff.
eo. tit.* quod ſic, ſed Angel. ibi contra per text. *in d. l. fi.* ibi nullo
modo concedimus, ibi Imperator importat legem, & priuile-
gium hoc concedens. vnde quod non eſt permiſſum per pri-
uilegium non poteſt permitti per ſtatutum, *vt in d. l. non impoſſi-
bile, & ibi not ff. de pactis* & per gloſ. *in rubri. C. de decre. decurio. lib.
10.* pro quo etiam facit gloſ. *ſingularis in verbo nullo modo, & in
verbo commendatur, in Clem. vt hi qui. de æta. & qual.* vbi dicta verba
nullo modo. de quib. *in d. l. fi. ſi apponũtur in l.* vel in cõſtitutione
alia excludunt diſpenſationẽ in contrarium, & ſic videtur ꝙ
non poſſit per ſtatutũ pupillus diſpenſari vel habilitari ad te-
ſtandũ contra diſpenſationem *d. l. fi.* & ita reſidet Imol. *in d. l. ſi
quæramus. & in d. c. 2.* & maximè, quia ſi nõ crederetur habilis ad
teſtandũ pro anima, vt *ſup.* ergo nullo alio reſpectu videtur ꝙ
poſſit reddi habilis. *arg. l. fi. C. de ſacroſ. eccle. & 12 q. 1. præcipimus*
Vltimo † quæritur an impubes, licet non poſſit teſtari. poſ- 26
ſit ſaltẽ facere codicillos, vel donare cauſa mortis, & dic quod
non

Digitized by Google

non,vt in l.2.ff.de leg.1.quia ille poteſt facere codicillos qui po-
teſt teſtari, & illa ætas requiritur ad donandũ quæ requiritur
27 ad teſtandum vt eſt tex.ſing.in l.1.ff.de tute.& ration.diſtra.† Se-
cundo prohibetur teſtari prodigus cui bonis eſt interdictum,
28 vt in l.is cui.ff.eod.tit.& per Spec.in d.§.compendioſè.verſ.3. Et quis
dicatur prodigus vide in l.1.ff.de cura.furio.† Sed an poſſit teſta-
ri ad pias cauſas, Bal.in l.1.C.de ſacroſan.Eccle.in lectura tenet ꝙ
non,adeo,quod etiam per iuramentũ non firmaretur,& con-
ſuluit Federi. de Senis in conſ.30. quod prodigus nõ obligatur
ex iuramento,vt etiam tenet Bart. & alij Docto. in l.is cui bonis.
ff.de verbo.obliga.fac.quia prodigus æquiparatur furioſo,vt in l.
Fulcinius.§.adeo.ff.qui.ex cau.in poſ.eatur.& in l.is qui.in ſi.ff.de tut.
& cura.dan & hanc partem tenet Bart.in l.2 in prin.C.communia
29 de lega.& d.Pet.& Imo.in d.c.2. Nam prohibitus alienare † vi-
detur etiam prohibitus in Eccleſiam transferre,vt no.in l.ſi ita
quis.§.ea lege,ff.de verbo.oblig. Sed aduerte quia Bal.in repetitione,
in d.l.1.tenet contrarium,nam ex quo facere ſuam conditionẽ
meliorem non obſtat ſibi interdum, vt in .l. qui bonis ff.de noua.
facit gloſ.in l.ait prætor.in princip.ff de minoribus.& in c.penul.ſupra
quod metus cauſa.vbi ſingu.voluit quod in ſpiritualibus nõ ſub-
ueniatur dolum paſſo, nec habeat locum in integrum reſtitu-
tio, cum non videantur decepti, id eſt meliorem partem ele-
gerunt,& ita etiam videtur tenere Lapus in ſua allega. 26. dum
voluit quod talis prodigus poteſt intrare religionem & de bo-
nis ſuis teſtari, facit ꝙ dicit Bald.in l.generali. C.de ſacroſ. Eccleſ.
& eſt de mente Bar.in d.l.1.quod licet mulier ſit prohibita te-
ſtari per teſtamentum ſine certa ſolemnitate, tamen non in-
30 telligitur quando teſtatur ad pias cauſas. Et licet † ſtatutũ di-
cat quod mulier non poſſit ſe obligare, tamen poterit bona
ſua offerre Eccleſiæ vel ad pias cauſas. Idem ergo ſit dicẽdum
in prodigo,pro quo facit etiam, quia ex quo valeret ſtatutum
quod prodigus cui bonis eſt interdictũ poſſit teſtari vt tenet
Bart.in d.l.ſi quæramus. & ſequitur Imol. in d.c. 2. & ſic redditur
tunc habilis,ita iudicatur habilitatus à lege, quando teſtatur
ad pias cauſas,arg.d.l.1.& d.l.ſi.& 12.q.1.c.præcepimus.Cogita ta-
mẽ quia prima pars videtur verior, quia in prodigo deficit iu-
31 dicium rationis,vt ſup.& ex dicendis inf. in furioſo. † Tertio
prohibetur teſtari furioſus,teſtamentum tamen prius factum
tempore ſanæ mentis non viciatur, vel furioſum. C. qui teſta.fa.
poſ.vbi etiam dicitur quod habens dilucida interualla poteſt
teſtari tempore ſanæ mentis,facit Inſtit.eo.§.item furioſi. vbi gl.
idem dicit de mente capto,& vide in l.nec codicillos. C. de codicil-
32 lis.† Sed an in dubio præſumatur teſtamẽtum factum tempo-
re ſanæ mentis,vel furoris tempore,vide per glo.in c.ſi.ſupra de
ſucceſ.ab inteſta & ibi Ioan. And. voluit quod ſi reperitur teſta-
mentum ritè & rectè factum, puta, quia adſit inſtitutio filij &
legatum pro anima, tunc præſumitur factum tempore ſanæ
mentis.alias ſecus:de quo etiam per gloſ. 3.q.9.c.indicas,& per
Barto.in l.1.& 2.ff de bono.poſſ.ſ.furioſo inſan.de laca. & plenius et-
tam not.hoc per Bald.in d.l furioſum,nec etiam poſſet furioſus
teſtari ad pias cauſas vt eſt tex.in d.c.ſi. & ita ſequuntur omnes
Docto.nec etiam valeret ſtatutum in cõtrarium,vt tenet Bar.
& Docto.in d.l.ſi quæramus.

33 † Quarto prohibetur teſtari mutus & ſurdus à natura,vt in
l diſcretis. C.qui teſta.fa poſ. ſecus ſi ex accidenti ſit ſciat ſcribere,
alias non poſſit,ſi vero ſit ſurdus tantum, ſed non mutus, &
poteſt teſtari,ſi vero ſit mutus tantum.& non poteſt, niſi ſciat
ſcribere vel id impetraret à principe, vt in d. l. diſcretis. & in l.ſi
mutus.ff.de teſtamentis.& per Specu. in d.§.compendioſè. verſic. 10.
Nec etiam valeret ſtatutum concedens teſtamẽti factionem,
vbi à iure prohibetur.vt tenet Bar.in d.l. ſi quæramus. & Imol.in
34 d.c.2.† Sed quęritur primo,quid ſi quis propter infirmitatem,
vel quod eſt poſitus in articulo mortis non poteſt loqui, vel
habet linguam ita balbutientem.quod nõ intelligitur,an poſ-
ſit teſtari,dic quod non,niſi poſſit exprimere nomen hęredis,
vt eſt tex.in c.1.de teſtam.ſi vero poſſet articulate loqui,licet cũ
difficultate,& talis teſtari poteſt dummodo habeat intellectũ
bonum,vt eſt tex.in l.quoniam indignum. C.eo.tit. & ita ſequitur
35 Ange.& Imol.in d.l.in aduerſa.ff.eod.titu.† Sicut in ſimili dicitur
de ſurdaſtro,qui eſt ille qui cum difficultate audit.ſecundũ gl.
ſingularem in l.ſi.ff.de legi.tuto.& talis poteſt teſtari,vt d l diſcre-
36 tis. Secundo quæritur an tales † poſſint facere codicillos, vel
donationem cauſa mortis,& dic quod non ſi eſt mutus & ſur-
dus ſimul à natura, vt in d.l.diſcretis, nec etiam poſſunt alium
contractum facere, quia æquiparantur furioſo,& egent cura-
tore.& vide plene per Bar.in l.1.& 2.ff.de bo.poſ.furioſo,& infanti
de l.a.& in l.1.ff. de verbo.obliga. ſi vero ſint ex accidenti ſiue ſciãt
ſcribere ſiue non, & ſiue ſit quis mutus tantum, facere poteſt
codicillos,vt in l nutu.& ibi not.ff.de lega.3.& in l.& in epiſtola.C.
de fideicom.& ſic poſſent omnes cõtractus facere, qui nutu ex-
plicantur etiam donando cauſa mortis, ſecundum Bald.in d.
l.diſcretis.& not.in l.vbi non noce.ff.de regu.iur.& per glo.in l.cũ.quia
ff. de pact. Et qualiter notarius debeat conficere inſtrumentũ
in contractibus muti,vide per Bart.in l.mutum.ff.de acquir.hære.
† Tertio quæritur,an poſſit teſtari ad pias cauſas? & dic quod 37
non, ſi eſt mutus & ſurdus à natura, quia æquiparatur pupil-
lo,vt in l.ſeruo muto.§. ſi pupillo.ff.ad Trebel.& ita tenet Bal.in l.1.
C.de ſacroſan.eccleſ.in lectura,pro quo.d.l diſcretis. vbi non poſſunt
tunc libertates relinquere, quod iudicatur eſſe cauſa pia, vt l.
1.circa ſi.C.de communi ſeruo manu. ſi vero ſint ex accidenti, ſiue
ſciant ſcribere,ſiue non, ſiue ſit mutus tantum, & tũc iſti poſ-
ſunt omnia,quæ explicantur nutu,vt in d.l.vbi non noce.& in d.l.
nutu. videtur ergo quod poſſunt teſtari ad pias cauſas, & ita
voluit glo.ſingu.in c.cum tibi.ſup. eod. & eſt de mente Bal.in d.l.
diſcretis,& hoc clariſſime ipſe tenuit in d.l.1. in repetitionibus. &
in l.iubemus.C.eo.titu.& ſequitur domi.Petr.& Imo.in d.c.2. vbi
referunt, quod quidam poſitus in extremo mortis perdide-
rat linguam, tamen habebat bonum intellectum. qui fuit in-
terrogatus,quod ſi volebat inſtituere pauperes Chriſti porri-
geret vni manum, & ſtringeret & ille ita fecit, quod valeat ta-
le teſtamentum,quia Deus reſpicit ad cor.14 q.5.c. ſi cor inue-
niſti,& per talem modum vel ſimilem poteſt probari conſen-
ſus per nutum.vt per gl. in d l.item quia. & hanc partem ſequi-
tur Imol.in d.c.cum tibi.ex quibus patet, quod maius eſt priui-
legium piæ cauſæ quam filiorum, nam inter liberos non va-
let teſtamentum nutu factum, vt per Bart. & Angel.in d.l.iu-
bemus.de quo inf.† Quinto prohibetur teſtari cæcus vtroque 38
lumine,ſiue à natura ſiue ex accidenti, niſi ſeruetur ſolemni-
tas l.hac conſultiſſima.C.qui teſt.e.fa.poſ.& de eius forma vide per
Spec.in tit.de inſtru.editione.§. vt autem.verſ. illud quoque. & con-
clude quod primo requiritur quod teſtes ſint vocati vna cum
tabellione.ſecundo quod exprimatur nomen hæredis, ita cla-
rè. quod error eſſe non poſſit. Tertio quod palam exprimat
volũtatem ſuam coram teſtibus.& Tabellione,tam circa hæ-
redes, quam circa legata. Quarto quod declaret ſe nuncupa-
tiuè & ſine ſcriptis teſtari. licet in eius teſtamento requiratur
ſcriptura, & eſt vnus de caſibus in quib. ſcriptura requiritur,
de quibus per gloſſ ordinariam in c.1.infra de cenſibus. Quinto
quod teſtes & tabellio ſe ſubſcribant vno & eodem tempore
& loco. Sexto quod ſigilla eorum ponantur. Septimo quod
ſi in loco illo haberi non poſſet tabellio,adhibeatur eius loco
octauus teſtis literarum præditus, qui ſe ſubſcribat. Octauo
quod d.ſcriptura deponatur penes notarium vel vnum ex te-
ſtibus.Sed † quæritur primo, an idem debet obſeruari in co- 39
dicillis? & dic quod ſic, etiam quo ad numerum teſtium, &
tenet Bal.in d.l.hac conſultiſſima.licet gloſ. ibi aliud velit & non
bene, ſecus autem in donatione cauſa mortis, in qua non re-
quiritur maior ſolemnitas quam requiratur, alias de iure cõ-
muni,ſecundum Bal.ibi. † Secundo quæritur an valeret ſta- 40
tutum in contrariũ Bart in d.l.ſi quæramus, quod ſic: intellige
quando ſtatutum expreſſe loqueretur de cæco, alias autem ſi
generaliter diſponeret, puta quod quodlibet teſtamentũ va-
leat coram quinque teſtibus,tunc in dubio nunquam intelli-
geretur de teſtamento cæci, vt ſic dictum ſtatutum interpre-
tetur,& diſtinguatur per ius cõmune,vt in l.ſerui veſtri.C.de no-
xalibus,& in c.cum dilecti.ſup.de conſue.& ita dixit ſingu. Bal.in d.
l.ſi quæramus.& ſequitur Imo.ibi,& in d c 2. Tertio quæritur,an
† requirantur dictæ ſolemnitates in teſtamento ad pias cau- 41
ſas.& videtur quod ſic,quia text.Inſtitu.quibus non eſt permiſſum
facere teſta. in §.cæcus. dicit quod cæcus non poteſt alio modo
teſtari,ſed Bald.in d.l.hac conſultiſſima, tenet quod cæcus poſſit
teſtari inter filios cũ duobus teſtibus,per l hac conſultiſſima.§.ex
imperfecto.C.eo.cum ſit prouiſio ſpecialis. Tertio ſequitur quod
poterit eodẽ modo teſtari ad pias cauſas, cum fauor † filiorũ. 42
& piæ cauſæ æquiparentur, ſecundũ gl.in c.cum omne & Inno.
in c.relatum.ſup.eo.† Sexto prohibetur teſtari dubius de ſtatu 43
ſuo.ſc.an ſit in ſtatu quo teſtari poſſit,puta an ſit ſeruus vel li-
ber,an ſit filius fa. vel non, an ſit profeſſus vel non, &c. & ha-
betur in l.de ſtatu.ff.eo.tit. Sed an talis poſſit teſtari ad pias cau-
ſas.Bart.in d.l.1. tenet quod ſic,ſed Bal.ibi contra: non obſtat.

l.ex militari.ff.de teſtam.mili. quia ibi non dubitabat in eo quod
erat cauſa priuilegij imo ſciebat ſe militem, ſed dubitabat in
accidentalibus puta an eſſet filiusfam. an non, merito poteſt
teſtari, quia vtroque caſu poſſet, ſecus autē ſi dubitaret in ſub-
ſtantialibus vt tenet Bal. *in d.l.ex militari.* referens Per. & Cyn.
idem tenere, & ſic in foro iudiciali non valeret teſtamentum
ad pias cauſas, ſed in foro conſcientiæ Bald. *in d.l.1.* dicit ſe du-
bitare per *c.ſi.ſup.de ſucceſ.ab inteſt.a.* dicit tamen quod ex quo a-
gitur de anima tutior pars eſt eligenda. 13. *diſt.c.nerui.& in c.iu-
uenis.ſup.de ſpon.* & ſumma eſt ratio quæ pro religione facit, vt
in l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fu. Imol. tamen. *in d.c.2.19.col.*
videtur tenere, quod etiam in foro iudiciali poſſit teſtari ad
pias cauſas, cum tale impedimentum ſit inductum de iure ci-
uili, vnde non habet neceſſitate ad pias cauſas, per nota. *in d.c.
cum eſſes.& in c.relatum.* Septimo prohibetur † teſtari obſes nō
ex priuilegio principis, vt *in l.obſides.ff.eo.* & per Spe. *in d.§.com-
pendioſè.ver.12.* intellige de obſide dato pro treuga vel pace fir-
māda à populo Romano, & ſic obſide Imperij. vel Papæ vel
econtra de obſidibus datis Imperatori vel Papæ, obſes enim
datus pro debito ciuili indiſtinctè poteſt teſtari, quia eſt liber
ſecundū Inn. *in c.ex reſcripto.ſup.de iureiur.* & ita de obſide dato
ex vna ciuitate ad aliam ſecundum Dyn. & Barto. *in d.l.obſides.*
etiam ſi bellum eſſet iuſtum, quia licet quandoque ciuitatib.
permittatur indicere bellum, vt per Barto. *in l.hoſtes.ff.de capti.*
& plenè per Inno. *in c.olim cauſam ſupra de reſtit.ſpolia.* tamen nō
poteſt fieri quod capti in bello, vel obſides ſint ſerui capien-
tium, ſecundum Inno. *in c.ſicut.ſupra de iureiur.* & ita ſequitur
Barto. *in in d.l.obſides.* & Barto. *in d l.1.in repetitione.* Et an valeat
iſta conſuetudo, quod obſides dentur de vna ciuitate ad aliā
vide per glo. & Bald *in l.2.C.de patribus qui filios diſtra.* Nec poſ-
ſent dicti obſides teſtari, etiam ad pias cauſas iudicantur, eſſe
ſerui & perdunt dominium rerum ſuarum vt per Docto. *in d.l.*
45 *obſides.* Octauo † prohibetur teſtari captus ab hoſtibus, nec
valeret teſtamentum licet poſtea ab hoſtibus redierit, *vt in l.
eius qui.ff.eod.* ratio quia ſeruus efficitur, vt ibi per gloſſ. Secus
tamen eſſet in teſtamento facto ante captiuitatem, quia valet
licet talis apud hoſtes deceſſerit, vt *l.lege Cornelia.ff.eod.* & pro-
cedunt prædicta etiam hodie inter chriſtianos in bello iuſto
à Papa vel Imperatore ſecundum Barto. *in d.l.obſides.* Ideo te-
ſtamentum ciuium ciuitatis rebellis Eccleſiæ vel Imperij non
valet & capti efficiuntur ſerui capientium, vt per Barto. *in d.l.
hoſtes, & in extrauagant.quoniam nuper, ſuper verbo rebellando.cir-
ca intellectum Clemen.paſtoralis.de re iudi.* & per Ioan. And. *in ad-
dit.Spec.in d § compendioſè.in addi. qua incip circa hæc ſi ire debes.* vbi
dixit quod teſtamentum conditum per Regem Henricum fi-
lium Imperatoris Federici qui mandato patris indixit bellum
contra Bononienſes à quibus poſtea captus, in tali captiuitate
condidit teſtamentum, quod tale teſtamentum non valuit.
Ideo ſingulariter dixit quod cautum eſt ipſi ſi ſit pax belli in-
dicti à Papa vel ab Imperatore quod fiat expreſſum capitulum
de firmatione teſtamentorum: dixit tamen notabiliter Bald.
in l ſi quis filio.§.quatenus.ff.de iniuſto.teſtamento, quod tunc recō-
ualeſcunt eorum teſtamenta, quia reſtitutio trahitur ad om-
46 nia, *vt l.1.C.de ſententiam paſſis,* & idem † operatur teſtitutio φ
fictio poſtliminij. *vt d.§.quatenus,* vnde dicit Bal. quod teſta-
menta Peruſinorum facta tempore guerræ, quam habebant
cum Eccleſia reconualeſcunt ſtatim eis reſtitutis ad gratiam,
vide ibi per Imo. idem tenentem, ſecus tamen eſſet ſi bellum
eſſet inter aliquas ciuitates etiam nō recognoſcentes ſuperio-
47 rem, quia tunc capti non efficerentur † ſerui capientium, vel
inteſtabiles, vt per Barto. *in d.l.hoſtes,* nec etiam poſſent prædi-
dicti eo caſu quo prohibentur, teſtari ad pias cauſas, vt infra
patebit & facit quod *ſup.* proximè eſt dictum.

¶ Nono prohibetur † teſtari deportatus & damnatus in me-
tallum, vt *in l.eius qui.§.fi.ff.eod.tit.* damnatus enim in metallum
perdit libertatem & bona, vt ibi. ſed deportatus nō perdit li-
bertatem, *vt in l.deportati.ff.de leg 3.* perdit tamen omnia bona,
quæ habet tempore ſententiæ, vt eſt tex. & gloſ. *in l.nam ad ea.
ff de condi.& demonſt.* ſed ex poſt facto, bene poſſunt quærere
ex contractibus iuris gentium, vt *in l.ſi tibi mandauero.§.is. cuius.
ff.mand* & poſſidere dum viuit, vt ibi. eo tamen moriente non
poſſet de illis teſtari, nec habet hæredem, etiam ab inteſtato,
ſed fiſcus occupabit, vt eſt tex. notabilis *in l.2.C.de bonis proſcrip.*
intellige fiſco acceptante, alias ſuccedente ab inteſtato habe-
tent bona, ſecundū gloſ. notabilem *in l.ea.ff.de reg.iur.* ¶ Sed an
tales poterunt teſtari ad pias cauſas. Bat. & Bal. *in d.l.1.in repeti.*
tenēt quod non, vt ibi plene per eos. ¶ Decimo † prohibetur
teſtari dānatus ad mortē, & rumpitur teſtamentum prius fa- 49
ctum, *vt in d.l.eius qui.§.fi.& in l.ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniuſto
irri.teſtamento.* Ratio, quia etiam ante executionē ſententiæ,
talis efficitur ſeruus pœnæ, *vt in d.§.irritū.& in l.qui vltimo.ff.de
pœnis.* adeo quod facta executione dicitur bis mori, primo ex
ore ipſius iudicis ſententiantis, ſecundo ex ſeparatione ani-
mæ, vt dixit Bal. *in l.ſi is qui C.ſi penden.appella.* & procedunt præ-
dicta etiam ſi damnatus aufugerit, ſeu euaſerit, vel eximatur
per vim de manibus familiæ, vel de carcere, Nam ſtatim lata
ſentētia fiunt ſerui pœnæ, & inteſtabiles, quocunq; loco va-
dant, ſecundum Bart. *in d.l.qui vltimo, & in l.1.C.de ſumma Trinit.
circa fin.* & idem Bald *in d l.1.C.de ſacroſan.Eccleſ.in repetitione* ad-
ducens ad hoc text. no. *in l.mulier in opus ſalinarum.ff.de captiuis.*
† Quod limita primo vbi hoc fieret principis auctoritate, *vt 50
in l relegati.ff.de pœn.* ¶ Secundo limita niſi talis euadat eo caſu
quo ſententia egeret confirmatione, & nondum eſſet confir-
mata. vt eſt text. *in d.l.ſi quis filia.§.eius.* ¶ Tertio limita niſi talis
euadat eo quia ille ad quem ſpectat executio ſententiæ, vo-
luerit eam exequi, *vt in l.fina.ff.de leg.* ¶ Quarto limita niſi per
ſententiam fuerit poſita pœna, quæ de iure imponi non debe-
bat, quia tunc ante executionem talis damnatus non reddi-
tur inteſtabilis, *vt in l.ſi quis filio.§.quod ſi quis, ſecundum Angel in
d.l.eius qui,* dicentem ex hoc quod occiſus ad furorem populi
non eſſet inteſtabilis, ſecus ſi ſententia eſſet lata in iudicio, li-
cet ad tumultum populi, vt *in l.penult.ff.de ſicarijs,* & idem vi-
detur velle Bart. *in l.1.C.de ſumma Trinit.* quod intelligit Imo.
in l ſi quis poſt.in fin.de teſtamen. niſi iudex tulerit ſententiam
propter impreſſionem populi, quia tunc ſententia non vale-
ret Secus fortè ſi ſolum aggrauaretur pœna contra culpabiles
propter ſedandum tumultum populi ſecundum eum ibi, de
hoc tamen quando pœna eſt impoſita, vel executio facta, ali-
ter quam iure fieri debeter, an reddatur quis inteſtabilis, vide
per Barto. & Imo. *in d.l.ſi quis filio.§.quid ſi quis.* & intellige præ-
dicta de iudice cauſæ competenti, habente iuriſdictionem,
alias ſententia & executio facta eſſet ipſo iure nulla, & non
redderet quem inteſtabilem. ¶ Vnde ſi poteſtas † condemnat 51
clericum & mittit eum ad furcas, non facit eum inteſtabilē,
ſecundum Bald. & Angel *in d.l.eius qui.& in §.quid ſi quis, & ibi*
per Imol. idem tenentem. Idem intelligite, quod ſententia va-
let, & ſe ſit iuridice lata, alias condemnatus ſeruus pœnæ non
efficitur vt *in l.2 ff.de pœnis,* vbi eſt bonus textus quod propriè
non dicitur ſententia niſi illa, quæ tenet, vnde dicebat Bald.
in l.1.C.ne ex delictis defunct.in 6.colum. miſſus ſuſpendi per Ba-
riſellum vel alium officialem, qui de facto facit, talis ſic con-
demnatus, non decedit ſeruus pœnæ. Et idem ſi ſtatutum per-
mittat bannitum occidi impune, quia licet talis occidatur à
ſuo inimico, vel ab alio l. permittente, tamen ille non eſt mi-
niſter legis vt voluit glo. notabilis *in l accuſatus.C.quod met.cau.*
vnde non decedit inteſtabilis. ¶ † Sed quæritur primo, quid ſi 52
à ſententia in cauſa capitali, eſt appellatum. an valeat tunc te-
ſtamētum factum ante ſentētiam, vel etiam poſt appel. pendē-
te, ſi condemnatus interim moriatur. & dic, quod ſic, vt *in l.
qui à latronibus.in fi.ff.eod.& in l ſi quis filio.§.hi qui.autem omnes.ff.
de iniuſt.irri.ruptoq; teſta.* ratio quia interim ſuſpēditur, ſeu ex-
tinguitur iudicatū, *vt in c.venientes.ſupra de iureiur.& in l.1.ff.ad
Turpill.* Sed aduerte, quia procedunt prædicta, quando bona
fuerunt expreſſe publicata in ſententia, quia tunc remanet
quæſtio propter bona etiā poſt mortē. & ſi probetur crimen,
non valet teſta. *in l.3.C.ſi pendente appellatione.& in l.fin.C.ſi reus
vel accuſat.mor.fu.* ſed ſi bona non fuerunt expreſſe publicata
in ſentētia, ſed veniebant publicanda acceſſione in conſequē-
tiam criminis, tunc crimen extinguitur per mortē, etiam quo
ad bona, ſed teſtamentum factum ante ſententiam, vel appel-
latione pendente valebit, *vt d.l.fi.& per gloſ.in d.l.fin.* ſi verò lo-
quimur in delictis, quæ non extinguuntur per mortē, ſed po-
teſt procedi etiā poſt mortē, de quibus per gl. ordina. *in l.ex iu-
diciorū ff.de accuſat.& in §.per contrariū.Inſtit.de hær.quæ ab inteſt.
deſ.vbi eſt glo.ſingu* qualiter poſſit dānari memoria defuncti per
ſententiā. & in iſtis etiam ſi non ſit facta expreſſe publicatio
bonorū in ſentētia, & etiam ſi pēdeat appellatio: tamē ſi poſt
mortem prima ſententia confirmatur, teſtamentum non va-
leret. interim tamen teſtamentum valet, *vt in d.§.per contrariū.*
immo voluit Bart. *in d.§ fin.* quod tunc teſtamentum non irri-
tetur

tetur per ſententiam, quæ ſequitur poſt mortem, quando eſt
tale crimen, de quo damnatur memoria defuncti: ſecus ſi eſ-
ſet aliud crimen, de quo poſſet procedi poſt mortem, tamen
non damnatur memoria defuncti, quia tunc teſtamentum
non irritabitur, licet bona auferantur ab hæredibus, & ſic re-
manebunt tabulæ pupillares, & tutores, & alia: de quo tamen
53 ibi per Angel. & Imo. ¶ Secundò quæritur, an ſit † idem ſi non
eſt appellatum, tamen moritur condemnatus, & infra tempo-
ra appellandi. gloſ. ſingul. *in d. l. ex iudiciorum. dix.* quod ſic, quia
paria ſunt eſſe appellatum, & eſſe infra tempora appellandi,
prout etiam voluit gloſſ. *in l. 1. ff. nil nouari appell. pend. & eſt text.
in cap. non ſolum. de appel. in 6.* & ita tranſit Angel. *in d. §. fin.* quod
procedit quantum ad executionem facti: ſecus quo ad execu-
tionem iuris, puta quo ad infamiam vel ſeruitutem, quę re-
ſultat ex ſententia, quia tunc etiam pendente dicto tempore,
& ſtatim ſententia habuit effectum, *vt d. l. qui vltimo. & in l. fur-
ti. ff. de infamib.* Idem ergo ſit quo ad validitatem teſtamenti,
quia ſi in ſententia eſt ipſa publicatio bonorum, oportet quod
hæres appellet, aliàs ſententia tranſiret in rem iudicatam, &
quo ad bona, & per conſequens irritabitur teſtamentum. vt
ſupra. & ita tenet Bartol. *in dicta l. ex iudiciorum* & Bald. *in d. §. fi.*
ſed Imol. ibi vult, quod omni caſu ſiue ſit facta publicatio bo-
norum, ſiue non moriens ante appellationem, decedat inte-
ſtabilis. quia cum eſt lata ſententia, efficitur ſeruus pœnæ: *vt
in d. l. vltima* ſequitur ergo, quod talis decedat inteſtabilis,
quia ſtatim lata ſententia teſtamentum fuit irritum, ergo talis
non poteſt habere hæredem. & ſic fruſtra tractatur, an poſſit
habere hæredem. cum deceſſit in tali ſtatu, quod non habuit,
nec habere potuit hæredem, nec bona. *vt in l. 2. C. de bo. proſ.* ſe-
54 cundum Imolam. ¶ Cogita † tamen, quia cum in cauſis capi-
talibus quilibet etiam extraneus admittatur ad appellandum
pro condemnato, *vt in l. nō tantum. ff. de app.* ſequitur, quod poſt
mortem, ſiue hæredes, ſiue alij appellent, ſententia ſuſpenda-
tur per appellationem, ita quòd teſtamentum interim valeat,
vt etiam *in d. §. fi.* vide plenius tamen per Doctores, *in d. l. ex iu-
diciorum. & in l. defuncto. ff. de publ. iudic.* & per Imol. *in dicto cap. 2.*
55 vbi ſequitur opin. Bartol. ¶ Tertiò quæritur, quid † de carce-
rato & accuſato pro crimine capitali, an valeat eius teſtamen-
tum, ſi ibi pendente proceſſu moriatur ante ſententiam? dic,
quod ſic, *vt in l. ſi quis poſt. ff. eo. tit.* crimina morte extinguntur
quo ad omnes effectus, nec poteſt vlterius procedi ad ſenten-
tiam, *vt in l. 2. C. ſi reus vel accuſator mor. fu.* ſi tamen hæredes de-
functi pro purganda infamia ipſius defuncti vellent quod
procedatur ad ſententiam, hoc fieri poteſt & debet, vt eſt ca-
ſus vnicus in iure *in l. filio. §. Seia ff. de adim. leg.* Bart. *in d. l. ex iudi-
ciorum. ff. de accuſat.* ſecundum Bald. *in dicta l. 1. C. ex delictis de-
funct. 3. colum.* & procedunt prædicta, etiam ſi teſtamentum ta-
lis morientis ante ſententiam fieret in ipſo carcere, ſecundum
Bald *in d. l. ſi quis poſt* Et an tunc poſſit teſtari in vtilitatem eius,
qui eum detinet, vel facit detinere in carcerem, vide per Bart.
& Doctores. *in d. l. qui à latronibus. in princip. & in l. qui in carce-
rem. ff. quod met. cauſa.* Non obſtat prædicta, *l. de ſtatu. ff. eo.* quaſi
exiſtens in carcere pro crimine capitali pendente proceſſu,
dicatur dubius de ſtatu ſuo: & ſic videbatur, quod dubitans
de futura condemnatione mortis non poſſet teſtari. Nam
dicta l. de ſtatu, procedit quando quis dubitat de ſtatu ſuo præ-
ſenti, ſecus ſi dubitāt de ſtatu futuro, ſicut eſt in iſto caſu, quia
talis dubietas non impedit teſtamentum, vt eſt text. & ibi Bal.
*in dicta l. ſi quis filio. §. hi autem omnes. ff. de iniuſto irri rupto q;
teſtament.* & ſatis probatur, *in dicta l. ſi quis poſt.* Quartò quæri-
56 tur, an † condemnato ad mortem poſſit reſeruari ius in ſen-
tentia faciendi teſtamentum Bartol. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle.*
tenet quod ſic argum. *l. ex militari ff. de mil. teſt.* ſed Bald *in d. l. 1.
in repetitione,* tenet contrarium per plures rationes, & maximè
cum hoc ſit ſpecialiter inductum in priuilegium ipſius mili-
tis: ſequitur, quod in contrarium ſit ius commune, *vt l. 1. ff. ad
municip. & l. ius ſingulare. ff. de legibus.* facit etiam pro hac parte
text. *in l. non poteſt. ff. de iure.* & ita ſequitur Angel. & Imol. *in d.*
57 *§. irritum.* Quintò † quæritur quid de condemnato pro deli-
cto ad mutilationem membri, an ſit inteſtabilis ſicut damna-
tus ad mortem: & videbatur quod ſic, cum pœna mutilatio-
nis membri dicatur eſſe capitalis, & æquiparetur morti, vt
voluit gloſſ. not. *in l. 2. C. de inoffic. eius, qui vicem alterius. gerit.*
Ideo eſt, quod ſicut per mortem efficitur quis irregularis, ita
& per mutilationem membri, *vt in Clemen. 1. de homic. & in cap. in
Archiepiſcopatu, de rapto.* Sed Bartol. *in l. qui manus. ff. eodem,*
tenet contrarium niſi ſit talis ſententia, quæ eum infamaret
tali infamia, quæ redderet eum inteſtabilem, & ſic quando
eſſet lata pro tali crimine, ex quo auferatur factio teſtamenti,
vt in l. is cui. ff. eod. titu. & ita ſeq. Spec. *in tit. de inſtrum. edi. §. com-
pendioſe. ver. quid de exoculatis* & Imol. *in d. l. qui manus.* ſed Bald.
& Angel. ibi tenent, quod ſola infamia non reddat quem in-
teſtabilem, vt patet. *in l. eius qui. in fin. ff. eod.* item nec ſolum de-
lictum, vt patet, *in d. l. ſi quis poſt.* ſed ſola ſententia facit quem
inteſtabilem, *vt in d. l. qui vltimo, & in d. §. irritum.* vnde poſito
quod pro crimine capitali ex ſententia imponatur pœna non
capitalis, quia ſola ſententia hoc operatur, & non ipſum deli-
ctum, vt ſupra: quia tunc ſententia reddit quem inteſtabilem,
quando eſt talis, quæ vitam adimat, vt eſt text. notab. *in d. §. ir-
ritum. & facit l. 1. ff. de bonis damn.* facit etiam, quia damnatus ad
mutilationem membri non perdit ciuitatem nec libertatem,
vt in c. 1. §. ſi quis hanc. in tit. de pace ten. in vſib. feu. & quia cauſa mu-
tilationis mēbri non eſt propriè capitalis, vt per Bart. & Doct.
in l. 2. ff. de publ. iud. immo tenuit Bald. *in d. l. 1. in d. l. 1. qui manus* &
ita ſequitur ibi Imola, quod ſi condemnato ad mutilationem
membri ſtatim poſt hoc caſualiter ſequitur mors, non propte-
rea talis eſt inteſtabilis, ex quo illud non ex ordinatione ſen-
tentiæ procedit, argum. text. not. *in l. qui cum maior. §. ſi tamen.
ff. de bon. lib.* pro quo etiam facit, quia ſi condemnatus ad mor-
tem caſualiter euadat, remanet inteſtabilis: ita etiam econtra,
condemnatus ad mutilationem membri ſi caſualiter mors ſe-
quitur non debet propter hoc effici inteſtabilis, cum contra-
riorum eadem ſit diſciplina. 32. *diſtinct. cap. hoſpitiolum. & in l. 1.
ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Sextò quæritur quid de dam-
nato † ad mortem ex forma ſtatuti: & conclude, quòd ſi ſen- 58
tentia eſt lata in præſentem, quòd idem eſt, quod in condem-
nato de iure communi, quia ex quo eſt damnatus vltimo ſup-
plicio efficitur inteſtabilis, *vt in d. §. irritum.* vnde ſiue moria-
tur, ſiue caſualiter euadat, idem eſt dicendum, prout ſupra eſt
dictum. Et voluit Ioan. And. *in cap. 2. de vſur.* idem eſſe ſi dam-
natus ex forma ſtatuti in certa quantitate. quam niſi ſoluat in-
fra decem dies, debet poſtea decapitari. quia ex quo ſententia
lata eſt in præſentem, ſi propter non ſolutionem factam po-
ſtea infra terminum talis decapitetur, non valebit eius teſta-
mentum. † Sed dubitatio eſt de his, qui condemnantur ad 59
mortem in abſentia, ſicut ſunt banniti noſtri temporis, & in
hoc ſunt plura aduertenda: vnde aduerte primò, quòd ali-
quando quis condemnatur in ære, & in perſona: & ſic publi-
cantur bona expreſſe, tunc Bart. *in d. l. eius qui.* concludit quòd
talis perdat ſolum iura propriæ ciuitatis, à qua eſt bannitus,
ſed non perdit iura ciuilia communia, & ideo poterit teſtari
ſecundum ius commune, & quærere ſibi bona, & in illis ha-
bere hæredes: & ita etiam diſputando tenuit Bart. *in diſputa-
tione ſua. quæ incipit, Lucanæ ciuitatis. & in l. amiſſione. §. quid. ſi iuſt.
ff. de capit. diminut. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. de Trebellian. & in l.
prima. C. hæredit. inſtitut* & idem ſequitur Bald. *in d. l. eius qui.*
per plures rationes, & primo, quia bannum non eſt ſententia
diffinitiua, quæ non poteſt ferri in abſentem, *vt in l. abſentem.
ff. de pœnis.* ſed eſt interlocutoria, *vt in authent. item nulla commu-
nitas. C. de epiſcop. & cleric. & in l. 1. de requi. reis.* quæ interlocuto-
ria non infamat, *vt in l. quid ergo. §. quantum. ff. de his, qui not. in-
fam.* & per gloſſ. *in l. 1. C. de modo mulctarum*: ergo multo minus
tollit teſtamenti factionem de iure communi. So. quia talis
ſententia in abſentem eſt conditionalis ſi in fortia ciuitatis
peruenerit, *vt in Clement. paſtoralis, de re iudic.* vnde ante manus
iniectionem eſt liber, *vt in l. Titius. ff. de ſeruis expor.* & quia
ſententia conditionalis non habet effectum niſi adueniente
conditione, *vt in dicta l. 1. §. biduum. ff. quando appel. ſit.* Tertiò
quia ſtatutum † non poteſt producere effectum extra terri- 60
torium, quando ſententia fertur contra formam iuris com-
munis, ſicut eſt ſententia banni: ſecus ſi ſecundum formam
iuris communis, & ita procedit gloſſ. *in l. ex ea. ff. de poſtulat.* &
facit quod not. *in cap. 2. §. ſtatuto. ſup. de conſtitut. eodem lib.* & per
Doctor. *in l. 1. C. de ſumma Trinitat.* & ſic tale bannum non ope-
ratur effectum, nec afficit perſonam niſi in territorio, vnde
eſt bannitus, cum iuriſdictio coarctata ad certum locum non
extendit ſe vltra, *vt l. 1. ff. de officio. proconſul.* & quia iuriſdi-
ctio cohæreret territorio, *vt l. fin. C. vbi & apud quos.* ergo ex-
tra territorium non extenditur, *vt in l. fin. ff. de iuriſdict. omn.
iudic.* & ſic non trahitur extra territorium illius ciuitatis. hanc

partem ſequitur Bald. *in dicta authent. item nulla. & in l.1. poſt medium. C. de hæredi. inſtituen. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthum.* & idem Angel. *in d. l. 1. & in dicto §. ex facto.* & Imol. *ibi, & in d. l. eius qui.* & procedunt prædicta etiam ſi ſtatutum expreſsè diſponeret quod contumax habeatur pro confeſſo & ſententia habeatur pro diffinitiua, ac ſi eſſet lata in præſentem, quia eodem modo talis ſententia non infamat, nec libertatem tollit, nec poteſt talis fictio inducta à ſtatuto tollere teſtamenti factionem extra territorium, & ita notabi-
61 liter determinat Bald. *in l.1. C. de hæred. inſtitut. in fin.* † Secundo aduerte, nam tales banniti ſicut perdunt iura & priuilegia ſpecialia ciuitatis vnde ſunt banniti, ita etiam perdunt iura communia, & canon. & in eodem loco, de quo per Doctor. vt ſupra, & plenè per Imolam, *in dicto §. ex facto.* & per Salic. *in d. l. 1.* ¶ Tertiò aduerte quid ſi in ſententia banni, in qua pars eſt condemnata ad mortem non ſunt expreſsè publicata bona? dic quicquid dixerit gloſſ. *Inſtit. qui mod. ius patron. po. ſol. in §. relegati:* vel quo ad teſtamenti factionem, idem eſt dicendum, quod ſupradictum eſt, quia talis perdit iura & priuilegium propriæ ciuitatis, non autem iura communia, & ſic valebit teſtamentum factum ſecundum ius commune, etiam de bonis exiſtentibus in territorio ciuitatis, vnde eſt bannitus, ſecundùm Bald. *in l. fin. C. ſi à non compet. iudic.* quia licet damnatus ad mortem ſecundum ius commune, intelligatur tacitè perdere bona, etiam ſi in ſententia hoc non ſit expreſſum, *vt in l. 3. C. ſi pendente appellat.* tamen ſecus eſt ſi in ſententia banni lata etiam ex crimine capitali, quia ex quo ſtatutum omittit de bonis, non debet in hoc ſuppleri ſecundùm Bald. *in dicto §. & quid ſi tantum. & in d. l. 1. in penult. colum.* vbi notabiliter dixit quòd ſententia banni non eſt ſtricti iuris, & quicquid in ea non inuenitur expreſſum, intelligitur omnino dimiſſum, & idem voluit, *in d. l. 2. in fin. C. qui teſtament. fac. poſſ.* dicens quòd hoc caſu ſucceditur tali bannito per filios & conſanguineos, ſeu per alios hæredes, quod tamen, an indiſtinctè procedat, & ſic an ſententia banni tranſeat ad hæredes, quo ad bona exiſtentia intra territorium vide pleniſſimè per Baldum, *in l. 1. C. ex delict. defun. in quarta colum. & in l. qui à latronibus. in fin. ff. de teſtament.* & ibi plenè per Imol. & per Bartol. *in l. ex iudiciorum ff. de accuſat.*

92 ¶ Septimò † quæritur, quid ſi poſtea talis bannitus capiatur, & fiat executio ad mortem. Bald. *in d. l. eius qui. §. fin.* tenet quòd eius teſtamentum ſit irritum in quocunque loco ſit factum, & quomodocunque per text. *in d. § fina.* & per notata per gloſſ. *in l. 1. §. exigit. ff. de bono. poſſeſ. ſecun. tab.* & idem tenuit Bald. *in l. 1. C. de hæred. inſtit. in vltima colum. in princip. & in d. l. 3.* & idem Angel. *in d. l. ſi quis filio. in §. irritum.* ſed idem Bald. *in d. l. 1. C. ex delict. defunct. in 7. colum.* tenuit contrarium, quia ex quo bannum eſt ſententia interlocutoria, vt ſupra non poteſt
63 quis per tale bannum perdere teſtamenti factionem, quia † per interlocutoriam non poteſt quis effici inteſtabilis, vt eſt text. *in d. l. ſi quis §. eius.* & ſic interlocutoria non mutat ſtatum, vnde tale non decedit ſeruus pœnæ, cum iſte effectus dependeat à ſententia diffinitiua, *vt in dicta l. abſentem. & in d. l. 2. ff. de pœnis.* non autem ex interlocutoria, quæ fertur in abſentem ex contumacia. & idem ſentit Bald. *in dicto §. eius.* & ita tranſit Imol. *in dicto §. irritum.* & idem Bald. *in l. fina. in fi. C. ſi à non competenti iudic.* intellige prædicta vera niſi etiam ſtatutum certè diſponat, quod in abſentem poſſit ferri ſententia diffinitiua, quia tunc ſi poſtea capiatur & fiat executio decederet inteſtabilis, ex quo videtur damnatus diſtinctinè: ſed certè idem Bald. *in l. 1. C. de hæredi. inſtitutio.* voluit quòd ſtatutum non poſſit facere, quod abſens ex contumacia poſſit diffinitè damnari, vt reſultet talis effectus, quòd efficiatur quis inteſtabilis, vt ibi per eum, *& ſupra dictum eſt*, quia Imol. *in dicta l. ſi eius qui. §. fina.* per plures rationes concludit quòd ſi bannitus eſt captus, & virtute illius banni fiat executio ad mortem, quòd talis non decedit inteſtabilis, ſed poſtquam eſt captus confiteatur crimen de nouo, tunc quia in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando, *vt in l. 1. ff. C. de confeſſ.* poſſet talis diffinitiuè damnari abſque alio ordine iudiciario, vt voluit notabiliter Innocent. *in cap. qualiter. 2. ſupra de accuſ.* & Bartol. *in l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reorum*, & tunc talis etiam de iure communi efficitur inteſtabilis, ex quo eſt damnatus diffinitè in præſentia ſecundùm Imol. ibi, & ita in effectu voluit Bald. *in l. qui à latronibus. §. fina. poſt principium. ff. eod.* & iſta eſt cautela, qua hodie iudices vtuntur, vt ſic bannitus ex poſt facto de nouo confiteatur delictum, ac etiam confiteatur, quòd ſit ille idem, de quo in ſententia banni continetur, ſecundum Bart. *in l. diuus. ff. de cuſtod. reorum. & l. demon. falſa. ff. de condit. & demonſt.*

¶ † Sed aduerte, quia Imol. *in cap. 2. ſupra eodem, in 15. colum.* 64
dicit prædicta vera eſſe de iure communi, ſed ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta locorum videtur quòd damnatus ad mortem, ſi bona non publicantur, non prohibeatur habere hæredem, & in conſequentia videtur quòd fiat ſeruus pœnæ, & ideo quotidie obſeruatur, quòd in carceribus faciunt teſtamenta, quæ ſeruantur, nec reſcinduntur, ſed hæc procedunt ex vi ſtatuti vel conſuetudinis, quia de iure communi eſſet ſecus ſecundùm Imol. ibi, ſed certè nec ſtatutum, nec conſuetudo poſſet introducere, quòd damnatus ad mortem diffinitiuè & iuris ordine ſeruato, non perdat libertatem, & ſic fiat ſeruus pœnæ per nota. *in l. 1. §. de qua. ff. de poſtulando*, & per Bartolum, *in l. ſi quæramus. ff. eodem titu.* & per Doctor. *in c. cum te. ſupra de re iudic.* cum etiam tale ius teſtandi non poſſit expreſsè reſeruari in ſententia, vt ſupra dictum eſt, & hanc partem ſequitur Imo. *in dicta l. eius qui. § fin. in fin.* vbi tamen intelligit prædicta, niſi ſtatuta eſſent confirmata per Papam vel Imperatorem, remittit ad notata per eum, *in l. infamem. ff. de public. iudic.*

¶ † Octauo quæritur an damnati ad mortem ſiue de iure 65
communi, ſiue ex forma ſtatutorum poſſint teſtari ad pias cauſas eo caſu, quo aliàs ſunt prohibiti? & dic quod non, vt notabiliter voluit Ioan. And. *in cap. quamquàm. infra de vſu.* vbi referendo Archidiac. pro & contra dicit ita fuiſſe diſputatum, & concluſum: & idem ſequitur Bartol. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. in repet.* & Bald. *ibi & in l. eius qui. §. 1. ff. de teſtamentis.* & Imo. *in d. c. 2. in 16. colum. & in l. ſi quæramus. in fin. ff. de teſtamen. & in d. l. 3. & in rubrica ſupra de teſta. circa finem*, dixit tamen Ioan. And. *in dicto cap. quamquam.* prædicta procedere niſi relicta in tali teſtamento eſſent obligata reſtitutioni, puta quia eſſent relicta pro male ablatis illis quibus debebantur in certis relictis pauperibus, quia talia debentur non tam iure legati quam primæuæ obligationis, & ſic deducitur vt æs alienum & transferantur talia bona cum onere ſuo, *vt in cap. ex litteris. ſupra de pigno.* ſecundum Ioan. Andr. ibi, & idem ſequitur Bald. *in dicta l. fin. C. ſi à non competen. iudic. in fin.* dicens, quia talis vltima voluntas non valebit vt teſtamentum ſed vt quædam diſpoſitio quæ iudicis officio exequi debeat, argumen. *l. illicitas. in princip. ff. de offic. præſid. & in l. ſi quis ſepulchrum, in princip. ff. de relig. & ſumpt. fu. no. in cap. fin. ſupra de ſepulturis.* vnde dicit Bald. ibi quòd licet tales non poſſint teſtari poterunt tamen contrahere & inter viuos ordinare de bonis eorum, argumen. *l. ſi deportati. ff. de legat. 3.*

¶ Tu aduerte primò, an tales poſſint contrahere, dependet ex his quæ habentur, *in l. poſt contractum. ff. de donatio.* & ibi per Doct. Secundo aduerte, quia deberet de dictis malè ablatis & incertis conſtare aliter quàm per confeſſionem illius, arg. eius quod aliàs dicitur per gloſſ. *in l. ſi donatione. C. de collationib.* vnde ſi de eis conſtaret aliter quàm per confeſſionem factam in teſtamento tunc eſſet potius legatum quàm es alienum, *vt l. Lucius. §. quiſquis ff de leg. 2.* quod maximè procederet quando talis confeſſio fieret poſt delictum commiſſum, quia videretur fieri in fraudem ſecundum nota, *in dicta l. poſt contractum*, & ſi diceremus contrarium ſequeretur, quod ſemper reus cuius bona per ſententiam venirent publicanda vel alijs applicanda confiteretur ſe debere primo in certis & male ablatis totam ſuam ſubſtantiam, & ſic potius ad pauperes quàm ad eos quibus iura deferunt transferantur, facit *l. ſi quis poſt. C. de bonis damnatorum*, & ita ſequitur Pet. de Ancharan. *in dicto cap. quamquam. in 8. colum.* & ſatis eſt de mente Ioann. Andr. ibi, dum dicit iure primæuæ obligatus. & ſic præſupponit quòd de obligatione conſtat aliter quàm per confeſſionem. † Vndeci- 66
mo prohibetur teſtari damnatus ob carmen famoſum, puta, quia conficit libellum famoſum, & ob iniuriam alterius ſit damnatus, nam eſt infamis & inteſtabilis, *vt in l. is cui. §. ſi quis ob carmen. ff. eo, & 5. q. 1. per totum*, vbi habetis quod dicatur carmen famoſum, *& in l. lex Cornelia. §. ſi quis. ff. de iniurijs.* Alij autem infames ex alijs delictis, qui non perdunt libertatem vel ciuitatem ſine dubio poſſunt facere teſtamentum, vt probatur, *in l. eius qui, in fin. ff. eodem*, vbi dicitur, quod relegatus poteſt facere

facere teſtamentum, & tamen eſt infamis, *vt in l. congregatio-
nem. §. minuitur. ff. de varijs & extraordina. cognitio.* ad idem eſt
text. *in l. prima. C. de ſecun. nupt.* & ita ſequitur Doctor. *in dicto §.
ſi quis ob carmen.* Nec obſt. prædictis quòd infamis repellatur
ab omnibus legitimis actibus, vt *in cap. licet ex quadam. ſupra de
teſtamentis*, quia non in actibus concernentibus priuatam vti-
litatem ſicut eſt teſtamentum, vt ſupra, de quo per Imol. *in d.*
67 *§. ſi quis.* † Sed an talis ſic damnatus poſſit teſtari ad pias cau-
ſas. Bartol. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. in verſi. 6 quæro*, tenet quòd
ſic ſi talis retinet bona vſque ad mortem, quia ex quo poſſet
donare inter viuos ad pias cauſas, eodem modo poteſt relin-
quere ad pias cauſas. ſed aduerte, quia talis eodem modo non
poſſet contrahere ad pias cauſas, quando hoc fieret in frau-
dem ſecundum nota. *in d. l. poſt contractum*, vt ſupra dictum eſt:
nec etiam prædicta diſtinctio an retineat bona vſque ad mor-
té vel non procedere poteſt. quia cum ex tali delicto ſit pœna
capitalis, vt *in l. 1. C. de famoſis libel.* ſequitur quòd damnatus ex
tali crimine tacitè perdat bona ſua. *vt in l. 3. C. ſi pen. appell.* ideo
Bald. *in d. l. 1. in repetit.* tenuit quòd infamis eo caſu quo eſt
prohibitus teſtari intelligatur etiam ad pias cauſas prohibi-
tus, & hoc per plures rationes de quibus ibi per eum, & ma-
ximè ſumpto argum. à pari, quia ex quo talis non poſſit teſtari
inter liberos eodem modo nec ad pias cauſas cum priuile-
gium filiorum & piæ cauſæ æquiparetur ſecundum gloſſ. *in c.
cum eſſes* & Innocent. *in cap. relatum ſupra de teſtamen.* & pro hac
parte facit quod ſupra dictum eſt proxi. de damnato pœna ca-
pitali qui teſtari prohibetur etiam ad pias cauſas.

68 ¶ † Duodecimò prohibetur teſtari damnatus ad perpe-
tuum carcerem, quia talis pœna æquiparatur morti & dicitur
capitalis cum ſubierit in locum damnationis in metallum vel
deportationis, vt dixit ſingulariter Innocent. *in cap. qualiter. 2.
ſupra de accuſat.* & ſequitur Bartol. *in l. 2. ff. de publicat. iudic.* Ideo
dicebat Bald. *in l. 1. C. de his, qui non poſſunt ad libertatem peruenî-
re*, quòd damnatus ad perpetuum carcerem eſt inteſtabilis a-
ctiuè & paſſiuè, & ſic non poteſt facere teſtamentum nec ab a-
lijs poteſt ſibi per teſtamentum relinqui, niſi loco alimento-
rum. argument. *l. legatum. ff. de capitis. diminut.* & ita ſequitur
Imol. *in cap. 2. ſupra eod. in 18. colum.* quod tamen intelligit An-
gel. & poſt eum Imo. *in l. ſi quis mihi bona § ſi ſeruus. ff. de acquiren.
hæredit.* quando de iure potuerit fieri talis damnatio ad per-
petuum carcerem, quia de iure ciuili eſt prohibitum quem
damnari ad perpetuum carcerem, *vt in l. incredibile. C. de pœnis.*
vnde damnati in terris imperij ad perpetuum carcerem ſi ibi
moriantur poterunt condere teſtament. quia non dicuntur
ſerui pœnæ, argument. gloſſ. notabilis, *in d. §. ſi ſeruus*, vbi vo-
luit quòd tunc damnatus ad mortem ſit ſeruus pœnæ quan-
do eſt damnatus ad gladium & cum alio ferro puta cum ſecuri
vel vt proijciatur de feneſtris, vel vt occidatur malleo vel ve-
neno: quia cum tales pœnæ non reperiantur permiſſæ à iure
ſtatutum continens has pœnas vel ſimiles non redderet il-
lum ſeruum pœnæ, & ſic inteſtabilem. facit *l. aut damnatum. ff.
de po.* vbi etiam eſt text. notabilis quòd iudex non poteſt dare
electionem ipſi condemnato ad mortem, & ſic ex his ita ſit di-
cendum in damnato ad perpetuum carcerem eo caſu, quo
potuit damnari, vt ſic non fiat inteſtabilis. dato quòd in ta-
69 li carcere moriatur. Sed aduerte, quia de iure canonico be-
ne eſt permiſſa pœna perpetui carceris, vt eſt text. notabilis.
70 *in capitul. quamuis. infra de pœnis.* ſed dubitatio eſt an. † omnes
indiſtinctè tam laici quàm clerici poſſint in terris eccleſiæ per
iudices eccleſiaſticos condemnari ad perpetuum carcerem:
Ioan. Andr. *in additio. Specu. in rubrica volunt*, quòd pœna per-
petui carceris poſſit ſolum imponi eccleſiaſticis perſonis &
non laicis per textum, *in cap. cum Epiſcopus, de offic. ordin. eod. lib.
& in dicto cap. quamuis*, qui tantum loquitur de clericis. iura
ergo loquentia de perpetuo carcere, loquuntur in clericis &
ſic non ſunt extendenda, *vt in cap. cum expediat. ſupra de electio.
eodem lib.* fallit tamen in crimine hæreſis, *vt in cap. penult. ſupra
de hæreticis*, quia dom. Nicol. *in rubric. ſupra eodem*, dixit, quod
in laicis communis ſententia eſt, quòd damnati ad perpe-
tuum carcerem ſint inteſtabiles, ſed in clericis vario modo
refert fuiſſe concluſum, & conſulentes pro parte affirmati-
71 ua mouentur, quia ius † canonicum non adinuenit perpe-
tuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam, vt latè dici-
tur, *in dicto cap. quamuis. & cap. nouimus. ſupra de verbo. ſignificat.
& in cap. tua. de pœnis.* ergo ſola pœnitentia non poteſt indu-
cere inhabilitatem teſtamenti cum iſti non fiunt ſerui pœnæ,
ex quo loco pœnitentiæ imponitur, ſed iſte dom. Nico. ibi te-
net partem negatiuam, quòd non poſſunt facere teſtamen-
tum, cum negari non poſſit, quin damnatus in perpetuo car-
cere ſit ibi quaſi mortuus: ſed aduerte, quia licet ipſe tenuerit
partem negatiuam, tamen dubium videtur id quod dicit de
laico, ex eo quia non poteſt damnari ad perpetuum carcerem,
vt ſup. non efficeretur inteſtabilis, vt per gloſſ. & Angel. *in dicto
§. ſi ſeruus.* idem dom. Nicol. *in dicto cap. tua.* tenuit indiſtinctè
non faciendo differentiam inter clericum & laicum. quòd ta-
lis poſſit facere teſtamentum, per rationem ſupradictam, &
hanc partem ſequitur Bald. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. in repetit.
eodem.* quia hodie nemo † bene natus ſit ſeruus pœnæ, *vt in* 72
authent. ſed hodie. C. de donatio. inter virum & vxorem, & quia
non probatur iure, quòd pœna perpetui carceris ſuccedat
loco deportationis ſecundùm eum ibi, ſed certè pars negati-
ua, quòd iſti non poſſint facere teſtamentum, videtur verior,
quia licet perpetuus carcer imponatur pro pœnitentia, tamen
dicitur pœna & loco pœnæ imponitur, vt patet, *ex dicto cap.
quamuis. & ibi in prima gloſſ. etiam in dicto cap. cum Epiſcopus. in ver-
bo, carceri*, & ſic efficitur ſeruus pœnæ, ergo inteſtabilis, pro
quo etiam facit, quia talis pœna eſt quædam ſeruitus, *vt in d.
l. incredibile. & in l. Titio centum § Titio centum ita relicta ſunt, vt à
monumento. ff. de condit. & demonſt.* ergo tamquam ſeruus non
poſſit facere teſtamentum, *vt in l. filiusfamilias. ff. de teſtamen.*
Tertiò facit gloſſ. notabilis, *in cap. quia diuerſitatem. ſupra de
conceſ. præben. proben* volens quòd bona clericorum damnato-
rum applicentur fiſco eccleſiæ: ergo tamquam non habens
bona teſtari non poteſt, *vt in authent. ingreſſi. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ.* Nec obſtat quod dicit Bald. *in d. l. 1. per dicta authent. ſed ho-
die*, quia licet non efficiatur ſeruus pœnæ, ex quo debet ſuper-
uiuere, tamen ex quo perdit bona & ciuitatem, teſtamentum
facere non poteſt, ſicut dicitur in deportato *in l. eius qui. ff. eod.*
& ibi per gloſſ. *in fin* & hæc opinio eſt communis, vt ſupra pa-
tet, quam etiam ſequitur Pet. de Ancharan. *in dicto cap. quam-
uis*, quando ſcilicet qualitas delicti, pro quo quis eſt damna-
tus ad perpetuum carcerem, redderet quem inteſtabilem, a-
liàs ſecus argument. *l. ictus fuſtium. ff. de his, qui not. infam.* & ita
videtur tenendum, prout etiam fuit de mente Angel. *in d. §.
ſeruus.* & facit quod notat Specul. *in d. §. compendioſe. verſic. 11. &
verſic quid de bannito.*

¶ † Et ex his infertur, & per rationes de quibus ſupra dictũ 73
eſt in damnatis ad mortem vel in deportatis, quod damnatus
ad perpetuum carcerem non poſſit teſtari ad pias cauſas eo ca-
ſu quo aliàs eſt prohibitum. Decimotertiò prohibetur teſta-
ri reus perduellionis vel criminis læſæ maieſtatis, *vt l. penult. C.
ad l. Iul. maieſt. & 6. quæſt. 1. verum. ver. ſi quis.* & per Specu. *in dicto
§. compendioſè. verſi. 14. & vide in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de
acqui. hære.* Decimoquartò † prohibetur teſtari interficiens ſe- 74
ipſum, *vt l. ſi quis Titio. § eius. ff. de inuſto irrito teſtamento, & in l.
2. C. qui teſta. fa. poſ. & ibi per gloſ. notabilem*, & conclude ſi quæra-
tur an interficiens ſe ipſum poſſit habere hæredem. Nam ali-
quando quis interficit ſe ipſum tædio vitæ vel pudore æris a-
lieni. vel propter impacientiam alicuius doloris, vel propter
deſperationem vel propter cauſam iactantiæ vel propter fu-
rorem, ſeu propter phrænesim, vel quia incautus proijcit ſe in
flumen vel de feneſtris, & in omnibus iſtis valet eius teſta-
mentum, *vt d. l. 2. & d. § eius.* Aliquando quis ſeipſum interficit
metu pœnæ alicuius criminis commiſſi per eum, & tunc ſi e-
rat tale crimen, de quo poterat procedi poſt mortem, vt ha-
betur per gloſſ. *in l. ex iudiciorum ff. de accuſat.* & tunc indiſtinctè
non valet teſtamentum: ſi verò eſt tale crimen quod extin-
guitur morte, aut ex tali crimine veniebant bona confiſcan-
da ſi eſſet ſecuta ſententia, & ſi talis interficit ſe antequam eſ-
ſet accuſatus vel captus pro illo delicto non perdit bona, &
habet hæredem, *vt in l. fi. in princip. ff. de bon. eorum*, ſed ſi inter-
ficit ſe poſtquam fuit captus vel accuſ. de tali delicto non va-
let eius teſtamentum, *vt d. l. 2. & d. § eius. & in d. l. fin.* ¶ Et ratio
differentiæ inter iſtos caſus eſt. quia captus vel accuſatus pro
delicto interficiendo ſe, videtur confiteri ipſum delictum,
& ipſe quaſi iudex ipſius videtur ſe condemnaſſe, *vt d. l. fin.* ſe-
cus in eo, qui dum non erat captus vel accuſatus. ſi vero erat
tale crimen. ex quo non veniebant publicanda bona ſi fuiſſet
ſecuta ſententia, & tunc etiam ſi talis interficiat ſeipſum poſt
quam eſt captus vel accuſatus, tamen valet eius teſtamentum,
vt d.

vt d.l.fin. & ita concludit gloſſ. *in d.l.2.* & Bald.ibi,& Imol.*in d. cap.2.in 17.colum.*

75 ¶ † Sed quæritur primò, an hæres volens probare innocentiam defuncti ſi caſu admittatur, & ea probata valeat teſtamentum? & certè ſic, vt eſt text. *in d.l.2.* & Bald. *ibi, qualiter poſsit probari de innocentia.*& per Bart. *in d.l ſi.*

76 ¶ † Secundò quæritur ſi aliquis interficit ſeipſum,an in dubio præſumatur ſe interfeciſſe ratione delicti commiſſi,an vero ratione furoris,vel deſperationis,vel ſimilis, de quibus ſupra:& dic,quod ſi erat iam accuſatus vel captus ratione alicuius delicti præſumitur ſe occidiſſe ratione alicuius criminis,aliàs verò ſecus, *vt in d.l.fin.in princ.* de quo ibi per Bart. & Bald. & Imol.*in d.§.eiuſ.*

77 ¶ Vltimò quæritur, an valeat teſtamentum ad pias cauſas eius, qui ſeipſum interfecit eo caſu,quo aliàs non valeret.Bar. *in l.1.C.de ſacroſ.eccle.in ver.ſexto quaro.* tenet quod non, ex quo conſtat notoriè eum deceſſiſſe in peccato mortali,pro quo faciunt rationes adductæ ſupra in damnatis ad mortem, qui etiam non poſſunt teſtari ad pias cauſas: immo etiam non valeret electio ſepulturæ facta per illos, qui ſeipſos interficiunt, ſed debent carere ecclaſiaſtica ſepultura, nec eſt pro eis orandum, *vt in c.placuit.23.queſt.5.* quod intelligit ibi gloſſ. niſi ratione furoris hoc fecerint, *arg.c.illa.& c.ſi quis inſaniens.15.quaſt.1.* Et vide per gloſſ. *in c.ex parte.ſupra de ſepul.* ponentem omnes caſus,in quibus debet quis carere eccleſiaſtica ſepultura.

78 ¶ Decimoquintò † prohibentur teſtari infideles, prout ſunt hæretici, pagani, apoſtatæ, & generaliter omnes infideles,vt tenet Spec.*in d.§ compendioſe.ver. 4. & eſt text.in c. excommunicamus.§.credentes.ſupra de hære.& in l.3. C.de apoſtatis.* vbi dicitur, quod actiue & paſſiue non habent teſtamenti factionē, & quo ad hoc idem iuris eſt de paganis,quod de hæreticis, & alijs infidelibus,ſecundum gloſſ.*in c.ſi quis epiſcopus.ſupra de hæretic.& facit.c.in eos.eod.tit.*

79 ¶ † Sed in iudæis aduerte primò, quia cum ipſi teneantur viuere ſecundum iura & leges noſtras,& gaudeant priuilegio ipſarum legum,vt eſt text.notab. *in l. Iudæi.Romano.C.de Iudæis.* ſatis videtur,quod poſſint facere teſtamentum, & debet ſeruari tale teſtamentum, cum Iudæi ſint capaces ſucceſſionum hæreditatis paternæ, vel aliorum conſanguineorum inter ſe, vt probat text. notab. *in cap.Iudæi.2.in ſi.ſupra de Iuda.* vbi idem tenet dom.Pet.&dom.Nicol.Abb.Panorm.immo ſi filius Iudæi baptizatur per conuerſionem ad fidem, non perdit iura ſanguinis,nec agnitionem,ideo talis baptizatus debet æqualiter ſuccedere patri ſuo iudæo cum alijs ſuis fratribus Iudęis & idem in hæreditatibus aliorum conſanguineorum Iudæorū, vt probatur, *in d.c. Iudæi. & facit c. de Iudæis. 26. diſtinct.* poſt medium.nec poſſet pater iudæus exhæredare filium ex hac cauſa, quod ſit factus Chriſtianus,vt probatur per rationem text. *in d.c.iudæi.& facit l. Deo nobis. C.de epiſcop. & cleric.*

80 † Secundò aduerte,quia in hoc differunt Iudæi ab alijs infidelibus:nam iudæus poteſt facere teſtamentum, nec cogitur ſi habet filium Chriſtianum illi ſoli totam ſuam ſubſtantiam relinquere, ſed tantum ſuam portionē, & ab inteſtato ſuccederet filius Chriſtianus patri iudæo, vel alijs conſanguineis pro ſua portione tantum,vt ſupra,ſed alijs infidelibus habentibus filios infideles & Chriſtianos,ſoli Chriſtiani ſuccedunt,& alij non,& ſolis filijs Chriſtianis tantum poſſunt eorum bona relinquere,

81 *vt in l.cognouimus. C. de hære.* An tamen hodie bona † hæreticorum publicentur, ita quod non reſeruetur filijs legitima, *vide in c.vergentis.ſupra de hære.* vbi plenè per Doct.

Tertiò aduerte,quia differentia eſt inter Iudęos,& alios infideles & Chriſtianos: quia infideles poſſunt tam ex contractibus,quàm ex vltimis voluntatibus Chriſtianis bona eorum relinquere, nec perdit factus Chriſtianus iura ſanguinis, & ſucceſſionis in bonis ipſorum infidelium,vt ſupra.

82 Et tamen ſecus eſt econtra,quia † Chriſtianus nihil poteſt relinquere infideli etiam ſi pater Chriſtianus vellet relinque-

83 re bona ſua filio iudæo, nec † infidelis ſuccedit ab inteſtato ipſi Chriſtiano, cum perdat iura ſanguinis & ſucceſſionis vt probatur per textum,iuncta gloſſ. *in d. cap. Iudæi. & in dicto cap. in eos.* vbi eſt text.notabilis, quod quibuſcunque non Catholicis etiam ſi conſanguinei fuerint nil poteſt per Chriſtianos conferri non ſolum ex vltima voluntate ſed etiam nec inter viuos,& ſic nec in morte,nec in vita,inde eſt ibi caſus econtra gloſſ. *in l.1.C.de Iudæis.* volens quòd licèt non poſſit relinqui ex vltima voluntate collegio,ſeu vniuerſitati iudæorum, tamen ſingulariter ipſis iudæis bene poſſit:quod eſt falſum vt ex prędictis patet,& ita voluit gloſſ.*1.c.ſanè quod fertur.24.quaſt.2.* ex nullo ergo titulo lucratiuo poteſt Chriſtianus ipſis infidelibus aliquid conferre quantumcunque filijs vel conſanguineis,contractus tamen ex titulo oneroſo non improbatur inter Chriſtianum & iudæum vt eſt text. notab. *in cap. ex ſpeciali. ſupra de Iudæis.*

¶ Quartò aduerte † an infidelis aliter prohibitus teſtari 84
poſſit facere teſtamentum ad pias cauſas ita quòd relicta gaudeant priuilegio piæ cauſæ.Bartol. *in l.1. C.de ſacroſanct. eccle. in verſic.6.quaro.* tenet quod non dicens generaliter idem eſſe in omnibus,quos notoriè conſtet deceſſiſſe in peccato mortali. argum.*c.qui cum fure.ſupra de furtis.*qui cum ſint extra vnitatem eccleſiæ non poteſt dici relictum pro anima, ideo eccleſia pro talibus non orat vt *in c.placuit.23.quaſt.5. & in cap.pro obeuntibus. 13. queſt.2.* & ibi gloſſ.ſed Bald. *contra in d l.1.in repet.per text. in l.nulli. §.quod ſi teſtator,in verbo barbaræ ſit nationis. C.de epiſcop. & cleric.* nam tales ſunt infideles, & tamen teſtamentum eorum ad pias cauſas gaudet priuilegio, vt ibi, & dato quod reſpectu ipſius relinquentis illa eleemoſina non cedat in pium vſum, cedit tamen quo ad illos quibus confertur. Non obſtat, *d.cap. qui cum fure. & 1.quaſt.1.c.non putanda.* quia ibi de re aliena hic quæritur de propria non autem de re aliena vel furtiua, cum etiam apud infideles ſint licita dominia rerum vt per Innoc.*in c.quod ſuper.ſupra de voto.*

¶ † Sed aduerte quia licet eleemoſinæ poſſint recipi à qui- 85
buſcunque etiam ab excommunicatis, *vt in cap. cum voluntate. ſupra de ſentent. excommun.* & etiam à publicis peccatoribus, cum hoc commune præceptum quo ad omnes,*vt cap. in ſingulis. 86.diſtinct.* tamen ex quo infideles prohibentur teſtari, vt ſupra,videtur quòd nec etiam ad pias cauſas poſſint cum hoc non probetur iure,& ita videtur eſſe de mente Innocent. *in d. cap.cum voluntate.* Non obſtat, *dicta l.nulli.* quia non ſumuntur ibi barbari pro infidelibus ſed pro perſonis ignotis vt tenet ibi gloſſ. de quo infra.

¶ Decimoſextò prohibetur teſtari excommunicatus vt vo- 86
luit gloſſ. *ſingularis, in cap.decernimus. ſupra de ſentent. excommun.* cum æquiparetur deportatis ex genere pœnæ: nam aqua & ignis interdicitur excommunicatis ſecundum gloſſ. *Inſtitut de cap.dimi.in §. minor.* & hanc opin. tenet Hoſtien. & Ioan. Monach.vt refert gloſſ.& Ioan.And. *in d.cap.decernimus.* ſed gloſſ. *in cap. paſtoralis. in fin.ſupra de appella.* æquiparat excommunicatum relegato ex quo retinet dominium rerum ſuarum, & poteſt contrahere vt plenè not. *in cap.veritatis.ſupra de dolo & contum.& in d.cap.cum voluntate.* ſed cum relegatus poſſit teſtari, *vt in l.eius qui.ff.de teſta.* ergo & excommunicatus, cum poſſint † 87
teſtari omnes illi qui retinent ciuitatem, libertatem & bona, vt *in l.1.§.his quibus.ff.de lega.3.* ſicut eſt ipſe excommunicatus, vt ſupra.Item teſtari poſſunt omnes qui non reperiuntur expreſsè prohibiti vt eſt dictum, *ſupra in principio,*& patet *in Inſtitutio. quibus non eſt permiſſ.teſta.circa fin.* ſed excommunicatus non reperitur expreſsè prohibitus à iure,ergo poteſt teſtari, & ita tenuit Innocent. *in dicto cap. cum voluntate.* & Archid. *in cap. pia. ſup.de except.eod.lib.* & quia cum ſit ſpeciale in excommunicato propter hæreſim, quod teſtari non poteſt, *vt in cap.excommunicamus.§.credentes ſupr.de hære.* ergo in contrarium eſt ius commune. *25. diſtinct. qualis. & l. 1. in fin. ff. ad municipales.* & hanc partem tenuit Iacob. de Belui. *in authen.de ſanct.epiſc.§.omnibus.* vbi hanc queſtionem diſputauit referendo argum.pro & contra, quæ etiam plenius refert Ioan. And. *in d.c.decernimus. in nouell.* Et ibi eodem modo determinat pro hac parte etiam ſi talis eſſet publicus ſeu manifeſtus excommunicatus,& idem tenuit Feder. *in ſuo conſil.71. quod incipit, vetus querela. & in conſil. 115.quod incipit factum tale eſt.* & idem ſequitur Bart. & Bald. *in d. l. quaramus. ff.de teſta.* & hæc eſt communis opin.quam etiam ſequitur Bald. *in l.1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. fin. C. ſi non à compet.iudic.& in d.§.In quibus. & in l.1. C.de hære.inſtit.* & Petr.de Anchar an. & Dominicus, *in dicto cap. decernimus.* & D.Nicol. *in rubric.ſupra de teſtamentis.* & Imo.*in cap.2.eodem tit.in 19.colum.* & Rota, *in deciſione 216. qua incipit, Item quòd acceptatio.*

¶ Sed limita prædicta procedere niſi in excommunicato propter hæreſim, *vt in dicto §. credentes*, quia talis teſtari non poteſt. ¶ Secundò limita niſi in excommunicato pro tali crimine, propter quod interdicitur factio teſtamenti, vt propter

propter vſuras, *vt in c.quamquam.infra de vſu.* ſecundum Bald.*in d.c.decernimus.* tertiò limita niſi in anathematizato, ſeu ſolemniter excommunicato propter hæreſim, de quo, *in c. debent.11. quæſt.3.* quia talis teſtari non poteſt, ſecundùm Bald. *in c.ſi is cui. ſupra de offic. deleg.* & ratio eſt, quia talis videtur incidere in ſuſpicionem hæreſis ſecundùm Bald. *in d. c.decernimus.* dicentem tamen, quod licet quis decedat in excommunicatione etiam ſolemni tamen ex hoc non irritatur eius teſtamentum, ſed hęres debet purgare diffinitum à ſuſpicione hæreſis ſi epiſcopus indicit ei purgationem ſecundùm Bald.ibi. quartò limita niſi ſit quis excommunicatus eo quia percuſſerit vel cœperit Cardinalem, ſeu auxilium, vel conſilium præſtiterit, quia talis eſt inteſtabilis actiuè & paſſiuè, *vt in cap. fœlicis. in princip. infra de pœnis.*

88 ¶ † Sed quæritur primò, an excommunicatus poſſit hæres
inſtitui & ſibi relinqui in vltima voluntate? Hoſtien.*in ſumma eod.titu.in §. quis ſit effectus. verſic. & prodeſſe,* tenet quod non per text. *vt cum de app. cognoſcitur. §.generalem*, prout etiam refert Archid.*in d.c.pia.* Bald.tamen *in l.1.C. de ſacroſanct. eccleſ. in repet. diſtinguit.* quod ſi tempore, quo cedit dies legati ille eſt excommunicatus, & tunc non ſit capax, ſecus ſi reperitur abſolutus, *arg.l.interdicit.ff.de lega.præſtan.* ſed certè Ioan.And. *in d. c. decernimus.* videtur indiſtinctè tenere contrarium dum reſpondendo ad dictum § *generalem.* dicit quod loquitur non ſolum in excommunicato, ſed etiã de hęretico, & in hanc partẽ videtur inclinare Feder.*in d.conſil.113.*& Dom.de ſanct.Gem. *in c.decernimus.in penult.colum.* quia cum excommunicatus poſſit teſtati, ſecundùm communem opinionem actiuè, multo magis paſſiuè, immo videtur quod excommunicatis etiam hæreticis & alijs infidelibus poſſit in vltima voluntate relinqui etiam ad pias cauſas ratione paupertatis alimentorum, vel alterius iuſtæ cauſæ, vt voluit gloſſ. *notabilis in c.in cos. ſupra de hære.* de his tamen per Doctor. *in d. cap.paſtoralis.§.verum ſupra de app.* & ibi per Dom Nic. *in 6.colum* Secundò quæritur ſecundum opin. tenentium quòd excommunicatus non poſſit teſtari, quid ſi talis tempore teſtamenti erat excommunicatus, & tempore mortis nõ, vel econtra, an valeat teſtamentum? vide per Ioan. And. *in d.c.quamquam.ſuper vltima gloſ.* & per Doct.*in l.1.in princ. & in §.1.ff.de leg.3.*

89 ¶ Tertiò quæritur † ſecundum prædictam opinionem ſi à
ſententia excommunicationis eſt appellatum an valeat teſtamentum factum pendente appellatione? & videtur quod non cum excommunicatio trahat ſecum executionem, *vt in c. præterea requiſiſti.ſupra de appel.* ſed gloſſ. *in l.fina.C.ſi à non compe.iud.*
90 tenet cõtrarium, cum † & ſententia vltimi ſupplicij trahat ſecum executionem, *vt l.qui vltimo.ff.de pœnis.* & tamen pendente appellatione valet teſtamentum, *vt in l. ſi quis filio. §. ij autem omnes. ff. de iniuſt.irri.rup. teſta.* & ita videtur velle Bald. *in d. l.fina.*

91 ¶ Vltimò quæritur an † excommunicatus poſſit teſtari ad
pias cauſas ita quod gaudeat teſtamentum priuilegio pię cauſæ. Bartol.*in d.l.1. & in d.§.6.quæro,* tenet quod non ex quo notoriè conſtat deceſſiſſe in peccato mortali, quia cum ſit extra vnitatem eccleſiæ non poteſt dici relictum pro anima, nec relicta per tales ſunt accipienda, *vt in cap.quia omnibus. ſupra de vſuris,* & Lapus *in ſua allegatione 133.* & Doct. *in c.2.§.fina. infra de vſur.in 3.colum.in princ.* vnde dicebat Innocent. *in d.cap.cum voluntate,* quod mortualia vel relicta, quæ dantur pro anima nõ ſunt à talibus recipienda cum non ſit pro eis orandum, *vt in c. pro obeuntibus.& ibi gloſſ.13.quæſt.2.* ſecus ſi non pro anima, ſed alia de cauſa excommunicatus relinquat aliquid eccleſiæ, quia tunc poterit recipi ex quo excommunicatis non prohibetur teſtari ſecundum Innocen. ſed Bald. *in d.l.2. in repetit. in lectura* tenet indiſtinctè contrarium, vt relicta per talem gaudeant in omnibus priuilegio piæ cauſæ, quod licet quo ad teſtatorem ſi moriatur in peccato mortale relictum ſibi non proſit & ſic ceſſat fauor animæ ipſius relinquentis, tamen remanet alia ratio. ſcilicet fauor pauperum & piæ cauſæ, in quam debet conuerti tale relictum, & ſic ſufficit quòd remaneat vna ratio finalis licet alia ratio ceſſet, *vt in §.affinitatis. Inſtit.de nuptijs.* nam miſereri, ſeu diſtribuere ad pias cauſas eſt commune præceptum & non publicanus nec miles excipitur, *vt in cap. in ſingulis.86.diſtinct.* & tamen conſtat in diuina ſcriptura publicanum ſumi pro publico peccatore, *vt 2.quæſt.1. multi, ibi dum dicit dominus, cum publicis, &c.* ¶ Non obſt. *d.c. quia in omnibus*, quia loquitur in rebus vſurarijs, & idem in rebus alienis, *vt prima quæſt.1.c.non eſt putanda.* Secus autem ſi de iuſtè quæſitis fiat relictum ad pias cauſas, & ita cum opinione Bald. tenet D.Petr.
in c.2.ſupra eo. † Idem etiam etiam ſequitur D.Nico. *in rubrica,* 92
dicens quòd eccleſia poteſt recipere legata pro anima ab excommunicatis & publicis peccatoribus, tamen non debet ſe obligare ad orandum pro talibus, & quia quantumcunq; quis ſit publicus peccator, poteſt & debet ei ſuaderi, vt bona opera
exerceat. † Nam licet bona quæ fiunt in peccato mortali 93
non proſint quo ad vitam æternam, valent tamen quo ad alia puta, quo ad minus ſupplicium ſuſtinendum in inferno: & quia dominus citius illuſtrat corda illorum dum viuunt, vt eſt text. *de pœn.diſ.3.in fin.* & gloſſ. *notabilis in cap.quod quidam, in fin.de pœnis.* ſed Imola, *in dicta cap.2.in 19.colum.* tenet ſe cum opin.Bart.& Innocent. cum qua etiam tranſit Ioan. And. *in d. c. cum voluntate.*

¶ Nam in contrarium videtur quòd eccleſia acceptet legatum illius quem conſtat deceſſiſſe in peccato mortali, vnde non eſt incongruum quod eccleſia talia relicta petere non poſſit cum habeat ſpeciem mali exempli, quod nullatenus eſt fiendum per id, quod habetur, *in c. cum ab omni. ſupra de vita &*
honeſta.clerico. Sed aduerte, † quia hoc procederet in oblatio- 94
nibus, quæ cum in publico & in eccleſia fiunt non ſunt recipiendæ à publicis peccatorib. ex quo eſt cauſa mali exempli, *vt in c.oblationes.de conſecr.diſtinct.1.* ſecus autem in eleeſimonis, *vt in d. c. cum voluntate.* nec alterarentur propter hoc eleemoſinæ licet fierent in publico, vt tenent Doctor. *in d. c. cum voluntate.* nec etiam videtur differẽtia ſi aliquid relinquatur eccleſiæ ſimpliciter, vel pro anima, cũ quicquid relinquatur eccleſiæ videatur ad pias cauſas pro anima relinqui, *vt in c. requiſiſti. ſupra de teſtamentis, & l.illud.C de ſacroſanct.eccle.* & tenet gloſſ. &
Bald. *ibi, in authent.ſimiliter.C.ad leg.Falcid.* & omne † relictum 95
pro anima dicitur ad pias cauſas & econtra, ſecundùm gloſſ. *notabilem in l.ſi quis Titio. ff. de lega.2.* vnde licet expreſsè relinquatur pro anima, videtur quòd eccleſia poſſit recipere legatum, nec debeat pro talibus orare ex quo non ſtat per eccleſiam, ſed propter delictum ipſius relinquentis, arg. *l.miles. §.ſi. ff.de adulter. & l.ab adminiſtratore. C.de leg.* ideo eſt quòd ſi teſtator relinquit decem eccleſiæ pro ſua ſepultura, & poſtea decedat excommunicatus, & ſic non poteſt habere eccleſiaſticã ſepulturam, nec eſt pro ipſo orandum, *vt in c.ſacris. de ſepulturis.* quod ex quo non ſtat per eccleſiam debebit conſequi legatũ, vt tenet, *in l.1.in fin.C.de his quæ pœna nomine.* & eſt de mente Innocent. *in cap.in noſtra.de ſepult.* & tamen conſtat, quod quicquid relinquitur eccleſiæ ſepulturæ cauſa dicitur relinqui pro anima, vt per Innocen. *in d.cap.in noſtra.* intellige pro orationibus, cæreis, & dicendis officijs. Non obſtat *cap. anima defunctorum.10.quæſt.2.* cogita tamen in prædictis, & vide 14.*quæſt.5.* per *totum.* & ibi per gloſſ. *in ſumma, & d.c.non eſt putanda. & in d.cap.*
oblationes. ¶ † Decimoſeptimò prohibetur teſtari vſurarius 96
manifeſtus, vt eſt text. ſingularis, *in c.quamquam.in ſi. infra de vſuris,* vbi dicitur quòd teſtamentum eſt ipſo iure irritum vbi non eſt ſeruata forma illius.cap.quæ eſt. quòd prius fiat reſtitutio, vel præſtetur idonea cautio de reſtituendo, nec ſufficeret quòd teſtator in ſuo teſtamento mandaret vſuras reſtitui expreſſa quantitate, & cum hypotheca, ſeu obligatione ſuorum bonorum. Sed debet caueri hoc modo, quod præſtetur cautio illis quibus debet fieri reſtitutio, ſi ſunt præſentes vel alijs perſonis, ex quibus quæratur ipſis directa actio, de quibus ibi per gloſſ. *in verbo poſſint*, vel iſtis perſonis abſentibus epiſcopo loci, aut eius vicario, ſeu rectori parrochiæ, in qua teſtator habitat, præſentibus aliquibus perſonis fide dignis de ipſa parrochia, aut tabellione de ipſius epiſcopi mandato, & cautio debet eſſe idonea cum fideiuſſore vel pignore, & debet in cautione exprimi certa quantitas, ſi de ea conſtet, aliàs debet exprimi & moderari arbitrio recipientis cautionem prædictam, vt hæc omnia habentur, *in dicto cap.quamquam.* & vide notabiliter per Bald. ad intelligentiam prædictorum verborum, *in l. executorem. C. de executione rei iudic. in 5. & ſexta colum.*

¶ Sed quæritur † primò an omnis vſurarius indiſtinctè ſit 97
inteſtabilis? & dic quòd non, ſed ſolum ille, qui eſt manifeſtus, de quo loquitur text. *in dicto cap.quamquam.* Et quis dicatur vſurarius manifeſtus vide per gloſſam ordinariam, *in cap. primo, in verbo manifeſtus. infra de vſuris eod. lib.* & per Doctor.

& in

& in cap. 3. ſupra de vſuris, & ibi per Innocent. & Bald. *in d. l. executorem*, & per Bartol. *in l. 3. ff. de fur.* & per Feder. de Senis *in ſuo conſilio* 8.

98 ¶ Secundò † quæritur an vſurarius manifeſtus non ſeruata for. prædicta poſſit facere codicillos? & dic quòd non vt tenet gloſſ. & Doctor. ſequentes, *in dicto capitul. quamquam. infra*: immo voluit ibi gloſſ. notabilis idem eſſe in qualibet alia vltima voluntate, debere ſeruari ſupradictam formam. alias ipſo iure non valeat, & ita ſequuntur ibi Doctor. & Lapus de Caſtil. *in d. allegatione. 123. quæ incipit Iudæi nomine.* Ideo ſi ſit facta vltima voluntas ab ipſo vſurario per Epiſtolam vt fieri poteſt, *vt in l. & in Epiſtola. C. de fideicommiſ.* non valebit ſecundum Angel. *in ſua diſputatione, quæ incipit aſſenſit miles, in verſic. de tertio. & verſicul. de quinto, & verſicul. ſextum dubium.* dicit idem eſſe ſi ab ipſo vſurario ſit facta vltima voluntas totaliter quòd non habeat ſingulare nomen ſed ſit vltima voluntas in genere.

99 ¶ Tertiò quæritur † quid de donatione cauſa mortis. Lapus *in d. allegatione*, tenet idem quod in teſtamento, vel codicillis cum ſit ſpecies vltimæ voluntatis vt plene not. *in dicta l. 2.* & ita diſputando determinauit Ioan. Cald. *in ſua diſputatione quæ incipit Canonica conſtitutione.* ſed Bald. *in dicta l. executorem. in 3. colum.* per plures notabiles rationes determinat contrarium, tamen ſubmittit ſe in hoc iudicio eccleſiæ. & hanc partem ſequitur Angel. *in d. diſputat. verſic. ſed de quinto dubitatur.* quare Paul. de Eleazarijs, *in dicto cap. quamquam.* concordando opiniones concludit, vt prima opin. procedat quando donatio cauſa mortis fieret in ipſo teſtamento, vel in codicil. cum tunc ſapiat naturam vltimæ voluntatis vt not. Bald. *in l. hæredes palam in fin. ff. eod. & in l. ſenium. C. qui teſtament. fa. poſſ.* ſi non fieret ſeparatim & de per ſe, tunc valeat nec habeat locum, *dicto cap. quamquam.* cum donatio cauſa mortis accedat tunc ad naturam contractus per notata, *in cap. de his. ſupra de ſepul. & in cap. Raynutius. ſupra de teſtamentis*, & ita ſequitur Lapus *in dicto cap. quamquam.* vbi Imola intelligit prædicta ne ſcilicet donatio cauſa mortis ſeparatim facta eſſet de omnibus bonis vel maiori parte, quia tunc præſumeretur facta in fraudem vt non valeret, *vt in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fra. cred.* Cogita tamen cum diſpoſitio. *dicto cap. quamquam.* habeat locum in vltima voluntate, vt ſupra, & emanauerit fauore animæ, ſatis videretur idem eſſe dicendum indiſtinctè in donat. cauſa mortis cum quæcumque conſtitutio licet ſit pœnalis tamen ſi continet fauorem animarum, eſt largo modo interpretāda etiam in correctiuis ſecundum Bartol. *in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduer. ven.* & Ioan. And. *in c. penult. ſupra, qui filij ſint legitimi*, & ſequuntur Doct. *in c. fi. ſupra, de ſimonia.*

100 ¶ † Quartò quæritur an ad pias cauſas valeat vltima voluntas vſurarij manifeſti eo caſu quo alias non valeret? Bart. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. in verſic. ſexto quæro.* tenet quod non per ea, quæ dicta ſunt ſupra in excommunicato. idem tenet Lapus, *in d. allegat. 122. & in alleg. 30. in princ.* & idem Dom. de ſanct. Gem. *in d. c. quamquam. §. fin.* & Bald. *in dicta l. 1.* & Dom. Nico. *in rubri. ſupra de teſtamentis.*

101 ¶ † Sed hæc limita primò niſi apparuiſſent ſigna contritionis tēpore mortis ipſius vſurarij, quia tunc quo ad relicta piæ cauſæ valeret eius vltima voluntas, vt conſuluit Dom. Ant. & Pet. de Anchar. per *d. l. 1.* prout refert Domin. *in d. §. fin.* idem tenens. ſed cogita, quia cum *in dicto cap. quamquam. in princ.* dicatur quod non ſufficit licet vſurarius mandet teſtitui vſuras niſi prius ſatisfaciat, vel caueat prout ibi dicitur, & cum illud ſit ſignum contritionis ſecundum not. per Doct. *in cap. à nobis. 2. ſup. de ſententia excommunicatio.* & tamen hoc non ſufficit, ergo ſequitur quod ſola ſigna contritionis non ſufficiunt etiam ad pias cauſas, cum Doct. vt ſupra teneant quod eo caſu quo alias non valeret vltima voluntas vſurarij, non valeat etiam ad pias cauſas, volunt ergo Papa & Concilium *in d. c. quamquam.* indiſtinctè ſeruari formam ibi traditam, & hoc potuit facere ipſe Papa in eccleſia, & ſic non obſtat. *d. l. 1.*

¶ Secundò limita, quando in tali vltima voluntate eſſent annuatim alicui relicta alimenta, & per triennium ab hærede ſcienter præſtita, quia tunc poterunt peti pro futuris annis, vt eſt text. *notab. in l. 1. C. de fideicom.* & ita tenuit Angel. *in dicta diſputatione in verſic. de nouo.* ſed certè idem Angel. *in repet. l. ſi certis annis. C. de pactis.* videtur voluiſſe contrarium dicens quod *d. l. 1.* locum habet in vltima voluntate minus ſolenni facta ab eo, qui erat habilis ad teſtandum. Secus ſi eſſet inhabilis. quia *d. l. 1.* locum non haberet, per notata per Bartol. *in l. cum lex. ff. de fideiuſ.* ſed cum vſurarius manifeſtus ſit ipſo iure inhabilis niſi ſeruata forma prædicta, ergo ſequitur quod in eo. *d. l. 1.* locum non habeat, niſi diceret, quod vſurarius manifeſtus eſt habilis dummodo tamen ſeruet ſolennitatem *d. c. quamquam.* vnde ſi non ſeruet teſtamentum irritatur ex defectu ſolemnitatis: ſed certè, *in d. l. 1.* videtur eſſe fauor alimentorum, & ſic piæ cauſæ. ſed cum vſurarius non ſit priuilegiatus etiam ad pias cauſas, vt ſupra, ergo eodem modo nec in caſu, *dicta l. primæ.*

¶ Tertiò limita niſi quando relicta in vltima voluntate vſurarij eſſent ſoluta, quia tunc non poſſent repeti, etiam ſi talia non eſſent relicta ad pias cauſas. & hoc propter obligationem naturalem, quæ oritur ex minus ſolemni voluntate, vt voluit Angel. *in d. verſic. de nouo.* ſed cogita, quia videtur etiam quod naturalis obligatio non oriatur, ex quo lex reſiſtit, & ſic tollit obligationem naturalem, vt *dicta l. cum lex, & in l. ſi non ſortem. in principio. ff. de condit. indebi.* vnde videtur quòd ſi eſſent ſoluta poſſit repeti ſecundum not. per gloſſ. & Doctor. *in l. 1. ff. de condit. indebit.*

¶ Quartò limita niſi in tali vltima voluntate vſurarij eſſet factum relictum certis perſonis pro reſtitutione vſurarum extortarum, vel pro male ablatis, cum tunc quo ad illas valeret teſtamentum pro ea quantitate, quæ appareret extorta, vt videtur velle Lapus, *in dicta alleg. 30. in princip.* prout referunt Doctor. *in dicto §. fin.* ſed certe Lapus ibi contrarium velle videtur dum dicit quod ſi teſtator mandat reſtitui vſuras illis perſonis de quibus in libris ſuis ſit mentio, quod ex hoc deprehenditur eſſe manifeſtus vſurarius etiam quo ad rumpendum teſtamentum, & ſic tenet quod teſtamentum non valet. Præterea hæc limitatio eſſet contra *dictum c. quamquam. in prin.* vbi quod etiam ſi vſurarius mandet in teſtamento vſuras reſtitui certis perſonis tamen non valet illa diſpoſitio non ſeruata forma: pro quo etiam facit, quia etiam de vſuris debet aliter conſtare, quam per confeſſionem, vt dicetur inf. ſequitur quod tunc legatum eſſet inutile, *vt in l. ſi creditori. ff. de leg. 1.* Vltimò limita quando in tali vltima voluntate fuiſſet relictum pauperibus pro incertis, & male ablatis, tunc valeret teſtamētum vſurarij, ſicut quo ad hæc valeret teſtamentum condemnati ad mortem, vt tenet Ioan. And. & Pet. de Anchar. *in d. cap. quamquam.* dicentes quòd de incertis, & male ablatis deberet conſtare aliter, quam per confeſſionem, argum. gloſſ. *in l. ſi donatione. C. de collat.* Ideo dicit Ioan. And. ibi quod tale legatum debetur tunc non tam iure legati, quam primæuæ obligationis, vnde deducitur vt æs alienum, ſed aduerte, quia licet hoc procedat in condemnato ad mortem, vt ſupra dictum eſt, tamen ſecus videtur in vſurario, dato quod vſurarius in ſua vltima voluntate relinquat pro incertis, & male ablatis, & dato quod de ipſis conſtet notoriè, & dato quod relinqueret pauperibus. quod probatur primo, quia vſurarius non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas, vt ſup. ſicut eſſet iſto caſu. Secundo quia diſtributio incertorum poſt mortem eſt caſus reſeruatus ſoli epiſcopo ſecundum gloſſ. ponentem caſus reſeruatos epiſcopo, *in cap. 2. inf. de pœnit.* debet ergo diſtributio fieri per epiſcopum, & non per ipſum vſurarium, qui eſt ſuſpecta perſona. ſicut alias dixit Archid. *in cap. 2. inf. eod.* de Iudæo ad intellectum. *cap. cum ſit. infra de Iudæis.* Tertio, quia ſicut vſurarius ſi mandat reſtitui vſuras certis perſonis, & expreſſa certa quantitate de illis conſtet, tamen non valet talis diſpoſitio vt *in dict. cap. quamquam. in princip. & ibi gloſſ. & eſt dictum ſupra in proxima limitatione.* Fortius tertio non debet valere ſi pro incertis, & ſic pauperibus mandet reſtitui, *argument. cap. cum tu. ſupra de vſuris.*

¶ Quintò quæritur † quid ſi tempore conditi teſtamenti non erat vſurarius manifeſtus. ſed poſtea, vel tempore mortis ſic, an irritetur teſtamentum ſi decedat non præſtita cautione vel ſatisfactione? & dic quod ſic vt tenuit Pau. de Flor. & Imo. *in Clemen. 1. de ſepul.* & Lapus. & Do. *in d. cap. quamquam. § fin.* & Imol. *in d. cap. 2. 18. colum.* & Bald. *in l. 2. C. de bon. contra tabu.* quia in teſtatore requiritur habilitas duobus temporibus ſcilicet tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis, *vt l. 1. § ſi filius. ff. de leg. 3.* ſed cum fœnerari ſit delictum, quia in alium committitur vt not. *in cap. 3. ſup. de vſur.* ergo inhabilitas ſuperueniens rumpit teſtamentum, *vt l. 1. §. exigit. & ibi gloſſ. ff. de bo. poſſeſſ.* 102

poſſeſſ.ſecun.t.abul. & ita videtur velle Federicus de Senis. *in ſuo*
conſil.7. & ſatis probatur, *in dicto cap. quamquam.* & facit quod
infra proxime dicetur. Licet Ang. voluerit contrarium, *in d.di-*
ſputa.in ver.ſuper 12.

103 ¶ Sextò quæritur, quid ſi vſurarius fecit teſtamentum præ-
ſtita cautione, deinde continuauit vſuras occulte an irritetur
teſtamentum? Feder. *in d.conſil.8.* per plures rationes determi-
nauit, quòd ſic, & ita ſequitur Lappus de Caſtil. *in d.l. executo-*
rem in 9.colum. etiam ſi præſtitiſſet cautionem nomine vſura-
rum exactarum, vel quæ fierent in futurum, quia de receptis,
& poſtea recipiendis ex quo eſt incerta quantitas non fuit
præſtita cautio ſpecifice prout requiritur, & hanc partem ſe-
quitur Dom. Anton. *in dicto cap.3.* vbi plene examinat hunc
articulum licet Domin. Nico. ibi ſentiat contrarium: quia ex
quo non fuit poſtea manifeſtus vſurarius prout requiritur
non videtur irritari eius teſtamentum, argum. gloſſ. *notabilis in*
ver. publice, Clem. prima de vi. & honeſta. cleric. in cap. notificaſti. in
verb. cum omni. 34. quæſt. 5. & facit. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de
noxalib. & maximè cum iſta ſit pœna, ergo reſtringenda, vt in
regula odia. infra eodem libro, ſed certè prima pars videtur verior
de iure, quia cum reſpiciat fauorem animarum dicitur eſſe fa-
uorabilis & largo modo interpretanda. & ad gloſſ. ſupradi-
ctas reſponde, vt per dom. Anton. *in dicto cap.3.* & per Federic.
in dicto conſilio 8. vnde dicebat Bald. *in authent. cui relictum. C. de*
indicta viduitate. in tertia colum. quod ſi præſtita cautione, vſu-
rarius interpellatus non ſeruabit cautionem perinde eſt, ac ſi
nunquam cauiſſet, idem ergo ſi continuauit vſurarius argu-
menta eorum quæ notantur, *in capitul. quod quidem. ſupra de*
pœnis.

104 ¶ † Septimò quæritur an valeat teſtamentum vſurarij, ſi ex
poſtfacto, & poſt teſtamentum conditum præſtat cautionem
ſupradictam. gloſſ. *in dicto §. fina.* dixit hoc ſufficere, quan-
tumcunque præſtetur ante mortem & ita ibi tenet Ioan. And.
per plures rationes. *argumen. l. vniuer. C. de preci. impera. offe.* & re-
fert Nico. Matha. ita diſputando tenuiſſe. Sed Ioan. Mona-
chi, *in dicto cap. quamquam.* tenuit contrarium argument. *dict.*
l. prima, § ſi filius. ff. de lega. tertio. quia in teſtamento requiritur
habilitas perſonæ pro teſtamento, vt *dicto §. ſi filius.* & ita te-
nuit Dominicus de ſancto Geminian. *ibi*, & Ioan. de Lig. *in*
dicto cap. quamquam. & Bald. per plures rationes, *in dicta l. ſe-*
cunda circa finem, quia Paul. de Eleazarijs & Iacob. de Fauentia
in dicto § fin. dicunt quòd hæc opinio procedit de rigore iuris,
ſed de æquitate canonica procedit opinio gloſſ. & idem dicit
Bald. *in dicta l. executorem in 8. colum. & in dicta l. vniuerſa,* & Ang.
in dicta diſputat. circa principium. ſed certè quòd opinio gloſſ.
procedat etiam de iure, tenuit Bartol. *in l. filio præterito. ff. de in-*
iuſto rup. teſtamento. argument. illius l. & l. ſi is qui ſoluendo non erat.
ff. de hæredi. inſtitu. & ita ſequitur Imola *in dicto cap.2. in 18. col.* &
Dom. *in §. fina.* & Domin. Anton *in dicto cap.3.* & Pet. de Anch.
in dicto cap. quamquam. in 15. colum. & in cap. ſi eo tempore. ſupra de
reſcript. eod lib.

105 ¶ † Vltimò quæritur, quid ſi talis cautio præſtetur per hæ-
redem poſt mortem vſurarij, an eius teſtamentum firmetur?
gloſſ. *notabilis in verbo manifeſtos, in Clement. 1. de ſepul.* dixit quod
non, & ſequitur, *in dicto §. fina.* & Bald. *in l. ſi hæreditas. C. de te-*
ſtam. manumiſſ. vbi dixit quòd hæredes in ſatisfaciendo non
facerent conualeſcere teſtamentum cum nemo poſt mortem
poſſet fieri teſtabilis *vt dicto §. exigit.* hoc tamen limitat Pet. de
Anchar. *in dicto cap. ſi eo tempore.* niſi talis cautio præſtetur poſt
mortem de ſpeciali mandato teſtatoris, & idem ſequitur
domin. Cardin. Florentinus, *in dicta Clement. 1.* dicens ita fuiſ-
ſe diſputatum. Sed certè hoc procederet, vt tali non denege-
tur eccleſiaſtica ſepultura, ſecus quo ad teſtamentum quod
per mortem confirmatur & non poſt, *vt in cap. cum Marta. ſupra*
de celebratio. mi. Item hoc eſſet contra caſum expreſſum, *in dicto*
cap. quamquam. & ibi per gloſſ. in ver. mandauerit, & facit quod di-
ctum eſt ſupra prox. vnde dicebat Bald. *in dicta l. executorem. in*
3. colum. quòd quantumcunque vſurarius faciat teſtamentum
de licentia, & præſentia epiſcopi, & mandet vſuras reſtitui de-
putatis executoribus ad diſtribuendum tamen ſi non præſtitit
cautionem prædictam, non valet teſtamentum quia epiſco-
pus non poteſt mutare formam datam à canone, immo etiam
nec legatus de latere poſſet diſpenſare contra formam conſi-
lij, *d. c. quamquam. vt eſt text. notabilis in c. dilecto. ſupra de præbendis,*
& habetur per gloſſ. in c. cum delectus. ſupra de elect.

¶ Decimooctauò prohibetur teſtari filius in poteſtate pa- 106
tris, *vt in l. ſenium, & in l. penult. C. qui teſta. fa. poſſ. & in l. qui in po-*
teſtate. ff. de teſtamentis, vbi dicitur quod etiam de licentia &
conſenſu patris hoc non poſſet: & hoc non ſolum procedit
in bonis profectitijs ſed etiã in aduentitijs, & nõ ſolum in his
in quibus non quæritur vſusfructus patri de quibus, *in auth.*
excipitur, & ibi per Doctor. *C. de bo. quæ lib.* & ita notabiliter
probatur, *in dicta l penult.* & ita tenet Specul. *in dicto. § compen-*
dioſe. in verſic. valet. in tantum quòd etiam filiafamilias, ſiue nu-
pta, ſiue non poſſet facere teſtamentum etiam de ſua dote, &
etiam patre conſentiente, vt not. *in l. filia mea. ff. ſoluto matri-*
monio. & tenet Bald. *in dicta l. ſenium. circa fin.* dicens quòd fi-
liafamilias in dote non habet hæredem ex teſtamento, ſed ab
inteſtato ſic vt ibi per eum: in Caſtrenſibus tamen bonis vel
quaſi poteſt filius teſtari etiam ſine conſenſu patris, *vt in l. ſi. C.*
qui teſta. fa. poſ. † limita tamen prædicta ſingulariter proce- 107
dere præterquam in filijsfamilias clericis, qui licet ſint in
poteſtate patris, vt *in cap. fin. ſupra de iudic. eo. lib. & in l. ſacroſan-*
cta. & in authent. presbyteros. C. de epiſcopis & clericis. tamen nul-
lus ordo ab epiſcopatu infra liberat filium à patria poteſtate,
vt ſingulariter probatur, *in capitul. per venerabilem. ſupra. qui filij*
ſint legitimi, & in authent. ſed dignitas. C. de epiſcop. & cleric. & per
Innocent. *in cap. Iudæorum. ſup. de æta. & quali.* tamen poſſunt
teſtari in omnibus bonis præterquam de profectitijs. In ad-
uentitijs ergo poſſunt indiſtincte teſtari etiam ſine conſenſu
patris. *vt in cap. quia nos. ſup. de teſtamentis. & in d. l. ſac. ſan. & in*
dicta authent. presbyteros. & ita voluit gloſſ. *in cap. quia ingredien-*
do. 19. quæſt. 3. vnde in filiofamil. clerico bona profectitia di-
cuntur quæ proficiſcuntur ab eccleſia, vel eius intuitu, vel
à patre, & de talibus non poteſt teſtari, *vt in dicto cap. quia nos.*
Aduentitia vero dicuntur omnia alia bona aliunde quæſita
ſecundum Ioannem Andream, *in rubrica. ſupr. de peculio cleric.*
vbi Imol. & dom. Anton. concludunt, quod in clericis om-
nia aduentitia poſt clericatum cenſentur caſtrenſia, vt ſic de
illis teſtari, & diſponere poſſint ſine conſenſu patris, & ratio
eſſe poteſt primo priuilegium ipſorum clericorum, & quia
clerici dicuntur milites cœleſtis militiæ ſecundum gloſſ. *in l.*
miles. in princip. ff. de re iudic. vnde quicquid quærunt vltra pro-
fectitia dicuntur bona caſtrenſia vel quaſi, *vt dicta authen. preſ-*
byteros. & ita tenet Specu. *in tit. de acto. §. 1. ver. ſed cum clerico-*
rum. & procedunt prædicta non ſolum in presbyteris, & ſic
conſtitutis in ſacris, ſed etiam in conſtitutis in minoribus
ordinibus, vel etiam habentibus primam tonſuram tantum,
cum & iſti omnes clerici appellentur, *vt 19. diſtinct. cap. clericos.*
& ita ſequitur Domin. Anton. & Imola, *in dicto cap. quia nos.*
de quibus etiam *in dicto cap. fina.* & ibi plene quando ſit quod
filius in poteſtate, clericus vel alius poſſit eſſe in iudicio ſine
conſenſu patris.

¶ † Sed quæritur primò an filiusfamil. eo caſu quo non 108
poteſt teſtari an poſſit facere codicillos conſentiente patre, &
dic quòd non vt. *l. 2 ff. de legat. 1.* & tenet gloſſ. & Doct. *in l. tam*
his. §. 1. ff. de donat. cauſa mor. ſecundò quæritur, quare ſit quòd
filius poteſt donare cauſa mor. conſentiente patre, vt *dicto.*
§. primo, & tamen non poteſt teſtari? dic, quia non ſicut vi-
uentium ita defunctorum actus ſuſpendi poſſunt, *vt l. fin. in*
fin. ff. communia prædiorum. vnde teſtamentum non poteſt de-
pendere ex alieno arbitrio, & ſic à conſenſu patris, *vt l. illa*
inſtitutio. ff. de hæredit. inſtitu. ſed dona. cauſa mor. accedit po-
tius ad naturam contractus quam vltimæ voluntatis, vt vo-
luit gloſſ. *notabilis in l. 2. in princip. ff. de do. prælegat.* & contractus
poſſunt dependere ex alieno arbitrio, *vt l. fin. C. de contrahenda*
empt. ideo donatio cauſa mortis poteſt fieri conſentiente pa-
tre, & non teſtamentum, ſecundum gloſſ. ibi, & per Bartol.
in dicto §. primo, & Imol. ibi. *& in dicto cap. 2. in 12. colum.* & per
Bald. *in d. l. ſenium.*

Tertiò † quæritur, quid ſi filius fecit teſtamentum de 109
conſenſu patris, quod non poteſt, vt ſupra, & appoſuit clau-
ſulam in teſtamento, ſi non valeat iure teſtamenti, valeat
iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis, an valeat tunc vt donat.
cauſa mort. ex quo iure teſtamenti, vel codicilli valere non
poteſt? & videtur quod ſic vt *dicto. §. 1.* ſed contrarium tenet
Specul. *in dict. verſu. 6.* & ratio eſt, quia vt filius poſſit donare
cauſa mortis requiritur ſpecialis, & expreſſa licentia patris, *vt*
in l. filiusfamil. ff. de donat. & ſic requiritur, quod fiat mentio,
de donat. cau. mor. facit. l. Seia. ff. de donat. cau. mor. & ita ſequitur

Cyn. *in dicta l. ſenium.* Bald. *in dicta l. in poteſtate. in fin.* ſed Guil. de Cun. *in l. 1. C. de codicill.* intelligit prædicta vera niſi donatarius ſit præſens, quia tunc bene valeret vt donatio cauſa mortis, quæ requirit præſentiam ipſarum partium. *& in l. inter mortis. ff. de donat. cau. mor.* ſed certè hoc dictum procederet ſecundum Baldum, *in dicta l. ſenium.* quando filius expreſſe dixiſſet dono, vel promitto cauſa mortis. Et ſic quando verba adaptantur, ita quod dictus donans obligetur, & in ipſo donatario appareant aliqua ſigna conſenſus. cum donatio cauſa mortis requirat ad minus nudum pactum, & ex illo ſolo perficitur ſecundum gloſſam notabilem, *in l. cum pater Mænio. ff. de lega. 2. & in l. 2. C. de iure dotium.* Aliter vero procederet prima o-
110 pinio. quia dicta † clauſula ſi non valet iure teſtamenti. &c. non operatur vbi eſt defectus perſonæ, ſed vbi eſt defectus ſolennitatis, vt not. *in authent. ex cauſa. C. de filijs præteritis.* ſecundum eum. ſed Angel. *in dicta l. qui in poteſtate.* tenet, quòd ſi donatarius fuit præſens, & acceptans, quod valebit vt donatio cau. mortis. & maximè poſt enumeratas ſpecies vltimæ voluntatis, & hoc operatur natura dictionis cuiuſlibet, quæ importat idem, quod demonſtratio ſingulariter facta, *vt l. qui liberis §. hac verba. ff. de vulga. & pupil. cum ſimilibus*, quare Imol. *in dicta l. qui in poteſtate.* intelligit hoc verum, quando eſſet facta expreſſio ſpecierum, puta, quia ſit dictum ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, vel iure cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis, alias non ſufficeret generalis enumeratio, ex quo ſpecialis expreſſio requiritur, argum. *cap. qui ad agendum. ſupra de procurat. eodem lib.* vbi primo præcedit enumeratio ſpecierum, & tunc ſub illa vniuerſali cuiuſlibet, videtur comprehendi donatio cauſa mortis, cum non ſit alia ſpecies vltimæ voluntatis, quæ poſſit comprehendi, & habetur tunc pro ſpeciali expreſſa, vt not. *in l. 1. & 2. & ff. de lib. & poſthum.* & per Bartolum, *in l. ſi quis in princip. ff. de lega. 3.* ſed idem Imol. *in dicto §. primo.* ſequitur dictum Angel. indiſtinctè etiam ſi expreſsè non ſit facta enumeratio ſpecierum, & hoc
111 propter illam dictionem, cuiuslibet, & † quia largo ſumpto vocabulo donatio cauſa mortis dicitur vltima voluntas. ſecundum gloſſ. *in dicto §. 1. & facit l. ſin. C. de codicillis. & l. 1. C. de dona. cauſa mort.* & ſic videtur quòd illa includatur, vt actus potius valeat quam pereat. *l. quoties. ff. de rebus dubijs. in cap. Abbate. ſupra de verbo. ſignificat.* & quia in teſtamentis debet fieri largiſſima interpretatio, *vt in l. in teſtament. ff. de regul. iuris.* Non obſtat *dicta l. filiusfamilias.* quia ibi loquitur, quando conceditur adminiſtratio inter viuos, quo caſu non videtur concedi poteſtas donandi cauſa mor. niſi exprimatur: ſed in caſu iſto conceditur, vt poſſit relinquere in vltima voluntate, & vult quòd valeat tantummodo, quomodo poteſt ſecundum eum: ſed aduertè primò, quia opinio Specul. videtur verior non ſolum, quando non eſſet facta expreſſio ſpecierum, ſed etiam quando non eſſet facta, quia illa dictio cuiuslibet poteſt continere etiam aliam vltimam voluntatem, quam ſit teſtamentum, codicilli, & donatio cauſa mortis. prout habetur, *in l. licet. C. de pact. & in l. fina. C. famil. hercifcun. & in l. hac conſultiſſima. § ex imperfecto. C. de teſtamentis*, vnde non includit donationem cauſa mortis, in qua requiritur expreſſa mentio, vt ſupra, & ſic ceſſat tunc illud quod dicitur, *in dicta l. prima, & ſecunda.* & per Bartolum, *in dicta l. ſi quis.* & quia omni caſu videtur, quod requiratur ſpecialis expreſſio de donatione cauſa mortis vt *d. l. filius. & d. l. Seia.* & ſic videtur, quòd ad hoc vt teſtamentum conſeruetur per viam donationis cauſa mortis, ſit de neceſſitate exprimendum, *in dicta clauſula.* quod valeat vt donatio cauſa mortis & alia verba generalia non ſufficiant, *vt dicta l. filius. & dicta l. Seia. ff. de donatio. cauſa mortis. & dicto capitul. qui agendum.* ex quo plures aliæ ſunt ſpecies vltimæ voluntatis, vt ex prædictis patet. ſed dubitatio remanet primo per ea, quæ dicit Bald. *in dicta l. ſenium.* quia verba teſtamenti non conueniunt donationi cauſa mortis, quæ pactione, vel traditione conficitur, *vt dicta l. inter mortis.* & ſic non ſufficiunt verba apta ad teſtamentum, *vt in l. num codicillum. C. de teſta-*
112 *mentis.* poſſet dici † quod ex quo donatio cauſa mortis perficitur conſenſu partium, ſi de illo apparet, ſatis ſufficiunt verba æquipollentia, argument. *l. certum. ff. ſi certum petatur.*

¶ Secundò remanet dubitatio, an ſit neceſſe, quòd donatarius præſens debeat conſentire, & acceptare. & Doctor. vt ſupra tenent, quod ſic, vel debet notarius ſtipulari, vel recipere pro illo ſecundum Bald. *in l. eam quam. C. de fideicommiſ. in quinta colum.* ſed Bartol. *in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimon.* tenet, quod ſi ille eſt præſens non ſit neceſſe, quod aliter appareat de conſenſu, quia ſemper videtur conſentire. ſed certè cum donatio cauſa mortis requirat conſenſum vtriuſque partis, vt ſupra, non videtur, quod debeat præſumi niſi appareat vt per gloſſ. *in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſijs. & not. in l. conſenſu. ff. de verbo. obligat.* & per Bald. *in d. l. ſenium.* de quo tamen per Doct. *in d. l. quæ dotis.*

¶ Secundò aduerte, quia eo caſu quo ſuſtentaretur teſtamentum factum à filio in vi donationis cauſa mortis, tunc ſicut quando teſtamentum ſuſtentatur in vi codicillorum per clauſulam conditionalem hæres inſtitutus in teſtamento non eſt hæres directo, ſed debet conſequi hæreditatem à venientibus ab inteſtato, vt eſt textus notabilis, *in l. quærebatur. §. vtrum. ff. de teſtamen. milita.* & per Bartolum, *in l. prima. ff. de iure codicil.* An idem ſit dicendum in hærede inſtituto à filio in teſtamento, quod ſuſtentatur vt donatio cauſa mortis, & videtur quod ſic, pro pro text. & gloſſ. & Bartol. *in l. [illegible]. C. de pactis.* ſed cum iſto caſu valeat vt donatio cauſa mortis, & ſic vt contractus videtur ceſſare dubitatio ſupradicta, & diuerſa ratio eſt in donatione cauſa mortis, quam in codicillis, vt ſupra patet, & ſic videtur etiam quod ad confirmationem talis donationis, & vt ſuum conſequatur effectum non magis requiratur aditio hęreditatis iſto caſu quam alijs caſibus, de quo tamen articulo, vide per Bart. *in l. mortis. ff. de donatio. cau. mor.* & per Imol. *in l. fin. eodem titul.* & per Baldum, *in l. cum virum. C. de fideicommiſ.*

¶ Item etiam videtur quod non detrahatur falcidia, vel Trebell. ex quo videtur contractus, de quo tamen vide, *in l. ſi mortis. C. ad l. falcid.* & per Baldum, *in l. executore. C. de execut. rei iudic.* † Et vltimò videtur quod talis donatio reuocetur 113
illis tribus modis, quibus reuocatur quælibet donatio cauſa mort. ſcilicet, per pœnitentiam ſeu mutationem voluntatis, per reconualeſcentiam, & per ingratitudinem, vel ſi donatarius prius præcedebat, *vt in l. non omnis. ff. ſi certum petatur.*

¶ † Quid autem ſit in donatione inter viuos facta in teſta- 114
mento an poſſit reuocari, ſicut & ipſum teſtamentum, Bald. *in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ. & in l. hæredes palam. in fin. ff. de teſtamentis* dixit, quòd ſic, de quo tamen ibi per Imolam, & per Bartolum & Bald. *in l. 1. C. de fal. cauſa.* & per Docto. *in l. ſancimus. C. de teſtamentis. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. obligat.*

¶ † Quartò quæritur, an pater poſſit emancipare filium 115
quo ad actum teſtandi tantum? Bartol. *in l. 1. §. in filij. ff. ad Trebell.* videtur velle quod ſic, ſed Bald. dicit contra, *in dicta l. ſenium.* quia patria poteſtas eſt indiuiſibilis, & non poteſt quis eſſe in duplici ſtatu contrario. *vt in l. prima. C. de latina libertate toll.* & facit quod not. Bartol. *in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapi. in vltima charta*, vbi voluit quòd fictio non poſſit induci per hominem, ſiue etiam iſto caſu in quo quis fingeretur eſſe partim ſui iuris. & partim non: ad idem facit, *l. ſi aueo. C. de legi. hæredibus.* vbi eſt ſpeciale, quod per reſcriptum principis legitimatio, vel emancipatio poſſit fieri ad certum actum. ergo à contrario homo ipſe facere non poteſt. eodem modo reſpondetur, *ad l. omnium. C. de naturalibus liberis*, quia illud poteſt bene fieri ex legis diſpoſitione: ſecus ergo ex diſpoſitione hominis, & ita ſequitur Imol. *in dicto §. in filij. & dicto §. primo.*

¶ Quintò † quæritur an valeat ſtatutum, quod filiusfami- 116
lias poſſit teſtari indiſtinctè ſine conſenſu patris. Bartol. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtamentis.* tenet quod ſic, quia illud eſt impedimentum iuris ciuilis, cum patria poteſtas ſit inducta tantum de iure ciuili, *vt in l. nam & ciuium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.* ergo poteſt tolli per ſtatutum, *vt in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.* & idem ſequitur Imola, *in dicto capitul. 2. in 13. colum.* dummodo taliter teſtetur quod non fiat in præiudicium patris circa vſumfructum, & idem tenuit Bald. *in dicta l. ſi quæramus. in fin.* dicens notabiliter, quòd tale ſtatutum debet interpretari, ſine præiudicio vſusfructus patris, cum de iure proprio & non de alieno ſit teſtandum, *vt l. vxor patrui. C. de leg. & l. ex facto. ff. de vulg. & pupil.* ſed tu vide eundem Bald. *in l. 1. C. de ſumma Trinitate, circa medium*, vbi voluit, quòd dictum ſtatutum valeat quo ad ipſos ſubditos tantum, vnde ſi filiusfamilias

lia forenſis accederet ad illum locum vbi eſt ſtatutum non
propter hoc poſſet teſtari, argument. *l. filius. C. de teſtamentis.* &
quia nunquam ſtatutum poteſt habilitare perſonam ſibi non
habilitam, nec circa illam aliquid diſponere, vt eſt notabilis
text. *in l. fina. ff. de tutoribus & curat.* ab his datis. vnde dic.
Bald. ibi quòd cautela eſſet quòd ſi vellet filius forenſis teſta-
ri, vt conſentiente patre conſtituat ibi domicilium, quia tunc
fit ciuis illius ciuitatis, *vt l. prima. C. vbi petantur tutores.* & con-
cludit Bald. quòd filius habilitatus per ſtatutum poterit te-
ſtari vbique etiam extra territorium ciuitatis, & non tamen
tale ſtatutum trahitur ad bona extra territorium illius ciuita-
tis poſita, vt concludit Bartol. & Bald. *in d. l. 1.* & vide etiam
per Bald. *in authent. ingreſſi. in princip. C. de ſacroſanct. eccleſ.* te-
nentem quod conſuetudo poſſit conferre filiofamilias ius te-
ſtandi ſine conſenſu patris & valeat talis conſuetudo, argum.
c. Raynutius. & ibi per Innoc. *ſupra de teſtamentis. & facit. l. 2. ff. de
vulg. & pupil.*

117 ¶ Sextò † quæritur an filiusfamilias poſſit teſtari indiſtin-
ctè ad pias cauſas? & conclude, vt ſupra quòd in Caſtrenſibus
vel quaſi poteſt de iure communi etiam in prophanis, vt *in l.
fina. C. de teſtamentis.* ſed in profectitijs non poteſt, quia illa
ſunt propria bona patris, *vt in l. certum. C. fami. hercis.* in aduenti-
cijs autem in quibus quæritur vſusfructus patri, non ſolum
in vſufructu ipſius patris, ſed etiam in proprietate quæ eſt
propria ipſius filij teſtari non poſſet, vt eſt text. *in l. fina. §. filijs.
C. de bon. quæ libe. & in dicta l. ſenium. & dicta l. qui in proprietate.*
Sed in aduentitijs in quibus patri non quæritur vſusfructus,
ſed filius habet proprietatem, & vſumfructum, eodem modo
teſtari non poterit, etiam patre conſentiente. & ita probat
text. notabilis, *in l. penult. C. qui teſta. fac. poſſ. ibi, ſine parentum
conſenſu bona poſſideant ſecundum naturæ legis diſtinctionem*, &c. lo-
quitur ergo in aduentitijs, in quibus patri non quæritur niſi
vſusfructus, vt *in l. fina. §. ſi vero filius. circa principium. C. de bon.
quæ lib.* & ita tenet gloſſ. *in l. 1. §. in filij. ff. ad Trebell.* & ita commu-
niter omnes Doctor. ſequuntur vt ſupra patet, *in princip.* non
obſtat tex. *in authen. vt liceat matri & auiæ. §. 1. ibi, quacunq; velint
via diſponere.* loquens in his in quibus patri non quæritur vſuſ-
fructus. Nam debet intelligi alio modo quam teſtando vel co-
dicillando vt ſupra patet.

118 ¶ Vnde octauò † quæritur, an in his, in quibus teſtari non
poteſt de iure communi, de quibus ſupra, poſſit ſaltem teſtari
ex priuilegio piæ cauſæ. Bartol. *in dicta l. ſi quæramus.* tenet,
quod ſic. Et idem Bald. & Angel. ibi per textum, *ſingularem in
capitulo licet. §. fina. infra de ſepult.* à contrario ſenſu ibi, *eligere ſe-
pulturam.* & hanc partem ſequitur Bald. *in dicta l. ſenium, in fin.
& in l. prima. § primo. in fin. ff. de legat. 3.* & Federic. de Senis, *in ſuo
conſilio 383.* & verbum iudicare poſitum, *in dicto §. fina.* debet
ſumi large, non ſolum donando cauſa mortis, ſed etiam te-
ſtando, & codicillando, alleg. ſi Papa voluiſſet intelligere de
donatione cauſa mortis illud expreſſiſſet, *vt in cap. ad audien-
tiam ſupra de decimis.* & quia tunc illud verbum pro anima, ibi
poſitum vel operaretur eo quia non ſolum pro anima ſed et-
iam quomodocunque de conſenſu patris poteſt donare cau-
ſa mor. *vt in dicta l. tam is. §. primo.* vt ergo verba aliquid ope-
rentur, vt debent, *vt in cap. primo. infra de priuileg.* debet illud
verbum iudicare latius intelligi, & ſic quo ad aliam vltimam
voluntatem. & idem tenuit Federi. *in conſilio. 288. ex alia ratio-
ne.* nam exceptio declarat regulam in non exceptuatis, vt *in l.
nam quòd liquide. §. fina. ff. de penu. legat.* & in alijs firmat eandem
regulam, *vt in cap. ſecundo, ſupra de coniug. lepro. & in authent. de
non alien. §. ſin autem. ſed cum in dicto §. fin.* dicatur quòd pro a-
nima abſque patris conſenſu filius iudicare non poteſt niſi in
Caſtrenſibus vel quaſi, & ſic excipit Caſtrenſia vel quaſi in
quibus filius teſtari, & contrahere poteſt, vt ſupra: ergo re-
gula, quæ ibi ſumitur à contrario ſenſu quod poſſit filius in
alijs bonis cum patris conſenſu iudicare, quoniam debet
eodem modo intelligi quo ad actum teſtan. per iura ſupra-
dicta: dicit tamen Federic. quòd non auderet ſic conſulere
propter auctoritatem Ioan. Andr. tenentis contrariam par-
tem, *in cap. ſi pater. in principio. infra eodem*, vbi voluit quod ver-
bum iudicare ſumatur pro donatione cauſa mortis, & idem
voluit, *in dicto §. fina.* dicens quòd iudicare non ſumatur ibi
pro teſtamento: & idem tenet Archid. ibi, ſed pro donat.
cauſa mor. *per dictam l. tam is. §. primo.* hanc etiam partem ſe-
quitur Pet. de Ancharan. ibi & Zenzelinus & Ioan. de Fan-
tutijs ibi, & dicit Per. de Ancharan. quòd opinio. Ioan. And.
eſt magis tuta, & quod de facto interrogatus voluit conſule-
re contrarium. & licèt ſecundum eum durum videatur quòd
pro anima teſtari non poſſit niſi dictus §. *fin.* induceretur de no-
uo, durius tamen videtur quòd ibi argument. à contrario ſen-
ſu corrigantur leges, in caſu tamen quo per teſtamentum ad
pias cauſas de patris conſenſu non præiudicaretur niſi ipſi pa-
tri qui conſentit poſſet tolerari ſimplicitas canoniſtarum
quæ non curat de ſubtilitatibus, *vt in capitulo dilecti. ſupra de iu-
dic.* prout dicit Feder. *in dicto conſilio.* ſed quia † ad bona ad- 119
uentitia ipſius filij non valentis teſtari ſuccedit non ſolum
pater ſed etiam mater, & fratris filij, *vt in authent. defuncto. C.
ad ſenatus conſu. Tertull.* quòd filius conſenſus patris non poſ-
ſit illis præiudicare, ſic nec illi ipſi patri, iſta non eſt ſimplici-
tas ſed æqualitatis obſeruantia inter pares & coniunctos, gra-
ta legibus, & canonibus, *vt in cap. primo, ſupra de mut. peti. & in
l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ſecundo. & in l. fina. C. de fructibus,
& litium expenſis. ſecundum eum*, ſed certè contrariam partem
ſentit idem Bartol. *in l. ſecunda. in verſicul. tertio quæro. C. de ſacro-
ſanct. eccleſ.* quia ratio quare filius non poteſt teſtari etiam de
conſenſu patris eſt, primo, quia vltimæ voluntates non de-
bent dependere ab alieno arbitrio, *vt dicta l. illa inſtitutio. ff. de
hæredibus inſtituen.* ſed ad pias cauſas poſſunt dependere, *vt in
capitulo cum tibi. ſupra de teſtamentis.* ergo ceſſat dicta ratio. ſe-
cunda ratio eſt propter præiudicium patris, *vt dicta l. fina. §. fi-
lijs autem.* ſed iſta ratio ceſſat conſentiente patre, & idem ſen-
tit Bartol. *in dicta l. prima. in lectura. & in repetitione.* Idem etiam
ſentit Innocent. & Domin. *in dicto §. referens*, etiam Ioan. Cal-
derin. ita tenuiſſe, *in conſilio 10. de teſtamentis*, & idem tenet
Domin. Nico. *in rubrica, ſupra de teſtamentis.* & Innocent. *in di-
cto capitulo ſecundo in 22. column.* vnde pro hac parte, vt ex
prædictis patet faciunt primo auctoritates tantorum Docto-
rum, à qua in iure fortiſſimum eſt argument. *29. diſtinct. in ca-
nonicis.* ſecundò facit, quia ad pias cauſas ceſſant rationes quæ
prohibent filium teſtari vt ſupra. tertio adducitur text. *in di-
cto. §. fin. in verbo pro anima.* quod verbum aliàs nihil operatur.
quartò, quia exceptio ibi poſita debet declarare regulam,
vt ſupra dictum eſt. quintò, quia quando vnum determina-
bile apponitur poſt plura determinabilia, debet pariter, &
vniformiter determinare, vt. *l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill.*
ergo ſi verbum ibi poſitum, determinat exceptionem Ca-
ſtrenſis peculij vel quaſi quo ad actum teſtan. vt ſupra, debet
eo modo regulam in alio peculio aduentitio loquentem, &
argument. ibi ſumptum contrario ſenſu determinare, quo ad
actum teſtandi. Sextò, quia dictum verbum iudicare eſt
verbum latiſſimum aptum comprehendere teſtamentum, &
quamlibet vltimam voluntatem, vt ibi per gloſſ. *& in regula
in iudicijs, infra eodem titulo*, & ſic requiritur, quod non ſolum
conſtituto veteris iuris limitatiua prout eſſet, *in dicto §. fina.*
ſed etiam ſi eſſet correctiua in totum, & habet fauorem ani-
marum, & continet ſub ſe verba habentia latum ſignifica-
tum, prout eſt ibi verbum iudicare debet latiſſime interpre-
ti, & non reſtringi vt dixit in ſimili Bartol. *in authent. ſacra-
menta puberum. C. ſi aduerſus venditionem*, & Ioan. Andr. *in dicto
capitulo penult. ſupra qui filij ſint legi.* & tenent Doctor. *in cap. fin.
ſupra de ſimonia.* Septimò. quia verba illa habentia latum ſigni-
ficatum debent ita interpretari, vt contineant potentiam te-
ſtandi, & validitatem teſtamenti, quia iura ipſa fauent teſta-
mentis, vt *in capitulo fina. ſupra de re iudic. & in l. vel negare. ff.
quemadmodum teſtamen.* Octauo nam licet intellectus dicti. §. fi-
na. poſſit eſſe dubius pro vtraque parte, tamen debet ſumi il-
le intellectus, qui magis fauet ipſi animæ & ſic pro teſtamen-
to, quia ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, & ſic pro
ipſa anima, *vt l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fu.* Nono, quia
ſi hoc poteſt induci per ipſum teſtamentum in profanis &
non curatis de rationibus facientibus in contrarium, vt ſupra
dictum eſt, ergo non eſt abſurdum intelligere Papam, *in dicto
§. fin.* ita diſpoſuiſſe fauore animæ, immo fortius, & à maiori-
tate rationis cum Papa ibi loquatur in concernentibus fauo-
rem animæ. argum. *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & 12. quæſt. 1.
cap. præcipimus.*

¶ Vltimò † quia ad pias cauſas in teſtamentis non curatur 120
de ſolemnitatibus inductis à iure poſitiuo, vt habetur, *in cap.
cum eſſes. eod. tit. & in d. l. 1.* vbi ad pias cauſas ſine alia ſolemni-
tate vnuſquiſque poteſt libere teſtari. & ſic videtur, quod in

talibus patria poteſtas non curetur, maximè pro illa auctoritate. quæ habet quòd ea, quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub lege, *vt in cap. licet. ſupra de regularibus. & 19. quæſt. 2. capitul. duæ ſunt*. Sed aduerte, quia pro alia parte contraria eodem modo poſſet argui per locum ab auctoritate, & patet ſupra per Doctor. tenentes hanc partem, quam tenet, & etiam ſequitur Dom. Pet. *in d. cap. 2.* & Imola *in l. qui in poteſtate.* vbi plenius, & maturius hunc articulum quam alibi examinat. pro qua parte facit, quia & aliæ ſunt rationes quæ prohibent fi-
121 lium teſtari. cum † auctoritas & habilitas teſtandi ſit publici iuris, *vt l. teſtamenti factio. ff. de teſtamentis.* vbi à iure publico conceditur, & ſic non ex pactis priuatorum, & ſic à conſenſu patris. Item quia poteſtas eſt publici iuris, vnde pater non ab ſe abdicare poteſt nudo conſenſu, *vt l. abdicatio. C. de pa. po.* & licet in his quæ ſunt publici iuris in quibus repræſentatur duplex perſona non curatur patria poteſtas, vt per Bartol. & Bald. *in dicta l. ſenium.* licet ergo ceſſent aliæ rationes, tamen non ceſſant iſtæ, & ſic licet ceſſet vna ex duabus rationibus vnius. *l. altera remanet.* remanet etiam firma diſpoſitio ipſius legis *vt l. ſi non lex. in princip. ff. de hære. inſtitut. & in §. affinitatis. Inſti. de nupt.*

122 ¶ Tertiò facit, quia † argumentum à contrario ſenſu in *dicto §. fina.* ſumi non debet, ex quo contrarium reperitur expreſſum in iure, vt voluit gloſſ. *ordina. in capitulo primo. ſupra de ætate & qualitate.* & hoc quia reſultaret contrarius & abſonus intellectus, *vt l. ſecunda. C. de condit. inſertis.* ſicut etiam iſto caſu.

123 ¶ Quartò † quia per ſubauditos & coniecturatos intellectus non debet induci legum correctio ſecundum gloſſ. *notabilem in capitul. cupientes. ſupra de electio. eodem libro.* ſic quod argumentum à contrario ſenſu dicitur ſumi per coniecturam & ſubauditionem vt per gloſſam, *in l. apud antiquos. C. de fructi.*

124 ¶ Quintò † licet dictum verbum iudicare, ſit latiſſimum, tamen debet interpretari ſecundum regulas iuris, & ſic per donationem cauſa mortis: hæc interpretatio iuſta videtur, tum quia non conuenit etiam in materia vltimarum voluntatum, *& l. ciuilis interpretatur tan. ſecundum gloſſ. in cap. hæredes ſupra de teſtamentis.* tum etiam quia per hoc ius ciuile, & canonicum ad concordiam reducitur, *vt in capitulo cum expediat. ſupra de elect. eodem libro. & l. prima. C de nouatio.* tum etiam, quia ſimilis interpretatio ſit in ſimilibus terminis, nam ius nouiſſimum *in Authentico, vt liceat matr. aut auia. in princip.* vbi quantumcunque velint iura diſponere, loquitur per verbum generaliſſimum aptum comprehendere teſtamentum. nam oratio
125 † vniuerſalis eſt omnium incluſiua, nullius autem caſus excluſiua. *in capitulo ſoluta. ſupra de maioritate & obedientia. & in l. Iulianus. ff. de legat. tertio.* & tamen ibi verbum diſponere, diſponit alio modo quàm teſtando vel codicillando, vt ſupra dictum eſt. & per gloſſam, *in d. l. qui in poteſtate. in principio,* Ita ergo ſumatur dictum verbum iudicare, *in dicto §. cum non ſit no-*
126 *uum,* ll. poſteriores † à prioribus interpretationem recipere, *vt l. non eſt nouum. ff. de leg.* & per gloſſam, *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare coguntur.* cum non ſit præſumendum Papam vnico verbo voluiſſe tollere ſolennitates teſtamentorum argum. *l. ſi quando. C. de inofficio. teſtamento.* & ad verbum ibi pro anima, ſuppletur maximè ſecundum Imolam, *in dicta l. qui in poteſtate. in fin.*

127 ¶ Sextò † quia filius etiam cum conſenſu patris non poſſet teſtari inter liberos ſuos vt tenet Bald. *in dicta l. prima in repetitio. & not. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamentis.* ergo nec ad pias cauſas, cum priuilegium liberorum & piæ cauſæ æquiparentur ſecundum gloſſam, *in capitulo cum eſſes.* & Innocent. *in cap. relatum. ſupra de teſtamentis.*

128 ¶ Septimò † quia licet teſtamentum militis ſit redactum ad ius gentium & non curetur de ſolennitatibus iuris ciuilis, *vt in l. neque enim. in verſicul. & deportati, & verbo ſi ſeruum. ff. de teſtament. milita.* & licet patria poteſtas ſit de iure ciuili, *vt dicta l. nam & ciuium:* tamen non poteſt miles in patris poteſtate conſtitutus in alio peculio quàm caſtrenſe, vel quaſi teſtari, & ſic in aduentitio, vt *Inſtitutio. qui. non eſt permiſſum facere teſtamentum. § præter hos. & Inſtitutio. de teſtament. milita. §. fina.* ergo ſi hoc non poteſt filiusfamilias miles ex priuilegio militari, ſecundum quod non curantur ſolennitates iuris, & tamen curatur patria poteſtas vt ſupra, eodem modo ergo non debet hoc poſſe fieri ex priuilegio piæ cauſæ obſtante patria poteſtate. & ſic non obſtant notata, *in dicto cap. cum eſſes. & cap. relatum.*

¶ Octauò quia licet dicatur † quòd quæ ſpiritu Dei agun- 129
tur non ſint ſub lege, intelligitur ſub lege peccati, ſed bene ſunt ſub lege poſitiua præceptoria, & honeſta ſicut eſt iſto caſu, & ita voluit gloſſ. notabilis, *in verbo libertas, in Clement. ad noſtram. de hære.* Nonò quia licet iura faueant teſtamentis & piæ cauſæ, tamen non ſic quod debeat alijs fieri iniuſtitia, vt dicit text. in ſimili, *in capitulo ex tenore. ſupra de foro competenti,* ſicut etiam iſto caſu prout patet ex dictis ſupra per Petrum de Ancharanum. Decimò, quia text. *in eodem §. fina.* nihil videtur voluiſſe inducere pro anima, ſed videtur tollere vnam dubitationem quia videbatur quòd ex quo poterat ſibi eligere ſepulturam ſine patris conſenſu, quod poſſet etiam pro anima diſponere ſine conſenſu patris. & hoc importat ibi illa aduerſatiua, quia quæ dubitationis tollendæ cauſa inferuntur ius commune non lædunt, *vt l. qui mutuam. ff. manda.* Et dum poſtea dicitur pro anima tamen ſua, &c. Poſito, quod illud verbum iudicare, ſumatur generaliter, tamen contrarius ſenſus ad illum textum, ſcilicet cum patris conſenſu non poſſit iudicare generaliter, ſed vt ſit directo contrarius eſt, quod poteſt aliquid iudicare cum patris conſenſu, ſcilicet donando cauſa mortis. quia eſt contrarium vniuerſalis negatiuæ, & verificatur contrarium etiam propter quodlibet minimum affirmatiuum vt notatur, *in l. ſi is qui ducenta. §. virum. ff. de rebus dubijs.* & verbum pro anima ibi fuit poſitum dubietatis tollent. cauſa, vt ſupra patet in prædictis.

¶ Septimò quæritur, † poſito, quod filius poſſit ad pias 130
cauſas teſtari cum conſenſu patris, an in aduentitijs in quibus patri non quæritur vſusfructus poſſit teſtari ſine conſenſu patris. Bartol. *in dicta l. prima.* tenet quod ſic. primo quia tunc ceſſat ratio prohibitionis, cum non interſit patris ex quo non habet vſumfructum. & quia tunc non eſt legitimus adminiſtrator ſecundum gloſſam & Bartol. *in l. 3. §. ſi filio. ff. commodati. & in l fina. §. primo. ff. de verborum obligatione.* & ita tranſit Imola, *in dicto capitulo ſecundo.* ſed Bald. *in dicta l. prima.* tenet contrarium per textum expreſſum, *in dicto §. fina.* vbi ſine conſenſu patris non poteſt niſi in Caſtrenſe vel quaſi. ergo in aduentitijs quibuſcunque non poteſt ſine conſenſu patris: & pro hoc faciunt omnes rationes adductæ ſup. & maximè *in 7. ratione.* & hanc partem ſequitur Dom. Nicol. *rubri. ſupra de teſtamentis.*

¶ Octauo † quæritur ſecundum opinionem quòd filius 131
poſſit teſtari ad pias cauſas patre conſentiente, ſi in teſtamento pro parte legat ad pias cauſas & pro parte non, an portio ad pias cauſas quæ habetur pro non ſcripta accreſcat illis relictis ad pias cauſas? Bald. *in d. l. ſenium. in fi.* tenet quod non per. *l. mulieri & Titio. ff. de conditio. & demonſt.* licet ſecundum alios ibi contra voluntatem teſtatoris quis admittitur, ideo non habet locum ius accreſcendi. quia ius *in dicta l. tam his § primo.* videtur velle quòd non habeat locum ius accreſcendi, ſed ius non decreſcendi per not. *in l. filium. in fin. ff. de legat. præſtan.* ſed idem Bald. *in dicta l. prima. in repetitio.* dixit quòd reſponſio, *ad dictam l. mulieri.* videtur contra text. *in l. tertia. §. ſed ſi coniunctim. ff. de legat. præſtant.* videtur tamen concludere quòd in hæreditatibus habeat locum ius acreſcendi, per notata, *in l. re coniuncti. ff. de legat. tertio. & in l. prima. §. ſi fundo. ff. de hæredit. inſtitutio.* ſecus vero in legatis, quia in pro non ſcriptis nulla eſt coniunctio. & not. *in l. ſi duobus. §. primo. ff. de legatis primo.* & ad prædicta vide text. *in dicta l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.*

¶ Nono † quæritur an filius ad pias cauſas de conſenſu 132
patris poſſit in teſtamento diſponere de rebus proprijs ipſius patris. Bald. *in eadem l. prima.* in hoc videtur velle quòd ſic per textum notabilem, *in l. ſi debitor. §. in venditione. ff. quibus modis pign. vel hypo. ſol.* & idem tenet *in dicta l. prima. §. 1. in fin. ff. de legat. 3.* & ita tranſit Imola, *in dicto cap. 2.* ſed in contrarium facit, quia talis videtur quædam donatio quæ eſt prohibita inter patrem & filium & reuocatur per mortem filij, *vt l. ſecunda. C. de inoffic. donat.* non obſtat. *l. in ædibus. §. quod ſi filius. ff. de do-*

ff.de donat. vbi ſi pater donat filio vt ſic filius donet alteri, valet talis donatio ex quo apud filium non eſt manſura: nam illud procedit quando filius ita donaret alteri quòd ad eum res donata non ſit reuerſura, ſecus autem ſi ad filium poſſet reuerti ſecundum Bartolum, *in l. ſi cum filiusfamilias. ff. de donatio.* ſic eſt iſto caſu, cum filius donet per viam vltimæ voluntatis, quæ eſt reuocatoria vſque ad extremum vitæ exitum, *vt in l. 4. ff. de adimen. legat.* quare poſſet dici, quòd in vſufructu, qui quæritur ipſi patri filius volente patre bene poſſit teſtari cum in illo vſufructu tenet donatio inter patrem & filium vt eſt text. ſingularis, *in l. cum oportet. §. ſin autem. C. de bonis quæ libe.* ſed in alijs bonis remanet dubitatio ſupra dicta.

133 ¶ Decimò quæritur † ſi filius de conſenſu patris fecit teſtamentum ad pias cauſas, an pater poſtea poſſit reuocare talem conſenſum. & videtur poſſe concludi ex notatis per Bald. *in d. l. ſenium.* quòd ſic viuente filio. ſecus vero poſt mortem eius: de quo tamen dicas vt per gloſſ. & Cyn. & alios Docto. *in l. nec fratru. C. de dona. cauſa mor. in l. qui pretio. ff. eo. tit.* & per Bald. *in d. l. 1. in repet.* vbi notabiliter quærit an ſolus pater poſſit reuocare tale teſtamẽtum factum per filium: & concludit quòd nullo modo poſſit per plures rationes, de quibus ibi per eum. & ſic non poteſt reuocare teſtamentum ergo nec conſenſum per eum præſtitum.

134 ¶ Vndecimò quæritur † an ſufficiat generalis licentia patris de teſtando, an vero requiratur ſpecialis de teſtando ad pias cauſas. & videtur quod ſpecialis. argument. *l. filius. ff. de donat.* ſed contrarium tenet Bald. *in d. l. 1. in repet.* quod ſufficit generalis licentia. *argument. l. ſi duo. ff. de adminiſt. tuto.* & idem notatur per Specul. *in titu. de acti. §. primo. verſicul. quid ſi pater dedit filio.*

135 ¶ Duodecimò † quæritur ſi filius fecit teſtamentum ad pias cauſas ſine conſenſu patris, an pater poſſit conſentire ex poſt facto viuente filio? & videtur quod ſic per notata per Bart. & Imo. *in dicta l. tam is. §. primo. & in dicta l. filius.* vbi volunt patrem conſentire ex poſtfacto donationi cauſa mortis factæ per filium. & hoc quando filius perſeuerat in eadem voluntate, per notata, *in dicta l. 1. §. primo. ff. de lega. 3.* & facit quod infra proxime dicetur.

136 ¶ Vltimò † quæritur, filius fecit teſtamentum ad pias cauſas ſine patris conſenſu, deinde pater deceſſit, non præſtito aliter conſenſu, poſtea moritur filius cum eodem teſtamento, an tale teſtamentum reconualeſcat? De iure ciuili certum eſt quod non, *vt in dicta l. prima. §. primo. & in dicta l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ.* de rigore iuris ciuilis captatorij. Sed de æquitate canonica ſic, quia regula captatoria non habet locum de æquitate canonica: vnde ſufficit quod ſtante eadem voluntate ſuperueniat habilitas perſonæ ſecundum Baldum, ſingulariter. *in dicta l. prima, in repet.* & adducit notata, *in capit. quamquam. de vſu. eodem libro.* de teſtamento vſurarij manifeſti, quod reconualeſcit ſecuta poſtea cautione: de quo articulo eſt dicendum, *vt ſupra in teſtamento vſurarij in ſexta quæſtione.*

137 ¶ Decimononò † prohibetur teſtari ſeruus, *vt 13. quæſt. 2. illud. & l. filius. ff. de teſtamentis.* quia non eſt cognitus de iure ciuili, & quo ad hoc pro mortuo habetur, *in l. quod attum. ff. de regulis iuris.* & ita ſequitur Specul. *in dicto §. compendioſe. in princip.* quod procedit etiam permittente domino argument. *l. qui in poteſtate. ff. de teſtamentis.* Quod procedit etiam ſi vellet teſtari ad pias cauſas, vt tenet Bartol. *in dicta l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. in verſic. tertio quæro.* & Dom. Nicol. *in rubrica, ſupra de teſtamentis in fin.* & licet ſeruus æquiparetur monacho ſecundum Innocent. *in cap. cum olim. 1. ſupra de priuileg.* qui monachus non poteſt ſibi eligere ſepulturam, *vt in cap. fina. infra de ſepult.* tamen ſeruus bene poſſet ſibi eligere ſepulturam vt tenet Hoſtienſ. & Nico. *in cap. de vxore. ſupra de ſepult.* & rationem vide ibi per eos. limita tamen † dicta procedere niſi in aſcripticijs

138 vel cenſitis qui licet videantur eſſe deterioris conditionis quam ſerui, *vt l. ne diutius. C. de agrico. & cenſib. libro 11.* tamen teſtari poſſunt ſecundum formam, *l. ſi quis presbyter. C. de epiſcopis & cleric.* & ibi vide, & ita tenet Specul. *in dicto §. compendioſe.* liberti vero bene poſſunt teſtari relicta tamen patronis legitima portione, vt patet inſtitutio. de ſucceſſ. libr. per totum.

¶ Vigeſimò prohibentur teſtari omnes † clerici ſeculares & perſonæ eccleſiaſticæ de bonis eccleſiæ ſeu acquiſitis intuitu eccleſiæ ſiue mobilibus ſiue immobilibus, *vt in cap. quia nos, & cap. relatum. 2. ſupra de teſtamentis.* & idem ſi ſint bona acquiſita ex re eccleſ. vel ex redditibus, vel oblationibus eccleſiæ vt eſt text. *in cap. epiſcopi. 12 quæſt. 1.* & idem ſi ſint acquiſita intuitu eccleſiæ puta ex ſucceſſionibus vel donationibus extranearum perſonarum quo caſu in dubio præſumuntur acquiſita intuitu eccleſiæ vt eſt textus notabilis, *in cap. requiſiſti. ſupra de teſtamentis.* 931

¶ Sed limita prædicta † primò quia etiam de rebus immobilibus eccleſiæ poterit prælatus, vel clericus teſtari, & valebit teſtamentum, & debet dicta diſpoſitio ſeruari quando tantundem dederit ipſi eccleſiæ de ſuo proprio quantum de bonis ipſius eccleſ. relinquit vt eſt text. not. *in capitulo ſi epiſcopus. 12. quæſt. quinta. & in cap. ſi quis qualibet. 12. quæſt. 2.* & tenent Innocent. & alij Doctor. *in capitul. cum in officio. ſupra de teſtamentis.* 140

¶ Secundò limita, quia ratione conſuetudinis poterit clericus teſtari de aliquibus mobilibus ipſius eccleſiæ, vt refert Innocent. *in dicto cap. cum in officijs.* & tenet Vgo. *in dicto cap. ſi epiſcopus.* intelligendo in modica quantitate, quia ſicut valet conſuetudo vt prælatus eccleſiæ etiam regularis poſſit modica de bonis eccleſiæ donare vt eſt text. notabilis *in cap. cæterum. ſupra de donat.* Ita vt poſſit teſtari, & reſidet Imola, *in dictò cap. cum in officijs.* in rebus vero mobilibus magnæ quantitatis conſuetudo non valeret tanquam onéroſa ipſi eccleſijs, *vt in capitulo primo. ſupra de conſuetud.* reſpectu tamen bonorum immobilium conſuetudo nullo modo valeret, & in modica quantitate vt determinat Domin. Nicol. *in dicto capitulo cum in officijs.*

¶ Tertiò limita, quia † valeret conſuetudo, vt canonicus poſſit teſtari de fructibus percipiendis anno ſequenti poſt mortem ſuam, quia potius tunc præiudicat canon. ſucceſſori quam eccleſ. & ita determinat Ioan. Andr. *in regula nemo poteſt. infra eodem libro in mercuriali.* & licet clerici in ægritudine conſtituti, vel ſanitate poſſint aliqua bona eccleſiæ, vel eius intuitu acquiſita per viam eleemoſinę donare, vel in remuneratione ſeruitiorũ receptorum etiam à conſanguineo vel alijs, *vt in dicto capitulo relatum*, tamen per viam teſtamenti hoc facere non poſſunt, vt eſt text. *in cap. ad hæc. ſupra de teſtamentis.* cum non liceat eis teſtari de bonis eccleſiæ niſi vbi ſupra, de quo per Ioannem Andream & Doctor. *in dicto capitulo ad hæc.* in bonis vero proprijs ipſorum clericorum bene poſſunt teſtari & idem in bonis de quibus conſtat acquiſita intuitu perſonæ, licet ſint acquiſita poſt clericatum prout ſunt bona acquiſita ex ſucceſſione parentum, vel conſanguineorum, ſicut ex teſtamento, ſiue ex donatione, quia iſta in dubio præſumuntur acquiſita intuitu perſonæ, *vt in dicto capitu. requiſiſti*, idem ſi ex ſucceſſione, vel donatione amicorum. & idem ſi ex ſuo artificio vel doctrina, vt *vt in dicto cap. quia nos. & dicto capit. relatum* puta ſi erat ſcriptor vel pictor vel magiſter grammaticæ vel doctor. nam clerici huiuſmodi artificij & alia honeſta ſunt permiſſa, vt per gloſſ. *13. quæſt. 3. in ſumma. & in cap. clericus victum 91. diſtinct.* & in prædictis bonis poſſunt teſtari, vt ſupra. & in iſtis ſi non facerent teſtamentum ſuccederent eis ab inteſtato proximiores conſanguinei, & non eccleſia, vt notatur, *in cap. primo, & ſecundo, ſupra, de ſucceſ. ab inteſta. & in dicto cap. relatum.* in omnibus vero eccleſiæ vel eius intuitu acquiſitis non poſſent teſtari niſi vt ſupra. & ſi facerent teſtamentum ad pias cauſas, & ſic relinquerent pauperibus vel in ſubſidio terræ ſanctæ, vel alter vt tenet Bald. *in authent. licentiam, in fin. C. de epiſcopis & clericis.* † Sed quæritur primò quid de eo quod operatur clericus ratione officij, vel ſeruitij per eum præſtiti, puta quia fuit Capellanus alicuius domini vel Principis, à quo multa quæſiuit, an poterit de talibus teſtari. Hoſtienſ. cum quo reſident Doctor. *in dicto cap. quia nos.* tenet quòd ſic, cum videantur quæſita intuitu amicitiæ & ſic perſonæ, & idem tenet Iacob. Butri. *in authentica presbyteros, C. de epiſcopis & clericis.* in his quæ conferuntur, & in his rebus quæ quæruntur ratione dignitatis vel officij puta promiſſis vel orationibus dicendis. quia illa quæruntur ipſis intuitu perſonæ, & poſſunt de illis teſtari. & ita ſequuntur Doctores *in dicto capitulo quia nos.* & Dom. Nicol. *in dicto capitulo cum in officijs.* 142

officijs.& Cyn. *in authent. licentiam. C. de epiſcopis, & cleric.* & idem etiam in clericis habentibus capellanias in certis eccleſijs ad vitam non in titulo ſed reuocabiles, & pro eorum labore percipiunt in anno certum ſtipendium in pecunia, vel aliter. nam poterunt de his teſtari cum dentur intuitu perſonæ, & idem in clericis, qui in certis eccleſijs vniuerſitatis, vel collegij conueniſſent ad celebrandum & conueniſſent dare certos redditus de poſſeſſionibus dictæ vniuerſitatis collegij, quia poterunt de illis teſtari, ex quo dantur intuitu ſeruitij perſonalis, vt tenet Dom. *in cap. præſenti. ſupra de offic. ordi. eod. lib.*

143 ¶ Secundò † quæritur, quid de acquiſitis per ſacerdotem à parrochianis in parrochia. Innocent *in cap. cum inter. ſupra de verb. ſignific.* dixit quod videntur acquiſita intuitu eccleſiæ & non perſonæ: & idem finaliter videntur dicere, *in dicto capitu. requiſiſti. in fin.* vbi dom. Anton. & Imol. concludunt prædicta procedere in eo qui erat principalis rector eccleſiæ. ſecus ſi erat capellanus, quia videntur tunc acquiſita intuitu perſonæ vt ſupra, & poſſet de talibus redditibus teſtari ſecundum eum ibi.

144 ¶ Tertiò quæritur † quid de acquiſitis non ex re eccleſiæ ſed propter rem eccleſiæ, puta ſi prælatus eſt lucratus pecuniam ex condictione. *l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.* vel pœnam conuentionabilem in contractibus appoſitam, vel quia egit actione iniuriarum, vel actione furti vel ſimilibus caſibus vide not. per Bartol. *in l. prætor. §. quòd de fructibus. ff. de bonis aut. iudic. po. in l. niſi ex re. cum l. ſe. ff. de pen. hære.* & plene per Imol. *in dicto cap. relatum. in 11. colum. & vide gloſſ. in cap. contingit. ſupra de ſentent. excommun.*

145 ¶ Quartò quæritur quid ſi clericus † acquiſiuit multa poſt clericatum & non apparet an ſint acquiſita de rebus eccleſiæ vel eius intuitu, vel an ſint acquiſita de proprijs bonis vel intuitu perſonæ clerici in dubio quid præſumendum. & dic quòd licet text. & gloſſ. *in cap. 1. ſupra de peculio cleric.* videatur notabilis quòd in dubio clericus præſumitur acquiſiuiſſe, & ita voluit gloſſ. *in dicta aut. ſi vxor.* in dubio præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti vt text. *in l. etiam. C. de don. inter vi. & vxor.* & ſic adminiſtrator ſeu officialis de bonis offic. ſecundum gloſſ. *in l. facultas. C. de iure fiſci. lib. 11.* tamen Innocent. *in d. cap. cum in officijs:* concludit in hoc debere attendi præſumptiones & coniecturas & habebit iudex quantum ſit arbitrari: quãtum enim ſit patrimonium clerici & quot ſint eius redditus, & quantum potuerit lucrari ex artificio vel eius doctrina & econtra, quod ſint bona eccleſiæ, vel acquiſita intuitu eccleſiæ, & ſecundum præſumptiones prædictas debet fieri diuiſio talium acquiſitorum: de quo articulo vide pleniſſime *in d. c. cum in officijs. & in cap. 1. & 3. ſupra de peculio cle.* & per gloſſ. *in cap. pontifices. 12. quæſt. 3.* & per Bald. *in dicta authent. licentiam.* & ſi contingat quòd beneficiatus habeat plures eccleſias dic quòd eodem modo debebit fieri diuiſio, *vt in dicto cap. relatum.* & *ibi* per Imol.

146 ¶ Quintò † quæritur, an clerici poſſint teſtari de fructibus perceptis beneficiorum. vide per gloſſ. ordinariam, *in ver. ſeruari, & in cap. præſenti. ſupra de offic. ordin. eodem lib.* vbi dixit quod clericus habens adminiſtrationem beneficij æquiparatur vſufructuario in vita, qui poteſt de fructibus diſponere, ſed eius morte finitur talis poteſtas, immò cùm incipit infirmari æquiparatur vſurario, & ita nil habet niſi vſum tantum & ſic non poteſt de illis teſtari vel diſponere: ſi non ſit clericus non habens adminiſtrationem ſed ſimpliciter & perſonaliter beneficiatus, ſicut eſt canonicus. tunc in vita & in morte æquiparatur vſufructuario & facit fructus ſuos & poteſt de illis teſtari: & licet de conſuetudine ſeruetur opinio illius gloſſ. tamen de iure dicendum eſſe contrarium indiſtinctè & ſic de illis teſtari non poſſit prout tenuit Archid. *in cap. ſtatutum. in §. aſſeſſorem. ſupra de reſcript. eod. lib.* & per textum, *in cap. epiſcopi. in §. fiergo. & §. vltimo. 12. quæſt. 1. cum ſimilibus. & in dicto cap. relatum.* de quo tamen articulo vide plene per Doctor. *in dicto cap. præſenti.* & per Imolam & Dom. Nico. *in cap. fin. ſupra de pecun. cleric. & in dicto cap. relatum.* & plene per dom. Nicol. *in repet. cap. cum eſſes. ſupra de teſtamentis.*

147 ¶ Sextò † quæritur vtrum clericus ſecularis de acquiſitis intuitu eccleſiæ poſſit facere teſtamentum ex diſpoſitione vel licentia Papæ. & conclude quod non vt ſingulariter determinat Domin. Nicol. Panorm. *in repetitione dicti capituli cum eſſes. circa finem,* niſi ſubſiſtente iuſtiſſima cauſa. quia cum illa bona ſint eccl. vt ſupra patet & probatur, *in text. in cap. vnico. inf. de voto eodem libr. & in cap. cum ex eo. ſupra de elect. & ibi gloſſ. notabilis,* tenens quod dominium rerum eccleſiæ non eſt apud Papam, ſed apud Deum, quia non permittitur alienatio rerum eccleſiæ ſine iuſta cauſa. & eſt text. notab. *in cap. non liceat. 12. quæſt. 2.* & de his ibi pleniſſime per eum. de quo plene dicetur. *infra in quæſtione an monachus de licentia Papæ poſſit facere teſtamentum.* & ibi vide hoc.

¶ Septimò quæritur, † quid de Eremitis, & alijs fratricellis. & conclude quod ſic, dummodo non fuerint profeſſi aliquam regulam approbatam, quia tunc non poſſent vt de his eſt text. notabilis. *19. quæſt. tertia. in §. contra.* nam Eremitæ in ſe poſſunt habere proprium, vt dicit gloſſ. ibi, & text. *in cap. cum Ioannes Eremita. de fide inſtrument.* & ita concludit Bald. *in authent. ſi qua mulier. in principio. C. de ſacroſanctis eccleſijs,* & Dom. Nicol. *in rubrica, ſupra de teſtamentis.* & an Eremitæ dicantur perſonæ eccleſiaſticæ, & gaudeant priuilegio clericorum. gloſſ. *in capitul. ex parte. ſupra de conuer. coniugat.* dixit quod non, & quod tales poſſunt contrahere matrimonium de quo tamen articulo vide gloſſ. *in cap. qui vere. 16. quæſt. 1.* & per Inno. *in cap. cum ad monaſterium. ſupra de elect.* & per Doctor. *in cap. 2. de foro competen.* 148

¶ Vigeſimoptimò † prohibentur teſtari epiſcopi, Archiepiſcopi, & alij prælati de bonis epiſcopatus, vel eccleſiæ, vel eius intuitu acquiſitis, *vt in cap. 1. ſupra de teſtamentis. & in capitu. epiſcopi. & in cap. ſint manifeſti. 12. quæſt. 1.* in quibus iuribus patet, quod de his non poſſunt teſtari. Secus vero in bonis proprijs vel acquiſitis intuitu perſonæ vt ibi dicitur, vbi etiam patet, quod etiam epiſcopus vel alij prælati non coguntur inſtituere hæredem in teſtamento eorum eccleſiam vel aliquid eidem relinquere ſed poſſunt cui volunt prout, *ſupra in clericis ſecularibus dictum eſt,* & ita ſequitur Dom. Nicol. & Imol. *in dicto cap. 1. in fin.* & quicquid aliter notetur, *in authen. licentiam. C. de epiſcop. & cleric.* & ſi clericus vel epiſcopus habet filios, poteſt omnia ſua bona propria vel intuitu perſonæ acquiſita illis relinquere, & eccleſiæ nil relinquere tenetur, *vt in dicto capitulo ſint manifeſti. & 12. quæſt. 2. capitulo epiſcopus qui filios.* intellige de filijs legitimis natis ante epiſcopatum, quia aliàs eſſent illegitimi, & ſecus eſſet, nam licet de æquitate † canonica filij ſpurij vel inceſtuoſi debeant alimentari à parentibus, vt eſt text. ſingularis, *in capitulo cum haberet. ſupra de eo qui duxit in matrimon.* licet ſecus de iure ciuili, cum tales non ſint nominandi filij nec debent ali, *vt in authentica ex complexu. C. de ſecundis nuptijs.* tamen de æquitate canonica tales filij non ſuccederent patri, nec ex teſtamento nec ab inteſtato, vt tenet gloſſ. & Doctores ſequuntur, *in dicto cap. cum haberet.* vnde dixit ſimiliter Bartol. *in l. fin. §. qui à ſocero. ff. quæ in frau. credit.* & Bald. *in dicta authentic. ex complexu.* quod cum dos ſuccedat loco alimentorum, *vt in l. fin. C. ad l. Iul. maieſt.* quod poterit ſacerdos dotare filiam ſuam in legitimam proprio patrimonio ex quo tales etiam inceſtuoſi capere poſſint pro alimentis, vt ſupra. 149 150

Vigeſimo ſecundò † prohibentur teſtari Cardinales de bonis eccleſiæ eorum, de quibus titulum habent, ſeu eius intuitu acquiſitis, ſecus de bonis proprijs acquiſitis intuitu perſonæ, quia de illis teſtari poſſent ſicut epiſcopi, & alij prælati de quibus ſupra, dummodo Cardinalis non ſit regularis, quia tunc nõ poſſet ex quo nulla dignitas monachum liberat à ſubſtantialibus regulæ, *vt in c. 1. 18. quæſt. prima.* alias vero ſi eſt ſecularis, & poteſt teſtari vt ſupra, & ita tenet Bald. *in d. authen. licentiam. in princip.* & de eccleſijs & titulis Cardinalium habetur, *in cap. his quæ. ſupra de maio. & obed. & in cap. ex geſtis. ſupra de cle. non reſid.* vbi eſt text. quod de iure quilibet Cardinalis tenetur reſidere apud eccleſiam tituli ſicut alij prælati, aliàs deponi poſſet vt ibi dicitur. 151

Vigeſimo tertiò † prohibetur teſtari Papa de ipſo Papatu, quia non poteſt poſt mortem eligere ſeu relinquere ſibi ſucceſſorem, ſecundum gloſſ. ſimilem, *8. quæſt. 1. in §. his omnibus,* & generaliter an Papa poſſit facere teſtamentum poteſt ſic concludi, quod aut vult facere ſibi hæredem & ſucceſſorem ſed per electionem Cardinalium, *vt in c. vbi periculum. ſupra de elect. eodem libro,* & ibi de modo & forma electio. Papæ: ſi verò † vult facere teſtamẽtum de rebus eccleſiæ Romanæ ſeu de patrimo- 152 153

trimonio beati Petri, & tunc videtur quod eodem modo non poteſt niſi ſicut liceret alijs ſimplicibus clericis de quibus eſt dictum *ſupra*. & hoc per rationem gloſſ. *in dicto §. his omnibus*. & quia Papa non poteſt præiudicare ſucceſſori *vt in cap. fin. ſupra de reſcript. eodem lib.* & facit. *l. nam & magiſtratus. ff. de arbit.* nam etiam Papæ, non licet alienare res Eccleſiæ vt *in dicto capit. non liceat Papæ*. & quia dominium Eccleſię Romanæ non eſt penes Papam vt pleniſſimè dicetur *infra*, ergo non poteſt illam in teſtamento relinquere, quia prohibitus alienare videtur etiam prohibitus in vltima voluntate relinquere, vt *in l. peto. §. fratris. ff. de leg. 2.* ſi vero Papa vellet facere teſtamentum de bonis ſuis patrimonialibus vel acquiſitis intuitu perſonæ, & tūc poſſet, & ita debet intelligi gloſ. *ſingularis in l. cum hæredes. C. qui teſtamen. fa. poſ.* quam ſequitur Bald. ibi: quæ ſimpliciter dixit & voluit Papam poſſe facere teſtamentum ſicut & alij: & an hoc procedat ſi Papa per prius fuiſſet monachus vel de ordine mendicantium dicetur infra.

154 ¶ Vigeſimoquarto † prohibetur teſtari Imperator de imperio ſeu de iure ipſius, cum imperium nō trāſfertatur per ſucceſſorem, ſed per electionem ſicut dicitur *ſup. de electione. coram diſt. 100. legimus. & vide glo. ordinariam in verb. illi. in c. ad Apoſtolica. ſup. de reg. iur. eodem lib.* ponentem qui ſint electores imperij, ſeu ad quos ſpectat electio: ſi vero vult teſtari de rebus & ciuitatibus imperij, & eodem modo non poteſt, cum non poſſit præiudicari ſucceſſori, vt *ſup. in Papa*, & ſic non poteſt alienare bona imperij etiam ſi vellet relinquere ad pias cauſas. Ideo eſt quod reuocatur in dubium, an valuerit donatio facta per Cōſtantinum Papæ Silueſt. de ciuitatibus imperij, de qua donatione habetur *in c. Conſtantinus. 96. diſt.* & de hoc articulo per Docto. *in proœm. C. & ff.* ſed ſi vult teſtari de bonis patrimonialibus vel acquiſitis intuitu perſonæ, & tunc poteſt, vt eſt text. *in d. l. cum hæredes.* qui ita intelligi debet.

155 ¶ Vigeſimoquinto † prohibētur teſtari reges de regno ſeu de iuribus ipſius regni in quo datur ſucceſſio non à teſtatore, ſed ab ipſa l. ex ordine geniture, & ſic ſucceditur per filiū primogenitum, & eo defuncto ſine ſobole ſuccedet primogenitus, vt eſt tex. notabilis *in c. licet. ſupra de voto. & in c. grandi. ſupra de ſupplen. neg. prxla. eod. lib.* ex quibus iuribus patet non procedere quod dixit *in gloſ. 8. q. 1. c. Moyſes*, volens per illum textum quod regna transferantur per electionem, ſicut imperium: nā cætera regna de conſuetudine approbata in dictis iurib. transferuntur per ſucceſſorem & non per electionem, & ita notat *ſingulari 7. quæſt. 1. cap. denique*. dicēs quod filius regis debet poſt eum eſſe & ſic iure ſucceſſionis. & ita ſequitur Arch. *in dicto c. Moyſes* & facit text. & gloſſ. *in cap. imperialem. §. præterea. de feud. non alie.* vbi idem dicitur in alijs dignitatibus ſecularibus: & ſic non ſolum regna ſed etiam ducatus marchionatus & comitatus non iure electionis, ſed iure ſucceſſionis ex ordine geniture ſucceditur, & hoc fuit ſtatutum in honorem & fauorē imperij ſeu Papæ vt ſic principatus qui ſub eis ſunt non diuidantur ſed integri permaneant *arg. cap. maioribus. ſupra de preb.* & ita vult gloſ. *in dicto cap. licet in fin.* alias ſi plures ſuccederent lęderetur ipſa reſpublica, quia ſecundum philoſophum, multitudo principum noxa eſt, vnde etiā ex ordine naturæ vnus debet eſſe princeps vt dicit text. *in cap. in apibus. 7. quæſt. 1.* & ex his omnibus patet reges, duces, marchiones, & comites non poſſe teſtari de ipſis dignitatibus & iurib. earum nec alijs perſonis relinquere quam à iure deferantur, & ita ſingulariter tenet Ioan. Andre. *in dicto capit. licet. & in dicto capit. grandi.* dicens quod rex in vita ſua vel in morte non poſſet priuare primogenitum iure regni dando illud poſſeſſori vel alteri niſi iuſtiſſima cauſa ſubſiſtente, immo ſingulariter probatur *in dicto capit. licet.* quod etiam Papa vel imperator hoc facere nō poſſet niſi legitima cauſa ſubſiſtente, & ita ſequitur Imol. & Ioan. Andr. *in dicto. cap. grandi & cap. licet.* Quæ † autem ſint iura primogenituræ & in quibus conſiſtant, vnde gloſ. *ordinariam in cap. quā ſit periculoſum. 7. quæſt. 1.* & per Ioan. And. *in dicto cap. licet.* & quis dicatur primogenitus vide. *in cap. 3. & capit. Ioſeph. ſupra de verbo. ſignifica.* eodem tamen caſu à iure vel conſuetudine hæreditas defertur ad primogenitus, non debent per hoc alij filij mendicare ſed cogitur primogenitus aſſignare eis tantum attenta facultate & dignitate principatus vel hæreditatum, vt vt ſic poſſint congrue ſuſtentari vt determinat Ioan. Andr. *in dicto cap. licet. & in reg. ſine culpa. infra eodem. lib. in mercurialibus.* &

156 (margin, beside "in dicto. cap. grandi")

addc prædictis quod dixit Bal *in titu. de pace conſtantiæ in §. amplius.* quod nec per contractum nec alio modo poteſt princeps vel rex concedere regalia in præiudicium ſucceſſorum, quod not. quia alias princeps vel rex bene obligatur ex contractu & tranſit talis obligatio in ſucceſſorem actiuè vel paſſiuè vt notabiliter probatur *in c. 1. ſupra de proba* & an reges & alij domini temporales poſſint alienare particulariter de rebus ſiue iurib. regni, vide text. & Docto. *in c. Abbate. §. propterea. ſup. de re iudi. eo. lib.* & per Bald. *in l. 1. C. ſi plures vna ſenten* & per Bart. *in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam.* & vide ſingulare dictum Spe. *in tit. de inſtru. edit. §. aut autem. in fin.* vbi dixit quod ſi Imperator vel Rex vel alij, de quibus *ſupra* de bonis regni vel imperij conſtruerint monaſterium & dotāt de bonis prædictis, quod ſucceſſor non poteſt reuocare niſi imperium regnum comitatus vel ducatus enormiter læderetur, quia tunc poſſet niſi ex præſcriptione vel alia iuſta cauſa eſſet ius quæſitum, vt ibi per eū & vide text. *in capit. intellecto. ſupra de iureiuran.* niſi ex vinculo iuramenti arctantur ad non alienandum iura ſiue res ipſius regni.

¶ † Vigeſimoſexto prohibentur teſtari monachi, canonici regulares & omnes alij profeſſi regulam approbatam, vt *in authentica ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccleſiis. & in cap. quia in egredientibus. & §. econtra. & §. nunc autem. 19 quæſt. 3. & in capitulo ſecundo. ſupra de teſtamen.* & hoc ex tribus rationibus, & primo quia non habent nec habere poſſunt aliquod proprium. vt *in d. iuribus. & in cap. cum ad monaſterium. in fin. ſupra de ſtat. monacho. & in capitulo nolo & in cap. non dicatis. 12. quæſt. prima.* ideo quod etiam veſtis quæ vtitur monachus, non dicitur ſua, nec poteſt dicere quod ſua ſit, nec dicitur eam poſſidere. vt dixit gloſſ. *in dicto capitulo non dicatis.* quia qui ab alio poſſidetur ipſe nihil poſſidet, vt dicit gloſſ. ibi, ideo eſt † etiam quod non poſſet facere eleemoſinam de bonis monaſterij ſine licentia ſuperioris, niſi eſſet periculum quod pauper fame non moriatur, vel etiam in ſtudio vel in peregrinatione de licentia Abbatis. quia iſtis caſibus poſſet facere grauitatem eleemoſinam moderatam tamen vt dixit gloſſ. *ibi & in Clemen. 2. in verbo conuertendum, de vita & honeſtate clerico.* de quo etiam per gloſſ. *in cap. alia cauſa. 16. quæſtio. prima.* & per Doctores *in cap. ex parte. ſupra de accuſa.* ſecunda ratio quia tales nō habent velle neque nolle, & ſic non habent arbitrium propriæ voluntatis, *vt in capit. quorundam. & capit. ſi religioſus. ſupra de elect. eodem libro.* ideo † eſt quod non poſſunt ſibi eligere ſepulturam. *vt in cap. fin. infra de ſepult.* nec etiam agere poſſunt pro iniuria eis illata, ſed actio competit monaſterio ſicut competit domino ſi iniuria fit ſeruo, ſecundum gloſſ. *in capit. parochianos. ſupra de ſententia excommunicationis.* de quo ibi plene not. *& in l. ſi longus. §. ſi filius. ff. de iud.* & ſi ſpoliarentur cappa vel libro non poſſent petere reſtitutionem niſi eſſent in ſtudio de licentia Abbatis. de quo per gloſſ. *in dicto c. ex parte. & in d. cap. non dicatis.* nec poſſunt facere commattes, ſeu contrahere cognationem ſpiritualem vt *18. q. c. peruenit. & ibi gloſ.*

¶ Tertia ratio † quia monachus dicitur ſeruus vt *54. diſtinct. capit. multos.* vbi eſt textus notabilis quod monachus dicitur aſtrictus duriori ſeruitute ſuo monaſterio quam ſit ſeruus domino ſuo. 160

¶ Et ex his omnibus infertur primo, quod etiam permittēte Abbate monachus non poſſet facere teſtamentum. & facit *l. qui poteſtate. ff. de teſta.*

¶ Secundo infertur † quod appellatione monachorū venit Abbas, cum & ipſe Abbas monachus ſit vt *in c. ſi. ſupra de ſimonia.* & ſicut nec monacho, ita nec Abbati licet habere proprium vt *in c. Abbate. 54. diſt.* quod etiam Abbas ipſe non poſſet facere teſtamentum, & in Abbatiſſa, ita eſt text. *in cap. 2. ſupra de teſtam.* quia appellatione monialium venit Abbatiſſa, cum & ipſa monialis ſit vt *in cap. 1. §. verum. infra de teſta. regularium.* 161

¶ Tertio infertur idem eſſe dicendum non ſolum in monachis & canonicis regularibus ſed etiam in omnibus mendicātibus, & ſic in fratribus minoribus prædicatoribus Eremitis & carmelitis, de quibus *in c. 1. inf. de reli. domi.* & cum in ipſis fortius prædicta locum habeant, vt *infra* patebit.

¶ Sed † limita primo quia etiam monachus profeſſus poteſt facere teſtamentum in vno caſu ſingulari *in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. & in authen. nunc autem. C. de Epiſco. & clericis. canonizata. 19. quæſtio. 3.* nam ingreſſus monaſterium & pro- 162

profeſſus ſi liberos habet poteſt teſtari & etiam tenetur relinquere filijs ad minus legitimam & monaſterio poteſt relinquere reliqua bona vel ecõtra ipſis filijs reliqua bona & monaſterio legitimam portionem prout ibi habetur, & ita ſequitur Bal. in dicta authen. ſi qua mulier. & in l. 1. C. de ſacroſan eccleſ. in repet. ſed aduerte primo quod ſi monachus profeſſus non habet deſcendentes ſed aſcendentes tantum, an teneatur vel poſſit relinquere eis ad minus legitimam portionem vel ſit eis debita à monaſterio ſi talis non facit teſtamentum? gloſſ. in d. authen. ſi qua mulier. tenet quod non & idem tenet dicto c. ſi
163 qua mulier. quia † monaſterium habetur loco filij, vt in cap. in præſentia. ſupra de proba. & in authen. niſi rogati. C. ad treb. & in ſucceſſione prima cauſa eſt filiorum & ſic excluduntur ipſi aſcendentes, vt in authen. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitimis. & dixit Cyn. in dicta authen. ſi qua mulier, quod monaſteriũ, apud quod ſunt bona cogetur præſtare alimenta ipſis parentibus.

¶ Secundo aduerte, quia prædicta procedunt niſi quis per ſuperiorem monachum & dolo ſit inductus ad intran. monaſterium, quia licet talis dicatur bonus dolus, & per hoc non violetur monachatus, tamen bona non deferuntur ad monaſterium, ſed ad venientes ab inteſtato, vt eſt tex. ſingu. 20. quæſt. 3. c. conſtituit. & per Innoc. & Docto. in c. dudum. ſupra de conuerſi. coniug.

¶ Tertio aduerte, quia eo caſu quo legitima tantum debetur filijs ipſius ingreſſi, & reliqua bona monaſterio, prout dicitur in d. authen. ſi qua mulier, tunc licet aliàs filius viuente patre non dicatur habere ius in eius legitima ſed tantum poſt mortem naturalem ipſius patris, & ſic legitima debetur tantum poſt mortem patris, vt l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtamen. & per gloſ. in cap. Raynutius. ſupra de teſtamen & per Barto. in l. penult. ff. de libe. agno. tamen de æquitate canonica patre ingreſſo monaſterium immediate debetur filijs legitima, & eo viuente nõ exſpectatur mors naturalis ipſius patris, vt eſt text. ſingularis in cap. cum ſumm. ſupra de regul. & ita ſequitur Innoc. ibi, & communiter Docto. & Bald. in dicta authen. ſi qua mulier. circa finem. & ita eſt tenendum, quicquid dicat glo. ibi. Secundo limita prædicta procedere, poſt profeſſionem infra annum probationis poteſt monachus & alij regulares libere teſtari, ſecundum Inno. in d. cap. 2. & ſequitur gloſ. in verbo, iudicijs, in capit. non ſolum. infra de regu. & Archid. & Ioan. And. in capit. bonus. eod. titu. quia ante profeſſionem non ſunt verè religioſi, vt dicit tex. in c. religioſo. inf. de ſenten. excom. & ſic videtur quod tunc non poſſent priuari aſcendentes legitima eo caſu quo facerent teſtamentum, quia ceſſat ratio de qua in d. authen. ſi qua mulier. quia ibi erat profeſſus à principio, ſecus videtur in non profeſſo exiſtente infra annum probationis, quia aſcendentes non debent poſſe priuari legitima, de quo infra.

164 ¶ Sed quæritur † primo, quid de morientibus infra annum probationis, non facto aliter teſtamento, ſiue ſint mendicantes ſiue non, ad bona vadant ad monaſterium an vero ad venientes ab inteſtato. Cyn. in dicta authen ſi qua mulier. videtur velle quod in dubio ad monaſterium, quia moriendo ſic in habitu videtur voluiſſe eſſe monachus, Barto. ibi arguit pro & contra & non decidit. Anto. in d. c. in præſentia. ſequitur opinionem Cyn. & idem Pet. de Peruſio in d. cap. 2. ſed verior videtur opi. quod vadant ad venientes ab inteſtato, quia interim ante profeſſionem non dicitur vere religioſus, vt dicit text in c. religioſo. infra de ſenten. excom. & ita ſequitur Imol. in d. c. in præſentia, & in d. c. 2. in 6. colum. ita etiam diſputando terminauit Pet. de Ancha. prout ipſe refert in dict. cap. 2. de quo ibi plene per eum.

165 ¶ Secundo principaliter quæritur, an mendicantes infra annum probationis poſſint facere teſtamentum? & videtur quod ſic ex quo non ſunt tacitè vel expreſsè profeſſi etiam ſi tales ſint fratres minores: & videtur probari in Clem. exiui. §. nos autem. & §. cum vero. inf. de verb. ſignifica. & ita eſt de mente Bald. in d. auth. ſi qua mulitr.

166 ¶ Tertio † quæritur, an mendicantes ſi faciunt teſtamentum cogãtur relinquere aliquid eorum Eccleſiæ? & dic quod in fratribus minoribus clarum eſt quod non, quia etiam in caſu noſtra non ſunt capaces alicuius proprij, vt in dict. Clemen. exiui. ſed in alijs mendicantibus videtur, quod non cogantur aliquid relinquere, quia licet ſit dubium an Eccleſia mendicantium poſſit petere bona ipſorum ingredientium quando mendicantes profeſſi deceſſerunt non facto teſtamento, vel quando expreſſe bona reliquiſſent eorum vt Eccleſ. infra patebit, tamen ſine dubio videtur quod Eccleſia aliquid petere non poſſit contra eorum voluntatem, & ita videtur de mente Imol. in dicto capit. in præſentia. & Barto. in dicta authen. ingreſſi. & authen. ſi qua mulier. vbi notabiliter determinant hoc procedere non ſolum ſi facerent teſtamentum infra annum probationis, ſed etiam ſi longè feciſſent ante ingreſſum non cogitantes de ipſo ingreſſu, quia non rumpitur teſtamentum prius factum in ipſis mendicantibus quibuſcunque quod: not.

¶ Quarto † quæritur, quid ſi mendicantes profeſſi dece- 167
dant in ordine mendicantium non facto aliter teſtamento, an Eccleſia poſſit petere eorum bona, & dic quod non in fratribus minoribus, ſed ſuccedunt aduenientes ab inteſtato. cum dicti fratres ſint incapaces, vt in dicta Clemen. exiui. & ita communiter tenent Doctores, in dicto capit. in præſentia. & ſequitur Imol. in l. 1. ff. de teſtamen. circa fin. Sed in prædicatoribus & alijs mendicantibus tenuit Specu. in titu. de ſta. mon. §. 1. verſ. 3. quod Eccleſia poſſit petere eorum bona, nam licet non poſſit retinere proprium, vt cap. infra de relig. domi. tamen poterit vendere, & de pretio ſubuenire eorum neceſſitatibus, & ita tenet gloſ ſingularis in dicto capit. 1. infra in ver. domus. & Archidia. 19. quæſt. 3. in cap. quia ingredientibus. & Imol. in dicta l. 1. in fin. & in dicto cap. in præſentia de hoc tamen articulo vide per Bald. in dicta authen. ingreſſi. & plene per Feder. in ſuo conſilio 12. & per Docto. in d. c. 1. & voluit ſingulariter Specu. in d. verſ. 4. prędicta procedere, niſi talis haberet deſcendentes vt ſola legitima debeat eis reſeruari & reliqua bona cedant Eccleſiæ ſicut dicitur in d. authen ſi qua mulier. & ſic vult quod diſpoſitio d. authen. habeat locum etiam in fratribus mendicantibus.

¶ † Quinto quæritur, quid in alijs nõ mendicantibus, an co- 168
gantur eorum teſtamento aliquid relinquere, nec monaſterium aliquid petere poſſit, & valeat teſtamentum non obſt. d. auth. ſi qua mulier, quia ibi loquitur in profeſſis, ſecus in his qui poſſunt libere teſtari, vt infra proxime patebit.

¶ Sexto † quæritur, an teſtamentum rumpatur factum per 169
ingreſſum monaſterij, ſi aliquid non eſt relictum monaſterio iure inſtitutionis. gloſ. in dicta authen. ſi qua mulier. tenet quod ſic quaſi agnatione poſthumi, cum monaſterium habeatur loco filij, vt in dicto cap. in præſentia & in auth. niſi. C. ad Trebel. Spec. in dicto §. 1. ver. 51. refert opiniones & nihil firmat. Barto. in dicta authen. ſi qua mulitr. concludit quod aut talis fecit teſtamentum cogitans de ingreſſu & tamen nihil reliquit monaſterio, & tunc non rumpitur teſtamentum, ſed valet: ſecus ſi non cogitans de ingreſſu, quia tunc rumpitur quaſi mutata volũtate, … offerendo bona ſua tacitè vel expreſsè monaſterio vid… pœnituiſſe teſtamenti, & ita ſequitur Bald. ibi dicens quod … dubio ſi ingreſſus monaſterium fecerat teſtamentum … proximo præſumitur quod cogitauit de ingreſſu & non pœnituerit teſtamento ingrediendo monaſterium, ſecus ſi ex interuallo, argumen. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. & ita ſequitur Imo. in dicto cap. in præſentia. in 7. colum. Tamen aduerte, quia opinio Barto. volentis quod per ingreſſum monaſterij non rumpitur teſtamentum factum à non cogitante de ingreſſu religionis, procedit etiam ſi ingreſſus obtuliſſet expreſſè ſe & ſua bona monaſtario, quia nõ præſumitur quod ſe correxerit & voluerit reuocare teſtamentum, ſecundum dominũ Anto. de Butr. in dicto capit. in præſentia. quem in hoc ſequitur Imo ibi, ſi vero ingreſſus fuit monaſterium ex interuallo, quo caſu non præſumitur tempore teſtamenti cogitaſſe de monaſterio, tunc ſi ingrediendo monaſterium obtulit expreſſe ſe & ſua bona, & rumpitur teſtamẽtum & videtur aliter diſponere de ſuis rebus, ſecus ſi ſimpliciter ingrediatur religionem, quia tunc videtur velle remanere in primo teſtamento ſecundum Anto. ibi, ſed in hoc vltimo Imo. ibi ſequitur opinionem Bar. quod etiam ſimpliciter ingrediendo monaſterium rumpitur teſtamentũ, licèt aliter nõ offerat expreſsè ſe & bona ſua, quia tacitè videtur offerre, vt d. authen. ingreſſi. & ſic aliter diſponere de rebus ſuis, vnde talis expreſsio non videtur neceſſaria, argu. l. cum quid. ff. ſi cert. peta. ſed certè verior videtur opinio Anto. per tex. in dicta authen. ſi qua mulier. in §. nunc autem. ibi, ſi prius teſtatus nõ ſit. quaſi ſi prius feciſſet teſtamentum illud nullo modo rumpitur per ingreſſum monaſterij, ſed debet ſeruari, & ita etiam videtur tenere Speculator in dicto §. 1. in fin. & in ver.

*in ver.*51.& maximè quia monaſterium non habetur loco filij, niſi in caſibus expreſſis in iure, & iſte caſus non reperitur expreſſus: facit text. *in authen.de mona.*§.*illud.* Non obſt. quod ingrediendo monaſterium videatur velle aliter diſponere de rebus ſuis, nam illud procedit niſi prius feciſſet teſtamentum, *vt in d.*§.*nunc autem.& in d.*§.*illud* & in dubio voluntas nō præſumitur mutata, *vt in l.eum qui.ff.de probat.* & ceſſat tacita obligatio, niſi appareat de expreſſo per teſtamentum, *vt d.*§.*nunc autem.* quia prouiſio hominis tollit prouiſionem legis vt *in l.maritum.C.de procura.*

170 ¶ Septimo † quæritur, quid ſi ingrediens monaſterium relinquit in teſtamento omnia bona monaſterio, & ſuis deſcendentibus nihil, an valeat teſtamentum. Barto. quod ſic *in dicta authen.ſi qua mulier.& per textum in d.*§.*illud.* vbi permittit teſtari quomodo vult: ſed Imol.& Anto. *in dicto cap. in præſentia.circa finem* tenet contrarium & bene, quia nō eſt veriſimile, quod Imperator in tantum voluerit priuilegiare teſtamentum in præiudicium filiorum, argumentum gloſſ. *in l.ſi quis ad declinādam.C.de Epiſco.& cler.* pro qua gloſſ. eſt text. *in cap.fin.17.quæſt.vltima.* & illa verba quomodo vult, de quibus *in dicto* §.illud debent intelligi, dummodo legitimè teſtetur, *argu.l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.* vnde videtur, quod iſto caſu non rumpatur teſtamentum in totum, ſed filijs debeatur ſola legitima, & reliqua bona monaſterio, *arg.d.auth.ſi qua mulier.* & facit bonus text. *in c.cum ſumus.ſup.de regu.*

171 ¶ Octauò † quæritur, an cogantur relinquere legitimam ſuis parentibus, & ſi non relinquunt in teſtamēto an debeatur à monaſterio. gloſ. *in d.auth.ſi qua mulier.& in d.c.ſi qua mulier.* videntur velle, quod non: ſed certè ibi loquitur, quando monachus profeſſus fecit teſtamentum, de quo ſupra dictum eſt in ſecunda limitatione: ſecus videtur, ſi ante profeſſionem infra annum probationis, vel ante ingreſſum: quia videtur, ꝙ debeatur ipſis aſcendentibus ad minus legitima. *argu.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffic.teſtam.* & quia debent legitimè teſtari, vt dicitur *ſup.in proxi.quæſtio.* immo videtur velle Spec. *in d.verſic.*54 *& in verſic.ad præmiſſorum.* quod etiam in caſu *dict.authen.ſi qua mulier.* parentes non poſſint priuari legitima, fortius ergo quādo infra annum probationis, vel ante fecit teſtamentum, quod no.

172 ¶ Nonò quæritur, an poſt † ingreſſum monaſterij poſſit reuocari teſtamentum iam factum: & conclude. quod infra annum probationis poteſt, ſicut poſſet de nouo teſtari, vt eſt dictū *ſupra in ſecunda limitatione.* & ita tenet Imo. *in d.l.nam ad ea.in 7.colum.* ſed poſt profeſſionem Bart. *in d.authen.ſi qua mulier.& in d.l.1.* tenet idem *argu.l.ſed & ſi mors.ff.de donat.inter vir.& vxo.* etiam ſi coram duobus teſtibus condidit teſtamentum, *arg.cap.cum omnes.ſupra de teſtamen.* ita tenit poſt dom. Anto. *in d.c.in præſentia.circa fi.* Bald. *in d.auth.ſi qua mulier.* dicit hoc procedere, quando reuocando non mutaret de extraneo in filiū, vel in monaſterium, vel de liberis in liberos, vel de liberis in monaſteriū, vel de monaſterio in aliud monaſteriū, quod eſſet ingreſſus, alias mutando non eſſet permiſſa & vide pleniſſimè per Bald. ibi. Sed Angel. *in d.l.1* indiſtinctè tenet contrarium, vt nullo modo poſſit reuocari poſt profeſſionem, quia cum ſit priuatus poteſtate teſtandi: igitur & poteſtate reuocandi, & hanc partem ſequitur Imol. ibi per hanc rationem, *arg.l.4.ff.de re iudica.* Non obſt *d.l.ſed ſi mors.* quia loquitur in donatione cauſa mortis, item ibi loquitur in deportato, qui retinet libertatem, ſecus in monacho profeſſo, qui non habet velle, nec nolle, vt *ſupra.* item quia ſola reuocatio verbalis nō ſufficeret, niſi fieret aliud teſtamentum de nouo, quod ille facere non poteſt, vt no. *in l.ſi iure.ff.de lega.3.* & pro hac parte facit optimus text. *in d.authen.ſi qua mulier.* quia ſi ſpeciale eſt in illo caſu, vt poſſit aliquid ordinare: ergo in contrarium eſt ius cōmune: ſed illo caſu non poteſt aliquid ordinare, quādo prius eſt teſtatus, *vt d.*§.*nunc autem.* ergo non poterit reuocare teſtamentum, & procedunt prædicta non ſolum in ingreſſo monaſterium, verum etiam mendicantiū indiſtinctè, vt poſt profeſſionem nunquam poſſit reuocari teſtamentū, vt tenet Bal. *in d.authen.ſi qua mulier.* & Imol. *in d.l.1.in 8.colum.*

173 ¶ Decimò † quæritur, an teſtamentum ingredientis religionem confirmetur irreuocabiliter per profeſſionem, & ſic per mortem ciuilem, an expectetur mors naturalis. Barto *in d.l.1.* concludit, quod in fratribus minoribus profeſſio confirmet teſtamentum: ſed in alijs mendicantibus, vel non mendicantibus debet exſpectari mors naturalis: vnde non debent hæredes, vel legatarij habere bona niſi poſt mortem naturalem: ſed interim ſtabit dominium penes monaſterium. & fructus percipiet. *arg l.Statius.*§.*Cornelio.ff.de iure fiſ.* & hoc idem ſequitur Bal.& Angel. *in d.l.1.* & Imol. *in d.c.in præſentia.circa fi.* ſed tu vide per Imol. *in l.1.in 8.colu.* vbi plenius quam alibi examinat iſtum articulum, & concludit, quod ſi conſtat de mēte teſtantis, quod voluerit teſtamentū habere locum poſt mortem naturalem tantum, vel etiam ante, & ſeruari debet volūtas præfixa, quod procedit etiam in ingrediente religionē fratrum minorum, vel aliorum mendicantium, vult Bald. ibi. Si vero ſumus in dubio, tunc aut facit quis teſtamentum ſciens ſe ingreſſurum monaſterium, & ſtatim facta profeſſione teſtamentum habebit effectum, ſiue ſit ingreſſus monaſterium mendicantium, ſiue aliorum: aut facit teſtamentum non cogitans de ingreſſu, tunc ſi intrat monaſterium non mendicātium, & debet exſpectari mors naturalis, vt *ſup.* Si vero intrat monaſterium mendicantium, & tunc aut fratrum minorum, & teſtamentum habebit ſtatim effectum, aut aliorum mendicantium, & tunc exſpectatur mors naturalis, & interim monaſterium vtatur fructibus illorum bonorum. & ad vitam ipſius ingreſſi, ſecundum eum, ſed certè hoc vltimum videtur dubium, quia aliud eſt quærere, quando bona relinquuntur Eccleſię mendicantium, quo caſu poſſunt illa vendere. & pretium conuertetur in eorum neceſſitates, *vt d.c.1.* & ibi gloſ & aliud eſt iſto caſu, vbi bona ſunt ſubiecta reſtitutioni, nec videtur, quod interim poſſit annuatim fructus percipere, quia hoc non conuenit regulæ mendicantium, ex quo prohibentur habere certos redditus, vt in *d.c.1.ſup.de teſta.* & ſic videtur, quod in religione mendicantium facta profeſſione teſtamētum habeat effectum, vide tamen per Specu. *in d.*§.*1.verſ.51.* & ibi per Ioan. And. *in addit.*

¶ Vndecimò † quæritur, quid de conuerſis, ſeu oblatis, an poſſint facere teſtamentum, gloſ. ſing. *in c.vt lex continentiæ.27.q.1.* concludit, quod aut offert ſe, & ſua eccleſiæ regulari & tales nō poſſunt teſtari, nec proprium habere, vel matrimoniū cōtrahere, quia licet in obligatione bonorum ſimpliciter veniant tam præſentia, quam futura, vt *in l.ſi.C.quæ res pigno.* tamē in oblatione, ſeu conceſſione veniunt bona pręſentia tantum, *vt ff.de au.& argen.leg.l.ſi ita.& ſic* de bonis futuro tempore quęſitis poterunt teſtari, & ita ſequitur Bald. *in l.generaliter, in prin.C.de ſacroſan.Eccleſ.* & Bart. *in d.auth.ingreſſi.* ſed idem Bal. *ibi, in 2.col.* concludit, quod aut offerunt ſe Eccleſiæ ſeculari, & tunc non transeunt bona, niſi ea expreſſe offerant, *vt in auth.presbyteros.C de Epiſco.& cler.* bene dicit, quod qui offerunt ſe alicui Eccleſiæ, vel hoſpitali non perdunt bona, niſi ea expreſſe offerant: ſi vero offerunt ſe Eccleſiæ regulari, tunc videtur velle, quod tacitè intelligantur oblata bona. ſed idem Bald. *in 4.col.* melius concludit dicens, quod offerentes ſe Eccleſiæ regulari, aut totaliter renunciant ſeculo faciendo profeſſionem, & non poſſunt teſtari, nec matrimonium contrahere, aut nō renunciant ſeculo, & tunc poſſunt teſtari, & æquiparantur clericis ſecularibus, & ita dicit debere intelligi gloſſ. *in d.c.vt lex.* & hoc etiam videtur ſequi Imo. *in c.2.ſup.de teſtam.in 6.colum.* de quo articulo vide per Specu. *in d.*§.*verſic.51.& in verſic.58.* & per Archi. *in c.ex eo, quod ſup.de elect.eod.lib & in d.c.vt lex.* ponentes, an offerentes ſe Eccleſiæ regulari præſumantur in dubio tacitè profiteri, & videtur velle, quod non, promittendo obediētiam ſimpliciter, niſi promittant obedientiam monachalem, quia talis promiſſio pro profeſſione habetur, vt ibi per eum, de quo etiam no. *in c.non dubium.ſup.de ſenten.excom.* 174

¶ Duodecimò † quæritur, an ratione cōſuetudinis poſſint monachus, vel alij regulares facere teſtamentum. Bal. *in d.authen.ingreſſi.in prin.* dixit quod nō, nec valeret talis cōſuetudo, nec poſſet concedere ipſis regularibus ius teſtandi, ſecundum Bal. ibi, licet clericis ſecularibus conſuetudo bene poſſit cōcedere ius teſtandi in caſibus, in quib. aliàs non poſſent, vt eſt dictū *ſup.in clericis ſecularibus*, & licèt etiam conſuetudo poſſit concedere ipſis regularibus poteſtatē donandi de aliquibus bonis Eccleſiæ, vt eſt tex *notabilis in c.cæterum.ſup.de donationib.* poteſt ergo conſuetudo concedere ipſis regularibus poteſtatē diſponendi de rebus Eccleſiæ in vita, & tamē non in morte. 175

¶ Decimotertio † quæritur, an ipſi regulares poſſint ſaltem teſtari ad pias cauſas: & dic quod non, vt tenet Bart. *in l.1.C.de ſacroſan.Eccleſ.in ver.& tertio quæro*, & ſequitur Nico. Abb. *in rub.* 176

in rub ſup.de teſta. quia etiam non poſſunt facere eleemoſynam
in vita, vt eſt dictum *ſ.p.* fortius nõ poſſunt diſponere in mor-
te ex quo proprium non habent *vt in d.c. non dicatis. & in d.c. cũ
ad monaſterium.*
177 ¶ † Decimoquarto quæritur, ſi monachus ſeu canonicus
regularis, ſeu exiſtens de ordine mendicantium promouiatur
in Epiſcopum vel Archiepiſcopum quod poteſt, *vt in Clemen.
1. in fin. de elect. & in c. quorundam. ſupra de elect. eodem libro.* an tunc
poſſit facere teſtamentum. & dic quod non, vt voluit gloſſ. *pe-
nult. in c.1. ſupra de teſtamen.* quia non liberatur propter hoc ab
alijs ſubſtantialibus regulæ, vt voluit gloſſ *in dicto c. quorundã.
in fi. & in ver. mendicantium.* & ſic non poteſt propter hoc ha-
bere proprium, immo quicquid acquirit poſt acquirit Epiſ-
copatui, & Archiepiſcopatui, vt eſt text. notabilis *in c. vnico. 18.
quæſt. 1. & in cap. cum olim. 2. ſupra de priuileg.* & ita ſequitur gloſſ.
in cap. quia tua. in princip. 12. quæſt. 1. & Ioan. Andre. Imol. & Ni-
col. *in cap. 1. in fin. de teſtamentis.* & idem Imol. *ibi in 7. colum.* di-
cens quod talis non poſſet teſtari etiam de acquiſitis poſtea
178 intuitu perſonæ, cum quicquid † quærant, quærant Eccleſiæ,
vt *in cap. requiſiſti. ſupra de teſtamentis.* & licet monachus factus
Epiſcopus non deſinat eſſe monachus vt dicit gloſſ. *in dicto c.
quorundam.* tamen liberatur ab obedientia Abbatis, & à qui-
buſdam alijs accidentalibus regulæ, de quibus per gloſſ. *in di-
cto c. vnico. & in c. 3. 16. quæſt. 1.* vbi dixit, quod non liberatur à cõ-
tinentia, vel voto paupertatis, nec liberatur ab habitu, ſed te-
netur portare habitum ſuæ profeſſionis, & idem voluit gloſſ.
in c. in noua. 16. quæſt. vlti. pro quo eſt text. *notabilis in cap. penult.
in fin. ſupra de vita & honeſta. clericorum*, ſed an abſoluatur ab eſu
carnium. Vgo tenet quod non, *de conſecra. diſtinct. 5. in cap. car-
nem.* & idem tenet *in dicto cap. vnico.* cum quo tranſit ibi Archi-
diaco. ſed gloſ *in dicto c. 3.* concludit, quod hoc procedit quan-
do ſine ſcandalo poſſet ſe abſtinere, alias ſine ſcandalo non
poſſet ſe abſtinere, & tunc intelligitur abſolutus. & ita tranſit
ibi Archidiaconus. Ex quibus infertur quod in ieiunijs ſi poſ-
ſet ſine ſcandalo obſeruare, non intelligatur abſolutio. & ita
tenet Imol. & dominus Abb. Panormita. *in d. cap. penult.* & vide
gloſ. *in Clem. ſecunda. de celebratione miſſarum.*
179 ¶ Decimoquinto † quæritur, quid ſi monachus, vel cano-
nicus regularis, vel de ordine mendicantium ſit factus Car-
dinalis, an poſſit facere teſtamentum? & dic quod non, quia
licet liberetur ab accidentalibus regulæ, à quibus liberatur
Epiſcopus, tamen non liberatur à ſubſtantialibus: & ita tenet
notabiliter Bald. *in authen. licentiam. in principio. C. de Epiſco. &
cler.* & tenent idem Bald. & Angel. *in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus.
ff. de acquiren. hered.* licet quidam dicant contrarium volentes
quod tunc poſſit habere proprium & ſibi quærere, quod non
procedit de iure, quia non liberatur à voto paupertatis, vel
continentiæ. vnde non poſſunt habere proprium, ſed quærũt
ſuæ Eccleſiæ, *vt d. c. vnico.* & ita tenet Imol. *in d. §. ſeruus.* dicens,
quod Cardinales non poſſint mutare habitum ſuæ profeſſio-
nis, & ſic relinquere habitum monachalem vel mendicantiũ,
& ita obſeruatur, & hoc etiam tenet Imol. & Nicol. Abbas *in
d. penult.* & vide per Docto. *in d. Clem. 1.*
108 ¶ Decimoſexto † quæritur, quid in Papa, ſi prius fuit mo-
nachus vel de ordine mendicantium an poſſit facere teſta-
mentum: & an liberetur à ſubſtantialibus regulæ? & videtur
quod non, & ſic quod non liberetur à voto paupertatis, vel
continentiæ, quia vt dicit Bald. *in dicta authen. licentiam*, nulla
dignitas liberat quem à ſubſtantialibus regulæ: ideo cõcludi-
tur per Docto. quod in Papa ſit ſola iſta ſpecialitas vt libere-
tur à dilatione habitus ſuæ profeſſionis. & ſic ipſe ſolus mutat
ſibi habitum ſuæ profeſſionis. licet ſecus ſit in Cardinalibus,
vel Epiſcopis, vt *ſupra*, vt tenet Imol. *in dicto §. ſeruus. in fin. & in
dicto cap. penult.* ergo in alijs ſubſtantialibus non liberatur cum
per monachatum imprimatur quidam character qui nunquã
ab oſſibus euelli poteſt, vt dicit gloſſ. notabilis *in c. ad noſtram.
ſupra de regul.* & ideo dixit ſingulariter Vgo. *in dicto c. 3.* quem
ſequitur ibi Archidiaco. quod monacho non licet comedere
carnes etiam ſi eſſet factus Papa quando ſine ſcandalo hoc fa-
cere poſſet, vt *in d. cap. carnem*, quia ex honore non debet con-
ſequi peccandi licentiam, ſic Archidia. *in d. c. 3.* refert Lau. idem
dicentem *in dicto cap. vnico.* ſi ergo Papa non abſoluitur in totũ
ab iſtis accidentalibus regulæ ſicut eſt ab eſu carnium, fortius
non eſt abſoluendus à ſubſtantialibus regulę, quia licet ab ip-
ſo Deo receperit poteſtatem, & dignitatem ſummi Pontifica-
tus, non tamen recepit poteſtatem peccandi, vt dicit text. no-
tabilis *in c. 14. diſt.* quæ omnia ſingula not.
¶ Decimoſeptimo † quæritur, & vltimo ſingulariter, an 181
canonicus regularis, vel monachus. ſeu alij mendicantes poſ-
ſint facere teſtamentum ſaltem de licentia Papæ: & quid in
Epiſcopo, vel Cardinali, qui prius fuit monachus ſeu regula-
ris. Et licet iſte articulus in nulla parte iuris reperiatur exami-
natus per Doct. tamen videretur primo loco dicendum ꝙ ſic,
nã fortius † videtur impedimentum, ꝙ à natura cauſatur quã 182
id ꝙ ex conſuetudine Eccleſiæ, vt *Inſtit. de iure naturali ſed &
naturalia.* ſed ſic eſt quod mutus & ſurdus eo caſu quo à iure
prohibentur facere teſtamentum dicuntur impediti impedi-
mento naturali, vt *in l. diſcretis. C. de teſtamen. facere poſſunt*, & per
Barto. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtamen.* & tamen ex licentia princi-
pis poſſunt tales facere teſtamentum, vt *in l. ſi mutus. ff. de teſta-
men.* ergo & fortius poterit monachus ex licentia Papæ, cum
ſolemnitas † voti ſit inducta ex conſuetudine Eccleſiæ quia 183
ceſſante ſine dubio valeret matrimoniũ contractum à mona-
cho alias conſtituto in ſacris, vt dixit gloſſ. notabilis, quam
omnes Doctores ſequuntur in *cap. rurſus. ſupra qui cleri. vel vo-
uentes.* ergo cum Papa ſit ſupra ius conſtitutionis Eccleſ. vt *in
cap. propoſuit. ſupra de conceſ. præben.* poterit monachus de licen-
tia Papæ facere teſtamentum: ſic † mutus & ſurdus hic poteſt 184
de licentia principis, vt *in dicta l. ſi mutus.* quod impedimentum
tanquam naturale fortius videtur, vt *ſupra.* Secundo ad idem
facit, nam obſides † dati à canonicis ipſis hoſtibus imperij 185
non poſſunt facere teſtamentum, vt *in l. obſides. ff. de teſtamentis.*
eo quia videantur ſerui, & in poteſtate hoſtium, & perdunt
dominia rerum, vt per Doctores *in dicta l. obſides.* & tamen de li-
centia principis tales poſſunt teſtari, vt *dicta l. obſides.* ergo idem
ſit dicendum in monacho, vt licet perdiderit dominia rerum
& ſeruus iudicetur, vt ſit in poteſtate Abbatis, & non habeat,
velle nec nolle, vt *dicto capit. non dicatis. & dicto capit. ſi religioſus.*
tamen ex licentia Papa teſtari poſſit, cum & dubius de ſtatu
ſuo non habeat teſtamenti factionem, vt *in l. de ſtatu. ff. de teſta-
men.* ſicut nec deportatus, vt *in l. eius ff. eodem titu.* qui deporta-
tus perdit dominia rerum prout ibi nota. & tamen tals ex li-
centia principis teſtari poſſunt ſecundum gloſſ. *in l. ſi quando.
C. de inofficio. teſtamen. in principio.* & ibi per text. not. teſtamenti
factionem ex conceſſione principis poſſe concedi aliàs non
habentibus, ſeu prohibitis à iure: ergo hoc idem concedi poſ-
ſit per Papam ipſi monacho, & maximè cum maiora vel ſal-
tem æqualia videantur impedimenta muti, & ſurdi, vel dati
in obſidem, & dubij de ſtatu ſuo, vel deportati, quo ad teſta-
menti factionem, quàm ſit impedimentum ipſius monachi,
fortius ergo poterit Papa hoc concedere ipſi monacho, cum
longe maior ſit poteſtas Papæ quàm Imperatoris, *vt in capit. ſo-
litæ. ſupra de maio. & obedien.* ideo eſt quod † Imperator à Papa 186
deponitur, & ſua dignitate priuatur, vt *in capit. ad Apoſtolicæ.
ſupra de re iudica.* & per hoc, & per rationem *dictæ l. ſi quando.*
Baldus *ibi in fin. principij* videtur tenere hanc partem dicens,
quod ſi Papa concedit monacho. vt poſſit teſtari de bonis pa-
ternis ſicut plerunque ipſe Papa facit, quod talis conceſſio in-
telligitur, vt ſeruatis ſolemnitatibus iuris debeat facere teſta-
mentum, & ſic expreſſe ſentit Bald. Papam monacho poſſe
hoc concedere, idem etiam videtur ſentire idem Bald. *in au-
then. niſi rogati, circa finem. C. ad Trebel.* Tertio hoc probatur ex
genarali poteſtate data ipſi Petro, & ſucceſſoribus, de ligan-
do & ſoluendo, vt *in cap. quodcunque. 24. quæſt. 1.* & quia dixit,
quodcunque, & ſic nihil excluſit, vt *dicto capit. ſolitæ.* ideo eſt
quod Papa facit de monacho clericum ſecularem, vt *in capitu.
quorundam. 74. diſtinct.* & quia in † votis ſemper intelligitur ex- 187
cepta authoritas ſuperioris, vt *in capit. non eſt. ſupra de voto*, vnde
ſi Papa abſoluit à iuramento, per quod ipſe iurans Deo. & ho-
mini obligatur, vt *in cap. authoritatem 3. quæſt. 6.* & tenet gloſſ.
in dicto cap. propoſuit, fortius à voto per quod obligatur ſoli ho-
mini. Hinc dicebat notabiliter Hoſtien. *in capit. quanto. ſupra
de transla. præla.* quod Dei † & Papæ idem eſt conſiſtorium. *arg.* 188
dicti cap. 2 & 3. & breuiter dici poteſt Papam quaſi omnia poſ-
ſe ſicut Deum, peccato excepto, vt *de pœniten. diſtinct. 2. capit.
charitas*, & quod ibi per eum: faciunt etiam pro hac parte no-
ta per dominum Specu. *in titu. de legato. §. nunc oſtendendum,
ver. 89.* dicens. quod Papa eſt vicarius Chriſti, vicem non pu-
ri hominis, ſed veri Dei gerens in terris, vt *in dicto capitulo 2.
& 3.* & habet in terris plenitudinem poteſtatis, vt *in capitu. de
caſtro.*

cætero. 2.quæſt. 6. & dummodo contra fidem non veniat, in
omnibus, & per omnia poteſt facere quicquid placet auferē-
do ius ſuum cui velit, quia non eſt qui dicat ei, cur ita facis.
19.diſtinct.cap.in memoriam, & ſic poteſt ius tollere, & de iure
ſupra omne ius diſpenſare, *vt dicto capit.propoſuit.* item non ha-
bet ſuperiorem, *vt in capit. licet.ſuper de elect.* & habet cœleſte
arbitrium, *in l.1.C.de ſumma Trinita.* & ei ab ipſo Deo ſunt com-
miſſa iura cœleſtis, & terreni imperij, vt 22. *diſtinct.capit.* 1. de
quo plenius vide ibi per Specu. *per totum illum* §. & idem Spec.
in titu.de diſpen.§.nunc breuiter.in princip. ponit notabilem regu-
189 lam dicens, Papam † poſſe in omnibus caſibus diſpenſare in
quibus à iure non reperitur expreſſum in contrarium, *& in d.
cap.rurſus* cum quo tranſit ibi Ioan. Andre. ſingulariter deter-
minat quod in opinionibus iuris & doctorum quarum altera
detrahit, altera fauet poteſtati clauium ſemper ſtandum eſt
ei, quæ fauet: quod not. vnde ex his Bal. *in certum.C.vnde cogna.*
vltra medium præciſe firmat hanc partem dicens non eſſe du-
bium, Papam poſſe concedere monacho licentiam teſtandi,
& allegat not.per gloſſ. *in dicta authen ſi qua mulier.* vbi gloſſ. *in
ver.diuiditur.* tenet quod dicta conſtitutio potuiſſet conce-
dere poteſtatem teſtandi etiam ſeruo, ſicut concedit ibi ipſi
monacho profeſſo: vnde ſicut potuit ibi hoc concedi per
viam *l.ita* eodem modo poterit per viam diſpenſationis, quia
170 princeps † dicitur eſſe lex animata in terris, *vt in authen.de con-
ſuli.§.poſt principium.*

¶ Quinto & vltimo, hanc partem videtur tenuiſſe Angel.
& poſt eum Imola *in l.ſeruum communis Manij.ff.de ſtipul.ſeruorum.*
dicentes, quod ſi Cardinali qui prius fuit regularis qui non
poteſt teſtari, vt *ſupra* dictum eſt, concedatur à Papa factio te-
ſtamenti, quod tale teſtamentum ſi ex omiſſione alicuius ſo-
lemnitatis non valeret iure teſtamenti, dato quod ſit appoſita
clauſula codicillaris, tamen non valebit vt codicil. quia regu-
191 la † *l.conficiuntur ff.de iure codicil.& l.2.ff.de lega.primo*, quæ ha-
bet quod qui poteſt teſtari, poteſt codicillari, habet locum in
his qui poſſunt teſtari de iure communi, ſecus ſi ex priuilegio
conceſſo per principem viuentem, & ſic tacitè ſentit ibi An-
gel.& Imol. Papam poſſe concedere ius teſtandi ipſis regu-
laribus, pro quo etiam facit quia non videtur hoc caſu diſpē-
ſari, vt monachus habeat propriū, & ſic vt retineat, ſed vt in
alijs transferat, & diſtribuat quod videtur permiſſum, *argum.
l.cogi.§.hi qui ſoluum.ff. ad Trebel. & l.ſi in ædibus.§.quod ſi filius.ff.
de dona.* bene videtur quodammodo executor & diſtributor,
quod non prohibetur ipſis regularibus de licentia ſuperioris,
vt in cap.2.infra eodem titu. in contrariam vero partem primo vi-
detur text.expreſſius *in cap.cum ad monaſterium,in fi.ſupra de ſtat.
mona.* vbi dicitur, quod Papa non poteſt diſpenſare cum ipſis
regularibus contra votū paupertatis, vel continentiæ. diſpen-
ſando enim vt monachus poſſit teſtari, videtur permittere
192 quod habeat proprium, *argumen.l.1.ff.de teſtamen.* cum de † ſuis
proprijs & non de alienis ſit teſtandum, *vt in cap.filius, ſupra de
teſtamentis.* vnde dicebat gloſſ. *in dicto cap.propoſuit.* quod vt mo-
nachus habeat proprium Papa non diſpenſat. & idem tenet
gloſſ. *in dicto cap.cum ad monaſterium. in fin.* & Specu. *in dicto* §.
*nunc breuiter.ver.*14.*&* 15. & hanc partem videtur velle Imol.
in dicta l.ſi quis mihi bona.§.ſi ſeruus. in fin.ff.de acquirenda hered.
vbi dicit quod conſentiente Papa Cardinalis qui fuit mona-
chus poteſt eſſe capax proprij, quo ad adminiſtrationem, non
autem quoad dominium, *vt dicto capit.cum ad monaſterium*, &
ſic teſtari non poterit, nec alienare, vt per Imolam *in dicto cap.
cum ad monaſterium in princip.* & ibi per Ioan Andre. *ſuper verbo,
proprietas,& in regula non eſt obligatorium.infra eodem libro,in mer-
cur.in ver.circa principium.* Secundo pro hac parte facit, quia et-
193 iam conſuetudo † non poſſet concedere ipſis regularibus ius
teſtandi, vt eſt text. *notabilis in cap.2.ſupra de teſtamen.* per quem
hoc ſequitur Ioan. Andre. *in regula nemo poteſt.in fin.infra eodem
libro, in mercur.* dicens, quod conſuetudo non poteſt concede-
re ipſi monacho aliquid contra tria ſubſtantialia regulæ, vnde
cum votum ſit de iure diuino, *vt in cap. magnæ. ſupra de voto.* cō-
tra † ius diuinum Papa diſpenſare non poteſt, *vt in capit.ſunt
194 quidam.25.q.prima.* imo vſque ad animam, & ſanguinē defen-
dere tenetur & ibi dicitur, & maximè cum per monachatum
imprimatur quidam character, ita vt ab oſſibus vnquā euelli
non poſſit, ſecundum gloſſ. *in cap.ad noſtram. ſuper de regul.* etiā
ex diſpenſatione Papæ, vt ibi per Anto ex quib. videtur quod
contra votum paupertatis monachus vel alius regularis etiā
de licentia Papæ teſtari non poſſit cum Papa in hoc diſpenſa-
re non valeat, vt determinant theologi & ſanctus Thomas *ſe-
cunda ſecundæ q. arti.*11.

¶ Tertio † ad idem facit arguendo per locum à maiori, li- 195
cet, *in cap.cum in cunctis.ſupra de electio.& in authen. multo magis.
C.de Epiſcop.& cleric.* ex gloſſ. quia ſi clericus ſecularis non po-
teſt facere teſtamentum de acquiſitis intuitu Eccleſiæ etiam
ex diſpenſatione ipſius Papæ, vt latè determinat dominus Ni-
col. *in cap.cum eſſes.ſupra de teſta.in ſua repet.circa fin.* fortius non
poterit ipſe monachus qui ex voto eſt aſcriptus paupertati, vt
in d.c.cum ad monaſterium.

¶ Quarto pro hoc adducitur † vt eſſet ex aliquo impedimē-
to, cum ratione voti Papa diſpenſare non poſſit, quia omnia 196
bona acquiſita ipſius monachi quæruntur monaſterio, vt *in dicta
authentica ingreſſi.* ita quod non reſideret penes monachum,
ſed penes monaſterium, vt per Ioannem Andream *ſupra de
probationibus.in capit.in præſentia.* & ſic dicuntur bona Eccleſiæ,
cum quicquid quærit monachus, quærit monaſterio, *vt in ca-
pitulo quanto.ſupra de offic ordina.* vnde cum ex hoc ſequeretur
quædam alienatio de bonis Eccleſ. quia prohibitus † aliena- 197
re videtur etiam prohibitus in vltima voluntate diſponere,
vt *in l.peto.§ frater.ff.de lega.*3. & in alienatione rerum Eccleſiæ
eſt data certa forma, de qua in *cap.1.ſupra de rebus Eccleſiæ non a-
lienan.eodem libro, & per gloſſ.12.quæſt.2.in ſumma*, non videtur
quod in hoc ſola diſpenſatio Papæ ſufficiat, & maxime quia
dominium rerū Eccleſiæ non eſt apud Papam, ſed apud Deum
ſecundum veram opinionem gloſſ. *in capit.cauſam.ſupra de ver-
borum ſignificatio.* & facit text. *in capit.cum ex eo. ſupra de elect. eo-
dem libro, ibi, de Chriſti patrimonio, &c.* & gloſ. 1. *in verb. Chriſti*,
hoc idem tenet. Et ita etiam videtur tenere Innocen.& Ioan.
Andre. *in cap.cum ſuper.ſupra de cauſ.poſſeſſ.* & Archidia. *in cap.ſta-
tutum §.aſſeſſorem.ſupra de reſcript.& in capit.præſente, ſupra de of-
fic.ordin.eodem lib.* de quo per gloſſ. *in capitulo expedit.12.quæſt.*1.
& per Archidia. *12.diſtinct.in cap.docet*, vbi poteſt beatum Ber-
nardum notabiliter dicit Papam non † habere dominium re-
rum Eccleſiæ, ſed ſolam adminiſtrationem, vt licet Papa ſit vi- 198
carius Chriſti, tamen debet legitime adminiſtrare, & potius
conſeruare quam bona diſſipare, cum ex officio ſuſcepto
non licentiam peccandi, ſed bene adminiſtrandi aſſequutus
ſit, vt *in cap.1.40.diſtinct.* Sunt † enim reſeruata bona Eccleſiæ,
vt ex fructibus ſubueniatur egentibus, *vt 12.quæſt.2.venientes.* 199
& in cap.quoniam quicquid.12.quæſt.1. & nulla ratio permittit,
vt quod pro communi vtilitate datum eſſe dignoſcitur, vſi-
bus cuiuſdam applicetur, vt *in cap.ratio. ſupra de præbend.* ideo
† qui ſubtrahit bona Eccleſiæ dicitur homicida, cum videa-
tur necare pauperes, qui fuiſſent ex illis bonis ſuſtentati, vt 200
in *capitulo qui abſtulerit. & cap.qui Chriſti. 12.quæſtione prima* er-
go Papa hoc facere non poteſt, qui licet † receperit poteſta-
tem & dignitatem Pontificatus ipſo Deo, non tamen rece- 201
pit poteſtatem peccandi, vt *dicto capitulo* 1. & quia vicarius non
habet maiorem poteſtatem, quàm ipſe Deus qui peccare non
poteſt, vt *de pœniten.diſtinct.2.§.ſi* ergo nec Papa, qui eſt eius vi-
carius, debet hoc poſſe *argumen.cap.in generali.ſupra de offic. vica.
eod.lib.*

¶ Et vltimo non pro hac parte videtur text. *in cap.non liceat
Papæ.12.quæſtio.2.* vbi expreſſe cauetur de Papa, quòd ei non
licet alienare bona Eccleſiæ, nec poteſtatem teſtandi dare,
cum ex hoc ſequatur alienatio, vt *in dicto § fratre.* ideo dixit
notabiliter Vgo. *in dicto capitulo non liceat.* & ſequitur ibi Ar-
chidia. Papam peccare † mortaliter, ſi bona Eccleſiæ alienat
in caſu non licito, ſeu in caſibus à iure non permiſſis. quod 202
dictum ſingulariter tene menti, & ita ſequitur Nicol. *in capit.
conſtitutus. ſupra de relig. domi. in 4. columna.* vnde non Papa
non habeat poteſtatem peccandi. vt *in dicto capitulo* 1. non po-
terit dare licentiam teſtandi & alienandi res Eccleſiæ, vt *ſu-
pra* patet. quare pro deciſione huius articuli poſſet adduci,
quod dicit Ioan. Andre. *in regula actus legitimi. infra eodem libro,
in mercur. in fin.* vbi in ſimili quæſtione vtitur his verbis, vi-
delicet ſolutio, ne lingua tranſiens ſuper terram os ponat in
cœlum. contra id quod dicit textus *in cap.in tantum.21.diſtinct.*
ipſe Papa de cuius potentia quæritur quæſtionem ſoluat,
conſulendum eſt tamen ſibi, vt ab his abſtineat, vt ibi per
Ioan. Andre.& fortè in hoc poſſet dici, quod ſubſiſtente ma-
gna & legitima cauſa, & vera Papa poterit ſuper hoc diſpen-
ſare per ea, quæ tenet ipſe Ioan. Andre. *in regula ſemel Deo.*

infra

infra eodem libro, in mercur. & Innocen. *in dicto cap. cum ad mona-*
203 *ſterium*, vbi determinat † Papam poſſe tūc diſpenſare cum re-
gulatibus in voto continentiæ, vel paupertatis, licet ſanctus
Thomas, *vt ſupra*, & alij theologi teneant contrarium: de quo
tamen articulo vide per gloſ. & Docto. *in cap. 1. ſupra de voto. &*
in dicto cap. cum ad monaſterium. & Ioan. And. *in regula ſemel Deo.*
vnde dicit Innocen. *in dicto capit. cum ad monaſterium, ſuper verb.*
204 *ſumus. in princip.* quod ad hoc vt monachus † ex diſpenſatione
Papæ poſſit teſtari, requiritur quod ſit magna & vera cauſa,
aliàs diſpenſatio non valet, & eſſet nulla, ſecundum Ioan.
Andre. ibi, & allegat Innocen. peccaret tamen magis Papa di-
ſpenſans, quam ipſe cum quo diſpenſatur, & diſpenſatio il-
lum non excuſaret, quod generaliter dicit procedere in om-
nibus quæ ſunt contra votum tacitum, vel expreſſum, & ita
ſequitur ibi Hoſtien. & Ioan. Andre. & ita communiter tran-
ſeunt ibi Docto. & licet in alijs caſibus, vbi etiam contra ius
poſitiuū requiritur diſpenſatio, debeat concedi ſubſiſtente
vera & legitima cauſa, & aliàs diſpenſatio non valeret, vt *in*
cap. licet canon. ſupra de elect. eodem lib. & tenet Ioan. Andr. & Ni-
col. Abb. Panor. *in capit. de multa. ſupra de praben.* licet Innocen.
in dicto cap. cum ad monaſterium. in hoc aliud velit, & non bene,
tamen quando diſpenſatur contra aliquod de ſubſtantialib.
regulæ requiritur quod cauſa ſit magna & vera, vt patet ex di-
ctis Innocen. & Ioan. Andr. *in dicto cap. cum ad monaſterium*, a-
liàs diſpenſatio eſſet nulla, nec excuſaret, vt ibi per eos. ¶ Et
205 generaliter † dicas quod in quibuſcunque votis quando di-
ſpenſatur, cauſa debet eſſe vera, & legitima, aliàs ille cum quo
diſpenſatur etiam per Papam nullo caſu eſſet tutus quo ad
Deum, vt voluit gloſſ. *ſingularis in cap. non eſt. ſupra de voto, & fa-*
cit gloſſ. in d. cap. quanto. ſupra de iureiuran. dicens quod licet quis
abſoluatur à iuramento per Papam, tamen niſi ſubſit iuſtiſſi-
ma cauſa, & vera non eſt tutus quo ad Deum, & idem tenet
Innocen. *in cap. cum inter P. in fin. ſupra de renun.* & facit etiam gl.
notabilis *in cap. monachi vagantes. 16. quæſt. 1.* ex quibus omnibus
poſſet dici quod ex diſpenſatione Papæ ſubſiſtente vera ma-
gna cauſa monachus poterat facere teſtamentum de bonis
obligatis per eum monaſterio vel aliter acquiſitis, aliter vero
ſecus, & aliter diſpenſatio eſſet nulla etiam in foro iudiciali,
206 vt ſupra, & maxime, quia in votis non † poteſt diſpenſari, ſed
fit commutatio in cauſam quæ Deo ſit magis accepta, vt *in c.*
1. ſupra de voto. vnde ſi in teſtamento per monachum fit diſtri-
butio in cauſam maioris boni, quā ſi illæ res remanerent apud
monaſterium, & illa cauſa ſit talis ex qua eſſet permiſſa alie-
natio de rebus ipſius Eccleſiæ, puta in caſu *cap. aurum. 12. quæſt.*
2. vel ſimili caſu, ſatis poſſet ſuſtentari quod talis diſpenſatio
valeat, alias ſecus: & ſic non ſufficeret quælibet iuſta cauſa,
ſed debet eſſe magna & vera, vt *infra* per Innocen. & debet eſ-
ſe talis ex qua alienatio de reb. Eccleſiæ eſſet permiſſa ex quo
dominium rerum Eccleſiæ non eſt apud ipſum Papam diſpē-
207 ſantem, vt *ſupra*, cogita tamen in præiudicijs. † Circa quartum
principale huius rubricæ, quæ ſolemnitates requirantur, vt
ſic teſtamentum de iure ſubſiſtat, vide *in l. hac conſultiſſima &*
in l. iubemus. C. de teſtam. & in l. inter cætera. ff. de libe. & poſthum. &
per Doct. *in l. 1. ff. de teſta.* & plenè per Spec. *in tit. de inſtru. edit. §.*
compendioſe. ver. 2. oppo. cum verſ. ſequen. & hic per Pet. de Ancha,
208 ¶ Quantum † vero ad ſecundam partem huius rubricæ, &
de alijs vltimis voluntatibus, dic quod vltra teſtamētum qua-
tuor ſunt ſpecies vltimarum voluntatum.

¶ Quarum prima eſt codicillis, de quo *in titu. ff. & C. de codi-*
cil & ibi in quo differat à teſtamento, & quæ ſolemnitates re-
quirantur, & per Spec. *in tit. de inſtru. edit. §. viſo.*

¶ Secunda ſpecies eſt donatio cauſa mortis, de qua vide
in tit. ff. & C. de dona. cauſa. mor. & per Spec. *in titu. de inſtrum. edit.*
§. porro. & in quo conueniat cum vltima voluntate, vel cōtra-
ctibus, vide per Doct. *in l. 2. ff. de leg. 1.*

Tertia eſt ſpecies mortis cauſa capio, de qua vide plenè per
Barto. & Docto. *in l. qui pretio. ff. de dona. cauſa mor.*

¶ Quarta & vltima ſpecies quę in certo caſu locum habet,
de qua *in l. licet. C. de pact.* & ibi per Docto. & de his om-
nibus vide plene per Imol. *in rub. ſupra de teſtam.*
poſſet addi quinta ſpecies, de qua in
l. fin. C. famil. erciſcun. &c.

(***)

REPETITIO
IN CAP. SI PATETER
Filium. de teſtamen.

Præclariſſimi I. V. C. D. Arnaldi de Solerio.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum facere non poteſt, qui eſt conſtitutus in alterius pote-*
ſtate.
2 *Impubes quis dicatur.*
3 *Subſtitutio pupillaris ad hoc vt fieri poſſit, quæ ſint neceſſaria: &*
quot modis finiatur.
5 *Hæres, qui in certa re inſtituitur habetur loco legatarij, ita quod*
creditoribus non tenetur.
6 *Filius in certa parte poteſt inſtitui, dummodo illa ſufficiat ad legi-*
timam, nec poteſt vltra conqueri: ſecus ſi non ſufficiat ad legiti-
mam, quia poteſt agere ad ſupplementum.
7 *Miles poſt pupillarem ætatem non poteſt filio ſuo etiam exiſtenti in*
patria poteſtate ſubſtituere, niſi in bonis patris ipſius, quæ ad ipſū
filium peruenerunt.
8 *Verbis legem imponere non debemus, ſed rebus.*
9 *Paganus an poſſit compendioſam ſubſtitutionem facere. num. 16.*
10 *Subſtitutio omnis aut vendicat ſibi locum ſecundum ius commune,*
aut ſecundum priuilegium militare.
11 *Miles an poſſit compendioſam ſubſtitutionem facere, & quid in pa-*
gano.
12 *Verba directa, ille ſit hæres, an trahantur ad fideicom. tam in pu-*
pillari ætate, quam in pubertate.
Et quæ dicantur verba directa. nu. 13. & num. ſeq.
14 *Verbum, ſubſtituo, de ſui natura eſt directum.*
15 *Subſtitutio, ſi filius meus deceſſerit, volo quod faciat hæredem, an re-*
quirat factum hominis.
17 *Subſtitutio pupillaris finitur pubertate, ſi longius tempus ſit expreſ-*
ſum.
18 *Subſtitutio pupillaris eo animo facta, vt tempore tantum pupil-*
laria comprehendat, nunquam poteſt extendi ad tempora puber-
tatis.
19 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
20 *Ratio vbi eſt eadem, ibi idem ius eſſe debet.*
21 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.*
22 *Subſtitutio directa pupillaris nunquam trahitur ad fideicom. &*
adueniente pubertate euaneſcit.
Item exemplaris, nec breuiloqua ſiue reciproca, niſi contingat fieri
in codicillis. num. 23.
24 *Defunctorum voluntas ſic debet intelligi ne pereat.*

SI PATER FILIVM. Hæc decretal. diuiditur in ſex par-
tes. In prima parte ponitur ordinatio teſtamenti patris ha-
bentis filium impuberem & vxorem. In ſecunda ponuntur
teſtamenta filij & filiæ tribus directis ſubſtitutionibus ordi-
nata. In tertia ponitur deciſio iuris, ſcilicet quod bona omnia
ſine deductione Trebellia. vel legitimæ excluſa matre ſubſti-
tutis pauperibus deferantur. In quarta redditur ratio, quia de-
ducitur de eiſdem. In quinta redditur ratio ſuperioris proxi-
mæ rationis. In ſexta & vltima parte reſpondet tacitæ obie-
ctioni, quæ poſſet fieri ex ſuperiore deciſione iuris, dicendo,
quod licet filius non poſſit priuare legitima matrem ſuam,
pater tamen facere poteſt, quod filio facit. Prima pars incipit,
In principio. Secunda *ibi*, *Additur.* Tertia *ibi*, *teſtatore mortuo.*
Quarta *ibi*, *Præmiſſæ namque.* Quinta *ibi* *Cum in ſubſtitutioni-*
bus. [Si pater.] Intellige famil. † nam conſtitutus in alterius 1
poteſtate non poteſt ſibi, nec alteri facere teſtamentum, *Inſti-*
tut. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, in principio. [Filiuſ-
famil.] Et idem in nepote, vel nepte, & idē in inferioribus, ſi
non ſint recuſati in patriam poteſtatem, *ff. de vulg. ſubſtitut. l. 2.*
§. plane. † [Impuberes] impubes eſt enim filius, dum eſt in æ- 2
tate 14. anno. & filia in ætate 12. ann. *ff. de vulga. ſubſtitut. l. in om-*
nibus. in princip. & infra eodem. §. planè. Et bene dicit impubes:
nam puberi etiam ſi filius ſit & ſub poteſtate conſtitutus, non
poteſt ſubſtitui pupillariter, *Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione, §.*
extranto. † Sunt igitur quinque neceſſaria, vt poſſit fieri ſub- 3
ſtitu-

ſubſtitutio pupillaris. Primò quod ſit de liberis ſeu filijs, is qui ſubſtituitur. Secundò, quod ſit impubes. Tertiò, quod ſit in poteſtate patris, vt hic, *& Inſtitut. de pupilla. ſubſtitut. in princip. & ff. de vulga. ſubſtitut. l. 2. in princip.* Quartò, quod non ſit recaſurus in poteſtatem, *ff. de vulga. ſubſtitut. l. 2. §. planè.* Quintò, quod non deſinat eſſe in poteſtate patris ante mortem teſta-
4 toris, *ff. de vulga. ſubſtitut. l. cohæredi. §. cum fin. in princip.* † Hæc autem ſubſtitutio pupillaris ſex modis finitur. Primò pubertate. *ff. de vulga. ſubſtitut. l. in pupillari. Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. §. vltimo.* Secundò per aliud teſtamentum, *ff. de vulga. ſubſtitut. l. ſi quis eum.* Tertiò agnatione poſthumi, *ff. de vulga. ſubſtitut. l. ſi pater filium.* Quarto ſi non adeatur hæreditas ex paterno teſtamento, *ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitut. l. 2. §. adeo.* Quintò capitis diminutione etiam minima pupilli, *ff. de adopt. l. vtc enim. §. eorum.* Sextò, taxatione teſtantis, *vt ff. de vulga. ſubſtitut. l. ſi ita quis.*

Et vxorem] ſubaudi matrem filiorum iſtorum, & ideo poſuit de ea hic, vt oſtendat quod pupillaris ſubſtitutio excludit matrem, ita quod nihil ad eam debet peruenire ex tertia naturæ debita, vel 4. Trebell. vt infra ſtatim ſequitur. *& §. fin.* In re certa accipe inſtit. quod eſt infra, quia ſi non inſtituiſſet eam, egiſſet filia querela inofficioſi teſtamenti. Nunc autem non poſſet agere, niſi ad ſupplementum, ſi quid deeſſet de portione iuris naturæ debitæ, *C. de inoffic. teſtament.* etiam modo. *& l.*
5 *ſequent. & l. quoniam nouella. & l. ſi quando.* Sicut autem † hæres, qui in certa re inſtituitur, habetur loco legatarij, ita quod creditoribus non tenetur, *C. de hæred. inſtitut. l. quoties.* & hoc caſu cum eſt alius vniuerſaliter inſtitutus, ſi enim nullus alius inſtitutus eſt, in totum ſuccedit hæres, *ff. de hæred. inſtitut. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ſi ita quis hæres.* Si autem plures inſtituti ſint in certis rebus, & nullus alius vniuerſaliter, pro viribus erunt hæredes, niſi in caſibus vbi duo ſunt inſtituti coniunctim, & alter diui-
6 ſim. *ff. de hæred. Inſtitut. l. ſi alterius. & l. ſi quando.* † Et not. hic eſſe expreſſum, quod in certa parte poteſt filius inſtitui, & dummodò illa ſufficiat ad legitimam, non poteſt filius vltro conqueri, aliàs ſi non ſufficiat, poteſt agere ad ſupplementum: ſic intellige *C. de inoffic. teſtament. l. omnimodo. & l. quoniam, & l. ſi quando. & l. ſcimus.* & quia petitio ſupplementi, ſeu repletionis fit condictione ex ipſis legibus, vt notatur ibidem, & quia etiam repletio tam in rebus, quam in pecunijs fieri poteſt, *vt dicta l. ſcimus.* dico quod poſito quod filius petat repletionem in ſingulis rebus ſibi fieri, quod ad hoc non debet admitti finaliter cum effectu, ſi iudici videatur, quod commodè refundatur pecunia, vel quod res certæ debeant ſibi tradi pro repletione, *ff. de leg primo. hoc amplius. §. 1. & l. ſequen.* & argumen. *prædictorum iurium* crederem idem eſſe eo caſu, quando filius teſtatoris non eſt inſtitutus, niſi in vno nummo. Nam licet poſſit petere legitimam ſuam, non tamen poteſt petere eam in ſingulis rebus, vt de ſingulis, ſed vt de vniuerſitate, id eſt, hæreditate patris, & idem crederem in quarta Trebellianica. Secus dicerem in quarta legis Falcidiæ. Nam illam competit in quamlibet rem, vt de qualiber, licet à principio conſideretur tota hæreditas, vtrum Falcidia locum habeat, & pro certa parte, *C. ad legem Falcidiam. l. 2.*

Legauit de facto.] Nam non erat neceſſarium de iure, vt aliquid ſibi legaretur, cùm vxor non habeat querelam contra teſtamentum patris filij, vt *in fin. huius cap.* dicitur.

Adijciens.] Nota euidens argumentum, quod vnum teſtamentum cenſetur eſſe patris, & teſtamentum filij, id eſt, ſubſtitutio pupillaris adijcitur inſtitutioni hæredis patris, vt hic, & ideo benè ſequitur infra §. 1. quod tale teſtamentum pupillare potius paternum, vel pars paternæ eſt cenſendum. vt *de vulgari ſubſtitut. l. quiplures. §. fin. & ff. quemadmodum teſtamen. aperi. l. penultima.* vbicunque igitur inuenias, quod ſint duo teſtamenta, intellige hoc quantum ad duas perſonas, quia ſubſtitutus patri & filio ſit hæres, & quantum ad duas hæreditates, quia duæ ſunt ibi hæreditates, ſcilicet patris & filij, *vt Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione §. igitur. & §. de hoc.* quia poteſt eſſe, quod filius impubes habeat etiam aliqua bona aduentitia acquiſita ſibi ex hæreditatibus, vel legatis, aut donationibus propinquorum vel amicorum, in quibus pater etiam paganus poteſt ſibi directò in pupillari ætate ſubſtituere, *Inſtitut. de pupillari ſubſtitu.*
7 *§. non ſolum.* Miles † autem poſt pupillarem ætatem non poteſt filio ſuo etiam exiſtenti in patria poteſtate ſubſtituere, niſi in bonis patris ipſius, quæ ad ipſum filium peruenerunt, *ff. de vulga. ſubſtitut. Centurio, in fin. & C. de impube. & alijs ſubſtitut. l. precibus. in fine.*

Moreretur.] Id eſt, ad vtilitatem filiæ, quantum ad hæreditatem, & eſt modus loquendi, & ſubſtituendi minori, & dictio filiæ, eſt datiui caſus, & regitur ab iſto verbo moreretur, acquiſitiuè ſecundùm grammaticos, quia mortuo filio hæres de naturali acquiritur hæreditas filiæ, vt hic ſequitur. Et hic attende diligentiſſimè iſta verba, quæ confundunt opinionem illorum, qui dicunt, quod ſola illa verba, hæres eſto, vel hæredem facio, vel ipſi inuicem ſubſtituo, ſint directa, innitentes, & adhærentes verbis poſitis, *Inſtitut. de pupillari ſubſtit. in princ. & ff. de vulgari ſubſtitut. l. 1. & 3. & l. nam hoc iure. & l. Lucius. & C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. quamuis. & l. precibus. cum ſimilibus.* Nam expreſsè dicitur infra, quod hæc verba ſunt directa, & expreſſam faciunt ſubſtitutionem pupillarem, cùm inſtitutus moritur infra pupillarem ætatem. Claudant ſibi oculos, qui verecundantur in hac parte videre & dicere veritatem. Nam vides hic, quod tantum valent iſta verba, moriatur talis, quantum hæc, quæ hic ſequuntur, Chriſti pauperes conſtituo hæredes. Non ergo nocet in ſubſtitutione, ſi non adijciatur, ſubſtituo vel hæredem facio, vel ille ſit hæres, dummodo verba ſint ibi poſita, per quæ cognoſcatur, quod teſtator voluit, quod bona ſua abſque media perſona tranſirent ad ſubſtitutum, vt hic, & ſupra eodem. Raynutius. Nam tunc debet fieri interpretatio, vt ſtatim hic ſequitur, quod hæc ſubſtitutio ſit directa. Nec nocet, ſi iſta verba, hæres eſto, vel hæredem facio, vel ſubſtituo, deſint, ſicut rectè dicitur, & ſit in prima inſtitutione hæredis, vbi non nocet, ſi talia verba deſint, *ff. de hæred. Inſtitut. l. 1. §. 2. 3. & 4.* magis enim res quam verba intuenda ſunt, *ff. de adimen. leg. l. 2. §. conditio. ff. de iure dot. l. promittendo. in princ. ff. de lega. 1. l. ſi teſtamento. & vide pro Dto, l. C. de teſtamentis.* quoniam in di. quæ ſummè benè facit ad hoc. Non † enim debemus 8
legem imponere verbis, ſed rebus. *ſupra eod. lib. de elect. commiſſa. §. porro. & C. communia de leg. l. 2. in fin.* Chriſti pauperes inſtituêdo hæredes. Non dixit, quod filijs, vel ſibi inſtitueret pauperes hæredes. Talia enim verba poſito quod deſint filijs vel mihi, non vitiant ſubſtitutionem, *ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabul. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. & Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. §. quo caſu.* Et nota, quod verba hęc poſita in ſubſtitutione facta de pauperibus, directa ſunt, quod etiam legiſtæ nô poſſunt benè negare, nec trahuntur ad fideicom. infra pupillarem ætatem, licet poſtea ſic, vt infra dicam.

Vtrumque ſine liberis.] Iſto caſu altero tantum moriente non admittitur ſubſtitutus ad partem, immò oportet quod vterque moriatur ſine liberis, *vt C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. cum duobus.*

Ante tempora pubertatis.] Quid ergo ſi poſt pupillarem ætatem mortui fuiſſent? Et tenent communiter legiſtæ, quod pauperes nihil caperent, vt not. *C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. precibus.* Innitentes illi rationi, quod † paganus non poteſt fa- 9
cere compendioſam ſubſtitutionem, ſicut facta fuit *in dicta l. precibus.* quia miles erat teſtator, quare ſecus in pagano Ego autem dico, quod paganus poteſt compendioſam ſubſtitutionem facere, qualem facit miles, *in l. precibus,* quia lex precibus, à principio vſque ad finem loquitur ſecundum ius commune, & nihil ſibi vendicat de priuilegio militari. Et tenendo etiam probare, quod per ipſam legem precibus ſit cuilibet etiam pagano licitum talem ſubſtitutionem facere, & quod *dicta l. precibus.* loquitur tantum ſecundum ius commune, & nô ſecundum priuilegium militare. Probatur tribus rationibus probabilibus, quæ ex ipſo textu eliciuntur.

Prima ratione, quia illa lex expreſsè requirit, quod filius fuerit in poteſtate patris ibi, *an filio ſuo quem habuit in poteſtate, &c.* & ibi, *quod ſi quidem in patris militis poteſtate poſitum, &c.* Sed pro Deo dic, quid ad militem, an ſit in poteſtate filij, vel non, cum etiam extraneo & emancipato filio poſſit miles directò ſubſtituere, *C. de teſtam. milit. l. in teſtamento. & ff eo miles ita §. exhæredato.* Ne ergo ſine cauſa videantur poſita illa verba, adiecit ea ad denotandum, quod miles in ipſa lege communi iure teſtatur, quia de iure communi oportet, quod filius ſit in poteſtate, cui directò pater ſubſtituit, ad hoc facit. *ff. de vulg. de ſubſti. l. Centurio. l. reſponſo.*

Secunda ratio eſt talis. † Omnis ſubſtitutio aut vendicat 10
ſibi locum ſecundum ius commune, aut ſecundum priuilegiũ militare, & hæc diſtinctio benè colligitur, *ff. de vulgari ſubſtitut.* Centu-

Centurio. & C. *de milit. teſtamen. l. in teſtamen.* In caſu autem illius *l. precibus.* cùm filius moritur poſt pubertatem, ſubſtitutio, quæ facta fuerat à patre compendioſè per verba directa, trahitur ad fideicommiſſariam, vt patet *in fine. prædicta l. precibus.* & quia directa tunc ceſſat, ergo & priuilegium militare. Sequitur ergo euidenter, quod illa ſubſtitutio fideicommiſſaria vendicat ſibi locum ſecundùm ius commune, cùm cuilibet etiam pagano ſit licitum per fideicommiſſariam ſubſtitutionem facere, *vt Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. §. fin.* Dico igitur, quod quia *in fin d l. precibus.* directa ſubſtitutio trahitur ad fideicommiſſ. ergo talis ſubſtitutio procedit de iure communi, & non priuilegio militari, ergo miles *in dicta l.* reſtabatur tantum quo ad ſubſtitutionem iure communi, & non priuilegio militari. Ius ergo commune eſt per hanc legem quod directa ſubſtitutio poſt pubertatem trahatur ad fideicom.

11 Non † eſt igitur verum, quod ſolus miles poſſit compendioſam facere, immò etiam quilibet paganus: nam verba directa quando tempore exiſtentis ſubſtitutionis conditionis non poſſunt iure communi prohibente ſtare in ſua natura, trahuntur ad fideicommiſſum, *vt ff. ad Trebellia. Scæuola. & l. ex facto. in princ. & l. qui filium. in princ. & de codicill. l. illud. §. tractari. & dicta l. Imperator. § penultimo.* Item vides manifeſtè qualiter in pagano verba directa ad tempora pubertatis trahuntur ad fideicommiſſum, non enim poteſt negari, quin verbum ſubſtituo, ſit ita directum verbum & aptum ad pupillarem ſubſtitutionem, ſicut hæc verba, hæres eſto. Nam ſi pater duobus impuberibus ita ſubſtituat, vos inuicem ſubſtituo. in perſona cuiuſlibet eſt ita directa pupillaris, quod etiam matrem excludit, *ff. de vulgari ſubſtitutione. l. iam hoc iure. circa princip. & l. Lucius. § aliter.* Tamen cùm propter ætatem, vel aliud legitimum impedimentum, non poteſt ſtare verbum ſubſtituo, in ſua natura, trahitur ad fideicommiſſum, *vt C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condit. l. generaliter.* Quare ergo non eadem ratione trahentur illa verba directa, hæres eſto, ad fideicommiſſum, ſicut & verbum ſubſtituo, quod directum eſt, vt probaui, maximè cùm hoc dicat prædicta *l. Scæuola.* & certè trahi dicuntur ad fideicommiſſum. Et hæc etiam fuit ſententia Domini P. vt expreſsè dicit gloſſ. poſita *Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. §. fin.* quæ veriſſima eſt vſque ad vltima verba, quæ gloſſator Accurſius erroneè ibi appoſuit eam reuocando, hoc errore ſolo ductus, quia ſolus miles poterat facere ſubſtitutionem compendioſam, & non paganus, vt nota. *Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione. in magna gloſſ. & C. de impuber. & alijs ſubſtitut. l. precibus. in gloſſ. ſecus dicerem. verſic. ſed in pagano.* vbi dicit quod verba directa poſt pubertatem nihil operantur, nec trahuntur ad fideicommiſſarium, ſed infra pupillarem ætatem faciunt directam pupillarem, & matrem excludunt.

12 Et † in eadem gloſſ. *ver. ſi verò ita ſubſtituat.* dicit expreſsè, quod hæc verba directa, ille ſit hæres, trahuntur ad fideicommiſſum, tam in pupillari ætate, quam in pubertate, & certè nimis eſt ſibi contraria illa gloſſ. cùm primò dicat, quod verba directa, talis ſit hæres, non trahantur ad fideicommiſſum, ſicut directa, ſi filius moriatur in pupillari ætate. Et ſecundo dicat, quod trahantur ad fideicommiſſum, etiam in pupillari ætate. Item primò dicit, quod illa verba directa. talis ſit hæres, nihil operantur, & trahuntur ad fideicommiſſum, vnde nec primum, quod dicit, nec ſecundum eſt verum in qualibet ſui parte. Sed tu confidenter ſecundùm iura ciuilia & canonica dicas, quod paganus habens filium in poteſtate impuberem poteſt compendioſam ſubſtitutionem facere ſic: quandocunque filius meus deceſſerit, talis ſit hæres, & ſi moriatur filius inſtitutus in pupillari ætate, ſubſtitutus capiet bona iure directo, & in hoc benè dicit prædicta gloſſ. & hoc etiam dicit prædicta *l. precibus.* licet caſus acciderit in milite. Nec mireris, ſi hæc verba, ille ſit hæres, in pupillari ætate ſint in propria ſignificatione, & ideo directam faciunt pupillarem ſubſtitutionem, & poſt pupillarem ætatem aliam aſſumant impropriam ſignificationem, ſcilicet ſubſtitutionis fideicommiſſariæ. Nam ſimile dicit lex, *ff. de condit. & demonſtrat. l. pater. §. conditionum,* vbi hoc verbum, tutela, infra pupillarem ætatem, ſtat cum ſua propria ſignificatione, & tempore pubertatis aſſumit aliam ſignificationem, ſcilicet curæ, quia potius conſideramus voluntatem teſtatoris, quam verba, *vt ea. l. in princ. & prædicto § conditionum.* Si verò moriatur filius poſt pupillarem ætatem, verba directa trahuntur ad fideicommiſſum; etiam in pagano, quia etiam in milite, cuius priuilegium ceſſat matre media hoc idem fit, *vt in dicta l. precibus. & dixi ſupra,* & in hoc eſt differentia: nam quando mater non eſt in medio, valet ſubſtitutio militis vltra pubertatem iure directo, *vt ff. de vulgari ſubſtitutione.* Centurio: & de teſtamento militis, *l. milites etiam.* Sed in pagano trahitur ad fideicommiſſum, ſicut in hoc videtur dicere, & benè prædicta glo. *in 2. ver. ſi verò ſubſtituat.* Eadem ratione dico quod ſi ita ſubſtituat paganus, ſi filius meus impubes, quandocunque deceſſerit, talem ſubſtituo. quod tunc ſi moriatur filius in pupillari ætate, valet ſubſtitutio iure directo, quia verbum ſubſtituo, de ſui natura veram facit pupillarem ſubſtitutionem & expreſſam *ff. de vulgari ſubſtitutione. l. iam hoc iure. & l. Lucius.* Sed ſi moriatur filius factus pubes, trahitur ad fideicommiſſum, quia tunc verbum ſubſtituo, non poteſt remanere in ſui natura iure impediente, ſicut ſimiliter *C. de inſtitut. & ſubſtit. ſub con. fact. l. generaliter.* Simili etiam ratione dico, quod ſi teſtator dicat, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, ſuccedat ſibi talis, quod cùm verba directa ſint, C. *de teſtament. omnium.* & talis ſubſtitutio non requirat factum hominis, ſi filius moriatur in pupillari ætate, valet ſubſtitutio iure directo. Si verò moriatur factus pubes, trahitur ad fideicommiſſum, & iſte fuit verus caſus *extra de teſtam.* Rayn. Nam verè loquendo illa ſubſtitutio fuit compendioſa in ſui principio, vt & ibi dicitur *in princip. 2. gloſſ antiqua.* Sed tamen quia adiecta mortua, fuit facta pubes, trahitur ad fideicommiſſum, vnde etiam per illam decretalem probatur euidenter, quod verba directè trahuntur ad fideicommiſſum, quando non poſſunt in ſua natura remanere eo tempore, quo locum habent, ſicut rectè fit *in dicta l. generaliter. & in l. Scæuola. & in l. precibus.* Et idem dico, vbicunque ſubſtituatur filio impuberi per aliqua alia verba directa, quam ſint ſupradicta. Nam paganus ſubſtitutionem compendioſam faceret pro toto tempore, ſicut ſupra ſatis probatum eſt.

Sed † dices, quæ ſunt verba directa. Reſpondeo, dicunt 13
communiter gloſſa. Accurſij ſequendo opinionem & errorem Domini Azonis, quod ſola illa verba, Titius hæres eſto, ſunt verba directa, & quando loquitur de verbo ſubſtituo, dicunt, quod trahitur ad fideicommiſſum, & certè non benè dicunt.

Nam † verbum ſubſtituo, de ſua propria natura directum 14
eſt, *ff. de vulgari ſubſtitutione. l. iam hoc iure. circa principium. & melius iuxta finem. & l. Lucius. & l. Centurio.* Item ſi dicatur, ſi filius meus deceſſerit, bona mea deuoluantur ad talem, verba directa ſunt, *vt in dicta l. Lucius.* Item ſi dicatur, bona mea deferantur ad talem. verba directa ſunt, vt hic dicitur. Item ſi dicatur, ſi filius meus mortuus fuerit, vel ſine liberis moriatur, verba directa ſunt, vt & hic dicitur. Item ſi dicatur, redeant bona mea ad talem. *ff de teſtament. militis. l. ſi duobus.* Item ſi dicatur, bona mea reuertantur ad talem, verba directa ſunt, quod ſic probo. Inter iſta verba tria, ſcilicet deuoluantur, deferantur, & reuertantur, nulla quantum ad ſenſum & ſignificatum eſt differentia etiam ſecundùm grammaticos. Dic mihi pro Deo, ſi per verbum deuoluantur, fit directa ſubſtitutio filio familias impuberi, dummodo in pupilli ætate moriatur, vt ſtatim dixi *per l. Lucius. ff. de vulgari ſubſtitutione.* & per verbum, deferatur, fiat ſimili modo directa ſubſtitutio, vt in hac decretali. Cur per verbum, reuertantur, non fiet directa ſimiliter, dummodo perſonis conueniat inſtitutis, vt hic infra, ſequitur ibi, *cùm in ſubſtitutionibus, &c.* Certè non video, quia non refert in talibus, quid ex verbis æquipollentibus fiat, C. *de teſtament.* quoniam indignum, nec debet lex imponi verbis, ſed rebus, C. *communia de leg. l. 2. in fin.* & de ſimilibus verbis, ſimile debet eſſe iudicium, argument. *huius decret. & ff. ad legem Aquiliam. l. illud.* Et in ſumma ita diligenter attendas ad verba ſubſtitutioni inſerta, quod ſi factum hominis requirant, tunc ſunt obliqua, & faciunt fideicommiſſariam ſubſtitutionem etiam in pupillari ætate. Sicut cùm dicitur, ſi filius deceſſerit ſine liberis, reſtituat hæreditatem vel bona mea Titio. *ff. de vulgari ſubſtitutione. l. cohæredi. §. 1.* Item ſi dicatur, reddat, *vt ff. ad Trebell. l. epiſtolam. & l. Lucius. §. Caio Seio.* Idem ſi dicatur, det, vel diuidat, ſiue partiatur hæreditatem cum tali. & ſic de ſimilibus, *ff. ad Trebell. l. vbi purè. in in princ. & §. 1.*

† Sed contra, nunquid ſubſtitutio, ſi filius meus decedat, 15
volo quod faciat hæredem Titium, requirit factum hominis. Certè ſic propter verbum faciat, & tamen verba directa ſunt, *vt ff.*

vt ff. ad Trebell. l. ex facto. in princip. cum ſuis concordantÿs. Tu dic, quod licet directa videantur, trahuntur tamen ad fideicommiſſ. vt ibi, & magis facit pro quam contra. Si verò verba inſerta ſubſtitutioni non requirant factum hominis, ſed per ſe denotant hæreditatem ad alium tranſire, puta ſic, ille ſit hæres. vel, illum ſubſtituo, vel, ille ſuccedat, vel, illi moriatur, ſemper talia verba ſunt directa, vt ſupra probatum eſt. Sed opponitur, ſi dicat ita teſtator, ſi filius meus deceſſerit, quandoque hæreditas mea perueniat ad talem. Hic certè tranſit hæreditas ad ſubſtitutum ſine facto hominis, & ideo ſecundùm prędicta deberet eſſe directa ſubſtitutio. Sed tamen verum eſt, quod eſt fideicommiſſ. *vt ff. ad Trebell. l. hæredibus. §. Titius.* Solue & dic, quod ibi tempore mortis mulieris hæredis inſtitutæ, erat ipſa mulier iam pubes facta, quod patet, quia iam filia illa matrimonium contraxerat, & filium enixa fuerat, vt ibi dicitur: vnde cum verbum directum perueniret, ibi poſitum iure prohibente, non poſſet habere locum vltra pupillarem ætatem, cùm perſonæ inſtitutæ non conueniat, *vt ff. ad vulgar. ſubſtitut. l. moribus. & Inſtitut. de pupillari ſubſtitut. §. penultimo.* trahitur ad illud verbum perueniret, quod directum eſt ad fideicommiſſ. ſubſtitutionem, vt ibi & etiam ille §. *Titius.* optimè probat, quod verbum directum poſt pubertatem trahatur ad fideicommiſſ. ſemper, dummodo ſubſtitutio vtrumque tempus poſſit comprehendere. Et ad id quod erroneè dicit gloſſ. quod paganus vnam tantum poteſt facere ſubſtitutionem in vna perſona, & non duas: Dicas verum eſſe inſpecto fine, ſiue tempore, quo habet locum dicta ſubſtitutio, nam ſi moriatur inſtitutus infra pupillarem ætatem, pupillaris tantum habebit locum, *vt in l. precibus.* & hic, nec vltra curabitur de tempore ſequenti, quia nullo modo poteſt ſubſtitutio aliqua habere locum vltra, cùm ſit iam mortuus inſtitutus. Si verò moriatur poſt pupillarem ætatem, trahetur ad fideicommiſſ. & erit fideicommiſſ. tantum. Et ſic inſpectu exitu non eſt niſi vnica: ſed tamen inſpecto initio duæ ſunt, potentia ſed non actu. Idem poteſt dici & reſponderi de verbo reuertatur. *vt ff. ad Trebellia. l. Lucius. §. tres hæredes:* quia in hæredibus, quibus directo ſubſtitui non poterat, fuerat facta illa ſubſtitutio, & ideo illud, reuerti volo. trahitur ad fideicom. per iura & rationes prædictas, & tamen verbum reuertatur, directum eſt de ſui natura, *C. de reuo. dona. l. ſi vnquam.* Idem dicas de omni verbo directo, quod inuenias directum, *ff. ad Treb. l. purè. §. 1. in fin. §.*

16 ¶ † Tertia ratio eſt hæc, ſcilicet quod dicta lex precibus loquitur ſecundùm ius commune, nam *in dicta l. precibus.* nihil ponitur, quod contineat priuilegium militare, quia ſi hoc eſſet, poſita fuiſſet *ſub titul. de teſt. milit.* ſed quia ius commune continet, vt & aliæ leges poſitæ *ſub titul. de impuberib. & alÿs ſubſtitut.* ideo ibi fuit poſita & inſerta. Rectè ergo poſſum dicere, quod paganus quilibet poterit facere ſubſtitutionem compendioſam. Et hoc idem etiam erat declaratum in extra. quæ incipiebat, Ioannes Fraiapanus, vnde ſumpta fuit hæc decretalis, ſi pater. Sed nimis fuit deciſa: multa enim vtilia continebat, & ob ſolam reuerentiam Domini Azonis & ſequacium ſuorum ſtetit tanto tempore occultata veritas in hac parte, maximè quia pauci vident veritatem in hac materia propter eiuſdem altitudinem ſubtilitatis. Sed vehementiſſimè opponitur ad prædicta. Tu dicis, quod paganus poteſt ſubſtituere directo pupilli compendioſè pro toto tempore. Et dicis, quod ſi hæres moriatur pubes factus, quod verba directa trahuntur ad fideicommiſſ. & certè videtur eſſe dicendum. Nam verbis directis vltra ętatem quatuordecim annorum fruſtra fit ſubſtitutio, *ff. de vulg. ſubſtit. l. verbis.*

17 Item † in pupillari ſubſtitutione, ſi longius tempus comprehenſum eſt, finitur ſubſtitutio pubertate, *ff de vulgari ſubſtitutione in pupillari.* Idem ergo quod finitum eſt, quomodo trahetur ad fideicommiſſum.

Item nonne vides, quod ſubſtitutus à milite, qui compendioſam fecit ſubſtitutionem, non poteſt poſt pubertatem aliquid capere, niſi ex priuilegio militari, *vt ff. de vulgari ſubſtitut. l. Centurio.* ergo à contrario ſenſu, quod fortiſſimum eſt in iure, *ff. de offic. eius cui. l. 1.* ſubſtitutus compendioſè à pagano nihil capiet poſt pubertatem. Sed ego *ad l. verbis ciuilibus, & ad l. in pupillari.* reſpondeo, quod ibi loquitur de ſola pupillari ſubſtitutione expreſſa eo animo facta, vt tempora pubertatis comprehendat, vt pupillaris, quæ non poteſt protendi vltra pubertatem, vt infra, hic autem loquitur de compendioſa, quæ licet fiat per verba directa, tamen quia voluntas teſtatoris talis appares, vt etiam poſt pubertatem hæredi ſubſtituat, & iure impediente illud directè fieri non poteſt, trahitur ad fideicommiſſ. *vt in dicta l. precibus. & extra de teſtam. Raynutius.* Sic etiam factum fuiſſet hic, ſi hæres inſtitutus mortuus fuiſſet factus pubes. Sic etiam fuiſſet factum *ff. de vulgari ſubſtitut. l. Centurio.* ſi filius hæres mortuus fuiſſet pubes matre media, vt eſt ibi not. Qua ceſſante priuilegio militari in directa ſubſtitutione poſt pubertatem ius commune ſtatim accedit, & ſic verba directa trahuntur ad fideicommiſſ. vt & alias *ff ad Trebell. l. Sceuola. & l. ex facto. & C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. generaliter. cum ſuis ſim.* vel dic quantum *ad l. verbis.* quod fruſtra ſit, vt valeat iure directo, *vt ibi:* ſed tamen iure fideicommiſſ. valebit, *vt & in dicta l. precibus. & in cap. Raynutius.* Similem expoſitionem habes *ff ad Trebell. l. ex facto. 1. reſpõ.* ſuper verbo, non poſſe. *& ff de leg. 1. l. filius. §. vlt. quis.* Nam licet *ibi* dicat non poſſe, ſcilicet directo, tamen illa verba, quia iure prohibente, non poſſunt in ſua propria ſignificatione remanere, trahentur ad fideicommiſſ. Similem etiam expoſitionem habes *C. de codic. l. ſi idem. in fin.* Nec mireris, ſi per alia iura interpretor & determino *dicta l. verbis. & l. impuberib.* cum promptum ſit iura iuribus concordare, *ſupra eodem tit. dilectus. cum expediat. & C. de inoffic. dot. l. 1.* & præterea hic idem facit gloſſ. *in ipſa l. verbis. ſuper ver. fruſtra,* quia dicit, quod à milite non ſit fruſtra, *vt in l. Centurio.* videtur, ſecundùm veritatem fuit ſubſtitutio compẽdioſa. Simile fruſtra habes *ff. de publ. iu. l. penult. §. ad crimen.* quia licet *ibi* dicat fruſtra, tamen interuenit quandoque procurator, *ſupra de procur. cap. tua. C. ad l. Iul. de adult. l. quamuis indubitati. & C. de acc. l. reos capitalium, & ff. de procur. l. ſeruum quoque. §. publicè.* & licet hanc ſecundam ſolutionem bonam reputem, verior tamen eſt, & efficacior prima, † quia nunquam pupillaris eo ani- 18
mo facta, vt tempora tantum pupillaria comprehendat, poteſt extendi ad tempora pubertatis: & ideo cum vltra non diceret, trahitur ad fideicommiſſ. & hinc eſt, quod ſi maius tempus appatuerit in ea, erroneè fruſtra fieret, vt *ibi* dicitur *in dicta l. impuberib. & l. cohæredi. § cum pater.* Si tamen teſtator verba ſua vellet ſcienter extendere ad tempora pubertatis, tunc non eſſet iam pupillaris limitata à teſtatore, ſed compendioſa, ſub qua eſt quædam alia à pupillari ſubſtitutione directa, quando ad fideicommiſſ. trahitur poſt tempora pubertatis, vt ſupra probaui. & ad hunc intellectum concordat Io. in gloſſ. quam ponit *in l. in pupillari.* quia ipſe intelligit, quod teſtator errans appoſuit maius tempus, & ideo cum tantum pupillarem vellet facere vſque ad quatuordecim annos non valet vltra, vt *ibi.* Secus ergo eſſet, ſi ad tempora pubertatis vellet eam extẽdere, vt ſupra probatum eſt, argum. *validiſſimum. C. de fideicom. l. ſi pater.* & vide gloſſ. quæ hoc dicit, *Inſtit. de pupill. ſubſtit. § penul. quæ incip. ſic directo.* & ſolum prin. iſtius gloſ. eſt Io. vt *ibi* patet, quia hunc habuit intellectum & verum. Ad *l. vero Centurio.* reſpon. & dico, quod ſalua gratia gloſſ. dicentis, quod argum. à contrario ſenſu iſtius legis probatur, quod ſi paganus ſubſtituat directo, quod poſt pubertatem nihil capiet ſubſtitutus; hoc argum. certè non eſt argum. verum à contrario ſenſu ſumptum, ſed argum. à contrario ſenſu poſſet benè ſic accipi: Si moriatur filius à milite inſtitutus poſt pubertatem ſubſtitutus ex ſolo priuilegio militari capiet bona defuncti militis directo: ergo à contrario ſenſu ſi non fuiſſet teſtator miles non caperet ſubſtitutus bona defuncti, quia dicta lex tota loquitur de ſubſtitutione directa, cùm mater non eſſet in medio, & ſic non negat illud argum. quin ſubſtitutus à pagano poſſit capere bona defuncti per obliquum, ſeu fideicõmiſſ. Immò poſſet ſumi melius argum. à contrario ſenſu, quod in teſtamento pagani caperet ſubſtitutus non directo, ſed per fideicommiſſ.

Pauperibus.] ſed cùm ſit talis ſubſtitutio, vel inſtitutio, quis admitteretur ad petendũ talia bona inſtitutione, vel ſubſtitutione locum habentia, dicas quod executor teſtamenti, ſi ad hoc eſt ei data poteſtas à teſtatore, vt factum fuit in decretali Ioan. Fraiapanus, vnde ſumpta fuit hæc decretalis, aliàs ſi nulli data fuiſſet à teſtatore, Epiſcopus vel Iconomus Eccleſiæ admittitur ad exigendum, & creditoribus reſpondendum, *C. de Epiſc. & Cle. l. ſi quis ad declinandam.* & dic, vt *ibi* latè dicitur in text.

† Omnia,] qui omne dicit, nihil excludit, *ſupra de maior. & obed. ſolitæ.* Non ergo bona tantum, quæ fuerunt patris, deferentur 19
ſubſtituto pupillariter, ſed etiam alia, ſi qua habuerat inſtitutus hæres ex hæreditaribus, legatiſve, aut donationibus propinquorum & amicorum, *vt Inſtit. de pupill. ſubſtit. § non ſolum. & ff de*

*vulgar.ſubſtitut.l. Centurio.*2.reſpon. & vt ſupra nota. Præmiſſæ namque ſubſtitutiones,ſcilicet tres,quæ ſupra poſitæ ſunt,&de quibus hic ſtatim fit mentio.

Directa.]Ideo dicit,quia ſubſtitutionum alia directa, alia obliqua,ſeu fideicommiſſaria,vt hic ſequitur. Item directa alia vulgaris,alia pupillaris,alia exemplaris,alia breuiloqua, ſeu reciproca,alia compendioſa.Item vulgaris,alia expreſſa, alia tacita.Item pupillaris alia tacita, alia expreſſa, de quibus dic vt not.*Inſtit.de pupill.ſubſtit.§.qua ratione.& ſupra eod.Raynutius.*& dicit directè,quia tranſmittũt ad ſubſtitutum abſque media perſona,& ſine deductione, vt hic dicitur.

Intellige pupillares] vide hic mirabiles interpretationes. ſupra enim cum ſubſtituit pater,non dixit,talis ſit hæres, ſi filia mea deceſſerit,vel talem ſubſtituo ſibi, quæ tantum ſecundùm errorem gloſſatum communium ſunt verba directa, vt ſupra not.& idem etiam fuit in ſubſtitutione filij, ſi dixit, ſi filia mea deceſſerit ſine liberis,moriatur filio,& ſi filius deceſſerit ſine liberis,moriatur filiæ.& tamen vides hic determinari, quod directæ pupillares debent intelligi ſubſtitutiones. & reddit hic rationem,quæ ſequitur: Cùm in ſubſtitutionibus ſit interpretatio facienda, &c. ergo vbicunque verba quælibet apta ſunt, & perſonæ inſtitutæ aptæ ſunt ad talem interpretationem recipiendam, directæ debent intelligi ſubſtitutiones potius quam
20 obliquæ,quia † vbi eadem ratio ibi idem ius debet eſſe,*ff. ad legem Aquil.l. illud.* dic mihi pro Deo, ſi ita dicat teſtator: Si filius meus deceſſerit ſine liberis,volo quod bona mea deuoluantur ad talem. Quare non intelligetur ita directa hæc ſubſtitutio, ſicut per iſta verba,moriatur tali? Certè non video. Nam vt ſupra probatur,verbum deuoluatur,directum eſt,*vt ff.de vulg.ſubſtit.l.Lucius.* Idem eſt, ſi teſtator ita dicat, ſubſtituendo volo, quod bona mea deferantur ad talem. Nam verbum, deferantur,directum eſt, vt hic dicitur ſupra proxime. Idem vides, ſi teſtator dicat,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis,ſuccedat talis. Nam ita benè,vel melius eſt aptum verbum ſubſtitutioni directę,ſicut verbum hic poſitum,moriatur tali. Nam verbum ſuccedat,nihil aliud vult dicere,niſi quod hæres ſit. *C.de teſt.l.omnium.* Item attende, quod ſupra dictum eſt, vel Chriſti pauperes inſtituendo &c. Non inuenies ibi dictum,quod ſubſtitueret pauperes,& tamen vides hic, quod licet teſtator dum ſecundũ veritatem ſubſtituat,dicat inſtituo, non nocet, licet non dicat ſubſtituo, immò debet cenſeri ſubſtitutio, quia omnis ſubſti-
21 tutio inſtitutio eſt,vt hic, & quia † hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.*C.de hæred.inſtit.l.vlt.*& non refert, quod ex æquipollentibus fiat,& eſt interpretatio facienda,&c. ergo verba ſuperiora, ſcilicet moriatur filio, vel moriatur filiæ, vel Chriſti pauperes hæredes inſtituo,ſeu vtrumque filiorum,&c.licet vt ſtatim dixi directæ ſubſtitutiones debent intelligi pupillares, non tamen ad literam ſunt directæ pupillares,ſed interpretatiuè, vt hic dicitur.Sed pro Deo,quæ verba dicis directa ad literam, ſeu directa directo,& quæ directa interpretatione? Dicas,quod ius ciuile introduxit primò verba directa hæc, ſcilicet, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis,talis ſit hæres,*Inſtit.de pupill.ſubſtit.§.1.& ff. de vulg.ſubſtit.l.1.& 2.* Idem eſt ſi dicat teſtator, talem hæredem facio,vel ſcribo.*C.de teſt.l.quoniam.& ff.de impub.& alijs ſubſtit.l. precibus.* Idem ſi dicat,talis Dominus,*ff.de hær.inſtit.l. hıs verbis.* & dicuntur eſſe talia verba directa ad literam, quia teſtator expreſsè fecit hæredem ſubſtitutum.alia autem quæcumque verba apta,& conuenientia perſonis inſtitutis dicuntur incorporatiuè directa,vt hic dicitur:& eſt ratio, quia deeſt ibi hæres eſto: vel ſic,vel alia mentio hæredis,quæ verba clarè faciunt ad literam ſubſtitutionem directam, *vt Inſtit. de pupill. ſubſtit. circa prin.& dixi ſupra.* Sed poſito,quod talia verba deſint,non nocet quin debeant hæc iuris interpretatione intelligi directæ pupillares,ex quo mens & intentio teſtatoris apparet per verba aliqua apta ad tranſlationem hæréditatis in ſubſtitutum abſque media perſona,ita tamen quod ſubſtitutus ſit talis perſona, cui directo poteſt ſubſtitui,vt hic ſequitur. Etiam ex iſta litera conantur aliqui ſic diſtinguere: Subſtitutio compendioſa alia eſt directa directo, vtpote quia dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis,talis ſit hæres, vel talis ſit dominus, vel talem hæredem facio,nunquam talia verba poſſunt trahi ad fideicõmiſſum poſt pupillarem ætatem: ſic intelligitur.*ff.de vulg.ſubſti. l.verbis ciuilibus.& l.in pupill.& l.Centurio.2.reſpon.*à contrario ſenſu niſi in teſtamento militis matre media.*C.de impub.& alijs ſubſtit.l.precibus.*

Secundo caſu, quando ſubſtitutio compendioſa eſt directa interpretatiuè,trahitur poſt pupillarem ętatem ad fideicom.ſic intelligitur *C.de inſtit.& ſubſtit.l.generaliter. & ſupra eod.c. Raynutius.* Tu verò dic,quod licet verum ſit, quod alia ſit directa directo ſubſtitutio,alia directa interpretatiuè, non tamen eſt circa hoc aliqua differentia, vel diuerſitas, quin vtraque trahatur ad fideicommiſſum: vnde dic, vt ſupra dixi in magna gloſſ. Et ſuper omnia notabis diligentiſſimè,qualiter iura conantur per interpoſitiones facere valere voluntates defunctorũ: vides enim,quod verba directa,quando non poſſunt,vt prædixi,ſtare in ſua natura iure prohibente,trahuntur ad fideicom.vt in pluribus exemplis probatum eſt. Econtra verò verba, quæ de ſui natura non ſunt propriè directa per interpretationem intelliguntur directa, & ad eundem tendunt effectum, ad quem ordinata ſunt verba directa directo,ſeu ad literam, vt ex hac decret.colligitur euidenter.

Caſu propoſito,]ergo vbi eadem ratio, idem ius debet eſſe, & de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium,*ff.ad leg.Aquil.illud,infra de ſen.excom.venerabilibus.§.ſecus autem.* Et ſunt multa verba ſimilia his,quæ hic faciunt directam ſubſtitutionem,&magis etiam apta, vt ſupra notaui in magna nota.

Verbis inſertis.] In ſubſtitutione,quæ tamen vt dixi non requirant factum hominis,ſeu mediam perſonam, per quam habeat hæreditatem conſequi inſtitutus.Sed denotare debẽt verba,quod hæreditas per ſe ſeu ius hæreditatis transferant in ſubſtitutum directo,vt hoc accidit,dixit enim teſtator, ſi ſine liberis filia filio moriatur,&econtra.Sed iſta verba,ſine liberis,certum eſt quod non deſignant certam ætatem. Nam & hanc pubertatem & poſt filius & filia ſine liberis mori poſſunt,ergo patet,quod ſubſtitutioni benè conueniunt verba,immò maximè pupillari,cùm tunc liberos habere non poſſunt. Item video, ꝙ expreſſa vulgaris habet tacitam pupillarem, dummodo perſonis conueniat.*ff.de vulg.ſubſtit.l.iam hoc iure.* multò fortius verba, quæ ſapiunt pupillarem, vt hæc quæ hic poſita fuerunt, ad pupillarem ſunt referenda, & ſic reprobantur ea quæ notantur *C.de impub.& alijs ſubſtit.l.precibus.In gloſſ.pen.*

Perſonis] vt quia ſit de liberis is,cui ſubſtituitur,& impubes ſub patria poteſtate teſtantis, & non ſit recaſurus in patris poteſtate,& quod ante mortem teſtatoris non deſinat eſſe in eius poteſtate,vt ſupra notaui.

Obliqua,] id eſt, directa vel fideicommiſſaria.

Interdum,] benè dicit interdum, quia nõ ſemper nec etiam tunc,niſi ex cauſa,vt infra ſequitur,directa etenim vulgaris nũquam trahitur ad fideicom.niſi tunc demum cum facta fuit in codicillis,*vt ff.ad Trebell.l.Scæuola.2.reſponſo, vt & ibi not.* Et cauſa eſt ibi illa.videlicet quod quia hæreditas dari vel adimi non poteſt in codicillis, vt ibi dicitur, verba teſtatoris directa nullum haberent effectum.Cuius propoſitum & intentio fuit, vt vno moriente ſuperſtites totum acciperent, niſi benigna interpretatione traherentur ad fideicom.vt ibi dicitur.Secus aũt quando vulgaris facta eſt in teſtamẽto, in quo poteſt dari hæreditas, nam ſi primò inſtitutus non eſt hæres,ſtatim habet locum ſubſtitutio ſecundi,*vt Inſtit.de vulg.ſubſtit.in princ.*† Item directa pu- 22
pillaris nunquam trahitur ad fideicommiſſ. & adueniente pubertate euaneſcit,*ff.de vulg.ſubſtit.l.verbis.& in l.pupillari.* Sed tamen ſi fiat in codicillis, eadem cauſa, qua vulgaris trahitur ibi ad fideicommiſſ.trahetur & ipſa, *vt in d.l.Scæuola.* & eadem ratione eiuſdem legis diceret, quod ſi paganus inſtituto ſuo filio impubere & emancipato, vel profus extraneo ſubſtitueret ſic; ſi hęres meus deceſſerit infra pupillarem ætatem,talis ſit hęres, quod debet trahi ad fideicommiſſ.talis ſubſtitutio. Nam ſicut ius impedit *in d.l.Scæuola.* ne directo illa ſubſtitutio poſſit in codicillis valere,ſic & ius prohibet, quod paganus filio emancipato vel prorſus extraneo non poſſit directo ſubſtituere, *vt Inſtit.de pupill.ſubſtit.in prin.& §.extraneo.* Sicut ergo benè benigna fit ibi interpretatio, vt trahatur ad fideicom.ſic & in caſib.iſtis, cùm eadem ſit ibi ratio. Ar. optimum habes ad hoc in hoc cap. ſupra, vbi dicitur, quod ad ſimilia huic caſui debemus iura & ſubſtitutiones trahere. Item ideo dicit interdum, quia nunquã
† exemplaris,quod directa eſt,ad fideicom.trahitur, *vt C.de impub.& alijs ſubſtit.l. humanitatis.* Item breuiloqua ſiue reciproca nunquam trahitur ad fideicom. cum ſemper valeat iure directo,*vt ff.de vulg.ſubſtit.l.iam hoc iure.& l.Lucius.2.reſponſo.* niſi quãdo contingeret eam fieri in codicillis,arg.*d.l.Scæuola.*& ideo dicitur hic interdum,quod aliter non fit. Et eſt illa eadem cauſa, 23

quæ

quæ *in d.l. continetur.* Item ſi contingat forſitan, quod teſtator miles ſubſtituat compendioſè, valet iure directo pro toto tempore, nec trahitur ad fideicommiſſ. *de vulg. ſubſtit. l. Centurio.* Et licet Pil. dicat contra, tamen trahitur ad fideicommiſſ. ſi filius eſt mortuus pubes factus matre ſuperſtite, *C. de impuber. & alijs ſubſtit. l. precibus. in fin.* & ideo dicit interdum. Si verò fuit paganus teſtator, vt iam ſupra probaui, compendioſam poſſit facere ſubſtitutionem, dico quod inſtituto mortuo tempore pubertatis trahitur directa ſubſtitutio ad fideicommiſſ. ex cauſa eadem, ſcilicet quia voluntas apparet teſtantis, quòd poſt pubertatem haberet ſubſtitutus hæreditatem. Sed quia iure prohibente directa ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem non poteſt fieri, trahitur, cum talis caſus accidit, ad fideicom. *d.c. Raynutius. & d.l. precibus.* Et eadem cauſa & ratione credo, quod ſi teſtator paganus ita dicat, filium meum puberem hæredem inſtituo, & ſi deceſſerit ſine liberis, talis ſit hæres, quod hæc ſubſtitutio benigna interpretatione debeat cenſeri fideicommiſſaria, quia verba directa benè trahuntur ad fideicommiſſ. ex cauſa, quando ſcilicet remaneret prorſus inutilis maxime nec aliquo tempore poſſunt directo valere. Et verba ſemper debent aliquid o-
24 perari, arg. *d. l. Scæuola* † Et quia etiam voluntates defunctorum ſic debent intelligi, vt non pereant, *ff de lib. & poſthum. l. Gallus. §. 1. & de lega. 1. ſi quando. & de re. du. l. quoties.* Et ad hoc benè videtur concordare gloſſ. Accur. *in d. l. precibus.* Idem dico, ſi dicat teſtator tali puberi meo ſubſtituo talem. *C. de inſtit. & ſubſtit. l. generaliter.* Idem dico in omni etiam prorſus extraneo, vt ſi ita dicat teſtator, talem conſanguineum meum vel extraneum hæredē inſtituo, & ſi deceſſerit ſine libris, talis ſit hæres, vel talem ſibi ſubſtituo: hæc enim ſubſtitutio fideicom. debet interpretari & intelligi. Sic intellexit Ioan. Doctor Dom. Azonis, *Inſtit. de pub. ſubſt. §. ſi.* & ibi notauit. Sed vt ſupra notaui erroneè per D. Azonem & eius ſequaces extitit reuocata.

Ex cauſa] tunc eſt vera & ſufficiens cauſa, ne trahatur ad fideicom. directa ſubſtitutio, quādo verba ſunt directa, & apparet voluntas & intētio teſtatoris, quod hæreditas ſua perueniat ad ſubſtitutum. ſed tamen hoc non poteſt fieri iure prohibente, & ideo benignè tunc interpretatur, ne pereat voluntas defuncti in totum, vt trahatur ad fideicom. vt ſtatim in proxima notula ſupra notaui.

REPETITIO
IN CAP. SI PATER.
De teſtamen.

Celeberrimi I. C. D. Philippi Franchi de Peruſio.

SVMMARIVM.

1 *In teſtamentis requiritur hæredis inſtitutio & ſubſtitutio.*

2 *Subſtitutio quare dicatur ſecunda inſtitutio.*

3 *Subſtitutionum duæ ſunt ſpecies: & quæ dicatur directa, & quæ obliqua. num. 4.*

5 *Subſtitutio directa ſubdiuiditur in quinque, & quæ.*

6 *In ſubſtitutione directa non habet locum quarta deductio, ſed tantum in fideicommiſſarijs, ſeu obliquis. num. 25.*

7 *Teſtamentorum in materia multæ ſunt quartæ.*

8 *In ſubſtitutionibus quædam ſunt verba directa, quædam obliqua, & quædam communia.*

9 *Paterfam. poteſt teſtari, ſi non ſit in alterius poteſtate.*

10 *Pater poteſt filijs ſuis impuberibus tam maſculis, quàm fœminis pupillariter ſubſtituere.*

11 *Filij maſculi & fœminæ licet ab inteſtato æqualiter ſuccedant parentibus, tamen poteſt pater in teſtamento plus vni quàm alteri relinquere.*

12 *Pater ſicut poteſt pupillariter ſubſtituere filijs in vniuerſo hæredibus inſtitutis, ita & inſtitutis in re certa.*

13 *Pater an poſsit grauamen imponere filijs in legitima.*

14 *Filio inſtituto in legitima tantum, non poteſt ſubſtitui per fideicommiſſum.*

Fallit, vt num. ſeq.

16 *Dictio, cætera, extensè ſcripta eſt apta comprehendere omnia congruentia termino, cui adiungitur: & quid importet, quando ſcribitur abbreuiatè. remiſſ.*

17 *Bonorum appellatione veniunt tam mobilia, quam immobilia, & nomina debitorum.*

18 *Donatio inter virum & vxorem eſt prohibita, legare tamen maritus poteſt vxori, & quare.*

19 *Subſtitutio omnis dicitur inſtitutio.*

20 *In ſubſtitutione compendioſa facta per verba directa, licet apponatur verbum, ſine liberis, non pro hoc trahitur ſubſtitutio ad fideicommiſſum: nam*

21 *Expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt. nihil operatur.*

22 *Subſtitutio pupillaris, vt confirmetur, requiritur copulatiuè mors teſtatoris & ipſius pupilli.*

Et an confirmetur per ingreſſum religionis factum per patrem vel per ipſum pupillum num. 23.

24 *Teſtamentum paternum an confirmetur per ingreſſum religionis ipſius patris an debeat expectari mors naturalis.*

26 *Subſtitutio directa pupillaris comprehenſa ſub compendioſa trahitur ad omnia bona tam teſtatoris quam ipſius pupilli vndecunq; quæſita: idem in expreſſa pupillari*

27 *Subſtitutio pupillaris comprehenſa ſub compendioſa quare dicatur directa.*

28 *Interpretatio in dubijs caſibus debet ſemper fieri, vt ſit conformis verbis prolatis, & perſonis, ad quas ſermo dirigitur.*

29 *Subſtitutio quando dubitatur an ſit directa, vel obliqua, interpretatio fieri debet, vt potius ſit directa, quam obliqua, quando illi conueniunt verba & perſonæ inſtitutæ.*

30 *Subſtitutio regulariter impuberi facta per verba directa, nunquam trahitur ad obliquam licet ex cauſa, & quandoq; fit ſecus.*

Quid autem ſi fiat puberi. nu. 31.

32 *Legitima dicitur debita iure naturæ non ſolum filijs & ſic deſcendētibus, ſed etiam matri, & quare.*

33 *Pater poteſt facere teſtamentum pro filijs ſuis impuberibus eis pupillariter ſubſtituendo: & in ipſo teſtamento, & in ſubſtitutione poteſt priuare matrem non ſolum ſucceſſione filij, ſed etiam legitima debita iure naturæ ipſi matri à ſuis filijs.*

34 *Pater plus iuris habet in bonis filij, quam ipſe filius.*

35 *Statutum & conſuetudo valet excludens matrem à legitima filij in totum, licet talis legitima dicatur ſibi debita iure naturæ.*

36 *Teſtamentum vnum & idem confectum ab vno poteſt habere vim duorum.*

37 *Teſtamentum paternum non rumpitur per pupillarem ſubſtitutionem factam ex interuallo.*

38 *In teſtamentis & inſtitutionibus, vbi ſit mentio de pubertate vel impubertate, requiritur ætas perfecta.*

39 *Malitia ſupplet ætatem in matrimonio & ſponſalibus.*

40 *Minor obligatur ex iuramento, quia malitia ſupplet ætatem.*

41 *Ætates mundi ſex, ſexq; hominis: & quæ.*

42 *Ætas quot modis terminet finem ſuum.*

43 *In ſponſalibus contrahendis requiritur ætas ſeptem annorum perfecta.*

44 *Ætas proxima pubertati quæ dicatur.*

45 *Pubertas quanto tempore durare cenſeatur.*

46 *Minor quando deſinat quis eſſe, vt incipiat eſſe maior.*

47 *Præteritio quid ſit. num. 90.*

48 *Ingratitudinis cauſæ quot ſint, ex quibus filij poſsint exhæredari: & quæ, & quot ſint cauſæ ex quibus filij poſsint exhæredare parentes. remiſsiuè.*

49 *Teſtamentum vt valeat, & ad hoc vt filij non poſsint dicere de nullitate teſtamenti, oportet quod ad minus ſint inſtituti hæredes in aliquo minimo.*

50 *Legitima filiorum quanta ſit: & quanta legitima parentum & ſic aſcendentium. n. 51.*

Et ſicut hodie eſt aucta legitima filiorum, nunquid ita ſit aucta etiam legitima aſcendentium. 52.

53 *Legitima patris & matris an ſit tertia pars bonorum totius hæreditatis filij defuncti, an verò tertia eius, quod habituri eſſent ab inteſtato.*

Et an poſsit eſſe dimidia eius, quod habituri eſſent ab inteſtato ſecundum numerum perſonarum ſuccedentium defuncto. num. 54.

55 *Legitima fratris nunquid hodie ſit aucta.*

56 *Pater decedit ſuperſtitibus ſibi quinq; filijs. vno tamen exhæredato, vel facto ordinis minorum, an tunc legitima cuiuſlibet in bonis in patris erit dimidia, vel tertia.*

57 *Legitima an ſit quota hæreditatis, an quota bonorum.*

58 *Hæres ſicut poteſt à ſeipſo & propria auctoritate capere poſſeſſionem*

nem rerum hæreditariarum, ita & inſtitutus in re certa.
59 Hærede vniuerſali repudiante, inſtitutus in re certa admittitur in totum.
60 Subſtitui pupillariter non poteſt ei, qui non eſt hæres inſtitutus vel exhæredatus.
61 Inſtituto in re certa an competat beneficium, l. edicto. C. de edict. diui Adri. tollen. & quo caſu.
62 Teſtamentum nunquid confirmetur per agnationem factam cum inſtituto in re certa.
63 Inſtitutus in re certa ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiæ, ſecus in emphyteuſi priuati.
In iurepatronatus Eccleſiæ nunquid habeatur loco hæredis. 64.
65 Teſtator aliquando decedit cum duobus teſtamentis, aliquando cum vno: & tunc.
Inſtitutus in re certa aliquando habetur loco hæredis, & aliquando loco legatarij.
66 Inſtituto in re certa accreſcit vniuerſum, quando inſtitutio eſt facta per verba directa vel ciuilia: ſecus ſi per verba obliqua.
Et quando verba particularis inſtitutionis non ſunt ad honoratum relata. 67.
68 Hæres vniuerſalis vel in quota ſi repudiat hæreditatem, vel moritur ante aditionem, vel aliter ſi ſit excluſus, an tunc accreſcat vniuerſum inſtituto in re certa.
69 Inſtitutus in re certa ſi agnouit ſuam inſtitutionē, & deinde moritur deliberante hærede vniuerſali, qui poſtea decedit non adita hæreditate, an accreſcat vniuerſum hæredi ipſius inſtituti in re certa.
Et ſi moritur inſtitutus in re certa, antequam acceptet, an transmittat ad ſuos hæredes. 70.
Et quid ſi duo ſunt inſtituti in re certa, & vnus repudiat, an alteri totum accreſcat. 71.
Et nunquid inſtitutus in re certa ſit hæres vniuerſalis, ſi teſtator inſtituit hæredem vniuerſalem aliquem, quem putabat viuere. 72.
Et quid ſi filio impuberi in poteſtate teſtantis vniuerſali hærede inſtituto datus eſt cohæres extraneus ex re certa, & eidem impuberi fuit alius pupillariter ſubſtitutus, an dato talis cohæredis faciat ceſſare vniuerſum ſubſtitutum. 73.
Et quid, ſi inſtitutus in re certa eſt prohibitus per teſtatorem, quod plus petere non poſſit. 74. dato ſibi alio cohærede vniuerſali. ibi.
Et quid ſi non eſt datus cohæres. num. 75.
76 Teſtator ſi inſtituit tres hæredes vniuerſales, & vni prohibuit plus petere an valeat prohibitio.
Et quid ſi inſtituit aliquem in re certa, & prohibuit eum plus petere, deinde vniuerſaliter inſtituit ventrem vxoris, & in caſu quo non naſcatur, nihil diſpoſuit, an poſthumo naſcente accreſcat ipſi inſtituto vniuerſum, an venientibus ab inteſtato. 77
Et quid ſi inſtituit filium in 10. & prohibuit plus petere, & alium inſtituit in re certa, cui accreſcat. 78.
79 Filius inſtitutus in legitima nunquid dicatur inſtitutus in re certa, aut in quota hæreditatis, aut vniuerſaliter.
80 De inſtitutione in re certa quod dicitur, non dato cohærede vniuerſali vt trahatur ad vniuerſum, nunquid habeat locum in ſubſtitutione in re certa.
81 Subſtitutio facta per verba communia in re certa non trahitur ad vniuerſum.
82 Pater quando teſtatur inter liberos licet poſſint omitti ſolemnitates teſtamenti quo ad alia, ſecus quo ad hæredis inſtitutionem.
83 Filijs nunquid ſit neceſſe relinquere titulo inſtitutionis.
84 Ius canonicum eſt fundatum in æquitate, ideo non multum curat de ſubſtantialibus iuris ciuilis.
85 Relinquo eſt verbum commune aptum comprehēdere titulum legati & inſtitutionem hæredis.
86 Inter opiniones contrarias accipitur illa, quæ fauet teſtamento.
87 Ius canonicum & ciuile potius debet reduci ad concordiam in dubio quam ad diſcordiam.
88 Lex omnis & eius diſpoſitio cenſetur approbata per canones, niſi in eis reperiatur expreſſè reprobata.
89 Relinquo, verbum adiectum vniuerſitati trahitur ad inſtitutionem.
Dor dicitur quid vniuerſale.
91 Verbum cohæres de ſe importat inſtitutionem: quandoq; tamen importat fideicommiſſum.
92 Deſcendentibus quare ſit relinquendum tit. inſtit. & hoc quia.
Inſtitutionis titulus eſt honorabilior, quam titulus legati. ibidem. & num. 105.
93 Ius accreſcendi non habet locum inter hæredem & legatarium, ſi hæres repudiat, vel aliter excludatur.
94 Teſtamētum paternum an valeat, ſi teſtator dicit, relinquo filio meo domum iure benedictionis, & non dixit iure inſtitutionis.
Et quid ſi teſtator relinquit filio ſuo legitimam ſine alio titulo inſtitutionis. 95.
Et quid ſi pater dicat, relinquo filio meo portionem ſuam, vel partem ſuam, vel partem ſibi debitam. num. 96.
Et quid ſi dicatur, relinquo filio meo fundum pro ſua falcidia: an intelligatur iure inſtitutionis. num. 97.
98 Statuti verbis nihil addere vel detrahere debemus.
99 Pater ſi in teſtamēto relinquit filio rem certam ſine alio modo inſtitutionis, apponens clauſulam, quod plus petere non poſſit, an valeat teſtamentum.
Et quid relinquit filiæ pro ſua dote rem certam ſine aliā titu. inſtitutionis. 100.
Et ſi legauit filio rem certam, non expreſſo titulo inſtitutionis hæredis, & dixit velle ſuum teſtamentum valere omni meliori modo, via, & iure. &c. num. 101.
Et quid ſi relinquit filio rem certam non tit. inſtit. tamen mandauit tabellioni, vt teſtamentum extenderet, & aptaret ad ſenſum ſapientis, nunquid poterit ſapiēs addere illa verba, iure inſtitutionis, vt ſic teſtamentum conſeruetur. 102.
103 Parentes nunquid ſicut tenentur relinquere ſuis deſcendentibus tit. inſtit. ita & ipſi deſcendentes teneātur relinquere iure inſtitutionis hæredis, eorum parentibus.
104 Præteritus dicitur ille, qui non eſt inſtitutus vel eſt exhæredatus.
106 Clauſula codicillaris, ſi non valet iure teſtamen. & cap. quid importet.
107 Relinquo, verbum adiectum certæ rei non importat inſtitutionem hæredis: ſecus ſi ſit adiectum vniuerſitati bonorum.
108 Teſtator ſi in teſtamento fecit certa legata, & dicit poſtea, cætera bona tali relinquo, an importent hæc verba directam inſtitutionem.
Et quid ſi feciſſet ſolum hæredem in re certa, & poſtea dicit, cætera bona mea tali relinquo. num. 109.
Et quid ſi diuidit patrimonium ſuum per quotas bonorum, & dicit, relinquo Titio dimidiam meorum bonorum, & Seio alteram dimidiam, non facta mentione de alio hærede vniuerſali. 110.
Et quid ſi inſtituit Titium in re certa, & Seio reliquit medietatem bonorum, quis dicatur hæres vniuerſalis. num. 11.
Et quid ſi diuidit totum patrimonium ſuum per relicta particularia facta in plures, non dato alio hærede. nu. 112.
113 Relinquo, verbum adiectum quotæ an importet inſtitutionem.
114 Teſtator ſi diuidit totum ſuum patrimonium per quotas hæreditatis quis dicatur hæres vniuerſalis:
Et quid ſi vni relinquit dimidiam hæreditatis, & de alia dimidia nihil dicit, non dato alio hærede vniuerſali. num. 115.
116 Verba quæcunq; communia nunquid trahantur ad inſtitutionem hæredis.
117 Pater ſi teſtatur inter liberos ſuos, nunquid verbum relinquo importet indiſtinctè inſtitutionem: & an requiratur ſolennitas inſtitutionis hæredis.
118 Lego, verbum adiectum vniuerſitati bonorum an importet inſtitutionem hæredis.
119 Teſtator ſi relinquit vxorem ſuam dominam & vſufructuariā, quid importat tale legatum.
120 Pupillo exhæredato an poſſit pupillariter ſubſtitui.
121 Filius inſtitutus in re certa habetur loco hæredis quo ad hoc, vt poſſit ei pupillariter ſubſtitui.
122 Locutio pluralis quando reſoluatur in ſingularem.
123 Liberorum appellatione qui veniant.
124 Subſtitutus vt excludatur, ſufficit quod quis decedat cum vno filio, vel nepote.
125 Nepos, vel neptis ex filia venit ſub nomine liberorum ex ſuo corpore natorum.
126 Subſtitutio, ſi ſine liberis deceſſerit, an requirat, quod liberi ſint hæredes, vt excludant ſubſtitutum.
Et quid ſi ſit dictum, ſi deceſſerit ſine hæredibus. num. 127.
128 Filij appellatione in ſubſtitutionibus comprehenduntur omnes liberi, nepotes, & vlteriores.
129 Monaſterium nunquid excludat ſubſtitutum.
137 Subſtitutus vt excludatur, an requiratur, quod filij ſint legitimi, & naturales, an ſufficiat quod ſint naturales tantum.
Et quid ſi ſubſtitutio facta ſit per nomina collectiua. nu. 131.
132 Subſtitutio directa quæ dicatur.
133 Verba directa ciuilia quæ, & quæ non ciuilia.

134 *Verba directa quæ.*

135 *Subſtitutio indirecta, ſeu obliqua quæ dicatur.*

136 *Verba obliqua, ſeu indirecta quæ.*

137 *Verba omnia, quæ quandoque reperiuntur in ſignificatione directa, & quandoque in ſignificatione obliqua, dicuntur communia.*

138 *V*[illegible]*ba communia quæ.*

139 *Verbum, volo, de per ſe, nihil importat, niſi ratione adiuncti.*

140 *Inſtitutio pauperum ſicut valet, nulla habita relatione ad certam, & ita valet ſubſtitutio.*

141 *Teſtator ſi in teſtamento facit mentionem de pauperibus, intelligitur de pauperibus proprij domicilij ipſius teſtatoris: hodie tamen non ſeruatur.*

Et quid ſi teſtator inſtituit pauperes, quos talis fideicommiſſarius eliget, num. 142.

143 *Teſtator licet poſſit committere fideicommiſſario electionem pauperum, non poſſet tamen alteri committere electionem executoris, vel fideicommiſſarij.*

144 *Legitima parentum ſemper eſt tertia eius, quod habituri ſunt ab inteſtato.*

145 *Subſtitutio vulgaris quare ſic dicta, quotuplex ſit, & qualiter, & quibus verbis fiat, quis ſit eius effectus, & quæ eius effectum impediant, remiſſiuè.*

Idem de ſubſtitutione pupillari, remiſſiuè. num. 146.

Idem in exemplari, remiſſiuè. num. 147.

148 *Subſtitutio breuiloqua alibi appellatur reciproca, & quare ſic dicatur: & an ſit ſpecies ſubſtitutionis: & de eius effectu, remiſſiuè.*

149 *Subſtitutio compendioſa quid ſit.*

Quare dicatur compendioſa. num. 150.

An ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe ab aliis. 151.

Per quæ verba fiat. 152.

Quot in ea requirantur. 153.

Et quis ſit eius effectus. 154.

155 *Verba directa debent trahi ad fideicommiſſum, ſi nō poſſunt valere iure directo.*

156 *Subſtitutio ex quo valuit iure directo, non poteſt poſtea trahi ad fideicommiſſum.*

157 *Dictio, quandocunque, comprehendit plura tempora.*

158 *In ſubſtitutione ſi tempora fuerunt expreſſè diſtincta, nunquid ſint duæ ſubſtitutiones, vna pupillaris, & alia compendioſa.*

159 *Subſtitucio compendioſa, ſiue fiat per verba directa, ſiue per verba communia, ſemper eſt fideicommiſſaria etiam infra pupillarem ætatem.*

Quid autem ſi in teſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris. num. 160.

161 *Subſtitutio compendioſa ſi fiat tantum in re certa, nunquid infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & trahatur ad vniuerſum.*

Et quid ſi facta eſt per hæc verba, quandocunque filius meus deceſſerit, lego bona mea Titio. num. 162.

163 *Subſtitutio compendioſa quando eſt facta per verba obliqua, nunquid omni tempore ſit fideicommiſſaria.*

164 *Subſtitutio nunquid ſit directa, ſi teſtator dicat, quandocunque filius meus deceſſerit, volo quod bona mea diſtribuantur pauperibus per meos infraſcriptos fideicommiſſarios, an ſit fideicommiſſaria.*

Et quid ſi teſtator dixit, volo quod bona mea diſtribuantur inter pauperes, & non dixit per quem. num. 165.

Et quid ſi dixit, quod bona mea vendantur, & riſtribuantur pauperibus, & non dixit per quem. num. 166.

Et quid ſi dixit, bona mea vendantur, & precium diſtribuatur in pauperes, quorum electio fiat per meos fideicommiſſarios. numer. 167.

Et quid ſi executores hæreditarij moriantur, hæreditate non adita, vel teſtatore viuo, an ſubſtitutio fiat caduca. 168.

169 *Subſtitutio compēdioſa facta per verba communia an valeat omni tempore iure fideicommiſſi. num. ſeqq.*

170 *Res vna, & eadem non debet diuerſo iure cenſeri.*

171 *Dictio, omnino, nihil excipit.*

172 *Verba vbi ſunt clara, non eſt opus interpretatione.*

173 *Subſtitutio compendioſa nunquid per coniecturas poſſit valere iure directo.*

174 *In dubijs ſtamus coniecturis: ſecus in claris.*

175 *Subſtitutio compendioſa ſi eſt facta per verba communia cum dictione, quandocunque, quid operetur hæc dictio.*

Et quid ſi eſt facta cum expreſſa diſtributione temporum. numer. 176.

Et quid ſi teſtator dicat, filio meo impuberi, ſi decedat ſine liberis, talem ſubſtituo, an propter illud verbū, impuberi, videatur ſubſtitutio reſtricta ad pupillarem ætatem. 177.

Et nunquid in caſibus in quibus continet pupillarem, contineat etiā vulgarem. 178.

Et quid ſi facta ſit in re certa, an trahatur ad directa. num. 179.

Et quid ſi facta ſit in certa portione. num. 180.

181 *Pater ſi inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine filijs, aut filij filiorum ſine filiis, ſubſtituit hoſpitale: an filij vltimo loco morientes ſine filiis potuerint grauari onere fideicommiſſi.*

182 *Subſtitutio nunquid ſit directa, ſi teſtator in perſona vnius appoſuit diuerſa verba.*

Et quid ſi dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, volo quod bona mea deueniant ad Titium iure ſubſtitutionis & fideicommiſſi. num. 183.

Et quid ſi dicat, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Titium vulgariter pupillariter & per fideicommiſſum. numero. 184.

Et quid quando in perſonā diuerſorum ſubſtitutorum diuerſa verba apponantur. num. 185.

Et quid quando in perſonam vnius apponetur verbum obliquum, & in perſonam alterius verbum directum. 186.

187 *Subſtitutio, vbi quis inſtituitur hæres, & ſibi ſubſtituitur ſimpliciter ſine diſtributione temporum, non eſt compendioſa, ſed continet ſolam vulgarem, & ideo expirat incontinenti adita hæreditate.*

188 *Subſtitutio compendioſa facta per verba obliqua omni tempore eſt fideicommiſſaria, quantumcunq; fiat impuberi.*

Fallit tamen vt ibid.

189 *Subſtitutio directa poteſt interdū conuerti in obliquam, & quando. num. ſeq.*

Et quandoque vna directa conuertitur in aliam directam. numer. 191.

Et ſi eſt dubia, conuertitur in aliam directam. 192.

193 *Subſtitutio alteri fieri non poteſt directo poſt aditam hæreditatem.*

194 *Teſtamentum non poteſt quis alteri facere, ne ſibi impediat teſtamenti factionem.*

Fallit, vt ibid.

195 *Subſtitutio compendioſa qualiter finiatur.*

196 *Trebellianica nunquid detrahatur de fideicommiſſo vniuerſali etiam ad pias cauſas.*

197 *Eccleſia, ſeu alia pia cauſa nunquid detrahat falcidiam, vel Trebellianicam alteri pia cauſa, vel eccleſia.*

198 *Nepotum appellatione, qui veniant.*

199 *Succeſſorum nomine, qui comprehendantur.*

200 *De ſobole qui dicantur.*

201 *Progeniei appell. qui dicantur.*

202 *De proſapia qui appellentur.*

203 *Generationis nomine, qui vocentur.*

204 *Conſortium appell. qui comprehendantur.*

205 *De domo qui dicantur, & qui de familia. num. ſeq.*

207 *De cippo qui vocentur.*

208 *Gentis appell. qui dicantur, & quid de genere vocentur. 209.*

310 *Prolis appell. qui comprehendantur.*

211 *De antiquis qui cenſeantur.*

212 *Suorum nomine qui contineantur.*

213 *Domeſtici qui dicantur.*

214 *Hominum appellatione in teſta. an veniant fœmina.*

215 *Natorum nomine qui contineantur.*

216 *Neceſſarij qui vocentur.*

217 *Propinqui qui ſint.*

218 *Coniuncti qui dicantur.*

219 *Conſanguinei qui.*

220 *Affinium nomine qui comprehendentur.*

221 *Parentes qui ſint.*

222 *Deſcendentium nomine qui veniant.*

223 *Proximi qui.*

225 *De patrimonio, qui dicantur, & qui de caſata. num. ſeq.*

226 *Agnati qui cenſeantur.*

227 *De ſtirpe qui dicantur.*

228 *De ſtipite qui cenſeantur.*

229 *Filium ſucceßione priuare non licet, ita mater non debet priuari poſſe legitima.*

230 *Lex ciuilis, ſeu humana facta ab habente poteſtatem, ſi non inſert pactum, legat etiam in foro conſcientiæ.*

SI PATER. Licet gloſſa prima ponendo caſum eligat ex eo ſummarium, tamen poteſt aliter, & ſic ſummari. Subſtitutio breuiloqua, & compendioſa facta per patrem filiis impuberibus debet in dubio intelligi directa pupillaris, ex qua ſubſtitutus admittitur, & mater in totum excluditur: hoc dicit. Diuiditur in quinque partes, quia primo ponitur teſtamētum patris duo continens, ſcilicet filiorum inſtitutionem, legatum vxoris & ſubſtitutionem quam fecit filiis. ſecunda *ibi, teſtator narrat, quæ poſtea emerſerunt.* tertia *ibi, abſque.* ſoluit dubiū emergentis quæſtionis, quod oritur ex prędictis. quarto *ibi, permiſſa:* ponitur ratio deciſionis, & confirmatio rationis per aliam, quā ſubuertit. quinto *ibi, licet autem.* reſpondet duabus tacitis obiectionibus. Et pro faciliori intelligētia huius ſingulariſſimi capituli, & dicendorum infra præmitte.

1 Primo quod † in teſtamentis eſt dare inſtitutionem hęredis,
& ſubſtitutionem, inſtitutio dicitur primus gradus, & ſubſtitutio ſecundus, vt patet *hic, & in ca. Raynutius. ſup. eod.* ideo dice-
2 bat glo. *in l. rubr. ff. de vulg. & pupill.* quod † ſubſtitutio dicitur ſecūda inſtitutio, quia omnis hæres ſubſtitutus poteſt dici inſtitutus ſecundum glo. *in l. Gallus. in princ. ff de lib. & poſthu.* & patet *inf. in tex. in ver. inſtituendo.* & ibi Arch. & Ioan. And. omnis ergo ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio, *vt ff. de vulg. & pup. l. qui liberis in princ.* & dicitur ſubſtitutio etiam ſi ſit vlterior, puta in defectu multorum graduum, & ſic poteſt primas inſtitutiones omnes ſubſtitutiones dicuntur ſecundæ, vt per glo. *in dicta rubr.* vnde poteſt teſtator plures gradus hæredum facere: puta ſi filius meus mihi hæres nō erit, ille ſit hæres, & ſi ille non erit, ſit alius: & ſic deinceps, *vt in l penult. ff de vulga. & pupilla.* & patet hic tex. vbi pater fecit tres gradus, primo inſtituendo filios, ſecundo eos ad inuicem ſubſtituēdo, tertio in eorum defectum pauperes, & ſimiliter in defectum pauperum potuiſſet de alio prouidere: & hæc poteſtas prouidendi de pluribus gradibus habet locum non ſolum in hæreditatibus, vt hic, ſed etiam in legatis, & donatione cauſa mortis, *vt in l. vt hæredibus. ff. de leg. 2. & de his plenius infra dicetur.*

3 † Secundo præmitte, quod principaliter duæ ſunt ſpecies ſubſtitutionū: nam alia eſt directa alia obliqua fideicommiſſaria, & dicitur directa quando quis à ſe ipſo capit bona, & non per obliquum ſeu manum alterius, & ſic quando ſucceditur teſtatori ex ſolo animo, & ſine alterius miniſterio quis efficitur hæres & dominus, vt dicit Ioan. Andr. hic ſuper gloſ. 1. dicens, quod tunc eſt directa ſubſtitutio quando directe, & non per mediam perſonā capit bona, & ſic quando directe, & non per mediā ſubſtitutionē venit vel venire poteſt ad hæreditatē ſub-
4 ſtituentis vel ſubſtituti. Obliqua † ſeu fideicom. eſt quādo per manū alterius capit bona, *vt in l. cum quā.* & ibi gl. *C. de fideicom.* & ſic quando ſucceditur teſtatori alio mediante, de cuius manu percipiuntur bona, puta fideicommiſſarius de manu hæredis, vt patet *ff. & C. ad Trebell.* & de tali fideicommiſſaria, ſeu obliqua tractatur in dictis titulis.

5 Tertio † præmitte, quod directa ſubſtitutio ſubdiuiditur in quinque, ſcilicet in vulgarem, pupillarem, exemplarem, reciprocam ſeu breuiloquam, & compēdioſam: quas vide per exempla *in d. ca. Raynutius. in gloſſ. magna, in princip. & infra in gloſſ. in verſ. abſque.*

6 † Quarto præmitte, quod in directis ſubſtitutionibus non habet locum quartæ deductio, ſed tantum in fideicommiſſariis ſeu obliquis, *vt hic, & in d. ca. Raynutius. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill.*

7 Quinto † præmitte, quod in materia teſtamentorum multæ ſunt quartæ, de quibus vide per gl. ordinariam *in d. c. Raynutius. in glo. quæ incipit. not. tertio, quod quartarum, &c.*

8 † Sexto pręmitto, quod in materia ſubſtitutionum quędam ſunt verba directa, quædā obliqua, quædam ſunt communia, de quibus per Bart. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. & hic per glo. in verbo, abſque. & ibi plene dicetur.*

9 † Not. primo ibi, pater. quod paterfamilias poteſt facere teſtamentum, intellige ſi non ſit in alterius poteſtate, alias filiusfamilias in poteſtate patris non poſſet facere teſtamentum etiam conſentiente patre, *vt in l. qui in poteſtate. ff. de teſtament.* licet conſentiente patre poſſit donare cauſa mortis, *vt in l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſa mor.* ſecundum Ioan. Andr. *hic, de quo vide plene dicta ſupra in rubrica.*

† Secundo not. *ibi, impuberes,* quod pater poteſt ſuis filiis im- 10
puberibus tam maſculis quam fœminis pupillariter ſubſtituere, & ſic requiritur, vt poſſit fieri ſubſtitutio pupillaris, quod filij ſint impuberes, requiritur etiam quod ſint in poteſtate, *vt in l. ſecunda, circa princ. ff. de vulg. & pupill.* ſecundum Arch. & Ioann. Andr. ponentes quædam requiſita ad ſubſtitutionem pupillarem, de quibus per gl. *in d. c. Raynutius. & in d. l. 2.* & ibi per Bart. *& infra dicetur.*

† Tertio no. *ibi, in re certa.* quod licet ab inteſtato filij maſcu- 11
li & fœminæ æqualiter ſuccedant parentibus, *vt in l. maximum vitium. C. de liber. præter.* tamen poteſt pater in teſtamento plus vni quam alteri relinquere, vt patet hic vbi filia fuit inſtituta hęres in re certa, & extraneus poteſt hęres inſtitui in vniuerſo, *vt l. quoties. C. de hæred. inſtit.* qui filij tenentur ſtare contenti ſola legitima, licet ſi minus relinquatur, poſſit agere ad ſupplemētum legitimæ, *vt in l. omnimodo. C. de inoffi. teſtam.* & quanta ſit legitima filiorum dicetur infra.

† Quarto not. ibidem ſecundum Bald. quod ſicut pater po- 12
teſt pupillariter ſubſtituere filiis in vniuerſo hæredibus inſtitutis, ita inſtitutis in re certa. & ita etiam tenet Federic. *per hunc text. in ſuo conſil. 259.* etiam vide per Bartol. *in dicta. l. Centurio.* & ibi quid de ſubſtitutione facta in re certa, de quo etiam ibi per Imol. *in 24 colum. & vide text. in d. l. cohæredi. § fin. ff. de vulg. & pupill.* ſic ergo ipſi inſtituto in re certa, & inſtituto in ſola legitima poteſt directo pupillariter ſubſtitui, vt hic, *& in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff de vulga. & pupill.* & ibi per Doct. & hoc ideo, quia ſubſtitutio pupillaris cenſetur fauor filij, cum per eam habeat hæredem ex teſtamento, ideo ſubſtitutio pupillaris eſt permiſſa in legitima, *argum. l. ex tribus. & l. filijs matrem. C. de inoffic. teſta-*
men alias † pater in ipſa legitima non poſſet filijs nec grauamē, 13
nec conditionem apponere, & ſi apponeret ipſo iure ſubducitur & remouetur, *vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.*
ideo eſt, quòd filio inſtituto † in legitima tantum non poteſt 14
ſubſtitui per fideicommiſſum, & ſic non poteſt tunc ab eo fideicommiſſum relinqui in re legitima, *vt in d. l. ex tribus. & ibi* per Cynum.

† Quod fallit niſi ſubſtituantur venientes ab inteſtato, quia 15
tunc per hoc ipſi pupillo nulla infertur iniuria, ex quo eodem modo illi erant ſibi ſucceſſuri, & poſſunt tunc venientes ab inteſtato grauari in illa legitima, quia teſtator videtur illos honoraſſe non priuando eos, ex quo in totum poterat priuare illos ab hæreditate pupilli ſubſtituendo ei pupillariter: talis tamen ſubſtitutio, ſeu fideicommiſſum non durabit vltra pupillarem ætatem, vt de his eſt tex. ſingularis ſecundum Dyn. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. fin. cum l. ſequen. ff. de legat. primo.* Licet ipſi filio inſtituto in vniuerſo bene poſſit indiſtincte per fideicommiſſum ſubſtitui, *vt in dicto § cum filiæ.* & ibi per Angel. & Imolam. Et per prædicta habetur qualiter filius pupillus in totum poteſt priuari legitima, ſcilicet relinquendo fideicommiſſum in ipſa legitima, & tunc legitima filij non detrahetur de hæreditate teſtantis. & de his vide per Doctores *in l. prima. §. primo. ff. de vulgar. & pupillar.* vbi idem tenent, & non ſolum filijs inſtitutis in re certa, vel legitima poteſt pupillariter ſubſtitui, ſed etiam filijs exhæredatis, *in dicta lege prima. §. primo.* ſecus in præteritis ſecundum gloſſam. Et rationem vide ibi per Angelum & Imolam, & *in l. ſi quis cum. § primo. ff. de vulga. & pupilla.*

Quinto † nota *ibi, in tertis bonis,* quod dictio, cætera, ex- 16
tenſe ſcripta eſt apta comprehendere omnia congruentia termino, cui adiungitur. Quando vero ſcribitur abbreuiate, quid tunc importet, vide per Bartolum & Doctores, *in dicta lege Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & poſthum.* & veniunt
hic appellatione † bonorum tam mobilia quam immobi- 17
lia, & etiam nomina debitorum, *vt in lege bonorum, & in l. princeps bona. ff. de verborum ſignificatio.* & vide gloſſ. *in verſi. iura. & ibi nota. in capitulo ſecundo. ſupra de rebus eccleſ. eodem libro.*

† Sexto not. *ibi, legauit,* quod licet maritus non poſſet dona- 18
re vxori, cum ipſa donatio ſit prohibita inter virum & vxorem, *vt in cap. fin. ſupra de donationib. inter virum & vxor. & in l. prima, & ſecunda. ff eod. titulo.* & licet legatum ſit donatio, *vt l. legatum. ff de leg. 2.* tamen bene poteſt maritus in teſtamento legare vxori: &

ratio

ratio eſt, quia legatum non habet locum niſi poſt mortem, *vt l. ſi ſeruus communis Meuij, & caſtrenſis peculij. ff. de ſtipulat. ſeruorum.* vnde & mera donatio inter virum & vxorem confirmaretur per mortem, *vt in l. donationes. C. de donationibus inter virum & vxorem.* & licet maritus poſſit in teſtamento relinquere ſuæ vxori, ſi velit vt hic dicunt, tamen ad id de neceſſitate non arctatur ſecundum Ioan. Andr. immò non cogeretur maritus relinquere vxori etiam veſtes viduales, nec eius hæredes cogerêtur eas facere, niſi velint, etiam ſi vxor vellet viduitatem ſeruare, *vt in l. decreto.* & ibi per Doct. *C. ex quibus cau. infa. irro.*

¶ Quando tamen vnus ex coniugibus, qui moritur eſſet diues, & ſuperſtes eſſet pauper, tunc ſuperuiuens ſuccederet côiugi decedenti in certa rata vna cum eius filijs, de qua vide *in authentica præterea. C. vnde vir & vxor.* quod procedit non ſolum ab inteſtato, ſed etiam contra teſtamentum, vt ibi tenêt communiter Doctores, & ſic hoc caſu coniunx etiam contra voluntatem alterius coniugis ſuccederet, & ita debet limitari dictum Ioan. Andr. hic.

19 † Septimo nota ibi, inſtituendo, quia ſecundum Ioan. And. exponitur pro ſubſtituendo, & ſic probatur hic, quod omnis ſubſtitutio dicitur inſtitutio, ſecundum Archid. & Ioan. And. de quo dic, vt ſupra: probatur etiam hic, quod licet teſtator ſubſtituendo non dixerit, quod ſubſtituat ſibi vel filiis ſuis tãtum, propter hoc non vitiatur ſubſtitutio, vt hic patet, quia dicta verba ſi omittantur non vitiantur, facit *l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio ff. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. & Inſtit. de pupill. ſubſtitutione, poſt principium* ſecundum Ioan. Andr. immo verbum, mihi, vel ſibi appoſitum in ſubſtitutione adaptatur ad vulgarẽ & pupillarem, nec ſubſtitutionem viciat, *vt in dicto §. ſi filio.* & voluit glo. notab. *in d. l. 1. circa principium,* quod dicta verba non faciunt, quo minus ſubſtitutus capiat vniuerſa bona pupilli, de quo ibi per Doct.

20 Octauo † notab. ibi, ſine liberis, & ita allegatur, quod licet in ſubſtitutione compendioſa facta per verba directa apponatur verbum ſine liberis, tamen propter hoc non trahitur ſubſtitutio ad fideicommiſſum, vt hic patet & *in d. l. Centurio. & ita tenet gloſſ. hic in verſicu. abſque, in fine licet gloſſ. magna circa finem in dicta lege precibus. C. de impub. & alijs ſubſtitut.* tenuerit contrarium & male, & ita ſequuntur Doctores *in dicta l. Centurio. in principio.* & Bald. *in 30. columna.* quia & ſi teſtator de liberis non expreſſiſſet, hoc tacitè intelligebatur à lege, *vt l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* vnde expreſſio eorum, † quæ tacitè inſunt nihil
21 operatur. *l. cum quid. ff. ſi certum petatur,* ex quo ergo fit per verba directa non trahitur ad fideicommiſſariam, *vt in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill.* ſecus ſi ſubſtitutio fieret per verbum commune, vt per verbum, ſubſtituto, quia ſiue ſit mentio de liberis ſiue non, ſemper valebit iure fideicommiſſi, ſecundum gl. hic, de quo ibi dicetur.

22 Nono nota *ibi defuncti,* quod † ad confirmationem pupillaris ſubſtitutionis requiritur copulatiuè mors teſtatoris, & ipſius pupilli, de quo *in lege ſecunda. ff. de vulga. & pupilla.* & intellige de morte naturali, *vt in capitulo cum Marthæ. §. cæterum. ſupra de celebr. miſſarum. & per gloſſ. in l. 1. ff. de teſtament.* ſi vero ſit mors ciuilis & pœnalis vide per Bartolum. *in l. in pupillari. ff. de vulga. & pupill.*

23 Et ibi quid † de morte ciuili meritoria, an cõfirmetur pupillaris ſubſtitutio per ingreſſum religionis factũ per patrem vel ipſum pupillum, de quo etiam ibi per Imolam.

24 Et quid † de teſtamento paterno an confirmetur per ingreſſum religionis ipſius patris an vero debeat expectari mors naturalis, vide plenè notata *ſupra in rubrica,* & per Doct. *in d. l. prima.* & per Bald. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.* & hic per Petr. de Anch. *de quo infra.*

25 † Decimo not. *ibi, abſque deductione.* & ita allegatur, quod in directis ſubſtitutionibus non habet locum deductio quartarum, ſcilicet Trebellianicę, vel legitima, ſed in fideicommiſſariis ſubſtitutionibus tãtum, & tunc videtur hic probari, quod Trebellianica, & legitima poſſent ad inuicem concurrere, & ſimul deduci: de hoc tamen vide *in d. c. Raynutius.* & per Docto. *in l. quamquam. C. ad leg. Falcid.*

26 † Vndecimo nota ibi, bona omnia deferuntur, quod directa pupillaris comprehenſa ſub compendioſa trahitur ad omnia bona tam teſtatoris, quam ipſius pupilli vndecunque quęſita, & idem in expreſſa pupillari, *ſic Inſtitut. de pupillar. ſubſtitutione. §. non ſolum. ff. eodem titulo. l. ſed ſi plures. § ad ſubſtitutos.* ſecus eſſet in fideicommiſſaria, quia in illa non veniunt niſi bona teſtatoris tantum, *vt in dicta lege cohæredi. §. cum filiæ.* ſecundùm Ioannem Andream. Quid autem ſit in tacita pupillari comprehenſa, & expreſſa vulgari, an trahatur ad bona ipſius impuberis vide *in l. 2. §. prius. ff. de vulga. & pupilla.* & ibi per Doctores.

† Duodecimo not. *ibi, directè debent intelligi,* quòd pupillaris ſubſtitutio comprehenſa ſub compendioſa dicitur directa, quod intelligit hic Ioan. Andr. non expreſsè ſed tacitè comprehenſæ ſub compendioſa. Ex quo not. quod pupillaris ſubſtitutio cõprehenſa non dicitur expreſſa, ſed tacita, quod procedit quantum ad verba ſpecialia, ſed verbis generalibus dicitur expreſſa, vt tenet Bart. *in dicta lege Centurio.* quod patet, quia excludit matrem, vt eſt text. hic. Item not. ex text. quòd licet ſubſtitutio fiat duobus pupillis inæqualiter inſtit. per illa verba, ſi vnus moriatur alteri, tamẽ dicitur pupillaris directa, quia inæqualitas rerum, ſeu portionum, in quibus inſtituuntur pupilli nõ impedit pupillares ſubſtitutiones includi in ipſa compendioſa, de quo *in l. Lucius. & in l. ſi plures cum ſeq. ff. de vulg. & pupill.* 27

† Decimotertio not. *ibi, verbis & perſonis.* quod in dubiis caſibus debet ſemper fieri illa interpretatio, quæ ſit conformis verbis prolatis & perſonis ad quas ſermo dirigitur, quod not. pro interpretationibus quæ fiunt in inſtrumentis, ſtatutis, vel priuilegiis, quia non debent aliter interpretari, vt conueniant verbis & perſonis ſecundum Domin. de ſan. Gem. hic & alios, dixit gloſſ. *in l penult. ff. de legat. 1.* quod interpretatio debet eſſe probabilis & conſueta, & verbis cõuenire alias accipi non debet, vt ibi per Bald. 28

† Decimoquarto no. *ibi, vt ſubſti. directa & cætera.* & ita allegatur, quod in ſubſtitutionibus quando dubitatur an ſint directę vel non, debet ſemper fieri interpretatio, vel potius ſint directæ quam obliquæ, quando illis cõueniunt verba, & perſonæ inſtitutæ, pro quo gloſſ. no. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupill.* & ibi per Bald. de quo dicetur *infra in gloſſ. in verbo, abſque,* nã in dubia verba debent intelligi in potiori ſignificatu, *vt in capit. penult. ſupra de ſenten. excom. & in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigal. vel emphyt. petatur.* 29

Decimoquinto † nota. *ibi quamquam directa interdum, &c.* quòd regulariter ſubſtitutio facta impuberi per verba directa nũquam trahitur ad obliquam licet ex cauſa & quandoque ſit ſecus, quod eſt in duobus caſibus, primo quando ab initio vt directa valere non potuit propter defectum cauſæ, vel ſolemnitatis, vt quia ſit facta in codicil. *vt l. Sceuola. ff. ad Trebell.* ſecundùm Ioan. Andr. pro quo eſt text. loquens de verbis directis, *in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil.* & ita voluit glo. *in dicta l. verbis ciuilibus.* Secundo quando ille cui ſit directa ſubſtitutio eſt talis cui non poteſt directo ſubſtitui propter eius conditionem, vt quia non ſit in poteſtate, ſed emancipatus vel extraneus, cum tunc ex quo à princ. non poteſt valere iure directo trahitur ad fideicommiſſariam ex quadam benigna interpretatione ſecũdum Ioan. Andr. & idem tenet glo. *in dicta l. verbis ciuilibus.* & ex his dicit Bald. *ibi, quod ſi mater ſubſtituit filio ſuo impuberi,* quod quandocunque deceſſerit talis ſit hæres vel talem ſubſtituit, quod iſto caſu ſubſtit. omni tempore erit fideicom. etiam filio decedente infra pupillarem ætatem, cum à princ. valere non poſſit iure directo propter defectum poteſtatis: & idem dicit ſi frater ſubſtitueret fratri. Imol. ibi dicit eſſe quotidianum & menti tenendum. 30

† Quid autem ſi ſubſtitutio directa fiat puberi, puta puberi inſtituto ſubſtituatur ſibi, quod ſi deceſſerit ſine liberis talis ſit hæres? quidam dicunt idem ex eadem benigna interpretatione, vt talis directa ſubſtitutio trahatur ad fideicõmiſſum maximè cum iſto caſu nullo tempore poſſit valere iure directo, ſed hoc communiter non recipitur ſecundùm Ioan. Andr. de quo tamen vide per Bartol. *in d. l. verbis ciuilibus. & in l. pupillari. eod. titu.* & per Imol. *in d. l. Centurio. in pen. colum. & in d. l. ex verbis ciuilibus. in 2. colum.* 31

Decimoſexto † not. *ibi, iure naturæ debita, &c.* quod legitima dicitur debita iure naturæ non ſolum filiis & ſic deſcendentibus, ſed etiam matri & ſic ipſis aſcendentibus facit ratio. *l. nam & ſi parentib. ff. de inoffic. teſta.* & intellige hoc poſt mortem: quare ante mortem non dicitur debita cũ non dicatur quis habere ius in legitima in vita, ſed mors naturalis expectatur, vt dictum eſt *ſupra in rubr.* per Bart *in l. fin. ff. de lib. agno.* 32

Decimo-

33 Decimoſeptimo † no. *ibi, poteſt*, & ſemper allegatur quod pa-
ter poteſt facere teſtamentũ pro filiis ſuis impuberibus eis pu-
pillariter ſubſtituendo, & in ipſo teſtamento, & in ſubſtitutio-
ne poteſt priuare matrem nõ ſolum ſucceſſione filij, ſed etiam
legitima debita iure naturæ ipſi matri à ſuis filiis, vt hic, & *in l.
Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffic. teſtam.*

Et an hoc hodie procedat & rationem quare, dicetur infra
in gl. excluditur ergo mater per pupillarem ſubſtitutionem nõ
ſolũ à ſucceſſione & legitima filij, vt hic dicitur, ſed etiã à bo-
nis quæſitis per filium etiam ex ipſa linea materna, cum ſubſti-
tutus admittatur ad omnia bona pupilli vndecunque quęſita,
vt eſt text. *notabilis in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vul. & pupil.*
vbi Bald. & Angel. dicunt ita eſſe tenendum, & ad hoc ſæpe al-
34 legaui illum text. ex quibus patet, quod † plus iuris habet pater
in bonis filij, quam iure filius: quia ipſe filius matrem priuare
non poſſet legitima, vt dicetur infra in gloſſ. & tamen hic po-
teſt, vt hic dicitur: licet ergo legitima dicatur debita ipſi matri
iure naturæ, vt hic, & *in Authen. de conſang. & vter. frat. §. primo.* &
ſic videbatur, quod nullo modo auferri poſſet, quia iura natu-
ralia ſunt immutabilia, *vt Inſtit. de iure naturali. §. ſed & natura-
lia.* tamẽ hoc procedit ex ipſius iuris diſpoſitione, nam ius hoc
facere poteſt, quod patet, quia ipſam legitimam auget & mi-
nuit, *vt in authen. de trien. & ſemiſſ. §. 1. & in authen. nouiſſima. C. de
inoffic. teſtam.* & in totum tollit, vt hic dicitur, & per Ioan. Andr.
hic in 8. colum. in princ.

35 Et ex his infertur, vt valeat ſtatutum † vel conſuetudo ex-
cludẽs matrem à legitima filij in totum, licet talis legitima di-
catur ſibi debita iure naturæ, & ſtatutum dicitur ius ciuile, vt
in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. & ius poteſt eam in totum tol-
lere, vt hic patet: de quo tamen articulo, tam in legitima aſcẽ-
dentium, quam deſcendentium. an per ſtatutum poſſit in totũ
tolli vel diminui, vide per Dyn. & Ioan. And. *in regula indultum.
eodem libro.* & per D. Anton. & alios Doctores *in d. ca. Rayuntius.*
& per Bartol. & Imolam *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de con-
dit. & demonſtr.* & per Cyn. *in l. fœminas. C. de nupt.* & per Bald. *in
l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. cum lege. & in authent. nunc
autem. C. de epiſc. & cler.*

36 † Decimoctauo & vltimo not. in fin. quod vnum & idem
teſtamentum confectum ab vno poteſt habere vim duorum,
ſicut eſt teſtamẽtum patris & filij, quod licet habeat vim duo-
rum, tamen pro vno habetur, & vna ſolemnitas ſufficit, ſi con-
ficiatur vno contextu: & vnũ poteſt confici in ſcriptis, & al-
terum nuncupatiue, *vt in l. patris & filij. ff. de vulga. & pupilla.* vbi
text. dicit, quod habentur pro vno, & ſic non dixit, quod non
ſunt vnum, aliud enim eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali, *vt
in l. quod Nerua. ff. de depoſit.* quod inducit Angel. ad ſtatutum,
quod de quolibet teſtamento notarius debeat habere decem,
vel debeat ſolui gabella. Nam ſi vno contextu eſt factum te-
ſtamentum patris & filij habetur pro vno: ſecus ſi ex interual-
lo, quia erunt duo teſtamenta, & duæ gabellæ ſoluentur, ſe-
cundum Angel. *in d. l. patris.* dubium tamen facit, quia ſiue ſe-
paratim fiat, ſiue vno contextu, omni tamen caſu cenſetur eſſe
pars teſtamenti paterni, vt eſt text. *notabilis hic.* ideo eſt, quod †
37 per ipſam pupillarem ſubſtitutionem factam ex interuallo nõ
rumpitur teſtamentum paternum prius factum, quod tamen
ſecus eſſet ſi cenſerentur diuerſa teſtamenta, *vt in l. ſi quis cum. §.
primo. ff. de vulga. & pupilla.* & ita videtur ſequi Imol. *in d. l. patris
& filij.* & ſatis eſt de mente Bal. ibi, quia licet dicatur, quod ha-
bentur pro vno, & ſic aliud ſit eſſe tale, & aliud haberi pro tali:
tamen illud eſt verum quo ad facti narrationem, ſecus quo ad
iuris diſpoſitionem, quia idem eſſe cenſentur, etiam in ſtatu-
tis, vt in ſimili determinat notabiliter Bartol. *in l. ſi maritus. 2. ff.
de adult.* vbi plene per eum de hoc verbo habeatur, quando ſit
quod importet fictionem, de ſtatuto, quis habeatur pro ciue,
vide ibi per eum, cenſetur ergo quo ad hoc teſtamentum pa-
tris & filij eſſe vnum, quia ab vno dependet, & ſic à patre ordi-
nante, quia non poteſt pater facere teſtamentum filio, niſi &
ſibi ipſi faciat, *vt in l. ſecunda §. quiſquis. ff. de vulg. & pupill.* ſed quo
ad ſolemnitatem poſſet dici vnum, & plura, quia ſi ſit vno cõ-
textu, ſufficit vna ſolennitas, ſecus ſi ex interuallo, vel quando
vnum fieret in ſcriptis, & aliud per nuncupationem, *vt in dict. l.
patris.* item quo ad validitatem poteſt dici vnum eo caſu, quo
rupto teſtamẽto paterno non valeret pupillare, valeret de per
ſe, vt per gloſſ. *in d. l. patris. & in dicta l. ſi quis cum. §. primo. & in l. ex
pupillari eod. tit.* item quo ad aquiſitionem poteſt cenſeri vnum,
& plura, nam poteſt quis interdum habere pupillarem hęredi-
tatem ſine paterna, & quandoque nõ, vt patet *in l. ſi filius qui pa-
tri. ff. de vulg. & pupill. & in l. ſed ſi plures. §. filio. eod. tit. & in l. quidam
cum filio. C. de iure deliberan.*

In gloſſ. *in verbo, impuberes. in princip.* pro qua eſt text. *in l. 2. in
princ. ff. de vulg. & pupill.* In eadem in fin. vult hæc gloſſ. ſingula-
riter, quod in † teſtamẽtis, & inſtitutionibus vbi ſit mentio de 38
pubertate vel impubertate, requiratur ætas perfecta, & mali-
tia non ſuppleat ætatem, de quo eſt dictum *ſupra in rubrica:* ſed
intellige hanc gloſſam alio non apparẽte, alias ſecus eſſet, pu-
ta ſi ille cui ſit facta pupillaris ſubſtitutio cõtraxiſſet matrimo-
nium, & filios ante pubertatem ſuſcepiſſet, quia tunc expira-
ret ipſa pupillaris ſubſtitutio, vt tenent Doct. *in l. in pupillari. ff.
de vulg. & pupill.* & ita limita hanc gloſſ.

Et † in quantum gloſſ. hic dicit, quòd in matrimonio mali- 39
tia ſupplet ætatem, dic idem in ſponſalibus, vt voluit gloſſ. *in
cap. iuuenis. & cap. ſponſam. ſupra de ſponſa.* & intelligitur gloſſ. de
matrimonio carnali, ſecus vero in ſpirituali, vt not. *in capitu. ex
eo quod. ſupra de electio. eodem libr. in 3. gloſſ.* ſed Ioannes Andr. vbi
gloſſ. tenet, quòd canonicus ante quartumdecimum annum
præteritum non habet vocem in electione prælati, vel alia, &
malitia non ſupplet ætatem, ſicut etiam ad faciendam profeſ-
ſionem requiritur pubertas, & malitia non ſupplet ætatem, ſe-
cundum gloſſ. *in capit. cum virum. & capit. poſtulaſti. ſupra de regul.*
ſicut etiam non ſupplet ætatem requiſitam in ferendo teſti-
monio, *vt in capitu. ex litteris. 2. & ibi gloſſ. ſupra de ſponſa.* & idem
in ætate, ex qua tutela finitur ſecundum gloſſ. *in dicto capit. ex eo
quod.* & idem in teſtamentis, vt ſentit gloſſ. hic, & tenent Doct.
in l. qua ætate. ff. de teſtament. quantum vero vt minor † obligetur 40
ex iuramento malitia bene ſuppleret ætatem, vt per gloſſ. *in
dicto capit. ex litteris.* & nota. *in authent. ſacramenta puberum. C. ſi
aduerſus venditio.* & generaliter in omnibus delictis malitia ſup-
plet ætatem, *vt in capit. ſecundo. ſupra de delict. puero.* patet ergo ex
gloſſ. hic, qualiter impubertas finiat terminum tam in maſcu-
lis quam in fœminis. Et hac de cauſa Bald. *hic ſingulariter in no-
na columna.* ponit de pluribus, & diuerſis ætatibus, ſuper qui-
bus aduerte primo, quod licet gloſſ. *in l. hæreditatum. ff. ad legem
Falcid.* diſtinguat, & ponat ſolum quatuor ætates, tamen Bald.
hic, & Ioannes Andr. & Doctor. *ſupra in proœmio huius libri.* di-
cunt tenendam eſſe gloſſ. ordinariam & meliorem, quæ ſit in
iure, *ſupra in proœmio huius libri, verſic. perfectus.* ponentem primo
ſex ætates † huius mundi, ac etiam ſex ætates hominis, & dicit, 41
quod primo ætas in homine eſt infantia, quæ durat vſque ad
ſeptem annos tam in maſculis quam in fœminis, *vt in l. ſi infan-
ti. & ibi gloſſ. C. de iure deliberan.* Secunda ætas eſt pueritia, & du-
rat vſque ad duodecim annos in fœminis, & quatuordecim in
maſculis, & quot modis ſumatur pueritia in iure vide plenius,
quam alibi per Ioannem Andream. *in rubri. de delictis puerorum.*
Tertia eſt adoleſcentia, quæ durat vſque ad vigeſimumquin-
tum annum, *vt l. prima. in fin. ff. de minor.* Quarta ætas eſt iu-
uentus, quæ durat vſque ad quinquageſimum annum, & de
hac habetur *in l. non aliter, in fine. ff. de legat. tertio. & ibi quot mo-
dis ſumatur iuuentus.* Quinta ætas eſt ſenectus, quæ durat vſ-
que ſeptuageſimum annum: & de hac habetur *in capit. ſecun-
do. ſupra de renuncia. eodem libro. & ibi per gloſſ. quot modis ſumatur
ſenectus.*

Sexta & vltima ætas abinde dicitur ſenium aliarum ætatum
terminus, *vt l. fina. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Secundo † aduerte, 42
quia gloſſ. notab. *in l. prima §. initium. ff. de poſtul.* ponit quot mo-
dis ætas terminat terminum ſuum. Et include primo, quod in-
fantilis finitur in ſeptennium, vt ſupra, & abinde ſupra ponde-
ratur iſta ætas quo ad aditionẽ hæreditatis, *vt d. l. ſi infanti.* item 43
quo ad contrahenda ſponſalia: nam † requiritur ætas ſeptem
annorum perfecta, *vt in capit. litteras. & capit. acceſſit. ſupra de de-
ſponſ. impuberum.* Item attenditur iſta ætas in delictis, *vt in ca-
pitu. primo, & ſecundo. ſupra de delictis puerorum.* Item eſt alia æ-
tas, quæ dicitur † proxima pubertati, quæ proprie eſt in maſ- 44
culis decem annorum cum dimidio, & in fęminas nouem cum
dimidio, ſecundum gloſſ. notabilem *in l. prima. ff. de donationi-
bus.* Item eſt alia ætas puerilis, quæ in maſculis finitur in 14. an-
no, & in fœminis 12. vt ſupra, & in iſta ætate appellantur im-
puberes, & vocatur pupillaris ætas, vt hic in text. & glo. *in l. pu-
pillus. ff. de verbor. ſign.* Et hæc ætas attenditur in ſubſtitutionibus
pupillaribus, vt hic, & *in l. 2. in princip. ff. de vulga & pupillar.* & in
hac ætate finitur ipſa pupillaris ſubſtitutio, *vt in l. in pupillari.
ff. de*

ff.de vulgar.& pupillar. item finitur ipſa tutela, vt dicit gloſſ. hic.
Item attenditur finis iſtius actus quo ad matrimonium con-
trahendum, vt hic in gloſſ. Item quo ad habendam vocem in
electionibus, vt per gloſſ. *in d.cap.ex eo quod.* Item quo ad pro-
feſſionem faciendam, *vt in cap.1.ſupra de regul.* Item quo ad te-
ſtimonium faciendum, *vt l.3.ff. de teſtibus.* Item quo ad facien-
dum teſtamentum, *vt l.qua ætate.ff. de teſtamen.* Eſt & quarta æ-
tas ſeptemdecim annorum: & hæc attenditur, vt aduocatos
poſſit poſtulare in iudicio, *vt dicto §.initum.* Item vt poſſit quis
eſſe procurator ad negotia, *vt in capit. qui generaliter. in fin. ſupra
de procurat. eodem libro.* Quinto eſt ætas octodecim annorum,
vt ſi in teſtamento relinquantur alicui alimenta vſque ad pu-
45 bertatem † intelligitur durare pubertas vſque ad octodecim
annos, vt eſt text. nota. *in l. Mela in princip. ff. de alimen. & cib. leg.*
& quot modis dicatur plena pubertas, vide per gloſſ. *in l.ſi ar-
rogator.ff.de adopt.& Inſtitu. eodem titu. §.debet itaque.* Item atten-
ditur iſta ætas, vt poſſit quis promoueri ad ordinem ſubdiaco-
natus, *vt in clem generalem.de ætat. & qualit.*

Sexta eſt ætas viginti annorum, quo ad impetrandum veniã
ætatis, *vt in l.2.C.de his qui veniam ætat. impetra.* Item quo ad hoc
vt poſſit quis promoueri ad diaconatum, *vt d.clem. generalem.*
Item vt poſſit quis eſſe iudex delegatus, *vt in cap.cum vigeſimum.
ſupra de offic.deleg.* & vide *in l.quidam conſulebat.ff.de rei iudic.* Item
vt poſſit eſſe arbiter, *vt in l.cum lege.ff.de arbit.* Item vt poſſit eſſe
teſtis in caſibus criminalibus, *vt in l. in teſtimonium.ff.de teſtib.*

46 Septima † ætas eſt vigintiquinque annorum, & tunc dici-
tur finiri minor ætas, *vt in l.1.ff.de minor. & in cap.in præſentia.ſupr.
de probationibus.* Et quot modis dicatur quis minor annis: vide
gloſſ. *notabilem.27.quæſt.1 cap.1.in princ.* Et quod modis dicatur
legitima ætas, vide gloſſ. ordinariam ponentem infinitos mo-
dos *in cap.1.de pace iuram. firman.* ſi tamen in teſtamentis vel ali-
bi fiat mentio de legitima ætate, vel de perfecta intelligitur de
25. anno, vt eſt text. not. *in l.fin.& ibi gloſſ.C.de his qui ven.ætat.* Et
quid ſi fiat mẽtio de matura vel cum adoleuerit vel cum in tu-
telam ſuam peruenerit, vide *in l.cum filio.ff.de lega.3.* quæ eſt not.
& ſingularis ad ſecundum Bald. hic. Et quid ſi fiat mentio de
ætate adulta, vide *in l.fin.& ibi per gloſſ.ff.de curia. furio.* quæ om-
nia inducit hic Bald. Si in vltimis voluntatibus vel ſubſtit. fiat
mentio de aliqua ætate de qua intelligatur ſcilicet qui ſint in-
fantes, qui pupilli, qui proximi pubertati, qui impuberes, qui
adulti, qui adoleſcentes, qui iuuenes, qui minores annis, qui
plenæ pubertatis, qui legitimę vel perfectę ætatis, & qui ſenes:
vt ex prædictis patere poteſt. In gloſſ. *in verſic.certa re.ibi de inof-
fic teſtamento.* vide per Hoſtienſ. *in ſumma huius tituli.§.qualiter.
verſicu.datur autem.& verſicu.ſequentibus,* ſecundum Ioan. Andr.
ſed certe ſecundum Bald. *hic in 4.colum.* hæc gloſſ. male loqui-
tur, an iſto caſu teſtamentum eſſet nullum, & ſic ipſa filia non
ageret de inofficioſo, quaſi ſi non fuiſſet inſtituta hęres dicere-
47 tur præterita, cum pręterire † ſit non inſtituere vel exhęredare
filios, *vt inſtit de hæred. quæ ab inteſtato. in princip. & de exhære.libro
in princip.* etiam ſi ipſis filiis fuiſſet aliquid relictum in teſtamẽ-
to, cum hodie debeant habere titulo inſtitutionis hæredis, *vt
in Authen.vt cum de appell.cogno.§.aliud quoque capit.* quod an pro-
cedat; de æquitate canon. dicetur *infra in gloſſ. proxima.* debet
ergo de filiis fieri mentio in teſtamento eos inſtituendo, *vt in l.
inter cætera ff.de liber.& poſthum.* & alias dicuntur præteriti & te-
ſtamentum eſt nullum, vt ſupra, & *in l. filio præterito.ſupra de in-
iuſto teſtamento,* vel eos exhæredando expreſſa legitima cauſſa
ingratitudinis, de quibus per gloſſ. *in cap. Quintauallis ff. de iure-
iuran.* & tunc eſt quod poſſet agi de inoffic. teſtam. querelando
teſtamentum quando allegaretur quod cauſſa expreſſa in te-
ſtamento non eſſet vera, alias ſecus, *vt in authen.non licet, & au-
then.ex cauſa.& ibi gloſſ.C.de liber.præteri.* Et procedunt prædicta
in patre, quo ad filios, ſed in matre dic, quod licet olim præte-
rito matris facta de filiis in teſtamento eos non inſtituẽdo hæ-
redes vel aliter haberentur pro exhæredatis, *vt Inſticut.de exhæ-
redat.liber.in §.mater.* tamen hodie eſt neceſſe, quod in præteri-
tione, & teſtamentum eſſet ipſo iure nullum, & vide per gloſ-
ſam *ſingularem in Authentica de hæred. & falcid. in §. exhære-
datos.*

48 ¶ Et dic † quod 14. ſunt iuſtæ cauſſæ ingratitudinis, ex qui-
bus parentes poſſunt exhæredare eorum filios, *vt in dicta auth.
non licet,* quas cauſſas enumerat gloſſ. *in capit. Quintauallis.ſupra
de iureiuran.* Et 7. cauſſæ ex quibus ingratitudinis filij poſſunt
exhæredare eorum parentes, quas cauſſas vide *in dicto §. Illud
quoque capitulum.& in §.hoc ſi quidem.* Et ex vna ex dictis cauſſis
filius bene poſſet priuare patrem vel matrem legitima eis de-
bita iure naturæ, & ita debet intelligi text. hic, & tres ſunt cau-
ſæ ingratitudinis, ex quibus frater poteſt exhæredare fratrem,
etiam turpi perſona inſtituta, de quibus cauſſis vide *in Authen-
tica de nupt.§ ingratitudinis.* & per Doctor. *in l.fratres.C.de inoffic.
teſtamen.* & ſcias quod poſthumus, ex quo non poteſt commit-
tere cauſam ingratitudinis, non poteſt exhæredari, *vt in l.ſi quis
ſuo.§.1.C.de inoffic. teſtament.* & de pubere an poſſit exhæredari
per Bald. *in d. authentica ex cauſſa.* & hic per Petr. de Ancharan.
in rubric. In eadem gloſſ. *ibi, ad ſupplementum.* intellige, vt ſupra,
quia ad hoc † vt valeat teſtamentum, & ad hoc, vt filij nõ poſ- 49
ſint dicere de nullitate teſtamẽti, oportet quod ad minus ſint
inſtituti hæredes in vno minimo: & tunc eſt quod valet teſta-
mentum, & poſſunt agere ad ſupplementum legitimæ, & ita
dixit gloſſ. *ſingularis in dicto §. aliud quoque capitulum.& 19.quæſt.
3.in capitu.ſi qua mulier. & facit gloſſ. in l.3. §. verum.ff. de minori.&
in l.ſi quis priori ff.ad Trebellian.* & an iſtud ſupplementum legiti-
mæ poſſit peti in ſingulis rebus, vel quomodo vide per gloſſ. *in
verbo.portiones, in cap.Raynaldus.ſupra de teſtamen.* & per Bartol. *in
l.ſeruus quoque.ff.de hæred.inſtit.* & per Bald. *in l.filium quem haben-
tem.C famil. erciſcun. & in l.ſcimus. §.repletionem.C.de inoffic. teſta-
ment.* & ibi bonus text. & dicitur quod repletio in legitimis de-
bet fieri & detrahi in ipſis rebus, & corporibus exhæredatis nõ
autem in fructibus, quod procedit in legitima filiorum, ſed
ipſi aſcendentes bene poſſunt habere legitimam in bonis de-
ſcendentium in fructibus, argumen. *text. notabilis in l.filius famil.
ff.ad leg falcid.* & ita determinat hic Bald. *in fin per illum tex. quem
tene menti.*

¶ Sed quæritur primo † quanta ſit iſta legitima filiorum: & 50
dic quod olim erat quarta pars bonorum tempore mortis de-
functi, *vt l.cum quæritur. & l.parentibus. C.de inoffic.teſtament.* ho-
die autem eſt aucta, *vt in authent. nouiſſima. C. de inoffic.teſtament.*
vbi dicitur quod ſi pater vel mater decedit ſuperſtitibus ſibi
quatuor vel paucioribus filiis, tunc legitima cuiuſlibet filij in
bonis patris vel matris eſt tertia pars bonorum eius quod qui-
libet filius fuiſſet habiturus ab inteſtato: ſi vero filij ſunt plu-
res quam quatuor, tũc legitima cuiuſlibet filij eſt dimidia pars
bonorum eius, quod quilibet filius fuiſſet habiturus abinte-
ſtato, *vt in dicta authen.nouiſſima, & per gloſſ.in verſic.quartam.in d.
cap. Raynutius.*

Secundo † quæritur, quanta ſit legitima parentum, & ſic a- 51
ſcendentium, de qua hic in text. fit mentio. & dic quod de iure
non reperitur clarè expreſſum quanta ſit iſta legitima, ſeu por-
tio debita iure naturæ ipſis parentibus, tamẽ cum certum ſit,
quo dabatur eius querela inofficioſi teſtamenti, *vt l.1.ff.de inoffi.
teſtament.* ſatis videtur fuiſſe de mente iuris quod eis deberetur
quarta ipſis aſcendentibus ab ipſis filiis, *vt in dicta l. Papinian.§.
quoniam autem quarta. & §.quarta. & l.nam & ſi parentibus. ff.de
inoffic.teſtamen.*

† Tertio quæritur, an ſicut eſt aucta hodie legitima filio-
rum, vt ſupra, ita ſit aucta legitima ipſorum parentum, & aſcẽ- 52
dentium? gloſ. *in dicta authentica nouiſſima.* tenet quod ſic, & ita
videtur tenere *in l. Pantonius.§.1.ff.ſi quis à parẽte fuerit manumiſ-
ſus.* dicens, quod hodie legitima patris eſt tertia pars bonorum
filij. idem etiam tenet gloſſ. *in l.ſi à milite.§.1.ff. de milit.teſtamen-
to.* & ita videtur probari *in Authent.de trien.& ſemiſ.§.1.verſic.hac
obſeruando.* vbi dicitur quod omnibus quibus olim quarta de-
bebatur factum eſt augmentum vſque ad tertiam, & ita tenet
gloſſ. *ibi in dicto cap.1.* & Bald. *in dicta authentica nouiſſima.argum.
dicta l.nam & ſi parentibus.* vbi etiam tenet ipſe Barto. & idem ſe-
quitur Angel. *in dicto cap.1.* & Archidia. & Ioan. Andr. & iſta eſt
communis opinio, quam etiam ſequuntur Doctores *in dicto c.
Raynutius.*

Quarto † quæritur, an legitima patris & matris, ſit
tertia pars bonorum totius hæreditatis filij defuncti, an ve- 53
ro tertia eius quod habituri eſſent abinteſtato. Bald. ſingu-
lariter *in dicta authentica nouiſſima, in fine.* tenet quod ſit ter-
tia eius quod pater vel mater eſſent habituri abinteſtato: vn-
de cum hodie filio defuncto pariter ſuccedat pater & ma-
ter & fratres defuncti in viriles portiones, *vt in authentica
defuncto. & authentica. & cum ſolis. C. ad Tertullian.* ſi tracta-
tur de legitima patris vel matris, tunc erit tertia pars bono-
rum, quam habituri eſſent abinteſtato quod ſingulariter te-
ne menti.

Quin-

4 Quinto † quæritur, an iſta legitima matris vel patris, quæ eſt tertia, vt ſupra, poſſit eſſe dimidia eius quod habituri eſſent ab inteſtato, ſecundum numerum perſonarum ſuccedẽtium defuncto, ſicut dicitur *in dicta authentica nouiſſima, de legitima filiorum*, quod eſt tertia vel dimidia ſecũdum numerum filiorum: pone, quod filius decedit ſuperſtitibus matre & patre, & fratribus, quanta erit legitima patris vel matris in bonis iſtius filij defuncti, an erit tertia an vero dimidia? dubium facit quia glo. & Doct. in iuribus ſupra allegatis ſemper & indiſtincte dicunt quod eſt tertia & ita etiam ſemper loquitur ipſe Bal. *in dicta authen. nouiſſima*. & quia de iure etiam fratres vel ſorores non ſuccedebant fratri vna cum patre & matre in viriles portiones, ſed ſolum per iura. *Authentic.* vnde non videtur quòd propter hoc corrigantur alia iura loquentia de legitima ipſorum aſcendãtium: in contrarium facit text. *in authen. nouiſſima*. & æquiparatio, quam facit gloſſ. ibi de augmento legitimæ, vt eſt dictum *ſupra in tertia quæſtione*. cogita tamẽ quod nullus doctor tangit hanc dubitationem, & idem poſſet quæri in legitima fratrum, ſeu tranſuerſalium.

55 Sexto quæritur, quid in † legitima ipſius fratris, quæ eſt quarta ſecundum nota. *in l. fratres. C. de inoffic. teſtam.* an hodie ſit aucta, ſicut dicitur *in dicta authent. nouiſſima*. Anton. & Ioannes Andr. videntur velle quod ſic, de quo tamen vide per ipſum Ioan. Andr. & Doctor. *in d. c. Raynutius. & per gloſſ.* & Doct. *in dicta authen. nouiſſima*.

56 † Septimo quæritur, quid ſi decedit pater ſuperſtitibus ſibi quinque filijs, vno tamen exhæredato, vel facto ordinis minorum, an tunc legitima cuiuſlibet iſtorum filiorum in bonis patris erit dimidia, vel tertia: quia licet iſti ſint quinque filij, & ſic deberet eſſe dimidia, *vt in dict. authen. nouiſſima*. tamen quod eſt traditum in iure quod frater minor non ſuccedit & ſic non admittitur ad partem non facit tunc ipſe partem ſecundum nor. *in l. Lucius. §. ſi duobus. ff. de leg. 1.* de quo tamen articulo an in computatione legitimæ ille qui nõ admittitur ad ſucceſſionem, & ſic ad partem faciat ipſe partem vel numerum, puta, ſi ex forma ſtatuti filia fœmina, vel mater non ſuccedit, an legitima ſit tunc tertia vel dimidia, & quid in legitima aſcendẽtium & deſcendentium, ſeu tranſuerſalium vide plenè per Doct. *in d. authen. nouiſſima* & ibi per Bal. ſingulariter *in fin. & in l. pater filium. ff. de inoffic. teſtamento*.

57 Octauò & vltimo † quæritur, an legitima ſit quota hæreditatis, vel quota bonorum? & dic quod eſt quota bonorum, vt per gloſſ. *in l. cum à matre. C. de rei vendic.* ideo eſt quod debetur deducto ære alieno & funeris impenſa, *vt dicta l. Papinianus. §. 4.* Et de ordine qualiter detrahatur legitima ante Trebellianicam. Et quando ſit quod poſſit quis detrahere duas quartas vide per gloſſ. & Doctor. *in dicto capit. Raynutius & in l. quamquam. C. ad leg. falcid.* & quid imputetur in legitima & quid in Trebellianica vide per Doctor. *in l. in quartam. ff. ad leg. falcid. & in l. filium quem habentem. C. famil. herciſc.* In eadem gloſſ. *ibi, habetur loco legatarij*. de hoc per gloſſ. *in dicto capit. Raynutius. & in l. ex facto, l. grande. ff. de hæredib. inſtitut. & in l. ſi quis priore. ff. ad Trebell. & in l. quotiens. hic allegata.* & vide per Bartol. *in dicta l. ex facto*, concludentem quod quo ad quædam habetur loco legatarij & quo ad quædam loco hæredis, & ita ſequitur D. Anton. *in dicto cap. Raynutius* habetur enim loco legatarij, quo ad *infraſcripta*. Et primo, quia non tranſeunt in eum actiones hæreditariæ, vt *in dicta l. quotiens.* & prout dicit gloſſ. hic ſecundo, quia ſi inſtitutus in certa re, moriatur ante quam accepter tranſmitrit ad ſuos hæredes ſicut tranſmittitur legatum ſecundum notata, *in l. 1. § primo. C. de cadu. tollen. in l. cum pater. §. ſurdo. ff. de legat. 2.* Secus eſt in hæreditate, quia ſi non eſt adita non tranſmittitur, *vt l. quoniam ſoror. C. de iure delib.* & ita tenet Bartol. *in dicta leg. ex facto.* & Imol. *in 10. colum. & in l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtitut. in repet. in 8 colum.* & Bald. *hic in 13. colum.* Tertio, quia de tali inſtitutione in re certa detrahitur falcidia ſicut de cæteris legatis, *vt in dicta lege ex facto*. Quarto, quia talis inſtitutio in re certa conſeruatur, *per authenticã ex cauſſa. C. de liber. præteritis*, quo ad effectus concernentes ipſam rem, ſicut cætera legata conſeruantur & non inſtitutiones, *vt dicta authentica ex cauſa*, & ita tenet Bartol. *in dicta lege ex facto.* & Bald. hic, vt ſupra, & Imol. *in dicto § ex fundo*. Quo ad quædam autem habetur loco hæredis, & primo quo ad excludendam quærelam inoffic. teſtamenti, nam ſufficit filio quod relinquatur res certa titulo inſtitutionis, vt ſic teſtamentum non poſſit querelari vel de nullitate dici, ſecundum gloſſ. ſingulariter *in dicta lege ſi quis priore*.

† Secundo, quia ſicut hæres poteſt à ſe ipſo & propria authoritate capere poſſeſſionem rerum hæreditariarum, *vt in l. cum hæredes, & ibi nota. ff. de acquirend. poſſeſſ.* ita poterat inſtitutus in re certa, ſecundum Bartol. *in dicta l. ex facto.* & Imolam *ibi in 10. colum. & in dicto capit. Raynutius. in 36. colum.* licet Bald. *in dicta l. ex facto.* teneat contrarium, & non bene, quia licet legatarius propria non poſſit authoritate capere rem ſibi legatam, ſed debeat accipere de manu hæredis, *vt in l. non dubium. C. de legi. & in l. 1. ff. quorum legato.* tamen hoc procedit niſi teſtator dediſſet licentiam ipſi legatario accipiẽdi rem legatam propria auctoritate, vt per gloſſ. *notabilem & ſingularem in l. Titia. §. Lucius. ff. de legatis ſecundo*, ſicut videtur data ipſi inſtituto in re certa, ex quo per verbum directum teſtator vocat ipſum inſtitutum ad illam rem, quia tale verbum propriè importat, vt de manu ſua quis accipiat, ſecundum notata *in l. eam quam. C. de fideicommiſſa.* & per Bartolum *in dicta lege Centurio. ff. de vulga. & pupilla. circa finem*, & ita etiam ſequitur Imol. *in dicto §. ex fundo. in 9. & 18. colum.* 58

Tertio † quo ad ius accreſcendi, quia repudiante hærede vniuerſali inſtitutus in re certa admittitur in totum, *vt in dicto §. ſi ex fundo. de quo infra.* 59

Quarto habetur loco hæredis, quia ſi inſtitutus in re certa agnoſcit inſtitutionem ſuam, confirmatur totum teſtamentum & pupillares ſubſtitutiones, ſicut confirmaretur per aditionem hæreditatis factam per vnum ex hæredibus inſtitutis in certa parte hæreditatis ſecundum notata *in l. quotiens. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtitu. & in l. ſi nemo. ff. de teſtamentaria tutel.* ſecundum Bartol. *in d. l. ex facto. & in d. l. quoties. C. eod. tit. in fin.* quod an procedat infra patebit.

Quinto vt ei poſſit pupillariter ſubſtitui, vt eſt text. notabilis hic, & eſt dictum *ſupra in quarto notabili*, cum enim ei † qui non eſt hæres inſtitutus vel exhæredatus non poſſit pupillariter ſubſtitui, *vt in l. 1 & 2 ff. de vulg. & pupilla.* & hic dicatur quod filiæ inſtitutæ in re certa fuit facta pupillaris ſubſtitutio, & valuit iure directo, ſequitur quod inſtitutus in re certa quoad hunc effectum habeatur loco hæredis, & non legatarij, bene concludit hic Bald. *in 6. colum.* quod inſtitutus in re certa quo ad hoc vt ei poſſit pupillariter ſubſtitui habetur loco hæredis, ſiue habeat cohæredem extraneum ſiue de liberis vt *hic in text. & hic* plenè per Bald. 60

† Sexto habetur loco hæredis, vt ei competat beneficium, *l. edicto. C. de edicto D. Adria. toll.* ſecundum Bart. *in d. l. ex facto.* ſed ſecundum eum gloſſ. *in dicta l. edicto.* dixit contrarium & malè, nam ſecundum Bartol. cum inſtitutus in re certa non expectet de neceſſitate aditionem aliorum cohæredum in teſtamento, & modo aditione ſua totum teſtamentum confirmatur, vt ſupra, ideo competit ſibi beneficium illius l. quia quantũ ad hoc habetur loco hæredis, & ita tranſit Bald. *hic in 13. colum.* & Imo. *in d. cap. Raynutius. in 36. colum. in fin.* ſed dubium facit quia text. *in dicta l. edicto.* dicit quod inſtitutus in tota vel quota habet beneficium illius l. qualis non eſt ipſe inſtitutus in re certa, vnde Bartol. *in dicta l. edicto.* non multum præciſè hoc firmat, ſed dicit quod gloſſ. ibi procedit quando inſtitutus in vniuerſo adiuit hæreditatem, ſecus ſi nondum adiuit, quia ex quo tunc habetur loco hæredis propter ſpem iuris accreſcendi, & quia nõ eſt alius ex cuius manu capiat, ſatis putat Bartol. ibi inſtitutum in re certa habere tunc beneficium *dicta l. edicto*. quare Bal. *in d. l. ex facto.* ſequitur ibi Bartol. *in dicta l. quoties.* dummodo inſtitutio in re certa non ſit redacta ad inſtar legati, quod eſſet quando inſtitutus vniuerſalis adiſſet, vt dicit Bartol. *in dicta l. quoties.* ſecus ergo vult Bald. antequam inſtitutus vniuerſalis adiuiſſet, quia tunc haberet beneficium, *dicta l. edicto.* Sed Salicetus. *in dicta l. quoties.* tenet inſtitutum in re certa habere tunc beneficium, *dicta l. edicto.* quando hæres vniuerſalis repudiauit, ſecus ſi adiuit, vt ſupra, & ſecus ſi deliberetur & ſic notandum adiuit vel repudiauit, quia interim non cenſetur inſtitutus in ſolidum, ſed eſt in ſuſpenſo & pendet ex futuro euentu, vnde interim dum deliberat hæres vniuerſalis non poteſt dici inſtitutus in tota vel quota, & ſic non habet locum *dicta lege edicto.* & per text. & gloſſ. ibi & hanc partem ſequitur Imol. *in dicto §. ſi ex fundo. in repet. in 11. colum. & in dicta lege ex facto. in 8. columna. in princip.* & ex prædictis infert *in dicto §. ſi ex fundo. in 17. colum.* quod inſtitutus in re certa ſi agnoſcat ſuam inſtitutionem de- 61

libe-

libetante hærede vniuerſali,& ſic antequam adeat,quod propter hoc non confirmatur teſtamentum, quia non poteſt dici agnouiſſe hæreditatem, quæ nondum eſt ſibi debita, vnde ſi interim decederet inſtitutus in re certa non tranſmitteret, & per conſequens non poteſt teſtamentum confirmari ex quo non eſt certum illud teſtamentum habiturum effectum ſi interim poſt illam agnationem decederet inſtitutus in re certa deliberante vniuerſali hærede, cum quodammodo dicatur inſtitutus in re certa conditionaliter delata ſibi hęreditate, ſcilicet deficiente vniuerſali hærede, ideo nimirum ſi ante nondum delatam inſtitutus in re certa non poteſt illam agnoſcere ſicut legatarius ſuum legatum, *vt in l. ſi quis ita hæreditatem, & ibi not. ff. de conditio. inſtitut.* & hæc opinio cenſetur ipſa veritas, ſecundum Imolam, ibi inferentem ex prædictis quod inſtitutus in re certa habet beneficium, *dicta legis edicto.* ſiue hæres vniuerſalis deliberet ſiue iam adiuerit, ſed ſolum vno caſu, quando ſcilicet hæres vniuerſalis eſt excluſus ab hæreditate, repudiatione, vel alio modo ſecundum eum ibi. Tu aduerte, quia Paul. de Caſtr. *in dicta l. edicto.* ſequitur opinionem Bartol. *in dicta lege ex facto.* vt poſtquam hæres vniuerſalis adiuit inſtitutus in re certa nō habeat beneficium *dict. l. edicto.* ſecus ſi repudiauit, & ſecus ſi antequam hæres vniuerſalis adeat, & ſic ipſo deliberante. ſed in hoc vltimo Salicet. *in dicta l. quoties.* & Imol. vt *ſupra in d. capit. Raynutius. in 41. colum.* tenent contrarium per ra-
62 tiones, de quibus ſupra, ideo cogita. Secundo aduerte † ad id, quod dicitur ſupra, an per agnationem, quæ fit per inſtitutum in re certa confirmetur totum teſtamentum: quia ſi hæres vniuerſalis repudiat vel excluditur viuente inſtituto in re certa, & clarum eſt, *vt dicto § ſi ex fundo.* & infra patebit. Sed interim hærede vniuerſali deliberante, an poſſit dici teſtamentum confirmatum. Bartol. *in dicta l. ex facto.* & Salic. *in dict. l. quoties.* quod ſic. & idem Anton. *in d. cap. Raynutius.* ſed Angel. contra *in dict. §. ſi ex fundo* quia interim pendet ex futuro euentu: vnde ſi interim decederet inſtitutus in re certa quantumcunque agnouiſſet ſuam inſtitutionem: tamen non tranſmittit ius accreſcēdi in tota hæreditate ad ſuos hæredes, ex quo hæreditas nondum erat ſibi delata. & ita ſequitur Imol. vt ſupra, & *in d. l. ſi ex facto. in 7. col. & in d. c. Raynutius. num. 40.* & hæc pars videtur verior, non obſtāte, *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit.* quia non loquitur in inſtituto in re certa, ſed in quota hæreditatis, quam ipſe acceptauit: vnde nimirum ſi tunc trāſmittit ius accreſcendi ad ſuum hæredem.

63 Septimo † inſtitutus in re certa habetur loco hæredis, vt ſuccedat in emphyteuſi, ſecundum Bartol. *in l. iureiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. lib.* dicentem inſtitutum in re certa ſuccedere æqualiter in emphyteuſi Eccleſiæ, quæ non tranſit ad hæredes extraneos, ſed ad filios tantum, etiam ſi non ſint hæredes. & ita tenet Bald. *in authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccleſ.* dicens, quod inſtitutus in re certa non excluditur, & quod licet pater inſtituerit filios ex diſparibus partibus, tamen in emphyteuſi ſuccederent æqualiter, & licet filia excludatur ex forma ſtatuti à ſucceſſione, tamen non excluditur ab emphyteuſi ſecundum eum: ſi vero eſſet emphyteuſis priuati, quæ tranſit ad hæredes extraneos, tunc inſtitutus in re certa non habetur loco hæredis, nec ſuccedit in emphyteuſim: & ita poteſt intelligi quod nota. Bald. *in l. liberti, libertæq. C. de oper. liber.* & ita tenet Paul. de Caſtr. *in d. l. quoties. in fin.* & Imol. *in dicta l. ex facto. in 12. colum.* dicens neutro caſu poſſe procedere dictum Bald. ibi volentis, quod filius inſtitutus in legitima ſuccedat in emphyt. Eccleſiæ, & ſuccedit æqualiter, vt ſupra: ſi vero priuati, & tunc cum non ſit hæres in nihilo ſuccedat. & ad prædicta vide per
64 Specu. *in titu. de teſtamen. §. primis. in fin.* Quid autem † ſit in iure patronatus Eccleſiæ, an inſtitutus in re certa habeatur loco hæredis, vt ſic æqualiter ſuccedat. Feder. de Sen. *in ſuo conſilio 219. quod incipit. Si opinio.* videtur tenere quod ſic per plures rationes, de quibus ibi per eum: ſed certe ſecundum veram opinionem Ioan. Andr. *in capit. cum ſecundum. ſupra de iure patronat.* quam ſequuntur ibi Doctor. ius patronatus non tranſit ad filios niſi ſint hæredes, & tranſit ad hæredes extraneos, ſequitur quod inſtitutus in re certa, ex quo in eum non tranſeunt iura hæreditaria, nō ſuccedit in iure patronatus. & ita eſt tenēdum quicquid aliter dixerit Bartol. *in l. qua prouide. §. reſtituta. ff. ad*
65 *Trebell.* In † eadem gloſſ. in fin. conclude notabiliter, quod aliquando teſtator decedit cum duobus teſtamentis, in quorum primo erat inſtitutus hæres vniuerſalis, in ſecundo ſolus inſtitutus in re certa, & de hoc dic, *vt in l. ſi quis priores.* vbi eſt caſus, aliquando decedit cum vno teſtam. & tunc aut inſtitutus in re certa nullum habet cohæredem, & capit totum, ac ſi non eſſet facta mentio rei certæ, *vt in d. §. ſi ex fundo.* quod tamen limita pluribus modis, vt dicetur infra: ſi vero habet cohæredem eiuſdem formæ, & ſic in re certa, tunc ambo ſunt hæredes vniuerſales, ſicut ſi fuiſſent ſimpliciter inſtituti non facta mentione rei certæ, vt dicit glo. hic, nec capiunt hæreditatem, ſed partes eis aſſignatas in inſtitutione in re certa, ſeu æqualiter, niſi aliud appareat de mente teſtatoris, *vt in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtitut.* ipſas tamen res certas bene debent habere, ſed partes ſibi aſſignatas, *vt in d. l. ex facto. & in l. ſi alterius, hic alleg.* vbi etiam eſt text. notab. quod ſi duo coniunctim ſint inſtituti in duabus partibus rei certæ, & alius in alia tertia parte, tunc eodem modo erunt æqualiter hæredes in hæreditate: tamen illi duo coniuncti habentur pro vno, & ſic ſuccedunt in dimidia hæreditatis, & alius in altera dimidia, licet in illa re certa habeāt partes, prout diſpoſuit teſtator, vt ibi dicitur, & ita dicit gloſſ. hic, aliquando inſtitutus in re certa habet hæredem diuerſæ formæ, & tunc aut in quota hæreditatis: puta teſtator inſtituit Titium in re certa, & Petrum in dimidia hæreditatis, tunc P. inſtituto in quota accreſcit in vniuerſum, quia portio accreſcit portioni, & non rei certæ, vt eſt text. notab. *in d. l. quoties.* & ita tenet ibi Salic. & Imol. *in d. § ſi ex fundo. in 17. colum. in princ.* & tunc inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. & idē ſi habet cohæredem vniuerſalem, vt dicitur *in d. l. quotiens.* & in tali hęrede adeunte, tunc inſtitutus in re certa habetur aliquādo loco hæredis, & aliquando loco legatarij ſecundum varios effectus, de quibus dictum eſt ſupra.

† Sed limita primo prædicta, quia tunc inſtituto in re cer- 66
ta accreſcit vniuerſum, *vt in §. ſi ex fundo.* quando inſtitutio fuit facta per verba directa vel ciuilia, vt inſtituo, vel hæres eſto: ſecus ſi per verba obliqua, puta per verbum, relinquo, quod verbum adiectum rei particulari non trahit ad ſe vniuerſum, vt eſt text. ſingul. *in l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebell.* & per gloſſ. ſingul. *in authentic. de hære. & falcid. in §. ſi vero nullus.* ſecus ſi verbum, relinquo, ſit adiectum vniuerſitati bonorum vel quotæ, *vt in dict. §. & generaliter.* de quo plene dicetur *infra in gloſſ. proxi.* & ita limitat Angel. & Bald. *in dicto §. ſi ex fundo.* & Doctor. ſequuntur.

† Secundo limitat Ang. ibi, vt inſtitutio in re certa tunc tra- 67
hatur ad totum, quando verba particularis inſtitutionis non ſunt ad honoratum relata, vt eſt text. notab. *in l. pater filium. §. fi. & in l. Lucius. in fin. ff. de legat. 3.* Sed certe in dictis ll. erat cohæres vniuerſalis, ideo nimirum ſi non trahitur ad vniuerſum, *vt d. l. quoties.* vnde non tollitur ibi aliqua limitatio ſecundum Imol. *in d. §. ſi ex fundo.* dicentem, quod quando verba non ſunt relata ad honoratum, tūc ſunt obliqua, quia ſonant, quod de manu alterius debeat accipere, merito non trahuntur ad vniuerſum, *vt d. §. generaliter.*

Tertio limita generaliter, niſi teſtamentum fiat per ingreſſum in monaſterium, quo caſu ſi inſtituit filios in certis rebus, vel in dimidia hæreditatis, & de aliis nihil diſponit, quod tunc non accreſcit vniuerſum illis inſtitutis in re certa vel in quota, ſed accreſcit monaſterio, vt eſt text. *ſing. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle. canonizata. 19. q. 3.* vbi dicitur, quod tantum illud quod pater nō dederit filiis cedit monaſterio, & hoc fauore monaſterij & religionis. & ita ſequitur Bald. *ibi circa fin.* ille tamen text. loquitur in profeſſo: bene cogita, an idem eſſet ſi ingreſſus monaſterium infra annum probationis faceret teſtamentum modo prædicto: & forte videtur quod ſic, de quo tamen dic, *vt ſupra in rubrica.*

Quarto limita & vltimo, niſi inſtitutus in re certa habeat cohæredem vniuerſalem, vel in quota: quia tunc inſtituto in certa non accreſcit vniuerſum adeunte hærede vniuerſali vel in quota, *vt in d. l. quoties.* & idem eſt, quamdiu aliquis ex inſtitutis in vniuerſo vel in quota, adit, quia ille ſolus eſſet hæres vniuerſalis, *vt in d. l. quoties.* ſecundum Angel. *in d. §. ſi ex fundo. poſt princ.* & per Imol. *ibi in 17. col. in princ.*

Sed quæritur † primo, ſi hæres vniuerſalis vel in quota re- 68
pudiat hæreditatem, vel moritur ante aditionem, vel aliter ſit excuſus, an tunc accreſcat vniuerſum ipſi inſtituto in re certa? & conclude, quod ſi hæres vniuerſalis repudiat, vel moritur ante aditionem, vel excluditur aliter ipſo viuente inſtituto in re certa: & tunc ſecundum communem opinionem, & veram

accreſcit totum ipſi inſtituto in re certa, ſiue ipſe ſit de liberis, ſiue de extraneis, quia quo ad ius accreſcēdi habetur loco hæredis, ſecundum Cyn. *in dicta authent. nouiſſima.* & Bartol. *in d. l. quoties. & in d. §. ex facto.* & Angel. *in d. l. quoties.* dicentem, quod accreſcit inuito, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt in l. ius noſtrum. ff. de regul. iuris.* idem ſequitur hic Bald. *in 14. colum. & in d. l. ex facto.* & Imola *ibi in d. cap. Raynutius. in 3. colum. & in d. §. ſi ex fundo.* & hanc opinionem ſequuntur hic Doct. & Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de teſtamentis. §. 1.* & Domini de Rota *in deciſ. 333. quæ incipit, item ſi pater.* licet idem Bald. *in dicta l. quoties. & in d. §. ſi duo.* ſequendo opinionem Martin. Sillimani, & Iac. Butr. faciat differentiam inter filios extraneos inſtitutos in re certa, & non bene: & huic communi opinioni eſt inhærendum, *vt in cap. in ſcripturis. 18. diſtinct.* ſicut dicit Innocen. *in cap. ne innitaris. ſupra de conſtitutionibus.* & quia in dubio in opinionibus ſemper eſt tenenda illa opinio, quæ fauet teſtamentis, vt eſt text. not. *in l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtam. & in c. fin. ſupra de re iudic.*

Secundò quæritur, certum eſt, quod ſi hæres vniuerſalis, vel in quota moriatur etiam viuo teſtatore, vel poſt repudiet, ſeu alter excludatur viuente inſtituto in re certa, quod ſibi accreſcit vniuerſum, vt ſupra, & tenet Io. And. *in addit. Spec. in tit. de teſtamen. §. 1.* ſed an ſit tunc neceſſaria noua agnitio per ipſum inſtitutum in re certa. & videtur quod non, quia dicit Angel. *in d. l. quoties.* quod accreſcit ſibi inuito: & ſic ius accreſcēdi aduenit ſine noua agnitione, vt not. *in l. 1. C. quando non peten. parte.* & ita ſequitur Salic. *in d. l. quoties.* & Imol. *in d. §. ſi ex fundo. in repet. in 10. col.* dicens quod bene requiritur agnitio de inſtitutione facta in re certa vt ſic poſtea poſſit accreſcere vniuerſum, & tunc alia agnitio non requiritur de ipſo vniuerſo, & ita ſecundum eum debet intelligi quod dicit Bart. *in d. l. quoties.*

69 Tertio † quæritur quid ſit inſtitutus in re certa agnouit ſuā inſtitutionem & deinde moritur deliberante hærede vniuerſali qui poſtea decidit non adita hæreditate, vel repudiauit an accreſcat vniuerſum hæredi ipſius inſtituti in re certa? de quo dic vt eſt dictum ſup. in 6. caſu in quo inſtitutus in re certa habetur loco hæredis in fin. & hæc in extraneis.

Quarto quæritur quid in filijs, pone quod vnus filius in poteſtate inſtitutus ſit in re certa, & alius filius vniuerſaliter, deinde inſtitutus in re certa moritur & poſtea alius filius hæres vniuerſalis repudiat vel aliter excluditur, an inſtitutus in re certa tranſmiſerit ius accreſcendi ad ſuos hæredes? Angel. *in d. l. ex facto,* quòd non, quia ipſe inſtitutus nunquam fuit inuitatus ad portionem hæreditatis ex diſpoſitione teſtantis, nec etiam ex diſpoſitione iuris, ſed ſolum ad rem certam, & portio accreſcit portioni, *vt in l. ſi totam. ff. de acquir. hæred.* quod eſſe non poteſt hoc caſu, ex quo non fuit inuitatus ad portionem & non poteſt ſibi accreſcere, ex quo mortuus eſt, nec potuit hæreditatem tranſmittere, ex quo nunquam fuit ſibi delata, facit glo. *in l. 1. C. de his qui ante apert. tabul.* & prædicta de iuris rigore, ſed de æquitate ſubuenitur hæredi ipſius filij inſtituti in re certa decedentis ante repudiationem vniuerſalis inſtituti, & hoc probatur *in l. ventre. ff. de acqui. hæred.* ſecundum Angel. *in d. l. ex facto.* dicentem, hoc eſſe menti tenendum pro filiabus quæ cōmuniter inſtituuntur in re certa ſi contingat eis mori ante excluſionem hæredis vniuerſalis inſtituti: ſed Imol. ibi videtur tenere contrarium quia iſto caſu beneficium *d. l. ventre.* non videtur poſſe habere locum cum illa. *l. procedit,* quando in omnē, euentum quis cognoſcit ſe ſucceſſurum in hęreditate, quia interim decedens tranſmittit hæreditatem non agnitam: ſed iſto caſu inſtitutus in re certa non cogniſcit ſe ſucceſſurum in omnem euentum cum non ſit ſucceſſurus ſi hæres vniuerſalis adeat, ſecundum Imol. *in d. l. ex facto. in 9. colum.* & vide per Docto. *in d. l. ventre.*

70 Quinto † quæritur, inſtitutus in re certa moritur antequam acceptet, certum eſt quod tranſmittit ad ſuos hæredes ſicut tranſmittitur legatum non agnitum vt eſt dictum ſupra in ſecundo caſu in quo habetur loco legatarij, ſed non tranſmitteret tunc ius accreſcēdi in tota hæreditate vt per Bart. *in d. l. quoties. in fin.* & per Imol. *in d. §. ex fundo. in 10. col.*

71 Sexto † quæritur, duo ſunt inſtituti in re certa non inſtituto alio hærede in vniuerſo, modo vnius inſtitutus in re certa repudiat, an creſcat alteri totum? & dic quod ſic, quia habētur pro vniuerſaliter inſtitutus, *vt in d. §. ſi duo.* & ita tenet ibi not. Bald. & Imol. in princ. & Cyn. *in d. auth. nouiſſima.*

Septimo † quæritur, teſtator inſtituit hæredem vniuerſa- 72
lem, quem putabat viuere, & Titium in re certa, an ſit hæres Titius vniuerſalis. cum ille qui erat inſtitutus hæres vniuerſalis erat mortuus, & an habeat tūc inſtitutus in re certa vniuerſum. Bartol. *in d. §. ſi duo. quod ſic,* & idem Imol. ibi & Salic. *in d. l. quoties.*

Octauo † quæritur, ſi filio impuberi in poteſtate teſtantis v- 73
niuerſali hærede inſtituto datus eſt cohæres extraneus ex re certa, & eidem impuberi fuit alius pupillariter ſubſtitutus, an datio talis cohæredis extranei inſtituti in re certa faciat ceſſare exiſtentiam ſuitatis, vt ſic pupillo repudiante non confirmentur tabulæ pupillares? de hoc dic vt per Angel. *in d. l. ex facto.* & ibi per Imol. *in 8. colum.*

Nono † quæritur, ſi inſtitutus in re certa eſt prohibitus per 74
teſtatorem quod plus petere non poſſit, ſi vero eſt datus cohęres vniuerſalis, vel ſi eſt datus repudiat, an inſtituto in re certa accreſcat totum, non obſtante prohibitione teſtatoris. Et dic quod aut iſte prohibitus eſt extraneus aut filius: primo caſu in legatis & fideicommiſſis particularibus & in illis teſtator poteſt prohibere ius accreſcendi vt eſt text. in gloſſ. ſingularis, *in l. dominus. §. 1. ff. de vſufruct.* quia non poteſt ſequi inconueniens ex quo remanent apud hæredem. Et idem in fideicommiſſis vniuerſalibus ſecundum Bald. *in l. 1. C. quando non peten. parte. in 9. colum.* ex quo eſt eadem ratio quæ in legatis, cum portio deficiens remaneat penes hæredem: & ita ſequitur Imo. *in dicto capit. Raynutius. in 43. colum.* ſi vero quæritur de inſtitutionibus directis, tunc aut eſt datus cohæres vniuerſalis, & quia inſtitutus in re certa videtur in dubio prohibitus plus petere fauore ipſius hæredis vniuerſalis, argument. *l. peto. ff. de legat. 2.* & tunc ex præſumpta mente teſtantis videtur prohibitio durare, nec durat fauor hæredis vniuerſalis, & ſic ipſo adeunte, ſecus vbi ceſſaret fauor, vt quia repudiaret tunc enim non videtur durare prohibitio facta inſtituto in re certa cum ceſſet cauſſa prohibitionis cum prohibitio teſtatoris debeat in dubio intelligi rebus ſic ſe habentibus argum. *l. Paulo. §. 1. ff. de lega. 3. & l. quod ſeruus. ff. de condict. ob cauſam.* & per Innocen. *in c. cum inter. P. ſupra de renunc.* vnde refert Bald. *in d. §. ſi duo.* ſe conſuluiſſe quod ſi filia eſt inſtituta in re certa & prohibita plus petere & filius maſculus eſt hæres vniuerſalis quod ſi poſtea moriatur filius viuente teſtatore vel aliter excludatur quod tunc ipſi filię accreſcit tota hæreditas, & idem voluit in effectu Bartol. *in d. §. ſi duo.* & Imōl. ibi, ſi vero nō eſt datus filius cohæres vniuerſalis & in hoc fuerunt quinque opiniones. Et prima fuit Dyn. prout refert Bald. *in l. ſi quis. ita hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. de hæredit. inſtitut.* tenentis quod prohibitio teſtatoris nihil operetur, *argumen. l. ſi quis. ita hæres inſtituatur fundo excepto. ff. eodem titul.* cum non poſſit prohibere ius accreſcendi. *argumen. l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.* ne decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus contra. *l. ius noſtrum. ff. de regul. iur.* & facit gloſſ. notabilis *in l. ſeruus communis ab extero. ff. de acquirend. hæreditat.* volens quod in hæreditatibus non poſſit prohiberi ius accreſcendi & ſic ſequitur quod inſtitutus in re certa habebit totum, & iſta videtur vera opinio quā vbique ſequitur Imol. *in d. §. ſi duo. & in dicto §. ſi ex fundo. in 36. col. vſque in fin. & idem tenuit in d. c. Raynutius. in 47. col.* vbi pleniſſimè reſpondet ad omnes rationes in contrarium, & hanc opinionem tenent Domini de Rota *in deciſio. 333. quæ incipit item ſi pater.* Secunda fuit opinio Barto. *in dict. §. ſi duo.* directè contraria præcedenti, ſcilicet quod prohibitio valeat & inſtitutio in re certa annulletur & ſit locus ſucceſſioni ab inteſtato, & hoc per text. *in dicto §. ſi duo.* & quia teſtator videtur poſſe prohibere ius accreſcendi inter hæredes, *vt in l. penultim. ff. de inoffic. teſtament.* de quo pleniſſimè per Bartol. *in dict. §. ſi duo.* & ita ſequitur Bartol. *in dicta l. quoties.* quando eſſet inſtitutus extraneus, ſecus ſi filius vt infra dicetur. Tertia fuit opinio Bald. *in d. l. 1. in 9. quæſtio.* licet ipſe Bald. *hic in 14. colum.* nihil firmet. Quarta fuit opinio Angel. *in d. l. penultim.* de quo etiam vide pleniſſimè per eum *in d. l. 1. C. de teſtamen. milit.* Et vera fuit opinio Salic. *in dicta l. quoties.* quas opiniones vidè plenè per Imol. *in dicto capit. Raynutius. & in dicto §. ſi ex fundo.*

Secundo caſu quando ſolus † filius fuit inſtitutus in re cer- 75
ta, & prohibitus plus petere, non dato alio cohærede in vniuerſali. Bald. *in dicta l. quotiens.* tenet quod tunc prohibitio nihil operetur, ſed totum accreſcat ipſi filio per text. *in Authen. vt cum de appellatione cogn. §. cæterum.* licet Bart. *in ſuo conſil. quod incipit Matheolus.* aliud conſuluerit dicens idem eſſe in filio quod

in extraneo, & non bene ſecundum Bald. idem etiam tenentem *in l. omnimodo. in vltimo quaſito. C. de inoffic. teſtam.* ſed aduerte quia Paul. de Caſtr. *in d. l. quoties.* in hoc ſequitur opinionem Bartol. quod licet vſque ad legitimam integram accreſcat, nõ obſtante prohibitione teſtatoris, cum reſiduum non poſſet accreſcere contra eius voluntatem, & ſic decederet partim teſtatus ſcilicet vſque ad legitimam & partim inteſtatus ſcilicet in reſiduo, quod eſſe non poteſt ſecundum no. per Cyn. *in l. inſtituta. C. de impuber. & alijs ſubſtit.* dicentem quod ſi filius eſt hæres inſtitutus in totum, nõ poteſt dicere nolo legitimam meã, & reſiduum repudiare, quia faceret patrem decedere pro parte teſtatum & pro parte inteſtatum, ſed debet vel totum acceptare vel totum repudiare, vnde concludit Paulus, quod etiã in filio propter repugnantiam non valet teſtamẽtum: ſed certè etiam in filio, & filiis, in quibus debetur legitima dicta prohibitio nihil operaretur non ſolum vt poſſit agi ad ſupplemẽtum legitimæ, quia hoc erat prouiſum per *d. l. omnimodo.* ſed etiam vt teſtamentum non poſſit irritari, & ita eſt text. *in d. §. ceterum.* vbi dicitur quod ob prohibitionem teſtatoris non irritatur teſtamentum, non obſtante quod dicit Cyn. *in dicta l. inſtituta.* quod etiam tenet Bartol. *in l. proinde. ff. de acquiren. hered.* quia ibi impugnaretur propter hoc teſtamentum, ſed in caſu iſto conſeruaretur in totum, & ita videtur tenendum, *argum. d. l. ſi pars.*

76 † Decimo quæritur, quid ſi teſtator inſtituit tres hæredes vniuerſales, & vni prohibuit plus petere, an valeat prohibitio. Bald. *in d. l. 1. in 9. quaſt.* quod ſic, quia tunc ceſſat inconueniens quod quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus ex quo ſunt alij hæredes, & ita videtur tenere Imol. *in d. c. Raynutius. in 49. colum.*

77 Vndecimo † quæritur, teſtator inſtituit T. in re certa, & prohibuit eum plus petere, deinde vniuerſaliter inſtituit ventrem vxoris ſi naſcetur, & in caſu quo non naſcatur nihil diſpoſuit, an tunc poſthumo nõ naſcente accreſcat vniuerſum ipſi, ideſt an venientibus ab inteſtato & licet Bar. *in d. §. ſi duo.* dicat quòd venientibus ab inteſtato tamen imo ibi tenet cõtrarium quod ibi accreſcat etiam ſecundum opinionem Barto. ſcilicet quod teſtator poſſit prohibere ius accreſcendi, quia iſto caſu non videtur prohibuiſſe & vide ibi per Imol. in fin.

78 Duodecimo ſingulariter † quæritur, teſtator inſtituit filiam in 10. & prohibuit plus petere, & inſtituit. Pe. in re certa, certum eſt quod accreſcit ipſi P. vniuerſum *vt in d. §. ſi ex fundo. & d. §. ſi duo.* ſed an poſſit aliud petere ſalua conſcientia & ſine peccato. Feder. de Senis notabiliter *in ſuo conſil. 126. quod incipit caſus eſt talis quidam, &c.* tenet primo quod dicta filia non poſſit ſalua conſcientia petere vltra vel retinere contra voluntatem teſtatoris ſed dictus Pe. ſic ex quo non fuit expreſſe prohibitus, & hoc niſi teſtator fuiſſet per malitiam reconuentus, vel ſeductus, vt ſcilicet faceret. P. hæredem in re certa ſuadendo ſibi, quod plus non haberet nec poſſet petere, quia tunc ſalua conſcientia vltra petere non poſſet, ex quo eſſet contra volũtatem teſtatoris non intelligentis, nec credentis. P. poſſe ſuccedere in omnibus aliis bonis, vnde dicto caſu licet de rigore iuris. P. ſit hæres in omnibus, tamen ſalua conſcientia retinere non poteſt, ſed potius debet venientibus ab inteſtato talia bona dimittere, de quibus plenius *in dicto conſil.* & ita etiam ſequitur Pet. & Imol. *in cap. 1. ſupra de teſtamen. in 11. colum.* Sed aduerte primo ad id quod dicitur in filia, nam debet intelligi vt vſque ad legitimam non valet prohibitio teſtatoris, *vt in d. §. ceterum.* & ſalua conſcientia poſſit quis petere ſupplementum legitimæ, *argumen. text. notabili in cap. fin. 17. quaſt. 4.* ſed abinde ſupra procedant ſupradicta. Secundo aduerte quia ex prædictis ſingulariter infertur quod licet alias ſint opiniones, an teſtator poſſit inter hæredes prohibere ius accreſcendi, vt ſupra tamen in foro conſcientiæ ſine dubio debet ſeruari voluntas teſtatoris in tantum quod inſtitutus in re certa prohibitus plus petere, ſiue non habeat cohæredem ſiue habeat, & velit adire aliter excluſus non poterit aliquid vltra petere contra voluntatem teſtatoris ſalua conſcienþia, ſed illud debetur venientibus ab inteſtato, vnde apparet quod opinio Barto. de qua ſupra eſt verior in foro conſcientiæ, præter quam in hoc quod inſtituto in re certa prohibito plus petere non poteſt in foro conſcientiæ per venientes ab inteſtato auferri ſibi illud datũ per teſtatorem, vt patet ex prædictis, quæ ſingulariter tene menti, nam ſunt notanda, ſi iudex haberet poteſtatem iudicandi ſecundum conſcientiam vel ſola facti veritate inſpecta, item ſunt notanda ad materiam denunciationis Euangelicę ratione peccati de qua *in cap. nouit. ſupra de iudic.*

Tertiodecimo † quæritur, an filius inſtitutus in legitima dicatur eſſe inſtitutus in re certa, aut in quota hæreditatis, aut vniuerſaliter. Bald. *in d. l. ex facto.* refert Iaco. Butr. Marſil. tenere quod habetur pro inſtituto vniuerſaliter, ſed Bart. ibi contra, quia legitima debetur deducto ære alieno, *vt in l. Papinianus. §. 4. ff. de inoffic. teſtam.* & ſic eſt quota bonorum non hæreditatis per ea quæ habentur *in l. non amplius in § fin ff de legat. 1.* ideo dicebat Bart. *in d. l. quoties. in fin.* quod legitima filiis non eſt hæreditas, quia non continet debita vel credita, ſed Bald. *in d. l. ex facto.* dicit quod inſtitutus in legitima pro rata ipſius legitimæ, habetur pro hærede vniuerſali quo ad commoda. Ideo mouere poterit actiones actiuè contra debitores hæreditarios pro rata legitimæ, vna cum hærede vniuerſali, ſed paſſiuè ſecus, quia debetur deducto ære alieno vt ſupra vnde non poterit conueniri à creditoribus hæreditarijs, & in hoc ſecundum eũ differt ab extraneo inſtituto in re certa, qui extraneus quo ad actionem actiuè, & paſſiuè habetur loco legatarij, *vt d. l. quoties.* Et ex his infert Bald. quod incipit quis emphyteuſim pro ſe, & hæredibus ſuis, quod etiam inſtitutus in legitima venit ad emphyteuſim pro rata legitimæ, ſed tu de emphyteuſi dic, *vt ſupra. & cum dicto* Bald. de inſtituto in legitima tranſit Imol. *in d. l. ex facto. in 10. colum & in d. §. ſi ex fundo. in 20. colum.* prætetquam in eo, quo facit differentiam inter filium, & extraneum, quia eodem modo ſi extraneus eſſet inſtitutus in quota bonorum ſicut filius haberet actiones actiuè, & non paſſiuè, & ſic concluditur quod inſtitutus in legitima habeatur pro hærede reſpectu commodi & ſic quo ad actiones actiuè, non autem paſſiuè, ideo eſt quod gloſſ. notabilis *in l. cum à matre. C. de rei vendic.* voluit quod filius inſtitutus in legitima non repræſentat defunctum, ideo poteſt venire contra factum defuncti, de quo tamen ibi per Baldum. *in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſtamento.* 79

Quartodecimo † & vltimo quæritur, an illud quod dicitur de inſtitutione in re certa non dato cohærede vniuerſali, vt trahatur ad vniuerſum, habeat locũ in ſubſtitutione in re certa? Bald. *hic in 13. colum.* tenet quod ſic per text. notabilem *in l. cohæredi. §. fin ff. de vulg. & pupilla.* & intellige de ſubſtitutionè directa: facit. *l. ſed ſi plures §. ſi plures. §. ad ſubſtitutos ff. eod. titu.* & ita tenet Angel. *in d. §. ſi ex fundo.* dicens idem eſſe in omni ſubſtitutione directa vulgari & pupillari, vel exemplari, ſecus tamẽ eſſet in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quia † ſubſtitutio facta per verba communia in re certa, nõ traheretur ad vniuerſum, per notata *in l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebell.* & tenet Bald. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. in vltima charta, in verſic. ſed quaro vltimo quid ſi ſubſti. compendioſa, &c.* de quo etiam vide plenè ibi per Imol. *in 24. colum. & in d. §. ſi ex fundo. in repet. in 7. colum. vbi plenè de his.* 80 81

In gloſſ. *in verbo, inſtituit, in prin.* tene menti ſingulariter hanc gloſſ. quæ nec de iure ciuili nec canon. alibi reperitur ponentem omnes opiniones an de æquitate canonica ſufficiat parẽtibus relinquere filiis in teſtamento, ſicut titulo inſtitutionis hæredis. In ead. gloſſ. *ibi, quod tutius eſt,* hæc eſt prima opinio gl. in qua reſide ipſa hic in fin. de quo infra. In ea. gloſ. *ibi, niſi dicitur.* ſed alij tractant quòd ab Alterocha fuerit ibi inſtituta, de quo infra. In ead. gloſſ. Azo diſtinxit, hæc opinio non procedit cum talis differentia non probetur iure, quia nec leges antiquæ, nec nouæ ita diſtinguunt, ergo nec nos diſtinguere debemus. *19. diſtin. cap. ſi Romanorum. & l. de pretio. ff. de publ.* In eadẽ gloſſ. ibi, alij dicunt, iſta quarta opinio Hoſtienſ. vt non requiratur titulus inſtitutionis, & ſic talis pernicioſa ſubtilitas non non debeat attendi de æquitate canonica ſecundum gloſſ. ſed alij dicunt quòd immo non eſt pernicioſa vtilitas, ſed magni effectus, an habeat titulo inſtitutionis vel legati, vt patet ex notatis *ſupra in gloſſ proxim. de quo infra.* In ead. gloſſ. ibi alij diſtinguunt. hanc opinionem probat hic Bald. *in 11. colum.* quia ex quo iura non ita diſtinguunt ergo nec nos, vt ſupra, & licet † quando pater teſtatur inter liberos poſſit omittere ſolennitates teſtamenti quo ad alia, vt dicit gloſſ. hic non tamen quo ad hæredis inſtitutionem, ſecundum gloſſ. *in l. eius qui. ff. de teſtamen. & in l. ſi filius. ff. de liber. & poſthum.* & ſic vult Bald. quod etiam ſi pater teſtatur inter liberos requiratur titulus inſtitutionis in teſtamento, licet gloſſ. hic notabiliter velit contrarium, 82

rium,de quo infra.In ca.gloſſ.*ibi primum tutius.* & ſic reſidet gl. quod etiam de æquitate canon.requiratur titulus inſtitutionis tenendo primam opinionem huius gloſ. vt tutiorem,& ita tenuit Mar.Salic.Iac.de Aret.Iac.de Rauen.& Petr. prout refert hic Ioan.Andr.idem tenentes,dicentes quod magnus reſultat effectus quando filius habet titulo inſtitutionis, de quo infra. Quare pro veritate huius articuli duo principaliter ſunt vidēda, primum quid ſit de æquitate canonica, ſecundum quid ſit de iure ciuili.

83 Circa primum Hoſti.& Abb. tenent quod † non ſit neceſſe relinquere filiis titulo inſtitutionis prout refertur hic in glo.& hoc per tex. *in d.c.Raynutius.* vbi recitatur totum teſtamentum, & de neceſſitate debet præſupponi, quòd illud teſtamentum erat validum, & tamen non apparet quod aliquid fuerit relictum Alterochæ iure inſtitutionis,ergo non debet aliter diuinari,ſeu ſuppleri ad text. ibi prout glo. ibi facit cum non pertineat ad glo. vel ad doct.addere verba ad text.vt dixit Bald.*in l. fin.C.fam.erciſc.pro quo l.ſi ſeruum.§.non dixit.ff.de acquiren.hæredit. & cap.ad audientiam.ſupra de deci.*

84 Secundo pro hac parte facit, quia ius † canonicum eſt fundatum in æquitate,*vt in cap.1.ſupra de rerum permuta.eodem libro.* ideo non multum curat de ſubtilitatibus iuris ciuilis, vt patet *in cap.dilecti.ſupra de iudic.* & iſtam partem expreſſe tenet Bald. *in d.l.fin.circa fin.*dicens quod de æquitate canon.teſtamentum tunc valeret per text.*in d.c.Raynutius.* pro quo facit quia non omnis homo ſcit dicere hæredem inſtituo, vt dicit gloſſ. notab. *in l.quoties.in princ.C.fam.erciſc.*

85 Tertio † ad idem facit, nam certum eſt quod verbum relinquo,eſt verbum commune aptum comprehēdere titulum legati & inſtitutionē hæredis,*vt in l.cogi.§.& generaliter.ff.ad Trebell.*& per gloſſ.*in l.his verbis.ff.de hære.inſtit.*ergo relatum ad perſonam æque de neceſſitate debet hæres inſtitui, debet potius interpretari directum quam obliquum, & ſic quòd importet inſtitutionem hæredis, cum iſta interpretatio conueniat verbis,& perſonis vt dicit text.notabiliter hic, & quia verba relata ad perſonas debent intelligi ſecūdum qualitatem ipſarum, *vt in l.plenam.§.equitij.ff.de vſu & habit.& in c.magnæ,ſupra de voto.* cum ergo pater habeat relinquere filijs titulo inſtitutionis, vt *in Authent.vt cum de appellatione cogn.§.aliud quoque capitulum*, & verbum relinquo eſt commune, certè debet in dubio intelligi iure inſtitutionis,vt ſupra, & ita videtur probari *in d.ca.Raynutius*, & per hanc rationem Nic.*ibi in 1.colum.in fin.* ſequitur hanc partem: pro quo etiam facit, quia in dubio debet ſemper ſumi illa interpretatio,vt ſic res potius valeat quam pereat, *vt in cap. Abbate ſupra de verb.ſign.& in l.quoties.ff.de rebus dubijs.*

Quarto ad idem, vt ſic in dubio intelligatur relictum iure inſtitutionis quando agitur de perſona,quæ de neceſſitate debet inſtitui, facit quod iſta inſtitutio videtur eſſe quædam ſolemnitas intrinſeca ſecundum not. per Dyn.& Bart.*in l.ſi.ſecundum ff.de verb.oblig.* vnde debet præſumi talis ſolemnitas, vt ibi, ſicut alias dicitur *inſtit.de inutil.ſtipu.§.ſi ſcriptum.*nam ſtipulatio requirit perfectam ſolemnitatem verborum, *vt l.1.ff.de verb.obliga.*& tamen illa præſumitur, *vt in d.§.ſi ſcriptum.*

86 Quinto facit,quia † vbi ſunt opiniones Doctorum contrariæ, ſi vna fauet teſtamento, & altera impugnat debet tunc recipi illa,quæ fauet,vt ſic teſtamētum conſeruetur, *vt in l.ſi pari. ff.de inoffic.teſtam.& in c.fin.extra de re iud.* cum interſit reipublicæ,vt teſtamenta defunctorum conſeruentur, *vt in l.vel negare. ff.quemadm.teſtam.aper.*Sexto,& vltimo ad idem facit,quia ſi de iure C.& etiam de iure authenticorum, vt patet *in auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſtam.* non requirebatur titulus inſtitutionis hæredis, & ſic ius ciuile non curauit tunc de dicta ſolemnitate, cum ergo ius canonicum ſit fundatum in æquitate, vt ſupra, non curat niſi vt voluntas conſeruetur, *vt in capitulo vltima voluntas.13.queſt.2.*& patet *in c.relatum, & in c.cum eſſes,& in ca.cum tibi.ſupra de teſtamentis*, & hanc partem ſequitur, & tenet Franciſcus de Rampouibus, *in d.c.Raynutius.vt ibi per eum.*in contrarium vero facit,primo cōmunis opin.Doct.& gloſſ.nā contrariam partem tenuit gloſſ.hic, & gloſſ.2.*in d.ca.Raynutius.*& Archidia.& Ioan.Andr.hic,idem etiam videtur tenere Feder.de Senis *in ſuo conſil.12.ante medium.*& idem Pet.& Ant.*in d.c.Raynutius.* dicentes tutius eſſe tenere hanc partem etiam de æquitate canonica. Idem etiam ſequitur Imol.*in 30.colum.& in d.§.ſi ex fundo.poſt medium*,idem etiam tenet Bald.*hic in 11.colum.*dicens in hoc non eſſe fiendam differētiam inter ius canonicum & ciuile, & hanc etiam partem videntur hic tenere Pet.de Anchar.& Dom.hic.

Secundo ad idem † facit,quia in dubio non debemus inducere diſcordiam inter ius canonicum & ciuile, ſed potius debemus illa iura ad inuicem concordare, *vt in c.cum expediat.ſup.de elect.eod.lib.& in l.1.C.de inoffic.dona.*ideo gloſſ.notabilis *in cap.fin.29.diſt.*exclamat contra illos, qui in intellectum legum, & canonum ponunt diuerſitatem, dicendo aliud ſecundum legēs & aliud ſecundum canones, non obſtat *d.c.Raynutius*, quia ibi illa erant verba Papæ recitantis factum, & conſtat quod à verbis narratiuis nō poteſt colligi deciſio in iure, *vt in c.ſi Papa. infra de priuil.& per gloſſ.notabilem in c.quia ſunt.28.diſtin.* 87

Tertio facit, quia licet *in d.c. Raynutius*, nil dicatur de titulo inſtitutionis hæredis, tamen hic in text. hoc expreſſe dicitur; & idem etiam dicitur *in ca.per tuas.ſupra qui filij ſint leg.* quare ergo potius eſt dicendum quod de æquitate canonica nō requiratur titulus inſtitutionis in filiis ex hoc ſolo,quia *in d.c.Raynutius*, nihil dicitur de titulo inſtitutionis, cum tamen *hic in text.* expreſsè dicatur de titulo inſtitutionis,& idem *in d.c.per tuas*,& ſic nō eſt ratio quare potius debeat ſumi deciſio pro parte negatiua ex verbis illius text. in *d.c. Raynutius*, quam non ſumatur *hic in text.*pro parte affirmatiua,& maximè quia hodie reſultat maximus effectus, quod filiis debeat relinqui titulo inſtitutionis,vt infra dicetur.

Quarto facit, quia in dubio omnis † lex, & eius ſolemnitas intelligitur approbata per canon.niſi in eis reperiatur expreſſe reprobata,vt dixit ſingulariter Hoſtienſ.& Ioan.Andr.*in ca.2. extra de ſolut.* ergo ſequitur quod diſpoſitio *d.§.aliud quoque capitulum.* ex quo non reperitur expreſſe reprobata per canones, debeat vbiq; ſeruari, & de his latius infra patebit. Et ad dictū. *cap.Raynutius*, poteſt reſponderi primo, quia ibi fuit relictum pro dote,& ſic verbum † relinquo adiectum vniuerſitati trahitur ad inſtitutionem, *vt in d.§.& generaliter.* cum dos dicatur quid vniuerſale, *vt in l.quid.dicitur.ff.de impenſ.in reb.do.*& ita reſpondet Ant.*in d.c.Raynutius*, quod an procedat patebit *infra in 7.queſtione.* Alia reſponſio,& melior,quia ibi illa filia non dixit teſtamentum nullum, ergo potuit teſtamentum eſſe validum licet filia fuiſſet præterita,*vt in l.filio præterito.ff.de iniu.irrito teſtamento*,& quia ibi non quærebatur, an teſtamētum eſſet nullum vel non, ſed de alio erat quæſtio, quam Papa ibi decidit. Circa ſecundum principale, quid ſit de iure ciuili, præmitte primo quod de iure ff. requirebatur titulus inſtitutionis, & ſic vel ſi fuiſſet relicta legitima iure legati, vel fideicommiſſi diceretur filius præteritus, cum † præteritio ſit non inſtituere vel exhæredare, *vt l.penult.C.de fideicom.& l.inter cætera.ff.de liber.& poſthum.*& ita ſingulariter probatur *in l.ita tamen.§.ſi rogatus.ff. ad Trebellia.* vbi filius dicitur præteritus cui iure fideicommiſſi hæreditas,vel eius pars erat relicta,ergo clarè patet, quod debeat habere iure inſtitutionis, *vt l.Gallus.§.in omnibus.ff.de liber.& poſthum.*& ita tenet Bald.*in l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.* poſtea iſta iura fuerunt correcta de iure codicis,vt patet *in d.l.omnimoda.* vbi ſufficiebat relinquere filiis quoquo relicti titul.& idem fuit ſeruatum de iure authenticorum,*vt in d.auth.nouiſſima.* poſtea vltimo loco de iure nouiſſimo authent.eſt ſtatutum *in d.§.aliud quoque cap.*quod requiratur tit.inſtitutionis hæredis alias filius dicitur præteritus & teſtamentum eſt ipſo iure nullum,& in hoc hodie iſta diſpoſitio nouiſſima differt à iure veteri ff.orum,quia debebat ad minus tota legitima relinqui filio titu.inſtit. ſed hodie requiritur vt valeat teſtamentum ſi in aliquo inſtituatur, quod ſufficit, quòd filius ſit inſtitutus ſaltem in vno minimo vt valeat teſtamentum, vt dicit gloſſ.ſingularis *in d.§.aliud.*& facit gloſſ.*in lege tertia.§.ſed vtrum.ff.de minoribus,& in l.ſi quis priore.ff.ad Trebell.*& ita dicit Bald.*in d.l.omnimodo.in prin.*& illud eſt mirabile, quia ſi filius ſit inſtitutus in vno minimo,quod valet teſtamentum, & tamen ſi relinquerentur eidem decem millia titu.legati non valeret teſtamentum, ſed hæc ratio eſt quia titulus inſtit. hæredis dicitur eſſe honorabilior, vt eſt text.*in l.filium.ff.de leg.præſtan.*& quia eſt magni effectus,vt dicetur infra,& ſic patet, quod hodie ipſis deſcendentibus eſt in teſtamento relinquendum tit.directæ inſtitutionis hæredis,vt eſt tex.*in dicto §.aliud quoque capit.*quod non ſufficeret relinquere filio tit.fideicom.etiam vniuerſalis vt ſingulariter dicitur *in d.§.ſi rogatus.*licet gloſ.dixerit contrarium & male *in l.ſcimus.§.cum autem.C.de inoffic.teſtamen.*& ibi per Baldum. & *in d.l.inter cætera*, & debent verba directæ inſtitutionis eſſe relata

relata ad ipſum filium, puta inſtituo vel hæredem facio filium in tali re, ſecus ſi verba dirigerêtur ad alium puta ad hæredem vniuerſalem, vt quia grauetur quod filium teſtatoris recipiat
91 in cohæredem: licet enim iſtud † verbum cohęres, de ſe importet inſtitutionem, *vt in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupilla.* tamen iſto caſu importat fideicommiſſum, vt eſt text. *in l. pater. §. fin. ff. de legat. 3.* & ſic non ſufficeret quia filij debent habere iure inſtitutionis directæ, vt ſupra, & debent verba eſſe relata ad eos principaliter & ita tenet Barto. *in d. §. fin.* dicens, quod ille text. alibi non reperitur, & ſcias quod idem importat dicere filium meum hæredem facio, vel inſtituo, vel dicere ſibi relinquo iure inſtitutionis, licet nõ dicatur, & in his hæredem inſtituo: ſecundum gloſſ. & Bart. *in l. filium. §. ſed ſi portio. ff. de leg. præſtan.* vbi Bart. tenet, quòd ſufficiat dicere reſtituo, licèt teſtator non exprimat hæredem, *vt in l. 1. ante fin. ff. de har. inſtit.*

92 Sed quæritur primo † de ratione, quare ſit quod deſcendẽtibus debeat relinqui tit. inſtitutionis? dic, quod titulus inſtitutionis eſt honorabilior quam titulus legati, *vt in d. §. ſed ſi portio. ſecundo,* quia eſt maioris vtilitatis, nam quando habetur iure inſtitutionis conſequitur ius accreſcen. & ſic poſſet ſibi accreſcere vniuerſum, quod non eſſet ſi haberet titulo legati, cũ
93 inter hæredem † & legatarium non habeat locũ ius accreſcendi, ſi hæres repudiat vel aliter excludatur, *vt in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. & in l. nemo. ff. de teſtam. tute.* tertio, quia quando habet titulum inſtitutionis conſequitur beneficium, *l. edicto. C. de edict. diui Adrian.* ſecundum Ioan. Andr. hic quarto, quia poteſt tunc propria auctor. apprehendere portionem ſibi relictam. quinto, quia agnitione ſua totum teſtamentum confirmatur. ſexto, quia ſuccedit tunc in emphyteuſi vel in iure patronatus: ſeptimo, quia non poteſt illud, quod quis habet titulo inſtitutionis hæredis ſibi adimi in codicillis, quæ omnia prędicta beneficia non competunt legatarijs, vt de iſtis vide dicta *ſupra in gloſſ. proxima in articulo de inſtituto in re certa* in illis octo caſibus in quibus habetur loco hæredis, & de iis etiam per Imol. *in d. c. Raynutius. in 33. colum.*

94 † Secũdo quæritur, quid ſi teſtator dicit, relinquo filio meo domum iure benedictionis, & non dixit iure inſtitutionis, an ſufficiat vt ſic conſeruetur teſtamentum. Imol. *in l. his verbis. in fin. ff. de hæred. inſtit.* tenet quod non per text. *in d. §. alind quoq; capitulum.* vbi debet habere iure inſtitutionis, & alio quocunque modo non ſufficit.

95 Tertio † quæritur, quid ſi pater relinquit filio ſuam legitimã ſine alio titulo inſtitutionis, an ſufficiat. Bald. dicit quod ſic, *in l. quoties. C. de hæred. inſtit.* & hoc per tex. *in l. humanitatis. C. de impuber. & alijs ſubſtit.* ibi legitima relicta. idem etiam tenet Bald. *ibi in quarta opinione,* quia vbi teſtator facit mentionem de legitima ſemper videtur ius conſideraſſe, & per conſequens videtur iure inſtitutionis reliquiſſe, idem etiam tenet Bart. & Bald. *in authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtamento.* & idem ſequitur ibi Paul. de Caſtr. *in d. l. humanitatis.* idem etiam Angel. *in d. §. ſed ſi portio.* & hoc idem ſequitur Franc. de Zabatellis *in d. ca. Raynutius.* quia iſto caſu verbum relinquo eſt adiectum vniuerſitati bonorum, legitima ſit quota bonorum, & ſic trahitur ad inſtitutionem, *vt in d. §. & generaliter.* ſed aduerte, quia Salycet. *in d. authentic. vnde ſi parens. & in d. l. quoties.* tenet contrarium. primo per gloſſ. *in d. authentica,* vnde ſi parens, quæ relata ad text. *in l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ff. de inoffic teſtamen.* videtur velle quod hodie non ſufficeret relinquere filio legitimam niſi titulo inſtitutionis. Secundo *per d. §. alind.* vbi eſt text. expreſſus, quod non ſufficit relinquere legitimam titulo legati vel fideicommiſſi, aut per alium quemcunque modum, niſi iure inſtitutionis, vt patet ibi, quemcunque modum eis dederint legibus debitam portionem. & ſic eſt text. ibi quod etiam legitimam debeat habere titulo inſtitutionis, alias filius dicitur præteritus vt ibi patet maxime *iuncto ibi. §. cæterum.* & hanc partem ſequitur Imol. *in d. capit. Raynutius. in 17. colum.* dicens quod licet præcedens opinio Bald. ſit æquior, tamen iſta eſt de iure verior. & idem tenet Imo. *in d. § ſi ex fundo. in 32. colum.* Non obſtat *d. l. humanitatis.* quia loquitur ſecundum iura C. ſecũdum quæ ſufficiebat relinquere quoquo relicti titulo, *vt in d. l. omnimodo.* dubium tamen facit quod dicit ſupra Franc. Ram. quia verbum, relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum importat inſtitutionem, *vt d. § & generaliter.* ſed legitima eſt quota bonorum, & ſic tertia vel dimidia, *vt in d. authent. nouiſſima.* ſed ad hoc reſpondet Imol. *in d. cap. Raynutius.* quia licet ſit quota bonorum, tamen non eſt quota hæreditatis, *vt in l. Papinian. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam.* ideo non trahitur ad inſtitutionem per notata *in l. nam amplius. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis ſeruum. in fin. cum l. ſequen. ff. de lega. 2.* & de hoc dicetur infra, tamen videtur eſſe text. clarus *in d. §. alind.* volens quod filius habeat legitimam iure inſtitutionis, & per quemcunque modum haberet dicatur præteritus. vnde poſito, quod alias eſſet verum quod verbum relinquo adiectum quotæ bonorum, traheretur ad inſtitutionem, tamen illud procederet niſi vbi reciperetur expreſſum contrarium, & niſi eſſet data forma à lege, quia exprimeretur in ſpecie tit. inſtitutionis prout eſt tex. *in d. §. alind.* & ita dicit Imol. *in d. c. Raynutius. in 27. colum.*

96 † Quarto quæritur, quid ſi pater in teſtamento dicit, relinquo filio meo portionem ſuam, vel partem ſuam, vel partem ſibi debitam, Bal. *in d. l. humanitatis & in d. l. quoties.* tenet quod intelligatur de legitima, facit text. *in l. ſi quis ſuo C. de inoffic. teſtamen.* quod dictum tene menti, quia videbatur quod debuiſſet intelligi de parte ſua, hoc eſt ſibi debita ab inteſtato. vnde dicit Bal. quod cum intelligatur de legitima intelligitur reliquiſſe iure inſtitutionis. Et idem ſi teſtator dixiſſet, relinquo dimidiam ſuæ legitimæ, vel dimidiam partis ſuæ, quia intelligitur titulo inſtitutionis, & poterat agere ad ſupplementum legitimæ, ſecundum Bald. *in d. l. humanitatis.* ſed certe hoc dependet à dubitatione ſupradicta, & Imol. tenet contrarium *in d. c. Raynutius. in 24. colum. per text. in d. §. alind.*

97 Quinto † quæritur, quid ſi dicatur in teſtamento, relinquo filio meo fundum pro ſua falcidia: an intelligatur iure inſtitutionis: Bartol. *in dicto §. quod ſi portio.* non determinat, ſed dixit cogitabis, ſed *in dicta authentic. vnde ſi parens,* tenet quod ſic. & idem Bald. ibi, & Franc. Zabarel. *in d. cap. Raynutius.* ſed Angel. contra *in dicto § ſed ſi portio.* quia aliud eſt relinquere legitimã, vel falcidiam, quæ exponitur pro legitima, vt per gloſſ. *in dicta authentica vnde ſi parens,* quia tunc cenſetur eſſe quota, & aliud eſt relinquere rem certam, licet pro legitima, quia principaliter ipſa res relinquitur, & ſic non eſt quota, & licet hoc dependeat à dubitatione ſupradicta, tamẽ iſte caſus videtur eſſe magis clarus prout dicit Angel. Salyc. tamen *in d. l. quoties.* & Imol. *in dict. cap. Raynutius. in 28. colum.* tenent indiſtinctè, quod relinquendo pro legitima, vel falcidia iſto caſu intelligatur iure inſtitutionis, niſi hoc ſit expreſſum, quia non præſumitur iſta ſolemnitas intrinſeca, quando lex requirit pro forma, quod debeat exprimi, *vt in d. §. alind.* alias ſequeretur, quod pater relinquendo ſimpliciter rem certã ipſo filio intelligeretur iure inſt. quod eſſet contra tex. *in d. §. alind.* vnde etiam concludit Imol. *in d. ca. Raynutius. 29. col.* quod ſi res certa relinquatur pro legitima vel loco legitimæ, quòd hoc nõ ſufficit niſi dicatur iure inſtitutionis, & ſic in hoc concordat cum Ang. ſupra, & ita videtur tenendum.

Sexto † quæritur, ſtatutum auget legitimam ipſis deſcendẽtibus, & diſponit, quod pater teneatur relinquere filijs ad minus legitimam, tunc dixit ſingulariter Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. prætert.* quod niſi in ſtatuto dicatur, quod relinquatur iure inſtitutionis, ſufficit quod relinquatur quoquo relicti titulo, & ſtatutum cenſetur derogaſſe iuri communi nõ ſolum in quantitate legitimę, ſed etiam in modum relinquendi, vnde verbis ſtatuti ipſius nihil addere, vel detrahere debemus, *argumen. de emendatione Iuſtiniani C. l. 1. §. repetita. & facit dictum capitu. Raynutius.* vbi ſufficit ſtatutariam portionem relinquere quoquo relicti titulo, & hoc dictum refert & ſequitur Paul. de Caſtr. *in d. authen. nouiſſima.* & dicit ſe pluries conſuluiſſe. dubium tamen facit, quia *in dicta authent. nouiſſima.* fuit aucta legitima vltra quam eſſet de iure antiquo, & tamen per tex. *in dicto § aliud quoque.* debetur iure inſtitutionis. præterea iſtud ſtatutum exorbitat à iure communi, ergo non debet extendi, vt no. *in l. quicquid aſtringendæ. ff. de verborum obliga.* immo debet interpretari ſecundum ius commune, *vt in l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. cogita.* 98

Septimo † quæritur, quid ſi pater in teſtamento reliquit filio rem certam ſine alio modo inſtitutionis, tamen appoſuit clauſulam, quòd plus de bonis ſuis petere non poſſet, Bal. *in l. ſi. & in l. ſi adult. C. de hæreditarijs act.* tenet, quod valet teſtamentum, quia cum videatur reliquiſſe animo cõpenſandi cum legitima *argum. l. ſi debitor ff. ad l. Falc.* ergo tacite videtur facta inſtitutio, quod dicit eſſe menti tenendum: ſed Salyc. *in d. l. ſi adulta.* tenet contrarium per tex. *in d. §. alind quoque.* idem etiam tenet Imol. *in d. l.* 99

in d.l.his verbis.in 6.colum. & *in d.§.ſi ex fundo.in 35.colum.* & *in cap. Raynutius.in 31.col.* quia licet videatur factum animo compenſandi, tamen & ipſa legitima deberet titulo inſtitutionis relin-
100 qui, vt ſupra dictum eſt.

Octauo quæritur, quid † ſi pater in teſtamento reliquit filiæ pro ſua dote rem certam ſine alio titulo inſtitutionis; an valeat teſtamentum? Anton. *in d.c.Raynutius.* videtur velle, quòd ſic, quia dos cenſetur quid vniuerſale, *vt in l.quod dicitur.ff.de impen. in reb.dot.* & per Bart. *in rubr.ff.ſolut.matrim.* & verbum relinquo adiectum vniuerſitati importat inſtitutionem, *vt d.§.generali,* & ita dicit, quòd ſecundum vnum intellectum eſt caſus *in d.ca. Raynutius.* ſed Imol. *ibi in 5.colum.* tenet contrarium primo, quia dubium eſt in iure an filia poſſit hæres inſtitui in ſola dote, de quo per gloſſ. & Doctor. *in l.3.§.ſed verum.ff.de minor.* ſecundo, quia dos licet ſit nomen vniuerſale tamen non eſt quota hęreditatis ſed potius certa pars bonorum, & ſic verbum relinquo non trahitur tunc ad inſtitutionem, vt not. *in d.l.non amplius.* alias ſequeretur, quod ſi teſtator relinqueret ſeruo peculiũ ipſius ſerui, quod traheretur ad inſtitutionem cum peculium ſit quid vniuerſale, quod tamen eſt falſum nec iure cautum reperitur, & hoc maximè procedit per text. *in d.§.aliud quoque.* vbi filius, vel filia debet habere titulo inſtitutionis nec ſufficit per alium quemcunque modum; vt dicit text. ibi ſecundum Imol. *in d.cap.Raynutius.* & hoc tenendum videtur, & facit text. *in l.ſi.l ſi pro dote.ff.de leg.præſtan.* vbi fit differentia an dos relinquatur titulo legati an vero ſit hæres inſtituta in dote, & ſic, vt ibi probatur, quod relictum pro dote non trahitur ad inſtitutionem, cum inter hæc fiat differentia, vt ibi, & facit *l.pater.in prin. ff.de dote prælega.*

101 Nono † quæritur, teſtator in teſtamento legauit filio rem certam, non expreſſo titulo inſtitutionis hæredis, tamen dixit quod vult ſuum teſtamentum valere omni meliori modo via iure & forma, quibus melius fieri poteſt, an tunc valeat teſtamentum? Bal. *in d.l.quoties.* quod ſic, & verba ſunt trahenda ad validandum & non ad inualidandum intellectum, & debent ſeruire intentioni, *vt in c.a.præterea.* & *c.intelligentia.ſupra de verb. ſign.* & ſunt adaptanda ſecũdum qualitatem perſonarum, quibus præferuntur, *vt d.§.equitę.* & *in l.qui iure militari.ff.de milita. teſtam.* & per Spec. *in tit.de inſtrum.edit.§ inſtrumentum.verſ.quid ſi à contrahent.* ſed certè hoc dictum non videtur procedere per tex. *in d.§ aliud quoque.* vbi non ſufficit per quemcunque alium modũ niſi titulo inſtitutionis relinquatur, & ſic requiritur pro forma illa expreſſio, ergo eius omiſſo reddit actum nullum, vt *ibi,* & *in l cum hi.§.ſi prætor ff de tranſact.*

102 Decimo † quæritur, ſi pater in teſtamento reliquit filio rem certam non titulo inſtitutionis, tamen mandauit tabellioni, vt deberet teſtamentum extendere, & aptare ad ſenſum ſapiẽtis, an poterit ſapiens addere illa verba, iure inſtitutionis, & vt ſic teſtamentum conſeruetur, & valeat? gloſſ. notabilis *in l.illa inſtitutio.ff de hæredit.inſtitut.* videtur ſentire, quod ſic, & idem tenet Iacob.de Aretin. & Ioann. Andr. *in additionibus Specul.in dict.verſicul.quid ſi à contrahentibus,* item videntur ſequi Bald. & Angel. *in dicta l illa inſtitutio.* & Franciſcus Zabarel. *in dicto cap. Raynutius.* vnde dicebat Bald. *in dicta l.humanitatis.* quod quando teſtator dixit, relinquo filio meo pro legitima, quod tunc ſine dubio ſapiens poterit addere illa verba iure inſtitutionis. Barto. tamen *in dict.l.illa inſtitutio* indiſtinctè tenet contrariam partem, & refert Richa. Malum. ita diſputando tenuiſſe, & ad hoc adducit plures notabiles rationes, de quibus ibi per eum: idem videtur tenere Bald. *in dicta l.humanitatis.* & *in l.captatoriam.C.de teſtamen.milicis,* vbi notabiliter examinat hunc articulum. Imol. tamen *in d.cap.Raynutius,in 30.colum.* ſequitur opinionem Ioan.Andr. & idem tenet *in capitulo cum tibi.ſupra de teſtamen.in 30.colum.* vbi pleniſſimè tractat de hac quæſtione, & reſpondet ad omnes rationes in contrarium, vt ibi per eum. Et idem etiam tenuit *in dicta lege illa inſtitutio. in 6.columna.* & licet idem Imol. *in dicto.§.ſi ex fundo.in 30.columna.* dixerit, quod opinio Ioannis And. licèt ſit ęquior, tamen opinio Bartol. videtur de iure verior, tamen idem Imol. *in dict.capitu.Raynutius,* expreſſe corrigit ſe dicendo, quod opinio Ioann.Andr. de qua ſupra de iure ſuſtentatur, quicquid aliter ipſe dixerit, *in dicto §.ſi ex fundo.* & ita tenendum videtur, vt ſic fiat interpretatio, vt res potius valeat, quam pereat, *vt in dicto capitulo Abbate.* & quia in opinionibus in dubio tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento, *vt in dicta lege ſi pars,* & *in dicto capitulo fina.* & maximè cum iſta opinio videatur communis, vt ex prædictis
pater. 103

Vndecimo † quæritur, an ſicut parentes tenentur in teſtamento relinquere ſuis deſcendentibus titulo inſtitutionis, alias teſtamentum non valeat, *vt in dict.§.aliud quoque.* ita econtra ipſi deſcendentes teneantur relinquere iure inſtitutionis hæredis eorum parentibus? Bartol. *in l.fine.§.excluditur.ff.de iure patrona.* dixit, quod non reperitur, quod filius debeat relinquere parentibus legitimam iure inſtitutionis, & ſic remanemus in iure antiquo, *argumen.l.ſancimus,ff.de teſtamen.* & quia ex identitate rationis non debet fieri extenſio in correctiuis ſecundum gloſſ. *in authent.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.* idem text. *in d.§.aliud.* loquens in parentibus erga filios non debet extendi ad filios erga parentes, idem etiam tenet Bartol. *in dict. authent.nouiſſima.* ſed idem Bartol. *in l.filio præterito,ff.de inofficio. teſtament.* videtur tenere contrarium, vt eodem modo debeat relinqui titulo inſtitutionis, alias aſcendentes dicantur præteriti, & idem tenet Bald. *in d.l.omnimodo in prencip.* & *in l.fina.C.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.* dicens, quod hodie iura antiqua ſunt correcta, & idem ſequitur Angel. *in l.ſimiliter.§.ſi patris.ff. de teſtamen.milita.* & *in authentica ex cauſſa.C.de liberis præteritis.* & *in dicto § aliud quoque.* vbi Iacob.de Belui. refert notabilem diſputationem de hoc articulo arguendo pro, & contra, & determinat pro hac parte, etiam idem tenet Imolam. vbi plenè hunc articulum examinat *in dicto capitu.Raynutius,in 32.columna.* & *in dicta lege his verbis.circa fin.* & *in dicto §.ſi ex fundo.in 34.colum.* & hanc etiam partem ſequitur Paul.de Caſt. *in dicta authentica ex cauſſa, 12.columna,* & hæc probantur primo per text. *in dicto §.aliud.in verſicul.ſin autem hęc obſeruata non fuerint,* ſecundo vbi expreſſe dicitur, quod omnia quæcunque obſeruantur in parentum teſtamentis expugnandis, vel non expugnandis per filium eadem obſeruentur in teſtamentis etiam deſcendentium.

Secundo probatur *in dicto §.aliud,in verſic.ſancimus,* vbi dicitur, quod non eſt licitum liberis parentes præterire, præteritus
† autem dicitur omnis ille, qui non eſt inſtitutus vel eſt exhæ- 104
redatus, *vt in d.§.aliud.in verſic.cæterum,* dum dicit, ſola eſt enim noſtræ ſerenitatis intentio à parentibus, & liberis iniuriam, & cauſam exhæredationis auferre, & ſic loquitur text. expreſſe de parentibus, quod debeant habere inſtitutionis, vnde etiam ſubdit poſtea text. parentes optant à filiis honorari, ſed titu-
lus inſtitutionis † eſt honorabilior quam titulus legati, *vt di-* 105
cta l.filium, & *ſupra dictum eſt.* Tertio quia idem Bartol. *in l.nam* & *ſi parentibus.ff.de inofficio.teſtamento.* tenet per æquiparationem illius. l. quod ſicut hodie eſt aucta legitima filiorum ita & legitima ipſorum parentum: ergo dicta æquiparatio pariter debet habere locum, vt ſicut legitima filiorum debetur iure inſtitutionis ita & legitima ipſorum parentum, cum non minus parentibus, quam liberis piè relinqui debet, vt dicit text. *in d.l.nam* & *ſi parentibus.*

† Duodecimo, & vltimo quæritur, quia hodie in teſtamẽtis 106
communiter apponitur clauſula codicillaris, ſi non valet iure teſtamenti, &c. de qua *in l.fi.C.de codicil.* poſſet dubitari ſi in teſtamento non ſit relictũ iure inſtitutionis filijs vel parentibus, quo caſu teſtamẽtum eſt nullum, vt ſupra, quid operetur dicta clauſula codicillaris? ſuper quo aduerte, nam ex cauſa præteritionis vel exhæredationis irritatur teſtamentũ quo ad inſtitutionem hæredis factam in illo teſtamento, cætera autem legata in dicto teſtamento bene valent, *vt in dicta authent.ex cauſſa.* Sed dubitatur primo, an legata ipſi filio præterito, & ſic non inſtituto hærede conſeruentur per *dictam auth.ex cauſa.* gloſſ. & Cyn. *in l.fi.C.de lib.præt.* videntur tenere, quod ſic, ſed Bart. contra ex quo ipſe filius impugnat teſtamentum: de quo tamẽ dic, vt per Bart. *in d.l.filium.§.omnibus.* & per Doct. *in dicta authent.ex cauſa.* & per Imol. *in d.c.Raynutius,25.col.* Secundo aduerte, quia licet teſtamentum in quo filij, vel parentes non habent titulũ inſtitutionis ſit nullum, vt ſupra, tamen ſi in dicto teſtamento eſt dicta clauſula codicillaris operatur dicta clauſula, quod venientes ab inteſtato, & ſic filius vel pater vel alij videntur eſſe rogati de reſtituendo hæreditatem illis hęredibus ſcriptis in dicto teſtamento nullo detracta tamen Trebellianica, vt not. *in l.ex teſtamento.C.de fideicom.* & *in l.quærebatur.ff.de teſta milit.* & *in d.l.fin.* ſed dubitatur tunc an hoc procedat quando teſtamẽtum eſt nullum ratione præteritionis filij nondum nati, & ſic poſthumi: vel alio caſu quo præteritio eſſet ignoranter facta, de

quo

quo vide plenè per Bart. & Ang. *in l. 1. C. de iure codicillorum.* & per Imol. *in d. l. filio præterito. in 16. col.*

In ead. gloſſ. ibi, non videtur poni propriè. Not. ex glo. quod
107 † verbum relinquo, adiectum certæ rei, non importat inſtitutionem hæredis, ſecus eſſet ſi foret adiectum vniuerſitati bonorum ſecundùm gloſſ. notabilem *in d. l. his verbis, & in Auth. de hæred. & falcid. in §. ſi verò nullus. in verbo relictis.* Et conclude, quod aliquando verbum relinquo adijcitur certæ rei, vel quantitati, & tunc aut in perſona extranei cui non debetur legitima, & importat legatum, & non trahitur ad inſtitutionem hæredis, etiam ſi nullus alius eſſet datus hæres in teſtamento vt dicit gloſſ. hic, *& in d. §. ſi verò nullus.* & per Dyn. & Bar. *in d. §. generaliter.* Aut fuit in perſona filij vel alterius cui debetur legitima, & idem, vt probatur *in d. §. aliud. iuncto d. ver. cæterum.* quia debet relinqui expreſsè titulo inſtitutionis, *vt ſupra dictum eſt,* & ita tenet Bartol. Ang. & Imol. *in d. l. his verbis.* licet gloſſ. velit contrarium & malè *in l. quoties. C. fami. her.* volens, quod verbum relinquo adiectum rei certæ, vel quantitati in perſona eius qui de neceſſitate debet inſtitui, importet inſtitutionem, & ſic quod intelligatur rel ctũ titulo inſtitutionis, licet ſecus ſit in perſona extranei, vt ſupra, & ita videbatur tenere Bald. *in d. l. his verbis.* ſed certè illa gloſſ. & Bald. in hoc malè loquuntur, vt patet ex prædictis, & ita tenet Imol. *in d. l. his verbis.* & videtur etiam ſequi idem Bald. *in d. l. quoties.* Sed an quando pater teſtatur inter filios ſuos ſit tunc neceſſarius titulus inſtitutionis, dicetur infra. Et quid quando relinquitur pro legitima vel dote, dic vt ſupra dictum eſt. Aliquando verbum relinquo, adijcitur vniuerſitati bonorum, & tunc apponitur in codicil. vel in voluntate minus ſolemni, quæ valeret iure codicillorum, & tunc non trahitur ad inſtitutionem directam, quia hæreditas non poteſt iure directo dari in codicil. ſed importat tunc fideicommiſſum, *vt in l. 2. C. de codicil. & in l. Scæuola ff. ad Trebell. & in l. cum quis §. Seia. ff. de legat. 3.* ſecundùm Bald. & Angel. *in d. l. his verbis.* ſi verò verbum relinquo apponatur in teſtamento, & adijciatur vniuerſitati bonorum, & tunc ſi nullus alius erat hæres vniuerſaliter inſtitutus, importat inſtitutionem: vnde ſi teſtator dicit, relinquo bona mea, videtur eũ inſtituiſſe hæredem ſecundùm gloſſ. *in d. l. his verbis. & in dicto §. ſi verò nullus.* & notatur *in dicto §. generaliter.* & tu allega de hoc caſum in terminis *in dicto cap. Raynutius.* ibi relinquit cætera bona, qui textus alibi ita clarè non repetitur, ſecus tamen eſſet ſi alius eſſet hæres vniuerſaliter inſtitutus, quia tunc importat fideicommiſſum, ſecundùm gloſſ. *in d. §. his verbis. & in l. nam quoties. §. fin. cum l. ſeq. ff. ad Trebell.* & hoc quando reliquit omnia bona, vel indiffinitè bona ſua, ſecus ſi partem, quo caſu alio vniuerſaliter inſtituto ſit tunc differentia, an relinquat certam partem bonorum, an verò certam partem hæreditatis, quia primo caſu erit ſimplex legatum, non autem fideicommiſſum: ideo ad inſtantiam iſtius cui eſſet relictum factum certæ partis bonorum, non poterit cogi hæres adire hæreditatem. Secus verò in eo cui eſt relicta quota hæreditatis, quia tunc cenſetur relictum fideicommiſſum vniuerſale ratione illius partis, & poſſet hæres cogi adire hæreditatem ad inſtantiam fideicommiſſarij prædicti, vt nota. *in l. mulier. §. fina. ff. ad Trebellia. & in l. ſi quis ſeruum. §. fin.* & ibi Bartol. *ff. de legat. 2.* & per Imo. *in dicto cap. Raynutius, in 31. col.*

108 † Sed quæritur in primo, teſtator in teſtamento fecit certa legata, & poſtea dicit, certa bona relinquo tali, dic quod importat directam inſtitutionem hæredis, vt eſt text. notabilis *in d. c. Raynutius.* & idem ſi dixiſſet reſiduum bonorum meorum relinquo tibi, arg. *l. 2. C. de hæred. inſtit.* & tenet Imol. *in d. c. Raynutius. in 26. col.*

109 † Sed ſi quid feciſſet ſolum hæredem in re certa, & poſtea dicit, certa bona mea tibi relinquo, an talis erit hæres vel fideicommiſſarius? Imol. *in dicto § his verbis.* refert hanc quæſtionem non formatam per alios, & dicit, quod eſt dubia, tamen concludit, quod importat inſtitutionem hæredis, & gloſſ. *in dicta l. his verbis.* loquens de hærede debet intelligi de vniuerſali, ſecus de inſtituto in re certa, vt eſt textus *in dicto cap. Raynutius.* intelligendo prout intelligit gloſſ. 2. ibi, quod Alterochia fuerit inſtituta in re certa, ſed Adiectæ alteri filiæ fuerũt cætera bona relicta, & non dicitur iure inſtitutionis, & tamen ipſa Adiecta intelligitur fuiſſe ibi hæres vniuerſalis prout ibi patet, & ita tenet Imol. *in dicta l. his verbis.* quod ſingulariter not. Et idem videtur dicendum ſi teſtator inſtituiſſet vnum non in re certa ſed in tertia parte ſuorum bonorum & cætera bona ſua relinquit Titio, quia Titius dicetur hæres vniuerſalis, & facit gloſſ. *in dicta l. quoties.* quando teſtator diuidit patrimonium ſuum per quotas, de quo infra.

Secundò † quæritur, teſtator in teſtamento diuidit patrimonium ſuum per quotas bonorum, & dicit relinquo Titio dimidiam meorum bonorum, & Seio alteram dimidiam non facta mentione de alio hærede vniuerſali. Dic, quod illi intelliguntur vniuerſaliter inſtitui, per gloſſ. *in dicta l. quoties.* & ita tenet Imola *in dicto capit. Raynutius, in 5. colum. & in dicta l. his verbis.* vbi dicit idem eſſe ſi teſtator dicit, relinquo Titio tertiam partem, & Seio aliam tertiam, Petr. alteram tertiam meorum bonorum, quia intelligitur pariter eos inſtituiſſe hæredes. Sed in hoc dubitatur de duobus, & primò, quid ſi reliquiſſet, diſpariter puta Titio tertiam partem, & Seio duas, & videtur, quod idem ſit, & ſic ſint hæredes pro portione ſibi aſſignata, licet dubium faciat, quod habetur *in l. ſi in alterius. ff. de hæred. inſtit.* 110

Secundò † quid ſi teſtator inſtituit Titium in re certa, & Seio reliquit medietatem ſuorum bonorum, quis dicatur tunc hæres vniuerſalis? & videtur, quod Titius ex quo non eſt alius hæres, *vt in l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* & Seius ſit loco legatarij, vt dicitur ſupra *in 1. quæſtione.* in contrarium facit quia verbum relinquo adiectum vniuerſitati importat inſtitutionem quando non eſt datus alius hæres vniuerſalis, ſicut eſt iſto caſu, cogita, & vide infra *in 4. & 5. quæſtione.* Et quid ſi inſtituiſſet Titium in re certa, & Seio reliquit medietatem ſuorum bonorum, & Petro aliam medietatem quis tunc dicatur hæres vniuerſalis. 111

Tertiò † quæritur, teſtator diuidit totum patrimonium ſuum per relicta particularia facta in plures non dato alio hærede, gloſſ. *in dicta l. quoties.* tenet quod verbum relinquo tunc importet inſtitutionem, & idem ſequitur *in d. l. his verbis, & in §. ſi ex fundo.* ſed certè hoc non procedit, quia non reperitur iure cautum, quod verbum relinquo adiectum certæ rei importet inſtitutionem, *vt in dicto §. generaliter,* & ita tenet Imol. *in dicta l. his verbis.* Quid autem ſit in patre teſtante inter ſuos liberos dic, *vt infr. in vlt. quæſt.* 112

Quartò † quæritur, an verbum relinquo adiectum quotæ importet inſtitutionem, puta ſi quis coram ſeptem teſtibus dicat, relinquo dimidiam omnium meorum bonorum Titio. Anton. *in dicto cap. Raynutius.* tenet quod ſic, & idem Salicet. *in l. fin. C. fami. hercif. & in dicta l. quoties.* ex quo alius non eſt vniuerſaliter inſtitutus, & ita videtur ſentire Bald. *in dicta l. his verbis,* & erit tunc ſenſus, quod accreſcit ſibi vniuerſum, *vt in d. §. ſi ex fundo.* ſed Imola tenet contrarium *in d. l. his verbis. in 4. colum.* quia de mente teſtantis eſt quod habeat ſolum partem ſibi aſſignatam non aliam, arg. *l. maritus. C. de procur.* & in dubio debemus accipere intellectum per quem ſaluetur voluntas teſtatoris, *vt in l. in conditionibus primum locum. ff. de cond. & demon.* ſed talis eſt intellectus, quod non iure inſtitutionis, ſed legati, quo caſu accipiet illam ſolam portionem ab aduenientibus ab inteſtato. Sed certè non videtur verum, quod ſi non eſt clauſula codicillaris, legata debeantur ab inteſtato, præterea dicta ratio eſt cõtra caſum *in dicto §. ſi ex fundo. & in l. quoties. §. ſi duo. eod. titul.* ideo Imol. *in dicto cap. Raynutius. in 5. colum,* aſſignat aliam rationẽ per not. *in l. non amplius. §. 1. ff. de leg. 1.* quia bona intelliguntur legata deducto ære alieno, vnde non trahitur legatum ad inſtitutionem hæredis, ex quo non continet iura hæreditaria actiuè & paſſiuè, & ſic non repræſentat defunctum paſſiuè, quod ſecus eſſet ſi foret hæres, *vt in l. cum hæres. ff. de diuer. & temp. præſcript.* & ſecus dicit eſſe ſi teſtator dimiſiſſet totum patrimonium per quotas bonorum, puta Seio tertiam, Titio tertiam, & Petro aliam tertiam, vel Seio dimidiam, & Titio aliam dimidiam bonorum, quia tunc iſti intelliguntur vniuerſaliter inſtituti, ſecũdùm gloſſ. *in d. l. quoties.* quia ratio ceſſat quando non diuiſit omnia bona ſua per quotas, ſed reliquit vni dimidiam ſuorũ bonorum, & de alia nihil dixit ſecundùm Imol. *in d. §. ſi ex fundo. in 33. col.* ſed certè indiſtinctè tenendum videtur, quod tunc importet inſtitutionem hæredis, prout tenet Ant. & Sal. vt ſupra. Non obſtant not. *in d. l. non amplius. §. 1.* quia illa procedunt, quando erat datus alius hæres in teſtamento, ſecus ergo quando nullus alius eſſet hæres, quia cùm accreſcit vniuerſum, *vt in d. §. ſi ex fundo.* tranſeunt tunc in eum iura actiuè & paſſiuè. Quid autem ſi daretur tunc hæres inſtitutus in re certa? dic vt ſupra *in quæſt. 2.* 113

114 Quintò † quæritur, ſi teſtator diuidit totum ſuum patrimo-
nium per quotas hæreditatis, puta relinquit Titio medieta-
tem ſuæ hæreditatis, & Seio alteram medietatem, dicidē eſſe
ſicut quando relinqueretur per quotam bonorum, vt ſupra.
115 † Sed an idem ſit ſi reliquit vni dimidiam hæreditatem & de
alia nihil dicit non dato alio hærede vniuerſali? Imol. *in d. l. his
verbis.* tenet, quod non importet inſtitutionem, & idem tenet
in d. § ſi ex fundo. & in d. c. Raynutius. & dicit Bart. idem ſentire *in
l. Centurio. ff. de vulga. & pupill. in 3. quæſt principali in vlt. colum. ante
quartam principalem quæſtionem.* Tu aduerte, quod hoc videtur
falſum, quia appellatio hæreditatis continet in ſe iura actiuè &
paſſiuè. vt nota. per gloſſ. & Bartol. *in l. ſi quis ſeruum. §. fin. cum l.
ſequen. ff de legat.* 2. ideo debet trahi ad inſtitutionem non inſti-
tuto alio hærede. Secundo quia relinquendo medietatem hæ-
reditatis videtur teſtator illum facere hæredem in dimidia, *vt
in dicta l. his verbis, iuncta l. qua de tota. ff. de rei vend.* & tunc ſequitur,
quod non dato alio hærede accreſcat vniuerſum, *vt in dicto §. ſi
ex fundo.* Tertio, quia ſi iſtud eſt quando relinquitur dimidia
bonorum, vt tenent Anton. Salic. & Bald. *ſupra in proxima quæ-
ſtione.* fortius quando relinquitur dimidia hæreditatis, quan-
do tamen eſſet vnus inſtitutus hæres in vniuerſo, & alteri relin-
queretur dimidia hæreditatis, tunc verbum relinquo non tra-
hitur ad inſtitutionem ſed cenſetur relictum fideicommiſſum
vniuerſale reſpectu illius partis, vt eſt dictum ſupra ante primá
quæſtionem. Sed poſſet eſſe dubitatio, teſtator inſtituit Titium
in re certa, & Seio reliquit medietatem hæreditatis non dato
alio hærede vniuerſali, quis tunc erit hæres vniuerſalis, an Ti-
tius cui accreſcit vniuerſum *per d. § ſi ex fundo.* & Seius cenſetur
eſſe fideicommiſſarius, vt ſupra, an tunc Seius dicatur hæres v-
niuerſalis, vt ſic verbum relinquo trahatur tunc ad inſtitutio-
nem, ex quo eſt adiectum quotæ hæreditatis, & ſic accreſcit ſi-
bi vniuerſum ex quo cenſetur inſtitutus in quota, non autem
accreſcit Titio inſtituto in re certa prout dicitur *in l. quoties. C. de
hæred. inſtit.* cogita. & vide *ſupra in 2. q. in fi.*

116 † Sextò quæritur, an præcedentia *dicta ſupra de verbo relinquo.*
habeant locum in alijs quibuſcunque verbis communibus, vt
trahantur ad inſtitutionem hæredis, ſicut dicitur *ſupra in verbo
relinquo.* Imol. *in dicto §. ſi ex fundo. in fin.* tenet, quod ſic, quia om-
nia verba communia poſſunt importare inſtitutionem, & le-
gatum. vnde dicit, quod ſi teſtator vtitur verbo aſſigno, vel alio
verbo communi per omnia eſt dicendum idem, quod dicitur
ſupra in verbo relinquo. & alleg. ad hæc gloſſ. ſingularem *in d. l. quo-
ties C. fam. herc.* de quo tamen ibi per Paul. & ita videtur tenen-
dum cùm ſit eadem ratio.

117 † Septimò & vltimo quæritur, ſi pater teſtatur inter liberos
ſuos, an verbum relinquo importet indiſtinctè inſtitutionem,
& an requiratur ſolemnitas inſtitutionis hæredis. gloſſ. ſupr. hic
ibi, alij diſtinguunt, videtur velle, quod non requiritur, quia re-
mittitur ſolemnitas requiſita in teſtamentis, *vt in l. hac conſultiſ-
ſima. §. ex imperfecto. de teſtam. & in dicta l. fin.* ſed Bald. hic tenet
contrarium. dicens, quod licet remittatur ſolemnitas teſtamē-
ti: tamen non quo ad inſtitutionem hæredis. ſecundùm gloſſ.
in l. hus qui. ff. de teſtam. & in l. ſi filius ff. de lib. & poſthum. & ita vide-
tur in effectu tenere gloſſ. hic inquantum dicit tutius eſſe tenē-
dum. Ant. tamen *in d. c. Raynutius.* concludit, quod ſi pater vult
codicillari, non requiritur inſtitutio hæredis, cùm in eis non
poſſit dari hæreditas directo, imò dicatur ſuccedi ab inteſtato,
vt in l. 2. C de codicil. & in l. conficiuntur. ff. eod. tit. ſi verò vult teſta-
ri, & tunc ad hoc vt valeat teſtamētum etiam inter filios requi-
ritur titulus inſtitutionis, vt eſt text. *in dicto §. aliud quoque capitu-
lum.* ſed vt valeat vt vltima voluntas ſeruanda inter ipſos, non
autem inter extraneos dicta ſolemnitas non requiritur ſecun-
dùm eum *in dicta l. fin. & dicto §. ex imperfecto.* de quo per Docto.
ibi, *& in dicta l. hus qui.* & vide gloſſ. & Bald. *in l. filijs patris, C. fa-
mil. hercis.*

118 In eadem † gloſſ. in fin. ſed certè ibi loquitur de verbo, lego,
ſuper quo aduerte. quia Bald. *in dicta l fin. circa fin.* voluit, quod
verbum, lego, adiectum vniuerſitati bonorum importet inſti-
tutionem hæredis: ideo ſi vnus coram teſtibus, vel in teſtamen-
to dicat, bona mea lego Titio, valet teſtamentum, & Titius in-
telligitur hæres inſtitutus, per text. ſingul. *in capit. Raynaldus. poſt
princ. hic in gloſſ allegatum* & idem tenet ibi Franc. Zabarel. ſed
Bartol. *in dicta l. Centurio. in 1. quæſt. princ. in fin.* tenet contrarium,
quia licet ex largiſſima ſignificatione verbum lego, trahatur ad
inſtitutionem, *vt in l. verbis. ff. de verbor. ſignificat.* tamen hodie ſe-
cus. ideo eſt, quod diuerſi ſunt tituli, *de hæredibus inſtit. & de lega-
tis.* & maximè ſecundùm communem vſum loquendi ver-
bum lego non importat inſtitutionem, quia communis vſus
loquendi debet attendi in teſtamentis, *vt in l. librorum. §. quod
tamen Caſſius. ff. de legat.* 3. & hanc partem tenet Salic. *in dicta l. fin.*
& Imol. *in dicta l. his verbis. in 4. colum. & in dicto cap. Raynutius. in
11. colum.* dicens Bald. idem voluiſſe *in l. quoties. C. de hære. inſtitut.*
nec ſecundùm eum obſtat *dicto cap. Raynaldus.* quia ibi non fue-
runt verba teſtatoris, ſed Papæ. Vel poteſt dici, quod verbum
legauit, ibi poſitum relatum ad perſonas patruorum ſtet im-
propriè, cùm exponatur pro verbo, inſtituit, prout dicit gloſſ.
hic, ſed relatum ad perſonam auunculorum ſtat propriè, ex
quo importat legatum, cùm ſæpè contingat, quod vnum & i-
dem verbum reſpectu diuerſorum accipiatur propriè & impro-
priè, vt patet ex not. *in l. 2. §. fin. ff. de offic. conſul.* ſecundùm Imol.
inferentem: ex his idem eſſe dicendum, ſi diceretur, lego tibi
medietatem bonorum, vel hæreditatis, vt non trahatur ad in-
ſtitutionem. Tu aduerte primo, quod Bald. *in dicta l. quoties.* nō
loquitur quando verbum, lego, adijceretur vniuerſitati, immò
loquitur, quādo expreſsè diceretur quod legat iure legati, quo
caſu verba ſunt clara. & ſic apparet, quod Bald. non fuit ſibi cō-
trarius: vnde videretur tenendum, quod verbum, lego, adiectū
vniuerſitati importat inſtitutionem hæredis, per text. clariſſi-
mum, *in d. c. Raynaldus.* vbi ſunt verba teſtatoris, & ex illis indu-
citur inſtitutio hæredis, & ita approbatur ibi. Nec obſtat, quod
dicit gloſſ. hic, quod ibi verba ſumantur impropriè, quia immò
ibi probatur contrarium, cùm in dubio debeamus intelligere
eſſe de proprio ſignificatu verborum illud, quod in iure repe-
ritur expreſſum, *vt in cap. in noſtra. ſupra de iureiuran.* quia impro-
prietates inquantùm poſſunt ſunt fugiendæ, ſecundùm gl. *in §.
intelligentia. ſupra de ver. ſignif.* & in dubio debet fauori teſtamen-
to, *vt in dicta l. ſi quis. & in dicto cap. fin.* & maximè quia cum ver-
bum lego ex largiſſima interpretatione poſſit trahi ad inſtitu-
tionem, vt ſupra, certè debet fieri interpretatio, vt actus potius
valeat quam pereat, *vt in dicto cap. Abbate. & in dicta l. quoties. ff. de
rebus dubijs.*

† In gloſſ. *in verbo, legauit, in fin.* quid autem ſi teſtator reliquit 119
vxorem ſuam dominam & vſufructuariam omnium ſuorum
bonorum, quid importet tale legatum, exiſtentibus filijs teſta-
toris vel non exiſtentibus. Ioan. Andr. hic remittit ſe ad not. per
Spec. *in tit. qui filij ſint legitimi. §. 1. ver. quid ſi quis ita dixerit.* de quo
articulo vide per Bart. & alios Doct. *in l. Titia cum teſtamento. §.
Titia ff de lega.* 2. & per Bal. *in auth. hoc locum. C. ſi ſecun. nupſ. mul. &
in l. fin. C. de ind. vid. tol. & ibi per eum.*

† In gloſſ. *in verbo, idem filio. ibi. exhæredata.* ſentit gloſſ. quod 120
etiam pupillo exhæredato poſſit pupillariter ſubſtitui, de quo
eſt textus *in l. 1. §. 1. ff. de vulga. & pupilla.* ſecus tamen eſſet in pu-
pillo præterito, cui pupillo ſubſtitui non poſſet, vt per gloſſ. *in
dicto §. 1.* & rationem differentiæ vide ibi per Doctor. *in l. ſi quis
eum. §. 1. ff. de vulgari & pupillari.* nam tunc teſtamentum eſſet
nullum, marito ſubſtitui non poteſt. & vide dicta ſupra *in quar-
to notabili.*

In eadem gloſſ. ibi, *poſt mortem filij.* ſed certè tunc eſſet inſtitu-
ta ſub conditione cauſali, & ſic videtur præterita, vt patet ex
notatis *in l ſi pater. de inſtitut. & ſubſtitut.* vnde teſtamentum eſſet
nullum, & per conſequens non valeret pupillaris ſubſtitutio, *vt
in l. 2. ff. de vulg & pupill.*

In eadem gloſſ. in fin. quicquid † dicat gloſſ. hic tene, quod 121
filius inſtitutus in re certa habetur loco hæredis quo ad hoc, vt
ei poſſit pupillariter ſubſtitui, vt eſt textus notabilis hic, & ita ſe-
quitur hic Bald. *in 6. colum.* immò etiam filio inſtituto in ſola le-
gitima poteſt pupillo ſubſtitui, *vt in l. ſed ſi plures. in §. ad ſubſti-
tutos. ff. de vulga. & pupill.* & ibi per Imolam, de quo ſupra *in quar-
to notabili.*

In gloſſ. *in verbo, liberis, in fine.* quando ſit, quod † plu- 122
ralis locutio reſoluatur in ſingularem, per Baldum *in l. pri-
ma, hic allegata,* & per Bartolum *in l. ſi is qui ducenta §. vtrum.
ff. de rebus dubijs.* & nota. *in regula, pluralis. infra eodem libro.* &
licet pluralis numerus ad minus requirat duo, vt in dicta
regula pluralis: tamen quod dicit gloſſ. hic, ideo proce-
dit, quia eadem ratio eſt quando decedit cum vno filio, ſic-
ut quando decederet cum pluribus, argument *l. cum acutiſ-
ſimi. C. de fideicommiſſ.* Vnde ex his dicebat Baldus *in dicta l.
1.* quod ſi ſtatutum dicat, exiſtentibus filijs maſculis ſoror
non ſuccedat: quod ſi vnus ſolus filius ſuperſit, quod ex-
cluda-

cludatur foror: & ſi ſtatutum dicat, quod ſi vxor deceſſerit ſine filijs, maritus lucretur partem dotis, quod ſufficit vt mulier decedat cum vno filio vel filia, vt ſic maritus excludatur: quod not. Et pro declaratione huius gloſſ. & huius ſubſtitutionis, ſi deceſſerit ſine liberis, de qua hic in textu ſunt plura aduertenda.

123 Et primò † qui veniant appellatione liberorum: & dic quod veniunt, filij, nepotes, & alij deſcendentes, *vt in l. iubemus. §. penultimo. C. ad Trebellian. & in dicta l. liberorum.* & ibi plenè per Bartol. *ff. de verborum ſignificat.*

124 † Et ſufficit tunc quod decedat quis cum vno filio, vel nepote, vt ſic excludatur ſubſtitutus, vt dicit glo. hic, immò eſt textus notabilis *in dicta l. 1. & in dicto §. 1.* quod non dicitur decedere ſine liberis, qui relinquit nepotem ſeu neptem etiam ex filia, immò plus dixit notabiliter Bald. *in dicta l. prima.* quod ſi eſſet dictum, ſi deceſcerit † ſine liberis

125 ex ſuo corpore natis, quod eodem modo comprehenderetur nepos vel neptis ex filia, argument. *dicta l. cum acutiſſimi.* & idem tenuit Bald. *in dicta l. librorum. in fine.* & per textum *in l. Lucius. la fin. ff. de hæredibus inſtitu.* ſi verò ſit dictum, ſi deceſſerit ſine liberis maſculis, an veniat tunc nepos ex filia. & dic, quod ſic in ipſis ſubſtitutionibus cùm ſit de liberis, *vt dicta l. prima. & dicta l. librorum.* & ſic maſculus. Sed in conceſſione feudi vel emphyteuſis, quando adijcitur iſtud verbum, maſculis, debet intelligi de maſculis deſcendentibus ex maſculis, & ſic non in nepote ex filia, vt tenet notabiliter Speculat. *in titul. de locato. §. nunc verò aliqua. verſic. 146.* & ita debet intelligi quod dicit Bald. *in dicta l. prima.* prout tenuit idem Bald. *in authent. ſi qua mulier. in fine. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* dicens, quod ſi quis recepit in emphyteuſim pro ſe, filijſque, & nepotibus maſculis, quod non includitur nepos maſculus ex filia. quod nota. & vide *in capit. 1. de his qui ſibi, & ſuis hæredibus maſculis, in vſib. feud.*

126 Secundò eſt aduertendum † in hac ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine liberis, an ſit neceſſe, quod liberi ſint hæredes, vt excludant ſubſtitutum. & dic quod non, vt eſt textus *in l. filium. §. cum quis. de legatis primo.* dato etiam, quod hæreditatem repudient, vel quod ſint exhæredati ſecundùm gloſſ. *in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellia.* licet gloſſ. dixerit contrarium, & malè *in dicto §. cum quis.* vt ibi per Bartolum & Cyn. *in dicta l. 1.* ſecus tamen eſſet ſi filij eſſent deportati, vel fratres minores, vt ibi per Bartolum.

127 Tertiò eſt † aduertendum, quid ſi ſit dictũ, ſi deceſſerit ſine hæredibus. gloſſ. *in dicto §. fin.* tenet idem eſſe, quia importat, ac ſi ſit dictum, ſi deceſſerit ſine liberis, & ſufficit, quod extent liberi, licet non ſint hæredes, vel ſint exhæredati. & ita tenet Bald. & Imol. *in dicto §. cum quis. & dicto §. fin.* licet Bartol ibi ſentiat contrarium. & nota. benè quando iſta verba apponuntur in conditione. Quando autem apponuntur in conceſſione emphyteuſis, vel feudi facta pro ſe, & hæredibus, an veniant filij, ſi non ſunt hæredes. vide per Bald. *in dicta l. 1. & l. liberti, libertaque. C. de operis liberto.* & per Bartol. *in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. eodem titulo.*

Quartò eſt aduertendum, quia hæc ſubſtitutio, ſi deceſſerit ſine liberis, vt excludatur ſubſtitutus, debet intelligi de ſuperuenientibus poſt mortem eius, cui iſta conditio adijcitur, vnde ſi liberi eius ante eum vel ſimul cum eo moriantur, non faciunt conditionem fideicommiſſi deficere, vt eſt text. not. *in dicta l. ex facto. §. penul.* & ibi vide ſingulariter cui incumbat onus probandi, quod liberi ſuperuixerint, vel non, de quo ibi per Ang. Imo. & Bart. *in l. quod pariter. ff. de rebus dubijs.*

Quintò eſt aduertendum, quid ſit in inſtitutione non ſit dictum ſine liberis, ſed ſine filijs: an inter hæc ſit differentia? &

128 dic quod non, quia in ſubſtitutionibus † app. filij comprehunduntur omnes liberi, & ſic nepotes, & alij vlteriores vt eſt textus notabilis *in dicta l. Lucius.* & tenet Bartol. *in dicta l. liberorum.* & ſic veniet tunc nepos vel neptis etiam ex filia, *vt in dicta l. 1.* & intellige prædicta procedere ſiue ſubſtitutio fiat à patre, ſiue ab alio extraneo, vt eſt textus notabilis *in dicta l. Lucius.* vbi etiã notabiliter probatur hoc procedere etiam ſi teſtator dixerit, ſi deceſſerit ſine filijs ex ſuo corpore natis, quia eodem modo comprehendit omnes liberos, & ſic nepotes & vlteriores, prout tenet Bartol. *in dicta l. liberorum.* & Angel. *in dicta l. Lucius.* & Bald. *in dicta l. 1.*

129 Sed † an tũc monaſterium quod habetur loco filij, *vt in auth. niſi rogati. C. ad Treb.* excludat ipſum ſubſtitutũ, vide *ibi* per Doct. *in cap. in præſentia. ſupra de probat.* & per Bartol. *in l. ſi ita quis cui ff. de leg. 2.* Et ſcias quod app. filiorum veniunt tam maſculi, quàm fœminæ, *vt in l. fin. & in l. iuſta. ff. de verb ſignific.* & plenè per Bart. *in dicta l. liberorum.*

Sextò † eſt aduertendum, an requiratur quod filij ſint legitimi & naturales, an verò ſufficiat quod ſint naturales tantum? 130
& dic quod ſic, niſi de mẽte teſtatoris aliud appareat, vt eſt tex. *in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus.* ſecus tamen eſſet ſi filij eſſent ſpurij. *vt in auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* de quo plenè per Bart. & Doct. *in dicto §. ſi quis rogatus. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* & ibi quid de filijs legitimis tantum, & ſic de adoptiuis, de quo hic per Archidiac. & quid ſit de filijs legitimatis, an excludat ſubſtitutum vide per Doctor. *in l. fin. C. de his qui veni. ata.*

Septimò † & vltimò eſt aduertendum, quia cùm hic in text. 131
fuerit facta ſubſtitutio per nomina collectiua, puta ſi vterque ex filijs deceſſerit ſine liberis, an ſufficiat quod alter ex filijs inſtitutis moriatur ſine liberis, vt ſic pauperes hic ſubſtituti admittantur ad illius portionem. Ioan. Andr. hic quod non per text. *in l. penult. C. de impuber. & alijs ſubſtit.* quia eſt neceſſe quod conditio ſubſtitutionis verificetur in perſona vtriuſque, ſed ſi in ſubſtitutione pauperum nõ fuiſſet appoſitum hoc verbum, vtrumque, ſed teſtator dixiſſet filium & filiam inſtituo hæredes, & ſi deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo pauperes Chriſti, an ſi vnus ex filijs moriatur in pupillari ætate admittantur pauperes ſic ſubſtituti ad portionem illius morientis, an verò requiratur quod eueniat conditio in perſona vtriuſque, vide hic per Ioannem Andr. arguentem pro & contra, qui tamen remittit ſe ad notata *in dicta l. penultima.* & ibi per gloſſ. Cyn. & alios Doct. Et quid ſi teſtator dicat, ſi ambo deceſſerint ſine filijs, vel ſi omnes deceſſerint ſine filijs, an ſit neceſſè quod eueniat conditio in perſona omnium, vel ſufficiat in perſona vnius tantum, de quo vide plenè per Doct. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* vbi plenè de his, & hic per Bal. *in 21. col.* & dicetur in materia ſubſtitutionis compendioſæ.

In gloſſ. *in ver. filia. ibi. & † econtra. facit. ff. de rebus dubijs. l. qui duos. poſt princip.* & not. ex gloſſ. quod illa dicitur ſubſtitutio directa, quæ ſit per verba directa, & ita dicuntur verba directa quando ipſe ſubſtitutus directè, & non per mediam perſonam venit vel venire poteſt ad hæreditatem ſubſtituentis, vel inſtituti, vt ſi dicatur talis ſit hæres, ſecundùm Ioan. Andr. vnde dicebat Bartol. *in l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla. in penult. colum.* ponendo regulam quòd verba directa ſunt illa quæ ſui natura important, vt ille cui relinquitur de ſua manu accipiat, nec alterius factum requiritur, vt eſt textus & gloſſ. *in verbo, directus. in l. eam quam C. de fideicommiſſis.* Bald. verò *in l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ponit quinque regulas cognoſcendi verba directa ab obliquis, dicens inter alia quod omne verbum per quod immediatè ſucceditur teſtatori eſt directum, vt per glo. *in dicta l. eam quam.* item quod verba directa ſunt illa, quæ important ſucceſſionem deſcendentium ab inſtituto ad ſubſtitutum immediatè quòd ipſe inſtitutus moritur, vt per gloſſ. *in dicta l. eam quam.* item quod omne verbum quod excludit miniſterium alterius eſt directum, vt not. *in l. ſi quis ita. ff. de vſufruct. lega.* & ſic verba directa important quod quis directè per manum ſuam accipiat, nec factum alterius exigitur: facit *l. omninò verbum. C. communia de legat.* 1. & ſic teſtator ipſe facit, & non alius, ideo ſi teſtator dixit ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate Titius ſit hæres. iſte Titius ſubſtitutus capiet hæreditatem à ſe, & non ab alio, & ſic erit hæres directo, de quo hic per Bal. *in 15. colum.* & aduerte primò quod inter iſta verba directa de quibus infra,
quædam † ſunt directa ciuilia, quæ ideo ſic dicuntur, quia à iure ciuili ſunt inducta, *vt in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupillar.* prout eſt verbum, hæres eſto, *vt in l. obueniunt. ff. de verborum ſignific. & idem in verbo, hæres ſit,* vt per gloſſ. *in dicta l. verbis. & idem in verbo. inſtituo, vt in l. 1. ff. de hæredi. inſtitu.* ſecundùm Bartol. *in dicta l. Centurio. in 3. colum.* Quædam verò non ſunt ciuilia, ſed magis communia, & ſic dicuntur verba directa iuriſgentium, eo quia ſonant, quod de manu ſua quis capiat, & non ab alio, vt per gloſſ. *in dicta l. eam quam.* Exemplum *in verbo, accipiat, & in verbo, capiat, & in verbo, moriatur,* de quo hic in textu. Et prima poſſunt appellari directa directo. Secunda directa non directo. prout dicit hic Ioan. Andr. in not. *in ſua additione magna in ſi.* verum quia verba directa non ciuilia non multum videntur differre à verbis communibus, vt tangit 133

Barto-

Bartolus in l. Centurio. in fine. & in illa quæſtione. quando in perſonis diuerſorum diuerſa verba ponuntur, ideo ſuper his non eſt inſiſtendum.

134 Secundo aduerte, quia † verba directa ſunt infraſcripta, videlicet primum eſt verbum, hæres eſto, ſecundùm gloſſ. in l. precibus. C. de impuberib. & alijs ſubſtitutionibus. & idem de verbo, hæres ſit, vt per gloſſ. in dicta l. verbis. & tenet gloſſ. hic, & Ioan. And. & hoc ſiue exprimatur à teſtatore, ſiue tacitè ſuppleatur, vt in l. 1. in fin. ff. de hære. inſtit. ſecundùm Bald. in l. fin. C. de ſacroſanct. Eccle. in fin & Bart. in dicta l. Centurio. circa fin. dicentem prædicta vera, quando iſta verba diriguntur ad ipſum hæredem, & ſic teſtator ipſe facit, ſecus ſi alius faceret. puta ſi dicit, volo quod talem hæredem meum recipias, quia tunc eſſet fideicommiſſum, vt in l. pater filium. in fin. ff. de lega. 3. Et idem ſi diceret, volo vt Titium hæredem facias, vt in l. filius. §. vt quis hæredem. ff. de lega. 1.

Secundò eſt verbum directum, dominus eſto, vt in l. his verbis. ff. de hære. inſtit. ſecundùm Bald. in dicta l. fin in fin.

Tertio eſt verbum, moriatur, de quo eſt text. & gloſſ. hic, & ita ſequitur Ioan. And. & Bart. in dicta l. Centurio. & Bald. in dicta l. fin. in fin. & de hoc verbo alibi non repetitur, vt refert Angel. in dicta l. Centurio. Bartol. & Bald. ſic dixiſſe, ſed ipſe dicit quod eſt text. in Authentica de inceſt. nupt. §. fin. & Bald. hic in 15. colum. adducit ad hoc l. extraneum. C. de hære. inſtit. dicit tamen Angel. quod iſtud verbum, moriatur, eſt dubium, & erit directum vel obliquum, ſecundùm ſubiectam materiam. ideo text. hic dicit quod ſubſtitutio facta per verbum, moriatur, in dubio directa eſt cenſenda, eo quod conuenit tempori & perſonis, vbi ergo non conueniret, eſſet obliquum, & ſic verbum, moriatur, eſt potius commune. & idem videtur tenere Bald. hic, licet gloſſ. hic teneat quod ſit directum, quia tamen verba directa non ciuilia parum differunt à communibus, ideo in hoc non eſt inſiſtendum, vt dictum eſt ſupra, ſecundùm Imolam in dicta l. Centurio. in antepen. colum.

Quarto eſt verbum, inſtituo. quia talis modus ſignificandi datus eſt ſibi à iure, vt in tit. ff. & C. de hære. inſtit. ſecundùm Bart. in dicta l. Centurio & Bald. in dicta l. fin. & latius hic probatur in tex. ſecundùm Bald. hic, & idem tenet Imo. in l. 1 ff. de vulg. & pupil. in prin de quo ibi per eum.

Quinto eſt verbum, aditio, vt Inſtit. de eo qui liber. cauſa, ſecundùm Bald. in dicta l. fin.

Sexto eſt verbum, adiudico, vt inſtit. de offic iud. in fin. & in l. ſed & ſi res. ff. de pub. iud. ſecundum Bald. in d. l. fi. licet idem Bald. in l. quoties. C. de fam. hercıſ. teneat quod ſit verbum commune, de quo infra.

Septimo eſt verbum, aſſigno. vt in l. 1. ff. de aſſig. liber. & in cap. 2. ſupra de officio ordinarij eodem libro. ſecundùm Bald. in d. l. fi & idem tenet hic & 17. colum per l. quoties. iuncta gl. ff. C fam. hercıſ. Sed aduerte quia Bald. in dicta l. quoties. tenet quod ſit verbum commune, ideo dicit quod adiectum certæ rei non importat inſtitutionem, ſed legatum, ſicut cætera verba communia, ſicut eſt verbum adiudico, de quo ſupra. Non obſtat l. 1 §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. quia eſt verbum præciſè directum. & hanc partem tenet Imola in dicto §. ſi ex fundo. in fine in repetit. poſſet tamen dici, quod verbum hoc ſit directum tantum non ciuile, quæ verba directa non ciuilia modicum differunt à verbis communibus, vt eſt dictum ſupra de verbo moriatur, & de hoc verbo, aſſigno, vide hic per Bald. in 14. col. in princ. & in l. 2. C. communia de lega. in 2. col.

Octauò eſt verbum, accreſcat, vt l. 1. C. quando non peten par. & facit l. qui noſtri. ff. de acquiren. hæred. non obſtat l. codicillis. ff. de vſufruct. lega. quia ibi in codicillis verba directa obliquantur, vt l. Scæuola. ff. ad Treb. ſecundùm Bald. hic, & in d. l. fi. & Bartol. in d. l. Centurio.

Nono eſt verbum, cedo, & concedo, vt l. prima. ff. de conſtitut. princip. & l. penultima. ff. de donationibus, ſecundum Bald. in dicta l. fin.

Decimo eſt verbum, do, quod dare ius directum ſignificat, vt inſtit. de act. §. ſi itaque. ſecundùm Bald. in dicta l fin.

Vndecimo eſt verbum, diſtribuo, quod plenum habet ſignificatum ſecundùm Bald. in dicta l. fin. & intelligit quod verbum do, & diſtribuo, tunc eſt directum, quando teſtator aſſumpſit ſibi executionem quatenus eſt iuris, ſecus autem quando includeret alterius miniſterium, vt ſi dicat quod detur, tunc eſſet verbum obliquum ſecundum Bald. in dicta l. fin. & idem ſi diceretur diſtribuatur. ſecundum Ioann. Andr. & facit textus in l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. ſecundùm Bald. hic in 17 colum. ſonant enim dicta verba, quod de manu alterius quis debeat accipere, & ſic cenſetur obliqua per not. in dicta l. eam quam. & in l. fundi Trebatiani. ff. de vſufruct. lega. & ita tenet Imol. in cap. cum tibi. ſupra de teſtib. in 8. col. in fi. Et idem etiam ſi teſtator diceret, det bona mea, vel hæreditatem Titio, quia iſtud verbum, det, eſſet obliquum, ex quo de manu alterius Titius debet accipere ſecundùm Ioan. And. hic, & idem tenet hic Bald.

Duodecimo eſt verbum, capiat, vt in l. Titia cum teſtamento. §. primo ff. de lega. ſecundo. ſecundùm Bald. hic, & Bartol. in dicta l. Centurio. in 3. colum. & Imol. in dicto cap. Raynutius. in penultima charta.

Decimotertio eſt verbum, accipiat, ſecundùm Bald. hic, quia importat quod de manu ſua, & non alterius capiat, & idem tenet Bart. in dicta l. Centurio. & Imo. in d. c. Raynutius.

Decimoquarto eſt verbum, conſtituo, vt in dicta l. precibus. in verbo, conſtituit, ſecundùm Bal. in l. humanitatis. C. de impube. & alijs ſubſtitut. in 12. col.

¶ In eadem gloſſ. in fin. not. ex gloſſ. quod ſubſtitutio † dicitur indirecta, ſeu obliqua, quando ſubſtitutus ad hæreditatem ſubſtituentis, vel inſtituti venire non poteſt directè, ſed per mediam perſonam illam capit, & ipſi ſubſtituto, ſeu fideicōmiſſario reſtituitur ſecundùm Ioan. Andr. & ſic requiritur factum alterius, quam ipſius teſtatoris ſecundùm Bar. in dicta l. Centurio. Et ideo Bald. in dicta l. fin. ponit quinque regulas cognoſcendi conſtitutiones obliquas, ſeu indirectas, de quibus ibi per eum. Ideo ſi teſtator dicit, rogo hæredem meum vt reſtituat hæreditatem Titio, tunc Titius capit hæreditatem de manu hæredis non à ſe ipſo, vt in l. ex facto. § ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. ſecundùm Bald. hic. 135

136 Et † ſunt verba obliqua, ſeu indirecta infraſcripta, videlicet, primò eſt verbum reſtituat, ſecundùm Ioan. Andr. & Bald. hic in dicto cap ſi quis rogatus. & in l. iubemus. in princip. C. ad Trebell.

Secundo eſt verbum, reſtituatur. quia importat quod de manu alterius capiat ſecundùm Bald. hic, & in d. l. fin. & Bart in d. l. Centurio per l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulg & pup. dixit tamen ſingulariter Bal. in d. l. humanitatis, quod etiam per verba merè obliqua poſſet fieri ſubſtitutio directa, vnde ſi teſtator dicit, ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ego teſtator hæreditatem meam Titio reſtituo: iſta eſt directa, quia non requiritur miniſterium alterius, & idem dicit Bal. ſi dicta verba dirigantur hæredi dicendo ſi hæres non eris reſtituas Titio, nam iſta eſt directa vulgaris, arg. l. inter omnes ff. qui ſatiſda cogan. quia refertur ad reſtitutionem facti non iuris, quod not. quia dicit Bal. iſtud eſſe mutabile.

Tertio eſt verbum, detur, ſecundum Bal. in d. l. fi. & Bat. in dicta l. Centurio. per d. l. fundi Trebatiani.

Quarto eſt verbum, det. ſecundùm Ioan. And. & Bal. hic.

Quinto eſt verbum, diſtribuat, vel diſtribuatur. ſecundū Ioan. And & Bal. hic per d. l. cum pater. §. rogo. de quibus verbis dicit etiam vt eſt dictum ſupra, quia quandoque poſſunt eſſe directa, vt per Bal. in d. l. fin & in d. l. humanitatis.

Sexto eſt verbum, reddat, ſecundùm Ioan. And. hic.

Septimo eſt verbum, reddatur, ſecundùm Bart. in dicta l. Centurio. & in l. verbum reddi. ff. de verb ſignif. quid autem ſit de verbo redeat, vide infra.

Octauo eſt verbum, diuidat, ſecundùm Ioannem Andr. & Baldum, argumen. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de lega. ſecundo. licet idem Bald. in dicta l. quoties. ſentiat quod hoc verbum ſit commune, ſed certè ibi loquitur quando teſtator exprimit in propria perſona, puta ſi diceret diuido, quo caſu eſſet commune ſicut eſt dictum ſupra in verbo, do, vel diſtribuo, de quo infra.

Nono eſt verbum, patiatur, ſecundùm Ioan. Andr. hic.

Decimo eſt verbum, rogo, ſecundùm Bal. hic, arg. d. §. cum filia. & d. §. rogo.

Quid autem ſit de verbo, lego, vel relinquo, dicetur infra.

Vndecimo eſt verbum, mando, vt tenet gloſſ. 1. hic in verbo abſque. ſed certè poſſet dici, quod hoc verbum de ſe nihil importet, prout dicit in verbo, volo, & dic vt ibi, & vide per Bald. in l. quoniam. C. de teſtamen. Et aduerte, quia reperiuntur alia verba, quæ ſunt communia, vt ſunt illa, quæ poſſunt habere vtrāmque ſignificationem, ſcilicet directam & obliquam, puta quod quis capiat de manu ſua, vel de manu alterius ſecundùm gloſſ.

gloſſ.*in dicta l.precibus*. ſuper quibus verbis Bald. *in dicta l.fin.* ponit duas regulas. Et primo quod omne verbum quod ęquè propriè ſtat ſub ſignificatione directi, & obliqui adiectum vniuerſitati bonorum eſt commune, ſecus ſi adijciatur rei certæ, quia eſſet obliquum, *vt in l.cogi.* §. *& generaliter. ff. ad Trebel. & ibi* per Dyn. & Bart.

137 Secunda regula eſt, quod omne † verbum, quod quandoque reperitur in ſignificatione directa, & quandoque in ſignificatione obliqua, eſt commune, quia eius ſignificatio conue-
138 nit pluribus ſpeciebus. † Et ſunt verba communia infraſcripta videlicet. Et primo eſt verbum, *ſubſtituo*, ſecundùm Ioan. Andr. hic, & eſt gloſſ. *in dicta l.precibus*. pro qua videtur text. *in l. iam hoc iure.* § *.ſed ſi aliter. ff. de vulgari & pupillari.* de quo *ibi* per Docto. *& in dicta l.Centurio. circa finem.* tolle rationem, quia verbum, *ſubſtituo*, non eſt directum ſicut verbum, *inſtituo.* & aduerte quia Bald. *in dicta l.precibus. in 14. columna.* referendo. Bartol. ita tenere dicit: prædicta vera quando verbum *ſubſtituo*, profertur ſimpliciter, vt quandocunque filius meus deceſſerit, talem ſubſtituo, ſed ſi teſtator vltra extendit dicendo talem hæredem ſubſtituo ex vi iſtius dictionis, hæredem ſubſtituo, erit directa in pupillari ætate, quia verbum *hæres*, eſt verbum ciuile directum, vt eſt dictum ſupra, quod not.

Secundò eſt verbum, *perueniat*, vt concludit Bartol. *in dicta l. Centurio.* & Bal. hic, *& in dicta l.ſi.* & Imol. *in dicto cap. Raynutius. in penult. charta.* licet Innoc. *ibi* dixerit *per illum text.* quod ſit directum & non benè.

Tertio eſt verbum, *deueniat*, vt concludit Bald. hic, *& in d.l. fin. & in d.l. iam hoc iure.* dicens de hoc eſſe meliorem text. qui ſit in iure, *in c.1. qui feu.da.poſſ. in* [illegible] *conſtit.* & idem tenet Imol. *in d. c. Raynutius.* licet Innocen. *ibi per illum text.* tenuerit quod ſit directum, & non benè, de quo etiam notabiliter per Bald. *in d.l. Centurio. in 3. col. in fin.*

Quarto eſt verbum, *veniat*, & concludit Bald. hic dicens, quod licet text. *in l. veniſſe. ff. de verborum ſignificat.* videatur probare quod ſit directum, tamẽ tenendum eſt, quod ſit commune, ſicut verbum perueniat: facit quod idem Bald. tenet *in dicta l.Centurio.*

Quinto eſt verbum, *pertineat*, ſecundùm Bartol. & Bald. *in dicta l. Centurio. argumen. l. verbum pertinere. ff. de verborum ſignif.* & idem tenet Bald. hic, *& in l. iam hoc iure. & vide per eum in l. 1. C. de pactis inter empt.*

Sexto eſt verbum, *remaneat*, ſecundum Bart. *in d. l. Centurio.* & Bal. hic, *& in d.l. ſi. arg. l. ſi cum ante. C. de dona. ante nupt.* & idem ſequitur Imo. *in d.c. Raynutius.*

Septimo eſt verbum, *redeat*, ſecundùm Bart. *in d. l. Centurio.* & Imol. *in d.c. Raynutius.* & idem tenet Bal. *in d.l. fin.* licet Io. And. referat aliquos tenere quod ſit directum *per l. ſi duobus. ff. de teſta. milit.* ſed non obſtat quia omne verbum quod eſt commune, poteſt etiam dici directum ſecundùm Bald. hic.

Octauò eſt verbum, *reuertatur*, ſecundùm Ioan. Andr. hic, & Bartol. *in dicta l. Centurio.* allegat gloſſ. *in l. 1. ff. de donat.* & idem tenet Imol. *in dicto cap. Raynutius.* licet Cyn. *in dicta l. 1. C. de pactis inter empt.* dixerit quod ſit obliquum, & non benè, & vide ibi per Bald.

Nono eſt verbum, *deuoluat*, ſecundùm Bart. *in dicta l. Centurio. arg. l. 2. ff. de ali. & cib. lega.* vbi Bart. idem tenet, & Ioan. Andr. & Bald. *in d.l. fin.* & Imol. *in d.c. Raynutius.* licet Ioan. And. hic referat aliquos tenere quod ſit directum, & malè tenuit etiam Ant. *in c. in præſentia. ſupra de probat.* ſed tu teneas, quod ſit commune, vt ſupra.

Decimo eſt verbum, *ſuccedat*, ſecundum Bald. hic, & Bartol. *in dicta l. Centurio.* & per textum *in dicto capitulo Raynutius.* vbi videtur caſus ſecundùm Ioann. Andr. hic tenet quod ſit directum: quod intelligit Bald. *in dicta l. fin.* quando refertur ad perſonam ſimpliciter & ſecundariò ad res, puta ſi filius meus deceſſerit Titius mihi ſuccedat, vt filio meo, ſecus ſi referatur ad res, puta ſi filius meus deceſſerit, bona mea ſuccedant Titio, quia tunc eſſet verbum commune, de quo ibi plenè per Bald.

Vndecimo eſt verbum, *deferatur*, ſecundùm Bald. hic, licet textus hic probet quod ſit directum, ſed non obſtat quin deferri poſſit mihi hæreditas, cùm ab aliquo capio ſicut & ſi à me capio, & quod ſit commune tenet Imola *in dicta l. Centurio. in penultima columna. per textum in l. 1. C. de imponenda lucrati deſcript.*

Duodecimo eſt verbum, *labatur, vt in d. l. 1. ſecundùm Ang.* & Imol. *in d.l. Centurio.*

Decimotertio eſt verbũ, *decurrat, vt in l. 2. C. quan. & qui. quar. pars. de lib. 10. & in l. libertis ff. de alim. & Cib. lega.* & Ang. *in d.l. precibus. in fin. & in d l. Centurio. & ibi* per Imol.

Decimoquarto eſt verbum *regrediatur, vt in l. ſi patri. C. de vſufruct.* ſecundùm Ang. & Imol. *in d.l. Centurio.* & per Ang. *in dicta l. precibus. in fin.*

Decimoquinto eſt verbum *redigatur*, *vt in l. 1. C. de vendit. rerum fiſca. libro* 10. ſecundùm Angelum & Imolam *in dicta l. Centurio.*

Decimoſexto eſt verbum, *ponatur, vt in l. licet. C. de pactis*, & ſecundùm Angel. *in dicta l. precibus. & in dicta l. Centurio. & ibi* per Imolam.

Decimoſeptimo eſt verbum, *ſequatur*, ſecundùm gloſſ. *in l. 1. ff. de donat.* vt tenet Angel. *in dicta l. precibus. & in dicta l. Centurio. & ibi* per Imolam,

Decimooctauo eſt verbum, *iudico, vt in cap. licet. infra de ſepul. eodem libro. & ibi* per Ioan. Andr. & tenet Bald. *in dicta l. ſi. adducens cap. 1. qui feud. alien. poſſunt.* & quod not. *in* § *.1. Inſtitut. quib. non eſt permiſſ. face. teſtamen. & vide ſupra in verbo, adiudico*, quod eſt directum.

Decimonono eſt verbum, *diuido*, ſecundùm Bal. *in d.l. quoties. & vide ſupra in verbo, diuidat*, quod eſt obliquum.

Vigeſimo eſt verbum, *habeat*, ſecundùm Bald. hic, & Bart. *in dicta l. Centurio.*

Vigeſimoprimo videtur quod ſic eſt verbum, *lego*, & quod ſit commune faciunt not. ſupra in gloſſ. *in verbo, inſtituit, in fin.* & videtur tex. *in d.c. Raynaldus.* licet Bar. *in d.l. Centurio.* teneat quod ſit obliquum, & ita tranſit Ang. & Imo. *in dicta l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil.* ſed certè cùm adaptatur ad directam, & obliquam ſubſtitutionem, vt tangit Bartol. *in dicta l. Centurio. in 1. quæſt. principali. in fin.* ergo ſequitur quod ſit commune, de quo tamen vide plenè not. ſupra.

Vigeſimoſecundo poteſt dici, quod verbum, *deputo*, ſit commune, quia dicit Bald. *in l. 1. C. communia de lega. in 3. colum.* quod verbum, *deputo*, prolatum à teſtatore importat idem ac ſi diceret *lego.*

Vigeſimotertio eſt verbum, *relinquo*, vt determinat Bal. hic, *& in l. his verbis. ff. de hære. inſtit.* & Imo. *ibi in vlt. col. & in cap. cum tibi. in 17. col. ſupra de teſtam.*

Vigeſimoquarto eſt verbum, *competat, vt in Authent. de reſtitut. fideicommiſſ. poſt medium.* ſecundùm Angelum *in dicta l. precibus. in fine.*

† Quid autem ſit de verbo, *volo*, Bal. hic *in 17. col.* dicit ꝙ de 139
per ſe nihil importat, niſi ratione adiuncti. vnde ſi iungitur verbis obliquis, importat fideicommiſſum, vt volo quod reſtituas, vel reddas. *vt in l. fideicommiſſi.* § *. filio. ff. de lega.* 3. ſi vero iungatur verbis directis, puta quod talis ſit hæres, & tunc importat directam ſubſtitutionem, *vt l. quoniam. C. de teſtamentis.* & idem tenet Bart. *in d.l. verbis ciuilibus.*

Quid autem ſit quando verbis communibus, vel obliquis apponerentur iſtæ dictiones, eo ipſo vel ſtatim, vel propria auctoritate, vel liberè & ſimilia verba: Bart. *in dicta l. Centurio. ff. de vulga. & pupilla.* tenet quod tunc habeat virtutem directæ ſubſtitutionis, ſed Bald. & Angel. contra *in l. precibus. C. de impuberib. & alijs ſubſtitutionibus.* de quo vide notabiliter per Imolam *in dicto cap. Raynutius. ad finem. in 5. charta.* & per Bald. *in l. fin. vbi in fine.* notabiliter dixit quod non ſolum lex, ſed etiam conſuetudo loci & communis vſus loquendi poſſet dare intellectum, & quendam modum ſignificandi vocabulis, ſeu verbis ſupradictis alio modo quam eſſet ſecundùm eorum propriam ſignificationem, argumen. *l. librorum.* § *. quod tamen Caſſius. ff. de lega.* 3. *quod not.*

In gloſſ. *in verbo, pauperes.* not. gloſſ. & idem tenuit gloſſ. *in ca.* 140
cum tibi. in fin. ſupra eod. & pro his gloſſ. eſt text. *in l. ſi quis ad declinandam. hic allegata*, ſicut ergo valet inſtitutio pauperum nulla habita relatione ad certum, ita & valet ſubſtitutio, quia eadem eſt ratio de ſubſtitutis, eſt textus notabilis hic, & ſicut valet inſtitutio, & ſubſtitutio pauperum, ita valet legatum factum pauperibus, & incertitudo non vitiat, *vt in l. id quod pauperibus. & l. nulli. ſupra de Epiſc. & Cler.* & ratio horum eſt, quia vniuerſitas pauperum gerit vicem certæ perſonæ, vnde ipſorum inſtitutio valet, ſicut ſi collegium licitum inſtitueretur hæres, *vt. l. mortuo. ff. de fideiuſſoribus. & l. municipibus. ff. de condit. & demonſtrat. & l. 1. C. de ſa-*

de ſacroſanct. Eccleſ. ſecundùm Archidiac. & Ioan. And. ſed Bald. *in dicta l. id quod pauperibus. in principio.* impugnat hanc rationem dicens, quod non probatur iure quod pauperes habeant inſtar collegij, vnde ſi eſſent tanquam collegium non poſſet diſtribui certis quin diſtribueretur vniuerſis, quod eſt falſum, ſecundùm Bald. ibi: poſſet tamen intelligi ratio Archidiac. & Ioan. Andr. quando pauperes certi loci viderentur inſtituti, ſecus verò quando ingererentur, vt ſupra per Bald. valet ergo legatum & inſtitutio facta de pauperibus, licet ſit de perſonis incertis omni incertitudine, & eſt ſpeciale fauore pauperum, regulariter verò legatum, vel inſtitutio facta de perſonis incertis non valeret, *vt Inſtitut. de leg. §. incertis. & l. in tempus. §. 1. & l. quoties. §. hæredi. ff. de hæredit. inſtitut.* & ratio differentiæ eſt, quia aut teſtator committit alteri declarationem, *vt in l. quem hæredi. ff. de rebus dubijs.* nec obſtat quod diſpoſitio ſit tunc captatoria, & non valeat, *vt in illa l. inſtitutio. ff. de hæred. inſtitut.* quia hoc caſu valet fauore pauperum, *vt in dicto capitulo cum tibi. & ibi per gloſſ. & in dicta l. id quod pauperibus,* quia videtur facta ad pias cauſas, *vt in dicta l. ſi quis. ibi, pietatis intuitu.* ſi verò teſtator non cōmittit alteri declarationem, & tunc lex ipſa committit Epiſcopo, *vt in dicta l. ſi quis.* ſecundùm Bald. *in dicta l. id quod pauperibus. in principio.* & Petr. de Ancharan. hic: de qua materia hic per Bald. *& in l. captatorias. C. de teſtamen. milit.* & per Bartol. *in l. quidam. ff. de rebus dubijs.* & plenè per Doctores *in dicto cap. cum tibi. & in dicta l. illa inſtitutio.*

141 ¶ In eadem gloſſ. *in fine.* not. ſingulariter ex gloſſ. quod † ſi teſtator facit mentionem de pauperibus, intelligitur de pauperibus proprij domicilij ipſius teſtatoris, non tamen hodie ſeruatur, quod habetur *in l. ſi quis.* ſcilicet quod intelligatur de pauperibus hoſpitalis, quod eſt in illo domicilio, vel ciuitate, & quando eſſent ibi plura hoſpitalia debeatur pauperiori, prout dicitur *in l. ſi quis.* nam dicit Bald. ibi, quod quando relinquitur pauperibus in genere, vel inſtituuntur hæredes, Epiſcopus tanquam pauperum pater capit, & diſtribuit cui vult, & ſic non habet neceſſe eligere pauperes certi loci, & hoc idem etiam voluit Archidiac. & Ioan. Andr. dum quærunt an religioſi paupertatis ſint præferendi alijs pauperibus. & pro religioſis facit paupertas, & religio, argument. *l. ſunt perſonæ. ff. de religioſis. & ſumpt. fune. & 16. quæſt. 1. capit. fin.* vbi dicitur quod in pauperibus non tam paupertas quam religio debet attendi: pro pauperibus hoſpitalium facit *dicta l. ſi quis.* concludunt tamen quod arbitrio Epiſcopi relinquatur. facit gloſſ. *in authentica præterea. C. vnde vir. & vxor.* & ſic volunt Archidiac. & Ioan. Andr. quod ſi pauperes inſtituantur hæredes, non intelligatur de pauperibus certi loci, ſed arbitrio Epiſcopi relinquatur, & ita ſequitur hic Petr. de Ancharan. & Domin. Floria. non obſtat *dicta l. ſi quis.* quia illi legi in hoc eſt derogatum per textum *in Authentico de Eccleſia. titulis. § ſi quis autem pro redemptione.* vbi poteſt Epiſcopus diſtribuere inter pauperes, qualiter vult non facta differentia an in ciuitate ſit vnum hoſpitale vel plura, & ſic indiſtinctè committitur arbitrio Epiſcopi, ſed Bartol. & Bald. *in dicta l. ſi quis.* intelliguntur dummodo eligantur pauperes proprij domicilij ipſius teſtatoris, vt vult gloſſ. notabilis, & ſingularis, & ita eſt de mente Doctor. *ſupra, & facit dicto §. ſi quis autem. & l. conditio. §. tum ita. ff. de condit. & demonſtrat.* & ita etiam tenet Ioan. Andr. hic, *& in ſequenti quæſtione,* & Imola *in dicto capitulo cum tibi. in 13. & 15. colum.* & prædicta procedunt quando pauperes ſunt inſtituti, vel ſubſtituti, vel quando teſtator mandat ſimpliciter diſtribui bona inter pauperes. Sed quid ſi te-
142 ſtator † inſtituit pauperes quos talis fideicommiſſarius eliget, an tunc fideicommiſſarius cui teſtator commiſit nominationem, ſeu electionem pauperum teneatur nominare pauperes de loco domicilij teſtatoris. Ioan. And. hic concludit, quod licet Epiſcopus teneatur nominare pauperes domicilij, vt ſupra, tamen fideicommiſſarius iſte non tenetur, immò poterit eos nominare vndecunq; ſint, & hoc per plures rationes de quib. hic per eum referentem ſe ita conſuluiſſe, & maximè *per l. cùm quidam, ſecundo reſponſo. ff. de lega. 2.* & ita ſequuntur hic Lappus, & Dominicus, & facit quod conſuluit Federicus de Sen. *in ſuo conſilio 32.* vt refert Bald. *in dicta l. id quod pauperibus. in 13. quæſito.* & per Doctor. *in dicto capitulo cum tu. ſupra de vſuris. & in cap. 2. infra de vſu.* & vide notabiliter per Imolam *in dicto capitulo cum tibi. in 28. colum.* Quid ſi moriatur talis executor, ſeu fideicommiſſarius antequam eligat pauperes, vel inter eos diſtribuat? de quo ibi per eum, & per Bald notabiliter *in l. captatorias. in fin. C. de teſtamen. militis,* & an executor, ſeu fideicommiſſarius, cui eſt commiſſa electio pauperum, poſſit eligere poſt annum. Et ex dicto Ioan. Andr. ſupra habetur quod poſſunt inſtitui pauperes eligendi per executorem ſeu fideicommiſſarium, & valet inſtitutio, & non dicitur captatoria, quia non confertur ſubſtantia inſtitutionis, ſed electio perſonarum. & ita tenet Bartol. *in l. captatorias. ff. de hæred. inſtitut.* † Et licet teſtator poſſit com- 143
mittere fideicommiſſario electionem pauperum, tamen non poſſet alteri committere electionem executoris, vel fideicommiſſarij, quia tales debent eſſe certi, vt per gloſſ. *in verbo, certo, in capitulo tibi qui. ſupra de reſcript. eodem libro,* & ita etiam ſequuntur Doctores *in capitulo proximo.* & Bartol *in l. alio. ff. de alimentis & ciba. lega. & in dicta l. quidam.* vnde ex his dicebat Bald. *in l. captatorias. C. de teſtam. militis.* quòd teſtator etiam ad pias cauſas non poſſet facere executorem ad eligendum alium executorem, vel ad prouidendum de alio in caſu quo alter moriatur, & tenuit etiam idem Bald. *in l. executorem. C. de execut. rei iudicatæ. in 2. columna, quæ tene menti.* In gloſſ. *in verbo, mortuo, in fine.* & ibi petere poterant ex quo fuerunt relicti executores, aliàs ſi teſtator non prouidiſſet de executoribus, tunc Epiſcopus ipſe petere poſſet, *vt in dicta l. nulli. & dicta l. ſi quis.* ſecundùm Ioann. Andr. & vide per Bartol. *in dicta l. alio. & in dicta l. illa inſtitutio.* & per Doctor. *infra cap. proximo. & in dicto cap. cum tibi.*

In gloſſ. *in verbo, abſque. ibi, in tribus vncijs.* hoc dictum matris procederet vbi ipſa ſola ſuccederet filio ab inteſtato, ſed certum eſt quod ſoror iſta ex vtroque parente ſuccedit ab inteſtato vna cum matre, *vt in authent. defuncto. C. ad Tertullianum,* ideo allegatio iſtius matris non proc[illegible]it ſecundùm Ioan. Andr. qui ideo ita dicit ex eo, quia legitima debet eſſe tertia eius partis, quam quis habiturus eſſet ab inteſtato, *vt in authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſtamento,* ſecundùm Ioann. de Fantu. & Dominic. de ſancto Geminia. hic, & ſic nota ex hac gloſſ. & ex dicto Andr. quod legitima parentum eſt tertia. licet olim eſſet quarta. vnde eſt aucta legitima in parentibus ſicut in filijs, vt vult gloſ. hic, & Ioan. And. de quo vide plenè dicta ſupra, ſuper gloſ. *in verbo, certa re, in princ.*

¶ † Secundò tene menti ex dicto Ioann. Andr. quod legi- 144
tima parentum ſemper eſt tertia eius, quod habituri ſunt ab inteſtato, & ſic ſentit hic Ioan. Andr. quod non poſſit eſſe dimidia ſecundùm numerum liberorum, ſeu portionum ſicut dicitur de legitima filiorum *in dicta authent. nouiſſima, de quo eſt dictum ſupra.*

¶ In eadem gloſſ. ibi, *hæres ſit, vel ſit hæres.* not. gloſſ. pro his quæ dicta ſunt ſupra ſuper gloſſ. *in verbo, filia.* & ibi plenè de verbis directis.

¶ In eadem gloſſ. ibi, *volo, rogo, vel mando, vt reſtituas, &c.* Not. ex gloſſ. quod omnia iſta verba ſunt indirecta, ſeu obliqua, de quo dic vt plenè dictum eſt ſupra.

¶ † In eadem gloſſ. ibi, *alia vulgaris.* quare autem dicta ſub- 145
ſtitutio dicatur vulgaris, & quotuplex ſit, qualiter, & quibus verbis fiat, & quis ſit eius effectus, & quæ impediant, ſeu extinguant eius effectum vide plenè per Bart. & alios Doct. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill.* & per Bald. *in d. l. precibus. & per Canoniſtas in dicto ca. Raynutius.* vbi plenè per Imol.

¶ † In eadem gloſſ. ibi. *alia in hac ſubſtitutione pupillari.* quare 146
pupillaris ſic dicatur, quo iure inducta, quot in ea requirantur, quibus verbis fiat, quis ſit eius effectus, quomodo finiatur, vide plenè per Bartol. & Doct. *in l. circa principium. ff. de vulg. & pupill.* & per Bald. *in dicta l. precibus.* & per Imol. & alios Doct. *in dicto c. Raynutius.*

¶ In eadem glo. ibi, *exemplaria.* quare † hæc ſubſtitutio ſic no- 147
minetur, quæ fuerit eius cauſa, quæ in ea requiratur, quotuplex ſit, quibus verbis fiat, & qualis ſit eius effectus, & quomodo finiatur, vide plenè per Bart. & Doct. *in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil.* & per Bald. *in l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit.* & per Imol. & Doct. *in d. c. Raynutius.*

¶ † In eadem gloſſ. ibi, *alia breuiloqua, alibi appellatur reciproca,* 148
vt in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. & de hac ſubſtitutione vide per gloſſ. magnam. *§ qui rationis. inſtit. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* & quare dicatur breuiloqua, ſeu reciproca, & an hæc ſubſtitutio ſit ſpecies ſubſtitutionis, & de per ſe, & quib. verbis fiat, & quis ſit eius effectus, vide per Bart. *in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill.* & ibi per Doct. & per Bald. *in l. teſtamento. C. de teſtamen. milit. & in dicta l. iam hoc iure.*

¶ In

¶ In ead. gloſſ. ibi, *alia compendioſa* de hac ſubſtitutione habetur *hic in text. & gloſſ. & in d. cap. Raynutius. in verbo, abſque liberis. & in verbo, vel ſubſtitutionis. & in d. l. precibus.* & per Hoſtien. *in ſumma huius tituli. in §. quis ſit effectus, in vltima charta.* & quia huius ſubſtitutionis materia eſt valde vtilis, & ſæpe contingit, & intelligit proprie intelligentiam noſtræ decretalis hic, vnde pro eius notitia ſeptem ſunt breuiter examinanda. Primo quid ſit ſubſtitutio compendioſa. Secundo quare ſic vocetur. Tertio an ſit ſpecies de per ſe ab aliis. Quarto per quæ verba fiat. Quinto quot requirantur in ea. Sexto quis ſit eius effectus. Septimo qualiter finiatur.

149 ¶ † Circa primum dic quod ſubſtitutio compendioſa eſt quæ ſub conditione mortis, vel alia plura tempora comprehendit vt dixit Azo *in ſumma. C. de impube. & aliis ſubſtitutionibus.* & per Bartol. *in d. l. Centurio.* ex cuius dictis infertur quod ſi ſubſtitutio fieret per verba merè obliqua, ſi nulla tempora comprehendat ſit compendioſa, quod non videtur verum cum talis ſubſtitutio ſit mere fideicommiſſaria, & ſic nō compendioſa, quia ſub compendio verborum non comprehendit plures ſubſtitutiones, prout requiritur ad hoc vt ſit compendioſa ſecundum gloſſ. *in d. l. precibus.* Bald. tamen ibi in penult. charta *ibi, iuxta hoc quæro, nunquid.* tenet quòd compendioſa quæ omni tempore valet iure fideicommiſſi poſſit dici ſubſtitutio compendioſa, quia ſi eſſet mere fideicommiſſaria non contineret vulgarem, *vt in l. penult. ff. de vent. inſpic.* Ioan. tamen Andr. hic latius ſic dicit, quòd ſubſtitutio compendioſa eſt illa, quæ ſub compendio verborum diuerſa tempora, & diuerſas ſubſtitutiones includit, & idem ſi non includit, quia dummodo ſit apta comprehendere compendioſa dicitur ſecundum Bald. *in d. l. precibus.* Et per prædicta non videtur procedere quod idem Bald. dicebat *in d. l. precibus. in penult. charta circa finem,* volens quòd ſi teſtator dicat, ſi filius meus hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit: quòd iſta eſt pupillaris ſubſtitutio, ſed ſi ſimpliciter dixit ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit: non dicendo illa verba ſi hæres erit, quòd iſta eſt compendioſa reſtricta ad pupillarem ætatem, & effectus eſt magnus, quia ſi eſt compendioſa continet vulgarem expreſſam, quæ matrem excludit, ſed illa compendioſa in pupillari, quæ eſt omnino tacita non excludit matrem ſecundum Bald. *ibi: ſed certe hoc videtur contra text. in d. l. precibus.* vbi ad hoc vt ſubſtitutio dicatur compendioſa oportet quod complectatur diuerſa tempora, id eſt, tempus pupillaris ætatis, & poſt, ſed quando non excedit pupillarem ætatem ſemper eſſet pupillaris non autem compendioſa, vt patet ex ſupradictis. Et adde quia compendioſa differt à ſubſtitutione breuiloqua, quia compendioſa fieri poteſt vni perſonæ tantum, ſed non breuiloqua, quia non poteſt fieri niſi plures ſint perſonæ, inter quas fiat hincinde, ſecundum Bald. *in d. l. precibus.* & vide notabiliter per eum *in l. in teſtamento. C. de teſtam. mili. in verſic. tertio.*

150 ¶ Circa ſecundum dic, quòd † ideo dicitur ſubſtitutio compendioſa, quia ſub compendio verborum plura tempora, vel plures ſubſtitutiones comprehendit ſecundum gloſ. *in d. l. precibus.* & Bartol. *in d. l. Centurio. ff. de vulga. & pupil.* & idem ſi non concludat, dummodo ſit apta comprehendere, vt dicit Bald. *in d. l. precibus.* & dom. Flor. & Imol. *in d. cap. Raynutius.*

151 ¶ † Circa tertium concludit Bartol. *in d. l. Centurio,* quòd compendioſa non ſit ſpecies ſubſtitutionis per ſe quando fit à pagano hoc eſt non à milite, quia cadit aut in vulgarem, aut in pupillarem, aut in fideicommiſſarium: ſed eſt potius quædam adiectio ſubſtitutionis, & idem ſequitur dominus Antonius, & Imola *in d. cap. Raynutius.* ſed Bald. contra *in d. l. precibus.* quem ſequitur ibi Salic. quia ſicut breuiloqua ſubſtitutio non eſt adiectio, ſed eſt tertium genus per ſe vt eſt text. *in l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupilla.* ita & compendioſa eſt quartum genus quod prædicatur de diuerſis ſpeciebus, vnde genus non dicitur adiectio ſpeciei, *vt in l. prima. ff. ſi certum petat.* debet ergo compendioſa conſiderari in concreto, non prout ſubiicitur alicui termino, & tunc ſi fiat à milite non à pagano eſt ſpecies ſubſtitutionis per ſe ſecundum Bald. ibi: quando tamen fieret à milite tunc bene tenet Bartol. quòd ſit ſpecies per ſe ex quo miles poteſt ſubſtituere directo poſt pubertatem, & poſt aditam hæreditatem, *vt in l. in teſtamento. C. de teſtam. mili. cum ſimilibus.* Et ex hoc infert Bartol. *in d. l. Centurio.* quòd de iure municipali poſſet prouideri quòd poſt aditam hæreditatem, & pubertatem quòd filia fœmina extantibus maſculis tenetur ſeruare teſtamentum patris, quòd vigore talis ſtatuti poterit paganus directo ſubſtituere filiæ poſt aditam hæreditatem, & erit ſpecies ſubſtitutionis per ſe. Imola tamen *in d. l. Centurio. & in d. cap. Raynutius.* dicit quod iſtud non videtur eſſe tutum exemplum eo quia ſtatutum non dicit expreſſe quòd pater poſſit ſubſtituere directo poſt aditam hæreditatem, nec etiam hoc infertur tacite quia poſſet filia ſeruare voluntatem patris reſtituendo totum per fideicommiſſum, ſic dicitur *in l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebell.* ideo dicit quòd melius fuiſſet exemplum ſi ſtatutum dicat expreſſe quod pater poſſit eidem directe ſubſtituere poſt aditam hæreditatem.

¶ Circa † quartum per quæ verba fiat: gloſſ. iſta hic ante finem dicit quòd ſubſtitutio compendioſa fit per iſta verba quandocunque filius meus deceſſerit, vel ſine liberis deceſſerit talis ſit hæres, vel talem ſubſtituo, vel moriatur talis, vt eſt textus hic. 152

¶ Item diceretur ſubſtitutio compendioſa etiam ſi fieret ad tempus determinatum, puta ſi filius meus deceſſerit infra 25. annum ſecundum gloſſ. *in d. l. Centurio.* & Imolam ibi *in 8. col.* quia plura tempora comprehendit, ſcilicet, pupillaris ætatis, & pubertatis, & idem tenuit prima gloſſ. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil.* licet gloſſ. *in l. in pupillari. eod. tit.* ſenſerit contrarium, & non bene, vt ibi per Imol. *in 2. colum. & in d. l. verbis ciuilibus.* eſt ergo ſubſtitutio compendioſa, non ſolum ſi apponatur verbum quandocunque, ſed etiam ſi non apponatur, dummodo ſubſtituatur vltra tempora pubertatis, & vide etiam per gloſſ. *in d. cap. Raynutius. in verbo, vel ſubſtitutionis,* & fit aliquando dicta ſubſtitutio per verba directa, aliquando per verba obliqua, & aliquando per verba communia, & quæ ſint verba directa, quæ obliqua, quæ communia vide plene *d. in gloſſ. in verbo filiæ.*

¶ † Circa quintum, quot requirantur in ea, & dic duo. Primo quod apponantur talia verba, quæ de eorum natura poſſint comprehendere plures ſubſtitutiones, & ſic ſub compendio verborum, & c. debet eſſe apta comprehendere plures ſubſtitutiones. Secundo requiritur quod apponatur dictio quandocunque, vel alia quæ de ſui natura tractum temporis ſignificet, ſecundum Bartol. *in d. l. Centurio.* dicentem quod ſi teſtator ſimpliciter ſubſtituat dicendo, talem filio meo ſubſtituo, non appoſito verbo quod requirit tractum temporis, tunc non erit compendioſa, ſed vulgaris vel pupillaris ſicut ſi eſſet facta impuberi per not. *in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthum. & in d. l. iam hoc iure. §. 1. & 2.* & ita eſt tenendum quicquid aliter dixerit Bald. *in d. l. precibus. vt ſupra, & in l. humanitatis. C. de impub. & ali. ſubſti. ibi, Secundo quæritur ſi teſtator, &c.* 153

¶ † Circa ſextum, ſcilicet, de effectu ipſius ſubſtitutionis compendioſæ, dic quod aliquando fit à milite, aliquando à pagano, id eſt, non milite, primo caſu dic vt habetur *in d. l. precibus. & in d. l. Centurio.* & ibi per Doctores, quia in Italia communiter iſte articulus non eſt multum vtilis, eo quia milites noſtri temporis non gaudent priuilegio militari cum non promittant, nec obſeruent ea quæ à iure requiruntur, de quibus per gloſſ. ordinariam *in l. penult. ff. ex quib. cau. maio.* ſecundum dom. Anton. *in d. cap. Raynutius.* dicentem, quod de militibus noſtri temporis non eſt curandum, cum ſint potius milites gaudentes quam veri milites, vnde in ſubſtitutionibus idem eſt dicendum in eis quod dicetur infra in paganis: idem etiam tenet Bald. *in d. l. in teſtamento. in fin.* dicens quod milites Tuſciæ non militant cauſa reipublicæ, ſed ad pompam, vnde non habent priuilegia, ſed ſunt tanquam priuati, vt not. *in l. eos. C. de officio magiſtri militum,* idem etiam voluit Cyn. *in l. prima. ſupra de iuris & fact. ignoran.* dicens quod milites noſtri temporis ſunt contenti hac prærogatiua, vt honorentur ſolum in ſedendo & bibendo, & idem ſequitur Imola *in d. cap. Raynutius,* hi vero qui pro republica, vel ſuo principe militant habent priuilegia militum de quibus *in tit. ff. & C. de teſtamen. mili.* & his eſt datum ſcire arma & non leges vt *in l. fin. in princip. C. de iure delib.* & multominus eſſe mercatores, ſeu negotiatores, *vt in l. nobiliores. C. de commer. & mercatoribus,* ſecundum Bald. *in d. l. in teſtamento,* & adde quod notabiliter dixit idem Bald. *in d. l. precibus.* quod domini terrarum habent hodie priuilegium militum, quia ſunt lex animata in terris ſuis, quod videtur intelligendum de habentibus iura fiſcalia, & de habentibus vicariatum à principe vel Papa, de quibus loquitur Bartol. *in l. prima. circa finem. C. de ſumma Trinitate, & in l. ex quibuſdam. ff. de iure fiſci.* & in d. 154

in l.prima.C.de hæredi.vel act. vend. & per Angel. in l. ſancimus.C. de donat. & dic vt ibi per eos, ſi vero quæratur de effectu ſubſtitutionis compendioſæ factæ à pagano hoc eſt non milite, tria principaliter ſunt videnda. Primo quando ſubſtitutio fit per verba directa. Secundo quando per verba obliqua. Tertio quando per verba communia. Primo caſu puta ſi filius meus deceſſerit talis ſit hæres, vel talem hæredem meum inſtituo, tunc gloſſ. hic & in d. cap. Raynutius. & Innoc. & Hoſtienſ. ibi, & gloſſ. in dicta l. precibus. & in dicta l. Centurio. & Inſtit. eod. in gloſſ. magna. in fin. & Azo in ſumma. & Cyn. in dicta l. precibus. tenent quod infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, vt hic, poſtea vero nullo modo, & ſic non valebit tunc iure directo, nec iure fideicommiſſi, vt in l. verbis ciuilibus. & in l. in pupillari. ff. de vulga. & pupill. & ita communiter tenent omnes Doctores iuris ciuilis & canonici, vſque ad temp. Ioan. Andr. qui poſtea hic in nouella multum ſingulariter & pleniſſime tenuit, quod talis ſubſtitutio poſt pupillarem ætatem valeat in-
155 re fideicommiſſi per plures rationes, & maxime † quia verba directa debent trahi ad fideicommiſſum, ſi non poſſunt valere iure directo, vt l. Scæuola. ff. ad Trebellian. Secundo quia voluntas teſtatoris, de qua conſtat, debet ſeruari omni modo quo poteſt; vt in l. in conditionibus primum locum. & in l. pater Seuerinam. § conditionum verba. ff. de conditionibus & demonſtrat. & facit l. non aliter. ff. de lega. tertio. per text. in dicta l. precibus. intelligendo quod ibi non ſit ſpecialitas in milite. Quarto pro hac parte dicit eſſe caſum hic, iuncto dicto capitulo Raynutius. nam ſubſtitutio fuit hæc per verba directa, & idem in dicto capitulo Raynutius. vbi eſt verbum ſuccedat, & tamen hic dicitur quod infra pupillarem ætatem valet iure directo, cum in dicto capitulo Raynutius. dicatur quod poſt pubertatem valet iure fideicommiſſi. Tertio ſequitur quòd ſi filij hic deceſſiſſent poſt pupillarem ætatem valuiſſet hæc ſubſtitutio iure fideicommiſſi, vt hic plene per Ioan. Andr. ſed Bartol. in dicta l. Centurio. concordando opin. dicit quòd ſi ſubſtitutio fiat per verba directa ciuilia, vt per verbum hæres eſto, vel hæres ſit, vel inſtituo, & tunc procedat
156 opin. gloſſ. quia ex quo † ſemel valuit iure directo non poteſt poſtea trahi ad fideicommiſſum, vt in dicta l. verbis, ſed ſi fiat ſubſtitutio per verba directa tamen non ciuilia, vt per verbum moriatur, vt eſt text. hic, & per verbum ſuccedat, capiat, ſeu accipiat. de quo in dicto capitulo Raynutius. & ita procedat opin. Ioan. Andr. ſed Bald. in dicta l. precibus. concludit quòd ſi pater ſubſtituendo dicat, talis ſit hæres filio meo, & procedat opin. gloſſ. ſecus ſi dixerit talis ſit mihi hæres, vel ſit hæres, vel bonorum poſſeſſor, & tunc procedat opin. Ioan. Andr. ſed hanc opin. improbat Raph. Fulgoſ. in dicta l. precibus. per l. ſi ita ſcriptum. §. ſi filius. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. & idem Salic. ibi dicens quòd eſt contra text. hic, & in dicto capitulo Raynutius. vbi dicitur alter alteri moriatur vel ſuccedat: item eſt contra text. & gloſſ. in l. 1. ff. de vulga. & pupilla. vbi refert an in pupillari ſubſtitutione dicatur ſit mihi hæres, vel filio meo: & idem quoad hoc videtur tenere Imola in dicto capitulo Raynutius. in 4. colum. iſtius ſubſtitutionis compendioſæ: quare idem Bald. in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtamen. ſequitur formaliter opin. Ioan. Andr. licet aliter non alleget, vide ibi notabiliter per eum, vnde dicebat dominus Anton. in dicto capitulo Raynutius. quòd opin. Ioan. Andr. ſeruatur Florentiæ, & eam communiter hodie canoniſtæ ſequuntur vt ſic per quæcunque verba fiat ſubſtitutio compendioſa ſiue per directa, ſiue per communia infra tempus pupillaris ætatis valeat vt pupillaris, & ſic iure directo, ſed poſt pubertatem valeat vt fideicommiſſaria, & idem tenet dom. Florian. in dicto cap. Raynutius. per plures rationes de quibus ibi per eum: cui non placet opin. Bartol. & idem etiam tenet dom. Nicolaus ibi, & idem ſequitur notabiliter Salicet. in dicta l. precibus. vt ibi per eum. Et aduerte quia licet dom. Anton. vt ſupra, ita dicat, tamen ipſe videtur reſidere cum opin. Bart. & ita etiam reſidet hic Petr. de Anchar. Ioan. de Fantu. & Dominic. vt hic per eos dicentes quòd opinio Bartol. fuit etiam originaliter Ioan. And. hic facientes differentiam an ſubſtitutio ſit directa directo, & directa non directo vt hic per eum in fin. iſtius gloſſ. ſecundum quem non obſtat dictum cap. Raynutius. quia loquitur quando ſubſtitutio fuit facta per verba communia, non autem per verba directa, & hanc partem tenet Angelus in dicta l. Centurio. & Raphael Fulgoſius in dicta l. precibus, & idem etiam concludit Imola in d. l. Centurio. in 10. colum. & idem in d. cap. Raynutius, plenius quam alibi dicens hanc partem eſſe de iure veriorem, fatetur tamen ibi quòd opin. Ioan. Andr. eſt æquior: quod not: & cogita in prædictis.

¶ Sed † quæritur primo quid ſi teſtator dixit, quandocun- 157
que filius meus deceſſerit talis ſit hæres, an tunc eum iſta dictio, quandocunque, comprehendat plura tempora valeat poſt pupillarem ætatem fideicommiſſi. Iacob. de Arena, quod ſic arg. l. ſi cum in annos. ff. quibus modis vſusfruct. amittatur, ſed communiter tenetur contrarium, quia dictio, quandocunque, non facit plures ſubſtitutiones, vt dicit gloſſ. in d. l. Centurio. & facit l. Stichum. §. ſtipulatio. ff. de verbor. oblig. Non obſtat. d. l. ſi cum in annos. quia ibi eſt actus rei iterabilis, & ita ſequitur Bald. in d. l. precibus. & Imol. in d. l. Centurio. in 8. col. vnde concluditur quòd dictio, quandocunque, non faciat, vt poſt tempora pupillaris ætatis dicta ſubſtitutio valeat aliquo modo, ſed dependet hoc à dubitatione ſupradicta, licet in contrarium faciat quod dicetur infra in 3. quæſt.

¶ Secundo quæritur, quid ſi ſunt plures diſtributiones temporum, puta quandocunque deceſſerit in vnoquoque anno, & cæt. videtur quòd valeat poſt pupillarem ætatem iure fideicommiſſi ex quo plura tempora comprehendit, pro quo facit quod notabiliter dixit Angel. in dicto §. ſtipulatio. volens quod compendioſa facta modo prædicto indiſtinctè admittatur contra matrem ſi filius moriatur in pupillari ætate, & hoc propter geminationem diſtributorum, vt ibi per eum, & dic vt in proxima quæſt.

¶ Tertio † quæritur, quid ſi tempora fuerunt expreſsè di- 158
ſtincta, vt quia dicatur, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque talis ſit hæres? videtur quod tunc ſunt duæ ſubſtitutiones, vna pupillaris, alia compendioſa poſt pubertatem, quo caſu valeat iure fideicommiſſi, argum. gloſſ. in d. l. verbis. dicentis quod ſubſtitutio directa facta puberi trahitur ad fideicommiſſum, ita ergo ſit iſto caſu, & ita videtur velle gloſſ. in d. l. precibus. in gloſſ. magna. in fin. ſed tenendo gloſſ. Inſtit. de vulga. & pupilla. in §. extraneo. volentem quòd non valeat, nec iure directo, nec iure fideicommiſſi non eſſet ius an fiat diſtinctio temporum vel non, licet bene poſſet eſſe vis quando eſſet facta per verba communia, & ita poſſet intelligi gloſſ. in d. l. precibus. & videtur dicta dubitatio dependere ab alio dubio an ſubſtitutio compendioſa poſſit fieri à pagano puberi filio, vel extraneo per verba directa, ita quod trahatur ad fideicommiſſariam, an vero ſit funditus nulla, & quod fieri poſſit facit gloſſ. in d. l. verbis ciuilibus, & communiter Doctor. ibi, & idem videtur tenere hic Ioan. Andr. in magna gloſſ. ſed quod ſit fundatus nulla tenuit gloſſ. in d. §. extraneo. quæ licet primo loco videatur concordare cum non valeat iure directo, quod lex reſiſtit, vt in d. l. verbis. nec iure fideicommiſſi quia text. hic non dixit, & ita videtur voluiſſe Ioan. And. hic ſuper text. in verbo, interdum. in fin. vbi tranſit cum hac opinione, licet poſtea in magna additione teneat contrarium, vt ſupra, & quod dicta ſubſtitutio ſit nulla, Imola in d. cap. Raynutius, in 18. colum. in articulo ſubſtitutionis compendioſæ. ſed certè Doctores ſequuntur opinionem gloſſ. in d. l. verbis. propter quæ multum fortificatur opin. Ioan. And. de qua ſupra. vnde dicebat Angel. in d. l. in pupillari. cum quo tranſit Imol. ibi, quod ſi teſtator dixerit, quandocunque filius meus deceſſerit, talem pupillariter ſibi ſubſtituo, quod poſt pupillarem ætatem incipit eſſe noua ſubſtitutio, & valet iure fideicommiſſi.

¶ Quarto † quæritur, quid ſi teſtator dicit, quandocunque 159
filius meus deceſſerit ſine liberis, talis ſit hæres, gloſſ. in dicta l. precibus, tenet quod ſiue ſubſtitutio fiat per verba communia, ſemper ſit fideicommiſſaria etiam infra pupillarem ætatem, quia ex quo fecit mentionem de liberis videtur intellexiſſe de illo tempore quo poſſit habere liberos, & ſic poſt pubertatem, ideo infra pubertatem licet verba ſint directa trahuntur ad fideicommiſſariam, vt in dicta l. Scæuola. & idem tenuit gloſſ. in verbo, ſubſtitutionis, in dicto cap. Raynutius. & Innoc. ibi, ſed Bartol. in d. l. Centurio. ſequitur contrarium, quia ibi adiectio ſine liberis, nullo caſu mutat naturam ſubſtitutionis, quia etiam ſi non exprimeretur tacite ſubintelligeretur à iure, vel. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis. vnde expreſſio nihil debet operari, vt in l. 3. ff. de lega. primo. pro quo etiam textus in dicta l. Centurio. vbi fuerunt appoſita dicta verba ſine liberis, & tamen ibi dicitur quod infra tempora pupillaris ætatis valet iure directo, & de his eſt caſus in terminis hic in text. vt eſt dictum ſupra, in 8. notabili, & vide notabiliter per Bald. in dicta l. precibus. in penul-

in penultima columna, & per Imolam *in dicto capitulo Raynutius. in 20.colum.*

160 ¶ Quinto quæritur, † quid ſi in teſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris, quod licet ſubſtitutio compendioſa ſit facta per verba directa tamen infra pupillarem ætatem valebit iure directo, & poſtea iure fideicommiſſi, quia virtute dictæ clauſulæ, verba directa obliquantur, *vt in d.l. Scæuola.* & iſtud fuit ſingulare dictum Bald. *in d.l. verbis.* per gloſſ. notabilem ibi, & ita ſequitur ibi Angelus & Imola *in d.l. Centurio. in 13.colum.* & Angelus *in d.l. in pupillari.* & facit gloſſ. *Inſtitu. de pupilla. ſubſtitu. in §. maſculo. in gloſſ. fin. incipit, ſcilicet directa.* & ex hoc ceſſat ardua dubitatio de qua dictum eſt ſupra, quia virtute dictæ clauſulæ ſubſtitutio facta, per verba directa, trahitur ad fideicommiſſariam poſt pubertatem, dummodo illa clauſula reſpiciat etiam futurum tempus, puta quia ſit dictum ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti, &c. ſecus ſi per verba præſentis temporis tantum, quod eſt ſingulariter notandum, quia hodie tabelliones ex generali conſuetudine ſemper apponunt dictam clauſulam ſecundum Imolam *in d.l. verbis. & in d. cap. Raynutius. in 18.colum.* ex quo infertur quod licet dicta clauſula apponatur conſuetudine tabellion. tamen operatur officium ſuum, & ita notabiliter tenuit *d.l. filio præterito. ff. de iniuſto teſtamento, in repet.* licet Bartol. *in l.1. ff. de iure codicillorum.* voluerit contrarium.

161 ¶ Sexto † quæritur, ſi ſubſtitutio compendioſa fiat tantum in re certa: concludit Bartol. *in dicta l. Centurio.* quod ſi fiat per verba directa ciuilia, *vt hæres eſto, vel ſubſtituo,* tunc infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & trahatur ad vniuerſum, *vt l.1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* & hoc per totum textum notabilem *in l. cohæredi. §. fina. ff. de vulga. & pupilla.* Secus ſi ſit facta per verba directa non ciuilia, vel per verba communia, quia non trahitur ad vniuerſum; ſed primum dictum intelligit Baldus *in dicta l. precibus. in fine,* quando habet conditionem directam, & cum dinumeratione ætatum, vt ſi deceſſerit in in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque: ſecus ſi ſit ſimpliciter dictum quandocunque deceſſerit, quia tunc particulare fideicommiſſum non trahitur ad vniuerſum, ex quo debet in omni ætate vniformiter intelligi: ideo erit ſemper fideicommiſſaria, & dicit quod hoc caſu non continet tacitam vulgarem, quia fideicommiſſaria nunquam continet vulgarem, & ita dicit ſe conſuluiſſe Salicet. tamen *in dicta l. precibus. in fine,* ſequitur opinio. Bartoli, vt etiam ſine expreſſa temporum diſtributione valeat iure directo infra pupillarem ætatem, poſtea non iure fideicommiſſi, & quia hoc dependet à dubitatione ſupradicta, ideò dic vt ibi: quando vero per verba communia fieret dicta ſubſtitutio in re certa, vel incerta portione dicetur infra.

162 ¶ † Septimo & vltimo quæritur, an ſubſtitutio compendioſa facta per hæc verba, *quandocunque filius meus deceſſerit lego bona mea Titio,* an infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo. Bartol. *in d. l. Centurio.* quod non, ſed quod omni tempore ſit fideicommiſſaria, & ita tenuit Imola *in d. cap. Raynutius. in 22.colum.* Bald. tamen *in l. fin. ff. famil. erciſcun.* tenuit contrarium per text. ſingularem *in dicto capitulo Raynutius.* vnde de hoc articulo dic vt eſt dictum ſuper gloſſ. *in verbo, inſtituit. in fin. & ibi plene de hoc.*

163 ¶ † Circa ſecundum principale, quando ſubſtitutio compendioſa ſit per verba obliqua, de quibus verbis eſt plene dictum ſupra, concludit Bartol. *in d.l. Centurio.* quod omni tempore ſit fideicommiſſaria, & matrem non excludat, vel alium venientem ab inteſtato, & hoc caſu poteſt detrahi legitima, & Trebellianica, vt de his eſt text. *in d.l. cohæredi. §. cum filiæ.* & hoc caſu continet ſubſtitutionem tantum, ſcilicet, fideicommiſſariam, non autem vulga. vel pupillarem, vel exemplarem. Ratio quia verba obliqua non poſſunt directari ſecundum gloſſ. & Doctor. *in d.l. verbis.* niſi fauore libertatis, *vt in l. Pomponius. ff. de fideicommiſſ. libertati.* Bald. tamen *in l. humanitatis. C. de impuberum & aliis ſubſtitutionibus.* limitat prædicta duobus modis, primo quòd ſi teſtator dicat inſtituo filium meum, & ſi hæres non erit, reſtituat hæreditatem Titio, quia tunc continet vulgarem propter impoſſibilitatem, quia ſi non eſſet hæres non poſſet reſtituere, & ſic verbum obliquum hoc caſu habet vim directi. Secundo limitatur, niſi ſubſtitutio ſit facta per verbum *reſtituo,* vt ſi teſtator dicat quandocunque filius meus deceſſerit reſtituo hæreditatem meam Titio, quia tunc applicatur ad ſignificationem directi ſecundum Bald. ibi. † Sed quæritur primo ſi teſtator dicat quandocunque filius meus deceſſerit volo quòd bona mea diſtribuantur pauperibus per meos infraſcriptos fideicommiſſarios, concludit Bartol. *in d.l. Centurio.* quod filio moriente infra pupillarem ætatem, ſubſtitutio ſit directa, etiam ſi mater ſit in medio; poſtea vero ſit fideicom. vt ibi plene per Bartol, adducentem notata per Innoc. & Doctor. *in cap. cum tibi. ſupra de teſt. in.* & per Specul. *in tit. de inſtrum. edit. §. nunc vero aliqua. in ver. ſed pone quod aliquis non inſtituit,* & ibi per Ioan. Andr. *in additionibus,* & ita ſimpliciter ſequitur Bald. & Angel. *in d.l. Centurio.* idem etiam tenet domin. Petr. *in d. cap. cum tibi.* vt ibi plene per eum, & idem Salic. *in d.l. precibus.* quia ex quo Bartol. vult quod iſto caſu ſubintelligatur verbum *accipiat,* quod eſt verbum commune, ſeu directum, vt eſt dictum ſupra, certe ſicut Salic. tenet ſupra quod ſubſtitutio facta per verba directe ciuilia infra pupillarem ætatem valeat iure directo, & poſtea iure fideicommiſſi, fortius quando per verba communia, vt eſt iſto caſu, ſed aduerte quia idem Bartol. *in ſua diſputatione quæ incipit, filium adultum,* videtur voluiſſe contrarium, vt dicit Imol. *in d.l. Centurio.* ſed certe hoc non eſt verum quia Bartol. ibi loquitur de ſubſtit. facta filio adulto, merito ſemper fuit fideicommiſſaria ex quo nunquam potuit eſſe pupillaris, ſed quo ad caſum noſtrum Bald. notabiliter *in d.l. precibus. vltima charta in principio.* tenet directe contrarium ad Bart. *in d.l. Centurio.* vt talis ſubſtitutio omni tempore ſit fideicommiſſaria, & refert ſe ita conſuluiſſe Veronæ idem etiam ſequitur idem Baldus *in l. ſi quis ad declinandam, poſt principium. C. de Epiſc. & cler.* & idem etiam notabiliter tenet Flor. *in d. cap. cum tibi,* & refert ita fuiſſe Paduæ conſultum, & hanc partem vbique ſequitur Imol. *& in d. cap. cum tibi. in 8. & 9. col. & idem in d.l. Centurio. 20. & 22. colum. & idem in d. cap. Raynutius. in 23. & 24. colum. in articulo ſubſtitutionis compendioſæ,* vbi refert ſe ita conſuluiſſe, & ita videtur tenendum ex rationibus, de quibus plene per Doctores in locis ſupra allegatis, cum dicta ſubſtitutio ſit facta per verba obliqua: certe vt dicit Bald. *in d.l. precibus.* ſi nullus fuiſſet datus executor & teſtator dixiſſet verba præmiſſæ ſubſtitutionis, tunc epiſcopus ipſe haberet diſtribuere. nec excluderetur mater à legitima, vt tenet ipſemet Bartol. *in d.l. Centurio.* & infra patebit: ergo eodem modo non debet excludi mater in caſu præmiſſo, cum eodem modo epiſcopus ſit executor deputatus à iure, *vt d.l. ſi quis.* ſicut commiſſarius eſt deputatus à teſtatore, & ſic eodem modo dicuntur executores, ergo non debet inter eos quo ad hoc fieri differentia. Non obſtat, *d. cap. cum tibi.* quia teſtator ibi non prouidit ſibi de aliquo hærede expreſſe, ſed iſto caſu prouidit ſibi teſtator de hærede expreſſe: ergo ceſſat tacitus hæres, *vt in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pupil.* & ſic non eſt opus dicere quòd iſto caſu executor intelligatur factus hæres, quia prouiſio teſtatoris prouidentis ſibi de hærede expreſſo tollit prouiſionem legis, *argum. l. maritus. C. de procur.* Non obſtat text. hic, quia hic fuit facta ſubſtitutio per verba directa: ſecus ergo ſi per verba obliqua. Non obſtant rationes quæ poſſent adduci de fauore piæ cauſæ, vt in dubio debeamus inhærere opinionibus fauentibus piæ cauſæ, *argum. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. fune.* & facit text. notabilis *in l. antepenult. ff. de manumiſſionibus. & gloſſ. in cap. ex litteris. de probatio. & cap. fin. ſupra de re iudicata.* Nam prout dicit dominus Flor. *in d. cap. cum tibi.* non debet fauere piæ cauſæ in præiudicium matris, & aliorum venientium ab inteſtato per notata *in cap. nuper. ſupra de donationibus inter virum & vxorem, & in capitulo ex tenore. ſupra de foro compet.* & facit etiam ratio *capituli fin. 17. queſt. 4. & gloſſ. in d.l. ſi quis.* 164

¶ Et aduerte primo ad duo dicta quæ dixit Salicet. *in d.l. precibus,* quod ſi teſtator dixit, volo quod bona mea diſtribuantur inter pauperes, & ſic per iſtud pronomen meum, quod tunc ſine dubio prædicta ſubſtitutio omni tempore erit fideicommiſſaria, ex quo dixit tantum de bonis ſuis, vnde non poteſt trahi ad bona pupilli, & ſic non poteſt eſſe pupillaris, in qua veniunt omnia bona etiam ipſius pupilli, vt hic in texto & *in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulga. & pupillari,* ſed certe iſta differentia nullo modo procedit, nam Bartol. *in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi filio. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul.* determinat quòd dicta adiectio de bonis meis non habeat alterare naturam ſubſtitutionis, vt ibi per eum. Secundo aduerte quia Bald. *in d.l. ſi quis.* voluit quòd ſi prædicta ſubſtitutio ſit facta cum expreſſa diſtributione ipſorum, puta ſi filius meus in pupillari ætate de-

ceſſerit, vel poſtea quandocunq; volo, quòd bona mea diſtribuantur inter pauperes: quòd infra pupillarem ætatem ſit directa per notata per gloſſ. magnam *in fin. in d. l. precibus*, ex quo ipſi pauperes videntur pupillariter ſubſtitui. Non obſt. quòd verbum diſtribuantur ſit obliquum, quia iſto caſu non importat eſſentiam ſubſtitutionis ſed modum exequendi, vt patet *in d. l. ſi quis. in verbo diſtribuantur, & in verbo diſtributionem.* vbi ſubſtitutio eſt directa, & modus exequendi eſt obliquus, ſecus tamen foret ſi non ſit facta diſtributio ipſorum, poſito quòd ſit appoſita illa dictio quandocunque, puta quandocunque filius meus deceſſerit, &cæt. quia dictio *quandocunque*, non eſt temporum diſtributiua ſeu diſtinctiua licet ſit dictio plurium temporum vniformiter comprehenſiua, & ſic ſub vnica conceptione debet vniformiter intelligi, vt ibi plenius per Bald. referentem ſe ita conſuluiſſe, ſed Imola *in d. cap. Raynutius. in 27. colum* tenet idem eſſe dicendum etiam in primo caſu quando dicta ſubſtitutio eſſet facta expreſsè cum diſtributione têporum, quia ex quo eſt facta per verba obliqua ergo omni tempore eſt fideicommiſſaria *vt d. l. cohæredi. in §. cum filiæ.* Non obſtat gloſſ. *in dicta l. precibus.* quia loquitur, & debet intelligi quando ſubſtitutio fieret per verba communia, ſecus ſi per verba obliqua vt in caſu prædicto, vt ibi per Imolam notabiliter concludentem, quòd expreſſa diſtinctio temporum cum hac diſtinctione quandocunque nihil operatur quando ſubſtitutio ſit per verba obliqua, quod not.

165 ¶ † Secundo quæritur quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis bona mea diſtribuantur inter pauperes, nec dixit per quem? concludit Bald. *in d. l. Centurio.* quòd iſta ſubſtitutio omni tempore ſit fideicommiſſaria, & rationem differentiæ in caſu præcedenti vide ibi per eum.

166 ¶ Tertio † quæritur quid ſi dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis volo quod bona mea vendantur, & precium eorum detur pauperibus, & non dixit per quem? concludit Bartol. ibi quod infra tempora pupillaris ætatis talis ſubſtitutio ſit directa poſtea ſit fideicommiſſaria, & rationem differentiæ in caſu præcedenti vide ibi per eum, ſed quia hic dependet à dubitatione ſupra dicta, ideo dic vt ſupra.

167 ¶ Quarto quæritur quid † ſi teſtator dixit, volo quòd bona mea vendantur & pretium diſtribuatur inter pauperes quorum electio fiat per meos executores, ſeu fideicommiſſarios? concludit Bartol. ibi quòd iſta ſubſtitutio omni tempore ſit fideicommiſſaria ex quo eſt facta per verba merè obliqua, *vt in d. §. cum filiæ*, & rationem differentiæ vide ibi per Bartol. & ita ſequitur hic Bald. *in 31. colum.* & ad prædicta vide per Bartol. *in conſilio. quod incipit, Filius condidit teſtamentum*, de quo conſilio ipſe facit mentionem *in l. fundi Trebatiam. ff. de vſufruct. lega.* & de his etiam per Imol. *in d. cap. cum tibi in 25. & 26. colum.* dicentem, quòd ſi teſtator diceret, quandocunq; filius meus in pupillari ætate deceſſerit relinquo bona mea pauperibus, & volo, quòd vendantur per meos executores, &c. nam illo caſu ex quo ſubſtitutio eſt facta per verbum *relinquo*, quod eſt commune, vt eſt dictum ſupra, quo caſu talis ſubſtitutio benè poſſet eſſe directa filio decedente infra pupillarem ætatem, ſecus tamen quando fieret per verba merè obliqua, vt patet ex præcedentibus, quia etiam ſi teſtator diceret, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, &c. tamen omni tempore eſſet fideicommiſſaria, vt ibi plenè per Imolam.

168 ¶ † Quinto & vltimo quæritur, quid ſi executores moriantur hæreditate non adita, vel teſtatore viuo, an inſtitutio fiat caduca. Ioan. And. *in additione* Specul. *in tit. de inſtrum. editio. in §. nunc aliqua. in verſ. ſi autem vnus ex curatoribus obiit* tenet, quod non, ſed quod Epiſcopus ſuccedit in locum eorum, *vt in d. l. ſi quis*, & idem ſequitur Angel. *in d. l. Centurio. poſt medium*, & generaliter an, & quando ipſe ſuccedat per mortem vnius ex executoribus vel omnium, vide per Bartol. *in l. vnum ex familia. ff. de lega. 2.* & per Imol. *in d. cap. cum tibi. in 27. colum.* Circa tertium principale de ſubſtitutione compendioſa facta per verba communia, vt per verbum *ſubſtituo*, vel per ſimilia verba de quibus eſt plenè dictum ſupra, & quia materia ipſius articuli eſt maximè vtilis quàm præcedens, cum ſæpius de facto contingat, item eſt magis dubia cum dicant Doct. quòd in multis egeret imperiali deciſione, vt infra patebit, ideo aduerte, quia ſubſtitutio compendioſa, aut ſit puberi, aut impuberi.

169 ¶ Primo † caſu facta per verba communia valet omni tempore iure fideicommiſſi, & idem ſi fiat alteri, cui non poſſit pupillariter ſubſtitui, puta extraneo vel emancipato, & ratio eſt, quia nullo tempore poteſt valere iure directo, *vt inſtit. de pupil. ſubſtit. §. extraneo.* merito valet iure fideicommiſſi, vt per gloſſ. & Doctor. *in d. l. verbis ciuilibus.*

¶ Secundo caſu quando ſit impuberi plures fuerũt opiniones, nam gloſſ. *in d. l. precibus. & in d. l. Centurio*, tenet quod omni tempore ſit fideicommiſſaria, etiam infra tempora pubertatis, idem etiam tenet gloſſ. *in verbo vel ſubſtitutionis. in d. cap. Raynutius.* & Innoc. & Hoſt. ibi & Archid. hic idem ſequitur Azo *in ſumma. C. de impub. & aliis ſubſtitu.* & idem ſequuntur Domin. Guil. Rayn. & Iacob. de Aren. & idem etiam tenet Bald. *in d. l. Centurio.* vbi notabiliter fortificat hanc opin. & reſpondet ad text. hic, quod hic fuit facta ſubſtitutio per verba directa, non autem per verba communia, idem etiam tenuit *in d. l. iam hoc iure*, dicens hanc opinionem eſſe communem, & quod ſecundum eum plures Doctores conſuluerunt, & quòd ipſe ſæpè conſuluit potiſſimè, quia verbum commune ſubſtituo, vel ſimile relatum ad plura tempora debet illa determinare ſi patet ſeruata æqualitate, ſicut & quando refertur ad perſonas, *vt in d. l. iam hoc iure*, ergo omni tempore debet eſſe fideicommiſſaria, & quia vna † & eadem res nõ debet cenſeri diuerſo iure, *vt* 170
in l. cum qui ædes. ff. de vſucapionibus, & adducit plures alias rationes, de quibus ibi per eum, & idem etiam tenuit *in d. l. ex tribus*, vt ibi notabiliter per eum, idem etiam plenius quam alibi *in d. l. precibus*, & refert ſe cõſuluiſſe, *& incipit conſilium, In Chriſti nomine*, pater filio impuberi, &c. & reſpondet ad text. *hic, vt ſupra*, de quo etiã per Imol. *in d. l. Centurio in 14. col.* dicentẽ ꝙ iſta opinio valde eſſet ſuſtẽtabilis ſi nõ eſſet text. noſtrę decretalis hic.

¶ Secunda fuit opinio gloſſ. ſingularis *inſtit. de pupil. ſubſtit. in §. qua ratione, in gloſſ. magna in fin.* quod infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, poſtea vero iure fideicommiſſi, & ita ſequitur Cyn. *in d. l. precibus.* etiam ſi mater ſit in medio, vt ipſe ponit in additionibus ſuis, & refert ſe conſuluiſſe, idem etiam ſequitur hic Ioan. And. *in nouella per plures rationes*, & maximè per text. *hic & in d. cap. Raynutius*, & hæc opinio tenenda videtur, vt infra patebit.

¶ Tertia fuit opinio quod infra tempora pubertatis valeat iure directo, poſtea verò euaneſcat in totum, quæ opin. confunditur per plures rationes de quibus eſt dictum ſupra, quando ſubſtitutio ſit per verba directa, & dic vt ibi, quia Bartol. *in d. l. Centurio.* aduertendum eſſe dicit ad quaſdam coniecturas. ex quibus ſi appareat teſtatorem voluiſſe quòd infra tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & procedat opinio gloſſ. *in d. §. qua ratione.* etiam ſi mater ſit in medio, quia licet in dictis caſibus ſit pupillaris tacita tamen admittitur contra matrem ex præſumpta voluntate teſtantis, dato quòd tacita pupillaris comprehenſa in expreſſa vulgari, quæ tamen comprehenditur ex diſpoſitione legis non excludat matrem: ſi verò nullæ coniecturæ appareant, & tunc cum voluntas teſtatoris ſit dubia, ſi mater eſt in medio interpretabitur pro matre, tanquam in benigniorem partem, vt ſit omni tẽpore fideicommiſſaria, vt dicitur *in l. qui duos ff. de rebus dubiis.* & poteſt procedere prima opinio, de qua ſupra: quod procedit niſi fuerint ſubſtituti filij teſtatoris qui ex præſumpta voluntate ipſius excludunt matrem, vt per gloſſ. fin. *in d. l. precibus.* Et prædictis non obſtat, *d. l. precibus*, quia eſt ſpeciale in mili. nec obſtat text. hic, quia fuit hic ſubſtitutio per verba directa, ſed ſi non eſt mater, nec alia iſtarum perſonarum, de quibus per Bartol. *in l. 1. & 2. ff. de vulga. & pupil.* tunc concludit quod infra pupillarem ætatem ſit directa pupillariter poſtea verò fideicommiſſaria, non quòd ſubſtitutio directa conuertatur in obliquam, ſed ſic quod futurus iudicabit euentus præſumetur ſemper pupillaris, ſi poſt ſemper fideicommiſſaria, cum lex ſit certa de omni eo quod eſt certa natura, *vt in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred.* vt plenius per Bartol. *in d. l. Centurio.* dicentem quod dictę coniecturæ deprehenduntur primo ſi teſtator dicit quod ſubſtitutus capiat propria auctoritate: nam videtur velle quod iure directo, *vt in l. Titia. §. 1. ff. de lega. 2.*

¶ Secundo ſi in aliqua parte teſtamenti appareat quod aliud verbum commune ipſe teſtator acceperit pro directo, nam ita in ſequentibus accipi debet, *vt in l. ſi ſeruus plurium. in fin. ff. de lega primo.*

¶ Tertio ſi teſtator dixerit, quandocunque filius meus deceſſerit volo hæreditatem meam totam, & integram peruenire ad talem.

¶ Quarto

171 ¶ Quarto quando dixit,† omnino bona mea, quia tunc nihil excipit, *vt l. Iulianus ff. de leg. 3.* ſecus ſi diceretur, omnia bona mobilia & immobilia,& non dicat iura,& actiones: vt not. *in l. mouentium. ff. de verbor. ſignif. verſic. quando dixit veniant, ſiue aliqua diminutione,* vt ibi plenius per eum,& cum opinione Bartol. tenet & hic Petr. de Anchar. in quam etiam inclinare videtur domin. Anton. *in d. cap. Raynutius.* eandem etiam ſequitur Raph. Cuman. *in d. l. Centurio*, qui ex eo quòd contra opinionem Bart. fortiter facit text. hic, ad eum multipliciter reſpondet. Et primo quia hic fuit facta ſubſtitutio per verbum moriatur, quod eſt directum.

¶ Secundo quia forte vxor teſtatoris *hic* non erat mater iſtorum filiorum.

¶ Tertio quia hic filij erant inuicem ſubſtituti, ideo non fauetur matri cum ſemper eſſet perſona quæ ex præſumpta mente defuncti matrem excludebat; vt dicit Bartol. ſupra & facit quod habetur *in l. Lucius. ff. de hæred. inſtit.*

¶ Quarto quod text. nihil facit ad propoſitum, quod apparet, quia hic ſubſtitutio pauperum fuit directa dum dixit, pauperes inſtituendo, & de illa agitur hic, & iſto modo intelligitur iſta ſubſtitutio facta hic inter filios, quia ſi prima ſubſtitutio facta inter filios diceretur eſſe fideicommiſſaria, ita quod ſemel fuiſſet locus cauſæ inteſtati, non poſſet habere locum ſecunda ſubſtitutio pauperum directa etiam vbi mater non eſſet in medio: ſed aduerte quia text. hic clariſſime obſtat opinioni Bartol. & Bald. cum hic fuerit facta ſubſtitutio compendioſa filiis impuberibus, & mater erat in medio, & tamen infra pubertatem eſt directa pupillaris. Non obſtant reſponſiones datæ ſupra ad hunc text. nam Bart. *in d. l. Centurio.* in illa quæſtione de compendioſa facta per verba directa tenet quòd verbum moriatur, ſit commune, nec etiam obſtat ſecunda reſponſio quia eſt euidenter falſa, vt patet hic in text. & gloſſ. nec hic tractatur de detractione legitimæ debitæ iure naturæ, ergo iſta erat mater. Nec obſtat, tertia reſponſio quia text. hic aperit cauſam, & rationem quare ſubſtitutio ſit directa, ſcilicet, quia congruit verbis, & perſonis: item quia pater poteſt matrem excludere quam non poſſet ipſe filius: vnde text. hic non conſiderat qualitatem ſubſtituti. Nec etiam obſtat quarta ſubſtitutio, quia hic in text. *in ver. præmiſſa namque, &c.* agitur de prima ſubſtitutione facta inter ipſos filios: item quia tenendo opinionem Ioan. Andr. quòd compendioſa per verba communia etiam matre exiſtente in medio infra tempora pupillaris ætatis ſit directa ceſſaret dictum inconueniens: item quia omnes Doctores hic exponunt verbum inſtituendo pro ſubſtituendo, alias autem ad quid dixiſſet Papa, cum in ſubſtitutionibus ſemper interpretatio, &c.

172 ¶ Si enim † verba fuiſſent ita clara, non eſſet locus interpretationi prædictæ, *vt in l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3.* item quia hic text. ponit aliam rationem, vnde per hunc text. & eius rationem tenenda videtur opinio gloſſ. *in d. §. ratione, Inſtit. de pupil. ſubſtit.* quam ſecundo tenuit Cyn. *in d. l. precibus*, & tertio Ioan. Andr. hic, & quarto eam ſequitur Angel. *in d. l. Centurio.* dicens non obſtare, quòd verbum moriatur ſit directum, quia congruit tempori, & perſonis, vnde in dubio quia vt eſt dictum ſupra hoc non eſt, niſi quia congruit tempori, & perſonis, vnde in dubio iudicatur directum cum ſubſtitutio debet in dubio iudicari directa cum poteſt, vt dicit text. hic, ſed ſi non congrueret tempori, & perſonis iudicaretur obliqua: ergo apparet quòd non eſt mere directum quia non oporteret aliter interpretari vt ſupra, vnde dicit Angel. etiam quòd ad iſtum text. non videt reſponſum, & concludit quòd ſubſtitutio compendioſa facta impuberi per verba communia etiam ſi mater ſit in medio ſit directa infra tempora pupillaris ætatis, vt dicit probari hic in text. cum etiam non obſtat ſi dicatur quòd hic ſit ſpeciale ad pias cauſas, nam omnes Doctores hic concludunt non eſſe aliquam ſpecialitatem fauore pauperum ſeu piæ cauſæ, ſed Papa reſpondet hic de iure communi, vt patet clare ex hoc text. & eius ratione.

¶ Et quinto hanc candem opinionem ſequitur Salic. *in d. l. precibus.*

¶ Sexto eam tenet dominus Floria. *in dicto cap. Raynutius. per hunc text.*

¶ Septimo in hac eadem opinione reſidet domin. Nicol. *in d. cap. Raynutius.*

¶ Octauo eandem opin. ſequutus eſt Raph. Fulgoſ. per text. hic, cui ipſe dicit non videre reſponſum: de quo per eum *in d. l. precibus.*

¶ Nono eandem opinionem tenet Imol. *in d. c. Raynutius. in 31. col.* & ibi plenius quam alibi *per 8. col.* concludit pro hac parte, & dicit ſe ita conſuluiſſe, idem etiam tenuit & ſequitur *in d. l. Centurio. in 16. & 17. colum.* vbi etiam notabiliter voluit, quod cum iſta opinio videatur ſatis determinata per ius canonicum, & ſic per text. *hic & in d. cap. Raynutius.* quod etiam in terris imperij, & vbique erit ita obſeruandum, nam quotiens ſunt opiniones de iure ciuili debet obſeruari opinio quæ refertur approbata per ius canonicum etiam in ipſo foro ciuili, & in terris imperij, & vbique not. *in cap. per venerabilem ſupra qui filij ſint legitimi.* & per Doctor. *in l. quamquam. C. ad legem Falcid. & in cap. licet ex ſuſcepto. ſupra de foro compet.*

¶ Decimo hanc eandem opinionem ſequitur dom. Franc. de Camp. *in d. l. precibus.* prout refert Imola *in dicto capitulo Raynutius.*

¶ Vndecimo idem tenet Paul. de Caſtro *in d. l. precibus*, & dicit quòd iſta hodie eſt communis opinio ſecundum quam Doctor. Bononiæ ſic communiter conſuluerunt, vt ipſe ſæpè conſuluit, & plures ſe ſubſcripſerunt, nec ab ea videtur eſſe recedendum præſertim cum ſit conformis voluntati teſtatoris, & nulla bona aut clara reſponſio poſſit dari ad text. hic: & aduerte quia, vt ſupra Bartol. *in d. l. Centurio*, tenuit hanc eandem opinionem quando apparent coniecturæ, ex quibus conſtat quod teſtator ſic voluerit, vnde reſtat videndum an dictæ coniecturæ de iure procedant.

¶ Et primo quando teſtator dixit, pleno iure vel totam & integram, vt eſt dictum ſupra nam Bald. *in d. l. precibus.* dicit tria dicta.

¶ Primo † quod quando per dictas coniecturas ſubſtitutio compendioſa poſſet valere iure directo, eſſet ac ſi teſtator ſubſtituiſſet per illa verba, talis ſit hæres, & ſecundum hoc ſequeretur quòd poſt pupillarem ætatem dicta ſubſtitutio euaneſceret in totum, ita quod non valeret iure fideicommiſſi, vt eſt dictum ſupra in illo articulo de ſubſtitutione compendioſa facta per verba directa. 173

¶ Secundo dicit Bald. ibi contra Bartol. quod dictæ coniecturæ non faciunt compendioſam dici magis directam, quam ſine eis, cum dicta verba videantur ſemper poſita à teſtatore cum termino reſtrictiuo, ſcilicet, in ſuis bonis, quæ verba licet ſubſtitutionem pupillarem non arctent *vt in l. ſi ita. §. qui filio. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* tamen dicta verba reſtringunt dubiam ſubſtitutionem *argum. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebell.* ſed reſtrictio ad bona teſtatoris inducit fideicommiſſum, *vt in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupil.* ergo tales coniecturæ non inducunt quod ſubſtitutio ſit magis directa quàm obliqua, & dicit quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus an vellet ſubſtitutionem extendi ad bona ſua, veriſimiliter dixiſſet quod non, ideo in dubio non debet ad illa extendi *argum. l. ſi quis ita. §. penult. ff. de teſtam. tutela.*

¶ Tertio dicit Bald. ibi quod per iſtas coniecturas, vel aliud intelligit Trebellianicam vel Falcidiam eſſe prohibitam à teſtatore in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & eodem modo dicit Angel. contra Bartol. *in d. l. precibus. & in d. l. Centurio.* & not. hoc, vltimo dicunt vt per illa verba videatur prohibita Trebellianica, de quo *in Auth. ſed cum teſtator. C. ad legem Falcid.* ſed certe ſatis poſſunt defenſari dicta Bartol. quia primo Bart. non dixit quod ſubſtitutio intelligatur facta tunc per illa verba, talis ſit hæres. Sed quod mens teſtatoris videtur eſſe quod valeat iure directo eo caſu quo poteſt valere, vnde nō ſequitur quod poſt pubertatem non poſſit valere iure fideicommiſſi, ex quo fuit facta per verba communia ſecundum Imolam *in dicto cap. Raynutius. in 40. colum.*

¶ Quoad ſecundum dic quod per illa verba totam & integram: ſi non induceretur ſubſtitutio directa poſſet detrahi legitima filij, *vt hic, & in d. §. cum filiæ.* in qua ipſe filius non poteſt grauari *vt in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* ex quo ergo teſtator voluit quod tota, & integra perueniat ad ſubſtitutum, datur intelligi quod ſit directa, in qua legitima non habetur, vt eſt text. hic, alias non poſſet venire ad ſubſtitutum ſine diminutione vel integre prout teſtator voluit, verbum ergo commune quod poteſt ſe habere ad directam vel obliquam ſubſtitutionem propter eius largam ſignificationem poteſt dici dubium, & in † dubiis ſtamus coniecturis, *vt in l. in conditionibus* 174

primum locum. & *in l.cum pater.* §. *conditionum verba. ff. de condit.* & *demonſtrat.* nec dicta verba in bonis ſuis, habent alterare ſubſtitutionem, *vt in d.* §. *qui filio.* & licet etiam teſtator in dubio non videretur tunc de aliis bonis quam ſuis diſponere, tamen illud eſſet verum quando principaliter illud vult, ſed ex quo voluit ſubſtitutionem eſſe directam cenſetur in conſequentiam voluiſſe ad ſubſtitutum peruenire etiam alia bona pupilli, ne alias contingat pupillum decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, facit quod habetur *in l. ſed ſi plures.* §. *ad ſubſtitutos. ff. de vulg.* & *pupill.* ſecundum Imol. *in d.l. Centurio,* qui eodem modo quoad prædicta ſaluat dicta Bart. vt ſupra: pro quo facit quando teſtator ipſe dixit totam & integram, improbatur *in l. qui ſolidum.* §. *etiam. ff. de lega.* 2. & ibi per Doctores, & ſecus forte eſſet ſi teſtator diceret, totam ſimpliciter, & ſic non diceret totam, & integram, per notata *in l. fin. C. ad legem Falcid.* & *in l. quod ſi maritus. ff. de conſtit. pecun.* & prædicta procedunt, quando teſtator dixit totam, & integram, vel omnia bona mea, quia illa adiectio de bonis teſtatoris, non habet alterare, vt ſupra, ex quo fuit appoſita dictio vniuerſalis, & ſic eſt facta in omnibus bonis, per rationem de qua ſupra per Imolam, ſecus tamen ſi non eſſet facta in omnibus bonis, puta quandocunque filius meus deceſſerit ſubſtituo Titium in bonis meis, quia tunc etiam infra tempora pupillaris ætatis, etiam ſi mater non ſit in medio erit fideicommiſſaria, ex quo apparet expreſsè de mente teſtatoris ſubſtituentis tantum in bonis ſuis, pro quo faciunt aliæ rationes de quibus per Bald. *in d. l. precibus.*

¶ Non obſtat, dictum Bartol. *in d.* §. *ſi filio.* quia loquitur in expreſſa pupillari, vel vulgari, vel in compendioſa facta per verba directa. Secus ſi ſit facta in bonis teſtatoris per verba communia, & ſic dubia, quia ex quo mens teſtatoris eſt clara de bonis ſuis tantum, non eſt locus coniecturis, *vt d.* §. *cum in verbis,* & ſic fuit conſultum per aliquos Doctores, vt dictum Bartol. *in d.* §. *ſi filio.* non habeat locum in compendioſa facta per verba communia in bonis teſtatoris: quod tene menti, quia eſt notabilis limitatio ad prædicta, & ad gloſſ. & Doctor. *in l.* 1. *ff. de vulg.* & *pupilla.* vbi dicunt quod dictæ adiectiones non habent alterare naturam ſubſtitutionis, & etiam quia ex his patet maximus effectus reſultans per iſtud vniuerſale dictum omnia, vel omnibus, vel integre, vel ſine diminutione, vel pleno iure, nam aliud eſſet ſi aliquod iſtorum verborum eſſet appoſitum, vt per Imolam *in d. cap. Raynutius.* & ſupra proxime eſt dictum, item adde aliam coniecturam, quia ſi dicitur quandocunque filius meus deceſſerit talem ſubſtituo hæredem: nam ex quo teſtator dixit hæredem ſubſtituo, erit directa infra pupillarem ætatem etiam ſi mater ſit in medio, vt per Bald. *in d. l. precibus.* & idem tenet Imola *in d. cap. Raynutius. in* 41. *colum.* item adde aliam coniecturam, quando filius fuit tantum inſtitutus in ſua legitima, quia compendioſa ſibi facta per verba communia erit directa pupillaris infra pupillarem ætatem etiam matre exiſtente in medio, poſtea vero erit nulla in totum, & ratio eſt, quia in legitima non poteſt ſubſtitui filio per fideicommiſſum, etiam ſi prædicta ſubſtitutio eſſet facta filio cum diſtributione temporum, *vt in d. l. quoniam in prioribus,* & tenuit ita Bald. *in d. l. ex tribus,* item adde aliam coniecturam per Bald. *in l. eam quam C. de fideicommiſſ.* ſi teſtator dixit, quandocunque filius deceſſerit talem ei ſubſtituo, nam per illud demonſtratiuum ei, dicta ſubſtitutio erit directa infra pupillarem ætatem ſecundum eum ibi: quod verum videtur in hac ſubſtitutione compendioſa facta per verba communia, ſecus ſi per verba directa, & ſecus in ſubſtitutione vulgari, & pupillari, quia dicta demonſtratio non haberet alterare naturam ſubſtitutionis, & ita procedat gloſſ. & quod ibi dicunt Doct. *in d. l.* & facit quod eſt dictum *ſupra add.* §. *ſi filio.* Et aduerte ad prædictas omnes coniecturas, quia licet faciant compendioſam valere iure directo infra pupillarem ætatem tantummodo, propterea faciunt quod dicta compendioſa exſpirat poſt pupillarem ætatem, quia valebit iure fideicommiſſi, vt eſt de mente Bart. *in d. l. Centurio,* vt notabiliter concludit Imola, *in d. cap. Raynutius. in* 40. *col.* Licet quidam dicant contrarium, & male.

175 ¶ Sed † quæritur primo, quid ſi compendioſa per verba communia eſt facta cum hac dictione quandocunque filius meus deceſſerit talem ſubſtituo, an ſecundum opinionem tenentium, quòd omni tempore ſit fideicommiſſaria dictio quandocunque aliquid operetur? gloſ. *in d. l. precib.* tenet quòd non, & idem Bartol. *in d. l. Centurio:* licet Iacob. de Arèn. tenuerit contrarium, & non bene, vt plene per Bald. *in d. l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcop.* & *cler.* quia dictio *quandocunque,* licet ſit plurium temporum comprehenſiua tamen non eſt diſtinctiua vt ibi per eum, & *in d. l. precibus,* & idem tenet *in d. l. Centurio. in* 3. *col.* & *in d. l. iam hoc iure.* & Imola *in d. cap. Raynutius in* 27. & 26. *colum.* & vide per Bald. *in d. l. ex tribus,* & *dicta ſupra de compendioſa facta per verba directa.*

¶ Limita tamen prædicta ſecundum Angel. *in d. l. Centurio,* niſi apponatur duplex diſtributio temporis, puta ſi dicatur quandocunque filius meus deceſſerit ipſi quaque die talem ſubſtituo, nam tunc illud idem operatur quod geminata diſtributio temporis de qua ſupra, & hoc per *l. pluribus.* §. 1. *ff. de verbor. oblig.* ſed Imola *in d. cap. Raynutius. in* 42. *colum.* non videtur approbare hoc dictum quia illa dictio quaque, eſt potius collectiua, quam diſtrictiua vt not. *in l. ſi neceſſe ſit.* §. *ſi communia. ff. de pig. act.* de quo tamen per Doctor. *in d.* §. 1.

¶ Secundo † quæritur, quid ſi compendioſa eſt facta cum expreſſa diſtributione temporum, puta ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea quandocunque: dicit gloſſ. notabilis *in d. l. precibus,* quòd tunc cenſentur duæ ſubſtitutiones vna pupillaris expreſſa quæ admittitur contra matrem, & alia fideicommiſſaria propter diſtributionem temporum, & ita ſequitur Bartol. *ibi in fin.* & *d. l. Centurio.* & Ioan. And. hic & Bald. *in d. l. ex tribus,* & *in d. l. iam hoc iure.* & *in d. l. ſi quis.* Imola *in d. l. Centurio,* & *in dicto cap. Raynutius, in* 32. *colum.* & ſecundum hoc omnes Doctor. concordant quòd compendioſa facta per verba communia modo prædicto valeat infra pupillarem ætatem iure directo etiam ſi mater ſit in medio, & poſtea iure fideicommiſſi. 176

¶ Sed limita hoc primo ſecundum Bald. notabiliter *in d. l. ex tribus.* vt prædicta procedant quando diſtributio temporum eſt facta ſecundum debitas ætates vt ſupra, ſecus ſi teſtator diceret ſi filius meus deceſſerit infra 25. annum vel poſtea quandocunque, quia ex quo non eſt facta mentio de pupillari ætate non poteſt ſubſtitutio valere iure directo ſed omni tempore erit fideicommiſſaria, non obſtat *d. l. Centurio.* quia verbum directo, quod eſt ibi ſoluit contrarium.

¶ Secundo limitat Bald. *in d. l. precibus. in penult. colum.* quando diſtributio temporum fuit rationabilis diſtinguendo pupillarem ætatem, ſecus ſi rationabilis puta ſi teſtator dicat, ſiue hodie ſiue cras, ſiue quandocunq; filius meus moriatur, nam hoc caſu confunditur diſtinctiua vnde confuſa diſtributio temporis nihil diſtribuit ſecundum eum ibi.

¶ Tertio quæritur † quid ſi teſtator dicat filio meo impuberi ſi deceſſerit ſine liberis talem ſubſtituo, an propter illud verbum impuberi, videatur ſubſtitutio reſtricta ad pupillarem ætatem, tamen concludit Bartol. *in d. l. Centurio,* quòd non ex quo adiicitur ad verbum ſubſtituo, quod eſt diſpoſitum, quo caſu videtur gratia demonſtrationis appoſitum, & idem tenuit Ioan. Andr. *in d. cap. Raynutius.* ſecus vero ſi dictum verbum impuberi ſit adiectum verbo executio, puta filio meo impuberi quandocunque deceſſerit ſuccedat talis, nam qualitas iuncta verbo debet eſſe ſecundum tempus verbi *vt in l. in delictis.* §. *ſi extraneus. ff. de noxalibus,* & ideo infra pupillarem ætatem talis ſubſtitutio valebit iure directo poſtea vero exſpirabit in totum, quia tempore quo ſuccedit debet eſſe impubes, non obſtat *dictum cap. Raynutius.* vbi eſt adiectum verbum ſuccedat, eum non reſtringat ſubſtitutionem ad tempus pupillaris ætatis, ſed etiam valet poſtea iure fideicommiſſi, quia illud ideo eſt propter conditionem ſine liberis ibi appoſitam in ſubſtitutione, per quam teſtator videtur ſenſiſſe etiam de tempore poſt pupillarem ætatem, in qua poteſt habere liberos, ſecus ſi dicta verba ſine liberis non fuiſſent adiecta quia tunc intelligeretur ſubſtitutio reſtricta ad tempus pupillaris ætatis: quod eſt notandum pro limitatione, & declaratione *d. c. Raynutius.* ſecundum Imolam *ibi in* 42. *colum.* quæ autem ſit ratio differentiæ quare verbum ſuccedat vel deueniat ſit executiuum, & non diſpoſitiuum, ſicut verbum ſubſtituo. Bart. ibi non dicit, forte poſſet dici ſecundum Bald. *in d. l. precibus. in penult. colum.* quod quando verbum pupillo, vel puberi adiicitur conditioni, facit illam ſubſtitutionem eſſe pupillarem duraturam tantum infra pupillarem ætatem, dato quod compendioſa fuerit facta per verba communia, niſi apponatur verbum ſine liberis, quia tunc poſt pubertatem valebit iure fideicommiſſi, 177

commiſſi, vt *d. cap. Raynutius.* nec tunc obſtat quod eſt dictũ *ſup. in text. in 8. notab.* quod iſta verba ſine liberis, non habent alterare naturam ſubſtitutionis, vt eſt tex. *in dict. l. Centurio.* quia iſta procederet in expreſſa popillari, vel in compendioſa facta, per verba directa, ſecus ſi per verba communia, vt *ſupr.* de quo etiam, vide dicta *ſupra de compendioſa per verba directa in quarta quæſtione.*

178 ¶ Quartò † quæritur, an compendioſa per verba communia in caſibus, in quibus *ſupra* eſt concluſum, quod contineat pupillarem, contineat etiam vulgarem. Bartol. *in dict. l. Centurio.* tenet quòd ſic, quia illa verba ſi filius meus deceſſerit, poſſunt intelligi ſiue decedat viuo patre, ſiue poſtea, & ſiue poſt teſtamentum ante mortem, ſiue poſt mortem, & ſic continet vulgarem, quæ verificatur etiam quando inſtitutus non poteſt eſſe hæres, quia decedit viuo teſtatore, nec obſtat, quòd ſi valet vt directa, vulgaris non debeat poſtea valere iure fideicommiſſi, vt notatur *in d. l. verbis ciuilibus.* quia iſtud procederet ſi valuiſſet ſemel iure directo poſt aditã hæreditatem, ſed iſto caſu valet vt vulgaris ante aditam hæreditatem, & poſt aditam hæreditatem iure fideicommiſſi, & in diuerſis caſibus, ideò toleratur à iure & iſtud etiam tenuit Cyn. *in d. l. precib.* Non obſtat, quod habetur *in l. iam hoc iure.* quia procedit in ſubſtitutione breuiloqua, ſecùs in compendioſa de qua hic ſecundùm Imo. *in d. cap. Raynutius. in 44. colum.* in caſibus autem in quibus compendioſa pupillaris non continet, vt quia eſt facta puberi vel extraneo, & tunc ſi eſt facta per verba merè obliqua, non continet vulgarem, ſecùs, ſi per verba communia, & dicebat Bal. *in d. l. precib.* quòd vulgaris comprehenſa in directa compẽdioſa non poteſt continere tacitã pupillarem quia vnum tacitum non continet aliud, vt ibi per eum.

¶ Et adde prædictis Angel. *in dict. l. Centurio.* quòd ſi teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine filijs, & tunc ſub iſta pupillari expreſſa propter diſtinctionem temporum continetur vulgaris tacita, & tunc ſi teſtator, viuo filio decedat in pupillari ætate ſubſtitutio, nihil habebit per *l. ſi pater captus. ff. de vulgar. & pupillar. & ff. de capti. & poſtlim. rer. in l. quod ſi filius.* ſed ſi decedat poſt pupillarem ætatem, ſubſtitutus admittetur, quia bene vulgaris continetur ſub pupillari, & continetur vna pupillaris propter ætatem, & alia vulgaris continetur ſub illis verbis, quandocunque, & cæt. Et idem ſi dicta ſubſtitutio, non fuiſſet geminata, puta, quandocunq; filius meus deceſſerit, de quo ibi per eum: de quo tamen articulo vide plenius per Doctor. *in l. 1. ff. de vulg. & pupil. in illo dubio an teſtam. poſſit incipere à tacita vulgari. &* ibi *plenè de his.*

179 ¶ Quintò † quæritur, quid de ſubſtitutione compendioſa per verba communia facta in re certa, puta quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo ſibi Titium in tali fundo, vel talis fundus deueniat ad Titium, concludit Bartol. *in dict. l. Centurio.* non trahatur ad directam ſubſtitutionem, per notata *in l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebellian.* ſed eſt neceſſe, quòd fiat ſubſtitutio per verba directa ciuilia, *vt in l. prima. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtituend. & in dicta l. cohæredi. §. final.* ſi ergò teſtator inſtituit filium in re certa, & ſi deceſſerit ſine liberis, vel poſtea, quandocumque volo, quòd dicta quantitas deueniat ad Titium, quòd tunc non continet pupillarem, & ſic directã ſubſtitutionem ſecundùm Bartolum, ibi: Bald. tamen *in dicta l. precibus, in fin.* intelligit, quòd tunc trahatur ad vniuerſum etiam ſi ſit facta per verba directa ciuilia, habet conditionem directam, puta ſi deceſſerit in pupillari ætate, ſecùs, ſi diceretur, quandocunque deceſſerit, quia tunc numquam particularis ſubſtitutio traheretur ad vniuerſum, vt ibi per eum, & intellige prædicta, quando ſubſtitutio fit expreſſe in certa re, puto ſubſtituo Titium in fundo, vel in centum, & idem quando filia eſſet inſtituta in re certa, vel quantitate, & dicit teſtator, quæ res vel quantitas deueniat in talem, ſi filia moriatur ſine liberis, ſecus tamen eſſet dicendum ſi ſubſtitutio fieret ſimpliciter ipſi filiæ, quia tunc etiam per verba communia traheretur ad directam ſubſtitutionem, & ad vniuerſum, vt eſt caſus ſingularis hic in text. vbi filia fuit inſtituta in re certa, & ſimpliciter fuit facta ſubſtitutio, quòd ſi decederet ſine liberis, moreretur filio, & quia non fuit dictum quòd moreretur in re, illa ſubſtitutio iudicatur directa, & trahitur ad omnia, quod tenè menti, quia alibi non reperitur, & ita ſequitur Imol. *in d. c. Raynutius. in 44. col.*

¶ Sextò † quæritur, quid ſi compendioſa per verba com- 180
munia fiat in certa portione? & cõcludo, quòd aut fit in quota bonorum, & non trahitur ad inſtitutionem, quia cenſetur in re certa, *per l. non amplius. §. fin. ff. de legat. primo. & l. ſi quis ſeruum. in fin. ff. de legat. 2.* ſed ſi fiat in quota hæreditatis, puta in tertia, vel in dimidia concludit Bartol. *in dicta l. Centurio.* idem eſſe, quando vnus ſolus fuit totaliter ſubſtitutus, ſi autem fuiſſent duo ſubſtituti per verbum commune, vnus in dimidia hæreditatis, & alter in alia dimidia, & ſic tota hæreditas eſt diſtributa inter eos, tunc ſubſtitutio eſſet directa in pupillari ætate, quia tali modo videtur facta diuiſio hæreditatis, *vt l. filio, cum ſequenti. ff. de legat. primo,* & facit gloſſ. notabilis, *in l. quoties. C. famil. erciſcund.* ſecùs quando vnus tantùm fuit ſubſtitutus in dimidia vel tertia, vel ſic non eſt diſtributa tota hæreditas, quia ex quo verbum commune non eſt adiectum totalitati bonorum non trahitur ad inſtitutionem, vt notat *in l. his. ff. de hæredib. inſtituend.* & per gloſſ. *in Authem. de hæred. & falcid. §. ſi verò nulla.* & dicit Imol. eſſe tenendum, *in dicta l. Centurio. & in dicto capit. Raynutius.* dicens, quòd ratio omnium prædictorum eſt, quia quando ſubſtitutio fit pupillo, per ſubſtitutionem ipſam non agitur, vt fiat quis hæres teſtatori, ſeu pupillo, ideò ſi pupillo non reperitur alius vniuerſaliter hæres datus, ſi aliquis eſt ſibi ſubſtitutus in re certa tunc trahitur ad vniuerſalem inſtitutionem, *vt in d. l. cohæredi. §. fin.* ſecùs verò quando per verba communia, *vt ſupra.*

¶ Septimò † quæritur de quæſtione, ſæpiùs in facto con- 181
tingenti, quid ſi teſtator inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine filijs, aut filij filiorum ſine filijs, ſubſtituit hoſpitale, an filij vltimo loco morientes ſine filijs potuerint ſic grauari onere fideicommiſſi: Bartol. *in l. ſed & ſi ſic. § primo. ff. de legat. 3.* reliquit iſtam quæſtionem indeciſam, ſed *in dicta l. Centurio.* concludit duos caſus. Primò, quòd quando relinquitur fideicommiſſum ſub duplici conditione alternatiua, puta ſi filius deceſſerit ſine filijs, vel filij filiorum ſine liberis, & tũc valeat talis ſubſtitutio, & poterit ille primus filius ſic grauari per notata *in dicta l. cohæredi. §. cùm filia. & in l. legato ſub conditione. ff. de conditio. & demonſtrat.* & idem ſequitur Bald. *in l. ab eod. C. de fideicommiſſ. & in dicta l. precibus. in vltima columna,* ratio, quia hæreditas eſt grauata, & grauamen eſt ſcriptum in rem, ideò afficit rem, ad quemcunque vadat, cùm pro tali fideicommiſſo à principio omnia bona ſunt obligata, *argument. Authent. contra rogatus. C. ad Trebellian.* ideò dicit, quòd primus hæres videtur rogatus de reſtituendo poſt omnes, & ex eius perſona eſſet conſideranda trebellianica, & falcidia, & alienata ſecundùm eum interim. Secundo caſu quando relinquitur nominatim filijs filiorum, & ſic apparet quod teſtator voluerit grauare filios vltimo loco morientes, & concludit Bart. idem eſſe, quia ex quo iſtos filios filiorum grauauit, videtur eis reliquiſſe, & ſic eos honoraſſe, *argument. l. denique. §. interdum. ff. de peculio legat.* Bald. tamen videtur in hoc tenere contrarium, *in dicta l. ab eo.* & idem tenet Imol. *in dicto capitulo Raynutius. contra Bartol. in 67. colum. & in dicta l. Centurio. in 21. colum.* vbi plenè per eum. Sed tenendo hanc opinionem, quòd filij vltimò morientes non potuerint grauari, ſi non appareat, quem teſtator voluerit grauare, an filium ſub duplici conditione, an verò liberos vltimò morientes, tenet Barto. ibi quod in dubio præſumetur ipſe primus filius grauatus, vt ſic res potiùs valeat, quàm pereat, *l. quoties ff. de rebus dubijs,* & ita ſequitur Imol. *in dicto capitulo Raynutius.* Sed tenendo quòd liberi vltimò moriẽtes potuerint grauari, quis in dubio præſumatur grauatus. Bartol. ibi remittit ad notata *in l. qui duos. ff. de vulgar. & pupillar.* ſed Imol. *in dicto capitulo Raynutius,* dicit, quod ex quo liberi non reperiuntur expreſſe onerati, videatur grauatus in dubio ipſe primus filius per notata, *in l. ſi ſeruus. §. qui margaritam. ff. de legat. primo.* & per Bartolum *in leg. codicillis. in principio. ff. de vſufruct. legato.* & vide per Bart. *in d. l. ex tribus. ad finem.*

¶ Octauò † quæritur, quid ſi in perſona vnius apponũtur di- 182
uerſa, puta ſi dicit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, Inſtituo, & ſubſtituo Titium, vel bona mea perueniant ad Titium, & in his eum hæredẽ facio. Bar. *in d. l. Centurio.* refert duas opiniones, & primò vt iudicetur tota ſubſtitutio directa. Secũdò, quod ſit in electione ſubſtituti, an velit ſuccedere per directam vel per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, & in hac reſidet Bart. ibi, & idem tenet Imol. *in d. c. Raynutius. in 26. col.* & ita etiam ſequitur Ang. *in d. l. precibus.*

183 Nonò † quæritur, quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs volo, quòd bona mea deueniant ad Titium iure ſubſtitutionis & fideicommiſ. Bart. *in d. l. Centurio.* concludit idem quod *ſupra*, vt ſit electio ſubſtit. & idem tenet Imol. *in d. cap. Raynutius.*

184 Decimò † quæritur, quid ſi dicat teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. Bartol. *in dicta l. Centurio.* concludit idem quod *ſupra. argument. l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebelli.* & hac forma ſubſtituendi, vt plurimum vtuntur tabelliones: Imol. tamē *ibi, in 25. colum.* tenet quòd hoc caſu teſtator potius videatur voluiſſe facere plures ſubſtitutiones diuerſis caſibus, vulgarem in ſuo caſu hæreditatis non aditæ, & pupillarem in ſuo caſu, ſcilicet, ſi in pupillari ætate deceſſerit, & fideicommiſſariam in caſu, quo poſtea deceſſerit, *argum. l. quod conſtitutum. ff. de teſtam. milit.* & ita dicit fuiſſe de mente Cyni *in dicta l. precibus.* in materia compendioſæ, & idem tenet Imola *in dicto cap. Raynutius. in 47. colum.* ſed certè tenendum videtur quod dicit Bar. ſicut etiam tenuit Bald. *in l. ſi filius heres. ff. de liber. & poſthum. & in l. non iuſtam. C. ad Trebellian.* vbi etiam voluit, quòd per hanc ſubſtitutionem non tollatur exiſtentia ſuitatis, *arg. d. §. Titius. de quo ibi* per Imolam.

185 ¶ † Vndecimò quæritur de quæſtione, quam Bart. *in d. l. Centurio.* appellat terribilem, & difficilem, quando ſcilicet, in perſona diuerſorum ſubſtitutorum compendioſè prædicta verba diuerſa apponantur, ſuccedat directò vel per fideicommiſſum & concludе tres caſus. Primò quando in perſona vnius ſubſtitutorum apponitur verbum obliquum, & in perſona alterius apponitur verbum directum ciuile, totum cap. ſiue fuerit ſubſtitutus in re certa, ſiue in ſua portione ſimpliciter, *vt in d. l. cohæredi. §. fin.* & hoc procedit ſiue ſubſtitutus per verbum obliquum ſit ſubſtitutus in certam rem, ſiue ad certam perſonam, ſiue ad totam hæreditatem, quia illā non poteſt capere niſi per manus ſubſtituti per verba directa, quia verba obliqua nō poſſunt directari, *vt d. l. verbis ciuilib.*

186 ¶ Secundo † caſu quando in perſonam vnius apponeretur verbum obliquum, & in perſona alterius verbum directum non ciuile, dic quòd vocatus per verbum obliquum, ſi eſt ſubſtitutus in re certa, & vocatus per verbum commune, eſt ſubſtitutus ſimpliciter, vel in reſiduo, quia tunc dictum verbum commune, videtur adiectum totalitati bonorum, *argumen. l. 2. C. de hæred. inſtit.* ipſe ſubſtitutus per verbum commune erit hęres directò in totum, ſecùs ſi vocatus per verbum obliquum ſit ſubſtitutus in certa portione, & vocatus per verbum commune ſit ſubſtitutus in alia portione, quia tunc ambo veniunt ad partem eis contingentem iure fideicommiſſi, & non directò. Tertio caſu aliquando in perſona vnius apponitur verbum directum ciuile, & in perſona alterius verbum directum non ciuile, vel verbum commune, & dic, quòd ſi vocatus per verbū directum, ciuile ſit ſubſtitutus in re certa, & vocatus per verbū commune ſit ſubſtitutus ſimpliciter, vel in reſiduo, tunc quia verbum commune videtur adiectum totalitati bonorum ipſe ſubſtitutus per verbum commune erit hæres vniuerſalis directò, & alius in re certa erit hæres: ſed ſi vocatus per verbum directum ſit ſubſtitutus in dimidio bonorum vel hæreditatis, & vocatus per verbum commune ſit ſubſtitutus in alia dimidia vel ſimpliciter, vel in reſiduo, tunc videbitur hæreditas diſtributa per quottas, & quilibet vocabitur iure directo, vt notatur *in l. filio. §. final. ff. de legat. primo.* ſi verò vocatus per verbum directum ſit ſubſtitutus in vna re, vel quantitate, & vocatus, per verbum commune ſit ſubſtitutus in alia re, vel quantitate, tunc ſubſtitutus per verba directa capiet totum iure directo, ex quo alius non reperitur datus hæres vniuerſalis pupillo, & idem videtur dicendum, ſi vocatus per verba directa ſit ſubſtitutus in tertia bonorum, vel hæreditatis, & vocatus per verbum commune ſit ſubſtitutus in alia tertia, ex quo tota hæreditas eſt diſtributa, reperitur tunc verbum commune fore adiectum portioni, & ideò ſubſtitutus per verbum directum capit, & iure directo, & vocatus per verbum commune videbitur ſubſtitutus per fideicommiſſum, ad portionem ſibi aſſignatam, vt prædicta omnia ſunt de mente Bartol. *in dicta l. Centurio.* dicentis, quòd ſupradicta in verbis communibus habent locum in verbis directis, non ciuilibus, quia modicum videntur differre verba communia, à verbis directis non ciuilibus, & in prædicta diſtinctione reſidet Imola, *in dicta l. Centurio. 26. colum. & in dicto capitulo, Raynutius. in 46. columna.*

¶ Duodecimò, & vltimò pro concluſione huius ſubſtitutionis compendioſæ notabilis, & quotidianæ debent ponderari, & notari octo regulæ.

187 ¶ † Et primò, quòd vbi aliquis inſtituitur hæres, & ſibi ſubſtituitur ſimpliciter ſine diſtributione temporum, & ſine adiectione alterius conditionis neceſſariò habentis tractum temporum, illa ſubſtitutio non eſt compendioſa, ſed continet ſolā vulgarem, & ideò expirat in continenti adita hæreditate. *vt in l. poſt aditam. C. de impub. & alijs ſubſt.* exemplum, inſtituo Tit. & Seium, & ei ſubſtituo Seium, in illa tamen vulgari continetur pupillaris, pupillaris ſi ſit impuberi, & in poteſtate, *vt in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil.*

188 ¶ † Secunda regula quòd ſubſtitutio compendioſa facta per verba obliqua omni tempore eſt fideicommiſſaria quantumcunq; fiat impuberi *vt in d. l. cohæredi §. cùm filia.* & nunquā conuertitur in directam, vt per gl. & Doct. *in d. l. verbis ciuilib.* quod tamen fallit primò in caſu ſingulari. *l. neque eum, in fin. ff. de teſtamen. milit.*

¶ Secundò fallit, quando teſtator ipſam obliquam, quā fortaſſe fecerat in codic. conuertit ipſam in directam in teſtamento poſtea facto.

¶ Tertiò fallit, quando pupillus extraneus adoptatur in filium, cùm per illam facta erit pupillaris ſubſtitutio, *vt in l. 2. in verſiculo, ſed ſi extrannum. ff. de vulgar. & pupillar.* & dic, vt ibi per Doctor.

189 ¶ Tertia regula eſt, quòd ſubſtitutio † directa bene poteſt interdum cōuerti in obliquam, vt probatur *hic* in tex. *in fin. & in d. l. Scæuola,* & quia dictio interdū denotat caſualitatem, vt not. *in l. interdum. ff. de cond. indeb.*

190 ¶ Infertur ex hoc tex. † quarta regula vt ſic regulariter ſubſtitutio directa non conuertatur in obliquam, & hoc propter illā dictionem, interdum, hic poſitam: quando autem poſſit conuerti in obliquā: conclude ſic quòd ſi à principio poteſt valere iure directo, & ſit vnica ſubſtitutio, & ſic facta ſub vnica cōceptione verborum, & per verba directa ciuilia, nunquam obliquatur, *vt d. l. verbis ciuilib. & in l. in pupillari,* fallit tamen in milite matre exiſtente in medio, *vt d. l. precib.* ſi verò à principio non poteſt valere iure directo tunc bene obliquatur, ſiue non potuerit valere, vel ratione defectus ſolēnitatis, vel quia facta in codicil. *vt in l. Scæuola. ff. ad ſenatuſconſ. trebel. & per gloſſ. in d. l. verbis ciuilib.* ſiue propter conditionem perſonæ cui ſit, puta extraneo, vel non in poteſtate vel adulto, ſiue propter cōditionem teſtātis, vt quia erat pater naturalis, qui nō poteſt directo ſubſtituere quantumcunq; filius eſſet impubes, & de his omnibus caſibus ſubſtitutio facta etiam per verba directa ciuilia obliquatur, & valet vt fideicommiſſaria, vt per gl. *in d. l. verbis ciuilibus.* Fallit in vno caſu ſi ſubſtituatur puperi ſub conditione ſi in pupillari ætate deceſſerit, quia tunc dicta ſubſtitutio, tāquam facta ſub conditione impoſſibili non obliquatur, ſed eſt ipſo iure nulla, ſi teſtator reputabat poſſibilem, puta quia credebat eum impuberem, cùm eſſet pubes ſecundùm Ang *in d. l. Centurio.* pro quo facit tex. notab. *in l. ſeruo manumiſſo. ff. de condict. indeb.* ſecùs, ſi ſciuiſſet illum puberem, quia tunc valeret ſubſtitutio iure fideicommiſſi, & reijceretur conditio impoſſibilis, vt *in l. obtinuit. ff. de cond. & demon.* ſecundùm Imolam *in d. l. Centurio. in 3. colum.*

Quando autem ſubſtitutio compendioſa eſſet facta ſub duplici conditione ſine diſtinctione temporis, vel ſi eſt facta per verba communia, vel directa, non ciuilia, an poſſit poſtea obliquari, licet à principio valuerit iure directo, dic, vt plenè eſt dictum *ſupra.*

191 ¶ † Quinta regula eſt, quòd vna ſubſtitutio directa interdum conuertitur in aliam directam, puta pupillaris in militarem, vt *in d. l. Centurio.*

192 ¶ Sexta regula quòd † ſubſtitutio directa dubia conuertitur ſeu interpretabitur in dubio in aliam directam, vt eſt in caſu *l. fin. C. de hæred. inſtit.*

193 ¶ † Septima regula eſt, quòd poſt aditam hæreditatem, non poteſt quis alteri ſubſtituere directò, fallit in milite *vt in l. in teſtamento. C. de teſtam. mil.* & ratio huius regulæ eſt, quia poſtquā fuit quis ſemel hæres non poteſt poſtea facto teſtatoris deſinere eſſe hæres, *vt in l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſt.* Fallit in milite, *vt in l. miles ita. ff. de teſtam. milit.*

¶ Octa-

194 ¶ Octaua † & vltima regula eſt, quod nemo poteſt alteri facere teſtamentum, ne ſibi impediat teſtamenti factionem, vt *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatione.* Fallit in duobus caſibus, primò ſi ſubſtituatur impuberi in poteſtate, concurrentibus alijs requiſitis, ad ſubſtitutionem pupillarem, nam pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum filij ſibi factum per patrem, vt eſt textus *hic in fin. & in dicta l. patris & filij.*

¶ Secundò, ſi ſubſtituatur deſcendentibus noſtris furioſis, vel mente captis, *vt in dicta l. humanitas.* alias autem procedit regula ſupradicta, vt nemini poſſit directò ſubſtitui, *vt in §. extraneo. Inſtitut. de pupill. ſubſtitut.* & procedit dicta regula ſiue teſtator ſit paganus ſiue miles *vt in dicta l. Cẽturio.* ſecundùm Angelum, *ibi:* ſed Imola *ibi. & in dicto capitulo. Raynutius. in fin.* tenet contrarium in hoc, dicens: quod *in dicta l. Centurio.* ſecundùm verum intellectum, quem ſequitur *ibi* Bartol. & Bald. eſt caſus ſpecialis in milite, qui poteſt directò ſubſtituere poſt aditam hæreditatem extraneo, vel puberi. Non obſtat ratio Angeli, quia non poterit miles facere hæredem directò ei, cui ſubſtituit, niſi in bonis peruentis ab ipſo milite, vnde in alijs remanebit facultas teſtandi illi, cui eſt facta ſubſtitutio per militem, *in dicta l. Centurio.* per quam l. Bartol. *in l. prima. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. in repetit. circa finem, in 6. quæſtione* determinat, quòd ad pias cauſſas poſſit pater filio poſt pubertatem ſubſtituere in compendioſa directa, quia ſi hoc poteſt fieri ex priuilegio militari, vt *in dicta l. Centurio, & in dicta l. in teſtamento.* fortius ex priuilegio piæ cauſſæ, *argument. dicta legis primæ. & l. ſancimus. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* ſecundùm Bald. *in dicta l. prima. in repetitione in articulo de filiofamilias. in 8. quæſtione,* fortiter reprehendit Bartol. quia ſi poſſet directò ſubſtitui puber adita hæreditate, offenderentur prædictæ regulæ iuris, primò, quia pro certo tempore haberet vnum hæredem, & pro certo alium.

¶ Secundò, quia qui ſemel eſt hæres deſineret ipſo iure eſſe hæres.

¶ Tertiò, quia bona ſemel vnita diſſeparantur.

¶ Quartò, quia eſſet contra caſum in terminis huius decreti, vbi ſubſtitutio fuit facta ad pias cauſas, & tamen ſi ipſi puberi poſſet ſubſtitui directò non deduceretur trebellianica, & fruſtra diſputaretur in hac decret. an illa ſubſtitutio facta de pauperibus, & ſic ad pias cauſas fuiſſet pupillaris, vel fideicõmiſſaria ſaltem quoad bona teſtatoris: item quomodo appellaretur hæc ſubſtitutio directa, nam non pupillaris, quia facta puberi vulgaris non, quia hæreditas adita: militaris non, quia non miles: ſi vocas eam compendioſam ſcias quòd compendioſa directa debet reduci ad vulgarem, vel pupil. ſed iſta ad vẽtum reduci poteſt, & ſi dicis eam compendioſam commiſſariam, fidei ergò non eſt directa ſecundùm Bal. *ibi* cõcludentem, quòd pro prædicta opin. Bart. nihil valet, & maximè per hunc text. quem ad hoc ſingulariter tene menti.

195 ¶ † Circa ſeptimum, & vltimum principale, qualiter finiatur compendioſa Bartol. *in dicta l. Centurio. in fin.* dicit, quòd cùm iſta ſubſtitutio contineat vulgarem tunc finitur ſicut ipſa vulgaris, & idem quando continet pupillarem, vel exemplariam finitur, ſicut expirat ſubſtitutio, quam ipſa cõtinet, reſpectu autem fideicommiſſariæ expirat, vt fideicommiſſaria, puta, quando ſubſtitutus decederet ante euentum conditionis, vt *in l. ſi in perſonam. C. de fideicommiſſ.* vel quando hæres ſubſtitutus deceſſiſſet ante aditam hæreditatem, *vt in l. eam quam. C. de fideicommiſſ. & ibi not.*

196 ¶ † In gloſſ. *in verbo, trebellianicæ. in fin.* not. gloſſ. ſingulariter tenentem quod de fideicõmiſſo vniuerſali etiam ad pias cauſſas detrahatur trebellianica, poſſet tamen reſponderi vltimæ rationi huius gloſſ. quòd hæres ſatis lucratur, eo quia piè agit adeundo, vt pauperibus reſtituat, *vt in Authent. de hæred. & falci. in §. ſi verò expreſſim,* item poſſet dici quòd tota hæreditas ſingulariter ſit legata ad pias cauſas, & ſic periret tunc tota falcidia, *vt in Authentica ſimiliter. C. ad legem Falcidiam.* & per Spec. *in titulo de teſtamentis. §. primo. verſiculo, quid ſit legatum. & ibi* Ioan. Andreas *in addit.* ſed ad hoc reſpondet Ioan. Andr. quòd hæres ipſe non adeat, & ſic nullum onus habebit ſecundùm eum, item quia hæc ratio contingit, & ſic l. non habuit reſpectum ad hoc, *vt in l. nam ad ea. ff. de legibus.* & pro hac gloſſ. facit, quia iſte eſt caſus omiſſus à iure authenticorum, ergò ſtamus iuri antiquo, *vt l. ſancimus, ſupra de teſtamentis,* nec obſtat, quod nomine Falcidiæ contineatur trebellianica, quia iſtud procedit de impropria ſignificatione, vt per gloſſ. *in Authentic. vnde & ſi parens. C. de inofficioſo teſtamento,* & hanc partem ſequitur hic Archidiac. *in addit.* vt ſic euitetur iuris correctio, *vt in capitulo, cùm expediat. ſupra de electio. eodem libro. quia dicta authentica ſimiliter.* non corrigit, niſi *in authentica ius antiquum,* de quo iure poterat detrahi falcidia, de relictis ad pias cauſſas, *vt in l. prima. §. ad municipium. ff. ad legem falcidiam.* iura ergò de ſingularibus ſtatuta ad vniuerſalia trahi non debent, nec econtra, *ff. de rebus dubijs. l. in tantum.* ſecundùm Ioannem Andr. tenentem, ſe cum hac gl. & idem etiam tenuit Oldra. *in ſuo conſilio* 248. & pro hac parte conſuluerunt Ioan. Cald. & Ioan. de Lign. prout refert Salic. *in dicta authentica ſimiliter,* idem etiam tenuit Innocent. *in capitulo cùm tibi. circa finem, ſupra de teſtamentis.* quem refert Bald. *in l. & in epiſtola. C. de fideicommiſſ.* & ita etiam nouiſſimè ſequitur Ludouicus de Vrbe *in repetit. dicta authenticæ ſimiliter, circa finem,* vbi plenius, quàm alius examinat hunc articulum, reſpondendo ad omnes rationes in contrarium, fatetur tamen, quod contraria opinio communiter tenetur à Doctoribus, quare contrariam opinionem cõtra hanc gloſſam tenuit primò Speculat. *in titulo, de inſtrument. editio. §. compendioſè, verſiculo. ſed cum deductio.* prout refert hic Ioann. Andr. Secundò eam tenet Dynus *in l. 1. §. & filij. ff. ad trebel.* Tertiò eam ſequitur Nicol. Abb. Panor. *in d. auth. ſimiliter.* Quartò eam tenet Bar. *in l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebell.* per iura & rationes hic in gl. alleg. & etiam per tex. *in d. §. quod autem.*

Quintò idem tenuit Bald. *in d. l. ſi quis ad declinandam, in princ. & in d. l. id quod pauperibus. & in l. executorem. C. de execu. rei iud. & in d. authentica ſimiliter,* dicens hoc procedere, etiam ſi ipſe filius ſit grauatus de reſtituendo, & ad text. hic reſpondet quod non debet ſumi argumentum à contrario ſenſu, ex quo reſultaret abſonus intellectus, *vt in l. 2. C. de condit. inſer.* & idem etiam tenet *in dicta l. & in epiſtola.* Sextò eandem opinionem ſequitur Dom. Anton. *in dicto capitulo Raynutius,* dicens eam eſſe tenendam, cùm faueat animæ, refert tamen ſe vidiſſe conſilia contraria. Septimò in hanc eandem opinionem reſidet Ioann. de fantu. & Dominicus de ſancto Geminiano *hic.* Octauò cum hac opinione tranſit Dom. Flor. *in dicto capitulo Raynutius.* dicens ita communiter ſeruari. Nonò eandem tenet Dom. Ang. *in dicto §. quod autem.* Decimò idem tenet Dom. Nicol. *in d. capit. Raynutius.*

Vndecimò Salicet. *in authentica ſimiliter.* dicit quod de iure verior eſt opinio huius gloſſ. & Ioann. Andr. & reſpondet, ad text. dum dicit omni falcidia ceſſante, vt exponatur tota; vel omni falcidia, id eſt, omni caſu, & ſic cùm ille tex. loquatur tãtùm in falcidia, non debet extendi ad trebellianicam, & adducit rationem differentiæ inter falcidiam, & trebellianicam, vt ibi per eum dicentem quod dictus. §. *quod autem.* ſuper quo ſe fundat Bartol. nil facit in illa æquiparatione inter falcidiam & trebellianicam: concludit tamen, quod pro ſalute animarum tutius eſſet tenendum trebellianicam non detrahi, ſicut nec falcidia, vt ibi per eum. Duodecimò Imol. *in d. §. quod autem.* fatetur de iure veriorem eſſe opinionem gloſſ. & Ioann. Andr. & reſpondet ad omnes rationes Bart. & dicit quòd tex. *in dicto §. quod autem.* non probat eius opinionem, dicit tamen *in dicto §. quod autem.* quòd fortè in practica ſeruaretur eius opinio, quia videtur eſſe communis, & quod in dubio eſt ſequenda opinio quæ fauet religioni, & ſic animæ, *vt in l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. fun.* & refert quod pro hac parte conſuluit Dom. Franc. de ramponibus, vt *ibi per eum,* & vide etiam per Angel. *in dict. §. ſi verò expreſſim,* vbi conatur prædictas opiniones reducere ad concordiam, vt *ibi per eum,* & prædictis adde ſingulariter Bald. *in l. cùm tale. §. Meuia. ff. de condit. & demonſtrat.* tenentem, quòd nedum non detrahatur trebellianica vel falcidia, cùm immediatè debeat fieri reſtitutio ad pias cauſas, ſed etiam quando mediatè puta ſi hæres primo loco eſt rogatus reſtituere extraneo, & extraneus poſtea ad pias cauſas, nam tunc etiam ab extraneo non poterit hæres trebellianicam detrahere, vt in conſequentiam non detrahatur ad pias cauſas *argu. l. cùm dotem. §. maritus. ff. ad l. falcidiam.*

¶ † Sed tunc quæritur ſingulariter, nunquid Eccleſia, ſeu alia pia cauſſa detrahat falcidiam, vel trebellianicam, alteri piæ cauſſæ, vel Eccleſiæ, poſito, quòd vera eſſet opinio, quod ad pias cauſas non poſſit detrahi trebellianica, vel falcidia. Ang. *in auth. de ſan. epiſcopis. in §. ſed & hoc præſente. in verſiculo. ſi autem* 167

tenet

tenet quod ſic, quia ratio quare non detrahitur falcidia, vel trebellianica eſt fauor, & priuilegium piæ cauſæ, vt patet *in dicta authen. in verſiculo ſi quis autem hæres*, ſed dicit ipſe, vna pietas contra ſibi ſimilem pietatem non poteſt vti priuilegio, *vt dicto verſic. ſi autem.* vt ſic non cooperiatur vnum altare, & alterum diſcooperiatur, *vt in authe. niſi rogati. C. ad Trebellia. & in l. aſſiduis. §. exceptis. C. qui potiores in pignor. habean.* & idem etiam, & ſecundò tenuit *in dicto §. ad municipium.* Tertiò hanc partem tenuit Raphael Cuman. *in dicto § ad municipium in l. 1. ff. ad legem Falcidiam,* vbi etiam refert idem tenuiſſe Cynum, & Albericum de Roſa, facit ratio, quia de iure antiquo detrahebatur Falcidia de legatis pijs, *vt dicto § ad municipium.* Ius authenticorum poſtea ſuperueniens corrigens ius antiquum, vt non intelligatur in legatis pijs, *vt dicta Authent. ſimiliter.* non habebit locum ſi hæres à quo dicta legata pia debentur, eodem modo eſt cauſa pia, cùm res de facili redeat ad ſuam naturam. *35. diſtinctio. ab exordio. & l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact.* & maximè quia priuilegium piæ cauſſæ fuit conceſſum habito reſpectu alterius cauſſæ non piæ, vbi ergo non eſt cauſa prophana, videtur quòd ceſſet priuilegium tunc piæ cauſſæ, cùm non ſit tunc propter quid denominatur pia cauſſa: facit etiam pro hac parte ibi, *ff. de conditio. & demonſtratio. l. 1.* quòd ſi alicui in legato apponatur conditio, quòd nubat de conſenſu Titij, & ſi ſecus faciat transferatur legatum ad locum pium, quòd iſto caſu non remittitur illa conditio, ex quo cauſſa, in quam transfertur eſt priuilegiata, item pro eadem parte poteſt adduci gloſſ. *in Authent. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* volens, quòd ſi vna Eccleſia habet emphyteuſim ab alia, & non ſoluit cenſum, quòd res incidat in commiſſum, vt non vtatur aliquo priuilegio contra Eccleſiam, ſed contrariam partem tenet Ludouic. *in dicta Authent. ſimiliter.* quia licet verum ſit, quòd priuilegiatus non vtatur priuilegio contra priuilegiatum, vbi adeſt, hinc inde paritas, *vt in dicto § exceptis.* & plenè per Bartol. *in authentic. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* tamen illud eſt verum, quando vterque eſt priuilegiatus in ſpecie, *vt in l. final. ff. ex quibus cauſ. maiores.* quod non eſt iſto caſu quo ſolum repetitur priuilegiata pia cauſſa, vt contra eam non habeat locum lex Falcidia, vt ibi *plenè per eum:* pro eadem etiam parte reperitur, quòd conſulit Bart. *in conſilio ſuo quod incipit. Conſilium occurrit niſi. &c.* & monetur primò, quia in hoc dicitur priuilegium Eccleſiæ paſſiuè non actiuè: facit quod not. Cyn. *in dicta authent. quas actiones. in quarta quæſtione.* ſecundò quia volens vti falcidia tractat de diminuendo commodo alteri collato, quod fieri non debet, id eò eſt quòd hæres ſoluens non repetit, *vt not. in l. cum pus. C. de iuris. & facti ignoran.* Tertiò facit dicta lex, ſi quis ad declinandam *in fin.* vbi patet, quòd pius locus debet ſoluere, quæ relicta ſunt, & non detrahere pietati reſpectu pietatis, *vt dicto § exceptus.* Quartò, quia cæteris paribus adimpleri debet voluntas teſtatoris, *dicta l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſiis.* & ſic poteſt dici pietas, & data pietati ſecundùm Bartol. *in dicto conſilio:* pro quo etiam facit ratio, quia Falcidia detrahitur contra tacitam voluntatem teſtatoris, *vt in l. quod de bonis. ff. ad legem Falcidiam.* ergò faciendum eſt, quòd detrahatur, quia hæres quantum poteſt debet implere voluntatem defuncti, *vt in capitulo ſi hæredes. ſupra de teſtamentis.* ad idem quia ex quo teſtator voluit in ſpecie deberi relictum ad piam cauſſam, videtur illud prætuliſſe generali diſpoſitioni per eum facta de inſtitut. hæredis ad pias cauſas, vt eſt regula generi. eodem libro, & quia magis videtur prædilectus legatarius in re legata, quam hæres, *vt in l. Publius Meuius. ff. de condit. & demonſtr.* & vltimò facit quia ex quo tex. *in dicta Authent. ſimiliter.* dicit indiſtinctè quod legata pia non defalcantur, certè debet generaliter intelligi, vt *19 diſtinct. capitulo ſi Romanorum, cum ſimilibus,* ſed aduerte, quia primam opinionem tenuit Dom. Nicol. *in capitulo, in præſentia. de probat. in gloſſ. final.* per illam gloſſ. & per text. *in dicto §. ſed & hac præſenti*, quia quando pia cauſſa concurrit cum alia pia cauſa, concurrit priuilegium cum priuilegio, vnde coæquaſſans priuilegijs vtuntur iure communi, & dicit ita eſſe tenendum, licet gloſſ. *in dicto capitulo, Pontifices. 12. quæſtio.* in hoc non bene firmauit, & hæc pars videretur tenenda in Trebellian. quia ſi Ioan. Andr. & alij cum eo tenuerunt, quod trebellianica deducatur per prophanum de loco pio, quod eſt magis difficile, licet de hoc ſint opiniones, *vt ſupra.* tamen inter locum pium, & pium videtur quòd ſine dubio illa opinio ſit tenenda, ex quo non eſt tanta ratio prohibitionis, & ceſſat fauor animæ, cum vtrobique ſit idem fauor, & idem videretur tenendum in Falcidia, quia licet detrahatur contra voluntatem teſtatoris, tamen hæres defalcando non peccat, quia tutus auctoritate iuris ciuilis, quod factum eſt propter publicam vtilitatem, ſecundùm Innocent. *in cap. quia plerique. ſupra de immunitat. Eccleſiarum,* propter quòd dictum tenuit Bald. *in Authent. ad hæc. C. de vſuris. in 13. columna, in principio,* quod hæres, qui vtitur falcidia contra tacitam voluntatem defuncti non poſſit denunciari denunciatione Euangelica in curia Epiſcopali, eo quia non peccat, & ſequitur, quod Eccleſia non peccet, ſi vtatur falcidia contra piam cauſſam, licet ſit contra tacitam voluntatem teſtatoris, & maximè quia ceſſat tunc ratio finalis priuilegij ipſius cauſſæ piæ, ex quo non concurrit cum cauſſa prophana, vnde debet ceſſare priuilegium, vt pia cauſa, vnde videtur quòd in pari cauſa priuilegij potior ſit conditio hæredis poſſidentis, vt not. *in regula. in part. infra eod. lib.*

In gloſſ. *in verbo verbis, in principio,* aduerte; quia in ſubſtitutionibus, qui veniant appellatione liberorum vel filiorum, eſt plenè dictum, *ſupra in gloſſ. in verbo liberis*; & ibi plura notanda, de hoc, & ibi etiam qui veniant appellatione hæredum, quibus adde primò, † qui veniant appellatione nepotum, & dic, 198
quod propriè comprehenduntur filij filiorum per lineam deſcendentem, *vt l. 1. §. 2. & l. 3. in fin. ff. de gradibus.* Ideò Federicus de Senis *in ſuo conſil. 38. quod incipit, Viſo, &c.* limitat quod in ſtatutis in quibus verba deberent intelligi propriè, *vt in capitulo, in noſtra, ſupra de iniurijs.* appellatione nepotum, non comprehenderentur, niſi nepotes ex filio, & ſic per lineam deſcendentem: licet text. *l. ſi inſtit. §. 1 ff. de inofficioſ. teſtament.* probet quod etiam comprehendatur filius fratris; & ſic per lineam tranſuerſalem, pro quo etiam bonus textus *in capitulo primo, circa principium. infra de ſchiſmatic. eodem libro,* & Bald. *in l. ſi auiæ. C. de ſucceſſ. edict.* inducit ad hoc plures text. & vide per Ioan. Andr. *in capitulo fundamenta. ſupra de elect. eodem libro* dicentem ita communiter teneri, quia opinio vulgaris & communis vſus loquendi, ſic interpretatur, qui ſequendus eſt, *vt in capitulo ex litteris. ſupra de ſponſalibus. el 1.* & hæc not. ſi teſtator ſubſtituit, vt aliquo caſu bona reuertantur ad nepotes ſuos, qui comprehendi poſſint.

¶ Secundò, † adde qui veniant appellatione ſucceſſorum: 199
& dicit, quod in dubio intelligitur de ſucceſſione vniuerſali, non de particulari, vt eſt textus notabilis ſecundùm Bald. *ibi in l. quædam in princ. ff. de edendo.*

¶ Tertiò, quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine 200
ſobole, vel bona mea reuertantur ad illos de ſobole mea, qui continentur appellatione ſobolis? Bal. l. hic remittit ad notata, *in l. final. C. de bonis damnatorum,* vbi dicitur, quod nomen ſobolis importat idem quod nomen liberi, & ſic veniunt deſcendentes tam per lineam maſculinam, quàm fœmininam, facit *l. 1. & 3. C. de naturalibus liberis,* vbi probatur, quod ſub tali nomine veniunt etiam legitimati per oblationem curiæ, vel fortius per ingreſſum monaſterij vt per Bal. *in l. 1. circa fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

¶ Quartò † qui veniant appellatione progeniei, vide *in l. fin.* 201
C. de eman. liber. vbi progenies appellatur filius, nepos, pronepos, & ſimiles ſecundùm Bal. *hic.*

¶ Quintò † quid ſi fiat mentio de proſapia, putat ſi per teſta- 202
torem dicatur quòd bona reuertantur ad illos de proſapia ſua: vide *in l. ſi quis ex corpore. & ibi* per gl. *C. de muri leg. lib. 11. & in l. cum ſtatu. & in l. ne diutius. C. de agri. & cenſi. lib. 11.* vbi dicitur quod proſapia eſt generatio vel familia alicuius, ſecundùm Bal. *hic.*

¶ Sextò † quid ſi fiat mentio de generatione, dic *vt in l. iuriſ-* 203
conſultus §. poſteriore ff. de gradibus. & in capitulo ſtatutum, el ſecundo. & ibi per gloſſ. *infra de hæred. eodem lib.* vbi habetur quòd ſunt deſcendentes per lineam maſculinam ſecundùm Bal. *hic* Et ibi etiam habetur per gloſſ. qui dicantur eſſe de prima & ſecunda generatione.

¶ Septimò, qui veniant appellatione poſteriorum; dic, quòd in ſucceſſionibus ſeu ſubſtitutionibus comprehenduntur tam nati per lineam maſculinam quàm fœmininam, *vt in l. generaliter. C. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.* in priuilegijs verò comprehenduntur nati ex linea maſculina non fœminina, *vt in l. vacatio. ff. de muneribus & honorib. & in l. prima. in fin. ff. de iure immunit. & in cap. 1. de feudo marchiæ,* & hoc in fauorabilibus. In odioſis vide tex. notabilem *in capitulo vbicunque. infra de pœnis.* & ibi per Doctores, & per

& per Dyn. *in regula priuilegium. infra eodem libro.*

204 ¶ Octauò † quid ſi per teſtatorem fiat mentio de ſuis conſortibus? Vide per Bald. *in l. ſi fundum. ff. de contrhen. emp.* dicentem, quod ſecundùm communem vſum loquendi appellantur omnes illi, qui ſanguine non ſint coniuncti, dummodò tamen ſint de eadem domo ſeu caſata.

205 ¶ Nonò † qui dicantur de domo, vide per Bar. *in l. 1. ff. ad ſenatuſcon. ſylla.* dicentem quod illi, qui veniunt appel. familiæ, pro quo gl. not. *in l. 1. C. ſi quacunq; præditus poteſtate, & in l. cùm vnus. ff. de alimen. & cib. leg.*

206 ¶ Decimò, † qui dicantur de familia, puta, ſi dicat teſtator, quod bona reuertantur ad alios de ſamilia, vide *in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſign. & in l. fin. C. eodem tit.* & *ibi* per Bart. & Bald.

207 ¶ Vndecimò, † qui dicantur de cippo domus, & dic, quod dicuntur eſſe illi tantum, qui per lineam maſculinam deſcenſi ſunt, facit, quód not. *in l. 1. §. ſed ſi ſeruus. ff. de ventre inſpiciendo,* vbi dicitur, quod per agnatos conſeruatur honor, & ipſa domus, & etiam quia ipſæ fœminæ non poſſunt eleuare faidam domus, & caſſatæ, vt per gloſſ. notabilem *in capitulo tertio, qui feudum dare poſſunt,* & per Angelum, *in l. pro hærede, in fin. ff. de acquirend. hæred.*

208 ¶ Duodecimò, quid ſi dicat teſtator † quod eius bona redeãt ad illos de gente ſua, qui veniat appellatione gentis, vide gloſ. *in l. primá ff. de probationibus,* & text. vbi dicitur, quod veniunt cognati, & ſic conſanguinei ex latere matris, ſecundùm Bald. *hic*, ſed ſecundùm alium intellectum *ibi* veniunt etiam agnati, & ſic de latere patris.

209 ¶ Tertiodecimò, qui † contineantur appellatione generis, ſeu dicantur eſſe de genere. gloſſ. *in d. l. 1.* dicit quod continentur illi, qui deſcẽdunt per lineam maſculinam, pro quo eſt bonus text. *in l. 1. in fin. ff. de iure immunitatis.* ſecũdùm Bal. *hic*: quod tamen fallit fauore libertatis, quo caſu comprehenduntur etiam deſcendentes per lineam fœmininam, *vt l. 1. & 2 ff. de liberali cauſa,* Item comprehenditur frater, *vt in l. cùm quid. de interdict. & relegat.* Item legitimi, *vt l. quoniam. C. de naturalibus liberis.* & Bald. *ibi*, non autem comprehenduntur baſtardi ſecundùm Bald. *in l. fin. eod. tit.*

210 ¶ Decimoquartò, † qui dicantur de prole, & dic quod omnes illi, qui veniunt appellatione liberorum, vt eſt textus notabilis, *in dicta l. ne diutius. & in l. officiales. Cod. de Epiſcopis & clericis.* Item comprehenduntur etiam legitimati, *vt in l. diui. C. de natur. lib.*

211 ¶ Decimoquintò, † quid ſi fecerit teſtator mentionẽ de antiquitate ſua, puta quod bona redeant ad illos de antiquitate ſua? dicit Bal. *hic*, quod antiquitas idem eſt quod conſanguinitas vt *in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſib.*

212 ¶ † Decimoſextò, qui contineantur appellatione ſuorum, & vſque ad quem gradum vide gloſſ. notabilem *in l. ſi in fœminam. C. ad Turp.* dicentem quòd illi, quorum iniuriam quis proſequi poteſt ſecundùm Bal. *hic*, & facit gloſſ. *inſtitut. de hæredum qual. & differen. §. 1.*

213 ¶ Decimoſeptimò, † qui contineantur appellatione domeſticorum, puta ſi dicat teſtator quòd bona reſtituantur ſuis domeſticis, & dic, quòd illi qui ſunt de familia, ſecundùm Bar. *in l. 1. ff. ad ſenatuſconſult. Syllan. & not. in cap. 2. infra de verborum ſignif. per gloſſ. inſtit. de teſtamentis in §. fin. & in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug.*

214 ¶ Decimooctauò, † quid ſi fiat mentio per teſtatorem de homine, puta, ſi filius meus deceſſerit ſine homine, dic quòd continentur filij maſculi, vt *l. hominis. ff. de verborum ſignificat.* ſecundùm Bald. *hic & ibi*, vide an poſſint comprehendi fœminæ.

215 ¶ Decimononò, † quid ſi dixerit teſtator ſi filius meus ſine natis deceſſerit, & dic quod continentur filij, & nepotes, *vt in l. natorum. ff. de verb ſign.* ſecundùm Bal. *hic*.

216 ¶ † Vigeſimò, quid ſi dixerit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine neceſſarijs, vel mea bona redeant ad meos neceſſarios, qui contineantur appellatione neceſſariorum, vide *in l. final. ff. de iuſtitia & iure. & in l. prima, in fin ff. de eo qui pro tutore ſe geſſerit.* vbi probatur, quòd ſunt agnati, & ſic conſanguinei ex parte patris ſecundùm Bald. *hic*. Et idem ſi dixerit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine neceſſitudine, quòd idem hoc verbũ importat, vt *in l. in fideicommiſſi. §. cùm Polidius. ff. de vſuris.* ſecundùm Bald. *hic*.

¶ Vigeſimoprimò † quid ſi dixit teſtator, bona mea deueniãt 217
ad propinquos meos, concludit *hic* Bald. quòd appellatione propinquorum contineantur illi qui ſunt vltra liberos. licet & ipſi liberi propinqui dicantur vt not. *in d. l. officiales*: & per Cyn. *in l. etiam. C. de teſtam.* & vide tex. notabilem *in l. fin. C. de verb. ſig.* probantem, quod propria ſignificatione appellatione propinquorum non venit gener & nurus: & vide etiam text. *in l. 1. C. vnde vir & vxor.* nec alij affines ex parte vxoris vel viri, quod inducit *ibi* Bart. & etiam Bal. ad ſtatuta, quod minores ſeu mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu propinquorum: vel ad ſtatuta, quod cauſſæ compromittãtur inter propinquos vt prędicti non comprehendantur: veniunt ergò appellatione propinquorum alij conſanguinei, vt *in cap. quoties, in princip. ſupra de teſtamen.*

¶ Vigeſimoſecundò † quid ſi dixerit, deueniant bona ad cõ- 218
iunctos meos, qui continentur appellatione coniunctorum? & dic quod veniunt coniuncti, immò etiam venirent affines, vt videtur probari *in l. ſed & hæc. in princ. ff de procu.* ideò eſt, quod venit tunc maritus, & vxor, vt probat text. *in l. manifeſtiſſimi. §. cùm autem in confinio. Cod. de furtis.* non tamen venirent ſpurij vt voluit gloſſ. notabilis *in clemen. 1. de baptiſmo.* & Bald. *in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cleric.* referens Dyn. ita conſuluiſſe, & idem voluit Innoc. *in cap. nonnulli. in fin. ſupra de conſti.* & ibi quid ſit de filijs naturalibus tantùm: de quo etiam per gloſſ. *in d. clemen. 1. in verſiculo liberi.*

¶ Vigeſimotertiò † quid ſi teſtator ſubſtituat, quod bona ſua 219
deueniant ad ſuos conſanguineos, qui contineantur appellatione conſanguineorum? concludit *hic* Bal. quod propriè loquendo continentur fratres, & illi qui ſunt ex latere tranſuerſali, *vt in l. poſt conſanguineos. ff. de ſuis & legitimis, & in d. l. in fideicommiſſ. §. cùm Polidius. ff. de vſur.* & adde quod conſanguinei dicuntur omnes illi, qui quoquomodo nobis ſanguine coniuncti ſunt, vt *in cap. non debet. ſupra de conſang. & affin.* & ſic venirent etiam illi, qui ſunt ex latere materno, vt per gloſſ. Bart. & Imol. *in l. cùm quidam. §. quod dicitur ff. de acquiren. hæred.* dicentes, hoc procedere ſecundùm communem vſum loquendi, quia de propria ſignificatione vocabuli aliud *vt ſup.* Vnde dicebat ſingul. Ioan. And. *in cap. ſtatutum. ſupra de elect. eod. lib.* quod ſi conſtitutio eſſet pœnalis appellatione conſanguineorum non includerentur affines: immò etiam dicebat Bal. *in d. l. fin.* quod de propria ſignificatione non comprehenderetur mater, & auia, licet ſecus ſit ſecundùm communem vſum loquendi qui præferri debet cuicunq; veræ & propriæ ſignificationi, *vt l. Labeo. cum ſimil. ff. de ſuppellect. legat.*

¶ † Vigeſimoquartò quid ſi dicat teſtator, volo quod hære- 220
ditas mea deueniat ad meos affines, de quibus tunc intelligatur? vide *in l. non facile. §. affines. ff. de gradibus.* & per Bal. *in d. l. fin. & in l. affinitatis. C. commu. de ſucceſſionibus,* & *ibi* notabiliter per eum *in dicta l. 1. vnde vir & vxor.* & vide text. *in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtulat.* Quid ſi dixerit quod deueniat ad ſuos parentes? concludit *hic* Bal. quod de propria ſignificatione continentur aſcendentes vſque ad tertium gradum, vt *dicta l. iuriſconſult. §. parentes.* ſed largè loquendo continentur vſque in infinitum, *vt l. qui litigandi. §. 1. ff. de in ius vocando, & vide in cap. 2. ſupra de verb. ſign.*

¶ † Vigeſimoſextò quid ſi dixerit, quòd hæreditas reſtitua- 222
tur ſuis deſcendentibus? & dic quod veniunt tunc illi qui venirent appellatione liberorum, & an tunc veniant filij ſpurij naturales? dic vt *ſupra*, & per Doctores *in l. generaliter. § cùm autem. C. de inſt. & ſubſt.* & vide gloſſ. ſingularem *in cap. ſtatutum, 2. de hæred. eod. lib.* probantem quod in materia non pęnali ſeu nõ odioſa appellatione deſcendentium includuntur deſcendentes, tam per lineam maſculinam, quàm fœmininã, ſecus ſi materia eſſet odioſa, quia tunc includerentur deſcendentes per lineam fœmininam, de quo ibi per Dom. & adde quod ſi concederetur priuilegium alicui, & ſuis deſcendentibus poſteris maſculis, & fœmminis, non comprehenduntur fœminæ niſi virgines aut viduæ, non autem nuptæ, vt voluit ſingulariter Bart. *in l. quoties. C. de priuil. ſchol. lib. 10.*

¶ † Vigeſimoſeptimò quid ſi dixerit, quod hęreditas eius re- 223
deat ad proximos ſuos? dic quod appellatione proximorum continentur conſanguinei immò etiam contineretur maritus & vxor, vt videtur probari *in l. cùm alienam. C. de leg.*

¶ † Vigeſimooctauò quid ſi dixerit, quòd eius bona deue- 224
niant ad illos de patrimonio ſuo? & dic quod comprehendun-

tur

tur omnes illi qui comprehenderentur appellatione familiæ, vt voluit ſing. Ang. *in d.l.fin.*

227 ¶ † Vigeſimononò quid ſi dixerit, volo quod bona mea redeant ad illos de caſata mea, ſeu de caſtro meo? concludit Imol. *in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellian.in 13.colum.* quod licet hoc vocabulum propriè non ſit inuentum à iure, tamen vulgariter, & ſecundùm communem vſum loquendi intelligatur de illis, de domo ſeu de agnatione, & ſic concludit idem eſſe dicendum in hoc vocabulo, quod eſt dictum *ſupra*, quando teſtator dixiſſet de illis, de domo ſua ſecundùm Imol. *ibi.*

226 ¶ † Trigeſimò, quid ſi fiat mentio de agnatis, vel agnationem? concludit hic Bald. quod appellatione agnatorum veniunt conſanguinei ex latere paterno, *vt l.prima.ff. de gradibus*, ſed appellatione agnatorum veniunt etiam conſanguinei ex latere materno, *vt l.1.& 2.ff.de gradibus.& inſtit.de ſucceſſ.cognat. per totum.*

227 ¶ † Trigeſimoprimò & vltimò, quid ſi per teſtatorē fiat mentio de ſtirpe ſua, puta volo, quod hæreditas reſtituatur illis de ſtirpe mea, vel conſanguineis per ſtirpem meam deſcendent. vide text. ſingularem *in l.ſi quis ſuo.in princ.C.de inoffic.teſtam.* per quem dicit ibi Bal. quod intelligitur tantum de ſuis, & deſcendentibus, quod ideò eſt ſecundùm eum ibi, quando huic dictioni adiungitur nomen quod ſignificat generationem ſuam ſicut eſt cùm dicit teſtator de ſtirpe mea progenitis, quod inducit ad emphyteuſim quando eſſet recepta pro ſe, & alijs, de ſtirpe ſua progenitis, vt intelligatur ſolum de ſuis deſcendentibus, quod not. alias autem dicebat idem Bal. *in l.peto.§.fratre. ff. de leg.2.* per vnam gl. *ibi* quod paria ſunt ſi teſtator faciat mentionem de ſtirpe ſua, ſeu de illis de ſtirpe ſua, ac ſi diceret de alijs de domo ſua, vel de caſato ſuo, & ſic ſequitur quod non venirent conſanguinei ex parte matris, quia illi non dicuntur de ſtirpe, & idem quod Bald. tenuit Imol. *in dicto §.fratre. in fine.*

228 ¶ † Vnde dicebat Angel. *in dicta l.final.* quod ſi teſtator legat ſtipiti domus ſuæ, quod videtur legaſſe illis de ſtipite ſuo, ſicut *ſupra* eſt dictum, quando teſtator facit mentionem de cippo domus ſuæ, quę tene menti, quia ſæpè de facto contingunt, & ad prædicta, vide per Petrum de Ancharan. *in cap. vbicunque. infra de pœnis. eodem libro. & hic* per Bal. & per Imol. *in dicto §. ſi quis rogatus.*

229 ¶ In gloſſ. *in verbo.poſſit, in fin.* patet ergò quod licet legitima dicatur debita matri à filio iure naturæ, vt dicit tex. *hic*, tamen poteſt pater ſubſtituendo filio impuberi compendioſè priuare matrem legitima filij quia talis ſubſtitutio trahitur ad omnia bona tam teſtatoris quàm pupilli, vndecunque quæſita, & idē eſt in expreſſa ſubſtitutione pupillari, vt *in l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff.de vulg.& pupil.& in §.non ſolum.inſt.eod.tit. & in l. Papinianus §.ſed nec impuberis.ff.de inoffic.teſtam.* ſed contra prædicta Archi. *hic in verbo bona.* opponit *de c.fin.27.q.vlt.* vbi dicitur † qd qui vult filium priuare legitima, etiam vt bona ad eccleſiā deferantur, alium quærat conſultorem quàm Auguſtinū: & ideò probat ille text. quòd non licet priuare filium ſucceſſione: ita ergò non debet poſſe mater priuari legitima filij ſui ex diſpoſitione teſtatoris: quia non magis piè ipſis parentibus, quàm liberis relinqui debet, vt *in l.nam & ſi parentibus.in fin.ff. de inoffic. teſtam.* Soluit Archi. quòd illud procedit de iure poli, ſed text. *hic*, & iura prædicta de iure fori, & ſic vult Archi. quod licet in foro iudiciali teſtator poſſit priuare matrem legitima filij, tamen de iure poli, & ſic in foro conſcientiæ, & quātum ad Deū non poſſit per rationem tex. *in d.ca.fin.* vnde infertur qd ſubſtitutus pupillaris in foro conſcientiæ non poſſit retinere legitimam matris: qd eſt nouum & ſingulare dictum & ſatis videtur probari per rationem tex. *in d.c.fin.& in d.l. nam & ſi parentibus.* & quia legitima dicitur debita matri à filio iure naturæ, vt *ſupr.* & faciunt pro ipſa matre rationes quas adducit Bal. *in d.l.precib. poſt princ.in ver.circa tertium.* & facit etiam quia licet ita reperiatur diſpoſitum per leges ciuiles, quòd mater priuetur legitima filij ſui, tamen non videtur, ꝙ propter hoc in foro conſcientiæ quoad Deum quis debeat eſſe tutus. Vnde de iſtis legibus ciuilibus Auguſtinus *1.c.de libero arbitrio.* loquitur ſic: lex inquit iſta quæ regendis fertur multa concedit ac impunita relinquit quę per diuinam prouidentiam iudicantur: ſed in contrarium facit primo, quia determinat S. Thomas de Aquino *parte 2.q. 169.*
230 prout Ioan. And. *in c.2.infra de vſur.* quod lex † ciuilis ſeu humana facta ab habente auctoritatem: ſi non infert peccatum ligat etiam in foro conſcientiæ: ergò lex ciuilis ita diſponens eſt ſeruanda, etiam in foro conſcientię niſi diceres quòd ſatis inferat peccatum, ex quo mater priuatur legitima filij ſui ſine cauſſa. Secundò contra matrem adducit notabile dictum Innoc. *in c. quia plerique.circa princ.ſupra de immunita.eccleſ.* vbi voluit quòd Falcidia detrahatur per hæredem contra tacitam voluntatem defuncti, vt *in l. quod de bonis.ff.ad l.falcid.* tamen hęres defalcando legata non peccat quia ipſe hæres eſt tutus auctoritate iuris ciuilis, quod factum eſt propter publicā vtilitatem, ſecundùm Innoc. ita ergò ipſe ſubſtitutus quoad Deum, ex quo pupillaris ſubſtitutio fuit inuenta propter publicam vtilitatem, *vt in l.2. ff.de vulg.& pupil.* Tertiò contra matrem adducitur text. in terminis vbi non ſolum lex ciuilis, ſed etiam ipſe Papa, & per conſequens eccleſia approbat, & ſtatuit quod ſubſtitutus pupillaris excludat matrem à legitima filij: ex quo ergò hoc eſt approbatū per ſacros canones, vt eſt text. *hic*, ſequitur quòd ipſe ſubſtitutus ſalua conſcientia, & quo'ad Deum tutus exiſtat: nec poteſt dici quòd iſte text. procedat de iure fori, & ſic in foro iudiciali prout dicit Archi. & non de iure poli, & ſic in foro conſcientiæ: nam cum hoc ſit approbatum per Papam, non poteſt dici, quòd peccet, qui aliquid facit auctoritate canonis, *vt 23. quæſtio.4.c.qui peccat.& facit lex Gracchus, C.de adul.* & ſic non eſt ſentiendum quòd Papa hic ſic ſtatuiſſet cum peccato.

REPETITIO
IN CAP. SI PATER.
De Teſtament.

Celeberrimi I. V. C. D. Ludouici Gomeſij Epiſcopi Sarnenſ.

SVMMARIVM.

1 *Paterfamil. teſtamentum an condere poßit.*
2 *Seruus eſt creatura humana, dictum inſulſum Abb.*
3 *Filiusfamilias quare poteſt de conſenſu patris donare, & non teſtari.*
Actus viuentium non poſſunt in ſuſpenſo eſſe ſicut actus morientium, & quomodo hoc procedat. ibid.
4 *Actus legitimi non recipiunt conditionem, quomodo procedat.*
5 *Donatio cauſa mortis an potius contractui quàm vltimæ voluntati æquiparetur.*
6 *Argumentum à ſimili debet habere maiores concordantias, quàm differentias.*
7 *Subſtitutio qualiter dicatur ſecunda inſtitutio.*
8 *Intellectus ad l. mulier.§ fin.ff.de cond.& demonſt. vſque ad finem. per 3.colum.*
9 *Conditio de præterito ita debet verificari, ſicut de præſenti, & in multis conueniunt conditio de præterito & de futuro. ibid.*
10 *Lex prima.ff.de don. quomodo declaretur.*
11 *Argumentum data inſtantia corruit.*
Fantaſmata noua generantur ex nouis opinionibus. ibid.
12 *Creditores conditionales propriè dicuntur creditores.*
13 *Nouus intellectus ad §.fin.d.l. mulier.*
14 *Nominatus primo præſumitur magis dilectus.*
15 *Author fuit aſſumptus per Senatum ad lecturam ordinariam iuris canonici in primo loco.*

SI PATER. Super iſta notabili Decretali, quę ſtudium procul dubio arduum, & inſolitum requirit breuiter procedam calcando veſtigia Geminiani, vt plurimum, & ea quæ propter breuitatem temporis, quæ duabus lectionibus diſtribuitur, à trutinanti calamo effugient. Suppleat pius lector, cui tantum prodeſſe volui, ſummatur igitur, & diuiditur iſte tex. vt hic per Gem. † Not. primò ibi pater, ſecūdùm Mod. *hic* poſt Dom. in 1. oppo. quòd paterfam. poteſt teſtamētum condere, ſecus verò ſi ſit filiusfam. nam teſtari non poteſt, donare tamē cauſa mortis poterit. *l.tam is.§.1.ff.de don.& in c.ſi qui.infr.1.tit.proxi.* ita hic concludunt Doct. Sed tu aduerte ad duo circa iſtud notabile, quia omninò videtur fatuum illud colligere ab iſto text. Nam cùm tex. iſte de patre loquitur, debet intelligi de illo qui eſt ſui 1
iuris,

iuris, qui paterfamilias appellatur. Quoniam ſi in patris pote-
ſtate fuiſſet, text. patrem non dixiſſet, ſed filiumfamil. qui iſtis
nominibus diſtinguitur, *vt in l. nam & ciuium ff. de his qui ſunt ſui
vel alieni iuris. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſign.* Conſtat
igitur friuolum eſſe, dubitare an paterfam. poſſit teſtamentum
2 condere, non ſecus, ac dicere, † quòd ſeruus eſt creatur huma-
na, vt notauit Abb. *in c. ſolitæ. de maior. & obed.* Secundò loco eſt
videndum, an illud indiſtinctè ſit verum, quòd filiusfam. poſ-
ſit cauſa mortis donare: & circa hoc non eſt dubium, quando
concurrit conſenſus patris, *vt in d. l. tam is. & l. filius. eod. tit.* vt cō-
cludunt hic omnes, & Alex. *in conſ. 53. In cauſa & lite. in 2. col. lib.*
3 7. Sed maior eſt difficultas in perſcrutanda ratione, quare eſt †
quòd filiusfam. poſſit de conſenſu patris donare, & tamē non
poteſt teſtamentum facere: Philip. Franc. *ſupra in rub. iſtius tit. in
20. colu.* dicit, quod actus morientium non poſſunt eſſe in ſu-
ſpenſo, neque ab alterius arbitrio pendere, ſicut actus viuen-
tium, *vt in l. fin. ff. commun. præd. & in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſt.*
Sed donatio cauſa mortis accedit magis ad naturam cōtractus
quàm vltimæ voluntatis, vt dicit gloſſ. *in l. 2. in princip. ff. de dot.
præleg.* & contractus poſſunt dependere ab alterius arbitrio, vt
dict. l. fin. Ideò introductum eſt, quòd filius conſentiente patre
poſſit donare. Ita dicit ibi prædictus Doctor, & fuit prius ratio
Bal. *in l. ſenium. in princ. C. qui teſtam. facere poſſ.* Sed iſta ratio non
ſatisfacit, quia illa regula, quòd actus morientium non poſſint
eſſe in ſuſpenſo, non eſt ſimpliciter vera, quia eodē modo poſ-
ſunt ſuſpendi, ſicut actus viuentium quando ſubeſt cauſa. Ita
expreſſe dicit Bal. *in l. fin. in 3. col. verſ. item oppo. C. de ſenten. paſſ.* Et
plura ſimilia ad hoc congerunt Moder. Hiſpani repetentes, *in
l. ſi pater. num. 208. C. de inſt. & ſubſt.* licet ibi de Bal. mentionem
non faciant: & *illa regula d. l. fin.* procedit reſpectu validitatis di-
ſpoſitionis teſtatoris, ſecus verò reſpectu executoris, ſeu effe-
ctus, quia tunc poteſt eſſe in ſuſpenſo vltima voluntas, *l. hæres
quandocunque. ff. de acquirend. hæred.* & ita dictam regulam etiam
in terminis limitat doctiſſimus Modern. Lanzelot. Galiaula *in
repet. l. Centurio. 36. col. num. 165. ff. de vulga. & pupil.* vbi pro iſta li-
mitatione plura iura alleg. quæ videri poſſunt. Et ex iſtis colli-
gitur optima & noua declaratio ad aliā regulam iuris, quæ ha-
4 bet, quòd actus legitimi non recipiunt diem, † neque condi-
tionem: & ſecundùm hoc donatio cauſa mortis, ex quo æqui-
paratur legato particulari, & non requirit illas ſolemnitates
exactas, quæ in teſtamento ſcribuntur. Propterea facilè con-
ceſſum fuit filiofam. vt permittente patre poſſet donare, non
illa ratione, quia æquiparetur contractui, quia illud verum nō
eſt, quia immò potius donatio cauſa mortis æquiparatur vlti-
5 mæ voluntati, † *vt l. fin. C. de donat. cauſa mortis. l. illud. ff. eod. tit. &
l. 2. ff. de publica.* tenet Roma. *in l. ſi donatione. in 3. col. Cod. de collat.
cum multis concor.* quæ congerunt Moder. Hiſpani *in repet. ca. per
veſtras. folio 56. in 2. colum. de donat. inter virum & vxorem.* Nam vi-
demus quòd eſſentialia donationis cauſa mortis ſunt eiuſdem
naturæ, quam actus vltimę voluntatis, poteſt enim talis dona-
tio pœnitentia reuocari, *l. non omnis. in princ. ff. ſi cert. petat.* Secus
tamen in contractibus, *vt in l. ſicut. C. de actio. & oblig.* Secundò,
quia ſicut in legatis mortuo teſtatore dominium transfertur i-
pſo iure. *l. à Titio ff. de furt.* ita & in donatione cauſa mortis, *l. 1.
in fin. cum ſequent. ff. de publician.* Item in ea habet locum ius ac-
creſcendi ſicut in vltimis voluntatibus, *l. vnica. § fin. C. de cad. tol.*
toll. ſecus in contractibus. *l. ſi mihi & Titio ff. de verbor. obligat.* &
plura alia ſimilia adducit Iaſ. *in l. ſciendum. in 4 col. de lega. 1.* Cùm
igitur donatio cauſa mortis ex parte vltimæ voluntatis habeat
plures ſimilitudines & coniunctiones, quàm cum contracti-
bus, dicendum eſt debere fieri æquiparationem potius ab vlti-
ma voluntate, quàm à contractu. *arg. gloſſ. not. in l. ...* §. *itē
qui furem. in verſ. quanto minoris. in m...* & quod
per illam not. Petr. de Anchar. *in rub. de reg. iur. lib. 6 in ... & i-
bi dixi.* Nam quando aliquid aſſimilatur alteri, debet cum eo
habere maiores concordantias, quàm diſcordantias, *l. 1.* & ibi
6 expreſſe not. Bal. & Iaſ. *C. de iure emphy.* † alias non valet, *argum.
7 à ſimili, vt not. gloſſ. in c. ſic enim. in verſ. nunquid. 28 q. 1.* † Nota ſe-
cundò ex tex. quòd ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, hoc pro-
batur clarè *hic*, dum tex. dicit quòd pauperes inſtituit, & tamē
talis inſtitutio fuit ſubſtitutio, vt apertè hic dicitur, & ita Doct.
omnes tranſeunt, cum quibus concordat Alex. *in l. ſi à primo per
illum tex. ff. de liber. & poſthum. in princ.* Et illud quod dictum eſt,
ſecundùm proprietatem vocabuli procedit, nam cùm illa ſit
diffinitio, verba in diffinitione propriè capi debent, vt conclu-

dunt communiter Doct. *in rub. ff. de vulg. & pupill.* Pro qua opin.
adducitur tex. ſingular. *in l. mulier. § fin. ff. de cond. inſtit.* vbi ſi ita
dixero, inſtituo te hæredem, ſi tu me hæredem inſtituas, dici-
tur ibi, quòd ſi tu me ſubſtitutum feceris, quod ſatisfactum eſt
conditioni certæ, non alio reſpectu, niſi quia, qui ſubſtitutus
eſt, dicitur propriè inſtitutus, cùm verba in conditionib⁹ pro-
priè, & in forma ſpecifica debent impleri. *l. qui hæredi. cum ſimil.
de cond. & demonſt.* & *ita illum tex. ad hoc ibi commendat* Bar. Bal. &
Paul. de Caſtr. & Iaſ. *in l. Centurio. in antepen. col. ff. de vulga. & pup.*
vbi per illum tex. reprehendit Ant. de Butr. *in conſ. 76.* qui dicit,
quòd ſubſtitutus non eſt propriè inſtitutus, & idem Iaſ. *in d. l.
ſi à primo. in 3. col. de lib. & poſthum. & in l. poteſt. in 2. col. ff. de vulg. &
pupil. & in l. 3. § purè. in princ. ff. de liber. & poſthum.* † Sed aduerte 8
diligenter, quòd ad tex. *in d. §. fin.* reſpondet idem Iaſ. ſibi con-
trarius, *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. 15. col. ff. de liber. & poſthum.*
quòd ibi ſumus in conditione voluntaria, quæ poteſt adim-
pleri per æquipollens, & ideò ibi appellatione inſtituti, venit
ſubſtitutus, non autem ex proprietate, quod patet ſecundùm
ipſum ex diuerſitate graduum: quia inſtitutus dicitur in primo
gradu hæres, ſubſtitutus verò in ſecundo: præterea quia ſubſti-
tutio eſt conditionalis inſtitutio. *l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad l.
Falcid.* & vbi eſt conditio, ibi non eſt proprietas. *l. 1. ff. de donat.*
Vnde relictis omnibus ſolut. Iaſ. dicit, quòd ipſe putat tex. *in d.
§ fin.* aliter euadi poſſe, videlicet, vt dicamus ibi non eſſe pro-
priè conditionem, ex quo reſpicit præteritum non futurum. *l.
cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet.* & ideò ille text. non facit ad propoſi-
tum inducēdo, vt ibi latius per eum, cuius verba Carol. Ruyn.
ibi tranſcribit, niſi Iaſ. ab ipſo prius habuiſſet, vterque tamen i-
pſorum habuit à Socin. qui iſtam ſolutionem ponit, nec illum
referunt *in rub. ff. de vulga. & pupil. in 2. lect. ſiue additione, quam fe-
cit ad primam lecturam.* Sed tamen iſta ſolutio non mihi ſatisfa-
cit, duplici ratione, prima, quia illa verba conditionis poſita *in
d. §. fin.* non ſunt illa, quæ formaliter à teſtatore dicta fuerunt,
ſed referuntur ibi narratiuè à Iuriſconſulto, & ideò fundari nō
poteſt deciſio, an verba ſunt de præterito, vel futuro. Vel dicas
ſecundò, quòd licet conditio de præterito propriè non ſit con-
ditio, procedit quoad ſuſpendendum actum, ſed quantum ad
eius eſſentiam non videtur diuerſitas, quia eodem modo de-
bet verificari cōditio de præſenti, vel præterito † reſpectu præ- 9
teriti, ſicut conditio de futuro reſpectu futuri, *dict. l. cum ad præ-
ſens.* & tradit expreſsè Dec. *in l. actus legitimi. in 2. col. n. 14. ff. de reg.
iur.* Nam conditio de præterito vel præſenti, ita eſt incerta quo
ad nos, ſicut conditio de futuro, vt eſt tex. *in l. ſi ita ſtipulatus fue-
ro. la 3. & ibi not. Iaſ. ff. de verb. oblig.* Et hinc eſt, quòd ſicut condi-
tio de futuro habetur loco cauſæ in ſtipulatione, ita etiam cō-
ditio de præterito vel de præſenti, vt dicit Bar. & ibi Alex. *in l. à
Titio. ff. de verb. obligat.* & ſicut etiam electio non valet facta ſub
conditione de futuro, ſic etiam non valet facta ſub conditio-
ne de præſenti vel præterito, vt tenet gloſſ. *in cap. 2. de elect. libr. 6*
Patet igitur, quòd reſpectu effectus par eſt potentia vtriuſque
conditionis. Et ſic ſolutio prædictorum Doctorum reſoluitur.
Nec obſt. etiam, quòd ſubſtitutus dicatur conditionaliter in-
ſtitutus, quia illud non eſt verum, quando tractatur de acqui-
ſitione facienda ſubſtituto, qui purè admittitur reſoluta con-
ditione, quæ in perſona inſtituti poſita fuerat, & cum tractetur
de ſubrogatione ſecundi, oportet quòd primus deficiat: prop-
terea tamen ſecundus, qui in locum primi ſubſtituitur, condi-
tionaliter inſtitutus nō dicitur, quia tunc dicitur inſtitutus, cū
nulla eſt conditio, antea tamen de viribus eius non tractatur.
Sed eſto quòd fateamur ſubſtitutum eſſe conditionaliter in-
ſtitutum, propterea non tollitur, quin inſtitutus propriè dica-
tur, quia conditionales creditores propriè creditores dicun-
tur. *l. ſi ita. & l. creditores. ff. de verb. oblig.* Nec obſtat, *d. l. 1. ff. de don.*
† quia licet ad illam reſpondeat Iaſ. *in d. l. Gallus. §. & quid ſi tan- 10
tum.* quia tamen illa ſolutio non releuat, tu ſoluas iſto modo,
quod text. *in d. l. 1.* procedit quādo conditio appoſita in dona-
tione reſpicit vtilitatem donantis, ſecus verò, ſi vtilitatem do-
nantis non reſpicit, quia tali caſu propriè donatio dicitur, cum
donatio poſſit fieri, & purè, & ſub conditione. *l. donatio. Cod. de
donat.* & ita expreſsè declarat Paul. de Caſt. *in l. ſi tibi pecunia.* &
ibi ſequitur Dec. *in 2. not. ff. ſi cert. pet.* & idem Paul. hoc tenet, *in
d. l. 1.* & ſecundùm hoc tex. ille optimè reſoluitur. † Quando- 11
quidem ad tollendum arg. ſufficeret dare inſtantiam de credi-
tore conditionali, vt *ſup.* dixi, *iuxta l. creditores.* & quæ ibi not. Ia-
ſon poſt alios. *ff. de oper. nou. nunc. & tex. in c. ſicut vrgeri. 1. quæſt. 1.*

Dec.*in capit. nam concupiſcentiam.de conſt.* Eſt bene verum,quod
quantum ad hoc de creditore,contrarium ergò tenui *in §.item*
ſi quis in fraudem.n 33.Inſt.de actio. Tamen modo placet contra-
ria opin.quia ex nouis opin.& vltimis non a generantur fantaſ-
mata,vt dicit Bal.*in l.de tutela.C.de in integ.reſt.*ex quibus priora
renocantur,quia præſumuntur matutiora,vt dicit Rom.*conſil.*
327.*Iſtæ ſunt rationes.col.*2.& And.Sic.*in conſil.* 43. *Sempiterna.col.*
12 9.*in* 2.*vol.*& pro iſta opin.quòd † creditor cõditionalis ſit pro-
priè creditor:pro communi ego pondero,*quod text.in d. l.credi-*
tores.& d l.ſicut.ſunt poſiti ſub tit.de verb.ſign. in quo tit.tractatur.de
proprietate verborum,vt dicit Iaſ.*in l. Gallus.§.ſi is qui. in* 2.*col.ff. de*
lib.& poſthum.& hoc ſuadetur vltra ipſum,quia illud verbum,
ſignificatione,poſitum *in d.tit.*nihil aliud importat, quàm de
proprietate verborum,vt eſt tex.optimus *in l ſi ita ſcripſiſſet.ff.de*
leg. 2.*ad idem tex.in l.* 4.*ff.de cond.inſt.* Patet igitur,quòd interpre-
tatio *d.l.creditores.& l.ſi cui.*ſecundùm proprietatem procedet.
Remanent ergò diſſolutæ ſolutiones Doct.& tex.*in d.l.mulier.*
§ *fin.*adhuc viget.Et ideò reperio,quòd Dec.*in rub.C.de inſt.&*
*ſub.*conatur aliter reſoluere tex.*in d.§.fin.* videlicet,quòd ideò
ibi conditio inſtitutionis verificatur in ſubſtitutione,quia vo-
luntas teſtatoris fuerat alternatiua,videlicet,quòd ipſum in-
ſtituiſſet,vel aliquid ſibi legaſſet. Vnde ille ſubſtituendo,vide-
tur potius adhærere legato,quàm inſtitutioni ex voluntate te-
ſtatoris,& ita in effectu Dec.tranſit,vt ibi latius per eum. Sed
etiam iſta ſolutio,quæ videtur in effectu fuiſſe Caroli [illegible] tyn.*in*
repet.§.& quid ſi tantum.in 16.*col.ff.de liber.& poſthum.* non tollit
difficultatem,quia conditio debet adimpleri in forma ſpecifi-
ca.Clarum eſt,quòd ille ſubſtituendo,neq; inſtituit hæredem
neque legauit,quia ſubſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio, non
legatum.Vnde negari non poteſt,quòd iſte caſus veluti omiſ-
ſus eſſet relinquendus diſpoſitioni iuris communis, & tamen
tex.ibi dicit illum ſatisfacere conditioni certæ,non alio reſpe-
ctu,niſi quia largo modo ſubſtitutio dicitur inſtitutio:& ſic ibi
conditio non impletur in forma ſpecifica.text.igitur *in d.§.fin.*
adhuc non eſt reſolutus.Reperio,quòd quidam Modern. Hi-
ſpani *repet.in l.ſi pater.fol.*19.*n.*217.*C.de inſt.& ſubſt.* conantur a-
liter illum tex.euadere.Dicunt enim quòd *in d.§ fin.*non requi-
ritur verificatio cõditionis in forma ſpecifica reſpectu effectus
acquiſitionis, quia teſtator conſiderauit meritum reſpectu a-
ctus inſtitutionis,nimirum ſi conditio impleretur in ſuo gene-
re.Quia verbum inſtitutio,capiendo vt genus prædicatur pro-
priè de ſubſtitutione,quia ſpecies propriè ſub genere compre-
henditur.*l.item legato.§.item intereſt.de leg.* 3. & quia teſtator ibi
erat iam mortuus , non poterat per inſtitutionem aliquid ac-
quirere.*l.vnica §.ſin autem.C.de cad.tol.cum ſimil.*ideò ſufficiebat
quodcunque meritum,etiam inæquale,vt ibi declarat Pau.de
Caſtr.& ſecundùm hoc ille text. de plano procederet. Pro iſta
ſolutione tu adde præſupponendo,quòd teſtator ibi mortuus
fuerit , quòd ideò ibi illa conditio inſtitutionis fuit verificata,
in ſubſtitutione,vt teſtamentum ſuſtineretur , quod quidem
non valeret,ſi hæres inſtitutus deſineret eſſe hæres ob non ad-
impleram conditionem ob quam fuit inſtitutus. Vnde, vt te-
ſtamentum valeat,& ne teſtator moriatur inteſtatus , eligitur
illa via tutior pro teſtamento,vt *in l.ſi pars.ff.de inoffic.teſtam.*Pro
quo etiam verba improprientur.*l.pater Seuerinam ff.de condit.&*
demonſt.& in ipſis fit lata interpretatio.*l.in teſtamentu.ff.de regul.*
*iur.*Sed tu etiam conſidera,quòd iſta ſolutio nihil valet , & eſt
diuinatiua,quòd ibi teſtator conſiderat meritum inſtitutionis
& quòd prius mortuus fuerit,iſta omnia ſunt facti,quæ ibi nõ
probantur.Et propterea cogitaui ego ad illum text. alium no-
uum ſenſum,qui talis eſt,videlicet quòd non loquitur de ſub-
ſtitutione,cùm in tex.nullum ſit verbum,ſed merè de inſtitu-
tione,& erit ille ſenſus literæ , & ratio dubitandi dicitur ibi in
tex quòd ſi ego te hæredem inſtituero,ſi tu me hæredem inſti-
tuiſſes,quod nõ refert quo gradu ego à te hæres inſtitutus ſim.
Doctores omnes intelligunt iſta verba de ſubſtituto, ego autẽ
dico,quòd iſte tex non intelligitur,niſi de inſtituto.Præſuppo
nendo vnum,quòd quis in teſtamẽto poteſt plures gradus hæ-
redum facere,etiam non ſubſtituendo, *l ſi quis hæredes.& l. quo*
*loco.non cauillando literam.*Nouus intellectus *ad §.fin.ff.de hæred.*
13 *inſt.cum ſimil.*tunc ſic,ſenſus *d.§ fin.*eſt talis,quòd † ſi tu me hæ-
redem inſtituiſti,ſub tali conditione,ſi ego te hæredem fecero
videor conditioni ſatisfacere,ſi te in ſecundo loco hæredem in
teſtamento meo nominauero,cùm primo loco alios inſtitue-
rim,& ratio dubitandi poterat eſſe,quia illa verba,ſi me hære-
dem inſtituiſſes,videbãtur debere intelligi de primo nomina-
to:*arg.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.* Nam primò † nominatus 14
in teſtamento,præſumitur magis dilectus à teſtatore. *l. qui ſol-*
uendo.& ibi not.gloſſ.ff.de hær.inſt. & ex iſta priori nominatione,
effectus maximus ſequitur,vt *in l.quoties.ff.de vſufruct.& l.ſi quis*
hæres.ff.qui & à quib. & l generaliter.§.ſi quis ergo.ff.de fideicom.lib.
Sed tamen iſta ratione non obſtante text. ibi determinat con-
trarium,dicens ſufficere a quoquo loco te hæredem inſtitue-
re,vel aliquid tibi legare dummodo aliquo gradu hoc faciam,
ideſt,dummodò te inſtituã in certa parte alio hærede inſtituto
nam tali caſu dicitur legatarius inſtitutus, non tamen hæres, *l.*
quoties.C.de hær.inſt.& in §.aliud quoque.in auth.vt cùm de app.cog-
no.& hoc eſt quod dicit ille tex.*in d.§.fin.*& ita tenendo inferũ-
tur ex hoc plures effectus.Primus eſt,quòd ex quo ille text.lo-
quitur tantum de hærede, ſubſtitutus non erit propriè hæres.
Secũdò conſeruatur illa regula,quòd conditio debet propriè
& in forma ſpecifica adimpleri,vt *l.*1.*de cond.& demonſt.* Nã iſto
modo tex.*in § fin.*concordabit cum regula *d.l. qui hæredi.* Ter-
tius effectus reſultat ex hoc,quòd ſi relictum ſit alicui legatum
ſub titulo inſtitutionis,dicitur inſtitutus, ſed non dicetur hæ-
res,vt probatur *in d.§.fin.*ſecundùm iſtum intellectum, dum i-
bi ponitur differentia,an ſit hæres inſtitutus,vel aliquid lega-
tum,aliquo tamẽ gradu,quod facit ad declarationem *d.l.quo-*
*ties.cum multis alijs,vt dicemus infra in glo.*Hic ſuperuenerunt lite-
ræ Senatus Veneti ad poteſtates Patauinos, † per quas Sena- 15
tus deſtinauit me (licet immeritum) ad lecturam ordinariam
iuris canonici , de ſero in primo loco. Et ideò cogimur pun-
ctum facere ſuper iſta Decretali, & faciam principium meum,
in dicto loco die Lunæ proxima,in qua aſſumam *titulum accuſa-*
*tio.*qui ſecundùm morem huius Gymnaſij,hoc anno interpre-
tandus venit.

BIBLIOPOLA.

NON ab re erit, Lector candidiſſime , pro complemento paginarum deficientium loco Orationem quandam eiuſdem Reueren.P.D Ludouici,quæ ad manus noſtras neſcio quo pacto peruenit inſerere,quam idem Dominus auditor die prima Octobris.1532.cum audientia ſacri Palatij initium acceperunt publicè habuit.Eſt enim elegans,docta,& ſententiarũ plena, quæ duo facile in oratore optimo deſiderari ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Pericles Athenienſis orator egregius antequam ad populum verba faceret,quid ſit Deos precari ſolitus.*
2 *Honeſtas in quatuor locos diuiſa.*
3 *Lex Deorum hominumq; Regina.*
4 *Legum vis atque natura.*
5 *Leges plurimæ quibus adſint,eos viuendi ritu deprauatos eſſe.*
6 *Reipublicæ cura apud Perſas,Athenienſes,Romanosq; quibus committi ſolita ſit.*
7 *Numerus duodenarius quæ in ſe comprehendat.*
8 *Auditores Rotæ duodecim.*
9 *Mentis integritatem omnibus fortunæ bonis anteponendam.*
10 *Auditores Rotæ,quales eſſe debeant.*
11 *Hadriani Imperatoris exemplum non negligendum.*
12 *Conditionis humanæ deploratio.*
13 *Virtutis ſola gloria non contentos eſſe debere.*
14 *Aduocati quid agere debeant.*
15 *Aduocatorum perfidia olim quàm fuerit venalis.*
16 *Raynutius aduocatorum primus , ob defenſam cauſam mercedem accepit.*
17 *Aduocatos plures ſanctos fuiſſe.*
18 *Procuratorum officium.*
19 *Scribarum & Tabellionum fides & veritas quanta eſſe debeat.*
20 *Lex Clodia vnde emerſerit.*

EXORDIVM.

PERICLEM illum † Athenienſem,Patres ampliſſi. vosque 1
cæteri cuiuſq; ordinis ſpectariſſi.viri,in quo tanta vis dicẽ-
di fuit,tanta ad mouendos affectus facultas,vt veteres comici
etiam cùm illi maledicerent,in eius ore leporẽ habitaſſe con-
fiterentur.Quoties ad populum verba faceret,Deos immorta-
les precari

les precari ſolitum accipimus, ne verbum vllum ſibi in mẽtem
veniret, quòd à rebus ipſis videri poſſet alienum. Quod ſi illũ,
qui admirabilis contigit, & diuina propemodum dicẽdi co-
pia, ea cura ſolicitabat, cùm ad dicendum accederet, quantò
me magis ſolicitum eſſe oportet, qui hoc dicẽdi genere parum
exercitatus, non ad populum, nec de re quadam populari, vt
ille, ſed apud ſummos viros de rebus maximis, idque ex cele-
berrimo iſto, & ſacro loco, quem etiam eloquentiſſimi formi-
dare conſueuerunt, dicturus proceſſi. Inre igitur poteram au-
dax, aut certè parum prudens haberi, ſi tantum oneris ſpon-
te mea ſuſcepiſſem. Sed quoniam is mihi hoc munus iniun-
xit, cuius voluntati reſiſtere nec potui, nec debui. Dabitis
neceſſitati veniam, ſi quid fortè auribus veſtris caſtigatiſſimis
parum dignum attulero. Dicendum enim mihi eſt de legibus,
deque ipſis magiſtratibus, de rebus quidem ſummis, in qua-
rum dignitate commemorandi, ſi ſumma dixero, minora ta-
men ſunt his, quæ dicenda relinquuntur. Sed iam rem ipſam
aggrediamur.

O R A T I O.

2 EX QVATVOR † autem locis, in quos honeſtas ipſa di-
uiſa eſt, ille maximè naturam attingit hominum, qui in le-
gum cognitione verſantur, quo factum eſt, vt ſummo ſemper
in honore habita ſit iuris legumque cognitio. Præterea, quòd
qui in eadem facultate verſantur, præſidere intelligũtur com-
muni omnium ſaluti, & commodis: quòd ſi radicatus vim æ-
qui, ac naturam diſcutiamus, nullo ſanè arctiori vinculo de-
prehendemus, feroces populos ſuos ſe terminis contineri, ci-
uitatum conſilia ſtabiliri, principum deſidentium animos cõ-
ciliari, quàm legibus. Et ſi verum fateri libeat, quòd ſtamus, quòd
ſedemus, quòd tuti viuimus, quòd dominia rerũ adſeruamus,
id iuri totum, legibusque debemus, vt enim corpora ſine mẽ-
te, ſic ciuitas ſine legibus ſuis partibus & membris vti non po-
teſt: vt meritò à veteribus dictum ſit, longè maiore diſcrimine
ciuitatem legibus, quàm mœnibus ipſis fraudati, & legum id-
circò nos ſeruos eſſe, vt liberi eſſe poſſimus. Quam legum di-
3 nitatem admiratus ſenex ille ſapientiſſimus Pyndarus, † legem
dixit Deorum eſſe, hominumque Reginam, per quam, veluti
per aureum quendam funem (vt ait Plato) ratio noſtra dirigi-
tur. Nec aliam ob cauſam putauerim, veteres legum inuentio-
nem Cereri frugum inuentrici conſecraſſe, quàm vt innuerẽt,
non minus humano generi leges, quàm fruges eſſe neceſſarias.
Quippe cùm fruges terreniſtatum, & caducis corporibus ſub-
ueniant, leges autem animis, quorum origo diuina eſt, opitu-
4 lentur. † Legum enim ea vis eſt, atq; natura, vt virtutes vel red-
dat illuſtriores; quas inueniat, vel non inuẽtas in animos mor-
talium inducat. Lex enim ſtudioſum ſui grauem facit, purum,
ſyncerum, incorruptum, ac quadam æquitatis, & veritatis ma-
ieſtate verendum. Hæc enim facit, vt verus, iuſtus, ac honeſtus
labor honoribus, præmijs, atq; ſplendore decoretur, vitia ho-
minum, atque fraudes, damnis, vinculis, ignominijs, verberi-
bus, exilijs, morte mulctentur. Hac docemur non diſputatio-
nibus multis, ſed auctoritate, nutuque ipſius domitas habere
libidines. Reſpicite quæſo, vt alia omittam, diuina illa legum
duodecim tabularum oracula, & conſiderate quàs morum, &
æquitatis ſententias referant, quàm expreſſas habeãt maieſta-
tis effigies. Nec enim immeritò Craſſus apud Ciceronẽ vnum
duntaxat ex illis legibus libellum, authoritatis pondere, ac v-
bertatis vtilitate, Philoſophorum omnium bibliothecis præ-
poſuit. Quas quidem lẽges, ſi nos cum illa diuina, & compen-
dioſa breuitate incorruptas, hactenus ſeruaremus, quantò fo-
ret (Deus immortalis) noſtra reſpublica fęlicior. Sed ex illis 12.
& quidem permodicis fontibus tam vaſta nouarum legum, &
commentariorum ſuccreuit immenſitas, vt meritò Tertullia-
nus iam ſqualentem legum ſyluam, eamq; ſecuribus amputã-
dam appellarit. Non longè abhorrens à Socratis ſententia, qui
5 (vt author eſt Plato) putabat eos, † quib. plurimæ leges adeſſẽt
viuendi ritu deprauatos eſſe, non ſecus atq; illos; quib⁹ plures
adſunt medici, eos namq; multis morbis implicari, neceſſe eſt.
Cuius rei argumentum nobis res Romana præſtabit, quæ ini-
tio modicis legib. ſteterat, poſt verò legum gliſcente copia dẽ-
fecit. Quarum quidem legum & commentariorum immenſa
congeries nõ aliunde (ſi verum quærimus) profecta eſt, quàm
ex prauorum hominum ingenioſa malitia, ac calumnioſis in-
terpretationibus quas cohibere, & ad rectam iuris normam re-
uocare, munus eſt eorum, qui reipublicæ præſunt, quos magi-
ſtratus appellãmus, de quibus non erit abs re, iam pauca quæ-
dam commemorare. Varia igitur apud antiquos, & ob magi-
ſtratuum impotentiam periculoſa fuit reipublicæ conditio. † 6
Nam primi omnium Perſarum populi expedire eorum impe-
rio arbitrabantur, ſi reipublicæ curam ſeptem magiſtratib. ve-
luti principibus committerent. Athenienſes verò decẽ primò,
deinde vigintiocto ſenioribus, quibus erat regibus potentia,
reipublicæ ſummam tradiderunt. Romani centum conſtitue-
runt, qui populo ius dicerent. Verùm cùm omnes illi rempub.
pari imperio regerent, nec illis eſſet princeps vnus, qui poſſet,
cùm oporteret, eorum potentiam moderari, mutuis tandem
contentionibus ac factionum odijs illæ reſpublicæ veluti flu-
ctibus exagitatæ, ad omnes ad vltimam conciderunt. Melius i-
gitur ac ſapientius Plato cenſuit, qui rempublicam omnem in
duodecim diſtribuit magiſtratus, qui vni tantum principi ad-
eſſent. Summi Dei, vt opinor ordinem ſequutus, † qui cœlum 7
ipſum immenſum duodecim diſtinxit ordinib. totidemq; mẽ-
ſibus annum, quibus duodecim coniunxit Zodiaci ſigna, quæ
veluti quidam naturæ magiſtratus vniuerſis faciem regerent, ac
moderarentur. Neq; verò ſolum res cœleſtes hoc numero di-
ſtinxit ſummus ille artifex Deus, ſed etiam populum Iſrael ſibi
electum in duodecim partitus eſt Trib. quarum ſingulis magi-
ſtratum ſuum, ac moderatorem præfecit. Sed cùm ob illius ge-
tis proteruiã, vetus illa reſpublica iam diuiſa, ac penitus cõ la-
pſa fuiſſet, miſeratus hominum caſus Deus, Chriſtũ filium ad
nos demiſit, qui veteris reipublicæ lapſum, vt noua cõſtitutio-
ne renouaret, † duodecim ſibi legit Apoſtolos, quorum pru- 8
dentia, & exemplo orbem terrarum inſtitueret, eosq; futuros
mũdi iudices deſignauit. Cuius quidem reipublicæ imaginem
ſummi Pontifices Chriſti vicarij imitantes ſapienter, vt cætera
& diuino quodam nutu vos duodecim patres gentium iudices
conſtituerunt, vt è duodecim iſtis ſedibus rempublicam Chri-
ſtianam bene ac ſapienter moderemini, imaginem ferentes il-
larum 12. ſtellarũ, quas Ioan. in Apocalypſi dixit poſitas in co-
rona iuſtitiæ. Et ſicut illi Saluatoris noſtri Apoſtoli lineis & cã-
didis vtebantur tunicis, ſic & vos ſtolis albis amicti eſtis, qua-
rum formã duodecim Ægyptiorum Sacerdotes in ſignum pu-
ræ ac immaculatæ mentis primi omnium tradidẽre. Quã qui-
dem † mentis integritatem, ab immortali Deo acceptam, om- 9
nib. fortunæ bonis, & vitæ propriæ anteponere debemus. Hãc
maiores noſtri præſidem iuſtitiæ, ac cuſtodẽ huius ordinis eſſe
voluerunt. Quæ ſi optimorum conſiliorum, atq; factorum te-
ſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cum ho-
neſtate viuemus. Quam aliã ob cauſam putatis Fabricium Bi-
cinum, Q. Tuberonem veterum memoria inter Deos fuiſſe re-
latos, niſi quia ob incorrupti animi robur, alter à Samnitibus
ingentem vim auri, alter verò ab Atheis vaſa pretioſa magni
ponderis, exquiſita arte fabricata reiecerunt. Maluerunt enim
impollutis animis diuitibus imperare, quã diuites eſſe. Nec ſa-
tis eſt, patres ſynceros nos eſſe, & incorruptos, cùm hoc ipſum
natura duce, ac domeſticis inſtitutis nobis inſitum eſſe debeat,
niſi, quod eſt omnium difficillimum, cum natura ipſa confli-
gamus.

† Nam & bènè, & malè de nobis audire, æquo animo ferre 10
oportet, neq; facilè laudib. vel populi cõuitijs à recto dimoue-
ri. hoc enim eſt, aduerſus naturam quę in oppoſitum ducit, pu-
gnare, in quo quidem deficere ſine ſummo reipub. detrimento
non poſſumus. Decet etiam, vt nos adeuntibus faciles & beni-
gnos præbeamus. Nãm nihil hominum animos æquè deuincit
ac humanitas, & in omnes affabilitas: quæ facit, vt homines
nos obſeruent, colant, ac reuereãtur. Sic Pompeius miris à Ci-
cerone laudib. effertur, ſic Traianus, quia facilè adeuntes eum
admittebat, boni principis nomen adeptus eſt. Contra † Ha- 11
drianus Imperator, vt difficilis, & plus nimio moroſus, iure re-
prehendi meruit, ad quem cùm anus quædam paupercula ac-
cederet, ſæpè rogans, vt eius cauſam audiret, & is illi reſponde-
ret, ſe ocioſum non eſſe, tunc anus, ne quidem ergò Hadriane
Imperator eſſe velis, cuius quidem liberam aniculę vocem ad-
miratus Imperator, non ſolùm illi aures præbuit, verùm etiam
alios facilè audiuit. Quod Hadriani exemplum huc pertinet,
patres, vt ſi auditoris nomen, quod induimus re ipſa implere
cupimus, faciles ad audiendum aures præbeamus, neque verò
ſolùm aures nos adeuntibus, ſed & mentem ac animi attentio-

nem præbere debemus. Ne fortè nobis contingat, quòd Phi-
lippo Macedonum Regi euenisſe legimus, qui cùm Machetæ
cuiuſdam cauſam negligentius, ac dormitans audiſſet, ac pro-
pterea ſententiam iniquam in ipſum tuliſſet, Macheta clamo-
re magno ſe ab ea ſententia appellare dixit, quo appellationis
verbo regibus inuiſo, Philippum ad iram excitauit qui ad eum
conuerſus, ad quem, inquit, Macheta appellas? ad te, reſpōdit
ò Rex, cùm attentius, & vigilans cauſam meam audieris, tunc
Philippus veluti rubore ſuffuſus, diligentius rem intelligens,
12 cauſa cognita ſententiam mutauit. † O laborioſam conditio-
nem noſtram, ac acerbam reipublicæ curam, in qua diligentia
plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, vbi ſeueri-
tas periculoſa, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio
pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus irat⁹,
ingentes animi, corporiſq; labores, gratia perexigua. Inde igi-
tur Diocletianus Imperator dixit, nihil eſſe difficilius, ac peri-
culoſius, quàm magiſtratum gerere, vt meritò in prouerbium
exierit, lupum auribus tenet, qui gerit magiſtratum. Nā vt au-
thor eſt Xenophon, homo animalium ōmnium ingratiſſimus
nihil magis odit, quàm ſui ipſius rectorem, atq; cuſtodem, vt
non ab re Pauſanias Iſocratem ſapientiſſimum iudicauerit, q̄a
ad rempublicam nunquam acceſſit, memor forſitan illius Cri-
ſippi ſententiæ, qui cùm interrogaretur, cur ad rempublicam
non accederet, quoniam ſi male, inquit, eam gererem, dijs di-
13 ſplicerem, ſi bene, hominibus. † Sed in tot tantiſq; reipublicæ
gerendæ laboribus vna nos res præcipuè conſolari debet, pa-
tres, quæ veteres illos Romanos ad magnos ſubeundos labo-
res adhortari ſolebat, qui pro ingentium laborum ſuorum pr̨
mio ſola virtutis gloria cōtenti erant. Hæc ſola Marcellos, Fa-
bios, Africanos ad res magnas, & periculoſas obeundas indu-
xit. Nos verò ſi munere nobis commiſſo iuſtè ac ſanctè functi
fuerimus, non ſolùm ea qua vſi ſunt illi Heroes, inter homines
fruemur gloria, ſed poſtquam ex hac vita migrabimus certus
erit nobis in cælo diſtinitus locus, in quo laborum noſtro-
rum mercedem cupientes, cum ſanctis Dei ſempiterno æuo
14 fruamur. † Vos etiam cauſarum patroni clariſſimi ad hoc v-
num adhortabor, ne dignitatem veſtram, qų per ſe ampliſſi-
ma eſt, auaritiæ labe polluatis, ne vos iterum à ſua republica e-
ijciat Plato, tanquam, vt ipſe dicebat, pecuniarum accipitres.
Cuius quidem auaritiæ modum veteres cauſarum patroni ita
exceſſiſſe leguntur, vt mererentur lege Cinthia coerceri, ne de
cætero ob cauſam dicendam præmium, munus ve acciperent.
15 † Nihil enim ea tempeſtate, vt author eſt Tacitus, tam venale
fuit, quàm aduocatorum perfidia. Adeò, vt Samius inſignis e-
ques Romanus quadringētis nummorum millibus Suillo da-
tis cognita pr̄uaricatione ferro in domo eius incubuerit, quod
cauſa fuit, vt patres inſurrexerint, & legem Cinthiam flagita-
rent, non ſine magno Suilli, & eorum, quibus hæc iniuria pa-
rabatur, ſtrepitu. Nā diſcors Suillio Sillius conſul acriter incu-
buit, veterum oratorum exempla referens, qui famam in poſte
ros præmia eloquentiæ cogitauiſſent. Pulcherrimam alioquin
& bonarum artium Principem ſordidis miniſterijs fœdari, ne
fidem quidem integrā manere, vbi magnitudo qųſtum ſpe-
ctetur. Meminiſſent T. Galbæ, C. Aſinij, & Meſſalæ, ac recen-
tiorum Aruntij, & Eſernini ad ſumma prouectorum incorrup-
ta vita, & facundia. Hæc & alia dicente cōſule, Suillius, & Caſ-
ſianus aduocatorum primi inſurrexerunt, ſuperbiam potētio-
rum in hoc accuſantes, qui neminem cuperent aduocatorum
inopia res ſuas tueri. Cui enim tam vecors fuit, vt illi eloquen-
tia gratuito contingeret, omitti curas familiares, vt quis ſe alie-
nis negotijs intendat, facilè Aſinium & Meſſalam inter Anton.
& Auguſtum bellorum pr̨mijs referros, aut ditium familiariū
hæredes Eſerninos & Aruntios magnū animum induiſſe. Prō-
pta ſibi exempla quantis mercedibus P. Clodius, aut C. Curio
concionari ſoliti ſint ſe modicos ſenatores, qui à republ. nulla,
niſi pacis emolumenta peterent. Sublatis enim ſtudiorum pre-
tijs etiam ſtudia peritura, vt minus decora, & defraudati labo-
rum præmio homines ignauos, ac penitus deſides reddi. H̨c i-
ta haud fruſtra dicta Princeps ratus, capiendis pecunijs poſuit
modum, vſq; ad dena ſiſtertia, quæ egreſſi, repetundarum te-
nerentur. Sic itaque hoc tempore Suillius, ſicut olim Appius
Claudius obtinuit legem Cinthiam temperari. Nam Appio
16 permittente Antipho † Raynutius primus omnium aduocato-
rum, ob defenſam cauſam mercedem accepit. Sic Suillius Ti-
berio mandāte pretium lingų pſequutus eſt. Cuius exemplum,
Græci omnes, ac Latini poſtea ſecuti ſunt, lōgè magis fructuo-
ſam linguam, quàm mercaturam experientes. Et ob eā cauſam
ad tantùm decus, & honorum culmē dignitas veſtra proceſſit,
vt Imperatores ad gloriā nominis & laudem referrent, ab or-
dine veſtro genus trahere. Sed quid cætera commemoro cùm
Chriſtum ipſum ſeruatorem noſtrum, aduocati officium non
paucis, teſte Auguſtino, impartitum eſſe conſtet, vt in Magda-
lenæ, in mulieris de adulterio, in accuſatione diſcipulorū ſuo-
rum varijs criminationibus factum ab ipſo in Euangelio legi-
mus, vt Ambroſium omittam, † qui vndecim annis in curia, & 17
foro cauſas egit, & Germanum, ac Lipard. diui Leonardi Mag-
ni fratrem, qui & ipſi, cùm aduocati fuiſſent, in numerum ſan-
ctorum relati ſunt, vbi obiter obtrectatorum veſtrorum inui-
dį occurratur, qui vnum tantùm Iuonem ex ordine veſtro in-
ter beatos connumerant. Quorum integritatem eo munere
fungendo ſi imitati fueritis, paria cum eiſdem præmia referre-
tis, ac nomen veſtrum ab iniuria mortalitatis vindicabitis. † Iā 18
verò vos cauſarum procuratores honeſtiſſimi, quæ veſtræ ſint
partes, ex his, q̄ diximus, intelligere poteſtis. Vobis enim cùm
aduocatis pleraque ſunt communia, communis igitur admo-
nitio erit. Illud tamen non omittam: Damaſcum, qui primus
omnium procuratoris munus exercuit, tanta gloria inter ſuos
quondam floruiſſe, vt ex ipſo Damaſcus vrbs Syriæ celeberri-
ma nomen acceperit. † Sed iam ad vos venio, Scribæ & Tabel- 19
liones quorum opera vt eſt vitæ hominum reipublicæq; peru-
tilis, ac ꝓpemodum neceſſaria, ſic apud veteres in multo ma-
iore, quàm nunc habebatur honore. Nec ad id officium quiſ-
quam prius admittebatur, quàm conſtitiſſet, eum honeſto lo-
co natum, fidei ac probitatis præſtitiſſe documentum. Vos igi-
tur adhortabor primum, vt veritatem fidemq́ue colatis, his e-
nim neglectis nihil eſt in republica vano & parum fideli tabel-
lione pernicioſius. Deinde vt auaritiam, & improbas exactio-
nes à litigantibus fugiatis, quas vt cohiberet Cato Vticenſis
quæſtor, olim ordinem veſtrum immoderatius excedentem,
cenſoria grauitate coercuit. † Hinc emerſiſſe legem Clodiā pu- 20
tamus, quæ vetabat, ne quis tabellio ſimul ac negotiator eſſet.
Quam vos patres grauiſſimi veluti antiquatam, ſuperiore an-
no iuſtiſſimè renouaſtis, cùm parum ex republica eſſe intelli-
geretis, vt is ſuas & aliorum cauſas agat, cui cauſarum ſecreta
publica fide demandantur. Reliquum eſt patres quòd vos iam
video præſtolari, ſinus vt colligam orationis meæ, quod equi-
dem libenter faciam, ſi à vobis id vnum impetrauero, vt ſtudia
cogitationes, curas, facultates omnes meas, quæ vobis iam diu
deuoui, benignè denuò recognoſcatis, quòd ſi, vt ſpero, cōn-
cedetur à vobis, erit mihi pergratum, & me deuincietis benefi-
cij memoria ſempiterna.

REPETITIO
IN CAP. SI PATER.
De Teſtament.

Celeberrimi I.V.C.D. Emanuelis Coſtæ Luſitani.

BONIFACIVS OCTAVVS.

SI PATER filium, & filiam habens impuberes, & vxorem, filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis ſuis vniuerſalem hæredem inſtituit, & vxori aliqua in ſuo teſtamento legauit: adijciens, vt ſi decederet filia ſine liberis, et ſi ipſe abſq; liberis obiret filius, præfatæ filiæ moreretur: Chriſti pauperes inſtituendo hæredes, ſi vtrumque ſine liberis mori contingeret filiorum. Teſtatore mortuo, ac deinde filio, ſubſequenter & filia (ſuperſtite matre) defunctis ante tempora pubertatis. Abſque deductione Trebellianicæ, ſiue partis iure naturæ debitæ, facienda ipſis pauperibus bona omnia deferuntur. Præmiſſæ namque ſubſtitutiones factæ de filio ad filiam, & econtra; & de illis ad pauperes, directè debent intelligi pupillares. Cùm in ſubſtitutionibus ſemper ſit interpretatio facienda, dummodò, (ſicut in caſu propoſito, earum verbis & perſonis conueniat inſtitutis) vt ſubſtitutio directa intelligatur potiùs, quàm obliqua: quanquam directa interdum ad fideicommiſſum ex cauſa trahatur. Licet autem filius teſtamento ſuo matrem portione iure naturæ debita priuare non poſſit, pater tamen

men in teſtamento, quod filio impuberi facit; poteſt. Nam teſtamentum huiuſmodi pupillare, paternum, vel paterni pars potius eſt cenſendum.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio principaliter diſtinguitur in directam, & obliquam.*
2 *Subſtitutionis directæ quatuor ſunt ſpecies.*
3 *Subſtitutionis vulgaris formula deſcribitur.*
4 *Subſtitutionis pupillaris conceptio traditur: circa quam Bernardi negligentia animaduertitur.*
5 *Principium Inſt. De pupillari ſubſt. enucleatur.*
6 *Subſtitutionis exemplaris exemplum.*
7 *Subſtitutionis militaris figura.*
8 *Subſtitutus militaris ſuccedere intelligitur non hæredi, ſed ipſi militi teſtatori.*
9 *Subſtitutio fideicommiſſaria, ſeu obliqua, duplex.*
10 *Subſtitutionis directæ, & fideicommiſſariæ, duæ principales differentiæ deſcribuntur.*
11 *Subſtitutionis compendioſæ, & breuiloquæ diſcrimen.*
12 *Subſtitutio reciproca quænam ſit? Et quomodo differat à breuiloqua?*
13 *Subſtitutionis compendioſæ exemplum. Et vtrum concipi poſſit ſub alia, quàm mortis, conditione.*
14 *Cap. ſi pater. diuiſio, & caſus.*
15 *Cap. Si pater, ſummarium Ioan. Andr. & alterum Petri ab Anch. emendatur.*
16 *Legitima portio liberis iure naturæ debita deducenda videtur de directis ſubſtitutionibus, ſi modo per eas liberi grauentur.*
17 *Legitima portio cur non deducatur ex directa ſubſtitutione pupillari.*
18 *Subſtitutio breuiloqua dici nequit, vbi teſtator ſingulis liberis ſeparatim ſubſtituit.*

PRINCIPIVM.

HÆC FAMOSA Decretalis olim incipiebat, Ioan. Frangipanis, &c. ſecundùm Innoc. hic: de cuius extrauaganti fuit deſumpta. Et quidem, ſi verba illius antiquæ inſpiceremus poſſet hæc Decretalis facilius intelligi, vt ſcribit Ioannes Monach. hic alludens ad illud Horatianum: Dum breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Adeò enim deciſa fuit hæc Decretalis, vt ex nimia breuitate interpretatio eius obſcurior facta ſit, vti gloſſ. perſtrinxit in præſentiarum caſus poſitione. Collectarius verò author eſt *in c. Raynutius. n. fin. ſup. hoc tit.* fuiſſe in antiqua errorē quendam iuris manifeſtum, propter quem oportuit, hanc decretalem in præſentem formam redigere. Fuit autem compoſita per Bonifacium VIII. Pontificem Maximum ad variarum opinionum deciſionem, quæ antea fuerant controuerſiæ, vt ſcribit Signorolus de Homodeis *in conſ.* 150. Nec dubium eſt, quin præcipuas iuris ciuilis ſubtilitates attingat in ardua, obſcura, & vtiliſſima ſubſtitutionum materia. Nos ipſam Pontificis ſententiam, ſubiectis gloſſis, & ſcholijs quadraginta, explicabimus: & omnes articulos huius capituli proprios pro tenui facultate noſtra reſoluemus. Quòd ſi forraſſe dulcibus vtilia miſcentes punctum aliquod tulerimus, id omne ad Dei Optimi Maximi gloriam, & ad glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Matris Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti laudem refeтatur. Quorum fauore, & præſidio, ex præcordijs inuocato, præſentem tractatum aggredior: Interim tamen omnia, quæ ſum dicturus, ſubijcio cenſuræ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Matris noſtræ, & cuiuſlibet melius ſentientis iudicio.

¶ Ad euidentiam ergò ſubſtitutionum materię, præmittendum eſt cum gloſſa Ioannis Andr. *hic in verbo, abſque deductione. & cum gloſſa Bernardi in capitulo, Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis. ſupra hoc titulo*, quòd ſubſtitutionum † alia eſt directa, alia
1 verò obliqua, ſeu indirecta. Quam etiam diuiſioem præmiſit
2 Accurſius *in rubrica, ff. de vulgari & pupillari.* Porrò quatuor † obſeruamus ſingulares ſpecies directæ ſubſtitutionis: videlicet, vulgaris, pupillaris, exemplaris, & militaris.

3 ¶ Vulgaris † ſubſtitutionis nouiſſima eſt formula: cùm teſtator, primo hærede Petro inſtituto, ita ſubijcit. Si Petrus mihi hæres non erit, ſit mihi hæres Ioannes. Hæc enim Ioannis ſecunda hęredis inſtitutio, dicitur vulgaris ſubſtitutio, *vt in princip. Inſt. de vulgari.*

¶ Pupillaris † ſubſtitutionis talem conceptionem docuit 4
Bernardus, *vbi ſupra*, Filius meus mihi hæres eſto: etſi non eris hæres, vel ſi hæres eris, & ante tempus pubertatis deceſſeris, ille ſit hæres. Quam quidem formulam docere non debuiſſet gloſſa, quamuis eam ſcriptam legiſſet à Iuſtiniano, quem allegauit *in principio Inſtitutio. de pupillari ſubſtitutione.* Siqui-
dem Iuſtinianus † *in dicto principio* loquutus eſt in forma du- 5
plicis ſubſtitutionis, hoc eſt, vulgaris ſimul & pupillaris, iuxta doctrinam Iureconſulti *in l. prima. verſiculo primo. ff. de vulgari.* Cùm igitur gloſſ. proximè docuiſſet formulam ſimplicis vulgaris ſubſtitutionis, debuiſſet vtique connectere ſimplicis pupillaris ſubſtitutionis conceptionem, quæ in hunc modum, fieri potuit: Si Petrus filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Ioannes ei hæres ſit, iuxta ea quæ trademus *infra in 3. part. in glo. pupillares.*

¶ Exemplaris † ſubſtitutio ad exemplum pupillaris ita con- 6
cipitur: Si filius meus in furore deceſſerit, Ioannes illi hæres ſit, *l. humanitatis. C. de impuber. & alijs ſubſtitut. §. qua ratione. Inſtitut pupillari.*

¶ Militaris ſubſtitutio ex ſingulari militum priuilegio fieri conſtat, *l. Centurio. in ſecunda parte. ff. de vulgari. l. in les. ita. ff. de militari teſtamento. l. in teſtamento prima. C. de teſtamento militari.*

Et quanquam ſub alia, quàm mortis conditione fieri poſſit, frequentius tamen in caſum mortis primi hæredis concipitur:
vt † puta, ſi miles, filio impubere, vel alio penitus extraneo 7
hærede inſtituto, ita ſubijciat. Quandocunque hæres meus deceſſerit, Ioannes mihi hæres ſit. Ita enim facta ſubſtitutione, ſi primus hæres, quæſita militis hæreditate, deceſſerit, acquiſitio hæreditatis reſoluetur ipſo iure ex militaris priuilegij poteſtate.

Sic eueniet, vt mortuo ſtatim primo hærede, iacere incipiat, militis hæreditas, & quaſi iacens deferatur ſecundo hęredi Ioanni, quem ſubſtitutum militarem appellamus. Deniq; communi opinione receptum eſt, quòd per militarem ſubſtitutio-
nem † hæres efficiatur ſubſtitutus, non quidem primo hæredi, 8
poſt quem fuit ſubſtitutus, ſed ipſi militi teſtatori, ſecundùm ea, quæ reſoluit Lancellotus Galiaul. *in repetitione dictæ legis. Centurio. ff. de vulgarib. nume. 182. verſiculo, ſed non recedas.*

¶ Obliqua, ſeu indirecta ſubſtitutio, quæ & fideicommiſſaria appellatur, duplex † eſt: vt docet Accurſius *in rubrica. ff. de* 9
vulgari.

Quo tamen loco Nouiores rectius, quàm gloſſ. ſenſerit, duas fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſpecies ita diſtinxerunt. Aut enim teſtator hæredem ſuum rogat, vt hæreditatem totam, vel partem eius Ioanni reſtituat: & tunc dicitur fideicommiſſum vniuerſale hæreditatis, *iuxta titulum Inſtitutio. de fideicommiſſar. hæreditati. & C. & ff. ad Senatuſconſult. Trebell.* Aut verò teſtator hæredem rogat, vt rem aliquam ſingularem Ioanni reſtituat: & tunc dicitur fideicommiſſum rei ſingularis, *iuxta titulum Inſtitutio. de ſingulis rebus per fideicommiſſ. relict.*

¶ Inter directam autem, & obliquam ſubſtitutionem in
hæreditate factas, quæ † principales differentiæ obſeruari poſ- 10
ſunt. Vna eſt, quòd in ſubſtitutione directa hæres ſubſtitutus poteſt nuda ſua voluntate ſine alterius cuiuſq; miniſterio acquirere hæreditatem ex ſubſtitutione ſibi delatam, at verò in obliqua, ſeu fideicommiſſaria ſubſtitutione fideicommiſſarius vniuerſalis miniſterium rogati hæredis deſiderat, qui hæreditatem adeat, & aditam ſibi reſtituat, vel re, vel verbo, *l. facta. l. reſtituta. ff. ad Trebellianum.*

Altera verò differentia hinc procedit, quòd in ſubſtitutionibus directis nulla detractio quartæ partis locum habere poteſt contra ſubſtitutos hæredes, qui directo, & ſine alterius opera ſuccedunt: cæterum contra fideicommiſſarios vniuerſales poſſunt hæredes regulariter quartam deducere, quā Trebellianicam vulgus appellat: vt etiam poſſunt ijdem hæredes contra fideicommiſſarios rerum ſingularium quartam falcidiam detrahere. *§. ſed quia hæredes. iuncto verſ. ex ſingulis. Inſti. de fideicommiſſar. hæred.* Quod latius venit explicandum *inf. in 2. parte, in gloſſ. Trebellianic.*

¶ Inter has ſingulares ſubſtitutionum ſpecies, quæ in hæreditatibus fiunt, nec breuiloquam, nec compendioſam poſuimus: quoniam etſi nouam, & diſtinctam conceptionis formulam præſeferant. *argumento l. iam hoc iure, ibi. Tertium ge-*

nus ff. de vulgari. nullam tamen nouam ſubſtitutionis ſpeciem, præter enumeratas, poſſunt comprehendere. Sed etſi breuiloqua, & compendioſa, videantur habere vnam eandemq́; ſignificationem, vſit tamen diſtinctæ ſunt.

11 ¶ Nam † cùm breuiloqua exprimat breuibus verbis plures ſubſtitutiones, quæ ex pluribus perſonis reſultant: compendioſa verborum compendio exprimit plures ſubſtitutiones, quæ ex pluribus temporibus reſultare poſſunt.

12 ¶ Breuiloquæ † ſubſtitutionis formula eſt, vbi teſtator duobus hæredibus inſtitutis, ita adijcit: Eoſque inuicem ſubſtituo. In qua ſpecie duas vulgares ſubſtitutiones, breuibus verbis teſtator expreſſit. Sic etſi duos impuberes liberos doli capaces teſtator exhæredauerit, quos in poteſtate habeat, & ita adiecerit: eoſq́ue inuicem ſubſtituo, duas pupillares ſubſtitutiones feciſſe intelligitur. Quòd ſi eoſdem filios hæredes inſtituiſſet, breuiloqua duas vulgares, & duas pupillares continebit.

Hanc breuiloquam ſubſtitutionem gloſſ. *hic in verbo. abſque deductione*, melius inter directas annumerauit, quàm dictam gloſſ. *in dicto capitulo, Raynutius.* quæ videtur eam ſubſtitutionem connumeraſſe inter fideicommiſſarias. Siquidē hæc conceptio non comprehendit fideicommiſſariam, niſi vbi ſimul cum compendioſa admiſcetur, *vt notatur in l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Sed etſi hæc ſubſtitutio alio nomine appelletur reciproca, obſeruandum tamen eſt, quòd reciprocæ ſubſtitutionis latior eſt ſignificatio. Nam ſi Petro & Ioanne hæredibus inſtitutis, ita adiecero; Et ſi Petrus mihi hæres non ſit, Ioannes mihi hæres ſit: & rurſus: ſi Ioannes mihi hęres nō ſit, Petrus mihi hęres ſit: apparet quòd duas vulgares ſubſtitutiones ſeparatas & diſtinctas fecerim, vt breuiloqua ſubſtitutio dici nequeat: & tamen reciproca ſubſtitutio dici poterit. Quia reciprocam ſubſtitutionem non faciat breuitas verborum, ſed ipſa viciſſitudo quemadmodū præcepit Thophilus *in §. & plures. & ibi* Viglius *vers. n. 4. inſt. de vulgar.*

13 ¶ Compendioſæ † ſubſtitutionis formula eſt, ſi Petro filio impuberi hærede inſtituto, ita ſubijciam: Quandocunque Petrus filius meus vita deceſſerit, Ioannem ſubſtituo. In hac enim conceptione conditio mortis filij, quæ verbo communi: Subſtituo: egreſſa eſt pubertatis tempora, admittit plures ſubſtitutiones diſtinctas ex duobus temporibus: videlicet, ex morte filio contingenti ante pubertatem, & ex morte filio contingenti poſt pubertatem. Quòd ſi ita concepiſſem: Si filius meus Petrus in pupillari ætate, vel poſtea deceſſerit, Ioannem ſubſtituo: non videbor feciſſe compendioſam ſubſtitutionem: immò verò plures diſtinctas, & ſeparatas ſubſtitutiones feciſſe intelligendus ſum. Quum nāmque enim verborum compendio vtrumque tempus pupillaris ætatis, & pubertatis, vt adnotauit Accurſius ab omnibus receptus, *in l. precibus, in verbo, fideicommiſſo. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus.* Denique cum gloſſ. hic magis communiter tenetur, quòd compendioſa ſubſtitutio tunc propriè dicatur, quum ex duobus illis temporibus plures ſubſtitutiones reſultant, vti reſoluit Franciſcus Ripa, *in l. Centurio. numero ſexageſimo. ff. de vulgar.*

¶ Ex qua recepta traditione infertur, quòd ſi Petrum extraneum hæredem conſtituero, eiq́ue ita ſubſtituero: Quandocunque Petrus deceſſerit, Ioannem ſubſtituo: non dicetur eiuſmodi ſubſtitutio compēdioſa, quamuis plures ſubſtitutiones verborum compendio exprimat. Continet enim vulgarem directam, ſi Petrus, non adita nec tranſmiſſa teſtatoris hęreditate, deceſſerit.

Item exprimit fideicommiſſariam, ex qua idem Ioannes ad eandem teſtatoris hęreditatem admittetur, ſi Petrus, adita hęreditate, deceſſerit. Non tamen huiuſmodi ſubſtitutio dicetur compendioſa. Quoniam prædictas ſubſtitutiones diſtinguunt diuerſi caſus non aditæ, vel aditæ hæreditatis: non verò eas ſubſtitutiones diſtinguunt duo illa tempora pupillaris ætatis, & pubertatis.

Quod tamen negat Curtius Iunior *in dicta lege precibus. Cod. de impuber. numero quadrageſimoquarto,* contendens, quòd hæc quoque ſubſtitutio potuit rectè appellari compendioſa. Sed hæc quæſtio videtur eſſe de nomine, vt minimè circa eam diutius immorandum eſſe videatur. Quum ſiue dicatur eſſe compendioſa, ſiue non dicatur, certè conſta de ipſius effectu.

¶ His ita breuiter præmiſſis, ad diuiſionem, † & caſum 14
noſtræ Decretalis accedamus. Et cùm varias habuerit diuiſiones, vt videre licet apud Ioannem Andream *in nouell.* Guillielmus de Monte Lauden. *in præſenti.* Arnaldus de Solerin. *in repetitione huius capituli.* prima tamen diuiſio Ioannis Andreæ magis placuit Petro de Ancharano, & Philippus Franchùs *hic*, vt videlicet, Decretalis hæc in quinque partes diuidatur.

In prima parte ponitur ſeries teſtamenti tria continentis: nēpe, inſtitutionem filiorum, legatum vxori relictum, & ſubſtitutiones eiſdem filijs factas.

In ſecunda parte factum narratur, quod, mortuo teſtatore, accidit.

In tertia exprimitur deciſio earum quæſtionum, quæ ex propoſito facto emerſerunt.

In quarta ſubijcitur deciſionis ratio, & ipſius rationis confirmatio.

In quinta reſpondetur tacitæ obiectioni, quæ contra deciſionem fieri poſſet. Secunda eſt *ibi: teſtatore mortuo.* Tertia *ibi: Abſque deductione.* Quarta *ibi: Præmiſſæ namque.* Quinta *ibi: Licet autem.*

¶ Caſus autem in ſpecie ita figuratur: Quidam paterfamilias Ioannes Frangipanis ex vxore legitima, nomine Sarracena, filium Petrum, & filiam Philippam legitimè procreauerat, quos adhuc impuberes in patria poteſtate retinebat. Is ita teſtamento comprehendit: Filiam meam Philippam in mille aureis hæredem inſtituo. In cæteris verò bonis meis filium meum Petrum hæredem vniuerſalem facio. Vxori meæ Sarracenæ vſumfructum lego illius, & illius prædij (& certa prædia demonſtrauit.) Quòd ſi Philippa filia mea ſine liberis deceſſerit, moriatur filio meo Petro. Rurſus, ſi ipſe filius meus Petrus abſque liberis diēm ſuum obierit, moriatur eidem filiæ meæ Philippæ. Quòd ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, Chriſti pauperes inſtituo hæredes. Hæc autem ſeries teſtamenti colligitur ex hac deciſa Decretali, vt interim omittamus ſeriem longiorem, quæ olim fuit te integra.

Euenit poſtea quòd teſtator, non reuocato hoc teſtamento, prior ante filios mortuus eſt. Deinde Petrus filius, & mox Philippa filia defuncti fuêre, ante pubertatis tempora. Nec quidquam in huius deciſæ decrętalis litera oppoſitum eſt, ex quo ſignificetur, vtrum hi filius & filia agnouerint bona patris ex eius teſtamento illis relicta.

Controuerſia mota eſt inter pauperes ex vna parte tāquam actores, & inter Sarracenam matrem impuberū ex altera quaſi ream, quæ de facto manſerat in poſſeſſione bonorum mariti ſuper hæreditate impuberum, in qua ipſius quoque teſtatoris bona continebantur.

Pauperes allegabant, quòd teſtator & potuiſſet, & voluiſſet facere pupillares ſubſtitutiones de filia ad filium, & de ipſis pauperibus ad filiam. Quare cùm, mortuo teſtatore, filius, ac deinde filia, deceſſiſſent ante pubertatis tempora, argumentabantur, quòd pupillarium ſubſtitutionum conditio vtiliter extitiſſet. Sic denique ex hoc colligebant, quòd omnia bona tam patris, quàm filij, & filiæ ſibijpſis delata erant ex pupillari ſubſtitutione.

Contra verò vxor teſtatoris Sarracena, eademq́ue impuberum liberorum mater, allegationes quaſdam aduerſus pauperum intentionem afferebat, quas gloſſa in præſentia attigit, *in verbo, abſque deductione.* Prima allegatio erat, quòd filius, & filia impuberes ab inteſtato deceſſerant, & maximè filius, cui pater *verbo, moreretur*, ambiguè compendioſam ſubſtitutionem feciſſet.

Dicebat enim, non videri interpretandum, præſertim cōtra matrem, quòd pro liberis impuberibus voluiſſet pater facere pupillaria teſtamenta, ſi contingeret, eos decedere ante pubertatem. Sic colligebat, quòd vtriuſq; impuberis luctuoſa hæreditas ad ſe velut ad proximam & legitimam hæredem ab inteſtato, pertinebat. *authentica. defuncto. C. ad Tertullianum.* Hanc fideicommiſſi interpretationem mater confirmabat argumento illius conditionis, ſi ſine liberis, &cæt. Quæ conditio adiecta ſubſtitutioni compendioſæ arguebat, eam omni tempore futuram eſſe fideicommiſſariam, ſiue verbis communibus, ſiue etiam ciuilibus fuiſſet facta, iuxta Azonis & Accurſij ſententiam *in dicta l. precibus. C. de impuberum & alijs.* quàm

quam Innocentius ipſe huius quæſtionis arbiter probauerat *in cap. Raynutius. ſupra eodem.* Agnoſcebat autem, quòd ex liberorum perſona, quorum legitima hæres eſſet, tenebatur reſtituere pauperibus hæreditatem mariti teſtatoris, velut ex fideicommiſſaria ſubſtitutione. Proinde inducere contendebat deductiones legitimæ portionis iure naturæ debitæ, & Trebellianicæ, quas deductiones facere ſoleret hæres liberorum, qui poſt mortem à parentibus hæreditatem reſtituere grauaretur, *cap. Raynutius. cap. Raynaldus. ſupra eodem titulo.* Altera eiuſdem matris allegatio erat, quòd ſi Pontifici placeret, interpretari prædictas ſubſtitutiones, quaſi directè fuiſſent pupillares, agnoſcebat quidem, ſe excluſam fore ab hæreditate legitima liberorum, qui non inteſtati, ſed teſtati deceſſiſſent: videlicet, cum pupillaribus teſtamentis, quæ pater illis ordinauerat. Cæterùm iniquitatem occurrere aiebat, ſi ſaltem legitima portio ſibi denegaretur, quæ matribus iure quodam naturæ & miſerationis ex luctuoſa filiorum hæreditate deberi videretur. Dicebatque ſcrupuloſum eſſe, & à canonica æquitate alienum, ſi vbi pater pro liberis impuberibus teſtamentum faceret, fraudari poſſet mater ea portione, qua planè fraudari nequiret à liberis, ſi ipſi pro ſe facti puberes teſtarentur.

¶ Verùm hæ matris allegationes Pontificem non mouerunt, quo minus decerneret, videri ſecundum ea quæ proponerentur, quòd omnia bona patris, filij, & filiæ, delata eſſent pauperibus ex pupillari ſubſtitutione. Quo reſponſo Pontifex mulierem ab vna & altera intentione excluſit: ſubiiciens reſpondendi rationes *in verſic. præmiſſa. & in verſic. licet autem.* vbi ſigillatim eas rationes tractabimus.

¶ Summarium huius decretalis tale Ioanni Andreæ adſcibitur: In fideicommiſſariis ſubſtitutionibus locum habet quartarum deductio, in directis non: & ſubſtitutiones interpretari debemus directas, dummodo conueniat verbis teſtatoris, & perſonis inſtitutis. Sed Petrus de Ancharano maluit ex hac decretali ſummarium ita colligere: Subſtitutio compendioſa, & breuiloqua, facta per patrem filiis impuberibus debet intelligi in dubio pupillaris directa, ex qua ſubſtitutus admittitur, & mater in totum excluditur, ſi filij deceſſerint ante pubertatis tempora. Quod quidem ſummarium etiam Philippus Franc. hic in principio ſequutus eſt. Mihi autem videtur, quòd vtrun-
15 que † ſummarium Ioannis Andreæ, & Petri de Anchar. nonnullam habeat reprehenſionem.

¶ Et primò ſummarium Ioannis Andr. non videtur iuſtum, quatenus colligit ex textu, quòd legitimæ portionis deductio locum non habet in directis ſubſtitutionibus. Vtique enim, ſi
16 directa ſubſtitutio filio oneroſa ſit; deductio † legitimæ partis locum habebit etiam in directa ſubſtitutione, ſecundum ea, quæ fuſius tractanda ſunt *in ſecunda parte, in gloſſ. debitæ.* Denique ſi in hoc capitulo expreſſum eſt; quòd legitimæ portionis deductio locum non habet in directa ſubſtitutione pupillari, id quidem Pontificem reſpondiſſe interpretor, non tam quia ſubſtitutio erat directa, quàm quia ſubſtitutio erat directa pupillaris.

17 ¶ Nam ſic † directa ſubſtitutio, quoniam erat pupillaris, non onus, ſed honorem liberorum impuberum continebat, *argumento l. ſi arrogator. §. 1. ff. de adoptionibus. l. Papinianus. § ſi quis impuberibus. ff. de inoffic. teſtam. l. ex tribus. C. eodem titulo § igitur. Inſtit. de pupillari.* docet Ioannes Imol. *in cap. Raynutius. ſupra eodem, num. 112.*

¶ Summarium etiam Petri ab Ancharano, & Philip. Francho eo nomine diſplicet, quòd non rectè ſubſtitutionis breui-
18 loquæ mentionem fecerunt. Nam † vbi teſtator ſingulis liberis ſeparatim ſubſtituit per plures verborum conceptiones, non poteſt videri, breuiloquam ſubſtitutionem feciſſe, vt probatur *in l. iam hoc iure. in verſic. hoc itaque caſu. ff. de vulgari.* Planè teſtator in huius capit. ſpecie ſingulis liberis ſeparatim ſubſtituit, vt in caſus poſitione narrauimus, & agnouit Petr. de Anchara. *num.* 4. Igitur in ſummario rectius facienda fuit mentio ſubſtitutionis compendioſæ, & reciprocæ: quum reciprocam ſubſtitutionem non faciat breuitas verborum, ſed ipſa viciſſitudo, *vt ſupra obſeruauimus, num. 13.*

¶ Ego autem, vt omnes huius textus difficultates, & articulos diligenter, atque diſtinctè abſoluam, hæc noſtra commentaria in tres partes diuidenda decreui. In quibus propria & neceſſaria ſcholia longo & inueterato ſtudio elaborata ad præcipua text. verba connectam. Prima pars verſabitur circa principium text. vſque ad verſiculum, teſtatore mortuo. Secunda pars comprehendet eundem verſiculum, teſtatore, vſque ad verſiculum, prædictæ. Tertia autem, & vltima pars circa eundem verſic. prædictæ, vſque in finem fuſius dilatabitur.

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa verbis directis à milite facta valet etiam poſt tempora pubertatis iure directo, & matrem excludit.*
2 *Partit. l. 12. tit. 5. Partit. 6. explicatur.*
3 *Pia cauſa efficit, quòd ſubſtitutio compendioſa à milite facta poſt tempora pubertatis valeat iure directo etiam contra matrem in terminis d. l. partit.*
4 *Matris contemplatio nihil valet contra piam cauſam.*
Pia cauſa reſpectus vincit matrem, ibidem.
5 *Subſtitutus vulgaris non admittitur ex pupillari omnino tacita ad hæreditatem impuberis, contra matrem eiuſdem.*
6 *Pia cauſa vulgariter ſubſtituta admittitur ex pupillari omnino tacita ad hæreditatem impuberis aduerſus matrem eiuſdem.*
7 *Miles filiusfamilias poteſt liberis in aui poteſtate conſtitutis facere pupillarem ſubſtitutionem, ſecundum vulgarem opinionem.*
8 *L. cum filiusfamilias. ff. de milit. teſtamen. latè explicatur. & num. 12. 15. & 16.*
L. 2. ff. de vulgari. ſenſus, ibidem.
9 *Miles auus ſubſtitutionem pupillarem facere poteſt nepotibus in patris eorum poteſtatem recaſuris, iuxta vulgò receptam opinionem.*
10 *Miles filiusfamilias aut auus, nec filio, nec nepoti in alienam poteſtatem conſtituto, vel recaſuro, poteſt pupillariter ſubſtituere, ſecundum veriorem opinionem.*
11 *Miles priuilegium quod habet, vt poſſit pro parte tantum teſtatus decedere, non poteſt in perſonam impuberis, qui non ſit in poteſtate, exercere.*
13 *Subſtitutus pupillaris ſuccedere intelligitur in hæreditate ipſius impuberis, non verò in hæreditate teſtatoris.*
14 *Alexand. Imol. circa l. cum filiusfamilias, ff. de milita. teſtament. lapſus.*
16 *Bartoli vitioſa ſcriptura in l. 2. ff. de vulga. num. 13. nouè emendatur & reſtituitur.*
17 *Pupillaris teſtamenti factio, ſicut & tutorum datio, iure patriæ poteſtatis, non verò militiæ præmio mandatur.*
18 *L. impuberi. ff. de adminiſt. tutor. ſenſus.*

PATER.

PATER. Extant in hoc verbo duo veterum ſcholia. Vnum Archidiaconi, alterum Ioannis Andreæ in præſen. Et in primis Archidiaconus ita ſcriptum reliquit: Si pater, ſcilicet, miles, vel paganus, non refert: quia ambo inſtituti fuerunt mortui ante pubertatem: *vt infra dicitur. & ff. de vulgari. l. Centurio. & l. precibus. verſiculo. ſi vero. C. de impuber. & aliis ſubſtitution.* Alias (inquit) ſi inſtituti poſt pubertatem deceſſiſſent, referret, vtrum teſtator miles, an paganus fuiſſet. *dicta l. Centurio. & dicta l. precibus.* Hæc ille. Ex cuius ſententia colligitur, quòd in terminis noſtri capit. teſtator fuiſſet miles, & liberi poſt tempora pubertatis deceſſiſſent, matris contemplatio, quæ in medio eſſet, efficeret, quòd directa pauperum ſubſtitutio traheretur ad fideicommiſſum, *iuxta textum in dicta l. precibus.* Sic enim textum *in dicta l. precibus.* Azo, Accurſ. & omnes veteres interpretati ſunt, vt etiam Archidiaconus ipſe *in hoc principio. & infra numero ſexto.* Sed licet eam veterum interpretationem veluti magis communem, ſequutus videatur Philippus Corne. *in dicta l. precibus. numero duodecimo, verſiculo, & tenendo hanc opinionem,* & quamuis Lancelotus Polit. *in tractatu ſubſtitutionum, capitulo de compendioſa. numero* 15. Zaſius *in eodem tractatu, capitulo quinto. numero vndecimo.* hanc eandem interpretationem magis probent, verior † tamen & fermè receptior opinio eſt, 1
quòd textus *in dicta l. Centurio. in ſua parte,* procedere debet indiſtinctè. Quare in ſpecie huius cap. ſi teſtator fuiſſet miles, & filius, & filia inſtituti deceſſiſſent poſt tempora pubertatis, pauperes ad hæreditatem teſtatoris directo admitterentur:

quamuis mater eorundem impuberum liberorum hæres in
medio exiſteret, ſecundum ea, quæ reſoluentur in finali huius
operis parte. in gloſſ. Interdum.

¶ Plus arbitror, quòd etiam ſi veterum illa interpretatio
circa d. l. precibus. obtinere deberet, adhuc contra Archidiaco-
ni ſententiam, & ſecuritatem gloſſ. in præſenti, in verbo, abſque
deductione. rectè defenderetur, pauperes in propoſita ſpecie, ex
directa militari ſubſtitutione, iure directo admittendos fuiſſe
contra matrem, quæ pauperibus liberis hæres extitiſſet. Quæ
mea opinio non contemnendam vtilitatem habebit in hoc
2 Regno Caſtellæ, propter l. duodecimam, † titulo quinto, Partit. ſex-
ta. Siquidem ea lege conſtitutum eſt, quòd ſubſtitutio com-
pendioſa à milite verbis directis facta, quæ potuiſſet valere iu-
re directæ pupillaris ante pubertatem, valebit poſt id tempus
iure fideicommiſſi, ſi mater filij hæredis inſtituti hæres inter-
uenitet. Sic ea lex approbare voluit Azo. Accurſij, & alio-
rum veterum interpretationem circa dictam l. precibus. vt rectè
interpretatus eſt doctiſſimus Gregorius Lup. in gloſſ. decima e-
iuſdem l. 12.

3 ¶ Ego igitur defenderem, † quòd ea lex Partitæ non proce-
deret, ſi miles Chriſti pauperes, aut quamlibet aliam piam
cauſam hæredi filio directis verbis ſubſtituiſſet. Tunc enim
compendioſa ſubſtitutio valeret iure directo, etiam poſt tem-
pora pubertatis, licet mater eſſet in medio, iuxta dictam l. Cen-
4 turio. in fin. Matris † enim contemplatio, quæ regulariter vale-
ret contra alios ſubſtitutos, valere non debet contra paupe-
res, & cauſam piam. Nam & ſubſtituti vulgares non admit-
tuntur ad hæreditatem impuberis ex pupillari omnino tacita
5 contra matrem eiuſdem, † dicta l. precibus. iuncta gloſſ. in verbo,
omnimodo committeret approbata, vt inferius declarabitur in ſecun-
da parte, in gloſſ. ſuperſtite matre, & tamen ceſſat matris con-
templatio, ſi ſubſtituti vulgares proponantur fuiſſe pauperes.
Quoniam propter pietatis rationem ex pupillari omnino ta-
6 cita contra matrem admitti † debent, ex Angeli Peruſ. ſenten-
tia in dicta l. precibus. numero quinto, quæ communis eſt, teſte Fran-
ciſco Ripa in l. ſecunda. num. 62. ff. de vulgar. & pupill. Porrò, ſi
pauperum ratio habetur, vt mater à luctuoſa filij impuberis
hæreditate excludatur, multo magis eorundem ratio habebi-
tur in propoſita ſpecie. Quippe, quum per militarem ſubſti-
tutionem ſuccedatur in hæreditate ipſius militis teſtatoris,
iuxta ea, quæ in principio ſupra præmiſimus, num. 8. nullus mulieri
indulgendum eſt in matris hæreditate. Præterea ſaluti æternæ
eiuſdem teſtatoris proſpicere magis videtur propria hæredi-
tas, quæ in militari ſubſtitutione verſatur, quàm filij pupilli
hæreditas, quæ verſatur in ſubſtitutione pupillari, ſecundum ea,
quæ circa ſuperiorem Angeli ſententiam in d. l. precibus. notauerunt
Lancelot. Galiau. in repetitione l. Centurio. num. 383. verſiculo, ſed
hæc ratio. ff. de vulgar. Ioan. Crot. in repetitione cap. Raynutius. fo-
lio 15. columna prima. verſiculo, ſed conſidera. ſupra eodem. Sebaſtia-
nus Sapia, in repetitione dicta l. precibus. num. 35. verſiculo, conſidera
tamen.

¶ Sequitur alterum Ioan. Andr. ſcholium, qui num. 1. expo-
nit: Pater, ſcilicet, familias. Nam ſi in alterius (inquit) poteſta-
te fuiſſet, nec ſibi, nec liberis teſtari potuiſſet: quamuis pater in
cuius poteſtate eſſet, id permitteret. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam.
in princ. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam.

¶ Hoc igitur loco quæro, vtrum in iure ciuili reperiatur ali-
quis caſus, in quo filiusfamilias poſſit non ſolum ſibi, ſed et-
iam liberis ſuis facere teſtamentum? Et videtur dicendum,
quòd vnus caſus dari poſſit: videlicet, ſi proponamus filium-
7 familias fuiſſe militem. Nam filiusfamilias miles non † ſolum
poteſt ſibi facere teſtamentum, ſed etiam videtur poſſe facere
teſtamentum pupillare liberis ſuis impuberibus: quamuis in
alterius poteſtate ſint conſtituti. Eius tamen pupillaris ſubſti-
tutionis effectus ſic reſtringendus eſt, vt ſubſtitutus pupilla-
ris efficiatur hæres ipſi impuberi in his duntaxat bonis, quæ fi-
liusfamilias miles eidem impuberi dedit. Hæc ita probari vi-
8 dentur in l. cum † filiusfamilias. ff. de milit. teſtamen. vbi filiusfami-
lias miles deceſſit, impubere filio hærede relicto, eique ſubſti-
tuit in aui poteſtate manenti, tutoresque dedit. Diui fratres
reſcripſerunt, ſubſtitutionem quidem valere, tutorum autem
dationem non valere. Nam hæreditati quidem ſuæ miles qua-
lem velit ſubſtitutionem facere poſſet: veruntamen alienum
ius minuere non poſſet. Ergo ſi miles filiusfamilias hæreditati
ſuæ qualem velit ſubſtitutionem facere potuit, videtur, quod
potuerit facere pupillarem ſubſtitutionem. Sic eueniret, vt
pupillaris ſubſtitutus hæres fieret impuberi in ſolis filiifami-
lias militis bonis. Nempe, quòd circa ea duntaxat bona priui-
legium militiæ exerceretur, vt innuere videtur Iureconſultus
in dicta l. cum filiusfamilias. ibi, in illis verbis: Hæreditati quidem ſuæ.
Quod alias dicitur euenire in arrogato impubere. l. ſed & ſi plu-
res. §. in arrogato. ff. de vulgar. & nos etiam, Deo dante, obſerua-
bimus in repetitione l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Et hoc ſenſu Vl-
pianum in d. l. cum filiusfamilias. accepiſſe creditur Bartol. in l. 2.
num. 13. ff. de vulgar. vbi ſcripſit, quòd ex ea lege colligitur argu-
mentum expreſſum ad dicendum, quòd miles auus poteſt
† vtiliter nepoti impuberi facere pupillarem ſubſtitutionem, 9
quæ non fiat irrita quamuis nepos morte aui in patris ſui pote-
ſtatem recidat. Idemque ex Bartoli ſententia probauerunt
magis communiter Doctores, videlicet Angelus in fin. princip.
Ioan. Imol. num. 5. Bartholom. Socinus numero octauo. Iaſon nu-
mero 21. Franciſcus Ripa num. 27. verſiculo, fallit in milite. Andr.
Alciat. in verbo, ſi qui recuſari non ſunt, num. 37. in eadem l. ſecunda.
ff. de vulgari. Socinus etiam in l. Centurio. num. 10. & 12. eodem tit.
Baldus in tractatu de ſubſtitutionibus, in Rubrica, de pupillari ſubſti-
tutione. num. 11. in ſeptimo volum. tracta. Angelus Aretin. in tra-
ctatu de teſtament. in gloſſ. 85. numero nono. in eodem volumine. Ioan.
Imol. in capitulo Raynutius. numero 95. ſupra eodem. & Gulielmus
Benedict. in repetitione eiuſdem capituli, in verbo, ſi abſque liberis.
2. de pupillari ſubſtitutione, in quarto requiſito. & Hieronymus
Verius, in repetitione l. ex facto. numero 115. ff. de vulgari & pu-
pillari.

¶ Ego autem vtiliter doceo, ſuperiorem ſententiam in v-
troque dicto eſſe falſam. Nam † filiusfamilias miles non vide- 10
tur poſſe facere pupillarem ſubſtitutionem filio ſuo impube-
ri in aui poteſtate conſtituto, & conſequenter auus miles ne-
poti recaſuro in patris poteſtatem, non poterit facere pupilla-
rem ſubſtitutionem, quæ non fiat irrita, ſi pupillus nepos in
poteſtatem reciderit. Nec enim videtur, quòd miles his caſi-
bus priuilegium militiæ poſſit in perſonam impuberis, qui
non ſit in poteſtate, vel in alienam recaſurus, exercere, vt † pu- 11
pillus ipſe pro parte tantum teſtatus decedat, quoad ea tan-
tum bona ipſius militis, vt infra etiam dicetur in glo. ſequenti. Nam
Vlpianus † in d. l. cum filiusfamilias. non eſt loquutus, nec intel- 12
lexit de pupillari ſubſtitutione, ſed de militari, per quam ſub-
ſtitutus fieret hæres, non ipſi impuberi, cui ſubſtitutus eſt, ſed
ipſi teſtatori filiofamilias militi, adeo quòd impubes in totum
inteſtatus decedere intelligitur, vt rectè interpretati ſunt Ale-
xand. in dicta l. ſecunda. numero 19. ff. de vulgar. Lancelot. Polit. in
tractatu de pupillari ſubſtitutione, numero 57. Hi authores conten-
dunt, quòd filiusfamilias miles non poſſit filiis ſuis impube-
ribus in aliena poteſtate conſtitutis, facere pupillarem ſubſti-
tutionem. Contendunt præterea eodem argumento, quod
auus miles non poteſt vtiliter facere pupillarem ſubſtitutio-
nem nepotibus in alienam poteſtatem recaſuris. Et quidem v-
trunque hoc contendunt contra Bartoli ſententiam receptam
in d. l. 2. num. 13. vbi argumento dicta l. cum filiusfamilias. intellexiſ-
ſe videtur, quòd in vtraq; ſpecie procedat pupillaris ſubſtitu-
tio. Et ego eorum auctorum interpretationem magis probo,
quoniam illa verba: Qualem velit ſubſtitutionem, non ſunt
apta pupillari reſtitutioni, ſed magis ad militarem ſunt refe-
renda, videlicet propter illa adiuncta verba, hæreditati quidem
ſuæ. Quippe ſi pupillaris eſſet ſubſtitutio, ſuccederet † quidem 13
ſubſtitutus in bonis, quæ militis teſtatoris fuerunt: ſed vtique
non quaſi in militis hæreditate, ſed quaſi in hæreditate ipſius
impuberis. §. igitur. Inſtit. de pupilla. ſubſtitutio. l. ſed ſi plures. §. ad
ſubſtitutos. ff. de vulgar. l. 1. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſſ. edicto. Planè
per militarem ſubſtitutionem miles in ſua hæreditate ſubſti-
tuit, & ſubſtitutus bona militis capit, quaſi propriam eiuſdem
militis hæreditatem. l. Centurio. iuncta gloſſ. fin. ff. de vulgar. Ergo
verba illa Vlpiani: Hæreditati quidem ſuæ, &c. non ſunt referen-
da ad pupillarem, ſed magis ad militarem ſubſtitutionem.
Quod ita fermè circa dictam l. cum filiusfamilias. conſiderauit
Lancelotus Galiau. in repetitione dicta l. Centurio. numero 179. &
num. 184. verſiculo, vltimo notab. ff. de vulgar. vbi etiam Alexand.
numero ſexto, rectè notauerat id, quod antea dixerat in dicta l. ſe-
cunda. numero 19. ſcilicet, filiumfamilias militem liberis impu-
beribus in aliena poteſtate conſtitutis, non poſſe facere pu-
pillarem ſubſtitutionem, quamuis continuò idem Alexand.
ante verſicul. ex quibus. communi errore ſuccumbens, intelli-
gat

14 gat † illum textum de pupillari ſubſtitutione, exiſtimans id prouenire fauore pupilli, vt decedat teſtatus. Sed vir alioqui doctiſſimus, non animaduertit, quòd Iureconſultus ibi in dubitandi & decidendi ratione totus pendet ex militis prærogatiua: nec Iureconſultum quidquam mouit, aut mouere potuit, pupilli fauor aut reſpectus. Quoniam interim, quòd pupillus ipſe in aui poteſtate manebat, quamuis pater moreretur, ſatis illi proſpectum credebatur: nec ei fauendum erat, vt decederet teſtatus.

¶ Item, quòd hæc ſit vera interpretatio *d.l. cum filiusfamilias.*
15 animaduerto Vlpianum ibidem † ſecurè docere, quaſi ea ſubſtitutio, de qua loquitur, & valeat, & facilè procedat. Ergo intellexit de militari ſubſtitutione, quæ facilè valet, & facilè procedit: non verò videtur intellexiſſe de pupillari ſubſtitutione, quæ vtique difficilem, & penè impoſſibilem exitum haberet. Quòd verò pupillaris ſubſtitutio ibi vix poſſit procedere, tali argumentatione colligo. Aut enim filiifamilias militis teſtatoris impubes filius, qui in aui poteſtate manebat, non adiuit hæreditatem patris ex teſtamento: & hoc caſu nihil eſt, quòd de pupillari ſubſtitutione tractari poſſet: cùm nihil haberet ex paterna hæreditate pupillus, quod moriens ſubſtituto pupillari relinqueret. Aut idem pupillus adiuit paternam hæreditatem: & vtique ſecundum ea, quæ proponuntur, iuſſu aui, in cuius erat poteſtate, adire eum hæreditatem debuit, eamque eidem auo iure poteſtatis acquirere. *l. placet. l. filiusfamilias ff. de acquir. hæred.* Vnde, etſi poſtea intra pubertatis annos decederet, iam pupillaris ſubſtitutus, qui eidem impuberi hæres eſſe vellet, non poſſet exercere ius ſubſtitutionis in ea hęreditate, quam in pupilli bonis non inueniret. Quare in ſpecie *d. l. cum filiusfamilias* nè pupillaris ſubſtitutio eſſet inanis, oporteret quòd impubes à patre milite hæres inſtitutus efficeretur ſui iuris, poſt mortem patris, vel emancipatione, vel morte aui, in cuius eſſet poteſtate. Item oporteret, quòd poſteaquam factus eſſet ſui iuris, adiret, & ſibi acquireret patris hęreditatem, & deinde ante pubertatis annos decideret. Quæ omnia exigere, longum ac difficile eſſet, & ab Vlpiani ſententia & ſecuritate alienum. Ex diuerſo militaris ſubſtitutio, quā filiusfamilias miles in ſua fecit hæreditate, facillimè ad effectum perduci potuit. Nam etſi iuſſu aui nepos bona patris militis adiiſſet, eaque bona ipſi auo iure poteſtatis quæſiuiſſet, vbi tamen poſtea idem nepos vita decederet, continuò bona teſtatoris militis ex eiuſdem voluntate & priuilegio ſepararētur à bonis aui, qui pater erat ipſius teſtatoris. Proinde ea bona, quaſi peculium Caſtrenſe eiuſdem teſtatoris, deferri: neipe ꝗ militari ſubſtitutione ſubſtituto, qui adeundo obligatetur hæreditati, *arg. l. ſi ſeruus communis meus & Caſtrenſis peculij. ff. de ſtipulat. ſeruor. l. filiusfamilias. ff ad legem Falcid.*

16 ¶ † Quid? quod nouiſſimè animaduerti Bartol. *in d. l. 2. num. 13. ff. de vulga.* non fuiſſe à noſtris Doctoribus intellectum, qui vtique eodem ſenſu acceperit textum *in d. l. cum filiusfamilias.* vt videlicet, ibi militaris fuerit ſubſtitutio, nec potuerit eſſe pupillaris. Quæſiuit Bartolus vtrum pupillariter ſubſtituere poſſem nepoti impuberi, qui miles eſſet, & morte mea in patris ſui poteſtatem recaſurus foret? Reſpondet, non valere talem ſubſtitutionem: quoniam per hoc fieret iniuria patri, qui priuaretur poteſtate ſubſtituendi pupillariter. Hoc verum (inquit Bartolus) niſi ipſe teſtator eſſet miles, argumentum pro hoc expreſſum, *infra, De militari teſtamento l. cum filius. l. impuberi. ſuprà, De adminiſtratione tutorum.* Pro hac (inquit) facit hæc lex, quæ generaliter dicit, quòd filio qui eſt recaſurus in alienam poteſtatem, non poteſt ſubſtitui: Hæc Bartolus. Ex cuius ſententia Doctores communiter collegerunt, quòd miles poteſt liberis impuberibus in alienam poteſtatem recaſuris ſubſtituere pupillariter in his bonis, quæ pupillo reliquerit. Item collegerunt, quòd filiusfamilias miles poteſt ſimiliter liberis in aui poteſtate manētibus facere pupillarem ſubſtitutionem, *per d. l. Cùm filiusfamilias. in princip. à Bartolo in hunc ſenſum allegatam.* Ego vero reſtituo ſententiam Bartoli & vitioſam ſcripturam in eius commentariis emendandam cenſeo. Siquidem Bartolus ſinę dubio ita magis ſcriptum reliquit in hæc verba: Hoc verum, & ſi ipſe teſtator eſſet miles. Enimuerò ſcriptores facili errore legerunt in commentariis Bartoli. Niſi, quo loco Bartolus ſcriptum reliquerat: Etſi. Decepit omnes allegatum à Bartolo quo argumento expreſſo reſponſum Vlpiani, *in d. l. Cùm filiusfamilias.* Putauerunt enim expreſſum argumentum conſtitiſſe in illis verbis, quibus ſcriptum eſt, quòd miles hæreditati ſuæ poſſet qualem vellet ſubſtitutionem facere. Sed tamen Bartolus non ea verba textus voluit, aut potuit ad hoc allegare, quæ vtique intelligere debent pertinere ad militarem ſubſtitutionem. Quin potius idem Bartolus, ſecundum veram & reſtitutam à me litteram, *regulam d. l. 2.* non limitauit, ſed ampliauit, vt procedat etiam in milite. Allegauit pro hoc textum *in d. l. cum filiusfamilias.* & quidem allegauit eum textum *in fine, in illis verbis: Veruntamen alienum ius minuere non poteſt.* Quibus verbis Iureconſultus confirmare voluit, militem non poſſe tutores conſtituere filio impuberi in aui poteſtate manenti. Quo exemplo voluit Bartolus colligere, quòd miles filiusfamilias non poſſet filio impuberi in aui poteſtate manenti pupillariter ſubſtituere. Nempe, quòd æquè per pupillarem ſubſtitutionem, ſicut per tutorum dationem, offendi videretur patrię poteſtatis ius, illius, videlicet, qui impuberem in poteſtate retineret. Quæ ratio ſimiliter locum vendicaret in milite auo. Quoniam eodem modo offenderetur ius patris, in cuius poteſtatem, mortuo auo, impubes eſſet recaſurus. Vt enim miles ibi tutores dare non potuit filio in aliena poteſtate conſtituto; ita neque hæredem eidem poſſet dare, neque quidem in ea hæreditate, quam eidem filio reliquiſſet. Quippe & tutorum & hęredis datio, perſonam impuberis ſimiliter reſpiciunt: vt vtriuſque rei prouiſio † ad eum propriè pertinere de- 17
beat, in cuius poteſtate ſit vel eſſe debeat pupillus.

¶ Quare ius eius qui pupillum in poteſtate haberet, non debuit minuere prærogatiua militaris.

¶ Hanc ipſam fuiſſe Bartoli ſententiam, oſtendit ſecunda allegatio eiuſdem Bartol. dum ſecundo loco induxit quaſi expreſſum ſuæ ſententiæ *argum. text. in l. impuberi.* † *ff. de adminiſtr.* 18
tutor. vbi de ſubſtitutione verbum nullum. Itaque voluit Bartol. inducere ſententiam Papiniani, qui in tutela loquutus eſt, vt æquè procederet in pupillari ſubſtitutione, ex rationis ſimilitudine.

¶ Denique tertia allegatio eiuſdem Bart. euidenter conuincit verum eſſe id quod contendimus. Induxit enim tertio loco *eand. in l. 2. ff. de vulga.* quæ generaliter diceret filio in alienam poteſtatem recaſuro ſubſtitui pupillariter licere. Proinde Vlpianus ibi, ſecundum Bartoli interpretationem, dum generaliter loquitur, intellexit, quod nec militi impuberi, nec à milite teſtatore talis ſubſtitutio vtiliter fieri poterat. Nam alias ſecundum vulgarem Bart. *litteram. argum. d. l. 2.* quod ipſe inducit, eſſet expreſſum contra Bartolum.

¶ Prætereà allego Bald. *in l. humanitatis. num. 32. in fine. verſiculo, Septimo quia C. de impube. & aliis.* vbi argutè intellexit, quod *in d. l. cum filiusfamilias.* probaretur militem non poſſe pupillariter ſubſtituere impuberi in aliena poteſtate manenti. Scripſit enim, quod ſicut pupillaris ſubſtitutio non poteſt fieri recaſuro in alterius poteſtatem cum illius tertij præiudicio, ſic nec exemplaris. *argument. ff. de adminiſtrat. tutor. l. impuberi. de milita. teſtament. l. cùm filius famil. in ratione litteræ.* Sic vides quomodo Bald. ibi allegauerit Vlpiani reſponſum *in d. l. cum filiusfamilias. eodem ſenſu*, quo & Bartol. eundem textum induxerat *in d. l. 2. num. 13. ff. de vulg* ſecundum reſtitutam à nobis veram litteram.

¶ Adde quod Rapha. Cuman. *in d. l. 2. num. 1.* ſimpliciter ampliauit eam legem, vt in teſtatore milite etiam procederet, qui recaſuro in alienam poteſtatem non poſſet ſubſtituere pupillariter, ſicut nec tutorem dare poteſt. *l. 2. ff. de teſtament. tutel.* Idem etiam propemodum ſignificauit Paulus Caſtrenſ. *in ead. l. 2. ff. de vulga. num. 3.* dum allegauit textum *in d. l. 2. ff. de adminiſtratio. tutor.* Franciſcus autem Aretin. *in d. l. 2. ff. de vulgar. num. 7. in verſiculo, Circa quartum.* Confundit allegationes Bartol. & cum ingenioſè animaduerteret, eandem rationem verſari in milite, quæ & in pagano teſtatore, tentauit ſine iudicio dicere, quòd paganus quoque poſſet nepoti in patris poteſtatem recaſuro, facere ſubſtitutionem pupillarem, quæ effectum duntaxat eſſet habitura in ſolis ipſius teſtatoris bonis. Sed & Ioan. Baptiſta Cacialup. *in repet. l. precibus. C. de impub. & aliis. ſub num. 34.* in confirmationem communis opinionis, quæ habet, quod in directa ſubſtitutione militari includitur legitima filij etiam in pręiudicium matris, inducit, *quaſi text. notab. prædictam l. cum filiusfamil.* Ergo viſus eſt intelligere illam legem de militari, & non de pupillari ſubſtitutione. Nos tamen hanc communem opinionē circa filij legitimam in militari ſubſtitutione

compre-

comprehendendam, vel non, *inferius, in gloſſa proxima attingemus.*

¶ Concludo igitur non eſſe caſum, in quo filiusfamilias
poſſit impuberi filio facere teſtamentum: nec quidem ſi ſibi
facere liceat teſtamentum, vt puta ſi ſit miles. Siquidem dicta
19 lex, Cum filiusfamilias, in ſola † militari ſubſtitutione intelli-
gi debet, per quam non filio, ſed ſibi ipſi miles teſtatur, & ſub-
ſtitutus efficitur hæres non filio, ſed ipſi militi teſtatori. Item
concludo, quod auus, etiam ſi miles ſit, non poteſt nepotibus
in patris poteſtatem recaſuris, facere pupillarem ſubſtitutio-
nem, quæ non fiat irrita ſtatim atque impubes in patris ſui po-
teſtatem reciderit. Hæ enim concluſiones magis congruunt
cum iuris noſtri rationibus, & procedunt ex Baldi, Raphael.
Cuman. Pauli Caſtrenſ. Alexand. Lancel. Galian. Lancel. Po-
lit. & Ioannes Baptiſta Cacialup. ſententia, quos ſupra allega-
ui. Accedit nouiſſimè iudicium, & auctoritas Bartol. *in d. l. 2.
num. 13.* Qui decepit contrariæ partis auctores, commento vi-
tioſæ ſcripturæ, quam ſuprà emendaui. Quare non dubito,
quin in conſulendo & iudicando ab hac parte non erit temerè
recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Patria poteſtas neceſſariò deſideratur ad ſubſtitutionis pupillaris valorem.*

2 *Ius ſubſtituendi pupillariter liberis in poteſtate conſtitutis non ex l. duodecim tab. ſed moribus duntaxat conſtat.*

3 *Emancipatis liberis impuberibus ſubſtituere pupillariter pater nequit.*
L. Cùm ex filio ff. de vulga. ſenſus, ibidem.

4 *Mater nec liberos in poteſtate habet, nec eis ſubſtituere pupillariter poteſt.*
L. Si mater. ff. de vulg. ſenſus ibidem.

5 *Patria poteſtas tempore mortis teſtatoris neceſſaria eſt ad ſubſtitutionis pupillaris valorem.*

6 *Patria poteſtas tempore teſtamenti debet etiam interuenire ad valorem pupillaris ſubſtitutionis, iuxta veriorem opinionem, quãuis contraria ſit magis communis & recepta.*

7 *L. Miles ita §. Exhæredato. ff. de milit. teſtam. ſenſus, eiuſq; littera reſtituitur. num. 13.*

8 *Miles impuberi filio emancipato ſubſtituere pupillariter nequit, etiam in bonis quæ ei reliquerit.*

9 *Regula generalis ad milites etiam priuilegiatos referenda eſt in ea materia, in qua priuilegij ratio ceſſat.*
L. In fraudem. §. fina. ff. de milit. teſtam. ſenſus, ibidem.

10 *§. fin. Inſtit. de pupil. ſenſus.*

11 *L. Precibus. C. de impub. & aliis ſenſus.*

12 *Miles, priuilegium quod habet, decedendi pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, liberis duntaxat in poteſtate, non verò emancipatis communicare poteſt.*

13 *Miles cùm liberis extra poteſtatem ſubſtituit, non pupillaris. ſed militaris duntaxat ſubſtitutio locum habet in bonis, quæ militis fuerant.*

14 *L. Sed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulgari. ſenſus.*

15 *Legitima filij cum reliquis eius bonis deducitur ex directa militari, contra magis communem opinionem.*

16 *Subſtitutio compendioſa facta liberis extra poteſtatem conſtitutis, continet vulgarem & fideicommiſſariam.*

17 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quæ propter perſonarum conditionem nunquam potuit valere iure directæ pupillaris, facilius ad fideicommiſſum trahitur.*

18 *Tranſmiſſio ex potentia ſuitatis impedit quibuſdam caſibus vulgares ſubſtitutos.*

19 *Emancipatus filius non tranſmittit ex potentia ſuitatis hæreditatem patris non aditam, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato ſibi delatam.*

20 *Tranſmiſſio ex potentia ſanguinis quam faciunt liberi, etiam qui ſui hæredes non ſint, impedit vulgares ſubſtitutos.*

21 *Tranſmiſſio ex potentia ſanguinis in quoſcunque hæredes fieri nequit, ſed in liberos duntaxat.*

22 *Tranſmiſſio ex capite iuris deliberandi generaliter fit omnibus & in quoſcunque hæredes, impeditq; vulgares ſubſtitutos.*

23 *Tranſmiſſio ex capite iuris deliberandi fieri nequit, ſi defunctus delatam ſibi hæreditatem ignorauit.*

24 *Tranſmiſſio ex beneficio l. ſi infanti. C. de iure deliber. in patrem duntaxat, aut auum paternum, non autem in matrem, nec in auum maternum fieri poteſt.*

25 *L. Si infanti. C. de iure deliberan. ſenſus, & num. præced.*

26 *Hæredi minoris 25. annis non adeuntis etiam ex neglegentia, & hæredi maioris nõ adeuntis ex ignorantia competit in integrum reſtitutio ex defuncti perſona.*

27 *Reſtitutionis in integrum cõtemplatio ex beneficio l. Panthonius. ff. de acquir. hæred. interim non impedit vulgares ſubſtitutos.*

28 *Reſtitutio in integrum ex perſona defuncti non adeuntis, atque ex æquitate l. Panthonius. ff. de acquir. hæred. non erit concedenda aduerſus piam cauſam.*
L. Panthonius. ff. de acquirenda hæred. ſenſus, ibidem.

29 *Baldi ſententia in l. non pro numero, num. 3. C. ad Senatuſcon. Orfician. explicatur.*

30 *Heres volens reſtitui ex defuncti perſona parcius reſtituitur.*
L. Quòd ſi minor. §. Scæuola. ff. de minorib. ſenſus. ibid.

31 *Hæres, cum ex defuncti perſona reſtitui contendit, hæredis, aduerſariiq; perſonam duntaxat Prætor æſtimare debet.*
L. Quidam ita, verſic. Sed an ea voluntas. ff. ad Trebellianicam, ſenſus, ibid.

32 *Hæredem filij parcius, quàm ipſum filium, in concedenda bonorum patris poſſeſſione, Prætor exaudire debet.*
L. 1. §. largius. & § ſiquis autem. & §. non ſolum. ff. de ſucceſſor. edict. ſenſus, & conciliatio, ibid.

HABENS.

HABENS, Scilicet, in poteſtate, ſecundum Archid. & om-
nes hic. Et quidem proprietas huius participij: Habens:
minimè exprimit, quòd pater filium, & filiam, in poteſtate ha-
buerit: quum æquè ad vxorem referatur. Fuit tamen neceſſa-
rium, hoc ſupplere: quoniam patria † poteſtas neceſſario deſi- 1
deratur, vt poſſit fieri pupillaris ſubſtitutio, de qua in hoc ca-
pitulo præcipuè agitur. *l. 2. ff. de vulgar. in princip. Inſtit. de pupilla-
ri.* Cum autem ius ciuile Romanorum ex ſcripto, & ex nõ ſcri-
pto conſtet. *§. conſtat. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natura. gent. &
ciuili.* ius poteſtatis, quod parentes habent in liberos ex iuſtis
nuptiis procreatos, conſtat ex non ſcripto: vt quod moribus
populi Romani fuerit receptum. *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt
ſui vel alien. iur. § 1. Inſtit. patr. poteſtate.* Prçterea † eiuſdem popu- 2
li Romani moribus introductum eſt, vt quis liberis impube-
ribus, quos in poteſtate haberet, teſtamentum facere poſſet.
d. l. 2. ff. de vulgari. & in d. princip. Inſtit. de pupillari. Enimuero anti-
quæ legis 12. Tabul. *verbis illis: [Vti quiſque ſuæ rei legaſſet ita ius
eſto.]* Quæ verba refert Iureconſul. *in l. verbis legis. ff. de verborum
ſignificatione.* non videbatur tributa poteſtas ſubſtituendi pu-
pillariter liberis impuberibus: quum is, qui liberis impuberi-
bus pupillarem ſubſtitutionem facit, non de ſua, ſed de ipſo-
rum liberorum impuberum hæreditate teſtamentum faciat. *l.
ſed ſi plures. § ad ſubſtitutos. ff. de vulgari. §. igitur. Inſtit. de pupillari.
l. 1. § ſi quis autem. ff. de ſucceſſo. edict.* Id quod etiam Franc. Hoto-
man. *nouiſſimè animaduertit in princip. Inſtitu. de pupilla. ſubſtit. in
verbo. Moribus.*

¶ Vnde cùm emancipatis liberis † impuberibus ſubſtituere 3
pupillariter parens nequeat. *d. l. 2. verſiculo. Cæterum. ff. de vulga-
ri.* Labeo, Ofilius, Caſſellius & Trebatius formulam inuene-
runt, quæ vel ex parte effectum pupillaris ſubſtitutionis reprę-
ſentaret in liberis impuberibus emancipatis. *l. cùm ex filio. ff. de
vulgari.* Eorum exemplum Africanus vulgo non intellectus
tale aliquid in matre excogitauit *in l. ſi mater. ff. de vulgari.* vt, vi-
delicet, mater, † quæ filio ſubſtituere pupillariter nequit, cum 4
eum in poteſt non habeat. *§ fœmina. Inſtit. de adoptio. §. cæteri. In-
ſtitu. de hæred. qualita. & differentia, iuncto principio, Inſtitut. de pu-
pillar. & l. ſecunda. ff. de vulga.* filium inſtitueret in tempus cùm
eſſet annorum quatuordecim, eique vulgariter ſubſtitueret.
Sic enim, mortuo filio ante pubertatem, hæreditas mulieris
ex ſecundo gradu deferebatur Titio. Idque ex Africani ſen-
tentia rectiſſimè collegerunt Viglius *in principio Inſtitu. de pu-
pillari ſubſtitut. numero ſexto.* & Franc. Balduin. *ibidem in verbo, Mo-
ribus.* & Franc. Conan. *libro decimo Commentariorum iuris ciuilis,
capitulo fina.* & ipſe latius eandem interpretationem explicaui
*in repetitione. §. & quid ſi tantum. in prima parte. numero 65. l. Gal-
lus. ff. de liberis & poſthumis.* Quo loco præcepi, conſilium A-
phricani hodie non valere in parte iure naturæ filio debita in
bonis matris. Quoniam conditio illa: Cùm erit annorum
quatuor-

quatuordecim: tolletur de legitima portione. *l. quoniam in prioribus. l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inofficioſo teſtam.* aduerſus Ioan. Delictum *in tracta. de arte teſtandi, titulo 5. de ſubſtitu. caute. 30. num. 2.*

¶ Quæro igitur primùm: Vtrùm ſatis fuerit, quod pater in ſpecie huius capituli teſtamenti tempore filium, & filiam proponatur in poteſtate habuiſſe, vt pupillares ſubſtitutiones lo-
5 cum habere potuerint? Et reſpondetur, † quod hoc non potuit ſatis eſſe. Nam prætetea neceſſarium fuit, quod etiam eo tempore, quo teſtator moreretur, retineret eoſdem liberos in poteſtate. Cum enim filio, vel filiæ pater pupillariter ſubſtituit, ſi quis ex his mortis quoque tempore non fuerit in poteſtate, ſubſtitutio pupillaris fit irrita. *l. cohæredi. §. cùm filia. ff. de vulgar.*

¶ Secundò quæro: Vtrùm æquè deciſio huius capituli locum haberet, ſi teſtator mortis quidem tempore habuiſſet filium, & filiam in poteſtate: quum tamen teſtamenti tempore eoſdem liberos in poteſtate non habuiſſet? Potuit enim hic caſus euenire in filio, & filia, legitimis & naturalibus, de quibus loquutus eſt in præſenti Pontifex, ſi interpoſita fuiſſet adoptio. Finge enim, quòd pater, antequam teſtaretur, hos liberos in adoptionem dediſſet alicui ex parentibus ipſorum liberorum, & rurſus poſt teſtamentum eoſdem adoptaſſet. Nempe in hac ſpecie (vt interim omittam arrogationis caſum) eueniret, vt liberi tempore teſtamenti paterni non eſſent in patris poteſtate: eſſent autem in eiuſdem patris, cùm moreretur, poteſtate. *l. cum in adoptiuis. §. ſi vero. & §. fina. C. de adoptionibus.* Et
6 quidem reſpondendum † videtur, quod hoc caſu non valerent ſubſtitutiones, de quibus in text. quaſi directæ pupillares: quum tempore ſubſtitutionum, hoc eſt, tempore teſtamenti, quo ſubſtitutiones factæ ſunt, filius & filia impuberes in patris poteſtate non fuiſſent. Quæ opinio iuris rationibus magis accommodatur, & fermè probari videtur Vlpiani reſponſo *in l. 2. §. Sed ſi extraneum. ff. de vulgari.* Reſpondit enim, ſecundum veriorem interpretationem, quod ſi quis extraneum impuberem, hoc eſt, eum, qui in poteſtate inſtituentis non erat, hæredem ſcripſerit, poterit poſtea ex interuallo eidem impuberi ſubſtituere pupillariter, *iuxta l. Si quis eum. §. fin. ff. de vulg.* ſi modo antequam ſubſtituat, cœpiſſet eundem impuberem in poteſtate habere per adoptionem. Proinde ſignificauit Iureconſultus *ibidem*, quod patria poteſtas debet interuenire eo tempore, quo fit ipſa pupillaris ſubſtitutio. Itaque ita Veterum nonnulli, & ex Nouioribus plurimi tenuerunt: & nouiſſimè cum iudicio defendit Reuerendiſſimus dom. Couarruuias à Leyua, *in cap. Raynutius. §. quinto. num. 2. ſuprà hoc titulo.* qui proximè propter inſignem eius eruditionem, & ſummam vtriuſque iuris prudentiam, raramque ſanctimoniam in Epiſcopum Ciuitaten. fuit conſecratus, nunc autem in ſacro Tridentino Concilio omnium virtutum ac litterarum ſpecimen, cum magna eius, atque totius Hiſpaniæ laude refert.

¶ Quanquam autem hæc opinio iure verior videatur, contraria tamen in praxi obtineret, vt quæ multo ſit receptior. Eſt enim magis communis opinio, quod pupillaris ſubſtitutio facta impuberi inſtituto, qui eo tempore non ſit in poteſtate, valebit quaſi pupillaris: ſi modo idem impubes poſtea in morientis teſtatoris poteſtate deprehendatur, vt reſoluit Angel. Aretin. *in tractatu De teſtamen, in gloſſ. 85. num. 6. in 7. volum.* Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. num. 9. ſupra de teſtam.* Alexan. *in l. 2. num. 7. & num. 10. ff. de vulga.* Franciſc. Ripa. *num. 25.* & Andr. Alciat. *ibid. in verbo, Emancipatus. num. 28. hanc eſſe communem opinionem atteſtantur.*

¶ Tertio principaliter quæro: Si teſtator in noſtri capituli ſpecie miles fuiſſet, vtrùm, remoto hoc patriæ poteſtatis iure, potuiſſet liberis impuberibus facere pupillares ſubſtitutiones: vtputa liberis emancipatis? Et huius quæſtionis reſolutio
7 pendet ex Tryphonini reſponſo † *in l. Miles ita. §. Exhæredato. ff. de militar. teſtamen.* vbi vulgo probari creditur, quod miles filio impuberi emancipato hæredi inſtituto poſſit hæredem conſtituere: vt ſi filius emancipatus intra pupillarem ætatem deceſſerit, ſubſtitutus exiſtat hæres ipſi pupillo emancipato, in his duntaxat bonis, quæ ex teſtamento militis conſequutus eſt pupillus. Et ita hoc ſenſu intellexiſſe videtur eum text. Accurſ. *in §. non ſolum. in verbo, Id omne. Inſtit. de pupillari.* vbi Ioan. à Platea hoc ipſum ex Accurſ. ſententia exprimit. Ioan. etiam Andr. *hic num. 19.* pro conſtanti videtur præſuppoſuiſſe, quod miles ex priuilegio militari poteſt ſubſtituere liberis etiam impuberibus, quos in poteſtate non habebat. Scribit enim, quod *in l. precibus. C. de impuber. & aliis* miles fuit teſtatus iure communi: quoniam ſi iure militari fuiſſet teſtatus, non exigiſſent Imperatores *in d. l. precibus. in princip.* quòd teſtator miles habuiſſet in poteſtate filium, vt ei ſubſtitutionem pupillarem facere poſſet. Adde quod Bartol. *in l. 1. num. 44. C. de ſacroſanct. eccleſiis. videtur intellexiſſe text. in dicto §. Exhæredato, in ſubſtitutione pupillari.* Sic denique eum text. acceperunt Angel. *in fin. princip.* Ioan. Imol. *num. 5.* Aretin. *num. 7.* Iaſon *num. 3. in l. 2. ff. de vulgari.* Salicet. *in l. ſi teſtamento. num. 7. C. de impuber. & aliis.* Ioan. Imol. *in l. Centurio. numero vndecimo. verſiculo, Item quia. ff. de vulgari. & in capitulo Raynutius. num. 94. ſupra eodem.* Aretin. *in l. 1. §. fina. numero decimoſeptimo. ff. de vulgari.* Socin. *in dicta l. Centurio. numero vndecimo.* Gulielm. Benedict. *in repetitione dicti capituli Raynutius. in verbo, Si abſque liberis. ſecundo de pupilla. ſubſtitutio. numero* 48. Andr. Alciat. *in dicta l. Centurio. in verbo, Etiam propria bona. num. 31.* & Hieron. Verius *in repetit. l. ex facto. num. 115. ff. de vulgar.*

¶ Quinetiam Franciſc. Ripa *in d. l. Centurio. num. 3.* tentauit dicere ex Tryphonini ſententia *in d. §. Exhæredato*, quod ſi miles filium emancipatum impuberem hæredem inſtituerit, poterit ei facere ſubſtitutionem pupillarem per quam ſubſtitutus vniuerſam pupilli emancipati ante pubertatem mortui hæreditatem vendicet. Motus eſt Ripa *argumento eiuſdem §. exhæredato.* in quo effectus pupillaris ſubſtitutionis idcirco reſtringitur ad bona duntaxat, quæ pupillo à patre milite obuenerunt, quia impuberem emancipatum miles pater exhæredauerat. Ergo ſi non exhæredaſſet, ſed inſtituiſſet impuberem emancipatum, non reſtringeretur effectus pupillaris ſubſtitutionis ad ſola patris bona. Sed hæc opin. Franciſci à Ripa nullatenus recipienda eſt, vt quæ nullo colore poſſit excuſari. Nam in primis contra eam facit text. *in l. precibus. C. de impub. & aliis.* vbi teſtator fuit miles, & filium impuberem exhæredauit, ſed inſtituit hæredem, & nihilominus exigitur patria poteſtas, vt pupillaris ſubſtitutio procedere poſſit. Item nobiſcum facit ipſum Tryphon. reſponſum *in d. §. exhæredato.* in quo emancipatus fuit à patre milite hæres inſtitutus, non verò exhæredatus. Siquidem is §. per errorem allegatur §. *exhæredato.* qui allegari magis debet §. *Miles & emancipato.* & nomen Exhæredato, coniungi debet cum verbo, Reliquerit præcedentis §. *ſi miles.* Idque ita verum eſſe agnoſcent omnes ſtatim atque Tryphoninum eo loco legerint. Et hoc ita Viuianus ibidem perſtrinxit, & admonuit Viglius *in §. non ſolum. num. 1. Inſtit. de pupillari ſubſtitu.* quem nonnulli poſteriores ibi fuerunt ſequuti: verba illius §. *exhæredato. & præceden. §. ſi miles*, reſtituentes in hunc modum: Si miles exhæredauit filium, vel ſciens eum ſuum filium eſſe, ſilentio præterierit, an legatum à ſubſtituto ei dari poſſit? quæſitum eſt. Dixi non poſſe, licèt ampla legata reliquerit exhæredato. Miles & emancipato filio ſubſtituere poteſt. Verum hoc ius in his exercebitur quæ ab ipſo ad eum, cui ſubſtituit, peruenerit: non etiam in his quæ habuerit, vel poſtea acquiſiuerit. Nam & ſi filio ſuo, viuo adhuc auo, ſubſtituit, poſt acquiſitam ei aui hæreditatem, nemo diceret ad ſubſtitutum pertinere. Denique, quòd ibi emancipatus fuerit à patre hæres inſtitutus, colligitur ex verbo, Subſtituere: & maximè *ex verſiculo, Nam & ſi filio. coniuncta l. cum filiusfamil. eodem titulo.* vbi ponitur eadem ſpecies, & proponitur, quòd impubes fuit hæres inſtitutus. Secundum quæ verſari ſolummodo quæſtio poteſt circa bona duntaxat ipſius militis teſtatoris. Quæremus enim, ſi miles impuberi emancipato Titium directò ſubſtituerit, & impubes filius ante pubertatem deceſſerit, vtrum Titius poſſit ipſi emancipato hæres exiſtere ex pupillari ſubſtitutione in his duntaxat bonis, quæ à milite ad ipſum emancipatum peruenerũt? Et hactenus diximus, videri, quòd miles id proprio priuilegio facere poſſit, ex Vlpiani ſententia *in d. §. miles & emancipato.* qui vulgo per errorem allegabatur §. Exhæredato miles & emancipato. Sed mihi conſtituendum
vtiliter videtur quòd emancipato impuberi miles non † poſſit 8
facere pupillarem ſubſtitutionem, nec quidem in bonis quæ ei reliquerit. Nam regula *d. l. 2. ff. de vulga.* videtur etiam procedere in milite teſtatore, vt ſenſit Bartol. *in alio articulo in eadem l. ſecunda. numero 13.* & Angel. Peruſin. *in alio etiam articulo l. Centurio. numero duodecimo. ff. eodem titulo.* Quod comprobari poteſt ex eo, quod Vlpianus *in dicta l. ſecunda. §. primo.* ſtatim excepit mi-

pit militem in eo particulari caſu, quum dixit: Nam forte miles ſit. Proinde ſignificauit, quòd in ſuperioribus regulis nulla erat facienda exceptio in milite teſtatore.

¶ Secundò facit, quòd regula *dictæ leg. ſecunda. ff. de vulgari.* circa requiſitum patriæ poteſtatis, generalem habere videtur determinationem, vt videlicet, comprehendat etiam militem teſtatorem, *argumento l. in ſi quidem. §. finali. ff. de milit. teſtam.* Nec volo argumentationem ita conficere, quaſi text. ille probet, quod generalis regula comprehendat caſus priuilegiatos, vt Dynus ibi, & Bald. *in dicto §. finali.* Philipp. Decius *in l. prima. num. 9. de regul. iuris.* idem Decius *in l. ex teſtamento. C. vnde liber.* Andr. Alciat. *lib. 4. Paradox. cap. 10.* Andr. Tiraquel. *in tractatu De vtroque retract. gloſſ. 14. num. 91. ex eodem §.* deduxiſſe videntur. Sed cum Bartol. ibidem magis deduco, quod regula † ge-
9 neralis comprehendit etiam milites alioquin priuilegiatos: ſi vtique regula de ea materia tractet, in qua ceſſet ratio priuilegij. Porro in pupillari ſubſtitutione, quæ fiat emancipato, ceſſare intelligo priuilegium militis. Quoniam pupillare teſtamentum iure patriæ poteſtatis, non militiæ præmio, mandatur, *argum. l. impuberi: in fine. ff. de adminiſtratio tutor.* Facio enim argumentum de tutela ad pupillarem ſubſtitutionem: vt alias fecerunt in hac materia Bart. *in l. 2. num 13. ff. de vulgari.* Bald. *in l. humanitatis. num. 33. verſic. Septimo quia. C. de impub. & aliis. de quo ſupra, in gloſſ. præcedenti.*

¶ Tertio facit text. *in §. fina. Inſtit. de pupillari.* vbi Iuſtinianus
10 † ſcripſit, quod extraneo impuberi hæredi inſtituto nemo poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem. Sic intellexit, quod nec miles quidem id poteſt, vt collegit eo text. Angel. Peruſin. *circa alium articulum, in l. centurio. num 12. ff. de vulgari.* Ergo, ſi miles non poteſt facere pupillarem ſubſtitutionem extraneo impuberi hæredi inſtituto, nec vtique poterit eam facere emancipato, *argum. l. ſi genero. ibi: Extraneo conſtituto per emancipationem. C. de iur. dot. & §. cæterum. in fine. Inſtit. de hæred. qual. & diff.* & quod tradit Bartol. *in l. nec enim. in fin. princip. verſiculo, Sed illud eſt idem. ff. de milit. teſtam.* & Ioan. Fab. *in princip. Inſtit. de pupil. ſubſtitut.* quem retulit & ſequutus eſt Iaſ. *in l. ſecunda. num. 3 ff. de vulgari.*

11 ¶ Quarto facit text. *in l. precibus.* † *C. de impub. & aliis ſubſt.* vbi Imperatores in milite exegerunt patriam poteſtatem, vt filio impuberi poſſet facere pupillarem ſubſtitutionem. Et licet aliquis diceret id ita requiſitum fuiſſe, quo pupillaris ſubſtitutio haberet effectum in vniuerſa pupilli hæreditate, vt colligi videtur ex his quæ ſcripſit Ioan. Imol. aliud tamen agens, *in capitulo, Raynutius. num. 94. ſupra eod.* Magis tamen eſt, vt generaliter Imperatores ibi ſignificauerint, nullam pupillarem ſubſtitutionem procedere poſſe, quam miles emancipato impuberi feciſſet.

¶ Quinto facit argumentum ab abſurdo, quod ſequeretur, ſi miles emancipato impuberi poſſet ſubſtituere pupillariter in bonis, quæ ei reliquiſſet. Eueniret enim contra notiſſimam iuris regulam quod emancipatus impubes pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet. Haberet enim in bonis paternis hæredem, quem ei pater miles conſtituiſſet pupillari teſtamento: in bonis autem propriis hæredem haberet ab inteſtato proximum. Quod ſi quis opinetur, id non videri abſurdum: quoniam miles ipſe pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere poſſit, *lege, ius noſtrum ff. de regulis iur.* hic ego contradicam.

12 ¶ Quippe miles † ipſe hoc poteſt ſi ſibi teſtetur, aut etiam filio impuberi quem in poteſtate habet. *lege, Sed ſi plures §. ad ſubſtitutos. verſiculo. fin. ff. de vulgari.* Cæterum priuilegium, quod potuit communicare filio impuberi, qui fuiſſet in militis poteſtate, non debuit communicare filio emancipato: quia non poteſt videri eadem perſona cum patre milite, *argum. notatorum per gloſſ. in l. ſecunda. C. qui ætate, vel profeſſ. lib. 10. gloſſ. 1.* Pro qua ratione diuerſitatis faciunt quæ allegando text. *in §. ei qui. Inſtitut. de inutilib. ſtipul.* tradit Albet. *in repet. rubr. num. 30. ff. de vulgar.* & Bartol. *in l. ex facto. num 11 ff. eod. tit.* & Bald. *in repet. legis primæ. num. 12. verſic. Septimo incidenter. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi Bald. intellexit, priuilegium militis circa ſubſtituendi poteſtatem in omnibus bonis ſuis, eſſe perſonale, & non extendi ad filium emancipatum.

¶ Poſtremo ſtat pro nobis regul. *d. l. ſecundæ. ff. de vulgari.* qua conſtitutum eſt, deſiderari patriam poteſtatem, vt parens pro liberis poſſit teſtari. Porro ſecundum hanc regulam eſt iudicandum, niſi caſus probetur exceptus, vt docet Bart. *in l. quoties. num. 1. ff. ſi quis cautionibus.* & Philippus Decius *in l. prima. numero octauo. ff. de regulis iuris.* Cum igitur nullibi ſit text. qui probet, militem poſſe impuberi emancipato facere pupillarem ſubſtitutionem, conſequens erit & in milite regulam non minus retinere. Et hanc ſententiam hoc argumento in terminis affirmauit Sebaſtian. Sapia *in repetitio. l. precibus. numero ſeptimo. C. de impub. & aliis.* Nam Tryphoninus † *in dicto § miles & eman-* 13
cipato. dicta l. miles ita. ff. de milit. teſtament. minimè intellexit de pupillari ſubſtituto, qui impuberis emancipati hæreditatem poſſet adire in bonis paternis conſiſtentem. Quin potius intellexit, ſubſtitutum illum eſſe militarem, qui mortuo filio emancipato, hæreditatem militis iterum iacentem adire poſſet, *iuxta l. centurio, in fine. ff. de vulgari.* Hæc eſt vera illius §. interpretatio, quem hoc ipſo ſenſu accepit Accurſ. *ibidem in verbo, Hoc ius.* & videtur accepiſſe Bartol. *in dicta l. centurio, in tertia oppoſitio.* & ita plene accepit idem Bartol. *in l. nec enim, in fin. princip ff. de milit. teſtament.* & Raphael Fulgoſ. *in dicta l. precibus. numero vndecimo.* & ibi Philippus Decius, & Curtius Iunior. *vterque in 4. notab. C. de impuber. & aliis.* Ludouic. Roman. *numero decimo & vndecimo.* Philip. Corn. *num. 11.* Alexand. *num. 14. in l. in teſtamento. prima. C. de teſtamen. milit.* Alexand. *in l. 2. num. 19. ff. de vulgari. in d. l. centurio. num. 56.* vbi & Lancel. Galiau. *in repet. num. 183.* Pro quorum interpretatione conſidero, quod Iureconſ. ibi comparat ei ſpeciei alteram ſpeciem filiifamilias militis, qui ſubſtituit filio in aui poteſtate manenti, *iuxta l. cum filiusfamilias. ff. eod. tit.* Sed in ea ſpecie oſtendi ſuperiori ſcholio, verius eſſe quod ſit militaris ſubſtitutio, vt non poterit eſſe pupillaris. Igitur in vtraque ſpecie diſtinctè probandum eſt, de militari ſubſtitutione, non de pupillari, Tryphoninum ſenſiſſe. Et hunc eſſe communem intellectum earum legum ſenſit Rinunal. *in d. l. in teſtamento. num 7. quamuis. num. 8. in fin.* tentauerit dicere, quod vtrobique eſſet pupillaris ſubſtitutio, ſuper quo reliquit cogitandum. Denique ſi apud Iureconſ. eiuſmodi pupillaris ſubſtitutio fuiſſet recepta, ſic Tryphon. *in d. §. miles & emancipato. de pupil. ſubſtit.* ſenſiſſet, credibile eſt, quod Vlpian. aliquam huius rei mentionem feciſſet *in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtit. ff. de vulg.* Ibi enim † docuit, ad ſubſtitutos pupillares per- 14
tinere non ſolum bona patris ſubſtituentis, ſed etiam propria bona impuberis: & ab hac reg. excepit quaſdam ſpecies *in verſic. Niſi mihi. & in §. in arrogato.* Cùm igitur in priore exceptione meminerit militis teſtatoris, meminiſſet quidem & huius ſpeciei, ſi vtique verè potuiſſet docere, quod ad ſubſtitutum pupillarem ſola bona patris militis pertinerent, quum impubes non fuiſſet in poteſtate.

¶ Et attende, non leuem vtilitatem incurrere in eo quod reſolbo circa *dictum §. miles & emancipato.* Nam ſi hodie ea ſpecies ex facto incideret, & probaretur opinio, quam falſam eſſe oſtendimus, conſequens eſſet dicere, quod mater ab inteſtato vendicaret hæreditatem filij impuberis in propriis eiuſdem bonis conſiſtentem: ſubſtitutus vero à patre datus vendicaret alteram velut hæreditatem eiuſdem impuberis in bonis paternis conſiſtentem: vt mater ex perſona filij nihil de eiſdem bonis paternis habere poſſet. Non enim audienda eſſet mater, ſi diceret, filium in legitima portione onerari non potuiſſe: quoniam miles non videbatur filium onerare, pro quo pupillare teſtamentum feciſſet. *argum. l. Papinianus. §. ſi quis impub. ff. de inoffició teſtamen. & l. ex tribus. C. eod. tit. & noſtri etiam capituli.* Quod ita ſenſit Alexan. *in l. Centurio, num. 56. verſiculo, Nec obſtat ſi diceretur, ff. de vulga.* & deduxit ſpecialiter Socin. *ibi num. 10. quod etiam iam ſupra notaui in princip. num. 17.* Quoniam verò in iudicando & conſulendo obtinere debet noſtra reſolutio, qua conſtituimus in his ſpeciebus non poſſe procedere niſi ſolam militarem ſubſtitutionem, melior cauſa futura eſt hæredum legitimorum ipſius filij. Siquidem mater integram filij impuberis hæreditatem ab inteſtato vendicabit: in qua rectè contendet eſſe non ſolum propria filij bona, ſed etiam legitimam partem filio ex bonis patris debitam: in qua miles non potuit onerare filium, nec quidem per militarem ſubſtitutionem: reliqua autem bona militis velut eiuſdem militis hæreditatem, capiet ſubſtitutus iure directo, *argum. l. Centurio. in fin. & in d. §. miles emancipato. d. l. miles ita. ff. de milit. teſtam. ſecundum veram interpretationem.* Quod autem miles † non poſſit in legi- 15
tima filium onerare per militarem ſubſtitutionem, probare videtur text. *in Auth. vt cum de appel. cogno. §. ſiue igitur. verſ. ſanctimus.*

collat. 8. per quem textum de iure nouiſſimo contra antiqua iura ff. enim, & Codicis, hanc concluſionem affirmat Raph. Cuma. num. 7. Alex. num. 51. Iaſ. num. 18. Franc. Ripa num. 44. in d. l. Centurio. Paul. Caſtr. num. 19. in fin. Alex. num. 18. Iaſ. num. 17. in d. l. precibus, C. de impuber. & alijs. Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius, in verſ. ſi abſque liberis. 2. de compendioſa ſubſtitutione, num. 20. de teſtament. & nouiſſimè doctiſſimus & Reuerendiſſ. D. Couuar. in d. c. Raynutius, §. 9. num. 10. hanc opinionem ſequutus induxit & declarat eleganter l. 12. titul. 1. part. 6. Contrariam tamen ſententiam, nempè, directam ſubſtitutionem militarem filio factam, comprehendere eiuſdem filij legitimam in præiudicium matris, aut aliorum ſucceſſorum, etiam ſtante nouiſſimo iure Authent. affirmat Bart. num. 8. Ioan. Imol. num. 4. Aret. num. 4. verſic. eſt autem multiplex. Barthol. Soc. num. 10. Andr. Alc. in verb. directò ſubſtituit, nu. 22. in d. l. Centurio. Ioan. de Imol. in d. c. Raynutius, num. 177. verſic. quæ autem dicantur, de teſtam. Raph. Fulg. num. 21. Phil. Dec. nu. 25. in d. l. precib. Sebaſt. Sap. ibid. in repet. nu. 105. quam opinionem dicit eſſe communem Alex. in d. l. precibus, num. 18. Franc. Ripa vbi ſuprà num. 43. & Andr. Alc. in d. num. 22. & eandem ſententiam ſequuntur, & dicunt eſſe communem Lanc. Gal. in repet. d. l. Centurio, num. 73. & num. 93. & Ioan. Caccialup. in repet. d. l. precibus, num. 34. & nouiſſimè Greg. Lup. in d. l. 12. tit. 5. part. 6. verb. la tercera parte. Mihi autem prior ſententia contra communem opinionẽ & magis æqua, & verior videtur.

Quartò principaliter quæro, ſi in huius cap. ſpecie Ioannes teſtator filium & filiam impuberes non habuiſſet in poteſtate, nec teſtamenti, nec mortis tempore, & retineremus cętera omnia, quæ hic ex facto propoſita fuerunt, quidnam reſpondere debuiſſet Pontifex? Et inprimis conſtaret, ſubſtitutiones valere non potuiſſe quaſi directas pupillares, quas videlicet, pater facere non potuiſſet filiis, quos in poteſtate non habuiſſet. Proinde omnia bona, ſcilicet patris, & filiorum non potuiſſent deferri pauperibus, quibus omnia hæc bona deferri ex pupillari ſubſtitutione reſponſum eſt in noſtra Decretali. Mater igitur ab inteſtato vendicaret proprias facultates filij & filiæ impuberum, quibus teſtari pater iure non potuiſſet. Quapropter inter pauperes ex vna parte, & matrem impuberum ex altera controuerſia ſolũmodò verſaretur circa bona propria ipſius teſtatoris. Nã mater, quæ liberorum hæreditates adiiſſet, prætenderet ſe admitti debere ad bona teſtatoris ex perſona eorundem filiorum, quibus ea bona fuiſſent ex teſtamento delata. E contrario pauperes contenderent ſe admitti debere ad eadem bona teſtatoris ratione ſubſtitutionis: quoniam videlicet, ipſius filio & filiæ, ſi vtrunq; ſine liberis mori contingeret, ſubſtituti fuiſſent. Certè bona teſtatoris contineri potuerunt in vulgari directa, & fideicommiſſaria obliqua: quas ſubſtitutiones planè teſtator quibuſcunque hæredibus inſtitutis facere potuiſſet, in princ. Inſtit. de vulg. §. fin. Inſtit. de pupillar.

16 Reſpondendum igitur eſt, † quòd pauperum ſubſtitutio cõtineret vulgarem directam, & haberet vlteriùs vtilitatem fideicommiſſariæ. Quippè ſi filius & filia quandoque ſine liberis deceſſiſſent, non quæſita patris hæreditate, pauperes ſecundùm verba directæ ſubſtitutionis admitterentur ad eandem hæreditatem ex directa vulgari, vt pro conſtanti docuerunt Archid. & Ioan. Andr. & alij Doctores hic, in verſic. defunctis. Si verò vtrumque ſine liberis mori contigiſſet filiorum, agnita prius paterna ſucceſſione, pauperum directa ſubſtitutio traheretur ad fideicommiſſum ex teſtatoris ſententia. Licet enim controuerſum ſit, vtrùm ſubſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quæ ſemel potuit valere iure directo, trahitur ad fideicommiſſum, id genus controuerſiæ procedit in ea ſpecie, in qua ſubſtitutio potuit valere iure pupillaris directæ, vt accidit in proprio noſtri cap. caſu. Cæterùm in propoſita quæſtione, in qua propter defectum patriæ poteſtatis ſubſtitutio non potuit initio valere,
17 quaſi directa pupillaris, diuerſum eſt. Quoties enim † propter conditionem perſonarum ſubſtitutio directa non poteſt valere, quaſi pupillaris, verba directa trahuntur ad fideicommiſſum in caſu aditæ hæreditatis: quamuis directa vulgaris locum habere potuerit in caſu non aditæ hęreditatis. Et ita ſe habet communis opinio, vt poſt gloſ. ibi in fin. ſchol. & Bart. num. 3. reſoluit Alexand. num. 10. [illegible] num. 21. Andr. Alciat. in verb. fruſtra, num. 40. in l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar. Franciſc. Rip. in l. ex facto, in prin. num. 2. ff. ad Trebel. per text. in l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem, ff. de legat. 1. & in d. l. ex facto, & in l. Scæuola. [illegible] eod. tit.

Ergo Pontifex, ſecundùm ea quæ proponerentur, reſponſurus eſſet, quòd bona teſtatoris omnia pauperibus deferrentur ex vulgari ſubſtitutione. Nam in propria noſtri cap. ſpecie nequaquam propoſitum fuit, quòd filius aut filia ſucceſſionem patris ex teſtamento agnouerint, nec id extrinſecus afferri per diuinationem oportet, ſecundùm ea quæ latius attingemus in ſecunda huius operis parte, in gloſ. Ac deinde filio. Quare ſi filius primò, non adita patris hæreditate defunctus eſt, & deinde ſimiliter filia, non agnita patris hæreditate, deceſſit ante pubertatis tempora, quum neuter eorum in morientis patris poteſtate fuiſſet, hæreditatem patris non aditam minimè in hæredem matrem tranſmiſiſſent, l. vna, §. in nouiſſimo, C. de caduc. tollend. Quòd verò liberi non poteſtate hæredes inſtituti hæreditatem patris non aditam nequaquam tranſmiſiſſent in matrem, ex ſufficienti partium enumeratione, quam ſubiicimus, ſatis apparet.

Nam licet hæreditas non adita tranſmittatur ex potentia ſuitatis in quoſcunque hæredes, l. ſi fratris, cum vulga. C. de iure deliber. l. vnica, C. de his qui ante apert. tabul. eaque tranſmiſſio † qui- 18 buſdam caſibus impediat interim vulgares ſubſtitutiones, iuxta ea quæ reſoluit Iaſ. in l. 1. num. 40. ff. de vulgar. poſt Bart. in l. ventre, num. 20. ff. de acquirend. hæred. in propoſita tamen facti ſpecie non caderet talis tranſmiſſio. Proponimus enim, quòd filius & filia fuerunt emancipati, aut alio modo poſiti extra patris poteſtatem. Filius autem emancipatus, † quamuis hodie ab inteſtato 19 ſuccedat ad ſimilitudinem ſuorum hæredum, l. meminimus, C. de legit. hæred. §. ſi verò. verſic. nullam, in Authent. de hæred. ab inteſtat. venient. collat. 9. non tamen tranſmittit hæreditatem paternam nõ aditam ad ſimilitudinem ſuorum hæredum. Et quidem ſi eam tranſmittere poſſet ab inteſtato, non minus eandem tranſmitteret, ſi hæres eſſet inſtitutus, argum. gloſ. receptæ in l. pater filium. §. Iulianus. & gloſ. fin. ff. de legat. 3. & quod notat Bart. in l. 3. num. 8. ff. de legat. 1. & Socin. in l. filius qui patri, num. 15. ff. de vulgar. circa l. cum in adoptiuis. §. ſed nec articulum, C. de adopt. Verius tamen & receptius eſt, quòd nec ab inteſtato delatam patris hæreditatem, quam non adiuit, tranſmittat, vt reſoluunt Alexan. num. 11. Iaſ. num. fin. in l. ſi emancipati, C. de collat. Philip. Corne. in l. ſi fratris, C. de iure deliber. num. 4. Eandem etiam dicit communem opinionem Iaſ. in d. l. ſi filius qui patri, num. 16. ff. de vulg. & pupil. & in l. filio pater, num. 19. ff. de legat. 1. & in l. emancipata, num. 6. C. qui admitti. Alciat. in l. ventre, num. 24. ff. de acquir. hæred. & nouiſſimè Reueren. Couuar. in regul. poſſeſſor, lib. 6. 2. part. §. 5. num. 3. Tametſi Bart. in d. l. ventre, num. 24. cogitandum ſuper hoc reliquerit. & Petr. de Anchar. in contrariam partem inclinare viſus eſt in c. Raynutius, nu. 70. ſuprà eod. & Angel. Aret. in repet. d. l. ventre, num. 67. perperam diſtinxerit inter emancipatum ab inteſtato, & emancipatum ex teſtamento patris vocatum, & Pyrrhus in tract. de ſuitate, quæſt. 7. num. 15. ſcripſerit, contrarium defendi poſſe, & contrarium defendere tentauerit Ioan. Crot. in repet. §. & quid ſi tantùm, nu. 100. l. Gallus, ff. de lib. & poſthum.

Item licet hæreditatem parentum non aditam liberi, etiam qui ſui hæredes non ſint, tranſmittant ex potentia ſanguinis, l. vna, C. de his qui ante apert. tabul. eaque tranſmiſſio † impe- 20 diat interim vulgares ſubſtitutos, l. vna, §. cùm igitur. C. de cad. tollend. docet Bart. in l. 1. num. 10. ff. de vulgar. vbi Iaſ. num. 41. Alciat. in verb. hæres non erit, num. 78. Gulielm. Benedict. in repet. c. Raynutius, in verb. Si abſque liberis moreretur. 2. de vulg. num. 69. de teſtamen. ſequitur Ludouic. Gozad. in repet. l. qui ſe patris, num. 208. C. vnde liberi. Ioan. Crot. in repet. l. re coniuncti. ff. de legat. 2. num. 10. Lancelot. Polit. de ſubſtitut. vulgari. particula 3. quæſt. 43. Iaſ. in l. quamdiu, num. 2. ff. de acquirend. hæred. & in l. ſi filius hæres, num. 39. ff. de liber. & poſthumis. ex quibus conſtat hanc opinionem eſſe communem: non tamen hæc tranſmiſſio locum habere potuit in propoſita facti ſpecie. Si quidem hæreditatem parentum non aditam liberi ex potentia ſanguinis tranſmittunt: ſed vtique non in omnes † hæredes, ſed in liberos duntaxat. Denique talis tranſmiſ- 21 ſio nec in patrem, nec in matrem hæredis fieri poterit, argumen. text. in l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul. l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad Senatusconſult. Tertullian. l. 2. C. ad Senatusconſult. Orfician. facit l. ſi infanti, C. de iure delib. docet Bart. in l. ventre, num. 25. ff. de acq. hæred. contra gloſ. in d. l. vnica. hæc eſt communis opinio vt reſoluit Ang. Aret. in repet. d. l. ventre, num. 41. & Andr. Alciat. ibi, verſic. Quintus caſus, num. 36. Gul. Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. Mortuo itaq; teſtatore. 2. num. 135. de teſtam. Proinde liberi in propoſita quęſtione non poſſunt hæreditatem patris non aditam tranſmittere ex potentia ſanguinis in matrem hæredem.

Præterea licet hæreditas non adita generaliter ab omnibus
22 hæredibus in omnes ſucceſſores tranſmittatur † ex capite iuris deliberandi, *l. cum antiquioribus, C. de iure deliberand.* eáque tranſmiſſio æquè impediat vulgares ſubſtitutos, *d. l. vna, §. cùm igitur, C. de caduc. tollend.* docet Bartolus *in l. 1. num. 20. ff. de vulgar.* & eſt communis opinio ſecundùm omnes ſuperiùs allegatos, non tamen ex his, quæ proponuntur, potuit colligi, quòd in hac ſpecie huiuſmodi tranſmiſſio locum haberet. Nam non proponitur, quòd intra annum deliberandi vita deceſſerint filius & filia, vt exigit Imperator *in d. l. cum antiquioribus.* Præterea non
23 proponitur, quòd impuberes per ſe aut per tutores, † ſciuiſſent patris hæreditatem ſibi eſſe delatam, vt videtur exigere Imperator *in dicta l. cum antiquioribus. verſic. Et ſi quidem.* & communi opinione receptum eſt, vt per Bart. *num. 1.* Alexan. *num. 5.* Iaſon & Philip. Corn. *num. 3. in dicta l. cum antiquioribus.* Bartol. *in d. l. ventre, num fin.* & ibi Angel. Peruſ. *in repet. num. 55.* Bartol. *in l. qui duos, in princ. num. 7. ff. de rebus dubijs.* & nos etiam obſeruauimus *in repetitione l. Gallus §. & quid ſi tantùm. ff. de liberis & poſthumis, in vltima parte, num. 107.* & eſt communis opinio ſecundùm Andr. Alciat. *in dicta l. ventre, num. 44. ff. de acquirend. hæreditate.* ſequitur Gulielm. Benedict. *in repet. c. Raynutius, in verb. Mortuo itaque teſtatore, 2. num. 166. & 182. ſuprà de teſtament.* tametſi idem Andr. Alciat. vbi ſuprà, immeritò ab iſta communi opinione recedat, inducens ad hoc Nouellam Iuſtiniani legem ex Græco exemplari, quo Florentiæ teſtatur ſe vidiſſe, verùm in hoc articulo magis videtur communi opinioni fidendum, quæ euidenti textus argumento comprobatur *in dicta l. cùm in antiquioribus, in d. verſic. & ſi quidem.*

Quinimmò etiam ſi proponeretur, quòd filius & filia ante ætatis ſuæ ſeptennium infantes deceſſiſſent adhuc fuiſſet æquè reſpondendum, quòd omnia bona ſubſtitutis pauperibus ex vulgari deferrentur. Et (quod prima facie mirabile videtur) pro pauperibus multùm faceret, quòd ipſa mater ab inteſtato infantium liberorum hæreditatem vendicaſſet. Quippè ſi auus
24 paternus † ſolus ſupereſſet, iſque proximus foret infantium nepotum ab inteſtato hæres iam pauperibus ex vulgari bona teſtatoris non deferrentur. Si quidem infantes hæreditatem patris non aditam tranſmitterent in auum paternum, quamuis nec in eius, nec in patris poteſtate fuiſſent. Idque ſingulari beneficio *l. ſi infanti, C. de iure deliberand.* Sic mors infantium, quorum hæreditas ſpectaret ad auum paternum, non faceret locum pauperibus ex vulgari ſubſtitutione venientibus, quoniam teſtatoris hæreditas adhuc in primo gradu verſaretur. Denique auus nepotum infantium hæres non minùs poſſet pauperes ſubſtitutos excludere, quàm ſi, viuis infantibus, hæreditatem illis delatam eorum nomine adiuiſſet. In propoſita autem ſpecie quoniam mater interueniret, auum paternum in legitimo filiorum gradu, ipſa mater potior antecederet, *Authent. defuncto, C. ad Tertul.* Sic pulchrum illud eueniret, vt quoniam mater auo præferretur, pauperes ex vulgari ſubſtitutione eſſent remittendi. Nam auus paternus non poſſet eſſe hæres ab inteſtato nepotum infantium, quoniam eorum mater potior eſſet. Sed neque mater, quæ liberorum infantium hæres eſſet, poſſet ex eorum perſona adire hæreditatem mariti, quæ primùm filio,
25 & deinde filio fuiſſet delata. Quoniam † Imperator *in d. l. ſi infanti.* non tribuit matri talem poteſtatem, iuxta ea quæ eleganter reſoluit Alexan. ibidem *num. 2.* & ex Alexan. ſententia retulit Gulielm. Bened. *in repet. c. Raynutius, in verb. Mortuo itaque teſtatore, 2. nu. 170 cum ſeq. ſuprà eod.* & eſt communis opinio, vt teſtatur Iaſ. *in d. l. ſi infanti, num. 3.*

Ex his apparet, quod iuxta propoſitam facti ſpeciem Pontifex eſſet reſponſurus, bona omnia teſtatoris ad pauperes ex vulgari ſubſtitutione pertinere. Nihil enim proponitur quod oſtendat, teſtatoris hæreditatem, quæ à liberis hæredibus inſtitutis adita non fuit, potuiſſe in matrem eorum hæredem tranſmitti.

Aduertendum tamen eſt, quòd ſecundùm ea, quæ proponuntur, occurrit vtilis conſideratio pro matre impuberum cōtra pauperes, vt eos à commodo vulgaris ſubſtitutionis poſſet excludere. Siquidem proponitur, quòd filius & filia ante pubertatis tempora deceſſerunt, non adita patris hæreditate. Vnde filius primò excluſus fuit morte, deinde ſimiliter excluſa fuit filia, cui ex re certa hæredi inſtitutæ, vniuerſa patris hæreditas
26 cœpit deferri mortuo filio. Ergo † ſiue aliqua negligentia interuenit in non adeunda patris hæreditate, quam adiſſe fuit vtile, ſuccurreretur matri, quaſi hæredi minorum vigintiquinque annis, ſiue nulla, nec quidem tutoris negligentia interceſſit, & ſiue vlla negligentia amiſſum fuit ius adeundi, vtputa, quia ignoratum fuit, an delata eſſet hæreditas, & tunc matri quaſi hæredi liberorum ſuccurreretur ex æquitate generalis clauſulæ *l. 1. ff. ex quibus cauſis maior.* In his enim ſpeciebus hæredi minoris vigintiquinque annis, & hæredi eius, qui ignorauit delatam fuiſſe hæreditatem, competit in integrum reſtitutio ex defuncti perſona, argum. *l. Panthonius, ff. de acquir. hæred.* & ita ſe habet communis opinio, quam reſoluit Alexand. *in l. ſi infanti, num. 8. C. de iure delib.* Andr. Alciat. *in l. ventre, num. 44. ff. de acquiren. hæred.* Guliel. Bened. *in repet. c. Raynutius, verb. Mortuo itaque teſtatore, 2. num. 181. & 182. ſuprà de teſtam.*

Illud autem notandum eſt, quòd licèt hæc in integrum reſtitutio competitura eſſet matri ex perſona liberorum, Pontifex nihilominùs reſponderet, quòd mortua filia, ſtatim bona omnia teſtatoris ex vulgari pauperibus deferrentur. Si quidem cō-
templatio † in integrum reſtitutionis, quæ poteſt impetrari, in- 27
terim non impedit vulgares ſubſtitutos, quo minus hæreditas eis deferatur, & pleno iure per aditionem quæri poſſit, vt probat text. *in l. quòd ſi minor. §. Scæuola. ff. de minor.* tradit gloſ. *in l. 1. §. expectandi, in verb. repudiauerit, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* reſoluit Bart. *in l. 1. num. 19. ff. de vulgar.*

Ego autem in Chriſti pauperum fauorem, & in terminis huius ca. auſim tentare, quòd pietatis contemplatione poſſet matri negari huiuſmodi reſtitutio in integrum, quam mater ipſa intra quadriennium aduerſus pauperes imploraret, *l. final. C. de temp. in integrum reſtit. peten.* Nam etſi maximè mulier impetrare deberet hanc reſtitutionem contra alios vulgares ſubſtitutos, ſi omnia eſſent integra, *iuxta text. in d. §. Scæuola.* videtur tamen, quòd contra pauperes non æquè eſſet audienda. Et quidem agnoſco, quòd in cæteris omnibus in integrum reſtitutionibus, ſiue ex propria perſona, ſiue ex defuncti perſona poſtulentur, nō deberet moueri iudex ad negādam in integrum reſtitutionem contemplatione pauperum, contra quos reſtitutiones peteren-
tur. Sed tamen † in hac vna in integrum reſtitutione, quæ con- 28
cedi ſolet ex æquitate l. Panthonius. erit fortaſſis probabile quòd reſpectus perſonarū poſſit iudices mouere, vt reſtitutiones in integrum iuſtè denegare debeant. Hoc in terminis ſenſiſſe videtur Petr. de Anchar. rationem habens pauperum, *conſil. 362. De viribus, num. 1. verſic. Præterea non æquitas, & num. 2. verſic. vel ſi deuoluta.* Sed hoc idem ego & ratione & maiore auctoritate probare intendo.

¶ Moueor ratione, quæ poteſt colligi ex d. l. Panthonius, vbi Iureconſultus præcepit, quòd hæc in integrum reſtitutio ſtricto iure non competit hæredi, quoniam defunctus, ex cuius perſona petitur, non foret perfectè læſus, vt perfectum deberet habere beneficium reſtitutionis. Ergo ſi aliquando hæc reſtitutio conceditur, non ſecundùm ſtricti iuris rationem, ſed ex ſingulari quadam humanitate concedi intelligendum, *argum. l. Panthonius.* iuxta veriorem interpretationem. facit *l. 1. C. de reſtitu. milit.* Denique non abſurdè dicetur, quòd quantum ſingularitate diſtant vulgares in integrum reſtitutiones à iuris communis rigore, tantùm propemodum à ſingularibus in integrum reſtitutionibus ſingularitate diſtat hæc vna in integrū reſtitutio. Quocirca non abhorret tentare, quòd reſpectus perſonarum poſſit mouere iudices, ne humaniorem cæteris omnibus reſtitutionē inhumanè concedant.

Moueor etiam auctoritate Bald. † cuius ſententia eſt pere- 29
grina, & paucis nota, *in l. non pro numero, num. 3. C. ad Orfic.* vbi in terminis hanc ipſam ſententiam tentauit. Nam in ſuperiori articulo tranſmiſſionis dixerat, quod perſonarum contemplatio non poſſet impedire tranſmiſſionem regularem, & tamen poſſet impedire tranſmiſſionem irregularem. Mox adaptans reſtitutionis quæſtionem huic ſuperiori articulo, ita ſcriptum reliquit: vel dic, vt in ſuperiore contrario: Nam hoc eſt, quia ſupereſt perſona, quæ excludit æquitatem in integrum reſtitutionis, &c. Ego itaque interpretor quòd Bald. de hac ipſa in integrum reſtitutione loquens, non accepit æquitatem reſtitutionis pro æquitate regulari, quæ regulares in integrum reſtitutiones induxit. Magis enim accepit æquitatem pro æquitate irregulari, quæ hanc ipſam irregularem in integrum reſtitutionem expreſſit. Idque arguit ſuperioris contrarij à Baldo facta comparatio, vbi regulares tranſmiſſiones ab irregularibus diſtinxerat. Denique voluit Bald. quòd ſi mater deceſſiſſet, quatuor filiis hæredibus

dibus relictis, quorum duo maternam hæreditatem adiiſſent, duo autem mortui eſſent antequam hæreditatem adirent, tota matris hæreditas ad duos ſuperſtites filios pertineret, partim ex propria aditione, partim ex iure accreſcendi. Sed etſi duo filij, qui, non adita matris hæreditate, deceſſerunt minores 25. annis fuiſſent, vel maiores repentini caſus iniquitate eſſent intercempti, & propterea eorum ſucceſſori reſtitutio in integrum competere videretur, *argum. l. qui duos, ff. de reb. dubijs, & in d. l. Panthonius, ff. de acquir. hæred.* Baldus putauit, in integrum reſtitutionem non eſſe concedendam. Etenim reſpectu perſonarum ſingularem in integrum reſtitutionis æquitatem excluderet, cùm hæreditas matris magis deberetur ipſis liberis ſuperſtitibus, quàm mulieris marito, qui ex perſona defunctorum liberorum reſtitutionem imploraret. Quam Baldi ſententiam Alex. ibi *in additionib.* ſequutus videtur, *& in l. ſi infanti, num. 5. C. de iure deliber.* & eam ſpecialiter probauit idē Alex. *conſil. 168. Viſis atq; ponderatis, num. 20. lib. 7.*

Vnde in propoſita quæſtione non erit alienum inducere, quòd mater ex perſona liberorum implorans reſtitutionem in integrum non eſſet audienda contra pauperes, qui ex vulgari ſubſtitutione hæreditatem teſtatoris quæſiuiſſent. Siquidem in comparatione perſonarum cauſa pauperum vincere deberet cauſam mulieris, quæ ad mariti hæreditatem vellet admitti, tum ratione pietatis, tum quia cauſa coniuncta eſſet cum ſalute animæ ipſius teſtatoris. Nam etſi cauſa filiorum ſuperſtitum vincere deberet cauſam pauperum, præſertim in legitima, *iuxta c. fin. 17. quæſt. 4.* mater tamen quamuis maximè ex perſona filiorum defunctorum venire cotendat, non videtur mereri eundē fauorem, quem ipſi filij, ſi viuerent, mererentur. Hoc apertè ſenſit Bald. vbi ſuprà, qui non æſtimauit, quòd pater ex perſona filiorum vellet in integrum reſtitui ad vxoris hæreditatem, quæ eiſdem filiis communibus erat delata. Sic intellexit, quòd matris hæreditas magis deberetur filiis ſuperſtitibus, quam marito, quamuis maximè idem maritus ex defunctorum filiorum perſona reſtitutionem imploraret. Ad hoc facit, quòd hæres etiam
30 † ſi ex defuncti perſona regularem in integrum reſtitutionem poſtulet, non deberet impetrare eundem omnino fauorem, qui [illegible] functo, ſi viueret, tribueretur, *l. quòd ſi minor. §. Scæuola. [illegible] parcius. ff. de minorib.* quem text. ad hoc allegauit Aret. in *l. ſed ſi plures. §. filio impuberi, num. 7. ff. de vulgar. quam l. ſi plures. legit Aret. ſimul cum l. ſi pater, la 1. ff. de vulgar.* Item facit, quòd † Prætor in
31 propoſita ſpecie legis voluntatem videtur æſtimaturus ex perſona pauperum ſubſtitutorum, & ex perſona hæredis ipſorum liberorum, non verò ex perſona liberorum, *argum. text. ſingularis in l. quidam ita, verſic. Sed an ea voluntas, ibi: Ex perſona matris, & ex perſona hæredis pueri, ff. ad Trebel.* Denique facit, quòd vbi ex æquitate decernitur tranſmiſſio bonorum poſſeſſionis hęredibus fi-
32 lij, *l. ſed & ſi deceſſerit, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* prætor † aliter hæredes filij, quàm ipſum filium admittet. Nam ipſi filio, ſi bonorum paternorum poſſeſſionem petat, annum integrum concedet, quoniam ad penè propria bona venit, *l. 1. §. largius. de ſucceſſ. edict.* Cæterùm hæredibus filij, quamuis maximè ex perſona filij admittantur, centum dumtaxat dies, inſpecta eorum perſona, largitur. *argum. l. 1. §. ſi quis autem. & §. non ſolùm. ff. de ſucceſſ. edict.* Quæ ſententia eſt noua, & fermè aduerſus id quod Angel. & Ioan. Imol. ſecurè ſenſerunt *in l. ventre præterito, in princ. ff. de acquirend. hæred.* Ex eo igitur Prætoris propoſito elegans argumētum colligi videretur, vt ſi mulier ex perſona filiorum contra pauperes reſtitutionem in integrum imploraret, Prætor potiorem cauſam iudicaret eſſe pauperum, quàm mulieris. Animaduerteret enim, ipſam mulierem eſſe, quæ vellet euincere mariti hæreditatem, ideoque eam, licèt ex perſona filiorum venientem, non perinde admitteret, atque admiſſurus fuiſſet ipſos filios.

S V M M A R I V M.

1 *Pubertas quæ ex annis æſtimatur, triplex.*
2 *Pubertas ordinaria maſculis in 14. fœminis in 12. ætatis anno contingit.*
3 *Pubertas plena maſculis in 18. fœminis fortaſſe in 14. ætatis anno cōpletur.*
4 *Pubertas pleniſſima maſculis & fœminis indifferenter 25. ætatis anno aduenit.*
L. cum filio. verſic. ego quidem, de leg. 3. ſenſus ibidem.
5 *L. hæc conditio. §. fin. ff. de cond. & demonſt. nouè explicatur.*
6 *Pubertas olim ex prudentia corporis quandoq; æſtimabatur.*
7 *Pubertas quoad teſtamenti factionem, maſculo contingit vbi 14. annum egreditur, non expectata corporis pudentia.*
L. qua ætate, ff. de teſtam. explicatur ibid.
L. ſi frater patruelis, C. qui teſtam. fac. poſſ. ſenſus.
8 *Spadonum, ſiue eunuchorum pubertas hodie ex annis 14. metienda, quamuis olim longius tempus foret expectandum.*
L. Eunuchis, C. qui teſtam. fac. poſſ. ſenſus ibidem.
9 *Subſtitutionem pupillarem filio impuberi pater facere poteſt, quāuis impubes filius, ætate malitiam ſupplente, matrimonium contraxiſſet, & poteſtatem generandi haberet.*
10 *Subſtitutionem pupillarem pater facere poteſt filio impuberi, quamuis idem impubes legitimas nuptias contraxiſſet, & ex his nuptijs iuſtum filium procreaſſet: ſi modo pater impuberi nepotem ex eo ſubſtituat.*
11 *Subſtitutio pupillaris natiuitate poſthumi ex eodem impubere nati, rumpitur.*
12 *Subſtitutio pupillaris rupta natiuitate poſthumi ex eodem impubere nati, ſi poſthumus, viuo impubere decedat, reſtituitur.*
13 *Subſtitutio pupillaris filio impuberi facta, quæ præteritione nepotis ex eodem impubere ſuſcepti fuerat irrita, mortuo eodē nepote ante impuberem, iure Prætorio prætorio reſtaurabitur.*
14 *Poſthumo præterito ſcienter, atq; per eius natiuitatem rupto teſtamento, legata per Authen. ex cauſa, C. de liber. præter. proculdubiò conſeruantur.*

IMPVBERES.

IMPVBERES. Scilicet, filiam minorem duodecim annis, filium verò minorem tredecim, ſecundùm gloſ. hic, in iſto verbo, Impuberes. Ego obſeruo, quòd puberes, & impuberes, triplici modo poſſint intelligi & diſtingui. Nam omiſſa glo. traditione *in l. arrogato. §. non tantùm, in verb. plena. ff. de adoptio.* quam poſt alios ſequutus eſt Ioan. ab Anan. *in rubr. num. 1. ſuprà de delict. puero.* videtur perfectiùs tradi poſſe, quòd pubertas, quæ ex annis æſtimatur † triplex ſit. t

Prima eſt pubertas ordinaria, quæ regulariter ſimplici pubertatis appellatione intelligitur. Hęc maſculis in decimoquarto ætatis † anno completo, fœminis in duodecimo contingit, 2
facit text. in l. quæſitum, & in l. in ſponſalibus, ff. de ſponſal. l. mulierem, ff. de ritu nupt. c. puberes, c. atteſtationes, c. continebatur, c. ex literis, de deſponſat. impuber. l. qua ætate, ff. de teſtament. §. maſculo. Inſtit. de pupillar. Planè ſecundùm hanc pubertatem accipiuntur in hoc ca. filius & filia impuberes.

Eſt & pubertas plena, quæ maſculis in 18. ætatis anno con- 3
tingit, *d. §. non tantùm, l. arrogato, ff. de adopt. §. minorem. Inſtit. eod. tit.* vbi Theophilus ait, quòd plena pubertas ideo dicitur venire in 18. anno, quoniam in his quæ tardiùs pubeſcunt habitus corporis tunc omnino concurrit. Fortaſſis autem hæc plena pubertas fœminis dicitur contingere in 14. ætatis anno, *argum. tex. in l. Mela, ff. de alim. & cibar. leg.*

Vltimò pubertas pleniſſima † conſiderari poteſt, quæ tam 4
maſculis, quàm fœminis, in 25. ætatis anno contingit. Huius pubertatis meminit Vlpianus *in l. cùm filio, verſic. ego quidem, ff. de leg. 3.* vbi nouè interpretatus eſt, quòd illa conditio, cùm ad pubertem peruenerit, intelligi debet de ætate 25. annorum: ſi ad eum referebatur, quem teſtator ſciebat eſſe impuberem. Vnde idem Vlpianus † vulgò non inintellectus *in l. hæc conditio. §. fin. ff. de con- 5
dit. & demonſtrat.* ſenſiſſe mihi viſus eſt, quòd ſi ei quem ſcirem eſſe quatuordecim annorum, legaſſem aliquid ſub illa conditione: Cùm pubes erit: intelligendus etiam ſignificaſſe tempus pleniſſimæ pubertatis, iuxta reſponſum eiuſdem Vlpiani *in dicta l. cùm filio, verſic. ego quidem.* Ex quibus poteſt colligi qualiſqualis excuſatio Accurſij *in l. impuberibus, in gloſ. vnica, verſic. vel ſecundò. ff. de acquir. hæred.* vbi impuberes accepit pro minoribus 25. annis. Quo loco Alexan. notauit Accurſ. ineptè loqui, & contra omnia iura. Aliquo enim intellectu poſſunt dici impuberes hi, qui ad pleniſſimam pubertatem nondum peruenerunt, *argum. d. l. cùm filio, & d. l. hæc conditio. §. fin.*

Denique Pontifex in hoc capit. ſi pater, impuberes propriè 6
accepit, videlicet, pro his, qui per ætatem non poterant ſibi facere teſtamentum: quum his demum liberis potuit pater ordinare pupillares ſubſtitutiones iure moribus recepto, *l. 2. ff. de vulgar.* Voluntatis enim quæſtio circa pupillares ſubſtitutiones

inanis fuiſſet, niſi prius pro conſtanti poneretur, quòd filius & filia eius ætatis eſſent, vt eis potuerit pater tales ſubſtitutiones conſtituere.

6 Hoc autem loco meminiſſe oportet, quòd † olim maſculi, quamuis ætatem 14. annorum eſſent egreſſi, nihilominus quo ad quędam æſtimabantur impuberes: ſi modò ex pudentia corporis non conſtaret, quòd eſſent puberes, *l. indecoram*, C. *quando tut. & curat. eſſe deſinant, & in princ. Inſtit. quib. modis tutel. fini. vbi Iuſtinianus hoc nouè abrogauit.*

Sed tamen, quod attinet ad teſtamenti factionem, de qua agimus, ſemper illud obtinuit, quòd pubertas † non ex pudentia
7 corporis, ſed ex annis æſtimaretur. Hoc eſt, quod verius eſſe dixit Vlpianus, quaſi rem aſſereret, & explicaret controuerſiam *in l. qua ætate ibi, Verius eſt. ff. de teſtament.* Hoc idem videntur mihi expreſſiſſe Imperatores *in l. ſi frater patruelis, C. qui teſtament. facere poſſunt.* vbi reſcripſerunt, quòd is qui ætatem quatuordecim annorum eſſet egreſſus, potuit iure facere teſtamentum: licèt vigoris nondum emerſiſſent veſtigia. Interpretandum enim magis eſt, ſenſiſſe Imperatores de veſtigiis pubertatis virilis, *iuxta text. in d. l. indecoram.* Denique quo ad huiuſmodi actus opinio eorum præualuit, qui ſecundùm Iſidori relationem *in c. puberes, ſuprà de deſponſat. impub.* pubertatem in maſculis ex annis æſtimarunt: id eſt, eum eſſe puberem, qui 14. annos impleuiſſet, quamuis tardiſſimè pubeſceret.

8 Spadones autem, † ſeu eunuchi, etiam quoad teſtamenti factionem habiti ſunt olim pro impuberibus, donec ad annos plenæ pubertatis peruenissent. Auctor eſt huius ſententiæ Iulius Paulus in Codice Theodoſiano, *libro tertio Receptarum ſententiarum, capite 4. de teſtamentis.* Spadones (inquit) eo tempore teſtamentum facere poſſunt, quo plerique pubeſcunt, id eſt, decimo octauo anno. Sic propè fuit, vt idem Iureconſultus intelligeret potuiſſe patrem ſpadonibus filiis quos haberet in poteſtate, quaſi impuberibus, facere teſtamentum duraturum vſque ad plenam eorum pubertatem, argumento eorum, quę tradit Bartolus *in l. 2. num. 5. ff. de vulgar.* Quod tamen hodie nullatenus dici poteſt: quia ſpadonum, ſeu eunuchorum pubertas ex annis æſtimanda eſt, exemplo aliorum omnium. Vnde poſt decimumquartum ætatis annum incipient facere teſtamentum, *iuxta d. l. qua ætate.* & conſequenter ſubſtitutio pupillaris eiſdem facta eodem tempore euaneſcet. *iuxta d. § maſculo, Inſtit. [illegible] pupillari.* Et hoc nouè conſtitutum videtur *in l. eunuchis, C. qui teſtamen. facere poſſunt.* vbi ſancitum eſt, quòd eunuchis liceat facere teſtamentum, componere poſtremas exemplo omnium voluntates.

Cæterùm in propoſita huius capit. ſpecie, ſi impubes filius, & filia pubertati proximi matrimonium contraxiſſent, quoniam malitia ætatem ſuppleret, *c. de illis. 2. c. puberes, & c. fin. de deſponſat. impub.* vtrùm in eo caſu pupillare teſtamentum euaneſceret, dubitari poteſt? Hanc igitur quæſtionem per ſequentes concluſiones diſtinguo, atque reſoluo.

9 Prima ſit concluſio: ſi † filius, aut filia, ante annos pubertatis matrimonium iure contraxiſſent, videlicet, propter malitiam, & præcocem naturæ vigorem, æquè haberet locum Pontificis ſententia in hoc cap. Nam etſi cœpiſſent habere poteſtatem generandi liberos, nihil mutandum eſſet in ſubſtitutionibus, ſeu teſtamentis pupillaribus: quoniam æquè verum eſſet, quòd ante pubertatis annos non potuiſſent ſibi facere teſtamentum. Eſt enim communi opinione receptum, quòd licèt malitia ætatem ſuppleat, & impubes ſapiat ſicut Rex Salomon, non tamen poterit facere teſtamentum, nec quidem ad cauſas pias, vt tradit Baldus *in l. humanitatis, num. 32. verſic. Octaua differentia, C. de impuberum & aliis ſubſtit.* Philip. Franc. *in rubr. ſuprà hoc titul. num. 8.* Philip. Corne. *in l. ſi frater, C. qui teſtament. facere poſſunt.* docet Abbas *in c. iuuenis, de ſponſalib. num. 5. facit gloſ. in c. poſtulaſti, de regularibus, in gloſ. fin. in fine.* & reſoluit, hanc eſſe communem opinionem doctiſſimus, ac Reuerendiſſimus D. Couuar. *in Epitom. lib. 4. Decretal. 1. part. cap. 2. num. 2.* Ergo conſequens eſt dicere, quòd huiuſmodi liberis impuberibus, quamuis poteſtatem generandi habeant, poſſit æquè fieri pupillaris ſubſtitutio, vt docuit Petr. ab Anchar. *in d. c. puberes, nu. 4.* dicens notandum, quia nullus tangit.

10 Secunda ſit concluſio: Si antequam † pater teſtaretur, iam hic filius, aut filia impuberes, quorum malitia ætatem ſupplebat, iure contraxiſſent matrimonium, & teſtamenti paterni tempore iuſtum filium, aut filiam, ex eo matrimonio ſuſcepiſſent (quod in liberis impuberibus non ſemel accidiſſe fertur, vt ex diuo Gregorio *libro 4. Dialogorum, cap. 19. refert gloſ. in ſumma 20. quæſt. 1.* Et ex eodem diuo Gregorio, & diuo Hieronymo refert Alexand. Imolenſ. *in l. in pupillari, num. 6. ff. de vulgar.* Franciſc. Ripa *in l. 2. ff. eod. titul. num. fin.* Hieronymus Verius *in repetit. l. ex facto. ff. eodem tit. num. 54.* Alexand. Imolenſ. *in l. humanitatis, C. de impuber. & aliis ſubſtit. num. 6.* Ioan. Imol. *in c. Raynutius, de teſtament. num. 130.* & Guilielm. Benedict. *ibidem in repetit. in verb. ſi abſque liberis moreretur. in 2. de pupillari ſubſtitut. num. 114.* D. Couuar. *in Epitom. lib. 4. de ſponſalib. 2. parte, cap. 5. num. 4.* & nouiſſimè doctiſſimus magiſter frater Dominicus Soto *in 4. Sententiarum, diſtinct. 35. quæſt. vnica, articul. 5.*) adhuc poſſent valere ſubſtitutiones pupillares, quas pater huiuſmodi liberis impuberibus faceret: ſi modò eiſdem impuberibus legitimum filium habentibus eundem filium pupillariter ſubſtitueret. Hoc ita reſoluit Alexan. Imolenſ. *in dicta l. in pupillari, in fin. ff. de vulgar.* Franciſc. Ripa *in l. 2. in fin. ff. eodem titul.* & faciunt quæ ſcribit Hieronymus Verius per textum ibi *in repetit. dictæ l. ex facto, num. 515. ff. eod.* & Guilielm. Benedict. *in repet. dicti c. Raynutius, in dicto verbo ſuperius allegato, num. 219. facit l. humanitatis, C. de impuberum & aliis.* ex quibus conſtat hallucinatum videri Franciſcum Hothomannum *in princ. Inſtit. de pupillari ſubſtit.* dum patriæ poteſtatis in ſubſtituendo filio impuberi hanc vnam eſſe rationem exiſtimauit, quòd, videlicet impubes nec vxorem ducere, nec liberos procreare valeat.

Tertia ſit concluſio: Si poſt † teſtamentum, & ſubſtitutiones pupillares, de quibus in hoc text. filius ex iuſto matrimonio iuſtos liberos ante pubertatis tempora ſuſcepiſſet, ſubſtitutio pupillaris ei facta natiuitate poſthumi præteriti illicò rumpetur. *argumento l. ex facto, ff. de vulgar. l. poſthumo nato, C. de bonorum poſſeſſio. contra tabul.* & ita ſe habet magis communis opinio, vt agnoſcit Socinus *in l. cùm auus, num. 24. ff. de condit. & demonſtrat.* ſequitur Hieronymus Verius *in repetit. l. ex facto, num. 54. ff. de vulgar.* Tametſi Socinus *vbi ſuprà,* nitatur contrariam ſententiam defendere, *argumento huius capitul. ſi pater.* vbi pater, ſubſtituendo pupillariter impuberi, matrem eius legitima priuari poteſt, quia eiuſdem patris eſt teſtamentum: ergo & nepotem priuare poterit. Sed reſpondetur, non valere argumentum de parentum ad filiorum legitimam, quæ filiis efficaciùs debetur, vt inferiùs notabitur *in 2. part. in gloſ. iure naturæ.* Et hanc differentiam inter parentum & filiorum legitimam præcipuè eſſe notabilem inter alias, quas adduxit Bereng. Fernand. *in repet. l. in quartam, ff ad leg. Falcid. ex num. 93.* 11

Vnde infertur primò, quòd Petr. ab Anchar. hic *num. 11.* Angel. Peruſ. *in d. l. in pupillari, verſic. item exſpirat.* in hac ſpecie non rectè contra pupillarem ſubſtitutionem induxerunt text. *in l. cùm acutiſſimi, C. de fideicommiſſ.* Nam ſi eius legis iuſta fuiſſet inductio, iam ſequeretur, quòd ſubſtitutio pupillaris minimè fieret irrita, niſi tum demùm quando ipſi patri impuberi filius ſuperuixiſſet, iuxta textum *in l. ex facto. § ſi quis autem ff. ad Trebellianum.* Quoniam verò non eſt iuſta eius legis inductio, ſed eſt iuſtior inductio dictæ l. poſthumo nato, futurum eſt, vt ſtatim poſthumo nato, rumpatur ipſo iure pupillaris ſubſtitutio, etiam ſi ſuperuiuat pupillus patri, cui talis ſubſtitutio facta fuerat. Hinc quæritur: Si, viuo patre impubere, decedat poſthumus, an pupillaris ſubſtitutio, quæ natiuitate poſthumi rupta fuerat, eodem mortuo, reſtituatur? Et Socinus *in d. l. cùm auus, num. 14. verſic. tertio verò caſu, ff. de condit. & demonſtrat.* ſcribit, quòd talis ſubſtitutio non reſtitueretur, per text. *in l. 2. C. de poſthumis hered. inſtit.* Sed mihi eius ſententia non probatur: quoniam non iuſtè induxit text. *in d. l. 2.*

Deniq; veriùs eſt, † quòd licèt eo caſu nō reſtituatur ſubſtitutio pupillaris, vt valeat iure ciuili, reſtituetur tamen, vt valeat iure prætorio. Quod ita planè obtinebit, ſi poſthumus, viuo patre impubere, atque etiam viuo auo teſtatore, vita decedat, *argumento l. poſthumus, ff. de iniuſto rupt.* Quum in hac ſpecie habeat locum text. *in dicta l. ſecunda.* vti gloſ. & omnes inibi tradunt. Sed etſi, † mortuo iam teſtatore, poſthumus viuo patre impubere, decederet, & deinde impubes ipſe ante pubertatem moreretur, magis probandum eſt, pupillarem ſubſtitutionem confirmatam in iure Prætorio, *argumento dicta l. poſthumus.* Qua etiam ratione, ſi pater ſubſtituendo impuberi, nepotem ex eo præterierit, & deinde nepos ante impuberem decedat, ſubſtitutio pupillaris defendetur iure Prætorio, *argumento l. filio præterito, ff. de iniuſto rupto.* Quamuis enim ordinator teſtamenti parens iam deceſ- 12 13

deceſſiſſet, habenda nihilominùs eſt ratio, quòd viuebat impubes, cui facta erat pupillaris ſubſtitutio. Sic poſthumus præteritus dicetur deceſſiſſe, viuo teſtatore, hoc eſt, viuo patre impubere, qui teſtator intelligitur. Atque ita æquitatem dictæ l. poſthumus, induxit ad ſimilem quoque ſpeciem exemplaris ſubſtitutionis Baldus *in l. humanitatis, num. 68. C. de impuber. & alijs.* vbi Alexand. *num. 7.* eandem ſententiam ſequitur, licèt Baldum non alleger, & Franciſc. Ripa *in l. ex facto, num. 24. ff. de vulg.* & Ioan. de Imol. *in c. Raynutius, de teſtament. num. 156.* & ibi Gulielm. Benedict. *in repet. in verb. Si abſque liberis moreretur. 2. de exẽplari ſubſtitutione, num. 50.* & Hieron. Verius *in repet. d. l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. num. 526.*

¶ Secundò etiam infertur, quòd ſi patri impuberi poſthumus ſuperuiueret, & ideo, rupta omnimodò pupillari ſubſtitutione, excludendus eſſet pupillaris ſubſtitutus, legata nihilo-
14 minùs, quæ † à pupillari ſubſtituto relicta fuiſſent, conſeruari poſſent, *argumento Authent. ex cauſa, C. de liberis præterit.* Et tamen, ſi pupillaris ſubſtitutio excluderetur, *argumento d. l. cùm acutiſſimi.* conſequens eſſet, vt neque legata ita relicta conſeruarentur, vt docuit Bartholom. Socin. *in dicta l. cùm auus, num. 24 in fin. ff. de conditionib. & demonſtrat.* & ſenſit Philip. Corne. *in dicta l. humanitatis, num. 5. in fine.* Quæ legatorum conſeruatio planè locum haberet *argumento dicta Authent. ex cauſa.* ſi teſtator ſciuiſſet, vxorem impuberis, cui faciebat pupillarem ſubſtitutionem, eſſe prægnantem. Alioqui quæſtio introduceretur, an legata non conſeruentur, præterito poſthumo quem teſtator per ignorantiam præteriiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij putatiui vis & poteſtas circa filiorum legitimationem, legata inuicem relicta, ius ſubſtituendi pupillariter & alia, vſq; in finem.*

2 *Filius natus ex matrimonio putatiuo, in facie eccleſiæ contracto vtrique parenti legitimus habetur, ſi modò vtriuſq;, vel alterius parẽtis bona fides interueniat.*

3 *Filij putatiui inſtitutioni nihil obeſt error parentis credentis inſtituere ſe filium ex legitimo matrimonio ſuſceptum, cùm ſatis ſit eum filium ex ſe legitimum cenſeri.*

4 *Filius ſuſceptus ex putatiuo matrimonio, interueniente vnius parentis bona fide, etiam quo ad alterum malæ fidei parentem legitimus habetur, eſtq; vt legitimus inſtituendus.*

5 *Legatum vxori putatiuæ & bonam fidem matrimonij habente relictum à marito malæ fidei, validum eſt & firmum.*

6 *Coniunx putatiuus, habenſq; bonam fidem matrimonij acquirit irreuocabiliter quicquid alter coniunx malæ fidei ſibi dederit, ſiue ex teſtamento, ſiue ex quocunq; contractu inter viuos.*

7 *L. cùm hic ſtatus. §. final. in fine. ff. de donat. inter virum & vxorem ſenſus.*

8 *L. fin. ff. de leg. 1. ſenſus.*
L. 2. §. per contrarium, ff. de his quibus vt indig. ſenſus, ibi.
L. præfectus, ff de ritu nupt. ſenſus, ibidem.

9 *Vxor quæ etiam ſcienter tutori, aut officium gerenti nupſit acquirere poteſt cum effectu datum ſibi à marito ex teſtamento, non ex cõtractu, nouaq; differentiæ ratio conſtituitur.*

10 *Legatum bona fide relictum vxori putatiuæ, & malæ fidei, vtrùm à fiſco auferendum, an verò mariti hæredibus ſit repetendum?*

11 *L. vxori maritus, ff. de vſufruct. leg. latè explicatur.*

12 *Excipere de iure fiſci nemo poteſt ſine fiſci voluntate.*

13 *Legatum, quod fiſcus tanquam ab indigno auferre poteſt hæredes interim neque negare legatario, neque ſolum repetere ab illo poſſunt.*

14 *Fiſcus non habet ius auferendi legatum bona fide relictum vxori putatiuæ & malæ fidei, ſed mariti hæredibus competit repetitio.*

15 *Repetere, verbum aptari fiſco non poteſt, qui non tam repetit, quàm aufert.*

16 *Legatum relictũ vni coniugi putatiuo ab altero, qui matrimonij impedimentum ignorabat, non valet ipſo iure.*

17 *Fiſcus aufert tanquam ab indigno id duntaxat, quod indignus ipſe acquiſiuit, non autem id, quod indignus non potuit acquirere, nam remanere debet penes hæredes teſtatoris, qui bonam fidem habuit.*

18 *Legatum vni coniugi putatiuo ab altero relictum, etiam interueniẽte vtriuſq; bona fide, non valet, & penes hæredes teſtatoris remanet.*

19 *Cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi, explicatur.*

20 *Subſtitutio pupillaris facta impuberi filio ex matrimonio putatiuo ſuſcepto valet propter vnius duntaxat coniugis bonam fidem, & num. 25.*

21 *Pater nõ habet iura legitimi patris in filium, quem mala fide ex matrimonio putatiuo procreauit, licèt filius habeat iura legitimi filij in patrem propter ſolius matris bonam fidem.*

22 *Filius extraneo datus in adoptionẽ eidem ſuccedit ab inteſtato, quãuis non è conuerſo.*

23 *Matrimonio ſeparato propter viri ſæuitiam, non vir vxori, ſed vxor duntaxat viro ſuccedit ab inteſtato.*

24 *Patria poteſtas in fauorem parentum principaliter fuit introducta.*

26 *Authent. Conſtitutio quæ de dignitate, §. illud quoque, collat. 6. ſenſus.*

VXOREM.

VXOREM. Quæ ſcilicet vxor mater erat ipſorum filiorum impuberum, ſecundùm gloſ. hic, quæ dicit, dubitationem huius capit. aliàs non procedere, & hoc patere in fine. Quod certè patet *in verſic. fin.* vbi dubitatur de parte non naturæ debita, quam hæc vxor teſtatoris velut mater impuberum filiorum deberi ſibi cõtendebat de ipſorum hæreditate. Hoc etiam euidenter patet ex ver. teſtatore, ibi: Superſtite matre.

¶ Ego quæro: Si hæc mulier, quæ vera vxor teſtatoris fuit, &
mater legitima horum impuberum filiorum, non vxor vera ſed
putatiua † fuiſſet, quid conſequens eſſet Pontificem ſentire in 1
propoſita huius capituli ſpecie? Reſpondeo, quum in teſtamẽto huius patrisfamilias tria continerentur, videlicet, inſtitutio filiorum, legatum vxori relictum, ſubſtitutiones compendioſæ, quæ iure directarum pupillarium valuerunt, quæſtionem perfectiùs abſolui poſſe ſi per ſingulas haſce teſtamenti diſpoſitiones agiteretur.

¶ Et primò circa filij, & filiæ inſtitutiones reſoluendum fuit,
quòd ſi teſtator, & hæc mulier matrimonium in facie eccleſiæ
publicè contraxiſſent, nec vtriuſque coniugis mala fides probaretur, iam bona fides vtriuſque vel alterius præſumpta efficeret,
vt hi filij non minus † eſſent legitimi, quo ad vtrumque 2
parentem, quàm ſi ex vero & iuſto matrimonio concepti fuiſſent, *c. cùm inter, c. peruenit, & c. ex tenore, ſuprà qui filij ſint legitimi.* Ergo ſi teſtator, & mulier fuiſſent in bona fide, vel ſolus teſtator, valeret ſine dubio inſtitutio horum filiorum, quaſi verè le-
gitimorum. Nec † inſtitutioni obeſſet error teſtatoris qui cre- 3
didiſſet, inſtituere ſe filios quaſi ex vero matrimonio legitimos. Nam ſatis eſſet, quòd filios verè legitimos inſtituiſſet, quamuis ipſum matrimonium non fuiſſet verum, vt in terminis ſcripſit Baldus *in l. eam quam, num. 25. verſic. deinde quæro, C. de fideicommiſſ.* quem refert & ſequitur Iaſon *conſil. 156. colum. 2. verſic. Accur. volum. 4.*

¶ Sed etſi teſtator † probaretur fuiſſe in mala fide, vt quia 4
compertum habuiſſet canonicum impedimentum matrimonij, quod in facie eccleſiæ contraxerat, nihilominùs inſtitutio horum filiorum, quos poſt malam fidem pater ſuſcepiſſet, iure defenderetur. Siquidem in hac ſpecie filij verè legitimi cenſentur, vt quaſi verè legitimi inſtitui poſſint & debeant ab ipſo patre, qui mala fide matrimonium contraxit. Idque efficit ſolius mulieris bona fides, quæ quaſi ex iuſto marito filios procreaſſet, vt probat textus ſingularis *in dicto c. ex tenore.* Vnde non ſolùm iure canonico, ſed etiam iure ciuili apud Imperatores obtinere debet, quòd filij ſuſcepti ex eiuſmodi matrimonio ſint legitimi, etiam quoad ipſum malæ fidei parentem, enimuerò hoc ita expreſſum eſt *in d. c. ex tenore.* nec contrarium reperitur deciſum in iure ciuili.

¶ Præterea iuris ciuilis ratio, quæ ſumitur *ex l. duobus, ff. de libera. cauſ.* hoc idem poſtulat, ne filij videantur eſſe in duplici ſtatu contrario, vt adnotauit gloſ. recepta per text. ibi, *in verb. ſi ambo, in capit. cùm inhibitio. §. primo. ſuprà de clandeſtin. deſponſat. gloſ. etiam final. in dicto capit. ex tenore, & in capit. cùm in captiuitate. 34. quæſtione 1. in gloſ. 1.* Et hoc eſſe verius concludit Bartolus *in Authent. de inceſt. nupt. in princip. colum. 2. numero 19.* Iacobus de Aren. Alberic. Bald. *in prima lectura, in l. qui contra, C. de inceſt. nuptijs.* vbi Raphael Fulgoſ. *num. 2.* ſcribit, hanc eſſe communem opinionem, & velut communem opinionem ſequutus eſt Iaſon *conſil. 156.*

colum.

*colum.2.& conſil.*168.*num.4.in fin.volum.4.* & Andr. Barbat.*conſil.* 27.*Scripſit, num. 4. inprimo volumine.* & affirmat hanc etiam eſſe communem opinionem, illam ſequutus Marian. Socin. iunior *conſil.*19.*num.*8. *in tertio volumine. & conſil.* 63. *in princ. eodem volumine.* & doctiſſimus atque Reuerendiſſimus dominus Couuar. *in ſecunda parte Epitomes,lib.4.Decretal.capite* 8. §. 1. *num.* 2. & hanc ſententiam probauerunt *l.3.titul.3.& l.1.titul.13.part.*4. & nouiſſimè in hanc opinionem, tametſi anceps, inclinat doctiſſimus Magiſter Soto *in 4.Sententiarum,diſtinctione* 41.*quaeſt. vnica, artic. quarto,ante verſiculum, Secunda concluſio,quamuis gloſ.dict.l.qui contra.in verbo,errore acerrimo,in fin.* Odofred. Cynus, Rayner. Salicet.ibidem, Bartol. *in l.fin. num.* 4. & ibi Iaſ.*colum.final. ff. de condit.ſine cauſa.* non rectè docuerunt, quòd filij ſunt quidem legitimi quoad parentem bonæfidei, non autem quoad parentem malæfidei.

Circa legatum autem, quod maritus vxori reliquit, tres caſus conſiderari poſſunt, de quibus ſigillatim videndum eſt.

Primus caſus eſt: Quando maritus ipſe teſtator mala fide, mulier verò bona fide matrimonium in facie eccleſiæ publicè contraxerunt. Et hoc quidem † caſu reſponderi debet, quod le-
5 gatum æquè ſit valiturum: quemadmodum valuit in noſtri cap. propoſita ſpecie. Idq; legatum ipſius mulieris proprium vocabiliter efficitur, ita vt ab ea fiſcus auferre illud non poſſit, argu. text.notab. *in l.fin.ff. de legat.1.l.praefectus, ff. de ritu nuptia. in l.*2. §. *per contrarium, ff. de his quibus vt indignis.* & de iure huius regni facit text. *in l.* 50.*titul. quintodecimo, parte quinta, docet gloſ. in verb. fiſco vendicari.* & ibi omnes ſcribentes *in l. qui contra, C. de inceſtis nuptijs.*

Verùm enimuerò hoc loco ſeſe offert egregia difficultas, videlicet, an hæc concluſio procedat ſolùm in his, quæ mulier capit ex mariti teſtamento, an etiam habeat locum in acquiſitis ex quocunque contractu inter viuos celebrato? In quo articulo gloſ.*in dict.l.qui contra, C.de inceſt.nupt. in d. verb. fiſco vendicari,* duas recenſet opiniones.

Primam ponit opinionem in principio ante verſiculum, Vel dic, vbi dicit, quòd coniunx priuatiuus habens bonam fidem in matrimonio acquirit quicquid ſibi alter malę fidei coniunx dederit, ſiue in teſtamento, ſiue etiam inter viuos, ex quolibet contractu, ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, vel alio ſimili. Hanc etiam opinionem videtur probare Azo in *ſumma, C. de condictio.ob cauſam.circa finem, in verſicul. item verſatur turpitudo.* Hunc intellectum refert, & non reprehendit Alber.*in dicta l.qui contra.* Hanc partem ſequuti ſunt doctiſſimi legum Partitarum conditores *in dict.l. quinquageſima, titul. decimo.quarto.part.* vbi hæc concluſio clariſſimè probatur. Et quod magis mirari poſſis, pro hac opinione induxit gloſſa ſuperiùs allegata textum *in l.cùm hic ſtatus, §.fin.in fin.ff.de donat. inter virum & vxor.* cùm tamen ille textus contrarium videatur probare, & pro contraria ſententia allegetur ab his, qui aduerſam profitentur ſententiam.

Defendendo autem hanc primam gloſ. Azonis, Alberic. & legum Partitarum opinionem, facili negotio reſpondent omnes ad text.*in d.l.qui contra.* videlicet, quòd in caſu illius text. fiſcus auferre debeat quicquid vnus coniunx alteri dedit: quoniā vterque non ignorabat, imò compertum habebat matrimonij impedimentum.

His tamen non obſtantibus, gloſ.*in dicta l.qui contra.* ponit ſecundam opinionem *in dict.l. verb. fiſco vendicari. in verſic. Vel dic.* Nempè quòd text.*in dict.l.fin.ff de leg.1.cum alijs.* ſolùm procedit in relictis in teſtamento, ex quo coniunx bonæ fidei capere poteſt: nec fiſcus habet ius auferendi. Secùs autem in acquiſitis ex contractu: nam hoc caſu fiſcus auferret. Hanc gloſſæ opinionem ſequuntur Iacob. de Rauen. Raphael Fulgoſ. *numero* 1. Salicet. *num.* 2. *in dicta l. qui contra.* Bartholom. de Chaſſan. *in conſuetudinib. Burgundia, rubric.* 4. §. 2. *numero* 5. *& in conſil.* 49. *colum.* 1. & 2. & doctiſſimus atque Reuerendiſſimus dominus Couuar. *in Epitome ad librum quartum Decretalium, in ſecunda parte, capite* 7. §. 1. *numero* 8. Et vltra textum *in dicta l. qui contra.* generaliter loquentem, mouentur omnes per textum *in dicta l. cùm hic ſtatus. §. final. in fin. ff. de donationib. inter virum & vxorem.* Quapropter doctiſſimus Couarru. *in dicto numero* 8. ſequutus hanc ſecundam opinionem ingenuè fatetur, quòd contraria *l.* 50. *titul.* 14. *Partit.* 5. quæ primam opinionem complectitur, diſcrepat à iure Cæſareo. Adde quod diligentiſſimus alioqui Gregorius Lup. *in dicta l. quinquageſima, ſuper gloſ. in verſic. te nudo.* referens hanc controuerſiam, dum recenſet iſtam opinionem ſecundam, diſtinguit contractum donationis à contractu dotis, vel alio: dicens, quòd *textus in dicta l. final. ff. de legat.* 1. *& in dicta l. cùm hic ſtatus. §. final. in fine.* procedunt in legato, vel donatione: ſecùs in contractu dotis, vel alio: cùm tamen iuxta hanc ſecundam opinionem differentia conſtituatur inter relicta in teſtamento, & inter quæſita ex donationibus, vel aliis contractibus inter viuos, per illum met textum *d. l. cùm hic ſtatus. §. final.* vti conſtat ex Salicet. *numer.* 2. *& alijs in dicta l. qui contra.* Et videtur vir doctiſſimus fuiſſe ductus, quoniam apud prædictam gloſſam referentem primam opinionem deprehendit allegatum textum loquentem in donatione *in dicta l. cùm hic ſtatus, §. fin.* quaſi concordantem *cum d.l.fin. ff. de leg.* 1. quæ loquitur in legato.

Ego in hoc articulo inprimis reſoluendum exiſtimo, † iux- 6
ta primam gloſſam, & legis Partitæ opinionem non eſſe diſtinguendum, vtrùm coniunx bonæ fidei capiat ex teſtamento, vel ex quocunque contractu, ab altero malæ fidei. Quoniam vtroque caſu videtur, quòd rectè capiat, & quòd fiſcus non habeat ius auferendi. Etenim non perſpicio iuſtam differentiæ rationem, quæ iſto caſu aſſignari poſſit, inter vltimas voluntates & contractus, vt & ipſe Raphael Fulgoſ. agnouit *in dicta l. qui contra, numero* 1. Sed & ſolita differentiæ ratio, nempè teſtantis voluntas, quæ in teſtamentis pleniùs, quàm in contractibus, interpretari conſueuit, *l. in teſtamentis, ff. de regulis iuris, l. in conditionibus. & in l. pater Seuerinam, ff. de conditionib. & demonſtrationib. in l. verbis ciuilibus. ibi, Ne fiat contra voluntatem, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitutione. in l. haeredes mei, §. cùm ita. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum.* in propoſita ſpecie nullum potuit extorquere, aut mereri fauorem. Quoniam conſtat teſtatorem in culpa fuiſſe, & deliquiſſe, contrahendo ſcienter matrimonium contra Senatuſconſulti prohibitionem. Faciunt verba dictæ l.fin. ibi, Delinquunt enim hi, &c. Vnde cùm non poſſit aſſignari iuſta differentiæ ratio, ſuccedit regula vulgaris, quæ habet, validum eſſe argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è conuerſo, *l. ſeruum filij §. cum qui chyrographum, ff. de legat.* 1. *& in princ. Inſtit. de lege Fuſia Canin. tollend.*

Non obſtat † difficilis text. *in allegata l. cùm hic ſtatus. §. final. in* 7
fin. ff. de donat. inter virum & vxorem. qui text. omnes ferè auctores recentiores in contrariam coëgit ſententiam. Quoniam inprimis agnoſco, quòd in ſpecie ibi propoſita, quæſita ex donatione, vel ex alio quocunque contractu, indiſtinctè fiſcus aufert. Deinde animaduerto, quòd ſpecies ibi propoſita longò interuallo differt ab ea, de qua in præſentiarum agimus. Planè nos loquimur in eo, qui iuſto errore ductus, habet bonam fidem, in matrimonio: & hoc caſu dicimus, quòd retinere debet quęſita ex teſtamento, vel ex contractu, ab altero habente malam fidem. Cæterùm, *dicta l. cùm hic ſtatus, §. final.* loquitur, quando vir & vxor ſciebat, nec poterat ignorare matrimonij impedimentum. Nec enim pupilla, ſi nubat tutori, aut libertina Senatori, aut in prouincia officium gerenti nubens, iuſtè prætendere poteſt bonam fidem, & ignorantiam impedimenti patrimonij. Nam etſi mulier frequēter ſoleat excuſari ex iuris ignorantia, vt nihil perdat de proprio patrimonio, *vt in dicta l. qui contra.* nunquam tamen iuuari poteſt ex ea iuris ignorantia ad lucri acquiſitionem, textus & ibi gloſ. *in verſic. illicitum.* Bartolus & omnes *in l. ſi adulterium. §. primo. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.* & multis allegatis auctoribus, reſoluit, hanc eſſe communem opinionem doctiſſimus Couuarruuias *in Epitome libro quarto Decretalium, ſecunda parte, cap. ſexto.* §. 8. *numero* 22. Vnde meritò, quaſi ab indignis, fiſcus auferet donationes, ſeu quęſita ex alio contractu: quoniam vterque ſciebat impedimentum: aut ſi mulier Senatuſconſultum ignorabat, hæc iuris ignorantia non poterat ei mulieri prodeſſe ad ea lucra defendenda & acquirenda. Hic verus & germanus videtur illius textus intellectus.

¶ Ex qua reſolutione colligi imprimis videtur non contemnenda illius §.*fin.* interpretatio, videlicet, quòd ſi habēti bonam fidem, & iuſtiſſimè ignoranti impedimentum matrimonij ex facti ignorantia alter coniunx donationes fecerit, non dubito, quin hæ donationes, ex Diui Antonini oratione, morte confirmentur, & quòd fiſcus eas auferre non poſſit, vt ſignificat Iureconſ. per argumentum à ſpeciali *in d. §. fin.* Vnde iam paulatim inducetur ille text. pro ſupra allegata opinione gloſ. *in d. l. qui cōtra.* quam cum lege Partitæ defendimus.

Hæc

Hæc cùm ita intelligenda videantur, fortaſſis hoc loco ſtu-
8 dioſus lector parumper ſubſiſtat ex eo, † quod *in dicta l.fina ff.de legat.1.& in l.2.§.per contrarium.ff.de his quibus vt indign. & in l.Præfectus.ff.de ritu nupt.* vbi proponitur eadem ſpecies, de qua *in dicta l.cum hic ſtatus.§.fina.* Reſpondent Iureconſulti, quod mulier poteſt capere ex teſtamento, & quod fiſcus ab ea quicquam non auferet. Enimuerò, ſi iuris ignorantia non iuuat ad lucri acquiſitionem, quid eſt, quod Iureconſult. concedunt pupillæ, & aliis, de quibus vbi ſuprà, vt poſſint capere ex teſtamento quod maritus, tutor, aut gerens officium in prouincia illis dederat? Certè agnoſco hanc fuiſſe propriam dubitandi rationem, ex qua in hac quæſtione deliberandum eſſe Iureconſult. cenſuit in *allegata l. Præfectus.* Nihilominùs tamen in hac ipſa ſpecie propoſita in dictis legibus, quemadmodum ratio potentatus nuptias prohibuit cum tutore, vel officium gerente in prouincia, ſic etiam eadem potentatus ratio Iureconſultos mouit ad excuſandam mulierem, & permittendum, vt poſſit ex teſtamento tutoris, vel officium gerentis, cui nupſit, capere. Hoc ſignificare videntur elegantia verba, *text. in dicta l.finu.ff.de legat. ibi, Quod imputari non poteſt mulieri, quæ à tutore decepta eſt.* Cui ſpeciei comparatur per Iureconſult. ſpecies altera, de qua *in dicta l.2.§ per contrarium, & in dicta l.Præfectus.* Denique Iureconſulti ibidem ex prædicta ratione permittunt, quòd mulier poſſit capere ſolùm ex teſtamento, non autem poſſit capere ex contractu, ex eo quia ſcienter contraxit, aut quia iuris ignorantia non erat regulariter adiutura mulierem ad ea lucra capienda. Et quod eo caſu ſolùm poſſit mulier ex teſtamento capere, clarè probat *text. in dicta l.Præfectus.ff. de ritu nupt. in illis verbis:* Quod teſtamento relictum eſt, & *in dicta l.fina.ff.de legat.1. ibi, Ex teſtamento eius capere poteſt: & in dicta l. 2. §.per contrarium.ff.de his quibus vt indign ibi, Capere illam teſtamento.*

Pro hoc vero intellectu induco eadem iura quatenus ſemper ſe referunt ad mulierem, & marito negant capiendi facultatem. Nimirum quia vterque impedimentum ſciebat, aut ſcire debebat, cæterùm ſola mulier qualemqualem excuſationem habebat ex eo quod à tutore, vel in prouincia officium gerente decepta, & quaſi compulſa eſt. Item pro eodem intellectu pondero textum *in dicta l.fina. & in d. §.per contrariam.* dum dicunt, quod is, qui pupillam, aut is, qui in prouincia officium gerens vxorem duxit, ex teſtamento mulieris capere non poteſt, & id relictum fiſcus auferre debet. Ergo neceſſe eſt intelligere, quod mulier erat in culpa, nec impedimentum ignorabat. Nam ſi mulier bonam fidem habuiſſet, non fiſcus auferendi, ſed eius mulieris hæredes repetendi poteſtatem haberent, iuxta textum, ſic paulò inferiùs intelligendum *in l.vxori maritus ff.de vſufruct.legat.*

Poſtremo ad perfectam huius articuli declarationem ſupereſt explicare rationem differentiæ, quam doctiſſimus Raphael Fulgoſ. perſequi deſiderauit: videlicet, quare *in dicta l.fina. & in dicto §.per contrarium, & in d. l. Præfectus.* permittitur mulieri, vt poſſit ſolùm ex teſtamento capere, non autem poſſit capere
9 ex contractu, vt *in dicta l.cum hic ſtatus.§.fina.* Planè reſpondetur,
eam videri differentiæ † rationem, vt mulier poſſit ex teſtamento capere, quoniam ſcilicet, id emolumentum profectum eſt à ſola teſtatoris voluntate, & confertur poſt mortem in tempus ſoluti matrimonij. Verùm ex contractu mulier non poteſt capere, & ſi capiat, fiſcus aufert, quoniam in contractu interuenit vtriuſque dantis & acquirentis voluntas, *l.non ſolùm, cum aliis. ff.de actio.& obligatio.* Sicque videtur datum, & acceptum, pro conſeruatione illiciti matrimonij, in quo adhuc permanebant.

Ergo ſi vir, aut mulier, iuſtè prætendere poſſit, ignoraſſe matrimonij impedimentum, rectè capiet, nec fiſcus auferet quicquid ſibi alter malæ fidei coniunx dederit, ſiue ex quocunque contractu. Cæterùm ſi vterque habeat malam fidem, vel ſi bona fides proueniat ex iuris ignorantia, indiſtinctè fiſcus auferret ab vtroque, niſi in ſola ſpecie, *in dicta l fina.ff.de legat.1.& dicta l.2.§.per contrarium, & d.l.præfectus.* vbi ſoli mulieri permittitur, quòd ex teſtamento capere poſſit, ex ratione ſuperiùs declarata.

Secundus caſus eſt: Si maritus ipſe bona fide matrimonium contraxiſſet cum ea muliere, quæ malam fidem habebat, im-
10 pedimentumque ſciebat, Et hoc quidem caſu vulgò † reſpon-
deretur, quod huius legati emolumentum, & vtilitas ad fiſcum pertineret. Nam huic ſententiæ ſuffragari imprimis videtur Iu-
reconſulti reſponſum † *in l.vxori maritus ff.de vſufruct.lega.* vbi Scæ- 11
uola ſcriptum reliquit, quòd hæredes ſequuti voluntatem, & iudicium mariti teſtatoris, eundem vſumfructum vxori præſtitiſſent, ac deinde poſt biennium pronunciatum eſſet, matrimonium fuiſſe illicitum & nullum, poterit repeti ab ea muliere id, quod fructus nomine percepiſſet. Cùm verò Scæuola ibidem non explicauerit, vtrùm hæredibus teſtatoris, an fiſco repetitio competeret, Dyn.Barto.& Alberi.ibidem pro conſtanti habuerunt, & interpretantur, fiſco repetitionem competere, ſiue maritus & vxor ſcientes contraxiſſent illicitum matrimonium: ſiue, marito ipſo ignorante, ſola mulier ſciens fuiſſet. Hanc interpretationem retulit Alexan.Imolen.*in l.ſi cùm dotem.§ fina. num. 3.ff.ſolu.matrimo* Hanc eſſe communem eius legis intellectum aſſeruit Bald.Nouell.*in tract.de dote.11. part de priuil dotis putatiuæ, verſi.decimumtertium membrum, num.14. in 6.volum.tracta.* & quaſi communem ſequutus eſt Ioan.Coral. *in repetit. l qui liberos num. 68.ff de ritu nupt.* facit caſus *in l.Papinianus. §. meminiſſe ff.de inoffic. teſtam.l.2.verſi.vtroq; ergo caſu.ff.de his quib.vt indig* quæ iura ad hoc propoſitum inducunt Bartol.& Alber.*ind l.vxori maritus.* vbi etiam Accurſ.*in gloſſ vnica, dum allegat textum in d.l.2.* videtur hunc ipſum intellectum probaſſe: Cuius quidem glo.meminit Andr. Tyraq.*de legib.connubialib.in glo.8.num.240.* Et hunc etiam Bart. communem intellectum in terminis refert & ſequitur Io.Caccialup.*in repet.l.ſi qua illuſtris, nu.90.C.ad Senatuſc.Orficia.*

Sed tamen Bald.Nouel.*vbi ſuprà*, quamuis agnoſcat, quod hoc caſu fiſcus habet ius potentius ad repetendum, ſecundùm communem opinionem, nihilominùs tamē pro certo affirmat, non eam fuiſſe ſententiam Scæuolæ *in d l.vxori maritus. quam ſuprà retulimus.* Interpretatur enim, quod ibi ad contextum literæ hæredes teſtatoris ſunt, quibus repetitio competit per condictionem indebiti, vel ſine cauſa, quoniam fiſcus non curabat
à muliere quaſi ab indigna legatum auferre. Denique † putat, 12
quòd mulier legataria non poſſet contra teſtatoris hæredes repetentes ex indebiti, vel ſine cauſa condictione, opponere de iure fiſci, per id quod obſeruat gloſſ. *in l. his conſequenter. §.primo, in verbo, non pertinere.ff famil. erciſcun. & quod circa eam gloſſ. ſcribit* Bartol.Rapha.Fulgoſ.& Iaſon *in l.fina.ff.de condictione ſine cauſa.* idem Bartol. *in l.2.ff.de exceptio.rei iudica. & in l.ſi alienam, num. 2.ff.ſoluto matrimo.* Alexand.de Imol. *in l.ſi patroni. §. qui fideicommiſſum.ff.ad Senatuſconſultum Trebell.* Iaſon *in l.2 nu.6.C.de iure emphyteu. & in l.ſeruus plurium. §.ſi quis ff.de legat.1.* Franciſc. de Rip. *in Rubric ff.ſolu.matrimo.num.29.* Io.Boſch. *in tract.de legitim.nupt. lib.3.num.16.* latè Andr.Tyraquel. *in repetitio.l ſi vnquam.C.de reuocan.donatio.in verbo, reuertatur. ex num.354.* & D.D Couuarru. *in epitom.lib.4.in 2.parte, cap.6.§.8.nu.23.* Maria.Socin.Iun. *conſ.130. nu.11.in 3 par.*

Mihi autem videtur quod Bald. Nouel. vbi ſuprà improuido
errore lapſus fuerit. Nam non † perſpexit, quod ſi fiſcus in ea ſpe- 13
cie potuiſſet à muliere quaſi indigna, legati emolumentum auferre, iam hæredes teſtatoris nullo iure potuiſſent vſumfructum ſemel mulieri conceſſum ab ea condicere. Siquidem præſupponeretur, legatum validum fuiſſe ipſo iure, & mulieri legatariæ quærendum fore. Sic nemo dubitaret, quin mulieri potuiſſet iure optimo extorquere vſumfructum ſibi legatum à mariti hæredibus actione ex teſtamento. Quoniam hæredes nulla ſe defenſione aduerſus mulierem tueri poſſent, qui vtique de iure fiſci opponere nequirent, *iuxta notata per glo. in dicta l.his conſequenter.§.1.& iuxta doctrinam gloſſ.ſingularis in l.2 ff.ſi ager vectigalis, vel emphyteu.peta in gloſſ.vnica.* quam dicit eſſe communiter approbatam Bartholom.Socin. *in l.1.§.ſed & quoties.ff. ad Senatuſconſul. Trebell.colu.2.in l.2.num.8. & num.11.ff.de except. rei iudica.* Ergo ſi mulieri conceſſerunt legatum vſumfructum, non indebitè, ſed debitè conceſſerunt. Ergo proinde iure actionis ab ea repetere nequirent legati emolumentum, quod iure exceptionis aduerſus petentem mulierem defendere non potuerunt, *l. Arrianus. ff.de actionib.& oblig.*

Ergo itaque aduerſus communem interpretationem nouè
intelligo, † quod *in dicta l.vxori maritus.* ſecundùm ea, quæ pro- 14
ponuntur, fiſco locus non ſit: & quod repetitio magis ad hæredes teſtatoris ſit referenda, & pertinere debeat. Siquidem ver-
bum, † repeti, de quo ibi, proprius aptatur hæredibus, qui vſum- 15
fructum præſtiterunt, vt & Bald. Nouell. vt ſuprà inſinuauit, quàm aptari poſſit fiſco, qui non tam repetit, quàm aufert, *iuxta rubricam.ff.de his quibus vt indign. & l. cum hic ſtatus. § fina ff.de donatio.inter virum & vxor.* Denique cùm *in dicta l.vxori maritus.*

minimè proponatur, quod ambo coniuges illicitum matrimo-
nium ſcienter contraxerunt, vtiliter intelligo, legatum ibi nul-
lius momenti fuiſſe: ſiue vterque coniux, ſiue ſolus maritus te-
16 ſtator matrimonium eſſe illicitum ignoraſſet. Vbi enim † mari-
tus putatiuus legat mulieri, quam vxorem ſuam legitimam eſſe
putat, legatum eſt nullum ipſo iure, propter errorem teſtatoris.
Hoc in donatione ſcriptum extat *in l. cum hic ſtatus. §. fina. in verſi.
ſi quis ſponſam. ff. de donationib. inter virum & vxo.* & in legato ſimi-
liter recipiendum eſt, cùm & legatum ſit donatio quædam, *l. le-
gatum. ſecunda ff. de legat. ſecundo.* Denique quod in hac ſpecie
non valeat ipſo iure legatum, neque hæredis inſtitutio, apertè
ſenſit Accurſ. *in dicto §. fin. in verb. ſed quaſi, cum allegauit textum in l.
ſi pater. C. de hæredib. inſtituen.* Idem ſenſit Bald. *in l. eam quam, num.
22. verſicu. modo ego quæro. C. de fideicommiſſ.* quem refert & ſequi-
tur Andr. Barbat. *conſi. 27. num. 3. & 6. in primo volum.* Iaſon *in di-
cta l. ſi pater, num. 1. & num. 10.* & doctiſſimus atque Reuerendiſ-
ſimus Couuarru. *in Epitom. libro quarto, Decretalium, 2. part. cap. 7.
§. primo, nume. 8. vbi quamplures authores refert.* Sed & Guido de
Suz. *in tractatu de iure emphyteu. num. 43. in quinto volum. ſecurè al-
legauit textum in dicta l. vxori maritus.* intelligens, quod ibi lega-
tum non valet. Facit etiam text. *in l. nec apud. C. de hæredibus in-
ſtituen. & in l. neque profeſſio. C. de teſtament. vbi gloſſ. fina.* Cynus,
Bartol. & communiter Doctores hoc docent, vt reſoluit ibi Ia-
ſon *nume. 10.* ſequitur Paul. Pariſ. *conſil. 11. Cùm iſte infans, nu-
me. 14. in ſecundo volumine, & conſil. vigeſimonono, Cato, num. 113 eo-
dem volum.*

Nec huic interpretationi refragari videntur Iureconſulto-
rum reſponſa, *in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inofficioſo teſtamen.
cum alijs ſuperiùs allegatis in fauorem communis opinionis.* Quoniam
17 reſpondeo, quod † tunc demùm fiſcus aufert hæreditatem, vel
legatum, tanquàm ab indigno hærede ſeu legatario, quando à
principio emolumentum hæreditatis, vel legati, ex teſtantis iu-
dicio, atque voluntate, fuit delatum hæredi, aut legatario, & ab
eiſdem fuit etiam acceptum & quæſitum. Cæterùm, ſi hæres,
vel legatarius hæreditatem legatumve non potuit acquirere, ſi-
ue id proueniat, repugnante tacita teſtatoris voluntate, qui de-
ceptus fuiſſe deprehenditur, vt *in dicta l. vxori maritus. ff. de vſu-
fruct. lega.* ſiue id etiam contingat ratione incapacitatis hære-
dis, vel legatarij, quando hanc incapacitatem teſtator ignora-
bat, eo caſu non eſt quid poſſit fiſcus auferre tanquàm ab indi-
gnis: cùm ipſi nihil habeant, quòd eis auferri poſſit. Magis ergo
ad legitimos hæredes ſpectabit emolumentum eius hæredita-
tis, vel legati: cùm pro non ſcriptis haberi debeant, *argumento
text. ſingularis in l. ſi quis mihi bona. § ſeruus municipum, verſiculo ſi
quis planè. ff. de acquirend. hæredi. vbi gloſſ. ordinaria hoc obſeruat.* Fa-
cit etiam text. *in l. ſi in metallum ff. de his, quæ pro non ſcripto haben-
tur, in l. in metallum ff. de iure fiſci. l. quidam. ff. de pœnis.* docet Iaco-
bus de Aren. Petr. Cynus Bartol. Baldus, Paulus de Caſtro, Ra-
pha. Fulgoſi. Alexand. & ibi Iaſon *nume. tertio reſoluit hanc eſſe
communem opinionem, in l. prima. C. de hæredibus inſtituendis, contra
gloſſam fina. ibidem.* docet etiam Bartolus *in l. ſi deportati ſeruo ff. de
legatis tertio, num primo, & in l. ſecunda.* vbi etiam de hoc eſt tex-
tus ordinarius. *ff. de his quibus vt indign.* Baldus *in l. prima. C. de ſe-
cundis nupt. num. primo.* & doctiſſimè reſoluit, & declarat Bartho-
lom. Socin. *conſil. 22 nume. 13. in prima parte.* Paulus Pariſ. *in con-
ſil. 65. Viſo teſtamento, nume. decimoſeptimo, in ſecunda parte.* Ma-
rianus Socinus Iunior *conſilio decimotertio, nume. 13. in ſecunda
parte.*

Tertius caſus eſt: Quando ambo coniuges in facie eccleſiæ
matrimonium contraxerunt: nec probatur, quòd alter eorum
ſciuiſſet impedimentum. Et hoc caſu Baldus Nouell. *dicta vn-
decima parte de dote, verſicu decimumtertium.* reſoluit, quod ſine du-
bio valeret legatum vxori relictum: neque id fiſcus ablaturus
18 eſſet. Sed profectò † ſi durante eadem bona fide, maritus pu-
tatiuus legaſſet vxori putatiuæ, legatum propter errorem teſta-
toris irritum eſſe videretur ex defectu voluntatis, & penes hæ-
redes teſtatoris remanere deberet, *argumen. d. l. vxori maritus. ff.
de vſufruct. lega. & dicta l. cum hic ſtatus. §. fina. verſicu. ſi quis ſponſam.
ff. de donatio. inter virum & vxor.* Nec enim mulier iuuari poſſe
videretur ratione putatiui matrimonij, inducendo *argumen-
tum text. in cap. ex tenore, † qui filij ſint legitimi, cum alijs ſuperiùs al-
19 legatis.* Quoniam agnoſco, quod illa iura æquant matrimo-
nium verum, & putatiuum: ſed vtique in fauorem tantùm ipſo-
rum filiorum, vt probat *textus in dicto cap. ex tenore. ibi, In fauorem
prolis.* Qui quidem fauor non videtur extendendus ad legatum
vxori relictum, vel è conuerſo, cùm huiuſmodi legatum ſit ſe-
parabile, & nihil pertineat ad matrimonij contractum, vt inte-
rim omittam tractatũ dotis putatiuæ, quæ diuerſam habet con-
ſiderationem, atq; cenſuram. Quoniam dos omninò eſt anne-
xa & acceſſoria ipſi matrimonio, *argumen. text. & eorum, quæ ibi no-
tantur in c. de prudentia, de donationib. inter virum & vxo. l. 3. ff. de iure
dot.* & ita debet explicari text. *in d. l. vxori maritus.* circa valorem
legati vxori putatiuę relicti, quod attinet ad quęſtionem volun-
tatis. Tametſi in quæſtione poteſtatis recipi planè debet; quod ſi
coniuges, errore comperto, illicitam coniunctionem legitimè
ſepararunt, *iuxta l. qui cõtra. C. de inceſt. nupt. cap. 1. c. non debet, de con-
ſanguinita. & affinit. cap. 2. qui filij ſint legitimi.* alter ex alterius teſta-
mento iure capeſcere poteſt, vt fiſco locus eſſe non poſſit. Quæ
ita circa legatum vxori relictum dicta ſint.

Poſtremò circa ſubſtitutiones, quæ in hoc capite valuerunt,
quaſi pupillares, reſpondendum † foret quòd æquè valerent, 20
ſiue ambo coniuges bona fide matrimonium in facie Eccleſiæ
cõtraxiſſent, ſiue ſolus ipſe teſtator bonam fidem habuiſſet cir-
ca matrimonium. At verò ſi ipſe teſtator probaretur mala fide
illicitum matrimonium contraxiſſe, dubitari poteſt, vtrum ſo-
lius vxoris bona fides ſufficeret ad valorem, & vtilitatem harum
ſubſtitutionum pupillarium? Nam verum quidem eſt, quod ſo-
lius matris bona fides efficeret, vt hi filij eſſent legitimi, etiam
quo ad ipſum malæ fidei patrem, vt ſuprà oſtendimus. Cæte-
rùm adhuc deliberatio eſt, an pater ipſe malæ fidei habeat iura
legitimi patris in ipſos filios? Æquitas enim † dictare videtur, ne 21
pater hic, qui contra leges matrimonium ſciens contraxit, & fi-
lios ex delicto progenuit, patris legitimi iura conſequatur, *ar-
gumento text. in cap. 1. ſupra de eo qui duxit in matrimo. quam polluit
per adulter. & eorum, quæ reſoluit* Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. fina.
num. 3. verſicu. prædicta. ff. ſoluto matrimonio. & quæ ſcribit* Philippus
Decius *conſil. 155.* In effectu quæritur, vbi aliud agens ſenſit,
quod fructus matrimonij conſiſtentes in filiis legitimis perci-
pere non debet malæ fidei pater, *argumento text. in cap. grauis.
ſuprà, de reſtitutio ſpoliatorum, l & ex diuerſo, vbi notat* Bartolus. *ff. de
rei vendicatio. l. certum. ff. eodem titu. l. bonæ fidei. ff. de acquirendo re-
rum domin. l. ſequitur. §. lana. ff. de vſucapionibus.* Denique Præpo-
ſit. *in cap. cum inhibitio, num. ſeptimo, in fine. ſuprà, de clandeſt. deſpon-
ſatio.* ſcribit, quòd licèt pater deliquerit, & puniendus ſit, *dicta l.
qui contra.* non tamen punitur eius filius, qui propter bonam fi-
dem matris eſt legitimus quo ad ipſum etiam malæ fidei pa-
trem. Sic propè ſenſit, quod ipſi patri, qui deliquit, non ſint
danda iura legitimi patris in filios. Nec erit pro monſtro, ſi fi-
lius patri ſit legitimus, pater autem non habeat iura legitimi pa-
tris. Quoniam diuerſitatis ratio poteſt vtrunque caſum æquè
diſtinguere.

Planè ius fauorabiliter conceſſit ipſi proli, *d. ca. ex tenore, in fin.*
cùm proles nihil mali admiſerit, non debuit communicari pa-
tri, qui contra legem illicitas nuptias contraxit, *argumen. text. in
cap. 1. ſuprà, de eo qui duxit in matrimoni. quam pollu. & in l. fina. ff. de
legatis primo.*

Sic enim † videmus, quod filius extraneo datus in adoptionẽ 22
ſuccedit patri adoptiuo ab inteſtato, quaſi legitimus filius, *l. cùm
in adoptiuis. §. ſed nec articulum, verſ. ſed ſi quidem. C. de adoptionib.* &
tamen idem extraneus, qui adoptauit, non ſuccedit eidem filio
adoptiuo quaſi legitimus pater: videlicet, propter diuerſam ra-
tionem, *§. ſed ea omnia, ibi: Niſi in hoc tantummodò caſu. Inſtitu. de
hæredita. quæ ab inteſta. deferun.* tradit ex Dyni ſententia Mathe-
ſilan. *in tracta. de ſucceſſionib. ab inteſtato, in tertio membro, 2. articu.
princip. num. 1.* vbi Ludouic. Bolognin. *in additio. num. 3.* tractat &
declarat rationis diuerſitatem.

Sic etiam, ſi culpa mariti ſæuientis in vxorem matrimonium
iudicio Eccleſiæ ſeparatum fuerit quo ad thorum, ſucceſſio † 23
ab inteſtato non erit mutua inter virum & vxorem. Etenim ve-
rò vxor ab inteſtato ſuccedit, ſed contra vir vxori ab inteſtato
minimè ſuccedere poterit, *iuxta text. in l. 1. ff vnde vir & vxor.* vt
ſcribit Anton. de Roſell. *in tracta. de ſucceſſionib. ab inteſtato, num.
164.* & Philipp. Decius *in dicta l. 1. nume. 10. verſicu. primus caſus.*
Et ita debet intelligi textus in materia ſeparationis matrimo-
nij ex ſæuitia ordinarius, *in cap. literas, in fine, de reſtitutio. ſpolia-
torum.* Hoc etiam exemplo, ſi quis beneficium incompatibile
cum primo propria auctoritate per violentiam occupauit, vel
cùm intelligeret eſſe reſeruatum Papæ; idem beneficium ac-
ceptauit, acquiſitio huiuſmodi beneficij in præiudicium delin-
quentis, & vt amittat primũ beneficium incõpatibile, ipſo iure
vali-

valida cenſetur, qnamuis ex tali occupatione, aut acceptatione ſecundi beneficij nullum ius conſequatur, *iuxta textum ſingularem, in cap. eum qui. & cap. ſi beneficia, de prabend. ſuprà hoc lib. facit caſus in cap. cum bona, de ata. & qualita. & in cap. 2. in fine, ſuprà, de renuntiatio. hoc libro.* His igitur exemplis non adeò abhorrebit tentare, quòd licèt filij ſint legitimi, quo ad patrem malæ fidei, ipſe tamen doloſus pater non habeat iura legitimi patris in filios, quos contra leges progenuit. Cui ſententiæ conſequens erit, illud etiam obſeruare, quòd huiuſmodi pater non habeat
24 ius patriæ poteſtatis in hos filios, cùm patria † poteſtas in fauorem legitimorum patrum principaliter ſit moribus introducta, potiùs quàm in fauorem ipſorum filiorum, *argumento text. in l. vnica. C. de ingrat. liber. l. 2. C. ſi aduerſus rem iudicatam, l. ſi viua. C. de bonis maternis. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bonis qua liber. in §. hoc quoque. Inſtitu. per quas perſonas nobis acquir. l. verum turpem. ff. de verborum obligation. l. quod & lex. §. ſi eum qui. ff. de liber homi. exhib. l. iubemus. & l. fina. C. de emancip. liber. l. prima, in princip. ff. ſi à parente quis fuerit manumiſſ. l. filio. ff. vt legatorum, ſeu fideicommiſſorum nomine cau. l. de emancipatis. C. de legitimis haredib. l. final. C. de ſentent. paſſ.* Quæ iura ad hoc propoſitum inducit Andr. Tyraquell. *in repetitio. l. ſi vnquàm. C. de reuocand. donatio. in verbo, donatione largitus, nume.* 146. probat etiam caſus *in princip. & in § primo, Inſtitu. de patria poteſtate, l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris, l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum. l. filiusfamilias. §. ſecundùm vulgarem. ff. de legat. primo, l. 1. C. de iure deliberan. l. fina. C. de patr. poteſta. l. ſecunda. C. de patribus, qui filios diſtraxe.* Quæ iura omnia, & multa alia valda ſingularia, & imprimis neceſſaria circa prærogatiuam & intellectum patriæ poteſtatis elegantiſſimè declarat doctiſſimus, & conſummatæ eruditionis D. Doctor Arius Pignellus *in Rubric. C. de bonis matern. 2. part. & in l. prima eiuſdem titu. nume. 3.* Ergo videretur, quod talis pater, in cuius principaliter fauorem eſt inducta patria poteſtas, non haberet ius ſubſtituendi pupillariter hiſce liberis propter defectum patriæ poteſtatis, *l. 2. ff. de vulga.*

25 Nihilominùs reſoluo, quod † ſubſtitutiones æquè valuiſſent quaſi directæ pupillares, & quod eiuſmodi pater habet ius ſubſtituendi pupillariter filijs impuberibus. Si quidem filij, cùm ſint huic patri in omnibus, & per omnia legitimi, conſequenter ſunt ſui hæredes, & in poteſtate, vt expreſſim ſcripſit Baldus *in l. qui contra. num. 4. C. de inceſt. nupt.* & cum Bald. Philip. Deci. *in cap. inter cateras. nume. 5. ſuprà de reſcript.* Aluaro. *in cap. primo. §. naturales, colum. 5. ſi de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnat. vaſall. in vſibus feudorum.* Zaſius *in tracta. de feud parte* 8 *num.* 88. Igitur ſi ſui hæredes ſunt, & in poteſtate, conſequens eſt, vt eiſdem pater doloſus potuerit facere pupillares ſubſtitutiones, *d. l. 2. ff. de vulga.*

Huic reſolutioni non obſtabunt argumenta, quibus tentauimus dicere, quod pater habere non debet iura legitimi patris in hos filios. Quoniam & ſi ea noua ſententia imprimis arrideret, adhùc retinendum eſſet, quod modo reſoluimus. Quippe, ſi propter æquitatis repugnantem rationem oportet admittere, quòd filius habeat iura legitimi filij, pater autem non habeat iura legitimi patris, negaremus profectò patri abſolutam patriam poteſtatem, & eius effectus, qui regulariter fauorem patris reſpiciunt. Cæterùm, ſi quid eſt in patria poteſtate, quod ipſius legitimi filij fauorem exprimat, id ipſi filio nequaquàm detrahendum credimus. Proinde cenſeremus, hunc filium eſſe in poteſtate, vt per hoc ſuus hæres eſſet viuo patri doloſo, atque eidem mortuo ſuus hæres exiſteret, *l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum. l. lege Cornelia, in fine. ff. de teſtamen.* Atque ita procedere Bald. ſententia diceretur, *in dicta l. qui contra.* Similiter cenſeremus, eundem filium eſſe in patria poteſtate, vt per hoc pater eidem filio impuberi conſulere poſſit faciendo pupillarem ſubſtitutionem, quæ liberorum fauorem & vtilitatem continere intelligitur, *l. ſi arrogator. §. primo. ff. de adoptionib. l. Papinianus. § ſi quis impuberi. ff. de inofficioſo teſtamen. l. ex tribus. C. eodem. titu.* In-
26 duco † etiam pro hoc text. *in Authent. conſtitutio, qua de dignitate. §. illud quoque, collat. 5.* vbi Iuſtinianus conſtituit, quod is, qui liberatur à patria poteſtate per dignitatem, retinet omnia iura legitimorum. Vnde Iaſon *in l. ſecunda, num. 22. ff. de vulgar.* collegit, quod eiuſmodi filius retinet ius legitimi filij, vt in patris poteſtate eſſe intelligatur quo ad effectum pupillaris ſubſtitutionis, quæ impuberum filiorum vtilitatem continet. Sicut igitur, in ea ſpecie filius impubes, in quem pater non habet patriam poteſtatem, honorem teſtamenti pupillaris, quaſi legitimus, & in patria poteſtate retentus, conſequitur, ita quoque filij, de quib. agimus, ex iure legitimorum ſibi fauorabiliter conceſſo, vtilitatem pupillarium ſubſtitutionum, non minus quàm legitimam hæreditatem, quaſi ſui hæredes à patre doloſo conſequentur.

SVMMARIVM.

1 *Filia aut nepos in poteſtate ſui haredes olim non poterant prateritionis vitio teſtamentum infirmare.*

2 *Filius in poteſtate duntaxat olim potuit ex cauſa prateritionis irritum facere patris teſtamentum.*

3 *Sui haredes omnes indifferenter, etiam olim, de nouo agnaſcendo rumpunt patris teſtamentum ex prateritionis cauſa.*

4 *Filius, aut etiam filia & nepos, in poteſtate poſt l. maximum vitium. C. de liber. prater. non poterant inſtitui in re certa: dato coharede vniuerſali ante ius Authen.*

5 *L. cùm quidam. ff. de liber. & poſthum. latè explicatur, cum pluribus ſequentib.*

6 *Conditio impoſſibilis cum reijcitur, quantò impoſſibilior eſt, tantò faciliùs reijcienda.*

7 *Conditio impoſſibilis cùm reijcitur, intelligendum eſt reijci ex diſponentis coniecturata voluntate.*

8 *Conditio impoſſibilis, quam diſponens credidit eſſe poſſibilem, nunquàm reijcitur.*

L. ſeruo manumiſſo. ff. de condi. indeb. ſenſus. ibidem.

9 *Filius, & reliqui ſui haredes liberi, poſſunt nouiſſimo iure Authen. rectè inſtitui in re certa dato coharede vniuerſali.*

Authen. vt cùm de appella. cognoſc. §. hac autem, ver. caterùm, tollat 8. ſenſus. ibidem.

10 *Filius, aut filia, quibus non inſtitutionis, ſed alio titulo relinquitur, nullum dicere poſſunt patris teſtamentum.*

11 *Glo. in c. ſi pater. in verbo, in re certa, reprehenſio.*

12 *Filius, vel extraneus inſtitutus in re certa, dato coharede vniuerſali, neque abſolutè hares, neque abſolutè legatarius cenſeri debet.*

13 *Inſtitutus in re certa, dato coharede vniuerſali, habet ius accreſcendi.*

14 *Ius accreſcendi vtrum poſſit per teſtatorem prohiberi.*

15 *Legitima filijs relinqui debet ex ipſis rebus hareditarijs, nec ſufficit legitimam relinquere in pecunia.*

16 *L. ſi quis filium. C. de inofficioſ. teſtamen. tum alij eiuſdem tituli explicatur.*

17 *Quantitas quid ſignificet.*

18 *Legitima filijs relinqui nequit in pecunia etiam hareditaria.*

19 *Legitim filij repleri debet actione ad ſupplementum.*

20 *L. ſcimus. C. de inofficioſo teſtamen. & l. omnimodò, eodem titu. explicatur.*

21 *Legitima filio non repletur ipſo iure, ſed potius ipſo iure pracipitur repleri.*

22 *Actio ad ſupplementum non eſt ex teſtamento, ſed ex lege.*

23 *Actio ad ſupplementum non habet locum quando filius inſtitutus in minore portione, quàm ſit legitima, fuit etiam compendioſè, aut per fideicommiſſum ſubſtitutus.*

Filius compendioſè, aut per fideicommiſſum ſubſtitutus non poteſt agere ad ſupplementum condictione ex lege: ſed remouendo condictionem ex ſubſtitutione, legitimam actione ex teſtamento inſtaurare debet, ibidem.

24 *L. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſta. ſenſus.*

25 *L. ſcimus. § repletionem. C. de inoffi. teſta. ſenſus. & 7.*

26 *Legitima portionis repletio debet eſſe pura, nec expectare debet ſubſtitutionis conditionem.*

28 *Legitima portionis repletio fieri nequit, nec cõditio tolli poteſt, ex commodo ſubſtitutionis vulgaris.*

29 *Legitima portionis repletio, & conditio tolli poteſt, ex commodo ſubſtitutionis fideicommiſſaria.*

30 *Cap. Raynutius, de teſtamen. iuncta gloſſ. in verbo, relinquens, ſenſus.*

31 *Repletio legitima, qua fit per condictionem ex lege, multum differt ab ea, qua fit actione ex teſtamento.*

L. 63. explicatur ibidem. & nu. 33.

L Portugallia, lib. 4. titu. 80. Ordinamen. Regal. explicatur, ibidem. & num. 3.

32 *Actio ad ſupplementum per condictionem ex lege eſt perſonalis, habetq; 30 annorum ſpacium.*

33 Legi-

33 *Legitimæ ſupplementum poteſt etiam peti vtili hæreditatis petitione.*
34 *Actio vtilis petitionis hæreditatis ad ſupplementum legitimæ non poteſt concurrere cum actione ex teſtamento.*
35 *Conditio fideicommiſſi non remouetur per l. quoniam in prioribus, quando actione ad ſupplementum legitima repleri poteſt.*
L.quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta.ſenſus,ibidem.

IN RE CERTA.

IN RE CERTA. Scilicet,inſtituit, vt ex ſequentibus apparet. Quo loco primum quæro: Vtrùm hoc teſtamentum præteritionis vitio nullius momenti eſſet cenſendum? Siquidem pater filiam, quã moriens,& in poteſtate, & in ſuis hæredibus habuit, nec hæredem inſtituit vniuerſalem, nec nominatim exhæredauit. Reſpõdeo,quod attinet ad rei certæ inſtitutionem;tria tempora eſſe diſtinguenda, vt pleniùs propoſitæ quæſtionis veritas cõſtare poſſit,vt interim omittam legati, aut fideicommiſſi particularis tractatum, de quo inferiùs pauca breuiter perſtringam in glo.Inſtituit.

Olim apud Iureconſultos, & Imperatores, vſque ad nouam
Iuſtiniani conſtitutionem, *l.maximum vitium.C.de liber.præter.* fi-
1 lia,aut † nepos ſui hæredes non poterãt dicere nullum patris te-
ſtamentum, quamuis maximè in eo præteriti omninò fuiſſent.
2 Etenim filius † duntaxat, qui fuiſſet in poteſtate,erat neceſſariò
hæres inſtituẽdus,aut exhæredandus: ſolusq́; filius poterat præ-
teritus irritum facere patris teſtamentum. Tametſi de nouo ag-
3 naſcendo † omnes ſui hæredes filius,vel filia,vel nepos ex filio,
æqualiter rumperent, vt probatur *in dicta l.maximum vitium, &*
in princip.verſicu.Sed non ita, Inſtitu.de exhæredat.liberor.coniuncto.§.
poſthumi,& §.poſthumorum,eodem titu.text.in l.certum,in princip. &
in §.Filia.ff.de iniuſto.rupto irrito q́; facto teſtamen.in l.ſuus quoque.ibi:
Sed excipiendus eſt filius.ff.de hæredibus inſtituen. l. Gallus. §.in omni-
bus.ibi:Vt filius duntaxat qui eſt in poteſtate.ff.de liber. & poſthum.& in
l.inter cetera,eodem titu.in l.qui filium ff.vbi pupillus educari debeat, in
l.cohæredi. § cùm filiæ.ff.de vulga & pupilla. in l.nihil.ff.de coniungend.
cum emancip.liberis eius, l.ſed ſi in conditione.§ nepotes.ff.de hæredib.in-
ſtituen.l.ſi quis hæredem.C.de inſtitutio. & ſubſtitut.ſub conditione fact.
l.2.C.de liber.præterit. ſecundùm varias & ſingulares harum le-
gum interpretationes, quas ſigillatim explicaui in repetitione,
§.& quid ſi tantùm l.Gallus.ff.de liberis & poſthum.in 3.par.num.26.&
in 4.par.num.37.& nu.42.

Deinde lata eſt conſtitutio dictæ legis maximum vitium,
C.de liberis præterit.vel exhæred. quæ omnium ſuorum hæredum
4 conditionem exæquauit. Proinde, † ſublata differentia inter
filiũ,& filiam, nepotemve ſuos hæredes, euenire cœpit, vt te-
ſtamentum, in quo filia, aut nepos, ſui hæredes inſtituerentur
in re certa,dato cohærede vniuerſali, nullius momenti cenſere-
tur. Siquidem filius ita inſtitutus potuit, quaſi præteritus, irri-
tum facere teſtamentum patris, *l.Gallus.§.in omnibus.ibi, Ex ali-*
qua parte.ff.de liberis & poſthum. vbi Bald. Aretin.& alij hoc ob-
ſeruant, quos refert & ſequitur Iaſon *ibi.num.5.*& ita debet in-
telligi text. cuius verum ſenſum inferiùs explicabo in gloſſ.*In-*
ſtituit.in l.ita tamen.§.Marcellus.ver.qui rogatus.ff.ad Senatuſconſult.
Trebell ſecundùm vulgarem allegationem. Adeoq́; verum eſt, legiti-
mam filio relinquendam fuiſſe titulo inſtitutionis, non autem
legati,aut fideicommiſſi particularis, antiquo illo Digeſtorum
iure,vt non ſufficeret inſtituere filium in re certa dato cohęrede
vniuerſali.Quoniam erat neceſſarium inſtituere eundem in ali-
qua parte, ſeu portione hęreditatis, ſecundùm communem &
receptam hucuſq; opinionem,cui ſuffragatur etiam principium
tex.in l.quoties.C.de hæredib.inſtituen.

Huic tamen communi opinioni videtur imprimis aduerſa-
5 ri ſubtile & argutum Pauli Iureconſulti reſponſum, † *in l.cum*
quidam.ff.de liberis & poſthum.in illis verbis. Aliamque cauſam eſſe
inſtitutionis quæ benignè acciperetur. Quorum verborum ar-
gumenta accepi, viros doctiſſimos de prædicta communi opi-
nione ingenioſè dubitare ſolitos. Quoniam *in dicta l.cum qui-*
dam. Iureconſult. cœpit dubitare, vtrùm filij exhæredatio facta
non ſimpliciter,ſed à tertia parte hæreditatis, vel à fundo, rectè
conſiſtere poſſet. Et Iureconſult. Paul. ſequutus Scæuolæ ſen-
tentiam reſpondit, irritam eſſe exhæredationem, aliam verò &
diuerſam eſſe cauſam inſtitutionis, quæ benignè acciperetur.
Nempè quòd inſtitutio ſit fauorabilis, & proinde eius exem-
plo exhæredationes tanquàm odioſæ non ſint adiuuandæ.
Ergo Iureconſult. videtur ſignificare, & pro conſtanti habere, validam eſſe inſtitutionem,non ſolùm in tertia parte, ſed etiam in re certa,videlicet, in fundo, & id quidem, dato etiam cohærede vniuerſali. Nam cùm Iureconſult.in exhæredationis quæſtione præſuppoſuerit, filiam fuiſſe hæredem vniuerſaliter inſtitutam, certè vt exhæredationis caſus ibi propoſitus ſit per omnia ſimilis inſtitutionis caſui,quem Iureconſult.addux.ſſe videtur pro ratione dubitandi, oportet etiam conſequenter eum inſtitutionis caſum intelligere de inſtitutione, dato cohærede vniuerſali. Et pro hac parte inducuntur etiam illa text. verba: Quæ benignè acciperetur. Quæ verba ſuperiorem interpretationem,& intellectum adſtruere, & confirmare vidẽtur. Nempè Iureconſult. loqui de inſtitutione tertiæ partis vel fundi, dato cohærede. Quoniam ſi intelligas verba illa, vt vulgò intelliguntur,de inſtitutione,nullo dato cohærede, quæ quæſo benignitas fuit neceſſaria,vt inſtitutio talis defenderetur. Cùm inſpecto iuris rigore inſtitutio rectè procedat, *l.1. §.ſi ex fundo.ff.de hæredib.inſtituen.*

Mihi autem hæc omnia alternanti,quamuis omnia ſint ingenioſè dicta & conſiderata,potior & ſecurior ſententia communis viſa eſt,videlicet, filium illo Digeſtorum iure non potuiſſe inſtitui in re certa,dato cohærede vniuerſali. Nec me in contrarium trahere poteſt,*tex.in allegata l.cum quidam.*Quoniam primũ reſpondeo,text.illum, dum mentionem facit inſtitutionis, eſſe intelligendum de inſtitutione, nullo dato cohærede vniuerſali, ſecundùm communem, & verum intellectum, Deinde reſoluo,iſtum intellectum nõ ſolùm nõ eſſe diuinatorium, ſed etiam eſſe neceſſarium, vt propemodum aliter non potuerit intelligere Iureconſultiſſimus Paulus,& acutiſſimus Scęuola à Paulo ibidem allegatus; vterque enim non dubitauit,vtrùm exemplo inſtitutionis factę in certa parte hęreditatis,vel in certo fundo,dato coærede,& retenta mentione partis,aut fundi,defendi deberet exhæredatio ſimiliter facta à tertia parte,vel fundo, retenta mentione partis,ſeu fundi, prout erat facta. Id enim erat impoſſibile, nec de hoc poterat dubitari, cùm liquidò conſtaret, & conſtare deberet, filium in totum eſſe exhæredandum ab vniuerſa hæreditate, ne præteritionis vitio teſtamentum infirmaretur. Magis ergo contendebat Iureconſult. vtrùm mentio illa partis, vel fundi, quæ eum vitio facta depehenderetur, reijcienda eſſet, & haberi poſſet pro non adſcripta? Et id quidem contendebat ad inſtar & exemplum inſtitutionis, quæ ſi fiat eum vitio in tertia parte, vel in certo fundo,non dato cohærede vniuerſali, mentio illa vitioſa reijcitur, & habetur pro non adſcripta,vt inſtitutio in vniuerſum procedere poſſit, *l.prima.§.ſi ex fundo ff.de hæredib.inſtituen.l.cohæredi.§.fina.ff.de vulga.& pupilla.& in l.prima.ibi, Vel alio modo.* ſecundùm argutam Rapha. Cuman.interpretationem, *ibidem num.4.ff.de conditionib.inſtitutio.* Et concludit Iureconſultus exhæredationem non valere, & prout erat facta vitioſam manere. Nec enim reijcienda erat mentio partis aut fundi, quoniam exhæredatio, cùm ſit odioſa, non eſt adiuuanda exemplo inſtitutionis, quæ cùm ſit fauorabilis, benignè acciperetur, reiecta mentione vitioſa partis aut fundi. Ergo intellexit Iureconſult.de inſtitutione partis, aut fundi, non dato cohærede vniuerſali, ſecundùm communem,& veram interpretationem.

Huic autem intellectui non refragantur, quin potiùs fauent verba illa:Quæ benignè acciperetur. Eſt enim benignitas & fauor in eo, quod cùm inſtitutio in tertia parte, vel fundo, nullo dato cohærede,vitioſa eſſet futura, retenta mentione partis,aut fundi, ne pro parte tantùm teſtatus decedere ordinator teſtamenti diceretur,contra regulam, *l.ius noſtrum.ff.de regul.iur.* Benignè tamen reijcitur de inſtitutione mentio vitioſa partis, vel fundi ad inſtar conditionis impoſſibilis, aut turpis, *d.l.1.§.ſi ex fundo.& dicta l.1.ff.de conditionib.inſtitut.cum alijs.* quarum legum diſpoſitio benigna eſt,& fauorabilis,*cap.fin.ibi, In fauorem.de condition.appo.* facit quod ſcribit Bal.*in l.vnica, C.quando nõ petentium partes.num.23.Illa verò verba d.l.cum quidam:* Quæ benignè acciperetur, apertè ſuffragantur communi interpretationi. Nam cùm proprius ſint referenda ad tertiæ partis inſtitutionem, de qua principalis erat dubitatio, ſi intelligas de inſtitutione dato cohærede,quæ rogo benignitas fuit neceſſaria, aut conſiderari potuit, vt valeret inſtitutio,cùm filius inſtitutus deprehenderetur in tertia parte,& ſupra legitimam portionem. *authentic. nouiſſimam. C.de inofficio. teſtamen.* Ergo neceſſariò Iureconſult. intellexit de benignitate, *dicto §.ſi ex fundo.& dicta l.prima.* quoniam non erat datus cohæres. Neque ſubmouere poſſis hanc

indu-

inductionem, ſi verba illa: Aliamque cauſam eſſe inſtitutionis, quæ benignè acciperentur, contendas referre, non ad inſtitutionem tertiæ partis, ſed ad inſtitutionem fundi, de quo proximè in exhæredationis caſu mentionem fecerat Iuriſconſultus. Quoniam principalis dubitatio ibi erat de exhæredatione à tertia parte: incidenter autem, & in vim argumenti, meminit Iureconſult. exhæredationis factæ à fundo, vt clarè demonſtrant illa verba: Et diſputando adiiciebat ideo non valere, quoniam nec fundi exhæres eſſe iuſſus rectè exhæredaretur. Ergo caſus inſtitutionis, quem Iureconſul. ſignificauit vrgere pro dubitandi ratione, circa principalem quæſtionem exhæredationis factæ à tertia parte hæreditatis, referendus videtur non ſolùm ad inſtitutionem fundi, ſed etiam ad inſtitutionem tertiæ partis. Quod autem in *ea.l.cum quidam.* tractaretur & dubitaretur, vtrum valeret, & defendi deberet exhæredatio à tertia parte hæreditatis, retenta mentione partis, & cum ſuo vitio, prout erat ſcripta, id enim erat impoſſibile: ſed vtrum defendi poſſet, detracta mentione partis, quaſi detracto vitio, & exemplo inſtitutionis ſimiliter factæ, quæ benignè in eum modum acciperetur, non dato cohærede, vt in d. §. ſi ex fundo, apertè conuinci videtur, ex *dicta l. cum quidam. in illis verbis.* Et in diſputando adiiciebat, ideo non valere, quoniam nec fundi exhæres eſſe iuſſus rectè exhæredaretur. Quibus verbis poſtquàm Paulus Iureconſultus probata Scæuolæ ſententia, cenſuit, exhæredationem factam à tertia parte hæreditatis irritam eſſe, ſubiunxit ex eodem Scæuola, ideo non valere, quoniam nec fundi exhæres iuſſus rectè hæreditatis videretur. Certè ſi Scæuola, aut Paulus contenderet defendere exhæredationem à tertia parte hæreditatis, prout erat ſcripta in ea ſola parte, quando tandem reſpondit: exhæredationem non valere, ineptè, & contra omnem iuris ciuilis rationem adieciſſet, ideo non valere, quoniam nec exhæredatio facta à fundo valida ſit. Etenim cùm exhæredatio facta à fundo plus vitioſa cenſeri debeat, quàm exhæredatio à tertia parte hæreditatis, ſi vtramque exhæredationem conſideres, & æſtimare velis prout eſt ſcripta, ridiculum eſt dicere, exhæredationem ſcriptam à tertia parte hæreditatis non valere: & ideo non verè, quoniam fundi exhæredatio non valeret. Enimuerò, ſi in dubitandi ratione exemplo inſtitutionis defendebatur exhæredatio, prout erat ſcripta, facilius erat cenſere, exhæredationem factam à fundo non valere, quæ impoſſibilior erat, quàm exhæredationem factam à tertia parte, quæ qualemqualem colorem habere videbatur, vt ſuſtineretur. Quemadmodum faciliùs defendimus inſtitutionem filij factam in quacunque parte hæreditatis, quàm inſtitutionem eiuſdem filij factam in fundo, vel alia re certa. Denique Iureconſult. caſum maioris dubitationis, videlicet, exhæredationis factæ à tertia parte, iniuſtè decideret, eiuſque deciſionem iniuſtè confirmaret per alterum caſum minoris dubitationis, videlicet, exhæredationis factæ à fundo. Ergo vt congrua ſit per omnia, & conueniens Iureconſult. ratio, quam collegit exemplo exhæredationis à fundo, & in qua argutè ſignificauit maiorem dubitationem incurriſſe defendendæ exhæredationis, oportet neceſſariò intelligere; quod in quæſtione pupillariter propoſita de exhæredatione ſcripta à tertia parte hæreditatis, non dubitabatur vtrùm defendenda eſſet exhæredatio, retenta mentione partis prout erat ſcripta: ſed an defendi poſſet, reiecta partis mentione, & quaſi vitio impoſſibili remoto, vt ſic exhæredatio quaſi ſimpliciter ſcripta intelligeretur de tota hæreditate. Idque contendebatur ad inſtar, & exemplum inſtitutionis factæ ex fundo, quæ nullo dato cohærede, remota fundi mentione, ad vniuerſam hæreditatem porrigitur, *dicta l. prima. §. ſi ex fundo.* Et reſpondetur nihilominùs exhæredationem à tertia parte hæreditatis non valere, quoniam exhæredatio eſt odioſa, neque exemplo inſtitutionis eſt adiuuanda, inſtitutio verò tanquàm fauorabilis benignè ſit accipienda. Cæterùm experiamur nunc quonam pacto huic veriſſimo & receptiſſimo ſenſui aptare poſſimus ſequentem rationem quam Iureconſult. ſubinnxit dicens: Et in diſputando adiiciebat, ideo non valere, quoniam nec fundi exhæres eſſe iuſſus rectè exhæredatur? Quibus verbis diffiteri non poſſum, Iureconſultum ſenſiſſe maiorem, aut certè æqualem rationem, & dubitationem incurriſſe defendendæ exhæredationis factæ à fundo, quæ tamen maiori vitio facta deprehenditur, quàm exhæredationis factæ à tertia parte hæreditatis.

Reſpondeo hoc ipſum eſſe, quod apertiùs ſuperiorem communem intellectum confirmat. Nam in exhæredatione facta à fundo quanto † impoſſibilior, & magis vitioſa eſt exhæredatio, & quantò clariùs conſtat, non poſſe defendi, prout eſt ſcripta, tantò vrgentiùs pro ratione dubitandi ſuffragari videbatur voluntatis coniectura, vt videlicet, teſtator voluerit, † exhæredationem adeò impoſſibili modò factam remota quaſi impoſſibili conditione, & remoto eo vitio, defendi debere, & validam cenſeri iuxta receptam ſententiam, de qua *in l. 1. ff. de condition. inſtitu. l. obtinuit. ff. de condition. & demonſtra. l. reprehendenda. C. de inſtitut. & ſubſtitutio. ſub condit. fac. cap. fina. de conditio. appoſit. & iuxta ea, quæ latiùs obſeruo, lib. primo Selectarum interpretationum. cap. 8. circa difficilem intellectum text. in l. cùm hæres, §. primo. ff. de ſtatu liber.* At verò in exhæredatione tertiæ partis, quoniam in ea ſpecie non æquè impoſſibili modo exhæredatio facta intelligitur, obſcurior erat voluntatis coniectura; vtrùm teſtator exhæredando à tertia parte voluiſſet exhæredare à tota hæreditate, & an ea voluntas eſſet per legis interpretationem adiuuanda? Et reſpondetur, quod non valet exhæredatio à tertia parte hæreditatis. Et adiicitur ideo non valere, quoniam nec exhæredatio fundi valida eſt: licèt in ea apertiùs conſtet de voluntate teſtantis, qui quantò impoſſibiliori modo exhæredationem ſcripſit à fundo, tantò clariùs creditur intellexiſſe; ita vt eam ſcripſit, fruſtrà fieri. Et conſequenter apertiùs videbatur voluiſſe, detrahendam eſſe fundi mentionem, & ita inſtitutionis exemplo defendendam eſſe exhæredationem, quaſi ſimpliciter ſcripta proponeretur de vniuerſa hæreditate. Quoniam ergo in hac ſpecie exhæredationis ſcriptæ à fundo non valet exhæredatio, planè ſequitur, & colligitur à fortiori, non valere exhæredationem factam à tertia parte hæreditatis, quod in eo caſu non occurrebat æqualis ratio defendendæ exhæredationis. Quia fortaſſis teſtator, qui filium exhæredauit à tertia parte hæreditatis, potuit credere † validam eſſe, & defendi 8
poſſe talem exhæredationem, prout erat ſcripta. Quod non adeò ea exhæredatio à tertia parte hæreditatis abhorrebat à iuris ciuilis regulis, quemadmodum abhorrebat altera exhæredatio ſcripta à fundo. Induco pro hac interpretatione textum imprimis ſingularem, *in l. ſeruo manumiſſo. ff. de condict. indeb.* vbi probatur, quod in caſibus, quibus conditio impoſſibilis pro non ſcripta cenſeri debet, & defenditur principalis diſpoſitio, ſi tamen adiiciens eam conditionem re vera impoſſibilem credidit, eam conditionem eſſe poſſibilem credidit, eam conditionem eſſe poſſibilem, tunc diſpoſitio non valet, *iuxta communem illius l. intellectum,* quem latiùs reſoluo, *d. lib. 1. Selectarum interpret. cap. 9.* reſoluit etiam Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in Epitom. lib. 4. Decretalium, 2. parte cap. 3. §. 2. num. 5.* Qua ratione, quoniam teſtator potuit fortaſſis falsò credere, valere exhæredationem filij factam à tertia parte hæreditatis, prout erat ſcripta, & mentionem tertiæ partis non eſſe vitioſam, nec impoſſibilem, prout multi decepti ex noſtris crediderunt, de quibus *in dicta l. cum quidam.* propterea facilius fuit cenſeri in ea ſpecie, non valere exhæredationem, nec remouendam eſſe tertiæ partis mentionem quaſi impoſſibilem conditionem, quoniam in altera ſpecie exhæredationis factæ à fundo, in qua apertius erat vitiũ, quàm quod de illo teſtator poſſit videri celatus, & maior incurrebat ratio defendẽdæ exhæredationis remouendæ apertum vitium, nihilominùs id ipſum fuit reſpondendum, videlicet, non valere exhæredationem. Et vtriuſque ſpeciei ſubiungitur ratio à Iureconſulto. Nempè quòd exhæredatio ſit odioſa, & non ſit adiuuanda, remouendo mentionem partis, aut fundi. Diuerſum autem eſſe in inſtitutione, quæ cùm ſit fauorabilis, benignè acciperetur. Hæc ſolida atque perſpicua mihi videtur eius reſponſi interpetatio in illo verſi. Et in diſputando adijciebat, &c. Cuius intellectum dum aſſequi nõ potuit doctiſſimus alioquin Franciſcus Connan. *in lib. 10. Commentarior. iur. ciuil. cap. 2. num. 13.* non dubitauit, Iureconſultum quodammodò increpare, quod minus concludentem rationem attuliſſet. Enimuerò ea ratio & argumentatio, de qua *in d. verſi. Et in diſputando,* ſcripta fuit ab his qui noſtri iuris vertices ſunt, videlicet Scæuola, & Paulo qui illum refert *in d. l. cum quidam.* fuitq; ab illis ex reconditis iuris ciuilis principijs deſumpta.

Stat ergo firma per ſe & ſtabilis communis ſententia, videlicet, Iureconſult. *in d. l. cum quidam.* dum pro ratione dubitandi adduxit caſum inſtitutionis factæ ſiue à tertia parte, ſiue à fundo, intellexiſſe quidẽ de ea inſtitutione, quæ ſimpliciter ſcripta fuiſſet, nullo dato cohærede, nõ autem intellexiſſe, aut ſenſiſſe, vali-

validam eſſe filij inſtitutionem factam in re certa, dato cohærede. Neq; communem, & veriſſimum intellectum remorari poterit ſequens conſideratio, videlicet, quòd quemadmodum Iureconſ. in principio in exhæredationis caſu, & quæſtione, præmiſit, filiam alteram fuiſſe hæredem inſtitutam, ita & eodem argumento intelligi debeat etiam in caſu inſtitutionis factæ à tertia parte, vel fundo, datum fuiſſe cohæredē vniuerſalem. Quoniam reſpondeo hoc argumentū eſſe leuiſſimum, & indignum, vel mediocre etiam ingenium debeat à communi ſententia auertere. Quia in exhæredationis quæſtione neceſſariū fuit præmittere filiæ vel alterius inſtitutionem. Etenim fruſtrà de exhæredatione etiam in vniuerſum facta ſuſciperetur diſputatio, ſi nō præmitteretur hæredis inſtitutio, ſine qua exhæredatio ipſa, & cætera, quę in teſtamento continerentur nullius momenti eſſent cenſenda, *l filium. § ſed cum exhæredatio. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Ergo quod fuit factum & propoſitum ex neceſſitate in exhæredationis quæſtione, non eſt repetendum in inſtitutionis ſpecie, quam Iureconſ. adduxit pro dubitandi ratione, & omninò intellexit factam fuiſſe, non dato cohærede, & validam cenſeri, detracta mentione partis, aut fundi. Sic defenditur communis opinio, & Iureconſultorum reſponſa conciliantur. In quo articulo & intellectu, *d. l. cum quidam.* fuſiùs fortè, quàm ſoleo ſum immoratus, quoniam cùm primùm in hanc florentiſſimam Salmanticenſem Academiam veni, amantiſſimi mei auditores id à me efflagitauerunt, quibus non potui non morem gerere.

9 Tertium & nouiſſimum † tempus fuit, *tex. in Auth. vt cum de appellatio. cognoſc. § hæc autem, verſi. cæterùm, colla. 8.* vbi expreſſum eſt, quod ſi parens filium, aut filiam, aut cęteros liberos, quos inſtituere, aut nominatim exhæredare pro forma teſtamenti debet, hæredes inſtituerit in rebus certis, dato etiam cohærede vniuerſali, iure teſtatus eſſe videtur. Sufficit enim quòd eos hæredes nominet, non ſolùm inſtituendo in aliqua hæreditatis parte, ſed etiam in certis rebus. Et ita ſe habet verus & communis intellectus eius. §. *docet latè* Fabianus *in repetit. Authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. num. 136 & 187.*

Ange. tamen Aret. *in § ſi quis priore. Inſtit. quibus mod. teſtamen. infirment.* auſus eſt dicere, quod Iuſtinianus *in d. § cæterum.* nihil diſpoſuit ſuper inſtitutione liberorum facta in rebus certis. Interpretatur enim primam verborum faciem, & fictam ſequutus quod Iuſtinianus eo caſu loquitur, quo pater filius inſtituiſſet hæredes vniuerſales, & eos eodem teſtamento iuſſiſſet contentos eſſe certis rebus. Quam interpretationem tētauit etiam, non relato Angel. Andr. Barb. *in c. Raynutius, ſupra hoc titu.* Sed profectò Iuſtinianus nouè præcepit, vt teſtamentum in ea ſpecie nullatenus diſſoluatur, quicquid verò minus legitima portione relictum eſt, hoc ſecundùm alias leges, ab hæredibus impleatur. Ergo de inſtitutione facta in rebus certis magis loquutus eſt, non verò de inſtitutione vniuerſali. Quippe ſi de inſtitutione vniuerſali Iuſtinianus loqueretur, futurum eſſet, vt liberi hæredes vniuerſales rogati cenſerentur retentis certis rebus, vniuerſam hæreditatem cohæredibus reſtituere, *l. peto. verſicu. Quid ergo ff. de legat. 2.* Conſequenter, ſi minùs legitima portione continueretur in ipſis certis rebus, id ab aliis hæredibus minimè eſſet implendum: Quoniam iidem ipſi liberi hæredes vniuerſales retenturi eſſent ex fideicommiſſaria hæreditate quantum deeſſet legitimæ portioni. Ergo cùm *text. in d. § cæterum.* expreſsè dicat, hoc eſſe ab hæredibus ſupplendum, clarè intellexit, non filios ſed alios fuiſſe hæredes vniuerſales inſtitutos & inſtitui poſſe, qui filiorum inſtitutiones in rebus certis factas ſupplere debeant. Et ita propemodum argumentatus eſt Iaſ. *in l. quoties, num. 5. C. de hæredi. inſtituen.* defendens communem intellectum, *d. § cæterum.* Sed etſi Ioan. Crot. *in repet. d. cap. Raynutius de teſtamen. fol. 11. colum. 2.* eandem Angel. Aretin. nouam interpretationem aſſerat veram eſſe, leuiſſimo tamen argumento adductus eſt ad id aſſerendum: Expendit enim verba illa Iuſtiniani: Secundùm alias noſtras leges. Ex quibus verbis colligit, ſenſiſſe Iuſtinianum de lege omnimodò, & *de l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* Nos verò contrà ſequuti communem opinionem dicimus, ſenſiſſe eum de *l. omnimodò. & de l. ſcimus. C. de inoffic. teſtamen.* vt Accurſ. *in dicto § cæterum, verb. Leges,* rectè accepit. Liberi enim in rebus certis inſtituti, ſi minus legitima portione haberent, aduerſus hæredes acturi eſſent ad repletionem, iuxta eas duas leges vt communis intellectus aſſeuerat.

Denique ſecundùm hoc intelligimus, quod in propoſita noſtri c. ſpecie patet, qui hanc filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis vniuerſalem hæredem fecit, teſtamentum quidem ipſo iure validum ordinauit, *vt in d. § cæterum.* Sin autem eandem rem certam non † inſtitutionis titulo, ſed legati, aut fideicōmiſſi 10
filiæ reliquiſſet, teſtamentum quidem ipſo iure non valeret, vt inferiùs latiùs reſoluetur in gloſſ. *in verb. Inſtituit.* Vnde teſtator ita dixiſſet: Rogo filium meum hæredem vniuerſalem, vt velit habere cohæredem filiam meam Philippam in tali re certa, teſtamentum eſſet nullius momenti cēſendum. Si quidem in hac ſpecie non proponeretur, quòd pater filiam inſtituiſſet in re certa, cùm magis appareat fideicommiſſi titulo rem certā relictam filiæ fuiſſe, ex eo, quod verba non in filiam ſed in ipſum vniuerſalem hæredem fuerint directa, & precariam voluntatem ſolùm exprimunt, vt probat caſus elegans *in l. pater filium. § fin. ff. de lega. 3.* quem text. ad hanc concluſionem dicit eſſe notandum Bart. ibidem, & reputat ſingularem Iaſ. *in l. quoties, nu. 8. C. de hæredi. inſtituen.* poſt Alexan. *ibidem num. 9.* Paul. de Caſtr. *in Authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. num. 5. & pro eadem ſententia facit etiam bonus tex. in l. Lucius. fin. ff. eo. tit. de lega. 3.*

His apparet gloſſ. † in præſentiarum in iſto verb. In re certa, 11
manifeſto errore lapſam fuiſſe, cùm ſcripſit, quòd ſi pater hoc non feciſſet, hoc eſt, non inſtituiſſet filiam in re certa, egiſſet filia de inofficioſo. Quia immò egiſſet filia de nullitate teſtamenti, vti obſeruat additio eiuſdem gloſſ. ad marginem impreſſa, & eſt clariſſimum.

Hinc etiam conſtat, quod liberi, qui in rebus certis hæredes inſtituuntur, dato cohærede vniuerſali, non cenſentur † abſo- 12
lutè & ſimpliciter legatarij, ſed potiùs hæredes, quo ad hoc ne poſſint quaſi præteriti parentum teſtamenta infirmare, vt docet Barto. *in l. filio præterito, num. 12. ff. de iniuſt. rupt. & ibi* Ioan. Imo, *num. 40.* idem Ioan. Imol. *in l. ex facto. 2. num. 7. ff. de hæredib. inſtituen.* atque ita ſe habet communis opinio ſecundùm Alexan. *in l. ſi quis priore, num. 3. ff. ad Senatuſconſ. Trebell. & in Authen. ex cauſa. C. de liber. præteri. num. 7. & ibi* Ioan. Igneus *in repet. ex num. 279. vſque ad num. 291.* Alexand. *in l. quoties. C. de hæredib. inſtituen. num. 4.* & Iaſon *ibidem num. 5.* idem Iaſon *in Authen. res quæ. C. commu. nia, de legat. notab. 2. & in l. Lucius. nume. 24. ff. de vulgar. & pupilla.* Hubertus Zucard. *in repet. l. fina. C. de edicto Diui Adriani tollen. ex num. 185.* Ioan. Crot. *in repet. l. 1. ff. de lega. 1. ex num. 67. vſque ad num. 70. & in repet. cap. Raynutius, de teſtam. fol. 10. colum. 3. verſi. in fin. gloſſ.* Ex quo principio varij iuris effectus reſultare poſſunt: præſertim circa id, de quo per gloſſ. *in l. Titia. § 1. de lega. 2. in gloſſ. magna.* Paul. de Monte Pico *in repet. in l. in quartam, num. 21. & num. 164. ff. ad leg. Falcid.* Franciſ. Rip. *in c. ſæpè, de reſtitu. ſpol. num. 94.* Andr. Tyraq. *in tract. 1. de morte. 2. parte. in 4. declarat. num. 11. & num. 12.* Et hæc vera & communis reſolutio eſt tenenda, quamuis gloſſ. in præſenti in iſto verb. in re certa, & *in d. cap. Raynutius, in verbo, relinquens. & in d. l. ſi quis priore ff. ad Trebell. in verbo, ex certis.* contradicant. Nempè dicunt quod, excepta querela, quam non habet filius inſtitutus in re certa, dato cohærede, in reliquis omnibus cenſetur, & haberi debet loco legatarij, *argumento d. l. quoties.* cui ſatis reſponſum extat per Doctores ſuperiùs allegatos defendentes communem opinionem. Inſtitutus ergo in re certa: dato cohærede vniuerſali, non conſtituitur loco hæredis abſolutè: nec conſtituitur abſolutè loco legatarij, nulla obſeruata differentia, vtrùm ſit filius, vel alius extraneus. Maius ergo quidam anomalus ſucceſſor eſt, cuius ſucceſſio diſtinguenda videtur, vt per Bart. *in d. l. ex facto, l. 2. num. 1. ff. de hæredib. inſtituend.* quem ſequitur Angel. *in tracta. de teſtamen. in gloſſ. 59.* & Rolandi. *in tracta. Flos teſtamen. Rubri. 10.* & iſta doctrina Barto. eſt communiter approbata ſecundùm Alexand. *in d. l. ſi quis priore, num. 3. ff. ad Trebell.* Iaſon *in d. l. quoties. C. de hæred. inſti. num. 5.* Ioan. Imol. *in d. l. ex facto, nu. 7.*

Vnde colligitur, quod inſtitutus † in re certa, ſiue ſit filius, ſi- 13
ue extraneus, dato cohærede vniuerſali, habet ius accreſcendi: ſi vniuerſalis cohæres ante aditam hæreditatem moriatur, vel eandem hæreditatem ſibi delatam repudiauerit, *argumento text. in l. 1. § ſi ex fundo. ff. de hæredib. inſtituen. & in l. cohæredi. § fina. ff. de vulgar. & pupilla facit caſus in l. quoties. § ſi duo. ff. de hæred. inſtituen.* quæ iura ad hanc quoque ſpeciem volgò inducuntur. Et in terminis ſenſit hanc concluſionem gloſſ. *in d. l. ex facto, l. 2. ff. de hæredib. inſtituen. in verbo, æquis partibus.* & affirmat Bartol. *nume. 2.* Angel. & Ioan. Imol. *ibidem.* idem Ioan. Imol. *in dicto § ſi ex fundo, num. 81.* Rapha. Fulgoſ. *conſil. 81. Præſuppoſito, in verſicu. Nec obſtat.*

obſtat.& hanc opinionem ſequuntur,& dicunt eſſe communem
Alexan in l.ſi quis priore.ff.ad Trebell.num.4. Philip.Corn. & Iaſ.in
d.l.quoties C.de hæredib.inſtitu.num.5. Ioan. Crot. in repetit. l. re con-
iuncti.ff de legat.3. num.165. & in repetit. cap. Raynutius, de teſtamen.
fol.10 colum.3. & ſequitur Anton.Rub. in repet.l.Pater filium.ff.de
inoffic.teſtamen.num.121.& latè Gulielm. Benedict. in repetit.d.cap.
Raynutius,verbo,relinquens, 1. ex num. 265. Tametſi contrarium
ſentiat gloſſ. in præſenti, in verbo, in re certa, & in dicto cap. Raynu-
tius,d.verſic.relinquens, & in d.l ſi quis priore, d.verſic. ex certis. Bald.
expreſsè in dicta l.quoties.C.de hæredib.inſtituen. idem Baldus in re-
petit.l. in ſuis.ff.de libe.& poſthum.in num.63.& nouiſſimè Ioan.Co-
raſ. in repetit l.teſtamento. C. de impube. & alijs ſubſtitutio. num.37.
Ego autem imprimis noto, communem opinionem ſequen-
dam eſſe,vt quæ iuris ciuilis rationibus magis congruere videa-
tur.Deinde animaduerto,vtriuſque ſententiæ authores non iu-
ſtè allegaſſe pro communi & vera opinione gloſſ. in d. l. ex facto,
in verb.æquis partibus. in ſolutione oppoſitionis,quam facit ex d.l.
quoties. Siquidem gloſſ.ibidem in fine eam ſolutionem refuta-
uit, & dixit primam ſolutionem tenendam eſſe, & faciendam
eſſe diſtinctionem, & differentiam, vtrum ſimpliciter inſtitua-
tur quis in re certa ſine cohærede vniuerſali : an verò habeat co-
hæredem. Et ſic gloſſ. concordare videtur cum alia gloſſ. in d.l.ſi
quis priore.ff.ad Trebell.

Cæterùm hoc loco non mediocris difficultas incurrit, vide-
licet,vtrùm inſtitutus in re certa,dato cohærede vniuerſali: poſ-
14 ſit prohiberi † per teſtatorem ne habeat ius accreſcendi : & v-
trum eo caſu vitietur inſtitutio : an verò ipſa prohibitio iuris ac-
creſcendi? Quoniam Barto.in l.quoties.§.ſi duo.ff.de hæredibus in-
ſtituend.per textum ibi affirmat, teſtamentum & inſtitutionem in
totum vitiari, facit etiam caſus in l. Titius.ff.de conditionib. inſtitu-
tion.in l.cum quidam.§.primo.C. de neceſſar.ſeru. hæred. inſtituen. in l.
penult.ff.de iniuſto rupto. & eandem ſentẽtiam affirmat idem Bar-
tol. in l.re coniuncti, num.35.ff.de legat.3. & in l.ſi ego, num.2.ff.de in-
iuſto,rupto, & in l.ſi quis priore, num.3.ff.ad Senatuſconſult.Trebellian.
& in conſil.150.num.2. Bald.in l.vnica.C.quando non petentium par-
tes.num.23. & hæc eſt communis opinio ſecundùm Philip.Cor.
in l.quoties.C.de hæredibus inſtituend. Curt.Iun.conſil.12.Inuocato,nu.
8.in fin.Iaſon conſi.8.num.2.in 3.colum. & latè ſequitur Petr. Paul.
Pa[illegible] conſil.17. Circa teſtamentum, nume. 40. & 41. in quinto vo-
lumine.

Contrariam tamen ſententiam, nempè teſtamentum, & in-
ſtitutionem in vniuerſum procedere, & nihil obſtare, quin po-
tiùs vitioſam eſſe & nullam prohibitionem teſtatoris affirmat
Dyn.in l.ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit,excepto fundo.ff.de hæredib.in-
ſtituen.quem ſequuntur plures Doctores, quos refert Alexan.in
d.l.quoties.C.de hæredib.inſtituen.num.2. Ioan.Crot.in dicta l.re con-
iuncti, num.61. & ſequitur Ioan. Imol. in l.1.§.ſi ex fundo, num.68.
ff.de hæredib.inſtituen. Angel.in tracta.de teſtam.in gloſſ.60. Et hanc
etiam eſſe communem opinionem refert Alexand. in d.l.ſi quis
priore.ff.ad Trebell.num.9. Deci.in rubr.C.quando non petentium par-
tes,in prima lectura,num.3.& in 2.lectura,num.21. Ripa in d.l. re con-
iuncti,num.134.de lega.3.& in l.1.num.83.ff.de vulga.& pupill. Ioan.
Dilectus de arte teſtandi,titu.6.caute.16.num.4.& nouiſſimè Greg.
Lup.in l.14.titu.3.Par.6.in verſi.Todo los bienes. Et pro hac ſenten-
tia facit etiam text. in dicta l.ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit, exce-
pto fundo.ff. de hæredib.inſtituen. in l. nemo poteſt.ff.de lega.1.in l.miles
vnum.ex fundo.ff.de mili. teſtamen. Ioan.autem Crot. in dicta l. re
coniuncti,num.56. & num. 71.reſoluit primam & ſecundam com-
munem opinionem,& vtriuſque argumenta inducit, illiſq; re-
ſpondet, dicens, vnam & alteram ſententiam in puncto iuris
poſſe defendi.

Ego in primis reſoluo, quod ſi in terminis, l.1.§.ſi ex fundo.ff.
de hæredib.inſtituen. inſtitueretur quis hæres in re certa, vel in ali-
qua parte hæreditatis,non dato cohærede vniuerſali,eo caſu in-
ſtitutio traheretur ad vniuerſum ex benignitate, & ex præſum-
pta teſtatoris voluntate,vt declarat Bald. in l.vnica. C.quando non
petentium partes,nume.23.facit text.in d.l. cum quidam.ff.de liber. &
poſthum. ibi : Quæ benignè acciperetur. Sic procedit text. in d. l.ſi ita
quis hæres inſtitutus fuerit, excepto fundo, text. etiam ſingularis, facto
argumento de rebus ad tempus, in l.ideoq́;.ff.de manumi.teſtamen.
in l.hæreditas ex die.ff.de hæredib.inſtituen. Ergo ſi in propoſita ſpe-
cie,d.l.prima.§.ſi ex fundo,cum alijs. voluntas teſtatoris manifeſtè
refragaretur,ſi videlicet,teſtator ita concepiſſet : Inſtituo Sem-
pronium hæredem ex fundo, vel ex dimidia parte meæ hære-
ditatis duntaxat, ita quod in reliquis bonis nullo modo ſit hæ-
res,nemo dubitaret,quin inſtitutio in totum infirmaretur.Con-
ſtaret enim, inſtitutionem factam eſſe modo, aut conditione,
non ſolùm impoſſibili, aut turpi, ſed etiam contra ſubſtantiam
ipſius inſtitutionis, argumento l ius noſtrum.ff.de regul. iur. Vnde
apparet inſtitutionem, tametſi fauorabilem, vitioſam eſſe, &
nullam, argumento text.ſingularis in c.fin. in 6.par.de conditio.appoſit.
l.cum precario.ff.de precario, not.Barr.in l.vbi ita donatur.ff.de donatio.
cauſa mortis. Neq; enim hinc exerceri poſſet benignitas,de qua
de qua in d.§.ſi ex fundo.quoniam in repudiantem & inuitum te-
ſtatorem nõ debet cenſeri, l.quod fauore. C.de legib.c.ad Apoſtolicæ,
de regularibus.

Sed ſi,inſtitutione ritè celebrata pluriũ hæredum,teſtator vel
in eadem oratione,vel in alia teſtamenti parte præcepiſſet ita:Et
volo,quod ſi portio vnius ex hæredibus defecerit, nõ accreſcat
reliquis hæredibus, nec vlli illorum, in tali ſpecie inſtitutio erit
valida, & nihilominus portio vnius,ſi vacauerit, non accreſcet
reliquis hæredibus.Quod in primis videbitur mirabile,eſt tamẽ
facillimum.Nempè,quod vtroque teſtantis voluntas ſine repu-
gnantia procedere poſſit.Si intelligas,cùm teſtator plures hære-
des inſtituit, & inter eos prohibuit ius accreſcendi, videri eos
inſtituiſſe ſub conditione: Si omnes acceptauerint,& non aliàs.
Et ita vna & altera communis opinio, de qua ſuprà,ad concor-
diam reduci poteſt.

Secundò principaliter quæro:Quum certa hæc res fuerit cer-
ta pecuniæ quantitas, vti cõſtat ex glo.in poſitione caſus,vtrùm
filia potuerit iuſtè recuſare hanc pecuniam, etiam ſi eſſet æqui-
ualens legitimæ portioni eidem filiæ iure naturæ debitæ? Re-
ſpondeo quod etiam ſi pecunia faceret duas vncias bonorum
patris,id eſt,legitimam portionem filiæ debitam, Authen.nouiſſi-
ma.C.de inoffi.teſtam. audiri nihilominùs deberet filia contra fra-
trem cohæredem vniuerſalem, vt legitima † portio ſibi daretur 15
in rebus hæreditarijs arbitrio boni viri,nõ verò in pecunia. Hoc
enim communi opinione Doctorum receptum eſt, per textum
ibi in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſtam. facit text. in l.non am-
plius.§.fina.ff.de legat.1.text. in l.2.C.quando & quibus quarta pars de-
beatur,lib.10.docet Bartol. in l.ſuus quoque, in principio, num.10.ff.
de hæredibus inſtituend. & conſtat hanc eſſe communem opi-
nionem ex Philip. Corne. in conſil. 26. nume. 8. in tertio volum.
Alexan.conſil.69.lib.1. Paul.de Monte Pico in repetit.l.in quartam,
ff.ad legem Falcid.num.151. Berengar.Fernand. in repetit.d.l.in quar-
tam,num.55.& 56.vbi eleganter hanc ipſam communem opinio-
nem tuetur, Roderic.etiam Suarez in repetit. l.quoniam in priori-
bus. C.de inoffic. teſtam. in 11. ampliatione. & ſequitur Barbat.conſil.
64.num.4.in 3. volum. Paul. Pariſ.conſil. 16.num.70. & conſil. 45.
num.6.in lib.2. & conſil.28. num.5. libr.3. & latiſſimè Reuerendiſſ.
D.D.Couuar.in cap.Raynaldus, §.2.de teſtamen. Et ab iſta vera &
communi opinione non videtur recedendum, etiam ſi contra
illam tenet Ioan. Corraſ. in repet. l. filium quem habentem. C.fami-
liæ erciſcun. num. 156. per textum. quem quaſi expreſſum con-
tra communem opinionem inducit, in l.ſi quis filium, verſicu.ſed
nos,ibi : Niſi certa quantitas.ff.de inofficioſ.teſtamen.facit etiam text.in
l.omnimodò,verſicu. & hoc quidem,ibi, Aliquam eis quantitatem,eodem
titu.text.etiam in l.ſcimus,in princip. ibi : Vel aliam rem vel pecunias.
& in l.ſi quando.§.illud ibi : Certas res vel pecunias. eodem titu. quo-
niam defendendo communem opinionem reſpondeo, pri-
mùm, quod attinet ad textum in dicta l.ſi quis filium, ibi : Niſi cer-
ta quantitas, cum alijs ſimilibus ſuprà allegatis. verùm quidem eſſe,
quod quantitas † plerumque ſummam pecuniæ ſignificat, vt 16
eſt text. elegans in l. cogi,in verſicu. Generaliter, ibi Re vel quantita-
te.ff.ad Senatuſconſult.Trebellia. l. quæ extrinſecus.ff.de verbor.obliga-
tionib. l. cum alter. C. de compenſationib. l.3. §.planè.ff.de contrar. &
vtili.act.tutel. Frequentiùs autem refertur ad ea, quæ pondere,
numero, menſura continentur, & ideo à corporibus & ſpecie-
bus diſtinguitur, l.planè,prima. §.ſi eadem. in verſiculo, ſed ſi non
corpus, & in verſiculo,ſed ſi pondus.ff.de legatis primo, l.Titia Seio, in fi-
ne princip.2.ff.de legatis ſecundo, l.ſi is cui nummos, in principio.ff.de ſo-
lutionibus, l.certum.ff.ſi certum petatur. obſeruat doctè Barnabas
Briſon. libro decimoquinto.de verbor.ſignificationib. Nonnunquàm
† tamen quantitas accipitur pro certa bonorum ſeu hæredita- 17
tis portione vel parte, vt eſt textus clarus in dicta l.omnimodò.C.
inofficioſo teſtamento. ibi, Aliquam eis quantitatem in hæreditate, & in
l.prima.§.denique.ff.ad Trebellia. ibi : Quantitas hæreditatis, & in l.ita
tamen.§.hæres, ibi : Quantitas quæ reſtitueretur, & ibi : Quantitatem
partis dimidiæ.ff.eodem titu.coniuncta l. cogi. eodem titu. text. etiam in
l.Paulus reſpondit, ibi : Videri quidem magis quantitatem, quàm por-

ri nem hæreditatis. *ff. eod. titu. text. in §. quantitas. Inſtitu. de lege Falcidia.* Et hic intelliguntur iura omnia, præſertim quæ de filiis certa quãtitate à parentibus relicta, mentionem faciunt. Quod verò attinet ad alias leges, in quibus alternatiuè de certis rebus, vel pecunijs filio relictis fit mentio, ſatis clarum & expeditum habent intellectum, quem luculenter explicat Berengar. Fernand. *in dicta l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, in dicto numer.* 56.

Hæc autem communis concluſio planè procedit, ſi pecunia filio vel filiæ relicta non fuiſſet hæreditaria. Nam ſi pecunia hæreditaria fuiſſet, quam videlicet teſtator in ſuo patrimonio reliquiſſet, non procedere ſuperiorem concluſionem, reſoluunt Fabianus *in repetitione. Authent. nouiſſima, in decima quæſtione principali, nume.* 138. *C. de inofficioſo teſtamento.* Franciſcus Ripa *in l. in quartam, num.* 117. *ad legem Falcidiam. & ibid.* Andr. Alciatus *num.* 37. At verò Ioan. Andr. *in ſuo Breuiario, in dicto §. repletionem.*
18 expreſſim ſcribit † quòd etiam ſi pecunia ſit hæreditaria, procedit *argumentum ex eod. §. collectum.* vt filius poſſit talem pecuniam recuſare. Hoc etiam *circa dictum §. repletionem.* euidenter ſentit Ioannes Imol. loquens in fructibus hæreditariis, *in l. Centurio. num. ſexto. ff. de vulga.* Mihi autem videtur, quod adhibita diſtinctione, conciliari hæ opiniones rectè poſſint. Nam ſi pecunia, in qua filia, de qua hic, fuit inſtituta hæres, in bonis teſtatoris non fuiſſet, & extrinſecus veniret ab vniuerſali hærede ſoluenda, *iuxta textum in l. pecunia legata. ff. de legatis ſecundo.* filia rectè contenderet, vt nihil ſibi daretur in pecunia non hæreditaria: ſed quòd integra legitima portio ſibi aſſignaretur in corporibus hæreditariis ex ſubſtantia patris, *dicto §. repletionem.* Si verò pecunia fuiſſet hæreditaria, & pater qui haberet prædia, & res meliores, filiam maluiſſet inſtituere in pecunia hæreditaria, adhuc filia iuſtè contenderet, nec integra portio legitima ſibi daretur in pecuniæ quantitate. Nec enim pater poteſt legitimam portionem liberis aſſignare in rebus hæreditarijs deterioribus, & vbi hoc fecerit, redigenda res eſt ad boni viri arbitrium, vt *in Authen. de triente & ſemiſſe. §. primo. collat.* 3. docet poſt alios Rip. *in dicta l. in quartam, nume.* 128. *ff. ad legem Falcid.* Roderic. Suarez *in dicta l. quoniam in prioribus, & in dicta 11. ampliatio. verſicu.* Et in tantum. Concludo igitur, quod boni viri arbitrio filia partim in pecunia hæreditaria, partim in cæteris bonis hæreditariis, legitimam portionem eſt habitura.

19 Tertiò principaliter quæro: † Si filia in hac re certa minus quantitatis haberet, quàm eſſet legitima portio, quonam iuris remedio proſpiceret ſibi poſſet? & gloſſ. hic reſpondet, quod licèt olim potuiſſet agere de inofficioſo, hodiè tamen ageret ad ſupplementum, *per l. omnimodò. C. de inofficioſo teſtamento.* Sic etiam *gloſſ. in cap. Raynutius, in verbo, Relinquens, ſupra, eod. titu.* docuit, quod Aliorocha filia, quæ in certis rebus fuit inſtituta, potuiſſet agere ad ſupplementum, per dictam legem omnimodò, ſi minus legitima portione habuiſſet.

20 Sancit autem Iuſtinianus † ibidem, *& in l. ſcimus, eodem titu.* quod ſi pater minorem debita portionem filio ſuo reliquerit, omninò etiam ſi non adiecerit, quòd legitima portio arbitratu boni viri repleatur, inſit tamen filio ipſo iure eadem repletio. Quamuis autem illa verba: Ipſo iure, ſcripta à Iuſtiniano, *in dicta lege ſcimus.* Accurſium ibi, & pleroſque authores implicauerint, multiplex, & verior interpretatio videtur illa, quam Albericus attigit, & clariùs expreſſit Paulus Caſtren. ibidem.

21 Nec enim Iuſtinianus † vult, quòd filio inſit ipſo iure repletio, ita vt dominia rerum, quæ ſuppleri debent, ſint ipſe iure ipſius filij, quin potiùs illud vult, quod ſecuti vbi pater cauebat, vt repletio fieret boni viri arbitratu, ceſſabat querela, & filius agebat actione ex teſtamento perſonali, vt ſibi repleretur legitima portio: ita hodiè & ſi pater nihil tale cauerit, interit tamen eadem boni viri arbitrio facienda repletio. Siquidem ius ipſum cauere intelligitur eandem repletionem, quam teſtator cauere ſolebat.

22 Vnde † quia non teſtator, ſed ipſa lex cauet, repletionem fieri debere arbitratu boni viri, non ex teſtamento actio, ſed ex ipſa lege condictio competit: quæ ſimiliter eſt actio perſonalis. Denique ita ſe habet communis opinio, quod actio ad ſupplementum, de qua *in dicta lege omnimodò, & in dicta lege ſcimus.* ſit condictio ex lege, vt conſtat ex Paul. Caſtren. Salicet. & Aretin. *in dicta l. ſcimus.* Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus. C. eodem titu. in 10. ampliatione.* Hieronym. *Ver. in repetitio. l. ex facto, ff. de vulga. & pupilla. num.* 317. vbi doctè hanc communem opinionem defendit. Aut etiam reſpondere poteris ex inferiùs dicendis, in gloſſ. *In bonis ſuis, in verſicu. ſecunda ſit concluſio.*

Aduerte tamen, quod etiam ſi gloſſa in præſentiarum ſecurè docuerit, quod hæc filia in re certa hæres inſtituta, ſi aliquid defuiſſet eius legitimæ portioni, poſſet agere ad ſupplementum, *per dictam legem omnimodò.* nec de hoc quiſquam dubitauerit, ego tamen valdè dubito. Intelligo enim fortiter defendi poſſe † contra huius gloſſæ, & omnium Doctorum ſecu- 23
ritatem, quod filia in noſtri capitu. terminis replere deberet legitimam portionem ſuam ex ſubſtitutione, quæ de ſe ad filium cohæredem vniuerſalem, & fratrem eius facta eſt. Proinde actura videretur contra fratrem, non condictione ex lege, *iuxta dictam l. omnimodò.* ſed magis actione ex teſtamento, vt præſenti die reſtitueret ſibi per fideicommiſſum tãtam portionem ex bonis patris, quanta ſufficeret ad repletionem legitimæ portionis. Nam conſtat, inter vtriuſque iuris profeſſores, quod in ſpecie noſtri capitu. compendioſa ſubſtitutio facta de filio ad filiam, & econtrà, valebat iure fideicommiſſi, ſi alter eorum poſt pubertatem liberis vita decederet, vt probatur *in cap. Raynutius, ſuprà hoc titulo.* docet Bartol. *in l. Centurio, num.* 14. *ff. de vulgar. & pupill.* Vnde ſi filius pubes ſine liberis diem ſuum obijſſet, perinde filia ad patris hæreditatem ex fideicommiſſaria ſubſtitutione admitteretur, atque ſi teſtator expreſſim dixiſſet: Si filius meus ſine liberis pubes deceſſerit, reſtituat hæreditatem meam Philippæ filiæ meæ. Quod cùm ita ſit, & pro conſtanti haberi debeat, conſequens eſſe videtur, quòd ſi filia in re certa minus habuit quàm legitima portio poſtulabat; repletio faciẽda in primis videbatur de hac fideicommiſſaria hæreditate, quæ ſub pluribus conditionibus eidem filiæ relicta fuiſſe intelligitur. Omnes enim conditiones ſubſtitutionis fideicommiſſariæ videntur eſſe remouendæ ipſo iure de ea fideicommiſſaria hæreditatis parte, quæ neceſſaria eſt ad repletionem legitimæ portionis ipſi filiæ debitæ. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* Ad hoc facit text. *in l. ſcimus. §. cum autem.* † *C. eodem titu.* 24
vbi Imperator loquitur de fideicommiſſo vniuerſali, quod poſt mortem hæredis inſtituti relictum erat ei filio, cui legitima portio debebatur. Ita autem diſtinguit conditionem & dilationem, vt tollatur quidem ſtatim de legitima portione: & conſequenter filio ſtatim hæreditas pro parte legitima. Cæterùm in eo, quod relictum ſuit ſupra legitimam portionem, conditio ſecundùm ſcripturam teſtamenti erit expectanda. Quo exemplo filia ex teſtamento in præſenti agere deberet contra fratrem actione ex teſtamento ad tantam partem fideicommiſſariæ hæreditatis ſibi reſtituendam, quanta eſſet neceſſaria ad repletionem legitimæ portionis. Siquidem de hac parte conditiones ſubſtitutionis fideicommiſſariæ tollerentur ipſo iure: manerent autem in ſuo ſtatu in reliqua hæreditate fideicommiſſaria. Allego in terminis huius ſententiæ authorem Bartol. *conſi.* 33. Factum tale eſt. Vbi propoſuit, quo inſtituerat Franciſcam in re certa: in cæteris autem bonis Marcuſium filium vniuerſalem hæredem fecerat; adijciens, quòd ſi filius intra tempus triginta annorum ſine filijs decederet, vna petia terræ deueniret in Franciſcam filiam. Et quidem Bartol. *ibi in princip. num.* 2. idem tentauit dicere, quod gloſſ. in præſentiarum propoſuit: videlicet, quod Franciſca mortuo teſtatore, ſtatim atque rem certam agnouiſſet, agere deberet ad ſupplementum: idque petere deberet condictione ex *dicta l. omnimodò, ſuprà allegata.* Si verò poſteà conditiones fideicommiſſi extitiſſent, tunc filia fideicommiſſum ſua die peteret: idque lucraretur, *per textum in d. l. ſcimus. §. repletionem. C. de inoffic. teſtamen.*

Hoc enim loco Iuſtinianus humanitatis † gratia ſanciuit, 25
quòd ſi pater filio minus legitima portione reliquiſſet purè, atque eidem filio aliquid prætereà reliquiſſet iure ſubſtitutionis, filius ſtatim agere poſſet ad ſupplementum, condictione *ex d. l. omnimodò.* Vbi autem poſteà conditio ſubſtitutionis eueniſſet, conſtituit, quod filius lucrari debet relictum ſibi ſubſtitutionis iure. Sed tandem Bartol. *num.* 4. reſoluit, veriorem eſſe diuerſam ſententiam. Concluſit enim, quòd ſi res certa non ſufficiebat ad legitimam portionem ipſi filiæ debitam, ſtatim agere poterat filia contra Marcuſium actione ex teſtamento ad petiam terræ, quæ replebat legitimam portionem. Nam & ſi petia terræ fuiſſet relicta filiæ ſub pluribus conditionibus, hoc eſt, ſub conditione, ſi Marcuſius frater intra triginta annorum tempus, & ſine filijs decederet, omnes hæ conditiones remo-

veri debebant ipſo iure, per *dictam l.quoniam.in prioribus*. Subieci, quod huic ſententiæ non obſtabat, *text.in dicto §.repletionem.* quoniam referri debet ad ſubſtitutionem factam legatario, non verò ad ſubſtitutionem hæredi factam, vt ibi per gloſſ.*in verb.ex ſubſtitutione.* Hoc idem ex profeſſo docuit idem Bartol. *in l.in quartam,in fin.ff.ad legem Falcidiam.* quem ſequi viſus eſt Petr. ab Anchar.*in cap.Raynutius,num.55 ſuprà hoc titu.* & ſequuti fuerunt Ioan.Imol.*num.6.verſicu.fortè tutius.* & Alexand.*num.20.in dicta l.in quartam.*& idem Alexand.*conſil.179.Viſo proceſſu,num.4.lib.5.* Iaſon *in dicta l.ſcimus,in fin.* Lancellot. Polyt. *in repet.l.filium quem habentem. C.famil. erciſcun.* Denique hanc eſſe communem opinionem teſtatur, & quaſi communem ſequitur Paulus de Monte Pico *in repetit.d.l.in quartam,num.264.* poſt Alexand.qui idem aſſerit *d.num.4.* ſequitur etiam Andr. Alciat.*in d.l.in quartam.num.43.*

Nihilominùs tamen, quod filia in huius cap. terminis agere deberet ad ſupplementum, *per dictam l.omnimodò.* ſine reſpectu ſubſtitutionis, iuxta gloſſ.noſtræ ſententiam, multum vrgere videtur *text.in dicto §.repletionem.in verb.ſubſtitutione.* quem textum Barto.*in dicto conſi.34.num.2.ad hoc inducebat.* Hoc expreſſim tenuit Bald.*in dicta l.ſcimus,7.notabi.* vbi collegit ex eo text. quod ſi filius eſt inſtitutus in minus legitima parte, & fuit fratri ſubſtitutus ſub conditione, ſi idem frater ſine liberis vita decederet, debet agere ad ſupplementum, iuxta *dictam l.omnimodò.* Si verò poſteà frater ſine liberis vita deceſſerit, tunc lucrabitur filius id, quod ei ex hac ſubſtitutione obuenerit, nec id in legitimam portionem imputabit. Rationem autem huius rei illam eſſe ſcribit: videlicet, quòd fideicommiſſum penderet ex conditione: legitima verò non reciperet diem, nec conditionem. Vnde ſtatim ante euentum conditionis incipit competere filio ius agendi ad ſupplementum. Idipſum cum Baldo probauit ibidem Salicet.*num.7.* & reſpondit ex facto conſultus Ange.*conſil.101.* Conſiderandum, *in verſicu.ſequitur videre.* Fabian etiam *in repetit. Authen.nouiſſima,nume.111.verſicu. decimoquartò.C.de inofficio. teſtamen.* Philipp.Corneus *conſil.136.* Multum diffusè, *in fine,libro ſecundo.* & hanc opinionem veriorem eſſe exiſtimat Franciſcus Ripa *in dicta l.in quartam.num.penult.* Ioan. etiam Corraſ.*in repetitio.l. filium quem habentem. C.familiæ erciſcund.nume.213.* audacter ſcripſit, lapſos eſſe omnes, qui contrarium crediderunt. Exiſtimat enim ſine vlla diſtinctione, quod acceptum ex qualibet ſubſtitutione non imputatur in legitimam, per textum *in dicto §.repletionem.* quem textum non niſi cum calumnia refelli poſſe ponatur. Idque ita verum eſſe ratione inconuincibili demonſtrare ſe iactat: quæ nimirùm ratio Bald. fuit, & aliorum, vbi *ſuprà.*

Quoniam verò Barto.opinio magis communiter eſt approbata: qui vellet eam retinere & defendere, poſſet quidem in hunc modum partis contrariæ argumétis reſpondere & ſatisfacere. Et in primis non obſtaret ratio Bald. *in dicta l.ſcimus.* quam velut ſibi tribués inconuincibilem aſſerit Ioan. Coraſ. vbi *ſuprà.* Quoniam ſubtilis ratio Bartol. alteram rationem Baldi penitus
26 videtur eneruare. Agnouit enim Bartol. quod repletio † legitimæ portionis debet eſſe pura, nec expectare debet ſubſtitutionis conditionem, quæ ex futuro euentu pendeat. Cæterùm in propoſita quæſtione animaduertit, quod repletio ſtatim fit ex fideicommiſſaria ſubſtitutione: cuius conditio non pendet ex futuro euentu, cùm vtique conditio ipſo iure tollatur de parte ad ſupplementum neceſſaria, *dicta l.quoniam in prioribus.C.de inofficioſo teſtamen.* Item ſecundo loco non obſtaret *text.dicto §. repletionem.* quoniam melius videtur poſ-
27 ſe † reſponderi quàm Barto.cum gloſſ.ibidem, atque alij reſponderunt. Non enim tex. eſt reſtringendus ad ſubſtitutionem legatario factam in legato, vt gloſſ.Bart.& alij reſtringunt. Itaque verius eſſe exiſtimo, quod ille text. planè procedit in pupillari ſubſtitutione ſecundùm omnes. Item contra Bartolum & alios, qui eum ſequuti ſunt, interpretor eum textum procedere in di-
28 recta vulgari ſubſtitutione hæredi facta. Quippe eius † ſubſtitutionis commodum & emolumentum imputari nequit in legitimam portionem, cum ipſius ſubſtitutionis propria conditio tolli nequeat, *per d.l.quoniam in prioribus.* Deniq; ſi filia inſtituatur in re certa & filio vniuerſali cohæredi vulgariter ſubſtituatur, neceſſariò filia ageret condictione ex lege ad ſupplementum: quoniam repleri non poteſt legitima portio ex vulgari ſubſtitutione. Vt enim repletio fieri poſſet ex vulgari ſubſtitutione, oporteret neceſſariò dicere cum Bartol. & cæteris omnibus, quod remota conditione vulgaris ſubſtitutionis filia directo admitteretur, quaſi ex inſtitutione facta primo gradu. Sic corrumperetur ſubſtantia ipſius diſpoſitionis, ſi violenter transferretur inſtitutio ſecundi gradus ad primum gradum. Quod profectò induci nequit *ex d.l. quoniam, in prioribus.* ſecundùm ea, quæ inferiùs explicabimus *in gloſſ.eidem filio.* In fideicommiſſaria autem † ſubſtitutione conditiones tolli rectè poſſunt. Quo- 29
niam ſublatis conditionibus, manet pura fideicommiſſaria ſubſtitutio, & in ſui ſubſtantia, vt probatur *in dicta l.ſcimus.§.cum autem.* & ſubtiliter obſeruauit Oldradus diſtinguendo directam ſubſtitutionem à fideicommiſſaria, *conſil.171. Thema tale eſt, nume.13.* Proinde dicemus, quod text.*in dicto §.repletionem, in verbo, ſubſtitutione.* referatur ad directas ſubſtitutiones, vulgarem, videlicet & pupillarem: quæ ſunt propriè ſubſtitutiones: non verò refertur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quæ non adeò propriè ſubſtitutio eſt, *iuxta notata, in rubrica,ff. de vulgar.*

Ex quibus † nouè colligo circa intellectum, *cap.Raynutius,ſu- 30
prà eodem.* quod ſi Alterocha filia, cui pater vltra dotem, domum & hortum, iure inſtitutionis reliquit, non habuiſſet in his rebus quantum legitimæ portionis ſufficeret, nequaquàm actura videretur contra Adiectam ſororem ad ſupplementum; *per dictam l.omnimodò.* hoc eſt, condictione ex l.magis enim actura videretur actione ex teſtamento contra eandem ſororem impuberem vt ipſa, quæ ſi pubes ſine liberis decederet, fideicommiſſum hæreditatis paternæ ſibi reſtituere deberet, tãtum ex eo fideicommiſſo præſenti die reſtituat quantum repletioni legitimæ portionis ſit ſatis. Tametſi gloſſ.*ibi in verb Relinquens.* ad quam ſe remittit glo.noſtra, pro conſtanti ſimiliter docuerit, cum qua omnes Doct.ſimpliciter tranſeant, quòd in tali ſpecie filia agere deberet ad ſupplementum, *per d.l.omnimodò.*

Et haberet vtilitatem hæc obſeruatio † *in terminis huius cap. 31
& cap.Raynutius,ſuprà eodem.* Nam in hoc Caſtellæ regno, actio ex teſtamento, quæ ſola hoc caſu competeret, duraret viginti annis, *iuxta L.63.Tauri.* Item in regno Luſitaniæ ſimiliter conſtaret, quod hæc ex teſtamento actio duraret quinque annis, vel decem, vel viginti, iuxta diſtinctionem legis Regiæ, *lib.4.tit.40. Ordinamen.Regal.* Et tamen ſi non iudicatur ex teſtamento actio, ſed agendum ſit ad ſupplementum, per dictam *l.omnimodò.* controuerſum erit, an liberi poſſint agere ad ſupplementum vſq; ad 30 annos. Nam hi qui poſſunt agere ad ſupplementum, *ex dicta l.omnimodò.* habent quidem condictionem ex lege perſonalem, quæ non quinquennio, ſed triginta annorum † ſpacio 32
durat, *argumen l.penult.C.de conſtitut.pecun. & in l.ſicut in rem, iuncta gloſſ.in verb.perſecutione. C.de præſcriptio.triginta vel quadraginta annorum.*& hæc eſt communis opinio, quam poſt Baldum, Angel.Paul.Salice. & alios ibi contra Barto.reſoluit Iaſ.*in l.ſi quis filium.C.de inofficioſ.teſtament.num.6. & in l.certi condictio, in princip. num.25.ff.ſi certum peta.& in l.quamdiu, colum.2.ff.de acquiren.hæredita.& in l.non amplius.§ cùm bonorum,num.10.ff.de legat.primo, & eandem ſententiam dicit eſſe communem* Alexand.*conſi.8.* Viſis ſubtiliſſimis.*num.26.libr.5.* & Berengar Fernand.in *repet. l.in quartam.ff.ad legem Falcidiam,nume.272.* ſequitur Fabian, *in repetit.Authen.nouiſſima.C.de inofficioſo teſtamento,num.84.& 85.* Nico.Boer. *deciſio.250.*Philipp.Decius *conſi.204.nume.3.* Roderic. Suarez *in l.quoniam in prioribus.C.de inofficioſo teſtamento, in tertia limitatione.* latè Andr.Tyraquel.*in repetit. l.ſi vnquam. C. de reuocand.donationibus.in verbo,* Reuertatur. *nume.315.& in tracta. De vtroque retractu,in 1.par.§.36.gloſſ.2.num.37.* & Maria.Socin.*iunior in conſil.64. num.3 lib.2.*

Dicitur etiam habere vtilem † hæreditatis petitionem, quæ 33
actio in rem eſt, quamuis mixturam habeat perſonalium præſtationum, *l.ſed etſi l.ff.de petitio.hæredi.* Vnde leges prædictæ Hiſpaniæ, quæ generaliter actionibus perſonalibus certas metas conſtituerunt, nihil nouaſſe intelliguntur circa hæreditatis petitionem, vt in hac ipſa actione ad ſupplementum reſpondit Philip. Corn.*conſi.148. Circa primum dubium.num.3.volum.4. & in conſil. 289.Circa primum conſultationis,num.8. eodem volum.* & ſequutus eſt Franciſc.Balb.*in tracta.de præſcriptio. in 4.parte quarta part.principalis,quæſtione 23.in fine.& obſeruauit circa d.l. 63.* Tauri in eadem actione ad ſupplementum doctiſſimus Gregor.Lup.*in l.5.titu.8. Parti.6.in glo.penul.*

Ego autem non decerno ad præſens, verum mihi probata ſit horum authorum ſententia, qui pro conſtanti habent ſupplementum legitimæ peti poſſe per vtilem hæreditatis petitionem,

nem. Didici enim, nonnullos de hac ſententia dubitare ſolitos, & inter hos dubitauit Aymon. Crauet. *in conſi. 109. num. 5.* Illud ſolùm admoneo nihil de hæreditatis petitione tractari poſſe, vbi actione ex teſtamento petendum eſt, quod deeſt legitimæ
34 portioni. Nam quòd hæreditatis petitio concurrat † cum actione ex teſtamento, nec iuris ciuilis regulis congruere videtur, nec alicubi relatum legi. Tametſi non pauci authores docuerint, cum actione ad ſupplementum, id eſt, condictione ex lege, competere vilem hæreditatis petitionem, Denique horum authorum opinionem ſequutus Philip. Corne. vbi ſuprà, & alij reſponderunt legem nouã de actionibus perſonalibus loquentem, non derogare petitioni hæreditatis, quę ad ſupplementum competit.

Item multò maior & euidentior eſſet vtilitas ſi proponeres, quòd filia in re certa hæres inſtituta habuiſſet duos cohæredes vniuerſales, quorum dumtaxat alteri filia fuiſſet ſubſtituta. Finge, exempli gratia, quod in noſtri cap. ſpecie teſtator propriam quoque vxorem vniuerſalem hæredem ex æquis portionibus cum Petro filio inſtituiſſet. Nempè ſi filia agere deberet ad ſupplementum condictione ex *dicta l. omnimodò. C. de inofficioſo teſtament.* vt hæ gloſſ. pro conſtanti habuerunt, & Baldus cum alijs authoribus opinatus eſt, iam condictione ex lege ageret æqualiter contra hæredes vniuerſales. Sic eueniret, vt hæc filia, quæ vnicam dumtaxat in re certa habuiſſet ſemiunciam, repleri ſibi iuſtè contenderet alteram ſemiunciam à matre & fratre ſimul. *Authent. vt cùm de appellatio. cognoſc. §. cæterum, collat. 8.* Vbi autem frater poſtea ſine liberis vita decederet pubes, eadem filia, ſi viueret, fideicommiſſum lucrifaceret, ſalua legitima portione iure naturæ filio debita, & Trebellianica, quas hæres fratris deduceret, vt probatur *in dicto §. repletionem, coniuncto cap. Raynutius. ſuprà eodem.* Ex diuerſo ſi Bartoli communior ſententia debeat obtinere, futurum eſſet, vt filia contra ſolùm fratrem ageret ex teſtamento actione ad integram vnicam ſibi præſenti die reſtituendam ex fideicommiſſo, *iuxta textum in dicta l. ſcimus. §. cùm autem C. de inofficioſo teſtamen.* Proinde vxor eademque teſtatoris hæres inquietari non poſſet à filia, nec actione ex teſtamento, nec condictione ex lege. Nam actio ex teſtamento aduerſus eam competere nequiret, à qua, videlicet, teſtator nihil filiæ per fideicommiſſum reliquiſſet. Sed nec conueniri poſſet mater ab eadem filia condictione ex lege. Quoniam actio ex teſtamento, quæ ſtatim præſenti die contra filium competiit, totum ſupplementum eidem filiæ repræſentaſſe intelligeretur. Denique ipſa ex teſtamento actio, quæ facta eſſet præſens, remotis conditionibus, *per dictam l. quoniam in prioribus.* condictionem ex lege præueniret, atque præueniendo excluderet.

Cogitaui nihilominùs, an aliqua ratione poſſem ſecuritatem gloſſarum iuris canonici in hiſce capitulis excuſare, & conſequenter Baldi minùs receptam opinionem defendere. Videtur enim opinio Bart. quæ receptior eſt, nimium eſſe ſcrupuloſa, & difficilis Itaq; cùm animaduerterem, ſummum argumentum ſententiæ Barto. conſiſtere in ſola inductione, *text. in l. quoniam in prioribus, & in l. ſcimus, dicto §. cùm autem. C. de inofficioſo teſtamento.* occurrebat non ſine colore tentari poſſe, quòd illæ Iuſtiniani leges non rectè inducantur ad propoſitam ſpeciem,
35 Si quidem † Iuſtinianus vtroque loco pro non ſcriptis habet eas conditiones, quæ ſi manerent, totius teſtamenti euerſionem inducerent, vt patet ex verbis earum legum. Porrò fortiter defenderetur, quod antequàm Iuſtinianus promulgaret dictam *l. quoniam in prioribus, & dictum §. cum autem.* teſtamentum, de quo agimus, non ſubiacebat reſciſſioni. Quia videlicet, huic teſtamento iam ſubuentum erat per *textum in dicta l. omnimodò.* Ponamus enim, quod ante *dictam l. quoniam in prioribus.* pater filium inſtituiſſet in minori hæreditatis portione, quàm ſi eſſet legitima, & in reliqua hæreditate extraneum hæredem feciſſet, quem rogaſſet, vt poſt mortem reſtitueret hæreditatem filio. Nempè in huiuſmodi ſpecie vix eſt, vt quiſquam affirmare debeat, quòd filius potuiſſet queri de inofficioſo patris teſtamento, poſt ſanctionem *dictæ l. omnimodò.* Magis enim videretur filius agere debere ad ſupplementum, vt repletio legitimæ portionis arbitratu boni viri ſibi fieret. Quoniam igitur in tali ſpecie ceſſabat inofficioſi teſtamenti querela, *argumento dicta l. omnimodò.* in promptu eſt dicere, quòd in hac ſpecie, & ſimilibus nihil conſtituiſſe videatur, Iuſtinianus in *dicta l. quoniam in prioribus, & in dicto §. cùm autem.* Vnde oportet tres caſus diſtinguere. Quorum primus eſt, vbi pater inſtituit filios in minori portione, quàm ſit legitima, & eiſdem nihil prætereà titulo ſubſtitutionis, aut ſub conditione, reliquit: & hoc caſu plenè procedit, *dicta l. omnimodò.* Secundus caſus eſt, cùm pater liberos inſtituit ſub quibuſdam conditionibus. Et hoc caſu inducentur, *text. in dicta l. quoniam in prioribus, & in dicta l. ſcimus. §. cum autem. C. de inofficioſo teſtamento.* vt conditiones ipſæ tollantur. Quod ſanè ita venit intelligendum, niſi parens liberos eoſdem exhæredaſſet in defectum conditionum, adiecta legitima cauſa, vt colligitur ex notatis à Bald. *in l. ſi pater, in quinta quæſt. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ſub condit. fact.* & Curtio Iuniore, *conſi. 148. num. 9.* Tertius & vltimus caſus eſt, vbi pater liberos purè in minori portione inſtituit, atque eiſdem aliquid ſub conditione, aut iure ſubſtitutionis, reliquit. Et hoc quidem caſu in repletione, quæ boni viri arbitratu erat facienda, *iuxta dictam l. omnimodò.* potuit dubitari de ſubſtitutionibus, & relictis conditionalibus. Sed Iuſtinianus ſecundùm humaniorem intellectum conſtituit, quòd filię ſtatim fiat repletio de ſubſtantia patris, *iuxta d. l. omnimodò.* vt poſteà luctum eiuſdem filię eſſe debeat quicquid ex quacunque ſubſtitutione illi obuenerit, *d. §. repletionem.*

Cætera quæ pertinent ad inſtitutionem huius filiæ factam in re certa, videnda ſunt *in duabus gloſſ. proximis, & in gloſſ. eiſdem filio, huius primæ partis. & in ſecunda huius cap. parte, in glo. ſubſequenter & filia, in glo. Trebellianicæ. & in 3. parte, in gloſſ. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum meorum appellatione, mobilia, immobilia, iura, & actiones continentur.*

2 *Hæres inſtitutus in bonis mobilibus, non videtur inſtitutus in iuribus & actionibus.*

3 *Iura & actiones non ſunt res mobiles, aut immobiles, ſed ſeparatam & diſtinctam ſpeciem conſtituunt. & nu. 6.*

4 *Omnia bona mea mobilia & immobilia, non includunt iura & actiones.*

5 *Hæredes plures inſtituti in rebus certis, quamuis vniuerſales, cenſeantur, detracta rerum certarum mentione, res tamen certas vice prælegatorum habebunt.*

7 *L. Caius. ff. de leg. 2. intellectus. & nu. 8. & 12.*

9 *Nomina debitorum in domum conductam illata, non videntur pignori data aut tacitè hypothecata pro penſione domus.*

10 *Legatum domus, cum omnibus quæ ibi ſunt, neq; pecuniam, neq; nomina debitorum continet.*

11 *Bonorum mobilium appellatio, pecuniam proculdubiò comprehendit.*

13 *Bonorum mobilium & immobilium vniuerſalis hæres inſtitutus, iura & actiones conſequitur.*

14 *Relinquo, verbum adiectum vniuerſitati bonorum, exprimit inſtitutionem. adiectum verò certis rebus, continet legatum.*

15 *L. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituen. ſenſus, & numero præcedenti.*

BONIS SVIS.

BONIS SVIS. Poteſt textus iſte dupliciter intelligi. Primò, quod teſtator ita formaliter concepit: Filium meum Petrum in cæteris bonis vniuerſalem hæredem inſtituo. Secundò, quod teſtator non expreſſit illud adiectiuum, vniuerſalem, ſed tantùm dixit: Filium verò meum Petrum in cæteris bonis meis hæredem inſtituo. Pontifex autem rectè collegit, quod hiſce verbis filius fuerit vniuerſalis hæres inſtitutus. Si quidem indubitati iuris eſt, quod is qui aliquem in bonis ſuis hæredem inſtituit, videtur eum hæredem ſibi conſtituiſſe vniuerſalem, quum † bonorum meorum appellatione mobilia, 1
& immobilia, item iura & actiones comprehendantur, *l. nam quod. §. fina. l. ſi legatus. §. ſi quis tibi bona ſua. ff. ad Senatuſconſultum Trebellia.*

Vnde quæritur: Si teſtator ita concepiſſet: Filium verò meum Petrum in cæteris omnibus bonis meis mobilibus, & immobilibus hæredem inſtituo: Vtrùm Pontifex æquè intellexiſſet, quòd pater filium his verbis hæredem inſtituiſſet vniuerſalem? Et quidem hanc fermè quæſtionem attigit Guilielm. Benedict. *in repetitio. cap. Raynutius. in verbo, cætera bona, ſuprà eodem titu-* *lum.*

*num.*8. Nam ſimiliter in eius capitu.ſpecie patet filiam puberem Alterocham in certis rebus hæredem inſtituerat: Adiectam verò impuberem filiam fecerat vniuerſalem hæredem: Quæſiuit ergo Guliel. Benedict. quid iuris eſſet, ſi teſtator dixiſſet: Relinquo Adiectæ omnia bona mea mobilia & immobilia? Et reſpõdit, quòd veniſſent iura & actiones; remota rerum numeratione, & ſpecificatione, *l.*1.*§. ſi ex fundo. ff. de hæredib. inſtituen.* Sed Andre. Tyraq. *in tracta. de vtroq. retract. in 1. par. §.* 1. *in gloſſ.* 7. *num.* 25. notauit, quòd *text. in d. § ſi ex fundo, non videbatur facere pro Guliel. Benedict. ſententia.*

2 Mihi autem videtur † propoſitæ quæſtioni reſpondendum fore, quòd Petrus filius non deberet intelligi in vniuerſum à patre inſtitutus, ſed duntaxat in certis rebus, videlicet, in bonis mobilibus, & immobilibus. Namque ſupraſcriptis verbis ni-
3 hil pater de iuribus & actionibus ſtatuiſſe proponitur, quum † iura & actiones non ſint res mobiles, nec immobiles, ſed ſeparatam ſpeciem conſtituant. *l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata, l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de peculio.* Nec mirum, quod teſtator dixiſſet: In cæteris omnibus. Quoniam adhuc retinenda eſt eadem interpretatio, vt veniant cætera omnia, ſcilicet, mobilia, & immobilia, non tamen iura & actiones veniant. Eſt enim communi opinione receptum, quod dictio, Omnia,
4 adiuncta † bonis mobilibus & immobilibus, nec quidem efficere poteſt, vt veniant iura & actiones, etiam in teſtamentis, in quibus teſtantium voluntates pleniùs interpretantur, *l. in teſtamentis. ff. de regul. iur.* vt conſtat ex Barto. Iaſ. & *alijs in dicto §. in venditione* Bartol. *in l. Centurio, nume.* 27. *ff. de vulga. & ex alijs.* quos refert Doctiſſimus & Reuerendiſſimus D. Couarru. *in cap. relatum* 2. *de teſtamentis, colum. ſecunda.* poſt Andr. Tyraquell. *in tractatu de vtroque retractu, in prima parte, §. primo. gloſſ.* 7. *ex num.* 20. *& in repetitio. l. ſi vnquàm. C. de reuocand. donatio. in verbo, bona, ex num.* 8.

Quæ ſanè opinio ita communiter eſt recepta, vt nullos ferè aduerſantes habeat. Licèt enim Andr. Tyraquel. *in dicta glo.* 7. *num.* 25. & ſequen. & D. D. Couarru. *in d. cap. relatum.* 2. *colum.* 2. *de teſtament.* exiſtimauerunt contrarium dixiſſe Gulielm. Benedict. *in Repetit. dicti cap. Raynutius, verbo, Cætera bona, num.* 8. mihi videtur, eum ſenſiſſe aliud longè diuerſum, & quod communi opinione receptum eſt. Nam non æſtimauit, quòd teſtator dixiſſet: Omnia bona mobilia & immobilia, vt propter dictionem, Omnia, venirent iura & actiones. Quin potiùs intellexit, quod in ea ſpecie filia Adiecta proponebatur ſcripta hæres in rebus certis. Quapropter, detracta rerum certarum mentione, filia eadem intelligeretur manere hæres vniuerſalis. Induxit *text. in dicta l.* 1. *§. ſi ex fundo, de hæredib. inſtituend.* quem text. meliùs induxerat anteà Angel. Aretin. *in tracta. de teſtament. in gloſſ.* 79. *num.* 4. ad filium in omnibus bonis mobilibus & immobilibus hæredem inſtitutum, non dato cohærede vniuerſali, vt adnotauit etiam doctiſſimus Arius Pinel. *in Rubric. C. de bonis matern. in* 1. *par. nu.* 15.

Sic etiam idem And. Tyraq. *d. num.* 15. non rectè allegat Guiliel. Benedict. quaſi eodem in loco dixerit, quod hæc verba: Omnia bona mea mobilia & immobilia hic & vbique exiſtentia, efficiunt, vt veniant iura & actiones, quæ aliàs non venirent. Nam profectò Guiliel. Benedict. *in verſicu. Plus dico.* manifeſtè ſcribit, quod contrarium eſt verum regulariter. Cæterùm vbi teſtator dixiſſet: Relinquo filiæ Adiectæ cætera bona mobilia & immobilia hic aut vbicunq; ſita, & poſita: tunc retento ſuperiore *argumento d. §. ſi ex fundo.* intellexit, quòd Adiecta habitura eſſet non minùs iura & actiones, quàm bona mobilia & immobilia. Quo loco non ſolùm verbis parum congruentibus hanc ſententiam expreſſit, verùm etiam in hac ſententia longè deceptus eſt, *vt paulò inferiùs oſtendam.*

Sed neque Andr. Alciat. *in l. mouentium. ff. de verbor. ſignifica.* ſcriptum reliquit, quod is qui alicui concede: et omnia bona ſua immobilia, videretur iura & actiones concedere. Tametſi Modern. Pariſien. in additionib. ad Alexand. *conſil.* 45. *in libro* 1. hanc ſententiam Alciato adſcripſerit. Etenim Alciatus eo loco hoc tantùm dicit, quòd ſi conſtitutione prohibitum ſit quæcunque bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia, in extraneos transferri, de iuribus & actionibus quoque actum videtur. Motus eſt Andr. Alciatus *ex dictione, Quæcunque.* tum etiam maximè ex legis ſententia, videlicet, ſi nulla ratio differentiæ poſſit aſſignari, cur iura & actiones ſeparare voluerit conſtitutio. Denique ea Alciati ſententia probari poteſt, quamuis ſuperior communis opinio, cui innitimur, vera ſit, vt cum iudicio diſtinxit Andr. Tyraquel. *in d. tract. de vtroque retract. d. §.* 1. *gloſſ.* 7. *nu.* 28. *verſi quanquam in caſu.*

Concluſio igitur in propoſita quæſtione, quod ſecundùm authoritatem receptæ ſententiæ Petrus filius non videretur à patre hæres inſtitutus vniuerſalis, ſed ſolummodò in omnibus bonis mobilibus & immobilibus. Quæ concluſio nullam vtilitatem haberet, ſi hoc teſtamento ſolus Petrus filius ita deprehenderetur inſtitutus. Tunc enim, detracta omnimodò bonorum mobilium & immobilium mentione conſequeretur idem filius ex inſtitutione patris bona vniuerſa, & in his iura etiam & actiones. *dicta l. prima. § ſi ex fundo ff. de hæredib. inſtit. l. cohæredi. §, fina. ff. de vulg. l. cum quidam. in fin. ff. de liberis & poſthum.* Sed quoniam filia quoque Philippa proponitur hæres fuiſſe inſtituta in re certa, grande emolumentum eſt huius concluſionis. Nam vtrique ambo, & filius & filia erunt patris hæredes vniuerſales, perinde atque ſi rerum certarum mentio in neutrius hæredis inſtitutione fuiſſet facta, *l. ſi alterius. l. quoties. § ſi duo. ff. de hæredib. inſtituend.* Non tamen † omnimodò detrahetur rerum certarum mentio, quoniam filius, iuxta patris voluntatem, conſequetur bona omnia mobilia, & immobilia, filia autem conſequetur certam pecuniæ quantitatem, in qua fuit inſtituta. Denique quaſi patris hæredes vniuerſales nomina debitorum exigent pro æquis portionibus, res autem teſtamento deſignatas vice prælegatorum habebunt, *iuxta textum in l. ex facto. l.* 2. *ff. de hæredib. inſtituend.* Et hanc ſententiam in terminis conſequentem eſſe communi opinioni cenſuit Raphael Fulgoſ. *in l. prima, num. fina. C. ſi aduerſus tranſactio.* Nam Papæ ex facto propoſitum erat quod teſtator habens filium & filiam, in ſuo teſtamento filiam primo loco inſtituit in mille libris vel ducatis, deinde filium in omnibus bonis ſuis mobilibus & immobilibus, quæ haberet, habiturusve eſſet, inſtituit hæredem: Reſpondit Raphael. Fulgoſ. quod filius non videbatur inſtitutus hæres vniuerſalis, ſed in rebus certis dumtaxat, hoc eſt, in omnibus bonis mobilibus & immobilibus. Proinde filius & filia æqualiter erant admittendi ad exigenda nomina debitorum. Idque colligit ex Speculatoris & Bartol. recepta ſententia, qui docuerunt, in conceſſione bonorum mobilium & immobilium non comprehendi iura & actiones. Et hoc ita Raphaelem Fulgoſ. reſpondiſſe manifeſtè deprehenditur ex eo, quod ſuper hac eadem quæſtione ſcriptum reliquit idem Raphael Fulgoſ. *in l.* 1. *num.* 1. *C. de prætor pigno. & in l. quam quam Tuberonis. §. in peculio, num.* 1. *ff. de peculio.* Sed etſi Fulgoſ. *in dicta l. prima, verſicu. iudiciorum,* contra Speculatoris & Barto. receptam ſententiam argumentatus fuerit, finalibus tamen verbis ſuccubuit authoritati eorum, & quidem meritò. Leuiter enim tentauit dicere, quod immobilium bonorum appellatione comprehendi videbantur iura & actiones, quoniam vtique non mouentur, vt gloſſ. olim tentauerat *in l. mouentium, in verb. mouentium. ff. de verborum ſignificatione.* Adiecit hoc recipiendum faciliùs in teſtamentis, vt videlicet, ſub appellatione immobilium, videatur teſtator conceſſiſſe iura & actiones, quoniam ſi non ſunt bona mobilia, ergo ſunt immobilia.

Veruntamen † eius argumenti, quo implicatus eſt, facilem ſolutionem potuit inuenire apud Oldrad. *conſi.* 219. *factum eſt tale, num.* 2. Alberic. *in d. l. mouentium, num.* 6. Barto. *in l. poteſt. num.* 1. *ff. de authoritate tutorum.* Hi omnes docuerunt, appellatione immobilium bonorum non venire iura & actiones. Quoniam ea demùm immobilia appellantur, quæ certum locum habent, à quo moueri nequeunt. Sic iura & actiones, quæ loco non circumſcribuntur, nec mobilia bona ſunt, nec immobilia, & tertiam ſpeciem conſtituunt, vt nec in teſtamentis vlla ratio ſit introducendi, quod appellatione bonorum immobilium veniãt iura & actiones. Itaque Raphaelem Fulgoſ. non receſſiſſe à recepta ſententia, *in d. l.* 1. rectè collegerunt Philip. Corn. *conſil.* 104. *Circa primum, lib.* 2. *num.* 21. Marian. Socin. *conſil.* 51. *num* 4. *in* 1. *volum.* Andr. Tyraquel. *in dicto tractatu de vtroque retractu in* 1. *parte. §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 9. vbi latiſſimè allegat quam plures authores huius ſententiæ, quos longum eſſet recenſere. Ex quibus omnibus apparet, ſine vlla hæſitatione probandum fore, quod in propoſita quæſtione filia non minus quàm filius admittetur ad exigenda nomina debitorum, quum ambo proponantur in rebus certis hæredes inſtituti.

Aduerſus hanc receptam concluſionem videtur poſſe fieri argumẽtum, videlicet, quod appellatione omnium bonorum mobi-

mobilium veniant omnes actiones, quarum probatio chirogra-
phis, vel inſtrmentis, contineretur. Contenderet enim filius, ſe
iuxta verborum ſignificationem videri in hiſce inſtrumentis,
quæ maximè ſunt mobilia. Conſequenter induceret, ſe inſtitu-
tum fuiſſe in omnibus actionibus, quæ probarentur ex prædictis
inſtrumentis, *l. ſeruum filij. §. eum qui chyrographum ff. de lega. 1. l. qui
chyrographum. ff. de leg. 3.*

7 Huic ſententiæ non obſtaret *text. in l. Caius, cum ſimilibus.* † *ff.
de lega. 2.* ſi modò ſpecialiter eius reſponſi ratio expēdatur. Quæ-
ſitum eſt ibidem: Si teſtator excepiſſet de pronepotis inſtitutio-
ne domos paternas cum omnibus, quæ ibi eſſent, vtrùm exce-
piſſe videretur nomina debitorum, quæ ibi inuenirentur? Re-
ſpondit Paulus Iureconſultus, nomina debitorum excepta non
videri, atque ideo pronepoti & cohæredibus eſſe communia.
Ratio reſpondendi fuit, ſecundùm Baldum *in l. 1. in princip. ff. de
ſtatu hominum.* & Ioan. Imol. *in d. l. Caius.* quoniam nomina de-
bitorum incorporalia non circumſcribuntur loco, *l. fina. C. de
præſcriptionibus longi temporis.* Et ita vulgò allegatur *ea l.* vt videre
eſt apud Iaſonem, *in l. à diuo Pio. §. in venditione, nume. 8. ff. de re iu-
dica. & in §. item Seruiana, num. 42. Inſtitu. de actio. & in l. cunctos po-
pulos. colum. 2. C. de ſumma Trinita.* Alciat. *in l. fina. num. 82. C. de pact.*
Andr. Tyraquel. *in repetit. l. ſi vnquàm. C. de reuocand. donationibus,
in verb. Bena, num. 9. facit etiam text. in l. fideicommiſſum. §. tractatum.
ff. de iudic. l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. lega. l. Pediculis §. item cùm
quæritur. ff. de auro & argent. lega. l. quæſitum. §. penult. ff. de fundo in-
structo. l. quæſitum. §. primo ff. de legat. tertio, l. vxorem. §. legauerat. ff.
de legat. tertio, l. ſi mihi Mauia ff. eodem titulo, cum multis alijs, quæ ad-
ducit varios allegando authores.* D. Arius Pinel. *in dicta rubric. C. de bo-
nis matern. in prima parte, num. 10. cum ſequentib.* Bartholom. etiam
Socin. *conſi. 101. num. 1. & 4. in 1 parte.*

Verùm hæc ratio eſt imperfecta, & fermè inanis, quoniam
Iureconſultus *in dicta l. Caius.* non dubitauit de actionibus in-
corporalibus; quæ nullo loco circumſcribi queunt. Dubitauit
enim magis de nominibus debitorum, hoc eſt, ſcripturis, *iuxta
textum. in princip. Inſtitu. de literarum obligat.* Quæ vtique debi-
torum nomina loco erant circumſcripta, & intra domos pater-
nas continebantur, vt apparet ex *verſicu. quæro.* Planè ſi teſtator
ſenſiſſet de hiſce ſcripturis incorporalibus, & corporalibus,
conſequenter ſenſiſſe videretur de actionibus incorporalibus,
quarum probatio eiſdem nominibus debitorum contineretur.
Sic & Paulus Caſtrenſ. *in dicta l. Caius.* obſeruauit quidem ex ea
lege, quod inſtrumenta corporalia, licèt eſſent in domibus pa-
ternis, non tamen ibi eſſe videbantur, ſicut nec ibi erant actio-
nes ipſæ incorporales. Veruntamen huius rei nullam explici-
tam rationem reddidit. Denique ſi quis vxori ita legauerit:
Vxori meæ lego omnia, quæ ſunt in tali capſa, ſi nihil in capſa re-
periatur præter chirographa, equidem non dubitarem reſpon-
dere, quòd maritus vxori legaſſe videatur omnes actiones, qua-
rum probatio illis chirographis contineretur. Nam ſi quidem
in capſa aliæ res fuiſſent, ad quas propriis legatum referri po-
tuiſſet, tunc planè diceretur; non videri, maritum vxori legaſ-
ſe nomina debitorum *dicta l. Caius.* Et ita hoc caſu procedere
debet ſententia Dyni, Alberic. & Cuma. qui propoſita genera-
liter quæſtione, docuerunt, non videri chirographa vxori le-
gata.

Cæterùm in ea ſpecie, quam propoſui, perinde habendum
eſſet, ac ſi teſtator ita legaſſet: Vxori meæ lego omnia chirogra-
pha, quæ ſunt in tali capſa, *argumen. l. ſecundæ. ff. de liber. & poſthum.
l. fundus qui locatus, in fine. ff. de fundo inſtructo inſtrum. lega.* coniun-
ctis his, quæ adducit Felyn. *in cap. 1. num. 7. ſuprà, de reſcript.* Et Ia-
ſon *in dicta l. 2. num. 2. cum ſequentib.* Sic nemo dubitaret, quin, le-
gatis vxori ſpecialiter chirographis, actiones legatæ videren-
tur, *dicto §. cum qui chirographum.* Et tamen ſi penderemus ex
imperfecta Baldi & aliorum traditione, iam in propoſita ſpe-
cie, in qua proponimus factam eſſe relationem ad certum lo-
cum, maritus nullo caſu actiones vxori legaſſe videretur, quo-
niam videlicet, nullo loco actiones incorporales circumſcribi
potuerunt.

8 Igitur ratio *dict. l. Caius.* † magis illa eſt, quòd nomina debi-
torum mobilia & incorporalia, licèt eſſent in domibus pater-
nis, non tamen veniebant appellatione omnium, quæ eſſent in
eiſdem domibus, quoniam non erant ibi gratia perpetui vſus.
Vbi enim teſtator facit mentionem rerum omnium, quæ ſunt
in certo loco, de his demùm rebus videtur ſenſiſſe, quæ ſunt
in eo gratia perpetui vſus, non verò de his quæ ibi ſunt caſu
quodam, ad ad tempus, *l. ſi ita legatum, cum ſimilibus. ff. de legat. ter-
tio.* ergo cùm nomina debitorum, ſeu chirographa, non ſint in
loco, vt ibi perpetua ſint, ſed donec exactio fiat à debitoribus,
idcirco non videntur eſſe in loco. Hæc eſt vera ratio *dicta l. Ca-
ius.* quam Dyn. & Alberic. ibidem reddiderunt, & Ioan. Imol.
expreſſim *in l. fina. num. 2. ff. de donationib.* & ſenſit eam Ludoui-
cus Romanus ibidem. Quo loco ambo authores docuerunt,
quòd ſi diſpoſitio ſit vniuerſalis, ſeu generaliſſima, vtputà, quia
teſtator reliquerit alicui omnia bona ſua, tunc veniunt nomi-
na debitorum, *l. nam quod. § fina. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.*
ſi verò diſpoſitio non ſit vniuerſalis, nec generaliſſima, ſed ge-
neralis, vt quia teſtator dixerit: Lego omnia, quæ ſunt in tali do-
mo, tunc non veniunt nomina debitorum, vt *in dicta l. Caius.*
Mouentur, quia relatio facta ad locum, eo caſu excludit nomi-
na debitorum, quæ in loco erant ad tempus, *dicta l. ſi ita legatum.*
Et hanc rationem circa *dictam l. Caius.* attigit Philip. Corne. *conſi.
49. num. 10. lib. 3.*

Hæc eadem ratio, & interpretatio, *l. Caius.* ex eo comproba-
tur, quòd † inquilinus, qui in domum conductam chirographa 9
intulit, non videtur tacitè voluiſſe ea pignori dare locatori, nec
conſequēter dare actiones, quarum probatio chirographis con-
tineretur. Quoniam non eo animo chirographa in domum in-
tuliſſe creditur, vt, durante locationis tempore, ibi eſſent. Et ita
ſe habet communis ratio huius receptæ ſententiæ, vt reſoluit Ia-
ſon *in dicto §. item Seruiana, Inſtitu. de actionib. num. 41.* & Negùſan.
de pignorib. in 2. parte, in vltimo membro, num. 135. verſicu. Octauo. Vn-
de cùm Iaſ. *eodem in loco* adiecit *in verſicu. facit etiam.* quaſi nouam
rationem eiuſdem ſententiæ quòd nomina debitorum loco
non circumſcriberētur, *dicta l. Caius.* non animaduertit *d. l. Caius.*
rationem non eſſet nouam, ſed eandem cum communi ratio-
ne, quam probauerat.

Quòd ſi hæc ratio *in d. l. Caius.* tantum fecit, iam in propoſi-
ta quæſtione contenderet filius (non ſine colore) videri ſe inſti-
tutum in omnibus chirographis, & inſtrumentis, & conſequen-
ter in omnibus actionibus, quarum probatio eiſdem ſcripturis
contineretur. Non enim proponitur inſtitutus in omnibus bo-
nis mobilibus, quæ eſſent in loco, ſed in omnibus bonis mobi-
libus abſolutè. Denique Iureconſulti in pleriſque reſponſis de-
bitorum inſtrumenta, & numeratam pecuniam, æquanerunt,
vt is, qui legaret † domum, cum omnibus, quæ ibi eſſent, nec 10
inſtrumenta, nec pecuniam numeratam legaſſe videretur, *l. vxo-
rem. § legauerat. l. quæſitum. §. primo. l. ſi mihi Mauia. §. fina. ff. de le-
gat. tertio.*

Atqui in propoſita ſpecie filius non dubiè ſub appellatione 11
† bonorum omnium mobilium inſtitutus videbitur in pecunia
numerata, ſecundùm ea, quæ tradit Philip. Dec. *conſi. 381.* & Cur-
tius iunior *conſi. 183.* & Paul. Pariſ. *conſi. 79. num. 45. lib. 2.* Tametſi
Ioan. Crotus *in repetit. rubr. ff. de lega. 1. num. 15. verſic. conſiderata.* di-
uerſum ſecurè aſſerat, *per textum in d. l. ſi mihi Mauia. §. fina.* quem
non rectè inducit. Quemadmodum igitur hoc recipiendum
eſt, ita quoque aſſirmandum eſſe videtur, vt inſtitutus ſimiliter
intelligatur in debitorum inſtrumentis. Secundùm quæ corrue-
ret illa omnium calculis probata opinio, qua conſtitutum eſt,
nec quidem in teſtamētis, ſub appellatione omnium bonorum
mobilium & immobilium venire actiones. Induceretur enim
noua ſentētia, vt ſub appellatione omnium mobilium venirent
omnes illæ actiones, quarum probationem propriis inſtrumen-
tis habuiſſet teſtator.

Vt tamen defendamus authoritatem receptæ ſententiæ,
concludimus, quod filius in propoſita ſpecie, licèt videretur in-
ſtitutus in pecunia numerata, non tamen videretur inſtitutus
in chirographis vel inſtrumentis debitorum paternis. Sic no-
mina debitorum omninò erunt communia tam filiæ quàm fi-
lio, vt ſuprà concluſum eſt. Nam etſi *textus in dicta l. Caius.* † in 12
ea ſpecie loquatur, in qua erat facta relatio ad locum, nihilo-
minùs tamen iuris præceptores ex ea lege generaliùs college-
runt, quod in lege generali non continentur nomina debito-
rum. Hoc ita videtur deduxiſſe ex eo textu Accurſius *in di-
cta l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum, in verbo, cedantur, ff.
de legatis primo.* vbi dixit, quod *in dicta lege Caius.* teſtator
non fuerat ſpecialiter loquutus de chirographo. Hoc idem ex-
preſſit Bartolus *in ſummario dicta l. Caius.* dicens, quod in genera-
li diſpoſitione non veniunt nomina debitorum, id eſt, chiro-
grapha. Quæ ſententia etiam fuit Petri, Bald. & Raphaelis Cu-
man. *ibidem.* & eiuſdem Petri, Cyni, Alberic. & Salicet. *num. 5.
in l.*

in l.certi iuris, C.de locat. Sic omnes hi auctores minimè æſtimauerunt, quòd *in dicta l.Caius.* relatio eſſet facta ad certum locum, ſed magis quòd diſpoſitio erat generalis, nec ſpecialiter chyrographa exprimebat. Idque etiam ſenſiſſe videtur Oldrad. *conſil. 162. Quod nomina.* Denique Baldus *in l.ſi conſtante. §.fin. in fine. ff. ſolut.matrimon.* intellexit, quòd appellatione bonorum mobilium non veniebant nomina debitorum, *per d. l.Caius.* & ſequutus eſt illum Alexand. *conſil.244. ad finem, lib. 6.* Quocirca videtur hanc eſſe communem opinionem, quæ ratione non caret. Poteſt enim dici, quòd licèt appellatio omnium bonorum mobilium, quod attinet ad verborum ſignificationem, comprehendat chyrographa, in hac tamen verborum generalitate non creditur teſtator ſenſiſſe de chyrographis, ſicuti aliàs, licèt filiarum appellatione comprehendatur poſthuma filia, *l.nomen filiarum, ff.de verborum ſignificatio.* qui tamen filiabus legauit, non videtur de poſthuma ſenſiſſe, *l.qui filiabus, ff.de legat.* 1. vbi obſeruat And. Alciat. *in d.l.nomen filiarum.* Porrò ſententiam teſtatoris in propoſita ſpecie coniicimus ex eo, quòd faciens mẽtionem omnium bonorum mobilium, & immobilium, actiones excluſiſſe intelligitur, quæ non ſunt mobiles, nec immobiles. Vnde conſequenter ſub appellatione mobilium comprehendiſſe non videtur chyrographa: quoniam ipſarum actionũ velut inſtrumenta ſunt, *argum.l.quæſitum. §.Papinianus, ver.ſcilicet, ff.de fundo inſtructo.*

13 ¶ Si tamen † teſtator ita concepiſſet: Filium verò meum Petrum in cæteris bonis meis mobilibus, & immobilibus hæredem vniuerſalem inſtituo: tunc defenderetur, quòd teſtator mobilium & immobilium bonorum appellatione comprehẽdere voluiſſet iura & actiones. Nam ex eo quòd teſtator dixit: Vniuerſalem hæredem, &c. intelligitur, eidem filio cætera omnia bona ſua titulo inſtitutionis relinquere voluiſſe, vt aliàs conſiderauit Philip. Corne. *conſil.260. Ad euidentiam, num. 10. in libro primo.* Planè vbi is, quem conſtat de vniuerſis bonis ſuis diſponere voluiſſe, mentionem fecit bonorum mobilium & immobilium, huic voluntati, de qua conſtat, ita verba aptantur; vt bonorum mobilium appellatione, veniant actiones competentes ad mobilia bona, bonorum verò immobilium appellatione veniant actiones competentes ad bona immobilia. Et ita ſe habet communis opinio, vt docet Bartolus *in l. poteſt, num.1. ff.de auctor.tutor.* Abb. *in c.nulli, num.9. ſuprà de reb. eccleſ. non alien.* Andr. Alciat. *in l.mouentium, in prin. ibi, Niſi conſtet de omnibus bonis actum, ff.de verb.ſignif.*

¶ Ex his apparet; hallucinatum fuiſſe Guilielmum Benedictum *in repet.c.Raynutius, ſuprà hoc titul. in verbo, Cætera bona, num. 8.* vbi ſcripſit, quòd ſi teſtator dixiſſet in ſpecie huius capit. Relinquo omnia bona mea mobilia & immobilia Adiectæ filiæ. vel ita: Cætera bona hic, aut vbicunque ſita & poſita Adiectæ filiæ relinquo, tunc (inquit) veniſſent iura & actiones, *l.1.§.ſi ex fundo. ff.de hæredibus inſtituend.* Sed profectò vir alioqui doctus in eius §. inductione notiſſimæ iuris regulæ non fuit memor. Nam

14 verbum, † relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum, exprimit quidem inſtitutionem. Sed ſi certis rebus adiiciatur, legatum exprimit, *vt notatur in l. his verbis, ff. de hæredibus inſtituendis.* Quare ſi teſtator etiam his liberis, quos inſtituere, aut nominatim exhæredare neceſſe habet, res certas reliquerit per verbum, Relinquo, adhuc verbum, relinquo, non refertur ad hæredis inſtitutionem. Et ita ſe habet communis opinio, conſtat ex Alexand. *in l.nam quod, §.non omnis, num.7. ff. ad Trebellian.* Iaſon *in Authent.nouiſſima, numero 13. C.de inofficioſo teſtament.* Lancelot. Galiaul. *in repetitione l.Centurio, numero 435. verſic. Breuiter. ff. de vulgar. & pupillari ſubſtitutione.* Vnde *in dicto capitul. Raynutius*, Adiectæ filiæ impuberis inſtitutio colligebatur ex illis textus verbis: Cætera autem bona Adiectæ filiæ meæ relinquo. quoniam, videlicet verbum, relinquo, adiectum vniuerſitati bonorum; exprimebat hæredis inſtitutionem. At verò puberis filiæ Alterochæ inſtitutio non colligebatur ex illis verbis: Alterochæ filiæ meæ vltra dotem, quam ei dedi, domum & hortum relinquo: Quoniam, verbum, relinquo, adiectum certis rebus, non intelligitur præ ſe ferre hæredis inſtitutionem. Quocirca gloſ. *in dicto capitul. Raynutius, in verbo, relinquens*, interpretatur, quòd teſtator ibi expreſſerit titulum inſtitutionis. Quoniam alioqui Alterocha videretur mera legataria: neque teſtamentum iure defendi potuiſſet. Idque etiam præcepit gloſſ. *in præſenti, in verbo, Inſtituit.* & eſt communis intellectus, quem ipſe quoque Guilielm. Benedict. ſequutus fuit, *in verb. In eodem teſtamento relinquens, el primo, num.65.* & eſſe communem intellectum atteſtatur Ioan. Imol. *in d.c.Raynutius, numero 31. in l inter cætera, colum. fin. ff.de liber. & poſthum.* Iaſ. *in l.1. ff. ſolut.matrimon. num. 32. & in Authent. nouiſſima, num.31. C.de inofficio. teſtament.* Ioannes Coraſ. *in l.filium quem habentem, C.familiæ erciſc. num.82.* Reuerendiſſ. D.D. Couuar. *in d.c.Raynutius, §.1. in princ.* Quem articulum circa intellectum *dicti capit. Raynutius, inferius tractabo in gloſ. ſequenti.*

¶ Ex his facilè conſtat, quòd ille, qui in teſtamento ita comprehendit: Omnia bona mea mobilia, & immobilia, filiæ meæ relinquo. non videtur eam hæredem inſtituiſſe, nec quidem in bonis mobilibus & immobilibus, ſi vtique, vt præſupponitur, non voluit bonorum mobilium & immobilium appellatione iura & actiones comprehendere. Proinde impertinens & incauta fuit opinio text. *in dicta l. 1. §. ſi ex fundo, ff.de hæredibus inſtituen.* cùm is text. in eo demùm caſu procedat, † quo quis in certis rebus eſt hæres inſtitutus. 15 Denique in illis ſpeciebus, quas Guilielmus Benedictus figurauit, teſtamentum, in quo filia Alterocha in rebus certis fuit inſtituta, diceretur eſſe nullum præteritione filiæ Adiectæ: quoniam, videlicet, eidem res omnes mobiles & immobiles, non titulo inſtitutionis, ſed titulo duntaxat legati, relictæ viderentur. Quinimmò etſi verbum, relinquo, adiectum bonis omnibus mobilibus & immobilibus, ad reſtitutionem referretur (quod omnino falſum eſt) adhuc intẽtionem ſuam non probat Guilielmus Benedictus ex inductione dicti §. ſi ex fundo. Ille enim manifeſtè docere voluit, quòd filia Adiecta in effectu conſequeretur iura & actiones non minùs, quàm ſi appellatione bonorum mobilium & immobilium vel appellatione bonorum hic, aut vbicunque ſitorum venirent iura & actiones: Quæ ſanè intentio rectè probari poterat *argument. dicti §. ſi ex fundo.* ſi vtique teſtator in eo teſtamento iure facto ſolam Adiectam titulo inſtitutionis honoraſſet in illis certis rebus. Cæterùm cùm teſtator proponeretur, filiam quoque Alterocham eodem teſtamento inſtituiſſe in domo & horto vltra dotem, iam Adiecta non potuit in effectu admitti ad iura & actiones: perinde atque potuiſſet, ſi appellatione bonorum, de quibus ſuprà, veniſſent iura & actiones. Siquidem Alterocha non minùs, quàm ipſa Adiecta ad eadem iura, & ad eaſdem actiones pro dimidia parte eſſet proculdubiò admittenda ſecundùm ea, quæ ſuprà oſtendimus, & videtur eſſe clariſſimum.

S V M M A R I V M.

1 *Filius duntaxat ſuus hæres, qui non fuiſſet hæres inſtitutus, aut nominatim exhæredatus, nullum faciebat patris teſtamentum apud Iureconſultos.*

2 *Titulus legati, aut fideicommiſſi etiam vniuerſalis, non ſufficit quominus filius, qui nõ ſit hæres inſtitutus, potuerit nullum dicere patris teſtamentum.*

3 *L.ita tamen. §.Marcellus, verſic. qui rogatus, ff. ad Senatuſconſ. Trebel. ſenſus, & num.7.*

4 *L.ita tamen. §.quoties. ff.ad Senatuſcon. Treb. latè & eleganter explicatur, & num.11.*

5 *L. Gallus. §.idem credendum. ff.de liberis & poſthumis, in fin. declaratur.*

6 *L.ſi Titius & Seia, in verſicul. huic ſimilis, ff. de fideiuſſorib. ſenſus.*

8 *Fideicommiſſarius, aut bonorum poſſeſſor, non eſt propriè hæres.*

9 *Filiusfamilias, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, legata cõiunctis perſonis non præſtat.*

L.is qui in poteſtate, ff.de legat.præſtan. ſenſus, ibid.

10 *Filiusfamilias accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, cogitur præſtare legata fratri ſuo emancipato, per titulum de legatis præſtandis.*

L.ſi duo, verſic. tamen, ff.de leg.præſtan. ſenſus, ibid.

11 *Fideicommiſſarius vniuerſalis poſt Auth.ex cauſa, C.de liber.præter. poteſt compellere hæredem, vt adeat, & ſibi reſtituat, quamuis filius præteritus acceperit, vel accipere poſſit bonorum poſſeſſionem contra tabulas.*

Auth.ex cauſa, C.de liber.præter ſenſus, ibidem.

12 *Legitima iure Codicis non fuit neceſſariò filijs relinquenda titulo inſtitutionis: ſed titulus legati, aut fideicommiſſi ſufficiebat, ſecundùm communem.*

13 Legitima etiam iure Codicis, titulo inſtitutionis fuit relinquenda, iuxta veriorem opinionem.

14 L.cùm quæritur, & Auth.nouiſſima, C.de inoffic.teſtam.& §.igitur quartam, Inſtit.eod.tit.

15 L.omnimodò, C.de inoffic.teſtam.ſenſus, & num.18.

16 L.in conditionibus, §.ſi patronus ff.de condit.& demonſtrat.vera interpretatio.

17 §.ſed noſtra, Inſtit.de ſucceſſ.liber.ſenſus.

19 L.ſcimus.§.cùm autem, C.de inoffic.teſtam.

20 Auth.vt cùm de appellatione cognoſcitur. §.aliud quoq; capitulum, collat.8.ſenſus, & nu.22 & 24.

21 Filius exhæredatus etiam ſine cauſa, cui titulo legati aut fideicōmiſſi legitima relinqueretur, de iure ff.orum, aut Codicis, non poterat impugnare teſtamentum.

22 Filius exhæredatus ſine cauſa, quamuis legitimam alio quàm inſtitutionis titulo conſequatur, poteſt hodie iure nouiſſimo authentic. agere de inofficioſo.

23 Capit.Raynutius, de teſtament.iuncta gloſſ.in verbo, relinquens.ſenſus.

24 Legitima relinqui debet titulo inſtitutionis, nec ſufficit titulus fideicommiſſi vniuerſalis.

25 L.ſcimus.§.cùm autem, C.de inofficioſ.teſtament.communis intellectus.

26 Exhæredatio filij, & inſtitutio eiuſdem vniuerſalis in aliqua parte hæreditatis habent repugnantiam, ſecus ſi ſit inſtitutio in re certa.

L.ſi filium.ff.de lib.& poſthum.ſenſus, ibidem.

INSTITVIT.

INSTITVIT. Gloſ. hic cùm rectè intelligeret, non eſſe teſtamentum, quod hæredis inſtitutionem non habeat, l.proximè, ff.de his quæ in teſtament.delent.§ inprimis. Inſtitut.de fideicommiſſar.hæreditat. hanc filij inſtitutionem vniuerſalem conſtituit quaſi teſtamenti caput. Deinde quæſiuit gloſ. vtrùm hoc teſtamentum, quod filij inſtitutionem haberet, nec alio vitio laboret, eo prætextu vitioſum eſſe videretur, quòd res certa fuiſſet relicta filiæ non titulo inſtitutionis, quemadmodum hic fuit relicta, ſed titulo legati? Et primò allegat gloſ. noſtra l.omnimodò, & l.cùm quæritur, C.de inofficioſ.teſtament.& capit.Raynutius, ſuprà eodem. vbi probari videtur, quòd ſufficit ad formam, ſolennitatem teſtamenti explendam, quòd legitima quouis relicti titulo liberis relinquatur. Sed tandem reſoluit, quòd teſtamentum in tali ſpecie nullius momenti eſſet cenſendum, quoniam hodie titulus inſtitutionis filiorum neceſſariò deſideratur; vt in Authent vt cùm de appellatione cognoſc.§.aliud quoque capitulum, & §.hæc autem, collatio.8. Ad leges contrarias Codicis reſpondet, quòd fuerunt correctæ per dictos §§. iuris nouiſſimi. Ad capit. Raynutius, ſuprà eodem. reſpondet, interpretandum fore, quòd ibi, præter dotem pater filiæ Alterochæ domum & hortum reliquit expreſſo inſtitutionis titulo. Quoniam verò iuris vtriuſque præceptores fortaſſis in hoc articulo veram Iureconſultorum & Cæſarum ſententiam rectè aſſequuti non fuerunt: nos duas quæſtiones vulgò confuſas melius diſtinguemus & ſeparabimus cum Vigelio in §.igitur quartam, num.2.Inſtitut.de inoffic.teſtam.

§ Prior enim quæſtio eſt, vtrùm ad ſolennitatem teſtamenti, ne videatur non iure factum, ſufficeret, quòd pater filium quouis relicti titulo ad bona ſua teſtamento inuitaſſet? Poſterior verò & diuerſa eſt quæſtio: Vtrùm patri, qui iure teſtatus eſſet, ſufficeret, legitimam portionem liberis relinquere quouis titulo, ita vt hac ratione de inofficioſo teſtamento quæri nō poſſent?

Circa priorem quæſtionem prima ſit concluſio: Apud Iureconſultos teſtamentum † erat nullum, ſi filius ſuus hæres neq;
1 inſtitutus, neque nominatim exhæredatus fuiſſet: Si filius verò emancipatus præteritus fuiſſet, poterat contra eius teſtamenti
2 tabulas accipere bonorum poſſeſſionem. Proinde titulus † legati, aut fideicommiſſi etiam vniuerſalis non ſufficiebat, quo minùs filius videretur præteritus, l.inter cætera, ff.de liberis & poſthumis, l.Gallus.§.in omnibus.ff.eodem tit.l.ſi emancipatus, la 2 ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.text.capitalis l.ita tamen, §.Marcellus, verſic. qui rogatus, ff.ad Trebellian. ſecundùm vulgarem interpretationem, & ita ſe habet communis opinio, quam reſoluunt Alex.& Iaſon num.10.in d.l.inter cætera. Roderic.Suarez in repetit.l.quoniā in prioribus, in 15.limitat. C.de inofficioſ.teſtament. docet Bartol. in l.cùm ex filio, in princip.ff.de vulgar.& Iaſon num.14 poſt alios ibi in Authent.nouiſſima, C.de inoffic.teſtam. idem Iaſ.num 6. poſt omnes ferè ſcribentes in l.humanitatis, C.de impuber.& alijs ſubſtitut. Et nos quoque hanc communem concluſionem defendimus in repet l.Gallus, §.& quid ſi tantùm, ff.de lib.& poſthum.in 3.par.num 40. contra Bart.in c.Raynutius, ſuprà eod.num.9. Guliel.Bened.in repet.eiuſdem c.in verb.In eodem teſtamento relinquens.2.num.17. quos nouiſſimè ſequitur Ioan.Coraſ.in l.filium quem habentem, nu.82. C.famil.erciſc. Nec Alex.Imol.in d.l.inter cætera. quem Guiliel.Bened.pro ſua opinione contra communem allegat, à recepta ſententia diſceedit, nec credendus eſt doctiſſ.Alex.hoc dicturum fuiſſe contra text.expreſſum ibi, & in §.eadem, Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.deſer.& in prin.Inſtit.de exhæred.lib. atq; adeo contra totū ius ciuile.

§ Dixi autem, pro hac communi opinione eſſe text. capitalem † in l.ita tamē.§.qui rogatus.ff.ad Senatuſc.Treb. ſecundùm vul- 3
gatem interpretationem, quoniam fortaſſis text.ille ſecundùm verum intellectum, nulla ratione attinet, aut poteſt induci ad propoſitam quæſtionem de qua agimus, animaduerto enim. quod Marcellus apud Iulianum Iuriſconſult.in d.verſic.qui rogatus.in illis verbis: Quamuis filiusfamilias contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poſſit: non id ſcripſit, vt vulgo creditur, quò ſignificare vellet, quod ſi quis rogatus ſit filiofamilias reſtituere hæreditatem, poſſit idem filius, quaſi præteritus, contra eius teſtamēti tabulas accipere bonorum poſſeſſionem, quoniam videlicet filius non eſſet hæres inſtitutus, quamuis eidem filio pater vniuerſam hæreditatem titulo fideicommiſſi vniuerſalis reliquiſſet. Id enim erat clarum & expeditum: verùm erat à præſenti Senatuſconſulti Trebelliani longè alienum. Quid eſt ergo quod Iureconſul.ſenſit dum ſcripſit: Quamuis filiusfamil. contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poſſit? Reſpondeo textum illum facilem & expeditum ſenſum habere, ſi retineas argumentum, quod idem Iureconſult. tractauit in §. quoties. præcedenti eiuſdem legis, in hæc verba: Quoties filius emancipatus bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepit, nulla ratio eſt compellendi hæredem ad reſtituendam hæreditatem: & ſicut neque legare, neque fideicommiſſa cætera præſtare cogitur, ita nec ad reſtitutionem quidem hæreditatis compelli debet. Marcellus: Planè non eſt compellendus adire, ſi iam filius bonorum poſſeſſionem accepit: ne intercidat fideicōmiſſum, mortuo hærede inſtituto, & omiſſa à filio bonorum poſſeſſione: Vbi Iulianus docuit in principio, † hæredem ſcriptum non 4
eſſe ex Senatuſconſulto Trebelliano compellendum reſtituere hæreditatem, quoties filius emancipatus bonorum poſſeſſionē contra tabulas accepit, quemadmodum nec legata, nec reliqua fideicommiſſa præſtare cogitur. Huic autem Iuliani Iuriſconſulti reſponſo Marcellus tacitam quæſtionem, & illius interpretationem ſubiicit: Vtrùm, videlicet, is qui reſtituere non eſt compellendus, ſaltem cogendus ſit adire. Planè (inquit Marcellus) non eſt compellendus adire, ſi iam filius bonorum poſſeſſionem accepit. Ne intercidat fideicommiſſum, mortuo hærede inſtituto, & omiſſa à filio bonorum poſſeſſione: quibus verbis Marcellus primùm ſignificauit, quòd accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, hæres ſcriptus, licèt non ſit compellendus adire, poteſt tamen ſi velit adire: & aditio poteſt habere vtilitatem, cuius meminit text. notabilis in l.filium, in verſicul. Quòd ſi hi, & in verſicul. Erit ergo venale beneficium, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas. Poſtremò Marcellus cenſuit, ita demùm ſcriptum hæredem non eſſe compellendum adire, ſi iam filius bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepit, nimirùm tacitè ſignificare voluit, quòd ſi nondum filius bonorum poſſeſſionem accepiſſet, incurrebat ratio compellendi hæredis adire: ne, videlicet, ſi non compelleretur adire, eueniret poſtea, vt, mortuo hærede inſtituto, & omiſſa à filio bonorum poſſeſſione, fideicommiſſum intercideret, atque euaneſceret. Secundum quæ, verba illa finalia Marcelli: Ne intercidat fideicommiſſum, mortuo hærede inſtituto, & omiſſa à filio bonorum poſſeſſione. non ſunt referenda, nec poſſunt referri ad caſum, quem proximè verbis præcedentibus Marcellus expreſſerat, dum dixit, ſcriptum hæredem non eſſe compellendum adire, ſi iam filius bonorum poſſeſſionem accepit. Quoniam illis manifeſtè refragantur verba quæ ſequuntur: Ne intercidat, &c. & illa, & omiſſa à filio: Nam ſi in caſu proximè præcedenti fideicommiſſum iam interciderat, accepta bonorum poſſeſſione, quomodo poterat ampliùs timeri,

ne

ne intercideret fideicommiſſum, omiſſa à filio bonorum poſſeſſione? Repugnat præterea, acceptam eſſe, & omiſſam eſſe bonorum poſſeſſionem. Ergo verba illa: Ne intercidat fideicommiſſum, &c. ſunt omnino referenda ad tacitum & ſubauditum intellectum, qui colligitur ex illis verbis: Planè non eſt compellendus adire, ſi iam filius bonorum poſſeſſionem accepit: Quibus verbis Marcellus ſignificare & intelligere voluit, hæredem ſcriptum nõ eſſe omnino compellendum adire, ſed ita demùm ſi iam filius contra tab. bonorum poſſeſſionem accepit, ſecùs ſi nondum accepit. Nam ſi filius nondum contra tab. bonorum poſſeſſionem accepit, manifeſtè ſenſit, compellẽdum eſſe interim ſcriptum hæredem adire. Et hic mos reſpondendi ad ſubauditum & tacitum intellectum frequens eſt apud Iureconſul-
5 tos. Nam & Scæuola *in l. Gallus.* † *§. idem credendum. ff. de liber. & poſthumis.* in illis verbis: Ne ſucceſſione teſtamentum rumperetur: non ſe refert, nec reſpondet ad caſum verbis præcedentibus declaratum: ſcilicet, quando prius nepos, & deinde filius decederet: ſed refert ſe, & reſpondet ad caſum contrarium, & ſubauditum: videlicet, quando priùs filius, & deinde nepos decederet. Quo caſu ſignificare voluit, non eſſe tractandum de inſtitutione pronepotis: quoniam teſtamẽtum mortuo filio antè ſucceſſionem, id eſt, agnatione nepotis ruptum fuiſſet.

6 ¶ Sed & acutiſſimus Papinianus † *in l. Titius & Seia, in verſic. Huic ſimilis, ff. de fideiuſſor.* eodem fermè ſenſu accepiſſe videtur illa verba: Propter incertum ætatis ac reſtitutionis. Quorum verborũ intellectus ſemper fuit in difficili apud Gloſ. & Doct. ibid. Quoniam ſi verba illa referas ad caſum, quem Iureconſultus proximè tractauit de Titio maiore, qui ſolus interceſſerat, & de altero minore, qui poſtea fideiuſſioni acceſſit, atque deinde per reſtitutionem in integrum fuit liberatus; ſunt quidem impertinentia, & prorſus contraria. Cæterùm argutè Papinianus videtur ea verba: Propter incertum ætatis ac reſtitutionis: retuliſſe ad contrarium & ſubauditum intellectum, quem tacitè voluit colligere ex verbis præcedentibus, adductis pro deciſione quæſtionis principaliter ſuperiùs propoſitæ. Nempè dubitauerat Papinianus, an quemadmodum Titius inſolidum tenetur & conuenitur, ſubducta per exceptionem Velleiani muliere, quæ ſimul cum Titio interceſſerat, ſic etiam eodem modo, Titio maiori totum onus obligationis ex fideiuſſione irrogandum ſit, ſi alter fideiuſſor, qui ſimul cum Titio interceſſerat, per reſtitutionem in integrum prætextu ætatis liberetur? Eleganter verò Papinianus hanc dubitationem abſoluit, dicens, quòd ita demum Titius inſolidum conuenietur, ſi ipſe prior, deinde minor, qui fuit reſtitutus, interceſſerit. Quaſi tacitè & contrario ſenſu voluerit Papinianus ſignificare, quòd ſi minor nõ ex poſt facto, ſed ſimul eodem tempore cum Titio interceſſerit ſubducto minore per in integrum reſtitutionẽ Titius non in ſolidum, ſed pro ſua duntaxat parte, onus obligationis excipere debeat. Huius verò principalis quæſtionis tacitæ deciſionis ſingularem rationem Papinianus adnexit: illam ſcilicet, Propter incertum ætatis ac reſtitutionis. Quæ ad hunc ſubauditum intellectum eſt referenda. Qua quidem ratione Papinianus oſtendere voluit, hãc ſpeciem longè differre ab altera in principio legis propoſita de Titio, qui ſimul cum Seia fideiuſſerat. Quo caſu reſponſum extat, ſubducta per Velleianum muliere, dandam eſſe inſolidum aduerſus Titium actionem. Quoniam ſcire potuit, aut ignorare non debuit, mulierem fruſtra intercedere: cùm ſexus non potuerit eſſe incertus, nec incerta exceptio. Contra ſi Titius cum minore ſimul eodem tempore interceſſerit, ſubducto minore, Titius non inſolidum conuenietur, propter incertum ætatis, ac reſtitutionis.

¶ Ergo vt ad ſuperiùs inſtitutum redeam, ſic explicari, & defendi debet argutum & obſcurum Marcelli reſponſum, quod refertur *in dicto §. quoties.* cuius intellectum dum aſſequi non potuit Iacobus Cuiacius, *lib. 3. obſeruat. & emendat. cap. 6.* poſt alios quamplures verba Iureconſulti corrigere atque emendare eſt coactus, euellens expreſſam à Iureconſulto ſententiam, & pro illa reponens contrariam, vt illi poſſet aptare ſubſequentem illam rationem, ne intercidat fideicommiſſum, &c. Cùm tamen Marcellus optimum, & expeditum ſenſum habuerit: & rationẽ illam voluerit aptare non ſententiæ verbis expreſſæ, ſed contrariæ ſubauditæ. Semperq; pro virili enixè laborandum eſt, vt Iureconſultorum reſponſa abſque vlla emendatione, quoad fieri poſſit, tueamur. Id quod noſtri iuris vertices, atque præceptores ſummoperè contenderunt. Nam ſi paſſim liceret legum verba inuertere atque corrumpere, iuris ciuilis ſuprema auctoritas facilè offenderetur, & minueretur.

¶ Hoc ergo argumentum & thema, quod docuit & tractauit Marcellus apud Iulianum *in dicto §. quoties.* voluit proſequi Marcellus *in dicto §. Marcellus, verſic. Qui rogatus.* vbi quæſiuit, † an ſi 7
hæres extraneus rogatus fuiſſet emancipato filio reſtituere hæreditatem, cogendus eſſet non ſolum adire, verùm etiam reſtituere. Neque pro ratione dubitandi afferebatur, quòd filius emancipatus non erat directò inſtitutus, ſed ei erat relictum titulo fideicommiſſi. Quoniam ipſemet filius emancipatus erat qui contendebat cogere hæredem adire, & reſtituere. Et ſic nulla ratione potuit retardare, aut remorari reſtitutionem illa dubitatio, an ipſemet filius emancipatus bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas accipere poſſet. Præterea pro conſtanti habendum erat, quòd filius emancipatus, cui per fideicommiſſum hæreditas fuiſſet relicta, non erat admittendus ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem, quæ ei præterito ſolet competere: cùm parum interſit ſuccedere per fideicommiſſum, aut per bonorum poſſeſſionem. Vterque enim, † ſiue fideicommiſſarius, 8
ſiue bonorum poſſeſſor, vicem hæredis repræſentat, *l. ſi necem. §. fin. ff. de bon. libertor.* conſequenter Iureconſultus ibidem *in d. verſic. Qui rogatus.* non intendebat tractare duos caſus diſtinctos & ſeparatos: vnum videlicet, quando filius emancipatus fuiſſet præteritus, cui hæres extraneus reſtituere hæreditatem fuiſſet iuſſus: alterum verò & ſimilem in filiofamilias in poteſtate retento. Nemo enim potuit, vel debuit dubitare, quin hęres inſtitutus compellendus ſit adire, & reſtituere: quamuis fideicommiſſarius, qui illum vult compellere, poſſet accipere contra tabulas bonorum poſſeſſionem, vt poteſt filiusfamilias, cui per fideicommiſſum hæreditas fuit relicta. Magis ergo *in eo verſic. Qui rogatus.* Marcellus tractauit vnum duntaxat caſum, nempè: extraneus fuit hæres inſtitutus, filius verò emancipatus, & alter filiusfamilias fuit præteritus, hæres ſcriptus rogatus fuit reſtituere hæreditatem filio emancipato, filius ipſe emancipatus cogebat hæredem ſcriptum non ſolùm, vt adiret, ſed etiam vt ſibi fideicommiſſum reſtitueret. Rurſus ſcriptus hæres adire quidem volebat, vt tenebatur interim quod filiusfamilias præteritus cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem nondum acceperat. Cæterùm reſtituere hæreditatem interim recuſabat, ex eo quod idem filiusfamilias præteritus bonorum poſſeſſionem accipere poterat, & ad hoc ſcriptus hæres inducebat eiuſdem Iuliani & Marcelli reſponſum *in ſuperiore §. quoties.* Hæc propria fuit dubitandi ratio eius §. nihilominùs tamen in ſpecie, vbi filio emancipato eſt reſtituenda hæreditas, eleganter Marcellus reſpondit *in d. verſic. Qui rogatus.* hæredem ſcriptum cõpellendum eſſe non ſolùm adire, ſed etiam reſtituere filio emancipato: quamuis alter filiusfamilias præteritus contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poſſet. Et in ea quidem ſententia ratio quæ Iureconſultum mouit ad id reſpondendum, ea eſſe potuit, videlicet quòd filius emancipatus fideicommiſſarius, qui reſtitutionem hæreditatis ſibi fieri contendebat, in omnem euentum, ſaltem pro ſua virili habiturus erat, & retenturus eam hæreditatem: quamuis alter filiusfamilias præteritus bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepiſſet, *per tit. ff. de legat. præſtand.* Qua ratione proculdubio hæres reſtituere eſt compellendus filio emancipato: nec habet locum text. *in dicto §. quoties.* vt declarauit ibi gl. *in verbo, compelli.* & Paulus Caſtren. ibidem. Neque obſtat, ſi aduerſus hunc veriſſimum intellectum obiicias, quòd *in d. ver. Qui rogatus.* filius in poteſtate fuit præteritus, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas erat accepturus: Quo † caſu non habet 9
locum titulus ille, de legat. præſtand. iuxta text. *in l. is qui in poteſtate, ff. de legat. præſtand.* Nam reſpondeo, verum quidem id eſſe regulariter, cæterùm non † procedere reſpectu filij emancipati: 10
cuius inſtitutio pro virili ſemper defenditur & tuetur, iuxta textum mirabilem *in l. ſi duo, verſic. tamen ff. de legat. præſtan.* quem declarat Iaſon *in l. poſthumo. colum. penultim. C. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Et hac ratione fortaſſis Iureconſultus *in dicto §. Marcellus.* cautè loquutus eſt in filiofamilias præterito, quaſi ſignificare voluerit, maiorem dubitandi rationem incurrere, an hæres ſcriptus compellendus erat adire, & reſtituere filio emancipato, quàm ſi filius alter emancipatus fuiſſet præteritus. Nã pręterito filiofamilias teſtamentum quidem erat nullum, & propterea dubitari poterit, an compellendus eſſet hęres adire. Item accepta à filio in poteſtate contra tab. bonorum poſſeſſionem, tit. de legat. præſtan. anguſtiùs ſolet ſuffragari coniunctis perſonis.

nis. Nihilominùs tamen in hoc difficiliori caſu, quamuis filius in poteſtate præteritus accipere poſſit bonorum poſſeſſionem contra tab. hæres ſcriptus primùm compellendus eſt adire, non obſtante, quòd ex præteritione teſtamentum dicatur nullum, *l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel.* Inſuper cogetur fideicommiſſum reſtituere filio emancipato, cuius portio pro virili ſemper conſeruari debet, accepta etiam à filiofamil. bonorum poſſeſſione, *d. l. ſi duo.*

¶ Et ſecundùm iſtam Interpretationem ille text. *in d. verſic. qui rogatus.* præſtabit optimum argumentũ pro opinione Pauli Caſtrenſis *in d. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebel.* quam opinionem Alex. *ibid. fin. col.* dixit, videri ſibi multum ſuſtentabilem, videlicet
11 quòd † in terminis Auth. ex cauſa, C. de liber. præter. ſi filio præterito, teſtamentum ſit nullum, & fideicommiſſarius vniuerſalis, cui fideicommiſſum hodie cõſeruatur, velit compellere hæredem inſtitutum, vt adeat, & ſibi reſtituat, audiendus videtur. Sicq; limitabitur ille §. *quoties.*

12 ¶ Secūda principalis ſit concluſio: Apud Imperatores † iure Codicis obtinuit, quòd teſtamentum non eſſet nullum, nec filius præteritus videretur, ſi legitima portio eidem filio relicta fuiſſet quoquo relicti titulo. Hoc probari videtur *in l. cùm quaritur. & in Authent. Nouiſſima: & in l. omnimodò, & in l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inoffic. teſtam. & in §. igitur quartam, eodem tit. & in Authen. vt cùm de appel. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, & in §. hæc autem, col.* 8. vbi Iuſtinianus emendauit leges anteriores, nouè conſtituens, quòd minimè ſufficeret quiuis relicti titulus: ſed neceſſarium eſſet, legitimam portionem filiis relinquere titulo inſtitutionis. Denique ex his legibus fluxit hæc concluſio receptiſſima, quam tenuit gloſ. *in iſto c. Si pater. in iſto verb. Inſtituit, in gloſ. etiam in d. c. Raynutius, ſuprà eodem. in verbo, relinquens, & ibi omnes,* Alexan. *in d. l. inter cætera. ff. de liberis & poſthum. num.* 2. Iaſ. *in Authen. nouiſſima, num.* 13. & ibi Fabianus *in repet. num.* 188. Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament. in* 15. *limitatione.*

13 ¶ Ego autem † valdè dubito, an hæc tot auctorum calculis probata opinio ſit vera. Quoniam non lego ſcriptam, aut relatam aliquam conſtitutionem, quæ emendauerit formam illam antiquam inſtituendi, aut exhæredandi filium. Immò verò Iuſtinianus non vno in loco ſignificauit, quòd ante nouiſſimum ius Authenticorum filius intelligebatur eſſe præteritus, ſi neq; inſtitutus eſſet patris teſtamento, neque exhæredatus. Quocirca filius ſuus hæres nullum dicebat patris teſtamentum: emancipatus verò id ſtare non patiebatur: accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione. quamuis maximè alio quàm inſtitutionis titulo honorari fuiſſent paterno teſtamento, *l. fin. C. de liber. præter. text. in principio: & in §. emancipatos. & §. ſed hæc quidem vetuſtas, Inſtit. de exhæredat. liber. §. eadem. ibi, Id eſt, vt ex inſtitutu. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſtat. deferuntur.* Nec obſtant contraria vulgaris ſententiæ argumenta, quoniam non erit difficile ea omnia diſſoluere.

14 Et primò non obſtat text. *in d. l. cùm quaritur.* † *& in d. Authent. nouiſſima. & in corpore vnde ſumitur, & in d. §. igitur quartam.* quoniam cum Vglio ibidem *num.* 2. reſpondendum eſt, verum quidem eſſe, ſi de inoffic. teſtam. moueretur quæſtio, quòd liberi teſtamento patris exhæredati à querela inofficioſi excluderentur, ſi legitimam portionem haberent quouis relicti titulo. Vnde ſi filius fuiſſet nominatim à patre exhæredatus, eiq; titulo legati fuiſſet legitima portio relicta, non poſſet de inoffic. teſtam. queri. Similiter vbi mater, vel auus maternus liberis præteritis legitimam portionem quouis titulo reliquiſſent, non poſſent queri de inofficioſo hi liberi: quorum, videlicet, præteritio pro exhæredatione erat. §. *mater, cum vulga. Inſtit. de exhæredat. liberor.* Denique vbi teſtamentum erat in ea cauſa, vt valeret ipſo iure, atque ideo de inofficioſo agendum foret, conſtabat, liberos ab inofficioſi querela excludendos, ſi legitimam portionem quouis titulo habuiſſent. Verùm tamen quiuis relicti titulus nequaquam excludebat ius dicendi nullum, nec bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Quoniam filius quaſi præteritus his remediis vteretur, ſi non eſſet inſtitutus, aut nominatim exhæredatus.
15 Non obſtat etiam text. principalis *in d. l. omnimodò,* † quoniam interpretor, minimè probari ibidem, quòd filius ſuus hæres, aut emancipatus, quibus aliquid titulo legati vel fideicommiſſi relictum fuiſſet, agere deberent ad ſupplementum. Nam tunc teſtamentum fuiſſet nullum, filio ſuo hærede præterito: vel obnoxium fuiſſet bonorum poſſeſſioni contra tabulas, præterito filio emancipato. Planè hæc remedia excluſiſſe non videtur Iuſtinianus noua ſua conſtitutione, quum itaque teſtamentis ſubuenerit, quæ expugnabantur ex eo, quòd minùs legitima portione in illis relictum eſſet, vt patet in *l. quæ nuper. ibi, Occaſione Falcidiæ. & in l. quoniam in prioribus. ibi, Occaſione minoris portionis, C. eodem titulo, de inofficioſ. teſtament.* Ergo non ſubuenit teſtamentis, quæ impugnabantur ex vitio præteritionis, aut ex omiſſione formæ, quam ius ciuile, aut Prætor, obſeruari inſſerat, *iuxta text. in prin. & in §. emancipatos. Inſtitut. de exhæredat. liberor.* Itaque cùm ea conſtitutio *d. l. omnimodò.* ad pleraſque perſonas referatur, & in his ad filium ſuum hæredem, vel emancipatum, vti expreſſum eſt *in l. ſcimus, eodem titul.* dicemus, eam conſtitutionem in huiuſmodi filio poſſe duobus caſibus procedere.

¶ Vnus caſus eſt, ſi pater inſtituiſſet hæredem filium in minore hæreditatis portione, quàm eſſet legitima portio eidem filio debita. Nam tunc valebat ipſo iure teſtamentum, ſeruata inſtitutionis forma, *l. Gallus. §. in omnibus, ff. de liberis & poſthumis. ibi, Ex aliqua parte:* & ibi obſeruat Aretin. *colum.* 1. noſque etiam idipſum notauimus contra Iaſonem *in d. §. in omnibus, num. 4. in noſtra repetitione. §. & quid ſi tantùm, eiuſdem l. Gallus, in prima parte, num. 4. facit caſus in l. non putauit, §. final. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. l. & ſi ex modica, ff. de bonis libert. l. 2. §. 1. ff. quod cum eo.* Nihilominus poterat filius de inofficioſo patris teſtamento queri, *l. Papinianus. §. meminiſſe.* vbi docet Bartolus *numero 4. ff. de inofficioſo teſtamento, l. parentibus. C. eodem titulo.* facit doctrina Bald. *in repetit. l. pater filium, colum. 3. verſic. ſed tunc immediatè. ff. de inofficio. teſtament.*

¶ Alter caſus eſt: Si pater filium nominatim exhæredaſſet, eique legatum aliquod, vel fideicommiſſum minùs legitima portione reliquiſſet, iuxta ſententiam Imperatoris *in dicta l. omnimodò, in fine.* Nam tunc ſimiliter teſtamentum valebat, ſeruata forma, & filius fuiſſet excludendus à querela, ſi integram legitimam titulo legati vel fideicommiſſi habuiſſet, *d. l. cùm quaritur, cum ſimilibus.* Sed quoniam minus legitima portione quàm in legato vel fideicommiſſo contineretur querelam habebat, à qua ibi iubetur excludi, & quòd agat ad ſupplementum, *d. l. omnimodò, in fine & l. fin. verſic. Quòd ſi fuiſſet, C. de liberis præterit.* Denique dicta l. omnimodò: in fratribus, & parentibus, generaliter procedit, & in liberis reſpectu matris, & lineæ maternæ, quum omnes hi à querela inofficioſi teſtamenti arceantur. Nec refragabitur huic interpretationi idem text. *in verb. Alio modo:* vbi Iuſtinianus excludit non ſolùm querelam inofficioſi teſtamenti, ſed etiam alium modum impugnandi teſtamenta. Siquidem interpretandum cenſeo, quòd ille alius modus neceſſariò intelligi debeat de modo, qui ſimiliter competeret occaſione minoris portionis relictæ. Nam & Imperator ſentit, quòd ſi teſtator expreſſim cauiſſet, vt legitima portio arbitratu boni viri repleretur, non erat opus noua conſtitutione, vt etiam ſignificauit idem Imperator *in dicta l. ſcimus, in princip.* Ergo recta videtur interpretatio Accurſii *ibidem in verbo, Alijs modis:* referentis ea verba ad patronos, qui occaſione minoris portionis extrema libertorum iudicia impugnabant, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, *l. 3. §. toties. ff. de bonis libertorum, l. in conditionibus, §. ſi patronus,* † ſecundùm veram interpretationem, *ff. de conditionib.* 16
& demonſtrationib. Vnde noua lege conſtituitur, vt agant condictione ex ea lege ad ſupplementum, vti † expreſſum eſt *in §.* 17
ſed noſtra. ibi, Ex noſtra conſtitutione. Inſtitut. de ſucceſſione liberorum.
Ego etiã eodem exemplo interpretor, quòd illa verba, † Alio mo- 18
do: *dicta l. omnimodò,* referri queant ad parentes, qui contra filij emancipati tabulas poterant accipere bonorum poſſeſſionem occaſione minoris portionis. Siquidem iure manumiſſionis potuit parens eandem bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipere, quam & patronus accipit, *l. 1. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſus. l. filio. §. contra tabulas, ff. de inofficioſ. teſtament.* Quod cùm iam diu animaduertiſſem, reperi idipſum poſtea notaſſe circa dictam l. omnimodò, Benedictum de Plumbin. *in repetitione l. ſi pater filium. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione factis. num.* 15.

¶ Item non † obſtat text. *in d. l. ſcimus. §. cùm autem.* quoniam 19
reſpõderi poteſt, quòd Iuſtinianus ibi pro conſtanti habuit, filium exhæredatum fuiſſe, vt tentauit Bart. *conſ.* 12. *Ex facto, nu. 2. verſic. Item lex illa:* & idem aſſerit Bened. de Plumb. *in repet. d. l. ſi pater, num.* 15. Angel. Rapha. Fulgo. Dec. *num.* 14. *in d. l. ſi pater, C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.*

¶ Poſtre-

¶ Poſtremò non obſtat vltimum argumētum ex *d. §. aliud quo-*
20 *que capitulum.* Nam † reſpondetur quod eo nouiſſimo iure non eſt inductum, vt filius titulo inſtitutionis vocandus ſit ad bona patris. Id enim & olim apud Iureconſultos obtinuerat, & proximè apud Imperatores fuit obſeruatum, vt Viglius nouè aſſeruit *in d. §. igitur quartam, nu. 2.* Quid igitur ſit, quod Iuſtinianus eo loco nouè introduxerit, ſtatim oſtendemus.

21 ¶ Circa alteram poſteriorem quæſtionem prima ſit concluſio: quòd olim apud Iureconſultos, & apud Cæſares, ſi pater filio nominatim exhæredato quartam titulo legati vel fideicommiſſi reliquiſſet, ſecurè teſtatus videbatur, *d. l. Papinianus. §. ſi quis mortis. ff. de inoffic. teſtament. l. cùm quæritur, cum ſimilibus. C. eodem titul.* Iuris enim ſolennitati ſatisfecerat pater exhęredando filium nominatim, *vt in princ. Inſtitut. de exhæredat. liberorum. in l. inter cætera, ff. de liber. & poſthumis.* Item pietati ſatisfecerat in eo, quod quartam bonorum filio quouis titulo reliquerat. Sic filius non potuit iniuſtum dicere teſtamentum, quum nominatim exhæredatus fuiſſet. Nec potuit etiam de eiuſdem patris inofficioſo teſtamento querelam perducere, quum bonorum quartam partem ex iudicio ipſius patris haberet. Denique omnes, qui teſtamentum iure factum euertere contenderent per inofficioſi querelam, excludebantur quidem, ſi quartam bonorum partem, quouis titulo habuiſſent, *d. §. igitur quartam, Inſtit. de inoffic. teſtam.*

22 ¶ Secunda ſit concluſio: quòd † hodie parentes non excludunt inofficioſi teſtamenti querelam: etiam ſi teſtamento iure facto liberis relinquant legitimam portionem: Quoniam neceſſariò requiritur inſtitutionis titulus, *vt in d. Auth. vt cùm de appel. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, collat.* 8. vnde ſi pater hodie filium nominatim exhæredauerit adiecta vna ex quatuordecim legitimis cauſis, quibus permittitur filios exhæredare, eique filio legitimam portionem, aut ampliùs, titulo legati ſiue fideicommiſſi reliquerit, non videbitur ſecurè teſtatus fuiſſe. Siquidem filius queri poterit de inofficioſo patris teſtamento. Et niſi probetur ab hærede cauſa ingratitudinis, obtinebit idem filius in querela: nec illo nomine excludetur, quod quartam habeat ex patris iudicio. Quamuis, ante nouiſſimam hanc Iuſtiniani conſtitutionem, ceſſaret penitùs querela in tali ſpecie. Quod ita ex Iuſtiniani ſententia declarat Angel. Peruſ. *in l. ſi pater, num. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub condit. factis.* nec ſatis explicauit Viglius *in d. §. igitur quartam.* ſcripſit igitur ex Iuſtiniani ſententia, quòd ſi exhæredato filio quarta titulo legati relicta ſit, filius pro præterito cenſebitur: qui non aliquid titulo inſtitutionis fuerit cōſequutus. Ego autem noto, quod filius haberi non poteſt pro pręterito, ſi vtique ius antiquum obſeruetur, & filius exhęredatus fuiſſe proponatur. Quare docendum eſt rectiùs, quòd filius exhæredatus perinde eo caſu poterit de inofficioſo teſtamento queri, atq; ſi nihil omnino eidem relictum à patre fuiſſet.

¶ Ex his primò infertur, ſi pater in noſtri capitul. ſpecie rem certam titulo legati filiæ reliquiſſet teſtamentum eſſe ipſo iure nullum, vti gloſ. hic & omnes Doctores communiter exiſtimauerunt. Cæterùm fortaſſis non eſſet nullum ex iure nouiſſimo authenticorum, vt glo. & omnes crediderunt. Quoniam magis eſſet nullum *ex l. fin. C. de liberis præterit.* Nam cùm iure Digeſtorum & Codicis, teſtamentum in hac ſpecie nullum fuiſſet in filio, vt ſuprà tentauimus: cenſeri debuit ęquè nullum in filia, poſteaquam ſublata eſt ſexus differentia *per d. l. fin.* quinimmò & ſi teſtator rem certam ſimpliciter filiæ reliquiſſet, non expreſſo nec legati, nec inſtitutionis titulo, adhuc teſtamētum eſſet nullum: Vtputa ſi teſtator ita concepiſſet: Filiæ meæ Philippæ mille aureos relinquo. Hoc ita præcepit gl. *in iſto verb. Inſtituit.* dum in-
23 ſtituit quod *in d. c. Raynutius, ſuprà eod.* Alterocha † filia fuit honorata expreſſo inſtitutionis titulo: quaſi verbum, Relinquo, ſimpliciter prolatum minimè referatur ad inſtitutionē. Quod etiam tenuit prius gloſ. *in d. c. Raynutius, in verb. Relinquens.* & eſt magis communis intellectus ſecundùm Philippum Probum *hic in additionibus ad Ioannem Monachum, num.* 2. & Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in d. c. Raynutius. §. 1. nu.* 7. Quapropter in gloſ. præcedenti propè finem communem & veram opinionem ſequuti declarauimus, quod *in d. c. Raynutius.* neceſſariò ſuppleri debet, quòd Alterocha filia honorata fuit expreſſo inſtitutionis titulo. Quamuis non ſemel intellexerim plures affirmaſſe, quod *in d. c. Raynutius.* hæc communis & recepta interpretatio non ſit neceſſaria. Quin potiùs ſine vlla ſuppletione textum illum facilè poſſe procedere exiſtimabāt, ex eo quod filia ante Iuſtinianum non erat neceſſario hæres inſtituenda *iuxta l. maximum vitium. C. de liber. præterit. l. qui hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. l. Gallus. §. in omnibus. l. inter cætera, ff. de liberis & poſthumis. §. 1. verſic. ſed ita, Inſtitut. de exhæredat. liberorum, cum alijs quæ ſuprà allegaui in glo. in verbo, in re certa.* Quod autem ille text. *in dicto c. Raynutius.* ante Iuſtinianum fuerit conditus, inprimis videtur probari *ex eodem cap. Raynutius. ante verſiculum, Inſuper:* vbi ſit mentio annalis exceptionis, quaſi tunc vigeret: quæ tamen fuit ſublata per Iuſtinianum *in l. vnica, C. de annali exceptione.* Ergo ſit veriſimile, quòd tempore illius capituli vigebat annalis exceptio, & quod nondum erat ſublata per Iuſtinianum: & conſequenter quod nondum erat edita per eundem Iuſtinianum *d. l. maximum vitium.* Cæterùm is intellectus quamuis prima facie arridere videatur, nulla tamen ratione ſubſiſtere poteſt, ſi Summorum Pontificum & Imperatorum annalia requiras. Ex quibus annalibus facilè conſtat, textum *in dicto capitulo Raynutius*, editum fuiſſe plus quàm ſexcentis annis poſt dictam l. maximum vitium. Etenim Iuſtinianus Codicem ſuum edidit anno Chriſti Domini Dei noſtri 529. quo tempore Pontificatum Maximum obtinebat Felix Papa Tertius, Innocentius verò Tertius auctor *dicti capituli Raynutius.* Pontificatum Maximum cœpit anno Chriſti 1198. eoq́ue tempore Imperabat Henricus Sextus, iamq́ue in Germaniam tranſlatum erat Imperium. Edidit igitur Codicem Iuſtinianus annis ante Innocentium Tertium 996. vti conſtat ex Haloandro, è Faſtis Conſularibus, ex Euſebio, ex Platina, de vitis Pontificum, & ex omnibus Chronicis. Hoc ipſum etiam facilè deprehenditur *ex capitulo clerici, ſuprà de iudic.* vbi Lucius Tertius refert Imperatorem Iuſtinianum dicentem, quòd leges non dedignantur ſacros canones imitari, *in Authent. vt clerici apud proprium Epiſcopum, §. penultimo, collatione 6. & in Authentica de Eccleſiaſticis titul. in principio, collatione 9.* Atqui multo tempore poſt Lucium Tertium creatus fuit Pontifex Maximus, Innocentius Tertius auctor *dicti capituli Raynutius.* Neque quemquam offendat prædicta conſideratio, quòd videlicet, in eo capitulo Raynutius, fiat mentio annalis exceptionis, quam tamen conſtat ſublatam fuiſſe à Iuſtiano *in dicta l. vnica, C. de annali exceptione.* Quoniam reſpondeo, doctiſſimum Innocentium Tertium pro conſtanti habuiſſe, eam exceptionem annalem nullius momenti fuiſſe, eamq́ue ſuſtuliſſe Iuſtinianum *in dicta l. vnica.* Et proinde quamuis pars illam oppoſuit, cuius allegationes Papa fideliter retulit, & narrauit, illam tamen tanquam impertinentem Pontifex omiſit: nec illius vllam rationem habuit in parte deciſiua. Verba verò narratiua non inducunt iuris diſpoſitionem, iuxta gloſſam ordinariam *in l. vnica, C. quando non petentium partes, & in cap. ſi Papa, de priuilegijs, libro ſexto.*

¶ Verùm verò *in d. c. Raynutius.* inſpecto iuris ciuilis rigore, defendi poſſit teſtamentum ratione ſolius ſubſtitutionis, remouendo ex illa conditionem pro parte legitima, & perempto primo gradu: inferius reſoluetur *in gloſ. Et idem filio.*

¶ Secundò infertur, quòd & ſi pater huic filiæ legaſſet rem non certam, ſed maximam hęreditatis partem, vel etiam totam hæreditatem à filio hærede vniuerſali, teſtamentum æquè nullius momenti cenſeretur. Nam æquè verum eſſet, quòd filia præterita fuiſſet: quæ nec hæres inſtituta, nec nominatim exhæredata deprehenderetur. Quare licèt filia redigeretur ad cōditionem fideicommiſſariæ vniuerſalis, iuxta notata per gloſ. *in l. mulier, la 1. in fin. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia. in gloſ. fin.* nihilominus teſtamentum cenſeretur eſſe nullum: quum conſtet non
ſufficere † titulum fideicommiſſi etiam vniuerſalis, vt filio ſit 24
ſatisfactum. Et ita videtur expreſſum *in dicta Authent. vt cùm de appellatio. cognoſc. §. aliud quoque capitulum, collat.* 8. & hanc eſſe veritatem, & ita in iudicando ſeruari teſtatur Guido Papæ *deciſio. 425. ſi quis, in fine.* ſic apparet Senatuſconſultis ſiue areſtis Galliæ non rectè iudicatum fuiſſe id, quod deciſum audiuit, & ſeruari debere in practica aſſeruit Berengar. Fernand. *in repetit. l. in quartam, numero 189. ff. ad legem Falcidiam.* nam cùm quidam filium nec hæredem inſtituiſſet, nec exhæredaſſet, eidem tamen fideicommiſſariam hæreditatem ab inſtituto hærede reliquiſſet, deciſum dicitur, quod valeret teſtamentum, per text. *in dicta l. ſcimus. § cùm autem, C. de inofficioſ. teſtament.* Ad textum verò *in dicto §. aliud quoque capitulum*, reſponſum fuiſſe refert, quod Iuſtinianus ibidem loquitur in fideicommiſſo vniuerſali. Sed profectò communi opinione receptum eſt, quod teſtamentum ſit nullum ipſo iure præterito filio: quamuis eidem filio pater hæte-

hæreditatem titulo fideicommiſſi vniuerſalis reliquerit, vt docet Alexan. *in d. l. in quartam, nu.* 20. & teſtatur eſſe communem opinionem Berengar. Fernand. *ibid. d. num.* 189.

¶ Neque huic communi opinioni refragatur text. *in d. l. ſci-*
25 *mus. § cùm autem.* Quoniam Doctores † communiter interpretantur, quod is §. procedat ſecundùm iura Codicis, à quibus poſtea diſceſſum eſt *per dictum: §. aliud quoque capitulum.* qua parte ibi Imperator ſcribit, quòd teſtamentum non valet etiam ſi filius titulo fideicommiſſi fuerit vocatus. Porrò fideicommiſſi appellatio indefinita non minus exprimit fideicommiſſum vniuerſale hæreditatis, quàm fideicommiſſum particulare rei ſingularis: vti conſtat *ex titulis Inſtitutionum de fideicommiſſar. hæred. & de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.* & obſeruat Alexand. *in l. in teſtamento, la* 2. *num.* 2. circa eius legis intellectum, *C. de teſtam. milit.*

¶ Tertiò infertur, quòd ſi in noſtri cap. ſpecie teſtator hanc filiam, quam hæredem inſtituit in re certa, exhæredaſſet, inſerta legitima cauſa, quæ in doli capacem impuberem cadere potuiſſet: *iuxta text. in c.* 1. *de delict. pueror.* non dubitarem quin filia excluderetur à querela inofficioſi teſtamenti, *vt in dicta Authent. vnicùm de appellat. cognoſc. §. hæc autem, collat.* 8. proinde hoc caſu poſſet recipi quod gloſ. noſtra dixit ſuprà *in ver. In re certa:* videlicet, filiam acturam fuiſſe de inofficioſo teſtamento, ſi pater eam non inſtituiſſet in re certa. Sic titulus inſtitutionis factæ in re certa, diſtinguitur in titulo legati, vel fideicommiſſi etiam vniuerſalis: quamuis titulo legati vel fideicommiſſi etiam vniuerſalis portio legitima ſibi relicta fuiſſet. Quòd ſi filia, quæ ita exhæredata, & inſtituta in re certa proponitur, vellet agere ad ſupplementum occaſione minoris portionis, tunc hæres vniuerſalis in iudicio actionis ad ſupplementum deberet opponere ipſi filiæ exhæredationem probaturus veritatem cauſæ legitimæ, quæ exhæredationi fuiſſet inſerta. Nam ſi cauſam prædictam hæres probaret, tunc filia excludenda eſſet à ſupplemento, *iuxta textum in dict. l. omnimodò, verſic. Si tamen, C. de inofficioſo teſtamento.* Et huius ſpeciei, in qua pater filiam inſtitueret in re certa, atque eandem filiam exhæredaret, legitima cauſa inſerta meminit Angel. Peruſ. *in dicta l. ſi pater, C. de inſtitut. numero* 4. De-
26 nique hæc inſtitutio, & exhæredatio, non † habet eam contradictionem, quam habere ſolet inſtitutio, & exhæredatio, *iuxta textum in l. ſi filium, ff. de liberis & poſthumis.* vbi dicitur, quòd ſi filium nominatim exhæredauero, & eum poſtea hæredem inſtituero, valet quidem hæredis inſtitutio, & hæres erit. Siquidem ille textus procedit in hęredis inſtitutione vniuerſali, quæ repugnat exhæredationi. Vnde filius ibi perinde hæres erit, atque ſi exhæredatio non fuiſſet ſcripta. Cæterùm exhæredationi non repugnat inſtitutio facta in re certa, dato cohærede, quoniam exhæredatio eſt excluſio ab vniuerſa hæreditate, *l. cùm quidam, ff. de liberis & poſthumis.* Nulla autem hæreditatis pars in rebus certis conſiſtit, *l. ex facto, ff. de hæredib. inſtituend. l. quoties, C. eodem titul.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum imperfectum, & minus ſolenne valet inter liberos.*
2 *Teſtamentum inter liberos minus ſolenne valet, etiam data inæqualitate.*
3 *Teſtamentum inter liberos minus ſolenne valet, data etiam maxima inæqualitate.*
L. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. ſenſus ibidem, & per totam gloſſam.
4 *Subſtitutio pupillaris facta in teſtamento minus ſolenni inter liberos valida eſt.*
5 *Subſtitutio fideicommiſſaria inter liberos facta in teſtamento minus ſolenni valida eſt.*
6 *Subſtitutio pupillaris facta in teſtamento minus ſolenni non valet, ſi ſubſtitutus non ſit ex liberis teſtatoris.*
7 *Teſtamentum, aut ſubſtitutio pupillaris in minus ſolenni teſtamento valet, ſi pia cauſa ſit hæres inſtituta, aut ſubſtituta.*
8 *Teſtamentum ad pias cauſas minus ſolenne valet.*
9 *Teſtamentum ad pias cauſas valet, licet ſolennitas conuocationis teſtium non interueniat.*
Cap. relatum, el 1. *de teſtam. ſenſus, ibidem.*
10 *Subſtitutio fideicommiſſaria ad pias cauſas in teſtamento minus ſolenni valet.*
11 *Teſtamentum imperfectum inter liberos valet duntaxat quo ad ipſos liberos, non quo ad alios.*
L. 7. *tit.* 7. *Partit.* 6. *ſenſus, ibidem.*
12 *Teſtamentum ad pias cauſas minus ſolenne valet, ita tamen, quòd legata in eodem teſtamento quibuſcunque perſonis relicta, valida ſunt etiam.*
Legata quibuſcunq; perſonis relicta in teſtamento minus ſolenni, in quo pia cauſa fuit hæres inſtituta ſunt valida & debentur, ibidem.
13 *Fideicommiſſum, aut legatum imperſonale in dubio iniunctum videtur ab hærede filij potius quàm ab ipſo filio, præſertim ſi iniunctum à filio inutile cenſeretur.*
14 *Relicta in minus ſolenni teſtamẽto poſſidens ſine vitio poterit per exceptionem defendere.*
15 *L. Portugallia, lib.* 4. *tit.* 7. *in princ. ordin. Reg explicatur.*

IN SVO TESTAMENTO.

IN Svo teſtamento. Hoc teſtamentum hactenus ſolenne fuiſſe videtur: quod hæredis filij vniuerſalem habuit inſtitutionem. Item præteritione filiæ non fuit iniuſtum: quum & ea fuerit hæres inſtituta in re certa. Videndum eſt igitur, vtrùm neceſſario interpretari debeamus, quòd in hoc teſtamẽto reliqua alia ſolennitas ordinaria interuenerit? Siquidem iure ciuili ſeptem rogati teſtes cum aliis ſolennibus deſiderantur, *l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. facere poſſ. l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. l. hæredes palàm, ff. eod. titul. in princ. Inſtit. eodem tit.* Iure autem canonico, quod in terris Pontifici ſubiectis obtinet, duo tantùm teſtes ſimul cum presbytero parochiali ſufficiunt, *capit. cùm eſſet, ſuprà eodem titul.* hanc itaque quæſtionem vtilitatis gratia per ſingulas huius teſtamenti diſpoſitiones operæpretium erit tractare.

¶ Vnde primò quæritur: Vtrùm inſtitutio filij, & filiæ, valere potuerit in hoc teſtamento ſine iuris ſolennitate? Reſpon-
deo, † teſtamentum inter liberos factum valere ſine vlla iuris 1
ſolennitate: & liberos ex teſtamentaria inſtitutione ſuccedere ſecundùm parentum ſuorum voluntatem, de qua conſtiterit per legitimas probationes, *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament.* Proinde ſi conſtaret per duorum teſtium ordinariam probationem, quòd pater filiam in re certa, filium verò in cæteris bonis hæredes inſtituiſſet, non poſſet introduci quæſtio circa ſolennitatis defectum. Idque procederet, etiam ſi filius minus habuiſſet ex bonis paternis in re certa, quàm filius ex v-
niuerſali inſtitutione. Si quidem teſtamentum † imperfectum 2
ratione ſolennitatis valet inter liberos, etiam data inæqualitate: vt videtur probare text. *in Authent. de teſtament. imperfect. in princ. collat.* 8. Et hoc eſſe verius aſſerit Andr. Alciat. *in l. verbis ciuilibus, num.* 34. *ff. de vulgar. & pupil.* & communi opinione receptum eſſe teſtantur Marian. Socin. Iunior *in conſ.* 189. *Fateor ingenuè, num.* 87. *lib.* 2. & Marcus Antonius Nat. *in repet. d. §. ex imperfecto, quæſt.* 1. *num.* 63. *& in conſ.* 423. *num.* 10. *&* 11. *in ſecunda parte.* Gregor. Lup. *in l.* 7. *titul.* 1. *Part.* 6. & Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in c. Raynutius. §.* 1. *num.* 3. *ſuprà eod.* quamuis ipſe contrarium teneat poſt alios, quos refert & Andr. Tiraquel. *de primogeni. quæſt.* 4. *num.* 4. quo loco idem Marcus Antonius amplius putat: vi-
delicet, valere teſtamentum † ſine iuris ſolennitate inter libe- 3
ros, non ſolùm ſi inter eos detur æqualitas portionum, ſed etiam ſi detur maxima inæqualitas. Nam etiam hoc caſu reſoluit ex communi opinione, valere teſtamentum aduerſus Curtium Iuniorem *ibid. num.* 2.

¶ Secundò quæritur: Vtrùm ſubſtitutiones pupillares, quæ continebantur in compẽdioſa ſubſtitutione reciproca inter liberos facta, ęquè valerent ſine iuris ſolennitate? Reſpondeo vi-
deri † quòd æquè valerent. Nam vbi pater in teſtamento, quod 4
inter liberos ſine iuris ſolennitate facit, ſubſtituit pupillariter impuberi alterum ex liberis: valet æquè pupillaris ſubſtitutio, ſiquidem patris & filij vnum eſt teſtamentum, *l.* 2. *§. prius. l. patris & filij, ff. de vulg. & pupil.* Proinde non minus valere debet pupillare teſtamẽtum, quàm paternum, iuxta argumentationẽ Pontificis *in fin. huius ca.* Denique communi opinione receptum eſt, quòd valeant huiuſmodi ſubſtitutiones pupillares, cùm Bart. *in l.* 2. *num.* 8. *ff. de vulg. & pupil.* vt ibidem reſoluit Alexan. Imol. *num.* 21. & Iaſ. *num.* 24. & Franc. Ripa *num.* 28.

¶ Tertiò quæritur: Vtrùm fideicommiſſaria ſubſtitutio reciproca, quę continebatur ſub reciproca cõpendioſa, & habitura locum erat inter liberos poſt tempora pubertatis: *cap. Raynutius, ſuprà eodem.* æquè valeret in hoc minus ſolenni teſtamento inter

5 inter liberos compoſito? Et reſpondetur † hanc etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſimiliter valituram fuiſſe, vt in terminis reſpondit Bald *conſ.99.* Nicolaus *lib.2.* & tradit Marcus Anto. *in repetitio. dicti §. imperfecto, num.153.*

¶ Quartò quæritur: Vtrum pupillaris ſubſtitutio facta de pauperibus æquè valeret ſine vlla ſolemnitate? Reſpondeo
6 † communi quidem opinione receptum eſſe, quod ſi parens in teſtamento inter liberos minus ſolemniter facta impuberibus liberis ſubſtituat pupillariter aliquem, qui ex liberis nō ſit: minimè valet teſtamētum ipſum pupillare, vti docuit Bar. *in l.2. num.18. ff. de vulg. & pupillar.* cuius ſententia communiter eſt recepta ſecundum Iaſon. *ibidem nu.24* Franciſcum Ripam. *nu.28. in d.l.2.* Vnde cum pauperes ex liberis non ſint, videretur prima facie dicendum eſſe, ſubſtitutionem pupillarem nō
7 valere. Nihilominus tamen contra reſpondendum † videtur, quod æquè valere debeat pupillaris ſubſtitutio, ex qua omnia
8 bona ſimiliter pauperibus deferrentur. Alia enim ratio pupillare teſtamentum confirmaret, quod ſcilicet teſtamentum † ad pias cauſas factum nullam iuris ſolemnitatem deſiderat, in quo de ſola facti probatione agendum ſit, *c. relatum. el.1. ſupra hoc titu* Sic eueniret vt teſtamentum principale, quod ratione ſolemnitatis eſſet imperfectū, idcirco valeret, quoniam inter liberos factum fuiſſet, ipſum autem pupillare teſtamentum ea ratione defenderetur quod ad pias cauſas factum fuiſſet, *d.c. relatum.*

9 ¶ Obſtare tamen videretur huic ſententiæ illa conſideratio, quod ſcilicet, ſolemnitas † ſaltem conuocationis duorū, vel trium teſtium neceſſaria eſſet: vt videtur probari *in eodem cap. relatum. el 1. in verb. Requiſitis.* Ex quo hoc exiſtimauit eſſe expreſſum Lupus *in allega.30.* & illum ſequutus eſt Ludouicus Roman. *conſ.306. Propoſita numero 3.* Quinetiam idem Ludouic Roman. *in repetit. authen. ſimiliter nume.61. C. ad legem Falcid.* ſcripſit, quod licet communi opinione Canoniſtarum & Legiſtarum receptum ſit, rogationem teſtium non requiri in teſtamento facto ad pias cauſas, ea tamen opinio communis falſa eſt per text. *in dicto cap. relatum.* Hoc eiſdem verbis, non relato Romano, tranſtulit And. de Beſetis *in repetit. l.1. nume.211. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Idem etiam tentauit And. Sicul. *in dicto cap. relatum. [illegible] colum.* & meminit Nicolaus Boerius *Deciſ.34. nume.5.* Sed profectò communis opinio omnino eſt amplectenda. Nec enim illi aliquod negotium facit *verbum, Requiſitis, de quo in dicto cap. relatum*, quia vera & plana interpretatio eſt, quod verbum, Requiſitis, referri debet ad iudices, ad quos ibi Pontifex verba dirigit, qui iudices debent requirere, hoc eſt, interrogare, & examinare duos, vel tres teſtes ad probationem vltimæ voluntatis. Idque ita rectè interpretatus eſt Ioan. Imol. *ibidem nume. penult.* quem ſequutus eſt Marcus Antonius *in §. Sed hæc quidem. numero 30. Inſtitut. de teſtament.* Et hanc interpretationem prius ſcripſit Caldetin. *in Rubric. de teſtamen. conſil.26. in fine.* quam etiam, nemine relato, dilatauit Philip. Corn. *conſilio 278. numero 12. lib.1.* & eam quaſi nouam ſibi vendicauit Guliel. Benedict. *in repetitio. capit. Raynutius, ſupra eodem titulo in verb. Teſtamentum el 1. numero 61. verſic.* Secundo reſpondetur & nouè.

¶ Quinto quæritur: Vtrum fideicommiſſaria pauperum ſubſtitutio, ad quam traheretur poſt tempora pubertatis directa eorundem pauperum ſubſtitutio, valeret æquè in hoc minus ſolemni teſtamento? Mouet enim, quod principale teſtamentum valuit inter liberos quoad inſtitutiones, vt fideicommiſſarias ſubſtitutiones reciprocas. Nec eadem ratio ſuadere videtur, vt valeat onus impoſitum ei, qui ex liberis nouiſſimus decederet ſine liberis poſt tempora pubertatis. Sed ta-
10 men magis eſt, vt hæc etiam fideicommiſſaria † ſubſtitutio valeat, & piæ cauſæ ratio habenda ſit, *argumento d. cap. relatum. el 1. de teſtam.* & quod ibi tradit Reuerendiſſ. D.D. Couarru. *num.3.*

¶ Sexto quæritur: Vtrum hæc bona quæ teſtator vxori legauit, deberentur eidem vxori ex hoc imperfecto teſtamen-
11 to ratione omiſſæ ſolemnitatis? Reſpondeo † quod ei nō deberentur, per text. *in dicto §. ex imperfecto*, vt ſi liberis admixta eſt alia extranea perſona, nō valeat quoad illam voluntas minus ſolemnis. Planè Imperatoris ſententia videtur vt id procedat, nō ſolum ſi extranea perſona titulo inſtitutionis ſit vocata, ſed etiam ſi vocata ſit titulo legati, ſeu fideicommiſſi. Idque ita ab omnibus intelligitur *in dicto § ex imperfecto, & probatur argumento text. in authen. de teſtamen. imperfect. in principio. verſiculo, Si tamen aut vxori. colla 8.* Nec contrarium in hoc articulo ſenſit *l Partita. 7. titulo primo partit.6.* vt rectè interpretatus eſt ibi Grego Lup. *in gloſ.5.*

¶ Aduerte tamen, quod iuxta ſpeciem legatorum *in antiqua Decretal.* expreſſam hæc mulier exquiſita iuris ratione poſſet iſta legata integra conſequi: quamuis maximè teſtamentum mariti imperfectum fuiſſet ex defectu ſolemnitatis. Sic enim teſtator conceperat. Si de liberis meis ſola filia fuerit ſuperſtes, tantum augeo legata vxoris meæ. Item ſi nec filius, nec filia ſuperfuerit, & tunc ſimiliter adhuc plus augeo legata vxoris, vti refert hic Innoc. *ad finem.* Ergo mulier à filio legatum petere non poſſet, *d.l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* Sed & ſi mortuo filio, vellet legatū petere à filia, quæ filio ex pupillari ſubſtitutione hæres extitiſſet, ſimiliter non audiretur. Nam hæ tabulæ ſecundæ ita ſine ſolemnitate valuerunt inter liberos, *argumento dicti § ex imperfecto*, vt eodem argumento legata in eiſdem tabulis relicta vxori, ſiue extraneis, valere non debeant. Veruntamen ſolida legata mulier videretur iure petere poſſe à pauperibus, quibus omnia bona ex pupillari ſubſtitutione fuerunt delata. Quippe ſi teſtator nominatim hęc legata à pauperibus vxori reliquiſſet, conſtare deberet, quod pauperes ea tenerentur vxori præſtitæ. Eſt enim communi opinione receptum, † quod vbi teſtamento minus ſolemni 12
pauperes inſtituuntur: & ratione pietatis teſtamentum valet, legata etiam in eodem teſtamento quibuſcunque relicta perſonis, quæ alias capere poſſunt, ſimiliter valent, vt ex Antonij Butrij ſententia, *in cap. quod clericis, nume.10. de foro competenti, ſupra colum.7. in verſ. Idem puto*, reſoluitur Alexand *conſil.41. Viſo tenore, numero 5. in lib. primo*, Philip. Corn. *conſil.278. Viſis conſilijs nume.15. libro primo*, Bartholom. Socin. *conſil.1. In primo, nu.31. libro 3.* Carol. Ruin. *conſil. primo. Teſtamentum, num.12. libro ſecundo.* Iaſon. *in dicto §. ex imperfecto, num.10.* cum igitur pupillare teſtamentum filiæ, quæ poſterior mortua eſt, valuerit ſine ſolemnitate, quoniam pauperes in eo inſtituti hæredes fuerunt, conſequens eſt, vt legata, quæ teſtator à pauperib. in hoc pupillari teſtamento reliquiſſet, ſoli ab eiſdem vxori deberent. Quæ cum ita ſint, idem in propoſita ſpecie recipiendum foret, in qua teſtator intelligi deberet legata ab ipſis pauperibus reliquiſſe: quamuis legati verba fuerint impetſonalia. In hac enim verborum conceptione: Si nec filius nec filia ſuperfuerit: & tunc ſimiliter adhuc plus augeo legata vxoris: ita interpretandum eſt, vt teſtator magis voluerit pauperes onerare, non vero ex liberis eum, qui nouiſſimus moreretur. Si quidē communi opinione receptum † videtur, quod vbi verba legati ſunt impetſonalia teſtator non creditur legatū reliquiſſe à filio poſt mortem, ſed magis legatum reliquiſſe videtur à filij ſubſtituto pupillari, argumento eius, quod ſcribit gloſ. *fin. in l. qui duos. ff. de vulgari. & pupilla.* & quod ibi Barto. & omnes, tradit in his terminis, quoad aliud tamen propoſitum, Aret. *in l. & contra tabulas nume.2. colum.6. ff. de vulgar.* & hanc eſſe cōmunem opinionem reſoluunt Lancelot. Galiau. *nume.409.* Franciſ. Ripa. *nume.108. in l. Centurio ff. eodem titu. de vulgar.* Certè in propoſita ſpecie hoc omnimodo recipiendū foret, quoniam ſuperior opinio, quæ alioquin eſt controuerſa, dubitationem non habet, quādo legatum eſſet omnimodo inutile, ſi à filio datum videretur. Tunc enim videtur datum ſine cōtrouerſia à ſubſtituto pupillari, ne pereat diſpoſitio, *argumento tex. in l. quoties, cum vulgar. ff. de reb. dub.* vt Concludit Lancelo. Galiau. *in dicta l. Centurio, nume.456.* planè ſi legata viderentur vxori relicta, non à pauperibus, ſed ab altero ex liberis, qui nouiſſimus vita deceſſiſſet, iam legata eſſent inutilia, *argument. text. in dicto §. ex imperfecto. & in dicta authen. de teſtamen. imperfect. in princip. verſ. ſi tamen aut vxori: colla.8. coniuncto argumento text. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupil. in verſ. Vt ab impubere.* Ergo vt videantur vtiliter vxori relicta, interpretandum foret, quod teſtator à pauperibus ſubſtitutis ea legata relinquere voluiſſe.

¶ Denique illud eleganter obſeruandum eſſet, quod pauperes tenerentur vxori teſtatoris ad præſtanda ſolida legata, non vero tenerentur ad ſolum argumentum, quod teſtator vltimo loco adieciſſe videbatur. Etenim poſtremi legati verba illa, Adhuc plus augeo legata vxoris, idem valent, quod illa. Hoc amplius vxori pauperes dent. Igitur legata, quæ teſtator à filio & filia inutiliter vxori reliquiſſet, confirmata intelligen-

ligerentur hac repetitone facta in vltimo pupillari teſtamento, in quo vtiliter dari legata potuerũt à pauperibus ſubſtitutis pupillaribus, *l. legata inutiliter, vir. Idem eodem loco. ff. de lega. 1.*

¶ Poſtremò adde, quod in Portugalliæ regno legata quæ fuerunt vxori relicta in minus ſolemni teſtamento plerunq; defendentur. Idque aliàs ex facto conſultus reſpondi, quum quidam vnico filio hærede inſtituto, tertiam bonorum ſuorũ partem, iuxta notiſſimas Portugalliæ leges vxori legaſſet in teſtamento, quod erat ratione omiſſæ ſolemnitatis imperfectum Eſt etiam author Barto. *in l. nemo poteſt, num. 28 ff. de lega. 1.*
14 quod ſi † aliquis poſſideat ſine vitio rẽ ſibi relictam in teſtamento minus ſolemni, poteſt ſe exceptione defendere, *argumento l. militis. §. veteranus. ff. de militari teſtamen.* Porrò cum Bar. ſe referat ad poſſeſſionem ſine vitio appræhenſam, eius ſententia ratiò poterit locum habere, attento iure communi. Nã ſi vxor, mortuo marito, apprehendat poſſeſſionem rerum ſibi legatarum in minus ſolemni teſtamento, hæres ab inteſtato veniens, qui teſtamentum non valere oſtendit, vtilitatem retentionis facili negotio eludet. Aget enim conſultius interdicto poſſeſſorio: Quorum bonorum. *l. 1. C. & ff. quorum bonorum.* Sic poſſeſſionem rerum ab vxore teſtatoris euocabit, vt doli mali exceptione repelli nequeat. Quoniam tamen regni
15 Portugalliæ † iure conſtituto vxor plerunque, mortuo marito. rerum quas maritus moriens poſſederat, ciuiliſſimam poſſeſſionem acquirit, vt *in libro quarto titu. 7. in princip.* erit ſæpenumero vtilis Bartoli ſententia, ſi proponatur maritum vxori res legaſſe in teſtamento minus ſolemni. Secundum quæ dicebam vxorem in tertia bonorum parte ſibi legata, iuxta facultatem, quam habet pater, vt *in titu. 70. lib. 4. Ordin. eiuſdem regni*, tueri ſe poſſe contra mariti inteſtati filium hæredem. Licèt enim teſtamentum non valuiſſet, nec item legatum in eo relictum, nihilominus vxor habebat pro ſe voluntatem mariti in ea tertia bonorum parte. Vnde cum mulier non poſſit interdicto poſſeſſorio inquietari, iuſtè opponeret doli mali exceptionem aduerſus inteſtati hæredem agẽrem petitione hæreditatis: quoniam vtique hæres contra defuncti voluntatem bona eiuſdem peteret. Quod ita probatur *argumento d. §. veteranus, & authoritate* Barto. *in d. l. nemo poteſt, cuius ſententia communiter eſt approbata,* vt per Iaſon *ibi in 1. lectur. nume. 70. & in 2. lectu. num. 94.* & Franciſ. Rip. *ibidem nu. 96.*

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos facta inter virum & vxorem morte donatis confirmatur, ſi traditio præceſſerit, aut aliud, quod pro traditione ſit.*
2 *Donatio cauſa mortis facta inter virum & vxorem valet à principio etiam ſine traditione, ſed obligatio efficax in tempus mortis donantis confertur.*
3 *Dominium rei donatæ cauſa mortis inter virum & vxorem, trãſit in donatarium à morte donantis ad legatorum exemplum.*
4 *Oratio Diui Seueri, quæ confirmat donationes inter vir. & vxo. ad donationes cauſa mortis eſt referenda.*
5 *Dominium rei donatæ cauſa mortis, ſequuta traditione illicò trãſit in donatarium, præterquam inter virum & vxorem.*
L. Sed interim ff. de donat. inter virum, ſenſus, ibidem, & nume. ſequen.
6 *Donatio cauſa mortis inter vir. & vxo. facta, confirmatur deportatione donantis, præcedente traditione, dominium tamen eſt reuocabile donec mors naturalis fuerit ſubſequuta.*
L. Sed ſi mors. ff. de donationib. inter virum & vxorem explicatur, ibidem.
L. Si fundus. verſ. Nam & ſi. ff. locati, ſenſus, ibidem.
7 *Baldi ſententia in l. executorem ff. de executio. rei iudi. explicatur.*
8 *Gloſ. in l. 2. ff. de dote prælega. contra Franciſ. de Rip. defenditur.*
L. Mortis. ff de donationib. cauſ. mort. ſenſus, ibidem.
9 *Legatum relictum vxori nõ refert an relinquatur nomine proprio, an nomine appellatiuo: quando teſtator tempore teſtamenti vxorem habeat.*
10 *Legatum relictum vxori, quando teſtator nundum vxorem duxerat, non primæ vxori ſed relictæ tempore mortis datum videtur.*
Vxori legatum. de qua vxore intelligatur. ibid.
11 *Legata in teſtamento relicta exigunt ad ſui confirmationem, quod hæreditas ſit adita, vel quod filius ſucceſſionem patris agnouerit.*
12 *Legata non confirmantur ſui hæredis exiſtentia.*
13 *Legata quamuis ſola exiſtentia ſui hæredis confirmata non fuerit, poſtea tamen confirmantur, ſi hæres filij aut filiæ ex eiuſdem filij, aut filiæ perſona acquiſiuerit patris bona ex ipſius teſtamento.*
14 *Grauamen, quod non poteſt valere in perſona filij, valet in perſona ſuſtituti vulgaris.*
L. Cùm patronus. ff. de legat. 2. ſenſus, ibidem.
15 *Legata ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto vulgari: non autem à ſubſtituto pupillari.*
L. Licet Imperator. ff. de legat. 1. declaratur, ibid.
16 *Grauamen legitimæ, quod valere poteſt in perſona ſubſtituti vulgaris, non valet in perſona ſubſtituti pupillaris: ſiue filius agnouerit, ſiue non agnouerit patris ſucceſſionem.*
17 *Legatum vxori, quomodo interpretandum.*
18 *Vxori legatum non videtur relictum animo illud compenſandi cũ dote.*
L. Vnica. §. 1. verſ. Sciendum. C. de rei vxoriæ actione. ſenſus.
19 *Legatum creditori non cenſetur relictum animo illud compenſandi cum debito, quod à principio fuit voluntarium, ſecus ſi neceſſarium.*
L. Creditorem ff. de legat. 1. ſenſus.
20 *Vxori legatum cum declaratione, vt cum dote debeat compenſari, cenſetur inutile.*
L. Vnum ex familia, in princip. ff. de lega. 2. ſenſus, ibid.
L. Aurelius. §. ſi. ff. de libera. lega. ſenſus, ibid.
21 *Gloſ. in l. ſi cui legetur. §. ſi Titio decem. in verb. Non valet. ff. de leg. 1. defenditur.*
22 *L. Cum dotem. ff. ad l. falcid. ſenſus, & num. 26. & num. 30.*
L. Si vſusfructus, verſ. Dos legata ff. ad l. falci. ſenſus, & nume. 26. & num. 28.
23 *Legatum creditori quod repræſentationis commodum facit vtile, an per legem Falcidiam ſit reſecandum de toto legato principali, an verò duntaxat de ipſo repræſentationis cõmodo? &c. nu. 25.*
L. 2. § per contrarium. ff. de dote prælegata. ſenſus, ibid. & num. 25. & melius num. 29. 31.
24 *Legatum creditori, quod repræſentationis commodum facit vtile, totum à principio peti poteſt.*
L. Debitor. ff. de legat. 2. ſenſus, ibid.
L. Verbis ff. ad leg. Falcid. ſenſus, ibid.
25 *L. 1 §. ſi quis creditor. ff. ad leg. Falcid. ſenſus.*
27 *L. Vnica. §. igitur. C. de rei vxoria actione ſenſus.*
32 *Vxor amittit legatum propter adulterium, viuente, & inſcio teſtatore marito admiſſum: vel etiam propter ſtuprum poſt mariti mortem, & infra annum luctus perpetratum.*
33 *Vxor, quæ infra annum luctus ſtuprum commiſit, amittet legatum ſibi à marito relictum.*
L. 3. titu. 2. Partit. 4. ſenſus, ibid.
34 *Leges ciuiles punientes non tam ſecũdas nuptas infra annum luctus contractas, quam ſtuprum infra idem tempus admiſſum, vel aliter proſpicientes fauori liberorum non cenſentur emendatæ per c. ſi de ſecund. nup.*
Cap. ſi. de ſecund nuptijs. ſenſus, ibidem.
35 *Vxor legatum ſibi à marito relictum non amittet propter ſtuprum poſt annum luctus admiſſum.*
L. 6. titu. 12. lib. 3 For. ſenſus, ibid.
L. 3. titul. 12. Partit. 4. declaratur, ibid.
36 *Lex partitæ ſeruari debet aduerſus Fori contrariam legem, quæ vſu non probetur recepta.*
37 *L. fin. titu. 1. lib. 5. ordinam. Reg. ſenſus, & melius num. 9. & num. 43. & 44.*
38 *Vxor poſt mariti mortem luxurioſè viuens, amittet bona, conſtante matrimonio ſuperlucrata.*
40 *Nomina ſignificantia officium in delictis verificantur in primo actu.*
41 *Luxurioſam fuiſſe mulierem, vel luxurioſè vixiſſe, videntur differre.*
L. Et mulieri. ff. de curat. furioſi, ſenſus ibidem.
L. His ſolis. C. de reuoc. don. ſenſus ibidem.
L. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucap. pro emptore.
42 *Vxor vidua non amittit dotem propter ſtuprum in viduitate commiſſum, ſiue poſt, ſiue infra annum luctus.*
44 *Vxor etiam ſi vitam agat luxurioſam, non debet dotem amittere.*
45 *Bonorum dotalium, & bonorum acquiſitorum conſtante matrimonio diſcrimen.*
46 *Vxor propter adulterium vel ſtuprum non debet amittere bona paraphernalia.*

47 *Matris*

47 *Matris intentio multum adiuuatur ex legatis ſibi in teſtamento relictis.*
L. fina. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus ſub condi. facti. ſenſus.

Legauit.

LEGAVIT. Noto ex hoc textu ſecundum Petrum de Ancharano *hic nume. 3.* & Philip. Franciſ. *in 6. notabili:* quod
licet maritus non poſſit donare vxori inter viuos. *l. 1. cum vulgarib. ff. de donation. inter virum & vxorem.* poteſt tamen iure eidem vxori legare. ¶ Primò igitur quæro: Vtrùm quemadmodum valuiſſe dicitur legatum hoc vxori relictum: ita ſimiliter
valuiſſet donatio cauſa mortis, quæ legatis exæquatur. *l. Marcellus. §. primo. ff. de donationib. cauſa mortis. l. fina. C. eod. tit.* Et quod
donatio cauſa mortis in hac ſpecie non comparetur legatis,
ſed ratione matrimonij impediatur, ſicut inter viuos donatio,
allegatur gloſ. recepta communiter *in l. 2. in princip. in verbo: Legatum. ff. de dote prælegata.* Atque ita eam gloſſ. in hunc ſenſum
allegauit Franciſc. Ripa. *in l. 2. nume 3. ff. de legat. primo.* vbi tamē
ab ea diſceſſit. Putat enim quod non minus valebit donatio
cauſa mortis, quam legatum. Sed profectò Franciſc. Ripa deceptus eſt, qui gloſſ. ſententiam *in dict. cap. l. 2.* non rectè intellexerit. Nec enim gloſ. dixit, aut ſenſit, quod donatio cauſa
mortis non valeret inter virum & vxorem, vt non valet inter
1 viuos donatio eorundem. Siquidem donatio † inter viuos nō
valet inter virum & vxorem: & ita demum morte eius, qui
donauerit, confirmatur, ſi traditio præceſſerit, aut aliquid ꝙ
pro traditione ſit, *l. Papinianus. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. 2. cum glo. fina. C. de dote cauta non numerata.* At verò donationes cauſa mortis inter virum & vxorem ſemper à iure
fuerunt receptæ & diſtinctæ à donationibus inter viuos. *l. ſi eũ ſeruum. §. fina. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. vbi etiam donatur, verſicu. Ideoque ff. de donatio. cauſa mortis.* Huius autem diffe-
2 rentię emolumentum, & effectus eſt, quod etiam ſi † maritus
vxori per ſolam promiſſionem donauerit cauſa mortis, nec aliquo modo tradiderit, valeat initio donatio, & maritus efficaciter obligari incipiet cum mori cœperit. Sed & ſi maritus
ſpeciem propriam vxori prædicto modo donaſſet cauſa mortis, dicemus dominium † ſpeciei à morti mariti tranſire ſine
3 vlla traditione in vxorem ad legatorum exemplum *l. 2. & quod ibi notatur. ff. de Publiciana.* Hoc eſſe verum ſecurè ſenſit Angel.
in authen. de hæredib. & Falcidia. in princip. colla. 1. & Alexand *eum referens in dicta l. 2. num. 9. verſicu. Hoc tamen limitat* Angel *ff. de leg. primo.* hoc eſſe verum pro conſtanti præſuppoſuit Philip. Cor.
conſil. 124. licet in hac. nume. 2. in lib. 4. Ioan. Lup. *in repetit. rubric. ſupra de donationibus inter virum & vxorem. §. 77. nume. 2.* ſed &
Marian Socin. *in repet. dicta l. 2. nume. 40. in fine. ff. de legat. 3.* hoc
idem aſſeruit: quaſi tamen Bald. & Alexand. contrarium dixiſſent. Cæterum ille non videtur rectè intellexiſſe Baldi &
Alexand. ſententiam. Nec enim Bald. aut Alexan. alicubi ſenſerunt, quod in donatione cauſa mortis facta inter virum &
vxorem exigeretur traditio. Deniq; † oratio Diui Seueri mi-
4 nimè fuit neceſſaria ad confirmationem harum donationum
cauſa mortis, quæ expreſſim in mortis tempus conferuntur,
& à iure ſemper fuiſſent receptæ. Quapropter Papiniani ſententia circa orationem Diui Seueri *in dicta l. Papinianus*, nullo
colore induci poteſt ad huiuſmodi donationes cauſa mortis.
¶ Illud nihilominus obſeruandum eſſe videtur, quod inter
5 extraneos dominium † rei donatæ cauſa mortis tranſit ſtatim
per traditionem in donatarium. *l. ſi mortis cauſa. ff. de donatoinib. cauſa mortis.* Cæterum ſi vir & vxori donatam cauſa mortis rē
tradiderit, dominium quidē eiuſdem retinebit, quod in vxorem non tranſibit, donec maritus moriatur. *l. ſed interim. ff. de donation. inter virum & vxorem.* Sed & ſi maritus deportatus †
6 fuerit, mulier ſtatim domina efficietur rei ſibi traditæ, vt tamen maritus dum naturaliter viuit, poſſit reuocare donationem. *l. ſed ſi mors, cum gloſſ. ibidem in verb. Rata habeatur. ff. eodem tit. de donationib. inter virum & vxorem.* In qua ſpecie Vlpianus ſenſiſſe mihi videtur, viliſſimam eſſe traditionem, ſine qua non
idem reſpondiſſet. Vbi enim tempore deportationis vxor donatam rem poſſidebat fauorabiliter induci potuit. vt domina
efficeretur, & fiſci cauſam in concurſu præueniet. Cæterum
ſi traditio nulla interceſſiſſet, res donata, quæ mariti rei ipſa
deportatione in dominium vxoris tranſire iure non potuit,
ſine dubio inter alia bona publicaretur. *l. ſi fundus. verſic. Nam & ſi. ff. locati:* quem textum dixit ſingularem Romanus *notab. 45.* Vnde eleganter tentari poſſet, quod nec quidem tempore
quo maritus naturaliter decederet, poſſet vxor actionem intendere contra fiſcum. Siquidem adhærendum videtur regulæ, de qua *in l. ſi aliquis. ff. de donationib. cauſa mortis:* vt deportatione mariti imperfecta ſit donatio cauſa mortis. Allego
Bald † ſententiam *in l. executorem. nume. 30. C. de executio. rei iudicata*, vbi in terminis Bald. intellexit, ita demum procedere 7
dicti l. ſed ſi mors. ſi maritus peruení ſſet ad plenam traditionem.
Ergo enim interpretor Bald. non ſenſiſſe, quod traditio eſſet
neceſſaria regulariter in donationibus cauſa mortis factis inter virum & vxorem, ſed in illo duntaxat caſu. Tametſi Reuerendiſſimi. D. D. Couuaru. *in rub. ſupra de teſtamentis, in tertia parte: num. 2.* ex Baldi ſententia contrarium docetur.
¶ Iam vero gloſ. † *in d. l. 2. ff. de dote prælegata, ſupra in princ. allegata* illud magis voluiſſe videtur, ſcilicet quod ſicut ſocer 8
non poteſt donare nurui ſuæ inter viuos, etiam nō poteſt donare ſuæ mortis cauſa. *l. mortis ff. de donationib. cauſ. mort.* Ratio
eius legis manifeſta eſt: nempe, quod ſoceri donatio nō conferatur in tempus permiſſum ſoluti matrimonij, quũ moriente ſocero, duret nihilominus matrimoniũ inter filium & nurum donatoris. Diuerſum eſt in legato: quoniam ſocer poteſt
nurui ſimpliciter legare, quamuis legati dies incidat in tempus matrimonij conſtantis inter nurum & filium legantis, vt
in d. l. 2. Hæc ipſa videtur fuiſſe euidens mens glo. *ibidem:* quam
poſt alios interpretes ita tenet Aretin. *in dicta l. 2. colum. 2. ff. de legat. primo.*
¶ Secundò quæro: Vtrum in huius cap. ſpecie debeat conſtitui differētia inter caſum, quo teſtator Sarracenę vxori nominatim hæc aliqua legaſſet, de quibus hic, & inter caſum,
quo ſimpliciter vxori legaſſet ſub nomine tantum appellatiuo? Reſpondeo, † videri quod inter hos caſus nulla ſit dif- 9
ferentia Nam quum teſtator teſtamenti tempore, quando legatum reliquit, Sarracenam vxorem haberet vt *ſupra* expreſſum eſt, hæc verba: Lego vxori: idem valent quod illa: Lego
vxori Sarracenæ, proinde ſi Sarracena poſt mariti teſtamentum vita deceſſiſſet, & maritus aliam vxorem ſibi matrimonio copulaſſet, legatum in cauſam caduci incideret. *l. vna § pro ſecundo. C. de caduc. tollend.* Nec enim nouæ vxori, quam maritus
moriens haberet, relictum legatum videretur. *l. ſi quid eorum. §. final. ff. de legat. 3.* Contra ſi teſtamenti tempore teſtator vxo-
rem † non habuiſſet, tunc vxori ſimpliciter legaſſet, legatum 10
non omnino referendum eſſet ad primam vxorem, quam poſtea duxiſſet: ſed ei demum vxori legatum relictum videretur,
quæ tempore mortis vxor relicta fuiſſet. Quæ ita conſtant ex
Baldi ſententia *in l. fin. nume. 7. verſic. Et nota. C. de indict. viduit. tollend.* Philip. Deci. *in cap. quoniam Abbas. nume. 6. ſupra de officio & poteſtate iudicis delegati.* Paul. de Monte Pico. *in repet. §. Titia quum nuberet. nume* 108. *l. Titia quum teſtamento. ff. de legat 2.* Alex.
conſil. 171. Viſo proceſſu. nume. 7. in 2 volum. Marian. Socin. *conſil. 172. nume. 25. in 2. parte.* Andre. Alciat. *in l. boues. § hoc ſermone. nu. 4. ff. de verb. ſignificatione, latiſſimè* And. Tyraquel. *vbi plures auctores refert in commentarijs eiuſdem. §. hoc ſermone, in regula vnica: nu.* 104. Reuerendiſſi. D. D. Couuar. *in cap. Requiſiſti, ſupra, de teſtamentis num. 3.*
¶ Tertiò quæro: Vtrum hæc Sarracena teſtatoris vxor poſſit in noſtri cap ſpecie hæc legata petere? Mouet quęſtionem,
quod & ſi hæc legata vtiliter videntur fuiſſe à principio relicta, corruiſſe tamen videntur poſtea, ex eo quod filius vniuerſalis hæres, à quo fuerunt legata relicta, deceſſit, non agnita patris hæreditate. Non enim proponitur, nec diuinandum
eſt, quod filius, aut filia, bona patris ex teſtamēto agnouerint,
ſecundum ea quæ latius attingemus *in 2. huius operis parte. in gl. At deinde filio* Denique Argentinus *in repet. l. ſi filius qui patri. ff. de*
vulga. & pupillari. num. 20. ſcriptum † ſpecialiter reliquit. quod 11
ſi pater à filio ſuo neceſſario hærede legata dedit, & is filius,
non agnita patris ſucceſſione deceſſit, legata ipſa ſine dubio
corruunt, *iuxta. reg. text. in l. eam quam. C. de fideicom.* vbi probatur, quod additio hæreditatis eſt neceſſaria, vel legata confirmentur: facit etiam tex *in l. ſi nemo. ff. de teſtamentaria tutela. & in ſi nemo ff. de regulis iuris:* quam regulam vltra Bartolum & ordinarios ſcribentes *in d. l. eam quam, declarãt.* Iacobus de Nigris *in repet. l. 1. num. 107. ff. de legat. 1.* Ioannes Sadolet. *in repet. l. hæc verba, num. 1. ff. eodem titu. de legat. 1.* Fortunius *in l. Gallus. §. Idem credendum*

dendum.num.265.ff.de liber. & poſthum. Ergo ſi Argẽtinus & omnes vera ſenſerunt, iam vxor teſtatoris non poſſet in propoſita noſtri cap. ſpecie hęc legata capere, quæ irrita facta fuiſſent, non addita, nec agnita teſtatoris hæreditate, aut ſucceſſione. Quippe & ſi ipſa ſui & neceſſarij hæredis filij exiſtentia confirmauerit ſine additione omnes pupillares ſubſtitutiones, de quibus hic mentio habetur iuxta ea quæ latius reſoluam *inferius in 2. parte gloſſ. fina.* diuerſa eſt cauſa legatorum, quæ nõ
12 † confirmantur. *l. prima. §. fina. ff. vt in poſſeſ. legatorum. facit caſus in l. & ſi ex modica, verſ. fin. ff. de bonis libert.* docet Barto. *in dicta l. ſi filius qui patri. ff. de vulg. & pupilla.* quem ſequuti ſunt Alexan. *numero* 8. Iaſon. *num.* 11. Andre. Alciat. *nume.* 34. *ibid.* Benedict. de Plumbino *in repet. l. ſi fratris. C. de iure delibera. num.* 20. Angel. de Perulio. *in tra. de ſuitate, in 9. quaſi nume.* 22. Guhelmus Benedict. *in repetitione c. Raynutius, ſupra de teſtamentis, in verbo, Mortuo itaque teſtatore, in 2. nume.* 94. & reſoluit hanc eſſe communẽ opinionem Franciſc. Aret. *in d. l. ſi filius qui patri. ff. de vulgari, ſtatim in principio.*

13 ¶ Sed tamen, his non obſtantibus, veriſſimum eſſe † exiſtimo, quod vxor teſtatoris poſſet exigere hæc legata à pauperibus, qui filiæ impuberi poſteriori mortuæ ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſiſſent, & ex perſona eius bona teſtatoris vẽdicaſſent. Etenim filius hæreditatem patris ex teſtamento ſibi iure quæſitam tranſmiſit ex potentia ſuitatis in ſororem ſibi pupillariter ſubſtitutam. Rurſus ipſa filia hæreditatem fratris pupilli, in qua bona patris ipſo iure continebantur, tranſmiſit in pauperes ſibi pupillariter ſubſtitutos. Ergo pauperes, qui ex perſona filiæ & conſequenter ex perſona filij, hęreditatem patris ex teſtamento delatam vendicaſſent, non minus efficaciter legata vxori præſtare deberent, quam debuiſſet ipſe filius, ſi tutore authore, paternæ hæreditati ſe immiſcuiſſet, vt cõſtat ex his, quæ contra Argentinum reſoluerunt Ioannes Imola *in dicta l. ſi filius qui patri, nume. 15. verſic. Quintus eſt effectus,* & Alex. *ibid nume.* 25.

¶ Quartò quæro: Si hæc legata læſiſſent legitimam portionem filio debitam, ita vt filius ipſe non teneretur ea ſolida præſtare, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* vtrum pauperes in noſtri capit. ſpecie tenerẽtur ea legata ſolida vxori præſtare? Reſpondeo, ſi pauperes teſtatori ſucceſſiſſent ex vulgari ſubſtitutione, non eſſet dubitãdum, quin ſolida legata mulieri præſtare tenerentur. Nam quod liberorum perſonæ præſtatur, hoc nequaquam ad pauperes vulgariter ſubſtitutos pertinere deberet, *argumento l. cum patronus. ff. de leg. 2.* Denique ex Iuriſconſulti ſententia ibidem in patrono loquẽtis receptum † eſt communiter, quod grauamen impoſitum filio
14 hæredi in legitima portione valet in perſona eius, quem pater eidem filio vulgariter ſubſtituit, vt tradunt Bald. Angel. Raphael Cuman & Paul. Caſtren. *in d. l. cum patronus.* Iaſon. *in l. ſi arrogator, numero* 52. *ff. de adoptionibus. & in l. ſi Titio. § fi. numero* 15. *ff. de lega.* 1. Roderic Suar. *in repetit. l. quoniam in prioribus. in* 2. *limitatione. nume.* 19. *& in* 4. *limitatione. C. de inofficioſo teſtamento.* Sed quum in præſentiarum pauperes admiſſi fuerint ad omnia bona teſtatoris & liberorum impuberum ex pupillari ſubſtitutione, vidẽdum eſt, an idem omnino probari debeat? Et Didacus à Segura *in repet. l. ex hæreditate ſubſtituto. num* 46. *ff. de lega.* 1. ſcriptum reliquit, quod ea, quæ habẽtur in vulgari ſubſtituto *in d. l. cum patronus,* procedere debeãt etiam in pupillari ſubſtitutio filij impuberis. Quæ ſententia, ſi vera eſt, iam hæc teſtatoris vxor, quæ ſolida legata conſequi non potuiſſet à filia, quæ ex pupillari ſubſtitutione hæreditatem fratris vendicaſſet, conſequenter ipſoque potuiſſet ſolida legata à pauperibus exigere qui filiæ hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione vendicarunt. Sed profectò Didacus Segura *in hoc titulo,* pace eius dixerim, fundatam iuris rationem non videtur aſſequutus, qui non perſpexit manifeſtam eſſe differentiam inter
15 vulgarem. & pupillarem ſubſtitutum. Siquidem legata † data ab inſtituto cẽſentur repetita à vulgari ſubſtituto. *l. licet Imperator. ff. de lega.* 1. cæterum legata dato ab inſtituto non cenſentur repetita à pupillari ſubſtituto, *argumento tex. in l.* 1. *§. interdum, in l. in ratione, la* 1. *§. quod vulgo. ibi: Vt æs alienum: in l. qui fundum, §. ſi tu ex parte: verſic. qui filium, in fin. ff. ad leg. Falcidiam,* & de hoc eſt receptiſſima Bartoli doctrina *in dicta l. licet Imperator. nume.* 4. quam reſoluit eſſe communiter approbatam Alexand. *ibidem numero* 12. & latè illam ſequitur Iaſon. *ibi numero* 87. Sebaſtia. Sapia *in repetitione l. cum hæredes. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib. nume.* 5. Ioan. Corraſ. *in repetitio. Rubricæ. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus, num.* 7. Ergo is, qui filio fuit vulgariter ſubſtitutus, quum teneatur legata præſtare ex ſua perſona, quia teſtatori ſuccedit, nõ faciet de legatis deductionem legitimæ portionis, quæ ſibi non debetur, *in d. l. cum patronus.* Ad vero filij impuberis ſubſtitutus pupillaris, quũ nõ teneatur legata præſtare ex ſua perſona, ſed ex perſona filij impuberis, cuius hæres eſt: faciet vtique ex eiuſdem impuberis perſona deductionem legitimæ portionis quæ ipſi impuberi debebatur. Denique reſoluendum eſt, quod *d. l. cum patronus,* quæ rectè inducta eſt ad vulgarem filij ſubſtitutum, non poteſt induci ad pupillarem ſubſtitutum: vt expreſſum docuit Barto. *in l. Titia cum teſtamento. §. ad Titia cum nuberet, nu.* 10. *& 11. ff. de lega.* 2. Et hæc Barto. diſtinctio inter vulgarem & pupillarem ſubſtitutum communiter eſt recepta ſecundũm Iaſ. *in l. & ſi contra tabulas, nume.* 5. *ff de vulgar. & pupilla.* Paul. de mõte Pico *in repet. dicti §. Titia cum nuberet. l. Titia cum teſtamento. nume.* 44.

¶ Et hæc quidem ſententia eſſet indubitabilis, ſi proponeretur quod filius tutore auctore, paternæ hæreditati ſe immiſcuiſſet, aut aliter pro hærede geſſiſſet. Siquidem eo caſu legatorum obligatio omnimodo intelligeretur fuiſſet conſtituta in ipſius filij perſona, & conſequenter diminuta quoque fuiſſet eadem obligatio ratione legitimæ portionis, vt onus pro non ſcripto haberetur, *d. l. quoniam in prioribus.* Sic huius filij impuberis ſubſtitutus pupillaris, & quicũque alius hæres non poſſit teneri ex perſona filij impuberis in plus, quam ipſe pupillus filius teneretur. *l.* 2. *§. ex his. ff de verbo. obliga.* Verum enimuerò in propoſita noſtri capit. ſpecie, in qua conſtat quod filius non ſe immiſcuit paternæ hæreditati, nec item ſe emiſcuit filia, quæ eidem filio pupillariter fuit ſubſtituta, obligatio legatorum efficax animaduertetur cœpiſſe à pauperibus. Quocirca dubitari poſſet, an ſolida legata vxori teſtatoris præſtare tenerentur, quaſi eis non liceret deducere legitimam portionem ex perſona filij per ea quæ ſcribit Bartolo. Socin. *in conſ.* 16. *Non poteſt negari. num.* 19. *& 21. in l.* 1. Nihilominus conſtituẽ-
dum † arbitror, quod etiam in hac ipſa ſpecie pauperes ex filij ſui hęredis perſona legitimam ipſius portionem poſſint deducere, ſecundum ea, quæ latius reſoluam *in* 1. *huius cap. parte, in gloſſ. iure natura debita.* Sed hoc ita accipiendum intelligo in ſpecie noſtri cap. ſi modo ex his ſolum pendeamus, quæ proponuntur in hac decisa Decretali, namque ſecundum ea, quę propoſita fuerunt in antiqua decretali. prope eſt, vt dicamus, quod pauperes ex perſona ſua onerati videretur, iuxta ea quę proximè argumentati ſumus in gloſ. *ſuperiori.* 16

¶ Quinto quæro, vtrum legatum † iſtud factum vxori debet, compenſari cum dote, quam maritus teſtator cum ipſa vxore acceperat, quamque, ſoluto matrimonio, erat reſtituturus? Huic difficultati reſpondere videtur apertus textus *in l. vnica. §. primum, in verſic. ſecundum. C. de rei vxo. actio.* vbi Iuſtinianus diſponit ſublato prætoris edicto, quod de alterutro 17
fuerat introductum, quod hoc legatum † in dubio non intelligitur relictum animo compenſandi cum dote eidem vxori 18
debita, facit tex *in l. virilis. verſicu. fin. ff. de leg. præſtan. in fin.* Idque reſpondit Iuſtinianus *in dict. §. primum.* motus non tam aliquo dotis fauore, quam quod maritus voluntaria obligatione ex ſtipulatu cœperit teneri ad dotem reſtituendam, quæ obligatio re ipſa intelligitur eſſe contracta: Proinde † in debitum 19
à principio voluntarium non debet in dubio imputari eiuſmodi legatum. *iuxta tex. in l. creditorem. ff. de lega. 2. l. compenſandi. C. de haered. & act. inſtituen. l. ſi ab eo. ff de nego. geſt. l. vt debitum. C. de hære. actionib.* Cæterum ſi maritus non voluntarius à principio, ſed ex legis diſpoſitione neceſſarius debitor fuiſſet, conſequens eſſe dicere, quod legatum in dubio cenſebatur relictũ animo illud compenſandi cum tali debito neceſſario, *argum. in text. in auth præterea, in fi. C. vnde vir. & vxo. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrimo in l.* 7. *titu.* 13. *part.* 6. docent Bartol. & Bald. *in d. authen. præterea,* idem Barto. *in d. §. primum. & in d. §. ſi pater. & in l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de lega* 1. *& in l. cum quis. in fin. in princip. ff. de dote prælegata,* late Bartholo. Socin. *conſil.* 10. *nume.* 24. *in* 2. *parte,* & poſt alios Modernos ibidem Paulus de monte Pico, *in repetitione d. auth. præterea, ex num.* 52. Paul. Pariſ. *conſil.* 95. *num.* 10. *& num.* 38. *in* 2. *parte,* Andreas Tyraquel. *in repetit. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donationib. in verbo, ſuſceperit liberos. nume.* 137. *& nouiſſimè.* Reuerendiſſi. D. D. Couuar. *in cap. officij, de teſtamen. in nume.*

20 *nume.2.* Ex quibus conſtat hanc eſſe communem reſolutionem.Si autem † maritus vxori ligaueit, & declaraueit quod vult id legatum imputari in dotem , iam legatum nullam fermè vtilitatem continere videbitur,& fermè reddetur inutile: probat tex.*in l.ſi creditdori.ff.de lega.1.in l.Mauius,in verſic.debitor, & in l.vnum ex familia,in principio , ibi, Fruſtra legat.ff.de lega.2. in l.ſi debitor creditori,verſic.item quæſitum.ff.de libera.leg.in l.1.§.ſi quis creditori.ff.ad l.Falcid.in §.ſi quis debitori ſuo,verſic. Ex contrario, Inſtitut.de legat.* Nec enim noua ex teſtamento actio,quæ antiquæ ex ſtipulatu actioni accedit,tanti momenti eſſe poteſt, vt valeat legatum faciat *iuxta textum ſingularem in l.Aurelius.§.fin. ff.de libera.lega.*docet Barto.*in dicta l.ſi creditori. nume.3. ff.de lega.1.*vbi Iaſon.*nu.18.*reſoluit, hanc eſſe communem opinionem, contra gloſſ.*in l.ſi cui legetur.§.ſi Titio decem,in verb.non valet.ff de lega.1.*& Ioan.Fab. *in allegato.§.ſi quis debitori, verſic.ex contrario*: quos repræhendit Iaſon.vbi *ſupra.*

21 Sed certè gloſſ.† immeritò de hoc repræhenditur.Nam etſi gloſ. declarando textum ibidem dum dicit, quia nihil eius intereſt : mentionem faciat actionis ex teſtamento,competit pro legato, quando prius cõpetebat actio ſtricti iuris,nunquam tamen gloſ.tanti fecit hãc vtilitatem, vt propterea affirmauerit, legatum valere.

¶ Enimuerò ex hac reſolutione poteſt colligi elegans deci-

22 dendi ratio † ad textum *in l.cum dotem,& in l.ſi vſusfructus,verſ. dos legata.ff.ad legem Falcid.* vbi dicitur, quod dotis legatum vxori relictum extra rationem legis Falcidiæ eſſe debet. Nimirum quia,vt iureconſultus ait *in dicto verſic.dos legata,*ſuam rem mulier accipere videtur. Quare,ſi dotis legatum habeat commodum repræſentationis, ex eo quod alias non ſtatim , ſed poſtea annua , bina & trina die reſtituendo erat dos , quæ videlicet,conſiſtebat in his rebus quæ ex numero,pondere,vel menſura conſtabant,*argumen.tex.in l.vnica.§.actio.C.de rei.vxoriæ actione* : tunc in eo commodo repræſentationis lex Falci-

23 dia locum habebit , ita † quod ſi commodum repræſentationis valeat centum, ſecundum ordinarium intereſſe & interuſurium eius pecuniæ , apparebit ex eo commodo Falcidiam reſecare debere vigintiquinque,*argumen.text.in l.1.§.ſi quis creditori.ff.ad leg. Falcid.in l.2. §.per contrariũ, verſic.idem querit.ff. de dote prælega.vbi gloſſ.in verbo,ſic obſeruentur,* Barto. & alij hoc ita docent,*gloſſ.1.in dicta l.cum dotem.ff.ad legem Falcid.gloſſ.etiam penultima in l.ſi Seia.ff. de dote prælega. gloſſ.fin.in l.in teſtamento. C. ad leg.Falcidiam.*cuius meminit eam ſequutus Bald.*in l.3.nume. 3.C.de falſa cauſa adiect. legat.* Idem probauerunt Cyn. Alberi. Salice.& Philipp.Corn.*in dicta l.3.* Raphael Fulgo.*in l.iuriſgentium.§.quinimo.nume. 11.ff.de pact.* Angel.Aretin.*in tractatu de teſtamen.in gloſſ.43. nume. 7.* Berengar. Feran.*in repetitio.l.in quartam. nume. 213. ff.ad legem Falcid.* Ex quibus conſtat hanc eſſe communem prædictarum legem interpretationem, quam in ſpecie profitetur eſſe communem Alexand.Imol.*in dicta l.cum dotem.in fin.*Bald. Nouel.*in tractatu de dote, in 8.parte, in priuilegio 11.* Vt mirum ſit, diligentiſſimum alioqui Andream Tyraquel.*in repet.l.ſi vnquam.C.de reuocan.donationib.in verb,ſuſceperit liberos.nume.174.& in tractatu. de priuilegijs piæ cauſæ, in priuilegio 26.vbi latiſſimè declarat prædictam l. cum dotem*, nullam de hoc Falcidiæ priuilegio circa repræſentationis commodum mentionem feciſſe. Omnes enim Doctores ſupra allegati, & Alexan.*in dicta l. cum dotem* , crediderunt, in legato dotis nullum eſſe priuilegium circa legem Falcidiam,per textum,vbi putauerũt hoc eſſe expreſſum, *in dicto §. idem quærit.*in quo reſponſo Celſum idem cum Iuliano ſentire crediderunt, videlicet quòd ſi Titio dos legata ſit,vt mulieri eam reſtituat, lex Falcidia locum habet,non minus atq; ſi ipſi vxori dos legata fuiſſet. Manifeſtam autem iureconſulti ſententiam *in d. §. dos legata*, ſub interpretationis nomine abſurdè corrumpere non dubitarũt. Etenim intellexerunt, quod dos legata non patitur Falcidiam quatenus debetur, ſed bene patitur Falcidiam ſ ipſum interuſurium,& repræſentationis commodum.

¶ Ego circa propoſitam quæſtionem imprimis quæro , vbi ſolum repræſentationis commodum vtile legatum reddit, quid eſt,quod legato continetur ? an res ipſa principalis, quæ antea in diem debebatur:an vero vtilitas ipſa, & commodum repræſentationis prouenieus ex eo, quod teſtator præcepit præſenti die ſolui ? Nam vbi primum intelleximus,quid legatum fuerit,& ſoluendum ſit, facilè conſtabit, vnde & quali-

24 ter Falcidia ſit deducenda. Planè † hanc quæſtionem Paul. iureconſul. *in l.debitor, verſic. no.& verſic.ſic & in dote.ff.de legat.* 2.& Papinianus *in l.verbis.verſic.quod ſi dies.ff.ad legem Falcidiam.* abſoluunt dicentes, quod non tantum medij temporis commodum ex teſtamento debetur, ſed tota ſumma peti poteſt. Paulus enim ita ſcribit *in dicta l.debitor* non (vt quidam putãt) medij temporis tantum commodum ex teſtamento debetur, ſed tota decem peti poſſunt,&c. Hic & in dote prælegata reſponſum eſt,totam eam ex teſtamento peti poſſe. Papinianus verò *in dicta l.verbis*, ita adiecit. Quod ſi dies aut conditio legatum fecerit, non vtilitatis æſtimatio, ſed totum petetur, quod datum eſt, ergo ſi totum in legato continetur iam facilè conſtat,quod de tota ſumma ſit Falcidia deducenda, vt puta , ſi mille , quæ in diem teſtator debebat, legauerit, vtile legatum erit,& præſente die tota mille legatarius petet. Cæterum hæres lege Falcidia quartam partem, id eſt, ducenta & quinquaginta reſecabit: poſtea vero adueniente die [illegible] obligationis hãc etiam quartam partem reſecatam hæres eidem legatario reſtituet, vt probat text.*in l. 2. §.per contrarium, verſic. idem quærit. ff. de dote prælleg.* neque obſtabit † elegans 25 text.*in l.1.§.ſi qui creditori, in fin.ff.ad legem Falcidiam,ibi: Lex quoque Falcidia in eo commodo locum habebit.* quæ verba Doctores omnes in contrariam Falcidiæ imputationem impulerunt. Quoniam planè intelligo quod reſecando per legem Falcidiam quartam partem, hoc eſt 250. ex mille,quę legata ſunt ſi animaduertas,eam quartam partem legati principalis reſecatam poſtea , veniente de antiquę obligationis fore reſtituendam facilè deprehendes,quod per legem Falcidiam hęres retinuit quartam partem commodi repræſentationis, quia videlicet . durante termino ſolutionis antiquo , vſus fuit commodo quartæ partis , quam per legem Falcidiam retinuit, cãque partem licet hæres poſtea,veniente termino reſtituat, interim tamen vtitur commodo repræſentationis & interuſurij. & ſi bene inſpicias , quando ſolum repræſentationis commodum vtile & validum legatum facit, paria ſunt quod attinet ad communes vſuras , & commune intereſſe legatarij & hęredes,reſecari per legem Falcidiam quartam partem. id eſt, vigintiquinque ex commodo repræſentationis, quod intererat centum, vt vulgo dicebatur , vel reſecari ex mille principaliter legatis quartam partem , id eſt , 250. vt nos dicimus cũ onere illam partem reſtituendi, veniente termino, nam tantum intereſt reſecare 25. ita vt propria maneant hæredis quãtum reſecare 250. cum onere illa reſtituendi , adueniente termino. Quo etiam caſu interuſurium illorum 250. valet 25. ſic ergo in commodo repræſentationis lex Falcidia locum habet. Item poteſt ſecundo reſponderi,quod text. *in dicta l. 1. §.ſi creditori*,procedat quando legatum , quod repræſentationis cõmodum vtile fecerat,non patiebatur diuiſionem,vt quia erat legatum dominus, aut fundi in diem, vel ſub conditione debiti. Tunc enim repræſentationis cõmodum æſtimabitur, & ex eo duntaxat commodo quarta Falcidia ſtatim retinebitur.Sed ſi legatum fuiſſet pecuniæ, aut alterius re conſiſtentis in numero, pondere,vel menſura, tunc quarto per legem Falcidiam ex integro legato reſecabitur reſtituendo iterum vbi dies vel conditio aduenerit, iuxta terminos *d. l.2. §.per contrarium.ff.de dote prælega.*

¶ Vltimò nõ abſurdè ſentiet, qui nouè exiſtimauerit, quod in caſu † *d.l.cum dotẽ,& d.l.ſi vſusfructus, verſ.dos legata*, ſiue ma- 26 ritus dotẽ vxori legauerit ſiue Titio, vt vxori reſtituat, lex Falcidia locum nõ habet, adeo, vt nulla ratio in lege Falcidia habẽda ſit ex repræſentationis cõmodo. Primum, nam cũ repræſentationis commodum vtile legatum ſolet reddere, & legi Falcidiæ locum facere , ex toto legato Falcidia detrahitur , vt *ſup.*dixi.Ergo cum iureconſulti Marcellinus, & Caius, *in d.l.ſi vſusfructus, verſ.dos legata.*ſcripſerunt, hoc lagatum eſſe extra rationẽ legis Falcidiæ, manifeſtè intellexerunt in eo particulari caſu nullã habẽdam eſſe rationẽ commodi repræſentationis, ex quo cõmodo non ſolet deduci Falcidia,ſed ex ipſo toto legato principali propter repræſentationis cõmodum. Secundo cum iureconſul.*in d.l.ſi vſusfructus.verſ.dos legata*, dubitarit, an id legatum dotis extra rationẽ legis Falcidię eſſet, pro conſtãti habuit,legatum eſſe validum propter ſolum repræſentationis cõmodum. Nec enim aliter valere poterat legatum, *argu. tex.in l.1.verſ.verum.ff. de dote prælegat.& in l. cum quis.ff.eo.tit.l.ſin autem ff. de lega.1. & in §.ſi vxori. Inſtitu. de legat.* & nihilominus ſcripſit,in eo legato legem Falcidiam ceſſare. Tertiò induco text. *in d.l.ſi vſusfructus, in fi.* vbi nominatim ipſa Falcidia. l. ex-

ſum eſt, vt dos legata, & res legatæ, quæ mulieris cauſa empræ
paratæue ſunt, quoniam dotales cēlebantur, extra rationē le-
gis Falcidiæ cenſerentur. Ergo dum nominatim id lex Falcidia
expreſſit, videtur ſpeciali priuilegio legatū dotis eximere vo-
luiſſe: vt in eo legato cōmodum repræſentationis legi Falci-
diæ locum non faciat. Quemadmodum eadem lex Falcidia
exemit legatum earum rerum, quę vxoris cauſa parata fuerāt,
quo caſu mulier verè non ſuam rem accipiebat. Quarto mo-
uet etiam, quod frequens iureconſultorū mentio eſt Falcidiæ
in dote prælegata ceſſantis, *vt in d. verſ. dos legata*, *& in d. l. cum
dotem, & in d. §. idem quærit. cum alijs §§. eiuſdem. l. 2. & in l. ſi Seia,
eod. titu. ff. de dote præleg.* Facit etiam *text. notabilis in l. 1. & in l. viri-
lis. verſ. ſi. ff. de lega. præſtand.* vbi fauorabiliter etiam conſeruatur
per edictum illius tituli, de legatis præſtandis, huiuſmodi le-
gatum dotis. Facit † etiam *tex. in l. vnica. §. igitur. C. de rei vxoria
27 action.* vbi vxor hæres inſtituta poteſt cum reliquis debitis et-
iam dotis debitum ſubtrahere: vt deinde in ratione legis Fal-
cidiæ quartam hæreditatis partem deducat, nec ibi vlla ratio
habetur vtilitatis repræſentationis, vt eam in quartam partem
28 habeat. Huic intellectui non videntur repugnare verba tex. †
in dict. l. ſi vſusfructus, verſic. dos legata ibi ſcilicet, quia ſuam rem
mulier recipere videtur quæ verba non poſſunt referri ad
commodum repræſentationis, quod de nouo recipitur:
nam reſpondeo, iureconſul. in eo legato indiſtinctè voluiſſe
legem Falcidiam excludere, cum re vera ſuam rem mulier ſta-
tim ſibi debitam accipere videatur: niſi quod legis beneficio,
cui teſtator renunciauit, dotis reſtitutio, certis quibuſdā caſi-
bus, annua bima. trima die differebatur, quia fortaſſis ratione
iureconſul *in d. l. ſi vſusfructus*, non dixit, quia ſuam rem mulier
recepit, ſed dixit. recipere videtur, quaſi non propriè mulier
rem ſuam recipere videatur, propter repræſentationis cōmo-
dum, quod ex legato conſequitur, vnde illam rationem iu-
reconſul adduxit non tanquam congruentem, & conuenien-
tem ad inducendum priuilegium, quod lex ipſa Falcidia in-
duxit, & quo legatum dotis eximere voluit qua etiam ratione
iureconſul. legi ipſi Falcidiæ fauorabiliter legatum dotis exe-
mit, præcipuè innituntur.

29 ¶ Huic ſententiæ non refragatur Celſi reſponſum † *in d. l.
2. §. 2. per tot. cum verſ. idem quærit ff. de dote præleg.* in hæc verba.
Idem quærit ſi dos alij legata eſſet, eamq́ue rogatus ſit mulieri
reſtituere, an lex Falcidia in legato locū haberet? Et dicit ha-
bere, ſed quod minus eſt in fideicōmiſſo, mulierē dotis actio-
ne conſecuturam. Ego quæro an commoda repræſentationis
in hoc legato ſic obſeruētur, atq; ſi dos ipſi mulieri fuiſſet re-
legata? Et puto habere. Interpretor eum, quod Iulianus ibi
à Celſo relatus pro conſtanti habuit, quod ſi vxori dos legata
fuiſſet, lex Falcidia ceſſare debuiſſet. Cæterum ſi alij dos lega-
ta eſſet, vt mulieri reſtituat, tunc Iulianus credidit, legem Fal-
cidiam locū habere, propter interpoſiti perſonam, & ad hoc
illum tex. allegat Alexan *in l. Marcellus. num. 6. ff. ad Trebel.* Et
quod hic fuerit Iuliani mens, clarè videtur probari *in verſ. idem
Iulianus. infra proximo.* vbi dixit, quod ſi mulieri dos ſit præle-
gata, & mulier rogata ſit dotem reſtituere, lex Falcidia locum
non habet. Quibus duobus reſpōſis Iulianus docere voluit,
inſpiciendam eſſe interpoſiti, & non vltimi capientis perſo-
nam. Hæc procul dubio cum fuerit ſententia Iuliani exiſtimā-
tis, quod ſi non mulieri, ſed Titio, vt mulieri reſtituat, dos le-
gata ſit, habere debeat locum Falcidia. Celſus *ibi in verſicu. ego
quæro*, modeſtiſſimè & vrbaniſſimè Iulianum repræhendere
voluit per modum quæſtionis reſpondens, quod in hac ſpe-
cie cōmoda repræſentationis ſic debent obſeruari, atq; ſi ipſi
mulieri dos legaretur, quo caſu indubitati iuris erat, legē Fal-
30 cidiam ceſſare: quam ſententiam clarius inſinuauit Marcellus
† *in d. l. cum dotem, ff. ad legem Falcid.* vbi idem Marcellus tacito
Iuliano eius ſentētiam circa interpretationem legis Falcidiæ,
de qua *in dicto §. idem quærit*, eleganter ratione videlicet, quod
nihil interſit, vel mulieri dotē leget, vel alteri, vt mulieri re-
ſtituat. In pleriſq; enim (inquit) ita obſeruatur, vt omiſſa in-
terpoſiti capientis perſona ſpectetur, Marcellus autem *in d. l.
cum dotem.* tacitè Iulianum reprehendit, nec expreſſius hanc
notam inter alias apud Iulianum adiecit, quoniam prius eam
notā ſibi Celſus præripuerat *in dicto §. idem quærit, verſ. ego quæro.*
31 ¶ Quod autem hæc fuerit Celſi † mens *in dict. verſ. ego quæro.*
ex eo apertè datur intelligi, quod Celſus ibidem ſignificauit,
ſpeciem à Iuliano propoſitam maiorem continere dubitatio-
nem quam ſi mulieri ipſi dos legata fuiſſet. Et proinde quæſi-
uit, vtrum in ſpecie à Iuliano propoſita commoda repræſen-
tationis ſic obſeruarētur, atque ſi dos ipſi mulieri fuiſſet præ-
legata; ergo planè intellexit, quod in prælegato dotis mulieri
facto non habet locum lex Falcidia. Id quod contra Iulianum
ampliauit procedere etiam in legato dotis alij relicto, vt vxori
reſtituat: Alioqui ſi ambo ſenſiſſent, quod omnes ferè exiſti-
mant, quod in dotis prælegato habebat locum lex Falcidia
circa repræſentationis commoda, inepta eſſet, & ridicula du-
bitatio, an idem procederet & obſeruaretur in alio caſu faci-
liori, de quo ibi: ſc. quando alij, vt vxori reſtitueret, dos legata
fuiſſet. Verius ergo exiſtimo ſpeciale eſſe in prælegato dotis,
quam teſtator reſtituere debebat, vt neq; in illo, neque etiam
in repræſentationis commodo, habeat locum lex Falcidia, ſi-
cut ſentire videtur *gloſſ. 2. in l. 3. C. de falſa cauſa adiecta legato.* &
ibi per Petr. de Bellapertica. & Bald. *quoque in l. vnica. §. primum
itaq; in fi. C. de rei vxoriæ actione.* Rapha. Cuma. *in d. l. ſi vſusfructus.
§. dos legata.* & hunc caſum inter alios ſpeciales, in quibus lex
Falcidia locum non habet, retulit Card *in c. Raynaldus ſupra de
teſtamen. §. cæterum. num. 3. verſ. quinto oppono.*

¶ Sexto quæro, vtrum pauperes vxori agenti ex teſtamento
ad legatum potuiſſent obijcere adulterium vel ſtuprum; ſi il-
lud commiſiſſet, vt hac exceptione probata, excluderēt illius
intentionem? & reſpondeo, † quod pauperes poſſent vtiliter 32
obijcere mulieri adulterium, quod, inſcio & viuente marito,
commiſiſſet, vel ſtuprum, quod mortuo marito, intra annum
luctus admiſiſſet, nam ſi mulier, viuo marito, atque huius rei
ignaro, adultera fuiſſe probaretur poſt teſtamentum factum,
legatum vxori nequaquam deberetur, propter tacitam &
contrariam voluntatem, *iuxta gloſſ. 1. in l. fideicommiſſum. C. de fi-
deicom.* quo loco docuit, quod ſi legatarius, viuo teſtatore, ali-
quid admiſerit, quod ſi reſciſſet teſtator, legatum ſine dubio
reuocaſſet, habetur legatum pro reuocato, & apud hæredes
teſtatoris manet, & eſt hæc Accurſij ſententia communiter ap-
probata ſecundum Philip. Corn *ibidem nume. 1.* poſt Cyn. Bar.
& Bald *ibidem.* & Alexan. *in l. rei iudicatæ. nume. 5. ff. ſoluto matri-
mo.* facit, nam & mariti hæredes aduerſus vxorem repetentem
dotem poſſunt accipiendo opponere adulterium, viuēte ma-
rito perpetratū, ſi id adulteriū maritus viuens ignorauerat, vt
docent Roman. Areti. & Alexand. *nume. 5. in dicta l. rei iudicatæ.
ff. ſoluto matrimo.* Præpoſitus *in cap. plerunque. nume. 2. de donatio.
inter virum & vxorem. argumen. dicti capit. plerunque. & l. conſenſu.
C. de repudijs*, & hanc eſſe communem opinionem multis alle-
gatis auctoribus, refert Reuerendiſſi. D. D. Conar. *in epitome
lib. 4. Decretal. in 2. parte capit. 7. §. 6. nume. 9.* vbi pro hac commu-
ni allegat Cyn. ſententiam *in l. fin. C. de reuocan. donat. & voluit
allegare* Cyn. *in l. 1. in fin. C. eodem titu. de reuocan. dona.* Et iſta
communis opinio tanquam in puncto iuris verior practican-
da videtur. tameſi contrariam ſententiam affirmauit Baldus
in dicta l. rei iudicatæ: & licet Bald. ſententiam ſequatur dicens
eſſe communem opinionem Franciſc. Ripa *in l. 2. numero 10.
ff. ſolut. matrimo. & non ſatis bene* Anto. Gomez *in l. 80. Tauri. nume. 6.*
vbi inanè ad hoc allegat Alexander *in dicta leg. rei iudicatæ*,
& præpoſi. *in dicto cap. plerunque nume. 2.* qui tamen ibidem non
iſtam, ſed priorem communem opin. ſequuti ſunt.

¶ Sed etſi mulier antequam ei legaret maritus, iam adulte-
rium commiſerat, eique maritus eius criminis inſcius lega-
tum reliquiſſet, æquiſſimum eſt reſpondere, quod huic mu-
lieri adulteræ legatum ſimiliter non debeatur. Videtur enim
legatum pudicitiæ præmio ceſſiſſe, vt in pudica mulier id ca-
pere non debeat, *argument. text. in l. res vxoris, & quod ibi* not.
Bald. *in fin. C. de donationibus in virum & vxorem.* denique pro
non dato haberi legatum debet ea ratione, qua ſemel datum
poſtea pro reuocato habetur, quod ita ex ſuperiori communi
ſententia *gloſſ. in dicta l. fideicommiſſum*, ſecurè deduxit, Angel.
Aretin. *in tractatu de teſtamen. in gloſſ. 46. nume. 5. verſic. quæro vxor.*
facit Barto. *doctrina in l. 1. C. de his quibus vt indignis*, quam cum
Ang ſententia ad hoc allegauit, & ſequutus eſt Paul. de mōte
Pica *in repetit. §. Titia cū nuberet. l. Titia cum teſtamento. ff. de lega. 2.*
Palat. Rube *in repetitio. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 67. nu. 4.*
¶ At verò ſi poſt mortem mariti vxor † intra annum lu- 33
ctus ſtuprum admiſiſſet, tunc ſi viuo filio impubere, vel viua
filia quæ patri ſuperſtes fuit, id crimen admiſiſſet, pauperes
eam ex teſtamento ad legatum agentem exceptione criminis
repellerēt. Conſtat enim quod ſi mulier nuberet intra annum
luctus,

luctus, priuanda veniebat legatis ſibi à marito relictis: quæ le-
gata applicabantur decem perſonis edicto prætoris enumera-
tis, iuxta text. *in l.1. verſic. his etiam amittendis. C. de ſecun. nup. cum*
alijs. Item conſtat, quod eadem diſpoſitio, *d. l.1.* locum habet
in muliere, quæ intra annum luctus ſtuprum admiſerit, vt eſt
text. *in authent. de reſtit.* & ea quæ vndecimo menſe parir. §. *fin.*
colla.4. facit doctrina Bart. *in l. bis ſolis. C. de reuocan. dona.* quam
ad hoc retulit & probauit Ioan. de Garron. *in l. fœmina. C. de ſe-*
cun. nup. num.31. & eſt de hoc expreſſa lex Part. quæ idem diſpo-
34 nit, *in l.3. titu.12. par.4.* Præterea receptum † videtur, quod li-
cet, *d. l.1. C. de ſecund. nupt.* ſit abrogata iure canonico, quatenus
prohibet ſimpliciter & punit ſecundas nuptias contractas in-
fra annum luctus, per text. *in cap. fin. de ſecund. nupt.* tamen qua-
tenus eadem. *l.1.* inducta eſt ad mulierem, quæ intra annum
luctus ſtuprum commiſerit, & aliæ etiam leges, quæ non tam
intendunt prohibere ſecundas nuptias, quàm proſpicere fa-
uori liberorum primi matrimonij, abrogatæ non ſunt, vt col-
ligi videtur ex doctrina Innocentij, quem ibi omnes ſequun-
tur, *in d. cap. fin. de ſecun. nupt.* Bartol. *in l.1. & in authen. eiſdem. C. de*
ſecund. nupt. & eſt de hoc communis opinio, quam latè reſoluit
Ioan. de Garron. *in d. l.1. num.132. & in d. authen. eiſdem pœnis. num.*
4. ſequitur Ripa, *in l. fœmina. C. de ſecun. nupt. num.31.* Hip. *in l. v-*
nica. num.14. C. de raptu virginum. Palat. Rube. *in repetit. Rubric. §.*
67. num.3. de donat. inter virum & vxor. & Reuerend. D. D. Cou-
uarru. *in Epitome, lib.4. Decretal. in ſecunda parte. cap.3. §.6. num.5.*
Vnde colligitur, quod ſi hodie mulier intra annũ luctus ſtu-
prum admittat, legata, quę ei maritus reliquerat, applicabun-
tur perſonis, de quibus, *in dicta l.1.* ſecundum ea, quæ reſoluit
Ioan. de Garron. *in repet. d. l.1. C. de ſecun. nupt. num.73. verſ. & plus*
dico. Ergo legatum huic vxori relictum ſtatim atque ipſa ſtu-
prum intra annum luctus commiſiſſet, cœpiſſet ex lege de-
ferri filio & filiæ impuberibus, vel ſoli filiæ deferretur, ſi iam
mortuo filio, mulier ſtuprum admiſiſſet. viua filia, gloſſ. *in d.*
l.1. in verbo, ſeruatos. Planè quamuis nec filius, nec filia hoc lu-
crum ſibi ex lege delatum agnouiſſet, & ita, non agnito hoc
lucro, deceſſiſſent; id tamen in hæredes tranſmittere potue-
runt ſecundum ea, quæ in ſimili ſpecie tradit Salyc. *in authent.*
bona damnatorum. ſi. colum. C. de bonis damnatorum. & Iaſ. *in l. ſi ar-*
rogator. num.16. ff. de adoptio. Sic pauperes, qui & filij, & filiæ,
hæredes fuerunt, potuiſſent ex iure tranſmiſſo repellere mu-
lierem.

¶ Poſt annum verò luctus, ſi mulier vidua permanens ſtu-
35 prum committat, non dubito † quin legatum quòd à marito
cœperat, debeat retinere, & quòd illud non debeat perdere,
argumen. text. *in d. authent. de reſtit.* & ea quæ vndecimo menſe
parit. §. *fi. colla.4.* & ex mente communis opinionis, quam pro-
ximè reſoluimus, tametſi in hoc Caſtellæ regno contrarium
ſeruandum videatur propter, *l.9. tit.12. lib.3. Fori,* vbi generali-
ter diſponitur, quod ſi mulier poſt mariti mortem non bene
vixerit, amittat quicquid maritus ſibi teſtamento dederat. Et
planè lex illa fori non diſtinguit, nec æſtimauit, vtrum intra
annum luctus, vel poſtea, mulier non bene viuat, ſed genera-
liter loquitur, vt agnouit Anton. Gomeſ. *in l.14. Tauri num.17.*
vbi ſcripſit, quod licet *lex 3. tit.12. par.* duntaxat loquatur in eo
caſu, quando mulier intra annum luctus vixit luxurioſè, nihi-
lominus tamen, hoc non obſtante, cum lex fori indiſtinctè lo-
quatur, & ratio eadem militet in vtroq; caſu, indiſtinctè pro-
cedit vtroque tempore. Hæc ſunt verba ipſius.

¶ Ego autem in primis animaduertendum cenſeo, quod
non eadem, ſed longè diuerſa ratio verſatur, vtrum mulier vi-
dua intra annum luctus ſtuprum commiſerit, an verò poſtea.
& proinde legata, & omnia alia, quæ per mortem mariti ac-
quiſiuit, priore caſu mulierem perdere, poſteriore verò caſu
non perdere, argument. text. *in d. authen. de reſtitu. & ea quæ parit*
vndecimo menſe §. fin. colla.4. & ex mente legis Parti. & communis o-
pinionis, de quibus ſupra. Deinde exiſtimo multum referre intel-
ligere, vtrum in hac ipſa ſpecie loquatur prædicta *lex fori.6. tit.*
12. lib.3. quoniam ſi in hac ſpecie loquitur, negari non poteſt,
quin determinatio eiuſdem legis ſit generalis, & quod nul-
lam admittit diſtinctionem temporis, in quo ſtuprum fuerit
commiſſum, & ita eſſet contraria alteri legi partitæ ſupra alle-
36 gatæ. In quo † diſcrimine lex partitæ omnino eſſet ſequenda,
niſi ex aduerſo probaretur, legem fori contrariam vſu eſſe re-
ceptam, vt colligitur, *ex l.1. Tauri,* & declarat Roderi. Xuar. *in*
proœmio legum fori, & Gregor. Lup. *in l.8. tit.12. parti.5. in gloſ. ſuper*
verbo. Cada vno dellos. Rurſus in hoc diſcrimine diſpoſitio præ-
dictæ legis fori contra legem partitæ multum iuuaretur † ex 37
altera *l. fina. titu.4. lib.5. Ordinamen. Reg.* vbi non tantum in ſi-
mili ſpecie, ſed etiam in fortioribus terminis, videlicet in bo-
nis lucratis conſtante matrimonio, diſponit lex prædicta in
fin. quod ſi mulier vidua quocunque tempore luxurioſè † vi- 38
xerit amittere debeat ſuam partem, quam ex his bonis ſuper-
lucratis propriam fecerat, eaque pars mariti hæredibus reſti-
tui iubetur. Atqui conſtat & eſt apertiſſimum, quod hanc bo-
norum ſuperlucratorum dimidiam partem, quæ prætextu ta-
citæ ſocietatis, & legis beneficio mulieri defertur, argument.
text. *in cap.2. de donationib. inter virum & vxor. in l.1. titul.3. lib. for.*
leg. in l.1. titu.4. lib.5. Ordinamen. Reg. in l.14.15.16. & 60. in leg. Tau-
ri. docet latè Reuerend. D. D. Couuarr. *in Epitome lib.4. Decret.*
in 2. parte. cap.7. § 1. ex num.5. & lib.3. variar. reſolutio. cap.19. Anto.
Gomeſ. *in l.50. Tauri. ex num.69.* mulier ipſa fortius ſibi acqui-
rit, præ cæteris alijs bonis lucratiuo titulo acquiſitis, argum.
text. *in l. fina. C. de bonis maternis, facit text. in l.14. Tauri,* & quod
ſcribit Franciſ. Ripa, *in l. fœmina. num 43. & nu.45. C. de ſecun. nup.*
Palatius Rub. *in repet. rubric. de donat. inter virum & vxo. §.50. nu.*
35. & in §.67. num.17. in verſicul. Ex quo infertur, & omnes in d. l.14.
Tauri, & Reuerendiſſi. D. D. Couuar. *in Epitome lib.4. Decretal. in*
2. parte, c.3. §.9. num.8. Ergo ſi hæc bona amittit mulier, ſi luxu-
rioſè viuat, etiam poſt annum luctus, vt diſponit, *prædicta lex*
Ordinamen. à fortiori ex eadem cauſa videtur, quod debeat a-
mittere alia bona quęſita ex teſtamento mariti, vt diſponit ſu-
pradicta lex fori.

¶ Denique in hac controuerſia ad euitandam hanc legum
repugnantiam fortaſſis non temerè poſſet reſponderi, quòd
lex illa finalis titu.4. lib.5. Ordinamen. Reg. in fin. non procedat, nec
ſit intelligenda, quando mulier vidua poſt annum luctus vno
tantum ſtupro viduali thorum deturpauit. Hoc enim caſu,
iuxta communem reſolutionem, & legis partitæ diſpoſitionẽ,
non debet mulier amittere, neque dimidiam partem bono-
rum ſuperlucratorum, neque alia bona ex mariti teſtamento
acquiſita, ſed ſolum procedet ea lex in muliere vidua, quę poſt
annũ luctus viuit luxurioſè, hoc eſt, quæ adeo pluries in cor-
pus ſuum deliquit, quod vitam luxurioſam degere videatur.
Nam text. *in d. l. fin. tit.4. lib.5. Ordinamen.* expreſsè loquitur in
muliere, quæ luxurioſè vixerit, in hæc verba. Viuere luxurio-
ſamente, quæ verba non videntur poſſe referri ad mulierem,
quæ vel ſemel deliquiſſet, neque enim ex vno duntaxat ſtu-
pro mulier dici poteſt viuere luxurioſè. Quoniam etſi agnoſ-
cam, quod in delictis † nomina ſignificantia officium verifi- 39
cantur in ipſo primo actu, argument. text. *in l. quis ſit fugitiuus. ff.*
de ædil. edict. in l. mariti, verſic. qui quæſtum. ff. ad legem Iuliam de ad-
ulte. docet Bartol. *in l. legatis num.4. ff. de lega.3* Dominicus *num.*
8 Philip. Franc. *num.3. in cap.1. de vita & honeſta. cleric. lib.6.* Abb.
colum. fin. & Decius, *ibidem in 2. lectu. in colum. fina. in cap.1. de iudic.*
& ſic debet limitari text. *cum gloſſ. in verbo, omnes, in l.1. ff. de tribu-*
toria actione, circa quam vltra prædictos authores plura con-
geſſit Andr. Tyraquel. *in lib. de pœnis temp. in cauſ.51. ex num.159.*
tamen † luxurioſè viuere ſolum dicetur mulier, quæ fornica- 40
tionis vitio fuerit aſſuefacta, & diuerſum videtur, mulierem
eſſe luxurioſam, vel viuere luxurioſè. Induco pro hac ſenten-
tia belliſſimum Iureconſ. reſponſum, *in l. & mulieri. ff. de curat.*
furio. vbi ſcribitur, quod mulieri luxurioſè viuenti bonis in-
terdici poteſt. Dicitur autem mulier luxurioſè viuere, quæ
aut meretricio more viuit, aut prodigali luxuria propria bona
diſſipat, ſecundum vnam, vel alteram interpretationem gloſ.
ibidem. Neque enim legis verba illa: luxurioſè viuenti, ve-
rificari poſſunt in ea muliere, quæ ſemel vno, vel altero vi-
tio laboraſſet, nec credendum eſt, quod propter ſingulare
tantum delictum mulieri bonis interdiceretur. Quem text.
vltra Raphaelem Cuman. & vltra alios ibidem. & Aretin. *col.*
fina. Ripam, *num.17. & num.10. in l. iſtam bonis. ff. de verb. oblig. it.*
Abb. *colum. fina.* Decium, *numer.9. in capitulo paſtoralis. de iudic.*
Anton. Auguſt. *emendatio. libro 4. cap.11.* eleganter declarat do-
ctiſſimus Arius Pinnel. *in l. fin. C. de bonis mater. numer.22.* Alle-
go etiam ad idem text. notabilem, *in l. fin. §. penult. C. de ſentent.*
paſ. & reſtitut. facit text. etiam optimus in l. bis ſolis. C. de reuocan.
donatio. vbi probatur, quod pœna impoſita mulieri ſecun-
do nubenti, habet locum in vidua inhoneſta, & quæ porten-
tuoſæ vtilitatis, & abiectæ pudicitiæ ſit effecta. Hoc eſt. in mu-
liere viuente meretricio more, vt interpretantur ibi gloſſ. &

omnes, Angel. Aretin. *in §. in fin. Inſtitu. de legit. patronat. tutel.*
Ripa, *in l. fœminæ. numer. 31. C. de ſecun. nupt.* Ioan. de Garro. *in
rubric. C. de ſecun. nupt. numer. 58.* & alij quamplures auctores,
quos refert doctiſſimus Pinnellus, *in d. l. fin. num. 58.* Enimue-
ro cum illius legis ſententia ſit generalis, & procedat indiſtin-
ctè, etiam poſt annum luctus, omnino eſt intelligenda in mu-
liere luxurioſè viuente, id eſt meretricio more vel aliàs vitam
luxurioſam agente, vt ſic diſtinguatur ab alio text. contrario,
in allegato §. fin. Authent. de reſtitut. & ea quæ vndecimo menſe
parit, *collat. 4. in dicta l. 3. titu. 12. parti. 4.* qui textus ſine dubio
loquuntur in muliere, quæ intra annum duntaxat luctus vel
vnicum tantum ſtuprum admiſit, ex mea quidem ſententia
ſupradicta lex Ordinam. Reg. videtur tranſcribere diſpoſitio-
nem text. *in dicta l. his ſolis. C. de reuocan. donatio.* denique
multum intereſt dicere, ſi mulier fuerit luxurioſa: vel dice-
re, ſi mulier viuat luxurioſè. facit quod refertur apud diuum
Lucam *cap. 15.* de prodigi parabola in illis verbis, Viuendo lu-
xurioſè: ergo non eſt dubitandum, quin d. lex Ordinamen.
Reg. ſit intelligenda in ea muliere, quæ vitam agebat turpem,
& libidinoſam, non autem in ea muliere, quæ ſemel, aut ite-
rum, in corpus ſuum peccauit, & poſtea continuit, quoniam
hoc caſu poſteriori, etiam ſi intra annum luctus hoc admiſe-
rit non deberet priuari bonis ſuis ſuperlucratis, & hoc ſine
dubio reſponderem in terminis, *d. l. Reg.* quæ expreſſè loqui-
tur in muliere luxurioſè viuente. Quinimo etſi lex illa, vel
alia, loquuta fuiſſet non in muliere viuente luxurioſè, vt lo-
quitur, ſed ſimpliciter in muliere luxurioſa, adhuc forſan
auderem dicere intelligendam fore eodem modo in muliere,
quæ fornicari conſueuiſſet, nam etiam in delictis ſunt quæ-
dam nomina denotantia officium & perſeuerantiam in eodem
delicto contractum ex iteratis & frequentibus actibus vt ob-
ſeruat Philip. Dec. poſt Abb. *in dicto cap. primo, de iudiciis.* vltra
quos adduco etiam ſanctum Euangelium Lucæ *cap. 7. in illis
verbis: Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix:* quæ plane
verba proculdubio intelliguntur de muliere, quæ habebat
officium. & conſuetudinem peccandi, ergo idem dicendum
eſt de iſto verbo, luxurioſus. Denotat enim officium & con-
ſuetudinem fornicandi, aut alterius prodigalitatis, & non
videtur poſſe verificari de prima vice. Allego in terminis pro
hac ſentententia text. belliſſimum, *in l. ſi quis cum ſciret. ff. de v-
ſucap. pro emptore: in illis verbis, niſi forte & is qui à luxurioſo &
protinus ſcorto daturo pecuniam,* vbi Iureconſultus accepiſſe
videtur luxurioſum pro eo, qui ſolitus erat adire ſcor-
tum.

¶ Ex quibus omnibus ſatis apertè conſtare videtur, mul-
tum differre terminos, *legis 3. titu. 12. partit. 4.* quatenus con-
cordat, *cum d. authent. de reſtit.* & ea quæ parit vndecimo men-
ſe. *§ fin. coll. 4.* & loquitur in muliere committente ſtuprum
infra annum luctus. à terminis, *dicta l. fin. in fin. titu. 4 lib. 5. Or-
dinam. Reg.* quæ loquitur in vidua luxurioſè viuente, hoc eſt,
carnis vitio aſſuefacta. ſiue ante, ſiue poſt annum luctus Qua-
re in terminis, *d. § fi. & d. l. parti.* mulier amittit bona ſibi delata
ex mariti teſtamẽto, ſi intra annum luctus, vel ſemel ſtuprum
admiſerit, bona autem ſuperlucrata, conſtante matrimonio,
quæ ad eam mulierem pro parte dimidia pertinent, non a-
mittit, niſi ſumus in alijs terminis. *d. l fin. tit. 4. lib 5. Ordinamen.*
hoc eſt, niſi mulier luxurioſè viuat, etiam poſt annum luctus,
nam hoc caſu amittet bona ſuperlucrata, *per dicta l. Ordinamen.
Reg.* & etiam amittet alia bona quæſita ex teſtamento, *per ſu-
pradictam legem 9. tit. 12. lib. 3 fori*, quę lex in illis verbis: No fizie-
re buena vida: videtur exemplo, *d. l. fin.* intelligenda tantum in
ea muliere, quæ contraxerit habitum male viuendi, ita quod
prædictá lex fori videtur ſine dubio tranſcribere voluiſſe *l. his
ſolis. C. de reuocan. donatio. ſuperius allegatam* Enimuerò in iſto ar-
ticulo ancipiti, & dubio, hæc mihi viſa eſt vera, & ſolida reſo-
lutiò. Tametſi terminos, *d. l. partit. & d. authent. & terminos d. l.
Ordinamen. & d. l. fori*, cum ſint adeo differentes, miſcere videa-
tur Anton. Gomeſ. *in d. l. 14. Tauri dict. num. 17.* & latius, *in l. 53.
Tauri in num. fine.* poſt Palatium Rube. *in repet. rub. de donat. in-
ter virum & vxorem. §. 67. & nouiſſime.* Reuerendiſſi. D. Dida-
cus Couuarruuias, *in Epitome lib. 4. Decretalium, in 2. parte, cap. 7.
§. 6. num. 2. & num. 12.* vbi etiam videtur intelligere illam legem
Ordinamen. Reg. in ſimplici ſtupro, qui quidem intellectus
eſſet nimium rigoroſus, atque adeo contra fragiles mulieres
nimium crudelis.

¶ Sed an quemadmodum mulier vidua, ſi committat ſtu-
prum infra annum luctus, perdit omnia bona ſibi ex mariti te-
ſtamento delata, debeat etiam perdere dotem, quàm à mariti
hæredibus iam receperat, vel recipere contendebat? Satis cō-
trouerſum videtur. Nam Paul. Caſtren. *in l. ſororem. C. de his qui-
bus vt indig. & in l. fideicommiſſum, ad finem. C. de fideicommiſ.* gene-
raliter ſcripſit, mulierem viduam amittere dotem, ſi ſtuprum
committat, & hanc ſententiam varij auctores ſequuti ſunt,
quos longum eſſet recenſere, quoſque latiſſimè congeſſit
Reuerend. Epiſcop. D. Couuarr. *in Epitome. lib. 4. Decretal. in ſe-
cunda parte. cap. 7. §. 6. numer. 10.* & diligentiſſimus Petrus Due-
nas Doctor Salmanticenſis, *in regul. 12. in 3. limitatione,* & do-
ctiſſimus Arias Pinel. *in l. fina. C. de bonis mater. num. 9.* Hanc
verò dicit eſſe communem opinionem Bellon. *in rubric. C. de e-
dend. num. 83.* & Nicol. Boer. *deciſ. 38.* Rurſus Alexan. Imolen.
in dicta l. ſororem. C. de his his quibus vt indig. indiſtinctè negat,
mulierem poſſe priuare dote, propter ſtuprum in viduitate
commiſſum, & hanc quoque partem etiam numero & aucto-
ritate æquales auctores ſecuti ſunt, quos videre licet apud do-
ctiſſimum Pinel. *vbi ſupra num. 10.* In hac autem controuerſia
ſunt qui diſtinguere velint inter ſtuprum cōmiſſum infra an-
num luctus, vt hoc caſu procedere debeat opinio Paul. Ca-
ſtrenſ. & inter ſtuprum commiſſum poſt annum luctus, quo
caſu aiunt, procedere opinionem contrariam Alexan. & ita
conciliauit has opiniones And. Alciar. *in tractat. de præſumpt. in
regu. 2. præſumptione 9.* & Reuerend. D D. Couuarr. *vbi ſup. nu. 11.*
& Ioan. de Garronib. *in authent. eiſdem pœnis. num. 21. C. de ſecun.
nupt.* ſed huic diſtinctioni apertè refragantur Ioan. Crot. *in l. 4.
§. Cato, in 2. lectu. numer. 78. ff de verbo. obligat.* Anton. Gomeſ. *in l.
80. Tauri. numer. 70. & alij*, quos refert & ſequitur Pinel. vbi
ſupra indiſtinctè adhærentes opinioni Alexandri. à qua ſen-
tentia † cum in puncto iuris, tum maximè in iudicando, & 42
conſulendo, non auderem recedere, quoniam video, con-
trariam ſententiam Paul. Caſtren. omni efficaci iuris funda-
mento deſtitutam, neque enim illi ſuffragatur, ſed potius re-
fragari videtur text. *in dicta authent. de reſtitu. & ea quæ parit. §.
fin. iuncta d. l. 3. tit. 12. parti.* nam dum ſpecialiter loquuntur in
bonis vxori relictis mariti teſtamento, & amittendis propter
ſtuprum infra annum luctus in viduitate admiſſum, manife-
ſtè intelligere videntur, contrarium eſſe dicendum in alijs bo-
nis, quæ vel legis diſpoſitione, vel aliàs, quàm ex mariti teſta-
mento ipſi mulieri debentur, vt ſunt bona dotalia, facit text.
*in dict. l. fin. C. de bon. matern. iuncto vulgari principio text. in l. fin. C.
de codicil.* & pro hac ſententia & declaratione iam mirè in-
duci poteſt *ſupradicta* † *lex fin. in fin. titul. 4. libro. 5. Ordinament.* 43
Reg. iuxta verum & proprium illius intellectum ſuperius à me
explicatum, vbi in bonis acquiſitis, conſtante matrimonio,
quoniã nõ ſunt quæſita lucratiuo titulo ex mariti voluntate,
& teſtamento, ſed ſunt quæſita titulo oneroſo, & prætextu ta-
citæ ſocietatis, & ex legis diſpoſitione, vt ſupra declarauit lex
Regia, vt mulier vidua propriam horum bonorum partem
perdat diſponit, quod non ſufficit ſimplex ſtuprum etiam in-
fra annum luctus admiſſum, ſed requiritur quòd mulier an-
te vel poſt annum luctus viuat luxurioſè. ergo eodem argu-
mento dicendum videtur, quòd ad amittendam dotem
non ſufficit ſtuprum etiam infra annum luctus commiſ-
ſum.

¶ Sed etſi mulier vidua luxurioſè † viueret multis ſtupris 44
aſſuefacta, proſtituta, adhuc reſponderem, non eſſe hanc mu-
lierem ex ea cauſa propria dote priuandam, quæ ab ea mu-
liere, vel altero eius nomine profecta fuiſſet, neque hoc caſu
haberet locum textum, *in dicta l. fin. titu. 4. lib. 5. Ordinamen. Reg.*
Primum nam etſi libenter agnoſcere vellem, eandem mili-
tare, & incurrere rationem in dote, de qua agimus, quæ mili-
tat in bonis ſuperlucratis, de quibus agit illa lex, adhuc con-
tenderem, legem illam, cum ſit pœnalis, non eſſe extenden-
dam ex identitate rationis de vno caſu ad alium ſimilem, id
eſt, de bonis ſuperlucratis, in quibus loquitur, ad bona dota-
lia, de quibus tractamus, vt eſt vulgare. Poſtremò † negarem 45
eſſe omnino parem, aut ſimilem rationem in vtroque caſu,
quoniam bona ſuperlucrata ſunt acceſſiones & veluti fructus
matrimonij præcedentis, in quibus conſideratur etiam in-
duſtria mariti mortui, cuius opera fuerant quæſita: & his bo-
nis, quorum vtilitatem lex mulieri detulit, facilius priuare
poteſt lex ipſa, quàm bonis dotalibus, quæ ſine vllo mariti
admini-

adminiculo, aut legis beneficio, iure proprio ſibi vendicat
46 mulier. vnde multo magis † negarem, text. illum, *in dicta l. fin.* loquentem in bonis ſuperlucratis induci poſſe ad bona paraphernalia, quamuis Reuerendiſſi. Epiſcop. D. Couuar. *in dicto §. 6. num. 2.* dicat communem opinionem eſſe cum gloſſ. *in c. plerunque de donatio. inter virum & vxorem. in verbo, dotalium,* dicente, quod propter adulterium amittit mulier non ſolũ dotem, ſed etiam bona paraphernalia, inducẽs pro hac communi opinione tex. *in d. l. fin.* Ergo imprimis noto, quod ſi pro hac communi ſententia eſſet efficax inductio text. *in d. l. fin.* conſequenter probandum eſſet id, quòd nemo auderet affirmare, videlicet, quod propter ſtuprum commiſſum in viduitate etiam poſt annum luctus, debeat mulier amittere bona paraphernalia, quemadmodum ibi amittit ſuperlucrata: deinde conſidero, nõ videri iuſtam inductionem, & comparationem de bonis ſuperlucratis admittendis, ad bona paraphernalia admittẽda, vnde quamuis communis opinio probanda eſſet, quæ affirmat, quod propter adulterium mulier amittit bona paraphernalia, & applicantur marito, nunquam tamen ea bona amitteret propter ſtuprum commiſſum in viduitate, etiam in terminis *d. l. fin.* hoc eſt, quamuis mulier multis ſtupris graſſaretur viuendo luxurioſè, nam hoc caſu mulier perderet quidem bona ſuperlucrata, ſed mea quidem ſententia retineret, & non perderet bona dotalitia, & multo fortius non perderet paraphernalia.

¶ Septimò principaliter & vltimo quæro, cum ex Innocentio & gloſſ. hic conſtet, quòd teſtator huic vxori ter legauerit augendo legata, cur omiſſa, & ſuppreſſa fuerit horum legatorum mentio in hac deciſa decretali? Reſpondeo, hoc
47 factum † fuiſſe non ſolum quo breuior & conciſior eſſet litera huius Decretalis, ſed etiam maximè, quod notabilior eſſet Pontificis ſententia. Siquidem Pontifex reſpondit, has ſubſtitutiones debere intelligi pupillares, & matrem omnimodo excludendam fore. Motus autem eſt ad id dicendum his rationibus, quas in litera expreſſas legimus. Porrò legatorum ſeries conſulto prætermiſſa eſt, ne videlicet, ratio etiam haberi videretur coniecturæ, quæ contra matrem ex legatis ſumebatur, quod Archidiac. *hic num. 2. in verbo, legauit,* non ſatis perſpexit, dum putat legatum de quo hic, fuiſſe argumento contra matrem? Illud enim verum eſt ſecundum ordinem antiquę Decretalis, nam ex legato ſecundo ſumebatur voluntatis coniectura aduerſus matrem, vt mortuo filio, continuo filia omnimodo admitteretur ex pupillari ſubſtitutione, ſecundum gloſſ. & ſanè coniectura ita fieri poterat, ſi videlicet, quis expenderet quòd teſtator voluiſſet, vt mortuo filio, mater haberet duntaxat vſumfructum cum nouo augmento, nec quid amplius: igitur ſenſiſſe videbatur, quòd mortuo filio, filia illi ex pupillari ſubſtitutione hæres exiſteret: ſic enim mater, quia non eſſet ab inteſtato hæres filij impuberis, conſequi deberet nouum augmentum cum vſufructu prius legati, alioqui ſi filia non eſſet admittenda ex pupillari directa ad hæreditatem filij, & conſequenter ad hæreditatem teſtatoris: iam mater futura erat hæres ab inteſtato huius filij impuberis ſimul cum filia fideicommiſſaria vniuerſali, proinde mulier ex iudicio teſtatoris plus conſequeretur, quàm augmentum illud ab eodem teſtatore taxatum, quæ coniectura euidentius colligitur ex tertio legato, vt idcirco teſtator intelligatur voluiſſe, quod vniuerſa bona ad pauperes deuoluerentur, matre excluſa, quoniam legatum quaſi à pauperibus eidem mulieri reliquerit. Denique licet aliàs pro matre, ne excludatur à luctuoſa filij impuberis hæreditate, facit argumentum, quòd teſtator maritus propriæ ſubſtantiæ partem aliquam eidem vxori dereliquit. *l. fin. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionib. ſub conditio. factis,* id locum non habet, quando teſtator vxori aliquid reliquit, quod ei foret poſt mortem filij impuberis. Tũc enim coniectura in contrarium magis trahere videtur, vt id, quod teſtator vxori reliquit, quaſi mulieri reliquerit, quæ ad hæreditatem filij impuberis minimè eſſet admittenda, quod ita Bald. tradidit, *in l. precibus colum. 3. verſic. circa ſecundum. C. de impube. & alijs.* & Franciſc. Ripa, *in l. 2. num. 55. verſic. vnde Bald. ff. de vulga. & pupil.* qui vtique potuerunt pro ea ſententia inducere hanc decretalem cum noſtra gloſſa, prout habebatur olim in antiqua Decretali.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio ſecundam inſtitutionem deſignat.*

2 *Subſtitutio pupillaris ſcripta ante hæredis inſtitutionem, vtrum valeat?*

L. ſecunda. §. prius. cum §§. ſequentibus, plures concordiæ & intellectus referuntur, & confutantur, verusq; ſenſus traditur. & nu. 4. 12. & 13.

3 *Actus incontinenti celebratus, quamplures effectus operatur.*

4 *Teſtamentum olim ab hæredis proprij inſtitutione ſpectandum erat: reliqua verò ante ſcripta nullius momenti cenſebantur.*

§. Ante hæredis Inſtitu. de legatis latè explicatur. ibid. num. 12.

5 *L. 1. ff. de hæredib. inſtituen. explicatur.*

6 *Teſtamentum olim poterat incipere à filij exhæredatione, quæ ſcilicet, teſtamenti fundamentum cenſetur.*

7 *Exhæredatio nõ ſolum filij, ſed etiam poſthumi, teſtamento ſcripta ante hæredis inſtitutionem ſemper fuit valida.*

L. 3. §. poſthumos, verſic. vnde & ante hæredis. ff. de iniuſto rupto, ſenſus.

8 *L. hac conſultiſſima. C. qui teſtamenta facere poſſunt. ſenſus.*

Cæci teſtamentum, quod ab hæredis inſtitutione non inciperet, etiam olim valuiſſe: quamuis ante hæredis inſtitutionem ſcripta infirmabantur. ibidem.

9 *Cæci teſtamento relicta ante hæredis inſtitutionem hodie ſunt valida.*

10 *Cæcus, Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamen. ſenſus.*

11 *Legata, quæ non ex ſcribentis, ſed ex teſtatoris mente & vitio ſcripta forent ante hæredis inſtitutionem, duntaxat infirmabantur.*

L. ambiguitates. C. de teſtamentis, ſenſus, ibid. & num. 12.

13 *Subſtitutio pupillaris non incontinenti paterno teſtamento, ſed ex interuallo ſcripta nullius momenti eſt cenſenda etiam hodie.*

L. 2. §. quiſquis. ff. de vulgari ſenſus, ibidem.

14 *Subſtitutio pupillaris ante paterni hæredis inſtitutionem eadem die facta valet, ſi pupillare & paternum teſtamentum iiſdem ſolennibus non repetitis fuerit circumſcriptum.*

L. miles ſi teſtamentum ff. de militari teſtamen. explicatur, ibid.

15 *Commiſſarius nõ poteſt teſtari pro defuncto, qui hæredem inſtituendum non declarauit: poterit tamen, data ſibi facultate ſubſtituendi pupillariter ſubſtituere filio defuncti impuberi quemcunque voluerit.*

L. 31. Tauri explicatur.

Adijciens.

ADIICIENS. Hic incipit ſubſtitutio trimembris, ſecundum Ioannem Andream, *in præſenti numer. 1.* quæ ſubſtitutio rectè & ex ordine poſt primas hæredum inſtitutiones teſtamento fuit conſcripta: cum ſubſtitutio ſecundum † 1
inſtitutionem deſignet. *l. 2. §. prius. verſicul. quod igitur. ff. de vulg. & pupil. l. Papinianus. §. ſi quis impuberi. ff. de inofficio. teſtament.*

¶ Porrò quia in his ſubſtitutionibus compendioſis præcipuè continebantur directæ pupillares, ex quibus primum filio filia, & deinde filiæ pauperes hæredes extiterunt: quæro,
vtrum † hæ pupillares directæ ſubſtitutiones non minus va- 2
luiſſent, ſi teſtator eas concepiſſet ante filij & filiæ hæredum inſtitutiones? mouet quæſtionem Vlpiani difficile reſponſum, *in dicta l. 2. § prius. ff. de vulga.* vbi docet, quod prius debet quis ſibi hæredem ſcribere, deinde filio ſubſtituere, & non conuertere ordinem ſcripturæ, vnde Iulianus Iureconſul. putauit, eum qui teſtaretur, debere prius ſibi, & deinde filio impuberi hæredem ſcribere, vt ſi ante filio, deinde ſibi teſtamentum fecerit, non valeat pupillare teſtamentum prius factum. Hanc Iuliani ſententiam refert Vlpianus, reſcripto Imperatoris fuiſſe comprobatam, & miror: quoniam patris & filij vnum ſit teſtamentum, quamuis duæ ſint hæreditates, verum idem Vlpianus ſubiecit, *in §. ſed ſi quis ita,* quod vbi quis ita eſſet teſtatus: Si filius meus intra quatordecimum annum deceſſerit, Seius hęres eſto, filius hæres eſto, valet pupillaris ſubſtitutio, licet conuerſa ſcriptura filij teſtamentum fecerit. Idẽ Vlpianus ait, quod ſi pater ita ſcripſerit: Si filius meus mihi hęres non erit, Seius hæres eſto, filius meus hæres eſto, apparet,

ſecundo

ſecundo gradu Seium ſcriptum eſſe hæredem. Proinde docet, non eſſe dubitandum, quin excluſo filio Seius ad teſtantis hæreditatem admittatur ex vulgari ſubſtitutione, quòd ſi filius hæres extitiſſet & intra pubertatem deceſſiſſet, Iureconſultus ſignificauit, dubitari poſſe, an Seius ad impuberis hæreditaṫ admitteretur ex pupillari tacita ſubſtitutione, *iuxta l. iam hoc iure. ff. eod. tit.* ſiquidem pupillare teſtamentum deducebatur ex ſecundo gradu, qui ſcriptus fuiſſet ante primum gradum: Sic videbatur, non valere, quia videlicet, conuerſus fuiſſet ordo ſcripturæ, ſed tamen nihilominus ſcribit, Seium ex tacito pupillari teſtamento rectè admittendum: vt non ordo ſcripturę, ſed ordo ſucceſſionis ſit ſpectandus: & tandẽ concludit idem Vlpianus, non eſſe incipiendum à teſtamento impuberis, *iuxta initium* §. vt magna incurrat difficultas conciliare medios illos verſiculos, in quibus valet pupillare teſtamentum, à quo pater incipit.

¶ Accurſius ibi, *in verbo, comprobata eſt, in vltima ſolutione,* conciliat eos text. vt ſi filius impubes fuerit exhæredatus pater non poſſit incipere à teſtamento pupillari, & ſi ab eo pater cœperit, nullius momenti ſit cenſendum, *dicto* §. *prius, in princip.* Cæterum ſi filius fuerit inſtitutus, tunc poſſit incipere à teſtamento pupillari impuberis. *inſtitutis. dict. verſic. ſed ſi quis, cum verſiculo ſequenti.* Idem tenuit Accurſius, *in* § *liberis, in primo ſcholio, Inſtitu. de pupil. ſubſtit.* Dyn. Rayner. Alberic. Bartol. Angel. de Peruſio, Salic. *in dicta l. 2* §. *prius. Arch. hic numer. 1.* & Hoſtienſ. *in cap. Raynutius. ſupra eodem, colum. 8. prope finem,* & hanc dixit communem opinionem Portius, *dicto* §. *liberis.* & hanc interpretationem, nemine relato, ſequitur & adſtruere nititur doctiſſimus atque variæ lectionis & eruditionis Iacob. Cuiacius, *in notis ad Vlpianum, titul. 23. Quemadmodum teſtamenta rumpuntur, in verſicul. etiam exhæredatus.*

¶ Sed pro certo talis interpretatio, nec rationem habet, nec verbis Vlpiani accommodatur, qui de exhæredato impubere loquutus non fuerit. Præterea concluſio, §. *in verſic. quod igitur,* manifeſtè pertinet magis ad liberos inſtitutos, quàm ad impuberes exhæredatos. Denique meritò communior opinio habet, talem interpretationem explodi debere, vt differentia non fiat inter exhæredati & inſtituti impuberis pupillare teſtamentum: ſicuti conſtat ex Alexand. *dicto* §. *prius. num. 15.* & Iaſ. *ibidem in princip. num. 25.* Franciſ. Ripa, *in d. l. 2. ff. de vulga. num. 28* Guiliel. Benedict. *in repet. c. Raynutius, ſupra eodem in verbo, ſi abſque liberis moreretur, el 2. de pupilla. ſubſtit. num. 58.*

¶ Secunda conciliatio eſt ad prædicta iura, quod ſi vnico contextu quis prius hæredem filio impuberi ſcripſerit. & deinde ſibi, valebit pupillare teſtamentum, *d.* §. *ſi quis.* Cæterum ſi quis prius filio hæredem ſcripſerit, & poſtea non incontinẽti, neque eodem contextu. ſed ex interuallo hæredem ſibi fecerit. tunc non valebit pupillare teſtamentum, *vt in d* §. *prius, in princip.* Vnde licet pater poſſit ſibi prius hæredem facere, & deinde ex interuallo, adhibita noua ſolemnitate, hæredẽ filio impuberi conſtituere. *l. ſi quis cum.* §. *ſi ff. de vulga. & pupilla.* non idem è conuerſo recipiendum eſt. Hoc ita Accurſ. præcepit. *in d* §. *ſi. in verbo, alia rurſus hora,* quem ſequuti ſunt magis communiter Doctor. vt reſoluunt Alex. & Iaſ. *in d.* §. *prius.* & Ripa *in d. l. 2.* & Philip Corn. *in l. ambiguitates. C. de teſtamen. num. 2. & hanc eſſe receptiorem opinionem ſcripſit.* Añd. Alciat. *in d. l. 2* §. *quiſquis. ff. de vulga.* quem nouiſſimè ſequutus eſt Ioan. Coraſ. *in l. ſi teſtamento C de nupt. & alijs ſubſti. num. 47.* & ſecundum iſtum communem intellectum hic eſſet ſingularis effectus quem operaretur actus † incontinenti poſt alium celebratus, inter
3 quamplurimos, quos vltra ſcribentes, vbi ſupra latè congeſſit And. Tyraquel. *in tractat. de vtroque retractu, in 2. parte.* §. *in gloſ. 5. ex princip.*

¶ Sed profectò hæc interpretatio communis nullatenus conuenit verbis Vlpiani, qui *in dicto* § *prius,* loquitur vbi quis vnico contextu teſtaretur, & in eadem ſcriptura, quæ vnico contextu eſſet ordinata, inciperet à teſtamento impuberis, quod Bartol. *ibi num. 1.* conſtanter affirmauit, expendens iureconſultum numero ſingulari de ordine ſcripturæ loquutum. Denique Accurſius ibi, & alij auctores, qui diſtinxerunt pupillare teſtamentum exhæredati impuberis, à teſtamento pupilli inſtituti, rectè intellexerunt, Vlpianum loquutum fuiſſe, quando pater vnico contextu prius filio, & deinde ſibi teſtamentum feciſſet, vt rectè agnouerunt And. Alciat. *in d. l. 2.* §. *quiſquis. num. 1.* & Viglius, *in d.* § *liberis. Inſtitu. de pupilla. ſubſtit. num. 3. in fin.*

¶ Tertia igitur conciliatio fuit And. Alcia. *in dicta l. 2.* §. *quiſquis. num. 2. ff. de vulga.* vbi non rectè videtur docere, Iureconſultum ibi proſequi aliud quod pupillari ſubſtitutioni neceſſarium eſt, nempe; vt pater prius ſibi teſtamentum faciat, ſi quidem Iureconſul. de ordine nihil ibi præcepit, ſed tantum, vt pater, qui filio teſtamentum pupillare facere vellet, ſibi quoque faceret teſtamentum. Conſtituendum igitur Alciat. cenſet, vt ſemper ſibi prius teſtari pater debeat, hæredemque ſuum ſcribere, *d.* §. *prius. in princ.* Neque obſtat text. *in d.* §. *ſed ſi quis ita, cum verſic. ſequenti:* quoniam reſpondet Alciat. ibi quoque, licet non ordine ſcripturæ, ſaltem ordine tacitæ voluntatis teſtatorem ſibi prius; quàm filio, hæredem ſcripſiſſe, nam vbi ita ſcriptum ſit: Si filius meus hæres non erit, vel impubes deceſſerit, Seius hæres eſto: filius meus hęres eſto: certè ſecundum ordinem tacitę voluntatis, & intellectus, animaduertitur, prius ſibi teſtamentum feciſſe. & hæredem deſignaſſe. Cũ enim (inquit Seius non vocetur, niſi ſub conditione, ſi filius non ſit hæres, apparet, id primo voluiſſe teſtatorem, vt filius ſibi hæres ſit.

¶ Sed hæc Alciati conſideratio poſſet quidem procedere quoad verſiculum. *Sed etſi ita. d.* §. *prius.* vbi ſi filius non eſſet hęres, Seius vocatur. Cæterum aptari non poteſt ad verſiculum, ſed ſi quis ita, vbi ita ſcriptum eſt, Si filius meus intra decimũquartum annum deceſſerit, Seius hæres eſto: In ea enim ſpecie pater incepit à teſtamento impuberis, eique prius hæredem ſcripſit. quàm ſibi, & valet pupillare teſtamentum. Nec poteſt dici, quod ibi Seius nõ vocetur niſi ſub conditione, ſi filius nõ ſit hæres: quoniam Seius vocatus eſt ſub conditione, ſi filius intra decimumquartum annum deceſſiſſet. Quo argumento opinionem Alciati rectè confutauit Viglius *in d.* §. *liberis. Inſtit. de pupil ſubſtitut. num. 3.*

¶ Quarta conciliatio fuit eiuſdem Viglij, *in d.* §. *liberis. num. 4* quam adſcribit Iaſoni, *in dicto* §. *prius. in fin.* Sed equidem illam magis ex Viglio, quàm ex Iaſone conſtare intelligo, Interpretatur enim, quod ſi vno contextu teſtãdi in eadem ſcriptura præcedat pupillare teſtamentum, non valebit, *iuxta d.* §. §. *prius.* niſi omnino coniunctum teſtamento pupillari cohæreat teſtamentum principale patris, *iuxta* §. *ſed ſi quis. cum* §. *ſequen.* Nam tunc demum ordo ſcripturæ conuerſus vitiabit, quando pupillare teſtamentum prius ſcriptum eſt, & deinde interiecto ſcripturæ interuallo ſequatur principale patris teſtamentum, quòd ſi coniuncta fuerit ſcriptura, tunc ordo non ſpectatur, quoniam in coniunctis nullus eſt ordo, nec quicquam intereſt, vtrum eorum primum ſcribatur, argum. *l. quidam ff. de peculio legato.*

¶ Ego in primis hanc Viglij conciliationem cæteris omnibus præſtare intelligo. quoniam noua quædam interpretatio Ludo. Charond. *lib. 2. veriſimilium c. 2. de pupil ſubſtit.* longè abeſt à vero ſimili. & eſt contra ipſius Vlpiani expreſſam concluſionem, *in verſ. quod igitur* Sed & nouiſſimus intellectus ingenioſi atque ſtudioſiſſimi viri Antonij Goueani mihi non poteſt perſuaderi Ille enim *in d l. 2. in* § *prius ff de vulgari, & in lib. 1. lectionũ variarum iuris. c. 8.* exiſtimat vitiatam & mendoſam eſſe literam *d.* § *prius. & in illo.* §. *loco illius verbi, comprobata, reponendum eſſe, improbata,* iuxta quam (inquit) literam Vlpianus reſoluit, ſententiam Iuliani, quam refert, *in princip. d.* §. *prius.* reprobatam eſſe. & non procedere, & ita hunc §. ſic intellecto potius conueniunt quàm refragantur, verſiculi proximi, qui ſequuntur. Sed certè hic intellectus nimium audax eſt, & contra fidem vetuſtiſſimorum atque recentiorum codicum, quibus omnes antiqui Doctores ab Accurſio vſque ad nouiſſimum quemq; vſi ſunt, atque adeo contra fidem Pandectarum Florentinarum, vti conſtat ex tranſlatione Gregor. Haloandr. & Franciſci Duareni. Præterea verba Vlpiani, quæ ſtatim ſequuntur, manifeſtè demonſtrat, quod præcedens Iuliani ſententia fuerit comprobata reſcripto Imperatoris, & meritò; quoniã eandem ſequenti argumento Vlpianus confirmat, conſtat enim (inquit Vlpianus) vnum eſſe teſtamentum, ſcilicet, patris & filij, licet quæ ſint hæreditates, vſque adeo, &c. quæ Vlpiani ratio ſine dubio eò pertinere videtur, vt quoniam vnũ eſt teſtamentum, hincinde conſtare debeat, & colligere quod Vlpianus voluerit, huius vnius teſtamẽti caput eſſe inſtitutionẽ

hæredis,

hæredis, quem ſibi pater prius deſignare debet, deinde verò ſequi debere pupillarem ſubſtitutionem quaſi acceſſionem dependentem à paterno teſtamento, argumento etiam text. *in l. patris, & filij. ff. de vulgari. & in §. igitur. Inſtitut. de pupilla.* quam rationem confirmauit etiam Vlpianus illis verbis, vſque adeo autem, vt quos ſibi quis facit neceſſarios, eoſdem etiam filios facit, & poſthumum ſuum filio impuberi poſſit quis ſubſtituere. Ex hac ratione voluit Vlpianus colligere, quod quoniam vnius teſtamenti patris & filij, caput eſt inſtitutio hæredis, quem ſibi pater debet conſcribere, ſubſtitutio pupillaris, quæ veluti acceſſio eſt teſtamenti paterni, nullius momenti erit cenſenda, ſi ante ſit conſcripta, iuxta regulam text. *in §. ante hæredis, Inſtitut. de legatis. de quo §. ſtatim nobis agendum eſt.* Adde quod idem Vlpianus, *in finali verſic. quod igitur, eiuſdem §. prius,* quaſi breui epilogo, confirmauit id, quod in principio, *illius §.* propoſuerat.

¶ Poſtremò in hoc articulo equidem contra omnium ſententias, atque adeò contra ipſius Viglij opinionem, nouè obſeruo, Vlpiani placitum *in dicto § prius.* quod ipſe Vlpianus auctoritate Iuliani, & Imperatoris reſcripto, comprobauit, hodie non valere, neque eſſe obſeruandum, quoniam licet olim de iure Digeſtorum in terminis, *illius.§ prius.* retento Viglij intellectu pupillare teſtamentum ſcriptum, antequam pater ſibi hæredem faceret, nullius momenti foret cenſendum, hodie tamen ſi quis à teſtamento impuberis initium teſtandi fecerit, mox à pupillari ſubſtituto legata reliquerit, vel alia capitula inſeruerit pertinentia vel ad hæreditatem ipſius impuberis, vel etiam ad propriam ipſius teſtatoris hæreditatem, deinde hæredem ſibi ſcripſerit, valebit quidem pupillare teſtamentum, valebunt pariter & legata, & omnia alia capitula ſcripta ante proprij hæredis inſtitutionem, contra id, quod Vlpianus docuit. *in dicto § prius. in principio, iuncto verſic. fin.* Sciendum

4 † eſt enim regulam iuris ciuilis antiquam fuiſſe, qua conſtitutum erat, teſtatorem debuiſſe incipere teſtamentum ab hæredis inſtitutione, quæ caput eſt & fundamentum totius teſtamenti, & ſi ante hæredis inſtitutionem legata etiam libertatem reliquiſſet, non valebant. *§. ante hæredis, Inſtitut. de legat.*

5 ¶ Hoc etiam Vlpianus † ſignificauit, *in l. 1. ff. de hæredib. inſtituen.* vbi docuit, cum quis teſtaretur, plerunque ab hæredis inſtitutione incipere debere, quoniam regulariter nihil valeret quod ante hæredis inſtitutionem diſpoſitum fuiſſet. Allegauit tamen diui Traiani reſcriptum, vt ab hac regula exciperet exhæreditationem filij nominatim factam, & verſari in filij exhæredatione ius ſingulare ex Vlpiani ſententia, vt rectè in-

6 tellexit Rapha. Cuman. ibidem. Ego autem † huius ſingularis iuris nouam rationem excogitaui, quòd videlicet iuris antiqui regula non ſinebat valere teſtamenti acceſſiones, quæ ex inſtitutione hæredis, quaſi è teſtamenti capite, & fundamento, penderent, ſi eas teſtator ſcripſiſſet ante hæredis inſtitutionem. *d. §. ante hæredis.* Cæterum quoniam exhæredatio filij nominatim facta ad ſolennitatem teſtamenti, & valorem ipſius inſtitutionis pertinebat. *l. inter cætera ff. de libe. & poſthu. in princ. Inſtit. de exhæredatione liber. cum alijs,* idcirco licuit incipere teſtamentum ab exhæredatione filij, *vt in d. l. 1. & in l. 3. §. filius, verſic. ante hæredis. ff. de libe. & poſthum.*

¶ Nec ſolum valuit exhæreditatio filij nominatim facta, qua omiſſa inutile foret teſtamentũ, ſed etiam valuit exhære-

7 datio † nominatim facta poſthumorum, quia naſcendo potuiſſent rumpere teſtamentum. Vnde Vlpianus ſcripſit poſthumum exhæredari nominatim poſſe ante hæredis inſtitutionem, & id diui Marci reſcripto confirmauit, *in l. 3. §. poſthumos. verſic. vnde & ante hæredis. ff. de iniuſto rupt.* nam quod diuus Traianus reſcripſerat in filio, *in d. l. 1. ff. de hæredib. inſtituen.* idipſum diuus Marcus in poſthumo etiam confirmauit. *in dicto §. poſthumos,* quoniam ſi filius valuit iniuſtum facere teſtamentum potuit poſthumus rumpere, & proinde quoniam inter cætera, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſario deſiderantur, principale ius eſſet de poſthumis, & his, qui loco poſthumorum ſunt, hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis. *d. l. inter cætera, in princip.* idcirco valuit eorum exhæredatio ſcripta ante hæredis inſtitutionem. *d. l. 3. §. poſthumos, coniuncta l. poſthumorum. ff. eod. tit.*

8 ¶ Hinc etiam Iuſtinus Imperator † *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamenta facere poſſunt,* in cæci teſtamento docuit, ab hæredis inſtitutione initium eſſe faciendum, quemadmodum in aliorum etiam teſtamentis obſeruari oportebat: ne eſſent irrita & nullius momenti, quæ ante hæredis inſtitutionem ſcriberentur. Vnde Petrus, Cynus, Ricard Malumb. Iacob. But. Alberic Bartol. Raph. Fulgoſ. Philip. Deci. *numer. 7. in d. l. hac conſultiſſima.* Barthol. Veronenſis, *in cautela* 128. Angel. Aretin. *in §. cæcus, Inſtitut. quibus non eſt permiſ. facere teſtamen.* non rectè Imperatoris ſententiam videntur intellexiſſe, & aſſequutos fuiſſe. Namque exiſtimarunt, Imperatorem ſentire, quod cæci teſtamentum non valeret, ſi aliunde, quàm ab hæredis inſtitutione, initium teſtamenti faceret, id quod ex Iuſtini Imperatoris ſententia nequaquam fuit. Denique & olim valuiſſe, & valere cæci teſtamentum, quod ab hæredis inſtitutione non inciperet, verius eſt. nam & olim inſtitutio poſtea ſcripta non vitiabatur, ſed ſolum legata pupillaris ſubſtitutio, aut alia capitula, ſcripta in cæci, aut in alterius teſtamento, ante hæredis inſtitutionem manebant irrita. Cæterum ipſa hæredis inſtitutio poſtea facta non erat irrita, vt concludit Philip. Corne. *numer. 1.* Alexand. *num. fin. in dicta l. hac conſultiſſima.* vbi hoc etiam obſeruat Iaſ. *numer. 1.* Idem Iaſ. *in conſil. 26. lib. 1.* Viglius *in dicto §. cæcus. numer. fin.* Vnde Iuſtinus Imperator, *in dicta l. hac conſultiſſima,* dum huius ſolennitatis mentionem facit, non videtur nouam formam cæci teſtamento præſcribere voluiſſe, vt ea prætermiſſa, teſtamentum omnino intercideret, & vitiaretur, ſed inter alias ſolemnitates, quas pro forma induxit, obiter mentionem fecit alterius ſolennitatis, quæ iure antiquo iam fuerat præcepta, videlicet, quòd incipiendum eſſet ab hæredis inſtitutione, iuxta antiquam iuris ciuilis regulam, quæ tamen non inſtitutionem ipſam poſtea factam, ſed ſolum legata, vel alia capitula ante ſcripta irritabat.

¶ Cui ſententiæ conſequens videtur etiam altera, videlicet, quòd † cum hodie ſolennitas antiqua incipiendo ab hæ- 9

redis inſtitutione ſit iam abrogata, *dicto §. ante hæredis.* in cæci quoque teſtamento ſublata intelligitur, vnde hodie valebunt legata in cæci teſtamento relicta ante hæredis inſtitutionem, vt ante declaraui, *in repetit. §. & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. in tertia parte. numer. 86.* Neque huic ſententiæ negotium facere poteſt text. *in dicto §. cæcus. Inſtitu. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum,* vbi ſcribitur, ita demum valere cæci teſtamentum, ſi ſit factum ſecundum nouam obſeruationem, *dicta l. hac conſultiſſima.* debet enim ille §. intelligi de his, quæ nouè fuerant ibi obſeruata à Iuſtino Imperatore, nam quod teſtamentum deberet incipere ab hæredis inſtitutione non fuit noua obſeruatio Iuſtini, ad quam ſe Iuſtinianus retulit, ſed fuit antiqua Iureconſultorum regula, de qua non intelligitur, *dicto §. quod cæcus.* adde quod text. *in dicto §. cæcus.* dum agit de viribus teſtamenti, non poteſt referri ad antiquam Iureconſultorum obſeruationem, cuius Iuſtinus meminit, incipiendi ſcilicet ab hæredis inſtitutione, quoniam etiam iure antiquo illa obſeruatio quamuis prætermitteretur, non reddebat inutile teſtamentum, ſed ſolum legata & alia capitula ant ſcripta infirmabantur: & hoc etiam in cæci teſtamento verum erat. vt prædixi.

¶ Quin & Iuſtinianus † *in l. ambiguitates. C. de teſtam.* apertè 10

ſignificauit, quòd ſi non vitio, vel deſidia, vel imperitia tabellionis, vel alterius, qui teſtamentum ſcriberet, ſed ex mẽte vel vitio ipſius teſtatoris legata eſſent ſcripta ante hæredis inſtitutionem. nõ valerent iuxta antiqui iuris regulam quemadmodum Accurſ. ibi interpretatur, *in verſ. nõ ex mente. in princ.* quem ibi Alex. & Corn. ſequuntur.

¶ Igitur ſecundum hanc regulã obſeruari neceſſario debuit, quod ſi teſtator ante hæredis proprij inſtitutionem ſcriberet hæredẽ impuberi filio, non valeret talis inſtitutio. Etenim pupillare teſtamentum acceſſio erat teſtamenti paterni & principalis, & quod penderet ab hæredis paterni inſtitutione. Hoc ita (vt ego interpretor) ſenſit † Vlpianus, *in d. §. prius. in verſic.* 11

conſtat enim. Cùm ibi rationem reddit, quaſi dicat patris & filij vnum eſſe teſtamentum: & huius vnius teſtamenti caput eſſe inſtitutionem hæredis, quem pater ſibi ſcriberet. Sic colligit incipiendum eſſe ab hac inſtitutione proprij hæredis: non verò à pupillari teſtamento: quum pupillare teſtamentum rationem haberet & cenſuram legatorum, & aliarum diſpoſitionem, quæ vtiliter ſcribi nequirent ante hæredis inſtitutionem, à qua penderent, argumento *d. l. 2. §. quiſquis. eodem titulo.*

Vnde

Vnde Raphael Cuman. *in d. §. prius. num 3.* cùm poſt gloſſam meminiſſet text. *in dicto §. ante hæredis. Inſtitut de legat.* non rectè diſtinxit pupillares ſubſtitutiones à legatis. Nam ſi legata poterant relinqui ante hæredis inſtitutionem: nec quidem potuit vtiliter ſcribi pupillare teſtamentum ante hęredis principalis inſtitutionem: quia ratio diuerſitatis idoneè reddi non poteſt.

¶ Sed quum hodie iam regula illa iuris antiqui ſit abrogata, vt patet, *in dicto §. hæredis.* conſequens eſt dicere, quod Vlpiani ſententia hodie non obtineat in ea parte, qua ſenſit, non poſſe teſtatorem incipere à teſtamento impuberis. Sic enim Iuſtini ſententia, *in d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. facere poſſunt.* hodie non obtinebit in ea parte, qua ſignificauit, non eſſe valitura quæ ante hæredis inſtitutionem ſcriberentur, *vt ſupra dixi.* Sic etiam Iuſtiniani ſententia, *in d. l. ambiguitates*, hodie non obtinebit, qua parte ſignificauit, quod ſi ex mente teſtatoris, vel ex ipſius teſtatoris vitio legata ſcriberentur, ante hęredis inſtitutionem non valerent. quibus exemplis reſoluo Vlpiani ſententiam, *in d. §. prius. in princip. & in verſic. fin.* hodie non procedere.

¶ Plus tentauit Raph. Cuman. ex ſententia domini ſui, *in d. §. prius. num. 3.* videlicet. quod etiam ſi olim pupillare teſtamentum non poſſet procedere ex interuallo ſcriptum, iuxta gloſſ. receptam, *in d. l. ſi quis enim. §. fin. ff. de vulga.* & communiorem intellectum, *d. §. prius. in princip.* vt ſupra reſolui ante *nu. 3.* hodie tamen poterit procedere. & valebit tale teſtamentum pupillare, argum. *d. §. ante hæredis. & l præpoſteri. C. de teſtam.* Cumanus tamen non eſt auſus hoc affirmare, quia communis ſententia eſſet in contrarium.

¶ Ego vero fundata iuris ratione oſtendo, communem opinionem eſſe veram, neque ei poſſe negotium facere Iuſtiniani nouas ſanctiones, *in dicto §. ante hæredis. & in dicta l. præpoſteri.* Eadem ratione colligere intendo, communem intellectum, *in d. §. prius.* eſſe omnino reijciendum, quum is demum intellectus ſit veriſſimus, & retineri debeat, quem modo probaui. Anim-
13 aduerto † enim quòd Vlpianus duo requiſita pupillaris ſubſtitutionis præcepit quaſi diuerſa & ſeparata, quæ noſtri iuris præceptores confundere non debuerunt. Vnum requiſitum fuit, quòd quiſquis impuberi filio teſtamentum faceret ſibi quoque debet facere teſtamentum: cęterum ſoli filio non poterit, *dicta l. 2. §. quiſquis ff. de vulgar.* Alterum requiſitum adiecit idem Vlpianus, *in dicta l. 2. § prius. in principio, & in fine,* ſcilicet, quòd non ſolum qui impuberi teſtamentum facit, ſibi quoque debet facere, ſed etiam oportet prius ſibi teſtamentum facere, & deinde filio, & non conuerte ordinem ſcripturæ: ergo ſi quis vnico eiuſdem ſcripturæ contextu prius impuberi hæredem ſcripſiſſet, deinde non ex interuallo in eadem ſcriptura hæredem ſibi feciſſet, valeret vtique pupillare teſtamētum. ſi ex ſolo requiſito *dicto § quiſquis*, penderemus, nam ante perfectionem teſtamenti omnia vnico contextu facta viderentur, vt verè diceretur, teſtatorem non ſoli filio, ſed filio & ſibi teſtamentum feciſſe, argument. *l. ſi is qui. ff. de teſtament. l. 1. §. penultimo ff. de his quæ in teſtamento delen. l. ſi quis ita, in fin. ff. de rebus dubijs.* Cæterum propter alterum requiſitum, *dicto §. prius.* dicendum eſſet, eiuſmodi pupillare teſtamentum non valere, quoniam ea, quæ ante hæredis inſtitutionem ſcriberentur, etiam ſi vno contextu eſſent compoſita, non valebant, *ex regula dicti §. ante hæredis, Inſtitut. de legat.* hodie igitur durat requiſitum illud, *dicto §. quiſquis*, quemadmodum repetitum legitur. *in § liberis autem, Inſtitut. de pupillar.* non durat autem alterum requiſitum, *dicto §. prius*, quoniam eius regula antiquata, & ſublata eſt, *ex dicto § ante hæredis,* vt meritò in Iuſtiniani inſtitutionibus nulla eius ordinis mentio facta reperiatur, enimuero ſi quis, adhibitis legitimis teſtibus, filio impuberi teſtamentum fecerit, & alia turſus hora integram iterum ſolemnitatem adhibuerit & ſibi teſtamentum fecerit, non valebit pupillare teſtamentum, vt receptiſſimum eſt cum gloſſ. *in dicta l. ſi quis enim. §. finali.* Vtique autem non valebit, vt ego interpretor, quoniam defecit prius illud requiſitum, *dicta l. 2. §. quiſquis*, vt ſupernacuum fuerit tractare de altero ſecundo requiſito, de quo, *in dicto §. prius.* quia ad hanc ſpeciem non rectè fuit inductus. Vbi enim pater filio impuberi teſtatus eſt, & teſtandi contextum abſoluit, protinus conſtituendum fuit, nihil eum egiſſe, quoniam ſoli filio teſtari non potuit, *dicto §. quiſquis.* nec quod poſtea ex interuallo ſibi legitimè teſtatus eſt, potuit efficere, vt teſtamentum pupillare, quod initio nullius momenti fuit, poſtea conualeſceret, argum. *l. quod ab initio. ff. de reg. iur. cap. non firmatur. eodem titulo, libro ſexto.* & ſi cundum ea, quæ in pupillari ſubſtitutione à principio inutili tradit receptus Bartol. *in l. 2. num. 8. fin. ff. de vulga & pupilla.* & Iaſ. in hac ipſa noſtra ſpecie, *in dicto §. prius, num. fin. verſic. & eſt ratio.* Ergo & ſi verum ſit quod text. *in dicto §. prius.* hodie non obtinet per textum, *in dicto § ante hæredis.* obtinebit tamen nihilominus communis ſententia, quæ vulgo malè deducta fuit ex *dicto §. prius*, & melius deduci debuit *ex d. l. 2. §. quiſquis.* denique licet hodie ordo ſcripturę non ſit attendendus, quoniam prępoſteratio non vitiat. *d. l. præpoſteri. C. de teſtam. d. §. ante hæred.* dicemus tamen, non valere pupillare teſtamentum; de quo ſupra & adijcimus, nullius momenti eſſe cēſendum, non tam quia pręposterè factum eſt, quàm quia factum eſt ſoli filio cōtra regulam, *d. l. 2. §. quiſquis.* Intelligendum † eſt tamen, quòd 14
ſi pupillare teſtamentum pater impuberi filio fecit, & quum non haberet actum teſtandi pro abſoluto intra eandem diem ſibi teſtamentum fecerit, valebit pupillare teſtamentum, ſi modo teſtator non diuertiſſet ad actus extraneos, argumen. text. *in l. miles ſi teſtamentum. ibi, per dies varios. ff. de milit. teſtamen.* & quod tradit Bart. *in l. 1. §. qui præſens. num. 1. & 2. ff. de verborum obligatio.* vbi Franciſ. de Ripa, *num. 15.* rectè explicat; quòd *in dicta l. ſi quis enim. § fina. ff. de vulga.* id quod fiebat alia hora etiam inter eandem diem videbatur fieri diuerſo contextu, quoniam teſtator habuerat teſtamentum ſuum pro perfecto & abſoluto.

¶ Adeo autem cum paterno vnum teſtamentum pupillare, & inſtitutio hæredis pupillaris, quæ ſit pupillari teſtamento, quaſi aſceſſio quædam reputari debet paterni teſtamenti, & hæredis, quem ſibi pater conſtituit, vt non immeritò videtur vtilis differentia † poſſe conſtitui inter has patris & filij hęre- 15
dum inſtitutiones in hoc Caſtellæ Regno in terminis, *legis 31. Tauri.* Si quis enim commiſerit Petro teſtamenti factionem, non erit ſatis, quòd ei committat hæredis inſtitutionem, niſi ſpecialiter certam perſonam inſtituendi hæredis expreſſerit, vt apertè dicit, *d. l. Tauri.* & tamen ſi eidem Petro commiſerit, vt in eodem teſtamento faciat pupillares ſubſtitutiones liberis impuberibus, etiam ſi hæredum pupillarium nomen non deſignauerit, poterit Petrus eos pupillariter hæredes conſtituere, quos ei viſum fuerit, quemadmodum apertè colligi videtur ex *d. l. Tauri.*

SVMMARIVM.

1 *Mortis conditio propria eſt compendioſæ ſubſtitutionis.*

2 *Subſtitutio filio impuberi facta ſub conditione, ſi deceſſerit in pupillari ætate: vel poſtea ſine liberis, non eſt compendioſa: ſed continet duas diſtinctas ſubſtitutiones: pupillarem, videlicet, & fideicommiſſariam.*

3 *Subſtitutio filio impuberi facta ſub mortis conditione eſt compendioſa, quamuis conditio, ſi ſine liberis, non adijciatur.*

4 *Subſtitutio compendioſa fieri poteſt ſiue mortis conditione ſub alia habet quacunque conditione, iuxta communem opinionem: & vide num. 6.*

5 *Subſtitutio filio impuberi facta ſub alia, quàm mortis conditione, ſubintellectam mortis conditionem reſpectu pupillaris, non vero reſpectu fideicommiſſariæ.*

6 *Subſtitutione filio impuberi facta ſub conditione, quàm mortis, non eſt compendioſa, contra communem.*

7 *Subſtitutio filio impuberi facta ſiue ſimpliciter, ſiue ſub quacunque alia conditione, quàm mortis, eſt breuiloquia, continens vulgarem, & pupillarem ſubſtitutionem. & numer. 8. & 10.*

L iam hoc iure. ff. de vulgar. ſenſus, ibidem.

Subſtitutio breuiloqua explicatur, ibidem, & pluribus ſeq.

8 *Subſtitutionem vulgarem incluſam in breuiloqua longè differre à vulgari comprehenſa in compendioſa.*

9 *Subſtitutio vulgaris etiam comprehenſa in breuiloqua remouet ſui hæredis exiſtentiam in filio, non tamen eam tollit vulgaris incluſa in compendioſa.*

10 *Sui hæredis exiſtentiam tollit vulgaris ſubſtitutio. ibidem.*

11 *Subſtitutioni pupillari non repugnat adiectio cuiuſcunque conditionis, quæ debeat ante vel poſt pupilli mortem verificari.*

12. Subſti-

12 *Subſtitutio facta ſub pluribus conditionibus exigit, quòd omnes conditiones verificentur.*
13 *Subſtitutio filio impuberi facta ſiue abſolutè, ſiue ſub quacunque alia, quàm mortis conditione eſt breuiloqua, & non continet fideicommiſſariam.*
14 *Subſtitutionem compendioſam inducit mortis filij conditio: licet non adijciatur aduerbium quandocunque.*
15 *Subſtitutio filio impuberi facta ſub alia conditione, quam mortis, adiecto aduerbio, quandocunque, forſaſſis continet fideicommiſſariam.*
16 *Mortuis pariter viro & fœmina eodem naufragio, incendio, vel ruina, cæteris paribus, neuter alteri ſuperuixiſſe credendus eſt.*
L.fin.tit.penult.Partit.explicatur ibidem.
17 *Mortis aut moriendi tempus ad non mortem perfectam, ſed ad tempus ipſum cum quis moritur. referendum eſt.*
L.qui duos.§.1.ff.de manu.teſtam.ſenſus.ibid.
18 *Conſtitutum collatum in tempus mortis conſtituentis validum eſt, ſed ſi conferatur in tempus poſt mortem eiuſdem, inutile eſt cenſendum.*
19 *Fideicommiſſum reciprocum poſt mortem caducum efficitur, ſi vterque fideicommiſſarius ſimul vno naufragio, ruina, vel incendio, moriatur, & ſupra num.15.*
L.ſed & in illo.ff.de reb.dub.ſenſus, ibidem.
20 *Mortis mentio in compendioſa vel in pupillari ſubſtitutione ad mortis perfectæ tempus refertur.*
L.fideicommiſſa.§.filio.ff.de legat.3.ſenſus, ibidem.

Si decederet.

SI DECEDERET. Hæc mortis conditio repetita fuit in ſequenti ſubſtitutione, quæ facta eſt de filia ad filium. Item eadem mortis conditio fuit repetita in nouiſſima ſubſtitutione, quæ facta eſt de pauperibus ad filium, & filiam. Et ſanè hæc
1 conditio mortis propria † eſt compendioſæ ſubſtitutionis, quum comprehendat mortem, quæ contingit in pupillari ætate, & mortem, quæ contingit poſt pubertatem. Si verò teſtator diceret, Si filia mea deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine liberis ſubſtituo Titium. tunc non eſſet compen-
2 dioſa ſubſtitutio, ſed † eſſent duæ diſtinctæ ſubſtitutiones, & quælibet per ſe veniret æſtimanda, ſecundum gloſſ. receptam *in l.precibus, in verb. fideicommiſſi. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus.*

Quæro igitur primò, ſi in noſtri cap. ſpecie omnes ſubſtitutiones factæ eſſent ſub mortis conditione, non tamen adiecta conditione, Si ſine liberis, vtrum æquè diceremus, has ſubſtitutiones cenſeri debuiſſe compendioſas? Et Lancelot. Galiaul. *in repetit. l. Centurio. numero quadrigenteſimo. ff. de vulgari*, quaſi ex communi opinione reſoluit, quòd hæc ſubſtitutio, Si filia mea deceſſerit, ſubſtituo ei Ioannem, non eſt compendioſa. Quoniam (inquit) referri ſolummodo debet ad tempus pupillaris ætatis, ſi modo pater potuit impuberi filiæ facere pupillarem ſubſtitutionem. Denique ſi filia in tali ſpecie poſt pubertatem decedat, putat Lancelot. non eſſe quærendum de fideicommiſſaria ſubſtitutione. Quoniam ex voluntate defuncti nulla omnino ſubſtitutio eſſet facta poſt pubertatem. Idem planè agnoſcit, quòd ſi conditio talis fuiſſet, Si filia mea ſine liberis decederet, ſubſtituo Ioannem, tunc ſubſtitutio eſſet compendioſa, quia videlicet, quod propter conditionem. ſi ſine liberis, continere videretur etiam pubertatis
3 tempus. Sed profectò † Lancelot. Galiaul. fuit deceptus, quoniam in ea ſpecie, quam propoſuit, ſubſtitutio eſt compendioſa, vt etiam fideicommiſſariam contineat poſt tempus pubertatis. Et hanc eſſe communem opinionem reſoluit Franciſcus Ripa *in d.l. Centurio. num.150.* & Sebaſtian. Sapia. *in repet. l. precibus, numero penultimo. C. de impuberum, & alijs. ſubſtitut.* an autem differentia, quam Lancelot. Galiaul. voluit conſtituere, procedere poſſit, quando ſubſtitutio facta eſſet verbis ciuilibus, tangemus in tertia partim præſertim in gloſſ. pupillares.

Secundò quæro, vtrum ſine mortis conditione poſſit re-
4 ctè concipi ſubſtitutio compendioſa? Et † Albericus, *in repetit. rubric. octuageſimo ſeptimo. ff. de vulgar.* manifeſtè explicauit, quòd ſine mortis conditione poterat concipi ſubſtitutio compendioſa, ſi ſub alia conciperetur. idem poſt Azonem, quem re-fert, ſenſit Bartol. *in dicta l. Centurio num.* 9. vt Aretin. ibi interpretatus eſt, *numer.6. & 7.* Socinus *num.8.* Sed & Bald. *in tractat. de ſubſtitut. capitul. de compendioſa, in princip.* Idem ex Azonis ſententia docuit. Item Salycet. *in dicta l. precibus. numero 15. in fine*, ſcribit, quòd poteſt poni alia conditio, quàm mortis: vt putà, Si liberos non habuerit: Si certum quid non fecerit. Vnde diligenter tractate oportet, ſi quis ita cōceperit, Filiam meam hæredem inſtituo, eique ſubſtituo Ioannem, ſi nauis ex Aſia venerit: quiſnam ſit intellectus huius ſubſtitutionis? Siquidem hanc eſſe compendioſam, veterū & recentiorum authoritatibus receptum video. Et quidem Innocent. *hic numero 1. verſicul. & fortè.* ſub dubio tradit, quòd ſi quis dixerit, Inſtituo mihi filium meum impuberem hæredem, & ſubſtituo ei Ioannem, ſi nauis ex Aſia venerit. hæc ſubſtitutio dicetur compendioſa. Vnde ex his, quæ proximè dixerat, poteſt videri ſenſiſſe, quòd ſi filius deceſſerit ante pubertatem, & nauis ex Aſia venerit, habebit locum pupillaris ſubſtitutio. Si verò idem filius poſt pubertatem deceſſerit, & nauis ex Aſia venerit, habebit locum fideicommiſſaria. Nec legi hactenus authorem aliquem, qui huius Innocentij ſententiæ mentionem fecerit. Socinus vero, *in dicta l. Centurio, numero decimo octauo*, ex Bartoli ſententia intelligit, quòd ſi filius repudiatione, vel alio modo, fuerit excluſus ab hæreditate patris, & præterea nauis ex Aſia venerit, Ioannes ad eam patris hæreditatem ex vulgari ſubſtitutione admittetur. Item ſi filius poſt mortem patris in pupillari ætate deceſſerit, & præterea nauis ex Aſia venerit, Ioannes admittetur ad hæreditatem filij ex pupillari. Quòd ſi idem filius adierit patris hæreditatem, & pubes factus ſit, & nauis ex Aſia venerit, ſubſtitutio fideicommiſſaria locum habebit. Quo loco Socinus intellexiſſe videtur, quod fideicommiſſaria non debeat expectare mortem hæredis filij: ſed ſtatim locum habeat, vbi primum filius fuerit factus pubes, & nauis ex Aſia venerit. Quod etiam cum Socino intellexit Philip. Deci. *in dicta l. precibus. num.16.* & Curtius iunior, *numer.* 4. quamuis non ſatis clare hoc explicauerit. Sed & Iaſ. *in dicta l. Centurio. numero 22. in fin.* ſcripſit quòd in hac compendioſa plura tempora & plures ſubſtitutiones continentur aptitudine. Eſt bene verum (inquit) & ſuper hoc cogita, quòd non continebit pupillarem, niſi pupillus moriatur in pupillari ætate. Quibus verbis poteſt videri † ſenſiſſe, quòd huiuſmodi compendioſa habeat neceſſariam mortis conditionem quoad ſolam pupillarem. 5
Et conſequenter fideicommiſſariæ nulla inſit mortis conditio. Denique hanc fuiſſe recentiorum ſententiam apertè ſcripſit Ripa, *in dicta l. Centurio, numer.62.* & Alciat. *numero quinquageſimo octauo, ad finem*, quamuis idem Alciat. *ante ſi. dicti numer.58.* in diuerſam ſententiam confusè retulit Socinum, Iaſonem, Philipp. Deci. & Lancelot. Galiaul. Et hanc eſſe communem opinionem ſcripſit Curtius Iunior, *in dict. num.45.* Quam etiam ſub obſcurè ſequi voluit Ioan. Coraſ. *in d.l. precibus. num.2.*

¶ Ex his apparet, quod Lancel. Galiaul. *in repetit. d.l. Centurio. num.221.* non rectè colligit ex Socin. & Iaſonis ſententia, quod fideicommiſſaria ſubſtitutio ita demum haberet locum ſi filius pubes poſt auditam hæreditatem vita decederet. Siquidem hi authores magis ſenſiſſe videntur, quòd fideicommiſſaria non intelligebatur facta poſt mortem filij, quum vtique in pupillari neceſſariam mortis conditionem ſubintelligendam eſſe admiſerunt.

¶ Videndum igitur eſt: Vtrum fideicommiſſaria intelligatur facta poſt mortem filij. an verò filius cogēdus ſit ſtatim atque pubes factus fuerit, & nauis ex Aſia venerit, patris hæreditatem ſubſtituto reſtituere? Et Lancelot. Galiaul. putat, quod fideicommiſſaria intelligatur facta in caſum mortis filij poſt tempora pubertatis, ſi modò conditio extrinſecùs appoſita eueneit. Idque argumentatur ex perſona filij, quem propter dilectionem pater non creditur viuentem fideicommiſſo onerare voluiſſe, ſed magis poſt mortem, argumentò. *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ.* Verum hanc Lancelot. Galiaul. coniecturam velut leuiorem Ripa & Alciatus refutauerunt. Item contra Lancelot. Galiaul. poteſt expendi authoritas Bartol. & veterum, qui docuerunt, quòd ſine mortis conditione poterat fieri compendioſa. Ego ſenſerunt, quòd pupillaris in ea compendioſa, comprehenſa haberet quidem implicitam mortis conditionem, ſed eandem mortis conditionem non habe-

Aſia venerit. Denique ſi quis velit communem ſententiam
defendere, fortaſſis in vno tantum caſu id euinceret. Nempe
14 conſtituere in primis debet, quod etiam ſi mortis conditio †
exprimat ſubſtitutionem compendioſam, non ſolum quando
mortis conditio ſcripta eſt in his verbis: Quandocunque filius
meus deceſſerit, illi Titium ſubſtituo, ſed etiam ſine aduer-
bio: Quandocunque, his nudis verbis, ſi filius deceſſerit, illi
Titium ſubſtituo, argumento text. *in l. Centurio. ff. de vulga.* vbi
poſt Bart. *num.* 32. Ripam, *num.* 89. hoc etiam annotauit Lan-
celot. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, num.* 429. & hanc eſſe com-
munem opinionem reſoluit Reuerendiſſ. D. D. Couuarru. *in c.
Raynutius, ſupra, de teſtamentis.* §. 9. *num.* 2. *verſic.* 11. & Paul. Pariſ.
conſil. 37. *num.* 10. *in ſecunda parte.* Marian. Socin. Iuni. *conſil.* 180.
num. 10. *in prima parte, & conſil.* 27. *num.* 11. *in tertia parte,* tamen
conditio his verbis ſubſtitutioni adſcripta: Filio meo Titium
ſubſtituo, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi Titius Conſul factus fue-
rit, non poteſt deſignare compendioſam ſubſtitutionem, ita
vt, adita hæreditate, & poſt pubertatem, contineat fideicom-
miſſariam ſubſtitutionis. Quæſtionis ergo erit, an ſaltem con-
tineat compendioſam ſubſtitutionem, quando verbis prædi-
ctis adiectum fuerit aduerbium, quandocunque, videlicet fi-
lio meo Titium ſubſtituo quandocunq; nauis ex Aſia venerit,
vel quandocunque Titius Conſul factus fuerit. Fortaſſis e-
15 nim non † ineleganter tentabitur, quod hęc conditio propter
aduerbium, quandocunque, multò clarius videatur deſignare
plura tempora exiſtentis conditionis, quibus teſtator voluit
ſortiri effectum vnam ex diuerſis ſubſtitutionibus, ſiue vul-
garem, ſiue pupillarem, ſiue fideicommiſſariam, argum. text.
ſingularis, *in l. fideicommiſſa.* § *ſic fideicommiſſum. in verſic. hoc autē,
& in l. vxorem.* § *Scæuola ff. de lega.* 3. *coniuncta l. centeſimis.* § *fi. ff. de
verborum obligat. cum alijs quæ declaraui lib.* 2. *Selectarum interpre-
tationum, cap. fin.*
21 Tertiò & vltimo quæro, vtrum hæc conditio, ſi decederet
filia: referenda ſit ad moriendi tempus, an vero ſit referenda
ad tempus mortis perfectæ? Habet enim ſubtilis quæſtio
vtilitatem, ſi proponeres hanc filiam, & filium, poſt
tempora pubertatis ſimul vna ruina, vel vno naufragio, peri-
iſſe. Nam tunc de fideicommiſſaria ſubſtitutione tractabitur
quæ ſine dubio locum haberet, ſi filia ſine liberis deceſſiſſet. *c.
Raynutius, ſupra eodem titu.* Et ſiquidem conditio referatur ad
tempus mortis perfectæ, conſtabit vtranque ſubſtitutionem
fieri irritam. Quoniam neuter liberorum ſuperuixit, aut ſu-
perfuiſſe præſumendus eſt. *l. ſed & in illo. ff. de rebus dubijs.* Nec
16 præſumendum † eſſet, quòd filia propter ſexus imbecillita-
tem prior deceſſiſſet, quàm maſculus frater. Nam & ſi non-
nulli veterum hanc præſumptionem admiſerunt, & eorum o-
pinionem ſequuta ſit *l. Regia Caſtellæ, fin. tit. penult. Par.* 7. verius
tamen & receptius eſt, quòd apud Iureconſultos talis præ-
ſumptio non fuit admiſſa. *l. ſi inter virum. l. quod de pariter. ff. de re-
bus dubijs. l. cum hic ſtatus.* § *ſi ambo. ff. de donationibus inter virum &
vxorem.* reſoluit doctiſſimè Reuereucrendiſſi. D. D. Couuatru.
variarum reſolutionum libro ſecundo, cap. quarto, num. 10. *in fine.* Ex
diuerſo ſi verbum, decederet, referatur ad tempus decedendi,
nec deceſſum perfectum exprimat, tunc conſequens eſſet di-
17 cere, quòd fideicommiſſi dies cedere † inciperet, viuis ad-
huc filio & filia, cum pater moriebantur, argument. *l. qui duos.*
§. 1. *ff. de manumiſſis teſtamento.* & quod notat Bartol. *in l. prima.*
§ *ſi emancipato. ff. de collatio. bonorum.* Vnde vtriuſque fideicom-
miſſi dies vtiliter ceſſiſſe diceretur pro ea ſcilicet parte, quam
filius & filia habuiſſent ſupra legitimam portionem. Nam fi-
lius in vltimo ſpiritu obligaretur morienti ſorori ad fideicom-
miſſum vniuerſale ei reſtituendum: & rurſus filia in vltimo vi-
tæ ſpiritu obligaretur fratri morienti ad fideicommiſſum rei
certæ, argument. text. *in l. fina. verſicul. argumento.* & quod ibi
Paul. Caſtrenſ. in pariter morientibus obſeruat. *ff. de condit. in-
ſtitut.* Porrò quod hæc conditio ad moriendi tempus poſſit
referri, nec omnino exprimat mortem perfectam, in notabili
caſu tradit Oldradus, *conſil.* 139. *in quinto dubio* Nam quum duo
inuicem feciſſent pactum, quòd ſi alter decederet ſine liberis,
altero ſuperſtite, ſuperſtes haberet quaſdam res certas ex bo-
nis mortui, & conſtituiſſent inuicem nomine alterius ſe poſ-
ſidere: quæſitum eſt, vtrum illa clauſula conſtituti, exiſtente
conditione, haberet vtilitatem. Dubitationem faciebat, quod
conſtitutum videbatur eſſe collatum in tempus inhabile mor-
tis: quo tempore nullam poſſet habere poſſeſſionem mor-
tuus. Quapropter conſtitutum inutile videbatur cenſen-
dum, *l. Stichus ſeruus meus. ff. de manumiſ. teſtamen. l.* 4. *C. de dona-
tionibus ante nuptias. l. prima* §. *Scæuola. ff. ſi quis teſtament. liber eſſe
iuſſ. fuerit.* Sed tamen Oldradus † ſubtiliter reſpondit, clauſu- 18
lam conſtituti eſſe vtilem, Quoniam illa conditio, ſi alter ſi-
ne liberis decederet, non demum poſt mortem exiſteret, ſed
ante, ſcilicet cum alter eorum, altero ſuperſtite, ad eum ſta-
tum moriendi deueniret, quòd infallibiliter certum eſſe in-
ciperet, eum viuere non poſſe. Contrarium vero cenſeretur,
ſi conſtitutum collatum fuiſſet in tempus poſt mortem alte-
rius contrahentium. Idem cum Oldrad. ſequutus eſt Alexan.
conſilio octuageſimo tertio. Viſa facti narratione. num. 13. *libro ſecundo,*
quam ſententiam ſequi videtur Iaſ. *in l. quoties. C. de rei vendica-
tio. num.* 17. Philip. Deci. *in l. contractus. ff. de regulis iuris. num.* 12.
verſicul. item notandum. & plures Doctores, ex quibus conſta-
re videtur hanc eſſe communem opinionem, quos retulit An-
dreas Tyraquellus, *in tractatu, de iure conſtitut. poſſeſſoris, in ſecun-
da parte, in ampliatione decimaſeptima, num.* 9. *& in tertia parte, in
ſecūda limitatione, numer.* 11. Anton Gomeſ. *doctè & eleganter in
l.* 45. *Tauri. numer.* 89. *&* 93. & nos quoque declarauimus, *libro
primo Selectarum interpret. cap. quarto, & decimo ſeptimo.* & licet
Philipp. Deci. ſibi contrarius, *in conſilio* 247. *In cauſa magnifi-
ci, numer.* 6. Ludouic. Gozadin. *conſilio nonageſimonono, In hac
cauſa, numer.* 13. contra Oldradum reſponderint, quòd ta-
lis conditio non verificatur niſi poſt mortem perfectam, &
ideo conſtitutum non valet: tamen pro ſententia Oldrad. vi-
detur facere bonus text. *in l. quodcunque.* §. *non ſolum. ff. de verbor.
obligat.* vbi illa conditio, ſi moriaris: exemplo cōditionis, Cum
morieris, refertur ad moriendi tempus, non vero ad mortem
perfectam: facit etiam text. *in dicta l. qui duos.* §. *primo. ff. de manu-
miſſ. teſtament. & in l. mortis cauſa. ff. de manumiſſionibus. in l. heres
meus. ff. de condition. & demonſtration. in l. extraneum. C. de hæredi-
bus. inſtituend.* §. *ita autem.* §. *poſt mortem. Inſtitut. de inutil. ſtipu-
latio.*

Ego igitur reſoluo, quòd & ſi ſit Oldra. ſpecies & ſenten-
tia valde probabilis, & magis communis: in terminis tamen
huius capit. & in propoſita quæſtione, conditio, ſi ſine libe-
ris decederet, ad mortem perfectam referri debuit. Vnde
ſi filius & filia poſt tempora pubertatis vno caſu pariter ſine
liberis deceſſiſſent, fideicommiſſaria † ſubſtitutio reciproca
ſimul euaneſceret, iuxta text. *in dicta l. ſed & in illo. ff. de rebus du-* 19
bijs. Etenim ſi pater filio & filiæ, qui teſtamenti tempore pu-
beres eſſent, ſubſtitutiones feciſſet, de quibus in præſenti, tūc
non pupillarem, ſed fideicommiſſariam ſubſtitutionem vtri-
que feciſſe videretur, & de intellectu conditionis poſſet di-
ſputari. Cæterum in huius capit. ſpecie, in qua filius & filia e-
rant impuberes, ceſſare omnino debet talis controuerſia.
Quoniam apparet euidenter vtriſque impuberibus factam
fuiſſe reciprocam pupillarem ſubſtitutionem, vt habetur, *in
verſicul. præmiſſæ.* Igitur conditio hæc, reſpectu pupillaris ſub-
ſtitutionis, ſine dubio referebatur ad mortem perfectam.
Quoniam pater non potuit dare hæredem filio morienti, ſed
demum mortuo. argument. *l. prima. ff. pro hærede. l. qui ſuperſtitē.
ff. de acquiren. hæredita. coniuncta dicta l. qui duos.* §. *primo. ff. de ma-
numiſſ. teſtamento.* Vnde vt eiuſdem conditionis vna per om-
ne tempus ſit interpretatio, retinere debemus eandem con-
ditionis interpretationem, etiam reſpectu pubertatis, & fidei-
commiſſariæ ſubſtitutionis, quæ poſt pubertatem facta vide-
retur. Sic denique conſtanter † decernendum eſt, quòd con- 20
ditio hæc, Si ſine liberis deceſſerit, ſi quando fecerit compen-
dioſam ſubſtitutionem, hoc eſt, comprehenderit vulgarem,
pupillarem, & poſt pubertatis tempus fideicommiſſariam, ad
mortis perfectæ tempus omnimodo eſt referenda. Hæc enim
verba. Titio decedenti: vel Titio, ſi ſine liberis deceſſerit,
ſubſtituo Caium: idem ſignificant atque ſi dicerem, Titio
poſt mortem, &c. Facit etiam gloſſ. fin. *in l. in teſtamento. l. prima.
C. de teſtamento milit. communiter approbata per omnes Doctores ibi,
& in l. precibus. C. de impuberum & alijs,* & reſoluit hanc eſſe com-
munem opinionem Paul. Pariſ. *conſilio primo, numer.* 3. *in ter-
tia parte, & conſilio trigeſimo, numer.* 5. *in tertia parte,* vbi allegat
gloſſ. quæ clarè hoc non probat, *in authent. de hæredibus & Fal-
cid.* §. *hinc nollis. collatio. prima, in verbo, deficientis.* docet etiam
Marian. Socin. Iunior *conſil.* 131. *num.* 69 *in prima parte, & conſil.*
27. *numer.* 10. *in tertia parte.* Et pro hac interpretatione vltra
text. *in dicta l. qui duos.* §. *primo.* facit elegantiſſimus textus,
in l.

in l. fideicommiſſa.§.filio.ff. de leg.3. quem nouiſſimè declarat doctiſſimus Iacobus Cuiatius, *Obſeruationum lib.3.c.34.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris filio impuberi facta exigit inſtitutionem, aut exheredationem eiuſdem filij, & qua ratione.*

2 *Subſtitutio pupillaris apud Iureconſultos potuit fieri filia vel nepoti ſuis heredibus præteritis.*

3 *Subſtitutio pupillaris fieri poteſt filiæ, vel filio inſtitutis in re certa.*

4 *Subſtitutio pupillaris poteſt fieri liberis non ſolum inſtitutis, ſed etiam exheredatis.*

5 *Subſtitutio pupillaris impuberi exhæredato ita demum fieri poteſt, ſi ſit doli capax.*

6 *Subſtitutio pupillaris liberis ritè exhæredatis etiam malamente fieri poteſt.*

7 *Subſtitutus pupillaris exhæredati impuberis, non poteſt legatis aut fideicommiſſis grauari.*

L. cum quidam. C. de legat. cum ſimilib. ſenſus ibidem, & pluribus ſequentibus.

8 *Subſtitutio pupillaris filio exhæredato non vna tantum, ſed etiam plures ſubſtitutionis gradus fieri poſſunt.*

9 *Subſtitutus pupillaris impuberis inſtituti in re certa dato cohærede vniuerſali adeunte, vtrũ poſſit legato, aut fideicommiſſo grauari & num.1.& 21.*

10 *L. cum quidam. C. de legat. cum ſimilib. communis ratio expenditur & num.13.& 15.& 18.& 24.*

11 *Subſtitutus pupillaris exhæredati bona mente, & non nota cauſa, grauari poteſt legatis, aut fideicommiſſis.*

14 *Exhæredati impuberis ſubſtitutus grauari non poteſt quaſi teſtamento pupillari.*

L. qui fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falcidiam. ſenſus ibidem. & num.21.

15 *L. ſi fuerit. §.1. ff. de legat.1. explicatur, & num.19.*

16 *Legatarius ipſe intelligitur, oneratus, poſt enim mortem ab hærede eius fideicommiſſum fuit relictum.*

17 *Relictum à tutore pupilli cenſetur relictum ab ipſo pupillo.*

L. peto. §. matre. ff. de leg.1. ſenſus ibidem.

19 *Subſtitutus pupillaris exhæredati impuberis & legatarij non poteſt nomine proprio grauari tanquam pupillari teſtament: ſed bene poteſt grauari nomine appellatiuo tanquam paterno teſtamento, & velut hæres filij legatarij.*

20 *Subſtitutus pupillaris tanquam pupillari teſtamento grauari poteſt nomine proprio: Sed ſi grauetur tanquam hæres filii legatarii, & velut paterno teſtamento, non poteſt grauari nomine proprio: ſed duntaxat nomine appellatiuo hæredis.*

L. ſi ſic. ff. de legat.3. ſenſus ibidem.

22 *Legitima non recipit grauamen etiam poſt mortem filii.*

L.3. tit.9. Partit.6. explicatur ibidem.

23 *Subſtitutus pupillaris exhæreditati impuberis, & legatarii, quanã verborum formula ſecurè grauari poſſit, oſtenditur.*

24 *Subſtitutus pupillaris exhæredati impuberis, cui pater nihil legauit, qua forma grauari poſſit, deſcribitur.*

25 *Subſtitutus pupillaris exhæredati impuberis poterit grauari per viam conditionis.*

26 *Teſtator cauere poteſt per viam conditionis, id quod per viam diſpoſitionis cauere nequit, quando lex non reſiſtit, ſed duntaxat non aſſiſtit diſpoſitioni ex cauſa, quæ non militat in conditione.*

27 *Subſtitutio pupillaris conſeruatur per authen. ex cauſa. C. de liberis præterit.*

28 *Teſtamentum à præteritionis vitio defenditur, quamuis filius primo gradu non fuerit inſtitutus, ſi modo fuerit ſecundo aut vlteriore gradu ſubſtitutus, & nu.33.& 37.*

29 *Filius paterno teſtamento inſtituendus eſt, nec ſufficit quòd ſubſtituatur in pupillari.*

Legitima repleri nequit ex pupillari ſubſtitutione, ibid.

L. quoniam in prioribus. ſenſus, ibidem, & num. ſeq.

30 *Conditio tolli debet de legitima portione filio relicta paterno teſtamento non derelicta in teſtamento pupillari, & numer.38. & 39.*

31 *Imputari nequit in legitimam id, quod capitur ex ſubſtitutione pupillari.*

32 *Subſtitutus pupillaris ſuccedit non teſtatori, ſed ipſi impuberi, etiam in bonis patris.*

L.1. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſſ. edict. ſenſus. ibidem.

34 *Subſtitutio compendioſa verborum generalitate continet vulgarem.*

35 *Gradus ſecundi mentio potius refertur ad vulgarem, quàm ad pupillarem ſubſtitutionem.*

Subſtitutio vulgaris magis, quàm pupillaris, ſecundum gradum conſtituit. ibid.

36 *Legitima repleri debet ex vulgari ſubſtitutione.*

38 *Teſtamentum à præteritionis vitio defenditur, ſi filius fuerit vulgariter, aut compẽdioſè ſubſtitutus, etiam pupillariter, propter tacitam vulgarem reſultantem ex pupillari, remouendo conditionem reſpectu ſolius legitimæ.*

Subſtitutionis vulgaris omnino tacitæ effectus. ibidem.

L. ſi pater filium. ff. vulgar. ſenſus ibidem.

39 *Conditio per l. quoniam in prioribus, quamuis tolli nequeat de portione filio relicta in hæreditate impuberis pupillari teſtamento: poteſt tamen tolli de vulgari tacita, ad quam expreſſa pupillaris porrigitur.*

40 *Teſtamentũ poteſt à ſecundo gradu incipere, perempto primo, quando in eo primo gradu fuit inſtitutus extraneus, is videlicet, quem licuit præterire.*

41 *Teſtamentum quando incipit à ſecundo gradu, inſtitutus eo gradu inſolidum eſt hæres, perempto primo gradu & excluſo in totum in priori gradu.*

L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. ſenſus, cum numeris ſequen. vſque ad num.47.& 57.

42 *Teſtamentum in quo extraneus duntaxat fuit hæres inſtitutus primo gradu, & deinde filius vulgariter ſubſtitutus, incipit à ſecũdo gradu, primo perẽpto, de iure antiquo, adeo vt inductio l. quoniam in priorib. non ſit neceſſaria.*

L. ſi filius familias. ff. de hæredibus inſtituendis. ſenſus ibidem, & nu.43.& 46.48.

L. ex facto. §. Lucius. ff. de vulgari. ſenſus ibidem.

43 *Teſtamentum, in quo filius fuit compendioſè duntaxat ſubſtitutus, incipit à ſecundo gradu primo perempto, eſt tamen neceſſaria inductio l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. ad ſubmouendam mortis dilationem.*

44 *Conditionis irritæ ſola figura offendit iuris formam, vt filius non ritè inſtitutus videatur.*

L. filius. ff. de condit. inſtit. ſenſus ibidem.

45 *Conditio vera in præſens aut in præteritum tempus collata non offendit filij inſtitutionem.*

L. illa inſtitutio. §. fin. ff. de condit. inſtitut. ſenſus. ibidem.

46 *Conditione remota de legitima per l. quoniam in priorib. filius totam hæreditatem conſequitur, ſi cohæredem non habeat, nec ſubſtitutum.*

47 *Subſtitutio vulgaris in caſum mortis filij, porrigitur ex teſtantis ſententia ad omnes alios caſus vulgaris.*

48 *Subſtitutio vulgaris verbis generalibus compendioſè expreſſa in caſum mortis filii, porrigitur ad omnes alios caſus vulgaris.*

46 *Teſtamentum poteſt incipere à vulgari ſubſtitutione omnino tacita: & num.38.*

50 *Subſtitutio vulgaris comprehenſa in compendioſa, etiam in caſu omiſſo, ad quem expreſſius porrigitur, non eſt omnino tacita, ſed eſt partim expreſſa, & partim tacita quo ad caſus.*

51 *Inſtitutio directa poſt mortem primi hæredis exprimit vulgarem in caſum mortis.*

52 *Teſtamentum, in quo ex duobus filiis, quos non licuit præterire, alter fuit inſtitutus primo gradu, alter vero fuit ſubſtitutus ſecundo gradu, non valet: quoniam nec à primo, nec à ſecundo gradu poteſt incipere. & num.54.& 55.*

53 *Filius ſufficit quòd primo gradu duntaxat ſit hæres inſtitutus, ſi modo iure ſit inſtitutus.*

L. poſthumus. §. quod vulgo. ff. de liberis, & poſthumis, ſenſus, ibidem.

55 *Conditio remoueri nequit per l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtamen. quãdo ſublata conditione, remouetur ipſa diſpoſitionis ſubſtantia.*

L. ſcimus. §. cùm autem. C. de inoffic. teſtam. ibidem.

56 *Cap. Raynutius, de teſtam. inductio elegans & intellectus.*

Eidem

Eidem filio.

EIDEM FILIO. Scilicet, moreretur. Quod verbum More-
retur, eſt infra. Vnde collige, quòd pater his verbis po-
tuit, & voluit, filiæ in re certa hæredi inſtitutæ facere pupilla-
rem ſubſtitutionem. In contrarium argumentum gloſſ. hic,
quòd immo pater nõ potuit iure ſubſtituere pupillariter huic
filiæ. Quoniam videlicet eam nec hæredem inſtituit vniuer-
ſalem, nec exhæredauit. Planè exhæredatis aut inſtitutis li-
beris impuberibus debet pater facere pupillarem ſubſtitutio-
nem. §. *non ſolùm, Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione.* Huic argu-
mento variè gloſſ. reſpondit, aſſignando tres ſolutiones. Pri-
ma ſolutio fuit, quòd hæc filia, quamuis non fuerit hæres in-
ſtituta vniuerſalis in primo gradu, fuit tamen hæres inſtituta
vniuerſalis in ſecundo gradu, ſcilicet, poſt mortem filij Secũ-
da ſolutio fuit, quòd ſatis eſſet filiam inſtituere primo gradu
in re certa. quoniam non quaſi legataria, ſed quaſi hæres de-
buit æſtimari. Tertia ſolutio fuit, quòd in hoc textu non quæ-
ritur, an tenuerit pupillaris ſubſtitutio facta de filia ad filium.
Quo loco aptiùs dixiſſet gloſſ. De filio ad filiam. Et ideo ſcri-
bit gloſſ. de hoc non eſſe quæſitum, quoniam filius prior de-
ceſſit, & per hoc non euenit huius ſubſtitutionis caſus. Hæc
gloſſ.

1 ¶ Tu autem intellige, quòd in iure ciuili, vt valeret † pu-
pillaris ſubſtitutio liberis impuberibus facta, requiſitum fuit,
vt liberi eſſent inſtituti, aut exhæredati, non ſpeciali aliqua
contemplatione ipſius pupillaris ſubſtitutionis. Magis enim
id requiſitum fuit generali reſpectu, ne omnia teſtamento cõ-
prehenſa infirmari oporter, ſi teſtamentum vitio præteritio-
nis infirmaretur. Vnde ſi, impubere præterito, teſtamentum
valeret, potuiſſet pater impuberi præterito facere pupillarem
ſubſtitutionem, vt tradit Bart. communiter receptus, *in l. 2. nu.*
2 *20. ff. de vulgar.* Immo apud † Iureconſultos pater filiæ præte-
ritæ, & nepoti ſuo hæredi præterito, potuit facere pupillarem
ſubſtitutionem, ſi alio hærede inſtituto teſtamentum patris
conſtitiſſet, vt nouè obſeruaui, *in repetitione §. & quid ſi tantùm,
in 3. parte num. 66. l. Gallus. ff. de liberis & poſthumis, circa Papiniani
ſententiam in l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulgar.* Ergo cum in no-
ſtri cap. ſpecie pater, qui filiam inſtituere, aut exhæredare de-
buit, ne non iure faceret teſtamẽtum, ſolemnitatem iuris im-
pleuerit, inſtituendo eam in re certa, iuxta ea, quæ ſupra tra-
3 ctauimus in gloſſ. *in re certa*, dubitari non debet, quin † eidem
filiæ potuerit idem pater iure poteſtatis facere pupillarẽ ſub-
ſtitutionem. Et ita rectè tradidit Ioan. de Fantuc. in præſen-
ti relatus à Dominico *numer.* 15. cuius traditio iuſtior fuit,
quàm illa, quam in hoc articulo ex Bald. ſententia ſcripſit
Philipp. Franc. *num* 15. Denique conſtare inter omnes debet,
quòd in præſent. valuerit ſubſtitutio pupillaris facta huic filiæ
in re certa hæredi inſtitutæ. vt ſentit Pontifex, *in verſ. præmiſſæ*,
& Doctores omnes communiter hic agnouerunt. & reproba-
ta vltima ſolutione glo. noſtræ, probauit Aret. *in l. iam hoc iure,
num. penult. ff. de vulgar.* & ſanè vltima gloſ. ſolutio nullo colore
potuit defendi: Nam in hoc cap. principaliter fuit quæſitum
an pauperes ſuccederent huic filiæ ex pupillari. Et deciſum eſt
quòd ſuccederent.

¶ Ex ſententia tamen huius gloſſ. tria colligi poſſunt, quæ
vtilitatis gratia ſeparatim ſunt tractanda.

¶ Primò igitur collige ſecundùm Ioan. And. *in Nouell. nu.* 4.
4 quòd filiæ exhæredatæ poſſet pater vtiliter facere pupillarem
ſubſtitutionem, vt probatur, *in §. non ſolùm in glo. alleg. cum mul-
tis ſimilib.* Proinde mirum eſt, quòd Dominic. *nu.* 15. ex hac glo.
collegerit contrarium, videlicet, quòd filiæ exhæredatæ non
poſſet pater ſubſtituere pupillariter.

¶ Adde. quòd gloſ. *in d. §. non ſolùm, in verb. Ad ſubſtitutum*, ex-
5 plicat, hoc hodie non poſſe procedere, niſi impubes talis ſit, †
qui poſſit eſſet ingratus, & ſit doli capax, vti etiam expreſſum
eſt, *in l. ſi quis in ſuo. § legis. C. de inoffic. teſtam.* & notauit poſt alios
Viglius, *in d. §. non ſolùm. in fin.*

¶ Ego tamen declaro, quòd etiam ſi infantem pater ex-
hæredauerit, eique ſubſtituerit pupillariter, non valebit pu-
pillaris ſubſtitutio quaſi exhæredatio facta, & tamen non
ideircò deſtituemus cauſam pupillaris ſubſtitutionis. Quo-
niam licet exhæredatio fuerit nulla, & infans deprehenda-
tur præteritus. *l. non putauit. § non quæuis. ff. de bonor. poſſeſ. contra
tabul. authentic. non licet. C. de liberis præteri.* poterit nihil omi-
nus defendi, valere pupillarem ſubſtitutionem quaſi præte-
rito factam, iuxta ea, quæ in ſequenti notabili declarabi-
mus.

¶ Item adde, quod † adeò valeret pupillaris ſubſtitutio fa- 6
cta filiæ exhæredatæ, vt id procedat, quamuis pater mala
mente filiam impuberem doli capacem vtiliter exhæredaſ-
ſet, vt docet Bartol. communiter receptus, *in l. 2. num. 22. ff. de
vulg.*

¶ Illud tamen eſt notabile, quod pater † non poteſt à ſub- 7
ſtituto pupillari exhæredati impuberis legatum, nec fideicõ-
miſſum relinquere, etiam ſi locupletem impuberis hæredi-
tatem ipſi ſubſtituto dederit. Quinimmò etiam ſi ampla lega-
ta reliquerit exhæredato, atque etiam ſi teſtator ipſe miles ſit,
adhuc non poteſt onerare ſubſtitutum pupillarem exhære-
dati impuberis nec legato nec fideicommiſſo. *l. qui fundum. §.
qui filios. ff. ad l. Falcidiam. l. miles ita. §. ſi miles. ff. de re militari teſtam.
l. ab exhæredati ſubſtituto. ff. de leg. 1. l. cùm quidam. C. de leg.* Qua-
rum legum deciſio in primis mirabilis viſa eſt, vti conſtat ex
Guil. Benedi. *in repet. c. Raynutius, ſupra eo. in verb. abſq; liberis mo-
reretur. 2. de fideicom. ſubſtit. num.* 28. & declarat eas leges Nicol.
Boer. *deciſ* 38. *num.* 17.

¶ Plus adhuc ſcriptum extat, nempe quod & ſi pater exhę-
redato impuberi poſſit ſubſtitutum pupillarem primo gradu
pupillaris teſtamenti hæredem ſcribere, non tamen poterit
ad vlteriores gradus procedere. Vnde ſi pater exhæredato
impuberi ita ſubſtituat pupillariter: Si filius meus Petrus an-
te 14. ætatis annum deceſſerit, Ioannes ei hæres ſit, non po-
terit adijcere: Et ſi Ioannes Petro filio meo hæres non erit,
ſit hæres eidem filio Franciſcus. Quod ita ſecurè tradit Be-
rengar. Fernand. *in repet. l. in quartam. nu.* 281. *ff. ad leg. Falcidiam.*
Sed † hæc ſententia, quæ præcipuè eſſet notabilis ad intelle- 8
ctum. *l. 3. in fine. titu. 9. Parti. 9.* nullo modo admittenda mihi
videtur, quum nec rationem habeat, nec vllo iure probetur.
Deniquè ſi pater ſubſtituere liberis tam hæredibus inſtitutis
quàm exhæredatis poteſt. *l. 1. § penult. ff. de vulg.* non minùs po-
teſt plures gradus hæredum facere in pupillari teſtamento ex-
hæredati, quàm inſtituti filij. Quod etiam videtur ſenſiſſe
gloſſ. noſtra ad textum relata. Intellexit enim quod ſi filia
hæc fuiſſet exhęredata, non ſolùm procederet ſubſtitutio pu-
pillaris prima, in qua pater exhæredatæ filiæ filium hæredem
conſtituiſſet, ſed etiam procedere deberet ſequens pupilla-
ris ſubſtitutio, in qua pater in defectum filij voluit, vt
eidem filiæ pauperes hæredes eſſent, iuxta text. *in verſic. Præ-
miſſæ.*

¶ Ego autem † quæro: Si pater filium Petrum vniuerſalem 9
hæredem inſtituat, & deinde filiã inſtituat in re certa, & huic
filiæ Titium pupillariter ſubſtituat, vtrum poſſit pater vtili-
ter ab hoc Titio pupillari ſubſtituto legatum vel fideicom-
miſſum relinquere, quo caſu filia certam dumtaxat rem ex ſua
inſtitutione habuit? Et vulgò quidem probaretur, quod le-
gatum & fideicommiſſum ab hoc ſubſtituto relictum valeret,
etiam ſi filia in ea re fuiſſet inſtituta, quæ ſolam legitimam
partem iure naturæ debitam contineret, ſecundum ea quæ
Cyn. Bald. & alij tradiderunt, *in l. ex tribus C. de inoffic. teſtamen.*
Bart. & alij, *in l. 1. § fin. ff. de vulg.* Nec huic ſententiæ negotium
facerent iura ſuperiùs allegata. Quoniam procedunt in libe-
ris exhæredatis. In propoſito autem conſtat filiam nec exhæ-
redatam eſſe, nec præteritam, quæ vtique non quaſi legataria,
ſed quaſi hæres æſtimari debeat. Denique ratio † illarum le- 10
gum in exhæredationis odio conſiſtit, ſecundum Azo. ab Ac-
curſio relatum, *in dicto §. qui filios, in verb. legata*, & eſt ratio quæ
communiter tenetur, ſecundùm Alexan. *ibi num.* 4. & Philip.
Corn. *in d. l. cum quidam. num.* 2. explicat eleganter Marc. Anto.
in repet. l. cùm filio. ex num. 20. ff. de lega. 1. cui rationi conſequens
eſt † dicere, quòd ſi exhæredatio impuberis non notæ cauſa, 11
ſed bona mente fieret iuxta, *l. multi non notæ. ff. de lib. & poſthum.
l. ſi patronus teſtamento. § ſi quis non mala. ff. de bona libert.* ceſſante
exhæredationis odio, induceretur, vt intra modum legato-
rum quæ exhæredatus accepiſſet, onerari poſſet eius hæres
ſubſtitutus pupillaris. Et hoc ita expreſſim deduxit Angel. A-
retin. *in § non ſolum. num. 3. Inſtitu. de pupil. ſubſtit.* cuius opinio-
nem licet pro dubio habuerit Iaſ. *in d. § cum quidam, in fin.* ve-
riſſimam tamen putauit Marian. Socin Iunior, *in repetit. l. cum
filio. num. 61. ff. de legat.* 1. & ibi Aymo Crauet. *in repetit. num.* 164.

ver.tertio inſertur. Ergo ſi ea iura locum non habent, vbi liberi
fuerant bona mente exhæredati, euidentius apparet, quòd lo-
cum non habebunt, vbi liberi fuerunt in re certa inſtituti da-
to cohærede vniuerſali.

Quamuis autem hoc ita vulgo probaretur, ego dubito, an
fortaſſis ſecundum meram iuris ciuilis ſubtilitatem diuerſa
ſententia magis eſſet ſequenda. Tentari enim fortaſſis po-
12 teſt, quòd † ſubſtitutus pupillaris in propoſita ſpecie non te-
neatur fideicommiſſa præſtare, etiam ſi res certa, in qua filia
fuiſſet hæres inſtituta, multo plus valeret, quàm legitima por-
13 tio eidem filiæ iure naturæ debita. Nam illud † fortiter defen-
detur, quòd exhæredationis odium non fuit in conſideratio-
ne, vt minus valerent fideicommiſſa relicta à pupillari ſub-
ſtituto exhæredati impuberis. Conſequenter differentia inter
odioſam exhæredationem notæ cauſa factam, & fauorabilem
exhæredationem bona mente factam, non erit vſquequaque
probabilis. Sic incipiet fieri veroſimile, quòd ratio, quæ lo-
cum habuit in liberis impuberibus exhæredatis, quibus lega-
ta erant relicta, procedere etiam videatur in liberis ex re certa
hæredibus inſtitutis. Conſidero igitur duas eſſe duntaxat iuris
partes, ex quibus petendum ſit, an valeat onus de quo quæri-
mus, an non valeat.

Aut enim volumus, quòd exhæredati pupilli hæres poſſit
onerari fideicommiſſis, quaſi pater pro ipſo impubere iure pa-
triæ poteſtatis teſtatus ea reliquerit teſtamento pupillari. Et
14 tunc † non valerent legata, nec fideicommiſſa, vt eſt expreſ-
ſum in omnibus ſupra allegatis legibus. Idque non exhære-
dationis odio conſtitutum eſt ratione, quæ colligitur ex *dicta l.*
qui fundum.§.qui filios.ff.ad legem Falcid. & tangitur à Bartolo, *i-*
bidem in fine, & fuſius explicatur à Viglio, *in d.§.non ſolum.nu.3.*
Inſtitut. de pupilla.ſubſtitutio. Videlicet, quòd nulla hæredita-
tis portio ad filium exhæredatum ex prioris iudicio perue-
nerit.

Cui rationi conſequens eſt dicere, quòd idem ſit dicendũ,
etſi liberi impuberes ex certa re hæredes inſtituãtur dato co-
hærede vniuerſali, quia hæreditatis nulla portio per eos per-
uenit, aut peruenire potuit ad ſubſtitutos pupillares. *l.ex facto.*
verſ.cum hæc ita.ff.de hered.inſtit.

Aut volumus, quòd exhæredati impuberis hæres poſſit o-
nerari quaſi legatarij hæres, & quaſi teſtamento principali ip-
ſius patris, qui pro ſe, non pro filio impubere diſpoſuit, iuxta
text. *in l.ſi fuerit.§.1.ff.de leg.3.* Et in ea ſpecie video communius
15 † eſſe receptum, quòd habeatur ratio odij in exhæredatione
expreſſi ex ſententia Azonis & Accurſij, *in verbo, legato, in dicto*
§.qui filius, vt propter odium exhæredationis non valeat onus
iniunctum ſubſtituto pupillari. Et hanc communem opinio-
nem Raphael Fulg. *in d.l.cum quidam.num.2.C.de legatis.* Viglius
in dicto §.non ſolum.numer.4. Marian. Socin. *in repetitio.l.cum filio.*
numer.57.& nume.59.ff.de legat.1. colorato argumento tuentur.
Conſiderant enim ex mera benignitate inductum fuiſſe,
quòd huiuſmodi fideicommiſſum valeret. *d.l.ſi fuerit.§.1.ibi,*
Hoc valere benignum eſt. Vnde colligunt non fuiſſe conceden-
dum teſtatori, vt benignitate hac vteretur, qui ipſe ſeuero iu-
dicio rigorem exhæredationis ſequutus eſt. Sed etſi Iaſ. *in d.l.*
cum quidam.num.2.verſ.ſed conſidera, afferat argumentum quaſi
ineuitabile aduerſus hanc rationem, poteſt ſanè id argumen-
tum vitari. Argumentatur enim, quod ſi ipſe exhæredatus, qui
iniuria affectus eſt, poteſt intra modum legatorum ſibi dato-
rum onerari, igitur & hæres eius, qui nulla fuit affectus iniu-
16 ria. Ego noto † in ſpecie, *d.l.ſi fuerit.§.1.ipſum,* legatarium vi ipſa
intelligi oneratum, poſt cuius mortem ab hærede eius fidei-
commiſſum ſit relictum, vt rectè ſenſit Fulgoſ. *in d.l.cum qui-*
dam num.3. & expreſſit Raphael Cuman. *in l.ſed & ſi ſic.§.ſic au-*
tem.verſic.fortè ergo.ff.de legat.3. & fermè Aretinus, *in l.verbis ciui-*
17 *libus.colum.fi.ad fin.ff.de vulgari.* Quemadmodum relictum † à
tutore pupilli cenſetur relictum ab ipſo pupillo, ex cuius per-
ſona tutor grauari intelligitur. *l.pero §.matre.ff.de legat.2.l.etiam.*
C.de fideicommiſſ. Et vide quæ dicentur inferius, *in 2.parte in gloſ.*
debita.in verſic.ego vero. Ex quibus apertè confutari poteſt noua
earum legum ratio, quam conſtituere voluit Didac. Segura, *in*
repetit.d.l.ab exhæredati ſubſtitut.num.76.ff.de legat.1. Proinde ra-
tio ſuperior ita melius aptabitur, ſi dicatur, exhæredatum, cui
legata data ſunt, poſſe onerari his modis, quos iuris rigor ex-
preſſerit, non vero eo exquiſito modo, quem benignitas in-
duxit.

Mihi † tamen, vt ad ſuperius inſtitutum redeam, perſua- 18
deri non poteſt, quòd ratio odioſæ exhæredationis habeatur
in eo, qui non velut exhæredatur, ſed quaſi legatarius onerari
poſt mortem intelligitur, iuxta text. *in d.l.ſi fuerit.§.1.* Quum
nihil habeat commune onus legatarij cum exhæredatione, vt
aliàs dicitur, *in l.Papinianus exuli.ibi, Quid enim commune.ff.de mi-*
noribus. Proinde verius arbitror, quod ſi † teſtator impuberem 19
mala mente exhæredaſſet, eique legata dediſſet, & ab eius hæ-
rede ſubſtituto fideicommiſſum reliquiſſet, ſi vtique ſub no-
mine appellatiuo eum oneraſſet, iuxta terminos, *d.l.ſi fuerit.§.*
1.ff.de legat.1. vt puta ſi ita dixiſſet: Ab hærede filij mei centum
aureos Titio relinquo, fideicommiſſum valeat, quemadmo-
dum ſi à filio legatario illud reliquiſſet, argumento, *d.§.qui fi-*
lios, in fine. Denique *in d.l.miles ita.§.ſi miles.ff.de militari teſtamẽ-*
to.& in ſimilibus legibus, idcirco non valuit legatum relictum ab
impuberis ſubſtituto, quoniam in illis omnibus ſpeciebus cõ-
ſtabat, patrem iure patriæ poteſtatis prò impubere diſponen-
tem à ſubſtituto eius impuberis nominatim legata reliquiſſe.
Nam ſi ſub appellatiuo hæredis nomine fideicommiſſum ab
hærede filij quaſi legatarij reliquiſſet iuxta terminos, *d.l.fue-*
rit.§.1. fideicommiſſum valeret, ſecundum gloſſ. *in d.§.qui fi-*
lios, in verbo, legata. in 2.opinione, quam Barto. *ibi.in fine,* ſequutus
eſt, & Raphael Cuma. qui ibidem ſcripſit, aliud dici non poſ-
ſe, vt Iaſ. retulit, *in d.l.cum quidam.num.3.* Hanc eandem opinio-
nem putauit eſſe veram Raphael Fulgo. *in d.l.cum quidam.nu.3.*
verſic.ſed gloſſ. vbi etiam Philip. Corn. *num.2.* ſcripſit, eam tene-
ri poſſe. Adde quòd Claudius, *in l.cum filio.ff.de legat.1.* relatus i-
bi à Mariano Socino, *in repetit num.55.* idem in effectu probat,
& nouiſſimè Franciſc. Ripa ibidem *num.30 verſicul.ego dicerem:*
eandem gloſſ. & Bartol. opinionem fuit ſequutus. Et ſanè vt 20
hæc opinio poſſit procedere, oportet meminiſſe, quòd vbi †
pater pro impubere filio teſtatus hæredem pupilli oneraret,
poteſt vtique eum nominatim onerare. Sed vbi proteſtatus
impuberis filij hæredem onerat, eo intellectu propemodum,
atque ſi impuberem ipſum filium poſt mortem oneraſſet, iu-
xta textum, *in dicta l. ſi fuerit.§.primo.* non nominatim, ſed
ſub appellatiuo hæredis nomine debet eum onerare, *l.ſi ſic.ff.*
de legat.3.

Conſequenter, ſi pater filium præterierit, & eidem filio le-
gata dederit, atq; deinde eidem filio ſubſtitutum pupillarem
conſtituerit, pro conſtanti habẽdum eſt, legata & ſubſtitutio-
nem pupillarem defendenda fore, *per auth.ex cauſa. C.de liber.*
præter.vt inferius.reſoluetur. Quo caſu ſubſtitutus ipſe pupillaris
grauari poterit pro parte contingenti ipſa legata, non quidem
nomine proprio, quaſi tabulis pupillaribus, ſed nomine ap-
pellatiuo hæredis filij quaſi legatarij, & quaſi teſtamento pa-
terno.

Ex his ergo tentandum fortaſſis videretur, quòd ſi pater † 21
filiam in re certa hæredem inſtituiſſet, dato cohærede vniuer-
ſali, eiq; ſubſtitutum pupillarem dediſſet, non poſſet no-
minatim onerare ſubſtitutum fideicõmiſſo quaſi tabulis pu-
pillaribus, argum. *d.l.qui fundum.§.qui filios.ibi, quia hoc caſu non*
hæreditatis portio.ff.ad leg.Falcid. Cæterum ſi ſub appellatiuo no-
mine hæredem filiæ oneraſſet, valeret fideicõmiſſum, iuxta
d.l.ſi fuerit.§.1. Vtique autem valeret in eo duntaxat, quod ſu-
pra legitimam portionem filiæ pater reliquiſſet in re certa, 22
quum † filia nec quidem poſt mortem ſuam poterit onerari
in legitima portione ſibi iure naturæ debita, arg. *l.cohæredi.§.cũ*
filia.verſ.vt ab impubere.ff.de vulgari.l.quoniam in prioribus.C.de in-
offic.teſtament. Et ita debet intelligi & interpretari. *l.3.titul.9.*
Partit.6.

In exhæredato autem impubere euitandæ quæſtionis gra-
tia conſulerem, vt teſtator, qui vellet onerare ſubſtitutum
exhæredati impuberis intra modum legatorum, quæ exhæ-
redato reliquiſſet, ita concipiat: Si filius meus in pupillari
ætate deceſſerit, rogo vt centum Titio det. Sic enim fidei-
commiſſi onus in effectu redundabit in hæredem impuberis
ſubſtitutum pupillariter: & ſine dubio valebit, vt ab ipſo im-
pubere poſt mortem eius datum. *dicto §.cum filia. ver. vt ab*
impubere. Sed etſi verba fideicommiſſi imperſonalia fuiſ-
ſe proponantur, vt puta: Si filius meus in pupillari æta-
te deceſſerit, centum Titio dentur: æque fideicommiſſum
Titio debebitur. Hic enim filius ipſe poſt mortem ſuam one-
ratus cenſebitur, ne ſi pupillaris ſubſtitutus ipſius impuberis
mala mente exhæredati cenſeatur oneratus fideicommiſ-
ſum

ſum poſſit reddi inutile. *argumento. l. quoties. ff. de rebus dubijs.*
¶ Quin etſi pater exhæredato impuberi nihil omnino reli-
24 querit, excogitaui † modum, quo poſſit à ſubſtituto eius im-
puberis mala mente exhæredati ſummam aliquam pecuniæ
25 cui velit relinquere. Ita enim † ex conſilio meo concipiet, Si
filius meus Petrus intra 14. ætatis annum deceſſerit, Ioannes
ei hæres ſit, ſi modo centū aureos Titio dederit. Mortuo enim
teſtatore, ac deinde filio intra pubertatem, non poterit Ioan.
pupillari lucroſam hæreditatem adire ante impletam dandi
centum aureos conditionē, quam teſtator potuit adijcere pu-
pillari ſubſtituto, *argumen. l. qui liberis, in prin. ff. de vulgari.* Porrò
credibile eſt, quod cōditionem volet implere, & maius emo-
lumentum pupillaris hæreditatis conſequatur. Nec teſtator
in fraudem legum excogitaſſe quidquā videbitur, ſed magis
rationes iuris ſapienter euitaſſe, *argumento legis, Si quis ſub cōdi-
tione. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. l. qui hæredi. §. cum hæreditas. l.*
26 *Manius. ff. de conditio. & demonſtra* Sic non obſtabit † *text. in l. Se-
ius & Augerius. ff. ad leg. Falcid.* vbi probatur, quod quemadmo-
dum non valet quod teſtator cauet per modum diſpoſitionis,
ita non debet valere, quod ipſe excogitauit per modum cōdi-
tionis. Id enim procedit, quando lex ipſa reſiſtit diſpoſitioni:
ſecus ſi non reſiſtat, ſed magis nō aſſiſtat ex aliqua iuris cau-
ſa, quæ non militet in conditione. Hoc enim caſu valet condi-
tio, quamuis diſpoſitio valitura non fuiſſet, ſecundum Ioan.
Imol. & Paul. Caſt. *in l. ſeruo alieno. §. fina. ff. de legat. 1.* Alex. *in d. l.
Seius & Augerius. num. 5.* Andre. Alciat. *in repet. §. Diui. ante num. 8.
l. filiusfamilias. ff. de leg. 1.*
¶ Secundò collige ex huius gloſ. ſententia, quod ſi filia hæc
fuiſſet præterita, non potuiſſet ei fieri pupillaris ſubſtitutio,
quoniam tūc teſtamentū eſſet nullum, vt hic ſimpliciter pro-
bat Philip Franc. *nu. 54.* Vnde ex gloſ. ſententia collige, quod
pupillaris ſubſtitutio non conſeruatur per *auth. ex cauſa. C. de
liber. præteritis.* Et ita allegauit hanc glo. Bal. *in d. authen. ex cauſa,
27 ex num.* 50 Sed tamen † contra gloſ. ſententiam probabilius vi-
detur reſoluere, quod etiam ſi filia fuiſſet præterita, pupilla-
ris ſubſtitutio valeret, *argum. d. auth.* ex cauſa, ſecundū ea, quæ
plenius tractabimus *infra in tertia parte, in glo. fin. huius cap.*
28 Tertiò collige ex prima ſolutione gloſ. quod † etiam ſi fi-
lia hæc non fuiſſet inſtituta in re certa, teſtamentum poſſet
defendi à vitio præteritionis, attento quod hæc filia fuit inſti-
tuta in ſecundo gradu, id eſt, poſt mortem filij. Adde quod
hæc verba fuere Inno. hic, à quo gl. mutuata eſt hanc ſolutio-
nem. Petr. ab Ancha. *nu. 13.* notat, quod hæc inſtitutio filiæ fa-
cta ſecundo gradu poſt mortem filij non videbatur defende-
re teſtamentum à vitio præteritionis. Siquidem hæc inſtitutio
filiæ erat concepta conditionaliter, hoc eſt, ſub conditione
caſualis mortis filij. Et licet hæc conditio extiterit, quoniam
filius fuit præmortuus, teſtamentum nihilominus initio vi-
detur eſſe nullius momenti, *per l. ſi pater, cum ſimilib. C. de inſtitu.
& ſubſtitutionibus.* Idem adnotauit hic Philip. Franc. *num. 55. al-
legando eandem l. ſi pater.* Sed tamen Petrus ab Anchatano rectè
meminit, *quod d. l. ſi pater, cum ſimilibus, dicitur hodie correcta per l.
quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtamen.* Et licet dicat, hoc eſſe
dubium communior opinio eſt, quod *d. l. ſi pater, cum ſimilib. ſit
hodie correcta, ſecundum ea, quæ iam ſupra in ſuperioribus ſcholijs re-
ſolui.*
¶ Igitur Innocen. & gloſſ. ſententia videtur poſſe defendi,
vt teſtamentum hoc non intelligeretur eſſe vitioſum præte-
ritione filiæ, quæ fuiſſet inſtituta poſt mortem filij. Namque,
remota conditione mortis filij de legitima portione, remane-
ret ipſa filia purè inſtituta in hæreditatis parte ſibi iure natu-
ræ debita, *per d. l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus. §. cum autem. C.
de inoffic. teſtamento.*
¶ Ego in primis aduerto, quod ſi Innoc. & gloſ. cenſerunt,
videri filiæ ſatisfactum, eo quòd poſt mortem filij fuit inſtitu-
ta, id eſt, pupillariter ſubſtituta ipſi filio, vt Petrus ab Ancha-
no intellexiſſe videtur, qui dixit, conditionem huius ſubſti-
tutionis extitiſſe, nullo colore excuſari poteſt eorum ſenten-
tia. Siquidem † pater in ſuo teſtamento & in ſua hæreditate,
29 non vero in pupillari teſtamento, inſtituere filiam debuit, im-
pleret iuris formam, *l. fin. cum ſimilibus. C. de libe. præter.* Proinde
ſine iudicio videtur induci *dicta l. ſi pater. C. de inſtitutionibus &
ſubſtitutionibus,* quam Petrus de Anchatano, & Philipp. Franc.
allegauerunt. Quoniam filia non fuit inſtituta ſub conditio-
ne quaſi hæres patris, ſed quaſi hæres filij. Vnde, dato quod
dicta l. ſi pater. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionib. eſſet correcta
per dict. l. quoniam in prioribus, filia quæ eſſet inſtituta hæres pu-
pilli in caſu mortis ipſius impuberis, non poſſet redigi ad con-
ditionem filiæ inſtitutæ in legitima portione ſine vlla mora,
aut dilatione. Deniq; in terminis dubitatum & concluſum
extat, quod ſi pater inſtituat filium impuberem, & ei pupilla-
riter ſubſtituat filiam, teſtamentum erit nullum ex filiæ præ-
teritione. Neque *per d. l. quoniam in prioribus,* tolletur conditio
de filiæ inſtitutione, vt ſimul ſit hæres in ſua legitima cum fra-
tre. Et hoc ita Oldr. reſpondit *conſ. 171. Thema tale eſt. num. 2. &
12.* & ſequutus eſt Alberic. *in d. l. quoniam in prioribus. nume. 2. de
quo inferius num. 38. & 39.* Sed etſi ille ſubtilibus rationibus mo-
ueatur ad hoc dicendum, ſolidor tamen ratio eſt, quam *ſupra*
expendi, & minor ab eo non fuiſſe animaduerſam. Quippe † 30
ſi conditio tolli debet per *d. l. quoniam in prioribus,* vtique tolli
debet de legitima portione ipſi filiæ debita. Planè legitima
portio debetur filiæ ex ſubſtantia patris, non vero debetur ex
ſubſtantia filij impuberis, vt probat text. *in l. ſcimus. §. repletionē.
C. de inoffic. teſtamen.* Denique, licet vbi filium pater ſubſtituit
directò vel per fideicommiſſum in ſua hæreditate, conditio
poſſit tolli de legitima portione, *per d. l. quoniam in prioribus,* vt
docet Barto. *in dicta l. in quartam. num. 14. ff. ad leg. Falcid.* ſi tamen
filium pupillariter ſubſtituat alteri filio, non poteſt induci. *d.
l. quoniā in prioribus.* Nec enim in legitimam † imputari poteſt 31
id, quod capitur ex pupillari, ſubſtitutione, *argumento text. in
l. ſcimus. §. repletionem. C. de inofficio. teſtamen,* ſecundum commu-
nem intellectum, quem reſoluit Alexander *in dicta l. in quar-
tam, nume. 20.* Paul. de Monte Pico *ibidem in repetit. num. 265.*
ſequitur Franc. de Ripa *ibidem nume. 217.* Ioan. Coraſ. *in l. filium
quē habentem. C. famil. erciſcun. nu. 212.* Nam † etſi in hæreditate 32
impuberis nihil aliud cōtineatur, quam patrimonium patris,
frater ſubſtitutus pupillaris non hæreditatem paternam, ſed
fraternam capere intelligitur, vt probat text. *ſingularis in l. 1. §.
ſi quis autem. ff. de ſucceſſor. edict.* Quare Innocentij & gloſ. noſtræ
ſententia melius excuſari poterit, ſi dicamus, ſenſiſſe † eos 33
de compendioſa ſubſtitutione, prout à principio facta eſt, nō
vero pupillari, in quam poſtea exiuit compēdioſa. Pater enim
filiam hanc inſtituit ſecundo gradu poſt mortem filij, quum
dixit, quod filius huic filiæ moreretur: Planè inſtitutio poſſet
referri ad vulgarem ſubſtitutionem in ipſius teſtatoris hære-
ditate factam. Quoniam compēdioſa † ſubſtitutio in verbo- 34
rum generalitate continet vulgarem, vt docet Barto. *in l. 1. nu.
8. & in l. Centurio. num. 32. ff. de vulgari.*
Deniq; ſecundi † gradus mentio facta ab Innoc. & gloſ. hic 35
aptari magis videtur ad vulgarē, quam ad pupillarem ſubſti-
tutionem, *iuxta* ea, quæ præceperunt Caſt. *nu. 4.* Soc. *nu. 4.* Ri-
pa *ibidem num. 10. in l. 1. ff. de vulgari.* Tametſi Alex. *ibi. nu. 4.* & Alci.
in rub. num. 4. eod. tit. doceant, quod pupillaris ſubſtitutio dici-
tur etiam facere ſecundum gradum, vt probat tex. *in l. cum qui-
dam. C. de neceſſ. ſeru. hæredib. inſtituend.*
¶ Ex his igitur teſtamentum defendi poſſe videbitur. Quo-
niam videlicet filia compēdioſè filio ſubſtituta erit ſtatim hę-
res patri ex vulgari ſubſtitutione, & concurret cum fratre in
ipſo primo gradu. Quoniā ipſa conditio vulgaris ſubſtitutio-
nis tolletur de legitima portione ipſi filiæ debita. Sic frater in
vniuerſam patri hæres erit, cohæredem autem habebit ſororē
in legitima portione, *per d. l. quoniam in prioribus.* Pro hac ſentē-
tia videtur facere Alex. reſponſum, de quo ipſe meminit *in l. ſi
pater impuberes, nu. 4. ff. de vulgari,* vbi huiuſmodi ſpeciem pro-
poſuit: Quidam habens filium legitimatū, S[illegible]er hoc verè le-
gitimum, primo gradu inſtituit quoſdam ag[illegible]tos, & quādo-
cunq; agnati decederent, ſubſtituit eis quaſi cōpendioſè filiū
legitimatum. Dicebatur, teſtamentum non valere, quia titulo
inſtitutionis filius fuerat vocandus ad patris ſucceſſionē, *auth
vt cum de appel. cognoſcitur. §. aliud quoque capitulum. colla. 8.* Alex.
contra reſpondit, quod teſtamentū valebat, quoniam ſubſti-
tutionis verbum trahi poterat ad inſtitutionem, ſecundum
gloſ. ibi. Item, quia compendioſa ſubſtitutio continebat vul-
garem. Porrò cum vulgaris ſubſtitutio ſit conditionalis inſti-
tutio, cōditio reijci debebat de inſtitutione illa, quatenus cō-
tinebat legitimam portionē filio debitam. *in d. l. quoniā in prio-
ribus.* Eandem ſententiam ſequitur idem Alex. *in l. inter cætera,
num. fi. ff. de liber. & poſthum. argum. text. in l. ſi filius ſubſtituatur. ff.
de vulgari, & in l. ſi pater filium, eod. tit.* Idem cum Alex. probauit
Iaſon. *in d. l. ſi pater impuberes. num. 3. & in authen. nouiſſima. nu. 26.*

in d. l. ſi pater impuberes. nu. 3. & in auth. nouiſsima. nu. 26. C. de inoffic. teſt. & Roder. Suarez. *in repet. d. l. quoniã in prioribus. in 15. limita.*
Enimuero Alex. intellexiſſe dicitur, quod eo caſu filius, quo
ad ſolam legitimam cenſetur purè inſtitutus primo gradu, &
concurreret cum agnatis, qui reliquam hæreditatem ex primo
gradu inſtitutionis ſuæ retinerent. Atq; Alex. ſententiam expli-
cauit Albe. Barbera. *in repet. l. ſi pater. nu. 318. C. de inſtit. & ſubſtit.*
Et ita eam accepit And. Aleiat. *in rub. num. 6. ff. de vulgari.* Adde
in terminis Soci. ſententiam *in l. 1. nu. 31. ff. de vulgari.* vbi dixit,
quod ſi pater filium & filiam habens, filium inſtituat, & filiã
eidem vulgariter ſubſtituat, teſtamentum, ſecundum iura an-
tiqua defendi non poterit, ſed defendetur *per d. l. quoniã in prio-
ribus.* Nam quia filia deprælienditur vulgariter ſubſtituta, vti-
que intelligitur conditionaliter inſtituta in patris hæreditate.
Quoniam vulgaris ſubſtitutio eſt conditionalis inſtitutio. Ergo
cõditio tolletur de legitima portione huic filiæ debita, & re-
manebit purè inſtituta primo gradu cum fratre, qui reliquam
hæreditatẽ ex ſua inſtitutione retinebit. Allego pro hac par-
te authoritatem Bart. magis cõmuniter receptã *in l. in quartam.*
36 *ff. ad leg. Falcidiam.* vbi expreſſum docuit, quod † ſi pater hære-
di inſtituto ſubſtituat vulgariter filiũ, cui aliquid reliquerat
iure inſtitutionis, & filius ex inſtitutione ſua non habeat quã-
tum ſatis ſit legitimæ portioni, ſtatim in eo, quod deeſt, ad re-
pletionẽ admittitur ex vulgari ſubſtitutione. Atq; ita ſublata
conditione vulgaris ſubſtitutionis, admittitur ſtatim filius
quaſi primo gradu ſimul cum hærede, cui fuerat ſubſtitutus.
Remanet autẽ vulgaris ſubſtitutio in ſuo ſtatu quo ad reliquã
hæreditatem, quæ erat vltra legitimam portionem, *argum. d. l.
quoniam in prioribus. & l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffic. teſtamen.*
Et opinio Bar. communis eſt recepta, & conſtat ex his autho-
ribus, quos ſuperius allegaui. *num. 29. & 30.*

Porrò ſi communis opinio hæc vera eſt, neceſſario conſe-
37 quetur, quod † teſtamentum, in quo filius fuerit præteritus à
primo gradu, & fratri hæredi inſtituto fuerit ſubſtitutus vul-
gariter, defendi poterit eodem argumento.

Vnde infertur, quod etiam ſi cõpendioſa ſubſtitutio huius
filiæ negaretur cõtinere vulgarem ſubſtitutionem in verborũ
generalitate, vt quia diceretur eſſe facta in forma pupillaris,
38 adhuc teſtamẽtum † defendi poſſet ex vulgari ſubſtitutione
omnino tacita, ad quã pupillaris ſubſtitutio verbis huius cõ-
pendioſæ manifeſtè expreſſa porrigeretur, *iuxta l. iam hoc iure.
ff. de vulgari.* & quod hoc propoſito allegando *d. l. iam hoc iure,*
tradit Bar. *in d. l. Centurio. num. 32.* Et quo euidentius explicem
intentionem meam, ſimiliter infertur, quod ſi pater huic filio
vniuerſaliter inſtituto ſubſtituiſſet hanc filiã pupillariter, cer-
tè teſtamentũ defendi poſſet: quamuis filia aliter inſtituta pa-
tris teſtamento minimè deprælienderetur. Conſidero enim,
quod cum filia ex cõſtitutione Diui Marci cenſeatur filio vni-
uerſaliter ſubſtituta, *d. l. iam hoc iure.* hæc ſubſtitutio conditiona-
lis tacita ſufficit ad implendam formam, ſi conditio tollatur.
Allego text. *in l. ſi pater filium. ff. de vulgari*, ſecundum interpre-
tationem Iacob. de Aren. quam ibi Alex. *nume. 3.* communiter
receptam eſſe dicit. Nam pater filium impuberem inſtituit, ei-
ǵ; poſthumum naſciturum pupillariter ſubſtituit, Iureccon-
ſultus reſpondit, quod ſi poſthumus naſceretur duo tempore
erat extinctus primus gradus, admittitur ex vulgari tacita, quę
ſufficit ad implendam teſtamẽti ſolemnitatem. Igitur filia ex
vulgari tacita non minus rectè videbitur inſtituta in legitima
portione; de qua tollitur conditio extincto primo gradu, quã
ſi expreſſim vulgariter fuiſſet ſubſtituta. His conſequens erit
animaduertere contra Oldr. *conſ. 171.* & Alber. *in d. l. quoniam*
39 *in prioribus.* quod teſtamentum poterat defendi in ea ſpecie ab
eis propoſita *per d. l. quoniam in prioribus.* Nam etſi maximè de
pupillari expreſſa ſubſtitutione nihil attineret cõditionẽ tol-
lere ſecundum ea, quæ Oldra. rectè argumẽtatur, & nos ſupra
iam diximus, nihilominus teſtamenti defenſio ſumenda erat
ex vulgari tacita facta in hæreditate ipſius teſtatoris. Vnde et-
iam apparet, filium non dici præteritum, ſi vulgariter ſit ſub-
ſtitutus, quamuis è conuerſo præteritus planè diceretur, ſi ſo-
lum pupillariter ſit ſubſtitutus. Tametſi has duas ſpecies om-
nino diſtinctas, & diuerſas iuris cenſuram habentes non re-
ctè æquauerit & coniunxerit Curtius iun. *in 2. num. 11. ff. de offic.*

Ego tamen in hoc magnæ difficultatis articulo arbitror di-
ſtinguendas fore duas ſpecies. Aut enim primo gradu teſtator
inſtituit hæredem quẽ potuit præterire, & huic hæredi inſti-
tuto compendioſè filium ſubſtituit. Aut vero teſtator ſubſti-
tuit primo gradu filium, quem præterire non potuit, eiq; ſub-
ſtituit compendioſè filium alterum ad filiam.

In priore † ſpecie, quæ Alexand. fuit *in d. l. ſi pater impuberes,* 40
conſtituo, teſtamentum rectè defendi poſſe. Et quidem † A- 41
lexand. vt mihi videtur, non intellexit, quod filius legitima-
tus concurret in legitima ſibi debita cum agnatis primo gra-
du inſtitutis. Quin potius intellexit, agnatorum inſtitutionẽ
eſſe nullam ipſo iure. Quoniam ab eo gradu præteritus fuiſſet
filius, & proinde teſtamentum incipiebat à ſecundo gradu, in
quo filius fuerat vulgariter ſubſtitutus poſt mortem agnato-
rum, *argumento text. in l. ſi filiusfamilias ff. de hæredibus inſtituendis, &
l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulgari, l. 3. §. ſi ff. de liberis & poſthu. l. 3. § ſi.
ff. de inoffic rupto*, reſoluit Rodericus Suarez *in repetitio. dicta l. quo-
niam in prioribus. C. de inofficio. teſtamen. in limitatio. 15.* Verum Al-
ciat. *in rubric. nume. 6. ff. eodem,* & Albert. Barbera. *in repetitio dict.
l. ſi pater. nume. 38. de inſtitutionibus, & ſubſtitutionib.* intellexiſſe
videntur; quod Alexan. defendebat primum gradum, hoc eſt,
inſtitutionem agnatorum, Cumq́ue ita Alexandrum intelli-
gerẽt, ab eius ſentẽtia diſceſſerunt, quia primus gradus agna-
torum defendi non potuit, à quo videlicet præteritus fuiſſet
filius, *per textum in dicta l. ſi filiusfamilias.* & *in d. §. Lucius.* Sic et-
iam Alex. intellexiſſe videtur Ioan. Coraſ. *in rubrica. nume. 14.
C. de impuberum & aliis,* vbi etiam eum reprælienditt *per text. in d.
§. Lucius.* cuius Alexandrum & poſteriores fuiſſe immemores
non poſſum (inquit) nõ mirari. Videtur autem decepiſſe hos
authores: quod Alexander decurrit ad nouitatis auxilium *d.
l. quoniam in prioribus,* quaſi ex hoc filius, ſublata cõditione vul-
garis ſubſtitutionis de legitima portione, videretur purè inſti-
tutus in ea ſolum portione. Nam † vtique ſi Alexander non 42
vellet defendere inſtitutoinem agnatorum, ſed ſolum vellet
defendere teſtamẽtum, quaſi inciperet à ſecundo gradu, quo
filius fuit inſtitutus, non oportebat inducere *d. l. quoniã in prio-
ribus,* aut legitimæ portionis meminiſſe. In promptu enim erat
dicere, quod teſtamẽtum inciperet à ſecundo gradu iuxta le-
ges antiquas, videlicet *d. l. ſi filiusfamil. ss. ff. de hæredib. inſtituen. &
d. l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulgari.* Quod ita ſpecialius expreſſit
Alber. Barbera. vbi *ſup.* dicens, non eſſe dubitandum quin te-
ſtamentum defenderetur in ſpecie Alexandri, quo ad ſecun-
dum gradum, iuxta leges antiquas ſine inductione *dicta l. quo-
niam in prioribus.* Ego itaque interpretor, quod Alexander
pro conſtanti habuit, primam inſtitutionem agnatorum nul-
lius momenti fuiſſe, quoniam ab eo primo gradu præteritus
fuiſſet filius. Cur igitur neceſſe habuit inducere ius nouum *d.
l. quoniam in prioribus.* ad defenſionem ſecundi gradus, ſi vtiq;
ad hoc ſufficiebant text. vulgares ſupra allegati? Reſpondeo:
Si teſtator pater agnatos inſtituiſſet: etſi in hæredes nõ eſſent,
vulgariter ſubſtituiſſet filium legitimatum: tunc leges anti-
quas cõſtituendum erat ſufficere. Nam perempto primo gra-
du, in quo filius fuiſſet præteritus, teſtamentum inciperet à
ſecundo gradu, hoc eſt, à ſubſtitutione quaſi eiuſdem filij in-
ſtitutione, quæ iam deprælienderetur eſſe prima. Nec obſta-
ret, quod teſtator vſus fuiſſet *verbo, ſubſtituo*, quoniam id ver-
bum aptari poteſt ad inſtitutionem primam, vt Alexand. ibi
ex gloſ. argumentatus eſt. Cæterum † in Alexandri ſpecie pa- 43
ter filium legitimatum compendioſè ſubſtituerat poſt mor-
tem agnatorum, quos primo gradu inſtituerat hæredes. Vn-
de perempto primo gradu, filius manebat inſtitutus iam qua-
ſi gradu primo, ſed vtique ſub conditione mortis agnatorum.
Sic teſtamentum, etiam perempto primo gradu videbitur
nullum, quoniam incipiebat à ſecũdo gradu, in quo filius de-
prælendebatur inſtitutus ſub conditione, quæ non eſſet in
eius poteſtate, *dicta l. ſi pater. cum ſimilibus. C. de inſtitutionibus &
ſubſtitutionibus.* Quippe *in dicta l. ſi filiusfamilias. in dicto §. Lucius.*
perempto primo gradu, à ſecundo in quo filius fuerat ſub-
ſtitutus, teſtamentum ita incipere videbatur, atque ſi teſtator
dixiſſet: Si Titius mihi hæres non erit, ſit mihi hæres filius.
Quum illa cõditio. Si Titius mihi hæres non erit, ſecundum
ſcripturam pertineat ad ſecundam filij inſtitutionem, *vt pro-
batur in princip. Inſtit. de vulgari.* Sic filius manet in effectu inſti-
tutus primo gradu ſub conditione, ſi Titius hæres non erit. Et
quia Titius iure nequeat eſſe hæres, inſtitutio filio pro pura
habetur. & conditio eſt neceſſaria, perinde atq; ſi Titius nullo
modo inſtitutus fuiſſet, *iuxta text. in l. ex facto agitatum. ff. de hæ-
red. inſtitut. in l. 3. ff. de leg. 1.*

¶ Vnde

¶ Vnde obtinere poteris obſeruare, quòd licèt alias ſola fi-
44 gura † conditionis irritæ oſtendat iuris formam, vt filius non
ritè inſtitutus videatur. *l. filius. ff. de conditionib. inſtitution.* hæc
tamen propoſitæ conditionis figuræ non offendit iuris for-
mam, vt non oſtendit conditio vera, quæ † in præſens vel in
45 præteritum tempus concepta ſit. *l. illa inſtitutio. § fin. ff. de condi-
tio. quem. §. late explicaui Selectarum interpretationum, lib. 1. capit. 1.*
Et hoc ſimiliter dici nequaquam poteſt in Alexand. ſpecie.
Quoniam perempta prima agnatorum inſtitutione, teſtamē-
tum adhuc ita incipere videtur: Poſt mortem illius, & illius
agnati mei filius mihi hæres eſto. Siquidem conditio mortis
agnatorum retineri debet in ſecunda filij inſtitutione, quam-
uis prima ipſa agnatorum inſtitutio perimatur, vt alibi in non
diſſimili ſpecie obſeruat Barto. *in authen. ex cauſa. nume. 17. C. de
liber. prateri. argumento in l. peculium. ff. de lega. 2.* cuius ſententiam
communiter eſſe receptam ſcribit Alexand. *ibidem numero 9.*
& tradit Aretinus *in l. ſi quis eum. §. fina. colum. penult. ff. de vulgari.*
Igitur ſi filius legitimatus manebit inſtitutus ſub die incerto
mortis illorum agnatorum, quod pater non iure inſtituerat,
teſtamentum ſecundum leges antiquas nō videbatur defen-
di poſſe. *dicta l. ſi pater. cum ſimilibus. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio-
nibus.* Propterea Alexander pro conſtanti habuit, & præſup-
ponit, quod prima agnatorum inſtitutio nullius momenti e-
rat. filij autem conditionalem inſtitutionem ex legibus nouis
46 defendit. Remota † enim conditione de legitima portione *per
dictā leg. quoniam in prioribus.* filius in tota patris hęreditate ma-
nebat purè inſtitutus, cum nec hæredem haberet, nec ſubſti-
tutum, quibus conditio ſeruiret in eo, quod ſupra legitimam
portionem inueniretur in patris hęreditate, iuxta ea, quę poſt
alios reſoluit Roderic. Suarez *in repetitio. dict. l. quoniam in prio-
ribus, in 2. amplia. in fine, & in 6. ampliatione.* Nam inſtitutio, quæ
quo ad legitimam pura cenſeri debet, reiecta cōditione, tra-
hi debet conſequenter ad totam hæreditatem, *iuxta regulam
l. 1. § ſi ex fundo, & in l. alterius. ff. de hæred. inſtituend. in l ſi te ſolum.
ff. eodem tit. l. ſi duo. l. ſi tu ex parte. ff. de acquir. hæredi. l. cohæredi. §. fi..
ff. de vulga.*

¶ Veriſſima igitur eſt Alexand. ſententia, quatenus intelle-
xit, valere hoc teſtamentum, perempta agnatorum, prima in-
ſtitutione.

Quid? quod exquiſita iuris ratione tentari poteſt, quod in
ſpecie Alexandri teſtamentum valeret ſine vlla inductione
iuris noui ſecundum leges antiquas. Proinde non oporteret
aggredi controuerſam illam quæſtionem: Vtrum *l. ſi pater cum
ſimilibus. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. eſſent hodie correctæ per dict. l.
quoniam in prioribus.* Nam vbi teſtator ita concepit: Titium, &
Mæuium, agnatos meos mihi hæredes inſtituo, & quando-
cunque deceſſerint, ſubſtituo Petrum, apparet, quod Petrus
eſt vulgariter agnatis ſubſtitutus in caſum mortis expreſſum.
Proinde ſi agnati, non quæſita hæreditate, deceſſerint, Petrus
ex vulgari expreſſa ad teſtatoris hæreditatem admitteretur
ſecundum ea, quæ tradit Bartol. *in l. 1. nume. 8. & in l. Centurio.
nume. 12. in fin. ff. de vulgari.* Sed etſi agnati repudiarent hæredi-
tatem teſtatoris, vel aliter hæredes eſſe non poſſent, Petrus
ex vulgari ſtatim admitteretur, non exſpectata morte agnato-
47 rum: Etenim vulgaris † expreſſa in caſum mortis porrigere-
tur ex teſtantis ſententia ad omnes caſus, quibus ijdem hæ-
redes à primo inſtitutionis gradu excluderētur, *iuxta regulam
in vulgaribus ſubſtitutionibus præceptam*, de qua per Bartolum *in
l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nume. 2. ff. de liber. & poſthum. & in l. 1.
nume. 14 ff. de vulgari.* ibi Lancelot. Galiau. *in repetit. nume.* 14. Io-
an. Coraſ. *in l. poſt aditam, num. 26. C. de impub. & alijs ſubſtitutioni-
bus.* & eſt communis opinio, vt poſt alios ordinarios teſtatur
Maria. Socin. iun. *conſilio 169. nume. 3. & conſil. 174. nume. 29. in 2.
48 parte.* Quæ regula habet locum † etiam in vulgari ſubſtitutio-
ne comprehenſa ſub compendioſa, vt in terminis affirmat
Philipp. Corne. *conſilio 320. Dubia quidem, in 4. volum.* quem ſe-
quitur Marian. Socin. iun. *conſilio 106. nume. 18. in prima par.* Vn-
de illud euincere incipio, quod ſupraſcripta ſubſtitutio per-
inde cenſeri debet, atque ſi teſtator diceret: Titium & Mæ-
nium agnatos mihi hæredes inſtituo, & quandocunque de-
ceſſerint, vel ſi alias hæredes non ſint, Petrum ſubſtituo. Pla-
nè ſi in ſpecie *dict. l. ſi filiusfam. & dicto §. Lucius*, teſtator dixiſſet:
Titius hæres eſto, & poſt mortem Titij, vel ſi is mihi non ſit
hæres, filius hæres eſto, fortiter defenderetur, eiſdem iure-
conſultorum reſponſis locum fore. Nam ſimiliter, primo
Titij gradu perempto, filij ſequens inſtitutio manet pura cum
ſimiliter illa conditio: Si hæres non erit, ſit neceſſaria quam
ſolam è duobus alternatiuis ſufficit impletam eſſe *in l. ſi hæredi
plures. in fin. de conditio. inſtitut. facit etiam text. in l quod ſi, ſub ea. ff.
de condict. indebi. in l. hæres meus. ff. de conditio. & demonſtratio. in l. ſi
pupillus. §. 1. ff. de nouatio.* Igitur in Alexand. ſpecie idem probari
conueniet, in qua filius legitimatus proponebatur inſtitutus
à patre, non ſolum in caſum mortis agnatorum expreſſum,
ſed etiam in omnem caſum, quo agnati hæredes non eſſent.
Nec dubitari debet quin huiuſmodi inſtitutio tacita ſufficiat
ad implēdam iurisformam. Quippe ſi † vulgaris ſubſtitutio
omnino tacita ſolet ad hoc ſufficere, quoniam ab eo teſtamē- 49
tum poſſit incipere, vt probatur *in l. ſi pater filium ff. de vulgari.
& in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Senatuſconſul. Trebell.*
docet gloſſ. *in verbo, non exiſtimo. in l. lex Cornelia. & gloſſ. fin. in l.
ſi pater captus. ff. ad vulgari.* & eſt magis cōmunis Docto. opinio
vtrobique, vt in terminis affirmat Alexand. *conſilio 188. nume.
5. in lib. 2.* contra alteram quam etiam reſoluit communem o-
pinionem Philippus Corne. *conſilio 99. nume. 24. lib 1.* multò
magis ſufficiat hæc vulgaris, quæ non eſt omnino tacita. † ſed 50
partim expreſſa partim tacita, quò ad caſus, ſecundum ea, quę
tradit Barto. *in l. 1. nume. 6. & nume. 8. & nume. 12. ff. de vulgari.*
Denique ſi in Alexand. ſpecie agnati nullo modo, id eſt, nec
quidem de facto inſtituti fuiſſent primo gradu, agnoſco quod
teſtamentum non poſſet defendi ſecundum iura antiqua. vt-
puta ſi teſtator his verbis teſtamentum facere cœpiſſet: Poſt
mortem Titij & Mæuij agnatorum meorum Petrus filius hæ-
res eſto. Tunc enim filius depræhenderetur inſtitutus ſub cō-
ditione mortis agnatorum. nec vllo colore ſubaudiretur con-
ditio illa alternatiuè intellecta. Vel ſi agnati hæredes non e-
runt. Sed ad tuendum teſtamentum à præteritionis vitio o-
porteret decurrere ad auxilium iuris noui, videlicet *d. l. quo-
niam in prioribus.* At verò in propoſita ſpecie, in qua agnati pri-
mo gradu inſtituti fuerunt, etiam ſi talis gradus fuerit ipſo iu-
re nullus, non tamen nullius momenti æſtimabitur ad conij-
ciendam teſtatoris voluntatem. Nam quia vel de facto ſcri-
pſit hunc primum gradum conſequens erit dicere, quod ſe-
quens filij inſtitutio non cenſeatur quaſi mera conditionalis
inſtitutio prima quò ad mentem teſtantis. Quin potius ex
ſententia eiuſdem cenſeri debet quaſi ſecunda inſtitutio. hoc
eſt quaſi ſubſtitutio, vt ad ſimiles caſus porrigatur. Hoc enim
eſt quod alius agens conſiderauit ſubtiliter Aretin *in l. 1. nume.
10. verſicu. & aduerte, quia longa eſt differentia. ff. de vulgari:* vbi di-
xit, quod longa eſt differentia, vtrum teſtator quantum in ſe
eſt, fecerit primum gradum etiam eum, qui pro non ſcripto
habendus ſit, an vero nullum omnino primum gradum fece-
rit. Nam quia longa eſt differentia inter primam inſtitutio-
nem conditionalem, & inter ſecundam inſtitutionem, id eſt,
ſubſtitutionem, cenſeri debet quaſi ſubſtitutio ex ſententia
defuncti ea inſtitutio, quam teſtator quantum in ſe eſt, quaſi
ſecundam ſcripſit præponens ei primam, quæ fuiſſet nulla.
His conſequens eſt, vt in ſpecie propoſita interpretari debea-
mus illam conditionem: Quandocunque agnati mei deceſſe-
rint non quaſi conditionem primæ inſtitutionis, ſed quaſi ca-
ſum ſecundæ inſtitutionis, id eſt, ſubſtitutionis. Sic tandem
teſtamentum defendere abſque inductione *dicta l. quoniam
in prioribus. C. de inoffincioſo teſtamen.* Quum arguta diſputatio-
ne fuerit facta probabilis inductio. *dicta l. ſi filiusfam. & dicto §.
Lucius*, vt ſic quoque teſtamentum incipiat à ſecundo gradu
puto.

¶ Ex his infero videri, quod Philip. Deci *conſ. 418. in cauſa. D.
Aurelij. nu. 3.* non rectè reſponderit, teſtamentū quoddam fuiſ-
ſe nullum ex defectu præteritionis. Nam quum Biliotus inſti-
tuiſſet vxorem ſuam vſufructuariam omnium bonorum: Et
adieciſſet, quod poſt mortem vxoris inſtituebat hæredes vni-
uerſales filias ſuas. Decius reſpondit, primum gradum eſſe
nullum præteritione filiarum, nec incipere à ſecundo, *iuxta d.
l. ſi filiusfa. ff. de hæredi. inſtit. & in d. §. Lucius. l. ex facto. ff. de vulgari.*
Motus eſt Decius, quoniam illa iura procedunt in vulgari
ſubſtitutione. Sed in caſu propoſito agebatur non de ſubſti-
tutione, ſed de inſtitutione directa facta poſt mortem vxoris.
Item quoniam dicta inſtitutio depræhendatur facta ſub con-
ditione mortis maternæ, quæ conditio non erat in poteſta-
te filiarum, ideoque teſtamentum erat nullum *iuxta leg. ſi pa-
ter, cum ſimilibus. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.* Ego contra non
dubi-

dubitarem reſpondere, quod huiuſmodi teſtamentum va-
leret. Quia ſi filiæ primo gradu non fuerunt inſtitutæ, opor-
tet dicere ſecundo gradu fuiſſe ſubſtitutas, *argumento. l. miles ita, in princip. ibi, Nemine ſubſtituto. ff. de militar. teſtamen.* Nec du-
51 bium eſt, quin inſtitutio † directa facta poſt mortem primi
hæredis exprimat vulgarem in caſum mortis, vt colligitur ex
recepta doctrina Barto. *in l. Centurio. numero 32. ff. de vulgari.*
Nam etſi Barto. loquatur in compendioſa facta verbo com-
muni, idem euidentiore ratione dicturus erat in compendio-
ſa facta verbis directis, quum vtique verba directa exprimant
euidentis directam ſubſtitutionem, qualis eſt vulgaris. Igitur
filiæ manebant inſtitutæ primo gradu, & cõditio mortis ma-
ternæ, etiam ſi in caſum eſſet collata, non debebat vitiare te-
ſtamentum, quum tolli deberet ratione legitimæ patronis,
iuxta dict. l. quoniam in prioribus. Sed & defendi poſſet, quod te-
ſtamentum valeret ſine inductione *d. l. quoniam in prioribus*, iu-
xta ſolas leges antiquas, vt modo circa Alexan. ſpeciem nouè
obſeruauimus.

¶ Sequitur altera noſtræ diſtinctionis ſpecies. Videlicet,
quando teſtator inſtituit primo gradu eum, quem præterire
non potuit, vt putà filium, eique ſubſtituit compendioſè fi-
lium, & filiam. Et hæc quidem ſpecies Innocentij fuit & no-
52 ſtræ gloſ. In qua quidem ſpecie arbitror † teſtamentum de-
fendi non poſſe. Vbi enim teſtator primo gradu filium inſti-
tuit, & poſt mortem filij ſubſtituit compendioſè filiam, iuris
ratio incurrit, quæ non ſinit valere primum gradum, nec et-
iam ſecundum. Nam ſi velis quod teſtamentum incipiat, à
primo gradu, ille gradus eſt ipſo iuris nullus, à quo, videlicet,
præterita fuerit Philippa filia. Quod ſi rurſus velis, vt perem-
pto primo gradu, quo inſtitutus fuit Petrus filius, teſtamen-
tum incipiat à ſecundo gradu, nec hic ſecundus gradus pote-
rit valere, nec ab eo teſtamentum poterit incipere. Quoniam
ab hoc ſecundo gradu præteritus deprehenditur Petrus fi-
53 lius. Licet enim † ſufficiat, quod filius ſit inſtitutus primo
dumtaxat gradu, *l. ſi poſthumus. §. quod vulgo. ff. de liber. & poſthum.*
Verum eſt ſi iure ſit inſtitutus, & propterea ex eo primo gra-
du obtinere hæreditatem poſſit. Planè Petrus in propoſita
ſpecie non iure fuit inſtitutus primo gradu, quam is gradus nõ
valeret, quia filia ab eo præterita fuiſſet. Sic euenit, vt ſecun-
dus gradus quo inſtituta fuit filia, ſit æquè nullus præteritio-
ne Petri.

¶ Vna igitur poſſet eſſe via ad defendendum † hoc teſta-
54 mentum per interpretationem & fauorem iuris noui. Si, vi-
delicet, filia vulgariter ſubſtituta Petro primo hæredi intelli-
gatur eſſe inſtituta primo gradu ſimul cum illo. Nam quia cõ-
ditionaliter fuit inſtituta, conditio videbitur poſſe tolli de le-
gitima portione per *d. l. quoniam in prioribus.* Proinde Petrus ex
gradu primo retinebit inſtitutionem vniuerſalẽ, dempta le-
gitima portione ipſi filiæ debita, in qua filia concurreret quaſi
eiuſdem Petri fratris cohæres. Et quod hac via defendi teſta-
mẽtum poſſit, ex gloſ. noſtra deduxiſſe videtur Petrus ab An-
charano vbi *ſup.* quum allegauit. *d. l. quoniam in prioribus*, & ex-
preſſim aſſeruit Socin. in *d. l. 1. num. 31. ff. de vulgari*, & eſt conſe-
quens receptæ ſententiæ, quam Bart. *in d. l. in quartam. num. 14. ff. ad leg. Falcid.*

¶ Sed etſi magnoperè me authoritatis receptæ ſententiæ
moueat, & eſt teſtamenti cauſa fauorabilis. *l. ſi pars. ff. de offit. teſtamen.* non tamen perſuadere mihi poſſum, quod huiuſmodi
teſtamentum valeat. Etenim cum huius quæſtionis cardo in
eo vertatur, *an d. l. quoniam in prioribus*, inducatur ad ſpeciem
propoſitam. Ergo reſoluo eam. l. induci non poſſe: Si quidem
55 † ea. l. non habet locũ, vbi remota coditione, ipſa diſpoſitio-
nis ſubſtantia tolleretur, vt communi opinione receptum cõ-
ſtat ex his, quæ Iaſon. tradit *in d. l. quoniam, ad finem, verſ. Sexto*,
& Roderic. Suar. *ibi in repetitio. in 9. limita.* & Philip. Deci. *in l. ſi pater. num. pen. in fi. C. de inſtitutioni. & ſubſtitutio.* Ergo ipſa con-
ditio ſubſtitutionis vulgaris tolli non poterit. Quoniam per
hoc non ſolum tolleres cõditionem, ſed ſubſtitutionem mu-
tares in primam ſubſtitutionem, transferes ſecundum gradũ
in primum, faceres de ſubſtituta filia cohæredẽ. Pro hac par-
te allego authoritatem Oldra. *in d. conſ. 171. Thema tale eſt. num. 12. & 13.* vbi ſubtiliter ſcribit, quod *dict. l. quoniam in prioribus, & d. l. ſcimus. §. cum autem*, intelligi debent, vt conditio tollatur
de diſpoſitione, ita vt capiendi modus non mutetur, ſed idem
modus capiendi à teſtatore ordinatus duret, videlicet, repræ-
ſentatus per amotionem conditionis. Vnde conſiderat, quod
in d. §. cum autem, legitima, quæ ibi repræſentatur, non capitur
iure directo, ſed capitur eodem titulo fideicommiſſi vniuer-
ſalis, & ſic non mutatur capiendi modus, nec interimitur pri-
mus gradus. Denique quamuis in pupillari ſubſtitutione lo-
quatur, eius argumẽta pertinent ad vulgarem quoque ſubſti-
tutionem vt vulgariter ſubſtituta filio non poſſit cum eo con-
currere. Etenim ſi tolleres conditionem de vulgari ſubſtitu-
tione, non idem modus ſuccedendi repræſentaretur, quoniã
vtique ſecundus gradus perimeretur translatus in primum,
& primus ipſe perimeretur, qua parte ſecundum in ſui ſocie-
tatem admitteret. Idem probauit Albe. *in d. l. quoniam. in priori-
bus. nu. 2.* vbi Oldr. ſequutus, contra naturã ſupplementi & ſen-
tentiam earum legum eſſe dicit, ſi deſtructo aliquo gradu, fie-
ret immutatio. Item allego in terminis Bal. *conſ. 504. Caſus talis
eſt, lib. 5.* vbi propoſuit, quod quædam mulier Catharina tres fi-
lios ſecundi matrimonij hæredes inſtituit, & adiecit, quod ſi
contingeret, eos ſine liberis legitimis decedere, tunc inſtitue-
bat filium, quem ex primo marito conceperat. Reſpõdit Bald.
quod teſtamẽtum huius mulieris erat ipſo iure nullum, quo-
niam à primo gradu præterierat filiũ prioris matrimonij. *auth.
non licet. C. de liber. præteri.* Nec obſtat (inquit) ſi dicatur, quod
dictus filius fuit inſtitutus ſub conditione, quæ conditio de-
bet remoueri de legitima portione ad teſtamenti defenſionẽ,
quia poſito (inquit) quod illud eſſet verum, intelligitur quã-
do filius eſt inſtitutus in primo gradu. *l. 3. §. fi. ff. de libe. & poſthu.*
In propoſito autem conſtabat, quod eius filij inſtitutio erat
ſubſtitutio, quum primo gradu fuiſſent alij tres filij hæredes
inſtituti. Hæc Bald. Cuius ſententiam probauerunt Franciſc.
Ripa *in l. 1. num. 7. ff. de vulgari.* Alber. Bruno. vbi *ſupra in repet. d. l. ſi pater*, & And. Alcia. *in rubr. num. 6. ff. de vulgari*, rectè obſer-
uantes, quod conditio vulgaris ſubſtitutionis tolli non pote-
rat per *d. l. quoniam in prioribus, & d. §. cũ autem.* quoniam tol-
leretur ipſa diſpoſitionis ſubſtantia, & transferretur ſecun-
dus gradus in primum. Atque ita ex Bal. authoritate Alexan.
cõſ. improbarunt in l. ſi pater impuberes. num. 4. ff. de vulgari. Sed non
expenderunt diuerſæ rationis eſſe ſpecies, quas Bald. & Alex.
proſequuntur. Nam in Bald. ſpecie teſtamentum non poterat
incipere à ſecundo gradu. In Alexandri autem ſpecie poterat
incipere ab ipſa filij legitimati inſtitutione, quum agnati iure
præteriri potuerint. Denique aſſecuti non ſunt, quod Alexan.
inſtitutionem filij legitimati non transferabat in primũ gra-
dum agnatorum. Sed perempto agnatorum primo gradu in-
telligi volebat filijs ſubſtitutionem eſſe inſtitutionem primã.
Quoniam autem teſtamentum incipiebat ab ea inſtitutione
quaſi prima, eiuſmodi inſtitutionem non translatam, ſed ſuo
loco conſiſtentẽ ab onere conditionis liberauit, *per d. l. quoniã
in prioribus, vt ſupra oſtẽdimus.* Deniq; Vicent. ab Hercul. *in diſpu-
ta. ſua, in 4. q. vtr. non obſtat vndecimò*, rectè intellexit, voluiſſe A-
lexan. vt in ea ſpecie teſtamentum à ſecundo gradu inciperet,
iuxta d. l. ſi filiusfam. & d. §. Lucius. Item Vincentius cum iudicio
intellexit, quod ſententiæ Alex. locus eſſe non poſſet, ſi primo
gradu fuiſſent inſtituti qui præteriri iure nequiuiſſent.

Vltimo pro hac parte induco tex. *ſingul. in c. Raynutius. ſup. eod. iuncta glo. ibid. in verbo, relinquẽs*, quã omnes Pontificij Doctores
fuerũt ſequuti. Vbi adiecta filia fuit hæres vniuerſalis inſtitu-
ta primo gradu, & altera filia Alterocha fuit eidem Adiectæ
ſubſtituta cõpendioſè, & nihilominus gl. & omnes pro con-
ſtanti habuerunt, defendi non potuiſſe à vitio præteritionis
teſtamentũ niſi ſupplendo, vt ſupplent, quod etiam in primo
gradu Alterocha filia fuit hæres inſtituta in domo & horto ſi-
mul cum ſorore Adiecta. Ergo retenta hac cõmuni & receptiſ-
ſima opinione, conſtanter decernere oportet, ꝙ ſi Alterocha
filia non fuiſſet ſimul cum ſorore hæres inſtituta in domo &
horto, & in eodẽ priore gradu, non potuiſſet defendi à præte-
ritionis vitio teſtamentũ eo ſolo prætextu, quod eadẽ Altero-
cha in ſecundo gradu fuiſſet compendioſè ſubſtituta ſorori.
Alioqui communis interpretatio eſſet inanis & ridicula.

¶ Ex quibus infertur, quid magis reſpondere debuerit
Ludouicus Romanus *conſilio 516. In caſu propoſitæ conſultatio-
nis. nume. 9. verſiculo quoad ſecundum.* Vbi propoſuit, quod teſta-
tor filium impuberem Ioan. Baptiſtam hæredem inſtituit,
eique ſubſtituit Ioannam filiam, & Petrum. Quæſitum eſt
vtrum primus gradus non valeret propter præteritionem
filiæ, quamuis ipſa filia ſecundo gradu fuiſſet pupillariter
ſub-

ſubſtituta? Reſpondit, primum illum gradum eſſe nullum. *d. l. ſi filiuſſa. & d. §. Lucius* Deniq; quæſitum eſt, nunquid *per auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* conſeruaretur ſubſtitutio facta de filia & de Petro, ſi ipſa filia teſtamentum patris nullum dixiſſet? Reſpondit, quod aut ſubſtitutio facta de filia fuit vulgaris, & tunc conſeruatur, & ex ea ſuccedit filia, *in d. l. ſi filiumfam. & d. §. Lucius.* Aut verò ſubſtitutio facta de filia fuit pupillaris: & tūc ea ſubſtitutio non conſeruatur filiæ, quæ nullum patris teſtamentum dixit: ſed benè conſeruatur ipſo Petro, *ſecundum gloſſ. ordinariam in l. 1. §. fin. ff. de vulgari.*

¶ Ego noto, Ludouicum Romanum voluiſſe defendere ſubſtitutionem vulgarem ſecundum ius antiquum, & in hoc videri errore lapſum. Nam non aduertit, quod teſtamentum non poterat incipere ab eo ſecundo gradu, quo filia & Petrus fuiſſet hæredes inſtituti, quū vtique Ioannes filius primo gradu proponeretur inſtitutus. Sic melius reſpondere debuit, nō conſeruari vulgarem ſubſtitutionem, quia nec primus nec ſecundus gradus valerent. Quod autem dixit de Petri ſubſtitutione pupillari, veriſſimū videtur. Sed illud vellem explcaſſet: vtrum Petrus ad vniuerſam pupilli hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione eſſet admittendus, an vero ad patrem? Incurrebat enim ſubtilis quæſtio, vtrum filia ipſo iure admitteretur cum Petro ex pupillari ſubſtitutione, admiſſa priuanda veniret quaſi indigna, an vero nullo modo admitteretur? Sed de hoc videbimus in vltimo huius operis parte, in gloſ. fi.

SVMMARIVM.

1 *Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, quæ ſubintelligitur in teſtatoris diſcendente grauato fideicommiſſum reſtituere poſt mortem, habet locum, etiamſi reſtitutio facienda ſit filio teſtatoris*

L. cum auus. ff. de condit. & demonſt. ſenſus, ibid. cum ſequentib. præſertim num. 3.

L. cum acutiſſimi. C. de fideicom. ſenſus, ibid. cum ſeq.

L. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. ſenſus, cum ſeq.

L. 10. tit. 4. in 6. Partita ſenſus, ibid. cum plurib. ſeq.

2 *Priuilegiatus vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

Auth. niſi rogati. C. ad Trebell. ſenſus, ibid.

Auth. de ſanctiſſim. Epiſcp. §. ſed & hoc præſenti. collatio. 9. ſenſus, ibidem.

Cap. in præſentia. de probationibus. ſenſus, ibid. & nu. 61. vſque in finem.

4 *Conditio: ſi ſine liberis: in deſcendente grauato poſt mortem ſubintelligitur en viam præſumptionis, & interpretationis.*

5 *Conditio tacita: Si ſine liberis, habet locum in fideicom. poſt mortem iniuncto, non ſolum à patre, ſed etiam à matre, vel auo materno.*

6 *Conditio nulla ſubintelligitur in aſcendente grauato poſt mortem reſtituere fideicommiſſum.*

7 *Conditio: Si ſine liberis, nullatenus ſubintelligitur in fratre aut alio amiciſſimo grauato poſt mortem reſtituere fideicom.*

8 *Conditio: Si deceſſerit ſine aſcendente, non intelligitur in deſcendente grauato reſtituere poſt mortem, niſi aſcendens grauati, eſſet deſcendens teſtatoris.*

9 *Conditio tacita: Si ſine liberis, referri non debet ad eos liberos, quos tempore teſtamenti deſcendens grauatus haberet, ſi hoc teſtator non ignorabat.*

10 *Conditio: Si ſine liberis, quæ in vno ex pluribus filijs grauatis fuit expreſſa, efficit, quod in reliquis ſimpliciter grauatis poſt mortem eadem conditio non ſubintelligatur.*

Conditio tacita: Si ſine liberis, non ſubintelligitur, quando alter poſt mortem deſcendentis grauatus eſt fideicommiſſum reſtituere.

L. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ſenſus, ibidem.

12 *Conditio: Si ſine liberis, non intelligitur, quando deſcendens grauatur fideicom reſtituere non poſt mortem ſuam, ſed ſtatim vel poſt certum tempus.*

13 *Subſtitutio compendioſa, vel militaris, filio facta ita demum habet ſubintellectam cōditionē: Si ſine liberis, ſi habeat expreſſam mortis conditionem, non aliàs.*

L. Centurio. ff. de vulgar. ſenſus, ibid.

14 *Conditio: Si ſine liberis, ſubintelligitur, ſi deſcendens grauetur poſt mortem reſtituere, non ſolum in teſtamento, ſed etiam in donationis cauſa mortis.*

15 *Conditio: Si ſi ſine liberis ſubintelligitur etiam in donatione inter viros deſcendentis facta cum onere reſtituendi poſt mortē.*

16 *Conditio: Si ſine liberis, ſubaudiri nequit, ſi onus reſtituendi poſt mortem ſit iniunctum deſcendenti in contractu vltra citraquè obligatorio.*

17 *Conditio: Si ſine liberis, ſubauditur, etiam ſi fideicom. reſtituere debeat piæ cauſæ.*

18 *Conditio: Si ſine liberis, non ſubintelligitur, quando pia cauſa fuit ſubſtituta, & teſtator declarauit, quod piam cauſam ſubſtituebat pro exōneratione ſuæ conſcientiæ.*

19 *Conditio: Si liberos non habuerit, nō videtur differre à conditione: Si ſine liberis deceſſerit.*

Lex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. ſenſus, ibidem.

20 *Conditio: Si ſine hærede deceſſerit, intelligitur de filio, aut alio ex liberis, qui ſit hæres: & multum differt ab altera conditione: Si ſine liberis.*

L ex facto. § fi. ff. ad Trebel. ſenſus, ibid.

Cap. in præſentia. de probationib. ſenſus, ibid.

21 *Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, deficit, vno duntaxat ex liberis relicto.*

L. non eſt ſine liberis. ff. de verbo. ſignifica. ſenſus, ibidem & melius num. 25.

22 *Conditio: Si ſine liberis: deficit relicta vnica filia.*

23 *Conditio: Si ſine filijs deceſſerit, relicto deficit vno filio, vnaue filia.*

24 *Maſculinum in teſtamentis concipit fœmininum.*

25 *Liberi liberorum, non ſolum in plurali, ſed etiam in ſingulari proferri poteſt.*

L. ius agnationis. ff. de pact. ſenſus, ibid. & nume. 27.

L. nemo prædo. §. 1. de reg. iur. ſenſus, ibid. & num. 7.

Princip. Inſtitu. de ſeruili cognitione, ſenſus, ibid.

26 *Dictum de vna ratione frequentioris vſus, nō excludit aliud, in quo eſt eadem ratio.*

28 *Conditio affirmatiuè concepta: Si liberos habuerit, verificatur etiā vno filio, vnaue filia relictis.*

29 *Conditio: Si deceſſerit ſine liberis, adiecta, aut ſubintellecta in hærede grauato, deficit relicta vxore prægnante, quæ legitimo tempore partum edidit.*

30 *Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, quæ verificari deberet in perſona tertius, quam grauati, videlicet, Si Titius ſine liberis deceſſerit, deficit, ſi Titius vxorem prægnantem reliquerit, & poſthumus legitimè naſcatur.*

31 *Conditio: Si deceſſerit ſine liberis ex ſe legitimè natus, relata ad hæredem grauatum, deficit, relicta vxore prægnante ſi poſtea partū legitimè ediderit.*

32 *Conditio: Si deceſſerit ſine liberis ex ſe legitimè natis, relata non ad hæredem grauatum, ſed ad alium certium, verificatur, quamuis tertius ille vxorem prægnantem reliquerit, ex qua legitimus poſthumus naſcatur.*

33 *Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, in Caſtellæ regnis non deficit relicta vxore prægnante, ex qua natus poſthumus, non vixerit 24. horis.*

L. Tauri. 13 declaratur, ibid.

34 *Filius incapax ad ſuccedendum, non poteſt facere quod deficiat cōditio: Si ſine liberis, quamuis idem filius per conditionem minimè intelligeretur vocatus.*

35 *Filius naturalis, qui pariter cum legitimis ſuccedit, facit deficere fideicommiſſi conditionem: Si ſine liberis: & excludit ſubſtitutum.*

36 *Filius naturalis in ſeruitute conceptus, & in figura matrimonij, pariter cum legitimis ſuccedit, & facit deficere conditionem: Si ſine liberis, &c. & ſubſtitutum excludit.*

Principium Inſtitut. De ſeruili cognatione, ſenſus, ibid.

37 *Filius naturalis hominis plebeij, & peditis in regno Portugalliæ facit deficere fideicom. conditionem: Si ſine liberis, & ſuccedit patri ſimul cum legitimis.*

L. ordinamen. Portugallia. libro. 4. titu. 71. in princip. ſenſus, ibidem.

Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, mulieri adſcripta, non deficit, quamuis ea mulier relinquat filium naturalem, & is filius matri ſuccedere debeat pariter cum legitimis.

39 *L. Heredibus. §. 1. ff. ad Trebel. ſenſus.*

L. Mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. ſenſus ibidem.

40 *Filij naturales qui pariter cum legitimis non ſuccedunt æqualiter efficiunt, quod non deficiat, aut quod deficiat conditio: Si ſine liberis, ſiue conditio fuerit à teſtatore expreſſa, ſiue à lege ſubintel-*

intellecta cum communi contra alteram communem.

Conditio: Si ſine liberis, à teſtatore expreſſa, ſiue à lege ſubintellecta, non videtur differre, quod attinet filios naturales, ibidem.

41 Filius naturalis facit deficere fideicommiſſi conditionem, ſi teſtator in alia teſtamenti parte eum vocauit.

L. Cùm pater. §. volo. ff de lega. 2. ſenſus, ibidem.

42 Filius naturalis facit deficere fideicommiſſi conditionem, quando teſtator erat etiam naturalis.

L. ex facto. § ſi quis rogatus. el 1. ff. ad Trebell. ſenſus ibidem.

L. Cùm virum. C. de fideicommiſſis. ſenſus, ibidem.

43 Filius in deportatione conceptus facit deficere fideicommiſſi conditionem.

L. ex facto. § ex facto ff ad Trebellia. ſenſus ibidem.

44 Filius in deportatione conceptus, facit deficere fideicommiſ. conditionem, ſi pater fuerit reſtitutus, & eundem filium ſuperſtitem reliquerit.

L. interdicit. ff. de condi. & demonſt. ſenſus, ibidem.

45 Filius à ſeruo pœna ſuſceptus non poteſt facere deficere fideicom. conditionem, etiam poſt reſtitutionem.

L. ex facto. § ſi quis rogatus. el 2. ff. ad Trebel. ſenſus, ibid.

Pœna damnationis in metallum, vel in aliud opus publicum, hodie non arrogat ſeruitutem in hominibus ingenuis, ſed duntaxat in libertinis. ibid.

Auth. ſed hodie. C. de donatio inter vir. & vxo. ſenſus ibid.

46 Adoptiuus filius non facit deficere fideicom. conditionem.

47 Conditio: Si ſine liberis, quod attinet ad verba, referri ad adoptiuos poteſt.

48 Liberorum enunciatio etiam ad adoptiuos propriè refertur, etiam apud Iuriſconſultos, quod attinet ad verba.

49 Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium facit deficere fideicommiſſi conditionem.

50 Filius naturalis etiam ſpurius legitimatus Principis reſcripto, facit deficere fideicom. conditionem, ſecundum magis communem opinionem, quamuis contrario ſit etiam communis, & in puncto iuris verior.

Authen. quibus mod. natu. effic. legit. §. ſit igitur licentia. collat. 6. ſenſus, ibid.

Auth. quib. mod. natu. effic. ſui. §. quoniam variè. & §. filiũ verò. collat. 7. ſenſus, ibid.

51 Filius naturalis diſpenſatus duntaxat, & non legitimatus, ſine dubio non faciet deficere fideicom. conditionem.

52 Conditio: Si ſine liberis. exiſtere intelligitur, ſi liberi ſuſcepti nõ relinquuntur ſuperſtites.

53 Subſtitutio pupillaris rumpitur agnatione poſthumi, reſtituitur tamen iure prætorio, ſi poſthumus ante pupillum partem moriatur.

54 Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati.

L. Lucius. 2. ff. de hered. inſtitu. ſenſus, ibid.

55 Fideicommiſſum hereditatis intercedit, ſi fideicommiſſarius moriatur ante additam hereditatem.

56 Inſtitutio directa ex coniecturis non inducitur.

57 Poſthumi concipiendi poſt mortem teſtatoris inutilis erat inſtitutio.

L. verum eſt ff. de bono. poſſ. ſecun. tab. ſenſus, ibid.

58 Filij in conditione poſiti, nõ cenſentur vocati, etiam ſi teſtator plures ſubſtitutionis gradus fecerit.

59 Conditio: Si ſine liberis, adiecta ſubſtitutioni compendioſæ verbis ciuilibus factæ, vtrum efficiat eam ſubſtitutionem valere poſt pubertatem iure fideicommiſſi?

60 Conditio: Si ſine liberis, adiecta ſubſtitutioni compendioſæ in regno Caſtellæ efficit, quod ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria, etiam in ætate pupillari.

61 Conditio: Si ſine liberis deceſſerit, vtrum ſtatim verificetur, ſi is, cui huiuſmodi conditio fuit adſcripta, ingrediatur monaſterium incapax bonorum.

62 Conditio: Si ſine liberis, quando verificatur per ingreſſum religionis bonorum capacis in communi, expectari debet mors naturalis ingreſſi, & interim monaſterium fructibus potiri debet.

63 Conditio: Si ſine liberis, deficit per ingreſſum monaſterij, etiam ſi reſtitutio ſit facienda filio teſtatoris in bonis extra filiorum legitimam duntaxat. num. 64.

Monaſterium habetur loco filij, quando eſt adiecta conditio: Si ſine liberis, etiam ſi filius teſtatoris ſit ſubſtitutus. ibid.

65 Pia cauſa magis priuilegiata eſt, quàm filius, in bonis vltra legitimam.

66 Conditio: Si ſine liberis, non deficit per ingreſſum monaſterij, quãdo alter filius fuit ſubſtitutus in meliorita te tertiæ partis.

67 Conditio: Si ſine liberis, non deficit per ingreſſum monaſterij, nec ſubſtitutus excluditur, quando nouiſſimo loco fuerat pia cauſa ſubſtituta. & num. 69.

68 Teſtator poteſt ſubſtituendo excludere monaſterium.

70 Conditio: Si ſine liberis, in deſcẽdente grauato ſubintelligitur duntaxat in fauorem liberorum, quos grauatus ſuperſtites reliquerit, non autem in fauorem monaſterij.

Monaſterium habetur loco filij, quando fuit expreſſa conditio, Si ſine liberis, Secus ſi à lege ſubintelligitur. ibid.

Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti. collatio. 9. ſenſus, ibidem.

71 Monaſterium non habetur loco filij regulariter, ſed ſolum in caſib. expreſſis in iure.

71 Conditio. ſi ſine liberis, deficit relicto filio monacho in religione bonorum capaci in communi.

Si abſque liberis.

SI ABSQVE LIBERIS. Hæc conditio (vt vides) adſcripta fuit conditioni mortis, in omnib. huius capit. ſubſtitutionibus. Vnde circa hanc conditionem: Si ſine liberis, in ſubſtitutionibus, & fideicõmiſſis frequentiſſimam, ſequẽtes proponuntur quæſtiones.

¶ Primò ergo quæritur: Si in his ſubſtitutionibus conditio iſta non fuiſſet adiecta, vtrũ nihilominus tacitè ſubintelligitur? Et Archidiacon. *hic nume. 1. in verſi. Sine liberis*, docet, quod & ſi teſtator in ſubſtitutionib. factis de filio ad filiam, & ecõtra, non adſcripſiſſet hanc conditionem, nihilominus tamen tacitè ea conditio ſubintelligeretur. Nam quoties parens in vltima voluntate alicui ex liberis poſt mortem ſubſtituit, intelligitur ſubſtituiſſe ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit. *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.*

¶ Aduertendum tamen eſt, quod figura verborum eius leg. cum acutiſſimi. quam Archidiaconus allegauit, in primis videretur contra illum facere in noſtri cap. terminis. Siquidem Iuſtinianus ait, idcirco factam fuiſſe talem coniecturam, videlicet, ne videretur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs anteponere. Ergo ſi parens alicui ex liberis, non quemlibet extraneum, ſed alterum ex liberis poſt mortem præcedenti ſubſtituat, vt factum fuiſſe depræhenditur in propoſita huius capit. ſpecie, conſequens videtur, quod huiuſmodi conditio non eſſet ſubintelligenda. Hanc enim concluſionem *argumento dictæ l. cum acutiſſimi.* deduxit Alexand. *in l. pupillari. nume. 4. ff. de vulgar. & pupillar.* & Guido Pap. *conſil. 27. nume. 4.* & hanc ſententiam ſecuti ſunt alij authores, quos retulit Andre. Tyraquellus *in repetitio. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. in verbo, Libertis, nume 76.* Sed tamen † contraria Archidiaconi ſententia eſt veriſſima, vt quæ habeat pro ſe nobiliſſimum Papiniani reſponſum *in l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtra.* ad quod ſe retulit Iuſtinianus *in d. l. cum acutiſſimi.* Sic apparet deceptos fuiſſe eos authores, qui loquuti ſunt contra textum expreſsũ *in dicta l. cum auus.* vbi nepos poſt mortem ſuam rogatus fuerat reſtituere hæreditatem eiuſdem nepotis patruo, hoc eſt, teſtatoris filio, cuius quidem ſucceſſio prior & proximior erat ipſi teſtatori, quam ſucceſſio nepotis, aut filiorum eiuſdem. *l. ſi libertus præterito patrono, verſic. ſi libertus. ff. de bonis liberto.* & nihilominus Papinianus reſpondit fideicommiſſum ceſſare, ſi nepos rogatus decedat cum liberis. Et hanc ſententiam in terminis affirmat Raphael cum Bartholom. Socin. *nume. 39. in dicta l. cum auus.* Bald. & Paul Caſtren. *num. 5.* Salic. *nume. 2. in dicta l. cum acutiſſimi.* Et refert hanc eſſe communem opinionem Socin. *conſil. 6. in præſenti etiam conſultatione. nume. 6 in 3. volum.* & Philip. Deci. *in l. generaliter. §. cum autem. nume. 7. C. de inſtitu. & ſubſtitut.* & hanc veram & communem opinionem ſequuti ſunt infiniti propriè authores, quos copioſè allegauit Andre. Tyraquel. *in dicta l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus. nume. 294. & in tracta. primogen. quæſt. 40. nume 91.* Guielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, ſupra de teſtamen. in verbo, ſi abſque liberis, el 1. nume. 3.* & eleganter Balduin. *in l. 1. ff. de conditio. & demonſtra. in verb. ineſt conditio,* quam I declarat poſt titulum, *Inſtitut. de verbo. oblig.* & nouiſſimè Reuerendiſſi D D Couuarru *in Practicarũ. quæſtion. cap. 38. nume. 11. ante verſiculum, quin & ibidem.* Denique duobus fratribus inſtitutis, & reciproco fideicomiſſo poſt

mor-

mortem oneratis, tacitam conditionem, Si ſine liberis deceſſe-
rit, vtrique iniunctam videri, diſertè induxit egregia, *l. 10. tit.*
4. in 6. partib. vbi Gregor. Lup. hoc adnotauit in gloſſ. *Dexaſſe. in*
verſic. an autem. Nam ſi alias priuilegiatus non ſoleat vti priuile-
gio contra pariter priuilegiatum; *l. ſed & militis. ff. de excuſationi-*
bus tutor. l. aſsiduis. C. qui potiores in pignore habeantur, cap. fin. de or-
dine cognitionum, cum alijs quæ copioſè ad hoc allegauit Phi-
lip. Dec. *in cap. in præſentia. num. 51. de probationibus.* & latius Andr.
Tiraquel. *in tractat. de priuileg. piæ cauſa. in 26. priuileg.* tamen in
propoſita ſpecie filius, aut alter deſcendens, grauatus reſtitue-
re fideicommiſſum poſt mortem alteri filio, magis priuilegia-
tus & dilectus cenſetur reſpectu portionis ſibi relictæ, argu-
mento text. *in l. Publius. §. fin. ff. de conditionibus & demonſtrationi-*
bus. & in l. ſciendum, poſt principium. ff. de verborum ſignificat. Qua
ratione in eius fauorem, & deſcendentium ex eo, ſubauditur
conditio, Si ſine liberis, contra alterum filium minus priuile-
giatum in illa portione. Quemadmodum enim pater in ea
portione filio ſubſtituto prætulit inſtitutum, ita etiam eius in-
ſtituti liberos prætuliſſe intelligitur. Vnde colligitur elegans
declaratio & decidendi ratio ad textum *in authen. niſi rogati. C.*
ad Trebellian. & in authent. de ſanctiſsimis Epiſcopis. §. ſed & hoc præſen-
ti: collatio. 9. & in cap. in præſentia, de probationibus. vbi quamuis fi-
deicommiſſum relictum ſub conditione: Si ſine liberis, ſoleat
deficere per ingreſſum monaſterij, quod eo caſu lex eſſet loco
filij, tamen hoc non procedit, ſi fideicommiſſum reſtituẽdum
ſit piæ cauſæ. Nimirum quia cùm pia cauſa, cui reſtitutio eſt fa-
cienda, habeat ſola pro ſe teſtantis iudicium & voluntatẽ, cen-
ſeri debet magis priuilegiata, quàm monaſterium, quod graua-
tus ingreditur, de quo fortaſſis teſtator nunquam cogitauit.
Proinde ne piæ cauſæ fideicommiſſariæ irrogaretur præiudi-
cium, lex voluit eo caſu inducere, quod monaſterium, quod
grauatus fuiſſet ingreſſus, haberetur loco filij, & alteram piam
cauſam excluderet.

¶ Neque huic veriſſimæ & receptæ ſententiæ quicquam re-
3 fragatur ratio, quam Iuſtinianus † expreſsit *in dicta l. cum acutiſ-*
ſimi. dum dixit, quando deſcendens grauatur reſtituere poſt
mortem, ideo ſubaudiendam eſſe tacitam conditionem, Si ſi-
ne liberis, ne videatur teſtator alienas ſucceſſiones proprijs an-
teponere. Quoniam reſpondeo, quod & ſi aliter deſcendens
ſit ſubſtitutus, cuius quidem ſucceſſio futura fuiſſet non aliena
ſed propria ipſi teſtatori, in propoſito tamen caſu manifeſtè re-
fragatur voluntas teſtantis, qui aliorum deſcendẽtium ſucceſ-
ſiones prætermittens, eas omnes ſibi alienas putauit, & pro-
prium ſucceſſorem ſibi elegit illum deſcendentem, quem ſibi
hæredem in ea portione deſignauit, & quamuis eidem hæredi
inſtituto poſt mortem ſuam alterum deſcendentem ſubſtituit,
quoniam tamen teſtator voluntatem & amorem, quem ad
ſuum deſcendentem hæredem & ſucceſſorem deſignatum ha-
buit, præſumitur continuare voluiſſe in nepotes ex illo procre-
andos, propterea in illorum comparatione reliquorum etiam
deſcendentium ſubſtitutorum ſucceſſiones tanquam alienas
exiſtimaſſe creditur, quod attinet ad teſtantis voluntatem, quæ
regit conditiones, *l. pater Seuerinam, cum alijs. ff. de cond. & demon-*
ſtrat. Quemadmodum ergo in ea portione deſcendentem gra-
uatum alteri filio ſubſtituto prætulit, ita etiam eiuſdem grauati
liberos prætuliſſe intelligitur, vt eleganter declarat Balduinus
vbi ſupra.

¶ Hæc autem tacita conditio: Si ſine liberis, in terminis *di-*
4 *cta l. cum acutiſsimi, & dicta l. cum auus,* cum alijs ſubintelligitur †
quidem non per aliquam iuris fictionem, ſed ſolum per viam
præſumptionis & interpretationis, vt docet Paul. Caſtren. con-
tra Cuma. *ibidem in dicta l. cum auus.* Et videtur conſtare, hanc
eſſe magis communem opinionem, ex his authoribus, quos al-
legat Gregor. Lup. *in dicta l. 10. titulo 4. Partit. 6. in gloſſ. ſuper verbo,*
Siempre ſi entiende, vbi pro hac ſententia rectè inducit verba te-
xtus ibidem, & facit textus *in dicta l. cum auus, ibi: Coniectura pie-*
tatis. iunctis verbis finalib. ibi, Quod minus ſcriptum quam dictum fue-
rat intelligeretur. facit etiam textus *in dicta l. cum acutiſsimi, ibi: Vi-*
deri text: etiam in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſti-
tio. ibi: Intelligentem non eſſe veriſimile, & ibi: Latius & pinguius in-
terpretandum.

¶ Quapropter, retenta hac ipſa pietatis coniectura, vide-
tur, hanc ipſam conditionem: Si ſine liberis, ſubaudiendam
5 † eſſe non ſolum quando pater vel aſcendens paternus, fidei-
commiſſum iniunxiſſet, ſed etiam ſi à matre, vel ab alio aſcen-
dente materno iniungeretur, argument. *text. notab. in l. furioſæ*
matris. ff. de curat. furio. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de te-
ſtamen. ibi, Vtriuſque ſexus. Et in terminis hoc affirmat gloſſ. 2. *in*
dicta l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. & ibi o-
mnes ſequuntur Bartol. *num. 1.* & Imol. *in dicta l. cum auus.* & a-
lij quam plures, quas allegat Andre. Barbat. *in repetitio. dicta l.*
cum acutiſsimi. numero 84. & hæc eſt communis opinio, vt re-
ſoluit Socinus *in dicta l. cum auus. num. 51.* Decius *conſilio* 416. Gre-
gor. Lup. *in dicta l. 10. titul. 4. part. 6. in gloſſ. Algun teſtador.* facit et-
tiam textus *in dicta l. cum acutiſsimi. ibi, Si quis, coniuncta l. 1. ff. de*
verbor. ſignific.

¶ E conuerſo autem ſi deſcendens grauauerit aſcendentem
† vt poſt mortem reſtituat hæreditatem aut fideicommiſſum 6
alicui, conditio, Si ſine liberis deceſſerit, non ſubintelligetur:
Nec enim tam clara & perſpicua eſt pietatis coniectura in de-
ſcendente circa ſuum aſcẽdentem, quemadmodum eſt in ipſo
parente circa ſuos deſcendentes, argum. text. *in l. ſcripto. §. fin. ff.*
vnde liberi. in l. nam & ſi parentibus ff. de inoffic. teſtament. & in ter-
minis hanc concluſionem ſentit gloſſ. *in l. ex facto. §. ſi quis roga-*
tus. 1. in verbo, ex voluntate. ff. ad Trebellia. & affirmat Bartol. *in di-*
cta l. cũ auus. & reſoluit hanc eſſe communem opinionem, So-
cin. ibidem *numer. 15. & 16.* Ioann. à Gatron. *in rubric. C. de ſecun.*
nupt. num. 49. Gregor. Lup. *in dicta l. 10. titul. 4. Parti 6. in gloſſ. ſu-*
per verbo, Dos ſiios: & hanc communem opinionem ſequuntur
Ludouic. Gozad. *in l. qui ſe patris. C. vnde libe. numero* 197. & Be-
reng. Fern. *in repetitio. l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. numero*
99. Hæc autem communis opinio eſt intelligenda, ſiue pa-
rens rogatus decedat, ſuperſtite alio ſuperiore parente. Nam
vtroque caſu non deficit fideicommiſſum, vt Bartolus decla-
rauit vbi ſupra, & ſequutus eſt hanc declarationem Alexand.
in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus l. 1. numero 11. *ff. ad Trebellia.* Rip.
ibidem *num. 5.* Philip. Corn. *in dicta l. generaliter. § cum autem. C.*
de inſtitutio. & ſubſtitutio. numero 2. Bartholom. Socin. *in dicta l.*
cum auus. numero 16. in verſicul. puto hanc opinionem tenendam. &
nouiſſimè Gregor. Lup. *in dicta gloſſ. Dos ſiios.* Et ab iſta decla-
ratione, quæ videtur communis, non eſt recedendum, tam-
etſi contrarium teneat Rapha. Cuma. *in dicta l. cum auus.* Andr.
Barbat. *in dicta l. cum acutiſsimi. ex numero* 291. Philip. Dec. *in di-*
cta l. generaliter. §. cum autem. numero 15. Et quamuis Socinus *in*
dicto verſiculo puto. hanc opinionem dixerit probabilius futu-
rum defendere, ſubaudiendam eſſe illam conditionem: Si
aſcendens deceſſerit ſine patre, aut alio ſuperiore parente,
quam defendere, ſubaudiendam eſſe huiuſmodi conditio-
nem: Si aſcendens deceſſerit ſine liberis. In veritate tamen
Bartholom. Socin. Bartol. communem opinionem indiſtin-
ctè amplectitur, vt neutro caſu conditio ſubaudiatur. Et ad
hanc ſententiam fideliter Socin. allegauit Gregor. Lup. vbi
ſupra. Licet imprimis videri nonnullis poſſit, Socin. contra-
rium ſcripſiſſe.

¶ Ergo multò minùs procedet *dicta l. cum auus. cum ſimilibus.*
ſi frater, † aut alius magno amicitiæ vinculo teſtatori coniun- 7
ctus grauatus ſit poſt mortem ſuam fideicommiſſum reſtitue-
re. Hoc enim etiam caſu conditio: Si ſine liberis: non ſubau-
dietur, vt colligitur ex Socino *in dicta l. cum auus, colum. 1.* Dec.
in dicto §. cum autem. num. 14. & Iaſ. *ibidem in limitatione 7.* & com-
munis opinio ſecundùm Gregor. Lup. *in dicta gloſ. Dos ſiios.* Nam
ſi in aſcendente grauato poſt mortem non ſubauditur talis
conditio, à fortiori non ſubaudietur in fratre, cuius ſucceſſio
remotior eſt, quam aſcendentis, argumento text. *in authen-*
tica ceſſante C. de legitimis hæredibus. in l. 3. verſiculo liberis. ff. de le-
gat. præſtand. & hoc videtur eſſe tenendum, quicquid Andre.
Barbat. *in dicta l. cum acutiſsimi.* quam refert & ſequitur Guil.
Benedict. *in repetitio. capit. Raynutius, ſupra, de teſtament. in ver-*
bo, Si abſque liberis, l. 1. num. 4. non dubitauerit temerè defen-
dere, ſubaudiendam eſſe conditionem: Si ſine liberis, in fra-
tre, aut in intimo amico grauato poſt mortem reſtituere fi-
deicommiſſum. Quæ opinio aliena videtur ab omni iuris
ratione.

¶ Adde quod ſuperior Bartoli doctrina conuincere vide-
tur, vt quemadmodum quando deſcendens inſtituit & gra-
uat aſcendentem, vt poſt mortem ſuam reſtituat fideicom-
miſſum, non ſubauditur conditio: Si deceſſerit ſine liberis,
vel ſine alio parente ſuperiore, quem teſtator & hæres gra-
uatus ſuperſtitem habebant, eodem modo idem erit dicen-
dum, ſi teſtator, qui habebat viuum parentem, inſtituat filium,

aut alium deſcendentem, adiecto fideicommiſſo reſtituendo poſt mortem.

8 Nec † enim ſubaudienda erit conditio: Si deſcendens grauatus deceſſerit ſine illo ſuperiore ipſius grauati & teſtatoris parente. Et hæc ſententia ſine dubio eſſet probanda, quando parens ſuperſtes & viuus relictus poſt mortem hæredis grauati fuiſſet etiam aſcendens ipſius teſtatoris præmortui. Cæterum ſi teſtator habens filium, & ex eo nepotem, aut pronepotem, facto teſtamento, nepotem aut pronepotem inſtituerit, eumdemque grauauerit, vt poſt mortem fideicommiſſum hæreditatis alteri reſtituat, & deinde ſine liberis moriatur, viuo adhuc ſuo patre, qui & ipſe erat deſcendens filius teſtatoris, fortaſſis perſuadebitur, fideicommiſſum defeciſſe ex tacita & ſubaudita conditione id ſuggerente pietatis ratione & coniectura. Quoniam incautus pater teſtatur credendus fuiſſet, quod propriam ſucceſſionem & proprium filium, nepotis videlicet grauati patrem ſubſtituto præſertim extraneo prætuliſſet, niſi communi voto & euentu deceptus exiſtimaſſet, filio nepotem ſuperuicturum, eiuſque filij, dum viueret, nepotem, & deinceps liberos curam habituros. Ergo aſcendens hæredis grauati poſt mortem ſuperſtes relictus faciet deficere fideicommiſſum, ſi aſcendens ipſe qui ſuperuixit, erat deſcendens primi teſtatoris.

¶ Neque huic declaratione refragari poſſet altera ſententia communis recepta, quæ docet, quod ſi deſcendens quo tempore fuit grauatus poſt mortem reſtituere fideicommiſſum, liberos iam habebat, neque id teſtator ignorabat, conditio: Si ſine liberis deceſſerit, quam teſtator non expreſſit, non ſubintelligitur, neque hi liberi † facient deficere fideicommiſſum:
9 Neque enim credendus eſt teſtator voluiſſe ſubſtituto hos liberos prætuliſſe, quos ſciens prætermiſit, & quorum nullam mentionem fecit. Quam ſententiam in terminis affirmauit Ludouicus Roman. *conſilio* 370. Paul. Caſtren. *in dicta l. cum acutiſſimi. numer*, 6. Socin. *in dicta l. cum auus. num.* 15. Philip. Dec. *in dicta l. generaliter.* §. *cum autem. numer.* 11. *& in conſilio* 581. *colum.* 2. & latè Marian. Socin. Iunior *conſilio* 128. *libro* 1. *ex numero* 93. *& alij.* quos latè refert Andr. Tiraquel. *in repetitio. l. vnquam. C. de reuocan. donationibus in verbo, filios non habens. numero* 18. Pro qua ſententia, quæ videtur magis communis, facit textus *in dicto* §. *cùm autem, ibi, Liberorum ex ijs procreandorum. & ibi, Si is qui ſubſtitutioni prægrauatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, & in eodem* §. *ibi, Si de nepotibus cogitauerit.* Quæ verba rectè inducit Andr. Tiraquel. vbi ſupra. Neque ea verba poſſunt aptari ad liberos, quos teſtamenti tempore, & ſciente teſtatore, deſcendens grauatus habebat. Tametſi contrariam ſententiam, ſcilicet huiuſmodi filios facere deficere fideicommiſſum, affirmauerit Raphael Cuma. *in dicta l. cum auus.* & Philip. Corn. *in dicto* § *cùm autem.* quos cum alijs refert Andr. Tiraquel, vbi ſupra *numer.* 19. & nouiſſimè ſequutus eſt Gregor. Lup. *in dicta l.* 10. *titulo* 4. *Partit.* 6 *in gloſſ. Dexaſſe colum.* 2 *in medio.* vbi mirum eſt, quod pro hac ſententia allegauit Socin. *in dicta l. cum auus.* cum tamen Socin. ibidem magis inclinet in priorem ſententiam Ludouic. Roma. Vtcunque tamen ſit, etiam ſi defendere velis prædictam opinionem Roman. quam exiſtimo veriorem eſſe & receptiorem, adhuc retinenda videtur altera ſententia ſuperiùs à me declarata. Videlicet, quod ſi nepos grauatus reſtituere poſt mortem decedat, relicto patre eodemque teſtatoris filio, deficiet fideicommiſſum, propter ſubauditam conditionem. Nam inter has duas ſpecies elegans differentiæ ratio animaduertitur. Nempè in ſpecie Ludouici Romani fideicommiſſum non deficit, quoniam aduerſus pietatis coniecturam, expreſſior erat voluntas teſtantis, qui de liberis cogitauit, quos iam natos ſciebat, communi euentu, & parentum voto exiſtimabat ſuperuicturos ſuo eorum parenti, & nihilominus voluit illis præcauere per conditionem: Si ſine liberis. Vnde pietatis coniectura non poteſt euincere, aut inducere tacitam conditionem, quam ſciens & animaduertens teſtator voluit prætermittere. At verò in ſuperiori ſpecie, quando nepos ſimpliciter grauatus decedit, ſuperſtite patre, in fauorem iſtius patris, vt faciat deficere fideicommiſſum, belliſſimè induci poterit pietatis coniectura, quam Papinianus fecit *in dicta l. cum auus.* Quoniam videlicet, pater iſtius nepotis erat filius & deſcendens teſtatoris, quem filium veriſimile fuiſſet teſtatorem voluiſſe ſubſtituto præferre.

Hæc autem pietatis coniectura in propoſita ſpecie eneruari aut oſtendi nequiret ex eo, quod teſtator cogitauit de iſto filio nepotis grauati à patre, & nihilominus noluit illi per conditionem cauere. Nam reſponderetur defendendo pietatis coniecturam, quod teſtator, quamuis de hoc filio cogitauit, quem viuere ſciebat, quando nepoti ſuſcepto ex eodem filio fideicommiſſum poſt mortem iniunxit, & nullam conditionem in fauorem filij adiecit, intelligitur conditionem omiſiſſe, non quod voluerit ſubſtitutum filio prætuliſſe, ſed quod incautus & communi voto parentum atque euentu rerum confiſus intellexit, filium multò ante in fata conceſſurum, quam nepotem, cuius poſt mortem fideicommiſſum iniungebat. Proinde ſi inopinato caſu nepos vita decedat, relicto ſuperſtite patre, qui teſtatoris erat filius, meritò huic caſui, de quo teſtator non cogitauit, ſuccurrendum videtur ex pietatis coniectura, de qua *in dicta l. cum auus.*

¶ Sed & quemadmodum pietatis coniectura, quæ ſolet tacitam coniecturam extorquere, manifeſtè oſtenditur, ſi cum deſcendens grauatus liberos haberet, teſtator ſciens nihil illis voluit per conditionem cauere, vt ſuperius fuit reſolutum, ſic etiam ſi teſtator plures filios hæredes conſtituit, aut ſubſtituit, & vni eorum fideicommiſit, vt poſt mortem ſuam hæreditatem reſtitueret ſub expreſſa conditione: Si ſine liberis decederet: alijs autem hæredibus filijs idem fideicommiſſum poſt mortem eorum iniunxit ſimpliciter, & nulla alia expreſſa conditione, videtur † ex altera conditione: Si ſine liberis, quam cõditionem expreſſit teſtator in vna ſubſtitutione, quod in alijs ſubſtitutionibus ſcienter & conſulto eandem conditioné voluit pretermittere. Quo argumento pietatis coniectura videtur ceſſare, adeo vt conditio: Si ſine liberis, non poſſit neque debeat per legem ſuppleri. Quam ſententiam affirmauit Socin. *in dicta l. cum auus num.* 38. vbi refert Cuman. & alios, docet Dec. *conſil.* 581. *num.* 5. Hieron. Grattus *conſil.* 5. *num.* 9. *lib.* 2. & latiſſimè Maria. Socin. Iun. *cui alij ſe ſubſcripſere, conſil.* 128. *lib.* 1. Curt. Iun. *conſil.* 33. *& num.* 11. 10

¶ Conſequenter verò pietatis coniectura, de qua *in dicta l. cum auus. cum ſimilibus.* non poteſt euincere tacitam conditioné, Si ſine liberis, quando tertia perſona † rogata eſt reſtituere fideicommiſſum poſt mortem cuiuſdam deſcendentis ex ipſo teſtatore. Nam cùm in caſu propoſito deſcendens ipſe, cuius poſt mortem fideicommiſſum reſtitui præcipitur, non ſit vocatus ad ea bona, ſed alia tertia perſona, cui fideicommiſſum fuit iniunctum, inde ſequitur, quod ſi deſcendens in conditione poſitus vita deceſſerit, liberis relictis, liberi huiuſmodi non facient fideicommiſſum deficere. Nam quemadmodum teſtator in his bonis ſubſtitutum prætulit deſcendenti, cuius poſt mortem fideicommiſſum deberi voluit, etiam eundem ſubſtitutum prætuliſſe videtur liberis, quos deſcendens moriens reliquit. Hanc concluſionem probat elegans textus *in l. qui filium.* §. *Sabinus ff. ad Trebellianum*, per quem textum hoc affirmat Bartol. Paul. Caſtren. & omnes Doctor. ibidem, Socinus *in dicta l. cum auus. num.* 58. Curt. Iunior. *conſil.* 33. *num.* 8. *verſic. ſecundò principaliter*, Philip. Dec. *conſil.* 81. *colum.* 2. *& in dicto* §. *cum autem, nu.* 12. & nouiſſimè Gregor. Lup. *in dicta l.* 10. *tit.* 4. *Parti.* 6. *in gloſſ. ſuper verbo, Que murieſſe el* 2. 11

¶ Eadem ratione ſi deſcendens † grauatus ſit, non poſt mortem, ſed in vita ſua ſtatim vel ad certum tempus reſtituere fideicommiſſum, liberi eiuſdem poſtea ſuſcepti non facient deficere hoc fideicommiſſum. Nam cùm teſtator deſcendenti viuenti ſtatim aut poſt certum tempus ſubſtitutum prætulit, ſic etiam conſequenter eius liberis eundem ſubſtitutum prætuliſſe videtur, gloſſ. 2. *in dicta l. cum acutiſſimi.* Bartol. *in dicta l. cum auus.* vbi reſoluit Socin. *nume.* 28. *nume.* 32. & eſt communis opinio, quam reſoluit Philip. Dec. *in dicto* §. *cum autem. nume.* 12. & ſequitur Gregor. Lup. *in dicta l.* 10. *titul.* 4. *Parti.* 6. *in gloſſ. ſuper verbo, Que murieſſe el* 1. 12

¶ Vnde colligo ſingularem intellectum ad textum *in l. Centurio. ff. de vulgar. & pupillar.* vt quamuis ibi in compendioſa ſubſtitutione eſſet ſubintelligenda conditio: Si ſine liberis, licet non exprimeretur, vt ibi fuit expreſſa, & eſſet quidem ſubintelligenda eadem conditio etiam poſt tempora pubertatis in directa militari, vt docuerunt Doctores conſulentes Florentiæ, quos retulit, & ſequutus eſt Socinus *in dicta l. cum auus. numer.* 25. *verſicul. tertium corollarium.* Lancellat. Galiaul. *in repetit. dicta l. Centurio. numer.* 167, & voluit ſequi Gregor. Lup. *in dicta gloſſ. ſuper verbo, Que murieſſe el* 1. hoc tamen eſt intelligen-

13 telligendum, † quando ſubſtitutio militaris expreſſa vel com-
pendioſa fuit concepta ſub conditione mortis, ita quod miles
voluit, filium dum viueret, ſemper futurum eſſe hæredem, ſe-
cus autem ſi expreſſa militaris, vel compendioſa facta fuiſſet
ſub alia conditione, quàm mortis, videlicet, ſub conditione, Si
Titius Conſul factus fuerit, vel: Quandocunque nauis ex A-
ſia venerit. Hoc enim caſu non ſubintelligitur mortis condi-
tio, vt declaro ſupra in gloſſ. ſuper verbo, Si decederet. Et per conſe-
quens non poteſt ſubaudiri conditio, Si ſine liberis, niſi fuiſſet
à teſtatore expreſſa.

¶ Vltimò hæc ipſa pietatis coniectura, quam Papinianus
fecit in dicta l. cum auus, conuincere videtur, ſubaudiendam eſ-
ſe conditionem: Si ſine liberis, non ſolum quando deſcen-
dens ſimpliciter fuit grauatus poſt mortem fideicommiſſum
reſtituere in teſtamento, verùm etiam quando eſſet graua-
14 tus in † donatione cauſa mortis, argumento text. in l. Marcel-
lus. §. Paulus. & in l. illud, cum vulgaribus. ff. de donationibus cauſa
mortis. & in terminis hoc ſignificauit gloſſ. fin. in l. 1. C. de dona-
tionibus cauſa mortis. Quam gloſſam ſequuti ſunt Bald. & alij
Doctores ibidem. Et hæc eſt communis opinio, vt conſtare
videtur ex Socin. in dicta l. cum auus, num. 98. Iaſon. colum. 2. in
ampliatione. quarta. Philip. Dec. num. 9. in dicta l. generaliter. §.
cum autem. C. de inſtitution. & ſubſtitution. & ex alijs varijs au-
thoribus, quos allegauit Andr. Tiraquel. in repetition. l. ſi vn-
quam. C. de reuocand. donationibus, in verbo, Donatione largitus, nu-
mero 250. Reuerendiſſimus D. D. Couarr. in libro Practic. quæ-
ſtion. capit. 38. numero 12. verſicul. quin & itidem. Gregor. Lup. in
dicta l. 10. titul. 4. Partit. 6. in gloſſ. ſuper verbo, Algun teſtador. Vt
mirum ſit, quonam colore Paul. Caſtren. in l. ſi cui mortis, ff.
de donationibus cauſa mortis, non ſolum contrariam fuerit ſe-
quutus, verùm etiam pro ea ſua opinione allegauerit gloſſ. in
dicta l. 1. C. de donationibus cauſa mortis, qua gloſſ. potius communem o-
pinionem probat.

¶ Sed & non ſolum donatio cauſa mortis, ſed etiam ſi me-
15 ra donatio inter † viuos proponeretur deſcendenti facta cum
onere reſtituendi rem donatam poſt mortem eiuſdem deſcen-
dentis donatarij, adhuc ſubaudiendam eſſe conditionem: Si
idem donatarius ſine liberis deceſſerit, probare videtur opti-
mus text. in dicta l. generaliter. § cùm autem, ibi, Reliquerit vel dederit.
C. de inſtitut. & ſubſtitut. & in terminis hoc reſoluit Socin. in dicta
l. cum auus. num. 97. Reuerendiſſimus D.D. Couarru. in dicto cap.
38. num. 12. & nouiſſimè Gregor. Lup. in dicta gloſſ. ſuper verbo, Al-
gun teſtador, & pro hoc ſententia facit textus ſingularis, in l. tale
pactum. § fin. ff. de pact.

16 ¶ Cæterum in contractibus † alijs, qui gratia vtriuſque ce-
lebrantur, vt eſt venditio, emphyteuſis, & ſimiles, nulla vide-
tur accommodari poſſe pietatis coniectura, vt ſi in huiuſmo-
di contractibus deſcendens ſit grauatus poſt mortem rem,
quam accepit, alteri reſtituere, ſubaudiri debeat conditio:
Si ſine liberis deceſſerit. Ideoque liberis relictis, nihilominus
reſtitutio erit facienda, vt affirmat Bal. in di. l. cum acutiſſimi, nu-
mero 13. Socinus dicta l. cum auus. numero 97. Iaſon. in l. 2. nu-
mero 167. C. de iure emphyteuſis. Gregor. Lup. in dicta gloſſ. ſuper
verbo, Algun teſtador. Pro qua ſententia facit textus inductus
per argumentum ab ſpeciali in dicto §. cum autem, in illis ver-
bis: Reliquerit vel dederit. Vbi Imperator videtur ſignificare vo-
luiſſe, coniecturam pietatis incurrere, & tacitam conditio-
nem: Si ſine liberis: ſubaudiri debere in relictis tantùm aut
datis, non autem in reliquis contractibus. Et de hoc non
eſt dubitandum. Neque mihi poſſum perſuadere Reuerendiſ-
ſimum D.D. Couarru. huic ſententiæ refragari voluiſſe in di-
cto capitulo 38. dicto numero 11. dum dixit quod dicta l. cum auus,
cum ſimilibus, habet locum etiam in contractibus, & dona-
tionibus inter viuos. Ille enim rectè videtur intellexiſſe non
de proprijs contractibus, qui ſunt vltro, citroque obligato-
rij. l. Labeo. 2. verſicul. contractum. ff. de verborum ſignificationibus.
quo caſu conditio non ſubintelligeretur, ſed intellexit de a-
lijs contractibus improprijs, qui vicem donationum obtinent,
& celebrantur gratia recipientis tantum. Quo caſu condi-
tio ſubintelligitur, vt declarat Socinus vbi ſupra, quam ipſe
allegat.

¶ Secundò principaliter quæro: Vtrum in caſu huius ca-
pituli, ſi pater. idem eſſet probandum in nouiſſima pauperum
ſubſtitutione? ſi videlicet pauperes hæredes fuiſſent ſubſti-
tuti ſub conditione: Si vtrumque mori contigiſſet filiorum,
nulla adiecta mentione liberorum. An nihilominus ſubau-
diri deberet conditio: Si filij ſine liberis decederent? An ve-
rò pietatis coniecturam impediret, aut retardaret, reſpectus
& fauor piæ cauſæ, quæ filijs poſt mortem fuiſſet ſubſtitu-
ta? Reſpondeo, † quod & ſi pia cauſa ſit ſubſtituta poſt mor- 17
tem filiorum, ſubaudiri deberet conditio, Si filij ſine liberis
decederent. Nempè quod teſtator qua ratione filium, aut al-
terum deſcendentem hæredem deſignatum prætulit piæ cau-
ſæ, conſequenter eos liberos intelligitur prætuliſſe eidem piæ
cauſæ ſubſtitutæ. Et hanc ſententiam in terminis affirmauit
Bald. & Paul. Caſtren. in dicta l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ.
Socin. in dicta l. cum auus. numer. 42. ff. de condit. & demonſtrat. &
conſtat hanc eſſe communem opinionem ex varijs authoribus
quos refert Andr. Tiraquel. in repetit. l. ſi vnquam. C. de reuocan. do-
nationib. in verbo, Libertis. numero 80. & reſoluit etiam hanc eſſe
communem opinionem, Philip. Dec. conſilio 291. in fine. Ma-
rian. Socin. Iunior, conſilio 125. libro 1. conſil. 96. numer. 4. libro 3.
& nouiſſimè Gregor. Lup. in dicta l. 10. titul. 4. in 6. Partita. in
gloſſ. ſuper verbo, Dexaſſe, & doctiſſimus Arius Pinellus in l. 3. C.
de bonis matern. num. 26.

¶ Hæc autem communis opinio fortaſſis venit limitan-
da, quando † teſtator, ſubſtituendo piam cauſam poſt mor- 18
tem deſcendentis inſtituti, declarauerit, quod ſubſtituit piam
cauſam pro malè ablatis, & pro exoneranda conſcientia ſua.
Hoc enim caſu conditio: Si ſine liberis deceſſerit, non vide-
tur ſubaudienda. Quoniam pietatis coniectura in fauorem a-
nimæ teſtatoris redderet quidem obſcuriorem alteram pie-
tatis coniecturam, quam Papinianus in fauorem liberorum
facit in dicta l. cum auus. Quam ſententiam affirmauit An-
dræas Barbat. in repetitio. dicta l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ.
ex numero 382. & Guilielm. Benedict. in repetitio. capitu. Ray-
nutius, ſupra de teſtament. in verbo, Si abſque liberis. el primo. nu-
mero 25. Andræas Tiraquel. in tractatu de priuilegijs piæ cauſæ, in
priuilegio. 68. & 17. Ego noto, quod & ſi pia cauſa non fuiſ-
ſet ſubſtituta, ſi alius quicunque, eadem ratione, non vide-
retur ſubaudienda conditio: Si ſine liberis deceſſerit, quan-
do teſtator, facta ſubſtitutione declaraſſet, quod ſubſtitue-
bat Titium pro malè ablatis, & pro exoneratione ſuæ con-
ſcientiæ.

¶ Tertiò principaliter quæro. Vtrum conditio iſta: Si fi-
lius meus liberos non habuerit, fuiſſet habitura eundem intel-
lectum, quem haberet conditio: Si filius meus ſine liberis de-
ceſſerit, de qua in noſtro textu? Et Iacob. de Aren. & Alberic.
in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellianum, docent quod hæ
duæ conditiones longè diuerſam habent interpretationem. Quo-
niam conditio: Si ſine liberis deceſſerit, de qua in noſtro capi-
tulo, tunc demum exiſtere, & impleri intelligitur, ſi filius tem-
pore mortis nullos filios ſuperſtites reliquerit, neq; quicquam
refert, quod attinet ad conditionis implementum, quod antea
liberos ſuſtuliſſet, ſi tempore mortis erant mortui, vt eſt expreſ-
ſum in dicto § ſi quis autem.

¶ Cæterum altera conditio: Si liberos non habuerit, defi-
cit ſtatim atque filius inſtitutus liberos ſuſcepit, quamuis ijdem
liberi tempore mortis filij ſuperſtites non fuerunt, argumento
textus in l. cum vxori. C. quando dies legati cedat, & in l. hæredibus.
ff. ad Trebellianum. vbi Bartolus numero 1. hanc differentiam in-
ter has duas conditiones probaſſe videtur, & Bartolum ad hoc
allegauit, & ſequutus eſt Ioannem Anton. Rubric. in repetitio.
§. Imperator. l. Titia. Seio. ff. de legatis ſecundo, numero 210. Hoc
ipſum manifeſtè ſenſerunt Albericus in repetition. Rubric. ff. de
vulgar. & pupillar. numero 87. in fine. Bald. in tractatu de ſubſtitu-
tionibus, cap. de compendioſa, in principio. Salic. in l. precibus, numero
15. C. de impuberibus & alijs ſubſtitutionibus. & Andr. Tiraquel. in
repetit. l. ſi vnquam. C. de reuocandis donationibus, in verb. Suſceperit
liberos, numero 187.

¶ Ego autem † contrarium reſoluendum eſſe exiſtimo. Im- 19
mò quod vtriuſque conditionis eadem ſit interpretatio. Quo-
niam hæc conditio: Si liberos non habuerit, ex voluntate de-
functi referenda eſt ad mortis tempus, non ſecus atque ſi teſta-
tor dixiſſet: Si filius liberos non habuerit tempore mortis ſuæ.
Allego Bartolum in l. liberorum, numero 18. ff. de verborum ſignifi-
cationibus, vbi in terminis extendit text. in dicto § ſi quis autem.
vt quod ibi dicitur in conditione: Si ſine liberis deceſſerit, de-
beat etiam procedere in conditione: Si filium aut filiam non
habuerit. Interpretatur enim, perinde habendum, atque ſi

teſtator dixiſſet: Si filium aut filiam non habuerit tempore mortis. Quo ſenſu accepit Bartolus conditionem, *l. Lucius, la ſecunda, ff de hæredib. inſtituen.* Baldus *in l. precibus, colum. penult. verſicul.* Tertiò *gloſſ. dicit. C. de impuberib.* & Alexand. *in conſilio 10. numero 12. libro 4.* aliud agentes accepiſſe videntur pro eiſdem has duas conditiones: Si ſine liberis deceſſerit: Si liberos non habuerit.

¶ Item allego Raphael. Cuman. *in l. an ſubſtitutione, ad finem. ff. de vulgar. & pupillar.* vbi ex propoſito contra Iacobum de Aren. & Albericum *in dicto §. ſi quis autem.* ſcribit, quod hæc conditio: Si liberos non habuerit, referenda eſt ad mortis tempus. Sed & Paul. Caſtrenſ. *in dicta l. cum vxori. C. quando dies legat. ced.* ſpecialiter ſcribit, quod ſi grauo hæredem de reſtituendo, ſi liberos non habuerit, intelligendum eſt, ſi liberos non habuerit tempore mortis ſuæ. Et in Paul. Caſtren. opinionem inclinabit ibi Philipp. Corn. motus ea ratione, quoniam & ſi verba aliud ſonare videantur, tamen mens debet præualere. *l. pater Seuerinam. l. in conditionibus. ff. de condition. & demonſtrationib.*

¶ Denique hæc ſententia multò euidentius obtinere deberet in noſtri capituli terminis. Quoniam ſuperior opinio aſſerta eſt, vbi teſtator nullam mortis ipſius hæredis fecit mentionem. Planè ſi teſtator ita diceret: Rogo hæredem meum, vt ſi liberos non habuerit, reſtituat poſt mortem ſuam Titio hæreditatem meam. Facilius quidem eſſet tempus mortis in fideicommiſſo expreſſum conditioni aptare. Ergo ſi in noſtri capituli terminis ita fuiſſet facta ſubſtitutio, Si filius meus liberos non habuerit, moriatur filiæ meæ: iam illud verbum, Moriatur: euidentius ſignificaret, atque induceret, quod conditio: Si liberos non habuerit. intelligatur, ſcilicet, tempore mortis.

¶ Quartò principaliter quæritur: Vtrum conditio illa, Si filius ſine hærede deceſſerit, idem valeat, quod conditio iſta: Si filius meus ſine liberis diſceſſerit: Reſpondetur, videri quidem prima facie, quod idem ſit dicere: Sine hærede, vel dicere: Sine liberis, ex Vlpiani reſponſo, *in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellianum.* vbi gloſſ. Hoc idem ſequutus eſt Ioan. Andr. *in additio. ad Speculat. tit. de teſtamen. num. 27.* & Iaſon. *in l. Gallus. §. quidam rectè. numer. 31. & 38. ff. de liber. & poſthum.* Paul. Caſtrenſ. & Franciſ. Rip. *num. 9. in dicta l. ex facto. §. fin.* Ioan. Andr. *Rubeus in repetitio. l. pater filium. numero 41. ff. de inofficio. teſtamen.* Aym. Crauet. *conſilio 28. numero 1.* & multò ante idem videtur docuiſſe Petrus de Bellapert. *in repetition. l. & ſi poſt tres. numero 33. ſi quis cautionibus.* Et conſtare videtur hanc eſſe communem opinionem ex Marian. Socin. Iunior. *conſilio 94. numero 32. in 1. part.* vbi dicit, quod hoc omnes ita tenent *in dicto §. fin.* Vnde ſequeretur, quod eo caſu liberi excluderent ſubſtitutum, etiam ſi non eſſent hæredes ſcripti, immò etiam ſi eſſent exhæredati. *l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legatis primo, cum his, quæ paulò inferius dicentur.*

20 ¶ Sed verius † videtur, quod Diuus Pius, retentis verbis teſtatoris, qui de hærede loquutus eſt, coniecit de liberis eum ſenſiſſe, hoc eſt, de hærede, qui ex liberis eſſet. Non quidem ſubrogando in locum hæredis liberos, ſed retinendo verbum, hærede, & addendo liberos. Quod ita Bartolus ibidem contra gloſſam reſoluit, & cum alijs authoribus concluſit eodem in loco Alexand. *numero 8.* Quod etiam tenuerunt Iacob. de Belloniſ. & Azo, & qui eos retulit Alberic. *in dicto §. fin.* cum alijs multis authoribus, quos retulit & ſequutus eſt Lancell. Galiaul. *in dicto §. quidam rectè. numero 32.* & reſoluit hanc eſſe magis communem opinionem Marian. Socin. Iunior *conſilio 4. Viſo tenore. numero 1. in 2. parte.* facit ad hoc optimus textus *in cap. in præſentia de probationibus, in verſicul. ſed & ſi, in illis verbis, intelligendum non erat ſine hærede decedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit.*

¶ Quintò quæritur: Vtrum hæc conditio: Si abſque liberis deceſſerit, quæ conditio numero plurali eſt expreſſa, intelligatur & verificari poſſit in vno in ſingulari numero? Et gloſſ. hic *in verbo, liberis,* & Archidiaconus *numero 1. in verſicul.*
21 *ſine liberis,* docent, † quod ſi filius deceſſiſſet cum vno filio ſolùm relicto, deficeret quidem conditio ſubſtitutionis, vt eſt expreſſum *in l. non eſt ſine liberis. ff. de verborum ſignificat.* Quo loco Iureconſultus ſcripſit non eſſe ſine liberis eum, cui vnus filius vnave filia ſit. Hæc enim (inquit) enunciatio: Habet liberos: Non habet liberos: Semper plurali numero profertur. Facit etiam textus *in l. 1. C. de conditionibus inſertis. & in l. 1. C. de pactis,* vbi hoc adnotauit Philipp. Dec. *num. 12.* & latiſſimè Vbertinus Zuchra. ibidem *in repet. ex num. 63.* Paul. Pariſ. *conſilio 58. vſque ad numerum 3. in 2. part.*

¶ Ex quo textu *in dicta l. non eſt ſine liberis,* manifeſtè apparet, quod conditio ſubſtitutionis, de qua agimus, non minus defeciſſet, relicta † vnica filia. Si quidem liberorum appellatio 22
ex proprietate comprehendit vtriuſque ſexus deſcendentes, vt probatur *in dicta l. non eſt ſine liberis, & in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. eodem titulo, de verborum ſignificationibus. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocando,* vbi hoc docet Alexand. *numero 5.* Iaſon *in l. ſi quis id quod, numero 10. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,* Marian. Socin. Iunior, *conſilio 114. numero 13. in 1. parte, & conſilio 158. numero 36. in 2. parte.* Facit ad idem textus *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitution. & ſubſtitution. & in l. 1. C. de conditionibus inſertis,* & quod circa doctrinam Raphaelis Fulgoſij, Pauli Caſtrenſ. *in dicta l. 1.* communiter approbatam latè reſoluit Reuerendiſſimus D. D. Couart. *in cap. Raynaldus, in principio de teſtamen.* & eleganter doctiſſimus Pinell. *in l. 3. C. de bonis maternis, ex num. 24.*

¶ Quinimmò non ſolum conditio: Si ſine liberis, de qua in hoc capitulo, ſed etiam ſi expreſſa fuiſſet conditio: Si ſine filijs decederet: deficeret † quidem conditio, relicta vna 23
filia, argumento textus *in l. iuſta. ff. de verborum ſignificationib. in l. ſi ita ſcriptum. in principio. ff. de legatis ſecundo. & iuxta regulam illam vulgarem:* Maſculinum † in teſtamentis concepit fœ- 24
mininum. *l. qui duos, in fine. ff. de legatis tertio. l. Lucius. §. quæſitum, ibi, Niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur. ff. eodem titulo, de legatis tertio. in l. cum in adoptiuis. §. finali. C. de adoption.* Et in noſtris terminis hanc concluſionem affirmauit Philippus Decius *in l. fœminæ. ff. de regulis iuris. numero 105.* & Marian. Socin. Iunior. *dicto conſilio 114. numero 18. in 2. parte, & melius, conſilio 13. numero 20. & conſilio 46. num. 4. in 3. parte,* & latiſſimè Andr. Tiraquel. *in tractat. de vtroque retract. in 1. parte. §. 1. in gloſſ. 9. num. 207.* ex quibus & alijs, quos ipſi allegant, & ex Alciato *in dicta l. non eſt ſine liberis.* conſtat hanc eſſe magis communem opinionem contra Alexandrum & Iaſonem, vbi ſupra, & contra Philippum Decium in varijs conſilijs relatis à Tiraquello, vbi ſupra, & nouiſſimè hanc opinionem tanquam receptiorem, nemini relato amplectitur Pinellus *in dicta l. 3. C. de bonis maternis, numero 24.*

¶ Et quoniam † ratio, quam Iureconſultus reddit *in dicta* 25
l. non eſt ſine liberis, euincere imprimis videatur, quod conditio: Si ſine filijs, non debeat verificari niſi in plurali, & non in ſingulari in vno tantum filio, vnave filia, quoniam conditio: Si ſine filijs, potuit exprimi in numero ſingulari. Reſpondeo tamen, communem opinionem eſſe retinendam. Neque obſtat textus *in dicta l. non eſt ſine liberis.* quoniam, omiſſa ſolutione Andre. Alciat. ibidem, quæ non videtur difficultatem eneruare, exiſtimo, non eam fuiſſe Caij Iureconſulti ſententiam *in dicta l. non eſt ſine liberis.* vt ideo dixerit, conditionem: Si ſine liberis, verificari in vno filio, vnave filia, quòd videlicet ea enunciatio non potuiſſet proferri in numero ſingulari, ſed in plurali. Liberi liberorum.

¶ Cùm etiam apud ipſos Iureconſultos inueniatur in numero ſingulari, vt eſt videre apud Modeſtinum. *in l. ius agnationis. ff. de pactis,* cuius legis meminit Philippus Prob. *in præſenti, in addition. ad Ioannem Monachum, numero 2.* & apud Vlpianum *in l. nemo prædo. §. 1. ff de regulis iuris,* & apud Iuſtinianum *in principio Inſtitutionis, de ſeruili cognation. ibi, Liberum vel liberos habuerit.* Et ita etiam accepit Cicero *in libro 2. de natura Deorum.* & Fabius Quintilianus *in ſecunda declamatione pro Cœco contra Nouercam:* Liberi (inquit) ac parentis non alius videtur affectus. & nouiſſimè obſeruat Franc. Connan. *libro 10. Commentar. ca. 1. numero. 2.*

¶ Præterea hæc non potuit eſſe ſufficiens ratio, ſi verè numerus pluralis in hoc caſu non verificaretur in ſingulari. Nec enim iuſta excuſatio eſſet dicere, quod in conditione non meminit teſtator numeri ſingularis, ſed ſolum pluralis: Liberi liberorum. quoniam in ſingulari non potuit vti, & quod hac ratione vt verificatur in ſingulari. Potuit enim teſtator, vel alius qui conditionem adiecit, aliter ſuam voluntatem declarare, etiam vtendo hoc ipſo nomine Liberi liberorum, videlicet dicendo: Si ſine liberis, vno pluribuſve deceſſerit, vt fecit Scæuola Iureconſult. *in l. finali. §. filiæ. ff. de legatis 2. ibi,*

Libe-

Liberis vno pluribuſve. Magis ergo videtur Caius ſignificaſſe, quod
hæc enunciatio: Habet liberos: Non habet liberos: verificari
poteſt in ſingulari, non quod non potuit exprimi, aut aliter de-
clarari in ſingulari, ſed quod ſemper aut frequentis vulgò quo-
ties vnius pluriumve liberorum mentio debet fieri promiſcuè,
vti conſueuit numero plurali.

¶ Vnde fit, vt conditio, aut mentio liberorum facta in plu-
26 rali numero ratione frequentioris † verificetur etiam in ſingu-
lari, vbi eſt eadem ratio, *iuxta doctrinam gloſſ. in l. 2. in verbo, in po-
teſtate. ff. de vulgar*, vbi notat Iaſon *numero 12. gloſſ. etiam 2. in l. 1. C.
de his, qui ad Eccleſias confugiunt. & in Clement. 1. in verbo, præſidentes,
de reſcriptis*, commendat Iaſon *in l. certi condictio. §. ſi nummos, nu-
mero 28. ff. ſi certum petatur, & in authentica ex teſtamento, numero
14. C. de collationib*. Quæ ratio planè euincit, vt quemadmo-
dum liberorum mentio aut conditio verificatur in numero
ſingulari, ita etiam ſit dicendũ, quod mentio filiorum aut con-
ditio, ſi ſine filijs, verificetur in ſingulari, & deficiat conditio,
relictis vno filio vnaue filia.

¶ Verum enimuero licet ego pro nunc non diffitear no-
men, Liberi liberorum, poſſe inueniri in numero ſingulari,
vel apud ipſos Iureconſultos, vel apud alios elegantiæ ſermo-
27 nis probatos authores: nihilominus exiſtimo defendi poſſe, †
neque Modeſtinum *in dicta l. ius agnationis. ff. de pactis*. neque Vl-
pianum *in dicta l. nemo prædo. §. 1. ff. de regulis iuris*, vſos fuiſſe hac
loquendi licentia. Quoniam profectò Vlpianus *in dicto §. pri-
mo*. magis ſcripſiſſe videtur, non eſſe locupletiorem factum,
qui libertum quæſiuiſſet, vt ibi Accurſius legit. Modeſtinus
autem *in d. l. ius agnationis*. ſcriptum quidem reliquit, ius agna-
tionis pacto repudiari non poſſe, non magis, quam quis di-
cat, nolle ſuum liberum eſſe. Sed fortaſſis non adeo abſurdè
ſentiet, qui tentauerit vocem illam, liberum: ita accipiendam,
vt non exprimat ſubſtantiuum, ſed adiectiuum illius infiniti-
ui, nolle. Plerumque enim infinitiuum vicem exhibet ſub-
ſtantiui nominis, vt apud Perſium, velle ſuum cuique eſt, &
apud Iureconſultum Paulum intereſſe, *in l. debitor decem. ff. de le-
gatis* 1. Sic collegiſſe videretur Modeſtinus, quod ius agnatio-
nis non magis pacto repudiari queat, quam ſi quis diceret, nol-
le ſuum eſſe liberum, id eſt, voluntatem ſuam (vt ita dixerim)
eſſe liberam.

¶ Vltimò *ex dicta lege, non eſt ſine liberis, iuncta l. ſequenti*, liqui-
dò conſtare videtur, nullam eſſe differentiam, vtrum affirma-
28 tiuè, an verò negatiuè conditio concepta ſit. Quoniam † et-
iam ſi affirmatiuè concipiatur: videlicet ita, Si liberos habue-
rit, ſufficit ad conditionis implementum exiſtere vnum libe-
rorum, vt etiam expreſſum eſt *in l. cum vxori. C. quan. dies legat. ce-
dat*: in qua re mirandum eſt, quod decepti fuerint Bald. *in l. iu-
bemus. §. ſin autem. C. ad Trebellianum*. & Philippus Decius *in l. 1.
numero 13. C. de pactis*. negantes conditionem affirmatiuè conce-
ptam, ſi liberos habuerit: verificari in vno filio, quod meritò re-
prehendit Vbertinus Zuchard. *in repetit. dictæ l. 1. n. 63. cum ſeq.*

¶ Sextò principaliter quæritur, ſi filius hic deceſſiſſet reli-
cta vxore prægnante, vtrum videretur ſine liberis deceſſiſſe?
Et Iureconſultus *in l. ſi quis prægnantem. ff. de regulis iuris*, ſcri-
bit, non videri ſine liberis deceſſiſſe eum, qui prægnantem
vxorem reliquit. Baldus autem *in l. penultima. ff. de ſtatu homi-
num*. exiſtimat, quod ſi talis inſtitutio facta fuiſſet: Inſtituo
hæredem ſanctam Iuſtinam de Padua, ſi Rex Parthorum de-
ceſſerit ſine filijs ex ſe legitimè natis. Conditio huius inſtitu-
tionis extitiſſe diceretur, ſi Rex Parthorum deceſſerit, nul-
lo ſuperſtite liberorum: nec mutaret, quod idem vxorem præ-
gnantem reliquiſſet, ex qua poſtea natus fuiſſet iuſto tem-
pore poſthumus. Quoniam reſpici magis deberet veritas
verborum. Idem etiam ſequutus eſt Angelus Aretinus *in §.
cum autem. in verſiculo, facit. Inſtitut. de tutelis*. At verò Ioan-
nes Crotus *in repetition. capitul. Raynutius. folio quarto, columna
quarta. verſiculo quartus caſus. ſupra eodem*. refert ſe aliàs requiſi-
tum, vt in ſimili caſu conſuleret, & id recuſaſſe, quoniam Bal-
di, & Angeli opinio ſibi viſa fuiſſet falſa, per textum expreſſum
*in dicta l. iubemus. §. ſin autem. C. ad Trebellianum. & in l. fin. ff. de ven-
tre inſpiciendo.*

¶ Ego reſolutio, adhibendam fore in hoc articulo diſtinctio-
29 nem verborum & perſonarum. Nam ſi conditio † hæc fuerit
adſcripta, de qua noſter textus loquitur, & adiecta fuerit per-
ſonæ hæredis, non dubiè defeciſſe videbitur, ſi hæres grauatus
vxorem prægnantem reliquerit, & poſtea eadem vxor legitimo
tempore poſthumum, vel poſthumam pepererit, vt *in dicta l.
iubemus. §. ſin autem. C. ad Trebellianum, & in dicta l. fina. ff. de ventre
inſpiciendo.*

¶ Sed & ſi conditio talis fuiſſet, Inſtituo ſanctam Iuſtinam
de Padua, ſi Rex Parthorum ſine liberis deceſſerit, adhuc re-
ctè defendi poteſt, quod conditio † huius inſtitutionis defe- 30
ciſſe dicitur, ſi Rex Parthorum deceſſerit, relicta vxore præg-
nante, poſtea iuſto tempore poſthumus aut poſthuma naſca-
tur. Hoc enim probari videtur *ex regula l. ſi quis prægnantem. ff.
de regulis iuris*. Neque contrarium in hac ſpecie ſcripſit Bald. *in
dicta l. penultima*. quamuis hoc ei videatur impoſuiſſe Ioan. Crot.
vbi ſupra.

¶ Aut verò conditio talis fuit, Si deceſſerit abſque liberis
ex ſe legitimè natis. Et tunc rurſus diſtinguendum eſt. Nam aut
talis conditio fuit appoſita hæredi grauato, & tunc ex volunta-
te † interpretandum eſt, quod ſi grauatus deceſſerit, relicta v- 31
xore prægnante, & poſtea poſthumus, vel poſthuma, legitimo
tempore natus, natave ſit, conditio defeciſſe videbitur. Pro-
inde in ſpecie *dict. l. iubemus §. ſin autem. C. ad Trebellianum. & in l.
fina. ff. de ventre inſpiciendo*, idem fuiſſet reſpondendum, quam-
uis conditio ita adſcripta fuiſſet, ſi deceſſerit ſine liberis ex ſe
legitimè natis.

¶ Aut hæc conditio † fuit poſita in perſona cuiuſdam ter- 32
tij, veluti in ſpecie, quam Baldus refert, videlicet, quando
fuit inſtituta ſancta Iuſtina de Padua, Si Rex Parthorum de-
ceſſerit ſine liberis de ſe legitimè natis, & tunc probabile eſt
dicere, quod ſi Rex Parthorum deceſſiſſet, relicta vxore præ-
gnante, extitiſſe quidem diceretur conditio inſtitutionis ſe-
cundùm verba. Nec voluntas teſtatoris refragari videretur,
vt Baldus dixit, & Baldi ſententiam etiam ſequutus eſt Ra-
phael Fulgoſ. *in dicta l. penultima*. & Franciſcus Aretin. *in l. qui
filiabus, columna penultima. ff. de legatis* 1. & Andre. Alciat. qui re-
ctè in hoc articulo diſtinxiſſe videtur, *in l. quod dicimus. ff. de ver-
borum ſignificat.*

¶ Quinimmò in his Caſtellæ † Regnis ad hoc vt conditio 33
deficeret, poſthumo relicto in vtero vxoris prægnantis non ſa-
tis eſſet, quod is poſthumus naſceretur, ſi poſtea non duraret
viuus horis viginti quatuor. Nam his duobus, aut altero ex his
deficientibus *l. 13. Tauri* determinat, quod his poſthumus cen-
ſeatur abortiuus. Ergo per illum non poteſt videri conditio
defeciſſe, argumento *l. vxoris abortu, cum l. ſequent. C. de poſthum.
hæred. inſtitut.*

¶ Item quoniam *prædicta l. Tauri*. conſequenter determi-
nat, huiuſmodi poſthumum ita natum, & mortuum, incapa-
cem eſſe ad ſuccedendum. Ergo intelligi non poteſt, quod
talis † filius faciat deficere conditionem, iuxta gloſſam ordina- 34
riam *in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legatis* 1. quando gloſſ. vltra
Bartol. & alios ibi declarat Franciſc. Ripa. *in dicta l. ex facto. §. ſi
quis rogatus, el primo. numero 6. ff. ad Trebellianum*. & latè Andr. Ti-
raquel. *in repetit. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. in verbo, ſuſceperit
liberos. ex num.* 121.

¶ Septimò principaliter quæro, vtrum filij naturales face-
rent deficere hanc conditionem, ſi ſine liberis? Et Archid. hic,
reſpondet diſtinguendo inter noſtri capituli ſubſtitutiones.
Nam ſubſtitutio (inquit) hæc, quæ eſt filio maſculo, excludè-
retur quidem, ſi filius deceſſerit, relictis filijs naturalibus, ſe-
cundùm diſtinctionem textus *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad
Trebell*. Prior verò altera ſubſtitutio, quæ facta eſt de hoc filio
ad filiam, indiſtinctè excluditur, ſi filia naturalem filium reli-
quiſſet, per textum *iuxta priorem gloſſ. interpretationem in verbo,
conditioni, in l. hæredibus. §. 1. ff. ad Trebellianum*. hæc Archidiaconus.
Verum enimuero hæc diſtinctio iniuſta videtur, & ideo melius
diſtinguendum exiſtimo inter naturales, qui pariter ſucce-
dunt cum legitimis, & inter naturales, qui pariter non ſucce-
dunt cum legitimis.

¶ Priore caſu, hoc eſt, quando † filius naturalis paren- 35
ti non minus, quam legitimus, poſſet ſuccedere, tunc etiam
ſi teſtator fuiſſet in dignitate conſtitutus, videtur in conditio-
ne ſenſiſſe eum etiam de his filijs naturalibus. Proinde eiuſ-
modi naturalis filius excludet ſubſtitutum, ex Bartoli ſenten-
tia *in dicta l. hæredibus. §. 1. numero 3.* Alexand. *in dicto §. ſi quis
rogatus, numero 10.* Philipp. Dec. *in capit. in præſentia. de probation.
numero 43.*

36 ¶ Ex qua reſolutione infertur, quod filius naturalis † in ſeruitute conceptus in figura matrimonij excludet hunc ſubſtitutum. Quamuis teſtator proponeretur in dignitate fuiſſe conſtitutus. Quoniam vtrique is filius pariter ſuccedit cum legitimis, argu. tex. *in prin. inſtit. de ſeruili cognat.* Quod ita ex eo text. voluit deducere Bart. *in dicto §. ſi quis rogatus, num. 2. & in l. cum pater. §. volo. ff. de legat. 2.* & eſt communis opinio quam reſoluit Ripa. *in dicto § ſi quis rogatus num. 6.* Tametſi Abb. Panorm. *in dicto cap. in præſentia. de probat. num. 13.* non videatur fuiſſe aſſequutus inductionem Bartoli.

37 ¶ Infertur etiam, quod in Regno † Portugalliæ ſi quis in dignitate conſtitutus inſtituerit hæredem hominem vulgarem & plebium, quem vulgus peditem appellat, & eundem rogauerit, vt ſi abſque liberis deceſſerit, reſtituat hæreditatem Petro, naturalis filius huius peditis excludet ſubſtitutum, quem certè iure communi attento, minimè excluderet, videlicet, propter coniecturam, quæ ſumenda foret ex teſtatoris dignitate. Hæc autem coniectura ex teſtatoris dignitate, in eo regno pro nihilo erit: quoniam iure Regio conſtitutum eſt, vt peditis filius naturalis pariter ſuccedat cum legitimis, vt cauetur *in libr. 4. Ordinat. tit. 72. in princ.* Facit quod reſoluit Franciſc. Ripa *in dicto §. ſi quis rogatus, num. 20.*

¶ Fallit hæc concluſio, ſi fœmina † ſit, quæ rogata eſt
38 hæreditatem reſtituere ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſeris. Tunc enim & ſi eidem fœminæ naturalis filius pariter ſuccedat cum legitimis, non tamen excludet ſubſtitutum. Quoniam ex defuncti voluntate interpretamur, non ſenſiſſe eum de inhoneſtis filijs, quos mulier inhoneſtè & abſque matrimonio eſſet ſuſceptura, vt contra gloſſ. *in dicta l. hæredibus. §. 1.* quam ſequutus eſt Archidiaconus *dicto numero 2. in præſenti* & Bartol. *in dicto §. ſi quis rogatus. numero 4.* rectius tenuit idem Bartol. ſibi contrarius, *in dicta l. hæredibus. §. 1. numero 2.* & Alexand. *in dicto § ſi quis rogatus numero 6. & 7.* & Franciſ. de Rip. *ibidem, numero 23.*

¶ Neque obſtat textus *in dicta l. hæredibus. §. 1.* Quoniam
39 † teſtator ibi, ideo de naturalibus filiæ liberis ſenſiſſe viſus eſt, quoniam furioſa filia alios liberos habere non poterat, niſi naturales, quia videlicet, matrimonium à furioſa muliere contractum, inutile eſſet futurum, *capitulo dilectus. ſupra de ſponſal.* & hanc rationem ſignificauit gloſſ. *in dicto §. 1.* & eam Bartolus & Doctores omnes communius probauerunt. Alioqui, ſemota hac particulari ratione, pater non erat credendus de liberis ſenſiſſe naturalibus, qui & ſibi & filiæ futuri eſſent ignominioſi, inducto ad hoc belliſſimum Vlpiani reſponſum *l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebellianum.* vbi quidam filiam ſuam hæredem inſtituerat, & rogauerat eam, vt ſi ſine liberis decederet, hæreditatem Titio reſtitueret: deinde, mortuo patre, filia ex patris hæreditate dotem marito dederat certæ quantitatis, & poſtea ſine liberis vita deceſſerat. Quæſitum eſt, ſi Titius à marito vxoris hærede fideicommiſſariam hæreditatem petijſſet, vtrum maritus dotem poſſet detrahere? Vlpianus reſpondit non poſſe dici in euerſionem fideicommiſſi factum, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. Ego nouè interpretor coniecturam fuiſſe factam ex illa conditione, ſi ſine liberis filia decederet, quos liberos anus teſtator voluit ſubſtitutionem excludere. Planè patris voto & mulieris pudicitiæ congruebat, liberos non ſuſcipi, niſi ex coniunctione matrimoniali. Quapropter dos de fideicommiſſo potuit decedere, non offenſa teſtatoris voluntate, cùm aliter mulieri non eſſet facilè futurum inuenire maritum, argumento *l. prima. ibi, replendam liberis ciuitatem, ff. ſoluto matrimonio.* Quæ interpretatio ſi arriſerit, præcipuè erit notabilis ad ea, quæ traduntur *in authentica res quæ. C. communia de legatis.*

¶ Poſteriora autem caſu, quo naturalis, iuxta regulam, pariter cum legitimis non ſuccedit, vtiliter conſtituendum
40 eſſe † videtur, quod huiuſmodi filius naturalis regulariter non excludit ſubſtitutum, nec facit deficere conditionem, ſi ſine liberis, quando ea conditio à lege ſubintelligitur, argumento textus *in l. generaliter. §. cum autem, ibi, ſine iuſta ſobolo. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus.* Quo loco Iuſtinianus in illis verbis, ſine iuſta ſobolo: clarè ſignificare videtur, quòd filius naturalis indiſtinctè & nullo caſu faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis, quando ea conditio non fuit à teſtatore expreſſa, ſed ſolum à lege ſubintellecta, vt in caſu illius, *§. cùm autem, & dicta l. cum auus, & dicta l. cum acutiſſimi.* Quamuis vbi teſtator talem conditionem adiecit, ſeruari debeat diſtinctio textus *in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el primo. ff. ad Trebellianum.* & hanc diſtinctionem & differentiam, inter conditionem, ſi ſine liberis, à lege ſubintellectam, & inter eandem conditionem à teſtatore expreſſam, & declaratam, conſtituit gloſſ. *in verbo. ſobole, in dicta l. generaliter. §. cum autem, in 3. ſolutione,* & gloſſ. etiam *in dicto §. ſi quis rogatus,* & Albericus *numero 5.* Baldus *numero 1.* Paulus Caſtrenſis *in dicto §. cum autem.* idem Paulus *in l. cum pater. §. volo. ff. de legatis ſecundo.* Felynus *in capitulo in præſentia. ſupra de probationibus. in quarta fallentia, numero 21.* & hanc differentiam dicunt eſſe communiter approbatam, Iaſon *numero 6.* & Decius *numero 21. in dicto §. cum autem,* idem Decius *in l. precibus. numero 11. C. de impuber. & alijs.* Franciſcus Ripa *in dicto §. ſi quis rogatus. numero 27.* & hanc eſſe magis communem opinionem, agnouit Gregor. Lup. *in dicta l. 10. titulo 4. in ſexta Partit. in gloſſ. Dexaſſe.* Quam etiam ſequuti ſunt Aretinus *conſilio 154. periculoſum. numero 8.* Iaſon *conſilio 39. columna quarta. verſiculo nec obſtat.* Ioan. Crot. *in repetition. l. non ſolum. §. morte. ff. de noui oper. nuncia. numero 84. & in repetition. l. Centurio. ff. de vulgar. & pupillar. numero 211.* & quamplurimi alij, quos latè allegauit Andreas Tiraquel. *in l. ſi vnquam. C. de reuocandis donationibus. in verbo, ſuſceperit liberos, numero 56.*

¶ His tamen non obſtantibus, contraria ſententia videtur verior in puncto iuris, quæ etiam & communis dicitur, & ſequenda videtur in iudicando & conſulendo, videlicet quod vtroque caſu ſiue conditio, ſi ſine liberis, à teſtatore ſit expreſſa, ſiue fuit à lege ſubaudita, retineri debet regula ſuperius tradita, quod filij naturales non facient deficere conditionem: facient tamen eam deficere in caſibus, de quibus *in dicto §. ſi quis rogatus.* nec enim inter conditionem hanc expreſſam à teſtatore vel à lege ſubintellectam facilè inuenies iuſtam differentiæ rationem, quod attinet ad filios naturales, ſi modò retineas verum & communem intellectum ſuperius reſolutum *in 1. quæſtione.* ſcilicet, quod in terminis *dicti §. cùm autem. & dicta l. cum auus. & dictæ l. cum acutiſſimi.* tacita conditio, ſi ſine liberis, non introducitur ex ipſius legis fictione, ita quòd vtilitas & emolumentum conditionis ipſi legi ſit tribuendum, quin potius per viam interpretationis beneficium conditionis in fauorem grauati deſcendentis totum referendum eſt ad ipſum teſtatorem, non ſecus atque ſi ipſa conditio expreſſè in teſtamento fuiſſet adſcripta, vt probatur *in dicta l. cùm auus. in fine, ibi, quod minus ſcriptum, quàm dictum fuerat intelligeretur.* & ita ceſſant omnia argumenta, & omnes rationes, quas Doctores ſuperius allegati comminiſcuntur, quod ita meus intellexit Bartolus *in dicto §. ſi quis rogatus, el primo, & in dicta l. generaliter. §. cum autem.* & hæc eſt magis communis opinio, ſecundùm Angelum de Peruſ. & Imolam *in dicto §. ſi quis rogatus.* & latiſſimè Andream Tiraquel. *in repetit. dicta l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. in verbo, ſuſceperit liberos. num 120.*

¶ Quamuis idem Andreas Tiraquel. *paulò ſuperius in eodem verbo, ſuſceperit liberos, numero 6.* priorem & contrariam ſententiam videatur referre tanquam communem, & hanc etiam Bartoli opinionem, quam amplector, reſoluit eſſe magis communem Pauli Pariſien. *in capitulo in præſentia de probationibus. numero 59.* & ſequutus eſt Bartholomæus Socinus *in l. hæredes mei. §. cum ita. colum. fin. ff. ad Trebellianum.* vbi docet quod textus *in dicto §. cum autem.* debet ſuppleri *ex dicto §. ſi quis rogatus,* iuxta Bartoli communem declarationem, quam etiam appellauit magis communem, & ſequutus eſt idem Socinus *in conſilio 128. colum. 2. in 2. volum.* & nouiſſimè ſequitur, Gregor. Lup. *in dicta l. 10. titulo 4. Partit. 6. in gloſſ. Dexaſſe.* rectè quidem pro ea inducens prædictam legem Partit. qua parte ea lex dicit, quòd fideicommiſſum deficit in terminis *dicta l. cum auus.* ſi deſcendens, qui erat grauatus reſtituere poſt mortem, decedat cum filijs, nec addit lex, iuſtis, aut legitimis. Nempe, quoniam intellexit fieri poſſe, vt incurrente vna ex coniecturis *dicti §. ſi quis rogatus,* filius naturalis efficere deberet, quod conditio & fideicommiſſum deficeret. & iſtam etiam ſententiam communem Bartoli, latè etiam ſequitur Marianus Socinus iunior, *in conſilio 168. numero 86. in 2. parte, vbi alios allegat.*

Neque

Neque huic ſententiæ videtur poſſe refragari text. in dicta l. ge-
neraliter. §. cum autē. in illis verbis, iuſta ſobole, quoniam vltra vul-
gares ſolutiones, quas aſſignant Doctores, vbi ſupra, reſpon-
deo, quod verba illa denotant & ſignificant regulam genera-
lem, quæ habet quòd filius naturalis non facit deficere condi-
tionem, ſi ſine liberis, ſiue ſcriptam à teſtatore, ſiue à lege ſub-
intellectam. Vnde in vtraque conditione ſalua manere debet
exceptio, ſi concurrat aliqua coniectura d. §. ſi quis rogatus. & fa-
ciunt quæ ſcripſi in repet. §. & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de liber. &
poſthum. in 5. par. nu. 77. vbi latè conſtitui eandem regulam: ſci-
licet, quod filius naturalis nō facit deficere conditionem, nec
excludit ſubſtitutum.

42 ¶ Quæ regula fallit primo, ſi teſtator † in alia teſtamēti parte
voluit, quòd filius naturalis admitteretur, vt eſt text. in l. cum
pater. §. volo. ff. de legat. 2. quē hoc caſu allegauit & intellexit Bar.
in d. § ſi quis rogatus, num. 2. vti conſtat ex Philip. Corn. in d. §. cum
autem, colum. fin. verſ. vel tertio dic. ſi.

¶ Secundo fallit eadem regula, quando † teſtator ipſe fuiſſet
naturalis, argum. text. in d. §. ſi quis rogatus. ibi, ex conditione, quem
textum ita intellexit & ad hoc induxit Philip. Dec. in d. c. in præ-
ſentia, de probat. num. 43.

¶ Verum contra hanc regulam, quam conſtituimus, videtur
facere tex. in d. §. ſi quis rogatus, primo. in illis verbis, ex dignitate, vbi
iureconſultus hanc voluntatis quæſtionem docuit poſſe diri-
mi, facta coniectura ex dignitate ipſius teſtatoris, vt ſi is fuiſſet
in dignitate conſtitutus, non credatur ſenſiſſe de naturalibus,
ergo regula erat in contrarium, videlicet, quòd remota digni-
tatis coniectura teſtator videbatur de naturalibus ſenſiſſe, ve-
rum pro noſtra regula non minus argumētari poſſumus in eo-
dem text. quatenus ex conditione teſtatoris docet coniectu-
ram, vt de naturalibus credatur ſenſiſſe. Denique alias dixi-
mus, quòd etiam ſi Vlpianus intelligeret, teſtatorem regulari-
ter non ſenſiſſe de naturalibus, tamen non ſuperfluò docuiſſet
dignitatis coniecturam: nam ſi aliquando ex conditione teſta-
toris qui eſſet naturalis, coniectura fieret contra regulam, vti-
lis erat contraria coniectura ex eiuſdem teſtantis dignitate, vt
tunc regula præualeret, & naturalis ſubſtitutum non exclude-
ret. Adde elegantem tex. in l. cum virum, verſic. ſanè. C. de fideicom-
miſſ. vbi ei, qui pro ſe habet verba teſtatoris, & conſequēter ha-
bet pro ſe regulam, vtile eſt afferre præterea coniecturas, qui-
bus regulam pro ſe ſtantem confirmet.

¶ Octauò principaliter quæritur, vtrum liberi concepti poſt
deportationem hæredis rogati excludant ſubſtitutum? Et re-
43 ſpondetur, quòd † huiuſmodi liberi quaſi ab alio ſuſcepti non
excludunt ſubſtitutum. Sed ante deportationem concepti fu-
iſſent, quamuis in deportatione edātur, rectè ſubſtitutum ex-
cluderent, vt ſingulariter ſcripſit Vlpianus in dicta l. ex facto. §.
ex facto. ff. ad Trebellian. quo loco videtur Vlpianus alluſiſſe ad
regulam, de qua in l. & ſeruorum ff. de ſtatu homin. & in §. primo.
verſicu. ſufficit, Inſtitut. de ingenuis. Cæterum ſi idem hæres poſtea
44 eſſet † reſtitutus, & tempore mortis, quo dies fideicommiſſi
cedit, eos liberos ſuperſtites relinqueret, excluderetur qui-
dem ſubſtitutus, argumento text. in l. intercidit. ff. de conditionibus.
45 & demonſtrat. Nec idem † probandum eſſet ſi idem hæres ro-
gatus, nullo ante concepto filio, in metallum damnaretur,
quoniam ſi poſtea reſtitutus eſſet beneficio principis, & poſt
reſtitutionem liberos ſuſciperet, tunc licet fideicommiſſi poſt
mortem dati dies non cedat niſi poſt mortem naturalem, libe-
ri tamen, quos tempore mortis reliquiſſet ſuperſtites, non fa-
cient deficere fideicommiſſi conditionem. Ad hoc facit text.
in dicta l. intercidit. vbi fit differentia inter deportatum, & inter
ſeruum pœnæ. Item facit text. in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus.
2. ff. ad Trebellian. vbi text. probat, quòd ſi quis rogatus fuerit
hæreditatem, cum morietur, reſtituere filiis ſuis, aut vni ex his,
cui voluerit, & deinde, conceptis ante filijs, fiat ſeruus pœnæ,
dies huius fideicommiſſi cedit tempore, quo moritur natura-
liter, & filij, & ante erant nati, & ei ſuperuixerunt tempore
mortis naturalis, ad fideicommiſſum in viriles admittentur,
nec valebit electio patris, quamuis reſtitutus elegerit. Quo-
niam voluntas illa, quæ hoc caſu eſſet vtilis in deportato reſti-
tuto, non eſt vtilis in ſeruo pœnæ, qui poſtea fuit reſtitutus.
Denique quemadmodum filij in deportatione concepti non
excludunt ſubſtitutum, quaſi ab alio videantur concepti, di-
cto §. ex facto. ita quoque filij concepti ex eo, qui reſtitutus eſt
ad libertatem ex pœnæ ſeruitute, non excludunt ſubſtitutum,
quaſi ab alio concepti videantur. Et hæc fuit mens iurecon-
ſulti in dicto §. ſi quis rogatus. 2. quæ differentia hodie procedit in
libertinæ conditionis hominibus qui in metallum vel ſimile
opus damnati fuerint: verum in hominibus ingenuis hodie e-
iuſmodi pœna ſeruitutem non irrogabit, argumento text. in au-
thentica. ſed hodie nemo natus. C. de donat. inter virum & vxorem, tra-
dit Bartol. in l. qui vltimo. num. 3. ff. de pœnis, Alexand. in d. §. ex fa-
cto. num. 6. in fin.

¶ Nono quæritur, vtrum hæc conditio, ſi ſine liberis deceſ-
ſerit, intelligatur deficere relicto filio adoptiuo? Et reſponde-
tur † de hoc conſtare, quòd adoptiuus filius non excludit ſub- 46
ſtitutum. l. fideicommiſſum. ff. de conditionib. & demonſtrationib. l. ſi
ita quis. §. is cui. ff. de legat. 2. ſentit hoc gloſſ. licet in contrarium
argumentetur in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus. primo. ff. ad Trebel-
lian. in verbo. ex voluntate, & hæc eſt communis opinio, quam
latè reſoluit Philip. Dec. in dicta l. generaliter. §. cum autem. C. de
inſtitut. & ſubſtitutio. numero 16. & in conſilio 199. & hanc ſenten-
tiam latiſſimè ſequuntur & confirmant Andr. Barbat. in repet.
l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. ex num. 285. Andr. Tiraquell. in
repet. l. ſi vnquam. C. de reuocand. donat. in verbo, ſuſceperit liberos. ex
numer. 2. Rip. ibidem. quæſtio. 24. & nouiſſimè ſequutus eſt Gre-
gor. Lup. in dicta l. 10. titu. 4. in 6. parti. in gloſſ. ò naturales. & in gloſ.
Dexaſſe.

¶ Intelligere autem debes, quòd conditio, ſi ſine liberis,
quod attinebat ad verba, non minus exprimebat adoptiuos † 47
quam naturales liberos, nam etſi Andr. Tiraquel. in dicto verb.
ſuſceperit liberos. num. 15. ſcribat liberorum appellationē ad ado-
ptiuos non pertinere, quaſi apud iureconſultos non reperian-
tur liberi adoptiui, ſed duntaxat filij adoptiui, reperiūtur † ta- 48
men non ſemel in l. cum ratio. §. ex bonis. ff. de bonis damnat. & in l.
1. §. fin. ff. de legatis præſtan. & in l. prima. §. liberos. ff. ſi teſtamenti tabu-
læ nullæ extab. verum cum in conditionibus non tam verba, quā
voluntatem ſpectari oporteat. l. pater Seuerinam. ff. de condition.
& demonſtration. ex voluntate conditio non pertinet ad liberos
adoptiuos, ſecundum ea, quæ latius ſcripſi in repet. d. §. & quid ſi
tantum. l. Gallus. ff. de liber. & poſthu. in 5. part. num. 52. poſt Fortun.
ibi. num. 187.

¶ Cæterum quamuis ſuperius fuerit pro regula cōſtitutum,
quod filius naturalis regulariter non facit deficere conditio-
nem, ſi ſine liberis, ſi † tamen is filius naturalis legitimetur per 49
ſubſequens matrimonium contractum inter eius parentes iu-
xta regulam text. in l. nuper. & in l. cum quis. C. de naturalib. liber. &
in cap. tanta. ſupra qui filij ſint legit. tunc dubitari non poteſt, quin
filius iſte legitimatus faciat deficere fideicommiſſi conditio-
nem, & ad hoc faciunt multa, quæ & eleganter & copioſè re-
ſoluit Reuerend. D. D. Couuarru. in Epito. ad lib. 4. Decretal. in 2.
par. c. 8. §. 2. ex num. 21.

¶ Sed & ſi filius naturalis, nullo ſequuto matrimonio inter
eius parentes, ſed principis reſcripto fuerit legitimatus, tunc,
concurrente ſimul naturali ratione, & legis ſeu principis po-
teſtate, videtur, quod eiuſmodi filius † legitimatus faciat defi-
cere conditionem, ſi ſine liberis, argumento text. in Authen. qui- 50
bus modis naturales efficiantur legitimi. §. ſit igitur licentia. collatio. 6.
ibi, nihil à legitimis differentes. & in Authentic. quibus modis naturales
effician. ſui. §. quoniam varie. collatio. 7. ibi, nihil à legitimis diſſimiles,
cum alijs, quæ ad hanc ſentētiam in terminis illam ſequutus in-
ducit Alexand. in dicta l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. &
ſubſtitut. numero ſecundo. vbi reſoluit, hanc eſſe receptiorem, &
magis communem opinionem, quod etiam affirmat idem A-
lexand. in conſil. 2. libr. 1. & Ioan. de Imol. in dicto §. ſi quis rogatus.
Iacobin. de S. Georgio, Iaſ. numero 7. in dicto §. cum autem. & fa-
ciunt multa, quæ adducit Socin. in l. Gallus. §. ſi eius. colum. tertia.
ff. de liber. & poſthum. Iaſon conſil. 39. libr. 3. & in l. ſi is qui pro empto-
re. numer. 227. & 241. ff. de vſucapio. Philippus Decius in l. liberos.
numer. 3. C. de collatio. Ludouic. Gozadin. conſilio 29. numero 20.
Curtius iunior conſilio 64. numero 12. latè Andr. Tiraquel. in re-
pet. dicta l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat. in verbo, ſuſceperit liberos.
numer. 84.

¶ Ex quibus omnibus conſtare videtur, hanc communem
opinionem procedere, etiam in filio ſpurio legitimato, argum.
text. in l. quarta. & l. fina. ff. de natal. reſtitut. & in l. ſed ſi hac. in princi-
pio. verſicu. aliud, ibi, nam princeps ingenuum facit. ff. de in ius vocando,
declarat Socin. in dicto §. ſi eius, Iaſon in dicta l. ſi is qui pro emptore.

neque huic communi opinioni, quòd attinet ad filium legitimatum, videtur voluiſſe refragari Andr. Alciat. *in l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verborum ſignificatione. prope finem.* quin potius Andr. Alciat. *ibidem* communem opinionem ſequi videtur, ſi modo aliter, quam per patris confeſſionem, conſtare poſſit filium ſpurium legitimatum eſſe proprium filium patris, cuius liberi poſiti fuerunt in conditione, neque enim (inquit) ſola confeſſio patris aſſerentis habere filium ſpurium, & impetrantis eiuſdem legitimationem, ſufficiens eſſet ad excluſionem ſubſtituti.

¶ Huic autem receptæ ſententiæ non obſtaret text. *in d. auth. quibus mod. natur. effician. ſui. §. filium vero collat. 7.* vbi filius naturalis legitimatus efficitur quidem legitimus ſoli parenti, non autem aliis, quoniam reſpondeo, text. illum eſſe intelligẽdum in legitimato non principis reſcripto, ſed per oblationem curię, ſecũdum magis communem intellectum, quem poſt Bart. & omnes *in l. communium. C. de natural. liber.* reſoluit Iaſ. *in dicta l. ſi is qui pro emptore. d. num. 241.* Philip. Dec. *conſil. 37. ad finem, & conſil. 275. numer. 7.* & latè Roder. Suar. *in declaratione legis Regni poſita poſt repet. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio teſtament. in 12. limita.*

¶ Sed profectò quamuis agnoſcam hãc eſſe magis communem opinionem, contrarium tamen plures Doctores defendunt, eorumque ſentẽtiam reſoluit etiam eſſe magis communem Iaſ. *in l. 2. C. de iure emphyt. num. 204.* & hæc ſententia in pũcto iuris, & in iudicando & conſulendo toties non ſine colore defenderetur quando princeps concedens legitimationem nullam mentionem feciſſet ſubſtitutionis, cuius cõditio deficere oporteret, conceſſa legitimatione. Hoc enim caſu cenſeretur princeps in dubio voluiſſe præiudicare ſubſtituto, *argumento text. in cap. quamuis. de reſcript. libro ſexto.* & eius quod in ſimili ſpecie docet Iuſtinianus *in Authent. quibus mod. natur. effic. legitimi. §. ſi quis vero non habens filios legitimos. collatio. 9. & in auth. quibus mod. natur. effician. ſui. § ergo ſanciendum, in verſicu. ſi quis autem legitimos quidem filios non habens, & in §. illud tamen, verſicul. ſi quis ergo filios legitimos non habens, collation. 7.* vbi probatur quòd in præiudicium filiorum quorum mentio fuit prætermiſſa in legitimationis reſcripto, nõ poteſt valere legitimatio, ne illis irrogetur præiudicium in bonis, quæ, mortuo patre ad filios debent pertinere. Facit etiam text. per argumentum à ſpeciali, dum loquitur in iuſtitiæ reſtitutione, quæ conceditur minori contra ſubſtitutum, *in l. quod ſi minor. §. Sceuol.: ff. de minoribus.*

¶ Vtcunque tamen ſit, ſiue vnam, ſiue alteram communem
51 opinionem malis defendere, ſine dubio † non deficiet conditio, ſi ſine liberis, nec excludetur ſubſtitutus, ſi proponatur filius naturalis non legitimatus fuiſſe, ſed diſpenſatus, vt poſſit patri ſuccedere, vt frequenter ſolet fieri in Hiſpania: quam cõcluſionem in terminis declarat & affirmat Socin. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. colum. fin.* Ludouic. Gozad. *conſil. 29. num. 9.* Paul. Pariſ. *conſil. 14. num. 45 in 2. vol.* Marian. Socin. *conſ. 120. nu. 27 in 2. part.* & faciunt quæ adducit circa differentiam legitimationis & diſpenſationis Reueren. D. D. Couarru. *in Epito. lib. 4 Decretal. in 2. part. c. 8. §. 8.* & quæ nos ſcripſimus *in d. §. & quid ſi tantum.*

¶ Decimò principaliter quæritur, ſi in noſtri capit. ſpecie liberos ſuſcepiſſet hic filius, & eos viuos amiſiſſet, vtrum æquè
52 procederet ſubſtitutio? Reſpondeo, † ſi de fideicommiſſaria ſubſtitutione quæreretur quæ locum eſſet habitura poſt tempora pubertatis in bonis relictis ſupra legitimam portionem, pro certo habendum fore, quod conditio ſubſtitutionis extitiſſe diceretur, quoniam verum eſſet, filium ſine liberis deceſſiſſe. *l. ex facto. §. ſi quis autem, in princip. ff. ad Trebellian.* Attamen in propoſita noſtri cap. ſpecie, in qua agimus de pupillari ſub-
53 ſtitutione in quantum ualit compendioſa, obſeruo, † quod Pontificis ſententiæ locus nõ eſſet, ſi filius hic impubes ſuſceptum ex legitimo matrimonio filium viuus amiſiſſet, quod euenire potuit, vt ſuperius fuit declaratum in gloſſ. *Impuberes.* Finge enim, quod hic filius, cum eſſet tredecim annorum, & malitia in eo ætatem ſuppleret, iuſtum matrimonium contraxit, *iuxta cap. puberes. ſupra de deſponſ. impuber.* Deinde legitimum filium ex eo matrimonio ſuſcepit natum iuſto tempore, quem mox amiſit, & deinde ante decimumquartum ætatis ſuæ annum vita deceſſit, nempe filia, quæ huic filio in noſtri capit. ſpecie neceſſaria hæres extitit ipſo iure ex pupillari ſubſtitutione, iam in tali ſpecie, nec eidem filio hæres exiſteret neceſſaria, nec eiuſdem filij hæreditatem poſſet adire, tutore authore ex eadem pupillari ſubſtitutione. Quippe non de patris voluntate, ſed de iuris poteſtate quæſtio introduceretur, quoniam pupillaris ſubſtitutio facta de filia ad hunc filium conſtaret fuiſſe ipſo iure rupta continuo, atque ipſi filio natus fuiſſet filius. Idque verum eſſe deprehenderetur exemplo principalis teſtamenti, quod agnatione poſthumi præteriti ſolet rumpi. *l. certum, in princip. ff. de iniuſt. rupt. l. poſthumo. C. de bonorum poſſ. ff. contra tabul.* quamuis autem proponeretur, quod, viuo hoc impubere filio, mortuus eſſet poſthumus, non idcirco reſtitueretur iure ciuili pupillare teſtamentum, quod ſemel ruptum fuiſſet, ſed tamen ex bono & æquo inducenda eſſet bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas pupillares, quam bonorum poſſeſſionem filia, tutore auctore, in iudicio poſſet accipere, *argumento. l. poſthumus. ff. de iniuſto rupto, cum his, quæ ſupra diximus in gloſſ. impuberes.*

¶ Vndecimò principaliter quæritur, vtrum ex huiuſmodi conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ijdem liberi in conditione poſiti, & qui ſubſtitutum excludunt, intelligantur ad idem fideicommiſſum per teſtatorem fuiſſe vocati? Finge enim quod poſt pubertatem filius, liberis relictis, deceſſiſſet, quo caſu apertè conſtat, quod excluderetur fideicommiſſaria ſubſtitutio, emolumentum quæſtionis propoſitæ inter alia eſſe poteſt, ſi ponas, quod hæres, qui ſub prædicta conditione fuerat grauatus poſt mortem reſtituere fideicommiſſum, vnum ex liberis quos moriens reliquit, iuſtè exhæredaſſet, tunc enim ſi liberi in conditione poſiti cenſentur fuiſſe vocati, is filius à grauato patre exhæredatus, non minus ad eam hæreditatem fideicommiſſo admittitur quam cæteri libri à patre hæredes inſtituti, *argumento l. filiusfamilias. § cum pater. ff. de legat. 1.* quod ſi rurſus liberi poſiti in conditione excludunt quidem ſubſtitutum, ſed ipſi non videntur vocati, neque per fideicommiſſum ſubſtituti, iam patet de ea hæreditate diſponet ad libitum, quoniam onus fideicommiſſi locum non habuit. Proinde exhæredatus ab eo filius nihil de his bonis percipere poteſt, quæ patris hæreditate continentur, à qua ipſe fuit per exhæredationem excluſus. Idemque erit ſi pater grauatus, liberis omnibus inſtitutis, eam hæreditatem, quam cum onere fideicommiſſi acceperat, vni ex liberis prælegauit, vt eam præcipuam haberet, quoniam conſtituebat tertiam proprij patrimonij partem, *iuxta l. Tauri 17. cum ſequent.* vel ſi eodem modo reliquerit cuicunque etiam extraneo, quia faciebat quintam totius patrimonij partem, ſecundum leges Caſtellæ, vel quia conſtituebat tertiam partem, iuxta leges Regni Portugalliæ. Et Petrus de Anchara. hic reſpondet *numer. 4. in 12. notab.* quod liberi quidem ſuperſtites excluderent ſubſtitutum, non tamen † admitterentur ex fideicommiſſo, *iuxta nota. in l. Lucius.* 54
2. ff. de hæredit. inſtituen. in gloſſ. fin. Et hanc opinionem Petri de Anchara. hic retulit & ſequutus eſt Alexand. *in l. ex facto. nume. 3. ff. ad Trebellian.* & eandem ſententiam affirmarunt Bartol. & ferè omnes *in dicta l. Lucius. 2. argument. text. in dicto § ex facto. & in l. filiusfamilias. § cum quis. ff. de legat. 1.* vbi Ioann. Imol. affirmat, hanc eſſe magis communem opinionem: reſoluit etiam Franciſc. Ripa *in l. Centurio. ff. de vulga. num. 159.* idem Ripa *in dicto § ex facto. nume. 10.* & Lancel. Galiaul. *ibidem in repet. dicta lege Centurio. ex numer. 446.* Curtius iunior. *conſil. 87. numer. 1. & conſilio 113. numer. 4.* Paul. Pariſ. *conſilio 86. numer. 6. in ſecunda parte.* Marian. Socin. iunior *conſilio 111. numer. 24. in 1. parte. & poſtea in 2. parte. conſil. 177. ex num. 7. vſque ad numer. 28. & conſil. 58. numero 30. & conſil. 141. numer. 7. & conſil. 180. num. 57.* & ſequitur Ioan. Anton. Rubr. *in repet. l. pater filium. num. 31. ff. de inofficio. teſtamen.* latiſſimè Nicol. Boer. *deciſ.* 155. ex quibus omnibus conſtat, hanc eſſe veriorem & receptiorem ſententiam: facit etiam text. *in l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſtament.* Quamuis non defuerint grauiſſimi auctores contendentes, & adſtruere volentes, filios in conditione poſitos cenſeri vocatos & ſubſtitutos, *argumento dicta l. cum acutiſſimi. & in l. Lucius Titius. ff. de hæredit. inſtituend.* quos auctores refert Franciſc. Ripa *in dicta l. Centurio dict. numer. 159. verſiculo aduerte.* & quod magis mirari poſſis, eorum ſententiam ſequitur & dicit magis communiter approbatam Curt. ſenior *conſilio 52. numer.* 43. Andreas Sicul. Barbat. *conſilio 27. Scripſit doctiſſimus. numero octano, in 1. volum. & latius conſilio 55. In propoſito numero 7. in 2. volum.* Bartholom. Caſſane. *conſilio 14. Chriſtianiſſimus.*

*niſſimus.num.*20.*& conſil.*67. Ad primum dubium, *ex num.*26.&
Maria.Socin.iunior ſibi contrarius *conſil.*268.*num.*75.*in* 2.*part.*
*& conſ.*174.*ex num.*11.*vſque ad num.*21.2.*par.* ſequitur Fortun. *in l.*
*Gallus.in prin.num.*92.*ff.de liber.& poſthum.* Corraſ. *lib.*2.*Miſcellan.*
*c.*19.& refert has duas communes contrarias idem Maria.Soc.
iun.*conſ.*118.*ex num.*1.*in* 1.*parte.& num.*21.

¶ Sed hic notandum eſt, quòd licet gloſ. *in d.l.Lucius*, 2. eſſet,
prout eſt, veriſſima, eius tamen auctoritas non poteſt allegari
ad decidendam propoſitam quæſtionem, nam *in d.l. Lucius*, ſi
frater teſtatoris decederet ante aditam hęreditatem liberis re-
lictis, teſtator videbatur, liberos fratris in conditione poſitos
prætuliſſe ſubſtitutis, videlicet, ab inteſtato, ſecundum veriſ-
ſimam Accurſij expoſitionem. Ipſi enim quaſi proximi ab in-
teſtato ſucceſſores bona patrui teſtatoris eſſēt habituri: quod
ſi quis diceret, eos ex teſtamēto eſſe prælatos, non poſſet qui-
dem dicere, quòd eſſent prælati quaſi ex fideicommiſſo, ſed
quaſi ex directa inſtitutione: neque enim materia admittebat
fideicommiſſum, quoniā vbi hæres inſtitutus pater eorum li-
berorum deceſſiſſet ante aditam hæreditatem liberis relictis,
non poterat videri in eum caſum rogatus, vt liberis ſuis hære-
55 ditatem reſtitueret. Siquidem † vbi hæres inſtitutus decedit
ante aditam hæreditatem, fideicommiſſum hæreditatis reſti-
tuendæ intercidit, *l.ille à quo.§.*1.*l.ita tamen.§.Marcellus.ff.ad Tre-
bellian.* Ergo etiam ſi in eo textu daretur coniectura ex volun-
tate defuncti, qui voluiſſet vocare fratris liberos ex teſtamen-
56 to, non valeret, etenim directa inſtitutio † ex coniecturis non
induceretur, *argum.l.iubemus.C.de teſtamen. l.ex facto etiam agita-
tum.l.ſi quis ita hæres inſtituatur.ff.de hæred.inſtituen.* Et ad hunc
modum ſubtiliter argumentatus eſt Socin. *in l.eum auus. ff. de
conditio.& demonſtrat.numer.*113.*verſic.& pro fundamento.* Vnde
operam videtur perdidiſſe Franciſc.de Ripa *in allegata l.Centu-
rio.ff.de vulga.num.*159.*verſicu.ſecundo allegatur*, vbi nixus eſt per-
ſuadere, quòd ibi fratris liberos prætuliſſet teſtator ex directa
inſtitutione. Aſſumpſit enim falsò, quòd ibi fratris liberi erant
concipiendi poſt mortem teſtatoris, & ideo nō potuerunt ab
inteſtato ei ſuccedere, ſed ex teſtamento. *§.cum autem quæritur.
verſiculo plane, cum ſimilibus. Inſtitut.de hæreditatibus, quæ ab inteſta-
57 to deferuntur.* Denique ſubtile † antiqui iuris principium non
animaduertit, quòd ſi liberi fratris concepti eſſent poſt mor-
tem teſtatoris, inutilis fuiſſet eorum inſtitutio. *l. verum eſt. ff. de
bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul.* ſignificauit Iureconſultus ibi-
dem quòd inſtitutio alienorum poſthumorum, quæ iure præ-
torio erat vtilis, *iuxta text.in princip.Inſtitut.de bonorum poſſeſſ. &
in §.poſthumus.Inſtitut. de legatis*, erat quidem cenſenda inutilis,
ſi poſthumus naſceretur, & conciperetur poſt mortem teſta-
toris, vt obſeruauit Rapha. Cuman. *in l. Gallus. §. ille caſus. ff.
de liber. & poſthum.* Ergo ſuperior communis concluſio magis
probatur auctoritate gloſſ. *in dicta lege ex facto. §. ex facto. ff. ad
Trebellian.*

¶ Videndum tamen eſt, vtrum ea cōmunis opinio non pro-
cederet in ſpecie noſtri cap. in qua teſtator poſt gradum filio-
rum decedentium ſine liberis adiecit, quòd ſi vtrunque ſine
liberis mori cōtigiſſet filiorum pauperes hæredes inſtituebat:
nam quòd in tali ſpecie, videlicet, quādo teſtator proceſſit ad
plures gradus ſubſtitutionis factæ ſub prædicta conditione,
non habeat locum prædicta communis opinio, ſed liberi poſi-
ti in conditione videantur per fideicōmiſſum ſubſtituti tenuit
in terminis Petr.de Anch. *conſil.*74. contra Philippum, *ad finem.*
Meminit huius ſententiæ Andr.Barbat. *in repet.l.eum acutiſſimi.
C.de fideicom.num.*192. Marian.Socin.iun. qui alios auctores al-
legat *conſil.*141. *num.* 7. *in* 2.*part.* & eam ſequuti fuerunt Anton.
de Alexan. & Curtius ſenior *num.*8.*in repet.l.*1.*C.de pactis.* Ludo-
uic.Bolognin. *conſil.*72. *Viſo igitur, column.penultima.* Marianus
Socin.iunior *conſil.*168.*num.*75.*in* 2.*part. & in conſil.*1. *num.*20.*in*
1.*part.* & Paul.Pariſien. *conſil.*31. *Conſideratio.numer.*24.*in* 2.*part.*
58 Sed melius † reſolui debet, quòd etiam in tali ſpecie liberi po-
ſiti in conditione non intelligantur poſiti in diſpoſitione, vt
rectè ſenſit idem Petrus de Ancharan. *hic dicta numero* 4. *in no-
tabili* 12. & apertè aſſeruit Alexand. *in conſil.* 74.*difficultas, nu-
mer.fin.in libro* 5. Curtius ſenior, *conſil.*64. *Antiquiſſima.numer.*6.
Socin. *in d.l.cum auus.num.*113. *in fine.* Franciſc. de Ripa *in dicta l.
Centurio.ff.de vulga. num.*165.*verſic.tertia coniectura*, vbi teſtatur,
quod ſententia Petri Ancharan. *in d.conſil.*74. eſt communiter
reprobata.

¶ Duodecimò quæritur, vtrum ſi ſubſtitutio compendioſa
ſit facta verbis ciuilibus, & potuerit valere iure directæ pupil-
laris intra pubertatem, poſſit valere iure fideicōmiſſi poſt pu-
bertatem propter hanc conditionem, ſi ſine liberis? Reſpon-
deo † eſſe nonnullos auctores qui dicunt, quod propter hanc 59
conditionem, ſi ſine liberis, valebit ſubſtitutio iure fideicom-
miſſi poſt pubertatem, quum tamen remota ea conditione,
agnoſcant, ſubſtitutionem in caſum pubertatis fruſtra fieri, &
omnino eſſe inutilem. Denique Sebaſtian. Sapia *in repet. l. pre-
cibus.numer.*87.*C.de impuber.& alijs*, hunc vtiliſſimum effectum
attribuit conditioni, ſi ſine liberis, & hoc amplius dicit, hanc
eſſe communem opinionem, ſed ego *in tertia huius capitu.parte,
in gloſſ.verbo*, reſoluam, quod talis opinio nec eſt communis,
nec videtur vera.

¶ Decimotertiò quæritur, vtrum hæc conditio, ſi abſque li-
beris, quæ non mouit Pontificem, vt ſubſtitutiones intellige-
ret eſſe fideicommiſſarias ante tempora pubertatis, mouere
debeat iudices in hoc Regno Caſtellæ, vt decernant, ſubſtitu-
tiones huiuſmodi cenſeri debere fideicommiſſarias etiam an-
te pubertatem? Reſpondeo † in hoc Regno Caſtellæ extare 60
legem Regiam 12.*in fin. titu.fina. in* 6. *parti.* vbi legiſlator propter
hanc conditionem, ſi abſque liberis, cōſtituere videtur, quod
ſubſtitutio nō ſolum ſit fideicommiſſaria, ſi poſt tempora pu-
bertatis filius decedat, ſed etiam quandocūque, hoc eſt, etiam
ſi ante pubertatem filius deceſſerit, ſecūdum ea quæ fuſius at-
tingemus *in eadem gloſſ.verbis.in fin.*

¶ Decimoquartò & vltimò quæritur, quid eſſet cenſendum
circa primam huius cap.ſubſtitutionem, in qua filius fuit ſub-
ſtitutus filiæ ſub conditione, ſi filia abſque liberis decederet.
Pone enim, contra id quod accidit in caſu noſtri ca. filiam pu-
berem factam religionis votum ſolemne emiſiſſe, facta pro-
feſſione, & viuo adhuc filio ſubſtituto? Nempe in primis con-
ſtaret, ſi religio, cuius regulam filia fuit profeſſa, incapax om-
nino eſſet bonorum in communi, vt eſt regula S.Franc. *clemen.
exiui de paradiſo, de verbor.ſignific.* filium ſubſtitutum ſtatim † eſſe 61
admittendum ex fideicommiſſaria ſubſtitutione, quę poſt pu-
bertatem reſultauit ex compendioſa, nō expectata morte na-
turali eiuſdem filiæ monialis, ſi modo vera eſt Barto. ſententia
communiter approbata *in l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de legat.*2.
vbi hoc ita ſcribit, *& in authen ſi qua mulier.num.*9.*C.de ſacroſan.
eccleſ.& in l.Statius Florus.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fiſci, & in tra-
cta.Minoricarum, in* 3.*part.in verſicu.iſti etiam hæredes*, & hanc ſen-
tentiam, multis allegatis auctoribus, & fundamentis, reſoluit
eſſe communiter approbatam Franciſ.Rip. *in l.ex facto.§.ex fa-
cto.ff.ad Trebellian.numer.*12. Fortunius *in repet.§.& quid ſi tantum
l.Gallus.ff.de liber.& poſthum.nu.*72. Reuerendiſſ.D.D.Couuarr.
*in cap.*2.*de teſtam. num.*2. & hanc ſententiam ſequuti ſunt Anto.
Abb.Deci. *num.*97.*in cap.in præſentia.de probat.* Lancel.Galiaul.
*num.*18. Corol.Ruin. *num.*16.*in repet.d.§.& quid ſi tantum*, & no-
uiſſimè Paul.Pariſ. *conſil.*65.2.*part.num.*7. Roland.à Valle, *con-
ſil.*97.*num.*41.*in* 2.*part.*

¶ Et ſic retenta hac Bartoli communi ſententia, eueniret, vt
quamuis poſtea filius ante filiam monialem vita decederet, li-
beris relictis, pauperū nouiſſima ſubſtitutio omnino excludere-
tur, quoniam filia monialis intelligeretur ſine liberis deceſ-
ſiſſe, & conditionem ſubſtitutionis impletam fuiſſe non quā-
do mortua eſt filia naturaliter poſt filium, ſed quando profeſſa
fuit religionem, viuo adhuc filio.

¶ His tamē non obſtantibus, verius videtur, quod in huiuſ-
modi ſpecie dies fideicommiſſi intelligi non debeat ceſſiſſe
tempore profeſſionis ſolemnis, ſed tum demum, quando po-
ſtea eidem moniali mors naturalis contingat, *argum.text.in di-
cta l.Statius Florus.§.Cornelio fœlici.ff.de iure fiſci, & in d.l.cum pater.
§.hæreditatem.ff.de leg.*2.*& in dicta l.ex facto.ff.ad Trebell.* vbi Alex.
*num.*5.*&* 6.& Franc.Ripa *num.*12. hoc ita docent, & Raph.Cu-
ma.& Imol. *in d.§.hæreditatem.* Felin. *in cap. in præſentia.de proba-
tio.num.*6. Ioan.Crot. *in d.§.& quid ſi tantum, ex num.* 27. & hanc
ſententiam, quæ videtur eſſe communis recentiorum, noniſſi-
mè nos quoque ſequuti fuimus *in repe.dict.§.& quid ſi tantum,* 2.
*part.num.*13.

¶ Et retenta hac opinione, ſi ex facto proponeretur, & agi-
taretur ſpecies ſuperius propoſita, totum contrarium, videre-
tur reſpondendum, videlicet, quod ſi, viuo filio, filia pubes fa-
cta religionem fuiſſet profeſſa bonorum incapacem, atq; de-
inde filius vita deceſſiſſet, liberis relictis, poſtremò filia mo-
nialis mortem naturalē obiiſſet, conditio ſubſtitutionis facta
huic

huic filiæ diceretur extitiſſe, non quando filia fecit poſſeſſioné viuo adhuc filio, ſed quando poſt filium mortem obiit naturalem, & conſequenter intelligitur, non fuiſſe admiſſum filiũ, qui fuit mortuus ante diem ſubſtitutionis cedẽtem, quoniam moriens; pendéte conditione, non potuit ad ſuos filios tranſmittere fideicommiſſum, quod omnino ſtatim intercidit, iuxta gloſſ. *in l. vnica. C. de his, qui ante apertas tabul.* quam ibi omnes Doctores ſequuntur, & poſt alios quamplures refert eam glo. communiter eſſe approbatãm Paul. Pariſ. *conſ. 63. nu. 9. in 3. par.* Sic eueniet, ad mittendos fuiſſe pauperes poſtremo loco ſubſtituros, neq; enim liberi ex eo filio præmortuo potuiſſent excludere pauperes in propoſitæ huius cap. ſpecie, in qua conſtabar matrem eſſe in medio, iuxta ea, quę latius reſoluam *inferius in hac ipſa prima parte, in glo. ſi vtrunque.*

¶ Cæterũ ſi filia pubes facta ingreſſa fuiſſet religionem bonorum capacem in communi, tunc ante mortem naturalem
62 eiuſdem fruſtra tractaretur de viribus ſubſtitutionis, quoniã† interim omne emolumentum ad monaſteriũ pertineret, *auth. ingreſſi. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. & iuxta communem reſolutionem ibid. traditam, & in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. & in c. in præſentia. de probat.*

63 ¶ Verum poſt mortem naturalem filiæ monialis grandis † dubitatio incurreret, ſi filius adhuc ſupereſſet, qui fideicommiſſum iure ſubſtitutionis vendicaret, etenim monaſterium, quod filia fuiſſet ingreſſa, in primis contenderet, códitionem ſubſtitutionis, ſi ſine liberis, defeciſſe, & monaſterium ſuccedere, *argum. text. in d. cap. in præſentia, & in d. auth. niſi rogati. & in Authen. de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti. collat. 9.* Inſuper allegaret, non eſſe ſibi impedimento, quod nouiſſimo loco fuiſſet ſubſtituta pia pauperum cauſa, nam ſi monaſteriũ contenderet cum pia pauperum cauſa ſubſtituta, libenter agnoſceret monaſterium ipſum non ſuccedere, vt diſponitur *in d. §. ſed & hoc præſenti. & in d. auth. niſi rogati.* & docet gloſ. *fin. in d. c. in præſentia.* Cæterum in propoſita ſpecie monaſterium non contendebat cum pia pauperum cauſa poſterius ſubſtituta, ſed cũ ipſo filio, qui ex prima ſubſtitutione fideicommiſſum vendicare contendebat: deniq; arguẽ idem monaſterium adiiciebat, quod filius, ſi ad fideicommiſſum ſemel fuiſſet admiſſus, poſtea non erat omnino illud reſtituturus piæ pauperum cauſæ, ſed ita demum ſi ſine liberis vita decederet. Proinde filius, quoniam non omnino, ſed ſub conditione erat reſtituturus piæ cauſæ, non poterat tanquam interpoſitus intẽdere aut exercere priuilegium piæ cauſſæ vltimo loco ſubſtitutæ, nec inducere pro ſe *argumentum l. cum dotem. ff. ad l. Falcid. & l. aurea. §. Titio. ff. de condit. & demonſt.* iuxta ea quæ inferius reſoluam, *in 2. part. in gloſſ. Trebellianicæ.*

¶ Rurſus verò filius contra monaſterium allegabat, quòd tametſi nulla ratio habenda foret piæ pauperum cauſſæ, quæ nouiſſimo loco erat ſubſtituta, & cui non omnino fideicommiſſum erat reſtituendum: ipſe nihilominus teſtatoris erat filius, qui ſi ſit à patre ſubſtitutus, non poteſt in eius præiudiciũ ſuccedere monaſterium, in quo grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſiſſet, religionem profeſſus fuiſſet, non ſecus atque ſi monaſterium contenderet cum alia pia cauſa ſubſtituta, quoniam pater teſtator magis videri debuit dilexiſſe proprium filium, quem alteri filiæ ſubſtituit, quam piam cauſam, *argum. text. in cap. quicunque. 17. quæſt. 4.* iunctis his, quæ ſuperius reſolui in hac ipſa gloſ. *in 2. quæſt. principali.* & proinde caſus exceptus in fauorem piæ cauſæ ſubſtitutæ, quæ excludit monaſterium, quod ingreditur grauatus ſub conditione, ſi ſine liberis, &c. *vt in dicta authent. niſi rogati. & in dicto §. ſed & hoc præſenti,* ex rationis identitate videbatur extendendus ad caſum ſimilem vel maioris rationis, in fauorem filij ſubſtituti, *argumento text. in capit. cum dilecta, de confirmatione vtili vel inutili,* & eorum, quæ docet Abbas *in cap. iurauit. num. 3. verſic. & ex hoc. de probationibus.*

¶ Et quidem in hac controuerſia in primis animaduerto, eſſe nonnullos grauiſſimæ auctoritatis doctores aſſerẽtes, quod quemadmodum in terminis *dicta cap. in præſentia, iunctis dict. authen.* pia cauſa ſubſtituta excludit monaſterium, quod grauatus ingreditur, ita etiam filius teſtatoris ſubſtitutus excluſit idem monaſterium. Hoc enim affirmauit Bartolum. Socin. *in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr. num. 42.* & Franciſc. Ripa *in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. primo, num. 41. ff. ad Trebellia.* Iaſ. *conſil. 212. Alta & valde profunda, colum. 2. in 1. part.* Nicol. Boer. *deciſ. 314. numer. 7.* Andr. Alciat. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, in 2. lectura. numer. 7.* Auguſt. Beroius *in d. cap. in præſentia. de probationibus. num. 458.* & Ioan. Dilectus Gualdenſ. *de arte teſtandi, titu. 5. de ſubſtit. cautela. 18. num. 4.*

¶ Rurſus verò inuenio, contrariam ſententiam affirmaſſe Philip. Dec. *in conſil. 426. in duobus. nu. 3.* vbi ſcribit, quod ſi grauatus fideicommiſſum reſtituere poſt mortem ſub vna ex cõditionibus, de quibus *in dict. §. ſed & hoc præſenti,* fiat monachus, tunc monaſterium ſuccedit, & excluditur ſubſtitutus; quamuis ſit filius teſtatoris: hoc ipſum pro conſtanti videtur habuiſſe Paul. Pariſ. *conſil. in 65. in 2. part.* vbi tribus filiabus hæredibus inſtitutis & reciproco fideicommiſſo oneratis ſub cõditione, ſi ſine liberis vita decederent, propoſitum eſt, duas filias religionem fuiſſe profeſſas, & dubitatum eſt de viribus fideicommiſſi, & reſpondet Paul. Pariſ. quod reliqua filia ſuccedere debet: quoniam monaſterium erat incapax bonorũ in communi, quaſi ſecus futurum fuiſſet, ſi monaſterium eſſet capax bonorum, excludere enim debuiſſet ſubſtitutam ſororem teſtatoris filiam: nouiſſimè eandem ſententiam affirmat Greg. Lupus *in l. 10. tit. 4. part. 6. in gloſ. De xaſſe;* nomine allegato, niſi ſolo Barto. Socin. vbi ſupra, quem reprehendit, & pro hac opinione exiſtimat fortiter inducere text. *in d. l. partita, & in d. l. cum auus,* vbi etiam ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris ſubintelligitur conditio, ſi ſine liberis, &c. *vt ſupra in princ. huius gloſſ.* fuit reſolutum, ergo eodem modo monaſterium debet excludere filiũ teſtatoris ſubſtitutum.

¶ Deinde reſoluo † ſententiam Phil. Decij *in dicto conſil. 426.* 64
num. 3. videri mihi eſſe veriorem & magis congruere intentioni & menti Iuſtiniani *in d. Authen. de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti, collatione 9.* Neque huic ſententiæ obſtare intelligo text. *in d. cap. quicunque. 17. q. 4.* Nam † in bonis vltra filij legiti- 65
mam, de quibus circa fideicommiſſariam ſubſtitutionem verti poterat quæſtio, non plus cenſetur teſtator diligere filium, quam piam cauſam, & ita debet limitari tex. *in dicto cap. quicunque* ex mente Philippi, vbi *ſupra in dicto conſil. 426. vbi in num. 8.* reſoluit hãc eſſe communem opinionem, & eiuſdem *in l. licet, num. 5. C. de pact.* Et hoc ſine dubio defenderetur, quando poſt filium ſubſtitutum nulla deinde poſteriori loco pia cauſa fuiſſet ſubſtituta.

¶ Vnde, ſi in hoc Caſtellæ † regno pater filium melioraue- 66
rit in tertia hæreditatis parte, eumque rogauerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit, eam partem alteri filio reſtituat, & is filius melioratus ingrediatur monaſterium, certè in his bonis, quæ cõſtituunt filiorum legitimam, non dubitarem reſpondere, potiorem eſſe cauſam filij ſubſtituti, quam monaſterij, & ſequendam eſſe hoc caſu primam illam magis communem opinioné cum Socino & aliis ſupra allegatis.

¶ Verum enimuero † in propoſita noſtri cap. ſpecie, vbi poſt 67
filium & filiam, inuicem ſubſtitutos poſt mortem vtriuſque, ſi vterque ſine liberis in fata cõcidiſſet, pia pauperum cauſa fuit ſubſtituta, expreſſior quidem obſeruari, & deprehendi poteſt teſtantis voluntas, qui piæ cauſæ rationem, & cõſiderationem habuit, & nihilominus priore loco filium, & filiam, inuicem ſubſtituit, & prætulit piæ cauſæ, qua ratione conſequenter intelligitur, eoſdem filium & filiam præferre voluiſſe alteri piæ cauſæ monaſterij, ſi forte illud ingrederetur filia vel filius, ita vt nihilominus ſubſtitutionem filij filiæve non poſſit monaſterium præpedire: & hæc interpretatio plus videretur accommodari iuris ciuilis rationibus, ne videatur teſtator magis diligere piam pauperum cauſam nouiſſimo loco ſubſtitutam, quę ſine dubio monaſterium, quod grauatus ingredietur, omnino excluderet, quam proprium filium, & filiam, inuicẽ priori loco ſubſtitutos, *argum. text. in l. Publius & Mauius. §. 1. ff. de conditio. & demonſtra.* & ne vlla fiat diuiſio voluntatis, *argumen. text. in l. eum qui. in fin. ff. de his quibus vt indignis, & in l. qui filiabus. ff. de legat. primo.* & vt in omnem euentum vna eademque, atque æqualis futura eſſe debeat interpretatio ſubſtitutionum, & conditionum, de quibus *hic, argumento text. in l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & pupilla. in l. quamuis. C. de impuberum & alijs, in l. cum pater pluribus. ff. de legatis 2.* alias enim eueniret, vt ſi filia monialis prius moreretur, quam filius, monaſterium ſuccederet, filio ſubſtituto excluſo: rurſus ſi filia poſterior poſt fratrem vita deceſſiſſet, monaſterium, quod eadem filia fuiſſet ingreſſa, excluderetur, & pia pauperum cauſſa admitteretur, *dicto §. ſed & hoc præſenti.*

¶ Si ve-

¶ Si verò hæc voluntatis coniectura arriſerit, vt dicamus teſtatorem voluiſſe monaſterium excludere & proprios filios illi præferre, quando filium & filiam inuicē ſubſtituit, & deinde in defectum vtriuſque, ſi ſine liberis diem ſuum obiiſſent, ſubſtituit nouiſſimo loco piam cauſam, fruſtra quidē introduceretur quæſtio poteſtatis, an videlicet, pater potuerit monaſterium excludere, & illi filium ſubſtitutum anteponere. Neque
68 enim dubitandū eſt † quin pater hoc potuerit, iuxta Pau. Caſt. ſententiam *in d. auth. niſi rogati*, quam conſtat eſſe communiter approbatam, ex Franciſco Ripa *in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. in 3. q.* Reueren. DD. Couar. *lib. 1. variarum reſolutionum. c. 19. nu. 1.* poſt Philip. Decium *conſil. 259.*

¶ Quinimmo non ſolum ſi filius ante piam cauſam fuiſſet
69 ſubſtitutus, vt cōtingit in noſtri cap. ſpecie, ſed etiam † ſi prorſus extraneus fuiſſet ſubſtitutus, in cuius defectum, ſi ſine liberis decederet pia cauſſa nouiſſimo loco ſubſtitueretur, nō ſine colore defenderetur ſubſtitutum extraneum eſſe admittendū poſt mortem eius qui grauatus fuiſſet reſtituere ſibi fideicommiſſum ſub eadem conditione, quamuis religionem fuiſſet ingreſſus, & ſic monaſterium excluderetur contemplatione piæ cauſæ poſterioris ſub conditione ſubſtitutæ, cui teſtator priorem ſubſtitutum extraneum prætuliſſet. Si autem extra noſtri c. terminos pia cauſa ſimpliciter, aut poſt mortē fuiſſet vltimo loco ſubſtituta, non adiecta conditione, ſi ſine liberis, tunc nō dubitaretur, quin priore loco ſubſtitutus tāquam perſona interpoſita vteretur priuilegio piæ cauſſæ vltimo ſubſtitutæ, & monaſterium excluderet. *l. cum dotem ff. ad leg. Falcid.*

¶ Poſtremò adiicio, doctiſſimum Gregorium Lupum *in d. gloſſ. de xaſſe. in verſic. item quid ſi grauatus*, minus efficaciter induxiſſe *l. partitæ ibid. iuncta d. l. cum auus*, contra Socin. *ibid.* dicens quòd liberi deſcendentis grauati excludunt ſubſtitutum filium teſtatoris ex tacita & ſubintellecta conditione; ſi ſine liberis, quo argumento exiſtimat, quod ſimiliter ſi grauatus reſtituere ingrediatur monaſterium, tūc excludatur ſubſtitutus, tametſi ſit filius teſtatoris. Et quod magis mirari poſſit, clarè ſignificat, quòd ſi deſcendens teſtatoris grauetur reſtituere fideicōmiſſum poſt mortem abſolutè, & ſimpliciter, & abſque vlla conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, vel alia ſimili conditione, & poſtea ingrediatur monaſterium, deficere debeat fideicommiſſum, & monaſterium ſuccedere, qua in re videtur præſupponere, monaſterium inſtar filij ipſius ingredientis cenſeri ac reputari.

70 ¶ Sed primum † vir alioqui doctiſſimus non animaduertit difficile ac penè impoſſibile eſſe defendere, quod in terminis *d. cap. in præſentia.* cum aliis, monaſterium debeat ſuccedere eo prætextu, quod loco filij ſit cenſendum, vt luculenter docet Bartol. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanctis eccleſ. & in d. auth. niſi rogati*, & eſt communis ſententia, quam reſoluit Felin. *in d. cap. in præſentia. num. 43.* Franciſc. Ripa *in dicta l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 1. ff. ad Trebellian. numero 37.* Andr. Tiraquel. *in repet. d. l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. in verbo, ſuſceperit liberos, ex numer. 42.* Reuerendiſſ. DD. Couarru. *libr. 1. variarum reſolutionum, cap. 19. num. 6.*

¶ Item immeritò videtur magna cum ſecuritate confundere terminos *dicti cap. in præſentia. cum alijs ſimilibus.* cum terminis *dicta l. cum auus. & dict. l. partitæ.* exiſtimans, quod ſi abſque vlla conditione, ſi ſine liberis, vel abſque alia ſimili conditione, fiat ſimpliciter ſubſtitutio poſt mortem grauati deſcendentis, qui poſtea ingreſſus eſt monaſterium bonorum capax in communi, excludatur (inquit) ſubſtitutus, & monaſterium, ſi eſt capax bonorum in communi, debet ſuccedere, & ad hoc allegat Baldi ſententiam *in dicta l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. columna fina.* & melius potuit allegare gloſſ. *fin. in dicta l. cum acutiſſimi*, quam in terminis ad hoc allegant Salicet. & Philip. Corn. *ibidem*, & dicit Corn. hanc eſſe communem opinionem. Nam certè verius & receptius videtur, quod text. *in dicto cap. in præſentia, & in d. authent. niſi rogati*, ſolum procedunt, quando ſubſtitutio fit ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſeris, is, cui fideicommiſſum iniungitur, vel ſub alia cōditione ex his, quæ annumerantur per Iuſtinianum *in dicta authentica de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſed & hac præſenti. collatione 9.* vt probatur ibi in illis verbis, adiectis conditionibus quibuſcunque ex his quæ ſuperius enumeratæ ſunt: tunc enim monaſterium, in quod fuit ingreſſus is, qui fuerat grauatus fideicommiſſum reſtituere ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, vel ſub alia ex enumeratis *in dicta Authen.* conditionibus, ſi monaſterium ſit capax bonorum ſuccedit, & ſubſtitutus excluditur, ſiue grauatus ſit deſcēdens teſtatoris ſiue ſit prorſus extraneus. Cæterū quando grauamen ſimpliciter fuit iniunctum, & abſque vlla cōditione ex his, quarum meminit Iuſtinianus, vbi ſupra, tunc ſi ſimpliciter poſt mortem grauatus reſtituere ingrediatur monaſterium capax bonorum in communi, etiā ſi grauatus ipſe ſit deſcendens teſtatoris, & etiam ſi, eo viuente, emolumētum hæreditatis ad monaſterium pertineat, tamen poſt illius mortem naturalem ſubſtitutus debet ſuccedere in fideicommiſſum, & monaſterium excluditur, vt ſenſiſſe videtur gloſſ. *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle.* Bartol *in d. l. cum pater. §. hæreditatem ff. de leg. 2. cum alijs*, quos retulit Fortunius Garſ. *in repet. d. §. & quid ſi tantum. nu. 75. in verſic. diſtingue*, & hanc ipſam communem opinionem ſine dubio videtur agnouiſſe Lancel. Galiaul *in repet. d. §. & quid ſi tantum. in num. 19. in verſic. ſecundo aduerte*, dum in contrarium argumentatur, quaſi contra receptam ſententiam, inducens *argumentum d. l. cum auus, & dict. l. cum acutiſſimi*, dicens de hoc eſſe cogitandum, videlicet, an monaſterium debeat ſubſtitutum excludere quando grauatus ſimpliciter fideicommiſſum reſtituere abſque vlla conditione, ſi ſine liberis, vel alia, ex ſuperius enumeratis, erat deſcendens teſtatoris, *argumento dictarum legum.*

¶ Sed defendendo communem ſententiam facili negotio reſponderi poteſt ad illas leges, verum quidem eſſe, quòd ſubſtitutus excluditur, quando grauatus ſimpliciter poſt mortem fideicommiſſum reſtituere erat deſcendēs teſtatoris, & deceſſit liberis relictis. Nihilominus tamen ſi deceſſerit ſine liberis factus monachus, non poteſt ſuccedere monaſterium, quoniā
† monaſterium inſtar filij non cenſetur regulariter, ſed ſolum 71
facere deficere expreſſam conditionem, ſi ſine liberis, &c. vel aliam ex his, quæ annumerantur *in d. §. ſed & hac præſenti*, nec enim tacita conditio, ſi ſine liberis, in terminis *d. l. cum acutiſſimi, & ſimiliū*, facit fideicommiſſum eſſe conditionale à principio, ſed ita demum conditionale erit cenſendum, ſi liberi ſuperſtites relinquantur, vt probat text. *in iſto capit. ſi pater. iuxta intellectum.* Socin. *in l. Marcellus. ff. ad Trebellian. quem inferius explicabo in 2. parte, in gloſſ. Trebellianicè, & in gloſſ. ſuperſtite matre, in eleganti ſpecie*, & ſic debet ſuppleri & declarari gloſſ. *fin. in dicto cap. in præſentia.* neque Bald. *in dicta lege cum acutiſſimi, columna fina.* quem allegauit Grego. Lupus vbi ſupra, contrarium dicit, non enim loquitur Bald. de grauato ipſo deſcendente teſtatoris & ingrediēte monaſterium: nam pro conſtanti habuit Bal. quod hac de cauſa non deberet fideicommiſſum intercidere, aut euaneſcere, ſi deſcendens fuerat grauatus ſimpliciter, ſed lo- 72
quitur de ipſius deſcendentis grauati filio ingrediente monaſterium, dubitauit enim, vtrum filius iſte monachus faciat deficere conditionem, ſi ſine liberis? & rectè reſpondit, quòd † ſi religio ſit capax bonorum in communi, deficiet quidem cōditio, non alias, quod etiam affirmauit Bartol. *in l. fina. C. quando & quibus quarta pars debeatur*, idem Bartol. *in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. 1.* docet latè Franc. Ripa *in d. §. ſi quis rogatus. 1. num. 42.* Ioan. Anton. Rubr. *in repet. l. pater filium. num. 143. ff. de inoffic. teſtament.* Marian. Socin. iun. *in conſ. 42. num. 29. in 1 parte.* ſed nec gloſſ. *fin. in d. l. cum acutiſſimi*, dixit, aut ſenſit id, ad quod Sali. & Corn. ibi allegarunt, quia potius mihi videtur contrarium, nempe, id quod defendimus, affirmaſſe, æquiparauit enim duos caſus, ſcilicet, quod deſcendens grauatus moriatur ſine liberis, vel quod ingrediatur monaſterium. Et ad hoc allegauit per argumentum à ſpeciali text. *in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. cum ſimilibus.*

SVMMARIVM.

1 *Moreretur, verbum poſitum in c. ſi pater, commune eſt ad vtranque filij & filiæ ſubſtitutionem.*
2 *Moreretur, verbum, in c. ſi pater fuit poſitum diſpoſitiuè.*
3 *Subſtitutio directa habet duo extrema: vnum priuatiuum, alterū affirmatiuum.*
4 *Moreretur, verbum, quam ſignificationem habeat in c. ſi pater.*
5 *L. qui duos. ff. de rebus dubijs, ſenſus.*
L. extraneum. C. de hæred. inſtituen. ſenſus ibid.
Auth. de inceſt. nupt. §. fin. collat. 2. ſenſus ibid.
6 *Verba illa, relinquo filium meum viuum & mortuum Petro, quid importent.*

L. ver-

L.verbis legis.ff.de verb.ſign.ſenſus, ibid.
7 *Moriatur, verbum, vtrum ſit commune an verò directum.*
8 *Verba ciuilia relata ad hæredis miniſterium ſortiuntur obliquorum naturam.*
9 *Verba obliqua relata ad teſtatorem ipſum, in eiusq; perſonam concepta, habent directorum verborum ſignificationem.*
10 *Subſtituo, verbum eſt commune.*
12 *Succedat, verbum eſt commune: tametſi relatum ad perſonam impuberis ſit directum.& num 4.*
Cap.Raynutius.de teſtam.declaratur ibid.
13 *Moriatur, verbum, non eſt ciuile, nec commune, ſed eſt directum.*

MORERETVR.

1 MORERETVR. Hoc verbum † in hac deciſa Decretali
commune eſt ad ſubſtitutionem factam de filio ad filiam, & è contra. Quemadmodum & verbum: *Inſtituit: ſupra poſitum*, commune fuit ad filiæ & filij inſtitutionem. Idque puto breuitatis cauſa factum fuiſſe, quum verbis ipſius teſtatoris duplex verbum Moreretur: contentum fuiſſet, vti præmiſit gl. *in caſus poſitione*. Quæ quidem inueſtigatio & ſi prima facie leuior videretur, poſſet tamen habere grauem & ſolidum effectum, ſi pater alteri ex his filiis non potuiſſet iure facere pupillarem ſubſtitutionem, iuxta ea, quæ attingemus *in tertia huius operis parte, in gloſſ. perſonis.*

¶ Nemo autem non videt, quod hoc verbum: Moreretur,
2 poſitum † eſt hic diſpoſitiuè: quamuis verbum: Decederet: in
perſona filiæ: & verbum: Obiret: in perſona filij, poſuerit teſtator conditionaliter. Adiecit enim teſtator, quod ſi filia decederet ſine filiis, eidem filio moreretur: & ſi ipſe abſque liberis obiret filius præfatæ filiæ moreretur. Vnde miror Bartol. *conſil.25.Viſo teſtamento Gentilis. numero ſin.* qui text. noſtrum in
hac parte inconſultè ad deciſionem ſequentis caſus deduxerit. Quidam filias pupillas A.& M. hæredes inſtituerat, eiſque
in hæc verba ſubſtituerat: Et ſi aliqua dictarum filiarum quocunq; tempore moriatur ſine hæredibus legitimis de ſuo corpore natis, pro anima ſui patris & matris, & fratrum diſtribuātur hæreditates, & dentur per infraſcriptos ſuos fideicommiſſarios, ſi prima hæres moriatur, &c. Mortuo teſtatore filia M. ante pubertatem deceſſerat: cuius filiæ inteſtatæ ſucceſſionem mater ſibi defendebat. Bartolus conſultus reſpondit matrem excludi debere ratione pupillaris ſubſtitutionis. Quoniam fideicommiſſarij ſeu executores videbantur impuberi filiæ pupillariter ſubſtituti. Motus eſt Bartol. *ex verbo: Moriatur*: quod quaſi directum vocabat ſubſtitutos ex pupillari contra matrē, per text. expreſſum *in hoc cap. ſi pater*. Sed profectò in hoc c. non admittuntur liberi inter ſe ex pupillari reciproca propter verbum conditionale, decederet, nec propter verbum conditionale, obiret, ſed magis propter verbum diſpoſitiuum, moreretur, adiunctum datiuo caſui. At verò in Barto. ſpecie verbum, moriatur, expreſſum erat in conditione ſubſtitutionis cōpendioſæ. Verba autem diſpoſitiua erant, hæreditates diſtribuantur, & dentur. Itaque melius eam ſubſtitutionem interpretari debuiſſet Bart. ſecundum ea, quæ ſcribit *conſil.243. fuit quidam, & in l. Centurio. num. 21. ff. de vulg.* cuius opinionem dixit eſſe cōmuniter approbatam Ioan. Imol. *ibi nu.19.* & Lancel. Galiaul. *ibid. num.33. & alij, de quibus infra in 3. parte.*

¶ Meminiſſe autem oportet ex traditione Bartol. *in l. ſi mater*
3 *num.17. de vulg.* quod † omnis directa ſubſtitutio, ſiue expreſſa,
ſiue tacita, habet duo extrema. Vnum priuatiuum, quod refertur ad eum cui fit ſubſtitutio. Alterum affirmatiuum, quod refertur ad eum, qui ſubſtituitur. Porrò † in huius text. *verbo, mo-*
4 *reretur*, vtrunque extremum animaduertitur. Siquidem hoc
verbum relatum ad eum, cui fit ſubſtitutio, eſt priuatiuū: quoniam idem eſt decedere, quod non viuere. Et contrario perſona datiui caſus, cui verbum hoc cōiungitur, affirmatiuo ſenſu inuitatur ad hæreditatem, quæ ſibi obuenire debet, mortuo eo, cui ſubſtituitur. Idem enim fuit dicere, filius moriatur filię, atque ſi diceret, hæreditas filij directè & immediatè ad filiam perueniat: ſecundum gloſſ. hic, quod verbum in hac ſignificatione non meminit ſe legiſſe alibi Innocen. *hic numer. 3.* ſed Archidiac. *hic num. 2. verſic. moreretur*, & Ioan. Andr. *in Nouella. num.*
5 14. & deinde omnes ordinarij allegant † text. *in l. qui duos, ibi: quaſi vterque vltimi deceſſiſſe ſibi videantur ff. de rebus dub.* Vbi probari intelligunt, quòd *verbum, decedere*, in eadem ſignificatione accipitur, qua hic acceptum eſt *verbum, moreretur.* Adde quod Socin. *ibi in 2. notab.* ex Accurſij, & Doctorum ſententia interpretatur, Iureconſultum ſentire, quod fratres impuberes, qui ſimul in naue perierunt, deceſſiſſe ſibi dicantur, id eſt, ſubſtituto pupillari, ſeu ad vtilitatem ſubſtituti pupillaris. Sed tamē ea interpretatio Accurſ. & Doctor. *circa d. l. qui duos.* quam Archidiac. *in præſen.* & cæteri probauerunt, ſine dubio eſt falſa. Non enim ratio recti ſermonis patitur, *vt dictio, ſibi, in dicta l. qui duos*, referri queat ad pupillarem ſubſtitutū, ſed exigit, vt omnimodo referenda ſit ad ipſos impuberes. Planè facta tali relatione manifeſtus, & argutus eſt Iureconſulti ſenſus. Dubitauit enim, an vnuſquiſque impuberum, qui ſimul in naue deceſſerunt, intelligatur ſibi vltimus deceſſiſſe, id eſt, reſpectu ſui, qui & primus & vltimus deceſſiſſet? An verò non poſſet dici vltimus deceſſiſſe, quia non reſpectu ſui ipſius, ſed alterius fratris facienda eſſet comparatio? Quæ verba hoc vero & eleganti ſenſu accepit noſter Ludouicus Teſſira Luſit. *in dicta l. qui duos, colum. 18. in verſic. mihi videtur.* Et huic interpretationi mirè ſuffragantur verba Iureconſulti, quæ ſequuntur *in verſic. nam & qui vnicum.* Alium ergo text. allegauit Bald. hic in eandem ſententiam, videlicèt, *l. extraneum. C. de hered. inſtit.* prout refert in præſen. Philip. Franc. *num. 58.* ſed non perſpicio, quonam modo induci potuerit ille text. in talē ſenſum verbi, moreretur, melius certè facit text. *in authen. de inceſtis nuptijs. § fina. collat. 2.* vbi Iuſtinianus ſcribit patrem legitimum mori filijs, id eſt, filios eſſe hæredes mortui patris. Quem text. ad hoc ſe allegare ſcribit Angel. Peruſin. *in l. Centurio nu. 8. ff. de vulgar.* vbi retulit Bartol. & Bald. ſolitos dicere, quòd hoc verbum, moriatur, in tali ſignificatione non reperiretur in iure ciuili, nec in text. nec in gloſſ.

¶ Hinc cùm quidam Iulianus in vltima voluntate dixiſſet:
Relinquo † filium meum viuum & mortuū Petro fratri meo: 6
Socin. *conſ. 83. Viſa in 1. volum* reſpondit, videri ſibi, quod teſtator filium ſuum impuberem reliquerat viuum Petro quaſi tutori: reliquerat autem eundem filium mortuum eidem Petro quaſi ſubſtituto pupillari. Itaq; interpretatus eſt, quòd ea verba pro eo erant accipienda, atque ſi teſtator dixiſſet: Petrum filio meo tutorem do, & eidem filio mortuo ſit hęres idem Petrus. Meminit huius ſententiæ Socin. *in dicta l. qui duos. numer. 2.* ſed vtramque hanc interpretationem damnauit Iaſ. *in l. Centurio ff. de vulgar.* prout illum referunt Lancel. Galiaul. & Rip. ſed tamen Lancel. Galiaul. *num. 539.* primam Socin. interpretationem circa tutelam probat, ſed non probat poſteriorem circa pupillarem ſubſtitutionem. Ripa etiam ibidem, *numer. 197.* reſoluit, non videri illis verbis hæreditatem pupilli Petro quaſi ſubſtituto datam, & dubitari poſſe de tutela. And. quoque Alciat. *in l. in vulgari. § fina ff. de verbor. ſignificat.* periculoſum exiſtimat talibus verbis hæreditatem pupilli videri datam. Ego verò Soci. interpretationem circa tutelam nouo argumento cōprobo, videlicet. *l. verbis legis. ff. de verborum ſignificationibus.* argumentatur enim Socin. quòd non eſt credendus teſtator legaſſe Petro filium impuberem viuum quò ad dominium, quia legatum liberi hominis eſſet inutile. Vnde magis credendus fuit, licèt verbis ineptis, reliquiſſe filium viuum fratri, vt in poteſtate eius eſſet quaſi tutoris: quum tutela ſit vis atq; poteſtas, &c. *in princip. Inſtitut. de tutelis.* Potuiſſet ſanè belliſſimum ſuæ argumentationis argumentum afferre *ex dicta l. verbis.* Vbi *verbis illis 12. tabularum. vti quiſque ſuæ rei legaſſet ita ius eſto.* latiſſima poteſtas tributa videtur tutelas conſtituendi. Quæ verba legis 12. tabularum eleganter explicat Cicer. *libro 1. Rhetoricorum ad Heren.* & nouiſſimè Franciſc. Balduin. *ad leges 12. tabul.* Planè verbis legis tutelę conſtituendæ interpretatio ſic aptatur, vt pater filium, quem haberet in poteſtate, poſſet quaſi rem ſuam tutoris poteſtati committere intra pubertatis annos. Et ita hoc obſeruat Alciat. *argumento l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.* & melius potuit allegare *l. 1. § per hanc. ff. de rei vendic.* ſic videtur optimus text. *in dicta lege verbis*, pro Socini interpretatione circa tutelam, qui non potuit eidem Socino adſtipulari circa ſubſtitutionem pupillarem. Nam quando pater filio ſubſtituit pupillariter, non diſponit de pupillo, ſed de pupilli hæreditate, quæ alia eſt. Vnde ſupraſcriptis verbis. l. 12. tabularum non videtur comprehendi poteſtas faciendi ſubſtitutionem pupillarem. Sed talis poteſtas moribus fuit introducta. *l. 2. in princip. ff. de vulgar.* vt iam ſupra declaraui. Itaque in propoſita quæſtione reſoluendum videtur, quòd teſtator tutelam viui impu-

impuberis Petro fratri commiſerit, & eiuſdem filij quandocū-
que decederet funeris curam eidem mandauerit, vti Franciſc.
Rip. *in dicta l. Centurio.* & Alciat. *in dicta l. in vulgari. §. fina.* opina-
ti ſunt.

7 ¶ Iam vero controuerſa occurrit quæſtio: Vtrum † *hoc ver-
bum: Moreretur*: ſit commune, an directum? Cùm enim duplex
ſit ſubſtitutio vniuerſalis, videlicet, directa & obliqua, vt ini-
tio huius commentarij præmiſimus: videndum eſt, vtrum hoc
verbum, Moreretur: directam ſubſtitutionem exprimeret. An
verò æquè aptari potuiſſet ad fideicommiſſariam ſubſtitutio-
nem tanquam verbum commune? Ad huius quæſtionis reſo-
lutionem ſciendum eſt, quod ſunt verba quædam ciuilia, vt
Inſtituo Ioannem hæredem, Ioannes hæres eſto, & his ſimi-
lia. Et hæc quidem verba ſine vlla interpretatione manifeſtè
ſunt directa, quoniam talis modus ſignificandi datus eſt hu-
iuſmodi verbis à iure ciuili. *l. verbis ciuilibus. ff. de vulg.* tradit Bal.
in l. fin. ex num. 12. & 17. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Ex quo apparet,
quod in noſtri capit. ſpecie compendioſa pauperum ſubſtitu-
tio fuit facta verbis ciuilibus, quæ euidenter exprimebant di-
rectam pauperum ſubſtitutionem vt etiam ſuo loco obſerua-
bimus. Sunt & alia verba precaria ſeu obliqua, quæ manifeſtè
explicant obliquam ſeu indirectam ſubſtitutionem, vt Rogo
hæredem Ioanni reſtituat hæreditatem meam: Volo, & Ioan-
ni reſtituatur hæreditas, & his ſimilia, quæ miniſterium hære-
dis deſiderant.

8 ¶ Hinc ſi † verba ciuilia ponantur in hæredis inſtituti mini-
ſterio, naturam obliquorum neceſſario ſortientur. Vt puta ſi
teſtator dixerit: Rogo hæredem meum, vt Ioannem hæredem
inſtituat, vel Ioannem hæredem faciat. His enim caſibus hæ-
redem meum rogaſſe videbor, vt quicquid ex mea hæreditate
conſequutus fuerit, poſt mortem ſuam Ioanni reſtituat. *l. ex fa-
cto ff. ad Trebellian.* tradit Bald. *in d. l. fin.* & Alex. *in l. verbis ciuilibus.
num. 7. ff. de vulgari.*

¶ Vnde infertur, quod ſi teſtator in noſtri ca. ſpecie dixiſſet,
Rogo filium, vt ſi ſine liberis deceſſerit, moriatur filiæ meæ,
ſubſtitutio eſſet obliqua, quoniā verbis precariis ſeu obliquis,
facta proponeretur. Proinde mater ex perſona huius filij de-
duceret legitimam & Trebellianicam, quum directa pupilla-
ris ſubſtitutio locum non eſſet habitura. Nam per contrarium
9 ſi verba † obliqua referantur ad perſonam teſtatoris, in eiuſq;
perſona concipiantur, ita vt nullius hæredis miniſterium deſi-
gnetur, habebunt neceſſario ſignificationē directorum. Vnde
ſi teſtator ita concepiſſet, Si filius meus ſine liberis deceſſerit,
reſtituo eius hæreditatem filiæ meæ, ſubſtitutio perinde cēſeri
deberet directa atq; ſi teſtator dixiſſet, ſi filius meus ſine libe-
ris deceſſerit, ſit illi hæres filia mea, vt eleganter ſcripſit Bald.
*in l. humanitatis. num. 53. verſ. Mirabile. C. de impuberum & aliis ſub-
ſtitut.* quem retulit & ſequutus eſt Alexan. *in l. verbis ciuilibus, nu.
7. ff. de vulg.* Ripa *in l. Centurio. num. 101. eo. tit.*

¶ Sunt prætere a verba communia, quæ tam propriè aptari
poſſunt directæ ſubſtitutioni, quā obliquæ: vt eſt verbū: Sub-
10 ſtituo. Hoc enim † verbum eſſe cōmune, probare videtur text.
in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. quē ad hanc ſententiam expen-
dit Innoc. *hic nu. 3.* Et hoc communi opinione receptum eſt, vt
conſtat ex Lancel. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, ex num. 511.* And.
Alciat. *in l. verbis ciuilibus, nu. 8. ff. eod. tit.* Philip. Franc. *in præſen. n.
16.* Philip. Corn. *in d. l. precibus, num. 35.* Curt. Iun. *conſil. 13. num. 5.
facit text. in l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Quamuis Andr. Alciat. *vbi ſu-
pra, & in Rubrica. ff. eodem titulo*, contrarium voluerit tenere, de
quo tamen articulo inferius tractabo *in vltima parte in gloſſ. Ob-
liqua, in fin.*

¶ Ergo ſi teſtator ita cōcepiſſet, Si filius meus ſine liberis de-
ceſſerit, ſubſtituo filiam meam: tunc verbum, ſubſtituo: in hac
compendioſa ſubſtitutione aptari poſſet & directæ, & obliquę
ſignificationi. Directa ſignificatio eſſet, quòd filio meo impu-
beri ſit hæres filia mea ex pupillari ſubſtitutione: obliqua ſig-
nificatio eſſet, quòd filius meus quandocūque ſine liberis de-
cederet, reſtituat filiæ hæreditatem meam. Item eadem verba
admitterēt vulgarem ſubſtitutionem: vt ſi filius, me viuo, ſine
liberis decederet, filia mihi hæres eſſet, vti docuit Bart. *in l. Cē-
turio, nu. 32. ff. de vulg.* Denique in ea ſpecie quæſtio eſſet, vtrum
ſubſtitutio compendioſa, quæ verbo communi eſſet facta, va-
leret iure pupillaris directæ ante pubertatis tempora?

¶ Ex his deſcendit propoſitæ quæſtionis reſolutio, videli-
11 cet, vtrum † *verbum: Moriatur*: ſit directum, an commune? Et
gloſſ. *hic in ſua expoſitione* interpretatur, eſſe directum, vt etiam
eiſdem verbis ſcriptum reliquit Ioan. Monach. *in præſen.* Idque
ex noſtræ gloſſ. ſententia deduxit Paul. Caſtren. *conſil. 242. Viſo
teſtamento, lib. 1.* Idem tenuerunt Bald. & Ioan. de Lignano hic,
quem retulit Ioan. Bapt. Caccialup. *in repet. l. precibus. C. de im-
puber. & aliis. ſina colum. in princ.* idem Bald. *conſil. 451. Viſo puncto.
num. 2. in 5. volumine*, Angel. Aretin. *in §. fina. num. 2. Inſtitut. de pu-
pill.* Denique hanc eſſe magis communem opinionem in ter-
minis reſoluit Franciſc. Ripa *in d. l. Centurio. num. 196.* quam et-
iam ſequutus eſt Lanfrancus de Oriano *in repetit. d. l. Centurio.
num. 9.* & Lancelot. Galiaul. *in repetitione eiuſdem. l. num. 364. &
num. 366.* Ioan. Imol. *in cap. Raynutius, de teſtament. numer. 190. &
num. 196.*

¶ Ex diuerſo quod verbum: *Moriatur*: ſit commune, euiden-
ter aſſeruit Oldra. *conſil. 125. Ex themate propoſito. num. 2.* & in hoc
inclinaſſe magis videtur hic Ioan. Andr. *in nouell. num. 19.* pro-
ut collegit ex illius ſententia Paul. Caſtren. *dicto conſil. 242. vbi
ſupra.* Idem probauerunt Abb. *num. 15.* Cardinal. *in principio co-
lumna penultima*, Ioan. Imol. *num. 166. in cap. Raynutius, ſupra hoc
titulo*, & ibi Ioan. Crot. *in repetitio fol. 22. columm. 4. verſicul. Tertiò
principaliter*, Angel. *in d. l. Centurio. num. 8* & ibi Ioan. Imol. *nu-
mer. 16.* Alexan. *conſil. 51. In caſu præſenti. num 5. lib. 7.* Philip. Frañ.
hic numer. 59. Guido Papæ *deciſ. 521. Subſtitutio.* Lancelot. Pol. *in
tract. Subſtitutio. de compend. num. 30 in fin.* Andr. Aleiat. *in l. verbis
ciuilibus. num. 39. & 40. ff. de vulg. & in d. l. Centurio. numer. 87.* Mo-
uentur nonnulli ex his authoribus *argumento huius cap. in verſic.
Quum in ſubſtitutionibus*: vbi Pontifex quaſi in verbo ambiguo
& communi induxit directæ ſubſtitutionis interpretationem.
Atqui ſi verbum, *Moreretur*, (inquiunt) eſſet merè directū non
erat opus coniecturam facere, *argumento l. continuus. §. cum ita. ff.
de verborum oblig.*

¶ Mihi autem videtur, contrariam eam opinionem eſſe ma-
gis probabilem, quæ communior eſſe dicitur, vt verbum: *Mo-
riatur*, non ſit commune ſed magis directum. Moueor, quia id
demum dici oportet verbum commune, quod ex ſua proprie-
tate æquè admittit ſignificationem directæ & obliquæ ſubſti-
tutionis: ſed ſic eſt, quod verbum: *Moriatur*: quod attinet ad
verborum ſignificationem, magis exprimit directum, quam
obliquam ſubſtitutionem: igitur conſequens eſt quod non ſit
verbum commune. Quod autem verbum: *Moriatur*: magis ex-
primat directam, quam obliquam ſubſtitutionē, ſequentibus
argumentis comprobari videtur.

¶ Primò, quoniā teſtator his verbis voluiſſe videtur, vt mors
filij eſſet cauſa immediata, & proxima admittendi filiam. Pla-
nè hæc voluntas ad effectum perducitur per directam ſubſti-
tutionem pupillarem, non verò per fideicommiſſariam. Siqui-
dem ſola mors filij quaſi immediata cauſſa non admitteret fi-
liam ad hæreditatem fideicommiſſariam, quum reſtitutio eſ-
ſet neceſſaria, vt argumentatus eſt Bald. *conſil. 58. ſuper numer. 5.
lib. 2.* quem retulit Franciſc. Ripa *in l. Centurio. numero 196. ff. de
vulgar.*

¶ Secundò facit, quòd hæc verba: Filius moriatur filiæ: ar-
guunt, ipſius filij perſonę datum eſſe ſucceſſorem, vt tradit Sa-
lic. *in d. l. precibus. nu. 21.* Quod etiam affirmat Philip. Corn. *conſ.
322. Ardua, num. 12. lib. 3.* dicens, quod hæc verba reſpiciunt per-
ſonam filij morituri, & per hoc ſignificant, quod filius repræ-
ſentetur à filia.

¶ Tertiò moueor, quia ferme receptum video ꝙ † verbum, 12
Succedat: alioqui commune, accipit directi verbi ſignificatio-
nem, ſi ad perſonam filij impuberis inferatur. Vbi enim teſta-
tor ita concipit: Si filius meus ſine liberis deceſſerit, ſuccedat
Ioannes: verbum, *Succedat*, ex communi ſententia eſt commu-
ne, *argum. text. in l. non ſolum. ff. de in integrum reſtitut. l. non tantum,
in princ. ff. de fideicommiſ. liber. cum aliis adductis* per Bart. *in d. l. Cen-
turio. nu. 52.* communiter approbatum per omnes ibi, teſte Pau.
Pariſio *conſil. 18. num. 15. in 2. par.* Iaſ. *in d. l. Centurio. num. 71.* Ioan.
Imol. *in c. Raynutius, de teſtam. nu. 190* Siquidē admittit hoc ver-
bum interpretationem directæ ſubſtitutionis circa hæreditatē
filij impuberis: item admittit ſignificationem obliquæ ſubſti-
tutionis circa hæreditatem teſtatoris, videlicet, poſt acquiſitā
filij hæreditatem. Sed ſi teſtator ita cōcipiat: Si filius ſine libe-
ris deceſſerit, ſuccedat ei Ioannes: tunc obliqua ſignificatio,
quæ verſabatur circa hæreditatem teſtatoris, excluditur, &
manet ſola ſignificatio directę ſubſtitutionis, per quam ſucce-
ditur ipſi filio impuberi. Vtiq; enim per directam pupillarem

Vu ſucce-

ſucceditur ipſi impuberi, *in princ. & in §. igitur, Inſtitut. de pupillari*: ſed per fideicommiſſariam teſtatori ſolet ſuccedi. *l. cohæredi. §. cum filio, verſic. Nec fideicommiſſo. ff. de vulg.* Hoc ita eleganter aſſeruit Bart. *in repet. l. ſi arrogator. num. 27. ff. de adopt. in verſic. Reuertendo.* Quo loco Bartol. litera vitiata videtur in illis Barto. verbis: Non eſt pupillaris, debet enim dicere: Eſt pupillaris. Bald. etiam *in l. fin. num. 17. ſacroſanct. eccleſ. & in conſil. 12. Quidam. num. 1. lib. 2.* Raphael Fulgoſ. *conſil. 35.* Titius. Angel. Aretin. *in §. fin. nu. 2. col. 2. verſ. nonò verbum ſuccedat, Inſtit. de pupill.* ſenſit Franciſc. Aretin. *in d. l. Centurio. nu. 19. ff. de vulg. verſiculo, Sed aduerte,* Ioan. Caccialup. *in repet. d. l. precibus, fin. col.* Andr. Sicul. *conſ. 32. num. 2. lib. 2.* Philip. Franc. *in præſen. nume. 63. verſic. decimo.* Philip. Corn. *conſ. 47. Videtur prima facie. num. 7. & 13. lib. 1.* Socin. *conſil. 77. nu. 5. lib. 1. & in repet. l. 1. num. 36. ad fin. ff. de vulg.* Philip. Dec. *in d. l. precibus. num. 17.* Lanfran. de Oriano, *in repet. d. l. Centurio. num. 10.* & ibi Lancel. Galiaul. *num. 527.* Marian. Socin. Iun. *conſi. 95. Proponitur. num. 22. lib. 1.* Andr. Alciat. *in l. verbis ciuilibus. nume. 40. ff. de vulga.* facit quod ſcribit Bald. *in d. l. precibus.* quem refert Alex. *in d. l. iam hoc iure. num. 3. verſic. Limita tamen.* Igitur hoc eodem exemplo conſequens erit dicere, quod hæc verba: *Filius moriatur filia mea:* directa ſunt: quum his verbis teſtator voluerit, filiam ipſi filio mortuo ſuccedere. Atque ita has ſpecies æquiparando argumentatus eſt pro hac parte Philip. Corn. *dicto conſi. 47. num. 13. lib. 1.*

¶Ex his apparet, non rectè docuiſſe Abbatem *in c. Raynutius. num. 15. ſupra eod.* quo loco directam ſignificationem huius verbi: *Moriatur:* exemplo voluit declarare. Scripſit enim quod vbi teſtator dixiſſet: Filius meus moriatur Sempronio directa ſignificatio eſſet, quod mortuo filio, Sempronius ſit hæres teſtatoris. Melius enim dicturus videbatur, directam ſignificationem eſſe, quòd Sempronius ipſi filio mortuo hæres exiſteret. Siquidem directa ſubſtitutio non ſolum dicitur, quando quis directò ſuccedit in hæreditate ipſius teſtatoris ſubſtituentis: ſed etiam quando quis directò ſuccedit in hæreditate filij impuberis ex pupillari ſubſtitutione, ſecundum traditionẽ Ioan. Andr. *hic num. 15.*

¶ Concludo itaque videri probabilius, quòd ſubſtitutio reciproca, quæ in ſpecie huius c. facta fuit inter liberos hoc verbo Moriatur: non fuit concepta verbo merè communi. Magis enim concepta fuit verbo directo, quo teſtator ſignificauit, velle ſe, vt filius in filiæ hæreditate, & rurſus filia in filij hæreditate ſuccederet.

¶ Non obſtat huic ſententiæ text. *in verſic. Quum in ſubſtitutionibus.* Quoniam reſpondeo vix eſſe, vt Pontifex ſic argumẽtaretur, ſi reciproca filiorum ſubſtitutio fuiſſet facta verbis ciuilibus, ſicut verbis ciuilibus fuit facta pauperum vltima ſub-
13 ſtitutio. Itaque † dicimus, verbum: *Moreretur:* non eſſe ciuile: nec continuò agnoſcimus, eſſe commune. Quoniam accedit magis ad directi verbi ſignificationem. Iuris enim præceptores diſtinxerunt verba directa à verbis ciuilibus: & rurſus verba directa à communibus. Atque ita diſtinxit Bart. *in d. l. Centurio. num 15.* & eſt diſtinctio magis communiter approbata, vt teſtatus eſt Ripa, *ibid. num. 71.* Et ſanè quanquam plerique recentiorum reſpuerint hanc differentiam, quaſi commẽtitiam; exiſtimo poſſe eam excuſari hoc, videlicet, ſenſu. Obſeruauimus enim ſupra cum Bald. *in l. fin ad finem. C. de ſacroſanct. eccleſ.* quod verba ciuilia ſunt euidenter directa: quibus vtique directa ſignificatio iure ciuili fuit attributa. Planè hęc verba: *Filius moriatur filiæ:* Filia ipſo filio mortuo ſuccedat: nõ ſunt ciuilia, quum magis ſint obſcura & ferme ambigua: quibus videlicet, per interpretationem elaboratam directorum verborũ ſenſum accommodamus. Vnde exemplo Ioan. Andr. *hic in fine* non malè dicemus, quod ex verbis ciuilibus reſultat ſubſtitutio directò directa. Sed ex verbis, quæ per interpretationem intelligimus eſſe directa, reſultat ſubſtitutio directa nõ directò. Secundum quæ Pontifex *in verſic. Quum in ſubſtitutionibus,* non ocioſe argumẽtatus eſt, quod ſubſtitutiones factæ per verbum, *Moreretur,* eſſent directæ: quoniam verbum: *Moreretur:* minime erat directum ciuile. Proinde inter verba communia rationabilis differentia erit, quod verba communia ſunt omnimodo ambigua: quum ęque exprimant directam & obliquam ſubſtitutionem: vt vero verba directa videntur prima quidem facie eſſe ambigua, ſed tamen ipſorum verborum argumento ad directorum. Sic demum dici poteſt, quòd ſunt verba nõ directò directa per interpretationem.

¶Ex his † infertur, quod ſicut compendioſa ſubſtitutio reci- 14
proca; quæ hic facta eſt filio ad filiam, & ecõtra, dicitur eſſe facta verbis directis, ita & *in c. Raynutius, ſupra hoc titulo,* compendioſa ſubſtitutio, de qua ibi, dicetur eſſe facta verbis directis magis, quam communibus. Siquidẽ teſtator ibi adiecit, vt Alterocha & ſoboles, quam geſtabat in vtero, eidem filiæ Adiectæ ſuccedent, ſi abſque liberis moreretur. Ergo ex authoritate tot Doctorum, quos ſupra nominatim allegaui, fortiter defendetur, ꝙ ibi ſubſtitutio fuerit facta verbis directis. Quare & ſi Bart. *in d. l. Centurio. num. 52.* rectè docuerit, quod verbum: *Succedat:* eſt commune, eaque opinio recepta ſit communiter, vt ſupra obſeruaui: rectè tamen allegauit Bart. ad hoc text. per argumentum à ſpeciali, *in d. c. Raynutius.* Nam & ipſe Bart. *in eadem l. nu. 14. cum* Ioan. Andr. hic intellexit, quod tam hic, quam *in d. c. Raynutius.* ſubſtitutio fuit facta verbis directis: vt expendunt Lancel. Galiaul. vbi ſupra *in d. l. Centurio.* Ripa *ibid. nu. 71.* & Philip. Dec. *vbi ſupra, in d. l. precibus. C. de impuberũ, & alijs.* Conſiderarunt enim, quod verbum, *Succedat,* regulariter eſt commune, ſed ſi datiuo caſui coniungatur perſona impuberis, eſt directum, *d. c. Raynutius.*

S V M M A R I V M.

1 *Pauperum inſtitutio valida eſt.*
2 *Incertitudo vitiat inſtitutionem.*
§. Incertus, Inſtitut. de legatis. ſenſus, ibid. & num. 14. & 15.
L. Id quod pauperibus. & l. nulli. C. de epiſcop. & cleri. declarantur ibidem.
3 *Incertitudo, quæ venit extrinſecus certificanda, non vitiat relictum.*
4 *Collegium approbatum iure ordinario inſtitui poteſt.*
L. Collegium. C. de hæred. inſtituen. ſenſus. ibid.
5 *Pauperum inſtitutio, etiamſi eorum electio alicui committatur, nõ eſt captatoria.*
L. Illa inſtitut. ff. de hæred. inſtituen. ſenſus ibid.
L. Si quis Sempronium. ff. de hæred. inſtituen. ſenſus ibid.
6 *Inſtitutio vnius ex pluribus hæredibus, quem Titius declarauerit, valida eſt.*
L. 31. Tauri declaratur. ibid.
7 *Commiſſarius non poteſt pro defuncto teſtari, niſi nomẽ hæredis inſtituendi fuerit declaratum: neq; ſufficit quod declarẽtur plures: ex quibus vnum aut duos debeat commiſſarius eligere.*
8 *Pauperum inſtitutionis fauor in quo præcipuè conſiſtat. & nu. 10.*
9 *Pauperum cauſa eſt pia.*
11 *Pauperum inſtitutio, aut pauperibus relictum intelligitur de pauperibus eiuſdem ciuitatis vel loci.*
L. Quæ conditio. §. fin. ff. de condit. & demonſt. ſenſus, ibid.
L. 20. tit. 6. Partit. 6. ſenſus, ibid.
12 *Eccleſiæ inſtitutio, aut donatio eccleſiæ facta intelligitur de eccleſia parochiali.*
13 *Eccleſiæ inſtitutio, aut eccleſiæ legatum, quomodo defendatur, vbi teſtator habebat duas parochiales, in quibus æqualiter ſe collocabat.*
Cap. 2. verſic. fin. de ſepult. lib. 6. ſenſus.
15 *Pauperum inſtitutio, aut ſubſtitutio, hodie valida eſt iure communi. & ſine vllo pietatis fauore.*
Cap. ſi pater ſenſus, ibid.
16 *Tutor incertus etiam hodie dari non poteſt.*
§. Tutor autem incertus, Inſtitut. de legatis ſenſus, ibid.
§. Sed nec huiuſmodi, Inſtit. de legatis ſenſus, ibid.

P A V P E R E S.

PAVPERES. Nota ex hoc text. quod † valuit pauperum in- 1
ſtitutio, quamuis teſtator pauperum hęredum perſonas aliter non expreſſerit. Sed contra hoc Archid. *in præſenti. num. 4.* oppoſuit, quod teſtator ſiue primo, ſiue vlteriore gradu hæredes inſtituat, debet certos, nõ verò incertos hæredes inſtituere. Quoniam incertitudo † vitiat inſtitutionem, legatum, & 2
quemliber contractum. *§. inſtituti Inſtit. de legatis. l. quoties. §. hæres. ff. de hæredib. inſtituend. l. ſi domus. ff. de legatis. 1. l. triticum, & l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig.* Huic argumento dupliciter reſpondet Archid. Primò, quod inſtitutio, ſeu ſubſtitutio pauperum, ſuſtinetur pietatis fauore ſingulari. *l. id quod pauperib. l. nulli. l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cler.* Secũdo putauit, dici poſſe, quod hæc

hæc pauperum inſtitutio valuerit iure communi: quoniam v-
niuerſitas pauperum certæ perſonæ vicem gerit. Planè vniuer-
ſitatis inſtitutio, puta, ciuitatis vel reipublicæ iure communi
valet. *l. omnibus. ff. ad Trebellian. l. ſi hæres. 67. §. vicis. ff. de leg. 1. facit. l.
mortuo. ff. de fideiuſſoribus. l. municipibus. ff. de conditio. & demonſtrat.
l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Hoc ipſum probauerunt Ioannes
Andr. *hic in gloſſ. Pauperes, & in Nouell. num. 15. in fin.* & Dominic.
num. 17. At vero Bald. *in d. l. id quod pauperibus, in* 1. oppoſitione
hanc ſecundam ſolutionem improbat, dicens quod ſi inſtitu-
tio deferetur, quaſi hæreditas intelligeretur fuiſſe relicta col-
legio pauperum, non poſſet diſtribui vt certis, quin diſtribue-
retur vt vniuerſis. Vnde concludit, quod in propoſito eſt in-
certitudo in ſpecie, & tamen eſt certitudo in genere. Quo circa
relictum pauperibus ſemper valet, quoniam ſi teſtator com-
mittit alicui declarationem, bene eſt, *d. l. nulli.* Si autem teſtator
non commiſit alicui declarationem tunc lex committit eam
epiſcopo. *d. l. ſi quis ad declinandam.* Petrus autem de Ancharano
in præſenti num. 14. verſic. quinto oppono, reſoluit, quod ideo incer-
titudo non vitiat pauperum inſtitutionem, quoniam venit de-
claranda & certificanda per Epiſcopum, *d. l. nulli.* Planè incer-
3 titudo † non vitiat relictum, quando incertitudo venit extrin-
ſecus certificanda. *l. quidam relegatus. ff. de rebus dub.* Sed Philip.
Franc. *numer. 63.* dicit, inſtitutionem pauperum valere pietatis
fauore, quamuis ſit facta de perſonis incertis omni incertitu-
dine. Nam aut teſtator (inquit) pauperum declarationem al-
teri commiſit: & tunc reducitur ad certitudinem. *l. quem hæredi.
ff. de reb. dub.* Nec obſtat dicere quod diſpoſitio ſit eo caſu cap-
tatoria. *l. illa inſtitutio. ff. de hæredib. inſtituend. cum alijs:* quoniam
contra regulam generalem valet fauore pauperum ſingulari,
iuxta notata in cap. cum tibi, ſupra hoc titul. Si vero teſtator non
commiſit alteri declarationem, tunc lex committit eam Epi-
ſcopo. hæc Philip. Franc.

¶ Ego autem reſoluo, certum eſſe quod Imperatores *in d. l.
id quod pauperibus: & in d. l. ſi quis ad declinandam,* ſingulari pietatis
intuitu contra regulam conſtituerunt valere pauperum inſti-
tutionem. Hoc enim manifeſtè probatur *in d. l. ſi quis ad declinã-
dam, in princ. ibi: Pietatis intuitu: coniuncto verſic. Sed & ſi pauperes,
ibi: Simili modo.* Quod ita Accurſius, Bar. & Doct. communiter
tenuerunt *in d. l. quidam relegatus,* & Archid. & alij Doctores *hic
in priore ſolutione.*

¶ Vnde primo infertur, quod altera Archidiaconi ratio, quã
ſupra retulimus non poteſt eſſe vera. Non enim rectè dicitur,
inſtitutionem pauperũ ita valere potuiſſe, quaſi teſtator colle-
gium pauperum inſtituiſſe videretur. Nam ſi id verum eſſet,
iam non pietatis intuitu, ſed iure ordinario valuiſſet talis inſti-
4 tutio. Quoniam † iure communi licuit collegio approbato hę-
reditatem directo, & per fideicommiſſum relinquere. *l. collegiũ
C. de hæred. inſtit. l. 1. §. ſin autem collegium. ff. ad Trebell.*

¶ Secundo infertur, quod ſi teſtator committat alicui de-
5 clarationem pauperum, quos ſimpliciter inſtituit, minimè †
offendetur *regula illa inſtitutio ff. de hæred. inſti.* licet dicamus, va-
lere eiuſmodi inſtitutionem. Vnde non rectè docuit Philip.
Fran. vbi ſupra, dum exiſtimauit *regulam. d. l. illa inſtitutio.* in hac
ſpecie fallere ſingulari contemplatione & fauore piæ cauſſæ.
Quippe ſi pauperum inſtitutio ſimpliciter facta valet, valebit
vtique & ſi teſtator pauperum declarationem alteri commiſe-
rit. Nec enim offenditur regula *d. l. illa inſtitutio:* quoniam inſti-
tutio; Quos Titius voluerit: de qua ibi ideo vitioſa eſt, quoniã
Titio non declarante, nullus eſt qui deprehendatur hæres in-
ſtitutus. Cæterum hæc inſtitutio: Inſtituo pauperes, quos Ti-
tius voluerit: non poteſt videri ſimiliter vitioſa, cum non om-
nino pendeat ex Titij voluntate. Quoniam vtique, Titio non
declarante aut eligente, pauperes ſimpliciter manent hæredes
inſtituti. Quod ita declarauit Barto. diſtinguendo has ſpecies
in d. l. illa inſtitutio nu. 9. cuius doctrina communiter eſt appro-
bata, vt conſtat ex Alexan. *in l. captatorias. num. 5. C. de teſtament.
milit.* Iaſon *ibidem num. 5.* Roder. Suar. *in tract. de captatoria vo-
lunta. fol. 3. verſic. Communis eſt concluſio,* & ex alijs quampluribus
authoribus, quos nouiſſimè retulit Reuerendiſſ. D. D. Co-
uarru. *in capit. cum tibi. de teſtamen. ex num. 10. facit text. in l. ſi quis
Titio. §. 1. l. cum quidam. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. 1. ff. de legat. 2. l.
vtrum. §. cum quidam ff. de rebus dub. l. fideicommiſſaria. 2. verſic. fin. ff.
de fideicommiſſa. libertati.* Et huic receptiſſimæ ſententiæ, quam
eſſe veriſſimam exiſtimo, neutiquam refragatur text. *in l. ſi quis
Sempronium. ff. de hæred. inſtituend.* vbi certi & deſignati hæredis
inſtitutio tanquam captatoria reprobatur, & nullius momen-
ti cenſetur, ſi conferatur in Titij voluntatem, videlicet ita: Si
Titius voluerit. Quoniam reſpondeo, quod ibi inſtitutio non
valet, quod omnino pendeat ex Titij voluntate: ita vt ſi Ti-
tius non voluerit, inſtitutio futura fuiſſet nulla. Quapropter
illius text. indictio, nulla ratione pertinet, nec aptari poteſt
contra ſuperiorem Bartoli communem opinionem, in qua in
omnem euentum, ſiue Titius elegerit, ſiue non elegerit, inſti-
tutio valitura eſt, & conſtare debet ex teſtantis voluntate atq;
iudicio, vt interim omittam longam & ſerioſam diſputatio-
nem, quam latius ſcripſi circa intellectum *dicta l. ſi quis Sempro-
nium, & l. 1. ff. de legat. 2. cum alijs, lib. 1. Selectar. interpretationum ca-
pit. 21.* & nouiſſimè niſi ſunt declarare Franciſc. Conan. *lib. 10.
commentariorum, capitulo 6.* & Ioan. Robertus *libro. 2. Sententia-
rum. cap. 10.*

¶ Ex quo fundamento colligo ſingularem intellectum ad
l. regiam Caſtellæ 31. in legibus Tauri, vt etiam ſtante illa lege, vali-
dum ſit teſtamentum † teſtatore ipſo ſolenniter conditum, in 6
quo idem teſtator nominauerit & ſcripſerit hæredes vnum ex
tribus vel pluribus nominatis, quem Titius elegerit. Hoc enim
caſu ſecundùm regulas iuris communis, & iuxta communem
opinionem firma eſt inſtitutio, quæ in omnem euentum certa
& rata eſſe debet: cum ſi Titius non elegerit, omnes maneant
hæredes. Cæterum ſi teſtator non ipſe ſibi faciat teſtamẽtum,
ſed alteri mandauerit, & commiſerit poteſtatem faciendi &
ordinandi teſtamentum, vt in terminis *d. l. Tauri,* videndum
eſt, an † quod illa l. dicit, neceſſarium eſſe quod in mandato ſit 7
expreſſa & declarata perſona hæredis, quam mandatarius de-
bet inſtituere, intelligatur quod debeat in mandato declara-
ri certa omnino perſona, an vero ſufficiat in mandato expri-
mi certas & nominatas perſonas, ex quibus vnam perſonam
debeat mandatarius eligere? Certè cum commiſſio, & pote-
ſtas teſtandi pro alio, quam lex illa permittit, ſit extraordina-
ria, & aduerſus communes iuris ciuilis regulas, vt omnes in-
terpretes ibidem agnoſcunt, & eſt clariſſimum, illius l. licen-
tia non eſt adiuuanda, ſed eſt quoad fieri poſſit reſtringenda.
ergo quod illa lex ait, neceſſarium eſſe quod in mandato no-
minatim exprimatur nomen hæredis, quem mandatarius de-
bet mandanti hæredem ſcribere, videtur intelligendum, vt nõ
ſufficiat quod in mandato exprimantur quatuor nomina per-
ſonarum, ex quibus vnum ſolum hæredem mandatarius con-
ſtituere debeat. Et hæc interpretatio multum adiuuatur, &
ſuadetur ex ſequentibus verbis eiuſdem legis: inducendo ſe-
quentia verba per argumentum ab ſpeciali: quatenus lex illa
permittit, quod attinet ad poteſtatem dandi tutorum, vel prę-
legandi vni ex filijs tertiam & quintam partem bonorum, vt
teſtator ſimpliciter tribuat mandatario poteſtatem dandi tu-
torem, vel prælegãdi vni ex filiis, ex quibus certis eligat vnum
vel plures, quos voluerit. Ergo ſignificat l. illa, quod in hærede
non ſufficit committere poteſtatem inſtituendi incertum eli-
gendum de certis & nominatis.

¶ Tertio principaliter infertur, † quod in terminis *d. l. id quod* 8
pauperibus, & noſtri cap. ſi pater. cum alijs videtur, in eo eſſe pieta-
tis fauorem ſingularem, quod lex intromiſit ſe in certificandis
pauperum perſonis, vti reſoluit Salic. *in d. l. id quod pauperibus.*
Socin. *in d. l. quidam relegatus. num. 12. & ibid.* Ludouicus Luſita.
ff. de rebus dubijs.

¶ Quarto & vltimo infertur, quod pauperes † ſiue agant ex 9
contractu, ſiue ex vltima voluntate, ſemper piæ cauſæ vicem,
& prorogatiuam habere intelliguntur, & pauperum cauſa pia
eſt, vt docet in terminis Bald. & Ludoui. Rom. *in auth. ſimiliter.
C. ad leg. Falcid.* & eſt communis opinio, quam reſoluit And. Ti-
raquel. *in tract. de priuilegijs piæ cauſæ, in præfatione, colum. 5. verſic.
Item relicta pauperibus.*

¶ Sed ſuperior † reſolutio Salic. Socin. & Ludouic. Luſitan. 10
apud me dubia eſt. Quoniam Imperatores ſentiunt, fauorem
pietatis pręcipuè verſari in ſuſtinenda pauperum inſtitutione,
quæ valere nõ videbatur quaſi incertarum perſonarum. Nam
cùm quis † pauperes hæredes inſtitueret, in promptu erat ſe- 11
cũdum iuris ciuilis rationes interpretari, quod pauperes eiuſ-
dem ciuitatis hęredes inſtituebat: non vero omnes vbicunque
eſſent pauperes, *argumento. l. qua conditio. §. fin. ff. de conditionibus.
& demonſtrationibus.* docet gloſſ. *in præſenti, in hoc verbo, Pauperes,*
& Bartol. *in l. 2. num. 2. C. de annon. ciuil. lib. 10. facit l. 20. tit. 6. Par-
tita. 6. cum alijs,* quæ adducit Reuerendiſſimus D. D. Couarru.

in d.c.cum tibi, de teſtamen. num. 14. & nouiſſimè Andr. Tiraquell.
in d. tract. de priuilegijs piæ cauſæ, in priuileg. 56. colum. 2. Anton. Go-
meſ. *in l. 31. Tauri, num.* 4.

¶ Quo argumento idem erit probandum in legato aut do-
12 natione facta † Eccleſiæ: aut ſi Eccleſia ſit hæres inſtituta, ſi te-
ſtator non expreſſerit nec declarauerit nomen eccleſiæ, in du-
bio enim intelligeretur teſtator ſenſiſſe de propria eccleſia pa-
rochiali, ex qua recipiebat eccleſiaſtica ſacramenta, *argumento
text. in d. §. fin.* & vltra Doctores allegatos *in præcedenti concluſio-
ne* hanc concluſionem affirmant Cyn. Bald. Salyc. Paul. Caſt.
in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Iaſ. *ſecunda lectura, num.* 4. affirmat
hanc eſſe communem opinionem. & *in l. ſi iuſulam, num. 95. ff. de
ver. oblig* & And. Tiraq. vbi ſupra. Tametſi Ioan. Faber, & Ang.
Aretin. *in §. ſed ius quidem ciuile. Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuili,*
affirment hoc legatum deberi Eccleſiæ maiori. Quæ ſententia
tunc recipienda videtur, ſi videlicet, alienigena, qui Salmanti-
cæ nulla ratione haberet domicilium aut habitationem, ſim-
pliciter legaret eccleſiæ: quo caſu ſine dubio intelligeretur de
Eccleſia maiori cathedrali.

13 ¶ Sed & ſi proponeretur, quem habere duas † Eccleſias pa-
rochiales, in quibus promiſcuè, & æqualiter recepiſſet eccle-
ſiaſtica ſacramenta, ita quod nullo argumento electę ſepultu-
ræ in altera, vel alias diſcerni poſſet, de qua Eccleſia teſtator
intellexiſſet, nihilominus legatum, aut inſtitutio defendere-
tur, ita quod Epiſcopo relinqueretur poteſtas eligendi vnam
ex dictis Eccleſijs, quam maluerit, *iuxta doctrinam* Hoſt. Anto.
Abb. & Imolę *in c. iudicante, de teſtament.* & ibi reſoluit hanc eſſe
communem opinionem Reuerendiſſ. D. D. Couuarru. *num.* 2.
Vbi tamen ipſe ſequutus Barbatiam *colum.* 3 contrariam affir-
mat ſententiam: videlicet, quod vna & altera Eccleſia æquali-
ter ſit ſimul admittenda: ita quod Epiſcopus in præiudicium
vnius non poſſit alteram eligere, *argumento text. notabilis in cap.
2. verſic. fin. de ſepulturis lib. 6.* Ex quo text. non mediocris conie-
ctura colligi poſſet pro ea Eccleſia parochiali, vbi teſtator iu-
beret ſe ſepeliri. Tunc enim videretur ea Eccleſia in ſolidum
admittenda, quamuis Eccleſiæ ſimpliciter eſſet relictum, &
teſtator, vltra illam Eccleſiam, alteram etiam haberet paro-
chialem. Neque defuere, qui prætextu incertitudinis hoc le-
gatum relictum Eccleſiæ dixerunt non valere, ſi teſtator duas
habebat parochias, in quibus æqualiter degebat & percipie-
bat ſacramenta. Et hoc contendebant *argumento text. in l. ſi quis
ſeruum. §. inter duos ff. de legat. in l. ſi fuerit, in l. ſi quis de pluribus. ff. de
rebus dubijs,* quibus nititur reſpondere Andr. Tiraquel. *de priui-
legijs piæ cauſæ, priuilegio. 56. in fine.* Sed nos, Deo dante, hanc ip-
ſam difficultatem & oppoſitionem luculenter explicabimus,
in d. l. quidam relegatus. ff. de reb. dubijs.

¶ Vt ergo reuertamur ad id vnde digreſſi fuimus: cùm non
omnes pauperes de mundo, ſed tantum pauperes loci, in quo
teſtator degebat, cenſeantur inſtituti: fortaſſis verius eſt, quod
14 ideo † non valebat inſtitutio pauperum, quoniam & ſi poſſent
pauperes inſtituti per interpretationem iuris communis redi-
gi ad certas perſonas, teſtator tamen incerta opinione animo
ſuo ſubiecerat eorum perſonas: ſic ſtabat regula text. *in dicto §.
incertis vero, verſiculo, Et denique. Inſtitut. de legatis.* vbi Iuſtinia-
nus ait, quòd multæ ſpecies erant incertarum perſonarum, in
quibus non valebat relictum, quamuis incertitudo poſſet cer-
tificari. Enimuerò contra vulgares traditiones probari debet,
quod apud omnes Iureconſultos in vſu fuerit ius illud à Iuſti-
niano relatum, *in dicto §. incertis verò,* vt rectè declarauit Saly-
cet. *in dict. l. id quod pauperibus, numer.* 2. Id quod rectè etiam de-
fenderunt Ioannes Sadoletus, & Ludouicus Luſitanus *in d. l.
quidam relegatus.*

15 ¶ Ex quis videtur nouè † tentari poſſe quod in noſtro ca. va-
luerit ipſo iure pauperum inſtitutio ſine vllo pietatis fauore
ſingulari aduerſus communem opinionem. Nam cum ſtaret
olim iuris regula, quæ præcipiebat, quod incertis perſonis et-
iam quæ certificari poſſent, inutiliter relinqueretur, & multæ
eſſent incertarum perſonarum ſpecies huiuſmodi, *d. §. incertis
vero,* inſtitutio pauperum contra eam regulam admiſſa eſt ſin-
gulari pietatis intuitu *d. l. id quod pauperibus. d. l. ſi quis ad declinan-
dam.* Attamē hodie iam regula *d. §. incertis vero,* correcta eſt per
text. *in §. ſed nec eiuſmodi. Inſtit. eod. tit. de legat.* vt contra Salyc. *in
d. l. id quod pauperibus,* communi opinione receptum eſſe tradit
Socin. *in d. l. quidam relegatus. num.* 12. Ergo cum hodie incertis
perſonis iure communi poſſit relinqui, ſi videlicet aliquo mo-
do poſſunt certificari, iam pauperum inſtitutio valebit com-
muni & ordinario iure & ſine priuilegio piæ cauſæ.

¶ Attende tamen, quòd hoc ita planius dici poteſt in pau-
perum inſtitutione, & in vulgari ſubſtitutione, & in fideicom-
miſſaria, per quas in hæreditate teſtatoris ſucceditur. Cæte-
rum dubitari poteſt, vtrùm regula *d. §. incertis verò,* non ſit cor-
recta in datione ſubſtituti pupillaris? Cõſtat † enim quod mi- 16
nima correcta eſt in datione tutoris, vti expreſſum habetur *in
§. tutor autem incertus. Inſtitut. de legatis,* vbi Iuſtinianus ait ratio-
nem huius rei eſſe, quoniam certo iudicio debet quis pro tute-
la poſteritati ſuæ cauere. Denique quamuis valeat illa inſtitu-
tio: Inſtituo hæredem eum, qui primus de Tuſcia venerit. *§. ſed
nec huiuſmodi. Inſtitut. de legatis,* non valebit hæc tutoris datio:
Do tutorem filio meo impuberi eum, qui primus de Tuſcia ve-
nerit. *d. §. tutor, cum gloſſ.* Ergo propè eſt, vt ſimiliter non valeat
hæc pupillaris ſubſtitutio: ſi filius meus deceſſerit in pupillari
ætate, ſit hæres illi primus qui de Tuſcia venerit: quum ratio *d.
§. tutor:* videatur etiam locum habere in datione incerti ſubſti-
tuti pupillaris. Siquidem Barto. *in d. l. quidam relegatus. num.* 7.
ff. de rebus dubijs. docet rationem illius. §. in eo conſiſtere, quod
per dationem tutoris quis non ſibi, ſed alij prouidet, id eſt pu-
pillo, quum & ius adminiſtrandi tutelam impuberis reſpiciat
vniuerſa pupilli bona etiam ea, quæ non à patre, ſed aliunde
prouenerunt. Hac de cauſa, vt Bartol. putat lex ita poteſtatem
conſtituendi tutorem impuberibus liberis patri commiſit, vt
ipſe incerto euentui eandem poteſtatem committere non de-
beat. Et hanc eandem rationem poni à Iuſtiniano, *in d. § tutor
autem,* ſcriptum reliquit Aretin. *conſil. 26. colum.* 4. Conſidere-
mus igitur, quod ſimiliter per pupillarem ſubſtitutionem pa-
ter impuberibus liberis prouidet, non ſibi: & ſubſtitutus pu-
pillaris impuberi hæres ſimiliter efficitur, etiam in bonis aliũ-
de quæſitis, *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulgari.* Vnde cum
lex hanc hęredis pupillaris inſtitutionem patri committat, eiſ-
dem conditionibus, quibus & tutelæ dationem eidem cõmit-
tit: dicendum videtur, quod ſimiliter nequeat ipſe pater hanc
hæredis dationem incerto euentui committere. Proinde non
minus certo iudicio cauere debebit poſteritati ſuæ pro ſucceſ-
ſione vniuerſali, quam pro tutelæ adminiſtratione.

¶ Hinc ſequeretur, quòd compendioſa pauperum ſubſtitu-
tio, de qua in hac cap. iure communi valeret, ſi eueniret caſus
ſubſtitutionis, per quam ipſi teſtatori ſuccederetur, *argumento
dicto §. ſed nec huiuſmodi.* At verò in ſpecie huius cap. in qua eue-
nit caſus pupillaris ſubſtitutionis, oportet retinere ius anti-
quum, vt valeat, ſcilicet, pauperum pupillaris ſubſtitutio in-
tuitu pietatis, *iuxta dicta l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & cler.*
Nã ſi regula text. *in d. §. incertis verò,* durat hodie in datione ſub-
ſtituti pupillaris, non minus quã in datione tutoris, conſequẽs
eſt, vt pauperib. ſubſtitutis pupillaribus neceſſariũ ſit ius ſin-
gulare. *d. l. ſi quis ad declinandam.*

¶ Verumtamen noua hęc opinio non temerè erit aſſerenda:
cùm Iuſtinianus *in dicto §. ſed nec huiuſmodi.* in hęreditatibus ge-
neraliter loquatur. Quare ſi quis filio impuberi ſubſtituat eũ,
qui primus de Tuſcia venit, ſecurius erit probare, quod valeat
pupillaris ſubſtitutio. Nec obſtabit text. *in d. §. tutor autem:* quo
Iuſtinianus ſpecialiter ad tutelam ſe retulit. Adde quod in ter-
minis *d. l. Tauri 31. incertus tutor,* & incertus ſubſtitutus pupilla-
ris per patrem filio conſtitui poteſt. Denique iuris ciuilis ea vi-
detur eſſe ſententia, vt quem teſtator poſſet ſibi iure hæredem
inſtituere poſſit etiam eundem filio impuberi hæredem dare,
*argum. l. 1. § ſubſtituere. l. 2. § prius verſicul. vſque adeo. l. ſed ſi plures. §.
quos poſſum. ff. de vulgar.* cum igitur incertum hæredem eiuſmodi
poſſit pater ſine dubio ſibi ipſi inſtituere, videtur eundem non
minus poſſe liberis impuberibus hęredem conſtituere. Sic de-
mum concludimus, quod regula *d. §. incertis vero,* correcta eſt,
non ſolum in principali inſtitutione, ſed etiam in ſubſtitutio-
ne hæredis pupillaris. Conſequenter reſoluimus, quod ſubſti-
tutio pauperum compendioſa valuit iure communi, etiã qua-
tenus euenit caſus pupillaris ſubſtitutionis non ſolum iure ca-
nonico, ſed etiam iure ciuili. Reliqua dicentur
*inferiùs in gloſſ. Ipſis paupe-
ribus.*

SVMMA-

S V M M A R I V M.

1 *Inſtituendo, verbum, de quo in cap. Si pater, exponitur, id eſt ſubſti-
tuendo.*
Cap. ſi pater. ſenſus, ibid. & num. 3.
2 *Subſtituo verbum licet ſit commune: ſi tamen addatur: Subſtituo
hæredem, eſt ciuil.*
3 *Inſtituo, verbum propriùs infertur ad inſtitutionem priore gradu
factam, quam ad ſubſtitutionem.*
4 *Inſtituo, verbum prolatum à teſtatore poſt primum gradum acci-
pitur pro ſubſtituo.*
*L. Lucius 2. verſicu. Item quæro. ff. de hæred. inſtituend. ſenſus, ibi-
dem.*
L. Verbis ciuilibus. ff. de vulgari. ſenſus, ibidem.
5 *Subſtitutio poteſt appellari inſtitutio.*
*L. Mulier. §. fin. ff. de condition. inſtitution. ſenſus ibidem, vſque ad
finem.*
6 *Subſtitutio poteſt appellari inſtitutio, ſiue conditio inſtitutionis ad
præteritum, ſiue in futurum referatur.*

INSTITVENDO.

INSTITVENDO. Archidiac. Ioan. Andr. Gulielm. de Mon-
te Lauduno: & omnes Doctores hic exponunt: Inſtituen-
1 do: † id eſt, Subſtituendo. Et horum authorum ſententiam in
hac expoſitione declarat Philipp. Franch. *num. 82. verſicul. Item
quia,* dicens quod omnes Doctores ita declarant. Quaſi verba
formalia in hoc cap. fuerint: Pauperes ſubſtituo: non vero di-
xerit teſtator: Pauperes inſtituo. Hanc declarationem confir-
mat idem Philipp. Franch. eo argumento, quod ſi verbum: *In-
ſtituo:* fuiſſet à teſtatore expreſſum: ad quid (inquit) dixiſſet Pa-
pa: Quum in ſubſtitutionibus ſemper interpretatio, &c. Ete-
nim prædicta interpretatio minimè deſideraretur, neque fuiſ-
ſet neceſſaria ſi verba teſtatoris ita euidenter directa fuiſſent.
Adde quod Bartol. *conſil. 15. Pater habens filium. num. 4.* ita ferme
hoc verbum: *Inſtituendo: noſtri capitu.* videtur accepiſſe, vti Phi-
lipp. Franch. ex aliorum ſententia accepit. Sic etiam accepit
idem verbum Cardinal. Zabarel. *in cap. Raynutius, in 36. quæſtio.
verſiculo. Item illud. ſupra hoc titulo.* Denique hanc expoſitionem
veluti communiter receptam Philipp. Corn. retulit. *in l. preci-
bus. numer. 38. C. de impuber. & alijs.* Similem expoſitionem fecit
Accurſ. *in l. Gallus. in princip. ff. de liberis & poſthum. in verbo. In-
ſtitu: id eſt, Subſtitu.* Quam expoſitionem omnes ibi ſequun-
tur, & eſt communis ſecundùm Curtium Iuniorem *conſil.* 48.
numer. 2.

¶ Ego autem retineo me ſcripſiſſe in caſus poſitione, quod
teſtator formaliter dixit: Chriſti pauperes inſtituo hæredes. Et
hoc ſine dubio probandum eſt ad contextum literæ. Quia Ar-
chidiac. Ioan. Andr. & alij etiam ſi expoſuerint: Inſtituendo: id
eſt, ſubſtituendo: non tamen intellexerunt, quod teſtator ipſe
vſus fuiſſet verbo: *Subſtituo.* Moueor, quoniam & ſi teſtator
formaliter dixiſſet, Pauperes ſubſtituo, verba non minus eſ-
ſent directò ciuilia, quam ſi dixiſſet: Pauperes inſtituo. Siqui-
dem non poteſt eſſe differentia inter hanc cōceptionem: Pau-
peres ſubſtituo hæredes, quum in vtraque conceptione verba
2 ſint ciuilia. Licèt enim † verbum: *Subſtituo:* per ſe poſitum di-
catur eſſe commune: vbi tamen teſtator dixit: Subſtituo hære-
dem: illa hæredis adiectio efficit, vt verba ſint euidenter dire-
cta, ſecundùm Bald. receptam ſententiam *in l. precibus. num.* 43.
C. de impuber. quam ibi ſequutus eſt Philip. Corn. *numer.* 24. &
Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. numer.* 190. *ſupra eodem. in verſic. Item
etiam attende.* Alexand. *in l. iam hoc iure. num. 3. verſ. Limita tamen.
ff. de vulg.* Philip. Franc. *in præſenti. num. 6.* Philip. Dec. *in d. l. preci-
bus. num. 17. in verſic. Replicari, in fine.* Paul. Pariſ. *conſil. 41. Viſa fa-
cti narratione. num. 9. in 2. parte.*

¶ Ergo cum in hoc text. coniuncta ſint hæc verba: Inſtituē-
do hæredes: quicunque vellet dicere quòd ſubſtitutio fuiſſet
facta verbis communibus, nihil ageret reponendo verbum:
Subſtituo: pro Inſtituo: niſi etiam tolleret verbum, hæredes.
Denique Archid. & Ioan. And. expoſitio ita accipienda eſt cō-
tra Bart. *d. conſil* 15. & Philip. Franch. vbi ſupra, vt intellexerint,
quod verba teſtatoris formalia fuerunt: Pauperes inſtituo hæ-
redes. Cæterum obſeruauerunt, quòd hæc pauperum inſtitu-
tio fuit proprius ſubſtitutio: atque ideo expoſuerunt: Inſtituē-
do, id eſt, Subſtituendo. Quippe † verbum: *Inſtituo:* pro priore 3
ac magis ſpeciali vocabulo refertur ad inſtitutionē primo gra-
du factam: quum ſi fiat inſtitutio in ſecundo, aut vlteriore gra-
du, dicatur proprius ſubſtitutio, *l. 1. ff. de vulg.* Atque ita Archid.
& aliorum authorum expoſitionem rectè accepit Corn. *in d. l.
precibus. num. 14. verſ. Neque etiam, & num.* 38.

¶ Non obſtat huic ſententiæ argumentatio Philip. Franch.
ex verſic. Quum in ſubſtitutionibus. Quoniam ille verſiculus aptiſ-
ſimè referri poteſt ad ſubſtitutiones factas de filio ad filiam &
econtra. In his enim ſubſtitutionibus verbum: *Moreretur:* non
apertè exprimebat directam ſubſtitutionem. Sed & ſi in noſtri
capit. ſpecie caſus ſubſtitutionis pauperum eueniſſet, qui vtri-
que ex verbis ciuilibus, Inſtituo hæredes: ius prætendebant: il-
lorum nihilominus intererat, quòd præcedentes ſubſtitutio-
nes factæ per verbum: *Moreretur:* eſſent directæ, & nō obliquę.
Nam non potuiſſent ad pauperes pertinere omnia bona patris
& filiorum impuberum, ſi priores ſubſtitutiones factæ de filio
ad filiam, & econtra iure fideicommiſſi valuiſſent. Siquidem
mater ex perſona filij, qui prior deceſſit, de fideicommiſſaria
hæreditate ipſi filię reſtituenda faceret deductionem legitimę
portionis filio debitæ: atq; etiam faceret deductionē Trebel-
lianicæ contra ipſam filiā. Quum igitur in præſenti omnia bo-
na pauperibus deferantur ex eo quòd omnes ſubſtitutiones
fuerunt directæ, iam *verſiculus ille: Quum in ſubſtitutionibus:* ad
priores ſubſtitutiones ſine dubio pertinebit, in quibus verbū:
Moreretur: non erat directum ciuile.

¶ Concludo igitur, quod in huius cap. ſpecie verba teſtato-
ris formalia fuerunt: Inſtituo hæredes: & quòd veterum inter-
pretum expoſitio eò pertinet, vt obſeruarent, hanc pauperum
directam inſtitutionem re ipſa fuiſſe ſubſtitutionem verbis fa-
ctam ciuilibus. Tametſi Archid. *hic nu. 5.* per incuriam effudiſſe
videatur, quòd hic pauperes ſubſtituti fuerunt per verbum:
Moreretur.

¶ Idem Archid. *num. 3.* adiecit, quod per talem ſubſtitutio-
nem directò ſucceditur teſtatori, & non per medium: & per
ſolam animi declarationem conſequitur ſubſtitutus integrum
dominium rerum hæreditaris ſine aliqua diminutione alicu-
ius patris, ſicut inſtitutus. Quo loco aptè voluit diſtinguere di-
rectam ſubſtitutionem à fideicommiſſaria: ſed non aptè verba
retulit ad directam, per quam teſtatori ſubſtitutus efficeretur
hæres, cum etiam directa ſit, per quam quis ipſi impuberi hæ-
res efficitur, vt hinc Ioan. Andr. notauit *num. 24.* Planè hæc in-
ſtitutio, hoc eſt, ſubſtitutio pauperes ipſi filię directos hęredes
conſtituit in huius cap. ſpecie.

¶ Nota igitur ex hoc text. quod † verbum, *Inſtituo,* prolatum 4
à teſtatore, poſt primū gradum accipitur pro verbo, *Subſtituo.*
Et hoc nullam recipit dubitationem, quando conſtat, quòd
verbum, *Inſtituo,* ſcriptum eſt, finito primo gradu. Cæterum
dubitari aliquando poteſt, an verbum, *Inſtituo,* pertineat ad
primum gradum, vt inſtitutus ſit hæres ex primo gradu magis,
quā ſubſtitutus, id eſt, vlteriore gradu inſtitutus: Potuit enim
teſtator filium & filiam hæredes inſtituere, Et quandocunque
ſine liberis deceſſiſſet, adijcere pauperes quaſi filiorum cohæ-
redes. Verùm hæc interpretatio ſumi non poteſt, vbi teſtator
aſſem diſtribuit inter primos hæredes. Quia tunc inſtitutio,
quæ ſequitur manifeſtè refertur ad ſubſtitutionem. *l. Lucius. 2.
verſic. Item quæro. ff. de hæred. inſtitut.* Immo vero quamuis in no-
ſtro cap. teſtatur nō diſtribuiſſet vniuerſa bona in prima filio-
rum inſtitutione, nec reciprocam ſubſtitutionem inter filios
feciſſet, adhuc inſtitutio pauperum pro ſubſtitutione accipe-
retur: vt puta ſi dixiſſet, Filium & filiam hæredes inſtituo, & ſi
abſque liberis deceſſerint, CHRISTI pauperes inſtituo hære-
des. Induco ad hoc Papiniani ſententiam *in l. verbis ciuilibus. ff.
de vulg.* vbi teſtator, ſimpliciter inſtituto filio, ita adiecit, Quā-
docunque filius deceſſerit, inſtituo hæredem Titium. Reſpō-
det Papinianus, quod Titius videtur omnimodo ſubſtitutus
filio, nec verba captanda ſunt, vt Titius quaſi adiectus hæres
ad partem hæreditatis quandocunque ex primo gradu admit-
tatur. Siquidem teſtator totum filio dediſſe videtur primo gra-
du, nec in partem hæreditatis adiecisse creditur, ſiquidem poſt
mortem filij hæredem inſtituit.

¶ Et hæc vtiliter inducuntur ad ſpeciem, in qua conſultus
reſpondit Bald. *conſil. 504. Caſus talis, num. 2. lib. 5.* Mulier in te-
ſtamento inſtituit filios ex ſecundo marito conceptos, eoſque
reciprocè ſubſtituit. Deinde hæc verba adiecit, Et ſi contingat

ipſos filios ſine liberis decedere, inſtituo filium meũ Bernardum, quem habui ex priore marito. Dicebatur, hoc teſtamentum nullius eſſe momenti, quia Bernardus filius præteritus fuiſſet, *authen non licet. C. de liber. præter.* Baldus ſubtiliter animaduertit, quæſtionis cardinem in eo verti, an inſtitutio Bernardi fuiſſet ſubſtitutio. Quippe Bernardus non erat ſubſtitutus, ſed magis inſtitutus ſub conditione, teſtamentum quidem defendi poterat. Videretur enim Bernardus primo gradu fuiſſe inſtitutus, hoc eſt, videretur eſſe hæres adiectus fratribus ſub conditione ſi cõtingeret ipſos ſine liberis decedere. Sic cõditio illa tolleretur de legitima portione. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* & conſequenter teſtamentum valeret. Si verò Bernardi inſtitutio erat magis ſubſtitutio, teſtamẽtum omnimodo nullum erat ſecundum ea, quæ ex ipſius Bal. ſententia alias oſtendimus *in ea gloſſ. Eidem filio,* ad ſi Denique reſpondit Bald. quod verbum: *Inſtituo:* accipiendum erat: pro verbo: *Subſtituo.* quoniam quando poſt primum gradum ponitur verbum: *Inſtituo:* accipitur pro verbo, *Subſtituo. l. ſina. C. de hæred. inſtituen. l. recuſare. §. titius. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.* Sed vtique potuiſſet allegare noſtrum text. *in hoc verbo, Inſtituendo, & text. in d. l. Lucius. 2. ff. de hæred. inſtituend. & in dicta. l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar.*

¶ Adde tamen, quòd ſi teſtator vteretur verbo, *Inſtituo,* & in ſimul coniungeret verbum *Subſtituo,* tunc verbum, *Inſtituo,* neceſſario referretur ad primum gradum, & tunc defendetur primus gradus: quaſi filius primo etiam gradu fuerit inſtitutus & de legitima portione conditio tolleretur. Quod ita iudicatum fuiſſe in curia Parlamenti refert Guido Papa *deciſ.* 456.

5 ¶ Nota ſecundò ex hoc text. quod ſubſtitutio poteſt † non impropriè dici inſtitutio. Siquidem Ponti. intellexit, hos pauperes eſſe ſubſtitutos: cùm tamen ſcripſerit, pauperes inſtituẽdo hæredes. Vnde ſi in noſtri cap. propoſita ſpecie, Ioan. Frangiapanis poſt hoc teſtamẽtum conditum, fuiſſe ab aliquo hæres inſtitutus ſub hac condictione: Inſtituo Ioannem, ſi ille teſtamento quod condidit, Chriſti pauperes inſtituit hæredes: hæc conditio in præteritum tempus collata extitiſſet diceretur per huiuſmodi pauperum ſubſtitutionem. Etenim verum eſt dicere, quòd in teſtamento pauperes ſunt hæredes inſtituti: quum ſubſtituti fuerint directò, & etiam ad hæreditatẽ teſtatores admitti potuerint ex vulgari ſubſtitutione, quæ huius compendioſæ ſubſtitutionis generalibus verbis erat expreſſa. Ad hoc facit *text. ſingularis in l. mulier. § fin ff. de condic. inſtitut.* vbi Labeo reſpondit, quod ſi quis te hæredem ita inſtituit ſub cõditione, ſi iam hæredem eum inſtituiſſes, aut quid tibi legaſſes, conditio in præteritum tempus collata extitiſſe intelligitur, ſi tu eum hæredem inſtituiſſes quocunq; gradu, vel ei quocunq; gradu aliquid legaſſes. Vnde ſequitur, quod ſubſtitutus eſt propriè inſtitutus, & quod ſubſtitutio eſt propriè inſtitutio, ſecundum Bartol. *in ſummario d. §. fin.* tradit Iaſ. *in l. Centurio. num. 62 ff. de vulgar.* aduerſus Antonium Butr. *conſil. 76. Viſo puncto. ad finem.*

¶ Sed tamen Socin. *in l. 1. colum. 2. ff. de vulgar.* Iaſon *in l. Gallus. §. & quid §. tantum. num. 29 ff. de liber. & poſthum.* Caro. Rui. *in repet. eius § num 14. oppoſit.* 22 rationem habẽt, quod in eo Labeonis reſponſo conditio ſuit de præterito, quæ propriè non eſt conditio. Propterea opinatur, quòd ea conditio in præteritum tempus collata. Si me inſtituiſti, verificatur, ſi me ſubſtituiſti. Quaſi conditio in futurum tempus collata, ſi iure abſcribi potuiſſet, nõ videretur impleri per ſubſtitutionem. Et ſanè Iuriſconſultus expreſſim loquitur in conditione ad præteritum tẽpus relata, nec loqui potuiſſet in condictione, quæ in futurum tempus concepta fuiſſet. Siquidẽ inſtitutio facta ſub eiuſmodi conditione nullius momẽti eſſet, vtpote captatoria, vt ibi Accurſ. ex vulgato iure explicauit. Mirum igitur eſt, quod Ludo. Gomeſ. *in repet. huius cap. nu. 8. & 13.* ad hoc vulgatum iuris principium non aduertit, dum putat Iureconſ. *in d. § fin.* loqui potuiſſe in conditione, quæ eſſet in futurũ tempus relata. Quan-
6 quam autem Iuriſconſultus ſine † dubio loquatur in conditione in præteritum relata, non videtur ſatis idoneam rationem habere diſtinctio inter condictionẽ de præterito, & inter condictionem de futuro, quod attinet ad voluntatis interpretationem. Nam & conditio in præteritum tẽpus collata, impleri omnimodo debũit, & iureconſul. *in d. § fin.* idem æquè reſponſurus videbatur in cõditione futuri temporis, ſi modo tales inſtitutiones non eſſent Senatuſconſulto improbatæ. *l. captatorias. cum ſimi. ff. de hæred. inſtituen.* Quo argumento ſupraſcriptam differentiam improbarunt Philip. Dec. *in Rubr. nu. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.* Curt. Iun. *num.* 10 *in Rubr. C. de impuber. & alijs.* Franciſ. Ripa *in l. 1. nu. 3. ff. de vulga.* Alber. Barba. *in repet. l. Si pater. nu. 216. C. de inſtit. & ſubſtit. vbi latè inſiſtit.*

¶ Quocirca Philip. Dec. vbi ſupra ſcriptum reliquit, quod ad *illum §. fin.* reſponſio clara videtur, quia ibi (inquit) de volũtate teſtatoris apparet, qui dixit alternatiuè: Titium hæredem inſtituo, ſi vel me teſtamento ſuo hæredem inſtituit, vel mihi aliquid legauit. Proinde ſi Titius Caium teſtatorem ſecundo vel vlteriore gradu hæredem inſtituerat, ſatisfactum erat alteri ex duabus conditionibus alternatiuis. Videbatur namq; ſatisfactum non quidem illi cõditioni: Si me hæredem inſtituit, ſed magis illi: Si mihi aliquid legauit. Mouetur Deci. eo argumento ad hanc interpretationem faciendam quod conditio ſine dubio impleta videbatur ſecundum verba, ſi Titius teſtator Caio aliquid minimum legaſſet, *arg. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. iun. gl ff. de acquir. hæred.* Ergo ſecundum voluntatem & ſententiam teſtatoris fortius videbitur impleta cõditio ſi aliquo gradu Titius hæredem Caium in ſua hæreditate inſtituiſſet.

¶ Sed hæc Philippi Decij conſideratio & interpretatio nequaquam placet. Quoniã text. *in d. §. fin.* probat, quod illa conditio: Si me hęredem inſtituiſti: impleta dicitur, ſi me quocunque gradu hæredẽ inſtitueras: quamuis nulla extrinſecus coniectura adhibeatur. Siquidem euidenter ibi probatur, quod ſi Caius Titium hæredem inſtituit ſub conditione: Si Titius ipſi Caio teſtatori aliquid gradu poſteriore legaſſet. Ergo ſimiliter admitti neceſſarium eſt, quod ſi Caius Titium hęredẽ inſtituit ſub conditione: Si Titius Caium hæredem inſtituiſſet: conditio expleta dicetur, ſi Titius Caium quocunque gradu hæredẽ iam inſtituiſſet. Nec ratio diuerſitatis reddi poterit: quum non minus legatarijs, quam hæredibus vulgariter ſubſtituatur. *l. vt hæredibus. ff. de lega.* 2. Præterea Phili. Dec. literam illius §. perperam conſtruxit, qui exiſtimauerit, inſtitutionem fuiſſe factam ſub duabus conditionibus alternatiuis in præteritum collatis. Immo vero Labeo duas inſtitutionis conditiones ſeparatim intelligi voluit, & duas conceptiones ſeparatas tractauit: videlicet, Inſtituo Titium, ſi me hæredem inſtituit. Item, Inſtituo Titium, ſi mihi aliquid legauit.

¶ Iam nouus intellectus Ludouici Gomeſ. *in repetitione huius capit. numero duodecimo & decimotertio.* tam abſurdus eſt, vt litteris mandari non debuerit. Ille enim aduerſus omnes tentauit dicere, atque adeo aduerſus ipſum Labeonem quod illa conditio, Si me hæredem inſtituit, non diceretur extitiſſe, niſi Titius me, primo gradu, hæredem inſtituiſſet. Proinde opinatus eſt, quod etiam ſi me Titius hæredem teſtamento vulgariter primo hæredi ſubſtituiſſet, conditio illa: Si me hæredem inſtituit, non videretur extitiſſ. Quomodo igitur reſpondet verbis Iureconſul. Labeonis contrarium exprimentibus? Nempe Labeo talem ſpeciem Ludouico Gomeſ. propoſuit: Titius teſtamẽto ita hæredes inſtituerat: Sempronium, Mæuium, Caium, hæredes mihi inſtituo. Poſtea Caius ita teſtamento comprehenderat, Titium hæredem inſtituo, ſi me ille teſtamento ſuo hæredem inſtituit. Reſpondit Labeo, Titium purè inſtitutum videri, quoniam conditio extitiſſet, quãuis Titius Caium non primo, ſed tertio loco hæredem nominaſſet. Verum talis ſpecies non erat digna Labeone, qui ingenij qualitate & fiducia plurima innouare inſtituit. *l. 2. colum. fin. ff. de orig. iur.* Denique Labeo euidẽter ſcripſit, ſatisfactum videri conditioni, de qua ſupra, ſi Titius teſtatorem quocunque gradu antea hæredem inſtituiſſet hoc eſt primo vel ſecundo, vel tertio, vel vlteriore gradu. Planè ordo ſcripturæ non facit gradus, & vbi quis dicit, Sempronium, Mæuium, Caium, mihi hæredes inſtituo, vtiq; hos omnes primo gradu hæredes facit, quum qui ſecundo vel vlteriore gradu, hæredes ſcribuntur, ſine dubio ſubſtitui dicãtur. *l. 1. ff. de vulg.*

¶ Itaque circa eundem §. *fin.* rectius videtur dicẽdum, quod ſecundum verborum figuram & proprietatem, conditio illa, Si me hęredem inſtituiſti, expleta dicitur, ſi me vulgariter ſubſtituiſti. Quoniam qui directo ſubſtitutus eſt, non impropriè dicitur inſtitutus. Enimuero quum in conditionibus mentem magis, quam verba inſpici oporteat. *l. pater Seuerinam. ff. de conditio. & demonſtr.* dubitari potuit in propoſita ſpecie de mente & ſententia teſtatoris. Nam qui Titium primo gradu hæredem inſtituit: ſub hac conditione: Si me hæredem inſtituit: crede-

crederetur fortaſſe hanc conditionem inſtitutionis ad ſimilem inſtitutionem retuliſſe: hoc eſt, ad inſtitutionem quæ primo etiam gradu facta fuiſſet. Quare ſecundùm coniectam defuncti mentem conditio illa non diceretur extitiſſe, etiam ſi teſtatorem ſecundo gradu hæredem feciſſet. Sed tamen Labeo intellexit ſufficere, quod Titius teſtatorem etiam centeſimo vel milleſimo gradu hæredem inſtituiſſet. Nec æſtimauit ſuperiorem coniecturam. Motus eſt igitur, quod à verbis conditionis non facilè eſſet recedendum. *l. non aliter. ff. de legat.* 3. & quod conditio erat in præteritum collata, in qua factum præteritum variari nequiret. Quod ſi conditio inſtitutionis fuiſſet in futurum collata, & iure valere potuiſſet captatoria inſtitutio, tunc vrgeret coniectura. Hoc ita cum iudicio expendit Raphael Cuman. *in dicto §. finali*, dicens, illum textum eſſe fortem, quo probetur, ſatisfactum eſſe conditioni per inſtitutionem præteritam, etiam quæ milleſimo gradu facta fuiſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio pupillaris defenditur, reiecta dictione, Mihi, taquam vitioſa, vbi teſtator dixit, Si filius intra pupillarem ætatem deceſſerit, Titius mihi hæres ſit.*
L. Si ita ſcriptum, §. qui filio. ff. de bonor poſſeſſ ſecund. tabul. ſenſus, ibid. cum ſeq.
L. 1. §. Si fundo. ff. de hæred. inſtit. ſenſus. ibid.
2 *Subſtitutio cõpendioſa, adiecta dictione, Mihi. videlicet ita: Si filius meus ſine liberis deceſſerit: vel poſt mortem filij mei, ſit mihi hæres Titius, vtrum pupillarem contineat?*
Cap. Si pater, ſenſus ibid.
3 *Subſtitutio compendioſa verbo communi concepta cum dictione, Mihi. non continet pupillarem: ſecus ſi verbo ciuili.*
4 *Subſtitutio compendioſa, adiecta dictione, Mihi, retinet eam dictionem, poſt pubertatem, reſpectu fideicommiſſariæ.*
5 *Subſtitutio compendioſa continet pupillarem, quamuis ſimpliciter dictum ſit: Subſtituo Titium, & non addatur, Filio.*
6 *Compendioſa facta in forma pupillaris euidentius exprimit pupillarem.*
7 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta in forma pupillaris, non continet, adueniente pubertate, fideicommiſſariam.*
8 *Subſtitutio compendioſa vtrum ſimpliciter fiat, an verò in forma pupillaris, noua differentia animaduertitur, & num. 9. altera. & num. 11 altera.*
9 *Subſtitutio compendioſa in forma pupillaris à milite facta, non continet, adueniente pubertate, directam militarem.*
L. Centurio. ff. de vulg. ſenſus ibid.
10 *Subſtitutio compendioſa verbis generalibus continet vulgarem.*
11 *Subſtitutio compendioſa in forma pupillaris concepta, non continet vulgarem verbis generalibus: continet tamen vulgarem omninò tacitam.*
12 *Bartoli dua ſententia in l. Centurio. ff. de vulga. conciliantur.*
13 *Bartoli ſententia in l. 1. numero penultimo. ff. de vulgar. declaratur.*
14 *Compendioſa ſubſtitutio, de qua in cap. Raynutius. de teſtamen. fuit facta in forma pupillaris, & non continet vulgarem niſi omninò tacitam.*
Cap. Raynutius. de teſtam. ſenſus ibid.
L. Precibus. C. de impuber. cum gloſſ. declaratur. ibid.

HÆREDES.

HÆREDES. Ioannes Andr. *numero* 2. obſeruat, quod teſtator nec Mihi dixit, nec Filius. Nam hæc (inquit) dicta vel omiſſa, non vitiant ſubſtitutionem. *l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſionib. ſecundum tabul.* Quod etiam ex Ioan. Andr. ſimpliciter in præſenti retulit philip. Franch. *numer.* 6. Dominicus autem *in princ. numero* 10. quæſiuit: Vtrum ex eo, quod teſtator non dixit, ſibi, vitietur ſubſtitutio? Et reſpondit non vitiari, *per dictum §. qui filio.* Et quidem Ioannis Andr. verba non ſatis percipiens, quæſtionem minus aptam propoſuit: ſiquidem Ioannes Andr. ſingula ſingulis referens, intellexit, quod verbum, ſibi, à teſtatore dictum, non vitiaret ſubſtitutionem, & verbum, filius, ſimiliter à teſtatore omiſſum ſimiliter non vitiaret.

¶ Primò igitur quæro: Si teſtator dixiſſet: pauperes mihi inſtituo hæredes: vtrum vitiaretur ſubſtitutio? Et Ioan. Andr. & alij authores ſine vlla hæſitatione probauerunt, quod in hac ſpecie æquè procederet huius Decretalis deciſio. Proinde omnia bona æquè pauperibus deferrentur ex pupillari ſubſtitutione, argum. *d. §. qui filio.*

¶ Verùm enimuerò non abſurdè ſentiet, qui in controuerſia poſuerit, an fortaſſis in tali ſpecie non procederet deciſio huius capituli aduerſus Ioannem Andr. & aliorum ſecutam affirmationem. Nam † vbi pater filium impuberem inſtituit, de- 1
inde ita concipit: Si filius meus intra pubertatem deceſſerit, Titius mihi hæres ſit: dictio, Mihi, quæ reſtringit ſubſtitutionem ad bona teſtatoris vitium continere videtur: ſed id vitium pro non ſcripto habetur, & ſubſtitutio pupillaris rectè defenditur, argumento *l. 1. §. ſi fundo ff. de hæred. inſtituen.* Quod ita ſenſit Vlpianus *in dicto §. qui filio*, & expreſſit clarius Papinianus *in l. cohæredi. §. fin. in fin. ff. de vulgar.* Et hanc ſolam eſſe, & veram, & vnicam huius rei rationem demonſtraturus ſum *in finali huius operis parte gloſſ. pupillares.* Quum verò Iureconſul. in ea ſpecie loquantur, in qua appoſita erat conditio illa: Si filius intra pubertatem decederet: videndum eſt, ne non idem ſit, vbi conditio fuerit non reſtricta ad pupillarem ætatem, ſed generalis & compendioſa: Si filius ſine liberis deceſſerit: vt puta in noſtri capituli ſpecie. Illa enim conditio *in dicto §. qui filio.* manifeſtè arguebat, quod pater filio impuberi hæredem conſtituere voluiſſet. Quare, intellecta hac teſtantis voluntate, intellectum quoque fuit vitium pupillaris ſubſtitutionis: eique vitio ſuccurſum fuit per detractionem, vt dictio, Mihi: pro non ſcripta haberetur.

¶ Cæterum † vbi conditio generalis eſt, & impuberem æ- 2
tatem egreditur, & compendioſam efficit ſubſtitutionem, dictio, Mihi, auertere videtur pupillarem, ne verbis expreſſa videatur. Quippè ſi de ſubſtitutione, quam conſtat eſſe pupillarem, verbum, Mihi, quaſi vitioſum detrahitur, iam idem verbum in compendioſa arguere debet, quod facta non ſit pupillaris ſubſtitutio expreſſa, de qua non conſtat. Huius ſententiæ author eſt Bald. *in l. precibus num. 44. C. de impuberum & alijs*, vbi ſcribit, quod *dicta l. ſi ita ſcriptum. § qui filio. & dicta l. cohæredi. §. fi.* propriè locum ſibi vendicant, vbi conditio fuit reſtricta ad ætatem pupillarem.

¶ Cæterum opinatur, quod ea Iuriſconſultorum ſententia non procedat, vbi conditio fuit compendioſa, quod etiam probanerunt Philipp. Corn. *conſilio* 152. *In hac. num. 22. libr.* 2. & Philip. Dec. *conſilio* 371. *In cauſa magnifici. num. fin.* & Paul. Pariſ. *conſilio* 73. *num. 54 in 2. part.* & Marianus Socin. Iunior, *conſil.* 121. *num. 23. lib. 1. & conſil.* 103. *num. 10. & num. 46. lib. 1.* Denique Lancel. Poly. *de ſubſtitutione compendioſa. num.* 27. apertè ſcribit, quod ſi teſtator ita diceret: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius mihi hæres eſto: his verbis ſubſtitutio pupillaris non videtur expreſſa.

¶ Ex his aduerſus Ioan. Andr. & alios vtiliter deſcenderet, quod in propoſita ſpecie propter dictionem, Mihi, pauperes fermè excluderentur. Mater enim ab inteſtato ſucceſſionem liberorum ſibi defenderet, quum pauperes non eſſent expreſſim ſubſtituti pupillariter eiſdem liberis. Quod ſi pauperes allegarent, non eſſe dubium, quin vulgariter in hac conceptione ſubſtituti fuiſſent hiſce impuberibus, & ex vulgari expreſſa colligerent pupillarem tacitam *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* Mater reſponderet, contra ſe valere quidem expreſſam pupillarem, ſed non valere pupillarem omninò tacitam, *l. precibus. cum gloſſ. in verb. omnimodo. C. de impuberum.* & communi opinione, de qua inferius *in §. ex parte. in gloſſ. ſuperſtite matre.* Sic videtur ceſſare Pontificis ſententia in præſenti, qui pauperes ſine vllo pietatis priuilegio admiſit contra matrem impuberum ex pupillari, quæ verbis generalibus compendioſæ ſubſtitutionis fuit expreſſa. Sic eueniret, vt in tali ſpecie pauperes neceſſe haberent confugere ad ſingulare pietatis priuilegium, & contra regulam prætendere, quod ex pupillari omninò tacita contra matrem admitterentur. Et ſanè vix hoc poſſent obtinere propter controuerſiam, quæ eſt in eo articulo: Vtrum pauperes ex pupillari omninò tacita ſingulari pietatis priuilegio admittendi ſint contra matrem impuberis: de qua controuerſia videnda ſunt quæ attingemus *in ſequenti parte, in gloſſ. Ipſis pauperibus.*

¶ Sed his non obſtantibus, reſoluo, quod Ioann. Andr. & aliorum opinio probabilior eſt, vt æquè huic Decretali locus ſit,

eus ſit, etiam ſi teſtator dixiſſet: Pauperes mihi inſtituo hæredes. Nam & in hac ſpecie pauperes, & quilibet alij ſubſtituti, in quibus pietatis ratio nulla verſaretur, admittendi eſſent contra matrem impuberum. Quoniam, videlicet, in hac etiam cõceptione pupillaris videretur eſſe expreſſa verbis generalibus compendioſæ ſubſtitutionis. Etenim ſi compendioſa fuiſſet
3 concepta verbo communi, † tunc dictio: Mihi: auerteret pupillarem, & introduceret fideicommiſſariam: vt puta ſi teſtator diceret: Et vtrumque ſe ſine liberis mori contigerit filiorum pauperes mihi ſuccedant, vel bona mea in pauperes deueniant. ſecundùm ea quæ tradidit Soc. *in l. 1. num. 11. ff. de vulg.* & inferius declarabitur *in 3. part. in gloſſ. 1.*

¶ Cæterum vbi compendioſa ſubſtitutio eſt facta verbis ciuilibus: dictio, mihi, non poteſt videri expreſſiſſe ſolam vulgarem. Quoniam teſtator animaduertitur etiam poſt quæſitam filio hæreditatem ſubſtituere voluiſſe. Porrò verba ciuilia ſunt aliena à fideicommiſſaria ſubſtitutione: & ideo exigunt directam pupillarem, cui dictio, mihi: vel vitiosè aptetur. Sic concludendum eſt, quod *dicta l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. & dicta l. cohæredi. § fin.* procedunt, etiam ſi conditio fuerit compendioſa, hoc eſt, egrediatur pubertatis tempora: quum vtique Iureconſulti in vtroque §. agant de ſubſtitutione, quæ facta fuit verbis ciuilibus. Hoc ita viſus eſt ſentire Barto. *in l. Centurio. numero 20. ff. de vulgar.* quum extendit text. *in dicta l. cohæredi. §. final.* ad compendioſam ſubſtitutionem. Hoc in terminis ex Accurſij ſententia tradidit Raphael Fulgoſ. *in dicta l. precibus. nume. 15. in fine.* & Raphael Cuman. *in dicta l. Centurio, numero 4.* Hoc latè firmaſſe Dominum ſuum *in dicta l. precibus.* refert Philippus Cornel. *conſilio 322. Ardua. numero 5. libro 3.* His authoribus accedat authoritas Ioannis Andre. & aliorum in præſenti, quam expendo, vt non aliud in iudicando, & conſulendo probari debeat aduerſus Baldum & alios authores, qui eum fuerunt ſequuti.

4 ¶ Adde † quod ſi teſtator dixiſſet: Pauperes mihi inſtituo hęredes: & in ſpecie noſtri capituli illud ſolum mutaretur, quod filia ſine liberis pubes deceſſiſſet, tentari poſſet, ſubtilem effectum procedere ex dictione: Mihi. Nam remota ea dictione, conſtaret, quod in tali ſpecie, vbi filius deceſſiſſet ante pubertatis tempus, filia neceſſaria hæres extitiſſe, & vbi filia ſine liberis pubes mortua eſſet, mater, quæ ei ab inteſtato, vel ex teſtamento, hæres extiterit, teneretur ex fideicommiſſo reſtituere pauperibus integram filij impuberis hæreditatem, quam filia quæſiſſet ex pupillari ſubſtitutione. Quod ſi adiecta fuiſſet dictio, Mihi, non ſine colore tentaretur, quod mater hæres filię puberis non teneretur per fideicommiſſum reſtituere pauperibus ex filij impuberis hæreditate niſi bona duntaxat, quæ patris fuerunt. Siquidem hæc verba: pauperes mihi hæredes inſtituo. non videntur differre ab illis verbis: Pauperes in bonis meis hæredes inſtituo. Porrò ſi teſtator dixiſſet, Pauperes in in bonis meis hæredes inſtituo: iam fideicõmiſſaria ſubſtitutio, in quam veniret quęſitum ex pupillari ſubſtitutione, non continere proprias filij impuberis facultates, ſed bona duntaxat ipſius teſtatoris.

5 ¶ Secundò ex hac text. parte nota † ſecundùm Ioan. Andr. & alios, quod etiam ſi teſtator non dixit: Filijs meis pauperes inſtituo hæredes: talis omiſſio non potuit vitiare, nec impedire interpretationem directæ pupillaris, ex qua pauperes admiſſi fuerunt. Quod ſatis probari videtur argumento textus *in dicta l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tabul.* quem allegauit Ioan. Andr. In eo enim §. expreſſum eſt, quod illa ſola verba: Titius hæres eſto: recipiunt ordinariam interpretationem ſubſtitutionis pupillaris, quamuis teſtator non dicat:
6 Filio meo Titius hæres eſto. Planè † ſenſit Ioan. Andr. quod minor fuiſſet dubitatio in noſtri textus ſpecie, ſi teſtator dixiſſet: Filijs meis pauperes inſtituo hæredes. Eſſet enim figura ſubſtitutionis pupillaris expreſſior in eiuſmodi compendioſa: quum per pupillarẽ ipſis filijs impuberibus ſuccedatur, *in princ. Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Denique tunc diceremus, quod talis compendioſa fuiſſet concepta in forma pupillaris, iuxta gloſ. quę de tali compendioſa meminit, *in l. cohæredi. § quod ſi hæredem, verſicu. Nec aliud ff. de vulg.*

¶ Ego autem obſeruo, quod licet dictio: Filij, faceret euidentiorem directæ pupillaris interpretationem pro pauperibus: quum filius & filia proponerentur defuncti fuiſſe ante tempora pubertatis: tamen ſi defuncti ſine liberis fuiſſent poſt tempora pubertatis, tum eadem dictio, Filijs, faceret difficiliorem fideicommiſſi interpretationem aduerſus eoſdem pauperes. Nam ardua eſt quæſtio: Vtrum compendioſa verbis ciuilibus concepta, quæ valuit iuris pupillaris directæ intra pubertatem, poſſit valere iure fideicommiſſi poſt pubertatem? Et in hac quæſtione Baldus *in l. precibus, numero 35. C. de impuberum.* docuit † quod ſi compendioſa fieret in for- 7
ma pupillaris, tunc non valeret iure fideicommiſſi poſt pubertatem: ſecus ſi non fieret in forma pupillaris, quoniam tunc valere debet fideicommiſſi iure. Et eam Baldi opinionem ſequutus fuit ibi Decius *numero 17.* & Raphael Cuman. *in l. verbis ciuilibus. numero 11. ff. de vulgar.* Ioann. Caccialup. *in repet. dicta l. precibus. num. 42.*

¶ Quoniam tamen compendioſa vno, vel altero modo concepta valere deberet iure fideicommiſſi in fauorem pauperum, noua & vtilis † obſeruatio eſt, quod propter di- 8
ctionem: Filijs, vtilior eſſe poſſet pauperum fideicommiſſaria ſubſtitutio, quam ſi compendioſa eſſet concepta ſimpliciter abſque ea dictione: Filijs: Vbi enim teſtator filium & filiam vniuerſales hæredes inſtituiſſet, & alteri ex his prælegatum reliquiſſet: tunc fideicommiſſaria propter dictionem: Filijs: haberet inauditam vtilitatem: quod videlicet, prælegata in fideicõmiſſum caderent, quæ alioqui non viderentur in fideicommiſſum cecidiſſe pro parte non hæreditaria, vt obſeruabimus *in 3. part. in gloſſ. perſonis, ad fin.*

¶ Præterea obſeruo † quod ſi teſtator fuiſſet miles, dictio, 9
Filijs: efficeret, quod poſt pubertatem compendioſa valere non poſſet iure directo. Vnde ſi in noſtri capituli ſpecie teſtator fuiſſet miles, nemo dubitaret pauperes poſt tempora pubertatis decedentibus ſine liberis filio & filia, admittendos fuiſſe iure directo ad bona teſtatoris. *l. Centurio. colum. 2. ff. de vulgar.* Cæterum ſi teſtator miles dixiſſet: Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, pauperes eiſdem filijs hæredes inſtituo: iam ſi filius, & filia ſine liberis puberes deceſſiſſent, nec quidem ex militum priuilegio pauperes ad bona teſtatoris iure directo admitti poſſent. Sed tunc velut ex iuſta fideicommiſſi cauſa inuitari viderentur ad bona, quæ militis, cùm moreretur, fuiſſent *l. precibus. C. de impuberum.* ſecundùm interpretationem, quam latius attingam *in 3. parte, in gloſſ. interdum.*

¶ Poſtremò obſeruo, quod ſi in noſtri capituli ſpecie teſtator dixiſſet: Filijs: mutaretur interpretatio ſubſtitutionis vulgaris. Nam inter omnes huius capituli interpretes conſtat, quod in hac † compendioſa pauperum ſubſtitutione contine- 10
batur vulgaris, quæ erat expreſſa verbis generalibus. Idque etiam conſtat excepta Bartoli traditione *in l. 1. numero 8. & in l. Centurio. numero 3. ff. de vulgar.* vbi docet, quod in generalibus verbis compendioſæ ſubſtitutionis vulgaris continetur. Ego autem noto, quod ſi teſtator dixiſſet: Etſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, pauperes eiſdem filijs hæredes inſtituo: iam talis compendioſa, † quoniam erat conce- 11
pta in forma pupillaris, nullo modo vulgarem exprimeret, vt colligitur ex recepta Bartoli traditione *in l. qui liberis. §. hæc verba. num. 2. ff. de vulgar.* & ex his quæ tradit Alexand. *num. 25. verſicul.* Primò quia, *in l. 2. ff. eodem titul.* Philip. Corn. *numero 38.* & Areti. *numero 4. in l. precibus. C. de impuberum.* Quamobrem in tali compendioſa oporteret ex pupillari, quam conſtaret eſſe expreſſam, colligere vulgarem omninò tacitam, ad quam ex conſtitutione Diui Marci porrigeretur expreſſa pupillaris, *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.*

¶ Vnde colligo conciliari poſſe diuerſas † Barto. traditiones 12
in dicta l. Centurio. num. 32. primò enim ſcribit, quod in compendioſa ineſt tacita vulgaris, quæ deducitur argumento pupillaris expreſſæ *dicta l. iam hoc iure.* Deinde variando ſcribit, quod in compendioſa exprimitur vulgaris, vt etiam docuerat *in l. 1. num. 8 ff. eod. tit.* Alciatus autem *in l. verbis ciuilibus, num. 22. ff. de vulgar.* vulgarem in compendioſa deducit ex pupillari expreſſa, iuxta priorem opinionem Bartol. *in dicta l. Centurio. numero 32.* Sed quum poſterior Bartol. opinio ſit receptiſſima, ego in hunc modum diſtinguo. Aut enim compendioſa ſit ſimpliciter, vt fuit facta *in hoc cap. & in l. Centurio. ff. de vulgar.* & tunc verbis generalibus compendioſæ vulgaris expreſſa continetur. Sic non eſt neceſſe ad Diui Marci conſtitutionem decurrere, vt pupillaris expreſſa ad vulgarem omninò tacitam porrigatur. Aut verò compendioſa fuit facta in forma pupillaris, & tunc vulga-

vulgaris non eſt expreſſa vt neceſſe ſit vulgarem omninò tacitam ex pupillari expreſſa deducere, iuxta priorem Bartoli opinionem vbi ſupra.

13 ¶ Hinc etiam notandum eſt circa Bartoli † ſententiam *in l.1. num.penult.ff.de vulg.* vbi coniunxit illam ſubſtitutionem: Quiſquis mihi hæres erit, filio meo hæres eſto:&illam:Si filius meus deceſſerit intra vigintiquinque annos, talis hæres eſto. Nam etſi Bartolus in vtraque ſubſtitutione tractet de pupillari omninò tacita, certè ſi in poſteriore conceptione vulgaris expreſſa, inutilis videretur tractatus de vulgari omninò tacita. Fortaſſis tamen Bartolus ita ſcriptum reliquit: Si filius meus deceſſerit intra vigintiquinque annos, talis ei hæres eſto. Quoniam tūc recta erat vtriuſque compendioſæ ſimilitudo: quum vtraque fieret in forma pupillari.

14 ¶ Infero etiam, quod compendioſa † ſubſtitutio. *cap.Raynutius.ſupra eodem.* non dicetur continere vulgarem expreſſam. Nam & illa compendioſa fuit concepta in forma pupillaris, vt tradidit Salicetus *in dicta l.precibus.ex numero 21.* Quod etiam deducitur ex Baldi obſeruatione *in l.finali. numero 17. C.de ſacroſanctis Eccleſiis,* vbi dixit, quod quando verbum, ſuccedat, refertur ad filium impuberem, poſitū in datiuo caſu, intelligitur eſſe verbum directum. Mouetur, quoniam datiuus ille caſus excludit fideicommiſſariam, per quam non impuberi filio, ſed ipſi teſtatori ſuccedit. Et Baldi ſententiam plurimi authores probauerunt, quos nominatim allegauimus *ſupra in gloſſ. Moreretur.* Conſidero igitur, quod idem datiuus caſus eadem opera non minus excludit vulgarem expreſſam, quàm fideicommiſſariam. Quoniam per vulgarem non minus ipſi teſtatori ſuccedatur, non verò impuberi filio. Proinde compendioſa *in dicto cap. Raynutius.* pupillarem quidem manifeſtè exprimeret, & ratione huius pupillaris expreſſæ potuit contra Fulgoſ. porrigi ad vulgarem omninò tacitam. Quod mihi videtur Raphael Fulgoſ. parum ſubtiliter expendiſſe *conſil.33.Titius.* vbi rectè animaduertit, quod verbum, ſuccedat, erat directum propter datiuum caſum, qui excludebat fideicommiſſariam. Et tamen idem initio conſilij non rectè intellexit, quòd illius compendioſæ verbis continebatur expreſſa vulgaris. Nā melius conſiderare debuiſſet, quod datiuus caſus, qui faciebat quod verbum ſuccedat, eſſet directum, idem excludebat non minus vulgarem quam fideicommiſſariam.

¶ Poſtremò infero nonam Accurſij excuſationem *in l. precibus, verbo, Fideicommiſſi. C.de impuberibus.* vbi docuit, quòd compendioſa eius lex duas ſubſtitutiones continebat, pupillarem, ſcilicet, ante pubertatem & fideicommiſſariam poſt pubertatem. Quo loco Raphael Fulgoſ. *numero 12.* ex omnium ſententia, & deinde Iaſon *numero 10.* notauerunt contra gloſſ. quod eadem ſubſtitutio compendioſa non minus vulgarem continebat. Ego verò Accurſij traditionem excuſo, quaſi rectè intellexerit, quod eius compendioſæ verbis vulgaris minimè contineretur. Si quidem Accurſius, & frequentius omnes eius legis interpretes rectè intellexerunt, quod compendioſa inibi fuerat concepta in forma pupillaris. Ergo eidem Accurſio & eiſdem authoribus conſequens fuit rectè docere, quod eiuſmodi compendioſa non continebat vulgarem.

SVMMARIVM.

1 *Maſculinum concepit fœmininum per interpretationem extenſiuam.*
L.ſeruis legatis ff.de leg.3.ſenſus ibid.
L.Herennius.ff.de verb.ſignif.ſenſus ibid.
L.iuſta ff.de verb.ſignif.ſenſus ibid.

2 *Conditio: Si vterque ſine liberis deceſſerit, tunc demum verificatur, quando ex duobus non ſolum prior, ſed etiam poſterior ſine liberis deceſſerit.*
L.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Senatuſconſul.Trebell.ſenſus ibid. & num.ſeq.

3 *Conditio: ſi vterque ſine liberis deceſſerit, verificatur, ſi poſterior ſine liberis deceſſerit, quamuis prior liberos ſuperſtites reliquerit.*

4 *Conditio: Si vterque filiorum ſine liberis deceſſerit, deficit, quamuis poſterior ſine liberis decedat, ſi ex priore cum liberis mortuo ſupereſt perſona, quæ veriſimiliter ſubſtitutum præſertim extraneum excludat.*

5 *Conditio: Si vterq; ſine liberis deceſſerit: poſterior ſine liberis decedente ita demum deficit, ſi ex priore cūm liberis mortuo, ſupereſt perſona, quæ ab inteſtato erat poſteriori ſucceſſura.*

6 *Subſtitutio pupillaris duobus filijs facta ſub conditione, Si deceſſerint in ætate pupillari, non verificatur, nec ſubſtitutum admittit vno mortuo, ſi mors vtriuſque eſt expectanda etiam ſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*
L.cum quidam.C.de impuber.ſenſus ibid.

7 *Subſtitutus ſub conditione: Si vterq; ſine liberis moriatur: non admittitur, quando ex priore mortuo ſupereſt perſona, quæ vltimò morienti ſit ſucceſſura, ſiue in totum, ſiue in partem.*
L.2.§.ſi ſit conſanguineus.ff.ad Trebell. ſenſus ibid.

8 *L.Tauri.6.& l.Portugall.libro 4. Ordin. titul. 75 eleganter explicatur.*

9 *Subſtitutio vulgaris omninò tacita non admittitur contra matrem teſtatoris.ſicut neque contra matrem impuberis.*

10 *Subſtitutio compendioſa exprimit verbis generalibus vulgarem, non ſolum in caſum quo filius moriatur non quæſita patris hæreditate, ſed etiam in caſum quo filius ſe abſtineat.*

11 *Subſtitutio vulgaris concepta in caſum impotētiæ, extenditur ad caſum voluntatis.*

12 *Subſtitutio compendioſa ſub conditione: Si ſine liberis, vtrum in caſum, quo filius ſe abſtinet, admittat ex vulgari ſubſtitutum, ſi eo tempore filius qui ſe abſtinet liberos habebat.*
L. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff ſi quis omiſſa cauſa teſtament. ſenſus ibidem.

SI VTRVNQVE.

SI VTRVNQVE FILIORVM. Obſerua, quod Pontifex de filio, & filia intelligens, vtrunque filiorum dixit, quaſi filiorum appellatio filiam non impropriè comprehendat. Sic Iureconſultus, *in l.ſeruis legatis.ff.de legatis 3. & in l.inter ſtuprum. §.finali.ff.de verborum ſignificat.* reſpondit, ſeruis legatis, etiam ancillam deberi, quaſi commune nomen vtrunque ſexum contineat. Sed tamen alibi ſcriptum eſt, quod pronunciatio in genere maſculino, ad vtrumque ſexum porrigitur. *l.pronunciatio. ff. de verborum ſignification.* quaſi per extenſiuam interpretationem id locum habeat. Et ita ſe habet communis opinio, quod maſculinum concipiat † fœmininum, non quidem ex proprietate ſermonis, ſed per interpretationem extenſiuam, ſecundùm Iaſonem *in l.ſi quis id quod.numero 10. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Dec. *in l. 2.ff.de regulis iuris.cum alijs, de quibus ſupra in gloſſ. Si abſque liberis.* Nec obſtant ſuperiora reſponſa, quoniam Andre. Aleiat. *in dicta l.inter ſtuprum.§.final.* reſpondet, quod Serua datiuum pluralem habet Seruis, ſicut ſeruum, ex veterum ſententia, qui non Seruabus, ſed Seruis quoque fœminino genere protulerunt. Mihi autem hæc Alciati conſideratio viſa eſt leuis. Quoniam Modeſtinus Iureconſultus *in dicta l. Seruis. & in dicto §. finali. quum Seruis,* ſcripſit, nullatenus ſe retulit ad datiuum. Siquidem verba teſtatoris ita ex eiuſdem Iureconſulti ſententia concipi debuerunt: Seruos meos Titio do, lego. 1

¶ Vnde fortaſsè diſtingui poterit, quod pronunciatio in genere maſculino, videlicet, vbi facta eſt numero ſingulari, porrigitur ad vtrumque ſexum per interpretationem extenſiuam. *dicta l. pronunciatio.* Et hoc caſu rectè ſe habet communis opinio. Cæterùm ſi pronunciatio fiat numero plurali in genere maſculino, tunc maſculinus ſexus fœmininum concipiet, quaſi commune nomen vtrunque ſexum contineat. Pro hac diſtinctione videtur facere textus *in l.Herennius.ff.de verborum ſignificat.* vbi ſignificatur, quod filij appellatio numero ſingulari non porrigitur ad filiam in tutelis, quum tamen filiorum appellatio contineat filias in eadem materia. *l.ſi quis ita.ff. de teſtament.tutel.* Idem probare videtur forti argumento text. *in l.iuſta. ff. de verborum ſignificationibus.* vbi Iureconſultus argumentatur, quod vt filij appellatio ad filiam refertur, ita quoque refertur ad nepotem. Ergo filij appellatio in tutelis non porrigeretur ad filiam: quoniam vtique in tutelis ſi veniret filia, ita & filiorum appellatione venirent nepotes. Denique Paul.Caſtr. *in l.tres fratres.ff.de pact.* ſimilem differentiam numeri ſingularis & pluralis obſeruauit in dictione, frater, quam ſecuti ſunt Philip.Dec. *in dicta l.2.num.17.ff.de reg.iur* & Aleiat. *in l.1.ff.de verb.ſignif.* ſecundùm quæ Pontifex in præſenti poteſt videri non impropriè eſſe loquutus, qui, Vtrunq; filiorū dixerit, quum

quum de filia non minus loqueretur. Nam & dictio, *vtrumque*, quãuis ſingulari numero proferatur, nihilominus pluralis numeri ſignificationem habet.

Ex hac dictione: *Vtrumque*, collegit Ioan. And. hic *numer.* 2. quod non ſufficeret alterum ſic mori. *l. penultim. C. de impuberi. & alijs.* & idem ſimpliciter ſequuti ſunt Domin. *num.* 11. Philip. Franc. *numero* 56. *verſicul.* 7. Sed Petrus ab Ancharan. *numero* 4. *& numero* 14. *verſicul. quartò oppono.* allegat in contrarium Papiniani reſponſum *in l. hæredes mei. § cum ita. ff. ad Trebellianum.* Tu

2 autem reſolue. † Ioan. Andr. rectè ſentiſſe, quod non ſufficeret alterum, id eſt, priorem ſine liberis deceſſiſſe. Vtique enim, ſi poſterior ſuperſtites liberos reliquiſſet, pauperes omnimodò excluderentur, quamuis maximè prior ſine liberis diſceſſiſſet.

3 Cæterùm pauperibus † ſufficeret alterum, id eſt, poſteriorem ſine liberis decedere, quamuis prior cum liberis diſceſſiſſet. Pone igitur, quod Petrus filius pubes factus, liberos ſuſcepit, eoſque moriens ſuperſtites reliquit. Item pone, quod mox Philippa filia ante pubertatem ſine liberis vita deceſſiſſet. Pauperes ad huius filiæ impuberis hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione ſe admitti deſiderant. Mater autem contradicit, allegans, quod pauperes inſtituti fuerunt ſub conditione, ſi vtrumque ſine liberis mori contigiſſet filiorum. Et collegit mater, hanc conditionem defeciſſe, quum non vterque filiorum ſine liberis deceſſerit. Denique allegat, non eſſe nouum ſi pupillari ſubſtitutioni alia præter ea conditio inſeratur, quæ ſi defecerit, non habeat locum pupillaris ſubſtitutio. *l. qui liberis in princip. ff. de vulgar.* Sed tamen pro pauperibus reſpondendum foret, quod admitti deberent ad huius filiæ impuberis hæreditatem, quæ poſterius ſine liberis deceſſit, argumen. text. *in dicta l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum.* Ibi enim pater filios Titium, & Mæuium, hæredes reliquit, eorumque fideicommiſit, vt ſi quis eorum ſine liberis prior diem ſuum obijſſet, partem ſuam ſuperſtiti fratri reſtitueret. Quod ſi vtrumque ſine liberis mori contigiſſet, omnem hæreditatem ad Claudiam neptem ſuam peruenire voluit. Mortuo teſtatore, Titius hæres, ſuperſtite filio, deceſſit. Deinde alter filius Mæuius, nullis liberis relictis, vita functus eſt, ad cuius portionem Claudia ex fideicommiſſo admitti ſe contendebat. Papinianus reſpondit, Claudiam iure fideicommiſſi admittendam eſſe, quamuis prima facie propter conditionis verba videretur admittenda. Summa ratio reſpondendi in eo conſiſtit, quod teſtator totam hæreditatem nepti Claudiæ dare voluiſſet, ſi Titius ſine liberis deceſſiſſet, eiuſque pars ad Mæuium perueniſſet, & Mæuius ſimiliter ſine liberis diem obijſſet. Altitudinem igitur viſum eſt in quæſtione voluntatis, ſi ceſſante prima ſubſtitutione, cuius conditio defecerat, denegaretur eidem Claudiæ pars Mæuij, qui poſterior ſine liberis deceſſiſſet.

Illud notandum eſt, quod diximus, pauperes admittendos fore ad hæreditatem huius filiæ impuberis, nec æſtimabimus vtrum liberi teſtatoris, quos Petrus filius ſuſceperat, & moriens ſuperſtites reliquerat, eo tempore ſupereſſent, quo filia impubes diem ſuum obijt.

At enim Bartol. *in ſummario dict. §. cum ita.* ſic ſcriptum reliquit: Fideicommiſſum relictum à duobus cum expreſſione nominis collectiui [illegible], etiam ſi in perſona vltimi tantum conditio extiterit, ſi perſona non ſupereſt, quæ fideicommiſſarium ex præſumpta defuncti voluntate excludat. Ergo videre-

4 tur † dicendum, quod in propoſita ſpecie pauperes excludendi eſſent, quoniam liberi teſtatoris ex Petro filio ſuſcepti ex præſumpta eiuſdem voluntate pauperes excludere viderentur vt ferè in terminis habuit pro conſtanti Petrus ab Anchar. *conſil.* 74. *contra Philippum. verſic & ex intellectu gloſſ. ſequeretur.* Nam & *in dicto §. cum ita.* nepos ex filio Titio ſuſceptus non excluſit Claudiam ex præſumpti defuncti voluntate, quoniam Claudia ſimiliter neptis erat teſtatoris, & in eodem gradu conſtituta. Alioqui ſi Claudia fuiſſet extranea, aut gradu remotior, eam nepos ex filio Titio ſuſceptus, quia in conditione poſitus fuiſſet, & ex liberis teſtatoris eſſet, ſubſtitutum etiam à poſitione Mæuij excluſiſſet. Ita enim ſe habet communis opinio, vt reſoluunt Alexand. Socin. & Ripa. *in dicto § cum ita.* & reſoluit latè Ioan. Ant. Rube. *in repetit. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. ex num.* 82.

Sed nihilominus retinendum eſt, quod abſolutè diximus, videlicet, in propoſita ſpecie pauperes admittendos eſſe ad hæreditatem filij impuberis, etiam ſi ſupereſſent nepotes teſtatoris, qui ex Petro filio ſuſcepti fuiſſent. Quippè ſuperior communis opinio † locum haberet, quando hi liberi teſtato- 5
ris proximi eſſent ab inteſtato hæredes amitæ ſuæ Philippæ, & ea ratione pauperes excluderent, vt ſibi locum facerent. Animaduerteremus enim prudens teſtatoris conſilium, qui pauperibus ſubſtitutis in hæreditate filij impuberis, non ſolum filium Petrum prætuliſſet ex teſtamento pupillari, ſed etiam eiſdem pauperibus eiuſdem filij liberos prætuliſſet ab inteſtato, argument. *l. Lucius. el ſecunda. ff. de hæredibus inſtituend. coniuncta l. ſi Titio. §. final. ff. de legatis primo.* At verò in noſtri capituli propoſita ſpecie, in qua mater inteſtatæ filiæ ſucceſſionem ſibi vendicaret, aduerſus pauperes non poſſet haberi ratio liberorum, quos Petrus filius ſuſcepiſſet, quoniam in cauſa inteſtati conſtaret matris cauſam eſſe potiorem, argumento textus *in authentica. defuncto. C. ad Senatuſconſult. Tertullian.* Et in terminis ita declarat & limitat textus *in dicto §. cum ita.* Raphael Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. *in l. cum quidam. C. de impuberibus. & alijs.* & Ioan. Coraſ. ibidem *numero* 15. reſoluit hanc eſſe communem opinionem.

Hoc loco quæſiuit Ioan. Andr. *numero* 2. Quid reſpondendum eſſet, ſi teſtator, qui reciprocam ſubſtitutionem non feciſſet, nec adiecisset iſtud: Vtrumque, ita in terminis dixiſſet, Filium & filiam mihi hæredes inſtituo, & ſi deceſſerint ante pubertatem, inſtituo pauperes Chriſti: vel, perueniant bona mea ad pauperes Chriſti. Dubitatur enim, ſi filius ante pubertatem decedat, & ſuperſit filia, vtrum pauperes ſtatim admittantur ad partem filij. Huic quæſtioni † reſpondit Ioan. Andr. *num.* 4. ex ſententia præceptoris ſui, quod pauperes non admittentur ad partem filij. Mouetur ipſorum verborum proprietate, quæ exigunt ambos decedere ante pubertatem, vt pauperes admittantur. Item mouetur ex præſumpta defuncti voluntate, qui non præſumitur admiſiſſe ſubſtitutos ad partem filij, quum filia ſupereſſet, argument. *l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſis. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. ſi is qui ducenta. §. fin. ff. de rebus dubijs. cum alijs ſuperius adductis ſuper gloſſ. in verbo, Si abſque liberis.*

Ego apud Ioannem Andream primum obſeruo, quòd ille ponens duas verborum conceptiones, ſubſtitutionem pauperum variauit. Et quidem in priore verborum conceptione nemo non viderit, expreſſam eſſe pupillarem. Cæterum in poſteriori conceptione, videlicet, Si deceſſerint ante pubertatẽ, perueniãt bona mea ad pauperes: dubitari poteſt, vtrum Io. And. ſenſerit de pupillari, quę facta eſſet verbis communibus, an verò de fideicommiſſaria. Et videretur de fideicommiſſaria magis ſenſiſſe, quoniam eius præceptor hanc quæſtionem terminauerat, tam in directa pupillari, quàm in obliqua fideicommiſſaria, vt patet ex legibus ab eo allegatis, & ex eo quod ſubiecit *in verſiculo quidam diſtinguunt.* Vtcunque ſit, Ioannes Andr. non videtur perſpicua docendi ratione vſus, ſiue de pupillari, ſiue de fideicommiſſaria intellexerit. Quum in controuerſia poſitum ſit, an ea verba pupillarem, an verò fideicommiſſariam exprimant, vt apparet ex Bartolo *in l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſion. ſecundùm tabul.* Alexand. & alijs, quæ inferius allegabimus in *tertia huius operis parte, in gloſſa prima.*

Secundò obſeruo, quod Ioan. Andr. non habuit vllam rationem pietatis, quæ pro ſubſtitutis pauperibus allegari poſſet, quum ex Domini ſui ſententia cõcluſerit pauperes interim admittendos non eſſe ad filij impuberis hæreditatem. Et quidem vbi teſtator facit huiuſmodi ſubſtitutionem pupillarem, Petrum & Ioannem filios impuberes hæredes inſtituo: & illis, ſi in pupillari ætate deceſſerint, ſubſtituo Sempronium: regulariter conſtituendum eſt, quod ſubſtitutus pupillaris non admittitur ad hæreditatem alterius filij impuberis, qui prior deceſſerit. Siquidem teſtator intelligitur ſubſtitutum pupillarem vocaſſe ad hæreditatem impuberis, qui poſterior decederet, vt in ea hæreditate prioris mortui hæreditatem inueniret: quoniam & ſi in propoſita quæſtione deficiat verbum collectiuum, vterque: ſuggerit tamen hanc voluntatis interpretationem ratio coniunctionis, & copulatiuæ, præſumptæq; charitatis patris in filium. Quibus & alijs argumentis hanc concluſionem ſenſit Accurſius in *l. ſi pater impuberes. ff. de vulgar.* Bald. Paul. Salycet. Alexand. & Iaſon *in dicta l. cum quidam. C. de impuber. & alijs:* & reſoluit hanc eſſe communem opinionem Ioan.

Coraſ. in repet. d. l. cum quidam. num. 13. quam ſequutus eſt Marian. Soc. Iun. conſil. 157. num. 54. in 2. part. & reſolui t eſſe communem. Iaſ. in d. l. cum quidam. num. 5.

Sed hanc communem opinionem limitauit Bal. in repet. huius cap. dicens, quod hoc non procederet, ſi Chriſti pauperes proponerẽtur ſubſtituti fuiſſe pupillariter. Quoniam in eo caſu, vbi primum alter filiorum decederet, ſtatim pauperes ad eius hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione admittendi forent. Et hanc Bal. ſententiam retulit, & ſecutus eſt Iaſ. in l. 1. num. 68. ff. de vulgar. idem Iaſ. in d. l. cum quidam. num. 9. vbi tamen non adeo certus fuit de ea Bal. ſententia.

Mihi autem videtur & receptius, & verius eſſe, quod hoc etiam caſu ſuperior communis opinio procedere debeat, & quod pauperes interim admittendi non ſint. Hoc enim manifeſtè voluit Ioan. And. in præſenti, num. 4. quem retulit & ſequutus eſt Dominic. in princ. num. 12. & Philip. Franc. num. 56. Denique hoc contra Bald. hinc aſſeruit Franc. Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 98. ff. ad Trebell. Hoc etiam in propoſita ſpecie eo argumento comprobatur, quod contra pupillares ſubſtitutos allegatur & inducitur coniectura l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. & l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtratio. Conſequens igitur, eſt vt nec pauperum, nec piæ cauſæ ratio habenda ſit, quoniam coniectura d. l. cum acutiſſimi. dict. l. cum auus. locum habet contra pauperes per fideicommiſſum ſubſtitutos, vti præceptum eſt ex communi opinione, quam ſuperius reſoluit in gloſ. ſi abſque liberis.

¶ Tertiò obſeruo ex eiuſdem Ioan. Andr. ſententia, qui propoſitam quæſtionem aptauit noſtri capituli terminis, quod adeo verum eſt, interim ſubſtitutos pupillares excludendos fore,
7 vt id † procedat etiam ſi is, qui præſumpta defuncti voluntate
ſubſtitutos pupillares excludit, non poſſit pupillo in aſſem ſuccedere, ſed in partem hæreditatis duntaxat. Etenim mater in huius capituli terminis interueniebat, quæ ſimul cum filia filio impuberi ab inteſtato ſuccederet, authentic. defuncto. C. ad Tertullian. Sic euenerit, vt in propoſita ſpecie filio ipſi ante pubertatem defuncto non ſuccederet ex pupillari ſubſtitutione pauperes, ſed ab inteſtato ſuccederent ſimul mater & filia. Proinde mater propter filiæ perſonam conſequeretur, quod ex ſua perſona conſequi nequiret, argumento text. in l. 2. §. ſi ſit conſanguineus. ff. ad Tertullia. in l. 3. §. ſi quis ex liberis, verſicul. Planè. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas, in l. Ariſtot. in fine. ff. quæ res pignori obligari poſſunt. Hoc in terminis perſuadere nixus eſt Alexand. Imol. in conſilio 175. Perſpectis verbis. numero 19. libro 5. & ſequutus eſt Franc. Ripa. in dicta l. hæredes mei. §. cum ita, num. 121. verſiculo ſed quid ſi ſuperſtes. Quo loco videntur verba Ripæ vitiata. Nam pro illis verbis: Cum fratre, debet reponi: Cum matre. Hoc idem poſt Dominum ſuum probauit Philip. Corn. in dicta l. cum quidam. numero 4. argumento eiuſdem l. & l. qui duos. ff. de vulgar. & pupillar. Conſiderauit enim, quod conditores earum legum generaliter loquuti fuerunt, nec æſtimauerunt, vtrum mater eſſet in medio, an non eſſet. Quod quidem argumentum nullius momenti eſſe animaduerto. Quoniam & ſi mater eſſet in medio, ſolus frater fratri impuberi ab inteſtato in aſſem ſuccederet, matre omninò excluſa, l. 1. verſicul. idem eſt. ff. de iuris & facti ignorantia, in §. præferuntur. Inſtitutio ad Tertullianum. quæ iura debent intelligi de fratre vtrinque coniuncto: nam alias mater ſuccederet. Et ſic poteſt intelligi textus difficilis, circa cuius intellectum multum laborat Alexand. ibi in fine. in l. Lucius, in finalibus verbis. ff. de vulgar. vbi Paul. Iureconſult. ſignificare voluit, quod mater ab inteſtato in filij ſucceſſione erat præferenda alteri impuberi fratri ſui filij mortui. Itaque hæc ſuperior ſententia, quam probamus, cœpit eſſe notabilis, poſteaquam matri datum eſt iure nouiſſimo, vt ſimul cum fratre vtrinque coniuncto ſuccederet ab inteſtato filijs, vt probatur in dicta authent. defuncto. C. ad Tertull. & in §. ſed cum antea. Inſtitut. eod. tit.

8 ¶ Quo loco meminiſſe oportebit, quod † in Regnis Hiſpa-
niæ non erit locus communi opinioni, de qua ſupra: ſi videlicet mater interueniat. Siquidem in propoſita quæſtione ſubſtitutus pupillaris ſtatim admittetur ad hæreditatem pupilli, qui prior deceſſerit, quia ſuperſtes frater non poſſit admitti ad inteſtati fratri pupilli hæreditatem, nec quidem ex parte. Conſtitutum eſt enim in Caſtellæ & Portugalliæ Regnis, vt mater ab inteſtato inſolidum admittatur ad hæreditatem filij, excluſo fratre etiam vtrinque coniuncto, vt diſponitur in hoc Caſtellæ Regno in l. 6. Tauri, & in Portugalliæ Regno in libro 4. titul. 75. in princip. Ordin. Regal. Sic matris interuentus faciet, vt pauperes & quilibet pupillaris ſubſtitutus admittantur ad hæreditatẽ impuberis, qui prior deceſſerit, non autem admittatur alter frater ſuperſtes, qui neque ab inteſtato erat vlla ex parte ſucceſſurus, argument. text. in dicta l. cum quidam. & in dicto §. cum ita. ſecundùm communem intellectum, quem in terminis affirmat Bald. Rapha. Fulgol. Paul. Alexand. Iaſo. & Coraſ. in dicta l. cum quidam. & Alexand. in dicto conſil. 175. num. 7. in 5. vol. & hunc eſſe communem intellectum reſoluit Franc. Rip. in dicto §. cum ita. num. 120.

¶ Conſequenter quæro: Si vterque filiorum à patris ſucceſſione iure abſtinuiſſet, vtrum horum verborum argumento poſſint ſtatim pauperes admitti ad bona teſtatoris ex vulgari ſubſtitutione. Et Caccial. in repetit. l. precibus. num. 82. C. de impuberib. & alijs, diligentiſſimè aduertendum admonuit, quod vulgaris, quæ continetur in compendioſa in caſum hæreditatis non aditæ: ita, ſcilicet, continetur, ſi purificata ſit mortis conditio, quæ in ipſa ſubſtitutione fuit adſcripta. Diuerſum obſeruat in vulgari omninò tacita, ad quam pupillaris expreſſa porrigitur. Nam ſtatim (inquit) atque ſe pupillus abſtinet, admittitur pupillaris ſubſtitutus ex vulgari omninò tacita, nec aliter expectat mortem pupilli. Et hoc putat non reperiri alicubi declaratum, & eſſe valdè notandum in materia. Ex cuius traditione ſequitur, quod in propoſita quæſtione pauperes non poſſent admitti ad hæreditatem teſtatoris ex vulgari, quam compendioſa exprimebat. Idem tamen poſſent admitti ad eandem hæreditatem ex vulgari omninò tacita, ad quam porrigeretur pupillaris expreſſa in compendioſa iuxta doctrinam Bartol. in l. Centurio. num. 32. in princip. ff. de vulgar. Vnde ſi mater teſtatoris eſſet in medio, quæ vellet ipſi filio ab inteſtato ſuccedere, iuxta l. 2. §. ſed & ſi ſint ſui. ff. ad Tertullian. vulgaris omninò
† tacita non videretur admittenda contra matrem teſtatoris. 9
Siquidem communi opinione receptum eſt, quod ſicut pupillaris omninò tacita non admittitur contra matrem pupilli. l. precibus. cum gloſſ. in verbo, omnimodo. C. de impuberib. & iuxta communem opinionem, de qua inferius in 2. part. in gloſſ. ſuperſtite matre. ita vulgaris omninò tacita non admittitur cõtra matrem teſtatoris, vt tradit Bartol. in l. 1. num. 40. ff. de vulga. quam ſententiam omnes ferè Doctores ibi ſequuntur, Iaſon num. 22. & teſtantur eſſe communiter approbatam Franc. Rip. ibi num. 175. And. Alciat. num. 128. & Thomas Chalanc. in repet. eiuſdem l. 1. nu. 55 argumento l. precibus. C. de impub. licet ipſe Chalan. vbi ſupra teneat contrarium.

¶ Quæ quidem communis opinio facilius recipienda videretur in noſtri capit. ſpecie, in qua teſtator teſtamenti tempore vxorem habuit matrem impuberem liberorum, ſecundùm ea, quæ nouè obſeruauit Philip. Corn. in l. fin. num. 8. C. de inſtitut. & ſubſtitut. Sic pauperes neceſſe haberent decurrere ad ſingularem pietatis rationem, vt ex vulgari omninò tacita poſſint admitti contra matrem teſtatoris, argumento ſententiæ Angeli in dicta l. precibus. in num. 5. De cuius veritate inferius ſuo loco tractabimus.

¶ Ego tamen reſoluo, quod traditio illa Ioannis Caccialupi, quam adeo commendauit, inanis eſt: Quoniam non eſt neceſſe inducere vulgarem omninò tacitam, vt compendioſè ſubſtituti ad hæreditatem teſtatoris admittantur, viuis liberis, qui ſe abſtinuerunt. Conſidero enim, quod in † propoſi- 10
ta ſpecie ſubſtitui expreſſim inuitati fuerunt ad teſtatoris hæreditatem ex vulgari, ſi vtrumque ſine liberis mori contigiſſet filiorum, videlicet, non quæſita patris ſucceſſione. Porrò argumento huius vulgaris, quæ in caſum mortis filiorum fuit expreſſa, poſſunt admitti ijdem ſubſtituti in caſum, quo contingeret, vtrumque filiorum bona patris recuſare, Siquidem
inter omnes conſtat, quod vulgaris ſubſtitutio † concepta in 11
caſum impotentiæ extenditur ad caſum voluntatis, vt tradit Bartolus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. numer. 2. & 6. ff de liber. & poſthum. Vnde dicemus, hanc vulgarem eſſe partim expreſſam, & partim tacitam quo ad caſus: quæ vtique ſit expreſſa in caſum mortis amborum filiorum: ſit autem tacita in caſum, quo ambo, & filius, & filia, patris bona habere nolint, ex eodem Bartol. in l. 1. numero 12. & 15. ff. de vulgar. Vnde & ſi verum foret, quod vulgaris omnino tacita non eſſet admittenda contra matrem teſtatoris, hæc tamen vulgaris, quam attigimus, ſine dubio contra eandem mulierem admitte-

mitteretur. Etenim ſi teſtator hæreditatem ſuam, excluſa matre ſua, expreſſum dedit vulgaribus ſubſtitutis, in caſum, quo liberi primo gradu hæredes inſtituit ab ea hæreditate, excluderentur morte, euidens voluntatis coniectura deprehenditur, quod eandem hæreditatem voluit dare eiſdem ſubſtitutis, excluſa eadem matre, in caſum quo liberi primo gradu hæredes inſtituti ab ea hæreditate fuiſſent excluſi propria voluntate. Nam & in pupillari ſubſtitione ſi des pares terminos, idem probare conueniet contra matrem ipſius pupilli. Pone enim quod teſtator impuberi filio Petrum ſubſtituit pupillariter in vnum caſum, qui non euenit, ſed euenit alteri ſimilis. Nempe ſubſtitutio illa pupillaris dicetur partim expreſſa, & partim tacita quo ad caſus ſecundùm Bartoli ſententiam *in l. 2. num. 33. ff. de vulgar & pupillar.* quæ communiter eſt approbata, vti conſtat ex Alex. *in l. 1. num. 39. ff. de vulg.* Philip. Corn. *in l. fin. num. penul. & fin. C. de inſtit. & ſubſtit.*

12 ¶ Deinde † quæritur: Vtrum in hac eadem ſpecie, ſi filia repudiaſſet primò rem certam, & deinde filius, poſtquam pubes factus, liberos habuit, abſtinuiſſet ſe à patris hæreditate, vtrum pauperes ſubſtituti eo nomine admitti nequirent ad hanc hæreditatem, quoniam filius tempore, quo ſe abſtinuit liberos haberet.

¶ Et quidem conſtat, quod ſi filius, quæſita patris hæreditate, deceſſiſſet cum liberis, pauperes excluderentur à fideicommiſſaria ſubſtitutione propter liberos ſuperſtites, qui vtique non viderentur ex teſtamento inuitari, ſed ſolum in conditione poſiti, ſecundùm receptam gloſſæ ſententiam *in l. Lucius. ff. de hæredibus inſtituend.* quam latè ſuperius explicaui in gloſſ. *ſi abſque liberis.*

¶ Item ſi liberi morte eſſent excluſi à paterna ſucceſſione, & deceſſiſſent liberis relictis, receptum videtur, quod vulgaris ſubſtitutionis conditio non minus deficere videretur. Proinde pauperes, qui ex vulgari ſubſtitutione vellent admitti, non eſſent audiendi, quoniam vocati fuerunt ad hæreditatem teſtatoris, ſi vtrunque ſine liberis mori contigiſſet filiorum. Hoc, multis allegatis authoribus concludit Socin. *in l. 1. num. 14. verſic. & per prædicta his diebus conſului. ff. de vulg. & pupill.* & Curtius Iunior, *conſil. 33.* Ant. Rub. *conſil. 26. num. 4.* Aymon Sauillian. Cranetta. *conſil. 92. Nobilis. num. 2.* quam ſententiam in huius cap. terminis defendi poſſe conſtat ex And. Alciat. *in l. cohæredi. in princ. num. 9. ff. de vulgar.*

¶ Ergo ſi vulgaris, quæ expreſſa eſt verbis generalibus compendioſæ, habet inſertam conditionem, ſi hæres inſtitutus ſine liberis deceſſerit, ita videbitur extendenda ad caſum voluntatis, vt etiam in eo caſu voluntatis retinenda ſit eadem conditio liberorum. Allego ad hoc Angel. Peruſi. ſententiam *in dicta l. Lucius. numer. 4. ff. de hæredibus inſtituend.* vbi argumento notatorum per gloſſ. ibi ſcripſit, quod vbi teſtator vel pater vel alius inſtituit aliquem primo loco, & ſubſtituit eidem vulgariter, & per fideicommiſſum, ſi deceſſerit ſine liberis, liberi ipſius inſtituti nullo modo ad hæreditatem teſtatoris vocantur, ſi inſtitutus decedat hæreditate non adita, aut etiam repudiata. Subiecit idem Angel. quod benè videntur eidem liberi inuitati ab inteſtato ad eandem teſtatoris hæreditatem, ſi inueniant ſeipſos proximiores teſtatori eo tempore, quo teſtamentum deſtituitur. Hoc cum Angelo probauit eiſdem verbis Ioan. Imol. ibidem *nu. 2.* atque idem ſecurè ſcripſit Fernan. Loazes ad Lancelot. Galiaul. *in repetit. l. Centurio. num. 447. in additione.* Aduerte tamen *ff. de vulg.* ſecundùm quæ dicendum videretur, quod in propoſita quæſtione, ſi filius Petrus poſt ſororem ſe abſtinuiſſet à patris hæreditate, cùm filium haberet, hic Petri filius admitteretur ad aui hæreditatem ab inteſtato, excluſis pauperibus, quoniam teſtamentum deſtitui intelligitur eo tempore, quo filius Petrus à patris hæreditate ſe abſtinuit. Quod etiam comprobari videtur ex his, quæ tradit Alciat. *in l. cohæredi. in princ. num. 7. ff. de vulg.*

¶ Mihi autem videtur poſſe adhuc dubitari, an etiam hoc caſu pauperes admittendi eſſent ad teſtantis hæreditatem ex vulgari? Nam Raphael Cuman. *in dicta l. Lucius.* apertè ſcribit, quod non eſt eadem coniectura voluntati, quando hæres inſtitutus repudiat, liberis relictis. Vnde in terminis eius legis tradit quod teſtator videtur prætuliſſe ſubſtitutis vulgaribus non ſolum fratrem ſuum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato liberos fratris, ſi frater non adita hæreditate deceſſiſſet. Cæterũ ſi frater hæres inſtitutus, quum liberos haberet, hæreditatem fratris ex teſtamento repudiaſſet, tunc putat, quod ſubſtituti vulgares ſtatim eſſent admittendi, non habita ratione liberorum. Pro hac parte illud etiam animaduerto quod Ang. & Ioã. Imol. vbi ſupra concludunt, quod eo demum caſu ſubſtitutus vulgaris excluderetur propter liberos primi hæredis, quando ipſi liberi reperiunt ſe proximiores teſtatori, quo tempore deſtituitur primus teſtamenti gradus. Planè hoc rectè aptatur, quũ hęres inſtitutus morte excluſus eſt, ſed non rectè aptari videtur quũ hęres inſtitutus ſe abſtinet vel repudiat ex teſtamento. Quippè vbi hęres inſtitutus morte excluditur, cõtinuò liberis eius cauſa inteſtati aperitur, vt adeundo ab inteſtato excludant vulgares ſubſtitutos. Diuerſum eſt, vbi hæres inſtitutus repudiat. Quoniam non protinus liberis eius cauſa inteſtati aperitur. Conſtat enim, quod ipſe idem hæres inſtitutus, qui ex teſtamento hæreditatem recuſauit, in cauſa inteſtati neceſſariò liberos ſuos antecedit. *l. 1. §. qui ſunt in poteſtate, ibi: Verùm ab inteſtato. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* Ergo ſi placeret pauperes ex vulgari venientes ea ratione excludere, quod filius abſtentus liberos haberet, hoc non tam eſſet hos liberos inuitare ad aui hæreditatem, quam ipſum filium qui ſe in teſtamento abſtinuit, ab inteſtato admittere. Si eueniet vt hæres inſtitutus, qui ſibi liberos non haberet, abſtinendo ſe facere locum vulgari ſubſtituto, nunc, quia liberos habet, incipiat repudiando ex teſtamento, facere ſibi locum ab inteſtato. Quod ſatis ſcrupuloſum eſt, & contra regulam tex. *in l. hæres inſtituta. C. de impub. & alijs.* vt non temerè probandum eſſe videatur.

Explicit prima pars.

SEQVITVR SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa verbis generalibus continet vulgarem.*

2 *Subſtitutio compendioſa facta in forma pupillaris, vtrum contineat tacitam vulgarem in caſum, quo filius viuo teſtatore decedat?*

L. quod ſi filius. ff. de captiuis. ſenſus. ibidem. cum ſequent. præſertim num. 16.

Subſtitutio pupillaris patre & filio impubere, ſimul eodem temporis puncto defunctis, valere nequit, contra Bart. & communem. valebit tamen in Caſtellæ regnis.

L. qui duos. §. ſi maritus. ff. de reb. dub. ſenſus. ibid.

L. Tauri 5. explicatur. ibid.

4 *Filius pupillus vno aggreſſu, incendio, vel naufragio ſimul cũ patre extinctus, præſumitur ante patrem deceſſiſſe, & ſubſtitutio pupillaris quæ eidem fuerat facta, reſcinditur, etiam ſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*

5 *Pater qui vno caſu cum filio impubere perijt, eidem impubere ab inteſtato ſimul cum matre ſuccedit, impetrata à patris hærede in integrum reſtitutione.*

L. cum pubere. ff. de reb. dub. declaratur. ibid.

6 *Teſtamentum confirmatur non ſolum morte naturali teſtantis, ſed etiam eiuſdem profeſſione ſolemni religionis bonorum incapacis in commune.*

7 *Teſtamentum ingreſſi monaſterium bonorum capax in communi, non confirmatur per profeſſionem ſolemnem ſed demum per mortem naturalem.*

8 *Teſtamentum rumpitur per ingreſſum monaſterij bonorum capacis in communi quaſi poſthumi præteriti agnatione, ſecundùm vnam communem opinionem, quamuis altera communis contraria ſit etiam probabilis. & num. 10.*

9 *Subſtitutio pupillaris conſeruatur per Authent. ex cauſa C. de. libe. præter. quamuis teſtamentum paternum quaſi agnatione poſthumi rumpatur per ingreſſum monaſterij bonorum capacis in communi.*

10 *Subſtitutio pupillaris ſtatim fit irrita, vbi primũ pater profeſſus religionem bonorum capacem in communi, deſijt habere in poteſtate filium. quamuis patris teſtamentum ſit valiturum.*

11 *Filius liberatur à patris poteſtate, ſiue filius ipſe, ſiue pater religionem aliquam profiteatur.*

12 *Sub-*

12 *Subſtitutio pupillaris quamuis non fieret, vt ſit, irrita poſſeſſione patris in monaſterio bonorum capaci in communi, ſi tamen pupillus viuo patre monacho decederet, teſtamentum pupillare non potuit confirmari, nec ex eo hæreditas deferri ante mortem patris naturalem.*

13 *Teſtamentum eius qui apud hoſtes captus deceſſit, lege Cornelia confirmatur, & ex eo hæreditas defertur.*

L. lex Cornelia. ff. de teſtament. latè declaratur. ibidem, cum ſequentibus.

14 *Subſtitutio pupillaris valet, quamuis pater apud hoſtes captus moriatur.*

L. pater inſtituto. ff. de captiuis. ſenſus. ibidem. cum ſequentib.

15 *L. Cornelia eum, qui apud hoſtes deceſſit, fingit liberum, & in ciuitate mortuum, non præambula hora captiuitatis, neque ex quo captus eſt, ſed in ipſo congreſſu & puncto cum capiebatur.*

16 *Subſtitutio pupillaris fit irrita, ſi pupillus in ciuitate decedat antequàm pater apud hoſtes moriatur.*

17 *Hoſtium potitus, id eſt, ab hoſtibus captus.*

L. penult. ff. de ſuis & legi. hæred. ſenſus. ibidem.

L. proponebatur. verſic. filiusfam. ff. de Caſtren. pecul. ſenſus. ibid.

18 *Filius, viuo patre captiuo, non liberatur in totum à patria poteſtate, neque interim teſtari poteſt.*

19 *Subſtitutio pupillaris non fit irrita, quamuis poſt mortuum in captiuitate patrem filius impubes apud hoſtes decedat.*

L. lex Cornelia. ff. de vulgar. ſenſus. ibid.

L. pater. §. fin. ff. de captiuis. ſenſus. ibid.

20 *Subſtitutus pupillaris, ſi poſt mortuum in ciuitate patrem, filius impubes apud hoſtes captus decedat, non poteſt nuda voluntate adire hæreditatem, ſed neceſſe habet bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas pupillares agnoſcere.*

21 *Subſtitutio pupillaris fit irrita, ſi pupillus captus ab hoſtibus, & deinde pubes factus apud hoſtes moriatur.*

22 *Subſtitutio vulgaris etiam verbis generalibus expreſſa in compendioſa admittit ſubſtitutum, ſi pater & deinde filius ab hoſtibus capiantur, & deinde eodem ordine apud hoſtes moriantur.*

23 *Subſtitutio pupillaris omnino fit irrita, ſi pater & deinde filius ab hoſtibus capiantur, & deinde eorum ordine in captiuitate decedant, eiusq; concluſionis noua ratio oſtenditur.*

L. ſi pater captus. ff. de vulga. ſenſus. ibidem.

L. quòd ſi filius. verſ. ſed ſi ambo. ff. de capti. ſenſus. ibidem.

TESTATORE MORTVO.

TESTATORE MORTVO. Hic incipit ſecunda text. pars, in qua Pontifex proponit, quod teſtator ipſe prior mortuus eſt, deinde verò filius, & tempora.

¶ Hoc loco quæritur primo: ſi filius & filia impuberes, viuo patre, deceſſiſſent, Vtrum pauperes ex hac compendioſa ſubſtitutione admitterentur? Et reſpondetur, de pupillari ſubſtitutione nihil in hac ſpecie tractari poſſe quum impuberes in eo ſtatu deceſſiſſe proponantur, in quo etiam ſi puberes fuiſſent, nihilo magis teſtati potuiſſent. *l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. quòd ſi filius. ff. de captiuis & poſtliminum. reuerſ.* Conſtaret tamen, quod pauperes eſſent admittendi ad vniuerſam teſtatoris hæ-
1 reditatem ex vulgari ſubſtitutione. Verba † enim compendioſæ ſubſtitutionis vulgarem expreſſam continebant in caſum, quo vterque filiorum ſine liberis, viuo teſtatore, decederet, vt docet Bartol. *in l. Centurio, num. 32. ff. de vulgar.* Denique de hoc nulla poſſet eſſe dubitatio, vt rectè admonuit Pet. de Anchar. *hic, num. 15. verſ. ſed hinc etiam quæritur.*

¶ Ille ergo caſus haberet controuerſiam, ſi teſtamenti verba fuiſſent talia: Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, pauperes eis hæredes inſtituo, & impuberes, viuo patre, deceſſiſſent. Siquidem in huiuſmodi conceptione non leuis eſſet dubitatio, vtrum pauperes admitti poſſent ex vulgari ſubſtitutione. Cùm enim hæc compendioſa proponatur facta in forma pupillaris, iam vulgaris ſubſtitutio non poſſet videri expreſſa, nec quidem generaliter. Itaq; agendum eſſet de vulgari omnimodo tacita, ad quam pupillaris ſolet porrigi. *L. iam hoc iure, cum ſimilib. de vulgar. cum his, quæ diximus in ſuperiore parte,*
2 *in gloſſ. hæredes.* Sic demum introduceretur † quæſtio: Vtrum quando impubes moritur, viuo teſtatore, poſſit pupillaris ſubſtitutus ſuccedere in hæreditate teſtatoris ex vulgari omnino tacita? Et quidem Papinianus *in d. l. quòd ſi filius. ff. de captiu.* ſcriptum reliquit quod ſi impubes, viuo teſtatore, moriatur, nihil eſt, quod amplius de ſecundis tabulis tractari poſſit. Ergo ex Papiniani ſententia colligi videtur, quod nec quidem eo caſu tractari poterit de vulgari tacita, quæ ex ſecundis tabulis pupillaribus colligitur. Idipſum probauit in præſen. Io. Andr. *num. 4.* poſt Lambert. Rampon. & Dominic. *num. 4.* qui ſimpliciter verba eiuſdem retulit. At verò Petrus de Anchar. *num. 15.* refert opiniones Doctor. contrarias, & Bartol. in hoc articulo diſtinctionem *in l. 1. num. 52. verſic. Vlterius quæro. ff. de vulgar.* nec conſtituit quid magis probandum ſit.

¶ Ego breuiter reſoluo, quod Bartoli diſtinctio reiicienda ſit, vt quæ pleriſque omnibus meritò diſplicuerit. Proinde in eo cenſeo deliberationem conſiſtere: vtrum indiſtinctè pereat vulgaris ſubſtitutio tacita, ſi viuo teſtatore, impubes deceſſit, cui facta erat pupillaris ſubſtitutio, an verò indiſtinctè valeat? Et quamquam Papiniani verba *in d. l. quòd ſi filius,* innuere prima facie videantur, quòd indiſtinctè extinguitur vulgaris tacita ſubſtitutio, id quod communi opinione receptum eſſe teſtantur Aretin. *num. 12. Spoin. num. 35. Iaſ. num. 58. in d. l. 1. ff. de vulgar.* quem ſequutus eſt Thomas Chalanch. *in repetit. d. l. 1. num. 47.* probabilior tamen eſt contraria ſententia. Dicimus enim, quod pupillaris ſubſtitutus admittetur ad hæreditatem teſtatoris ex vulgari tacita, quamuis & pupillus viuo teſtatore deceſſerit, & teſtator poſt mortem eius pupilli, quem hæredem inſtituerat, potuiſſet de nouo teſtari, *argum. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadus. tollend.* Nec obſtabit text. *in d. l. quod ſi filius.* Quoniam ſubſtitutus pupillaris in hac ſpecie procederet, ſe primis tabulis ſecundo gradu intelligi inſtitutum. Quo fermè ſenſu Papinianum accipit gloſſ. *in d. §. pro ſecundo, in verbo ſubſtitutus, & in l. lex Cornelia, in verbo, Non exiſtimo, & in l. ſi pater captus. ff. de vulgar.* Denique hæc opinio hodie præualere debebit quaſi magis communis, ſecundum Franc. de Ripa *num. 166. & 167.* Alciat. *num. 122. in d. l. ff. de vulgar.* quam opinionem ſequutus eſt Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. ſupra, de teſtam. num. 76.*

¶ Secundo principaliter quæro: Quid conſequens fuiſſet Pontifici reſpondere, ſi propoſitum eſſet quod teſtator ipſe, & filius & filia impuberes, vno ſimul naufragio, vel incendio periiſſent? Et quidem, vt hæc ſubtilis quæſtio abſoluatur, tres concluſiones oportet præmittere, atque diſtinguere.

¶ Prima ſit concluſio: Si pater & filius pupillus, cui pater idem pupillarem ſubſtitutionem fecerat, vno caſu pariter deceſſerint, & probetur, vel iure præſumatur, quòd pupillus filius vel vno momento ſuperuixit patri, ſubſtitutio pupillaris ſine dubio confirmabitur, vt probatur *hic in verbo, ac deinde filio.*

¶ Secunda ſit concluſio: Si in hac eadem ſpecie probetur, vel iure præſumatur, quod pupillus filius vel vno momento ante patrem vita deceſſerit, pupillaris ſubſtitutio proculdubio erit irrita. *d. l. quod ſi filius ff. de captiuis.*

¶ Tertia ſit concluſio: Si in propoſita facti ſpecie nihil omnino nec probetur, nec præſumatur circa mortis ordinem, atque ideo ius aptandum ſit, perinde atque ſi re vera pater & pupillus filius eodem temporis puncto ſpiritum poſuiſſent, ſubſtitutio † pupillaris procedit; ſecundum hactenus receptam 3
opinionem. Etenim Bartol. *in l. 1. num. 40. ff. de vulgar.* ita ſcriptum reliquit. Et ſi contingeret quod ſimul & ſemel decederet pupillus, & etiam pater; per quod excluderetur à bonis paternis, dicerem ſubſtitutum venire ex pupillari ad bona pupilli, ex vulgari autem venire ad bona patris. Hanc Bartoli ſententiam communiter teneri à Doctoribus teſtatur Guilelm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius. in verbo. ſi abſque liberis. 2. in materia vulgaris ſubſtitutionis, num. 116. ſupra eod.* Idem pro conſtanti habuit Andr. Alciat. *in d. l. num. 126.* Denique non legi hactenus aliquem authorem, qui huic ſententiæ Bartoli contradiceret.

¶ Ego verò ineuitabili argumento oſtendo hanc Bart. ſententiam eſſe falſam, vt nemo eam poſſit defendere. Quippe ſi pupillus filius nullo temporis momento patri ſuperuixit, atque ideo à bonis paternis fuit excluſus, conſequens eſt intelligere, quòd idem nunquam dum vixit, à patria poteſtate fuit liberatus. Ergo qui ſui iuris effectus non eſt, qui nunquam ad ſtatum patrisfamilias peruenit, neceſſariò dicetur deceſſiſſe filiusfamilias, *argum. l. nam quem. ff. de verbor. ſignif.* Sic enim vxor, quæ eodem temporis momento ſimul cum marito deceſſit, non vidua, ſed nupta, & in eiuſdem viri matrimonio deceſſiſſe intelligitur. *l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. ff. de religioſ. & ſumptib. funeram. l. qui*

l. qui duos. §. ſi maritus. ſecundùm veram interpretationem ff. de reb. dub. Vnde coarctatione procedit, quòd ſubſtitutio pupillaris eo caſu in irritum reciderit. Siquidem pupillus in eo ſtatu diem ſuum obiiſſe animaduertitur, in quo, etiam ſi pubes eſſet, teſtamentum iure facere non poſſet, *d. l. quæ in poteſtate. ff. de teſtam. & d. l. quòd ſi filius. ff. de captiu.* Et quod obſeruat gloſſ. ab omnibus recepta, *in l. 2. in princip. in verbo, non ſunt. ff. de vulgar.* Concluſio itaque aduerſus omnes, quòd in propoſita ſpecie ſubſtitutio pupillaris nullius erit momenti, & conſequenter pupilli hæreditas non pupillari ſubſtitutio, ſed legitimis ipſius pupilli ab inteſtato hæredibus iure defertur. In his tamen Caſtellæ regnis eleganter Bartol. opinio defenderetur, videlicèt, quoniam nouiſſimo iure regio conſtitutum eſt, quòd filiifamilias, non obſtante patria poteſtate, poſſint teſtari, vt habetur *in l. Taur. 5.* Proinde noſtrum argumentum, quod iure communi attento eſt ineuitabile, poſſet attento hoc iure regio euitari. Nam, cum lege regia filiusfamilias teſtari valeat, conſequenter dicetur, quod ſubſtitutio pupillaris habebit locum, etiam ſi pupillus vno puncto atq; momento ſimul cum patre filiusfamilias moriatur, eodemque momento confirmabitur teſtamentum paternum ſimul & pupillare.

¶ Ex his tribus concluſionibus, quas præmiſimus, deſcendit propoſitę quęſtionis facilior reſolutio. Nam ſecundum eas conſtituendum eſt, quòd ita demum pauperes admitti poſſent ad bona impuberum ex pupillari ſubſtitutione, ſi iure præſumendum ſit, quòd impuberes patri ſuperuixerint. Itaque dubitationis cardo in eo vertitur, an præſumptio ſit inducenda, quòd filius & filia impuberes, qui vno caſu pariter cum patre teſtatore perierunt, eidem patri ſuperſtites fuerunt? Et Andr. Alciat. *Parergon. lib. 10. c. 19.* propoſuit, quod pater & filius pupillus, cui idem pater ſubſtitutum pupillarem teſtamento dederat, vno naufragio pariter fuerant extincti. Quocirca dubitauit, vtrum ſubſtitutus pupillaris eſſet admittendus contra matrem eiuſdem impuberis, quæ prætendebat filio ab inteſtato ſuccedere? Et rectè conſtituit in eo eſſe quæſtionem, an filius crederetur patri ſuperſtes fuiſſe? Nam ſi crederetur filius patri ſuperuixiſſe, tunc agnouit, ſubſtitutum ex pupillari admittendum fore. Contra, ſi non crederetur ſuperuixiſſe patri, cenſuit ſubſtitutum eſſe excludendum. Tandem in hoc inclinauit, vt putaret, non eſſe præſumendum, quod filius patri ſuperuixiſſet. Et conſequenter reſoluit, pupillarem ſubſtitutionem fuiſſe irritam. Huius ſententiæ ſummam rationem conſtituit in matris fauore, ne à luctuoſa filij impuberis hæreditate excluderetur, ſi rata eſſet & firma pupillaris ſubſtitutio. Vnde, remota matris ſingulari contemplatione, apertè voluit, quòd filius crederetur patri ſuperſtes fuiſſe, *iuxta regul. text. in l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub.* Sic eueniret, quod ſubſtitutus pupillaris admittendus eſſet ex ſubſtitutione ad hæreditatem impuberis, qui patri ſuperuixiſſe præſumeretur.

Verum Alciat. non rectè aduertit, quod regula iuris, quam allegauit, non procedit in filio impubere, ſed in filio pubere.
4 Notiſſima enim † iuris eſt regula, quod ſi pater & pupillus filius vno caſu pariter decedant, intelligitur pupillus filius ante deceſſiſſe, quàm pater. *d. l. qui duos. §. fin. ff. de reb. dub. l. inter ſocerum. ff. de pact. dota.* Vnde in quæſtione, quam propoſuit, ſupernacuum fuit, matris ſingularem rationem habere, quum non contra matrem, ſed pro matre contra pupillarem ſubſtitutum ſtaret iuris regula, quòd pupillus prior deceſſiſſet.

¶ Omiſſa itaque longa diſtinctione Franciſci de Ripa, *in l. 1. num. 179 ff. de vulga.* reſoluo in propoſita quæſtione, quòd pauperes ad bona impuberum non eſſent admittendi ex pupillari ſubſtitutione. Si quidem pupillaria teſtamenta, quæ pater pro liberis impuberibus ordinauerat, cenſeri deberent irrita, *arg. d. l. qui duos. § fin. cum ſimilib.*

¶ Eſſet tamen fortaſſe aliquis, qui pro pauperibus diceret pietatis fauore ſingulari admittendam fore præſumptionem, quæ faceret valere pupillares ſubſtitutiones. Nam quia in ambiguo eſt, vtrum impuberes ante patrem vel poſt patrem deceſſerint, & intereſt ipſorum pauperum, quod filij præſumantur poſt patrem deceſſiſſe, huiuſmodi præſumptio contra regulam admittenda videretur ex his, quæ tradunt Ioan. Sadolet. *in l. ſi fuerit. §. planè. ff. de rebus dub.* Socin. *in l. ſi mulier. num. 3. & 4. ff. eodem titulo.* Hi authores ſcripſerunt, quòd ex pariter mortuis ſuperuixiſſe præſumendus eſt is, quem ſuperuixiſſe vtilius ſit piæ cauſæ. Qua præſumptione admiſſa, diceretur, pauperes eſſe admittendos ad vtriuſque impuberis hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione, *argum. l. qui duos. ff. de vulgar. & d. l. qui duos. ff. de reb. dub.*

¶ Sed nihilominus retineo, quod ſemel concluſi, videlicet pauperes, nec quidem intuitu pietatis ſingulari, admittendos fore ex pupillari ſubſtitutione, quoniam pręſumendum minimè ſit, quod impuberes filij patri ſuperuixiſſent. Etenim pauperum & pietatis fauore, vtcunque poſſet recipi, quòd ex pariter mortuis puberibus alter alteri ſuperuixiſſe crederetur aduerſus regulam. *l. quòd de pariter. ff. de reb. dubiis.* Et in tali ſpecie admitteretur Ioannis Sadoleti & Socini ſententia. Cæterum vbi impubes ſimul cum pubere vna repentini caſus iniquitate mortuus eſt, nullius perſonæ, aut cauſę fauor potuit extorquere, vt pupillus imbecillior credatur diutius vixiſſe, quàm pubes robuſtior vt ſatis ſenſit Bart. *in d. l. quòd de pariter. colum. 2. circa text. in l. qui duos. §. ſi cum eod. tit.*

Illud tamen vtiliter † pro pauperibus in propoſita facti ſpe- 5
cie conſiderandum foret, quod poſſent conſequi bona vtriuſque impuberis pro dimidia parte, ſi videlicet, innitantur præſumptioni. *d. l. qui duos. §. fin.* Nam quia pater impuberibus filijs ſuperuixiſſe præſumeretur, conſequens eſſet, quòd hæreditates impuberum ex aduentitiis bonis conſiſtentes intelligerentur fuiſſe ab inteſtato delatæ ipſi patri illo momento, quo eiſdem impuberibus ſuperuixiſſe crederetur. Et quoniam proponitur hic matrem fuiſſe ſuperſtitem, hæ impuberum hæreditates vtique intelligerentur delatæ fuiſſe tam patri morienti, quàm matri ſuperſtiti ex æquis portionibus. *Auth. defuncto. C. ad ſenatuſconſultum Tertullian.* Planè pater non poſſet videri quæſiuiſſe ipſo iure hæreditates impuberum liberorum ſibi morienti pro parte delatas. Sed nec potuit idem pater eorundem liberorum hæreditates non aditas aliquo iuris ordinario remedio in hæredes tranſmittere. Secundum quæ mater ab inteſtato vtraſq; impuberum hęreditates ex aſſe vendicaret, quum & pupillares ſubſtitutiones fuiſſent irritæ, & ab inteſtato excluſus fuiſſet pater iure communi. Verum enimuero pauperes adire deberent patris hæreditatem ex vulgari, quam compendioſa ſubſtitutio exprimebat. Mox ex perſona eiuſdem patris beneficium reſtitutionis in integrum implorare deberent ad conſequenda bona impuberum, quæ morienti patri fuerunt per præſumptionem delata, nec ab eo moriente potuerunt adiri. Nec dubium eſt, quin hoc beneficium eſſent impetraturi, ex Iacobo Areno Bart. & omnium ſententia *in d. l. qui duos. ff. de rebus dub. argumento etiam text. in l. Pamphonius. ff. de acquir. hæred. & text. omnium in hanc ſententiam optimi, in l. cum pubere.* & quod ibi Bartol. *ff. de rebus dubiis.*

● Tertio principaliter quęritur, vtrum hæc Pontificis ſententia, æquè procederet ſi idem teſtator mortuus fuiſſet in monaſterio poſt legitimam profeſſionem? Et huic quęſtioni cum diſtinctione reſpondendum eſt.

Aut enim teſtator profeſſus fuit ordinem minorum, qui nihil habere poſſunt etiam in communi. Et in hac † ſpecie con- 6
ſtat, naturalis mors huius monachi minimè eſt attendenda. Nam vbi primum teſtator profeſſus fuiſſet huiuſmodi ordinem, teſtamentum non minus confirmaretur hac profeſſione, quàm naturali eiuſdem teſtatoris morte, ſecundum Bartol. *in l. 1. num. 7. ff. de teſtam.* quem ſequutus eſt hic Petrus de Anchar. *num. 4.* Et ita ſe habet communis opinio, vt reſoluit Philip. Dec. *in cap. in præſentia. num. 67. de probationibus.* Vnde procedit ampliatio ad hæc text. verba, vt idem, quod hic reſponſum eſt in teſtatore mortuo, locum habeat in teſtatore, qui poſt huiuſmodi profeſſionem factam pro mortuo habetur. Proindè ſtatim hæreditas filio impuberi inſtituto deferretur, & haberent locum omnia, quæ hoc cap. continentur.

Aut vero teſtator profeſſus fuit religionem eorum fratrum, qui poſſunt aliquid in communi habere. Et tunc inter † om- 7
nes conſtat, quòd oporteret ipſum teſtatorem monachum naturaliter mori, vt eius teſtamentum confirmaretur, & hæreditas deferri inciperet, *Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Quòd ſi valeret monachi teſtamentum, nec ipſa profeſſione infirmaretur, valerent ſimiliter pupillares ſubſtitutiones, ſecundum Petrum de Ancharano *hic num. 4.* Sed & ſi placeret
† hoc teſtamentum rumpi pręteritione monaſterij, quaſi poſt- 8
humi præteriti agnatione iuxta opinionem Accurſij *in d. Auth. ſi qua mulier, in verb. competere.* quam hic ſequutus eſt Petrus de Ancharan, & communem dixit Ioan. Imol. *in l. 1. num. 11. ff. de teſtam.*

9 *teſtam.*& Iaſ.*in d. Auth ſi qua mulier.num.*17.adhuc † ſubſtitutio-
nes pupillares viderentur poſſe defendi, vt aduerſus ſenten-
tiam Petri de Ancharano adnotauit hic Philip. Franc. *num.* 8.
Mouetur, quoniam vbi ex cauſa præteritionis teſtamentum
initio nullum eſt, vel ex poſt facto rumpitur, conſeruantur pu-
pillares ſubſtitutiones, *argum. Auth. ex cauſa. C. de libr. præteri. vt
notatur in l.1.§.fina.ff.de vulgar.* Quæ tamen iuris ratio, vtrum iu-
re communi, & iure huius regni valeat, attingemus *in fina. par-
te, gloſſ. fina.*

Iuxta hoc diſtinctionis membrum reperio illud fuiſſe quæ-
ſitum, ſi poſt patris profeſſionem filius pupillus in pupillari æ-
tate decedat, cum adhuc pater monachus in monaſterio viue-
ret, nec dum eius teſtamentum eſſet confirmatum morte, v-
trum valeret pupillaris ſubſtitutio? Item ſi placeat valere, nec
irritari hoc caſu pupillarem ſubſtitutionem, aliud etiam quæ-
ſitum eſt, vtrum ſubſtitutus ſtatim admitteretur ad pupilli hę-
reditatem ex pupillari ſubſtitutione, an vero debeat expecta-
re mortem naturalem ipſius monachi patris? Quas quidem
quæſtiones propoſuit hic Petrus de Anchar. *num.*4. & eas reli-
quit inſolutas. Florian. tamen in pręſent. concluſit, quòd ſi pu-
pillus, viuo patre monacho, deceſſerit in pupillari ætate, pote-
rit huius pupilli hæreditatem adire ſubſtitutus. Hoc idem pro-
bauit D. Philip. Franch. *hic, num.* 8. *verſic. ſed quid ſi decedat.* Qui
dubitationem Petri de Anchar. & concluſionem Floriani ſim-
pliciter retulit.

Mihi autem videtur, quòd hi authores inſigni errore lapſi
fuerunt in hoc articulo, dum iuris fundatas rationes non con-
10 ſiderant. Nam in propoſita ſpecie verius eſt, † quòd pupillaris
ſubſtitutio cenſeri debeat irrita, etiam ſi teſtamentum princi-
pale non dicatur eſſe ruptum profeſſione monachi patris. Por-
rò conſtaret, ipſum teſtamentum non eſſe ruptum, ſi monaſte-
rium ipſum in eo teſtamento deprehenderetur inſtitutum. Sed
etſi teſtator de ingreſſu cogitaſſet, non eſſet iniqua Bartoli o-
pinio *in d. Auth. ſi qua mulier, num.* 7. *in ver. Vnde alij.* exiſtimantis,
quòd hoc caſu non rumpetur teſtamentum, etiam ſi in eo fue-
rit præteritum monaſterium. Quam ſententiam tuetur Philip.
Dec. *in d. c. in præſentia. num* 61. & conſtat hanc eſſe communem
opinionem ex Franciſc. Ripa *in l. ſi vnquam. C. de reuocand. dona-
tio. quæſt.* 3. & ex aliis, quos retulit Reuerendiſ. D.D. Couarru.
in cap. 2. de teſtamen. num. 5. licèt contraria opinio ſit communis
Canoniſtarum, quam reſoluit & ſequutus eſt Andr. Alciat. *in
rub. ff. de liber. & poſthum. num.* 48.

His ergo caſibus, quanquam ipſius teſtatoris monachi te-
ſtamentum valeret, reſponderem, quòd pupillaris ſubſtitutio
eodem teſtamento contenta nullius eſſet momenti. Idque ve-
rum eſſe contenderem, non ſolùm ſi pupillus, viuo patre mo-
nacho, decederet, ſed etiam ſi poſt mortem patris monachi
idem filius ante pubertatem decederet. Intelligo enim ſecun-
dum ea, quæ proponuntur, omnes pupillares ſubſtitutiones
fieri irritas, eo quòd teſtator monachus ipſa profeſſione deſiiſ-
ſet habere in poteſtate filium & filiam impuberes. Nam vulgo
11 receptum † eſt authoritate gloſſ. *in l. ſi ex cauſa. §. Papinianus. ff.
de minorib.* quòd filius liberatur à patria poteſtate, ſi efficiatur
monachus. Sed etſi gloſſ. illa non dicat, patriam poteſtatem
amitti, ſi ipſe pater efficiatur monachus, vt obſeruauit Rapha.
Fulgoſ. *in Auth. idem eſt, num.* 2. *C. de bonis quæ libe.* non minus re-
cipi debet, quòd ſi pater efficiatur monachus, liberi, quos in
poteſtate habebat, efficiantur ſui iuris. Immò verò Salicet. *in
d. Auth. ſi qua mulier. num.* 2. *verſic. ſed è contra,* reſoluit, maiorem
eſſe rationem, vt filij liberentur à patria poteſtate, ſi pater eo-
rum efficiatur monachus, quàm ſi ipſi filij efficerentur mona-
chi. Denique etſi veterum grauiſſimi authores, quos Alber.
retulit *in Auth. ingreſſi. num.* 27. *C. de ſacroſanct. eccleſ.* tenuerint,
quòd pater monachatione non amittat patriam poteſtatem,
& quorundam ex his authoritatem ſequutus idem aſſeruit
Matheſilan. *in tractatu de ſucceſſio. ab inteſtato. in princip. num.* 7.
verius & receptius eſt, quòd filij efficiantur ſui iuris, patre effe-
cto monacho. Nam & pater in Abbatis poteſtatem ſe transfe-
rens, non potuit liberos in poteſtate retinere. *l. ſic eueniet. cum ſi-
milibus. ff. de adulter.* Et abhorrebat introducere, quòd liberi ip-
ſius monachi tranſirent ipſo iure in eiuſdem Abbatis poteſta-
tem, vt rectè docuerunt Dyn. Guliel. de Cuneo, Bartol. Bald.
Angel. Raphael Fulgoſ. *in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel a-
lien. iuris.* Abb. Panormit. *in cap. 2. num. 2. ſupra de regular.* Deni-
que hanc eſſe communem opinionem conſtat ex Alberic. *in d.*

Auth. ingreſſi. & Corn. *in d. Auth. idem eſt.* & Philip. Dec. *in d. cap.
in præſentia. num.* 66.

Hinc rectè inferebat Bald. *in d. Auth. ſi qua mulier. num.* 11. *ver-
ſic. quinto quæritur,* quòd licèt monachus pater poſt factam pro-
feſſionem teſtari poſſet inter liberos inſtituendo, & ſubſtituē-
do eos inuicem vulgariter, & per fideicommiſſum, non tamen
poſſet liberis impuberibus facere pupillares ſubſtitutiones.
Mouetur Bald. ea ratione, quòd monachus pater iam eo tem-
pore non habeat liberos in poteſtate, atque ideo pupillarem
ſubſtitutionem eis facere nequeat. *l. 2. ff. de vulga.* quam Baldi
ſententiam retulit & ſequutus eſt Philip. Franc. *hic num.* 8. vt
mirum ſit quòd rationem à Baldo redditam non expenderit.

Ergo in propoſita quæſtione, ſi viuo patre monacho, dece-
deret † pupillus, abſurdum fuit exiſtimare, quòd ſtatim ad e- 12
ius hæreditatem poſſit admitti ſubſtitutus. Quippe ſi pupilla-
re teſtamentum pars eſt paterni teſtamenti, vt hic expreſſum
eſt in fine, & teſtamentum paternum non erat confirmatum,
nec poterat confirmari, niſi demum, mortuo naturaliter mo-
nacho, impoſſibile erat hæreditatem ex pupillari teſtamento
deferri. Sed etſi poſt mortem patris monachi pupillus ante pu-
bertatem decederet, non poſſet valere pupillaris ſubſtitutio,
quæ eſſet facta irrita. Siquidem indubitati iuris eſt, quòd ſi pa-
ter liberis impuberibus pupillarem ſubſtitutionem iure fecē-
rit, & poſtea mortis tempore eoſdem liberos in poteſtate non
habuerit, ſubſtitutio pupillaris fit irrita. *l. pater inſtituit. l. quòd ſi
filius. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. l. cohæredi. §. cum filiæ. vbi eſt eui-
denter expreſſum. ff. de vulgar. & declarauimus ſupra in 1. part. in gloſſ.
habens.*

Vnde puto vtiliter limitandum fore noſtrum textum, vt e-
ius deciſio non procederet, ſi Ioannes teſtator poſt teſtamen-
tum profeſſus fuiſſet religionem eorum, qui poſſent habere a-
liquid in communi, & deinde mortuus eſſet. Hoc enim caſu,
licet maximè teſtamentum ipſum principale valeret, & morte
naturali confirmatum fuiſſet, ſubſtitutiones tamen pupillares
nullatenus valerent.

Quarto principaliter quæro: Quid reſpondendum fuerit
in hoc cap. ſi teſtator, vel impuberes, aut ſi teſtator & impube-
res capti fuiſſent ab hoſtibus, apud quos vita deceſſiſſent? Re-
ſpondeo quæſtionem poſſe explicari, propoſitis quatuor ſpe-
ciebus, quas eleganter tractauit Papinianus *in l. pater. § fin. ff. de
captiu. & poſtlimin. reuerſ.*

Prima ſpecies eſt, ſi pater poſt teſtamentum fuit captus ab
hoſtibus, & apud eos deceſſit. Et hoc † caſu filius quidem mor- 13
tui patris hęreditatem ex teſtamento acquireret ipſo iure, quia
teſtamentum lex Cornelia confirmauit. *l. lege Cornelia. ff. de te-
ſtament.* An autem valerent † pupillares ſubſtitutiones olim 14
dubitatum fuit? Quibuſdam enim videbatur non valere, quia
viuo patre, ſui iuris effectus fuiſſet pupillus. Porro vbi filius,
cui pater fecit ſubſtitutionem pupillarem, efficitur ſui iuris,
viuo patre, ſubſtitutio pupillaris fit irrita. *l. cohæredi. §. cum filiæ.
ff. de vulgari.* quod autem filius, viuo patre, ſui iuris, effectus
fuerit, ita colligi videbatur: Nam pater ſtatim atque captus
fuit, patriam poteſtatem amiſit, filius autem non ſtatim ſui iu-
ris factus eſt, ſed cœpit pendere eius ſtatus propter ſpem poſt-
liminij. *l. 1. § ſi pendeat. ff. ad Macedonian. § ſi ab hoſtibus. Inſtitu. qui-
bus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.* Sed tamen ex poſt facto ap-
paruit, quum pater apud hoſtes deceſſit, quod filius captiuita-
te effectus eſt ſui iuris. *l. penult. ff. de ſuis & legitim. hæredib.* Sed
huic ſententiæ iuris rationem refragari Papinianus ſcripſit *in
l. pater inſtituto. ff. de captiu.* Nam ſi pater (inquit) qui non rediit,
iam tunc deceſſiſſe intelligitur ex quo captus eſt, ſubſtitutio
ſuas vires neceſſario tenet. Quo loco Bartol. rationem hanc
ita explicat, quaſi vnum & idem tempus videatur mortis pa-
ternæ, & exemptionis à patria poteſtate. Denique interpre-
tandum eſt, quòd impubes filius, quo tempore capiebatur pa-
ter antequam captiuus eſſet, intelligitur ab eiuſdem poteſtate
liberatus fuiſſe, morte videlicet ficta eiuſdem patris. Lex enim
Cornelia † fingens eum, qui apud hoſtes ſeruus deceſſit, libe- 15
rum deceſſiſſe, non fingit eum præambula hora captiuitatis
deceſſiſſe, vt vulgò parum ſubtiliter dicitur. Item non fingit
eum deceſſiſſe ex quo captus eſt, vt Papinianus, & alij non ſa-
tis propriè videntur eſſe addiſſe. Qui enim tunc non liber, ſed
iam ſeruus fruſtra fingeretur deceſſiſſe. Magis ergo fingit, eum
deceſſiſſe tunc cum capiebatur, quo tempore liber adhuc e-
rat, atque ideo retinebat adhuc patriam poteſtatem, *argumen-*

to.l.qui duos.§.1.ff.de manumiſſ.teſtam. hoc eleganter docuit Bar-
tol. *in l.ſi is qui pro emptore.num.5.ff.de vſucapio.* & ante eum ſenſit
Accurſ. *in l.in omnibus.ff.de captiuis:* Vbi dixit, quòd momento
priùs, quam quis captus eſſet, fingitur per legem Corneliam
deceſſiſſe. Planè momento illo, quod ſeruitutem antecede-
ret, poſtremum libertatis tempus exprimitur. Vnde veram ar-
gutamque Accurſij interpretationem immeritò reprehendit
Marius Salom. *in l.Gallus.§.quid ſi is.num.2.ff.de liber.& poſthum.*
Itaque in hac prima ſpecie non minus procederet noſtri capit.
deciſio.

Secunda ſpecies eſt, ſi impuberes deceſſiſſent in ciuitate
antequam captiuus pater apud hoſtes mortuus eſſet. In qua
16 ſpecie † Papinianus *in d.l.quòd ſi filius.ff.de captiu.* nihil eſſe dixit,
quod de ſecundis tabulis tractari poſſit. Adiecit huius rei ſe-
quentem rationem, ſiue quoniam, viuo patre, filiusfamilias
mori intelligitur, ſiue quoniam, non reuerſo eo, exinde ſui iu-
17 ris fuiſſe videtur, ex quo pater hoſtium potitus eſt, id eſt, † ex
quo ſeruus hoſtium factus eſt, vti declarauit Alciat. *Parerg.lib.
1.cap.35.* Quo ſenſu eadem verba accepit Triphonius *in l.in bel-
lo.verſic.codicilli.* & Vlpian. *in l.bona.verſic.facere ergo.ff.de captiu.*
Et idem Vlpian. *in l.facere ff.de militari teſtam.* ſecundum emen-
datiorem litteram nonè reſtitutam ex Pandectis Florentinis à
Duareno ibidem, & Antonio Auguſtino *lib.4.Emendatio.cap.
10.* & Franciſco Connano. *lib.9.Commentariorum iuris ciuilis
cap.1.num.3.* Tametſi pleraque reſponſa vulgò non intellecta,
repoſitis aliis verbis ibidem clarius ſignificantibus, circumfe-
rantur. Vnde in hoc cap. diceremus pupillares ſubſtitutiones
non valere, atque ideo pauperes ad ſolam patris hæreditatem
ex vulgari expreſſa admittendos fore. Contrarium tentauit
Raphael Cuman. *in l.lex Cornelia.num.6.ff.de vulgari.* Imò quòd
valeant ſubſtitutiones pupillares, *argum.l.pater, in fine.ff.de ca-
ptiu.* Nam ſi pater (inquit) qui apud hoſtes deceſſit, intelligi-
tur deceſſiſſe tunc cùm caperetur, conſequens eſt, vt impubes
filius, qui poſt id tempus vixit, credatur ſui iuris factus fuiſſe
morte patris ficta cum capiebatur. Neque huic ſententiæ ob-
ſtare putat text. *in d.l.quòd ſi filius.* quoniam potiùs ei adſtipula-
ri contendit, ſi modo rectè intelligatur. Interpretatur enim ex
ſententia Papiniani, quòd ſi filius impubes ante patrem ca-
ptiuum in ciuitate decedat, nulla poteſt eſſe quæſtio circa ta-
bulas pupillares. Nam ſi pater ab hoſtibus redeat, conſtat, ſe-
cundas tabulas non valere, quia impubes intelligitur deceſſiſ-
ſe filiusfamilias. Si verò pater ab hoſtibus non ſit reuerſus, æ-
què conſtat tabulas pupillares valere, quia videtur filius ſui
iuris factus fuiſſe per captiuitatem patris. Sed hæc audax inter-
pretatio Raphael. Cumani penitus reſpuenda videtur, quæ
manifeſtè verbis Papiniani aduerſari intelligitur. Quis enim
non videat rationem illam Papiniani, dum dixit, Siue quo-
niam, viuo patre, filiusfamilias mori intelligitur, &c. eò perti-
nere, vt ſubſtitutio indiſtinctè non valeat? Quæreremus igi-
tur quid eſt, quòd Papinianus id irritandam ſubſtitutionem
pupillarem vtatur ea ratione, quam idem *in d.l.pater, in princip.*
à quibuſdam Iureconſultis redditam confutauerat. Reſpon-
dendum eſt, eam rationem valere, quum filius ante patrem
mortuus fuiſſe proponitur. *d.l.quòd ſi filius.* non autem valere
quum patri apud hoſtes mortuo ſuperuixit in ciuitate filius. *d.
l.pater,* ſecundum ea, quæ Accurſ. Iacob. de Aren. Alberic. &
Zaſius tradiderunt *in d.l.quòd ſi filius.* Nec ſola hac ratione Pa-
pinianus collegit, ſubſtitutionem pupillarem non valere in
propoſita ſpecie, ſed etiam huius rei rationem alteram quaſi
fortiorem priore loco reddidit, videlicet, quòd impubes, qui
viuo patre captiuo, deceſſiſſet in ciuitate, intelligeretur mor-
tuus eſſe filiusfamilias. Et planè, retento præcedentis legis the-
mate, Papinianus loquitur in eo duntaxat patre, qui apud ho-
ſtes deceſſit, non verò in eo, qui ab hoſtibus redit, vt non re-
ctè Accurſ. ibi, Raphael Cuman. vbi ſupra, & alij vulgo inter-
pretantur. Deniq; Papinianus eleganti dilemmate argumen-
tatus eſt, ſecundas tabulas non valere factas impuberi, qui
prius deceſſiſſet in ciuitate, quàm pater apud hoſtes decede-
ret, vt rectè Iacob. Arenenſ. Albet. & Zaſius interpretati ſunt.
Quanquam Zaſius ipſe *in 5.& 6.ſcholio* rationes dilemmatis aſ-
ſecutus non videtur. Interpretatur enim, quòd priore ratio-
ne Iureconſultus ad veritatem ſpectat, poſteriore vero ad fi-
ctionem, vt ſic verbum: Intelligitur, quod poſitum eſt in pri-
ma ratione veritatem exprimat. Ego vero interpretor, com-
plexum argumenti hanc eſſe vim, vt prior ratio referenda ſit ad
tempus mortis filij, poſterior autem ratio referri debeat ad tē-
pus mortis paternæ. Proinde contra Zaſium intelligo, quod
ratio poſterior magis ad veritatem ſpectat. Siquidem vbi pater
non eſt reuerſus ab hoſtibus, atque ibi deceſſit, apparet filium
impuberem ex eo momento ſui iuris fuiſſe, quo pater ſeruus
hoſtium factus fuit ſecundum ea, quæ tradit Bartol. *in d.l.ſi is
qui pro emptore.num.53.ff.de vſucapion.* Atque ita hac ratione, quæ
ad veritatem ſpectat, tabulæ pupillares non valent. Cæterum
ſi tempus ſpectes, quo in ciuitate mortuus eſt pupillus, ſecun-
dæ tabulæ non valent, quoniam viuo patre captiuo, mori in-
telligitur filiusfamilias is qui non erat verus filiusfamilias. Nā
non potuit interim eſſe in captiui patris poteſtate. Præterea ſi
verus filiusfamilias fuiſſet, non potuiſſet habere apud Iurecō-
ſultos eum inteſtati hæredem, quem quaſi paterfamilias ha-
ber. *l.penult.ff.de ſuis & legitimis hæredib.* Sic apparet, quòd ver-
bum: Intelligitur, veritatem non exprimit, quod etiam Socin.
non rectè tractauit *in repetitio l.1.num 36 ff de vulga.* Cur autem
pupillus, qui non erat verus filiusfamilias, intelligatur mori fi-
liusfamilias, illa ratio redditur: ſuſpenſi enim iuris conſtitutio
efficit, ne pupillus interim paterfamilias eſſet, dum captiuus
pater redire poſtliminio potuit, *l.in bello.§.ſi quis capiatur.ff.de
captiu.l.2 ff.vnde legitimi.l.1.§.ſi pendeat.ff.ad Macedonianum.§.ſi
ab hoſtibus.Inſtitu.quibus mod.ius patriæ poteſta.ſoluitur.* obiiciat
contra vulgarem traditionem Marius Salomo. *in l.Gallus.§.
quid ſi is.ff.de liber.poſthum.* Qua ratione Papinianus *in l.penult.ff.
de ſuis & legit.hæredib.* ſcripſit, quòd hic filius nunquam dum
vixit fuit in plenum patria poteſtate liberatus. Vnde & *in d.l.
quod ſi filius,* dixit, quod hic filius viuo patre intelligebatur mo-
ri filiusfamilias, facit. *l.proponebatur, in verſic.filiusfamil.ff.de Ca-
ſtren.peculio.* Senſit denique Papinianus, quod ea ratione pu-
pillaris ſubſtitutio non valebat, quoniam qui, viuo patre ca-
ptiuo intelligebatur eſſe filiusfamilias, non poſſet in eo ſtatu
facere ſibi teſtamentum, quamuis pubes fuiſſet, Sic euenit, vt
qui quaſi pater familias habet inteſtati hæredem, idem quaſi
filiusfamilias non poſſit habere hęredem ex teſtamento. Nam
quod † filius, viuo adhuc patre captiuo, teſtari non poſſit, quia 18
in totum patria poteſtate liberatus non ſit, verius eſt, & magis
communiter receptum, vt conſtat ex ſententia Accurſij *in d.l.
ſi pater, in fin.ſcholio.ff.de iniuſto rupto.* Odofred. Cyn. & Angel.
colum.fina in l.fina.C.de ſententiam paſſis: Ioan. Imol. Alexand.
Aretin. & Iaſ. *in l.lex Cornel.ff.de vulgari.* Ioan. Imol. *colum.8.* Iaſ.
num.243. Ioan. Crot. *num.18.in l.ſi is qui pro emptore.ff de vſucapio-
nib.* Philip. Corne. *conſil.204.num penult.lib.4.* Tametſi contra
ſenſerunt idem Accurſius, Bartol. *num.9.* Bald. *num.15.in d.l.fin.
C.de ſententiam paſſis,* Bartol. *in d.l.ſi is qui pro emptore.num.54.* An-
gel. Aretin. & Iaſ. ad Porc. *in d.§.ſi ab hoſtibus, in fine,* contra quos
pro magis communi opinione facit Papiniani ſententia *in d.l.
quod ſi filius.*

Tertia ſpecies eſt, ſi, iam mortuo teſtatore in ciuitate, filius
& filia caperentur ab hoſtibus, atque ibidem defuncti eſſent
ante tempora pubertatis. Et in hac ſpecie dubitari poſſet, v-
trùm pauperes nuda voluntate valerent adire impuberum hę-
reditatem ex pupillari ſubſtitutione? Conſtat enim, quod lex
Cornelia nihil ſeparatim de ſecundis tabulis loquuta eſt, ſed
eius perſonam duntaxat demonſtrauit, qui teſtamenti factio-
nem habuiſſet: Iulianus tamen *in l.lex Cornelia.ff.de vulgar.* ſcri-
pſit, quod hoc caſu hęreditas impuberis ex ea lege ad ſubſtitu-
tum pertinet, id eſt, ex eius legis ſentētia, iuxta. *l.nominis.§.ver-
bum ex legib.ff.de verb.ſign.* Inde & Papinianus *in l.pater.§.fin.ff.de
captiu.* ſcripſit, vtiles actiones eſſe dandas ſubſtituto pupillari
ex Legis Corneliæ voluntate. Porrò quoniam non ex verbis,
ſed ex ſententia Legis Corneliæ, actiones ſubſtituto pupillari
dantur, conſequens viſum eſt, non directas, ſed vtiles dunta-
xat ei dari, iuxta ea, quæ reſoluit Bartol. *in l.curatori, colum.2.C.
de negot.geſtis.* & And. Alciat. *in d.l.nominis.§.verbum.* Quo loco
Alciat. tradit in ſimilibus caſibus actionem, quæ conceditur,
non eſſe directam, ſed vtilem, quoniam ex præſumpta legis
mente actio propter vtilitatem recipitur. Id quod aliquis for-
taſſis diceret ſignificatum fuiſſe à Iuliano *in d.l.lex Cornelia,*
quum dixit: Non incommodè, id eſt, vtiliter.

Interpretandum † ex his videretur, quòd ſubſtitutus pupil- 19
laris poſſet nuda voluntate adire ex ſecundis tabulis delatam
iure ciuili hęreditatem, vt opinantur Angel. & Raph. Cuman.
in d.l.Lex Cornelia, Iaſ. *in l.5 num.7.ff.de verbor.obligat.* Zaſius *in d.
l.pater.§.fina.* quanquam Accurſius in hoc variauerit. Et tamen
magis

20 magis communi opinione receptum † eſt, quòd ſubſtitutus pupillaris in hoc caſu non poſſit adire hæreditatem pupilli nuda voluntate, ſed neceſſe habeat bonorum poſſeſſionem agnoſcere ſecundum tabulas pupillares, vt reſoluit Alexand. *in d.l. Lex Cornelia, num.*10. Itaque in propoſita ſpecie ſecurius eſſet, ſi executores à teſtatore dari pro pauperibus agnoſcerent in iudicio bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas pupillares intra centum dies vtiles, *iuxta l.fina. C.qui admitti, coniuncto. §.cum igitur. Inſtitu.de bonor.poſſeſſio.* Illud eſt mirabile, quòd etiam ſi filius, & filia, apud hoſtes deceſſiſſent poſt tempora pubertatis, ſunt ex veteribus qui doceant, hæreditatem eorum ex pupillari ſubſtitutione poſſe ad ſubſtitutos pupillares pertinere, non minus, quam ſi naturaliter deceſſiſſent, quo tempore in ætate pupillari ab hoſtibus caperentur: ſed hæc ſententia
21 † meritò ſcrupuloſa videbitur, & à nobis refutanda eſt infra *in verb. Defuncti ante tempora pubertatis.*

Quarta & vltima ſpecies eſt, ſi pater poſt teſtamentum captus fuiſſet ab hoſtibus, deinde filius & filia capti fuiſſent, & poſtea pater prior, mox liberi impuberes apud hoſtes vita de-
22 ceſſiſſent: In qua ſpecie conſtaret † pauperes admittendos eſſe ex vulgari ſubſtitutione, quam compendioſa exprimebat ad vniuerſam patris hæreditatem. Siquidem primi hæredes filius & filia, licet naturaliter ſuperuixerint patri, nihil tamen ex eius teſtamento capere potuerunt quum eſſent captiui, & poſtea in eadem captiuitate deceſſiſſent, iuxta receptam Bartoli traditionem *in d.l.lex Cornelia. in princip.* quicquid ibi Iaſ. murmuret: *num.* 9. Sed ſi filius & filia aliquid proprium habuiſſent ex aduentitiis, & pauperes vellent admitti ex ſubſtitutione pupillari, videndum eſſet, vtrum pupillares ſubſtitutiones valerent, an non valerent? Et Scæuola in hac ſpecie reſpondiſſe videtur *in l.ſi pater captus. ff.de vulga.* quòd lex Cornelia non pertinet ad pupillarem ſubſtitutionem, niſi impubes reuerſus decedat in ciuitate. Tunc enim ſi in ciuitate pupillus deceſſerit, Lex Cornelia, quæ patris teſtamentum confirmat, ſufficiet ſubſtituto pupillari, quia patris & filij vnum teſtamentum eſt. Idem cum Scæuola reſpondiſſe creditur Papinianus *in l.quòd ſi filius. verſic. ſed ſi ambo. ff.de capt.* vt non aliàs ſufficiat lex Cornelia ſubſtituto, quàm ſi pupillus defuncto apud hoſtes patre in ciuitate deceſſerit. Secundum quæ pauperes non viderentur admittendi ex pupillari ſubſtitutione ad hæreditatem impuberum, quos proponimus non in ciuitate, ſed apud hoſtes deceſſiſſe. Vulgò tamen contrarium fortiter defenderetur, & quòd pauperes admittendi eſſent ex pupillari ſubſtitutione. Accurſius enim *in d.l.ſi pater captus, in fina. ſcholio*, & ibi Angel. Bartol. *in l.pater. ff. de captiu.* Idem Bartol. ex Accurſij, Dyni, & Iacob. Arenenſ. ſententia *in d.l.lex Cornelia, in princip.* & ibi Caſtrenſ. Alexand. & Iaſ. intellexerunt, quod ideo non valebant tabulæ pupillares *in d.l.ſi pater captus. & in d.l.quod ſi filius. § fina.* quoniam teſtamentum patris irritum factum eſt, nec hæredis aditione potuit confirmari. Nam non potuit confirmari ex perſona puberis, quem pater hæredem ex aſſe inſtituerat: quoniam pupillus in captiuitate exiſtens, & ibi decedens, nullatenus potuit patri hæres exiſtere. Item non potuit confirmari ex tacita vulgari, ad quam expreſſa pupillaris ſolet porrigi, cum pupillaris ipſa ſit irrita. Vnde Bartol. *in d.l. lex Cornelia*, aperta ratione intulit, quòd in ea ſpecie valitura eſſet pupillaris ſubſtitutio, ſi teſtamentum patris aditione alicuius hæredis confirmaretur, quod & cæteri authores modo allegati ſimiliter ſenſerunt. Omnes igitur hi Doctores in ſpecie noſtri cap. iam propoſita reſponderent, quòd pauperes poſſent captiuis impuberibus ex ſubſtitutione pupillari ſuccedere. Siquidem teſtamentum patris ſine vlla dubitatione confirmari poſſet aditione eorundem pauperum, qui hæreditatem teſtatoris ex teſtamento adire poſſent ex vulgari ſubſtitutione non tacita, ſed expreſſa, quam videlicet, compendioſa ſubſtitutio expreſſiſſet. Mihi autem videretur contra pauperes iudicandum fore pro matre legitima impuberum hærede. Nam Scæuola *in d.l.ſi pater captus.* quum ſcripſit, Legem Corneliam non pertinere ad pupilli ſubſtitutionem, ſenſit profectò, eandem legem pertinere ad patris teſtamentum, quod valeret, quamuis ſubſtitutio pupillaris eſſet irrita. Idque Bald. in primo notabili expreſſit *in d.l.lex Cornelia*, & (quod miror) Alexand. *ibidem in ſummario.* Præterea Papinianus *in d.l.quod ſi filius. §.ſed ſi ambo*, & ſecundum receptam interpretationem, ſcribit quod ſubſtitutus non aliter poteſt ex ſecundis tabulis impuberi ſuccedere quàm ſi impubes in ciuitate deceſſerit. Ergo quamuis teſtamentum patris confirmatum eſſet aditione alterius hæredis, æquè non ſuccederet ex ſecundis tabulis ſubſtitutus ei impuberi, qui non in ciuitate, ſed apud hoſtes deceſſiſſet. Neque valet Bartol. interpretatio, quam obiicit Alexand. *in d.l. lex Cornelia, num.* 10. reſtringentis eum verſic. ad pupillum ex aſſe inſtitutum, nullo dato cohærede, quoniam Papinianus magis loquitur eo etiam caſu, quo alterius hæredis aditione potuit teſtamentum confirmari. Quippe verſiculus ille, *Sed ſi ambo*, coniungi debet textui *in §. ſi mortuo, legis præcedentis*, vt ibidem Oldrad. & Albet. obſeruarunt, & tradit Zaſius *in d.l. quod ſi filius, in 2. ſcholio.* Planè *in §. ſi mortuo.* Papinianus loquitur in pupillo etiam exhæredato. In qua ſpecie certum erat, aditione hæredis inſtituti confirmatum iri illud teſtamentum. Præterea Sceuola, & Papinianus non potuerunt ſentire, quòd patris teſtamentum deſtitutum eſſet, quum vel aditione ſubſtituti pupillaris confirmari potuiſſet, qui vtique potuit adire hæreditatem patris ex tacita vulgari, *iuxta l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & iuxta ea, quæ ſupra diximus in 1. quæſtione.* Quo argumento perſtringit Bartolum Raphael Cuman. *in d. l.ſi pater captus.* Quærenda eſt igitur aliqua ratio ſingularis, qua Iureconſulti, ſubſtitutionem pupillarem fieri irritam, intellexerunt, quum teſtamentum patris non eſſet irritum. Et quidem Zaſius *in d.l. quod ſi filius, colum. penult.* quum Bartoli traditionem rectè confutaret & eas leges generaliter acciperet, putauit, ſe explicaſſe hunc modum tam vera, facili, & fundata ſolutione, vt diem diceret omnibus, qui ſuæ opinioni non accederent. Verùm ea ſolutio, & difficilior, & ſcrupuloſior eſt, quàm ille extimauit. Ego itaque interpretor, quod pupilli, qui poſt matrem captus eſt, & apud hoſtes poſterior patre deceſſit, hæreditas ab inteſtato legitima ex lege Cornelia defertur proximo hæredi legitimo, *argum. text. in d.l pater. § ſi mortuo. & l penult ff. de ſuis & legiti. hæredib. l. proponebatur, in fine. ff de Caſtrenſ. peculio.* Vnde Scæuola, *in d.l.ſi pater captus*, ſcribit quidem, legem Corneliam non pertinere ad pupilli ſubſtitutionem. Intellexit tamen, eandem legem pertinere ad pupilli hæreditatem legitimam. Cur igitur Prætor hoc caſu non ſubſequitur & patris & legis voluntatem, & vtiles actiones in hæreditatem ſubſtituto non dat, *argum. text. in d. § ſi mortuo*? Nempe hac ratione Papinianus ſubiecisse mihi videtur, *verſic. ſed ſi ambo*, quo ſignificaret, eſſe ſpeciem, in qua pupillus ex lege Cornelia haberet legitimum ab inteſtato hæredem, non tamen ex eadem lege poſſet habere hæredem ex pupillari teſtamento, quia nec verba, nec præſumpta mens legis Corneliæ rectè inducerentur. Hoc idcirco reſponſum arbitror, quoniam pupillus, qui poſt patrem in captiuitate deceſſit, hæredem habere non poteſt niſi adhibita fictione legis Corneliæ. Demus igitur, pupillum eo tempore mortuum intelligi, quo ab hoſtibus capiebatur. Vtique mori filiusfamilias intelligetur, viuo patre captiuo. Proinde nihil erit quod de ſecundis tabulis tractari poſſit, *argumen. d.l.quod ſi filius. in princ.* Denique in propoſita ſpecie, ſi pupillus tunc fuiſſet maior annis, poſſet quidem ex lege Cornelia habere legitimum ab inteſtato hæredem. *l. penult. ff. de ſuis & legitim. hæredib.* Non tamen poſſet habere hæredem ex teſtamento, quia vtique teſtamentum ei facere non liceret, *iuxta gloſſ. in d.l. ſi pater. ff. de iniuſto rupto.* conſequens igitur fuit, vt qui ſi eſſet maior annis non potuiſſet decedere cum proprio teſtamento, non poſſit, ſi ſit pupillus cum pupillari teſtamento decedere. Idque propemodum cœperunt ſentire Rayner. & Alberic. *in d. l. lex Cornelia.* Verius autem expreſſit Ioan. Imol. *in ead l.lex Cornelia.* quem & Aretin. ibi ſequutus eſt. Quod equidem magis probandum cenſeo, *argum. d.l. quod ſi filius, in principio.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius in caſu cap. ſi pater, vtrum neceſſariò proponi debeat, quòd patris defuncti ſucceſſionem agnouiſſet.*
Cap. ſi pater, ſenſus. ibid.
2 *Subſtitutus compendioſè admitti nequit ex vulgari, licet filius, non adita patris hæreditate, deceſſerit.*
3 *Filius cui pater compendioſam ſubſtitutionem fecerat, ipſo iure patris hæreditatem conſequitur.*
4 *Filius qui ipſo iure patris hæreditatē fuit conſequutus, eā ipſam hæreditatem iam vnam cum propria hæreditate effectam trāſmittit in quoſcunque hæredes etiam extraneos ex potentia ſuitatis.*

5 *Subſti-*

5 *Subſtitutio vulgaris non aperit viam mors filij, ſi per eam vulgarem ſubſtitutionem non fuit ſublatum ius ſui hæredis in filio.*

6 *Subſtitutio vulgaris tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio.*

7 *Subſtitutio compendioſa ſiue ſit facta verbis directis, ſiue communibus, continet vulgarem ſubſtitutionem.*

8 *Subſtitutio vulgaris omnino tacita, ad quam expreſſa pupillaris ex conſtitutione diui Marci porrigitur, non tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio.*

9 *Subſtitutio vulgaris, quæ includitur in compendioſa, non eſt omnino tacita, ſed verbis generalibus expreſſa, quemadmodum pupillaris.*

10 *Subſtitutio compendioſa verbis generalibus æquè exprimit vulgarem, ſicut pupillarem.*

11 *Subſtitutio vulgaris non tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio, quando ſimul cum ipſa vulgari fuit etiam admixta fideicommiſſaria ſubſtitutio.*

12 *Fideicommiſſarius ex ſubſtitutione compendioſa non poteſt hæredem compellere, vt adeat.*

13 *Fideicommiſſarius, pendente conditione, poteſt hæredem compellere ad adeundam hæreditatem: niſi fideicommiſſario alia via poſſit eſſe ſuccurſum.*
L. apud Iulianum. §. Antiſtia. ff. ad Trebell. ſenſus.

14 *Subſtitutio vulgaris, quæ verbis generalibus includitur in compendioſa, non tollet exiſtentiam ſui hæredis in filio.*

15 *Subſtitutio vulgaris expreſſa in caſum impotentiæ non tollit ſuitatem.*

16 *Subſtitutio vulgaris quam verbis generalibus continet compendioſa intelligitur concepta in caſum impotentiæ.*

17 *Subſtitutionis vulgaris contentæ in compendioſa, & contentæ in breuiloqua diſcrimen. & num. 18.*

18 *Subſtitutio vulgaris contenta in breuiloqua tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio, quam tamen non tollit vulgaris contenta in compendioſa.*

19 *L. in vulgari. ff. de verb. ſignif. ſenſus.*

20 *Inſtitutio facta vni ex filijs qui ſupremus moreretur, videtur pupillaris, aut verius compendioſa facta in forma pupillaris, & num. 22.*

21 *Subſtitutio pupillaris, aut compendioſa appellatur ab ipſis etiam Iureconſul. vulgaris, propter conſuetam & vulgarem clauſulam in ea appoſitam.*

23 *Subſtitutio vulgaris comprehenſa in compendioſa non facit locū vulgari ſubſtituto, quamuis filius tacens poſt patrem decedat: poterit tamen vulgari locus eſſe, ſi filius pubes decedat, & eius hæres ex perſona filij ſe abſtineat.*

24 *Subſtitutio vulgaris in caſum quo filius viuo patre, decedat, porrigitur ex voluntate ad caſum voluntatis.*

25 *L. Centurio. ff. de vulgari. ſenſus.*

26 *Subſtitutio compendioſa à milite facta non tollit ſuitatem, nec immixtio eſt neceſſaria ad hoc vt ſubſtitutio militaris rectè procedere poſſit.*

27 *Paganus, filium antequam fiat ſuus hæres, poteſt auertere à ſuitate, inſtituendo eum ſub conditione, quæ ſit in eius poteſtate, vel dando ei ſubſtitutum vulgarem: ſed ſuum hæredem iam effectum non poteſt reuocare.*
L. ei qui ſoluendo, in fin ff de hæred. inſtit. ſenſus, ibid.
L. milites etiam. ff. de milita. teſtam. ſenſus. ibid.
L. quod dicitur ff. de milita. teſtam. ſenſus, ibid.

28 *Subſtitutio vulgaris reſultans ex compendioſa non facit locum vulgari ſubſtituto in caſu, cap. Raynutius, de teſtam. quamuis filia, non adita nec agnita patris hæreditate, deceſſerit.*
Cap. Raynutius, de teſtam. ſenſus, ibid.

29 *Tutor ſi ex impuberis voluntate pro hærede ſe gerat, aut ſe immiſceat, iuris ſolemnitati ſatisfactum intelligitur.*

30 *L. 12. tit. 5. part. 6. in 2. part. eleganter declaratur.*

31 *Subſtitutio vulgaris comprehenſa in compendioſa facta à milite in terminis l. 12. tit. 5. part. 6. non facit locum vulgari, quamuis filius non adita nec acquiſita patris hæreditate decedat.*

32 *Subſtitutio vulgaris non tollit ſuitatem: nec impedit tranſmiſſionem in legitima filio debita.*

33 *Subſtitutio compendioſa facta in forma pupillaris, non exprimit vulgarem etiam in caſum mortis filij: ſed agendum eſt de vulgari omnino tacita, ad quam pupillaris porrigitur.*

AC DEINDE FILIO.

AC DEINDE FILIO. Defuncto, ſcilicet, ante pubertatis tempora. Quo loco ergo quæro: Quoniam modo figurari ſpecies debeat circa hunc filium, hoc eſt, vtrum † pro- 1
poni debeat, quòd hic filius, qui poſt patrem teſtatorem in pupillari ætate mortuus eſt, eiuſdem patris hæreditatem ex teſtamento agnouerit, an non agnouerit? Et Archidiac. *hic num.* 4. *verſic. teſtatore mortuo*, Ioan. Andr. *num.* 17. *& num.* 21. Guilhel. de Monte Lauduno, Dominicus, *in verſic. teſtatore. num.* 5. vno ore interpretantur, quod filius & filia, qui defuncti ſunt ante pubertatis tempora, hæreditatem patris adiuerunt priùs quàm vita decederent. Mouentur ea ratione, quòd alioqui, ſi patris hæreditatem non adiiſſent, & ita mortui fuiſſent, iam pauperes ad vniuerſa patris bona veniſſent ex vulgari ſubſtitutione, quæ ſub compendioſa includitur. Denique quòd in ſpecie huius cap. hæreditas teſtatoris fuerit adita, præſupponit Angel. de Perigl. *in repet. l. in ſuis. num.* 58. *ff de liber. & poſthum.*

Sed Petrus de Anchar. *num.* 15. hic allegata ſuperiore expoſitione Ioan. And. aduertendum ait, quia (inquit) hoc non videtur bene dictum. Nam ex vulgari directa ſuccedit defuncto teſtatori, ſed ex pupillari ſuccedit pupillo, *in princ. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Item ſucceſſio ex vulgari non excludit matrem à ſucceſſione filij pupilli, vt notatur *in l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtitu.* ſed ex iſto text. patet, quòd mater excluditur, quia pauperes in totum admittuntur. Denique ratio text. quæ fundata eſt quo ad excluſionem matris, fundatur ſuper pupillari. Hæc ille.

Mihi videtur quòd hæ rationes Petri ab Anchar. nullo modo oppugnant Archidiaconi, & aliorum authorum interpretationem. Siquidem omnes illi authores planè agnouerunt, quòd in hoc cap. omnia bona tam patris, quàm filiorum pauperibus deferuntur ex pupillari ſubſtitutione. Æquè agnouerunt quod ratione pupillaris ſubſtitutionis mater impuberum ab vtriuſq; filij & filiæ, hæreditate penitus excluditur. Imò verò ob hoc ipſum putauerunt, neceſſariam eſſe interpretationem, quòd filius & filia, antequam decederent, patris ſucceſſionem agnouerunt. Argumentantur enim, quod deciſio huius c. locum habere non potuiſſet, ſi patris hæreditas non fuiſſet adita. Siquidem in tali ſpecie pauperes admittendi eſſent ad vniuerſa patris bona ex vulgari ſubſtitutione. Nec tractandum foret, an mater impuberum liberorum excluderetur ab hæreditate mariti, quoniam magis eſſet tractandum de matre ipſius teſtatoris excludenda. Denique non fuiſſet præcipua quæſtio de pupillari ſubſtitutione, quoniam pauperes ex ea ſubſtitutione venire non poſſent, niſi ad exigua bona impuberum, qui nihil ex patris hæreditate quæſiuiſſent.

Nihilominus contra Archidiaconum, & alios interpretor, quòd filius nec adita, nec recuſata patris hæreditate, deceſſit ante pubertatis tempora. Etenim Pontifex reſpondit ſecundum ea, quæ in huius cap. ſerie fuerunt propoſita, & nihil planè propoſitum eſt de aditione paternæ hæreditatis. Igitur diuinandum non fuit, quòd filius pupillus hæreditatem patris ex teſtamento adiuerit, & præterea quod eam hæreditatem adiuerit cum tutoris authoritate, quam exigeret aditio pupilli. Hoc in ſimilibus terminis argumentatus eſt Bart. *in l. fin. num.* 3. *C. de inſtitut. & ſubſtitutio. & in noſtri cap. terminis*, argumentatus eſt Socin. *in l. ſi filius qui patri. num.* 28. *in fin. ff. de vulgari*. Denique non perſpicio illam iuris rationem, quæ vrgat, vt diuinare debeamus talem filij pupilli aditionem cum tutoris auctoritate.

Nec me monet Archidiaconi, & aliorum interpretum argumentatio, quoniam iuris ciuilis ſubtilitatem in hoc articulo
perſpexiſſe non videntur. Ita enim conſtituendum † arbitror, 2
vt quoties pater filium impuberem, quem moriens in poteſtate habuit, hæredem teſtamento inſtituerit, eique ſi ſine liberis deceſſerit Titium compendioſè ſubſtituerit, non poſſit admitti Titius ex vulgari, quamuis maximè filius non adita patris hæreditate, deceſſerit. Siquidem, teſtatore mortuo, eius
hæreditas † ſtatim defertur, & acquiritur ipſo iure filio impu- 3
beri, vt nec aditione, nec tutoris authoritate opus ſit. Quoniā in ſuis & neceſſariis hæredibus nec aditio eſt neceſſaria nec tutoris authoritas ſi fuerint impuberes. *l. in ſuis. ff. de ſuis & legitim. hæredib. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. §. ſui. Inſtitut. de hæredita. qualita. & differen. §. ſui, Inſtitut. de hæredita.*

qua

quæ ab inteſt. deferuntur l.fin.C.de repudianda vel abſtinenda hæred.l. cùm hæreditas.C.de poſit.iuncta gloſſ.
4 Vnde † ſi pupillus filius, poſteaquam patri ipſo iure hæres
extitit, vita decedat, in ſua hæreditate patris quoq; hæredita-
tem relinquere intelligitur, quam omnem in hæredem tranſ-
mittit ex potentia ſuitatis. *l.ſi quis filium.§.1.cum ſimilib.ff. de ac-
quir.hæred.* Proinde patris hæreditas adhuc verſari animaduer-
titur in primo gradu, perinde atque in primo gradu verſabatur
dum viuebat filius. Sic demum oſtẽditur, quòd etſi ſuus hæres
filius, non adita patris hæreditate deceſſerit; non idcirco ape-
ritur locus vulgari ſubſtitutioni, vt ſenſit Bart *in l.1.nu.20. ff. de*
5 *vulg* dum allegauit tex. *in d.l.ſi quis filium.§.1.* Nam vera eſt illa †
diffinitio, qua reſoluitur, quòd ſi pater filio ſuo hæredi dederit
vulgarem ſubſtitutum, & per eam dationem ſubſtituti vulga-
ris ius ſui hæredis non fuerit ſublatum in filio, mors filij ſui hę-
redis, quæ ei contigerit poſt quæſitam ipſo iure patris hæredi-
tatem, non aperit locum vulgari ſubſtituto, vt ex Bar. ſententia
rectè collegerunt Iaſ. *n.40.* Franciſ. Rip. *n.150.* And. Alc. *in ver-
bo, hæres non erit, ex num 78 in d.l.1.ff. de vulgar.*

¶ Porrò conſtanter decernendum eſt, quod in huius ca. ſpe-
cie filius patri & ſuus, & neceſſarius hæres ex teſtamento exti-
tit ipſo iure. Nec obſtitit huic rei vulgaris ſubſtitutio, quã pa-
ter ei feciſſe intelligitur. Quæ quidem concluſio videtur ha-
6 bere non leuem difficultatem. Quippe vbi pater filio ſuo hę-
redi vulgariter ſubſtituit, datione † vulgaris ſubſtituti iura ſui
hæredis tolluntur in filio. Sic euenit, vt patris hæreditatem ex
teſtamento non quærat ipſo iure, ſed neceſſe habeat eam hæ-
reditatem aditione quærere. Sic conſequenter eueniet, vt ſi
antequam adeat, vita deceſſerit, faciat locum vulgari ſubſtitu-
to: ſecundùm ea, quæ communiter recepta ſunt, teſtibus A-
lexandro *num* 3. Iaſon *num.47.& 60.in l ſi filius hæres.ff.de liberis,
& poſthum.* Philip. Corn. *in l 3 num.11.C de iure deliberand.* Socin.
in l.1.num.47.& 54.ff de vulgar. & latè explicaui *ſupra in 2.parte,
in gloſſ.ſi deccederet.* Ergò vbi pater filio ſuo hæredi aliquem com-
pendioſè ſubſtituerit, inducenda videtur huius receptæ ſen-
7 tentiæ auctoritas. Nam compendioſa † ſubſtitutio ſiue facta
ſit verbis directis, ſiue etiam communibus, continet vulgarem
ſubſtitutionem *l.generaliter.vbi hoc notat* Franciſc. Aretin. *col.2.
C.de inſtitut.& ſubſtitut.* Archidiac. *hic.numer.4.* & cæteri omnes
in præſen. Bartol. *in l.Centurio.num.32.ff.de vulgar & eſt commu-
nis opinio,* ſecundùm Philip. Dec. *in l.precibus.num.16.verſ. de vul-
gar.C.de impub. & alijs.*

¶ Huic argumento obſcurè & confusè videtur reſpondiſ-
ſe Petrus de Ancharan. *hic num 15.verſic. Sed dicens,* dum allegat
Cyni traditionem *in d.l.precib.in 4.quæſt.* Et in ſummma voluit
dicere quòd in ſpecie noſtri cap. vulgaris ſubſtitutio, quam in-
cludebat compendioſa, non potuit tollere exiſtentiam ſui hę-
redis in filio, quoniam hæc vulgaris erat omninò tacita. Nam
non erat expreſſa verbis generalib⁹ compendioſæ ſubſtitutio-
nis, ſed tacitè colligebatur argumento pupillaris, quam com-
pendioſa verbis generalibus non dubiè exprimebat. Planè in-
8 ter omnes † conſtat, quòd exiſtentiã ſui hæredis in filio nequa-
quam tollit vulgaris omninò tacita, ad quã pupillaris expreſſa
porrigitur. *l.ſi filius qui patri,* vbi hoc ipſum obſeruat Bart. *num.3.
& 5.ff.de vulgar.* Paul. *num.5.* Alexand. *num.5* Iaſ. *num.54. in d.l.ſi
filius hæres.* Et ſanè pro hac ſententia, quam Pet. de Anch. ſigni-
ficauit, facit veterum & Bart. auctoritas *n.32 in prin. in l. Centu-
rio.ff.de vulg.* vbi in compendioſa ſubſtitutione vulgarem colle-
gerunt argumento pupillaris expreſſæ, *iuxta tex. in l. iam hoc iur.
ff.de vulgar.*

Veruntamen hæc ſolutio Petri de Anchar. ſatisfacere non
9 poteſt. Quoniam † vulgaris, quam includit compendioſa col-
ligitur ex verbis generalibus ipſius compendioſæ. Nec enim
minus exprimitur, quàm ipſa pupillaris, quum verba genera-
10 lia compendioſæ † hanc, & illam ſubſtitutionem æquè expri-
mant, vt reſoluit Bart. *in dicta l.Centurio.num.32.in fin.& in l.1.n.
8.eod tit.* & agnouit eſſe verum idem Pet. de Anch. *hic.n.16.verſ.
2.* Denique hoc communi opinione receptum eſt, vt tradit
Franciſcus Ripa *in dict. l.Centurio, numer.47.* Quare ſine dubio
probandum eſt, quòd in noſtri cap. terminis vulgaris ſubſtitu-
tio, quæ colligebatur ex pauperum compendioſa ſubſtitutio-
ne, erat expreſſa verbis generalibus, non minùs, quàm ipſa pu-
pillaris ſubſtitutio.

Aliter ergò reſpondendum videretur ex Bald. ſententia *in l.
non iuſtam.num.5.C.ad Trebell.* vt ſcripſit, quòd ſi pater filio ſuo
hæredi ſubſtituat † vulgariter, & per fideicommiſſum, ſubſti- 11
tutio fideicommiſſaria vniuerſalis operatur hunc effectum,
quòd, videlicet, ius ſui, & neceſſarij hæredis non intelligatur
ſublatum datione vulgaris ſubſtituti. Quam Bald. ſententiam
ſequuitur Paul. Caſtrenſ. *num.5.verſic.Tertiò ad idem.* Raph. Cu-
man. *num.5.in l.ſi filius hæres.ff.de liber.& poſthum* Lancelot. Gali-
aul. *in repet.l.Centurio.ff.de vulga.num.488.* Curt. Iunior. *in l.pre-
cibus.C.de impuber.& alijs.colum.fin.* Guilielm. Benedict. *in repeti.
cap.Raynutius.ſupra eodem, in verbo.Mortuo itaq; teſtatore, l.2.num.
197.* Et ea Baldi ſententia communiter eſt recepta ſecundùm
Philip. Corn. *in dicta l.non iuſtam.num.5.* & ſecundùm Bart. So-
cin. *in conſil.20.Viſis actis.num.15.libr.5.* Porrò ex Bald. ſententia
deductum eſt, quòd vbi compendioſa ſubſtitutio fideicõmiſ-
ſariam comprehenderit, ius ſui & neceſſarij hæredis in filio re-
tinebitur, non obſtante vulgari ſubſtitutione, quæ aliàs tolle-
re deberet exiſtentiam ſui hæredis, ſi fideicommiſſaria nõ fuiſ-
ſet admixta. Hoc ita pro conſtanti docuerunt Alex. *n.6.* Iaſ. *nu.
65.in d.l.ſi filius hæres.ff.de liber.& poſthum.* Soc. *in l.1.num.47.ff.de
vulgar.* Ergò hac ratione defenderetur, quòd in ſpecie huius
cap. non eſſet ſublatum ius ſui & neceſſarij hæredis in filio per
ſubſtitutionem vulgarem, quoniam, videlicet, compendioſa
ſubſtitutio fideicommiſſariam contineret. Certum enim eſſe
debet, quòd compendioſa ſubſtitutio facta de filio ad filiam,
& econtra, continebat fideicommiſſariã ſubſtitutionem poſt
tempora pubertatis. *c.Raynutius.ſup.eod.* Sed & ſubſtitutio facta,
de pauperibus ad filium & filiam, ad fideicommiſſum poſt pu-
bertatem trahi deberet, vt in ſequenti parte reſoluemus *in gloſ.
interdum.*

Sed hæc conſideratio non omninò ſatisfacit. Quoniam Bal.
in dicta l.non iuſtam, loquitur in fideicommiſſaria ſubſtitutione
ex qua filius compelli poteſt hæreditatem patris accipere. Sed
fideicommiſſaria ſubſtitutio, quæ continetur in hac compen-
dioſa, eſt conditionalis, ſi filius pubes ſine liberis decedat. Nã
ſi filius ante pubertatem decedat, pater non voluit eum fidei-
commiſſo onerare, ſed tantùm voluit ei pupillariter ſubſtitue-
re. Quod ita contra Alex. vbi *ſupra* conſiderauit Hieron. Gra-
tus *conſil.134.num.28.lib.1.* dicens, hanc declarationem eſſe o-
mninò amplectendam.

¶ Mihi autem videtur, ſtatum huius quæſtionis in eo con-
ſiſtere, vtrùm filius, cui compendioſa ſubſtitutio facta eſt, ſi re-
cuſet patris hæreditatem, poſſit compelli à fideicommiſſario?
Et quidem † videtur dicendum, quòd ex voluntate defuncti, 12
non videtur compellendus, quum fideicommiſſum ab eo re-
liquerit in caſum, quo pubes ſine liberis decederet. Sed † etſi 13
is, cui fideicommiſſum ſub conditione datum eſt, poſſit ex cõ-
ſtitutione Diui Pij hæredem inſtitutum compellere. *l. apud Iu-
lianum.§ Antiſtia.ff.ad Trebell.facit tex.in l.cùm Archimedoram. C.
vt in poſſeſſionem legator.l.inter omnes.ff.qui ſatiſdare cogantur,* æ-
quitas extraordinarij iuris locũ non habet, quando fideicom-
miſſario alia via poſſet eſſe conſultum. *l.ſed cùm ab hærede. ff. ad
Trebellian.* Igitur cùm in compendioſa ſubſtitutione idem, qui
poſt tempora pubertatis, decedente filio, futurus eſt fideicom
miſſarius, nunc recuſante filio, poſſit ſtatim ex vulgari admit-
ti, improbè contendere videbitur, quòd filius compellatur.
Sic concludo Alex. & aliorum ſententiam non videri veram,
vt alia iuris ratio quærenda ſit, ad diſſoluendam propoſitam
difficultatem.

¶ Ego igitur reſoluo, quòd in hoc cap. filius patri ſuus, &
neceſſarius hæres extitit ſine vlla contemplatione fideicom-
miſſariæ ſubſtitutionis. Et tandem † conſtituo, quòd vulgaris, 14
quæ verbis generalibus compendioſę ſolet contineri, non ha-
bet effectum tollendi exiſtentiam ſui hæredis in filio. Quod vt
fundata iuris ratione poſſim facilius demoſtrare, affero in me-
dium tres vulgaris ſubſtitutionis conceptiones quas Bal. rectè
diſtinxit *in l.cum proponas, colum.2.verſic.tertia eſt tranſmiſſio.C.de
hæredib. inſtit.* Prima eſt conceptio: Si filius meus hæres eſſe
noluerit, aut non potuerit; Titius mihi hæres ſit. Secunda
conceptio eſt: Si filius meus mihi hæres non erit, Titius hæres
ſit. Tertia eſt: Si filius meus non potuerit mihi hæres eſſe, Ti-
tius hæres ſit. Et quidem in prima conceptione tollitur exiſtẽ-
tia ſui hęredis in filio ſecundùm auctoritatem receptę ſenten-
tentiæ. Quoniã in caſum, quo filius nollet hæres eſſe, datus eſt
ei ſubſtitutus expreſſim. Eadem ratione receptum quoque eſt
in ſecunda conceptione, quòd tollatur ſui hæredis exiſtẽtia in
filio. Quoniam illa conditio: Si filius meus mihi hęres non erit

impli-

implicitè continet idem, quod prima conceptione explicitè
15 continetur. In tertia autem conceptione inter omnes † cōſtat, quòd iura ſui hæredis non tollantur in filio. Quoniam pater ſolum impotentiæ caſum expreſſit. Vnde ſiue ita concipiat teſtator: Si filius meus mihi hæres eſſe non poſſit, ſiue ſingularem aliquem caſum impotentiæ expreſſerit, vt puta: Si filius meus me viuo, morietur, &c. non tollitur exiſtentia ſui hæredis, dato in hos caſus vulgari ſubſtituto, vt docet Bartol. quem omnes ſequuntur *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum num. 5. ff. de liber. & poſthum.* Videndum eſt igitur, quænam ex ſuperioribus conceptionibus vulgaris ſubſtitutionis ſit illa, quam generalibus verbis exprimit compendioſa ſubſtitutio *huius cap.* Sic demùm apparebit propoſitæ quæſtionis deciſio, vtrùm videlicet, eiuſmodi vulgaris tollat exiſtentiam ſui hæredis in filio, an non? Et
16 Bart. *in d. l. Centurio. num 32. in fin.* apertè voluit, quòd † vulgaris quam compendioſa includit, cōcipiatur in ſingularem caſum impotentiæ, hoc eſt, in caſum mortis, quæ filio contingat, viuo patre. Quod ita ex Bar. ſententia colligit ibi Soc. *n. 33.* vbi tamē contrarium reſoluit. Scribit enim, quòd ea Barto. ſententia eſt contra eiuſdem Bar. deciſionem communiter approbatam, *in l. 1. n. 8. ff. eod. tit.* vbi docuit, quòd vulgaris contineatur abſolutè verbis generalibus compendioſæ ſubſtitutionis. Et hoc dicit melius eſſe declarandum ex mente Bar. *d. nu. 8.* Quoniā hæc verba, Quandocunque deceſſerit filius meus, includunt in ſui generalitate caſum, quo filius decedat etiam, non adita hæreditate. Idem cum Soc. probauit Lancelot. Galiaul. *in repetit. d. l. Centurio. num 422.*

¶ Sed ego non puto recedendum fore à Bartoli traditione, *in dict. l. Centurio*, quum & eam ex profeſſo poſteriore loco ſcripſerit, nec in *dicta l. 1. num. 8.* contrarium ſatis expreſſerit. Denique ex Bartoli ſententia *in dicta l. Centurio.* deduxit cum iudicio Paul. Caſtrenſ. *conſil. 86. Dubitatio. num. 1. & 2 libr. 1. & conſil 555. Poſtquam iſte tutor. num. 3 libr. 1* quòd vulgaris ſubſtitutio, quæ exprimitur, & continetur in compendioſa ſubſtitutione, non tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio, quaſi ſit concepta in ſingularem caſum impotentiæ. Idem pro conſtanti habuit Angel. *in l. Papinianus §. quarta. colum. fin. ff. de inoff. teſtam.* quem ſequuti ſunt Paul. Caſtr. & Raphael Cuman. *in l. ſi filius hæres ff. de liber. & poſthum.* Idem præcepit Alex. *conſil. 4. videtur inſpectis. nu. 15. verſ. & quod non fuerit ſublata. lib. 2.* Cuius reſponſum retulit, & ſequutus eſt Andr. Alciat. *in l. 1. num. 80. ff. de vulgar.* Idem etiam videtur ſignificaſſe Ioan. Caccialup. *in repet. l. precib. nu. 48. in fin. C. de impuberum & alijs*, quo loco nullam fecit quæſtionem vulgaris ſubſtitutionis.

¶ Ex his infero, non rectè ſenſiſſe Alexand. *num 6 verſ. Vndecimò fallit.* Iaſ. *num. 55. in d. l. ſi filius hæres ff. de liber. & poſthum.* & Hieronym. Gratum *conſil. 134 libr. 1.* Guiliel. Benedict. *in repet. d. cap. Raynutius. ſupra eodem. in verb. Mortuo itaque teſtatore, l 2. num. 20;* Segnam *in repet. l. 3 §. fin ff. de libe. & poſthum. num. 150.* dum putauerunt, vulgarem ſubſtitutionem, quæ continetur in cōpendioſa, eiuſmodi eſſe, vt ius ſui hæredis in filio deberet tollere, & ſummouere, niſi admixta fuiſſet ſimul fideicommiſſaria ſubſtitutio etiam in compendioſa comprehenſa, quę fideicommiſſaria ſubſtitutio neceſſitatem quodammodò inducit, & non ſinit iura ſui hæredis remoueri, iuxta Bald. ſententiam, *in dicta l. non eſſam. C. ad Trebellian.* ſuperiùs declaratam. Quod ergò attinet ad ſolam vulgarem ſubſtitutionem comprehenſam in compendioſa, ſenſiſſe videntur, quòd non ſit concepta in ſolum caſum impotentię. & quòd tollat ſui hæredis exiſtentiam.

¶ Adde, quòd illa non fuit recta æquiparatio, quatenùs hi omnes ferè auctores, ſimiles eſſe exiſtimauerunt, vulgarem ſubſtitutionem contentam in compendioſa, & vulgarem ſubſtitutionem contentam in breuiloqua, quo ad effectum tollendi ius ſui hæredis in filio. At verò Ioann. de Monte Sperel.
17 *in repetit. l. 3. C. de iure delib. & ad.* meliùs tentauit differentiam, † conſtituere inter eas ſubſtitutiones: Scripſit enim, quòd vulgaris ſubſtitutio contenta in compendioſa non tollit exiſten-
18 tiam ſui hæredis in filio, quamuis † eandem exiſtentiam tollat vulgaris ſubſtitutio contenta in breuiloqua. Rationem differentiæ in eo eſſe dixit, quòd vulgaris magis tacitè comprehenditur in compendioſa, quàm in breuiloqua. Nam breuiloqua (inquit) habet formam, & figuram vulgaris ſubſtitutionis, ſed compendioſa concipitur ſub mortis cōditione, nec habet formam vulgaris. Atque ita ex ſententia Ioan. de Monte Sperel. retulit Soc. *in d. l. 1. n. 47. verſ. Septimò limita. ff. de vulg.* & ſanè meliùs fuit explicandum, quòd vulgaris contenta in breuiloqua tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio, quoniā vulgaris, quæ breuibus verbis inuoluitur, eſt expreſſa, & debet habere eandem vim, atq; ſi ſpecialiter fuiſſet expreſſa, ex Bart. recepta traditione *in d. l. 1. n. 8.* planè cùm teſtator, duobus filijs hæredibus inſtitutis Petro & Ioanne, ita adiecit: Eoſq; inuicem ſubſtituo, pro eo haberi debet, atq; ſi latioribus verbis fuſius dixiſſet: Et ſi Petrus mihi hæres non erit, ſit hæres Ioannes: & rurſus ſi Ioannes mihi hæres non erit, ſit hæres Petrus. Quæ quidem vulgaris ſubſtitutionis conceptiones tollunt ſui hæredis exiſtentiam in filio, ſecundùm ea, quæ proximè oſtendimus. Diuerſa eſt explicatio vulgaris ſubſtitutionis, quæ continetur in compendioſa. Nam ſi ea ſingulariter exprimatur, vtiq; exprimetur facta in caſum, quo filius, viuo patre, decedat, ex Bartoli ſententia *in d. l. Centurio. n. 32. in fin.*

¶ Itaque videtur interpretandum, quòd in compendioſa ſubſtitutione, quā pater impuberi filio hæredi facit, caſus mortis, quæ filio contigerit in vita patris, aptetur vulgari ſubſtitutioni. Sed caſus mortis contingentis filio poſt mortem patris aptabitur pupillari, ſi filius decedat in pupillari ætate, ſi verò filius poſt pubertatem deceſſerit, tunc caſus mortis aptabitur, vel directæ militari, vel fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, *l. Centurio. ff. de vulgar. l. precibus. C. de impuber. c. Raynutius. ſup. eod.* Denique mortis caſus, quæ filio contigerit poſt mortem patris, non aptatur vulgari, quoniam ſi filius ſeruus hæres poſt mortē patris, non adita eius hæreditate deceſſerit, nihilominus intelligitur deceſſiſſe hæres patris ipſo iure conſtitutus. Quò fit, vt ſecundùm verba ſubſtitutionis is, qui compēdioſè fuit ſubſtitutus, non admittatur in caſum, quaſi ex vulgari, quoniam vtiq; mors filij ſui hæredis nō fecit vacare primum inſtitutionis gradum, vt *ſup.* oſtendimus.

¶ Ex his demum concludo, quòd etſi filius, non adita patris hæreditate deceſſerit, non continuò filia ad eandem hęreditatem ex vulgari admitteretur. Siquidem patris hæreditas in filij hæreditate inuenitetur iuncta ipſo iure, & conſequenter non eſſet apertus loc⁹ vulgari ſubſtitutioni. Hac propemodum ratione eueniſſe intelligo, vt quamuis nec filius, nec filia, patris ſucceſſionem agnouerunt, atq; ita defuncti fuêre ante pubertatis tempora, non ideò pauperes ad bona patris admitti potuerunt ex vulgari. Siquidē omnia patris & filij impuberis bona in hæreditate filiæ impuberis, quæ poſterior deceſſit, idem pauperes inuenire debuerunt, vt latius ex Gloſſis ſequentibus apparebit. Quocirca Archidiaconus, & Alij auctores, non rectè diminarunt, patris hæreditatem in pręſen. aditam fuiſſe à liberis impuberibus. Deniq; in eo decepti fuerunt, quòd exiſtimarunt, pauperes ex vulgari ſubſtitutione fuiſſe admittendos ad bona patris, ſi filius & filia, nō adita patris hæreditate, mortui eſſent ante tempora pubertatis.

¶ Nec mirum eſt, ſi Archidiaco. & alij iuris Pontificij interpretes has iuris ciuilis ſubtiles rationes non fuerunt aſſecuti, quum & ipſe iuris ciuilis anteſignanus Bartol. *conſil. 15. Pater habens*, ſimili errore videatur mihi lapſus fuiſſe, dum Archidiaconum & Ioann. Andr. in hac cap. parte allegar. Quum enim pater filium impuberem teſtamento hæredem inſtituiſſet, his verbis eidē filio ſubſtituiſſe dicebatur: Et ſi dictus filius meus decederet ſine filijs, vel filiabus, ex eo legitimè deſcendentibus, ſubſtituo ei fraternitatem, & hoſpitale de Miſericordia. Filius deinde patri ſuperuixerat, & intra pupillarem ætatem vita deceſſerat. Mater hæreditatem filij impuberis ſibi ab inteſtato vendicabāt. E contrario fraternitas & hoſpitale de Miſericordia bona patris & filij omnia ex ſubſtitutione ad ſe pertinere contendebant. Bartolus in hac facti ſpecie duos caſus diſtinxit. Primus caſus erat: Si pupillus deceſſiſſet, patris hæreditate nondum adita. Alter caſus erat: Si filius poſteaquam patris hæreditatem, tutore auctore adijſſet, mortuus eſſet. Priore caſu Bart. putauit, facile eſſe caſus deciſionem. Nam quum in compendioſa includeretur vulgaris expreſſa, conſequens erat admitti fraternitatem, & hoſpitale de Miſericordia ex ea vulgari ad teſtatoris hæreditatem, quam pupillus non adijſſet. Nec tunc expediebat, arduam illam & difficilem quæſtionem attingere, vtrum ex directa pupillari poſſent quoque ſuccedere in pupilli hæreditate, & matrem pupilli penitus excludere. Siquidem vtilitas controuerſiæ tota verſabatur, circa ſolam patris hæreditatem, quum pupillus nihil prætereà in bonis

proprium habere proponeretur. Poſteriore autem caſu, quo
ſcilicet, patris hæreditas fuiſſet adita à pupillo cum tutoris au-
ctoritate, Bartolus laborauit oſtendere, quòd fraternitas, &
hoſpitale de miſericordia poſſent admitti ex directa pupillari
ad hæreditatem pupilli, in qua inuenirentur quoque bona pa-
tris quæſita per aditionem. Ego verò contra Bartolum noto,
quòd ardua quæſtio ſubſtitutionis pupillaris omnimodo fuit
tractanda etiam priore caſu, quo pupillus, non adita patris
hæreditate, deceſſiſſet. Nam eo caſu fraternitas, & hoſpitale,
nequaquam admitti potuerunt ex vulgari ad hæreditatem te-
ſtatoris, quoniam ea hæreditas ipſo iure fuiſſet quæſita pupil-
lo, & in hæreditate eiuſdem pupilli inueniretur. Quamob-
rem etiam in tali ſpecie vtiliter contendere debuerunt de pu-
pillari ſubſtitutione contra matrem, vt eam excluderent à pu-
pilli filij hæreditate, in qua omnia patris bona inuenirentur.
Et hoc ita contra Bartoli ſententiam, quam à nemine impro-
batam hactenus legi, ſine dubio probandum cenſeo. Nemo
enim dubitauerit, quin pupillus filius, in tali ſpecie ex teſta-
mento ſuus, & neceſſarius hæres patri extiterit, eamque hæ-
reditatem non aditam ex potentia ſuitatis, in quoſcunque hæ-
redes tranſmiſerit. Enimuerò ſubſtitutio vulgaris; incluſa in
compendioſa non tolleret eam ſui hæredis exiſtentiam, quo-
niam concepta eſſet in caſu impotentię, ſecundùm ea quę iam
concluſimus.

¶ Deprehendo etiam, ſimili errore lapſum fuiſſe Abbatem
conſil. 90. Quidam Antonius. num. 5. libr. 2. Propoſuit enim, quod
teſtator infantem filium Franciſcum vniuerſaliter inſtituit, ei-
que ſubſtituit his verbis: Et ſi dictus Franciſcus deceſſerit in
pupillari ætate, vel poſtea quandocunque ſine liberis, ſubſti-
tuo ei Paulum auunculum meum vulgariter, & pupillariter,
& per fideicommiſſum, quem etiam eidem filio meo tutorem
do. Mortuo teſtatore, Franciſcus infans poſt tres menſes vita
deceſſit, ſuperſtite matre ſua, quum nihil ferè proprium in bo-
nis haberet, præter patris bona. Mater ab inteſtato vendica-
bat filij hæreditatem; quòd diceret ſubſtitutum ipſo iure ex-
cluſum fuiſſe à pupillari ſubſtitutione, propter neglectam pu-
pilli tutelam, *l. ſciant cuncti. C. de legit. hæred.* Abb. igitur, vt ſub-
ſtitutum defenderet, ſcripſit, pro eo facere nouam conſidera-
tionem, quòd, videlicet, poſſet vendicare bona patris ex vul-
gari. Sic nihil referre exiſtimauit, quòd idem excluderetur ab
hæreditate pupilli, qua nihil præterea contineretur. Nam in-
fans (inquit) decedens antequam eius nomine paterna hære-
ditas adita fuiſſet, locum vulgari ſubſtitutioni feciſſe videba-
tur. Licet enim in morientis patris fuiſſet poteſtate, non exti-
terat patri ſuus, & neceſſarius hæres, quia ſcilicet vulgaris ſub-
ſtitutio expreſſim facta iura ſui hæredis abſtulerat, ſecundùm
communem opinionem Doctorum *in l. ſi filius hæres. ff. de liberis,
& poſthum.* Hæc Abbas. Cuius conſilium retulit Ioann. de Ne-
uizan. *in ſylua napt. libr. 2. num 53. verſic. limita primò, in fine.* Sed
profectò noua Abbatis conſideratio non habuit ſolidum iuris
fundamentum, quoniam in ea ſpecie conſtare apud omnes,
debuit infantem patri ſuum hæredem ex teſtamento ipſo iure
extitiſſe. Sic non erat otioſa quæſtio de pupillari ſubſtitutio-
ne, quam eadem ſui hæredis exiſtentia ipſo iure confirmaue-
rat. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.* Non refragabatur vulgaris ex-
preſſim facta, quoniam alius fortaſsè diceret, non tolli exiſtē-
tiam ſui hæredis in filio quando ei ſubſtituitur vulgariter, pu-
pillariter, & per fideicommiſſum. Idque ratione fideicommiſ-
ſariæ ſubſtitutionis, vt in terminis huius clauſulæ obſeruat So-
cinus *conſil. 20. Viſis actis. num. 15. libr. 5.* & Curtius Iunior *in l. pre-
cibus. ſina. colum. ad finem. C. de impuberum.* Ego autem dico, quòd
ſine vllo reſpectu alio ea vulgaris expreſſa non potuit tollere
exiſtentiam ſui hæredis in filio, quoniam vtique erat expreſſa
in caſum mortis.

Hoc etiam non perſpexit And. Alciat. *in l. in vulgari. ff. de ver-
19 borum ſign. in ſecundo ſcholio,* vbi † Pomponius ait. In vulgari ſub-
ſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtitutus,
rectè ſubſtituitur, etiam vnico intelligitur exemplo, *leg. 12. ta-
bul.* Accurſius exponit, vulgari: id eſt, pupillari, quum pupilla-
ris poſſit dici vulgaris ratione eius, qui ſubſtituitur. Sed Alcia-
tus ſcribit, quòd ea ſubſtitutio ſatis poteſt dici vulgaris, quia ſi
vnicus ille filius ante aditam hæreditatem decederet, ſubſtitu-
tus admitteretur ex vulgari. Conſtat enim ex ſuperioribus, quòd
etiam ſi filius ante aditam hæreditatem decederet, non poſſet
ille ſubſtitutus ex vulgari admitti.

¶ Itaque mihi videtur veriorem eſſe † interpretationem, 20
quòd ea ſubſtitutio tam ſecundùm verborum figuram, quàm
etiam ſecundùm ſententiam Iureconſulti, fuerit pupillaris.
Quoniam tamen teſtatores plerunque † eiuſmodi pupillarem 21
factam ei, qui ſupremus moreretur, cōcipere ſolebant, vt pro-
batur *in l. ex duobus. & l. vel ſingulis ff. de vulgar. & in l. qui duos. ff. de
rebus dubijs. & in l. qui ex liberis. ff. de bonorum poſſeſ. ſecundùm tabul.*
vulgarem ſubſtitutionem Pomponius dixit eam, quæ re ve-
ra pupillaris erat propter vulgaris illa verba, ei qui ſupremus
morietur. Quo etiam ſenſu vulgarem clauſulam Vlpianus
ſcripſit *in l. talis ſcriptura. verſiculo, cui congruit.* ibi, *Vulgarem hanc
clauſulam ceſſare ff. de legat. 1.* Adde quòd ea ſubſtitutio † *dict. l. in 22
vulgari*, potius videtur compendioſa facta in forma pupil-
laris.

Hinc animaduerto, non eſſe rectam traditionem Ioan. Ba-
ptiſtæ *in repetitio. l. precib. num. 60. C. de impuber.* vbi poſt Domi-
num ſuum diligenter obſeruat, quòd in compendioſa ſubſti-
tutione in primis eſt inueſtigandum, an inſtitutus deceſſerit,
hæreditate adita, vel non adita. Nam ſi hæreditas non fuit adi-
ta, ſemper (inquit) admittetur ex vulgari, qui compendioſè
fuit ſubſtitutus. Idem fermè præcepit Socin. *in dicta l. Centurio.
num. 33. dicens hoc aduertendum fore in practica.* Et Franciſcus Ri-
pa *ibidem num. 147.* Et Guili. Benedict. *in repetitio. cap. Raynutius.
in verb. ſi abſque liberis. 2. in materia compendioſa. numer. 7. ſupra eo-
dem.* Ego verò contra horum auctorum traditionem noto,
quòd in compendioſa ſubſtitutione, ſi filius inſtitutus dicatur
eſſe mortuus, in primis eſt inueſtigandum, an viuo patre de-
ceſſerit, an poſt mortem eius? Nam ſi viuo teſtatore, deceſ-
ſerit, erit locus vulgari: ſed ſi poſt mortem patris deceſſerit,
non adita patris hæreditate, non erit locus vulgari. Ergò in-
quirere debet ſubſtitutus, vtrum filius, qui poſt mortem pa-
tris deceſſit: ante pubertatem deceſſerit, vt ex pupillari eidem
ſuccedat.

Quòd ſi compertum ſit, quod poſt pubertatem deceſſerit,
non adita patris hæreditate, tunc † & ſi non propterea apertus 23
ſit locus vulgaris, adhuc tamen poterit vulgari locus eſſe. Nam
filij puberis hæres, in quem filius ex potentia ſuitatis patris hę-
reditatem tranſmiſit, poterit quidem ſi velit ſe immiſcere pa-
tris hæreditati, poterit autem, & ſe ab ea abſtinere, quēadmo-
dum filius potuit. *l. ſi quis filium § 1. ff. de acquiren. hæred.* Ergò ſi ſe
abſtineat, poterit is, qui filio compendioſè fuit ſubſtitutus ad-
mitti ad eam patris hæreditatem ex vulgari. Quippe ſi filius ip-
ſe ab ea hæreditate ſe abſtinuiſſet, nemo dubitaret, ſubſtitutū,
ex vulgari admittendum. Nam & ſi ſubſtitutio † vulgaris quo- 24
ad verba attinet, facta videretur in caſum, quo filius, viuo pa-
tre decederet, tamē ex voluntate porrigi debuit ad caſum, quo
filius poſt mortem patris ab ea hæreditate ſe abſtineret, ex ſen-
tentia Bart. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 5. in fin. ff. de libe. &
poſthum.* Alexan. *in l. ſi mater. §. 1. num. 4. ff. de vulg.* Iaſ. *in l. 1. nu. 26.
verſ. 4. ad iſtam. ff. de vulg.*

Ex his infero, nouam interpretationem † celeberrimæ. *l.* 25
Centurio. ff. de vulgar. vbi Papinianus ita ſcriptum reliquit. CEN-
TVRIO filio, ſi intra vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ
ſine liberis vita deceſſerit, directò ſubſtituit. Intra quatuor-
decim annos etiam propria bona filij ſubſtitutus iure commu-
ni capiet: poſt eam autem ætatem, ex priuilegio militum pa-
tris duntaxat cum fructibus inuentis in hæreditate. Quoniam
vulgò interpretes pro conſtanti docent, quòd ibi Centurio-
nis hæreditas fuit adita: & propterea neceſſarium fuit ſingu-
lare militum priuilegium, vt acquiſitio hæreditatis per aditio-
nem facta reſolueretur ipſo iure: & hæreditas directò defer-
retur militari ſubſtituto ſecundùm militis voluntatem. Idque
Angel. præſuppoſuit *ibidem. num. 1. in fine, ibi: Quia adeundo,* &
Alexand. *numer. 37.* ſecurè docet, hunc intellectum eſſe com-
munem, de quo non dubitarunt Lancelot. Galiaul. *num. 5.* Ri-
pa *num. 1.* Et ab hoc veluti fundamento exorditur Andr. Alcia.
ibidem in principio. Ego verò Papiniani reſponſum † planius ac- 26
cipio, vt ille, & diſertè, & eleganter, minimè æſtimauerit, vtrū
hæreditas adita fuiſſet an non fuiſſet adita. Nam & ſi filius non
adijſſet patris hæreditatem, æquè locus erat tam priori, quàm
poſteriori reſponſo. Cùm enim filius impubes in morientis
patris poteſtate fuiſſet, conſtare debuit, quòd mortuo patri
ſuus, & neceſſarius hæres ex teſtamento extitiſſet. *l. 1. § qui ſunt
in poteſtate, cum vulgarib. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* Ergò, ſi
deceſſiſſet filius ante quatuordecim ætatis annum, ſubſtitu-

tus

tus iure communi caperet etiam bona filij, quoniam, & ſi teſtator fuiſſet paganus, exiſtentia ſui hæredis filij tabulas pupillares confirmaſſet. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. l. pater. ff. de priuil. credit. l. filius qui ſe paterna. ff. de acquirenda hæreditate.* Præterea in hæreditate impuberis bona etiam patris inuenirentur, quæ videlicet, filius ipſo iure quæſiuiſſet, & in hæredem ex potentiā ſuitatis tranſmiſiſſet. Poſt eam autem ætatem, decedente filio, non minus intelligo neceſſarium eſſe priuilegium ſubſtituto militari, circa hæreditatem, quam filius non adijſſet. Erat enim nihilominus facta acquiſitio eius hæreditatis ipſo iure, quum ad acquirendam hæreditatem, in ſuis hæredibus non ſit aditio neceſſaria. *l. in ſuis. ff. de ſuis & legitimis hæredib. cum vulgari.*

27 Denique licet paganus † teſtator filium poſſet auertere à iure ſui hæredis inſtituendo eum ſub conditione, quæ eſſet in eius poteſtate. *l. iam dubitari, cum vulgaribus. ff. de hæredib. inſtituend.* non tamen ſuum hæredem factum poſſet ipſo iure priuare hęreditate iam acquiſita, *argument. text. in l. ei qui ſoluendo, in fin. ff. de hæredib. inſtituend.* Hoc enim pertinet ad ſolius legis poteſtatem, *argument. text. in §. interdum. in fin. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſtat. defer. coniuncta gloſ. in l. in ſubſtitutione, in verb. forte ff. de vulgar. & pupil.* Porro legis exemplo potuit hoc miles, cuius in expeditione occupati voluntas pro lege obſeruatur. *l. 1. in fin. C. de teſtam. mili.* Sic arbitror poſſe rectiſſimè intelligi text. *in d. l. Centurio. in 2. parte*, etiam in filio, qui patris hęreditatem non adijſſet. Quoniā & tunc exerceretur priuilegium in reſoluenda directa acquiſitione, quæ facta erat ipſo iure ex potentia ſuitatis. Ad hoc facit tex. *in l. milites etiam. ff. de milit. teſtam.* vbi Iureconſul. ſcribit, poſſe milites ex ſingulari eorum priuilegio ſubſtituere etiā his, qui hæredes extiterunt. Planè hęc poſtrema verba propriè etiam referentur ad eos, qui ipſo iure hæredes extiterunt. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulga. l. ſi maritus. C. de collationib.* tradit Bart. *in l. venter præterito, num. 3. ff. de acquirend. hæreditate.* Denique poteſt videri hoc ſenſiſſe Paulus Iureconſul. *in l. quod dicitur, in princip. ff. de milit. teſtament.* vbi procul dubio intellexit de militari ſubſtitutione, quum ſcripſit: Et ideò ſi hæredi ſilio, &cæt. Nam quum militaris ſubſtitutionis priuilegium in omnibus hæredibus exerceatur, facilius in hærede filio exercetur, quoniam in eo maximè eſt neceſſarium, propterea, quòd ipſo iure hæres exiſtat. Denique remoto militum priuilegio, is, qui *in dict. l. Centurio.* compendioſè filio fuerat ſubſtitutus, non poſſet ex vulgari ſubſtitutione admitti ad hæreditatem teſtatoris. Quippe licet filius intra 25. annum ſine liberis vita deceſſiſſet, non adita patris hæreditate, intelligeretur nihilominus, quòd quæſita ipſo iure patris hæreditate, deceſſiſſet, & quòd eam in ſua hæreditate reliquiſſet. Quare vulgari ſubſtitutioni non eſſet apertus locus, quum hæreditas in eiuſdem filij hæredem tranſmitteretur cum abſtinendi beneficio. *dicta l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquirenda hæreditate.* Secundùm quæ, etiam non adita hæreditate patris, neceſſarium fuit priuilegium militum *in dicta l. Centurio, in 2. parte.* vt hæreditas paterna, quæ viuo filio cum bonis filij iuncta fuerat ipſo iure ſtatim mortuo filio à bonis eiuſdem ſeparetur ipſo iure, & velut iacens patris hęreditas incipiat deferri ſubſtituto ſecundùm militis voluntatem.

28 ❡ Secundò infero ad intellectum † *text. in cap. Raynutius, ſupra eodem*, quòd etiam ſi ibi filia adiecta non quæſiuiſſet hæreditatem patris per aditionem, & ita deceſſiſſet, non tamen Alterocha, nec filius eius poſſent admitti ad bona Raynutij ex vulgari ſubſtitutione. Vtique enim filia Adiecta mortuo patri ſtatim ipſo iure ſua hæres extitit, quum in eiuſdem morientis poteſtate fuiſſe proponatur. Ergò ſi ante patris hæreditatem deceſſiſſet, & maritum hæredem teſtamento feciſſet, aut eundem ex iure Lombardo hæredem habuiſſet legitimum iam maritus, qui ſe immiſcere vellet bonis Raynutij ex perſona vxoris, excluderet vulgarem ſubſtitutionem. Proindeeo quoque caſu de fideicommiſſaria ſubſtitutione agendum foret, & omnia locum haberent, quæ obtinent in deciſione eius capit. Et certè Ioann. Imol. *ibidem numer. 39.* tentauit intelligere, quòd ſola exiſtentia ſuæ hæredis filiæ fideicommiſſum vniuerſale confirmauerit, *iuxta l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebellian.* quaſi poſſet intelligi text. abſque eo, quòd filia proponeretur adiuiſſe patris hæreditatem. Quanquam autem id iure procedere potuiſſet, magis tamen eſt (inquit) vt intelligamus, quòd Adiecta deceſſit iam facta hæres patris ex teſtamento, non ſolùm ipſo iure, ſed etiam propria voluntate. Quod idem Ioann. Imol. *numer. 39.* prius attigit, dicens: Quis adiuit hanc hæreditatem Raynutij? poteſt dicere, quod pupillus, tutore auctore. Et ſanè ad contextum litteræ videtur facilius dici poſſe, quòd tutores Adiectæ pro hærede geſſerunt de ipſius Adiectæ voluntate. Sic enim textus habet: Tutores impuberis eam cum omnibus bonis, eidem relictis à patre Longobardorum cuidam. P. nomine tradiderunt. Extat au-
tem, quod ſi tutor † voluntate impuberis pro hærede geſſerit, 29
ſolemnitati iuris ſatisfactum videtur, *argumento l. potuit, ibi: Si quid, eo neſciente. & l. filiofamilias. C. de iure deliberand.* vbi Philip. Corn. *in fin.* contra Benedictum de Plumb. hoc eſſe probabilius exiſtimat.

❡ Tertiò infero vtilem intellectum † *ad legem regiam 12. in 2.* 30
parte. tit. 5. Partita. 6. vbi habetur, quòd ſi miles ita conceperit: Petrum filium facio hæredem meum, & quandocunque deceſſerit, ſi illi hæres Ioannes, valet (inquit text.) hæc ſubſtitutio compendioſa iure directæ pupillaris contra matrem Petri, ſi is, ante annum 14. vita deceſſerit. Si verò idem Petrus poſt eam ætatem pubes deceſſerit, tunc lex conſtituit, quod pater hæres Petri filij puberis retinere poſſit ex bonis teſtatoris tertiā partem velut iure naturæ debitam ipſi filio, in qua non potuiſſet à patre onerari. Cætera autem militis bona reſtituet mulier Ioanni ſubſtituto, velut ex iuſta fideicommiſſi cauſa, *iuxta l. precibus. C. de impuber. & alijs.* Gregor. Lup. *in 10. gloſſ. eius legis 12.* interpretatur, quod regia lex debet intelligi eo caſu, quo filius hæreditatem patris adiuiſſet. Putat enim, quod ſi filius militis patris hęreditatem non adijſſet, atq; ita poſt pubertatem mortuus eſſet, tunc Ioannes ſubſtitutus omnia bona teſtatoris cōſequeretur ex vulgari, quam compendioſa includebat. Sic deniq; concludit, quod in tali ſpecie mater, nec quidē poſſet admitti ad tertiam, hoc eſt, legitimam partem, quam eidem filio miles pater iure naturæ debuiſſet.

❡ Ego autem in contraria opinione ſum, & legem regiam, † 31
ſimpliciter prout iacet, intelligo, vt etiam procedat, quo caſu filius hæreditatem patris minimè adijſſet. Etenim ſi non adita hæreditate deceſſiſſet, non protinus Ioannes ſubſtitutus ex vulgari matrem Petri filij excluderet. Et primum conſidero, quod etiam ſi hæc mulier, quæ filij impuberis hæres eſſet, veniret excludēda à reliqua teſtatoris mariti hæreditate per vulgarem ſubſtitutionem, certè excludi non deberet à legitima portione, quam pater filio ex lege debuiſſet. Finge enim quod in ea ſpecie vulgaris ſubſtitutio ita eſſet concepta, vt iuxta receptas ſententias tollere deberet exiſtentiam ſui hæredis in filio, vt puta, ſi teſtator dixiſſet: Si Petrus filius mihi hæres non erit, ſit hæres Ioannes. Nempè, ſi filius Petrus poſt mortem patris ante aditam hæreditatem decederet, fortiter defendi poſſet, quòd Ioannes admitti nequiret ad partem bonorum teſtatoris, quæ iure naturæ debita filio fuiſſet. Si quidem hanc partē ſine vlla aditione quæſiuiſſet ipſo iure Petrus filius, qui, videlicet, in morientis patris fuiſſet poteſtate, atque ita quæſi-
tam hæredi ſuo reliquiſſe videretur. Nec obſtaret, † quod da- 32
tione vulgaris ſubſtituti teſtator iura ſui hæredis in filio ſuſtuliſſet: quoniam (quod hactenus non diximus) eleganter dicetur, id locum non habere reſpectu legitimę portionis, ſed duntaxat reſpectu reliquæ hæreditatis, *ſecundum ea quæ attingemus, infr. 2. hac parte, in gloſſ. debita.*

❡ Sed hæc ſubtilis conſideratio non eſt neceſſaria circa ſpeciem legis regiæ. Quoniam in ea ſpecie, quamuis filius, non adita patris hæreditate, deceſſiſſet, non dico legitimam portionem, ſed adeò vniuerſam patris hæreditatē in matrem hæredem iure ſuitatis tranſmiſiſſe. Siquidem vulgaris ſubſtitutio quæ ex compēdioſa poſſet colligi, nihilominus de iure ſui hæredis diminuiſſe videretur. Nam, vt omittam reſpectum fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quæ eo caſu poſt pubertatem locum haberet, ex qua ſui hæredis ius per adiunctam vulgarem non intelligitur ſublatum, iuxta Baldi ſententiam *in d. l. non iuſtam. C. ad Trebel.* ſuperius comprobatam, conſtat ſubſtitutionē eſſe factam in caſum mortis, vt hac ratione non videatur vulgaris ſubſtitutio quidquam efficere ad tollendum ius ſui hęredis, vt *ſupra* concluſimus.

❡ Adijcio aliam præterea rationem, quæ propria eſſe videtur eius ſpeciei comprehenſæ *in dicta l. regia.* & euidentius o-
ſtendit, quòd iura ſui hæredis non tollentur in filio per vulga- 33
rem ſubſtitutionem. Nam equidem animaduerto, † quod ſi quis iuxta verba *legis regiæ*, ita conceperit: Quandocunque filius

lius meus deceſſerit, ſit illi hæres Petrus, tunc nec quidem in caſum mortis expreſſa videbitur vulgaris. Nam vtique huiuſmodi compendioſa deprehenditur eſſe facta in forma pupillaris, vt non alia vulgaris poſſit ex ea colligi, quàm omninò tacita, ad quam porrigitur expreſſa pupillaris, ſecundùm ea quæ obſeruaui ſuperiore parte in gloſſ. hæredes. Sic nemo dicturus eſt, quòd iura ſui hæredis tollantur in filio per ſubſtitutionem vulgarem, quæ ſit omninò tacita. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulg.* tradit Bart. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 6. ff. de liber. & poſthum.* Reſoluo igitur, quòd in ſpecie *dict. l. regia*, ſi filius, non adita patris hæreditate, pubes deceſſiſſet, mater, quæ filij puberis ab inteſtato, vel ex teſtamento hæres eſſet, in filij hæreditate hæreditatem patris inueniret, cui ſe poſſet immiſcere, *argumento l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquirend. hæred.* Vnde hoc etiam caſu procederet deciſio l. regiæ, vt videlicet, mater ex perſona filij poſſet deducere legitimam portionem aduerſus ſubſtitutum, qui ex ſola fideicommiſſaria ſubſtitutione ad bona militis eſſet admittendus.

¶ Nouiſſimè concludo, veriorem noſtri cap. intellectum videri, quòd hic pupillus filius non adiuit patris hæreditatem ex teſtamento, nec vllo facto pro hærede ſe geſſit. Nihilominus tamen hæreditatem patris ipſo iure quæſiuit ex teſtamento, vtpote ſuus, & neceſſarius hæres, & conſequenter quum deceſſit ante pubertatis tempora hanc patris hæreditatem in hæredem tranſmiſit. Sic factum eſt, vt pupilla filia, quæ huic filio compendioſè fuit ſubſtituta, non potuerit admitti ex vulgari ad patris hæreditatem. Nam ea vulgaris ſiue intelligeretur eſſe omninò tacita, ſiue etiam expreſſa in caſum mortis, non potuit tollere exiſtentiam ſui hæredis in filio. Licet autem, defuncto hoc filio, patris hæreditas non fuerit delata filiæ ex vulgari, tamen eiuſdem filij impuberis hæreditas delata fuit filiæ ex pupillari ſubſtitutione. Planè in huius filij hæreditate hæreditas patris iuncta reperiebatur ipſo iure ſecundùm ea, quæ modò oſtendimus.

S V M M A R I V M.

1 *Suitas tollitur per dationem cohæredis extranei.*

2 *Suitas non tollitur per dationem cohæredis, qui ſit ex liberis teſtatoris.*

3 *Filius inſtitutus in re certa dato cohærede vniuerſali non poteſt iura ſuorum hæredum exercere in illa re certa.*

4 *Suitas verificari nequit, niſi in alia aliqua hæreditatis portione.*

5 *Filius inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali adeunte, non poterit intra triennium reuocare repudiationem, quam fecit illius rei certæ.*
L. fin. C. de repud. hæred. *ſenſus* ibidem. *& num. 15.*

6 *Teſtamentum valet, in quo filius fuit inſtitutus in re certa quæ non erat propria teſtatoris, ſed aliena.*

7 *Suus hæres, quamuis nequiret vſucapere pro hærede, poſſet nihilominus vſucapere rem certam, in qua fuiſſet inſtitutus, dato cohærede vniuerſali.*

8 *Filius inſtitutus in re certa decedens antequam rem certam agnoſcat, tranſmittit eam rem tanquam legatarius, non verò ex potentia ſuitatis: eiuſq; rei diſcrimen oſtenditur.*

8 *Filius in re certa inſtitutus, dato cohærede, & fratri impuberi ſubſtitutus pupillariter, quamuis in re certa non ſit ſuus, efficitur tamen ex pupillari ſubſtitutione ſuus hæres fratri.*

10 *Pater filio impuberi poteſt in tabulis pupillaribus neceſſarium hæredem conſtituere eum, quem ſibi non fecit, ſed potuit facere neceſſarium.*

11 *Pater in tabulis pupillaribus filio impuberi poteſt facere hæredẽ non ſolum neceſſarium, ſed etiam ſuum, eum videlicet, quem ſibi potuit ſuum hæredem conſtituere.*

12 *Poſthumus alienus olim diſtinguebatur, duntaxat à poſthumo ſuo.*
Cap. ſi pater. *declaratur* ibidem.

13 *Abſtinendi beneficio vti poteſt filius non ſolùm circa paternam, ſed etiam circa fraternam hæreditatem, ſi fratri impuberi fuerat pupillariter ſubſtitutus.*
L. ſi pupillus paterna. ff. de acquirend. hæred. in fin. *ſenſus* ibidem.
§. ſed his permittit Prætor. Inſt. de hæred. qual. & differen. *ſenſus* ibidem.

14 *Filius in re certa hæres inſtitutus, & fratri impuberi pupillariter ſubſtitutus, quamuis rem certam agnoſcat, poterit nihilominus abſtinere ſe ab impuberis hæreditate.*

15 *Subſtitutus pupillaris qui a fratris impuberis hæreditate ſe abſtinuerat, poterit ſuorum hæredum beneficio reuocare abſtenſionem intra triennium.*

16 *Abſtenſionis reuocandæ beneficium habet filius non ſolum ſuus, & neceſſarius ſimul, ſed etiam neceſſarius duntaxat.*

17 *Filius, qui ſe abſtinuit à fratris impuberis hæreditate ex tabulis pupillaribus ſibi delata, quamuis locum faciat ſubſtitutioni vulgari reſultanti ex compendioſa, poterit nihilominus ſuorum hæredum beneficio reuocare abſtenſionem intra triennium.*

18 *Abſtinendi beneficium à patris hæreditate, vel etiã hæreditate impuberis ex tabulis pupillarib. delata amittit filius, ſi ex patris hæreditate aliqua amouerit, vel ſurripuerit.*
L. ſi ſeruum. §. Prætor ait. ff. de acquirend. hæred. *ſenſus* ibidem.

19 *Suitas confirmat libertates teſtamento pupillari datas, ſi filius ſuus fuerit fratri impuberi hæredi inſtituto pupillariter ſubſtitutus.*

20 *Filius ſuus impuberi fratri ſubſtitutus pupillariter eius impuberis hæreditatem non agnitam tranſmittit, ex potentia ſuitatis in quoſcunque hæredes.*

21 *Filia excluſa per ſtatutũ a patris ſucceſſione, extantibus maſculis quamuis dotem conſequi debeat, non poteſt tamen iura ſuorum hæredum exercere circa eam dotem, neq; circa hæreditatem impuberis, cui fuerat pupillariter ſubſtituta.*

22 *Filia per ſtatutum excluſa, extantibus maſculis, quamuis dotem conſequi debeat loco legitimæ, eſt tamen prorſus extranea & non ſua.*
L. quoniam nouella. C. de inofficioſ. teſtament. *ſenſus* ibidem.

24 *Legitima eſt quota bonorum, & non hæreditatis.*

25 *Filio ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas teſtamenti paterni annus vtilis indulgetur, ſed ad agnoſcendã bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pupillares, quibus fuerat fratri impuberi ſubſtitutus, centum duntaxat dies.*
§. cùm igitur. Inſtitut. de bonor. poſſeſſ. *ſenſus* ibidem.
L. 1. §. Largius. ff. de ſucceſſ. edicto. *ſenſus* ibidem. *& melius num. 30.*
L. 1. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſſ. edict. *eleganter explicatur* ibidem.

26 *Prætor in elargiendis bonorum poſſeſſionibus magis perſonam petentis intuetur, quàm caput ipſum, vnde peteretur.*

27 *Filius etiam ſi tanquam cognatus bonorum poſſeſſionem petat annuum ſpacium habet.*
L. de bonis. §. 1. ff. de carbo. edict. *ſenſus* ibidem

28 *Pater qui filium emancipauit, ſi tanquam patronus & manumiſſor bonorum poſſeſſionem petat, habet annum, vt pater: quamuis vt patronus centum duntaxat dies foret habiturus.*
L. 1. ff. ſi quis à parent. fuerit manumiſſ. *ſenſus* ibidem.
L. ſi cohæredi. §. filius. ff. quis ordo in bono. poſſeſſ. ſeruetur. *ſenſus* ibidem, *& num. 29.*

29 *Patronus ad petendam bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti non habet annum, ſed centum duntaxat dies.*

30 *Filius vel pater petens bonorum poſſeſſionem ſecũdùm tabulas, quibus eius ſeruus fuit hæres inſtitutus ab aliquo ex parentibus vel liberis, annum habet.*
L. 1. §. non ſolùm. ff. de ſucceſſ. edict. *ſenſus*. ibidem.
L. 3. §. Hoc autem. ff. de legat. præſtand. *ſenſus* ibidem.

31 *Pauperes in caſu capitulo, ſi pater, omnia bona conſequuntur, quamuis filius non proponatur hæreditatem patris adiiſſe, nec etiam proponatur filia rem certam, aut fratris hæreditatem agnouiſſe.*
Legati quantitatis dominium non tranſit in legatarium à morte teſtantis.

SVBSEQVENTER ET FILIA.

SVBSEQVENTER ET FILIA. Ex hoc mortis ordine apparet, quòd ſtatim mortuo teſtatore, ex eius teſtamento res certa fuit delata huic filiæ, deinde mortuo filio, hæreditas eius ex pupillari ſubſtitutione fuit delata huic eidem filiæ.

¶ Vnde circa hanc rem certam primò quæritur: Vtrum quemadmodum filius ex inſtitutione vniuerſali hæres ſuus & neceſſarius patri extitit, ſic etiam filia extiterit eidem teſtatori non ſolùm

ſolùm hæres, verùm & ſua & neceſſaria, ex inſtitutione facta,
in re certa? Hæc autem dubitatio, quòd attinet ad ſuitatem fi-
liæ inſtitutæ in re certa, propriùs poteſt cadere in terminis hu-
ius cap. vbi vniuerſalis hæres inſtitutus fuit alter filius teſtato-
1 ris. Quo caſu receptiſſimum eſt, quòd etiam ſi per † dationem
cohæredis extranei ſummoueatur ius ſui hæredis in filio, *argu-
ment. text. in l. apud Iulianum. §. idem Iulian. ff. ad Trebellian. cum a-
lijs quamplurib.* quæ ad hoc inducunt reſoluentes hanc eſſe cõ-
munem opinionem Socin. *in l. ſi filius qui patri. num. 20. ff. de vulg.*
Philip. Corn. *in l. 3. num. 10. C. de iure deliberand.* Bartol. *& omnes.
in l. quidam eulogio. C. eodem tit. & alij multi,* quos lõgum eſſet re-
cenſere, à quibus non pauci diſceſſerunt, tamen quãdo cohæ-
2 res † non eſt extraneus, ſed alter teſtatoris filius, iura ſuorũ hæ-
redum integra & ſalua permanent. *argumento text.* vbi hoc re-
ſoluit Alexander. *numer. 28* Iaſon *numer. 3.* poſt Bartol. *column. 3.
in dicta l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.* Ergò ſine dubio conſta-
re debet, quòd ſi filia hæc fuiſſet inſtituta in aliqua hæredita-
tis parte, tam illa, quàm frater cohæres, iura ſuorum hæ-
redum exercere potuiſſent. Sed quoniam filia in propoſita hu-
ius capit. ſpecie deprehenditur hęres inſtituta in re certa, vide-
3 tur mihi, diſtrictè probãdum † fore, quòd neceſſaria hæres pa-
tri nullatenus extiterit, cùm & paternis creditoribus minimè
teneretur reſpondere, quoniam non hæredis, ſed legatariæ vi-
cem ſuſtineat, *argument. text. in l. quoties. C. de hæredibus inſtituend.*
Quum verò in liberis, qui in patris morientis poteſtate fuerunt,
vix ſuitas à neceſſitate ſeparetur, *argumento text. in princ. & §. ſui
autem & neceſſarij. Inſtitut. de hæred. qualitat. & different.* probabi-
4 lius erit dicere, quòd nec ſua hæres extiterit in re certa. Nam †
& ſui hæredis exiſtentia deſiderare videtur aliquam hæredita-
tis partem, in qua verſetur, *argumento text. in l. in ſuis. ff. de liberis,
& poſthumis. in l. Gallus. § in omnibus vbi Ex aliqua parte. ff. eodem
titulo, in l. cum ratio. in principio. ff. de bonis damnat.* planè vbi quis
dato cohærede vniuerſali, hæres inſtituitur in re certa, in nul-
la hæreditatis parte inſtitutus deprehenditur, *in l. ex facto. ver-
ſiculo, cùm hæc ita. ibi, Quia nulla pars adſcripta eſt. ff. de hæred. in-
ſtituen.*

¶ Contrariam tamen ſententiam, immò quòd filius inſtitu-
tus in re certa ſit hæres, & habeat iura ſui hæredis, dato cohæ-
rede vniuerſali, ſecutę probauit Bartol. *conſil. 22.* Homo Accur-
ſuli. *num 4.* Petrus de Ancharano *in conſil. 407. in primo quæſtio,
in princip.* Ludouic. Roman. *in l. apud Iulianum § idem Iulianum. ff.
ad Trebellian.* Ioann. de Monte Sperel. *in l. 3. C de iure deliber. in l.*
quem Socin retulit *in l. ſi filius qui patri. numer. 15 ff. de vulgari.* I-
dem probaſſe videtur Philip. Corn. *in d. l. 3. in fin. C. de iure delibe-
ran.* & Alexand. *conſil. 151. num 2. libr. 1.* & fermè Andr. Alciat. *in
d. l. ſi filius qui patri. num. 46. ff. de vulg. & in l. ventre num. 16. ff. de ac-
quir. hæred.* Nec dubitauit hanc opinionem eſſe veram Cur. Iu-
nio. *conſil. 160.*

¶ Sed tamen prior opinio contra prædictos auctores iuris,
rationibus magis accommodatur, & propterea plurium au-
ctorum numero fulta, & recepta videtur, vt videlicet, in ta-
li ſpecie filius inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali,
altero fratre, qui non ſe abſtinet, non habeat in illa re certa ſui
hæredis exiſtentiam, nec re vera ſit hæres. Hoc enim in termi-
nis tenuerunt Bald. *in l. quoties num. 2. C. de hæred. inſtituen. & in l.
apud hoſtes. num. 3. C de ſuis & legitim. hæred. & in l. ſi arrogator ff. de
adoptionib. & in conſil 140. in teſtamento. num. 1. in 1. volum* Ang.
de Perul. & Sal. *num 11. in d. l. quoties.* quorum ſententiæ viſus eſt
ſuccumbere Philip. Corn. *ibidem. n 7.* Idipſum tenuerunt Ang.
num. 5. Ioan. Imol. *num. 17.* Alexand. *num. 20.* Socin. *num 15.* Iaſ.
num. 17. in dicta l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar. Signorol. de Ho-
mod. *in conſil. 107. Quidam nomine. num. 7. verſiculo, præterea.* Ang.
de Pergl. *in repetitione l. in ſuis. num. 128. ff. de liber. & poſthumis* An-
gel. Aretin. *in tractat. de teſtamentis in gloſſ. 59. num. 4.* Guliel. Be-
nedict. *in repetitione cap. Raynntius, de teſtament. in verbo, Mortuo i-
taque teſtatore, l. 2. num. 207.* Huc quoque pertinet, quod ſcrip-
ſit Baldus *in l. filium quem habentem. num. 27. C. familiæ erciſcund.*
vbi ſcripſit, quòd quoniam filius inſtitutus in re certa, non eſt
hæres in ea re certa, propterea, ſi ſit rogatus reſtituere eam rem
certam, non poteſt eſſe locus Trebellianicæ, neque Falcidiæ:
quam Baldi ſententiam inferius ſum explicaturus, *in gloſſ. verſi.
Trebellianica.*

¶ Ex qua ſententia, quæ & probabilior, & communiùs re-
5 cepta videtur, colligitur primò, quòd ſi filius, qui † in re certa
fuit hæres inſtitutus, dato cohærede vniuerſali, repudiauit ip-
ſam rem certam, non poterit etiam intra triennium redire ad
eam rem, quam ſemel repudiauit. Siquidem ius datum ſuis hæ-
redibus, *in l. fin. C. de repudian. hæred.* cõmunicari non debet huic
filio, qui in re certa nec neceſſarius, nec quidem ſuus hęres ex-
titit. Et hæc interpretatio colligi videtur ex Baldi ſententia,
in dicta l. final. numer. 6. ex Alexand. *ibidem numer. 6.* Iaſon *nu-
mero 3.*

¶ Secundò infertur, quòd ſi res certa, in qua fuerit inſtitu-
tus filius, non ſit teſtatoris, ſed aliena, quo caſu † valet nihilo- 6
minus inſtitutio, & teſtamentum, *l. ſi ſeruus.* vbi Bald. obſeruat,
num. 9. C. de inofficioſo teſtamen. poterit filius † hanc rem ex teſta- 7
menti titulo vſucapere, non obſtante *l. nihil. C. pro hærede.* De-
mus enim quòd ſui hæredes † vſucapere nequeant titulo pro 8
hærede, *argumento text. in l. nihil. C. de vſucap. pro hæred. & in l. 2. §.
filium. ff. eodem titulo.* Quorum argumento hanc ſententiam af-
firmarunt poſt gloſſ. & alios vtrobique Bartol. Paul. Alexand.
& Alciat. *in l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum.* Quæ ſententia vulgò
inualuit, & eſt receptiſſima, vti conſtat ex varijs auctoribus,
quos allegat Reuerendiſſim. D.D. Couarru. *in repetit. regul. poſ-
ſeſſor. libro 6 in 2. parte. §. 5. num. 3.* & doctiſſimus Arius Pinell. *in
rubrica. C. de bonis maternis. in 2. parte. ex numer. 38.* à qua tamen
communi rectè ipſi diſceſſerunt poſt alios quamplures aucto-
res, quos ipſi allegant, & nouiſſimè etiã receſſit Antonius Ru-
beus *in repetitione l. pater filium. num 100. ff. de inofficioſo teſtamen-
to.* & Iacobus Cuiacius *in dicta l. 2. §. filium ff pro hærede.* Nempe
quamuis vulgò daremus, communem opinionem eſſe veram,
certè auctoritas eius vulgaris, ſententiæ non impediet, quo
minus liberi in re certa, hæredes inſtituti dicantur vſucapere
poſſe eandem rem ex teſtamenti titulo. Nam & ſi maximè pa-
ter, quum moreretur, hos liberos in ſuis hæredibus habuit,
mortuo tamen patri, minimè extiterunt ſui hæredes in re cer-
ta. Igitur magis eſt, vt eandem rem titulo pro legato vſucape-
re queant, ex Angeli ſententia, *in dicta l. 2. §. filium quoque ff. pro
hærede.*

¶ Tertiò infertur, quòd ſi filius in re certa hæres inſtitutus
decedat, antequam rem certam agnoſcat, trãſmittet eam rem,
quaſi legatarius, iuxta ea, quæ generaliter docuit Bartol. *in l. ex
facto. ff. de hæredib. inſtituend.* retulit, & ſequutus eſt Ioannes I-
mol. *in capitulo Raynutius. ſupr. de teſtam. n. 60.* Non tamen tranſ-
mittet eam rem ex potentia ſuitatis, vt non rectè præſuppoſuit
Bart. *dicto conſil. 22. num 4.* & Anchara. *dicto conſil 407.* Effectus
eſt magnus, & ex quo vniuerſæ hæreditatis emolumentum
poſſit pendere. Nam ſi, hoc filio mortuo, cohæres eius vni-
uerſalis repudiet hæreditatem, teſtamentum efficeretur irri-
tum, quoniam hæreditas nequeat accreſcere, nec legatario
mortuo, nec hæredi ipſius legatarij. Contra, ſi filius rem cer-
tam quaſi ſuus hęres tranſmiſiſſe intelligatur, eueniet, vt here-
ditas recuſata ab vniuerſali cohærede non minus poſſit accre-
ſcere hæredi ipſius filij, quã planè accreſcere potuiſſet ipſi filio 11.
ſi viueret, vt cum iudicio docuit Phili. Corn. *in l. 3. num. fin. C. de
iure delib. rand.*

¶ Secundò principaliter quæro circa hæreditatem filij im-
puberis, quæ huic filiæ fuit delata ex pupillari ſubſtitutione:
Vtrum filia ſua, & neceſſaria hæres extiterit fratri ex pupillari
ſubſtitutione?

Reſpondeo, † non eſſe dubitandum, quin filia hæc hæres 9
extiterit neceſſaria filio ex pupillari ſubſtitutione, quãuis patri
in re certa, in qua fuerat inſtituta, non extitit hæres neceſſaria,
ne quidem ſua, vt probabilius viſum fuit. Placuit enim iuris
præceptoribus, patris, & filij impuberis vnum eſſe teſtamẽtum
l. patris & filij. ff. de vulgar. vt etiam habetur in fine capitu. Hinc illud
deſcendit, quòd ſicut filium, quem moriens in poteſtate ha-
bui, poſſum mihi facere neceſſariam hæredem in meo princi-
paliter teſtamento, ita poſſum facere eum neceſſarium hære-
dem, liberis meis impuberibus in pupillari teſtamento, quod
vnum eſt cum meo principali. *l. 2. §. prius. verſiculo, Vſque adeò. l.
ſed ſi plures. §. quos poſſum ff. de vulgar.* Ergò filia hæc, quæ in mo-
rientis patris fuit poteſtate, hæres neceſſaria ipſo iure extitit fi-
lio impuberi ex pupillari ſubſtitutione. Nam & ſi patri non ex-
titiſſet hæres neceſſaria in re certa, ſatis eſt, quòd potuit eam
facere neceſſariam hæredem ſibi, ſi eam non in re certa, ſed in
aliqua hæreditatis parte hæredem inſtituiſſet. Quippe † ve- 10
rum eſt, & communi opinione receptum, quòd pater poteſt
filio impuberi facere neceſſarios hæredes etiam eos, quos ſibi
noluit, ſed tamen potuit facere neceſſarios. Hoc probatur *in d.
§. quos*

§.*quos poſſum.* vbi Bartol. hoc ex eod. §. colligit, & cæteri om-
nes meritò ſequuti ſunt, vt non debuerit de hac vera, & rece-
pta ſententia dubitare Franciſcus Ripa. *in l.2. numero 64. ff. de
vulgari.*

¶ Cùm igitur inter omnes conſtare debeat, quòd filia exti-
tit neceſſaria hæres fratri ſuo impuberi, ex pupillari ſubſtitu-
tione, ſubtilis eſt quæſtio, an & ſua quoque hæres extiterit ei-
dem, non tantum neceſſaria? Et ſunt non pauci, qui putent in
hac ſpecie dari ſolam neceſſitatem ſine ſuitate. Quoniam Iu-
reconſulti in hac ſpecie neceſſitatis, non verò ſuitatis, mentio-
nem fecerunt. Quòd ita putauerunt Angel. Peruſi. *num. final.*
Ioannes Imol. *num. 6. in l. 3. §. apertura. ff. de hæredib. inſtituend.* Ra-
phael Cuman. *in dicto §. quos poſſum, in fine.* Iaſon *in l. qui ſe patris.
numero 10. C. vnde liberi.* & Ludou. Gozad. *ibidem in repetitio. nu-*
11 *mer. 48.* Franciſc. Rip. *in l. 2. num. 63. ff. de vulgar.* ſed † tamen Bar-
tol. *in dict. l. 2. numer. final. & in dicto §. quos poſſum*, & alij com-
muniter Doctores cum Bartolo ſecurè docuerunt, quòd hoc
caſu frater fratri impuberi ſuus, non ſolùm neceſſarius hæres
exiſtat.

¶ Pro hac communi opinione: videtur mihi poſſe induci
text. *in dicto §. prius. & in dict. §. quos poſſum*, vbi pater poteſt poſt-
humum ſuum facere neceſſarium hæredem filio impuberi ex
pupillari ſubſtitutione, quamuis impubes ipſe, ſi pubes factus,
teſtaretur, non poſſet iure ciuili fratrem poſthumum hære-
dem inſtituere apud Iureconſult. *in princip. Inſtitut. de bonorum
poſſeſſ.* Quod ſimiliter ideò procedit, quoniam poterat planè
pater poſthumum ſuum inſtituere hæredem ſibi, & conſequē-
ter filio impuberi, quum patris & filij vnum ſit teſtamentum,
vt rectè explicauit Raphael Cuman. *num. 1.* Iaſon *num. 4. in di-
cto §. prius.* Conſidero igitur, quòd poſthumus fratri impube-
ri non potuiſſet hæres exiſtere ex pupillari ſubſtitutione, niſi
quaſi poſthumus ſuus, & communicato ſuitatis iure. Nam vti-
12 que poſthumus † alienus minimè diſtinguebatur à poſthumo
neceſſario, ſed duntaxat à poſthumo ſuo hærede. §. *poſthumo
quoq;. verſ. eſt autem. Inſt. de legat.*

¶ Sic demum concludo, quòd in ſpecie huius cap. filia filio
impuberi ex pupillari ſubſtitutione hęres extitit neceſſaria, at-
que etiam iura ſuorum hæredum habuit in eiuſdem fratris hæ-
reditate.

¶ Vnde infertur primò, in caſu huius cap. Si pater, ſtatim at-
que pupillus filius ſpiritum poſuit, hæreditas eius pupilli ex
pupillari ſubſtitutione fuit acquiſita ipſo iure huic pupillæ fi-
liæ etiam ignorāti: vt nulla tutoris auctoritas fuerit neceſſaria,
ad acquirendam hanc hæreditatem: videlicet, quia nec aditio
fuiſſet neceſſaria. *l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta-
ment. §. ſui autem. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat. deferunt. l. in ſuis.
ff. de ſuis & legit. hæred.* Quod miror ab ordinarijs huius cap. in-
terpretibus non fuiſſe animaduerſum: quum tamen ad eius in-
tellectum maximè conducat.

13 ¶ Quinimmò † relatum extat, quòd in propoſita ſpecie ad-
eò fratri impuberi hæc pupilla ſoror eſſet neceſſaria hæres, vt
omninò obligata deprehēderetur fraternæ hæreditati ſine vl-
lo abſtinendi beneficio. Siquidem Vlpian. *in l. ſi pupillus paterna
in fin. ff. de acquiren. hæred.* videtur prima facie hoc dixiſſe: & cer-
tè Aretinus *ibidem* hoc ex Vlpian. ſententia colligere auſus eſt,
& nonnullo colore excuſare laborauit. Verùm, talis ſententia
penitus reſpuenda eſt, vt quæ à iuris ciuilis peritia abhorreat.
Quippe ideò pater impuberi neceſſarium hęredem facere po-
teſt, quia eundem ſibi facere potuit neceſſarium, *dicto §. prius.
& dict. §. quos poſſum.* Conſequens igitur eſt, vt quemadmodum
ſibi neceſſarium feciſſet pater, cùm abſtinendi beneficio præ-
torio. §. *ſed his permittit. Inſtitut. de hæred. qualitat. & different.* ita
cum eodem prætoris beneficio neceſſarium hæredem impu-
beri filio faciat. Idq; ita verum eſſe colligitur ex Papiniani ſen-
tentia, *in l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.* vt & communiter omnes
14 præceperunt cum Bar. *in d. l. §. quos poſſum, in fin.* Denique † adeò
filia hæc poſſet ſe abſtinere ab hæreditate fratris impuberis ex
pupillari ſubſtitutione, vt hoc etiam ei permittendum videre-
tur, etiam ſi rem certam, in qua fuit inſtituta, agnouiſſet, ſecū-
dùm ea, quæ reſoluunt Alexand. *num. 4.* Iaſ. *num. 3. in l. quidam
eulogio. C. de iure delib.*

15 ¶ Secundò infertur, quòd † etiam ſi hæc pupilla cum tuto-
ris auctoritate ſe abſtinuiſſet ab hac fratris impuberis hæredi-
tate, poſſet nihilominus ipſo iure ad eandem hæreditatem re-
dire, reuocando abſtenſionem intra triennium, iuxta textum,
in l. fin. C. de repudiand. hæred. Licet enim Iuſtinianus loquatur in
ſuis hæredibus reſpectu hæreditatum, quæ parentibus obue-
nerint, hoc idē debet obtinere in hac fraterna hæreditate. Idq;
mihi recipiendum † videtur, etiam ſi iuxta minus receptā ſen- 16
tentiam placeret, quòd hoc caſu ſola neceſſitas daretur ſine
ſuitate. Moueor eo quòd ratio. *l. ſi quis ſuus. ff. de iure deliberandi.
& dicta l. fin. C. de repudiand. hæred.* propriè locum habet in neceſ-
ſarijs hæredibus, qui ius abſtinendi habent, quamuis iura ſuo-
rum hæredum in eiſdem non darentur. Allego Bald. *in dict. l. fi-
nal. in princ.* vbi ad euidentiam præmittit, quòd vnuſquiſq; po-
teſt beneficio in ſui fauorem introducto renunciare, etiam ſi
id prius acceptauerit. *l. ſi iudex circumuento. ff. de minorib.* Qua ra-
tione colligit, quòd ſuus hæres beneficio prætoris abſtinens
poterit illi beneficio etiā acceptato renunciare. & conſequen-
ter poterit pro hęrede gerendo reponere ſe in iure ciuili, quod
nō erat extinctum. Neque enim prætor potuit funditus extin-
guere ius ciuile, à quo emanauit ipſa prætoris auctoritas. § *quos
autem, Inſtitut. de bonorum poſſeſſ.* Vnde ſecundùm veram iuris ci-
uilis rationem potuit ſuus hæres, quandocunque renunciare
beneficio abſtenſionis, quod ſemel acceptauit. Sed Iuſtinia-
nus *in dicta l. final.* nouam legem impoſuit reuocationi, quæ
perpetuò competere videbatur. Hæc Bald. Cuius traditio-
nem Raphael Fulg. *ibidem num. 2. & 3.* Philip. Corn. *in princ.* Se-
quuti ſunt. Conſequens igitur eſt, vt ſecudùm hanc rationem
filia hæc poſſet abſtenſionem ſuam reuocare, *iuxta tex. in d. l. fi-
nal.* etiam ſi non ſua hæres, ſed ſolùm neceſſaria fratri pupillo
extitiſſet.

Ex quibus notari † poteſt id, quod Petrus de Anchar. *hic nu.* 17
15. ver. Sed quid dices. quærendum cenſuit. Quæſiuit enim, ſi hæc
filia repudiaſſet hęreditatem pupilli fratris delatam ſibi ex pu-
pillari ſubſtitutione, verum ad hanc hæreditatem venirēt pau-
peres, an mater? Et quidem rectè reſpondit, quòd pauperes eſ-
ſent admittendi ex pupillari ſubſtitutione. Cæterum de hære-
ditatis repudiatione loquutus, non videtur aduertiſſe, quòd
de abſtinenda magis, quàm de repudianda hæreditate agen-
dum erat, ſi quidem ipſe proximè de abſtinenda patris hære-
ditate egerat: & aliud eſt de repudianda, & aliud de abſtinen-
da hæreditate tractare, vt probatur, *in Rubr. C. de repudiand. vel
abſtinen. hæred.* Deniq; ex hoc dubitari poſſet, an abſtinente ſe
filia ab hęreditate huius filij, pauperes non ſtatim admitteren-
tur. Quippe ad hanc hęreditatem, quam ſemel filia, tutore au-
ctore recuſauit, non viderentur interim admittendi pauperes,
dum ex primo gradu pupillaris teſtamenti filia poteſt iure cō-
muni hæreditatem obtinere, *iuxta regulam. l. 3. ff. de acquir. hæred.*
Veruntamen ſecundùm auctoritatem receptioris ſententiæ re-
ſoluendum eſſet, quod vbi ſe filia, tutore auctore, abſtinuiſſet,
protinus pauperes quaſi ex vulgari ſubſtitutione facta in pu-
pilli hæreditate ad eam hæreditatem poſſent admitti. Nihilo-
minus filia reuerti ad eandem hæreditatem poſſet, & à paupe-
ribus, qui iam per aditionem domini facti eſſent, bona euince-
re, ſecundùm Philippum Corn. *in dicta l. final. num. 2. C. de repud.
hæred.* Ripa *num. 116. in l. 1. ff. de vulgar.* quam ſententiam ſequi-
tur, & reſoluit eſſe communiter approbatam Andr. Alciat. *ibi-
dem. num. 73.*

¶ Tertiò infertur, poſſe excogitari ſpeciem aliquam, in qua
hæc filia pupilla adeò fratri impuberi neceſſaria hæres eſſet ex
pupillari ſubſtitutione, vt omninò ipſa per ſe ſine vlla tutoris
auctoritate beneficium abſtinendi amiſiſſe videretur. Olim e-
nim neceſſarij hæredes nullum ex lege duodecim tabularum,
abſtinendi beneficium habuerunt, quod tamen prætor liberis
neceſſarijs hæredibus edicto permiſit. §. *ſed his permittit prætor,
Inſtitut. de hæred. qual. & differen.*

Hoc † autem beneficium prætor ita permiſit & temperauit, 18
niſi liberi ex parentum hæreditate, in qua neceſſarij hæredes
extitiſſent, tale quid dolo malo, vel amouiſſent, vel amoueri
curaſſent. *l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred.* Quo caſu de-
lictum non obligat eos paternæ hæreditati, ſed obligat eos an-
tiquæ legis 12. tabularum neceſſitas, vtpote hæredes neceſſa-
rios. Cæterùm propter delictum efficiuntur indigni nouo præ-
toris beneficio: & retinētur in antiquæ legis 12. tabul. neceſſi-
tate, vt eleganter explicauit Raph. Cum. & ex ſententia Cuma-
ni Iaſ. *n. 11. in l. ſi quis extraneus. ff. de acquir. hære.* Ergò etiam ſi im-
puberibus omnimodo abſtinendi poteſtatē fecit prætor. *l. im-
puberib. ff. de acqui. hær.* ſi tamen cùm eſſent pubertati iam proxi-
mi, & intelligerent ſe delinquere, ex patris hæreditate aliquid

amouiſſent, non eſt alienum à iuris rationibus inducere, vt hi delinquendo abſtinẽdi beneficium amiſerint, *arg. §. in ſumma, cum vulg. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur.*

¶ His conſequens eſt tentare, quòd ſi in noſtri c. ſpecie pupilla hęc cùm eſſet pubertati proxima, & intelligeret ſe delinquere, aliquid ex fratris impuberis hæreditate amouiſſet, abſtinẽdi beneficium amiſiſſe videatur. Proinde ex pupillari ſubſtitutione neceſſaria hæres exiſtet ſine abſtinendi beneficio, vt nõ delicto, ſed iure poteſtatis dicatur eſſe neceſſaria, *arg. l. conditionib. ff. de cond. & demon.* Quod enim in patris hæreditate defendi potuit, vt impuberes beneficiũ abſtinendi delinquendo amittant, ſi ex ea hæreditate quod ſurripuerint, vel amouerint, non minus videtur poſſe induci ad impuberes qui ex pupillari ſubſtitutione neceſſarij hæredes pupilli extiterunt, *arg. l. 2. §. prius. & l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulgar.*

19 ¶ Quartò infertur, quod † ſi pater aliquibus ſeruis nominatim libertatem dediſſet in pupillari teſtamento, quod pro hoc filio vniuerſali hærede feciſſet, mortuo filio, ſtatim directæ libertates ſeruis competerent. Nã primum ſuitas filij hoc ipſum pupillare teſtamentum confirmaſſet. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.* Deinde vbi filio extitiſſet hæc filia hæres ipſo iure neceſſaria, ſtatim ex pupillari teſtamento confirmato per exiſtentiam filiæ hæredis neceſſariæ, libertates competerent, *argum. l. ſciendum ff. de manumiſſ. teſtamento.*

20 ¶ Quintò infertur, quòd † licet hæc pupilla nunquam adijſſet fratris impuberis hæreditatem ſibi ex pupillari ſubſtitutione delatam, atque ita, non adita fratris hæreditate deceſſiſſet, hæreditatem hanc fratris in hæredes tranſmiſiſſet ex potentia ſuitatis, ſecundùm opinionem Bart. quæ ab omnibus eſt recepta, *in d. § quos poſſum.*

¶ Vnde Alex. *conſil.* 131. *Tranſmiſſum. libr.* 1. ex facto conſultus reſpondit, quod cùm pater Gabrielam filiam pupillariter ſubſtituiſſet filio impuberi, & mortuo teſtatore, filius ante pubertatem deceſſiſſet, & deinde Gabriela, non adita pupilli fratris hæreditate, mortua eſſet, intelligebatur nihilominus fratri ipſo iure hæres fuiſſe ex pupillari teſtamento, & hæreditatem nõ aditam ex potentia ſuitatis in hæredes tranſmiſerat. Nec dubitauit Alex. idipſum reſpõdere in propoſita ibidem facti ſpecie in qua conſtabat, quòd Gabriela filia, quę fuerat impuberi fratri ſubſtituta, ex ſpeciali ſtatuto erat excluſa à paterna ſucceſſione, extante fratre maſculo, quapropter patri non potuit videri eſſe ſua hæres: & conſequẽter videbatur, quòd nec impuberi fratri ex pupillari ſubſtitutione, *argum. d. l. ſed ſi plures. §. quos poſſum. ff. de vulgar. & d. l. 2 §. prius.* Nam nihilominus reſpondet Alex. quòd ſtante dicto ſtatuto excludẽte filiam à paterna ſucceſſione propter fratrem maſculum, adhuc eidem fratri impuberi ipſo iure eſt hęres ſua & neceſſaria eadem filia ex pupillari ſubſtitutione. Quoniam licet deprehẽdatur per ſtatutum, excluſa à ſucceſſione, ei tamen filiæ debetur dos, quæ ſuccedit loco legitimæ, *argum. text. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſtam.* Quapropter dotem iſtam filiæ debitam, duæ ſuccedit loco legitimæ, filia ex potentia ſuitatis potuit tranſmittere, vt in terminis aſſeruit Ricard. Malumb. & Cynus *in l. firmus. C. de nupt.* quam ſententiam reſoluit eſſe cõmuniter receptam Ioan. Hãnibal *in repet. Rubr. ff. ſolut. matr. n.* 146 ſequitur Aretin. *in l. vnita, in fin. C. quando non petentium partes.* Et hanc Alexandri opinionem And. Alc. *in l. ventre. n.* 26. *ff. de acquir. hære.* ita demum ſequi voluit, ſi filia excluſa per ſtatutum, & fratri impuberi ſubſtituta, deprehenderetur per patrem in teſtamento inſtituta in dote ſibi debita: Quo caſu (inquit) reſpectu dotis eſſet ſua, & conſequenter fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione: alias (inquit Alciatus) ſi non fuiſſet inſtituta in dote, nec ei ex teſtamento patris dos deberetur, amitti filia iura ſuorum hæredum.

¶ Ego in primis animaduerto, quòd ſi filia in ſpecie inſtituta in dote erat, habuit iura ſuorum hæredũ reſpectu dotis, non debuit Andreas Alciat. æſtimare, quòd ſi filia fuiſſet inſtituta, an non in ea dote, quòd attinet ad ſuccedendum ex potentia ſuitatis fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione. Nam ad hoc conſequendum, & euincendum, ſatis eſt, quòd filia, ſi fuiſſet per patrem inſtituta in dote, futura fuiſſet ſua & neceſſaria hęres eidem patri in illa dote: vt hąc ſola ratione, quòd potuit eſſe ſua, ſi pater voluiſſet, ſit ſua fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione: quamuis pater eandem filiam ſuam hæredem ſibi non deſignauerit, *argumento dicto §. quos poſſum, iuncta communi reſolutione, quam ſupra retuli in hac ipſa gloſſ. in 4 principali quæſtio.* Quod & ipſe Alex. *in d. conſilio* ſenſiſſe mihi videtur, dum non conſiderauit, quòd filia fuiſſet inſtituta in dote vel non: ſed ſolum quòd poſſet aut deberet inſtitui in dote, quæ ad inſtar legitimæ cenſeretur.

¶ Secundò † contra ipſum Alexan. & Andr. Alciat. noto, verius & receptius mihi videri, quòd ſi propter ſtatutum proponetur excluſa filia à patris ſucceſſione, ſtantibus filijs maſculis & hæc filia fratri impuberi fuiſſet pupillariter ſubſtituta, non poſſet hæc filia iura ſuorum hæredum exercere circa impuberis fratris bona ſibi delata ex pupillari ſubſtitutione. Nã † certè 21
per tale ſtatutum filia ipſa deſinit eſſe ſua: & efficitur prorſus extranea ipſi patri, iuxta Barto. ſententiam *in l. 1. §. ſciendum. ff. de ſuis & legit. hæred.* Quoniam non ſuccedit nec ſperatur ſuccedere, aut partem facere cum fratribus *argum. text. in l. qui repudiantis. & in l. Papinianus. §. quoniam autem. C. de inoffic. teſtam.* & hanc Bart. ſententiam retulit & ſequutus eſt Bartholm. Soc. *in conſil.* 67. *n.* 10. *in 4. vol.* Paul. Pariſ. *conſil.* 146. *num.* 18. *in 4. vol.* & Marian. Soc. Iunior *in conſ.* 25. *nu.* 5. *in 1. parte.* 22

¶ Nec me in contrarium mouet fundamentum Alexand. *in d. conſ.* 131. dicentis, quòd ſtante dicto ſtatuto filiam excludente, nihilominus dos debet relinqui filiæ, quæ dos ſuccedit loco legitimæ, *per tex. in l. quoniam Nouella. C. de inoffic. teſtam.* Nam reſpondeo † verius & receptius eſſe, quòd eo caſu dos non ſuc- 23
cedit loco legitimę, nec filia per ſtatutum excluſa reſpectu dotis intelligitur facere partem cum alijs fratribus in legitima ſibi debita. nec tranſmittere poteſt eam dotem ex potentia ſuitatis, iuxta Bartoli ſententiam, quam ibi ſequuntur Paulus Caſtrenſis, & Raphael Cuman. *in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſt.* Et hanc Bartoli ſententiam reſoluit eſſe magis communiter receptam Ioan. Anto. Rub. *in repet. l. pater filium. ff. de inoffic. teſtam. ex nu.* 164 & Paul. Pariſ. *in conſ.* 25. *n.* 40. *in 2. part. & conſ.* 47 *num.* 18. *in 5 part.* qui varios Doctores allegant pro vtraq; parte, & ſic debet limitari *d. l. quoniam nouella. idem* Paulus Pariſ. *conſ.* 53 *num.* 76. *in 3. parte.*

¶ Præterea quamuis, derelicta hac ſententia, quæ mihi videtur verior, & receptior, daremus libenter primam opinionem contrariam eſſe verã, quæ vt dixi, fertur etiam eſſe communis, ſcilicet, quòd filia per ſtatutum excluſa, dos ei debita ſuccedit loco legitimæ, adhuc fortiter defenderetur, quòd in ea dote, quæ vicẽ legitimæ repręſentat, in qua dote filia eſſet teſtamento patris inſtituta, non poſſet ipſa filia eſſe ſua hæres ipſo iure patri. Nempe quòd filia deprehenderetur inſtituta, non in aliqua hæreditatis parte, aut portione, ſed duntaxat in quota bo- 24
norum, & quaſi in rebus certis. Quoniã † legitima non eſt pars hæreditatis, ſed eſt quota bonorum, *arg. tex. in l. Papinianus. §. ſi quis impubes. & § quoniam. & §. quarta. ff. de inoffic. teſtam.* Et iuxta Bartoli doctrinam *in l. ex facto. col. 2. ff. de hæred. inſtit.* eiuſdẽ Bart. & Alexan. *nu.* 10. *in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* & hæc eſt receptior ſententia, vt reſoluit Brieg. Fernand. *in repet. l. in quartam. ff. ad l. Falc. num.* 114. Didacus Segura *in repet. l. cùm patronus. ff. de leg. 2. n.* 49. ſequitur Lancel. Galiaul *in repet. l. Centurio. nu.* 77 *ff. de vulga.* Maria. Soc. *in repet. rub. ff. de legat. 1. num.* 58. Ioan. Corraſ. *in repet. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. num.* 47. Reuerendiſſ. D. D. Couar. *libr. variar. reſolut. c. 7. n. 9. facit tex. in l. 2 §. ſi quarta ff. famil. erciſcun.* Et in veritate hæc videtur receptior opinio: quamuis idem Corraſ. *in l. hæres inſtituta. C. de impuber. & alijs. ſin. col.* referat ſententiã contrariam eſſe communem, ſcilicet, quod legitima ſit quota hæreditatis, de quo alias agendũ eſt. Ergò filia inſtituta in dote quamuis ad inſtar legitimæ dos æſtimanda ſit, deprehenditur inſtituta, non in aliqua hæreditatis parte, ſed in certis rebus: & conſequenter non poteſt dici aut intelligi, quod poſſit eſſe hæres ſua patri in illa dote, iuxta ea, quæ *ſupra* reſoluimus in principio huius gloſſ. vbi iuxta communem opinionem conſtituimus, quòd filia inſtituta in re certa, dato cohærede vniuerſali, non potuit in noſtri capituli ſpecie eſſe ſua hæres patri in illa re certa: qua ratione, ſtante dicto ſtatuto excludente filiam à ſucceſſione, non poteſt intelligi, quòd filia ſit futura hæres ſua, aut neceſſaria in dote ſibi debita: & conſequenter, neque fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione, *argumento text. in dicto §. quos poſſum. iuncta dicta l. 2. §. prius. verſiculo. Adeò. ff. de vulgar.*

¶ Adde, quod in terminis noſtri cap. vbi filia potuit eſſe ſua ſi pater voluiſſet, omnes auctores, qui negauerunt, in hac ſpecie ſuitatem eſſe in filia, & ſolùm in ea neceſſitatem admiſerũt,

omnimo-

omnimodò admittere debuerunt, quòd ex potentia ſolius neceſſitatis hæreditas non adita fratris impuberis trāſmitteretur. Nam ſi ſola neceſſitas planè ſufficit ad quærendam hæreditatem ipſo iure, & ſine vlla aditione, vtique eadem neceſſitas ſola ſufficiet, vt hæreditas ipſo iure quæſita in hæreditate neceſſarij hæreditas relinquatur, & ad omnes neceſſarij hæredis hęredes tranſmittatur.

¶ Sextò & vltimò infertur, quod ſi pupilla hæc cum tutoris auctoritate bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pupillares agnoſceret, non tam peteret titulum perſequendi fraterni patrimonij, quàm titulum retinēdi eiuſdem patrimonij. Nam cùm bonorum poſſeſſio ſit ius perſequendi retinendiq́; patrimonij, verbum, Retinendi: ad ſuos hæredes referri debet. Deniq; & ſi filia hæc bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pupillares accepiſſet non tamen per eam poſſeſſionem intelligeretur quæſiuiſſe de nouo dominium bonorum fratris. Vtiq; enim dominium iure ciuili iam dudū haberet ex eo momento quo fratri mortuo ſtatim ex ſubſtitutione hęres neceſſaria ipſo iure extitiſſet. Vnde magis eo facto intelligeretur amiſiſſe ius abſtinendi, quoniam pro hęrede gerere videretur in bonis fratris, eo ipſo quod tutore auctore, bonorum poſſeſſioné agnouiſſet. *arg. l. puberem. C. de iure delib.*

25 ¶ Hinc conſequēter procedere in primis videretur, † quod filia hæc haberet annum vtilem ad agnoſcēdam ſupradictam bonorum poſſeſſionem. Scitum eſt enim quòd liberis in hęreditate parentum, & parentibus in hæreditate filiorum annus vtilis à prætore indulgetur ad agnoſcendas bonorū poſſeſſiones. Sed fratribus & vlterioribus centum dūtaxat dies vtiles edicto præſtituti ſunt: vt pbatur *in §. cùm igitur. Inſt. de bon. poſſ. l. 1. §. Largius. ff. de ſucceſſ. edict.* vbi Iureconſul. Largius tempus parētibus liberiſq́; petendę bonorum poſſeſſionis tribuit in honorem ſanguinis, videlicet quia adeò arctandi non erant, qui penè ad bona propria veniunt. Ergo in propoſita ſpecie conſequens videbatur reſpondere, quod annum haberet hæc filia, quoniā ad hæreditatem fratris impuberis vocabatur, & eidem fratri ſuccedebat cum eiſdem qualitatibus, atque ſi ipſi patri ſuccederet. Prætęrea non tantum ad bona penè propria venire contendebat: ſed magis bona fratris, quæ iam propria ſua erant, retinere contendebat per bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas.

¶ Vlpianus tamen in hac ipſa exquiſita ſpecie ſcriptum reliquit, centum duntaxat dies dandos fore, non verò annum. *l. 1. §. ſi quis autem ff. de ſucceſſ. edict.* in hæc verba: Si quis autem à patre ſuo impuberi filio ſit ſubſtitutus, non intra annum, ſed intra diem centeſimum bonorum poſſeſſionem petere poterit. Nec eſt dubitandum, quin hoc ita Vlpianus ſenſerit: quamuis Bal. ſentiens magnam huius reſponſi difficultatem *in l. fin. n. 22. C. vnde legitimi.* nō rectè enim. §. tentauerit referre ad vulgarem ſubſtitutionem. Itaq; Accurſ. Dyn. & Alber. *in d. § ſi quis autem,* quum Vlpiani ſententiā planè agnoſcerent; rationem eius reddiderunt, quæ mihi placere non potuit. Nam conſiderarunt, quod etſi Filius ex patris teſtamento ſuccedat patri impuberi, ſuccedit nihilominus in fraterna, non verò in paterna hæreditate. Licet enim patris vnum ſit teſtamētum, certè eiuſdem patris, & filij impuberis nō vna, ſed diuerſa eſt hæreditas. *§. igitur. Inſtit. de pupillar. ſubſtit.* Sic ad excuſandum Vlpiani reſponſum colligerunt, quod ibi filius centum dies habet in fraterna hæreditate: non verò habet annum, quia hæreditas pupilli fratris non erat eadem cum paterna.

¶ Sed profectò hæc Accurſij, & veterum conſideratio difficultatem nequaquam eneruat. Nam planè agnoſcimus, quod ibi filius in paterna, ſed in fraterna hæreditate ſuccedit, & qđ patris, & filij impuberis nō eſt vna hæreditas. Nihilominus adhuc ex integro quærimus, cur in hac fraterna hęreditate ex patris teſtamento delata, nō habet ſubſtitutus frater annū quem ſine dubio haberet in paterna hæreditate? Siquidem *in d. l. 2. §. prius. & d. l. ſed ſi plures. § quos poſſum. ff. de vulg. & in noſtro ca.* liberi in fraterna hæreditate ſuccedūt, & tamen quaſi neceſſarij ſuccedent: vti ſuccederent quaſi neceſſarij in paterna hæreditate. Deniq; ſi filij vnum teſtamentum eſſet atq; etiam vna hæreditas, res in expedito foret. Quoniam verò vnum teſtamentum eſt, ſed non eſt vna hæreditas, conſtitutum iure ciuili animaduertimus, vt in diuerſa patris, & filij impuberis hæreditate, vnum ius ſeruaretur, propterea quod vnum eſſet patris & filij impuberis teſtamentum *l. pater. ff. de priuil. creditor. & in d. § prius.*

Augetur forti argumento propoſita difficultas, quod patris & filij vnum teſtamentum eſt etiā in prætorio, vt eſt expreſſum *in l. patris & filij. ff. de vulg.* Ergò ſi prætor fundamentum illud vnius teſtamenti ſequutus eſt, videbatur quoq; probaturus iuris ciuilis conſequentias, vt vnum idemq́; ius ſeruaret in hæreditate patris & filij diuerſa. Sic vides incidiſſe nondum nōvulgarem, quem veteres non reſoluerunt. Neoteres autem, quos mihi legere contigit minimè tractarunt.

¶ Ego verò Vlpiani difficile reſponſum noua traditione excuſo. Videtur enim exquiſitam illam ſpeciem conſultò attigiſſe, quod in ea propter ſuperiores rationes vulgo diceretur annum ſubſtituto fratri dandum. Idcirco autem centum duntaxat dies ſubſtituto dandos eſſe reſpondit: quoniam † Prætoris 26
propoſitum erat in elargiendis temporibus bonorum poſſeſſionis intueri magis perſonam petentis, quàm caput ipſum vnde peteretur bonorum poſſeſſio. Hinc factum eſt, vt Prætor adiri ſe deſideraret à petentibus bonorum poſſeſſionem, vt eos examinaret: Sicuti ſummus Pontifex quādoq; vult videre impetrantes, & examinare eos ſummatim ſecundùm Bald. *in l. final. num. 23. C. vnde legitimi.* Ad hoc propoſitum Prætoris reſpexiſſe videtur Vlpianus. Quod Prætor ipſe tribus rerum argumentis mihi ſignificauit.

¶ Primò, quod filius non ſolum ſit tanquam filius, ſed etiam ſit tanquam † cognatus bonorum poſſeſſionem ab inteſta peteret, non centum duntaxat dies, quaſi cognatus, ſed annuum ſpacium habebat: quia re vera filius erat. *l. de bonis. 1. ff. de Carboniano edicto. l. ſi cohæredi. § filius ff quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſeruetur.* 27

¶ Secundò, quod pater, qui filium emancipauerat admittebatur ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas filij emancipati, quaſi manumiſſor & patronus. *l. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.* Planè in hac bonorum poſſeſſione contra tabulas habebat annum, *d. l. ſi cohæredi. § filius. verſ. Si tut.* Et tamen † patronus 28
ad petendam bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti, centum dies habebat non verò annum, vt Accurſ. docuit *in l. 2. in verb. dies. ff. de bon. liberto. cuius ſententia & receptior eſt, & veriſſima.* Nam etſi in hoc articulo variauerunt Odofr. Alber. Lancel. Dec. Philip. Dec. *n. 4. in l. 1. C. de bon. poſſ. contra tab. liberti.* ego pro Accurſij ſententia induco tex. ab alijs non expenſum, *in d. l. ſi cohæredi. § filius. in fin.* Quo loco Iureconſultus manifeſtè voluit, quod pater, qui quaſi patronus venit ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas filij, habet annum, quia pater † eſt: 29
quamuis veniat iure patroni, qui centum dies haberet ex edicto. Adeò Prætor perſonam petentis æſtimat: non verò caput, vnde veniat, aut modum, quo ſe ad bonorum poſſeſſionem admitti deſideret.

¶ Tertiò, quod † ſi ſeruus parentum, vel liberorū hæres fuerit inſtitutus à liberis, vel parentibus, & dominus nomine ſerui 30
hęredis inſtituti ad bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas velit admitti, annum habet ex edicto prætoris, vt eſt tex. ſingularis *in l. 1. § non ſolum. ff. de ſucceſſ. edicto.* Et tamen *in edicto, de legat. præſtan.* quo prætor conſeruat legata relicta liberis & parentib. ſi ab emancipato accepta ſit horum poſſeſſio contra tabulas, non conſeruabantur legata relicta ſeruis parentum vel liberorum. *l. 3. § hoc autem. ff. de leg. præſtan.* Hoc tam variè: quoniam in edicto, de legatis præſtandis, Prætor defuncti iudicium conſeruare voluit erga liberos & parentes. *l. 1. ff. de leg. præſtand.* Planè dominus, qui ſerui nomine admitti contendit, non venit ex iudicio teſtatoris: quum ſeruus ipſe iudicium teſtatoris meruerit, *l. qui liberis. § hæc verba. ff. de vulg. l. debitor. § ſeruo alieno. ff. de legat. 2.* At verò in temporibus bonorum poſſeſſionis æſtimauit dumtaxat Prætor perſonam petentis, videlicet, an is, qui bonorum poſſeſſionem peteret, ex liberis, parentibus ve eſſet, non verò quo nomine ad bona parentum vel liberorum admitti ſe deſideraret. Quam rationem Vlpianus attigit *in d. l. 1. § non ſolum.* cùm dixit, perſonam eam eſſe, quæ meruit beneficium, quæ petat. Præſertim, quod Domino ipſi, & non ſeruo defertur bonorum poſſeſſio. *l. 2. § final. verſic. Si ſeruus. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabul.* Atque ita eius §. rationem interpretamur, circa quem alias Philip. Dec. laborauit *in l. 2. in 2. lectura num. 2. C. qui admitti.*

¶ His itaque argumentis Vlpianus (vt conijcio) conſequens eſſe credidit inducere, atque reſpondere id, quod reſpondit *in dicto § ſi quis autem.* Nam etſi maximè frater ex pupillari ſubſtitutione, eodem modo fratri impuberi ſuccederet ipſo iure, quem-

quemadmodum ipſi patri ſuccederet., centum duntaxat dies habiturus fuit. Illa enim ratio quæ fecit, vt in ſuperioribus tribus ſpeciebus annus liberis & parentibus daretur, eadem ipſa ratio extorſit, vt frater in propoſita ſpecie annum non haberet. Siquidem in ſuperioribus tribus ſpeciebus æſtimauit prætor perſonam liberorum & parentum, quamuis bonorum poſſeſſionem peterent, non quaſi liberi, nec quaſi parentes, æſtimauit conſequenter in noſtra ſpecie perſonam fratris: quamuis in hæreditate quaſi fili⁹, & quaſi neceſſarius ſuccederet. Quod ita ſenſiſſe Vlpianum argumentum eſt, quòd poſt *d. § ſi quis autem*, ſubiecit textum *in dict. §. non ſolum*. Eſt etiam argumentum quòd deinde *in §. ſed et ſi pater*. dubitauit, an pater, qui quaſi patronus veniret ad contra tabulas bonorum poſſeſſionē emancipati filij annum haberet? Et ex Iuliani ſententia reſpondit, ex omnibus cauſis liberis, parentibuſque intra annum bonorum poſſeſſionem competere, id eſt, quamuis nec quaſi liberi, nec quaſi parentes venirent. Quo exemplo ſignificauit, & fratribus centum dies ſemper dari ex quacunque cauſa venirent ad fratrum bona, id eſt, etiam ſi venirent quaſi neceſſarij hæredes.

¶ Ex his reſoluo, quòd in ſpecie noſtri cap. filia hæc, quæ tutore auctore, vellet agnoſcere in iudicio bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pupillares, non eſſet audienda, ſi centum dies vtiles lapſi eſſent, *iuxta textum. in dicta l. ſi quis autem*. Sic pulchrum illud eueniret quod annus, qui dari ſolet his qui ad bona penè propria veniunt *d. l. 1. §. Largius. ff. de ſucceſſo. edict.* non daretur huic filiæ impuberi, quæ non ad patris bona penè propria, ſed adeò ad bona fratris propria veniret. Nec obſtaret *text. in d. §. Largius*. Quoniam reſpondendum eſt, ſummam rationem eius §. non in eo conſiſtere, quòd liberi & parentes penè ad bona propria venire intelligantur. Immò verò ratio præcipua, quæ annum liberis & parentibus in edicto prætoris dedit, in ipſius coniunctionis naturalis honore conſiſtit. *dict. §. Largius. ibid. in honorem ſanguinis*. Et hoc ipſum *circa d. §. Largius*. aliud agens contendit Philip. Dec. *in l. 1. n. 4. C. de bon. poſſ.* Et ſanè cuius ſententia videtur veriſſima. Quoniam ille §. æquè procedit, & in liberis, & in parentibus remotioribus, qui ex teſtamēto admitterentur ad bona ſibi neutiquā debita: videlicet, præcedente cauſa proximorum. Item comprobatur *argu. d. § ſi quis autem*, vbi non prodeſt venire ad bona propria, ſi is, qui venit, ex liberis, parentibuſve non ſit.

¶ Tertiò principaliter quæro, tam circa rem certam teſtamento patris relictam huic filiæ, quàm circa hæreditatem fratris pupilli ex pupillari teſtamento delatam eidem filię: Vtrum
31 † in ſpecie noſtri ca. proponere debeamus, quòd filia agnouerit rem certam ex patris teſtamento: aut agnouerit hæreditatem fratris ex pupillari teſtamento? & Arehid. *n. 4.* idem ſcripſit in hac filia, quod proximè ſcripſerat in filio, vt videlicet, filius, & filia defuncti fuerint, adita prius paterna hæreditate. Hoc & Ioan. And. *n. 4. in verb. Defunctis*: & deinde alij ordinarij probaſſe videntur.

¶ Mihi autem videtur, noſtrum textum multò planius intelligendum fore, vt nihil diuinare extrinſecus oporteat, quod à Pontifice propoſitum non ſit. Non obſtat Arehid. & aliorum reperta argumentatio, quòd videlicet, ſi non proponatur filia adiſſe, pauperes admitterentur ad bona teſtatoris ex vulgari ſubſtitutione. Nam equidem interpretor, quòd bona omnia iure optimo pauperibus delata fuerant ex vulgari ſubſtitutione, quamuis filia nec agnouiſſet rem certā ex teſtamento principali, nec adiiſſet hæreditatē fratris ex teſtamento pupillari. Mortuo enim teſtatore, filia non ſtatim acquiſiuit dominium rei certæ, in qua fuit inſtituta, cùm in re certa non potuit patri exiſtere hæres neceſſaria, nec ſua, ſecundùm ea, quæ *ſup.* reſoluimus. Sed nec quaſi ex legati titulo potuit domina facta intelligi eiuſdem rei certæ, cùm res certa fuerit quātitas pecuniæ, vt colligitur ex caſus poſitione. Solent enim rerum legatarum dominia in legatarios tranſire ipſo iure à morte teſtatoris, quādo teſtator proprias ſpecies legati vel fideicommiſſi titulo reliquit, *iuxta l. à Titio. ff. de furtis*.

32 ¶ Vbi autem † legat pecuniam quaſi genus, non verò quaſi certam ſpeciem, vtputa decē, quæ in tali arca habeo, nō tranſit dominium quantitatis in legatarios, etiam ſi teſtator in patrimonio multam numeratam pecuniam relinquat, vt probatur *in l. 1. § ſi decem quæ in arca. ff. vt legat. vel fideicommiſſ. nomine caueatur*. Faciunt quæ tradit Pet. de Anchar. *in cap. Raynutius. n. 38. ſupra hoc tit.* Iaſ. *in l. ſi certos nummos nu. 1. de verborum oblig.* facit textus *l. proinde. ff. ſi certum petatur. iuncta gloſſ. penult.* Ergò quo momento mortuus eſt filius pupillus, continuò filia hæc extitit illi neceſſaria hæres, & ex perſona eiuſdem pupilli extitit quoq; vniuerſalis hæres ipſo iure eidem patri. Sic dominiū certæ pecuniæ, quę ex propria inſtitutione nondum erat nacta, cępit naniſci ex filij vniuerſali inſtitutione, in cuius locum ſucceſſit, & omnium rerum, & in his vniuerſæ pecuniæ numeratæ dominia, quę apud filium morientem fuerint ipſo iure ſine aditione quæſiuit. *l. in ſuis. ff. de ſuis & legit. hæred.* Proinde hæc eadem filia quo tempore poſterior moriebatur ante pubertatem vtriq; dominā moriebatur omnium bonorum patris & filij, quę omnia poſito ſpiritu, in ſua hæreditate reliquit. Ex his apparet, quòd mortua hac filia, nullus locus apertus fuit pauperibus ad hæreditatem patris adeundam ex vulgari. Apparet præterea, quòd in vna huius filiæ, quæ poſterior mortua eſt, hæreditate, omnia bona delata fuerunt pauperib. ex pupillari ſubſtitutione, quæ interpretatio elegans eſt & vera.

SVMMARIVM.

1 *Matris contra pauperes allegationes in terminis capit. Si Pater. deſcribuntur: & vtrum veniat excludenda per pupillarem non ſolum ſpecialem, ſed etiam verbis generalibus compēdioſa declaratam, & per totam gloſſ.*

2 *Mater impetenda bonorum filij poſſeſſione. habet annum. L. 1. §. Largius. ff. de ſucceſſ. edict. ſenſus. ibidem.*

3 *Filius in petenda bonorum matris poſſeſſione, habet annum. L. filij mater. §. 1. ff. ad Tertull. ſenſus. ibidem.*

4 *Subſtitutio pupillaris omninò tacita non admittitur contra impuberis matrem.*

5 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta, matre exiſtente, continet directam pupillarem, & num. 14.*

6 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus à milite facta, matre exiſtente in medio: continet poſt pubertatem directam militarem, & num. 15.*

7 *Subſtitutiones pupillares ſola ſui heredis exiſtentia confirmantur, etiam matre exiſtente, & num. 16.*

8 *Subſtitutio pupillaris, & ſpecialis, aut verbis generalibus expreſſa in compendioſa, matrem pupilli excludit à legitima, & numer. 13. Cap. Si pater. ſenſus. ibidem.*

9 *Subſtitutus pupillaris non ſolum ſpecialiter, ſed etiam verbis generalibus compendioſa, matrem excludit in totum in vtroque foro, & num. 13.*

10 *Subſtitutio pupillaris omninò tacita admittitur contra matrem: quando ſubſtitutus eſt ex liberis teſtatoris. L. Lucius. in fin. ff. de vulgar. ſenſus. ibidem.*

11 *Subſtitutio pupillaris omninò tacita admittitur contra matrem, quando pia cauſa fuit ſubſtituta.*

12 *Subſtitutio compendioſa in cap. Si pater. matrem omninò excluſit iure ordinario, & ſine aliquo ſpeciali fauore perſonarum ſubſtitutarum.*

13 *Subſtitutio compendioſa continet pupillarem non omninò tacitam ſed verbis generalibus expreſſam, quæ matrem excludit.*

17 *Mater maior 25. annis, ſi intra annum luctus tutelam filiorum repudians, eiſdem non petat tutorem, non poteſt eiſdem ſuccedere. L. omnem matri. C. ad Tertul. ſenſus. ibid. & n. ſeq.*

18 *Matri quæ non excluditur ex pupillari omninò tacita, potius quàm ipſi ſubſtituto incumbit neceſſitas petendi tutorem impuberi.*

19 *Tutorem petendi neceſſitas incūbit ei duntaxat, cui primo loco impuberis ſucceſſio defertur, interim verò non incumbit ſequenti. L. Sciant cuncti. C. de legit. hæred. ſenſus. ibid.*

20 *Matri non imputandum, quòd impuberis tutelam intra annū neglexit, quando eiuſdem impuberis hæreditas fuerat alteri delata ex pupillari expreſſa vel compendioſa.*

21 *Matri etiam excluſæ per pupillarem aut compendioſam, incumbit cura tutelæ, quando ſubſtitutio non potuit incumbere.*

22 *Mater nō amittit legatum ſibi à marito relictum: quamuis impuberis filij tutelam neglexerit.*

23 *Mater quæ impuberis tutelam neglexit, vtrum amittat legatū pupillare, hoc eſt in pupilli hæreditat. relictum.*

24 *Legatarius aut fideicommiſſarius rei ſingularis, poteſt eſſe teſtis in teſtamento, non verò fideicommiſſarius vniuerſalis. §. Legatarius. Inſt. de teſtam. ſenſus. ibid.*

SVPER-

SVPERSTITE MATRE.

SVperſtite Matre. His verbis euidenter expreſſum eſt, quòd Sarracena, quam teſtator tempore teſtamenti vxorem habuit, mater erat filij, & filiæ, quos Summus Pontifex in præſentiarum proponit defunctos fuiſſe ante tempora pubertatis. Vnde apparet, quòd Raphael Cuman. *in l. Centurio. n. final. ff. de vulgar. & pupillar.* inaduertenter ſcripſit, quòd in huius cap. ſpecie potuit mulier eſſe teſtatoris vxor, abſq; eo quòd eſſet mater mater impuberum liberorum. Quapropter interpretatur, quòd in noſtra decretali ſubſtitutio in dubio interpretatur nō fideicommiſſaria, ſed directa: quoniam mater impuberum liberorum non erat in medio, quam difficultatem nos inferius attingemus.

¶ Denique tota huius c. controuerſia fuit verſata inter hanc matrem impuberum liberorum, & inter pauperes, quos eiſdē liberis teſtator compendioſè ſubſtituerat, ſecundùm ea, quæ
1 in caſus poſitione præmiſimus. Et ſanè videbatur † habendam eſſe ſingularem rationem huius mulieris, & audiendam fuiſſe contra pauperes, quòd non ſolùm proximior ab inteſtato veniens foret, ſed etiam mater impuberum liberorum. Ratio enim ipſa miſerationis admittit matrem ad luctuoſam filiorum hæreditatem, *l. nam etſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtament. l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit.*

2 ¶ Vnde mater † in honorem ſanguinis, & quia penè ad bona propria venire intelligitur, meruit annum in petēda bonorum filij ſui poſſeſſione: cùm agnatis atq; etiam fratribus centum duntaxat dies darentur, vt eſt expreſſum *in l. 1. §. Largius, ibi: Parentibus: coniuncto § ſi quis autem. ff. de ſucceſſ. edicto*, tametſi Riminald. *in l. 1. num. 31. C. qui admitti* temerè contrarium tenta-
3 uerit: dum nec † filio etiam ad bona matris conſequenda annū concedi exiſtimauit contra textum expreſſum *in l. filij mater ff. ad Tertul.*

¶ Secundò receptum eſſe conſtat, quòd licet tacita pupillaris admittatur, & effectum habeat contra legitimos pupilli hæredes. *l. iam hoc iure, cum ſimilibus. ff. de vulgar.* non tamen
4 † effectum habet contra matrem filij impuberis hæredem legitimam. *dicta l. precibus. iuncta gloſſ. in verbo, Omnimodo.* facit textus, *in dicta l. final. Cod. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus*, docet Bartol. *in dicta l. Centurio. colum. 2. ff. de vulgar.* & hæc eſt communis opinio, quam reſoluit Alexand. *numer.* 58. Iaſon *numer.* 22. Lancelot. Galiaul. *numer.* 195. Alciat. *numer.* 32. *in dicta l. Centurio*, Ioann. Caccialup. *in repetit. dictæ legis precibus numer. 5. 7. & 15.* Et hæc communis ſententia, ſemper in practica ſeruatur, vt refert Marian. Socin. Iunior *conſil. 103. n. 21. in 1. parte*: quamuis Raphael Fulgoſ. *in dicta l. precibus*, contrarium affirmauerit. Quare ſi mater filio impuberi ſuperſtes fuerit, & ad eius luctuoſam hæreditatem velit ab inteſtato admitti, intelligetur quidem deficere conditio pupillaris teſtamenti taciti: & ita pupillaris ſubſtitutus excluditur, *argumento dict. l. final. C. de inſtitu. & ſubſtitut. coniuncto argumento l. ſi quis hæres inſtituatur, ſi legitimus. ff. de hæredibus inſtituend.* Sed in propoſita ſpecie mater filijs impuberibus ſuperſtes fuerat, & ad eorum legitimā hæreditatem ab inteſtato volebat admitti: igitur audiēda videbatur aduerſus pauperes ſubſtitutos, qui pupillarem hæreditatem ſibi delatam eſſe contendebant ex pupillari ſubſtitutione, quæ nō fuerat omninò expreſſa.

Tertiò ratio huius matris habenda videbatur ex eo, qđ ſubſtitutio compendioſa erat facta verbo, moreretur, ambiguo, quod fideicommiſſi interpretationē facilè reciperet. Proinde in hac re ambigua, & ancipiti credendum erat, talem ſubſtitutionem factam videri, quæ matrem ab hæreditate liberorum ſuorum, non excluderet, *argum. l. qui duos. §. cùm in bello. & quod ibi not. glo. in verb. patris. ff. de rebus dub.*

5 Quo argumento † Bart. *in l. Centurio, num. 27. ff. de vulgar.* ſcriptū reliquit, quòd ſi compendioſa ſubſtitutio fiat verbo communi, & mater non interueniat, valebit ſubſtitutio iure pupillaris directæ ante pubertatem aduerſus alios pupilli legitimos hæredes. Cæterùm, ſi mater interuenit, interpretandum magis erit, quòd ſubſtitutio ſit fideicommiſſaria, etiam ante pubertatem, vt mater ab inteſtato admittatur, & fideicommiſſum reſtituat. Et hanc Bartoli doctrinam conſtat eſſe communiter approbatam ex multis, quæ adducit Reuerendiſſimus D. D. Couarru. *in capitulo, Raynutius. §. 9. num. 17. verſic. contrarium, ſupra de teſtament.* & ex Lancelot. Galiaul. *in repet. dict. l. Centurio, numer.* 377. & Ioanne Caccialupo, *in repetitio. dict. l. precibus, ex numero* 66. Paulo Pariſio *conſilio 46. nume. 17. in quarta parte.*

Quartò, perſona matris videbatur poſſe mouere, vt quamuis ſubſtitutiones eſſent factæ verbis directis inter filium & filiam, & ſubſtitutio verbis ciuilibus eſſet facta de pauperibus
ad filium & filiam, traherentur tamen directæ ſubſtitutiones 6
ad fideicommiſſum. Sic enim ſubſtitutio compendioſa † verbis ciuilibus à milite facta, quæ valet iure directo, etiam poſt tempora pubertatis, *l. Centurio, in fine. ff. de vulgar.* ad fideicommiſſum trahitur ex cauſa: videlicet, matris contemplatione, *l. precibus. C. de impuberum, & alijs*, ſecundùm gloſſ. interpretationem *hic in verbo, interdum*, quam & Accurſ. & veteres iuris auctores, *in dicta l. precib. & in dict. l. Centurio*, tenuerunt, prout refert Ioann. Caccialup. *in repetit. d. l. precibus. numer.* 38. Andr. Alciat. *in l. verbis ciuilibus ff. de vulgar. numer.* 24. & ex nouioribus idem tenuit Lancelot. Galiaul. *in repet. dict. l. Centurio, num.* 245. contra communem opinionem, quam ipſe reſoluit, *ibidem ex numero* 232.

Quintò ex perſona matris elegans argumentum poterat occurrere, ne ex pupillaribus ſubſtitutionibus hęreditates impuberum deferentur.

Quamuis † enim vbi filius patri ſuus & neceſſarius exiſten- 7
tia confirmet regulariter pupillares ſubſtitutiones eodē teſtamento comprehenſas, vt aditio non ſit neceſſaria. *l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.* illud intelligendum videtur, niſi mater impuberis, cui eſt facta pupillaris ſubſtitutio, deprehenderetur eſſe in medio. Tunc enim mater non excludetur per ſubſtitutionē pupillarem, niſi demum ſubſtitutio fuerit confirmata per verā aditionem. Quippe iniquum eſſe videtur quòd nudum ſui hęredis nomen valeat ad excludendam matrem ab hæreditate filij, *arg. l. 2. verſ. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tertul.* Quod ita in terminis cēſuit Argentinus *in reper. d. l. ſi filius qui patri. num* 18. Ergò quum in noſtri cap. ſpecie intelligere debeamus, quòd hæreditas patris non fuit adita, ſecundùm ea, quæ proximis ſuperioribus gloſſis oſtendimus, cōſequens eſſe videbatur, vt matris reſpectu impediente, non confirmaret exiſtentia ſui hæredis filij tabulas pupillares, quibus filio fuit ſubſtituta filia, & quibus filię fuerunt ſubſtituti pauperes.

Sextò matris ratio habenda videbatur, quòd ipſa lex legitimis his hęredibus erat quibus pupillus ipſe, & pupilla, pro proprio teſtamento facto minimè potuiſſent denegare portionem matri iure naturæ debitam, *l. nam etſi parentibus. ff. de inoffic. teſtamen.* Ergò etiam ſi oporteret admitti ſubſtitutos ex pupillari ſubſtitutione ad bona impuberum filij, & certè mater ex bono & æquo, videbatur non eſſe excludenda à portione iure naturæ ſibi debita ex bonis filiorum.

Quibus fortè argumentis non defuêre multi, qui non du- 8
bitarunt † affirmare, quòd per pupillarem ſubſtitutionem ſpecialiter expreſſam, aut generalibus verbis incluſam in compēdioſa non excluditur mater à legitima ſibi debita in bonis filij ſaltem in foro animæ. Hoc enim voluit Philip. Franc. *in præſenti, colum. fin.* Soc. *in l. 2. nu. 21. ff. de vulg.* alij quamplures dicentes, hanc eſſe communem opinionem, quos retulit Reuerendiſſ. D. D. Couarru. *in cap. cùm eſſes, de teſtament. numer.* 11. Idque auſi ſunt affirmare, non obſtante contraria, & perſpicua huius cap. deciſione: quam verbis ſupra modum inſolentibus, atque audentius, quàm virum Chriſtianum, & de vtriuſq; iuris prudentia bene meritum decebat, non dubitauit increpare Ioan. Coraſ. *in reper. d. l. precib. num.* 29.

¶ Verùm, his rationibus nequaquam obſtantibus, Pontifex
in præſentiarum contra † huius matris intentiones reſpondit, 9
omnia omninò bona pauperibus ſubſtitutis pupillaribus deferri, & quidem meritò. Quæ ſententia argumento *noſtræ decretalis iuncta l. Papinianus. §. ſed neq; impuberis ff. de inoffi. teſtam.* in vtroque foro tanquam receptiſſima ſeruatur, vti conſtat ex Archidiacono & Dominico in præſen. Lud. Gomeſ. *in cap. 2. de cōſtitut. libr. 6. num. 1.* Lancelot. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, numer.* 91. Paul. Pariſ. *conſ. 58. num. 17. in 2 part.* vbi dicit, quod hæc opinio non habet contradictorem.

¶ Et ſanè, ſi matris reſpectus valere potuiſſet aduerſus quoſlibet alios ſubſtitutos, tamen in noſtri capit. ſpecie reſpectum matris, atque fauorem poſſet excludere, & temperare, reſpectus perſonarum, quas teſtator ſubſtituerat. Hinc enim in pri-

in primis excluditur mater per ſubſtitutionem factam de filia ad filium: deinde excluditur mater per ſubſtitutionem factam
10 de pauperibus ad liberos. In priore † autem excluſione conſtare debet quòd non potuit matris reſpectus valere, aut quicquam euincere contra filiam teſtatoris ſubſtitutam, iuxta notata per gloſſ. *final. in l. precibus. C. de impuber.* & obſeruatur in noſtri cap. terminis quo ad alia Bart. *in l. 2. num. 44. & l. Centurio. num 29 ff. de vulgar.* vbi ſcripſit, quòd quamuis tacita pupillaris, ad quam vulgaris ſubſtitutio porrigitur ex conſtitutione Diui Marci, *l. iam hoc iure, ff. de vulgarib.* non admittatur contra matrem impuberis, vt ſuperius fuit reſolutum, admittitur tamen contra matrem, ſi ſit ſubſtitutus filius, aut alter deſcendens, *argumento text. in l. Lucius, in fin. ff. de vulgar.* & hæc eſt communis opinio, quam reſoluit Franc. Rip. *in d. l. 2. num. 60.* ſequitur Lancel. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, nu. 387.* facit quod tradit Soc. *in l. ſi filius qui patri. n. 29 ff. eod tit.* Ioan. Crot. *in repet. cap. Raynutius, ſupr. eod. fol. 15 col. 4. facit tex. in l. pen. C. de impuber.* dicit communem Ioan. Imol. *in c. Raynutius. ſupra eod. num. 119. licet ipſe teneat contrarium.*

11 ¶ Sed & in poſteriore excluſione per ſubſtitutionem factam de pauperibus ad liberos adhuc † videtur, quòd contra matrem impuberum multùm valeret pauperum, & piæ cauſæ reſpectus, ex Ang ſententia *in d. l. precib. n. 5.* vbi ſcripſit, quòd tacita pupillaris matrem in totum excludit, quando ſubſtituta eſt pia cauſa. Quam ſententiam plures ſecuti ſunt, quos retulit reuerendiſſ. D. D. Epiſc. Couarru. *in c. Raynutius. §. 4. nu. 6. de teſtam.* latè Lancel. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio. ex nu. 383.* And. Tyraq. *in tractatu de priuilegijs piæ cauſæ, in priuilegio 69.* Ioan. Corraſ. *in d. l. precib. ex num. 36.* Et hanc Angeli ſententiam communius teneri ſcripſit Ripa *in l. 2. nu. 62. ff. de vulg.* declarat eleganter Ioan. Crot. *in d. cap. Raynutius fol. 14. colum. 4. in fin. & vide infra in gloſſ. Ipſis pauperibus.*

12 ¶ Sed tamen interpretandum † eſt, quòd ſummus Pontifex in hac deciſione non fuit motus ſingulari aliquo reſpectu perſonarum, quas teſtator ſubſtituit, vt ſatis colligitur *ex verſ. Cùm in ſubſtitutionibus.* Quapropter vtiliter eſt aſſerendum, quod in noſtri cap. ſpecie hęc impuberum filiorum mater veniebat excludenda, etiam ſi teſtator extraneos penitus, & eos, in quibus nulla pietatis ratio verſaretur, liberis compendioſè ſubſtituiſſet. Nec enim eiuſmodi ſubſtitutis obſtaret matris contemplatio, quoniam ſingulis argumentis, quæ pro matris reſpectu, ex ordine poteſt reſponderi.

¶ Et primò non obſtat, quòd matri venienti ad bona liberorum datur ſingularis fauor, *dict. l. 1. §. largius. ff. de ſucceſſ. edicto.* quoniam illud verum eſt, vbi ad hæreditatem filij admittitur, ex teſtamento vel ab inteſtato, hoc eſt, vel per bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, vel per bonorum poſſeſſionem, vnde legitimi. Cæterùm in propoſita ſpecie non poteſt indulgeri aliquid matri: quoniam nec habet hominis, nec habet legis voluntatem.

¶ Secundò, non obſtat ſecundum argumentum. Quoniam
13 id argumentum procederet, † in pupillari omninò tacita, ad quam vulgaris expreſſa porrigitur ex conſtitutione Diui Marci, *dicta l. iam hoc iure. ff. de vulgar. dicta l. precibus.* Vbi verò pupillaris fuit expreſſa, etiam ſi non ſpecialiter, ſed generaliter, quemadmodum exprimitur verbis generalibus compendioſæ, tunc mater omninodò venit excludenda, *argumento l. precibus. C. de impuberum & alijs:* ex qua hoc notauit Bart. *ibidem colum. 1.* & poſt eum omnes ferè Doctores *ibidem.* Ioann. Caccialup. *in repetitione eiuſdem legis. numer. 9.* & Ioann. Corraſ. *ibidem. num. 34.* Et reſoluit hanc eſſe communem opinionem Sebaſt. Sapia *ibidem. num. 36.* Lancelot. Galiaul. *in repetitio. d. l. Centurio, num. 193.* Sed ſi ſic eſt, ſequitur quòd in præſentiarum pupillares ſubſtitutiones fuerũt expreſſæ ſub verbis generalibus ſubſtitutionum, quas ſub verborum compendio teſtator concepit. Ergò mater proculdubio venit excludenda. Vnde obiter colligo errore lapſum videri Fabianum *in repet. auth. Nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. num. 155.* dum ſcripſit, quod mater eſt admittenda ad ſucceſſionem impuberis filij non obſtante tacita pupillari, quæ continetur in vulgari, vel in compendioſa ſubſtitutione, credens eiuſdem eſſe cenſuræ quoad matris excluſionem, tacitam pupillarem incluſam in expreſſa vulgari, & pupillarem comprehenſam in compẽdioſa. Debuit enim animaduertere, quòd iuxta veram & communem opinionem comprobatam *argum. d. l. precib. & noſtræ Decretalis,* ſubſtitutio pupillaris quæ continetur in compendioſa, non eſt omninò tacita, ſed eſt verbis generalibus expreſſa, quæ contra matrem habet effectum.

¶ Tertiò non obſtat tertium argumentum, quoniam † procedere poſſet in ſubſtitutione compendioſa facta verbo quod 14
propriè commune fuiſſet, & conſequenter vtranque, & directæ, & fideicommiſſariæ ſubſtitutionis interpretationem ęquè admitteret: verbum autem, Moreretur: non erat propriè ambiguum, & commune: quum vtique propriùs directam pupillarem exprimere videtur, ſecundùm ea, quæ oſtendimus *in 1. parte, in gloſſ. Moreretur.* Præterea reſpondetur, nullo iure probari, quòd ſubſtitutio compendioſa, quæ facta ſit verbo communi, referatur ad fideicommiſſariam intra pubertatem contemplatione matris pupilli Quin potiùs reſoluendũ eſt, quòd talis ſubſtitutio intelligi debeat directa pupilaris intra tempora pubertatis, vt latiùs attingemus *in 3. par. in glo. Et econtra, & in gloſſ. Obliqua.*

¶ Quartò, non obſtat † quartum. Quoniam poſſet id argu- 15
mentum procedere, ſi filius deceſſiſſet poſt pubertatem, quo tempore ſubſtitutio eſſet valitura iure directo, ex ſingulari militum priuilegio: *iuxta d. l. Centurio. & d. l. precibus.* Nos verò ſumus in ea ſpecie, in qua ſubſtitutio poteſt valere iure communi, quaſi directa pupillaris ante pubertatem. Hoc ita in terminis ſcripſit Bar. *conſil. 243. Fuit quidam. num. 2.* vbi ſcripſit, quòd vbi ſubſtitutio compendioſa eſt facta verbis directis, & filius moritur in pupillari ætate, nihil matri concedi poteſt, etiam ſi fiat argumentum *ex d. l. precib.* Quoniam matris contemplatio valet ibi in alia ſpecie diuerſa, quæ diuerſam rationem habet. Præterea reſpondetur, & veriùs eſſe & receptiùs, quòd ſubſtitutio verbis ciuilib⁹ facta *in d. l. Centurio,* valet iure directo poſt tempus pubertatis, ex militum priuilegio: quamuis mater filij inſtituti in medio exiſtat, vti reſoluemus *in 3. parte. in gloſſ. Interdum.*

¶ Quintò, non obſtat quintum argumentum, Quoniam
† reſpondetur, falſum eſſe, quòd matris contemplatio impe- 16
diat confirmari tabulas pupillares ex ſola ſui hæredis exiſtẽtia. Immò veriùs & receptiùs eſt, quòd etiam in matris damnum confirmantur pupillares ſubſtitutiones, exiſtente ſuo hærede, vt concludit Angel. de Perigl. *in repet. l. in ſuis. n. 63. verſ. Ex quib. ff. de lib. & poſthum.* Alex. *n. 23. verſ. Refert.* Alc. *n. 21. in d. l. ſi filius qui patri. ff. de vulgar.*

¶ Sextò & vltimò non obſtat vltimum argumentum. Quoniam reſpondetur iuxta ea, quę Pontifex huic argumento ſpecialiter reſpondet *in verſ. Licet autem filius.*

¶ Adde videri præſupponendum in hac text. parte, quòd hæc mater, quæ liberis impuberibus ſuperſtes fuit, aſſumpſit ſolemniter intra annum tutelam eorum liberorum ſibi delatam, ſi teſtator nihil de tutore cauit, *auth. Matri & auia. C. quando mulier tut. el. offic. fungi poteſt:* aut certè eiſdem liberis tutorem dari petijt, ſi noluit ipſa tutrix eſſe. Aliqui † ſi intra annum cõ- 17
putandum, à morte teſtatoris tutelam filiorum impuberum neglexiſſet, iam videretur non potuiſſe facere aliquam controuerſiam ſubſtitutis. Nam quum totum controuerſiæ fundamentum mulier conſtitueret in iure ſuccedendi ab inteſtato, conſtaret, eam ſi maior 25. annis fuiſſet, repelli debere ipſo iure ab hæreditate legitima impuberum liberorum, *l. 2. § ſi mater. ff. ad Tertullian. l. omnem matri. C. eodem tit. § ſed quemadmodum Inſtitut. eod.* Vnde Bart. *in l. 2. num. 43. ff. de vulgar.* Bald. *in l. precibus, num. 16. C. de impuber. & vtrobique* omnes Doctores tradiderunt, quòd vbi mater huiuſmodi cum pupillari ſubſtituto contendit, non obſtat ſubſtituto, perinde atque ſi ipſe non eſſet in rerum natura.

¶ Aduertendum tamen eſt, ꝙ hæc Bar. & Bal. recepta traditio planè procedit, vbi mater † contendit cum vulgari ſubſtituto, 18
qui vult admitti ad impuberis hęreditatem ex pupillari omninò tacita *iuxta regulam l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* Quippe in tali ſpecie hæreditas impuberis priore loco defertur matri ab inteſtato: etſi mater excludatur, tunc incipit deferri ſubſtitutio, ex tacito pupillari teſtamento, *argumento l. fin. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio. & l. ſi quis hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. de hæredibus inſtituen.* Vnde eo caſu ſolicitudo petendi pupillo tutorem priore loco matri incumbit: etſi eum per negligentiam non petierit, ſubſtitutus admittetur, atque ſi mater in rerum natura non eſſet. Ergò proficeret ſubſtituto, quòd mater ſemel in priore loco ſucceſſionis fuerit: in hæreditate filij impuberis.

Quoniam

Quoniam ipſi ſubſtituto minimè imputabitur, quod poſt matris ceſſationem ceſſauerit & ipſe in petendo tutore, vt colligitur ex Bart. *in ſua diſputatione fin. incip. Pupillus, num. fin. ff. qui petant tutor.* Quibus locis docuit, quod ſi ponas matrem primo loco excludi propter non petitum tutorem, quia ei primùm hoc onus incumberet, tunc impoſſibile eſſet ſubſtitutum pupillarem excludi. Exemplum (inquit) eſt, ſi pupillaribus tabulis priori gradu ſit mater filio ſubſtituta, & ſequenti gradu ſit alius ſubſtitutus: tunc enim is, qui matri fuerit vulgariter ſubſtitutus in pupilli hæreditate, admittetur ex ea vulgari, ſi mater excludatur propter non petitum tutorem. Vtiq; autem ad-
19 mittetur ſine vlla quæſtione non petiti tutoris: quum † mortuo patre teſtatore, ad eum ſubſtitutum non ſpectaret prima cauſa ſucceſſionis in pupilli hæreditate. Ego autem animaduerto, promptius & elegantius exemplum eſſe huius ſpeciei, quando videlicet, vulgaris ſubſtitutus vult venire ex pupillari omnino tacita. Quoniam tunc mater habet priorem cauſam ſuccedendi ab inteſtato. Sic eueniet, vt matre excluſa propter non petitum tutorem, ipſe admittatur ſine metu perdendæ ſucceſſionis propter non petitum interim à ſe tutorem. Nam in terminis *d. l. ſciant cuncti. C. de legitim. hæredibus.* excluſo priore propter non petitum tutorem, ſequens admittitur ſine metu perdendæ ſucceſſionis ob eandem cauſam, quod interim tutorem non petierat. Atque ita ſenſit gloſſ. *in l. nepotibus. C. qui petant tutorem.* & voluit Bartol. *vbi ſupra, & conſilio decimooctauo.* & eſt communior & benignior ſententia ſecundum Philip. Corn. *in d. l. ſciant cuncti. num. 3.* Dec. *in cap. ex parte. 2. in fin. ſupra de appell.* Ioan. de Neuizanus *in Sylua nuptiali. lib. 2. num. 53. verſic. Limita primo.*

Quò ſit, vt mirer Curtij Iunioris negligentiam *in d. l. precibus. num. 25.* vbi ſcripſit, quod ſubſtitutus vulgaris non admittetur ex tacita pupillari ad pupilli hæreditatem contra matrem pupilli, quæ tutorem non petiiſſet: niſi quando ipſe tutorem petiiſſet. Allegauit enim Bartolum ad hoc *in dicta diſputatione, quæ incipit, Pupillus:* ex qua diſputatione facilè potuiſſet colligere, quòd pœna *d. l. ſciant cuncti,* non habebat locum contra huiuſmodi ſubſtitutum pupillarem, quem mater ab inteſtato præcedebat. Denique eiuſdem Curtij Iunioris errore lapſus eſt quoque Sebaſtian. Sapia *in repetit. d. l. precibus. num. 33. dum idem notauit.*

Hæc cùm ita procedant, vbi vulgaris ſubſtitutus ex pupilla-
20 ri tacita vult admitti contra matrem, non videtur † procedere, vbi mater contendit cum ſubſtituto pupillari, qui vult matrem excludere ratione pupillaris expreſſæ etiam in compendioſa. Nam non videtur matri imputandum, quòd filij impuberis tutelam neglexiſſet, quam tutelam pupillaris ſubſtitutus curare priore loco debuit. Imò verò cautè & ſapienter facere videtur mater, ſi data opera, ceſſaret. Quoniam, ceſſando, hæreditatem filij impuberis fortaſſe conſequeretur, quam certius amitteret, ſi non ceſſaret. Etenim ſubſtituto pupillari, cui priore loco impuberis hæreditas defertur, incumbit quoque prior cura petendi tutorem: vt ſi intra annum neglexerit, poſtea non admittatur ex ſubſtitutione ad impuberis mortui hęreditatem. *d. l. ſciant cuncti.* Si mater, quæ poſt annum illum ſubſtituti pupillaris debitam pietatem in tempore filio impuberi præſtaret in petendo tutore, admittetur ad eiuſdem hæreditatem ab inteſtato. Nec enim imputari ei deberet, quod non confeſtim, mortuo marito teſtatore, tutelam filij curaſſet. Siquidem, vltra hoc quod ſubſtitutus eum præcedebat, occurrit, ne hoc ei imputetur: quum non debuerit feſtinare, vt ſe penitus excluderet. Planè ſi intra annum illum feſtinaſſet, & tutorem filio dari feciſſet, iam ſubſtitutus pupillaris ab ea præuentus, nequaquam excluderetur propter non petitum tutorem. *l. 2. § ſi mater. verſic. Sed ſi fortè. ff. ad Tertullian.*

21 Quanquam autem hoc ita regulariter † verum eſſe videatur, vbi mater reperitur excluſa per expreſſam pupillarem, aut compendioſam ſubſtitutionem, in ſpecie tamen huius cap. retinendum cenſeo, quod principio dixi: videlicet, matrem, quę poſt mortem pupilli tutelam impuberum liberorum neglexiſſet, hoc nomine onerandam, & priuandam fuiſſe. Nam nullam controuerſiam facere potuiſſet ſubſtitutis, quę ius ſuccedendi in hæreditate liberorum impuberum penitus amiſiſſet. Quinimmò licèt pupillares ſubſtituti omiſiſſent hæreditatem filiæ, quę poſterior deceſſit, minimè eſſet admittenda mater ad huius inteſtatæ filiæ hæreditatem, quamuis omittentibus ſubſtitutis pupillaribus regulariter admitti ſoleat, vt eſt expreſſum *in l. 2. §. impuberem. ff. ad Tertull.* Non enim audienda eſſet, ſi cauſaretur, ſe interim ceſſaſſe à tutelæ cura, quò magis ſubſtituti pupillares excluderentur: quoniam ſubſtituti pupillares eius conditionis erant, vt hoc nomine repelli non deberent. Non enim filius, aut filia impuberes, non Chriſti pauperes à ſubſtitutionis pupillaris emolumento repelli debuiſſent: quamuis maximè nec ipſi, nec quiuis alius eorum nomine tutorem petiiſſent, vt obſeruabimus *infrà in hac parte, in gloſſ. Ipſis pauperibus.* Porrò vbi ſubſtituti pupillares non fuerunt iure excludendi propterea, quod tutorem non petiiſſent, mater nequaquam excuſatur: quamuis ipſa poſt pupillares ſubſtitutos venire debeat ad impuberis filij hęreditatem. Sic mulier amittet hæreditatem impuberis ſibi deferendam, quam videlicet repudiantibus ſubſtitutis pupillaribus, vendicatura erat ab inteſtato, ſecundùm ea quę eleganter diſputando concluſit Bartol. *in l. 2. num. 13. ff. qui petant. tuto.* & ſequutus eſt Philip. Corn. *in d. l. ſciant cuncti, ad finem.* ¶ Ad legatum † autem vſusfructus, 22
quod maritus vxori legauit à filio vniuerſali hærede, conſtaret eandem mulierem fore admittendam: quamuis maxime liberorum impuberum tutelam neglexiſſet. Nec poſſent pauperes, quibus omnia bona & delata, & aditione fuiſſent quæſita, recuſare legati ſolutionem hoc nomine, vt in terminis reſpondit Aret. *conſil. 40. Præſupponitur: col. fin. verſic. Circa quartum.* Allegauit ad hoc text. *in l. credendum. §. ſi vero maritus. ff. qui petant tuto.* cuius §. ratio eò ſpectat, vt etiam ſi maritus legatum à filio reliquiſſet non pure ſed ſub conditione: ſi is ante pubertatem deceſſeret: mater, quæ tutelam filij ante pubertatem mortui neglexiſſet, adhuc eſſet ad id legatum admittenda.

De augmento legati priore & poſteriore, cuius meminit Innoc. *hic ad finem,* & gloſſ. *in verbo, Legauit:* dubitari poteſt an mulier ad hæc augmenta non admitteretur propter culpam neglectæ tutelæ impuberum filij & filiæ? Et ſi quidem † teſta- 23
tor ita concepiſſet: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſuperſtite filia mea, cui eum mori volui, lego ab ipſa filia hoc amplius vxori meę: quod ſi & ipſa filia ante pubertatem deceſſerit, lego à pauperibus eiuſdem filiæ meæ hæredibus hoc amplius eidem vxori: videretur quod hæc augmenta mater amitteret. Siquidem filia quaſi pupillaribus tabulis pro filio factis onerata videretur vt quaſi de pupilli patrimonio augmentum daret. Simili modo pauperes quaſi tabulis pupillaribus pro filia factis onerati viderētur, vt quaſi de filiæ hæreditate nouum augmentum daret. Proinde mater nihil, nec de filij nec de filię patrimonio capere deberet, quæ eorum impuberum tutelam neglexiſſet, vt receptior eſt ſententia ex Bart. *in d. l. credendum, colum 1. ff. qui petant tutor.* Petro, Salic. Philip. Corn. *num. 3. in d. l. ſciant cuncti. C. de legit. hæredib.*

Aduertendum tamen eſt, quod de hac receptiori ſententia dubitari poteſt an vera non ſit. Nam primum leges pœnales in hac materia de ſubſtitutione loquuntur, vt ad directam pupillarem reſtringendæ videantur: ſicuti Philip. Corn. tentauit dicere, *in d. l. omnem matri, in fine. C. ad Tertullianum.* Item quamuis per interpretationem recipi deberet, quod illæ leges locum haberent in fideicommiſſaria, & obliqua ſubſtitutione, per quam teſtator voluit, vt pupillaris ſubſtitutus pupilli hæreditatem matri eiuſdem reſtitueret, non idem probandum videretur in legato, ſeu fideicommiſſo rerum ſingularium. Quippe veteres relati ab Accurſio *in d. l. credendum. §. ſi verò maritus. ff. qui petant tutor.* & ipſe Accurſius *in d. l. ſciant cuncti. C. de legitimis hæredibus.* cenſuerunt, quod differentia eſſet conſtituenda inter fideicommiſſum vniuerſale, & inter ſingulare. Sed & Bald. *in d. l. omnem,* idem ferme viſus eſt ſenſiſſe. Dum enim ſcribit, matrem priuandam fore vniuerſali fideicommiſſo hæreditatis pupillaris, quoniam per tale fideicommiſſum efficeretur quaſi hæres pupilli, inde ſignificauit, non idem locum habere in legato ſeu fideicommiſſo rerum ſingularium: quum legatarius & fideicommiſſarius eiuſmodi rerum non ſint loco hęredis, niſi per magnam impropriętatem. *l. in id tempus. §. 1. ff. de vſucapion.* Denique † alias videmus, quod licet di- 24
recti hæredis exemplo repellatur à teſtimonio teſtamenti fideicommiſſarius vniuerſalis, non tamen repellitur legatarius, aut fideicommiſſarius rerum ſingularium. *§. legatariis. Inſtitut. de teſtamen.* reſoluit Socin. *in l. ſi quis ita, num. 2. ff. de rebus dub.* Iaſon *in l. dictantibus. num. 2. C. de teſtamen.* Albet. *in tractatu de teſtibus. titul. Quando teſtes repellantur ratione affectionis. numer. 25.*

 Lan-

Lanfranc. *in tractatu de depoſitione teſtium. num. 95.* And. Tiraq. *in commentariis ad tit. C. Res inter alios acta. pag. 4.* Paul. Pariſ. *conſil. 32. Ad reſolutionem. num. 52. in 2. parte,* & eleganter Maria. Socin. Iunior *conſil. 89. ex num. 12. in prima parte.*

Sed etſi communior opinio vera eſſet & ſecūdum eam mater amittere deberet legata ſibi relicta in ſecundis tabulis ex hæreditate impuberum liberorum, tamen in ſpecie huius cap. magis probarem quod legati augmenta exigere poſſet à pauperibus: quum vtique non viderentur quaſi tabulis pupillaribus relicta. Conſidero enim, quod teſtator augmenta hæc reliquit in caſum, quo filius & filia quandoq;, hoc eſt etiam poſt pubertatem ſine liberis vita decederent. Planè in caſum pubertatis neceſſario deprehenditur reliquiſſe augmenta quaſi de bonis ſuis, & quaſi proprio ſuo principali teſtamento: non verò quaſi de bonis impuberum, & quaſi pupillaribus tabulis, vt probatur efficaci argumento text. *in l. quod fideicommiſſum. ff. de lega. 1.* Igitur vt vnius temporis, quod in conditione mortis comprehenſum fuit vna ſit interpretatio, dicendum videretur, quod etiam in caſum quo filius & filia ante pubertatem decederent, voluit eadem legati augmenta dari quaſi de bonis ſuis & principali teſtamento.

Item pro hac parte coniici voluntas teſtatoris poteſt: quaſi noluerit vxorem priuari hiſce augmentis legatorum: quamuis filius & filia ante pubertatem deceſſiſſent & ipſa eorundem tutelam neglexiſſet. Euidenter enim voluit, vt in caſum pubertatis legata vxori deberentur: quo videlicet caſu, manifeſtum erat, ceſſare omnem pœnam. *l. matres. C. ad Tertullian.* Igitur hinc poteſt fieri coniectura, vt etiam in caſum, quo liberi ante pubertatem vita decederent, eo intellectu legata teſtator reliquerit, vt pœna locum non habeat, ſecundum Accurſij ſubtilem coniecturam, quæ vulgò non eſt intellecta *in d. l. credendum. § ſi maritus, in ver. Ex alieno. ff. qui petant tutores.*

Poſtremò accedit his coniecturis, quod de augmento agimus eius legati, quod teſtator initio vxori reliquerat teſtamēto ſuo, & quaſi de bonis ſuis. Vnde in prōptu eſt dicere, quòd augmentum ſimili modo cenſeatur relictum, atque relictum fuit ipſum legatum; quod teſtator adauxit, *argumento. l. etſi dotem. C. de iure dot. l. inter ſocerum. § cum inter. ver. Nec ſeparabitur. ff. de pact. dota.* & quod tradit Albert. Brunus *in tracta. de augmento. in 5. concluſione principali.*

SVMMARIVM.

1 *Aetas pupillaris, quæ maſculis decimoquarto. fœminis verò duodecimo anno eſt circumſcripta, vtrum de momento ad momentum ſit computanda?*
L. 3. § minorem. ff. de minoribus. ſenſus. ibid.
L. Qua ætate. ff. de teſtam. ſenſus. ibid.
2 *Kalendæ à quanam diei hora ſint computandæ.*
L. More Romano ff. de feriis ſenſus ibid.
§ Maſculo. Inſtitut. de pupillari. ſenſus. ibid.
L. Si frater. C. qui teſtam. facere poſſunt ſenſus.
3 *Subſtitutus pupillaris, vtrum teneatur probare, filium pupillum, & in ætate pupillari deceſſiſſe? & num. ſeq.*
4 *Conditio: ſi ſine liberis, fideicommiſſo adſcripta, vtrum in dubio intelligatur extitiſſe, an vero defeciſſe. ſi conſtet patrem & filium deceſſiſſe, non vero conſtet, vter prior.*
L. Ex facto. § ſi quis autem. ff. ad Trebellian. ſenſus latè explicatur. ibid.
5 *Subſtitutus pupillaris ſuccedit impuberi, qui ante pubertatem doli capax ex Summi Pontificis diſpenſatione fuit profeſſus religionem bonorum incapacem in communi: quamuis poſtea factus pubes decedat.*
6 *Subſtitutus pupillaris. ſi pupillus ipſe ab hoſtibus capiatur, & deinde pubes factus decedat apud hoſtes, vtrum ex pupillari ſubſtitutione ſit admittendus?*

Defunctis ante tempora pubertatis.

DEFVNCTIS ante tempora pubertatis. Ergo ſi filius & filia defuncti fuiſſent poſt tempora pubertatis, expiraſſent pupillares ſubſtitutiones. *l. in pupillari. ff. de vulgar. § maſculo. Inſtit. de pupillari.*

1 Hoc igitur loco primum quæro: Quo † temporis momento euaneſceret pupillaris ſubſtitutio, vt ex ea pauperes admitti nequirent. Pone enim quod filia teſtatori nata fuiſſet Kal. Ianuar. in meridie: poſtea autem eandem filiam vita deceſſiſſe, ipſo natali die ſuo in duodecimo ætatis ſuæ anno, oriente primum ſole. Videndum eſt, vtrum hæc filia diceretur ante pubertatis tempora deceſſiſſe, vt conſequenter pauperes hoc caſu admittendi eſſent ex pupillari ſubſtitutione ad eius hæreditatem? Mouet quæſtionem, quod in propria ſpecie filia non compleuit duodecimum ætatis annum à momento ad momētum. Siquidem Kalendis Ianuariis duodecimi anni in ipſo meridie ætas duodecim annorum omnimodo compleatur. Vnde minor duodecim annis deceſſiſſe videbatur puella: quæ vtiq; ante meridiem, oriente primum ſole mortua fuerat: *argum. § minorem. l. 3. ff. de minorib.* vbi beneficium edicti de minoribus 25. annis durat minoribus vſque ad 25. ætatis annum: computata ætate de momento ad momentum. Sic filia videtur ante pubertatem deceſſiſſe, & conſequenter omnia bona ex pupillari ſubſtitutione pauperibus deferrentur. In contrarium trahit text. *in l. qua ætate. ff. de teſtam.* vbi probatur, quòd hæc filia facta eſt pubes, & cœpit habere poteſtatem faciendi teſtamentum pridie Kalendas Ianuarias poſt ſextam horam noctis. Planè Vlpianus ibidem ſextam noctis horam etiam in ipſa hyeme, hoc eſt, Ianuario menſe pro media nocte ſecutus accepit, vt etiam *in l. 1. ff. de manumiſ. & in l. & ideo. ff. de vſucapionib.* Quod prima facie ingerere difficultatem videtur. Quoniam menſe Ianuario nox habet pluſquam duodecim horas. Igitur, quod fit eo menſe poſt ſextam noctis horam, vix eſt, vt factum eſſe intelligatur poſt mediam noctem. Hoc argumento ita implicati fuerunt Angel. Peruſ. & Paul. Caſtr. *in l. in vſucapionibus. ff. de vſucapionibus.* vt varia quædam, & abſurda tradiderint, dum pendent ex horologio, quo vtimur. Sed & Aretinus *in d. l. qua ætate,* in eodem quoque errore fuiſſe videtur. Verùm Vlpianus ad vulgares horas reſpexit, quarum meminit Andr. Alciat. *in l. 1. § cuiuſque. ff. de verbor. ſignific.* Sic ſextam horam noctis etiam initio menſis Ianuarij pro media nocte accepit vti rectiùs intellexit Lancelotus Decius *in d. l. qua ætate.* Denique Vlpianus ibidem teſtamentum, quod factum pridie Kalendas Ianuarij poſt ſextam noctis horam, eo prætextu defendit: quaſi iam factum in ipſis Kalendis Ianuariis. Siquidem † Kalendæ more 2
Romano ciuiliter à media nocte incipiunt, *l. more Romano ff. de feriis.* non verò incipiunt manè & perficiuntur in ſero: tametſi Bald. *in l. 2. § Creditum. num. 7. ff. ſi cert. petatur.* & poſt alios Zaſius & Alciat. ibidem docuerunt, Kalendas manè incipere, & perfici in ſero. Secundum hæc filia, quæ oriente primum ſole vita deceſſiſſet, matrem ab inteſtato legitimam hæredem habitura videtur: nec pauperes admitti poſſent ex pupillari ſubſtitutione: quæ vtique ſtatim poſt mediam noctem euanuiſſe diceretur. Quoniam eo momento cœpiſſet filia poſſe ſibi facere teſtamentum, *iuxta d. l. qua ætate.* Attamen pro pauperibus, & pro ſubſtitutione pupillari vrgere videntur Iuſtiniani verba *in § maſculo. Inſtitut. de pupilla. ſubſtitut.* Maſculo (inquit) vſque ad 14. annos ſubſtitui poteſt: fœminæ vſque ad 12. & ſi hoc tempus exceſſerint, ſubſtitutio euaneſcit. Quibus verbis illud videtur eſſe expreſſum, quòd licèt ad faciendum teſtamentum non ſit neceſſarium, quòd maſculus excedat 14. aut fœmina excedat 12. quoniam ſufficit, eum annum compleſſe, *d. l. qua ætate.* neceſſarium tamen eſt, quòd filius excedat 14. annum, & filia excedat 12. ad hoc, vt pupillare teſtamentum illis à patre ordinatum euaneſcat. Et hoc ita ex Iuſtiniani verbis collegit ibi ſine vlla hæſitatione Angel. Aretin. & probauit etiam Viglius adiicieus, quòd hæc ſententia fauorem liberorum continet, vt hæredem ex paterno teſtamento habeant. Denique ita rem temperandam exiſtimat, vt ſi in propoſita à nobis ſpecie filia ſtatim poſt mediam noctem ſibi teſtamentum feciſſet, tunc continuò euaneſceret pupillaris ſubſtitutio, vt ex ea ſubſtitutione pupillares ſubſtituti nullatenus poſſent admitti. Vbi autem filia teſtamentum ſibi per id tempus non feciſſet, & ante meridiem mortua eſſet, putat Viglius quod pupillaris ſubſtitutio duraret atque vtilis foret, vt ex ea ſubſtitutis pupillaribus hæreditas deferretur. Quod etiam cum Viglio probauit *in eod. § maſculo,* Franciſc. Balduin.

Ego tamen in ea ſum opinione, vt cōſtanter aſſeram, quod etiam ſi hæc filia poſt mediam noctem nullum ſibi feciſſet teſtamentum, & ante meridiem vita deceſſiſſet, ſubſtitutio pupillaris eidem facta euanuiſſe iudicaretur. Si pauperes admitti nequirent ad huius filiæ hæreditaté ex pupillari ſubſtitutione,

quæ vtique finita fuiſſet pubertate huius filiæ, hoc eſt, ſtatim poſt mediam noctem, cum Kalendæ Ianuariæ cœperunt, *argum.d.l.qua ætate.ff.de teſtam.* Allego ad hoc Accurſij auctoritatem, quam nemo reprehendit *in l.2.in 2.ſchol.ff.de vulga.* & Bartol. *in l.impupillari.num.4.eodem tit.* Ioan. Imol. *in cap.Raynutius, num.120.in hoc tit.* eiuſdem Angel. Aretin. *in §.qua ratione, num. 2. Inſtitut. de pupillar.* Itaque communi opinione receptum intelligo, quod pupillaris ſubſtitutio eo ipſo momento irritetur, quo cœpit filius poſſe per ætatem ſibi facere teſtamentum, etiam ſi id non fecerit. Item moueor, quia ſi duraret deberet pupillaris ſubſtitutio, nec præſcriptio ſupra momento eſſet finienda, equidem non perſpicio fauorem filiorum à Viglio conſideratum. Imò verò occurrit iniquitas, ſi duret teſtamentum à patre factum: cum hoc ipſo puberum liberorum iudicia impediantur. Siquidem ex eo momento quo teſtari ſibi potuerunt, nec teſtati ſunt, hæreditatem ſuam proprio iudicio legitimis hæredibus tacitè reliquiſſe intelliguntur. *l. conficiuntur. §.1.ff.de iure codicill.* Denique interpretor, quod hoc idem Iuſtinianus ſenſerit *in d. §. maſculo*, cuius ver. Angel. Aret. & noniores non rectè acceperunt. Dixerat idem Imperator in principio eiuſdem tituli, moribus inſtitutum eſſe, vt cùm eius ætatis filij eſſent, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſent, parentes eis facerent. Collegit ergo Iuſtinianus *in dicto §. maſculo*, quod pupillaris ſubſtitutio in ea ætate finiretur, in qua filij inciperent ſibi poſſe facere teſtamentum. Proinde quum ſcripſit, Maſculo vſque ad quatuordecim annos: fœminæ vſque ad duodecim poſſe ſubſtitui, interpretandum cenſeo, vſque ad hos annos, ſcilicet, completos: iuxta Vlpiani reſponſum, *in d. l. qua ætate. ff. de teſtam.* Quòd ſi hoc tempus ita computatum maſculus, aut fœmina exceſſerit, tunc ſubſtitutionem euaneſcere Iuſtinianus intellexit. Simili modo loquuti ſunt Imperatores, *in l. ſi frater, ibi, Nam ſi hanc ætatem egreſſus. C. qui teſtam. facere poſſunt.* Simili etiam interpretatione vſus eſt Alexand. *in l. ſi cui legetur. num.8.* poſt Ioan. Imol. *ibidem. ff. de legat.1.*

3 Secundò principaliter quæro: Vtrum † pauperes neceſſe haberent probare, quod filius ante quatuordecim ætatis annum, filia verò ante duodecimum defuncti fuiſſent, vt per hoc colligerent, hæreditatem filij delatam fuiſſe filiæ: & conſequenter filiæ hæreditatem ſibi eſſe delatam? Et reſpondendum eſt, quod ſecundum iuris regulas omnes ſubſtituti pupillares tenentur probare fundamentum ſuæ intentionis, hoc eſt, pupillos, quibus ſubſtituti fuerunt, mortuos eſſe ante pubertatis tempora.

Sed quod ſubſtituti pupillares non habeant neceſſe facere huiuſmodi probationem reſpondet Bald. *conſilio incipiente, Ex parte contingenti*, Bartholom. Socin. *conſil.89. colum.4. verſic. Accedat, lib.1.* Ioan. Caccialup. *in repet. l. precib. num.83. C. de impuberum, & aliis*, & ibi Curtius Iunior, & Sebaſt. Sapia, *in repetitione eiuſdem legis, num.11.* Philip. Dec. *in cap. in præſentia. num.50. in fine. ſupra de probationibus.* Andr. Alciat. *de præſumptionibus. regul.2. præſumpt.14. num.7.* Robertus Maranta *in repetit. l. si pot. num. 157. ff. de acquiren. hæredit.* & Nicol. Boer. *deciſio.38. num.30 & 31.* Opinatur enim, quod præſumi debeat eum, cui facta eſt pupillaris ſubſtitutio, deceſſiſſe ante pubertatem, ſi contrarium non probetur. Mouentur ad hoc præſumendum fauore ſubſtitutionis pupillaris, vt effectum habeat: *argumento l. ex facto. §. ſi quis autem, in fin. ff. ad Trebell.* Nam probari eo Vlpiani reſponſo

4 intelligunt, † quòd fauore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, vt effectum habeat, præſumitur in re dubia extitiſſe eius ſubſtitutionis fideicommiſſariæ conditionem. Quoniam *in d. §. ſi quis autem.* hæres fuerat rogatus, ſi ſine liberis decederet, hæreditatem Titio reſtituere. Cùm autem hæres liberos ſuſcepiſſet, conſtabat quòd ſi vel momento ſuperſtites patri hæredi fuiſſent, deficiebat fideicommiſſi conditio, & Titius excludebatur. Ex contrario conſtabat, quòd ſi liberi non fuiſſent patri hæredi ſuperſtites, conditio illa: Si ſine liberis: extitebat, & per hoc Titius ſubſtitutus admittebatur ex fideicommiſſaria ſubſtitutione. Probabat Titius, quòd hæres fideicommiſſo oneratus vita deceſſerat. Probabat etiam, liberos, quos ſuſceperat idem hæres, mortuos eſſe. Sed vtique non probabat, quòd hæres ſine liberis diem ſuum obiiſſet: cùm facilè euenire potuiſſet, quòd liberi poſt patrem hæredem in fata concidiſſent. Planè hoc caſu verum erat, conditionem fideicommiſſi defeciſſe: quoniam verum erat, hæredem cum liberis deceſſiſſe. Nihilominus *in d. §. ſi quis autem*, pro Titio ſubſtituto fideicommiſſario Vlpianus fertur reſpondiſſe, quòd fideicommiſſi conditio extitiſſe videbatur. Sic fauore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ne euaneſceret, præſumptio inducta eſt, quòd hæres ſine liberis vita deceſſiſſet. Atq; ita hoc ſenſit eum §. acceperunt Bart. Angel. & Paul. Caſtren. ibi Baldus, *conſil.494. Viſo puncto. num. 1. lib.5.* Philip. Corn. *conſil.119. Placet mihi, in fine. lib.1.* Alexand. *conſil.20. in fin. lib. & conſil.29. Viſo themate, lib. 2.* Iaſ. *in l. ſi potes. num.86. ff. de acquir. hæred.* Philip. Dec. *conſil.652. Viſo conſilio. n.7.* Bartholom. Caſſane. *conſil.19. Nobilis. num.12. verſic. contrarium.* Igitur exemplo fideicommiſſariæ ſubſtitutionis idem & quidem facilius recipiendum videtur in pupillari ſubſtitutione, cum hæc ſit directa, & fauorabilis, illa autem ſit obliqua, & onerosa. Proinde ſi conſtiterit filium cui pater pupillariter ſubſtituit, poſt patrem vita deceſſiſſe, conſequens erit præſumere, quod ante pubertatis tempus deceſſerit. Sic enim in re dubia ſubſtitutionis pupillaris conditionem extitiſſe credendum erit, ne ſubſtitutio pupillaris directa & fauorabilis pereat.

Ego tamen verius eſſe arbitror, quod in huius capit. ſpecie non aliter perferre potuiſſent intentionem ſuam pauperes pupillariter ſubſtituti, quàm ſi probarent, aut aliàs conſtaret, non ſolum, quod filius & filia poſt patrem defuncti fuiſſent, ſed etiam quod defuncti fuiſſent ante pubertatis tempora. Et hoc Bart. in terminis compendioſæ ſubſtitutionis ſecurè reſpondit *conſil.56. in fin.* vbi ſcripſit, quod pauperes, qui vellent admitti ex pupillari ſubſtitutione, probare deberent, cõditionem pupillaris ſubſtitutionis extitiſſe. Motus eſt Bart. *ex ordinaria iuris regula. ſi minorem. C. de in integ. reſtit. minorum, facit text. in l. cum te minorem. & in l. actor. C. de probationib. & in l. de ætate. ff. de minorib.* proinde generaliter ſenſit, quòd omnis ſubſtitutus pupillaris & allegare, & probare debet eum, cui pupillariter fuit ſubſtitutus deceſſiſſe ante pubertatis tempora, id quod in pupillari ſubſtitutio reſpondit Bald. *conſil.145. In cauſa vertente. lib.5. num. 4.* & clarius idem Bald. *conſil.19. Factum tale eſt. num.1. in 5. part.* Nec exiſtimo Bald. contrarium vnquam ſcripſiſſe *in d. conſil. incip. Ex parte contingenti*, quod conſilium nunquam mihi contigit inuenire: quamuis omnes ferè Doctores ſupra allegati pro contraria parte illud conſilium allegent. Idem etiam & quod ſubſtitutus pupillaris teneatur probare pupillũ deceſſiſſe ante tempora pubertatis, aſſerunt Socin. *in l. qui duos. §. cum in bello. n. fin. ff. de reb. dubiis.* Ioan. Crot. *in repet. cap. Raynutius. fol.5 colum.4. ſupra hoc tit.* Franciſc. Rip. *in d. l. ex facto. § ſi quis autem, num.11. ff. ad Trebell.* Paul. Pariſ. *conſil.56. Circa primum, num.43. lib.2.* Ioan. Corraſ. nullo allegato auctore, *in l. precib. num.42. C. de impub. & aliis ſubſtitu.* & ibi Curtius iunior, *num.9.* Gulielm. Benedict. *in repet. d. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis. 2. de pupilla. ſubſtitu. num.112.* qui allegauit in ſimili traditionem Salic. non multum facientem *in l. ſi aut cuncti. num. penult. in fin. C. de legit. hæredibus.* Marcus Anton. Nat. *conſil.395. num. 5. part. 2.* & Reuerendiſſ. D. D. Couuarru. *lib.2. variar. reſolu. cap.7. num.1. & 6.* Hoc etiam verum eſſe credidit Nicol. Boer. *deciſ.38. num.31.* quando ſubſtituti pupillares agerent de impuberis matre excludenda. Nos tamen dicimus, quod pauperes in propoſita ſpecie deberent probare fundamentum ſuæ intentionis non ſolum contra matrem, ſed etiam contra quemlibet pupilli hæredem legitimum. Facit quod eleganter ſcribit Philip. Corn. *in conſil.340. num 3. & num.8. in 1. volum.*

Nec in contrarium mouere debet text. *in d. §. ſi quis autem*, quem contrariæ partis auctores pro ſua opinione induxerunt, quoniam is text. ab eis non rectè fuit intellectus, ideo nõ rectè fuit inductus. Siquidem Vlpian. ibi nullam omnino præſumptionem conſiderat fauore fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, quum minimè loquatur eo caſu, quo hæres & liberi eius in diuerſis locis deceſſerunt. Magis enim loquitur in eadem ſpecie, in qua & hæres rogatus, & liberi eius vno naufragio, ruina, vel aggreſſu, ſimul perierunt. Argutè antè collegit Iureconſultus, quod Titius ſubſtitutus fideicommiſſarius, ſi probaret hæredem cum liberis, quos habebat ſimul vno caſu deceſſiſſe, rectè probaret extitiſſe, fideicommiſſi cõditionem, idq; ſecundum iuris rigorẽ, & remota omni fauorabili præſumptione. Etenim verum eſt, quod hæres, qui ſimul cũ liberis, quos habebat, vita deceſſit, ſine liberis, ſcilicet, ſuperſtitibus vita deceſſit. Hæc verior eſt eius. §. interpretatio, quam ibi probauerũt Iac. Aren. Raph. Cuma. Ioan. Imol. Vincen. Hercul. in fin. Franciſc. Rip. *num. 9.* Eandem interpretationem ſequuti ſunt Paul. Caſtren. *conſil.101. Ad primum, num.1. lib.2.* Alex. *conſil.61. Repetitus. num.9. lib.7.*

lib. 7. Iaſ. *in l. ſi poteſt. num. 15. ff. de acquiren. hæred.* Meminit etiam eiuſdem interpretationis Anton. Capitius *in nouiſsimis deciſionibus Neapol. deciſ. 159. num. 11.* & Reuerendiſſ. DD. Couuarru. vbi ſupra. Cum igitur nulla in eo. §. præſumptio inducta eſt fauore fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, nullum ex eo argumentum potuit rectè colligi ad inducendam aliquam præſumptionem fauore pupillaris ſubſtitutionis: facit etiam quod ſcripſit Franciſc. Niconitius *in rubric. ff. de noui oper. nunciat. num. 299.*

Idque proculdubio probandum erit in expreſſa conditione, ſi ſine liberis. Tunc enim fideicommiſſarius, ſi velit fideicommiſſum conſequi, tenetur probare extitiſſe fideicommiſſi conditionem & patrem poſt liberos deceſſiſſe. Cæterum in tacita conditione, ſi ſine liberis, de qua in *l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. & in l. cum auus. ff. de condit. & demonſtr.* quæ tacita conditio ſubintelligitur in deſcendente grauato poſt mortem ſuam reſtituere fideicommiſſum, elegāter dicetur ſi grauatus filium habuit, & ambo mortui fuerint, nec conſtet vter prior deceſſerit ſubſtitutum fundatā habere ſuam intētionem & hæredes defuncti teneri ad probandū, quod deſcendens grauatus liberos ſuperſtites reliquit. Quoniam certè fideicōmiſſum à principio non fuit conditionale, ſed purum: & tacita cōditio, ſi ſine liberis, non eſt in cōſideratione, nec facit fideicommiſſum conditionale, niſi in caſum, quo deſcendens grauatus liberos ſuperſtites reliquerit. Quapropter ipſi deſcendenti grauato, & eius hæredibus incumbit probare, quod liberos ſuperſtites reliquerit, iuxta ea, *quæ ſuperius notaui in gloſſ. ſi abſque liberis. in fin.*

Concludo itaque, probabilius videri, & in conſulendo & iudicando magis ſequendum, quod pupillaris ſubſtitutus & allegare, & probare debeat eum, cui ſubſtitutus eſt, deceſſiſſe poſt mortem teſtatoris pupillum, hoc eſt, ante tēpora pubertatis. Nam ſi hoc non probauerit, ſed duntaxat allegauerit, cadet ab intentione, quoniam id nequaquam præſumetur. Stat enim contra ſubſtitutum iuris regula, cui adhærēdum eſt in re dubia, vt admonet Philip. Dec. *in l. 1. n. 8. ff. de reg. iur.* Quocirca interpretādum eſt, quod pauperes aduerſus matrem allegauerunt & probauerūt hæc omnia, quę in *hac 2. part. cap.* narrantur.

Tertio quæro, ſi filius, & filia, poſt tempora pubertatis defuncti fuiſſent, & hoc cōſtaret, vtrum poſſent aliquo caſu pau-
5 peres ex pupillari ſubſtitutione admitti? Reſpondeo † poſſe dari ſpeciem aliquam, in qua pauperes æquè ad omnia bona eſſent admittendi. Pone enim, quod mortuo teſtatore, filius ante pubertatem ingreſſus fuiſſet religionem mendicantium ex diſpenſatione ſummi Pontificis, & deinde ſimiliter filia idē feciſſet, cum iam ambo doli eſſent capaces. Nempe ipſi filio profeſſo ſtatim filia hæres extitiſſet ex pupillari ſubſtitutione. Poſtea vero ſtatim atque hæc filia impubes profeſſionem legitimè feciſſet, hæreditatem illius quaſi mortuæ pauperes ex pupillari ſubſtitutione poſſent vindicare. N[illegible]tarer, quod ex poſt facto in religione mortui eſſent poſt tempora pubertatis, quoniam ante pubertatis tempora deceſſiſſe viderentur, quo tempore profeſſionem fecerunt, vt tradit Ioan. Imol. *in l. in pupillari, num. 4. ff. de vulgari.* & hoc etiam reſoluit Guilielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis. 2. in tracta. pupillaris ſubſtitutionis, num. 113. ſupra eodem.*

6 Quid † ergo ſi poſt mortem patris teſtatoris filius, & filia, ante tempora pubertatis ab hoſtibus capti fuiſſent, & poſtea apud hoſtes poſt tempora pubertatis mortui eſſent? Reſpondeo, Oldrad. & Albericum graues iuris auctores fuiſſe reſponſuros, quod in tali ſpecie omnia bona pauperibus deferuntur ex pupillaribus tabulis, ſecundum ea, quæ ſcripta reliquerunt *in l. lex Cornelia. ff. de vulga.* Etenim eo loco docuere, quod ſi filius, cui pater pupillarem ſubſtitutionem fecerat, mortuo patre, capiatur ab hoſtibus ante pubertatem, & deinde apud hoſtes iam factus pubes decedat, hæreditas eius pupillari ſubſtituto deferetur. Mouentur argumento legis Corneliæ, quę fingeret hunc filium, qui poſt tempora pubertatis verè eſt mortuus apud hoſtes, eo momento liberum deceſſiſſe, quo ab hoſtibus capiebatur. Sed ſic eſt, quod cum capiebatur erat impubes: Ergo ex fictione legis Corneliæ intelligeretur, quod hic filius ante tempora pubertatis deceſſiſſet. Sic conditio pupillaris ſubſtitutionis extitiſſe videretur, & conſequenter bona huius captiui ex ea pupillari ſubſtitutione ad ſubſtitutum pertinerent.

Sed hæc veterum ſententia, quam hactenus à nemine reprehenſam lego, nimium ſcrupuloſa mihi videtur, & quæ nec iuris, nec æquitatis rationibus accommodetur. Nam primum verba legis Corneliæ nihil de pupillari ſubſtitutione expreſſerunt. *l. pater. §. fin. ff. de captiuis.* Nec ex ſententia legis Corneliæ; *argumento eius. §. fin.* vtiles actiones dabimus pupillari ſubſtituto. Quoniam in hac ſpecie ceſſare merito debet legis ſententia & legiſlatoris mens præſumpta. Quippe bona eorum qui in hoſtium poteſtatem peruenerunt, atque ibi deceſſerunt, ſiue teſtamenti factionem habuerint, ſiue non habuerint, ad eos pertinet ad quos pertinerent, ſi in hoſtium poteſtatem non perueniſſent, idemque ius in ea cauſa iubet eſſe lege Cornelia, quod futurum eſſet ſi hi, de quorum hæreditatibus conſtituebatur, in hoſtium poteſtatem non perueniſſent. *l. bona eorum. ff. de captiuis.* Ergo cōſequens videtur dicere, quod in propoſita ſpecie bona horum filiorum, qui poſt tempora pubertatis apud hoſtes deceſſerunt, deferentur matri, ſi ſuperſtes adhuc eſſet, quo tempore naturaliter liberi decederent: aut deferrentur ſequenti ſucceſſori legitimo, ſi iam mater deceſſiſſet, non vero deferrentur pauperibus. Nam ſiue in hoſtium poteſtatem nunquam filij perueniſſent, ſiue perueniſſent & poſtliminio rediiſſent, conſtaret quòd pauperes ex pupillari ſubſtitutione admitti nequirent ad hæreditatem eorum qui poſt tēpora pubertatis defuncti fuiſſent. Secundum quæ in propoſita ſpecie dicendum foret, quòd pupillares ſubſtitutiones euanuiſſe cenſerentur eo momento, quo apud hoſtes liberi teſtatoris ad pubertatem perueniſſent.

Vltimò quæro, quidnam reſponſurus fuit Pontifex, ſi filius & filia poſt tempora pubertatis vita deceſſiſſent, & per hoc pupillares ſubſtitutiones expiraſſent? Dubitari enim poteſt, vtrum ſubſtitutiones hæ, quæ vſque ad pubertatis tempora valere potuerunt quaſi pupillares, an nullo iure valerent poſt tempora pubertatis? Et Ioan. Andr. *hic num. 5.* teſtatur, hoc dubium eſſe fortiſſimum, *& num. 29.* ſcribit, in hoc ſolo diſplicere ſibi noſtram Decretalem, quod hoc dubium reliquerit indeciſum. Arnaldus autem de Soletio, *in repetit. huius cap. colum. 5. verſic. & hoc idem,* teſtatur quod in antiqua extrauagan. erat hoc liquidè declaratum. Denique quæri videtur, quod Decretalis iſta nimis lucrit deciſa, quum multa vtilia cōtineret. Mihi autem videtur, quod ſi hæc Decretalis fuiſſet compoſita per modum doctrinæ, & ad deciſionem dubiorum, quæ poſſent occurrere, tunc legiſlatoris proprium fuiſſet attingere in compendioſa caſum, qui contingere potuiſſet poſt tempora pubertatis, quemadmodum fecit Papinianus *in d. l. Centurio. & in l. cohæredi. §. Quod ſi hæredem, verſic. nec aliud.* Verum Pontifex in hac Decretali reſpondit ad quæſtionem ex facto propoſitam, in qua manifeſtè expreſſum erat, quòd filius & filia, defuncti fuere ante tempora pubertatis. Proinde Bonifacius Pontifex non habuit neceſſe diſtinguere pupillaris ætatis, & pubertatis tempora, vt neceſſe habuerunt diſtinguere Imperatores in confuſa mulieris quæſtione *l. precibus. C. de impub.* Adde quod Ioan. Andr. *hic in gloſſ. abſque deductione, in fin.* ſignificauit quod ſubſtitutiones poſt pubertatis tempora iure fideicommiſſi valuiſſent, dum ſcribit, matris allegationibus locum futurum, ſi liberi teſtatoris poſt pubertatem deceſſiſſent. Verum hoc in Nouella diligentius conſiderans, in dubium reuocauit, quod tamen in terminis noſtri capit. non debuit adeo in dubium reuocare, ſecundum ea quæ reſoluemus *in ſequenti parte, in gloſſ. interdum.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones directæ non admittunt quartarum deductionem.*
2 *Filius grauatus reſtituere fideicommiſſum hæreditatis in diem, vel ſub conditione mortis, vel alia deducit iure Canonico duas quartas, videlicet, prius legitimam, & deinde Trebellianicam, & num. ſeq.*
Cap. ſi pater. ſenſus. ibid. & num. ſeq.
Cap. Raynutius, & cap. Raynaldus, ſenſus. ibid. & num. ſeq.
3 *Filius iure ciuili poterat ex fideicommiſſo vniuerſali deducere vel legitimam vel Trebellianicam vtram eligeret, & num. ſeq.*
Auth. res quæ. C. communia de legatis. ſenſus. ibid.
L. Iubemus. C. ad Trebell. ſenſus. ibid. & num. 13.
4 *Filius ex fideicommiſſo vniuerſali, & conditionali, vel in diem deducit duas quartas etiam in foro ciuili de conſuetudine.*
5 *Legitima vnius vel plurium filiorum olim iure digeſtorum conſtituebat quartam hæreditatis partem.*

G Legi-

6 *Legitima iure Codicis & Authent. pro numero filiorum veniebat æſtimanda: nam regulariter conſtituebat tertiam: ſi verò liberi erant quinque, dimidiam, hoc eſt, ſemiſſem hæreditatis conſtituebat.*
Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. ſenſus. ibid.

7 *Legitima vnius vel plurium filiorum in Caſtellæ regno continet vniuerſam parentis ſubſtantiam, excepta quinta parte.*
L. 9. tit. 5. lib. foro leg ſenſus. ibid.
L. Tauri. 7. cum ſeq. declaratur. ibid.

8 *Legitima vnius vel plurium liberorum in Portugalia regno conſtituit vniuerſam parentis hæreditatem, excepta tertia parte.*
L. Portugal. lib. 4. tit. 70. & 71. ſenſus. ibid. & num. 21.

9 *Filius in terminis cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap. ſi pater deducere poteſt duas quartas, etiam ſi legitima contingat aut excedat dimidiam hæreditatis partem, contra Bald.*

10 *Filius quemadmodum in terminis cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap. ſi pater. vltra legitimam deducit Trebellianicam, an etiam deducere debeat Falcidiam, ſi hæreditas legatis, & fideicommiſſis ſit exhauſta.*
L. 1. §. interdum. ff. ſi cui plus quam per legem Falcidiam. ſenſus. ibid. & num. 17.

11 *Filius vtrum in terminis d. cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap. ſi pater. prohibeatur iure ciuili deducere legitimam & Trebellianicam? & num. 19.*

12 *Portugaliæ l. lib. tit. 5. in principio Ordinatio. reg. ius ciuile potius, quàm canonicum ſequendum præcipit præterquam in materia peccati.*

13 *L. filium quem habentem. C. famil. erciſcun. ſenſus. ibid.*

14 *Legitimi patroni onus iniunctum non valebat.*

15 *Legitimæ arrogationis iniunctum non valebat.*

16 *Legitimæ liberorum onus iniunctum olim valebat.*
L. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. ſenſus ibid.

18 *Liberi non ſolum primi, ſed etiam vlteriorum gradus aut etiam parentes ipſi in terminis cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap. ſi pater: deducunt & legitimam & Trebellianicam.*
Auth. de reſtitu. & ea, quæ vndecimo menſe parit. §. quamobrem. collat. 4. ſenſus. ibid.

20 *Portugal. lex lib. 2. Ordina. tit. 5. §. fin. conſulendum eſſe Regem præcipit in caſu, qui non ſit iure ciuili aut regio deciſus, quamuis iure canonico ſit determinatus contra gloſſam, & doctores iuris ciuilis vbi peccati materia non vertitur.*

21 *Filius in regno Portugal. & in terminis cap. Raynutius. & c. Raynaldus. & cap. ſi pater. vtrum deducere debeat legitimam, & deinde Trebellianicam.*

22 *Filius Caſtellæ regno in terminis cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap. ſi pater. deducit duntaxat legitimam.*
L. fin. tit. 11. partit. 6. ſenſus eleganter declaratur. ibid.
L. 12. tit. 5. parti. 6. ſenſus. ibid.

23 *Trebellianica vtrum ſit deducenda ex militis hæreditate.*

24 *Trebellianica, vel Falcidia contra voluntatẽ teſtatoris deducitur.*

25 *Filius qui cum iuramento hæreditati patris renunciauit in terminis cap. quamuis pactum. de pact. lib. 6. non poteſt deducere duas quartas, etiam ſtante deciſione Pontificum in cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. & cap ſi pater.*

26 *Fideicommiſſum vniuerſale hæreditatis ſit irritum, ſi hæres ante aditam hæreditatem decedat.*

27 *Fideicommiſſum vniuerſale confirmatur ſola ſui hæredis exiſtentia. quamuis hæreditas non fuerit adita, nec agnita.*
L. ita tamen §. ſi pater. ff. ad Trebellian. ſenſus. ibid.

28 *Mater in caſu cap. ſi pater. quantam portionem deducere debuiſſet, ſi ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria. & num. 31.*

29 *Filius in caſu cap. ſi pater. ſuit ex integro eſſe hæres inſtitutus.*

30 *Grauamen, aut fideicommiſſum reijcitur de legitima, etiam ſi ſit reciprocum inter liberos.*
L. 10. tit. 4. partit. 6. ſenſus. ibid.

31 *Fideicommiſſarius ſi reſtitutum ſibi fideicommiſſum rogatus ſit alteri reſtituere, non poteſt Trebellianicam neque Falcidiam deducere.*

32 *Fideicommiſſum vniuerſale hæreditatis; vtrum comprehendat portionem prius quæſitam ex priore etiam vniuerſali hæreditatis fideicommiſſo.*

33 *Fideicommiſſum hæreditatis ab hærede datum referri debet ad portionem hæreditatis in qua directo fuit inſtitutus, non verò ad portionem hæreditatis, quàm ex titulo fideicommiſſi habuit.*
L. Titius. ff. de lega. 3. ſenſus. ibid,

34 *Fideicommiſſi hæreditatis verba, ſi referuntur non ad grauatos, ſed ad honoratos, quibus fideicommiſſum reſtitui præcipitur, comprehendunt omnem hæreditatis portionem, etiam non directo, ſed ex priore fideicommiſſo quæſitam.*

ABSQVE DEDVCTIONE.

ABSQVE DEDVCTIONE. Hic incipit quæſtionis deciſio pro pauperibus contra matrem. Ex quo principio, nota ſecundum Ioan. Andr. *in ſummario*, & cæteros Doctores, quod † in directis ſubſtitutionibus non habet locum deductio quartarum. Equidem collectio hæc eſt veriſſima, quod 1
attinet ad deductionem Trebellianicæ, quę non poteſt niſi de fideicõmiſſariis hæreditatibus deduci: Sed vtrum eadem collectio vera ſit reſpectu legitimæ portionis iure naturæ debitæ, vide quæ dicentur *infra in gloſſ. debita.*

Secundò principaliter nota ſecundum gl. & omnes, quod ſi ſubſtitutiones in huius cap. ſpecie intelligerentur eſſe fideicommiſſariæ, poſſet mater ex perſona filij cui ab inteſtato hæres extitiſſet, retinere & legitimam portionem filio iure naturæ debitam, & præterea de reſiduo Trebellianicam. Propterea † ſignificauit Pontifex in præſenti tacitum id, quod Pontifices 2
expreſſerunt *in cap. Raynutius. & in cap. Raynaldus, ſupra eod. tit.* quòd, videlicet, vbi filius hæres inſtitutus oneratur hæreditatem reſtituere non præſenti die, ſed ſub mortis conditione, vel alia ſimili, vel in diem, deducitur ſtatim de fideicommiſſi onere legitima portio iure naturæ debita, & poſtea tempore exiſtentis conditionis vel diei, deduci poteſt de reliqua hæreditate quarta Trebellianica.

Sed quamuis omnes vulgo hoc ita ex Pontificis ſententia in præſenti deduxerint, & de hoc eſſe caſum in præſenti ſcripſerunt Salic. *in l. quanquam. num. 1. C. ad legem Falcid.* & And. Sicul. *in cap. Raynutius, ſupra eod.* & alij quamplures auctores inferius allegandi, equidem auderem defendere contrariam ſententiam iure etiam canonico obtinere debuiſſe, niſi eſſent duæ illæ Decretales *cap. Raynutius. & cap. Raynaldus.* Siquidem ſententiam Pontificis *in hoc cap. ſi pater,* ita euitarem, vt dicerem apud iuris ciuilis Doctores communiter eſſe † receptum, quod in 3
hac ſpecie poſſit ex perſona filij fieri deductio, vel Trebellianicæ, vel partis iure naturæ debitæ. Aliquando enim maior vtilitas verſatur in quartæ Trebellianicæ deductione, quàm in deductione tertiæ, hoc eſt partis iure naturę debitę, vt ex communi opinione reſoluit Philip. Corn. *in d. l. quanquam. num. 2. C. ad legem Falcid.* Huic igitur receptæ opinioni aptarem noſtri cap. contrarium ſenſum, quaſi Pontifex ſenſerit, quòd ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, potuiſſet mater ex perſona filij hæredis vniuerſalis deducere, vel Trebellianicam, vel partem iure naturæ debitam, non verò & hanc & illam. Quam interpretationem illo etiam argumẽto comprobarem, quòd videlicet in iſto *c. ſi pater.* prior mentio facta ſit Trebellianicę, quam partis iure naturę debitæ. Nam talis ordo excuſandus eſt, ſi vel Trebellianicam, vel partem iure naturæ debitam mater de fideicommiſſaria hæreditate eſſet deductura. Cæterum, ſi cõiunctim & huius & illius partis deductio matri competeret iam non Trebellianicæ, ſed partis iure naturæ debitæ prior mentio erat facienda. Conſtat enim, prius competere deductionem partis iure naturæ debitæ quàm Trebellianicæ, & prius faciendam eſſe deductionem eius partis, vt de reliquo fiat deductio Trebellianicæ, vt docet gloſſ. *in cap. Raynaldus, in verbo, licet, ſupra eod.* & declarat Fabian. *in repet. Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam ex num 242.* Sed cum Pontificum ſententia *in d. cap. Raynutius, & in d. c. Raynaldus,* euidens, & perſpicua ſit, demus libenter, idipſum ſenſiſſe Bonifacium Octauum in præſenti, vt gloſſ. & omnes communiter voluerunt.

Deniq; contra rigorem iuris ciuilis prohibentis indiſtinctè ne filius grauatus poſſit deducere & legitimam, & Trebellianicam, *Auth. res quæ. & in corpore vnde ſumitur. C. communia de lega.* vbi doctè Raphael Fulgoſ. hoc notat, & Bald. *num. 22.* Paul. Caſtren. *num. 3.* Alberic. *in l. Papinianus. § meminiſſe. num. 20. ff de inoffic. teſtam argumento etiam text. in l. iubemus. in princ. ibi, Dodrãs reſtituatur. C. ad Trebellian.* hæc Pontificum deciſio in vtroque foro obtinuit, & practicatur, videlicet, quòd ſi filius ſit grauatus non purè reſtituere, ſed ſub conditione vel in diem, tunc ſtatim mortuo patre poteſt deducere legitimam iure naturæ debitam, quæ nullam recipit dilationem. *l. quoniam in prioribus.*

C. de

C. de inoffi. io teſtam. Deinde impleta conditione vel adueniente die, tempore reſtitutionis faciendæ poterit deducere quartam Trebellianicam, quod ita ex dictis Decretalibus collegit gloſſ. *in d. cap. Raynutius. in verbo, legitimam,* vbi poſuit prędictam diſtinctionem, quam etiam probauit Accurſ. *in d. l. quanquam. in gloſſ. vnica. C. ad legem Falcid. & in d. l. Papinianus. §. meminiſſe, in verbo, Falcidia, & in Auth. de hæred. & Falcidia. §. ſi quis autem non implens, in verbo, auferri, collat. 1.* Anton. Ioan. Imol. Abb. *num. 25. in d. cap. Raynutius.* Bartol. *in d. §. meminiſſe, & in l. 1. §. interdum, in fin. ff. ſi cui plus quam per legem Falcid.* Et multis allegatis auctoribus, reſoluunt hanc eſſe communem opinionem, quæ † de
4 conſuetudine in vtroque foro ſeruatur, Petr. de Anchar. *num. 62. in d. cap. Raynutius,* & Ioan. Crot. *in repetit. eiuſdem cap. fol. 7. colum. 3. verſic. vltimo nota.* Reuerendiſſ. DD. Couuar. *ibidem in §. fin num. 5.* Berengar. Fernan. qui eleganter explicat rationem differentiæ huius diſtinctionis inter purum, & inter conditionale fideicommiſſum, *in repetit. l. in quartam. ff. ad legem Falcid. num. 326.* Ioan. Corraſ. *in repetit. l. filium quem habentem. C. familiæ erciſcun. num. 73.* Fabian. *in repetit. d. Auth. nouiſſima. de inofficio teſtam. ex num. 242.* Paul. Pariſ. *in conſil. 9. num 9. & conſil. 17. num. 16. & conſil. 18. num. 93. & conſil. 45. num. 10. & conſil. 65. num. 3. in 2. parte.* & Marian. Socin. iunior *in conſil. 131. num. 59. & num. 65. in 1. parte,* & nouiſſimè Anton. Gomeſ. venerandus olim præceptor meus *in l. 3. Tauri, ex num. 81.*

¶ Et planè Pontificum ſententia obtinet proculdubio, vbi vel duobus, vel tribus, vel quatuor liberis, legitima portio debetur, quæ triens eſt, id eſt, tertia pars ſubſtantiæ paternæ, vel maternæ. Cæterum, ſi dimidia pars quinque liberis debeatur, iuxta *Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. & in Auth. de triente & ſemiſſe. §. 1. & 2. colla. 3.* tunc ſatis eſſe videtur, ſemiſſem pro legitima portione deducere, & quòd vlterius deduci nequeat Trebellianica. Hoc ita ex facto conſultus reſpondit Bald. *conſ. 94. Punctus quæſtionis, num. 2. lib. 2.* motus ea ratione, quod non videatur æquum, ſi maiorem portionem in hoc caſu ferant liberi onerati, quàm ferre debeat honoratus fideicommiſſarius. Item præcipuè motus eſt, eo quod nulla gloſſ. iuris ciuilis, nec aliquis text. mundi permittit in hac ſpecie, quod vltra dimidiam detrahatur quarta Trebellianica, cum gloſſ. & Pontifices ad eum caſum ſe retulerint, quo ambæ deductiones ſimul iunctæ non excederent dimidiam hæreditatis partem. Hanc Baldi ſententiam retulit dubitando Aymon Sauilian. *conſil. 50.* aliàs reſpondi, & eam Baldi ſententiam ſequutus eſt Reuerendiſſ. DD. Couuar. *in d. cap. Raynutius. §. fin. num. 6. ſupra eod.* & videtur pro eadem Baldi ſententia facere, quod præſtrinxit Lancelot. Polit. *in repet. l. filium quem habentem. num. 140. verſic. ratio autem. C. familiæ erciſcundæ.*

¶ Ex qua ſententia, ſi vera eſſet, imprimis colligeretur, quod in Regnis Caſtellæ & Portugaliæ, non deberet ſeruari hæc Pontificum deciſio, cum in vtroque regno legitima vnius vel plurium filiorum, excedat ſemiſſem, id eſt, dimidiam partem hæreditatis paternæ, aut maternæ. Nam & ſi, inſpecto iuris ciuilis rigore, olim legitima † filiorum in omnem euentum erat
5 quarta, *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. l. cum quæritur. C. eodem titulo.* Deinde verò † iure Authenticorum & Codicis le-
6 gitima pro numero filiorum veniebat æſtimanda. Nam regulariter legitima eorum erat tertia. Si verò filij erant quinque, legitima eorum erat ſemis, id eſt, dimidia pars hæreditatis, *vt in d. Auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. & in Auth. de triente & ſemiſſe. §. 1. & 2. colla. 3.* Cæterum hodie in hoc † Caſtellæ regno
7 legitima vnius vel plurium filiorum, continet vniuerſam parentis ſubſtantiam, excepta quinta parte, vt probatur *in l. 9. tit. 5. l. 3. Foro legum, & in l. 17. cum pluribus ſequentib.* in legibus Tau-
8 ri, & in Portugaliæ regno † legitima etiam vnius, vel plurium filiorum, continet vniuerſam parentis ſubſtantiam, excepta tertia parte, id eſt, continet octo vncias, & parens de reliquis quatuor poteſt liberè diſponere vt probatur *in lib. 4. tit. 70. & 71. in princ. Ordinatio. reg.*
9 ¶ Mihi autem videtur † ſuperiorem Baldi opinionem *in d. conſ. 94.* non eſſe probabilem. Quoniam Pontifices idem omnimodo reſpondiſſent, vbi dimidia bonorum patris, quinque liberis pro legitima portione deberetur. Etenim ratio, quæ habita eſt vnius filij, vel duorum, vt præter tertiam iure naturæ debitam quarta Trebellianica deduceretur, habēda erit quinque liberorum, vt ſimiliter præter dimidiam partem iure naturæ debitam, vel etiam præter ampliorem partem in his regnis, vni, vel pluribus filiis debitam, quarta etiam Trebellianica iure inſtitutionis deducatur, *argum. text. in d. Authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſtamen.* Nam & fauorabiliorem cauſam facere deber numerus quinque liberorum, *argumen. text. in l. cum ratio. verſic. ſi plures liberos. ff. de bon. damnat.* Allego gloſſ. iuris ciuilis, hoc ita in terminis docentem *in Authent. de hæredibus & Falcid. §. ſi quis autem non implens. in verbo, auferri, in fin collat. 1.* quam gloſſ. miror equidem à Bald. & ab aliis non fuiſſe animaduerſam. Item allego Bartolum *in conſil. 22.* Homo Accurſuli. *num. 2. & 4.* vbi poſt detractum ſemiſſem, id eſt, dimidiam partem hæreditatis, quinque liberis pro legitima portione debitam, declarauit, quod de reliquo ſemiſſe detrahenda erat Trebellianica eo tempore, quo fideicommiſſariæ ſubſtitutionis conditio extitiſſet. Præterea allego eundem Bald. *in l. iubemus. colum. 2. num. 6. ad Trebellianum,* vbi ſecurè agnouit, quod auctoritas iuris Pontificij, & conſuetudo generalis habet locum etiam eo caſu, quo dimidia pars bonorum parentis retinenda ſit à quinque liberis pro legitima portione iure naturæ debita, quod etiam cum Bald. *in d. l. iubemus.* non dubitauit probare. Paulus à monte Pico, *in repet. l. in quartam. num. 284. verſic. & aliquando. ff. ad legem Falcid.* Hoc ita pro indubitato habuerunt conſulendo idem Bald. *conſil. 101. Punctus talis eſt,* Petrus *lib. 2.* & Ægidius Bellamera *conſil. 25. teſtator. colum. 1.* & ad prædicta Angel. Peruſ. *conſil. 283. Pro clariori. colum 1. verſic. Secundo præmitto. coniuncto eo quod ſcripſit, colum 2. verſic. quarto præmitto.* Curt. ſenior *conſil. 52. ſuper teſtamento. num. 48. & 49.* Philip. Decius, *conſil. 228. in caſu. num. 3. verſic. & cum eſſent quinque; coniuncto num. 5.* & nouiſſimè Hieronymus Cagnol. *in l. Papinianus. §. meminiſſe. num. 29. verſic. contrarium. ff. de inoffic. teſtament.* vbi nominatim priorem illam Baldi ſententiam *in d. conſil. 94.* improbauit. Adde quod Alexan. *conſil. 3. num. 2. lib. 7.* non dubitauit reſpondere, quod ſi ſtatuto aucta eſſet legitima filiorum, adhuc vltra legitimam ſtatuto auctam debet eſſe locus deductioni Trebellianicæ in terminis harum Decretalium. Quod etiam in deductione Falcidiæ ſenſit Raph. Fulgoſ. *conſil. 26. Stante ſtatuto. colum. 2.* Denique concludo hanc opinionem eſſe communem, à qua fermè non magis recedendum videtur, quam à deciſione Pontificum in hiſce Decretalibus.

¶ Illud etiam eſt notabile, quod Pontifices in hoc articulo ad Trebellianicæ deductionem ſe retulerunt, nec quicquam loquuti ſunt in Falcidiæ deductione. Vnde † ſi filius legatis & 10
fideicommiſſis rerum ſingularium poſt mortem, vel in diem ſit oneratus, vel ſub quacunque alia conditione tempore reſtitutionis fideicommiſſi particularis, non deducetur Falcidia vltra partem iure naturæ debitam. Hoc Raph. Fulgoſ. tentauit *in l. quanquam. num. 4. C. ad legem Falcid.* & in Fulgoſ. ſententiam iuit Alexand. Imol. *in l. in ratione. §. quod vulgò. num. 12. verſic. poteſt etiam. ff. ad legem Falcid.* Hanc opinionem veluti communem præcepit Lancel. Polit. *in repet. l. filium quem habentem. num. 135. verſic. circa quartum. C. familiæ erciſcundæ.* & eam ſequutus eſt Marian. Soc. iun. *conſil. 136. habita. num. 12 lib. 1.* Facit quod ſcribit Bart. *per textum ibi in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. teſtam. & text. in argumentum. in l. 1. §. fin. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.*

¶ Sed hæc opinio nec videtur mihi eſſe communis, nec probabili ratione poteſt perſuaderi, quoniam Dyn. Alberic. Bartol. Angel. Ioan. Imol. *in d. l. 1. §. interdum. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcid.* Oldrad. *in conſil. 205. Prima dubitatio. num. 7.* Cyn. *in d. l. quanquam. C. ad legem Falcid.* manifeſtè ſenſerunt, inter Falcidiam legatorum & inter Trebellianicam hæreditatis fideicommiſſariæ non eſſe conſtituendam differentiam, quod attinet ad ſupradictam quæſtionem. Omnes enim hi auctores tex. *in d. §. interdum,* loquentem in Falcidia induxerunt ad Trebellianicam. Hoc idem ſenſerunt Bart. Ioan. Imol. Aret. Alexand. & Iaſ. *in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga.* quo loco allegauerunt text. *in l. lex Falcidia. §. nunquam. ff. ad legem Falcid.* Denique Bald. *in d. l. quanquam. n. 1.* expreſſim voluit, quod hæ Decretales haberent locum etiam in quarta Falcidia, & idem voluit Ioan. Imol. *in l. in ratione. §. quod vulgo. num. 15. verſic. in ead. gloſſ. ff. ad legem Falcid.* hoc idem ex facto conſulti reſponderunt Signorol. de Homod. *conſil. 66. Factum tale eſt. num. 3.* Angel. Perulin. *conſil. 13.* Iacob. *in fin.* Raph. Fulgoſ. *conſil. 26. Stante ſtatuto, colum. 2. verſic. poterit itaque filius.* Paul. Caſtren. *conſil. 67. In caſu præſenti. colum. fin. verſic. ſed Falcidiam. lib. 2.* & admiſiſſe etiam videtur Alex. *conſil. 163. num. 8. in 6. volum.*

¶ Ego

11 [illegible] autem quæro, vtrum † Pontifices in his decretalibus [illegible] ſententiam ſuam ex iure ciuili deduxerunt, an verò ſit aliqua lex in iure ciuili, quæ Pontificibus in hoc expreſſim repugnet? Nam etſi Iaſon *in dicta. l. filium quem habentem.* ſcripſerit quòd fruſtra eſt de hoc diſputare, poſteaquam de conſuetudine vbique ſeruatur diſpoſitio iuris Pontificij, equidem cenſeo, vtiliſſimam eſſe hanc diſputationem in his Caſtellæ, & Portugalliæ Regnis. Pone enim quod pater filium hæredem inſtituit, eumque rogauit, vt ſi ſine liberis decederet, hæreditatem Ioanni reſtitueret: filius patri hæres extitit, atque deinde ſine liberis vita deceſſit. Hæres filij de fideicommiſſaria hæreditate, quæ Ioanni in euentum conditionis erat reſtituenda, deducit primum legitimam portionem, quæ in hoc Regno Caſtellæ vniuerſis patris ſubſtantiam, excepta quinta parte, continet in Regno verò Portugalliæ continet octo vncias, vt ſupra fuit declaratum. Vult præterea hæres filij retenta legitima, vlterius de quinta parte bonorum in hoc Regno Caſtellæ reſtituenda, vel de tertia parte teſtituenda in Regno Portugalliæ, deducere quartam Trebellianicam. Nempè quæri vtiliter, & tractari poteſt, vtrum poſſit hanc quartam Trebellianicam deducere, an verò contentus eſſe debeat partis iure naturæ debitæ ſola deductione? Et ſi quidem auctoritas iuris canonici, & conſuetudinis generalis ſequenda ſit in his regnis, nihil mutabit quod filius iure cōſtituto habeat tot vncias pro ſua parte iure naturæ debita, quæ vltra ſemiſſem aſcendunt, vt ſuperius fuit reſolutum. Veruntamen auctoritas conſuetudinis, quam vbique vigere aſſeruerunt, pleriq; iuris vtriuſque auctores, momentum habere non videtur in prædictis Caſtellæ, & Portugalliæ Regnis. Siquidem nihil certi affirmare hi auctores potuerunt de horum Regnorum conſuetudine, vt in ſimili tradunt Alexan. *conſi. 5. circa primum. num. 11. verſic. item reſpondeo. lib. 3.* & Phil. Dec. *conſil. 472. num. 16. verſic. non obſtat, & verſic. ſecundo.* remota igitur conſuetudinis probatione, operæpretium erit inueſtigare, an aliquis textus iuris ciuilis repugnet Pontificum decretalibus in

12 hac deciſione? Et hoc † præſertim erit vtile in Regno Portugalliæ, vbi lege Regia diſertè cautum eſt *lib. 2. tit. 5. in princ. Ordinatio. reg.* quod vbi ius ciuile aduerſatur iuri Pontificio, potius iudicari debet ſecundùm ius ciuile, & non ſecundùm ius canonicum, extra materiam peccati.

13 Et contra Pontificum Decretales † allegatur quaſi text. capitalis, *l. iubemus. ibi. Dodrans reſtituatur. C. ad Trebellian.* quem eſſe expreſſum pro hac parte ſcripſit Oldra. *conſil. 20. Prima dubitatio. num. 7.* & eſſe omni ſolutione maiorem teſtatus eſt Angel. Perus. *in d. l. Papinianus. §. meminiſſe. num. fin. ff. de inoffic. teſtam.* allegatur etiam ad hoc text. *in l. filium quem habentem. C. familiæ erciſcun.* quem ineuitabilem fore iactauit ſæpius ibidem Iaſ. *num. 6.* Præterea in eandem ſententiam adducuntur text. *in l. cohæredi §. cum vlia. ff. de vulgar. & in l. 1. §. interdum. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcid. & in Authen. de reſtitut. & ea quæ vndecimo menſe parit. §. quamobrem, coniuncto præcedenti verſic. aderunt. collat. 4. & in auth. res quæ. C. communia. de legat.*

Sed tamen ad legem capitalem *in dicta l. iubemus.* reſponſum extat, quod dodrans, qui iubetur reſtitui, intelligitur deducta iam parte iure naturæ debita, in qua fideicommiſſum initio nō tenuit. quam interpretationem eſſe neceſſariam, vt ius Pontificium concilietur cum iure Cæſareo, veteres & nouiores hactenus intellexerunt, vt conſtat ex Bald. *in l. filium quem habentem. num. 26. C. familia erciſcun.* Alberic. *in authent. nouiſſima. num. 8. C. de inoffic. teſtamen.* Fabian. *ibidem in repetit. num. 26.* Alexand. *in l. quod de bonis. §. quod auus, fin. colum. verſic. & eſt neceſſe. ff. ad legem Falcid.* Paul. de monte Pico *in repetit. l. in quartam. num. 281. in fine. ff. eodem titulo.* Petro Marheſil. *in repetit. dict. l. filium quem habentem. num. 46.* & ibi Lancellot. Polit. *in repet. num. 40.* Rip. *in l. fideicommiſſariam, num. 30. ff. ad Trebell.* Marian. Socin. Iun. *conſil. 131. quæſtio propoſita. nu. 62. lib. 1.* Paul. Pariſ. *conſil. 25. Vide teſtamentum. num. 55. cum ſeq. lib. 2.*

Ego verò oſtendam, quod talis violenta interpretatio *d. l. iubemus.* nullatenus eſt vera, quoniam Zeno Imperator ibidem neceſſario intellexit, ſolam vnam quartam deduci iure potuiſſe. Præterea (quod plus eſſe videbitur) oſtendam nouè, quod *dict. l. iubemus.* ita vera intellecta, auctoritatem harum Decretalium non conuellit, quo minus dicantur iuri ciuili conformes.

14 Didici † enim, quod apud Iureconſultos Imperatores non valebat onus iniūctum legitimæ portioni, quam libertus patrono deberet, *l. cùm patronus. ff. de legat. 2. l. ſi patronus. ff. de donation.* Similiter non † valebat onus iniunctum quartæ, quam arrogator impuberi arrogato deberet ex diui Pij conſtitutione, *l. ſi arrogator, verſic. penult. ff. de adoptio.* Ar verò onus, † quod cæteris legitimis liberis tam naturalibus, quàm adoptiuis adſcriptum fuiſſet in quarta, valebat ipſo iure, vt euidenter probatur *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtament.* Siquidem Iuſtinianus ibidem conſtituit, quòd onera impoſita legitimæ portioni non valerent ipſo iure, & quia valebant, querelam inofficioſi inducerent. Hoc ita ex Iuſtiniani ſententia tradiderunt Salic. *num. 1.* Paul. Caſtrenſ. *in princ. in l. quoniam in prioribus,* & ibi Rodericus Suarez *in repet. in euidentialibus, num. 18. & in 6. ampliatione.* Raphael Fulgoſ. *num. 1.* Caſtrenſ. *num. 2. in l. 1. C. de inoffic. donatio.* Bartol. *in l. Papinianus §. meminiſſe, num. 4. ff. de inoffic. teſtam.* Raphael Cuman. *in l. cohæredi. §. cùm filia, num. 1. ff. de vulgar. & in dicta l. cùm patronus, in princip.* Angel. Ioan. Imol. Alexand. *num. 1. in l. quod de bonis, §. cùm fideicommiſſum, ff. ad legem Falcid.* Alexand. *in l. cùm filio, num. 4. ff. de vulgari.* Philip. Corne. *conſil. 142. in hac conſultatione, num. 15. libro 2.* Petrus Marheſil. *in repet. dict. l. filium quem habentem, num. 31.* & ibi Lancellot. Polit. *in repet. num. 140. facit text. in l. vxori, ff. de vſufructu legato, l. omnium, ff. de vſufructu. l. ſi pater puellæ. l. filij matrem, C. de inoffic. teſtament. l. cùm acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. l. cùm auus. ff. de conditio. & demonſtrat. l. generaliter. §. cùm autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Vnde apparet, quòd ante dictam l. quoniam in prioribus, ſi filius fuiſſet à patre inſtitutus, & fideicommiſſo oneratus, nulla eſſe poterat deductio quartæ quaſi iure naturæ debitæ, quum vtique fideicommiſſi onus valeret in ea parte, nec poſſet excuti per viam deductionis. Sic euidenter conuincitur, quòd Zeno Imperator *in dicta l. iubemus.* intellexit, & omnino debuit intelligere, dodrantem totius hæreditatis, reſtitui fideicommiſſariis, quoniam ſola Trebellianica deduci potuit. Non minus conuincitur vulgarem tot auctorum interpretationem eſſe falſam, qui ex Zenonis ſententia intellexerunt, quòd ibi filij quartam ſibi iure naturæ debitam ante omnia deducebant. Cùm igitur *in dicta l. iubemus.* ſola Trebellianicæ deductio fiat iure inſtitutionis, conſequēs eſt intelligere, quòd ea lex Pontificum Decretalibus nullo modo refragetur. Etenim Pontifices ſuam ſententiam deduxerunt ex veteribus iuris ciuilis auctoribus, quos noſter Accurſius ſequutus eſt *in l. Papinianus. § meminiſſe, in verbo, Falcid. ff. de inofficioſo teſtament. l. quamquam, in gloſ. vnica, C. ad legem Falcidiam, & in Authent. de hæredibus & Falcid. § ſi quis autem non implens, in verbo, auferri, collat. 1.* Porrò Accurſius ſemper huius opinionis ſummam rationem in eo cōſtituit, quod in huiuſmodi fideicommiſſis conditionalibus ſtatim pars iure naturæ debita ſubducebatur ipſo iure de onere fideicommiſſi, poſtea autem tempore euenientis conditionis poterat de reſiduo deduci Trebellianica. Ergo ſi fideicommiſſi onus valeret in legitima, vt deductio eius partis fieri nequiret, iam veteres iuris auctores, & ipſe Accurſius & Pontifices quoque conſequenter admitterent, quòd filius de patris hæreditate, quam agnouiſſet, ſolam Trebellianicam poſſet deducere, *iuxta dictam l. iubemus.* Miror itaque quòd Petrus Marheſil. *num. 46. in d. l. filium quem habentem.* & Lancellot. Polit. *vbi ſuprà,* qui iuris antiqui rationem habuêre, non perſpexerunt ita planè euitari potuiſſe auctoritatem dictæ l. iubemus, ne iuri Pontificio aduerſaretur. Sic opus non fuit vti violenta illa interpretatione Doctorum, qui impoſſibilem, & minimè neceſſariam legitimæ portionis deductionem in Zenonis conſtitutionem intruſerant.

¶ Ex his apparet, quòd eadem opera poteſt reſponderi ad *d. l. filium quem habentem, & ad d. l. cohæredi, §. cùm filia. ff. de vulgar.* vt in his legibus neceſſariò vnius duntaxat Trebellianicæ deductio fieret, quoniam deductio partis iure naturæ debitæ nondum Iuſtiniani *l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* fuerat introducta. Quod fermè ita intellexit Lancellot. Polit. *in repet. d. l. filium quem habentem, num. 140.*

¶ Non tamen eadem opera poterit reſponderi *ad l. 1. § interdum. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam,* vbi Iureconſultus loquitur in legitima † parte patrono debita, in qua onus non valebat, vt hodie non valet in parte iure naturæ filio debita. Planè in eo §. interdum, quamuis onus non purè, ſed ſub conditione fuiſſet impoſitum, non fit alia deductio ex lege Falcidia. Vnde manifeſtè ſenſit Iureconſultus ibidem, quòd ſi patronus ex aſſe fuiſſet inſtitutus à liberto, & rogatus, vt poſt mortem reſtitueret Titio hæreditatem, hæres patroni reſtituere deberet Titio hæreditatem liberti, deducta ſolùm parte iure pa- 17

tronatus debita quæ erat dimidia eo tempore, *l. 2. §. 1. ff. de bonis*
libertorum, l. ſi duo patroni. ff. de iureiurand. §. ſed noſtra. Inſtitut. de ſuc-
ceſſio. liberto. Meritò igitur Aecurſius *in d. §. interdum. in verbo, legis,*
collegit argumentum ad filium inſtitutum, & grauatum ſub
conditione vltra partem iure naturæ debitam, vt duas dedu-
ctiones facere iure non poſſit. Et licèt qui partes iuris canonici
defendunt, reſpondeant aliud eſſe in patrono, aliud eſſe in fi-
lio, vt Ioan. Imol. ibidem, Fabian. *in repet. Authent. nouiſſima, nu-*
mero 248. verſic. & ad contraria, C. de inoffic. teſtament. & alij vulgo,
ego conſidero tali differentia nequaquam excuſari Pontifices.
Quippè ſumma eorum ratio eſt, quòd legitimam iure naturæ
debitam filius quaſi filius retinet, de reſiduo autem Trebellia-
nicam deducit, quam quilibet alius extraneus hæres deducere
potuiſſet, *vt dicto cap. Raynaldus.* Ergo conſequens erat, quòd pa-
tronus retineret legitimam portionem immunem ab onere fi-
deicommiſſi quaſi patronus, de reſiduo autem Falcidiam quaſi
quilibet hæres inſtitutus deduceret: nam, vt videmus, fauora-
biliorem eſſe debere liberorum cauſam in parte ſibi naturæ iu-
re debita, quàm patronorum in portione iure patronatus debi-
ta, certè in Falcidia, ſiue Trebellianica, par omnium conditio
eſt, tam liberorum, quàm extraneorum, vt probatur *in dicta l. iu-*
bemus, C. ad Trebellianum, vbi Imperator non omnibus liberis, ſed
ſolis primi gradus filiis priuilegium in Trebellianica concedit.
18 Planè hæ Decretales † ex omnium ſentẽtia in liberis cuiuſcun-
que gradus procedunt, quibus portio iure naturæ debeatur,
quum etiam in parentibus procedant, vt in tertia parte attinge-
mus. Concludo itaq; non leue argumentum eſſe *in d. §. interdũ,*
aduerſus Pontificum ſententiam.

¶ Fortiſſimum etiam argumentum contra has Decretales
præſtat Iuſtiniani Nouella conſtitutio *in dicto §. quamobrem.* vbi
coniuncto præcedenti verſic. Adierunt, Imperator loquitur in filio,
quem pater hæredem inſtitutum rogauerat, vt ſi ſine liberis de-
cederet, fratri hæreditatem reſtitueret, & tamen intellexit,
quòd vltra partem iure naturę debitam deduci non poſſet Tre-
bellianica. Sed & ſi Alexand. *in d. l. cohæredi. §. cùm filiæ, colum. 1. ff.*
de vulgari. & Fabian. *in repet. d. Authent. nouiſſima, num. 248. verſic.*
Ad quartum, C. de inoffic. teſtament. eius legis ſententiam variè ſub-
terfugere conentur, nullam tamen idoneam ſolutionem attu-
lerunt.

19 ¶ Quare magis probo, † quòd ſecundùm veritatem iuris ci-
uilis non poteſt fieri etiam diuerſis temporibus duplex dedu-
ctio, videlicet, partis iure naturæ debitæ, & quartæ Trebelliani-
cæ. Et hanc aſſero eſſe magis communem opinionem, quamuis
multi auctores ſcriptum reliquerunt, quòd Pontificum deciſio
erat magis communis, etiam attento iure ciuili. Nam Io. Imol.
in d. l. cohæredi. § cùm filia. num. 5. ff. de vulgar. dixit, legiſtas commu-
niter tenere eandem, quod Accurſius cum Azone tenuit *in d. Au-*
thent. de hæred. & Falcid. § ſi quis autem non implens, & in d. §. memi-
niſſe, & in dicta l. quamquam. Eandem opinionem, attento iure ci-
uili, eſſe communem teſtati ſunt Ioan. Crot. *in repet. cap. Raynu-*
tius, folio 7 colum 3. verſic. vltimò noto, ſuprà eodem. Marian. Socinus
iun. *conſil. 131. Quæſtio propoſita, num. 65. libro 1.* Paul. Pariſ. *conſil. 25.*
Viri teſtamentum, num. 56. verſic. & etiam quia, lib. 2. Sed quòd attẽ-
ta iuris ciuilis auctoritate, communior ſit ſententia hiſce De-
cretalibus contraria, equidem oſtendam enumeratione aucto-
rum: Et primùm auctoritate Aecurſij *in l. 1. §. interdum. ff. ſi cui plus*
quàm per legem Falcid. vbi hoc ita aſſerit quaſi veriùs. Idem affir-
marunt Odofred. Richard. de Malumb. Obertus de Crem. Dy-
nus, Oldrad. Iacob. de Beluiſ. Iacob. Butrigar. Iacob. de Rauen.
Petr. Cynus, quos retulerunt & magis probarunt Alberic. *in di-*
cta Authent. nouiſſima, num. 8. C. de inoffic. teſtament. Ioan. Imol. *in l.*
in ratione, §. quod vulgo, num. 25. verſic. vnde quinta, & verſic. Adde
quod fortè ff. ad legem Falcidiam. Alexand. *in l. cohæredi, §. cùm filia,*
num. 9 ff. de vulgar. & conſilio 142. Circa primam, num. 13. cum duobus
ſequentibus. Sed & Bartolus *in dicto §. interdum, & in dicto §. memi-*
niſſe, num. 5. iudicauit hanc opinionem eſſe veriorem ſecundùm
puncta iuris ciuilis. Vnde Aretinus *colum. 2.* & Iaſon *num. 11. in di-*
cto §. cùm filia, teſtati ſunt, Bartolum vtique fateri, quòd ſecun-
dùm veritatem iuris ciuilis non poteſt fieri niſi vna duntaxat
dednctio. Proinde ita accipi debet eiuſdem Bartoli ſententia *in*
l. quamquam, C. ad legem Falcidiam. Nam licèt *num. 1.* ſcribat, Hoc
eſt verum, non intellexit eſſe verum, attento iure ciuili, ſed
quod erat verum, attento iure canonico, & conſuetudine. Idq;
apertè colligitur ex eodem Bartolo *in verſic. ſed quando, vbi allegat*
l. 1. §. fin. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. Tametſi Curtius ſenior *in*
repet. l. 1. num. 5. C. de pact. aſſerat Bartolum *in d. l. quanquam.* dixiſſe,
quòd de iure detrahuntur duæ quartæ, & videtur fuiſſe decep-
tus ſpecie verborum Bartoli, de quibus ſuprà in eadem opinio-
ne. Et quòd attento iure ciuili, non fiant duæ deductiones, cen-
ſuit Bald. *in l. filium quem habentem, num. 26. C. famil. erciſcund. & in*
Authent. res quæ, num. 22. C. communia de legat. & conſilio 36. Proponi-
tur, num. fin. lib. 3. & in d. §. meminiſſe, & ibi Angel. *num. fin.* Raphaël
Cuman. *in d. §. cùm filia, num. 4.* Raphaël Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ.
Philip. Corne. *in d. l. quanquam, C. ad leg. Falcid.* Hanc opinionem
tenere legiſtas communiter, ſcripſit Petrus ab Anchar. *in c. Ray-*
nutius, num. 62. verſic. Breuiter de iure ciuili, ſuprà eod. Denique hanc
opinionem eſſe communem dixerunt Raphaël Fulg. & Philip.
Corne. *in d. l. quanquam.* Aretin. *in d. §. cùm filiæ, colum. 2.* Lancel.
Polit. *in repet. l. filium quem habentem, num. 135. & num. 136. C. famil.*
erciſcund. Berengar. Fernand. *in repet. l. in quartam, num. 324. ff. ad*
legem Falcid.

¶ Ergo ſi in terris ſubiectis Sereniſſimo Regi Portugalliæ
propoſita quæſtio ex facto inciderit, nullus iudex temerè iudi-
cabit de tertia parte bonorum, quæ reliqua eſt poſt deductio-
nem partis iure naturæ debitæ, detrahendam fore Trebelliani-
cam. Nam etſi in iure ciuili non dicatur eſſe textum tam euidẽ-
ter expreſſum, vt neceſſariò ſententiam Pontificum conuincat
hiſce Decretalibus, certè iudex conſulere Sereniſſimum regem
debebit, vt ipſe ſuper hoc dubio conſtituat. Cautum † enim eſt 20
lege Regia Portugalliæ *lib. 2. Ordinat. Reg. tit. 5. §. fin.* quòd ſi caſus
inciderit, qui non ſit terminatus lege Regia, nec ſtylo curiæ, nec
regni conſuetudine, nec textu aliquo iuris ciuilis, ſit verò termi-
natus Pontificum Decretalibus, quibus tamen repugnet aucto-
ritas gloſſarum & Doctorum iuris ciuilis, tunc eiuſmodi caſus,
in quo peccati materia non vertatur, remittendus eſt ad Princi-
pem. Porrò talis videtur noſtra hæc propoſita ſpecies, quæ vtiq;
euidenter eſt terminata Pontificum Decretalibus, ſed tamen
Odofredi, & Aecurſij Gloſſatorum auctoritas, & omnium ce-
terum, quos nominatim retulimus iuri Pontificio repugnat. Licèt
autem Azo, & Accurſius Azonis opinionem quandoq; ſequu-
tus diſtinxerint, *vbi ſuprà,* & cum iure Pontificio concordaue-
rint, idem tamen Accurſius *in d. §. interdum.* & Odofre. *vbi ſuprà,*
cum cæteris omnibus deciſionẽ Pontificum improbarunt, nec
lex Regia exigit, quòd gloſſę & Doctores omnes legum ſemper
in vna opinione fuerint, ſed duntaxat, quod communius, opi-
nionem iuri Pontificio contrariam probauerint.

¶ Quæremus tamen, † cùm placeat caſum remittendum eſ- 21
ſe ad Principem, quid magis debeat conſtituere æqui boniq́ue
obſeruantiſſimus Portugalliæ Rex? Et iuſtius facturum Regem
exiſtimo, ſi conſtituerit, de tertia bonorum reliqua parte nullá
præterea deductionem fieri debere.

¶ Moueor primò, quoniam legum Portugalliæ ſententia eſ-
ſe videtur, quòd pater liberè poſſit diſponere de bonorum ter-
tia parte, *vt lib. 4. tit. 70. & 71. Ordinamen. reg.* Atqui ſi ius Pontifi-
cium induceretur, futurum eſſet, vt pater poſt mortem filij non
poſſet liberè diſponere de tertia bonorum parte, quum quarta
vel Trebellianica, vel Falcidia de ea tertia veniret deducenda.
Sic enim circa propoſitam quæſtionem non diſſimiliter argu-
mentatus eſt Bald. *in l. filium quem habentem, num. 26. C. famil. erciſ-*
cund. & in l. iubemus, colum. 2. verſic. Ex prædicto, C. ad Trebellianum.
Fabian. *in repet. dict. Authent. nouiſſima, num. 245. verſic. duodecimò.*
Paulus de Monte Pico, *vbi ſuprà, in repetitione dicta l. in quartam. ff.*
ad legem Falcid.

¶ Secundò moueor, quoniam & in hoc confini Caſtellę Re-
gno idem † ſeruandum fore exiſtimârunt doctiſſimi viri, qui 22
iuxta veterem iuris ciuilis prudentiam leges partitarum Regias
compoſuerunt, & quidem Anto. Gomeſ. venerandus olim prę̨-
ceptor meus, quum articulum hunc diſputaret in commenta-
riis legum Tauri *in l. 3. num. 47.* expendit ad hoc l. fin. *tit. 11. partit.*
Sed tamen Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in d. c. Raynutius, §. 11. num.*
5. ſcribit, quòd ead. l. fin. minimè refragatur iuri Pontificio, quo-
niam (inquit) legitima ibi accipitur pro Trebellianica, non ve-
rò pro parte iure naturæ debita. Ego verò aliàs expendi *l. 12. titul.*
5. partit. 6. expreſſim probantem, quòd in terminis propoſitæ
quæſtionis vltra partem iure naturæ debitam Trebellianica de-
duci non poteſt. Nam initio quum de milite teſtatore agit, di-
ſponit quòd ſi filius poſt pubertatem decedat, ſubſtitutus fidei-
commiſſarius habere debet omnia bona defuncti militis, exce-
pta tertia parte, quæ iure naturæ debita fuiſſet ipſi filio. Quibus
verbis lex regia manifeſtè excludit deductionẽ Trebellianicæ,

vere-

vt rectè agnouit idem Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in eodem c. Raynutius. §. 9. num. 9.* qui tamen legis ſententiam aliò conuertit. Interpretatus eſt enim, quòd idcirco ceſſabat in ea ſpecie dedu-
23 ctio Trebellianicę, quoniam † in iure etiam nouiſſimo de militis fideicommiſſaria hæreditate non deducitur Trebellianica. Vnde reſoluit, quòd iure regio extincta eſt ingens Doctorum altercatio ſuper hoc articulo ſcindentium ſe in contrarias ſententias. Mihi autem viſum eſt, quòd illis verbis legis partitæ nequaquam extincta ſit ea Doctorum cõtrouerſia. Nam vt verum ſit ſenſiſſe legiſlatorem, quod non poterat eo caſu deduci quarta Trebellianica, certè non conuincetur legiſlatorem in fine eius legis eiſdem verbis excluſiſſe ſimiliter deductionem Trebellianicæ in pagano teſtatore. Ergo manifeſta eſſe debet eius legis ſententia, quæ vltra legitimam portionem iure naturæ debitam noluit aliam præterea fieri deductionem Trebellianicæ, iuxta mentem Imperatoris Iuſtiniani *in allegato §. quamobrem.* & nouiſſimè reperi hoc ex legis Regiæ ſententia obſeruaſſe Greg. Lup. *in gloſ. fin. eiuſdem l. 12.* vt dubitandum non ſit, quod in regno Caſtellę hodie de quinta bonorum parte non debeat fieri alia præterea deductio Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ.

24 ¶ Tertiò moueor, quod † Trebellianicæ, vel Falcidiæ deductio contra ſententiam teſtatorum inducitur, *l. Titia, in fin. ff. ad leg. Falcid. c. Raynutius, ſuprà eod.* Vnde odioſa eſt talis deductio, vt per interpretationem adiuuari non debeat, ſecundùm Philip. Corn. *conſ. 205. Quamquam, libro* 4. Philippus Decius *conſ. 575. In caſu, num.* 10. nec odium hoc temperari debet ex perſona liberorum, quoniam vtiq; vltra deductionẽ partis adeo auctæ, q̃ liberis iure naturæ debetur, adhuc prætenditur deductio Falcidiæ, ſeu Trebellianicæ, non ex iure liberorum, ſed ex iure extraneorum, *dicto c. Raynutius, & dicto c. Raynaldus.* Porrò lex odioſa bono Principi diſplicere debet, vt eius inductionem in re dubia non admittat, *argumento l. Aemilius Largianus. ibi, quia tamen lex. ff. de minoribus.*

25 ¶ Eſt tamen animaduertendum, † circa intellectum noſtræ Decretalis cum concordantibus, quòd ſi filius cum iuramento paternæ hæreditati renunciaſſet, *in terminis c. quamuis pactum, de pactis, lib. 6.* & deinde à patre fuiſſet hæres inſtitutus, & rogatus hæreditatem reſtituere, poſſet quidem, non obſtante iuramento, ex noua teſtamenti cauſa hæreditatem adire, *argum. c. 2. de renunciat. & in c. ad noſtram, in 2. de iureiuran.* & iuxta Bartoli doctrinam *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, in fin. ff. de verbor. oblig.* & communem opinionem, quam reſoluit Andr. Alciat. *in d. l. ſtipulatio,* & Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in d. c. quamuis pactum, in 3. part. in princ. num. 9.* Veruntamen in iſto caſu non habet locum Pontificum ſententia etiam in foro eccleſiaſtico. Nec enim filius iſte veniens ex noua duntaxat patris voluntate, & ſine vlla legis neceſſitate, poterit deducere legitimam, & Trebellianicam, quãuis contrarium defendere tentauerit Fabian. *in repet. Authent. nouiſſima, num. 230. C. de inofficio. teſtament.* quem meritò reprehendit Ioan. Crot. *in repet. d. c. Raynutius, folio 7. colum. 4. verſic. fallit & tertiò.*

¶ Vltimò ex eiſdem noſtri ca. ſi pater. verbis noto, quòd mulier ſecundùm ea quæ proponebantur, videbat hæreditatem mariti teſtatoris non fuiſſe agnitam à liberis impuberibus, & tamen pro conſtanti admittebat, quòd vtiles eſſent hæ ſubſtitutiones, quas iure fideicommiſſi accipiendas fore contendebat, neque enim quæſtionem aliquam pauperibus faciebat de irrito fideicommiſſo, ſed quaſi de efficaci fideicommiſſo intende-
26 bat facere deductiones. At enim in contrarium † certi iuris eſt, quòd vbi hæres hęreditatem reſtituere rogatus vita decedit antequam adeat hæreditatem, fideicommiſſum intercidit, *l. ita tamen. §. quotiens. & §. Marcellus. ff. ad Trebel. l. non iuſtam, C. eod. titul.* Ergo in noſtri cap. ſpecie fideicõmiſſum, ꝙ teſtator à filio relinquere filiæ voluiſſet, & quod à filia relinquere voluiſſet pauperibus, intercidiſſe videretur; quum hæredes inſtituti filius & filia minimè proponantur agnouiſſe patris bona ex teſtamento. Si matris intentio videretur inepta, quę quaſi de vtili fideicommiſſo deſiderabat facere deductiones, ſi vtique fideicommiſſum erat irritum factum. Sed tamen huic argumento reſpondendum eſt, quòd ſi ſubſtitutiones intelligerentur fuiſſe fideicommiſſariæ, fideicommiſſum valuiſſet, nec in irritum recidiſſet, quamuis nec filius, nec filia, impuberes bona patris ex teſta-
27 mento agnouiſſent. Nam exiſtentia † ſui hæredis confirmat ipſo iure fideicommiſſum vniuerſale, *l. ita tamen. § ſi pater. ff. ad Trebellianum.* & obſeruat Ioan. Imol. *circa textum ibi in c. Raynutius, num. 39. in fin. ſuprà eod.* Vnde ſi ſuus hæres, qui rogatus ſit hæreditatem reſtituere, deceſſerit antequam adeat, ex potentia ſuitatis tranſmittit eam hæreditatem velut quęſitam in quemcunque hæredem, *l. ventre, cum ibi notatis, ff. de acquir. hæred.* Porrò ſui hæredis hæres, quicunq; is ſit, fideicommiſſariam hæreditatem reſtituere tenetur his, quibus fuit relicta, vt rectè docent Alex. & Claudius *in d. c. ſi pater.*

¶ Ex his apparet, quòd ſi in noſtri cap. ſpecie ſubſtitutiones fideicommiſſi interpretationem recepiſſent, exiſtentia ſui hæredis filij eas ipſo iure confirmaſſet. Quare & ſi filius, non agnita patris hæreditate, defunctus fuiſſet, mater, quæ ab inteſtato huic filio hæres extitiſſet, fideicommiſſum filiæ debitura eſſet. Vbi autem & ipſa filia ex ordine vita deceſſiſſet, eadem mater, quæ huius filiæ impuberis hæreditatem vendicaſſet, fideicommiſſum bonorum mariti pauperibus ſimiliter debere inciperet. Sic non oporteret attingere illam quæſtionem, vtrùm ex teſtamento, quod omnimodo factum eſſet irritum, ex eo quod hæreditas adita non fuiſſet, fideicommiſſum pauperibus deberetur intuitu pietatis ſingulari. Quæ quidem quæſtio controuerſi iuris eſt, vt conſtat ex his quæ ſcribit Lud. Roman. *in repet. Authent. ſimiliter. in 20 ſpeciali, C. ad leg. Falcidiam.* Alexand. *conſilio 209. num. 16. lib. 1.* Philip. Corn. *in l. eam quam, num. 5. C. de fideicom.* Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in repet. d. c. Raynaldus. §. 3. num. 1.* in quo articulo plura eff[u]dit Andr. Tiraquel. *in tractat. de priuilegijs piæ cauſæ, in priuilegio 33.*

¶ Nunc videamus † ſi Pontifex decreuiſſet, quòd omnes hæ 28
ſubſtitutiones non iure directarum pupillarium, ſed iure fideicommiſſi valerent, quantum mater, quæ filio & filiæ impuberibus legitima ab inteſtato hæres extitiſſet, poſſet deducere de bonis mariti aduerſus pauperes fideicommiſſarios. Nec operam perdemus in hac computatione, quum magnam vtilitatẽ poſſit habere ea computatio. Quid enim ſi hodie proponatur eadem noſtri cap. ſpecies, eo ſolùm mutato, quòd filius, & filia, non antè, ſed tẽpore pubertatis diẽ ſuum obierunt? Nẽpè poſt in tali ſpecie oportebit omnes ſubſtitutiones iure fideicommiſſi valere, vt ſuis locis declarabitur. Vnde mater hæres ab inteſtato liberorum, qui puberes ſine liberis deceſſiſſent, vtiliter contenderet, de fideicommiſſaria mariti hæreditate facere deductiones, vt gloſ. obſeruauit hic *in eodem verbo, abſque deductione, in fin.* & idem Ioan. Andr. *in nouella. num. 17.* Igitur gloſ. in præſenti, quum videret in textu factam eſſe mentionem partis iure naturæ debitæ, & Trebellianicæ, interpretatur, quòd mater vendicabat tertiam, & quartam in bonis teſtatoris ex perſona filij. Sic (inquit) ſola dimidia reſtituenda fuerat filiæ. Item alia dimidia vendicabat tertiam & quartam ex perſona filiæ, hoc eſt, dimidiam. Proindè facta computatione, videbatur reſtitutio facienda pauperibus ſolùm in tribus vnciis eius partis, in qua fuerat inſtituta filia. Adiecit idem Ioan. Andr. *in nouella, ita demum,* rectam videri ſuperiorem computationem, ſi mater ipſi filio inteſtato ſola ſuccederet excluſa filia. Admonuit certum eſſe, ꝙ ſoror vtrinque coniuncta, qualis fratri erat Philippa in hoc cap. eidem fratri ſimul cum matre ſuccederet ab inteſtato, *Authent. defuncto, C. ad Tertullianum. & in Authent. de hæredibus ab inteſtato venientibus.*

¶ Hoc idcirco admonuit Ioan. Andr. ſecundùm Ioannem de Fantu. & Domin. *in verſic. teſtatore, num.* 8. Philip. Franc. *nu. 66.* quoniam ex filij hæreditate non deberetur matri pro legitima portione tertia pars, ſed dimidia tertiæ partis. Nam ex duodecim vnciis hæreditatis filiæ, duæ duntaxat vnciæ matri deberẽtur, quæ vtiq; facerent tertiam partem eius partis, quam ipſa ab inteſtato erat habitura in bonis eiuſdem filij. Planè ab inteſtato mater ſuccederet filio in ſex vnciis, quoniam filia alias ſex vncias quaſi cohæres eſſet habitura, *d. Authen. defuncto.* Sic mater mox rectè vendicabat tertiam ex bonis filij, vt glo. non rectè pręſupponere viſa eſt in præſenti. Deniq; ex his quæ Ioan. And. ſcripſit in hac gloſ. & in nouella, collegit Philip. Franc. *vbi ſuprà,* quòd portio iure naturæ debita, quę olim erat quarta, non ſolùm hodie aucta eſt in liberis, vt ſit tertia, *Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* ſed etiam ſimiliter aucta eſt in parentibus.

¶ Mihi autem videtur, quòd Ioan. de Fantu. Domini. Philip. Franc. non ſatis aſſequuti fuerunt Ioan. Andr. ſententiam, neq; in gloſ. neque in nouella. Etenim gloſ. hic loquitur quidem de tertia parte iure naturæ debita, cæterùm de ea parte loquitur, quam mater ex perſona filij & filię deducere intendebat de mariti teſtatoris hæreditate. Nihil enim loquuta eſt gloſ. nihil ſignificauit

nificauit de parte iure naturæ ſibi debita, quam mater ex perſona ſua prætenderet de filij hæreditate deducere. Apertè enim propoſuit, quòd mater ab inteſtato ſucceſſerat in aſſem filio, vt impoſſibile ſit eandem gloſ. quidquam ſenſiſſe de legitima portione iure naturæ debita, quam mater de eiuſdem filij hæreditate vendicaret. Quare non perſpicio cur Ludo. Roman. *conſilio 239. In re hac, num.* 1. ſcripſerit probare hunc textum à contrario ſenſu, ſecundùm gloſ. 1. quòd ſi ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria, poſſet mater deducere legitimam partem in qua filius onerati non potuit. Item poſſet de bonis filij deducere partem ſibi iure naturæ debitam. Nam mater quæ ab inteſtato ſuccedit filio, vel ſola, vel ſimul cum filia, nihil eſt, quod tractet de deductione partis ſibi iure naturæ debitæ in bonis filij, quum ab inteſtato ſuccedens plus legitima parte conſequatur. Ego itaque interpretor, quòd Ioan. And. *in gloſ. huius c.* ſic loquutus eſt, quaſi filij hæreditas ab inteſtato mortui ad ſolam matrem ex aſſe pertineret, vti ſignificauit *in gloſ. moreretur.* & clarius expreſſit in hac gloſ. Ait enim, quòd mater intendebat deducere tertiã & quartam ex perſona filij, ita vt ſolam dimidiam reſtituere deberet filiæ, quam videlicet, filiam, dicebat per fideicommiſſum ſubſtitutam fuiſſe filio. Nec aduertit Ioan. And. quòd ipſa filia erat ab inteſtato tam legitima hæres fratris vtrinque coniuncti quàm mater ipſa, *d. Authen. defuncto.* Igitur quum dimidia pars hæreditatis huius filij ſpectaret ad filiam, iã mater cõtra hanc filiã fideicommiſſariam non poterat ex perſona filij deducere niſi dimidiã tertię, & quartę. Propterea idem Io. And. in nouella cautè emendauit id, quod ſibi in gloſ. per errorem exciderat. Sic rectè notauit, quòd computatio, quam in hac gloſ. fecerat, ita ſcilicet, iure procedebat, ſi mater ipſi filio ſola ab inteſtato ſuccederet, excluſa omnimodò filia.

¶ Quò igitur pleniùs tractemus computationem Ioan. And. in hac glo. admonendi ſumus, illum, vt facilior eſſet explicatio, finxiſſe videri, quòd filius ex paterna hæreditate ſex vncias habuit, filia autẽ habuit in re certa dimidiam partem bonorũ pa-
29 tris. Et tamen † filius (vt ego obſeruo) in noſtri cap. ſpecie fuit ex aſſe hæres inſtitutus, hoc eſt, ex duodecim vncijs, §. *hæreditas, Inſtit. de hæred. inſtit.* quum filia, quam pater in re certa hæredem inſtituit, non fuerit inſtituta in aliqua hæreditatis parte, *l. ex facto, verſic. cùm autem. ff. de hæred. inſtit.* Verùm facilioris doctrinę gratia admittamus cum glo. quòd filius fuit inſtitutus in ſex vncijs ſub nomine hæreditatis, filia autem fuerit inſtituta in ſex vncijs bonorum paternorum ſub nomine rei certæ. Hoc ita admiſſo, ante omnia præmittendum eſt, quòd portio iure naturæ debita huic filio, & filiæ, erat tertia patris, in qua fideicommiſſum valere nõ poterat, *l. quoniam in prioribus, C de inoffic. teſtam.* Vnde filius in ſex vnciis hęres inſtitutus, qui rogatus fuiſſet ſi ſine liberis decederet, hæreditatem ſorori reſtituere, potuit liberè pro ſua legitima portione retinere duas vncias, quæ faciunt dimidiã tertiæ partis. Sed & mortis quoq; tempore, quo fideicommiſſi cõditio exiſteret, prout de reliquis quatuor vncijs deducere quartam Trebellianicam, id eſt, vnciam vnam. Sic mater, ſi ſola ex aſſe inteſtato filio hæres extitiſſet tres duntaxat vncias reſtituere filiæ debuiſſet, vt Ioan. And. in nouella concluſit.

30 ¶ Vnde collige, † quòd licet in hac ſpecie eſſet fideicommiſſum reciprocum inter filium & filiam, tamen fideicommiſſum non valeret in legitima portione, vt etiam in tali caſu procedat regula *d. l. quoniam in prioribus.* Sic poteris auctoritatẽ huius gloſ. communiter receptæ adijcere auctoritati gloſ. *in l. ſi pater puellæ, C de inoffic. teſtam.* quæ hoc perſpicuè dixit, & eius gloſ. ſentẽtiam magis communiter teneri reſoluit Roderic. Suarez *in repet. d. l. quoniam in prioribus, in 6 ampliatione.* Proinde ſecundùm hæc intelligi debet lex regia 10. titul. 4. partit. 6. verſic. Però ſi muriesſe ſin fijos. Nec enim capianda ſunt verba legis, quaſi in ea ſpecie voluerit valere fideicommiſſum etiam in parte iure naturæ debita, propterea quod inter liberos eſſet facta fideicommiſſaria ſubſtitutio reciproca.

31 ¶ Quid ergo conſtituere oporteret in † noſtri c. ſpecie, in qua ſoror ipſi fratri defuncto non minus ab inteſtato legitima hęres eſſet quàm mater, *d. Authent. defuncto?* Reſpondeo, ſi ſoror legitimam fratris hæreditatem, tutore auctore adiiſſet fideicommiſſi obligationem pro parte hæreditaria eſſe confundendam. Proinde mater cohæredi filiæ ſuæ reſtituere deberet vnciam & dimidiam ex fideicommiſſo. Nam ſicut propria filij bona pro ſemiſſe retineret, ita quoque iure hęreditario retineret vnciam, hoc eſt, dimidium legitimæ portionis, quam pater ipſi filio iure naturæ debuiſſet. De reliquis autem duabus vnciis, quas pro eadem hæreditaria parte reſtituere teneretur filiæ fideicommiſſariæ, quartam Trebellianicam, id eſt, ſemiunciam deduceret. Sic filia de ea dimidia, in qua frater fuiſſet hæres inſtitutus, quatuor vncias & dimidiam, habitura eſſet, videlicet, tres vncias iure hęreditario, quoniam fratri ab inteſtato hæres extitiſſet pro dimidia parte. Item vnciam & dimidiam ex fideicommiſſo ſibi reſtituto. Si verò filia pupilla deceſſiſſet antequam tutore auctore, hæreditatem fratris ſibi ex ſemiſſe delatam adiiſſet, hęc quidem proprior eſt noſtri cap. ſpecies. Retineo enim, me dixiſſe ſuperiùs, quod non diuinandum filiam, in præſenti, tutore auctore, hæreditatem fratris ex ſubſtitutione adiuiſſe. Vnde hæc filia, q̃ fratris ab inteſtato mortui hæreditatem non adiiſſet, minimè eam in ſucceſſores tranſmittere potuiſſet, *l. quoniam ſororem, C. de iure deliber.* Sic mater fieret hæres ex aſſe ipſi filio, quoniam filia per mortem ab hæreditate fratris ſibi delata fuiſſet ipſo iure excluſa. Cęterùm tres vncias, de quibus gloſ. locuta eſt, reſtituere teneretur ſucceſſoribus ipſius filiæ. Siquidem, mortuo ſtatim filio, dies fideicommiſſi vniuerſalis, quod filiæ relictum eſſet, ceſſiſſe intelligeretur, vt quamuis filia non agnoviſſet id fideicommiſſum, actionem nihilominùs fideicommiſſi ſucceſſoribus ſuis reliquiſſet, *l. ſi in perſonam, C. de fideicommiſſ. & notatur in l. cùm filio. ff. de legat.* 1. tradit in hiſce terminis Bartolus *conſ. 22. Homo Accurſuli, num.* 3. Planè quum hæc filia impubes ab inteſtato matrem haberet hæredem proximam, mater, quæ huius filiæ impuberis hæreditatem adiiſſet, tres vncias ſibi ipſi debere non poſſet. Cùm itaq; fideicommiſſi obligatio confunderetur, eædem tamen tres vncię reſpectu pauperum in ea cauſa eſſe deberent, in qua futuræ fuiſſent, ſi filia hæc quemlibet alium ab inteſtato ſucceſſorem habuiſſet.

¶ Sequens quæſtio eſt, vtrùm de his tribus vnciis, quas filia poſt mortem ſuam rogata videretur pauperibus reſtituere, poſſet mater aliam præterea deductionem facere contra pauperes? Et gloſ. hic pro conſtanti docuit, quòd mater de his tribus vncijs nullam præterea deductionem facere contendebat, & meritò.
Nam vbi † fideicommiſſarius vniuerſalis rogatur hæreditatem 32
ſibi reſtitutam alij cuiuis reſtituere, nõ poteſt deducere Trebellianicam. Idq́; communi ratione eſt conſtitutum, quoniam, videlicet, is, qui non quaſi hæres, ſed quaſi fideicommiſſarius rogitur, non poteſt quartam de fideicommiſſo deducere, *l. ex aſſe, l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.*

¶ Quum verò gloſ. & omnes huius cap. interpretes † nulla- 33
tenus dubitauerint, quin hæ tres vnciæ ex fideicommiſſo reſtituendæ eſſent pauperibus, erit fortaſſe aliquis, qui de hoc dubitare velit. Siquidem filia, quæ poſterior deceſſit, planè rogata videretur reſtituere pauperibus dimidiam ſuam, in qua videlicet, fuiſſet hæres inſtituta. Cæterùm non videtur eſſe eadem ratio in tribus vnciis, quas hæc filia non ex inſtitutione, ſed ex fideicommiſſo præterea fuiſſet conſequuta. Hoc ex eo probabile videri poteſt, quod fideicommiſſum colligeretur ex illis, pauperes inſtituo hæredes, quæ verba in fideicommiſſum conuerſa, nõ videntur pertinere ad portionem ex fideicommiſſo quæſitam vni ex filijs, qui nouiſſimo loco ſine liberis deceſſiſſet. Quippè ſi ea verba valerent iure directo, vt pauperes futuri eſſent hæredes teſtatori ex hac ſubſtitutione quaſi ex directa militari, iam pauperes viderentur ſubſtituti in portionibus, quas primi hæredes habuiſſent ex directa duntaxat inſtitutione, non verò ex fideicommiſſi titulo, ſecundùm ea, quæ contra Ioan. Imol. reſoluit Alex. *in l. Marcellus. §. quidam liberis, num. 4. verſic. item dubitatur, ff. ad Trebel.* Igitur hæc eadem interpretatio retineri deberet, ſi directa ſubſtitutio, quę ſecundùm verba non potuit iure directo valere, ad fideicommiſſum traheretur.

¶ Item hoc probatur: Nam ſi filius vniuerſaliter hæres inſtitutus deceſſiſſet poſterior quàm filia, conſtare videretur, quòd pauperibus ſubſtitutis hæredibus hæreditatem, in qua fuerat inſtitutus, reſtituere intelligeretur rogatus, non verò intelligeretur rogatus reſtituere eiſdem pauperibus rem certam, quam ex ſingulari fideicommiſſo à ſorore habuiſſet. Etenim verba illa, Pauperes inſtituo hæredes, perinde accipi debent, atque ſi teſtator in hæreditate ſua pauperes inſtituiſſet, ſecundùm ea, quæ argumentatur Oldradus *conſilio 170. Circa municipale, num. 6.* Igitur fideicommiſſum hæreditatis filio, qui nouiſſimus deceſſiſſet, iniunctum, referri deberet ad hæreditatem, in qua fuit inſtitutus, non verò ad portionem filiæ, quam ex fideicommiſſo ſuſcepiſſent, etiam ſi fuiſſet hęreditatis portio. Allego textum nota-

notabilem *in l.ſi Titius.ff.de legat.3.* vbi probatur, quòd fideicom-
34 miſſum † hæreditatis ab hęrede datum, referri debet ad portio-
nem hæreditatis, in qua directò fuit inſtitutus, non verò ad por-
tionem hæreditatis, quam ex titulo fideicommiſſi habuit. Sed
etſi Iureconſult. ibi loquatur in eo caſu, quo teſtator primò ro-
gauit hæredem de reſtituenda hęreditate, & deinde eidem iam
rogato fideicommiſſum hæreditatis à cohærede reliquit, id
tamen ipſum ſenſit procedere, etiam ſi primò fideicommiſſum
hæreditatis hæredi inſtituto à cohærede reliquiſſet, mox eundē
ſimpliciter rogaſſet de reſtituenda hęreditate. Nam in tali quo-
que ſpecie portio ſola hæreditatis, in qua fuit directò inſtitutus,
in fideicommiſſum caderet, vt colligitur ex ratione Iureconſ. i-
bidem. Idq́; apertè ſenſit Bart. *in l.liberto.§.filium, num.2.ff. de an-
nu.legat.* & omnes ordinarij ibidem, *& in d.§.quidam liberis, & in
l.cùm virum, C.de fideicom.* quatenus rationem habuerunt, quòd
in d.§.filium. is cui nouerca reſtituere debebat hęreditatem filius
erat teſtatoris. Denique ita ſe habet communis opinio, vt reſol-
uit Philip. Decius *conſ.80.num.2.* Ergo ſi filius non teneretur re-
ſtituere pauperibus portionem hæreditatis, quàm ex fideicom-
miſſo mortua prius ſorore, ſuſcepiſſet, multo minùs teneretur
reſtituere rem certam. Nam in fideicommiſſum hæreditatis
multo difficiliùs caderet res certa, quàm portio hæreditatis fi-
deicommiſſariæ, vt ſenſit Bartolus *in dicta l.liberto.§.filium, num.
4.* & clarius Raphaël Cuman. *in dicta l.Marcellus.* ſeruauit Philip.
Corn. *in l.cùm virum, num.3. C. de fideicommiß.* Secundùm quæ ſi
vbi filius poſterior deceſſiſſet, non deberet ex voluntate defun-
cti reſtituere pauperibus niſi ſolam portionem inſtitutionis
ſuæ, conſequens eſt coniicere, quòd ſimiliter filia, quæ poſte-
rior deceſſit, non debuit pauperibus ex fideicommiſſo reſtitue-
re niſi portionem ſuam, in qua fuit inſtituta, argument. *l. quam-
uis, cum ſimilib. C.de impuber.* & eorum, quæ in ſimili tradit Barto-
lus *conſil.22.num.2.* & in huius ſecundi articuli terminis argumē-
tatus eſt Alexand. *conſ.66. Viſo teſtamento, num.9. verſic. ſic ergo iſto
caſu.lib.2.*

¶ Sed his nō obſtantibus, excuſanda eſt, & defendenda gloſ.
& omnium ſententia in præſenti exiſtimantium, quòd ſi ſubſti-
tutiones iure fideicommiſſi valuiſſent, filia pauperibus reſti-
tuere teneretur non ſolùm rem certam, in qua fuit hæres inſti-
tuta, ſed etiam patris hæreditatem, quam fratre priore mortuo,
ex fideicommiſſo ſuſcepiſſet: conſidero enim quòd hæc verba,
Pauperes inſtituo hæredes, ita conuerti & trahi debuerunt in
fideicommiſſi cauſam, vt directæ ſubſtitutionis figura, quoad
fieri poſſit, retineretur. Ergo conuerti non debent in talia fidei-
commiſſi verba: Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit fi-
liorum, rogo, vt qui nouiſſimus deceſſerit, hæreditatem meam
pauperibus reſtituat. Quin potiùs conuerti deberent in hæc fi-
deicommiſſi verba, Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit
filiorum, hæreditas mea pauperibus reſtituatur, quum hæc fi-
deicommiſſi conceptio proprior ſit verbis directæ ſubſtitutio-
35 nis. Porrò in ea ſpecie, in qua † nomen hæreditatis poſt reci-
procum fideicommiſſum dirigitur non in grauatos, ſed in ho-
noratos, omnia reſtituenda ſunt vltimo fideicommiſſario, non
obſtante regula dictæ *l.ſi Titius.ff de legat.3.* Hoc ita fermè in ter-
minis huius cap. ſcripſit Raphaël Cuman. *in dicto §.quidam libe-
ris, num.14.* & reſpondit idem ex facto conſultus Raphaël Cu-
man. *conſilio 3. Teſtator.* vbi dixit, quòd in tali ſpecie hæreditas
continet quicquid eſt ipſius hæreditatis, non inſpecto quo iure
ad grauatum peruenerit. Idem ſcriptum reliquit in terminis hu-
ius capituli Angel. Peruſ. *in l.cùm virum, num.2.C.de fideicommiß.*
quem retulit & ſequutus eſt Raphaël Fulgoſ. in ſubſcriptione
quam fecit ad conſilium Raphaëlis Cumani. Item facit ratio,
quam adducit ipſe Raphaël Fulgoſ. videlicet, quòd ſi in propo-
ſita ſpecie filius & filia ſimul deceſſiſſent, ſine dubio pauperes
totum haberét. Ergo ex voluntate pauperes debuerunt admit-
ti ad totum, quamuis ex ordine filius & filia vita deceſſiſſent, *ar-
gumen.l.iam hoc iure, ff de vulgari.* Item quia voluit præferre filium
vel filiam pauperibus, & tandem pauperes totum habere, *argu-
mento l.vel ſingulis, ff de vulg. l.quiduos.ff.de rebus dub.* Denique ſen-
tentiam vtriuſque Raphaëlis videtur ſecutus fuiſſe Alexander
in dicto §.quidam liberis, in fine. & ſecutus eſt Franciſcus Ripa *in l.
hæredes mei, §. cùm ita, num.45.ff ad Trebellianum.* Sic concludo,
quòd, ſiue filius prior, & deinde filia, ſiue conuerſo ordine
prior filia, & mox filius vita deceſſiſſent, bona teſtatoris ſecun-
dùm ipſius voluntatem in fideicommiſſum cecidiſſe videren-
tur. Quæ concluſio eſt vtiliſſima, ſi poſt tempora pubertatis
vtrumque ſine liberis mori contigiſſet filiorum.

¶ Circa filiæ verò portionem gloſ. ſimiliter vult, quòd mater ex perſona eiuſdem filię potuiſſet deducere tertiam & quartam aduerſus pauperes fideicommiſſarios. Quæ ſententia planè eſt vera quoad tertiam, id eſt, partem iure naturę debitam ipſi filię, *l.quoniam in prioribus, C.de inofficio.teſtament.* Sed eadem ſententia planè eſt falſa quo ad quartam, quæ iure inſtitutionis competere ſolet hæredibus inſtitutis, & fideicommiſſo oneratis. Nullo enim colore defendi poteſt, quòd mater ex perſona filiæ vltra partem iure naturæ debitam filiæ, poſſet quartam deducere aduerſus pauperes fideicommiſſarios, ſecundùm ea quæ in ſequenti gloſ. dicentur.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica quarta eſt quota hæreditatis oneribus hæreditarijs obnoxia, non autem eſt quota bonorum.*
§.ſed quia ſtipulationes, Inſtitut.de fideicommiß.hæred.ſenſus, ibid. & num.8.
L.& fine, C.ad Trebellian.ſenſus latè explicatur, ibid. cum pluribus ſequentibus.
2 *Quartæ Trebellianicæ origo indagatur.*
§.ſed quia hæredes. Inſtit.de fideicommiſ.hæred.ſenſus. ibid.
3 *Bonorum legatarius, aut fideicommiſſarius intelligitur, ære alieno deducto, nec tenetur ad æs alienum.*
4 *Ius patronatus eccleſiaſticum, reſtituta hæredita. ex Trebelliano, non tranſit in fideicommiſſarium, huius tamen concluſionis declaratio ſubijcitur num.ſeq.*
5 *L.qui perinde ff ad Trebel.ſenſus.ibid.*
Ius patronatus eccleſiaſticum ad filium vel alium inſtitutū in re certa, vniuerſali hærede adeunte, non pertinet, eius tamen concluſionis declaratio ſubijcitur.
6 *Ius patronatus eccleſiaſticum nō pertinet ad filium inſtitutum in legitima: ſed pertinet ad hæredem vniuerſalem, eiusq́; concluſionis declaratio & limitatio.*
7 *Ius patronatus eccleſiaſticum non tranſit in emptorem hæreditatis.*
Cap.ex literis.de iure patronat.ſenſus.ibid.
8 *§.ſed quia hæredes, Inſtit de fideicommiſ.hæred.ſenſus.*
9 *Pegaſiani Senatuſconſulti auctoritas fuit in Trebellianum tranſlata.*
10 *Hæres adeundo hæreditatem videtur quaſi contrahere cum ipſo defuncto, & conſequenter obligatur creditoribus & legatarijs.*
L.apud Iulianum, in fine.ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ eatur, ſenſus. ibidem.
§.hæres inſtitutus, de oblig.quæ ex quaſi contractu. ſenſus.ibidem.
11 *Trebellianica poteſt per teſtatorem prohiberi, quemadmodum Falcidia.*
Authent.ſed cum teſtator, C.ad leg.Falcid.ſenſus, ibidem.
Cap.Raynaldus, de teſtam.ſenſus, ibidem.
12 *Trebellianica, vtrùm poſſit per patrem filijs primi gradus prohiberi.*
L.iubemus, C.ad Tertul ſenſus, latè explicatur cum num.ſeq.
13 *Trebellianicam deducit pia cauſa hæres inſtituta contra alterā piam cauſam fideicommiſſariam.*
Pia cauſa priuilegio quod habet, ne contra eam deducatur Trebellianica, non vtitur contra alteram piam cauſam hæredem inſtitutā, ibidem.
Auth.ſimiliter, C.ad leg Falcid.ſenſus ibidem.
14 *Trebellianicam non deducit hæres inſtitutus in re certa, alio vniuerſali hærede adeunte hæreditatem, & num.19.*
Cap ſi pater.ſenſus, ibidem.
15 *Trebellianicam non deducit fideicommiſſarius, qui poſt reſtitutam ſibi hæreditatem alteri rogatus eſt reſtituere.*
16 *Quarta deducenda de legatis, aut fideicommiſſis rerum ſingularium, Falcidia propriè appellatur, ſed deducenda ex fideicommiſſo vniuerſali hæreditatis appellatur Trebellianica.*
§.ſed quia hæredes, verſ ex ſingulis, Inſtit.de fideicommiß. hæred.ſenſus latè explicatur, ibidem.
17 *Pia cauſa habet priuilegium, vt contra de legato, aut fideicōmiſſo rei ſingularis non ſit deducenda quarta, ſiue Falcidia, ſiue Trebellianica ſit appellanda.*
18 *Quarta deducenda ex legatis, aut fideicommiſſis particularibus, nulla videtur iuſta differentia, quamuis nomine differre deberent.*
19 *Legitima portio per legem Falcidiam non minuitur.*

20 *Trebellianica, ſiue nec Falcidia, non deducitur contrà piam cauſam.*

Auth ſimiliter, C.ad leg.Falcid.ſenſus, ibid. & num.praced.

L.1.§.ad municipum, ff ad leg.Falcid.ſenſus, ibid.

21 *Fideicommiſſum hæreditatis paternæ iniunctum impuberis hæredibus, non eſt vniuerſale, ſed eſt rerum ſingularium, vt non de Trebellianica, ſed de Falcidia ſit tractandum.*

22 *Trebellianica nomen magiſtrale.*

23 *Pegaſianum Senatuſcõſultum fideicommiſſis vniuerſalibus & particularibus quartæ deductionem induxit, & num.16.*

L.ſi ſponſus, §.ſiu ff.de donat.inter vir.ſenſus, ibid.

24 *Trebellianica fuit deducenda in caſu c.ſi pater, ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſaria contra Innoc.& Bart.*

Cap.ſi pater.ſenſus latè explicatur.

25 *Perſona interpoſita vtitur priuilegio vltimi capientis.*

L.cùm dotem, ff ad leg.Falcid.ſenſus latè explicatur, ibid.

26 *Perſona interpoſita, tunc vtitur priuilegio capientis, quando omnino ſaltem in diem vel poſt mortem eſt illi reſtituturus, ſecus ſi ſub conditione.*

27 *Conditio tacita: Si ſine liberis, non facit interim fideicommiſſum cõditionale, vt filius rogatus poſt mortem reſtituere piæ cauſæ, non poſſit vti eiuſdem piæ cauſæ priuilegio.*

28 *Trebellianica, aut Falcidia deducitur cõtra fideicommiſſarium grauatum ſub conditione reſtituere piæ cauſæ, etiã ſine vllo onere cautionis ab hærede præſtandæ.*

29 *Hæres reſtituens fideicommiſſum, non detracta quarta, videtur id feciſſe nõ contemplatione teſtatoris, nec vltimi fideicommiſſarij, ſed contemplatione prioris fideicommiſſarij.*

Trebellianicæ.

TREBELLIANICA. Hoc eſt, quartæ, quam hæres rogatus hæreditatem reſtituere ſolet deducere, ad exemplum ferè eius quartæ, quam de legatis, & fideicommiſſis rerum ſingularium hæres detrahit, *§.ſed quia heredes Inſtit.de fideicom.hæred.* Vnde ſi hæres ex aſſe inſtitutus rogetur hæreditatem reſtituere, deducet tres vncias. Si verò inſtitutus fuerit in dimidia hæreditatis parte, eamq́ue rogatus ſit reſtituere, deducet vnciam, & dimidiam. Et vt generalius dicam, † hæres rogatus hæreditatem reſtituere ex Trebelliano Senatuſconſulto non quartam bonorum partem, ære alieno deducto, ſed quartam hæreditatis partem actionibus hæreditariis pro virili obnoxiam debet deducere. Eſt enim quarta Trebellianica, non quota bonorum, deducto ære alieno, ſed eſt quota hæreditatis, *l.1.& l.mulier.§ final l.ſi legatus.§ ſi filiofamilias, verſicul. multùm intereſt, ff.ad Trebellianum, l.1 & 2. C. eodem titul. in §.ſed quia ſtipulationes. in illis verbis: Pro rata. &c. Inſtitut.de fideicommiſſar.hæreditat. & l.final in fine, titul.1 parte ſexta.* Meminit huius principij Paulus de Monte Pico *in repetitione l.in quartam, ff ad legem Falcidiam, in 2.cap. principal. num. 32.* Marian. Socinus iunior *conſil. 122. num. 4. in prima parte.*

¶ Aduerte tamen, quòd contra hoc indubitatum iuris principium videtur text. difficilis *in l.& fine, C.ad Trebellianum.* vbi expreſſim probari videtur; quòd hæres non poſſit pro Trebellianica deducere quartam hæreditatis fideicommiſſariæ, ſed magis quartam bonorum teſtatoris. Ita enim habet: Vltra quartam, ære alieno deducto. Et ita in hanc ſententiam allegauit eũ textum Henricus Boich. *in c. Raynutius, nu.8.ſuprà eod.* ſed & Alexand. Imol. *in l.1.§.ſed ſi quadraginta, ff. ad Trebellianum, colum.1.in fine, & colum.2.in princip.* meminit eiuſdem difficillimę legis. Adde quod Saliect. *in eadem l. & fine, verſic. oppono*, notauit eum textum pro hac parte, & Philippus etiam Corne. ibidem tenendum menti commendauit, quia communiter (inquit) ſeruatur contrarium.

¶ Pone igitur, quòd quidam cùm deberet creditoribus ducenta, reliquit in hæreditate ſua quadringenta, & Petrum inſtituit vniuerſalem hęredem, quem rogauit, vt hęreditatem Ioanni reſtitueret. Nempè ſi Petrus hæreditatem teſtatoris ſponte adiuerit, Ioannes poterit ab eo extorquere actione ex teſtamento tercenta & quinquaginta. Si vtique verum eſt quod credatur expreſſim cautum eſſe in d.l.& fine. Nam ſi Trebellianica non hæreditatis, ſed bonorum quarta cenſeri debet, conſequens eſt, vt Petrus non centum, quæ faciebant quartam hæreditatis, deducere potuerit nomine Trebellianicæ, ſed magis ſola quinquaginta, quæ faciebant quartam bonorum. Sic eueniet, vt Ioãnes fideicommiſſarius omnimodo retinere debeat centũ quinquaginta, & interim frui poſſit ducentis, quæ ſoluere creditoribus ſolus ipſe teneatur.

¶ Sed tamen hoc iniquum eſſe videtur, & iuris ciuilis rationibus aduerſatur, cum multò ſit iuſtius, Petrum hæredem centum retinere, & Ioanni fideicommiſſario tercenta reſtituere: ſic enim Petrus hæres tenebitur creditoribus in quinquaginta, & eiſdem tenebitur Ioannes fideicommiſſarius in centum quinquaginta, *argumento eorum quæ ſupra allegaui.* Idq́; ita verum eſſe pro conſtanti docuit Henricus Boich, *vbi ſuprà*, & Doctores cõmuniter *in d.l.2.* Atque ita communiter ſeruari teſtatus eſt Philip.Corn. *in d.l.& fine.*

¶ At verò text. *in d l.& fine.* vrget fortiſſimè in contrarium, vt nemo hactenus eius legis auctoritatem commodè effugere potuerit. Ego verò nouum illius legis intellectum aperio, quo admiſſo minimè probatur ibidem, quòd quarta Trebellianica ſit quarta pars bonorum, deducto ære alieno, quin potiùs contrarium ibi probatur, quòd ſit quarta pars hæreditatis æri alieno obnoxia. Intelligo enim quod verba illa illius text. Vltra quartã ęre alieno deducto, non ſignificant, quòd de quarta ęs alienum deducatur, vt gloſ. & ibi Doctores omnes non rectè intellexerunt, multùm diuinantes ad literam illius textus. Immò verò ea verba habent hanc ſententiam, quòd hæredes venientes ab inteſtato, qui mulieris hæreditatem reſtituere erant rogati marito eiuſdem mulieris, & priuigno, poterant primò de fideicommiſſaria hæreditate quartam Trebellianicam, id eſt, quartam eius hæreditatis deducere. Deinde vltra hanc quartam poterant de reliquo dodrante, id eſt, de reliquis nouem vnciis hæreditatis deducere æs alienum. Ita quòd fideicommiſſariis, non dodrantem hæreditatis, ſed dodrantem bonorum, deducto, videlicet, ære alieno, debuerunt reſtituere. Secundùm quæ ſi teſtator reliquit in hæreditate ſua quadraginta, cùm deberet creditoribus ducenta, & hæres ſcriptus rogatus ſit hæreditatem reſtituere, certè hæres ſcriptus non ſolùm deducet quartam hæreditatis partem, id eſt, centum: ſed etiam de reliquo dodrante, ære alieno, vt dictum eſt, grauato, deducet etiam centum quinquaginta. Ita quòd ſola alia centum quinquaginta, quæ conſtituunt dodrantem bonorum ære alieno deducto, tenebitur reſtituere fideicommiſſario, contra communem opinionem, *de qua ſuprà.*

¶ Hic noſter ſenſus (vt ego ſuſpicor) prima facie abhorrere videbitur, & refragari dicetur principio text. *in §.ſed quia ſtipulationes, Inſtitut.de fideicommiſſ.hæred.* ibi, Pro rata portione actionibus tam in hæredem, quàm in fideicommiſſarium competentibus. Quæ verba apertè demonſtrare videntur, quòd fideicommiſſario non reſtituitur quarta bonorum ære alieno deducto: ſed reſtituitur dodrans, id eſt, hæreditatis portio, cuius reſpectu oneribus hęreditariis fideicommiſſarius obſtringitur. Quapropter prædicta verba illius §. Pro rata portione, &c. æqua lance conuincere videntur, quod verba illa d.l.& fine: Ære alieno deducto: nec poſſint referri ad Trebellianicam ab hærede ſcripto retinendam: nec referri poſſunt ad reliquum dodrantem fideicommiſſario reſtituendum. Nam ſi quarta Trebellianica, & reliquus dodrans conſtituunt per ſe non bonorum, ſed hęreditatis portionem: ſi vterque ratione partis, nõ bonorum, ſed hæreditatis pro virili manet obnoxius æri alieno, *vt in d. §. ſed quia ſtipulationes*, hoc eſt quod Imperator *in d. l. & fine.* ſcripſit, Vltra quartam ære alieno deducto.

¶ Oportet ergo ad huius rei declarationem indagare, atque inueſtigare vim, atque originem quartæ Trebellianicæ. Et quidem † conſtat, quartam Trebellianicam primùm inuentam, & 2
inſtitutam fuiſſe in ſenatu, ſuggerente id Pegaſo conſule. Quapropter principio appellatum eſt Senatuſconſultum Pegaſianum, vt probatur *in §.ſed quia heredes.* vbi declarat eleganter Theophilus, *Inſtit.de fideicommiſſ.hæredit.* Franciſc. de Ripa *in rubric.ff ad Trebellianum, in princ.& num.6.* Segura *in repet. l.Imperatori, ff.eod tit.ad Trebellian.num.39.*

¶ Verùm reſtituta hæreditate ex dicto Senatuſconſulto Pegaſiano, nihilominùs hæres ſcriptus manebat quidem hæres: atque onera hæreditaria ſubibat, *vt in §. reſtituta, & in dicto § ſed quia heredes, in verſicul. Poſt quod, Inſtitut. de fideicommiſſarijs hæreditatibus.* fideicommiſſarius verò, cui hæreditas deducta quarta eſſet reſtituta, legatarij partiarij loco erat, id eſt, loco erat eius legatarij, cui pars bonorum legabatur, vt expreſsè dicit textus *in dicto verſicul. Poſt quod.* Quapropter, quia fideicommiſſarius

miſſarius non portionem hæreditatis,ſed portionem bonorum recipiebat,hæc reſtitutio bonorum facienda erat,æris alieno de-
3 ducto:Quoniam † ille,cui pars bonorum reſtituitur,non debet ſuſtinere aliqua onera hæreditaria, neq; tenetur ad æs alienum, argumento *text.in l.ſi quis ſeruum.§.fina.ff.de legat.2.in l.bonorum.ff. de verbo.ſignifi.*& obſeruauit *gloſſ. in verbo, Pars bonorum. in d. §. ſed quia hæredes.*

Vnde poteſt colligi elegans intellectus, & decidendi ratio ad textum,iuncta Bartoli interpretatione *ibidem,in l.quia perinde. verſi.Reſtituta.ff.ad Trebellianum.* vbi dicit Bart.quod reſtituta † hę-
4 reditate ex Trebelliano ius patronatus eccleſiaſticum nõ tranſit in fideicommiſſarium,ſed integrum retinetur & permanet apud ſcriptum hæredem. Quam Bartoli ſententiam conſtat eſſe communiter approbatam ex Alex. *in l.ſi patroni.ff.ad Trebellianũ.* Philip.Dec *in l.precibus.C de impuberum, & alijs,nu.22.* Rocho de Curte,*de iure patronatus,in verbo,Ipſe vel is,q.9.* atque ex aliis quos retulit,& ſequutus eſt Reuerendiſſ.D.D.epiſc. Couuarru.*in lib. 2.Variarum reſolutio.c.28.num.8. & in d c.Raynutius.§.9. ex num.8. vſq; ad 12.*Guiliel.Benedict.*in repet.c.Raynutius,in verbo,Si abſq; liberis.2.de compendioſa ſubſtitutione,nu.24.*& in terminis reſoluit etiam hanc eſſe communem opinionem Hannibal *in repetit.l.naturaliter.ff.de vſucapionib.nu.239.* & ſequutus eſt Lancelot.Galiau. *in repet.l.Centurio.ff.de vulga.num.123.*Nimirum,quia ius patronatus eccleſiaſticum tranſit quidem in hæredes etiam extraneos, iuxta text.*in c.1.de iure patronatus, & in Clemen. ſi plures,eodem titu. gloſſ.in c.conſiderandum. 19. quæſt.7. & iuxta communem opinionem, quam reſoluit* Abb.*in d.c.1.de iure patronatus.*& reſoluũt alij quamplures authores, quos retulit, & ſequutus eſt Reuerendiſſ D.D. epiſcopus Couuarru.*in d.cap.18.num.6.* Paul.Pariſ.*conſil.48.num. 4.& 12.in 4.parte.* Cæterùm non poteſt tranſire titulo ſingulari,aut alio in particulares ſucceſſores: aut in alios quoſcunque, qui non ſint hæredes: neque in legatarios, niſi hoc teſtator expreſſè declarauerit, & ſimul etiam Epiſcopi authoritas interuenerit, iuxta communem Doctorum interpretationem, *in cap. cum ſeculum.de iure patronatus,cap.illud.cap.cum laici, cap.ſuggeſtum, eodem titulo.*quam communem reſolutionem in terminis reſoluit Curtius Iunior *conſil.87. nume.6.* Quapropter cùm fideicommiſſarius non ſit hæres, cui videlicet, non hæreditas, ſed pars bonorum reſtituitur, vt *in dicto §.ſed quia hæredes. Inſtitut de fideicommiſſar. hæreditatib. iuncto §. reſtituta, eodem titulo, & in l.ſi necem.§ final.ff. de bonis libertorum.* & quod ſcribit Ioannes Andre. *in præſenti, num. 15.* planè ſequitur, quòd quando teſtator iuſſit reſtitui hæreditatem, non intelligitur voluiſſe, quòd reſtituatur ius patronatus, ad quod Epiſcopi authoritas neceſſariò deſideraretur. Sed tantùm intelligitur voluiſſe, vt hæres ſcriptus ea bona reſtituat, quæ ſuo ſolo miniſterio in fideicommiſſarium tranſire poſſunt. Et inter alias hæc mihi videtur ſolida ratio ad defendendam ſupradictam communem opinionem,quam tamen intellige, & limita ex inferiùs dicendis, & ſequen.

5 Vnde colligitur † primò, quod extraneo vniuerſali hærede inſtituto adeunte, ius patronatus ad illum, non verò ad filium in re certa hæredem inſtitutum pertinet. Nimirum,quoniam in re certa hæres inſtitutus re vera,nõ hæres,ſed legatarius eſt cenſendus,*argumento text.in l.quoties.C de hæredib.inſtituend.& in l.ex facto,ff.eodem titulo. & iuxta ea, quæ latè declaraui ſuprà in prima parte,in glo.In re certa.& in hac ſecunda parte, in gloſſ.Subſequenter & filia.* Et in terminis hanc ſententiam affirmauit Cardina. *in rubrica,de iure patronatus.* & Abbas *in cap.1. eodem titu.* Philipp. Franc. *in iſto cap.Si pater,num.39.* Cæſar Lambertin. *in 2 parte, de iure patronatus,lib.1.quæſt.2.artic.19.num.13.* vbi reſoluit hanc eſſe communem opinionem, quod etiam reſoluit Guilielmus Benedictus *in repetitione cap.Raynutius, ſuprà eodem,in verbo, In eodem teſtamento relinquens,el 1.num.291.* & hanc ſententiam fuit etiam ſequutus Robert.Marant.*in repetit.l.ſi poteſt.ff. de acquiren.hæredita. nume.37.* quam etiam nouiſſimè defendit Reuerendiſſ. D.D. Couuarr.*in dicto libro 2.variarum reſolutionum,cap.18. num.7.* contra Federicum *conſ.225. Ancharanum in d.Clemen.ſi plures,colum.2. de iure patronatus.*

Secundò colligo,quod eadem ratione, ſi filius ſit inſtitutus
6 in ſua † legitima, alio hærede vniuerſali inſtituto adeunte, certè ad hæredem vniuerſalem integrum ius patronatus pertinebit:non autem ad filium, qui in legitima, id eſt, in quota bonorum,& veluti in re certa, non autem in quota hæreditatis inſtitutus deprehenditur, iuxta communem opinionem, quam reſolui in hac ipſa parte,in glo.Subſequenter & filia. Quam concluſionem in terminis affirmauit Reuerendiſſ. D. D.Couuarru. *in d.c.8.nu.9.*

Ego autem in hac quæſtione, & etiam in altera ſuperiùs propoſita de filio inſtituto in re certa, parumper ſubſiſtendum exiſtimo. Et primùm, quod attinet ad filium inſtitutum in re certa, alio vniuerſali hærede inſtituto adeunte, non dubito quin ſi filius ipſe velit ex teſtamento retinere rem certam,in qua fuit hæres inſtitutus,non poterit fortaſſis conſequi ius patronatus: hoc ſolo caſu poterit defendi ſuperior communis opinio. Verùm enimuerò ſi filius in re certa inſtitutus, prætermiſſa & repudiata illa re certa, velit conſequi ſuam legitimam in omnibus bonis & iuribus hæreditariis, proculdubio audiendus videtur, *argumento text.in l.ſcimus.§.repletionem.C de inoffic.teſtamento.* quem textum ad hoc notant Cynus,Baldus, Paulus Caſtrenſ. & Iaſ.& latè Roderic.Zuarez *in repetitione l.quoniam,in prioribus, in 11 ampliatione.C.de inoffitioſo teſtamento.* & in terminis reſoluit hanc eſſe communem opinionem Berenga.Fernan. *in repetitione l.in quartam.ff.ad legem Falcid.in c.3.principali,num.53. & 56.* Nam etſi hodie filius inſtitutus in re certa, non poſſit nullum dicere patris teſtamentum,*iuxta textum in Authen.vt cum de appellatione cognoſc. §.hac autem,verſicu.cæterum,collatio.8.* poteſt tamen filius nihilominùs agere ad ſupplementum, & vt ſibi redintegretur legitima in omnibus bonis & iuribus hæreditariis. Ergo filius, repudiata re certa, ſiue ſit admittẽdus tanquàm inſtitutus in portione hæreditaria æquiualente ſuam legitimam, ſiue ſit admittendus tanquàm inſtitutus in legitima, proculdubiò ad eum pertinet ius patronatus ſimul cum hærede vniuerſali. Solùm hoc intererit, quòd ſi filius admittitur, prætermiſſa re certa, tanquàm inſtitutus in portione hæreditaria æquiualente ſuam legitimam, tunc contendere poterit ius patronatus in ſe tanquàm in hæredem portionis hæreditariæ ipſo iure tranſlatum fuiſſe. Sed ſi (vt verius videtur) eſt admittendus ad ſupplementum legitimę, tanquàm hæres inſtitutus in legitima, vel in re certa, tunc hæres filius in legitima rectè contendet ius patronatus ad ſe pertinere ſimul cum vniuerſali hærede. Cæterùm neceſſariò deſiderabit Epiſcopi authoritatem, iuxta textum *in dicto c.cum ſeculum, de iure patronatus. cum alijs ſuprà allegatis.* Quinimmò eleganter tentabitur, quod etiam ſi res certa, in qua filius fuit hæres inſtitutus, æquiualeat legitimæ portioni, excepto iure patronatus, poterit filius pro conſequendo iure patronatus, quod eſt inæſtimabile, agere ad ſupplementum, etiam retenta re certa, quæ legitimam portionem dunraxat conſtituebat. Sed agendo ad ſupplementum, neceſſariò authoritatem Epiſcopi deſiderabit.

Conſequenter quod attinet ad filium inſtitutum in ſua legitima,dato cohærede vniuerſali adeunte, manifeſtè colligitur, quod etſi is filius deberet intelligi inſtitutus non in aliqua hæreditatis portione, ſed in quota bonorum, iuxta ſupradictam communem opinionem, & proinde ius patronatus eccleſiaſticum non intelligatur ipſo iure tranſire in hunc filium, qui nullam habet hæreditatis portionem, habet tamen is filius manifeſtum patris iudicium legis authoritate comprobatum, ex quo pater voluit filium eſſe admittendum pro ſua legitima in omnibus bonis & iuribus hæreditariis. Et conſequenter poterit filius pro repletione ſuæ legitimæ prætendere ius patronatus apud iudicem eccleſiaſticum, cuius conſenſum, & authoritatem neceſſariò deſiderabit. Denique filius inſtitutus in legitima, vel in re certa, poterit de Epiſcopi licentia conſequi ius patronatus.

Vltimò ſubinfertur, quod etiam reſtituta hæreditate, quamuis in fideicommiſſarium ſtatim non tranſeat ius patronatus, poterit tamen ex teſtantis iudicio, accedente Epiſcopi authoritate, ius patronatus conſequi, & ita procedet opinio Romani, *in d.l.ſi patroni.*

Tertiò principaliter colligo, quod quemadmodum in fideicommiſſum non tranſit ius patronatus, ſed integrum apud hæredem permanet, ſecundùm ſuperiorem communem opinio-
nem, ſic etiam † vendita hæreditate, aut venditis bonis hæredi- 7
tariis, non tranſibit in emptorem ius patronatus. Neque enim video inter hos duos caſus iuſtam differentiæ rationem reddi poſſe. Quam ſententiam in terminis affirmauit Paulus Eleaz. *in quæſt.incipien. Patronus Eccleſiæ ſancti Martini.* & ſequutus eſt Barba. *in cap.quanto.de iudicijs.ſuprà colum.8.* & Cæſar Lambertin. *de iure patronatus,lib.12.parte,quæſt.5.articu.15.num.quarto.*

Tametſi contrariam ſententiam, immò quòd ius patronatus vendita hæreditate tranſeat in emptorem affirmauerit Hoſtienquem omnes ibi ſequuntur *in cap. ex literis, per textum ibi. de iurepatronatus.* & ſequitur Felyn. *in cap. cauſam quæ, colum. 5. de præſcriptionibus.* Rochus de Curt. *de iurepatronatus, in verbo, Ipſe vel is, quæſtione 22.* & reſoluit hanc eſſe communem opinionem ipſe Lambertin. *vbi ſuprà, num. 4.* quam communiter refert etiam & ſequitur reuerendiſſ. D. D. Couuarru. *in dicto cap. 18. nume. 8.* eandem ſententiam reſoluunt etiam eſſe communiter approbatam, Auguſtin. Beroius *in dicto cap. ex literis, num. 61.* & Philipp. Dec. *conſi. 127. nu. 3.* quam etiam ſequutus eſt Ioan. Igneus *in repetitio. §. non alias. l. neceſſarios. ff. ad Senatuſconſultum Syllanianum, nume. 483. argumento text. in dicto cap. ex literis, iuncto cap. primo, & Clementina 2. eodem titulo.* Sed certè non auderem defendere hanc communem ſententiam. Nam etſi ius patronatus tranſeat in hæredem, hoc ideo quia hæreditas eſt quid vniuerſum, vel potiùs quia ex priuilegio ab Eccleſia eſt indultum, vt tranſeat ius patronatus ad hæredes etiam extraneos, *vt in dicto c. primo, de iurepatronatu.* Cæterùm vbi primùm hæres hæreditatem adiuit, & ius patronatus quæſiuit, iam deinceps hæreditas adita deſijt eſſe hæreditas, & fuit effecta proprium patrimonium, *argumento text. in leg. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulgari. l. fina. ad finem. C. de inoffícioſo teſtam.* docet Bartolus *in l. ſi Trebellianum, & in l. ſi quis ſeruum. §. fina. ff. de legat. 2.* gloſſ. *in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Proinde hæres non dicitur vendere hæreditatem, ſed bona propria, quæ ante aditionem fuerant hæreditaria.

Quapropter venditis illis bonis, non intelligitur vendere ius patronatus, quia id eſſet contra textum, *in cap. de iure, de iure patronatus.* Ergo quamuis ex priuilegio Eccleſiæ ius patronatus ipſo iure tranſeat in hæredem, tamen non poteſt tranſire in fideicommiſſarium ſecundùm communem opinionem, & multò minùs tranſibit in emptorem hæreditatis contra alteram communem opinionem. Fideicommiſſarius verè poterit iuſtè conſenſum Epiſcopi impetrare, & ius patronatus ex teſtantis iudicio conſequi.

Quartò & vltimò colligo, quod publicatis, aut confiſcatis bonis alicuius, ius patronatus eccleſiaſticum non tranſit in fiſcum, vt in terminis affirmauit gloſſ. *in Clementina paſtoralis, verbo, Subiecta, de ſenten. & re iudica.* facit gloſſ. *in ſimili. in c. ſatis peruerſum. 56. diſtin.* Et hanc ſententiam in terminis affirmauit Barbat. *in c. quanto, num. 17. ſuprà, de iudic.* ſenſit Felyn. *ibidem num. 3.* Præpoſitus Alexandrin. *in c. 1. colum. 5. 10. diſtin.* Et hanc ſententiam latè & eleganter defendit Hieronymus Gig. *in tracta. de crimi. læſæ maieſta. titu. de pœnis committentium crimen læſæ maeſta. quæſtio. 45.* Tametſi gloſſ. *1. in c. filij vel nepotibus. 16. quæſt. 7.* apertè contrarium voluerit, videlicet, quod ius patronatus tranſit in fiſcum cum vniuerſitate bonorum publicatorum per iudicem laicum, quam glo. ſequuti ſunt Abb. *in dicto c. quanto, de iud. nu. 9* Stepha. Anfre. *de poteſtate ſeculari, in reg. 4. fallentia 21.* & alij quamplures, quos retulit & ſequutus eſt Rochus de Curte, *de iure patronatus, in dicto verb. Ipſe vel is, quæſt. 29.* Quorum ſanè opinio ex eo apertè conuinci videtur, quod ius patronatus eccleſiaſticum, neque poſſit publicari per iudicem ſecularem, neque poſſit etiam tranſire in ipſum fiſcum, quia non eſt hæres. Neque ad rem attinet præcipuum eorum fundamentum, videlicet, quod ius patronatus tranſit ad hæredes extraneos, & quod ad fiſcum tranſeunt omnia, quæ ſolent tranſire ad hæredes extraneos, *l. 1. 2. & 3. ff. de bonis damnat. cum notatis* à Bartol. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto.* Nam reſpõdeo, verum quidem eſſe, quòd ea, quæ tranſeunt in hæredes extraneos de iure communi, tranſeunt etiã in fiſcũ. Cæterùm ius patronatus eccleſiaſticũ in omnes hæredes tranſit de ſolo iure ſpeciali, vt habetur *in dicto cap. 1. de iurepatronatu.* Secundò, & meliùs reſpondeo, quod ſi, publicatis bonis per iudicem ſecularem, poſſet videri publicatum ius patronatus, tunc locus eſſet argumento, quod ſcilicet, ius patronatus cum reliquis bonis tranſiret in fiſcum tanquàm in hæredẽ extraneum. Sed in propoſita ſpecie contendimus quod iudex ſecularis ex defectu iuriſdictionis non potuit per publicationem abdicare ius patronatûs à domino delinquentis, *arg. text. in d. c. 4.*

Nec item obſtat text. *in d. c. ex literis.* nam huic argumẽto ſolùm eſſet locus, quando ius patronatus non eſſet principaliter conſiderabile per ſe, ſed eſſet annexum alicui villæ, vel fundo, quo caſu libenter agnoſco, quod in fideicommiſſarium, vel in emptorem hæreditatis, aut etiam in filium inſtitutum in ea villa, aut etiam in fiſcum trãſiret ius patronatus annexum. Nam ſi ius patronatus ſit de per ſe principale & diſtinctum, in nullo horum caſuum tranſibit.

Ergo vt ad ſuperius inſtitutum † redeam, quoniam hæres ſcri- 8
ptus, adita hæreditate, etiam poſt illius reſtitutionem hæres permanebat, atque onera hæreditaria ſubibat, propterea neceſſariæ viſæ ſunt illæ ſtipulationes, quarum Iuſtinianus meminit *in d. §. ſed quia hæredes. Inſtit. de fideicommiſſarijs hæreditatibus.* vt illis interpoſitis, fideicommiſſarius obligatus maneret pro ſua portione bonorum.

Hoc autem Senatuſconſ. Pegaſianum, quia captioſum viſum fuit circa earum ſtipulationum interpoſitionẽ, meritò fuit exploſum, eiusque authoritas quod attinet ad quartę deductionem, ſuppreſſo nomine Pegaſiano, tota in Trebellianum fuit tranſlata, quod ſimpliciter cenſuit reſtitutionẽ, deducta quarta, faciendam eſſe fideicommiſſario, qui deinceps oneribus hæreditarijs implicatus maneret, *§. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. eod. tit. de fideicommiſſ. hæredit.* Quamuis autem in ſcripti hæredis fauorem per Senatuſcõſultum Trebellianum fuerit introductum, quòd ſine vllis interpoſitis ſtipulationibus fideicommiſſarius teneatur onera hæreditaria ſubire pro ſua bonorum portione, ſemper tamen debet retineri, quod hæres ſcriptus re vera directò hæres permanet, qui mero iure tenetur onera hęreditaria ſubire. vt Senatuſconſultum Pegaſianum rectè declarauit: cuius authoritas
in hoc non fuit † reuocata, ſed confirmata, & tranſlata in Tre- 9
bellianum, vt probatur *in d. §. ſed quia ſtipulationes, ibi: Omnem authoritatem Senatuſconſulto Trebelliano præſtare.*

Hinc clarè colligitur, quod hæres ſcriptus deducet ex fideicommiſſaria hæreditate quartam Trebellianicam ſibi debitam. Deinde, ſi velit, poteſt deducere æs alienum, & eo deducto, reliquum dodrãtem bonorum reſtituere fideicommiſſario. Nam quod fauore hæredis Senatuſconſultum introduxit, vt facta reſtitutione, fideicommiſſarius ad onera hæreditaria pro rata bonorum teneretur, poterit quidem ſcriptus hæres renunciare: vel poteſt id intelligi de ære alieno, quod poſt factam reſtitutionẽ debeti conſtitit: id quod fideicommiſſarius pro rata ſuſtinebit. Nam ſi tempore reſtitutionis debitum æs alienum conſtitiſſet, non dubito quin hoc caſu volente ſcripto hærede, hæres ipſe ſcriptus, deducta ex Trebelliano ſua quarta hæreditatis, poſſit etiam & de reliquo dodrante æs alienum deducere, & reſtituere reliquam bonorum portionem, per text. *in d. l. & fine.* Hæres enim ſcriptus iure præcedet, quod ipſe re vera eſt hæres, & quod ab adita hæreditate tenetur, & obſtringitur oneribus hæreditariis, *arg. text. in §. hæres. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi contractu naſcun.* facit quod ſcripſit Philip. Corn. *in conſi. 207. num. 25. 27. in 1. part.* facit text. *in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. iuncta l. imponenda. C. eod. titu.* & coniuncto eo, quod docuit Iulius Paul. *lib. 4. recept. ſentent. tit. 3. verſ. lex Falcidia.*

Quo loco eſt animaduertendum, quod ſcripto hærede ad-
eunte hæreditatem, non intelligitur debere † creditoribus ex 10
nouo quaſi contractu aditionis, vt non rectè declarauit Bartol. per text. *ibi in l. apud Iulianum. in fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* & declarauit concluſio ſummaria, text. *in d. §. hæres.* & ſequutus eſt Iaſ. *in l. nemo poteſt. in 2. lectu. nume. 19. ff. de legat. primo. & in 2. lectura. num. 4. ff. ad Trebellianum.* magis ergo ſcriptus hæres adeundo hæreditatem, intelligitur quaſi contrahere cum ipſo defuncto, cuius vicem atque perſonam repræſentare intelligitur, *l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obligat. in Authent. de iureiurand. à moriente præſtito. in principio. collatio. 5.* facit gloſſ. *celebris in l. his conſequenter. §. ſed quum monumentum, in verb. præſcriptis verbis. ff. familiæ erciſcundæ.* Proinde, adita hæreditate, creditores conuenire debent hæredem ſcriptum, non ex nouo quaſi contractu, inducto ex aditione hæreditatis: neque enim mutatur qualitas antiqui contractus: ſed magis debent eum conuenire ex antiquo contractu celebrato cum teſtatore, cuius perſonam hæres ſuſtinere cœpit ex quaſi contractu inducto in aditione, vt melius declarauit Bartol. ſibi contrarius, *in l. de eo ff. de iudic.* Alexand. & Iaſon *colum. fina. in l. cum res. ff. de legat. 1.* Marian. Socin *in l. cum filiusfamilias, in 4. parte, num. 18. ff. de legat. 1.* Philip. Decius *in l. quecum alio. num. 6. ff. de regul. iur.* Neque obſtat text. *in d. l. apud Iulianum, in fin. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.* Nam debet intelligi, quod hæredes ibi adeundo hæreditatem intelliguntur quidem quaſi contrahere, non cum creditoribus, quibus iam ex antiquis contractibus debebatur, ſed intelliguntur quaſi contrahere cum legatarijs, aut alijs in teſtamẽto honoratis, quibus tunc demùm

hæres

hæres debere incipit, *argumento text. in l. ex maleficio. verſi. heres. ff. de actionib. & obligat. & in d. l. qui cum alio. & in d. §. heres. facit tex. ſingularis in l. legata ſub conditione. ff. de conditionib. & demonſt.*

Secundò præmitto, † quod admiſſa gloſſ. ſententia in §. *ſed quia ſtipulationes. in verbo. Liceat. Inſtitu. de fideicommiſſarijs hæreditatibus.* & Barto. *in l. Marcellus, in princip. ff. ad Trebellianum.* Barroli & omnium fere, *in Authentic. Sed quum teſtator. C. ad legem Falcidiam.* vbi dicunt, quod hodiè teſtator poteſt prohibere non ſolùm Falcidiam, ſed etiam deductionem quartæ Trebellianicæ, quia expreſsè prohibita, ceſſare debet deductio, *argumento text. in dicta Authent. Sed quum teſtator, iuncto §. ſi verò expreſſim. in Authen. de hæredib. & Falcid. collat. 1.* iuxta quam ſententiam debet limitari text. *in cap. Raynaldus, de teſtamentis.* & hanc eſſe communem opinionem, multis citatis authoribus reſoluit Philip. Corneus *num. 6. in dicta Authen. Sed quum teſtator.* Marian. Socinus Iunior *conſi. 137. num. 6. & conſi. 170. num. 24. 1. parte.* & Reuerendiſſ. D. D. Epiſcopus Couuarru. *in dicto cap. Raynaldus. §. 3. num. 6.* & Anton. Gomeſ. *in primo Tomo. cap. 5. nume. 11. contra gloſſ. in verbo, Ceſſat. in fine. & in dicta Authentica. Sed quum teſtator. & contra* Bartolum ſibi contrarium, *in l. nemo poteſt. num. 7.* Ioannem Crotum *ibidem num. 17. ff. de legat. primo.* & Andr. Alciat. *lib. 5. Paradoxorum, cap. 19.*

Admiſſa ergo prædicta communi ſententia, quam exiſtimo veriſſimam, incidit magna illa controuerſia, vtrùm, videlicet, in
11 terminis huius cap. in † filiis primi gradus, de quibus hic, potuiſſet pater expreſsè prohibere, & auferre quartã Trebellianicam? In qua quæſtione offert ſeſe in primis text. ille capitalis, *in l. iubemus. C. ad Trebellia. in illis verbis: Licet hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit: iunctis verbis ſequentibus.* Quæ verba impulerunt Bal. Paul. & Saly. *in d. Authen. ſed quum teſtator.* ad dicendum, quòd pater non poſſit prohibere Trebellianicam in filiis primi gradus. Et hãc partem plures alij ſequuti fuerunt, quos longum eſſet recenſere, quoſq; referunt & dicunt hanc eſſe communem opinionem Philipp. Corne. *in d. l. iubemus.* Ioan. Crot. *num. 8.* & Franciſc. Ripa *num. 52. in d. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1.* Iaſ. *in d. l. Marcellus, num. 55.* Marian. Socin. Iunior *conſ. 13. & conſ. 36. num. 9. & conſ. 137. in 1. part. & conſ. 28. num. 2. in 2. parte.* Paul. Pariſ. *conſi. 18 num. 97. in 2. parti, & conſi. 53. num. 52. in 3. parte.* Cuius concluſionis ſumma ratio conſtituta eſt in filiorum fauore: & propter iſtam rationem hanc partem nouiſſimè ſequutus eſt Reuerendiſſ. D. D. Epiſco. Couuarru. *in cap. Raynutius, ſuprà, de teſtam. §. 11. num. 7.*

Rurſus verò contrariam ſententiam, immò quod etiam filij primi gradus, quamuis ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria in terminis huius cap. poſſit pater prohibere Trebellianicam, cenſuit Cynus *in d. l. iubemus.* cuius ſententiam plures quoque autores ſequuti ſunt, dicentes hanc quoq; eſſe communem opinionem, vt referunt Doctores ſuprà allegati, & reſoluit Paul. Pariſ. *conſi. 53. num. 52. & conſi. 21. num. 43. in 3. parte.* Paul. de Monte Pico *in repetit. l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, num. 344.* & Berengar. Fernand. *in repet. eiuſdem l. num. 316.* neque enim vlla conueniens differentiæ ratio inter extraneos hæredes grauatos, & inter filios primi gradus aſſignari aut conſiderari poteſt: vt meritò in conſtantiam Doctorum in hoc articulo miretur Amon. Sauilia. *conſ. 16. colum. fin.*

Equidem in hac controuerſia in primis animaduertendum cenſeo, quod in terminis text. *in d. l. iubemus.* qui allegatur pro prima communi opinione, non poteſt conſiderari fauor filiorum primi gradus. Quoniam ibi filius fuerat rogatus reſtituere hæreditatem alteri teſtatoris filio, vel filiæ ſub cõditione, ſi ſine liberis vita deceſſiſſet. Quapropter in præiudicium alterius fratris ſubſtituti, & æqualiter priuilegiati, non potuit conſiderari fauor ipſius filij grauati, quominus pater propter ſolum filij grauati fauorem non poſſet prohibere deductionem Trebellianicæ. Tum maximè, quod tex. ille loquitur principaliter etiam eo caſu, quo plures filij fuerunt inſtituti, atque reciproco fideicommiſſo inuicem grauati: quo caſu fauor, aut præiudicium vnius cum fauore aut præiudicio alterius debebat compenſari, *argum. text. in l. ſi pater puellæ. C. de inofficio. teſtamen.*

Item quod filio ſubſtituto non potuerit conſiderari fauor alterius filij grauati, induco text. *in l. ſed & milites, in princip. ff. de ex-*
12 *cuſatio. tuto.* cuius argumento † receptum extat, quod etiam ſi hæres grauatus reſtituere piæ cauſæ nõ poſſit deducere Falcidiam, nec etiam Trebellianicam, *argumento text. in Authen. ſimiliter. C. ad l. Falcid.* & iuxta communem opinionem inferiùs reſoluendam, tamen ſi ipſa pia cauſa fuiſſet hæres inſtituta, & grauata reſtituere alteri piæ cauſæ, benè poſſet deducere Falcidiam, aut Trebellianicam. Nam quod attinet ad eius deductionem faciẽdam, vel non, vna pia cauſa non exercet priuilegium contra alteram. Et hanc ſententiam reſoluit eſſe communem illam ſequutus Philip. Deci. *in c. in præſentia, num. 51. de probatio.* ſequitur Bartholomæ. Socin. *in l. Marcellus. §. quod autem. num. 8. ff. ad Trebellian.* & ſequuti ſunt plures alij, quos congeſſit Andr. Tyraq. *in tracta. de priuilegijs piæ cauſæ. in priuileg. 26.* vbi etiam allegat plures contrariam ſententiã tenentes, & contrarium tenuit etiam Ludouic. Gomez in §. *rurſus, num. 27. Inſtitu. de actionib.* Ergo, retenta prædicta communi opinione, non potuit conſiderari fauor filij grauati, quominùs pater potuiſſet Trebellianicam prohibere: quoniam videlicet, alius filius erat ſubſtitutus: tum maximè, quod tex. loquitur etiam eo caſu, in quo omnes filij grauati fuerant reciproco fideicommiſſo.

Secundò noto, quòd ſtante diſpoſitione iuris ciuilis, ſecundùm quod filius grauatus de reſtituenda hæreditate non potuiſſet deducere niſi legitimam, vel ſolam quartam Trebellianicam loco legitimæ ſubrogatam, vt declaraui in ſuperiori gloſſ. *ſuper verb. Abſque deductione.* conſtare omninò debet, quod in terminis *d. l. iubemus.* pater filiis grauatis non poteſt prohibere quin deducant quartam Trebellianicam ex corporibus hæreditariis, nec poteſt præcipere, quod illam percipient ex fructibus. Quoniam cum dicta Trebellianica ſuccedat loco legitimæ, conſtare debet, quod filius debet legitimam aut Trebellianicam loco legitimæ ſubrogatam in corporibus hæreditariis, non verò in pecunia vel vſufructu, vt declarauimus *ſuprà in 1. parte, in verb. in re certa.*

Adde quod *in dicta l. iubemus, verba illa: Licet hoc teſtator rogauerit, vel iuſſerit:* duntaxat videntur referenda ad verba proximè præcedentia, ſcilicet, quod fructus non ſunt imputandi in filiis primi gradus: licèt hoc teſtator rogauerit vel iuſſerit. Non autem poſſunt referri ad facultatem deducendi Trebellianicam. Quoniam eo tempore ante Iuſtinianum, *in dicta Authen. ſed cùm teſtator.* non ſolùm filiis primi gradus, ſed etiam alus quibuſcunque non poterat prohiberi, nec Falcidia, nec Trebellianica.

Solùm ergo dubitatio hæc propriùs poteſt incidere, ſe mota legali diſpoſitione, in foro tantùm eccleſiaſtico, vbi ſeruatur ius Pontificium, vel etiam ſi de conſuetudine ſeruetur in foro ſeculari: iuxta quod ius Pontificium, vltra legitimam iure naturæ debitã filius grauatus ſub conditione poterit deducere quartam Trebellianicam. Poteſt enim dubitari, vtrùm pater poſſit prohibere filio hanc quartam Trebellianicam, ne filius eam deducat vltra legitimam iure naturæ ſibi debitam? Et ſanè ſi reuoces in memoriam præcipuam rationem, ex qua fundata eſt, & defendi poteſt deciſio Pontificum, tota ratio conſtituta eſt in eo, quod filius mortuo patre, ſtatim tanquàm filius deducit legitimam: propter quod non debuit priuari, quin poſteà veniente conditione, tanquàm extraneus deducat Trebellianicam. Ergo ſi in terminis iuris Pontificij vltra legitimam deducit Trebellianicam tanquàm extraneus, clarè ſequitur, quod ei tanquàm extraneo poſſit pater hanc Trebellianicam prohibere. Quod eleganter animaduertit Berengar. Fernand. *in repetitio. d. l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, in 3. præfatione, num. 316.* Quod verò vltra legitimam iure naturæ debitam pater poſſit prohibere ne filius deducat Trebellianicam debitam ex deciſione Pontificum in terminis affirmauit Paul. de Caſt. & Alexand. *in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* quos cum aliis authoribus retulit, & ſequutus eſt Paul. Pariſ. *conſi. 93. num. 50. in 2. part.* Adde, quod obſeruata Pontificum deciſione, filius, ſi purè fuiſſet grauatus reſtituere, non dubitaretur quin vltra legitimam iure naturæ debitam non potuiſſet deducere alteram quartam Trebellianicam ſecundùm commun̄em opinionem ſuperiùs declaratam, *in d. glo. Abſq; deductione.* Ergo nihil mutari debet, ſi pater filio indulgens non eum grauauit purè, ſed ſub conditione, ex adiecto, vt veniente conditione non poſſit quartam Trebellianicam deducere. Idque ſuaderi poteſt ex eo, quod ſumma ratio diſtinctionis inter puram, & inter conditionalem fideicommiſſi reſtitutionem, ſolùm pẽdet ex præſumpta defuncti voluntate: qui ſi purè filium grauauit, non intelligitur permiſiſſe, quod vno eodemque tempore fiat duplex deductio. Ergo etſi filium grauauit ſub conditione, & expreſsè prohibuit Trebellianicam, videtur quòd filius non poſſit eam deducere vltra legitimam iure naturæ debitam.

Vlti-

Vltimò, cùm noua Pontificum deciſio contra iuris ciui-
lis rigorem nimium indulgeat filiorum fauuori, dum permit-
tit filiis grauatis ſub cōditione duplicem deductionem, iuſtum
eſt, hunc fauorem temperare ex parentis voluntate: vt ſi pater
expreſsè prohibeat, non habeat locum Pontificum deciſio.

His ita præmiſſis, circa intellectum quartæ Trebellianicæ,
nota primò ex hoc text. ſecundùm glo. interpretationem *in ver-
bo, Abſq; deductione.* quod ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſa-
riæ potuiſſet mater ex perſona filiæ deducere quartam Trebel-
lianicam de re certa, in qua filia inſtituta fuerat. Sic habes argu-
mentum ex hoc textu collectum, iuncta authoritate gloſſ. cum
qua ordinarij hic videntur tranſiuiſſe, quòd hæres † inſtitutus in
14 re certa poteſt deducere Trebellianicam.

At verò Bald. *in l. filium quem habentem, num. 27. C. familia er-
ciſcunda.* expreſſum docuit, quod ex perſona filij hæredis in re
certa inſtituti poteſt quidem detrahi pars iure naturę debita ipſi
filio: ſed non poteſt detrahi quarta Trebellianica, quæ iure in-
ſtitut. ſolet detrahi. Mouetur Bal. quoniam inſtitutus in re certa
non eſt hæres vniuerſalis, facit text. *in l. ex facto, ff. de hæredib. inſti-
tu. in verſic. & ſi fortè Falcidia.* Porrò non poteſt quartam deduce-
re, niſi qui ſit vniuerſalis hæres, *argum. l. lex Falcidia. §. nunquàm. ff.
ad legem Falcid. in l. Mulier. §. vt Trebelliano, in l. ita tamen. §. Trebellia-
num. ff. ad Trebellianum.*

Sed Curtius Iunior *in conſi. 160. num. 7. verſi. poſtremo.* affirmat,
Baldum inaduertenter loquutum fuiſſe: & ex facto conſultus in
huiuſmodi ſpecie contrarium reſpondit. Pater filium Ioannem
in re certa hæredem inſtituerat: in cæteris autem omnibus bo-
nis ſuis vniuerſales hæredes fecerat alios filios. Rogauerat autē
Ioannem, vt ſi ſine liberis decederet, rem certam, in qua fuerat
inſtitutus, fratribus ſuis reſtitueret. Teſtatore mortuo ac deinde
Ioanne filio ſi ſine liberis defuncto, vxor Ioannis ab eo hæres
inſtituta ita demùm rem certam ex perſona defuncti mariti fi-
deicommiſſariis reſtituere volebat, ſi modò de ea re certa legiti-
mam in primis iure naturæ debitam, & deinde Trebellianicam
iure inſtitutionis deduceret. Reſpondit Curtius Iunior, quod
mulier rectè intendebat facere deductionem non ſolùm legiti-
mæ portionis iure naturæ debitæ, de qua non eſt dubium, ſed
etiam quartæ Trebellianicæ aduerſus Bald. *vbi ſuprà.* Motus eſt,
quoniam hæres in re certa inſtitutus non eſt legatario compa-
randus, ſed magis hæredi. Item motus eſt authoritate glo. *in præ-
ſen. in dict. verb. Abſq; deductione.* quæ hoc manifeſtè voluit. Deni-
que argumentatus eſt, hanc opinionem clarè fuiſſe de mente
Pontificis in *hoc cap. ſi pater.* cùm vtique ad excludendas quartas
præcisè Pontifex ponderauit, quod ſubſtitutiones, de quibus
hic, intelligi deberent directæ pupillares. Quaſi (inquit) fatere-
tur idem Pontifex, quòd ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſ-
ſariæ, potuiſſet mater legitimam, & Trebellianicam deducere
tam ex perſona filij hæredis vniuerſalis, quàm qui ex perſona fi-
liæ hæredis particularis inſtitutæ in re certa.

Ego autem pro hac parte affero in medium authoritatem
Bartoli *in conſi. 22. Homo Accurſuli.* vbi (quanquàm eius verba vi-
tio ſcriptoris corrupta ſint) propoſuit, quod teſtator habēs qua-
tuor filias, & vxorem prægnantem, inſtituit filias in certa quan-
titate hæredes, & in aliis bonis omnibus ſuis inſtituit poſthumū
ſub conditione, Si maſculus naſceretur. Mortuo teſtatore vna
ex filiabus ſtatim poſt patrem vita deceſſerat. Mox poſthumus
natus maſculus poſt octo vitæ dies ſimiliter perierat. Reſpondit
Bart. *num. 4.* quod filiæ priori mortuæ mater & ſorores vtrinque
coniunctæ poterant hæredes ab inteſtato exiſtere. Item reſpon-
dit, quod eædem mulieres ex eiuſdem filiæ perſona tenebantur
quātitatem, in qua fuerat à patre hæres inſtituta, reſtituere poſt-
humi defuncti ſucceſſoribus, detracta legitima, & Trebelliani-
ca. Proinde Bart. voluiſſe videtur, quod in terminis huius c. poſ-
ſit regulariter detrahi Trebellianica ex perſona filiæ in re certa
hæredis inſtitutæ. Sic opinio hæc, quod hæres inſtitutus in re
certa poſſit detrahere Trebellianicam, videtur habere pro ſe
authoritatem Pontificis in hoc cap. à contrario ſenſu. Habet cer-
tè authoritatem gloſſ. *in præſen. in d. verb. Abſque deductione.* quam
ex ordinariis nemo improbauit, & Bartoli *in dicto conſi.* qui hoc
ſecurè reſpondit, & Curtij Iunioris, qui hoc idem ex profeſſo aſ-
ſeruit.

Sed profectò hæc opinio nullo modo probanda videtur, &
in iudicando, & conſulendo penitus reſpuenda eſt. Nam rece-
ptius, & verius eſt, quod hæres inſtitutus in re certa, adeunte a-
lio hærede vniuerſaliter inſtituto, non poſſit quartam Trebel-
lianicam detrahere iure inſtitutionis competentem. Hoc enim
Bald. aſſeruit *in d. l. filium quem habentem, d. num. 27. & idem* Baldus
conſi. 9. Factum tale, nume. 3. lib. 2. & in conſil. 221. Super primis, num. 2.
& Signorol. de Homod. *conſi. 1. Quidam nomine. num. 24. verſic. de-
mum decedente Clarutia.* vbi dixit, quod ex perſona filiæ inſtitutæ
in re certa non poterat hæres deducere Trebellianicam: quo-
niam hæres inſtitutus in re certa non haberetur pro hærede v-
niuerſali, *l. quoties. C. de hæred. inſtit.* idem in Baldi ſententia tradi-
derunt Iaſ. *num. 10.* & Ioan. Coraſ. *in repetitio. num. 74. in d. l. filium
quem habentem.* Idem Iaſ. *in d. l. quoties, num. 3. & in l. Lucius, num. 21.
ff. de vulga. & pupilla.* Franciſc. Cremenſ. *notabili 73.* Guido Papæ
deciſ. 466. Paul. de Monte Pico *in repetitio. l. in quartam, num. 21. ff.
ad legem Falcidiam.* Fabian. *in repetitio. Authen. nouiſſima. C. de inoffi-
cioſo teſtamen. num. 197.* Aymon Sauilian. *conſi. 131. nume. 13. & con-
ſil. 186. num. 1.* Abb. Panormitan. *in cap. Raynutius, ſupra eodem. num.
27. & ibi* Ioan. Crot. *in repetitio. eiuſdem cap. fol. 7. colum. 4. verſicu.
ſecundò fallit.* & Gulielm. Benedict. *ibidem in verbo, in eodem teſta-
mento relinquens. 1. num. 257.* Et hanc eſſe communem opinio-
nem in terminis reſoluit Marian. Socin. iunior *in conſil. 2. num.
4. & conſil. 45. num. 5. in prima par.* ſequitur Paul. Pariſ. *conſil. 18. nu-
me. 104. & conſil. 2. num. 3. in prima parte.* & nouiſſimè ſequutus eſt
Reuerendiſſ. Epiſcopus D. D. Couuarru. *in d. cap. Raynutius. §. 1.
num. fina.*

Non obſtat glo. *authoritas in præſenti.* Quoniam Aymō Sauil-
lian. *vbi ſuprà,* reſpondet, quod ſi glo. voluit hoc præſupponere,
malè quidē hoc præſuppoſuit, & ſine aliqua allegatione. Quin-
immò ampliùs dicit, quod glo. hic non videtur illud deciſiſſe,
& quod nihil potuit præſupponere niſi id, quod hoc cap. conti-
netur. Porrò interpretatur, quod hic text. negando deductionē
legitimæ & Trebellianicæ, loquitur & intelligitur reſpectiuè, id
eſt, de legitima reſpectu filij & filiæ, de Trebellianica verò reſpe-
ctu filiæ, quæ ſucceſſit fratri hæredi vniuerſali.

Sed hæc, quæ Aymon Sauillian. circa text. noſtrum, & gloſſ.
ſcripſit, minimè ſatisfacere videntur. Etenim glo. *in verbo. abſque
deductione, in fin.* apertè ſenſit, quod ſi ſubſtitutiones iure fidei-
commiſſi valuiſſent, potuiſſet mater de re certa, in qua fuit inſti-
tuta filia, deducere tertiam, & quartam. Scribit enim, quod ſi fi-
lius & filia poſt tempora pubertatis deceſſiſſent, potuiſſent ha-
bere locum matris allegationes. Quòd autem idem Aymon Sa-
uillian. dixit, Trebellianicam hic referri debere ad eam, quam
mater deducere potuiſſet ex perſona filię quatenus ſucceſſit fra-
tri hæredi vniuerſali, notandum eſt. Melius enim dixiſſet, quòd
deductio legitimæ portionis iure naturæ debitæ referri poterat
ad portionem, quam mater ex perſona filij & filiæ deduceret:
Trebellianicæ autem deductio referri deberet ad Trebelliani-
cam, quam mater ex perſona ſolius filij hæredis vniuerſalis poſ-
ſit deducere.

Aliter reſpondit Reuerendiſſ. Epiſcopus D. D. Couuarru. *in c.
Raynutius. §. 1. num. fin. ſuprà eod.* excuſando & defendendo gloſſ.
in præſenti. Generaliter enim probat, quod hæres inſtitutus in re
certa non detrahit Trebellianicam. In ſpecie tamen huius capi-
tis admittit cum gloſſ. quod ex perſona filiæ in re certa hæredis
inſtitutæ detraheretur Trebellianica, ſi ſubſtitutio fuiſſet fidei-
commiſſaria, quoniam ſubſtitutio nō fuerit facta huic filiæ ſpe-
cialiter in re certa, ſed vniuerſaliter.

Ego verò rationem huius defenſionis nō perſpicio: propter-
eà arbitror gloſſ. defendi non poſſe. Agnoſco enim, quod filiæ
in re certa hæredi inſtitutæ ſubſtitutio facta non eſt ſpecialiter in
eadem re certa, verumtamē hæc conſideratio non magis admit-
tere videtur deductionem Trebellianicæ, quàm ſi ſubſtitutio
facta fuiſſet ſpecialiter in re certa. Nam ſi pauperes, qui huic fi-
liæ vniuerſaliter fuerunt verbis ciuilibus ſubſtituti, eidem filiæ
per fideicommiſſum ſubſtituti viderentur, interpretari oporte-
ret, quod filia quaſi duplici fideicommiſſo onerata videretur.
Primum enim quaſi in certa re hæres inſtituta intelligeretur ro-
gata, vt eam rem ſi ſine liberis decederet, pauperibus reſtitue-
ret. Item eadem filia quaſi fideicommiſſaria vniuerſalis cenſere-
tur rogata, vt hęreditatem ſibi ex fideicommiſſo reſtitutam pau-
peribus ſimiliter reſtitueret. Proinde quaſi in duplici fideicom-
miſſo duplex quoq; incurreret deliberatio circa deductionem
Trebellianicæ, argumento eorum, quæ obſeruat Barte. *num. 2. &
ibi* Alexand. *num. 2. verſic. ſed quæ quarta. in l. Marcellus. §. idem Pom-
ponius. ff. ad Trebellianum.* Et imprimis † conſtaret, quod de hoc 15
poſteriore fideicommiſſo hæreditatis paternæ non poſſet de-
duci Trebellianica, quia filia non quaſi fideicommiſſaria fuiſſet
one-

onerata, *l.1.§.inde Neratius.ff. ad Trebellianum, l.lex Falcidia.§ nunquem.ff.ad legem Falcidiam.* Integra igitur, & ſeparata quæſtio relinqueretur, vtrum filia, quæ quaſi hęres fuiſſet onerata rem certam pauperibus reſtituere, potuiſſet de re certa Trebellianicam deducere? Itaque concludo ſecundùm authoritatem receptioris ſententiæ aduerſus glo. hic, & eos authores, qui illam ſequuti ſunt, quod etiam ſi in terminis huius cap. filius & filia ſine liberis eodem ordine deceſſiſſent poſt tempora pubertatis, hæres filiæ non poſſet ex eiuſdem filiæ perſona quicquam tractare de Trebellianica deducenda de re certa.

Non obſtat Pontificis ſententia in præſenti, quoniam reſpondeo veram & neceſſariam interpretationem eſſe, quod Trebellianicæ deductio, quam hic faciendam fuiſſe Pontifex ſenſit, ſi ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria, referatur ad ſolam quartam quam mater ex perſona filij hæredis vniuerſalis volebat deducere. Animaduerto enim (quod miror à tot grauiſſimis authoribus non eſſe animaduerſum) nomē Trebellianicæ ineptum eſſe ſi referatur ad quartam deducendam de re certa. Nam † ſi res
16 certa erat in fideicommiſſo, iam nomen Trebellianicæ aptari non potuit fideicommiſſo rei ſingularis. Iuris enim præceptores docuerunt, quartam quæ iure inſtitutionis competit, non Trebellianicam, ſed Falcidiam appellari, ſi de legatis aut fideicommiſſis rerum ſingularium veniat deducēda. Si verò de fideicommiſſarijs hæreditatibus quarta deduci debeat, tūc eam quartam appellarunt Trebellianicam, vt per Accurſ. *in rubr. C. ad Trebellian. in rubric. C. ad legem Falcidiam, & plenius in §. ſed quia hæredes. in verbo, proinde. Inſtitu. de fideicommiſſ. hæredita.* Et hanc vulgatam traditionem ſequuta eſt gloſſ. *hic in hoc verbo Trebellianica.* & omnes ordinarij interpretes ſeparantes Trebellianicam, de qua hic loquitur Pontifex, à Falcidia, de qua loquitur Imperator *in Authen. ſimiliter. C. ad legem Falcidiam.* Et hanc ipſam differentiam inter Trebellianicam, quæ deducitur de fideicommiſſo vniuerſali, & inter Falcidiam, quæ deducitur ex legatis aut fideicommiſſis rerum ſingularium obſeruat Barto. *in l. ſi quis ſeruum. § fina. ff. de legat. 2. & in l. mulier. §. fina. ad Trebellianum.* & hæc differentia eſt communiter approbata, vti conſtat ex Paul. Pariſ. *conſil. 43. num. 45. in 3 parte.* & Mariano Socin. iuniore *in conſil. 136. num. 4. in 1. parte.* Et hæc vna differentia potiſſima eſt inter alias, quas Doctores tradiderunt *in l. ſi arrogator ff. de adoptionib. in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, in l. filium quem habentem. C. familiæ erciſcunde.*

Attende tamen, quod licèt in confeſſo ſit, nomen Trebellianicæ ineptum eſſe deductioni faciendæ de legatis rerum ſingularium, erat fortaſſe aliquis qui concēdebat, nomen Trebellianicæ aptum eſſe deductioni faciendæ de fideicommiſſis rerum ſingularium. Nam Pegaſiani ſenatuſconſulti authoritate inductum videtur, vt quarta detraheretur tam de fideicommiſſarijs hæreditatibus, quàm de ſingulis quoque rebus per fideicommiſſum relictis. Hoc Iuſtinianus ſignificauit *in d. §. ſed quia hæredes. in verſ. Ex ſingulis quoq; rebus. Inſtitu. de fideicommiſſarijs hæreditatibus.* & ibi agnouit hoc eſſe verum Accurſius *in verbo, Permiſſa,* & explicauit Theophilus poſt Angelum Aretinum. Hoc etiam ex eodem deduxerunt Ludouicus Romanus *in repetitione Authen. Similiter C. ad legem Falcidiam.* Raphael Fulgoſius *in Rubric. C. ad Tertullianum.* Raphael Cumanus & Socin. *num. 7. in Rubric. ff. ad Tertullianum.* Petrus Matheſila. *in repetitione l. filium quem habentem, num. decimoquarto. C. familiæ erciſcundæ.* Nec admittenda eſt Franciſci de Ripa interpretatio, *in l. in quartam, num. ſecundo. ff. ad legem Falcidiam.* vbi intellexit Imperatorem *in dicto verſicu. Ex ſingulis.* loqui de ſingulis rebus in fideicommiſſo vniuerſali comprehenſis, quem intellectum Belonus quoque probauit, & ſibi vendicauit, *in dicto verſicu.* & alij recentiores ibidem, & Berengar. Fernand. *in repetitione l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam, cap. primo, num. 205.* Siquidem verba textus hæc ſunt: Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquitur, &c. Planè vbi hæreditas per fideicommiſſum non relinquuntur ſingulæ res per fideicommiſſum non relinquuntur, *argumento text. in l. in fideicommiſſariam, verſicu. quoties, in fine. ff. ad Trebellianum. & in l. 1. in fin. C. de euictionibus.* Cùm igitur Pegaſiani Senatuſconſulti authoritas tota tranſierit in nomen & authoritatem Senatuſconſulti Trebelliani, conſequens erit dicere, quòd quarta Trebellianica poſſit appellari, quæ olim authoritate Pegaſiani cœpit deduci ex ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. Sic Pontificis ſententia à contrario ſenſu non minus pertinere videbitur ad Trebellianicam deducendam de fideicommiſſo rei certæ.

Sed tamen communis traditio omninò eſt retinēda, vt quarta, quæ de ſingulis rebus per fideicōmiſſum relictis detrahi poteſt, Falcidia appelletur, non verò appellari queat Trebellianica. Et hoc ita, reiecta quorundam opinione, retinendum cenſet Philip. Corn *in d. Auth. Similiter, num. 3.* Paulus de Monte Pico *in Repet. d. l. in quartam, num. 2. & ibi* Ripa *num. 2.* Nec obſtat ſuperior argumētatio *ex d. § ex ſingulis.* Quoniam etſi daremus, quòd Pegaſianum Senatuſconſultum legem Falcidiam in legatis latam induxerit fideicommiſſis etiam rerum ſingularium, non continuo ſequitur, poſſe hanc quartam appellari Trebellianicam. Siquidem Pegaſianum Senatuſconſultum quatenus egit de fideicommiſſarijs hæreditatib. tranſlatum quidem eſt in nomen & authoritatem Trebelliani, *d. §. ſed quia ſtipulationes. Inſtitu. de fideicommiſſar. hæreditatib.* Cæterùm ſi quid cauit circa fideicommiſſa rerum ſingularium, id nequaquàm attributum eſt Senatuſconſulto Trebellia. vt rectè obſeruauit Raphael Cumanus *in Rubri. ff. ad Trebellianum.* quem ibi retulit & ſequutus eſt Socin. *num. 5. verſi. Dixit etiam.* Quæ traditio ratione manifeſta mihi comprobatur. Nam cùm Senatuſconſultum Trebellianum in ſolis fideicommiſſarijs hæredita. factum ſit, & de ſingulis rebus, per fideicommiſſum relictis nihil cenſuerit, *l. 1. in princ. ff. ad Trebellianum.* inepta videretur Senatuſconſulti extenſio, quæ fideicommiſſariarum hæreditatum terminos egrederetur.

Adde quòd ite veriſſimus intellectus ex eo confirmari videtur, quod lex Falcidia, quæ de legatis quartam reſecari præcipiebat, nihil de fideicommiſſis etiam rerum ſingularium cauerat, quoniam eo tempore robur non habebant, vt *in princip. Inſtit. de lege Falcidia, iuncto principio Inſtitut. de fideicommiſſar. hæreditatibus.* Quare cùm paulatim fideicommiſſa robur habere cœperint, Pegaſus legem Falcidiam induxit ad fideicommiſſa vniuerſalia & particularia, quoniam lex Falcidia duntaxat de legatis loquuta fuerat, vt probatur *in dicto principio, Inſtit. de lege Falcidia, & melius in dicto §. ſed quia hæredes, ibi: Atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur.* Id quod eleganter aduertit nouiſſimè Duaren. *in titulo, ad legem Falcidiam, cap. 7.* Ergo Senatuſconſulti Pegaſiani autoritas in Trebellianum fuit trāſlata in fideicommiſſis dūtaxat vniuerſalibus, in particularibus verò integra permanſit.

Secundò & facilè reſponderi poteſt, quòd verba huius verſiculi, Ex ſingulis, non ſunt referenda ad thema principale, quod Iuſtinianus tractare ſibi cœperat de Trebellianica deducenda ex fideicommiſſo vniuerſali, ſed ſunt referenda ad exemplum adductum de Falcidia, quæ de legatis rerum ſingulariū retinetur, & ex ſingulis quoq; rebus per fideicommiſſum relictis, vt ſit ſenſus, quod hæredi quarta Trebellianica retinere permittitur, ſicut in legatis Falcidia, & in ſingulis quoq; rebus per fideicommiſſum relictis, vt declarat Philippus Corneus *in Authen. Similiter. C. ad legem Falcidiam, num. 3. Iaſ. in rubr. num. 13. in 2. lectura. ff. ad Trebellianum.*

Concludo igitur, quod nomen magiſtrale, Trebellianicæ ſecundùm veriſſimam traditionē nullatenus aptari poteſt quartæ deducendæ de rei ſingularis fideicommiſſo. Conſequenter apparet veram eſſe interpretationem, quod Pontifex in præſenti ſub nomine Trebellianicæ nihil potuit ſentire de quarta, quæ de re certa eſſet deducenda.

Vnde infero nullo colore poſſe defendi id, quod gloſſ. *in præſenti, verſic. Abſque deductione.* putauit defendi poſſe, videlicet, quod ſi ſubſtitutiones cenſerentur eſſe fideicommiſſariæ, mater ex perſona filiæ potuiſſet quartam deducere contra pauperes fideicommiſſarios. Nam gloſſ. vidit, textum eſſe expreſſum *in Authen. Similiter, cum corpore vnde ſumitur, C. ad legem Falcidiam.* vbi ſcriptum eſt, omnem Falcidiam ceſſare in his quæ pauperibus fuerunt relicta. Ergo intelligere debuiſſet, quod mater ex perſona filiæ non poſſet quartam deducere contra pauperes, quoniam vtique ea quarta non Trebellianica, ſed Falcidia magis erat, vt quæ de rei ſingularis fideicommiſſo eſſet detrahenda.

Immò verò eadem gloſſ. conſiderare debuiſſet, quod & ſi hæc quarta poſſet habere nomē Trebellianicæ, nullatenus contra pauperes deduci poterat, per textum *in dicta Authent. Similiter.* Etenim controuerſia iuris eſt, vtrùm Trebellianica deduci queat aduerſus cauſas pias, vt ſtatim ſequenti notabili tractabimus. Sed ea controuerſia omnimodò referenda eſt ad Trebellianicam de fideicommiſſis vniuerſalibus deducendam, quæ

quæ Trebellianica non ſine colore potuit ſeparari à Falcidia de
17 relictis ſingularibus deducenda. Cæterùm † ſi de fideicommiſſo rei ſingularis quarta ſit detrahẽda, conſtare inter omnes debet, eiuſmodi quartam, ſiue Falcidiæ ſiue Trebellianicæ nomen habeat, aduerſus pias cauſas deduci non poſſe. Quod ita præcepit Ludoui. Rom. *in repetitione d. Auth.* Similiter, & retulit *ibidem* Philip. Corneus *num. 2. in fine.* Exiſtimauit enim quod licet quarta, quæ de fideicõmiſſis rerum ſingularium detrahitur, nomen haberet Trebellianicæ, omnimodò tamen æquiparanda erat Falcidiæ, quæ de ſingularibus rebus legatis detrahi ſolet. Hinc colligebat, quod & ſi Trebellianica de fideicommiſſariis hæreditatibus poſſet detrahi contra cauſas pias, non tamen detrahi poſſet de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

Vnde non rectè docuiſſe mihi videtur Franciſ. Rip. *in l. in quartam, nu. 2. ff. ad legem Falcidiam.* vbi ſcripſit, quod ſi detractio quartæ, quæ fit de ſingularium rerum fideicommiſſis, non fieret per legem Falcidiam, ſed per Trebellianum Senatuſconſultum, inducerentur omnes differentiæ, quæ ſunt inter quartam Falci-
18 diam, & inter Trebellianicam. Ego enim contra † puto, quod & ſi huiuſmodi deductio facienda de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis Pegaſiana, ſiue etiam Trebellianica appellaretur, non tamen admittenda eſſent diſcrimina inter eam, & Falcidiam rerum ſingularium legatarum. Neque enim idonea diuerſitatis ratio reddi poſſe videretur.

Secundò infero non ſolùm erraſſe eos, qui docuerunt, hæredem in re certa inſtitutum poſſe deducere Trebellianicam, ſed etiã non recta docendi ratione vſos, qui contra docuerunt, hæredem inſtitutum in re certa non poſſe Trebellianicam deducere. Nam non viderunt, aptam quæſtionem de Falcidia occurrere, ineptam verò quæſtionẽ eſſe de Trebellianica. Vnde ſi quæratur aptius, an hæres inſtitutus in re certa habeat ius deducendæ quartæ Falcidiæ? Reſpondendum eſt, Baldum vbi ſuprà ſenſiſſe, quod hæres inſtitutus in re certa, dato cohęrede vniuerſali adeunte, nequeat deducere quartam Falcidiam, *argumento legis, lex Falcidia. § nunquàm. ff. ad leg. Falcidiam.* Nec Baldus Trebellianicæ mẽtionem fecit, ſed tantùm quartæ, vt veriſimile ſit, eum rectiùs de Falcidia ſenſiſſe.

At verò Ange. Peruſi. *conſi. 13. Iacobus, in fine* contra reſpondit, quod hæres inſtitutus in re certa poſſet de ea re per fideicom-
19 miſſum reſtituenda Falcidiam deducere. Sed † communior, & verior opinio eſt, quòd hæres inſtitutus in re certa non habeat ius deducendæ quartæ Falcidiæ, vt conſtat ex Baldi, & omnium authoritate, quos ſuprà retuli. Quamuis enim plerique ex his improuida traditione deductionem Trebellianicæ excluſerũt, ratio quæ eos mouit, non minùs pertinet ad Falcidiam excludendam. Nam moti ſunt ea ratione, quòd hæres inſtitutus in re certa legatario ſit comparandus argumento, *l. quoties. C. de hæredibus inſtituen.* plane certum eſt, quòd legatarius nec Trebellianicæ nec Falcidiæ deducendæ ius habet, *d. l. lex Falcidia. § nunquam.* Item allego Bartoli, Ioannis Imol. Are. Alexan. *num. 10.* & Iaſ. *num. 4.* authoritatem *in l. cohæredi. § cum filia. ff. de vulga. & pupill.* docuerunt, quòd ſi pater filiam inſtituit hęredem in re certa, eamque rogauit, vt ſi ſine liberis decederet, reſtitueret bona ſua, vel hæreditatem Titio, valet fideicommiſſum vſq; ad vires ſubſtitutionis factæ in re certa. Hæres tamen filiæ poterit de re certa legitimam portionem detrahere, in qua filia onerari nequiuit, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen.* nec tamen quartam Falcidiam detrahere potuit, quia hæres inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali adeunte, non habet ius deducendæ Falcidiæ, *argumento d. l. lex Falcidia. § nunquàm.* Eandem ſententiam, nemine relato, aſſeuerauit Angel. Peruſi. ſibi contrarius, *in Authentica de hæredibus & Falcidia. § ſi verò expreſſim, num. 32. verſi. Circa ſextam, collatio prima.* Philippus Corneus *conſil. 236. Conſtat. lib. 3.* Marian. Socin. Iunior, *conſi. 122. Perſpectis, num. 7. lib. primo.* vbi ſcripſit ſe non reperiſſe qui Baldo contradiceret, *in dicta l. filium quem habentem.* & magis de Falcidia, quàm de Trebellianica agendum fore.

Et ſanè receptior ſententia mihi optima iuris ratione comprobari videtur. Huius enim quæſtionis cardo in eo vertitur, vtrùm hæres in re certa inſtitutus, cohærede vniuerſali adeunte, quo ad legis Falcidiæ deductionem comparandus ſit hæredi, an verò legatario? Et conſtituendum eſt, eum legatario magis comparandum fore, *argumento text. in l. ex facto, verſicu. & ſi fortè Falcidia. ff. de hæredib. inſtituen.* vbi hæres inſtitutus in re certa, patitur legem Falcidiam, quaſi legatarius, vt ibi obſeruat Bartol. *num. 2.* & Philip. Franc. *hic num. 24.* Vnde filia in hoc cap. eius erat cõditionis, vt in eo, quod ſupra legitimam portionem in re certa accepiſſet, poſſet pati legem Falcidiam, quum † legitima por- 20
tio ex lege Falcidia non minuatur, *l. ſancimus. C. de inoffi. teſtam.* Ergo ratio videtur euincere, vt perſona, quæ quaſi legataria patitur legem Falcidiam quaſi hæres exercere poſſit.

Vltimò infero, coniunctam eſſe euidenter temeritatem Curtij Iunioris, *dicto conſi. 160.* qui aduerſus Baldum & Iaſ. *in d. l. filium quem habentem.* arroganter iactauit, & quod ſi cum Baldo errauiſſent clauſis oculis aliqui Moderni, meritò tamen illud dici poſſet, Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadent. Magis enim hoc de ipſo Curtio iuniore dici poteſt, qui ductus authoritate *gloſſ. in præſenti.* non rectè reſpondit, quod Ioannis in re certa hæredis inſtituti vxor hæres poterat ex mariti defuncti perſona Trebellianicam deducere de re certa. Quippe verius reſpondiſſet, quod de re certa non poterat detrahi Trebellianica, de qua ineptum erat tractare, ſed neq; poterat detrahi quarta Falcidia, ſecundùm ea, quæ ſuprà oſtendimus. Quinimmò de ipſa re certa hæredẽ vniuerſalem deducere potuiſſe Falcidiam contra ipſam filiam.

Secundò principaliter nota ex hoc textu cum glo. hic argumentum expreſſum, quod cõtra pauperes per fideicommiſſum ſubſtitutos, & ſimiliter contra quamlibet cauſam piam detrahi poteſt quarta Trebellianica de hæreditate per fideicommiſſum eis reſtituenda. Et tamen conſtat, quod de relictis ſingularium nõ poteſt hæres contra huiuſmodi legatarios, ſeu fideicommiſſarios, quartam Falcidiam detrahere, *l. ſi quis ad declinandam, in fi. C. de epiſco. & cler. Authen. ſi qua mulier. C. ad legem Falcidiam.* quarum legum diſpoſitio fuit noua. Nam iure antiquo etiam de legato pio deducenda erat Falcidia, vt *in l. 1. § ad municipium. & in l. Diui. ff. ad legem Falcidiam, l. 3. C. ad Trebellian. quicquid corrumpere text. in dicto § ad municipium.* tenet Cuiacius *in § fina. Inſtit. de lege Falcid. & in notis ad Iulium Paulum lib. 4. recept. ſenten. titu. 3. verſi. lex Falcidia.* Hanc differentiam inter deductionem Trebellianicæ & Falcidiæ, Archid. hic, & plerique authores probauerunt, præſertim Ludouic. Rom. *in repetitio. d. Auth. ſimiliter, in 40. priuil. vltimarum voluntatum.* Sed & Philip. Corn. *ibidem, num. 3.* ſcripſit, quod hæc opinio in puncto iuris videbatur magis ſuſtentabilis. Eandem partem ſibi ſatis placere in puncto iuris teſtatus eſt Socin. *conſi. 80. De duobus, num. 6. lib. 1.* vbi graues huius partis authores retulit. Hanc denique opinionem, relatis pluribus eius aſſertoribus, veriorem putauit Iaſ. *in l. Marcellus, num. 30. ff. ad Trebellia.* Motus eſt ſententia Pontificis in præſenti, quam dixit ineuitabiliter ſtringere pro hac parte. Nam ſi vbi eſſet fideicommiſſaria ſubſtitutio, non potuiſſet mater contra pauperes deducere Trebellianicam, vana (inquit) & ridicula mentio fuiſſet Trebellianicæ in *eo. cap.*

Sed tamen contraria ſententia magis communiter tenetur, quòd videlicet † Trebellianica deduci nequeat contra pias cau- 21
ſas, vt reſoluunt Philip. Franc. *hic num. 105.* Philip. Corne. *in d. Authen. ſimiliter, num. 2.* Alex. *num. 4.* Iaſ. *num. 20. in d. l. Marcellus.* Philip. Dec. *conſi. 299. num. 4.* Io. de Gatronib. *in repetitio. Auth. ex teſtamento, num. 26. C. de ſecund. nupt.* Et hanc eſſe communem ſententiam vtriuſque iuris Doctorum reſoluit Fabian. *in repetitio. Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam. num. 281.* Ioan. Coraſ. *in repetitio l. filium quem habentem. C. famil. erciſcun. in præludijs, num. 44.* & hanc partem nouiſſimè ſequutus eſt Reuerendiſſ. epiſc. D. D. Conuar. *in c. Raynaldus, de teſtam. § 3. nume. 7. facit text. in d. Authen. ſimiliter, iunct. Authent. de eccleſiaſt. tit. § ſi autem hæres. ibi, Omni Falcidia vacante, col. 9.*

Adde, quod in conflictu harum opinionum fruſtrà laborauit doctiſſimus Alex. dum iuris ſubtilem rationem non perſpicit, *conſi. 12. Attentis, num. 33. lib. 3.* Teſtator enim ita dixerat, Quandocunque filius meus ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, tertia pars bonorum meorum diſtribuatur inter pauperes, &c. Hic teſtator de bonis ſuis expreſſam mentionem feciſſe animaduertebatur, vti conſtat ex dictis Alexan. *in eodem conſi. num. 1. & 9.* Cùm itaq; filius, qui patri hæres extiterat, intra pupillarem vitam deceſſiſſet, & ſubſtitutio iure fideicommiſſi eſſet accipienda, quærebatur vtrum mater, quæ filio impuberi hæres ab inteſtato extitiſſet deducere poſſet legitimam & Trebellianicam ex perſona filij? Alexan. *num. 31. verſicu. fortius dico.* reſpondit, quòd mater non poſſet deducere legitimam portionem ipſi filio debitam. Si quidem filius ipſe non videbatur fideicommiſſo oneratus, ſed magis videbatur onerata impuberis filij hæres mater,

iuxta l. ſi Titio. §. *fin ff. de lega.* 1. De Trebellianica autem detrahẽda contra piam cauſam nõ putauit Alex. opus eſſe lõga diſputatione, quoniam communis opinio eſſet, quod contra piam cauſam non detrahitur Trebellianica. Hæc Alex. Ex cuius ſententia collegit Lancelot. Galiau. *in repet. l. Centurio, num.* 410. *ff. de vulg.* quod hæres impuberis, qui non poteſt ex perſona impuberis detrahere legitimam, poteſt ex ſua perſona detrahere Trellianicam.

Ego autem aduerti, hos authores non fuiſſe aſſecutos, quod in propoſita ſpecie ratio eadem, quæ euincebat non eſſe detrahendam legitimam: euincebat quoque, non eſſe tractandum de Trebellianica. Quod etiam non perſpexit idem Lancelot. Galiaul. *in repetitio. d. l. Centurio, num.* 351. *verſicu. ſecundo pro limitatione.* Quippe ſi teſtator non filium, ſed matrem filij impuberis iure poteſtatis fideicommiſſo oneraſſe videbatur, *iuxta d. l. ſi Titio.* §. *fina.* iam fideicommiſſum bonorum teſtatoris non erat vniuerſale, ſed rerum certarum. Proinde ſine vlla controuerſia indubitatum eſſe debuit, quod de fideicommiſſo rerum certarum Falcidia deduci non poſſet contra pauperes, *d. l. ſi quis ad declinãdam, in d. Authen. ſimiliter.* Nam ſi filium hæredem legitimum rogauero, vt ſi deceſſerit in pupillari ætate, reſtituat pauperibus hæreditatem meam, iuxta terminos, *l. cohæredi.* §. *cum filiæ, verſicu. quod ſi hæredem. ſecundum communem intellectum. ff. de vulga.* euidenter conſtat, fideicommiſſum eſſe vniuerſale, & de Trebelliani-
22 ca debere tractari. Cæterùm † ſi hæredis filij impuberis legitimum hæredem rogauero, vt ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, hæreditatem meam pauperibus reſtituat, iuxta terminos *d. l. ſi Titio.* §. *fina.* eleganter probandum eſt, quod in hac ſpecie fideicommiſſum hæreditatis meæ nõ eſt vniuerſale, ſed magis rei certæ ſingularis, *argum. l. cogi.* §. *ſed & ſi miles, verſic. & quamuis. ff. ad Trebell. coniuncto* §. *igitur. verſic. tanquam ſi ipſe filius, Inſtit. de pupillar.* Quod euidentius colligitur ex Papiniani arguto reſponſo *in l. cohæredi.* §. *fin in fine. & quod ibi* Caſtren. & Aretin. *ff. de vulgar.* & idem Aretin. *in l.* 1. *nu.* 20. *ff. eod. tit.* Secundùm quæ in Alexandri ſpecie non de quarta Trebellianica, ſed de Falcidia tractandum fuit, vt nemo dubitaret, quin Falcidia contra piam cauſam deduci nequiret.

Nec ſolùm ſuperior ſententia, qua reſoluitur, Trebellianicam deduci nõ poſſe contra pias cauſas, receptior eſt: ſed etiam in puncto iuris verior videtur. Nam ſi expreſſum eſt, quòd Falcidia non exercetur contra piam cauſam, *d. l. ſi quis ad declinandã, & d. Authen. ſimiliter.* vtique expreſſum intelligi debet, quòd nec
23 Trebellianica exerceatur. Nomen enim Trebellianicæ † magiſtrale eſt, & apud Iuriſconſultos nuſquàm repertum, cùm Senatuſconſultum Trebellianum nihil de huius quartæ deductione conſtituerit. Imò verò poſt Senatuſcõſulti Trebelliani promulgationem hæredes, qui per fideicommiſſum rogati erant hæreditatem reſtituere, non poterant de hæreditate fideicommiſſaria quartam deducere. Nam nec ipſo Senatuſcõſulto id cautum erat, nec lex Falcidia lata fuerat in fideicommiſſarijs hæreditatibus. Poſteà verò Pegaſianum Senatuſconſultum legem Falcidiam induxit fideicommiſſarijs hæreditatibus, §. *ſed quia hæredes, Inſt. de fideicommiſſ. hæred. l. Titia, in fi. ff. ad leg. Falcid.* Vnde Iureconſulti paſſim *in titulis. ff. ad leg. Falcid. & ad Senatuſconſultum Trebell.* Falcidiam propriè appellarunt eam, quam Pontifex in præſenti Trebellianicam appellauit. Potuerunt etiam Iuriſconſulti tandem quartam dicere Pegaſianam, vt quæ alibi appellata ſit Senatuſconſulti, videlicet, Pegaſiani commodum, *l. ſi ſponſus.* §. *fin. ibi, Senatuſconſulti commodo. ff. de donat. inter vir. & vxo.* Enimuerò poſteaquàm noua Iuſtiniani conſtitutione omnis Pegaſiani authoritas circa fideicommiſſarias hæreditates trãsfuſa eſt in Trebellianum, *ſed quia ſtipulationes. Inſtitu. de fideic. hær.* Pontifices, & *in c. Raynutius. ſuprà hoc tit & in hoc cap.* non impropriè Trebelliani & Trebellianicæ meminerũt. Ergo quamuis inter Falcidiam, quæ initio locum habuit in legatis, & inter Falcidiam, quam Senatuſconſ. Pegaſianum fideicommiſſarijs hæreditatibus induxit, differentias quaſdam Iureconſulti obſeruauerint, *l. in quartam. ff. ad leg. Falcidiam.* nihilominùs hæc & illa vno nomine dicta eſt Falcidia. Quod ita tradiderunt Petr. Matheſil. *in repetitio. l. filium quem habentem, num.* 10. *C. familia erciſcun.* Franciſ. Rip. *in d. l. in quartam, num.* 67. Denique hinc Socin. *in rub num. fin. ff. ad Trebellianum.* colligebat, quod contra pauperes & pias cauſas non poteſt de fideicommiſſaria hæreditate detrahi quarta, *per text. veluti expreſſum in d. Auth. ſimiliter.*

24 Huic † ſententiæ non refragatur text. noſter, quoniam Bart. *num.* 5. *in d. l. Marcellus, in princip. ff. ad Trebellian.* & alij Doctores vulgò reſpondent, quod minimè ſumendum eſt hoc paruum à contrario ſenſu argumentum, *iuxta cap. à nobis.* 2. *de ſententia excommunicationis,* gloſſ. *in cap. ſignificaſti, de foro competenti.* Proinde agnoſcunt, quòd etiam ſi hæ ſubſtitutiones cenſerentur eſſe fideicommiſſariæ, non poſſet mater Trebellianicam deducere. Et reperio, quod Innocent. *hic nume.* 2. euidenter idem docet, quaſi hoc ita ex integra conſtaret. Et nouiſſimè ita reſpondet *ad hoc cap.* Fabian. *in repetitio. d. Authen. nouiſſima, num.* 283. *C. de inoffic. teſtam.*

Sed quicquid olim expreſſum fuerit in antiqua, vbi etiam exprimebatur, quod portionis iure naturæ debitæ deductio nõ habebat locum contra pauperes, pendere tamen debemus ex authoritate huius Decretalis, prout legitur deciſa in præſenti. Immò quemadmodum contra authoritatem antiquæ ſignificatum eſt in hac deciſa, quod deductio partis iure naturæ debitæ haberet locum contra pauperes, ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, vt *in ſequenti gloſſa* tractabimus, ita quoque ſignificatum videtur, quòd Trebellianicæ deductio locum habuiſſet contra eoſdem, ſi ſubſtitutiones non intelligerentur directæ, ſed fuiſſent fideicommiſſariæ, vti colligitur *ex verſicu. Præmiſſæ.*

Vnde ego aliàs conſideraui (& fuit prima cõſideratio, quam habui ſuper *hoc cap.*) quòd ſumi poſſet contrarius ſenſus, & verus & elegans, qui tamen non oppugnaret receptam illam & veram opinionem. Concedo igitur, quòd ſi hæ ſubſtitutiones intelligi deberẽt fideicommiſſariæ, mater potuiſſet Trebellianicam deducere. Sed hoc ita accipiendum eſt, vt ex perſona filij, qui prior deceſſit, demus matrem potuiſſe Trebellianicam deducere cõtra filiam, nõ tamen demus, potuiſſe eandem matrem ex perſona filiæ, quæ poſterior deceſſit, deducere Trebellianicam contra pauperes, idq; ita reperi poſteà tentaſſe Socin. *in l. Marcellus.* §. *quod autem, nu.* 7 *ad Trebellianum.*

Verùm contra hanc interpretationem occurrit argumẽtum, quod ſi mater ex perſona filij potuit cõtra filiam deducere Trebellianicam, in effectu deduceret eam contra pauperes. Vtique enim poſt mortem filiæ eadem hæreditas teſtatoris ad pauperes eſſet peruentura cum diminutione eiuſdem quartæ Trebellianicæ. Ergo videtur, quòd mater ex perſona filij non poſſet deducere Trebellianicam aduerſus filiam contemplatione ſcilicet pauperum, contra quos in effectu deduci videretur. Ad hoc facit text. *in l. auia.* §. *Titio. ff. de conditionib. & demonſtrationib.*

Vbi probatur † eundem fauorem deberi mediæ, & interpo- 26
ſitæ perſonæ, qui debetur perſonæ vltimæ, ad quam finaliter deuenire commodum debet. Vnde Bal. ibi collegit, quòd ſi teſtator ab hærede ſuo mihi aliquam rem legauit, & rurſus eandem rem à me legatario pauperibus per fideicommiſſum reliquit, non ſolùm hoc poſtremum fideicommiſſum eſt pium, ſed eadem ratione legatum quoque pium eſt, quod mihi priore loco relictum fuit. Quocircà hæres de re hac mi legata non poterit Falcidiam deducere, quoniam eam in effectu deduceret cõtra pauperes. Item pro hac parte facit textus *in l. ſed ſi non ſeruus, verſiculo, Si ſolus. ff. ad legem Falcidiam.* cuius argumento Aretinus *conſil.* 67. *colum. penult.* comprobauit, quod Falcidia, quæ ceſſat contra pauperes, ceſſare debet eadem ratione contra eos, qui eandem rem priore loco ſibi datam rogati ſunt pauperibus reſtituere. Ad hoc quidem facit textus *in l.* 3. §. *ſed etſi proponas. ff. de legatis præſtandis.* quem pro hac eadem concluſione adducit Alexan. *in l. Marcellus, nume.* 6. *ff. ad Trebellianum.* Poſtremò facit textus elegans *in l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam.* quem meliorem de iure pro hac ſententia dixit Ludouicus Romanus *in repetitione d. Authen. ſimiliter, carta antepenult.* & meminit eiuſdem textus in hanc ſententiam hic Philipp. Franc. *num.* 106. Denique communi opinione receptum eſt, quod priuilegium piæ cauſæ datum, *in dicta Authentica ſimiliter.* procedat etiam quando pia cauſa læderetur mediatè per deductionem Falcidiæ vel Trebellianicæ, vt conſtat ex Baldo *in lege auia.* §. *Titio. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Angelo & Alexan. per textum ibi *in dicta l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam.* Alexan. in *conſil.* 20. *Ponderatis, colum. fina libro tertio.* Bartholomæ. Socin. *conſi.* 49. *viſo inſtrumento, colum. fina. lib. primo. & conſi.* 49. *num.* 3. *lib.* 4. Ioan. Crotus *in repetitio. l. quarta.* § *Cato. num.* 172. *ff. de verborum obligatio.* & alij quamplures, quos retulit Andreas Tyraquellus *in tractatu de priuileg. piæ cauſæ, in priuileg.* 26. *in princip.* Quòd ſi hæc communis opinio vera eſt, videtur defendi non poſſe contrarius huius capituli ſenſus, etiam in Trebellianica, quam mater

velle deducere ex perſona filij contra filiam, quum filia etiam rogata videretur eandem hæreditatem pauperibus reſtituere. Et hoc ita in Trebellianica *huius cap.* aliud tamen agens ſenſit Ioan. Crot. *in repet. c. Raynutius, ſuprà de teſtamen. fol. 23. col. 4. verſ. non obſtat text. in c. ſi pater.*

Aduertendum tamen eſt, quod nihilominùs pro hoc contrario ſenſu aduerſus communem illam opinionem, quam modò retulimus, facit fortiſſimè Iuliani reſponſum vulgò non intellectum, *in l. 2. §. idem quærit. ff. de dote prælegat.* Quo loco pro conſtanti præſuppoſuit, quod ſi maritus vxori dotem prælegaſſet, hæres non poſſet de hoc legato Falcidiam deducere contra defuncti vxorem, vt clariùs probatur *in l. ſi vſusfructus. §. dos legata. ff. de vſufructu legato.* Et tamen ſi maritus alij dotem legaſſet, isque rogatus eſſet vxori dotem reſtituere: idem Vlpianus reſpondit, legem Falcidiam locum habere contra legatarium. Proinde ad excludendum legis Falcidiæ deductionem noluit haberi rationem vxoris, cui dos erat per fideicommiſſum reſtituenda. Ergo id Iuriſconſulti reſponſum apertè oppugnat ſuperiorem communem opinionem, & confirmat contrarium huius cap. ſenſum, quo ſignificatur Trebellianicam deduci potuiſſe contra filium de hæreditate, quam eadem filia rogata cenſetur pauperibus reſtituere. Atque ita contra ſuperiorem communem opinionem eum textum *in d. §. idem quærit.* allegarunt Alexan. *in d. l. Marcellus, num. 6. & nonnulli alij ex ſuprà allegatis.* Sed profectò ſi Iulianus vera ſenſit, in *in d. §. idem quærit.* impoſſibile erat communem illam opinionem defendere, quam ipſi nihilominùs veram eſſe putauerunt. Quapropter defendendo communem opinionem reſpondendum eſt, ſententiam Iuliani *in d. §. idem quærit.* meritò fuiſſe tacitè confutatam à Celſo ibidem, & expreſſiùs & in terminis à Marcello, *in l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam.* vt latiùs declaraui *ſuprà in prima parte, in gloſſ. Legauit.* Sic demùm aduerſus Iuliani authoritatem defendo communem opinionem, qua rectè conſtitutum eſt, quod ad excludendam quartæ deductionem habenda eſt pauperum ratio, etiam ſi alij primùm relictum fuerit, ſi modò is rogatus ſit pauperibus reſtituere.

Ergo adhuc in difficili eſt noſtri cap. cõtrarius ſenſus, vt propè defendi non poſſit, videtur enim quod nec contra filiam potuerit mater ex perſona filij deducere Trebellianicam, quum & filia eandem hæreditatem ex fideicommiſſi cauſa pauperibus reſtituere deberet. Quare aliàs videbatur poſſe dici, quod contrarius ſenſus non ita accipiatur, vt ſi præmiſſæ ſubſtitutiones omnes iure fideicommiſſi acciperentur, mater potuiſſet deducere Trebellianicam. Pontifex enim dicit, quod abſq; deductione Trebellianicę, ſeu patris iure naturę debitę omnia bona pauperibus deferuntur, quia omnes præmiſſæ ſubſtitutiones intelligi debent directæ pupillares. Rectius ergo contrarius ſenſus eſt, quod non omnia bona patris, & filiorum, pauperibus deferuntur, ſi omnes præmiſſæ ſubſtitutiones non intelligerẽtur eſſe directæ pupillares. Vtique enim ſi ſubſtitutiones factæ de filio ad filiam, & econtrà, intelligerentur eſſe fideicommiſſariæ, pauperum verò ſubſtitutio intelligeretur eſſe directa pupillaris, iam mater ipſi filiu impuberi ab inteſtato ſuccederet, & ex eius perſona deducere poſſet & legitimam, & Trebellianicam contra filiam. Pauperes vero, qui filiæ poſterioris mortuæ bona ex pupillari ſubſtitutione vendicarent, nulla iuris ratione impedire poſſent quin mater perſona filij Trebellianicam deduceret, & deductam retineret, *argumento l. 2. §. ex his. ff. de verbor. obliga.* Et occurrit iuſta differentiæ ratio inter pauperes venientes ad hæreditatem filiæ ex pupillari, & eoſdem venientes ad hæreditatẽ patris ex fideicommiſſo, mortua filia. Finge enim, quod prior ſubſtitutio ex iure fideicommiſſi locum habuit, & mater, mortuo filio reſtituit portionem hæreditatis paternæ impuberi filiæ. Nempè ſi impubes filia patris bona ſibi ex fideicommiſſo reſtituta, tutore authore, & obſeruato iuris ordine alienaſſet, multum intereſſet, vtrùm poſteà pauperes eidem filiæ hæredes exiſterent ex pupillari ſubſtitutione, an verò eadem filia pubere mortua, adiuertendi eſſent iure fideicommiſſi ad bona teſtatoris. Poſteriore hoc caſu pauperes ex fideicommiſſaria ſubſtitutione admiſſa alienationem bonorum facerent irritam, *l. fina. §. ſed quia. C. communia de legatis.* Priore autem caſu ad infringendam alienationem, nulla ratio habetur pauperum, qui ex pupillari directa filię impuberi extitiſſent. Nam pupillus, cui pater fecit pupillarem ſubſtitutionem, tam liberè poteſt alienare bona, quàm ſi pupillarem ſubſtitutum non haberet.

Et poſſet nonnullo colore defendi is contrarius ſenſus, ſecundùm quem diſtinguitur reciproca filiorum ſubſtitutio à nouiſſima pauperum ſubſtitutione. Erat enim reciproca filiorum ſubſtitutio facta verbo ambiguo, Moreretur, quod fideicõmiſſi interpretationem faciliùs admittebat. At verò pauperum ſubſtitutio facta erat verbis directò ciuilibus illis, videlicet, Chriſti pauperes inſtituendo hæredes, vt euidenter conſtare videretur, quod teſtator filio & filiæ pauperes directò ſubſtituere voluiſſet. Vndè fortaſſis mater eorum contendebat, quod reciproca filiorum ſubſtitutio iure fideicommiſſi admitteretur, vt ex perſona filij legitimam portionem ipſi filio iure naturæ debitam, & Trebellianicam iure inſtitutionis deduceret. Cæterùm pauperum ſubſtitutionem fermè agnoſcebat eſſe directam pupillarẽ, quoniam, ſcilicet, facta fuiſſet verbis directò ciuilibus. Vnde ex filiæ impuberis hæreditate, licèt pauperibus eſſet delata, deſiderabat mulier legitimam portionem deducere, videlicet, quæ ſibi iure naturæ in bonis filiæ deberetur. Quod fermè adſtruitur ex ordine literæ, & *ex verſ. licet autem filius.* vbi Pontifex non loquitur ſpecialiter de filio teſtatoris Petro, de quo ſuprà, ſed generalem regulam conſtituit.

Ego tamen malim admittere contrarium ſenſum, quem glo. & Doctores hic cõmuniter probauerunt, videlicet, quod ſi omnes hæ ſubſtitutiones iure fideicommiſſi acciperentur, iam mulier, quæ hoc prætendebat, Trebellianicam deducere potuiſſet. Et arbitror, hunc contrarium ſenſum optimo iure defendi poſſe, ſi videlicet, intelligamus, quod mater ex perſona filij qui prior deceſſit, iure deducere contendebat Trebellianicam de fideicommiſſaria hæreditate reſtituenda filiæ, ſi ſubſtitutio filio facta in fideicommiſſariam euaſiſſet. Neque obſtat authoritas receptæ ſententiæ, qua conſtitutum eſt, habendam fore rationem piæ cauſæ in deductione Trebellianicę non faciẽda, quamuis pia cauſa non immediatè, ſed mediatè ſit ſubſtituta. Nam reſpondeo, quod † receptæ ſententiæ authoritas propriè vigeret in noſtri cap. terminis, ſi filia proponeretur purè, aut ad certum diem, aut poſt mortem rogata fuiſſe hæreditatem pauperibus reſtituere. At verò in ſpecie noſtri cap. filia deprehendebatur rogata, hæreditatem pauperibus reſtituere ſub conditione ſi abſq; liberis decederet. Quare mater ex perſona filij poſſet Trebellianicam deducere contra filiam, quæ non eſſet omninò reſtitutura piæ cauſæ pauperum, ſed ita demùm ſi ſine liberis deceſſiſſet. Hoc in terminis ſcripſit Ludonic. Roma. *conſi. 106. Licet de communi. num. ſi.* vbi reſpondit, quod hæres filij potuit Trebellianicam deducere contra filiam, quamuis filia rogata eſſet eandem hæreditatem piæ cauſæ reſtituere. Motus eſt, eo quod filia ipſa fideicommiſſo erat onerata in caſum, quo ſine liberis decederet. Proinde non erat certum, quòd hæreditas eſſet deuẽtura ad piam cauſam, quia ſi id certum eſſet, locum haberet communis opinio, de qua ſuprà. Et hanc declarationem ſequuti ſunt Alex. Bartholomæ. Socin. & Ioan. Crot. *in d. c. Raynutius, fol. fin. col. 1. in prin.* Andr. Tyraq. & alij *ſuprà allegati, in princ.* 27

Ex qua recepta ſententia & declaratione poteſt colligi elegãs intellectus ad illud cap. videlicet, quod ſi maximè fideicommiſſarius ſubſtitutus non debeat pati, aut ſoluere Trebellianicam quando ipſe quoq; fideicommiſſarius grauatus erat, deinde idẽ fideicommiſſum reſtituturus piæ cauſæ purè, aut ad diem certum, aut poſt mortem ſuam, vt declararunt Bal. Ange. Alexand. Ludouic. Roman. & alij Doctores communiter ſuperiùs allegati, quoniam in his tribus ſpeciebus conſtat neceſſariò fideicommiſſum deuenturum eſſe ad piam cauſam, cuius contemplatione ceſſare debet Trebellianica, aut Falcidia, certè hoc videtur intelligendum extra noſtri cap. terminos. Etenim in terminis huius capit. vbi filia proponebatur grauata fideicommiſſum, quod à filio accepiſſet, pauperibus reſtituere, potuiſſet mater ex filij perſona deducere Trebellianicam contra filium fideicommiſſariam, non ſolùm quando filia ipſa grauata fuiſſet (vt hic fuit) ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, idem fideicommiſſum pauperibus reſtituere, ſed etiam ſi ſimpliciter grauata fuiſſet poſt mortem ſuam idem fideicommiſſum pauperibus reſtituere. Nempè quod aduerſus piam cauſam ſubſtitutã in hoc fideicommiſſo poſt mortem filiæ ſubintelligeretur tacita conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, *argumento text. in l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtrat. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitutio. & ſubſtitu.* & iuxta communem opinionem, quam in filiorum fauorem contra pias cauſas ſubſtitutas in terminis, *d. l. cum auus, ſuprà reſoluimus, in 1. parte, in gloſſ.*

Abſq;

Aſque liberis. Ergo in propoſita ſpecie, ſi filia fideicommiſſaria grauata fuiſſet poſt mortem ſuam pauperibus fideicommiſſum reſtituere, fauore quidem filiæ ſubintelligitur conditio: Si ſiue liberis deceſſerit. Cæterum hic fauor alia ex parte eidē filiæ præiudicium afferret, nam propter huiuſmodi ſubintellectam conditionem non poſſet in ſua perſona exercere priuilegium piæ cauſæ circa immunitatem ſoluendi Trebellianicam.

28 ¶ Quanquam † autem hoc ita ſubtiliter tentandum videretur, nihilominus tamen in iudicando, & conſulendo, non auderem recedere à terminis huius capituli, in quibus Socinus, & Romanus, etiam in filijs conſiderarunt expreſſam cōditionem: Si ſine liberis: Nempe, quod tacita cōditio, de qua *ſupra*, non habeat locum, neque ſubintelligitur, niſi liberis ſuperſtibus relictis. Interim verò fideicōmiſſum filio poſt mortem iniunctum, non eſt conditionale cenſendum, vt *ſupra declaraui in gloſ. ſi abſque liberis, & in gloſ. defunctus ante tempora pubertatis*, & facit in terminis elegans doctrina Barto. *conſ.* 407. *ſtatim ſubijcienda*, vbi etiam in filijs grauatis poſt mortem conſiderauit, appoſitam fuiſſe expreſſam conditionem: Si ſine liberis, nec vllam rationem habuit tacitæ, & ſubintellectæ cōditionis.

Retenta igitur ſupradicta communi reſolutione, Alexand. *in d. c. cum dotem, verſ. circa. ff. ad leg. Falcidiam, & in l. Marcellus. nu.* 7. *ad Trebellianum. & conſ.* 217. *Ponderatis his, ante finem, lib.* 6. notauit circa hanc Ludouici Romani communem limitationē, quod deductio Trebellianicæ non poteſt ſimpliciter fieri in hac ſpecie, vbi fideicommiſſarius ſub conditione, ſi ſine liberis, &c. vel alia grauatus fuiſſet reſtituere piæ cauſæ. Arbitratur enim Trebellianicam deducere poſſe, ita tamen, vt cauere debeat hæres, qui Trebellianicam deducit, quod in caſum euenientis conditionis quando fideicommiſſum reſtituendū eſt piæ cauſæ à primo fideicommiſſario, ipſe quoque hæres eidem piæ cauſæ reſtituat Trebellianicam, quam deduxerat, *argumento text. in l. in lege Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam, iuncta l.* 1. *in princip. ff. vt legator. ſeu fideicommiſſor. nomine caueatur*. Hoc idem tentauit dicere Bald. de Bartholomæ. *inter conſilia Socin. conſil.* 78. *In eandem ſententiam, colum.* 3. *verſic. remanebit tamen, libro primo*, & fermè Socin. licèt confundat *in d. l. Marcellus. §. quo autem. in prin. num.* 12. Meminit etiam confundens Andreas Tiraquel. *in tractatu de priuileg. piæ cauſæ, in priuilegio* 26. *verſicu. ſed hoc vltimum*.

29 ¶ Mihi tamen † probabilis videtur, quod deductio Trebellianicæ in hac ſpecie locum habeat ſimpliciter, & ſine vllo onere cautionis, quaſi hoc caſu nullum penitus priuilegium ſit piæ cauſæ, etiam ſi eueniat conditio fideicommiſſi. Hoc enim Ludouicus Romanus vbi *ſupra*, ſenſiſſe magis videtur, qui regulam retinuit deducendæ ſimpliciter Trebellianicæ in hac ſpecie. Et idem cum Ludo. Roma. probauit Ioan. Crotus *in repetitione cap. Raynutius, col. pen. in prin. ſup. eod.* quamuis idem *ſupra fol.* 23. *col.* 4. *verſ. non obſtat*, ad hanc ſententiam nō aduerterit. Hoc etiam ex profeſſo reſpondit Bald. *conſ.* 407. *In quæſtione quæ vertitur, num.* 2. *lib.* 1. vbi ex facto propoſuit, quod teſtator inſtituit ex æquis portionibus duos hæredes filios: & alteri, qui prior ſine liberis decederet, alterum ſuperſtitem per fideicommiſſum ſubſtituit. Quod ſi vtrunque ſine liberis mori contingeret filiorum, pauperes per fideicommiſſum ſubſtituit. Mortuo teſtatore, quā filij hæredes ſine liberis vita deceſſiſſent, quærebatur quantam portionem huius hæreditatis pauperes ex fideicommiſſo ferre deberent: Reſpondit Bal. ſeptem vncias pauperibus deberi. Nam in primis quatuor vnciæ, quæ faciebant legitimam portionem filijs iure naturæ debitam, eximebantur ab onere fideicommiſſi, *authen. nouiſſima. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen*. Vbi vero vnus ex filijs prior deceſſiſſet, ex quatuor vncijs, quas *ſupra* legitimam portionem habuit, vna vncia nomine quartæ Trebellianicæ contra alterū filium ſuperſtitem, fuit detrahenda. Poſtquam autem & hic filius poſterior ſine liberis vita deceſſiſſet, hæres huius filij reſtituere debuit pauperibus tres vncias ei & fideicommiſſo reſtitutas, & quatuor vncias, in quibus idem filius ſupra legitimam portionem ſuam hæres fuerat inſtitutus. Bal. igitur rectè intellexit ex perſona huius filij, qui poſterior deceſſit, nullam Trebella. deduci potuiſſe contra pauperes. Siquidem de trib. vncijs ex fideicommiſſo acquiſitis nō poterat deduci Trebellianica iure cōmuni, *l.* 1. *§. inde Neratius. ff. ad Trebel.* Singulari autem priuilegio piæ cauſæ ceſſabat deductio Trebellianicæ de de quatuor vncijs ex inſtitutione habitis. *d. auth. Similiter.* Præcipuè verò animaduertendum eſt, quod Bald. conſtanter reſpondit, Trebellianicam deduci potuiſſe ex perſona filij, qui prior deceſſit. Et tamē detrahebatur de hæreditate, quæ pauperibus erat reſtituēda in caſum quo poſterior ſine liberis decederet. Habuit itaque Bald. rationem illius conditionis, ſub qua pauperes vocati fuerint ad fideicommiſſum: quum *nu.* 4. allegauit text. *in l. cum dotem. ff. ad legem Falcidiam*, & nihilominus reſpondit locum fore deductioni Trebellianicæ. Vnde ſignificauit, quod text. *in d. l. cum dotem*, & regula ibi poſita nō habeat locum in propoſita ſpecie, videlicet, propter incertum conditionis. Illud etiam ex Bal. ſententia magnopere eſt notabile, quod licet conditio eueniſſet, & pauperes ex fideicommiſſo eſſent admittendi, ad ſeptem duntaxat vncias admitterentur. Præſuppoſuit enim Bal. durare diminutionem vnius vnciæ, quæ nomine Trebellianicæ eſſet deducta. Hoc etiam pro conſtanti habuit Paul. Caſt. *conſ.* 367. *Viuentibus. nu.* 1. & 2. & ex profeſſo aſſeruit perſpectiuè declarans *conſ.* 321. *Viſis, nu. fi. lib.* 2. Adde quod Baldi opin. tenuit Ioán. de Monte Sperel. *in d. auth. Similiter*, relatus à Soci. *conſ.* 144. *Diligenter, nu.* 7. *verſi. aliquando, lib.* 1. vbi ſcripſit, quod ſecundum hanc Baldi opin. ſæpius conſuluerūt viri doctiſſimi. Fuit & in eadem opinione Philip. Corn. *in d. auth. Similiter, col. pen. verſ. quare poteſt pro concordia*. Denique eidem opinioni, quam magis probo, belliſſimum argumentum præſtat noſter text. in hoc contrario ſenſu. Significat enim, quod ſi omnes ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, mater ex perſona filij aduerſus filiā Trebellianicam deducere potuiſſet. Præterea ſignificat, quod etiam ſi filia per fideicommiſſum rogata videretur eandem hæreditatem pauperibus reſtituere, & conditio eueniſſet, nihilominus cum dicta Trebel. diminutione pauperes eſſent admittendi. Atq; ad Pontificis ſententiā in præſenti pro hac opin. induxit Soci. *in d. l. Marcellus. §. quod autem, nu.* 11. & 12. *ff. ad Trebellianum*.

¶ Si autem filius fideicōmiſſarius rogatus fuiſſet poſt mortem piæ cauſæ fideicommiſſum reſtituere, potuit quidem vti priuilegio piæ cauſæ vltimò ſubſtitutæ, & eximere ſe à Falcidia vel Trebellianica, nō obſtante tacita cōditione: Si ſine liberis, quæ ſubintelligitur, vt *ſup.* notaui. Sed ſi idem filius poſtea decederet, relictis liberis, ceſſaret quidem reſtitutio, & conſequenter compellendus eſſet quartam reſtituere, quam contemplatione piæ cauſæ principio retinuiſſet.

¶ Cum verò Socin. vbi *ſup. num.* 7. circa hanc inductionem tentet, quod cōtrarius huius cap. ſenſus in Trebellianicæ deductione referri duntaxat debet ad ſolam Trebel. quam mater deduceret ex perſona filij: ego coacta iuris ciuilis ratione, oſtendo, hanc interpretationem neceſſariò eſſe veram. Nam & ſi maximè teſtator omnes ſubſtitutiones verbis precarijs, ſeu obliquis, fideicommiſſarias feciſſet, mater ex perſona filię, quæ poſterior deceſſit, nullo colore potuit prætendere deductionem Trebellianicæ etiam contra prophanos fideicō miſſarios, quibus nullus omnino pietatis fauor deberetur. Siue enim conſideres rem certam, in qua filia fuit hæres inſtituta, ineptum erat de Trebellianica tractare, quæ (vt ſuperiori notabili oſtendimus) ſolùm de fideicommiſſis vniuerſalibus deduci poteſt. Siue conſideres fideicommiſſum hæreditatis vniuerſale, quod filia ubi reſtiturum rogata quoque videretur pauperibus reſtituere, indubitati iuris eſt, quod fideicommiſſarius vniuerſalis, ſi rogatus ſit idem fideicommiſſum alij reſtituere, non poteſt de ea fideicommiſſo Trebellianicam deducere. *l.* 1. *§. inde Neratius. ff. ad Trebel.* Sic Soci. interpretatio neceſſario eſt vera & Pontificis contrarius ſenſus non tātùm excuſandus venit, ſed etiam laudandus; vt qui elegantem & vtilem ſententiam contineat. Denique pro eadem ſententia induco authoritatem & iudicium Iuliani *in d. l.* 2. *§ idem. quærit. ff. de dote prælegat.* quem ſummæ authoritatis Iuriconſultum Iuſtinianus prædicauit *in l. ſi quis ſeruum. C. de condictio. indebiti*. Etenim Iuliani ſententia retineri debet ea ſpecie, in qua nec à Celſo nec à Marcello notatus eſt. Porrò ille notatus eſt in ea ſpecie, in qua legatarius erat interpoſitus ad recipiendam, vxor autem teſtatoris erat poſita ad capiendum, iuxta rationē Marcelli *in d. l. cum dotem, coniuncta l. aliud eſt capere. ff. de verbo. ſignifi*. Quo exemplo ſentire debuit Pontifex, quod ſi filius rogatus fuiſſet hæreditatē filiæ reſtituere, ſi ipſe abſq; liberis deceſſiſſet, & rurſus filia non ſub conditione ſimili, ſed

purè fuiſſet rogata eandẽ hæreditatem pauperibus reſtituere mater ex perſona filij non potuiſſet deducere Trebellianicã, contra filiam. Sic enim Trebellianicam magis deducere videretur contra pauperes, quorum capientium perſona eſſet expectanda, non verò perſona filiæ interpoſitæ. Cæterùm vbi filia non purè ſed ſub conditione, ſi abſque liberis decedet, rogata eſſet eandem hæreditatem pauperibus reſtituere, tunc mater ex perſona filij haberet ius deducendæ Trebel. contra filiam *iuxta regulam. §. ſed quia hæredes. Inſtit. de fideicommiſſ. hæreditat.* Nec pauperum contemplatio eam Trebellianicæ deductionem impediret, quoniam filia non videretur interpoſita ad accipiendum, ſed magis poſita ad capiendum, principaliter. Sic in iudicando & conſulendo non temerè eſſet ab hac opin. recedendum, quum pro ea ſtet iuris regula, & Iuliani authoritas non conuulſa à poſterioribus Iuriſconſultis in hac ſpecie. Stat etiam Pontificis ſententia in hoc cap. à contrario ſenſu, & Baldi, & Romani frequentius à recentioribus probata opin. Tametſi Benedict. de Benedictis *conſ. 78. Cum viſo, colum. 1. verſ. alias ſi vltimo loco, & colum. fi. verſ. & ſi dicatur,* ad hæc non aduertens contrarium in hac ſpecie reſponderit.

¶ Adhuc tamen contra hunc argutum intellectum Socinus argumentatus eſt *in d. §. quod autem, num. 11.* vt nec ex perſona filij potuerit mater Trebellianicã deducere. Cõſiderat enim, quod in præſentia pauperes non fuerunt ſubſtituti vltimo decedenti, ſed ambobus filio & filiæ vti collegit *ex verſ. promiſſæ, ibi: Et de illis ad pauperes.* Igitur ſi ſubſtitutiones eſſent fideicommiſſariæ, pauperes non ſoli filiæ, quæ poſterior deceſſit ſubſtituti viderentur, ſed etiam viderentur ſubſtituti filio, qui prior deceſſit ſub conditione, ſi ipſi ſine liberis decederent. Ergo pauperes viderentur habere fideicommiſſum hæreditatis à filio immediatè, vt ex perſona filij mater nequiret deducere Trebellianicam contra pauperes immediatè ſubſtitutos. Ad hoc reſpondit Soci. quod in præſenti mortuo filio habuit locũ ſubſtitutio prior reſpectu filiæ. & hæreditas ex perſona filij fuit ad hæreditate ſeparata. Vnde in reſtitutione faciẽda pauperibus, etiam ſi fiat immediatè ex perſona filij, venit portio ipſius filij, ſed vtique reſecata virtute reſtitutionis fideicom. inuicem factæ Et hoc eſſe an quod voluit Pontifex *in hoc cap.*

¶ Mihi autem videtur Soci. non rectè ſenſiſſe, quod pauperes hic non videntur vltimò duntaxat decedenti eſſe ſubſtituti, ſecundũ ea quæ dicam *in ſeq. huius cap. parte, in gloſ.* Et de illis ad pauperes. Sic ceſſat eius argumentatio: quoniam filius non videretur rogatus hæreditatem pauperibus reſtituere, quum prior deceſſiſſet, quam filia. Denique proprior cap. ſenſus videtur, quod ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, tunc mortuo filio, & deinde filia, mater, quæ eatenus nullam deductionem Trebellianicæ feciſſet, poſſet Trebellianicam deducere ex perſona filij. Nam licet mortuo filio nullam deductionem feciſſet, imo etiam ſi ipſo iure Trebel. deductio nõ fiat, vt non malè tentauit Ripa, diſtinguens Trebellianicam à Falcidia *in l. in quartam. num. 14. ff. ad leg. Falcid.* ſatis eſt, quod ius deducendæ Trebellianicæ ſemel competijt filiæ, quo tẽpore incertum erat, an ipſa filia ſine liberis eſſet mortua.

¶ Vnde infero, quod eodem caſu, quo omnes ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, ſi mater mortuo filio, ex eius perſona fideicommiſſum pupillæ filiæ, tutore authore reſtituiſſet, nec Trebellianicam deduxiſſet, quam intelligeret ſe poſſe deducere, poſſet poſtea mortua filia, ex perſona eiuſdẽ Trebellianicam retinere contra pauperes fideicommiſſarios. Quæ quidem concluſio non temere prima facie videtur admittenda, quoniam contra pauperes immediatè venientes ad fideicommiſſum Trebellianica non deducitur, ſecundum receptam & veriſſimam opinionem, de qua *ſupra.* Veruntamẽ admittenda eſt ex fundatis noſtri iuris rationibus. Nam primò conſtituendum foret, quod mater contemplatione filij impuberis, voluiſſet eſſe liberalis, & quartã aduerſus eam nõ

30 deducere. Siquidem † in re dubia hæres, qui reſtituit priori fideicommiſſario hæreditatem non detracta quarta, minimè videtur id feciſſe, vt plenum obſequium precibus defuncti præſtaret, nec contemplatione fideicommiſſarij poſterioris. Magis enim videtur id feciſſe contemplatione fideicommiſſarij prioris, cui totum fideicom. ſine vna deductione reſtituit. Et ita ſe habet communis opi. ſecundum Iaſ. *in l. 1. §. denique. num. 11. ff. ad Trebel.* Et in propoſita ſpecie ſine dubio recipiendaeſſet communis ea opin. licèt alioqui magnam dubitationẽ recipiat. Proponimus enim, quod mater impuberi filiæ fideicommiſſariæ fideicõmiſſum reſtituerit, non detracta quarta. Ergo matris amor manifeſtè argueret, quod mulier erga filiam voluiſſet eſſe liberalis, *arg. l. Aurelius. §. Titius, verſicu. præſumptio. ff. de libe. lega.* coniunctis his, quæ reſoluit Franc. Ripa *in d. l. §. denique. num. 9.* His conſequens eſſet dicere, quod eadẽ mater quæ fuit filiæ impuberi ab inteſtato hæres extitiſſet, fidicommiſſum hæreditatis pauperibus ex perſona filiæ reſtitueret, ſed vtique detracta quarta Trebellianica, *in l. 1. §. inde Neratius. ff. ad Trebellian.* Atqui ſi nũc ex perſona filij quarta retinetur contra pauperes, offenditur priuilegium piæ cauſæ, aduerſus tex. *in d. auth. ſimiliter.* Sed nihilominus aſſerendum eſt, quod iuxta regulam *d. §. inde Neratius.* detracta quarta, reſtitutio ſit facienda pauperibus. Nam proximè concluſimus quod mater potuit ex perſona filij Trebellianicam deducere contra filiam, & eandẽ Trebellianicam deductam retinere poſt mortem filiæ aduerſus pauperes. Igitur vbi mater, non deducta quarta, fideicommiſſum filiæ reſtituiſſet, perinde eſt, atque ſi quartam detraxiſſet, & detractam filiæ pupillæ donaſſet, vt cum iudicio docuit Barto. *in d. §. denique. in final. verbis.* Vnde conſequenter procedit, quod mater quæ filiæ poſtea mortuæ hæres extitiſſet, poſſet retinere contra pauperes eam quartã, vt potuit retinere proprias ipſius filiæ facultates, quæ fideicommiſſo non tenerẽtur, *argumento l. cohæredi. §. cum filia, verſi. nec fideicommiſſo. ff. de vulgari.*

¶ Vltimo ex his apparet, quod vt defendatur ſuperior contrarius ſenſus, non eſt decurrendum ad nouam Ioan. Corraſij interpretationem *in repet. l. filium quem habentem. nu. 34. C. familiæ erciſcun.* Putauit enim, quod vbi filius oneratur hæreditatẽ reſtituere piæ cauſæ, habet locum deductio Trebellianicæ, ſiue eam filius deducere velit ſiue ex perſona filij hæres eius, qualis in hoc mater erat. Mouetur, quia magis liberis, quam piæ cauſæ fauendum eſt, *c. quicunque. 17. q. 4.* & hac noua conſideratione text. noſtrum accepit.

¶ Sed ego non dubito, quin ſi filius rogatus ſit poſt mortẽ ſuam patris hæreditatem pauperibus reſtituere, & mater huius filij hæres velit vltra legitimam filio debitam deducere etiam Trebellianicam, audienda non ſit. Id enim iuris vtriuſq; authores communiter circa huius cap. terminos intellexerũt. Præterea verum eſt, quod in hoc articulo melior ſit cauſa pauperum & Eccleſiarum quam filiorum teſtatoris, *argumento cap. Raynutius. ſup. hoc titulo.* Etenim probari ibi videtur, quod Trebellianica, quæ non deducitur contra pauperes poteſt deduci contra filios teſtatoris etiam ab hærede extraneo, vt ſubtiliter collegit Areti. *conſ. 12. In cauſa Nicolai, col. 2.* Denique verum eſt quod contra pauperum fauorem oponi non debuit liberorũ contemplatio, quam Corraſ. æſtimauit. Nec enim obſtat tex. *in dicto c. quicunque* Quoniam intelligitur præferre liberos pijs cauſis circa legitimam portionem liberis iure naturæ debitã, iuxta communem opinionem, *de qua ſupra in verbo, ſi abſque liberis.* In propoſita autem noſtri capitis ſpecie circa Trebellianicam conſiderandum eſt, ſatiſdatum eſſe liberis, quod contra pauperes portionem iure naturæ debitam retineant, cum Trebellianica, non iure liberorum, ſed iure quorumlibet extraneorum hæredum deducatur, *cap. Raynald. ſupra. eod.* Quod ita circa text. *in dicto c. quicunque*, obſeruauit in alio propoſito Philip. Deci diſtinguendo Trebellianicam à legitima, *conſilio 480. In caſu. num. antipen. cum ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio omnis directa fieri poteſt in parte iure naturæ debita, ſi nullum onus liberis inferat.*

2 *Legitima filij deducitur de effectu ſubſtitutionis vulgaris.*

3 *Subſtitutio vulgaris eſt onoroſa filio, quatenus tollit exiſtẽtiam ſui hæredis, & impedit tranſmiſſionem, quapropter tollitur de legitima portione, in reliquo autem firma permanet. & num. ſeq. L. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen. ſenſus, ibidem, cum ſeq.*

4 *Conditio: Si voluerit, tollit iura ſui hæredis in filio interim, quod ea conditio pẽdet: impeditque tranſmiſſionem, quapropter tollitur de legitima iure naturæ filio debita, in reliquo autem manet firma.*

5 *Subſtitutio vulgaris, ſicut nec fideicommiſſaria, filio meliorato in tertia hæreditatis parte fieri nequit in præiudicium aliorum libero-*

berorum, aſcendentium vel conſanguineorum, ſed ſola pupillaris fieri poteſt, aut etiam compendioſa, quæ ſolam pupillarem vtiliter continebit in caſum, quo aliquis ex ſupradictis ſuperſit.

L. 9. titulo; de las mandas, lib. 3. Foro leg. explicatur, ibid.

L. 27. Tauri, cum alijs explicatur, ibid.

6 *Subſtitutio militaris directa non habet locum in legitima filio debita.*

7 *Legitima deducitur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria etiam aduerſus pauperes, vel aliam piam cauſam.*

8 *Legitima etiam aucta deducitur ex ſubſtitutione fideicommiſſaria aduerſus piam cauſam.*

9 *Legitima etiam opulenta non recipit grauamen quantumcunque modicum.*

10 *Grauamen de legitima remoueri poteſt non ſolum per filium, ſed etiam per eius hæredem, in quem legitima quamuis non agnita fuit tranſmiſſa.*

Filius tranſmittit ſuam legitimam etiam non agnitam cum facultate remouendi grauamen ab eius hærede, ibid.

L. Paulus, aliàs, per procuratorem. ff. de acquir. hæredita. ſenſus ibid.

L. cum patronus ff. de lega. 2. ſenſus, ibid.

L. ſi maritus. C. de collat. ſenſus, ibid. num. 11.

L. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquir. hæred. ſenſus, ibid.

L. ſi Titio. §. ſi ff. de leg. 1. ſenſus, ibid. & nu. 18.

11 *Hæres filij, ſicut nec ipſi filius, in legitima grauari nequit.*

L. ſi fuerit. §. 1. de legat. 3. ſenſus, ibidem, & numero 14. & num. 17. & 18.

12 *Filius, qui inſtitutionem agnouit, tranſmittit in quemcunque hæredem ius agendi ad ſupplementum.*

13 *Filius, etiam patris ſucceſſionem non agnouit, tranſmittit ex potentia ſuauitatis portionem, in qua fuit inſtitutus, cum facultate agendi ad ſupplementum.*

Ius agendi ad ſupplementum tranſmittit filius, ibid.

14 *Subſtitutio pupillaris continet non onus, ſed honorem pupilli.*

L. Papinianus. §. ſi quis impuberi ff. de inofficio. teſtamen. ſenſus, ibidem.

15 *Pater filio impuberi poteſt facere non ſolum teſtamentum pupillare, ſed etiam codicillos ab inteſtato.*

L. ab exhæredati. ff. de l. 1. ſenſus, ibid.

§. igitur. verſ. tanquam ſi ipſe. Inſtit. pupil. ſenſus.

16 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem impuberis, iniunctum videtur ipſi impuberi potius quam eius hæredi.*

17 *Filium poſt eius mortem onerare, vel hæredem eius, paria videntur eſſe, eiuſque concluſionis declaratio ſubijcitur.*

L. vna. C. vt actiones ab hærede, & contra hæred. incip. ſenſus, ibid.

18 *Hæres hæredis grauari poteſt nomine appellatiuo, non autẽ nomine proprio, niſi iure poteſtatis pro filio impuberi in tabulis aut codicillis pupillaribus.*

L. ſed etſi ſic. §. 1. ff. de leg. 3. ſenſus, ibid.

19 *Fideicommiſſi verba impersonalia an referenda ſint ad filium, an verò ad eius hæredem? ibid. & nu. 21.*

Grauamen iniunctum à patre, an in dubio iniunctũ videatur filio impuberi, an eius hæredi? ibid. & nu. 21.

L. codicillis, verſ. respondi. ff. de vſufruct. leg. ſenſus latè explicatur, ibid.

C. Raynutius. de teſtam. ſenſus, ibid.

20 *L. iubemus. C. ad Trebel. latè. explicatur.*

21 *Legitima prius deducitur, quam Trebellianica.*

22 *Teſtamenti pars vna obſcura declaratur ex altera.*

Debitæ.

DEBITAE. Nota primò ex hoc tex. ſecundum Ioan. Andr. in ſummario, & omnes Doctores in præſen. quòd vbi ſubſtitutio eſt directa, non habet locum deductio legitimæ partis, quæ iure naturæ debetur. ¶ Sed hoc notabile periculoſum eſt, nec rectè colligitur ex hoc cap. quoniam text. ſolummodò agit de ſubſtitutione directa pupillari. Itaque illud †
1 generaliter doceri poteſt, omnem directam ſubſtitutionem poſſe fieri in legitima parte, quæ liberis iure naturæ debetur: ſi modo directa ſubſtitutio nullum onus liberis in ea parte inferat, vt ex ſententia Bartoli poteſt colligi *in l. ſi arrogator. num. 10. & 11. ff. de adoptionibus.* Proinde directa pupillaris quæ non onus, ſed honorem impuberum liberorum continet, non patitur deductionem legitimæ partis iure naturæ debitæ, vt hic probatur. & *in d. l. ſi arrogator.*

¶ Quod ſi in huius c. ſpecie pater filio hæredi inſtituto filiam vulgariter ſubſtituiſſet, eleganter defenderetur † legiti- 2
mam partem filio iure naturæ debitam de effectu vulgaris oneroſo ſubduci debuiſſe. Nam † etſi vulgaris ſubſtitutio ſit directa, onerat tamen filium ſuum hæredem in eo quod iura 3
ſui hæredis in eo tollit, ſecundum communem opinionem de qua *in l. ſi filius hæres ff. de liber. & poſthum.* & meminimus *ſupra in gloſ. Ac deinde filio.* Ergo filius, cui ſi hæres non eſſet, pater filiã ſubſtituiſſet, iura ſui hæredis retineret in duabus vncijs paternæ hæreditatis, quæ facerent eiuſdem filij partem iure naturæ debitam, *auth. nouiſſima. C. de inofficio. teſtam.* Sic eueniret, vt eas duas vncias ſine vlla aditione ipſo iure quæreret ex patris teſtamento: & ita quæſitas in quoſcunque hæredes tranſmitteret. *l. in ſuis. ff. de ſuis & legiti. hæred. l. ventre. cum ibi notatis. ff. de acquir. hæredi. argumento l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtam.* In reliquis autem vncijs iura ſui hæredis ſublata viderentur: vt ſi filius decederet ante aditã patris hæreditatẽ, filia vulgariter ſubſtituta poſſet in his patri ex vulgari ſuccedere, quæ vtique nõ fuiſſent in hæredẽ filij tranſmiſſæ, vt eſſent tranſmiſſæ duæ vnciæ, hoc eſt, pars iure naturæ filio debita. Quare ita videatur dicẽdum, vt directa vulgaris ſubſtitutio facta liberis inſtitutis ſit ſi in onus non inferat, hoc eſt, ſi facta ſit liberis, qui non ſint ſui hæredes. Cæterum ſi facta ſit ſuis alioqui hæredibus, iam portio bonorum paternorum iure naturæ debita ſubducetur de effectu vulgaris ſubſtitutionis: vt in ea liberi iura ſuorum hæredum retineant.

¶ Quæ ſententia licèt ſcrupuloſa videatur, probabilis tamen ex exemplo eius, quod ſeruatur in ſuo hærede inſtituto ſub cõditione ſi voluerit. Si quidem conditio † ſi voluerit, fi- 4
lij inſtitutioni adſcripta, quoniam tollit exiſtentiam ſui hæredis in filio, interim ſaltem quod ea conditio pendet, *argumen. text. in l. Cornelius, & in l. iam dubitari. ff. de hæredi. inſtituend. in l. verba. ff. de condit. inſtitu. in l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſthum. in l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de lega. 1. & in l. conditionibus pupillus. ff. de conditionibus & demonſtrationib.* & quoniam conſequenter interim quod ea conditio pendet impeditur tranſmiſſio. *l. vnica. C. de his qui ante apertas tabul.* iuxta communem opinionem, quam reſoluit Socin. *in d. l. conditionibus pupillus. nume. 5.* & reſoluunt omnes Doctores *in l. ſi pater. C. de inſtitution. & ſubſtitutio.* Alexan. *nume. 20.* Andre. Alciat. *num. 48. in l. ſi filius qui patri ff. de vulga.* Gulielm. Benedict. *in repet. c. Raynutius, ſupra eodem, in verbo, Mortuo, itaque teſtatore. lo. 2. num. 205.* Roderic. Xuar. *in repet. d. l. quoniam in prioribus, in 1. ampliatione.* propterea illa conditio: Si voluerit, tollitur de legitima portione, vt in ea legitima portione nec ſummoueat exiſtentiam ſui hæredis, nec impediat tranſmiſſionem, *argumento d. l. quoniam in prioribus, & in l. ſcimus. §. cum autem. C. eodem titu.* Quam concluſionem in terminis affirmauit Bald. *in l. omnimodo. C. de inoffic. teſtamen.* quem refert & ſequitur Paul. Caſtren. *in l. ſuus quoque. in prin. num. 1. ff. de hæredib. inſtituen.* Iaſon. *in d. l. quoniam in prioribus. in 1. extenſ.* & Roderic. Xuar. *in repetit. eiuſdem. l. in 5. ampliatione. nume. 3.* & in terminis reſoluit hanc eſſe communem opinionem And. Alciat. *in d. l. ſi filius qui patri. ff. de vulgari. num. 48.* Quamuis ipſe And. Alciat *ibidem nume. 49.* contrariam ſententiam ſequatur his argumentis, quæ mutuaſſe videtur à Ioan. Imol. *in d. l. iam dubitari. ff. de hæredib. inſtituen. col. 9. & 10.* quibus argumentis defendens communem opinionem ex ordine reſpondet Roderic. Xuar. vbi *ſup.*

¶ Porrò huic receptæ ſententiæ conſequens videtur idem inducere & probare in ſpecie, in qua pater ſuo hæredi inſtituto vulgarem ſubſtitutum dederit, ſi vtique vulgaris ſubſtitutio tollit iura ſui hæredis, vt communiter eſt admiſſum. Quare videtur reſoluendum, quod pars iure naturæ debita liberis ſuis hæredibus ſubduci debet de ſubſtitutione vulgari directa eiſdem facta, quatenus ea ſubſtitutio onus infert, dum iura ſuorum hæredum tollit, *argumento text. in d. l. quoniam in prioribus, & in l. ſcimus. §. cum autem, eod. tit.* Hoc enim tenuerunt Iacob. Butriga. Bart. *nu. 10. in l. ſi arrogator. ff. de adoptio.* Ang. de Perigl. *in repet. l. in ſuis. nu. 12. & nu. 162. ff. de liber. & poſthum.* Paul. Caſt. *conſ. 222. Super primo. nu. 6. lib. 1.* Alex. *in l. ſi filius hæres. nu. 20. ff. de liber. & poſth. & in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. nume. 6. in 10. limitatione. ff. ad Trebel.* Socin. *conſ. 20. Viſis. in 1. part. & in l. 1. ff. de vulgar. nu. 47.* Gulielm. Benedict. *in repet. d. c. Raynutius. in d. verb. Mortuo itaq. teſtatore lo. 2. nu. 202. & latè & doctè* Ant. & Gomez. *in Tom. 1. & vlti. volunt. cap. 3. nume. 17. vbi nume. 22.* hinc † elegan- 5
ter

ter declarat *in 9. titu. de las mandas, lib. 3. Foro legum. & l. 27. Tauri.* videlicet, quod pater filio meliorato in tertia bonorum parte, in caſum, quo alij deſcendentes, vel tranſuerſales ſuperſint, *iuxta ordinem d. l. 27.* non poteſt ſubſtituere vulgariter extraneum in eadem tertia parte meliorata, poterit tamen filio impuberi meliorato facere ſolam pupillarem ſubſtitutionē, per quam ipſi pupillo ſucceditur: cuius opinionem contra omnes alios, quos ibi refert, magis probo. Adde tamen, quod conſequenter valebit ſubſtitutio compendioſa filio impuberi meliorato facta, quæ tamen ſolam pupillarem vtiliter continebit, ſi filius in ætate pupillari decedat: non tamen continebit vulgarem neque fideicommiſſariam, ſi tempore mortis aliquis ex his, de quibus *ſup.* ſuperſit. Vltimò aduerto quod idem erit probandum, non ſolum quando extraneus omnino fuerit vulgariter, aut per fideicommiſſum ſubſtitutus, ſed etiam ſi aſcendentis aliquis fuerit ſubſtitutus extantibus deſcēdentibus, aut etiam ſi conſanguineus alter fuerit ſubſtitutus, extantibus aſcendentibus.

¶ Præterea alio argumento probatur non eſſe verum abſolutè, quod vbi ſubſtitutio eſt directa non habet locum deductio partis iure naturæ debitæ. Quid enim ſi miles filium puberem hæredem inſtituat, eique ſi ſine liberis deceſſerit, Ioannem directò ſubſtituerit? Nempè † directa militaris ſubſtitu-
6 tio ita ex militum priuilegio valebit, vt ſi filius ſine liberis deceſſerit, hæres filij puberis retinere debeat ex perſona filij partem iure naturæ debitam ipſi filio, in qua miles filium nec quidem directa militari ſubſtitutione potuit onerare, ſecundum ea quæ ſuperius fuerunt à me tradita *in 1. parte in gloſ. Habens, nu. 1.* Adeò non videtur referre quod ſubſtitutio ſit directa: quum magis illud inſpiciendum ſit, verū onus liberis per ſubſtitutiones inferatur in parte iure naturæ debita an non inferatur.

¶ Itaque concludo, quod Pontifex in præſen. non ea ratione maximè negauit deductionē partis iure naturæ debitæ, quoniam ſubſtitutio fuiſſet directa, ſed magis quoniam directa fuiſſet pupillaris ſecundum ea quæ pertinent *ſupra in huius c. prælud. circa ſummarium.*

¶ Secundò principaliter † nota ex ſententia huius text. à
7 contrario ſenſu, quod ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, potuiſſet mater hæres impuberum liberorum ex eorum perſona deducere quatuor vncias paternæ ſubſtantiæ, in quibus onorari à patre nequaquam potuiſſet *l. quoniam in prioribus, auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta.* & vtique potuiſſet eas deducere aduerſus Chriſti pauperes fideicommiſſarios.

¶ Atqui Innoc. *hic nu. 2.* ſcripſit, hanc eſſe veritatem, quod videlicet de hæreditatibus & legatis ad pias cauſas relictis nulla Falcidia, nec etiam debita iure naturæ detrahitur. ſicut (inquit) ex ſequentibus apparet. Proinde ſecundum hoc conſtare videtur, in antiqua decretali olim fuiſſe expreſſum, quod contra pias cauſas non poſſet fieri deductio partis, etiam quæ liberis iure naturæ debita fuiſſet. Vnde Collectarius *in c. Raynutius. nu. ſi. ſupra eodem,* author eſt, quod propter hunc iuris errorem qui in antiqua Decretali ſcriptus olim fuit, facta eſt noua cōpoſitio huius Decretalis, vt reformata inniteret melius contrariam ſententiam. Nam veriſſimum eſt, & receptiſſimum, id quod notauimus ex huius Decretalis contrario ſenſu, nempe liberos in parte iure naturæ debita onerari nō poſſe in pauperum, ſeu piæ cauſæ fauorem, vt probatur *in c. quicunque. 17. q. 4.* & probat text. *in hoc c. ſi pater,* à contrario ſenſu, & declaraui *ſup. in glo. Trebellianica.*

8 ¶ Vnde infero, quod etſi † in regnis Hiſpaniæ multùm aucta ſit hæc pars liberis iure naturæ debita, non valebit in hac legitima parte onus impoſitum, etiam ſi fuerit impoſitum ad fauorem piæ cauſę. Idque reſpondit ex facto conſultus, Card. *ſub tit. de teſtamentis, conſ. 32. An ſubſtitutum,* & ſequutus eſt Alex. *in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliberandi, & in l. inter cætera in fi. col. ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel.* Roderic. Suarez *in repet. d. l. quoniam. in prioribus ſuper declaratione legis Regni, in prin. num. 3.* Et in nihilo immutari filiorum legitimā etiam ſtatuto auctam reſoluit Fabian. *in repet. authen. nouiſſima. num. 3. C. de inoffi. teſtam.*

9 ¶ Sed etſi idem Roderic. Suar. *in repet. d. l. quoniam in priorib. fol. 59. circa l. 9. titu. 5. lib. 3. fori. & in limitatione,* eam legem † limitauerit, vt non procedat, ſi teſtator eſſet valde diues; & onus iniunctum portioni liberis debitæ modicum eſſet; nihil meo iudicio affert, quod faciat probabilem eam opinionem. Tametſi agnoſcamus æquiſſimum fore, quod liberi piè agentes, non vtantur ſummo iure in ea modica quantitate.

¶ Tertiò principaliter nota ex eodē contrario ſenſu, quod
† etiam ſi nec filius nec filia patris ſucceſſionem ex teſtamēto ſibi delatam agnouerit, mater nihilominus ex eorum perſo- 10
na potuiſſet de fideicom. deducere partem iure naturæ debitam. Nam ſecundùm ea, quæ obſeruauimus *ſupra hac parte in gloſ. 2. & 3.* filius defunctus fuit, non addita hæreditate, ſubſequenter & filia deceſſit, nec agnito patris iudicio, nec agnita fratris impuberis ſucceſſione. Proinde, ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicom. futurum erat, vt qui patri ſuus, & neceſſarius ex teſtamento hæres extitiſſet, patris hæreditatem in hæredes legitimos, matrem videlicet, & ſororem tranſmitteret. Cum verò ſoror pupilla hæreditatem fratris pupilli ſibi ab inteſtato ex ſemiſſe delatam non adijſſet, mater totam ab inteſtato vēdicaret *l. quoniam ſororem. C. de iure deliberandi.* Sic ex filij perſona mater duas vncias deduceret, in quibus filius onerari non potuiſſet, vt *ſup. fuſius explicauimus in glo. abſque deductione.*

¶ Vnde Pontificis ſententiam in præſen. expendo cōtra Soci. *conſ. 116. Non poteſt negari, nu. 9. verſ. quod etiam poteſt contingere, lib. 1.* quo loco ex profeſſo aſſeruit, quod ſi ſuus hæres fuerit grauatus in legitima ſibi debita, & hæreditatem ex potentia ſuitatis tranſmiſerit, huius ſui hæredis hæres, in quem fuerit facta tranſmiſſio, non poterit de grauamine ſubducere partē filio iure naturæ debitam. Motus eſt tribus præcipuè argumētis. Primò, quoniam mutatione perſonæ mutatur priuilegiū. *l. Paulus, alias l. per procuratorem ff. de acquir. hæreditate & l. cum patronus. ff. de leg. 2.* Secundò, quoniam in ſimili videmus, ſucceſſores filij poſſe grauari in legitima portione filio debita, in qua filius ipſe onerari non potuiſſet *l. ſi Titio. §. fina. ff. de leg. 1.* coniūcto eo, quod notat Cyn. *in l. ex tribus. C. de inoffi. teſtamen.* Bart. & alij. *& in l. 1. § fina. ff. de vulga.* Tertiò inducit text. *in l. ſi maritus, in verbo, extiterit. C. de collatio.* ex cuius ſenſu contrario Aretinus ibidem colligit, quod licèt filius tranſmittat ex capite ſuitatis hæreditatem paternam, non tamen hæreditas cum eadē qualitate tranſmittitur. Nam collatio, quæ deberet fieri ipſi filio ſuo hæredi, fieri non debet ſui hæredis hæredi in quem fuit tranſmiſſa hæreditas. Et Socin. retulit & ſequutus eſt Greg. Lupus *in l. 11. tit. 7. part. 6. in glo. ſuper verbo, libremente.* Quod etiam probaſſe videri poteſt Iaſ. *in l. ſi Titio §. fin. num. 15. ff. de leg. 1.* Verum hæc Soc. opinio mihi videtur improbabilis, vt quæ refellatur huius tex. argumento. Item contra eam facit tex. *in l. ſi quis filium. §. 1. ff. de acquir. hæred.* vbi probari videtur, quod hæreditas ex iure ſui hæredis ita in hæredem tranſmittitur, vt apud hæredem ſit cum eadem ſui hæredis qualitate. Facit glo. *ſingularis in l. ſed etſi pro dote. §. ſi in verbo, ab inteſtato. ff. de leg. præſtan.* Et hanc Soc. ſententiam retulit, & improbauit And. Alcia. *in l. vētre præterito. nu. 27. ff. de acquir. hæred.* cuius tamen verba ibidem euidenter conſtat eſſe vitio Typographi corrupta. Nam pro illis verbis: In perſona ſiij finiuntur, debent reponi in perſona filij non finiuntur. & ibidem Alcia. *in reſponſo 479. num. 10.*

¶ Præterea alleg. Bart. *conſ. 22. Homo Accurſius. num. 2. & 4.* vbi manifeſtè voluit quod hæres, in quē ex potentia ſuitatis tranſmiſſa eſt hæreditas à ſuo hærede non addita, poteſt deducere de onere fideicom. legitimam portionem, in qua ſuus hęres grauari non potuit. Idem voluerunt Ange. de Peruſ. *conſ. 287. Pro clariori,* Pet. de Anch. *in c. Raynutius. nu. 17. & 18. ſup. eod.* & Io. Imo. *ibidem ex nu. 39. & nu. 40.* & Philip. Corn. *conſ. 207. De pluribus. nu. 17. in 2. vol.* Paul. Pariſ. *conſ. 55. nu. 22. in 2. par.* vbi allegāt Alex. Philip. Deci. & alios, qui idem tenuerunt. ¶ Non obſtāt Soc. argumenta, quoniam omnibus ex ordine ſatisfieri poteſt. Et primò non obſt. tex. *in l. Paulus. alias l. per procuratorem, in fin. ff. de acquir. hære.* quia id argum. valeret, ſi hæreditas ad aliū tranſiret, qui non repræſentaret filiū, vt puta in ſpecie *l. cū patronus. ff. de leg. 2.* vbi onus quod non eſt ratū in perſona patroni in debita parte hæredis inſtituti, efficax eſt, ſi ea hæreditatis portio tranſiret ad cohęredē patroni, vel ad vulgarem ſubſtitutum. Verū ſi in ea. l. pars hæreditatis portio data in eius hæredem fuiſſet tranſmiſſa, non valeret onus in hæredis perſona, vt ibi cenſuit Rap. Cuma. *nu. 2.* qui ita intelligit regulā *d. l. Paulus.* Deniq; in hærede ſuij hæredis non ceſſat ratio tollendi onus de legitima portione filio debita, quoniā ipſius ſui hęredis intereſt hæreditatē tranſmittere cum eo iure, *argu. eorum, quæ tradit Bar. in l. vētre præterito. nu. 13. ver. intereſt. ergo. ff. de acquir. hæred.*

Se-

¶ Secundò non obſt. ſecundum argumentum ex text. cum ibi not. *in l. ſi Titio. §. fin. ff. de legat. 1.* quoniam argumentum valere poſſe videretur, ſi onus proponeretur iniunctum fuiſſe non ipſi filio, ſed eius hæredi. Nos autem loquimur in ea ſpecie, in qua onus fuit iniunctum ipſi filio, vt pro non ſcripto haberi debeat etiam in perſona hæredis, qui ſe portioni ipſius filij immiſcuerit, *argum. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. coniuncta, l. ſi quis filium §. 1. ff. de acquiren. hæredit.* Quinimmò eleganter probandum eſt, quod † ſi pater hæredem filij inſtituti onerauerit, iuxta terminos *l. ſi fuerit. §. 1. ff. de legat. 3.* non valebit onus in parte filio iure naturæ debita, quoniam in effectu videtur ipſe filius poſt mortẽ grauatus, ſecundùm ea, quæ in hac gloſſ. proximè ſumus tractaturi. Denique longè abſumus à terminis, *in d. l. ſi Titio. § fin. ff. de leg. 1.* quoniam ibi Iureconſult loquitur in fideicommiſſo, quod pater iure poteſtatis, reliquit ab hęrede impuberis filij, pro quo & teſtari potuit, & fideicommiſſum relinquere, *argum. l. 2. ff. de leg. 1.*
11

¶ Tertiò non obſtat tertium argumentum, *ex l. ſi maritus. C. de collationib.* quoniam magis retorqueri poteſt pro contraria ſententia quã defendimus. Illa enim verba, hæres extitit, propriè referuntur etiam ad filium, qui patri ſuus hæres ipſo iure extitit, vt probat text. ita communiter acceptus, *in l. ſi filium qui patri. in princ. ff. de vulgari.* Proinde verius eſt, quòd collatio fieri debeat ei, in quem ſuus hæres ex capite ſuitatis hæreditatem transfudit, vt rectè opinatus eſt Hieron. Cagnol. *in repetit. l. ſi emancipati. num. 61. C. de collationibus.* quo loco ita accepit ſententiam Imperatoris, *in dicta l. ſi maritus,* & Aretini inductionem improbauit, quam meminit probatam à Socino, *in dicto conſilio 116. lib. primo.* Et in ſententia Cagnoli videtur etiam fuiſſe Alciatus, *in d. l. ventre præterito. numer. 27. ff. de acquiren. hæreditate.*

¶ Ex quibus infero, quòd ſi filius à patre fuerit hæres inſtitutus in minore hæreditatis parte, quàm ſit iure naturæ debita, non ſolùm transmitteret † in quemcunque hæredem ius nõ agnitum agendi ad ſupplementum, ſi inſtitutionem agnouerit, vt communiter teneri conſtat ab Alexandro, *conſil. 55. num. 6. lib. 2.* Curt. *conſil. 116. Difficultas. nu. 21. in 2. vol.* Philip. Dec. *conſ. 304. In caſu occurrenti num. 2.* poſt Bald. *in l. ſi arrogator. in 2. oppoſitione. ff. de adoptionib.* Salic. *in l. ſcimus. C. de inofficio. teſtam.* Iaſ. *in l. emancipata. C. qui admitti.* Sed etiam † ſi deceſſerit, non agnita patris hæreditate, transmittet eam partem quaſi ſuus ex potentia ſuitatis, & ſimul ius agendi ad ſupplementum. Sic eueniet, vt ſui hæredis hæres & minori portioni paternæ hæreditatis ſe poſſit emiſcere, & ius agendi ad ſupplementum intentare, vt tenuit Ioan. de Monte Sperel. *in l. ſi unus. §. illud. C. de inoffic. teſtam.* quem retulit & ſequutus eſt Benedictus de Benedictis, *conſil. 5. Cùm viſo, colum. fina.*
12
13

¶ Age verò, & contra hoc quod omnes communiter ex his cap. verbis collegerunt, magnum & vtiliſſimum ordimur argumentum. Videtur enim, quod etiam ſi omnes hæ ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, vti mater prætendebat, non idcirco mater ex perſona filij & filiæ impuberum poſſet iure deducere eam partem, quam teſtator pater filio & filiæ iure naturæ debuiſſet. Nam pupillaris † directa ſubſtitutio non eſt onus, ſed honor pupilli, quia pupillare teſtamentum eſt, ex quo pupillus hæredem ſit habiturus, *l. ſi pupillus paterna. ff. de acquiren. hæreditate. in principio. & in §. 1. Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione.* Quare de inoffic. patris teſtamento nunquam filius impubes queri potuit eo nomine, quod pater ſibi pupillarem ſubſtitutionem feciſſet. *l. Papinianus. § ſi quis impuberi. ff. de inoffi. teſtamen. l. ex tribus. C. eodem titu.* Siquidem officioſum non verò inofficioſum teſtamentum dici potuit, quo pater non ſolùm ſibi, ſed filio quoque impuberi teſtatus eſt. Vnde & poſt *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamento*, nemo potuit dubitare, quin pupillaris ſubſtitutio effectum haberet in parte iure naturæ debita, vt in alijs ipſius impuberis proprijs facultatibus, quum ſubſtitutus pupillaris in vniuerſa pupilli hæreditate ſuccedat: *l. ſed etſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulgari.* Ergo ſi pater in ſola parte iure naturæ debita filium impuberem hæredem inſtituerit, eique pupillariter ſubſtituerit Titium, poterit eodem pupillari teſtamento, vel codicillis pupillaribus ad teſtamentum factis rogare Titium, vt filij impuberis hæreditatem Mæuio reſtituat. Sic eueniet, vt confirmato patris & filij impuberis teſtamento, teſtatore mortuo, deinde impubere infra ætatem pupillarem, hæreditas impuberis vniuerſa conſiſtens in legitima, quàm à patre habuit, & in bonis aliunde quæſitis, Titio pupillari ſubſtituto deferatur. Vbi verò is Titius hæreditatem pupilli ſponte adierit, eam reſtituere obligabitur Mæuio, ita vt poſſit deducere Trebellianicam. Nullo autem colore deſiderabit idem Titius de eadem hæreditate deducere partem iure naturæ debitam ipſi filio. Nam quia nullatenus poſſet eam deducere, niſi ex perſona impuberis, cui debeatur, conſtat hoc vniuerſale fideicommiſſum non ab impubere fuiſſe relictum, ſed ab ipſo Titio quaſi hærede impuberis, pro quo teſtatus eſſet pater.
14

¶ Hinc conſequenter procedit, quod † ſi pater impuberi filio teſtamentum non fecerit, ſed cum maluerit ab inteſtato decedere, poterit intra pubertatis annos eidem impuberi facere codicillos pupillares, quo iure potuit eidẽ impuberi facere teſtamentum pupillare, *argum. regulæ. 2. ff. de leg. 1.* Vt enim qui inteſtatus mori maluit, potuit codicillis ab inteſtato relictis onerare fideicommiſſo legitimum hæredem, cui ſponte legitimam hęreditatem reliquiſſe intelligitur. *l. conficiuntur, in princip. ff. de iure codicillor. §. præterea. Inſtitut. de fideicommiſſar. hæredita.* ita & pater pro impubere filio factis codicillis pupillaribus ab inteſtato poterit onerare fideicõmiſſo legitimum impuberis hæredem cui, ſcilicet, legitimam hæreditatem filij intra pubertatem mortui ſponte intelligitur reliquiſſe, vt probatur, *in l. ſi Titio. § fin. ff. de legat. 1.* Nam quo iure potuit pater fideicommiſſo onerare ſubſtitutum pupillarem, quem filio impuberi hæredem ſcripſit, eodem iure poterit onerare legitimũ impuberis hæredem, quẽ tacito iudicio inuitauit ad inteſtati impuberis hæreditatem. Hoc eſt quod Paulus Iureconſultus dixit, *in l. ab exhæredati ſubſtituto. verſ. ſi ff. de leg. 1.* legitimum impuberis hæredem, à quo pater fideicommiſſum reliquiſſet, eo iure onerari, atque ſi idem pupillari teſtamento ſcriptus hæres fuiſſet. Tametſi Didacus Segura *in repetit. eiuſdem legis, ab exhæredati*, Iureconſulti in hac parte ſententiam aliter, & malè interpretetur. 15

¶ Denique iuſtiſſimè receptum eſt, quod pater, qui planè non poteſt filium in debita parte fideicommiſſo onerare, poſſit onerare eiuſdem filij, ſi in pupillari ætate deceſſerit, tàm ſubſtitutum pupillarem, quàm legitimum hæredem ab inteſtato, non ſolùm in parte filio iure naturæ debita, ſed etiam in proprijs eiuſdẽ filij facultatibus, quæ illi aliunde, non à patre obueniſſent, vt Cyn. & omnes communiter præceperunt, *in d. l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* Bart. *in l. Papinianus. §. ſi quis impuberi ff. eod. titu.* idem Bart. & omnes *in l. fina. ff. de vulg.* Eſt enim manifeſta iuris ratio, quę euincit, fideicommiſſi onus valere iniunctum ſubſtituto pupillari, vel legitimo impuberis hęredi. Perinde enim habetur, atque ſi impubes ipſe eiſdem ſuis hæredibus idem onus iniunxiſſet, vel teſtamento, vel codicillis ab inteſtato relictis, argum. tex. *in §. igitur, verſic. tanquam ſi ipſe. Inſtit. de pupilla. ſubſtitutione.*

¶ Quæ cùm ita ſint, mater ab inteſtato liberorum hæres minimè videbatur poſſe deducere de fideicommiſſo partem iure naturę debitam eiſdem impuberibus. Nam & ipſi defuncti fuerunt ante tempora pubertatis, & pater potuit matrem legitimam impuberum ab inteſtato hæredem onerare fideicommiſſo in eo parte iure naturæ debita, quam liberis hæredibus teſtamento reliquiſſet. Siquidem iuxta verba gloſſ. & Archidiaconi, *in verſic. abſque deductione,* ſi ſubſtitutiones iure fideicõmiſſi valuiſſent, videbatur eſſe intellectus, quod mater ab inteſtato ſuccederet impuberibus, & hæreditatẽ per fideicommiſſum reſtitueret ſubſtitutis.

¶ Huic argumentationi reſpondendum eſt quod mater reſtituere fideicommiſſum pauperib. debuit abſq; deductione legitimæ portionis, quam pater liberis debuiſſet, ſi modò teſtator onus fideicommiſſi ad hęredem impuberum direxiſſet, *iuxta text. in d. l. ſi Titio. §. fin. ff. de leg. 1.* At verò id in noſtri capituli ſpecie interpretandum eſt, quòd filius & filię intelligerẽtur onerati reciproco fideicommiſſo, ſi ſine liberis decederẽt, Itẽ qui nouiſſimo loco ſinę liberis deceſſiſſet, oneratus videretur reſtituere pauperibus fideicommiſſum. Sic onus reſpectu legitimæ iniunctum liberis etiam in caſu, quo ſine liberis decederent, non valeret, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtament.* Vnde mater ex perſona impuberum, qui fideicommiſſo onerati fuiſſent, deducere potuiſſet legitimam portionem, in qua onerari non potuerunt. Hinc Bartol. *in l. cohæredi. §. cum filia, verſic. tl. quòd ſi hæredem, num. 2. ff. de vulgari. argumento text. ibi* 16

in verſic.

in verſic. vt ab impubere, obſeruat quaſi rem perpetuò memorabilem, quòd licet fideicommiſſum † ſit relictum poſt mortem impuberis, ipſe magis, quàm hæres eius, onerari intelligitur. Quod Paul. Caſtren. & cæteri omnes *in eo.* § probauerunt. Ex his relinquitur, quòd ſi filio impubere hærede inſtituto ita concepero: Si filius meus moriatur in pupillari ætate, rogo eũ, vt hæreditatem Titio reſtituat, non valebit fideicommiſſum in parte iure naturæ debita, in quà filium onerare nõ potui. Proinde hæres filij impuberis deducit de hæreditate fideicõmiſſaria primum legitimam, ac deinde Trebellianicam. *argum. noſtri c. & d. §. cum filiæ.* Quòd ſi ita concepero: Si filius meus in pupillari ætate decedat, rogo hæredem eius, vt hæreditatem Titio reſtituat, futurum eſt, vt ſi filius ante pubertatẽ moriatur, hæres impuberis fideicommiſſum Titio reſtituere debeat, abſque deductione partis, quam pater iure naturę ipſi filio debuiſſet, *arg. d. l. ſi Titio. §. ſi. ff. de legat.* 1.

16

¶ Sed contra hanc differentiam communiter approbatam, quà conſtituitur, aliud eſſe ſi filius poſt mortem ſuam oneretur dare, aliud verò ſi hæres eius, facere videtur, quòd ſi filius poſt mortem ſuam oneratur fideicommiſſum reſtituere, vtiq; hæres eius onerari intelligitur. *l. vna. C. vt actio. ab hæred. & contra hæredes incip.* quam ad propoſitæ quæſtionis terminos induxit Bald. *in l. precibus. num. 47. verſic. item plus dico. C. de impuberum, & alijs.* Igitur ſupraſcripta differentia magis eſt verbalis, quàm realis, *contra l. 2. C. communia de legat.* vbi lex rebus non verbis debet imponi. Hoc argumento implicati Salic. & Paul. de Caſt. *in d. l. ex tribus*, & Alex. ibi ad Bald. obſeruarunt, ſupradictam differentiam eſſe valde notabilem. Nam prima facie (inquiunt) quando pupillus poſt mortem grauaretur, fideicommiſſi obligatio videtur fuiſſe collata in hæredem pupilli, per text. *in d. l. vna.* Denique Iaſ. *in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. num. 8. ff. de vulg.* murmurauit aduerſus ſuperiorem differentiam, quæ communiter eſt recepta. Motus eſt eadem ratione, quod ſecundum eam lex verbis non vero rebus imponatur. Hæc itaque difficultas ſcrupulum iniecit noſtri iuris præceptoribus, nec hactenus legi authorem qui eam recta docendi ratione ſubmoneret.

¶ Ego vero, vt receptam hanc differentiam nouè excuſem, agnoſco nõ differre, vtrum filius hæres pupillus poſt mortem ſuam oneretur, an eiuſdem pupilli hæres. Sed hoc ita verum eſſe agnoſco, ſi modo pupilli hæres oneretur eo intellectu, quo pupillus poſt mortem oneratur, iuxta text. *in d. l. vna.* Et quò dilucidius hanc obſcuram interpretationem meam poſſim explicare, præſuppono, quòd ſicuti in fideicommiſſis olim receptum fuit, vt ea teſtatores poſt mortem ſuorum hæredum poſſent relinquere. *§. poſt mortem, Inſtitut. de legat.* ita quoque benigna interpretatione admitti placuit, quòd teſtatores poſſent poſt mortem hæredum ſuorum ab eorum hæredibus fideicommiſſa relinquere. *l. ſi fuerit §. 1. ff. de legat. 3.* vbi Vlpianus ita ſcriptum reliquit: Si quis non ab hærede vel legatario, ſed ab hæredis vel legatarij hærede fideicommiſſum reliquerit, hoc valere benignũ eſt. Agnoſco igitur, quòd in terminis eius. §. qui concordat cum terminis, text. *in d. l. vna* vix poterit notari differentia, verùm ipſe inſtitutus hæres poſt mortem rogetur dare, an verò ipſius inſtituti hæredis hæres ſub nomine appellatiuo rogatus ſit dare. Nam qui ab hæredis hærede fideicommiſſum relinquit, perinde habetur, atque ſi ab hærede inſtituto poſt mortem fideicommiſſum reliquiſſet. Sic valet fideicommiſſum relictum ab hærede hæredis inſtituti ſub nomine appellatiuo, quoniam ipſe hæres inſtitutus onerari poſt mortem intelligitur. Quod ſimiliter dici non poteſt, vbi inſtituti hæredis hæres ſub nomine proprio eſſet oneratus, quoniam tunc nõ poſſumus interpretari primum ipſum hæredẽ inſtitutum videri oneratum. Hoc ita ingenioſè tentauit Raphael Cuman. *in l. ſed etſi ſic. §. ſic autem. verſic. forte ergo. ff. de leg. 3.* & ante eum Raphael Fulgoſ. *in l. cum quidam, num. 3. & 4. C. de leg.* & ferme Aretin. *in l. verbis ciuilibus, colum. fina. ad finem. ff. de vulg.*

¶ Cum igitur vbi teſtator ab hæredis hærede fideicommiſſum reliquit, ab ipſo hærede inſtituto poſt mortem reliquiſſe videatur, conſequens erit dicere, quòd ſi filium impuberem mihi hæredem inſtituero, & ab hærede impuberis fideicommiſſum hæreditatis reliquero, iuxta terminos, *d. l. ſi fuerit. §. 1.* hoc eſt, quaſi ab hæredis hærede, & eo intellectu, quo & ipſum impuberum filium rogare potui, vt poſt ſuam mortem reſtitueret hæreditatem, profectò fideicommiſſum non tenebit in parte iure naturæ debita, quamuis maximè filius hæres ante quatuordecimum ætatis annum vita deceſſerit. Quemadmodum enim fideicommiſſum non valeret in legitima, ſi id à filio impubere poſt mortem eius reliquiſſem, ita valere non debet, ſi ab hærede filij impuberis ſub appellatiuo nomine fideicommiſſum reliquerim, iuxta ſpeciem, *d. l. ſi fuerit. §. 1. Idque argum. d. §. 1.* deduxit Raphael Fulgoſ. *in l. ex tribus. num. 4. C. de inoffic. teſtamen.* vbi propterea argumentatus eſt contra veram & receptam opinionem dicens, quòd eam in diſputando falſam putabat. Ego autem noto Fulgoſium rectè ſentiſſe, quòd in terminis, *d. l. ſi fuerit. §. 1.* non magis poſſet onerari hæres filij in parte ipſi filio iure naturæ debita, quàm poſſet onerari idem filius poſt mortem ſuam, vt antè ſcripſerat Signorol. de Homodeis, *conſil. 35. num. 6.* Alexan. *conſil. 67. num. 2. lib. 1.* Nam ſi filius ipſe onerari intelligitur poſt mortem ſuam, non valebit vtique onus in legitima. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* ſed & bona erunt ſubiecta reſtitutioni, etiam viuente filio, qui oneratus intelligitur, quamuis in hoc Claudius non rectè ſenſerit contrarium, *in l. cum filio. ff. de leg. 1.* Cæterum idem Fulgoſius non rectè improbauit communem opinionem, quæ ſine dubio eſt veriſſima, & procedit in terminis, *d. l. ſi Titio. §. ſi. ff. de leg. 1. & in terminis gloſſ. fin. in l. qui duos. ff. de vulga.* Tametſi, *in l. poſt mortem. num. 1. C. de fideicommiſſis*, hos terminos non ſatis eum iudicio confundat.

¶ Ergo ſi quis ita dixerit: Si filius meus deceſſerit intra quartumdecimum ætatis annum rogo hæredem eius, vt centum aureos Titio det: duplex fideicommiſſi interpretatio occurret. Vna erit iuxta terminos, *d. l. ſi fuerit. §. 1.* vt quaſi ab hæredis cuiuſque hærede fideicommiſſum ex mea hæreditate reliquerim pro me teſtatus. Et ſi hanc interpretationem ſequeremur, oporteret intelligere videri filium ipſum quaſi poſt mortem ſuam oneratum, vt in legitima portione nõ valeret fideicommiſſum. Altera erit interpretatio, quòd de filij impuberis hæreditate, quaſi pro eo factis codicillis pupillaribus, fideicommiſſum iure poteſtatis ab hærede eiuſdem legitimo reliquerim, *iuxta terminos, d. l. ſi Titio. §. fina.* hanc interpretationẽ ſi probemus, fideicommiſſum valebit, ſtricto iure, & filius pupillus nullatenus cenſebitur oneratus poſt mortem ſuam, ſed hæres eius dumtaxat. Sic eueniet vt ipſius impuberis hæres, qui ſolus fuit oneratus, fideicommiſſum reſtituere debeat ſine deductione eius partis, quæ iure naturæ ipſi filio, non autem ſibi debebatur. Vtique autem in re dubia præualuit, & præualere debuit hæc poſterior interpretatio. *iuxta textum, in d. l. ſi Titio. §. fina.* Nam (vt interim alia argumenta omittam) in re dubia teſtator parens non fuit credendus onerasse filium impuberem, vt in ſimili ſpecie argumentatus eſt Bartol. *conſil. 243. Fuit quidam, colum. 2.* & Alexand. *in l. Centurio, numer. 74. verſicul. tertiò probatur. ff. de vulgari.* Item in re dubia non fuit credendus teſtator, ſcrupuloſum & admiſſum ex ſola benignitate fideicommiſſum reliquiſſe, *iuxta text. in d. l. ſi fuerit. §. 1. ff. de leg. 3.*

¶ Planè ſi in propoſita ſpecie teſtator † ab hærede impuberis nominatim fideicommiſſum reliquiſſet, res nequaquam erat dubia, quoniam euidenter conſtaret inducendum fore omnino text. *in dicta l. ſi Titio. §. fina* ſiquidem in terminis, *dicta l. ſi fuerit. §. 1. ff. de legat. 3.* fideicommiſſum non poteſt relinqui ab hæredis hærede, niſi ſub appellatiuo nomine. *l. & ſi ſic. §. 1. eo. tit.* iuxta rationẽ quam ſupra ex vtroq; Raphaele attigimus. Cæterum in terminis, *dicti §. fina. l. ſi Titio. ff. de legat. 1.* nemo dubitauerit, quin pater pro filio impubere faciẽs codicillos nonminus poſſit nominatim rogare hæredem impuberis legitimum, ſi pro ſe & de hæreditate ſua faceret codicillos, ſecundùm communem opinionem, quam reſoluit Iaſ. *ex nu. 14. in d. l. ſi Titio. §. fina.*

¶ Concluſio igitur, receptam differentiam eſſe veriſſimam, vt ſi impubes filius poſt mortem ſuam oneratur, non valeat onus in legitima, quod valeret, ſi hæres eiuſdem impuberis oneraretur, *iuxta terminos dicta l. ſi Titio. §. fina.* Nam ſi hæres impuberis eſſet oneratus fideicommiſſo, *iuxta terminos, dicta l. ſi fuerit. §. 1.* tunc non valeret onus, quoniam filius ipſe oneratus intelligitur poſt mortem ſuam, ſed in re dubia potiùs inducimus text. *in d. l. ſi Titio. §. fina.* quàm text. *in d. l. ſi fuerit. §. 1.* ſecundùm ea, quæ modo oſtendimus.

¶ Adhuc tamen contra Pontificis ſententiã inſiſtere operæ-

pretium

pretium eſt, quaſi ſentire non debuerit, quòd mater potuiſſet deducere partem iure naturæ debitam liberis impuberibus, ſi ſubſtitutiones iure fideicommiſſi valuiſſent. Supra enim reſpondimus, quòd ideo mater potuiſſet facere hanc deductionem, quoniam non mater ipſa videretur onerata, ſed ipſi liberi poſt mortem ſuam fideicommiſſo onerati viderentur. At enim videtur, quòd in huius cap. propoſita ſpecie magis interpretandum erat, quòd hæres impuberum liberorum mater fuiſſet onerata, quàm liberi ipſi poſt mortem ſuam. Si quidem hæc verba, Pauperes inſtituo hæredes, conuerſa in fideicommiſſum impersonale. Proinde ita accipiendum eſſet, quaſi teſtator dixiſſet: Etſi vtrunque ſine liberis mori contigerit filiorum, pauperibus hæreditas reſtituatur, ſeu pauperibus hæreditatem reſtitui volo. Planè hæc verba ſunt impersonalia & ambigua, quia expreſſim non referuntur, nec ad liberos impuberes à patre hæredes inſtitutos nec ad hæredem eorum. Cur ergo Pontifex ſignificauit, quòd verba fideicommiſſi impersonalia magis erant referenda ad hos liberos, vt poſt mortem ſuam rogati viderentur, quàm ad hæredem eorum, videlicet, matrem? Reſpondendum eſt, Pontificis ſententiam in hoc præcipuè eſſe notabilem, & vtiliſſimam. Pertinet enim ad deciſionem articuli, qui in materia ſubſtitutionum ante alios excellit ſubtilitate, & vtilitate. Articulus eſt, ſi verba fidei-
19 commiſſi † fuerint impersonalia, nec conſtare poſſit an pater filium impuberem hæredem rogauerit poſt mortem dare, an verò rogauerit legitimum filij impuberis hęredem, à quo magis in re dubia interpretari debeamus fideicommiſſum relictum fuiſſe.

¶ Et in primis admoneo huius celeberrimi articuli ſubtilitatem & vtilitatem verſari propriè in terminis huius cap. & aliàs, vbi pater potuit liberis impuberibus iure patriæ poteſtatis facere teſtamentum pupillare, & codicillos pupillares, & liberi ipſi deceſſerunt ante tempora pubertatis. Tunc enim quæſtio in eo eſt, vtrum pater liberos ipſos impuberes voluerit onerare fideicommiſſo poſt mortem eorum dato: An vero iure patriæ poteſtatis conſulens eiſdem liberis impuberibus voluerit hæredem eorum onerare, vt quaſi de pupillari hæreditate fideicommiſſum pręſtare, iuxta *dictam l. ſi Titio §. fina. ff. de legat. 1.* At vero ſi liberi hæredes inſtituti poſt tempora pubertatis vita deceſſiſſent, vel initio eius cōditionis fuiſſent, vt eis parens non potuerit facere pupillare teſtamentum, quæſtio eſſet inutilis. In his enim ſpeciebus ſiue impersonalia fideicommiſſi verba referas ad filium quaſi poſt mortem ſuam rogatus ſit dare, ſiue ea referas ad hæredem eius, ſemper ipſe filius oneratus intelligitur. Nam etſi expreſſim teſtator hæredem filij rogaſſet, vt fideicommiſſum daret, non poſſes inducere textum, *in dicta l. ſi Titio. § fin.* quoniam proponitur deficere in teſtatore teſtandi pro filio poteſtatem, vt probatur; *in l. quod fideicommiſſum. ff. de legat. primo.* Sic neceſſe haberes inducere textum, *in l. ſi fuerit. §. 1. ff de leg. 3.* vbi fideicommiſſum ab hærede hæredis relinquitur eo propè ſenſu, atque ſi hæres ipſe primus poſt mortem ſuam rogatus eſſet dare, iuxta ea quæ ſupra obſeruauimus, Denique in his ſpeciebus fideicommiſſum quod parens ab hæredis filij hærede reliquiſſet, non valeret in legitima portione, quam idem teſtator parens filio iure naturæ debuiſſet, vt ſpecialiter docuit Raphael Cuman. *in l. cohæredi. § cum filiæ. num. 4. verſic. or videas. ff. de vulgar & conſil. 141. Viſis. verſic. & profecto.* Ioan. de Imol. *in l. 1. §. fin. ff. de vulgari.* Alexan. *conſil. 67. in principio. & num. 2. libro* 2. Rodericus Suarez, *in repetitio. l. quoniam in prioribus. in limitatione, verſicul. vnde Ioannes. C. de inofficio. teſtamento.* Franciſc. Ripa, *in l. Centurio. num. 126. ff. de vulgari.* Curtius Iunior, *conſilio tertio, Subtilia. numero* 17. Aymon. Sauilian. Crauet. *in repetitione l. cum filio. numer. 91. ff. de legat. 1.*

Vnde primo infero intellectum textus, *in l. codicillis. verſicul. reſpondi. ff. de vſufructu legato.* vbi verba fideicommiſſi fuerunt impersonalia: & tamen Iureconſultus reſpondit, quòd fideicommiſſum videbatur relictum ab eo, qui vltimus deceſſiſſet. Conſiderandum igitur eſt, quòd teſtator potuiſſet idem fideicommiſſum relinquere ab hærede eius legatarij, qui vltimus deceſſiſſet, *d. l. ſi fuerit. §. 1.* Nihilominus Iureconſultus securè interpretatus eſt, quòd ipſe legatarius, qui vltimus deceſſiſſet videbatur grauatus non vero hæres eius, vt ex eo text. notauit Bart. *ibidem*, Salic. *in l. ex tribus. in fine. C. de inoffic. teſtament.* Alex. & ferè omnes, *in l. prima, §. fin. ff. de vulgari.* & omnes ferè allegandi in ferius pro recepta Bartoli ſententia, *in l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulgari.*

Denique Franciſc. Aret. *in l. 1. § fin. ff. de vulgari. & conſil. 154. Periculoſum. colum penult.* audacter ſcripſit, quòd *in d. l. codicillis.* erat caſus in terminis contra eos, qui putarent, verba fideicōmiſſi impersonalia magis eſſe referenda ad hæredem impuberis, quam ad ipſum impuberem, cuius text. alteram concluſionem principalem, *in d. l. codillis, in fine principij*, eleganter explicat Fabius Acoromb. *in repetitio. l. hæredes mei. §. cum ita, ex num. 20. ad Trebellianum.* & And. Alcia. *in l. vel ſingularis. ex num. 20. ff. de vulgari.*

Sed profecto text *in d. l. codicillis*, ita inductus nihil mihi facere videtur contra authores ſuperioris ſententiæ. Agnoſco enim, quòd ſi verba fideicommiſſi fuerint impersonalia, & teſtator is fuerit, qui iure non potuit facere pupillarem ſubſtitutionem hæredi inſtituto, poſt cuius mortem fideicommiſſum reliquit, tunc verba impersonalia ad ipſum hæredem teſtamento nominatum magis referuntur. Nec enim vlla ratio eſt cur ſubaudiri debeamus nominati hęredis hęredem, à quo teſtator vix potuit niſi ex quadam benignitate fideicommiſſum relinquere. *d. l. ſi fuerit* §. 1. Denique authores, contra quos Franciſc. Aretin. allegauit quaſi caſum *d. l. codicillis.* planè agnoſcerent, quòd verba fideicommiſſi impersonalia nunquam in re dubia ita ſunt accipiēda, vt teſtator videatur fideicommiſſum reliquiſſe ab hærede hæredis vel legatarij, iuxta, *d. l. ſi fuerit* §. 1. Illud enim contendunt, quòd ſi filius pupillus, poſt cuius mortem fideicommiſſum impersonaliter datum eſt à patre, qui eum habuit in poteſtate, deceſſerit ante pubertatem, hæres impuberis videatur fideicommiſſo oneratus, iuxta text. *in d. l. ſi Titio. §. fin. ff. de legar. 1. non vero iuxta text. in d. l. ſi fuerit. §. 1. ff. de leg. 3.*

Secundò infero, quòd in ſpecie, *cap. Raynutius. ſupra hoc titu.* vbi adiecta teſtatoris filia poſt pubertatem vita deceſſit, ſiue fideicommiſſi verba ad eam relata fuiſſent, ſiue in ipſius Adiectæ hæredem, æquè non valuiſſet onus in legitima portione, in qua non potuiſſet onerari Adiecta. Quod circa, *dict. cap. Raynutius*, non perſpexit Aretin. *in l. prima, §. fin ff. de vulgari. & conſil. 154. Periculoſum. num. 1.* nec Lancellot. Galiaul. *in repetitio. l. Centurio. num. 412. & 418. ff. de vulgar.* Sed tamen hoc rectè contra Aretin. obſeruauit Curtius Iunior, *dicto conſil. 73. num. 17.*

Tertiò infero non rectè ſenſiſſe Signoro. de Homod. *conſi. 35. Caſus talis eſt. num. 6 cum ſequentibus.* vbi cum quidam Ioanninus à patre inſtitutus deceſſiſſet maior viginti octo annis, tractauit, an Catharina eius ſoror, & ab inteſtato hæres, potuiſſet onerari in parte ipſi Ioannino iure naturæ debita: Et quidem rectè reſpondit, onerari eam non potuiſſe, adiecta ratione, quia ſcilicet hæres hęredis nō poſſet in plus onerari, quàm in primum hæredem à teſtatore perueniſſet. *l. ſi fuerit. §. 1. ff. de legat.* 3. Porrò legitima portio non dicitur ad filium perueniſſe à teſtatore, ſed à lege, *argumen. l. ſi arrogator. ibi, Quia non iudicio. ff. de adopt. & in Authent. de hæred. & Falcid. §. ſi quis autem non implens. ibi. Neceſſariò ex lege percipiunt, collat. 1.* In hoc igitur non rectè ſenſit, quod putauit, neceſſarium eſſe recedere à vera, & recepta Cyn. ſententia, *in d. l. ex tribus.* quæ eo demum caſu locum obtinet quo filius in pupillari ętate deceſſit. *l. quod fideicōmiſſum. ff. de leg. 1.* Quare in propoſita ſpecie Signorol. de Homod. potuit rectius dicere, non eſſe locum Cyni & veterum ſententiæ, quoniam Catharina eſſet hęres fratris puberis, non quidem ex iudicio teſtatoris, ſed magis ex iudicio eiuſdē fratris, qui poſt pubertatem vita deceſſerat, vt rectè perſtrinxit, *num. 8. verſic. item iudicio.*

Quartò infero, Iaſonem non ſemel in hoc articulo fuiſſe lapſum, *in l. precibus. num. 15. verſic. in iſta & num. 17. verſic. 4. C. de impuber. & alijs.* vbi ſcripſit, pulchrum, & ſubtile dubium eſſe, quo caſu filius poſt pubertatem decederet, vtrum ab ipſo filio fideicommiſſum intelligeretur datum: an vero ab hęrede filij. Nec aduertit id dubium eſſe inane, quoniam etſi filij puberis hæres oneratus videretur, æquè non valeret fideicommiſſum in legitima portione. In quo errore fuerunt etiam Iacobin. de ſancto Georgio, *ibidem, num. 10. verſic. aduertite*, & Guilielm. Bedict. *in repetitio. cap. Raynutius. in verbo. Si abſque liberis. 2. de compendio. ſubſtitutio. num. 48. ſupra eodem.* & Ioan. Corraſ. *in d. l. precibus. num. 63.*

Quintò infero, Paul. Pariſ. *conſil. 81. Conſultus. num. 9. libro 2.*

non

non rectè in huiuſmodi ſpecie reſpondiſſe, Mulier Nicolaum filium inſtituit hæredem, & ſi is ſine liberis maſculis decederet, hæreditatem ad certas perſonas pertinere voluit. Mortuo teſtatore, Nicolaus ſine liberis maſculis deceſſerat, atq; ita caſus ſubſtitutionis extiterat. Dubitatum eſt, vtrum hæres Nicolai poſſet de fideicommiſſo deducere partem, quam iure naturæ mater ipſi filio Nicolao debuiſſet? Et Paulus Pariſ. ſententiam alterius conſulentis ſequutus reſpondit, eam portionem deduci non poſſe in fideicommiſſi reſtitutione. Motus eſt eo quòd fideicommiſſi verba fuiſſent imperſonalia, atq; ideo nõ Nicolaus, ſed Nicolai hæres videretur fuiſſe grauatus. Sed etſi *num.11.* conſiderandum eſſe duceret, vtrum in recepta illa differentia inter filium, & hæredem filij, qua vtebatur, inducenda eſſet ad propoſitam ſpeciem, id eſt, quando mater proponeretur feciſſe dubiam ſubſtitutionem, nihilominus concluſit, legitimam portionem ab hærede Nicolai deduci nõ potuiſſe. In qua concluſione ſine dubio fuit hallucinatus, quia planè verum erat legitimã deduci potuiſſe, vt in fortioribus terminis pro conſtanti habuit Calder. *conſ.11. Quadam, ſub tit. de teſtam.* Denique vbi perſona, quæ ſubſtituit, non poteſt iure facere ſubſtitutionem pupillarem hæredi filio, etiamſi verba fideicommiſſi in hæredem filij impuberis retuliſſet, non valeret grauamen in legitima portione, quæ ipſi hæredi filio iure naturæ debita fuiſſet, vt in matre ſpecialiter admonuerunt Ripa *in d.l. Centurio. num.127. verſic. ex quo infertur. ff. de vulgari.* & Roderic. Suar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in 1. limitat. verſ. ex quibus pondera. C. de inoffic. teſtam.*

Sextò infero non temerè probandam fore Alexandri ſententiam, *conſi.67. Conſideratis. num.2. lib.1.* vbi priuilegium con-
20 ceſſum † liberis primi gradus, *in l. iubemus. C. ad Trebel.* limitauit vt procederet, ſi pater filium poſt mortem rogaſſet reſtituere, *iuxta verba, d.l. iubemus. in prim.* Cæterum ſi pater hæredem filij inſtituti fideicommiſſo reſtituendæ hæreditatis oneraſſet, *iuxta, l. ſi fuerit. §.1. ff. de leg.3.* tunc opinatur locum non eſſe priuilegio *d.l. iubemus.* Motus eſt eo quod hic caſus eſt diuerſus à caſu expreſſo, *in d.l. iubemus.* vt propterea ad eum extendi non debeat eius. *l. priuilegium, arg. d.l. iubemus. §. fi.* Hinc colligit, quod licet Trebellianicæ deductio non poſſet prohiberi liberis primi gradus, quod ſatis controuerſum, vt ſuperius declaraui, *in gl. Trebellianicæ;* ſi tamen pater hæredem filij fideicommiſſo reſtituendæ hæreditatis onerauerit, atque prohibuerit, ne Trebellianicam deducat, valebit prohibitio. Quare ſi fideicõmiſſi & prohibitionis verba fuerint imperſonalia, vtiliter concludit, in re dubia interpretandum eſſe, quod hæres filij, non vero filius videatur oneratus & prohibitus, vt ita prohibitio valeat, argum. *l. quoties. ff. de reb. dub.* Adducit in argumentum notata à Bart. & alijs, *in l. qui duo. ff. de vulg.* vbi docent, quòd licèt filius non poſſit onerari in legitima, hæres tamen filij impuberis poteſt in totum onerari, & in dubio videtur impoſitum onus hæredi filij magis quàm ipſi filio. Hanc Alexandri ſententiam refert & ſequitur Franciſ. Ripa, *in l. nemo poteſt. nu.53. verſic. & tenendo. ff. de legat.1.* & Philip Dec. *conſi.480. In caſu. nu.14.* vbi allegat in eandem ſententiam Cuman. *conſil.141. Viſis. col.2.* Idẽ cum Alex. probauit conſulendo Paul. Pariſ. *conſil.21. Requiſitus. num.50. lib.3.* vbi dicit hoc fuiſſe de mente Cornei, *conſ.142. Videtur. lib.4.* Subiecit hoc ſuaderi ratione apertiſſima quia ſi Doctores (inquit) omnes communiter volunt hoc procedere in parte iure naturæ debita, quæ eſt magis fauorabilis, à fortiori idem procedet in Trebellianica, quę eſt minus fauorabilis Allegat in his terminis hoc punctualiter concluſiſſe Lancel. Galiaul. *in repet. l. Centurio. num.409. verſic. aliquando vero teſtator. & num.412. verſic. item intelligo hoc ff de vulgar.*

Ego autem noto videri in hoc articulo iudicium Alexãdri, & aliorum authorum fuiſſe confuſum. Quippe Alex. *in d. conſi.* pro conſtanti præſuppoſuit, quòd in ea ſpecie, etiamſi teſtator verba fideicommiſſi imperſonalia ad hæredẽ inſtituti filij retuliſſet, poterat nihilominus hæres ex perſona filij deducere, partem iure naturæ debitam; in qua filius onerari non potuit. Quæremus igitur ab Alexandro, cur circa partem iure naturæ debitam non diſtinxerit hæredẽ filij à filio: diſtinxerit autem hæredem filij à filio circa priuilegium Trebellianicæ. *d.l. iubemus.* Nam ſi teſtator filij impuberis hæredem teſtamento pupillari, vel codicillis pupillaribus, rogauerit, vt hæreditatẽ filij impuberis reſtituat vel præſenti die, vel poſt mortem ſuam planè admittendum eſt, quòd hoc caſu ceſſet priuilegium, *d.l. iubemus.* In hac enim ſpecie non oneratur pupillus filius primi gradus, ſed oneratur pupilli hæres: & demũ in hac ſpecie poteſt onerari pupilli hæres in parte legitima, quæ ipſi pupillo iure naturæ debita fuiſſet. Quinimmo & ſi hæres pupilli eſſet filius teſtatoris, idem omnino recipiendum foret non ſolum circa partem iure naturæ debitam, ſed etiam circa Trebellianicam, quamuis maximè admittenda foret prima communis opinio contra poſteriorem, quam defendi, *ſupra in gloſ. Trebellianicæ.* Is enim filius primi gradus non rogatur patris, ſed fratris pupilli hæreditatem reſtituere, nec debet circa fraternam hæreditatem exercere priuilegium, *d.l. iubemus.* quod in paterna hæreditate datum eſt, arg *d.l. iubemus. §. fi. iuncto belliſſimo Vlpiani reſponſo, in l.1. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſ. edict.* Hoc deniq; caſu procedit differentia, quam ex Bart. *in d.l. qui duos.* allegauit Alexan. *in d. conſil.* & procedunt quæ ſcripſit Lancel. *in d.l. Centurio,* à Pariſio allegatus. Tametſi Raphael Cum. *conſil.123. Bartholomæus, ad finem.* ad hæc non videatur aduertiſſe. Verum in Alex. ſpecie, & aliàs vbi teſtator nõ poteſt videri iure poteſtatis pro filio impubere eſſe teſtatus, non eſt iuſta differentia vtrum teſtator filium poſt mortem fideicommiſſo onerauerit, an vero fideicommiſſi verba in hæredem filij direxerit, iuxta, *d.l. ſi fuerit. §.1. ff. de legat.3.* Nam, *in d.l. iubemus.* priuilegio filiorum locus eſt, vbi pater filium hæredem rogauerit, vt ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem fratri reſtituat. Quod quidẽ onus, quoad executionem pertinet, hæredi ipſius filij impoſitum cenſetur, quum mortuus filius non ſit reſtitutus hæreditatem, iuxta ea, quæ argumentatus eſt Raphael Cum. *d. conſil.141. Viſis.* Nemo igitur, qui legum authoritatem tueri velit, exiſtimare debebit, vnius verbi mutatione poſſe legis authoritatem eludi. Planè facili negotio Zenonis conſtitutio eluderetur, ſi teſtator poſſet priuilegium liberorum primi gradus auferre, dirigendo onus fideicommiſſariæ hæreditatis in hæredes ipſorũ liberorum. At enim Xeno. *in d.l. iubemus,* loquitur in ea ſpecie, in qua pater filium hæredem poſt mortem reſtituere hæreditatẽ rogauit, & alius caſus eſt ſi filij hæredis hæredes oneret. *d.l. ſi fuerit. §.1. ff. de leg.3.* Igitur ad hunc caſum, qui alius eſt, non debet perduci priuilegium, *d.l. iubemus,* vt probatur, *in ea l. §. fin.* Sed huic argumentationi reſpondemus in hac ſpecie eundem caſum intelligi, quum ipſe filius videatur oneratus, quamuis fideicommiſſi verba ſint diuerſa.

Ergo voluntatis quæſtio † ardua relinquitur in noſtri capit. ſpecie, & in quibus caſibus directa pupillaris ſubſtitutio liberis hæredibus fieri potuiſſet. Proinde operæpretium erit decernere, quænam opinio verior ſit, & communior, in hoc difficilli:no articulo? Nam quod in re dubia non cenſeatur onus fideicommiſſi imperſonale fuiſſe iniunctum hæredi filio impuberi, ſed magis ipſius impuberis hæredi, tenuit Bart. *in l. qui duos. in fine, ff. de vulg.* Vnde collegit, quod hæres impuberis fideicommiſſum reſtituit abſque deductione partis, quæ iure naturæ debita fuiſſet ipſi impuberi. Hanc Bartoli opinionem quaſi communem ſequutus eſt Alexan. *in l.1. §. fin. num.3. ff. de vulg. & in l. cohæredi. §. cum filia. num.7. & 8 ff. eod. titu. & conſil.12. Attentis. num.32. lib 3.* vbi in terminis noſtri cap. reſpondit non videri grauatum filium impuberem, ſed magis hæredem impuberis. Idem reſoluit Iaſ. *in dicto §. cum filia. num.16. & in l. ſi arrogator. num.31. ff. de adoptionib. & conſil.99. Diuidam. num.1. lib.4. & in l precibus. num.13.* & Ioannes Corraſ. *ibidem, in repetitio. numer.63. C. de impuberum & alijs.* Philip Corn. *conſil.93. Licèt. colum. fina. libr.3.* Claudius, *in d. §. l.1. §. fina. ff. de vulgar.* Stephan. Bertrand *conſilio 126. Viſo proceſſu, lib.2* Roderic. Suar. *in repetitio. l. quoniam in prioribus, in prima limitatio. num.20. C. de inoffic. teſtament.* Ioan. Crot. *in repetitio. cap. Raynutius. fol.24. colum.4. verſicul. tertius caſus: ſupra hoc titu.* & ibi Guiliel. Benedict. *in repetitio. in verbo, ſi abſque liberis. 2. de compendioſa. num.48.* poſt Ioan. Imol. *ibi numer.40.* Anton Rub. *conſil.158. Latiſſime. numer.6.* Didac. Segura, *in repetitio. l. ab exhæredati. numer.42. ff. de legat.1.* Alciat. *in d. §. cum filia. num.12.* Ioan. Dilectus Gualdenſ. *de arte teſtandi. tit.3. caut.34.*

Contra, quod in re dubia ipſe filius impubes videatur fideicommiſſo imperſonali oneratus, non verò hæres eius, ſenſiſſe creditur idem Bart. *in d.l. cohæredi. §. cum filia. verſic. quod ſi hæredem. ff. de vulgari.* Bald. *in l. precibus. num.48. C. de impuberum & alijs.* Salicet. *in l. ex tribus. colum. fina C. de inoffic. teſtamen.* Raphael Cuman. *in l. qui duos. in fin. ff. de vulgari. & in l. ſi Titio. §. fin. ff. de legat.1.* Paul. Caſtren. *conſil.67. In caſu propoſito. ad fi. lib.2.* Matheſi.

*nemb.*164.Marian.Socinus Iun.*conſil.*131.*num.* 71.*in* 1.*parte.* Philip.Corne.*conſ.*277.*In hac,num.*11.*lib.*1. Aretin.*in l.*1.§.*fin.ff.de vulga.& in conſ.*154.*Periculoſum,num.*14.*verſic.ſed relinquitur.* Moder. Patiſ.ad Decium *in d.l.precibus,num.*19.*& in l.*1.§ *ſi quis ita, numero* 82.*ff.de verb.* Berengar. Fernand. *in repetit. l. in quartam, ff.ad legem Falcid.in* 1.*parte,num.*290.Roderic.Suar.*allegat.*2.*pag.*4.*& in repetit.d l.quoniam in prioribus,in* 1.*limitatione,num.*20.*verſic.item diſpoſitio.*Ioan.Crot.qui putat hanc eſſe veram concluſionem, *in d.c. Raynutius.folio* 23.*colum.*1.*in princip.*Denique Lancellot. Galliaul. *num.*409.Franciſc.Ripa *num.*128.*in l.Centurio, ff.de vulgar.* reſoluunt ex Bart.& plurimorum ſententia ibidem,quòd hęc ſententia eſt magis communis.

Poſt hac poſteriore opinione inducitur Pontificis ſententia in præſenti, qua parte ſignificauit, quòd ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, mater ex perſona liberorum impuberum potuiſſet deducere partem ipſis liberis iure naturæ à parte debitam. Nimirùm quoniam liberi ipſi poſt mortem onerati fideicommiſſo viderentur,non verò eorum hæres, quamuis fideicommiſſi verba imperſonalia fuiſſe intelligerentur. Ergo hic textus à contrario ſenſu probat, quòd ſi filium impuberem hæredem inſtituero, & ita dixero: Filius meus ſi ſine liberis deceſſerit, hæreditatem pauperibus reſtitui volo. hoc fideicommiſſum videbitur à filio relictum fuiſſe poſt eius mortem, non verò ab hærede filij. Sic eueniet, vt quamuis filius in pupillari ætate deceſſerit, poſſit hæres filij impuberis deducere contra pauperes fideicommiſſarios legitimam portionem, in qua filius ipſe non potuit onerari. Ita ſanè induxerunt Pontificis ſententiam pro hac parte, Paulus Caſtrenſ. *in dicto conſilio* 67. & Aretinus *in dicta l.* 1.§.*final. ff. de vulgar. dicto conſil.*154. *Periculoſum.*

Alexand.autem *in l.*1.§.*fin.num.*3.*& in d. l.cohæredi,*§.*cùm filia, num.*7.*&* 8. & ibi Iaſon *num.* 16.contrariam partem defendentes,vt euitarent huius textus inductionem,reſponderunt,quòd hic non erat ſumendum argumentum à contrario ſenſu circa deductionem partis iure naturæ debitæ. Idque exemplo Trebellianicæ probare tentauerunt, quæ hic contra pauperes non erat deducenda, etiamſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ. Vnde quemadmodum non ſumitur in præſenti argumentum à contrario ſenſu in deductione Trebellianicæ,ita non eſſe idem argumentum ſumendum putauerunt in deductione partis iure naturæ debitæ. Sic in ea opinione fuêre,vt exiſtimarent, quòd ſi ſubſtitutiones hæc valuiſſent iure fideicommiſſi,mater non poſſet deducere in fideicommiſſi reſtitutionem partem liberis iure naturæ debitam, quoniam liberi non viderentur onerati fuiſſe fideicommiſſo, ſed magis ipſe liberorum impuberum hæres. Verùm Aret.*vbi ſuprà*,contra hanc ſolutionem replicando inſtat, quòd argumentum à contrario ſenſu debet accipi circa hanc partem iure naturæ debitam,quã-uis non accipiatur circa Trebellianicam. Nam contrarius ſenſus circa deductionem Trebellianicæ ſumendus non fuit,quoniam manifeſtè repugnabat text.*in Auth.ſimiliter, C.ad leg.Falcid.* Cæterùm nullo probatur, quòd tale argumentum à contrario ſenſu circa deductionem partis iure naturæ debitæ ſit abſurdũ. Vnde Franciſ.Ripa *in d.l.Centurio,num.*128. ſcribit, quòd ſi radicitùs introſpicias decisionem huius cap.videbis ſubſtitutionem hic non intelligi directam, vt excludatur deductio partis iure naturæ debitæ.Atq; ita intelligit,quòd ſi in hoc cap.ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, mater ſolam partem liberis iure naturæ à patre debitam deducere potuiſſet, non verò deducere potuiſſet Trebellianicam.

Sed hi auctores ſententiam Pontificis aſſequuti non ſunt circa Trebellianicam,quæ vtique deducenda fuit contra filiam, ſi ſubſtitutiones iure fideicommiſſi valuiſſent,vt ſuperiori gloſ.oſtendimus. Quocirca argumentum à contrario ſenſu circa legitimæ deductionem fortiùs efficitur, quia poſſumus Trebellianicæ computationem retorquere aduerſus Alexan.& Iaſon.reſponſum. Etenim dicemus, quòd quemadmodum rectè ſumitur argumentum à contrario ſenſu in deductione Trebellianicæ:ita etiam rectè ſumi debet idem argumẽtum in deductione partis iure naturæ debitæ. Ex quibus videtur ſtare adhuc inductio noſtri cap.facta à Caſtrenſi & Aretino, vt in re dubia filius videatur oneratus.

Secundò Lancellot.Galliaul.*in repet.d.l.Centurio, nu.*411.*verſi. ſecundò aduerte,in fin.*nouè intelligere tentauit, quòd ideo in huius cap.ſpecie in re dubia liberi ipſius teſtatoris viderentur onerati poſt mortem ſuam,non verò hęres eorum mater erat. Quare matris contemplatione interpretandum fuit, quòd non ipſa rogata videtur,ſed liberi: vel ipſa ex perſona liberorum, qui onerati viderentur,poſſit facere deductionem partis iure naturæ debitæ. Si verò non mater, ſed alius impuberum hæres extitiſſet;faciliùs admittit,quòd ipſe hęres rogatus videatur,qui partẽ ipſis liberis debitam non deduceret.

Sed hæc conſideratio circa noſtrum textum placere non debet. Nam primum in noſtri cap.ſpecie, in qua pauperes eſſent fideicommiſſarij, contemplatio matris non videretur valere debere contra pietatis fauorem pauperibus debitum, ſi vera eſt ſententia,quam communem dixit Franciſc.Ripa *in l.* 1.*num.* 62. *ff.de vulgari.*

Tertiò Curtius Iunior *conſ.*72.*in cauſa vertente,num.*77.ſcriptum reliquit,poſſe clariùs reſponderi ad hoc cap. quòd hic non erat facta ſubſtitutio per verbum commune,vel obliquum, ſed magis per verba directa. Sic putat noſtrum text. ad deciſionem propoſitæ quæſtionis induci non poſſe.

Sed hoc leuiter ſcriptum fuit à Curtio Iuniore. Nõ enim aduertit,quòd noſter textus nequaquam inducitur in hoc ſenſu, ſed magis in ſenſu contrario, videlicet, ſi verba directa ad ſignificationem obliquorum,& conſequenter ad cauſam fideicommiſſi traherentur.

Quartò,ergo arbitror, poſſe huius cap. argumento ſubtiliter reſponderi, ita vt non probet, quòd verba fideicommiſſi imperſonalia referri debeant in re dubia ad liberos hæredes inſtitutos,non verò ad eorum hæredem. Nam etſi Pontifex in antiqua ſignificauit, partem iure naturæ debitam aduerſus pauperes deduci non poſſe, ſicut ſuprà initio huius ſcholij obſeruaui, hodie tamen de verbis noſtræ Decretalis, & de eius ſententia agendum eſt,prout deciſa & reformata fuit in hac poſteriori editione. Et nihilominùs etiam ſecundùm hanc poſteriorem editionem videtur mihi poſſe dici, quòd verba Pontificis in hac parte referantur ad partem iure naturæ debitam,non quidem ipſis liberis ex patris hæreditate, ſed magis ipſi matri ex liberorum hæreditate. Nam mater allegabat has ſubſtitutiones iure fideicommiſſi eſſe accipiendas, vt ex perſona liberorum deduceret partem ipſis liberis à patre debitam, & præterea Trebellianicam.Item allegabat, quòd etiam ſi ſubſtitutiones eſſent in ſenſu directo accipiendæ, ſaltem pars ſibi iure naturæ debita in luctuoſa filiorum impuberũ hæreditate deduci deberet de bonis,quæ ex pupillari directa ſubſtitutione pupillaribus ſubſtitutis deferrentur.Idq; eo eo argumẽto colligebat,quòd ipſe filius & filia,ſi teſtamentũ ſibi feciſſent, non poſſent matrem priuare eadem parte iure naturæ debita. Quod ita declarat Archid.hic, *nu.*4.*in verſ.item dicebat.* Hæc igitur Decretalis effectum illum fideicommiſſariæ ſubſtitutionis circa partem liberis à patre debitam non videtur æſtimaſſe, æſtimauit tñ effectum ſecundum, videlicet Trebellianicæ,quam mater omnimodo deducere potuiſſet contra filiam fideicommiſſariam. Quod verò ſcriptum eſt omnia bona pauperibus deferri ſine deductione partis iure naturæ debitæ,minimè videtur referendũ ad caſum,quo ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ. Magis enim referẽdum videtur ad prçſentem,quòd ſubſtitutiones fuerunt directę pupillares,vt omnia bona pauperibus deferantur, non deducta parte,quam filius & filia iure naturæ matri debuiſſent.Huius interpretationis argumẽtum eſt,quòd Pontifex in verſic. licèt enim, propriè rationem reddit, quare de pupillari hæreditate pauperibus delata non ſit deducenda ea pars, quæ matri eſſet iure naturæ debita in bonis liberorum. Item eiuſdem interpretationis belliſſimum argumentum affero,quòd ſi Pontifex voluiſſet excludere deductionem partis, quam pater teſtator liberis iure naturæ debuiſſet, vtique prius huius partis, quàm Trebellianicæ, facturus fuiſſet mentionem. Eſt enim † huius partis prior 21
deductio,quàm Trebellianicæ, quum de omnibus bonis prius legitima retineatur, deinde verò de reſiduo deducatur Trebellianica, *iuxta gloſ. in c. Raynaldus. in verbo, licèt.ſuprà eodem.* Vnde Pontifices ibi, *& in c. Raynutius. ſuprà, eodem.* in his deductionibus prius huius partis, quàm Trebellianicæ, diſertè meminerunt.Sic apparet rem eò eſſe perductam, vt Pontificis ſententia retorqueri poſſit, quaſi à contrario ſenſu innuerit, quòd ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, mater ſolam Trebellianicam deducere potuiſſet, non verò partem ipſis liberis debitam. Etenim vbi verba fideicommiſſi intelliguntur eſſe relata ad hæredem impuberis, hæres quidem deducere nequit de fidei-

cuta eſt gloſ. *fin. in d. l. qui duos. ff. de vulgari.* & in eiſdẽ terminis loquutus eſt Barto. *ibid.* qui ex gloſ. ſententia pręcipit, quod in re dubia non pupillus filius, qui hæres pupilli filij oneratus videbatur.

Aduertendum tamen eſt, quod gloſ. etiam ſi loquatur vbi legatum ſeu fideicommiſſum imperſonale fuit relictum ſub conditione mortis, quæ filio contingeret in ætate pupillari, attamen loquitur in ea ſpecie, in qua idem pater filio impuberi pupillarem ſubſtitutum dederat. Proinde gloſſ. authoritas & Barto. qui glo. ſequutus eſt, eò pertinet, vt fideicommiſſum imperſonalib. verbis datum intelligatur magis fuiſſe à ſubſtituto pupillari filij impuberis, quã ab ipſo impubere, ſed nõ cõtinuo idem erit probandum in terminis generalibus noſtræ concluſionis, vt fideicommiſſum videatur in re dubia relictũ non ſolum à pupillari ſubſtituto, ſed etiam legitimo pupillari hærede, vt pater impuberi pupillariter non ſubſtituit.

Vnde multi atque ijdem graues authores putauerunt, conſtituendam fore differentiam inter has duas ſpecies, videlicet inter legitimum hæredem, & inter pupillarem ſubſtitutum. Nam ſi pater, qui filio impuberi nõ ſubſtituit pupillariter, ita concipiat: Si filius meus obierit impubes hæreditatem Titio reſtitui volo. putant filium videri oneratum, *iuxta terminos l. cohæredi. §. cum filia. verſic. quod ſi hæredem. ff. de vulga.* & ita accipere videntur authoritatem Barto. *ibidem*, quia argumento eius §. colligiſſe viſus eſt, quod onus fideicommiſſi dubium intelligatur magis ipſi filio, quam hæredi eius impoſitum. Sin autẽ pater impuberi filio hæredi inſtituto ſubſtitutum pupillarem dederat, tunc magis probant, quod in eadem ſpecie intelligatur onus legati ſeu fideicõmiſſi imperſonalis à ſubſtituto pupillari reliquiſſe, *iuxta notata* à gl. & Bar. *in l. qui duos.* Hanc differentiam ſpecialiter conſtituerunt Sali. & Alex. ad Bald. *in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.* Raphael, Cum. *in d. l. qui duos* Aret. *in d. l. 1. §. fi. ff. de vulgari. & conſ. 154. Periculoſum, col. pen.* Claudius *in d. l. 1. §. fin.* Lancelot. Galiaul. Franciſc. Ripa, Alexand. *in dicta l. Centurio.*

Ergo vero pro conſtanti habeo, quod Bartol. *in d. § cum filia*, ſi id ſenſit, & prætetea omnes authores, qui *ſupra* dictam differentiam conſtituerunt, non ſatis cum iudico hoc ita tradidere. Verius enim eſt, quod *in terminis d. § cum filia*, ſi verba fideicommiſſi imperſonaliter concipiãtur, hæres pupilli legitimus quaſi codicillis pupillaris ab inteſtato relictis cenſebitur oneratus, non vero ipſe pupillus. Sic non erit diſcrimen inter legitimum pupilli ab inteſtato hęredem, & inter eiuſdẽ impuberis ſubſtitutum pupillarem, quoniam ab vtroque pupilli hærede tam teſtamentario quam legitimo fideicommiſſum intelligeretur datum fuiſſe. Allego in primis authoritatem Bart. *in d. l. qui dos. ad finem*, vbi manifeſtè expreſſit, quod in terminis *d. §. cum filia.* hęres pupilli legitimus in re dubia cẽſeretur fideicommiſſo grauatus. Eandem ſentẽtiam expreſſit idem Barto. *in l. 1. nume. 21. ff. de iure codicillor.* vbi allegando notata à gloſſ. & à ſe *in d. l. qui duos*, intellexit, ea procedere, vt legitimus ab inteſtato pupilli hęres cenſeretur oneratus. Item plerique authores, qui ſententiam Bart. *in dict. l. qui duos.* quaſi communem probauerunt, ętiam de pupilli legitimo ab inteſtato hærede loquuntur, non minus quam ipſe Bartolus Et hoc ita fore concludendum, reiecta differentia inter pupillarem ſubſtitutum & legitimum pupilli ab inteſtato hæredẽ, rectè opinatus eſt Alexander *in d. l. 1. § fi. ff. de vulgar.* Nec obſt. Bart. auctoritas *in d. §. cum filia.* quoniam in quibuſdam lecturis remiſit ſe ad ea. quæ dicturus erat *in dicta l. qui duos*, vt refert Alex. *in d. §. fin.* Item quamuis Barto. ſe minimè ita remiſiſſet. ſatis eſt, quod *in d. l. qui duos* poſteriore loco, & ex profeſſo affirmauit hanc ipſam ſententiam, dum allegauit & intellexit *text. d. § cum filia.*

Denique ego aſſero. quod Barto ſententia *in d. l. qui duos*, vbi loquutus eſt etiam in hærede pupilli legitimo poteſt diſtrictè appellari communior. Siquidem authores, quas cumularunt Lancel. Galiaul. & Ripa *in d. l. Centurio*, vt dicerent cõtrariam partem eſſe communius receptam, propriè locum obtinent in altero membro noſtræ diſtinctionis. Atque ita referri eas oportet ad eam ſpeciem, in qua fideicommiſſum fuit imperſonaliter relictum ſub conditione mortis filij non reſtricta ad tempus ætatis pupillaris. N. s vero cum Bar. in ea ſpecie loquimur, in qua fideicom. imperſonaliter datum proponitur ſub conditione, ſi filius intra pupillarem ætatem decederet, vt ex Bart. ſententia conſiderauit obiter Philip. Corn. *conſ. 77. In hac, num. fin. lib. 1.* Curt. Iun. *conſ. 62. & 73.*

Porrò quod in tali ſpecie fideicommiſſum intelligi debeat relictum fuiſſe à pupilli legitimo hærede quaſi codicillis pupillaribus pro inteſtato puero relictis. equidem nouam & ſolidam rationem in medium affero. Conſiderare enim oportet, quod huius fideicommiſſi imperſonalis tres interpretationes poſſent concurrere Prima, quod pupillus videretur oneratus ſub conditione, ſi intra pupillarem ætatem decederet, *iuxta terminos textus in d. l. cohæredi. §. cum filia. verſic. quod ſi hæredem. ff. de vulgari.* Secunda interpretatio eſſet, quod teſtator fideicommiſſum relinquere voluiſſet à legitimo hærede impuberes quaſi ab hæredis ſubſtituti hærede, *iuxta textum in l. ſi fuerit. §. 1. ff. de lega. 3.* Tertia & vltima interpretatio foret, quod pater teſtator onerare filium impuberem noluiſſet: ſed quaſi codicillis pupillaribus voluiſſet ab hęrede filiæ impuberis legitimo fideicommiſſum dare, iuxta textum *in l. Titio. § fin ff. de leg. 1.*

Ex his tribus interpretationibus principio eſſet penitus reſpuenda illa media interpretatio, quæ induceret text. *in dicta l. ſi fuerit.* §. 1. Nam & ſecundum illam filius ipſe videretur oneratus fideicommiſſo minus recepto, vt magis credendus ſit teſtator ab hærede, quem nominauit. fideicommiſſum reliquiſſe, *argumento l. codicillis. ff de vſufructu legato. & dicta l. ſi fuerit.* §. 1. *ibi, Benignum eſt.* Relinquitur ergo controuerſia inter primam, & vltimam interpretationem, videlicet. vtrum induci debeat text. *in dicta l. cohæredi. §. cum filia. verſic. quod ſi hæredem. ff de vulgari. an vero text. in dicta l ſi Titio. §. fin. ff. de legat. 1.* Et mea fert opinio, quod conditio illa. Si filius in pupillari ætate deceſſerit, patrem teſtatorem iure patrię poteſtatis fideicommiſſum pupillare à legitimo impuberis hærede reliquiſſe, iuxta textum *in dicta l. ſi Titia, §. fin* Etenim ſi pater voluiſſet fideicommiſſum ab ipſo impubere poſt mortem eius dare, potuiſſet eum onerare ſub conditione mortis non reſtricta ad ætatem pupillarem, quia pater non minus poteſt grauare fideicommiſſo hæredem filium ſi moriatur poſt tempora pubertatis, quã ſi moriatur ante ea tempora, *d. l. cohæredi. § quod ſi hæredem. verſicu. nec aliud ſeruandum.* Sed aliud obſeruandum eſt, vbi iure poteſtatis voluit fideicommiſſum relinquere ab hærede filij impuberis, quoniam id fideicommiſſum pupillare non poteſt iure relinquere, niſi filius deceſſerit ante pubertatem. *l. fideicommiſſum. ff. de lega. 1.* Ergo rectè colligere videor, quod ſupraſcripta conditio ſatis arguit, teſtatorem de huiuſmodi pupillari fideicommiſſo ſenſiſſe. Vtor authoritate Accurſij receptiſſimi *in l. precibus. in verb. fideicommiſſi, ad fin C de impube.* vbi dixit, quod ſi ſubſtitutio eſt dubia, conditio illa, ſi filius deceſſerit in pubillari ætate: arguit, teſtatorem ſenſiſſe de pupillari ſubſtitutione. Tradit Ripa *nume 33.* poſt Aretin. & Socin. *ibidem in l. 1 ff. de vulga.* Igitur vbi ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt dubia, elegãter inducemus, quod conditio, Si filius deceſſerit in pupillari ætate: arguit, teſtatorem ſenſiſſe de fideicommiſſo pupillari, *iuxta dictam l. ſi Titio §. fina.* Siquidem ea conditio tam propria eſt fideicommiſſi pupillaris, quam directæ ſubſtitutionis pupillaris, vti probatur *in dicta l. quod fideicõmiſſum. ff. de legat. primo.*

Alterum diſtinctionis membrum eſt: Quando videlicet ſubſtitutio verbis obliquis imperſonalibus pubertatem hæredis filij egreditur. Et tunc ſi proponatur filium fuiſſe inſtitutum duntaxat in parte iure naturæ debita poterit vtcunq; admitti, quod filius non videatur oneratus, ſed hæres filij Vtique enim fideicommiſſum ab ipſo impubere poſt eius mortem datum videretur, iam eſſe inutile *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* Cum igitur fugienda ſit interpretatio, quæ id, quod agitur, oſtendat eſſe inutile. *l. quoties. ff de rebus dub* interpretandum videtur, quod ab hærede filij impuberis fideicommiſſum intelligatur fuiſſe relictum, argum eius, quod allegando *d. l. quoties.* ſcribit Barto. *in l. Centurio. nume 37.* & Bald. *in l. ex tribus. C. de inoffi. teſta.* vbi diſtinxit inter filium in ſola legitima hæredem inſtitutum, & inter filium inſtitutum in maiore portione, quam eſſet legitima. Deniq; Paul Caſt. *in d. l. ex tribus. nu. 5* in Fulgoſij ſententia *ibid nu. 3* Io. Crot. *in repet. c Raynutius. fol. 24. col. 4. verſ. ſecundus caſus. ſup. eod.* Claudius *in l. 1. §. fi. ff. de vulgar.* Lancel. Galiau. *nu. 409. verſ. ſimiliter*, & Rip. *nu. 128. verſ. quæ ratio. in repetitio. d. l. Centurio*, reſoluũt, quod in hac ſpecie filius non videatur grauatus, ſed magis hæres filij.

Aduertendum tamen eſt, quod hæc interpretario facit, ne fideicommiſſum omnino ſit inutile: non tamen efficit, quod fideicommiſſum omnimodo ſit vtile. Nam ſi filius hæres deceſſerit ante pupertatẽ, hæres filij fideicommiſſum præſtabit, quaſi iure patriæ poteſtatis pro impubere teſtatus ſit pater. *d.l.ſi Titio §.ſi.* Quod ſi filius poſt tempora pubertatis deceſſerit, fideicommuſſum euaneſcet. *l.quod fideicommiſſum, eod.tit.de legat.*1.

Vbi autẽ filius proponitur in maiore quã in legitima portione inſtitutus, atque ideo fideicommiſſum poſſit valere, quamuis ipſa poſt mortem ſuam granatus videbatur. Sic eueniet, vt hæres filij fideicommiſſum reſtituere teneatur: ſed vtique deducta parte, quæ ipſi filio iure naturæ debebatur. Hoc fermè aſtruitur ex Pontificis ſententia in præſenti, & ex gloſſ. & omnium authoritate *in hoc cap.* Hoc in terminis voluit Bart. *conſilio.*13. *Ex facto. nume.*9. Paul. Caſtren. *in d.conſil.*67. *In caſu. nume.fin.lib.*2. Philip. Corn. *conſil.*152. *In hac.colum.fin.lib.fin.* Deniq; in his terminis reſoluo, hanc opinio. videri magis communem, quam videlicet, Barto. & communius Doctores *in dictæ l: Centurio,* pro conſtanti præſuppoſuerunt. Sic demum concludo, pleraſque authoritates Doctorum, ex quibus Lancel. Galiaul. & Rip. vbi *ſupra* aſſerunt communiorem opinio. pertinere ad hoſce terminos fideicommiſſariæ ſubſtitutionis non reſtrictæ ad conditionem pupillaris ætatis. Vnde quum Alexander *in dicto conſil.*12.*nu.*32.*lib.*3. & multi authores, quos *ſup.* allegaui, & Auguſt. Berous *in repetit.capit.in præſentia.nume.*28.*ſupra, de probationibus.* Bartoli ſententiam *in dicta l.qui duos,* quaſi communiter receptam induxerunt ad ſubſtitutionem, quæ fideicommiſſi verbis egreſſa eſſet pubertatis tempora, non rectè hoc hoc aduerterunt. Siquidem Bartol. alio caſu loquitur, ſecundum ea, quę priore diſtinctionis membro oſtendimus.

Pro hac opinione, quæ mihi & probabilior, & communior eſſe videtur, facit ratio Bart. *in d.conſ.*13.*num.*9. videlicet, quod hæc interpretatio eſt planior & facilior, quoniam ſimpliciter eſt, & pariformiter determinat omne mortis tẽpus. Æque enim filius intelligitur oneratus ſiue poſt tempora pubertatis vita decedat. Contra ſi interpretemur fideicommiſſum videri relictum ab hærede filij iam fideicommiſſum nõ erit ſimplex, ſed duplex, & erit inæqualis determinatio. Nec ratio hæc diluitur ex his, quæ ſcribit Curt. Iun. *conſil.*73.*nu.penult.* vbi ait ꝙ etiamſi hoc fideicommiſſum referatur ad filij hæredem pariformiter accipietur. Cõſiderat enim, quod & ſi filius poſt pubertatem deceſſerit, hęres eiuſdem filij adhuc videbitur oneratus, *iuxta l ſi fuerit.*§.1.*ff.de lega.*3. Ego contra aduerto, non accipi fideicommiſſum pariformiter, ſi referatur ad filij hæredẽ eo ſenſu, quo ex Doctorum ſententia Curt. iun. referendum exiſtimat. Idque depræhendi poteſt, ſi tres, quæ poſſunt occurrere, huius fideicommiſſi interpretationes aſſeramus. Prima erit, quod hæres filij per omne tempus cenſeatur oneratus *iuxta d.l.ſi fuerit.*§.1.*ff.de lega.*3. & hæc quidem interpretatio accipit fideicommiſſum pariformiter per omne tempus, ſed tamen inanis fermè eſt, quum filius ipſe in effectu oneratus intelligatur poſt mortem ſuam, vt alias *ſupra* admonuimus. Secunda erit interpretatio, quod fideicommiſſum ad hæredem filij quaſi compendioſum referatur, & contineat duas fideicommiſſarias ſubſtitutiones, quas pubertas diſtinguere debeat. Quippe ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, intelligetur hæres eius oneratus quaſi codicillis pupillaribus *iuxta l. ſi Titio.*§ *fin.ff.de legat.*1. Idque pupillari fideicommiſſum pubertate expirabit. *l.quod fideicommiſſum.ff.de legat.*1. Sed ſi idem filius pubes deceſſerit, tunc quaſi teſtamento principali fideicommiſſum vulgare datum fuerit ab hærede hæredis valebit ex benignitate *d.l.ſi fuerit.*§.1. quæ interpretatio eſt valde difformis, vt in re dubia non videatur accipienda. Tertia igitur interpretatio eſt, quod filius ipſe poſt mortem ſuam videatur oneratus. Et hæc interpretatio quaſi planior, ſimplicior, atque ideo iuſtior arridere magis debet, quum & in eam Pontificis ſententia in hac Decretali propemodum inclinauerit.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa in cap.ſi pater. continuit pupillarem iure ordinario, & ſine vllo ſpeciali fauore piæ cauſa.*

2 *Pia cauſa ſubſtituta poteſt impuberi ſuccedere, quamuis nemo eius nomine tutorem impuberi petierit.*

L.ſciat.C.de legitim. hæredib.ſenſus, ibid cum ſequentib.

3 *Minores* 25. *annis poſſunt impuberi ſuccedere, quamuis eius tutelã neglexerint, neque ad hoc eſt neceſſaria in integrum reſtitutio.*

L.fi. C.ſi aduerſus delict.ſenſus, ibidem.

4 *Pia cauſa habet priuilegia minoribus conceſſa, num.*16.

5 *Subſtitutio pupillaris omnino tacita admittitur contra matrem, ſi pia cauſa ſic ſubſtituta.*

Pia cauſa ex pupillari omnino tacita admittitur contra matrem, ibid.

6 *Pia cauſa verbis ciuilibus & directò ſubſtituta non admittitur poſt quæſitam alteri hæreditatem iure directo, nec vtitur militari priuilegio.*

7 *Pia cauſa verbis ciuilibus compendioſè ſubſtituta admitti debet poſt tempora pubertatis ex iuſta fideicommiſſi cauſa.*

8 *Pia cauſa fideicommiſſaria conſequitur iura & actiones ipſo iure, ſine reali reſtitutione, vbi primum pia cauſa fideicommiſſum agnouit.*

*L.*1.§.*ſed & quoties.& l.cogi.*§.*Metianus.ff.ad Trebellianum.ſenſus, ibid.*

9 *Fructus ex fideicommiſſaria hæreditate percepti ante reſtitutam re vel verbo hæreditatem, interim quod pia cauſa fideicommiſſum non agnouit, quanam ratione poſſint ad piam cauſam pertinere?*

L.mulier.§.*ſed enim.ff ad Trebellianum.ſenſus, ibid.*

10 *Minor ad pia cauſa conſequi debent fructus perceptos ante reſtitutam ſibi hæreditatem.*

*L.*3.§.*ſi quis Titio.ff.de adimen.legat.ſenſus.*

11 *Pia cauſa vendens hæreditatem non poteſt amplius conueniri actionibus hæreditarijs, & in hoc vtitur fiſci priuilegio.*

*L.*1.*C.de hæred.vel actione vend ſenſus, ibid.*

12 *Venditor hæreditatis conuenitur à creditoribus & legatarijs.*

*L.*2.*C.de hæred.vel actio.vend.ſenſus, ibidem.*

Ipſis pauperibus.

IPSIS pauperibus, ſcilicet, ſubitutis. Hoc loco quærit Archid. *nume.*5. Vtrum ſi alij inſtituti fuiſſent, quam pauperes, idem reſponſurus fuerit Pontifex? Potuit enim dubitari, an ſingulari aliqua pietatis ratione Papa motus fuerit ad pauperes admittendos contra matrem impuberum? Et reſpondet, nullum † priuilegiũ verſari in pauperum ſubſtitutione, quo- 1
niam compendioſè fuerunt ſubſtituti. Planè in generalibus compendioſæ ſubſtitutionis verbis ſubſtitutio pupillaris exprimitur, quæ contra matrem pupilli admittit cuiuſcunque conditionis pupillaris ſubſtitutos, *l.precibus, verſ.ſi vero.C.de impuberũ.* Niſi dicatur (inquit) quod illa verba, moriatur pauperibus, non videbantur eſſe ſufficiẽtia ad directam ſubſtitutionem pupillarem.

¶ Sed hoc videtur Archidiacono per incuriam excidiſſe, nã non aduertit pauperes hic fuiſſe ſubſtitutos verbis ciuilibus, quæ directam ſubſtitutionem exprimebant, vt apparet ex tex. *ibi: Pauperes inſtituendo hæredes* Ioan. autẽ Crot. *in repet.capit.Reynutius, ſupra eodem, folio* 23.*col.*4. *verſicu.tertio principaliter,* agnouit quidem quod ſi pauperum compẽdioſa ſubſtitutio in hoc cap. facta fuiſſet verbis directis, nõ dubitaretur, quin ante tẽpora pubertatis contineret directam pupillarem, & matrem excluderet ex mero iuris rigore & abſque vllo pietatis fauore, ſed hoc (inquit) non poteſt dici ad iſtum textum, quoniam ſi ſubſtitutio compendioſa hic facta fuiſſet per verba directa, ſine dubio continuiſſet directam pupillarem ſubſtitutionem, nec fuiſſet opus interpretatione, quam ponit ibi ſummus Põtifex: cum in claris non ſit opus interpretatione. *l.ille.*§.*cum in verbis.ff.de legat.*3.*l.continuus.*§.*cum ita.ff. de verborum obligatio.* Quapropter interpretatur poſſe defendi contra glo. communiter receptam, *in* §.*qua ratione. Inſtitut.de pupillari ſubſtitutione,* quod ſubſtitutio compendioſa verbo communi facta non cõtinet pupillarem ſubſtitutionem, decedente pupillo ante pubertatem, & quod in iſto capit. pupillaris fuit compræhenſa fauore piæ cauſæ. Et ita etiam ipſe intellexit hunc textum *in eadem colum.*4.*in præcedenti verſic.* Non obſtat. Sed non animaduertit quod quãuis circa verbũ, moriatur. quo teſtator filij & filiæ ſubſtitutionẽ conceperat, potuiſſet aliqua dubitatio incurrere, an eſſet directa, quam dubitationem iam abſoluimus *ſupra in* 1.*parte in gloſſ.moreretur.* tamen verba, quibus nouiſſima pau-

pauperum ſubſtitutio fuit concepta, illa, videlicet, Chriſti pauperes inſtituendo hæredes, adeo apertè ſunt directa ciuilia, vt ridiculum videatur dubitare, quin hac ſola ratione Pōtifex reſpondere debuerit, ſubſtitutionem hanc compendioſam ante tempora pubertatis euaſiſſe in directam pupillarem. Et ſanè quamuis verba fuerunt directa, interpretatio Pontificis non fuit adeo ocioſa, vt Ioan. Crot. putabat. Nam ſubſtitutio fuerat compendioſa, vt pupillaris in ea compræhenſa non erat formalis & ſpecifica, ſed erat expreſſa tantum verbis generalibus. Proinde, adiuncta matris contemplatione, aliquātulum erat difficile colligere ex huiuſmodi compendioſa directam pupillarem ante tempora pubertatis, quam nihilominus Pontifex colligit.

¶ Itaq; concludendum eſt, quod ſine vllo reſpectu pietatis facta eſt interpretatio pro pauperibus, vti colligitur ex *verſic. præmiſſæ, cum verſ. ſequenti.* & vti rectè concludit Ioan. Andr. *in Nouella.nu.5. & 16.* & Philip. Franc. *nu.73.* Hoc ipſum tradit allegando hunc text. Paul. Pariſ. *conſ. 86. Ad veram.num.74.lib.2.* vbi multa cumulat in hanc ſententiam, quod in ſubſtitutionibus fauore piæ cauſæ non ſit à regulis iuris diſcedendum.

¶ Ego nihilominus aduerto, facilè in propoſita noſtri cap. ſpecie accedere potuiſſe, vt ſingulari pietatis reſpectu omnia bona delata fuerint pauperibus ex directa pupillari ſubſtitutione, quum tamen alijs ſubſtitutis, iure communi attēto, deferri non debuiſſet. Quid enim ſi in noſtri cap. ſpecie alij ſubſtituti neglexiſſent tutelam pupillæ, cuius hæreditas, mortuo filio, ad eos cœpiſſet ſpectare? Nempe hoc ipſo omnium bonorum ſucceſſionem amiſiſſent, quæ hic ex pupillari ſubſtitutione in huius filiæ poſterioris mortuæ hæreditate deferūtur. *l. ſciant*, & quod ibi Salicet. *nume.4* & Corn. *in fine. C. de legit. hæredib.* quod principium iam *ſupra* explicaui, & latiſſimè declarat Rober. Maran. *in repet. l. ſi poteſt. ff. de acquiren. hæred. ex nu.*
2 177. Verum † Chriſti pauperes & ſi eorum nomine tutorem filiæ petijſſet, ad eius hæreditatem ex ſubſtitutione admitterentur, quoniam iure ſingulari eximerentur à legis pœna.

¶ Conſidero enim, quod pœna *d. l. ſciant*, non compræhendit † minores viginti quinque annis, *argumen. l. fina. C. ſi aduer-*
3 *ſus delictum.* Quamuis autem Salic. *in d. l. ſi num.1.* dicat, maſculos minores vigintiquinque annis nō excuſari ipſo iure, & per hoc eſſe neceſſarium in integrum reſtitutionem, idque reſoluat cum Salic. Ioan. de Neuizanis *in ſua Sylua nuptiali, lib.1.num. 53.verſ. Limita nono.* mihi videtur hoc falſum eſſe. Mouetur enim Salic. eo quod *d. l. ſi.* dicat illud eſſe matre ſpeciale. Ego verò interpretor *d. l. ſi.* ſpecialiter in matre loqui, non quia ſpecialis eſſet excuſatio fœmineæ, ſed quia ſpecialis erat pœna matris. Siquidem ante *d. l. ſciant.* nemo maſculus priuabatur hæreditate legitima propter nō petitum tutorem, quoniam pœna ſpecialiter erat conſtituta contra matrem & auiam, vt docet Bartol. *in ſua diſputatione 18. in fin. incipien. Pupillus. verſic. ſolutio. nume.7. & in l.2. nume.13. ff. qui pet. tutor.* Vnde ſicut mater minor vigintiquinque annis non includebatur in antiqua lege pœnali, ita quoque nullus minor vigintiquinque annis includetur in noua pœnali lege. *dict. l. ſciant.* Hoc eſt, quod Oldr. & Alberic. docuerunt *in dicta l. ſciant in princip.* vbi obſeruant, non includi minores vigintiquinq; annis in ea lege, quæ omnes pariſicat, ſicut olim non includebatur mater minor. Denique quod maſculus minor vigintiquinque annis incidat in pœnam eius legis ipſo iure, nec neceſſe habeat impetrare in integrum reſtitutionem, ſecutè reſpondit Rapha. Fulgo. *conſ. 51. Quidam. Antonius. num.1.* ſenſit etiam Bart. *in d. ſua diſputa.* vbi de ſubſtituto minore loquitur, vt etiam Corn. *in d. l. ſciant. in fine.*

¶ Cum igitur omnes minores vigintiquinque annis ſine diſtinctione ſexus lex illæſos ſeruauerit, dum non vult eos compræhendere, idem in pauperibus & Eccleſijs, & in qualibet alia pia cauſa dicendum eſt, vt ſi pupillariter ſubſtituantur, non incurrant nouam pœnam *dicta l. ſciant.* quæ olim ſubſtitutis pupillaribus non erat impoſita. Siquidem † Eccleſia
4 & vniuerſitas pauperum, & omnes congregationes Deo dicatæ, & vt generalius dicam, omnis pia cauſa habet priuilegium minoris ætatis, *argumen. text. in l. Orphanotrophos. in princi. C. de Epiſcop. & cleri.* docent Ioan. Andre. Ancha. & Domin. *in capit.1. de in integrum reſtitutio. lib.6.* Abb. & omnes *in capit. nulli. de rebus Eccleſ. non alienand.* tradit Baldus *in l. quoties. colum.1. ad finem. C. de fideicommiſſ. facit textus in Authent. de Eccleſiaſt. titu. §. pro temporalibus. collat. 9. & in Clemen. quia contingit. §. vt autem de relig. domi. cum multis quæ allegat* Andre. Tyraquel. *in tracta. de priuilegijs piæ cauſæ. in priuilegio 137. vſque ad priuilegium 142.*

¶ Sed iam primò quæritur, vtrum pauperum ſubſtitutio valuerit intuitu pietatis, quod incertas perſonas videretur hæredes feciſſe teſtator? Reſpondeo, *ſupra* ad hoc reſponſum eſſe *in prima parte, in gloſſ. Pauperes.*

¶ Secundo quæritur, vtrum ſubſtitutio pupillaris pauperum, quæ videbatur euanuiſſe, non adita teſtatoris hæreditate, minimè euanuerit, eo quod pauperes fuiſſent ſubſtituti? Reſpondeo hanc quæſtionem fuiſſe tactam à Petro, de Ancha. *hic in 3. colum. verſic. decimo noto. & iterum nume.15. verſic. ſed contrarium. quam tamen plenius attingemus in gloſſ. fina. huius ſecundæ partis.*

¶ Tertio quæritur, ſi noſtri capit. ſpecie pupillaris ſubſtitutio non fuiſſet expreſſa verbis generalibus compendioſæ, ſed fuiſſet omnino tacita, vt quia pauperes vulgariter liberis hæredibus inſtitutis ſubſtituti fuiſſent, vtrum † pupillaris ta- 5
cita pauperum contemplatione matrem excluderet? Nam receptum eſt, quod pupillaris tacita, ad quam vulgaris expreſſa porrigitur, *iuxta l. iam hoc iure. ff. de vulgari*, regulariter non habet effectum contra matrem pupilli, vt notat gloſ. *in l. precibus. verb. omnimodo. C. de impube. & alijs.* Et reſpondetur, huius articuli deciſionem eſſe ſatis dubiam. Nam Archidia. *hic num. 2. verſi. legauit.* ſenſit, non fore habendam pauperum rationem contra matrem pupilli, & idem cum Archidia. hic ſenſiſſe videtur Petr. de Ancha. *nume.5. verſic. ex quo infertur.* Hoc ita ſenſiſſe Archidia. expendit Corn. *in l. precibus. nume.8. C. de impuberum & alijs*, vbi hanc opinionem magis probat. Idem videtur ſenſiſſe Barto. *in l. Centurio. num. 22. ff. de vulgari*, vt ex illius ſententia collegerunt Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, nume.385.* & Aleiat. *in l.2. §. fin. nume. fin. ff. eodem titu.* Idem mihi ſenſiſſe videtur Barto. *conſil.15. Pater habens, nume.4. verſic. & ſatis in noſtro caſu, & clarius conſil. 243. Fuit quidam, nume.2. in fin. & facit quod ſcripſit conſil. 241. in fin.* Sed & Angel. de Peruſ. *in dicta l. precibus. nume.5.* idem probaſſe dicitur, niſi quando teſtator habuiſſet pollutam conſcientiam ratione incertorum malè ablatorum. Idque ex Angeli ſententia deduxerūt Areti. *conſi 154. Periculoſum*, & Iacobin. de ſancto Georgio *in d. l. precibus.* Ioan. Corraſ. *ibid. nume. 26.* & probauit hanc diſtinctionem Soci. *in l.2. num. 32. ad fin. ff. de vulgari.* And. Tyraquel. *in tract. de priuilegijs piæ cauſæ. priuilegio. 69.*

¶ Verum Angel. & ſi loquutus fuerit in teſtatore, qui haberet pollutam conſcientiam ratione incertorum malè ablatorum, motus eſt tamen ea ratione, quod veroſimile ſit teſtatorem animam ſuam cæteris omnibus prædilexiſſe. Quæ nimirum ratio generalis eſt, vt etiam militet in eo, qui non haberet pollutam conſcientiam ratione male ablatorum. Vnde generaliter accepit Angeli ſententiam Paul. Caſtren. *ibidem colum.3.* Angel. *nume.6.* & idem Alexan. *in l. nume.36. ff. de vulga. & conſil.38. Viſo themate. nume.4. lib.1. & conſil.66. Viſo teſtamento. nume.8. lib.2. & conſil.12. Attentis. nume.25. lib.3.* Iaſon. *in dicta l. precibus. nume.8.* & ibi Ioan. Baptiſta *in repet. nume.15.* Guilielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis. 2. de pupillari ſubſtitutione, num.98. ad fin. ſupra eodem.* Corn. *conſ.176. lib.3.* Philip. Deci. *conſ.182. In caſu occurrenti. nume.2.* Paul. Pariſ. *conſil. 80. Ad veram. nu.75. lib. 2.* Denique ita ſe habet communis opinio ſecundum Franciſ. de Ripa *in l.2. num.62. verſ. iuxta. iſtam. ff. de vulgari*, quam velut noua ratione defendit Ioan. Crot. *in repet. d. c. Raynutius. fol.15. colum.1. verſic. hac tamen. limitatio, & huius communis ſententiæ ſupra mentionem feci in glo. Superſtite matre, verſ. ſed & in poſteriore.*

¶ Quarto quæritur, ſi filius & filia poſt tempora pubertatis ſine liberis vita deceſſiſſent, vtrum pauperes aliquo ſingulari priuilegio vterentur in propoſita noſtri capit. ſubſtitutione? Reſpondeo Abbatem Panorm. *conſil.32. lib.3. num.2.* reſpondiſſe, quod vbi pauperes verbis ciuilib. inſtituuntur hæredes, iure directo ſunt admittēdi ad hæreditatem primis hæredibus ſemel quæſitam. Idque defendit exemplo militis, cui comparandum eſſe putat teſtamentum ad pias cauſas, quum planè miles ex priuilegio hoc poſſit. *l. Centurio. ibi, Ex militum priuilegio. ff. de vulga.* hanc Abbatis opi. ſequutus eſt Lancellot. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio. nume.66.* Sed communior opinio habet, pauperes iure directo non eſſe admittendos, nec debere in hac parte recipi comparationem militis & eius qui ad

pias cauſas teſtatur, vt reſoluemus, *in tertia parte, in gloſſ. perſonis.*

¶ Quamuis autem pietatis cauſa non valeret, vt pauperes
poſt tempora pubertatis iure directo admitterentur ad bona
6 teſtatoris, eadem tamen pietatis † cauſa euinceret, vt eidem
pauperes ſine dubitatione admitterentur ad eadem bona iure
fideicommiſſi. Nam ſubſtitutio quidem verbis ciuilib. facta,
quæ potuit valere iure directæ pupillaris intra pubertatem,
non videtur trahenda ad fideicommiſſum poſt tempora pubertatis, *iuxta not. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga.* Vnde ſi in noſtri
cap. ſpecie non pauperes, ſed alij fuiſſent ſubſtituti quib. nullus ſingularis fauor deberetur, difficile eſſet eos admittere ad
bona teſtatoris, ſi liberi poſt tempora pubertatis ſine liberis
deceſſiſſent, videlicet, propter ancipitem controuerſiam in
7 hoc articulo. Attamen pietatis contemplatio † articulum eximeret ab omni controuerſia, & pauperes ſine hæſitatione admitteret, veluti ex iuſta cauſa fideicommiſſi, *argum. l. precibus. ſecundum meam interpretationem. C. de impuberum, coniunctis his, quæ reſoluemus in ſequenti parte gloſ. interdum.*

¶ Quintò quæritur, ſi pauperum ſubſtitutio fuiſſet fideicómiſſaria, vti mater prætendebat, & vt reſponderi deberet, ſi filius & filia ſine liberis poſt pubertatem vita deceſſiſſent, vtrum pauperes in fideicommiſſaria ſubſtitutione exercerent aliquod priuilegium? Et quidē in ſpecie noſtri cap. circa Trebellianicam, quæ deduceretur ex perſona filij prius mortui, nō
poſſent exercere priuilegium quod alioqui regulariter habēt
tam circa Falcidiam quàm circa Trebellianicam. *authen. Similiter. C. ad Falcidiam, vt tractauimus latè ſupra, in gloſſ. Trebellianica.*
8 In eo tamen † conſiſteret pauperum ſingularis prærogatiua,
quod licèt ex Senatuſconſ. Trebelliano iura & actiones, quæ
apud hæredem ſunt, non tranſeunt in fideicommiſſarium, vniuerſalem niſi poſt reſtitutam re aut verba hæreditatem. *l. reſtituta. l. aut facta. ff. ad Trebellianum. & notatur in l. penultima. §. primo. C. eodem. & in cap. in præſentia. in princip. ſupra de probationib. in §. reſtituta. Inſtitu. de fideicommiſſa. hæredita.* non ſeruaretur hęc
regula, quo caſu hæreditas piæ cauſæ eſſet reſtituenda. Siquidem in piam cauſam tranſibunt ipſo iure actiones, vt videtur
probare text. *in l. fina. C. de ſacroſan. Eccleſ.* docet Barto. *in l. penult. & in dicta l. 1. in 6. quæſt. 5. quæſtio. princip. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Bald. *in l. id quod pauperibus. in 7. quæſt. C. de Epiſco. & cler. & communi opinione receptum eſt,* teſte Alexandro *in l. prima. §. ſed & quoties. ff. ad Trebellianum.* & Iaſon. *in dicta l. fin. numero 10. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Circa quam concluſionem plures auctores adducit Andreas Tyraquel. *in tractatu de priuilegijs piæ cauſæ. in priuilegio 39.*

¶ Quanquam autem Iaſ. *ibi, & num. 11.* turbetur valde circa
hanc communem opin. turbari tamen non debuit, ſi verum
ſenſum cómunis opinionis aſſequutus fuiſſet. Credidit enim
Iaſ. euenire, quod pia cauſa obligetur ipſo iure & ſine aliquo
facto ſuo oneribus hæreditatis fideicommiſſariæ, *iuxta l. non enim. ff. ad Trebellianum.* quum tamen hoc non eueniat. Namq;
in noſtri cap. ſpecie ſi ſubſtitutiones fuiſſent fideicommiſſariæ, pars hæreditatis, quam mater ex fideicommiſſo reſtituere
pauperibus deberet, eiſdem ipſo iure deferretur, hoc eſt, ſine
vlla matris nec reali nec verbali reſtitutione. Cęterum quemadmodum pauperes *in hoc cap.* ex pupillari directa non acquirerent iura & actiones bonorum, quæ ſibi deferuntur, antequā
adirent hæreditatem, id eſt, antequam executores dati vel re,
vel verbo agnoſcerent hæreditatem. *l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſeſ.* & ſentit Archid. *hic nume. 4.* ita quoque iura & actiones
hæreditatis fideicommiſſariæ minimè tranſirent in eoſdem
pauperes antequam executores nomine pauperum fideicommiſſariam hæreditatem agnoſcerent. Denique in fideicommiſſarijs hæreditatibus reſtituendis exigitur regulariter voluntatis declaratio iam ex parte hæredis, qui reſtituit, quam ex
parte fideicommiſſarij, qui hæreditatem ſuſcepit. Quod ſi
pia cauſa fuerit per fideicommiſſum ſubſtituta, non exigetur
voluntatis declaratio ex parte hæredis. & in hoc conſiſtit piæ
cauſæ priuilegium: cæterum retineri debet, quod ex parte pię
cauſę declaretur voluntas ſuſcipiendi fideicommiſſariam hęreditatem. Sic enim fideicommiſſaria hęreditas pijs cauſis defertur, & directa hæreditas deferretur, ex ſententia Barto. *in repet. l. 1. num. 71. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Probat hoc regula iureconſulti *in l. 1. §. ſed & quoties, & l. cogi. §. Metianus. ff. ad Trebel.* qua cóſtitutum eſt, & quando ſine reſtitutione ſpecialiter tranſeunt
ipſo iure actiones in fideicommiſſarium, ita videlicet tranſeunt, ſi modo ipſe fideicommiſſarius velit.

¶ Vnde contra Iaſonis ſententiam illud vtile colligitur, quod
ſi mater puberum liberorum poſt mortem filiæ, antequam re,
vel verbo pauperibus hæreditatem ex fideicómiſſo reſtituiſſet, ageret in ſolidum hæreditarijs actionibus contra debitores hæreditarios, iure agere videretur. Nam debitores non
poſſent euitare exactionē pro ea parte hæreditatis, quæ pauperibus veniret reſtituenda, quum vtique ipſi nondum eſſent
conſtituti loco hæredum antequam hęreditatem agnouiſsēt.
Proinde ſi euitare vellent matris exactionem, certè deberet
excipiendo facere articulum, quod iam pauperes etiam ſine
matris facto fideicommiſſariam hæreditatem agnouiſſent, vt
colligitur ex notatis à Socino *in dicta l. 1. §. ſed & quoties, num 5. verſic. ex quibus tertio. ff. ad Trebellianum.* Quare non puto rectè
ſenſiſſe Franc à Rip. *in dicto §. ſed & quoties. num. 6. verſi. ergo autem.* vbi intellexit, debitores hæreditarios, ita demum rectè
excipere contra hæredem, qui pauperibus rogatus eſſet reſtituere hæreditatem, ſi vtique exciperēt, & probarent. quod
iam ipſi hæredi agendi eſſet facta intimatio pro parte pauperum. Verius eſt enim eũ ſine vlla intimatione facta pro parte
cauſæ excludi hæredem exceptione translatæ ipſo iure hæreditatis, ſi vtique debitores aduerſus hæredem probant, quod
executor nomine pauperum, aut Epiſcopus *iuxta l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſco. & cleri.* aut verbo, aut facto. etiam ignorāte hærede, agnouit fideicommiſſariam hæreditatem pauperibus delatam, *argum. l. 1. § quanquam. ff. ad Trebell.* coniunctis his,
quæ ſupra diximus.

¶ Vnde Bened Capra *conſil. 32. Punctus. in fin. colum. in 5 dub.*
videtur mihi non recta ratione reſpondiſſe, quod hæres qui
Eccleſiæ hæreditatem reſtituere ex fideicommiſſo deberet,
tenebatur fructus initio perceptos reſtituere, non minus, quā
ſi eos percepiſſet poſt reſtitutam verbo hæreditatem. Motus
eſt eo quod ipſo iure in Eccleſiam ſine reſtitutione dominia
rerum tranſiuiſſent, & conſequenter ex Barto. ſententia *in d. l. in fideicommiſſariam.* fructus quoq; pertinere deberent ad eccleſiam. Ego enim contra ſentio, ex Bart. ſententia, fructus ad
Eccleſiam non pertinere ratione dominij, niſi poſteaquā Eccleſia fideicommiſſariam hæreditatem quæſiuiſſet. Tametſi
Rip. *in l. fideicommiſſariam. num. 14. in d. verſ. niſi dixeris.* & Alcia. *in d. l. Centurio. num 44.* ex profeſſo cum Benedict Capra ſentiāt,
fructus ad Eccleſiam ſpectare, etiam præceptos antequā nomine Eccleſiæ voluntas declaretur. Nam nec cum Ripa dici
poteſt, quod dominia rerum tranſeant in Eccleſiam ante declarationem voluntatis, nec cum Alciato probandū eſt quod
declaratio voluntatis retrotrahatur.

¶ Alia igitur exquiſita pietatis ratione defenderem, quod
in ſpecie Benedicti Capræ fructus fideicommiſſariæ hæreditatis pertineant ad Eccleſiam. Nam ſi † hæres minori viginti- 10
quinque annis fideicommiſſariam hęreditatem reſtituere debeat, videtur ei reſtituturus eſſe omnes fructus, nec poteſt retinere quos percepit quaſi ex negligentia non petentis, quum
moram re ipſa feciſſe videatur minori vigintiquinque annis,
argumen l. Titia Seio. §. vſur. ff. de legat. 2. l. in minorem. C. in quibus cau. reſtitutio in integ. non eſt neceſ. quod quidem prima facie vix
recipiendum videretur: quoniam hæres non poſſet videri
fuiſſe in mora reſtituendi hæreditatem ei, qui nondum eam
authoritate eorum, quorum conſilia regeretur, agnoſcendam
decreuiſſet. Nam (vt inquit Paul. Iureconſul.) hæreditatis reſtitutio non eſt ſolutio, ſed ſucceſſio, quum fideicommiſſarius obligetur oneribus hæreditarijs. *l. non enim. ff. ad Trebellia.*
Sed tamen Vlpianus in hæreditate fideicommiſſaria intellexit videri re ipſa moram factam minori vigintiquinque annis,
vt iuris interpretatione videatur eidem acquiſitum fideicommiſſum vniuerſale. *l 3. §. ſi quis Titio, verſicu. Idem dicendum. ff. de adimen. legatis,* tradit Alexan. *in l. quidam ita. nume. 5. ff. ad Trebell.*
Ergo minorum vigintiquinq; annis exemplo dicemus, quod
ſi hæres ex fideicommiſſo reſtituere debeat hæreditatem Eccleſiæ, vel pauperibus fructus omnes reſtituere tenebitur, vtpute re ipſa mora ſubſequuta, quum Eccleſijs, & pauperibus
non minus mora iure ſingulari fieri intelligatur re ipſa, quam
minoribus vigintiquinq; annis, ſecundum gloſſ. *ſingularem in §. ex maleficijs, in verbo, iudicium, Inſtit. de actionibus.* quam ibi cómendauit Iaſon, *num. 31.* & tradidit Felin. *in cap. licet. Hely. nume. 5. ſupra de ſymonia,* Antonius de Burgos *in cap. fi. nume. 9. ſupra de empt. & vend.*

¶ Sexto

¶ Sextò & vltimo quæro, ſi pauperes hæreditatem hanc, quæ ſibi delata & quæſita fuiſſet ex pupillari ſubſtitutione, per executores ſuos vendidiſſent, vtrum circa onera hæreditaria priuilegio aliquo vterentur? & videretur priuilegio ſingulari vſuros eſſe pauperes, quod venditis vniuerſaliter his omnibus bonis, non cogerentur reſpondere creditoribus hęreditarijs, nec cogerentur legatum vſusfructus vxori teſtatoris præſtare. Siquidem omnia onera hæreditaria hoc ipſo excuſſiſſe viderentur, quod hæreditatem alienaſſent, *argumento text. in l.1. C. de hæredita. vel actione vendita.* Expreſſum eſt in ca l. quod ſi fiſco hæreditas delata ſit, & fiſci nomine procurator eam vendiderit, fiſcus non teneatur reſpondere creditoribus hęreditarijs, quamuis iure ordinario hæres etſi vniuerſam hæreditatem vendiderit & omnes res hæreditarias emptori tradiderit, teneatur nihilominus reſpondere creditoribus & legatarijs. *l. 2. C. eodem titu.* Quod igitur in fiſco ſpecialiter eſt conſtitutum, videtur extendi debere ad piam cauſam, vt putauerunt Franciſc. Curt. ſenior *in repet. l. 2. nume. 4. C. de pact.* & ibi etiam Philippus Decius *nu. 2. & 3.* Proinde in noſtri cap. ſpecie, ſi hęreditas ita eſſet alienata, iam vxor teſtatoris & creditores hæreditarij conuenire magis deberent emptorem hęreditatis, quoniam pauperes exceptione alienatæ hæreditatis ſe defenderent ad fiſci exemplum.

¶ Et ſanè probabilis eſt, & fauore digna hæc ſententia, ſi videlicet, pauperes hæreditatẽ vendidiſſent, & res hæreditarias emptori tradidiſſent, *iuxta ea, quæ circa d. l. 1. C. de hæred. vel actione vendita,* obſeruarunt Cyn. & Alberic. *ibidem.* Tametſi Petrus de Ancharano *conſ. 5. Pro parte nobilis. colum. 1.* ſecurè contrariũ reſponderit, quaſi pauperes in hac ſpecie teneantur adhuc reſpondere creditoribus & legatarijs, *iuxta regulam dict. l. 1. C. de hæred. vel actione vendita,* atque idem quaſi ex Bald. ſententia intellexerit ſecurè Aretin. *in l. 1. num. 5. verſ. circa tertium. ff. de teſtamen.* & cum Petro de Ancha. defendere nixus ſit Alciat. *in l. 2. in verbo, ſpontanea. C. de pactis.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris etiam in compendioſa comprehenſa trahitur ad omnia pupilli bona, etiam quæ illi aliunde, quam à patre obuenerunt.*

2 *Ciceronis axioma lib. 2. de inuentione, nouè explicatur.*

3 *Miles iure poteſtatis teſtando pro filio impubere poteſt illi communicare priuilegium quod habet decedendi pro parte tantum teſtatus.*

L. Sed ſi plures. §. ad ſubſtitutos, in fine. ff. de vulgari, ſenſus. ibidem.

4 *Piæ cauſæ fauore vtrum paganus teſtator poſſit exemplo militis teſtari, decedendo pro parte tantum teſtatus, vel ſecundum hæredẽ directò ſubſtituendo?*

5 *Subſtitutio pupillaris facta impuberi arrogato trahitur ad bona duntaxat quæ pupillus ab arrogatore fuit conſequutus: non autẽ ad alia bona, quæ aliunde habuit.*

L. Sed ſi plures. § in arrogato. ff. de vulgari, ſenſus. ibidem. num. 11.

6 *Subſtitutus pupillaris impuberi arrogato omnia bona impuberis adeundo conſequitur: quamuis bona, quæ aliunde, quam à patre arrogatore impubes habuit, eius legitimis hæredibus reſtituere debeat.*

7 *Spurius filius poteſt à patre pupillariter, aut compendioſè ſubſtituere alteri filio impuberi, & in poteſtate: ſed compendioſa ſolam pupillarem continebit: ſubſtitutus bona duntaxat, quæ impubes aliunde, quam à patre habuit, conſequetur.*

L. Si is qui ex bonis. ff. de vulgari, & pupillari, ſenſus latè explicatur ibid. cum pluribus ſeq.

8 *Spurius filius fratri impuberi pupillariter ſubſtitutus vtrum poſſit ex bonis, quæ patris fuerunt, legitimam impuberi debitam conſequi.*

9 *Legitima dicitur filijs obtinere non tam ex patris relinquentis iudicio, quam ex ipſius legis prouidentia.*

10 *Legitima cenſetur quaſi proprium filij patrimonium.*

L. Vnum ex familia. § ſi de falcidia. ff. de leg. 2. ſenſus. ibid.

L. Ita fidei. §. patronus. ff. de iure fiſci. ſenſus. ibid.

11 *Filius emancipatus, qui tacitam fidem accommodauit de reſtituenda ſua legitima vel parte illius fratri ſpurio, nullam fraudem legi feciſſe videtur: nec fiſcus habet ius auferendi.*

Authen. de nuptijs. §. hinc nos, verſic. Sed quanta, colla. 4. ſenſus. ibidem.

12 *Exequutor teſtamento datus ad diſtribuendum his, quos elegerit, poteſt diſtribuere proprio filio: nõ autem ſpurio filio teſtatoris.*

13 *Spurius filius vtrum in Caſtellæ Regno poſſit impuberi fratri pupillariter ſubſtitui.*

L. 22. titul. lib. 1. & l. 2. titu. 3. lib. 5. Ordinamen. Reg. eleganter explicatur. ibid.

L. 9. Tauri latè & eleganter declaratus. ibid.

BONA OMNIA.

BONA OMNIA. Nota ſecundum Archidia. *nume. 4. ver. Bona,* Ioan. And. *num. 5. & 6.* Philipp. Franc. *nume. 9. ver. Vn-*
decimò nota. quod directa † pupillaris compræhenſa ſub com- 1
pendioſa trahitur ad omnia bona tam teſtatoris, quam ipſius pupilli vndecunque quæſita ex hæreditatibus vel donationibus conſanguineorum, vel amicorum: quemadmodum in pupillari ſpecialiter facta expreſſum eſt *in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos ff. de vulgari.*

¶ Quod † iuris axioma tractatum eſt à Cicerone *lib. 2. de in-* 2
uentione: dum exemplum negocialis conſtitutionis affert. *Negocialis (inquit) eſt quæ in ipſo negocio iuris ciuilis habet implicatã controuerſiam. Ea eſt huiuſmodi: Quidam pupillum hæredem fecit. pupillus autem ante mortuus eſt quam in ſuam tutelam veniret. De hæreditate ea, quæ pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli hæredes ſecundi ſunt, & inter agnatos pupilli controuerſia eſt poſſeſſio hæredum ſecundorum. Intentio eſt agnatorum. Noſtra pecunia eſt, de qua is, cuius agnati ſumus, teſtatus non eſt. Depulſio eſt: Immo noſtra, qui hæredes ſecundi teſtamento patris ſumus. Quæſtio eſt, vtrorum ſit? Ratio eſt: Pater enim, & ſibi & filio teſtamentum ſcripſit, dum is pupillus eſſet. Quare, quæ filij fuerunt teſtamento patris noſtra fiant neceſſe eſt. Infirmatio eſt rationis: Immo pater ſibi ſcripſit, & ſecundum hæredem non filio ſed ſibi iuſſit eſſe. Quare præterquam, quod ipſius fuit in teſtamento, vllius veſtrum eſſe non poteſt. Indicatio: Poſſit ne quiſquam de filij pupilli re teſtari? An hæredes ſecundi ipſius patrisfamiliæ non filij quoque eius pupilli hæredes ſint? Supponatur enim ab hæredibus hæc ratio: Vnius enim pecuniæ plures diſſimilibus de cauſis hæredes eſſe non poſſunt: nec vnquam factum eſt, vt eiuſdem pecuniæ alius teſtamento alius lege hæres eſſet. Infirmatio autem hæc erit: Non eſt vna pecunia, propterea quod altera iam erat pupilli aduentitia, cuius hæres non vllo tempore in teſtamento quiſquam ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet: & de altera patris etiam nunc mortui voluntas plurimum valebat, quæ iam mortuo pupillo ſuis hæredibus concedebat. Indicatio eſt, vna ne pecunia fuerit?*

¶ Ex hoc Ciceronis loco Franciſc. Connan. *lib. 10. Commentariorum iuris ciuilis. capit. 8. nume. 7. de pupillari & exemplari ſubſtitutione* collegit, quod vbi primum receptum eſt, vt poſſent parentes ſubſtituere filijs pupillis ſi intra pubertatem vita decederent, non ideò ſtatim conſtitiſſe, aut approbatum fuiſſe, quod in ſubſtitutione veniunt bona aliunde, quam ex patre quæſita filio. Putat enim id maiorem habuiſſe dubitationem, & quæ nõdum ſatis erat explicata temporibus Ciceronis.

¶ Mihi autem videtur, in ea Ciceronis controuerſia illud præcipuè fuiſſe quærendum, an hæredes ſecundi ipſius patrisfamilias filij quoque eius pupilli hæredes eſſent? In hoc enim totius controuerſiæ cardo vertebatur: quum cæteræ quæſtiones expeditam haberent definitionem. Nam ſi pater filio impuberi teſtamentum quoque fecerat, potuit vtique de filij impuberis hæreditate teſtari, & eam dare pupillaribus ſubſtitutis. Planè vna erat pupilli hæreditas, in qua non erat diſtinguendum, quod pupillo à patre, vel aliunde obueniſſet. Itaque inſpiciendum erat ex ſcripto, vtrum pater ipſi pupillo hæredes eſſe iuſſerat eos, quorum poſſeſſionem fuiſſe ſcribit Cicero. Nam ſi pater non filio, ſed ſibi ſecundum hæredem eſſe iuſſit, iam difficile eſſet ex voluntate inducere, vt eum, quem ſibi teſtator ſecundum hæredem ſcripſerat, videretur hæredem filio impuberi dediſſe. Nondum enim ex Diui Marci, & Seueri conſtitutione fuerat receptum, vt probatur *in l. iam hoc iure. ff. de vulga.* Regula igitur noſtra ſuperior deducta ex *noſtro textu, & ex d. §. ad ſubſtitutos,* fallit in ſequentibus ſpeciebus.

¶ Primò fallit, ſi teſtator fuiſſet miles, & de eius voluntate conſtaret, quod voluit filio impuberi hæredem dare in bo-

nis duntaxat ſuis. Tunc enim pupillus intelligitur deceſſiſſe
teſtatus in bonis paternis, in alijs autem inteſtatus. Potuit e-
nim miles pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere
contra regulam. *l. ius noſtrum. ff. de regul. iuris. vt in l. ſi miles vnum*
3 *ex fundo. l. ſi duobus, cum vulgaribus. ff. de milit. teſtamento.* Vnde † &
filium impuberem, pro quo poteſt facere teſtamentum iure
poteſtatis, poterit non minus facere teſtatum pro parte, in-
teſtatum relinquere, vt probatur *in d. l. ſed ſi plures. §. ad ſubſti-
tutos, in fin. vbi gloſ. in verbo, Militem,* hoc obſeruat, & Doctores
communiter ſequuntur. Solus Raphael Cuman. *ibidem* auda-
cter dixit gloſſ. illam eſſe falſam: quia pupillus nec quidem ex
voluntate patris militis poteſt decedere pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus. Ad text ibi reſpondet, quod propter mi-
litis volũtatem eueniet, & ſubſtitutus pupillaris, qui iure cõ-
muni ſuccedit pupillo in vniuerſum, transferre debeat ad a-
lios, videlicet, pupilli hæredes legitimos, bona quæ ipſe ex
militis voluntate ſibi retinere nõ debet. Sed & Lancel. Polyt.
de pupillar. ſubſtitutione, in 8. prin. q. num. 72. verſ. Circa, ſcribit pu-
tare ſe, quod priuilegium militis vt poſſit pro parte teſtatus &
pro parte inteſtatus decedere, locum obtinet, ſi miles ſibi ipſi
teſtetur, non verò ſi impuberi filio teſtari velit.

Sed profectò veriſſima eſt communis ſententia, quæ ſatis
probatur in *d. § ad ſubſtitutos. in fin.* probatur *argumento noſtri c.
in fine, & in l. 2. § prius. verſic. vſque adeo & l patris & filij. ff. de vulga.*
Quippe ſi patris & filij impuberis vnum eſt teſtamentum, iam
miles pater, qui poteſt ſine hæredem facere in parte, & in alia
parte ab inteſtato decedere, potuit vtique & filio impuberi
hæredem in parte conſtituere, vt in reliqua parte impubes ab
inteſtato decedat.

4 Secundo principaliter † fallit regula in noſtri capit. termi-
nis, ſi de huius teſtatoris voluntate liquido cõſtituiſſet, quod
ſola bona ſua voluiſſet pauperibus deferri. Tunc enim filia
hæc quæ nouiſſimo loco deceſſit, intelligeretur deceſſiſſe te-
ſtata quo ad bona, quæ patris fuerunt: ſed inteſtata quo ad re-
liqua bona. Sic mater ab inteſtato filiæ impuberis hæredita-
tem vendicaret conſiſtentem in bonis, quæ propria filij & e-
iuſdem filiæ fuiſſent. Cætera autem bona, quæ patris teſtato-
ris fuerunt, pauperibus deferentur ex pupillari ſubſtitutio-
ne. Nam & qui teſtatur ad pias cauſas, quamuis ſit paganus,
poteſt nihilominus vti iure militari, & tanquam miles dece-
dere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, non ſolum ex
ſuo teſtamento, ſed etiam ex pupillari, vt tenuit Barto. *in repe-
titio. l. 1. nume. 44. & nume. 70. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* cuius ſenten-
tiam ſequuti ſunt Andr. de Beſſ. *ibi in repetit. nume. 16.* Petr. de
Anchar. *in repetit. cap. cum eſſes nume. 16. ſupra hoc titu. & ibi* Ioan.
de Imol. *num. 23.* Abb. Panormita. *in conſil. 22. Circa duo dubia,
num. 1. in 2. parte.* Philip. Corn. *conſil. 51. Pro deciſione, lib. 1. nume. 4.*
Alexand. *conſil. 105. Viſo ac diligenter conſiderato, colum. fin. lib. 4.*
Iaſon. *in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto. nume. 10. C. de teſtamen.*
Philip. Deci. *in l. ius noſtrum. ff. de regu. iur. num. 7.* Eueraid in *To-
picis legal. in loco de milite ad piam cauſam,* & nouiſſimè in hanc
partem videtur inclinare And. Tyraquel. *in tracta. de priuilegio
piæ cauſæ, in priuileg. 13.* Quo etiam argumento teſtator paganus
poſſet ad pias cauſas poſt aditam hæreditatem directo ſubſti-
tuere, & cum duobus teſtamentis decedere, ſecundum ſupra-
dictos authores.

Contrariam ſententiam contra Barto. affirmauit Bald. *in d.
l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in lectura, in nume. 8. & in repet. nume. 1. &
nume. 2.* cuius ſententiam ſequuti ſunt Ioan. Calde. Paul. Ca-
ſtrenſ. *in quibuſdam conſilijs,* & qui illos refert Franciſ. de Ripa
in l. Centurio. num. 22. ff. de vulgar. & Iaſon ſibi contrarius *in dict. l.
Centurio. num. 9.* Inter alia præcipuè mouetur Bald. *argu. huius
cap. ſi pater.* vbi pater paganus ſubſtituit compendioſè filio &
filiæ Chriſti pauperes, hoc eſt, piam cauſam, & nihilominus
Pontifex manifeſtè ſenſit, quod ſi filia deceſſiſſet poſt tempo-
ra pupertatis, ſubſtitutio pauperum non fuiſſet directa: neq;
induci potuiſſet priuilegium militare, de quo *in d. l. Centurio.
ff. de vulga.*

¶ Cæterum ſi velis defendere primam Bartol. ſententiam
quæ enumeratis authoribus videtur eſſe communis recepta,
poteris reſpondere ad iſtud c. *Si pater.* verum quidẽ eſſe quod
Pontifex ad colligendum directam ſubſtitutionem pauperũ
totam decidendi rationem in eo videtur conſtituiſſe, quod fi-
lius & filia defuncti fuerunt ante tempora pubertatis: qua-
propter pauperes admitti debuerunt ex directa pupillari ſub-
ſtitutione. Cæterum hanc interpretationem, & decidendi ra-
tionem neceſſariam fuiſſe ad hoc vt pauperes ſuccederent fi-
liæ, & non ſolum in bonis teſtatoris, ſed etiam in proprijs bo-
nis ipſius filij & filiæ. Nam quod attinet ad ſola teſtatoris bo-
na pia cauſa ſubſtituta ſuccedere potuiſſet, quaſi ex directa
militari filio & filiæ: quamuis defuncti fuiſſent poſt tempora
pubertatis, reliqua autẽ bona filij & filiæ non deberentur, &
ita defendendo Bart. ſententiam reſpondet ad iſtum tex Lan-
cel. Galian. *in repet. d. l. Centurio. nu. 66.* vbi etiam reſpondet alijs
argumentis contra Bart. adductis.

¶ Secundò defendendo Bartoli ſententiam poteſt reſpon-
deri ad iſtum textum, quod hic in pia cauſa ſubſtituta filio &
filiæ non poterit poſt tempora pupertatis ſuccedere iure dire-
cto etiam in bonis proprijs ipſius teſtatoris: quia, videlicet
pater in ſuo teſtamẽto non inſtituit primo loco piam cauſam,
ſed filium & filiam: quo caſu cum ſua principalis inſtitutio nõ
potuerit cenſeri iure militari: euidens videtur colligi teſtantis
voluntas, quod videlicet ſubſtitutio piæ cauſæ facta filio & fi-
liæ non debeat habere priuilegia militaria, *argumento text. in l.
Publius, in fine. ff. de conditionibus & demonſtrationib.* Prima enim
teſtamenti pars, in qua pater, filium, & filiam ſibi hæredes in-
ſtituit, & in qua inſtitutione non potuit induci priuilegium
militare, multum iuuat & conducit ad interpretationem &
declarationem partis ſequentis, in qua pater filio, & filiæ piã
cauſam compendioſè ſubſtituit; vt in ea quoque non debeat
induci priuilegium militare, *argumento tex. in l. ſi ſeruus plurium.
§. fi. & in l. qui filiabus. ff. de legat. 1. in l. enim qui. §. pro parte. ff. de his
quibus vt indignus.*

¶ Ergo ſententia defendenda foret, tunc demum procede-
dere, quando in terminis huius cap. pater paganus non ſolum
filio & filiæ, ſed etiam ſibi piam cauſam ſubſtituiſſet. Tametſi
Lancel. Galian. *in d. num. 66.* dicat, quod etiam ſi pater non in-
ſtituat ſibi piam cauſam, adhuc ſubſtitutio piæ cauſæ & filiæ
debeat cenſeri ad inſtar ſubſtitutionis factæ à milite, ad hoc
vt poſſit valere iure directo poſt pupertatem, vel etiam ad hoc
vt teſtator ſubſtituens piam cauſam poſſit, ſi velit, decedere
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

¶ Retinendo autem ſuperiorem Barto. declarationem, vi-
delicet. quod pater hic non inſtituit ſibi piam cauſam, & pro-
inde ſubſtitutio ſecundo loco facta de pia cauſa nõ potuit va-
lere iure militari, etiam in terminis huius cap. & etiam quo ad
ſola teſtatoris bona, non obſtat quod in caſu iſtius text. pater
inſtituit ſibi filium & filiam, quorum inſtitutio pia cẽſeri de-
buit, *argum. no. tex. in c. quicunque. 17. q. 4.* iunctis his, quę ſcribit
Petrus de Anchara *in præ. uti nume. 4. & iuncta l. hac conſultiſſi-
ma. § ex imperfecto. C. de teſtamen. cum ibi latè traditis.* Nam reſpõ-
deo, primo quod etſi Philip. Decius *in d. l. ius noſtrum. ff. de regu.
iur. nume. 7* ſcripſerit, quod in teſtamento condito inter libe-
ros poteſt pater teſtari iure militari, & decedere pro parte in-
teſtatus, quemadmodum ſi teſtaretur ad pias cauſas: verius
tamen. & receptius videtur contrarium, videlicet, quod in te-
ſtamento condito inter liberos, pater non poſſit pro parte te-
ſtari & pro parte inteſtatus decedere, vt agnouit Baldus & Lã-
celot Galian. & Franciſ. de Ripa & Andr. Tyraquel. *vbi ſupra,*
& Iaſ. *in d. l. hac conſultiſſima. d. nume. 15.* Id quod euidentius pro-
cedere debet in ſpecie propoſita in hoc cap. in quo pater inter
liberos inæqaliter fuit teſtatus, dum filium vniuerſalem hæ-
redem, filiam verò tantum in re certa hæredem inſtituit. Pro-
inde quoniam pater non fuit inter liberos æqualiter teſtatus,
non videtur habere locũ *text. in d. l. hac conſultiſſima. § ex imper-
fecto. argumento eius, quod ſcripſit.* Speculator. *in titu. de inſtrumen-
torum editione. § compendioſè. verſiculo, Quid ſi pater.* & Ludouic.
Rom. *conſ. 179. num. 6. & conſ. 385. num. 5.* Fran. de Rip. *in d. l. Cen-
turio. nu. 86.* Dec. *in l. 1. num. 3. C. vnde liberi,* & alij quos ſuo loco
allegamus.

¶ Tertiò principaliter fallit † regula ſecundum Archid. *hic
num. 4. verſ. Bona omnia,* & Pet. de Ancha. *nu. 6. verſ. Sextodecimo,* 5
in ſubſtitutione pupillari, quã adoptiuus pater feciſſet arro-
gatis impuberib. Vnde ſi in noſtri c. ſpecie pupillaris & pupil-
la arrogati fuiſſent ab ipſo teſtatore, atq; ita pater nõ naturalis
ſed adoptiuus fuiſſe, iam pauperes non eſſent habituri omnia
bona teſtatoris, & filij & filiæ impuberũ: ſed ea ſola bona, quę
ipſe pater arrogator eiſdẽ impuberibus dediſſet. Nec eſſet fa-
cienda diſtinctio inter quartam quam omnimodo arrogator
eis regulariter relinquere debuiſſet ex reſcripto Diui Pij, &
inter

inter alia bona, vt euidenter probatur, *in l. ſed ſi plures. §. in arrogato, verſic. Scæuola. ff. de vulga. l. ſi arrogator. ff. de adoptionibus.* Mirum igitur eſt, quod Ioannes de Imola, *in cap. Raynutius. numer. 74. verſic. & intellige, ſupra eodem*, inaduertenter loquutus ſit contra eos textus: dum ſolummodo legiſſe videtur, *verſic. Niſi fortè, in d. §. in arrogato:* nec meminit inciuile eſſe, niſi tota lege perſpecta, aliquid indicare, vel reſpondere. *l. inciuile. ff. de legibus.* Amplius putauit Vlpianus, *in d. §. in arrogato*, ad ſubſtitutos pupillares arrogati impuberis debere pertinere etiam ea, quæ beneficio arrogatoris impubes quæſiuiſſet: vt puta ſi poſt mortem arrogatoris aliquis eiuſdem arrogatoris amicus, vel cognatus aliquid impuberi reliquiſſet. Denique cætera bona, quæ impuberes arrogati habuiſſent, cum ſe in arrogationem, tutoribus autoribus dederunt, vel poſtea quæſiuiſſent, pertinere deberent ad matrem impuberum, vel ad conſanguineos ex cautione, *iuxta l. cauſa cognita. ff. de vulgar. l. 2. §. impuberum. ver. Quare. ff. ad Tertullian. §. cùm autem, Inſtitu. de adoptio-*
6 *nibus.*

¶ Nihilominus arbitror † poſſe defendi quod ſi in noſtri c. ſpecie pupillus & pupilla fuiſſent arrogati ab ipſo teſtatore, verba Pontificis in hac deciſione locum haberent: quamuis eiuſdem Pontificis ſententia ceſſaret. Nam vtique etiam in tali ſpecie Pontifex videretur potuiſſe dicere, quòd omnia bona pauperibus deferrentur. Conſidero enim, quod in noſtri cap. propria ſpecie ipſis pauperibus omnia bona deferuntur eo ſenſu, vt ea omnia aditione pauperes ſibi acquirant, & perpetuò poſſint retinere. In propoſita autem ſpecie impuberum arrogatorum pauperes non eſſent retenturi omnia bona: ſed ea ſola eſſent habituri, quæ ſupra deſignauimus cum Vlpiano, *in dicto §. in arrogato.* Enimuerò aduerſus communes traditiones probabilius eſſe exiſtimo, quod ſubſtituto pupillari, quem arrogator impuberi dedit, omnia bona impuberis ipſo iure deferantur, vt ipſe omnia aditione quærat: quamuis ea quæ ſupra excepimus, iam quæſita retinere non debeat, ſed reſtituere teneatur legitimis impuberis arrogati hæredibus ratione cautionis, argumento text. *in d. l. cauſa cognita. ff. de vul-*
7 *gari. cum alijs.*

¶ Quartò principaliter fallit † regula, ſi teſtator ipſius impuberis filio & filiæ ſubſtituiſſet ſpurios filios ſuos. Tunc enim compendioſa non poſſet valere iure vulgaris, neque iure fideicommiſſi poſt pubertatem, *iuxta cap. Raynutius, ſupra eodem* quum per huiuſmodi ſubſtitutiones ipſi teſtatori ſuccedatur, *vt in principio Inſtitu. de vulgari*, valeret tamen compendioſa iure pupillaris ante pubertatem: quoniam poteſt pater hæreditatem filij impuberis relinquere ſpurio filio ſuo: quaſi ſpurius non à patre capere videatur, ſed ab ipſo fratre impubere, *l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulgari. iuncto princip. & §. 1. Inſtitut. de pupillari.* & coniuncta gloſſ. *recepta in authent. quibus modis natu. effici. ſui. §. fin. in verbo, Participium. coll. 7.* Veruntamen ſpurius non omnia bona fratris impuberis ex pupillari ſubſtitutione capiet, iuxta regulam, *dicto §. ad ſubſtitutos*, quia non capiet paterna, ſed ea duntaxat, quæ impubes aliunde quàm à patre habuit, *d. l. ſi is qui ex bonis.* Proinde ſi in hoc cap. non pauperes, ſed ſpurij filij teſtatoris fuiſſent ſubſtituti, iam ex hæreditate huius filiæ, in qua omnia bona inuenirentur, non caperent ſpurij ratione pupillaris ſubſtitutionis niſi ſolummodo bona quæ filius & filia habuiſſent propria. Cæterum bona quæ teſtatoris fuiſſent ad matrem legitimam hæredem impuberum ſpectarent, vt obſeruauit in præſenti Pet. de Ancharan. *verſic. Sextodecimò nota. num. 6.* Si eueniret, quòd pupilla poſteriùs mortua inueniretur pro parte teſtata, & pro parte inteſtata deceſſiſſe. Quoniam in his bonis, quæ teſtatoris fuiſſent, haberet ab inteſtato matrem hæredem: in reliquis autem haberet ſpurios fratres ex pupillari teſtamento hæredes ſecundùm communiorem opinionem de qua per omnes Doct. *in d. l. ſi is qui ex bonis:* & per Alex. *in l. Lucius. num. 3. ff. eo. tit. de vulg.* Guil. Bened. *in c. Ray-*
8 *nutius, ſupra eod. in verbo, Et vxorem. num. 690.*

¶ Ego autem quæro: Vtrum † ſpurij ex bonis paternis poſſent conſequi quantum faceret pars iure naturæ debita ipſis filio & filiæ: Eleganter enim dubitari poteſt, vtrùm in ipſis bonis paternis ſeparatio ſit facienda inter ea, quę pater velut debita liberis impuberibus exſoluit, & inter ea, quæ eiſdem ſupra debitam portionem ex mera voluntate reliquit: Et quidē Iulianus, & Herennius, *in d. l. is qui ex bonis*, manifeſtè ſenſerunt, nihil omnino ex bonis, quæ patris fuerunt, ſpurium filium capere poſſe. Sic enim ſcriptum extat: Sed hoc ita interpretari Iulianus videtur, vt ex bonis teſtatoris fuerant, amplius capere non poſſit: quod ſi pupillo aliquid præterea acquiſitum eſſet, aut ſi exhæredato eſſet ſubſtitutus, non impediri eum capere quaſi à pupillo capiat. Sed non obſtante Iuliani & Herennij ſententia, mihi videtur poſſe probabiliter defendi, quod ſi in noſtri cap. ſpecie teſtator eodem loco, quo pauperes ſubſtituit, non pauperes, ſed ſpurios filios ſubſtituiſſet, habituri eſſent ſpurij ex pupillari ſubſtitutione non ſolum filij & filiæ proprias facultates, quæ aliunde illis obuenerunt: ſed etiam ex bonis quæ patris teſtatoris fuerūt, quatuor vncias quæ partem impuberibus iure naturæ debitam conſtituebant. *authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſta.*

¶ Moueor eo, quod ex ipſo Iuliani & Herennij reſponſo ſpurij propria bona pupilli ex teſtamento capere poſſent. Videtur autem, quod bonis proprijs pupilli annumerari debeat id, quod ei pater non ex legis neceſſitate reliquit: vt conſequēter ſpurij non minus poſſint hoc capere, quàm quod pupillo aliunde acquiſitū fuiſſet. Pro qua parte primò facit litera noſtri text. quatenus appellat hanc partem iure naturæ debitam.

¶ Secundò † facit, quod hęc pars non tā dicitur liberis prouenire ex patris relinquentis iudicio quàm ex ipſius legis prouidentia, *l. ſi arrogator. verſic. Cæterùm. ff. de adoptionib.* 9

¶ Tertiò facit, quòd legitima † hæc pars dicitur quaſi proprium filij patrimonium, argumento text. *cum gloſ. in verbo, Neceſſario, in auth. de hæredib. & falcid. § ſi quis verò non implens, collat. 1.* quem ad hoc allegauit Alberic. *in repet. Rubric. col. fi. verſi. Præterea. ff de vulgari.* 10

¶ Quartò facit text. coniuncta veterum & nouiſſimorum interpretationem ibidem *in l. cohæredi §. quòd ſi hæred. in, ver. Nec fideicommiſſo. ff. de vulgari.* vbi Papinianus dixit, proprias filij impuberis facultates fideicommiſſo non teneri. Doctores antē ex illis verbis collegerunt, partem quæ ex lege filio deberetur fideicommiſſo teneri: quaſi ea pars proprium filij patrimonium cenſeri debeat.

¶ Quintò induco elegantia Papiniani verba *in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia ff. de leg. 2.* Quid eſt enim (inquit) quod de ſuo videtur reliquiſſe, qui quod reliquit omnimodo reddere debuit: Quę ſanè verba induci propriè poſſunt ad patrem qui filio teſtamento reliquit partem iure naturæ debitam vt rectè induxit Didacus Segura, *in repetit. d. l. vnum ex familia. §. ſed etſi fundum. num. 162.*

¶ Sextò & vltimò allego belliſſimum Iureconſulti Pauli reſponſum *in l. ita fidei. §. patronus ff. de iure fiſci:* vbi ſi libertus tacitè rogauerit patronum, vt de legitima portione præſtet aliquid ſpurio, qui nihil ex libertini patris bonis capere poterat, & ipſe patronus huic tacito fideicommiſſo fidem ſuam accommodauerit, nulla fraus legi facta videbitur. Ratio reſpōdendi fuit, quoniam etſi ſpurius nihil ex patris libertini bonis capere potuiſſet, poterat tamen ſolidum capere ex bonis eius patroni, qui patrem ſuum manumiſerat. Porrò inter proprias patroni facultates connumerabatur ea pars bonorum liberti, quæ iure patronatus ipſi patrono debita fuiſſet. Vnde patronus, qui de bonis liberti ſibi debitis aliquid ſpurio ſe daturum in fidem ſuam recepiſſet, de ſuo largiri id videbatur ſine vlla legum offenſione. Quo exemplo † inter omnes conſtare debet, quod ſi filius emancipatus in parte iure naturæ ſibi debita à patre inſtitutus eidem fidem ſuam tacitè accommodauerit daturum ſe aliquid ex parte ſpurio eiuſdem patris filio, nihil in fraudem legum feciſſe exiſtimabitur: quoniam de ſuo largitur & largiri potuit eidem fratri ſpurio. Denique Bartolus, *in d. §. patronus, in fina. verb.* apertè ex eo textu collegit, iſ cui debetur legitima portio, ſi ſibi relicta ſit, non dicetur eam percipere ex bonis defuncti, ſed magis intelligitur quaſi ſuum recepiſſe. 11

¶ Hiſce argumentis adductas alias Conimbricæ tentabam dicere, quod ſi in eo Portugallię Regno pater ſexaginta in bonis habens, filium impuberem ſibi vniuerſalem hæredem inſtituiſſet, eiq; filium ſpurium pupillariter ſubſtituiſſet, defēdi poſſet, ſpurium, qui fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione ſuccederet, poſſe ex bonis patris quadraginta capere. Nam quemadmodum ſubſtitutus propria bona ipſius impuberis ſine dubio capere poſſet, ita etiam inter propria ipſius filij impuberis bona poſſet hæc quadraginta ex bonis patris capere: quaſi ab ipſo pupillo capiat. Siquidem quadraginta ipſi

pupillo deberentur ex lege regia, quę partem liberis & paren-
tibus debitam æqualiter conſtituit eſſe beſſem, hoc eſt, octo
vncias ſubſtantiæ defuncti, *vt in lib. 4. ordinatio. tit. 70. & 71.*

❡ At enim Iulianus & Herennius Iureconſulti, *in d. l. ſi is qui
ex bonis. ff. de vulgari & pupillari.* manifeſtè ſenſerunt, non æſti-
mare ſe hanc differentiam, quam volumus nihilominus in-
troducere. Planè non eſt audiendus in controuerſijs iudicia-
libus qui tantum ſibi arrogare velit, vt nouare aliquid molia-
tur contra heroes illos Iuriſconſultos. Sed equidem animad-
uerti, poſſe hanc meam ſententiam defendi conſeruata & il-
læſa Iuliani & Herennij Iureconſultorum auctoritate. Nam
cum iuris rationibus congruere videtur, vt ego idem cum illis
ſentirem temporibus Iureconſultorum, & ipſi viciſſim nobiſ-
cum hodie ſentirent, mutato videlicet iure, quod olim apud
eos Iureconſultos obtinebat. Olim enim rectè reſponſum eſt,
non debere ſeparari inter bona patris legitimam filij portio-
nem à cæteris bonis: quoniam videlicet eo tempore nondum
legitima pars liberorum connumerabatur inter proprias li-
berorum facultates. Quippe is qui filium hæredem inſtitue-
bat in quarta parte, id eſt, legitima, & eum fideicommiſſis, &
legatis onerabat, non inutiliter onerasse videbatur, quum o-
nus ipſum fideicommiſſorum & legatorum valeret ipſo iure,
l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſta. & latè hoc obſeruaui-
mus ſupra in gloſſ. *Abſque deductione: verſi. Ego verò.* Igitur verum
erat quod in ea quarta pars apud Iureconſultos non fuit æſti-
mata quaſi proprium filij patrimonium. Quoniam ſi quaſi
proprium filij patrimonium fuiſſet æſtimata, iam profectò o-
nus illud fideicommiſſi minimè valuiſſet, *argumento. d. l. cohæ-
redi. §. quod ſi hæredem, verſic. Nec fideicommiſſo. ff. de vulgari & pu-
pillari,* Vnde id quod Paul. Iureconſultus ſcriptum reliquit, *in
d. l. ita fidei. §. patronus. ff. de iure fiſci,* non potuiſſet fortaſſis æque
reſpõdere in quarta, quæ liberis relinqui debuit, ne querelam
haberent. Sic Iulianus & Herennius non diſtinxerunt meritò
quartam iure naturæ liberis debitam cæteris bonis paternis:
quam quartam fortaſſe diſtinxiſſent poſt nouam, *l. quoniam in
prioribus. C. de inoffic. teſta.* poſt quam legem quarta liberis iure
naturę debita cœpit æſtimari quaſi proprium eorum patrimo-
nium: vt poſt eam, *l. quoniam in prioribus.* Iureconſult. Paulus ad
eam partem legitimam fuerit inductus idem, quod in pa-
troni portione reſpondit, *in d. §. patronus* Ego olim de iure Di-
geſtorum quamuis patronus, qui tacitam fidem accommo-
daſſet de reſtituenda legitima filio ſpurio ſui liberti, nullam
fraudem legi feciſſe videretur: quoniam eo tempore onus il-
lud iniunctum in legitima patroni non valeret, & ſponte ſua,
& de ſuo patronus dare intelligeretur: ſi tamen filius tacitam
fidem accommodaſſet de reſtituenda legitima iure naturæ ſi-
bi debita alteri fratri ſuo ſpurio, procul dubio fraus legi facta
conſtaret: nimirum quia eo tempore onus à patre filio iniun-
ctum in legitima validum erat. Ergo conſequenter quemad-
modum hodie filij legitima hac in parte redacta eſt ad inſtar
legitimæ patroni, vt in vtraque legitima onus iniunctum non
valeat, *d. l. quoniam in prioribus*: ita quoque hodie filius nullam
fraudem legi facere videretur, ſi inſtitutus à patre in legitima
tacitam fidem accommodaſſet de illa reſtituenda alteri fratri
ſuo ſpurio, arg. text. *in d. l. ita fidei. §. patronus. ff. de iure fiſci.* Po-
ſtremo ex his deprehenditur, quod etiam ſi olim filius ſpurius
ex ſubſtitutione pupillari alteri fratri legitimo facta conſequi
non poterat ipſius filij legitimam, in qua eo tempore valebat
onus à patre iniunctum, & proinde ſpurius ex patris quodam-
modo iudicio capere diceretur: hodie tamen poſt *d. l. quoniam
in prioribus.* poterit is filius ex dicta ſubſtitutione pupillari le-
gitimam fratris impuberis conſequi tanquam proprium ip-
ſius patrimonium: quum non poſſit videri quòd eam capiar,
quaſi ex grauamine à patre iniuncto, quod hodie nullius mo-
menti eſt. Secundùm quæ Iuliani & Herennij, *in d. l. ſi is qui ex
bonis,* authoritate ita declinata, poterit fortaſſis apud Doctor.
fieri probabilis noſtra hæc opinio.

❡ Nec refragaretur text. *in d. l. ſed ſi plures. §. in arrogat. ff. de vul-
gari,* vbi Iureconſultus tentauit facere differentiã inter quar-
tam impuberi arrogato debitam ex conſtitutione Diui Pij &
inter alia, quæ arrogator impuberi ex libertate reliquiſſet; &
tamen conſtituit non eſſe faciendam talem differentiam. Po-
teſt. n. reſponderi, quòd non erat ibi ratio, quæ iuſtè ſepararet
legitimam partem à cæteris bonis, videlicet, quoad effectum,
de quo agebatur. Quinimo ſi [illegible] ciuſdem ad ſubſtitutum pupil-
larem ab arrogatore datum vniuerſa pupilli hæreditas ſpe-
ctare videbatur: ſed tamen authoritate principali proſpectum
eſt his, qui ad ſucceſſionem impuberis erant venturi, ſi arro-
gatio facta non fuiſſet, *l. cauſa cognita. ff. de vulg. §. cùm autem, In-
ſtitu. de adoptio.* Planè in fauorem horum ſucceſſorum nihil de
vniuerſa impuberis hæreditate ſeparari debuit, niſi id dunta-
xat quod impubes eſſet habiturus, ſi arrogatio facta non fuiſ-
ſet. Igitur de vniuerſa impuberis hęreditate non debuit quar-
ta ſeparari: quoniam etſi proprium patrimonium impuberis
exiſtimari deberet, non tamen ei debita vnquam fuiſſet, ſi ar-
rogatio facta non eſſet.

❡ Huic ſententiæ videtur refragari text. in *auth. de nuptijs. §.
hinc nos. verſicul. Sed quanta quidem, coll. 4.* vbi Iuſtinianus bona
quæ filio aliunde obuenerunt, ſeparauit ab his quæ ad eun-
dem peruenerunt ex paterna ſubſtantia: nec ibi diſtinctionem
vllam fecit inter partem iure naturæ debitam & inter reliqua
bona quæ pater filio ex voluntate dediſſet. Sed poteſt reſpon-
deri, id ita iuſtiſſimè fuiſſe conſtitutum: quoniam non erat ra-
tio in eo caſu, quo iuſtè ſepararet legitimam à cæteris bonis.
Siquidem mulier, quæ ſecundò nupſit, priuatur ibi proprieta-
te bonorum quæ filio à patre obuenerunt: idque propter in-
iuriam priori matrimonio irrogatam. Vtique autem debitum
portionis legitimæ ex ipſo matrimonio deſcendit, cui mulier
fecit contumeliam: vt in ſimili quarta ex conſtitutione Diui
Pij non fuit diſtincta à cæteris bonis, quoniam ipſi arroga-
tioni accepto lata eſt, *l. ſed ſi plures. § in arrogato. ff. de vulga.*

❡ Et retenta hac noua interpretatione, *ad text. in dicta leg. ſi
is qui ex bonis. ff. de vulgari,* vt hodie filius ſpurius poſſit ſucce-
dere ex pupillari ſubſtitutione fratri ſuo impuberi etiam in le-
gitima, quam impubes à patre habuit, non ineleganter fortaſ-
ſis tentari vlterius poſſet, quòd in hoc Caſtellę Regno quem-
admodum ſi pater vnicum ſibi filium legitimum habuiſſet
impuberem, alter filius ſpurius ex pupillari ſubſtitutione ſuc-
cederet fratri in legitima, quæ vniuerſam patris ſubſtantiam
contineret, excepta quinta parte. *l. 9. titu. 5. lib. 3. Fori legum. l.
17. 18. 19. & 20. in legibus Tauri*: ſic etiam eodem modo ſi pa-
ter cùm plures filios legitimos haberet, vnum ex illis impu-
berem melioraſſet in tertia hæreditatis parte, quæ deducen-
da eſt poſtquam quinta pars fuerit deducta, & deinde huic fi-
lio impuberi alterum filium ſpurium pupillariter ſubſtituiſ-
ſet: certè, mortuo impubere, ſubſtitutus ſpurius ex ſubſtitu-
tione pupillari conſequi deberet non ſolùm propria bona
impuberis, non ſolùm etiam legitimam, verùm & tertiam
partem, in qua fuiſſet melioratus. Nam etſi pater habeat fa-
cultatem eligendi inter filios vnum aut plures, quibus hanc
tertiam partem velit potiſſimum relinquere, nihilominus ta-
men is filius à patre electus, huius tertiæ partis commodum
non à patre. ſed ab ipſa lege cum reliqua legitima recipere in-
telligitur, argumento textus ſingularis, *in l. vnum ex familia, in
principio. iuncto §. ſi de falcid. ff. de leg. 2. in l. item eorum. § ſi decuriones.
ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, in l. municipibus. ff. de conditio-
nibus, & demonſtrationibus.* Induco pro hac concluſione cele-
brem illam Paul. Caſtr. ſententiam, *in dicta l. ſi is qui bonis.* vbi
dicit, quod exequutor † teſtamenti, cui eſt commiſſa diſtri- 12
butio inter pauperes facienda, poteſt eligere filium proprium
ſpurium: non autem poteſt eligere filium ſpurium teſtatoris.
Nimirum, quod talis filius ſpurius non capiat ab exequutore
eligente, ſeu nominante: ſed potiùs capiat à primo teſtatore.
Quam Pauli ſententiam ſequuntur Alexan. *num. 8.* Iaſ. *num. 7.
in d. l. ſi is qui ex bonis,* Philip. Corn. *conſilio 236. ad finem volumine
2.* Guilielmus Benedict. *in repetitione c. Raynutius. ſupra eodem, in
verbo, ſi abſque liberis moreretur, in 2. de pupillari ſubſtitutione, nume.
77.* facit doctrina Bartoli, *in l. fina. num. 7. ff. de his quibus vt in-
dignis.* Baldus, *in l. id quod pauperibus, colum. penultim. C. de epiſco-
pis & clericis,* Ioan. de Imol. *in l. quidam cùm filium. ff. de hæredib.
inſtituend.* Ex quibus autoribus conſtat, quod exequutor po-
teſt eligere proprium filium ſpurium: non autem poteſt eli-
gere filium ſpurium teſtatoris. Ergo ſi ſpurius filius ſubſtitu-
tus ſuccedere poteſt fratri impuberi legitimo ex pupillari
ſubſtitutione non ſolùm in proprijs bonis impuberis, ſed et-
iam hodie in legitima, conſequens eſt dicere, quod poſſit et-
iam ſuccedere in tertia parte, in qua pater filium legitimum
meliorauerit: quoniam videlicet eam tertiam partem, ſimul
cum reliqua legitima non à patre meliorante, ſed à lege ipſa
conſequi videtur.

❡ Et

¶ Et hæc omnia fortè poſſent locum habere in terminis iuris communis, de quo *in d.l.ſi is qui ex bonis*: quo iure communi inſpecto, ſpurius filius non prohibebatur ſuccedere ex teſtamento fratri ſuo legitimo, aut alijs conſanguineis collateralibus, argum. tex. *in d.l.ſi is qui ex bonis*. & quod ibi Bart. & omnes *ff. de vulga*. Abb. Panorm. *in c. cum haberet. in fine, ſupra de eo qui duxit in matrimoniũ*, & iuxta communem opinionem, quàm latè reſoluit Ioannes Caccialup. *in repet. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſicianum. num.* 79 Fabius Acoromb. *in repet. l. qui ſe patris. num.* 54. *C. vnde liberi*. Curr. Iunior *conſil.* 231. *num.* 3. & Guilielm. Benedict. *in repetit. dicto cap. Raynutius, ſupra eodem, in verbo. Et vxorem.* 5. *num.* 130.

13 ¶ At verò in hoc Caſtellæ Regno † videtur ad irritum recidiſſe, atque abrogata fuiſſe diſpoſitio text. *in dicta l. ſi is qui ex bonis*, poſtea quàm per legem 22. *titu.* 3. *lib.* 1. *& l* 2. *titu.* 3 *l.* 5. ordinamenti Regalis diſertè cautum fuit vt omnis filius ſpurius ſuſceptus ex damnabili coitu non poſſit ſuccedere non ſolum parentibus, ſed nec etiam fratri, aut alijs conſanguineis tranſuerſalibus: qui nec inter viuos neque ex teſtamento poſſunt quicquam relinquere huiuſmodi ſpurio. Ergo poſt illas leges pater non magis poteſt ſubſtituere pupillariter hunc filium ſpurium alteri filio legitimo, quàm idem pater eũdem filium ſpurium poſſet ſibi hæredem facere, quum etſi idem impubes, ſublato ætatis impedimento, ſibi teſtamentum faceret, non potuiſſet fratrem ſpurium ſibi hæredem ſcribere. Quas leges ordinamenti regalis generaliter ad hanc concluſionem inducere videtur doctiſſimus Antonius Gomeſius, *in l.* 9. *Tauri. num.* 51. *in fine*.

¶ Verum non abſurdè ſentiet hoc loco qui animaduertit, quod prædictæ leges Ordinamenti regalis ſolum loquuntur in filio ſpurio clerici: & proinde alios filios ſpurios non remouent à ſucceſſione fratrum ſiue aliorum conſanguineorum ex teſtamento, vt apertè colligitur ex principio earum legum, & ex ratione, in qua fundantur, videlicet vt mulieres retrahantur à clericorum concubitu. Id quod apertè demonſtrauit, *l.* 6. *Tauri. in finalibus verbis*: Ergo in alijs filijs ſpurijs, qui non ſint filij clericorum, incorrecta videtur manere diſpoſitio antiqua iuris communis, ex qua filius ſpurius poteſt ex teſtamento ſuccedere conſanguineis ſuis collateralibus: & conſequenter poteſt à patre pupillariter ſubſtitui fratri ſuo impuberi, *vt in dicta l. ſi is qui ex bonis*. Sed etſi prædicta, *lex* 9. *Tauri in finalibus verbis*, poſtquam agnouit, illas leges Ordinamenti ſolum loqui in ſpurijs filijs clericorum, eaſdem leges amplificauerit etiam ad filios monachorum, & Monialium, & vt generalius dicam, quorumcunq; religioſorum, profeſſorum tamen, exceptis filijs ſpurijs clericorum, aut alterius cuiuſcunque perſonæ religioſæ profeſſæ, arbitror quòd reliqui omnes filij ſpurij ſuſcepti ex parentibus, ſubſiſtente impedimento cuiuſcunque conſanguinitatis, affinitatis, aut cognationis, ſiue etiam ſubſiſtente impedimento alterius matrimonij ex parte patris aut matris, poſſunt ſuccedere ex teſtamento omnibus conſanguineis ſuis collateralibus. Nam etſi *prædicta l.* 6. *Tauri*, generaliter loquatur, *in verſicul. Emandamos*. in omni filio ſpurio ſuſcepto ex coitu damnabili pœna mortis ex parte matris, vt videlicet, ſi mater tempore, quo filium ſuſcepiſſet, alteri eſſet nupta, certè textus ille ſolum loquitur in hoc filio ſpurio, quòd attinet ad ſolam matris ſucceſſionem, à qua ſucceſſione lex illa prætendit filium ſpurium remouere. Nam quòd attinet ad ſucceſſionem collateralium ex teſtamento, ſolùm ſeruari debet diſpoſitio illarum legum Ordinamenti, quæ dumtaxat loquuntur in filio ſpurio clerici cum noua ampliatione, quam ad dictas leges conſtituit, *prædicta lex* 9. *Tauri in fine, in verſiculo, Saluo ſi fuerint*: videlicet, vt filij clericorum, aut alterius cuiuſcumque perſonæ religioſæ profeſſæ, non poſſint ſuccedere ex teſtamento omnibus ſuis conſanguineis etiam collateralibus. Quibus exceptis, omnes alij filij ſpurij, licèt quandoque non poſſint matri ſuccedere, *vt in d. l. Tauri in principio*, poterunt tamen ſuccedere fratri aut alijs conſanguineis collateralibus: & conſequenter poterunt fratri impuberi ex pupillari ſubſtitutione ſuccedere in his dumtaxat bonis, quæ aliunde, quàm à patre habuit, *vt in d. l. ſi is qui ex bonis.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ei, qui ex liberis ſupremus morietur omnibus liberis non vno caſu mortuis, ſi ignoretur vter ex his poſterior deceſſerit, non poteſt eius hæreditatem adire: ſed duntaxat bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas valet agnoſcere.*
L. Ex duobus. ff. de vulgar. ſenſus, ibidem.
L. Qui duos. ff de rebus dubijs, ſenſus, ibidem.

2 *Suitas ſola confirmat tabulas pupillares: & num. ſequentibus vſque in finem: & num.* 14.
L. Si filius qui patri. ff. de vulgar. ſenſus: ibidem. & num. 15.

3 *Aditionem hæredis deſiderant omnia in teſtamento relicta.*
L. Omnia, quæ teſtamento. ff. de regu. iur. ſenſus, ibidem.

4 *Legata & fideicommiſſa aditionem hæredis deſiderant, vt teſtamentum confirmetur, & vt hæres adeundo obligari incipiat.*

5 *Suitas confirmat exhæredationem, tutelam, libertatem, pupillarem ſubſtitutionem, etſi quæ ſunt alia, quæ miniſterium hæredis non deſiderant, ſed directò ab ipſo teſtatore proficiſcũtur: aditionemque hæredis deſiderant, non vt hæres adeundo obligetur, ſed duntaxat, vt teſtamentum confirmetur.*

6 *Suitas confirmat ipſo iure omnia in teſtamento relicta, quamuis ea, quæ obligationem & miniſterium hæredis deſiderant, rata non ſint, ſi filius ſe abſtineat.*

7 *Suitas obligat filium ipſo iure actionibus & oneribus hæreditarijs.*
L. 1. *§ fi. ff. vt in poſſeſſion. legatorum, ſenſus, ibidem.*

8 *Suitas confirmat fideicommiſſum vniuerſale & particulare, quamuis ſolum vniuerſale ratum eſſe debeat.*
Fideicommiſſi vniuerſalis, & particularis differentia, eiuſque differentiæ ratio: ibidem.
L. Ita tamen. § Si pater. ff. ad Trebellian. ſenſus. ibidem.

9 *Exhæredatio confirmatur, & rata permanet ſola ſui hæredis exiſtentia, quamuis poſtea filius ſe abſtineat.*
L. Qui in aliena. § interdum, l. filius qui paterna. ff. de acquirend. hæredita. ſenſus, ibidem, & num. 17.
L. Si patronus teſtamento, verſicul. ex teſtamento. ff. de bonis libert. ſenſus, ibidem.

10 *Tutela teſtamentaria ſui hæredis ſola exiſtentia confirmatur.*

11 *Libertates directæ confirmantur ſola ſui hæredis exiſtentia.*
L. Sciendum. ff. de manumiſſ. teſtam. ſenſus. ibidem.
L. Pro hærede. § Papinianus. ff. de acquirend. hæred. ſenſus ibidem, & melius. num. 16.

12 *Statuliber qui eſſe non poteſt antequam teſtamentum aditione, vel ſuo hærede exiſtente, fuerit confirmatum.*
L. 2. *ff. de ſtatuliberis. ſenſus, ibidem.*
L. Cum ita. § fi. ff. de optione legata ſenſus, ibidem.
L. Cum quaſi. § ſed etſi quis. ff. de fideicommiſſar. libertat. ſenſus, ibidem.

13 *Pia legata confirmantur, & rata permanent ſola ſui hæredis exiſtentia.*

14 *Subſtitutio pupillaris confirmatur ſui hæredis exiſtentia.*
L. 2. *verſic. Adeò. ff. de vulgari. ſenſus. ibidem.*

15 *L. Si filius qui patri. ff. de vulgari, ſenſus latè explicatur.*
L. Quæſitum. ff. de acquirend. hæredita. intellectus eleganter declaratur. ibidem.
L. filius qui ſe paterna. ff. de acquirend. hæredit. intellectus eleganter declaratur.

19 *Suitas confirmat tabulas pupillares, etiamſi confirmatio non ad vtilitatem, ſed ad damnum filij tendat.*

20 *Suitas confirmat tabulas pupillares etiam contra matrem.*

DEFERVNTVR.

DEFERVNTVR. Ex dicta, videlicet, pupillari ſubſtitutione. Nam illa verba: Et ſi vtrumq; ſine liberis contigerit filiorum, Christi pauperes inſtituo hæredes: videbantur inuitaſſe pauperes ad hæreditatem illius ex liberis, qui poſterior deceſſiſſet ante pubertatem. Sic in hæreditate filiæ, quæ poſterior deceſſit, omnia bona teſtatoris patris, & propria etiam ipſorum impuberum delata fuerunt pauperibus. Vnde Innocent. hic *num.* 1. ſcribit, quod licèt ſecurius fecerit iſte, qui pro parte pauperum petijt vtriuſque hæreditatem, & qui etiam adiecit de bonis quoque filij præmortui: quia in veritate ſunt duæ hæreditates. *§. igitur, Inſtitu. de pupillari*, tamen ſufficeret, ſi ſolius filij hæreditatem petijſſet. Proinde inter-

interpretandum eſt, quòd non duæ, ſed magis tres hæreditates fuerunt. Vna patris, alia filij: poſtrema filiæ, in qua patris & filij duæ hæreditates inuentæ ſunt.

¶ Quamuis autem bona patris fuerunt illata filio ex inſtitutione, vt pote ſuo & neceſſario hæredi, & bona filij ex pupillari ſubſtitutione fuerunt illata filiæ, vt pote, hæredi neceſſariæ: bona tamen filiæ, quæ poſterior deceſſit, non inferuntur ex pupillari ſubſtitutione pauperibus, ſed magis deferuntur, vt pote voluntarijs hæredibus. Siquidem neceſſitas hæredum facit, vt ſucceſſio non tam deferatur, quàm prorius inferatur his, qui neceſſarij ſunt hæredes, vt argutè docuit Bald. *in l. qui ſe patris. colum. 2. verſic. Secundò præmitto. C. vnde liberi.*

¶ Cùm verò delata bona intelligantur, quæ quis adeundo poteſt conſequi, *l. delata. ff. de verbo. ſignificatione*, intelligo non aliter bona pauperibus fuiſſe delata, quàm ſi exequutores, qui pauperum nomine ſola animi declaratione adire deberent, intelligerent, quod mortuo teſtatore, primò filius deinde filia ante tempora pubertatis deceſſerunt: prout in
1 facti ſerie continetur. Nam † ſi hoc ſolum haberent compertum, quòd poſt mortem teſtatoris ambo filius & filia diuerſo tempore ante pubertatem deceſſiſſent, ignorarent autem vter ex his poſterior diem obijſſet, eleganter aſſerendum eſt, quòd ſententiæ Pontificis locus non eſſet. Neque enim omnia bona pauperibus deferrentur, vt ea adeundo poſſent conſequi: ſed in hac ſpecie eſſet neceſſaria bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas pupillares: quam bonorum poſſeſſionem executores nomine pauperum intra centum dies vtiles in iudicio deberent agnoſcere. Allego Papiniani reſponſum vulgo non intellectum, *in l. qui ex liberis. ff. de bonor. poſſeſ. ſecundum tabulas*, vbi ita ſcriptum reliquit, Qui ex liberis meis impubes ſupremus morietur, Titius ei hæres eſto. Duobus peregrè defunctis, ſi ſubſtitutus ignoret vter nouiſſimus deceſſerit, admittenda eſt Iuliani ſententia, qui propter incertum conditionis etiam prioris poſſe peti bonorum poſſeſſionem reſpondit. Et quidem omnes interpretes ibi, *& in l. ex duobus. ff. de vulgari, & in l. qui duos. ff. de rebus dubijs.* expreſſum ea lege putauerunt, quòd ſicuti quando duo impuberes vno caſu pariter mortui fuiſſent, Titius ſubſtitutus vtriuſque hæreditatem adire poſſet, quando duo impuberes non ſimul mortui ſunt, ſed diuerſo tempore, & ſubſtitutus ignoraret, vter nouiſſimus deceſſiſſet. Quæ interpretatio nec iuris rationibus, nec verbis legis accommodatur. Nam iure ciuili hæres ſub conditione inſtitutus tamdiu hæreditatem adire nequit, quãdiu ignoret & conditionem extitiſſe, quæ re vera extiterat. *l. multum intereſt. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Sed & Iureconſulti, *in d. l. ex duobus, & in dicta l. qui duos*, magna ingenij contentione euicerunt, quod vtriuſque impuberis hæreditas ſubſtituto pupillari deferretur: quoniam in pariter mortuis nec prior, nec poſterior inuenitetur. Vnde eo caſu pupillaris ſubſtitutus ſcire deberet, ambos impuberes ſimul deceſſiſſe: vt per hoc intelligeret vtriuſque ſubſtitutionis conditionem extitiſſe: & conſequenter vtriuſque impuberis hæreditatem ſibi eſſe delatam. Quæ iuris ratio nullatenus indici poteſt ad propoſitam ſpeciem. In illa enim ſpecie, nec daretur prior, nec poſterior, nec datur incertum conditionis. Sed in hac ſpecie datur prior & poſterior: & conſequenter datur conditionis incertum. Abhorrebat igitur dicere, quod propter incertum conditionis hæreditas vtriuſque impuberis poſſet adiri: non autem abhorrebat dicere, quod propter incertum conditionis poſſet vtriuſque impuberis bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas peti. Siquidem, pendente etiam conditione, bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas peti poteſt. *l. 2. §. ſi ſub conditione: l. ſub conditione. ff. de bonorum poſſeſſion. ſecundum tabulas.* Vnde ſi pater qui Petrum & Philippam impuberes filios haberet, ita teſtamento conciperet: Petro, ſi nauis ex Aſia venerit Titium pupillariter ſubſtituo: quòd ſi non venerit, Philippæ eundem Titium pupillariter ſubſtituo: & mortuo teſtatore Petrus & Philippa ante pubertatis tempora deceſſiſſent, pendente adhuc vtriuſque ſubſtitutionis conditione, Titius planè vtriuſque impuberis bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas petere poſſet: neutrius autem hæreditatem poſſet audire. Ergo *in dict. l. qui ex liberis*, quum Titius ſciret vtroſque impuberes eſſe mortuos, ignoraret autem vter nouiſſimus deceſſiſſet, rectè inductum eſt, vt vtriuſque bonorum poſſeſſionem petere poſſet. Nec enim magis eam poſſeſſionem impedire debuit conditio, cuius euentus ignoraretur, quàm ſi adhuc penderet, vt alias attigimus Selectarum interpretationum circa conditiones *lib. 2. cap. 16.* Secundum quæ etiam ſi in huius capitul. ſpecie, quantum ad verba attinet, pauperes non fuiſſent ſubſtituti ei, qui ex liberis nouiſſimus ſine liberis deceſſiſſet, certum nihilominus eſt, quòd ex pupillari ſubſtitutione non potuerunt ſuccedere niſi alteri ex impuberibus qui nouiſſimo loco deceſſiſſet. Nam qui ex liberis impuberibus prior decederet, neceſſarium hęredem habebat ſuperſtitem ex pupillari reciproca: vt interim omittam quæ tractanda ſunt in ſequenti parte gloſſ. Et de illis ad pauperes.

¶ Sed iam principaliter ex hoc textu nota, quod † ſola exi- 2
ſtentia ſui hæredis confirmat pupillares ſubſtitutiones, vt etiam latè notatur, *in l. ſi filius qui patri. ff. de vulg.* Hic enim omnia bona ex pupillari ſubſtitutione pauperibus deferuntur, nec tamen proponitur, nec eſt diuinandum, quod teſtatoris hæreditas ex teſtamento fuerit adita. Idque ita ex Pontificis ſententia collegit in præſenti Petr. de Anchar. *num. 15. in 6. oppoſitione*, & Alexan. *in d. l. ſi filius qui patri. nu. 23. ff. de vulgari, verſi. Bene facit.*

¶ Licèt autem ita ſe habeat communis opinio omnium ferè Doctorum, Alciatus tamen, *in dicta l. ſi filius qui patri. num.* 11. *&* 23. audacter in contraria fuit ſententia dicens quod regulariter exiſtentia ſui hæredis non confirmat pupillarem ſubſtitutionem, ſed eſt neceſſaria aditio, ſeu immixtio. Mouetur duobus argumentis. Primò quoniam regulariter pupillaris ſubſtitutio non alijs perſonis fit, quàm liberis ſuis hæredibus, & tamen Vlpianus, *in l. 2. §. adeo. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione.* ne ſit irrita egit, quòd teſtamentum paternum aditione confirmetur. Secundò retorquet text. *in dicta l. ſi filius qui patri*, vbi Papinianus aliquid ſingulare voluit conſtituere in fratre, qui impuberi fratri pupillariter ſubſtitutus fuiſſet. Ergo vbi non frater, ſed extraneus pupillariter fuiſſet ſubſtitutus, iam exiſtentia ſui hæredis non confirmabit eiuſmodi ſubſtitutionem pupillarem.

¶ Huic nouæ opinioni non refragaretur Pontificis ſententia in hoc capit. quoniam pro Alciato poſſet reſponderi, quod exiſtentia ſui hæredis filij confirmauit hic pupillarem ſubſtitutionem reciprocam inter fratrem & ſororem impuberes, iuxta *dicta l. ſi filius qui patri.* Quòd verò attinet ad pauperum ſubſtitutionem pupillarem, quæ hic præcipuè conſideratur, poſſet duobus modis ſententia Pontificis declinari. Primò, quòd ſui hæredis exiſtentia non confirmauit hanc pauperum ſubſtitutionem: quoniam vtique hæc pupillaris ſubſtitutio nullam ex paterno teſtamento aditionem deſiderabat, iuxta eam opinionem, quæ habet aditionem hæredis non eſſe neceſſariam in relictis ad pias cauſas. Hanc iuris rationem circa noſtrum text. attigit Pet. de Anchar. *hic num. 4. in 10. notabili. & num. 15. in 6. oppoſitione:* quam equidem intelligo melius poſſe induci ad defenſionem directæ pupillaris, quàm ad defenſionem legatorum & fideicommiſſorum, quæ hæredis obligationem deſiderant. Inducetur enim textus, *in l. miles ita §. fina. ff. de milit. teſtamento*, vbi ſi non adeatur hæreditas ex teſtamento pupillari, tamen adeatur hæreditas ex teſtamento pupillari ſi ex teſtamento bona pupillari ſubſtituto deferuntur. Denique cum textum induxit ad fauorem piæ cauſæ Bartol. *in l. 1. num. 66. C. de ſacroſan. eccleſ.* & Philip. Corn. *in l. eam quam num. 5. C. de fideicommiſſ.* vbi conſiderauit, hoc ita faciliùs recipi poſſe in pupillari ſubſtitutione ad pias cauſas facta, quàm in legatis ſeu fideicommiſſis ad pias cauſas relictis.

¶ Sed quoniam hic articulus eſt valde controuerſus, ſecundò & melius videtur poſſe reſponderi, quòd in ſpecie huius c. tam filij ſui hæredis exiſtentia, quàm etiam pietatis fauor, cõfirmationem pupillaris ſubſtitutionis ſimul induxerunt. Siquidem ſine controuerſia conſtat, quòd exiſtentia ſui hæredis filij confirmat relicta omnia in paterno teſtamento, ſi modò relicta ſint ad pias cauſas. Hoc ita argum. *l. ſciendum. ff. de manumiſſ. teſtamento*, communiter eſt receptum ſecundùm Alexan. *in d. l. ſi filius qui patri. num. 9.*

¶ Verumtamen Alciati opinio non eſt probabilis: quamuis eam nonnulli poſteriores probaſſe videantur. Cùm igitur celeberrimus ſit articulus eorum, quæ exiſtente ſuo hærede, confir-

confirmantur, vbi ex teſtamento hæreditas adita non eſt, operæpretium facturum me exiſtimaui, ſi noua docendi ratione ſententiam Iureconſultorum, quam maiores noſtri non ſunt aſſecuti, perſpicuam ſtudioſis omnibus relinquerem. Sic demum opinionem communem eſſe veriſſimam, & Pontificis ſententiam in hoc cap. eam fuiſſe, vt pupillares ſubſtitutiones, exiſtente ſuo & neceſſario hærede filio confirmare intelligeret ſine alio nec fratrum nec pauperum ſingulari reſpectu.

3 ¶ Et præmitto in primis, quòd † omnia, quæ teſtamentis relinquuntur, aditionem hæredis deſiderant. *l. omnia quæ teſtamento. ff. de reg. iur.* ſed in his ſeparatio eſt. Nam quædam aditionem hęredis deſiderant non ſolùm vt teſtamento confirmentur, verùm etiam vt ſit qui adeũdo obligari incipiat. Hæc ſunt

4 † legata & fideicommiſſa: quæ vtique deberi nequeunt, niſi hæres, à quo incipere debet obligatio, adeundo obligetur. *l. hæreditariarum. ff. de actionib. & obligationib. §. hæres, Inſtitu. de obligation. quæ ex quaſi contractu naſcuntur,* tradit Bal. *in d. l. eam quam. C. de fideicommiſſis.*

5 ¶ Pleraque verò ſunt, quæ † aditionem hæredis ex teſtamento deſiderant: non vt hæres obligetur, ſed vt aditione dũtaxat teſtamentum confirmetur. Hæc ſunt omnia, quæ directò proficiſcuntur ex teſtatore: & ſine vlla hæredis obligatione & miniſterio explicantur: vt exhæredatio: tutela: libertas, directa pupillaris ſubſtitutio.

6 ¶ Illud igitur licèt audacter † docere poſſum, quod omnia quæ teſtamentis relinquuntur, ipſo iure confirmantur, ſi ex teſtamento filius patri ſuus hæres exiſtat: ſed vtrùm ea omnia, quæ ipſo iure confirmantur, rata ſint, eleganter diſtinguendum videtur inter legata & fideicommiſſa, quæ hæredis obligationem & miniſterium exigunt, & inter cætera, quę ſine vlla hæredis obligatione ſolent procedere. Nam qui ſunt in poteſtate, ſi hæredes inſtituantur, ſtatim ex teſtamento mortuis parentibus hæredes exiſtunt neceſſarij. Nec quod abſtinere ſe poſſint quicquã facit, quominus ipſo iure hæredes extiterint. *l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti: l. cum quaſi. §. ſed etſi quis. ff. de fideicommiſſa libertat.* Ergo, exiſtente ſuo hærede, omnia quæ teſtamento diſpoſuit teſtator, ipſo iure confirmantur: quum ea omnia ad ſui confirmationem deſiderent aditionem hæredis, *d. l. omnia:* & aditio neceſſaria non ſit, vbi hæreditas ipſo iure quæritur. *l. in ſuis. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.*

¶ Hinc primò infero, quod in ſpecie noſtri cap. legata, quæ maritus vxori reliquit, ipſo iure fuerunt confirmata, quo momento filius patri ex teſtamento ſuus hæres extitit. Generalis enim eſt iſta determinatio, vt omnia confirmentur, exiſtente ſuo hærede, & in his etiam legata. Hanc vulgò inauditam ſententiam confirmo authoritate Accurſij, *in l. qui plures. §. & ſi à patre, in verbo, confirmentur. ff. de vulgari:* vbi manifeſtè ſenſit. quod legata, & cætera teſtamento contenta, ſi neceſſarius hęres exiſtat, confirmantur ipſo iure: quamuis vt ea rata ſint quo ad effectum, aditio requiratur. Et hoc ita Accurſium ſenſiſſe obſeruauit Aretinus ibidem, qui tamen exiſtimauit id eſſe falſum. Ego autem fundata iuris ratione Accurſij ſententiam cõ-

7 probo, quod videlicet, certum ſit filium, qui patri ex teſtamento ſuus hæres extitit, teneri ipſo iure actionibus hæreditarijs. *l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebellianum. l. ſi filius qui patri. in verbo, Etenim. ff. de vulgari. l. neceſſarijs,* vbi Bartolus & omnes hoc tradunt. *ff. de acquirenda hæreditate.* Ergo idem hæres neceſſarius etiam legatarijs ipſo iure tenebitur: quia hæreditariarum actionum loco habentur & legata. *l. hæreditariarum. ff. de actionibus & obligationib.* Quod & Baldus ſenſiſſe videtur, *in l. 1. verſ. fin. C. communia de legatis.* ſequutus eſt Alexan. *in d. l. neceſſarijs. numer. 5.* vbi intellexerunt, quod ſuus & neceſſarius ex teſtamento hæres ipſo iure obligatur creditoribus atque etiam legatarijs.

¶ Ex his colligo nouam & expeditam interpretationem textus, *in l. 1. §. fin. ff. vt in poſſeßion. legator.* vbi Vlpianus ſcripſit, quod ſi certum ſit abſtentos eſſe neceſſarios, certum quoque eſt, legata, & fideicommiſſa non deberi, vt etiam probatur, *in l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & in d. l. ſi filius qui patri, in verb. Duntaxat. ff. de vulgari.* Manifeſta enim iuris ratione euenire intelligo, quod quemadmodum ſuus & neceſſarius hæres creditorum paternorum actiones euitaret, ſi ſe patris hęreditate beneficio prætoris abſtineat: ita quoque ſi ſe teſtamento abſtineat, actiones legatariorum inanes reddit. Quod ita ſanè intelligendum eſt, vbi certum ſit omnimodo abſtentum eſſe neceſſarium: quia etſi ſemel ſe abſtinuit, adhuc legatariorum actiones poſſunt eſſe vtiles: ſi videlicet, neceſſarius ad teſtamentariam hęreditatem redeat. *l. ſi. & quod ibi notatur. C. de repudian. hæreditate.*

¶ Hinc † etiam noua docendi ratione explico text. *in l. ita tamen. §. ſi pater. ff. ad Trebellianum,* qui vulgo ad hoc allegatur, 8
quod exiſtentia ſui hæredis confirmat fideicommiſſum hæreditatis vniuerſale, quamuis eadem ſui hæredis exiſtentia non confirmet fideicommiſſum rei ſingularis. Videtur enim quòd fideicommiſſum tam vniuerſale, quam etiam ſingulare, æquè confirmetur ipſo iure: quum ex teſtamento filius patri exiſtit hæres neceſſarius. Illa tamen circa effectum eſt differentia, quòd filius, quamuis abſtinendi beneficio vtatur, authoritate nihilominus Senatuſconſulti compelletur ſe immiſcere & reſtituere hæreditatem fideicommiſſario vniuerſali. *l. recuſare. §. meminiſſe, verſic. Sed ad filium. ff. ad Trebellia.* Diuerſum erit fideicommiſſo rei ſingularis: quoniam filius rogatus rem ſingularem Titio reſtituere, poteſt ſe abſtinendo, reddere inanem fideicommiſſi actionem: cùm à fideicommiſſario rei ſingularis compelli non poſſit ſe immiſcere. *l. ſi quis omiſſa. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament. l. cogi, in principio, verſic. Generaliter. ff. ad Trebellianum.*

¶ In cæteris autem, quæ nullam hæredis obligationem exigunt, conſtituendum videtur, quòd ea confirmentur, exiſtente ſuo hærede: vt etiam ſi ſe abſtineat, non poſſint propterea fieri irrita. Quod in exhæredatione, tutela, libertate directa, & pupillari ſubſtitutione, licet ſigillatim animaduertere.

¶ Et primum † exhæredatio ipſo iure confirmatur, vbi 9
ſuus hæres patri ex teſtamento extitit. *l. qui in aliena. §. interdum. l. filius qui ſe paterna. ff. de acquirenda hæreditate.* Sed etſi ſuus hæres ſe teſtamento abſtinuerit, non tamen alterius exhæredati filij exhæredatio fiet omnino irrita. Nam etſi in ea ſpecie poſſet exhæredatus patri ab inteſtato ſuccedere, adhuc tamen exhæredatio ei nocebit, quæ ſemel, exiſtente ſuo hærede, fuit confirmata. Etenim hic exhæredatus, quamuis in patris morientis fuit poteſtate, non poterit ab inteſtato ſuus hæres ei exiſtere, *iuxta l. ſcripto. ff. vnde lib.* Erit ergo voluntarius hæres: nec ante patris hæreditatem ab inteſtato acquiret, quàm adierit vel pro hærede geſſerit. Proinde, ſi ante aditam hæreditatem deceſſerit, non tranſmittet eam hæreditatem ex potentia ſuitatis: quum non ſit ſuus, vt eleganter docuit Paulus de Caſtro, & defendit ibi Alexan. *num. 9. in d. l. ſi filius qui patri.*

¶ Vnde bellè limitari poſſet, & intelligi text. *in l. ſi patronus teſtamento, verſiculo, Ex teſtamento. ff. de bonis libertorum:* vbi Vlpianus ſcriptum reliquit in hæc verba: Ex teſtamento autem, ex quo neque adita eſt hæreditas, neque petita bonorum poſſeſſio. liberis exhæredatio non nocet. Quibus certe verbis Vlpianus cenſuit, quòd filius exhæredatus, ſi ex teſtamento non ſit adita hæreditas, nec exhæredatio ſit per aditionem confirmata, admitti debet ab inteſtato etiam ad bona libertorum paternorum. Enimuero Vlpiani ſententia ſolùm procedere videtur, quando non ſuus hæres, ſed alius fuit hæres inſtitutus, atque propterea, eo non adeunte, teſtamentum ad irritum recidit, & nullum prorſus effectum habuit. Cæterum ſi in ſpecie illius §. proponeretur, patrem, cum duos filios in poteſtate haberet, vnum ex illis malamente exhæredaſſe, alterum verò ex aſſe hæredem inſtituiſſe: atque deinde inſtitutum filium, qui patri mortuo ſuus & neceſſarius ex teſtamento hæres iure extiterat, ſe prætoris beneficio abſtinuiſſe, & hæreditatem omiſiſſe, elegans atque ſubtilis introduceretur quæſtio circa bona libertorum paternorum: an videlicet filius exhæredatus ab inteſtato admitti deberet non ſolùm ad bona patris, ſed etiam ad bona libertorum paternorum? Et eleganter reſponderetur: quod is filius exhæredatus ſuccedens ab inteſtato nulla ex parte veniret admittendus ad ea bona libertorum paternorum, à quibus, videlicet, remouere adhuc eum debebit exhæredatio: quæ ſemel, exiſtente ſuo hærede, qui poſtea ſe abſtinuit, fuit confirmata. Quoniam neque teſtamentum patris per omnia irritum factum fuit: licèt ſuus hæres in teſtamento ſcriptus ſeſe abſtinuerit, argumento text. *in l. cum quaſi. §. ſed etſi quis. ff. de fideicommiſſarijs libertatibus.* Denique hac ratione eueniet, vt ex-

14 ¶ Pupillaris † ergo ſubſtitutio ex ſui hæredis exiſtentia cō-
firmatur eadem ratione, qua exhęredatio tutela, libertas dire-
cta: vt nihil faciat quòd ſe abſtinere poſſit, vel abſtineat neceſ-
ſarius, *argumento dicta l. 1. §. qui ſunt in poteſtate ff. ſi quis omiſſa cau-
ſa teſtamenti.*

¶ Huic ſententiæ non obſtat Aleiati argumentum *ex d. l. 2.
verſicu. Adeò. ff. de vulgar.* Quoniam reſpondeo, Vlpianum re-
ctè docuiſſe, quòd ſi teſtamentum paternum fieret irritū, non
adita hæreditate, irritum quoque eſſet pupillare teſtamentū.
Intellexit enim, quòd pupillaris ſubſtitutio quandoque fieret
his liberis, qui parenti non exiſterent ſui & neceſſarij hære-
des Quid .n. ſi exhęredatis impuberbus fieret pupillaris ſub-
ſtitutio, vt idem Vlpianus proximè ſcripſerat? Nempe eo ca-
ſu nemo diceret impuberes exhæredatos patēti hæredes exi-
ſtere. Quid ſi pater impuberi filio inſtituto aliquem ſimplici-
ter ſubſtitueret? Nempe eo caſu ſimplex ſubſtitutio exprime-
re videretur & vulgarem & pupillarem, argumento. *l. iam hoc
iure. ff. de vulgari.* Sic pupillare teſtamentum confirmari non
poſſet niſi teſtamentum paternum eſſet aditione hęredis con-
firmatum. Quia, videlicet, in filio inſtituto non daretur exi-
ſtentia ſui hęredis, propter vulgarem ſubſtitutum *l. apud Iulia-
num. §. idem Iulianus ff. ad Trebellianum*, ſecundùm interpretatio-
nem Cornei non vulgarem, *in l. 3. num.* 10. *&* 11. *C. de iure delibe-
randis*, cuius ſupra non ſemel feci mentionem. Vulgo enim Do-
ctores credunt, quòd *in dicto §. idem Iulianus*, ponitur alius ca-
ſus, in quo pupillaris ſubſtitutio non confirmatur niſi adita ſit
hæreditas: videlicet, quando inſtituto impuberi cohæres ex-
traneus datur. Proinde opinantur, quod in ea ſpecie impu-
bes exiſtit quidem patri ſuus hæres ex parte, quam ſine adi-
tione quæſit ipſo iure, & ex potentia ſuitatis in quoſcunque
hæredes tranſmittit. *l. 3. C. de iure deliberandi.* Sed tamen
comminiſcuntur, quod ea ſui hæredis exiſtentia non valet ad
confirmationem eorum, quæ teſtamento ſunt compre-
henſa.

¶ Secundo loco non obſtat huic ſententiæ alterum Alcia-
15 ti argumentum ex † *d. l. ſi filius qui patre*: vbi Papinianus ſpecia-
liter loquutus eſt in fratre impuberis. Nam negari non poteſt
quin Papinianus ſingulare aliquid eſſe intellexerit in ea ſpe-
cie, in qua propoſuit fratrem fratri impuberi fuiſſe ſubſtitu-
tum pupillariter, vt & Accurſius ibi tentauit. *in verbo. Fratri, &
in l. quidam eulogio, in verbo, Admittantur. C. de iure deliberandi.* Cæ-
terum contra vulgarem declarationem obtinere debet, quod
Papinianus nullatenus dubitauit, vtrùm exiſtentia ſui hære-
dis cōfirmaret pupillarem ſubſtitutionem, nec circa hoc ver-
ſatur Iureconſulti reſponſum, cuius verba hæc ſunt: Si filius,
qui patri ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis hæres extiterit,
hæreditatem patris recuſet, fraternam autem retinere malit,
audiri debet. Iuſtius enim Pręторem facturum exiſtimo ſi fra-
tri ſeparationem bonorum patris conceſſerit. Etenim ius di-
centi propoſitum eſt liberos oneribus hæreditarijs non ſpon-
te ſuſceptis liberare, non inuitos ab hęreditate remouere: prę-
ſertim quod, remotis tabulis ſecūdis, legitimam haberet fra-
tris hæreditatem. Vides Papinianum præmittere, quod filius
patri ac deinde fratri ex ſecundis tabulis hæres extitit. Vides
præterea, quod in ſequentibus minimè reuocatur in dubium,
vtrùm hic filius ex ſecundis tabulis hæres extiterit. Nam illud
magis in controuerſia ponitur, vtrùm eam hæreditatem, quā
planè ex ſecundis tabulis ipſo iure quæſiuit, poſſit retinere ſi
paternam recuſet. Ergo Papinia. pro conſtanti præſuppoſuit,
quod exiſtentia ſui hæredis filij tabulas pupillares ipſo iure
confirmauerat. Alioqui ſi ipſo iure non fuiſſent confirmatæ,
iam non potuiſſet ex eiſdem impuberi neceſſarius hæres exi-
ſtere. Denique acutiſſimi ingenij, & meritò ante alios excel-
lens Iureconſultus quęſtionem longè diuerſam & dignam at-
tigit. Atque ita interpretandum eſt, vt Papiniano, *in d. l. ſi filius
qui patri.* totum negotium fecerint Iuliani & Marcelli reſpon-
ſa, quæ referuntur, *in l. quæſitum. ff. de acquir. hære.* vbi Vlpianus
ſic ſcriptum reliquit, Quæſitum eſt an licèt quis paternæ hæ-
reditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris volunta-
tem habeat, vel faciat: an creditoribus paternis cogatur reſpō-
dere: vt puta ſi impuberi fuit ſubſtitutus? In qua ſpecie Iulia-
nus *lib. 27. Digeſtorum* ſcripſit incidere eum in edictum ſi ſe im-
miſcuerit impuberis hæreditati. Nam qui iudicium parentis
oppugnauerit, non debet ex eadem hæreditate quicquā con-
ſequi. ſed Marcellus eleganter diſtinguit multum intereſſe
vtrum ex aſſe fuerit inſtitutus patris teſtamento: an ex parte.
Vt ſi ex parte, potuerit ſine metu remota patris ſucceſſione,
impuberis hæreditatem amplecti. Hoc loco euidenter pro-
batur, quod filius, qui patri ac poſtea fratri ex ſecundis tabu-
lis hæres extitit, ſe ſe immiſcuerit impuberis hæreditati, in e-
dictum prætoris incidit: vt abſtinere ſe eiuſdem Prætoris be-
neficio nequeat à paterna hæreditate, iuxta *l. 4. C arbi. tute.* li-
cèt enim ſola exiſtentia ſui hæredis filij confirmaſſet ipſo iure
tabulas pupillares, & propterea poſſet idem filius ipſo iure ac-
cipere hæreditatem impuberis ex eiſdem tabulis, quāuis ma-
ximè ſe patris hęreditate abſtineret: non tamen poterat digne
retinere eandem hæreditatem impuberis, ſi ſe patris hæredi-
tate abſtineret: Nam abſtinendo ſe patris hæreditate, eiuſdē
patris iudicium impugnaret: & conſequenter indignum ſe fa-
ceret ea hæreditate impuberis, quam propter patris volunta-
tem haberet. Ita verè & eleganter interpretatus eſt cum text.
Aretin. contra vulgarem eius legis intellectum, & eandem A-
retin. interpretationem ſequutus eſt Lancel. Poly. *de pupil. ſub-
ſtitut. num. antepen.* Idem tamen Lancel. Poly. *num. penult.* non
rectè intellexit illa verba text. Ex eadem hæreditate. Quaſi Iu-
reconſult. diceret eandem eſſe patris & filij impuberis hære-
ditatem, argum. *l. pater. ff. de priuileg. credito.* Nam profectò pa-
tris & filij impuberis non vna eſt hæreditas, quamuis vnum ſit
teſtamentum. §. *igitur. Inſtitut. de pupill. ſubſtitu.* Quare vera in-
terpretatio eſt, quòd Iureconſultus eandem hæreditatem im-
puberis eſſe intellexit, de qua proximè loquutus fuerat. Licèt
enim filius, qui ſe immiſcuiſſet fraternæ hæreditati, nihil per
hoc paternæ hæreditatis attigiſſet, ſatis erat, quòd eandem
impuberis hæreditatem propter patris voluntatem haberet.
Et bene ſe habent verba illius textus, *in principio d. l. quæſitum*,
ad hunc verum ſenſum pertinentia. Adde quod Raphael Cu-
manus, *in dicta l. quæſitum*, ſequutus eſt communem intelle-
ctum, quod ſcilicet ibi ſubſtitutus pupillaris fuit extraneus,
ſed idem *in dicta l. ſi filius, qui patri, numer.* 10. rectius intellexiſ-
ſe videtur, quod ille pupillaris ſubſtitutus fuit teſtatoris fi-
lius.

¶ Confirmatur hic intellectus ex textu celebri, qui com-
muniter non rectè intelligitur † *in l. pro hærede. § Papinianus. ff.* 16
de acquirenda hæreditate, cuius verba ſunt: Papinianus ſcribit, fi-
lium hæredem inſtitutum, qui ſe bonis paternis abſtinuit,
vulgo putare quoſdam, ſi à ſtatulibero pecuniam accepit à
creditoribus conueniendum, ſiue nummi peculiares fuerint,
ſiue non fuerint: Quia ex defuncti voluntate accipitur quod
conditionis implendæ cauſa datur. Iulianus autem, & ſi non
abſtinuit, idem exiſtimauit. Ita demum autem pro hærede
geſſiſſe ait Papinianus, ſi ſolus hæres ſit. Cæterum ſi cohæredē
habeat, & cohæres adijt, non eſt cogendus (inquit) is, qui ac-
cepit, à ſtatulibero actiones creditorum ſuſcipere. Nam cum
ſe filius abſtinet, idem debebit conſequi iure prætorio, quod
emancipatus conſequitur, qui hæreditatem repudiauit, quo
facto ſtatuliber filio nominatim pecuniam dare iuſſus potu-
iſſet non hæredi dando ad libertatem peruenire. Itaque tunc
pro hærede geri dicendum eſſe ait, quoties accepit quod circa
nomen & ius hæredis accipere non poterat. Interpretes eo lo-
co diſtorquentur, quanam ratione filius videatur pro hærede
gerere, cum ſola exiſtentia ſui hæredis confirmaſſet libertatē,
atque ita ſtatuliber potuiſſet ad libertatem peruenire dando
nummos eidem filio, quamuis maximè filius ſe à patris hære-
ditate abſtineret? Et tandem Alexan. Aretin. & Iaſ. qui Bartoli
& aliorum rationes referunt, nihil afferunt, quod ſatisfacere
videatur. Ego autem verum eius. §. ſenſum accepi ex Iuliani,
Marcelli, & Vlpiani ſententia, *in d. l. quæſitum*, & argutam re-
ſponſi rationem conſiſtere intellexi in illis verbis. Quia ex de-
functi voluntate accipitur, &c. Nam licèt filius à ſtatulibero
nummos non peculiares accepiſſet, & per hoc nihil paternæ
hæreditatis attigiſſet, in edictum prætoris incidebat, & credi-
toribus paternis cogendus erat reſpondere, quoniam num-
mos ex patris voluntate acceperat. Porrò qui iudicium paren-
tis oppugnaret, non debet ex eiſdem nummis quicquam con-
ſequi, quos, videlicet, propter patris voluntatem haberet. At-
que ita cenſeo eandem iuris rationem verſari, *& in d. l. quæſitū,
& in d. §. Papinianus.* Nam & vtrobique conſtituitur illa diffe-
rentia, an filius habuerit cohæredem, an fuerit hæres inſtitu-
tus. Si quidem vbi ſolus fuit hæres inſtitutus, tunc abſtinen-
do ſe patris iudicium impugnaret, quod impugnare non vi-

deretur, ſi cohæredem haberet, qui adijſſet, vt rectiſſimè in hoc articulo diſtinxit Bart. communiter receptus, *in l. filio. pater. ff. de lega. 1.*

¶ Vnde *in d. l. quæſitum*, ſi filius ex aſſe fuit inſtitutus, & impuberi exhæredato ſubſtitutus, Marcellus & Vlpianus ex Iuliani ſententia cõcludunt, quòd ſi filius impuberis hæreditati ſe immiſceat, videtur pro hærede gerere in paterna hæreditate. Quoniam accepit quod citra ius & nomen hæredis digne accipere non poterat, *iuxta regulam dicti §. Papinianus, in fin.* quam ad caſum dignitatis & indignitatis cum iudicio refert Bart. *in l. gerit, num. 20. ff. de acquirenda hæreditate.* Ergo ſi filius, qui ſe paterna hæreditate abſtinuerat, impuberis hæreditati ex ſecundis tabulis ſe immiſcuiſſet, pro hęrede gerere videbatur in paterna hæreditate, ad quam potuit redire, *l. ſi quis ſuus. ff. de iure deliberand. l. fina. C. de repudianda hæreditate.* Sed & ſi nondum ſe abſtinuiſſet, æquè pro hærede gerere videbatur, vt colligitur, *ex dicta l. quæſitum, & ex dicto §. Papinianus.*

17 ¶ Hinc nouo & vero ſenſu accipio eiuſdem Iuliani † reſponſum, *in l. filius qui ſe paterna. ff. de acquirenda hæreditate*, cuius verba ſunt: Filius qui ſe paterna hæreditate abſtinuit, ſi exhæredati fratris hæreditati ſe immiſcuerit, & pro hærede geſſerit, poterit ex ſubſtitutione hæreditatem obtinere. Accurſius & omnes Doctores, *ibi, & dicta l. ſi filius, qui patri*, intelligunt, quòd ille textus concordet cum *dicta l. ſi filius qui patri*, vt filius in ea ſpecie poſſit recuſare omnimodo patris hæreditatem, & retinere fraternam ex ſubſtitutione pupillari. Sed profectò Iulianus non potuit hoc ſentire, quoniam in hac ipſa ſpecie ipſe, & Marcellus & Vlpianus, *in dicta l. quæſitum*, docuerunt contrarium. Vnde Aretinus, *in dicta l. quæſitum, colum. penult.* ſcribit, *quòd dicta l. filius qui ſe paterna, erat declaratio dictæ l. quæſitum.* Declaratur enim, *in dicta l. filius*, quòd filius ex aſſe hæres inſtitutus, etiam ſi ſe abſtinuit à patris hæreditate, poſſit tamen ſe immiſcere hæreditati impuberis ex ſubſtitutione pupillari. Sed vtrum poſtquam ſe immiſcuit accreſcat eidem inuito paterna hæreditas, agnoſcit idem Aretinus nihil dici, *in dicta l. filius qui ſe paterna.* quoniam præſupponebatur eſſe declaratum, *in dicta l. quæſitum.* Ego verò aduerti & verba & ſententiam Iuliani eò ſpectare, vt filius, qui ſe paterna hæreditate abſtinuerit, ſi exhæredati impuberis hæreditati ſe immiſceret, non aliter fraternam hæreditatem ex ſubſtitutione poſſet obtinere, quàm ſi, mutato conſilio, ad paternam hæreditatem rediret. Quod ita collegi ex illis verbis: *Et pro hærede geſſerit*, quæ verba ad paternam hæreditatem referenda ſunt, ne ſuperuacuò ad impuberis hæreditatem referantur, de qua ſatis erat dixiſſe, Si exhæredati fratris hæreditati ſe immiſcuerit, &c. Poſtea autem reperi, quòd Thomas Chalanc. *in repetitio. l. 1. num. 12. & numer. 66. ſupra eodem*, ita tentauit intelligere eum textum. Sed longè à Iuliani ſententia abfuit, qui temerè affirmauerit, nuſquam probari, quòd nuda exiſtentia ſui hæredis confirmet tabulas pupillares, adeò quòd non ſit neceſſaria aditio ex teſtamento paterno. Nam & *in d. l. filius qui ſe paterna. & in dicta l. quæſitum, & in dicta l. ſi filius qui patri*, pro conſtanti præſupponitur, quòd ſubſtitutio pupillaris exhæredati impuberis fuit ipſo iure confirmata hoc ipſo, quòd filius ex aſſe inſtitutus patri ſuus hæres extitit. Conſequenter nemo dubitauerit quin idem filius etiam ſi omnimodo ſe abſtineret patris hæreditate, poſſit ipſo iure ſe immiſcere hæreditati impuberis, quam ipſo iure quæſiuit. Denique de eo ſolo ſubtilis fuit dubitatio, vtrùm filius qui ex ſubſtitutione pupillari rerum fraternæ hæreditatis dominia quæſiuerat ipſo iure & deinde volens eidem impuberis hæreditati ſe immiſcuerat, poſſet iuſtè retinere hanc hæreditatem, ſi patris hæreditatem omnino recuſaret?

¶ Itaque Iuliani, Marcelli, & Vlpiani ſententia fuit, quòd filius, qui ſe paterna hæreditatę abſtinuiſſent, & deinde ſe immiſcuiſſet impuberis hæreditati ex ſubſtitutione pupillari, non poſſit dignè retinere eam hæreditatem, niſi pro hærede gereret in paterna hæreditate. Nam qui iudicium parentis oppugnaret abſtinendo ſe, non debuit ex impuberis hæreditate quicquam conſequi, *dicta l. quæſitum.* Nam & filius emancipatus, qui fratri pupillariter ſubſtitutus fuiſſet, ſi contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem acceperit, & hac ratione parentis iudicium impugnauerit, poteſt nihilominus impuberis hæreditatem ipſo iure acquirere. Quippe ſi teſtamentum patris confirmatum fuit aditione ſcripti hæredis, iam bonorum poſſeſſio contra tabulas non ſcindit ſubſtitutionem pupillarem. *l. ex duobus. §. finali. ff. de vulgari.* Proinde ſi pupillus ante pubertatem deceſſerit, eius hæreditas emancipato fratri defertur, vt eam ex ſubſtitutione poſſit adire. Cæterum quum ſemel, accepta bonorum poſſeſſione contra tabulas, iudicium patris impugnauerit, non poteſt hanc fratris hæreditatem ex ſubſtitutione obtinere, quoniam fiſcus velut ab indigno eam auferet. *l. ſecunda, de his quibus vt indignis. l. is contra tabulas ff. de vulgari.* Huc exemplo eleganter dici poteſt, quòd filij ex aſſe hæredis inſtituti abſtenſio non facit quo minus hæreditas impuberis ex pupillari ſubſtitutione deferatur, & ipſo iure acquiratur huic, qui ſe abſtinuit, quoniam exiſtentia huius ſui hæredis ſtatim, mortuo patre, ipſam pupillarem ſubſtitutionem confirmauit. Veruntamen eadem abſtenſio quatenus iudicium patris oppugnat, efficere videtur, vt is filius eandem impuberis hæreditatem non poſſit retinere, vt ſi ſe immiſcuerit, priuari hæreditate tamquam indignus debeat. Illa planè differentia animaduertitur, quòd, videlicet, ipſa bonorum poſſeſſio contra tabulas accepta, habet impugnatiuum æterni iudicij, quæ ipſo iure eſt irreuocabilis. At verò abſtenſio non habet paterni iudicij impugnationem, quæ ſimiliter ipſo iure ſit irreuocabilis: quum ipſo iure filius ſi velit, poſſit redire intra triennium ad patris hæreditatem, à qua ſemel abſtinuit. *l. fina. cum ſimilibus. C. de repudian. vel abſtinenda hæreditate.* Vnde ſi filius in propoſita ſpecie immiſcuit ſe fratris impuberis hæreditati, hoc ipſo in re dubia videtur pro hærede gerere in paterna hæreditate, ſiue prius abſtinuiſſet, ſiue non ſe abſtinuiſſet. Accepit enim illud, quod dignè accipere non potuit, niſi patris quoque hæres eſſet, non tantùm nomine, ſed etiam effectu. *d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquirenda hæreditate, & iuxta id*, quod notat Bart. *in d. l. gerit. num. 20. ff. eodem titulo, de acquirenda hæreditate.* Quæremus tamen, cum hæc ita eſſe videantur, cur Iulianus, *in d. l. filius qui ſe paterna.* ſcripſerit, Et pro hærede geſſerit, ſi ipſum immiſcere ſe fraternæ hæreditati? Et reſpondemus, Iulianum eleganter declarare voluiſſe, quòd ius obtinendi hæreditatem ex ſubſtitutione, non conſiſtebat in eo, quòd filius impuberis hæreditati ſe immiſceret, ſed in eo, quod pro hærede gereret in paterna hæreditate. Fieri enim rectè potuit, vt filius impuberis fratris hęreditati ſe immiſceret, nec tamen per hoc in paterna hæreditate pro hærede gereret. Quid enim, ſi cum ſe immiſcuit impuberis fratris hæreditati, conſtet eundem pro hærede gerere noluiſſe in paterna hæreditate dum hoc ipſum teſtatur? Non poteſt dici eum pro hærede geſſiſſe in paterna hæreditate, quum pro hærede gerere non tam facti ſit, quàm animi. *d. l. pro hærede. in princip. ff. de acquirenda hæreditate.* Quid ſi iam patris bona venierant, quo tempore fratris impuberis hæreditati ſe immiſcuit ſubſtitutus filius? Nempe & ſi vellet, non poſſet filius pro hærede gerere, quia iam eo tempore ſerum eſſet ad paternam hæreditatem redire. *l. ſi quis ſuus in fine. ff. de iure deliberandi, d. l. fina. in principio. C. de repudianda vel abſtinenda hæreditate.* Vnde quum iam non poſſet pro hærede gerere in paterna hæreditate, neque quidem poſſet impuberis hæreditatem, cui ſe immiſcuit, ex ſubſtitutione retinere, quoniam vtique fiſcus auferret eam hæreditatem velut ab indigno, argumento, *d. l. 2. ff. de his quibus vt indignis.* Quod ita Iulianus intellexit, *in dicta l. filius, qui ſe paterna.*

¶ Ex his apparet Papiniani ſententiam fuiſſe aliam, *in d. l. ſi filius, qui patri*, quàm quæ hactenus vulgò credita eſt. Animaduertit enim in Iuliani & Marcelli ſuperiore ſpecie iniquitatem occurrere, ſi filius, qui ab oneribus paternæ hæreditatis non ſponte ſuſceptis liberare ſe vellet, inuitus à fratris hæreditate remoueretur: præſertim, quòd remota pupillari ſubſtitutione, inteſtati impuberis legitimam hæreditatem fuiſſet habiturus, matre etiam tempore excluſa. *l. 1. in principio, verſic. idem eſt. ff. de iuris & facti ignorantia. §. præferuntur. Inſtit. ad Tertull.* Hac igitur iniquitate occurrente Papinianus rem iuſto decreto temperandam fore exiſtimauit, iuxta text. *in l. in ambiguis. §. quoties. ff. de regu. iur.* Sic induxit, vt filius, qui patri, ac poſtea fratri impuberi ex ſecundis tabulis hæres ipſo iure extitit, bonorum ſeparationem decreto prætoris poſſit impetrare, quo magis liceat fraternam hæreditatem ſibi ipſo iure acquiſitam

retine-

retinere, paternam autem recuſare. Quibonorum ſeparatione conceſſa, intellexit filium ſine metu poſſe impuberis hæreditati ſe immiſcere. Nam nec per hoc videretur pro hærede gerere in paterna, nec rurſus eadem hæreditate quaſi indignus priuaretur. Alioqui ſi ſine decreti authoritate impuberis hæreditati ſe immiſceret, in promptum periculum incideret iuris ordinarij de quo, *in dicta l. quæſitum*. Etenim poſt immixtionem iam ſerum eſſet decreti æquitatem implorare, argumento. *l. 1. §. fin. ff. de ſeparationibus.* Quæ interpretatio conſtare videtur ex verbis Iureconſulti, dum ait: Iuſtius enim, &c. vt dubitare deinceps nemo debeat, quin totum negotium Papiniano factum ſit ex Iuliani & Marcelli reſponſis, *in d. l. quæſitum, & in dicta l. filius, qui ſe paterna*. Et quamquam Raphael Cumanus, *in dicta l. ſi filius qui patri, numer. 8.* & Lancelot. Polyt. *de pupillari ſubſtitutione, numer. 67. verſic 8 quæritur*, ad hunc intellectum reſpexerint, nos tamen certè eum proprio marte inuenimus, & præterea, vt vides, nouis coloribus illuſtrauimus.

¶ Ergò nihilominus in eo reſponſo Papinianus cogitauit, quàm dubitare, aut tractare, vtrum exiſtentia ſui hæredis confirmaret tabulas pupillares, quum id apud Iureconſultos extra omnem controuerſiæ aleam poſitum eſſe conſtaret. Denique ſpecialiter loquutus eſt in fratre impuberis, quoniam in ea ſpecie æquitas decreti inducenda videbatur. Aliàs etiam nullo modo erat conſentiendum, quòd filius ex aſſe patris hæres abſtineret ſe ab hæreditate patris, & aliquid ex eiuſdem voluntate retinere deberet, vt conſtat ex eodem Papiniano, *in d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredi.*

¶ Ex hac vera interpretatione, *dicta l. ſi filius, qui patri*, colli-
18 gi poteſt an vera ſit traditio † Bartoli ibidem *numer. 7.* docentis, quod tum demum exiſtentia ſui hæredis confirmabit tabulas pupillares ſi ea confirmatio tendat ad ipſius ſui hæredis vtilitatem. Mouetur Bartol. argumento *d. l. in verſic. iuſtius enim dicentis*. Item mouetur argumento text. *in l. 1. §. fina. ff. vt in poſſeſſionem legatorum*, vbi legata non confirmantur per exiſtentiam ſui hæredis, qui ſe abſtinet, quoniam ea confirmatio nec damnum habet nec vtilitatem ſui hæredis. Et hæc Bartoli traditio communiter eſt recepta ſecundùm Iaſonem *ibi num. 20.* Vnde vtiliter colligit Bartolus, quòd ſi pater ex duobus filijs vnum ex aſſe hæredem inſtituerit, alterum vero impuberem doli capacem legitimè exhæredauerit, eique Titium extraneum pupillariter ſubſtituerit, iam ſui hæredis exiſtentia non confirmauit talem ſubſtitutionem pupillarem exhæredato factam, quoniam nullam vtilitatem, immo potius damnum filij ſui hæredis continere animaduertitur. Sed profectò Bartoli traditio non eſt vera. Quoniam Papinianus, *in dicto verſiculo, iuſtius enim dicentis*, nihil omnino tractauit de ratione, quæ faceret tabulas pupillares confirmari per exiſtentiam ſui hæredis. Nec textus, *in dicta l. prima. § fina. ff. vt in poſſeſſionem legatorum*, facit pro traditione Bartoli, quoniam vera eius §. ratio eſt illa, quam ſupra reddidimus. Præterea contra Bartol. traditionem inducitur idem text. *in dicto l. ſi filius, qui patri, & in dicta l. filius qui ſe paterna. ff. de acquirend. hæred. ſecundum ea*, quæ idem Bartol. *d. num. 7.* & Iaſon *num. 14.* argumentati ſunt, qui tamen ab earum legum argumento explicare ſe non potuerunt.

¶ Item contra eandem Bartol. traditionem altius conſidero, quòd ea, quæ per exiſtentiam ſui hæredis teſtamento diſpoſita confirmantur, non ea vtilitate ipſius ſui hæredis ſed magis ex ſola teſtatoris vtilitate metiri debemus. Certum enim eſt, quod filius à patre hæres inſtitutus patri mortuo & ſuus & neceſſarius hæres exiſtit §. *ſui autem & neceſſarij. Inſtitutio. de hæredum qualit. & differen. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* Item certum eſt, quòd ſola neceſſitas ſine iuitate poteſt efficere, vt neceſſarius hæreditatem patris ex teſtamento quærat ipſo iure, & ſine vlla aditione. Porrò hoc neceſſarij hæredis ius, quod ex patria poteſtate profectum eſt, ad ipſius patris contemplationem præcipuè pertinet, argumento, *dicto §. ſui, verſic. neceſſarij*. Hinc dixit Bald. *in repetitione l. ſi arrogator, in ſexta oppoſitione. ff. de adoptionibus*, quòd exiſtentia ſui hæredis fauore patris principaliter fuit conſtituta, quod in propoſita materia retulit Alexand. *in dicta l. ſi filius qui patri, num. 25.* Sed melius videbatur Bald. ſuiſſe dicturus, quod neceſſitas ſuorum hæredum principaliter fuit inuenta reſpectu patris qui eos moriens in poteſtate habuiſſet, vt idem Bald. melius præcipit. *in l. ſi filius hæres, colum. 2. ff. de liberis & poſthumis.* Angel. de Perigl. *in repetitione l. in ſuis, numer. 112. ff. de liberis & poſthumis.* Philip. Corn. *in l. 3. numer. 23. C. de iure deliberan.* Ergo ſi neceſſitas, quæ fauore patris fuit introducta, efficit, vt hæreditas eidem neceſſariò ex teſtamento acquiratur ipſo iure, & hæc ipſa acquiſitio confirmat teſtamentum, conſequens eſt, vt ex vtilitate teſtatoris patris omnia confirmentur, quæ teſtamento diſpoſuit, etiam ſi non ſint ex vtilitate hæredis neceſſarij. vt argutè ſignificaſſe poteſt videri Vlpianus, *in l. ſecundum, ibi: Neceſſario exiſtente. ff. de manumiſſ. teſtamento, coniunctis his, quæ circa illum textum ſupra diximus.*

¶ Vnde infertur, quòd in ea ſpecie, in qua Titius extraneus fuit ſubſtitutus pupillariter impuberi exhæredato, exiſtentia ſui hæredis filij, qui ex aſſe fuit inſtitutus, confirmarit pupillarem ſubſtitutionem, vt rectè probauerunt aduerſus Bartolum, Raphael Cumanus, *in l. ſi filius qui patri, colum. 3.* & Angel. de Perigl. *in repetitione l. in ſuis, numer. 21. ff. de liberis & poſthumis.* Nihil enim facere debet, quòd ea pupillaris ſubſtitutio nullam ſui hæredis filij vtilitatem contineat.

¶ Poſtremò infertur, quòd in ſpecie noſtri cap. omnia bona pauperibus deferuntur ex pupillari ſubſtitutione, quam exiſtentia ſui hæredis filij confirmauit ipſo iure, vt nulla ratio habita ſit, vtrum ea ſubſtitutio ad vtilitatem ſui hæredis ſpectauerit. Præterea eadem ratione intelligo, nullam matris habitam fuiſſe rationem, quo minus exiſtentia ſui hæredis confirmaret tabulas pupillares. Nam communi opinione rectè conſtitutum † eſt, quòd exiſtentia ſui hæredis filij confir- 19
met tabulas pupillares etiam contra matrem impuberis, vt concluſit Angel. de Perigl. *in repet. d. l. in ſuis, num. 63.* & Alexan. *num. 21.* & Alciatus *num. 31. in d. l. ſi filius qui patri.* Vnde in præſenti Pontifex, qui intellexit tabulas pupillares fuiſſe confirmatas ex ſola exiſtentia ſui hæredis filij, nullam habuit rationem perſonarum, quæ fuerunt ſubſtitutæ. quamuis Socin. *in dicta l. ſi filius, qui patri, numer. 28.* contrarium tentauerit. Scripſit enim, quòd quando frater fratri impuberi fuiſſet ſubſtitutus pupillariter, tunc exiſtentia ſui hæredis filij confirmat tabulas pupillares contra matrem impuberis, & ita intellexit noſtrum textum. Cæterùm ſi impuberi ſubſtitutus ſit extraneus, tunc eum Argentino ibidem tentat dicere, quod exiſtentia ſui hæredis non confirmaret ſubſtitutionem pupillarem in damnum matris. Quo loco Socinus negligenter ſe habuit, dum non æſtimauit pupillarem hanc ſubſtitutionem, ex qua pauperibus omnia bona deferuntur: quum eam æquè confirmauerit exiſtentia ſui hæredis contra matrem. Nec Socin. ab hac inductione poſſet ſe liberare habendo rationem pauperum contra matrem propter pietatis reſpectum ſingularem, quoniam idem *in l. 2. num. 32. ad fin. ff. de vulgari*, ſcripſerat, quod & ſi liberi teſtatoris admittantur contra matrem ex tacita pupillari, non tamen contra matrem pupilli admitterentur pauperes ex tacita pupillari. Verum in his non oportet immorari, quoniam Pontifex in hoc cap. intellexit, & intelligere debuit, quod exiſtentia ſui hæredis filij omnes pupillares ſubſtitutiones confirmauerat, nullo habito reſpectu nec matris, nec perſonarum ſubſtitutarum, nec quidem ipſius filij hæredis neceſſarij, ſecundùm fundatam iuris rationem, quam ſupra expendimus.

Explicit ſecunda Pars.

SEQVITVR TERTIA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa facta in re certa verbis communibus aut etiam directis non ciuilibus, minimè continet pupillarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.*

2 *Subſtitutio compendioſa facta filio inſtituto in re certa verbis vtcunque directis aut communibus, continet directam pupillarem, quando in ea ſubſtitutione non fuit repetita mentio rei certæ. & num. 25.*

Cap.ſi pater,ſenſus,ibidem.

3 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta in re certa continet directam pupillarem.*

L.cohæredi.§.fi.ff.vulgar.ſenſus ibid.cum plurib.ſeq.

4 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta in re certa, & ſine figura pupillaris, exprimere forſan videtur inſtitutionem primi gradus, per quam cohæres in illa re certa cum hærede vniuerſali conſtituitur.*

L.verbis ciuilibus.ff.de vulga.ſenſus.ibidem.

5 *Subſtitutio compendioſa in re certa & verbis ciuilibus facta filio, qui in eadem rè certa fuerat hæres inſtitutus, etiam dato cohærede vniuerſali, proculdubio continet directam pupillarem.*

6 *Subſtitutio compendioſa ſimpliciter verbis ciuilibus facta filio in re certa, ſi eueniat caſus vulgaris ſubſtitutionis, continet etiam eam vulgarem, vbi in ipſo ſecũdo gradu alius cohæres vniuerſalis non fuerat conſtitutus.*

7 *Subſtitutio compendioſa filio in re certa verbiſq; ciuilibus, atq; in forma pupillaris facta: ſi eueniat caſus vulgaris ſubſtitutionis, eã vulgarem minimè continet, qua propter tractandum erit de vulgari omnino tacita, ad quam expreſſa pupillaris porrigitur.*

8 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta in re certa, continet ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*

9 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus filio facta, & ad bona teſtatoris reſtricta, videlicet ita, Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea deuenient in Titium, continet ſolam fideicommiſſariam, ſecundum communem opinionem, cui Bartolus nunquam contradixit.*

10 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta, & ad omnia bona teſtatoris reſtricta, non continet directam pupillarem, neq; enim intereſt vtrùm ad bona teſtatoris ſimpliciter, an verò ad omnia bona teſtatoris fuerit reſtricta, ſecũdum communem contra Bartolum.*

11 *Subſtitutio compendioſa filio facta verbis directis non ciuilibus, & ad bona teſtatoris reſtricta, continet directam pupillarem ſecundùm communem opinionem, quamuis Alciatus contrariam cenſeat communem, quæ tamen in puncto iuris videtur verior.*

12 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta & ab bona teſtatoris reſtricta, continet non ſolum fideicommiſſariam poſt aditã hæreditatem, ſed etiam ſi eueniat caſus vulgaris, continet vulgarem ſubſtitutionem, contra omnes.*

13 *Subſtitutio compendioſa ad bona teſtatoris reſtricta & verbo obliquo facta, continet ſolam fideicommiſſariam.*

14 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus ad bona teſtatoris reſtricta continet vulgarem: & conſequenter pupillarem omnino tacitam, ad quam vulgaris porrigitur.*

15 *Subſtitutio vulgaris etiam concepta in caſum impotentiæ, porrigitur ad pupillarem omnino tacitam.*

16 *Subſtitutio compendioſa verbo communi ad teſtatoris bona, & ad ætatem pupillarem reſtricta, vtrum directam pupillarem debeat continere: latè explicatur, & num.ſeq.*

L.ſi ita ſcriptum.§.qui filio.ff.de bono. poſſ.ſecun. tabu.ſenſus latè explicatur.ibidem.

17 *Deueniat verbum eſt commune.*

18 *Subſtitutio compendioſa verbo communi ad bona teſtatoris & ad pupillarem ætatem reſtricta, ſi fideicommiſſaria eſſet cenſenda, certè fideicommiſſum intelligi debet pupillare & non vulgare.*

19 *Subſtitntio compendioſa verbo communi, Subſtituo, ad bona teſtatoris, & ad pupillarem ætatem reſtricta continet directam pupillarem.*

L.iam hoc iure.verſic.ſi autem impubes.ff.de vulg.ſenſus.

20 *Subſtitutio compendioſa verbo communi facta in re certa, licèt ad ætatem pupillarem fuerit reſtricta, non continet directam pupillarem.*

21 *Subſtitutio compendioſa verbo communi ſimpliciter facta in re certa, continet fideicommiſſum vulgare in bonis teſtatoris, ſed ſi ad ætatem pupillarem fuerit reſtricta, continet fideicommiſſum pupillare in bonis pupilli.*

22 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta cum diſtinctione vtriuſq; temporis, hoc eſt, pupillaris ætatis, & pubertatis, recipit diuerſam pro diuerſitate temporum interpretationem, videlicet vel fideicommiſſi pupillaris vel vulgaris.*

23 *Subſtitutus per fideicommiſſum filio impuberi datus ſub conditione ſi filius in pupillari ætate deceſſerit, quamuis viuo impubere moriatur, tranſmittit pupillare fideicommiſſum ad quoſcunq; hæredes.*

Fideicommiſſum pupillare pendente conditione pupillaris ætatis, tranſmittitur ad quoſcunque hæredes.

L.hæredis aditio.§.tantundem, verſic.tractari. ff.quando dies lega. cedat, ſenſus, ibidem.

24 *Subſtitucio compendioſa verbis directis non ciuilibus facta in re certa, eſt omni tempore fideicommiſſaria.*

25 *Subſtitutio compendioſa filio inſtituto in re certa ſimpliciter facta, ſi in ſubſtitutione non repetatur mentio rei certæ, continet non ſolum pupillarem, ſed etiam vulgarem in ea re certa.*

Cap.ſi pater.ſenſus.ibidem.

De Filio Ad Filiam.

De Filio ad Filiam. Collige ex hoc text. quòd hæc ſubſtitutio compendioſa, Quandocunque filia ſine liberis vita deceſſerit, moriatur filio meo, intelligitur continere directam pupillarem, & exitum haberet pupillaris ſubſtitutionis, ſi filia prior in pupillari ætate vita deceſſiſſet. Vnde cum hæc filia in præſentiarum fuerit in re certa hæres inſtituta, eique fuerit compendioſè ſubſtitutus filius, non quidem verbo directo ciuili, ſed verbo, moriatur, videtur conſequenter probari in hoc textu difficilis in primis ſententia, videlicet, quod compendioſa ſubſtitutio facta in re certa, quamuis non ſit facta verbo directo ciuili, valet quidem iure directæ pupillaris, filio decedente intra ætatem pupillarem, vt pariter omnia bona pupilli deferantur ſubſtituto. Quod quidem notabile attigit hic Petr.de Ancharan. *num. 4. in verſic decimotertiò nota*, vbi tamen nimium confusè loquutus videtur.

¶ Sed tamen hoc notabile ex iſto text. non colligitur, nec per ſe verum eſt. Quin potius † probabilius eſſe exiſtimo, & 1
receptius quòd vbi ſubſtitutio compendioſa ſit verbo communi, vt eſt verbum: Subſtituo, ſiue etiam fiat verbo directo non ciuili, vt eſt verbum Accipiat, ſiue alio ſimili, & ſubſtitutio fiat in re certa, minimè reſultat pupillaris ſubſtitutio, quamuis filius, cui talis ſubſtitutio facta eſt, decedat intra pupillarem ætatem. Vnde ſi teſtator ita dixerit: Si filius hæres meus ſine liberis vita deceſſerit, talis fundus ſit Titij, vel talem fundum accipiat Titius. & filius ante pubertatem deceſſerit, filij impuberis hæreditas nequaquam Titio ſubſtituto deferetur ex pupillari ſubſtitutione, quin potiùs filius ipſe videbitur oneratus ex fideicommiſſi cauſa, vt quandocunque deceſſerit, fundum illum Titio reſtituat, vt vna omni tempore ſit rei certæ fideicommiſſaria ſubſtitutio, ſecundum doctrinam Bartol. communiter receptam, *in l. Centurio.num.18.& num.35.ff.de vulga.* Nec Bartolo † refragari po- 2
teſt noſter textus. Quoniam in eo minimè proponitur, quòd ſubſtitutio compendioſa fuerit facta filiæ in re certa. Nam etſi filia ipſa in re certa fuit hæres inſtituta, non tamen fuit repetita mentio rei certæ in compendioſa ſubſtitutione facta de filio ad filiam, ſed magis ſimpliciter cauit pater, vt ſi filia ſine liberis decederet, eidem filio moreretur. Id quod *inferius numer 25.in hac ipſa glo.* ſtatim reſoluetur. Interim tamen vt hanc difficultatem, & Bartol.doctrinam clarius abſoluam, & declarem, ſequentes concluſiones diſtinguendas, & conſtituendas cenſeo.

¶ Prima concluſio: Subſtitutio † compendioſa facta in re 3
certa per verbum directum ciuile valet iure directæ pupillaris, filio decedente intra ætatem pupillarem, & per eam ſubſtitutionem vniuerſa bona impuberis ſubſtitutus conſequetur. Vt, videlicet, ſi teſtator filio ſuo impuberi his verbis ſubſtituat: Quandocunque filius meus vita deceſſerit, vel poſt mortem filij mei Titius hæres eſto, vel Titium inſtituo in fundo Seiano. Quod ita Bartol. docuit, *in l. Centurio num. 10. ff. de vulga. argumento text. in l. cohæredi. §. fin. ff. eodem titulo. coniuncta l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituen.* Significauit autem Bartol. talem ſubſtitutionem nullo iure fore valituram poſt pupillarem, quemadmodum ex Bartol. ſententia rectè deduxit Lancelor. Galiau. *in repetione eiuſdem l. Centurio. numer. 322.* Quamuis Andr. Aleiat. *ibidem numer. 69.* non rectè ex Bartol. diuerſum collegerit. Et cum Bartol. *in ſua*

principali ſententia, communiter tenent Doctores, vt reſoluit Iaſon. *ibi ex num.*35. Franciſc. Ripa, *num.*95. Lancelot. Galiaul. *num.* 318. vbi tamen incautè referens hanc Bartol. ſententiam verbis directis ciuilibus adiunxit verbum, Subſtituo, quod proculdubio non eſt directum ciuile, vt & ipſe Lancelot. Galiaul. inferius explicauit, *num.*322. Et hanc ipſam Bartol. ſententiam ſequuntur & reſoluunt eſſe communiter approbatam, multis citatis authoribus, Guilielm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, de teſtamen. in verbo, Si abſque liberis, in 2. de compendioſa ſubſtitutione. numer.*41. Nicol. Boer. *in deciſio.* 33. *num.*7. & Marian. Socin. Iunior, *in conſil.*121. *Licet in occurrenti. num.*18. *in* 1. *part.*

¶ Contrariam opinionem tenuit Bald. *in d. l. precibus. C. de impuberum, & aliis ſubſtitutionibus num.*50. *verſic. item quæritur.* immò quòd huiuſmodi compendioſa ſubſtitutio valeat omni tempore iure fideicommiſſi in ea re certa dumtaxat. Nam tex. *in d. l. cohæredi.* §. *fin.* loquitur (inquit) vbi conditio pupillaris ætatis fuit expreſſim appoſita, & non videtur eadem ratio ſi compendioſa verborum ſit facta ſubſtitutio, quæ vtrunq; tempus contineat. Et idem cum Bald. probauit Lancelot Galiaul. *in repet. d. l. Centurio, num.*219. Et ex vtriuſque ſententia hoc colligit Franciſc Ripa, *in d. l. Centurio. num.*95. & 96. Lancelot. vero Polyt. *in tractatu de ſubſtitutionibus tit. de compendioſa. num.* 26. referens priorem Bartolum communem opinionem, licet dicat eam ſibi placere, verum non aduerſandi, ſed diſputandi cauſa exiſtimat, contrariam opinionem aduerſus Barto. faciliimo negotio poſſe tueri. Et Lancelot. Galiaul. & Polytum retulit nouiſſimè Marian. Socin. Iunior, *in d. conſil.* 121. *num.*7. *in* 1 *part.* dicens quòd nullus ipſorum de Bald fecit mentionem. Item pro eadem Bald. ſententia allegat Alexand. *in conſilio.* 45. *Habita ſuper his. num.*9. *in prima part.* quamquam Marian. ipſe *num.*18. vt ſupra retuli Bartol. communem opinionem ſequatur.

¶ Ego autem in primis animaduerto aduerſus Marian. Socin. quòd Lancelot. Galiaul. *in dicta l. Centurio. num.*320. contra Bartol. communem ſententiam allegauit expreſsè Bald. *in d. l. precibus.* Deinde admoneo quòd Marian. Socin. vbi ſupra *d. num.*7. pro Bald. ſententia aduerſus Bartol. incautè allegauit Alexan. *in d. conſil.*45. *in* 1. *part.* Quoniam Alexan. ibi apertius quàm alibi, Bartol. ſententiam explicans & illam ſequitur, & communem eſſe reſoluit, dicens, quòd ſi ſubſtitutio compendioſa facta fuerit filio in re certa per verba directa, vt ſunt verbum, Accipiat, & alia ſimilia, nunquam trahitur ad directam pupillarem ſubſtitutionem, filio decedente in ætate pupillari. Trahitur tamen (inquit) ad directam pupillarem, ſi prædicta ſubſtitutio fuerit facta per verba directa merè ciuilia, vt ſunt verba, Hæres eſto, & id genus alia. Vnde meritò ipſe Marian. Socin. *in dict. conſil.*121. *num.*18. hanc ipſam Alexandri allegationem, quàm incautè fecerat, retractaſſe videtur.

¶ Franciſc. vero Ripa, *in d. l. Centurio. num* 95. & 96. *in hoc articulo*, ita diſtinguendum exiſtimat, vt ſi compendioſa ſubſtitutio fuerit facta in re certa, & in figura pupillaris, tunc vera ſit Bart. communis ſententia, vtputà ſi dicat teſtator: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius illi hęres ſit in fundo Seiano. Sin autem teſtator dixiſſet, Titius mihi hæres ſit in tali fundo, vel, detracto hoc verbo, Mihi, dixiſſet: Titius ſit hæres in tali fundo, tunc putat, ſubſtitutionem futuram eſſe fideicommiſſariam. Et eandem diſtinctionem probaſſe quoq; videtur Lancelot. Polyt. *in tractatu de ſubſtitutionibus in tit. de compendioſa. num.*26.

4 ¶ Mihi autem † videtur, ſi quis in his duabus poſterioribus conceptionibus vellet à communi opinione recedere, poſſet quidem non ſine colore nouam opinionem tentare, atque aduerſus omnes defendere, quod in his ſpeciebus ſubſtitutio non eſſet directa pupillaris ante pubertatem, nec rurſus fideicommiſſaria omni tempore. Contenderet itaque, quòd talibus verbis Titius non eſſet ſubſtitutus ipſi filio in fundo, ſed magis inſtitutus primo gradu veluti cohæres filio adiectus in eodem fundo. Vt enim potuit pater filium inſtituere vniuerſalem hæredem, & Titium hæredem facere in fundo vel purè, vel ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit, ita etiam potuit pater, poſtquam filium hæredem vniuerſalem purè inſtituit, eundem Titium in fundo hæredem inſtituere in euentum mortis filij. Simile aliquid huic ſententiæ tentauit aliàs diſputando Carol. Ruin. *in l.* 1. *ff. de vulg.* quod Alcia. *ibi in fine*, refutauit eo argumento, quia non facile credendum erat, filio adiectum hæredem fuiſſe datum, *argumento l. verbis ciuilibus. ff. eodem titul. de vulga.* verùm in noſtra ſpecie ſuperior interpretatio non ſolum manifeſtè congruit verbis teſtatoris, ſed etiam euidentius videtur accommodari eius voluntati. Nam non refragatetur, *dict. l. verbis ciuilibus*, vbi qui non admittitur vt ſubſtitutus, non poteſt videri à patre datus fuiſſe adiectus hæres filio. Quoniam ratio redditur, videlicet ne fiat contra voluntatem ſi non habeat interim filius vniuerſam hæreditatem, quam ei pater teſtamento dedit Porro ea Papiniani ratio non ita militare videtur in hac ipſa ſpecie. Quippe & ſi filio vniuerſali hæredi inſtituto intelligatur Titius fuiſſe adiectus hæres in re certa, filius nihilominus ex aſſe hæres permanet, quum res certa, in qua Titium primo gradu inſtitutum fuiſſe interpretamur, dato cohærede vniuerſali, nulla pars hæreditatis eſſe intelligatur. *l. ex facto, verſicul. cum autem. ff. de hæredit. inſtituen. l. quoties. C. eodem titu.*

¶ Plane ſi filius † fuiſſet in fundo Seiano hæres inſtitutus, 5
dato cohærede vniuerſali, & ita pater adieciſſet, Quandocunque filius meus vita deceſſerit, Titius in fundo Seiano hæres ſit, tunc opinio Bart. communiter recepta proculdubio reciperetur, nempe ſubſtitutionem eſſe directam pupillarem, filio decedente in ætate pupillari, vt in hac ipſa ſpecie ſignificauit Bart. *in d. l. Centurio. ff. de vulga. nu.*35. & tradidit Pau. Caſt. *in d. l. cohæredi.* §. *fin.* nec enim hic aptari poſſet noua illa interpretatio de qua ſupra.

¶ Adde, † quòd in duabus ſuperioribus conceptionibus 6
retenta communi Bartol. opinione contra Franciſc. Rip. & Lancelot. Polyt. vt videlicet ſubſtitutio compendioſa verbis directis & ciuilibus facta in re certa, quamuis non in forma pupillaris, indiſtinctè debeat eſſe directa pupillaris, filio decedente intra ætatem pupillarem, id ipſum & circa vulgarem ſubſtitutionem eſſet omnino probandum. Proinde ſi filius, quem pater vniuerſalem hęredem fecit, viuo adhuc patre, decederet, iam ad vniuerſam patris hæreditatem admitteretur ex vulgari idem, qui filio in re certa fuerat ſubſtitutus verbis ciuilibus. Quemadmodum enim is, qui primo gradu fuit hęres inſtitutus in certa, cohærede non dato, vniuerſum capit. *l.* 1. §. *ſi ex fundo. ff. de hæredibus inſtituend.* ita etiam is, qui ſecundo gradu hæres ſubſtituitur verbis ciuilibus in re certa non habebat cohæredem vniuerſalem in eodem ſecundo gradu, totum capiet, detracta rei certæ mentione, ſi hæreditas ad eum ſecundum gradum deuoluatur ex eo, quòd filius non habuit cohæredem, vel ſi habuit, non fuit hæres, & primus gradus fuit omnino peremptus. Hanc ſententiam argumento, *d. l. cohæredi.* § *fina. ff. de vulga.* tradiderunt Angel. & Ioan. Imo. *in dict.* §. *ſi ex fundo.* & prius idem fertur docuiſſe Bald. *in repetit. huius cap. ſi pater.* relatus à Philip. Corn. *d. l. precibus. C. de impuber. num.* 38. *verſic poteſt etiam fieri.* Sic eueniet, vt in eiuſmodi compendioſa ſubſtitutione facta verbis ciuilibus in re certa, intelligatur eſſe expreſſa pupillaris, detracta rei certæ mentione, quaſi de pupilli hæreditate. Item intelligatur contineri expreſſa vulgaris, detracta rei certæ mentione, quaſi de ipſius teſtatoris hæreditate, vt in noſtris terminis docuit Alexan. ad Bald. *in d. l. precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitutionib. in vltima additione.*

¶ Obſeruandum † tamen videtur, quòd in ea ſpecie, in 7
qua Franciſc. Ripa, *in d. l. Centurio. num.*95. 96. & Lancelot. Polyt. *in d. tit. de compendioſa num.*26. admiſerunt communem opinionem Bart. videlicet, vbi compendioſa ſubſtitutio verbis ciuilibus eſſet facta in re certa, & in figura pupillaris, non poſſemus quidem dicere vulgarem ſubſtitutionem in huiuſmodi compendioſa fuiſſe expreſſam. Qua ratione ſi filius à patris hæreditate fuiſſet excluſus, & Titius ex vulgari ſubſtitutione ad eam hæreditatem vellet admitti, vtique tractandum eſſet dumtaxat de vulgari omnino tacita, ad quam pupillaris expreſſa ſolet porrigi. *l. iam hoc iure. ff. de vulga. ſecundum ea quæ aliàs ſupra obſeruauimus in prima part. in gloſſ. ſuper verb. hæredes.*

¶ Secunda ſit concluſio: Subſtitutio † compendioſa quæ 8
fuerit facta verbo communi in re certa, continet ſolam fideicommiſ-

commiſſariam ſubſtitutionem: Quoniam verbum commune adiectum rei certæ, nunquam trahitur ad directam inſtitutionem. *l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Senatuſconſultũ Treb.* docet Bart. *in d. l. Centurio. ff. de vulga. num.* 33. cuius ſententia communiter eſt approbata, vt per Rip. *ibidem num.* 152. & omnes Doctores ſupra allegatos *in prima concluſione*, & Guiliel. Benedict. *in repet. d. cap. Raynutius. de teſtamen. in verbo, In eodem teſtamento relinquens,* 1. *num.* 264. Paulum Parilium eleganter, *conſil.* 56. *Certiſſimum.* num. 5. *in ſecunda parte.* & Marian. Socin. Iuni. *in conſil.* 65. *Proponitur, num.* 10. *in* 1. *part.* & Marc. Auton. Natt. *in conſil.* 68. *numer.* 4. *in* 1. *part.*

9 ¶ Tertia ſit concluſio: Hinc † videtur procedere id quod ſcripſerunt Paul. Caſt. Alexan. *num.* 8. Aretin. *num.* 5. Socin. *nu.* 11. *in verſic. & eſt ratio quia verbum commune. in l.* 1. *ff. de vulg.* quòd ſi teſtator ita dixerit: Quandocunque filius meus ſine liberis vita deceſſerit bona mea deueniant in Titium. hæc ſubſtitutio quaſi facta in re certa erit dumtaxat fideicommiſſaria, id quod cenſuit etiam Bald. *in l. precibus. C. de impuber. & alijs. num.* 44. vbi dixit, quòd reſtrictio ad bona teſtatoris inducit fideicommiſſariam, & Baldum ſequitur Salyc. *num.* 26. quem omnes poſteriores retulerunt, & retulit etiã Philip. Franc. *in præſenti. nu.* 78. *in verſic. & aduerte*, vbi tamen inaduertenter, & incautè contra Salyc. allegauit Bartoli ſententiam, *in l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono. poſſeſſio. ſecund. tabul.* quo loco Bartol. in alio longè diſſimili caſu loquitur, videlicet, quando ſubſtitutio compendioſa, etſi ad bona teſtatoris verbo communi fuerat reſtricta, fuit tamen facta in forma pupillaris, ſcilicet, ſub conditione ſi filius in pupillari ætate decederet, de cuius ſententiæ veritate inferius tractabitur, *in hac ipſa gloſſ.* Et Salyce. & aliorum opinionem retulit etiam & probauit Alexand. *in conſil.* 45. *Habita ſuper his. num.* 9. *in prima volum. & conſil.* 162. *Circa primum. num.* 7. *in* 2. *volum.* Franciſc. Ripa, *in dicta l. Centurio. num.* 100. *& num.* 35. *in fin. ff. de vulga.* & hanc eſſe communem opinionem reſoluunt eam ſequuti Andr. Alciat. *in d. l.* 1. *ff. de vulga. num.* 167. *& in d. l. Centurio. num.* 78. Lancelot. Galiaul. *in repetit. d. l. Centurio. num.* 342. *& num* 328. Paul. Pariſ. *in dict. conſil.* 59. *numer.* 9. *&* 10. *in ſecunda part.* & Marian. Socin. Iunior, *conſi.* 65. *num.* 29. *in prima part.* Mouentur omnes, quoniam in prædicta ſubſtitutione bona mea, id eſt, teſtatoris habentur rerum certarum loco, argumento text. *in dict. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulga. & in l. cum filius. §. Lucio. ff. de legat.* 2. Qua ratione prædicta ſubſtitutio verbo communi facta, & ad bona teſtatoris reſtricta, ſemper cenſeri debet fideicommiſſaria. Tametſi Bartol. *in d. l. Centurio*, exiſtimauerit prædictam communem directam fore pupillarem, filio decedente in ætate pupillari, prout Barto. in hanc ſententiam allegauit Franciſc. Rip. *in dicta l.* 1. *ff. de vulga. num.* 41. & allegauit etiam & reprehendit And. Alciat. *in d. l. prima, numer.* 176. communem opinionem (vt præmiſi) ſequutus.

¶ Quinimmò etſi prædicta ſubſtitutio compendioſa & ad bona teſtatoris reſtricta, facta fuiſſet verbo directò non ciuili, videlicet, ita: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titius accipiat, ſunt qui dicant receptiorem eſſe contra Bart. ſententiam, talem ſubſtitutionem non eſſe directam pupillarem, ſed dumtaxat fideicommiſſariam, non ſecus atque ſi dixiſſet teſtator: Bona mea in Titium deueniãt, vti refert eam communem opinio. ſequutus And. Alciat. *in d. l.* 1. *ff. de vulga. d. num.* 167.

¶ Ego autem in primis animaduerto, quòd illa ſubſtitutione verbo communi facta: Quandocunque filius meus ſine liberis vita deceſſerit, bona mea in Titium deueniant, communis opinio ſemper affirmauit, ſubſtitutionem non eſſe directam pupillarem, ſed dumtaxat fideicommiſſariam, & quòd huic communi ſententiæ Bartol. nunquam contradixit, quin potiùs apertè illi conſenſit. Deinde cenſeo, quòd ſi prædicta ſubſtitutio compendioſa ad bona teſtatoris reſtricta, facta fuerit non verbo communi, vt eſt verbum, Deueniat, ſed verbo ſimpliciter directo, quamuis non ciuili videlicet, his verbis: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titius accipiat, And. Alciat. *in d. l.* 1. *num.* 167. *ff. de vulga.* longè fuit deceptus in reſolutione communis opinionis, dum ſcripſit quod receptior eſt contra Bartol. ſententia, pupillarem nullam his verbis contineri, ſed precariam tantum in certis bonis, id eſt eſt teſtatoris, &c. Quoniam Bartol. & communis ſententia, *in d. l. Centurio. ff. de vulgar.* pro conſtanti ſemper habuit, & intellexit, talem ſubſtitutionem eſſe directam pupillarem, filio decedente in ætate pupillari. Vtrinque aduerſus priorem communem opinionem, de principio tertiæ concluſionis, oſtendam, quòd illa ſubſtitutio verbo communi facta: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea in Titium deueniant, eſt quidem compendioſa, continens non ſolùm fideicommiſſarium poſt aditam hæreditatem, ſed etiam vulgarem in bonis teſtatoris, ſi filius, non quæſita patris hereditate, decedat.

¶ Deueniendo igitur ad primũ, in illa ſubſtitutione: Quandocunque filius meus deceſſerit, vel poſt mortem filij mei, bona mea deueniant in Titium, vbi ſubſtitutio compendioſa in re certa verboque communi fuit facta, & ad bona teſtatoris reſtricta, Bartol. nunquam exiſtimauit, contineri directam pupillarem. Nam *in d. l. Centurio. num.* 27. *in verſic. vel quid ſi dicit omnia bona mea volo peruenire ad talem*, Bartol. in alio caſu longè
diſſimili loquitur, videlicet, quando † teſtator non dixit ſim- 10
pliciter: Bona mea, ſed adiecit: Omnia bona mea. Hoc enim caſu Bartol. cenſuit, directam ſubſtitutionem pupillarem his verbis contineri. Et quamquam ea Bartol. ſententia communiter ſit reprobata, vt reſoluit Franciſc. Rip. *ibid. num.* 135. & Alexan. *in d. l.* 1. *num.* 7. *ff. de vulga.* tamen Bart. pro conſtanti habuiſſe videtur, quòd in ſpecie, de qua præſens eſt diſputatio, quando teſtator ſimpliciter dixit: Bona mea, non contineretur directa pupillaris. Præterea hoc ipſum Barto. proculdubio intellexit, *in d. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabul.* dum in eadem ſubſtitutione docuit, ita demum contineri directam pupillarem, ſi adiecta fuiſſet conditio pupillaris ætatis, videlicet, ita: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea deueniant in Titium. Ergo remota illa conditione pupillaris ætatis, Bartol. non dubitauit, quin pupillaris directa non contineretur, quæ Bartol. ſententia inferius examinabitur in hac ipſa gloſſ. Ad hæc Bartol. *in dict. l. Centurio. num.* 21. *verſic. ſed quid ſi teſtator. iunctis his, quæ ſcripſit numer.* 23. intellexiſſe quidem videtur, quòd illa compendioſa ſubſtitutio: Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea dentur vel diſtribuantur inter pauperes Chriſti per meos fideicommiſſarios, continet in ætate pupillari directam pupillarem, quoniam (inquit) in ea ſubſtitutione ſub intelligitur verbum, Accipiant, quod eſt directum, etſi non ciuile, quaſi fideicommiſſarij executores ex teſtantis voluntate accipere debeant bona ad diſtribuendum inter pauperes. Et quãquam ea Bartol. ſententia, *d. num.* 21. magis communiter ſit reprobata, vt inferiùs reſoluetur in gloſſ. Et de illis ad pauperes ſi tamen ea ſubſtitutio non verbo directo, ſed communi facta proponeretur, Bart. proculdubio intellexit, quòd non contineretur directa pupillaris. Poſtremò quoniam Bartol. *in d. l. Centurio. num.* 38. clarè, & apertè docuiſſe videtur idipſum, quod prædicta communis ſententia ſemper probauit, videlicet, quòd illa ſubſtitutio: Si filius meus ſine liberis deceſſerit, bona mea ad talem perueniant, cenſeri debet fideicommiſſaria dumtaxat. Scripſit enim Bartol. *in dict. num.* 38. *in verſicul. vel melius*, quòd ſi ſubſtitutio compendioſa fuerit facta verbis directis ſimul, & communibus in perſona vnius, vt videlicet. ſi ita teſtator ſubſtitutionem concipiat: Si filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea ad talem perueniant & in his eum hæredem inſtituo, tunc in hac ſubſtitutione Bartol. ſcripſit in hæc verba: Vel melius. verbum directum ſtabit in ſua ſignificatione, verbum commune trahetur ad fideicommiſſum, vt ſic aliquid operetur adiectio dictorum verborum, & tunc erit in electione ſubſtituti, vel capere ex directa, vel ex fideicommiſſaria, *vt l. ſi quis ſeruo, infra, de manumiſſis teſtamento, & l. recuſare. §. Titius. ff. ad Trebellianum.* Hæc Bartol. cuius ſententiam retulit, & ſequutus fuit Philip. Fran. *in præſenti. num.* 94. Cenſuit ergo apertè Bartol. communem opinionem ſequutus, quòd illa ſubſtitutio ſeparatim facta: Si filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea ad talem perueniant, continet ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem.

¶ Accedendo igitur ad ſecundum circa † eandem ſubſti- 11
tutionem factam in verbo directo, quamuis non ciuili, & ad bona teſtatoris reſtrictam, videlicet, his verbis: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titius accipiat, tametſi

etſi And. Alciã. *in dicta l. 1. ff. de vulga. nume.* 167. incautè ſcripſerit, quod receptor eſt contra Bartol. ſententiam, pupillarem nullam his verbis contineri, ſed precariam tantum in certis bonis ipſius teſtatoris, non dubito, quin Bar. ſententia adeò communiter ſit approbata, vt nullus ferè illi, excepto Alciato contradixerit. Voluit etiam apertè Bart. & communis ſententia, quod ſubſtitutio compendioſa ad bona teſtatoris reſtricta, & verbo directo quamuis non ciuili facta nõ contineat directam pupillarem, filio decedente in ætate pupillari. Quoniam Barto. *in d. l. Centurio. num.* 21. docuit quidem, quod illa ſubſtitutio: Quandocunq; filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea dentur, vel diſtribuantur inter pauperes Chriſti per meos fideicommiſſarios. continet directam pupillarem. filio decedente in ætate pupillari. propter verbum directum Accipiant, quod ex teſtantis voluntate ſubintelligitur. Et licèt ea Bart. ſententia magis communiter ſit approbata aduerſus alteram communem opinionem. quæ Bartolum fuit ſequuta, vt *inferius* reſoluitur *in gloſſ.* Et de illis ad pauperes. poſt principiũ (id quod Andream Alciat. decepiſſe mihi videtur:) Verum enimuerò omnes vtriuſq; communis ſententiæ authores pro conſtanti habent; & in id conueniunt. videlicet, quod illa ſubſtitutio: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titius accipiat. continet directam pupillarem, propter verbum directum. *Accipiat*, quod Titio ſubſtitutio tribuit ius ſuccedẽdi. Hanc ſententiam cum magis communis opinio, quæ Bart. repræhendit, manifeſtè agnouerit, tamen in ſpecie particulari de qua Barto. loquitur *in d. nume.* 12 Barto. reprẹhendi, videlicet. quando verbum directum, *Accipiat*, ſubauditur in perſona executorum, ad diſtribuendum inter pauperes. Nam etſi magis communis opinio non neget, ſubaudiri in perſona executorum verbum *Accipiant*, quod alias eſt directum, in eo tamẽ caſu. de quo Barto. loquitur, reſpondet, verbum, *Accipiant*, nõ eſſe directum, & conſequenter non importare directam ſubſtitutionem pupillarem, ex eo quod verbum *Accipiant*, reſpectu executorum, ad quos nullum commodum tranſit, ſed nudæ electionis & diſtributionis miniſterio funguntur, non reſpicit ius ſucceſſionis directæ. Qua ratione cum verbum *Accipiant*, nudum factum ſignificet, directum non eſt. Et hac ſola ratione Barto. ſententia in illa ſpecie magis communiter eſt reprobata, vti conſtat ex Caldetino *in conſil. 28. de teſtamen.* quem retulit inter alios Franciſc. Ripa *in dicta l. Centurio. nume.* 105. & ipſe Andr. Alciat. *ibidem nume.* 77. Ergo ſi verbum *Accipiant*, ſtaret in propria ſignificatione, & importaret, & reſpiceret ius ſucceſſionis in his, qui deberent ex ſubſtitutione accipere, omnes proculdubio intelligunt verbum illud eſſe directum, & conſequenter, quod contineretur directa pupillaris. Denique aduerſus Bartolum *in dict. nume.* 12. ſolum euincitur, quod in ſpecie, de qua loquitur, verbum, *Accipiant*, non eſt directum, cum ad nudum factum, & miniſterium referatur, & hac ratione pupillaris directa non continetur. Nam ſi importaret, vt ſolet, ius ſuccedendi, verbum illud eſſe directum, & hoc admiſſo, pupillarem directam proculdubio referret.

¶ Adde, quod etſi communis ſententia, vt præmiſi, ſemper agnouerit, quod prædicta ſubſtitutio ad bona teſtatoris reſtricta, & verbo directo non ciuili facta contineat directã pupillarem, videlicet, ſi ita teſtator dixerit, Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titius accipiat, fortaſſis tamen contrarium defenderetur, ſcilicet nullam hoc caſu pupillarẽ contineri, & ita And. Alciat. cenſuit. *in d. l. Centuria. num. 77 & 78 & in d. l. 1. ff. eod. tit. num.* 67. vbi ſcripſit, quod ea verba ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem inducunt, quemadmodũ ſi eadem ſubſtitutionis ſpecies verbo communi facta fuiſſet, ſola fideicommiſſaria contineretur, vt communis ſentẽtia de qua *ſup.* conſtanter decreuit.

¶ Sed profectò, vt interim deueniam ad vltimum, quod ſuperius declarare ſum pollicitus, omnes communis † ſen-
12 tentiæ authores, & ipſe Barto. qui cenſuerunt, quod ſubſtitutio facta verbo communi, & ad bona teſtatoris reſtricta his verbis, Quandocunque filius meus ſine liberis deceſſerit, bona mea deueniant in Titium, continet ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem, videntur falſa docẽdi ratione fuiſſe decepti. Neque enim prædicta ſubſtitutio abſolutè dici poteſt facta in re certa, & hac ratione debeat, fideicommiſſaria cenſeri. Quoniam etſi daremus, quod verba illa: *Bona mea*. ſi referentur ad impuberibus hæreditatem, certarum rerum vicem deberent obtinere, certè id eſſet intelligendum, & ſuperius argumentum procederet, quando conſtaret quod pater iure poteſtatis pro impubere filio diſpoſuiſſet, vt ſi filius ipſe in pupillare ætate decederet, bona ipſius teſtatoris ad Titium deuenirent. Quibus verbis, quoniam teſtator pro impubere filio, & de eius hæreditate videtur teſtatus, verba illa: *Bona mea*, ad impuberis hæreditatem relata, ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem repræſentare viderentur, iuxta Baldi ſententiam *in dicta l. precibus, num. 44. C. de impuber. & alijs*, quem nonnulli alij authores fuerunt ſequuti contra vulgo receptam Barto. opinionem *in dicta l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tab.* vbi cenſuit, quod prædictis verbis directa pupillaris ſubſtitutio continetur; vt ſtatim *inferius* explicabitur. Verum enimuero in ſuperius propoſita ſpecie, in qua teſtator nullam pupillaris ætatis mẽtionem fecit, ſed ita cauit: Quandocunque filius meus ſine liberis vita deceſſerit, volo quod bona mea deueniant in Titiũ. certè quamuis nõ poſſit tractari ad directa pupillari ſubſtitutione, quoniam verba illa: *Bona mea*, videntur abhorrere ab interpretatione pupillaris, non tamen continuo ſequitur, neque verum eſt, quod propterea illa ſubſtitutio ſit abſolutè fideicommiſſaria quaſi facta in re certa, ſed proculdubio ea ſubſtitutio eſt compendioſa facta in bonis vniuerſalibus teſtatoris. Proinde ea verba exprimunt etiam vulgarem ſubſtitutionem, per quam ipſi teſtatori in eius bonis, & hæreditate ſucceditur, ſi non quæſita patris hæreditate, filius decedat. Nam cum verba illa: *Bona mea*: ſubſtitutionem reſtringant, & coarctent ad teſtatoris hẹreditatem, non minus vulgaris, quam fideicommiſſaria ſubſtitutio his verbis continebitur, cum per vnam & alteram ipſi teſtatori, & eius hæreditate ſuccedatur. *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulga. & princip. Inſtitu. de vulga. ſubſtit.* Quinimo directa vulgaris ſubſtitutio potius quam obliqua fideicommiſſaria prædictis verbis euidentius deſignatur, iuxta regulam *huius capit. poſitam in verſic. cum in ſubſtitutionibus*: Denique hanc ſententiam, videlicet, quod ſubſtitutio compendioſa verbis communibus facta, & ad bona teſtatoris reſtricta includere debeat vulgarem in terminis affirmauit Barto. *in conſ. 40.: Super eod. teſtamen. num.* 1. Neque quiſquam erit, qui iuſta ratione poſſit contrarium tueri.

¶ Vnde infero primo, multum † intereſſe, vtrum his verbis 13
concepta ſit compendioſa ſubſtitutio. Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea Titio reſtituantur: an vero ita ſit concepta: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea deueniant in Titium. Siquidem in priore conceptione, quæ verbo obliquo facta proponitur, ſubſtitutio deberet merè fideicommiſſaria cenſeri, vt rectè docuit Barto. *in d. l. Centurio. ff. de vulga nume. 32 & ibi* Lancellor. Galiau. *in repet. nu.* 319. Franc. Rip. *nume.* 101. Andr. Alciat. *num.* 74. contra Philip. Deci. *in d. l. precibus. C. de impube. num. 26. in fi.* qui errore lapſus exiſtimauerat in ea ſubſtitutionis ſpecie vulgarem contineri. At verò in altera poſteriori ſpecie, quãuis à verbis excludere debeamus directam pupillarem, non tamen à verbis excludemus directam vulgarem ſubſtitutionem verbis generalibus compendioſæ expreſſam, iuxta receptam Bar doctrinam *in d. l. Cẽturio. nu.* 32. vbi ſcripſit Barto. quod compendioſa ſubſtitutio facta verbo communi vulgarem expreſſam ſubſtitutionem continet. Enimuero illa verba, *Bona mea*, nequeunt auertere interpretationem directæ vulgaris, per quam ipſi teſtatori ſucceditur, *vt in dicto principio. Inſtit. de vulga.*

¶ Hinc vtiliter collige, quod licet illa verba, *bona mea*, auerterint à cõpendioſæ ſubſtitutionis verbis pupillarẽ expreſſã,
alia certè via neceſſariò introducemus † pupillarem omnino 14
tacitam, videlicet, ratione huius vulgaris expreſſæ, quæ ad tacitam pupillarem porrigitur, *argumẽto l. iam hoc iure. ff. de vulga.* Nã vulgaris ſubſtitutio etiã † concepta in caſum impotentiæ
porrigitur ad pupillarem tacitam, *l. fi. C. de inſtit. & ſubſti.* ſecun- 15
dum communem intellectum, de quo per Iaſ. *ibi nume* 1. Ergo hunc effectũ non admittet vulgaris, quamuis ſpecialiter facta nõ ſit. ſed generalibus compendioſæ ſubſtitu. verbis expreſſa, argumento eius quod tradit communiter receptus Barto. *in d. l. Centurio. num. 32. verſ. reſpondeo*, vbi docet, quod pupillaris generaliter expreſſa in compendioſa habet ſuum effectum, vt porrigatur ad tacitam vulgarem, *argumẽto. dicta l. iam hoc iure. ff. de vulga.* Denique hoc acutè alias perſpexit Bald. *in d. l. precibus.*

cibus.num.41.verſ. quartò hoc probatur, dicens quod quando cõpendioſa eſt facta verbo communi, etiam ſi non exprimat pupillarem, neceſſario tamen porrigi debet ad pupillarem tacitam, idque ratione vulgaris generaliter expreſſæ, quod etiam cum Bald. probauit *ibid.* Philip. Corn. *num.22.ad fi.verſ.& aduerte.* vbi dixit mente tenendum.

¶ Conſequenter intelliges, emolumẽtum ſuperioris limitationis propriè conſiſtere eo caſu, quo mater vellet ab inteſtato admitti vel ſimilis perſona, contra quas non ſolet valere tacita pupillaris, licet valet expreſſa, iuxta nota. per gloſſ. *in d. l.precibus.in verbo, omnimodo.* cuius gloſ. ſententia communiter eſt approbata, vt *ſup.* fuit reſolutum *in 2.parte in verbo ſuperſtite matre.* Cæterum ſi frater teſtatoris, vel alius agnatus vellet admitti ad pupilli hæreditatem ab inteſtato, nihil referret, quod illa verba, *bona mea*, pupillarem à verbis excluſiſſent. Siquidẽ ſatis eſſet ſubſtitutio ad excludẽdos eos pupilli legitimos hæredes tacita pupillaris, quæ ex vulgari colligeretur.

¶ Ex quibus omnibus infero primò, quod Barto. non rectè videtur reſpondiſſe *conſil.241.Pater filio impuberi.* vbi propoſuit quod pater filio impuberi ſubſtituerat his verbis, Si filius meus deceſſerit ſine filijs, vno pluribuſue, talem ſubſtituo, & ad ipſum volo quod deueniant bona mea. Deceſſit teſtator, & eo mortuo, deceſſit etiam filius in pupillari ætate. Quæſitum eſt, verum ſubſtitutus poſſet directo ſuccedere ipſi impuberi tanquam pupillariter ſubſtitutus, an vero ſubſtitutio cẽſeri deberet fideicommiſſaria? Reſpondit Barto. ſubſtitutionem eſſe obliquam, & ſubſtitutum non poſſe admitti iure directo. Et dixit maximè procedere, vbi mater eſſet in medio. Quo loco Barto. non videtur aduertiſſe, quod vbi mater non eſſet in medio, ſubſtitutus debuit admitti iure directo ex pupillari tacita, ad quam ſine dubio porrigeretur vulgaris expreſſa in ea compendioſa.

¶ Secundò infero, videri etiam hallucinatum fuiſſe Philip. Corn. *conſilio 95.In hac nume.15. lib.2.* vbi cum teſtator filio impuberi compendioſè matrem ſubſtituiſſet, & in ſubſtitutione ſe reſtrinxiſſet ad bona ſua, id eſt, ipſius teſtatoris, Philip. Corn. reſpondit, quòd mater non poterat admitti iure pupillaris directæ ad hæreditatem impuberis. Motus eſt eo quod compendioſa ſubſtitutio, quæ fuiſſet reſtricta ad bona teſtatoris, non continebat pupillarem. Ego noto, quod mater et ſi non poſſet admitti ad hæreditatem filij ex pupillari expreſſa potuit nihilominus admitti ad eandem impuberis hæreditatem ex pupillari omnino tacita, quæ reſultabat ex vulgari expreſſa verbis generalibus compendioſæ. Vtique enim proponebatur, quod in compendioſa ſubſtitutione mater fuiſſet vulgariter ſubſtituta, nec proponebatur concurrere legitimum pupilli hæredem, contra quem non admitteretur pupillaris tacita. Sic nihil attinebat laborare in excludenda pupillari expreſſa, quum in propoſita ſpecie eãdem vtilitatem repræſentaret pupillaris omnino tacita.

Tertiò infero, non rectè ſcripſiſſe Arnaldum de Solerio *in repet.huius cap ſi pater, colum antepen.* videlicet, quod illa ſubſtitutio: Si filius meus ſine liberis deceſſerit, bona mea deuoluantur in talem, erit pupillaris directa ante pubertatẽ. Siquidem motus eſt falſo *noſtri capit.* argumento, *vt inferius notabitur in gloſ.ſeq.*

¶ Quartò & vltimò infero, non rectè reſpondiſſe Benedict. de Benedict. *conſ.16. Punctus. Quidam Benedictus.* in huiuſmodi ſpecie: Quidam Benedictus Ioannem filiũ hæredem inſtituerat, adijciens, quod ſi dictus Ioannes ſine filijs legitimis decederet, dicta hæreditas ſuccederet, & ſuccedere deberet Vico fratri. Cum poſt mortem teſtatoris Ioannes filius in pupillari ætate deceſſiſſet, mater autem contenderet inteſtati filij hæreditatem ad ſe pertinere, Benedict. de Benedictis reſpondit, Vicum teſtatoris fratrem admittẽdum fore ex directa pupillari contra matrem impuberis. Enimuerò hoc contra omnem iuris ciuilis rationem reſponſum videtur. Nam prædicta ſubſtitutio facta fuiſſe proponitur verbo communi: *Succederet*, & ad hæreditatem teſtatoris fuit etiam reſtricta: Planè nihil videtur inferre, vtrũ teſtator dixerit: Titium deueniat, vel Titio aut in Titium ſuccedat. Ergo ſecundum authoritatem communis opinionis, quæ ſuperius fuit reſoluta, illa ſubſtitutionis verba ſolam fideicommiſſariam exprimere videntur. Sed et ſi quis iuxta noſtram nouam & veriſſimam opinionem cõtendere velit, quod ea ſubſtitutio exprimit etiam vulgarem, quæ ad tacitam pupillarem porrigeretur, *vt in dict a l.iam hoc iure.ff.de vulga.* huic reſpondebitur, quod in ſpecie, de qua Benedict. de Benedict. conſultus reſpondit, tacita pupillaris ad excluſionem matris, quæ ad inteſtati filij ſucceſſionẽ aſpirabat, eſt infirma iuxta gloſſ. communiter approbatam *in d.l precibus in verſic.omnimodo.* Neque enim proponebatur, fuiſſe ſubſtitutus filius, aut aliter deſcendens teſtatoris, ſed frater duntaxat ipſius teſtatoris fuerat ſubſtitutus, qui ex tacita pupillari iuuari non potuit contra matrem pupilli, vt latè fuit reſolutum *ſup. in d.glo.ſuperſtite matre.*

¶ Et hæc omnia ita procedere videntur, quando teſtator retulit ſe ad bona ſua in compendioſa ſubſtitutione verbo cõmuni ſimpliciter facta, cui nullam præterea ætatis pupillaris conditionem adiecit.

¶ Quarta ſit concluſio: Si teſtator † in ſubſtitutione compendioſa verbo communi facta reſtrinxit ſe ad bona ſua, & eãdem ſubſtitutionem reſtrinxit ad tempus ætatis pupillaris, vt putà ſi teſtator ita concepit: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate bona mea deueniant in Titium: tunc merito dubitari poteſt, verum talis ſubſtitutio cenſeri debeat directa pupillaris, filio decedente in ætate pupillari? Et in hac ſubſtitutione Barto. cenſuit *in l.ſi ita ſcriptum. §.qui filio.ff.de bonorum poſſeſ. ſecundum tabu.* quod filio decedente in ætate pupillari, ſubſtitutio ſit cenſenda directa pupillaris, & quod cũ ea quæſtio agitata fuiſſet, omnes Docto. eandem ſentẽtiam affirmarunt. Pro qua ſententia afferuntur ſequentia argumenta. 16

¶ Primò: Quoniam in re dubia intelligere debemus, ſubſtitutionem eſſe potius directam, quam obliquam, *iuxta regulam huius cap.* quam ad propoſitæ quæſtionis deciſionẽ ſic induxerunt Barto. *conſ.243. Fuit quidam*, & Alexand. *in l.1.num.7. & 8.ff.de vulga.*

¶ Secundò: quoniam pater in re dubia conſuluiſſe potius filio per pupillarem ſubſtitutionem credendus eſt, quam eum oneraſſe per fideicommiſſum, vt docet idem Barto. *in d.conſil. 241.* & Alexand. *in d.l.Centurio ff de vulga.nume.76.*

¶ Tertiò Nam conditio pupillaris ætatis arguit de pupillari ſubſtitutione teſtatorem ſenſiſſe, quoniam ea conditio propria eſt pupillaris ſubſtitutionis, quæ ad eam vſque ætatem durat. *§.maſculo. Inſtit.de pupillari*, & obſeruat in ſimili gloſſ. *in l.precibus. in verbo, fideicommiſſi, ad finem. C. de impub. & alijs*, & ita argumentatus eſt pro hac parte Socin. *in dicta l.1.nume.11.ff. de vulga.*

¶ Quartò & vltimò: Quoniam verba illa, *bona mea*, quæ auertere in primis videntur ſenſum à pupillari ſubſtitutione, cenſeri debent pro non adiectis. *argumento text. in d.l ſi ita ſcriptum.§.qui filio.ff.de bono.poſſeſ.ſecund.tab.* vbi ſubſtitutio reſtricta ad bona teſtatoris, ſi fiat ſub conditione pupillaris ætatis, intelligitur eſſe pupillaris directa.

¶ Quibus argumentis prædictam Barto. ſententiam *in d.§. qui filio.* ſequuti ſunt Soci. *in d.l.1 num.11.ff.de vulga.* Alex. *conſ.12. num.17.lib.3.* Philip. Corn. *conſ.95. In hac num. 15 lib.2.* Aret. *in d. l.1.num.5.* Ioan. Coraſ. *in repet.l.cum quidam.num.8.& 9.C.de impub.& alijs.* Gulielm. Benedict. *in repet.cap. Raynutius.ſupra eodem. in verbo, ſi abſque liberis.2. de pupillari ſubſtitutione, num.18.* & conſtat hanc eſſe communem opinionem ex Lancel. Galiau. *in repe. d.l.Centurio.num.342.& num.328. in verſ.non obſtat ſi duas.* vbi etiam ſequitur And. Alcia. *num.97.* & reſoluit etiam eſſe communem opin. idem And. Alcia. *in d.l.1.ff de vulga.nume.167.* & Franc. Rip. *ibid.num.37.*

¶ Hæc tamen Bart. cõmunis ſententia nonnullam difficultatem, & non leuẽ contradictionem habere videtur. Nam etſi pater dum ætatis pupillaris mentionem fecit, videatur iure poteſtatis pro impubere filio voluiſſe pupillarem facere ſubſtitutionem, ex contrario tamẽ dum dixit: Bona mea, videtur à pupillari ſubſtitutione ſenſum auertiſſe, quoniam teſtatoris bona relata ad impuberis hæreditatem rerũ certarum vicem proprius obtinent, *vt in d.l. cum filius.§.Lucio. ff.de leg.2. cum alijs ſupra allegatis.* Quo admiſſo, ſola conditio pupillaris ætatis nõ potuit pupillarem ſubſtitutionem inducere, quoniam ſubſtitutio cõpendioſa facta in re certa verbo cõmuni, vt eſt verbũ *deueniat*, etiamſi adijciatur conditio: Si filius in pupillari ætate decedat, non poteſt extorquere pupillarem ſubſtitutionem, iuxta alterã eiuſdem Bart. doctrinam cõmuniter approbatam *in d.l. Centurio. nume.3c.* de qua proximè tractabitur. Proinde hæc ſubſtitutio: Si filius meus deceſſerit in ætate pu-

pupillari, bona mea in Titium deueniant, ſolam fideicommiſſariam ſubſtitutionem videtur continere, quemadmodū affirmauit Bald. *in d. l. precibus. C. de impub. & alijs. nume.* 44. Alexander verò *in l. 1. nume. 7. ff. de vulga.* poſt confuſam recitationem concludit, quod huiuſmodi ſubſtitutio non ſit directa pupillaris, ſequutus Bald. *in dicta l. precibus.* Proinde concēdit cum eodem Bald. dicere, quod ſit fideicommiſſaria, quaſi filius oneratus credatur bona patris reſtituere ſi deceſſerit intra pupillarem ætatem, iuxta text. *in l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* Et modò ait, quod hæc ſubſtitutio eſt fideicōmiſſaria vniuerſalis, modò ait, quod videtur facta in re certa.

¶ Sed & Ioan. Cror. *in repetitio. capit. Raynutius, ſupra eodem in materia pupillaris, fol. 17. colum. 1. verſic. vltimo in hac materia*, Bald. ſententiam ſequutus audacter ſcribit, quod ſupradicta Bart. opinio de iure procedere non poteſt. Mouetur, quoniam verba, de quibus *ſupra*, non conueniunt pupillari ſubſtitutioni, per quam ſuccedit ur pupillo in omnibus bonis vndecunque quæſitis. Neque obſtare ait textum *in dicto §. qui filio*, quoniam ibi inſtitutio fuit facta per verba merè directa, quæ nullatenus conueniebant ſubſtitutioni fideicommiſſariæ. In caſu verò Barto. conſiderat ſubſtitutionem fuiſſe factam verbo communi, quod eſt aptum importare ſubſtitutionem fideicommiſſariam. Igitur (inquit) illam importabit, quum verba, quibus teſtator vſus fuit, magis illi conueniant. Sed neq; obſtare ait Socini & aliorum argumentum factum ex cōditione reſtricta ad tempus pupillaris ætatis, quoniā reſpondet, quod imo, conſtituta conſtitutione fideicommiſſaria, ea mentio nō erit inanis. Siquidem per eam conditionem pupillaris ætatis cenſebitur limita ſubſtitutio fideicommiſſaria, vt nō egrediatur metas pupillaris ætatis, *iuxta d. l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. ff. de vulgar.*

¶ Adde quod Philip. Deci. *in l. penult. nume. 2. C. de impuber. & alijs.* inclinare etiam videtur contra Barto. ſententiam, vbi reſpondet regulam noſtri capit. pro Bartol. non facere. Tunc enim Pontifex docet aptandam eſſe directæ ſubſtitutionis interpretationem, ſi verbis ea interpretatio conueniat. Enimuero illa verba: *Bona mea*, magis conueniunt obliquæ fideicōmiſſariæ, & aliena ſunt à pupillari directa. Hæc ille.

¶ Ex quibus diluta videntur quatuor receptioris ſententiæ argumenta, quæ ſuperius fuerunt adducta. Nam primò non obſtat noſtri cap. regula, quoniam tunc obtinet, cum directa ſubſtitutio verbis conueniret. In propoſito autem illa verba, *Bona mea*, excludunt directam pupillarem, quia ſi pupillaris locum haberet, ſubſtitutus non bona teſtatoris duntaxat, ſed bona etiam pupilli omnia ſit vendicaturus, vt habetur in hoc c. *in verbo, bona omnia.*

¶ Non obſtat ſecundò, quod pater in re dubia conſuluiſſe magis filio, quam eum oneraſſe credendus ſit, quoniam ea ratio valet quidem ad excludendam fideicommiſſariam vulgarem, per quam oneraretur pupillus, non autem poteſt valere ad excludendam fideicommiſſariam pupillarem, quæ nullum onus allatura ſit pupillo: quin potius per eam conſuluit pater filio impuberi, dum codicillos illi facit. *d. l. ſi Titio. §. fi. cum gloſſ. ff. de leg. 1.*

¶ Non obſtat tertiò argumentum ex conditione pupillaris ætatis, quoniam ſimiliter reſpondetur valere id argumentum ad excludendam fideicommiſſariam vulgarem, in qua nō refert onerare filium ſi decedat in pupillari ætate, an verò ſi decedat quandocunq; *l. cohæredi. §. cum filiæ. verſ. nec aliud ſeruandū. ff. de vulgar.* Non autem poteſt valere tale argumentum ad excludendam fideicommiſſariam pupillarem, quæ vtiq; pubertate finitur non minus quam directa ipſa pupillaris, *l. quod ſi deicommiſſum. ff. de legatis 1.*

¶ Vltimò non obſtat text. *in dicta l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono poſſeſ. ſecundum tabu. iuncta l. 1. in fine principij. ff. de vulgar.* Quoniam Barto. & communis ſententia non videtur rectè induxiſſe ea Iureconſultorum reſponſa dicens, quod quemadmodum in his reſponſis illa ſubſtitutio, quæ his verbis facta fuerat: Si filius meus in ætate pupillari deceſſerit, Titius mihi hæres eſto. continet directam pupillarem, non obſtante verbo, *mihi*, quod repugnabat pupillari, & habetur pro non adiecto, iuxta ea, quæ latius veniunt explicanda *inferius in glo. Pupillares*: Sic etiam (inquit) in hac ſubſtitutione: Si filius meus deceſſerit in ætate pupillari, tunc bona mea deueniant in Titium. non obſtante verbo illo, *mea*, continebitur directa pupillaris ſubſtitutio. Non enim videtur iſta comparatio, quam facit Barto. *in dicto §. qui filio*, ſubſtitutionis à ſe conſulto propoſitæ in dictis reſponſis, ad aliam ſubſtitutionem, de qua ipſe Barto. loquitur Quoniam text. *in dicto §. qui filio. & in dicta l. 1.* loquuntur, quando ſubſtitutio compendioſa vltra conditionem illam, Si filius in ætate pupillari deceſſerit, fuerit facta verbis directis ciuilibus, vt ſunt verba illa: *Titius hæres eſto.* Qua ratione conſtat ibi ex verbis ciuilibus, & ex conditione pupillaris ætatis euidentem fuiſſe teſtantis volūtatem, quod ſubſtitutionem pupillarem facere voluerit modo impoſſibili propter verbum, *mihi*, quod pupillari refragabatur. *l. cohæredi. §. de vuglar. coniuncta. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtituend. l. 1.* ſecundum interpretationem Rapha Cuma. *nu.* 4. *ff. de conditio. inſtitut.* Sic in illa ſubſtitutione compendioſa: Si filius meus in ætate pupillari deceſſerit, Titius mihi hæres eſto, vel Titius in bonis meis hæres eſto, illa dictio, *mihi*, ſeu illa verba, *bona mea*, quæ in re dubia arguerent factam eſſe ſubſtitutionem fideicommiſſariam, in hac tamen euidenter ſubſtituere volentis pupillariter, vitium exprimunt, vt quaſi vitium rei certæ detrahendum ſit In propoſita autem ſpecie. de qua Barto. & communis opinio loquitur in illa, videlicet, ſubſtitutione, Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea in Titium deueniant. ratio poſtulare videtur, vt minimè interpretemur, quod verba illa, bona mea, ſint tanquam vitioſa detrahenda, maneatque pupillaris ſubſtitutio. Quoniam verbum, *deueniant*, rectè aptatur ad verba illa, *bona mea.* Eſt enim verbum, † deueniant, commune, iuxta ſententiam, 17
quam eſſe receptiſſimam reſoluit Curt. Iunior *in l. precibus. numero* 39. *C. de impub. & alijs*, & Franciſc. Rip. *in d. l. Centurio. ff. de vulga. num.* 188. vbi omnes ſcribentes hoc adnotarunt.

¶ Ego verò in iudicando & conſulendo à recepta Barto. ſententia *in dicto §. qui filio*, non auderem recedere. Quoniam verba illa, *bona mea*, non adeò refragantur pupillari ſubſtitutioni, quin aliqua interpratatione poſſint vtcunque adiuuari, & accommodari pupillari ſubſtitutioni, ex his, quæ Bartol. ſcribit *in dicto §. qui filio.* & iuxta ea, quæ inferius veniunt explicanda *in dicta gloſſ. Pupillares.* Cæterum in illa ſubſtitutione, de qua Barto. loquitur *in dicta l. Centurio. numero* 35. videlicet, quando pater filia inſtituta in certa quantitate. ita adiecit: Et ſi filia decedat ſine liberis in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, volo quod dicta quantitas deueniat in Petrum. tunc Bartolus ſenſit, quod hæc ſubſtitutio ſemper erit cenſenda fideicommiſſaria, quoniam mentio rei certæ adeò refragatur pupillari ſubſtitutioni, quæ verbo communi facta proponitur, vt omnino fideicommiſſaria ſit intelligenda, quę Barto. ſententia ſtatim inferius examinabitur.

¶ Si autem † à recepta ſententia Bartol. *in dicto §. qui filio*, 18
præſertim in puncto iuris, & in ſtricta diſputatione eſſet recedendum, equidem minimè contenderem, quod hæc ſubſtitutio: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, bona mea in Titium deueniant. cenſenda ſit fideicommiſſaria vulgaris, & vniuerſalis, iuxta terminos *dicta l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* quemadmodum ex Baldi ſententia *in dicta l. precibus. d. nume.* 44. Alexan. & alij ſuperiùs allegati concludere voluerunt. Quin potius tentarem hanc eſſe ſubſtitutionem fideicommiſſariam pupillarem, *argument. dicta l. cohæredi. § finali. ff. de vulgar. coniuncta. l. ſi Titio. §. fina. ff. de legat. 1.* Proinde dicerem, quod ſi filius in pupillari ætate decederet, non ipſe filius, ſed hæres eius legitimus videretur oneratus bona, quæ teſtatoris fuerunt, Titio reſtituere. Itaque tentari poſſet, quod vbi teſtator dixit: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, bona mea deueniant in Titium, hæc ſubſtitutio non cenſeatur directa pupillaris, vt communis ſententia aiebat, nec rurſus cenſeatur fideicommiſſaria vulgaris per quam ipſi teſtatori ſuccedit ur, quaſi filius ipſe cenſeatur oneratus, bona quæ teſtatoris fuerunt, reſtituere, ſed magis cenſeatur fideicommiſſaria pupillaris, per quam ipſi pupillo ſuccedit ur, & eius legitimus hæres oneratus intelligitur in certis bonis, quæ teſtatoris fuerunt. Nam quia verba ſint imperſonalia, conditio ætatis pupillaris arguet filium impuberem non fuiſſe oneratum fideicommiſſo, ſed magis grauatum fuiſſe legitimum ipſius filij impuberis hæredem quaſi codicillis pupillaribus, *iuxta dictam l. ſi Titio. §. fin. ff. de legat. 1.* ſic legitimus pupilli hæres. ſi eius hæreditatem adierit, obligabitur Titio ad reſtituendum ei bona teſtatoris

ris quaſi res certas, *argum. l. cohæredi. §. ſi. ff. de vulga.* & quod ſcripſit Areti. *in l. 1. num. 20. ff. eodem titu.* & quod obſeruauimus *ſupra in 2. parte gloſſ. Trebellianica*, aduerſus Alexan. *conſ. 12. Attentis, num. 33. lib. 3.*

¶ Hæc autem ſubſtitutionis interpretatio poteſt argura ratiōne comprobari, ſi conſideremus in hac ſpecie tres diuerſas interpretationes occurrere. Prima eſt, quod ſit pupillaris directa, ſecundum receptiorem ſententiam. Secunda, quod ſit fideicommiſſaria vulgaris, eademque vniuerſalis per quā videatur filius ipſe oneratus, *iuxta d. l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. ff. de vulgari*, vt Baldus & alij opinati ſunt. Tertia, quod ſit fideicommiſſaria pupillaris, eademque particularis rerum certarum, per quam nō videatur grauatus ipſe filius, ſed eius hæres legitimus, *iuxta dict. l. ſi Titio. §. ſin. ff. de lega. 1.* Porrò ea interpretatio præualere meritò debet, quæ potius verbis, & conſequenter voluntati teſtatoris accommodetur. Quod ſi verba æqualiter aptari queant, & directæ & fideicommiſſariæ ſubſtitutioni, vincere quidem debet directæ ſubſtitutionis interpretatio, *argumento noſtri capit.* Vt igitur conſtituamus, quam magis ex propoſitis tribus ſubſtitutionibus verba exprimere videātur, æſtimare debemus in propoſita conceptione primum conditionem illam: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate. deinde verba illa: *Bona mea*, poſtremo verbum illud: *Deueniant.* Et quidem verbum *Deueniant*, quod eſt commune, aptatur peræque omnibus tribus ſubſtitutionibus *ſupra* poſitis. Conditio vero pupillaris ætatis aptatur duabus duntaxat ſubſtitutionibus, videlicet, directæ pupillari & fideicommiſſariæ pupillari, quam fideicommiſſariæ vulgari non æquè aptetur. Illa demum verba: *Bona mea*, aptantur duabus duntaxat ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs, videlicet, fideicommiſſariæ vulgari, & fideicommiſſariæ pupillari, quum non aptentur directæ pupillari. Secundum quæ coacta diſputatione euincitur fideicommiſſariæ pupillaris ſubſtitutionis interpretationem inter omnes excellere. Hanc enim ſolam omnia teſtantis verba *ſupra* dicta propriè exprimunt, cæteras autem non æquè admittunt.

¶ Nam etſi ita ſcriptum eſſet: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, talis fundus perueniat ad Titium. hæc ſubſtitutio cenſeretur eſſe fideicommiſſaria illius rei certæ, vt ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, ſolus ille fundus ad Titium peruenire debeat titulo fideicommiſſi, iuxta Bart. doctrinam *in d. l. Centurio. nume. 35* communiter approbatum, vt ſtatim reſoluetur, eritque illud fideicommiſſum etiā pupillare, vt ibidem declarabitur.

¶ Hinc poteſt colligi, quid magis reſpondere debuerit Marian. Socin. Iunior *dicto conſil. 5. Proponitur, in 1. parte* in huiuſmodi ſpecie: Pater legauit Claræ filiæ impuberi octingentos florenos, in quibus eam hæredem inſtituit, dato cohærede vniuerſali: Deinque concepit ſubſtitutionem in hæc verba: Etſi dicta Clara deceſſerit in pupillari ætate, volo quod dictum legatum per me ei factum deueniat, & reuertatur ad hæredem meum. Mortuo teſtatore, deceſſit & Clara in pupillari ætate habens nonnulla propria bona, pariter eos octingentos florenos, quos à patre acceperat. Quærebatur qualiſnam ſubſtitutio eſſet cōſtituenda: Reſpondit Soci. hanc eandem vniuerſalem teſtatoris admittendam fore ex pupillari directa ad vniuerſam Claræ impuberis hæreditatem. Quæ ſententia videtur mihi in illa ratione poſſe defendi. Nam etſi ſubſtitutio fuiſſet reſtricta ad tempus pupillaris ætatis, erat tamen facta verbo communi in re certa. Igitur quoniam verbis non conueniebat interpretatio directæ pupillaris, reſpondere magis debuit, ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam rei certæ, ſecundum authoritatem receptioris ſententiæ, quæ ſtatim reſoluetur. Potuit autem Maria. Socin. ex adiectione conditionis illius reſtrictæ ad pupillarem ætatem ſubtiliter conijcere, quod ipſa Clara filia non videbatur fideicommiſſo onerata, ſed magis eiuſdem Claræ hæres legitimus grauatus fuiſſe. Sic perſuadere iudici debuit, octingentos florenos ex huiuſmodi fideicommiſſo pupillari reſtituendos fuiſſe hæredi teſtatoris ſine deductione legitimæ partis, quam ipſi filiæ iure naturæ pater debuiſſet, iuxta gloſſ. receptam *in l. qui duos. in verb. Non veniet*, & quod ibi Barto. *in fi. ff. de vulgar. coniuncta l. ſi Titio. §. fin. cum l. ſequenti. ff. de lega. 1.* Quanquam ipſe Marian. Socin. *ibidem* in hoc etiam fuerit deceptus. dum exiſtimauit, quod in propoſita ſpecie, ſi ſubſtitutio cenſenda foret fideicommiſſaria, erat quidem facienda reſtitutio ſubſtitutio cum detractione patris iure naturæ debitæ, id quod affirmauit etiam Ioannes Crot. *in repetitione dicti capit. Raymundus, ſupra eodem, fol. 17. colum. 1. in verſic. vltimo in hac materia.* Nam etſi ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria, certè fideicommiſſum erat pupillare cēſendum, & conſequenter ſine detractione legitimæ partis reſtituendum foret.

¶ Si tamen ita concepta eſſet ſubſtitutio: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, ſubſtituo ei in bonis meis Titium. tunc procliuior eſſem in admittenda directæ pupillaris interpretatione. Nam etſi darem, quod verbum: *Subſtituo*, ſit commune, vti vulgo receptum eſt, tamen animaduerterem non eſſe commune ad fideicommiſſariam pupillarem, vt præcepit Bald. *in l. ſi arrogator. ff. de adoptionibus.* Sic relinqueretur controuerſia inter ſolas duas ſubſtitutiones, videlicet, inter directam pupillarem & inter fideicommiſſariam vulgarem, per quā filius ipſe oneratus videretur, *iuxta d. l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. ff. de vulga.* vnde quamuis pro interpretatione fideicommiſſariæ facerent illa verba: *In bonis meis.* conditio tamen pupillaris ætatis, & cætera voluntatis argumenta interpretationem directæ pupillaris magis admitterent. Cuius ſententiæ poteſt eſſe nouum argumentum ſecuritas Iureconſulti Modeſtini *in d. l. iam hoc iure. verſ. ſi aut ē impubes. ff. de vulga.* vbi quodammodo ex eius ſententia poteſt deduci, quod ſi teſtator ita dixerit: Si filius hæres extiterit, & ante pubertatem deceſſerit, in locum partemue eius Titium ſubſtituto. erit quidem ſubſtitutio directa pupillaris, non minus, quam *in d. l. cohæredi. §. fi. ff. eod. tit.*

¶ Quinta ſit concluſio: Si pater filio inſtituto in re certa, vel in certa quantitate, ita † adiecit: Etſi filius decedat ſine liberis in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, volo quod dicta res, vel quantitas deueniat in Petrum. tunc Barto. *in dict. l. C. nturio. nume. 35. ff. de vulga. cenſet*, quod hæc ſubſtitutio ſemper erit cenſenda fideicommiſſaria. Quoniam mentio rei certæ adeo pupillari ſubſtitutioni refragatur, quę verbo communi facta proponitur vt omnino fideicommiſſaria ſit intelligenda Et hæc Barto ſententia tanquam magis vera, & communis, obtinere debet vt reſolunt Franciſc. Rip. *nume. 154. verſ. limita ſecundo.* Andr. Alciat. *nume. 69. in dicta l. Centurio*, & ſequitur Lancelot. Galian. *in repetit. eiuſdem l. num. 361. verſic. item vbi, & num. 438.* Ioan. Coraſ. *in l. cum quidam. C. de impuber. & alijs ſubſtitutio. nume. 8. & 9.* Et hanc Barto. communem ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, quamuis Angel. *in conſil. 148. dominus Quiricus. penult. colum.* contrarium ſcripſerit, motus eo argumento, quod in prædicta ſubſtitutione fuerit facta mentio pupillaris ætatis, atque ideo valere videatur ſubſtitutio iure pupillaris directæ, filio decedente in ætate pupillari. Et Angeli ſententiam ſequuti ſunt Aretin. *in dicta l. 1. ff. de vulga. nume. 6. in verſic. vbi autem. & in conſil. 54. Periculoſum. nume. 14.* & Bartholom. Socin. *in dicta l. 1. nume. 11. & in conſil. 117. colum. penult. lib. 4* Paul. Pariſi. *conſil. 19. in 2. parte. nume. 11.* & Angeli opinionem eſſe valde æquam teſtatus eſt idem Aretin. *in dicta l. Centurio, colum. fin.* Et quod magis mirari poſſit, Maria. Socin. Iunior *in conſil. 95 Proponatur, nume. 26. in 1. parte.* varijs citatis authoribus. Angeli ſemētiam, & ſequutur, & reſoluit eſſe communem adijciens, quod Angeli ſententiam ſequutus fuit etiam Lancelot. Poly. *in tracta. ſubſtitutionum, titu. de compendioſa. num. 26.* dum reſpondet (inquit) *ad l. cohæredi. §. fi. ff. de vulga.* & quod Angelum etiam fuit ſequutus Lancelot. Galian. *in repet. d. l. Centurio. num. 318. in verſ. non obſtat ſi dicas. & num. 342.* Denique cum hæc Angel. ſententia apertè refragetur Barto. *in d. l. Centurio. d. num. 35.* ipſe tamen Maria. Socin. pro Angelo nō dubitauit allegare eundem Barto. *in d. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono. poſſ. ſio. ſecund. tabul.*

¶ Ego vero in primis reſoluo aduerſus Ange. & omnes, qui eū ſequuntur, Bart. ſententiam, *in d. l. Centurio. d. num. 35.* & eſſe veriſſimā, & magis cōmuniter approbatū, vt antea non ſemel præmiſi. Secundò aduerto, quod Lancelot. Polyt. *in d. tit. de cōpendioſa. d. nu. 26.* hanc quæſtio. de qua agimus, minime tractauit, nec poteſt videri Ang. ſententiam comprobaſſe, dum reſpondit *ad tex. in d. l. cohæredi. §. fi. ff. de vulga.* dicens, ꝙ in caſu illius text. fuit ſubſtitutio directa pupillaris, quia fuit facta per verba propria, & inuenta ad pupillarē ſubſtitutionem, videlicet, ſub cōditione: Si filius in ætate pupillari vita deceſſiſſet. Reſpondeo enim, quod *tex. in dict. l. cohæredi. §. fi.* & Lancel. Polyt.

lyt. vbi *ſupra* loquuntur in terminis primæ concluſionis, quæ
ſuperius fuit reſoluta, nempe, quando ſubſtitutio fuerat con-
cepta in re certa & verbis directis ciuilibus, non vero verbis
communibus, de quibus nunc tractamus. Voluit enim Polyt.
in diſputando contra communem opinionem defendere,
quod ſubſtitutio compendioſa facta verbis directis ciuilibus
in re certa non continet directam pupillarem niſi ſit facta ſub
conditione: Si filius in ætate pupillari vita deceſſerit. Ter-
tiò admonio, quod Lancelot. Galiaul. *in repetit. dicta l. Centurio*,
in hac ipſa controuerſia non Angeli ſed Bartoli ſententiam
fuit expreſsè ſequutus, *nume.* 361. *&* 438. niſi quod Maria. So-
cin. cauſæ, cui patrocinabitur, nimium fauens deceptus vide-
tur, dum exiſtimauit, quod Lancelot Galiau. Baldi ſententiā
fuerat ſequutus *in repitit. dicta l. Centurio. nume.* 328. *in verſic. non
obſtat ſi duas, nume.* 342. quatenus ibi refert, & ſequitur Bartoli
ſententiam communem *in dicta l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de
bono. poſſeſ. ſecund. tabul.* Sed profecto Maria. Socin. non debuit
tam incautè miſcere, & confundere ſubſtitutionem compen-
dioſam factam in re certa, & verbis communibus ſub condi-
tione: Si filius in ætate pupillari vita deceſſiſſet, de qua ſubſti-
tutione præſens nobis eſt ſuſcepta diſputatio, cum alia ſubſti-
tutione compendioſa facta verbis communibus, & ſub con-
ditione in bonis teſtatoris quidem ſubſtitutio longè diuer-
ſam habet rationem, vt *ſup.* fuit reſolutum. Qua de cauſa hæc
ſubſtitutio exprimit directam pupillarem, illa vero non expri-
mit, iuxta duas illas diuerſas Bartoli communes opiniones.
Præterea vt in re adeo graui & ſerioſa, nihil diligentiæ videa-
mur prætermiſiſſe, alia differentia notari poteſt inter has duas
Bartoli communes traditiones, videlicet, quod Barto. *in dicta
l. Centurio. nume.* 35. loquitur in ſubſtitutione compendioſa fa-
cta verbis communib. & in re certa, in qua quidem ſubſtitu-
tione quamuis fuit facta mentio pupillaris ætat. ſubſtitutio ta-
men non fuit omnino ad pupillarem ætatem reſtricta, ſed fue-
rat etiam metas pup. ætatis egreſſa. Dixerat enim teſtator: Si
filia mea deceſſerit ſine liberis in pupillari ætate, vel poſtea
quandocunque &c. Cæterum Bartol *in d. l. ſi ita ſcriptum. §. qui
filio. ff. de bono. poſſeſ ſecund. tabul.* loquitur, quando ſubſtitutio
compendioſa verbis communibus in bonis teſtatoris fuit re-
ſtricta ad caſum duntaxat mortis pupilli contingentis in ætate
pupillari.

¶ Retenta igitur Bartol. ſententia *dicta l. Centurio. nume.* 35. *ff.
de vulgar.* non obſtat Angeli, & aliorum argumentum. Quo-
21 niam † ego reſpondeo, conditionem illam mortis pupilli cō-
tingentis in ætate pupillari arguere, & ſignificare nō quidem,
quod ſit directa pupillaris ſubſtitutio, ſed duntaxat demon-
ſtrare, quod ſit ſubſtitutia fideicommiſſaria pupillaris facta
in re certa, intra pupillarem ætatem. Nam ſi teſtator ita dixiſ-
ſet: Quandocunque filia mea ſine liberis vita deceſſerit, volo
quod dicta quantitas deueniat ad Titium, tunc huiuſmodi
fideicommiſſum in re dubia ab ipſa filia in fideicōmiſſo gra-
uata datum videretur. Proinde etiam ſi filia intra pupillarem
ætatem decederet, reſtituendum eſſet fideicommiſſum, quaſi
nomine filiæ ab eius legitimo hærede cum detractione legiti-
mæ portionis filiæ debitæ, ſecundum ea, quæ *ſupra* reſolui di-
ſtinguendo *in 2. parte, in gloſſ. ſuper verb. Debita, & in hac ipſa gloſſ.
in præcedenti concluſione.* Quo loco dixi, aliam longè diuerſam
interpretationem ſequi oportere, ſi teſtator ita dixiſſet: Si fi-
lia mea in pupillari ætate deceſſerit, volo quod dicta quanti-
tas veniat in Titium. Tunc enim non ipſa filia, ſed ipſius hæ-
res legitimus iure poteſtatis à patre videretur rogatus dictæ
quantitatis fideicommiſſum pupillare reſtituere, vt non eſſet
tractandum de legitimæ partis deductione, iuxta notata per
Barto. in his terminis *in l. qui duos, poſt gloſſ. ibi in verb. Non veniet,
ff. de vulgar.* non ſecus ac ſi ipſo impubere eius hæres legitimus
fuiſſet grauatus. Vnde merito notari poteſt. Marian. Socin.
Iunior *in dicto conſil.* 95. *in* 1. *parte.* & Ioan Crot. *in repetit. cap. Ray-
nutius, ſupra eodem in tractatu de pupillari, fol.* 17. *colum.* 1. *verſic. vl-
timo in hac materia*, vbi in ſpecie ibi propoſita contrarium re-
ſpondiſſe videntur, vt *ſuperius* adnotaui *in præcedenti conclu-
ſione.*

22 ¶ Porrò illi iuſtiſſimæ reſolutioni conſequens † eſſe vide-
tur, quod vbi ſubſtitutio fideicommiſſaria cum diſtinctione
vtriuſque temporis facta fuerit, hoc eſt pupillaris ætatis, &
pubertatis, vt videre eſt in prædicto exemplo, de quo Barto. *in
d. nume.* 35. tunc interpretatio adhibenda erit quaſi in duobus
ſeparatis fideicommiſſis, argumento eius, quod ſcribit gloſſ.
receptiſſima *in d. l. precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtit. in verb. Fi-
deicommiſſi, ad fi.* Ita quod ſi filius impubes decedat, fideicom-
miſſum quaſi pupillare iniunctum videatur à legitimo impu-
beris hærede: Sin vero filius iam pubes factus decedat, fidei-
commiſſum à filio ipſo iniunctum videatur de bonis teſtato-
ris reſtituendum, ſalua filij legitima portione. Secundū quæ in
Barto. propoſita ſpecie obſeruandum eſt, quod propter men-
tionem pupillaris ætatis ſeparatim factam, illud fideicommiſ-
ſum ante pubertatē cenſebitur datū à legitimo filij impuberis
hærede quaſi codicillis pupillaribus, *arg. l. ſi Titio. § fi. ff de leg.* 1.

¶ Vnde etiam colligo, quod in eadem Bartoli propoſita
ſpecie diſtinctio pupillaris ætatis habebit vtiliſſimum effectū,
nouum illum quidem, & fortaſſis & omnibus iuris ſtudioſis
incognitum. Quippe ſi teſtator ita dixiſſet: Quandocunque
filia mea ſine liberis deceſſerit volo quod dicta quantitas de-
ueniat in Titium. nō ſolum eſſet fideicommiſſum omni tem-
pore reſtituendum cum detractione legitimæ portionis, ſed
etiam euidenter conſtaret nihil omnino Titij hæredibus eſſe
reſtituendum, ſi Titius ſubſtitutus ante diem fideicommiſſi
cedentem, viua adhuc teſtatoris filia, quandoque deceſſiſſet.
l. hæres meus, cum mille ſimilibus ff. de condit. & demonſt. At vero in
Barto. ſpecie, propter eandem diſtinctionem ætatis pupilla-
ris, pulchrè eueniet, vt ſi poſt mortem teſtatoris Titius ſubſti-
tutus, viua adhuc impubere filia, deceſſerit, & deinde filia im-
pubes diem ſuum obierit, hæredes Titij ſubſtituti poſſint iure
petere fideicommiſſum à legitimis filij impuberis hæredibus.
Quia enim placuit propter diſtinctionem ætatem faciendam
eſſe interpretationem quaſi in fideicommiſſo pupillari ſepa-
ratim relicto, filia impubere decedente, conſequens erit hoc
ita apud doctiſſimos iudices contendere, & obtinere. Nam
vtique ſi teſtator ita dixiſſet: Si filia mea in pupillari ætate de-
ceſſerit, volo quod dicta quantitas deueniat in Titium eueni-
ret, vt Titius ſubſtitutus, qui poſt teſtatorem, viua impubere
filia, mortuus eſſet, idem fideicōmiſſum in hæredes ſuos trāſ-
ferret, qui videlicet, ſi filia ante pubertatem decederet, & ſic
exiſtente ſubſtitutionis conditione, hoc fideicommiſſum eſ-
ſent petituri à legitimo eius hærede. Allego text. ſingularem
*in l. hæredis aditio. §. tantundem. verſ. tractari. ff. quando dies legati ce-
dat*, vbi expreſſum eſt, quod ſi teſtator impuberi filio inſtituto
dederit ſubſtitutum pupillarem. & deinde ita dixerit: Si filius
meus deceſſerit ante pubertatem, damno ſubſtitutū eius da-
re centum aureos Titio. certè Titius ſubſtitutus, quamuis vi-
uo pupillo, deceſſerit, legatum ad hæredem transfert. Moue-
tur Iureconſultus, quoniam legatum illud cedit à morte teſta-
toris. *l.* 1. *ff. eod. tit.* vt mors impuberis non ſit attendenda. Intel-
ligit conſequenter ipſe iureconſul. lagatum non eſſe factum
conditionale propter illam conditionem, ſi filius deceſſerit
ante pubertatem. Quoniam illa conditio inerat legato. Ergo
in propoſita ſpecie idem omnino decedendum eſt. cum ratio
diuerſitatis reddi non poſſit. Nam & legitimus pupilli hæres
eo iure fideicommiſſum præſtat quaſi ſcriptus fuiſſet, *l. ab ex-
hæredati ſubſtituto. ff. de leg.* 1. *in leg.* 1. *in illis verbis*, *Quod & legitimi
eo iure præſtare coguntur, quaſi ſcripti fuiſſent.* Ergo *textus in d. verſic.
tractari*, habet etiam locum quādo grauatur legitimus impu-
beris hæres. Nam & conditio illa, Si deceſſerit ante puberta-
tem, non minus ineſt codicillis pupillaribus ab inteſtato reli-
ctis, quam ineſt pupillari teſtamento, *l. quod fideicommiſſum ff. de
legatu.* 1.

¶ Sexta ſit concluſio, Compedioſa † ſubſtituio facta in re
certa per verbū directum non ciuile, vtputà, Quandoq; filius 24
meus deceſſerit volo quod Titius accipiat illū fundum, vel il-
le fundus ſit Titij. vna eſt ſubſtitutio omni tempore fideicom-
miſſaria, ſecundum Bart. *in d. l. Centurio, ex num.* 18. *ff. de vulgari.*
Philip Corn. *conſ.* 47. *col. penu lib.* 1. Alex. *conſ.* 25. *Circa primum. col.
fi.* Franc. Rip. *in d. l. Centurio. num.* 2. Et conſtat hanc eſſe com-
munem opin. ex Doctoribus *ſupra* allegatis circa duas priores
concluſiones, & ex And. Alcia. *num.* 69. *in d. l. Centurio.*

¶ Vnde repeto ad noſtri capit. interpretationem quod ſi
teſtator his verbis ſubſtitutionem conſcripſiſſet, Si filia mea
ſine liberis vita deceſſerit, moriatur quoad eandem rem cer-
tam filio meo. huiuſmodi ſubſtitutio compendioſa non cen-
ſeretur eſſe directa pupillaris intra pupillarem ætatem, ſed eſ-
ſet omni tempore fideicommiſſaria. Siue enim verbum, mo-
riatur, ſit commune, ſiue etiam ſit directum, ſatis eſt, quod
non

25 non eſt directum ciuile, vt ex ea ſubſtitutione non poſſit reſultare pupillaris directa. Denique † in propoſita ſpecie idcirco reſultauit pupillaris ſubſtitutio, quoniam mentio rei certæ facta in filiæ inſtitutione, non fuit repetita in hac de filio ad eandem filiam ſubſtitutione. Et ita hunc textum poſt leuiores opiniones rectè accepit Ioan. Imol. *in cap. Raynutius, nume. 183. ſupra eodem.* & Alexand. *in l. Lucius, num. 91. ff. de vulgari, & in conſilio 45. Habita ſuper his, nume. 9. in 2. parte.* Philip. Corn. *in l. in teſtamento. 1. nume. 14. C. de teſtamen. milita.* Iaſon. *in dicta l. Centurio. nume. 36. in fine,* & ibi Rip. *nume. 97.* & Lancel. Galiaul. *ibidem nume. 71.* Guiliel. Benedict. *in repetit. d. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis, in 2. de compendioſa ſubſtitutione, nume. 41. in fin.* Lancellot. Polyt. *in tracta. de ſubſtituti. titu. de compendioſa, nu. 26.* & Philip. Franc. *in præſent. num. 91.*

Sic probat noſter text. quod ſi filia ſit hæres inſtituta in re certa, dato cohærede vniuerſali, & eidem filiæ ſit facta compendioſa ſubſtitutio per verbum, *moriatur*, quod non eſt directum ciuile, non repetita mentione eiuſdem rei certæ, ſed ſimpliciter facta ſubſtitutione, certè ea ſubſtitutio cenſebitur eſſe pupillaris intra pupillarem ætatem. Idemque etiam procedit in verbo merè communi, vt ſi teſtator dixerit: Filiã in re certa inſtituo, & poſt mortem eius ſubſtituo Semproniũ, vt obſeruat idem Philip. Corn. *l. precibus, nume. 38. in verſ. quod procedit. C. de impub. & alijs ſubſtitutionib.* Quo loco notat poſſe dici, quod ſubſtitutio hæc facta de pauperibus, Quam Pontifex interpretatur, fuit facta per verba directa ciuilia, vt patet ex litera *ibi, Pauperes inſtituendo hæredes.* Subiecit tamen communiter dici, quod hic facta fuit ſubſtitutio per verba communia, vel directa iuris gentium, & exponi ſolere inſtituendo, id eſt, ſubſtituendo: licet ſit, (inquit) extranea expoſitio.

¶ Sed profectò mirum eſt, quod Philip. Corn. nõ animaduertat, noſtrum textum in hac ipſa ſpecie expedi, in qua filius filię in re certa inſtitutę fuit ſubſtitutus verbo, *moreretur*, quod non eſt directum ciuile. Apertè enim reſpondet Pontifex, hanc ſubſtitutionem ante pubertatis tempora eſſe pupillarem ex verbis, & ex defuncti ſententia. Nemo enim debuit expendere noſtrum textum, quo pauperes eidem filiæ in re certa inſtitutæ, filioque vniuerſali hæredi inſtituto fuerunt ſubſtituti compendioſè verbis directis ciuilibus. Nec quicquã facit illa expoſitio, Inſtituendo id eſt, Subſtituendo. Quę quidem nec eſt extranea, nec arguit pauperes fuiſſe ſubſtitutos verbo communi, ſecundum ea, quæ latius *ſup.* explicaui *in 1. parte in glo. inſtituendo.*

26 ¶ Addit rectè idẽ Philip. Corn. *in eodem loco in verſic. ſed poſſet dubitari*, quod † quando filiæ in re certa hæredi inſtitutæ fit ſubſtitutio compendioſa verbo communi, vtputa, ſubſtitutio, non repetita mentione rei certæ, tunc non ſolum cenſebitur eſſe pupillaris, ſi filia in ætate pupillari deceſſerit, ſed etiam cenſebitur eſſe vulgaris directa facta in re certa, vt ſi filia, viuo patre deceſſerit, ſubſtitutus admittatur ad eandem rem certam ex vulgari expreſſa verbis generalibus compendioſæ ſubſtitutionis. Siquidem verba non excludunt iſtam interpretationem, & in dubio ſubſtitutio cenſenda eſt directa potius quam obliqua, ſecundum regulam *noſtri cap.* poſitam *in verſic. cũ in ſubſtitutionibus.* Quæ quidem regula non ſolum ad pupillarem, de qua in propoſito caſu agebatur, ſed etiam ad vulgarem directam pertinet, vt *inferius* declarabitur, *in verbo, obliqua.*

¶ Ex quibus poſtremo infertur ad deciſionem Guidon. Papæ 522. Teſtator, vbi teſtator inſtituit filium vniuerſaliter, & duas filias in certa. Et caſu, quo dictas filias, vel alteram earum mori contingeret in quacunque ætate, filium ſubſtituit. Mortua eſt filia, ſuperſtite matre, & ſorore, & fratre in pupillari ætate. Quærebatur qualiſnam eſſet cenſenda huiuſmodi ſubſtitutio? Et videbatur quod ſubſtitutio facta in re certa ſit fideicõmiſſaria, *argumẽto l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Trebillianum*, quod ſequi videtur Bart. *in l. Centurio. ad finem, ff. de vulgar.* & tunc (inquit) ſubſtitutus nihil petere poterit, quia in legitima filia non potuit grauari: *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen.* In contrarium videtur, immo quod ſubſtitutio cenſetur directa pupillaris, attento quod frater fuerit ſubſtitutus, & non extraneus, vt tenet gloſſ. *fina. in l. Lucius. ff. de vulgar.* Barto. *in dicta l. Centurio, in 3. quæſtio. principali. ff. eodem. & facit noſter text. in verſic. præmiſſa namque.* Nihil tamen mouere debuit in hac controuerſia mentio rei certæ, quominus ſubſtitutio foret pupillaris Cũ rei certæ mentio non fuerit repetita in ſubſtitutione. Sed magis etiam interpretationem retardabat matris conſideratio, quæ erat in medio, ſed contendebat, ſubſtitutionem eſſe fideicommiſſariam. & quoniam non extraneus, ſed filius erat ſubſtitutus, obtinuit ſubſtitutionem eſſe directam pupillarem, iuxta ea, quæ latius *ſupra* explicaui *in gloſſ. ſuper verbo, ſuperſtite matre.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris omnino tacita reſultans ex vulgari expreſſa, non habet locum contra matrem pupilli, præterquam ſi ſubſtitutus ſit ex liberis teſtatoris.*

2 *Subſtitutio compendioſa verbis directis, quamuis non ciuilibus, facta, valet ante pubertatem iure directa pupillaris: etiam contra matrem.*

3 *Subſtitutio compendioſa facta verbis directis, & ſi non ciuilibus, in bonis teſtatoris, vt videlicet: Si filius meus ſine liberis vita deceſſerit, bona mea accipiat Titius, erit ante pubertatem directa pupillaris etiam contra matrem.*

4 *Subſtitutio compendioſa in cap. ſi pater, non fuit reſtricta ad vniuerſitatem bonorum teſtatoris.*

5 *Subſtitutio compendioſa & reciproca filiorum, de qua in cap. ſi pater, quò ad verborum figuram ſimilis videtur alteri, de qua in c. Raynutius de teſtam.*

Cap. Raynutius, de teſtam. ſenſus ibid.

6 *Subſtitutio compendioſa in terminis cap. Raynutius, de teſtam. ante pubertatem futura fuiſſet directa pupillaris, & matrem excluderet.*

7 *Piæ cauſæ priuilegio non vtitur perſona prius interpoſita, quæ ſub conditione fuerat grauata reſtituere eidem piæ cauſæ.*

L. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. ſenſus, ibid.

6 *Subſtitutio compendioſa verbis ambiguis & communibus facta valet iure directa pupillaris ante pubertatem, poſtea vero iure fideicommiſſi.*

9 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta ſub conditione: ſi filius ante pubertatem vel poſtea ſine liberis decedat, continet procul dubio directam pupillarem, & matrem excludit.*

10 *Subſtitutio compendioſa verbis communibus facta, licet ſine vlla temporis diſtinctione, continet ante pubertatem directam pupillarem, matrem excludit ſecundum communem contra alteram communem.*

L. qui duos. §. 1. ff. de reb. dubijs, ſenſus, ibid.

11 *Subſtitutio compendioſa, de qua in l. precibus. C. de impuber. non verbis communibus, ſed ciuilibus, fuit facta, cum Lancellot. Galiau. contra Lanfranc. de Oriano.*

12 *Cap. ſi pater, ratio gerere alis pertinet etiam ad ſubſtitutionis compendioſa verba ambigua & communia.*

13 *Partita. l. 12. tit. 5. Par. 6. in fi. declaratur, & inducitur pro cõmuni opin. contra alteram communem.*

Et contra.

ET CONTRA Scilicet, de filia ad filium, *ſecundum gloſſ. in præſenti.* Nec dubium eſt, quin pondus huius decretalis conſiſterit in hac ſubſtitutione facta de filia ad filiũ, quam ſubſtitutionem Pontifex reſpondit, directã debere intelligi pupillarem. Siquidem prior ſubſtitutio facta de filio ad filiam ad irritum tecidit, quoniam viua filia, filius ipſe ſubſtitutus prior vita deceſſit. Item ſubſtitutio facta vltimo loco de pauperib. ad filiam, quæ poſterior deceſſit impubes, modicam dubitationem habebat, fuit enim facta verbis directis ciuilibus, quia teſtator pauperes inſtituit hæredes, ſi vtrumque ſine liberis mori contingeret filiorum. Vnde ſi ſubſtitutio hæc compendioſa, quæ fuit facta de filia ad filium, his verbis fuiſſet concepta: Et ſi filius meus ſine liberis deceſſerit, filiam hæredem inſtituo, cõſtaret vtique quod ante paupertatem decedente filio, ſubſtitutio deberet intelligi pupillaris *l. Centurio. in 1. par. ff. de vulgar.* Sed quoniam hæc ſubſtitutio fuit facta *verbo, moreretur*, quod nõ eſt directum ciuile, ſed eſt ambiguum, & ferme commune, idcirco in hoc fuit præcipuè notabilis deciſio Pontificis in hac Decretali. Videbatur enim, quod hæc ſubſtitutio compendioſa eſſet ceſſanda vna omni tempore fideicommiſſaria, vt & ſi filius ante pubertatem vita deceſſiſſet, non deberet cenſeri pupillaris directa, præſertim quum mater

tet interueniret, quæ penitus excludenda veniebat per directam pupillarem. Verùm ex facto propoſito varia argumenta colligi potuerunt, quæ ſuaderet, non obſtante matris reſpectu, hanc ſubſtitutionem debere potius intelligi directam pupillarem. decedente intra pupillarem ætatem filio, vt deceſſit.

¶ Imprimis occurrebat ſubſtitutæ perſonæ contemplatio, quoniam ſcilicet pater filium filiæ & è contra filiam filio mori diſpoſuerat. Planè vbi pater liberos liberis ſubſtituit, fauorabilior fit interpretatio in fauorem liberorum, qui ſubſtitui fuiſſe proponuntur, vſque adeo, vt non ſit habenda ratio matris

1 eorum. Vnde dicimus, quod † & ſi vulgaris ſubſtitutus non admittatur ex pupillari omninò tacita, contra matrem pupilli inſtituti, iuxta gloſſ. *in l. precibus, in verbo, omnimodo. C. de impuberum & aliis*, & communem opinionem, quæ ſuperius fuit reſoluta *in 2. parte, in gloſſ. ſuper verbo, ſuperſtite matre, in verſ.* 2. ea tamen communis ſententia non habet locum, ſi liberi ipſius teſtatoris fuerint ſubſtituti. Nam ſi parens ex liberis aliquem pupillo filio vulgariter ſubſtituerit, is ex pupilla omninò tacita ad hæreditatem pupilli admittetur, & ipſius pupilli matrem penitus excludet, argum. text. *in l. Lucius, in ſi. ff. de vulg.* docet Bart. *in l. 2. nu.* 44. *ff. eod. tit.* eamque ſententiam communiter eſſe approbatam fuit reſolutum ſupra *in dicta gloſſ. ſuper verbo, ſuperſtite matre. in verſic. & ſanè.*

¶ Secundò conſiderari poterit ſignificatio propria huius verbi, Moreretur, quod quidem verbum licet non eſſet directum ciuile, videbatur tamen directum commune, vt ſupra fuit reſolutum in gloſſ. ſuper verbo, moreretur. Dubium autem

2 non eſt † quin compendioſa ſubſtitutio facta verbo directo, quamuis non ciuili, valeat ante pubertatem iure pupillaris directæ verbis generalibus expreſſę in compendioſa, etiam ſi mater ſit in medio, quæ excludenda venit, vt pro conſtanti docuit Bartol. *in dicta l. Centurio. num.* 29. *ff. de vulg.* & ibi Lancel. Galiau. *in repetit. num.* 364. reſoluit hanc eſſe communem opinionem, dicens quod in hoc non inuenit contradictorem, & ſequitur ibi Franc. Ripa *num.* 115.

3 ¶ Hoc amplius † ſenſiſſe videtur eodem in loco. Bart. *num.* 21. quod eadem concluſio procedat, quamuis ſubſtitutio concepta ſit his verbis, bona mea accipiat Titius. Nam æquè erit pupillaris directa ante pubertatem, adeò vt etiam matrem pupilli excludat. Quod ex ſententia Bartoli obſeruauit Iaſon ibi *num.* 37. Idque eſt præcipuè notabile. Quoniam ſi verbo communi facta fuiſſet eadem ſubſtitutio, reſponderetur, ſecundùm authoritatem receptioris ſententiæ, quæ ſuperius fuit declarata in gloſſ. præcedenti, quod non fuiſſet valitura ſubſtitutio iure pupillaris expreſſæ. Sic reſultabit vtilis differentia inter verbum directum non ciuile, & inter verbum commune, quam differentiam in his terminis expendit Lancel. Galiau. *in repet. d. l. Centurio. num.* 324.

¶ Mihi autem videtur, quod & ſi Bart. *dict. num.* 21. & Franc. Ripa *in eadem l. Centurio. num.* 103. *verſic. contra determinat*, allegauerint noſtrum textum, ad hoc quod verbum directum, ſi referatur ad vniuerſitatem bonorum, trahitur ad directam pupillarem ſubſtitutionem, non tamen ſatis hanc concluſionem

4 probare videtur noſter textus. Hic enim † vniuerſitas bonorum aut fuit indefinita, vt non malè contendit Alexand. in hoc ferme articulo *in l. 1. num. 9. ff. de vulgar.* aut certè vniuerſitas ipſa bonorum referri magis debuit ad bona filij, ſecundùm ea, quæ alias ſupra diſſeruimus *in 1. parte*, in gloſſ. ſuper verbo, moreretur. Vnde etiam notandus eſt Arnaldus de Soletio *in repetit. huius cap. colum. antepenul.* quatenus ſcripſit, ſe non videre differentiam inter ſubſtitutionis verba, de qua in hac capituli parte, & inter illa verba, Si filius ſine liberis deceſſerit, bona mea in filiam deuoluantur. Manifeſta enim eſt differentia, etiamſi verbum, deuoluantur, eſſe directum. Quoniam verbum, moreretur, rectiſſimè aptatur pupillari ſubſtitutioni. Sed illa verba, bona mea, auertunt à compendioſa intellectum pupillaris expreſſæ.

5 ¶ Denique † propria ſpecies, quæ ſpeciei noſtri cap. æquari & aſſimilari potuiſſet, eſt illa. de qua *in c. Raynutius ſupra eod.* propter ille text. verba, *Eidem impuberi ſuccederent*, vt notauit Ioann.

6 And. *in præſenti, num.* 19. *Vſque adeo*, vt in terminis † *illius cap. Raynutius*, non minus videatur directa & expreſſa pupillaris ante pubertatem etiam ad matris excluſionem, vt reſpondet Fulgo. *conſil.* 33. & Philip. Dec. *in l. precibus num.* 17. *C. de impuber. in verſic. ſed replicari.*

¶ Tertiò occurrebat alia ratio, quæ ex voluntate defuncti poterat conijci. Ille enim eodem teſtamento pauperes, quos vltimò loco ſubſtituerat, ad omnia bona verbis ciuilibus inuitauerat, vnde non leuis coniectura ſumi poterat teſtatorem voluiſſe, vt verbum, moreretur, alioqui ambiguum, quo verbo liberos prius reciprocè, & ad inuicem ſubſtituerat, verbi directi ciuilis eſſectum repræſentaret. Quam rationem circa noſtri capituli ſpeciem obſeruauit Raph. Cuman. *in dicta l. Centurio. ff. de vulga. num.* 15. vbi Franc. Rip. *num.* 105. *in fin.* dilatare videtur hoc argumentum.

¶ Quartò loco ſunt & alij, qui in terminis huius capitul. expendere voluerint pauperum & pietatis fauorem, vt contemplatione pauperum ſubſtitutio reciproca liberorum facta per verbum ambiguum cenſeri debuerit directa, vt hac ratione omnia bona patris & filiorum poſſint ad pauperes & pietatis cauſam peruenire. Hoc ita expendit circa noſtrum text. Ioann. Crot. *in repet. c. Raynutius, ſupra eo. tit. fol.* 23. *col.* 3. *verſic. non obſtat, argumento l. cum dotem, cum ſimilibus. ff. ad legem Falcidiam.* Niſi † 7
quod hæc ratio & conſideratio quam Ioan. Crot. expendit parum firma videtur, ex eo quod conditio, Si ſine liberis, quæ in prioribus ſubſtitutionibus fuit expreſſa non patitur circa illas expendere fauorem piæ cauſæ poſteriori loco ſubſtitutæ. Neque tunc habere poteſt locum argumentum *dicta l. cum dotem*, quoniam propter illam conditionem, Si ſine liberis, bona non erant omninò & in omnem euentum peruentura ad piam pauperum cauſam, iuxta ea quæ ſupra declaraui *in 2. part. in gloſſ. ſuper verbo, Trebellianica.*

¶ Inde quæritur, vtrum remotis his omnibus argumentis & coniectutis, Pontifex in ſubſtitutione omninò dubia, & verbis communibus facta, idē pro quolibet ſubſtituto contra matrem fuiſſet reſponſurus? Pone enim quod pater filium ex aſſe hæredem vniuerſalem ſcripſit, eique Titium extraneum compendioſè ſubſtituit his verbis: Quandocunque filius meus ſine liberis deceſſerit, Titium ſubſtituo. Certè in hac quæſtione † 8
reſpondendum videtur, verius eſſe atque receptius, quod vbi ſubſtitutio compendioſa ſit verbo merè communi, quale eſt verbum ſubſtituo, valet iure pupillaris directæ ante pubertatē, quamuis poſt tēpora pubertatis valitura ſit iure fideicommiſſi, vt tenuit gloſſ. magna, *in §. qua ratione. in verſic. ſi verò paganus. Inſtitut. de pupillar. ſubſtitut. de qua inferius tractabitur in gloſſ. ſuper verbo, obliqua.*

¶ Sed vtrum hæc ſententia procedat etiam ſi mater impuberis ſit in medio, & veniat excludenda per ſubſtitutionem pupillarem, ſatis controuerſum eſſe video. Et quidem ſi ſubſtitutio non fuiſſet omninò compendioſa, ſed duplex, vt puta † quando teſtator ita dixiſſet: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine liberis, Titium ſubſtituo, nemo dubitaret, quin mater eſſet excludēda per expreſſam pupillarem, ſecundùm gloſſ. traditionem *in l. precibus, verbo, fideicommiſſi, in ſi. C. de impub. & aliis.* Bart. *in dicta l. Centurio. ff. de vulg. num.* 26. Tametſi Ioan. Dilect. *in tract. de arte teſtandi, tit.* 5. *cautel.* 5. contrarium incautè videatur ſcripſiſſe, dum referēs hanc ipſam conceptionem duplicis ſubſtitutionis, & agens de verbis communibus, de quibus præſens eſt diſputatio, tranſgreditur terminos dictæ quæſtionis, & ponens exemplum duplicis ſubſtitutionis, conuertit ſermonem ad verba directa, vt ſunt illa, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque, tunc ſuccedat ei Sempronius, vel hæredem ei facio Sempronium. Nam & ſi verbum, ſuccedat, ſit ſuapte natura commune, ſi tamen dictum ſit: Succedat ei, eſt directum, vt in terminis *noſtri capit. ſi pater. & capit. Raynutius*, ſupra fuit declaratum *in 1. parte, in gloſſ. ſuper verbo moreretur.* Nemo enim debuit dubitare, quin ſubſtitutio omninò compendioſa facta per illa verba, ſuccedat ei, vel, Hæredem facio ei, contineat directam pupillarem etiam contra matrem.

¶ Verùm † in compendioſa ſubſtitutione verbo communi facta ſine vlla diſtinctione temporum ſcribit Bart. *in d. l. Centurio. num.* 28. quod exiſtente matre in medio, procedit veterum opinio, qui putauerunt hanc ſubſtitutionem verbis communibus factam, eſſe omni tempore fideicommiſſariam. Mouetur Bart. in contemplatione matris, quam durum eſſet excludere à luctuoſa filij impuberis hæreditate. Porrò oportet matrem excludere, ſi intelligatur, quod ſubſtitutio ſit pupillaris. Allegauit Bart. argumentum *l. qui duos. ff. de rebus dubijs.* & notata per gloſſ. *in d. l. Centurio. & in d. l. precibus.* Et credendum eſt, quod Bartol. 10

voluit allegare *d.l.qui duos.in* §.1.vbi gloſſ.loquitur de matris fauore. Hanc Bart. opinionem quaſi communem ſequutus eſt Bald.*in d.l.precibus.num*.38.& Aret. *conſil*.145.*ad fin.* Et eſſe magis communem opinionem, atq; etiam in puncto iuris veriorem, concluſit Lancel. Galiaul. *in repet.d.l. Centurio.num*.378.& Phil. Dec.*conſil*. 371.*in fin.*

¶ Veruntamen Philip.Corn.*conſil*.93.*num*.4.*libr*.3. ſcribit, opinionem quidem Bartol.eſſe magis communem apud iuris ciuilis profeſſores,contrariam autem ſententiam eſſe receptiorem apud canonici iuris interpretes. Denique huius articuli reſolutio adeo viſa eſt eſſe in difficili, vt nõnulli graues authores exiſtimauerint, in hac controuerſia ſuadendum fore concordiam inter matrem litigantem ex vna parte, & inter ſubſtitutum ex altera. Inter quos videlicet, fuit Ioan.Baptiſt. *in repetit. dicta l.precibus*, *num*.79. & ibi Philipp.Decius *num*.19. & Curt. Iunior, *num* 62.& idem Philipp.Dec. *conſilio* 228. *num*.4.& *conſil*.643.*num*.5.*in fin.*

¶ Ego autem reſoluo probabilius videri, quod ſubſtitutio compendioſa verbis communibus facta, cenſeri debeat ante pubertatem directa pupillaris etiam contra matrem impuberis, reiecta opinione Bartol. quæ ſuo tempore fuit noua. Nam profectò Accurſ. *in dicto* §. *qua ratione*. cùm proximè in verbis præcedentibus diſtinxiſſet, vtrum mater eſſet in medio, an non eſſet, in hac tamen ipſa ſpecie, quam ſtatim tractauit, nequaquam hoc æſtimauit. proinde ſenſit, ſubſtitutionem, de qua agimus, cenſeri pupillarem etiam aduerſus matrem impuberis, vt ſpecialiter ex Accurſij ſententia collegerunt Alberic. *in repetit.Rubric.num*.89.*in verſic. ſi verò ſubſtitutio. ff. de vulgar*. Bartol. *in repetit.l. ſi arrogator.num*.27.*verſicul. in contrarium quod mater. ff. de adopt.* Et hæc opinio videtur magis communis, ſecundùm authoritates quas allegauit Ioann.Baptiſt. *in repetit.dicta l.precibus*, *num*.79. Et ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, aſſeruit Lanfranc.de Oriano *num*.56.Rip.*num*.118.Alcia *num*.85.*in dicta l Centurio*, Gulielm.Benedict.*in repet.cap.Raynutius,in verbo.ſi abſque liberis*,2.*in materia compendioſæ. num*.45.& ibi Ioan.Crot *fol*.24.*colum* 3.*verſic. ſecundò fallit*, & Ioan.Coraſ. *in dicta l. precibus. numero* 35.& Marian. Socin. Iunior, *in conſilio* 124.*numero* 37.*in* 1.*parte*, Rolandus à Valle latiſſimè *conſilio* 69. *numero* 23. *in* 1.*parte*, & Riminaldus *conſilio* 333.*numero* 7.*in* 2.*volumine.*

11 ¶ Pro hac opinione inducitur textus *in dicta l. precibus*,† vbi compendioſa ſubſtitutio fuit facta verbo communi: & tamen mater ibi excluditur iure communi per pupillarem contentam in ea compendioſa ab hæreditate filij. Sed quamuis huic inductioni non poſſet reſponderi leuiter effuderit Lanfranc. de Oriano *in dicta l.Centurio.numero* 36.facilè tamen reſpondetur, verius eſſe quod *in eadem l precibus*, ſubſtitutio fuit facta verbis ciuilibus, vt reſpondet Lancelot.Galiaul.*in dicta l.Centurio.numero* 379.*in verſiculo pro hac opinione*, & *inferius etiam ducetur in gloſſ. Interdum.*

12 ¶ Quare melius in eandem ſententiam inducitur noſter textus,† quem pro hac opinione eſſe omnium, qui alligari poſſent, optimum cenſuit Ioan.Imol.*in dicto cap. Raynutius*, *numero* 190.*ſupra eodem*. Et quidem non eſt inducendus ſimpliciter in hoc caſu deciſo: quoniam caſus deciſus alias præter ea rationes habuit, quas principio expendimus. Inducitur ergo noſter textus in huius caſus deciſi ratione generali, quæ dictum ipſum ampliare intelligitur, videlicet: Cùm in ſubſtitutionibus, &c. Quæ quidem ratio propriè pertinet, & accommodari etiam poteſt ad ſubſtitutionis compendioſę verba dubia & ambigua, qualia ſunt verba communia. Et ita rectè induxit text. in præſenti Philip.Franc. *in præſenti.rubr.num*.59.ex Bald. etiam hic, quem refert: & Ioan. Imol. *in dicta l.Centurio.numer*.15.& Alexan.*num*.81.& Andr.Alciat.*num*.89.*ibidem*, & idem Alciat.*in l. verbis ciuilibus. num*.41.*ff. eodem tit.* Gulielm.Benedictus *in repetit. dicti cap. Raynutius. ſupra eodem, in verbo, Si abſque liberis*.2 *de compendioſa ſubſtitutione. numero* 56. & Ioan. Coraſ. *in repet. l. cum quidam, C.de impuber.& alijs.num*.9.& *inferius etiam declarabitur in gloſſ. obliqua, in verſ. ſecundò principaliter.*

¶ Adde quod hæc eadem opinio videtur eſſe magis probata per *l.Partita* 12.† *in fine, titu. Partit.* 6. vbi promiſcuè lex tractauit ſpeciem compendioſæ ſubſtitutionis factæ verbis communibus, & compendioſæ ſubſtitutionis factæ verbis ciuilibus adiecta conditione illa: Quandocunque filius ſine liberis deceſſerit. & ſubiungit, quod ſi his caſibus filius poſt pubertatem ſine liberis deceſſerit, mater admittetur ad filij puberis hæreditatem, & bona teſtatoris reſtituet ſubſtituto cũ deductione tertiæ partis iure naturæ ipſi filio debitæ. Igitur ſignificatè viſa eſt lex Regia, quod ea deciſio locum non haberet, ſi filius ante pubertatem vita deceſſiſſet, quia tunc mater non ſimili modo admitteretur ab inteſtato. Conſequenter videtur ex eiuſdem legis ſententia eſſe, quod ea ſubſtitutio ante pubertatem non cenſeretur fideicommiſſaria, vt poſt pubertatem cenſetur, ſed magis cenſeretur directa pupillaris, ſiue ciuilibus verbis, ſiue etiam communibus fuiſſet concepta. Quare non immeritò Reuerendiſſimus D.D. Couarru. *in dicto cap. Raynutius*. §.9.*numero* 7. *ſupra eodem*. ſcriptum reliquit, quod hæc pars apertius, quam contraria probari videbatur ea lege Regia.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa verbis obliquis facta valet omni tempore iure fideicommiſſi duntaxat, licet pia cauſa ſit ſubſtituta.*

2 *Subſtitutio ita facta: Si filius meus ſine liberis deceſſerit, bona dentur & diſtribuantur pauperibus per meos executores, eſt omni tempore fideicommiſſaria, & conſequenter non eſt propriè compendioſa num.7.*

3 *Pia cauſa etiam tacitè vel nutu poteſt hæres inſtitui, aut iure directo ſubſtitui.*

4 *Subſtitutio compendioſa ita facta: Quandocunque filius ſine liberis deceſſerit volo quod bona mea, & eiuſdem filij, dentur & diſtribuantur pauperibus per executores meos, valet iure directa pupillaris ante pubertatem ante omnes.*

Sed contraria ſententia conſtanter defenditur.nu.5.

6 *Pater propria filij impuberis bona poteſt per fideicommiſſum pupillare relinquere ab impuberis legitimo hærede.*

L.cohæredi §.ſi quod ſi hæredem, verſic.nec fideicommiſſo. ff. de vulgari. ſenſus ibid.

7 *Subſtitutio ita concepta: Quandocunque filius ſine liberis deceſſerit, bona mea dentur pauperibus, non eſt compendioſa, cùm contineat duntaxat fideicommiſſum vulgare bonorum teſtatoris.*

Sed ſi adijciatur: Bona mea & filij mei: tunc ſubſtitutio eſt compendioſa continens & pupillare & vulgare fideicommiſſum.

Et idem ſi ſimpliciter dictum fuiſſet: Bona diſtribuantur.

8 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quamuis iure directæ pupillaris valere potuit, valet nihilominus iure fideicommiſſi poſt pubertatem fauore piæ cauſæ.*

9 *Subſtitutionis pupillaris commodum comprehenditur in fideicommiſſo de bonis reſtituendis ſimpliciter iniuncto.*

Fideicommiſſum bonorum comprehendit etiam ſubſtitutionis pupillaris commodum, ibid.

L.qui fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falcidiam, ſenſus, ibidem.

10 *Subſtitutio hæc, Et ſi vtroq; ſine liberis mori contigerit filiorũ, Chriſti pauperes in omnibus bonis meis hæredes inſtituo, poſt pubertatem decedente filio eſt fideicommiſſaria, in qua non cadet quæſitum antea ex ſubſtitutione pupillari.*

11 *Subſtitutus pupillaris non poteſt ex fideicommiſſo, quod reſtituere fuit grauatus, deducere partem legitimam ipſi impuberi debitam.*

12 *Legitima fideicommiſſo etiam reciproco grauari nequit.*

13 *Subſtitutio compendioſa & reciproca inter filios & deinde ſeparatim facta in defectum omnium filiorum, ſi prior reciproca euaſit in pupillarem, & deinde poſterior in fideicommiſſariam, ex eo quod priores filij in pupillari ætate, poſtremus verò pubes deceſſit, reſtitutio erit facienda quaſi ex duplici fideicommiſſo, & vulgari, & pupillari, & conſequenter ex portione puberis deducetur eius legitima, ſed ex impuberum portionibus quæ in fideicommiſſum ceciderunt, non deducetur legitima.*

14 *Trebellianica deduci poteſt etiam ex commodo ſubſtitutionis pupillaris, quæ in bonorum fideicommiſſum cecidit.*

15 *Filius fratri impuberi ſubſtitutus & rogatus de reſtituenda eadem impuberis hæreditate, tenetur fructus computare in Trebellianicam.*

L iubemus. C.ad Trebell. ſenſus ibid.

16 *Subſtitutio fideicommiſſario ita ſcripta, Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, eis, & cuilibet eorum pauperes per fi-*

per fideicommiſſum ſubſtituo : quamuis commodum praecedentis ſubſtitutionis pupillaris contineat, de eo tamen commodo legitima pupilli eſt deducenda, quoniam ipſe oneratus cenſetur.

17 *Subſtitutio compendioſa facta ſub conditione, ſi vterq; filiorum ſine liberis deceſſerit, multum refert, an facta intelligatur omnibus, an verò vltimò morienti duntaxat, ibiq; eius concluſionis ratio obſeruatur.*

18 *Subſtitutio pupillaris non impedit alienationem bonorum pupilli, ſi conſueta ſolemnia adhibeantur in alienationibus bonorum pupilli neceſſaria.*

Authen. Res qua. C. communia de legatis ſenſus ibid.

19 *Compendioſa pauperum ſubſtitutio, de qua in capitulo ſi pater, de teſtament. ſi in fideicommiſſariam euaſiſſet, non intelligenda foret facta vtrique filio, & filiæ, ſed filiæ duntaxat vltimo morienti.*

20 *Subſtitutio facta poſt mortem omnium, inter quos præceſſit reciproca ſubſtitutio, intelligitur facta vltimo morienti.*

L. codicillis. ff. de vſufructu leg. ſenſus ibid.

21 *Subſtitutio facta poſt mortẽ omnium, intelligitur facta vltimo morienti vel etiam omnibus ſimul, ſi pariter moriantur.*

22 *Sibi, referri poteſt ad numerum pluralem & ſingularem, ſi ratio recti ſermonis hoc patiatur.*

23 *Subſtitutio compendioſa poſt reciprocam inter filios ita facta, Etſi omnes filij mei ſine liberis deceſſerint, ſubſtituo eis pauperes, intelligitur facta non omnibus, ſed vltimò morienti.*

ET DE ILLIS AD PAVPERES.

ET DE ILLIS AD PAVPERES. Cùm Pontifex ſupra ſcripſerit: De filio ad filiam, & è contra, congruentius videbatur hoc loco fuiſſe dicturus idem Põtifex, Et de pauperibus ad illos. Siquidem horum verborum figura: Et de illis ad pauperes, magis exprimebat quod filius & filia ipſis pauperib. ſubſtituti fuiſſent, quam quod teſtator pauperes ipſi filio & filiæ ſubſtituiſſet. Deniq, Io. And. *in gloſſ. Abſque deductione*, hac ratione motus, poteſt videri ſcripſiſſe: De filia ad filium & de pauperibus ad illam, & ruſus de paupetibus ad illos. Quamuis in gl. *Ead. in filio, ad fin.* agens de prima huius textus ſubſtitutione, in qua aliq; inſtitu. e in re certa fuerat ſubſtitutus filius, minùs aptè ſcripſerit, De filia ad filium.

¶ Nota igitur, quod pauperum compendioſa ſubſtitutio in caſu propoſito intelligi debuit directa eſſe pupillaris, quoniam filia quæ nouiſſimo loco deceſſit, ante puberratem, & ſine liberis diem ſuum obierat. Enimuerò conſtabat multo euidentius, quod hæc ſubſtitutio ante pubertatem fuiſſet directa pupillaris, quoniam verbis ciuilibus fuerat concepta, vt probatur *ex priore text. parte, ibi, pauperes inſtituendo haredes.* Nihilominus adhuc ſuberat dubitandi materia, an hęc ſubſtitutio ad fideicommiſſum traheretur. Occurrebat enim quod cõcepta fuerat ſub conditione, Si vtrumque ſine liberis mori contingeret filiorum. Proinde hæc conditio ſubſtitutionem, etiam ſi verbis ciuilibus facta fuiſſet, trahere videbatur ad cauſam fideicommiſſi, vt poſt pubertatem & ante pubertatem cenſeretur eſſe fideicommiſſaria, iuxta veterum & Accurſij ſententiam, *in l. precibus, in verbo, Fideicommiſſi. C. de impubtrum. & alijs ſubſtitutionibus.* quam Hoſtienſis & Innocentius tenuerunt *in capitul. Raynutius, ſupra eodem.* Et hanc dubitandi rationem pro matre contra pauperes ſenſerunt gloſſ. hic *in verbo, Abſque deductione*, & Archidiaconus *numero 4. in verſicu. Abſque deductione*, dum pro matre expendunt conditionem, Si ſine liberis: & vtuntur Accurſij verbis *in dicta l. precibus.* Eandem dubitandi rationem etiam attigit Philippus Cornel. *conſilio 322. Ardua. numero 14. libro 3.* Quæ difficultas circa prædictam conditionem inferius explicabitur in gloſſ. verbis. Verùm hac dubitandi ratione non obſtante, Pontifex rectiſſimè decreuit, quod ſubſtitutio compendioſa facta de pauperibus ad filium & filiam, directa debet intelligi pupill. quoniam videlicet verbis & perſonis conueniebat.

1 ¶ Ergo ex Pontificis ſententia colligi videtur † quod ſi pauperum ſubſtitutio verbis obliquis fuiſſet concepta, tunc nõ intelligeretur directa eſſe pupillaris ante pubertatem, quoniam in tali ſpecie directę pupillaris interpretatio verbis minimè cõueniret. Vnde ſi talia verba ſubſtitutionis fuiſſent, & ſi vtrunq; ſine liberis mori contigerit filiorũ, bona dentur ſeu diſtribuantur pauperibus, iam Pontifex reſponſurus eſſe videretur, quod huiuſmodi ſubſtitutio cenſeri debuit fideicommiſſaria ante & poſt pubertatis tempora.

¶ Sic habes † nouum argumentum contra Bartoli ſententiam *in l. Centurio. num. 21. & 22. ff. de vulgar*, vbi in hoc articulo ſequentem fecit diſtinctionem. Aut enim (inquit) teſtator non reliquit executores, per quos bona pauperibus darentur, & idcireò ſucceſſit Epiſcopus quaſi legitimus executor. *l. nulli. l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & Cler.* & tunc planè ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria omni tempore propter verba obliqua. Aut verò teſtator reliquit executores, per quos bona pauperibus darentur, & tunc ſubſtitutio cenſeri debet directa pupillaris ante pubertatem. Quoniam relinquendo executores ſubintelligũtur ex tacita teſtantis voluntate verba illa directa, ſcilicet quod executores accipiant vel capiant. 2

¶ Ego autem conſidero quod in noſtri capituli ſpecie ex facto propoſitum eſt, quod eo teſtamento teſtator executores generaliter reliquerat, vt conſtat ex gloſſ. in caſus poſitione, & gloſſ. in verbo, Mortuo, & tamen reſponſum eſt, quod ſubſtitutio fuit pupillaris directa, quia verbis conueniebat & perſonis inſtitutis, verba autem fuerunt directa. Atqui ſi Bartoli ſententia eſſet vera, iam Pontifex contrarium ſentire debuiſſet, nempè quod pauperum compendioſa ſubſtitutio cenſeri deberet directa pupillaris, quamuis verbis obliquis fuiſſet concepta, videlicet, propter executores generaliter relictos, qui viderentur tacito verbo directo ad bona inuitari. Satis enim eſt, vt Bartoli argumento locus fiat, quod teſtator executores generaliter reliquerit, vt circa eam Bart. ſententiam reſoluit Alex. *conſil. 45. habita. num. 7. verſic. quod autem, lib. 1.* & tradit idem Alex. *num. 85.* Iaſ. *ex num. 37. in d. l. Centurio.* Et tamen Pontifex referẽdo ſe ad caſum propoſitum, conſtituit reſpondendi rationem in eo quod verbis in ſubſtitutione expreſſis directæ ſubſtitutionis interpretatio conueniret.

¶ Aduerte tamen, quod in ſuperioribus terminis, id eſt, vbi teſtator ſimpliciter dixit: Bona dentur & diſtribuantur pauperibus per executores: Bartoli opinio exiſtimantis, directam eſſe pupillarem, communis eſt, vti conſtat ex Ioan. Imol. *in dicta l. Centurio. ff. de vulgar. num. 19.* & ſequitur Alexand. *ex num. 78.* Iaſon *num. 38.* Lanfranc. de Oriano *num. 39. in dicta l. Centurio.* Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, ſupra eod. in verb. Si abſque liberis, in 2. de compend. ſubſtit. num. 56.* & ex alijs authoribus, quos latè retulit Lancelot. Galiaul. *in repet. dict. l. Centurio. num. 332.* Nec Bart. obſtaret argumentum, quod adfert Lancelot. Galiaul. *vbi ſupra, num. 341. verſic. ſed nos loquimur*, dicentis, quod in prædicta ſpecie ſubſtitutionis non poſſent ſubaudiri verba directa in perſona executorum, quum inſtitutiones & ſubſtitutiones directæ, nutu fieri nequeant, *l. iubemus. C. de teſtament. l. haredes palam. ff. eodem. tit.*

¶ Nam facilè reſpondetur † quod executores in fauorem pauperum vel nutu inſtitui potuerunt, iuxta gloſſ. ſingularem, & communiter approbatam *in cap. cum tibi, ſupra, de teſtamen. coniuncta l. cum dotem, verſicu. & ſanè. ff. ad legem Falcidiam.* cum multis alijs, quæ circa dictam gloſſ. congeſſit latè Andr. Tiraquell. *in tractat. de priuilegijs piæ cauſæ, in priuileg. 8.* Sed nec Bartolo multum refragatetur inductio, quam fecimus ex ſententia Pontificis in hoc capitulo, quoniam reſponderetur fuiſſe quidem in antiqua mentionem executorum factam, verùm Pontificiam authoritatem manſiſſe in hac deciſa, in qua nulla executorum mentio facta proponitur. 3

¶ Nihilominus Bartoli ſententia non temerè erit probanda. Quoniam contraria opinio videtur probabilior videlicet, quod talis ſit ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria: & maximè ſi teſtator non tantum dixiſſet Bona: ſed Bona mea. Denique hanc partem quaſi veriorem & magis communem probauit in præſentiarum Philip. Franch. *ex numer. 78.* & Alexand. *conſilio 163. Circa primum. numer. 7. libr. 2.* Franciſc. Ripa *numer. 10.* Lancelot. Galiaul. *numer. 333.* Andre. Alciat. *numer. 75. in dicta l. Centurio*, & idem Alciat. *in l. 1. num. 167. ff. eodem titulo.* & Ioan. Coraſ. *in repetit. l. precibus. C. de impuber. & alijs, numero 71.*

¶ Vno tamen caſu † ſententia Bartoli nullam dubitationem habere dicitur, ſi videlicet teſtator ita concepiſſet: Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis volo quod bona mea, & eiuſdem filij dentur & diſtribuantur pauperibus per executores. In hac enim ſpecie ſine dubio erit directa pupillaris, 4

intra pupillarem ætatem decedente filio. Ratio autem redditur: quoniam bona filij non poſſent venire in diſtributionem, vt teſtator voluit, niſi per directam pupillarem ſecundùm Saliceium *in l. precibus. num. 26. verſic. Et ideo ſi pater. C. de impuber. & alijs.* Alexand. *in dicta l. Centurio. num. 81. verſic. Alio tamen caſu*: vbi ſcribit hanc fuiſſe rationem Bartoli *in conſilio incipiente, Bart. Roſel.* Hoc idem probarunt Lancelor. Galiaul. *num. 445. verſic. Tertio.* Ripa *num. 106.* Aleiat. *num. 79. in dicta l. Centurio.* Guilielm. Benedict. *in repetit. dicti cap. Raynutius, ſupra de teſtamen. in dicto verbo, Si abſque liberis. in 2. de compendioſa, num. 56.* Vnde Ripa *in dicto num. 106.* ſcribit ſe maximè dubitare de eo, quod conſuluit Bal. *in conſil. 196. Factum ſic habet, lib. 5.* vbi teſtator mãdauit poſt mortem filij omnia bona pauperibus erogari, reſeruata tertia parte bonorum ſuorum & filij, quam voluit ad ſoceros peruenire. Reſpondit Bald. in hac ſubſtitutione compendioſa non contineri directam pupillarem, quoniam videlicet facta eſſet per verba obliqua. Contrarium autem credidit Ripa, ſecundùm auctoritates ſuperiores, & ita determinat, quod ea ſubſtitutio cenſeri debuit directa pupillaris intra pupillarem ætatem. Nec obſtare ait, quod ſubſtitutio fuerit facta per verba obliqua: quoniam vbi conſtat de intentione teſtatoris, verbum obliquum trahitur ad ſignificationem directi, *l. quærebatur.* vbi Bartol. notat, *ff. de milit. ar. teſtament.* In propoſita autem Bald. ſpecie (inquit Ripa) conſtabat teſtatorem voluiſſe, vt omnia bona ſcilicet, ſua & filij, pauperibus erogarẽtur: quoniam hoc ita declarabat exceptio tertiæ partis bonorum ſuorum & filij, argumento *l. nam quod liquidè § fin. ff. de penu legata.* Cùm igitur cõſtaret, quod teſtator non ſolum de bonis ſuis, ſed etiam de bonis filij diſpoſuiſſet, neceſſe erat, omninò interpretari eum de directa pupillari ſenſiſſe.

¶ Ego autem aduerto rationem horum authorum qui inducũt directam pupillarem, ex eo quod teſtator diſpoſuit de proprijs bonis filij, eò ſpectare, vt ſi teſtator nullos omninò executores reliquiſſet, nihilominus pauperes, & eorum nomine Epiſcopus poſſet admitti iure directæ pupillaris.

5 ¶ Sed tamen contra eos † omnes reſoluo, quod etiam ſi teſtator dediſſet executores, qui bona ſua, & filij diſtribuere deberent inter pauperes, non tamen ſubſtitutio valitura erat iure directæ pupillaris intra ætatem pupillarem: ſed omni tempore valitura eſſet iure fideicommiſſi. Stat enim (vt animaduerto) auctoritas receptioris ſententiæ, qua conſtituitur aduerſus Bartol. quod ea ſubſtitutio de bonis ſimpliciter facta eſt fideicommiſſaria omni tempore: quemadmodum ſupra retuli. Planè ſumma ratio huius receptioris ſententiæ, quæ conſiſtit in verbo obliquo, militat omnimodè in propoſita ſpecie: quamuis maximè teſtator propria bona filij pauperibus reliquerit. At enim (dicunt authores ſupra allegati) teſtator non potuit de proprijs bonis filij diſponere niſi per pupillarem. Ergo inducenda eſt interpretatio directæ pupillaris. Miror equidem tot graues iuris noſtri præceptores principia eiuſdem iuris quandocunq; prætermiſiſſe.

6 ¶ Ego enim didici † quod teſtator poteſt propria bona filij impuberis non ſolum iure directæ pupillaris ſed etiam per fideicommiſſum relinquere. Nam ſi teſtator etiam propria filij bona poteſt dare ſubſtituto pupillari, *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. l. ſi is qui ex bonis. & l. Centurio. ff. de vulgar. §. non ſolum. Inſtitut. de pupillar. l. Iulianus, aliàs, Si pupillus paterna. in verſic. item. ff. de acquirend. hæreditat.* quis non videt eundem ſubſtitutum pupillarem poſſe fideicommiſſo onerari vt pupilli bona Titio reſtituat, *l. 2. §. interdum. ff. de vulgar. l. ita tamen. §. à patre ff. ad Trebellia. l. hæredis aditio. §. tantundem. in verſic. Tractari. ff. quando dies legati cedat?* Idque contra Rayner. de Forliuio & Bald. *colum. fin. in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtamen.* obſeruauit Alexand. *in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. penultima colum. ante numer. 7. ff. ad Trebellianum.* Quare ſi pater filium impuberem inſtituerit, nec ei pupillariter ſubſtituerit, poterit ſimiliter legitimum impuberis hæredem onerare, vt propria filij bona Titio reſtituat. *l. ab exhæredi tati ſubſtituto, verſicul. Quod & legitimi. ff. de legatis primo. l. ſi Titio. §. fin.* vbi Iaſon *numer. 15. hoc ex communi doctrina refert. ff. eodem titulo.* denique hoc ſenſit Papinianus *in l. cohæredi. §. quod ſi hæredem, verſicul. Nec fideicommiſſo. ff. de vulgar.* ſignificauit enim ibi Papinianus, quod ſi teſtator verba fideicommiſſi non direxiſſet in ipſum impuberem, ſed ea direxiſſet in legitimum impuberis hæredem, tunc fideicommiſſo propriæ filij facultates tenerentur, vt fuſiùs explicaturi ſumus *infra in gloſſ. fin. ad fin.* Quæ cũ ita ſint, iam liquidò apparet, in propoſita ſpecie, de qua Doctores vbi ſupra, retinenda fore ſignificationem verbi obliqui, etiam vbi teſtator de bonis filij diſpoſuiſſe animaduertitur, quũ vtique de bonis filij per fideicommiſſum poſſit diſponere. Sic defendo Bald. ſententiam aduerſus Franciſc. de Rip. Sic conſequenter oſtendo, Bart. ſententiam nec quidem poſſe procedere, vbi teſtator iuſſiſſet, vt bona etiam filij diſtribuerentur per executores inter pauperes.

¶ Illud autem vtile inducet illa conſideratio: quod † teſta- 7
tor de bonis propriis filij diſpoſuerit, vt videlicet ſubſtitutio verbo obliquo facta, quæ alioquin non erat propriè compendioſa, nunc quia teſtator de proprijs filij bonis diſpoſuit, cenſebitur eſſe propriè compendioſa. Nam vbi teſtator dixiſſet: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea dentur & diſtribuantur pauperibus, &c. hæc ſubſtitutio futura erat vna omni tempore fideicommiſſaria, per quam filius ipſe videbatur oneratus bona teſtatoris pauperibus reſtituere, argumento huius textus cum his quæ diximus *in 2. parte. in gloſſ. ſuper verbo, Debita, ad finem.* Nam verò quoniam teſtator non ſolum bona ſua, ſed etiam propria filij bona in fideicommiſſum cadere voluit, intelligetur, quod duo fideicommiſſa diuerſa, & diuerſæ naturæ compendio verborum fecerit: quæ vtique diſtinguenda venirent per tempora pupillaris ætatis, & pubertatis. Videbitur enim intra pupillarem ætatem quaſi codicillis pupillaribus rogaſſe legitimum hæredem filij impuberis, vt hæreditatem filij reſtituat pauperibus.

¶ Sic eueniet, vt mortuo intra pubertatem filio, pauperes habeant ex fideicommiſſo vniuerſa bona, quæ habituri fuerant ex directa pupillari ſubſtitutione. Neque enim contra pauperes detrahetur legitima portio ipſi filio iure naturæ debita, quum filius non fuerit grauatus. Nec etiam detrahetur Trebellianica: quoniam contra pauperes non deducitur. Vbi verò filius ſine liberis pubes deceſſit, incipiet habere locum alterum fideicommiſſum bonorum duntaxat teſtatoris, quaſi proprio ipſius teſtamento relictum, in quo ipſum filium oneraſſe intelligetur. Sic nouum fideicommiſſum poſt pubertatem locum habere incipiet: quum prius, de quo proximè egimus, pubertate expirauerit, *l. Quod fideicommiſſum. ff. de legat. 1.* Et de hoc fideicommiſſo, ſi non Falcidia, certè legitima filij contra pauperes reſecaretur. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamen. iuncto text. in præſen & in l. cohæredi. § quod ſi hæredem, verſic. nec fideicommiſſo. ff. de vulg.*

¶ Sed et ſi teſtator non dixiſſet: Bona mea: & filij mei: ſed dixiſſet ſimpliciter: Bona diſtribuantur pauperibus: elegãter fortaſſis defenderetur ſubſtitutionem eſſe ſimiliter cõpendioſam, & diſtinguendum eſſet ſimiliter pro diuerſitate temporum vel vulgare bonorum teſtatoris, vel pupillare bonorum etiam filij fideicommiſſum.

¶ Hoc loco quæro cum Archidiacon. hic *numer. 5. verſicul. Quid ſi filia.* quid reſpondere debuit Pontifex, ſi filia hæc, quæ nouiſſimo loco deceſſit, non impubes ſed pubes ſine liberis deceſſiſſet? Et Archidiaconus fermè in hoc inclinauit, vt exiſtimauerit, nihil omninò ex his bonis pauperes fuiſſe habituros. Motus eſt, eo quod ſubſtitutio verbis ciuilibus concepta, quæ ante pubertatem potuit valere iure directæ pupillaris, non valet iure fideicommiſſi poſt pubertatem, *l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar.*

¶ Sed † tamen, reiecta Archidiaconi dubitatione pro con- 8
ſtanti haberi debet, quod pauperum ſubſtitutio, & ſi facta fuerit verbis ciuilibus, valere debuit iure fideicommiſſi poſt tempora pubertatis, ſecundùm ea quæ oſtendimus *infra in glo. ſuper verbo, interdum.*

¶ Qua opinione admiſſa, ſequens quæſtio eſt: Si filia iſta pubes deceſſiſſet, quantum pauperes ex hoc fideicommiſſo ferre deberent contra matrem, quæ puberi filiæ ab inteſtato, ſiue ex teſtamento hæres extitiſſet? Et quidem mater ex perſona filiæ teneretur reſtituere pauperibus eam rem certam, in qua filia fuit hæres inſtituta: ſed ita vt de hac re certa deduceret legitimã portionem, in qua filia à patre onerari non potuiſſet, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* Nihil autem eſſet, quod propterea de alterius quartæ deductione tractari poſſet. Quoniam hæres inſtitutus in re certa, dato cohærede vniuerſali, non poteſt exercere legem Falcidiam. *l. ex Falcidia. §. nunquam. ff. ad l. Falcid. cõiuncta l. quoties. C. de hæred. inſtit.* vt aliàs latiùs obſeruauimus *in 2. part. in gloſſ. ſuper verbo, Trebellianica.*

¶ Dubi-

¶ Dubitari tamen potuit, vtrum mater ex perſona filiæ pu-
beris teneretur eiſdem pauperibus reſtituere hæreditatem filij
impuberis, in qua teſtatoris vniuerſa bona continebantur? Et
9 reſpondendum eſt † quod filia in caſum, quo pubes ſine libe-
ris deceſſiſſet, rogata videretur pauperibus reſtituere non ſo-
lum rem certam, quam ex inſtitutione habuiſſet, ſed etiam
hæreditatem fratris impuberis, quam ex pupillari ſubſtitutio-
ne ipſo iure quæſiuiſſet. Siquidem verba ciuilia ſubſtitutio-
nis pauperum in huiuſmodi fideicommiſſum conuertenda vi-
derentur, videlicet: Bona reſtituantur pauperibus. Quare in
hoc fideicommiſſum cecidiſſe etiam videretur commodum
ſubſtitutionis pupillaris antea factæ, argumento textus *in l. qui
fundum. §. qui filios. ff. ad legem Falcidiam.* & iuxta receptam Bar-
toli doctrinam *in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. numero 2. ff. ad Trebel-
lianum.* vbi Alexand. *numer. 6.* rectè explicat, quod propriæ filij
impuberis facultates hoc fideicommiſſo tenerentur. Et hanc
eſſe communem opinionem conſtat ex Ioan. Coraſ. *in l. cum vi-
rum. num. 85. C. de fideicommiſſ.* quamuis ipſe contra defendat, &
reſoluit etiam eſſe communem opinionem Paul. Pariſ. *in conſil.
36. Circa primum, num. 22. & num. 36. in 2 part.*

¶ Hoc autem, quod de proprijs filij impuberis facultatibus
10 reſoluimus, non haberet † locum, ſi teſtator ita concepiſſet:
Etſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, Chriſti
pauperes in omnibus bonis meis inſtituo hæredes. In hac e-
nim ſpecie mater ex perſona filiæ puberis non teneretur reſti-
tuere pauperibus niſi bona dumtaxat, quæ teſtatoris fuerunt.
Si quid verò proprium pupillus aliunde habuiſſet, id non ve-
niret reſtituendum ex fideicommiſſi cauſa, nec etiam legitima
in bonis teſtatoris ſibi debita. Moueor ad hoc dicendum, quo-
niam ſi teſtator ita dixiſſet: Etſi vtrumque ſine liberis mori
contigerit filiorum, omnia bona mea pauperibus reſtituantur,
iam mater ex perſona filiæ puberis non teneretur reſtituere
pauperibus niſi bona dumtaxat teſtatoris, deducta legitima,
vt ſenſit Angel. *nu. 3. in dicto §. qui ſuſpectam.* & ſpecialiter expreſ-
ſit Paul. de Caſtr. ibidem *colum fin.* & Alexand ibidem *numer. 6.*
rectè defendit Claudius *colum. 2.* facit quod ſcribit Alexan. *num.
8.* Socin. *numer. 11. in l. 1. ff. de vulgar.* & doctrina Bartol. *in l. ſi ita
ſcriptum. in §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul.* commu-
niter approbata, vt ſupra fuit reſolutum in gloſſ. *ſuper ver. De
filio ad filiam.* Ergo eadem ſententia videtur inducenda ad pro-
poſitam ſpeciem, in qua pauperes proponuntur ſubſtituti ver-
bis ciuilibus in bonis teſtatoris. Etenim ſi pauperum ſubſtitu-
tio valuiſſet iure directæ pupillaris, tunc pauperes in vniuerſa
impuberis hæreditate ſuccederent non tantum in bonis teſta-
toris. Quoniam tunc rerum certarum mentio quaſi vitium
detraheretur. *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæredi. inſtituen. l. cohæredi. §. fin.
ff. de vulgar.* At verò in propoſita ſpecie, in qua verba ciuilia in
fideicommiſſi cauſam conuertimus, retinere oportet teſtantis
voluntatem, quæ ſola in fideicommiſſis ſpectatur, *l. penultim. ff.
de legat. 1. l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad
Treb. l. cum virum. C. de fideicom.* Sic bona teſtatoris duntaxat in
fideicommiſſum cadent ſecundùm ipſius verba, quum nulla
iuris neceſſitas cogat bonorum teſtatoris quaſi rerum certa-
rum mentionem detrahere. Et interpretor hoc ita in terminis
ſenſiſſe Petr. de Ancharan. *conſilio 27. Non ſeruato ordine, colum. 1.*
Quidam enim tres filios inſtituit impuberes, eoſque quando-
cunque ſine liberis decederent inuicem ſubſtituit, & ſi omnes
ſine liberis mori contigiſſet, duos antiquiores de domo ſubſti-
tuit in bonis ſuis. Deceſſerunt primò poſt teſtatorem duo ex
filijs in pupillari ætate, deinde alter ſuperſtes filius nouiſſimo
loco pubes ſine liberis vita deceſſit. Quæſitum eſt, vtrum anti-
quiores de domo, qui verbis ciuilibus fuerant ſubſtituti, admit-
terentur ex fideicommiſſi cauſa ad portionem filij puberis? Et
concluſit Petr. de Ancharan. eos admittendos fuiſſe ex cauſa
fideicommiſſi. Item quæſitum eſt, an hæres eiuſdem filij pube-
ris teneretur reſtituere eiſdem antiquioribus de domo portio-
nes præmortuorum. Et ſenſit quod eo caſu, quo reciproca
compendioſa valuiſſet iure directæ pupillaris, non venirent
in fideicommiſſum propriæ impuberum facultates. Siquidem
initio conſilij dixit, primam dubitationem incurrere, vtrum
compendioſa reciproca facta inter liberos valuiſſet inter ipſos
iure directæ pupillaris, an verò iure fideicommiſſi? Et aſſeruit
non eſſe curandum de reſolutione huius dubitationis, quoniam
ſiue directa fuiſſet pupillaris, ſiue fideicommiſſaria, æquè verũ
eſſet, quod in fideicommiſſum caderent omnia bona teſtatoris
quæ ad filium, qui nouiſſimo loco pubes deceſſit, ex ea ſubſti-
tutione perueniſſent.

¶ Proinde habuit pro conſtanti, nõ venire in hoc fideicom-
miſſum proprias impuberum facultates, etiamſi reciproca ſub-
ſtitutio valuiſſet iure directæ pupillaris. Alioqui multum inter-
erat conſtituere, vtrum reciproca ſubſtitutio valuiſſet iure dire-
ctæ pupillaris. Quoniam tunc poſſent venire in fideicommiſ-
ſum propriè impuberum facultates, quæ quidem nullatenus
venirent, ſi reciproca compendioſa valuiſſet iure fideicõmiſſi,
argumen. *l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. verſic. nec fideicommiſſo. ff.
de vulgar.*

¶ Quoniam igitur concluſimus, quod in noſtri capituli ter-
minis mater ex perſona filiæ puberis, præter rem certam, tene-
retur reſtituere pauperibus hæreditatem filij impuberis, quæ
ex pupillari ſubſtitutione fuit quæſita eidem filiæ, conſequen-
ter quæritur, vtrum de hac hæreditate poſſet facere deductio-
nes iure naturæ debitæ, & Trebellianicæ? Et ſanè † reſponde- 11
tur, quod de hoc fideicommiſſo hæreditatis pupillaris nõ poſ-
ſet deducere legitimam portionem, vt in terminis docuerunt
Bald. *num. 6.* Paul. Caſtren. *num. 6. in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtam.*
& idem Paul. Caſtren. *conſil. 43. Subſtitutio prædicta. num. 2. lib. 2.*
facit text. *in l. cum patronus ff. de leg. 2.* docet Ioan. Coraſ. *in l. preci-
bus. C. de impub. & alijs. num. 63.*

¶ Vnde videtur errore lapſus Petr. de Ancharan. *in dicto con-
ſil. 27. colum. 1. in verſic. ad aliud.* dum iuris noſtri rationes, & Baldi
ſententiam *in dicta l. ex tribus.* non ſatis aſſequutus videtur. Nam
quum dubitaretur in illa ſpecie, vtrum hæres filij puberis, qui
vltimo loco fuiſſet mortuus, poſſet detrahere de portionibus
impuberum præmortuorum legitimam partem, quæ ipſis im-
puberibus iure naturæ à patre fuiſſet debita? Petr. de Anchara.
primò ſcripſit, quod talis deductio iure fidei non poſſit. Motus
eſt optimo & efficaci argumẽto, videlicet, quod hic pubes ſuc-
ceſſerat impuberibus ex pupillari ſubſtitutione. Ergo ſubſti-
tutus pupillaris potuit grauari in legitima, quæ non ſibi ſed ip-
ſis pupillis debita fuiſſet, iuxta notata *in l. ſi Titio. § fin. ff. de legat.
1.* & per Cynum *in dicta l. ex tribus. C. de inoffic. teſtamen.* In contra-
rium tamen allego Bald. *in eadem l. ex tribus.* quaſi Bal. ibi retule-
rit, ſe conſuluiſſe in his terminis, quod legitima portio eſſet de-
trahenda. Confirmatur præterea Petr. de Anchar. hanc partem,
quoniam antiquiores de domo videbantur ſubſtituti fuiſſe
dumtaxat ei, qui ex liberis vltimò deceſſerat, videlicet, puberi,
non verò ſubſtituti videbantur impuberibus, qui in pupillari
ætate præmortui fuere. Vnde quum his pupillis pubes frater
ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſiſſet, iam hæc hæreditas † pu- 12
pillorum ipſi puberi fuit delata, & acquiſita, & conſequenter
non potuit facere tranſitum ad antiquiores de domo, vt ipſius
iure directo deferretur. Sic collegit, quod antiquiores de do-
mo habebant portionem puberis vltimo defuncti, ad ſe deuo-
lutam quaſi ex fideicommiſſo, at in ea portione inuenirent et-
iam portionem impuberum præmortuorum, quæ portiones
fuerant ex pupillari ſubſtitutione deuolutæ ad ſuperſtitem fra-
trem, qui poſtea pubes vltimo loco deceſſit. His demum con-
ſequens eſſe credidit, quod eodem iure caperent antiquiores
de domo præmortuorum impuberum portiones, quo iure ca-
piunt vltimam puberis portionem, in qua illas reperiunt. Sed
vltimam (inquit) capiunt cum detractione legitimæ. Igitur &
præmortuorum impuberum portiones capiẽt cum eadem de-
tractione legitimæ portionis, ne portiones quæ eodẽ iure quæ-
ſitæ fuerunt, diuerſo iure cenſeantur, arg. *l. eum qui ædes. ff. de vſu-
capio.* Hæc ille.

¶ Ego autem imprimis noto, quod Baldus *in dicta l. ex tri-
bus.* & cæteri authores pro conſtanti docuerunt, quod non eſ-
ſet detrahenda legitima de portionibus impuberum, ſi vtique
ſubſtitutio fideicommiſſaria videretur facta ei dumtaxat, qui
ex liberis nouiſſimis deceſſiſſet. Quapropter Petr. de Ancha-
ran. non rectè aduocauit Bald. authoritatem *in dicta l. ex tribus.*
& melius reſpondere debuit, quod non eſſet detrahenda le-
gitima portio de impuberum præmortuorum portionibus,
ſecundùm Baldi receptam doctrinam *in dicta l. ex tribus.* Li-
cet enim Petrus de Ancharan. intellexerit, quod antiquioribus
de domo ex ſententia teſtatoris debebant ſuccedere in omni-
bus bonis, tamen perſpicuè ſcripſit, quod eidem videbuntur
ſubſtituti non omnibus liberis ſigillatim, ſed vni ſolummodò
liberorum, qui ſupremus ſine liberis mortuus fuiſſet. Vnde i-
dem Petrus de Ancharan. minus rectè ſcripſit, quod parum

erat

erat curandum de intellectu reciprocæ ſubſtitutionis compendioſæ: vtrum ſcilicet, iure directæ pupillaris valuiſſet, an magis iure fideicommiſſi. Motus eſt enim ea ratione, quod ſiue hoc, ſiue illo modo intelligeretes, æquè omnia bona teſtatoris in cauſam fideicommiſſi cadebant. Ego verò contra noto, ſolidum, & vtiliſſimum differentiæ effectum occurrere inter fideicommiſſariam & directam pupillarem. Quippè ſi reciproca compendioſa intelligeretur eſſe fideicommiſſaria ante tempus pubertatis, iam impuberes ipſi viderentur inuicem grauati reſtituere ſuperſtitibus portiones ſuas.

12 ¶ Sic euenit † vt in legitima illis debita fideicommiſſum non teneret, *iuxta gloſſ. receptam in l. ſi pater puellæ, in gloſſ. final. C. de inofficio. teſtament.* & obſeruauimus ſupra *in ſecunda parte, in gloſſ. Abſque deductione.* Sin autem (vt erat probabilius) cenſeretur reciproca eſſe ſubſtitutio pupillaris ante tempus pubertatis, iam pubes, qui ex pupillari ſubſtitutione hæreditates impuberum quæſiuiſſet, bona, quæ teſtatoris fuerunt ſine detractione legitimæ portionis reſtituere debuit antiquioribus de domo.

¶ Nec obſtat Ancharan. argumentatio dicentis, quod in portione puberis, qui vltimò deceſſit, inueniebantur portiones quæſitæ ex pupillari ſubſtitutione: atque ideo portiones eodē iure antiquioribus quæſitæ non debebant diuerſo iure cenſeri. Nam equidem nego, haſce portiones fuiſſe eodem iure quæſitas antiquioribus de domo: ſed magis dico, quod eiſdem fuerunt quæſitæ diuerſo iure.

13 ¶ Animaduerto † enim quod in propoſita ſpecie teſtator credi debet, puberem, qui vltimo loco deceſſit, non vno, ſed duplici fideicommiſſo onerаſſe. Vnum fideicommiſſum eſt principali teſtamento relictum, quod teſtator à pubere filio quaſi hærede ſuo immediato dediſſe intelligitur: videlicet, vt portionem, in qua fuit inſtitutus, poſt mortem ſuam reſtituat antiquioribus de domo. Alterum fideicommiſſum eſt quaſi pupillaribus tabulis relictum, quod teſtator ab eodem pubere filio quaſi à pupillari ſubſtituto dediſſe intelligitur: videlicet, vt bona ipſius teſtatoris, quæ ex pupillari ſubſtitutione conſecutus eſſet, reſtitueret antiquioribus de domo poſt mortem ſuam. Sic perſpicis diuerſa, & diuerſæ rationis eſſe hæc duo fideicommiſſa quibus pubes, qui vltimo loco defunctus eſt, intelligitur à patre fuiſſe oneratus. Vnde euenit, quod teſtator priore fideicommiſſo non potuerit onerare filium in legitima portione, quàm ei debebat. *l. quoniam in prioribus. C. de inofficio teſtament.* Euenit etiam quod poſteriore fideicommiſſo potuerit eundem onerare quaſi pupillarem ſubſtitutum impuberum liberorum ſine reſpectu legitimæ portionis ipſis impuberibus debitæ: quum eos pater honorauerit magis quam onerauerit, *l. ex tribus. de inoffic. teſtament. l. Papinianus. § ſi quis impuber. ff. eod. tit.* Ex quibus omnibus apparet penitus excludi debere ſentētiam Petri de Ancharan. *in dicto conſilio* 27. quamuis ſimpliciter eum retulerit Alexand. ad Bald. *in dicta l. ex tribus.* & Corn. *in conſilio* 277. *num.* 12. *lib.* 1.

¶ Hoc igitur conſtituto, quod in propoſita noſtri capit. ſpecie, ſi filia ſine liberis pubes deceſſiſſet, mater illis hæres ſine vlla detractione legitimæ portionis reſtituere deberet pauperibus hæreditatem filij impuberis, in qua bona patris inuenirentur. Videamus nunc de Trebellianicæ deductione: Et dubitari non debet quin mater ex perſona filij poſſet eam deductionem facere iure communi. Sed quoniam fideicommiſſarij eſſēt pauperes, ſingularis pietatis priuilegio ceſſaret deductio Trebellianicæ, *authent. Similiter. C. ad leg. Falcid* & quidem Bald. *in dicta l. ex tribus. colum. fin.* in hac fermè ſpecie ſcripſit, quod portio impuberis eſſet reſtituenda integraliter cuilibet fideicommiſſario, quoniam ſubſtitutio pupillaris poſſet grauari in legitima & Trebellianica: & hoc latius affirmauit Philipp. Corn. *in conſilio* 142. *num.* 3. *lib.* 4.

¶ Sed tamen † verius & receptius eſt, quod hæres puberis ex perſona puberis quaſi ſubſtituti pupillaris poteſt deducere Trebellianicam de impuberis hæreditate, quæ in fideicommiſſum cecidit, vt docuit idem Bald. *in l. cum virum. num.* 18. *C. de fideicom.* & Paul. Caſtr. *in dicta l. ex tribus, fin. C. de inofficio. teſtament.* quem ibi ſequutus eſt Alexand. ad Bald. & tradidit hoc generaliter Andr. Siculus *in capitulo Raynutius. numero* 40. *ſupra eodem.* & aduerſus Philipp. Corn. vbi ſupra deduxit Lancellot. Galiaul. *in repetitione dicta l. Centurio. numero* 410. *ff. de vulgar.* Illud tamen ad qualemqualem Bald. & Philipp. Cornei excuſationem meminiſſe oportet, quod licet pater filium ipſum impuberem grauare non poſſet in Trebellianica, non deducenda ſi ipſum fideicommiſſo oneraſſet: poſſet tamen ſubſtitutum pupillarem filij impuberis onerare, ne Trebellianicam de impuberis hæreditate detraheret, ſecundùm ea, quæ aliàs ſcripſimus *in* 2. *par. in gloſſ. ſuper verbo, Debita.*

¶ Adde etiam in propoſito reſponſum Raphaelis Cuman. notabile *in conſilio* 123. *Bartholomæus:* vbi pater inſtituit Antonium, & Franciſcum filios ſuos impuberes: & etſi eueniret, quod ſine liberis decederent, dicta bona poſſeſſiones ipſius teſtatoris, in quibus dictos filios inſtituerat, deuenirent in magiſtrum Apollonium, & alios, mortuo teſtatore, Antonius in ætate pupillari mortuus eſt: & deinde Franciſcus pubes factus ſine liberis vita deceſſit, qui bona patris omnia poſt mortem pupilli fratris poſſederat. Igitur quæſitum eſt, hæres Franciſci quantum ex illius perſona reſtituere deberet ſubſtitutis? Reſpondet Cuman. ſubſtitutionem videri factā ei, qui ex fratribus nouiſſimus ſine liberis vita deceſſiſſet.

¶ Proinde conſtituit, quod pars Franciſci, quæ erat dimidia, planè veniebat ex fideicommiſſo reſtituenda: ita, vt ex his ſex vncijs detrahenda eſſet legitima, hoc eſt ſexta pars quam facerent duæ vnciæ. Item eleganter adiecit, quod cūm Franciſcus Antonio fratri impuberi ab inteſtato ſucceſſiſſet, pars Antonij in fideicommiſſum cadebat, non minùs, quam ſi Franciſcus eidem impuberi fuiſſet pupillariter ſubſtitutus. Sic intellexit Cuman. quod Franciſcus duplici fideicommiſſo oneratus videbatur: vno quaſi hæres teſtatoris de parte ſua: altero quaſi legitimus pupilli hæres de parte ipſius pupilli, *iuxta l. ſi Titio. § fin. ff. de legat.* 1. Vnde concluſit, quod idem Franciſci hæres reſtituere deberet partem Antonij ſine deductione legitimæ portionis, quam eidem Antonio pater iure naturæ debuiſſet. Concluſit præterea, quod idem hæres deduceret Trebellianicam ex perſona Franciſci, tam de parte ipſius Franciſci, quàm de parte Antonij impuberis. Tractauit etiam vtrum fructus percepti de omnibus his bonis imputandi eſſent in hanc Trebellianicam.

¶ In quo articulo primum noto, quod Raphael Cuman. ſeparare debuiſſet fructus perceptos à Frāciſco ex parte ſua à fructibus ab eodem perceptis ex parte Antonij impuberis. Nam circa fructus † perceptos ex parte ſua occurrebat, quod non eſſent imputandi in Trebellianicam, quæ de eadem parte veniret deducenda, *iuxta l. iubemus, C. ad Trebell.* Conſtare autem debuit, quod fructus percepti ex parte Antonij eſſent imputandi in quartam Trebellianicam, quæ ex eadem parte deduceretur. Quippè etſi Franciſcus eſſet filius primi gradus, non de paterna ſed de fraterna hæreditate reſtituenda rogatus eſſe intelligitur: argumento *l.* 1. *§. ſi quis autem. ff. de ſucceſſorio edicto.* Vnde meritò ceſſare debet priuilegium *dicta l. Iubemus,* cuius diſpoſitio non eſt amplianda, ſed reſtringenda ad caſum dumtaxat, de quo loquitur, vt probatur *in eadem l. Iubemus ad finem.* & declarat eleganter Rolandus à Valle, reſoluens communem illius legis intellectum circa fructuum imputationem *in conſilio* 30. *numero* 6. *cum ſequentibus in* 1. *parte,* & aliàs obſeruaui circa prohibitionem Trebellanicæ *in* 2. *parte, in gloſſ. ſuper verbo, Debita.* 15

¶ Præterea aduerſus Cumanum noto, quod de parte Antonij pupilli non erat detrahenda Trebellianica. Etenim teſtator bona ſua fideicommiſſo teneri voluerat: nec de proprijs liberorum facultatibus quicquam cauerat. Vnde Antonij pupilli integra hæreditas in fideicommiſſum non cadebat, ſed ex hæreditate eiuſdem pupilli cadebat ſolummodo in fideicommiſſum pars paternæ hæreditatis, quæ eidem Antonio ex inſtitutione obuenerat, vt & Cuman. rectè videtur intellexiſſe. Secundùm quæ Franciſcus intelligebatur fuiſſe oneratus fideicommiſſo vniuerſali reſtituenda parte ſua tanquam hæres patris.

¶ Præterea idem quaſi legitimus hæres Antonij impuberis intelligebatur oneratus fideicommiſſo rerum certarum, hoc eſt, bonorum patris: in quibus patri Antonius ſucceſſerat, argumento *l. cohæredi. § fin. ff. de vulga.* & quod ibi Caſtren. & Aret. rectè docuerunt, & nos quoque obſeruauimus *ſupra in* 2. *parte, in gloſſ. ſuper verbo, Trebellianica,* aduerſus Alexand. *in conſilio* 12. *Attentis. in* 2. *volumine.* Quare ſubtilius reſpondere debuiſſet

Raphaël Cum. quòd hæres Franciſci, deberet deducere quartam Trebellianicam de parte Franciſci, & quartam Falcidam de parte Antonij, vt alias docuit Bartol. *in l. Marcellus, in §. idem Pomponius. num. 2. ff. ad Trebell.*

¶ Aduerſus tamen ſuperiorem concluſionem, qua reſoluimus, quòd mater hæres filia puberis non potuiſſet de puberis filij hæreditatem pauperibus reſtituenda deducere legitimam portionem ipſi filio iure naturę debitam, poteſt fieri huiuſmo-
16 di argumentatio. Conſtare † enim videtur, quòd ſi teſtator duos filios impuberes, quos haberet in poteſtate, inſtituiſſet hæredes, eoſque inuicem pupillariter ſubſtituiſſet: & deinde ita ſcripſiſſet: Et ſi vtrumque ſine liberis mori contigerit filiorum, eis, & cuilibet eorum pauperes per fideicommiſſum ſubſtituo: certè hoc caſu non eſſet ſuperiori concluſioni locus. Siquidem in tali ſpecie, ſi vnus filius prior ante pubertatem deceſſiſſet, eique alter ſuperſtes filius ex pupillari ſubſtitutione hæres extitiſſet, & deinde hic ſine liberis pubes vita decederet, iam mater poſſet deducere legitimas portiones non ſolũ ex perſona puberis poſterioris mortui, ſed etiam ex perſona impuberis prioris mortuæ. Ratio huius rei eſt, quoniam non tantum pubes, qui nouiſſimo loco deceſſit, intelligitur oneratus eſſe fideicommiſſo: ſed etiam fideicommiſſo intelligitur eſſe oneratus impubes, qui priore loco deceſſit. Animaduertitur enim, & quidem ſubtiliter, quòd teſtator impuberi filio, qui prior mortuus eſt, duos ſubſtitutos dediſſe intelligitur: videlicet, primo loco filium alterum ſuperſtitem ex pupillari directa impuberi fratri hęredem futurum: deinde ſecundo loco pauperes teſtatori per fideicommiſſum ſucceſſuros. Et quidem in tali ſpecie pauperes intelliguntur vocati per fideicommiſſum ad partem impuberi filio teſtamento patris datam ſub duplici conditione, perinde atque ſi teſtator ſpecialius dixiſſet: Filium, qui prior deceſſerit ſine liberis, grauo, vt ſi ſuperſtes etiam frater ſine liberis deceſſerit, reſtituat partem ſuam pauperibus. Hoc ita tradiderunt Bald. & Paul. de Caſtro *in dicta lege ex tribus. C. de inofficioſo teſtamento.* vbi dixerunt hoc eſſe de apicibus iuris: Angel. etiam & Alexand. *columna antepenultima, in verſiculo, Et illud quod dicit* Angel. *in l. ita tamen. §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebellian.* Hi authores conſequenter reſoluunt, quòd in hac ſpecie, in qua ſubſtitutio fideicommiſſaria non eſt facta ei, qui ex liberis vltimis decederet, ſed adeò omnibus, iam is, qui per fideicommiſſum ita fuit ſubſtitutus, intelligitur immediatè fuiſſe ſubſtitutus etiam ei, qui prior deceſſit. Vnde hanc ratione colligunt, quod ex perſona impuberis, qui priore loco defunctus eſt, poteſt deduci legitima iure naturæ debita, in qua ipſe grauare nequiuit.

Sed etſi Philipp. Corn. *in conſil. 142. numer. 4. libro* 3. ſcribat,
17 † quòd in effectu non eſt differentia, vtrum ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, an vtrique filiorum: quoniam vtroque caſu tantundem (inquit) effectualiter venit reſtituendum fideicommiſſario: mihi videtur, quòd in effectu nihilominus differentia. Mouetur enim Philipp. Corn. ea ratione, quòd ſi vtrique ſit facta ſubſtitutio, & idcirco deducenda ſit legitima, & Trebellianica ex perſona eius qui prior mortuus eſt pupillari ætate, hæ portiones manebunt in hæreditate eiuſdem impuberis inter proprias ipſius facultates. Planè vniuerſam huius impuberis hæreditatem capiet vltimò moriens ex pupillari ſubſtitutione: & eam ex fideicommiſſo reſtituere tenebitur fideicommiſſario vniuerſali. Sic nihil intereſt in effectu, quoniam ſuper tandundem fideicommiſſario reſtitueretur, ſecundum hanc rationem, quam dicit eſſe viuam, & ab alijs ſpecificè non tactam. Sed tamen ego aduerto, poſſe nihilominus conſiſtere ſolidam, & vtilem differentiam inter has ſubſtitutiones. Nam ſi vtrique ſit facta ſubſtitutio fideicommiſſaria, iam pupillus, qui priore loco defunctus eſt, deprehenditur alienare non potuiſſe bona patris, quæ deducta legitima & Trebellianica, erant reſtitutioni ſubiecta, *authent. res*
18 *qua. C. communia de legat.* Sed ſi ſubſtitutio † fuit facta vltimo morienti, iam pupillus, qui prior ante pubertatem deceſſit, dicetur alienare potuiſſe totam portionem ſuam, quam ex patris teſtamento quæſiuerat non minus quam propria bona ſua aliunde quæſita: idque ſine vllo reſpectu ſubſtitutionum: ſi videlicet, adhiberentur ſolemnia quæ in pupillorum alienanationibus deſiderantur. Sic iure potuit euenire, vt ex bonis paternis nihil ad pupillarem ſubſtitutum perueniat: & conſequenter nihil perueniat ad fideicommiſſarium vltimo loco vocatum, *l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tutel. & rationibus diſtrahen.* & quod reſoluunt Alexan. *num. fin.* Socin. *numer. 7 in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* Curtius Iunior *in d. authen. res quæ. num. 44.* & Galiaul. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verbo, Si abſque liberis, in 2. de pupillari ſubſtitutione. numero* 85. Ex quibus omnibus conſtat, quod pupillaris ſubſtitutio non impedit bonorum pupilli alienationem.

¶ Ergo ſi probetur, quòd in propoſita noſtri cap. ſpecie pauperes non ſolùm fuerunt ſubſtituti ei, qui ex filijs nouiſſimus ſine liberis deceſſiſſet: ſed ei etiam, qui prior decederet, conſequens videbitur, dicere quod mater ex perſona filij, qui prior eſt mortuus, poſſet legitimam deducere. Conſequenter verò diceremus, quòd is filius non potuit ex bonis patris, quæ excepta legitima, reſtitutioni eſſent ſubiecta, quicquam alienare in præiudicium pauperum, quibus hæreditatem patris rogatus videretur reſtituere poſt mortem ſuã, ſi & filia ſine liberis pubes deceſſiſſet. Quòd autem in propoſita ſpecie ſubſtitutio pauperum ſi fideicommiſſi iure valeret, intelligeretur facta vtrique filiorum, non verò ei duntaxat, qui vltimus ſine liberis vita decederet, hæc ipſa noſtri textus verba exprimere videntur: Et de illis ad pauperes. Denique hoc in terminis huius cap. pro conſtanti docuit Socin. *in l. Marcellus, num. 12. ff. ad Trebellian.* dicens, quòd ſi in huius cap. ſpecie pauperes per fideicommiſſum ſubſtituti viderentur, vterque filiorum intelligeretur eſſe grauatus in portione ſua. Proinde filius cenſeretur grauatus hæreditatem patris pauperibus reſtituere ſub duplici conditione: videlicet, ſi ipſe & filia ſine liberis vita decederent. Induxit ad hoc verba noſtri cap. quæ putauit eſſe expreſſa: Et de illis ad pauperes.

¶ Ego autem in contraria opinione ſum, & contra Socinum
arbitror, † quòd ſi hæ ſubſtitutiones in caſu huius cap. iure fi- 19
deicommiſſi acciperentur, pauperes nequaquam ſubſtituti viderentur filio, qui prior deceſſit: ſed filiæ duntaxat quæ nouiſſimo loco defuncta eſt. Et hoc ipſum ſenſiſſe gloſſ. interpretor *in verbo, Abſque deductione:* quum ait: Dicebat, quòd ſubſtitutio de filia ad filium, & de pauperibus ad illam erat fideicommiſſaria. Expendo quòd gloſſ. dixit: De pauperibus ad illam: non verò dixit: De pauperibus ad illos: quamuis paulò poſt ad contextum litteræ reſpiciens ſcripſerit: Et de pauperibus ad illos. Item expendo, quod quemadmodum mater non faciebat mentionem ſubſtitutionis factæ de filio ad filiam, quoniam eius ſubſtitutionis caſus non extiterat: ita etiam non faciebat mentionem ſubſtitutionis factæ de pauperibus ad filium. Erat enim certum, & extra omnem aleam controuerſiæ poſitum, quòd ſimiliter huius ſubſtitutionis caſus defecerit: quoniam filius prior deceſſerat, quam filia & pauperes non poterant videri fuiſſe ſubſtituti, niſi ei, qui ex liberis poſterior deceſſiſſet. Et pro hac interpretatione, quam ex gloſſ. ſententia fuiſſe aduertimus, duo argumenta in medium afferimus.

¶ Primum eſt quòd teſtamenti verba talia fuerunt: Et ſi vtrunque ſine liberis mori contigerit filiorum Chriſti pauperes inſtituo hæredes. Planè hæc verba in fideicommiſſum ita conuerti deberent: Et ſi vtrunque ſine liberis mori contigerit filiorum Chriſti pauperes per fideicommiſſum ſubſtituo: ſeu Chriſti pauperibus bona reſtituantur. Ergo conſequens eſt interpretari, quòd fideicommiſſaria ſubſtitutio videretur facta vltimo morienti: non verò intelligeretur facta vtrique. Nam
ſi quis † poſt reciprocam filiorum ſubſtitutionem ſimpliciter 20
aliquem poſt mortem omnium ſubſtituerit, perinde haberi debet, atque ſi ſpecialiter vltimo morienti ſubſtituiſſet. *l. codicillis.* & ibi Bartol. *in ſummario. ff. de vſufructu legato, tradit* Paul. Caſtr. *in d. l. ex tribus. colum. fin. C. de inoffic. teſtament. & in l. penult. C. de de impuberum, & alijs ſubſtitutionibus. & in conſilio 43. numero 2. libro primo.* Socin. *in conſilio 69. numero 7. libro 3.* Iaſon *in conſilio 33. Factum, in 1. volumine,* & reſoluunt hanc eſſe communem opinionem plura afferentes Curtius Iunior *in conſilio 16. Præſupponitur in facto, & in conſilio 156. In teſtamento,* & Marian. Socin. Iunior *in conſilio 151. Inſpectis. numero quinto & 6. & in conſilio 80. præſens, numero 12. & 13. in ſecunda parte,* Fabius Accoromb. *in repetit. §. cum ita. l. hæredes mei. numero 20. ff. ad Trebellianum.*

¶ Alterum argumentum eſt, quod non ſubtiliter poteſt colligi ex hoc noſtro textu. Senſit enim Pontifex, quod ſi hæ omnes ſubſtitutiones iure fideicommiſſi acciperentur, mater ex perſona filij, qui prior deceſſit, poſſet deducere Trebellianicam aduerſus filiam immediatè ſubſtitutam: nec haberetur ratio pauperum, qui mediatè fuiſſent ſubſtituti ſecundum ea, quæ latius attigimus *in ſecunda parte, in gloſſ. ſuper verbo, Trebellianicæ.* Atqui ſi pauperes etiam filio, qui prior deceſſit, viderentur per fideicommiſſum ſubſtituti fuiſſe, iam mater ex perſona huius filij Trebellianicam deducere nequaquam potuiſſet. Obſtaret enim priuilegium pauperum, qui immediatè ipſi filio fuiſſent ſubſtituti: quamuis ſub pluribus conditionibus ad fideicommiſſum vocati eſſent. *authentica Similiter. C. ad legem Falcidiam.* Nec ſeſe ab hoc argumento potuit Socinus explicare, *in dicta lege Marcellus, numero duodecima. ff. ad Trebellianum.* retinere enim voluit non rectè, quod mater de fideicommiſſaria hæreditate filij potuiſſet Trebellianicam deducere, quamuis pauperes etiam filio, qui prior eſt mortuus, per fideicommiſſum ſubſtituti viderentur: quod eſt contra textum apertum *in dicta authentica Similiter,* & contra communem opinionem, de qua ſupra *in dicta gloſſ. ſuper verbo Trebellianicæ.*

¶ Huic interpretationi, cui mens & verba teſtatoris accommodauit, atque adeo ipſius Pontificis ſententia in præſenti, non refragantur verba hæc: Et de illis ad pauperes. Nam hæc verba, quæ non teſtatoris, ſed Pontificis fuerunt, ita neceſſario intelligere oportet, vt ſignificent, pauperes filijs, hoc eſt, filio & filiæ, fuiſſe ſubſtitutos: videlicet, filio ſi nouiſſimus deceſſiſſet, & filiæ, ſi nouiſſimo loco mortua eſſet. Item hæc
21 eadem verba admitterent † vt vtrique ſimul filio & filiæ pauperes ſubſtituti viderentur, ſi ambo ſimul & filius & filia nouiſſimi ſine liberis vita deceſſiſſent. Vnde ſi ambo ante pubertatem vno ſimul caſu deceſſiſſent, pauperes vtriuſque quaſi nouiſſimo loco mortuis ex directa pupillari ſuccederent. *l. qui duos. ff. de rebus dubijs.* Sed etſi ambo poſt pubertatem ſine liberis vno caſu pariter extincti fuiſſent, pauperes in vtriuſq; portiones ex fideicommiſſo ſuccederent, ſecundum ea, quę reſoluit Alexan. *in l. cum qui nouiſſimus, colum. 2. verſ. Ex quibus infertur. ff. ad Trebell.*

¶ Ex his primò infero deciſionem quæſtionis, de qua conſultus reſpondit Bald. *in conſil. 103. alias 99 in dicto teſtamento, libro 4.* Quidam nomine Marcutius inſtituit ſibi hæredes vniuerſales Lippam, Bellam, Margaritam filias ſuas impuberes, & futurum partum vxoris ſi fœmina fuerit: Inter has filias fecit idem teſtator ſubſtitutionem reciprocam compendioſam: adijciens quòd ſi omnes decederent, ſubſtituebat ſibi hæredem vniuerſalem fraternitatem ſanctæ Mariæ de Nuco. Mortuo teſtatore hæredes ei extiterunt tres filiæ impuberes, de quibus ſupra, & Ioanna poſthuma. Deinde Lippa Margarita & Ioanna deceſſerunt in pupillari ætate, quibus ex pupillari ſubſtitutione hæres extitit Bella, ipſarum matre communi excluſa. Poſtremò hæc Bella iam adulta diem ſuum obijt ſine liberis. Fraternitas iure fideicommiſſi deſiderabat admitti ad omnia bona. Reſpondit Bald. quòd portio Bellæ puberis ſine controuerſia erat reſtituenda fraternitati, deducta prius legitima ipſius Bellæ, & item Trebellianica. Siquidem fraternitas nihil aliud eſt quam fratrum laicorum, & ſecularium collegium, cui non debeat communicari priuilegium *authentica Similiter. C. ad legem Falcidiam.* Ad quam ſententiam allegauit Baldum, vbi ſupra cum multis alijs authoribus Andreas Tiraquell. *in tractatu, de priuilegijs piæ cauſſæ, ſtatim in præfatione, pagina 4.* vbi ad longum tractat hunc articulum in terminis, *dicta authentic. Similiter. C. ad legem Falcidiam.* de portionibus autem præmortuorum dubitat: & pro conſtanti habet quęſtionem fideicommiſſi verſari in ſolis bonis teſtatoris: quaſi propriæ impuberum facultates in fideicommiſſum non caderent. In hoc tandem inclinat, vt putet, quòd omnes pupillæ intelligi deberent fuiſſe grauatæ onere fideicommiſſi: niſi obſtitiſſet dictio Sibi taxatiua, quæ arguebat, quod ſolum vltimo loco morienti facta eſſet ſubſtitutio. Sic præſuppoſuit Bald. quòd dictio Sibi eſt numeri ſingularis, nec refertur ad numerum pluralem, vt tradidit Philip. Corn. *conſ. 277. num. 12. lib. 1.* qui notat Bald. in hoc erraſſe: quoniam dictio Sibi, æquè aptatur numero plurali, atque ſingulari. Vtrum autem in Baldi ſpecie ſubſtitutio videretur facta vltimo duntaxat morienti: an verò omnibus, & cuilibet hæredum? Satis hæſitat. Poſtremò tamen in fine conſilij ſcribit ſemper viſum fuiſſe in varijs cauſis, quòd legitima præmortuorum non detrahatur: quaſi ſubſtitutio debeat intelligi facta vltimo morienti, non vero omnibus & cuilibet eorum.

¶ Ego autem aduerto Baldum & Corneum videri deceptos fuiſſe circa intellectum dictionis, Sibi. Nam vt certum ſit, quod ea dictio † poteſt propriè referri ad numerum pluralem, 22
certè in Baldi ſpecie ea dictio ad numerum ſingularem referebatur, hoc eſt, ad ipſum teſtatorem, vt patet ex verbis teſtamenti, quo teſtator ſibi hæredes inſtituit vniuerſales filias, & ſi omnes decederent, ſubſtituit ſibi hæredem vniuerſalem fraternitatem. Ad hoc facit, quod circa dictionem Sibi, notauerũt Salyc. & Paul. Caſtr. *in l. cum quidam. C. de impuberum, & alijs ſubſtitutionib.* quorum ſententiam nõ videtur aſſecutus fuiſſe Corn. ibi *num. 1.* Nam illi retulerunt dictionem Sibi, ad teſtatorem, nõ eo, quod talis dictio ex proprietate referri nequiret ad numerum pluralem: ſed quod ratio recti ſermonis hoc ipſum exigebat, iuxta ea quæ ſcribit Laur. Valla *in libell. de reciprocatione ſui & ſuus.*

¶ His conſequens eſt intelligere, quod in dicta Baldi ſpecie, quoniam dictio Sibi, ad teſtatorem referebatur: ſubſtitutio non erat expreſſim facta, nec omnibus hæredibus, nec vltimo morienti, ſed ſimpliciter. Quare ſubſtitutio ita ſimpliciter facta intelligi debuit facta ei, qui vltimo loco vita deceſſiſſet, iuxta ea, quæ ſupra reſoluimus.

¶ Illud ergo magis poſſet conſiderari ex dictione Sibi: quod ea dictio non pertineret ad taxationem perſonarum quibus fiebat ſubſtitutio, vt non rectè Bald. credidit: ſed pertineret ad taxationem bonorum, in quibus fieret ſubſtitutio. Proinde aduocatus illius, qui Bellæ filiæ hæres extiterat, in primis debuiſſet controuertere, quod fraternitas iure fideicommiſſi non poterat admitti ad portionem Bellæ. Siquidem ſubſtitutio compendioſa erat facta verbis ciuilibus, qualia ſunt: Subſtituo hæredem, iuxta ea, quæ obſeruauimus in prima parte in gloſſ. Inſtituendo. Vnde ſubſtitutio compendioſa facta verbis ciuilibus, quæ ante pubertatem valere potuiſſet iure directæ pupillaris, non videbatur valitura fuiſſe iure fideicommiſſi poſt pubertatem. *l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari.* vt habet communior opinio, quæ aſſerenda venit in gloſſ. Interdum. Quòd ſi ex defuncti voluntate defenderetur, quod ea ſubſtitutio valitura eſſet iure fideicommiſſi, vt multorum eſt opinio, tunc idem aduocatus contra fraternitatem ex fideicommiſſo admittendam, deberet expendere dictionem Sibi, quo magis perſuaderet iudici, quod ſola bona teſtatoris in fideicommiſſum cadere deberent: non vero propria aliqua bona impuberum. Nam detracta dictione Sibi, Bella, quæ pubes ſine liberis vltimo deceſſit, rogata videbatur reſtituere fraternitati partem ſuam, & præterea hæreditates impuberum ſororum, quas ex pupillari ſubſtitutione quæſiuerat. Planè in his impuberum hæreditatibus nemo non videt, bona etiam aliunde, quam ex hæreditate patris ipſis impuberibus quæſita, euidenter contineri. *l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. l. ſi is qui ex bonis. l. Centurio. ff. de vulgar. § non ſolum. Inſtitut. de pupillar. l. Iulianus. alias ſi pupillus paterna. ff. de acquirenda hæreditat.* Verum, propter dictionem Sibi, conceptam in tertia perſona, teſtator videretur reſtrinxiſſe ſubſtitutionem ad bona ſua, *argumento l. cohæredi. §. fina. ff. de vulgari.* Sicut eueniret, vt dictio illa Mihi, quam teſtator expreſſiſſet in compendioſa ſubſtitutione, non mutaret intellectum pupillaris ſubſtitutionis, *vt in dicta l. cohæredi. §. fina. & l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſion. ſecundum tabul. l. 1. in fin. principij. ff. de vulgar.* & tamen poſt pubertatem eadem dictio retineret ſignificationem ſuam in hoc, vt propria bona teſtatoris ſolummodo in fideicommiſſum caderent: non vero propria bona impuberum, ſecundum ea quæ ſtatim dicemus, *in ſequenti gloſſ. circa dictionem Mihi.* Proinde Bella filia eo caſu rogata videretur reſtituere poſt mortem ſuam fraternitati bona duntaxat patris, tam quæſita ex inſtitutione, quam ex pupillari ſubſtitutione, argumento eorum, quæ ſupra reſoluimus ex Caſtrenſi. & Claudio, *in ſecunda columna, in l. ita tamen. in §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebellianum.*

¶ Secundo infero non rectè ſenſiſſe Ang. de Peruſi. *in d. l. ita tamen.*

tamen.§.*qui ſuſpectam.num.*3. in huiuſmodi ſpecie quam propoſuit: Teſtator plures filios impuberes inſtituit, & eos inuicem ſubſtituit pupillariter: & adiecit, quod ſi omnes filij ſui decederent ſine filijs, volebat quod bona ſua ad pauperes deuenirēt. Mortuo teſtatore, omnes filij in pupillari ætate deceſſerūt, excepto vno, qui vltimo loco pubes factus vita deceſſit. Scribit Ang. caſum eſſe dubitabilem, quē habuit de facto pluries, & in quo nunquam conſulere voluit. Sed tamē dicit hanc eſſe veritatem, quod pauperum ſubſtitutio videtur facta omnibus & poſt omnes. Vnde pauperes capient portiones impuberū, quaſi ſingulis impuberibus fuerint per fideicommiſſum ſubſtituti in caſum, quo omnes ſine filijs decederent. Hanc Angeli ſententiam, quod attinet ad hūc articulum, minimè improbarunt Ioan. Imol. & Alex. *in eo* §. vbi eam retulerunt, quamuis circa aliud ab ea receſſerint. Ego vero cenſeo etiam circa hunc articulum improbandam fore, quoniam in propoſita ab Angelo ſpecie verius erat, quod pauperum ſubſtitutio videbatur facta ei, qui vltimus ſine filijs eſſet mortuus.

23 ¶ Tertiò & vltimo infero vtiliter † quod hoc idem poterit defendi, quamuis teſtator poſt reciprocam filiorum ſubſtitutionem ita dixiſſet: Et ſi omnes filij mei ſine liberis deceſſerint ſubſtituo eis pauperes. Adhuc enim tetinendum erit, quod teſtator voluerit pauperes ſubſtituere vni dūtaxat filiorum, qui nouiſſimus ſine liberis vita deceſſiſſet. Tametſi Bald. in hac ſpecie *conſil.*316. *Super præmiſſo.libr.*3. & Socin. *in d.l. Marcellus.nu.*12. *ff. ad Trebell* pro conſtanti habeant, quod pauperes viderentur ſingulis filijs ſubſtituti ſub pluribus conditionibus: atque ita omnes filij cenſerentur fideicommiſſo onerati. Mihi autem tam ſcrupuloſi fideicommiſſi interpretatio per quamlibet interpretationem fugienda videretur. Vnde dictionem, Eis, ita diſtribuerem, vt ſingulis liberis, ſi ſinguli nouiſſimo loco deceſſiſſent, pauperes ſubſtituti viderentur: idque noſtri cap. argumento defenderem. Nam & Pontifex rectè intelligebat, quod pauperes non omnibus, & cuilibet filiorum fuerāt ſubſtituti, ſed vni duntaxat qui nouiſſimus ſine liberis vita deceſſiſſet. Et tamen vides quam ſecurè Pontifex ſcripſerit: Et de illis ad pauperes: eo videlicet intellectu, quē ſupra aptauimus, vt ſubſtitutio intelligatur facta omnibus, & ſingulis filiorum, ſub cōditione ſi ſupremus ſine liberis moreretur. Planè vt ſcriptum reliquit Bal. *in l.*1. *C. vnde liberi.* permiſſum eſt homini loqui eo modo, quo loquitur lex, ſiue propriè, ſiue impropriè fuerit loquuta.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio in cap. Si pater fuit initio compendioſa, licèt poſtea exitum habuerit pupillaris.*

2 *Subſtitutio pupillaris ita concepta: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, filia mihi hæres ſit, valet, reiecto verbo Mihi, quod pro non ſcripto habetur.*

*L. Cohæredi.§ ſin ff. de vulg. ſenſus, ibidem. & nu.*10.

*L. Si ita ſcriptum.§. qui filio ff. de bonor. poſſ. ſecundum tab. ſenſus, ibid. num.*10.

*L.*1.*§. Si ex fundo. ff. de hæred. inſtituen. ſenſus, ibid.*

*L. fin. C. de hæred. inſtituen. ſenſus, ibid. & num.*15.

3 *Subſtitutio pupillaris filio exhæredato ita facta. ſi filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius mihi hæres ſit. nullius momenti cenſetur.*

4 *Lex prima. ff. de vulg. in fin. princ. declaratur.*

5 *L. iam hoc iure. verſ. Si autem impubes. ff. de vulgari. difficultas.*

6 *Subſtitutio pupillaris, codicillis ita facta, Si filius in ætate pupillari deceſſerit, Titius mihi hæres ſit, in fideicommiſſum pupillare conuerſa, retinet dictionem Mihi, propter quam in bonis duntaxat teſtatoris fideicommiſſum valet.*

L. Scæuola. ff. ad Trebell ſenſus & limitatio. ibid.

7 *Subſtitutio pupillaris ita concepta: Si filius in pupillari ætate deceſſerit. ſit illi hæres Sempronius: Item volo quod ſi dicta cōditio extiſtat: Titius mihi hæres ſit: non admittit æqualiter vtrunque pupillarem ſubſtitutum ad impuberis hæreditatē. Sempronius enim erit hæres impuberi vniuerſalis: Titius verò eidem erit hæres in bonis teſtatoris, quaſi in rebus certis.*

8 *Subſtitutio pupillaris facta ſub conditione: Si filius hæres erit, &c. multum differt ab altera pupillari facta ſub conditione, Si filius in ætate pupillari deceſſerit.*

9 *Subſtitutio ita concepta, Si filius meus in ætate pupillari deceſſerit ſubſtituo Sempronium, ſub conditione, Si hæres erit, vtrùm exprimat ſolam pupillarem, an verò etiam vulgarem contineat?*

L. Paterfamilias. ff. de priuilegijs creditorum, ſenſus. ibid.

10 *Subſtitutio vulgaris concepta in caſum mortis filij non tollit eiuſdē filij ſuitatem.*

11 *Subſtitutio ita concepta, Si filius in ætate pupillari deceſſerit, Titius ei hæres ſit, euidentius ſolam pupillarem deſignat, quàm ſi illud pronomen Ei, non eſſet appoſitum.*

12 *Subſtitutio ita concepta, Si filius meus deceſſerit in ætate pupillari, filia mihi & illi hæres ſit: exprimit æquè pupillarem, & vulgarē ſubſtitutionem.*

13 *Verbum Pupillus, aut verbum Impubes, poſitum in ſubſtitutione, vtrum arguat in dubio ſubſtitutionem pupillarem?*

14 *Subſtitutio ita cōcepta: Filio meo filiam meam ſubſtituo, exprimit æqualiter & pupillarem & vulgarem.*

15 *Subſtitutio hæc: Filij mei filia hæres ſit: ſiue ita: Filio meo filia hæres ſit: exprimit ſolam pupillarem ſubſtitutionem.*

L. Qui liberis.§. hæc verba. ff. de vulg. ſenſus, ibid.

*L.*5.*tit.*5.*Part.*6.*intellectus. ibid.*

L. Si frater. C. de fideicom. intellectus, ibid.

16 *Subſtitutio pupillaris fieri poteſt verbo obliquo, ſi de voluntate conſtiterit.*

Verbum obliquum trahitur ad directam ſubſtitutionem, quando de voluntate conſtat, ibid.

17 *Subſtitutio iſta: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate. bona mea Titio reſtituantur, non eſt pupillaris, ſed continet fideicōmiſſum pupillare.*

18 *Subſtitutio ita concepta, Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit. reſtituo Titio hæreditatem meam, exprimit directam pupillarem.*

Verbum obliquum ad ipſum teſtatorem relatum recipit directi ſignificationem. ibid.

19 *Subſtitutionis pupillaris, & exemplaris differentiæ.*

20 *Subſtitutus exemplaris furioſi non poteſt fideicommiſſo grauari: eiuſque ſententiæ limitatio.*

PVPILLARES.

PVPILLARES. Quamuis omnes hæ ſubſtitutiones fuerunt initio compoſitæ à teſtatore, quaſi compendioſæ: poſtea tamen ex euentu in directas pupillares exiuerunt. Siquidem extiterunt caſus pupillarium ſubſtitutionum quæ in compendioſa verbis generalibus fuerant incluſæ: quum filius, & deinde filia ante tempora pubertatis poſt patrem defuncti fuere. Et ita reſoluit Ioan. Andr. *hic in nouell. num.*17. Quamuis *in gloſſ. abſque deductione.* idem Ioan. Andreas prius ſcripſiſſet, quod hæ ſubſtitutiones fortè dici poterant compendioſæ. At verò Archidiac. *hic numer.*6. *verſiculo. Tamen,* concludere videtur, quod hæ ſubſtitutiones initio intelligi debuerunt eſſe pupillares: non quidem inſpecta teſtatoris voluntate: ſed magis inſpecta iuris poteſtate. Nam etſi teſtator videretur filio, & filiæ ſubſtituere voluiſſe etiam poſt tempora pubertatis, non tamen ſubſtitutiones valere potuerunt poſt eam ætatem, nec iure directo, neque quidem fideicommiſſi iure. Et ſanè pro Archidiac. poſſet non inſubtiliter conſiderari, quòd Pontifex hoc loco fecit mentionem inprimis de ſubſtitutione facta de filio ad filiam. Planè non potuit dicere Pontifex, quod hæc ſubſtitutio ex euentu fuerit pupillaris: quum vtique filius, viua filia, deceſſiſſe proponatur. Ergo prope eſt, vt Pontifex ipſe ſenſerit, quòd hæc ſubſtitutio initio fuit pupillaris: vt conſequenter de cæteris ſubſtitutionibus id ipſum quoque ſenſiſſe videatur.

¶ Sed nihilominus Ioannis Andreæ interpretatio † eſt retinenda, quam magis communiter Doctores ſequūtur *in præſenti, & in capitulo Raynutius, ſupra eodem.* quare dicemus, has ſubſtitutiones initio fuiſſe compendioſas, non tantum ex defuncti voluntate, ſed etiam iuris poteſtate: quum poſt tempora pubertatis valere debuerunt velut ex cauſſa fideicommiſſi. Nam primum ſubſtitutio facta de filio ad filiam, & econtra per verbum, Moreretur, valere ſine dubio debuit fideicommiſſi iure poſt tempora pubertatis, vt probatur *in dict. cap. Raynutius, ſupra eodem, coniunctis his, quæ ſcribunt* Ioannes Andr. *hic numero.*16. & Bartol. *in l. Centurio. numero*14. *& numero*15. *ff. de vulgari.* & Domin. de S. Gemin. *in præſenti, in* §. *teſtatore.* 1

nume-

*numer.*16. Sed & pauperum ſubſtitutio quamquam facta fuerit verbis ciuilibus, adhuc tamen fuit valitura iure fideicommiſſi poſt tempus pubertatis, ſecundum ea quæ reſoluemus *infra in gloſſ. interdum.*

¶ Cùm verò gloſſ. *in præſentiarum* animaduerteret, quòd hæ noſtri capitul. directæ pupillares ſubſtitutiones ſub verborum compendio fuerunt inuolutæ, docere voluit, quibuſnam verbis pupillaris ſubſtitutio ſpecialiter exprimeretur. Nam licèt pupillaris ſubſtitutio, quæ continetur in compendioſa, dicatur expreſſa verbis generalibus: vbi tamen per ſe facta eſt, dicitur expreſſa ſpecialibus verbis, *l. precibus, verſiculo, ſi vero. C. de impuber. & alijs.* Scribit itaque gloſſ. *in præſenti*, quod pupillaris ſubſtitutio expreſsè fit per hæc verba: Si filius meus deceſſerit infra tempora pubertatis, filia ſit hæres: Notandum igitur eſt, quòd in hac gloſſ. conceptione teſtator non dixit: Filia mihi ſit hæres: Neque dixit, Filia ei, ſcilicet, filio hæres ſit, nec appoſuit vulgarem illam conditionem: Si filius hæres erit, &c. Vnde circa hanc partem gloſſ. ſequentes quæſtiones ſubijcere viſum eſt.

¶ Primò igitur quæro, ſi ita concipiatur ſubſtitutio, Si filius meus deceſſerit ante pubertatem, filia mihi hæres ſit: verũ hæc dictio: Mihi: vitiet aut impediat pupillarem ſubſtitutionem?

2 Et quod dictio † Mihi: nihil faciat, quo minus pupillaris ſit ſubſtitutio, probatur *in l. cohæredi. §. fina. ff. de vulgar. & in l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabulas. & in l. pen. C. de impuber. & alijs.* notat gloſſ. *in l. 1. in verbo, Caius. ff. de vulgar.* vbi eſt etiam textus ordinarius, & ibi omnes hoc docent. Ioan. And. & alij *in præſenti, in verbo, Hæredes:* & reſoluunt Ioan. Caccialup. *in repet. l. precibus. num. 23. & num. 24. C. de impuber. & alijs.* & Ioan. Coraſ. *in d. l. pen. num. 7. eodem titu.* Paul. Pariſ. *conſil. 73. iſta num. 54. in 2 part.* Marian. Socin. Iunior *conſil. 121. Licet. num. 23. in 1. part.* Vnde idem ęquè dicendum eſt, ſi ita concepta eſſet ſubſtitutio: Si filius meus deceſſerit ante pubertatem, filia ſit hæres mea, *l. ſi quis à filio.* vbi Aretin. & Iaſ. hoc docent. *ff. de lega. 1.* adiuncta Bartol. doctrina qui in fortioribus terminis hoc affirmat *in d. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. de qua ſuperius fuit tractatum in gloſſ. 1. huius 3. par.*

¶ Sed quænam ratio eſſe poteſt, cur in hiſce conceptionibus pupillaris cõceptio rectè procedat? Et reſpondetur, quod duæ rationes quaſi diuerſæ, vulgò redduntur, vti colligitur ex gloſſ. *in d. l. 1. ff. de vulgar.* Prima ratio eſt, quod quum impubes filius cui ſit huiuſmodi ſubſtitutio, proponatur à patre hæres inſtitutus, tam ſatis diceretur, quod ipſi teſtatori hæres erit pupillaris ſubſtitutus, ſi impuberi ipſi teſtatoris hæredi hæres extiterit. *l. paterfami. ius. ff. de vulga. l. fin. C. de hæredib. inſtituen. l. ſi quis filiũ. in §. fin. ff. de acq. hære.* Altera ratio eſt, quod dictio Mihi: tollitur tanquam vitioſa, & habetur pro non adiecta. *d. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulg. & d. l. ſi ita ſcriptum §. qui filio. ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul.* denique has duas rationes quaſi diuerſas noſtri præceptores cumularunt, vt poſt alios ſcribit Franc. Rip. *in d. l. 1. num. 33. ff. de vulga.* vbi Andr. Alciat. *ex numer. 163.* ſcribit, priorem rationem eſſe veriorem, vt quæ ex Iureconſultorum verbis & ſententia deſcendat.

¶ Ego autem nouè conſtituo, non eſſe diſcedendum à poſteriori ratione, quam Papinianus & Vlpianus legum vertices expreſſere. Scribit enim Papinianus *in d. l. cohæredi. §. fin.* quod dictio, Mihi: quaſi vitium pupillaris ſubſtitutionis detrahitur, vt cum Papiniano ſenſit Vlpianus *in d. §. qui filio.* Huius ſententiæ ratio ex ea deſcendit, quod ſi ego principali teſtamẽto meo Titium in fundo, vel in certa aliqua re hæredem inſtituero, cohærede non dato, Titius, detracta fundi mentione, in vniuerſum mihi hæres erit, *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæredib. inſtituen.* Licèt enim mentio certæ rei inſtitutionem facere videretur vitioſam, quia impoſſibile eſſet mihi ex re duntaxat certa Titium hæredem fore: tamen vltimæ voluntatis fauor induxit, vt illius vitij mentio detraheretur. l. 1. ſecundùm argutam Rapha. Cuman. interpretationem, *ibi nu. 5. ff.* de condit. inſtitut. & iuxta ea, quæ latiùs ſupra explicaui *in prima parte, in glo. in re certa.* Planè idem erit ſi ego, qui Seio hæres extitiſſem, Titium in hæreditate Seiana hæredem inſtituero, cohærede nõ dato. Quoniam ſimiliter, detracta rei certæ mentione, Titius mihi in vniuerſum hæres erit. Etenim Seiana hæreditas, quæ ſemel cũ meo patrimonio fuit cõfuſa, iam in hæreditate mea vicem rei certæ obtinet. *l. cum filius. §. Lucio. ff. de legat. 2. l. cogi. §. ſed & ſimiles. ff. ad Trebellian.* Porro hæc, quæ in principali teſtamento locum habẽt non minus procedunt in pupillari teſtamento. Vnde ſi ita dixero: Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, Titius illi hæres ſit in fundo Seiano: mentio fundi Seiani, quaſi vitium detrahetur de pupillari ſubſtitutione. Sed etſi ita ſcriptũ ſit: Si filius meus deceſſerit ante pubertatẽ, Titius mihi hæres ſit: conditio hæc, ſub qua facta eſt hæredis ſubſtitutio manifeſte arguet, quòd pater filio impuberi voluit facere pupillare teſtamentum. Quare perinde erit, atque ſi ita ſcriptum fuiſſet: Si filius meus ante pubertatem deceſſerit, Titius in bonis meis ei hæres eſto. Sic eueniet, vt bonorum meorum quaſi rerum certarum mentio detrahatur: & Titius pupillo in vniuerſa eius hæreditate poſſit hæres exiſtere. Denique vbi poſita eſſet dictio Mihi: pupillaris ſubſtitutio cum vitio facta erat, & modo impoſſibili: quoniam impoſſibile erat Titium eſſe hæredem impuberi in ſola hęreditate teſtatoris. Veruntamen non videtur in effectu, quod cum vitio facta ſit: quoniam id vitium detrahitur, & pro non ſcripto habetur, *argum. d. l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtituen. & d. l. 1. ff. de condit. inſtitution.* Hæc propria mens Papiniani fuit *in d. § fin.* & Vlpiani *in d. §. qui filio.* vt & Aret. poſt alios rectè explicauit *in eod. §. fin.*

¶ Ergo Lancel. Polyt. *de vulgari ſubſtitutione, particul. 2 nu. 28.* non rectè ſcripſit, quod *in d. §. qui filio, dictio ſibi* non rejciebatur, quum apertè conſtet eam rem, & pro non ſcripta haberi. Sed error Polyt. qualem quidem excuſationem habet: quoniam fortiſſimo argumento iudicium eius fuit intricatum. Ait enim quòd nõ fuit opus reiectione eius dictionis, ſi vtique dictio illa Mihi: rectè aptatur, & verificatur *iuxta d. l. paterfamilias ff. de vulgari, cum alijs.*

¶ Ego itaque mirabar alias quomodo Papinianus & Vlpianus tam elaborata interpretatione, ac ferme violenta, pupillarem ſubſtitutionem à vitio defenderunt, ſi in promptu erat eã ſubſtitutionem à vitio per facilem interpretationem excuſare, vt nihil eſſet detrahendum. Nec enim ignorare potuerunt antiquum illam regulam, quæ voluit, hæredem hæredis eſſe primi teſtatoris hæredem, *dict. l. fin. C. de hæredibus inſtituend.* Item animaduertebam, quòd duæ ſuperiores rationes, quæ quaſi diuerſæ à iuris noſtri præceptoribus traduntur, propemodum inter ſe quaſi contrariæ pugnare videbantur. Prior enim ratio aptat dictionem Mihi, quaſi rectè poſſit accommodari pupillari ſubſtitutioni. Ecõtrario poſterior ratio præſupponit, quod dictio Mihi: abhorret à pupillari ſubſtitione: & idcirco eam dictionem Mihi, quaſi vitium detrahit, & pro non ſcripta habet. Quare excogitaui nouam iuris obſeruationem, & theoricam, quæ ambas haſce rationes belle conciliaret. Itaque animaduerti, quòd etiam inducta antiqua regula *dict. l. fina. C. de hæredibus inſtituend.* ſubſtitutus pupillaris, qui per dictionem Mihi: videtur datus hęres filio hęredi meo, & per hoc mihi, adhuc videtur datus in bonis meis. Sic demum opera mea cõſtabit, quod Papiniani & Vlpiani ratio non differt in effectu ab altera ratione quæ prior quaſi diuerſa reddebatur. Allego & induco *textum in eadem l. fin.* vbi Iuſtinian. defendit illam inſtitutionem: Sempronius Plocij hæres eſto: eo prætextu, quod teſtator videatur inſtituiſſe ſibi hæredem Sempronium, ſi modo ipſe teſtator extitiſſet hæres cuidam Plocio. Quæſitum igitur eſt, ſi teſtator ex vna ſolùm vncia Plocio hæres extiterat, vtrum videatur ſimpliciter & vniuerſaliter inſtituiſſe ſibi hæredem Sempronium? An verò ſolummodo inſtituiſſe cũ videatur ex eadem vncia? Et Bald. *ibi in 9. quæſtione* determinat, quod videtur eum inſtituiſſe, non quidem vniuerſaliter, ſed duntaxat in illa vncia. Effectus inde reſultat, quod ſi teſtator eodem teſtamento alium præterea ſibi hæredem inſtituiſſet vniuerſalem, iam Sempronius quaſi in re certa inſtitutus ſola bona capiet, quæ ex Plocij hæreditate ad teſtatorem peruenerunt, *arg. d. l. cum filius. §. Lucio. ff. de lega. 2.* alias cohærede non dato (inquit Bald.) inſtitutio Sempronij, etiam ſi facta videatur *in re certa*, trahetur ad vniuerſum: quia verba ciuilia directa trahuntur ad vacuam portionem. *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtituen.* Item cum Baldo reſoluit Phil. Corn. *in d. l. fin. num. 4.* vbi meminit text. *in d. l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul.* Et ſanè ambo authores magis debuerunt meminiſſe text. *in d. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulgar.* vbi Papinianus diſtinxit vtrum cohæres datus eſſet, an non. Ergo *in d. l. fin.* ita intellecto eleganter defendit, quòd in terminis *dict. l. cohæredi. §. fina.* etiam ſi aptaremus dictionem, Mihi: ad teſtatorem, iuxta antiquam regulam *dict. l. fina. C. de hæredibus inſtituend.* adhuc teſtator videretur dixiſſe: Si filius meus

meus deceſſerit in pupillari ætate Titius eſto hæres illi in bonis
meis: Sic ſanè eum vitio facta eſſe deprehenderetur pupillaris
ſubſtitutio, ſi ſcripturam ipſam, & verborum ſeriem conſide-
res. Quamuis rurſus in effectu non videretur eum vitio facta,
quoniam mentio bonorum teſtatoris quaſi rei certæ detrahe-
retur, *argumento d.l.1.§.ſi ex fundo.ff. de hæredib. inſtituend.* Et ita o-
portet vnam & alteram interpretationem coniungere, & con-
ciliare vt pupillaris ſubſtitutio poſſit procedere: adeò vt ſi vna
ex his interpretationibus deficeret pupillaris ſubſtitutio non
poſſet defendi.

3 ¶ Quare ſi pater † filio exhæredato prædictam ſubſtitutio-
nem feciſſet, proculdubio verbum, Mihi: omnino abhorre-
ret à pupillari ſubſtitutione, eaque ſubſtitutio defendi à vitio
non poſſet. Nec enim in filio exhæredato aptari poſſet prima
illa ratio, *de qua in dicta l. paterfamilias.ff. de vulgari. & in dicta lege
fina. C. de hæredib. inſtituend.* & conſequenter ſubducta prima il-
la ratione, ceſſabit etiam altera, *de qua in dicta l. cohæredi.§.fina.
ff. de vulgar. & in dicta l. ſi ita ſcriptum.§.qui filio. ff. de bonorum poſ-
ſeſſio. ſecundum tabul.* Et in terminis ita Paul. Caſtr. *in dict. l.1.ff. de
vulgar. numero.9. & in l. precibus. C. de impuberum & alijs. numer.13.*
eiuſque ſententia, quod attinet ad pupillarem ſubſtitutio-
nem, quæ nullius eſt momenti, magis communiter videtur re-
cepta: illamque Iaſon fuit ſequutus *in dicta l. prima. numer.12.* &
Ioannes Corraſ. *in dicta l. cum quidam. C. de impuber. & alijs. num.
7.* Neque eam ſententiam improbare auderem, tametſi Franc.
Ripa *in dicta l. prima. num.33.* & Andr. Alciat. *ibidem. num. 169.* &
Ioan. Bapt. *in repet. d.l. precibus. num.24.* non dubitauerint pupil-
larem illam ſubſtitutionem defendere etiam in filio exhære-
dato: & ex his quilibet hanc ſententiam vti nouam ſibi vendi-
care videtur.

4 ¶ Hinc colligo † quod Iureconſulti non temerè docere de-
buerunt formulam ſubſtitutionis pupillaris, in qua eſſet ap-
poſita dictio Mihi: Siquem ipſi hanc dictionem quaſi vitium
detrahendam eſſe cenſuerunt: & in eo laborarunt, vt excuſa-
rent huiuſmodi pupillarem ſubſtitutionem, ne eum vitio fa-
cta videretur. Vnde Modeſtinus Iureconſult. *in d.l.1.ff. de vulga.
in illis verbis: Caius Seius mihi hæres eſto:* potuit rectius ſupprimere
dictionem Mihi: vt in eadem formula ſuppreſſit Iuſtinianus,
in princ. Inſtit. de pupil. ſubſtit. Poteſt tamen excuſari Modeſtinus,
quod eadem verba æquè referebat ad caſum vulgaris ſubſtitu-
tionis, cui caſui rectè accommodabatur eadem dictio Mihi: vt
in ſimili obſeruat gloſſ.2. *in l.2.ff. de offic. Proconſ.*

5 ¶ Secundò infero † non ſatis placere mihi eundem Mode-
ſtinum, *in l. iam hoc iure, verſiculo, Si autem impubes.ff. de vulgari.*
Eo namque loco docere debuit propriam & expeditam for-
mulam pupillaris ſubſtitutionis: ne qua quæſtio incurreret,
argumento dicta l. iam hoc, iure verſiculo, Vel certè. Atqui ipſe talem
formulam docuiſſe videtur: Si filius meus impubes hæres ex-
titerit, & intra pubertatem deceſſerit, in portionem eius filius
hæres eſto, ſeu puberem filium ſubſtituo. Quippe, etſi ea
verba ſint Iureconſulti: eo tamen propoſito ſcripta fuerunt,
quaſi teſtator eiſdem verbis ſubſtitutionem conceperit. Ita-
que non perſpicio, cur Modeſtinus de portione impuberis
quicquam dicere affectauerit: quũ apud Papinianum ea ver-
ba non minus quam dictio Mihi: quaſi vitium pro non ſcri-
ptis habenda ſint, *vt in dicta l. cohæredi.§.fin. ibi: In locum partem ve
eius, &c.*

6 ¶ Tertiò infero † vtilem declarationem *ad textum in l. Scæ-
uola. ad Trebellian.* vt reſponſum illud Scæuolæ non procedat,
pupillaris ſubſtitutio, quæ facta eſt codicillis, habuiſſet illam
dictionem: Mihi: *iuxta dicta l. cohæredi.§.fina. cum ſimilibus.* Ete-
nim Scæuola ſecundum veram interpretationem reſpondit,
quod in ea ſpecie legitimus impuberis hæres tenetur reſtitue-
re hæreditatem pupillis, quos pater directò pupillariter ſubſti-
tuerat. Quòd ſi poſita fuiſſet dictio Mihi: equidem obſer-
uo, quod legitimus pupilli hæres non teneretur ad reſtituen-
dam pupilli hæreditatem: ſed teneretur ad reſtituendam bo-
na patris duntaxat quaſi res certas ex pupillari hæreditate.
Quippe in directa ſubſtitutione dictio Mihi: quaſi vitium de-
traheretur: quoniam impoſſibile eſſet, quod ſubſtitutus pu-
pillaris fieret hæres pupillo in bonis duntaxat patris. Conuer-
ſa autem directa ſubſtitutione in cauſam fideicommiſſi, beni-
gna interpretatio, *de qua in dict. l. Scæuola.* retineret defuncti vo-
luntatem, quæ in cauſa fideicommiſſi non eſſet impoſſibilis,
vt alias obſeruaui.

¶ Poſtremò vtiliter infero, † quod ſi teſtator hæredi filio pu- 7
pillariter ſubſtituerit Mæuiũ: & deinde ita adiecerit: Item vo-
lo, quod ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, Titius mihi
hæres ſit: non erunt Mæuius & Titius cohæredes vniuerſales
in hæreditate impuberis ex pupillari ſubſtitutione. Nam li-
cèt omnes vulgo, & fortaſſis ſine vlla hæſitatione reſponderẽt
ambos eſſe cohæredes vniuerſales ex æquis partibus: quoniam
dictio, Mihi: rectè aptaretur pupillari ſubſtitutioni ſecundum
priorem rationem: ego contrarium fortiter defenderem. So-
lus enim Mæuius in hac ſpecie intelligi debet hæres vniuerſa-
lis ipſius impuberis: & Titius videri debet hæres conſtitutus in
rebus certis, hoc eſt, in bonis, quæ ex patris teſtamento filius
habuiſſet. Sic eueniret, vt plerunque multo melior eſſet cauſa
filij, quam Mæuij: quoniam plerunque pupillus nihil habere
ſolet, præter paterna. Denique Mæuius de his bonis paternis,
quæ Titius ex inſtitutione particulari acciperet, poſſet dedu-
cere Falcidiam *l. ex facto verſic. Etſi fortè ſal. id ff. de hæred. inſtituen.*
Hoc ita iudicibus perſuaderem ſecũdum Papiniani rationem
in d. l. cohæredi. in §. fin. in fin. quinimmo & ſecundum alterã prio-
rem rationem, quæ eſt deducta *ex d.l. fin. C. de hæred. inſtituen. iu-
xta ea, quæ latius ſupra oſtendi.*

¶ Secundo principaliter quæro, vtrum ſit differentia inter
eam conceptionem, quam gloſſ. hic docuit eſſe mere pupilla-
ris ſubſtitutionis, & inter hanc conceptionem, videlicet: Si fi-
lius meus deceſſerit infra tempora pubertatis, filia illi ſit hæ-
res: Et reſpondetur † differentiam in hoc eſſe, quod in hac po- 8
ſteriore conceptione inter omnes debet cõſtare, ſolam & me-
ram eſſe pupillarem: quam tamen in priore conceptione gloſ.
vix eſt vt idem recipiendum ſit. Nam ſi ita cõcepta fuiſſet ſub-
ſtitutio: Si filius meus hæres erit, & infra pubertatem deceſſe-
rit, filia mea ſit hæres: tum plane agnoſceremus, quod huiuſ-
modi verbis expreſſa fuiſſet ſpecialiter ſola pupillaris ſubſtitu-
tio. Siquidem conditio illa prior: Si filius erit hæres: excludit à
verborum figura vulgarem ſubſtitutionẽ, vt neceſſum ſit pu-
pillarem, quæ ſola verbis continetur, porrigere ad vtilitatem
vulgaris omnino tacitè eſt conſtitutione D. Marci *l. iam hoc iu-
re ff. de vulg.* Verum detracta ea conditione: Si filius hæres erit:
& appoſita ſolùm conditione, Si filius infra pubertatem de-
ceſſerit: ſubſtitutionis verba, de quibus in priore gloſſ. conce-
ptione, nõ minus admittere videntur vulgarem in caſum quo
filius, & non quæſita patris hæreditate, infra pubertatem de-
cedat, quam pubillarem ſubſtitutionem. Hoc ita aduertit Bal.
in d.l. precibus. nu.42. C. de impuberum. & alijs, dicens quod huiuſ-
modi ſubſtitutio eſt compendioſa, quamuis limitata ad pupil-
larem ætatem, quoniam intra id tempus non minus exprimit
vulgarem, quam pupillarem. Et licèt nomen cõpendioſæ non
conuenerit huic ſubſtitutioni, aduerſus Baldum reſoluerunt
Philip. Franc. *hic num.68.* Philip. Dec. *in d.l. precibus. num. 5. verſic.
Circa primum.* Franc. Rip. *in l.2. nu.40.ff. de vulg. vbi reſoluit hæc eſſe
communem opinionẽ*: in hoc tamen immorari non oportet, quum
quæſtio ſit de nomine. Illud enim magis diſpiciendum † eſt, v- 9
trum iure conceptio quaſi breuibus verbis exprimat non mi-
nus vulgarem, quam pupillarem ſubſtitutionem. Et profectò
cum Baldo videtur communior eſſe opinio, quod in ea ſpecie
ſubſtitutio vulgaris non minus expreſſa videatur, quam pupil-
laris, vt concludunt Soc. *num.36.* Franc. Rip. *num.84.* And. Al-
ciat. *num.21. l.1.ff. de vulg.* & idem Alciat. *in l. Centurio. num.56. eo.
tit.* Phil. Dec. *nu.15.* Sebaſtia. Sapia *nu.43. in d.l. precibus.* & Curt.
Iunior *ibid. num.37.*

¶ Sed certè gloſ. noſtra ſecurè intellexit, quod hæc ipſa ſub-
ſtitutio ſit merè pupillaris: & conſequenter dictura videbatur,
quod vulgarem ſubſtitutionem minimè contineret, quamuis
ad eam poſſet porrigi, *d.l. iam hoc iure.* Idem ſenſit Innocent. *in
cap. Raynutius nu.1. verſic. Quibus verbis.* & ibi Hoſtien. *in verb. Suc-
cedat. ſupra eod.* Hoc & veteres alij ſenſerunt, & multi ex recen-
tioribus defendere conati ſunt, vt conſtat ex Alber. *in repetit.
Rubr. ff. de vulgar. num. 57.* & ex Guilielm. Benedict. *in repetit. di-
cti capit. Raynutius. in verbo, Si abſque liberis, l.2. de pupillari ſubſtitu-
tion. numero 15. & ex relatione* Socini vbi ſupra, & Ioannis Bapti-
ſtæ *in repet. dicta l. precibus. numer. 20. & 21.* Philipp. Decij *ibidem
numer. 15.*

¶ Pro hac opinione aduerſus Bald. Curt. Iun. *in d.l. precibus.
numer.36.* induxit textum, quem dicit optimum ad hoc, *in l. pa-
terfamilias. ff. de priuileg. credit.* vbi paterfamilias impuberi filio,
ſi antè pubertatem deceſſiſſet, ſubſtituit hæredem: atque ita
ſubſti-

ſubſtitutio fuit concepta ſine illa conditione: Si filius hæres e-
rit & tamen ſignificat Iureconſult. ibi, quòd pupillo repudiā-
te, fuit c[illegible] ſi mata ſubſtitutio pupillaris per exiſtentiam ſui hę-
redis, iuxta communem opinionem, quam ſupra reſolui *in 2.
parte, in gloſſ. Deferuntur*. Ergo ſequitur, quòd ea ſubſtitutio cō-
tinebat expreſſam vulgarem. Conſequentia probatur, quo-
niam alias ſubſtitutio pupillaris non fuiſſet confirmata per ex-
iſtentiam ſuitatis, quam videlicet, expreſſa vulgaris ſuſtuliſſet,
*iuxta communem opinionem, de qua in l. ſi filius hæres. ff. de liber. &
poſthum. de qua latè* Phili. Corn. *in l. 3. num. 11. C. de iure deliberand.*
Cùm igitur Iureconſult. *in d. l. paterfamilias.* ſignificet, quod im-
pubes filius patri ſuus hæres extitit, conſequens eſt intelligere
vulgarem ea ſubſtitutione non fuiſſe expreſſam. Et illum tex-
tum pro hac ſententia, prius allegauit ex Iacobo Aren. Alber.
in d. Rubr. ff. de vulg. nume. 57. At verò Sebaſtian. Sapia *in d. l. preci-
bus. numer.* 43. vt euitaret hanc Curtij Iunioris inductionem re-
ſpondet, quod verba illius text. ab eo expenſa, ſunt Iureconſ.
10 non verò fuerunt teſtatoris. † Sed ego aduerſus vtrumque no-
to, quod inductio *d. l. paterfamilias.* nullius momenti eſt, quam-
uis verba fuiſſent formalia teſtatoris. Quippe etſi Iureconſult.
ſentiret idipſum, quod Bald. voluit, hoc eſt, quod ea ſubſtitu-
tio exprimebat vulgarem, non minus quam pupillarem: non
continuò ſequeretur quod expreſſa vulgaris tolleret exiſten-
tiam ſui hæredis in filio hærede inſtituto. Alias enim verius, &
receptius eſſe diximus, quod vulgaris ſubſtitutio expreſſa in
caſum mortis filij minimè tollit exiſtentiam ſui hæredis in fi-
lio, ex Bartol. ſententia *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. numer. 5. ff.
de liber. & poſthum. cum alijs, quæ vtiliter circa hunc articulum tra-
ctauimus ſupra in ſecunda parte. in gloſſ. Ac deinde filio, in verſiculo. E-
go igitur.*

¶ Melius igitur contra Bald. ſententiam poſſent induci text.
*in d. l. cohæredi. §. fina. ff. de vulgar. & in l. ſi ita ſcriptum, qui filio. ff. de
bonorum poſſeſſ. ſecundum tabulas.* vbi probari videtur, quod hæc
ſubſtitutio: Si filius meus infra pubertatem deceſſerit, Titius
hæres eſto: eſt merè pupillaris, vt vulgarem verbis nequaquam
exprimere videatur. Nā vtique ſi verbis ſupradictis ſubſtitutio
vulgaris fuiſſet expreſſa, iam dictio Mihi: non detraheretur
quaſi vitium, ſed adaptaretur vulgari, per quam teſtatori ſuc-
ceditur. Vnde Iureconſulti cùm verbum illud Mihi: quaſi vi-
tium detraxerunt, pro conſtanti habuiſſe videntur, quòd te-
ſtator ſuprascriptis verbis de ſola pupillari ſentiebat. Idem in-
nuit Vlpian. *in l. 2. §. prius verſiculo. Sed qui ita. iuncto verſic. ſequen.
ff. de vulga.* quemadmodum eum text. induxit Aretin. *in l. Cen-
turio. numero 7. verſiculo, Iſta concluſio.* & Socin. *ibidem numero* 18.
ff. de vulga. idem Aretin. *in dicta l. precibus. numero 4. C. de impube-
rum & alijs.*

¶ Nec multum oberit Baldi ratio, de qua ſupra, quoniam
agnoſcimus, quòd his verbis: Si filius meus infra pubertatem
deceſſerit, filia ſit hæres: vulgaris exprimitur, ſi verba capte-
mus. Cęterum etſi verbum figura admittat vulgarem in caſum
quo filius, viuo patre deceſſerit, vt conſtat ex Bartol. *in dicta l.
Centurio. numero. 32. in fin. ff. de vulgar.* non tamen continebitur
vulgaris: videlicet propter defectum intentionis. Plerumque
enim verba admittunt eam ſpeciem, quam intentionis defe-
ctu excludimus. *l. nomen filiarum. ff. de verborum ſignificat. coniun-
cta l. qui filiabus. ff. de legat. 1. l. verbis ciuilibus. in fin. ff. de vulga. l. ſi quis
ita. in verſiculo. Si quis eum ignoraret. ff. de teſt. tutel.* Porrò conditio
pupillaris ætatis arguit teſtatorem ſenſiſſe de ſola pupillari, &
filio, ſi intra pubertatem deceſſiſſet, hæredem conſtituere vo-
luiſſe, vt conſiderarunt Aretin. & Socin. *vbi ſuprà & latiùs* Phi-
lipp. Decius *in dicta l. precibus. numero 15. verſicul. Sed iſta concluſio.*
& Lancelot. Polyt. *de pupillar. ſubſtitut. numer. 11. facit quod ſcri-
bit* Alberic. *in repetit. Rubric. num. 57. in verſiculo, Si vero teſtator. ff.
de vulga.*

¶ Cùm igitur hoc ita ſit controuerſum in conceptione no-
11 ſtræ gloſſ. certè nulla controuerſia eſſe videbitur, † ſi teſtator
dixiſſet: Si filius meus infra pubertatem deceſſerit, filia ei hæ-
res ſit. Tunc enim euidenter conſtabit, hanc eſſe meram pu-
pillarem, propter illam dictionem Ei: quæ vulgarem ſubſti-
tutionem auertit. Siquidem per vulgarem non ſuccedìtur pu-
pillo, ſed ipſi teſtatori, *in princip. Inſtitut. de vulgar.* Hoc in ter-
minis ad limitationem ſuperioris Bald. ſententiæ tradiderunt
Alexand. *in l. prima. numero 25. verſiculo, Primo quia.* Bartholom.
Socin. *in dicta lege Centurio. numero 34. ff. de vulgar.* Ioannes Ba-
ptiſt. *in repetit. dicta l. precibus. numero 21. in fine,* & ibi Corn. *nu-
mero* 10. & Aretin. *numer.* 4 Lancelot. Polyt. *de pupillar. ſubſtitu.
in 5. & 6. quæſtio. numer.* 11. In quo articulo non rectè ſenſit Al-
ciat. *in l. 1. num. 63. ff. de vulgari,* qui etiam in hac ſpecie credidit
Bald. ſententiam à modernioribus probari: neque Phil. Franc.
in præſenti, numer. 84. dum dicit, quod in ſubſtitutionibus dire-
ctis nihil eſt mutandum propter illud pronomen demonſtra-
tiuum Ei.

¶ Tertio quæro, Si ita concepta fuiſſet ſubſtitutio, Si fi-
lius meus deceſſerit infra pubertatem, filia mihi, & illi hæres
ſit, vtrum hæc ſubſtitutio ſit merè pupillaris? Et reſpondetur
† quod in hac ſpecie planè admittetur Bald. ſententia, de qua 12
ſupra, vt ſit pupillaris expreſſa: atque etiam ſit vulgaris expreſ-
ſa, ſecundum ſententiam Curtij Iunioris *in l. penult. num. 6. C. de
impub.* Franciſc. Ripa *numer.* 42. Andr. Alciat. *in l. 1. ff. de vulgari,
num.* 165.

¶ Quarto quæro: vtrùm hæc ſubſtitutio: Filio meo impu-
beri ſubſtituo filiam meam: ſit mera † pupillaris? Bald. *in dicta* 13
l. precibus. numer. 48. in fin. ſcribit, quod verbum Pupillus, inſer-
tum demonſtratiue, vt videlicet: Subſtitutio tali pupillo meo:
non facit ſubſtitutionem eſſe pupillarem: Verba enim in du-
bio intelliguntur appoſita demonſtratiuè potius, quam di-
ſpoſitiuè. *l. Mela. in princip. ff. de alimen. & ciba. leg. l. fina. §. Titia. ff.
de liber. leg. l. quidam teſtamento. in princip. ff. de lega.* 1. docet Bartol.
in l. cum pater. §. Menſa. ff. de legat. 2. Sed ſi verbum, Pupillus, in-
ſeratur conditioni: vtputa, Si filius meus deceſſerit pupillus,
&c. tunc facit pupillarem ſubſtitutionem. Et hoc videtur pro-
cedere etiamſi adiecta fuiſſet dictio, Quandocunque: vt vi-
delicet ſi teſtator diceret, Quandocunque filius meus deceſ-
ſerit pupillus, &c. Quoniam hoc quoque caſu ſubſtitutio e-
rit mera pupillaris, ex Angel. ſententia *in l. in pupillari. ff. de vul-
gar.* ſed ſi teſtator dixiſſet: Quandocunque filius meus pu-
pillus deceſſerit, &c. tunc ſubſtitutio erit compendioſa: quo-
niam verbum illud Pupillus, accipitur demonſtratiuè, vt ſe-
curè intellexit gloſſ. *in capitulo, Raynutius, in verbo, Subſtitutio-
nis, verſiculo. Vel ſic. ſupra eodem.* & Ioannes Andreas. *in præſen-
ti. numero* 19. & hanc Bald. ſententiam retulit Philip. Franch.
in præſenti. numero 87. Adde quod Alexand. *in l. 2. numer. 16.
ff. de vulgar.* exiſtimat Bald. vbi ſupra malè loquutum fuiſſe,
niſi excuſetur, quoniam in illa ſpecie ſubſtitutionis: Filio meo
impuberi ſubſtituo filiam meam: filia filio pupillariter intelli-
gitur eſſe ſubſtituta. Et Alexan. ſententiam contra Bald. retu-
lit, & ſequi videtur Guilielm. Benedict. *in repetit. dicto capitulo
Raynutius, in verbo, Si abſque liberis. 2. de pupillar. ſubſtitut. numero
decimoſeptimo.* Et ſanè Bald. excuſari debet, quoniam hoc ſo-
lum voluit docere, ſcilicet, quod illa dictio impuberi: quæ
erat adiecta demonſtratiuè, non adeo faciebat ſubſtitutio-
nem eſſe meram pupillarem, quin etiam vulgarem compre-
henderet: non tamen voluit negare, quod in ea ſubſtitutio-
ne contineatur pupillaris. Denique ſenſit ita eſſe interpre-
tationem faciendam, atque ſi in illa ſubſtitutione dictio im-
puberi: non fuiſſet adiecta, vt rectè ex Bald. ſententia docuit
Lancelot. Galiaul. *in repet. dicta l. Centurio. ff. de vulgar. num.* 414.
& ſerme Andr. Alciat. non relato Galiaul. *in l. prima. numer. 64.
ff. eod. titulo.*

¶ Sic quæſtionis ſtatus in eo relinquitur, quænam ſcilicet ſit
hæc ſubſtitutio † impuberi filio facta: Filio meo filiam meam 14
ſubſtituo: quum dictio impuberi: nihil mutare debeat. Et ve-
teres exiſtimarunt, quod his verbis ſola vulgaris ſubſtitutio
exprimatur, vt conſtat ex Cyno *in dicta l. precibus,* Alberic. *in re-
petit. Rubric. ff. de vulgar. numero 57. verſiculo, Quæro penultimo.* &
hanc opinionem negligenter videtur ſequutus fuiſſe Philipp.
Franch. *hic numero* 98. quamuis dicat, quod hæc vulgaris con-
tinet pupillarem, *vt in dicta l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* Nam ve-
rior & communior opinio eſt, quod in hac ſubſtitutione in-
ducenda ſit interpretatio eadem, quam Iureconſult. fecit in
reciproca illa ſubſtitutione: Vos inuicem ſubſtituo: *in dicta l.
iam hoc iure.* Planè ibi reciproca ſubſtitutio non minus expri-
mit pupillarem, quam vulgarem ſubſtitutionem, vt reſoluit
ex communi opinione Alexand. *in l. Lucius. num. 13. ff. de vulgar.*
Tametſi fuerunt qui crederent, quod *in dicta l. iam hoc iure.* ſo-
las vulgares expreſſiſſe videatur teſtator, non vero pupillares,
vt Caſtellion. & vterque Raphael tentauerunt, quorum opi-
nionem ſequutus eſt Viglius *in §. qua ratione, numer. 11. Inſtitut.
de pupillar.* & veriorem eſſe credidit Ioan. Crot. *in repetit. dicto
capitu. Raynutius, ſupra eod. fol. 19. colum.* 3. Concludo igitur, quod
in ſu-

in ſuperiore ſpecie tam vulgaris quàm pupillaris ſubſtitutio æquè exprimitur, vt Bartol. cenſuit *in d.l. Centurio, num. 32. in fine:* cuius ſententiam retulit, & meliori ſenſu fuit ſequutus Philip. Franch. ſibi contrarius *in præſenti num. 71.* Proinde And. Alciat. *in d.l. Centurio. num. 56.* non videtur rectè comparaſſe hanc ſubſtitutionem illi, de qua loquutus eſt Bald. *in d. l. precibus. nu. 42.* & de qua ſupra loquuti fuimus. Sed & Sebaſtian. *in repet. dicta l. precibus, nu. 36.* in huius articuli reſolutione ſeſe intricauit. Item & Anton. Gomeſ. *de teſtam. cap. 4. de pupill. num. penult. in fin.* hanc ſubſtitutionem ex Bald. & aliorum Doctorum ſententia ſcribit eſſe compendioſam: quum non ſit compẽdioſa, vt ex communi opinione reſoluit Alexan. *in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 9 ff. de liber. & poſthum.*

15 ¶ Quintò quæro, † Si teſtator in caſu huius text. poſtquam filiam in re certa, filium verò in cęteris bonis hęredes inſtituit, ſimpliciter, & ſine vlla conditione ità ſubſtitutionem adiecisſet: Filij mei filia hæres ſit: vtrùm hæc ſubſtitutio cenſeri deberet mera pupillaris: Et Azo *in ſumma, num. 2. de impuber. & alijs,* ſcriptum reliquit, quod his verbis cõtinetur expreſſa vulgaris ſubſtitutio, & ſubintelligitur tacita pupillaris. *l. qui liberis. §. hæc verba ff. de vulg. §. ſubſtituitur, Inſtitu. de pupilla.* Accurſ. autem *in §. qua ratione, & gloſ. magna, Inſtit. de pupilla.* per contrarium docuit, quod in hac ſpecie ſi mera pupillaris ſubſtitutio quæ ad vulgarem omnino tacitam porrigi queat, *d. l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* ſed Dynus, quem retulit Alber. *in repet. Rubr. num. 8. ff. de vulg.* tenet, quod hoc caſu ſubſtitutio ſit expreſſa vulgaris, & expreſſa etiam pupillaris: quaſi verba apta ſint ad vtramq; ſubſtitutionem. Bart. verò *in d. l. qui liberis. §. hac verba. num. 2.* cum Accur. vbi ſupra, tenet quod ſit pupillaris expreſſa ſubſtitutio: & quaſi mera pupillaris extẽdatur ad vulgarem omnino tacitam. Item tenuit Bart. communiter receptus *in l. 1. nu. 16. ff. de vulga.* vbi interpretatur Azonis & Dyni ſententiam. Verùm Andr. Alciat. *ibid. num. 63.* intelligit, quod in ea conceptione ſubſtitutio eſt vulgaris expreſſa contra Bartolum, à quo ſententiam veterum non ſatis intellectam ſcribit. Mouetur autem Alciat. eo quod vbi in pupillari ſubſtitutione clauſula, Si filius hæres erit, &c. appoſita non eſt, vulgaris non tacitè, ſed expreſſe continetur, ſecundùm Bald. receptam ſententiam *in d. l. precibus. d. num. 42. C. de impub. & alijs.*

¶ Ego reſoluo, quod his verbis vulgaris ſubſtitutio nullatenus eſt expreſſa cum Accurſ. & Bart. recepta ſententia. Deprehendo autem Azonis & aliorum, qui docuerunt, vulgarem ibi eſſe expreſſam, fluxiſſe ex intellectu non recto. *l. fina. C. de hæredib. inſtituend. quam ad hoc allegauerunt.* Nam *in d. l. fina.* illa verba, *Sempronius Plocij hæres eſto.* ad vulgarem expreſſam ſubſtitutionem referuntur, vt ea l. expreſſum eſt. Vnde veteres eodem argumento putauerunt, quòd hæc verba, *Sempronius filio meo hæres eſto,* vulgarem expreſſam continerent. At vero Iureconſult. hanc ipſam ſubſtitutionem tractauit quaſi pupillarem, *in dicta l. qui liberis. §. hac verba. ff. de vulgari. & Iuſtinianus in §. ſubſtituitur, Inſtitut. de pupillar.* Hac de cauſa Azo dixit, pupillarem eſſe tacitam, quaſi Iureconſult. & Iuſtiniani ſententia ad pupillarem tacitam referretur. Sed Dynus ex Iureconſult. & Iuſtiniano didicit, pupillarem eſſe expreſſam: & ideo hoc admiſit, reſtituendo tamen, quod non minus eſſet vulgaris *argumento dicta l. fin.* Hæc mihi videtur propria mens veterum fuiſſe in hoc articulo, quam Bartol. *in dicta l. 1. num. 16. ff. de vulgar.* aliter videtur accepiſſe. Sed equidem aduerto, quod *dicta l. fin.* quæ veterum iudicia implicauit, procedit propriè eo caſu, quo Plocio teſtator hæredem dare non potuit. Nec enim Plocius erat ex liberis impuberibus, quibus teſtator iure poteſtatis pupillare teſtamentum facere potuiſſet. Vnde in ea ſpecie per difficilem & adeo elaboratam interpretationem verba trahuntur ad formam & intellectum vulgaris ſubſtitutionis. Cæterum ſi Plocius non extraneus, ſed ex liberis teſtatoris impuberibus fuiſſet, ita vt ei teſtator iure poteſtatis hæredem conſtituere potuiſſet, iam non procederet ille text. *in dicta l. fin.* Tunc enim apertè conſtaret, eam ſubſtitutionem eſſe pupillarem, non verò vulgarem, vt obſeruauit Raphael Fulg. *ibidem, num. 3.* quem retulit & ſequutus eſt Phil. Corn. *num. 5. verſ. Et certè,* & ſatis videtur docuiſſe Alexander *in l. verbis ciuilibus, colum. pen. verſ. Vel poteſt ff. de vulg.* Conſequenter eo caſu tractandum eſſet de vulgari omnino tacita, ad quã pupillaris ſubſtitutio expreſſa porrigi deberet, *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* Nam etſi clauſula illa: Si hæres erit, &c. appoſita non ſit in pupillari ſubſtitutione, ſi tamen teſtator exprimat, ſe filio hæredem dare, vulgaris à verborum conceptione excluditur. Denique Andr. Alciat. *in d. l. 1. num. 63. ff. de vulga.* errore lapſus videtur, qui Bald. ſententiam *in l. precibus. num. 42.* à recẽtioribus probatam adduxerit. Siquidem recentiores ipſi Bald. ſequuntur, vbi teſtator non expreſſit, ſe filio hæredem dare, vt & Bal. ſequutus eſt. Quod ſi teſtator expreſſit, agnoſcũt vulgarem ſubſtitutionem à verbis planè excludi, *vt ſupra retulimus in 2. quæſt.*

¶ Ex his infertur ad intellectum *Regia l. 5. tit. 5. part. 6.* vbi ſcriptum eſt, quod ſi teſtator ita conceperit: Iubeo vt quiſquis mihi hæres erit, ſit filij mei: hæc eſt ſubſtitutio pupillaris tacita. Quo loco Greg. Lup. admonet ea lege probari opinionem Azonis *in tit. colum. 1. de impub.* Quoniam tamen Accurſij & Bart. ſententiam agnoſcit eſſe veriorem, diſtinguere conceptiones in hunc modum tentauit: Aut enim (inquit) ſubſtitutio ita cõcepta eſt, Quiſquis mihi hæres erit, ſit filio meo impuberi hæres: & tunc procedat Accurſij & Barto. recepta opinio. Aut vero ſubſtitutio ita concepta eſt: Quiſquis mihi hæres erit, ſi filio meo hæres: & tunc procedat dictum Azonis, *& d. l. partita.* demum vir doctus agnoſcit, quod etiam in hac poſteriore ſpecie legis Regiæ pupillaris nõ eſt omnino tacita: & credit quod admitteretur contra matrem pupilli: ſed certè Azo intellexit in hac conceptione eſſe pupillarem omnino tacitam: idque veroſimile eſt ſenſiſſe etiam *l. regiã:* quum ſtatim ſubiecerit aliud exemplum pupillaris ſubſtitutionis omnino tacitæ. Denique differentia conceptionum, quam conſiderauit Greg. Lup. valere non poteſt, quin in vtraque cõceptione ſit pupillaris ſubſtitutio expreſſa: Bene verum eſt, quod vbi adijcitur dictio impuberi: tũc ſubſtitutio eſt pupillaris expreſſa & mera, ita quod non poteſt tractari an ſit compendioſa. Quando enim teſtator ita concepit: Filio meo impuberi Titius hæres eſto: perinde eſt atque ſi dixiſſet: Si filius meus deceſſerit impubes, Titius ei hęres eſto. Vnde ſi filius poſt pubertatem decedat, nulla omnino ei ſubſtitutio facta intelligitur, ſecundum doctrinam Bart. *in d. l. Centurio. ff. de vulgar.* Et hoc circa textum *in d. l. qui liberis. §. hæc verba,* obſeruarunt Phil. Dec. *in fin.* & Curt. Iunior *num. 7. in l. ſi teſtamen. C. de impub.* qui tamen intelligere debuiſſent, quod etiã detracto verbo impuberi, ſubſtitutio ſine dubio erat pupillaris expreſſa.

¶ Vnde adhuc quæritur, quando teſtator dixit, Filio meo filia hæres ſit: quæ etiam ſpecie eſt *d. l. regiæ. 5. titu. 5. Part. 6.* vtrum ſit mera pupillaris, ita quod non ſit compendioſa: Emolumentum quæſtionis eſt, quod ſi mera eſt pupillaris, & poſt pubertatem decedat filius, nihil eſt quod de fideicommiſſo tractari poſſit. Sin autem cenſeri debet compendioſa, perinde atque planè eſſet compendioſa ſi teſtator dixiſſet, Quandocunque filius meus deceſſerit, filia illi hæres ſit: introducetur ardua quæſtio, vtrum videlicet, & ſubſtitutio valeat iure fideicommiſſi, vbi filius poſt pubertatẽ ſine liberis deceſſerit. Et quod ſit compendioſa, nec reſtringi debeat ad conditionem, ſi filius intra pubertatem deceſſerit, expendo Barto. ſententiam communius ibi receptam *in l. 1. num. pen. ff. de vulga.* vbi in hac ſpecie, Quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio, aliud agens docuit, quòd pupillaris intelligebatur facta ſine præfinitione temporis. Item allego Rapha. Cum. *in l. verbis ciuilibus, nu. 11. ff. de vulg.* vbi ſenſit quòd hæc verba, Filia ſit hæres filij, idem valent atq; illa, Quandocunque deceſſerit filius filia illi hæres ſit. Denique Philipp. Corn. *in l. ſi frater. columna ſecunda. C. de fideicommiſſ.* ſcribit, quòd in huiuſmodi ſpeciebus non apparet de mente defuncti quod voluerit reſtringere ſubſtitutionem ad tempus pupillaris ætatis.

¶ Mihi autem videtur voluntatis eſſe quæſtionem, vt hæc ſubſtitutio non omnimodo ſit comparanda illi ſubſtitutioni, Quandocunque filius meus deceſſerit filia ei hæres ſit. Itaque in re dubia conſtituo interpretandum fore, quòd hæc ſubſtitutio ſit mera pupillaris, ita quòd non ſit compendioſa. Nam quum pater filio hæredem dare nequeat, niſi is intra pubertatem deceſſerit, credendus quoque eſt quod hæredem dare nõ voluerit niſi impuberi. Proinde credendus eſt voluiſſe facere pupillarem, quam iure potuit facere, non verò compendioſam, quam iure facere non potuit. Militat enim in hac ſpecie argumentum Archid. *hic num. 5. verſicul. Et eſt ratio,* quod retulit Ioan. Andr. *in Nouell. num. 22.* videlicet, quod pater ſubſtituens impuberi ſubſtituere videtur ſolum in caſum quo impubes nõ poteſt teſtari. Facit ad hoc quod ex Angeli ſententia ſcribit

Aretin.*in l.precibus.colum.fin.in verſic. vnde pro concordia. C.de im-
puber.& alijs.* vbi ait, quod ſi verbis ciuilibus fiat indefinita ſub-
ſtitutio, reſtringitur quidem ex voluntate ad tempus pupilla-
ris ętatis. Nam ſermo indefinitus reſtringitur propter proprie-
tatem verbi directi, vt non comprehendat omnes modos ſuc-
ceſſionis, qui non ſunt eiuſdem rationis. Item facit ad hoc re-
ſolutio Lancelot. Galiaul. *in repetitio. dict. l. Centurio. ex numero*
420. *verſic. ego puto. quem vide etiam in numer.* 296. vbi concluſit,
quod quando teſtator ei, qui poteſt pupillariter ſubſtituere
ſubſtituit ſimpliciter in caſum mortis, non videtur ei voluiſſe
ſubſtituere, niſi pupillariter intra pubertatem. Et quidem ille
deceptus eſt, quum hoc ita tradidit in ſubſtitutione facta ver-
bo communi, vt meritò fuerit reprehenſus à Franciſc. Ripa
ibidem. num. 150. Veruntamen eius reſolutio iure probabilis
eſt, vbi ſubſtitutio fuit facta verbis ciuilibus, videlicet quo-
niam poſt pubertatem non potuit filio ſubſtituere directo. Et
ita ſpecialiter tradidit idem Ripa *in dict. l. Centurio. numer.* 74. *in
verſi. non autem.* Iſtud eleganter annotari poteſt, quod non om-
nimodo cenſenda eſt ea ſubſtitutio, atque ſi reſtricta euiden-
ter fuiſſet ad pupillarem ætatem. Nam quia verba fuerunt in-
definita, poterit aliquid in quæſtione voluntatis afferri, quod
hanc ſubſtitutionem oſtendat eſſe compẽdioſam. Pone enim,
quod teſtator ita dixiſſet, Filio meo filia hæres ſit, hanc ſubſti-
tutionem volo valere iure fideicommiſſi. Nempe defendi po-
terit, quod teſtator credatur voluiſſe etiam poſt tempora pu-
bertatis filio vtiliter ſubſtituere voluiſſe, *argument. text. ſingula-
ris.* quem hoc ſenſu acceperunt Rapha. Fulgoſ. & Corn. *in l. ſi
frater. C. de fideicom.*

Sexto quæro, vtrum pupillaris ſubſtitutio directa poſſit fie-
ri verbo obliquo? Et reſpondetur regulam quidem eſſe in cõ-
trarium, vt probat text. *in l. ſi teſtamento.* & ibi tradit Curt. Iun.
16 *C. de impube.* Sed tamen † vbi de voluntate defuncti conſtiterit,
verbum obliquum trahetur ad directam ſubſtitutionem, ſe-
cundum Bart. *in l. quærebatur. num. 3. ff. de milit. teſtam.* Et hoc lo-
cum habebit non ſolum ſi de voluntate defuncti conſtiterit
ſpecialiter, ſed etiam ſi fiat probabile per vrgentem coniectu-
ram, vt reſoluit Rip. *in l. 1. num.* 40. *ff. de vulg.*

Vnde videndum eſt, vtrum ſit vrgens coniectura, quæ tra-
hat verbum obliquum ad directam ſignificationem, & conſe-
quenter inducat pupillarem, ſi verba teſtatoris talia fuerunt,
Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, bona mea Titio re-
ſtituantur. Et quod hęc ſubſtitutio ſit directa pupillaris ex ſen-
tentia Aret. & Socin. *ibidem.* concluſit Franciſ. Rip. *in l. 1 nu.* 40.
ff. de vulg. Anton. Rubr. *in repet. §. quidam rectè. nu. 25. l. Gallus. ff. de
17 liber. & poſthu.* Sed hæc ſententia nulloq; colore defendi poteſt,
quoniam & ſi conditio pupillaris ætatis ſit expreſſa, non ideo
erit directa pupillaris, quia verbum obliquum hanc interpre-
tationem non patitur, ſecundum ea, quæ reſoluit Alexan. *in l.
Centurio. num. 83. verſ. ſed contra* Bal. *ff. de vulg.* & Lancel. Galiaul.
ibid. in repet. num. 350. verſ. quia.

Denique conditio illa, Si filius deceſſerit in pupillari ætate,
vrgebit eleganter, quod ſubſtitutio obliqua ſit pupillaris obli-
qua: hoc eſt, quod legitimus pupilli hæres videatur rogatus ex
pupilli hæreditate bona, quæ patris fuerunt, Titio reſtituere.
Nec eo caſu detrahetur legitima portio, quũ pupillus ipſe non
cenſeatur grauatus, ſed hæres pupilli quaſi codicillo pupillari.
*l. ſi Titio. § fina. l. ab exhæredati ſubſtituto. l. quod fideicommiſſum. ff. de
18 leg. 1.* & quod tradit Bart. *in l. qui duos. ff. de vulg. cum his, quæ latè di-
ximus in 2 par. in glo. debita.*

Quòd ſi teſtator † verbum, reſtituo, ad ſeipſum retuliſſet di-
cens, Si filius meus in pupillari ætate deceſſerit, reſtituo Titio
hæreditatem meam, tunc rectè poſſet defendi, quod hæc eſſet
pupillaris directa ſubſtitutio. Nam Bal. *in l. humanitatis. num. 53.
verſ. mirabile dicant. C. de impuber. & alijs.* ſcripſit quod ſi teſtator
dixerit, Si filius meus in furore deceſſerit, ego teſtator hæredi-
tatem meam Titio reſtituo: iſta eſt directa ſubſtitutio, quia nõ
ſignificat medium hominem reſtituẽtem: ſed ipſa confert im-
mediatè manu ſua, & non extranea, ſequuntur Corn. *in dict. l.
precibus. num.* 33 & Ripa *in l. Centurio. num.* 101. *ff. de vulgar.* Vnde
eadem omnino ratione idem dicendum eſſet in pupillari ſub-
ſtitutione, *argum. §. qua ratione. Inſtit. de pupill.* Illud tamen noto,
quod Bald. melius exemplũ figuraſſet, ſi dixiſſet, Si filius meus
in furore deceſſerit, ego teſtator hęreditatem illius Titio reſti-
tuo. Nam quum per exemplarem ſubſtitutus efficiatur hæres
ipſi f[illegible]rioſo, vt per pupillarem efficitur quis hæres ipſi pupillo,
illa dictio, meam, vitium quodammodo habet. Proinde opor-
teret exemplarem illam ſubſtitutionem à vitio defendere, ha-
bendo illam dictionem, meam, pro non ſcripta, *argum. l. cohæ-
redi. §. fin. ff. de vulg. & in l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bono. poſſ. ſe-
cund. tabul.* Denique ſi in Bald. ſpecie alius prætereà ſubſtitutus
exemplaris furioſo filio ſimpliciter datus fuiſſet, iã Titius ad-
eunte cohærede vniuerſali ad hæreditatem teſtatoris quaſi ad
res certas admitteretur. Siquidem patris hæreditas in furioſi
hæreditate rerum certarum vicem exhiberet. *d. §. fin. & l. cum fi-
lius. §. Lucio. ff. de legat. 2. cum his quæ circa pupillarem ſubſtitutionem
ſupra obſeruauimus. quæſt. 1.*

Nouiſſimè vt ad gloſſ. Io. Andr. reuertamur, cum ea obſer-
uamus, quod inuẽta fuit pupillaris ſubſtitutio in fauorem pu-
pillorum, ne inteſtati decederent, ſed ex pupillari teſtamento
hæredem haberent. Idem † ait gloſſ. in exemplari, licèt exem- 19
plaris (inquit) differat à pupillari in hoc, quod in ea eſt neceſſe
certas perſonas ſubſtitui. *l. humanitatis. C. de impub. & alijs.* Addit
idem Ioan. Andr. *in nouell. num. 25. in fin.* eſſe prætereà alias diffe-
rentias inter pupillarem, & inter exemplarem, quas ſe obſer-
uaſſe refert *in cap. Raynutius. in gloſſ. 3. ſupra eod.* & quidem decem
& nouem differentias collegit Philip. Corn. *in d. l. humanitatis.
num. fin. & multa circa exemplarem ſubſtitutionem & intellectam d. l.
humanitatis. C. de impuber. & alijs. & §. qua ratione. Inſtit. de pupilla.*
copioſè ſcribit Hieronym. Verius *in repet. l. ex facto. ff. de vulgar.*
Ego his adijcio aliam præcipuè notabilem, & in locis ordina-
rijs non traditam differentiam, quæ vtique deſcendit ex hac
ipſa differentia per gloſſ. noſtram in præſenti poſita. Equidem
certi iuris eſt, quod pater poteſt quemcunque ſubſtitutum pu-
pillarem filij ſui impuberis inſtituti onerare legatis & fideicõ-
miſſis. *l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. l. ſi filius qui patri.
cum ſimilibus. ff. de vulgar. l. hæredis aditio. §. tantundem. verſicul. tra-
ctari. ff. quando dies leg. ced. l. ſi Titio. §. fina. l. ab exhæredati. ff. de legat.
1.* At vero † non idem videtur dicendum fore in ſubſtituto ex- 20
emplari, quoniam non quilibet ſubſtitutus exemplaris pote-
rit onerari legatis & fideicommiſſis: quamuis maximè teſta-
tor filium furioſum ſupra legitimam portionem hæredem
fecerit. Denique ſi parens filium furioſum hæredem inſti-
tuerit, eique ſi in furore deceſſerit, ſubſtituerit exemplari-
ter vnam ex certis perſonis, quam ſubſtituere teneretur, *iuxta
dict. l. humanitatis.* non poterit ab hoc ſubſtituto exemplari, le-
gata nec fideicommiſſa relinquere. Hæc ſententia videtur eſſe
probabilis, *argumen. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de legat. 2.
& l. pater filium. ff. ad legat. Falcid. & eorum. quæ* Iaſon *tradit in l. ſi
Titio. § fina. numer. 7. ff. de legat. 1.* & hoc ipſum in terminis obſer-
uauit Philip. Dec. *conſil. 371. In cauſa. num. 5.* & Marian. Socin. Iu-
nior *numer.* 44. & Aymon Crauet. *num. 175. in repetit. l. cum filio.
ff. de legat. 1.*

Mihi autem videtur, quod hæc ſententia non vulgaris, ita
ſcilicet poſſit recipi, ſi ſubſtitutus ille exemplaris nominatim
fuerit oneratus legato aut fideicommiſſo quaſi tabulis exem-
plaribus. Cæterum ſi teſtator hunc ſubſtitutum exemplarem
non nominatim, ſed appellatiuo nomine quaſi hæredem filij
furioſi, & quaſi principali teſtamẽto ſuo legatis aut fideicom-
miſſis onerauerit, puto defendi poſſe, quod legata & fidei-
commiſſa valebunt. Finge igitur, quod parens furioſum fi-
lium teſtamento hæredem inſtituit in maiori portione, quàm
ſit legitima: & eidem ſi in furore deceſſiſſet, ſubſtituit vnam ex
certis perſonis, quam Iuſtinian. *in d. l. humanitatis.* cõſtituit fo-
re ſubſtituendam. Pone, quod mox eodem teſtamento ita cõ-
cepit, Rogo hæredem filij mei, vt centum aureos Ioanni det.
Nempe fortiter defendetur, quod hoc fideicommiſſum vale-
re queat, ſi vtique non ledat legitimam portionem ipſi filio
furioſo debitam. Proinde filius ipſius furioſi, vel teſtatoris fi-
lius, qui ex ſubſtitutione exemplari furioſo hæres extiterit, re-
ctè conuenietur à Ioanne, vt fideicommiſſum centum aureo-
rum exſoluat. Summa meæ ſententiæ ratio eſt, quod in hac
ſpecie ſi teſtator ipſum hæredem furioſum oneraſſet, vt poſt
mortem cẽtum aureos Ioanni præſtaret, certè conſtaret fidei-
commiſſum valere, videlicet ſi furioſus vltra legitimam por-
tionem tantundem ex patris iudicio habuiſſet. Proinde cen-
tum aurei à quocunque furioſi hærede perſolui deberent ei-
dem Ioanni, *argumen. l. cohæredi. § quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* Er-
go conſequens videtur hoc idem probare in hac ſpecie, in qua
teſtator hæredem furioſi oneraſſe intelligitur quaſi hæredem
hæredis, *iuxta l. ſi fuerit. §. 1. ff. de legat. 3.* coniunctis his, quæ circa
pupil-

pupillarem ſubſtitutum exhæredati filij reſoluerunt Claud. & Franciſ. Ripa in *numer. 30. verſicu. ego dicerem. in l. cum filio. ff. de legat. primo.*

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa, adiectione, Si ſine liberis, eſt omni tempore fideicommiſſaria ſecundum Accurſ. in quo articulo communis ſententia reſoluitur & declaratur, cum plurib. ſeq.*

2 *Conditionis proprium eſt, vt poſſit deficere, non vero vt ſit neceſſaria.*

3 *L. credendum. § ſi vero maritus. ff. qui pet. tutor. ſenſus ibid. & noua eius §. inductio. num. 5. & 9.*

4 *Conditio, Si ſine liberis deceſſerit, pertinet etiam ad tẽpus pupillaris ætatis.*

L. matres. & l. omnem. C. ad Tertul. ſenſus ibidem.

6 *Cap. Si pater. inducitur pro communi ſententia. ibid. rurſus declaratur. num. 12.*

7 *Subſtitutio compendioſa, etiam adiecta conditione, Si ſine liberis. in c. ſi pater. iure communi, & abſque vllo fauore piæ cauſæ valuit tanquam directa pupillaris.*

8 *Piæ cauſæ fauor non communicatur perſonæ prius interpoſitæ, quãdo ea interpoſita perſona non ſimpliciter aut poſt mortem, ſed ſub conditione fuit grauata reſtituere piæ cauſæ.*

9 *Subſtitutio compendioſa ſub conditione, ſi ſine liberis, non obſtante dicta conditione, cõtinet directam pupillarem ante pubertatem, non ſolum iure canonico, ſed etiam ciuili.*

10 *Subſtitutio compendioſa, etiam ſi iure fideicõmiſſi ſit valitura poſt pubertatem, valet nihilominus iure directæ pupillaris in ætate pupillari.*

11 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus concepta à pagano ſub conditione, ſi ſine liberis, quamuis poſſit valere iure directæ pupillaris ante pubertatem: poſtea nihilominus valebit iure fideicommiſſi, ſecundum vnam ſententiam, quæ communis creditur: contraria tamen communior eſt verior. num. 14.*

L. verbis ciuilibus ff. de vulg. ſenſus, & limitatio. ibid.

Cap. Raynutius. de teſtam. ſenſus, ibid. & num. 16.

12 *Succedat, verbum eſt commune, ſed ſi dicatur, Succedat ei, eſt directum.*

L. Centurio. ff de vulg. ſenſus. ibid.

Partit. l. 11. tit. 5. partit. 6. latè & eleganter explicatur. ibidem. & num 16.

13 *Quandocunque, aduerbium, nihil noui inducit in ſubſtitutione cõpendioſa.*

15 *L. ſi frater. C. de fideicommiſſ. ſenſus.*

VERBIS.

VERBIS. Gloſſ. in hoc verbo interpretatur, quòd certum eſt, verbis teſtatoris minimè deſignatam fuiſſe certam ętatem, cũ teſtator dixerit, Si ſine liberis decedat, alteri moriatur. Nam & ante pubertatem, & poſt pubertatem, filius, & filia ſine liberis mori poterant. Ergo patet, quod † ſubſtitutioni 1 pupillari bene conueniebant teſtatoris verba. Immo maximè conueniebant pupillari, quum tunc liberos habere non poſſit Et ſic reprobatur (inquit) quod notat Accurſ. *C. de impub. & alijs. l. precibus. in gl. pen.* & Innoc. *ſupra eod. c. Raynutius.* Hæc glo.

Ego autem obſeruo, hunc articulum valde confuſum eſſe, atque adeo intricatum, vt diligentis præceptoris operam merito deſiderare videatur. Et in primis aduertendum eſt, quod *glo. illa penult. in d. l. precibus,* non negauit, quin potius agnouit, ꝙ verba hæc, Si ſine liberis: conueniunt quidem pupillari ætati, & conſequenter pupillari ſubſtitutioni. Cæterũ exquiſito voluntatis argumento excluſit interpretationem pupillaris ſubſtitutionis, & introduxit interpretationem fideicommiſſariæ, etiam intra tempus pupillaris ætatis. Aſſumpſit enim pro conſtanti fundamento ſuæ ſententiæ, quod ſubſtitutio compendioſa continens plura tempora non debebat in pagano teſtatore variari, ſed debebat valere aut quaſi directa duntaxat, aut quaſi fideicommiſſaria. Proinde ſi ita ſcriptum fuiſſet, Si filius meus quandocunque deceſſerit, Titius ſit hæres: docuit, hanc ſubſtitutionem eſſe directam pupillarẽ, & omnimodo pubertate finiendam fore, vt poſt pubertatem nullo iure valere debeat. At vero ſi inſerta eſſet conditio, Si ſine liberis, intellexit, quod ea conditio trahebat neceſſario ſubſtitutionem ad pubertatis tempus, quoniam videlicet ſubſtitutionem conferebat in id tempus, quo filius liberos habere poſſet. Vnde ex defuncti volũtate ſubſtitutio omnino valere debeat poſt pubertatem, & vtique quaſi fideicommiſſaria, quia ſola fideicõmiſſaria illo tempore locum habere poterat. Igitur vt vna eſſet per omne tempus ſubſtitutio, interpretandum fuit, quòd eadem fideicommiſſaria ſubſtitutio locum haberet etiam tempore pupillaris ętatis, cui & verba ſeruiebant. Et ita debere explicari illius gloſſ. ſententiam poteſt colligi ex Oldra. *conſil. 99. Factum tale eſt. num.* 1. ex Alber. *in repet. rubr. ff. de vulg. num. 92. verſic. vlterius quæro,* & Bal. *qui hoc argutè declarauit in d. l. precibus. colum. penult. num. 47. verſ. ſecunda ratio.* Vnde merito notari debet Philip. Franc. *in præſenti. num. 73. in verſ. primo caſu,* dum ſcripſit, quod ſubſtitutio compendioſa his verbis facta, Si filius meus deceſſerit ſine liberis, talis ſit hęres, vel inſtituo, valet intra pupillarem ætatem iure directo: poſtea vero, adueniente pubertate, nullo iure valet: & quòd ita communiter tenuerunt omnes Doctores iuris ciuilis, & canoniſtæ vſque ad tempora Ioã. Andr. & quòd magis mirari queas, ad hanc ſententiam allegauit cum alijs Accurſium *in gloſſ. d. l. precibus.* Denique Phil. Fran. vbi ſupra tractans alteram, quæſtionem, videlicet, vtrum ſubſtitutio compendioſa, quæ tempore pupillaris ætatis fuit valitura iura directæ pupillaris, poſſit adueniente pubertate, valere iure fideicommiſſi, incautè in compẽdioſa miſcens cõditionem, Si ſine liberis, non animaduertit, quod adiecta ea cõditione, ſi ſine liberis, fuit apud antiquos controuerſa ſententia Accurſij vbi ſupra, qui negauit contineri directam pupillarem ante pubertatem.

Ergo gloſſ. *in d. l. precibus,* intellexit, quod licèt conditio, ſi ſine liberis, ſecundum verba & voluntatem, aptari poſſit ætati pupillari, ſpecialius tamen ſecundum volũtatem deſignat pubertatis tempora. Siquidem † conditionis propriũ eſt, vt poſſit 2 deficere, non vero vt ſit neceſſaria, *argum. l. ex facto. § fin. & quod ibi not. ff. ad Trebell.* Porrò conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi referatur ad tempus pupillaris ætatis, eſt quodammodo neceſſaria. Quapropter ſignificantius aptatur pubertatis tempori, in quo ſcilicet facilè poſſit deficere. Hinc procedit, vt huiuſmodi conditio efficiat compendioſæ ſubſtitutionis interpretationẽ incipere à tempore pubertatis, quod pręcipuè deſignare teſtator voluit. Sic denique conſequẽter eueniet, vt ſubſtitutio fideicommiſſaria tempore pubertatis prius intellecta, argumẽtum ſit, quòd eadem fideicõmiſſaria fuerit facta in priore pupillaris ætatis tempore.

Hinc contra pauperes pro matre in noſtri cap. ſpecie forſan allegabatur, quod ex conditione, Si ſine liberis, apparebat teſtatorem filiæ & filio in tempus pubertatis ſubſtituere voluiſſe. Vnde fideicommiſſariæ & non pupillaris intelligi deberent ſubſtitutiones, vt retulit glo. *in præſenti in verbo, abſque deductione, ver. item dicendo.* Planè Accurſius *in d. l. precibus.* & gloſſ. *in præſenti in d. verbo, abſque deductione,* haudquaquam colligere volebant, quòd teſtator in ſolum pubertatis caſum ſubſtituere voluiſſet, vt temerè intellexit Zaſius *in tract. ſubſtit. ca. 5. de compendioſa. num. 19.* Nec tam vana & tam ridicula fuit Accurſij opinio quam iactauit Lancel. Polyt. *in eod. tract. de compendioſa. num. 1.*

Sed nec ex argumento Accurſij, vbi ſupra deducitur, quod eo argumento attento, nec quidem iure fideicommiſſi, valitura eſſet ſubſtitutio intra pupillarem ætatem. Licèt enim hoc contra glo. argumentati fuerint veteres ab Alber. relati *in repet. rub. num. 93. ff. de vulgar.* Item Ioan. Imol. *num. 18. in verſi. circa paganum.* & Alex. *ibi num. 27.* Paul. Caſtr. *num. 2. in l. Centurio. ff. de vulg.* Paul. Caſt. *num. 14.* Alex. *nu. 12. in d. l. precibus.* non tamen rectè collegiſſe hoc videntur. Siquidem gl. animaduertit per cõditionem, ſi ſine liberis, tempus pubertatis ex voluntate defuncti ſpecialius deſignari, vt cõſtituta fideicommiſſaria, quæ illius temporis propria erat, mox eiuſdem ſubſtitutionis fideicommiſſariæ interpretatio etiam ad ætatem pupillarem referretur, ſecundum ea, quæ ſupra oſtendimus.

Vnde Iacob. de Beluiſ. *in d. l. precibus.* non abſurdè gloſſ. ſententiam confirmabat, *argum. l. 1. ff. de ſuis & legit. hæred.* quo oſtẽderet verba illa, Si ſine liberis, ad puberem magis referri. Porrò quia de illius gloſſ. defenſione, vt ſcribunt Bart. *nu. 13.* & Alex. *nu. 17. in d. l. Centurio.* videtur mihi intellexiſſe, quod etiam intra pupillarem ætatem fideicommiſſaria ſubſtitutio locum haberet. Voluit itaque eo argumento confirmare, quod conditio, Si ſine liberis, deſignabat euidentius pubertatem: nec

tamen excludebat ætatem pupillarem, vt & Accurſ.aiebat. Et hanc fuiſſe intentionem Iacobi de Beluiſ. conſtat ex his quæ ſcripſit Alber.*in repet.d.rubr.ff.de vulg.ante num.93.verſ.Dominus Iacobus*.Tametſi Philip.Corn.*in d.l.precibus.num.26*.& Franciſ. Rip.*num.*89. Alciat.*num.16.in d.l.Centurio*, exiſtimauerint, Iacobum de Beluiſ. voluiſſe, quod nulli omnino ſubſtitutioni locus foret intra tempus ætatis pupillaris.

Adde quòd Oldra.*conſil.99.Factum tale eſt*,vulgo allegatur quaſi illius glo.*in d.l.precibus*.opinionem tenuerit, vt conſtat ex Alex.*in d.l.Centurio.num.27*.& Iaſ.*ibid.num.33*.& Philip. Corn. *in d.l.precibus.num.26*.

Sed tamen Franc.Rip.*num.*89.Andr. Alciat.*numer.16.in d.l. Centurio*.obſeruauerunt,quod Oldr.in alleg.conſilio nõ idem tenuit, quod gl.*in d.l.precibus*. quum magis ſenſerit nulli omnino ſubſtitutioni locum fore in ætate pupillari. Ego vero contra Franciſ.Rip.& Andr.Alciat.admoneo,Oldr.manifeſtè reſpondiſſe, quod ſubſtitutio fideicommiſſaria habebat locum intra pupillarem ætatem. Præterea aduerſus Alex.& alios authores noto,quòd Oldr.in eo conſilio non voluit tenere opinionem gloſ.*in d.l.precibus*. Etenim precipua glo.ſententia ibidem fuit,quod compẽdioſa ſubſtitutio facta verbis ciuilibus, vel directis,adiecta conditione, ſi ſine liberis, non eſt pupillaris,ſed eſt fideicommiſſaria , etiam intra ætatem pupillarem. Oldr.vero contra reſpondit,eſſe pupillarem ante pubertatem ſecundum Pontificis authoritatem in hoc cap.

Verum pro gloſſ. opinione allegatur textus difficilis *in l.credendum.§.ſi vero maritus. ff.qui pet.tutor.* quem text. pro gloſſ. opinione allegauit Oldra.*in eo.§.vt in ibi* retulit Alberic. Similiter veteres eum §.in eandem ſententiam adduxerunt vti refert Alberic.*in repetit.d.rubric.numer.92.ff de vulgar.* Accipimus etiam Baldum induxiſſe *eum §. pro gloſſ.* aduerſus quendam repetentem, vt refert Paul.Caſtr.*in d.l.precibus.numer.14*. qui ſcribit eum §. facere pro gloſſ. ſed declarandum fore , vt ibi notatur per Bartol.Denique Iaſon *ibidem,num.16*.ſcribit,quod licet concluſio gloſſ.communiter reprobetur: pro ea tamẽ adſtringit tex.cui non videt ſolutionem, *in dicto §.ſi vero maritus*. Quare dicit non poſſe ei §.reſponderi niſi cum violentia intelligẽdo, vt ibi per Bartolum. Et hæc etiam Iaſonis verba tranſtulit ad ſuos commentarios Guiliel.Benedict.*in repetit.capit.Raynutius.in verb.ſi abſque liberis.4.in materia compendioſæ. num.50.in fin. ſupra eodem.*

Nouiſſimè Ioan.Crot.*in repet.eiuſdem c.Raynutius.fol.23.col.3.* auſus eſt ſuſtinere opinionem gloſſ.*in d.l.precibus*.quam de iure veram eſſe credidit,& induxit pro ea fortius tex.*in d.l.1 ff de ſuis & legit.hære.* refutata differentia, quam Bart.*in d.l.Centurio.nu.*17.conſtituit inter dictionem, inteſtatus, & inter verba, ſi ſine liberis.Obſeruauit enim Ioan.Crot.quòd cõditio,ſi ſine liberis deceſſerit: & conditio, ſi inteſtatus deceſſerit, æquiparãtur à Iureconſul.*in d.l.credendum §.ſi vero maritus.*

Sed operepretium erit inquirere , quonam ſenſu veteres & recentiores induxerunt text.*in d.§.ſi vero maritus.pro gloſ.ſententia.in d.l.precibus.* Et quidẽ inter omnes conſtare videtur, quod is §.inductus ſit iuxta intellectum glo.*ibid.verb.ex alieno,verſ.tu dic.*Sic inductio eius §.eò pertinere intelligitur, vt conditio, Si ſine liberis, conferat diſpoſitionem in ſolum caſum pubertatis.Sic enim gloſſ. ibi eum §.accepit, ſi credimus Cyno *in l.omnem matri.C.ad Tertull.* Alexan.*in l.Centurio.num.28. & in d.l.precibus.num.13*.Franc.Rip.*num.29*.& Andr.Alciat.*numer.16.in d.l. Centurio*.Sed in promptu contradictio eſt,quoniam huiuſmodi inductio tendit ad hoc , vt videlicet intra pupillarem ætatẽ nulla ſubſtitutio facta videatur.Porrò hoc eſt contra Deum & mundum, & contra teſtatoris mentem & verba , vt his verbis ſcriptum reliquit Alber.*in repet.d.rubr.ff.de vulgar.num.93.* Hoc denique eſt contra gloſſ.*in d.l.precibus*.quæ manifeſtè ſcribit tali ſubſtitutioni locum fore etiam in pupillari ætate. Præterea
4 certum eſt,†quod *in dicto.§.ſi vero maritus*.efficaciter probatur, quod conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,pertinere etiam ad tempus pupillaris ætatis, vt etiam probatur *in l.Centurio. in princ. ff. de vulg.*Sic contra intellectum gloſſ. *in d.§.ſi verò maritus*. oſtenditur, quod talis conditio non videtur conferre ſubſtitutionẽ in ſolum caſum pubertatis. Quòd vero id efficaciter probetur *in eo §.ſi vero maritus*.ad hunc modum deducitur. Vult enim Iureconſ.ibi, quod mater eſſet priuanda à venditione bonorum filij,cui tutorem non petierat:& quod eodẽ caſu non eſſet priuanda emolumento ſubſtitutionis fideicommiſſariæ , tametſi adiecta fuerat conditio.ſi ſine liberis.Ergo conuincitur filium deceſſiſſe in pupillari ætate. Quia ſi pubes deceſſiſſet, nec quidẽ ab inteſtati filij hæreditate excluderetur.*l.matres. C.ad Tertul.*& ita ſe habet verus & communis intellectus eius §. ſecundum quem conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,pertinet etiam ad mortem contingentẽ in pupillari,vt circa eum §.oſtendit Arc. *in d.l.Centurio.nu.1*.& Curt.Iun.*in d.l.precibus.nu.67.*

Vnde notandus eſt Ioan.Crot.*in repet.d.cap.Raynutius.fol.23. col.4.verſ.non obſtat tertio*.qui dum nititur defendere gloſ. *in d.l. precibus*.operam perdidit in oſtendendo,quod *in d.§.ſi vero maritus*.conditio videbatur collata in ſolum caſum pubertatis,& quod filius ibi deceſſerit,iam pubes factus. Nam primum, vt ſupra diximus, hoc non pertinet ad defenſionem gloſſ. *in d.l. precibus*. quæ manifeſtè voluit conditionem locum habere etiã intra pupillarem ætatem,& quòd omni tẽpore ſubſtitutio valitura erat iure fideicommiſſi. Denique falſum eſt dicere, quòd ibi filius deceſſerit pubes , quoniam eo caſu mulier non priuaretur hæreditate puberis filij, vti glo.& omnes rectè intellexerũt per textum *in d.l.matres*.Quòd vero Io.Crot.nouè auſus eſt tentare,ius nouum conſtitutum fuiſſe à Conſtantino *in d.l.matres*. mihi videtur ipſius impuberis verbis refelli. Sic enim ad conſultationem Præfecti prætorio reſcripſit, quaſi id ius non pro nouo cõſtitueret , ſed potius de iure quod ante erat reſpõderet, vt colligi poteſt *ex ipſius l.verbis.ibi,Certum eſt,iunctis cap.ex multa.de voto.& glo.fin.in c.conſultatione,de temp.ord.& glo.1.in c.ex tua.de fil.presbyt.*

Succedit igitur alia eiuſdem §.inductio *pro d.gloſ.in d.l.precibus*.quam Iaſ.ibi ſcriptam reliquit *num.16*.videlicet, quod *in d. §.ſi vero maritus*.ſubſtitutio erat facta filio ſub cõditione, ſi deceſſerit ſine liberis. Itẽ ibi filius erat pupillus, quod patet,quia alias fruſtra tractaretur de tutela;& tamen ibi dicitur, ꝙ ſubſtitutus admittitur non directo , ſed per fideicommiſſum. Ergo ibi probatur, quod etiam pro tempore pupillaris ætatis valere debet ſubſtitutio fideicommiſſi. Et hanc ipſam inductionem eiſdem Iaſonis verbis conſcripſit Guiliel. Benedict.*in repet.d.c. Raynutius.in verb.ſi abſq; liberis.2.in materia compendioſa.numer.50*. Et ſanè vterque melius dicere debuiſſet, ꝙ *in d.§ ſi vero maritus*. filius in pupillari ætate deceſſerat. Nam alias mater, quæ tempore pupillaris ætatis tutorem filio impuberi non petijſſet, minimè excluderetur ab eiuſdem filij inteſtati hæreditate, ſi idem filius iam pubes factus deceſſiſſet. Sed & hæc Iaſonis inductio nullius momenti eſt, vt ab eo mandari literis non debuerit. Siquidem *in d.§.ſi vero maritus.* vxori maritus fideicõmiſſum à filio reliquerat ſub cõditione, ſi is ſine liberis decederet, vt ſubſtitutio euidenter fuerit fideicommiſſaria. Nemo autem dubitat, quod ſi teſtator ab impubere filio ſub cõditione, ſi is in pupillari ætate deceſſerit , fideicommiſſum hæreditatis alicui relinquat, huiuſmodi ſubſtitutio etiam ita reſtricta ad ætatẽ pupillarem non erit directa pupillaris , ſed erit fideicommiſſaria obliqua,*l.cohæredi.§ cum filia.verſ.quod ſi hæredem ff.de vulga.* Noſtra autem diſputatio circa concluſionem gl.*in d.l.precibus*. verſatur in ſubſtitutione compẽdioſa facta verbis ciuilibus directis,aut communibus,quæ vtique verba rectè poterãt directæ pupillaris interpretationem admittere. Atq; ita merito inductionem Iaſ.hac ratione refutarunt Curt. Inn.*num.67*.Sebaſt. Sap.*num.87*.Ioan.Coraſ.*num.69.in d.l.precibus*.& Franc.Rip.*in repet.d.l.Centurio.num.89*.Denique Alber.*in repet.d.rub.num.93. verſ.non obſtat.ff.de vulg*.prior ſcripſerat, non facere pro glo.*in d. l.precibus.text.in d.§.ſi vero maritus*, quoniam ibi ſubſtitutio fuerat concepta per verba merè obliqua : & ideo ſemper debuit eſſe fideicommiſſaria.

5 Ego tandem nouiſſimo loco †excogitaui aliam inductionẽ, quam non ſine magna intellectus vexatione ſum aſſequutus. Aſſero igitur, quod ille §. ſubtile argumentum præſtat ſententiæ Accurſij *in d.l.precibus*. ſi modo accipiatur iuxta interpretationẽ Accurſ.*ibid.in verb.ex alieno.verſ.tu dic*.Porrò arbitror Accurſij interpretationem ibidẽ vulgo malè intellectam fuiſſe. Siquidem Accurſ.nec exprimit,nec ſentire voluit, quod ibi fideicommiſſum propter incertas conditiones videbatur relictum in ſolum caſum pubertatis. Tametſi Cynus *in d.l.omnem matri.C.ad Tertul*.& cæteri omnes authores , quos ſupra retuli, præſertim Alciat.*in d.l.Centurio.num.16*.non rectè impoſuerint Accurſio talem interpretationem , quæ euidenter erat contra tex.*ibi,& propterea Accurſio indigna*.Nam Accur.in eodem ſcholio expreſſim meminit, quod ſi filius pubes decederet, ceſſatũ

erat ab omni pœna *d. l. matres. C. ad Tertul.* Sic Accurſ. neceſſario intellexit, quod mater, quæ ibi excludebatur ab hæreditate filij, vtiq; excludebatur ab hæreditate filij, qui impubes deceſſerat: nec de hoc erat dubitatio. Quoniam vero iureconſ. dicebat eandem mulierem nõ excludi à commodo fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, hoc viſum eſt Accurſio habere difficultatem. Videbatur enim obſtare text. *in l. omnem matri. C. ad Tertul.* vbi mater priuatur hæreditate filij impuberis, & cõmodo ſubſtitutionis factę à marito, ſi non petijt tutorem filio, qui deceſſit in pupillari ætate. Reſpondet Accurſ. quod ſi pater in eo §. à filio impubere fideicommiſſum ſimpliciter vxori reliquiſſet, tunc obtinerent cõtrarium, hoc eſt mulier priuaretur non ſolum hæreditate filij qui impubes deceſſit, ſed etiam priuaretur commodo ſubſtitutionis, *d. l. omnem matri.* Quoniam tamen pater *in d. §.* non ſimpliciter fideicommiſſum à filio reliquerat, ſed ſub hac conditione, ſi ſine liberis deceſſiſſet, vel ſub illa, ſi inteſtatus mortuus eſſet, idcirco mulier non erat repellẽda ab emolumento fideicommiſſi, quamuis repellenda eſſet ab hæreditate filij impuberis. Planè ratio, quę ex ſupraſcriptis conditionib⁹ proueniebat, quo minus mulier repelleretur à fideicommiſſo, illa erat, quod teſtator altera ex his cõditione vſus fideicõmiſſum in caſum pubertatis filij vxori reliquerat, quo caſu ceſſatum erat ab omni pœna. Hæc Accurſius. Quo loco incredibile eſt, quod Accurſ. intellexerit fideicommiſſum in ſolum pubertatis caſum videri relictum. Etenim abſurdè ſibi ipſi repugnaret, & Iureconſulti ſententiam euerteret, quoniã tunc mulier eſſet omnimodo excludẽda à fideicommiſſi emolumento, quum filius non pubes, ſed impubes diem ſuum obiiſſet. Itaque Accurſ. vt mihi videtur, in illa ſua conditionum interpretatione non excluſit caſum pupillaris ætatis, ſed vtiq; caſum mortis, qui poſt pubertatem contigiſſet, animaduertit quaſi principalius & euidentius incluſum. Proinde ſubtiliter interpretari voluit, quod cum teſtator, in ſerta hac, vel illa cõditione, deſignaſſet caſum pubertatis, quo ab omni pœna neceſſario ceſſandum erat, credi debuit etiam in caſu pupillaris ætatis, de quo in textu, vxorem à pœna eximiſſe circa fideicõmiſſum. Sic enim tutius cõditionis & ſubſtitutionis fideicommiſſariæ vna omni tempore erat interpretatio. Vnde belle inducitur ille §. pro Accurſ. opinione *in d. l. precibus.* vbi idem Accurſius ſimili omnino argumentatione ſimilẽ ſententiam collegit. Conſiderauit enim teſtatorem propter inſertam conditionem, ſi ſine liberis: caſum pubertatis deſignaſſe, & conſequenter ſubſtitutionẽ fideicommiſſariam. Inde coniecit, eundem teſtatorem credendum fore etiam in ætate pupillari eandem ſubſtitutionem feciſſe, vt omni tempore eadem fideicõmiſſaria ſubſtitutio locũ haberet. Denique credibile eſt, quod Oldr. *in d. §. ſi vero maritus. ibi* ad Alber. relatus hoc aptiore ſenſu acceperit gl. interpretationem, quum ſcripſit eum §. facere pro gl. *in d. l. precibus.* vt etiam idem Oldr. *conſ. 99. Factum tale eſt,* & Bald. *in d. l. ex tribus. num. 4. C. de inoffic. teſtam.* & varij authores ſupra relati accepiſſe videntur.

Cum igitur Accurſij ſententia *in d. l. precibus.* non ſit deſtituta veterum authoritate, & habeat pro ſe coloratum argumentum *d. § ſi vero maritus.* videndum eſt, an defendi poſſit à noſtro hoc capit. Et quamquam non eſſet difficile vtcunque euitare text. *in l. Centurio ff. de vulg.* qui contra eam gloſſ. allegatur: diffi-
6 cile tamen eſt atque adeo impoſſibile, euitare authoritatem † Pontificis in hoc cap. Nam Oldr. *in d. conſil. 99. num fin.* minimè dixit, quod hic conſtabat clarè de mente defuncti, atque ideo interpretandum fuit, ſubſtitutionem eſſe directam pupillarẽ, vt non rectè ex Oldr. retulit Franci. Rip. *in d. l. Centurio. num. 89.* Immo vero Oldr. agnouit, quod remotis omnibus cõiecturis, ſi ſubſtitutio compendioſa fiat verbis directis, incerta conditione, ſi ſine liberis, cenſenda erit pupillaris directa ſubſtitutio intra ætatem pupillarem. Sed etſi Ioan. Crot. *in repet. d. cap. Raynutius. fol. 23 col. 4. verſic. non obſtat text.* tentauerit reſpondere ad hoc cap. dicens, quod hic ſubſtitutio interpretatur directa pupillaris fauore piæ cauſæ ſecundo loco ſubſtitutæ, & quod fauor iſtæ piæ cauſſæ conſiderari debet non ſolum in poſteriori ſubſtitutione, in qua pauperes fuerunt ſubſtituti, ſed etiam in priore ſubſtitutione, & perſonis priore loco reciprocè ſubſtitutis, & interpoſitis, quoniam videlicet, illis ex poſteriore ſubſtitutione pia pauperum cauſa debeat ſuccedere: qua ratione fauor piæ cauſæ etiam perſonis interpoſitis, & priori loco ſubſtitutis communicari debuit, *argum. text. in l. cum dotem. ff. ad leg. Falcid. in l. auia. §. Titio. ff. de cond. & demonſtr.* hæc tamen Io. Crot conſideratio, & alia quæcunque euidenter refellitur ex ratione Pontificis hic deſcripta *in verſ. cum in ſubſtitutionibus.* vbi ſine
vllo † reſpectu piæ cauſæ Pontifex generalem regulam conſti- 7
tuit, quæ omnes regit ſubſtitutiones, vt rectè expendit hãc generalem rationem Franc. Rip. vbi ſupra, *verſicu. conſidera tamen.* Ad hæc Pontifex in præſenti eius principalem deciſionem & rationem, quam ſubiecit, æquè retulit & applicauit nõ ſolum ad poſteriorem pauperum ſubſtitutionem, in qua potuit conſiderari fauor pię cauſę, ſed etiam ad priores ſubſtitutiones reciprocè factas de filia ad filium, & è cõtra, in quibus certè nul-
lus potuit conſiderari fauor piæ cauſæ. Quoniam fauor † piæ 8
cauſæ tum demum perſonis interpoſitis communicari debet, quando poſt illas pia cauſſa omnino debet ſuccedere ſaltem poſt mortem perſonæ interpoſitæ. Ergo quoniam in caſu huius cap. filius & filia fuerant compendioſè & reciprocè ſubſtituti non ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſi ſine liberis decederent, & ſub eadem conditione, ſi ſine liberis, fuerat ſubſtituta pia cauſa, videlicet, ſi vtrunque ſine liberis mori contingeret filiorum, procul dubio conſtabat, quod hæreditas non erat omnino peruentura ad piam cauſam: ſed ita demum ſi conditio extitiſſet. Proinde filia ſuperſtes, quæ fratri premortuo ſucceſſit, non potuit vti priuilegio piæ cauſſæ eo prætextu, quod eidem pauperes fuerunt ſubſtituti. Quoniam fuerunt quidem ſubſtituti ſub conditione, ſi ſine liberis decederet, propter incertum conditionis iuxta doctrinam Ludou. Roman. *in conſil. 206.* quam ſequuti ſunt varij authores, quos ſupra retuli *in gloſ. Trebellianica,* & ſequutus fuit ipſemet Ioan. Crot. aliud agens *in repet. d. cap. Raynutius. in fol. fin. colum. 1. in princip.* Qua ratione pro conſtanti habuit Pontifex in pręſentiarum, quod ſi ſubſtitutio fuiſſet fideicommiſſaria, deducenda quidem foret Trebellianica, non de nouiſſima pauperum ſubſtitutione, contra quam deduci non poterat, ſed de priore ſubſtitutione facta de filia ad filium. Quoniam videlicet, filia propter conditionem, ſi ſine liberis, non potuiſſet circa Trebellianicam exercere piæ cauſæ priuilegium, *de quo in auth. ſimiliter. C. ad leg. Falc.* Denique Iacob. de Belui. *in d. l. precibus* merito ſuccubuit authoritati huius cap. agnoſcens opinionem gl. improbari iure canonico per hunc tex. quamuis iure ciuili vera ſit, vti refert Alber. *in d. repet. rubr. ff. de vulg. num 92.*

Mihi autem videtur † communem opinionem eſſe veram 9
contra Accurſium, etiam attentis iuris ciuilis rationibus. Nam pro Accurſio non facit text. *in d. §. ſi vero maritus.* quoniam interpretatio eiuſdem Accurſij *ibid. in verb. ex alieno, in verſ. tu dic,* omnino reijcienda eſt. Nec enim conditio illa, ſi ſine liberis, efficit vt ætas pubertatis euidentius quam pupillaris ætatis videatur deſignata: nec in terminis *illius §: ſi vero maritus. & l. omnem matri. C. ad Tertull.* quicquam intereſt, vtrũ ſubſtitutio fuerit pura, an vero fuerit conditionalis. Alia igitur ratione Iureconſult. ſignificauit *in d. § ſi vero maritus.* quòd mater fideicommiſſum potuit vendicare, quamuis filio, qui impubes deceſſit, tutorem non petijſſet, quoniam, videlicet, id fideicommiſſum nõ erat pupillare, ſed vulgare ex ipſius teſtatoris bonis ſibi ſoluendum. Contrarium vero fuiſſet reſpondẽdum, ſi fideicommiſſum foret pupillare ſoluendum ex impuberis hæreditate, *iuxta terminos l. ſi Titio. §. fin. & l. ab exhæredati ſubſtituto. ff. de legat. 1.* & ita procedit text. *in d. l. omnem matri. vt declarat* Bartol. *in d. l. credendum. ff. qui pet. tutor.* & ſequitur Alexan. *in d. l. Centurio. nu. 28. cum alijs.*

Non obſtat ſimiliter fundamentum ſententiæ Accurſij, videlicet quod conſtituta euidentius fideicommiſſaria ſubſtitutione poſt tempus pubertatis, interpretari oporteat vnam eſſe per omne tempus fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quoniã
hoc negatur. Verius † enim eſt, & receptius, quòd compẽdioſa 10
ſubſtitutio, etiam ſi ſine iure fideicommiſſi valeat poſt tempora pubertatis, debet nihilominus valere iure directæ pupillaris intra ætatem pupillarem, iuxta gl. *in §. qua ratione. in gl. magna, circa fin. Inſtit. de pupillari.*

Concludo igitur, quod opinio Accurſij *in d. l. precibus.* iuris ciuilis rationibus non probatur, & apertè improbatur huius cap. deciſione, cuius argumento coniuncta *dicta l. Centurio.* ita Bartol. cenſuit *in d. l. Centurio. num. 17. & hanc eſſe communem opinionem vtriuſque iuris Doctorum conſtat* ex Ioan. Imol. *numero. 2.* Alex. *num. 27.* Iaſ. *num. 10. & num. 33.* Franc. Rip. *num. 89.* Andr. Alciat. *nu. 11.* & Lancel. Galiaul. *in repet. ex nu. 303. in d. l. Centurio.*

Philip.Corn.*in d.l.precibus.num.* 26. & Curtius Iunior *ibidem ex num.66.*Paul.Pariſ. *conſil.74.numer.25.volum.3.*& Maria.Socin. Iunior *conſil.94.num.32.in 1.part.*& Philip.Franc.*in præſenti num. 73.in verſic.primo caſu.* Gulielm.Bened.*in repet.d.cap.Raynutius.in verb.Si abſque liberis.in 2.de compendioſa ſubſtitut.numer.*50.Nicol. Boer.*deciſ.fin.*& Modern.Pariſ.*in l.1.§.ſi quis ita.num.57.ff.de verb. obligat.*licèt incautè Philip. Franc. vt ſupra admonui *in princip. huius gloſſ.* pro hac communi ſententia allegauerit gloſſ.*in d.l. precibus.*vbi Accurſ. contrarium docuit.Sed & Guil. Benedict. *in d. numer.* 50. incautè etiam pro communi ſententia allegauit gloſſ.*in d.§.qua ratione. Inſtit. de pupilla.* vbi tamen Accurſ.*in glo. magna circa fin.* loquitur dumtaxat de ſubſtitutione compendioſa ſimpliciter facta ſine cõditione, ſi ſine liberis, quam ſubſtitutionem ſiue facta verbis ciuilibus, ſiue communibus, ſupra reſolutum eſt continere directam pupillarem, ſi filius ante pubertatem decedat.

Aduerto tamẽ, quod ratio deciſionis, & communis opinionis, quæ excludit gloſſ. ſententiam *in d.l.precibus.*non eſt illa, ꝙ videlicet, verba hæc, ſi ſine liberis, conueniunt pupillari ætati. Licèt enim gloſſ. hic & Bartol. qui eam ſequitur, *conſil.22.Homo Accurſuli.num.1.*& plerique omnes authores ſupra relati vtantur hac ratione *contra glo.& in d.l.precibus.*equidem noto hac ratione Accurſium minimè impugnari, nec in hoc cardinẽ quæſtionis verti, an verba, ſi ſine liberis, conueniant pupillari ætati, necne. Siquidem Accurſ. ipſe *in d.l.precibus.* vt ſupra admonui, planè agnouit verbis conuenire tempus ætatis pupillaris. Status igitur controuerſiæ in hoc conſiſtit, vtrum ex voluntate, vt vna per omne tempus cẽſeatur eſſe ſubſtitutio, interpretandum ſit, quod etiam intra tempora pupillaris ætatis habeat locum fideicommiſſaria ſubſtitutio, quam vtique ex cõditione, ſi ſine liberis, conſtat locum habere poſt tempora pubertatis. Et quum verba directa magis conueniant pupillari, non eſt dubitandum, quin directa intelligi debeat pupillaris intra pubertatem. Quinimo etſi verba eſſent communia, idem adhuc probaretur, *iuxta regulam huius cap. in verſic. cum in ſubſtitutionib.* contra Old.*in d.conſ.99.Factum tale eſt.* Regula enim huius tex. poſita *in d.verſic cum in ſubſtitutionibus,* etiam ad ſubſtitutionem verbis communibus factam propriè refertur, vt ſupra fuit declaratum *in gloſſ.& è contra.*

Illud igitur ex Accurſ.ſentẽtia relinquetur, quod conditio, ſi ſine liberis, ex voluntate potius ſpectat ad pubertatis tem-
11 pus. Vnde vtiliſſima † ſentẽtia poterit induci, quod licèt compendioſa ſubſtitutio verbis ciuilibus concepta à pagano teſtatore non valeat poſt tempora pubertatis iure fideicommiſſi, ſi ante pubertatem potuit valere iure directæ pupillaris.*l.verbis ciuilibus.ff.de vulgar.*id procedere poterit, niſi conditio, ſi ſine liberis, inſerta ſit. Etenim in tali ſpecie defendetur valere ſubſtitutionem iure fideicommiſſi poſt pubertatẽ, videlicet, propter conditionem, ſi ſine liberis. Nam quum aduerſus Accurſium extorqueatur, eam ſubſtitutionem valere iure pupillaris ante pubertatem, cum Accurſio retinebitur, eſſe fideicõmiſſariam poſt pubertatem. Hoc Innoc.*in præſenti,num.5.verſi.prædicta autem,* docere viſus eſt : & in terminis idem docuit Bald. *in l.ex tribus.num.4.verſic.idem credo.C.de inoffic.teſtam.* cuius ſententiam non eſt aſſequutus Iaſ.*in l.centurio.nu.33.verſi.adde quod iſtam.ff.de vulga.* Nam Bald. manifeſtè ſenſit hanc ſubſtitutionem eſſe pupillarem ante pubertatem, vt colligitur ex præcedenti verſ.dicam igitur, & rectè intellexit ibi Alexan. ad Bald. ſed poſt pubertatem dixit eam eſſe fideicommiſſariam motus, *argumen gloſſ.in d.l.credendum.§.ſi vero maritus.in verb.ex alieno.ff. qui pet.tutor.* Idem ſcripſit Petr.de Anchar.*conſil.27.Non ſeruato, colum.1.*& ſenſit Lanfran.de Orian.*in repetit.l.Centurio.num.24. verſicu.decimo facit.ff.de vulgar. argumen. notatorum per gloſſ.in d.l. precibus.* Idem expreſſit Franciſc.Rip. *in d.l.Centurio.numer.74. verſic.ex quo infertur.* Denique hanc velut communem opinionem ſecurè aſſeruit Sebaſt.Sap.*in repet.l.precibus.num.87.verſicu. communis.C.de impuber.* quem retulit Nicol.Boer.*in deciſ.vlt.col. pen.& fin.*

Pro hac ſententia videretur poſſe induci text.*in cap. Raynutius.ſupra eod.* quaſi ibi ſubſtitutio non ſolum fuerit compendioſa ex voluntate propter conditionem, ſi ſine liberis, vt rectè docuit Bar.*in d.l.Centurio.num.31.* ſed etiam fuerit compendioſa efficaciter, id eſt, comprehenderit vtilem fideicommiſſariam poſt pubertatem, idque propter eandem cõditionem, ſi ſine liberis, &c. Nam ſi ibi ſubſtitutio fuiſſet cõpendioſa, nec ſupraſcripta conditio fuiſſet appoſita, iam talis ſubſtitutio nõ videretur eſſe valitura poſt pubertatem iure fideicommiſſi, *iuxta regulam l.verbis ciuilibus.ff.de vulgar.*vt puta ſi teſtator dixiſſet : Quandocunque Adiecta filia mea deceſſerit, ſuccedat ei
non Alterocha. Siquidem † illa verba, Succedit ei, non ſunt 12
communia, ſed directa, vt circa *d.cap.Raynutius.* obſeruarunt Bald.*in l.fin.circa fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.*Philip.Dec.*in d.l.precibus.num.17.*Lancelot.Galiaul.*in repet.d.l.Centurio.numer.*184.& Marian.Socin.Iun.*in conſil.95.nume.2.in 1.parte, & ſupra fuit declaratum in gloſſ.moreretur.& in glo.& è contra.* Ergo ſequeretur, quod ſubſtitutio compendioſa, quæ verbo directo eſſet facta, & potuiſſet valere intra pubertatẽ iure directæ pupillaris, non poſſet valere poſt pubertatem iure fideicommiſſi, *l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.* Vnde ſi ibi valuit iure fideicommiſſi, fuit propter conditionem, ſi ſine liberis.

Hinc ſequeretur notabilis declaratio ad text.*in d.l.Centurio, in 2.par.* vbi Papinianus ſcribit, quod ſi filius ſine liberis pubes decedat ante 25.ætatis annum, ſubſtitutus iure directo admittetur ad bona teſtatoris ; idq; ex ſingulari militum priuilegio. Poterit enim dici, quod ſi paganus fuiſſet teſtatoriam, remoto priuilegio militari, non valeret ea ſubſtitutio iure directo, ſed tamen valeret iure fideicommiſſi, vt Ioan. And.in præſenti interpretatus eſt, *nu.23.col.pen.verſ.ad l.Centurio.*& Sal.*in d.l.precibus.num.21.in fin.* Cæterum dicemus, ſubſtitutionem iure fideicommiſſi valituram fuiſſe exquiſita ratione, videlicet propter conditionem, ſi ſine liberis.

Hinc etiam ſequeretur, quod in noſtri ca. ſpecie, ſi filia ſine liberis pubes deceſſiſſet, pauperes admitterentur iure fideicõmiſſi nõ ſolum ſingulari pietatis reſpectu, ſed etiam habita ratione cõditionis, ſi ſine liberis, quæ iure fideicommiſſi admitteret quoſcunq; verbis ciuilibus ſubſtitutos.

Poſtremo inferri videretur notabilis declaratio & interpretatio *ad l.regiam 12.num.5.part.6.vbi ad fin.*conſtitutum eſt, quod compendioſa verbis ciuilibus ita concepta, Quandocunque filius meus deceſſerit, Petr⁹ illi hęres ſit, nõ valet vllo iure poſt pubertatem:& tamen ſi conditio, ſi ſine liberis, adiecta ſit, valet ſubſtitutio poſt pubertatem iure fideicommiſſi. Nam prima facie ea lex regia videtur probare opinionem communẽ, de qua ſupra:fortaſſis tamen eſſet qui diceret, quod ea lex Regia loquitur in ea formula, in qua præter conditionem, ſi ſine liberis, fuit etiam adiecta illa dictio, Quandocunque. Nam ꝙ aliqua ratio habenda ſit illius dictionis, Quandocunque colligi videtur ex his, quæ ſcribit Ioan.Andr.*in præſenti num.19.col. 6.verſ.ſed vt ſupra dixi iſta iura non ponunt,* Quandocunque. Item quod in terminis, *d.l.regia* habenda ſit ratio illius dictionis, Quandocunque, ſcriptum reliquit Ioan.Bapt.*in repet.d.l.precibus.num.49.verſ.quarta concluſio.*ex cuius ſententia hoc circa eãdem legem regiam obſeruare viſus eſt Reueren.D.D.Couuar. *in cap.Raynutius.§.9.num.16.ſupra eodem.* Verumtamen ex ſupe-
rioribus † authoritatibus colligitur, quod non adeo habenda 13
eſt ratio illius dictionis, Quandocunque. Nam remota etiã dictione, Quandocunque, ſola conditio, ſi ſine liberis, &c. ſufficit ad fideicommiſſi interpretationem poſt tempora pubertatis, vt Accurſ. voluit *in d.l.credendum.§.ſi vero maritus.in verb.ex alieno ff.qui pet.tutor.* Proinde cenſeo, quod *d.l.regia* introduxit fideicommiſſi interpretationem propter ſolam conditionem, ſi ſine liberis, &c. nec vllam rationem habuit dictionis, Quandocunque, & quòd etiam remota ea dictione, idem omnino conſtitueret.

His tamẽ non obſtantibus, videtur mihi, ꝙ † ſuperior opinio 14
non ſit probabilis, quæ certè nõ eſt communis. Itaque probabilius eſſe arbitror, quod compendioſa ſubſtitutio verbis ciuilibus concepta, quæ intra pubertatem potuit valere iure directæ pupillaris, non valeat iure fideicommiſſi poſt pubertatem, quamuis fuerit adiecta conditio, ſi ſine liberis, &c.

Moueor *argumen.d.l.verbis ciuilibus.ff.de vulgar.* vbi ea ſubſtitutio non valet poſt pubertatem. Ratio autem nõ ea eſt, quod teſtator poſt pubertatem ſubſtituere non voluerit, ſed quod fruſtra voluit qui verbis ciuilibus vſus fuerit. Igitur licèt ex conditione, Si ſine liberis: rectè coniiciatur, quod teſtator voluit ſubſtituere poſt pubertatem, nõ idcirco valere debet ſubſtitutio, quoniam adhuc diceretur, quod teſtator fruſtra id voluit : repugnante ex aduerſo contraria eiuſdem teſtatoris voluntate, quæ verbis ciuilibus inducitur, *argumen.d.l.verbis ciuilibus,* cum his, quæ eleganter declarat Aretin. *num.7.colum.8. in verſ.*

in verſ. & pro declaratione. Alex. *num. 64. in d. l. Centurio.* & Galiaul. *ibi n. 268.* & Curt. Iun. *in d. l. precibus. ex num. 50.* Quare alia euidétior voluntas deſideratur, quæ fideicommiſſum in tempus pubertatis inducat.

Allego prætérea quaſi argumentum huius ſententiæ, text. *in l. ſi frater. C. de fideicom.* vbi ſubſtitutio compendioſa, quæ verbis ciuilibus fuit concepta, non valet poſt pubertatem iure fideicommiſſi, niſi aliqua fideicommiſſi verba confirmauerint ſubſtitutionem, quæ ex voluntate procedebatur ad tempus pubertatis. Sic enim eum text. ad hanc ſentétiam induxit Bertolueius de Petris, vt refert Ioan. And. *in præſen. num. 21.* Porrò *in d. l. ſi frater.* ſubſtitutio erat concepta ſub conditione, Si ſine liberis, &c. vt ex verbis tex. colligi videtur, & etiam colligitur ex veroſimili coniectura, *argum. l. cum auus. ibi, Minus ſcriptum. ff. de condit. & demonſt.* Sic conditio, Si ſine liberis, expreſſa in ſpecie *d. l. ſi frater.* arguebat quidem, teſtatorem de pubertatis tépore ſenſiſſe. Sed tamen quia verbis ciuilibus ſubſtitutio fuerat concepta, idcirco fideicommiſſi verba fuerunt neceſſaria, vt efficax eſſet teſtantis voluntas.

Præterea aſſero, quod hæc magis dici debet communis opinio, quam equidem deduco ex gloſſ. *in d. l. precibus. in verb. fideicommiſſi.* & ex gloſſ. *in dicto ca. Raynutius, in verb. ſubſtitutionis,* & ex gloſſ. *hic in verb. abſque deductione.* Nam Accurſ. Bernard. & Ioan. And. in his gloſſ. induxerunt text. *in d. l. Centurio. in 2 part.* quaſi ſubſtitutio, de qua ibi, in pagano nullo iure fuiſſet valitura. Et tamen legerunt *in eadem l. Centurio,* quod conditio, Si ſine liberis, adſcripta fuerat ſubſtitutioni, quæ iam manifeſtè erat compendioſa ex ſola conditione mortis intra vigeſimumquintum ætatis annum. Proinde non æſtimauerunt conditionem. Si ſine liberis, quo magis diſcederet à regula *d. l. verbis ciuilibus.* Sic etiã Archid. & omnes ordinarij in præſenti viderunt in hoc textu, quod pauperum ſubſtitutio eſſet facta ſub conditione, Si ſine liberis. Et tamen articulum tractauerunt, quaſi nulla habenda ſit ratio huius conditionis. Sic & Bart. *in dicta l. Centurio. numer. 14. cum ſeq.* & cæteri communiter ibidem intellexerunt, quod ſi in ſpecie *cap. Raynutius, ſupra eodem.* compẽdioſa ſubſtitutio fuiſſet facta verbis ciuilibus, iam non valuiſſet poſt pubertatem iure fideicommiſſi. Et tamen non ſemel tractauerunt de conditione, Si ſine liberis, quam in eo cap. ſubſtitutioni inſertam eſſe conſtabat. Item Bald. *in dicta l. ex tribus. C. de inofficio. teſtament.* & Ripa *in dicta l. Centurio. num. 74.* æquiparant has duas formulas ſubſtitutionum, Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, &c. ſed communi opinione receptum eſt, quod in priore formula non valet ſtipulatio poſt pubertatem, vt reſoluit Alex. *in d. l. Centurio. num. 66.* Igitur non valebit ſubſtitutio iure fideicommiſſi in poſteriore formula. Hanc opinionem eſſe veram, adeo pro conſtanti habuit Ioan. Bapt. *in repet. d. l. precibus. nu. 49. verſ. quarta concluſio,* vt referat dominum ſuũ exiſtimaſſe, quod hoc quidẽ probandum erat, etiam ſi cum ea conditione, Si ſine liberis, cumuletur dictio, Quandocunque. Tametſi in hoc articulo dicat Ang. fuiſſe in contraria opinione, & cogitandum relinquat. Adde quod Ang. Aret. *in tract. de teſtam. in gloſſ. 80. n. 18.* ſecurè docet communẽ opinionẽ eſſe, quod ſubſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta cum conditione, Si ſine liberis, non valet iure fideicommiſſi. poſt pubertatẽ: & hoc etiam ſcripſit in præſenti Philip. Franch. *num. 73.* Deniq; Sebaſt. Sap. *in repet. d. l. precibus. num. 91.* aduerſus contrariam opinionem, quam per errorem credidit eſſe communem, rectè argumentatur, quod ſit falſa.

16 Non obſtat huic ſententiæ † tex. *in d. c. Raynutius.* vbi ſubſtitutio compendioſa fuit verbis directis concepta, & fideicõmiſſi: quoniam reſpondendum eſt, conditionem, Si ſine liberis, ibi feciſſe quidem, quod teſtator intelligeretur ſubſtituere voluiſſe filiam ſuam etiam poſt pubertatẽ, vt docuit Bart. *in d. l. Centurio. n. 31.* Cæterùm ſi quæratur, cur ea voluntas iure fideicõmiſſi valuit, alia ratio erit indaganda, quæ oſtendat idem reſponſurum fuiſſe Pontificem, quamuis ſubſtitutio his verbis eſſet cõcepta, Quandocunq; Adiecta deceſſerit, ſuccedat ei Alterocha & ſoboles, quam in vtero geſtat. Quæ autem ratio hæc ſit, declarabitur *infra in gloſſ. interdum.*

Nec etiam obſtat, quod teſtator ex huiuſmodi conditione intelligitur non ſolum de caſu pubertatis cogitaſſe, ſed etiam pubertatis caſum ſpecialius deſignaſſe. Nam reſpondeo, hanc conſideratiõe poſſe valere in propoſito, ſuper hoc daremus, duas fuiſſe diſtinctas ſubſtitutiones, alteram poſt pubertatem, alteram verò ante pubertatem. Tunc enim ſubſtitutio, quæ ſeparatim facta fuiſſet puberi filio, valeret iure fideicommiſſi, quoniam induceremus receptam ſententiam gloſſ. *in d. l. verbis ciuilibus in fin. ſcholio. ff. de vulg.* coniuncta obſeruatione eiuſdem Accurſij *in d. l. precibus in verbo. fideicõmiſſi, in fin.* vbi eleganter docuit, quod conditio, Si ſine liberis, &c. non facit duas diſtinctas ſubſtitutiones, vnam ante pubertatem, alteram poſt pubertatẽ: ſed vnam duntaxat per omne tempus.

Non obſtat Accurſij auctoritas eodem loco inducentis fideicommiſſariam ſubſtitutionem propter conditionem, ſi ſine liberis. Nam illius ſententia & auctoritas planè ceſſat, ſi euincatur, quemadmodum euictum eſt, quod ea ſubſtitutio valere debet iure directæ pupillaris ante pubertatem. Hoc enim admiſſo, iam Accur. minimè retineret, quod eadem ſubſtitutio valeret iure fideicommiſſi poſt pubertatem. Quippè eiuſdem Accur. conſtans ſententia fuit, quod vna ſubſtitutio quæ ſemel valuiſſet iure directæ pupillaris, non potuit ad obliquam trahi poſt pubertaté, quamuis adiecta fuiſſet conditio, ſi ſine liberis, vt eodé loco ſenſit allegando *d. l. Centurio.* Ergo poſtquam cum communi ſententia contra Accurſ. tenuimus, quod ea ſubſtitutio valet iure directæ pupillaris ante pubertatem, ſtatim ex méte & ſententia eiuſdem Accur. retinebimus, quod eadem ſubſtitutio, quę ante pubertatem fuit valitura vt directa pupillaris, non debet, nec poteſt, adueniente pubertate, variari, & valere iure fideicommiſſi.

Concludo igitur, quòd in conſulendo, & iudicando, magis probanda videtur hæc opinio quaſi verior & communior, vt *d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar.* procedat etiam ſi adiecta ſit conditio, Si ſine liberis.

Quinimò auſim defendere, quod etiam in hoc Regno Caſtellæ † non eſt ſequẽda ea opinio, quam vt minus veram & minus communem ſupra refutaui. Vnde ſi ſubſtitutio compẽdioſa à pagano fuerit concepta iuxta eoſdem terminos *d. l. Centurio.* 17
minimè probandum eſt ſubſtitutionem, quæ valuit iure pupillaris directæ intra pubertatem, valere debere fideicommiſſi iure poſt pubertaté, quamuis ita concepta ſit ſubſtitutio, Quando filius meus deceſſerit ſine liberis, &c. quæ ſententia etſi audacter tentari imprimis videatur, non tamen ſine colore defenderetur. Quoniam *lex Regia 12. in fin. titul. 5. partit. 6.* poteſt probabiliter ita intelligi, vt huic ſententiæ non refragetur. Et quidem in ſpecie propoſita nemo dubitaret, quin in hoc Caſtellæ Regno iudicandum ſit, quod ſi filius pubes ſine liberis vita deceſſerit, is qui verbis ciuilibus ſubſtitutus fuit, admitti debeat fideicommiſſi iure, idque propter conditionem. Si ſine liberis, vt euidenter expreſſum eſt verbis eiuſdem *l. Regiæ.* Enimuerò illud nouè perſuadere volo, ſententiam eius legis non eſſe, vt ea ſubſtitutio valuerit iure directæ pupillaris intra pubertatem, ſed potius quod vna dumtaxat ſit ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ locum habeat, ſiue filius poſt pubertatẽ decedat, ſiue quandocunque. Et vt facilius illius legis verum intellectum explicare poſſimus, verba eiuſdem legis in medium afferamus, quæ in hanc propè ſententiam Hiſpano ſermone conſcripta ſunt.

Si paganus filium impuberem inſtituerit, eiq; quandocunq; deceſſerit, Petrum hæredem eſſe iuſſerit, & filius, mortuo patre intra pubertatem deceſſerit, Petrus ei in vniuerſum hæres erit, videlicet, ex pupillari ſubſtitutione. Sed ſi poſt eam ætatem filius deceſſerit, nihil Petrus ex bonis eius, in cuius locũ fuit inſtitutus, conſequetur, & ea bona potius ad matrem, aut legitimum defuncti hæredem lege redibunt.

Hoc loco lex Regia veterum iuris authorum opinionem ſecuta eſt, videlicet, vt ſubſtitutio verbis ciuilibus à pagano concepta, quæ valuit iure directæ pupillaris intra pubertatem, nullo iure valeat poſt pubertatem, *l. verbis ciuilibus. ff. de vulg.* Et iſta fuit Azonis opinio *in ſumma, C. de impuber. & alijs ſubſtit. colum. 3. verſic. compendioſa,* quam Accurſ. & omnes veteres probauerunt. Proinde interpretandum eſt, quod bona filij non retulit lex Regia ad bona duntaxat propria filij, ſed magis ad bona patris, quæ filius iam per aditionem, vel ipſo iure, vtpotè ſuus hæres quæſiuerat. Siquidem poſt pubertatem nemo dubitat, quin bona proprij filij fideicommiſſo non teneantur, *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg.*

Subiecit lex Regia in hæc fermè verba, ſed ſi idem paganus teſtamento filium impuberem nominatim hæredem inſtituiſſet, & ita ei ſubſtituiſſet, Quandocunque decedat ſine

 filijs

filijs in locum eius ſubſtituo Petrum, aut volo quod Petrus ei hæres ſit, tunc ſi filius deceſſerit poſt ætatem ſuprafcriptam, ſubſtitutio iure fideicommiſſi valebit, quandocunque decedat puer.

Vulgaris eius legis intellectus eſt, quod legiſlator nihil conſtituit, quo caſu filius ante decimumquartum ætatis annum vita decederet. Creditur tamen inclinaſſe in hoc, vt ſubſtitutio in propoſitis ſpeciebus valeat iure pupillaris directæ ante pubertatem, vt tradit Gregor. Lup. *in eius legis commentarijs.* Mihi autem videtur durus is communis intellectus, & per quamlibet interpretationem fugiendus.

Moueor primò, quia veroſimile non eſt, legiſlatorem, qui in tota ea lege caſum impubertatis, & pubertatis, diſtinctè tractauerat, omiſiſſe caſum impubertatis in eo articulo, qui præcipuè erat dubitabilis.

Secundò, quoniam legiſlator in legibus Partitarum opiniones Azonis plerumque ſequutus eſt. Certè in ea lege Azonis ſcripta *in ſumma. C. de impuber. & alijs.* ex ordine retulit. Planè Azo ibidem *in dicto verſic. compendioſa.* in illis duabus ſpeciebus ſubſtitutionum apertè docuit, quod de facto & de iure accipiebatur iure fideicommiſſi, ſiue poſt pubertatem, ſiue in ætate pupillari filius vita decederet, vt etiam cum Azone docuit Accurſ. *in d. l. precibus.*

Tertiò, quoniam non eſt veroſimile, legiſlatorem voluiſſe, vt compendioſa ſubſtitutio verbis ciuilibus concepta, quæ potuiſſet valere iure directę pupillaris, valeat poſt pubertatem iure fideicommiſſi in pagano, propter conditionem, Si ſine liberis. Siquidem ex veteribus neminem accepimus, qui talem opinionem ſcriptam reliquerit.

Quare mihi videbatur, legẽ Regiam fortaſſis ita rectius poſſe intelligi, ſi dicamus ibi conſtitutum eſſe, quod ſubſtitutio in illis duabus ſpeciebus ſit fideicommiſſaria omni tempore. Nam Azo vbi ſupra, omnes opiniones ſcriptas reliquit, quas ipſa lex Regia ex ordine retulit, & ad finem docuit, quod ſi ſubſtitutio compendioſa facta eſſet vel verbo, ſubſtituo, vel verbis ciuilibus cum conditione, Si ſine liberis, &c. valebit omni tempore quaſi vna fideicommiſſaria. Ergo veroſimillimum eſt eſt, quod lex Regia, quæ eatenus verbis Azonis fuerat loquuta, & eo loco ſpeciem eandem poſuit, quam Azo, & rationem habuit cõditionis, Si ſine liberis, &c. vt etiam Azo habuerat, idem cum Azonis opinione conſtituere voluerit. Quare omni interpretationis genere euitandum eſt, vt ad hanc ſententiam verba legis aptentur. Et animaduerti aptari non ineleganter poſſe finalia eius legis verba illa, videlicet, Quandocunq; decedat puer, vbi vnius literæ O, repoſitio, quæ ibi deſiderari videtur, hanc veram legis ſententiam reſtituere videretur. Quaſi lex ita cauerit, quod in ſuprafcriptis ſpeciebus, ſi filius decederet poſt ætatem ſupradictam, ſubſtitutio valeret iure fideicommiſſi, aut quandocunque decederet filius, id eſt, aut ſi decederet ante ætatem ſupradictam. Ocioſa enim videri debent ea verba finalia, quæ expendo, niſi hunc intellectum accipiant. Quippè ſi iam dictum erat ſubſtitutionem iure fideicommiſſi valere, ſi filius poſt pubertatem decederet, quorſum attinebat iterum inculcare verba illa, Quãdocunq; decedat puer, &c. ſcilicet, quãdocunq; poſt eandem pubertatẽ decederet puer. Quod ſi quis argumentetur aduerſus noſtram hanc interpretationem, quod legiſlator non debuit præpoſterè tractare prius caſum pubertatis, quam impubertatis, quum in cæteris ſpeciebus ſemper tractaſſet prius caſum pupillaris ætatis, & deinde caſum pubertatis: huic equidem reſpondebo, ordinem, qui videtur prępoſterus, non eſſet excuſandum, ſed potius laudandum. Siquidem legiſlator ita diſertè præcepit cum Azo. *in d. ſumma, n.* 17. & Accurſ. *in d. l. precibus.* qui in hoc ipſo articulo interpretationẽ ſubſtitutionis facere, & conſtituere cæperant à tempore pubertatis, propter conditionem, Si ſine liberis, vt inde colligerent, eãdem fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ etiam ante pubertatem, id eſt, quandocunq; filius decederet, eodem modo locum habituram, ſecundùm ea, quæ ſupra oſtendimus.

Vnde in hoc Regno Caſtellæ videretur non eſſe locum deciſione huius cap. & veriori, & magis communi opinioni, qua reſolutum eſt iure canonico & ciuili, conditionem, Si ſine liberis, non facere, quò minus ſubſtitutio ſit directa pupillaris intra pubertatem. Sed nimirum lex Regia, quæ in hoc articulo & in alijs militaris ſubſtitutionis opiniones Azonis improbabilis ſecuta eſt, Regiam emendationem deſiderat.

SVMMARIVM.

1 *Pia cauſa non poteſt à pagano iure militari directò ſubſtitui.*

2 *Subſtitutio omnis interpretari debet eo modo, quo poſſit conuenire perſonis, quibus fit.*

3 *Subſtitutio compendioſa & reciproca facta duobus filijs imparibus, videlicet vni pupillo, & alteri puberi, non poteſt in perſona impuberis continere directam pupillarem.*

L. iam hoc iure. ff. de vulg. ſenſus ibid. & num. 4.

4 *Subſtitutio compendioſa pariter & reciproca perſonis imparibus facta, ita demum in perſona impuberis, non continet directam pupillarem, ſi ſubſtitutio fuit etiam reciproca, videlicet, Vos inuicem ſubſtituo, ſub conditione, ſi alter ſine liberis deceſſerit.*

Nam ſi ſeparatim vni & alteri fuit facta compendioſa, continebit in perſono impuberis directam pupillarem.

Cap. ſi pater. ſenſus, & verus intellectus. ibid.

L. in teſtamento. 1. C. de teſtamen. mil. ſenſus. ibid.

5 *Subſtitutio compendioſa reciproca ſimul, & breuiloqua facta tribus filijs, videlicet duobus impuberibus, & vni puberi, non poteſt in perſonis impuberum continere directam pupillarem.*

Neque intereſt, vtrum pubes ſit extraneus, vel etiam teſtatoris filius.

6 *Subſtitutio compendioſa quatuor filijs, videlicet duobus impuberibus, & duobus puberibus: ita poſt eorum inſtitutionem concepta.*

Et ſi quis eorum in pupillari ætate deceſſerit, vel alias quandocunque, ſuperuiuentes ſuccedant, erit cenſenda in perſona impuberum directa pupillaris, etiam contra matrem.

7 *Subſtitutio compendioſa, reciproca pariter, & breuiloqua quatuor facta filijs impuberibus, quorum duo erant emancipati, etiam adiecta conditione, ſi deceſſerint in ætate pupillari, non poteſt continere directam pupillarem etiam in perſona impuberum.*

8 *Subſtitutio compendioſa, & reciproca ſimul facta duobus filijs; alteri puberi, & alteri impuberi: & ſi pubes filius poſt patrem, & deinde impubes decedat, non poteſt valere iure directa pupillaris in perſona impuberis, quamuis pia cauſa ſit ſubſtituta.*

6 *Subſtitutio directa, quæ initio propter conditionem perſonæ non poteſt valere tanquam directa, trahitur ad fideicommiſſum, ſecundùm communem, quæ latè examinatur numeris ſequentibus.*

10 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quæ initio potuit valere tanquam directa pupillaris, poſtea adueniente pubertate, non poteſt valere iure fideicommiſſi.*

11 *L. ſi ſeruus legatus §. ſi idem ſeruus. ff. de legat. 1. ſenſus.*

12 *Libertas directò data ſeruo alieno non valet, adeo quod nec fideicommiſſi iure ſuſtineri poteſt.*

L. generaliter. §. ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. libert. ſenſus latè explicatur. ibid.

L. ex facto in princ. & l. Scæuola. ff. ad Trebell. ſenſus latè explicatur. ibidem.

13 *Libertas directa codicillis data valet fideicommiſſi iure.*

L. 2. §. 1. ff. de iure codicillor. ſenſus ibid.

14 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta multum differt ab altera verbis directis non ciuilibus facta.*

Quapropter hæc poſterior, ſi initio perſonis non conueniat, facilius ad fideicommiſſum trahitur, quam verbis ciuilibus facta.

15 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quæ initio valere nequit tanquam directa, trahetur ad fideicommiſſum, ſi pia cauſa ſit ſubſtituta.*

16 *Argumentum valet de libertate ad piam cauſam.*

17 *Subſtitutio directa pupillaris facta filio puberi, non poteſt valere fideicommiſſi iure ſi teſtator exiſtimauerat filium eſſe impuberem*

18 *Subſtitutio pupillaris ſcienter facta filio puberi, & minori 25. annis ad eam vſque ætatem perducitur.*

19 *Subſtitutio pupillaris ſcienter facta minori 25. annis, valet remota quaſi impoſſibili mẽtione pupillaris ætatis, ſed nihilominus expectanda eſt mors filij.*

L. fin. C. de hæred. inſtit. ſenſus ibid. num. 22.

20 *Conditio continens duo, vnum impoſſibile aut turpe, alterum verò poſſibile vel honeſtum, firma manet pro parte poſſibili, & honeſta.*

21 *Sub-*

21 *Subſtitutio facta ſcienter maiori vigintiquinque annis vel etiam extraneo, etiam in forma pupillaris trahetur ad fideicommiſſum.*
§.fin.inſtit.de pupillari.ſenſus ibid.& num.23.
22 *Subſtitutio hac, Sempronius Plocij hæres eſto: multum differt ab illa, quandocunque deceſſerit Plocius, Sempronius hæres eſto.*
23 *L.12.tit.5.partit.6.declaratur.num.23.& ſeq.*
24 *Subſtitutio facta puberi vel extraneo ſcienter in forma pupillari vtiliorem habebit fideicommiſſariam, quam ſubſtitutio pupillaris facta non in forma pupillaris: Hæc autem facta non in forma ſub ſola conditione mortis in pupillari ætate, vtiliorem continebit vulgarem quam altera.*
25 *L.ex facto.ff.ad Trebellianum,ſenſus, vſque ad finem gloſſ. & numero 30.*
26 *Fructus ab hærede præcepti licet non veniant regulariter in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem, veniunt tamen in fideicommiſſo, de quo in prin.ff.ad Trebel.ſecundùm Cuman.cuius ſententia reprehenditur.num.27.*
27 *Fideicommiſſi verba geminata fructus continent.*
L.precibus.C.de impub.ſenſus,ibid.
Cap.Raynutius.de teſtam.ſenſus,ibid.
28 *L.Imperator.§.cum quidam.ff.de legat.2.ſenſus & differentia inter eum text.& l.ex facto.in prin.ff.ad Trebell.*
29 *Fideicommiſſum hæredi iniunctum, vt quicquid ex hæreditate fuerit conſequutus reſtituat: comprehendit prælegata.*
L.cum pater.§.fidei.ff.de legat.2.& l.cum virum.C.de fideicommiſſ. ſenſus.ibid.

PERSONIS.

PERSONIS. Quia vterque inquit gloſ. impubes erat, & ante pubertatis tempora vterque deceſſit, vt ſupra vidiſti. Ego autem reperiò, quod ex hoc noſtri text. verbo tria notabilia in diuerſis locis iuris præceptores collegerunt, quæ ſigillatim attingere erit operæpretium.

Primò igitur ex hoc text.colligit Bart.*in repet.l.1.num.71.C.de*
1 *ſacroſan.Eccleſ.* quod † pauperes in caſu huius cap. non potuerũt ſuccedere teſtatori quaſi ex directa militari ſubſtitutione, quãuis verbis ciuilibus fuerũt ſubſtituti. Siquidem in præſenti, ſubſtitutio pauperum quaſi directa fuit admiſſa ea propter quod perſonarum inſtitutarum conditio non repugnabat. Ergo ſi directa non conueniret perſonis inſtitutis, vt quia eis directa pupillaris fieri nequiret, iam non poſſet directa ſubſtitutio cenſeri, neque quidem quaſi militaris valere, licet proponeretur, ꝙ pauperes erant directo ſubſtituti. Quod ita ſignificaſſe Pontificem in præſenti opinatur Bartol.videlicet in hac ſpecie, in qua prima inſtitutio non fuit facta ad cauſas pias, ſed fuerunt inſtituti filius & filia.

Cæterùm vbi teſtator primo gradu inſtitueret piam cauſam, & in aliquem euentum vellet, quod hæc pia cauſa deſineret hęres eſſe, & inciperet hæres eſſe alia cauſa pia, tunc in hac directa ſubſtitutione admittit Bartol. ſeruandam fore defuncti voluntatem. Sic Bartol.docuit, quod pia cauſa non admittitur regulariter ex directa ſubſtitutione ad exemplum ſubſtitui militaris: *iuxta l.Centurio.in 2.parte,ff.de vulgar.* Sed hanc regulam fallere opinatur eo demum caſu, quo & prior inſtitutio facta proponatur ad pias cauſas. Tunc enim admittit, quod pia cauſa, quæ alteri piæ cauſæ directò fuerit ſubſtituta, capere poſſit bona teſtatoris iure directo. Quam Bart.diſtinctionem ſequutus fuit Iaſon *in dicta l.Centurio.num.9.* Bald autem *in repetit.dicta l.1.n.13.C.de ſacroſ.Eccleſ.* non rectè Bart. ſententiam retulit, quaſi is docuiſſet, quod paganus indiſtinctè quibuſlibet inſtitutis hęredibus poſſet piam cauſam directò ſubſtituere velut militari ſubſtitutione. Quocirca aduerſus Bart. induxit Pontificis ſententiam in hoc cap. in quo diſputatur, vtrum pauperes admittãtur ad bona impuberum ex pupillari directa, an verò admittantur ad bona teſtatoris ex fideicommiſſaria? Conſiderat igitur, quod Pontifex eademum ratione concluſit Trebellianicæ deductionem, quoniam locum non habuit fideicõmiſſaria, ſed directa pupillaris. Atqui ſi teſtator potuiſſet pauperes liberis hæredibus inſtitutis, & ante & poſt tempora pubertatis, directò ſubſtituere ad exẽplum militis teſtatoris, iam non fuiſſet controuerſia, vtrum pupillaris, an verò fideicõmiſſaria ſubſtitutio locum haberet. Magis enim diſputatio in eo verſaretur, vtrum videlicet, pupillaris ſubſtitutio locum haberet in bonis impuberum, an verò directa velut militaris locum haberet in bonis duntaxat, quæ teſtatoris fuerint, *iuxta d.l.Cẽturio in 2 par.* Sic nihil omninò de Trebellianicæ deductione tractari potuiſſet, cùm nulla omninò dubitatio de fideicommiſſaria ſubſtitutione poſſit incurrere. Deniq; Bal.in illa diſtinctione concludit quod paganus teſtator nequeat piam cauſam directò ſubſtituere inſtitutis hæredibus cuiuſlibet conditionis ſint, quemadmodum miles ex priuilegio poteſt. Idem etiam concluſit Phil.Frãc. *in præſentiarum, n.102.per noſtrum tex.in hoc c.ſi pater.quod ad hoc ſingulariter menti tenendum commindauit.*

At verò Abbas Panorm.*conſil.32.Circa duo.n.1.& 2.lib.2.* facta comparatione militis, & eius qui ad pias cauſas teſtatur, opinatus eſt, quod ſi teſtator hæredibus quibuſlibet inſtitutis, poſt quæſitam eiſdem hæreditatem, directò ſubſtituerit piam cauſã, valebit directa ſubſtitutio ad exemplum militaris fauore piæ cauſæ: & allegat ad hanc ſententiam Bart.*in d.l.1.* Idem cũ Abb. ſequutus eſt Lancel.Galiaul.*in repet.l.Centurio.n 66.ff.de vulg.* vbi contendit dicere, quod ſi *in hoc c.ſi pater.* filius & filia poſt tẽpora pubertatis ſine liberis vna deceſſiſſent, tũc pauperes iure directò admittend. forẽt ad bona teſtatoris quaſi ex militari ſubſtitutione. Scribit deniq;, quod in præſenti ſolum erat dubitatio de bonis pupilli, & vtrum eſſet ſubſtitutio pupillaris, vel ne ante pubertatis tempora, vt mater hac ratione excluderetur. Nunquid autem poſt tempora pubertatis eadẽ ſubſtitutio foret valitura iure directo, an non eſſet valitura, aſſeruit nullum verbum in hoc c.reperiri, ex quo id conſtare poſſit.

Vides igitur in hoc articulo tres opiniones diſtinctas, quarũ videlicet, & Bald. & Abb. inter ſe ſunt ex diametro contrariæ: Bart.autem opinio diſtinctionem continet. Has autem opiniones confusè retulit & inculcauit Andr.Tiraquell. *in tract.de priuileg.piæ cauſæ, in priuileg. 21.* dum credidit Panormita. Abb.*in dicto conſil.32.* ſequutum fuiſſe opinionem Bart. *in dicta l.1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sed certè in iudicando & conſulendo, magis probandum foret, quod in terminis huius capituli, ſi liberi teſtatoris poſt tempora pubertatis vita deceſſiſſent, pauperes admitti nequirent iure directo quaſi ex militari ſubſtitutione. Siquidem Bart.& Bald.in hac ſententia concordes fuere, qui pro hac parte ſententiam Pontificis in præſentiarum variè induxerunt. Sed Innoc.Archid.Ioan.Andr.& cæteri ordinarij in præſenti idem pro conſtanti habuiſſe videntur. Quinimmò & ſi teſtator primo gradu piam cauſam inſtituerit hæredem, eique in aliquem caſum aliam piam cauſam directò poſt aditam hæreditatem ſubſtituerit, nõ valebit directa ſubſtitutio. Idq; probabilius & fermè receptius eſt, reiecta Bart. diſtinctione, quæ idoneam rationem habere non videtur, vt reſoluunt Franciſc. Rip.*in d.l.Centurio.nu.22.* & And. Alciat.*in l.verbis ciuilibus.nu.45.ff.eod.tit.de vulgar.*

Secundò principaliter † collige ex hoc text. ſecundùm Bald. 2
in l.iam hoc iure.colum.penult.ff. de vulgar. quod omnis ſubſtitutio debet interpretari eo modo, quo poſſit congruere perſonis quibus fit.

Vnde vtiliter † quæritur, ſi directæ ſubſtitutionis interpre- 3
tatio non conueniret omnib.perſonis, ſed conueniret vni duntaxat perſonæ, quidnam in terminis noſtri cap. conſtituendum foret? Pone enim, quod teſtamenti tempore filius fuiſſet impubes, filia autem fuiſſet pubes. Poteſt ſubtiliter quæri, vtrum in perſona filij impuberis, cui cõueniret directa pupillaris ſubſtitutio, interpretandum eſſet, quod directa foret pupillaris, vt impuberi mortuo filia pubes exiſteret hæres neceſſaria? Mouet enim, quod in hac ſpecie directæ pupillaris interpretatio conuenit quidem perſonæ, ſed non conuenit perſonis, cùm non conueniat ipſi filiæ puberi. Item pone, quod filius teſtamenti paterni tempore fuiſſet pubes, & is, mortuo patre ſine liberis deceſſiſſet, ſuperſtite ſorore ſua impubere, quæ mox ante duodecimum ætatis annum mortua eſſet. Similiter quæri poteſt, vtrum hæreditas huius filiæ ex pupillari ſubſtitutione pauperibus deferretur?

Et quidem prioris quæſtionis reſolutio petenda & inueſtiganda videtur ex Modeſtini reſponſo *in dicta l. iam hoc iure.* vbi ſcribitur, quod ſi pater duos filios impuberes inſtituat hæredes, eoſque inuicem ſubſtituat, reciproca ſubſtitutio facta videtur in vtrumque caſum, videlicet vulgaris, & pupillaris ſecundùm Diui Pij conſtitutionem. Sed ſi retenta hac eadem ſpecie, illud ſolum mutaretur, quod alter filiorum pubes fuiſſet, tunc reciproca ſubſtitutio ſolum in vtriuſque perſona vulgarem conti-

contineret, non verò contineret pupillarem in perſona impuberis,cui fieri potuit. Etenim incongruum viſum eſt, vt in impubere duplex eſſet ſubſtitutio,cùm in pubere ſola eſſet vulgaris:facit etiam text.*in l.Lucius.ff.de vulg.in l. 2. & in l.quamuis.C.de impub & alijs.in l.in teſtamento.1.C.de teſtam.milit.*

Argumento igitur harum legum dicendum videtur, quod ſi pater duos filios,vnum puberem & alterum impuberem hæredes inſtituerit, eiſque reciprocam compendioſam ſubſtitutionem fecerit, intelligatur quidem vtrique feciſſe vulgarem, & fideicommiſſariam ſubſtitutioné, quæ in vtriuſque perſona locum habere potuerunt, non verò impuberi videatur feciſſe pupillarem ſubſtitutionem, quoniam vtique in perſona alterius filij puberis locum habere non potuit. Quod ita ſecurè præcepit Bartolus *in l.Lucius.numer. 6.ff.de vulgar.* vbi in reciproca compendioſa ſubſtitutione obſeruauit non poſſe contineri imparis numeri ſubſtitutiones,argumento text. *in dicta l. iam hoc iure.*

Contrarium autem defendere auſus eſt Paul. Caſtr. *in l. in teſtamento.1.num.4.C.de teſtam.mili.* vbi ſcripſit,quod quãdo ſubſtitutio reciproca miſcetur cum compendioſa, tunc reciproca & compendioſa ſubſtitutio, licet in perſona vnius non poſſit valere iure directæ pupillaris, reſtagante aliqua iuris ratione: valebit tamen nihilominus iure directæ pupillaris in perſona alterius,cui ea ſubſtitutio poſſit conuenire. Et hoc ita concludit Paul.Caſtren.vbi ſupra,dicens,quod ſuper hoc articulo lõgam contentionem habuit cum Ioann. Imol.qui contrariam ſententiam defendebat.Et mouetur Paul. Caſtr.ad hoc dicendum ea ratione, quod in compendioſa continetur fideicõmiſſaria.Vnde ſi in pupillo(inquit) poſt pubertatem mortuo conſtat locum eſſe futurum fideicommiſſariæ:conſequẽs eſt,quod in pupillari ætate potius habere debeat locum directa pupillaris,quum pupillaris ſubſtitutio ſit prouiſio pupilli: fideicõmiſſaria verò ſit onus,*l.ex tribus.C.de inoffic.teſtam.* Hanc Paul. Caſtren. opinionem ſecundùm rigorem iuris eſſe veriorem nonnullis argumentis deducit Phil.Corn. *in dicta l. in teſtamento. nu. 4.* Sed & Phil.Dec.ibidem *num.7.verſic. Et retenta.* eandem ſententiam tueri nixus eſt. Ad hæc Aretin.*in dicta l. iam hoc iure. numer. penult.* ſcriptum reliquit, quod licet ſubſtitutio reciproca facta perſonis diſparibus non contineat niſi ſolam vulgarem ſubſtitutionem, ſi tamen fuerit ſubſtitutio reciproca ſimul, & compendioſa, videtur continere pupillarem in vtraque perſona,licet in altera fieri non poterit. Caſus eſt (inquit) *in cap.ſi pater.circa medium,de teſtamen.lib.6.*ſecundùm vltimum intellectũ gloſſ.poſitum *ibi in verbo, eidem.* Vult etiam gloſſ.ibidem,quod ſubſtitutio facta filiæ,quæ erat inſtituta in re certa, dato cohærede vniuerſali, non potuerit valere tanquam pupillaris, quia non reperitur inſt....ta,neque exhæredata.Et tamen textus circa medium dicit,quod ex verbis poſitis in principio, in quibus altera alteri debebat mori,ſi ſine liberis deceſſerit, reſultat duplex pupillaris. Quod dictum dicit eſſe valde nouum, ſi eſſet verum,& poſſe rationem eſſe differentiæ in eo,quod verba cõpendioſę magis adaptantur ad pupillarem,quàm verba ſimplicis reciprocæ. Denique eandem ſententiam cum Pau.Caſtren. nouiſſimè ſequutus eſt Pau.Pariſ.*in conſil.36.in 2.volum.*& Ioan. Coraſ.*in l.2.num.12. in ver. ego autem. C. de impuber. & alijs.* & nemine allegato eandem ſententiam ſequutus videtur Marian. Socin.Iunior *in conſilio 121. Licet in occurrenti.num. 28. & 29.in 1. parte.* vbi ſcribit,quod regula *dicta l.iam hoc iure.§.1.ff.de vulgar. & in l.quamuis.C.de impuber.* non procedit,neque habet locum reſpectu plurium temporum. Et retulit nouiſſimè hanc Paul. Caſtrenſ.ſententiam Marc. Anton. Natta *in conſilio 526. num. 1. in 2.parte.*

Veruntamen in iudicando & conſulendo, aduerſus hanc Paul.Caſtren.ſententiam probandum eſt,quod in ea compendioſa ſimul & reciproca ſubſtitutione minimè pupillaris contineatur,ſi omnibus perſonis conuenire non poſſit, argumento *d.l.iam hoc iure.ff.de vulg.cum alijs ſupra allegatis.* Et hanc ſententiã ſenſit gloſſ.fin.*in d.l.in teſtamento.1.C.de teſtam.mil.*&ibi ſequitur Bald.*in 3.q.*Alex.*in fi.*& Rymin.*num.3.* Ita etiam Bart. cenſuit *in d.l.Lucius.num.6.de vulg.*idem Bart.*in conſil.57. Annacellus num.4.* Et hanc eſſe communem ſententiam reſoluit Philip.Corn.*in d. l.in teſtamento. num. 4.* quam etiam ipſe conſulendo fuit ſequutus *in conſil.180.num. 5.in 1.volum.& conſil.114.num.4.in 3.volum.* Et conſtat etiam hanc eſſe communem opinionem ex Socino. *conſil.209.Quoniam præſens conſultatio.n.3. lib. 2.ante verſic. Secũdo.* Franciſc.Rip.*in dicta l.Lucius.num.17.*Et de ea non dubitandum cenſuit Andr.Alciat.*in l.verbis ciuilibus.num.41.ff.de vulgar.* Et reſoluit commuuem idem Alciat. *in dicta l. Lucius. num. 26.* cuius verba ibidem mea quidem ſentẽtia videtur corrupta,& emendationem deſiderant.

Pro hac communi & recepta opinione Pontificis ſententiam in præſenti inductam accepimus. Scripſit enim, quod directæ ſubſtitutionis interpretatio ita demum aptanda eſt, ſi modo verbis & perſonis conueniat inſtitutis,ſicut in propoſito caſu conueniebat. Significaſſe igitur viſus eſt Pontifex, quod ceſſaret directæ ſubſtitutionis interpretatio, ſi non conueniret omnibus perſonis inſtitutis, quamuis conueniret vni perſonæ inſtitutæ. Vnde ex hoc textu deduxit Franciſc. Ripa *in dicta l. Lucius.num.17.ff.de vulgar.*quod reciproca compendioſa,quę eſſet facta puberi & impuberi,non contineret pupillarem in perſona impuberis,quia perſonis non conueniebat ſubſtitutio pupillaris, etſi vni perſonæ conueniret. Adiicio ego pro hac parte auctoritatem antiquę Decretalis,ſecundùm quam Innocen. hic, *numer.fin. in verbo ætas.*inducit regulam *dicta l.iam hoc iure.ff. de vulgar.*

Nec eidem communi opinioni reſragabitur noſter textus ſecundùm inductionem Aretin.*in dicta l. iam hoc iure.num.pen.* Quoniam ipſe reijcit eam inductionem, dum priorem & verum intellectum gloſſ. magis probat, ſecundùm quem pater potuit iure facere pupillarem ſubſtitutionem filiæ in re certa hæredi inſtitutæ. Denique vltimus ille intellectus gloſſ.ſecundùm quem hic tex. aduerſari videbatur prædictæ communi opinioni,penitus eſt reſpuendus,vt aliàs diximus *in 1.part.in gloſſ. eidem filio.*

Quanquam autem hoc ita verum eſſe videatur,nihilominus tamen aduerto† diuerſam ſentẽtiam probari poſſe in reciproca 4
noſtri cap.ſubſtitutione.Magis enim eſt,vt filia,quamuis paterni teſtamenti tempore pubes fuiſſet, nihilominus exitura eſſet fratri impuberi neceſſaria hæres ex pupillari ſubſtitutione. Quoniam videlicet ſubſtitutio compendioſa facta de filia pubere ad filium impuberem contineret pupillarem,*arg.huius c.in hoc ver.cũ in ſubſtitutionibus.*Non obſtaret enim quod in reciproca compendioſa non ſunt admittẽdæ imparis numeri ſubſtitutiones,*arg d.l.iam hoc iure.*& iuxta Bart.ſententiam *in d. l. Lucius. n.6.*quam veluti communem, & veriorem ſupra probauimus aduerſus Paul.Caſt. Nam & communis opinio demum procedit,ſi ſubſtitutio compendioſa reciproca ſit etiam breuiloquæ hoc eſt, ſi vno verbo communi plures ſubſtitutiones plurium perſonarum breuiter coniunxerit,iuxta text. *in d.l. iam hoc iure. ibi,Hoc communi verbo.* At verò in noſtri cap.ſpecie ſubſtitutio facta de filio ad filiam,& è contra,fuit quidem reciproca,ſed vtique non fuit breuiloqua.Siquidem teſtator,poſt filij & filiæ inſtitutiones,adiecit,quod ſi decederet filia ſine liberis, moreretur filio ſuo: etſi filius ſine liberis decederet, moreretur filiæ. Hoc ita præmiſit gloſſ.in propoſitione caſus, & Ioan. Fab. *in §. qua ratione.num.31.Inſtit. de pupill.* vbi allegauit text. in præſenti. Facit etiam text.*in d.l.in teſtamento.1.C.de teſtamen. mil. ibi, Eiſdem verbis:* vbi in terminis hoc docuit Riminal.*num.3.*Sed & Pet. de Anch.hic *num.4.*rectè obſeruauit,teſtatorem hic ſingulis liberis ſeparatas feciſſe ſubſtitutiones. Igitur etſi in vna compendioſa ſubſtitutione non poſſet contineri pupillaris, propter perſonam filiæ puberis:in altera tamen ſubſtitutione compẽdioſa,quæ de filia ad filium impuberem facta eſt,contineri debuit pupillaris. Allego idem Modeſtini reſponſum *in d.l. iam hoc iure.verſi.ne ſi vulgari modo,* vbi ait, quod ſi teſtator duos filios Petrum puberem & Ioannem impuberem hæredes inſtituerit, & ita adiecerit,Si Petrus mihi hæres non erit, ſubſtituo ei Ioannem.Quod ſi Ioannes mihi hæres nõ erit, ſubſtituo ei Petrum, voluntatis quæſtio erit circa pupillarem ſubſtitutionem. Potuit enim dubitari, an pater non voluerit Ioanni impuberi Petrum pupillariter ſubſtituere,ſed vulgari duntaxat modo,quoniam coniuncta ſcriptura eundem Ioannem Petro puberi in vulgarem tantummodo caſum ſubſtituerat? Et licet Modeſtinus non ſatis explicauerit quid in hac volũtatis quæſtione magis probandum foret,obtinuit tamen,vt quia ſubſtitutio ſeparatim facta ſit, ſeparatam quoque interpretationem habeat. Proinde in Ioanne impubere duplex erit ſubſtitutio, videlicet vulgaris expreſſa & pupillaris tacita. Quamuis in Petro pubere ſola ſit vulgaris ſubſtitutio. Quod ita reſoluit Accurſius ibidem in verbo, intelligitur, *in fine*, & ſequuntur Bartolus & Do-

& Doctores communiſs, vt per Aret. ibidem in finalibus verbis. Phil. Corn. *in l. quamuis. num. 4 in fin. C. de impub.* & alijs ſubſtitutionibus aduerſus Vltramontanos, qui in perſona impuberis ſolam vulgarem locum habere voluerunt. Ergo ſecundùm Accurſij, & receptioris ſententiæ authoritatem nemo dubitauerit, quin probandum ſit, pupillari locum fore in ſubſtitutione facta de filio pubere ad filiam impuberem quamuis è conuerſo in altera compendioſa de filio impubere ad filiam puberem pupillaris contineri non poſſet.

Vnde videtur, quod Innocen. hic, ſed & Barr. *in repetit. l. ſi arrogator. colum. antepenult. ad finem. ff. adoptionib.* non intellexerint, quod reciproca ſubſtitutio huius capituli erat quaſi ſpecies diſtincta ſubſtitutionis, iuxta *l. iam hoc iure. ibi, Tertium genus. ff. de vulg.* Illud enim duntaxat dici potuit in reciproca ſubſtitutione, quæ breuibus verbis plures ſubſtitutiones propter plures eiuſdem conditionis perſonas comprehenderet, non verò quando ſubſtitutio ſingulis perſonis ſeparatim eſſet facta.

Sic etiam videtur, quod Aret in *in dicta l. iam hoc iure. numer. penult.* Lancelot. etiam Galiaul. *in repetit. l. Centurio. numer.* 363. & Ripa ibidem *num. 89. verſic. ſecundò pro communi. ff. de vulgar.* non ſatis aduerterint. quod in reciproca noſtri capituli ſubſtitutione non habeat locum text. *in dicta l. iam hoc iure. verſic. ſed ſi alter.* ſed magis habeat locum idem textus *in verſ. hoc itaque caſu. cum ſequen.*

Quare ad horum authorum excuſationem conſiderabam rêtari poſſe, quod in noſtri capit. ſpecie ſubſtitutio compendioſa non ſolum fuiſſet reciproca, ſed etiam breuiloqua, vt Petr. de Anch. & Phil. Franc. in ſummario propoſuerunt. Sic rectè inducebatur regula text. *in d. l. iam hoc iure. in verſic. ſed ſi alter.* quam regulam Innocent. Bartol. & alij authores induxerunt. Animaduerti enim poteſt, quod in hac deciſa Decretali non repetitur duplex verbum, moreretur, ſed vnicum duntaxar, quod commune eſt ad vtriuſque filij & filiæ ſubſtitutionem. Atqui ſi teſtator ita concepiſſet, ſi filia mea ſine liberis deceſſerit, eidem filio meo, etſi filius meus ſine liberis deceſſerit, præfatæ filiæ meæ moriatur, iuxta huius literæ contextum eleganter defenderetur, in neutrius perſona intelligendam eſſe pupillarem, ſi in alterius perſona locum habere non potuerit. Videtur enim huiuſmodi ſubſtitutio non ſolum eſſe reciproca, ſed etiam breuiloqua: vtpote quæ vnico verbo, moriatur, plures perſonarum ſubſtitutiones expreſſerit, argumen. *dicta l. iam hoc iure. in princip. ibi, Hoc communi verbo.* Vnde Paul. Caſtren. ibi, *num. fin.* & Alexan. *num. 6. in fin.* docuerunt, quod ſi teſtator, duobus filijs hæredibus inſtitutis, Petro pubere & Ioanne impubere, ita adiecit Petrum Ioanni, & Ioannem Petro ſubſtituo: ita quod verbum, Subſtituo, bis poſitum non fuerit, erit quidem in vtriuſq; perſona ſola vulgaris ſubſtitutio, vt & aliàs expendi contra Rapha. Cuman. ibi circa *l. Sextiliam. ff. de legat. 3.* Nec dubiè idem ſenſerunt Paul. Caſtr. & Alexan. *in dicta l. iam hoc iure.* ſi ita facta eſſet ſubſtitutio, Ioanni ſi hæres non erit Petrum, & Petro ſi hæres non erit, Ioannem ſubſtituo. Denique ſecundùm ea, quæ proponerentur in hoc cap. Pontifex rectè potuit ſentire, quod ſi directa ſubſtitutio non cōuenerit omnibus perſonis inſtitutis, non eſſet ea ſubſtitutio aptanda, quamuis vni perſonæ inſtitutæ conueniret, vt deduxit ex hoc cap. Rip. *in dicta l. Lucius. num. 17. ff. de vulgar.*

Sed quum captanda non ſint Pontificis verba in hac deciſa Decretali, magis puto duplicem ſubſtitutionem fuiſſe factam duplici verbo, moriatur, vt gloſſ. in præſentiarum præmiſit in propoſitione caſus, quam gloſſ. in ſummario huius cap. ſequutus ſum, *& in 1. part.* in gloſſ. moreretur. Hoc ita retento, neceſſe eſt admittere, quod pupillaris ſubſtitutio locum haberet in perſona filij impuberis, quamuis locum habere non poſſet in perſona filiæ, quæ pubes fuiſſet. Nec obſtat text. in hoc verbo, perſonis, expenſus in contrariam ſentētiam à Rip. *in dicta l. Lucius. num. 7. ff. de vulgar.* Quoniam in contrarium trahi poteſt, ſi Pontificis ſententiam, non verò figuram verborum ſequamur. Conſidero igitur, quod Pontifex non poſuit in præſenti hanc regulam ſolummodo in reciproca ſubſtitutione. Ait enim. Cū in ſubſtitutionibus ſemper, &c. Et per hoc voluit, quod etiam ſi non ſint plures inſtituti hæredes, nec pluribus perſonis ſit facta ſubſtitutio: ſed vnus duntaxat ſit hæres inſtitutus filius, eiq; ſubſtitutio facta ſit, habeat locum prædicta regula. Proinde cōſequens erit interpretari, eam ſubſtitutionem eſſe directam, ſi modo verbis teſtatoris, & perſonę conueniret ſubſtitutæ, argumen. huius regulæ. Denique Pontifex dixit: Perſonis inſtitutis, quaſi deſideraret, plures eſſe perſonas: ſed quoniam de ſubſtitutionibus generaliter verba fecit, ideo de perſonis inſtitutis, quibus ſigillatim ſubſtitutiones fieri ſolēt, mentionem habuit. Et hoc applicauit caſui propoſito, quoniam hic præmiſit duæ ſubſtitutiones factæ de filio ad filiam, & è contra, debuerunt iudicari pupillares, eo quod vnaquæque verbis, & perſonæ cōueniebat inſtitutæ. Quare in ſummaira conſtituendum videtur, vt ſi verborum conceptio vnam duntaxat perſonam continebat, cui ſubſtituitur, ſatis ſit, quod ei perſonæ conueniat directa ſubſtitutio, vt illam directam interpretemur. Sin autem verborum conceptio plures perſonas comprehendebat, quibus ſubſtituitur, tunc ita demum directæ ſubſtitutionis interpretatio erit aptanda, ſi modò omnibus illis perſonis conueniat, ne inæqualis ſit determinatio, argum. *dicta l. iam hoc iure. ff. de vulg. iuncta d. l. quamuis. C. de impube.* Nec obſtat alterum argumentum quo Paul. Caſtr. fundabat ſuam illam opinionem, dicēs quod quemadmodum in ſubſtitutione reciproca, & compendioſa includitur fideicommiſſaria, ita etiam debeat contineri pupillaris directa in perſona impuberis, quoniam facilè reſpondetur, manifeſtam eſſe differentię rationem. Nam fideicommiſſaria includitur ex eo, quod vtriuſque tam puberis quā impuberis perſonæ eſt conueniens: ſed non continetur pupillaris, quia impuberi duntaxat poteſt conuenire, & non alteri, & vt ſeruetur æqualitas in vtroque.

Nec rurſus obſtat dicere, quod ſubſtitutio reciproca, & cōpendioſa, quæ plura complectitur tempora, non inconuenit ſecundùm diuerſitatem temporum diuerſimodè accipi & variari, vt verbis vtar Marian. Socin. Iunioris *in dicto conſil. 121. in 1. part. num. 29.* Nam reſpondetur, quod etſi ſubſtitutio compendioſa, quæ plura complectitur tempora, poſſit diuerſum exitū habere ſecundùm varietatem vniuſcuiuſque temporis: tamen ſi fuerit etiam reciproca, non complectitur niſi ea duntaxat tempora, & eas ſubſtitutionum ſpecies, quæ vtrique perſonæ poſſint conuenire. Subſtitutiones autem ipſæ, quæ vtrique perſonę conueniunt, poſſunt quidem poſtea diuerſimodè contingere, & verificari in perſona vnius, vel alterius, ſecundùm varietatem temporum.

Vnde primò infertur, quod ſi nō vno communi, ſed duplici verbo, ſingulis liberis ſeparatim fuerit facta ſubſtitutio, vt in ſpecie noſtri cap. tunc vnaquæque verborum conceptio ſeparatim per ſe æſtimabitur, quum ſeparatę fuerint ſubſtitutiones. Sic eueniet, vt illa compendioſa ſubſtitutio facta de filio impubere ad filiam puberem non ſit pupillaris, quoniam perſonæ non conuenit. Hæc autem dę filia pubere ad filium impuberē ſit pupillaris, quoniam perſonæ conuenit, cui ſoli hoc loco teſtator ſubſtituit.

Secundò infertur, quod ſi compendioſa ſubſtitutio fuerit breuiloqua, & vno communi verbo plures ſubſtitutiones puberis, & impuberis expreſſerit, eas duntaxat ſubſtitutiones expreſſiſſe videtur, quæ vtrique perſonæ poſſint conuenire. Sic eueniet, vt in perſona impuberis non exprimat pupillarem ſubſtitutionem, quoniam in perſona puberis non potuit eamdem ſubſtitutionem exprimere, argumen. *dicta l. iam hoc iure.* & ſecundùm receptiorem ſententiam, quam ſupra aduerſus Pau. Caſtr. probauimus.

Tertiò infertur, quod ſi teſtator † tres filios habeat, duos impuberes & vnum puberem, eoſq; hæredes inſtituerit atque eos 5
inuicem ſubſtituerit, non videbitur ſenſiſſe de pupillari ſubſtitutione in perſona impuberum. Quoniam verum ſit directam pupillarem non conuenire omnibus perſonis, quas breuiloqua ſubſtitutio comprehendit. Et ita Bart. cenſuit *in d. l. Lucius. ff. de vulg. num. 8. & in d. l. iam hoc iure. §. ſed ſi alter. num. 2. eod. tit.* cuius ſententiam ſequitur Aret. *in d. l. iam hoc iure. num. 6. & in d. l. in teſtamento. 1. num. 4.* & alij ibidem. Et hanc Bar. ſententiam cōmuniter eſſe approbatam reſoluit Fran. Rip. *n. 22.* And. Alcia. *n. 50. in d. l. Lucius. ff. de vulg.* contra Guiliel. Rayner. Alber. & Io. Fab. & alios. Et hanc ſententiam probauit etiam Guiliel. Benedict. *in repet. d. c. Raynutius. de teſtam. in verb. ſi abſque liberis. 2. de breuiloqua ſubſtitut. num. 37.* contra Bald. *in d. l. in teſtamento.* & Ang. *in conſil. 307. Teſtator de Verona. num. 3.* Nec intereſt, ſi tertius, cui ſubſtitutio pupillaris conuenire non poteſt, ſit filius teſtatoris, an extraneus, quoniam indiſtinctè non continebitur pupillaris reſpectu impuberum, ex ſententia Bar. vbi ſupra. Et hanc eſſe cōmunem

munem opinionem reſoluunt Franc. Rip. & And. Alciat. *in d. l. Lucius. ff. de vulgar.*

Quartò infertur non leue argumentum ad controuerſæ
6 quæſtionis † deciſionem, videlicet, ſi quis quatuor filios habens duos puberes, & duos impuberes, ita poſt eorum inſtitutionem dixerit: Et ſi quis eorum in pupillari ætate deceſſerit, vel alias quandocunque, ſuperuiuentes ſuccedant. Etenim quæſitum eſt, ſi poſt mortem teſtatoris vnus ex liberis impuberibus in pupillari ætate deceſſerit, vtrum ſuperuiuentes admittantur ad eiuſdem hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione? An verò videatur pupillus ipſe rogatus patris hæreditatem ſuperſtitibus reſtituere, *iuxta l. cohæredi. § quod ſi hæredem. ff. de vulg.* Et Ricard. de Salyc. *in conſil. incipiente, Quidam teſtator,* reſpondit videri teſtatorem omnibus filijs vulgarem, & fideicommiſſariam ſubſtitutionem ex æquo feciſſe, quæ in omnium perſona locum habere potuerunt: non autem videri feciſſe pupillarem ſubſtitutionem in perſona impuberum, quoniam non poterit pupillaris ſubſtitutio conuenire reliquis filijs puberibus. Idem ſequutus eſt Alexand. *in l. in teſtamento. in fin.* & ibi fermè Iaſon *num. 4. C. de teſtamen. milit.* quamuis *in dicta l. iam hoc iure. num. 9.* duntaxat argumenta vtriuſque partis adducat, ad quem ſe retulit Guliel. Benedict. *in repet. d. c. Raynutius. in verbo, ſi abſq; liberis. de breuiloqua ſubſtitutione num. 36.* & ſequitur etiam Philipp. Corn. *conſil. 180. Principalis. num. 5. & 8.* in 1. *parte.* Ripa *in l. Lucius. num. 8. ff. de vulg.*

Contrarium reſpondit in eadem ſpecie Raphael Cuman. *in conſil. 16. Ioannes quondam Vitalis. num. 2.* vbi interpretatus eſt, eam ſubſtitutionem eſſe pupillarem in perſona impuberum: & idem ſequutus eſt Philip. Corn. ſibi contrarius *in conſil. 142. Videtur. num. 5.* non allegato Raph. Cuman. *lib. 4* & Philip. Dec. *in dicta l. in teſtamento. num. 7.* & nouiſſimè Curt. Iuni. *in l. 2. C. de impuber. & alijs. num. 10.* Et hanc eſſe communem opinionem reſoluit Andr. Alciat. *in dicta l. Lucius. ff. de vulga. num. 28. & 29.* Lancellot. autem Galiaul. *in repetit. l. Centurio. num. 363. verſic. ego hoc paſſu. ff. de vulg.* diſtinguendum cenſuit, vtrum mater non ſit in medio, quo caſu veram eſſe putat Rapha. Cuman. ſententiam, an verò mater ſit in medio: nam tunc putat pupillari ſubſtitutioni locum non fore, ſed fideicommiſſariæ in omnium perſona. Pro hoc dicit ſe ponderare text. *in hoc cap. ſi pater.* vbi non ſine myſterio proponitur, quod filia & filius erant impuberes, non autem vnus pubes, & alius impubes. Idcircò interpretatur dixiſſe Pontificem, quod hic directa ſubſtitutio perſonis conueniebat. Sed profectò Lancelot. Galiaul. non videtur rectè diſtinxiſſe. Quoniam etiam vbi mater eſſet in medio, procedere debuit Cumani ſententia, & ita ipſe propriè loquutus eſt, vbi mater contendebat ſubſtitutionem non eſſe directam pupillarem. Idem quoque contra Lancelot. Galiaul. probauit Andre. Alcia. *in d. num. 29* præterea ſi contentio hæc eſt inter liberos teſtatoris, & pubes frater vult admitti ad hæreditatem fratris impuberis, nihil debet valere matris reſpectus contra liberos teſtatoris, vt reſoluit gloſſ. fin. *in l. precibus. C. de impuber. & alijs.* facit *l. penult. C. eod. tit.* Et eſt communis opinio, quam ſupra retuli in ſecunda parte, ſuper gloſſ. ſuperſtite matre. Denique non rectè induxit Pontificis ſententiam in præſenti, quoniam reciproca ſubſtitutio non erat eiuſmodi, vt ad eam induceretur regula *d. l. iam hoc iure.* Iam enim ſupra expendimus, hic ſingulis liberis ſeparatas ſubſtitutiones fuiſſe factas, vt vnaquæque pro ſe æſtimari debuerit.

Ego igitur probo magis Cumani ſententiam: & quidem indiſtinctè, id eſt, etiam ſi mater ſit in medio. Nam ſi quis haberet
7 † quatuor filios impuberes, & in his duos emancipatos, & ſubſtitutionem concepiſſet vt ſupra, tunc vt vno ſit interpretatio conditionis, defenderetur in omnibus filijs teſtatorem intellexiſſe de fideicommiſſaria ſubſtitutione, atque in nullius perſona locum haberet pupillaris ſubſtitutio. Nam quemadmodum conditio illa mortis intra pupillarem ætatē in emancipatis non exprimebat pupillarem, ſed fideicommiſſariam ſubſtitutionē: ita quoque in aliorum filiorum perſona, quibus potuit fieri ſubſtitutio pupillaris, fideicommiſſariam exprimeret, non verò directam pupillarem, argumento *d. l. iam hoc iure.* Cæterùm in ſuperiori ſpecie quam tractamus, conditio pupillaris ætatis videtur ſpecialiter relata ad impuberes: nec videtur communicata puberibus, quibus aptari non potuit, ſecundùm ea, quæ tradit Bart. *in l. verbis ciuilibus. num. 7. ff. de vulgar.* Sic neceſſariò facienda eſt diuiſio perſonarum ex voluntate defuncti, qui liberis impuberibus non fecerit compendioſam ſubſtitutionē. Magis enim feciſſe eis intelligitur duas diſtinctas ſubſtitutiones, videlicet, pupillarem, & fideicommiſſariam, iuxta gl. communiter receptam *in l. precibus, in verbo, fideicommiſſi. C. de impube. & alijs ſubſtit.* Nempè impuberibus pupillarem, puberibus autem filijs fideicommiſſariam. Deniq; ſi in breuiloqua ſubſtitutione quādoq; imparis numeri ſubſtitutiones admittūtur, vbi hoc ipſum teſtator ſenſit, vti docuit Bart. *in d. l. Lucius. num. 6.* hæc nimirum ſpecies eſt, in qua præcipuè teſtator videri poſſit hoc ſenſiſſe. Conclude igitur, vt quum ſubſtitutio illa reſtricta ante pubertatem ad tempus pupillaris ætatis ſolos impuberes reſpiciebat, videatur directa eſſe pupillaris, quoniam & verbis conuenit, & perſonis in ea ſubſtitutione comprehenſis.

Poſtremò ex his colligo, quid reſponderi debeat † circa alteram poſteriorem quæſtionem: Si videlicet filius teſtamenti 8
tempore pubes fuiſſet, & mortuo patre, prior ſine liberis deceſſiſſet? Hæc nimirum quæſtio præcipuè poteſt circa intellectum huius capituli incurrere. Reſpondeo mihi videri, quod hæreditas filiæ, quæ impubes nouiſſimo loco deceſſiſſet, non deferretur pauperibus ex pupillari ſubſtitutione, ſed magis deferretur ipſi matri ab inteſtato. Stat enim ſuperioris conſtitutionis ratio, quod in pauperum ſubſtitutione amborum filiorum perſona fuit comprehēſa, quoniam teſtator ita concepit: Etſi vtrunque ſine liberis mori contigerit filiorum, pauperes hæredes inſtituo. Ergo ita demum directæ ſubſtitutionis interpretatio fuit capienda, ſi perſonis amborum filiorum conueniret. Nec enim pietatis ratio pro pauperibus in contrarium traheret, quia antiquis ſit voluntatem teſtantis manifeſtam ſequi. Planè in hac de pauperibus ad filios vnica ſubſtitutione manifeſtum erit, in eum duntaxat caſum pauperes intelligi ſubſtitutos, quo vtrique filiorum pater ſubſtituere potuiſſet. *l. quamuis. ibi, Manifeſtum. C. de impuber. & alijs ſubſtitut.* Et hoc fermè in noſtris terminis reſpondit Bartol. *in conſilio 57. Annacellus de Caſtro. numero 4.* Nam cùm quidam filiam impuberem, & duos extraneos hæredes inſtitueret, adijciens, quod ſi aliquis ſuorum hæredum decederet ſine liberis, in eius locum ſuccederet pia cauſa, intellexit Bart. non videri patrem filiæ impuberi ſubſtituiſſe pupillariter in compendioſa ſubſtitutione. Motus eſt, eò quod extraneis ſimul facta fuerit ſubſtitutio, vt propter imparitatem perſonarū excludi in totum debuerit interpretatio directæ pupillaris, argum. *d. l. iam hoc iure.* Sed etſi Bartol. loquatur in ea ſpecie, in qua ſubſtitutio fuit facta per verbum commune, Succedat: idem eſſet probandum in noſtri capituli ſpecie, in qua pauperes fuerunt ſubſtituti verbis ciuilibus, iuxta ea quæ in propoſito articulo circa ſubſtitutionem factam verbis ciuilibus, tradidit Philip. Corn. *conſil 180. Principalis, num. 7. lib. 1.* & ſequutus eſt Fran. Rip. *in d. l. Lucius. num. 17.*

Tertiò principaliter collige ex hoc text. argumentum pro celebri ſententia gloſſ. *in l. verbis ciuilibus, in fin. ſcholio. ff. de vulgar,*
vbi ſcripſit, quod ſi perſonæ † conditio impedimento ſit, ne directa ſubſtitutio poſſit valere iure directo, tunc directo ſubſti- 9
tutus vt fideicommiſſarius admittetur. Et quidem Accurſius verbis malè compoſitis ſententiam ſuam inuoluit, vt notauit Ioan. Fab. *in § qua ratione. Inſtit. de pupill. ſubſtitut.* Videtur enim perſonæ conditionem retuliſſe ad ipſum directo inſtitutum, vt Dyn. Iacob. & Alberic. exiſtimarunt, qui propterea ſcripſerunt, quod ea gloſſ. ſententia iure non probatur. Bart. autem ibidem *num. 3.* & Alex. *num. 10.* intellexere, quod vbi perſonæ conditio, hoc eſt, vel teſtatoris, vel ipſius, cui eſt facta directa ſubſtitutio, non admittit directam ſubſtitutionem, tunc directa ſubſtitutio conuertitur in fideicommiſſariam. Vnde ex illius gloſſ. ſententia receptum eſt communiter, quod vbi initio directa ſubſtitutio valere nequiuit tanquam directa, propter cōditionem perſonæ cui facta eſt, valet tanquam obliqua, vt concludunt Alexand. *num. 10.* & Ryminal. *num. 8. in l. in teſtamento.* 1. *num. 8. C. de teſtam. milit.* Iaſon *ex num. 19.* Alciat. *num. 20. in d. l. verbis ciuilibus.* Porrò quum gloſſ. allegauerit quaſi ſummum ſuæ ſententiæ argumentum, text. *in l. ex facto. ff. ad Trebell.* Aretin. *in l. Centurio. nu. 8. verſic. circa illud. ff. de vulgar.* ſcripſit, hic eſſe caſum clarum pro opinione eius gloſſ. quæ communiter tenetur. Dicit enim Pontifex, quod interpretatio ita facienda eſt, vt ſubſtitutio ſit potius directa, quam obliqua, ſi modò verbis & perſonis conueniat inſtitutis. Ergo vbi directa interpretatio verbis conueneſit, ſi tamen non conueniat perſonis, videlicet, quia eis directo pupillariter ſubſtitui non poſſet, non intelligetur eſſe directa,

ſed ma

ſed magis fideicommiſſaria ſubſtitutio. Denique Aretinus aſſeruit, hanc verè mentem fuiſſe huius Decretalis in hac ipſa parte, propter quam teſtatur ſe adhærere communi ſententiæ, quamuis aliter ſcripſiſſet, *in d. l. verbis ciuilibus.*

In contrarium allegatur gloſſ. *in §. fin. Inſtit. de pupil. ſubſtit. in gloſſ.* 1. quam dicitur ſequutus fuiſſe Ioan. And. *hic ſuper gloſſ. magna*, vt refert Alex. *in d. l. verbis ciuilibus, num.* 11. Sed & Iacob. de Aren. in contraria opinione fuit, vt refert Fulgoſ. *in l. precibus. num.* 17. *in fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi dubitat, an gloſſ. *in d. l. verbis ciuilibus*, illud ſenſerit, ad quod vulgo allegatur.

Sed profectò gloſſ. *in d. §. fin.* non debuit allegari quaſi contraria gloſſ. *in d. l. verbis ciuilibus.* Quoniam apertè loquitur in ſubſtitutione facta verbis ciuilibus, quæ potuit valere initio
10 iure directæ pupillaris. Porrò † iuris ciuilis authores conſtanter tenuerunt huiuſmodi ſubſtitutionem, quæ ſemel potuit valere iure directæ pupillaris, non valere fideicommiſſi iure poſt tempora pubertatis, *arg. l. Centurio. in 2. part. ff. de vulg.* quæ ſententia inferius explicabitur, *in gloſſ. Interdum.* Ioan. And. *ſuper gloſſ. magna, num.* 17. hoc recto ſenſu allegauit gloſſ. *in d. §. fin.* Verumtamen idem Doctor antea ſcripſerat, *num.* 7. communem opinionem eſſe, quod ſubſtitutio facta verbis ciuilibus, etiam quæ initio iure directæ pupillaris valere non potuit, nec quidem iure fideicommiſſi valebit. Quinimò credidit, quod ſi ſubſtitutio facta verbis ciuilibus, quæ ſemel valuit iure pupillaris, non valet poſt pubertatem iure fideicommiſſi, iuxta glo. *in d. §. fin.* multo minus valebit eadem ſubſtitutio iure fideicõmiſſi, ſi vtique ab initio non potuit valere iure directæ pupillaris, vt colligitur ex ſcriptis eiuſdem, *in nouell. num.* 7. *ibi, Fortius ergo in compendioſa.* & euidentius ex eo, quod ſcribit *in* 23. dum reſpondet ad §. *extraneo. Inſtit. de pupill. ſubſtit.* quod initio non valuit ſubſtitutio iure directo. Denique fuit hæc ſententia veterum quorundam, qui ita à fortiori argumentati ſunt, vt retulit Alexan. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 11. *verſic. ſecundò pro hac parte.* Meritò igitur Angel. de Peruſio, *in d. l. verbis ciuilibus.* & ibi Raphael Cuman. *num.* 11. ſcripſerunt, quod gloſſ. *in d. §. fin.* non rectè allegabatur quaſi contraria *in d. l. verbis.* Nam rectè intellexerunt eas gloſſ. in diuerſis caſibus loqui, & vtique diuerſam rationem habentibus.

Contra eandem communem opinionem, omiſſis aliis ar-
11 gumentis, allegatur fortis text. † *in l. ſi ſeruus legatus.* §. *ſi idem ſeruus. ff. de legat.* 1. vbi ſi quis ſeruo alieno directam libertatem teſtamento dederit, libertas nullius eſt momenti, ita vt nec fideicommiſſi iure valeat. Et teſtatur Alexand. *in l.* 1. §. *ſi quis ita. num.* 6. *ff. de verbor. obliga.* nunquam ſe vidiſſe aliquem, qui bene illi text. reſponderet. Sed tamen Iaſ. *ibi num.* 16. *& in d. l. verbis ciuilibus. num.* 21. reſpondet, libertatem, quę directò data ſit ſeruo alieno, regulariter valere fideicommiſſi iure. *l. generaliter.* §. *ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. libert.* Idcirco autem interpretatur, non valuiſſe libertatem iure fideicommiſſi, *in d.* §. *idem ſeruus.* quoniam teſtator eundem ſeruum alij legauerat. Et hoc cum Iaſone ſequuntur Dec. *in cap. cum ſuper. fin. verb. ſupra de offic. deleg.* Ioan. Crot. *in repetit. cap. Raynutius. fol.* 22. *colum.* 2. *verſic. tertio adducitur. ſupra eodem.* Curt. Iunior *in l. precibus. num.* 54. *C. de impuber. & aliis.* Lancel. Galiaul. *in repetit. d. l. Centurio. num.* 280. *cum ſequentibus, ff. de vulgari.* & Forcatul. *in Necomantia iuris, dialogo* 25. Denique hanc Iaſ. ſolutionem cæteris præſtare, quaſi minus periculoſum aſſeruit Iacob. de Nigris, *in repetit. d. l.* 1. §. *ſi quis ita. num.* 74. *ff. de verborum obligat.* vbi ante retulit octo alias ſolutiones, quibus poteſt adiici altera Rip. *in l. ex facto. num.* 2. *ff. ad Trebellian.*

Sed profectò Aphricanus *in d.* §. *ſi idem ſeruus*, non ideo dicit libertatem eſſe nullius momenti, quia ſeruus alij fuiſſet legatus: ſed per contrarium ideo legatum ſerui valere, vt quia libertas nullius momenti fuiſſet, vt rectè aduertit Philip. Dec. *in l. precibus. num.* 17. *C. de impuber. & aliis ſubſtit.* Item contra ſuperiorem Iaſonis intellectum induco illa Aphricani verba: Quod alioqui valeret: quibus Iureconſ. ſignificauit, ita valere ſerui legatum, quemadmodum ſi idem nunquam fuiſſet liber eſſe iuſſus, atqui ſi libertas directò data ſoleret iure fideicommiſſi valere, iam aliquod negotium factum fuiſſet legato ex libertatis datione fideicommiſſaria. *l. ſi ſeruus legatus. ff. de fideicom. liber.*
12 Denique contra Iaſ. receptum eſt, † quod regulariter libertas directò data ſeruo alieno non valet, nec fideicommiſſi iure, niſi in ſpecie *l. generaliter.* §. *ſi quis ſeruo. ff. de fideicom. liber.* vt per gloſſ. & omnes *in l. cogi.* §. *ſi quis ſeruo. ff. ad Trebell.* gloſſ. *in l. ſeruo* tuo. *C. de teſtam. manumiſſ.* Facit text. *in d. l. ſi ſeruus legatus.* §. *ſi idem ſeruus. ff. de legat.* 1. *in l. Stychus ſeruus meus. ff. de manumiſſ. teſtam. in l. libertates. ff. de fideicommiſſ. libert.* & text. etiam per argumentum ab ſpeciali *in l. & ſi non adſcripta. C. de fideicom. libert.* Vix autem valebit iure fideicommiſſi libertas directò data ſeruo hæredis, vt tentauit Salic. *in d. l. Centurio, num.* 8. Socin. *ibi colum. penult.* & Vincent. de Hercul. *in l. ex facto, col. fin. ff. ad Trebellian.* Proinde ſecundum authoritatem iuris communis conſtituitur, quòd directa libertatis datio, quæ iure directo valere nequit, neque quidem iure fideicommiſſi valebit, vt reſoluit Alexand. *in l.* 1. §. *ſi quis ita. ff. de verbor. obligat. num.* 9. & And. Alciat. *ibidem num.* 26. *& in d. l. verbis ciuilibus. num.* 18. *& lib.* 1. *Paradoxo. cap.* 5. & nouiſſimè Modern. Pariſ. *in d.* §. *ſi quis ita. ex num.* 43. *cum pluribus ſequentibus.*

Quid? quòd etiam ſi Iaſoni, & quibuſdam aliis authoribus ſupra allegatis daremus, poſſe recipi aduerſus communem opinionem, vt datio libertatis directa regulariter valeat iure fideicommiſſi, ſi directo valere non potuerit, *iuxta text. in d. l. generaliter.* §. *ſi quis ſeruo. ff. de fideicom. libert.* cuius argumento hoc etiam affirmauit Ioan. Coraſ. *in d. l. precibus. C. de impuber. & aliis, num* 59. adhuc tamen fortiter induceremus eundem §. *ſi quis ſeruo.* contra gloſſ. communem opinionem *in d. l. verbis ciuilibus.* Scribit enim Vlpianus *in d.* §. *ſi quis ſeruo.* quòd ſecundum iuris ſubtilitatem directa datio libertatis penitus ſit inutilis. Idem ait fauorem libertatis ſuaſiſſe, vt interpretamur ad libertatis præſtationem accedere teſtamenti verba, quaſi ex fideicommiſſo fuerit ſeruus liber eſſe iuſſus. Nec enim (inquit) ignotum eſt, quod multa contra iuris rigorem pro libertate ſunt conſtituta, Ergo probat ille textus, quod ceſſante ſingulari fauore libertatis, directa ſubſtitutio nõ traheretur ad fideicommiſſum, ſi iure directo valere nequiuerit. Atque ita fermè ad materiam directæ ſubſtitutionis induxit eum §. Bartolucius de Petris, vt retulit in præſenti Ioan. And. *num.* 22. Petr. de Anchar. *num.* 16. *verſic. quinto directa.* Induxit etiam eundem §. pro hac ipſa opinione Raph. Cuma. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 12.

Nec argumenta, quæ pro gloſſ. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 12. adducta ſunt, vigere admodum videntur. Nam præcipuum argumentum, *l. ex facto. in princip. ff. ad Trebellian.* non valet ad perſuadendum hanc opinionem. Siquidem ibi fideicommiſſi verba fuerunt, quibus teſtator hæredem rogauit, vt Titium hæredem faceret, vt poſt alios expendit Raphael Fulgoſ. *in l. precibus. num.* 16. *verſic. ad legem. ex facto. C. de impub. & aliis ſubſtit.* & Alexand. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 11. *verſic. ſed dicas.* Non obſtat argumentum, quod poſſit colligi *ex l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* quoniam omiſſa ſolutione Alexand. *in d. l. verbis ciuilibus. colum. penult.* quam ipſe repetiit *in l.* 1. §. *ſi quis ita. num.* 17. *ff. de verborum obligat.* poteſt aliter reſponderi ad illum textum. Dicetur enim codicillorum peculiarem eſſe naturam, vt quaſi habeant fideicommiſſi verba, ita vt directæ diſpoſitiones ad fideicommiſſum trahant, *argum. l. ſi frater. in fine, C. de fideicom.* hoc ita obſeruauit Raphael Cuman. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 13. *& in d. l. Scæuola. num.* 7. & Ioan. Imol. & Rip. *num.* 2. *in d. l. ex facto. in princip. ff. ad Trebellian.* Pro qua obſeruatione fa-
cit, quòd † licet directa libertas teſtamenti ſit, ſecundum iu- 13
ris rigorem. *l. ſi ſeruus legatus. ff. de legat.* 1. cum aliis ſupra allegatis: ſi tamen codicillis data fuerit, valebit fideicommiſſi iure ſine vllo ſingulari fauore libertatis. *l.* 2. §. 1. *ff. de iure codicillo.* quem text. ita intellexit Alexand. *in l. Centurio. num.* 69. *ff. de vulgar. & in d. l. verbis ciuilibus. num.* 9. vbi etiam Alciat. *num.* 2. hoc idem obſeruauit. Quo exemplo defendi poteſt, quòd & ſi directa ſubſtitutio codicillis facta ad fideicommiſſum trahatur, ne pereat *d. l. Scæuola ff. ad Trebellian.* tamen directa ſubſtitutio teſtamento facta, nullius erit momenti, ſi iure directo valere non potuerit.

Poſtremo non oberit noſter textus, quem quaſi caſum clarum allegauit, & induxit Aret. *in d. l. Centurio. num.* 8. Quoniam regula poſita in hoc cap. propriùs ſpectat ad ſubſtitutiones, quæ non fuerunt factæ verbis ciuilibus, ſed verbo, moreretur, ambiguo quod non eſt ciuile, ſecundum ea, quæ attigi *ſupra in gloſſ. ſuper eodem verbo, moreretur.* Porrò hæc regula applicata ad præcipuam dubitationem, quæ conſiſtebat in ſubſtitutione facta per verbum moreretur: concedebat quidem, quod ſubſtitutione factæ de filia ad filiam, & è contra, directæ erant pupillares, quoniam hæc interpretatio & rebus & perſonis conueniebat. Si vero interpretatio directæ pupillaris non conueniret

perſonis, vt quia filij pauperes fuiſſent, vel emancipati: tunc facilè dari poteſt, quod valeret ſubſtitutio iure fideicommiſſi. Nam qui contra communem opinionem defenderit, quod ſubſtitutio verbis ciuilib. facta ei perſonæ, cui directa pupillaris fieri nequit, nec quidem fideicommiſſi iure valebit, idem rectè agnoſcet, non idem eſſe defendendum, ſi ſubſtitutio ſit facta verbo directo, non ciuili, quale eſt verbum, moreretur, argum. eorum, quæ Bart. docuit diſtinguendo has ſpecies, *in l. Centurio. n. 11. & 16. iunctis his, quæ ſcribit n. fin. ff. de vulgar. & pupill.*

Atqui Aretin. inſtaret replicando, quod vltima ſubſtitutio pauperum, quę verbis ciuilibus facta proponitur in caſu huius cap. non eſſet ab aliis ſubſtitutionibus ſeparanda, & pro hoc expenderet illa verba, Sicut in caſu propoſito, &c. Sic colligeret ex Pontificis ſentētia, quod etiam & nouiſſima pauperum ſubſtitutio valitura fuiſſet iure fideicommiſſi, ſi directa pupillaris ſubſtitutio non conueniſſet perſonis inſtitutis.

Ego vero ſi Aretinus adeo caſus propoſiti rationem habendam putaret, vt ſubauditus ſenſus omnino accipiendus foret reſpectu etiam nouiſſimæ huius ſubſtitutionis, quæ fuit facta verbis ciuilibus, poſſem quidem hoc Aretino dare: ſed ea conditione, vt à caſu propoſito non diſcederem. Itaque concederem, quod ſi liberi fuiſſent emancipati, vel puberes, tunc ex Pontificis ſententia omnes ſubſtitutiones, de quibus in hoc iure fideicommiſſi valuiſſent, quoniam perſonis inſtitutis non
14 conuenit et directa pupillaris. Enimuero † nouiſſima etiā ſubſtitutio, quæ verbis ciuilibus fuit facta, valeret quidem iure fideicommiſſi, quoniam propoſitus caſus exprimebat pauperes eſſe ſubſtitutos. Nam quamuis aduerſus communem glo. ſententiam verum foret, quod ſubſtitutio, de qua eſt quęſtio, nullo iure valere poſſet, nihilominus ſine controuerſia eſſet concedendum, quod valeret fideicommiſſi iure, vbi pia cauſa ciuilibus verbis fuit ſubſtituta. Hoc enim probatur belliſſimo argumento text. *in d. l. generaliter. § ſi quis ſeruo. ff. de fideicommiſſ. liber.* vbi ſingulari fauore libertatis directa datio ad obliquam
16 trahitur. Planè † idem fauore piæ cauſæ dici oporteret, *argum. l. 1. §. vlt. ibi, Ad hanc pietatis rationem. C. de communi ſeruo manumiſſ.* & quod tradit Bart. *in l. proximè. ff. de his quæ in teſtam. delen. & in l. ſi vnus. C. de teſtam.* quibus locis velut communiter receptum tradidit, quod valebit argumentum de libertate ad cauſam piam. Docet Andr. Tiraquell. *in tract. de priuileg. piæ cauſæ, in priuileg. 9. in fin.* Vnde Abb. Panor. *conſil. 32. ante num. 1. lib. 2.* quum in hac ipſa ſpecie expenderet pauperum ſubſtitutorum fauorem ſingularem, vt directa ſubſtitutio ad fideicommiſſum traheretur, nihil melius allegare potuiſſet, quàm text. *in d. §. ſi quis ſeruo.* quem prope in hanc eandem ſententiam allegauit Angel. Aretin. *in tract. de teſtam. in gloſſ. 80. num. 19.*

Quoniam tamen in iudicando & conſulendo minimè eſſet recedendum ab opinione gloſſ. magis communiter recepta *in*
17 *d. l. verbis ciuilibus*, limitabis eam † non procedere, ſi teſtator puberi directam pupillarem ſubſtitutionem feciſſet: Talis enim ſubſtitutio, nec quidem iure fideicommiſſi valebit, vt Bart. ex omnium ſententia docet *in d. l. verbis ciuilibus n. 7.* Exemplum huius ſpeciei eſt, ſi teſtator ita diceret, Si hæres meus in pupillari ætate decedat, Sempronius ei hæres eſto, vt Ioan. Imol. rectè docet, *num. 4.* & ibi ſequitur Alex. *num. 11. in d. l. verbis ciuilibus.* Quæ limitatio quia ad hunc nonnullam videtur habere difficultatem, per ſequentes concluſiones ita venit explicanda.

Prima concluſio, Si teſtator in hac ſpecie exiſtimaret hæredem ſuum eſſe impuberem, quum eſſet pubes, adeo nullius momenti eſſet ſubſtitutio, vt etiam fideicommiſſi iure non valeret. *l. ſeruo manumiſſo*, ſecundum communem intellectum. *ff. de condit. indeb.* declarant Angel. *in l. in pupillari, in fin. ff. de vulgar.* Ioan. Imol. Aret. Alex. & Iaſ. *ad fin. in d. l. verbis ciuilibus.* & Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. num. 4. de teſtam.*

18 Secunda † cōcluſio, Si in eadem ſpecie teſtator ſciuiſſet hæredem ſuum eſſe puberem, iſque eſſet minor vigintiquinque annis, conditio directæ ſubſtitutionis perinde acciperetur, atque ſi teſtator ita dixiſſet, Si hæres meus ante vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto. Pupillaris enim ætas vtcunque produceretur ex voluntate ad pleniſſimam vſque pubertatem, *argum. l. cum filio. in verſ. ego quidem ff. de legat. 3.* ſecundum Aretin. & Iaſ. *in d. l. verbis ciuilibus, ad fin.* Franciſc. Rip. *in l. 1. num. fin. ff. de vulg.*

19 Tertia ſit † concluſio, Si teſtator ſciuiſſet hæredem eſſe maiorem vigintiquinque annis, & nihilominus ei hæredem Sempronium dediſſet ſub iam demonſtrata conditione, tunc ſanè videtur dicendum, quod ea conditio vtpote impoſſibilis vitietur & non vitiet, iuxta regulam *l. 1. ff. de conditio. inſtit. & l. obtinuit. ff. de conditio. & demonſtrat.* ex ſententia Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. num. 84. ſupra eod. & in d. l. verbis ciuilibus. num. 4.* vbi Iaſon *num. 22.* eam probat, dicens, quòd remota ea conditione impoſſibili, diſpoſitio maneat pura, & valida. Nam quod Aretin. *ibidem, num. 4. in verſic. tangit*, tentauit dicere, interpretandum fore de tempore quatuordecim annorum, abſurdum eſt, & merito reiectum à Socino *in l. Centurio. fin. colum. ff. eod. tit.* Verum Alexand. *in d. l. verbis ciuilibus. colum. penult. in verſic. ſed contra.* argumentatur aduerſus hanc ſententiam, quaſi non rectè inducatur regula *d. l. 1. ff. de conditio. inſtitu.* Conſiderat enim, quod ſupradicta conditio, Si in pupillari ætate deceſſerit, ita ineſt directæ ſubſtitutioni pupillari, vt ab ea ſeparari nequeat, *argumen. l. qui liberis. in princip. ff. de vulga.* Sic videtur colligere, quòd tota ſimul diſpoſitio vitiari debeat, vt etiam non relato Alexand. argumentatus eſt Socinus *in d. l. Centurio, fin. colum.* Sed idem Alexand. *in verſic. vel poteſt.* huius argumento reſpondet, quòd conditio, Si deceſſerit in pupillari ætate, non videbatur ineſſe, quum vtique non impuberi, ſed puberi proponatur facta fuiſſe ſubſtitutio. Quare inclinat in hoc, vt pateat, quod in tali ſpecie ſubſtitutio, remota conditione, debet intelligi vulgaris, per textum quem inducit *in l. fin. C. de hæredib. inſtitu.*

Mihi autem non placet inductio *d. l. fin.* quæ tunc demum fuiſſet iuſta, ſi tota illa conditio, Si Plotius hæres meus in pupillari ætate deceſſerit, quaſi impoſſibilis eſſet reiicienda. Cæterum etſi Iaſon *vbi ſupra*, effuſo ſermone docuerit, quòd remota conditione impoſſibili, diſpoſitio remanebit pura, tamen in diuerſa opinione ſum. Magis enim docendum fuit, quòd remota conditione impoſſibili, ſubſtitutio directa manebat, non quidem pura, ſed facta ſub conditione mortis ſimplici. Didici enim, quòd vbi † vltimæ voluntatis conditio duo 20
continet, quorum alterum duntaxat eſt impoſſibile, manet conditio in eo, quod eſt poſſibile, remota ea parte, quæ eſt impoſſibilis, *argum. text. in l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruus. ff. de legat. 1. in l. Celſus. §. 1. verſ. ſed ipſe rectè putat. ff. de recept. arbit.* Docet gloſſ. *in l. ſi quis ita inſtitutus ſit. ff. de conditio. inſtitut.* Similiter etiam in turpi conditione remouetur turpitudo, & manet conditio efficax in reliqua parte honeſta, *l. ſi tibi homo. §. ſi ita. in l. huiuſmodi. §. ita tu: legatum. ff. de legat. 1. in l. hæc ſcriptura. in princip. & in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ibi, Nubentem. ff. de condit. & demonſtr.* cum his, quæ alias ſcripſimus *in repetit. d. §. ſi arbitratu. 9. ampliatio. num. 3.* Porrò ea conditio, Si Plotius in pupillari ætate deceſſerit: eſt quidem impoſſibilis, quod attinet ad pupillarem ætatem, non vero quoad diem mortis incertum. Sequitur ergo, vt remota impoſſibili conditione quoad ætatem pupillarem, ita accipiendum ſit, atque ſi teſtator dixiſſet, Si Plotius deceſſerit, Sempronius ei hæres eſto. Vnde conſequenter procedit, quòd ea ſubſtitutio intelligetur eſſe fideicommiſſaria poſt mortem Plotij, nec inducetur *d. l. fin. C. de hæred. inſtit.* Quippe illa conditio *d. l. fin.* Sempronius Plotij hæres eſto, multum differt ab hac conceptione, Si Plotius hæres meus deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto. Illa enim vtiliter exprimere intelligitur vulgarem ſubſtitutionem, nec vllo modo valet iure fideicommiſſi *d. l.* Hæc autem exprimit compendioſam pupillarem inutilem, quæ iure fideicommiſſi valebit, vt diſtinguendo has conceptiones ſcribit Socin. *in d. l. Centurio. colum. antepenult. verſic. quarto inducitur.*

Secundo limitanda videtur ea communis ſententia, vt non procedat † quando puberi, vel extraneo fuerit facta ſubſtitu- 21
tio in forma pupillaris, etiam ſine conditione pupillaris ętatis, vtputà ſi teſtator pubere, vel extraneo hærede inſtituto, ita adiecerit: Et quandocunque hæres meus deceſſerit Titius ei hæres ſit. In hac enim ſpecie difficilius eſt fideicommiſſariæ ſubſtitutionis interpretationē inducere, vt colligitur ex Bald. ſententia *in l. precibus. num. 35. C. de impub.* & aliis, vbi tractans articulum compendioſæ ſubſtitutionis, quæ eſſet facta verbis ciuilibus, concludit diſtinguendo ad hunc modum: Aut enim teſtator dixit, Sempronius ſit hæres filio meo, & tunc obliquari non poteſt. Aut dixit ſimpliciter, Sempronius ſit hæres, vel ſit mihi hæres, & tunc obliquatur. Et hanc Baldi diſtinctionem probauerunt Paul. Caſtr. *in d. l. verbis ciuilibus, & in d. l. precibus*, & retulit Ioan. Bapt. *in repetit. d. l. precibus, num. 54.* & probauit

Sebaſt.

Sebaſt. Sap. *ibid. num.* 74. Planè quum Bald. moneatur præcipuo argumento text. *in l. fin. C. de hæredib. inſtit.* conſequens eſt, vt idem omnino dicturus foret in hac compendioſa, quæ propter hæredis inſtituti perſonam initio valere nõ poſſet iure directæ pupillaris. Deniq; in noſtræ quæſtionis terminis hoc ipſum obſeruauit Raph. Cuman. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 11. vbi induxit text. *in d. l. fin.* & allegauit Bald. authoritatem, de qua ſupra. Et pro hac parte induci poſſet text. *in §. fin. Inſtit. de pupill. ſubſtit.* vbi Iuſtinianus ſcribit, quòd extraneo vel filio puberi hæredi inſtituto ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres: ſed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum teſtator obliget alij hæreditatem eius vel totam, vel pro parte reſtituere. Significauit igitur Iuſtinianus, quòd directa illa ſubſtitutio in eo caſu minimè traheretur ad fideicommiſſum, vt poſt alios expendit Aret. *in d. l. verbis ciuilibus. num.* 4. Porrò animaduertere poſſumus, quòd hæc illius §. inductio manifeſtè pertinet ad conceptionem directæ ſubſtitutionis, per quam teſtator velut de hæreditate hæredis ſui voluit directò diſponere, hoc eſt, fecit ſubſtitutionem directam in forma pupillaris.

Verum nihilominus ab opinione gloſſ. communi, nec quidem in hac ipſa ſpecie eſſet recedendum, quum authoritas gl. & communis opinionis non procedit in hac conceptione verborum. Imò vero aduerti poteſt, quòd gloſſ. *in d. l. verbis ciuilibus.* de hac ipſa conceptione proprius intellexerit. Quoniam vtique vnicum ſuæ ſententiæ argumentum attulerit text. *in d. l. ex facto. ff. ad Trebell.* Planè ideo teſtatoris verba, quæ inutiliter hæreditatem hæredis directò dabant, trahuntur vtiliter ad fideicommiſſum hæreditatis ipſius teſtatoris. Denique Bart. & omnes *in d. l. verbis ciuilibus.* ſpecialiter tradiderunt, quòd directa ſubſtitutio facta in forma pupillaris trahitur ad fideicommiſſum. Sed & Ioan. Imol. *n.* 4. & Alex. *n.* 11. notauerunt idem iuris eſſe, quamuis puberi facta fuiſſet huiuſmodi ſubſtitutio.

22 Nec oberit † text. *in d. l. fin. C. de hæredib. inſtit.* vbi verba directæ ſubſtitutionis non trahuntur ad fideicommiſſariam. Nam reſpondeo, quod ibi verba ad ſolam vulgarem rediguntur nõ ſecus, atque ſi vulgaris ſpecialiter fuiſſet expreſſa, vt probatur ibidem in verſic. tunc enim. At vero in propoſita ſpecie, in qua eſt mortis conditio adiecta, diuerſam interpretationem probare cõueniet. Quippe aduerſus Raph. Cuman. *in d. l. verbis ciuilibus,* aſſerendum eſt, quod illa conceptio, Sempronius Plocij hæres eſto, non ſit comparanda huic conceptioni, Quandocunque deceſſerit Plocius, Sempronius ei hæres eſto, vt ſupra diximus cum Socino *in d. l. Centurio. colum. antepenult.*

23 Item non oberit † text. *in d. §. fin. Inſtit. de pupill. ſubſtit.* Quoniam reſpondeo, eundem Iuſtinianum *in §. penult. Inſtit. de codicill.* ſcripſiſſe, quod hæreditas codicillis directò dari non poteſt, ſed per fideicommiſſum dari poteſt. Et tamen non protinus intellexit, quod ſi codicillis directò hæreditas daretur, non valeret datio iure fideicommiſſi, quum certè valeat, *l. Scæuola. ff. ad Trebellian. l. fin. C. de codicill.* Quo exemplo accipi poteſt eiuſdem Imperatoris ſententia *in d. §. fin.* ne vtilitatem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, ad quam directa trahi deberet, excluſiſſe videatur.

Itaque reſoluo, quod in vtraque conceptione procederet opinio gloſſ. communis *in d. l. verbis ciuilibus*, vt diſtinguenda non ſit directa ſubſtitutio facta in forma pupillaris. Et hoc ita probari intelligo ex ſententia *l. 12. tit. 5. part. 6. in 2. part.* vbi lex Regia agens de ſubſtitutione compendioſa verbis directis ciuilibus facta à pagano in forma pupillaris, quam dicit non valere iure fideicommiſſi poſt tempora pubertatis, reſtrinxit ſe ad eum caſum, videlicet, quando huiuſmodi ſubſtitutio fuiſſet facta filio impuberi. Senſit enim quod ſi puberi filio facta fuiſſet, tunc erat valitura iure fideicommiſſi, id quod inferius etiam explicabitur *in gloſſ. Interdum.*

24 Sed & illud vtile, & fortaſſis inauditum † docere volo, ſcilicet, quod prior conceptio, quæ non eſt facta in forma pupillaris, vtiliorem habebit vulgarem, quàm poſterior conceptio facta in forma pupillaris. Et è contra poſterior conceptio facta in forma pupillaris, vtiliorem habebit fideicommiſſariam, quàm prior conceptio, quæ non eſt facta in forma pupillaris. Et ſanè, vbi extraneo hærede inſtituto, ita ſcriptum ſit, Quandocunque hæres meus deceſſerit, Sempronius mihi hæres ſit, nemo dubitauerit, hinc eſſe vulgarẽ expreſſam in caſum mortis factam. Ergo ſi hæres deceſſerit, vel viuo teſtatore, ante aditam nec tranſmiſſam hæreditatem, Sempronius ex vulgari expreſſa admittetur. Quòd ſi hæres inſtitutus hæreditatem repudiauerit, tunc Sempronius admittetur, quaſi vulgaris facta in caſum mortis ex volũtate intelligatur facta in caſum repudiationis. Quare et ſi mater teſtatoris velit filio ab inteſtato hæres eſſe, quaſi teſtamentum filij irritum factum ſit, non adita hæreditate, excludetur tamen à ſubſtituto, qui ex vulgari ſubſtitutione vult adire, & teſtamentũ ea aditione confirmare. Nam hæc ſubſtitutio, ex qua ſubſtitutus vult admitti, non eſt omnino tacita, ſed eſt partim expreſſa, partim tacita quo ad caſus, & ideo matrem teſtatoris debet excludere, vt colligitur ex ſententia Bart. *in l. 2. num. 8. & in l. 1. num. 33. verſic. ſed ſi nos quæramus. ff. de vulgar.* Id quod & nos aliàs ſupra obſeruauimus.

Contra, ſi ſubſtitutio fiat in forma pupillaris, tunc ſi hæres inſtitutus morte aut repudiatione ſit excluſus à primo gradu, Sempronius, quem teſtator inſtituto hæredi voluit eſſe hæredem, vix admitti poſſe videbitur ad hæreditatem teſtatoris. Admittetur tamen ex vulgari omnino tacita, quaſi pupillaris illa expreſſa, quæ fuit inutiliter facta extraneo porrigatur ad vulgarem ſubſtitutionem, ex Bartol. ſententia *in l. 1. in fin. ff. de vulgar.* quæ eſt communis ſecundum Franc. Rip. *ibid. num. fin.* Ergo quia is ſubſtitutus non niſi ex vulgari omnino tacita poſſet admitti, futurum eſt, vt contra matrem teſtatoris, & ſimiles matri perſonas admitti nequeat. Vulgaris enim omnino tacita ſubſtitutio non admittitur contra matrem teſtatoris ex eiuſdem Bart. ſententia *in l. 1. num. 40. ff. de vulgar.* quæ eſt communis, vt reſoluit inter alios Franc. Ripa *in d. l. 1. num.* 175. fuitque ſuperius à me reſolutum.

Ex diuerſo hæc ſubſtitutio facta in forma pupillaris habebit vtiliorem fideicommiſſariam, quàm prior illa ſubſtitutio, quæ non fuit facta in forma pupillaris. Idque probabile, atque adeo verum eſſe oſtendam, quamuis hactenus à nemine fuerit animaduerſum. Conſidero enim, quod prior directæ ſubſtitutionis conceptio in hoc fideicommiſſum reſoluitur, Rogo te hæres vt quandocunque deceſſeris, reſtituas Sempronio hæreditatem meam. Proinde ad hanc fideicommiſſariam ſubſtitutionem regulæ iuris vulgares inducentur, quæ traditæ ſunt circa fideicommiſſarias hæreditates. At vero poſterior conceptio in hoc fideicommiſſum reſoluitur, Rogo te hæres, vt quãdocunque deceſſeris, Sempronius tibi hæres ſit, iuxta text. *in d. l. ex facto. coniuncta l. qui filium, in fin. ff. ad Trebellian.* Quare conſtanter decernendum eſt, quod ſi qua ſingularis vtilitas poſſit inueniri in ſpecie fideicommiſſi, de quo *in d. l. ex facto,* inducenda eſt profectò ad hanc poſteriorem conceptionem. Idq; tam probari conueniet, quàm probata eſt opinio Accurſij *in d. l. verbis ciuilibus*, qui vtique ad hanc directam ſubſtitutionem factam in forma pupillaris propriè induxit text. *in d. l. ex facto.* Erit igitur † grande operæpretium docere, vtrum in fideicommiſ- 25
ſo *d. l. ex facto,* ſit aliquod ſingulare emolumentum, quod æquè in vulgaribus hæreditatum fideicommiſſis locum nõ habeat? Et occurrebat † poſſe dici, quòd licet regulariter fructus ab 26
hærede percepti non veniant in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem. *l. in fideicommiſſariam ff. ad Trebell.* hoc fallit in fideicommiſſo. *d. l. ex facto.* Hæc eſt peregrina ſententia Raph. Cuman. quam nullibi relatam legi, *conſil.* 72. *Ad primum quæſitum, ad fin.* Motus eſt Raph. Cuman. argum. text. *in d. l. ex facto, in fin.* vbi Iureconſ. dicit, teneri hæredem reſtituere hæreditatem, item & quicquid ex hæreditate conſequutus eſt. Quæ verba geminata † fructus continent. *l. Baliſta. ff. ad Trebel.* Item 27
dixit hoc eſſe expreſſum *in l. Imperator. §. cum quidam ff. de lega. 2.* qui §. (inquit) declarat text. *in l. ex facto. ff. ad Trebel.* vt ibi fructus veniant in reſtitutione.

Ego vero hanc Raph. Cuma. ſententiam non probo: Quoniam magis puto, quod in ſpecie *d. l. ex facto,* fructus non venirent in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem. Conſequenter dico, quod in hac conceptione facta in forma pupillaris, nõ eſſet vtilitas circa fructus. Induco ad hoc text. *in* [illegible]*cibus. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi directa ſubſtitutio fuit facta in forma pupillaris, vt habet communior & verior interpretatio, & fuit conuerſa in fideicommiſſi cauſam: & tamen ibi mater hæres filij puberis non tenetur fructus reſtituere, vt ſignificauere Imperatores ibidem, quum bona, quæ mariti cum moreretur fuerunt à muliere peti poſſe reſcripſerunt. Item videtur etiam poſſe induci text. *in cap. Raynutius. ſupra de teſtam.* vbi compendioſa illa fuit facta in forma pupillaris, vt expendit

Salic. *in d. l. precibus. num. 21. in ver. ea distinctio.* & ex multorum authoritate comprobauimus *ſupra in 1. part. in gl. moreretur.* Planè ex litera text. conſtat in ver. cum autem, quod fructus ante litem conteſtatam percepti in fideicommiſſi cauſſam minimè ceciderunt. Præterea aduerſus Raphas Cu. fortiter retorqueo text. *in d. l. ex facto.* vbi ſumma illius fideicommiſſi interpretatio eſt authore Vlpiano, vt hæres videatur rogatus reſtituere quicquid ex hæreditate teſtatori conſequutus eſt. Igitur, authore Vlpiano, fructus non ſunt reſtituendi fideicommiſſario, quoniam regula fructuum non reſtituendorum etiam in ea ſpecie fideicommiſſi retinetur, vt eſt expreſſum *in l. hæredes mei, in princip. ff. ad Trebell. & in l. quod his verbis. ff. de legat. 3.*

28 Nec obſtat text. † *in d. l. Imperator. §. cum quidam. ff. de legat. 2.* vbi Raph. Cuman. putauit eſſe expreſſum de fructibus. Quoniam Papinianus ibi alio caſu loquitur, vt illa ſpecies eius text. minimè confundi debeat cum altera ſpecie prorſus diſtincta & ſeparata, de qua Vlpian. *in d. l. ex facto.* Siquidem *in d. l. ex facto,* propriæ hæredis facultates non ſunt in fideicommiſſo, ſed eſt in fideicommiſſo teſtatoris hæreditas. At vero *in d. §. cum quidam*, alius caſus eſt, quoniam ibi certa bonorum hæredis portio eſt in fideicommiſſo. Enimuero, vt non minus quam deſignata portio, fideicommiſſario reſtituatur, rationem omnis emolumenti haberi placuit, in quo ſpecialiter defunctus hæredem onerare potuiſſet.

Quanquam igitur hanc vtilitatem, reiecta Cumani opin. ſatis excluſerim, ipſe tamē aliam vtilitatem animaduerto, quam nouè colligo ex Vlpiani reſponſo *in d. l. ex facto.* Ille enim non ſuperflua, nec inani verborum copia vſus eſt eo loco, quoniam effectauit oſtendere circa Senatuſconſultum, quod ita teſtator non de hæredis, ſed de ſua hæreditate in eo fideicommiſſo intellexiſſe videbatur, vt tamen proprius ſenſiſſe videretur, vt quicquid ex hæreditate ſua, &c. Certum autem eſt, quod inter has conceptiones, Hæres reſtitue poſt mortem hæreditatem meam, & inter illam, Hæres reſtitue poſt mortem quicquid ex hæreditate mea es conſequutus, vtilis differentia animaduertitur. Siquidem in priore fideicommiſſi conceptione non veniunt prælegata pro ea parte, quæ legati titulo percipiuntur: ſed in poſteriore conceptione veniunt prælegata etiam pro ea parte, quæ titulo legati percipiuntur, vt eſt expreſſum *in l. cum pater. §. fidei. ff. de legat. 2. l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* Vnde eleganter ſequitur, quod in ſpecie *d. l. ex facto,* ſi de prælegatorum reſtitutione eſſet quæſtio, venirent prælegata integra in reſtitutionem fideicommiſſi, videlicet, quoniam id fideicommiſſum tale intelligitur, quale ſi expreſſim dictum fuiſſet, vt quicquid ex hæreditate, &c.

Ergo ſi quis ita teſtamento ſcriberet, Titium & Mæuium hæredes mihi inſtituo: Titio autem fundum Seianum prælego: & quandocunque Titius deceſſerit, Sempronius in locum eius hæres eſto: aliud quidē ſenſiſſe videretur circa fundi prælegati reſtitutionem, quàm ſi dixiſſet. Sempronius Titio hæres eſto. In priore enim ſpecie directa ſubſtitutio conuerteretur in fideicommiſſariam, vt mortuo Titio, poſt aditam hæreditatem, portionem hæreditariam, in qua ipſe Titius fuit inſtitutus, conſequeretur ex fideicommiſſi cauſa, Sempronius. In hac autem portione hæreditaria dimidiam partem fundi Seiani inueniret, quam Titius hæreditario iure, non titulo legati habuiſſet. *l. in fideicommiſſariam. §. fin. ad Trebellian.* Alteram vero dimidiam partem fundi Seiani, quam Titius titulo legati vendicaſſet, Sempronius habere non poſſet, quoniam directa ſubſtitutio in fideicommiſſum hæreditatis conuerſum videretur, iuxta ea, quæ aliàs ſcripſimus.

Planè vbi hæreditas reſtitui iubetur, non venit legatum. *l. ſi Titius. cum ſimilib. ff. de legat. 3. d. l. in fideicommiſſariam. §. fin. ff. ad Trebel.* Contra, ſi directa ſubſtitutio facta eſſet in forma pupillaris, tunc idem Sempronius ex eadem fideicommiſſi cauſa integrum fundum Seianum iuſtè eſſet habiturus, perinde atque ſi teſtator Titium rogaſſet, vt quandocunque ſine liberis vitā deceſſeret, Sempronio reſtitueret quicquid ex hæreditate ſua fuiſſet conſequutus, *argum. d. l. ex facto ff. ad Senatuſconſ. Trebell.*

29 Ex his infero vtilem † declarationem ad textum, *in l. 12. tit. 5. partit. 6.* vbi lex Regia conſtituit, quod ſi à patre compendioſa ſubſtitutio impuberi filio ita facta ſit: Quandocunque filius meus deceſſerit, ſit illi hæres Titius, & poſt pubertatem filius deceſſerit, mater hæres filij puberis reſtituet bona, quæ nullitis cum moreretur fuerunt, Gregor. Lup. *in gloſſ. eiuſdem l.* *quæſiuit*. Si filius ex parte fuiſſet hæres inſtitutus, eiq; pater dediſſet prælegata, vtrum ea venirent in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem? An vero manerent apud matrem hæredem filij? Et remiſit ſe ad notata per Alexand. *in l. Marcellus §. quidam liberis. ff. ad Trebell.* & notata *in l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* Sed quis crederet ſubtili diſputatione eo rem perduci potuiſſe, vt in ſpecie *d. l. Partita,* magis probemus prælegata venire in fideicommiſſum? Siquidem ibi præponitur compendioſa ſubſtitutio, quæ fuit facta in forma pupillaris. Proinde tam ibi, quàm *in d. l. precibus,* directa ſubſtitutio ita poſt pubertatem ad fideicommiſſum trahitur, vt filius intelligatur rogatus, vt ſi pubes decederet, eum hæredem inſtitueret, quem pater eidem filio hæredem conſtituerat: Sic filius pubes videtur rogatus, vt hæreditatem ſuam eidem reſtituat, id eſt, quicquid ex patris hæreditate fuit conſequutus, *argum. l. qui filium. verſic. quaſi per hoc. & d. l. ex facto. in princip. ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* cum his, quæ ibi notantur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio interpretari debet directa potius, quàm obliqua.*

2 *Subſtitutio in dubio interpretari debet vulgaris directa potius quā fideicommiſſaria.*
l. fin. C. de hæred. inſtit. ſenſus. ibid.

3 *Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus extraneo facta, valet iure vulgaris ante aditam hæreditatem, & iure fideicommiſſi poſt aditam hæreditatem.*

4 *Subſtitutio reciproca his verbis facta: vos inuicem ſubſtituo, non continet fideicommiſſariam.*
l. iam hoc iure. ff. de vulg. ſenſus. ibid.

5 *Subſtitutio reciproca: vos inuicem ſubſtituo, adiecta clauſula. ſubſtituens eos vulgariter & pupillariter, & per fideicommiſſum, continet fideicommiſſariam.*

6 *Subſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum. quomodo poſſit per vnam vel alteram ſubſtitutionem ſuccedere, & an ſit in electione ſubſtituti. & num. 8.*

8 *Fideicommiſſum, cui nec conditio, nec dies adiecta eſt, regulariter intelligitur præſenti die datum, aliquando tamen ex coniectura voluntatis ad mortis tempus refertur.*
l. 1. ff de condit. & demonſtr. ſenſus. ibid.
l. epiſtolam. §. mulier. in fin. ff. ad Trebell. ſenſus. ibid.

8 *l. recuſare. §. Titius ff. ad Trebell ſenſus. & num. 24.*

9 *Subſtitutio compendioſa filio impuberi ita facta. Et quandocunque filius deceſſerit, ſubſtituo ei Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, non tribuit ſubſtituto electionem.*
Clauſula iſta vulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum, adiecta ſubſtitutioni cōpendioſæ, non immutat eius naturam. ibid.

10 *Subſtitutio fideicommiſſaria dubia, intelligitur potius directa, quàm obliqua.*

11 *Subſtitutio vulgaris etiam in fideicommiſſis fieri poteſt.*
l. vt hæredibus. ff. de legat. 2. ſenſus. ibi.

12 *Subſtitutio reciproca facta poſt fideicommiſſum hæreditatis duobus relictum exprimit fideicommiſſum vulgare, per quod ad partem alterius repudiantis quilibet cenſetur inuitatus, neuter vero intelligitur rogatus, vt partem ſuam alteri reſtituat.*

13 *Subſtitutio reciproca codicillis facta fideicommiſſariam continet ſecundum communem opinionem, ſed fideicommiſſum intelligi debet eſſe vulgare, vt alter duntaxat in locum repudiantis admittatur, contra omnes. num. 15.*
l. Scæuola. ff. ad Trebell. ſenſus. ibid. cum plurib. ſeq.

14 *Hæreditas directò codicillis dari nequit.*

16 *Subſtitutio reciproca etiam fideicommiſſaria, in vulgarem tantummodo caſum facta cenſetur.*

17 *Subſtitutio quæ in fideicommiſſo in vulgarem tantummodo caſum facta proponitur, agnito ſemel fideicōmiſſo prorſus expirat.*

18 *Subſtitutio reciproca codicillis facta, ad fideicommiſſum trahitur, vt alter alteri poſt mortem teneatur partem ſuam reſtituere, quando ipſimet fuerunt primo gradu, & in teſtamento hæredes vtiliter inſtituti.*

19 *Subſtitutio reciproca, Vos inuicem ſubſtituo, continet vulgarem, etiam adiecta clauſula codicillari.*
Clauſula codicillaris adiecta reciprocæ ſubſtitutioni, quidnam importet? ibid.

20 *Subſtitutio ita concepta, Titium hæredem inſtituo, & Titio Sempronium ſubſtituo, continet ſolum vulgarem ſubſtitutionem,*
non

non vero fideicommiſſariam, etiam ſi adyciatur clauſula codicillaris. num. 21.

L.frater.C.de fideicom.ſenſus.ibid. & num.ſeq.

21 *Subſtitutio filio impuberi ſimpliciter facta, continet vulgarem & pupillarem.*

22 *Subſtitutio compendioſa verbis directis facta, adiecta clauſula codicillari, valet poſt pubertatem iure fideicommiſſi.*

23 *Subſtitutio huiuſmodi, filio impuberi facta, Filio meo Titius hæres eſto, vulgarem expreſſam non continet.*

24 *Subſtitutio huiuſmodi, Titium inſtituo, Caium ei ſubſtituo vulgariter, & per fideicommiſſum, continet præſentem ſubſtitutionem, & vulgarem, & fideicommiſſariam, vtrum ſubſtitutus elegerit, vel vulgarem, ſi Titius repudiet, vel fideicommiſſariam, ſi velit Titium compellere.*

25 *Subſtitutio filio impuberi ita concepta, Titium filium impuberem inſtituo, & Caium ei ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, continet quidem fideicommiſſariam in mortis filij tempus dilatam.*

26 *Subſtitutio compendioſa verbo communi facta filiæ, quæ in re certa fuerat inſtituta, dato cohærede vniuerſali, continet vulgarem, ex qua ſubſtitutus ad rem certam admitteretur, ſi filia, viuo patre decederet.*

27 *Subſtitutio vulgaris facta intelligitur, non ſolum in hæreditate, ſed etiam in prælegato.*

Prælegatum quando veniat in fideicommiſſaria, aut in vulgari ſubſtitutione, ibid. & pluribus ſeq.

L.Marcellus.§.quidam liberis.ff.ad Trebell.ſenſus.ibid.cum pluribus ſeq.

L.miles.§.pro parte.ff de legat.2.ſenſus.ibid. & num.29.

L. Sextiliam ff.de legat.3.ſenſus.ibid. cum ſeq.præſertim.num. 34.& num.35.

28 *Subſtitutio compendioſa vni hæredi facta, comprehendit etiam prælegata eidem hæredi ante relicta etiam ſi ex vulgari ſit ſuccedendum.*

30 *Subſtitutio vulgaris, quæ contra communem opinionem facta intelligitur, & in hæreditate, & in prælegato ante relicto, duplicem & diſtinctam habet interpretationem, diuerſumq; exitum habere poteſt.*

31 *Subſtitutus vulgaris admittitur ad portionem hæreditatis, & ad prælegatum antea factum, ſi hæres viuo teſtatore decedat, vel ſi delatam hæreditatem ſimul & legatum repudiauerit.*

32 *Subſtitutionis vulgaris factæ in hæreditate, & in prælegato conditio, ſi hæres antequam quicquam conſtituerit, decedat, exiſtat quoad hæreditatem, deficit vero reſpectu prælegati.*

33 *Hæres cui prælegatum relictum fuerat, ſi antequam quicquam conſtituerit, poſt teſtatorem decedat, facit locum vulgari ſubſtituto quoad portionem hæreditatis duntaxat: prælegatum vero in eius hæredem tranſmittit.*

Conditio ſubſtitutionis vulgaris facta in hæreditatem poteſt exiſtere, quamuis in prælegato facta, deficiat, ibid.

34 *Subſtitutio fideicommiſſaria, aut vulgaris in hæreditate facta, non porrigitur ad prælegata poſtea relicta.*

35 *L.iam hoc iure.ff.de vulgar.ſenſus.ibid.*

37 *Subſtitutio compendioſa verbo communi facta, quamuis poſt pubertatem valitura ſit fideicommiſſi iure valet nihilominus tanquam directa pupillaris ante pubertatem, etiam matre excluſa.*

Cap.ſi pater.& cap.Raynutius, de teſtam.ſenſus expenditur.

38 *Subſtitutio compendioſa verbo communi codicillis facta, continet etiam directam pupillarem ex defuncti voluntate, de qua reſultat fideicommiſſum pupillare ante pubertatem, poſtea vero fideicommiſſum vulgare.*

L.Scæuola.ff.ad Trebell.ſenſus, ibid.

39 *Subſtitutio exemplaris in dubio interpretari debet directa potius quàm obliqua.*

40 *Subſtitutio à milite facta interpretari debet in dubio eſſe fideicōmiſſaria potius quàm directa militaris.*

L.Centurio.ff.de vulg.ſenſus, ibid.& num.43.

41 *Miles in dubio non intelligitur teſtatus iure militari.*

L.1.C.de pact.inter emptorem & venditorem, ſenſus.ibid.

42 *Directa ſignificatio in dubio fugienda eſt quando ſingulare aliquod deberet inducere contra iuris regulas.*

43 *Fructus hæreditatis veniunt in directa ſubſtitutione militari, non autem veniunt in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & quænam ſit differentiæ ratio.*

L.in fideicommiſſariam. ff.ad Trebell. ſenſus. ibid.

44 *Miles non eſt credendus circa fructus à filio percipiendos, priuilegium militare exercere voluiſſe.*

45 *Fructus tempore mortis inuenti in hæreditate, reſtitui debent tam ex fideicommiſſaria, quàm ex directa ſubſtitutione.*

46 *Bartoli litera in l.Centurio.ff.de vulgar.num.7.reſtituitur.*

47 *Fructus in hæreditate tempore mortis inuēti, hæreditatem ipſam conſtituunt, nec ab ipſa hæreditate ſecerni aut ſeparari poſſunt.*

48 *Fructus percepti poſt mortem teſtatoris ante aditam hæreditatem, augent ipſam hæreditatem, & veniunt in fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione.*

L.ita tamen.§.1.ff.ad Trebell. ſenſus.ibid.

49 *Dominium hæredis, quod ab adita hæreditate cœpit, non retrotrahitur in præiudicium fideicommiſſarij, cui fructus iacente hæreditate percepti debentur.*

L.nam & Seruius.§.qui negotia.ff.de neg.geſtis.ſenſus. ibid.

50 *Fructus non poſſunt dici iacente hæreditate percepti vbi filius ſuus hæres fuit inſtitutus.*

51 *Subſtitutio vulgaris, quæ in compendioſa continetur non ſubmouet exiſtentiam ſui hæredis in filio.*

52 *Subſtitutio militaris directò facta filio, intelligitur facta in bonis teſtatoris, non in his duntaxat bonis, quæ poſt mortem filij ſupereſſent.*

L.Titius.ff.ad Trebell.ſenſus.ibid.

L.precibus. C.de impuber.ſenſus.ibid.

L.Baliſta.ff.ad Trebell.ſenſus.ibid.

53 *Fideicommiſſum hæreditatis per patrem filio iniunctum, nō capit interpretationem eius, quod ſuperfuerit, & num.præcedenti.*

Auth.de reſtitutionibus.§.nobis.coll.11.7.ſenſus.ibid.

54 *Subſtitutus militaris filio datus reuocat ab eodem filio alienata.*

L.fin.§.ſed quia.C.communia de legat.ſenſus.ibid.& nu.præced.

55 *Miles per directam militarem non poteſt hæredem filio conſtituere, qui eidem filio directò ſuccedat, ſed per eam militarem ipſi duntaxat teſtatori ſucceditur.*

56 *Fructus ante moram percepti, non ſunt reſtituendi fideicommiſſario.*

57 *Fructus percepti ante moram, ex negligentia non petentis, etiam ſi fideicommiſſarius ſit abſens, vel aliter ignorans, pertinent ad hæredem, nec ſunt reſtituendi fideicommiſſario.*

L.fin.tit.11.part.6.ſenſus.ibid.

58 *Fructus percepti ex hæreditate militis, qui directò ſecundum hæredem ſubſtituit, poſtquam ſecundo hæredi incipit hæreditas deferri, qua ratione incipiant ad ſubſtitutum pertinere.*

OBLIQVA.

OBLIQVA. Obſeruabis perpetua in materia ſubſtitutionum hanc regulam, quæ in iure ciuili non ita clarè reperitur, videlicer, quod † ſubſtitutio, ſi fieri poteſt, ſemper intelligenda eſt directa, potius quàm obliqua. Quamuis Bald. *in l. ſi quis ita.ff. de vſufructu,* voluerit eam regulam ex eo text. deducere. Porrò quum directæ ſubſtitutiones ſint quatuor, videlicet, vulgaris, pupillaris, exemplaris, & militaris videndum eſt, quemadmodum ſingulis ſubſtitutionibus directis aptetur hęc noſtri cap. regula. 1

Et primo, quod † vulgaris directa ſubſtitutio magis recipienda ſit quàm obliqua, videtur facere tex. ille [illegible]ilis *in l.fin. C.de hæred.inſtit.* vbi ſi teſtator, Plocio hærede inſtituto, ita concepit: Sempronius Plocij hæres eſto: intelligitur quidem Sempronium Plocio hæredi vulgarem ſubſtituiſſe. Quæ interpretatio excludit fideicommiſſariam puram & præſentem ſubſtitutionem, de qua poterat dubitari, *argum. l.qui quadringenta.ff. ad Trebell.* ſecundum Philip. Corn. *in d.l.fin.a.num 5* Excludit etiam fideicommiſſariam ſubſtitutionem in caſum mortis Plocij, de qua magis poterat dubitatio incurrere, *argum. l.ex facto. ff.ad Trebell.l.qui filium.ff.eod.tit.* Vnde argumento d.l.fin. argutè ſcripſit Accurſ. *in l. verbis ciuilibus, in fin.ſchol. in fin.ff. de vulgar.* quod directa ſubſtitutio dubia recipit interpretationem directæ. Sic apertè ſenſit, quod *in d.l.fin.* nulla fideicōmiſſaria ſubſtitutio locum haberet, vt & Bald. & Paul. Caſtr. ex gloſſ. ſententia ibidem obſeruarunt *in d.l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar.* 2

In contrarium tamen, & quod in ſpecie *d.l.fin.* poſſit habere locum vulgaris ſubſtitutio ante aditam hæreditatem, & etiam fideicommiſſaria ſi poſt aditam hæreditatem moreretur Plocius, probari videtur, ex eo quod illa ſubſtitutio, Sempronius Plocij hæres eſto, videtur compēdioſa, vt planè eſt illa, Quandocunque

docunq; Plocius deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto, vt circa eandem *l.fin.* ſcribit Raph. Cuman. *in d.l. verbis ciuilibus. num.*
5 11. Sed † compendioſa ſubſtitutio facta verbis ciuilibus extraneo hæredi valet iure vulgaris ante aditam hæreditatem, & iure etiam fideicommiſſi poſt aditam hęreditatem, vbi hęres deceſſerit, vt communis eſt concluſio, *in d.l. verbis ciuilibus.* Igitur & *in d.l. fin.* valebit iure fideicommiſſi illa ſubſtitutio, Quandocunque Plocius deceſſerit, &c. Item pro hac parte inducta eſt Bart. ſententia *in l.1. in fin. ff. de vulgar.* vbi circa eandem *l. fin. C. de hæred. inſtit.* ſcripſit, quod ibi ſunt verba pupillaris ſubſtitutionis expreſſæ, quæ verba lex reſoluit in tacitam vulgarem. Quo argumento concludit Bartol. quod ſi ſubſtitutio in forma pupillaris fiat extraneo hęredi, continebitur in ea vulgaris tacita. Et hanc eſſe cum Bartol. communem opinionem reſoluit ibidem Ripa *num. fin.* Sed licet eſt, quod authoritate Accurſij *in d.l. verbis ciuilibus,* communiter eſt receptum, quod huiuſmodi ſubſtitutio facta extraneo hæredi in forma pupillaris continet fideicommiſſariam in caſu aditæ hæreditatis poſt mortem, videlicet hæredis inſtituti. Ergo in caſu *d.l. fin.* ſubſtitutio illa, de qua ibi, non ſolum erit vulgaris, vt Iuſtinianus ibi exprimit, ſed etiam erit fideicommiſſaria poſt mortem hæredis Plocij. Quod ita concludit Alex. *in d.l. verbis ciuilibus. num. fin.* aduerſus Bald. & Paul. Caſtren. *ibid.* Et hoc ipſum ſenſiſſe videtur Andr. Alciat. *ibid. num.* 20. dum ſimiliter allegat, & interpretatur text. *in d.l. fin. C. de hæred. inſtit.*

Ego autem conſtituo, hanc Alexan. concluſionem eſſe falſam, & penitus explodi debere, quia veriſſimum ſit *in d.l. fin.* nullam omnino fideicommiſſariam ſubſtitutionem contineri. Hoc gloſſ. Bald. & Paul. ſenſerunt *in d.l. verbis ciuilibus.* Bald. & omnes ordinarij *in d.l. fin.* qua parte excluſerunt fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quæ videbatur poſſe induci, *argum. d.l. ex facto. ff. ad Trebell.* Et idem Alexand. ſibi contrarius hoc ita deducit *ex d.l. fin. in l. Centurio. num.* 70. *verſic.* pro quo etiam. *ff. de vulg. & pupill.*

Non obſtat conſideratio ſubſtitutionis compendioſę ſuperius facta. Quoniam aduerſus Raph. Cuman. *in d.l. verbis ciuilibus,* aſſerendum eſt, illa verba, Sempronius Plocij hæres eſto, non idem ſignificaſſe Iuſtiniano, quod ſignificare debuiſſent verba illa, Quandocunque Plocius deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto, vt rectè deducit Socin. *in d.l. Centurio. colum. antepen. verſic. quarto inducitur.* Denique Iuſtinianus intellexit, illam ſubſtitutionem non eſſe compendioſam, ſed directam dubiam, cui accommodauit interpretationem ſolius vulgaris directæ, vt colligitur ex verſic. tunc enim, vbi dicitur, perinde habendum fore, atque ſi ſpecialiter expreſſa fuiſſet vulgaris. Vnde Bald. *ibi in* 10. *quæſt.* ſcribit, eam vulgarem eſſe expreſſam, vt etiam aduotauit Salic. *num. penult.* adiiciens huius rei rationem, quod videlicet ex verbis, & eorum ſenſu hoc ipſum colligatur, vt etiam Philip. Corn. ibidem probauit, *num.* 5.

Non obſtat Bartol. authoritas, *in d.l.1. num. fina. ff. de vulgar.* Quia etſi ſententia communiter ſit recepta, inductio tamen *d. l. fin.* vbi dixit eſſe caſum, non videtur fuiſſe iuſta. Etenim Bart. ſententia eo pertinet, vt pupillaris ſubſtitutio inutilis habeat effectum vulgaris omnino tacitæ, iuxta regulam *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* Proinde eiuſmodi vulgaris non eſſet admittenda contra ma[illegible] teſtatoris, ſecundum eiuſdem Bart. receptam ſententiam, *in d.l. Centurio. num.* 40. Et tamen *in d.l. fin.* non conſtituitur fuiſſe ſubſtitutionem pupillarem inutilem: nec Imperator illam ſubſtitutionem quaſi pupillarem inutilem porrigit ad vulgarem omnino tacitam. Magis enim eam ſubſtitutionem directam dubiam, cuius forma ad pupillarem reſpicere videbatur, intellexit Imperator eſſe vulgarem: quaſi initio ex ipſius defuncti mente producta fuerit vulgaris. Denique in ea ſpecie nemo dubitauerit, interpretationem vulgaris quæ ex verbis veniret, faciendam fore etiam contra matrem teſtatoris, quum vtique vulgaris ſit expreſſa, ſecundum ea quæ oſtendimus *ſuprà in gloſſ. Perſonis.*

Adde, quòd noſtri cap. regula notabilior eſt quàm concluſio illa collecta ex *d.l. fin.* Nam *in d.l. fin.* nõ erat ſubſtitutio ſimpliciter dubia, ſed erat ſubſtitutio directa dubia: quum vtique conſtabat verbis ciuilibus ſubſtitutionẽ eſſe conceptam. Proinde non tam occurrebat dubitatio, vtrùm eſſet directa, an obliqua, quàm occurrebat dubitatio, ad quam, ſcilicet, ſpeciem directæ ſubſtitutionis eſſet referenda, vt Bald. obſeruauit, *in d.l. fin. in* 8. *notab.* & ibi Iaſon *in fin.*

Hæc igitur noſtri cap. regula facit † quod reciproca ſubſti- 4
tutio his verbis concepta: Eoſq; inuicem ſubſtituo: non contineat fideicommiſſariam, vt etiam probare videtur, *in l. iam hoc iure, ibi: In vulgarem tantummodo caſum. ff. de vulgar.* Et ita ſe habet communis opinio ſecundum Alexand. *in l. Lucius, num.* 13. *&* 19. *ff. de vulgar.* & Iaſon *ibidem, num.* 29. & Alciat. *ibidem, num.* 47. & ſequitur ibi Franciſc. Rip. *num.* 40. & Guilielm. Benedict. *in repetitione cap. Raynutius. ſupra eodem, in verb. Si abſque liberis moreretur.* 2. de breuiloqua ſubſtitutione, *num.* 36. quamuis Iaſon vbi ſupra tentauerit in hoc contrarium diſputando defendere, vt tentauit Ioan. Corraſ. *in d.l.2. num.* 5. *C. de impuber. & alijs.* & Curtius Iunior *ibidem, num.* 12. Sed pro communi opinione vltra text. *in d.l. iam hoc iure, & in d.l.2.* dicitur eſſe bonus text. *in hoc cap. Si pater.* quem ad hoc allegauit Philippus Corn. *num.* 1. Dec. *num.* 4. *in d.l.2.*

Pro hac communi & vera opinione Aretin. *in l. ſi plures ſint. num.* 6. *verſic. Et conſidero. ff. de vulgar.* huiuſmodi rationem attulit, videlicet quod ſi hęredes inuicem ſubſtituti fuerunt primo gradu ex diſparibus partibus inſtituti, nõ eſt vero ſimile, quòd teſtator eos voluerit per fideicommiſſum ſubſtituere, *argum. l. Publius. § fin. ff. de condit. & demonſt.* Si verò fuiſſent ex æquis partibus hæredes inſtituti, tunc manifeſtius oſtenditur, non eſſe factam reciprocam fideicommiſſariam ſubſtitutionem, quæ eſſet eluſoria. *l. ab omnibus. § ſi Titio ff. de leg.* 1. quas rationes And. Alciat. etiam attulit *in d.l. Lucius. num.* 47.

Sed hæc Aretini conſideratio non videtur ſatisfacere, quoniam id duntaxat euincit, non videri inuicem factas fideicommiſſarias puras & præſentes. At verò qui contenderet in reciproca contineri fideicommiſſarias, vtique contendere deberet contineri fideicommiſſarias non puras, ſed in mortis tempus dilatas, in quibus ceſſant Aretini rationes. Quippe de huiuſmodi fideicommiſſariis ſubſtitutionibus propria eſt deliberatio in hoc articulo, vti colligitur ex Bartol. *in d.l.2. C. de impuber. & alijs.* Ait enim, quòd in reciproca videbatur contineri vulgaris, videlicet: Si vnus hæres non erit, alter ſit hæres: & etiam fideicommiſſaria: videlicet, vt quandocunque vnus hæres deceſſerit, reſtituat alteri portionem ſuam. Idem & quòd dubitatio propria ſit fideicommiſſaria ſubſtitutione poſt mortem locum habitura colligitur ex notatis per Rip. *in l. Lucius. numer.* 45. *verſiculo, Tertio limita. ff. de vulgari.* Denique hoc eſt, quod contra Aretini rationes ſubobſcurè notauit Philip. Decius, *in l. in teſtamento.* 1. *num* 3. *verſiculo, Sed aduerte. C. de teſtamen. milit.* vbi ſcripſit, quod eius rationes ceſſabant in fideicommiſſo, quod eſſet reſtituendum poſt mortem. Et tamen Philippus Dec. rectam conſiderationem non rectè improbarunt Curt. Iunior *in l.2. num.* 13. *C. de impub. & alijs.* Anton. Rube. *in repet. § quidam rectè. l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. num.* 16. nam per errorem crediderunt, quòd Decius diceret, Aretin. rationes ceſſare in reciproca ſubſtitutione, in qua teſtator mortis tempus expreſſiſſet.

Ex his infero, quomodo vtendum ſit recepta illa ſententia, de qua per Bald. *in l. iam hoc iure ff. de vulgar.* Ioan. Imol. *num.* 12. Alexand. *num.* 19. Franciſc. de Rip. *num.* 45. *verſic. Quinto limitatur. in l. Lucius. ff. de vulgar.* Docent † enim, quòd ſi poſt recipro- 5
cam ſubſtitutionem adiicitur clauſula illa conſueta: Subſtituens eos vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum: tunc reciproca ſubſtitutio ſimpliciter facta continebit fideicommiſſarias. Porrò Alexand. vbi ſuprà, euidenter exprimit,
quòd ſubſtitutus † poterit in hac ſpecie venire per quancunq; 6
voluerit ſubſtitutionem, *argum. l. recuſare. § Titius. ff. ad Trebell.* vt etiam tradit Aret. *in d.l. ſi plures ſint. num.* 6. *ff. de vulgar.* & Anton. Rube. *in repetit. d. § quidam rectè. num.* 17.

Ego vero imprimis conſtituo, quòd fideicommiſſaria reciproca aptanda eſt ad mortis tempus ex intellecta defuncti voluntate. Siquidem Aretini rationes de quibus ſuprà ſuadebũt, nõ ſenſiſſe defunctum de fideicommiſſo reciproco, quod pu-
rum ſit. Nam non eſt nouum, quòd † etſi regulariter fideicom- 7
miſſum, cui expreſſim nec conditio, nec dies adiecta eſt, intelligatur præſenti die datum. *l.1. ff. de condit. & demonſt.* aliquando tamen ex voluntatis coniectura ad mortis tempus referatur. *l. epiſtolam. § mulier. in fin. cum ſimilib. ff. ad Trebell.* Qua interpreta- 8
tione admiſſa, opinor † aduerſus Alexand. & alios, de ſubſtitutielectione non eſſe tractandum, nec poſſe induci text. *in d. l. recuſare. § Titius. ff. ad Trebellian.* Quippe illis verbis; Eos inuicem ſubſtituo: tam vulgaris, quàm pupillaris videbantur fuiſſe expreſſæ.

expreſſæ.*d.l. iam hoc iure.* vt nihil amplius adijcere debeat ſpecialior earum ſubſtitutionum expreſſio facta in ea clauſula, *de qua ſupra.* Quod verò nouè adiectum eſt de fideicommiſſo, ita accipietur, quaſi teſtator dixiſſet: Eos inuicem ſubſtituo: & cùm
9 alter morietur, alteri hæreditatem reſtituat. Sic enim † cùm teſtator filium impuberem inſtituit, adijciens: Et quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo ei Titium vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum: non datur electio Titio: ſed quælibet ſubſtitutio habet locum ſuo caſu & tempore, vt Dyn. reſoluit, & Cyn. quoque eum referens *in l. precib. col. antepen. verſic. quid ſi teſtator. C. de impuber. & alijs.* Alber. *in repetit. rubr. num. 92. verſic. vlterius quærit Dynus. ff. de vulgar.* Raph. Cuman. *in l. Centurio. num. 15.* & Ioan. Imol. *ibidem. num. 24. verſic. Quid autem. ff. de vulgar.* & idem Ioan. Imol. *in cap. Raynutius. num. 195. ſupra eod.* & Philip. Dec. *in d.l. precib. num. 20.* ad quem ſe refert Curt. Iun. *ibidem in num. fin.* Et certè videtur eorum ſententia multò probabilior, quàm diuerſa Bartol. *in d.l. Centurio. nu. 38.* exiſtimantis, eo caſu electionem eſſe ſubſtituti. Tametſi Bartol. ſententiam quaſi communiùs receptam probet Alexand. *ibi, num. 96.* Rip. *num* 171. Lancelot. Galiau. *num.* 485. Quas opiniones diuerſas in hoc articulo retulit nouiſſimè Marc. Ant. Natta *conſil. 395. num. 3. & 4. in 2. parte.*

¶ Adde, quòd hæc ipſa noſtri cap. regula belliſſimè aptabitur etiam ſubſtitutionibus, quas conſtiterit eſſe obliquas.
10 Nam ſi † in fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus facta ſit ſubſtitutio dubia, intelligetur quidem eſſe directa, potiùs quàm ob-
11 liqua. Quum & in fideicommiſſis † poſſit fieri directa vulgaris, & obliqua fideicommiſſaria ſubſtitutio, *l. vt hæredibus. ff. de*
12 *legat. 2.* ergò † ſi hæredem meum rogauero, vt hæreditatem meam reſtituat Titio, & Sempronio: & ita adiecero: Et Titium, & Sempronium inuicem ſubſtituo: hæc reciproca ſubſtitutio non continebit fideicommiſſariam, nec intelligentur Titius, & Sempronius ad inuicem grauati partem fideicommiſſi reſtituere. Sed continebit vulgarem dunraxat directam factam in hæreditate fideicommiſſaria, quaſi ad partem vnius repudiantis alter intelligatur vocatus, & vulgariter ſubſtitutus, argumento huius cap. & *dictæ l. iam hoc iure, coniuncta d.l. vt hæredib. ff. de legat. 2.*

13 ¶ Vnde infertur † verus intellectus ad text. *in l. Scæuola, verſic. quod ſi inuicem. ff. ad Trebellian.* vbi Scæuola reſpondit in principio illius, quòd ſi teſtator codicillis filio impuberi tres hæredes dedit, legitimus hæres impuberis tenetur ſubſtitutis hæreditatem pupilli reſtituere. Quoniam directa ſubſtitutio pupillaris factæ codicillis ad fideicommiſſi cauſſam trahitur. Adiecit Scæuola *in dicto verſiculo.* Quod inuicem, quòd ſi tres pupillo dati hæredes inuicem eiſdem codicillis ſubſtituti fuiſſent, etiam in fideicommiſſo valebat ſubſtitutio, vt vno eorum mortuo, ſuperſtites totum acciperent. Ex quo text. colligit Bartol. poſt Dynum, *in l. Lucius, num. 20. ff. de vulgar.* quòd licet regulariter reciproca ſubſtitutio teſtamento ſcripta in vulgarem duntaxat caſum facta videatur, *dicta l. iam hoc iure. ff. de vulg.* ſi tamen codicillis facta ſit, fideicommiſſariam ſubſtitutionem continet. Huius rei rationem reddit Ioan. Imol. *ibidem num. fin.* quo-
14 niam videlicet, † breuiloqua ſubſtitutio, eo quòd codicillis facta ſit, non poteſt ab initio comprehendere vulgarem, per quam directò hæreditas datur, iuxta regulam poſitam *in dict. l. Scæuola, & in l. 2. C. de codicil. in §. penult. Inſtitut. eodem tit. & in l. quod per manum. & in l. Diui Seuerus. ff. eodem tit.* Hoc idem reſoluit Oldrad. *conſ. 33. Quidam habuit vxorem. num. 2.* & Bald. *in d.l. iam hoc iure. antepenult. quæſt.* vbi ex Cyni ſententia docet, quòd ſi reciproca ſubſtitutio fiat in voluntate, in qua non poteſt fieri, directa, vt in codicillis, tunc continetur fideicommiſſaria, *vt in d.l. Scæuola.* Sed & Curt. Iun. *in l. precibus. num. 55. C. de impuber. & alijs,* de hoc dicit eſſe tex. clarum *in d.l. Scæuola. verſic. Quod ſi inuicem.* Denique hoc quaſi ex omnium receptiſſima ſententia reſoluit Franc. Rip. *in d.l. Lucius. nu. 43.* declarans, quòd hoc caſu reciprocum fideicommiſſum, videtur dilatum in mortis tempus. Allegat tex. *in d.l. Scæuola. in finalib. verbis: Vnoq; eorum mortuo, qui ſuperſunt, totum accipiunt.* In quo expendit, quòd reciproca ſubſtitutio non fuit facta per verba tractum temporis denotantia: & tamen intelligitur eſſe fideicommiſſaria poſt mortem. Et communem opinionem probauit etiam And. Alc. *in d.l. Lucius. num. 21.*

¶ Secundùm quæ ſi codicillis, quos Mæuius faceret ex certa ſcientia, Titium & Sempronium hæredes inſtitueret, & eos inuicem ſubſtitueret, vulgo reſponderetur reciprocam ſubſtitutionem, quæ breuibus verbis facta ſint, trahi debere ad fideicommiſſariam reciprocam, per quã alter alteri rogatus videatur reſtituere portionem hæreditatis poſt mortem ſuam. Licet enim vbi teſtamento facta fuiſſet talis ſubſtitutio, in vulgarem tantummodo caſum facta videretur. *d.l. iam hoc iure. ff. de vulga. & l. 2. C. de impuber. & alijs,* quoniam tamen codicillis facta proponitur, trahi debet ad reciprocam fideicommiſſariam ſubſtitutionem poſt mortem, argumento *dictæ l. Scæuola. verſic. Quod ſi inuicem,* iuncta communi opinione, de qua ſupra mentionem fecimus.

¶ Ego verò † in iudicando & conſulendo hanc opinionem 15
minimè poſſem probare, quam equidem manifeſtè conuincã cum iuris ciuilis rationibus non poſſe congruere, atq; ex falſa interpretatione deſcendere *d.l. Scæuola. verſiculo, Quod ſi inuicem.* Vtiq; enim in hac etiam ſpecie retinendam eſſe cenſeo noſtri cap. regulam, & regulã *d.l. iam hoc iure. & d.l. ſecunda,* vt reciproca ſubſtitutio in vulgarem tãtummodò caſum facta eſſe videatur. Nam Scæuola *in d. verſiculo, Quod ſi inuicem.* minimè intellexit, quòd alter ex hæredibus inuicẽ ſubſtitutis alteri poſt mortem teneretur partem ſuam reſtituere ex fideicommiſſi cauſa, ſed magis intellexit quòd quemadmodum prima ſubſtitutio, quæ filio impuberi fuerat codicillis facta in ipſius impuberis hæreditate, defendi debet benigna interpretatione, valeat iure fideicommiſſi in ipſius impuberis fideicommiſſaria hæreditate: ita etiam ſequens reciproca ſubſtitutio, de qua *in d. verſiculo, Quod ſi inuicem,* quæ iiſdem codicillis facta fuerat in eadem hæreditate pupilli directo, & inutiliter data, defenditur etiam, vt valere debeat in ipſius pupilli fideicommiſſaria hæreditate: ſic
tamen, † vt hæc reciproca ſubſtitutio in fideicommiſſaria im- 16
puberis hæreditate facta in vulgarem tantummodo caſum facta videatur, id eſt, vt vno eorum mortuo ante diem fideicommiſſi cedentem, vel etiam partem iam delatam repudiante: alio quocunq; contingente vulgaris ſubſtitutionis caſu ſuperſtes totum ex vulgari acciperet. Iureconſ. verò *in d. verſic. Quod ſi inuicem, in fine,* inter caſus vulgaris ſubſtitutionis, quàm in fideicommiſſaria hæreditate factam intellexit, ſolius mortis caſum veluti frequentiorem attulit: in quo alij ſimiles caſus deſignari videbantur.

¶ Et quidem Iacob & Alber *in dicta l. Scæuola.* ex Iureconſul. ſententia intellexére, quòd reciproca illa ſubſtitutio erat facta in caſum mortis expreſſum: quaſi reciproca ſubſtitutio his verbis facta fuiſſet. Voſque inuicem ſubſtituo, prout quiſque veſtrum prior morietur. Hanc interpretationem attigit Bartol. etiam *ibidem, nu. 4. verſiculo, Vel poteſt ponere,* intelligens, quòd pater duos filios teſtamento hæredes inſtituerat: & eos codicillis inuicem ſubſtituerat, & vltimò decedens fuerat rogatus alteri reſtituere. Porrò Paul. Caſtr. *ibi. ad fin. verſiculo, Alio.* declarauit ex ſententia Bart. hunc intellectum, quaſi mortis tempus non fuerit expreſſum, ſed ſubintelligeretur. Ponit enim, quòd filij qui teſtamento fuerunt inſtituti, & codicillis poſtea inuicem ſubſtituti, hoc ipſo videbantur inuicem ſubſtitui per fideicommiſſum ita vt qui prior decederet, reſtitueret partem ſuam ſuperſtiti.

¶ Sed profectò hic intellectus longè abeſt à Scæuolæ ſententia, vt idem Caſtrenſ. & Ioann. Imol. *ibidem* rectè concludunt, adhærentes intellectui gloſſ. qui & verus eſt, & communis.

¶ Itaque gloſſ. *in d.l. Scæuola, in verbo, Subſtituti,* rectius intellexit, quòd *ibi* ſubſtituti pupillares fuerunt inuicem ſubſtituti: & conſequẽter facta fuit reciproca ſubſtitutio in pupillari hæreditate. Adiecit gloſſ. quod ſecundùm hoc fuit directa vulgaris, quæ nõ poteſt fieri codicillis, ſed trahitur ad fideicommiſſum. Expende igitur gloſſ. non dixiſſe, quod reciproca ſubſtitutio initio videbatur facta in cauſam fideicommiſſi, quia codicillis facta fuerat: ſed dixiſſe, quod etiam ſi codicillis facta erat, videbatur tamen initio facta in caſum vulgaris, quamuis vulgaris ad fideicommiſſum trahitur. Adde quod Bar. *ibi, num. 4. verſiculo, Gloſſ. ponit,* ex ſententia gloſ. declarat, quod reciproca ſubſtitutio videbatur facta in eo, quod ſubſtituti percipiunt iure fideicommiſſi, vt vno ſubſtitutorum mortuo, alijs totum debeatur. Hæc autem verba communis intellectus perſpicuè, & eleganter explicauit Pau. Caſt. vt certum ſit nihil aliud Iureconſ. ſenſiſſe. Declarauit enim, quod reciproca ſubſtitutio quę in hęreditate pupilli directo data vulgares duntaxat contine-

bat

bat. *l. iam hoc iure.ff. de vulgar.* retinet eaſdem vulgares in eadem pupilli hæreditate fideicommiſſaria: quum & in fideicōmiſſis directa vulgaris rectè fieri poſſit, *dicta l. vt hæredibus.ff.de legat. 2.*

¶ Secundùm hanc veriſſimam interpretationem res ad eos terminos perducitur, *in dicta l. Scæuola, verſiculo, Quod ſi inuicem*, in quibus planè foret, ſi teſtator ciuilis ita dixiſſet: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, rogo legitimum eius hæredem vt hæreditatem pupilli reſtituat, Titio, Mæuio, & Sempronio, quos inuicem in hac fideicommiſſaria hæreditate vulgariter ſubſtituo.

¶ Quare ſi ante diem fideicommiſſi cedentem vnus ex his mortuus fuiſſet, ita vt partem ſuam ad hæredem iure tranſmittere non poſſet, ſuperſtites totum fideicommiſſum à legitimo pupilli hærede acciperent, quoniam ad partem mortui admitterentur iure directæ vulgaris. Quod ſi vnus ex his partem ſuam ſemel agnouiſſet, nihil amplius quærendum eſſet de fideicommiſſo circa hanc partem, quam is liberè, & ſine vllo
17 fideicommiſſi onere accepiſſet. Siquidem reciproca † ſubſtitutio, quæ in vulgarem duntaxat cauſam facta proponeretur, agnito ſemel fideicommiſſo, expiraſſe videretur, argumento, *l. poſt aditam. C. de impuber. & alijs. l. ſi legata. C. de legat. coniuncta d. l. vt hæredib. ff. de leg. 2.* Hoc eſt, quod ſubobſcurè admodum circa *dict. l. Scæuola, verſiculo, Quod ſi inuicem*, attigit Alber. in repetitione *Rubr. num. 82. verſiculo, Sed tunc quæro ff. de vulgar.* Quamuis enim illius ſcripta corrupta ſint, manifeſtè tamen loquitur in reciproca ſubſtitutione codicillis facta. Præterea allegauit text. *in dicta l. poſt aditam*, in hanc ipſam ſententiam, quam etiam videtur confirmaſſe argumento pupillaris directæ, quę ſimiliter codicillis facta fuiſſet. Vt enim ibi fideicommiſſum expiraret, adueniente pubertate filij, ad exemplum directæ pupillaris. *l. quod fideicommiſſum ff. de legatis. 1.* ita putat, vulgarem ſubſtitutionem, quæ facta erat in hæreditate, directo data, quum valeat in fideicommiſſaria hæreditate, ita expirare deberet, agnito ſemel fideicommiſſo, vt expiraret, ſi hæreditas directo data ſemel fuiſſet agnita, *dicta l. poſt aditam.* Quod ipſum docuiſſe videtur Angel. Aret. *in princ. num. 4. Inſt. de vulgar. ſubſtitut.*

¶ Vnde colligo excuſari debere Accurſij verba *in dicta l. Scæuola, in penult. ſi vel.* qua parte docuit, vulgarem ſubſtitutionem directam, quæ codicillis fieri non poterat, ad fideicommiſſum trahi. Nec enim dicendum eſt, quod vulgaris ipſa ſubſtitutio abſurde conuertatur in obliquam, vt is, cui vulgaris directa facta eſt, cenſeatur fideicommiſſo oneratus. Quin potius dicemus, quòd directa vulgaris, quę in hęreditate directò data codicillis fieri nequitit, trahitur ad hæreditatem fideicommiſſariam. Nam reciproca directa debuit ex defuncti voluntate quoad fieri poſſet, retineri, vt & in fideicommiſſo in vulgarem tantummodò caſum facta videretur. Quod ita Scæuola argutè ſignificaſſe exiſtimo, cum ſcripſit: Et in fideicommiſſo ſubſtitutionem valere. Item cùm dixit in fine: Vnoq; eorum mortuo, qui ſuperſunt totum accipiunt. Quibus verbis ſignificatur ſe loqui, quando vnus fuit mortuus antequam dies fideicommiſſariæ hæreditatis ceſſiſſet, & antequam ſubſtituti fideicommiſſum accepiſſent. Alias enim Iureconſ. nó dixiſſet, quod totum accipiunt, ſed dixiſſet, quod vno mortuo, eius partem qui ſuperſunt, accipiunt.

¶ Hinc tandem colligo ad deciſionem propoſitæ quæſtionis, quòd planè legitimus hæres Mæuij qui codicillos fecerat, obligaretur fideicommiſſo ad reſtituendam Mæuij hæreditatem Titio & Sempronio. Et ſi Titius viuo Mæuio, qui codicillos fecit, mortuus eſſet, ſuperſtes Sempronius totam hæreditatem à legitimo hærede acciperet. Quòd ſi Titius partem ſuam ſemel accepiſſet, & deinde prior Sempronio vita decederet, nihil ab hærede Titij Sempronius petere poſſet. Quoniam reciproca ſubſtitutio in vulgarem tantùm, modo caſum facta videbatur. Sic apparet omnes auctores, quos ſupra allegaui, falsò collegiſſe *ex d. l. Scæuola. verſ. Quod ſi inuicem*, quòd ſi reciproca ſubſtitutio in codicillis facta, non videtur facta in caſum vulgaris directę, & quod videbatur eiuſmodi ſubſtitutio eſſe reciproca fideicommiſſaria in caſum mortis facta.

18 ¶ Adde tamen † quòd eorum auctorum opinio fortaſſis poterit excuſari in exquiſita quadam ſpecie, ſi videlicet, omninò vitem⁹, & egrediamur terminos *d. l. Scæuola.* Pone enim, quod teſtamento ritè facto inſtitui Titium & Sempronium: deinde codicillis ſeorſum factis ita ſcripſi: Titium & Sempronium inuicem ſubſtituo. Nempe quia hæreditas directò data eſt, iure facto teſtamento, atque ideò verſatur in primo gradu vtiliter, prout directo data eſt, non poſſemus ex Scæuolæ ſententia inducere, vt valeat directa vulgaris in fideicommiſſo. Nec eſt poſſibile directam ipſam vulgarem, retento caſu vulgari, in fideicommiſſariam conuertere. Certè ſi ea conuerſio verbis exprimeretur, inepta fieret, vt alias ſcribit Martianus Iureconſultus *in l. iam dubitari. ff. de hæredibus inſtituendis.* Stante enim teſtamēto, quo ijdem Titius & Sempronius, iure ſunt inſtituti, hæc ſubſtitutio: Si Titius hæres non erit, ſit hæres Sempronius: his verbis deberet conuerti in fideicommiſſariam: Si Titius hæres non erit, rogo Sempronium, vt ſibi ipſi hæreditatem reſtituat: quod eſſet impoſſibile, & ridiculum, vt alias docet Phil. Corn. ex ſententia Dyn. & Ioan. And. quos ibi refert, *in l. 2. num. 1. C. de codicil.*

Quapropter in hac ſpecie, ne reciproca ſubſtitutio codicillis facta omninò pereat, vtcunque aptari poterit interpretatio fideicommiſſariæ: vt alteri poſt mortem videatur rogatus hæreditatem reſtituere, argumento *l. quoties. ff. de reb. dub.* Et huic ſpeciei applicari poteſt doctrina Ioan. Imol. *in d. l. Lucius. n. fin. ff. de vulgar.* quatenus dicebat, quod reciproca ſubſtitutio codicillis facta ab ipſo initio videtur facta in caſum fideicommiſſi: quoniam in caſum vulgaris fieri non potuit. Deniq; auctoritas Bart. in *d. l. Scæuola, n. 4. verſ. Vel potes ponere.* in huius ſententiæ fauorem adduci poteſt. Siquidem in his propriè terminis loquutus eſt, vt induceret fideicommiſſariam ſubſtitutionem in tēpus mortis dilatam, ſecundū ea, quæ interpretatus eſt ibi Paul. Caſtr. *in verſ. Alio modo.*

¶ Ex quibus † infero, quòd reciproca ſubſtitutio adeò referetur ad directam vulgarem, non verò ad obliquam fideicommiſſariam, *iuxta d. l. iam hoc iure. & noſtri cap. regulam*, vt id procedat quamuis teſtator eodem teſtamēto adiecerit clauſulam codicillarem. Hoc ex Bal. ſententia *conſ. 318. Quidam Nicolaus, li. 5.* præcepit Philip. Dec. *in d. l. precib. num. 18. C. de impuber. & alijs*, dicens hoc eſſe notandum, quia quandoq; etiam viri doctiſſimi in hoc decipiuntur. Illud verò conſilium Bal. in libris, qui modò circumferuntur, eſt *in conſil. 170. Quidam Nicolaus, lib. 5. numer. 10.* 19

¶ Sed Lancelot. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio. ff. de vulgar. num. 300.* cōtra Phil. Dec. ſcribit, quòd ipſe valde ſe decipit in hoc: quoniam contrarium (inquit) voluerunt Raph. Fulgoſ. Paul. Caſtr. & Philip. Corn. *in l. ſi frater. C. de fideicommiſſ.* & Soc. *conſil. 6. in volum. nono: quod conſilium hodie circumfertur Incipit, In præſenti conſultatione, numer. 9. in 3. volum.* Hoc idem aduerſus Philipp. Dec. probat Rip. *in dicta l. Lucius. num. 45. ff. de vulgar.* ſi clauſula codicillaris ſit in futurum concepta: videlicet, iſta, ſi teſtamētum non valet, vel non valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, iuxta doctrinam Bal. *in l. verbis ciuilibus, colum. 2. ff. de vulgar.* Ex qua ita debet declarari text. *in d. l. ſi frater. C. de fideicommiſſ.* Et hanc eſſe communem opinionem reſoluit Alex. *in dicta l. verbis ciuil. n. 2.* & Curt. Iun. ibi, *nu. 54.* & Reuerendiſſ. DD. Couarruu. *in cap. Raynutius. §. 1. num. 4. ſupr. de teſtam.* Idem etiam probauit Sebaſtia. Sapia. *in repet. l. 2. nu. prin. C. de impub. & alijs.* vbi & Ioan. Corraſ. *n. 16.* putauit hanc eſſe communem opinionem, à qua tamen cum Philip. Dec. recedit. Sed & Hieron. Grat. *conſil. 8. Illuſtris, num. 10. cum ſeq. lib. 2.* Phil. Dec. opinionem improbat.

¶ Ego in primis aduerto, quæſtionem duntaxat procedere: ſi reciproca ſubſtitutio continebat etiam pupillares, iuxta *d. l. iam hoc iure*: non verò ſi vulgares duntaxat exprimebat, vt in ſequenti articulo adnotabo. Præterea etiam eo caſu, quo reciproca ſubſtitutio contineret pupillares, adhuc Phili. Dec. ſententia mihi probabilior videtur: quam & Bald. auctoritatem habeat, & manifeſtam rationem. Siquidem teſtator non videtur in reciproca fideicommiſſariam excluſiſſe, quòd eam facere non poſſet: ſed quoniam non intelligitur voluiſſe onerare hæredes fideicommiſſo. Quid ergò attinet interpretari, quòd ſi adiecit clauſulam codicillarem, etiam in futurum conceptam, inducatur fideicommiſſaria in mortis tempus? Nempe in futurum valebit teſtamentum, & in eo contenta valebunt, prout teſtator voluit, etiam ſi fideicommiſſum non inducatur. Denique pro Philippi Decij, ſententia ſequens argumentum affero, videlicet, quòd clauſula codicillaris ad ſummum poteſt hic extorquere, vt res ad eos terminos redigatur, in quibus futura eſſet, ſi reciproca ſubſtitutio codicil-

dicillis facta fuiſſet. Ego verò oſtendi, quòd etiamſi codicillis
fiat reciproca ſubſtitutio, non ideò eueniet, vt alter alteri cen-
ſeretur rogatus poſt mortem reſtituere fideicommiſſũ, *d.l. Scæ-
uola.verſ. Quod ſi inuicem.* ſecundùm veram, & cõmuné interpreta-
tionem. Sed etſi aliquo caſu recipi potuit, vt reciproca ſubſti-
tutio codicillis facta ad fideicommiſſum traheretur, id nimirũ
concederetur, ſi quando oſtenderetur voluntas referentis re-
ciproca ad fideicommiſſarias, ex eo, quòd eadem reciproca
nullatenus initio comprehendere potuit vulgares. Nec oberunt au-
ctoritates in contrarium allegatæ, quoniam reſpondendũ eſt,
vt in ſequenti articulo conſtabit.

20 ¶ Eadem noſtri cap. regula facit, vt ſi † Titium hæredem inſti-
tuero, & ita adiecero: Filio Sempronium ſubſtituo: huiuſ-
modi ſubſtitutio intelligatur directa vulgaris; non verò obli-
qua fideicommiſſaria. Et hoc notauit Bal. dicens ſe extra ſcho-
las à Bart. id didiciſſe *in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 2. ff. de liber. &
poſthum.* vbi Alex. *num. 6.*

¶ Amplia hanc concluſionem procedere, etiãſi teſtamen-
to adijceretur clauſula codicillaris: quia non idcircò induce-
retur fideicommiſſaria ſubſtitutio, iuxta ſententiam Bald. *in d.
conſ. 170. Quidam Nicolaus, in lib. 2. col. fin.* & Philip. Dec. *in d.l. pre-
cib. n. 18.* qui voluit conſulere in caſu, in quo in effectu erat ſub-
ſtitutio vulgaris, quòd propter clauſulam codicillarem habe-
ret locum fideicommiſſaria.

¶ Sed Lancelo. Galiaul. *in repet. d.l. Centurio. d. num. 300.* ſcri-
ptum reliquit, quòd quicquid dicat Philipp. Dec. ipſe allegat
Raphael. Fulgoſ. Paul. Caſt. & Philipp. Corn. *in d.l. ſi frater. C. de
fideicommiſſ.* volentes, quòd reciproca ſubſtitutio etiam ſimpli-
citer facta per clauſulam codicillarem trahatur ad fideicom-
miſſariam, & ſimiliter illa ſimplex ſubſtitutio: Titium inſtituo
& Caiũ ei ſubſtituo: adiecta prędicta clauſula codicillari, trahi
debeat ad fideicommiſſum. Quam deciſionem dicit ſequi Soc.
in d. conſ. 6. in 3. vol.

¶ Ego autem animaduerto, quòd vbi ſimplex eſt ſubſtitutio
videlicet: Titium inſtituo, & Caium ei ſubſtituo, quo caſu ſola
eſt vulgaris, tunc ſine vllo colore introducetur fideicommiſ-
ſariæ ſubſtitutionis interpretatio propter clauſulam codicilla-
rem, vt ſupra fuit reſolutum in reciproca ſubſtitutione. Sed ſi
Titius, cui ſubſtitutio facta eſt, fuerit ex liberis impuberibus,
cui pater iure patriæ poteſtatis potuit pupillariter ſubſtituere,
& ita ſcriptum ſit: Titium inſtituo, & Caium ei ſubſtituo: certè
21 hoc caſu duplex † eſt ſubſtitutio, ſcilicet, vulgaris, & pupilla-
ris, *argumento l. iam hoc iure. ff. de vulgar.* & ſecundùm Bartol. do-
ctrinam *in d.l. Centurio. num. 32. in fin. ff. de vulg.* Alex. *in l. Gallus.
§. quidam rectè. num. 6. ff. de liber. & poſthum.* communiter appro-
batam, vt *ſupra* fuit reſolutum *in glo. pupillares. in 4. q.* Qua ratio-
ne in hac poſteriore ſpecie, ſi clauſula codicillaris adijceretur,
non ſine aliquo colore induceretur quæſtio fideicommiſſariæ
ſubſtitutionis. Nam cùm pupillaris expreſſa intelligatur, quæ
in ſecundum caſum, & mortis tempus concipitur, argumento
clauſul. codicillaris, quæſtio introducetur, vtrum ſubſtitutio
fideicommiſſaria facta intelligatur locum habitura, & ſi poſt
pubertatem idem filius deceſſerit. Deniq; Philip. Corn. *in d.l. ſi
frater, in verſ. Sed Raph.* & Soc. *in d. conſ. 6. in 3. par. nu. 9.* in hac ipſa
ſpecie loquuntur.

¶ Et mihi etiam in hac ſpecie videtur, non eſſe interpretan-
dum, quòd teſtator de fideicommiſſo ſenſerit, ſecundùm ra-
tiones Bald. *in dicto conſil. 190.* & Philip. Dec. *in dicta l. precib. nu-
mer. 18.* Nec rectè allegatur auctoritas Rapha. Fulgoſij & Paul.
Caſtr. in contrarium *in d.l. frater, C. de fideicommiſſ.* quoniam nihil
tale ſenſiſſe videri poſſunt. Gloſſ. etenim fin. *in d.l. ſi frater.* intel-
ligebat eum tex. quòd ibi ſubſtitutio fuerat pupillaris, videlicet,
vt ſi filius poſt pubertatem decederet, alter filius ei eſſet hæres.
Verba autem fideicommiſſi fuerant huiuſmodi: Volo prædi-
ctam ſubſtitutionem valere iure fideicommiſſi quandocunq;
filius deceſſerit. Sed Raph. Fulgoſ. ibidem intellexit, quòd pu-
pillaris ſubſtitutio non fuit reſtricta ad ętatem pupilla. ſed fuit
ſimpliciter facta ſine temporis præfinitione, his videlicet, ver-
bis: Quandocunq; filius meus deceſſerit alter ei hæres ſit. Pro-
inde in pupillari ſubſtitutione longius pubertate tempus teſta-
tor expreſſit: quo caſu finienda erat pubertate ſubſtitutio. *l. in
pupillari. ff. de vulg.* niſi verba fideicommiſſi contrarium ſuaſiſ-
ſent. Sic induxit eum tex. *in d.l. ſi frater,* pro Bald. ſententia *in d.l.
verbis ciuilib. ff. de vulg.* quam ſuperius communiter eſſe appro-
22 batam reſoluimus: vbi ſcripſit Bal. quòd ſi † compendioſa ſub-
ſtitutio fiat verbis directis, valet poſt pubertatem iure fideicõ-
miſſi, ſi clauſula codicillaris ſit adiecta. Sic etiam Paul. Caſtr. *in
d.l. ſi frater,* ex Raphael. Fulgoſ. ſententia hoc ipſum intellexit.
Denique idem Raphael Fulgoſ. *conſ. 43. in primo. num. 3.* hoc eti-
am modo intellexit tex. *in d.l. frater,* dicens, quòd ibi ſubſtitu-
tio pupillaris comprehendit longius tẽpus, quàm eſſet pupil-
laris ætas, vt ſonat ibi litera. Vnde apparet, quòd Phil. Corn. *in
d.l. ſi frater,* non rectè intellexiſſe videtur Fulgoſium, dum con-
tra Paul. Caſt. notat, Fulgoſium loqui etiam quando teſtator
ſubſtituit ſimpliciter per verba directa: quæ verba (inquit) ve-
rificantur in directa ſubſtitutione: & ſic comprehendunt vul-
garem & pupillarem ſubſtitutionem, *l. iam hoc iure. ff. de vulgar.*
Sed profectò Raphael Fulgo. locutus eſt & intellexit idipſum,
quod ſupra explicauimus, nec quicquam ſenſit de ſubſtitutio-
ne pupillari facta: prout Phil. Corn. incautè interpretatus eſt.
Præterea quum Raphael Fulgoſ. manifeſtè expreſſerit, ſe loqui
in ſubſtitutione facta verbis directis, vix poteſt applicari ſpe-
cies *d.l. iam hoc iure ff. de vulg.* quæ procedit in verb. Subſtituo; quod 23
eſt commune. Quippe † ſi ita eſſet ſcriptum, Filio meo Titius
hæres eſto: iam verba non continerent vulgarem, vt colligitur
ex eodem Philip. Corn. *in l. precibus. num. 10. C. de impub.* & alijs.
Denique apparet auctoritatem Raphael. Fulgoſij allegari non
potuiſſe pro hac parte, & multò minùs auctoritatem Paul. Ca-
ſtrenſ. Sic ſola manet Philip. Corn. auctoritas, qui per errorem
credidit, id ſenſiſſe Raph. Fulgoſ. Quare in propoſita quæſtio-
ne dicendum eſt, verbis quidem expreſſas videri vulgarẽ & pu-
pillarem ſubſtitutiones duntaxat, non verò fideicommiſſariã.
Et licet vbi teſtator expreſſiſſet velle ſe vt ſubſtitutio valeat iu-
re fideicommiſſi, poſſet recipi id quod Phil. Cor. quaſi ex Ful-
goſij ſententia tentauit, certè vbi eſſet clauſula codicillaris, non
idem probari conueniet.

¶ Quid ergò ſi teſtator ita ſubſtitutionem concipiat: Titium
inſtituo, & Caium ei ſubſtituo vulgariter, & per fideicommiſ-
ſum? An ſi cùm Titius eſſet filius impubes ita dixerit: Titium
inſtituo, & Caium ei ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per
fideicommiſſum? Reſpondeo, diuerſam fideicommiſſariæ
ſubſtitutionis interpretationem adhibendã videri in his ſpe-
ciebus. Nam in † priore ſpecie fideicommiſſaria ſubſtitutio 24
præſens videbitur, vt ſit in electione Caij ſubſtituti, vtrum ve-
lit magis ſuccedere ex vulgari ſubſtitutione, ſi Titius repudiet:
an verò malit eum compellere, vt adeat, & deinde ſibi reſti-
tuat. *l. recuſare. §. ſi Titius. ff. ad Trebellian.* In altera † verò ſpecie 25
hęredis filij impuberis fideicommiſſariam interpretor in mor-
tis filij tempus eſſe dilatam. Vtor ad hoc Bald. iudicio *in l. hu-
manitatis. numero 54. verſiculo, Secundò quæritur. C. de impuber.* &
alijs, vbi in hac ſubſtitutione: Filio meo Titium ſubſtituo: in
qua planè directa cõtinebatur, locum habitura in caſum mor-
tis filij, putauit Bald. etiam fideicommiſſariam contineri, quæ
in mortis quoque tempus dilata intelligeretur. Sed etſi Bal-
di ſententia communiter ſit improbata, quoniam fideicom-
miſſaria in ea ſpecie, de qua Baldus loquitur, non continetur
vt reſoluit Alexand. *in l. Gallus. §. quidam rectè. numer. 6. ff. de li-
ber. & poſthum.* Illud certè ex Bal. ſententia rectè deducendum
videtur, vt ſi quando teſtator de fideicommiſſo ſenſiſſe ap-
pareat, interpretari debemus eum de huiuſmodi fideicom-
miſſo ſenſiſſe, quòd filium non oneret, niſi in caſum mortis e-
ius, & conſequenter ſub tacita conditione, ſi ſine liberis dece-
deret, de qua *in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. l. cum auus. ff. de
conditionibus & demonſtrat.* Quod etiam ſentiunt apertius Io-
an. Imol. & Ludouic. Roman. *in dicta l. recuſare. §. Titius. ff. ad
Trebellian.* Idem aliud agens verum eſſe credidit Barthol. Soc.
in dicto conſil. 6. num. 2. verſic. Secundò. lib. 3. Tandem in ea ſpecie
magis probarem diſtinctas eſſe ſubſtitutiones: vt fideicommiſ-
ſaria locum non haberet, niſi poſt pubertatem, decedente fi-
lio: nec eſſet in ſubſtituti electione confundere ſubſtitutiones
& vnam eligere, & alteram amittere. Tametſi ſecundùm com-
munem opinionem reſpondendum foret, quod etiamſi filius
in pupillari ætate decederet, poſſet Caius ſubſtitutus, ſi vellet,
ex fideicommiſſaria ſuccedere, quemadmodum reſoluit Lan-
cel. Gallaul. *in repet. d.l. Centurio ff. de vulg. num. 487. verſ. Secunda
concluſio, cum ſequentib.*

¶ Item ex regula † noſtri cap. deduxit Philip. Corn. *in d.l. pre-* 26
cibus, num. 58. verſiculo, ſed poſſit. C. de impuber. & alijs, quòd ſi pa-
ter filiam inſtitueret in re certa; dato cohærede vniuerſali, &
deinde ita adijceret: Quandocunque filia deceſſerit, ſubſtituo

Titium

Titium : Si filia viuo patre decederet, Titius admitteretur ex
vulgari ad rem illam certam : vt non ſolùm expreſſa videatur
pupillaris, ſed etiam vulgaris, argumento noſtri tex. *in hoc cap. ſi
pater*, in ratione ſui , quæ eſt generalis ad directam vulgarem,
prout ad pupillarem.

¶ Poſtremò , argumento eiuſdem regulæ circa eandem
27 ſubſtitutionem vulgarem videtur dicendum , † quòd quem-
admodum in obliqua ſubſtitutione facta ſimpliciter hæredi,
eidemque legatario non venit , non ſolùm portio hæreditatis
directò relicta hæredi , ſed etiam prælegatum eidem antea re-
lictum, *l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebellian.* Ita quoque i-
dem dicendum ſit in directa vulgari ſubſtitutione ſimpliciter
facta , vt venire etiam debeat prælegatum antea relictum: tum
quia directa vulgaris ſubſtitutio facilius ſuſtineri , & adiuuari
debet , quàm obliqua : tum maximè , quia etiam in legatis &
fideicommiſſis , ſubſtitutio vulgaris fieri conſueuit. *l. vt hære-
dibus. ff. de legat. 2. coniuncta l. Scæuola, in verſiculo, Quòd ſi inuicem.
ff. ad Trebellian.* iuxta verum illius intellectum , ſuperius in hac
ipſa gloſſ. explicatum. Proinde ſi quis Caium , & Mæuium
hæredes inſtituerit , & Mæuio fundum prælegauerit : deinde
verò ita ſcripſerit : Mæuio Titium ſubſtituo : dubitatum eſt ,
vtrum Mæuio quaſi hæredi duntaxat , an etiam quaſi legata-
rio Titius vulgariter ſubſtitutus videatur , & quòd intelliga-
tur facta ſubſtitutiò vulgaris in ſola hæreditate , & vt hæredi
Mæuio, non verò in legato vti legatario, frequentius recep-
tum videtur , *argumento l. miles. §. pro parte, ff. de legat. 2. l. Sex-
tiliam. ff. de legatis 3.* Hoc docuerunt gloſſ. & Bartol. *numero. 2.*
Angel. Ioann. Imol. *num.* 11. Socin. *num.* 4. & Claudius, *numer.* 3.
in dicta l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad Trebellian. Andr. de Pi-
ſis, Bartol. Bald. Paul. Caſtrenſ. *in dicta l. miles. §. pro parte* : con-
ſtatque hanc eſſe communem opinionem ex Bald. *in tractatu
Subſtitutio. Rubr. de vulgari, numer.* 131. Ioann. Corraſ. *in l. cùm vi-
rum, numer. 65. C. de fideicommiſſ.* Nicol. Boëri. *deciſio.* 208. *numero*
6. Guilielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, ſupra eod. in verbo, Si
abſque liberis. 2. De vulg. nu.* 114. Didaco Segur. *in l. cohæredi. §. cum
filia, num. 203. ff. de vulg.*

¶ Sed tamen, his non obſtantibus, ratio in contrarium tra-
here videtur , vt in directam vulgarem ſubſtitutionem , quæ
nō grauat, facilius interpretemur cadere etiam legatum antea
factum: ſi vtiq; in fideicommiſſariam quæ grauat, receptiſſimū
eſt cadere idem legatum antè relictum, *d. l. Marcellus. §. quidam
liberis. ff. ad Trebel.* Et ita verius eſſe exiſtimauerunt Dyn. & Alb.
in d. l. Sextiliam. ff. de leg. 3. vbi non diſtinxerunt vulgarem ſubſti-
tutionem à fideicommiſſaria. Idem ſenſit Guilel. de Cuneo *in
d. l. precibus, col. 9. n. 16. in verſ. Sed iuxta hoc quæro. C. de impub. & a-
lijs*, & expreſſim docuit Alb. *in repet. Rub. n. 21. ff. de vulg* Alex. *in d.
l. Marcellus. §. quidam liberis. nu.* 4. Raph. Fulgoſ. *num.* 4. & Philip.
Corn. *in fin. in d. l. cùm virum.*

28 ¶ Quæ ſententia maximè † procederet quando compendio-
ſa ſubſtitutio eſſet facta hæredibus inſtitutis, qui prælegata ac-
ceperant, vt quia teſtator ita dixerit: Si aliquis hæredum meo-
rum ſine liberis deceſſerit, Titium ſubſtituo. In qua ſpecie, A-
lex. *conſ. 76. Viſo teſtamēto, lib.* 2 concludit ſubſtitutionem factā
videri etiam in prælegatis. Nam ſi negari nō poteſt, quin fidei-
commiſſaria incluſa in compendioſa habitura ſit poſt puber-
tatem locum etiam in prælegatis, vt ipſi ex recepta ſentētia do-
cent: conſequens eſt dicere, vt ſi de vulgari tractetur, puta quia
hæres viuo teſtatore deceſſerit, neceſſariò ſubſtitutionem in-
telligamus factam videri etiam eiſdem prælegatis: ne fiat diui-
ſio voluntatis, *arg. l. iam hoc iure, verſ. Sed ſi alter. ff. de vulg. l. qui fi-
liabus: in princ. ff. de legat.* 1.

29 ¶ Non obſtat † text. *in dicta l. miles. §. pro parte. ff. de legatis.* 2.
Quoniam , etſi Papinianus Iureconſul. ibi intelligeret, ſubſti-
tutos, de quibus ibi, videri vulgariter ſubſtitutos non ſolùm in
hæreditate, ſed etiam in prælegato , nihilominus reſpondere
debuit , quod pars hæreditatis pertinebat ad vulgares ſubſti-
tutos : ſed præceptionum portiones , quæ pro parte cohære-
dum conſtituiſſent , ad hæredem tranſmittebantur. Ita enim
conſtituendum eſt, quòd ſi hæredi eidemque legatario, ſub-
ſtitutio vulgaris fiat, quæ vtique facta videatur tam in hære-
30 ditate, q̃ in legato, contra communem ſententiam , duplex †
31 quidem & diſtincta intelligitur eſſe directa ſubſtitutio vulga-
ris. Quoniam † ſi hæres, viuo teſtatore, deceſſerit , vtriuſque
ſubſtitutionis vulgaris conditione exiſtente , admittetur ſub-
ſtitutus ex vtraque ſubſtitutione tam ad hæreditatis portionē,
quàm ad prælegatum. Idem etiā reſpondendum , ſi mortuo te-
ſtatore, hæres repudiet legatum, & hæreditatem. Quòd ſi † hę- 32
res, mortuo teſtatore, ſtatim deceſſerit , antequam quicquam
ſuper legato aut hæreditate conſtituerit, ſubſtitutus admitte-
tur ad partem hæreditatis: quaſi extiterit conditio illius ſubſti-
tutionis vulgaris, quæ hæredi mortuo, vt hæredi facta fuerat:
nec ſimiliter admittetur ſubſtitutus ex altera ſubſtitutiōe vul-
gari, quæ erat facta in legato : quòd videlicet reſpectu legati
non extiterit vulgaris ſubſtitutionis conditio. Cùm enim hæ-
res † decedit antequam hæreditatem adeat, facit locum vulga- 33
ri ſubſtituto : quia ad hæredem non tranſmittit hæreditatem
non aditam. *l. vnica. §. in nouiſſimo, & §. cùm igitur. C. de cadus. toll.*
Sic illa conditio vulgaris ſubſtitutionis : Si hæres non erit: in-
telligitur exiſtere, ſi inſtitutus ante aditam hæreditatem dece-
dat, vt probatur *in d. §. pro parte.* Non idem dici poteſt in vulga-
ri ſubſtitutione, quæ eidem hęredi vti legatario facta ſit. Quo-
niam conditio eius ſubſtitutionis nō exiſtit, ſi legatarius mor-
tuo teſtatore decedat etiam anteaquàm legatum agnoſcat. V-
tique enim decedit poſt diem legati cedentem: & conſequenter
tranſmittit legatum in hæredes , vt interim ſubſtituto vulgari
locus non fiat, ſecundùm Bald. *in l. ſi filius hæres. ff. de liber. & poſt-
hum.* Rapael Cuman. *in l. vt hæredib. ff. de legat.* 2. Ang. de Perigl.
in repetitione l. in ſuis. num. 157. ff. de liber. & poſthum. Philip. Corn.
in l. ſi legata, in fin. C. de legat. Ergò Papinianus rectè diſtinxit por-
tionem hæreditatis à portione præceptionum: non eo quòd in
præceptionibus vulgaris ſubſtitutio facta nō videretur: ſed eo
quòd conditio vulgaris ſubſtitutionis facta in hęreditate exti-
terat: verum non extiterat conditio ſubſtitutionis, quæ facta
eſſet in præceptionibus. Denique ſi hæres repudiaſſet præce-
ptionum partem in ſe tranſmiſſam , tunc vulgaris ſubſtitutus
admitteretur. Quod ita videtur interpretatus fuiſſe Raph. Cu-
man. *in d. §. pro parte.*

¶ Non obſtat † text. *in dicta l. Sextiliam* : quoniam agnoſci- 34
mus, ſubſtitutionem quæ ibi ſimpliciter facta eſt Martio, non
videri factam in prælegatis, vt ea in ſolidum ſubſtitutus capere
poſſit : quin potius prælegata ipſa cum reliqua hæreditate in-
telliguntur confuſa, & pro virilibus portionibus ad omnes hę-
redes pertinebunt. Quapropter etiam ſi maritus ibi, viuo teſta-
tore, deceſſiſſet, Sextilia filia quę Martio fuerat ſubſtituta non
poſſet admitti ex vulgari ſubſtitutione, quæ Martio vt hæredi,
non vt legatario facta fuerat.

¶ Sed etſi Iureconſultus ita reſponderit, Sextiliam filiā non
fuiſſe in legatis ſubſtitutam, non idcircò iuris noſtri præcepto-
res diſtinguere debuiſſent circa intellectum illius text. vulga-
rem directam à fideicommiſſaria obliqua. Nam quod ibi Scæ-
uola reſpondit in directa ſubſtitutione , reſponſurus quoque
fuit etiam in obliqua, ſi videlicet, teſtator dixiſſet, Martio ſub-
ſtituo per fideicommiſſum Sextiliam: ita vt æquè non videtur
ſubſtituta per fideicommiſſum prælegatis : Etenim animad-
uertendum eſt , quòd ibi teſtator nondum certas ſpecies præ-
legauerat Martio: ei ſimpliciter Sextiliam filiā ſubſtituit. Planè
† etiam in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſimpliciter facta re- 35
ceptiſſimum eſt, quòd non videtur facta in pręlegatis, quę po-
ſtea in eadem ſcriptura fuerunt relicta, vt per gloſſ. verbo, Hæ-
reditariam, & omnes ibi *in dicta l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad
Trebellian. per gloſſ. magnam in dicta l. cùm virum. C. de fideicommiſſ.*
facit text. ſingularis iuncta gloſſ. *ibidem in verbo debere. in l. Titia.
ff. ad legem Falcid.* & reſoluunt hanc eſſe communem opinio-
nem Alexand. *in dicto §. quidam liberis. num.* 4. Philipp. Corn. *col.*
2. Ioan. Corraſ. *num. 39. in d. l. cùm virum.* & eleganter Curt. Iun.
in conſil. 13. Ex præfata. num. 2. & 3. Iaſon *conſil. fin. vol. 4. in verb. Im-
primis. & nouiſſimè* Greg. Lup. *in l. fin. tit. 5. part. 6. in gloſſ. magna*, &
Anton. Gomez. *de vltim. voluntatib. tit. 5. de ſubſtitutione fideicom-
miſſaria. num. 18. in fin.* & Marc. Anton. Natta *conſil. 320. & 321. n.
1. in 2. parte.* Et ab hac communi opinione & diſtinctione non
videtur recedendum: tametſi Raphael Cuman. *in d. §. quoniam
liberis. num.* 5. & Sal. *in d. l. cùm virum. num.* 3. contradicant , exiſti-
mantes nihil referre, vtrum prælegata præcedant, an verò ſub-
ſequantur fideicommiſſum: ſed duntaxat eſſe conſiderandum
nunquid teſtatoris & fideicommiſſi verba ſint apta compre-
hendere prælegata, vel non , quam ſententiam ſecuti etiā fue-
runt Franc. Rip. *in l. hæredes mei, §. cùm ita. n. 43. ff. ad Trebell.* & no-
uiſſimè Maria. Soc. Iun. *in conſ. 107. Conſulus altas. nu. 36. in 3. par.*
falſo negantes priorem ſententiam eſſe communem. Igitur ex-
emplo fideicōmiſſar. ſubſtitutionis putuit Scęuola reſpōdere,
Sextiliam

Sextiliam filiam non eſſe in prælatis ſubſtitutam, quoniam, videlicet, prælegata teſtamento data fuerant Martio poſt ſubſtitutionem, vt eleganter Dynus & Alberic. obſeruarunt *in d. l. Sextiliam.*

¶ Tentauit & Raphael Cuman. *in dicta l. Sextiliam*, habere
36 quoq; † rationem, quòd ſubſtitutio ibi fuerat reciproca, quoniam pater Martium Sextiliæ, & Sextiliam Martio ſubſtituerat. Planè cùm teſtator nihil filiæ Sextiliæ prælegaſſet, ſubſtitutio facta de Martio ad Sextiliam, euidenter ſolùm hæreditatis partem continebat. Igitur ſubſtitutio facta de Sextilia ad Martium eodem modo erat intelligenda, vt in ſola hæreditatis portione, non autem in prælegatis facta cenſeretur. Incongruens enim videretur, vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio in hæreditate, & in legato: in altero verò vna duntaxat futura eſſet ſubſtitutio vulgaris in ſola hæreditate, *argument. in l. iam hoc iure ff. de vulgar.* Et quanquam Raphael Cuman. dereliquerit hanc ſuam conſiderationem motus eo, quòd teſtator non vnica oratione inuicem ſubſtituerit Martium, & Sextiliam, ſed diuerſis orationibus: in qua ſpecie ceſſat ratio ſuperior, argumento *dicta legis iam hoc iure, verſiculo, Nec ſi vulgari.* nihilominus tamen potuit Raphael Cuman. ſubtilius animaduertere, quòd vbi teſtator ad contextum illius litteræ dixiſſet, Sextiliam ſubſtituo Martio, & Martium Sextiliæ: proinde eſt atque ſi dixiſſet: Sextiliam & Martium inuicem ſubſtituo ſecundùm ea, quæ *argumento dicta l. iam hoc iure. ibi: Hoc communi verbo ſubſtituo*: reſoluit Alexand. *ibi, num. 6. ad fin.* & obſeruamus *ſupra in gloſſ. præced.*

¶ Secundò principaliter noſtri cap. regula propriè pertinet ad pupillarem directam ſubſtitutionem, de qua Pontifex agit.
37 Vnde ſi compendioſa † ſubſtitutio fuerit facta verbo communi, vtputà: Quandocunque deceſſerit filius meus, ſubſtituo ei Titium: interpretari debemus, directam eſſe pupillarem filio, decedente ante pubertatem: quamuis poſt ætatem pupillarem valitura ſit fideicommiſſi iure, vt Accurſ. tenuit *in §. qua ratione. in gloſſ. magna. in verſiculo. Si verò paganus. Inſtitut. de pupillar.* Et licet idem Accurſ. *in l. Centurio. in fin. ſcholio. ff. de vulgar. & in l. precibus, in verbo, Fideicommiſſi. C. de impuberum & alijs.* gloſſ. *capit. Raynutius, in verbo, Subſtitutionis. ſupra eodem.* & gloſſ. *hic in verbo, Abſque deductione*, & Veterum plerique auctores magis probauerint, quod in propoſita ſpecie ſubſtitutio etiam intra pupillarem ætatem cenſeri deberet fideicommiſſaria, ſuperiori tamen ſententiæ grande argumentum præſtat noſtra hæc Decretalis, quam propter hoc dubium factam fuiſſe teſtatur Alber. de Roſa. *in repet. Rubr. num. 89. ff de vulgar.* Inducitur autem noſtra Decretalis in hac ratione, quę generaliter ſpectat etiam ad compendioſam, quæ facta ſit verbo merè communi. Nam quum directæ ſubſtitutionis interpretatio rectè conueniebat verbis communibus, conſequens eſt, vt iuxta noſtri cap. regulam directæ pupillaris interpretatio aptanda ſit intra pupillarem ætatem ſubſtitutioni compendioſæ, quæ facta ſit verbo communi. Et hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem reſoluerunt Iaſon *in dicta l. Centurio. ff. de vulgari. 45. & conſil. 109. Factum ſic ſe habet, libr. 1.* & Lancelot. Galiaul. *in repet. dicta l. Centurio, num. 376.* Philip. Corn. *in dicta l. precibus. num. 22. & 23. & ibi* Iacobin. de Sancto Georgio, *num. 16.* & Curtius Iunior. *num. 58.* Ioann. Bapriſt. *in repetit. num. 54.* Lancelot. Polyr. *de compendioſa, numero 27.* Andr. Alciat. *in l. verbis ciuilibus. numer. 35. & 36. ff. de vulgar.* & Guilielm. Benedict. *in repetit. capitulo, Raynutius, ſupra eodem, in verbo, Si abſque liberis. 2. C. de compendioſa. numero 45. & 46.* & nouiſſimè Rolandus à Valle, *in conſil. 69. in prima parte, numer. 4. & 5.* vbi reſoluit hanc communem opinionem frequentius eſſe receptam aduerſus alteram communem contrariam. Denique negari non poteſt, quin hæc ratio Pontificis tam latè patens comprehendat generaliter compendioſam ſubſtitutionem, quæ ſit facta verbo communi, vt rectè argumentatus eſt Aretin. *conſil. 154. Periculoſum, in principio, numer. 14.* Ioannes Imol. *in dicta l. Centurio, num. 15.* & Alexand. *ibidem, numero 81. & alij auctores, quos ſupra allegaui in hac tertia parte, in gloſſ. & econtra, ante finem.* & Benedict. de Benedict. *in conſilio 16. Punctus, Quidam Benedict.* Quicquid Franciſcus Ripa *in dicta l. Centurio, numero 115. verſiculo, Cogita*, tenter effugere ſuperiorem noſtri capituli inductionem.

¶ Igitur reprobanda eſt omnimodò opinio Sebaſtia. Sapiæ *in repetitio. dictæ legis precibus. C. de impuber. & alijs. numero 80.* vt quæ nullo colore defendi poſſit. Tentauit enim dicere, quòd in propoſita ſpecie ſubſtitutio compendioſa cenſeri debet intra ætatem pupillarem non ſolùm directa pupillaris, ſed etiam fideicōmiſſaria: vt ſit in electione ſubſtituti, vtrum ex hac, vel ex illa malit admitti. Apertè enim repugnat noſtri cap. regula, cui non poteſt ſatisfacere ſolutio eiuſdē auctoris dicentis hanc noſtri cap. regulam pertinere ad compendioſam, quæ non valet iure fideicommiſſi poſt pubertatem. Nam manifeſto errore labitur, dum non videt filium *hic*, ſi poſt pubertatem ſine liberis deceſſerit fideicommiſſo obligandum, vt eſt text. expreſſus *in c. Raynutius, ſup. eo.* Sed filia, cui pauperes verbis ciuilibus ſubſtituti fuerunt, ſi nouiſſimo loco pubes ſine liberis deceſſiſſet, fideicommiſſo obligaretur pauperibus, ſecundùm ea, quæ reſoluemus in fine gloſſ. ſequentis.

¶ Ampliabis receptæ gloſſ. ſententiam *in dicto §. qua ratione*, vt procedat, etiam ſi mater impuberis eſſet in medio. Quoniā verbum commune accipiet interpretationem directæ pupillaris ante pubertatem aduerſus ipſam matrem, vti reſoluimus, *ſupra in gloſſ. & econtra*, & reſoluit etiam hanc eſſe communem opinionem Marian. Socin. Iunior. *in conſil. 34. num. 37. in 1. parte*, & Lancel. Galiaul. Rolandus à Valle & alij auctores proximè allegati *in verſ. Secundò principaliter.*

¶ Item vtiliter ampliabis † eiuſdem gloſſ. ſententiam *in d. §. qua ratione*, procedere, etiam ſi eiuſmodi ſubſtitutio compen- 38
dioſa ſit facta codicillis. Nam & in tali ſpecie interpretabimur quòd pater filio impuberi directam pupillarem facere voluit intra pupillarem ætatem, quamuis maximè directam pupillarem iure facere non potuiſſet codicillis. *l. Scæuola ff. ad Trebellia.* Quæ ſententia præcipuè eſt notabilis, propter magnam vtilitatem, quam habet. Videtur enim prima facie, quòd in hoc caſu procedet ſententia gloſſ. *in d. § qua ratione*, ſi vna omni tempore eſſet fideicommiſſaria ſubſtitutio, per quam filius poſt mortem ſuā oneratus fuiſſet bona patris Titio reſtituere: cùm vtique codicillis fideicommiſſaria fieri potuiſſet: directa verò pupillaris fieri non potuiſſet. Magis tamen eſt, vt ex defuncti patris ſententia interpretemur, quòd filio impuberi intra pupillarem ætatem voluit facere pupillarem ſubſtitutionem. Ex hoc enim vtiliter procedet, quòd pupillaris directa in fideicōmiſſariam pupillarem conuertetur, quæ nullum onus impuberi filio ſit allatura, & per quam non filius ipſe, ſed eius hęres legitimus quaſi codicillis pupillarib⁹ grauatus intelligitur. Proinde ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, legitimus eius hæres reſtituit hæreditatem impuberis Titio ſubſtituto, detracta ſola Trebellian. abſq; deductione legitimæ filio debitæ, *d. l. Scæuola. ff. ad Trebel.* ſecundùm veram interpretationem à me ſępenumero ſuperius traditam, præſertim in hac tertia parte, *in gloſ. 1. de filio ad filiam. in 4. concluſ.* Sed ſi idem filius poſt pubertatem deceſſerit tunc hæres eius teſtati, vel inteſtati, bona teſtatoris, reſtituet eidē Titio ſubſtituto, detracta prius legitima portione ipſi filio debita, & deinde Trebellianica, *c. Raynutius, ſup. eod.* Quod ita præceperunt Ang. de Perigl. Paul. de Caſtr. & Iaſ. *nu. 25. in l. ſi Titio. §. fin. ff. de leg. 1.*

¶ De hac tamen ſententia dubitari meritò poteſt. Quoniam Rayner. & Alber. *in repet. Rubr. num. 92. in verſiculo, In ſecundo caſu. ff. de vulgar.* In terminis quæſtionis interpretati ſunt, vnā eſſe fideicommiſſariam ſubſtitutionem, per quam filius poſt mortem ſuam videtur oneratus. Id etiam comprobari poſſe videtur ex traditione Bal. *in l. 1. col. 1. verſiculo, Aut ſunt verba ad vtrumque trahibilia ſeu communia. ff. de iure codicill.* Præterea videtur regulam noſtri cap. non procedere, vbi codicillis facta ſit ſubſtitutio, argumento *verſ. ſequentis ibi, Quanquam directa interdum, &c.* vbi Pōtifex ſine dubio ſenſit directam in codicillis factam ad fideicommiſſum trahi, *iuxta l. Scæuola ff ad Trebel.* vt & gloſſ. expoſuit *in verb. Interdum.*

¶ Modò limita ſuperiorem gloſſ. ſententiam *in dict. §. qua ratione*, vt non procedat, ſi teſtator verbum commune ad bona ſua retulerit. Exempli gratia, ſi dixerit: Quandocunque filius meus deceſſerit, bona mea deueniant in Titium. In hac enim ſpecie vna omni tempore erit fideicommiſſaria ſubſtitutio bonorum teſtatoris: non verò erit pupillaris directa, iuxta communem opinionem, quam latè examinaui *ſupra in hac 3 part. in gloſſ. 1. in verſ. Tertia ſit concluſio.*

¶ Tertiò principaliter † noſtri ca. regula inducitur ad exem- 39
plarem directam: vt ſi verbis, & perſonis poſſit conuenire, potius interpretemur, teſtatorem de ea directa ſenſiſſe, quàm de ſi-

de fideicommiſſaria. Quod ita noſtri cap. argumento deduxit Petrus de Anchara. *conſil.* 80. *Difficultat. colum.* 1. Nec rectè contrarium ſuadere voluit Philip. Dec. *conſil.* 371. *In cauſa magnifici. numer.* 7. *verſiculo, Secundò reſpondetur*: vbi ſcripſit, quòd regula noſtri capit. procedit in ſubſtitutione directa iuris communis: diuerſum autem videri in exemplari, quę inducta fuit iure ſpeciali, humanitatis, videlicet, intuitu, & in locum priuilegij, quod olim à principe impetrari ſolebat, *l. ex facto. ff. de vulgari. l. humanitatis. C. de impuber. & alijs, & in dicto* §. *qua ratione, Inſtitut. de pupillari.* Quæ profectò ſententia nullum colorem habere videtur. Quoniam quod in pupillari hic dicitur, pariter què procedere debet in exemplari argumento, *dicto* §. *qua ratione*, & quòd gloſſ. *hic tradit in verbo, Pupillares. verſiculo. Idem dicemus.* Quòd ſi humanior eſt hæc directa ſubſtitutio: non minus erit humanum, excluſa oneroſa fideicommiſſaria, eam directam exemplarem inducere per interpretationem, vbi verbis conuenerit, & perſonis: quum ratio diuerſitatis idonea reddi non poſſit.

¶ Quartò principaliter eadem noſtri capit. regula inducitur ad directam militarem ſubſtitutionem, videlicet, ſi miles impuberi filio compēdioſam ſubſtitutionem fecerit verbo communi dicens: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titium ei ſubſtituo. Etenim ſi filius poſteaquam patri hæres extiterit, & iam pubes factus vita deceſſerit, introducetur quæſtio, vtrum Titius ad bona militis teſtatoris ex directa militari, an verò ex fideicommiſſaria obliqua ſit admittendus? Et quidem Accurſius *in dicto* §. *qua ratione, in verbo, Ad exemplum. in verſiculo, Quintò, & in l. ex tribus, in gloſſ. final. C. de inofficioſo teſtament.* in hac ipſa ſpecie ſecurè ſentit, ſubſtitutionem iure directæ militaris valituram. Et hanc magis communem opinionem reſoluunt Bartholom. Socinus *num.* 21. Lancelot. Galiaul. *in repetit. num.* 130. *in dicta l. Centurio*: & Lancelot. Polyt. *de compendioſa, numer.* 21.

40 ¶ Sed probabilis eſt † contradictio, vt magis aptari debeat fideicommiſſariæ ſubſtitutionis interpretatio. Siquidem noſtri c. regula planè obtinet, vno caſu directa iuris cōmunis ſubſtitutio inducitur. Non idem æquè probandum videbitur in ſubſtitutione directa, quæ ex ſingulari priuilegio fieri potuerit. *l. Centurio, ibi. Ex priuilegio militum. ff. de vulgar.*

41 Scriptum enim extat † quod miles re dubia nō creditur priuilegium ſuum exercere voluiſſe. *l. quamquam. C. de teſtam. milit. l. in teſtamento.* 1. *in fin. C. eodem titul.* Et hac ratione declinant auctoritatem huius regulæ pleriqúe auctores qui magis probant ſubſtitutionem iure fideicommiſſi in re dubia accipiendam fore, non verò accipiendam iure directæ pupillaris, vt videre eſt apud Franciſcum de Ripa *in dicta l. Centurio. num.* 67. & Reuerendiſſ. D. D. Couarru. *in dicto cap. Raynutius. ſupra col.* § 9. *nu.* 12. Vnde dicitur, Papiniani reſponſum. 1. *parte dicta l. Centurio.* ita ſcilicet, procedere, ſi proponatur, vt ibi fuit propoſitum in principio, quod miles filio directò ſubſtituit, id eſt, verbis directis.

¶ Et ſanè pro hac minùs recepta opinione videbitur poſſe induci peregrinum argumentum text. *in l.* 1. *C. de pact. inter emptor. & venditor. ibi: Dominium ad te pertineret.* Etenim verba illius pacti erant communia ad realem, & ad perſonalem actionem: vt quę in directo ſenſu ad realem, in obliquo ad perſonalem actionem reſpicerent. Nec tamen accipiuntur in ſenſu directo, vt vendicationem inducant: ſed magis in obliqua ſignificatione accipiuntur, vt ſola detur perſonalis actio, vt *ibi* gloſ. obſeruauit *in verbo, Pertineret,* & gloſſ. *in l.* 1. *in verbo. Donatio. ff. de donatio.* commendat Alexan. *conſil.* 10. *num.* 6. *verſiculo, Quinimmò, lib.* 1.

Cuius ſententiæ ratio non ſolùm in eo eſſe videtur, quòd in obſcuris minimum ſequi debeamus, iuxta gloſſ. *in d. l.* 1. *ff. de do-*
42 *nat.* ſed etiā poteſt ex eo prouenire, quòd directa † ſignificatio, etiam ſi ſit potentior, fugiēda eſt per interpretationem: ſi quid inducat ſingulare contra communes iuris regulas. Planè quod dominium ipſo iure ad venditorem redeat ex pacto legis commiſſoriæ aduerſus ordinarij iuris regulam, inductum eſt. *l. traditionib. C. de pact.* notatur *in l. ſi ager. ff. de rei vend.* Quæ diſputatio, ita ſcilicet procedere poterit, ſi retineatur verbum Subſtituo, eſſe merè commune. Sunt enim qui putant commune non eſſe, vt retulimus *ſup. in* 1. *par. in gloſſ. Moreretur.*

¶ Vltimò quæro, quænam ſit vtilitas, vtrùm ſubſtitutus ad bona militis admittatur iure directæ militaris; an verò iure fideicommiſſi? Reſpondeo, multas differentias attingi ab omnibus ordinarijs poſt Accurſium, *in dicta l. precibus, C. de impuber.* vbi ſubſtitutio facta à milite valet iure fideicommiſſi. Sed illam differentiam inter omnes eſſe præcipuè notabilem, quam Papinianus voluit obſeruare *in dicta l. Centurio, ibi*; *Cum fructibus in hæreditate inuentis. ff. de vulgar.* Vnde eius l. argumento generaliter docuit Bald. *in l. humanitatis. numer.* 60. *C. de impuberib.*
quòd † in omni directa ſubſtitutione fructus veniunt: quaſi 43
ijdem fructus non veniant in obliqua fideicommiſſaria. Licet autem omnes interpretes in varios intellectus diſtrahantur circa Papiniani ſententiam, dignum ingenio excellentis Iureconſulti videtur fuiſſe, vt circa fructus in hæreditate inuentos notare intendit differentiam directæ, & obliquæ ſubſtitutionis. Itaque operæpretium facturum me exiſtimaui, ſi hanc vtilitatem Papiniani, in cuius interpretatione maiores noſtri laborarunt diligenter & fortaſſe faciliùs quàm cæteri omnes explicarem.

¶ Prima igitur eius verſic. interpretatio fuit, quòd Papinianus loquatur de fructibus, quos hæres Centurionis filius ex patris hæreditate percepit, & moriens adhuc extantes reliquit. Hi enim fructus extantes pertinent ad militarem ſubſtitutum vna cum ipſa Centurionis hæreditate. Sic eueniet, vt hæres filij propria ipſius filij bona habeat: ſed vtique in his proprijs filij bonis non retinebit fructus extantes, quos filius hæres iure dominij ſuos fecit: quum hi fructus ad militarem ſubſtitutum pertineant. Quod cùm ita procedat in directa ſubſtitutione militari nequaquam procederet in obliqua fideicommiſſaria. Nam ſi filius verbis fideicommiſſi rogatus fuiſſet, vt ſi intra 25. ætatis annum ſine liberis vita decederet, hæreditatem patris Titio reſtitueret, filius omnimodò lucrifaceret fructus ex paterna hæreditate perceptos, vt in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem non venirent. *l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebellian. l. habemus. C. eodem tit.* Hanc interpretationem probauerunt Dynus, Bart. & Bald. *in dicta l. Centurio.* Et hæc videtur eſſe communior doctorum opinio, vt teſtatur Aretin. *num.* 4. Lancelot. Galiaul. *num.* 112. Ripa *num.* 58. & Andr. Alciat. *ex num.* 53. *in dicta l. Centurio,* Riminal. I. *in dicta l. in teſtamento. colum. penult.* Curt. Iun. *in dicta l. precibus. num.* 75. & Lancel. Polyt. *in tractat. de compendioſa. num.* 18.

¶ Sed tamen hæc interpretatio iniquiſſimam ſententiam inducit, & quæ nuſquam alibi probatur, nec cum iuris rationib⁹ cōgruere poteſt. Cur enim militis filius, qui à patre ſimpliciter fuit hæres inſtitutus, deterioris conditionis eſſe cenſebitur circa fructus à ſe perceptos ex patris hęreditate, quàm ſi per fideicommiſſum oneratus fuiſſet hæreditatem patris poſt mortem ſuam eidem Titio reſtituere? cur dominium horum fructuum quòd nunquam militis, nunquam militaris hæreditatis fuit, auelletur ipſo iure à domino hærede, & in militis hæreditatem nouo exemplo deuoluetur? Nempe miles in ſua duntaxat hæreditate militari priuilegium poteſt exercere. *l. cū filiusfamilias. ff. de milit. teſtam.* Porrò fructus, quos filius hæres percepit, non hæreditatis militis, ſed ipſis rebus accepti feruntur. *dict. l. in fideicommiſſariam. in princip.*

Quin † etſi dicimus, quòd miles poſſit, ſi velit exercere pri- 44
uilegium circa fructus: non tamen credendus eſt id priuilegiū exercere voluiſſe, qui filio hæredi inſtituto Titium ſimpliciter directò ſubſtituerit. Siquidem hæreditatem ſuam Titio ſubſtituto poſt mortem filij dat, quam filio prius dedit, non verò eidem Titio fructus dediſſe intelligitur, qui hæreditatis non fuerunt. Concludo igitur quòd hæc interpretatio & omninò quamuis numero auctorum inſpecto, ſit receptior, meritò diſplicuit Angel. Peruſ. Raphael. Fulgoſ. Ludouic. Roman. & Alexand. qui eos retulit *in dicta l. Centurio, num.* 40. Diſplicuit etiam Raphael Cuman. *numer.* 8. & Ioann. Imol. ſi rectè intelligatur, *numer.* 5. & fermè Aretinus *numer.* 4. Claudio, & Iaſon. *numer.* 16. Lanfranc. de Oriano, *num.* 5. *in fin. in dicta l. Centurio,* & Philip. Dec. *in d. l. in teſtamento. num.* 16. *in verſiculo, Alia ratione. C. de teſtam. milit.*

¶ Succeſſit ſecunda interpretatio Ang. *in d. l. Centurio, num.* 2. qui intellexit fructus, ſcilicet in hæreditate Centurionis inuentos, quo tempore ipſe mortuus eſt. In qua ſpecie conſtat eiuſmodi fructus cum Centurionis hæreditate ad militarem ſubſtitutum pertinere. Et hanc interpretationem dicit melius cōuenire Papiniani verbis: quoniam tempore mortis filij non poſſit dici hæreditas militis, *argumento. l. ſed ſi plures.* §. *filio. ff. de vulgar.*

vulgar. Sed hæc interpretatio reſpuenda omninò eſt. Nam pri-
mum non inducit differentiam inter militarem directam, &
45 inter fideicommiſſariam: quum & † hæres teneatur reſtituere
fideicommiſſario fructus, qui tempore mortis fuerunt in hæ-
reditate. Nec de hoc quiſquam potuit dubitare: quamuis Bar-
tol. in dict. l. Centurio, num. 7. verſiculo, Oppono ad ſecundam, contra
docuiſſe videatur.
46 Niſi eius † littera ſit corrupta, vt Ang. num. 2. Ioan. Imol. nu-
mer. 6. Alexand. num. 40. tradiderunt, & ibi Iaſon num. 15. & 16.
qui pro morte teſtatoris: reponit Iudicio teſtatoris. Sed equi-
dem faciliori negotio arbitror litteram Bart. accipi poſſe, & re-
ſtituendam eſſe, quæ vulgò ita circumfertur. Probo extra gloſ.
quod ſi falſum: quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria non ve-
niant fructus percepti tempore mortis teſtatoris, l. iubemus. C.
ad Trebellia. Nam planè deeſt ſola præpoſitio A: quoniam Bart.
ſcriptum videtur reliquiſſe in hæc verba: Quia in ſubſtitutio-
ne fideicommiſſaria non veniunt fructus percepti à tempore
mortis teſtatoris, vt colligitur ex eodem Bar. ibidem num. 8. ver-
ſiculo, oppono quod fructus: vbi allegauit eandem l. iubemus. Ergò
Papinianus, qui argumentum aliquod, & ſuo ingenio dignum
voluit ibi docere, non eſt credendus id docuiſſe, quod nullam
omninò dubitationem recipere potuiſſet. Præterea Iureconſ.
omnium elegantiſſimus tales fructus ineptè ſeparaſſet à mili-
tis hæreditate.
47 Quippe fructus † ex prædijs percepti, & tempore mortis ex-
tantes non minùs hæreditatem mortui conſtituũt, quàm præ-
dia ipſa, vnde percepti ſunt: ſic alijs bonis hæreditarijs æquè
annumerantur, nec ſub ratione fructuum veniunt, argu. l. item
veniunt. §. non ſolum. ff. de pet. hæredit. Et ita rectè contra Ange. in-
terpretationem argumentati ſunt Ioan. Bapt. in repet. dictæ l. pre-
cibus num. 60. C. de impub. & alijs ſubſtitutio. & ibi Curt. Iun. num.
7. Aret. colum. 2. & Soc. num. 15 Lancel. Galiaul. Ryminal. & alij
ſupra allegati.
¶ Tertia fuit interpretatiò, quod ad militarem ſubſtitutum
pertineant fructus inuenti in hæreditate Centurionis nõ qui-
dem inuenti, quo tempore mortuus eſt Centurio: ſed inuenti
quo tempore hæreditatẽ Centurionis adiuit filius primo gra-
48 du hæres inſtitutus. Siquidem fructus † percepti poſt mortem
teſtatoris, antequã hæreditas adeatur, ipſi hæreditati accepto
feruntur, & in fideicommiſſariam reſtitutionem veniunt, l. ita
tamen. §. 1. vbi Alex. in fin. ff. ad Trebell. Et rectè veniunt ſub fru-
ctuum nomine. l. item veniunt. §. fructus. ff. de petit. hæred. Hanc in-
terpretationem ex Ange. ſententia retulit in præſent. Raphael
Cuman. num. 8 & attigit etiam Paul. Caſt. num. 6. & eã dixit eſſe
veriſſimam Lud. Rom. in l. in teſtamento 1. num. 11. C. de teſtam. mi-
lit. & quaſi ſuam expreſſit Raph. Fulgoſ. in d. l. precib. n. 21. verſ. ad
l. Centurio, & quaſi ex Ang. ſequutus eam, Ang. Aretin. in tract.
de teſtam. gloſſ. 80. n. 12. Deniq; ita dixit intelligendum fore eum
textum Lanfrau. de Oriano ibid. in repet. num. 3. & adiecit, quod
verbum, Inuentis: de quo in d. l. Centurio: referri magis debet ad
hæredem filium, quàm ad ſubſtitutum militarem: vt ſit ſenſus,
quòd ſubſtitutus militaris mortuo filio, capiet bona duntaxat
patris cum fructibus, quos filius inuenit in patris hæreditate,
quo tempore eam adiuit.
¶ Sed nec is intellectus placere debet, qui non cõgruit cum
Papiniani ſententia, qui voluit attingere differentiam inter di-
rectam militarem, & inter fideicommiſſariam ſubſtitutionem.
Planè talis intellectus non diſtinguit directam militarem à fi-
deicommiſſaria. Quoniam fructus percepti poſt mortem te-
ſtatoris ante aditam hæreditatem æquè pertinere debent ad
ſubſtitutum militarem, & ad ſubſtitutum fideicommiſſarium,
vt communius receptum eſt ex Alexan. in d. l. ita tamen. §. 1. in fi-
ne. ff. ad Trebellian. Philip. Corn. in l. iubemus. colum. fin. C. eodem tit.
Franciſcus de Ripa in l. in fideicommiſſariam. num. 9 eodem tit. Ta-
metſi Andr. Alciat. in dicta l. Centurio, num. 47. cùm agnouiſſet,
num. præcedenti, hanc eſſe communem opinionem, contra-
rium velit tueri cum Bar. in dicta l. ita tamen. §. 1. quaſi aditio hæ-
redis retrotrahatur. l. hæres quandoque. ff. de acquirenda hæreditate.
atque ideò ſi coactus non adijt, retinere fructus debeat, qui ex
hęreditate iacente prouenerint. Sed communis opinio defen-
denda eſt. Nec obſtat vulgare principium, dicta l. hæres quando-
que, ex quo Andr. Alc. mouetur. Nam reſpondetur, quòd fru-
ctus iacente hæreditate collecti hæreditatem ipſam augent: &
his fructibus aucta hæreditas ad fideicommiſſarium pertinere
intelligitur, vbi primum dies fideicommiſſi venerit. Quara-
tione dominium † hæredis, quod adita hæreditate capit, quã- 49
uis retrotrahatur, non tamen retrotrahitur in præiudicium fi-
deicommiſſarij, & iuris ſibi competentis ad fructus ante adi-
tam hæreditatem collectos, argumento tex. ſingularis in l. nam
& Seruius. §. qui negotia. ff. de negot. geſt. Item ſuperior intellectus
non conuenit Papiniani verbis, qui de fructibus loquutus eſt:
non de fructuum æſtimatione. Vix autem eſt, vt fructus quos
inueniſſet filius, quum adiuit, extare præſupponantur, quo
tempore idem filius vita deceſſit, argumento eius quod notat
gloſſ. in l. vna. C. ſi aduerſus vſucap. & eorum quæ tradit Franc. de
Ripa in d. l. Centurio. num. 40.
¶ Poſtremò talis intellectus iuris ciuilis rationibus repugna-
bat, & vrgetur fortiſſimo argumento, quod non expenderunt
nec Angel. nec qui eius intellectum probauerunt. Nam in ex-
traneo hærede, qui rerum hæreditariarum dominia non nan-
ciſcitur antequam adeat l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſ. rectè dici
potuit, quòd fructus ante aditam hæreditatem percepti reti-
neant ad militarem ſubſtitutum & fideicommiſſarium. Cæte-
rùm † in ſuo hærede filio hoc dici non poteſt: qui vtique patri 50
mortuo ſtatim ex teſtamento ſuus hæres extitit, & ſine vlla a-
ditione factus eſt Dominus rerum paternarum, l. in ſuis ff. de lib.
& poſthum. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtamen. l. in
ſuis. ff. de ſuis & legitimis. hæred. Vnde fructus percepti ex hæredi-
tate, quæ non iacuit, iuxta notata in l. cùm hæreditas. C. de petion.
non minus pertinent iure dominij ad ſuum hæredem, vt reſti-
tuendi nõ ſint ſubſtituto, quàm ſi poſt aditam ab extraneo hæ-
reditatem ex rebus hæreditarijs percepti fuiſſent, vt obſerua-
uit Ioan. Corraſ. in l. precib. num. 86. verſic. Sed ego hanc regulam. C.
de impuber. & alijs. Secundùm quæ in ſpecie dict. l. Centurio, non
debuit eſſe in conſideratione tempus ante aditam hæreditatẽ,
vt fructus eo tempore percepti alio iure cenſerentur, quum ſi-
ne dubio filius Centurioni ſuus, & neceſſarius ex teſtamento
hæres extiterit. Quod ita ſubtiliter contra ſuperiorem Ang. in-
tellectum expendit ſolus Raphael Cuman. ibid. num. 8. quem
miror à nemine poſteriorum fuiſſe relatum. Nec poteſt dici fi-
lium fortaſſis patri non extitiſſe ſuum & neceſſarium hæredẽ:
quoniam compendioſa, quæ non continebat fideicommiſſa-
riam, ſuſtulerat iura ſui hæredis in filio propter vulgarem in ea
comprehenſam ex ſententia Alexand. & Iaſon. in l. filius hæres. ff.
de liber. & poſthum. Soc. in repet. l. 1. num. 47. in fin. ff. de vulg. Siqui-
dem † vulgaris, quæ exprimitur in compendioſa, non eſt eiuſ- 51
modi, vt poſſit tollere iura ſui hæredis in filio hærede inſtitu-
to, ſecundùm ea quæ latiùs præcepi in 2. huius operis parte. in gloſ.
Ac deinde filio.
¶ Quarta fuit interpretatio Raphael. Cuman. in d. l. Centurio
num. 9. qui tentauit inducere ſpeciei alterum Papiniani reſpõ-
ſum in l. Titius. ff. ad Trebell. Intellexit enim quòd militaris ſub-
ſtitutus ex teſtamento vocatus videbatur ad id, quod ſupereſ-
ſet ex militis hæreditate, quo tempore filius moreretur. Sic e-
uenire dixit, vt & fructus inuentos in militis hæreditate idem
ſubſtitutus caperet, iuxta l. Baiſta. ff. ad Trebel. Ex hac interpre-
tatione intulit idem Cuman. num. 4. quòd ſi filius inſtitutus a-
lienaſſet quædam ex patris hæreditate, non poſſet ſubſtitutus
militaris poſt eius mortem ea bona vendicare, iuxta l. fina. §. ſed
quia. C. communia. de legat. Planè quum Raphael Cuman. ceſſa-
re animaduerteret verba teſtatoris, qui filio ſine liberis mor-
tuo ſimpliciter Titium directò ſubſtituerat, coniecturam in-
duxit ex voluntate patris teſtatoris, vt propter inſtituti filij di-
lectionem videatur vocaſſe ſubſtitutum ad id duntaxat, quod
moriente filio ſupereſſet ex hæreditate: arg. l. verbis ciuilib. ff. eod.
tit. de vulgar.
¶ Sed quamuis † hanc Raphael. Cuman. interpretationem 52
probaſſe videatur Ang. Aret. in tract. de teſtam. in gloſſ. 80. num. 6.
equidem nullo colore poſſum eam excuſare. Nam Papinianus
qui in d. l. Centurio, ſe retulit ad fructus in hæreditate inuentos,
manifeſtè voluit quòd bona patris omnia caperet ſubſtitutus:
non verò ea duntaxat bona, quæ inueniret ſubſtitutus: iuxta d.
l. Titius. Præterea ius ſubſtitutionis militaris factæ hæredi filio
exercetur in his, quæ à milite ad filium peruenerunt. l. miles ita.
§. miles. & emancipato. ff. de milit. teſtam. Ergò non exercetur in his
duntaxat, quæ ſuperfuerunt tempore mortis filij iuxta d. l. Ti-
tius. Item induco verba Cæſarum in dict. l. precib. vbi miles filio
hæredi directò, & ſimpliciter ſubſtituit: & tamen nihilominus
expreſſum eſt, quòd bona, quæ miles quum moreretur, ha-
buit ex cauſſa fideicõmiſſi, pertinent ad ſubſtitutum. Planè ra-

tio diuerſitatis reddi nõ poteſt inter fideicommiſſum, de quo ibi, & inter directam militarem ſubſtitutionem, de qua *in dicta l. Centurio.* Imò verò facilius erat in fideicommiſſo facere coniecturam contra verba, quàm in directa militari: argumento *l. cùm proponeretur. ff. de legat. 2.* Præterea text. *in dicta l. Baliſta.* retorqueri poteſt aduerſus Raphael. Cuman. quum Iureconſul. *ibi* etiam in filio teſtatoris loquatur ſecundùm Ange. interpretationem ibidem magis receptam, vt tradit Alexand. *ibi num. 1.* Et tamen Iureconſult. *ibi* totus pendet ex teſtamenti verbis, quibus remotis, ſignificauit, quòd fideicommiſſum ſimpliciter relictum à filio hærede, intelligeretur eſſe totius hæreditatis, ita vt fructus non venirent. Ad hoc etiam facit text. *in lege mulier. §. cùm proponeretur ff. eodem tit. ad Trebellian.* & tex. vbi hæc ſententia euidentius videtur expreſſa *in authent. de reſtitutio. §. nobis. collat. 8 coniuncto principio,* vbi etiam ſi hæres ſit ex liberis, fideicommiſſum non capit interpretationem, quòd ſuperfuerit, niſi hoc expreſſum ſit. Quare verum eſt, quòd ea, quæ interim alienaret filius in ſpecie, *dicta l. Centurio*, reuocarentur poſtea à ſubſtituto militari argumento, *l. fin. §. ſed quia. C. communia de leg.* vt rectè admittit Angel. Aretin. *in dicta gloſſ.* So. *num. 5. in fin.* & deducit ſecurè Socinus *in l. Marcellus. § res quæ. n. 7. ff ad Trebel.*

¶ Quinta fuit interpretatio Ioan. Imol. *in d. l. Centurio, num. 5.* quam veluti ex Bartoli & Baldi ſentẽtia ſcriptam reliquit. Docet enim, quod miles poteſt filio puberi hæredi inſtituto in caſum mortis directo ſubſtituere, & quidem duobus modis. Vnus modus eſt, quod militaris ſubſtitutus ſit immediatus hæres ipſius militaris teſtatoris, mortuo filio hærede. Alter modus eſt, quod ſubſtitutus ſit hæres immediatus ipſius filij puberis mortui, ſed vtrique in ſolis bonis quæ filius ex teſtamẽto patris fuerit conſecutus. Proinde ſcribit poſſe militem eligere vtram ex his viam velit. Et ſiquidem priorem viam eligeret *iuxta l. miles ita. ff. de mil. teſtament.* concedere videtur Ioan. Imol. contra receptiorem ſententiam, quod ſubſtitutus non capiet fructus, quos filius hæres percepiſſet, etiam ſi eos extantes inuenerit. Quod ſi miles eligit poſteriorem viam, & hæredem filio dederit verbis directis, tũc ſubſtitutus filio puberi ſuccedit quaſi hæres ipſius, & capiet bona patris duntaxat, quaſi alterã filij puberis hæreditatem, & fructus quoque in ea hæreditate inuentos. Inducit Ioan. Imol pro hoc intellectu verba illa Papiniani: In hæreditate, &c. quæ de filij hæreditate contẽdit debere intelligi Et hunc eſſe verum intellectum *dictæ l. Centuria, in fin.* reperit idem Ioan. de Imol *ibidem in fin.* quaſi ita eum tex. Bart. & Bald. *ibi* intellexiſſent. Et hanc interpretationem ſecutus etiam videtur Aret. *in l. in teſtamento, num. 5. in verſ. Tertiò adde. C. de teſtam. milit.*

53 ¶ Sed † nec Bar. nec Bald *in d. l. Centurio*, tale aliquid ſenſere: qui vtriq; intellexerunt, *in d. l. Centurio*, eſſe directam militarem per quã ſubſtitutus fuerit hæres ipſi militi non vero filio. Præterea alienum eſt à noſtri iuris rationibus, quòd miles poſſet eligere poſteriorem illam viam, ſecundùm ea, quæ circa *l. precib. C. de impuber.* & alijs, *in ſeq. gloſſ.* reſoluemus. Sed etſi poſſet eam viam eligere, durum eſſet perſuadere, quòd in re dubia miles, qui ſimpliciter hæredi filio ſubſtituiſſet, magis videretur elegiſſe poſteriorem quàm priorem viam. Deniq; etſi miles poſſet eligere poſteriorem viam, & eam manifeſtè elegiſſet, nõ videtur ſatis idonea ratio reddi poſſe, cur militaris ſubſtitutus magis capere debeat fructus à filio perceptos quãdo ei hæres extiteret, quàm vbi immediatus militi hæres extitiſſet, ſecundùm ea, quæ contra Ioan. Imol. argumentatus eſt Aret. *in d. l. Centurio. col. 2.* Tametſi Franc. Ripa *ibid. num. 4. verſic. aliter Imol.* nec Ioan. Imol. nec Aret. ſententiam videatur aſſecutus. Non obſtat verbum illud, Hæreditate, de quo *in dicta l. Centurio*, quod Ioan. Imol. expendit. Quoniam id verbum melius aptatur receptæ & veriori interpretationi eius l. vt videlicet, in hæreditate non filij, ſed Centurionis ſuccedat ſubſtitutus eo tempore, quo filius mortuus eſt.

¶ Quum igitur omnes, quas legerim hactenus ſcriptas eius l. interpretationes confutauerim, ſequitur nouiſſima interpretatio mea, quæ & accommodari in primis videtur Papiniani verbis, & quæ per ſe æſtimata, congruit cum noſtri iuris ciuilis rationibus. Sit præterea, quæ oſtendat monſtratum à Papiniano directæ ſubſtitutionis effectum, quem fideicõmiſſaria ſubſtitutio non haberet. Et quo dilucidius res explicetur, contendo docere, quòd *in d. l. precib.* ſubſtitut[us] fideicommiſſarius non capiet fructus, quos *in dict. l. Centurio*, capit ſubſtitutus directus militaris. Nam *in d. l. precib.* vbi filius poſt pubertatem deceſſit, propria eius bona ſimul & paterna, quæ erant vnita, cœperunt deuolui ad matrem ab inteſtato legitimam hæredem quaſi vna filij puberis hæreditas, *l. ſed ſi plures. § filio ff de vulg.* vnde mulier, adita filij hæreditate, cœpit obligari ſubſtitutis perſonali ex teſtamento actione ad reſtituendum eis bona, quæ mariti, quum moreretur fuerunt. Interim † tamẽ bonorum mariti domina erat, & iure dominij percipiebat fructus ex his bonis ſubiectis reſtitutioni. Et vtiq; tã iuſtè eos fructus percipiebat ante moram factam, vt eos etiam extantes non teneretur reſtituere ſubſtitutis fideicommiſſarijs. Nam etſi eos fructus non perciperet iudicio teſtatoris mariti, quomodo fructus ipſe percepit dum vixit filius, ſatis eſt non feciſſe moram ſubſtitutis in reſtituenda eis hæreditate. Sic enim euenit, vt eos fructus mulier dicatur lucrifacere ex negligentia non petentis. *l. mulier. § ſi hæres ff ad Trebel.* 54

¶ Quinimò adeò mulier fructus lucrifaceret *in d. l. precib.* ante moram, vt etiam ſi ſubſtituti fuiſſent abſentes, aut alia ratione fideicommiſſum ignoraſſent, & nullam omninò negligentiam admiſiſſent in petenda reſtitutione, adhuc mulier iure dominij faceret fructus ſuos, vt nulla iuris ratione ordinaria, eos fructus reſtituere deberet fideicommiſſarijs, qui in nulla fuiſſent negligentia. Hæc vtiliſſima eſt ſententia, quam Petrus Cynus, Alber. Raphael Fulgoſ. Salyc. *num. 3.* Phil. pp. Corn. *numer. fin. colum. final. in verſic. in eadem. ibi, Ante aditam &c. euenerunt, in l. iubemus. C ad Trebellian.* Angel. *num. 1. verſiculo, ſextò fallit.* Alexand *num. 7. in l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* vbi Ioann. Imol. *numer. 1. colum. 2. in medio. in verſic. ad de quartum caſum.* retuli hanc eſſe communem opinionem, quam etiam in effectu ſequutus videtur Pet. de Anchar. *in cap. Raynutius, ſupra col. num. 59. in fin.*

¶ Vnde cauendum eſt à Pau. Caſt. *in d. l. mulier. § ſi hæres. ff. ad Trebel.* qui ſecurè docuit, quòd quando non ſtetit per fideicõmiſſarium, vt quia ignorauit fideicommiſſum hæres tenetur ei reſtituere fructus, quemadmodum ſi mora fuiſſet commiſſa Idem cum Pau. Caſt. *in d. § ſi hæres.* quaſi Doctores communiter *ibi* idem docerent, ſecurè conſulendum reſpondit Hieronym. Grat. *conſ. 132. In cauſa magiſtri, n. 7. in lib. 2.* Multò magis cauendum eſt à Fran. Rip. *in d. l. in fideicommiſſariam. n. 10. verſic. quintò declara.* vbi quaſi ex Bart. *ibidem*, & communi ſententia hoc ipſum reſoluit. Scribit enim, quòd ſi hæres, abſente fideicommiſſario, fructus percipiat, tenetur eos reſtituere fideicommiſſario abſenti Secus, ſi fideicommiſſarius ſit præſens, & negligẽs. Et decepit Ripam Bar. *ibi, num. 1. verſ. & poſt aditam hæreditatem*, vbi Barto. veterum diſtinctiones retulit, nec tamen circa hunc caſum, quo fideicommiſſarius fuit abſens, & minimè neglexit, explicauit veterum & ſuam ſententiam. Eodemque quo Franciſc. Rip. errore lapſus fuit Hierony. Laur. *in repetitione dict. l. in fideicommiſſariam. num. 19.* vbi ſecurè, & quaſi ex communi ſententia docet, quòd hæres poſt fideicommiſſi diem cedentem tenetur reſtituere fructus perceptos, abſente & ignorante fideicommiſſario.

¶ Nouiſſimè autem Gregor. Lup. *in l. fin. tit. 11. Part. 6. in gloſſ. Fuiſſe negligente.* priorem Pet Cyn. Alb. & aliorum opinionem ſequitur, & dicit eſſe communem, prout re vera eſt communis vbi tamen incautè allegauit Bart. *in d. l. in fideicommiſſariã*, quaſi auctorem huius communis opinionis. Quoniam Bar. *ibi* nihil circa hoc conſtituit, aut decreuit. Præterea, doctiſſimus & diligentiſſimus Gregor. Lup. non animaduertit, quòd huic communi ſententiæ videntur quodammodo refragari verba eiuſdem l. Part. quæ in alteram ſentẽtiam Pauli Caſt. minus cõmunem inclinare videntur in hæc verba, E ſi no le ſeñalaron dia cierto a que dieſſe la heredad, e a quel que la deuia auer, fueſſe negligente en demandar ſabiendolo, eſtonçe dezimos que eſte eta tenedor dela heredad aura los fructos della, e non los contara en la ſu quarta parte. Pondera verbum illud, Sabiẽdolo. Ex quo, l. Regia videtur à contrario ſenſu ſignificare, quòd, ceſſante negligẽtia ex parte fideicommiſſarij, vt quia abſens ignorauit fideicommiſſum, fructus ſunt ei reſtituẽdi. Niſi retinendo communẽ opinionem dicamus quòd argum. à contrario ſenſu deſumptum ex illo verbo ſabiẽdolo, nihil valet, quia ex illo reſultaret abſurdum contra ius commune. Et ſuaderi id ipſum poteſt ex verbis ſequentibus eiuſdem l. Part. in verſ. Mas ſi eſte tal fueſſe rebelde. Vbi enumerans. l. Regia caſus, in quibus fru-

bus fructus ſunt fideicommiſſario reſtituendi, nullam abſentiæ, & ignorantiæ caſus mentionem fecit, ſed duntaxat iuxta communis ſententiæ terminos in hæc verba ſubiungit: Mas ſi eſte tal fueſſe rebelde de dar la heredat, o lo metieſſe por alongamiento maliriosamente, eſtonce, quãtoquier que valã malos fructos, que el eſquilmo de la ſu parte que deue auer, ſera tenudo delos dar al otro con la heredad.

Cùm igitur mulier *in d.l.precibus.* omnes fructus, qui mortuo filio, ex bonis militis eſſent percepti, iure optimo eſſet retentura donec in mora fuiſſet conſtituta, non idem dicemus in ſpe-
55 cie *d.l.Centurio,* in directa militari. Nam † ſi *ibi* pubes filius matrem ab inteſtato hæredem reliquiſſet, omnes fructus, qui poſt mortem filij inuenirentur, & eſſent percepti ex bonis, quæ patris fuerunt, caperet ſubſtitutus militaris. Siquidem omnia bona, quæ filius pubes cùm moreretur habuit, videntur coniuncta poſſeſſione tranſire ad filij matrem legitimam hæredẽ, vel ad quemcunq; alium eiuſdẽ filij legitimum ſucceſſorem. Sed revera dominium bonorum patris militis non tranſit ad hæredẽ filij. Statim.n.atq; filius ſpiritum poſuit, bona quæ viuẽs habuit, iuris artificio in duas hæreditates diuiſa fuerunt. Et quidẽ bona Centurionis cœperunt iacere, quaſi ipſius Centurionis hæreditas, & ita cœperunt deferri ſubſtituto militari, bona aũt propria filij cœperunt iacere quaſi hæreditas ipſius filij, & ita cœperunt deferri hæredi eius ab inteſtato, vel ex teſtamento, quod iam pubes facere potuiſſet. Ergò ſi ſic hæres filij puberis, ex hæreditate Centurionis, quæ delata erat militari ſubſtituto fructus perceperit, etiam ante vllam morã, non poteſt eos lucrifacere ipſa perceptione. Etenim Centurionis hæreditas cenſetur eſſe aucta his fructibus, cùm ab eo poſſideatur, à quo peti poteſt *l.2.C.de petit.hæred.l.item veniunt.§.cùm prædiximus.ff.eod.tit.* tradit Bar. *in l.in fideicommiſſariam.n.fin.ff.ad Trebel.* Hanc ipſam differentiam inter directam militarem, & inter fideicommiſſariam ſubſtitutionem obſeruauit Raph. Fulgo. *in d.l.precib. n.21.verſ.primum eſt,* & quidem quaſi ex Bar. ſententia *ibid.* Scribit enim quòd in adiecta ſubſtitutione militari, ſi mater filij, puberis hæres poſſideat mala fide bona militis, tenetur de percipiẽdis. Si verò poſſideat bona fide adhuc tenebitur reſtituere fructus, quatenus fuerit facta locupletior. Subiunxit Fulgo. quòd ſi Bar. hoc voluit dicere, quando dixit fructus perceptos iudicio teſtatoris pertinere ad militarem ſubſtitutum, vera eſt eius ſententia. Sed profectò Bart. non voluit hoc dicere, quoniam hi fructus qui ad militarem ſubſtitutum pertinent iuxta ea quæ oſtendimus, non iudicio teſtatoris ſint percepti, ſed ex negligentia ſtatuti, & hac ratione non pertinent ad ſubſtitutũ fideicommiſſarium. *d.l.mulier.§.ſi hæres.ff.ad Trebel.* Mirum autẽ eſt quod Raph. Fulgoſ. qui proximè laborauerat circa intellectũ *d.l.Centurio, in fin.* intellexerat, fructus eos perceptos fuiſſe antequã patris hæreditatem adiret filius, non aduerterit, quòd ſecundùm eam differentiam poterat melius intelligi Papinianus. Adde quòd hanc eandem differentiam relato Fulgoſ. ſcripſit Ang. Aret. *in tracta. de teſtam. in gloſſ 80. num.15.* quam etiam non ſatis cum iudicio tractauit Alex. *in d.l.precib. num.18. verſic. bene verum eſt.* docuit enim, quòd licet hæres rogatus reſtituere hęreditatem per fideicommiſſum, non teneatur reſtituere fructus perceptos negligentia non petentis, *d.l.mulier.§.ſi hæres,* diuerſum eſt, quando ſubſtitutio valet iure directo. Nam quum ipſo iure dominia rerum tranſeant in ſubſtitutum, *iuxta l.cùm hæredes.§.vlt. Adita hæreditate.ff.de acquirend.poſſ.* fructus percepti à non domino poſt aditam hæreditatem debent ſpectare ad hęredem qui adiuit: Sicut dicimus in fructibus rei legatę, qui ſpectant ad legatarium incontinenti poſt aditam hęreditatem ratione dominij, quòd ex eo tempore tranſit in legatarium, quãuis res ipſa non fuerit ei tradita. Idem eiſdem verbis retulit Iacob. de Sancto Georgio *in d.l.precibus.num.23.C.de impuber. & alijs ſubſtitutionib.* Sed certè parum ſubtiliter hi auctores expenderunt vtilitatem directæ ſubſtitutionis, quum fructus percepti ex rebus hæreditarijs antequam hæreditatem adeat militaris ſubſtitutus, pertinent vna cum ipſa hæreditate ad ſubſtitutum, qui poſtea adiuit, ſecundùm ea, quæ modò oſtendimus. Denique in eo Papiniani reſponſo Centurionis hæreditas ipſo iure fuit quæſita hæredi filio, vt neceſſe non ſit omnimodò proponere, quòd filius adiuerit, vt alias ſcripſi, in ſecunda huius operis parte, *in gloſſ.* Ac deinde filio. Proinde cùm filius moriebatur ſine liberis pubes intra vigeſimumquintum annum, adhuc patris hæreditas iuncta erat cum eiuſdem filij patrimonio, argumento *l.ſed ſi plures.§.filio impuberi.ff.de vulgar.* Sed ſtatim atque ipſe filius mortuus eſt, cœpit omninò hæreditas patris ſeparari à proprio filij patrimonio iuris atque militaris priuilegij poteſtate. Conſequenter cœpit eadem militis hæreditas iacere, quæ nunquam antea iacuerat, iuxta notata *in l.cùm hæreditas.C.depoſiti,* & ita delata eſt ſubſtituto militari. Sic euenit, vt is ſubſtitutus bona patris adeundo capiat cum fructibus inuentis in hæreditate, ſcilicet, ipſius Centurionis patris, hoc eſt, cum his duntaxat fructibus, qui ex bonis patris prouenerunt, poſteaquam bona patris mortuo filio; cœperunt eſſe hæreditas patris. Hoc ita Papinianus intellexiſſe mihi videtur *in d.l.Centurio.*

SVMMARIVM.

1 L.Scæuola.ff.ad Trebel. *latè explicatur cum multis ſequentibus.*

2 *Fideicommiſſum* in caſu.l.Scæuola.ff.ad Trebellian. *non fuit vulgare bonorum teſtatoris, ſed fuit pupillare bonorum pupilli.*
L.ſi Titio.§.final.ff.de legat.1.*ſenſus.* ibid.

3 *Subſtitutio* l.Scæuola.ff. ad Trebellian. *verbo communi fuit facta.*
Subſtituo verbum, quando & quomodo exprimat directam pupillarem. ibidem.

4 *Subſtitutio filio facta ſine mortis conditione præſenti die verificanda eſt.*

5 *Subſtitutio filio facta verbo communi ſubſtituo, & ſub conditione ſi filius impubes deceſſerit, non videtur continere fideicommiſſum pupillare.*
L.cohæredi.§.cùm filiæ, verſ.quòd ſi hæredem.ff.de vulgar.*ſenſus.*ibid.

6 *Subſtituo verbum, potius videtur fideicommiſſo vulgari quàm pupillari.*

7 *Subſtitutio ita codicillis concepta: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea ſine liberis, Titium ſubſtituo, potius exprimit ante pubertatem directam pupillarem inualidam, quàm obliquam fideicommiſſariam.*

8 *Subſtitutio compendioſa codicillis ita concepta: Quandocunque filius meus deceſſerit, ſubſtituo Titium, continet poſt pubertatem fideicommiſſum vulgare, ſed in ætate pupillari cõtinet directam pupillarem ex voluntate, quæ ad fideicommiſſum pupillare vtiliter trahetur.*

9 *Subſtitutio directa, non adhibita teſtamenti ſolemnitate, vtrum ad fideicommiſſum trahatur, & codicillorum vim habeat, ſi teſtator non declarauit, ſe velle facere codicillos, nec clauſulam codicillarem appoſuit, & num.12.*

10 *Codicilli nonnunquam accipiuntur pro ea ſcriptura, quæ codicillorum ſufficientem ſolemnitatem continet.*
L.illud §.tractari.ff.de iure codicillor.*ſenſus.*ibid.

11 *Actum vt agitur quando valeat, vt valere poteſt.*

12 *Pater inter liberos vtrum poſſit codicillis directam ſubſtitutionem impuberi filio facere.*

14 *Miles poteſt directam ſubſtitutionem codicillis facere.*
L.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.& §.ſi quis autem. C.de teſtamentis, *ſenſus,* ibid. *cum ſequentibus vſque ad numerum.21.*
Pater inter liberos teſtando vtitur priuilegio militari in caſibus duntaxat à iure expreſſis.

15 *Subſtitutio pupillaris codicillis facta inter liberos, per quam pater filium alteri impuberi pupillariter ſubſtituit, valet iure directo.*

16 *Subſtitutio pupillaris poteſt à patre poſt eius teſtamentum ex interuallo rectè fieri, adhibita iterum ex integro ſolemnitate.*
L.ſi quis cum.§.fin.de vulgari, *explicatur.*

17 *Subſtitutio pupillaris teſtamento ſolemni facta, ſi ſubſtitutus ſit extraneus, reuocatur per ſecundam factam codicillis, quibus ipſius pupilli legitimi ſucceſſores ſint ſubſtituti.*

18 *Subſtitutio pupillaris codicillis facta valet iure fideicommiſſi pupillaris, quamuis præceſſiſſet altera ſubſtitutio pupillaris valida in teſtamento ſolemni facta, videturq; prior ſubſtitutus teſtamento datus quaſi fideicõmiſſo pupillari codicillis rogatus ſecundo ſubſtituto impuberis hæreditatem reſtituere.*

19 *Codicillorũ ſolemnitas, de qua* in l.hac conſultiſſima.§. ſi quis autem.C.de teſtam. & in l.fin.C. de codicillis, *eſt eadem.*

L.fin.de codicillis,*ſenſus*.

20 *Subſtitutio poſterior pupillaris codicillis inter liberos facta reuocat alteram priorem ſolemniter ſcriptam, in qua extraneus fuerat ſubſtitutus, vtrum poſterior ſubſtitutus frater non ex teſtamento pupillari, ſed ab inteſtato fratri impuberi ſuccedit, iuxta Bartoli ſententiam, contraria tamen defenditur, n.* 20.

21 §.ex imperfecto.& §.ſi quis autem.l.hac conſultiſſima.C. de teſtam.*diſcrimen & differentia conſtituitur*.

22 *Subſtitutus pupillaris fratri impuberi codicillis ab inteſtato conſtitutus non exiſtit ex potentia ſuitatis eidem impuberi hæres ipſo iure, quamuis ſi teſtamento conſtitueretur, proculdubio extiturus ſuus hæres foret.*

L.2.§.prius.verſ.adeò.& l.ſed ſi plures.§. quos poſſum, ff.de vulg.*ſenſus*.

23 *Subſtitutio pupillaris codicillis facta inter liberos in terminis.* §. ſi quis autem.l.hac conſultiſſima.C.de teſtament. *reuocat priorem ſubſtitutionem pupillarem teſtamento factam, in qua fuerat ſubſtituta impuberis mater, quam fratri impuberi ſubſtitutus ex teſtamento ſuccedēs prorſus excludit: idq; in regnis Caſtellæ & Portugal.duntaxat ſeruandum.*

L.6.Tauri.*explicatur*.ibidem.

Portugal.ordinatio Regia, libro quatto, titulo 75.*explicatur* ibidem.

24 *Subſtitutio non ſolum pupillaris, ſed etiam alia quæcunque ſubſtitutio directa, necnon & inſtitutio directa codicillis facta ad fideicommiſſum trahitur.*

25 *Subſtitutio vulgaris directa codicillis facta ad fideicommiſſum trahitur, quaſi legitimus hæres videatur rogatus, vt ſi hæres ſcriptus hæreditatem repudiauerit, eandem ſubſtituto reſtituat.*

26 *Subſtitutio breuiloqua codicillis facta his verbis, eosq; hæredes meos inuicem ſubſtituo, ad fideicommiſſum trahitur, ita tamen vt alter alteri poſt mortem ſuam rogatus videatur partem ſuam reſtituere, iuxta vulgarem opinionem. Cæterùm ſecundum veriorem ſententiam continet ſolam vulgarem factam in hæreditate fideicommiſſariam, ita vt ex fideicommiſſo vnus ad partem alterius repudiantis admittatur. n.*27.

L.iam hoc iure.ff.de vulg.*ſenſus* ibidem.

28 *Subſtitutio vulgaris* in caſu.l.Scæuola. ff. ad Trebellianum, *qua ratione, etiam in fideicommiſſo valere dicatur ad hoc, vt mortuo ſuperſtite totum accipiant, cùm etiam remota vulgari coniunctim ſubſtituti idem per ius accreſcendi erant conſequuturi.*

29 *Subſtitutus fideicommiſſarius poſt diem fideicommiſſi cedentē moriens antequam fideicommiſſum agnoſcat, transfert in hæredem quemcunq; eiuſdem fideicommiſſi actionem.*

30 *Subſtitutus per fideicommiſſum coniunctim cum alijs, ſi viuo teſtatore decedat, nihil ad hæredem eius trāſmittit. Nec propterea eius pars coniunctis olim accreſcebat, ſed ex lege Papia fiſco vendicabatur.*

L.item veniunt.§.præter.verſ.pridie.ff. de petitione hæredit.*ſenſus*.

L.Celſus, in princ.ff.de legat.2.*ſenſus*.ibidem.

L.vnica.C.de caduc.tol.*ſenſus*, ibidem.

31 *Papia lex fiſco olim vendicabat deficientis portionē quæ apud hæredem erat remanſura, niſi hæres ex liberis vel parentibus vſque ad quartum gradum ſcriptus fuiſſet.*

32 *Papia lex etiam Iureconſultorum tempore viguit.*

L.fin.§.1.ff.de his quib. vt indign.*ſenſus*. ibid.

33 *Fideicommiſſi benigna interpretatio, ex qua in fideicommiſſo inuicem relicto ſubſtitutio in vulgarem caſum facta, intelligitur in caſu*.l.Scæuola.ff.ad Trebel.*excludebat fiſcum à vendicatione, quam illi lex Papia deferebat.*

34 *Subſtitutus per fideicommiſſum in impuberis hæreditatem, ſi poſt teſtatorem, viuo adhuc impubere, moriatur, eius portio non accreſcit alijs coniunctim ſubſtitutis, ſed eam tranſmittit in eius hæredem, niſi & in fideicommiſſo facta ſit vulgaris ſubſtitutio.*

Fideicommiſſi pupillaris dies quoad tranſmiſſionem cedere intelligitur ſtatim à morte teſtatoris. ibidem.

L.hæredis aditio.§.tantundem.verſ.tractari. iuncta l.1. ff.quando dies legat.cedat,*ſenſus*, ibidem.

35 *Fideicommiſſi ſingularis & vniuerſalis dies eodem modo cedere intelligitur.*

L.ſi legata.C.de legat.*ſenſus*, ibidem.

36 *Subſtitutio vulgaris in legatis aut fideicommiſſis facta non impedit eorum tranſmiſſionem.*

37 *Fideicommiſſi vniuerſalis nondum agniti tranſmiſſio vtrū ſit impedienda, ex quo à principio ſubſtitutio non fuit fideicommiſſaria: ſed fuit directa, & in fideicommiſſi cauſam tranſlata.*

38 *Hæreditas directò data, quæ quaſi codicillis data in fideicommiſſum conuertitur, perinde tranſmittitur, atque ſi initio fideicommiſſaria fuiſſet.*

39 *Subſtitutio vulgaris in fideicommiſſis facta tranſmiſſionem non impedit.*

40 *Tranſmiſſio hæreditatis fideicommiſſariæ impediri nequit eo prætextu, quod à principio hæreditas directò data fuerit, & benigna interpretatione in fideicommiſſum ſit conuerſa.*

41 *Hæreditas directò data, vulgari ſubſtitutione adiecta, quamuis in fideicōmiſſum conuertatur, vulgaris tamen ex voluntate tranſmiſſionem impediet.*

42 *Fideicommiſſum pupillare benigna interpretatione conuerſum ex directa pupillari inutili finiendum eſt pubertate.*

L.quod fideicommiſſum.ff.de legat.1.*ſenſus*, ibidem, & ſequent.

43 *Subſtitutio fideicommiſſaria ita filio impuberi inſtituto cōſcripta: Quandocunq; filius meus deceſſerit rogo hæredem eius, vt omnia bona Titio reſtituat, eſt compendioſa continens duo diſtincta fideicommiſſa: vnum pupillare ante pubertatem, poſtea verò alterum vulgare bonorum teſtatoris.*

44 L.precib.C.de impuber.*caſus*.

45 L.Centurio.ff.de vulg. *caſus*.

46 L.precib.& l.Centurio, *prima conciliatio*.

47 *Miles habet priuilegium, vt poſt eius hæredi quæſitam hæreditatem poſſit ſecundum, aut vlteriorem hæredem directò ſibi conſtituere.*

48 *Hæres qui ſemel adiuit, non poteſt deſinire eſſe hæres.*

49 *Militia priuilegium in teſtando conceditur dūtaxat militibus, qui in expeditione occupati teſtamentum fecerunt, & in militia deceſſerunt, vel domi intra annum cauſaria, vel honeſta miſſione.*

L.quod dicitur, verſ.ſic.& ideò.ff.de mil.teſtam.*ſenſus*, ibidem.

50 L.Centurio,& l.precib.*ſecunda conciliatio*.

51 *Miles poteſt filio facere directam militarem ſubſtitutionem, & per eam matrem excludere.*

L.cùm filiusfamilias.ff.de militat.teſtament.*ſenſus*, & *inductio*.

52 L.precib.& l.Centurio, *tertia conciliatio*.

Partit.l.12. titulo 5.partit.6.*intellectus*, ibidem, & numero 60.

53 L.Centurio,& l.precibus, *quarta concordia*.

54 L.Centurio,& l.precibus, *quinta conciliatio explicatur*.

55 *Subſtitutio compendioſa, de qua* in l.precib.C.de impubet.*verbis directis fuit conſcripta*.

56 L.precib.& l.Centurio, *ſexta & ſeptima & octaua concordia remiſſiuè*.

57 L.Centurio,& l.precibus, *noua concordia Bened.de Plumb.*

58 L.precibus,& l.Centurio.*decima conciliatio*.

59 L.Centurio,& l.precibus, *vndecima & noua concordia*.

Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus à milite facta in forma pupillaris valet poſt pubertatem iure fideicommiſſi, vt in dicta l.precibus, *ſecus ſi ſimpliciter facta ſit*, vt in dicta l. Centurio.

60 *Subſtitutio compendioſa à milite in caſu*.l 12.titul.5. Part. 6.*fuit concepta in forma pupillaris.*

61 *Subſtitutio compendioſa à milite facta in caſu*.l.Centurio. ff.de vulgari, *non fuit concepta in forma pupillaris.*

62 *Subſtitutus filio datus, dicitur is qui poſt filium vulgariter fuit ſubſtitutus.*

63 L.verbis ciuilibus.ff.de vulgari, *ſenſus*, & *n.* 61.

46 *Miles ex ſingulari priuilegio non poteſt etiam in bonis quæ filio dedit, eidem filio hæredem conſtituere, quoniam per militarem ipſi duntaxat militi ſuccedītur.*

§.fin.Inſt.de pupillari, *ſenſus*, ibidem.

65 *Fideicommiſſum pupillare pupilli hæredibus etiam à milite iniunctum expirat pubertate.*

Miles ex priuilegio militari etiam in bonis, quæ filio reliquit, non poteſt fideicommiſſum pupillare vltra pubertatem extendere, ibidem

L.ſed & ſi ſic.§.1.ff.de legat.3.*ſenſus*, ibidem.

66. L.fin.

66 L.fin.C.de hæred.inſt.ſenſus exponitur,& num.68.

67 Militis teſtamento ineſt tacitè clauſula: Si non valet iure communi,valeat iure militari.

69 Subſtitutio pupillaris directa inutilis facilius conuertitur in vulgarem,quàm in militarem ſubſtitutionem.

70 Subſtitutio illa: Quiſquis mihi hæres erit ſit hæres filio meo, ſolam pupillarem exprimit.

71 Cap.ſi pater,inductio.

72 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus à pagano facta, quæ ſemel valere potuit iure directæ pupillaris,vtrum poſt pubertatem valeat fideicommiſſi iure?

73 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilib.facta in caſu.l.precibus, C.de impube.quamuis ante pubertatem fuit valitura iure directæ pupillaris, nihilominus poſt pubertatem valuit iure fideicommiſſi,& qua ratione? & n.ſeq.

74 Subſtitutio compendioſa in caſu cap.Raynutius de teſtament. qua ratione poſt pubertatem valuit iure fideicommiſſi? & num. ſequent.

Cap.Raynutius.de teſtam.ſenſus, ibidem, & num.79.

75 Subſtitutio cõpendioſa verbis ciuilibus facta,quæ potuit valere iure directæ pupillaris,ad hoc vt valeat vel nõ valeat poſt pubertatem iure fideicommiſſi nihil refert, vtrum fuerit concepta in forma pupillaris vel ſimpliciter.

L.verbis ciuilibus.ff.de vulgar.ſenſus, ibidem. & num.ſequent.

Adiecti hæredis ſignificatio eſt,vt non ſubſtituatur in totum,ſed adijciatur in partem.

L.Lucius.2.ff.de hæred.inſt.ſenſus, ibidem.

77 Cap.ſi pater.inducitur pro communi ſententia quæ habet,ſubſtitutionem,compendioſam verbis ciuilib.factam,ſi potuit valere iure directo non valituram poſt pubertatem iure fideicommiſſi.

78 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta,quæ iure directo potuit valere,non trahitur ad fideicommiſſum, ſiue ciuile, ſiue ius canonicum attendas.

80 Clauſula,quod omnia in teſtamento contenta valeāt meliori modo,quo valere poſſint,ſubintelligitur in teſtamento condito inter liberos.

Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta inter liberos indiſtinctè valet iure fideicommiſſi poſt pubertatem,propter clauſulam ſubintellectam,quod valeant teſtamento comprehenſa, vt melius valere poſſint,ibidem.

81 Clauſula,vt omnia in teſtamento contenta valeant meliori modo, quo valere poſſint, ſubintelligitur in teſtamento inter liberos, quamuis non reciproco fideicommiſſo, ſed vnus duntaxat alteri ſit ſubſtitutus.

82 Subſtitutio in caſu l.ſi frater tuus,C. de fideicommiſſis, non fuit compendioſa,ſed fuit pupillaris.

L.ſi frater tuus.C.de fideicommiſſis,ſenſus, ibidem.

83 Teſtandi ſolemnitas remittitur inter liberos vlterioris gradus,quos anterioris gradus liberi præcedunt.

L.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.ſenſus & num.ſeq.

L.fin.C.fam.erciſc.ſenſus,ibidem.

84 Filia per ſtatutum excluſa poteſt minùs ſolemni teſtamento inſtitui.

85 Militis voluntas liberalior præſumitur, quàm pagani.

L.tractabatur.ff.de milit.teſtam.ſenſus.

86 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta valet indiſtinctè poſt pubertatem fideicommiſſi,fauore piæ cauſæ ſubſtitutæ.

87 Subſtitutio compendioſa,de qua in c.ſi pater., fuit valitura poſt pubertatem fideicommiſſi iure.

88 Partit.l.12.tit.5.Part.6.ſex declarationes. & n.ſeq.

Subſtitutio compendioſa facta in forma pupillaris non eſt propriè compendioſa.ibidem.

89 Matris contemplatio in terminis.l.12.tit.5.Part.6.perduxit compendioſam à milite factam ad fideicommiſſum.

90 Subſtitutio cõpendioſa à milite facta in terminis.l.12.tit.5.Part. 6.cum fuerit in forma pupillaris concepta,vix eſt vt inſpecto iuris rigore potuerit valere iure directo,quamuis mater non interueniret: Tametſi lex ipſa contrarium ſuadeat.

91 Subſtitutio à milite facta extraneo etiam in forma pupillaris,videlicet his verbis: Plocius mihi hæres eſto, Sempronius Plocij hæres eſto,exprimit non ſolum vulgarem, ſed etiam militarem in caſum mortis Plocij.In Regnis Caſtellæ,& in terminis l.12.tit. 5.Part.6.

L.fin.C.de hæred.inſt.declaratio.ibidem.

92 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus à pagano facta etiam in terminis.l.12.tit.5.Part.6. adueniente pubertate, non valeret iure fideicommiſſi:ſiue fuerit concepta in forma pupillaris, ſiue ſimpliciter.

93 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus vel communibus à pagano facta adiecta conditione ſi ſine liberis,in terminis l.12.tit.5.Par. 6.ſemper valet iure fideicommiſſi, quamuis iure communi contrarium cenſeretur.

94 Subſtitutio compendioſa verbis ciuilibus à pagano facta puberi,etiam in terminis l.Partit.valet fideicommiſſi iure.

95 Subſtitutio directa ad fideicõmiſſum trahitur in caſu l.ex facto, in princ.ff.ad Trebel.

L.ex facto,in princ.ff.ad Trebel.ſenſus,& intellectus. ibid. cum pluribus ſequentib.

Subſtitutio directa,quando perſona conditio illi repugnat,ſuſtinetur,vt valeat fideicommiſſi iure.ibid.& num.ſequentibus.

96 Subſtitutio ſimpliciter facta continet vtiliorem vulgarem, quàm ſi facta fuiſſet in forma pupillaris,quamuis hæc in forma pupillaris facta vtiliorem fideicommiſſariam contineat.

97 Subſtitutio pupillaris inutiliter facta porrigitur nihilominus ad vtilitatem vulgaris omninò tacitæ.

L.iam hoc iure.ff.de vulg.ſenſus,ibidem.

98 Trebellianica quamuis hodie poſſit prohiberi,prohibita tamen non videtur ex huius fideicommiſſi verbis, Hæres reſtitue quicquid ex hæreditate mea fueris conſequutus,videlicet in terminis l.ex facto,in princ.ff. ad Trebel.

Auth.ſed cùm teſtator.C.ad l.Falc.ſenſus,ibidem.

99 Trebellianica prohibitio debet eſſe expreſſa ſaltem verbis generalibus.

Fideicommiſſum hæreditatis inductum ex directa inſtitutione in terminis.l.ex facto,in princ.ff.ad Trebel. vtrum contineat hæreditatem ipſius hæredis,an verò teſtatoris duntaxat?

L.filiusfamilias.§.vt quis hæredem.ff.de legat.1.ſenſus, ibidem cum plurib.ſequent.

L.Imperator.§.cùm quidam.ff.de legat.2.ſenſus,ibidem. cum plurib.ſequent.

L.qui filium.ff.ad Trebel.ſenſus.ibidem,cum ſeq.

L.Titius ff.ad Trebel.ſenſus,ibidem,cum ſeq.

100 Fideicommiſſa voluntatis coniecturam facilius admittunt.

101 Fideicommiſſum hæredi iniunctum,vt hæreditatem ſuam Titio reſtituat,intelligitur de hæreditate ipſius teſtatoris.

102 Hæreditatem ſuam rogatus reſtituere., de hæreditate teſtatoris intelligitur rogatus.

L.cohæredi.§.quòd ſi hæredem.ff.de vulg.elegans intellectus,ibidem.

103 Fideicommiſſum iniunctum hæredi,vt hæreditatem teſtatoris, & ſuam etiam ipſius hæredis Titio reſtituat,valet,& qualiter accipiendum ſit.

104 Fructus non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, veniunt tamen ſi quis fuerit rogatus reſtituere, quicquid ex defuncti hæreditate fuerit conſequutus,videlicet in terminis l. ex facto.ff.ad Trebel.in princip.ſecundùm Cuman. cuius tamen ſententia relinquitur.

105 Fideicommiſſum hæreditatis multum differt à fideicommiſſo illo, Reſtitue quicquid ex hæreditate mea fueris conſequutus, præſertim quoad prælegata.

106 Prælegata quando venire debeant in reſtitutione fideicommiſſi.

L.liberto.§.filium.ff.de annuis legatis.ſenſus, ibidem.

L.cum pater.§.fidei.ff.de leg.2.ſenſus.ibidem.

I N T E R D V M.

INTERDVM. Gloſ.in præſen. vt explicaret Pontif. ſententiã, allegauit quaſdam ſpecies,in quibus reperitur, directã ſubſtitutionem ad fideicommiſſum trahi. Et primo loco allegauit celebre reſponſum † Scæuolæ in l.Scæuol.ff.ad Trebel. vbi pater 1
teſtamento filium puberem ritè exhæredauit, & impuberẽ Filium ex aſſe hæredem inſtituit. Deinde fecit codicillos, quibus filio impuberi Titium, Mæu.& Sempro: pupillariter ſubſtituit. Mortuo teſtatore filius impubes ex teſtamento hæres ipſo iure extitit. Mox intra 14.ætatis annum vita deceſſit. Cõſtabat hæreditatem impuberis non eſſe delatã ſubſtitutis. Quoniã pater non potuiſſet codicillis hæreditatẽ filij impuberis directo dare. Sic æquè conſtabat, hæreditatem eiuſdem impuberis delatam

tam eſſe ab inteſtato fratri eius hæredi legitimo. §. *præferuntur, Inſt. ad Tertul. l. 1. verſ. idem eſt, ff. de iur. & fact. igno.* Ergò quærebatur, vtrum directa ſubſtitutio, quæ facta fuerat inutiliter, poſſet in fideicommiſſi cauſam vtilem cōuerti, quia codicillis dari vtiliter hæreditas potuiſſet per fideicommiſſum. §. *codicillis. Inſt. de codicil. l. 1. C. eod. tit.* Reſpōdit Scæuola, benigna interpretatione placere, vt frater qui ab inteſtato pupillo ſucceſſit ſub-
2 ſtitutis fideicommiſſum obligetur. ¶ Ego primò quæro: Quale fideicommiſſum & † quorum bonorum fuerit illud, ad quod directa pupillaris ibi tacta fuit: Et quidē in magna controuerſia poſitum lego, vtrum illud fideicōmiſſum fuerit vulgare, videlicet bonorū teſtatoris, velut ab impubere poſt mortem eius datum, iuxta terminos *l. cohæredi §. quod ſi hæredem. ff de vulg.* an verò fuit pupillare, iuxta terminos *l. ſi Titio. §. fin. ff. de leg.* Porrò multum intereſt hoc an illud fideicommiſſum intelligatur propter multas & vtiliſſimas differētias, quę poſſunt obſeruari inter vnum, & inter alterum fideicommiſſum. Nam ſi inducatur *d. §. quod ſi hæredem.* bona duntaxat teſtatoris in fideicommiſſum cadēt, vt ex perſona filij legitimus hæres deducat in primis legitimam portionem, & deinde trebellianicam, argumento huius c. *cum notatis in 2 par. in gl. ſuper verb. debit.* Ex diuerſo ſi inducatur *d. l. ſi Titio. § fi.* fideicommiſſum non ab ipſo impubere, ſed à legitimo eius hærede datum videbitur, & cōprehendet proprias ipſius impuberis facultates. Proinde legitimus hęres, qui ex perſona ſua fideicommiſſo obligatus intelligitur, non deducet legitimam portionem filio debitam, quāuis poſſit deducere ex perſona ſua Trebellianicam, ſecundùm ea, quæ diximus *ſup.* in gloſ. Et de illis ad pauperes. Itaq; Paul. Caſt ex profeſſo *in d. l. Scæuola.* declarauit, quòd illud fideicommiſſum erat vulgare, & iniunctum videbatur ipſi impuberi, iuxta terminos *d. §. quod ſi hæredem. l. cohæredi. ff. de vulg.* idem ante probauerat Raph. Cum. *in d. l. ſi Titio §. fin. ...* cuius interpretationem ſecuti fuerunt P. à B. ... & Iaſ. *ibid. n. 25.* Hoc idem pro conſtanti habuerunt Sal. *n. 1.* Philip. Corn. *in verſ. nec obſtat. in l. ſi idem. C. de cod.* ... Portius *in § pen. Inſt. de codic.* Marcus Ant. *in princ. n. 5. Inſt. de vulg.* Senſit idem & Soc. *in l. Centurio. n. 35. ff. de vulg.* dum circa *d. l. Scæuola*, induxit tex. *in l. filiuſfamilias. § vt quis hæredem ff. de leg. 1. & l. ex facto. ff. ad Trebel.* Denique Ioan. Crot. *in repet l. 1. § ſi quis ita. in 1. lectu. n. 31. ff. de verbo. oblig.* ſecurè ſcripſit, quòd fideicommiſſum *in d. l. Scæuola*, reſpiciebat ad onus & incommodum ipſius pupilli, cùm per fideicommiſſum non ipſi, ſed teſtatori ſuccedatur. *l. cohæredi. § quòd ſi hæredem. verſ. nec fideicommiſſo. ff. de vulgar.* vnde conſiderauit, quòd cùm teſtator voluiſſet pupillo hæredes teſtamentarios conſtituere, & aliena eſſet eius mens à fideicommiſſo, per quod non impuberi, ſed magis ſibi ſuccedendum foret, ſubſtitutio omnimodo erat viianda, ſi rigorem iuris ſequi oporteret *l. non omnia. §. fin. ff. ſi cert. pet.* Nihilominus ex quadam benignitate ſubſtitutio directa conuertitur ibi in fideicommiſſariam, ne actus in totum periret. Hæc ille. ¶ Ex diuerſo, quod Iureconſult. *in d. l. Scæuola*, intellexerit de fideicommiſſo pupillari, iuxta terminos *d. l. ſi Titio. §. fin ff. de legat. 1.* ſenſiſſe videntur Oldrad. Dyn. Alber. Bart. *in d. l. Scæuola.* & Ioan. And. & alij hic, qua parte induxerunt tex. *in d. l. ſi Titio. §. fin. cum l. ſequenti*, vt colligerent tale fideicommiſſum finiri pubertate. Idque ex horum ſententia collegit Aret. *in l. verbis ciuilibus, colum. 2. verſ. dixit autem Dyn. ff. de vulgar.* & Ioan. Fab. *in § qua ratione. num. 59. Inſt. de pupillar.* vbi dixit in fideicommiſſum cadere proprias filij impuberis facultates. Hoc manifeſtè explicauit Bart. *in l. 1. ff. de iure codicil.* dicēs quòd *in d. l. Scæuola*, non pupillus poſt mortem ſuam, quaſi ex fideicommiſſo vulgari, ſed pupillari legitimus hæres quaſi ex fideicommiſſo pupillari oneratus fideicommiſſo videatur, iuxta notata *in l. qui duos. ff. de vulgar.* Et ad hunc veriſſimum intellectum bene ſe habent illius *l. Scæuola*, verba illa, vt mater, quæ ab inteſtato pupillo ſucceſſit, ſubſtitutis fideicommiſſo obligetur. Sic etiam Alb. in repetitione *Rubr. n. 92. ff. de vulg.* ſcripſit quòd *in d. l. Scæuola*, non ſolùm bona patris, ſed etiam propria impuberis bona in fideicommiſſum pupillare cadebant. Motus eſt argumento non ſatis idoneo, verbum, ſcilicet, Iureconſult. ibi, *Totum accipiunt.* Quæ verba etiam in hanc ſententiam induxit Ang. de Perigl. idem probans *in d. l. ſi Titio, §. fin. col. 2. ff. de legat. 1.* vbi Iaſon hoc confuſè perſtrinxit. *num. 25.* Hoc denique ſenſu eam *l. Scæuola*, ſecurè acceperunt Chryſtophor. Caſtellio. relatus à Portio *in d. §. penult. Inſt. de codicill.* & Raph. Fulgoſ. *in l. 3. num. 2. & in l. ſi idem. num. 3. C. eod. tit. de codicil.* & ex profeſſo Viglius *in princ num. 4. Inſt. de vulgar.* & reſoluit hunc eſſe communem intellectum Moder. Par... *in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. num. 77.*

¶ Hæc igitur interpretatio ſine dubio præualere debet. Nam & numero, & pondere auctorum antecellit, & fortiſſimo voluntatis argumēto mihi comprobatur, quod nulla ratione poterit euitari. Etenim ſi ſola voluntas ſpectatur in fideicommiſſis *l penult. & alibi ſæpè ff. de legat.* 1. iam non benigna, ſed potius inhumana eſſet interpretatio, q̄ induceret effectum voluntati teſtatoris contrarium. Cùm. n. pater per pupil. ſubſtitutionem impuberi filio conſulere voluiſſet, interpretatio fideicommiſſi vulgaris non induceret onus & odium ipſius pupilli, vt alias circa pupillarem ſubſtitutionem, & fideicommiſſum filio onerosum conſiderauit Bart. *in l. in pupillari, ante num. 1. ff. de vulgar.* laudatus ab Aretin. *ibidem. num. 1.* Itaque benigna interpretatio quoad fieri poſſet retinere debuit, & voluntatem patris, & filij impuberis prouiſionem, quæ patris voluntate continebatur.

Quare quemadmodum directa pupillaris ſubſtitutio nullū onus impuberi filio afferebat, *l. Papinianus. §. ſi quis impuberi. ff. de inoff. teſt.* cum *l. ex fratribus. C. eodem tit.* ita eiuſmodi fideicommiſſum fuit inducendum, quo nullum onus impuberi filio inferretur. Item quemadmodum in pupillari directa impuberis hæreditas verſabatur. *l. ſed ſi plures. § ad ſubſtitutos ff. de vulg.* ita eiuſmodi fideicommiſſum fuit inducendum, quo ſimiliter eadem impuberis hæreditas teneretur. Deniq; quemadmodum per directam pupillarē voluit teſtator hæredes filio conſtituere, ita eiuſmodi fideicommiſſum fuit inducendum, vt hi quos pater voluiſſet impuberi hæredes fore, eſſent certè eiuſdē impuberis vniuerſales ſucceſſores, & quaſi hæredes. *l ſi filius. §. 1. ff. quod cum eo.* Planè cum hæc omnia aliena ſint à fideicommiſſo vulgari, propria verò in fideicōmiſſi pupillaris, quis non dicat fideicommiſſi pupillaris interpretationem eſſe veriſſimam, & ſequendam eſſe?

¶ Secundò principaliter quæro † quibuſnam verbis conce- 3
pta fuerit ſubſtitutio *d. l. Scæuola*: Et ex illis verbis tex. Eique codicillis ſubſtituerit, colligi videtur quòd teſtator vſus fuit verbo, ſubſtituo, vt ex eo tex. colligit Accurſius *in princip. Inſtitut. de vulgar. in gloſſ 1.* cùm qua conueniunt Doctores *ibidem* tranſeunt. Sed quamuis illa verba, Eique in codicillis ſubſtituerit, Iureconſulti fuerint, prope eſt, vt ex verbis, quæ teſtator protulit, deducta videantur. Quare ſi teſtator in ea ſpecie vſus eſt, verbo, ſubſtituo, quod eſt commune, inquirendum eſt qua ratione Iureconſult. intellexit, pupillarem ſubſtitutionem à teſtatore factam fuiſſe. Et ſi quidem probaretur verbum, ſubſtituo, eſſe directum, vt multorum fuit opinio, de qua meminimus in fine gloſſ. præcedentis. expedita eſſet quæſtio, verùm admiſſa opinione, quæ *ibi* verbum pro communi habet, Soc. *in l Centurio, num. 34. verſic. ſed conſidera. ff. de vulgar.* expendit illum datiuum caſum, Ei, ſcilicet, pupillo, quaſi is datiuus caſus reſtrinxit verbum commune ad ſignificationē directæ pupillaris, argumento tex. *in princ. Inſt. de pupil* Sed profectò hoc non valet, quoniam etſi teſtator dixiſſet: Subſtituo filio pupillo, talis datiuus caſus non exprimeret pupillarem, vt rectè ſenſit Bald. *in l. precibus, colum. penult C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib.* & cum Baldo Lancelot. Galiaul. *in l. Centurio, numer. 414. ff. de vulgar.*

¶ Quare probabilius dici poſſet, quòd etiam ſi verbum ſubſtituo, eſſet commune, & teſtator vſus fuiſſet verbo, ſubſtituo, rectè nihilominus potuit Scæuola per benignam interpretationem inducere fideicōmiſſum, cui verbum, ſubſtituo, commune nequaquam aptaretur.

¶ Aut etiam teſtator † abſque vlla mortis conditione ita cō- 4
cepit, Filio meo Caio Titium, Mæuium, Sempronium ſubſtituo, & tunc verbum ſubſtituo in directa ſignificatione pupillarem exprimeret, qualem ſolet exprimere breuiloqua, ſecundùm Bartol. receptam ſententiam *in l. Centurio. n. 30. ff. de vulga.* In ſenſu autem obliquo exprimeret fideicommiſſariam, per quam filius ipſe videretur rogatus hęreditatē pręſenti die ſubſtitutis reſtituere, argumento tex. *l. 1 ff. de conditionib. & demonſtrat.* Planè quamuis codicillis valere non poſſet directa pupillaris, non idcircò ſumi debuit alteri fideicommiſſi interpretatio, ne fieret contra patris voluntatem ab hoc tam oneroſo fideicommiſſo alienam, argumento *l. verbis ciuilibus, ibi, Nec fiat contra voluntatem. ff. de vulgar.* Denique Iureconſ. *in d. l. Scæuola*, nulla-

nullatenus de eo fideicommiſſo intellexit, quod poſt mortem
filij impuberis locum haberet, vt conſtat ex illis eiuſdem text.
verbis: Et impubes deceſſerit. Igitur in tali ſpecie Iureconſ. de-
buit intelligere ſolam directam pupillarem verbo alioqui cō-
muni ſic eſſe comprehenſam, & eam ex benignitate conuerte-
re debuit in fideicommiſſum, quod non minùs ex filij puber-
tate penderet, quàm directa ipſa pupillaris ſubſtitutio.

Aut teſtator (quod magis eſt veroſimile) ita concepit, Filio
meo Caio, quem teſtamento hæredem ſcripſi, ſi impubes de-
ceſſerit, Titium, Mæuium, Sempronium ſubſtituo, & tunc vo-
lo defendere, quòd verbo communi ſubſtituo, non conueniat
fideicommiſſaria, de qua Scæuola intellexit. Conſidero enim
quod hæc verba exprimunt in directo ſenſu pupillarem dire-
ctam, & in obliquo ſenſu exprimunt obliquam fideicommiſ-
ſariam, per quam videlicet ipſe filius videretur oneratus, ſi im-
pubes deceſſiſſet, hæreditatem patris ſubſtitutis reſtituere *iux-
ta l. cohæredi. §. cum filiæ. in verſic. Quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* Vnde
concedo quòd ſi Iureconſ. *in d. l. Scæuola*, reſpondiſſet, fideicō-
miſſum videri relictum ab ipſo impubere poſt mortem ſuam,
iuxta d. §. cum filiæ, vt Paul. Caſtren. ibi, & multi authores inter-
pretati ſunt, iam valeret omnium argumentatio dicentium,
quòd *in d. l. Scæuola.* non fuit facta ſubſtitutio verbo communi,
ſubſtituo. Tunc enim fortè rectè euincerét interpretatione opus
non fuiſſe, quoniam verbum commune in obliqua ſignifica-
tione id fideicōmiſſum expreſſiſſet. Et tamen Scæuola, vt pro-
xima ſuperiore quæſtione reſoluimus, intellexit benigna in-
terpretatione placere, vt legitimus pupilli hæres videatur ro-
gatus pupillarem hęreditatem ſubſtitutis reſtituere. Porrò hu-
6 iuſmodi † fideicōmiſſo, quod non eſt datum ab impubere poſt
mortem ſuam, ſed ab impuberis hærede, *iuxta l. ſi Titio. § fina. ff.
de lega. 1.* non aptatur verbum, ſubſtituo, nec quidem in ſignifi-
catione obliqua. Hoc inſcripſit Bald. *in repet. l. ſi arrogator. num.
5. verſic. Tertiò oppono ff. de adoptionib.* vbi docuit, quòd hæc ver-
ba, Subſtituo filio meo per fideicommiſſum, ſunt inepta ad fi-
deicommiſſum pupillare, quum ipſum filium onerare videan-
tur. Quod etiam, non relato Baldo, obſeruauit Aret. *in l. 1. §. fi-
na. ff. de vulg. & conſil. 154. Periculoſum*, & ex Bald. Didacus Segu-
ra, *in repetit. l. ab exhæredati ſubſtituto. num. 40. ff. de legat. 1.* Memi-
nerunt & huius ſententiæ Franciſc. Rip. *num. 129.* Alciat. *num.
91. in l. Centurio ff. de vulgar.* Hoc etiam argumento gloſſ. *ibidem,
verbo, ſimpliciter.* obſeruauit Philip. Corn. *in l. eam quam. num. 1.
ante fin. verſic. ſecundò iſte intellectus. C. de fideicommiſſ.*

Ergo falſum videtur quod hactenus vulgo iactatum eſt cir-
ca *d. l. Scæuola*, videlicet, illud reſponſum non potuiſſe proce-
dere, ſi verbo communi, Subſtituo, concepta fuiſſet ſubſtitu-
tio. Nam mendosè colligebatur, quòd eo caſu valitura fuiſſet
ſubſtitutio iure fideicommiſſi, ſecundùm merum verborum
rigorem abſque vlla benigna interpretatione. Siquidem fidei-
commiſſo pupillari, de quo magis intellexit Scæuola, verbum
ſubſtituo commune minimè aptaretur, ſecundùm ea, quę iam
oſtendimus.

Ex his vtiliter colligo, quòd ſi codicillis fiat huiuſmodi
7 † ſubſtitutio, Si filius meus deceſſerit in pupillari ętate, Titium
ſubſtituo, vel ita, Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel
poſtea ſine liberis, Titium ſubſtituo, magis interpretabimur
ſubſtitutionem ante directam pupillarem inualidam, quàm
obliquam fideicommiſſariam validam, quæ ipſum filium poſt
mortem onerauerit, *iuxta d. l. cohæredi. § cum filiæ, verſic. quod ſi
hæredem. ff. de vulgar.* Etenim in his conceptionibus pupillarem
directam exprimi docuit gloſſ. *in l. precibus, in verbo, fideicommiſ-
ſi, in fin. C. de impuber. & aliis.* Quo circa idem retinendum vide-
tur, etiam ſi codicillis ſcripta proponatur ſubſtitutio. Quo-
niam ex defectu intentionis non exprimeret fideicommiſſa-
riam filio impuberi oneroſam, *argum. d. l. verbis ciuilibus. in fin. ff.
de vulgar.* & quod tradit Philip. Dec. aliud agens, *in d. l. precibus.
num. 15. verſic. & hoc efficaciter.*

8 Quinimmò etiam ſi compendiosè † ſubſtitutio codicillis
fuerit concepta, idem probari poterit, vt putà, ſi teſtator codi-
cillis ita ſcripſerit: Quandocunque filius meus deceſſerit, ſub-
ſtituo Titium: Erit enim fideicommiſſaria vulgaris poſt puber-
tatem. Videtur autem ex voluntate eſſe directa pupillaris intra
pubertatem, quo vtiliter, & benigna interpretatione conuer-
tatur in fideicommiſſum pupillare, vt in hac ipſa ſpecie ſcri-
ptum reliquerunt Paul. Caſtrenſ. Angel. de Perigl. & Iaſ. *num.
25. in l. ſi Titio. §. fina. ff. de legat. 1.*

Tertiò principaliter † quæro: Quoniam modo intelligan- 9
tur illa verba Iureconſult. *in d. l. Scæuola:* Eiq; codicillis: Vtrum
de ſcriptura ſimpliciter facta cum quinque teſtibus, quam de-
functus ipſe intelligebat eſſe codicillos? Et *in princip. Inſtitut. de
vulgar. ſubſtitutio.* videtur intelligere, quòd text. *in d. l. Scæuola*,
procedit, quando teſtator deſtinauerat, & intelligebat ſe face-
re codicillos. Secus autem ſi voluit facere teſtamentum, nec
appoſuit clauſulam codicillarem. Tunc enim teſtamentum,
quod iure teſtamenti valeret, non valebit in vim codicillo-
rum, nec verba directa trahentur ad fideicommiſſum quaſi co-
dicillis datum. Quam gloſſ. ſequuntur Ioan. Faber *ibi in princ.*
& Angel. *num. 7.* poſt Bartol. *in l. 1. ff. de iure codicillorum*, Raphaël
Cuman. *in l. verbis ciuilibus. num. 10. ff. de vulgar.* & eſt communis
omnium intellectus.

Sed tamen hic communis intellectus videtur dubitabilis.
Quoniam ſupplere videtur, & quodammodo diuinare, *& in
d. l. Scæuola.* teſtator ex certa ſcientia codicillos ſe facere intel-
lexerit. Quare planius videretur textum ſimpliciter, hoc eſt,
in re dubia intelligere, quum † illa verba: Codicillis, rectè ex- 10
poni queant, id eſt, ſcriptura, quæ remoto defuncti propoſito,
contineret duntaxat teſtes codicillis neceſſarios. Nam hoc ip-
ſo modo verbum, codicillos, Papinianus alibi accepit, *in l. il-
lud. § tractari. de iure codicillorum*, vbi Dyn. Alber. Bartol. Raph.
Cuman. ita rectiſſimè expoſuerunt.

Adde, quod Bartol. communiter ibi receptus, *in l. 1. §. ſi quis,
num. 5. ff. de verborum obligationibus.* poteſt videri, quod hoc eo-
dem ſenſu acceperit text. *in d. l. Scæuola.* Ait † enim, quòd vbi 11
agitur de totali diſpoſitione, ſi non valet quod ago vt ago, nec
valet vt valere poteſt. *l. 1. ff. de iure codicillor.* Diuerſum eſſe dicit,
ſi agatur de particulari diſpoſitione, quoniam tunc ſi non va-
let quod ago vt ago, valet vt valere poteſt, *d. l. Scæuola.* Signifi-
caſſe ergo videtur quod regula *d. l. 1. ff. de iure codicill.* procedit in
teſtamento principali, non verò in ſubſtitutione pupillari,
quæ eſt diſpoſitio particularis, *argum. l. qui liberis. §. fina. ff. de vul-
gari. l. nam quod. §. ſi quis compulſus.* & quod vtrobique Bartol. *ff.
ad Trebell.* Et hoc ipſum ex Bartol. ſententia deduxit Raph. Cu-
man. *in d. l. Scæuola. num. 4. & in l. verbis ciuilibus. num. 10. ff. de vul-
gar.* & eundem et deduxit Philip. Corn. *in d. l. non codicillum. co-
lum. 2. C. de teſtam.*

Hanc interpretationem circa *d. l. Scæuola*, vt ibi Iuriſconſ. lo-
quutus fuerit in re dubia, ſpecialiter tenuit Socin. *in l. Centurio.
num. 54 ff. de vulgar.* Scripſit enim, quod quando non conſtat
expreſsè vtrum teſtator voluit teſtari an facere codicillos, di-
ſtinguendum eſt inter eum, qui vſus eſt verbis directis, dum
alteri, hoc eſt filio impuberi iure poteſtatis teſtatur. Priore ca-
ſu (inquit) cenſetur voluiſſe facere teſtamentum & non codi-
cillos, *l. 1. ff. de iure codicillor.* Poſteriore verò caſu, quamuis vſus
fuerit verbis directis, valet teſtamentum iure codicillorum, &
hunc eſſe caſum *in d. l. Scæuola.* Sed etſi Socin. nullam colora-
tam rationem reddiderit, cur verba directa in re dubia non in-
ducerent nullitatem actus in eo qui alteri, id eſt, filio impube-
ri teſtaretur, potuiſſet tamen habere rationem benignæ inter-
pretationis, de qua *in d. l. Scæuola.* Sunt enim qui putarunt, be-
nignam illam interpretationem locum ſibi vendicaſſe in eo,
qui non ſibi, ſed filio impuberi, teſtaretur, videlicet fauore ip-
ſius impuberis, cuius vtilitati omnino deſerit durum videba-
tur, ſecundum ea, quæ circa *d. l. Scæuola*, quoad aliud tamen
propoſitum tentauerunt Chriſtoph. Caſtel. & Fulgoſ. *in l. 2 &
in l. ſi idem. C. de codicill.* & meminit etiam Viglius *in d. princip. In-
ſtit. de vulgar.*

Mihi tamen communis † interpretatio probabilior eſſe vi- 12
detur, quum nō diuinet, ſed rectè intelligat habitum pro con-
ſtanti, quòd teſtator voluerit facere codicillos. Expendo ad
hoc illa text. verba, licèt ſubſtitutio inutilis ſit: Quoniam co-
dicillis nec dari, nec adimi hęreditas poteſt. Si quidem ea ratio
propria eſt eius ſpeciei, in qua conſtat teſtatorem voluiſſe fa-
cere codicillos. Alioqui etiam ea, quæ codicillis dari poſſunt,
non valent quaſi ex codicillis, ſi teſtator non codicillos, ſed
teſtamentum facere voluit. *l. 1. ff. de iure codicillorum.* § Nec Bart.
authoritas *in d. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* huic interpretatio-
ni refragatur, ſi rectè eius ſententia explicetur. Et ſanè ad hunc
modū venit explicanda: Vt ſi agamus de totali diſpoſitione, id
eſt, de teſtamento vel codicillo, ſi non valebit diſpoſitio vt te-
ſtamētum, nec quidem valebit vt codicillus. Quòd ſi quæſtio
non fuerit de totali diſpoſitione, hoc eſt, de teſtamento, aut

codicillo, ſed fuerit quæſtio de inſtitutione, aut ſubſtitutione, contentis in teſtamento, aut codicillo, tunc etſi hæreditatis datio non valuerit directo modo, prout eam defunctus dedit, valebit obliquo modo prout valere poteſt, *d.l. Scæuola.* Ratio diuerſitatis eſt, quoniam hoc poſteriore caſu directa diſpoſitio particularis conuertitur in obliquam, ſtante eadem totali diſpoſitione, id eſt, ſtante teſtamento, vel codicillo. Sed priore caſu non ſolùm particularis diſpoſitio directa conuerteretur in obliquam, ſed etiam pariter totalis ipſa diſpoſitio, hoc eſt, teſtamentum conuerteretur in diuerſam diſpoſitionem, id eſt, in codicillos, vt poſt alios rectè explicarunt Lancelot. Galiau. *num.5.* Andr. Alciat. *ex num.21. in repet. d.§. ſi quis ita. l.1 ff. de verb. obligat.* Secundum hæc ex ipſius Bartoli ſententia retineretur, quòd *in d.l. Scæuola,* non agebatur de totali diſpoſitione, quoniam conſtabat teſtatorem codicillos facere voluiſſe. Nam ſi hoc non conſtitiſſet, iam teſtator ex ipſa directa pupillari intelligendus eſſet filio impuberi teſtamentum pupillare facere voluiſſe, prout iure facere potuiſſet, ſi legitimum numerum teſtium adhibuiſſet. *l. ſi quis. §. fin. ff. de vulgar.* Sic non deberet conuerti directa pupillaris in fideicommiſſariam, quoniam tunc non ſolum particularis ipſa diſpoſitio conuerteretur in diuerſam ſpeciem, ſed etiam totalis ipſa diſpoſitio, hoc eſt teſtamentum pupillare conuerteretur in codicillos pupillares. Ita enim oportet interpretari, *vt in d. l. Scæuola,* legitimus pupilli hæres intelligatur rogatus quaſi codicillis pupillaribus hæreditatem pupilli reſtituere ſubſtitutis, quos teſtator quaſi teſtamento pupillari hæredes fecerit, not. per gloſſ. vbi meminit de codicillis pupillaribus, *in l. ſi Titio. §. fin ff. de lega. 1.* cum hic, quæ ſupra reſoluimus *in 1. quæſt.*

Vnde infero Alexandri ſententiam *in l. verbis ciuilibus. num. 9. ff. de vulg.* videri dubitabilem. Scripſit enim, quòd ſi non præcedente teſtamento, vel hæredis inſtitutione, pupillaris ſubſtitutio facta ſit, ſcriptura habente numerum teſtium codicillis ſufficientem, in re dubia videbitur defunctus codicillos facere voluiſſe. Sic valebit ſubſtitutio pupillaris fideicommiſſi iure, quoniam defunctus facere non potuit directam ſubſtitutionem, nulla præcedente hæredis inſtitutione. *l. 2. §. quiſquis. ff. de vulgar.* mouetur Alexand. authoritate Baldi, *in l. 1. ff. de iure codicillor.* vbi in hac materia ita diſtinxit: Quòd in re dubia, ſi teſtator vſus eſt verbis mere directis, intelligitur voluiſſe facere teſtamentum. Si vero vſus eſt verbis obliquis, credendus eſt voluiſſe facere codicillos. Subiecit Bald. quòd ſi verba ſint communia, & ad vtrumque trahibilia, tunc ſi tempore, quo teſtator hanc diſpoſitionem ordinabat, non poterat valere iure teſtamenti, valebit iure codicillorum. Porro Alexand. hæc poſtrema Baldi verba non rectè induxiſſe videtur. Nam directa pupillaris ſubſtitutio non cadebat ſub hoc membro, ſed magis cadebat ſub membro priore verborum merè directorum. Quare etſi teſtator quo tempore ordinabat diſpoſitionem, non poterat facere directam pupillarem, nihilominus credendus eſt voluiſſe facere filio impuberi teſtamentum pupillare, quoniam ei directo pupillariter ſubſtituit. Quòd ſi id pupillare teſtamentum ea etiam de cauſa iure non valuit, quod non præcedebat hæredis inſtitutio, retinenda videtur regula, vt ea ſcriptura, quam defunctus pupillare teſtamentum eſſe voluit, non faciat codicillos. *l. cohæredi. §. cum filia. verſi. quòd ſi hæredem. ff. de vulgar. d.l. 1. ff. de iure codicillorum.*

13 Quartò principaliter † quæro: Vtrum *d.l. Scæuola ff. ad Trebel.* procederet hodie, ſi pater in eius l. terminis in codicillis impuberi pupillariter ſubſtituiſſet filium puberem quem teſtamēto exhæredauerat. Mater enim contenderet inteſtati impuberis hæreditatem pro parte ad ſe pertinere, ad ſuperſtitem autē filiū pro altera parte, eandem hæreditatem pertinere, *Auth. defuncto. C. ad ſenatuſconſult. Tertull.* eadem mater agnoſceret ſe partem ſuam hæreditatis pupillaris teneri filio reſtituere ex fideicommiſſo, detracta de hoc ſemiſſe pupillaris ætatis Trebellianica, *argum. d. l. Scæuola.* iuxta ea quæ inferius dicentur *in gloſſ. fin. in fin.* è contrario filius diceret, ſibi integram fratris impuberis hæreditatem ex pupillari ſubſtitutione eſſe delatam, & matrē omnimodo excludēdam fore etiam à Trebellianica. Nam etſi codicillis directo hæreditas dari non poſſit, *d.l. Scæuola. cum aliis ſupra allegatis,* vbi tamē pater inter liberos teſtatur, videtur quòd codicillis poſſit facere directam ſubſtitutionem, vt poteſt miles. *l. militis codicillis.* & quod ibi Bartol. *ff. de milita. teſtamen. iuncta l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamentis.*

Pro matre Bart. ſententia, *in l. Lucius, num. 5. ff. de vulg.* vbi dixit, quod ſi pater codicillis faceret reciprocam ſubſtitutionem duobus filiis impuberibus, reciproca contineret duas duntaxat fideicommiſſarias. *d. l. Scæuolæ.* & ſanè interpretor ſenſiſſe Bart. de fideicommiſſariis ſubſtitutionibus pupillaribus, iuxta verum intellectum *d. l. Scæuola,* vt legitimus hæres eius, qui prior intra pubertatem decederet, mortui hæreditatem ſuperſtiti impuberi reſtitueret. Iaſ. vero *ibidem, num. 11.* notat, directas pupillares, non vero fideicommiſſarias contineri. Mouetur eo quod *in d. l. Scæuola,* idcirco non valet pupillaris directa, quoniam teſtator non poterat codicillis directo ſubſtituere. Cæterum in Bartol. terminis aduertit Iaſ. quod pater poteſt directo ſubſtituere codicillis, vt poteſt miles, *dicta l. militis codicillis,* vbi hoc ipſum notari à Bartolo ſcribit. *ff. de militar. teſtamen.* Confirmat hoc viua, vt inquit, ratione, quoniam ſicut in milite permittitur quòd poſſit codicillis directò ſubſtituere ſecundum merum ius gentium, ita hoc idem patri in liberos teſtanti permittendum videtur, in cuius vltimis diſpoſitionibus inter liberos facti ius gētium ſeruatur: Hæc Iaſon. Cuius verba tranſcripſit ſimpliciter Guilielm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis. 2. De breuiloqua ſubſtitutione, num. 18. ſupra eod.* At verò Lancelot. Polyt. *de reciproca, ſeu de breuiloqua ſubſtitutione in princip. num. 4.* pro Bartol. contra Iaſonem argumentatur, refutando æquiparationem militis, & patris inter liberos teſtantis. Sic dicit ſe probare audacter opinionem Bartoli, quòd videlicet ſint duæ fideicommiſſariæ ſubſtitutiones. Sed & Franciſc. Rip. *in d. l. Lucius, num. 20.* ſcripſit, Bartoli ſuperiorem ſententiam ab omnibus approbari, & ſolùm Iaſonem ibi extitiſſe, qui Bartolo contradiceret, dum directas ſubſtitutiones inducit exemplo militis. Ipſe autem concludit, non eſſe diſcedendum ab opinione Bartoli, quoniam militis priuilegia non ſunt communicanda patri teſtanti inter liberos, propter diuerſam rationem. Ad argumentum, quòd pater poſſit teſtari inter liberos, omiſſa iuris ſolemnitate, reſpondet, verum eſſe in caſibus, quibus pater & liberi expreſſim reperiuntur in iure priuilegiati. Ad deciſionem Bartoli communiter approbatam, *in d. l. militis codicillis,* reſpondet Bartol. ibi velle, quòd paganus in codicillis fauore filiorum poſſit reuocare directam ſubſtitutionem factam de extraneo, quia hoc reperitur expreſſim priuilegiatus. *l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtamen.* Non autem (inquit) vult Bartol. quod directa ſubſtitutio inter filios fieri poſſit codicillis, & contrarium innuit text. *in d. §. ſi quis autem.* Hæc Rip. Nouiſſimè autem Reuerendiſſ. D. D. Couarruu. *in cap. Raynutius. §. 2. num. 3. de teſtam.* Iaſonis & Guilielm. Benedict. opinionem contra Bart. æquiorem eſſe dicit.

Ego autem conſtituo, huius † articuli deciſionem pendere 14 ex Bartol. opinione *in d. l. militis codicillis.* Quippe ſi Bartol. ibi vera ſenſit, conſequens eſt verè etiam probare, quod in propoſita ſpecie valeat pupillaris ſubſtitutio iure directo. Non poteſt euitari authoritas Bartol. quem Rip. agnouit eſſe communis approbatum: quicquid Rip. ſtuduerit euitare Bartol. ſententiam. Itaque magis † probo, quod in propoſita ſpecie 15 valeat pupillaris ſubſtitutio iure directo, contra Bartol. *in d. l. Lucius. num. 5.* Sic mater, quæ prætenderet ex ſemiſſe hæreditatem filij ab inteſtato, excluderetur per pupillarem directam, argumentum huius cap. in fine. Hoc eſſe verum fundatis iuris ra- 16 tionibus oſtendo. Certum eſt † enim, quod pater poſt teſtamentum ſuum potuit ex interuallo facere directam pupillarem ſubſtitutionem liberis ſuis, ſi legitimum numerum teſtium adhibuiſſet, *l. ſi quis eum. §. fina. ff. de vulgari.* Præterea certum eſt, quòd ſi quis filium ſuum, qui alteri filio impuberi exaſſe vel ex parte futurus erat ab inteſtato hæres legitimus eidem impuberi pupillariter velit ſubſtituere, non habet neceſſe in pupillari teſtamento adhibere legitimum numerum teſtium, *iuxta d. §. fin.* qui olim vigebat. Poteſt enim ſine vlla iuris ciuilis ſolemnitate facere eam ſubſtitutionem ex nouo iure. *§. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen.* docet communiter receptus Bartol. *in l. 2. num. 18. ff. de vulgar.* Poſtremò certum eſſe debet, quòd ſi pater potuit ex interuallo facere hanc directam ſubſtitutionem inter liberos ſine vlla iuris ſolemnitate, vtique & in codicillis poterit eam facere. Non enim ex eo quòd codicillos ſibi voluit facere, vitiari debet teſtamentum pupillare, quod eiſdem codicillis voluit impuberi ſuo filio facere, *argum. d. l. militis codicillis,* & quod ibi Bartol. *num. 2. ff. de milita. teſtam.*

Quin-

Quinimò hæc ſententia ſic facilius recipiẽda videbitur, quam ea Bartol. *in d. l. militis codicillis.* Nam in Bartol. ſpecie videbitur quodammodo eſſe repugnantia, quòd idem teſtator & codicillos, & teſtamentum ſibi pariter fecerat, vt propterea multi authores contra Bartol. *in d. l. militis codicillis,* teneant, hoc patri non eſſe permittendum, & ita contra Bartol. reſoluit generaliter Marcus Ant. *in repetit. d. §. ex imperfecto, in 43. quæſt. num. 212. cum ſeq.* Cæterùm in propoſita ſpecie, in qua agimus de pupillari directa, quam codicillis pater filio fecit, facilius erit Bart. magis communiter receptam opinionem admittere. Neque enim repugnare dicetur, quod defunctus in codicillis quos ſibi faciebat, teſtamentum pupillare faceret ſibi impuberi, iuxta text. *in d. l. ſi quis cum. §. fina. ff. de vulga.* vt perſtrinxit Raph. Fulg. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem, in fin. C. de teſtam.* & Philip. Corn. *ibidem in fina. verb.*

Ex his infero ad deciſionem quæſtionis, nam ex facto habuit Bart. vti refert *in d. l. militis codicillis, num. 2. & in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. num. fin. C. de teſtam.* Quidam enim teſtamento inſtituit filium pupillum, eiq; pupillariter ſubſtituit quendam extraneum. Poſtea fecit codicillos, quibus illam pupillarem ſubſtitutionem reuocauit, & ſubſtituit filio impuberi ſorores ipſius impuberis. Mortuo teſtatore, filius, qui patri hæres extiterat, intra pupillarem ætatem vita deceſſerat, atque ita de pupilli hæreditate cœpit eſſe controuerſia inter extraneum, & ſorores pupilli. Etſi quidem teſtator non codicillis, ſed adhibitis teſtibus ad teſtamenti ſolemnitatem neceſſariis, filio impuberi ſorores ſubſtituiſſet, conſtaret extraneum omnimodo fuiſſe repellendum. Etenim pupillare teſtamentum, quod ſimul cum principali prius factum eſſet, poſteriore teſtamento pupillari iure perfecto rumperetur ipſo iure, *argum. §. poſteriore. Inſt. t. quib. mod. teſtam. infirmen. coniuncta d. l. ſi quis cum. §. fin. ff. de vulg.* In propoſita autem ſpecie, in qua teſtator impuberi filio codicillis ſorores eiuſdem pupillariter ſubſtituerat, prima facie dicendum videbatur, quod hæreditas impuberis ex pupillari priore ſubſtitutione extraneo deferretur, isq; velut ex fideicommiſſi cauſa obligaretur reſtituere pupilli hæreditatem ſororibus, quæ codicillis directò fuiſſent ſubſtitutæ, *argum. d. l. Scæuola.* Hoc ita in facti quæſtione dicebant omnes

17 Doct. vti Bart. refert. *d. num. 2.* Et certè dicebant † hoc rectiſſimè, ſi ius antiquum duraſſet. Nam hoc ipſum reſpõdiſſet Scæuola, quamuis Ang. Peruſ. *in l. hæreditas. num. 7. C. de his quib. vt indign.* audacter ſcripſit, quod *d. l. Scæuola.* non procedebat hoc caſu, vt meritò Ang. reprehenſus fuerit ab Alex. *in l. verbis ciuilibus, num. 9. ff. de vulg.* Ioan. Imol. *in l. 1. ff. de iniuſto rupto.* Salic. *in l. ſi idem. C. de codicil.* facit text. vbi etiam Alex. hoc notat *in l. 2. C. de codicil.* & contra Ang. eſt communis opin. vt teſtatur Roderic. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. in 1. limitatione, n. 23.* At verò Bart. contra omnium ſententiam obtinuit ex noui iuris conſideratione, quod pupilli hæreditas nequaquam eſſet delata extraneo. Quoniam pupillaris ſubſtitutio ipſo iure fuiſſet reuocata per poſteriorem defuncti voluntatem codicillis comprehenſam. Induxit ad hoc text. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtam.* vbi expreſſum eſt, quod quando in teſtamento ſolemni inſtitutus eſt extraneus, & deinde in ſequenti voluntate minùs ſolemni inſtituuntur, qui remoto teſtamento, ad inteſtati hæreditatem vocarentur, prior inſtitutio ipſo iure euaneſcit & hæreditas ab inteſtato defertur ei, qui in ſecunda minus ſolemni voluntate fuerat inſtitutus. Contra hanc inductionem dicebatur, quod *d. §. ſi quis autem,* loquitur in teſtatore, qui ſe nõ reſtrinxit ad certam ſpeciem vltimæ voluntatis. Vnde non procederet, quando codicillis defunctus inſtituiſſet venientes ab inteſtato. Verùm Bart. defendit, non obſtare hanc conſiderationem, *argum. d. l. militis codicillis,* vt etiam hoc vltimum ſcripſit idem Bart. *in l. 2. ff. de iniuſto rupto.* Quo loco dixit, quod etiam ſi *d. §. ſi quis autem,* loqueretur eo caſu, quo teſtator voluiſſet teſtari, & non ſeruauit ſolennitatem teſtamenti, nihilominus procederet etiam in eo, qui voluit facere codicillos, & codicillis inſtituit veniẽtes ab inteſtato, vt in terminis ſcripſit euidentiùs *in d. §. ſi quis autem, in fin.*

18 Enimuero poteſt obſeruari † quod his locis ſecurè ſenſit Bart. quinque teſtes non rogatos, qui ſufficiunt codicillis, *l. fin. C. de codicil.* non minus ſufficere illi vltimæ voluntati, de qua *in d. ſi quis autem.* Quod ipſum ſatis videretur probare text. *in d. l. fin.* vbi Imperator ait, in omni vltima voluntate, excepto teſtamento, ſufficere quinque teſtes non rogatos. Et hoc ita videtur verius, licèt Roman. *conſil. 356. Propoſita conſultatio,* contrariam reſponderit, cuius ſententiam Iaſ. retulit *in d. §. ſi quis autem, num. 2.* Sed eum ſequutus eſt Guiliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in verbo, teſtamentum, 1. num. 76. ſupra eod.*

Illud autem præcipuè notandum † eſt, quòd Bartol. ſenſit, ſorores non vocari ad pupilli fratris hæreditatem ex teſtamento pupillari, ſed ab inteſtato, *iuxta terminos d. §. ſi quis autem.* Hoc eſt quod perſtrinxit Ripa *in l. Lucius, num. 20. de vulgar.* circa eam Bartoli ſententiam, quam Philip. Corn. ita rectiſſimè accepit *in d. §. ſi quis autem, in finalibus verbis.* Denique dubitari non debet, quin hoc ita Bart. ſenſerit, & fermè expreſſerit. Tametſi Bald. *in d. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto.* Angel. & expreſſius Raph. Cuman. *in d. l. militis codicillis,* & Franciſc. Aret. *in Auth. hoc inter liberos. de teſtam.* quaſi ex Bart. ſententia intellexerit, quòd ſorores admittendæ eſſent ex pupillari teſtamento, *argum. d. §. ex imperfecto.* 19

Cur igitur Bart. non induxit † potius text. *in d. §. ex imperfecto,* quàm text. *in d. §. ſi quis autem,* ſi vtique ſorores erant ipſius teſtatoris filiæ, ad quas poterat induci text. *in d. §. ex imperfecto,* ſecundùm eiuſdem Bartoli ſententiam *in d. l. num. 18. de vulgari?* Mihi videtur Bartolum exquiſita iuris ratione motum, vt magis induceret text. *in d. §. ſi quis autem.* Nam vbi nullum præcedit teſtamentum iure perfectum, tunc planè procedit text. *in d. §. ex imperfecto,* ſed vbi præcedit teſtamentum iure perfectum, tunc omnium venientium ab inteſtato, etiam ſi liberi ſint, par cauſa eſt, quòd teſtator poſteriore voluntate eos inſtituens non reuocauit prius teſtamentum, in quo extraneos inſtituerat, niſi quinque teſtium numerus interuenerit, vt etiam in tali ſpecie non ex teſtamento, ſed ab inteſtato ſuccedatur, iuxta text. *in d. §. ſi quis autem.* Hoc ita intellexerat aurea Old. a. *conſil. 119.* Titius condidit. *num. 2.* vt veriſimile ſit idem etiam ſenſiſſe Bartolum in hac inductione *d. §. ſi quis autem.* Hoc idem probauerunt Ludouic. Roman. *conſil. 306. Propoſita conſultatione.* Fulgoſ. *in d. §. ſi quis autem. & conſil. 41.* Raph. Cuman. *conſil. 112. Teſtator,* Iaſ. *in dicto §. ſi quis autem, num. 2. & 3.* & nouiſſimè Marcus Anton. *in repetitione dicti §. ex imperfecto, in 5. quæſt. numero 229.* 20

Sic demum ex ſententia Bartoli *in d. l. militis codicillis. & in d. §. ſi quis autem,* comprobamus id quod contra eundem Bartol. *in d. l. Lucius, ff. de vulgar.* ſuperiore quæſtione reſoluimus. Nam profectò quemadmodum induxit ad pupillarem ſubſtitutionem text. *in d. §. ſi quis autem:* ita quoque videbatur inducturus text. *in d. §. ex imperfecto,* ſi vtique non daretur voluntas ſolemnis præcedens. Proinde ſi quis duos filios impuberes codicillis inuicem ſubſtituiſſet pupillariter, conſequens erat Bart. *in d. l. militis codicillis, & in d. §. ſi quis autem,* eadem opera reſpondere, quòd directa pupillaris reciproca valeret iure directo, *argum. d. § ex imperfecto.*

Nihilominus † in propoſita quæſtione contra Bartol. *in d. l. militis codicillis, & in d. §. ſi quis autem.* reſoluo, quòd ſorores admitti debuerunt ad pupilli fratris hæreditatem ex teſtamento pupillari, non verò ab inteſtato. Moueor quoniam etiam in ea ſpecie, in qua præcedebat pupillare prius teſtamentum, inducendus magis fuit text. *in d. §. ex imperfecto,* quàm text. *in d. §. ſi quis autem.* Nam etſi magnoperè debeat mouere tot Doctorum authoritas, qui putauerunt, text. *in d. §. ſi quis autem,* procedere etiam in liberis teſtatoris, præſertim accedente Bartol. quem idem ſenſiſſe interpretamur, fauorabilior tamen eſt, & receptior ſententia exiſtimantium, quòd text. *in dicto §. ſi quis autem,* non procedat, ſi poſterior voluntas emanauerit erga liberos. Quippe eo caſu reuocabitur prius teſtamentum, & valebit poſterior voluntas iure teſtamenti inter liberos, quamuis quinque teſtium depoſitiones non repetiantur, ſed duorum duntaxat, *iuxta dictum § ex imperfecto,* Hoc tenuit Hoſtien. *in ſumma de teſtamen. §. qualiter, verſic. item quandoque prius,* Bald. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. *in dicto §. ſi quis autem,* ita ſoluentes contrarium *d. §. ex imperfecto.* Hoc etiam apertè ſenſit Bald. *in l. final. C. familiæ erciſcundæ,* & qui eum retulit, & ſequutus eſt Aretinus, *in l. ventre præterito. colum. penultima. ff. de acquiren. hæred.* Idem tenuit Corne. *conſil. 21. volum. 4.* Alexand. *in dicto §. ex imperfecto.* Curtius Iun. *ibid. num. 18.* Andr. Sicul. *in cap. relatum. 1. ſupra hoc titu. de teſtamen.* Denique hanc opinionem dixit eſſe communem Iaſ. *in d. §. ſi quis autem. num. 2.* & Guilielm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius. in verbo, teſtamentum. 1. num. 75. ſupra eodem.* Quare in propoſita à me quæſtione frater teſtamento princi- 21

principali exhæredatus admittetur ad fratris impuberis hæreditatem ex pupillari teſtamento, quod pater codicillis vtiliter facere potuit, argum. *d. §. ex imperfecto.*

22 Huius reſolutionis meæ emolumentum † erit quòd in Bartoli ſpecie ſorores pupilli hæreditatem eiuſdem ipſo iure & ſine vlla aditione acquirerent ex pupillari ſubſtitutione velut neceſſariæ hæredes, eamq́; hæreditatem non aditam in quoſcunque ſucceſſores tranſmitterent. *l. 2. §. prius, verſic. adeo. l. ſed ſi plures. §. quos poſſumus, cum ibi nota. ff. de vulgar.* & tamen ſi cum Bartolo inducemus text. *in d. §. ſi quis autem,* vt hæreditas pupilli ab inteſtato ſororibus deferretur, non idem probaretur. Nam etſi maximè hæ filiæ in patris morientis fuiſſent poteſtate, & ad fratris impuberis hæreditatem iudicio patris expreſſo vocatæ eſſent, non tamen impuberi fratri neceſſariæ hæredes poſſent exiſtere. Didici enim ex eo, quòd patris & filij vnum teſtamentum ſit, deſcendere, vt quos pater potuit facere ſibi neceſſarios, faciat etiam impuberi filio. *d. l. 2. §. prius. verſic. conſtat. ff. de vulgar.* ergo ſi non ſuccedatur ex pupillari teſtamento, ſed ab inteſtato, ceſſabit neceſſitas, quum ceſſet iuris ratio, quæ neceſſitatem induxit, vt & alias contra Angel. *ibidem* obſeruauit Ioan. Imol. *in l. ventre præterito. num. penult. ff. de acquiren. hæredib.* Alexand. *in l. qui duos. num. quarto. ff. de vulg.* [illegible] Corn. *l. 3. C. de inred. liber.*

23 Item erit aliud † emolumentum, videlicet, quòd ſi mater interueniat, non poſſet in regnis Caſtellæ & Portugaliæ vendicare locum ſententia Bartol. *in d. l. militis codicillis.* Quoniam in his Regnis ſorores ſubſtitutæ non poterant, remoto teſtamento minus ſolemni, ab inteſtato ſuccedere fratri impuberi. Cuius ſucceſſionem ab inteſtato mater præueniret, & eiuſdem impuberis ſorores in totum excluderet, quemadmodum diſponitur in Regno Caſtellæ *per l. 6. Tauri,* & in Regno Portugaliæ *in lib. 4. Ordinatio. tit. 75.* Cæterum hę ipſæ ſorores, inducendo text. *in d. §. ex imperfecto.* iuncta doctrina Bart. *in d. l. Centurio. num. 20.* & ſuccedendo eidem, prout ſuccedunt ex teſtamento pupillari, proculdubio matrem excluderent, non ſolum ab inteſtato venientem, ſed etiam ſi eadem mater in alio teſtamento prius per patrem eidem filio fuiſſet pupillariter ſubſtituta. Quoniam ſecundum teſtamentum pupillare minus ſolemne, in quo ſorores impuberis fuiſſent ſubſtitutæ, reuocaret prius teſtamentum, tametſi in eo mater eiuſdem impuberis fuerat prius illi pupillariter ſubſtituta, quum etiam pupillare teſtamentum ſit cenſendum patris inter liberos teſtantis, cuius reſpectu mater impuberis prorſus extranea ſit cenſenda, vt habet regula noſtri cap. proinde in quæſtione, quam indeciſam reliquit Rodericus Xuar. *in repetit. l. quoniam in prioribus. in 1. limita. in fin. C. de inoffic. teſt. item.* mater prius ſubſtituta excludenda fuit omnino per ſorores impuberis ſecundo loco minus ſolenni teſtamento ſubſtitutas, & ex pupillari ſubſtitutione, & non ab inteſtato, ſucceſſionem vendicantes.

24 Quintò quæro † circa eandem *l. Scæuolæ:* Vtrum benigna illa interpretatio pertineat ad ſolam pupillarem, an verò latius producatur ad alias etiam directas inſtitutiones, & ſubſtitutiones codicillis factas? Et fuerunt qui exiſtiment, benignam illam interpretationem ſingulari impuberis contemplatione fuiſſe receptam, vt ad alios caſus trahi non debeat, ſecundum Chriſtoph. Caſtellion. & Raph. Fulgoſ. *in l. 2. & in l. ſi idem C. de codicillis.* Ioan. Crot. *in repet. cap. Raynutius, fol. 22. colum. 4. ſupra eodem.* Sed receptius eſt, quòd in *d. l. Scæuola,* benigna illa interpretatio non fauorem impuberis ſingularem ſed fauorem generalem reſpexit. Sic eueniret, vt non ſolum directa pupillaris, ſed quæcunque alia ſubſtitutio directa, vel inſtitutio codicillis facta ad fideicommiſſum trahi debeat, argum. *l. fin. C. de codicillis,* vt ex communi opinione reſoluit Philip. Corn. *in d. l. ſi idem, num. 1. C. de codicillis,* Aret. *in l. verbis ciuilibus, col. 2. ff. de vulga.* Vigl. *in princip. num. fin. Inſtitut. de vulgar.*

25 Sextò principaliter † quæro: Vtrum directa vulgaris ſubſtitutio, quæ codicillis in hæreditate teſtatoris facta ſit, trahatur ad fideicommiſſariam? Et gloſſ. *in princip. Inſtitut. de vulgar. in t. ſcholio* tradidit, quòd ſi directa vulgaris ſubſtitutio codicillis fiat, vulgariter ſubſtitutus admittetur per fideicommiſſum, quum directo admitti iure non poſſit. Mouetur gloſſ. ad hoc dicendum per text. *in d. l. Scæuola. ff. ad Trebellian.* quæ tamen lex non loquitur in fideicommiſſo facto in hæreditate teſtatoris, ſed loquitur in fideicommiſſo hæreditatis pupillaris, ſecundum ea, quæ ſupra oſtendimus. Cum igitur ea gloſſ. ſententia ſit recepta, ego eam ſic interpretor, vt ſi quis teſtamento Titium hæredem inſtituerit, & deinde codicillis Titio, ſi hæres non erit, Sempronium vulgariter ſubſtituerit, videatur hæreditatem ſuam per fideicommiſſum Sempronio dediſſe in caſum, quo Titius hæres non eſſet. Quare perinde habendum eſt, atque ſi defunctus codicillis ſpecialiter ita comprehendiſſet: Si Titius mihi ex teſtamento hæres non erit, rogo legitimum hæredem meum, ad quem hæreditas mea lege redire debet ab inteſtato, vt eam hæreditatem Sempronio reſtituat, *argum. d. l. Scæuola. verſic. Quòd ſi inuicem,* & quod ibi docet gloſſ. ſecundum veram interpretationem.

Septimò principaliter † quæro: Vtrùm breuiloqua ſubſtitutio facta his verbis: Eosq́ue hæredes meos inuicem ſubſtituo: contineat fideicommiſſariam, ſi codicillis facta ſit. Et Bartol. poſt Dyn. *in l. Lucius, num. 20. ff. de vulgar.* ſcribit, quòd huiuſmodi ſubſtitutio continet fideicommiſſariam, per *d. l. Scæuola, verſic. quod ſi inuicem. ff. ad Trebellian.* Et huius rei rationem eſſe tradit Ioan. Imol. ibi, *num. fin.* quoniam, ſcilicet, breuiloqua ſubſtitutio eo quòd codicillis facta ſit, non poteſt ab ipſo initio comprehendere vulgarem, per quam directo hæreditas datur. Hoc idem reſoluit Oldrad. *conſil. 33. Quidam habuit vxorem; num. 1.* & Bald. *in l. iam hoc iure. antepenult. quæſt. ff. de vulgar.* vbi ex Cyni ſententia docet, quòd ſi reciproca ſubſtitutio fiat in voluntate, in qua non poteſt directa fieri, vt in codicillis, tunc continetur fideicommiſſaria; *vt d. l. Scæuola.* Sed & Curtius Iunior *in l. precibus; num. 55. C. de impuber. & aliis.* de hoc dicit eſſe text. clarum *in d. l. Scæuola: verſic. Quòd ſi inuicem.* Denique hoc quaſi ex omnium receptiſſima opinione reſoluit Ripa, *in d. l. Lucius. num. 43. ff. de vulgar.* declarando, quòd hoc caſu reciprocum fideicommiſſum, videatur dilatum in mortis tempus. Allegat text. *in d. l. Scæuola, ibi: Vnoque eorum mortuo:* in quo expendit reciprocam non fuiſſe factam per verba tractum temporis denotantia: & tamen intelligi fideicommiſſariam poſt mortem. 26

Secundum quæ ſi codicillis, quos quis faceret ex certa ſcientia, Titium & Sempronium hæredes inſtitueret, eosq́ue inuicem ſubſtitueret, vulgo reſponderetur, reciprocam ſubſtitutionem, quæ breuibus verbis facta fuit, trahendam eſſe ad fideicommiſſariam reciprocam: ita vt alteri videatur rogatus reſtituere portionem hæreditatis poſt mortem ſuam. Nam licèt vbi teſtamento facta eſſet talis ſubſtitutio, in vulgarem tantummodo caſum facta videretur, *d. l. iam hoc iure. ff. de vulgari.* Quoniam tamen codicillis facta proponitur, trahi debet ad reciprocam fideicommiſſariam: *argumento d. l. Scæuola, verſic. Quòd ſi inuicem.*

Ego verò † nec in iudicando nec conſulendo, poſſem probare huiuſmodi opinionem: quam equidem apud prudentiores iudices manifeſtè conuincerem à iuris noſtri rationibus eſſe prorſus alienam. Et in primis agnoſcerem ad propoſitę quęſtionis terminos omnimodo inducendum fore Scæuolæ reſponſum *in d. l. Scæuola, verſ. Quod ſi inuicem:* ſed vtique agnoſcerem ſecundum veram, non autem ſecundum falſam illius interpretationem. Porro inductio procedere debet, facto argumento de reciproca facta in hæreditate pupilli ad reciprocam factam in hæreditate teſtatoris, de qua agimus. Sicut enim teſtator ibi rogaſſe videtur legitimum hæredē impuberis, vt hæreditatem impuberis Titio, Mæuio & Sempronio reſtitueret: ita in propoſita ſpecie defunctus videatur codicillis ab inteſtato relictis rogaſſe legitimum hæredem ſuum vt hæreditatem Titio & Sempronio reſtitueret, quos inutiliter directo hæredes eiſdem codicillis inſtituerat, *argum. d. l. Scæuola. ff. ad Trebell. & l. fina. C. de codicillis.* Sequitur ergo deliberatio de reciproca ſubſtitutione: vt videamus, ſi hæres legitimus in hac noſtra ſpecie defuncti hæreditatem ex fideicommiſſi benigna interpretatione reſtituerit Titio, & Sempronio detracta, videlicet, Trebellianica, & deinde Titius prior vita deceſſerit, vtrum ſuperſtes Sempronius poſſit ab hærede Titij partem hæreditatis petere quaſi ex reciproca ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ poſt mortem facta videretur? Et ſimiliter huius quæſtionis deciſio pendet ex reſponſo Scæuolæ *in dicto verſiculo, Quod ſi inuicem.* Reſpondit enim, quod ſi ſubſtituti pupillares fuiſſent inuicem ſubſtituti, etiam in fideicommiſſo valeret ſubſtitutio: vt, vno eorum mortuo ſuperſtites totum acciperent. Erit igitur operæpretium ad incudem reuocare Iuriſconſulti ſententiam, vt deprehendamus, an in eo loco intellexerit, 27

quod

Digitized by Google

quod reciproca illa ſubſtitutio facta videbatur in caſum mortis: vt qui prior vita decederet, portionem ſuam ſuperſtiti reſtitueret? Et ſunt qui ex ſententia Iuriſconſ. hoc ita intellexerint: vt Iacob. Aren. & Alberic. ibi. Quibus tamen dura interpretatio viſa eſt, ſi vbi verba non habebant mortis mentionem, induceretur fideicommiſſaria ſubſtitutio in tempus mortis dilata. Quocirca iidem authores ſupplendum cenſuerunt, breuiloquam ſubſtitutionem ita factam, Eoſq; inuicem ſubſtituo, prout quiſq; veſtrum prior morietur: Hanc interpretationem attigit Bartol. *in d. l. Scæuola. num. 4. verſic. Vel potes ponere:* intelligens, quod pater duos filios teſtamento hæredes inſtituerat: & eos codicillis inuicem ſubſtituerat: & vltimo decedens fuerat rogatus alteri reſtituere. Porro Paul. Caſtr. *ibi ad fin. in verſic. Alio*, declarauit ex ſententia Bartoli hunc intellectum, quod filij in teſtamento inſtituti, codicillis fuerant inuicem ſubſtituti: vt tunc huiuſmodi reciproca valeat iure fideicommiſſi: ita vt ſi primus moriatur, eius portio deueniat ad ſuperſtitem per fideicommiſſum. Sed profectò hic intellectus longè abeſt à ſententia Scæuolæ, vt idem Caſtrenſ. & Ioan. Imol. ibi rectè concludunt, adhærentes intellectui gloſſ. qui & verus eſt, & communiter ab aliis Doctoribus approbatur.

Itaq; gloſſ. *in verb. Subſtituti*, rectius intellexit, quod ibi ſubſtituti pupillares fuerunt inuicem ſubſtituti: & conſequenter fuit facta reciproca ſubſtitutio in pupilli hæreditate. Adiecit gloſſ. quod ſecundum hoc fuit directa vulgaris, quæ non poteſt fieri in codicillis: ſed trahitur ad fideicommiſſum. Expende igitur gloſſ. non dixiſſe, quod reciproca hæc, quia codicillis facta erat, initio facta videbatur in cauſam fideicommiſſi: ſed dixiſſe quod etiam ſi codicillis facta erat, initio tamen videbatur facta in caſum vulgaris: quamuis vulgaris trahatur ad fideicommiſſum. Adde quod Bartol. *ibid. num. 4. verſic. Gloſſ. ponit*, ex ſententia gloſ. declarat, quod reciproca ſubſtitutio videtur facta in eo, quod ſubſtituti percipient iure fideicommiſſi: vt, vno ſubſtitutorum mortuo, aliis totum debeatur. Hæc autem verba communi intellectu perſpicuè, & eleganter explicauit Paulus Caſtrenſ. vt certum ſit, nihil aliud Iureconſultum ſenſiſſe. Declarauit enim, quod reciproca ſubſtitutio quæ in hæreditate pupilli directò data vulgares duntaxat continebat. *l. iam hoc iure, ibi, In vulgarem tantummodo caſum. ff. de vulgar.* retinet eaſdem vulgares in eadem pupilli hæreditate fideicommiſſaria: quum & in fideicommiſſis directa vulgaris rectè fieri poſſit. *l. vt hæredibus ff. de vulgar.*

Secundùm hanc veriſſimam interpretationem res ad eos terminos reducitur, in quibus planè foret, ſi teſtator *in d. l. Scæuola*, codicillis ita dixiſſet: Si filius meus deceſſerit in pupillari ætate, rogo legitimum hęredem eius, vt hæreditatem eiuſdem pupilli reſtituat Titio, Mæuio, & Sempronio: quos inuicem in hac fideicommiſſaria hęreditate vulgariter ſubſtituo. Quare ſi ante diem fideicommiſſi cedentem vnus ex his mortuus fuiſſet, ita vt partem ad hæredem ſuum iure non poſſet tranſmittere, ſuperſtites totum fideicommiſſum à legitimo pupilli hærede acciperent. Quoniam ad partem mortui admitterentur iure directæ vulgaris. Quòd ſi vnus ex his partem ſuam ſemel agnouiſſet, nihil vltra quærendum eſſet de fideicommiſſo circa hanc partem, quam is liberè, & ſine vllo fideicommiſſi onere accepiſſet. Nam reciproca ſubſtitutio quę in vulgarem duntaxat caſum facta fuiſſet, agnito ſemel fideicommiſſo, expiraſſe videtur, argumento *l. poſt aditam. C. de impuber. l. ſi legata. C. de legatis, coniuncta dicta l. vt hæredibus. ff. de legat. 2.* Hoc eſt, quod obſcurè admodùm circa *d. l. Scæuola.* attigit Alberic. *in repetit. Rubric. num. 82. verſic. ſed tunc quæro. ff. de vulgar.* Licèt enim ſcripta eius corrupta ſint, manifeſtè loquitur in reciproca codicillis facta. Et allegauit text. *in d. l. poſt aditam*, in hanc ipſam ſententiam, quam videtur confirmaſſe argumento pupillaris directæ, quæ ſimiliter codicillis facta fuiſſet. Vt enim fideicommiſſaria pupillaris expirat pubertate exemplo dictæ pupillaris: ita putat vulgarem, quæ erat facta in hæreditate directò data, quum valeat in fideicommiſſaria hæreditate, ſic expirare deberet, agnito fideicommiſſo, quemadmodum expiraret, agnita ſemel hæreditate directò data. Quòd ipſum admonuit etiam Angel. Aretin. *in principio, num. quarto. Inſtitutio. de legat.*

Vnde colligò excuſari debere Accurſij verba, *in d. l. Scæuola. in penult. ſcholio.* Qui parte docuit vulgarem directam, quæ codicillis fieri non potuit ad fideicommiſſum trahi. Nec enim dicendum eſt, quòd vulgaris ipſa ſubſtitutio obſcurè conuertatur in obliquam, ita vt is, cui vulgaris directa facta eſt, cenſeatur fideicommiſſo oneratus. Quin potius dicemus, quòd directa vulgaris, quæ in hæreditate directò data codicillis fieri nō potuit, trahetur ad hæreditatem fideicommiſſariam. Nam reciproca directa debuit ex defuncti voluntate, quoad fieri poſſet, retineri in fideicommiſſo, vt & in fideicommiſſo in vulgarem tantummodo caſum facta videretur. Quod ita Scæuola argutè ſignificaſſe mihi videtur quum ſcripſit, Et in fideicommiſſo ſubſtitutionem valere.

Hinc etiam colligo ad deciſionem propoſitæ quæſtionis, videlicet, quum legitimus hæres ipſius defuncti obligatur fideicommiſſo ad reſtituendam hæreditatem Titio, & Sempronio ſi Titius, viuo eo, qui codicillos fecit, moriatur, ſuperſtes Sempronius totam hæreditatem à legitimo hærede accipiet. Sed ſi Titius partem ſuam iam accepiſſet, & deinde prior vita decederet, ſuperſtes Sempronius nihil ab hærede Titij petere potuiſſet, quoniam reciproca ſubſtitutio in vulgarem tantummodo caſum facta videbatur. Sic apparet, omnes authores quos ſupra allegaui, falsò collegiſſe ex *d. l. Scæuola*, quòd reciproca ſubſtitutio codicillis facta, non videretur facta in caſum vulgaris directæ, & quòd videbatur reciproca fideicommiſſaria in caſum mortis facta.

Adde tamē quòd illa opinio eorum authorum fortaſſis excuſabitur, vt procedere poſſit in exquiſita quadam ſpecie, ſi videlicet omnino vitemus terminos, *d. l. Scæuola.* Pone enim, quòd teſtamento rite facto inſtitui Titium, & Sempronium, deinde codicillis ita ſcripſi: Titium & Mæuium inuicem ſubſtituo. Nempe quia hæreditas directò data eſt facto teſtamento, atque ideo prout data eſt directò verſatur vtiliter in primo gradu, non poſſumus ex Scæuolæ ſententia deducere vt valeat directa vulgaris in fideicommiſſo. Nec eſt poſſibile directam ipſam vulgarem, retento caſu vulgari, in fideicommiſſariam conuertere, certè ſi verbis exprimeretur conuerſio, inepta fieret. Stante enim teſtamento, quo Titius & Sempronius iure ſunt inſtituti, hæc ſubſtitutio, Si Titius hæres non erit ſit hæres Sempronius, his verbis deberet conuerti in fideicommiſſariam: Si Titius hæres non erit, rogo Sempronium, vt ſibi ipſi hæreditatem reſtituat, quod eſſet ridiculum, & inutile, iuxta id quod docet Ioan. Aud. in additio. ad Spec. *tit. de inſtrum. editio. §. compendioſè.* Corn. *in l. 2. num. 1. C. de codicil.*

Quapropter in hac ſpecie, ne reciproca ſubſtitutio codicillis facta non pereat, vtrique aptari potuit interpretatio fideicommiſſarię, vt alter alteri poſt mortem videatur hęreditatem reſtituere rogatus argumento. *l. quoties. ff. de rebus dubiis.* Et hic aptatur Ioan. Imol. doctrina *in d. l. Lucius. num. fin.* quatenus intellexit, quòd reciproca ſubſtitutio codicillis facta ab ipſo initio videtur facta in caſum fideicommiſſi, quoniam in caſum vulgaris fieri non potuit. Denique authoritas Bart. *in d. l. Scæuola. num. 4. verſic. vel potes ponere*, in huius ſententiæ fauorem adduci poteſt. Siquidem in his propriè terminis loquutus eſt, vt videlicet aptaret interpretationem fideicommiſſariæ in mortis tempus dilatæ, ſecundum ea, quæ ibi interpretatus eſt Paul. Caſt. *in verſic alio modo.*

Octauò conſequenter quæro: Si reciproca ſubſtitutio teſtamento facta ſit, & adiicitur clauſula codicillaris, vtrum ratione huius clauſulę in reciproca contineatur ſubſtitutio fideicōmiſſaria? Reſpondeo huius quæſtionis deciſionem petendam eſſe ex his, quæ ſuperius reſolui *in hac ipſa 3. part. in gloſſ. obliqua.*

Nonò quęro: Quid ſit † quòd Scæuola in vltimo verſ. ſigni- 28
ficauerit: Nempe idcirco, vno ſubſtitutorum mortuo ſuperſtites totum accipere, quoniam & in fideicommiſſo ſubſtitutio reciproca vulgaris ex eadem benigna interpretatione valuerat? Reſpondeo hanc quæſtionem eſſe nimis ſubtilem, nec eſſe dubitandum, quin hoc ita ſenſerit Scæuola, quum ſubiunxit, Vnoque eorum mortuo, ſuperſtites totum accipiunt. At enim, remota quoq; vulgari ſubſtitutione, & etiam ſi in fideicommiſſo non valeret, ſuperſtites totum videbantur accepturi ex iure accreſcendi. Raph. Cuman. *ibi num penult.* aduertendum ait, inutilem eſſe effectum Iureconſul. ſi teſtator hos ſubſtitutos coniunctim ſubſtituiſſet. Quare vt habeat vtilitatem conſideratio Scæuolæ, putat intelligendum, quòd non fuerunt coniunctim ſubſtituti, ſic ſuperſtites totum accipiunt ex vulgari, quod non eſſent accepturi ex iure accreſcendi. Nec enim ius accreſcendi haberent, qui coniuncti non fuiſſent.

Sed

Sed dura hæc interpretatio Rapha. Cumani, reſpuenda eſt. Quoniam ſecundum mentem Iureconſulti oſtendi, coniunctim fuiſſe ſubſtitutos, quos nihilominus ſenſit totum accipere propter vtilitatem vulgaris ſubſtitutionis. Cur igitur ſi coniunctim fuerunt ſubſtituti pupillariter ipſi impuberi, vno eorum mortuo, ſuperſtites non totum fuerunt accepturi ex iure accreſcendi?

Ego conſidero circa ea verba: Vnoq; eorum mortuo; quòd vnus eorum potuit mori, vel viuo teſtatore, vel poſt mortem teſtatoris, viuo pupillo. Nec dubito, quin vtrumque hunc caſum voluerit comprehendere Scæuola in eo reſponſo. Potuit etiam vnus eorum mori poſt mortem impuberis antequam partem ſuam fideicommiſſi agnoſceret, ſed hic caſus non æquè videtur expreſſus. Portò ex iuris ciuilis bene fundata peritia procedere poteſt, vt hiſce omnibus caſibus ſuperſtites, quamuis coniuncti verbis fuiſſent, non tamen ex iure accreſcendi totum eſſent accepturi.

29 Et quidem † ſi vnus eorum poſt mortem impuberis deceſſiſſet antequam partem ſuam agnoſceret, conſtare inter omnes videretur, quòd ad hæredem ſuum actionem fideicommiſſi transferret, vt eſt notiſſimum.

30 Vbi vero vnus † eorum, viuo teſtatore, mortuus eſſet, equidem ex Scæuolæ ſententia intelligo quòd ſuperſtites totum non acciperent ex iure accreſcendi. Nam quamuis nemo dicturus eſſet eum qui viuo teſtatore, deceſſiſſet, aliquid ex fideicommiſſo hæredibus ſuis reliquiſſe, alia tamen antiqui iuris ratio ſuccurrit, quæ non permittebat partem illam fideicommiſſi defectam coniunctis accreſcere. Siquidem ex lege Papia fideicommiſſi pars illa fiſco vendicabatur, vt probatur *in l. item veniunt. §. præter, verſic. pridie ff. de petitio. hæred. l. vna. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen.* Quod ius apud Iureconſultos in vſu fuiſſe conſtanter aſſerit Rapha. Cuman. *in l. Celſus. in princip. ff. de leg. 2.* vbi text. repugnare videbatur. Sed tamen Cuman. reſpondit, illud fuiſſe additum à compoſitoribus noui iuris. Et ſane potuiſſet aliam rationem tentare quòd videlicet ibi erat hæres teſtatoris filia.
31 Enimuero lex Papia † id, quod apud hæredem erat remanſurum, fiſco applicabat, niſi hæres ex liberis vel parentibus vſque ad tertium gradum, ſcriptus fuiſſet. *d. l. vna, in fin. princip.* denique Philip. Corn. *in d. l. vna. §. pro ſecundo, num. 2.* quaſi ex communi ſententia videtur reſoluere, hanc legem Papiam ante digeſtorum tempora ſolummodo viguiſſe.
32 Certè † ipſum Scæuolam hoc ipſo iure legis Papiæ vſum fuiſſe argumento mihi eſt quod apud eum notauit Claudius *in l. fin. §. 1 ff. de his quib. vt indignis*, vbi ita ſcriptum eſt: Apud Scæuolam Claudius notat, ſi viuo teſtatore, deceſſerit is cui illicitè legatum relictum erat, non fiſco hoc vendicatur, ſed apud eum à quo relictum eſt, remanet. Ego enim noue interpretor quòd ſi licitè legatum relictum fuiſſet, iam quia ex poſt facto morte legatarij inciperet eſſet legatum in cauſa caduci, ex l. Papia fiſco vendicaretur. Quoniam tamen illicite fuerat legatum, ideo pro non ſcripto haberi, vt apud eum maneret, à quo relictum erat. *d. l. vna. § in primo.*

33 Ergo Scæuola † argutè ſenſit hoc caſu ſuperſtites totum accipere ex vulgari ſubſtitutione, quod vtique ex iure accreſcendi nõ fuiſſent accepturi. Quippe vulgaris ſubſtitutio excludebat fiſcum à vendicatione partiũ, quæ eſſent in cauſa caduci. *l. vna. in princip. ibi: Vt ſubſtitutiones introducerent. C. de cadu. tollen.*

34 Ex hoc etiam ſubtile argumentum colligitur quòd † altero etiam caſu, in quo videlicet vnus ſubſtitutorum poſt mortem teſtatoris, viuo impubere mortuus eſſet, similiter ſenſit Scæuola, ſuperſtites non totum fuiſſe accepturos ex iure accreſcẽdi, quamuis tamen totum accipiant ex vulgari ſubſtitutione quæ in fideicommiſſo valuit. Nam eleganter defendi poteſt noua & peregrina ſententia, quæ magnum emolumentum habeat, videlicet, quòd ſi vnus ex ſubſtitutis pupillaribus deceſſiſſet, viuo pupillo, fideicommiſſum pro parte ſua in hæredem ſuum transmitteret. Proindè ſi poſtea pupillus ante pubertatem decederet, legitimus eius hæres hæreditatem pupilli reſtituere deberet non ſolum ſuperſtitibus, ſed etiam hæredibus mortui. Vbi enim teſtator à filij impuberis legitimo hærede fideicommiſſum reliquit, etiam adſcripta conditione: Si filius deceſſerit in pupillari ætate, dies eius fideicommiſſi cedit quo ad trãſmiſſionem ſtatim à morte teſtatoris: & fideicommiſſarius, viuo impubere decedens, fideicommiſſum ad hæredem ſuum transfert; argumento. *l. 1. & l. hæredis aditio. §. tantundem. ff. quando dies lega. cedat, coniuncta l. ſi Titio. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lega. 1.* Hoc ego veriſſimum eſſe in fideicommiſſis rerum ſingularium primus fortaſſe iã ſuperiùs obſeruaui in hac ipſa 3. parte. Id etiam videor poſſe ſimili ratione defendere in fideicõmiſſo vniuerſali hæreditatis pupillaris. Quoniam † dies fideicommiſſorum 35 vniuerſalium ſimiliter cedit atque dies fideicommiſſorum rerum ſingularium. Planè ſi teſtator *in d. l. Scæuola*, videretur fideicommiſſum bonorum ſuorũ à filio, ſi deceſſiſſet impubes, ſubſtitutis reliquiſſe vt Paul. Caſtr. ibi, & alij authores exiſtimauerunt, nullo colore dici poſſet, quod fideicommiſſarius, viuo impubere, decedens aliquid in hæredes tranſmitteret. *l. 5. cum vulgar. ff. quando dies lega. cedat.* Sed nos veriſſimam eſſe diuerſam interpretationem reſoluimus: videlicet, quod dictum fideicommiſſum fuerit bonorum pupilli, *iuxta l. ſi Titio. § fin. ff. de leg. 1.* Proinde Scæuola potuit ſentire, quod fideicommiſſum bonorum pupilli cederet, ſtatim à morte teſtatoris, vt ſi fideicommiſſarius, viuo etiam pupillo, decederet fideicõmiſſi partem in hæredem ſuum transferret. Sic ſuperſtites nõ eſſent totum accepturi ex iure accreſcendi: quoniam hæres mortui fideicommiſſarij veniens ex iure tranſmiſſo excluderet ius accreſcendi: niſi & in fideicommiſſo vulga. facta intelligeret.

Illud igitur eſt in difficili: Cur Scæuola ſenſerit ſubſtitutos propter reciprocam vulgarem ſubſtitutionem, totũ fuiſſe accepturos? Et prima facie reſpondendum videretur, quod vbi vulgaris ſubſtitutio fit in legatis, ſeu fideicõmiſſis, impeditur trãſmiſſio, quæ alioqui, remota vulgari ſubſtitutione, fieri deberet. Vnde ſi in ſpecie *d. l. Scæuola*, fideicommiſſarius fuiſſet mortuus, etiam poſt mortẽ pupilli, nemo dubitaret, quin, remota vulgari ſubſtitutione, ſuperſtites non eſſent totum habituri ex iure accreſcẽdi. Si quidem hæres mortui veniens ex iure tranſmiſſo, ius accreſcẽdi excluderet. Sed vulgaris ſubſtitutio inducere videretur, vt quoniam is ante agnitum fideicommiſſum deceſſiſſet, admittitur ad eam partẽ vulgaris ſubſtitutus. Ad hoc facit text. *in l. ſi legata. C. de legat.* vbi Imperator Antoninus reſcripſit, quod ſi legata relicta primus legatarius agnouit, ſubſtitutio eorum in perſonam Pontianæ facta euanuit. Vndẽ Benedictus de Plumb. ibi deduxit, quod ſi non agnouit, non tranſmittit. Angel. etiam ibi obſeruauit, quod licèt alias non facta vulgari ſubſtitutione, legatarius tranſmitteret legatum, quod nondum agnouiſſet: tamen propter vulgarem ſubſtitutionem euenit, quod tranſmiſſio impeditur, vt vulgaris ſubſtitutus admittatur. Idem reſoluit ſecurè Iaſon *ibi, num. 1.* quaſi ex Bartoli ſententia *in l. 3. §. 1 ff. de adimen. lega.* & ex ſententia Alexandri *in d. l. ſi legata.* Ait enim Iaſon, quod ſi moriatur legatarius primus, aliter non agnito legato, licèt alias legatum cedat à morte teſtatoris, & acquiratur etiam ignoranti. *l. cum pater. §. ſurdo. ff. de leg. 2.* tamen quando adeſt ſubſtitutus, præfertur ſubſtitutus & impedit tranſmiſſionem.

Sed talis ſententia periculoſa eſt, & quæ temere probari nõ debeat. Verius enim † videtur & receptius eſt, quòd ſi vulga- 36 ris ſubſtitutio fiat in legatis, ſeu fideicommiſſis, dies nihilominus fideicommiſſi regulariter quoad tranſmiſſionem cedit quemadmodum cederet, ſi vulgaris ſubſtitutio facta non fuiſſet. Sic veniens ex iure tranſmiſſo excludit vulgarem ſubſtitutum ſi fideicommiſſum agnoſcat; non minùs, quàm excluſiſſet ipſe fideicommiſſarius, ſi fideicommiſſum agnouiſſet. Hoc voluit Guilielm. de Cuneo *in l. precibus. C. de impuber.* quem ſequutus eſt Alberic. *in repet. Rub. num. 21. ff. de vulga.* Alexand. *in l. Marcellus. §. quidam liberis. num. 4. ff. ad Trebellian.* Hoc docuerunt Bald. & Rapha. Cuma. *in l. ſi filius hæres ff. de liber. & poſthum.* Cuman. *in l. vt hæredibus ff. de leg. 2.* Raph. Fulgoſ. Philip. Corn. *num. fin. in l. cum virum. C. de fideicommiſ.* idem Philip. Corn. *in repet. l. 3. C. iure delib.* Hoc reſoluit ex profeſſo Ang. de perigl. *in repet. l. in ſuis. num. 157. ff. de libe. & poſth.* vbi reſpondet ad contrarium ſenſum. *d. l. ſi legata.* dicens, quod ſi ita ſumatur: Ergo ſi non agnouit, id eſt, repudiauit ſubſtitutus admittitur: rectè ſumitur. Sed ſi ita ſumeres: Non agnouit, id eſt, ſtetit in ſuſpenſo: tunc tale (inquit) argumentum non valeret: quia reſultaret abſonus intellectus. Sed Philip. Corn. *in d. l. ſi legata*, ſubtilius reſpondet quod ſcilicet, etiam ſi ſumatur talis intellectus, videlicet: Ergo ſi non agnouit, & ſtetit in ſuſpenſo, text. nihil facit. Conſiderat enim quod contrarius ſenſus ita eſt ſumendus: Ergo ſi non agnouit, & ſtetit in ſuſpenſo, ſubſtitutio legatorum non euanuit. Denique Angel. de Perigl. *vbi ſuprà*, & Philip. Corn. *in d. l. ſi legata*. reſpondent ad textum, & quod ibi Bartol. *in l. 3. §. 1. de adimen. legat.* quòd alio caſu loquitur: & ita reſolutio Iaſon.

in d.

in d.l.ſi legata. iure non procedit, nec ſuperior conſideratio circa d.l.Scæuola.

37 ¶ Quare mihi videbatur poſſe † haberi rationem, quòd hoc fideicommiſſum vniuerſale hæreditatis pupillaris non fuit initio datum à teſtatore quaſi fideicommiſſum. Ipſi enim filio impuberi, ſi ante pubertatem decederet, tres hæredes eſſe iuſſerat: & ſi quis eorum filio hæres non extitiſſet, cæteros directò vulgariter ſubſtituerat. Agnoſco igitur, quòd ſi initio teſtator fideicommiſſum reliquiſſet, & in fideicommiſſo ſubſtitutionẽ vulgarem reciprocam feciſſet, iam qui ex fideicommiſſariis poſt diem fideicommiſſi, vel etiam viuo pupillo poſt mortem teſtatoris deceſſiſſet, fideicommiſſum in hæredes transferret: nec ſuperſtites totum acciperent. Verùm in Scæuolæ reſponſo expendi poteſt benigna interpretatione placuiſſe, vt hæreditas directò data in cauſam fideicommiſſi conuerteretur. Eſt enim auctor Bartolus *in d l. 1. num. 3. C. de iure codicil.* quòd vbi hæreditas data eſt directò à teſtatore, ſi teſtamẽti vis in cauſã fideicõmiſſi conuertatur, non aliter ex codicillis hæreditas fideicommiſſaria quæritur, quàm ex teſtamento fuit quærenda hæreditas directò data, *argum. l. quærebatur, ff. de milit. teſtam.* Vnde pro eo habendum putat, atque ſi fideicommiſſaria hæreditas initio data eſſet ſub conditione ſi fideicommiſſarius volet, *iuxta l. ſi ita legatum, § illi ſi volet. ff. de leg. 1.* Sed & ſi Moderniores Bartoli ſententiam impugnauerint, Socin. tamen *in l. cùm filio, num. 34. ff. de leg. 1.* teſtatus eſt, quòd in iudicando & conſulendo nõ facilè à Bartoli opinione recederet. Hinc poſſet colligi ratio impediendæ tranſmiſſionis in illa ſpecie dictæ l. Scæuola. Quod & Raphael Cuma. *num. 9.* perſtrinxit, dicens poſſe de hoc dubitari: an quia initio hæreditas erat directò data impediatur tranſmiſſio. Nam ſi ſubſtitutio (inquit) valuiſſet vt directa, vnus moriẽs ante aditam hæreditatem non tranſmitteret. Si verò ſubſtitutio valuiſſet vt fideicommiſſaria, tunc fideicommiſſum hęreditatis etiam non agnitum tranſmitteretur. Ergo in ſpecie huius legis tranſmiſſio hęreditatis quaſi fideicommiſſarię impediet ſubſtitutionem vulgarem, & ius accreſcendi. Idq́; videretur ſecundùm veritatem, ſed dubium eſt, inquit, quia nõ debet plus operari, quã directa, *l. 1 ff de iure codicil.*

¶ Ego autem accepi Bartoli ſententiam *in d. l. 1. num. 3. ff. de iure codicil* magis communiter eſſe damnatam, & quidem meritò.
38 Probabilius enim eſt † hæreditatem directò datam, quæ quaſi ex codicillis valeat vt fideicommiſſaria, perinde tranſmittendam eſſe, atq; ſi initio teſtator eam iure fideicommiſſi reliquiſſet. Atque ita contra Socini reſolutionem in iudicando & conſulendo probandum eſt, ſecundùm ea, quæ concludunt Alex. *in l. quid enim ita. num. 6. verſic. Limitat. ff. ad Trebel.* Iaſ. *in l. cùm filio, nu. 120 ff de leg. 1.* & reſoluit hãc eſſe communem opinionem Franc. Ripa *ibidem num. 74.* In cuius opinionis confirmationẽ multa adducit Aymon Crauetta *in repet. d. l. cum filio, ex num. 283. ff. de legat. 1.* Pro qua opinione magis communi aduerſus Bart. & Socin. expendi ſubtiliter poteſt Scæuolæ ſententia *in d. l. Scæuola.* Sentit enim quod remota vulgari ſubſtitutione, fideicommiſſarius, qui poſt mortem teſtatoris, viuo impubere, deceſſiſſet, in hæredes fideicommiſſum transferret, *iuxta l. 1. l. hæredis aditio. §. tantundem. ff. quando dies legat. cedat.* Nec mutaret, quòd hanc hæreditatem teſtator quaſi pupillari teſtamento iure directo, non iure fideicommiſſi, initio reliquiſſet.

¶ Nihilominus vtor ſententia & iudicio Bartoli, vbi teſtator vulgarem ſubſtitutionem fecit in hæreditate, quam ſe exiſtimabat directò dare. Et quamuis Raphael Cuman. vbi ſuprà crediderit vulgarem ſubſtitutionem, & ius accreſcendi æquè impediti: mihi tamen videtur ad hunc modum poſſe diſtingui. Conſtituo igitur tres concluſiones, quarum prima ſit: Vulgaris ſub-
39 ſtitutio † facta in fideicommiſſis non impedit tranſmiſſionem ordinariam, ſed potiùs trãſmiſſio ipſa impedit & remouet vulgarem ipſam ſubſtitutionem. Secunda ſit concluſio: Et ſi hære-
40 ditas initio † data ſit quaſi teſtamento & iure directo, ſi tamen quia codicillis data ſit in cauſam fideicommiſſi benigna interpretatione cõuertatur perinde tranſmittitur, ſi nihil enim proponatur, atq; ſi initio teſtator eam iure fideicommiſſi reliquiſ-
41 ſet. Tertia concluſio: Si teſtator † hæreditatem directò dedit, & in ea fecit vulgarem ſubſtitutionem, tunc ſi hæreditas directò data conuertatur in cauſam fideicommiſſi, vulgaris ſubſtitutus admittitur ad hæreditatem fideicommiſſariam ex ſubſtitutione his caſibus quibus fuerat admittendus, ſi hæreditas iure directo primis hæredibus fuiſſet deferenda. Quæ quidem concluſio fortaſſis non arridebit eo nomine, quòd ex imperfectis conſiſtere videatur, *argum. l. 1. C. qui nume. tutelarum.* Veruntamẽ colorem habet, quoniam vulgaris ſubſtitutio habet expreſſam diſpoſitionem teſtatoris admittẽtis ſubſtitutum in caſum, quo cæteri hæredes non ſint. Itaque cùm in teſtamentis, & maximè in conditionibus, voluntatem teſtantium ſequi oportet, *l. in teſtamentis, ff. de regul. iuris, l. pater Seuerinam, ff de condit. & demonſtrat.* conditio illa teſtamenti: Si quis eorum filio meo impuberi hæres non ſit, cæteri in eius locum admittantur, ex voluntate ſine dubio extitiſſe videbatur, ſi quis eorum filio impubere viuo, deceſſiſſet. Item extitiſſe videbatur, ſi quis eorum mortuo filio impubere, ante aditam eius hæreditatem deceſſiſſet. Ergo ſi defunctus in euentum horum caſuum voluit his, qui ſupereſſent pupilli filij hæreditatem dare, poteſt benigna interpretatio retinere hanc quoque defuncti voluntatem in fideicommiſſo. Siquidem cõditio ipſa vulgaris ſubſtitutionis ita intelligi debuit, atque ſi eſſet, & contigiſſet illud, quod teſtator putabat, id eſt. ſi eſſet directa ſubſtitutio, *argum. tex. in l. quo loco, §. 1. & quod ibi Bart. & omnes. ff de hæred. inſtit.*

¶ Secundùm quæ poteſt videri Scæuola arguè ſignificaſſe, quòd vno eorum mortuo, ſuperſtites totum fideicommiſſum acciperent de manu hæredis legitimi, qui pupillo ab inteſtato ſucceſſit, idq́ue propterea, quòd & in fideicommiſſo directa vulgaris valuit. Alioqui remota vulgari ſubſtitutione, vno eorum mortuo, ſuperſtites nihil ex fideicommiſſo eſſent accepturi, quamuis coniuncti fuiſſent. Siue enim mortuus eſſet, viuo teſtatore, fiſcus mortui partem vendicaret, ſiue poſt mortem teſtatoris idem mortuus eſſet, fideicommiſſum in hæredem trãſferret, quod vtique ceſſiſſet à morte teſtatoris quoad tranſmiſſionem.

¶ Decimò & vltimò quæro: Vtrùm † ſubſtitutio illa fidei- 42
commiſſaria, de qua *in dicta l. Scæuola.* finiatur pubertate, vt finienda quoque erat directa pupillaris ſubſtitutio? Et Ioan. And. hic *num. fin.* cum Dyno *in dicta l. Scæuola.* reſpondet, fideicommiſſum pubertate finiendum fore, vt probatur *in l. quod fideicommiſſum, ff de legat. 1.* Propterea (inquit) notabiliter dixit text. *in dicta l. Scæuola.* vt frater, qui ab inteſtato pupillo ſucceſſit: non dicit, Adulto. Idem cum Dyno obſeruauit Cynus *in l precibus, C. de impuber. & alijs.* Alberic. *in repet. Rubrica, num 182. verſic. ſed tunc quæro, ff. de vulgar.* Bart. *in d. l. quod fideicommiſſum. ff de leg. 1.* Ioan. Imol. *in repet. c. Raynutius, num. 86. ſuprà eod.*

¶ Sed profectò Dynus, Ioan. Andr. & alij auctores inſubtiliter expenderunt literam textus *in dicta l. Scæuola.* Magis enim debuiſſent expendere illa eiuſdem textus verba: Et ſi filius impubes deceſſerit. Nam quum Scæuola hanc velut reſponſi ſui conditionem adſcripſerit, neceſſarium fuit proponere poſtea, quòd frater pupillo ab inteſtato ſucceſſiſſet. Vnde melius ea verba pro ſuperiore ſententia induxit Oldrad. *in d. l. Scæuola.* vt ibi Alberic. retulit.

¶ Contra hanc veterum receptam traditionem argumentatus eſt Raphael Cuman. *in dicta l. ſi Titio. §. 1. num. 1. & 2. ff. de legat. 1.* vbi & Petrus de Beſſu. eum ſequutus eſt, ſicuti refert Iaſon ibi *num. 25.* Nam ſi pater (inquit) *in dicta l. Scæuola.* codicillis filio ſubſtituerat vſque ad pubertatem, non eſt aliquod dubium. Si verò ſubſtitutio eſſet facta compendioſè, tunc videtur eorum determinatio vera. Nam licèt fideicommiſſum non videretur datum à filio, ſed ab eius hæredibus, vtique & poſt pubertatem valeret fideicommiſſum, *l. ſi fuerit, §. 1. ff. de legat. 3.* item Aretin. *in l. verbis ciuilibus, colum. fin ff. de vulgar.* conſiderat, quòd vbi defunctus ita concepit: Quandocunque filius meus deceſſerit, rogo hæredem ei ab inteſtato ſucceſſurum, vt, &c. poteſt dici fideicommiſſum omnimodo euaneſcere pubertate filij, vt etiam filius pubes ab inteſtato deceſſerit, non teneatur legitimus eius hæres fideicommiſſum pręſtare, *d. l. quod fideicommiſſum,* coniuncta Bartoli interpretatione ibidem, *ff. de legat. 1.* cæterùm non eſt eadem ratio in fideicommiſſo, *d. l. Scæuola.* Quoniam ſi teſtator poſt tempora pubertatis filio directò ſubſtituerit, fideicommiſſum non videbitur iniunctum ſolis ab inteſtato ſucceſſoribus filij, ſed generaliùs hæredibus. Proinde valebit fideicõmiſſum poſt tempora pubertatis, iuxta *d. l. fuerit. §. 1. ff. de legat. 3.* ſic Aretin. vtitur eodem Raphael. Cuman. argumento *in d. l. ſi Titio. §. 1.* quem tamen non refert, & dicit ſe non videre cur nõ valeat fideicommiſſum poſt tempora pubertatis.

¶ Sed Dynus fortaſſis rationem habuit, quod ſubſtitutio in dicta l. Scæuola, concepta erat verbis ciuilibus, vt fuit commu-

nis intellectus, quem cùm Bartolo ibidem reſoluit Ioan. Imol. *in dicto c. Raynutius, num. 188. ſuprà eodem.* Vnde quamuis ſubſtitutio teſtamento facta fuiſſet, iam in eadem compendioſa ſubſtitutione valeret ſola pupillaris antè pubertatem, eaque euaneſceret pubertate. Poſt eam autem ætatem ſubſtitutio compendioſa nullo iure valeret, nec enim ſuccederet fideicommiſſum, *l. verbis ciuilibus, ff. de vulgari.* Ergò ſi eadem compendioſa fieret codicillis, ſimiliter ſola pupillaris videretur defendenda, vt ea in pupillare duntaxat fideicommiſſum conuerteretur. Denique id pupillare fideicommiſſum pubertate omnimodo finiretur, *d. l. quod fideicommiſſum.* Nec admitteret poſt ſe ſubſtitutionem ſequẽtem alterius fideicõmiſſi vulgaris. Quemadmodum nec directa ipſa pupillaris ſubſtitutio tale fideicommiſſum poſt ſe admitteret, *d. l. verbis ciuilibus.* Allego huius ſententiæ graues auctores Raynerium, & Albericum *in repetitione Rubrica, num. 92. verſic. Item quæris Dynus, ff. de vulgar.* vbi Dyni ſententiam hoc modo intellexerunt. Siquidem ſcripſere, quòd verba Dyni ſunt vera, quando ſubſtitutio fuit facta per verba merè directa. Quoniam tunc poſt pubertatem nullo iure valet, *argumento d. l. verbis ciuilibus.* Item pro hac parte induco auctoritatem Accurſij *in dicta l. verbis ciuilibus, in fine Scholio.* vbi hoc modo videtur intellexiſſe textum in d. l. Scæuola. Ait enim quòd vbi codicillorum breuis ſolennitas, vel perſonæ conditio impedinit, ne hæreditas directo caperetur, tunc valet iure fideicommiſſi. Alioqui ſi nec codicillorum breuis ſolennitas, nec perſonæ conditio impediuit, directa ſubſtitutio non conuertitur in fideicommiſſariam. Ergo quum in propoſita ſpecie codicillorum breuis ſolennitas non impediat, ne hæreditas directo capiatur, quia nec ſi teſtamento ita eſſet data, poſſet capi iure directo, conſequens eſt, vt iure fideicommiſſi non capiatur. Hoc idem ſenſit Paulus Caſtrenſis *in dicta l. Scæuola.* vbi intellexit, quòd ſubſtitutio compendioſa in ſpecie eius legis valeret omni tempore eodem modo. Quoniam videlicet, ſemper comprehendebat ſola bona teſtatoris quæ reſtituere videbatur rogatus filius poſt mortem ſuam. Proinde ſignificauit, quòd ſi fideicommiſſum fuiſſet pupillare, & ideo comprehendiſſet bona filij impuberis, non valeret ſubſtitutio poſt pubertatem. Hoc idem ſenſit Paulus Caſtrenſis *in dicta l. ſi Titio. § fin. ad finem, ff. de legat. primo.* vbi conſulto figurauit exemplum compendioſæ ſubſtitutionis, quæ codicillis facta eſſet verbo communi. Tunc enim credidit poſſe dici, quòd valeret iure pupillaris fideicommiſſi antè pubertatem, poſtea verò iure fideicommiſſi vulgaris. Nimirùm, quoniam & ſi teſtamento ea compendioſa fuiſſet concepta, valuiſſet iure pupillaris directæ intra pubertatem, poſtea verò iure fideicommiſſi, iuxta gloſ. receptam *in §. qua ratione. Inſtitut. de pupillari.* Hoc ipſum attigit Paul. Caſtrenſ. *in l. precibus, C. de impuber.* quem ſolum hoc tangere dixit Alexan. *in dicta l. Centurio, num. 169. verſic. quibus adde. ff. de vulgar.* idem videtur ſignificare Ioan. Imol. *in capit. Raynutius, num. 180. ſuprà eodem.* dum circa d. l. Scæuola, rationem habet, quòd ibi teſtator potuiſſet teſtamento facere directam pupillarem impuberi. Et cum Ioan. Imol. idem circa dictam l. Scæuola conſiderauit Alexand. *in dicta l. verbis ciuilibus, colum. penult. verſic. Nec obſtat dicta l. Scæuola. ff. de vulgar. & clarius in l. 1. § ſi quis ita, num. 7. ff. de verborum obligat.* Sed & Lanfranc. de Orian. *in repetitione d. l. Centurio, num. 26.* ſcripſit, quòd compendioſa hæc ſubſtitutio: Quandocunque deceſſerit filius meus, Titius illi hæres ſit, non valebit iure fideicommiſſi poſt pubertatem, etiam ſi codicillis facta ſit. Quoniam omnimodo finietur pubertate, *argumento d. l. quod fideicommiſſum. ff. de legat. 1.* Denique Viglius *in §. maſculo, num. 5. Inſtitut. de pupillari.* hoc ipſo modo interpretatur textum in dicta l. Scæuola. dicens, quòd compendioſa in ea ſpecie non valeret poſt pubertatem iure fideicommiſſi, quoniam nec ſi teſtamento facta fuiſſet, valitura erat iure fideicommiſſi poſt pubertatem, *d. l. verbis ciuilibus.* Idem etiam ſcriptum reliquit Reuerendiſſimus D. D. Couuar. *in c. Raynutius, §. 1. num. 4. verſic. & ſubinde. ſuprà eod.*

¶ Nouiſſimè autem in hoc articulo poteſt illud obſeruari,
quòd etiam ſi in d. l. Scæuola, fideicommiſſum etiam poſt pu-
bertatem decedẽte filio hæres eius deberet iuxta *d. l. ſi fuerit. §. 1.*
ff. de leg. 3. rectè nihilominùs dici poteſt; quod fideicommiſſum,
43 de quo loquitur Scæuola, pubertate expiraſſet. Si quis † enim
filium impuberem teſtamento inſtituerit hæredem, & codicil-
lis ita comprehenderit: Quandocunque filius meus vita deceſ-
ſerit, rogo hæredem eius, vt omnia bona Titio reſtituat: hæc
ſubſtitutio dicetur eleganter compendioſa. Nam non continet vnum duntaxat fideicommiſſum: ſed continet duo fideicommiſſa diuerſorum bonorum, & diuerſæ naturæ, quæ diſtinguenda veniunt ex tempore pubertatis.

¶ Prius fideicommiſſum eſt pupillare, quo non oneratur vllo modo pupillus, ſed hæres pupilli oneratus intelligitur, & omnia bona pupilli comprehendit, *l. ſi Titio, §. final. ff. de legat. primo.* Et quidem huius fideicommiſſi dies cedere videtur ſtatim à morte teſtatoris, *argum. in l. hæredis aditio. § tantundem, ff. quando dies legat. cedat. coniuncta d. l. fideicommiſſum, ff. de legat. 1.* ſed poſt ætatem pupillarem alterum poſterius fideicommiſſum ſuccedit, quo non ſolùm hæres filij puberis, ſed pubes ipſe filius videtur oneratus, *iuxta dictam l. ſi fuerit, §. 1. ff. de legat. tertio.* Proinde eo fideicommiſſo non tenentur propriè impuberis facultates; nec quidem pars ipſi filio iure naturæ debita, *l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. teſtament. cum his, quæ ſuprà diximus in ſecunda parte, in gloſ. Debita.* Denique dies eius fideicommiſſi nequaquam cedit à morte teſtatoris: ſed demùm à morte ipſius filij quandocunque pubes deceſſerit, *l. 3. cum vulgar. ff. quando dies legat. cedat.* Vnde etſi Vlpianus *in dicta l. quod fideicommiſſum, ff. de legat. primo.* ſenſiſſet, quòd poſt filij pubertatem hæres eius fideicommiſſum debiturus eſſet, *iuxta l. ſi fuerit, §. 1. ff. de legat. 3.* rectè nihilominùs potuit ſcribere, quòd illud pupillare fideicommiſſum quaſi codicillis pupillaribus relictum iure poteſtatis de quo facta erat mentio *in d. l. ſi Titio. § fin.* pubertate filij euaneſcebat. Quę interpretatio eſt noua.

¶ Sequitur ſecundus caſus, quem gloſ. noſtra collegit *ex l. Centurio, cum gloſ. final. ff. de vulgar. & l. precibus, C. de impuberum, & alijs.* Nec enim gloſ. allegauit celeberrimas illas duas leges, vt notaret duos ſeparatos caſus, quibus directa ſubſtitutio ad fideicommiſſi cauſam traheretur. Magis enim voluit in hoc Scholio aptare textui duo exempla, quorum prius collegit *ex d. l. Scæuola:* poſterius verò collegit *ex dicta l. precibus, coniuncta d. l. Centurio, cum gloſ. final.* Vnde Lanfranc. de Orian. *in repet. d. l. Centurio, num. 22.* non rectè accepit huius gloſ. ſententiam, dicens quòd hoc loco allegauit tres caſus, in quibus directa ſubſtitutio trahitur ad obliquum. Similiter & Ant. Rube. *in repet. §. quidã rectè, num. 24. in fin. l. Gallus, ff. de liber. & poſthumis.* eodem errore lapſus eſt circa noſtræ gloſ. ſententiam.

¶ Propria igitur ſpecies, in qua † directa ſubſtitutio ad fidei- 44
commiſſum trahitur, eſt in dicta l. precibus. Vbi mulier, oblatis Diocletiano & Maximiano precibus, comprehendit quòd maritus quondam ſuus miles teſtamento facto filium communem inſtituerat, & alium ſecundum hæredem ſcripſerat, & deinde filius deceſſerat. Videtur autem mulier rem ad Imperatores retuliſſe, propterea quòd ſecundus hæres ei controuerſiam faciebat. Cæſares benignè mulieri reſcripſerunt, diſtinguendum ab ea manifeſtiùs fuiſſe, vtrùm ſecundus hæres fuiſſet datus in primum caſum hæreditatis non quæſitæ à primo hærede: an verò in ſecundum caſum, videlicet, mortis, poſt hæreditatem quæſitam.

¶ Et rurſus hoc ſecundo caſu diſtinguendum fore, vtrùm pater hæredi filio ſubſtituiſſet, ſi is intra 14. ætatis annum: an verò ſi poſtea deceſſiſſet? Nam ſi hæres ſecundus in primum duntaxat caſum datus fuiſſet, videlicet, vt ſi filius hæres non eſſet, ipſe hæres eſſet, & filius deinde patri hæres extitiſſet, conſtabat filij quandocunque defuncti hæreditatem ab inteſtato ad matrem pertinere. Si verò ſubſtitutio & in ſecundum caſum, vel expreſſa, vel compendioſa non vſque ad certam ætatem facta reperiretur, Imperatores ita diſtinxẽre: vt ſi quidem filius ante pubertatem deceſſiſſet, eos haberet hæredes, quos ei pater conſtituiſſet, & impuberis hæreditatem adiiſſent. Si verò idem filius poſt pubertatem mortuus fuiſſet, tunc à muliere filij ſui ſucceſſionem ab inteſtato obtinente bona, quæ patris cùm moreretur, fuerunt, velut ex iuſta cauſa fideicommiſſi petere poſſunt ſubſtituti. Vides igitur, quòd directa ſubſtitutio ibi trahitur poſt tempus pubertatis ad fideicommiſſum: nec valet iure directo.

¶ Quare videndum eſt, quæ cauſa Imperatores mouerit, vt
directam ſubſtitutionem ad fideicommiſſi cauſam trahi debe-
re exiſtimauerint? Siquidem videbatur † potiùs dicendum 45
fore, quòd poſt pubertatem decedente filio patris duntaxat
bona iure directo caperent ſubſtituti cum fructibus in hæredi-
tate inuentis, ſecundùm Papiniani difficile reſponſum *in l. Cen-*
turio. ff. de vulgar. vbi ita ſcriptum reliquit: Centurio filio ſi intra
vige-

vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ ſine liberis vita deceſſe-
rit, directo ſubſtituit. Intra quatuordecim annos etiam propria
bona filij ſubſtitutus iure communi capiet, poſt eam autem æ-
tatem ex priuilegio militum patris dumtaxat cum fructibus in-
uentis in hæreditate. Vbi miles cùm eſſet in belli expeditione fi-
lium impuberem quem habebat in poteſtate hæredem teſta-
mento inſtituit, eique his verbis ſubſtituit: Si filius meus intra
vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum ſine liberis vita deceſſe-
rit, Titius hæres æſto. Deinde teſtator in belli expeditione vel
intra annum honeſtæ, vel cauſariæ miſſionis, vita deceſſerat, ei-
que filius ſuus hæres extiterat: & intra vigeſimumquintum æta-
tis ſuę annum ſine liberis mortuus eſſe proponebatur. Conſule-
bat Titius de ſubſtitutione ſua directa. Reſpondit Papinianus
diſtinguẽdo, quòd videlicet, ſi filius ante 14. annum deceſſiſſet,
Titius hæreditatem impuberis capiet iure communi: Si verò i-
dem filius poſt eam ætatem pubes deceſſiſſet, tunc Titius patris
duntaxat bona capiet ex militum priuilegio cum fructibus in
hæreditate inuentis.

¶ Et iuris interpretes in his duabus legibus conciliandis om-
nes ingenij neruos intenderunt, quorum omnium opiniones
referre placuit: vt tandem diiudicari queat, quænam probabi-
lior videri debeat concordia.

46 ¶ Primo loco Pyleus exiſtimauit, † quòd quemadmodum
in dicta l. precibus, ſubſtitutio iure fideicommiſſi valet, *in dicta
l. Centurio, in ſecunda parte.* Sed Accurſius *in dicta l. Centurio in fin.
ſchol.* contra Pyleum rectiſſimè ex Papiniani ſententia intelle-
xit, ibi ſubſtitutionem directo iure valere. Nec de hoc dubitare
debuiſſet, quod vtique manifeſta iuris ratione veriſſimum ſit,
& ex Papiniani ſententia, & verbis colligitur. Etenim de vo-
luntate Centurionis ambigi non oportuit, quem Papinianus
refert directam ſubſtitutionem feciſſe inſtituto filio, ſi is intra
vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum ſine liberis vita deceſſe-
47 rit. Sed nec de militis † poteſtate dubitari potuit: quum miles
ex priuilegio militari poſſit cuicunq; hæredi inſtituto poſt quæ-
ſitam ei hæreditatem directo ſubſtituere, *l. militis etiam, l. miles i-
48 ta, ff. de militari teſtamen. l. in teſtamento. 1. C. eodem titul.* licèt † enim
qui ſemel hæres extitit, non poſſit regulariter deſinere ipſo iure
hæres eſſe *l. & ſi ſine, §. ſed quod Papinianus, ff. de minorib. l. ei qui, l. hæ-
reditas ex die, ff. de hæredib. inſtituend.* Id tamen verum eſt, niſi fiat ex
legis voluntate & diſpoſitione, vt tradit gloſ. *in l. in ſubſtitutione,
in verb. Fortè, ff. de vulgar.* Porrò voluntas militis in expeditione
occupati pro lege eſt, *l. 1. in fine, C. de teſtament. militari.* Sic enim
49 cenſeo interpretandum, † vt militaris ſubſtitutionis priuile-
gium non concedatur niſi militibus, qui in expeditione occu-
pati teſtamentum fecerunt, vel domi intra annum cauſariæ vel
honeſtæ miſſionis. Quod ex ſuperiore ratione deſcendit, &
Pauli Iureconſulti ſententia mihi comprobatur, *l. quod dicitur,
verſicul. Et ideo ſi hæredi filio. ff. de militari teſtament.* vbi Paulus Iure-
conſultus loquutus eſt de militari ſubſtitutione, cuius conditio
eſſet extitura quandocunque hæres filius decederet. Idque ve-
rum eſſe credidit Stephanus Bertrand. *conſil. 196. Multa fuerunt,
libro 3.* Lancellot. Galliaul. *num. 15.* Alciat. *num. 4. in dicta l. Centu-
rio.* Tametſi Franciſc. Ripa *ibid. num. 7.* contrarium non rectè ve-
rius eſſe putauerit; allegata Accurſij auctoritate, quæ ad hoc ni-
hil facit, *in l. in fraudem, § penult. in verb. Quod teſtamentum, ff. de mi-
lit. teſtam.*

¶ Secundùm quæ Papinianus & reſpondere debuit, & re-
ſpondit, eum, qui filio hæredi directo ſubſtitutus fuiſſet, poſt
pubertatem decedente ſine liberis filio intra vigeſimumquin-
tum annum bona patris ex militum priuilegio capturum: vide-
licet, iure directo. Nam & verbum, Capiet, quo vſus eſt in dire-
cta pupillari, repetitum intelligi voluit in directa militari: &
præterea arguitè ſubiecit directæ ſubſtitutionis effectum circa
fructus in hæreditate inuentos: quem effectum fideicommiſſa-
ria ſubſtitutio non haberet, vt ſuprà fuit declaratum in hac ipſa
tertia parte, in gloſ. obliqua. Miror igitur extitiſſe Antonium
Fumeum Iureconſultum Pariſienſem, qui inter tractatus iuris
ciuilis communes, *in tract. de ſubſtit. cap. de compendioſa, num. penult.*
auſus fuerit literis mandare, quòd communis interpretatio pe-
nè cõfundebatur ex illis Papiniani verbis: Partis duntaxat: Quia
ſi iure (inquit) directo valuiſſet ſubſtitutio, bona etiam filij de-
beri certiſſimum erat. Vir enim bonus non didicerat, nõ minus
directam ſubſtitutionem eſſe illam, per quam ipſi duntaxat te-
ſtatori in eius hæreditate ſucceditur, qualis eſt vulgaris, & mili-
taris, vt in huius operis initio præmiſimus.

50 ¶ Secundo loco † hæ leges conciliatæ ſunt, vt in d. l. Centu-
rio, directa fuerit ſubſtitutio, quoniam miles id ipſum & volue-
rit & potuerit, ſed in d. l. precibus, fuerit fideicommiſſaria, quo-
niam miles & ſi maximè voluiſſet filio poſt pubertatem facere
directam ſubſtitutionem, non tamen potuiſſet. Differentiæ ra-
tio in eo fuit, quòd ſcilicet in d. l. precibus, mater filij interuenit,
quam non conſtat interueniſſe in d. l. Centurio. Enimuerò mi-
les non poteſt filio puberi in matris præiudicium facere dire-
ctam militarem ſubſtitutionem, quum iure cautum non repe-
riatur. Hoc dicitur ſenſiſſe gloſ. *in l. in teſtamento, in verb. hæredibus,
C. de teſtament. milit.* & fuit opinio Martini Syl. *in d. l. precibus,* &
Bald. *in hoc c. ſi pater,* & Ioan. Imol. *in d. l. Centurio, num. 7. & in c.
Raynutius, num. 177. ſuprà eod.* quem intellectum nonnulli alij au-
ctores fuerunt ſequuti.

51 ¶ Sed verius eſt † aduerſus hos auctores, quòd miles etiam
in damnum matris potuit filio hæredi directam facere mili-
tarem ſubſtitutionem, vt colligitur *ex l. cùm filiusfamilias, ff. de
militari teſtamento,* vbi filiusfamilias miles poteſt filio in aui
poteſtate manenti facere directam militarem ſubſtitutionem
in præiudicium aui paterni. Atque ita induxit eum textum A-
lexand. *in dicta l. in teſtamento. 1. num. 6. & in dicta l. Centurio, nume-
ro 56.* qui iuſtè reſoluit, veriùs eſſe & communiùs receptum,
quòd miles poſſet, ſi vellet, facere militarem directam ſubſtitu-
tionem filio puberi, vt matrem filij excluderet, vt ſenſit gloſ. *in
dicta l. precibus, & in dicta l. Centurio, & in hoc c. ſi pater,* de quibus in-
feriùs tractabitur.

¶ Sed & ſi Philippus Corneus *in dicta l. in teſtamento, num. 11.*
& Riminaldus ibidem *num 8.* conentur euitare inductionem *d.
l. cùm filiusfamilias,* mihi videntur in eo operam perdidiſſe. Ait e-
nim Philippus Corne. non multum facere *d. l. cùm filiusfamilias,*
quoniam ibi non conſtabat, quòd filiusfamilias miles directo
ſubſtituiſſet filio in caſum mortis ipſius filij. Proinde potuit
ſubſtitutio fieri filio in aliquem caſum, qui, viuo ipſo filio, con-
tingeret, argumento tutelæ, de qua ibi textus loquitur. Prætere-
ea dicit, poſſe reddi rationem diuerſitatis inter auum pater-
num, de quo ibi, & inter matrem, de qua agimus. Ego verò in-
telligo ea *l. cùm filiusfamilias,* planè probari, quòd etiam mor-
tuo filio pater potuit directam militarem ſubſtitutionem face-
re, & auum filij excludere, vt colligitur ex illis verbis text. Qua-
lem velit, vt etiam probatur *in l. miles ita, §. miles & emancipato,
verſic. nam etſi, ff. eodem titul.* facit *l. quod dicitur, verſic. & ideo. ff. eo-
dem titul.* vbi directa ſubſtitutio militaris intelligitur eſſe facta
in caſum mortis.

¶ Sed nec videtur poſſe reddi idonea ratio diuerſitatis inter
matrem, & inter auum paternum, cùm vtrique tam matri,
quàm auo paterno, liberorum hæreditas piè relinqui debeat, *l.
nam & ſi parentibus, ff. de inofficioſ. teſtament,* & quod tradit Bart. *in
l. 2. num. 36. ff. de vulgar.* cum his quæ dicentur inferiùs *in gloſ. penul.
& fin.* item quod Riminald. expendit, auum ibi non fuiſſe ſuc-
ceſſurum nepoti quaſi hæredẽ, ſed fuiſſe occupaturum eius bo-
na quaſi peculium, facit profectò fortiorem Alexandri indu-
ctionem. Quippe potentiùs eſt ius aui ſuccedentis nepoti iure
poteſtatis etiam in Caſtrenſi peculio, quàm ſit ius matris ſucce-
dentis filio iure hæreditario ex Senatuſconſulto Tertulliano, vt
probatur *in l. fin. in prin. ff. ad Tertul.*

52 ¶ Tertio loco † Azo *in ſumma, C. de impuberum, & alijs, num.
17.* Accurſius *in dicta l. precibus, in verb. fideicommiſſi, &* in *l. Centu-
rio, in gloſ. fin.* interpretati ſunt, quòd ſi miles puberi filio verbis
directis ſubſtituiſſet, tunc & poſſet, & velle videretur, vt ſubſti-
tutus iure directo admitteretur etiam contra matrem. Vbi au-
tem filio impuberi fecit compendioſam ſubſtitutionem verbis
directis, ſi mater non interueniat, valet iure directo poſt tem-
pora pubertatis, *d. l. Centurio.* Sed ſi mater interueniat, tunc ma-
tris contemplatione, & quia iam intra pubertatem valuit iure
directæ pupillaris, non valet poſt pubertatem iure directo,
ſed valet iure fideicommiſſi, *d. l. precibus.* Secundùm quæ *in
dicta l. precibus.* cauſa ex qua directa ſubſtitutio trahitur ad fi-
deicommiſſum ex duabus coniunctim rationibus prouenit,
tum quia ſubſtitutio iure directo valuit ante pubertatem, tum
etiam quoniam mater interuenit. Sic etiam eum textum acce-
pit gloſ. *in hoc c. ſi pater, in verb. abſque deductione.* Et hæc opinio fuit
communis apud veteres, vt reſoluunt Ioannes Imol. *in dicta
l. Centurio, num. 6.* Ripa ibidem *num. 66.* & Lancellot. Galliaul.
num. 232. & omnes alij auctores *in dicta l. Centurio, & in dicta l.
precibus.* & hanc ſententiam ſequuta eſt Regia lex Partit. *in l. 12.*

tit.5.Partit.6.in verſic.E ſi el moco. vbi obſeruauit Greg.Lup.*in gloſ. la tercera parte,* Hanc opinionem in pũcto iuris ſcripſit poſſe defendi Alex.*in d.l.Centurio,num.53.verſic.ſi autem teneremus.*quamuis idem poſtea *num.56.verſic.ex quibus infertur.*contrarium reſoluere videatur.Hanc concordiam probauit Corn.*in d.l.precibus, num.12.*& Lancelot.Polyt.*in tract.de ſubſtitut.*de compendioſa ſubſtitutione,*num.15.* Sed hanc concordiam in terminis iuris communis à Bartolo confutatam,& deinceps ab omnibus magis communiter reprobatam accepimus, vti conſtat ex Ioan. Imol.Ripa, Lancelot. Galliaul. vbi ſuprà, & ex Philip. Corn.*in d.l.precibus,d.num.12.*

53 ¶ Quarto loco † Bald.*in d.l.precibus,num.27.*ſcripſit, quòd in *d.l.Centurio.*ſubſtitutio fuit facta per verba directiſſima, & ideo poſt ætatem pupillarem indiſtinctè valuit,& valere debuit iure directæ militaris etiam contra matrem. Sed *in d.l.precibus.* verba fuerunt ſimpliciter directa,& mater erat in medio, quapropter non potuit valere, niſi iure fideicommiſſi. Verùm hanc etiam concordiam perſpicuè confutauit Socin.*in d.l.Centurio,num.27.*& Riminald.*in d.l.precibus,num.22,*

54 ¶ Quinto loco † Alexan.*in d.l.Centurio,num.53.& 56.* ex Bartoli & aliorum ſententia reſoluit, quòd *in d.l.precibus.* non fuit directa ſubſtitutio ,ſed fuit ſubſtitutio dubia facta verbo communi, Subſtituo. Vnde quoniam ſubſtitutio non fuit in dubio referenda ad priuilegium,ſed ad ius commune,*argument.l.quãquam,C.de teſtament.militari.* ideo valuit iure fideicommiſſi ſine vlla matris contemplatione.Deniq; Alexander concludit hanc eſſe neceſſariam interpretationem. Quoniam ſi *in d.l.precibus.* miles verbo directo ſubſtituiſſet filio, non poſſet (inquit) aſſignari ratio , quare etiam poſt pubertatem non valeret ſubſtitutio iure directo,*iuxta d.l.Centurio.* Idem ſequuti ſunt Lanfranc. de Oriano *in dicta l.Centurio,num.25.*& Ioannes Baptiſta *in repetitione d.l.precibus,num.22.* Et conſtat hanc eſſe communem opinionem ex Ioan.Imol.*in d.l.Centurio,num.6.* Ripa *num.66.* Lancelot.Galliaul,*num.232.*& ex multis alijs,quos allegat Reuerendiſſimus D.D.Couarru.*in dicto c.Raynutius ,ſupra eod.in* §.9.*num.* 9.Sed profectò verius eſt , quòd *in d.l.precibus.* ſubſtitutio fuerit facta verbis directis.Id quod magis communiter tenetur, vt reſoluit Philippus Corn. ibidem *d. num.12.* & agnouit etiam Andreas Alc.*in d.l.Centurio,num.43.* Nam mulier ibi precibus comprehenderat,quòd maritus quondam ſuus ſecundum hęredem ſcripſerat,id eſt,filio directo ſubſtituerat,quemadmodum & in d.l. Centurio. Quare Imperatores diſtinguendo retinere debuerunt ſpeciem à muliere propoſitam , ita à ſecundo ſcripto hærede, id eſt , à directo ſubſtituto nequaquam digrederentur. Nec quicquam facit verbum : Subſtituit, quod *in dicta l.precibus,* inſertum eſt, & à multis expenditur , quia ſubſtitutio fuerit facta iure communi. Siquidem Imperatores ſuper ſpecie mulieris propoſita ſecundi hæredis diſtinguentes potuerunt vti verbo, Subſtituo , vtique in directa ſignificatione, vt euidenter ſignificarunt illis verbis : Eos habeat hæredes, quos ei pater conſtituit : Id quod Andr. Alciatus etiam tuetur *in dicta l. Centurio,num.43.*

¶ Sexto loco †,aliam concordiam poſuit Roger.*in tract.ſubſtitut.*in materia compendioſæ,*num.14.*

56 ¶ Septimo loco alium intellectum poſuit Petrus Loriot.*in tract.ſubſtit.axiom.60.*

¶ Octauo loco aliam concordiam aſſignarunt Moderni Patauini *in d.l.precibus.* Sed hi omnes intellectus ſunt impertinentes,& indigni, qui hoc loco latius recenſeri debeant, & fuerunt confutati à Riminal.*in d.l.precibus,ex num.289.*Mod.Pariſien.*in l.* 1.§.*ſi quis ita,ff.de verb.oblig.ex num.56.*

57 ¶ Nono loco † Benedict.de Plumb.*in d.l.precibus.*conſiderauit differentiam inter compendioſam eius legis, & inter compendioſam dictæ l.Centurio. Nam & ſi in vtraque ſpecie verba ciuilia fuerunt,& directam ſubſtitutionem exprimentia,tamen in l. Centurio , compendioſa fuit reſtricta ad tempus vigintiquinque annorum,at in d.l. precibus , non fuit reſtricta ad certam ætatem. Hanc ſolutionem & concordiam ſequuti fuerunt Lancelot. Deci. *in dicta l.precibus.* Philip. Deci. ibidem *colum.3.* Ioan.Coraſ.*num.55.*& Lancelot. Galliaul. qui negligenter matris etiam fauorem miſcuit,*in repet. d.l. Centurio,num.240.* vbi & Andr.Alciat.*num.43.*in eadem ſententia fuit.

¶ Verùm hæc concordia, & ſi verbis vtriuſque legis rectiſſimè accommodetur, iuris tamen rationibus omnimodo deſtituitur, cùm diuerſitatis idonea ratio reddi non poteſt inter has ſpecies. Nam vbi miles ita concepit : Quandocunq; filius meus deceſſerit, Titius hæres ſit. proculdubio egreſſus eſt ſubſtituendo tempora pubertatis filij : Alioqui ſi non deprehenderetur egreſſus fuiſſe pubertatem filij, ſubſtitutio nec poſſet dici compendioſa, nec valeret poſt 14.ætatis annum, decedente filio, velut ex iuſta cauſa fideicommiſſi. Veruntamen conſtat dici compendioſam, & iure fideicommiſſi valere poſt pubertatem, *d.l. precibus.* Igitur ſtat integra difficultas, cur voluntas militis non fuerit ſortita ſuũ effectum in d.l. precib. ſi vtique miles ibi non minus expreſſit voluntatem directo ſubſtituendi poſt pubertatem, quàm expreſſit in d.l. Centurio. Quare meritò ſuperiori conciliario diſplicuit Philip. Corne. *in dicta l.precibus, num.12.*& Sebaſtiano Sapię *ibidem in repetitione,num.89.*& Socin.*in d.l.Centurio,num.27.*

¶ Decimo loco † Chriſtophor.Caſtellio.ſubtilitatum princeps dictus,& eius diſcipuli Raphael Fulgoſ.*in d.l.precibus, num.12.* Raphael Cuman.*in dicta l.Centurio, num.9.* excogitarunt nouum intellectum d.l.precibus.vt videlicet ibi non minus valuerit ſubſtitutio iure directo, quàm conſtat valuiſſe in dicta l. Centurio.Sic ergo interpretati ſunt, quòd in d.l.precibus, mortuo filio poſt pubertatem, ſubſtituti capiunt bona militis, non ex fideicommiſſi cauſa, ſed iure directo ex militari ſubſtitutione,proinde illis verbis text. Velut ex iuſta fideicommiſſi cauſa, putant ſimilitudinem quandam denotari, quam militaris ſubſtitutio habet cum fideicommiſſaria ſubſtitutione. Nam & bona dumtaxat teſtatoris in vtramque ſubſtitutionem veniunt, tam in militarem,quàm in fideicommiſſariam , & quidem ſine vlla diminutione. Quum de fideicommiſſo, quod miles relinquit, quarta non eſſet detrahenda,*l.in teſtamento.2.C.de teſtamento milit.* item per vtramque ſubſtitutionem ſucceditur ipſi teſtatori , non verò ſucceditur hæredi filio poſt quæſitam hæreditatem. Quod autem ſubſtituti bona, quæ patris, cùm moreretur, fuerunt, à matre petant , illa redditur ratio , quòd mater filio ab inteſtato ſucceſſerat , & ad eam ſpectauerat ſucceſſio omnium bonorum, quæ filius moriens coniuncta poſſederat. Hanc prædicat eſſe veriſſimam interpretationem d.l.precibus, Iaſon ibi, *num.9.verſic.ſeptimò.* & Curtius Iunior ibidem , *num.41.*& Franciſcus Ripa *in dicta l.Centurio,num.66.* Ioan. Crot.*in repet.c.Raynutius.ſolio 24.colum.1.verſic.tertiò adducitur,ſuprà eodem titul.*& ibi Guihelm.Benedict.*in verb.Si abſque liberis.2.de compendioſa, num.* 9.& nouiſſimè Viglius in § *qua ratione,num.13.Inſtitut.de pupillari.*& Reuerendiſſimus D. D. Couarru.*in d.c.Raynutius.*§.9.*numero 6.*& Franciſcus Connan.*libro 10.Commentariorum iuris ciuilis,capite 8.num.10.* Sed hæc ſubtilium & doctiſſimorum auctorum interpretatio mihi nunquam arriſit , nec videtur vllo modo eſſe probanda , tum ex his quæ Philippus Corne. Franciſcus Ripa,Lancelot.Galliaul.& alij ſupra allegati contra hunc intellectum adducunt , tum maximè , quòd ſi Imperatores *in dicta l. precibus*, ſimilitudine fideicommiſſi vterentur, ſimpliciter quidem dixiſſent, Velut ex fideicomiſſo, nec inculcarent verba illa : Velut ex iuſta fideicommiſſi cauſa. Enimuerò ea verba rectè accommodantur recepto ſenſui, ſecundùm quem directa ſubſtitutio trahitur ex cauſa ad fideicommiſſum, vt etiam Pontifex in præſenti ſenſit. Præterea ſi in dicta lege precibus, militaris,& fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſimilitudo poneretur, oporteret, quòd ſimilitudo maximè circa ipſam petitionem verteretur. Imperatores enim bona peti poſſe à muliere dicunt, velut ex fideicommiſſi cauſa. Animaduerto autem in petitione nullam eſſe ſimilitudinem inter directum hæredem militarem, & inter ſubſtitutum fideicommiſſarium. Quippè militaris ſubſtitutus bona militis petere deberet directa hæreditatis petitione , etiam ſi mater ipſa non eſſet hæres filij. Ex diuerſo fideicommiſſarius ſubſtitutus non poſſet à muliere bona teſtatoris petere , niſi ipſa hæres filij eſſet , & vtique actione ex teſtamento perſonali. Item ex fideicommiſſo ſubſtituti petere poſſent bona dumtaxat, quæ patris , cùm moreretur , fuerunt, *d.l. precibus.* Sed ſi admitterentur ex militari directa ſubſtitutione, non minùs capere, & petere poſſent fructus in hæreditate inuentos, *d.l.Centurio.* Denique ſi Imperatorum euidens propoſitum erat, ignaræ mulieris confuſam quæſtionem omnimodo explicare,& diſtinguere, non eſt veroſimile, quòd per inanem leuioris ſimilitudinis affectationem in reſcriptam obſcurauerint, vt mulier, quæ reſponſum intelligere non poſſet , abiret inconſulta. Concludo igitur, quòd vt receptius eſt, quodque veriùs videri debet, quòd *in d.l.precibus.* ſubſtitutio verbis ciuilibus facta valuit

valuit iure fideicommiſſi poſt tempora pubertatis, non verò valuit iure directo.

59 ¶ Vndecimo & nouiſſimo loco † ego affero in medium nonam conciliationem, quam vtpotè minus difficultatis habentem cæteris præſtare doctiores facilè agnoſcent. Conſtituo igitur, quòd in vtraque lege ſubſtitutio fuit verbis ciuilibus concepta, & quòd in d. l. Centurio, valuerit iure directo, & in d. l. precibus, valuerit iure fideicommiſſi, vt frequentius hactenus eſt receptum. In eo verò nouam differentiam eſſe animaduerto, quòd ſcilicet, compẽdioſa in d. l. precibus, fuit concepta in forma pupillaris, ſed in d. l. Centurio, non fuit concepta in forma pupillaris.

¶ Nam *in d. l. precibus*, ita ex Imperatorum ſententia proponi debet, vt in ſecundum caſum factam ſubſtitutionem intellexerint ita conceptam: Si filius meus deceſſerit intra quatuordecim annos, Titius ei hæres ſit: vel ita: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius ei hæres ſit. Porrò hoc compendioſam, propter pronomen, Ei, conceptam eſſe in forma pupillaris nemo non intelliget. Sed & Accurſius *in l. cohæredi, § cum filia, in verb. Nec aliud, ff. de vulgar.* meminit de hac ſubſtitutione facta vltra pubertatem in forma pupillaris. Quòd verò Imperatores de hac ſubſtitutione facta in forma pupillaris intellexerint, allego Azon. *in Rubric. C. de impuber. num. 17.* vbi allegando d. l. precibus compendioſam explicauit his verbis factam fuiſſe à milite: Si filius meus quandocunque deceſſerit, ille ſit ei hæres. Et hunc dixit eſſe caſum eius legis precibus. Accurſius ibi *in ver. fideicommiſſi, verſic. vbi ergo puberi. & verſic. at vbi ſit ita, in fin.* Sic etiam in textum *in d. l. precibus*. accepit gloſ. *in c. Raynutius, in verb. Subſtitutionis, ſuprà eod.* Bald. *num. 35.* & Salicet. *num. 21. in dicta l. precibus.* Et quòd hic ſit proprius caſus dictæ l. precibus, auctor eſt Aretinus *conſil. 154. Periculorum, colum. 1. verſic. ſecundò eſt aduertendum*. Deni-
60 que hunc † caſum tranſtulerunt doctiſſimi legum Partitarum conditores, vt videre eſt *in l. 12. titul. 5. Partit. 6. ibi; Sea ſu heredero.* Faciunt etiam nobiſcum verba Cæſarum *in dicta l. precibus*, illa ſcilicet: Eos habeat hæredes, quos ei pater conſtituit. Quæ verba expendit pro hoc ſenſu Salicet. ibidem *num. 21. verſic. iſta diſtinctio.* Et quamuis Alexander aliud agens *in d. l. Centurio, numero 65. verſic. cum hac ſolutione.* dicat; quòd ſuprà ſcripta verba *dictæ l. precibus* de neceſſitate non inferunt, quòd teſtator dixerit: Hæres eſto filio meo, ego tamen ea verba fortiùs in hunc modum induco.

¶ Conſidero enim, quòd ſi *in dicta l. precibus*. compendioſa ſubſtitutio non fuiſſet facta in forma pupillaris, vt quia dixiſſet teſtator: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hæres ſit. iam non potuiſſent Imperatores tam planè, & tam ſecurè mulieri reſpondere, quòd filius ſi intra pubertatem deceſſiſſet, eos haberet hæredes quos ei pater conſtituiſſet. Siquidem hoc ipſum eſſet controuerſum, an pater filio hęredes conſtituiſſe intelligeretur, argumento *d. l. Centurio.* vbi in compendioſa, quæ non erat facta in forma pupillaris, Papinianus dubitauit de pupillari, cùm ſcripſit: Etiam propria bona filij, &c. Quare magis reſcribere Cæſares debuiſſent: Eos habeat hæredes, quos ei pater conſtituiſſe intelligitur.

61 ¶ At enim dixerit † aliquis, quòd etiam *in d. l. Centurio*, ſubſtitutio compendioſa fuit concepta in forma pupillaris, vt gloſ. ibi *in 2. ſchol.* intellexit, cum qua omnes ibidem tranſierunt, excepto Raphaele Cuman. *num. 4.* idem *circa d. l. Centurio.* intellexit Bald. *in d. l. precibus, num. 35.* & Ioan. de Platea in *§. qua ratione, colum. penult. Inſtitut. de pupillari*. Hunc dixit eſſe caſum rotundum *d. l. Centurio.* Anton. Rubeus *in repet. § quidam rectè, num. 25. in fine l. Gallus, ff. de liberis & poſthumis.* Pro hac interpretatione inductum reperio textum *in d. l. Centurio* in illis verbis: Filio, ſi intra vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ ſine liberis vita deceſſerit, directo ſubſtituit. Nam ſi directò ſubſtituit filio: Igitur hæredem filio dedit, vt colligere voluit Angel. Aretin. *in tract. de teſtament. in gloſ. 80. num. 5.* item pro hac parte facit quòd Papinianus eadẽ formula compendioſæ videtur vſus fuiſſe *in d. l. Centurio*. qua etiam vſus fuit *in l. verbis ciuilibus, ff. eod. tit. de vulgar.* Sed *in l. verbis ciuilibus*. ſubſtitutio dicitur eſſe facta vltra pubertatem in forma pupillaris, vt gloſ. prima ibi accepit, *& glo. in § qua ratione, in verb. Ad exemplum, in fin. Inſtit. de pupillari.* & Bald. *vbi ſuprà in d. l. precibus*, & Andreas Alciatus Parergon *libro 10. capite 1.* vbi verba ciuilia intellexit ea, quibus pupillaris ſubſtitutio confici poteſt. Igitur & *in dicta l. Centurio.* eodem modo intelligi debet ſubſtitutionẽ factam fuiſſe.

¶ Sed dubitari non oportet, quin vera interpretatio ſit *d. l. Centurio.* vt ibi compendioſa non fuerit facta in forma pupillaris. Magis enim ita proponi debet conceptam fuiſſe ſubſtitutionem: Si filius meus intra vigeſimumquintum annum ætatis ſuæ ſine liberis vita deceſſerit, Titius hæres eſto: non verò Titius ei hæres eſto. Hoc aſſerit ibi Raphael Cumanus *num. 4.* dicens, quòd ſi compendioſa ſubſtitutio fuiſſet facta in forma pupillaris, nullius omnino momenti fuiſſet cenſenda poſt pubertatem, vt nec fideicommiſſi iure valeret. Ego autem cum Rapha. Cuma. ſentio id ita interpretandum: quoniam ſubſtitutio compendioſa, ſi fuiſſet facta in forma pupillaris, non valuiſſet iure directo poſt pubertatem, nec quidem ex priuilegio militum. Cæterùm quod idem Cuma. ſcripſit, non valituram fuiſſe ſubſtitutionem nec fideicommiſſi iure, mihi omnino falſum videtur: Id enim contendo, vt in hac ſpecie Imperatores *in d. l. precibus* reſcripſiſſe videantur, ſubſtitutionem fideicommiſſi iure poſt tempora pubertatis valere.

¶ Pro hac interpretatione d. l. Centurio, contra gloſ. & vulgarem interpretationem, expendo Papiniani verba ibidem, illa videlicet: Etiam propria filij bona: vbi gloſ. exponit, id eſt, non ſolùm paterna. Lancelot. verò Galliaul. *in repetitione eius l. num. 191.* hæſitat in eo, quòd facilius erat pupillari ſubſtituto capere bona filij, quàm patris: quum per pupillarem ipſi pupillo ſuccedatur. Franciſc. Ripa etiam *num. 29.* circa eandem implicatiuam etiam *non* minus implicatur. Ego declaro, Papinianum in voluntaris quæſtione de bonis filij hac ratione dubitaſſe. Nam cùm ſubſtitutio ita eſſet facta: Si filius meus, &c. Titius hæres ſit: in hac compendioſa primùm conſtabat, Titium poſt pubertatem non poſſe capere niſi bona duntaxat patris. Ergo videbatur interpretandum, quòd etiam intra pupillarem ætatem, militaris locum haberet in ſolis bonis patris: vt vna omni tempore eſſet militaris ſubſtitutio, vt aliud agens conſiderauit circa d. l. Centurio, Philippus Decius *in l. in teſtamento. 1. numero 16. verſicul. Vltimò* ad hoc videtur text. *in l. Centurio, C. de teſtament. milit.* Planè ſi Centurio miles formaſſet directam ſubſtitutionem compendioſam in figura pupillaris, iam ineptum fuiſſet dicere, quòd etiam propria filij caperet ſubſtitutus. Manifeſtè enim conſtaret hæredem filio datum: ita vt de proprijs filij bonis nulla poſſet eſſe dubitatio.

¶ Non obſtat text. *in d. l. Centurio, in verb. Filio.* Quoniam etſi Papinianus dicat, Centurionem filio directo ſubſtituiſſe, non continuò ſignificat, ſecundum hæredem filio datum ſed duntaxat ſecundum hæredem ſcriptum fuiſſe poſt filium. Nam † & 62
filio rectè dicetur directò ſubſtituiſſe, qui vulgarem ſubſtitutũ filio dederit; *l. ſi mater, cum mille vulg.* Idq; aliàs obſeruarunt contra Socin. ibi Lancelot. Galliaul. *in repetitione d. l. Centurio. nu. 184.* & obſeruauit Lancelot. Polyt. *in tractatu Subſtitutionum, de compendioſa ſubſtitutione, num. 20. & de vulgari ſubſtitutione, part. ſecunda. num. 28.*

¶ Non obſtat argumentum adductum † ex d. l. verbis ciuili- 63
bus. Quoniam magis retorqueri pro nobis poteſt. Siquidem ex Papiniani verbis contra gloſ. ibi verius eſt, ſubſtitutionem nullo modo factam fuiſſe in forma pupillaris. Dubitauit enim ibi Iureconſultus, an qui non admittitur vt ſubſtitutus, poſſit admitti quaſi adiectus hæres? Et reſpondet eam interpretationem eſſe reſpuendam: quoniam & ſi eam verba admitterent, voluntas tamen eandem excludebat. Ergo verba ſubſtitutionis non erant concepta in forma pupillaris: quoniam tunc inepta fuiſſet dubitatio, & verba omnimodo adiectionem hæredis reſpuerent. Idque circa *d. l. verbis ciuilibus*, perſtrinxit Philip. Corne. *in d. l. precibus, num. 15. verſic. Obſtat tamen.* vbi etiam meminit Raphaelis Cumani *in d. l. Centurio.* negantis, quòd ibi ſubſtitutio fuit facta in forma pupillari. Vnde etiam conſtat, verborum ciuilium interpretationem non eſſe illam, quam Andreas Alciat. exiſtimauit *in d. lib. 10. Parergon, cap. 1.* Siquidem Papinianus *in d. l. verbis.* minimè ſe retulit ad verba pupillarem ſubſtitutionẽ exprimentia, vt conſtat ex ſuperiore argumento. Preterea verba ciuilia non ea demum ſunt, quibus pupillaris ſubſtitutio concipitur: ſed ſunt directa, quæ ipſo iure ciuili hæreditatem deferunt, vt contra Andr. Alciat. ſcripſiſſe videtur Franciſ. Connan. *lib. 10. Comment. iuris ciuilis, cap. 8.*

¶ Secundum quæ ſtat conciliatio noſtra, quòd *in d. l. Centurio.* compendioſa fuit concepta in forma communi: Sic miles ex militum priuilegio potuit facere filio puberi directam ſubſtitutionem, quam voluit. At verò *in d. l. precibus*. compendioſa fuit

concepta in forma pupillaris: Sic vbi filius poſt pubertatem deceſſiſſet, non potuit habere hæredes eos, quos ei etiam puberi miles pater conſtituerat, nec quidẽ ex militum priuilegio. Quæ ſententia videtur adhuc habere controuerſiam.

64 ¶ Nam quòd miles † ex ſingulari priuilegio poſſit filio puberi hæredem conſtituere in his bonis quæ ei dedit, ſenſiſſe dicitur Accurſius *in rubr. ff. de vulgar.* quum dixit, compendioſam à milite factam habere naturam pupillaris. Idque ita ex Accurſij ſententia colligit ibi Raphael Cuman. *in verſic. ibi compendioſa, & in l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos. in fine. & in d. l. Centurio, num. 10. eodem titulo.* Hoc etiam dicuntur ſenſiſſe Bartol. & Bald. in eadem lege Centurio, quaſi hoc intellectu acceperint militarem ſubſtitutionem, de qua ibi: vt eodem loco ſcripſit Ioan. Imol. *num. 5.* Is hoc ipſum aſſeruit, & in fine eiuſdem legis ſcriptum reliquit, hoc ita Papinianum ſenſiſſe in poſteriore legis parte, & facere pro hac parte textum *in l. Miles, §. exhæredato. ff. de militari teſtamento.* Eandem opinionem retinuit Ioannes Imol. *in d. l. Centurio, in fine. & in l. Marcellus, §. Quidam liberis, verſicul. Item an venians. ff. ad Trebellianum. & in c. Raynutius, numero 104. in fine. ſuprà eodem titul.* quem ſimpliciter retulit Philippus Franc. hic *numero 101. verſic. Octaua regula.* in hac eadem opinione fuit Angelus de Peruſ. *in l. qui Roma, §. duo fratres, in 4 quæſtio. num. 11. ff. de verborum obligat.* Idem probauit Aretinus *in l. in teſtamento. 1. num. 4. C. de teſtament. milit.* ſequutus Ioan. Imol. *in d. l. Centurio.* Hoc & Socinus pluribus argumentis contendit defendere *in d. l. Centurio, num. 11. & 12.*

¶ Quòd ſi vera eſt hæc opinio, equidem videbor operam perdidiſſe in ſuſcepto negotio circa *d. l. precibus.* Nam & ſi maximè reciperetur id, quod euincere laboram, ſcilicet, compendioſam fuiſſe intellectam quaſi factam in forma pupillaris, ſtaret nihilominùs integra adhuc difficultas. Quippè ſi miles ibi hæredi filio quandocunque is decederet hæredem dedit: & potuit etiam puberi hæredem dare in his, quæ ei reliquit, iam debuiſſent Imperatores reſcribere, quòd ſi filius poſt pubertatem deceſſiſſet, bona, quæ patris, cùm moreretur, fuerunt, iure directo delata eſſent ſubſtitutis velut altera eiuſdẽ filij hæreditas. Nã eundem filium, quum teſtamentum non feciſſet, quo ad bona propria inteſtatum deceſſiſſe conſtaret, vt in his matrem legitimam haberet hæredem.

¶ Sed certè non dubito, quin verior & receptior ſit opinio, quòd miles nequeat hæredem filio puberi aut emancipato dare: nec in his quidẽ bonis, quæ ei reliquit. Etenim militaris ſubſtitutionis vera interpretatio eſt, quòd miles hæredi inſtituto poteſt directò ſubſtituere poſt quæſitam hæreditatem, ſiue in caſum, quo hæres decedat: ſiue in euentum cuiuſcunque alterius conditionis. Proinde militis hæreditas, quæ primo hæredi fuit quæſita, vbi euenit ſubſtitutionis caſus, continuò ſeparatur ipſo iure à bonis eiuſdem primi hæredis, & iterum iacere incipit, vt quaſi militis hæreditas ſecundo hæredi deferatur. Sic militaris ſubſtitutus bona militis quaſi ipſius hæreditatem capit, eique militi hæres ſecundo loco efficitur: non verò efficitur hæres ei, in cuius locum fuit ſubſtitutus. Quod ita ſine dubio intellexit Papinianus *in d. l. Centurio, in fine.* vt ibi Accurſius rectiſſimè accepit *in final. ſcholio,* cùm allegauit textum *in l. miles ita, in princ. ff. de militari teſtament.* Sic etiam intellexerat Azo *in ſumma C. de impuberum, & alijs.* Nec diuerſum ſenſit idem Accurſius *in rubr. ff. de vulgari.* vt non rectè accepit Raphael Cuman. *vbi ſuprà.* Nam cùm Accurſius dixit, compẽdioſam à milite factam habere naturam pupillaris, & fideicommiſſariæ, intellexit ſanè quod ante pubertatem erat fideicommiſſaria, iuxta *d. l. precibus,* quam allegauit. Quod eodem ſenſu docuit idem Accurſius *in d. l. precibus, in verb. Fideicommiſſi:* quòd compendioſa ſubſtitutio eius legis continebat duas ſubſtitutiones, videlicet, pupillarem, & fideicommiſſariam. Eundem verò intellectum militaris ſubſtitutionis docuerunt Iacob. Butrig. & Doctores communiter *in dicta l. precibus,* Cynus *colum. 2.* & communiter alij *in dicta l. in teſtamento. 1. C. de teſtament. militari.* vbi Paulus Caſtrenſ. non ſemel hoc præcepit. Quamuis Franciſcus Ripa *in dicta l. Centurio, num. 28.* contrariam ſententiam ei adſcripſerit. Quin & Bartolus *in l. Marcellus, §. quidam liberis, num. 9. ff. ad Trebellianum.* apertè docuit, quòd per militarem, quam non iuſtè appellauit compendioſam, ſuccedit ipſi militi. Nec contrarium docuêre Bartolus & Bald. *in dicta l. Centurio,* vt perperam eis impoſuit ibi Ioan. Imol. *num. 5.* Deniq; hanc opinionem quaſi veriorem & magis communem ſequuti ſunt Socin. *num. 6.* & Alexand. *num. 4. in dicto §. quidam liberis.* Philip. Corne. *in dicta l. quidam in teſtamento, num. 9.* Alexand. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 57. ff. de verborum obligat.* Lancelot. Galliaula latiùs inſiſtens *in repet. d. l. Centurio, num. 182.* vbi etiam Ripa *ex dicto num. 28.* Andr. Alciat. *num. 83.* in eadem ſententia fuêre.

¶ Pro qua militaris ſubſtitutionis interpretatione, & quòd miles non poſſit filio puberi hæredi inſtituto hæredem dare, videtur facere bonus textus *in §. fin. Inſtitut. de pupillari.* Extraneo vel filio puberi (inquit Iuſtinianus) ita ſubſtituere nemo poteſt, vt ſi hæres extiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit; alius ei ſit hæres. Porrò quum Iuſtinianus ſcripſit, Nemo; ſignificauit, nec quidem militi licere eiuſmodi ſubſtitutionem facere, vt ex Iuſtiniani ſententia collegit Angelus Peruſin. *in dicta l. Centurio, numero 12.* Erit tamen qui contra Angeli inductionem argumentetur, Imperatorem nihil in ea regula de milite ſenſiſſe, ſed de pagano duntaxat, quoniam ſubiecit: Sed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum teſtator obliget. Quippè militibus non ſolùm licet per fideicommiſſum hæredem obligare, qui etiam poſſint hæredi inſtituto, quos velint, directò ſubſtituere, *l. milites etiam, l. miles ita, ff. de militari teſtamento.* Sed nihilominùs Angeli inductio poterit defendi; quaſi initio eius §. conſtituatur regula negatiua: vt nec paganus, nec miles poſſit facere puberi, aut extraneo, directam ſubſtitutionem in forma pupillaris. Quod autem ſubiecit idem Iuſtinianus, non excludit ſuperiorem interpretationem: quia rectè potuit dicere, ſolam eſſe fideicommiſſariam, quæ in ea ſpecie omnibus eſſet vulgo permiſſa, ſiquidem militaris directa non vulgo omnibus, ſed ſolis militibus ex ſingulari priuilegio dicitur eſſe conceſſa, *dicta l. Centurio, in fine.* Quare contra Angeli inductionem vrgent fortiùs textum *in § liberis, in verbo, Nemo, eodem titul. coniuncta l. in fraudem, §. miles, & l. miles ita, §. final. ff. de militari teſtament.*

¶ Non obſtat text. *in dicta l. Centurio, finalib. verbis,* quem Ioan. Imol. putauit eſſe expreſſum. Quoniam reſpondeo, Papinianum non intellexiſſe de fructibus inuentis in hæreditate filij: ſed magis in hæreditate ipſius Centurionis, vt explicaui *in ſuperiore gloſ. in fine.*

¶ Nec obſtat text. ab eodem Ioan. Imol. allegatus *in d. l. miles, § exhæredato, aliàs incipit, §. miles & emancipato. ff. de militari teſtam.* Quoniam retorqueri magis pro noſtra ſententia poteſt. Repeto enim concluſiſſe me *in prima parte, in 2. gloſ. & in fin. gloſ. primæ,* quod tam ibi, quàm *in l. cum filiusfamilias, eod. tit.* ſubſtitutio illa non eſt pupillaris, per quam miles filio hæredem conſtituerit: ſed eſt militaris, per quam miles ſibi & in ſua hæreditate, ſecundum hæredem conſtituerit. Proinde aduerſus multorum errorem tres concluſiones vtiliſſimas aſſerui. Prima eſt, quòd miles non poteſt hæredem filio impuberi emancipato dare: nec quidem in his bonis, quæ ei reliquit. Secunda, quòd filiusfamilias filio impuberi in aui poteſtate conſtituto non poteſt ſimilem ſubſtitutionem facere. Tertia, quod idem iuris eſt in milite auo, qui non poteſt cum effectu facere ſimilem ſubſtitutionem nepoti in patris ſui poteſtatem recaſuro. His accedat quarta hæc concluſio, quæ ferè eiſdem iuris rationibus conſiſtit: videlicet, militem non poſſe filio puberi hæredem conſtituere, nec in his quidem bonis, quę ei reliquit. Pro qua concluſione nouè induco text. *in d. l. precibus.* vbi hæc directa ſubſtitutio iure directo valere non potuit.

65 ¶ Ex qua vera, & communiùs recepta concluſione † vtiliter infero, videri falſam eſſe opinionem quandam, quæ hactenùs non habuit contradictionem, Angeli ſcilicet Peruſini *in l. quod fideicommiſſum, ff. de legat. 1.* quam ipſe legit ſimul cum *§. fin. l. ſi Titio, eodem titul.* Collegit ex eo textu Angel. quòd fideicommiſſum relictum impuberi ab inteſtato valet, ſed finitur pubertate, *vt in d. l. quod fideicommiſſum.* Rationem huius poſtremi dicti illam eſſe ait, quoniam poſt pubertatem, ſi filius ab inteſtato decedat, & proximi hæredes hæreditatem eius vendicauerint, non ſuccedunt puberi ex prouiſione patris teſtantis, ſed ſolùm caſu: quia videlicet pubes teſtamentum non fecerit. Cùm igitur ſolo fortunæ iudicio hæreditas illius puberis decurrat ad venientes ab inteſtato: non eſt mirum, ſi nequeat fideicommiſſo onerari à patre, *l. ſed & ſi ſic, §. primo. ff. de legat. 3.* Quapropter dicit, quòd ſi pater eſſet miles, qui poſt pubertatem ſuis liberis poſſet ſubſtituere directò, tunc quia hæc bona decurrunt ad illos venientes ab inteſtato ex prouiſione teſtantis, conſequens eſt, fideicommiſſum valere etiam poſt pubertatem,

tem, videlicet in bonis militis. Idem cum Angelo probauerunt ibi Raph. Cuman. *in 1. lectura.* Ioan. Imol. *nu. 6.* Iaſon *nu. 23. in d. l. ſi Titio. §. fin.* & Guiliel. Benedict. *in repet. c. Raynutius. in verbo, alſa, liberis, 2. de pupillari, nu. 59. De compendioſa, num. 31.* & Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. in prima limitatione, nu. 18.*

Ergò aliàs huic opinioni nullo pacto poteram acquieſcere. Quia non perſpiciebam idoneam differentiæ rationem inter militem & paganum teſtatorē: ſiue de poteſtate, ſiue de voluntate militis & pagani quæreretur. Aut enim miles voluit fideicommiſſum deberi ab hærede filij, etiamſi filius poſt pubertatē decederet: & aptè onerauit hæredem filij videlicet ſub nomine appellatiuo. Et in hac ſpecie valet fideicommiſſum etiam in pagano teſtatore, *l. ſi fuerit §. 1. ff. de legat. 3.* Aut miles filij puberis hæredis hæredem nominatum onerauit fideicommiſſo: Et in hac ſpecie, quemadmodum fideicommiſſum non valet in pagano teſtatore, *l. ſed & ſi ſic. § primo. ff. de legat. 3.* ita non valebit in milite. Quippe iuno *dicti §. primi.* non dubiè procedit in milite quoque teſtatore, vt etiam probatur *argumento l. miles ita. §. ſi miles. ff. de milit. teſtamen.* coniuncto eo, quod docuit Barto. *in l. qui fundum. §. qui filio, in fin. ff. ad l. Falcid.* Francis. Ripa *in d. l. cum filiofamil. nu. 27. de lega. 1.*

Cùm itaque omninò voluntatem, quanam ratione Angelus, & alij authores decepti fuiſſent in hac ſententia, tandem deprehendi, Angelo erroris anſam præbuiſſe, quod ſcilicet putauit, militem poſſe facere teſtamentum, & hæredem dare filio puberi in bonis, quæ ei reliquiſſet. Hoc enim iidem Angel. alibi exiſtimauerat *in l. qui Romæ. §. duo fratres, nume. 12. ff. de verbor. obligatio.* Cui ſententiæ conſequens videbatur tradere, quod miles, qui pro filio pubere poſſet facere teſtamentum, poſſet & pro eodem ab inteſtato facere codicillos quaſi pupillares, argumento *l. fina. ff. de legat. primo.* Videretur enim miles tacito iudicio vocare hæredem filij legitimum, vel teſtamento eiuſdem filij hæredem inſtitutum ad puberis hæreditatem, qui duntaxat conſiſteret in ſolis bonis ipſius militis. In his enim permiſerat miles pater filium puberem inteſtatum, vel teſtatum decedere: quum vtique potuiſſet eidem filio in eiſdem bonis hæredem conſtituere, ſi voluiſſet eidem facere teſtamentum quaſi pupillare. Hac denique ratione non incoloratè videbatur textum *in dicta l. quod fideicommiſſum.* in ſolo pagano procedere, qui hæredem filio poſt pubertatem dare non poſſet: diuerſum autem videri in milite, qui filio etiam poſt pubertatem poſſet hæredem dare. Et fuiſſe hanc Angeli mentem poteſt colligi ex Rapha. Cuman *in d. l. ſi Titio. § fina. in 1. lectura. num. 2.* vbi refert Angel. ſuæ ſententiæ rationem reddidiſſe, quòd miles poſſet facere teſtamentum pro filio etiam pubere. Nec dubitandum eſt, quin Ioan. Imol. eandem iuris rationem fuerit ſequutus, vt qui alibi ſemper crediderit, militis priuilegium valere, vt hæredem filio puberi dare poſſet.

Sed cùm verior & communior ſit contraria ſententia exiſtimantium, tale priuilegium militibus non eſſe conceſſum, vt etiam probare videtur text. *in d. l. precibus.* ſequitur eam opinionem Angel. iure procedere non poſſe, *& d. l. quod fideicommiſſum.* æquè procedere in milite teſtatore.

Hactenùs illud euici, compendioſam ſuſtitutionem, *d. l. precibus.* videri factam in forma pupillaris, & prætereà eam ſubſtitutionem ita factam non potuiſſe valere iure directo poſt tempora pubertatis, nec quidem ex ſingulari militum priuilegio, quod ad genus hoc ſubſtitutionis nequaquàm extenditur. Verùm adhuc talis conſideratio non videtur tollere difficultatem,
66 quoniam † nihilominùs inducenda videbatur directa militaris, *d. l. Centurio.* Nam etſi miles non poſſet filio puberi hęredem dare: ſi tamen dediſſet concipiens ſubſtitutionem in forma pupillaris; intelligendus erat ſibi ipſi ſecundùm hæredem militarem ſcripſiſſe in locum primi hæredis filij, argumento, *l. fina. C. de hæredib. inſtituen.* Quo loco expreſſum eſt, quod ea verba: Sempronius Plotij hæres eſto: licet habeant formam pupillaris reſoluuntur tamen in directam vulgarem, per quam non hæredi, ſed ipſi defuncto immediatè ſuccéditur. Vnde Azo fortaſſis hoc argumento adductus, *in ſumma. C. de impub. & alijs.* ſecurè exiſtimauit, quod compendioſa facta à milite in forma pupillaris valet poſt pubertatem iure directæ militaris, vt ſubſtitutus fieret hæres ipſi militi. Quod & Accurſius ſimiliter intellexiſſe videtur, *in d. l. Centurio.* vbi compendioſam accepit eſſe factam in forma pupillaris: & tamen ex Papiniani ſententia magis probauit contra Pyleum valere ſubſtitutionem iure directæ militaris. Idque vulgò interpretes ſecuti videntur, qui communiter intellexerunt, compendioſam *d. l. precibus, & d. l. Centurio.* fuiſſe factam in forma pupillaris. Hoc ex profeſſo aſſeruit Rapha. Fulgoſ. *in d. l. precibus, num. 11.* motus eodem argumento, *l. fina. C. de hæredib. inſtituen.* & aſſeruit etiam Angel. *Aret. in tracta. de teſtamen. in gloſſ. num. 5.* Pro qua parte facere videtur, quod directa magis capere debet interpretationem directæ, quàm fideicommiſſariæ, iuxta *gloſſ. fina. in fine, in §. verbis ciuilibus ff. de vulgar.* Item facere videtur, quod directa facilius mutatur in aliam directam, etiam militarem, quàm in fideicommiſſariam, *l. Centurio. l. verbis. ff. de vulgar.* ex quibus hoc collegit Bartol. *in dicta l. Centurio, num. 3.* Ex quibus reſurgit iterum difficultas integra; quia *in d. l. precibus.* ſubſtitutio debuit valere iure directę militaris iuxta *d. l. Centurio.* quamuis maximè compendioſa fuiſſet concepta in forma pupillaris.

Sed his non obſtantibus, retinendum cenſeo quod in *d. l. precibus.* Imperatores, qui ſe retulere ad compendioſam factam in forma pupillaris, non debuerunt reſpondere, ſecundùm hęredē admitti poſſe iure directo ad militis hæreditatem poſt pubertatem, decedente filio. Licèt enim in † teſtamento militis inſit tacitè clauſula: Si non valet iure communi, valeat iure militari, 67
l. 3. ff. de milita. teſtam. tradit Bar. *in l. 1. nu. 10. ff. de iure codicillo.* Iaſon *in l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. fin. ff. de vulgar.* illud intelligitur, quando diſpoſitio prout concepta eſt à milite, potuit valere iure militari, vt in ſpecie *d. l. 3.* In propoſita autem ſpecie, miles hæredem filio puberi dedit: quæ voluntas militis prout fuit concepta nec iure militari potuit valere. Nec obſtat, quod interpretandū erat militem ſenſiſſe de militari directa, † *argumento l. fin. C. de hered. inſtituen.* Quoniam reſpondetur, Iuſtinianum ibi viſum fuiſſe mirabili illa interpretatione, vt vulgarem directam induceret. Nō 68
idem † perducendum aut extendendum videtur ad inductionem directæ militaris, quæ comparari vulgari nō debet. Hoc ita 69
in terminis noſtræ quæſtionis ſcriptum reliquit Raphael Cuma. *in d. l. Centurio, nu. 4.* vbi dixit, quod compendioſa facta in forma pupillaris, non poteſt reſolui in directam militarem. Nec obſtare ait text. *in d. l. fin. C. de hæredib. inſtituen.* vbi eadem ſubſtitutio reſoluitur in vulgarem: quoniam ſi reſoluitur in vulgarem, illud ideo, quia eam continet, nec in vulgari eſt grauamen, quòd eſſet in militari. Hæc ille. Ego in eadem opinione ſum, vt exiſtimem non eſſe eandem rationem inductionis in militari, quæ fuit in vulgari ſubſtitutione. Nam Iuſtinianus etſi videret, ſubſtitutionem factam fuiſſe in forma pupillaris, non abſurdè interpretatus eſt videri eam ſubſtitutionem vulgarem. Quippe ex conſtitutione diui Marci & Seueri olim receptiſſimū acceperat, quod pupillaris porrigebatur ad vulgarem, *l. iam hoc iure ff. de vulgari. l. quamuis. C. de impube.* Vnde Barto. *in d. l. fin. num. 4.* dixit, Nota ex hac l. quod ſubſtitutio pupillaris facta extraneo continet vulgarem: & idem obſeruauit idem Bartol. communiter receptus, *in l. prima, nume. fina. ff. de vulgar.* Sed etſi verum ſit, vt aliàs notauimus, quod *in dicta l. fina.* non eſt tacita ſeu præſumpta vulgaris ex *dicta l. iam hoc iure.* ſed adeò expreſſa, & quæ omnes effectus habitura ſit expreſſæ vulgaris, poteſt nihilominùs dici: Iuſtinianum feciſſe illam audacem interpretationem, eo quòd intelligeret teſtatoris voluntatem ita aliàs acceptam, vt ei, cui potuiſſet hæredem dare, cenſeretur eundem hæredem eidem vulgariter ſubſtituere voluiſſe, vt aliàs Iureconſultus, ſubtiliter argumentatus eſt *in l. qui duos, verſiculo. Dixi ſi ex ordine. ff. de rebus dubijs.* ſecundùm veram interpretationem. Quod verò pupillaris extendatur ad directam militarem, nuſquàm ſcriptum, aut relatum extat. Igitur non eſt eadem ratio inducendi militarem, ac fuit inducendi vulgarem. Et fortaſſis hoc voluit ſignificare Raphael Cuman. quum dixit quod *in dicta l. fina.* ſubſtitutio facta in forma pupillaris reſoluitur in vulgarem, quia eam continet. Ad hæc vulgaris directa non ſolùm non habet onus, quod habet militaris, vt Cuman. expendit: ſed etiam vulgaris eſt directa iuris communis: quum directa militaris habeat priuilegium ſingulare, quod interpretatione non eſt adiuuādum, *argumento leg. quanquam. l. in teſtamento, prima, in fine. C. de teſtamen. militari.*

Prætereà conſidero, quòd ſi miles extraneo feciſſet ſubſtitutionem in forma pupillaris, tunc facilius poſſet recipi, quòd reſolueretur in directam militarem. Quoniam in tali ſpecie vtcunque induci poſſe videretur argumentum *dicta legis final. C. de hæredibus inſtituendis.* Si quidem in *dicta l. fina.* non intelligimus,

teſtatorem id voluiſſe, quod Sempronius Plocio hæres eſſet: quamuis verba eius hoc expreſſiſſent. Magis enim interpretamur, teſtatorem initio voluiſſe, vt ſi Plocius hæres nó eſſet, Sempronius ſibi teſtatori hæres eſſet, *dicta l. fina. verſicu. Tunc etenim.* Quo exemplo poſſet quis dicere, militem in hac ſpecie non id voluiſſe, vt hæredi extraneo Sempronio hæres eſſet; ſed vt, mortuo Plocio primo hærede, ſibi Sempronius ex directa militari hæres fieret.

At verò in ſpecie *d. l. precibus.* vbi miles filio puberi, quem habuit in poteſtate, hæredem Sempronius dedit quandocunque is decederet, conſtituimus, voluntatem militis fuiſſe, vt quandocunque filius decederet, Sempronius ipſi filio hæres eſſet. Conditio enim filijfamil. impuberis, adiunctis verbis, extorquet hanc voluntatem militis fuiſſe; quæ non fuit diuidenda. Proinde non ſumus in directa dubia, ſed ſumus in directa non dubia, in qua ſcimus, quid miles teſtator voluerit, & quid potuerit. Et hæc conſideratio forti argumento videtur comprobari, videlicet, eiuſdem *l. fina. C. de hæredib. inſtituen.* quæ l. procedit in hærede extraneo, non verò procedit in filiofamilias impubere hærede inſtituto. Nam ſi in *dicta l. fina.* Plocius impubes filius teſtatoris fuiſſet; tunc ſubſtitutio ad pupillarem eſſet referenda: non verò referretur ad vulgarem, vt ibi omnes agnoſcunt.

70 Denique† in illa ſubſtitutione: Quiſquis mihi hæres erit, ſit filio meo hæres: Azo & Veteres decepti argumento *dicta l. fina. C. de hæredibus inſtituendis.* putauerunt expreſſam eſſe vulgarem. Sed Barto. *in l. qui liberis. § hæc verba, num. 2. ff. de vulgar.* melius docuit, ſolam eſſe pupillarem expreſſam: nec verbis aptari vulgarem. Non enim datiuus ille caſus: Filio, variari debuit, ita vt propriè acciperetur in ſecundum caſum pupillaris, etſi caſus tuliſſet referretur etiam ad primum caſum vulgaris. Planè cùm Bartol. ſententia ſit recepta communiter, vt aliàs oſtendi ſuprà, idem dicendum videtur in propoſita ſpecie, vt videlicet compendioſa *dicta l. precibus.* non expreſſerit vulgarē in primum caſum: nec expreſſerit militarē in ſecundum. Voluit enim miles filio hæredes conſtituere quandocunque is decederet. Quæ voluntas fuit efficax iure communi intra pubertatem: fuit autem inefficax, etiam attento iure militari, ſi filius poſt pubertatem decederet. Adeò autem videtur fuiſſe inefficax, vt Rapha. Cuman. *in d. l. Centurio, num. 4.* exiſtimauerit, in huiuſmodi ſpeciebus ſubſtitutionem, nec quidem fideicommiſſi iure valituram. Ego autem non dubito, quin valere debeat vel fideicommiſſi iure. Et hunc aſſero videri meliorem intellectum *dictæ l. precibus.* Quippe ſi miles ibi voluntatem ſuam aptè direxiſſet in militarem ſubſtitutionem, lex ſuccumberet priuilegio. *d. l. Centurio.* Vbi autem lex animaduertit ineptam militis voluntatem, & ideo ſeca nequaquam premi, non debuit opera ſua ipſius priuationem inducere; hoc eſt, priuilegium directæ ſubſtitutionis, *d. l. Centurio.* intromittere. Proinde fauorabiliter admiſit fideicommiſſi interpretationem, quam iure communi, & abſque vllo priuilegio omnes poſſent relinquere, *§ fina. Inſtitu. de pupill. ſtr.* Quòd ſi in *dicta l. Centurio.* directa ſubſtitutio poſt pubertatem faciliùs admittit directam militarem, quàm fideicommiſſariam, vt ibi Bart. numero tertio obſeruauit. Ratio eſt in promptu, quia videlicet, verba militis propriè exprimebát directam militarem ſibi ex priuilegio conceſſam: non verò fideicommiſſariam. Sic Imperatores *in d. l. precibus, verſic. fin.* ſenſerunt, quod filius poſt pubertatem decedens, non erat habiturus eos hæredes, quos ei pater conſtituerat: ſed erat habiturus hæredem matrem, quam ei hæredem non conſtituerat. Conſequenter expreſſerunt, quod filij puberis mater tenetur, velut ex iuſta fideicommiſſi cauſa, bona quæ patris fuerunt, reſtituere eis, quos pater filio hæredes conſtituerat. Denique manifeſtè ſignificarunt, quod ibi verba directa ad fideicommiſſum traherentur, vt rectè expendit ibi Salic. *num. 11. verſi. Hoc confirmo.*

Ergo licèt veteres iuris vtriuſque authores, & ex recentioribus nonnulli putauerint, quod in *dicta l. precibus.* matris contemplatio fecit, vt diſcederetur à verbis militis, & contra ſubſtitutum hæredem induceretur, vt is hæres nó eſſet, ſed fideicommiſſarius: mea tamen noua interpretatio oſtendit, longè diuerſam fuiſſe Imperatorum ſententiam. Siquidem contra matrem, & contra quemlibet filij puberis ſucceſſorem, atque adeò contra ipſum hæredem filium interpretatio fideicommiſſi facta eſt, pro tuenda ſcilicet defuncti voluntate, quæ prout concepta nullatenus defendi potuit. Et ne audacter iactem hoc ita Imperatores intellexiſſe, certè dicam, videri hanc meam interpretationem cæteris omnibus, quæ hactenùs ſcriptæ ſunt, antecellere: quum minùs habeat difficultatis. Nihil enim fermè eſt, quod in ea deſiderari poſſit: niſi fortè in ipſis Imperatoribus hoc deſideretur, quod ſubſtitutionem factam verbis ciuilibus in ſecundum caſum nó omninò tractare debuiſſent quaſi factum in forma pupillaris. Nam cùm mulier ſimpliciter precibus comprehendiſſet, quod miles ſecundùm hæredem ſcripſiſſet, potuerunt Imperatores compendioſam curſus diſtinguere, vt ſi facta non fuiſſet in figura pupillaris, valeret iure directo poſt pubertatem, *d. l. Centurio.*

71 Vnde infertur intellectus† ad noſtrum tex. in iſto *cap. Si pater.* vt quatenus Pontifex ait directam interdum ex cauſa ad fideicommiſſum trahi, ſine dubio intellexerit de ſpecie, *d. l. precibus.* Cauſam autem fuiſſe interpretor, ne defuncti militis voluntas penitus deſtitueretur, qui filio etiam poſt pubertatem hæredes conſtituiſſet. Enimuerò fideicommiſſi interpretationem ita factam intelligo, quaſi miles teſtator hæredem filium rogaſſet, vt ſi poſt pubertatē deceſſiſſet, eoſdem hæredes faceret, quos ipſe eidem filio hæredes conſtituerat. Nam & ſi filius eo modo rogari non poſſet, Senatus tamen cenſuit perinde habēdum eum, quia ita rogaretur; atq; ſi rogatus eſſet poſt mortem ſuam hæreditatem eiuſdem reſtituere, id eſt, quicquid ex defuncti hæreditate conſequutus fuiſſet, *l. ex facto. ff. ad Trebellian.* Ergò voluntas militis ita coniuncta eſt, vt ſubſtitutos, quos inutiliter voluiſſet eſſe hæredes filij puberis, vtiliter voluerit habere bona ſua per fideicommiſſum poſt mortem filij, argumēto eius, quod Senatus cenſuit in *d. l. ex facto.* & argumento tex. vbi ſimilis ferè interpretatio facta eſt, *in l. qui filium. ff. eod. titu.* Quoniam tamen in *d. l. precibus.* nulla fuerunt fideicommiſſi verba, vt fuerunt in allegatis legibus, benigna interpretatione opus fuit, vt quaſi fideicommiſſi verbis confirmata fuiſſet ſubſtitutio, ſicq; valeret, iuxta *l. ſi frater, in fine. C. de fideicommiſſ.* Et ita benè ſe habent illa Imperatorum verba, *d. l. precibus.* velut ex iuſta cauſa fideicommiſſi, ad hunc ſenſum pertinentia.

72 Ex hac etiā interpretatione, *d. l. precibus.* colligi videtur grande argumentum ad deciſionem illius celeberrimæ† quæſtionis: vtrum ſubſtitutio compendioſa, quam paganus verbis ciuilibus concepit, poſſit valere iure fideicommiſſi poſt tempora pubertatis, vbi ſemel potuit valere iure directæ pupillaris ante pubertatem.

Et in hoc articulo ſubſtitutionem penitus extingui poſt pubertatem, vt nullo iure valere debeat, tenuit Accurſ. *in d. l. Centurio, in glo. fin. & in d. l. verbis ciuilibus. in glo. fin. & in l. pupillari, in gloſ. vnica. ff. eod. tit. de vulga. & in l. Scæuola. in verb. Obligetur. ff. ad Trebell. in d. l. precibus, in verb. Fideicommiſſi. C. de impuberum. & in § quarationem, in verb. Ad exemplum, verſi. Si verò paganus, Inſtit. de pupillari glo. etiam iuris canonici, in c. Raynutius. in verbo, Subſtitutionis ſuprà eodem titu.* & glo. etiam *in hoc cap. Si pater. in verbo, Abſque deductione.* Et ita te habet communis opinio, ſecundùm Alex. *num. 64.* Iaſon *num. 29.* Lanfranc. de Oriano, *num. 19.* Lancelot Galian. *ex num. 262.* Ripam *num. 69. in dicta l. Centurio.* Andr. Alciat. *in l. verbis ciuilibus. num. 10. ff. eodem titu.* vbi eleganter communem intellectum confirmat, atque tuetur, & Auguſtinus Beroius *in d. capi. Raynutius, num. 526.* vbi ſingulis argumentis, quæ Orianus & alij contra communem attulerant, ſatisfacit: & communem iſtam opinionem amplectitur etiam Curtius Iunior *in dicta l. precibus, ex numero 50.* Guilielm. Benedict. *in repetitione dicti cap. Raynutius, in verbo, Si abſque liberis, 2. de compendioſa, nume. 32.* & nouiſſimè etiam Reuerendiſſimus Dom. Didacus Couarr. *in dicto cap. Raynutius, § nono, num. 19. ſuprà eodem.* Denique Viglius *in dicto § quarationem, num. 49.* ſcribit iudicem non poſſe impunè recedere ab hac communi opinione.

Contrariam tamen ſententiam, ſcilicet quod ſubſtitutio compēdioſa verbis ciuilibus à pagano facta, quæ ante pubertatem potuit valere iure directæ pupillaris, poſſit nihilominùs poſt pubertatē valere iure fideicommiſſi, vulgò dicitur primus omnium affirmaſſe Ioan. Andr. *in præſenti, num. 19.* Et licet Alexand. *in dicta l. Centurio, dicto num. 64.* & Ioan. Baptiſta in repetitione *dicta l. precibus, num. 42.* referant quoſdam antiquos in eadem opinione fuiſſe, quos Cynus allegauit *in dicta l. precibus. numero 10. verſiculo, Additio:* equidem arbitror eundem Ioannem Andr. fuiſſe, quem Cynus de more Italorum nominatim allegare noluit: quod fermè eiſdem temporibus ſcripſiſſet. Huius rei argumentum eſt, quod Cynus omnia Ioannis Andre. argumen-

gumenta retulit, & confutauit. Adde, quod Innocentius, quem
pro hac parte à nemine allegatum legi, ante Ioan. Andr. author
huius opinionis fuiſſe videtur in præſenti *cap. Si pater, num. 3. &*
num. 5. quod capitulum legit Innocentius ſimul cum *cap. fina. ſu-*
prà eodem. Quanquàm Innocentium ipſum cautè pro contraria
& communi opinione gloſſarum allegauerit Ioan. Imol. *in dicto*
cap. Raynutius, num. 179. & Philip. Corn. *in d. l. precibus, num. 14.* In-
nocentij autem verba *in d. num. 5.* videntur corrupta, & emenda-
tionem deſiderant. Nam verba illa Innocent. Quare non eſt
idem in priuato; legenda ſunt interrogatiuè, & pro verbo Par-
titæ, reponendum videtur: Pariter. Fuerunt & poſt Ioan. Andr.
alij authores in eadem ſententia, quos retulerunt Alex. & Phi-
lip. Corn. *vbi ſuprà.* His adde Philipp. Deci. *in d. l. precibus, num. 17.*
vbi ſcripſit, hanc opinionem maiori æquitate ſubniti, & Lancel.
Galiaul. *vbi ſuprà.* Polyt. *in tracta. Subſtitut. de compendioſa, num. 22.*
Ioan. Coral. in repetitione, *d. l. precibus, ex num. 57.* Et poſt tempo-
ra Ioan. Andr. hæc eſt communis opinio Doctorum iuris Ponti-
ficij, vt affirmat Philip. Franch. *in præſenti, nu. 73.* & alij quamplu-
res ex ſuperiùs allegatis.

Pro hac opinione Ioan. Andr. aduerſus communem gloſ-
73 ſarum ſententiam nouè inducitur text. † *in dicta l. precibus.* ſecun-
dùm noſtram ſuperiorem interpretationem. Et quidem Ioan.
Andr. hic, & Salic. *in d. l. precibus, num. 21. & num. 22. verſic. Cum igi-*
tur. deducere conati ſunt ex *d. l. precibus.* argumento pro hac ſen-
tentia, quaſi nihil ibi ſpeciale ſit in milite. Idem argumentum
prior fecerat Innocentius *hic num. 5.* dicens, quod ſi in *d. l. preci-*
bus. ſubſtitutio vnicis verbis facta à milite trahitur ad directam
& indirectam, cur (inquit) non erit idem in priuato. Licèt enim
(inquit) multa priuilegia miles habeat ex cauſa ſibi cōceſſa tam
in confectione teſtamenti, quàm in hæredis inſtitutione, in ſer-
uanda tamen eius voluntate non habet priuilegium, quoniam
omnes voluntates vltimæ pariter ſunt ſeruandæ. Sed profectò
d. l. precibus. multò fortius nūc inducitur, iuxta noſtram interpre-
tationem. Siquidem miles animaduertitur feciſſe directam ſub-
ſtitutionem, quæ ante pubertatem potuit valere iure commu-
ni: poſt eam autem ætatem nec ex militum priuilegio potuit va-
lere. Cum igitur iure fideicommiſſi valeat poſt pubertatē, idem
videtur ſeruandum & in paganorum teſtamentis.

74 Item principaliter pro hac parte inducitur text. † *in cap. Ray-*
nutius, ſuprà eodem. vbi ſubſtitutio compendioſa valuit poſt pu-
bertatem iure fideicommiſſi: quæ vtique potuit valere iure pu-
pillaris directæ intra pubertatem, vt noſter text. probat in iſto
cap. Si pater. Et tamen ea ſubſtitutio erat facta, non verbis merè
communibus, vt multi vulgò exiſtimant: ſed facta fuerat verbis
directis, vt obſeruauit Philip. Dec. *in d. l. precibus, num 37.* & Lan-
celot. Gauliau. *in d. l. Centurio, num. 87.* & nos ſuprà iam obſerua-
uimus non ſemel.

Quinimmò illud fortius deduci videtur ex *d. l. precibus.* & ex
dicto cap. Raynutius. quod compendioſa, etiamſi fuerit facta in
forma pupillaris, valebit iure fideicommiſſi poſt pubertatem,
vt deduxit ex vtroque text. Salicet. *in dicta l. precibus, num. 21.* ad-
uerſus Baldum *ibidem, num. 35.* Bald. enim conciliare voluit has
opiniones contrarias quodam diſtinctionis fœdere: vt ſi com-
pendioſa eſſet facta in forma pupillaris, tunc procederet gloſ-
ſarum communis opinio dicentium, quod compendioſa o-
mninò extingueretur pubertate, *l. verbis. l. Centurio, l. pupil-*
lari. ff. de vulgar. Cæterùm ſi compendioſa non conciperetur
in forma pupillaris, vt quia teſtator non diceret: Sempronius ſit
hæres filio, ſed ita: Sempronius ſit hæres, vel ita: Sempronius ſit
hæres: tunc putauit admittendam eſſet Ioan. Andr. opinionem.
Et hanc Bald. conciliationem ſequuti ſunt Rapha. Cuman. &
Paul. Caſtren. *in dicta l. verbis ciuilibus. ff. de vulgar.* Laufranc. de
Orian. *in repetitione dictæ l. Centurio, num. 21.* vbi Franciſc. Ripa
nume. 63. Viſus eſt eam opinionem defendere, vt etiam Ioan.
Crotus *in repetitione dicti cap. Raynutius, folio 23. colum. 1. verſi. Quin-*
tò fallit.

Sed licèt in hoc articulo quaſi valdè dubio cogitandum reli-
querit Ioan. Baptiſta in repetitione, *d. l. precibus, num. 42. in fine.*
75 ego † conſtituo non eſſe differentiam in huiuſmodi conceptio-
nibus. Nam aut in vtraque conceptione tenendum eſt, non
valere ſubſtitutionem iure fideicommiſſi poſt pubertatem: aut
contra tenendum eſt, in vtraque valere, vt iuſtè reſoluit Ale-
xan. *in dicta l. Centurio, num. 65.* Andr. Alciat. *in dicta l. verbis ciuili-*
bus, num. 13. & Antonius Rubeus *in repetitione. §. quidam rectè.*
num. vigeſimoquarto, l. Gallus. ff. de liberis & poſthumis. Moueor,
quoniam cardo huius quæſtionis in eo vertitur, vtrùm quia fi-
deicommiſſi verbis non eſt confirmata ſubſtitutio, poſt puber-
tatem extingui omninò debeat, argumento *l. ſi frater, in fine. C.*
de fideicommiſſ. Atqui ſi fideicommiſſi verba fauorabiliter ſup-
pleamus, vtique etiam compendioſa facta in forma pupillaris,
valebit iure fideicommiſſi, *argumen. d. l. ſi frater, in fine. & text. in l.*
qui filium. ff. ad Trebellianum. quem ad hoc videtur induxiſſe idem
Baldus *in d. l. precibus, num. 35.* Denique *in d. l. precibus.* compendio-
ſa fuit facta in forma pupillaris: & tamen non valuit iure fidei-
commiſſi.

Mihi tamen probabilior videtur notorum opinio commu-
nis, vt videlicet extinguatur in ea compendioſa poſt puberta-
tem: ſiue concepta fuerit in forma pupillaris: ſiue etiam ſimpli-
citer fuerit concepta. Hoc enim Papinianus magis ſenſiſſe vide-
tur *in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vulga.* quum ſcripſit poſt pubertatem
fruſtra fieri ſubſtitutionem verbis ciuilibus. Nec enim fruſtrà
fieret, ſi iure fideicommiſſi eſſet eſſet valitura. Prætereà ſi Papi-
nianus ibi intellexiſſet, quòd in ea ſpecie valeret poſt puberta-
tem ſubſtitutio iure fideicommiſſi in tota hæreditate, non quæ-
ſiuiſſet, vtrùm idē ſubſtitutus poſſet admitti vt cohæres ad par-
tem, ſecundùm ea quæ *ibi num. 14.* argumentatus eſt Rapha. Cu-
man. Nam non eſt admittenda Socin. interpretatio, *in d. l. Cen-*
turio, num. 35. accipientis adiectum hæredem, non pro cohære-
de, vt communis accipit, ſed pro eo, qui in defectum condi-
tionis inſtituti, in totum admitteretur. Quicquid enim † docue- 76
rit Benedictus de Plumbino *in l. filius à patre. ff. de libe. & poſthumis.*
quem Socinus allegat, veriſſimum eſt, adiecti hæredis hanc eſſe
propriam ſignificationem, vt non ſubſtituatur in totum, ſed
adiiciatur in partem, *l. Lucius. ſecunda, verſi. Item quæro, de hæredibus*
inſtituen. l. qui non militabat, in fin. & l. ei qui ſoluendo, verſi. Et prætereà.
ff eodem titu.

Porrò Papinianus *in d. l. verbis.* proprius loqui videtur in fi-
lio impubere, cui pater compendioſam fecit ſubſtitutionem, vt
aduerſus quorundam interpretationem comprobauit ibi Iaſon
num. 20. Et fortaſſis huius receptioris interpretationis poteſt
eſſe nouum argumentum, ſecuritas ipſa Papiniani in final. ver-
bis. Ait enim, eum, qui non admittitur vt ſubſtitutus, vt adie-
ctum hæredem quandoque non futurum, ne fiat contra volun-
tatem, ſi non habeat filius interim totum, quod ei pater teſta-
mento dedit. Quo loco poteſt dubitari, quanam ratione Papi-
nianus pro conſtanti aſſumpſerit, quod pater totum filio de-
dit, ſi vtique de hoc incurrebat deliberatio propter adiecti hæ-
redis quæſtionem? Vnde Scæuola in hoc eodem argumento, *in*
l. Lucius, 2. verſiculo, Reſpondi ff. de hæredib. inſtituend. reſpondit non
eam mentem teſtatoris fuiſſe, vt quenquam hæredem adhi-
beret fratri, quem apertè ex aſſe hæredem inſtituiſſet. Et tamen
Papinianus non propoſuit filium apertè ex aſſe hæredem in-
ſtitutum, vt propoſuit Scæuola *in dicta l. Lucius, in princip.* Itaque
poteſt dici teſtatorem ita concepiſſe: Filius mihi hæres eſto: &
quandocunque is deceſſerit, Titius hæres eſto. In qua ſpecie,
quoniam filius inſtitutus proponebatur, conſtabat Titium an-
te pubertatem filio datum pupillarem ſubſtitutum, *l. Centurio,*
in prima parte. ff. eod. titu. Nec eo caſu vlla erat contrà controuer-
ſia adiecti hæredis: quia nō fruſtrà fieret pupillaris directa ſubſti-
tutio. Ergo difficultas oriebatur, poſt eam ætatem decedente fi-
lio, an quia idem Titius admitti nequiret quaſi ſubſtitutus, ad-
mittendus foret quaſi hæres adiectus? Et reſponſum eſt, non ad-
mitti; quoniam fieret contra voluntatem patris intellectam ex
eo, quod impuberi filio totum dederat: nec ei adieciſſe cohære-
dem initio videri poterat.

Ex quibus apparet, non rectè ſcripſiſſe Lancel. Poly. de com-
pendioſa, *nu. 23.* quod ea lex poterat eleganter contra cōmunem
retorqueri: quum pro communi faciat maximè. Ipſe enim argu-
mentatus eſt, Papinianum è contrario ſenſu ſignificare, quod ſi
non eſſet voluntas patris teſtatoris contraria, ſubſtitutus poſſet
effici coniunctus: licèt maximè verborū proprietas repugnaret.
Vnde colligit, directam ſubſtitutionē poſt pubertatem ad fidei-
commiſſum trahi debere, quamuis verborum proprietas repu-
gnet: quoniam fideicōmiſſum non repugnat defuncti volūtati.
Sed vir alioqui acutus non perſpexit, quod *in d. l. verbis ciuilibus.*
verborum proprietas non repugnabat ei interpretationi, quam
Papinianus quaſi voluntati contrariam excludit. Quippe ſi
teſtator ita concepiſſet: Quandocunque filius meus deceſſe-
rit, Titium ei directò ſubſtituo, tunc planè repugnaret proprie-
tas verborum: quum ſubſtitutio propriè referri nequeat ad

ptimi

primi gradus inſtitutionem, *l.1. in princ. ff. de vulga.* At verò ſuprà diximus, ita Papiniani reſponſum accipiendum, quaſi teſtator ita conceperit: Quandocunque filius meus deceſſerit, Titius hæres eſto. Hanc enim Titij inſtitutionem Papinianus intellexit eſſe ſubſtitutionem verbis ciuilibus conceptam, & eam docuit fruſtrà fieri poſt pubertatem. Mox ſubiecit non eſſe captanda verba teſtatoris, vt filio voluerit illis verbis Titium hæredem adijcere, quo valeret voluntas poſt pubertatem. Motus eſt ea ratione, quæ oſtendit, adiecti hæredis interpretationem, verbis quidem teſtatoris conuenire, ſed quæ vtique eius voluntati repugnaret.

Vnde etiam colligendum eſt, ibi compendioſam ſubſtitutionem non fuiſſe factam in forma pupillaris. Quoniam tunc verba non admitterent interpretationem adiecti hæredis, vt cum iudicio collegit Philip. Corn. *in d. l. precibus.* quem ſuprà allegaui. Ex hoc enim argumentatus eſt compẽdioſam, quamuis non ſit facta in forma pupillaris, ſi facta fuit impuberi filiofam. non valere iure fidicommiſſi poſt pubertatem, aduerſus Baldi nouam diſtinctionem ibi, *num.* 35. quam ſuprà refutauimus. Quo etiam argumento improbatur Alcia. interpretatio Parergon. *lib.* 10. *c.* 1. vbi verba ciuilia *d. l. verbis ciuilibus.* retulit ad verba pupillaris ſubſtitutionis.

77 Item pro communi opinione videtur facere Pontificis † ſententia in præſenti dicentis, directam ſubſtitutionẽ interdum ad fideicommiſſum ex cauſa trahi. Senſit enim directam regulariter non trahi ad fideicommiſſum, ſed interdum, & prætereà ſi quando ad fideicommiſſum trahitur, id eſſe ex cauſa. Sic videtur ſentire non eſſe ordinatiuam, quod directa, quę nõ poteſt valere vt directa, trahatur ad fideicommiſſum. Et ita propè expenderunt hunc tex. pro communi opinione Curtius Iunior, Franciſ. Ripa, & nonnulli alij ex ſuperius allegatis: præſertim Lancel. Galiau. *in d. l. Centurio, nu.* 266.

78 Ex qua noſtri cap. inductione ſequitur † non eſſe faciendam differentiam inter ius ciuile, & canonicum: quam in hoc articulo tentauit facere Salic. *in d. l. precibus.* & Philippus Corn. *ibidem, vbi ſuprà.* Nam etiam iure canonico obtinebit regula *d. l. verbis ciuilibus.* vt ſubſtitutio verbis ciuilibus facta, quæ potuit valere iure directo ante pubertatem, non valeat iure fideicommiſſi poſt pubertatem.

79 Non refragatur huic opinioni ſententia Pontificis, † *in dicto cap. Raynutius.* quoniam reſpondetur, eam ſubſtitutionẽ, quamuis non fuerit facta verbis omninodò communibus, non tamen proponi factam verbis ciuilibus. Videtur enim ibi verba fuiſſe directa, non ciuilia: quæ à ciuilibus in hoc articulo diſtinguuntur authore Bartolo, *in dicta l. Centurio, nume.* 15. *&* 16. Sed & ſi Salic. *in dicta l. precibus, num.* 21. dicat, perniciosam ſubtilitatem ex hac differentia induci, poteſt nihilominùs conſiderari, quod verba *huius cap. Filius moriatur filia,* & verba, *d. cap. Raynutius: Eidem, ſi ſine liberis deceſſerit, ſuccedat Alterocha.* ita per interpretationem videntur directa, vt non penitus aliena ſint à ſenſu obliquo, ſecundùm ea, quæ obſeruauimus *ſuprà in prima parte, in gloſſ. Moreretur.* Quare non ſine colore præceptum eſt, quod ea verba poſt pubertatem, ad obliquam ſignificationem deflectantur, vt conſtanter decretum eſt in verbis communibus. In his enim ſpeciebus ſubſtitutio non tam eſt directa directò, quàm directa per interpretationem ante pubertatem. Denique illa verba: Si filia ſine liberis deceſſerit, ſuccedat ei Alterocha: vtcunque poſſent ita accipi, vt in eius locum ſuccedat Alterocha, propè atque ſi dictum eſſet, Subſtituo ei Alterocham, vt ex Iaſone refert Lancelot. Galiau. *in dicta l. Centurio, nume.* 284. Quocirca etſi verba non ſint merè communia, admittendum videtur, vt in huiuſmodi verbis, quæ accedunt magis ad directam ſignificationem poſſit accipi obliqua ſignificatio poſt pubertatem, vt cum Barto. *in dicta l. Centurio. num.* 16. communiter videtur receptum, ſecundùm Andream Alciatum *in dicta l. verbis ciuilibus, nume.* 18. Quamuis non pauci contradicant, vti refert Alexand. *num.* 65. *verſicu. Tertia fuit opinio.* Ripa *num.* 69. Iaſon *num.* 31. Lancelot. Galiau. *num.* 266. *in dicta l. Centurio.*

80 Mihi etiam videtur poſſe reſponderi, quod *in d. c. Raynutius.* licèt non admitteretur differentia inter verba ciuilia, & inter ſimpliciter directa, valuiſſet nihilominus ſubſtitutio iure fideicommiſſi poſt pubertatem. Videlicet quoniam ibi Raynutius teſtatus eſt inter liberos. Conſtat enim quod ſi teſtator in ſpecie *l. verbis ciuilibus. ff. de vulga.* adieciſſet, velle ſe vt omnia teſtamento contenta valerent omni via & modo quo melius valere poſſint, valitura eſſet ſubſtitutio iure fideicommiſſi poſt pubertatem, *argumento l. ſi frater, in fin. C. de fideicommiſſ.* Sed ſic eſt, quod vbi quis teſtatur inter liberos, videtur hoc tacitè cauiſſe, vt ex ſententia gloſſ. receptæ *in l. cohæredi. §. cum filia: in verb. Non valuit, ff. de vulgar.* deduxit Ioan. Imol. *ibidem,* & Iaſ. *num. fina.* Alexand. *in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num.* 12. *C. de teſt.* & ibi Iaſon *num.* 8. Ripa *in d. l. Centurio. num.* 86. & Marc. Anto. *ibidem in repetitione, num.* 225. Et ſic poteſt limitari regula, tex. *in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſſ.* Eſtq; illa glo. communiter approbata, vti conſtat ex Nicol. Boerio *deciſ.* 26. *num.* 6. Andr. Tyraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. in verb. Libertis, num.* 86. Anton. Gomez *in l.* 5. *Tauri, num.* 62. Guilielm. Benedict. *in repetitione, c. Raynutius. ſuprà col. in verbo, Teſtamentum, a num.* 82. & Reuerendiſſ. D. D. Couarr. *ibid. §.* 1. *ex nu.* 4. Igitur in ſpecie, *d. c. Raynutius.* hoc ita dici poteſt: quamuis ſubſtitutio fuiſſet facta verbis ciuilibus, vt colligitur ex notatis per Iaſonem, *in d. l. precibus, num.* 11. *in fi.* & Lancel. Galiau. *in repet. d. l. Centurio, num.* 295. quamuis loquantur in clauſula codicillari ſubintellecta in teſtamento parentis inter liberos. Sed & ſi huic meæ conſiderationi circa, *d. c. Raynutius.* tria argumenta obſtare videantur, ſigillatim eis reſpondeo, vt noſtra conſideratio fiat probabilis.

Et primò obſtare videtur, quod ſupradicta clauſula ſubintellecta induceret quidem fideicommiſſum reciprocum inter fratres verbis directis ſubſtitutos, vtputà in noſtri cap. terminis: etiam ſi prior ſubſtitutio reciproca fuiſſet facta verbis ciuilibus, vt fermè ſenſit Bal. *in l. ſi frater. in fin. C. de fideicommiſſ.* Verùm in terminis, *d. c. Raynutius.* vbi ſubſtitutio compendioſa non fuit reciprocè facta inter liberos, ſed onerauit Adiectam poſt pubertatem, non deberet valere iure fideicommiſſi, ſi verbis ciuilibus facta fuiſſet. Quoniam clauſula illa ſubintellecta non hoc operatetur in damnum Adiectæ, ſecundùm Curtium Iuniorem in his terminis ita tradentem, *in d. l. precibus, num.* 56. & Franciſcum de Rip. *in d. l. Centurio: num.* 86. *verſic. Quod credo verum.* vbi diſtinguit compendioſam reciprocam à compendioſa non reciproca. Verùm † hæc recentiorum conſideratio minimè probabilis eſt. 81
Quoniam verius & receptius eſſe accipimus, quod ius ſingulare, *d. § ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.* procedit etiam ſi parens vnum ex liberis oneret vt alteri reſtituat nullo facto reciproco fideicommiſſo.

Secundò videtur obſtare † text. *in l. ſi frater tuus. C. de fideicommiſſ.* vbi innuitur factam fuiſſe compendioſam ſubſtitutionem verbis ciuilibus, vt accepit Barto. de Pteris relatus à Ioan. Andr. *hic num.* 21. & acceperunt etiam Rapha. Fulgoſ. & Paulus Caſtr. *in dicta l. frater.* Et tamen ſignificat Imperator non valituram eam ſubſtitutionem poſt pubertatem etiam inter liberos: niſi verba fideicommiſſi proponantur inſerta. Sed negando eum intellectum reſpondetur, id ea. l. non probari. Siquidem ibi ſubſtitutio non fuit compendioſa, ſed fuit pupillaris ad textum literæ. Quare & ſi facta eſſet inter liberos, & ſubintelligeretur clauſula, vt omnia valerent meliore quo poſſent modo, non ideo fideicommiſſaria induceretur poſt pubertatem contra voluntatem teſtatoris, quæ expreſsè limitauerat ſubſtitutionem vſque ad tempora pubertatis. Denique ibi verba fideicommiſſi expreſſim fuerunt relata ad tempus etiam pubertatis, vt ibi gloſſ. fina. intellexit, quam Barto. & alij ſequuti ſunt. Atque ita eſſe intelligẽdum eum text. reſoluunt Curt. Iun. *nu.* 65. & Sebaſt. Sapia *nu.* 67. *in d. l. precibus.* & Marc. Anto. *in repet. d. §. ex imperfecto, d. num.* 225. 82

Tertiò obſtare videtur fortius, quod ſi mea conſideratio eſſet vera, circa *d. cap. Raynutius.* iam clauſula ſubintellecta non videretur inducere fideicommiſſum, niſi in fauorem ſolius Alterochæ: non verò etiam in fauorem filij Alterochæ, qui fuit vocatus illis verbis: Et ſoboles, quam geſtabat in vtero. Nam ſingulare ius, *dicto §. ex imperfecto.* reſpicit ſolos liberos, qui ab inteſtato, alioqui eſſent ſucceſſuri: non verò reſpicit liberos, qui non haberent cauſam ſuccedendi ab inteſtato, *argumento l. ſi. C. famil. erciſcund.* Hoc expreſſim docuit Aretinus *in l.* 2. *colum. quarta. verſicu. circa quintam. ff. de vulga.* & Andr. Sicul. *conſil.* 88. *nume.* 19. & aſſeruit verum eſſe Curtius Iunior, *in dicto §. ex imperfecto, nume.* 6. Potiò conſtat, quod Alterochæ filius, quem mater ipſa Alterocha, viuo Raynutio, ſemper in cauſa ſuccedendi anteceſſit, non erat ex liberis, qui poſſent Raynutio ab inteſtato ſuccedere. Igitur in fauorem eius non debuit operari clauſula, quæ ſubintelligitur ex ſingulari fauore liberorum.

Atqui

Atqui *ex d.c.Raynutius.* euidenter conſtat, quod tam Alterocha, quàm filius eius ex cauſa fideicommiſſi admittuntur ad bona Raynutij. Igitur non eſt habenda ratio clauſulæ ſubintellectæ in eo teſtamento, cuius nouam rationem habere tentauimus.

Huic argumento reſpondeo, † quod etiam in fauorem filij Alterochæ debuit intelligi tacitè ea clauſula: quoniam idem filius Alterochæ debuit frui voluntate aui Raynutij cum prærogatiuis, *d.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.* probabilior enim eſt ſententia, quòd tex. ibi procedat non ſolùm in liberis tenentibus primum locum ſuccedendi, ſed etiam in vlterioribus. Nam & ſi *in d.l.fina.C.famil.erciſc.* quoniam ſuccedebatur ab inteſtato, non poſſent venire liberi ex voluntate parentis, niſi qui ab inteſtato eſſent ſucceſſori, diuerſum ius cœpit obtineri poſteaquàm noua Theodoſij conſtitutione, *in d.§.ex imperfecto.* liberi ex teſtamento parentum cœperunt vocari generaliter, *arg. l.11.§.& generaliter.ff.de leg.præſt.* Vnde verbis *d.l.fi.C.famil.erciſ.* fuit excluſa alia perſona, ſed verbis *d.§.ex imperfecto.* fuit excluſa extranea perſona. Ergo non poteſt videri illis verbis fuiſſe excluſos teſtatoris liberos, in quos nomẽ extranearum perſonarum non potuit cadere.

Quæ opinio comprobatur etiam ex eo, quod receptum eſt, filiam quæ ſtatuto excluſa ſit ab inteſtati ſucceſſione, poſſe inſtitui in teſtamento patris minus ſolenni, iuxta *d.§.ex imperfecto.* vt conſtat ex Iaſone *ibidem.num.14.* & Socin. *conſi.150. nu.30 lib.1.* Marc.Anto. *in repet.d.§.ex imperfecto,num.65.* Igitur & nepotes, quos filius præcedit, potuit parens inſtituere, & ſubſtituere eodem minus ſolenni teſtamento, vt colligitur ex Alex. æquiparante has ſpecies, *in l.ſi emancipati.num.8.C.de collat.* Albert.Brun. *de ſtatu.exclud.fœminas art.9.q.9.num.1.* Denique hoc in terminis circa *d.§.ex imperfecto.* tenuit ibi Philip.Corn. *num.3.* & Socin. *in l.2.num.9.ff.de vulga.* & hanc opinionem eſſe veriorem opinatus eſt Marc.Anto. *in repet.eiuſdem §.ex imperfecto,num.107.verſi.Vigeſimò quæro.* aduerſus modernos Papienſ.ibi: Et teſtatus eſt, quod ſecundùm hanc ſententiam conſuluit inſignis Doctor Iacob.de Put. in ciuitate Placentiæ. Denique hanc eſſe communem opinionem in terminis, *d.c.Raynutius.* conſuluit Nicol.Boer. *in deciſ.241.nu.9.verſi.Et ita communis opinio.*

Secundùm quæ excluſum eſt argumentum, *d.c.Raynutius.* vt communis opinio ſalua maneat. Agnoſcimus enim, quod in terminis, *dicto cap.Raynutius.* ſubſtitutio valeat iure fideicommiſſi poſt pubertatem, quamuis iure directæ pupillaris potuerit valere ante pubertatem. Terminos autẽ dicimus eſſe, *d.c.Raynutius.* vel ſecundùm Bartolum, quia verba directa non erant ciuilia, quibus comparantur verba noſtri cap. filius moriatur filiæ: vel quia ſubſtitutio compendioſa fuit facta inter teſtatoris liberos, vt nonè tentauimus.

Supereſt reſpondere forti argumento, *d.l.precibus.* vbi verbis ciuilibus facta compẽdioſa ſubſtitutio, quæ valuit & valere potuit iure directæ pupillaris ante pubertatem, valet nihilominùs iure fideicommiſſi poſt pubertatem: & vtique videtur valere iure communi. Sed tamẽ reſpondeo, ibi factam interpretationem ſingulari militis contemplatione: ne eius voluntas, qui filio etiã poſt pubertatem ſubſtituerat, omninò deſtitueretur. Nam in ea ſpecie in pagano pariter verum eſt, quod voluit bona ſua peruenire ad ſubſtitutos, ſi filius poſt pubertatem decederet: ſed quoniam voluit, vt ſubſtituti directè hæredes eſſent, non valet ſubſtitutio iure fideicommiſſi, niſi hoc ipſum expreſsè cauiſſet. Sed in milite ſatis eſt habere eius voluntatem, quod certo aliquo modo voluit bona ſua ad aliquem peruenire: vt ſi modus ille nõ ſuccedat, inducatur alius vtilis, *argumento l.3.ibi: Quemadmodum clerici, pagani.ff.de milit.teſtam.*

Facit pro hac parte, quod militis † voluntas præſumitur eſſe liberalior, quàm pagani, vt quod miles reliquit, non maneat irritum, tex.eſt cum glo. vbi Bald. & Rapha.Cuman. *in l.Lucius.§.1.ff.de milit.teſtam.*

Denique Antonius Pius Auguſtus, quo militum ſuorum per omnia rata eſſet voluntas, cùm inſtitutus & ſubſtitutus in continenti prius quàm hæreditatem adirent, deceſſiſſent, reſcripſit, eos, quibus ab his & libertas, & hæreditas à milite per fideicommiſſum data eſſet perinde liberos, & hęredes eſſe, atq; ſi vtrunq; directò accepiſſent. Eorum autem, qui à pagano & libertatẽ & hæreditatẽ per fideicommiſſum acceperant, quum æquè incontinenti & inſtitutus, & ſubſtitutus deceſſiſſet, ſatis habuiſſet libertatem confirmare. Ergo in pagano ſola libertas fauore libertatis confirmatur, vt etiam videtur intelligendus text. *in l.tractabatur, in fin.ff.de militari teſtam.* quemadmodum Bal.ibi poſt veteres intelligit, & contra Bartoli intellectum reſoluit Ripa *in l.1.nu.162.ff.de vulgã.* In milite autẽ nõ ſolùm libertas, ſed etiam hæreditas fauore voluntatis confirmatur, vt ſcripſit Iureconſult. *in l.neque enim.§.fin.&.ibi: Quæ vtraq; &c.ff.de milit.teſtam.* Quo argumento dicendum videtur, quod vbi miles animaduertitur voluiſſe, vt bona ſua certo modo in aliquem euentum deuoluerentur in Titium, ſi is modus propter ignorantiam & ſimplicitatem militis initio non ſucceſſerit, nihilominùs bona eiuſdem militis alio licito modo debent ad eundem Titium pertinere.

Et benè ſe habent verba illa *d.l.precibus.* Velut ex iuſta cauſa fideicommiſſi. Quæ verba concordant cum noſtri cap. verbis. Hic enim ſcripſit Pontifex, quaſdam eſſe ſpecies in quibus directa ſubſtitutio ex cauſa ad fideicommiſſum traheretur. Fuit enim in *d.l.precibus.* iuſta cauſa trahendi ad vtile fideicommiſſum directam ſubſtitutionem, quæ poſt pubertatem inutiliter facta erat, reſpectu inutilis, cuius voluntatem omninò deſerri durum videbatur.

Vnde *d.l.precibus.* ſic intellecta, nouum argumentum præſtabit pro † ea ſententia, quam tentauit Ang.Aret. *in tract.de teſtam.* 86
in glo.86.numo.20. vbi *argumento l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.ff.de fideicommiſſa.liberta.* ſcripſit, quod ſi impuberi filio verbis ciuilibus ſit pia cauſa compendioſè ſubſtituta, valebit ſubſtitutio iure fideicommiſſi poſt pubertatem. Et nota (inquit) eſſet ſingulare ſi eſſet verum. Ego verò non dubito quin id quaſi verum probari omninò debeat, quum hoc ipſum ſenſiſſe viſus ſit Bald. *in l.ſi frater.fina.verbis C.de fideicommiſſ.* & affirmauerunt Ioan.Baptiſta, *num.46.* Philip.Decius, *num.17.* Curtius Iunior, *num.56.in dicta l.precibus.* Lancello.Galliau. *num.261.in d.l.Centurio.* Auguſt. Beroius *in cap.Raynutius,num.528.ſupra eodem titu.* Præterea hoc comprobari poteſt, *argumento d.l.precibus.* vt quod ibi conſtitutum eſt in directa ſubſtitutione reſpectu militis teſtatoris, conſtituatur etiam in directa ſubſtitutione reſpectu piæ cauſæ ſubſtitutæ; vt ſæpiſſimè argumentati ſunt Bartolus & Baldus, in *l.prima.de ſacroſanct.eccleſiis.* & tradit Euerardus *in Topicis legalibus.*

Pro qua etiam parte induci poteſt noſter text. in quo Pontifex ſcripſit, directam ſubſtitutionẽ interdum ex cauſa ad fideicommiſſum trahi. Porrò quæ iuſtior erit cauſa trahẽdi directam ſubſtitutionem ad fideicommiſſum, quàm pietatis cauſa? quàm ſumma ratio ſit, quæ pro religione facit, *l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.funer.* Idq; ita argumentatus eſt ex verbis noſtri tex. Archidia. *hic num.5.verſic.Idem econtrà.* Quamuis Sebaſtian.Sapia *in repetitione, d.l.precibus,nu.69.* leniter induxit eadem noſtri cap.verba in contrariam partem.

Ex his omnibus concludo veriſſimum † videri, & ſine vlla 87
heſitatione probandum, quod in caſu noſtri *c.ſi filius.* & filia poſt pubertatẽ ſine liberis deceſſiſſent, valuiſſent ſubſtitutiones iure fideicommiſſi. Nam primùm ſubſtitutio de filia ad filium, quæ erat facta verbo, Moreretur, planè valeret iure fideicommiſſi, per tex.expreſſum *in d.c.Raynutius.ſuprà eod.* Sed & pauperum ſubſtitutio quamuis facta fuiſſet verbis ciuilibus, valere debuiſſet iure fideicommiſſi pietatis contemplatione, vt modò oſtendimus. Quod ita aſſeruimus *in 2.par.in glo. Defunctis ante tempora pubertatis,in fine.* reiecta dubitatione Archidia. & Ioan.And. quæ in noſtri c. ſpeciebus nulla eſſe debuit.

Poſtremò ex his infero † ſex annotationes, *ad l.regiam Caſtella.11.tit.5.part.6.* Quarum prima ſit ad eius l.initium, vbi com- 88
pẽdioſa ſubſtitutio ad hunc modum fieri dicitur: Quandocunque filius meus deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto. Mihi enim videtur iuſtius exemplum futurum compendioſæ, quę non eſſet concepta in forma pupillaris, vt prima ita: Quandocunque filius meus deceſſerit, Sempronius hæres eſto. Siquidem ea ſubſtitutio propriùs compendioſa dici poteſt, quæ verborum compendio vulgarem etiam exprimit, vt iuris vtriuſque præceptores docuiſſe videntur. Porrò certum eſt, quod compendioſa ſimpliciter facta ex omnium ſententia vulgarem exprimit: quum compendioſa facta in forma pupillaris non exprimat vulgarem, ſecundùm ea quæ obſeruauimus *ſuprà in ſecunda parte,in gloſſ.Hæredes.* Videtur autem, quod lex Regia ſubſtitutionem compendioſam ita conceperit: quia pro conſtanti habebat vulgarem in ea contineri, quaſi illa verba: Filio meo hæres ſit: non minùs poſſint exprimere vulgarem, argumento *l.fina.C.de hæredib.inſtit.* Hoc poteſt colligi ex eiuſdem l.ſententia, quę militares directas ſecurè induxit ad eiuſmodi cõpendioſam factam

in

in forma pupillaris. Hoc euidentius oſtendit ex *l. regia §. eodem titu. & partita.* vbi lex ſequuta Azonis errorem *in ſumma. C. de impube.* intellexit, vulgarem huiuſmodi verbis expreſſam videri. Nos verò ſuprà hac parte, in gloſſ. Pupillares, verius & receptius eſſe diximus quod huiuſmodi verba non exprimunt vulgarem. Denique quamuis, *dicta l. regia fina.* exemplum compendioſæ factæ in forma pupillaris tradiderit ex Azone, *vbi ſuprà.* & ſit pro l. regia Imperatorum authoritas *in dicta l. precibus.* vbi huiuſmodi ſubſtitutionem appellarunt compendioſam: verius tamen eſt, quòd propriè & regulariter ea ſubſtitutio non poſſit dici compendioſa: cùm non exprimat niſi ſolam pupillarem, quamuis ex cauſa, vt in ſpeciali caſu *d. l. precibus.* exprimat etiam fideicommiſſariam: & conſequenter hac ratione appellata fuerit ibi compendioſa.

89 Secundò noto † quod illa, l. regia apertè rationem habuit matris: vt eius contemplatione intelligeret directam ſubſtitutionẽ à milite factam ad fideicommiſſum trahi poſt pubertatem. In quo articulo lex Partitæ ſequuta eſt Azonem, & omnes veteres iuris authores, qui hoc ſenſu acceperunt, *d. l. precibus.* Nos verò ſuprà oſtendimus nullam eſſe rationem, quæ in puncto iuris poſſit ſuadere matris rationem haberi debuiſſe.

90 Tertiò noto, † quod d. l. regia ſentit in eadẽ ſpecie valituram fuiſſe ſubſtitutionem iure directo ex militum priuilegio, *iuxta l. Centurio. ff. de vulgar.* ſi mater non interuenitet. Sed cùm lex Regia loquatur in compendioſa facta in forma pupillaris, non dicimus eius ſententiam iuris noſtri rationibus non congruere. Vix enim tandem admiſſum eſt in ea ſpecie, quod directa ad fideicommiſſum traheretur, *d. l. precibus.* ſecundùm noſtram interpretationem. Denique Papinianus *in d. l. Centurio.* minimè loquitur in compendioſa facta in forma pupillaris, ſecundùm ea, quæ ſuprà oſtendimus.

91 Quartò noto, † quod eadem l. regia in ver. Sed ſi miles, non habens filios conſtituit, ſubſtitutionem eiſdem verbis à milite factam extraneo hæredi inſtituto, valere iure directæ militaris, quandocunque is deceſſerit. Et ſuprà dubitaui, an ea ſententia iure communi defendi poſſit: quam tamen agnoui faciliùs defendi poſſe, quàm ſuperiorem, videlicet quo caſu miles filio impuberi compendioſam eiſdem verbis feciſſet. Illud itaque vtiliſſimum ex ea legis Regiæ ſententia procedit, quod conſequens erit dicere, deciſionẽ *l. fin. C. de hæred. inſtit.* in milite teſtatore non procedere. Vnde ſi miles in his Regnis, in quibus prædictæ legis authoritas obtinere debet, ita teſtamẽto ſcripſerit: Plocius mihi hæres eſto: Sempronius Plocij hæres eſto: elegãter probandum erit, videri factam militarem directam in caſum mortis Plocij: non verò vulgarem duntaxat, iuxta text. *in d. l. fin.* Nam *in d. l. fina.* teſtator paganus animaduertitur ſecundùm verborum figuram feciſſe directam ſubſtitutionem quam iure facere non poterat. Nec dubium eſt, quin eadem verborum figura innueret teſtatorem ſenſiſſe, vt poſt mortem Plocij admitteretur Sempronius, *argumento l. prima, cum vulgar. ff. pro hærede.* & obſeruat Rapha. Fulgoſ. *in d. l. fin. num. 1.* & Rapha. Cuman. *in l. verbis, num. 11. verſ. Nihil enim. ff. de vulga.* Sed Iuſtinianus cùm perſpiceret hæredi extraneo directam ſubſtitutionem in ſecundum caſum à pagano fieri non poſſe, non habuit rationem huius coniecturæ, quæ fieri poſſe videbatur. Proinde interpretatus eſt, videri ſubſtitutionem factam in primum caſum, id eſt in caſum non aditæ hæreditatis, *vt d. l. fin. verſ. Tunc etenim.* Planè ſi miles fuiſſet teſtator, & Iuſtinianus pro conſtanti habuiſſet, quòd vbi miles ita conciperet: Quandocunque Plocius deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto: reſultaret directa militaris, omninò interpretari debuiſſet, quod in ſpecie *d. l. fin.* miles teſtator directam militarem in caſum mortis Plocij facere voluiſſet.

92 Quintò noto † eam *l. regiam in verſ. Sed ſi deceſſerit.* conſtituere quòd ſi paganus conceperit ſubſtitutionem compendioſam vt ſuprà, & filius hæres poſt pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus nihil habebit ex bonis illius, in cuius locum ſubſtitutus eſt. Quo loco manifeſta eſt legis ſententia comprobantis Azonis opinionem etiam hodiè receptiorem: vt ſubſtitutio compendioſa verbis ciuilibus concepta non valeat poſt pubertatem, nec iure fideicommiſſi. Nam & ſi quãtum ad verba attinet, relinqui quæſtio videretur, an ſubſtitutus admittendus eſſet iure fideicommiſſi ad bona teſtatoris, quum per fideicommiſſariam ſubſtitutionem non ſuccedatur hæredi, ſed ipſi teſtatori, vt notatur *in l. cohæredi. § quod ſi hæredem, verſic. Nec fideicommiſſo ff. de vulga.* lex intellexit bona patris effecta eſſe filij inſtituti, vel aditione vel ipſo iure: quoniam patri ſuus hæres ex teſtamento extitiſſet. Obſeruo igitur, quòd ſi lex Regia loquatur in ea ſubſtitutione compendioſa, quæ fuit concepta in forma pupillaris, non eſt tamen audiendus qui velit interpretari, diuerſum probari poſſe in compendioſa, quæ ſimpliciter fuerit concepta ſecundùm Bartoli diſtinctionem, *in d. l. precibus, num. 35.* à multis authoribus probatam. Suprà enim reſoluimus, eam Bald. diſtinctionem non eſſe iuſtam, & communiter reiectam fuiſſe. Præterea d. l. regiæ ſententia fuit non diſtinguere compendioſam factam in forma pupillaris ab ea, quæ ſimpliciter fuiſſet concepta, vt colligitur ex his, quæ ſuprà diximus in prima annotatione.

Sextò † noto eiuſdem l. regiæ in verſic. fin. vulgarem eſſe intellectum, quod vbi ſubſtitutio compẽdioſa eſt facta cum conditione: Si ſine liberis, ſiue fiat verbis communibus ſiue ciuilibus, valet iure fideicommiſſi poſt pubertatem. Mihi autem *in hac 3. parte in gloſſ. Verbis.* ad finem viſum eſt legis Regiæ ſententiã, cui & verba aptauimus, eam fuiſſe, vt ſubſtitutio in illis ſpeciebus valeret etiam iure fideicommiſſi vltra pubertatem & vna eſſet omni tempore fideicommiſſaria, videlicet, propter conditionem: Si ſine liberis, iuxta Azonis opinionem, *in d. ſumma. C. de impuber.* & alijs, & Accurſij *in d. l. precibus, in verb. Fideicommiſſi.* Et tamen ſecundùm iuris noſtri meliores rationes magis erat conſtituendum, vt ſubſtitutio facta verbis communibus valeret iure pupillaris directæ ante pubertatem, & iure fideicommiſſi poſt pubertatem: ſubſtitutio autem verbis ciuilibus concepta valeret iure pupillaris directæ intra pubertatem: poſteà verò extingueretur. 93

Illud certè eſt vtile, quod vtcunque intelligatur l. regia in eo vltimo verſicu. *Omnimodò.* ex l. ſententia retineri oportet, † quod ea ſubſtitutio facta puberi verbis ciuilibus valet iure fideicommiſſi. Siue enim l. regia intelligatur ſecũdùm Azonis, & Accurſij opinionem, de qua ſuprà conſtat ex Azonis & Accurſij ſententia in eo dicto, quod vbi vna eſt ſubſtitutio verbis ciuilibus puberi facta, valet iure fideicommiſſi: vt explicitè ijdem authores docuẽre, *in l. verbis ciuilibus, in fin. ſchol. ff. de vulga.* Siue etiam intelligatur l. regia, vt vulgò intelligitur, quod in ea ſpecie valet iure fideicommiſſi poſt pubertatem, quamuis valuerit iure directæ pupillaris intra pubertatem: adhuc idem ex l. ſententia neceſſariò colligitur. Nam cùm id ita conſtituatur propter conditionem: Si ſine liberis, oportet interpretari, id ita conſtitutum fuiſſe, quaſi diſtincta ſubſtitutio ſit facta puberi, vt colligitur ex Bald. ſententia, *in l. ex tribus. C. de inofficioſo teſtamento.* Sic lex Regia duas iure ciuili receptas ſententias comprobat: quarum alteram, quæ veriſſima eſt, exprimit: alteram verò, quæ dubia eſt, ſignificat. Veriſſimum eſt enim & communiter receptum eſt, quod ſubſtitutio compendioſa verbis ciuilibus facta, quæ potuit valere iure pupillaris directæ intra pubertatem, nullo iure valet poſt pubertatem, *d. l. verbis ciuilibus.* Item receptum eſt, ſubſtitutionem verbis ciuilibus conceptam, quæ puberi facta ſit, & initio iure pupillaris nequeat valere, iure fideicommiſſi, valere eſſe, vt Accurſius ex Azonis ſententia docuit in dicta *l. verbis ciuilibus. in fina. ſchol.* Quod ita receptum eſſe, quum tamen meritò ſit dubitabile *ſuprà in hac parte* diximus *in glo. Perſonis.* Quocircà miror negligentiam Gregorij Lupi viri alioqui benè docti & diligentis, qui *in eadem l. regia, in gloſſ. ſuper verbo, Non heredara ninguna coſa. ad finem, verſicu. Et ex prædictis:* ex l. regia, & ex communi ſententia, qua conſtitutum eſt, compendioſam non valere iure fideicommiſſi poſt pubertatem, vbi potuit valere iure directæ pupillaris ante pubertatem, collegit non valituram ſubſtitutionem verbis directis puberi initio factam: Nec aduertit, talem opinionem non ſolùm iure communi minus eſſe receptam, ſed & eius l. regiæ ſententia ſine dubio improbari. 94

Sequitur alius caſus, quem Accurſius *in l. verbis ciuilibus, in fin. ſchol. ff. de vulgar.* collegit † ex *l. ex facto, in princip. ff. ad Trebellianum.* 95 vbi Vlpianus ita ſcriptum reliquit: Ex facto tractatum eſt an per fideicommiſſum rogari quis poſſit, vt aliquem hæredem faciat? Et ſenatus cenſuit rogari quidem quenquam, vt aliquem hæredem faciat, non poſſe; verùm videri per hoc rogaſſe, vt hæreditatem ſuam ei reſtituat: id eſt, quicquid ex hæreditate ſua conſequutus eſt, vt ei reſtitueret. Ex hoc igitur text. Accurſ. *in dicta l. verbis ciuilibus.* colligit, quod ſicut vbi codicillorum breuis ſolennitas impediuit ne iure directo caperetur hæreditas; inſtitutus admittitur vt fideicommiſſarius, *d. l. Scæuola.* ita ſimiliter admittendus eſt vt fideicõmiſſarius, ſi perſonæ conditio impediuit ne

ne iure directo caperetur hæreditas, *d.l.ex facto, in principio.* Sed & ſi eadem glo. perſonæ conditioné retuliſſe videatur ad ipſum directo inſtitutum, vti Dynus, Iaco.& Albetic.ibi obſetnarunt. Barı.tamē *nu.3.*Alex.*nu.*10.& alij vulgò intellexernnt, quod vbi conditio perſonæ, videlicet, vel teſtatoris, vel ipſius; cui eſſet facta directa ſubſtitutio, non admitteret poſſe valere directā ſubſtitutionem: tunc ſubſtitutio directa eſſet conuertenda in fideicommiſſariam. In contrarium allegatur glo.1.*i §.fi.Inſti de pupilla. ſubſtitu.* Sed nos hanc contrregister ſiam iam ſuprà explicauimus *in hac 3.parte, in glo.Perſonis, in 3.notabili.*

Ex hac inductione *dictæ l.ex facto.* vtiliter colligo † quod licèt in ſuperiore conceptione, quæ non eſt facta in forma pupillaris, de qua ſuperiùs egimus, directa ſubſtitutio vtiliorem vulgarem contineat, quàm poſterior hæc facta in figura pupillaris: hæc tamē poſterior in figura pupillaris facta ad vtiliorem fideicommiſſariam trahetur, quàm illa ſuperior. Quæ traditio eſt valdè noua.

Quod verò prior conceptio vtiliorem habeat vulgarem quā hæc poſterior, facilè ex eo apparet, quod hæc verba: Quandocunque deceſſerit hæres meus, Sempronius hæres eſto, vel Sempronius mihi hæres eſto: continet vulgarem expreſſam. Quare ſi hæres, viuo teſtatore, deceſſerit, vel mortuo teſtatore, antequàm hæres aditet, vel vlla tranſmiſſio locum habuerit, nemo dubitauerit, Sempronium admittendum fore ex vulgari ſubſtitutione expreſſa. Sed & ea vulgaris, quæ ad expreſſum facta eſt in mortis caſum, extendetur ad caſum quo hæres inſtitutus repudiauerit: vt hoc etiam caſu ſubſtitutus admittatur, quamuis mater teſtatoris interueniat, quæ velit ab inteſtato hæreditatem vendicare, ſecundùm traditionem Barto. *in l. prima.num.8. & in l.2.num.33.verſicu. Sed ſi nos quæramus. ff. de vulgari.* In poſteriore verò ſpecie, videlicet, ſi directa ſubſtitutio ita facta eſſet: Quandocunque hæres meus deceſſerit, Sempronius illi hæres eſto: conſtaret vulgarem nequaquàm verbis expreſſam intelligi, ſed tamen vtcunque probaretur, † pupillarem, quæ inutiliter fuiſſet expreſſa, porrigi vtiliter poſſe ad interpretationem vulgaris omninò tacitæ, *argumento l. iam hoc iure.ff.de vulga.* coniuncta Bartol. traditione *in l.1.num.fina ff.de vulgaris.* quam communiter eſſe receptam ſcripſit *ibidem Ripa num. fina.* Ergo ſi hæres, viuo teſtatore, deceſſerit, aut, mortuo eo, repudiaſſet hæreditatem ex teſtamento: Sempronius ex vulgari omninò tacita poſſet admitti ad eam hæreditatem contra alios teſtatoris legitimos hæredes remotiores. Vtique autem contra matrem teſtatoris, aut ſimiles matri perſonas non haberet effectum directa vulgaris omninò tacita, ſeu præſumpta. Præferretur enim mater ab inteſtato, quaſi irrito facto filij teſtamento: quum tacita vulgaris non admittatur contra matrem teſtatoris ex Bartol.ſententia, *in l.prima.num. 40.ff. de vulgari.* quæ communiter eſt approbata, vt iam ſuprà fuit declaratum.

Quod autem poſterior conceptio vtiliorem quàm prior, habeat fideicommiſſariam, poteſt fieri probabile: quamuis hactenùs à nemine ſit animaduerſum. Nam prior directæ ſubſtitutionis conceptio planè in hoc fideicommiſſum reſoluitur: Rogo te hæres vt quandocunque deceſſeris, reſtituas Sempronio hæreditatem meam. Proinde ad hanc fideicommiſſariam vulgaris iuris regulæ inducentur, quæ traditæ ſunt circa fideicōmiſſariam hæreditatem. At verò poſterior conceptio in forma pupillaris in hoc fideicommiſſum reſoluetur: Rogo te hæres vt quandocunque deceſſeris, Sempronius tibi hæres ſit, iuxta text. *in d.l.ex facto.* Quare conſtanter decernendum eſt, quòd ſi qua ſingularis vtilitas poſſit inueniri in ſpecie fideicommiſſi, de quo *in d.l.ex facto.* inducēda eſt ad hanc poſteriorem conceptionem: Itáque tam probari debet, quàm probata eſt opinio, *gl.in d.l.verbis ciuilibus.* quam vtique ad hanc directam ſubſtitutionem factam in forma pupillaris propriè induxit text. *in d.l.ex facto.* Erit igitur operæpretium docere, quidnam contineatur illo fideicommiſſo: & an ſit in eo ſingularis aliqua obſeruatio?

Et quidem *gloſſ.in verb.Sua.* exponit, Sua, id eſt, rogantis non vltra: & ſubijcit, quod quartam retinebit hæres, licèt ſit prohibitus, *l.filiusfamilias.§.vt quis hæredem.ff.de lega.1. l.Imperator.§.cùm quidam.ff.de legat.2.*

Ex eius gloſſ. ſententia, † cum qua Doctores communiter tranſiuerunt, tentari poſſe videtur, quod hodiè in ea ſpecie, *d.l. ex facto.* non detraheretur. Trebellianica: quoniam hodiè teſtator, ſi vult poteſt prohibere ne Trebellianica detrahatur. *Auth. Sed cùm teſtator.C.ad legem Falcid.* Idq; fermè in terminis ſcriptum reliquit Paul.de Caſtr.*conſ.445. Circa primum, nu.1.lib.2.* vbi allegauit tex.*in d.l.ex facto.* & aſſeruit videri prohibitam Trebellianicam in ſpecie, *l.qui filium.ff.ad Trebellian.* quæ in effectu eſt ſpecies, *d.l.ex facto.* Sed tamen mihi non probatur hęc opinio. Quoniam † ad hoc vt hodiè teneat prohibitio Trebellianicæ, debet 99
prohibitio eſſe expreſſa ſaltem verbis generalibus, iuxta text. *in dicta Authen. Sed cum teſtator.C.ad leg.Falcid.* iuncta glo.1. & communi opinione *ibidem*, quam latè reſoluit Lancelot.Galian.*in repetitione l.Centurio, num.400.ff.de vulg.* Ioan.Crot.*num.45.& num.39.* Ioan. Hannibal. *nume.250.in repetitio. l.nemo poteſt.ff. de legat. primo.* Berengar.Fernand. *in l. in quartam, cau.1. num. 316.ff.ad legem Falcid.*

Aduertendum tamen eſt † quod Rapha.Cuman. *in d.l. ex facto, nu.3.* notat, abſurdum videri intellectum glo. & communem *ibidem.* Quoniam illa text.verba, Hæreditatem ſuam: referenda magis videntur ad hæreditatem hæredis rogati: non verò ad hęreditatem rogantis teſtatoris. Etenim ſi teſtator de hæreditate ſua reſtituenda rogaſſe illis verbis videretur, nō veniret in fideicommiſſum niſi id duntaxat, quod ex hæreditate ipſius defuncti ſupereſſet tempore mortis ipſius hæredis. Quare interpretandum putat, quòd in fideicommiſſo ſit hæreditas ipſius hæredis: vt reſtituenda ſit fideicommiſſario, quatenus hæreditas teſtatoris cum fructibus ex ea perceptis patiatur, iuxta text. *in d.l. Imperator.§.cùm quidam.ff.de lega.2.* Claudius verò *in d.l.ex facto, in fin.* poſtquàm retulit hanc Rapha. Cuma. interpretationem, ingenuè fatetur, quod hæc ſua conſideratio eſt expreſsè contra text.ibi, maximè *in verſ.Quicquid. & in verb.Conſecutus.*

Et certè negari non poteſt manifeſta Vlpiani ſententia *in d. l.ex facto.* docentis, quòd in fideicommiſſo intelligatur eſſe teſtatoris hæreditas, vt etiam probat text. *in l.qui filium.ff.eod.titu. & l. filiusfamilias.§.vt quis hæredem.ff.de lega.1.* Denique idem Cuman. *in d.§.vt quis hæredem, num.1.* agnoſcit hoc ita & verum & expreſſum eſſe, *in d.l.ex facto.* & eodem loco reſpondet ad argumentum, quod contra hanc veritatem faciebat, *in d.l.ex facto.* Putat enim teſtatorem ita intelligendum ſenſiſſe in ea ſpecie, quòd ſua hæreditas poſt mortem hæredis reſtituatur, vt: conſeruatu bona ſua voluerit fideicommiſſario. Sic agnoſcit non fuiſſe inducendam fideicommiſſi interpretationem, quæ occurrebat *ex l. Titius.ff.ad Trebellian.*

Verùm adhuc difficultas vrget, quò videlicet id fideicommiſſum perinde accipi debeat atque ſi teſtator his verbis hęredem rogaſſet: Rogo te hęres, vt poſt mortem tuam reſtituas Sempronio hæreditatem tuam. Hoc enim probari videtur *in d. l.Imperator.§.cùm quidam.ff.de legat.2.* & eſt conſequens voluntati ipſius teſtatoris. Quippe ſi teſtator rogauit hęredem, vt Sempronium hæredem faceret, quis nō dicat ipſius hæreditatem etiam in fideicommiſſo retinendam fore? Nec ſatisfacere poteſt id, quod Oldra.& Alberi.*in d.§.vt quis hæredem.* ſcripſerunt ad effugiendam hanc argumētationem. Abſurdè enim docuêre, quod *in d.l.ex facto.* rogamen trahitur ad fideicommiſſum, & rogantis hæreditas in fideicommiſſum venit, id eſt, teſtatoris rogantis bona, quæ deſtinatione futura ſunt hæreditas ipſius rogati hæredis. Et hoc procedit (inquiunt) niſi expreſsè de hæreditate rogati dixiſſet teſtator. Hæc enim doctrina habet expreſſam contradictionem. Quoniam primò Martianus Iureconſultus, *in d.§.vt quis hæredem, in illis verbis: Atq; ſi de hæreditate ſua reſtituenda rogatus eſſet.* apertè intellexit, & pro conſtanti habuit hæredem expreſsè ſuam ipſius hæreditatem reſtituere rogatum videri: vt manifeſtè conuincunt verba illa, quæ idem Martianus ſubiunxit *in d.§.vt quis hæredem.* dum inquit: Et eatenus reſtituenda eſt, quatenus hæreditas teſtatoris patitur. Ergo fideicommiſſi verba, quæ per interpretationem Iureconſultus collegit, hæreditatem ipſius hęredis reſtituendam exprimebant: quamuis eatenus ea hæreditas veniret reſtituenda, quatenus teſtatoris hæreditas pateretur. Præterea ſi illius fideicommiſſi verba ad ipſius hæredis hæreditatem relata ita ſunt accipienda, quaſi teſtator videatur hæredē rogaſſe, vt bona ipſius teſtatoris reſtitueret, quæ deſtinatione futura erant hæreditatis ipſius hæredis: idem videbatur eueniendum quamuis expreſsè hæres rogaretur hæreditatem ſuam ipſius hæredis reſtituere.

Ego verò quæram, cur *in d.l.filiusfamilias.§.vt quis hæredem, & in d.l.Imperator.§.cùm quidam.ff.de legat.2.* teſtator videatur ſenſiſſe de ipſius hæredis hæreditate: non verò idem videatur ſenſiſſe in ſpecie, *d.l.ex facto.* ſi vtrobiq; eadem fideicommiſſi verba

fuerunt. Prætereà quæram cur exigatur, quòd expreſſim de hæreditate hæredis mentionem faciat teſtator: quum *in d. l. ex facto.* ſufficiens coniectura ex verbis, & ſententia defuncti colliga-
100 tur, quòd de hæreditate ſui hæredis ſenſerit. Nam planè † apud Iureconſult. conſtitit poſſe coniecturam admitti, vbi de precaria voluntate quæreretur, *l. cum proponebatur. ff. de legat. 2. l. penult. ff. de legat. 1. l. cum virum. C. de fideicommiſſ. l. hæredis mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian.*

Huic argumento videtur reſpondiſſe Raphael Cuman. *in d. §. vt quis hæredem, in finalibus verbis.* quod ſcilicet ideo videtur teſtator rogaſſe de hæreditate ſua: quoniam hæredem non poſſet rogare de reſtituenda tota hæreditate ipſius hæredis: ſed tamen dicit ſe de hoc dubitare, & ampliùs cogitandum fore.

Mihi videtur omnimodò eſſe concedendum, quod *in d. l. ex facto.* Vlpianus eandem fecit interpretationẽ, quam feciſſet, ſi teſtator de hæreditate ipſius hæredis reſtituenda expreſſim cauiſſet. Nam negari nulla tergiuerſatione poteſt, quin hæc propria illius fideicommiſſi interpretatio ſit: quocircà ille tex. cum ſimi-
102 libus mihi efficaciter probat, † quòd ſi hæres rogatus ſit, vt poſt mortem hæreditatem ſuam Sempronio reſtituat: intelligitur rogatus de reſtituenda Sempronio hæreditate ipſius teſtatoris.

At enim ſecundùm verba eſt in fideicommiſſo hæreditas ipſius hæredis vt reſtituẽda ſit quatenus hæreditas teſtatoris patiatur, habita ratione fructuũ, quos hæres de ea percepit, & quos dolo percipere noluit, *d. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. in fin. & in dicta l. Imperator. §. cùm quidam.* Ergo non eſt dicendum, quod in fideicommiſſo ſecundùm verba ſit hæreditas teſtatoris, vt modò dicebamus. Præterea Iacob. de Aren. Oldrad. Florian. Alberic. Bald. Angel. Peruſin. Rapha. Cuman. Ioan. de Perigl. Paul. Caſtren. *in dicta l. §. vt quis hæredem.* in ea opinione ſunt, vt exiſtiment in hac ſpecie tantùm de hæreditate hæredis reſtituendum eſſe fideicommiſſario, quantum ipſe hæres de hæreditate defuncti percepit, deducta Trebellianica, & eius fructibus. Sed & Aretin. *in l. cohæredi §. cum filia. ff. de vulgar pen. & fin. colum.* pro conſtanti habet. quod in hac ſpecie hæreditas ipſius hæredis ſit in fideicommiſſo.

Ego nihilominùs vtiliter aduerſus hos omnes authores obſeruo, falſum eſſe, quod in propoſita ſpecie hæreditas ipſius hæredis ſit in fideicommiſſo. Nam etſi teſtator de hæreditate hæredis reſtituenda locutus ſit, fideicommiſſo tamen non tenetur hæreditas hæredis, ſed hæreditas ipſius teſtatoris, vt probat efficaciter text. *in d. l. ex facto. cum ſimilibus.* Allego prætereà in termi-
102 nis † celeberrimum Papiniani reſponſum, quod vulgò intellectum non eſt, *in l. cohæredi. §. quod ſi hæredem. in princip. ff. de vulgar.* Quo loco Papinianus reſpondit, quòd ſi filius rogatus eſſet, vt ſi diem ſuum obiiſſet impubes, Titio hæreditatem ſuam reſtitueret: legitimus hæres filij impuberis cogendus erat ſalua Falcidia, reſtituere Titio patris hæreditatem. Nec dubitari debet quin hæc ſit propria Papiniani ſpecies, ſecundùm ea quæ deduxi latiùs in 2. huius operis parte, in gloſſ. ſuper verbo, debitæ. Quem text. inferiùs etiam declarabo *in glo. fin.*

Quæremus tamen, cùm hoc ita verum ſit, quanam ratione Iureconſulti intellexerint non eſſe in fideicommiſſo hæreditatem hæredis, quæ verbis fideicommiſſi exprimebatur. Et quamuis ex Cumano *in d. §. vt quis hæredem. in fin.* poſſet colligi rationẽ fuiſſe, quoniam id grauamen in hæredis hæreditate non valeret:
103 videtur tamen contra eſſe dicendum. Etenim † ſi teſtator ita diceret, Rogo hæredem meum, vt poſt mortẽ ſuam reſtituat Sempronio hæreditatẽ meam, & ſuam: valeret hoc fideicommiſſum. Proinde in fideicommiſſum caderet non ſolùm hæreditas teſtatoris, ſed etiam tantùm ex bonis proprijs hæredis, quantum ipſe ex fructibus hæreditatis percepiſſet, aut dolo percipere noluiſſet, *argum. d. l. Imperator. §. cum quidam ff. de lega. 2.* Docuit hoc Accurſius, cum quo ſimul omnes ibidem tranſiuerunt, *in l. cohæredi. §. cum filiæ, verſicu. quod ſi hæredem. ff. de vulga. in verbo, tenebuntur.* Itaque probabilius dici poteſt, quod vbi hæres ſimpliciter rogatus eſt, vt hæreditatem ſuam reſtituat, ex intellecta defuncti voluntate interpretatum eſt, quòd videretur rogatus de reſtituenda ipſius teſtatoris hæreditate.

Non obſtat text. *in d. l. Imperator. § cum quidam. ff. de legat. 2.* Quoniam nouè interpretor, quod vbi hæres de quota parte hæreditatis ſuæ reſtituenda, rogatus eſſet, tunc nõ potuit aptari interpretatio, de qua ſuprà, vt videlicet teſtator de eadem quota ſuæ hæreditatis reſtituenda ſenſiſſe videretur. Proinde reſponſum eſt, de bonis ipſius hæredis eam duntaxat partem eſſe reſtituendam fideicommiſſario, quamuis multò plus in hæreditate teſtatoris percepiſſet. Item reſponſum eſt, quod vt ea portio integrè reſtitueretur fideicommiſſario: ratio habenda eſſet etiam fructuum, quos hæres percepiſſet, aut dolo percipere noluiſſet ex teſtantis hæreditate.

Sic etiam puto intelligendum text. *in d. §. vt quis hæredem. verſi. quid ergo.* vbi Iureconſultus loquitur de quarta parte hæreditatis ſuæ ab hærede reſtituenda, vt ea pars reſtituenda ſit ex bonis hæredis, quatenus hæreditas teſtatoris patiatur. Vbi autem teſtator non de certa hæreditatis parte, ſed de hæreditate hæredis ſimpliciter reſtituenda eum rogauit, non fuit viſus bona hæredis à ſuis ſeparaſſe. Tunc enim Papinianus *in d. verſic. quod ſi hæredem. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulga.* debuiſſet reſpondere, legitimum hæredem filij impuberis proprias duntaxat filij facultates reſtituere cogẽdum, quamuis multò ampliorem hæreditatem filius à teſtatore conſequutus fuiſſet, argum. *d. l. Imperator. §. cum quidam, verſi. nihil amplius.* Sic differentiam conſtituo inter fideicommiſſa, *d. l. ex facto. in princ. & d. l. cohæredi. §. cum filia. verſi. quod ſi hæredem.* & inter fideicommiſſa partis hæreditatis, de quibus *in d. §. vt quis hæredem, & d. §. cum quidam.*

Sed tamen contra hanc nouam differentiam videtur facere tex. *in d. §. vt quis hæredem.* vbi omnes ordinarij, & maximè Raph. Cuma. in literæ expoſitione nullum diſcrimen eſſe putauerunt inter fideicommiſſum totius hæreditatis, & inter fideicommiſſum quotæ hæreditatis partis. Habet enim text. in hæc verba: Vt quis hæredem inſtituat rogari non poteſt. Planè Senatus cenſuit perinde habendum, atq; ſi rogaſſet hæreditatem reſtitui. Quid ergo ſi hæres poſt mortem ſuam rogatus fuerit hæreditatis ſuæ partem quartam reſtituere? Verius eſſe exiſtimo (quod & Scæuola notat, & Papinianus Frontoni ſcribit) valere fideicommiſſum, atque ſi de hæreditate ſua reſtituenda rogatus eſſet, & eatenus reſtituenda eſt, quatenus hæreditas teſtatoris patitur. Videntur enim Iureconſulti comparaſſe fideicommiſſum, quo hæres rogatus eſſet hæreditatis ſuæ partem quartam reſtituere, & fideicommiſſum, quo de hæreditate ſua reſtituenda rogatus fuiſſet. Siquidem illa verba, Atque ſi hæreditate ſua: quamuis ab Accurſio ibi, & omnibus ad hæreditatem teſtatoris referantur: equidem ſecundùm rationem recti ſermonis ad hæreditatem hæredis referenda eſſe magis cenſeo, vt iam ſuprà notaui. Quæ interpretatio illa quoque ratione adiuuatur, quod Iureconſultus præmiſit id quod Senatus cenſuerat, perinde habendum, atq; ſi rogaſſet hæreditatem reſtitui. Ex eo enim conſtabat valere fideicommiſſum, quo quis rogaretur de hæreditate ſua reſtituenda, *d. l. ex facto. ff. ad Trebell.* Sic colligitur Iureconſultum illa verba: Atq; ſi de hæreditate ſua, retuliſſe ad hanc Senatus ſententiam. Sed huic argumento reſpondendum puto, comparationem illam fieri euidenter quo ad valorem duntaxat fideicommiſſi, non verò quo ad interpretationẽ fideicommiſſi. Retineo enim differẽtiam, quod Senatus decreuit valere fideicommiſſum, & intellexit in fideicommiſſo eſſe teſtatoris hæreditatem, *d. l. cohæredi. §. cum filiæ, verſicu. quod ſi hæredem, in princ. ff. de vulgar. d. l. ex facto, in princ. ff. ad Trebellia.* Sed vbi hæres rogatus eſt hæreditatis ſuæ partẽ certam reſtituere, ſimiliter fideicommiſſum valet: eo tamẽ intellectu valet, vt fideicommiſſo ſit ea pars bonorum hæredis quatenus hæreditas teſtatoris patiatur. Quare Iureconſult. *in d. §. vt quis hæredem.* vt oſtenderet comparationem fieri duntaxat quo ad valorem fideicommiſſi, diſertè ſubiecit partem illam quartam bonorum hæredis eatenus eſſe reſtituendam, quatenus hæreditas teſtatoris pateretur, iuxta textum *in d. §. cum quidam.* Denique hæc diſtinctio inter valorem & interpretationem fideicommiſſi, circ. *d. §. vt quis hæredem.* neceſſaria eſt etiam tenentibus intellectum gloſſ. & communem. Nemo enim non videt, quod alia eſt interpretatio fideicommiſſi, de quo *in verſic. quid ergo. & in d. §. cum quidam.* alia autem interpretatio eſt fideicommiſſi, quo quis rogatur reſtituere hæreditatem teſtatoris.

Hinc colligo, quod *in d. l. cohæredi. §. cum filia. verſic. quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* fideicommiſſum illud hæreditatis eſt vniuerſale, ita vt de eo detrahenda ſit Trebellianica. Senſit hoc Papinianus *in dicto verſicu. quod ſi hæredem, in verbo, ſalua Falcidia.* & tenuit gloſſ. *in dicta l. ex facto, in verbo, ſua.* & ſecutè Barto. verum eſſe credidit, *in d. §. cum filia. verſic. fin.* ſecundùm emendatiorem ſcripturam dixit, quod ſi pater filiam inſtituiſſet hæredem in aliqua hæreditatis parte, dato in reliquis vnciis cohærede: & deinde filiam his verbis rogaſſet: Rogo te filia, vt ſi ſine liberis deceſſeris, re-

ſtituas Titio bona tua ſeu hæreditatẽ tuã: poterit filia velut vniuerſalis hæres detrahere Trebellianicam de hæreditate teſtatoris, quæ in fideicommiſſo eſſe intelligitur. Aretin. autem *ibi col. pen. & fin.* fluctuat circa hanc Bart. ſententiam, dum per errorem putat, quod in Bart. ſpecie fideicommiſſo tenentur propria filiæ bona: ſic non perſpexit quomodo de filiæ bonis detraheretur Trebellianica. Potuiſſet autem ex Papiniani reſponſo idem doceri, quod eo fideicommiſſo non tenebantur propria filię bona: ſed bona duntaxat teſtatoris, quemadmodum fuit expreſſum in verſi. nec fideicommiſſo. Denique Bart. rectè videtur exiſtimaſſe, quod in fideicommiſſo intelligebatur eſſe illa certa pars hæreditatis, in qua filia fuiſſet instituta. Siquidem fideicommiſſum illud, quod ſecundùm verba exprimebat eſſe reſtituendam hæreditatẽ filiæ, reſolui debuit in fideicommiſſum hæreditatis teſtatoris, vt de ea hæreditatis parte deduci poſſet Trebellianica. Cæterùm in ſpecie, *d. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem, verſ. quid ergo. & d. §. cum quidam. l. Imperator.* eleganter probandum eſt; quod de portione bonorum hæredis, quæ eſt in fideicommiſſo, non ſit deducenda Trebellianica. Quippe pars bonorum hæredis, quum non ſit pars teſtatoris ipſius, non poteſt facere vniuerſale fideicommiſſum, ſed particulare rerum certarum. Item non habet locum niſi in hæreditate rogantis, iuxta ea, quæ iam ſuprà notaui *in 2. huius operis parte, in gloſſ. Trebellianica.* facit *l. lex Falcidia. verſicu. nunquàm. ff. ad legem Falcid.* Hoc Paul. de Caſtr. & Angel. de Perigl. *in d. §. vt quis hæredem.* promiſcuè aſſeruerunt in fideicommiſſo hæreditatis hæredis: & multa verba nullius ferè momenti effudit Aretin. circa hunc articulum, *in dicto §. cum filia. colum. penult. & fina.* Et tamen diſtinctio fuit facienda inter fideicommiſſum hæreditatis hæredis ſimpliciter relictum, & inter fideicommiſſum alicuius partis hæreditatis hæredis: Siquidem prius fideicommiſſum reſoluitur in fideicommiſſum hæreditatis teſtatoris. Poſterius verò durat in parte bonorum hæredis quatenus hæreditas teſtatoris patiatur, ſecundùm ea, quæ ſuprà iam oſtendimus.

Ex his conſtituitur vera interpretatio *dictæ l. ex facto. ff. ad Trebellian.* vt qui rogatus eſt aliquem hæredem facere, intelligatur rogatus eidem hæreditatem ſuam reſtituere, & per hoc videatur rogatus reſtituere eidem hæreditatem teſtatoris, *d. §. cum filia, verſi. quod ſi hæredem, in princip.* Ex qua interpretatione videtur † procedere, quod in eo fideicommiſſo ſit ſingularis quædam vtilitas circa fructus ex hæreditate perceptos, vt etiã fideicommiſſario ſint reſtituendi. Hoc in terminis aſſeruit Rapha. Cuman. *conſi. 72. Ad primum quæſitum, ad finem.* vbi ſcripſit, quod licèt grauamen de instituendo hæredem non teneat: tamen hoc ſaltem operatur, vt grauatus quicquid à teſtatore habuit, reddat cum fructibus (inquit) expreſſum eſt, *ff. de legat. 2. l. Imperator. §. cum quidam.* qui declarat textum *in l. ex facto. ff. ad Trebellian.* Addit Cuman. quod hoc etiam ſcripſit Iureconſult. *in dicta l. ex facto.* quum dixit, teneri hæredem poſt mortem reſtituere hæreditatem: item & quicquid ex hæreditate conſequutus eſt. Nam ea verba geminata fructus continent, *l. Baliſta. ff. ad Trebell.* præcipuè in diſpoſitione legis, ne bis idem ſuperfluo repetiiſſe videatur. Hæc Cuman.

Ex hoc igitur ſequeretur miranda vtilitas in poſteriore conceptione directæ ſubſtitutionis, quæ quum eſſet facta in forma pupillaris, traheretur ad fideicommiſſum, iuxta *d. l. ex facto.* Nam diceremus hoc fideicommiſſum multò eſſe vtilius, quàm ſit illud, ad quod trahitur directa prioris conceptionis. Conſtaret enim in priore conceptione fructus non venire in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem, iuxta regulam, *l. in fideicommiſſariam. ff. ad Trebellian.* Et tamen in poſteriore conceptione fructus, quos hæres conſecutus eſſet ex hæreditate teſtatoris, reſtituere poſt mortem deberet fideicommiſſario, iuxta ſpeciem *d. l. ex facto.*

Ego tamen hanc Rapha. Cuman. ſentẽtiam non probo, quoniam verius videtur, retinendam eſſe regulam, *d. l. in fideicommiſſariam.* vt procedat etiam *d. l. ex facto.* Sic conſequẽter verius erit, quòd etiam ſi directa ſubſtitutio, quæ facta fuit in forma pupillaris ad fideicommiſſum trahatur, tamẽ in fideicommiſſum fructus non cadent, *d. l. in fideicommiſſariam.* Imprimis expendo Papiniani ſententiam, *in d. l. cohæredi. §. cum filia, verſi. quod ſi hæredem. ff. de vulgar.* vbi reſpondit legitimum hæredem filij patris hæreditatem reſtituere cogendum: nec de fructibus reſtituẽdis quicquam expreſſit. Et tamen verbis fideicommiſſi hæreditatem hæredis reſtituendam eſſe continebatur, vt etiam *in d. l. ex facto.*

Induco etiam text. *in l. precibus. C. de impuber. & alijs.* vbi compendioſa fuit facta verbis ciuilibus in forma pupillaris, ſecundùm communem & veriorem interpretationem: cùm vero poſt pubertatem directa ſubſtitutio conuerſa fuerit in fideicommiſſi cauſam, conſtat fructus non venire in fideicommiſſum. Vtique enim ab hærede filij muliere bona, quæ mariti cùm moreretur fuerunt, peti ſolummodò poſſunt. Item videtur poſſe induci text. *in cap. Raynutius. ſuprà eodem.* vbi compendioſa illa fuit facta in forma pupillaris, vt expendit Salicet. *in dicta l. precibus, num. 21. verſicu. iſta diſtinctio.* & ex multorum authoritate idem aliàs deduximus in prima huius operis parte, *in glo. Moreretur. & alibi ſæpè* Planè ex litera, *d. cap. Raynutius.* conſtat in verſic. in eo verò, quod fructus bonorum teſtatoris in fideicommiſſum non ceciderunt. Poſtremò aduerſus Cuman. fortiter retorqueo text. *in dicta l. ex facto.* in eiſdem verbis, quæ Cuman. pro ſua ſententia expendit, illa videlicet, id eſt, quicquid ex hæreditate ſua conſecutus eſt. Conſidero enim, quod ibi non eſt verborum geminatio, nec Iureconſult. ſuperfluo bis idem repetit, vt Cumanus non rectè credidit. Nam licèt illa verba, Ex hæreditate ſua, ad teſtantis hæreditatem rectiſſimè ſint relata: poteſt dici, quod verba illa, Hæreditatem ſuam, ad hæredis hæreditatem aptiſſimè referantur, vt & Papinianus hæreditatem ſuam ad hæredem retulit, *in dicto §. cum filia. verſicu. quod ſi hæredem. l. cohæred. ff. de vulgar. & in d. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de legat. 1.* Poteſt enim Vlpianus videri collegiſſe, quod hæres intelligebatur rogatus, vt hæreditatem ſuam reſtitueret ei, cui rogatus expreſſim fuerat eandem ſuam hæreditatem directo dare. Sic enim faciliore iam facta voluntatis interpretatione, facilius perueniebatur ad vltimam illam expoſitionem, quam Vlpianus fecit, id eſt, quicquid ex hæreditate ſua, &c. Siquidem hæres, qui rogatus eſſet reſtituere hęreditatẽ ſuã, intelligebatur rogatus reſtituere teſtatoris hæreditatẽ, *d. l. cohæredi. §. cum filia, ver. quod ſi hæredem ff. de vulgar.* Nam & ſimilem interpretandi modum apud Iureconſultum Paulum legimus, *in l. qui filium, in princip. ff. ad Trebellian.* Vtcunque ſit, ſumma illius fideicommiſſi interpretatio ſit authore Vlpiano, vt hæres videatur rogatus reſtituere quicquid ex hæreditate teſtatoris conſecutus eſt. Igitur, authore Vlpiano, fructus non ſunt reſtituendi fideicommiſſario, quoniam regula non reſtituendorum fructuum etiam in ea fideicommiſſi ſpecie locum habet, vt eſt expreſſum *in l. hæredes mei, in princip. ff. ad Trebellianum. & in l. quod his verbis. ff. de legat. tertio.*

Nec obſtat text. *in d. l. Imperator. §. cum quidam. ff. de legat. 2.* vbi Raphael Cuma. putauit eſſe expreſſum de fructibus. Quoniam ille text. procedit quo caſu certa portio bonorum hæredis eſt in fideicommiſſo. Quare vt ſatisfiat voluntati teſtatoris, qui non minus deſignata portione reſtitui voluit fideicommiſſario, placuit habendam eſſe rationem omnis emolumenti, in quo ſpecialiter defunctus hæredem onerare potuiſſet.

Quanquàm autem ſuperiorem vtilitatem excluſerim, nouè tamen animaduerto, ſingularem quandam vtilitatem eſſe in fideicommiſſo, *d. l. ex facto.* Eamque vtilitatem colligo ex Vlpiano ibidem, qui exquiſita verborum formula fideicommiſſum illud ita expoſuit: Id eſt quicquid ex hæreditate, &c. Nam ſi ipſe intellexit, quod illa Senatus verba, Hæreditatem ſuam, referebantur ad hæredis hæreditatem, iam docuit tale fideicommiſſum ex voluntate ita fore conuertendum ad hæreditatem teſtatoris, vt hæres non videatur ſimpliciter rogatus reſtituere teſtatoris hæreditatem, quin potiùs quicquid ex hæreditate teſtatoris fuerit conſecutus. Si verò eadem illa Senatus verba, Hæreditatem ſuam: idem Vlpianus intellexit referri ad teſtatoris hæreditatem, iam Vlpianus, & ſi videret Senatum id ita cenſuiſſe, quod teſtator de ſua hæreditate ſenſiſſe videbatur, iuxta *l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de legat. primo, & l. qui filium. ff. ad Trebellian.* ipſe notauit ſubtiliter teſtatorem ita intelligendum de reſtituenda hæreditate ſua ſenſiſſe, quod proprius ſenſiſſe videretur, vt quicquid ex hæreditate ſua, &c. Non enim Vlpianus temerè vſus eſt ſuperflua, atque adeò inani verborum copia: ſed conſultò, & cum myſterio (vt aiunt) ſubiecit illa verba, Id eſt, quicquid ex hæreditate, &c.

Et habet mea conſideratio notabilem vtilitatem, quæ bellè tractari poterit in ſpecie, *l. qui filium. ff. ad Trebellia.* Proponitur ibi, quod teſtator filium & filiam hæredes instituit, & deinde de filia ita cauerat: Mando tibi non teſtari donec liberi tibi ſint. Filia, mortuo patre, quũ nullos liberos ſuſcepiſſet, deceſſit,

extero hærede relicto. Ab hoc ſororis hærede fideicommiſſum hæreditatis paternæ frater petebat, qui remoto ſororis teſtamento, legitimam eius hęreditatem habiturus fuerat, etiam matre excluſa, *l. 1. §. idem eſt ſi frater. ff. de iuris & facti ignoran. §. præfe-runtur, Inſtit. ad Trebellianum.* Reſpondit Imperator fideicommiſſum deberi. Nam ex eo quod teſtator petierat, vt filia non teſtaretur donec liberos haberet, petiiſſe videbatur, vt quo eaſu liberos non haberet hæredem relinqueret proximum ab inteſtato ſucceſſorem. Perinde enim cenſuit accipiendam eſſe eam ſcripturam, ac ſi teſtator hæreditatem ſuam rogaſſet eam filiam fratri reſtituere. Quo loco Iureconſult. magis eſt, vt verba illa, Hæreditatem ſuam, retulerit ad teſtatoris hæreditatem, ne alioqui in obſcuro maneret fideicommiſſum, iuxta id quod Senatus cenſuit. Potuit autem Imperator id ita reſcribere, quoniam ſecundum ea, quæ proponebantur, nihil intererat, vtrum ſcriptura perinde acciperetur, atque ſi teſtator hæreditatem ſuam rogaſſet filiam reſtituere: an verò perinde acciperetur, atque ſi quicquid ex hæreditate ſua filia fuiſſet conſecuta, rogaſ-
105 ſet eam reſtituere. Cæterùm † ſi proponeretur, quòd pater filiæ ex dimidia hæredi inſtitutæ prædium prælegaſſet, animaduerto ſubtilem Vlpiani notam multum conducere. Vtique enim, propoſita tali ſpecie, multum referret, vtrum perinde acciperetur ſcriptura, atque ſi hæreditatem ſuam rogata cenſeretur reſtituere: an verò perinde acciperetur, atque ſi quicquid ex hæreditate ſua filia fuiſſet conſecuta, ipſam rogaſſet eam reſti-
106 tuere. Nam ſi teſtator † ita cauiſſet, Rogo te filia, vt ſi liberos non habueris, reſtituas poſt mortem tuam fratri cohæredi hæreditatem meam, in fideicommiſſum non caderet dimidia pars prædij, quam titulo legati filia vendicaſſet, *l. in fideicommiſſ. etiam. §. fina. ff. ad Trebellianum, in l. ſi Titius, in fin. ff. de legat. tertio.* Nec in contrarium traheret text. *in l. liberto. §. filium. ff. de annuis legatis.* Quoniam textus ille alio caſu loquitur, ſecundùm ea, quæ conſiderat Philippus Corne. *in l. cum virum, colum. 2. C. de fideicommiſſ.* & Socin. *in l. Marcellus. §. quidam liberis. nume. 2. ff. ad Trebellianum.* Franciſc. Ripa *in l. hæredes mei. §. cum ita. num. 44. ff. eodem titu.* Ex diuerſo, ſi teſtator ita teſtamento cauiſſet: Rogo te filia, vt ſi liberos non habueris, reſtituas poſt mortem tuam fratri cohæredi quicquid ex hæreditate mea fueris conſecuta: non dubiè hoc caſu etiam portio fundi prælegati in fideicommiſſum cecidiſſe videretur, *l. cum pater. § fidei. ff. de legat. 2. l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* Differentiæ verò ratio ex ipſis verbis colligi videtur, quoniam ſcilicet legatum non eſt hæreditas: & ideo rogatus reſtituere hæreditatem non videtur rogatus reſtituere legatum. At verò legatarius dicitur legatum ex hæreditate cōſecutus fuiſſe, quoniam legatum eſt hæreditatis delibatio, vt probatur *in l. legatum. ff. de legat. 1.* Proinde rogatus reſtituere quicquid ex hæreditate fuerit conſecutus, res ipſas hæreditarias, & legata ipſa reſtituere videtur rogatus.

Vnde infero notabilem intellectum, *ad l. cohæredi. §. cum filia, verſicu. quod ſi hæredem. ff. de vulgar. & pupillar.* vt in illa ſpecie, de qua ibi, ſecundùm Vlpiani notam filius, qui rogatus fuit, vt hæreditatem ſuam reſtitueret, non tam rogatus videbatur, vt patris hæreditatem reſtitueret, quàm vt quicquid ex hæreditate patris conſecutus fuiſſet Titio reſtitueret. Sic fideicommiſſum nonminus erat vniuerſale cenſendum, *l. cogi. verſic. & ſi quis. ff. ad Senatuſconſultum Trebellian.* vt quamuis id fideicommiſſum fructus non includeret, *l. hæredes mei. cum ſimilibus. ff. eodem titu. ad Trebellianum.* includeret tamen prælegata, *dicta l. cum pater. §. fidei. d. l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* At enim acutiſſimi ingenij, & meritò ante alios excellens Papinianus *in dicto §. fidei.* animaduertebat, eiuſmodi fideicommiſſum differre ab alio fideicommiſſo, quo hæres rogatus eſſet teſtatoris hæreditatem reſtituere. Et tamen in dicto verſicu. quod ſi hæredem, non videtur hoc æſtimaſſe, qui ſignificauerit patris hæreditatem fideicommiſſo teneri. Sed reſpondendum eſt, quòd ſi Papinianus ſcripſiſſet, videri illis verbis rogatum filium, vt ſi impubes diem ſuum obiiſſet, patris hæreditatem Titio reſtitueret, non propterea exiſtimaretur fuiſſe contrarius Vlpiano, *in d. l. ex facto.* Etenim in dicto verſicu. quod ſi hæredem. proponebatur filius ex aſſe hæres inſtitutus, vt nihil intereſſet hoc vel illo modo patris hæreditatem rogatus videretur reſtituere, vt aliàs diximus circa *l. qui filium, in fin. ff. ad Trebellianum.* Verùm enimuerò Papinianus ne hoc quidem reſpondit, perinde habendum, atque ſi filius patris hæreditatem reſtituere fuiſſet rogatus. Magis enim reſpondit, legitimum hæredem filij cogendum patris hæreditatem reſtituere. Quod quidem reſpōſum minimè arguit, videri filium à patre rogatum, vel patris hæreditatem Titio reſtitueret. Nam Papinianus & ſi intelligeret filium videri rogatum, vt quicquid ex patris hæreditate conſecutus fuiſſet Titio reſtitueret, non minus reſpondere debuit, legitimum hæredem filij cogendum patris hæreditatem Titio reſtituere. Vtique enim ſecundùm ea, quæ proponerentur, nihil ex patris hæreditate, niſi titulo hæreditario filius impubes fuerat conſecutus. At verò Vlpianus *in d. l. ex facto.* quamuis proponat, ex facto tractatum eſſe, an per fideicommiſſum rogari quis poſſit, vt aliquem hæredem faceret: refert tamen id quod generaliter, & in vniuerſum Senatus cenſuerat. Ergo ſiue illa verba: Id eſt quicquid ex hæreditate, & c. ipſius Senatus fuerunt, ſiue (quod magis eſt) ſuam illam expoſitionem verbis Senatus aptauit, oportuit disertè loqui, & om vniuerſum docere, quænam iuſta, & propria eſſet illius fideicommiſſi interpoſitio.

Tandem ex his colligo, quod prior conceptio directæ ſubſtitutionis non trahitur ad tam vtile fideicommiſſum, quàm trahitur poſterior conceptio facta in forma pupillaris. Nam ſi teſtator ita dixerit, Petrum & Ioannem hæredes inſtituo, & Petro fundum Seianum prælego: Quòd ſi Petrus ſine liberis deceſſerit, Ioannes hæres ſit, vel Ioannes mihi hæres ſit: conſtitute debebit, partem fundi prælegati dimidiam in fideicommiſſum non cadere. Nam quum Ioannes videatur ſubſtitutus in hæreditate defuncti, iuxta ea, quæ tradidit Oldrad. *conſi. 107.* minimè veniet prælegatum, non magis quàm ſi Petrus rogatus eſſet hæreditatem teſtatoris Ioanni cohæredi reſtituere, *l. ſi Titius, in fin. ff. de legat. 3. l. Marcellus. § quidam liberis.* & quod ibi omnes notant, *ff. ad Trebellian.* At verò in poſteriore conceptione inducemus, vt ſiue prælegatum antè datum ſit, quàm ſubſtitutio verbis ciuilibus concepta eſſet in forma pupillaris, ſiue etiam poſt ſubſtitutionem datum ſit, omnimodò in fideicommiſſum cadat. Nam hæc directa ſubſtitutio: Quandocunque hæres Petrus ſine liberis deceſſerit, Ioannes illi hæres ſit: ad huiuſmodi fideicommiſſum trahi debet, Quandocunque Petrus hæres meus ſine liberis deceſſerit, reſtituat Ioanni cohæredi quicquid ex mea hæreditate fuerit conſecutus, *d. l. ex facto, coniuncta d. l. cum pater. §. fidei. ff. de legat. 2. & in l. cum virum. C. de fideicommiſſ.*

Vnde infero ad declarationem *l. 12. titu. 5. partit. 6.* vbi lex Rega iuxta *l. precibus. C. de impube. & alijs.* conſtituit, quod ſi à milite compendioſa ſubſtitutio impuberi filio ita facta ſit; Quandocunque filius meus deceſſerit, ſit illi hæres Titius: & deinde poſt pubertatem filius deceſſerit, mater hæres filij puberis reſtituet bona, quæ militis cùm moreretur fuerunt. Doctiſſimus Grego. Lup. *in glo. eiuſdem l. in ver. Todos los otros bienes.* quæſiuit, ſi filius ex parte fuiſſet hæres inſtitutus, eique pater dediſſet prælegata, vtrum ea venirent in fideicommiſſariam hæreditatis reſtitutionem: an verò manere deberent apud matrem filij hæredem? Et remittit ſe ad notata per Alexand. *in l. Marcellus. § quidam liberis. ff. ad Trebellian. & in l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* Sed quis crederet ſubtili diſputatione eò rem perduci potuiſſe, vt in ſpecie *d. l. partite.* magis probemus, prælegata venire in fideicommiſſum? Siquidem ibi proponitur compendioſam fuiſſe factam in forma pupillaris. Proinde directa ſubſtitutio ita poſt pubertatem ad fideicommiſſum trahitur tam ibi, quàm *in d. l. precibus.* vt filius intelligatur rogatus, vt ſi pubes decederet, eum hæredem inſtitueret, quem pater eidem filio hæredem conſtituerat. Sic filius videtur rogatus, vt hæreditatem ſuam eidem reſtituat, id eſt, quicquid ex patris hæreditate fuit conſecutus; *argumento d. l. qui filium, verſicu. quaſi per hoc. & d. l. ex facto. in princip. ff. ad Trebellianum.*

Reliqua circa intellectum, *d. l. verbis ciuilibus, iuncta gloſſ.* dicta fuerunt *ſuprà in hac tertia parte, in glo. Perſonis.*

SVMMARIVM.

1 *Alienationes inter viuos factæ in præiudicium legitimæ parentibus debitæ an ſint reuocandæ?*

Legitima parentum an poſſit lædi per alienationes factas inter viuos ab eorum liberis?

2 *Querela inofficioſæ donationis competit parentibus, quemadmodum & liberis, & quæ ſit inter vtrunque caſum differentia.*

L. nam & ſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtamen. ſenſus ibidem, & num. ſequentib.

L. ſi filius. C. de inoffic. donatio. ſenſus ibidem.

5 *Dona-*

3 *Donatio inofficioſa re & conſilio in aliquem ex liberis à parente collata, reuocatur vſq; ad debitum dũtaxat bonorum ſubſidium, poſt nouellam Iuſtiniani conſtitutionem.*
L. ſi liqueat. C. de inoff. donatio. ſenſus ibidem. & nu. 7.

4 *Querela inofficioſi teſtamenti olim competebat, vt ab inteſtato ſuccederetur pro virili parte, & non ſolùm ad reuocandam legitimam.*
L. mater decedens. ff. de inoff. teſtam. ſenſus ibid.

5 L. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. ſenſus.

6 L. 1. C. de inoff. donatio. intellectus. & nu. 16.

7 Authen. de immenſ. donatio. §. ſed neq; collatio. 7. intellectus. & nu. 10. & 13.

8 *Donatio inofficioſa in vnum ex liberis collata reuocatur hodie vſque ad legitimam, nõ per querelam inofficioſæ donationis, ſed per actionem perſonalem.*

9 *Querela inofficioſa donationis quinquennio durat, ſed condictio ex lege, quæ perſonalis eſt actio, durat perpetuò.*
Portugal. l. lib. 4. tit. 77. §. 4. ſenſus ibidem.

10 *Donatio inofficioſa à filio collata in vnum parentem in præiudicium alterius reuocatur etiam condictione ex lege vſq; ad legitimam duntaxat. & nu. 12.*

11 *Teſtamentum minus ſolenne conditum à filio inter parentes non valet.*
L. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, infrà de teſtament. ſenſus ibidem.

13 *Donatio inofficioſa adhoc vt reuocetur vſq; ad debitum duntaxat bonorum ſubſidium, non ſufficit quòd ſit facta vni ex liberis, vel vni ex parentibus, niſi ille ex liberis vel parentibus fuerit, cui legitima portio deberetur.*

14 *Donationem inofficioſam in extraneum collatam filius cui aliquid relictum eſt, non reuocat, ſed tantùm agit ad ſupplementum.*
L. omnimodò. C. de inoff. teſtam. ſenſus ibidem.

15 *Donationem inofficioſam collatam in extraneum filius cui nihil relictum eſt, reuocat per querelam inofficioſæ donationis ſi pater teſtatus deceſſit, ſecus ſi ab inteſtato.*

16 *Donationem inofficioſam re & conſilio in extraneum collatam filius cui nihil relictum eſt, reuocat in totum.*
Partit. l. 8. tit. 4. partit. 5. declaratur ibidem.
L. 1. C. de inoff. dotib. ſenſus ibid.
L. ſi libertus. §. pen. ff. de iure patron. ſenſus ibid. & nu. 21.

17 *Querela inofficioſa donationis intentata à patrono, vel intentata à filio differentia.*

18 *Patronus per bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas liberti, legitimam duntaxat ſibi debitam conſequitur.*

19 *Patronus intentando bonorum poſſeſſionem contra tabulas non agit de iure teſtamenti, ſed de iure ſuo.*
L. filio. §. contra tabulas. ff. de inoff. teſtam. ſenſus.

20 *Donatio re tantùm nõ conſilio inofficioſa indiſtinctè reuocatur duntaxat vſq; ad legitimam.*

21 *Querela inofficioſi teſtamenti competit aduerſus teſtamentum re, etiam ſi non conſilio inofficioſum. & nu. 22.*
L. ſi mater. C. de inoff. donat. ſenſus ibid.
L. ſi totas. C. de inoff. donat. ſenſus ibid.

22 *Teſtamentum re tantùm inofficioſum non ita reſcinditur atq; reſcinderetur ſi conſilio etiam inofficioſum fuiſſet.*
Portug. l. Reg. lib. 4. tit. 9. §. pen. declaratur. ibid.

23 *Inofficioſam alienationem etiam titulo oneroſo factam reuocat filius pro ea parte, quæ eſt inofficioſa. & qua actione reuocare debeat?*
L. 1. C. ſi quid in fraud. patroni. ſenſus ibid.
L. 1. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraud. patr. ſenſus. ibid.

24 *Alienatio facta titulo oneroſo tunc demùm poteſt tãquàm inofficioſa reuocari, quando ex donationis cauſa pars pretij remiſſa fuit, vel minori pretio res fuit vendita, etiam ſi nulla fraus arguatur.*
L. ſi ſponſus. §. circa. ff. de donationib. inter virum & vxorem, ſenſus ibidem.
L. fin. C. de præd. curial. lib. 10. ſenſus.

25 *Venditio quæ minore pretio facta eſt, non poteſt dici donatio pro parte pretij, niſi cauſa donationis probetur in remiſſione pretij.*

26 *Venditio minore pretio facta emptori ignoranti in fraudem creditoris non poteſt ab eodem creditore reuocari.*
L. ſi debitor. ff. quæ in fraud. cred. ſenſus ibid.

27 *Donatio in fraudem creditoris facta donatario etiam fraudem ignoranti poteſt reuocari.*

28 *Venditio minore pretio facta ex cauſa donationis, quando reuocatur exemplo inofficioſæ donationis, vtrum electio ſit danda emptori?*

29 *Venditio ſi minore pretio facta ſit in fraudem legitimæ, quamuis emptor fraudis conſcius fuerit, ita tamen quòd nullo modo ſit donatio, deſcendentibus datur reuocatoria, non verò datur aſcendentibus, ſecundum Bart. ſed contraria ſententia defenditur.*
L. fin. ff. ſi quid in fraud. patroni ſenſus ibid.

30 *Venditio facta in fraudem creditoris iuſto pretio, vt pecunia prodigeretur, non reuocatur ſi emptor huius fraudis conſcius non fuerit.*
L. qui autem. §. hoc edictum. ff. quæ in fraud. cred. ſenſus ibid.

31 *Actio reuocatoria, quæ datur patrono, non competit filio legitimo & naturali, quamuis filio arrogato detur, & quæ ſit differentiæ ratio?*
L. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoff. teſtam. ſenſus.

32 *Querela inofficioſæ venditionis non quinquennio, ſed 30. annorum ſpacio durat.*

33 *Venditio inofficioſa & minore pretio facta emptori fraudis participi, vtrum quemadmodum à liberis, ita etiam à parentibus poſſit reuocari? & nu. 40.*

34 *Parentum legitima in multis æquiparatur legitimæ filiorum.*

35 *Legitima parentibus relinqui debet titulo inſtitutionis.*

36 *Parentes in terminis Decretal. Raynutius. & Raynaldus. de teſtam. deducunt duas quartas, quemadmodum & filij deducunt.*
Cap. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſtam. ſenſus ibid.

37 *Actio ad ſupplementum competit parentibus, quemadmodum liberis.*

38 *Fructus fideicommiſſi parentes non imputant in legitimam, quemadmodum nec filij.*
L. filiusfamil. 41. ff. ad leg. Falcid. ſenſus ibid.
L. omnimodò. in princip. & §. retentionem. C. de inoff. teſtamen. ſenſus ibidem.

39 *Parẽtibus legitima non in pecunia, ſed in rebus hæreditarijs aſſignari debet, ſicut & filijs.*
L. ſcripto. ff. vnde liberi. ſenſus ibidem.

41 *Legitima parentum non adeò iure naturæ debita eſt, ſicut filiorum.*

42 *Legitima parentum poteſt in totum tolli per ſtatutum, non verò legitima filiorum.*

PRIVARE NON POSSIT.

PRIVARE NON POSSIT. In teſtamento, niſi ex iuſti exhæredationis cauſis. *Authent. vt cum de appellat. cognoſc. § aliud quoque capitulum, collat.* 8. ſecundùm Ioan. Andr. hic. Cauſæ verò exhæredationis enumerantur in *dicto §. aliud quoq; capitulum, & per gloſſ.* & omnes *in c. Quintauallis. de iureiur.* circa quod principium nos etiam nonnulla in materia notauimus *in repetitio. §. & quid ſi tantum. l. Gallus. ff. de libe. & poſthum.*

Ego autem quæro, vtrum † filius poſſit per alienationes inter viuos factas priuare matrem hac parte iure naturæ debita: & an minus iuris habeat mater, & cæteri parentes ad reuocandum huiuſmodi alienationes, quàm econtrà filius & cæteri liberi habent ad reuocandas parentum alienationes factas in læſionem eiuſdem partis ſibi iure naturæ debitæ? Et hunc articulum ex profeſſo attigit Bartol. *in l. non vſq; adeò. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.* vbi tres concluſiones poſuit, quas ex ordine tractare erit vtiliſſimum. 1

Prima concluſio Barto. eſt, quod † ſi alienatio fuit facta titulo lucratiuo, vt ex cauſa donationis, tam filius quàm parens poſſunt eam reuocare per querelam inofficioſæ donationis, ſi per donationem legitimam eorum portio fuerit læſa. Nam quum parentibus non minus querela detur quàm liberis, *l. nam & ſi parentibus. ff. de inoff. teſtam.* non minus parentibus dabitur inofficioſæ donationis querela, quæ fuit inducta ad inſtar inofficioſi teſtamenti. *l. fina. C. de inoff. donatio.* Et ſanè potuiſſet Bart. allegare tex. *in l. ſi filius. in fin. C. de inoff. donatio.* vbi mater habet querelam inofficioſæ donationis, ſi non poſſit ex perſona filij in integrum reſtitui. 2

Sed videndum eſt, liberis & parentibus ad quantam partem reuocandam detur huiuſmodi querela: vtrum ad totum, quod donatum eſt: an verò duntaxat ad eam partem, quæ ſatis ſit legitimæ portioni, quæ iure naturæ debetur? Quæ quæſtio videtur abſoluenda per ſequentes concluſiones à Bart. traditas. *in l. Titia. §. Imperator, nu. 1. ff. de legat. 2.* & Abb. Panorm. *in c. fin. num. 5. ſuprà de donationib.*

Prima cõcluſio: Si donatio † inofficioſa fuit collata in vnum 3

ex liberis, reuocatur vſque ad debitum duntaxat bonorum ſubſidium, hoc eſt legitimam, etiam ſi donatio fuerit inofficioſa re & conſilio, *l. ſi liqueat ibi, Pro ratione quartæ, l. 1. & 2. C. de inoffi. donatio.* Quam ſententiam ſenſit gloſſ. magna per textum etiam ibi in *Authen. vnde & ſi parens. C. de inoffic. teſtam.* & affirmauit Bart. in *l. Titia. §. Imperator, num. 2. ff. de legat. ſecundo.* Et conſtat hanc eſſe communem opinionem ex Iaſone, *in dicta Authent. vnde & ſi parens, num. 16.* Andr. Tyraquel. in repetitio. *l. ſi vnquàm. C. de reuocan. donatio. in verb. totum, nume. 5.* Reuerendiſſ. D. D. Couarru. *lib. 1. variarum reſolutio. cap. 19. num. 17.* Anton. Gomez *in lib. 2. varia. cap. 4 num. 13.* Modern. Pariſ. *de inoffic. donatio. num. 12.* Berengar. Fernand. in repetitio. *l. in quartam. ff. ad legem Falcid. cap. 2. num. 96.* Marc. Anton. Nat. *conſi. 125. num. 3 in 1. par.* Riminald. *conſi. 225. num. 17. in 2. part.*

Ego autem in diuerſa opinione ſum, qui exiſtimem, Iureconſultos, & Imperatores in legibus. C. magis ſenſiſſe, quod hoc caſu querela inofficioſæ donationis competeret vltra debitũ bonorum ſubſidium, videlicet ad eam partem auferẽdam, quæ re-
4 uocantem ab inteſtato tangeret. Moneor primò, quia † liberi, quibus minus quarta parte relinquebatur, querelam inofficioſi teſtamenti habebant: non quidem ad reuocãdam quartam, ſed vt ab inteſtato ſuccederent pro virili parte. Igitur ſi parens eludere voluit inofficioſi teſtamenti querelam in fraudem liberorum, conſequens fuit inofficioſę donationis querelam introducere, vt reſcinderetur donatio pro ea parte, pro qua reſcindendum foret teſtamentum. Quare ſi parens duos filios habens vni totum patrimonium donauit, vt querelam eluderet, fraudatus filius reſcindere potuit donationem pro media parte, quoniam teſtamẽtum inofficioſum pro ea etiam parte idem filius reſcinderet, *l. mater decedens. ff. de inoff. teſtam.*

Secundò allego textum mea ſententia expreſſum, *in l. Titia.*
5 *§. Imperator. ff. de legat. 2.* † vbi quum auia duos nepotes habens proximos ab inteſtato ſucceſſores, in alterum donationes inofficioſas & fraudulentas contuliſſet, vt alterius querelam euerteret, reſcriptum eſt ab Imperatore Alexandro, poſſe nepotem fraudatum reuocare id, quod donatum eſt pro media parte. Nec admittenda eſt violenta interpretatio, vt media pars referatur ad dimidium quartæ, quemadmodum Azo, & alij vulgò perperam intellexerunt, quum media pars ad id quod donatum eſt, referatur. Et ita melius intellexerunt Ioannes Hugolinus, & veterum plurimi, & Bald. ſibi contrarius, *in l. 1 num. 5. C. ſi quid in fraudem patr.* Raphael Fulgoſ. *in dicta l. ſi liqueat. C. de inoffic. donatio.* Rapha. Cuman. & Ioan. Imol. *in d. §. Imperator. l. Titia. ff. de lega. 2. nu. 8.*

6 Tertiò pro hac parte facit † tex. *in l. 1. C. de inoff. dona.* vbi ſi mater ad eludendam inofficioſi querelam vniuerſas penè facultates ſuas exhauſit factis donationibus, ſiue in quoſdam liberos, ſiue extraneos, reſcripſerunt Imperatores, fraudatis liberis ſubueniendum eſſe iuxta formam de inofficioſo teſtamento. Sed vbi agerent contra extraneos forma inofficioſi teſtamenti, ſine dubio inducerent reuocationem in totum, vt communis agnoſcit opinio. Igitur vbi agerent contra liberos, eadem ſimilitudo inofficioſi querelæ induceret totum reuocandum, quod ad reuocantes ab inteſtato deberet pertinere, ſi querelam inofficioſi teſtamenti pertuliſſent. Nec obſtat text. *ibidem in d. l. 1.* dum ait: Vtpote quartam non habentibus. Quoniam planè verum eſt eos, qui de inofficioſis donationibus quererentur, ea videlicet ratione queri, quod quartam non haberent. Cæterùm, reſciſſa donatione, qua quartam non habuerunt, auocare debuerũt virilem partem, vt auocaturi eſſent, ſi ideo quòd quartam non habuiſſent inofficioſi querelam victores pertuliſſent.

Quartò induco, & retorqueo pro hac parte, text. *in d. l. ſi liqueat. C. eod. titu.* quem Azo, & deinde alij, & Bart. expreſſum putarunt pro ſua ſententia. Nam ea verba, Pro ratione quartæ, Ioannes effugit intelligens, propter rationem quartæ non habitæ, querelam inofficioſæ donationis competere, ſi vtique ad inſtar inofficioſi teſtamenti Nouianus filius, de quo ibi, tantum poſſet auocare à fratre, quantum eſſet auocaturus petitione hæreditatis, ſi mater non donationem inofficioſam, ſed teſtamentum inofficioſum feciſſet, in quo filium quarta priuaſſet, & id teſtamentum iudicatum fuiſſet inofficioſum. Nec obſtat verbum, diminuetur, quod Accurſ. *ibi in fin. ſchol.* pro Azone contra Ioannem expendit, quaſi diminutio illa fieri debeat pro debito bonorum ſubſidio. Quoniam magis interpretãdum eſt, diminutionem fieri debere ad inſtar inofficioſi teſtamenti, id eſt pro tota parte, quæ ad reuocantem ab inteſtato ſpectaret. Inſignis enim fuit hallucinatio Antonij Rubei *in repet. d. §. Imperator nu. 158.* vbi abſurdè interpretatus eſt, illud diminui, quod totum omninò reuocaretur, argu. *l. deperditum. ff. de petitio. hæred.* Nec vidit, quod in hac controuerſia conſtabat inter omnes, donationem, quæ voluiſſet ipſo iure, & vni ex liberis, cui legitima portio debebatur, facta fuiſſet, non poſſe omninò reſcindi. Ioannes enim ab Accurſio relatus, *vbi ſuprà* contendit, quod filius fraudatus re & conſilio parentis, totam partem ſuã reuocabat, non verò totum id, quod donatum fuiſſet, iuxta tex. *in d. §. Imperator.*

Præterea hanc interpretationem eſſe veram eo argumento ſuadetur, quod Imperatores vſi fuere eiſdem fermè verbis, quibus olim Alexander Imperator reſcripſerat id, quod donatum eſt, pro media parte reuocari, *in d. §. Imperator.* Denique noud expendo *in d. l. ſi liqueat.* verbum illud, conuicti, quod rectè intelligentibus conuincit veram eſſe hanc interpretationem. Nam nõ ſatis habuerunt Imperatores dicere: Ad inſtar inofficioſi teſtamenti. Sed adiecerunt, Conuicti, quò ſignificarent diminutionem donationis fieri debere pro ea parte, pro qua fraudatus filius petitione hæreditatis admittendus eſſet contra fratrem, ſi mater non donationem inofficioſam, ſed teſtamentum inofficioſum feciſſet, quod filius inofficioſum eſſe conuiciſſet. Enim verò ſi non eſſent alij liberi præter duos, filius pro media parte reſcidiſſet teſtamentum, *l. mater decedens. ff. de inoff. teſtam.* Quo etiam exemplo pro media parte reſcindere potuit inofficioſam donationem, iuxta *d. §. Imperator.* vt dubitari non debeat, quin Alexander Imperator, ibi & Diocletianus, & Maximianus Imperatores *in d. l. ſi liqueat.* hoc ita intellexerint.

Agnoſco nihilominùs, quod hodiè Nouella Iuſtiniani conſtitutione † *in Authen. de immenſis donationib. verſic. ſed neq; collat.*
nouè eſt introductum, quod ſi pater vni ex filijs fecerit immenſam donationẽ, filius donatarius neceſſe habeat omnibus modis complere fratribus debitum bonorum ſubſidium. Proinde legiſlatoris ſententia eſt, vt ſiue donatio fuerit inofficioſa re tantùm, ſiue etiam re & conſilio, reuocatio fiat pro debito bonorum ſubſidio, vt obſeruauit Accurſ. *in d. l. 1. in glo. magna, in verſic. quartò quæro. C. de inoff. dona.* 7

Erit igitur aduertendũ, quod † etſi Bartoli recepta traditione allegantis tex. *in d. l. ſi liqueat.* colligi videretur etiã cõpetere in ea ſpecie querelam inofficioſæ donationis: vtiliter tamẽ noto, nõ competere querelã inofficioſæ donationis. Iuſtinianus enim in *d. Auth. in ver. ſic enim.* apertè excludit inofficioſę donationis querelam, & videtur inducere obligationem perſonalem, *in verſ. neceſſitatem habẽtibus.* Quod ita videtur eſſe communius receptum ex Iaſ. *vbi ſuprà in d. Auth. vnde & ſi parens, nu. 16. C. de inoff. teſtam.* 8

Cuius ſententiæ illud erit † emolumẽtum, vt ceſſante querela, quæ quinquennio concluderetur, *l. fin. C. de inoff. donatio.* vtendum ſit conditione ex lege, quæ perſonalis eſt actio, & 30. annis durat, iuxta text. *in l. ſicut in rem. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. iuncta glo. ibi in verbo, perſequutione, & iuxta ea, quæ ſuprà etiam declarauimus in prima huius operis parte, in glo. In re certa.* 9

Sic puto intelligendam fore in Luſitania *l. Regiam, lib. 4. titu. 77. §. 4.* vbi agitur de obligatione eius, qui immenſam donationem accepit, quaſi teneatur actione perſonali, quæ durat 30. annis, ſecundum id, quod in omnibus actionibus perſonalibus nouiſſimè cautum eſt, *antiquata l. Regia, lib. 4. tit. 80.*

Quid ergo dicemus, ſi † filius vt priuaret matrem legitima portione, contulit immenſas donationes in patrem, & ita ab inteſtato decedens, nomen hæredis inane matri reliquit, vtrum matri dabimus querelam inofficioſæ donationis aduerſus maritum pro media parte, iuxta text. *in d. §. Imperator. & text. in d. l. ſi liqueat.* ſecundùm veriores interpretationes, coniuncta *Authen. defuncto. C. de legit. hæred.* An verò ex iure nouo conditionem ex lege, vt habeat dimidium tertiæ partis bonorum, iuxta textum *in Authen. nouiſſima. C. de inoff. teſtamen. & d. Authen. de immenſis donationibus.* Et videretur dubitari poſſe, an noua lex loquens de parente diſponente erga filios, econtrà locum etiam habeat in filio diſponente erga parentes. Nam † *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtamen.* non habet locum in liberis teſtantibus minus ſolenniter erga parentes, vt affirmauit Specul. *in titu. de inſtrumentorum editio. §. compendioſè, verſic. quid ſi filius.* Bald. & Salicet. *in l. fina. C. famil. erciſcun.* Alexand. *in l. ſi emancipati, num. 6. C. de collatio.* Iaſon *in dicto §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C. de teſtamen. num. 4. & in Authen. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. nume. 40.* Guiliel. Benedict. *in repetitio ca. Raynutius, in verbo teſtamentum, 1. nu. 8.* 10 11

ſuprà

ſuprà eodem. Ex quibus & allegatis ab eis conſtat hanc eſſe communem opinionem: pręſertim ex Roderico Suarez *in repetitione l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtament. in vltima ampliatione, numero 6.* A qua communi ſententia non videtur recedendum, quamuis contrarium defendat Curtius Iunior *in dicto §. ex imperfecto, num. 4.* & nouiſſimè Bereng. Fernand. *in repet. l. in quartam, ff. ad legem Falcid. in cap. 1. num. 47.* vbi dicit ſe ita vidiſſe per arreſtum ſeruari.

12 Nihilominùs tamen probabiliùs, & veriùs erit dicere, quòd text. *in d. Authent. de immenſis donationib.* procedat † etiam è contra, hoc eſt in filio diſponente erga parentes, vt cenſuit Accurſ. ibidem in verbo, filio ſuo. Et videtur eius ſententiæ argumentũ præſtare illius Authent. principium, vbi Iuſtinianus exorſus eſt ab incremento legitimæ filiorum, quod conſtitutum eſt in *Authent. de triente & ſemiſſe in princ. collat. 3. Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtament.* Planè *in d. Authent. de triente & ſemiſſe, §. 1. verſic. hoc obſeruandum.* Iuſtinianus intellexit, conſtituta & ſancita ibidẽ obſeruari etiam debere in parentibus, quorum portio non minùs eſſet aucta, quàm liberorum.

13 Nouiſſimè autem illud admonendi ſumus, † text. *in d. Auth. de immenſis donationibus.* videri ita limitandum, vt non procedat indiſtinctè in omnibus liberis. Quare traditio Bartoli vbi ſuprà dicentis, quòd ſi donatio inofficioſa fuerit facta vni ex liberis, non reuocatur niſi vſque ad debitum duntaxat bonorum ſubſidium: poterit notari, vt non procedat, niſi vni ex liberis, vel vni ex parentibus donatum ſit, cui vtique portio legitima deberetur, vt in ſequenti concluſione latiùs adnotabitur. Martin. enim, de quo meminit gloſ. ibidem *in verbo, in donationibus,* tentauit dicere, quòd ex Nouella conſtitutio erat reſtringenda ad ſolos filios. Proinde intelligebat durare etiam hodie text. *in d. l. Titia, §. Imperator, ff. de legat. 2.* in terminis, quibus loquitur, vbi nepos reuocat donationem immenſam factam ab auia alteri nepoti, & quidem eam donationem reuocat pro parte dimidia: Quæ quidem ſententia nõ eſt probabilis, nec recipienda. Cùm verius & receptius ſit eam Authent. intelligi etiam in aliis liberis, atque etiam parentibus non ſolùm prioris gradus, ſed etiam vlterioris. Cæterùm poteſt non inelegantèr dici eam Authent. non procedere in omnibus liberis & parentibus: ſed in his duntaxat, quibus legima portio debeatur. Quare ſi quis habens filium, & ex eo nepotem in fraudem alterius filij immenſam donationem contulerit in nepotem, fraudatus filius, cui nihil relictum eſt, videtur donationem reuocaturus non ſolùm vſque ad legitimam, ſed etiam vſque ad portionem, quam ab inteſtato foret vendicaturus. Neque enim hoc caſu procedit text. *in d. Authent. de immenſ. donationib.*

14 Secunda concluſio: Si donatio † inofficioſa fuit collata in extraneum, & filio, qui vult reuocare, fuerit aliquid relictum, ceſſat querela inofficioſæ donationis, vt ceſſaret etiam querela inofficioſi teſtamenti; quoniam inducitur ius agendi ad ſupplementum; hoc eſt, condictio ex lege, *l. omnimodò, C. de inoffic. teſtament. coniuncta l. fin. C. de inoffic. donatio.* Et hæc ſententia eſt communiter approbata, ſecundùm Philip. Corne. *conſ. 54. num. 8. in 4. volum.* & Ioan. Ant. Rube. *in repet. l. pater filium, num. 192. ff. de inoffic. teſtament. & in repetit. d. §. Imperator, num. 162.* docet Abb. *num. 5. in d. c. fin. de donationib.* & ſequitur Marc. Anton. Nat. *in d. conſil. 125. num. 3. & 5.* Hæc autem actio ad ſupplementum, cùm ſit ex lege, conſequenter erit perpetua, & triginta annis durabit, iuxta notata *in d. l. ſicut in rem, C. de praſcript. 30. vel 40. annor. & in l. 2. C. de conſtitut. pecun.* Et in terminis ita cenſet Bald. contra Bartol. ibi *in dicta l. ſi quis filiam, colum. 3. verſic. tertiò quæro, ff. de inoffic. teſtament.* Paul. *num. 3. in rubrica, & in l. fin. C. de inoffic. donat.* Angel. *in l. Papinianus, §. conditioni, ff. de inoffic. teſtam.* & Iaſ. *in l. certi condictio, in princip. ff. ſi certum petatur, num. 25.* Guilielm. Benedict. *in repetit. c. Raynutius, in verb. mortuo itaque teſtatore. 2. ex num. 54. ſuprà eodem.* Ex quibus omnibus conſtat, hanc eſſe contra Bart. communem opinionem, quam etiam ſequitur dicens hanc eſſe communem opinionem, tam antiquorum, quàm Modernorum, Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam.* in declaratione legis Regni limitatione.

Quam communem concluſionem intellige procedere, quando filio aliquid relictum eſt paterno teſtamento, prout Bartolus loquitur *in dicto §. Imperator.* Quia eodem caſu procedit *d. l. omnimodò, C. de inoffic. teſtament.* Immò etiam ſi tempore *d. l. omnimodò.* ſatis eſſet, quòd exhæredato filio aliquid relictum eſſet iure legati, ſeu fideicommiſſi, vt ceſſaret querela: hodie tamen non erit ſatis. Exigitur enim, quòd titulo inſtitutionis ſit ei aliquid relictum, vt tunc agat ad ſupplementum. Alioqui ſi exhæredatus ſit, adiecta etiam legitima cauſa, & integra legitima ſit relicta titulo legati, ſeu fideicommiſſi, querelam habebit, *vt Authent. vt cùm de appellatione cognoſcitur, §. aliud quoque capitulum, collatione 8.* Nec enim erit locus actioni ad ſupplementum, cùm nullatenus inſtitutus proponatur. Itaque ſiue teſtamento fuerit prætetitus, ſiue ex iuſta cauſa exhæredatus, ſi poſtea idem filius, infirmato ſeu reſciſſo teſtamento, ab inteſtato patri ſucceſſerit, querelam inofficioſæ donationis exercebit contra donatarios.

Diuerſum † autem probari poteſt, ſi pater nullo facto teſtamento deceſſerit, & ita ſponte ſua huic filio legitimam hæreditatem reliquerit, iuxta textum *in l. conficiuntur, § ſi quis poſt. ff. de iure codicillorum, l. ab exhæredati ſubſtituto, verſic. quod & legitimi, ff. de legat. 1.* & quod tradit Salicet. *in l. 1. numero 8. verſicul. tertiò quia adeſt, C. de hæredibus inſtituend.* Tunc enim ſi quid etiam minimum in patris hæreditate filius inuenerit, non aget querela inofficioſæ donationis contra donatarium, *iuxta l. 3. C. de inofficioſ. donatio.* ſed aget duntaxat ad ſupplementum, argumento *dictæ l. omnimodò* ſecundùm Raphael. Cuman. *in d. l. Titia, §. Imperator ff. de legat. 2.* Tametſi Antonius Rube. *in repetitione eiuſdem §. num. 160.* nulla Raphael. Cuman. mentione facta, exiſtimauerit, hoc caſu filium acturum querela inofficioſæ donationis, etiam ſi idem filius aliquam inter viuos donationem habuiſſet. Nec animaduertit, quòd filius ex iudicio patris inteſtati, vel in minimo ſuccedens videbatur acturus condictione ex lege ad ſupplementum. 15

Tertia concluſio Bartoli eſt: Quòd ſi fraudato † filio nihil fuerit relictum, & donatio fuit inofficioſa re & conſilio in extraneum collata, filius reuocat eam donationem in totum, *l. ſi libertus. § penult. ff. de iure patronat.* Quemadmodum enim patronus in tali ſpecie reuocat in totum donationem, ita etiam à fortiori filius reuocabit; argum. eorum, quæ notantur gloſ. *in l. ſi quis legatum, §. ſi patronus, in verb. non poſſe, ff. ad legem Cornel. de falſis.* Quæ opinio communiter eſt approbata, vt conſtat ex Iaſ. *in d. Authen. vnde & ſi parens, num. fin. C. de inoffic. teſtam.* Bartholom. Socin. *conſ. 126. Viſum fuit, lib. 3. in princ.* Curt. Sen. *conſ. 1. colum. fin. & ex aliis ſuprà allegatis in 1. concluſione.* 16

At verò Azo *in ſumma, num. 4. ff. de inoffic. donatio.* melius eſſe ſcripſit, vt dicamus, quòd hoc etiam caſu reuocetur donatio inofficioſa vſq; ad debitum duntaxat bonorum ſubſidium. Idem retulit & ſequi viſus eſt Accurſius *in l. 1. in gloſ. magna, verſic. Sed ſecundùm Azo. dici poteſt, eod. tit.* vbi nonnulli Doctores in eadem fuerunt ſententia, quam Aretinus *conſ. 45. num. 3. & 4.* aſſeruit eſſe magis de mente iuris, vt etiam cum Aretino probauit Iaſon *in dicta Authent. vnde & ſi parens, numer. fin.* & Paulus de Monte Pico *in repetitione l. poſt contractum, numero 6. ff. de donationib.* Ioan. Crot. *in repetitione c. Raynutius, folio 15. colum. 4. ſuprà eodem.* & nouiſſimè Antonius Rube. *in repetitione d. §. Imperator, num. 144. verſic. mihi tamen.* Denique hæc Azonis opinio probata eſt hodie in hoc Regno Caſtellæ, *l. 8. in fin. titul. 4. partit. 5.* vt ibi aduertit Gregor. Lup. *in gloſ. magna.*

Pro hac opinione allegauit Azo textum *in d. l. ſi liqueat, C. de inoffic. donat.* vbi donatio fuit inofficioſa re & conſilio: & tamen reuocatio fit pro ratione quartę. Et licèt Bart. *in d. §. Imperator.* interpretetur eum text. loqui, quando donatio fuit facta vni ex liberis, non verò quando extraneo: Aretinus tamẽ replicat ex ratione eius legis, quæ non minus comprehendit donationes extraneis factas, vt etiam replicauit Ant. Rub. *vbi ſuprà.*

Secundò allegatur pro hac parte text. *in l. 1. C. de inoffic. donat.* vbi donatio fuit inofficioſa re & conſilio, & nihilominùs Imperatores non æſtimauerunt, vtrùm collatæ eſſent in liberos, an verò in extraneos, non tantùm quo ad qualitatem remedij, ſed etiam quo ad qualitatem reuocationis, vt Aretin. vbi ſuprà argumentatus eſt.

Tertiò allegatur text. *in l. 1. C. de inofficioſ. dotib.* vbi reuocatio fit vſque ad debitum bonorum ſubſidium: & tamen ibi omnia bona in dotem data fuerant. Sic videbatur eſſe datio inofficioſa re & conſilio, *argument. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem creditorum.*

Quartò allegatur text. *in l. 1. § quamuis. & §. ſi pluribus. ff. quid in fraudem patroni.* vbi patronus reuocat alienata pro parte duntaxat ſibi debita, non verò reuocat in totum. Igitur idem in filio dicendum videtur, quum & pater in fraudem filij magis,

 quàm

quam in fraudem legis videbatur feciſſe talem donationem inofficioſam, vt tradunt Bald. *in l. 1. num. 2. in 4. oppoſit.* & ibi Paulus Caſtrenſ. *col. pen. fin. verſic. in filio autem, C. de inoffic. donat.* & Anton. Rube. *in d. §. Imperator, num. 140.*

Non obſtat text. *in l. ſi libertus, §. penultim. ff. de iure patron.* à Bartolo & cæteris allegatus; quoniam Iureconſultus ibi loquitur in liberto, qui alienando fecit ſe minorem centenario in fraudem legis. Proindeſi plures res ſimul alienet, alienatio eſt ipſo iure nulla, & quidem omnium rerum. Nos verò loquimur in patre, qui donationem fecit inofficioſam conſilio fraudandi filium magis, quàm legem, vt tradunt Bald. & Paulus Caſtrenſ. & Antonius Rube. *vbi ſuprà.* Quocirca Aretinus *in dicto conſil. 47.* miratur quomodo hoc non aduerterunt Bartol. & qui eum ſecuti ſunt, cùm patroni comparatio, vbi libertus in fraudem patris eidem patrono debita alienauit, ſuadeant magis, reuocationem fieri debere vſque ad debitum bonorum ſubſidium. Certè Raphael Fulgoſ. *in d. l. 1. num. 3. verſic. ſecundus articulus.* dixit textum *in d. §. penul.* allegatum à Bartolo parum pro eius ſententia facere.

His tamen non obſtantibus, ego arbitror communem opinionem eſſe veriſſimam, pro qua ſcilicet facit ratio ſimilitudinis querelæ inofficioſæ donationis, cum querela inofficioſi teſtamenti. Secundò facit text. ſecundùm veram interpretationem *in d. l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2.* vbi nepos reuocat pro media parte, quia alter nepos ab inteſtato erat proximus auiæ ſucceſſor. Imperator verò reſcripſiſſet, id quod donatum eſt, omnino reuocandum fuiſſe, ſi donatarius fuiſſet extraneus. Tertiò retorquetur text. *d. l. 1. C. de inoffic. donatio.* vbi comparatur donatio facta extraneo, & donatio facta vni ex liberis. Sed donatio facta vni ex liberis, pro vnili parte reuocatur. Igitur facta extraneo in totum reuocabitur. Quintò retorquetur text. capitalis *in d. l. ſi liqueat. C. eod. tit.* ſecundum interpretationem, quam ſuprà veriorem eſſe oſtendi in prima concluſione.

Non obſtat text. *in dicta l. vnic. C. de inoffic. dotib.* Quoniam Aretinus *d. conſil. 47.* agnoſcit quidem, eam legem efficaciter induci non poſſe. Ego autem adiicio, Imperatores ibi non omnino exprimere, quòd reuocatio fiat vſque ad debitum bonorum ſubſidium. Quoniam illa verbo, Emolumenta debita deferantur, poſſunt referri ad bona quæ ſuis ab inteſtato deferrentur, vt ibi Fulgoſius ait. Et pro eius interpretatione alligo text. *in l. 1. § largius ibi, Ad bona penè propria. ff. de ſucceſſ. edict.* text. etiam *in l. ſi-na ibi, Debita amittere. C. de codicil.* Non obſtat comparatio patro-

17 ni † qui pro parte duntaxat ſibi debita reuocat, non verò renocat in totum. Nam Richard. Malumb. in quadam ſua diſputatione, & Bald. eum referens *in l. 1. in 4. oppoſit. C. ſi quid in fraudem patron.* reſpondebant in hoc eſſe differentiam inter filium, & inter patronum. Filius enim reuocat totum, quoniam de primæuo iure naturali legitima filij concernit omnia bona patris, *l. in ſuis, ff. de liberis & poſthum.* Sed patronus reuocat tantùm pro parte ſibi debita, quoniam legitima patroni eſt de iure poſitiuo, & non naturali, atque non eſt ita debita patrono, vt debeatur legitima filio in bonis patris, iuxta glo. ſuprà allegatam *in d. l. ſi quis legatum, §. ſi patronus. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Ego autem reſpondeo, quòd pater animaduertitur feciſſe donationẽ in fraudem filij, qui ratione quartæ ſibi non datæ poſſet per querelam inofficioſi totum euincere. Quo exemplo per querelam inofficioſæ donationis totam donationẽ reſcindere, fuit æquiſſimum, vt omnino irritum eſſet patris cõſilium, qui inofficioſi querelam voluit eludere. Sed libertus, & ſi maximè dicatur in fraudem patroni alienaſſe, vtrique intelligitur fraudulento conſilio voluiſſe eludere bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ patrono eſſet competitura, aduerſus liberti iudicium, vbi nihil, vel mi-

18 nus debita parte patrono reliquiſſet. Planè ipſa † contra tabulas bonorum poſſeſſio non eſſet patrono præſtitura reſciſſionem teſtamenti in totum, nec euictionẽ totius hæreditatis, ſed duntaxat vſque ad legitimam, *l. 1. & per totum. ff. ſi à patrono quis fuerit manumiſſ. l. in ſeruitutem, §. fin. l. ſi ex patronis. in princ. l. ſi libertus cùm duos, l. ſi libertos ſub conditione. §. ſi libertus. ff. de bonis libert. & in §. præterea, verſic. tunc, Inſtit. quib. modis ius patriæ poteſt. ſol.* Non enim † de

19 iure teſtamenti agitur vt in querela, ſed de iure patroni, *l. filio, §. contra tabul. ff. de inoffic. teſtam.* Conſequens igitur fuit ita patrono reuocatoriam dari, vt ſolùm eam partem reuocaret, in qua liberti dolo fraudatus fuiſſet.

Sic defenditur rectiſſimè communis opinio, ex qua illud vtiliſſimum deduci poſſet, quòd videlicet, ſi donatio facta vni ex liberis fuerit inofficioſa re & conſilio, filius fraudatus, qui non poteſt agere ad ſupplementum ex eo quod ei nihil relictum eſt, poſſit agere querela inofficioſæ donationis in totum contra Bart. & aliorum reſolutionem, qui profusè loquuti ſunt in donatione facta vni ex liberis. Retineo enim concluſiſſe me, quod hodie *per Auth. de immenſis donationibus, collat. 7.* indiſtinctè dabitur condictio ex lege fraudato filio contra fratrem, nõ verò dabitur querela inofficioſæ donationis. Idem admiſi procedere in donatione facta vni ex parentibus, & euidentiùs admittendum eſt in donatione facta vni ex liberis, etiam ſi non ſint primi gradus. Tametſi Martinus ab Accurſio relatus *in d. Authen. in verb. in donationibus.* tentare voluit, quòd hodie procederet deciſio Iureconſult. *in d. §. Imperator.* vt nepos ab altero nepote reuocaret pro dimidia parte id, quod re & conſilio inofficioſè donatum fuiſſet. Ego igitur illud animaduerto, Bartolum & cæteros, qui loquuti ſunt in donatione facta vni ex liberis, intellexiſſe, & intelligere debuiſſe, quando ille vnus ex liberis is erat, cui legitima portio debebatur.

Cæterùm ſi pater duos filios habens, & ex altero nepotem, in fraudem filiorum immenſas donationes contulerit in nepotem filij, quibus nihil relictum proponitur, vterque agent querela inofficioſæ donationis contra nepotem, & totum, quod ei donatum eſt, auocabunt. Siquidem etiam ſi is ex liberis ſit, habet tamen rationem extranei; quum ei legitima portio non deberetur, præcedente filio, vt in ſimili reſoluitur circa collationẽ per Alexan. *in l. ſi emancipati, num. 7. & 8. C. de collat.* Denique ita interpretandum cenſeo per *d. Authent. de immenſis donationib. collat. 7.* vt Iuſtinianus in filiis locutus ſignificauerit idem & in cæteris liberis intelligẽdum, ſi modo in filiis retineatur debitam eis fuiſſe legitimam portionem.

Vltima eſt Bartoli concluſio, † quòd ſi donatio fuit inoffi- 20
cioſa re duntaxat, non autem conſilio, reuocatur vſque ad debitum bonorum ſubſidium. Quæ ſententia eſt receptiſſima, vti conſtat ex omnibus Doctoribus ſuperiùs allegatis in præcedentibus concluſionibus. Et tamen in ea communis ſententia dubitationem recipere videtur, quoniam primùm Raph. Fulgoſ. *in l. 1. num. 3. C. de inoffic. donat.* & Raph. Cuma. *in d. § Imperator, nu. 13.* tentauerunt contra omnes dicere, quòd talis donatio nõ poteſt reuocari, niſi dolus arguatur eius, qui donauit. Quia nec patrono, nec creditori datur actio reuocatoria contra donationes quas aut libertus, aut debitor fecerunt, niſi dolus liberti, vel creditoris proponatur. Sed communis opinio rectè defenditur, quoniã querela inofficioſæ donationis introducta eſt ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti, *in l. fin. C. de inoffic. donat.* Sicut er-
go querela † competit aduerſus teſtamentum re inofficioſum, 21
l. nam & ſi. §. fin. l. cùm mater ff. de inoffic. teſtam. ita & querela competet contra donationem re inofficioſam.

De eo igitur dubitari poteſt, quod dicitur, vſque ad debitum bonorum ſubſidium duntaxat dari hanc querelam inofficioſæ donationis. Nam vt hoc verum ſit in ſpecie *Auth. de immenſis donationibus, collat. 7.* ſi extraneo donatum ſit inofficioſè, & ius agendi ad ſupplementum induci nequeat, videtur querela inofficioſæ donationis in totum competitura. Hanc opinionem veriorem eſſe exiſtimauit Ioan. Imol. *in d. §. Imperator, verſic. item ad de tertiò.* Mouetur, quoniã patronus in hac ſpecie reuocat in totum, *l. ſi libertus. § pen. l. fin. ff. de iure patron.* Ergo multo fortiùs filius. Hoc Ioan. Imol. argumentum refutauit Ant. Rube. *in repet. d. § Imperator, num. 152. & 153.* Sed profectò manifeſta iuris ratione id argumentum potuit refutare, ſi dixiſſet, eum text. procedere, vbi dolus liberti proponitur, nec vllo colore poſſe eum textum induci ad donationem re nõ conſilio inofficioſam. Siquidem talem donationem à liberto factam, patronus nullo remedio poterit impugnare, *l. 1. § dolum. ff. ſi quid in fraud. patron. l. patronum, ff. de probat.*

Secundò Ioan. de Imol. motus eſt, quoniam querela inofficioſæ donationis inducta eſt ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti. Vnde quum inofficioſi querela in totum reſcindat, conſequens videtur, vt hæc etiam in totum reſcindat. Et profectò hoc argumentum non eſt contemnendum.

Tertiò mouetur, quoniam ſi benè (inquit) ponderentur omnes leges *tituli C. de inoffic. donat.* in quantum dicunt, reuocari vſque ad legitimam, loquuntur quando donatio fuit facta in vnũ ex liberis. Ergo à contrario ſenſu (inquit) ſecùs erit quando donatio facta fuiſſet in extraneum. Nec obſtare ait *l. 1. C. de inofficio. donatio.* quoniam ibi non declaratur, in quantum poſſit fieri

reuo-

reuocatio. Præterea tentat poſſe dici, quòd ibi aliquid erat relictum volenti reuocare. Verùm hæc, quę Ioan. Imol. dixit in hoc tertio argumento, non placent. Quoniam diſtinguit, donationes factas in extraneos, & factas in liberos. Porrò quum has & illas Imperatores in eo titulo dixerint reſcindi ad exemplum inofficioſi teſtamenti; non debet fieri ea differentia, vt ſignificatur in ea *l.1.C.de inoffic.donat.* Nec ſatiſfacere poteſt conſideratio, quòd ibi aliquid relictum fuerit reuocanti; quoniam eo tẽpore ceſſaret reuocatio in totum, ſicut non ceſſaret querela inofficioſi, propterea quòd aliquid filio relictum fuiſſet. Siquidem conſtat poſt omnes leges eius tituli nouè introductum fuiſſe, vt ceſſaret querela, ſi aliquid filio relictum fuiſſet, *l.omnimodò, l.ſcimus, C.de inoffic.teſtam.*

Itaque in diſputando rectè poterit defendi hæc opinio Ioan. Imol. ſola comparatione inofficioſæ donationis, & inofficioſi teſtamenti. Item, quia *in toto tit. C.de inoffic.donat.* non videtur lex eſſe, quę probet, querelam inofficioſę donationis dari ad ſolum debitum bonorum ſubſidium. Siquidem principalis text. *in l. ſi mater, eodem tit.* ita rectè poteſt intelligi, vt quòd immoderatè geſtum eſt, reuocetur, ſcilicet, pro ſola parte reuocantis, vt interpretatur Cuman. *in d. §. Imperator. num. 5.* qui dicit, ibi totam donationem fuiſſe inofficioſam. Sed ſanè quoniam fuerit facta in filium, oportet interpretari, quòd donatum reuocetur ad exemplum inofficioſi teſtamenti, vt iidem Cæſares dixerunt *in l. ſi filius, & in l. cum donationibus, eodem tit.* & Imperatores *in l. 2. eodem titul.* Et hanc opinionem defendit Anton. Rube. *in repet. d. § Imperator. ex num. 155.* vbi reſpondet ad *l. 1. C.de inoffic.donat.* cui nos aliter ſatiſfecimus in ſuperiore concluſione. Denique ſola *l. ſi totas, eodem titul.* euidenter loquitur in parte legitima, ſed vtique non loquitur in reuocatione, quæ fit contra voluntatem donantis ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti, ſed in reuocatione, quæ fit ex præſumpta donantis voluntate, iuxta *l. ſi vnquam, C.de reuocand. donat.* Proinde pater ipſe, qui donauit, reuocat, ſecundùm communem & veriſſimum intellectum, qui ex eo colligitur, quod Imperatores reſcripſerunt id ad preces patris reuocare volentis.

Sed defendendo communem opinionem poſſet dici, quòd & querela inofficioſæ donationis hoc caſu detur ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti, æquiſſimum tamen fuit temperare reſciſſionem pro legitima duntaxat portione. Siquidem & te-
22 ſtamentum, quod † re non conſilio fuit inofficioſum, ita conſtitutum eſt reſcindi, vt non eo modo reſcindatur, vt reſcinditur teſtamentum re & conſilio inofficioſum, vt probatur *in l. cùm mater, ff. de inoffic. teſtament.* vbi Raphael Fulgoſ. defendit Imperatoris ſententiam non emendari à Paulo Iureconſulto. Sed & ſi emendaretur, adhuc ex Imperatoris ibidem ratione colligeremus, rationabilem eſſe differentiam inter donationes re & cõſilio inofficioſas, & inter eas, quæ re duntaxat fuerunt inofficioſæ.

Ex his vltimò infero intellectum ad Luſitaniæ legẽ Regiam, *libro 4. titul. 9. § penult.* vbi liberi donationem inofficioſam à parente factam extraneo, quæ valuit ipſo iure, reuocant duntaxat pro ſua legitima parte. Dicemus enim eam legem planè intelligendam, vbi non proponitur parentem iniiſſe conſilium fraudandi liberos. Nam ſi eiuſmodi conſilium iniiſſe probaretur, tunc liberi qui agere ad ſupplementum non deberent, totá donationem reuocarent ſecundùm communem opinionem, de qua in tertia concluſione, in eo regno Luſitaniæ, obtenturam. Quamuis in regno Caſtellæ non obtineat, *iuxta Partitam legem ſuprà citatam.*

Secunda principalis concluſio Bartoli eſt *in dicta l. nam vſque*
23 *adeo, ff. ſi quis à parente fuerit manumiſſ.* Quòd ſi † alienatio ſit facta titulo oneroſo, vt ex cauſa venditionis, & ſit facta minori pretio: tunc in eo, quod vltra valet res, quàm ſit pretium, eſt donatio, *l. 1. C. ſi quid in fraudem patroni.* Sic induceretur querela inofficioſæ donationis non minùs parentibus, quàm liberis competitura. Hoc cum Bartolo ſecutus eſt Paulus Caſtrenſis *in l. 1. ad finem, C. de inoffic. donat.* Fabian. *in repet. Authent. nouiſſima, num. 162. C. de inoffic. teſtament.* Denique Alexand. *conſil. 55. Conſideratis, num. 2. libro 1.* ſcribit, omnes in propoſita ſpecie fateri, quòd ſi res eſſet vendita pro centum, quum valeret centum quinquaginta, reuocari poterat vſque ad quinquaginta, atque ſi pro illis quinquaginta facta fuiſſet alienatio titulo lucratiuo, per textum *in l. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in fraudem patron.* Et hoc dicit tenuiſſe Cynum *in l. 1. in 7. quæſt. C. de inoffic. donat. & in l. 1. in 7. quæſt. C. ſi quid in fraudem patron.* Bartolus *in dicta l. non vſque adeo.* Bald. *in d. l. 1. num. 16. C. de inofficio donatio.* Hoc idem cum Alexan. probauit Ripa *in repetit. l. ſi vnquam, in 9. quæſt. num. 19. C. de reuocand. donat.* & Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in d. c. Raynutius, §. 10. num. 6. ſuprà eod. tit. de teſtament.*

Mihi autem videtur hæc ſententia eſſe periculoſa, quam nec omnes tenent, nec plurimi: quicquid doctiſſimus Alexan. aſſeruerit. Nam in propoſita ſpecie magis videtur, quòd inofficioſæ donationis querela induci nequeat contra doctrinam Bartoli. Allego Accurſium *in d. l. 1. in fine gloſſ. magnæ, C. de inoffic. donat.* vbi ſcripſit, querelam inofficioſæ donationis non competere, niſi contra ſolum donata, quum patronus quoquo modo alienata reuocat. Manifeſtè igitur voluit, quòd ſi pater minore pretio res vendiderit, etiam in fraudem filij, non poſſit filius queri de inofficioſa donatione. Nimirùm hoc ita docere voluit; quia patronus quem à filio ſeparauit, eas demùm venditiones reuocat, quæ minore pretio factæ ſunt in fraudem *l. 1. § dolum. & §. ſi quis in fraudem. & § ſed ſi rem. verſic. & alibi ff. ſi quid in fraudem patroni.* Planè Accurſij ſententia *in d. l. 1.* receptiſſima eſt, quam idem Accurſius tenuit *in l. cùm à matre, C. de rei vendicatio.* & ferè omnes *in dicta l. 1.* Bart. Angel. & Cuman. *in l. hæreditarium, ff. de bonis autor. iudic. poſſid.* & latè & eleganter declarat Reuerendiſſ. D. D. Couuar. *in d. § 10. num. 9.* & doctiſſ. Pinel. *in l. 1. 3. part. num. 76. C. de bon. matern.*

Quin & Petrus de Bellapertica, & Cynus *in 7. quæſt. in d. l. 1. C. de inoffic. donat.* Cyn. *in 7. quæſt.* Alberic. *nu. 9. in l. 1. C. ſi quid in fraudem patroni* apertè retinent hanc Accurſij opinionem in ea ſpecie, in qua pater res ſuas minore pretio vendidit, vt induci nequeat querela inofficioſæ donationis. Et hanc eſſe communem opinionem, à qua in iudicando non ſit recedendum, concluſit Raphael Fulgoſ. *in dicta l. 1. C. de inoffic. donat.* Paulus de Monte Picco *in repet. l. poſt contractum, num. 24. ff. de donat.* tradit Ant. Rub. *ex repet. d. §. Imperator, ex num. 156.*

Ergo tam demùm ad † venditiones minore pretio factas induci poterit querela inofficioſæ donationis remiſſam fuiſſe partem pretij. Nam eo caſu, & ſi contractus vnicum nomen habuit venditionis, partim tamen ſimulata deprehenditur venditio, videlicet, pro ea parte, pro qua fuit donatio, iuxta textum *in l. ſi ſponſus. § circa ff. de donat. inter virum & vxorem.* Quod ita docuerunt Petr. & Cyn. *in 7. quæſt. in d. l. 1. C. de inoffic. donatio.* & Cyn. *in l. 1. in 7. quæſt. C. ſi quid in fraudem patroni.* vbi dicit, ad hoc, vt inducatur querela, exigi, quòd ex donationis cauſa, venditio minore pretio facta ſit, & emptor conſentiat in donatione. Alioqui ſi emptor putauerit ſe iuſto pretio emere, aut aliter non intellexerit ſibi fieri donationem in remiſſione pretij; non inducet querelam inofficioſæ donationis ſola eius voluntas, quæ minore pretio vendidit, etiam ſi donare voluiſſet. Idem cum Cyno docere voluerunt Albericus *num. 9.* & Fulgoſius vbi ſuprà, quamuis non rectè præceperunt, neceſſarium fore ad inductionem huius querelæ, & ad intellectum donationis, quòd emptor fraudis eſſet particeps. Hoc enim non fuit ex Cyni ſententia, qui tantùm exegit in emptore conſenſum recipiendæ donationis, non verò exegit vt fraudis quoque eſſet particeps. Denique rectè querela induceretur ad huiuſmodi venditiones, ſi ex cauſa donationis facta eſſet pretij remiſſio, quamuis maximè nulla fraus nec creditoris, nec emptoris argueretur. Hoc eſt quod Baldus cùm in iudicio docuit *in d. l. 1. num. 14. C. de inoffic. donatio.* vbi cum gloſ. retinuit, venditionem minore pretio factam reſcindi non poſſe querela inofficioſæ venditionis, argumento text. *in l. final. C. de prædijs curia. lib. 10.* quem Salice. ibidem *num. 10.* in eandem etiam ſententiam allegauit. Et tamen ex Petri ſententia dixit, quòd ſi venditioni ſit permixtus donationis contractus, vel donatio alteri contractui incidat, tunc eatenùs poterit agi ad reuocationem venditionis, quatenùs ei inſit donatio, argumento *l. ſi quis donationis, cum ſimilibus: ff. de contrahend. emptio.* cui textui ſimilis erat textus *in dicto §. circa* à Petro & Cyno allegatus. Eandem Petri ſententiam retulit & ſequutus fuit Angelus ibidem *num. fin.* vbi cum gloſ. & Petro retinuit, quòd ſi pater habuit animum fraudandi filium in venditione facta minori pretio, & emptor non fuit fraudis particeps, tunc filius eſt omni remedio deſtitutus. Diuerſum putat, ſi in fraudem filij ſimulatè facta eſt alienatio pro minore pretio, tunc enim in ea parte, in qua eſt vltra legitimum pretium, videtur eſſe donatio, & reuocabitur, *dicto §. circa.* Licet autem Angelus nõ fuerit vſus aduerbio, ſimulatè, tamen nõ dubiè idem docere voluit,

voluit, quod Petrus ab eo relatus. Denique ex Petri & Cyni ſententia ſcripſit Antonius Butri. *in c. Raynutius, numero* 21. *ſuprà eodem.* quòd ſi venditio eſt partim ſimulata, & partim vera, vt quia datur res pro minore pretio animo fraudandi legitimam, tunc inquantum eſt donatio, reuocatur per titulum de inofficioſis donationibus.

25 ¶ Ad hoc facit, quòd † venditio quę minore pretio facta eſt, non poteſt dici donatio pro parte pretij, niſi cauſa donationis probetur in remiſſione pretij, vt colligitur ex eodem Cyno & Baldo, *num.* 3. *in l.* 1. *C. de pact.* ex Bartholom. Socin. *in conſ.* 22. *libro* 3. Andr. Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. donatione largitus, num.* 3. & 4. *C. de reuocand. donatio.* ex adiunctis per Reuerendiſſimum D. D. Couuar. *Variarum reſolutionum libro* 2. *cap.* 4. *num.* 8. Deni-
26 que vrgens huius ſententiæ argumentum affero ex eo, † quòd ſi debitor meus in fraudem meam Titio ignoranti fundum minore pretio vendiderit, ego nullatenus poſſum Titium inquietare; nec quidem ratione eius quantitatis, quæ iuſto pretio defuit, *l. ſi debitor, ff. quæ in fraudem creditorum. l. penultim. eodem titul.* Ergo in eo, quod iuſto pretio defuit, non repræſentatur donatio, quia ſi id ita eſſet, iam ego creditor poſſum à Titio illud lu-
27 crum extorquere. Conſtat enim † quòd ſi debitor meus in fraudem meam Titio aliquid etiam ignoranti fraudem donauerit, poſſum id à Titio reuocare, *l. qui autem. §. hoc edictum, ff. quæ in fraudem credit. l. penult. C. eodem.* Dicemus igitur, quòd venditio facta minore pretio in fraudem creditoris emptori fraudem ignoranti non inducit reuocationẽ quaſi donationis, niſi ex cauſa donationis probetur remiſſionem pretij factam fuiſſe. Tametſi aduerſus iuris ciuilis manifeſtam rationem Raphael Fulg. *in l.* 1. *num. pen. C. de inoffic. donat.* tentauerit dicere, quòd creditor fraudatus ex venditione minore pretio facta, poteſt emptorem fraudis non participem inquietare exemplo patroni, iuxta text. *in l.* 1. *§. ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in fraudem patro.* Atq; etiam idem nonẽ tentauerit Gomeſius *in §. item ſi quis in fraudem, ex num.* 41. *Inſtit. de actionibus.*

¶ Cùm igitur querela inofficioſæ donationis inducatur ad huiuſmodi venditiones minore pretio factas, ſi vtique remiſſio pretij ſit donatio, vti Bartol. meliùs docere debuit, videndum
28 eſt, † an emptori detur electio, quæ datur *in l.* 1. *§. item ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in fraudem patron.* & videretur ex Bart. ſententia *in dicta l. non vſque adeo,* hanc electionem dandam fore, quum induxerit textum *in l.* 1. *C. ſi quid in fraudem patron.* vt etiam induxit Alexand. *in d. conſil.* 55 *num.* 2. *lib.* 1 *text in d. §. ſi quis in fraudem.* Certè Antonius Butr. *in d. c. Raynutius, num.* 21. *ſuprà eodem.* expreſſim electionem emptori concedat in hac ſpecie, *argum. d. § ſi quis in fraudem.* vt etiam retulit ibi Andr. Sicul. *num.* 36. Sed poteſt dubitari de hac electione & inductione text. *in d. §. ſi quis in fraudem.* Nam patronus ibi reuocat venditionem minore pretio factam in ſui fraudem, non quia donatio ſit, ſed quia damnoſa fuit vẽditio, quum verba edicti latiùs paterent, vt ſi quid alienaſſet libertus in patroni fraudem, reuocaretur. Verùm in noſtra ſpecie ſic querela inofficioſæ donationis inducitur, vt agens non tam poſſit petere reſciſſionem venditionis, quàm reſciſſionem donationis, quæ inerat venditioni in remiſſione pretij. Ergo non abſurdè ſentiet qui putauerit, non eſſe agendum ad rem venditam, oblato pretio, *iuxta d. §. ſi quis in fraudem.* ſed magis agendum ſit ad eam pretij quantitatem, quæ de iuſto pretio remiſſa proponitur ex donationis cauſa. Quod videretur poſſe fieri probabile argumento text. *in dicta l. ſi ſponſus. §. circa, ff. de donationi. inter virum & vxorem.* quem omnes veteres ad noſtram ſpeciem induxerunt. Nam Iureconſultus ibi *in verſic. enimuerò.* ſcribit, quòd ſi maritus, quum haberet animum vendendi remiſit in pretio donationis cauſa, valet venditio, ſed remiſſio pretij nõ valet. Proinde maritus non vendicat rem, oblato pretio, quod recepit, ſed remiſſum pretium condicit ab vxore, vel hęredibus eius, quatenus mulier locupletior facta fuit. Hæc de ſecunda Bartoli concluſione.

29 ¶ Tertia Bartoli principalis eſt concluſio: Si venditio † eſt facta in fraudem legitimæ portionis, ita quòd emptor fraudis particeps fuerit, nec vllo modo ſit donatio, tunc deſcendentibus in bonis aſcendentium datur reuocatoria, *l. final. ff. ſi quid in fraudem patro.* Si enim hoc conceditur filio arrogato, multo magis naturali, *l. ſi quis filium, ff. de coniungen. cum emancipato liber. eius.* Sed parens in bonis filij non habet reuocatoriam, *d. l. non vſque adeo,* quia non ita debetur hæreditas liberorum parentibus, vti parentum hæreditas liberis debetur, *l. ſi ſcripto. ff. vnde liberi.* cùm igitur hæc Bartoli traditio duas partes habeat, videamus prius de altera priore parte.

¶ Inprimis circa eam tractandam cenſeo, quomodo Bart. intellexerit, venditionem fuiſſe factam in fraudem, ita quòd nullo modo eſſet donatio. Et quum ipſe retulerit dicta Cyni *in l.* 1. *in* 7. *q. C. ſi quid in fraud. patr.* quam tamen ſecutus non eſt, conſtat Cy. duas ſpecies attigiſſe. Prima fuit, quum venditio minore pretio facta fuiſſet in fraudem filij, & filius non habeat querelam inofficioſæ donationis, quoniam vtraque pars non proponeretur conſenſiſſe in donationis cauſa. Altera ſpecies fuit, quum in inſtrumento contineretur iuſtum pretium, ſicut hodie fit. Quæ Cyni verba ita accipienda videntur, vt inſtrumento contineretur numeratio iuſti pretij, non verò ſola confeſſio, iuxta diſtinctionem gloſ. in *l. ſi ex pretio, in verb. Conſcriptum, C ſi certum petatur.* docet Iaſ. *in Authent. nouiſſima, num.* 4. *C. de inoffic. teſtament.* Berengar. Fernand. *in repet. l. in quartam, ff. ad legem Falcid. cap.* 2. *num.* 292. denique intellexit Cynus, fraudem in hac ſpecie tam patris, quàm emptoris in eo conſtitiſſe, quòd venditio in hoc fieret, vt receptum pretium pater prodigeret, ſicuti intellexit Hoſtienſ. *in c. Raynutius, colum.* 13. *ſuprà eod.* & demùm Cynus concluſit non eſſe nec in hac, nec in illa ſpecie proditum remedium filio ad reuocandam patris venditionem, & eſſe Auguſtum remedium implorandum. Quia verò Bartolus ſimpliciter docet eſſe filio ſuccurrendum *ex dicta l. fin. ff. ſi quid in fraudem patron.* inquirendum videtur, vtrùm exiſtimauerit vtraque ſpecie filio ſuccurrendum fore cum Hoſtienſi contra Cynum? Et certè Baldus & Salicet. *in l.* 2. *C. ſi quid in fraudem patron.* putauerunt, quòd in hac poſteriore ſpecie ſuccurritur fraudato filio ex ſententia Iureconſulti *in d. l. fin.* Reſoluunt enim, quòd ſi pater arrogator odio habens filium, quem impuberem arrogauit, tractauit tecum de priuando filio, tu verò ei ſuaſiſti, quòd omnia bona tibi venderet, & pretium prodigaliter conſumeret, & ita fecit, ſuccurrendum eſt arrogato, *dicta l. final.* diuerſum ius eſſe putant in filio legitimo & naturali, cui in tali ſpecie ſuccurrendum negant. Ergo quum Bart. intellexerit text. *in d. l. fin.* procedere etiam in filio legitimato & naturali, conſequens videbitur ex eiuſdem Bartoli ſententia interpretari, quòd ea propoſita ſpecie filio legitimo & naturali ſuccurratur. Item Anton. Butr. *in d. c. Raynutius, num.* 21. ſcribit, quòd ſi venditio non fuit ſimulata, quia pretium fuit in veritate præceptum, ſed facta eſt in fraudem filij, vt faciliùs venditor pretia rerum venditarum cõſumeret, tunc ſi emptor fuit particeps fraudis, filius habet reuocatoriam contra eum pro ſua legitima recuperanda. Et hoc dicit notare Cyn. *in l.* 1. *in* 7. *quæſt. C. de inoffic. donat.* & non procedere econtrà in parentibus fraudatis, ſecundùm Bart. *in d. l. non vſque adeo.* Sic Ant. Butr. Bart. loqui intellexit etiam in venditione facta iuſto pretio, in qua fraus conſtitit in conſilio prodigendi pretium. Veroſimile autem eſt, quòd ſi Cynus *in d. l.* 1. id voluit, quod Ant. Butr. ex eius ſententia retulit, idem quoque ſenſerit Bart. *in d. l. non vſque adeo.* Siquidem Cynus retulit, & ſequutus eſt Petrum ibi, & Bartolus ſecutus eſt eundem Petrum, quem non retulit, vt admonuit Andr. Sicul. *in d. c. Raynutius, num.* 36. *in verſic. & pro certo mirandum eſt.*

¶ Mihi autem videtur, quòd quicquid Hoſtienſ. dixerit, & Bart. ſenſerit, non eſt prodita iure noſtro reuocatoria actio in tali ſpecie aduerſus emptorem, qui huiuſmodi fraudis fuerit particeps. Nam & ſi dolus emptoris, qui ſuaſiſſet patri, vt bona omnia venderet, & pretium in fraudem filij prodigeret, poſſet inducere de dolo actionem biennio duraturam, *argum. text. l. & eleganter, in princ. ff. de dolo, coniuncta l. fin. C. eod. titul.* non tamen diceretur eiuſmodi actio reuocatoria. Nam non reſpiceret res ipſas venditas, & vtique danda eſſet contra doloſum, etiam ſi res ipſas nec poſſideret, nec dolo deſiiſſet poſſidere, *argumento l. dolus, C. de reſcindend. vendit.* Siquidem filius non poteſt dici fraudatus ipſa rerum venditione, quæ iuſto pretio facta eſt, ſed magis fraudatus intelligitur ipſa pretij conſumptione. Et animaduerto, quòd Petr. *in d. l.* 1. *C. de inoffic. donatio.* quem ibi Cyn. *in* 7. *quæſt.* ſecutus eſt, & ſequi voluit Bart. nullatenus ſignificauit, quòd in tali ſpecie reuocatoria daretur. Sic errore lapſus videtur Antonius Butr. vbi ſuprà, qui eiuſmodi ſententiam Cyno adſcripſerit. Omnes enim hi auctores induxerunt tex. *in d. l. fin. ff. ſi quid in fraudem patron.* quem nemo poteſt defendere inducendum fore ad huiuſmodi ſpeciem. Habet is text. Quod ſi quid in fraudem quartæ, quę arrogato impuberi debetur, alienatum fuerit, quaſi per Caluiſianam, vel Fabianam actionem reuocandum eſt.

Digitized by Google

eſt. Porrò actiones huiuſmodi nullatenus competierunt, vbi libertus in fraudem patroni res iuſto pretio vendidiſſet, quamuis patronus prætenderet intereſſe affectionis, aut etiam ſi patronus id pretium poſtea prodegiſſet, *vt probatur in l.* 1. §. *ſed ſi re, verſic. & alias, & in verſic. ſi mutuam. ff. eodem tit. ſi quid in fraudem patron.* Cuius textus argumento refellitur Caſtrenſis opinio *in l.* 1. *in fin. C. de inoffic. donat.* vbi dixit, quòd ſi pater vendit domos ſuas iuſto pretio, vt eas non haberet filius poſt mortem ſuam, & huius conſilij fecit emptorem participem, poterit filius, mortuo patre, agere contra emptorem reuocatoria, vt ſibi reſtituat domos pro parte ſibi iure naturæ debita, refuſo eo pretio, quod patri ſolui, idque propter intereſſe affectionis, argumento *l. ſi in emptionem, ff. de minorib.* Quippe homini libertino liberum eſt ea ratione priuare patronum, faciliùs id liberum erit parti ingenuo, argumento *dicta l. non vſque adeo, ff. ſi quis à parente fuer. manumiſſ.*

30 ¶ Quin & in edicto ff. quæ in fraudem creditorum, non reperitur † actio reuocatoria, quæ in huiuſmodi ſpecie creditori detur. Nam ſi debitor meus res ſuas vendiderit iuſto pretio, licet proponatur in fraudem meam hoc feciſſe, vt pecuniam prodigeret, & diſſiparet, ſi emptor huius fraudis conſcius vel particeps non fuerit, nulla reuocatoria aduerſus emptorem dabitur, argument. *l. qui autem.* §. *hoc edictum, &* § *ſimiliſmodo, ff. quæ in fraud. credit.*

¶ Igitur quum de fraude emptoris diſputari non debeat, controuerſia in eo relinquitur, Vtrùm filius naturalis & legitimus habeat eandem reuocatoriam, quam patronus habet, quum ſine dubio eam habeat arrogatus filius, de quo *in d. l. fin. ff. ſi quid in fraud. credit.* Et ferè inter omnes conſtat, † quòd filius

31 legitimus & naturalis non habet reuocatoriam, quam patronus habet, ſecundùm gloſ. *in d. l.* 1. *C. de inoffic. donat. & in d. l.* 2. *C. ſi quid in fraud. patron.* vbi omnes ordinarij ſequuntur, excepto Fulgoſ. *in d. l.* 1. *num. fin.* qui tentauit idem in filio quod in patrono dicere. Veruntamen in fine conſtituit non eſſe in iudicando recedendum à communi ſententia. Sed & Caſtr. ibidem in fine leuiter contrarium docere voluit, quum *in rubr. C. ſi quid in fraud. patron.* communem ſententiam probauerit. Item Gomeſ. *vbi ſuprà in d.* §. *item ſi quid in fraud. Inſtit. de actio.*

¶ Non obſtat ſi quis in contrarium allegauerit rationem, quæ dictat non eſſe negandum filio id, quod patrono conceditur: quum melior ſit cauſa liberorum, quàm patronorum, iuxta not. *in l. ſi quis legatum.* §. *ſi patronus. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Nam iuris noſtri præceptores cum iudicio expenderunt, hominum libertinorū alienationes faciliùs potuiſſe irritari, quàm ingenuorum, *d. l. non vſque adeo, in fin.* Qua ratione ſuperius argumentum excluſerunt Petrus & Cyn. *in* 7. *quæſtione in d. l.* 1. *C. de inoffic. donat.* Paulus de Monte Pico *in repet. l. poſt contractum, num.* 5. *& num.* 31. *ff. de donat.* Antonius Rube. *in repet. dicti* §. *Imperator, num.* 147. *l. Titia, ff. de leg.* 2.

¶ Non obſtat text. *in l. fin. ff. ſi quid in fraudem patron.* vbi filius arrogatus habet eandem reuocatoriam, quam patronus. Quoniam communis opinio diſtinguit arrogatum, de quo ibi, à filio legitimo & naturali. Quod ita ſcribit gloſ. *in l.* 2. *verb. Ratam, C. ſi quid in fraudem patron.* vbi Bartol. Bald. Angel. & Salicet. idem probant, & Iacobus de Beluiſo, & Alberic. *in dicta l. non vſque adeo.* Florian. *in l. ſi arrogator, ff. de adoptionib.* relatus ab Andrea Siculo, *in dicto c. Raynutius*, & idem probat in eius capit. repetitione Ioan. Crot. *folio* 26. *colum.* 1. & meminit Alexand. *conſil.* 55. *num.* 1. *lib.* 1. Socin. *in conſil.* 108. *numero* 8. *libro primo.* Rodericus Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſo teſtament. in ſeptima ampliatione, num.* 15. Antonius Rubeus *in repetit. dicti* §. *Imperator, ex num.* 15.

¶ Verùm hoc loco aduerſus hanc communem diſtinctionem replicauit Bartolus *in dicta l. non vſque adeo*: quòd videlicet non debet denegari filio legitimo, & naturali id quod conceſſum eſt non legitimo, *l. ſi quis filium, ff. de coniungend. cum emancipa. liber. eius.* Item Cardinal. *in dicto c. Raynutius,* §. *cùm autem, num.* 2. *in fin. ſuprà eodem*, ſimili modo replicat, quòd *in dicta l. final.* non conceditur ea reuocatoria tanquam arrogato, ſed tanquam filio: quia videlicet per arrogationem ſe habeat ad inſtar filij. Reſpondemus tamen hanc replicationem valere, ſi diceremus reuocatoriam *in dicta l. final.* concedi ſimpliciter arrogato filio. Nos autem cum Accurſio, & cæteris dicimus illud ſpecialiter datum eſſe arrogato impuberi. Vtique enim ſi pubes fuiſſet arrogatus, & pater in fraudem eius aliquid alienaſſet, non daremus ei vtilem Caluiſianam aut Fabianam, argumento *d. l. non vſque adeo.* Denique quum nullo colore poſſit ſuaderi meliorem futuram conditionem omnium arrogatorum, quàm naturalium, & legitimorum, conſtare debet meliorem conditionem eſſe arrogati impuberis circa quartam ſibi iure arrogationis debitam ex conſtitutione Diui Pij, quàm filij legitimi & naturalis, & cæterorum adoptiuorum circa legitimam portionem. Hoc probat text. *in l. Papinianus.* §. *ſi quis impubes, ff. de inofficioſo teſtamento.* Ex quo textu hoc ita deduxit Ioan. Andr. ad Specular. *titul. de rebus eccleſ. non alienand. in gloſſ. Cæterùm, num.* 2. Angel. Perus. *in dicto* §. *ſi quis impubes, num.* 5. Iaſon *in l. ſi arrogator, num.* 23. *ff. de adoptio.* Denique quum Diuus Pius ſingularia quædam introduxiſſet ad cautelam arrogati impuberis. § *cùm autem. Inſtitut. de adoptionib.* Iureconſultus Paul. conſequens eſſe putauit, vtilem Caluiſianam, vel Fabianam inducere, contra regulam d. l. non vſque adeo.

¶ Quòd ſi propter æquitatis ſpeciem & intellectum quendam *d. c. Raynutius.* qui tamen non eſt communis, placeret ſequi opinionem Petr. & Bartoli quam Paulus de Monte Pico profeſſus eſt eſſe in puncto iuris veriorem, *in repetitione d. l. poſt contractum, numero* 31. *ff. de donationib.* videndum eſt, an filius deberet omnimodo refundere pretium emptori? Mouet enim, quòd ipſius emptoris dolus introduxit reuocatoriam, vt idcirco videatur amiſiſſe pretium, argumento *l. ſi debitor, cum ibi notatis, ff. quæ in fraudem creditorum.* Sed probabilius eſt, non audiendum fore filium, niſi pretium illud iniuſtum refundat emptori habituro electionem, iuxta textum *in l.* 1. § *ſi quis in fraudem, ff. ſi quid in fraudem patroni.* Moueor, quoniam Petr. & alij induxerunt textum *in dicta l. final. ff. ſi quid in fraudem patron.* in Caluiſiana & Fabiana loquentem; de qua agit text. *in d.* §. *ſi quis in fraudem.* Nec quod dolus emptoris proponitur, nocere ei debet in pretio amittendo, quod dedit, quum filius agat pro legitima portione, nec ſit verus creditor. Hoc enim *per dictum* §. *ſi quis in fraudem.* in ſimilibus omnino terminis docuit Cyn. *in l. final. in finalib. verbis, C. ad legem Iuliam maieſtatis.* Ioan. Imol. *in l. poſt contractum, ff. de donationib.* Alexand. ad Bartolum *in l. ſi debitor. ff. quæ in fraudem creditorum.* & Paul. de Monte Pico *in repetit. dicta l. poſt contractum, ex num.* 28.

¶ Item quæro, cùm Hoſtien. & alij induxerint querelam quaſi inofficioſæ venditionis, & de querela meminerit Anton. Rub. *in repet. d.* §. *Imperator, num.* 136. an querelæ inofficioſæ donationis tempora ſint obſeruanda, *iuxta l. fin. C. de inoffic. donat.* Reſpondeo † magis videri quod non quinque duntaxat anni, ſed 30: 32
ſunt inducendi, *argum. d. l. fin. ff. ſi quid in fraud. patron. coniuncta l. ſi patronus,* §. *hac actio. ff. eod. tit.*

¶ Sequitur altera pars concluſionis Bartoli: Videlicet, quòd ſi † filius in fraudem patris vel matris res minore pretio vendi- 33
derit alieni fraudis participi, non poterit pater aut mater agere quaſi Caluiſiana, aut Fabiana actione, quæ eiſdem videbatur maximè neceſſaria: quo caſu induci nequiret inofficioſæ donationis querela. Mouetur Bartolus argumento eius text. qui negat reuocatoriam parentibus indiſtinctè, vt nihil mutet, quòd emptores fuiſſent doli participes. Quòd ſi diuerſum placuit in liberis, qui propter fraudem parentum, & eorum, qui à parentibus minore pretio emerunt, poſſunt agere reuocatoria, non fuit ſine ratione differentia, *argumento l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtament. l. iure ſuccurſum, ff. de iure dotium.*

¶ Contra hanc Bartoli ſententiam ſtat Petri & Cyni auctoritas *in d. l.* 1. *in* 7. *quæſt. C. de inoffic. donat.* qui circa d. l. non vſque adeo, minimè parentes à liberis diſtinxerunt. Magis enim interpretati ſunt, quòd ea regula etiam procederet, quo caſu parentes in fraudem patris iure naturæ debitæ alienaſſent, niſi dolus emptorum proponeretur. Vbi autē emptor fraudis fuiſſet particeps, tunc & parentibus & liberis ſuccurrendum putauerunt. Hoc etiam ſenſit Hoſtienſ. *in d. c. Raynutius.* & ex eius ſententia Raph. Fulgoſ. *in l.* 2. *C. ſi quid in fraud. patron.* Idq; verius eſſe exiſtimauit Andr. Sicul. *d. c. Raynutius, num.* 36. & ſecutus eſt Roderic. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus, in* 16. *ampliat. C. de inoffic. teſtament.* vbi ſcripſit non eſſe expeditum id quod Bart. circa reuocatoriam liberorum voluit. Cæterùm ſi ea reuocatoria liberis concederetur, exiſtimauit nō eſſe denegandum idem remediū parentibus dolo liberorum & emptorū fraudatis legitima portione ſibi debita in bonis liberorum.

¶ Pro qua ſententia primò facit, † quòd in querela inofficio- 34
ſi te-

ſi teſtamenti, & in querela inofficioſæ donationis, non minùs iuris parentes habent, quàm liberi, *l. nam & ſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi filius tuus, C. de inoffic. donat.*

§ Secundò facit noſter text. vbi Pontifex legitimam matris non minùs appellauit partem iure naturæ debitam: facit text. *in Authent. de hæredib. & Falcidia, in princ. verſic. Primum itaque, collat. 1.*
34 *l. 1. §. Hæc autem, ff. vnde cognati, & in §. fin. Inſtitut. de legitima agnatorum tutel. & in l. fin. C. quorum bonorum, l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.*

35 § Tertiò facit, quòd † pater & mater circa titulum in legitima non minorem fauorem habent, quàm e contra liberi: quum non ſufficiat relinquere legitimam patri aut matri titulo legati, aut fideicommiſſi. Vnde ſi non ſint exhæredati, habebunt ius dicendi nullum, ſin verò ſint exhæredati, adiecta legitima cauſa, habebunt querelam, non obſtante hoc, quòd legitimam titulo legati aut fideicommiſſi habuerunt, vt eſt textus *in Authen. vt quùm de appellatione cognoſc. §. aliud quoque capitulum, & in §. ſiue autem, verſicul. Sancimus, & §. Hæc autem diſpoſuimus, verſicul. Conſiderantes, collatione 8. & in l. 1. titul. 8. Partit. 6.* Et ita ſe habet communis opinio, vt per Iaſonem *in Authent. nouiſſima, num. 38. C. de inofficioſo teſtamento.* poſt Salicet. ibidem *colum. 2.* Paul. *in Authentic. ex cauſa, numero 11. C. de liberis præteritis.* Et reſoluunt eam communem opinionem Ioannes Anton. Rube. *in repetitione l. pater filium, numero 50. ff. de inofficioſo teſtamento.* Berengar. Fernand. *in repetitione l. in quartam, ff. ad legem Falcidiam, in capitul. 1. numero 86.* Ioannes Coraſius *in repetitione l. filium quem habentem, num. 182. & num. 193. C. familiæ erciſcund.* quamuis ipſe Bart. contrariam ſententiam immeritò fuerit ſequutus, quem omnes, *vbi ſuprà,* reprehendunt.

36 § Quartò facit, † quòd ſicut filius *in dicto c. Raynutius.* deducit Trebellianicam vltra partem iure naturæ debitam, *c. Raynutius, & c. Raynaldus. ſupra de teſtament.* iuxta communem reſolutionem *ſuprà declaratam in 2. parte, in gloſ. abſque deductione, & in gloſ. Trebellianicæ.* ita etiam pater, mater, aut alius aſcendens, cui portio legitima deberetur in terminis illarum Decretalium, poterit duas quartas deducere. Hoc enim caſu æquè militat ratio dictarum Decretalium. Et in terminis hanc concluſionem affirmant Angel. & Raphael Cuman. *in l. ſi à milite. §. final. ff. de milit. teſtament.* ſequuntur, dicentes hanc eſſe communem opinionem Ioan. Crot. *in l. re coniuncti, num. 177. ff. de legat. 3. & in l. qui Romæ, § duo fratres, ff de verborum obliga. num. 80.* & Reuerendiſſimus D. D. Couarruuias *in c. Raynutius. §. fin. num. 6. ſupra eod.* Gregor. Lup. *in l. 1. tit. 1. Partit. 6. in gloſ. penult.* ſequitur etiam Berengar. Fernand. *in repet. l. in quartam, ff. ad legem Falcid. in c. 1. num. 335.* Et ab hac ſententia non videtur recedendum, quamuis in contrariam ſententiam videatur inclinare Bald. *in d. l. ſi à milite, § fin.* & illius ſententiam fuerit ſequutus Alexan. *in l. cohæredi. §. cùm filiæ, ff. de vulgar. num. 10.* & Ioanns Antonius Rubeus *in repetione l. pater filium, num. 48. ff. de inoffic. teſtament.* Iaſ. *in Authent. nouiſſima, numero 39. C de inofficio. teſtament.* & Auguſtinus Bero. *in dicto c. Raynutius, num. 156.* Anton. Gomeſ. *in l. 3 Tauri. num. 85.* & Ioannes Coraſius *in l filium quem habentem, in lectur. num. 44. & in repetitione num. 77. C. familiæ erciſcund.* dicens hanc quoque eſſe communem opinionem.

§ Quintò facit text. *in l. ſi quando. §. & generaliter. verſic. fin. C. de inoffic. teſtam. in fin.*

§ Sextò facit text. *in l. ſcimus, in princ. C. de inoffic. teſtam.* vbi Iu-
37 ſtinianus intellexit, † quòd ſicut liberis in minore parte inſtitutis, ineſt ipſo iure repletio, quæ facienda eſt ex ipſa parentum ſubſtantia, *§. repletionem, eadem l.* ita idem ius habere locum debet in parentibus. Retulit enim ſe ad *l. omnimodò, C. eod. tit.* vbi etiam in parentibus fuerat loquutus.

§ Vnde apparet non eſſe probabilem Baldi ſententiam hic *colum. final.* qui dixit, quòd ſi parens rogetur à filio hæreditatem poſt mortem ſuam reſtituere, imputabit fructus in legitimam portionem, per textum *in l. filiusfamilias. ff. ad legem Falcid.* quem putat hodie incorrectum eſſe in ſuo caſu, id eſt, in legitima parentum, & ſic eſſe limitandum textum *in l. iubemus, C. ad Trebellia.* Idem probauit Alexand. *in l. in fideicommiſſariam, num. 9. ff. ad Trebellian. & dicta l. filiusfamilias, numero 4.* adducens pro hoc, quòd textus *in d. §. repletionem.* loquitur in legitima deſcendentium. Ergò (inquit) videtur, quòd in aſcendentibus remaneant iura vetera incorrecta, ſecundùm quæ poterant fructus imputari in legitimam, *l. Papinianus § ſi conditioni ff de inofficio. teſtament.* idem hac ratione motus, nullo auctore allegato, tenuit Fabian. *in repet. Authent. nouiſſima, num. 112. C. de inoffic. teſtament.* in eadem ſententia, relato Baldo, & fuit Philip. Franc. hic *num. 21.* & Paulus de Monte Pico *in repet. l. in quartam, num. penult. ff. ad legem Falcidiam.* & Berengar. Fernand. *in repetitione eiuſdem l. cap. 1. num. 98 & cap. 3. num. 29.* Rodericus Suarez *in repetitione l. quoniam in prioribus, in 16. ampliatione, C. de inoffic. teſtament.* Ripa *in d. l. in fideicommiſſariam, num. 43.* Vbi collegit ex hac ſententia, quòd parentibus non fit repletio ipſo iure in legitima, nec in eis procedit textus *in d. §. repletionem.* & reſoluit hanc eſſe communem opinionem Ioan. de Garron. *in repet. Authent. ex cauſa, C. de ſecund. nuptijs, num. 33. & 34.*

§ Sed profectò veriùs eſt, † quòd d. §. repletionem, proce- 38
dat etiam in parentibus, vt ſuprà probaui, & perſtrinxit Petrus Merheſilan. *in repetitione l. filium quem habentem, numero 73. verſic. quinimmò, C. familiæ erciſcundæ.* Sic fructus non computabuntur parentibus in legitima aduerſus Baldi receptam ſententiam. Hoc contra Baldum leuioribus argumentis tentauit Vincentius de Herculan. *in dicta l. filiusfamilias, ff. ad legem Falcid. & in dicta l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebellian.* & idem probauit Ioannes Antonius Rubeus *in repetione l. pater filium, ff de inofficio. teſtament. num. 48.* Hoc ſecutè decidit Guido Papæ *deciſione 478. Vtrùm fructus.* vbi primò dicit videri, quòd fructus imputentur parentibus in legitima, iuxta textum *in dicto § ſi conditioni.* Deinde cum Cyno & Bartolo *in l. ſcimus, C. de inofficio. teſtament.* dicit, illam legem eſſe correctam, & liberis non imputari fructus in legitimam, & idem eſſe in parentibus, qui æquè agunt ad ſupplementum, & æquè non poſſunt grauari in legitima. Quam etiam ſententiam contra communem, ſequitur Ioan. de Garron. vbi ſuprà, qui tamen incautè pro communi ſententia allegauit deciſionem Guid. Papæ, vbi ſuprà.

§ Hoc idem ex Bartoli ſententia *in dicta l. Papinianus, § ſi conditioni.* reſpondit conſultus Philip. Corne. quaſi articulus nullam haberet contradictionem *conſil. 176. In hac conſultatione, numero 3. libro 3.* Pro qua parte induco bonum textum *in Authent. vt cùm de appellatione cognoſcitur, §. hæc autem diſpoſuimus, & §. cæterùm, collatione 8.* vbi Iuſtinianus euidenter vult, quòd ſiue filius à parente, ſiue parens à filio hæres inſtituatur in re certa, id, quod minus legitima portione relictum fuerit, replendum eſt eis ab hærede, ſecundùm alias eiuſdem leges, videlicet *l. omnimodò, & l. ſcimus, C. de inoffic. teſtament.* & Accurſius ibi expoſuit in verb. Leges. Igitur tam parentibus, quàm liberis, fieri debet repletio ex ſubſtantia defunctorum, non verò in fructibus, *d. § repletionem.*

§ Vnde etiam conſequenter infero, † quòd ſicuti rece- 39
ptum eſt non poſſe patrem aſſignare partem legitimam liberis in pecunia, vt ſuprà diximus *in prima parte, in gloſ. in re certa,* ita nec econtrà poterit filius parenti aſſignare legitimam in pecunia. Stat enim ratio eadem *d. §. repletionem.* vt parentes ex ſubſtantia filiorum debeant habere legitimam portionem. Quod ita verius eſſe arbitror aduerſus Franciſcum de Ripa *in l. in quartam, num. 127. verſic ſecundò intellige. ff. ad legem Falcid.* & Berengar. Fernand. *in repetit. eiuſdem l. cap. 3. in 3. articulo, de legitima, num. 58.* Siquidem Ripa in eodem loco retinuit cum Baldo in præſenti, quòd text. in d. §. repletionem, non habebat locum in parentibus, quaſi non omnimodò legitimam habere debeant ex ſubſtantia filiorum. Vnde collegit poſſe filium parentibus aſſignare legitimam in pecunia, & priuare eos rerum ſuarum ſubſtantia. Quod falſum eſt.

§ Nec pro Bartolo vrgebit text. *in dicta l. ſcripto, ff. vnde liberi.* Quoniam videtur poſſe duobus modis eam legem euitari. Primò, quod ille text. ſignificat, viuo patre, & filio magis deberi hæreditatem patris filio, quàm e contrà. Cæterùm vbi filius præmoritur, tunc hæreditas illius non minùs debetur parenti, argumento *d. l. nam & ſi parentibus.* ſecundùm Vincentium de Herculan. *in d. l. filiusfamilias, ff. ad legem Falcid. & in d. l. in fideicommiſſariam. ff ad Trebellian.*

Secundo modo poſſet dici, quòd Iureconſultus *in dicta l. ex ſcripto, §. final.* ſignificat non eodem modo deberi hæreditatem liberorum parentibus, vt econtrà, quoniam pater prius ſperatur naturaliter mori, quàm filius. Vnde ſi filius præmoritur ordine naturæ turbato, patri incipit deberi, & ita eſſe declarandam communem opinionem, quæ habet, aſcendentibus legitimam deberi iure tantùm ciuili, quam communem latè reſoluit Berengar. Fernand. *in dicta l. in quartam, ca. 1. num. 169. cum ſequentibus.* Et ita cum §. tentauit accipere Antonius Rubeus

in repetit. d. § Imperator, nume. 44. & ante eum Philip. Deci. *in l. generaliter. §. cum autem. nume. 35. C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionibus:* facit text. *in l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.*

40 ¶ Sed, his non obſtantibus, in iudicando, & conſulendo † ego magis probarem Bart. ſententiam vt parentibus non detur reuocatoria, etiam ſi emptor fuerit fraudis particeps, quamuis concederetur liberos habere huiuſmodi reuocatoriam. Hanc enim differentiam inter liberos & parentes conſtituit Placentinus, quem originaliter vidi in ſumma *in rubric. C. ſi quid in fraudem patron.* & Dynus allegatus ab Alberic. *in d. l. non vſque adeo,* & cum Bald. Anton. Butr. *vbi ſupra in d. capit.* Raynutius, *ſupra eodem,* Paul. Caſtren. *in d. l. 1. in fi. C. de inoffic. donationib.* & Fabian. *in repetitione auth. non nouiſſima, nume. 163. C. de inoffic. teſtamen.* & Socin. *in d. conſil. 108. lib. 1.* Et hanc differentiam omnes facere ſcripſit Paul. de monte Pico *in repetit. d. l. poſt contractum, nume. 31. ff. de donationibus.* Præterea conſidero in puncto iuris non eſſe verum, quod ipſis liberis detur reuocatoria, vt ſupra concluſi. Quare & ſi in iudicijs vtcumque probaretur liberis reuocatoriam competere, id non eſſe trahendum ad conſequentias. Præſertim quum negari non poſſit, quin fortius & fauorabilius ſit ius liberorum, quam è contra parentũ, *argu. d. l. ſcripto. §. fi.* ſecundum vulgatem intellectum.

¶ Nam id aduerſus recentiores vulgaris *eius l.* intellectus exquiſita conſideratione roboratur. non enim ocioſe Iuriſconſult. *in tractatu, Vnde liberi,* ſcripſit: non ſic deberi liberorum hæreditatem parentibus, &c. ſed quò ſignificaret non eſſe parentibus proditam bonorum poſſeſſionem: Vnde parentes: quũ liberis eſſet prodita bonorum poſſeſſio: Vnde liberi. Senſit itaque Iureconſul. quod & ſi liberi haberent ab inteſtato. Vnde liberi bonorũ poſſeſſionẽ & conſequenter haberent ex teſtamento bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas. *l. 1. §. re[illegible]. ff. ſi teſtament. tabulæ nullæ extab.* & è contra parentes, nec habebant, Vnde parentes, nec contra tabulas bonorum poſſeſſionem. vt verius eſſe exiſtimauit Philippus Corneus contra magis communem opinionem *in l. qui ſi patris. nume. 24. C. vnde liberi.* Siquidem parentes ex iure ſanguinis ſolam habebãt quer. 'a u, Quod ſi emancipaſſent, quaſi ex iure patronatus eandem habeb.ant cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem, quam patroni, *l. prima. ff. ſi quis à parente fuerit manumiſ. l. filio §. contra ... pater filium. ff. de inofficioſo teſtamento.* Sic Iureconſult. *in d. l. ſcripto. §. final.* tacite excuſauit Prætorem, qui edictum illud parentibus non communicaſſet, & reddita videlicet ratione, vt iam olim intellexi, & reperi nouiſſimè ita interpretatum eſſe Fabium Acorombonium *in repetit. d. l. qui ſi patris. nume. fin. C. vnde liberi.*

41 ¶ Vnde ex *dict. l. ſcripto. §. final.* conſequitur, quod † & ſi Põtifex in præſenitarum, legitimam matri competentem partẽ iure naturæ debitam appellauerit: non tamen adeò vere hæc pars poteſt appellari iure naturæ debita. ſicut poteſt appellari pars liberis iure naturæ debita, iuxta communem opinionẽ, quam reſoluit Berengar. Fernand. *in repetitione d. l. in quartam. ff. ad legem Falcid. e. 1. ex nume. 169.*

¶ Hinc communiter proditum eſt, † quod licet portio legitima, quæ iure naturæ liberis debetur, non poſſit omnino tolli per ſtatutum, parentes tamen poſſunt ſtatuto in totum legitima priuari, iuxta communem opinionem quam latè reſoluit & declarat Franciſc. Ripa *lib. 1. Reſpon. capit. 7.* & Reuerendiſſ. D. D. Couarr. *in Epitome, lib. 4. Decretal. in 2. parte. c. 8. §. 6. nume. 4. & 5.*

Huius rei argumentum elegans poteſt eſſe noſtra Decretalis, in qua expreſſum eſt, poſſe matrem priuari legitima ſibi debita in bonis filij, vt pater pro filio impubere teſtatur. Et tamen non idem probari conueniet, ſi pater pro filio impubere teſtatus vellet priuare filium impuberis, quem ipſe impubes, malitia ætatem ſupplente, ex legitimo matrimonio ſuſcepiſſet, colligitur *ex l. ex facto. ff. de vulgar.* & ex Bartoli recepta ſententia *in l. in pupillari ff. eod.* quam latè declaraui *ſuperius in 1. par. gloſſ. Impuberes.*

S V M M A R I V M.

1 *Pater iure patriæ poteſtatis pro impubere filio, & nomine proprio facit teſtamentum pupillare.*

2 *Mater pupillare filij impuberis teſtamentum, nec inofficioſum nec nullum valet dicere.*

L. Papiniani. §. ſed nec impuberis. ff. de officioſo. teſtamento. ſenſus. ibid.

3 *Mater omnino excluditur per pupillare teſtamentum, quod impuberi etiam exhæredatio pater condidit.*

4 *Subſtitutus pupillaris etiam turpis fratrem conſanguineũ, aut etiã matrem ipſam excludit.*

L. Fratris. C. de inoffi. teſta. ſenſus. ibid.

§. Non ſolum Inſtitu. de pupillari. ſenſus.

L. Cum quidam. ff. de lega. 2. ſenſus. ibid.

5 *Mater per exemplarem ſubſtitutionem excluditur, etiam turbi perſona ſubſtituta.*

Turbis perſona pupillariter vel exemplariter ſubſtituta, matrem & fratrem pupilli furioſiue excludit. ibid.

L. Humanitatis. C. de impuberum & alijs. ſenſus. ibid.

6 *Mater filio impuberi pupillariter ſubſtituta poterit per fideicõmiſſum grauari, vt impuberis hæreditatem reſtituat: nec deducet legitimam filio aut ipſi matri debitam.*

L. 1. §. Si quis autem. & §. fi. ff. de ſucceſ. edict. ſenſus. ibid.

7 *Mater poteſt ab inteſtato codicillo pupillari, quam pater impuberi facit per fideicommiſſum grauari etiam in legitima ſibi debita, vt impuberis hæreditatem reſtituat.*

8 *Mater egena per ſubſtitutum pupillarem excluſa à filij impuberis ſucceſſione, poterit iudicis officio conuenire ſubſtitutum vel alimenta neceſſaria ſibi præſtet.*

L. Si quis à liberis. §. idem reſcriptum. ff. de liberis agnoſcen. ſenſus. ibid.

POTEST.

POTEST. Expreſſum eſt hoc (inquit gloſſ.) *ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis:* vbi dicitur, quod mater non impugnat teſtamentum, quod pater filio fecit, querela inofficioſi teſtamenti. Huius autem rei ratio ſubiungitur à Pontifice *in præſentiarum verſic. fina.* Quoniam videlicet hoc teſtamentum, quod ad ordinationem eſt patris. Planè maritus non debet pietatis officium vxori, vt ei portionem aliquam quaſi iure naturæ debitam relinquat. Nam etſi † iure patriæ poteſtatis faciat pupillare teſtamentum pro impubere filio, 1
non tamen impuberis nomine teſtatur, ſed magis ſuo nomine teſtatur, vbi docet Barto. *nume. 3.* & deinde omnes *in d. §. ſed nec impuberis.*

¶ Vnde quum hodie his † demum caſibus ius dicendi nullum parenti competat, quib. olim teſtamenta liberorum initio valida potuit impugnare. *l. cum filium. C. de inoffic. teſtament.* 2
iuncta authen. vt cum de appellatione cognoſ. §. ſiue igitur, verſic. ſancimus. & §. hæc autem diſpoſuimus, verſic. Conſiderare, colla. 8. & in l. 1. titu. 8. part. 6. iuncta communi opinione, de qua ſupra in gloſſ. præcedenti, in verſic. Tertiò facit. conſequens erit intelligere, quod ſicut olim mater non potuit pupillari filij teſtamentum quaſi inofficioſum impugnare: ita quoque hodie non poterit idem teſtamentum quaſi nullum infirmare, vt tradit Alberic. *nume. 21.* & poſt eum omnes *in l. precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionibus.*

¶ Primo igitur † amplia hanc Pontificis ſententiam procedere non ſolum quando pater liberos impuberis inſtituit 3
hæredes, vt in caſu propoſito, verum etiam ſi eos ritè exhæredaſſet. Proinde ſi quis hodie filium impuberem doli capacẽ, adiecta legitima cauſa, nominatim exhæredauerit, eique pupillariter aliquem hæredem ſubſtituerit, non dubiè is pupillaris ſubſtitutus vniuerſam impuberis hæreditatem vendicabit, matre impuberis omnino excluſa. Quoniam ſtat eadem noſtri cap. ratio. Quod ipſum tradit Albet. *in d. §. ſed nec impuberis.* & Alexand. *in l. cum quidam. nume. 3. contra Salycet. ibi. C. de legatis.*

¶ Secũdo amplia, † vt eadem ratione poſſit pater filio impuberi turpem hæredem conſtituere, vt excudere eiuſdẽ pupilli fratrem conſanguineum. Licet enim conſanguineus frater teſtamento facto non poſſit priuare fratrem conſanguineum vbi turpem hæredem inſtituit. *l. fratris, C. de inoffic. teſtamen. l. 12. titu. 7. part. 6.* & vtrobique notat Gregor. Lup. pater tamen in pupillari teſtamento poteſt eundem fratrem excludere etiam turpem perſonam pupillariter ſubſtituendo. Quãuis enim de hoc dubitauerint Bal. & quidem alij, quos retulit Angel. de Peruſ. *in dicto §. ſed nec impuberis,* & in hoc ſeſe Rapha. Fulgo. idem implicauerit, non dubium eſt, quin hoc ita 4

probet text. *in dicto §. ſed nec impuberis, verb. Ergo.* Denique non poteſt conſanguineus queri de inofficioſo impuberis fratris teſtamento: quia pater hoc ei fecit. Neque rurſus poteſt quaſi filius queri de inofficioſa patris ordinatione: quia pater non debebat eidem filio legitimam portionem niſi de ſua, non vero de filij impuberis hæreditate, vt præ cæteris, melius explicauit Paul. de Caſtro. *in d. §. ſed nec impuberis.* Quinimò non ſolum frater, ſed etiam mater priuari poteſt, ſubſtituta per patrẽ pupillariter turpi perſona. per text. *in d. §. ſed nec impuberis,* iuncta gloſ. vt notauit in terminis Gregor. Lup. *in l. 7. titu. 5. Parti. 6. in gloſ. ſuper verbo: Delmoco.*

¶ Vnde videtur, quod defendi nequeat Angel. Peruſini ſententia *in l. fina. nume. 4. verſic. Credo tamen C. ſententiam paſſus,* quam ſimpliciter retulit Ioan. Lup. *in repetit. capit. per veſtras, in 3. notab. nume. 7. ſupra de donation. inter virum & vxorem.* Scripſit enim, quod ſi euidenter & notoriè ſubſtitutio pupillaris tenderet ad perniciem pupilli, non valeret talis ſubſtitutio: vt puta ſi pater ſubſtituit pupillo meretrices, vel ribaldos luſores, poſtpoſitis attinentibus pupilli in gradu proximo, qui erant bonæ conditionis, & famæ. Motus eſt eo quod talis ſubſtitutiò eſt facta mala mente, & inordinata, & directè contra finẽ, propter quem voluit lex patrem poſſe filio ſubſtituere pupillariter. Sed certè quamuis Angel. dicat videri ſibi talem opinionem multum ęquam contra eam videtur text. expreſſus *in d. §. ſed nec impuberis,* vbi, præterito fratre cõſanguineo, qui turpis non erat, ſubſtituitur pupillariter turpis hæres, ita vt rata ſit ea ſubſtitutio.

¶ Fortaſſis tamen æquitas prædictæ opinionis poſſet in iudiciali cõtrouerſia defendi nonnullo colore. Præteritus enim conſanguineus frater, vel mater pupilli prætereа, non rectè intenderent, ſi facerent duntaxat articulos de honeſta conditione vitę ſuæ, & de turpitudine ſubſtituti pupillaris. Rectius enim intenderent probare, quod teſtator ipſe malè affectus fuiſſet impuberi pubertati proximo, à quo ſe querebatur grauiter offenſum. Item quod idem teſtator tractauerat, ſe filio de ſe malè merito daturum hæredem aliquem nequiſſimum. Sic enim colligeretur teſtatorem data opera, & doleſè pupillarem ſubſtitutionẽ ordinaſſe, vt vel remedio principali ſuccurrendum videatur, ne dolo malo facta ſubſtitutio procedat. Nam moribus quidem introductum eſt quod pater poſſit inſtitutis vel exhæredatis liberis impuberibus conſtituere hæredes, quos ipſe voluerit. *§. non ſolum. ibi: Quem ipſi voluerint Inſtitut. de pupillari.* Proinde etiam indignos hæredes poteſt pater eligere filio. *l. cum quidam, ibi: Etiam indignum ff. de lega. 2.* Et tamen ea libertas indignum hæredem filio dandi coercenda eſt ne in dolum dilabatur, argum. text. & quod ibi Bart. docet *in d. l. cũ quidam,* vbi hæres cui per verbum, Volo, commiſſa eſt libera electio, poteſt indignum eligere, nihilominus tamẽ permiſſum minimè videtur, vt dolo malo id faciat, & dolo malo videtur facere, ſi ſcienter, & appenſatè indignum elegit, vt ibi Angel. de Perigl. *colum. 2.* obſeruauit Potiò in propoſita ſpecie iactatio illa patris, ſeu comminatio, cuius ſupra meminimus, ſatis patris dolũ argueret, argumento eius quod notauit Ioan. And. *in c. in præſentia, in fi. ſupra de probationib.* & retulit Alex. *in l. ſi quis poſthumos. num. 4. verſ. poſſet tamen. ff. de lib. & poſthum.*

¶ Tertiò amplia Pontificis ſententiam procedere † etiam
5. in exemplari ſubſtitutione, vt ſi pater furioſo puberi inſtituto exemplariter ſubſtituerit, poſſit matrem furioſi priuare legitima portione, vt videtur probare text. *in l. humanitatis. C. de impube. & alijs ſubſtitutio.* Conſtituit enim Iuſtinianus ibidem, quod occaſione huiuſmodi ſubſtitutionis ad exemplum pupillaris nulla querela contra teſtamentum parentis oriatur. Ergo nec ipſius furioſi nomine poterit querela intentari, nec furioſi mater inofficioſum dicet, *argum. d. l. Papinianus. §. ſi quis impuberi, & dicto §. ſed nec impuberis, & in dict. l. humanitatis. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus.* docet Barto. *in l. ex facto. nume. 30. ff. de vulga.* & ita ſe habet communis opin. ſecundum Alex. *in l. ex facto, nume. 43. ff de vulga.* & Iaſon. *ibidem nume. 43. & in d. l. humanitatis, nume. 5. C. de impuber. & alijs ſubſtitutionib.* Curtium Iuniorem *ibidem, nume. 5.* Franciſ. Rip. *nume. 85.* Tametſi Pet. de Ancha. *hic nume. 10.* Bald. & Iaſ. *vbi ſupra d. nume. 43.* Idem Iaſ. *in dicta l. humanitatis. num. 6.* Ioan. Coraſ. *ibidem nume. 17.* Hieronymus Verius *in repet. d. l. ex facto. num. 388.* contrarium defendere tentauerint. Quibus adijcio Barto. idem ſenſiſſe *conſ. 143. Fuit quidam. num. 1. in fi. ver. non obſtat. l. humanitatis,* & nouiſſimè Anto. Gomez. *Commentario. tomo 1. c. 6. num. 7.* Ego autem cõmunem opin. magis probarem.

¶ Quartò amplia † vt pater non ſolum poſſit matrem im-
puberis priuare in pupillari teſtamento, per directam pupil- 6
larem ſubſtitutionem, verum etiam per fideicommiſſariam. Vnde ſi pater ipſe matrẽ impuberis ipſi filio impuberi pupillariter ſubſtituerit, & eam rogauerit, vt hæreditatem impuberis alicui reſtituat, nullam partem quaſi iure naturæ debitam deducit, ſed hæreditatem pupilli reſtituet deducta ſola Trebellianica. Nam non deducet legitimam portionem ipſi filio debitam quaſi filij hæres, quum filius ipſe nõ fuerit oneratus. Item nõ deducet legitimam portionem ſibi debitam in bonis filij, quoniam in ea portione potuit ipſa mater onerari, *argum. noſtri capit.*

¶ Aduertendum tamen eſt, quod hoc noſtri cap. argumentum videtur poſſe euitari, ſi conſideremus, quod tunc mater priuari poteſt, ſi pater hæreditatem impuberis filij alij directo reliquerit. nec omnino eadem ratio eſt, ſi teſtator ipſe matrem ſemel ad filij impuberis hæreditatem inuitauit. Quippe hoc caſu mulier iam quaſi mater, non quaſi extranea ad pupilli hæreditatem ex ſubſtitutione eſſe admittenda. Vtique enim ſi bonorum poſſeſſionem ſecundum tabul. vellet agnoſcere, intra annum vtilem hoc poſſet velut mater, quæ penè ad filij propria bona veniret *l. 1. §. Largius. ff. de ſucceſ. edict.* Nec enim quicquam mutaret, quod quaſi ex mariti teſtamento veniret mulier ad filij hæreditatem, quia nihilominus vt mater eſſet æſtimanda reſpectu hæreditatis filij ad annum habendũ. Hoc probatur argumen. text. ſi ſubtiliter inducatur *in dict. l. 1. § ſi quis autem. ff. de ſucceſ. edict.* atque etiam probatur *in §. fin. eiuſdem l.* vbi parentibus annus datur ex quacunque cauſa veniant ad bona liberorum. Cum igitur teſtator ſemel matrem velut ad debitam filij impuberis hæreditatem vocauerit, non videtur ſimiliter permittendum, quod eam priuet legitima portione, iniungendo onus fideicommiſſi. Siquidem vulgata eſt illa iuris regula, qua conſtitutum eſt, vt facilius impediri queant facienda quam poſſint deſtrui facta. *l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Hinc ſatis commodè decebat Ioan. Imol. *in l. Centurio. nume. 4. ff. de vulga. & in cap. Raynutius. nu. 177. verſic. quæ autem dicantur, ſup. eod.* quod licet iura militib. permiſerint, vt poſſint filios priuare legitima portione, exhæredando eos, vel prætereundo, non tamen per hoc ſequitur, quod permiſerint eiſdem militibus, vt ſi ſemel filios inſtituerint, poſſint eos onerare in legitima. Hoc idem ſequutus eſt Alex. *in l. precibus. num. 17. C. de impube. & alijs ſubſti.* & Sebaſtia. Sapia. *ibid. nu. 105. verſ. conſidera. argu. text. in d. l. precibus.*

¶ Quibus exemplis tentandum videretur, quod pater, qui filij impuberis hæreditatem matri eiuſdem reliquit, non poſſet eam priuare legitima portione, onerando eam per fideicommiſſum. Hoc fermè videtur ſenſiſſe Bald. *in l. cum virum. num. 18. C. de fideicommiſ.* & ſimili modò Paul. de Caſt. *in l. ex tribus. nume. 3. C. de inoffic. teſtamen. & conſ. 43. nume. 2. lib. 2.* Etenim ſignificauerunt, quod quando ſubſtitutus pupillaris eſt eius conditionis, vt ei debeatur legitima portio in bonis pupilli, non poteſt grauari à teſtatore in hac legitima portione. Denique Philip. Deci. hoc ipſum apertè ſcriptum in noſtris terminis reliquit *in dicta l. precibus. colum. pen. verſi. & vlterius.* vbi dixit, quod licet teſtator paganus poſſet priuare pupilli matrem legitima portione per directam pupillarem, vt eſt expreſſum *in hoc c.* non tamen potuit eam priuare per viam fideicommiſſi. Et pro certo hæc eſſet valde ſingularis & vtiliſſima limitatio ad hunc tex. ſi eſſet vera.

¶ Sed tamen, his non obſtantibus, procedere debet ſuperior ampliatio, vt etiam per viam fideicommiſſi poſſit teſtator grauare matrem filij impuberis pupillarem ſubſtitutam, *argumentu noſtri cap.* cuius ſententia ad hanc quoque ſpeciem videtur pertinere. Induco ad hoc text. *in dicto §. ſed nec impuberis,* vbi iureconſultus ſcripſit, quod impuberis filij mater teſtamentum inofficioſum dicere nequit, quia videlicet pater hoc ei fecit. Ergo efficaciter pbat ille tex. quod ſi mater impuberi filio fuiſſet ſubſtituta pupillariter, & onerata eſſet fideicõmiſſo, reſpectu legitimæ portionis ſibi debitæ, non poſſet de inofficioſo queri. Vtique enim ſi idem filius matrem inſtituiſſet ſibi hæredem, atque eam in legitima portione fideicommiſſo oneraſſet, potuiſſet mater queri de inofficioſo filij teſtamẽto,

vt probatur euidenter *in l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. teſtamen.* vbi iure nouo querela excluditur, quæ antea habebat locum. Denique hoc ita verum eſſe Dyn. Cyn. & Alberic. tenuerunt, vt colligitur ex Cyno *in d. l. ex tribus. C. de inofficio. teſtamen.* Alberic. *in l. precibus, nume.* 27. *C. de impuber. & alijs ſubſtitutio.* vbi docuerunt, quod pater iure poteſt pro filio impubere matrem eius onerare fideicommiſſis ſine reſpectu legitimæ portionis, in qua filius ipſe matrem ſuam non potuiſſet onerare. Idem ſecurè aſſeruit Alexand. *conſil.* 12. *Attentis. lib.* 3. Fabian *in repetit. authen. nouiſſima, num.* 170. *C. de inofficio. teſtamẽ.* Lancelot. Galiau. *in repetit. l. Centurio, nume.* 411. *verſ. ſecundo aduerte. ff. de vulga.* & aduerſus Philip. Deci. Curr. Iunior. *in d. l. precibus, num.* 74.

¶ Quintò amplia † vt procedat non ſolum quando mater
7 eſſet pupillariter ſubſtituta ipſi filio impuberi, ſed etiam quãdo pater, qui maluiſſet impuberem filium ab inteſtato mori, matrem legitimam filij hæredem ab inteſtato futuram fideicommiſſo oneraſſet. Nam æquè fideicommiſſum valeret ſine reſpectu portionis, quæ ipſi matri deberetur ex bonis filij. Quod ita ſenſerunt plerique omnes ex his authoribus, quos ſuperiore ampliatione allegaui, dum ita declarant & intelligunt tex *in l. ſi Titio. §. ſi. ff. de leg.* 1. vbi Iureconſul. docuit, quod legitimus hæres impuberis eo iure cogendus eſt fideicommiſſa præſtare, quo eſſet cogendus, ſi idem impuberi pupillariter fuiſſet ſubſtitutus. Ergo quum mater ſi fuiſſet pupillariter ſubſtituta, vtique onerari potuiſſet, & priuari legitima ſibi debita ex bonis filij: conſequens erit, & etiam priuari poſſit, vbi pater eidem mulieri legitimam impuberis hæreditatem tacito reliquit: *iuxta l. conficiuntur. §. primo. ff. de iure codicillorum. & d. l. ſi Titio. §. fin.* Denique pro hac ſententia facit noſter text. ſecundum inductionem, quam attingemus *in ſequenti ſcholio in fine.*

¶ Sextò & vltimò amplia deciſionem *huius cap.* vt pupillaris ſubſtitutus, qui ex authoritate iuris ciuilis, & Pontificij, bona filij impuberis cepit, & eius matrem excluſit à legitima portione, non minus in foro etiam conſcientiæ ſecurus eſſe debeat. Et ita ſe habet communis opinio, quam *ſupra* latè reſoluimus *in 2. parte in glo. Superſtite matre. & in glo. Bona omnia.*

8 ¶ Quod ſi mater † egena ſit, nec habeat vnde ſe alat, poterit, implorato iudicis officio, impetrare aduerſus ſubſtitutũ, vt ſibi matri ex bonis filij præſtet alimẽta, quæ filius ipſe ſi viueret præſtare eſſet cogendus. *l. ſi quis à liberis. §. idem reſcriptũ. ff. de liber. agnoſcendo.*

¶ Nouiſſimè illud hoc loco admonendum eſt, poſſe patrẽ per expreſſam pupillarem facere, vt mater à legitima hæreditate filij impuberis atque etiam à legitima portione excludatur, vt hic expreſſum eſt. Cæterum ſi vulgarem ſubſtitutionẽ filio impuberi hæredi inſtituto fecerit, quo caſu vulgaris porrigitur ad pupillarem ex conſtitutione Diui Marci, tunc ita pupillarem feciſſe intelligitur, vt matrem impuberis priore loco inuitaſſe videatur ad teſtati impuberis hæreditatem, *argumento l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus. ff. de hæredibus inſtituendis, coniuncta l. fi. C. de inſtitution. & ſubſtitution.* Quod ſi vel liberi ipſius teſtatoris, vel Chriſti pauperes vulgariter ſubſtituti fuiſſent, tunc vulgaris porrigeretur ad pupillarem omnino tacitam, iuxta *l. iam hoc iure. ff. de vulgari,* ſecundum ea, quæ alias oſtendimus *ſupra in 2. parte.*

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum pupillare cenſeri debet patris teſtamentum.*
L. Qui plures. §. Et ſi à patre ff. de vulg. ſenſus, ibid.
2 *Hæres, non ſolum qui adire recuſat, ſed etiam qui iam repudiauit, compellitur adire à fideicommiſſario.*
L. Nam quod. §. Sed & qui repudiauit. & §. ſi quis compulſus. ff. ad Trebellian. ſenſus, ibid.
3 *Senatuſconſulta iuris ciuilis partem conſtituunt.*
4 *Beneficium cogendi hæredem, vt adeat & reſtituat hæreditatem, à iure ipſo ciuili inuentum.*
L. Poſt conſanguineos. §. vnde belle quæri poteſt. ff. de ſuis & legiti. hæred. ſenſus.
5 *Ius ciuile ordinarium l. 12. tabul. diſtinguitur à poſteriore iure ciuili: quod à Senatuſconſultis poſtea fuit introductum.*
§. Ergo. Inſtitu. de fideicommiſ. hæred. ſenſus, ibid.
Repet. ad lib. 6. Decretal. Tom. 5.
6 *Reſtitutio in integrum, quæ poteſt impetrari, interim moram fatere nequit iure ciuili.*
L. Poſthumus præteritus. ff. de iniuſto rupto. ſenſus.
L. 2. §. Interdum. verſiculo, Ego etiam. ff. de vulga. ſenſus. ibidem. & nume. 7.
7 *Reſtitutio in integrum minori 25. annis conceſſa, tabulas etiã pupillares comprahendit.*
8 *Subſtitutio pupillaris nõ reſcinditur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas impetratam.*
L. Filio. §. contra tabulas. ff. de inoffi. teſta. ſenſus. ibid.
9 *Subſtitutio pupillaris. conſeruatur hodie rupto teſtamento ex præteritionis vel exhæredationis cauſa.*
Authent. Ex cauſa. C. de liber. præterit. ſenſus. ibid. cum alijs.
Authent. Vt cum de appel. cognoſ. §. ſi vero contingerit. collatio. 8. ſenſus. ibidem.
10 *Subſtitutio pupillaris facta impuberi etiam præteritio, vel exhæredato, conſeruatur hodie per authen. ex cauſa. C. de liber. præterit. quamuis filius ipſe patris teſtamentum aut nullum, aut inofficioſum dixerit.*
L. Et ſi contra tabulas. ff. de vulga. ſenſus. ibid.
L. Filium. §. omnibus. ff. de legat. præſtand. ſenſus. ibid.
11 *Pupillus cum tutoris authoritate poteſt facere actum, per quem amittat legata: ſed non poteſt aliquid mutare circa pupillare teſtamentum ſibi à patre factum.*
12 *Subſtitutio pupillaris omnino tacita, ad quam vulgaris expreſſa porrigitur conſeruatur rupto teſtamento ex authen. ex cauſa. C. de liber. præterit.*
13 *Subſtitutio pupillaris omnino tacita admittitur contra filium teſtatoris exhæredatum, aut conſultò præteritum.*
14 *Subſtitutio pupillaris facta impuberi etiam mala mente exhæredato ſiue præterito, conſeruatur, rupto teſtamento.*
L. Cum quidam. C. de legatis. ſenſus. ibid.
15 *Subſtitutio pupillaris conſeruatur per authen. ex cauſa. C. de liberis præterit. etiam ſi ipſemet pupillaris ſubſtitutus teſtamentum rupit, aut irritum fecit.*
16 *Legata per auth. ex cauſa. C. de liber. præter. non conſeruantur filio qui teſtamentum infirmauit.*
17 *Filius qui parentis iudicium oppugnauit, verum priuandus ſit emolumento pupillaris ſubſtitutionis?*
L. 2. ff. de his quib. vt indign. ſenſus. ibid.
L. Is qui contra tabulas. l. ex duobus. §. fina. ff. de vulgari. ſenſus. ibidem.
Portugal. l. libro 4. tit. 70. §. 1. & 2. declaratur. ibid.
Partit. decima. titulo quinto Partit. 6. ſenſus. ibidem. & numero ſequenti.
18 *Subſtitutio pupillaris non conſeruatur rupto teſtamento agnatione poſthumi per ignorantiam præteriti.*
19 *Subſtitutionis pupillaris commodum vtrùm, ſi mater ſecundo nubat, conſeruari debeat filys prioris matrimonij?*
Mater ſecundo nubens, vtrùm ſubſtitutionis pupillaris commodum conſeruare debeat alteri filio prioris matrimonij. ibid.
Auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nup. ſenſus. ibid.
Tauri. l. 15. explicatur. ibid.
Portug. l. lib. 4. tit. 65. §. 3. declaratur. ibid.
20 *Codicillum pupillare quamuis ſimul fiat cum paterno teſtamento, non tamen eſt pars paterni teſtamenti.*
L. Cohæredi. §. cum filia. verſiculo, Quod ſi hæredem. ff. de vulgar. ſenſus. ibid.
21 *Mater priuari poteſt legitima ſibi debita in bonis fily impuberis, nõ ſolum per teſtamentum pupillare, ſed etiam per codicillum pupillare.*

CENSENDVM.

CENSENDVM. Pro hac regula, ſcilicet † quod teſtamen- 1
tum pupillare cenſeri debeat paternum, vel teſtamenti paterni, facit text. *à gloſſ. allegatus in l. qui plures. §. & ſi à patre. ff. de vulga. & pupill.* vbi Iureconſul. Paulus quæſtionem attigit, quæ apud Iureconſultos fuit valde controuerſa. Quidam enim extraneum hæredem inſtituerat, eundemque rogauerat, vt Mæuio hæreditatem reſtitueret. Et eodem teſtamento filium impuberem exhæredauerat, cui filium Titium pupillariter ſubſtituit. Mortuo patre, hæres inſtitutus repudiauerat ex teſtamento hæreditatem: & deinde compulſus à fideicommiſſario eam hæreditatem adiuerat. Mox pupillus infra pubertatem deceſſerat. Quærebatur, vtrùm Titius poſſet impuberi

ex pupillari ſubſtitutione ſuccederet. Conſtabat equidem pri-
1 mas tabulas confirmari, & legata, & fideicommiſſa, & ex hæreditationem, quæ eiſdem in primis tabulis cõtinerentur. Sed Quintus Mutius Scæuola dicebat, ſecundas tabulas nõ oportere reſuſcitari, deſtituto iam iure ciuili teſtamento. Sed plerique (inquit Paulus) in diuerſa opinione ſunt: quia pupillares tabulæ pars ſunt prioris teſtamenti, quo iure vtimur. Et quidẽ diuerſa hæc opin. Iuliani fuit, vt Hermogenes retulit *in l. nam quod. §. ſi quis compulſus. ff. ad Trebellian.* Propoſui autem ſpeciem exhæredati impuberis, iuxta interpretationem Iacobi Areneñ. qua Oldr. Alberi. Raph. Cuman. & Pau. Caſt. ſecuti ſunt *in dicto §. & ſi à patre.* Tametſi communior intellectus ſit, quod pupillis ipſe, dato cohærede extraneo fuerit ex parte hæres inſtitutus, rogatusque partem ſibi datam reſtituere Mæuio, & eidem impuberi fuerit ſubſtitutus pupillariter Titius, quemadmodum Barto. & alij magis probauerunt. Vtcunque tamẽ ſit, oportuit interpretari, filium pupillum non extitiſſe patri ſuum hæredem: vel quia habuit cohæredem extraneũ, vt receptius eſt: vel quia fuit exhæreditatus, ſecũdum priorem interpretationem.

¶ Ex quo text. colligebat ibi Iaſon *nume. 3. verſic. Quartò ponder.*, quod coacta illa aditio facta ad inſtar fideicommiſſarij non conualidabat teſtamentum iure ciuili: ſed tantum cõualidabat illud iure prætorio. At enim iureconſult. teſtamentũ iure ciuili deſtitutum fuiſſe, vt conſequens ſit non iure ciuili, ſed prætorio ſuccurſurum eſſe teſtamẽto. Item mouetur, quoniam hoc beneficium cogendi hæredem fuit à Prætore inuentum. §. 1. *Inſtitut. de fideicommiſſar. hæredit. atib. l. quia poterat. ff. ad Trebellian.* Præterea dicit facere ad hoc text. *in l. 2. §. 1. eod. tit. in fi.*

¶ Quæ quidem opin. Iaſonis in ſin dubio eſt falſa, & à noſtri iuris principijs prorſus aliena, vt nullo etiam poſſit probari *in dicto §. & ſi à patre.* Quoniam ibi teſtamentum ipſum iure ciuili confirmatur, & ſubſtitutio pupillaris iure ciuili valet, vt non ſit neceſſaria ſubſtitutio pupillari bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas intra centum dies vtilis agnoſcenda. Et imprimis ſubtiliter aduertendum eſt, quod plerique authores à Paulo Iureconſul. citati poſſint videri magis in diuerſa & penitus contraria fuiſſe opinione. Nõ enim aduerſus Quintum Mutium Scæuolam (vt ego interpretor) reſoluerunt, ſecundas tabulas reſuſcitari. Magis enim illud aduerſus eius ſentẽtiam intellexerunt, ſecundas tabulas non eſſe extinctas. Nam etſi maximè hæres extraneus, qui ſolus teſtamento eſſet hæres inſtitutus, repudiaſſet ex teſtamento hæreditatem, teſtamentum tamen non ideo penitus erat iure ciuili deſtitutum.
Quippe † ex ſententia Senatuſconſulti Pegaſiani de quo *in d.*
2 *l. quia poterat. ff. ad Treb.* Diuus Pius reſcripſit, non tantum eum qui ſuſpectam hæreditatem diceret, & adire cunctaretur, cõpelli à fideicommiſſario vniuerſali poſſe, ſed etiam eum cõpellendum, qui repudiaſſet. *l. nam quod §. ſed & qui repudiauit. ff. ad Trebell.*

¶ Siquidem vbi hæres ſcriptus recuſaret hæreditatem adire, cautum eſt Senatuſconſulto Pegaſiano, vt iuſſu Prætoris adeat, & reſtituat hæreditatem. *§. ergo, verſ. ſed ſi recuſet, Inſtitut. de fideicommiſſar. hæredita.* Nemo autem dubitat, Senatuſconſulta † iuris ciuilis eſſe partem. *§. Senatuſconſultum. Inſtit. de iu-*
3 *re natural. gent. & ciuil.* Sic oſtenditur † error Iaſ. qui putauit
4 beneficium cogendi hæredem à Prætore fuiſſe inuentum. Nã iura, quæ allegauit, Prætoris mentionem facientia, planè ad fideicommiſſarium Prætorem referuntur qui de fideicõmiſſis ius dicebat, & Senatuſconſultum exequebatur, quapropter is Prætor, qui de fideicommiſſis ius dicebat, fideicõmiſſarius appellabatur. Enimuero, ex ſententia Senatuſconſulti Pegaſiani Diuus Pius reſcripſit, non tantum eum hæredem, qui ſuſpectam hæreditatem diceret, & adire cunctaretur, cõpelli iuſſu Prætoris poſſe, ſed etiam eum, qui repudiaſſet. *d. l. nam quod. §. ſed & qui repudiauit. ff. ad Trebel.* Quare & ſi ſcriptus hæres compulſus hæreditatem adijſſet, verum erat durare adhuc teſtamentum, nec eſſe factum irritum, nec adhuc proponi inteſtatum patremfamilias deceſſiſſe, quum adhuc iure ciuili hæreditas ex teſtamento poſſet adiri, deſiderante hoc fideicommiſſario vniuerſali, vt eleganter ſcripſit Vlpianus *in l. poſt conſanguineos. §. vnde bellè quæri poteſt. ff. de ſuis & legit. hæredib.* Ergo pupillares tabulæ, quæ pars erant eiuſdem teſtamenti, non erant factæ irritæ, ſed æquè durabant cũ ipſo principali teſtamento, non vt eſſet tractandum de earum reſuſcitatione, quemadmodum rectè videtur ſenſiſſe Iulianus *in d. §. ſi quis compulſus.*

¶ Cur igitur Quintus Mutius Scæuola dicebat deſtitutum eſſe iure ciuili teſtamentum, ſi vtiq; ipſe intelligebat idem teſtamentum adhuc confirmari poſſe aditione ſcripti hæredis, qui repudiauerat? Reſpondeo interpretandum videri, quod erat deſtitutum iure ciuili legis 12. tabularum ordinatio, ſed non erat deſtitutum poſteriore iure ciuili, quod ex Senatuſ-
conſulto introductum eſt. Quo eodem ſenſu † ius hoc ciuile 5
à Senatuſconſulto Trebelliano diſtinxit Iuſtinianus *in d. §. ergo, in princip. ibi, iure ciuili, Inſtit. de fideicommiſſar. hæred.*

¶ Ex his infertur Quinti Mutij Scæuolæ ſententiam videri probabilem, ſi vtique agatur de reſuſcitatione pupillaris teſtamenti, quod ſemel extinctum fuiſſet, deſtituto omninodo principale teſtamento. Finge enim, quod pater adoleſcentem extraneum in teſtamẽto hæredem inſtituit, filium autem impuberi ritè exhæredauit, eique Titium pupillariter ſubſtituit. Mortuo teſtatore, extraneus repudiauit hæreditatẽ cum authoritate curatoris, vel ſolus, ſi curatorem non habebat. Deinde impubes intra pupillarem ætatem deceſſit. Nempè in huiuſmodi ſpecie oportuit conſtituere, teſtamentum eſſe factum irritum repudiatione ſcripti hæredis, & ideo hæreditatem ab inteſtato eſſe delatam, *iuxta princip. Inſti. de hæredita. quæ ab inteſtat. deferun.* vt eam hæreditatem hæres legitimus poſſit conſequi ſine impedimento reſtitutionis in integrum, quam minor 25. annis potuit impetrare adeundæ hæreditatis cauſa,
iuxta rubricam. C. ſi vt omiſſa hæreditate. Non enim † reſtitutio, 6
quæ valet impetrari, poteſt interim facere moram iuri ciuili, vt ſupra iam declaraui in 2. *parte.* Igitur & pupillare teſtamentũ, quod pars principalis teſtamenti cẽſetur, pariter intelligi debet eſſe factum irritũ. Similiter & hæreditas pupilli animaduerteretur ab inteſtato eſſe delata legitimis pupilli hæredib. vt eam adire ipſo iure potuerint.

¶ Quod ſi minor abundæ hæreditatis cauſa fuerint reſtitutus, & ex teſtamento bona obtinuerit, introducitur ſubtilis quæſtio, vtrum oporteat reſuſcitari ſecundas tabulas, quæ, repudiata hæreditate, irritæ factæ erãt: Et ego ex ſentẽtia Quinti Mutij Scæuolæ conſtituo, non reſuſcitari, vt viuant, quemadmodum initio valere debuerunt. Etenim, quia iure ciuili ſemel extinctæ fuerant, poterit quidem ratio boni & æqui prætoriam bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas introducere, non vtiq; aditionem iuris ciuilis admittere. Argumẽtum huius rei videtur deduci ex text. *in l. poſthumus præteritus. ff. de iniuſto rupto*, vbi ſi poſthumus natus viuo teſtatore teſtamẽtum rumpit ipſo iure, non reſuſcitatur teſtamentum iure ciuili, quamuis viuo teſtatore idem poſthumus decedat, ſed tamẽ conualeſcit iure Prætorio, vt ſcriptis hæredibus bonorũ poſſeſſio detur. Deniq; hoc ipſum in hac ipſa ſpecie opinatus eſt Vlpianus *in l. 2. §. interdum, verſ. ego etiam. ff. de vulg.* Nam & ſi re-
ſtitutio † in integrum minori 25. annis conceſſa nõ videtur ex- 7
tendenda ad tabulas pupillaris, argumento tex. *in l. fin. §. ſi. ff. de condi. indeb.* quoniam tamen tabulæ pupillares ſunt pars ipſius principalis teſtamenti, æquitas reſtitutionis partem ipſius teſtamenti compræhendit, videlicet, pupillarem ſubſtitutionẽ, vt ibi Iaſ. *nu.* 5. præcipit allegans ad hoc text. *in præſenti: & ſi pater.*

¶ Vnde infero, quod in illo *§. interdum, verſ. ergo, magis legendum eſt: Ego etiam, quam, Ergo etiam*, vt tentauit Rapha. Cuma. *ibid. in fin.*

¶ Secundum quæ mihi conſequenter comprobatur, quod in ſuperiore ſpecie ſecundæ tabulæ valent iure ciuili; nec ibi tractatum eſt, an reſuſcitarentur. In poſteriore autem ſpecie ſecundæ tabulæ ſemel irritæ factæ ſunt, & ibi pupillus deceſſit ante impetratam reſtitutionem, quo caſu Vlpianus æquè loquitur, nemo dubitaret pupilli hæreditatem quaſi inteſtato eſſe delatam. Ergo ex ſuperiore ſpecie non potuit fieri conſequentia ad poſteriorem. Vnde veriſimile eſt Vlpianum eo loco illam ſententiam ſcripſiſſe, cuius ipſe autor imprimis fuiſſet.

¶ Item in huius text. confirmationem faciunt text. & gloſſ. etiam allegati *in d. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inofficio. teſtamen. & in §. liberis. Inſtitu. de pupillar.* vbi habetur, quod ſi paternum teſtamentum non valet, nec valebit pupillare, quod eſt pars, & ſequela paterni teſtamenti, vt etiam probatur *in l. 2. §. quiſquis. ff. de vulga.* Reſciſſo autem patris iudicio per bonorum

8 rum poſſeſſionem contra tabulas,non reſcindebatur † pupillaris ſubſtitutio. *l. ex duobus.§.fin. iuncta l.ſequenti. & l.is qui contra tabulas.ff.de vulgar.* Quoniam in bonorum poſſeſſione cõtra tabulas non quæritur de iure teſtamenti,ſed de iure ſuccedentis.*l.filio.§.contra tabulas.ff.de inofficio.teſtamen.* Hanc huius rei rationẽ Accurſius reddit *in dicto §.ſed nec impuberis,* & Archidia. *hic numero fina.* cum quo alij tranſeunt. Sed profectò Iureconſultus *in dicto §.contra tabulas,* non agit de bonorum poſſeſſione contra tabulas à filio petita,ſed de bonorum poſſeſſione,quam patronus accipit,vt rectè aduertit Viglius *in d. §.liberis num.6.& 7.* qui hanc vulgarem rationem condemnat, nectamen ipſe idoneam rationem aſſignat.Tu autem dic huius rei rationem veram eſſe quam perſtrinxit Raphael Fulgoſ: *in d.§.ſed nec impuberis.num.4.* & elatius olim explicaui in repetitione:*§.& quid ſi tantum.in 3.par.num.142. verſ.quartò colligo:l. Gallus.ff.de liber. & poſthum.*

9 ¶ Hoc loco quæritur † ſi ex cauſa præteritionis,vel exhæredationis,non valeat paternum teſtamentum,vtrum hodie pupillaris ſubſtitutio defendatur, quemadmodum cætera, præter inſtitutionem, paterni teſtamenti defenduntur, *authen. ex cauſa.C.de liber.præterit.* Et Accurſius *in l.1. in verbo,exhæredatis.ff. de vulgar.* iuxta text. ibi ſcripſit, quod & ſi exhæredatis ſubſtitutio pupillaris fieri poſſet,quoniam interim valebat teſtamentum,non tamen præteritis,quoniam initio teſtamentum erat nullum. Vbi autem patris teſtamentum non valeret, cõſequens eſſe non valere pupillare teſtamentum. *dicto §.liberis,* vbi etiam gloſſ. poſuit exemplum in teſtamento, quod initio nullum eſſet ex cauſa præteritionis, vel ex poſt facto rumperetur per querelam.

¶ Idem tamen Accurſius in eadem *l.1.§ fin.in fin.ſcholio,* obſeruauit aliud videri iure nouiſſimo Authenticorum: quo iure ſi teſtamentum non valet ex cauſa præteritionis, vel exhæreditationis,quo ad inſtitutionem principalem, cætera nihilominus firma permanent, *d.authen.ex cauſa* Et conſequenter firma debet permanere pupillaris ſubſtitutio. Et licèt ab hac opinione Dynus quandoque diſceſſerit, & Petrus, & Bald.*in dicta authen.ex cauſa.* & ibi Ioan.Igne. *in repetitione.ex nume.167.* & Ioan Corraſ.*in l.ſi teſtamento.nume.54.C.de impuberum & alijs,* communior tamen & probabilior eſt Accurſij ſententia pupillarem ſubſtitutionem defendentis. Nam eam tenuerunt Iacob.de Aren.Oldrad.& ſecundum Bartol. qui idem probauit *in d.l.1.§.fina.nume.3.* Quin & ipſe Dynus, & mutata in melius ſententia,correxit opinionem ſuam *in dicta l.1.*& concluſit quod gloſ. *ibidem* priore loco declarauit textum ſecundum iura antiqua: ſed eadem gloſſ.poſteriore loco rectè docuit,aliud eſſe iure nouiſſimo *authen.ex cauſa.C.de liber.præterit.vel exhæreda.* Hoc idem docuerunt Guilelm.de Cun.Rayner.& cõmuniter omnes illius ætatis Doctores,vt retulit Alberic.*in repetitione rubr.num.31.ff.de vulga.*& videtur tenuiſſe Cynus *in l.2. col.1.C.de adoptionib.* Denique cum Barto. hoc idem probarunt communiter Nouiores ſecundum Iaſ.*in d.l.1.§ fi.nu.8.*& Franciſ.de Rip.*in ea l.1.num.33.*Lancelot. Polyt. *de pupillari ſubſtitut. ex numero 40.cum ſequen.*

¶ Pro hac cõmuni opinione efficaciter facit text. à gl. allegatus,& à Dyno inductus *in authen.vt cum de appellatione cognoſcitur.§.ſi vero cõtigerit,colla.8.* vbi tutela,quæ alioqui ſine teſtamento valido non poteſt eſſe valida,nec eſt actus, qui per hęredem impleri debeat,ſed qui directò competat,valet nihilominus,& conſeruatur ex huiuſmodi teſtamento.Igitur & pupillaris ſubſtitutio cõſeruabitur, quamuis regulariter ſine paterno teſtamento ſtare non poſſit. Nec valet quod contra hãc inductionem argumentati ſunt Ripa,& Ioan. Igne. vbi ſupra: dicentes,tutelam etiam ſine teſtamento vtiliter dari ſolere in hoc vt cõfirmetur.Nam vrget nihilominus text.*in dicto §.ſi vero contigerit.* quatenus probat, tutelam ita competere, vt ſine vlla iudicis confirmatione tutor ad tutelam vocetur,ſicut rectè expendit Aretin.*in dicta l.1.§. fin. nume.7. verſic.Sed ad hoc reſpondetur.* Inducitur etiam pro hac ſententia text.*in dicto §.ſi vero.*quatenus probat,libertates directas competere ex eiuſmodi teſtamento: quæ tamen niſi ex teſtamento competere non ſolent,vt argumentatus eſt Philip.Corne.*in d.authen.ex cauſa, nume.38.* Denique Iuſtinianus expreſſit, non ſolum ea quorũ mentionem fecit, ſed cætera capitula legibus conceſſa ita eſſe implenda,tanquam hoc non reciſſum obtineat teſtamentum præter inſtitutionem hæredem, quæ liberos præteritos, vel exhæredatos à parentum hæreditate ſubmouet. Proinde ex Iuſtiniani ſententia valebit pupillaris ſubſtitutio tanquam in hoc non reciſſum obtineat teſtamentum. Nam & capitulum teſtamenti principale eſt pupillaris ſubſtitutio, vt probatur *in l.2.§. prius. ff.de vulgari:* & eadem pupillaris ſubſtitutio habere intelligitur vnde pendeat. Videtur enim eſſe pars & ſequela teſtamenti principalis,quod vtique in hoc ſtatu intelligitur.

¶ Primo amplia hanc veram & communem cõcluſionem, vt procedat † etiam ſi ipſi præterito impuberi, vt exhæredato
facta ſit pupillaris ſubſtitutio: quia nihilominus conſeruabi- 10
tur ex iure nouiſſimo. Et quidem Accurſius *in dicta l.1. in verbo, Exhæredatis,* allegatur quaſi in hac ipſa ſpecie ſpecialiter ſenſerit nõ conſeruari pupillarem ſubſtitutionem. Et Accurſij ſententiam in hoc expendit Angel. id ipſum probans *in dicta authen.ex cauſa,nume.6.C.de liber.præterit.vel exhæredat.* Ad hoc idẽ allegatur *gloſſ.hic in verbo,Eidem filio,*vt colligit Bald.*in dicta authen.ex cauſa, nume.30.* & Ludouic.Roman.*conſil.181.nume.3.* Allegatur etiam in hanc ſententiam Bartol *in l.1.§.fina.in num. 3.ff.de vulgar.*quem ad hoc citauit Ripa *in dicta l.2.nume.33.verſiculo.Secundus caſus.ff.de vulgar.* vbi refert idem Guid. Papæ tenuiſſe *conſil.96. Caſus.* Sed profectò Accurſius vbi *ſupra* nihil voluit eſſe ſpeciale,ſi præterito aut exhæredato impuberi fieret pupillaris ſubſtitutio.Siquidem retulit ſe ad ius antiquum non vero ad ius nouiſſimum, vt Dynus in vltima, & meliore opinione interpretatus eſt, & retulit & Alberic. *in repetitione rubric.nume.33.ff.de vulgar.* Hoc etiam modo accipi debet ſententia gloſſ. *hic in verbo, Eidem filio:* vt ad ius antiquum reſpexerit: ſicuti colligitur ex eodem Ioan. Andre.*hic in Nouell. nume.14.* Sed & Bartol ſententia referri debet ad ius antiquũ, vt rectè exiſtimauit Claudius *in dicta l.1.§.fin. colum. 2.ff.de vulgar.* Allego pro hac parte Bartolum *conſilio 52.* vbi in terminis reſpondit,quod ex iure nouo conſeruatur pupillaris ſubſtitutio facta poſthumæ præteritiæ: & allegat hoc tenuiſſe Iacob. de Aren. & Rayner. de Forliuio. Proinde receptæ ſententiæ authoritas non minus ad hũc caſum inducitur, vt tenuit Bal. *in l.humanitatis.nume.31.verſic. Quinta differentia. C.de impuber.& alijs.*Ioan.Imol. *dicta l.1.nume.4.*& ibi Raphael. Cuman. *nume.6.*Aretin.*nume.17.*Alexand.*nume.5.in dicta l.1.§.final.ff.de vulga.* & Fran. Ripa, qui eos refert, *in dicta l.2.ff.eodem titul. nume.33. verſic.Contrarium,*dicentes hanc eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur Andre.Aleiat.*in dicta l.2.nume.45.* Idem ſecutus eſt Guido Pap.*deciſione.529. Vtrum pater,* & Guilielm. Benedict.*in repetit.c.Raynutius,in verb.ſi abſque liberis.2.in materia pupillaris.num.66.ſupra eod.*

¶ Et huius receptæ ſententiæ authoritatem in hac ſpecie procedere intelligo, etiam ſi ipſe præteritus egit de nullitate, & obtinuit:vel etiam ſi exhęredatus egit quærela,& obtinuit. Nam æquè ſi poſtea in pupillari ætate deceſſerit,habebit vtilitatem pupillaris ſubſtituti, quem ei pater dedit: & conſequenter ſubſtitutus pupillaris conſequenter ex pupillari teſtamento hæreditatem ipſius impuberis præteriti vel ex hæredati. In contrarium facere videtur, quod huiuſmodi pupillus qui patris voluntatem impugnaſſet, videbetur non debere conſequi ex eo vtilitatem hæredis pupillaris, argumento text.*in l.ſi pupillus paterna:& l. quæſitum.ff. de acquiren. hæredita. l.poſt legatum.§.qui principale.ff.de his quibus & indign.l.filius.§.omnibus.ff.de legat.præſtand.*

¶ Et quidem Bald. & Angel. *in dicta authent.ex cauſa,* quos *ſupra* iam allegaui, moti ſunt hoc argumento, quod fortiſſimum eſſe dixit Ioannes Corraſ. *in l.ſi teſtamento, numero 54. C. de impuber. & alijs.* Et reperio quod idem argumentum attigit Alberic. *in repetitione rubric. numero. 32. verſiculo Primo caſu. ff.de vulgar.*Sed & Aretin.*in l.qui patri,numero 3.verſic.Secundò aduerte.ff.de acquiren. hæredita.colum. 4. in princip. ante verſicu. Secundo principaliter,* hoc quaſi nouo argumẽto tentabat dicere, quod *in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis. ff. de inofficio. teſtamen.* quando teſtamentum pro parte valeret, & conſequenter pupillaris ſubſtitutio,tunc ipſe qui teſtamentum pro parte impugnauit, non poſſet habere vtilitatem ſubſtituti pupillaris ſibi dati: quamquam dicat hoc eſſe valde nouum, & non audere hoc affirmare.

¶ Ego autem contra hoc authores induco textum *in l. & ſi contra tabulas. de vulgar.* vbi ſi filius impubes, cui pater fecit ſubſtitutionem pupillarem, petijt contra tabulas patris bo-

norum poſſeſſionem, non admittitur ad legata eiuſdem tabulis ſibi relicta. *d. l. filium. §. omnibus ff. de legatu præſtand.* Sed nihilominus nõ amittit vtilitatem ſubſtituti pupillaris ſibi eodem teſtamento conſtituti. Rationem huius rei elegãter reddit Bartol. *in l. ex duob. §. fin. eodem titu.* quam alij vulgo ſequuntur: videlicet, ꝙ impubes † tutoris authoritate poteſt facere
11 actum, per quem amittat legata, *dicto §. omnibus*: ſed idem impubes non poteſt etiam cum tutoris authoritate aliquid mutare circa teſtamentum pupillare ſibi à patre factum. Et ſanè videtur hoc quod Bartol. reſoluit, eſſe iuſtiſſimum. Si quidem pupillare teſtamentum conſideratur tanquam pars paterni teſtamenti & propriam habet patris voluntatem. Igitur iniquum eſſet, deſtitui patris voluntatem, & ordinationem, & ipſius ſubſtituti pupillaris vtilitatem in conſequenda hæreditate pupilli, ea propter, quod in huiuſmodi patris voluntate, & pupillaris ſubſtituti vtilitate, mixtum haberet aliquod emolumentum pupillus, argumento. *l. abſentem, verſic. Sanctius. ff. de pœnis.*

¶ Secundò amplia communem concluſionem procedere
12 † etiam ſi impuberi filio hæredi inſtituto fuiſſet ſpecialiter facta vulgaris ſubſtitutio, & alter ex liberis teſtatoris teſtamentum patris ex cauſa præteritionis vel exhæredationis infirmauerit. Nam ſi inſtitutus impubes poſt mortem patris intra pubertatem deceſſerit: is, qui ei vulgariter fuit ſubſtitutus, eidem hæres poterit exiſtere ex pupillari omnino tacita. Quippe & ſi vulgaris ſubſtitutio expreſſa corruerit per *dictam authent. ex cauſa. C. de liber. præterit. vel exhæreda.* tamen, hoc non obſtante, firma permanebit tacita pupillaris, ad quam expreſſa vulgaris porrigi ſolet. *l. iam hoc iure. ff. de vulgari.* Hoc ita ſcriptum reliquit Curtius Iun. *in d. auth. Ex cauſa, nume. 53. verſic. ſed hic radit*, cuius ſententia videtur probabilis. Nec enim ei negotium faceret, quod præſupponimus extare filium teſtatoris, qui teſtamentum ex cauſa præteritionis vel exhæredationis infirmaret. Nam quamuis † contra filium teſtatoris inſtituti
13 impuberis fratrem non ſoleat valere pupillaris omnino tacita, hoc tamen caſu valebit contra hunc præteritum vel exhæredatum. Si enim pater hunc filium conſulto præteriuit, aut nominatim, legitima cauſa inſerta, exhæredauit, non eſt cur eundem voluerit admitti ad legitimam impuberis hæreditatem, ſecundum ea quæ argumentatus eſt Bart. *in d. l. 2. num. 36. ff. de vulga.*

¶ Tertiò amplia procedere eandem communem concluſionem † etiam ſi teſtator ipſum impuberem, qui pupillari-
14 ter ſubſtituit, mala mente præteriuit, aut mala mente exhæredauit. Nam hoc quoque caſu conſeruari debet pupillaris ſubſtitutio, vt colligitur ex Iuſtiniani ſententia *in dicta Authent. vt cum de appella. cognoſ. §. ſiue ignur. & §. ſi verò contigerit. & §. hac autem. collat.* 8. Manifeſtè enim loquitur in liberis mala mente exhæredaris, quum cauſam ingratitudinis legitimam inſeri iubeat teſtamento. Præterea dicit intentionem ſuam eſſe à liberis iniuriam præteritionis, & exhæredationis auferre. Porro eodem loco ſcribit conſeruari debere tutorum dationes, & quælibet alia capitula. Vnde conſequenter ſenſit, quod eiſdem impuberibus mala mente exhæredatis, conſeruari deberent ſubſtitutiones pupillares non minus quã tutorum dationes.

¶ Ex quo non videbitur rectè docuiſſe Andre. Alciat. *in l. 2. nume. 48. ff. de vulgar.* quod hoc caſu non conſeruaretur pupillaris ſubſtitutio facta mala mente exhæredata. Motus eſt eo quod in tali ſpecie pupillaris ſubſtitutio non cenſetur facta in fauorem ipſius impuberis. *l. cum quidam. C. de legatis.* Quæ ratio non eſt ſatis idonea, quum melius ſit Iuſtiniani ſententiam latius accipere. Ille enim quoad infirmandam inſtitutionem principalis teſtamenti rationem habuit liberorum præteritorum, vel exhæredatorum. Verum quoad conſeruanda cætera teſtamenti capitula non reſpexit ad fauorem liberorum, ſed reſpexit duntaxat ad fauorem voluntatis teſtatorum. Denique non perſpicio quænam idonea diuerſitatis ratio reddi poſſit inter tutelam & inter ſubſtitutionem pupillarem.

¶ Vltimò amplia conſeruari pupillarem ſubſtitutionem, †
15 etiam ſi is qui ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis teſtamentum patris infirmauit pupillariter fuit ſubſtitutus ipſi impuberi. Quæ ampliatio magnam habet difficultatem, vt latius inſiſtendum videatur.

¶ Nam Iaſon *in dicta authent. ex cauſa. C. de liber. præterit. num.* 10. ſcribit, quod ſi præteritus ipſe filius alij fuiſſet pupillariter ſubſtitutus talis ſubſtitutio non ſuſtineretur per eam authenticam. Sicuti nec legata ſuſtinentur eidem filio præterito relicta, ſecundum Angel. ibidem in lectione Florentina, & Ludouic. Roma. *conſil. 516. in caſu* Contrarium ſcribit tenere Paulum ibidem in fin. colum. & Bald. *in l. humanitatis. numero 31. verſicu. quinta differentia. C. de impuber.* Ioannes Imol. Raphaël Cuman. & Alexan. *in l. 1. §. fi. ff. de vulgari.* Conſtituit autem huius articuli veritatem pendere ex alio articulo, videlicet, vtrũ legata relicta ipſi filio præterito ſuſtineantur. Idem Iaſon poſtea *nume. 16.* ſcribit, quod licèt communiter teneatur, legata nõ valere, quæ relicta fuerunt ipſi filio præterito, tamen quãdo ipſe præteritus fuiſſet impuberi ſubſtitutus, tunc refert Ioan. Imol. & communiter Modernos *in d. l. 1. § fin. tenere*, quod talis ſubſtitutio pupillaris ſubſtineatur: Cognita (inquit) de ratione diuerſitatis.

¶ Verum Iaſon his locis negligenter expendit ſententiam Bald. *in dicta l. humanitatis*, Ioan. Imol. Cuman. & Nouiſſimorum *in dicta l. 1. §. fin. ff. de vulgar.* hi enim authores minimè loquuti ſunt in filio præterito, qui impuberi pupillariter fuiſſet ſubſtitutus, ſed magis loquuti fuerunt in filio præterito impubere, cui pater pupillarem ſubſtitutionem feciſſet. In qua ſpecie hi authores rectiſſimè diſtinxerunt legata relicta eidem filio præterito, & pupillarem ſubſtitutionem eidem impuberi præterito factam. Nec adeo erat cogitandum, aut inquirendum de ratione diuerſitatis, quam ſcilicet Barto. docuerat *in l. ex duobus. §. fina. ff. de vulgari.* Ripa tamen *in dicta l. 2. nume. 34. ff. de vulgari*, exiſtimauit, Iaſo. rectè intellexiſſe differentiam, quam ſuperiores authores cum iudicio fecerunt, & de ratione eius differentiæ cogitandum reliquiſſe. Sed certè Iaſon. verba manifeſta ſunt, qui ſemel atque iterum loquutus eſt in filio præterito, qui pupillariter ſubſtitutus fuiſſet impuberi. Et ſanè difficile erat reddere rationem diuerſitatis inter legata, & inter pupillarem ſubſtitutionem, quum videantur hæc emolumenta eſſe æquiparata *in d. l. filium. §. non ſolum. ff. de lega. præſtand.*

¶ Reſoluo igitur communem eſſe opinionem quod lega-
ta † ipſi filio præterito relicta non conſeruantur *ex dicta Authent. ex cauſa*, vt reſoluit Philippus Corne. *ibidem nume. 38.* poſt gloſſ. *in l. maximum, in verbo. Titius ſubſtantia. C. eodem titulo de liber. præterit.* Planè cum pro hac ſententia plerique omnes induxerunt textum *in dicta l. filium. §. omnibus. ff. de legatis præſtand.* conſequens fuit eiſdem authoribus intelligere: quod ſimiliter non conſeruetur pupillaris ſubſtitutio. Siquidem Vlpianus eo loco *in §. non ſolum*, ſcribit, non ſolum legatum denegari ei qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit, ſed etiam perſecutionem hæreditatis pupillaris, quam eidem præterito parens reliquiſſet per ſubſtitutionem pupillarem. 16

¶ Ego autem nouè aduerto, quod etiam in illis Vlpiani reſponſis ſubtilis eſt differentia inter legata, & inter pupillarem ſubſtitutionem. Nam legata ibi non debentur ei, qui petijt bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & apud ſe conſtituere debet vtrum bonorum poſſeſſionem contra tabulas petat, an verò legatum perſequatur. Nam ſi elegerit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, non habebit legata. Sin autem legatum elegerit, eo iure vtimur ne petat contra tabu-
las. Ex diuerſo † in pupillari ſubſtitutione non idem iuris eſſe 17
intelligo. Quoniam ſi elegerit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ipſo iure nihilominus admittetur ex ſubſtitutione pupillari ad hæreditatem impuberis, ſed vtique priuabitur ea hæreditate tanquam indignus, vt eſt expreſſum *in l. 2. ff. de his quibus vt indign. & in l. is qui contra tabulas. ff. de vulgari.* Differentiæ ratio fundata mihi videtur eſſe, quoniam Prætor in eo edicto ex parentis iudicio conſeruauit legata liberis relicta, *l. 1. ff. de legat. præſtand.*

¶ Æquiſſimum igitur fuit non conſeruari legata relicta ei, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepiſſet. Quoniam vtique ex iudicio parentis non videntur hæc legata eidem deberi. Nam quia præterito fuerunt relicta, & is contra iudicium parentis hæreditatem euicit, conſequens eſt, vt iam parentis iudicio deſtitui videatur circa hoc legatum. Planè hæc ratio locum non habet in pupillari ſubſtitutione, quæ nõ conſeruatur ex illo edicto, *de legat. præſtand.* Durat enim iure

ciuili,

ciuili, ſi adita fuit patris hæreditas, quamuis reſciſſum ſit eius iudicium, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione. *l. ex duobus. §. ſi ff de vulga.*

¶ Vnde & in propoſita quæſtione dici poteſt, quod legata relicta hodie filio præterito vel exhæredato non debentur eidem, ſi ab inteſtato parentis hæreditatem euicerit. Videtur enim liberis obſtituta doli mali exceptio, qui cõtra ſententiam parentis velint legata conſequi vltra portionem hæreditatis, quam euicerunt.

¶ Sed non eadem ratio verſari videtur in pupilli hæreditate, quàm pater filio præterito vel exhæredato dedit. Eſt enim alia hęreditas, quàm patris, nec patris hęreditatem delibat, vt legatum. *§ igitur. Inſtit. de pupill. l. legatum eſt delibatio. ff. de legat. 1.* Quod ita in ſimili ſpecie conſiderauit Alexan. *in l. 1. §. fina. nu. 3 verſic. Quæ ratio. ff. de vulgar.* Denique cùm directò ea hæreditas deferatur pupillari ſubſtituto, incurret ſanè ea deliberatio, an priuandus ſit ea hæreditate tamquam indignus, quum patris voluntatem oppugnauerit, *argumento d. l. 2. ff. de his quib. vt indign. & l. is qui contra tabulas. ff. de vulgar. coniuncta d. l. filium. §. omnibus, & §. non ſolùm. ff. de legat. præſtan.* Et quidem in exhæredato filio, qui, per lata in officioſi querela, teſtamentum patris rumpit, probabile eſt inducere, quod veniat pupillari hæreditate priuandus velut indignus, argumento earum legum, *& l poſt legatum §. qui principale ff. de his quib. vt indign.* Sed in præterito filio, qui petijt, teſtamētū patris declarari nullum, prope eſt, vt emolumento pupillaris hæreditatis priuari non debeat. Lex enim ipſa principaliter fecit iniuſtum teſtamentum nihil volente filio præterito, vt in terminis noſtris perſtrinxit Raphael Cuman. *in d. l. 1. § ſi. num ſi. ff. de vulgari.* Vnde filij præteriti petitio, quod nullum eſſe declaretur patris teſtamentum, non videtur nouam iudicio patris iniuriam inferre, argumento, *l. adeo. §. cum quis. ff de acquirendo rer. dominio.* Proinde non videtur priuandus pupillari hęreditate huiuſmodi filius, vt diſtinguendo præteritum ab exhæredato eleganter tentauit Philipp. Corn. *in d. authen. ex cauſa. num. 13. verſic. diſtingue tamen.* Denique cum iuris quæſtio in eo vertatur, vtrum fiſcus hæreditatem pupilli auferre debeat à præterito, qui patris teſtamentum dixit eſſe iniuſtum, humanius erit filium tueri, & pœnam priuationis, quæ legibus ſpecialiter ſtatuta non ſit, per interpretationem non inducere, *argumento text. in authent. de non eligend. ſecundo nuben. §. cum igitur. collat. 1.* & text. *in l. non puto. ff. de iure fiſci*, iuncta gloſſ. ordinaria, *in cap. fin. de iure patronat.*

¶ Et hæc ita vtilia ſunt ad declarationem Regiæ *l. Portugall. lib. 4 tit. 70. §. 1. & 2.* vbi lex vult, legata conſeruari quando teſtamentum infirmatur ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, *iuxta d. authent. ex cauſa*, nec cæterorum mentionem fecit. Eſt enim ex iure communi adhibenda interpretatio, vt & cætera teſtamenti capitula ſimiliter confirmantur, & in his ſubſtitutio etiam pupillaris.

¶ Sed in hoc Regno Caſtellæ vix eſt vt idem probari debeat, videlicet, propter *l. 10. titul. 5. Partita. 6.* quæ in fine exprimit, quòd ſi teſtamentum rumpatur agnatione poſthumi, vel poſthumæ, rumpitur etiam ſubſtitutio pupillaris.
18 Et quidem † ea ſententia iure etiam communi defendi poſſet, ſi teſtator per ignorantiam præteriuit non natum, & nato impuberi ſubſtituiſſet pupillariter extraneum. Eo enim caſu obtinere meritò debet, quòd nato poſthumo, qui per ignorantiam fuit præteritus, rumpatur etiam pupillare teſtamentum, ex ſententia Bartoli, *in dict. authent. ex cauſa. & in l. filio præterito. ff. de iniuſto rupto, & in l. 1. ff. de iure codicillo. & in l. cum mater. ff. de inofficio. teſtament,* docet Philipp. Corne. *in authent. ex cauſa. numer. 13.* poſt Salyc. ibidem, & Alexand. *in dicta l. 1. §. fin. ff. de vulgari.* Andr. Alciat. *in dicta l. 2. ff. de vulgari. num. 45.*

¶ Verùm ea lex Regia ad hunc caſum ſingularem minimè reſpexit. Quin potiùs generaliter conſtituere voluit, quòd ex principali teſtamento penderet pupillare, vt infirmato etiam ex præteritionis cauſa teſtamento, infirmaretur & pupillare. Et fermè tranſtulit ad literam dicta Azonis, *in ſumma. C. de impube. & alijs. num. 11.* Sed Azo ibidem videtur ad ius antiquū reſpexiſſe, vt etiam Accurſius, *in d. l. 1. § fina. in verb. exhæred. ff. de vulga.* & gloſ. *noſtra hic in verb. eidem filio.* Quum igitur, attento iure communi verius ſit, & multo receptius, quod his caſibus conſeruetur pupillaris ſubſtitutio, interpretatione ſuccurrēdum videtur, ne in hoc Regno Caſtellę, in quo omnia ſunt æquiſſimè conſtituta, iniquum ius debeat præualere. Quare ex ſententia *l. 1. tit. de los teſtamentos, lib. 3. ordinam.* vtcunq; poterit pupillaris ſubſtitutio adiuuari, & induci, quòd ſi inſtitutio hęredis ſit nulla ex cauſa præteritionis, vel exhæredationis, perinde valeat pupillaris ſubſtitutio, atque ſi nulla omnino facta fuiſſet inſtitutio. Quod ita rectè tentauit Greg. Lup. *in d. l. 10. ſcholio antepenult.*

¶ Vltra gloſſ. pro ſententia Pontificis hic, quòd pupillare teſtamentum ſit paternum ſeu pars paterni teſtamenti, potuerunt allegari text. *in l. 2. §. prius. & l patris, & filij. ff. de vulga. l. ſicut. ff. quemadmodum teſtamen. aperian. l. poſt legatum. §. qui principale. ff. de his quibus vt indig. l. 1. ff. quando dies lega. cedat. l. pater. ff. de priuileg. creditor.*

¶ Ex quibus legibus, & ex noſtra hac capituli parte, videtur inferri poſſe notabilis † intellectus ad text. *in authent. ex teſtamento. C. de ſecundis nuptijs*, vbi habetur, quòd ſi quis deceſſerit, 19
relicta vxore, & pluribus ex ea filijs, & vnus ex his, ſuperſtite matre deceſſerit, & mater eadem ante vel poſtea ſecundò nupſerit, nihil ex filij ſucceſſione amittit, ſi ab eo fuit hæres inſtituta. Cęterum ſi filius ab inteſtato deceſſerit, tunc in fauorem cęterorum filiorum eiuſdem prioris matrimonij conſtituitur, vt quicquid ex paterna ſubſtantia filius ad matrem ab inteſtato hæredem tranſmiſerit, id iure dumtaxat vſusfructus à muliere retineatur, quum proprietas ad filios prioris matrimonij pertineat. Siquid vero filius aliunde habuit, id mater hæres legitima pleno iure capit, & retinet, nec filij prioris matrimonij quicquam præcipuum in eo habent. Et ſic debet explicari. *l. Regia huius Regni in l. 15. Tauri*, vbi latè hoc declarant eius, *l. interpretes.* Idem quoque eſt conſtitutum, *l. Regia Portugalliæ lib. 4. titu. 75. §. 3.* Niſi quòd mater eodem iure Regio totam hæreditatem filij ab inteſtato ſibi vendicat, excluſis fratribus, vt etjam cauetur in hoc Regno Caſtellæ. *in l. 6. Tauri*, quamuis iure communi fratres defuncti ſimul cum matre legitimam ſucceſſionem poterant vendicare, *authent. defuncto. C. ad Tertullian. §. præferuntur, Inſtitut. eodem titu.* Introducitur ergo vtiliſſima quæſtio, ſi proponas, quòd hodie pater filium puberem, & alterum filium impuberem ex aſſe hæredes ſcripſit, & ſi pupillus filius ante 14. ætatis annum vita decederet, matrem ei hæredem eſſe iuſſit. Mortuo patre, filius deceſſit intra pupillarem ætatem, cui mater ex ſubſtitutione pupillari ſucceſſit, & mater eadem antè vel poſtea ſecundo nupſit, & ex nouo matrimonio alios filios ſuſcepit, & tandem ab inteſtato eſt defuncta, relictis duobus filijs, vno prioris, altero poſterioris matrimonij. Filius prioris matrimonij vendicat ſibi quaſi proprietatis iure totam ſucceſſionem fratris impuberis, quam ſucceſſionem dicit ad matrem poſt ſecundas nuptias ſpectaſſe iure duntaxat vſusfructus. Contra, filius ſecundi matrimonij dicit, eam impuberis ſucceſſionem, vt reliquam matris hæreditatem, ex æquo diuidendam fore, quòd eam ſucceſſionem pleno & libero iure acquiſierit, & retinuerit. Et Bald. *conſi. 42. Ad euidentiam. lib. 3* ad huius articuli deciſionem præmiſit, quòd aut mater nititur ex teſtamento mariti, aut ex teſtamento filij, aut ab inteſtato. Et primo (inquit) caſu retinet vſumfructum, & perdit proprietatem, quæ pertinet ad alios filios ſuperuiuentes. *l fœminæ. C. de ſecundis nuptiis.* Secundo caſu nihil perdit, *authent. ex teſtamento, in 1. reſponſo. C. eodem titul.* Tertio caſu bonorum, quæ fuerunt mariti, perdit proprietatem, quæ applicatur filijs ſuperuiuentibus, ipſa vero ſolum vſumfructum habet, *dict. authent. ex teſtamento.* In propoſita igitur quæſtione, in qua pupillare teſtamentum videtur eſſe patris, & filij. *l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inofficio. teſtament.* Bald. reſpondit, fauorabiliorem viam eſſe eligendam, vt ſcilicet ſuccedat mater tanquam ex filij teſtamento, & conſequenter nihil amittat. Idem comprobare viſus eſt idem Bald. *conſilio. 216. Caſus talis eſt ſtatuto, verſicul. final. libr. 3.* vbi dicit matrem venire quaſi ex teſtamento filij, quoniam ſubſtitutio pupillaris eſt teſtamentum patris, quoad ordinationem, & verius eſt teſtamentum pupilli quoad ſucceſſionem.

¶ Aretinus autem, *conſil. 40. Præſuppoitur. colum. penult.* ſentire viſus eſt, quòd ſi mulier habeat in hac ſpecie filium aliquē ex priore matrimonio, ad eum proprietas redire debeat bonorum quæ vxor conſecuta eſt ex pupillari ſubſtitutione à marito facta. Idem contra Bald. ex profeſſo aſſeruit Ioann.

de Gartonib. *in repet. authent. ex teſtamento, num. 18. C. de ſecundis nuptijs.* Motus eſt, quoniam pupillare teſtamentum non eſt proprie ipſius filij teſtamentum, ſed patris quoad ordinationem. Igitur quaſi ex ipſius mariti teſtamento mulier fuerit cõſecuta hæreditatem impuberis priuari debet proprietate omnium bonorum, retento vſufructu. Item mouetur, quoniam text. *in d. authent. ex teſtamento,* & text. *in corpore, in authen. de nuptiis. §. hinc nos. collatione. 4. & in authen. de non eligendo ſecundo nubentes. §. cum igitur, collatione. 1.* non loquuntur niſi in proprio filij teſtamento quod ipſe filius ſibi feciſſet, & contra quod teſtamentum mater ipſa venire poſſet ratione partis iure naturæ debitæ. Igitur nihil ſenſerunt de pupillari teſtamẽto, quod pater impuberi feciſſet, quum vtique id mater expugnare non poſſet. *vt in d. §. ſed nec impuberis, & tex. in præſenti.* Concluſit itaque, quòd de his bonis, quæ mater habuit ex ſubſtitutione pupillari, iudicandum eſt quemadmodum de habitis ex teſtamento mariti, vt ſuperſtite filio prioris matrimonij, priuata ſit mater proprietate omnium bonorum prædictorum, & ſolum ſit vſufructuaria. Quod digito alligandum perpetuò commendat.

¶ Ego autem neutram ſententiam probo, qui exiſtimem, nec mulierem adeo eſſe excuſandum, vt Bald. voluit, nec adeo eſſe onerandam, vt Ioan. de Garton. concluſit. Media igitur via magis placet, vt diſtinguamus bona quæ pupillus ex paterna ſubſtantia conſequutus eſt, à bonis, quæ aliunde habuit.

¶ Et in primis aduerſus Bald. probabilius eſt dicere quòd bona, quę pupillus à patre habuit, mulier retinere non debeat quoad proprietatem. Quod quidem potuiſſet eſſe controuerſum, ſi penderemus ex ſola. *l. fæminæ, & l. generaliter. C. de ſecundis nuptiis.* vbi habetur, quòd quicquid ex facultatibus ſeu de bonis mariti mulier eſt conſecuta, non retineat pleno iure, ſi ſecundo nupſerit. Diceretur enim hoc non tam eſſe ex mariti, quàm ex filij facultatibus, quia diuerſa hęreditas eſt, & per pupillarem ſubſtitutionem ſucceditur ipſi impuberi, non patri. *In princip. & §. igitur. Inſtitut. de pupilla.* Induceretur præterea elegans text. *in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de ſucceſſ. edicto,* vbi filius qui ex iudicio patris ſuccedit impuberi fratri quaſi neceſſarius hæres factus in tabulis pupillaribus, non in paterna, ſed in fraterna hæreditate dicetur ſuccedere, atque ideò annum non habet, quem habiturus fuiſſet, ſi in paterna hæreditate ſuccederet. Inſpicitur enim immediata ſucceſſio, non mediata, vt bona magis pupilli videantur, quàm ipſius teſtatoris. Hæc autem diſputatio hodie videtur ceſſare poſteaquam lata eſt conſtitutio Iuſtiniani, *in dict. authentic. de nuptiis. §. hinc nos.* Etenim ſi filius ipſe matrem non inſtituit, lex, quæ ab inteſtato matrem vocat, non vult proprietatem bonorum, quæ mariti fuerunt, eidem matri concedere. Ergo ſi nec filius eam vocauit proprio teſtamento, nec lex ab inteſtato, ſed maritus ipſe dum pro filio teſtatur, abſurdum eſt dicere, quòd mulier excuſetur inſtitutione mariti, cum ea inſtitutio mulierem ex manifeſta legum ſententia onerare magis, quàm excuſare deberet. Sic reſoluo mulierem priuandam eſſe proprietate horum bonorum, quæ mariti fuerunt.

¶ Si quid autem pupillus, viuo patre, aliunde habuit, aut ſi quid poſt mortem aliunde acquiſiuit, contra Ioan. à Gartonibus reſoluo, mulierem liberè, id acquiſituram & retenturã. Nam vbi mulier per legem ſuccedit filio, non vult lex eam priuare his bonis, quæ occaſione prioris matrimonij ad filium non peruenerunt. At enim dixerit aliquis, maritus etiam hæc propria filij ſui bona vxori reliquit, quæ planè potuiſſet alij cuiuis relinquere, excluſa penitus matre, vt hoc cap. expreſſũ eſt. Vnde in his etiam bonis potuiſſet matrem onerare, iuxta text. & ibi notata, *in l. ſi Titio. §. fin. ff. de legat. 1.* Igitur & proprietate horum bonorum videtur mulier priuanda, quum ea bona habuerit ex propria mariti liberalitate iuxta verba, *d. l. fœminæ. C. de ſecundis nuptiis.* Sed tamen reſpondetur, Imperatores *in d. l. fœminæ, & in d. l. generaliter,* euidenter ſe retuliſſe ad bona ex facultatibus priorum maritorũ, ſeu de bonis priorum maritorum vxores fuiſſent conſecutæ. Igitur cum hæc bona non fuerint mariti, ceſſant verba legum. Quin & earum legum ſententia ceſſare videtur, quia non eſt eadem ratio in bonis proprijs impuberis, etiam ſi pater pro eo teſtatus fuerit, vt eſt expreſſum, *in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulga.* ſecundum quæ mulier proprietate horum bonorum minimè priuabitur, quum non ſit lata legis ratio, quæ eam priuet, argumento text. *in authent. de non eligendo ſecundo nubentes. §. cum igitur, verſic. nec qualibet eſt lex. colla. 1.*

¶ Hoc etiam loco meminiſſe oportet, † quòd codicillum 20
pupillare, quamuis ſimul fiat cum paterno teſtamento, non intelligitur eſſe pars paterni teſtamenti. Vnde & ſi paternum teſtamentum iure non valeat, poterit valere & defendi codicillum pupillare. Hoc ita mihi ſignificauit Papinianus, *in l. cohæredi. §. cum filiæ. verſic. quòd ſi hæredem. ff. de vulga.* cuius text. verba ſunt: Quòd ſi hæredem filium pater rogauerit, ſi impubes diem ſuum obierit, Titio hæreditatem ſuam reſtituere, legitimum hæredem filij, ſalua Falcidia, cogendum patris hæreditatem, vt ab impubere fideicommiſſo poſt mortem eius dato, reſtituere placuit. Nec aliud ſeruandum, cum ſubſtitutionis conditio puberem ætatem verbis precarijs egreditur. Quę ita locum habebunt, ſi patris teſtamentum iure valuit. Alioquin, ſi non valuit, ea ſcriptura quam teſtamentum eſſe voluit, codicillos non faciet, niſi hoc expreſſum eſt, nec fideicommiſſo propriæ facultates filij tenebuntur. Et ideo ſi pater filium exhæredauerit, & ei nihil reliquerit, nullum fideicommiſſum erit. Alioquin ſi legata vel fideicommiſſa filius acceperit, intra modum eorum fideicommiſſum hæreditatis à filio datum, citra Falcidiæ rationem debebitur. Quo loco Bald. in fine obſeruauit intentionem Iureconſulti fuiſſe, exponere totam perfectam materiam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, & quomodo differt à ſubſtitutione directa. Nam habemus (inquit) melius in iure. Idem cum Baldo obſeruauerunt ibi Angel. Ioan. Imol. & omnes poſteriores. Mihi autem videtur Papinianum non id egiſſe, vt notaret differentias inter directam ſubſtitutionem pupillarem, & inter fideicommiſſariam, ſed magis inter ſubſtitutionem fideicommiſſariam vulgarem, quæ omnibus fieri poteſt & inter fideicommiſſariam pupillarem, quæ his demum fieri poteſt, quibus & directa pupillaris. Et erat profectò hic tractatus multò ſubtilior. & Papiniano dignior. Animaduerti autem imprimis ipſam Papiniani ſpeciem à noſtri iuris interpretibus non fuiſſe perceptam. Siquidem Papinianus propoſuit, quod pater filium impuberem teſtamento hæredem inſtituit, & deinde ita ſubiecit: Rogo filium meum, vt ſi impubes diem ſuum obierit, Titio hæreditatem ſuam reſtituat, & reſpondit nihilominus legitimum hæredem filij cogendum, & ſalua Falcidia, patris hæreditatem reſtituere. Proinde fideicommiſſi verbis non patris hæreditas, vt hactenus vulgo intellectum eſt, ſed ipſius filij impuberis hæreditas continebatur, vt ego interpretor. Vt enim illa verba, diem ſuum, ad impuberem referuntur, ita quoque illa verba, hæreditatem ſuam, ad ipſum impuberem conſtituo eſſe referenda. Et enim ſi Papinianus de teſtatoris hæreditate intellexiſſet, potuiſſet ſanius dicere: Hæreditatem, nec adiecisſet: Suam. Nam & ſi verborum proprietas admittere poſſet de hæreditate teſtatoris loquutum Papinianum, equidem ex ipſius Iureconſulti in eodem reſponſo ſententia, colligo veram eſſe meam interpretationem. Quippe ſcriptum eſt, quod eo fideicommiſſo propriæ filij facultates non tenebantur, vt in verſicul. nec fideicommiſſo. Porrò ineptum erat hoc reſpondere, ſi verbis fideicommiſſi patris facultates continerentur. Eleganter igitur reſpondit Papinianus, quod & verbis fideicommiſſi hæreditas filij impuberis continebatur, fideicommiſſo tamen, id eſt, fideicommiſſi viribus hæreditas eiuſdem impuberis non tenebatur. Præterea hanc interpretationem veram eſſe conuincere videtur eiuſdem Papiniani concluſio, *in fin. eius §. in verſicul. & ideo,* vbi dicit, fideicommiſſum hæreditatis à filio datum, vbi neceſſariò intellexit de hæreditate ipſius filij impuberis, qui proponebatur exhæredatus. Quod ipſum Bald. Ioann. Imol. Aretin. & alij agnouerunt exponentes, Hæreditatis, ſcilicet, bonorum ipſius filij. Mirum eſt igitur quomodo totum Papiniani reſponſum, quod *in eo, verſicul. & ideo,* concludebatur, non eodem modo acceperunt. Denique ex eo, quod Senatus cenſuit, conſtabat, hæredem, qui rogatus eſſet hæreditatem ſuam reſtituere, videri rogatum de hæreditate teſtatoris reſtituenda. *l. ex facto. ff. ad Trebellian. l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de legat. 1.* vbi idem Papinianus hunc articulum tractauit in eo hærede, qui poſt mortem ſuam fuerat rogatus hæreditatis ſuæ quartam partem reſtituere.

Cùm

Cùm igitur ex Senatus ſententia conſtaret, in fideicommiſſo eſſe duntaxat teſtatoris hæreditatem, non verò hæreditatem hæredis inſtituti, de qua teſtator liberè non poterat diſponere, Papinianus belliſſimè articulum tractauit in ea ſpecie, in qua teſtator iure poteſtatis poterat liberè diſponere de hæreditate hæredis inſtituti, videlicet filij impuberis. Nihilominus retinendam cenſuit eandem interpretationem, quæ in quolibet hærede inſtituto fuerat facienda. Nempe vt hæreditas teſtatoris fideicommiſſo teneretur, non vero hæreditas ipſius filij impuberis. Ratio reſpondendi ea fuit, quòd teſtator ſi de hæreditate hæredis filij impuberis per fideicommiſſum liberè diſponere voluiſſet, vtique debuiſſet hæredem filij impuberis rogare iuxta *l. ſi Titio. §. fin. ff. de leg. 1.* cum vero ipſum filium hæredem rogauit vt ſi impubes diem ſuum obijſſet, hæreditatem ſuam reſtitueret, oportuit reſpondere, quòd & ſi verbis fideicommiſſi contineretur filij impuberis hæreditas, in fideicommiſſo tamen manebat patris hæreditas. Nimirum quoniã ab ipſo impubere fideicommiſſum poſt mortem eius datum legebatur.

¶ Vnde intelligitur ille verſi. vt ab impubere fideicommiſſo poſt mortem eius dato. Quo in loco Papinianus minimè locutus eſt de ſpeciali fideicommiſſo, vt Accurſius ibi, & alij non rectè interpretati ſunt. Magis enim retinuit ſpeciem fideicommiſſi vniuerſalis, & ſignificauit ſummam rationem eius reſponſi cõſiſtere in eo quòd fideicommiſſum ab ipſo impubere poſt mortem eius datum erat. Sed & ſi ſpecies propoſita fuerat in conditiones, ſi filius in pupillari ætate decederet, ſignificauit tamen ſe non æſtimare conditionem illam, ſed animaduertendum duntaxat quòd ab ipſo impubere fideicommiſſum poſt mortem eius datum erat. Vnde ſtatim ſubiecit: Nec aliud ſeruandum, &c. Ergo ex Papiniani ſententia, ſi non ab impubere fideicommiſſum poſt mortem eius datum fuiſſet, & legitimus pupilli hæres intelligeretur rogatus, quaſi codicillis pupillaribus, hæreditatem impuberis reſtituere Titio, *iuxta dict. l. ſi Titio. fin. ff. de legat.* 1. ſine dubio hæreditas impuberis & verbis, & iuris effectu contineretur fideicommiſſo.

¶ Hinc etiam intelliges verſi. nec aliud ſeruandum. Quem Papinianus ſubiecit, vbi Papinianus voluit notare, quòd quia verba relata erant ad ipſum impuberem, atque ideo fideicommiſſum intelligebatur eſſe vulgare hæreditatis teſtatoris, eadem erat obſeruatio, ſiue rogatus eſſet filius reſtituere hæreditatem, ſi decederet in pupillari ætate, ſiue rogatus eſſet reſtituere quandocunque decederet. Et tamen ſi legitimus pupilli hæres fuiſſet rogatus hæreditatem pupilli reſtituere, iam aliud eſſet ſeruandum in conditione illa: Si decederet in pupillari ætate: & aliud ſi conditio puberem ætatem verbis precarijs egrederetur. Siquidem intra pupillarem ætatem, decedente filio, hæreditas filij impuberis in pupillari fideicommiſſo caderet, ſed ſtatim vbi pupillus adoleuiſſet, id fideicommiſſum euaneſceret. *l. quod fideicommiſſum ff. de legat.* 1.

¶ Sic etiam, *in verſic. nec fideicommiſſo* idem Papinianus ſignificauit, quòd ſi verba non fuiſſent relata ad filium impuberẽ, iam fideicommiſſo propriæ filij facultates tenerentur. Siquidem pater poteſt legitimum hæredem filij impuberis rogare, vt hæreditatem ipſius impuberis reſtituat, *d. l. ſi Titio. §. fin.* vbi Bart. & omnes. *ff. de leg.* 1.

¶ Deinde in *verſic. alioquin.* idem Papinianus ſcripſit, quod ſi filius impubes exhæredatus fuiſſet, & legata vel fideicommiſſa à patre accepiſſet, fideicommiſſum hæreditatis à filio impubere exhæredato datum valeret intra modum legatorũ, & fideicommiſſorum, quæ ei pater dediſſet. Quo loco ſimiliter voluit ſignificare, quod ſi hæres legitimus impuberis fuiſſet rogatus hæreditatem impuberis Titio reſtituere, non valeret fideicommiſſum, nec quidem intra modum legatorum, & fideicommiſſorum, quæ pater exhæredato dediſſet. Siquidem exhæredatus ipſe impubes potuit onerari intra modum legatorum & fideicommiſſorum ſibi datorum, ſed pater, qui iure poteſtatis impuberi faceret codicillos, non poſſet onerare legitimum hæredem eius, nec quidem intra modum horum legatorum, vel fideicommiſſorum *l. miles ita. §. ſi miles. ff. de milita. teſtam. l. cum quidam. C. de leg. cum alijs ſupra iam adductis in 1. par. in gloſſ. Eidem filio.*

¶ Subiecit tandem Papinianus, *verſic. quæ ita locum habebunt.* In quo mea quidem ſententia ſignificare voluit, quòd ſi pater filium hæredem inſtituiſſet, adhibitis ſex teſtibus. & in ea ſcriptura, quam teſtamentum eſſe voluit, ita adieciſſet: Si filius meus diem ſuum obierit impubes, rogo legitimum hæredem eius, vt pupillarem hæreditatem reſtituat Titio. valeret vtique fideicommiſſum pupillare, quamuis teſtamentum principale iure non valuiſſet. Fideicommiſſum enim vulgare, de quo Papinianus loquitur, pars erat paterni teſtamenti, atque ideo ea ſcriptura, quia inſtitutio, & fideicommiſſum continebat, codicillos non faceret: Quandoquidem pater, eam ſcripturam teſtamentum eſſe voluiſſet. Contra ſi fideicommiſſum à legitimo impuberis hærede datum fuiſſet, eique ita codicillum pupillare pater filio impuberi feciſſet, tunc ſanè Papiniani ratio euinceret. fideicommiſſum, ſi quod teſtamento principali relictum fuiſſet, non valere. Vtique autem non euinceret, fideicommiſſum pupillare non valere, quia non poſſemus vere dicere, quod teſtamentum eſſe voluiſſet eam ſcripturam, in qua id fideicommiſſum reliquit. Quin potius interpretaremur, patrem & ſibi teſtamentum facere voluiſſe, & codicillum filio, vt ſi ſcriptura, quam teſtamentum eſſe voluit, non teneret, ſcriptura tamen, quam codicillum impuberis eſſe voluit, teneret. Denique, & ſi principale teſtamentum iure non valeret, valeret tamen codicillum, quod & ſine teſtamento initio fieri potuiſſet. Hoc ita Papinianum ibi intellexiſſe mihi videtur.

¶ Notiſſimè ex hoc colligi prima facie videretur † quod licet mater in pupillari teſtamento priuari poſſet legitima ſibi 21
debita ex bonis filij impuberis, non tamen priuari poſſet codicillo pupillari. Siquidem Pontifex hic quaſi potiorem ſuæ ſententiæ rationem affert, quod pupillare teſtamentum ſit pars paterni teſtamenti. Igitur quum pupillare codicillum nũ ſit nec videri poſſit pars paterni teſtamenti non poterit mater priuari legitima in eo codicillo, videlicet facto argumento à ceſſante ratione. Et ſanè Ioan. Imol. *in l. cohæredi. §. cum filiæ, nu. 12. verſic. ſexta differentia. ff. de vulgar.* hoc ita exiſtimaſſe creditur à Lancelot. Galiaul. *in repetit. l. Centurio, num. 411 ff. eod. tit.* Quin & Roderic. Xuarez *in alleg. 2. charta penult. verſic. item lex illa*, in terminis ſcriptum reliquit, quod in ſpecie *l. ſi Titio. §. fin. ff. de legat.* 1. non poteſt mater impuberis filij codicillo pupillari grauari in legitima. Sed profectò hæc ſententia rationem non habet, vt meritò communi opinione ſit receptum, quod in hac etiam ſpecie pater poteſt filij impuberis matrem grauare in legitima illi ex filij bonis debita, vt concluſimus in præcedenti gloſſ. *in 5. ampliatio.* Nec contrarium ſcripſit, aut ſenſit Ioann. Imol. *in d. §. cum filiæ*, quamuis hoc ei impoſuerit Lancelot. Galiaul. vbi ſupra. Siquidem ille obſeruauit differentiam inter directam pupillarem, & fideicommiſſariam, videlicet factam de bonis ipſius teſtatoris, nec quicquam loquutus eſt de fideicommiſſaria ſubſtitutione, quæ eſſet facta de bonis pupilli velut pupillari codicillo. Roderic. autem Suarez errore lapſus eſt, qui non aduertit, ſe loqui contra Pontificis ſententiam *in hoc cap. ſi pater.* Nam in pupillari codicillo, quia non ſit pars paterni teſtamenti, vtique mater directò priuari non poterit legitima ſibi debita ex bonis filij: Siquidem pupillaris hæreditas, quæ hic directò data eſt in pupillari teſtamento, nec dari, nec adimi poteſt directò in pupillari codicillo. *l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Verùm ex hac Pontificis deciſione rectè colligitur, vt idem pater qui potuit teſtamento pupillari matrem impuberis directò priuare, non minùs poſſit eam priuare per fideicommiſſum codicillo pupillari, ſecundum regulam *l. 2. ff. de legat.* 1. quam ad hoc propoſitum videtur induxiſſe ibi Bartol. *num. 5. verſic. quandoque*, & Aretin. *in l. 1. §. fin. col. penult. ff. de vulgar.* Sic noſtri cap. ſententia per quandam conſequentiam ad hanc quoque ſpeciem inducenda videbitur.

REPE-

REPETITIO IN RVBRICAM. DE Hæretic.

Celeberrimi I.V.C.D. Arnaldi Albertini, Canonici & Decani Maioricen. ac Epiſcopi Paccen. Inquiſitoriſque Apoſtolici hæreticæ prauitatis in Regno Valentiæ.

HÆc eſt Rubrica de hæreticis *lib. 6.* cuius continuatio ad præcedentes non eſt neceſſaria, quia ea quæ in hoc libro adduntur vel corriguntur habent reſpectum ad compilationem antiquam Decretalium, vt dicit gloſſ. *in rubr. ſupra de ſumma Trinitat. eodem lib.* & hoc ſequuntur Ioan. And. *in Nouella Archid.* Pet. de Aucha. & Dom. de ſancto Gemin. qui nullam continuationem faciunt, *in toto hoc ſexto lib.* & ſubdit Pet. de Anch. *in rubric. ſupra de conſtit. eodem lib.* quòd cum continuatio debeat applicari ad proximos & coniunctos, *tit. l. 2 ff. de ſtatu hominum.* & cum aliquid non corrigendum, nec ſupplendum, nec declarandum occurrit oportet fieri tranſitum ad alios titulos, meritò nunc non poteſt fieri continuatio, ſicut ſumi poteſt argumentum de medio ſacro vel publico inter duo prædia priuata poſito, vt ſeruitus conſtitui non poſſit. *l. ſeruientes. § pen. & §. fin. ff. de ſeru.* medium enim moroſum vel inhabile impedit extrema coniungi, not. per Bartol. *in l. qui in ſella §. in ruſticis. ff. de ſeru. ruſt. prædiorum.* Hoſtien. *in ſumma de obſeruatio. ieiunij. §. quando. colum. 2.* & tunc hoc indiſtinctè procedit, quando aliquid eſt faciendum in medio, quia ſi volo immittere aliquid de vno loco ad alium, vt eſt trahes, vel aquæ ductus, vt notat Bald. *in d. §. in ruſticis.* tunc enim ſemper impeditur ſeruitus donec ius in medio fuerit acquiſitum. *l. in tradendis. in princ. ff. communia prædiorum,* de quo per Bartol. *in l. in penu. §. fin. ff. de aqua pluu. arcen.* latè per Barthol. Cœpol. *in ſuo tractat. de ſeru. titu. de ſerui. vrba. prædiorum. c. 18.* Cum igitur nonnulli ſunt tituli prætermiſſi tanquam non neceſſarij ſequentes non poſſunt aptè prout requiritur & decet ad præcedentes continuari, meritò ſecundum prædictos Doctores, non continuantur rubricæ in hoc libro, quia hoc impediunt omiſſi tituli, qui deberent eſſe intermedij, ideo ſequendo illos pro nunc omitto rubricæ continuationem.

¶ In quæſt. prima.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis quid ſit.*
2 *Hæreſis vnde dicitur.*
3 *Hæreticus quis dicatur.*
4 *Authoritas Pauli ad Galatas primo ibi, licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quod euangelizamus, anathema ſit: quomodo intelligitur.*
5 *Hæreticus ſtatim excommunicatus eſt.*
6 *Propoſitio conditionalis poteſt eſſe vera, cuius vtraque pars eſt falſa, aut impoſsibilis.*
7 *Hæreſis diffinitio ſupra tradita, an ſit bona.*
8 *Diffinitio quas conditiones debet tenere, vt ſit bona.*
9 *Excommunicatus non eſt hæreticus, licet aliquando in ſuſpitionem hæreſis incurrat.*
10 *Hæreticus non eſt faciens contra præceptum decalogi.*
11 *Hæreticus eſt, aſſerens licitum eſſe furari, aut adulterari.*
12 *Iudæi & pagani, an ſint dicendi hæretici.*
13 *Argumentum ab ordine titulorum licitum eſt.*
14 *Iudæus aſſerens exercere vſuram non eſſe peccatum, non dicitur hæreticus.*
15 *Capitulum quamquam, de vſu. lib. 6. non habet locum in Iudæo.*
16 *Cognitio veri incipit à diffinitione ſecundum Doctores.*
Hæreſis diffinitio ſecundum Theologos.
18 *Hæreſis noua an ſit danda. 21.*
19 *Hæreſis diffinitio perfecta.*
20 *Veritas catholica quæ ſit.*
22 *Hæreſis an requirat determinationem eccleſiæ.*
23 *Hæreſis poteſt dici noua dupliciter.*
24 *Veritatis laus exprimitur.*
25 *Poſitioni iuris an ſit reſpondendum.*
26 *Error Græcorum de proceſsione Spiritus ſancti à ſolo patre erat hæreſis ante condemnationem eccleſiæ.*

PRIMO QVÆRO, quid ſit hæreſis: † dico quòd hæreſis eſt 1
diuiſio, id eſt, ſeparatio à fide catholica, hoc dicit Azo, *in ſumma C. de hæretic.* & Hoſtienſ. *in ſumma eodem titulo.* quos ſequitur Ioan. de Ana. *in rubric. colum. 1. de hæretic.* † Et dicitur ab 2
herciſcor quod eſt diuido, nam hæreticus diuiſus eſt ſiue ſeparatus à fide catholica, vt dicit Archid. *in cap. ad Apoſtolicæ ſecunda colum. ſupra eodem lib. de re iudic.* & S. Thom. *in 4 diſtinct. 13. quæſt. 2. quæſt. 1.* dicit quod hæreſis nomen Græcum eſt, & diuiſionem importat ſecundum Iſido. & quia in electione fit diuiſio vnius ab altero, electio hæreſis dicitur vt patet, *in 1. Ethicor.* & dicit Abb. *in c. firmiſsime, de hære.* quod hæreſis dicitur ab electione erroris, vel ab erto erras, vel ab hæreo, quia adhæret opinioni eorum, vel ab herciſco, quod idem eſt quod diuido, quia hæretici ab eccleſiæ vnitate ſunt diuiſi per electionem erroris, eſt text. *in cap. hæreſis. 24. quæſt. 3.* per Archid. *in cap. hæreticus. ea. cauſa & quæſt.* Ioan. And. *in cap. firmiſsime, hæretic.* ſuper gloſſ. tradit Domin. *in conſil. 57. incipien. quidem ſacerdos, colum. 2.*
† Vnde ille diceretur hæreticus, qui non ſequitur doctrinam 3
Chriſti vel Apoſtolorum vel Romanæ eccleſiæ, & elegit ſibi
aliquam nouam, vel falſam credulitatem, contra † quem di- 4
cit Apoſt. 1. *ad Galat. 1. cap. licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizemus vobis anathema ſit.* præter intellige, id eſt, contra euangelium, vt dicit ibi D. Vgo de Sanct. Caro. Cardin. ſic Deuter. 12. *cap. quod præcipio tibi tantum hoc facito Domino, & Deuteron. 4. cap. non addetis ad verbum, quod vobis loquor. ſcilicet nec contrarium.* quod autem ſic debeat exponi ſecundùm Cardin. ibi patet per illud Prouerb. 30. *cap. nec addas quicquam verbis illius & arguaris inueniariſque mendax,* non autem intelligitur prædicta authoritas Pauli, quod non licet prædicari, quod tendit ad declarationem euangelicæ veritatis, ſed intelligitur præter, id eſt. aliud detrahens vos à veritate euangelij, quàm vobis prædicaui, & non dicit pluſquam prædicauimus. quia bene poterant alia prædicari, quæ facerent ad declarationem euangelij ſecundùm Nicol. de Lira ibi. & illa authoritas Pauli ponitur, *in cap. ſi is qui præeſt. 11. quæſt. 3 & in cap. cum ergo. §. ſed qui. 24. quæſt. 3.* Sic habetur, *in Nicæno Concilio in fin.* qui aliud docuerit, & aliter prædicauerit anathema ſit, illud exponitur pro oppoſito, id eſt contrarium, prout declarat Magiſter Sententiarum illud dictum Paul. *in 1. lib. Sententiarum, diſtinct. 11. §. non autem,* & in eo † quod dicitur ana- 5
thema ſit, eſt argument. quod hęretici ſtatim facti incidunt in canonem latæ ſententiæ, vt dicit ibi D. Cardin. & quod ipſo facto excommunicati ſunt, eſt text. *in cap. excommunicamus. & cap. excommunicanimus. in princip. de hæret. cap. vt officium. §. ſi vero. infra eod.* & quamuis Angelus de cœlo hoc non faceret, quia in gratia confirmatus, vt dicunt Theologi poſt Magiſt. Sententiarum, *in 2. diſtinct. 7. cap. 1.* Hoc tamen intelligendum eſt ſi euangelizaret, id eſt, ſi euangelizare aliud eſſet impoſſibile anathema eſſet, & ſic ſeparatus & ſegregatus à communione Dei & ſanctorum: ſimile illud ad *Rom. 9. cap. Optabam ego ipſe anathema eſſe,* id eſt, optarem, ſi optabile eſſet: ſimiliter ſi eſſet poſſibile quod angelus de cœlo contrarium diceret, vel doceret anathematizarem eum, vt per D. Cardin. ibi, nec enim 6
eſt inconueniens quod aliqua propoſitio † conditionalis ſit vera cuius tamen vtraque pars eſt falſa, aut impoſſibilis, ſicut eſt iſta, ſi homo volat, homo habet alas, quæ propoſitio eſt vera, & tamen hominem volare & habere alas falſum eſt, ſic eſt in propoſito de verbo prædicto beati Pauli, nam Apoſtoli erant in gratia confirmati, & adhuc magis Angeli ſancti, propter quod de vtriſque falſum eſt & impoſſibile, quòd prædicarent contra veritatem euangelij, & eſſent anathematizati, & tamen conditionalis eſt vera, ſcilicet, ſi hoc facerent eſſent anathematizati, vt per Nic. de Lira, ibi, nec quidem eſt impertinens quod in conditionalibus quorum antecedentia impoſſibilia ſunt & conſequentia impoſſibilia ſunt, vt dicit ſanctus Thom. *in 4. Sententiarum diſtinct. 17. quæſt. 2. articul. 3. 1. quæſtiuncula,* ad primum exponendo prędictam authoritatem.

† Præ-

7 † Prædicta verò diffinitio hæreſis inquantum dicitur diuiſio
ab vnitate eccleſiæ non procedit, quia non habet conditiones
bonæ diffinitionis, diffinitio enim dicit eſſentiam, deſcriptio
claudit eius intelligentiam, vt dicit Bald. *in rubric C. qui admit.*
Dicebat enim Ariſtoteles, ſi vis eſſentialia rei cognoſcere re-
curre ad diffinitionem ipſius: illa enim hoc demonſtrat vt di-
8 cit † Bald. *in l. 1. ff. de vſufructu*, primo enim diffinitio debet cõ-
uerti cum ſuo diffinito. *l. 1. §. dolum. ff. de dolo*, & à nullo ſuo dif-
finito ſeparari poteſt, vt tradit Bald. *in c. ex parte. in penult. colum.*
de appellat. Secundo debet conſtare ex genere & differentijs vt
late proſequitur Bart. *in l. 1. ff. de teſta.* gloſſ. & Bart. *in l. 1 ff. de tu-*
telis. per Bart. & Moder. *in l. 1. ff. de acqui. poſſeſſ.* Cumque diffini-
tio hæreſis ſupradicta per Doctores non conuertatur cum ſuo
diffinito, nec etiam conſtet ex genere & differentia non pro-
cedit pater dando inſtantiam quæ ſufficit. *cap. ſicut vrgeri. 1. q. 1.*
& ibi in gloſſ. & argum. in gloſ. *in l. creditori. ff. de ope. noui nuncia.*
nam excommunicatus diuiſus eſt ab vnitate eccleſiæ, & ab a-
liquo epiſcopo non debet recipi. *c. ſi quis à proprio. c. præcipue. 6.*
quæſt. 3. idem dici poteſt de quolibet peccatore mortaliter pec-
cante, quia per peccatum ſuum traditur Sathanæ & à Chriſti
corpore ſeparatur, vt dicit text. *in cap. audi. 11. quæſt. 3.* & Paulus
dicit de eo qui peccauerat, Tradidi (inquit) huiuſmodi ho-
minem ſathanę in interitum carnis. *1. ad Corinthios. 5. cap. intelli-*
9 *gendo,* hanc † authoritatem ſiue quis ſit excommunicatus ab
homine ſiue à Deo ſeparatus per occultum peccatum, vt *in d.*
c. audi. de dicto Paul. habetur, *c. cum beatus. §. Salomon. 45. diſtin.*
cap. ſed illud. ea diſtinct. c. cum ſcimus. §. probatur. 9. quæſt. 3. cap. omnis.
11. quæſt. 3 cap. cum ergo. §. ſed qui. 24. quæſt. 3. cap. alia cauſa. 16. quæſt.
1. & tamen excommunicatus non eſt hæreticus niſi ſteriſſet
per annum nolens de fide reſpondere, tunc eſſet ſuſpectus de
hæreſi, & ad hoc poſſet citari, *in cap. cum contumacia. infra eodem.*
& propter negligentiam in hæretico puniendæ. *cap. vt inquiſi-*
tionis. in fin. infra eo. [ſed excommunicatus pro alia cauſa quàm
pro hęreſi licet per annum ſteterit in excommunicatione non
eſſet hæreticus reputandus, bene tamẽ incurreret in aliquam
ſuſpitionem hæreſis,] vt dicit Cardin. Flo. Pet. de Anch. Ioan.
de Ana. & vltimus Felin. ſequitur, *in cap. excommunicamus. in*
princ. el 1. de hæreticis. & dicetur latius, *in dict. cap. cum contumacia.*
nec etiam peccator hæreticus dicendus eſt quamuis agat
contra veritatem ſcripturæ, ſcilicet, furando, adulterando,
homicidia committendo, & ſic faciat contra præcepta † de-
10 calogi, quæ ponuntur *Exod. 20.* de quo decalogo fit mentio. *c.*
tres autem. verſic. tertia eſt actio. de pœnit. diſtinct. 1. ex tali enim fa-
cto non efficitur quis hæreticus, efficeretur autem ſi pertina-
citer aſſereret † quòd licitum foret furari & adulterari, quia
11 ſic ſentiens ſentiret contra catholicam veritatem, vt dicit do-
minus Cardin. de Turre Crema. *in tractatu ſuo de poteſtate Papæ.*
lib. 4 cap. 2. facit text. *cap. qui in eccleſia. 24. quæſt. 4. Clem. 1. §. ſane.*
de vſu. vbi dicit Imol. *in 8 colum.* quòd ille qui gignit nouas o-
piniones falſas vel alias inductas falſas ſequitur hæreticus eſt
iudicandus. *cap. ad abolendam, in 1. de hæret. c. inter hæreſim. c. hære-*
ticus. 24. quæſt. 3. aſſerere enim prædicta facta furandi ſeu adul-
terandi non eſſe peccata, eſt contra doctrinam eccleſiæ & Dei,
d. cap. 20. Exodi. igitur hæreticus eſſet iudicandus. & idem dicit
ibi Cardin. *in 2. oppoſi. poſt gloſſ. in d. §. ſane.* gloſſ. notabilis, *in cle.*
ad noſtrum. in verbo non eſt, de hæret. & ibi Cardin. & Imo. notant
& ſequuntur.

¶ Hinc eſt quòd quicunque dicit non eſſe peccatũ id quod
eſt contra præceptum Dei hæreticus iudicatur & ponitur ex-
12 emplum in fornicatione & in alijs præceptis decalogi. ita †
concludit S. Thomas. *in quotlibeto 3 artic. 12. in corpore quæſtionis:*
inſuper Iudęi, pagani. & alij infideles diuiſi ſunt ab vnitate ec-
cleſiæ, nec ſunt de illius gremio. *c. qui ſincera. 45. diſtinct.* & Abb.
in c. firmiſſimè. de hæreticis. vbi dicit infideles & Iudæos eſſe extra
vnitatem eccleſię licet nominet ipſos hæreticos, ipſi enim Iu-
dæi blaſphemi appellantur ab eccleſia largo modo quia non
ſunt Chriſtiani. *cap. 1.* vel quia blaſphemant Chriſtum. *cap. cum*
ſit, de Iudæis, & qui non eſt mecum contra me eſt, vt inquit Saluator Lu-
cæ 11. & ſic loquitur text. *in l cœlicolarum, in fin. C. de Iudæis*, vbi
dicitur, quod quicquid deuiat à fide Chriſtiana cenſetur con-
tra fidem Chriſti, & ſic quamuis diuiſi & ſuparati ſint ab vni-
tate eccleſiæ, quæ vnica eſt & non plures, & extra eam non eſt
ſalus. vna enim fuit archa Noe extra quam nullus fuit ſalua-
uatus, *in extrauag. vnam ſanctam. de maio. & obed.* gloſſ. not. *in cle.*
ad noſtram. de hæreti. in verbo, eccleſia. in cap. 1. §. vna, de ſumma Trin.
& tamen dicti Iudęi & alij infideles non poſſunt dici hęretici,
& tradit Ricar. *de media villa in 4 Sententiarum, diſtinct. 13. artic.*
5. q. 1. & patet hoc ex diuerſitate titulorum, quia eſt alius titu-
lus de iudæis. & alius de hæretic, hoc ſentit Abb. in continua-
tione *rubric. de hæret.* ad præcedentem de iudæis, cum vtraque
materia debeat ſub congruis titulis ſituari. *l. Imperator. ff. in diẽ*
adiecti. gloſſ. notabilis, *in verbo, certo. in cap. tibi qui. de reſcrip. lib. 6.*
& in proœm. lib. 6. §. nos ad apicem. ibi, ſub debitis titulis collocari. vn-
de quia materia iudæorum & aliorum infidelium erat ſepara-
ta meritò fuit ſub diuerſis titulis collocata, & ſic alius eſſet ti-
tulus de hæretic. alius de iudæus, & alijs infidelibus, vt patet,
in C. & in Decretalibus, quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe ra-
tio. *l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxorem. l. Papinianus exu-*
li. ff. de mino. 25. annis. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſic. hæc diſſimi-
lia ſunt. ff. de verb. obliga. licitum eſt † enim arguere ab ordine ti- 13
tulorum, vt dicit gloſſ. notab. *in rubric. ff. de eo per quem factum eſt*
per Bart. & alios, *in l. 1. colum. 1 ff ſi certum petatur.* idem Barto. *in*
l. 1. ff. de peculio. per Alexan. de Imo. & D. Iaſ. latiſſimè, *in d. l. 1.* Iu-
dæi ergo & alij infideles, qui nunquam fidem receperunt nec
ſecundum actum, nec ſecundum ſacramentum, infideles dici
poſſunt, vt Iudæi, Saraceni, & pagani, non tamen hæretici di-
cuntur, ita concludit Dura. de ſancto Porci. *in 4. diſtinct. 13. q. 5.*
& Cardin. *de Turre crema. in tract. de poteſta. Papæ. lib. 4. cap. 3.* hinc
eſt, quod diſpoſitio *Clem. 1. § ſi. de vſu.* diſponens † quod ſi quis 14
pertinaciter affirmaret exercere vſuras non eſſe peccatum, ve-
lut hæreticus eſſet puniendus, non habet locum in iudæo,
quia in eum non cadit propriè hæreſis, vt dicit gloſſ. *in d. §. fin.*
in verbo, hæreticum. ibi Pau. de Eleaz. *in gloſſ. pertinaciter.* & Card.
Floren. *ibi. 18. quæſt.* & late per Ioan. de Imol. *in 6 colum. verſ. vl-*
terius quæritur. hinc eſt, quod diſpoſitio. *c. quanquam. de vſu. lib.*
6. non habet † locum in iudæo, vt conſulit Barthol. Socin. *in* 15
conſil. 71. incipien. Cor mundum crea in me Deus, & cum in eis non
cadat hæreſis licet conſtet quòd credant in articulis fidei qui
ſapiunt humanitatem Chriſti, eccleſia ſuſtinet eos licet poſ-
ſent puniri ſi dogmatizarent. ita dicit Cardin. *in d. Clement. §. ſi.*
colum. penult. nec Inquiſitores poſſunt contra eos procedere
ex eo ſolo, quia iudæi, vt dicit Imol. *in loco præallegato d. verſi. vl-*
terius quæritur, nec ſunt cogẽdi ad fidem. *c. maiores. §. ſunt autem.*
de baptiſmo, quia ſicut homo libero arbitrio perit, libero arbi-
trio debet conuerti. *cap. de iudæis. 45. diſtinct.* ex quo ergo illa di-
uiſio ab vnitate data in diffinitione hæreſis competit alijs nec
conſtituit differentiam debitam nec conuertitur cum ſuo dif-
finito, & alteri diffinito competit, ſequitur quod dicta diffi-
nitio non eſt tenenda. Forte enim poſſet dici quod iudæi & a-
lij infideles non poſſunt dici diuiſi, quia nunquam fuerunt
cum eccleſia, quia priuatio præſupponit habitum. *l. diem. ff. de*
verbo. & hoc ſentit gloſſ. *in Clemen. 1. in verbo hæreticum, de vſu.* &
quia † principium in omni inquiſitione eſt præncſcere, quid 16
ſignificat nomen, vt dicit Durandus, *in dict. quæſt. 5.* & dicebat
Tullius, *in 1 officiorum, quod omnis inſtitutio de aliqua re quæ à ra-*
tione ſuſcipitur à diffinitione proficiſci debet, vt intelligatur id, de quo
diſputetur: ſequitur Bald. *in plu. feu.* facit gloſſ. *iuncta l. 1. ff. ſi cer-*
tum petatur. Diffiniendum eſt ergo quid ſit hæreſis.

¶ † Eſt ergo hęreſis dogma falſum fidei contrarium ortho- 17
doxæ, id eſt, error contrarius catholicæ veritati, ita diffinit ve-
ner. inceptor Guiller. Ocham. *2. lib. dialo. parte. 1. cap. 6.* quem ſe-
quitur Gabriel Biel. *in 4. Sententiarum, diſtin. 13 q. 2.* dicens quod
in diffinitione prædicta dicitur pri. dogma falſum: quod po-
nitur pro genere, quia omnis hæreſis eſt dogma falſum ſiue
error, ſed non econuerſo: *omnis enim hæreſis*, ait S. Hieron. *ſuper*
Epiſ. ad Gala. peruerſum dogma habet. c. inter hæreſim. 24. q. 3. dogma
autem peruerſum eſt dogma falſum, ſed nõ omne dogma fal-
ſum eſt hæreſis, nam in multis rebus errare, nullum aut mini-
mum peccatum eſt, vt dicit S. Auguſt. *in Enchi. cap. 20.* ſed hęre-
ſis ſicut infidelitas grauiſſimum eſt peccatum, non ergo omnis
error eſt hæreſis, ex quo ſequitur quòd non omne dogma fal-
ſum eſt hęreſis, cum omnis error dogma falſum eſt cenſendus.
dogma ergo falſum in huiuſmodi diffinitione ponitur pro
genere. quod additur fidei orthodoxæ, contrarium ponitur
loco differentiæ. quo excluduntur omnes alij errores. qui
fidei orthodoxæ non ſunt contrarij. ſicut error in rebus na-
turalibus, de quibus fides catholica nihil contrarium aſſerit,
vt ſunt errores de vi & numero elementorum; de effectu &
ordine ſyderum, de figura cœli, de generibus & naturis ani-
malium & cęteris huiuſmodi, quorum ſtudio Phyſici inſuda-
runt,

REPETITIO IN RVBRICAM. DE Hæretic.

Celeberrimi I.V.C.D. Arnaldi Albertini, Canonici & Decani Maioricen. ac Epiſcopi Paccen. Inquiſitoriſque Apoſtolici hæreticæ prauitatis in Regno Valentiæ.

HÆc eſt Rubrica de hæreticis *lib. 6.* cuius continuatio ad præcedentes non eſt neceſſaria, quia ea quæ in hoc libro adduntur vel corriguntur habent reſpectum ad compilationem antiquam Decretalium, vt dicit gloſſ. *in rubr. ſupra de ſumma Trinitat. eodem lib.* & hoc ſequuntur Ioan. And. *in Nouella Archid.* Per. de Ancha. & Dom. de ſancto Gemin. qui nullam cõtinuationem faciunt, *in toto hoc ſexto lib.* & ſubdit Pet. de Anch. *in rubric. ſupra de conſtit. eodem lib.* quòd cum continuatio debeat applicari ad proximos & coniunctos, *tit. l. 2. ff. de ſtatu hominum.* & cum aliquid non corrigendum, nec ſupplendum, nec declarandum occurrit oportet fieri tranſitum ad alios titulos, meritò nunc non poteſt fieri continuatio, ſicut ſumi poteſt argumentum de medio ſacro vel publico inter duo prædia priuata poſito, vt ſeruitus conſtitui non poſſit *l. ſeruitutes. § pen. & § fin. ff. de ſerui.* medium enim motoſum vel inhabile impedit extrema coniungi, not. per Bartol. *in l. qui in ſella. §. in ruſticu. ff. de ſerui. ruſti. prædiorum.* Hoſtien. *in ſumma de obſeruatio. ieiunij. §. quando. colum. 2.* & tunc hoc indiſtinctè procedit, quando aliquid eſt faciendum in medio, quia ſi volo immittere aliquid de vno loco ad alium, vt eſt trabes, vel aquæ ductus, vt notat Bald. *in d. §. in ruſticu.* tunc enim ſemper impeditur ſeruitus donec ius in medio fuerit acquiſitum. *l. in tradendis. in princ. ff. communia prædiorum*, de quo per Bartol. *in l. in pœnis. §. fin. ff. de aqua pluui. arcen.* latè per Barthol Cœpol. *in ſuo tractat. de ſerui. titu. de ſerui. vrba. prædiorum. c. 18.* Cum igitur nonnulli ſunt tituli prætermiſſi tamquam non neceſſarij ſequentes non poſſunt aptè prout requiritur & decet ad præcedentes continuari, meritò ſecundum prædictos Doctores, non continuantur rubricæ in hoc libro, quia hoc impediunt omiſſi tituli, qui deberent eſſe intermedij, ideo ſequendo illos pro nunc omitto rubricæ continuationem.

¶ In quæſt. prima.

S V M M A R I V M

1 *Hæreſis quid ſit.*
2 *Hæreſis vnde dicitur.*
3 *Hæreticus quis dicatur.*
4 *Authoritas Pauli ad Galatas primo ibi, licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter quod euangelizamus, anathema ſit: quomodo intelligitur.*
5 *Hæreticus ſtatim excommunicatus eſt.*
6 *Propoſitio conditionalis poteſt eſſe vera, cuius vtraque pars eſt falſa, aut impoſſibilis.*
7 *Hæreſis diffinitio ſupra tradita, an ſit bona.*
8 *Diffinitio quas conditiones debet tenere, vt ſit bona.*
9 *Excommunicatus non eſt hæreticus, licet aliquando in ſuſpitionem hæreſis incurrat.*
10 *Hæreticus non eſt faciens contra præceptum decalogi.*
11 *Hæreticus eſt, aſſerens licitum eſſe furari, aut adulterari.*
12 *Iudæi & pagani, an ſint dicendi hæretici.*
13 *Argumentum ab ordine titulorum licitum eſt.*
14 *Iudæus aſſerens exercere vſuram non eſſe peccatum, non dicitur hæreticus.*
15 *Capitulum quamquam, de vſu. lib. 6. non habet locum in Iudæo.*
16 *Cognitio veri incipit à diffinitione ſecundum Doctores.*
Hæreſis diffinitio ſecundùm Theologos.
18 *Hæreſis noua an ſit danda. 21.*
19 *Hæreſis diffinitio perfecta.*
20 *Veritas catholica quæ ſit.*
22 *Hæreſis an requirat determinationem eccleſiæ.*
23 *Hæreſis poteſt dici noua dupliciter.*
24 *Veritatis laus exprimitur.*
25 *Poſitioni iniquæ an ſit reſpondendum.*
26 *Error Græcorum de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo patre erat hæreſis ante condemnationem eccleſiæ.*

PRIMO QVÆRO, quid ſit hæreſis: † dico quòd hæreſis eſt 1
diuiſio, id eſt, ſeparatio à fide catholica, hoc dicit Azo, *in ſumma C. de hæretic.* & Hoſtienſ. *in ſumma eodem titulo.* quos ſequitur Ioan. de Ana. *in rubric. colum. 1. de hæretic.* † Et dicitur ab 2
herciſcor quod eſt diuido, nam hæreticus diuiſus eſt ſiue ſeparatus à fide catholica, vt dicit Archid *in cap. ad Apoſtolicæ ſecunda colum. ſupra eodem lib. de re iudic.* & S. Thom. *in 4 diſtinct. 13. quæſt. 2. quæſt. 1.* dicit quod hæreſis nomen Græcum eſt, & diuiſionem importat ſecundum Iſido. & quia in electione fit diuiſio vnius ab altero, electio hæreſis dicitur vt patet, *in 1. Ethicor.* & dicit Abbb. *in c. firmiſſime, de hære* quod hæreſis dicitur ab electione erroris, vel ab erro erras, vel ab hæreo, quia adhæret opinioni eorum, vel ab herciſco, quod idem eſt quod diuido, quia hæretici ab eccleſiæ vnitate ſunt diuiſi per electionem erroris, eſt text. *in cap. hæreſis. 24. quæſt. 3.* per Archid. *in cap hæreticus. ea. cauſa. & quæſt.* Ioan. And. *in cap. firmiſſime, hæretic.* ſuper gloſſ. tradit Domin. *in conſil. 57. incipien. quidam ſacerdos, colum. 2.*
† Vnde ille diceretur hæreticus, qui non ſequitur doctrinam 3
Chriſti vel Apoſtolorum vel Romanæ eccleſiæ, & elegit ſibi
aliquam nouam, vel falſam credulitatem, contra † quem di- 4
cit Apoſt. *1. ad Galat. 1. cap. licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis anathema ſit.* præter intellige, id eſt, contra euangelium, vt dicit ibi D. Vgo de Sanct. Caro. Cardin. ſic Deuter. 12. *cap. quod præcipio tibi tantum hoc facito Domino, & Deuteron. 4. cap. non addetis ad verbum, quod vobis loquor. ſcilicet nec contrarium.* quod autem ſic debeat exponi ſecundùm Cardin. ibi patet, per illud Prouerb. 30. *cap. nec addas quicquam verbis, illius & arguaris inueniariſque mendax*, non autem intelligitur prædicta authoritas Pauli, quod non licet prædicari, quod tendit ad declarationem euangelicæ veritatis, ſed intelligitur præter, id eſt. aliud detrahens vos à veritate euangelij, quàm vobis prædicaui, & non dicit pluſquam prædicauimus, quia bene poterant alia prædicari, quæ facerent ad declarationem euangelij ſecundùm Nicol. de Lira ibi. & illa authoritas Pauli ponitur, *in cap. ſi is qui præeſt. 11. quæſt. 3 & in cap cum ergo. §. ſed qui. 24. quæſt. 3.* Sic habetur, *in Niceno Concilio in fin.* qui aliud docuerit, & aliter prædicauerit anathema ſit, illud exponitur pro oppoſito, id eſt contrarium, prout declarat Magiſter Sententiarum illud dictum Paul. *in 1. lib. Sen-*
tentiarum, diſtinct. 11. §. nos autem, & in eo † quod dicitur ana- 5
thema ſit, eſt argument. quod hæretici ſtatim facti incidunt in canonem latæ ſententiæ, vt dicit ibi D. Cardin. & quod ipſo facto excommunicati ſunt, eſt text. *in cap. excommunicamus. & cap. excommunicauimus. in princip. de hæret. cap. vt officium. §. ſi vero. infra eod.* & quamuis Angelus de cœlo hoc non faceret, quia in gratia cõfirmatus, vt dicunt Theologi poſt Magiſt. Sententiarum, *in 2. diſtinct. 7. cap. 1.* Hoc tamen intelligendum eſt ſi euangelizaret, id eſt, ſi euangelizare aliud eſſet impoſſibile anathema eſſet, & ſic ſeparatus & ſegregatus à communione Dei & ſanctorum: ſimile illud ad *Rom. 9. cap. Optabam ego ipſe anathema eſſe*, id eſt, optarem, ſi optabile eſſet: ſimiliter ſi eſſet poſſibile quod angelus de cœlo contrarium diceret, vel do-
ceret anathematizarem eum, vt per D. Cardin. ibi, nec enim 6
eſt inconueniens quod aliqua propoſitio † conditionalis ſit vera cuius tamen vtraque pars eſt falſa, aut impoſſibilis, ſicut eſt iſta, ſi homo volat, homo habet alas, quæ propoſitio eſt vera, & tamen hominem volare & habere alas falſum eſt, ſic eſt in propoſito de verbo prædicto beati Pauli, nam Apoſtoli erant in gratia confirmati, & adhuc magis Angeli ſancti, propter quod de vtriſque falſum eſt & impoſſibile, quòd prædicarent contra veritatem euangelij, & eſſent anathematizari, & tamen conditionalis eſt vera, ſcilicet, ſi hoc facerent eſſent anathematizati, vt per Nic. de Lira, ibi, nec quidem eſt impertinens quod in conditionalibus quorum antecedentia impoſſibilia ſunt & conſequentia impoſſibilia ſunt, vt dicit ſanctus Thom. *in 4. Sententiarum diſtinct. 17. quæſt. 2. articul. 3. 1. quæſtiuncula*, ad primum exponendo prędictam authoritatem.

† Præ-

7 † Prædicta verò diſſinitio hæreſis inquantum dicitur diuiſio
ab vnitate eccleſiæ non procedit, quia non habet conditiones
bonæ diſſinitionis, diſſinitio enim dicit eſſentiam, deſcriptio
claudit eius intelligentiam, vt dicit Bald. in rubric C. qui admit.
Dicebat enim Ariſtoteles, ſi vis eſſentialia rei cognoſcere re-
curre ad diſſinitionem ipſius: illa enim hoc demonſtrat vt di-
8 cit † Bald. in l. 1. ff de vſufructu, primo enim diſſinitio debet cō-
uerti cum ſuo diſſinito. l. 1. §. dolum. ff. de dolo, & à nullo ſuo diſ-
finito ſeparari poteſt, vt tradit Bald. in c. ex parte. in penult. colum.
de appellat. Secundo debet conſtare ex genere & differentijs vt
late proſequitur Bart. in l. 1. ff. de teſta. gloſſ. & Bart. in l. 1 ff. de tu-
telis. per Bart. & Moder. in l. 1. ff. de acqui. poſſeſſ. Cumque diſſini-
tio hæreſis ſupradicta per Doctores non conuertatur cum ſuo
diſſinito, nec etiam conſtet ex genere & differentia non pro-
cedit patet dando inſtantiam quæ ſufficit. cap. ſicut vrgeri. 1. q. 1.
& ibi in gloſſ. & argum. in gloſ. in l. creditori. ff. de ope. noui nuncia.
nam excommunicatus diuiſus eſt ab vnitate eccleſiæ, & ab a-
liquo epiſcopo non debet recipi. c. ſi quis à proprio. c. præcipue. 6.
quæſt. 3 idem dici poteſt de quolibet peccatore mortaliter pec-
cante, quia per peccatum ſuum traditur Sathanæ & à Chriſti
corpore ſeparatur, vt dicit text. in cap. audi. 11. quæſt. 3. & Paulus
dicit de eo qui peccauerat, Tradidi (inquit) huiuſmodi ho-
minem ſathanę in interitum carnis. 1. ad Corinthios. 5. cap. intelli-
9 gendo. hanc † authoritatem ſiue quis ſit excommunicatus ab
homine ſiue à Deo ſeparatus per occultum peccatum, vt in d.
c. audi. de dicto Paul. habetur, c. cum beatus. §. Salomon. 45. diſtin.
cap. ſed illud. ea diſtinct. c. cum ſenuus. §. probatur. 9. quæſt. 3. cap. omnis.
11. quæſt 3 cap. cum ergo. §. ſed qui. 24. quæſt. 3. cap. alia cauſa. 16. quæſt.
1. & tamen excommunicatus non eſt hæreticus niſi ſtetiſſet
per annum nolens de fide reſpondere, tunc eſſet ſuſpectus de
hæreſi, & ad hoc poſſet citari, in cap. cum contumacia. infra eodem.
& propter negligentiam in hæretico puniendæ. cap. vt inquiſi-
tionis. in fin. infra eo. [ſed excommunicatus pro alia cauſa quàm
pro hęreſi licet per annum ſteterit in excommunicatione non
eſſet hæreticus reputandus, bene tamē incurreret in aliquam
ſuſpicionem hæreſis.] vt dicit Cardin. Flo. Pet. de Anch. Ioan.
de Ana. & vltimus Felin. ſequitur, in cap. excommunicamus. in
princ. el 1. de hæreticis. & dicetur latius, in dict. cap. cum contumacia.
nec etiam peccator hæreticus dicendus eſt quamuis agat
contra veritatem ſcripturæ, ſcilicet, furando, adulterando,
homicidia committendo, & ſic faciat contra præcepta † de-
10 calogi, quæ ponuntur Exod. 20. de quo decalogo fit mentio. c.
tres autem. verſic. tertia eſt actio. de pœnit. diſtinct. 1. ex tali enim fa-
cto non efficitur quis hæreticus, efficeretur autem ſi pertina-
citer aſſereret † quòd licitum foret furari & adulterari, quia
11 ſic ſentiens ſentiret contra catholicam veritatem, vt dicit do-
minus Cardin. de Turre Crema. in tractatu ſuo de poteſtate Papæ.
lib. 4 cap. 2. facit text. cap. qui in eccleſia. 24. quæſt. 4. Clem. 1. §. ſane.
de vſu. vbi dicit Imol. in 8. colum. quòd ille qui gignit nouas o-
piniones falſas vel alias inductas falſas ſequitur hæreticus eſt
iudicandus. cap. ad abolendam, in 1. de hæret. c. inter hæreſim. c. hære-
ticus. 24. quæſt. 3. aſſerere enim prædicta facta furandi ſeu adul-
terandi non eſſe peccata, eſt contra doctrinam eccleſiæ & Dei,
d. cap. 20. Exodi. igitur hæreticus eſſet iudicandus. & ideo dicit
ibi Cardin. in 2. oppoſi. poſt gloſſ. in d. §. ſane. gloſſ. notabilis, in cle.
ad noſtrum. in verbo non eſt, de hæret. & ibi Cardin. & Imo. notant
& ſequuntur.

¶ Hinc eſt quòd quicunque dicit non eſſe peccatū id quod
eſt contra præceptum Dei hæreticus iudicatur & ponitur ex-
12 emplum in fornicatione & in alijs præceptis decalogi. ita †
concludit S. Thomas. in quotlibeto 3. artic. 12. in corpore quæſtionis:
inſuper Iudęi, pagani. & alij infideles diuiſi ſunt ab vnitate ec-
cleſiæ, nec ſunt de illius gremio. c. qui ſincera. 45. diſtinct. & Abb.
in c. firmiſſimè. de hæreticis. vbi dicit infideles & Iudæos eſſe extra
vnitatem eccleſię licet nominet ipſos hæreticos, ipſi enim Iu-
dæi blaſphemi appellantur ab eccleſia largò modo quia non
ſunt Chriſtiani. cap. 1. vel quia blaſphemant Chriſtum. cap. cum
ſit, de Iudæis, & qui non eſt mecum contra me eſt, vt inquit Saluator Lu-
cæ 11. & ſic loquitur text. in l cælicolarum, in fin. C. de Iudæis, vbi
dicitur, quod quicquid deuiat à fide Chriſtiana cenſetur con-
tra fidem Chriſti, & ſic quamuis diuiſi & ſeparati ſint ab vni-
tate eccleſiæ, quæ vnica eſt & non plures, & extra eam non eſt
ſalus, vna enim fuit archa Noe extra quam nullus fuit ſalua-
uatus, in extrauag. vnam ſanctam. de maio. & obed. gloſſ. not. in cle.
ad noſtram. de hæreti. in verbo, eccleſiæ. in cap. 1. §. vna, de ſumma Trin.
& tamen dicti Iudęi & alij infideles non poſſunt dici hęretici,
& tradit Ricar. de media villa in 4. Sententiarum, diſtinct. 13. artic.
ſeq. 1. & patet hoc ex diuerſitate titulorum, quia eſt alius titu-
lus de iudæis, & alius de hæretic. hoc ſentit Abb. in continua-
tione rubric. de hæret. ad præcedentem de iudæis, cum vtraque
materia debeat ſub congruis titulis ſituari. l. Imperator. ff. in diē
adiecti. gloſſ. notabilis, in verbo, certo in cap. tibi qui. de reſcrip. lib. 6.
& in proœm. lib. 6. §. nos ad apicem. ibi, ſub debitis titulis collocari. vn-
de quia materia iudæorum & aliorum infidelium erat ſepara-
ta meritò fuit ſub diuerſis titulis collocata, & ſic alius eſſet ti-
tulus de hæretic. alius de iudæis, & alijs infidelibus, vt patet,
in C. & in Decretalibus, quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe ra-
tio. l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxorem. l. Papinianus exu-
li. ff. de mino. 25. annis. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſic. hæc diſſimi-
lia ſunt. ff. de verb. obliga. licitum eſt † enim arguere ab ordine ti- 13
tulorum, vt dicit gloſſ. notab. in rubric. ff. de eo per quem factum eſt
per Bart. & alios, in l. 1. colum. 1 ff ſi certum petatur. idem Barto. in
l. 1. ff. de peculio per Alexan. de Imo. & D. Iaſ. latiſſimè, in d. l. 1. Iu-
dæi ergo & alij infideles, qui nunquam fidem receperunt nec
ſecundum actum, nec ſecundum ſacramentum, infideles dici
poſſunt, vt Iudæi, Saraceni, & pagani, non tamen hæretici di-
cuntur, ita concludit Dura. de ſancto Porci. in 4. diſtinct. 13. q. 5.
& Cardin. de Turre crema. in tract. de poteſta. Papæ. lib. 4. cap. 3. hinc
eſt, quod diſpoſitio Clem. 1. § fi. de vſu. diſponens † quod ſi quis 14
pertinaciter affirmaret exercere vſuras non eſſe peccatum, ve-
lut hæreticus eſſet puniendus, non habet locum in iudæo,
quia in eum non cadit propriè hæreſis, vt dicit gloſſ in d. §. fin.
in verbo, hæreticum. ibi Pau. de Eleaz. in gloſſ. pertinaciter. & Card.
Floren. ibi. 18. quæſt. & late per Ioan. de Imol. in 6 colum. verſ. vl-
terius quæritur. hinc eſt, quod diſpoſitio. c. quamquam. de vſu. lib.
6. non habet † locum in iudæo, vt conſulit Barthol. Socin. in 15
conſil. 71. incipien. Cor mundum crea in me Deus, & cum in eis non
cadat hæreſis licet conſtet quòd credant in articulis fidei qui
ſapiunt humanitatem Chriſti, eccleſia ſuſtinet eos licet poſ-
ſent puniri ſi dogmatizarent. ita dicit Cardin. in d. Clement. §. fi.
colum. penult. nec Inquiſitores poſſunt contra eos procedere
ex eo ſolo, quia iudæi, vt dicit Imol. in loco præallegato d. verſi. vl-
terius quæritur, nec ſunt cogēdi ad fidem. c. maiores. §. ſunt autem.
de baptiſmo, quia ſicut homo libero arbitrio perit, libero arbi-
trio debet conuerti. cap. de iudæis 35. diſtinct. ex quo ergo illa di-
uiſio ab vnitate data in diſſinitione hæreſis competit alijs nec
conſtituit differentiam debitam nec conuertitur cum ſuo diſ-
finito, & alteri diſſinito competit, ſequitur quod dicta diſſi-
nitio non eſt tenenda. Forte enim poſſet dici quod iudæi & a-
lij infideles non poſſunt dici diuiſi, quia nunquam fuerunt
cum eccleſia, quia priuatio præſupponit habitum. l. dum. ff. de
verbo. & hoc ſentit gloſſ. in Clemen. 1. in verbo hæreticum, de vſu. &
quia † principium in omni inquiſitione eſt prænoſcere, quid 16
ſignificat nomen, vt dicit Durandus, in dict. quæſt. 5. & dicebat
Tullius, in 1 officiorum, quod omnis inſtitutio de aliqua re quæ à ra-
tione ſuſcipitur à diſſinitione proficiſci debet, vt intelligatur id, de quo
diſputetur: ſequitur Bald. in plu. ſen. facit gloſſ. iuncta l. 1. ff. ſi cer-
tum petatur. Diffiniendum eſt ergo quid ſit hæreſis.

¶ † Eſt ergo hęreſis dogma falſum fidei contrarium ortho- 17
doxæ, id eſt, error contrarius catholicæ veritati, ita diffinit ve-
ner. inceptor Guiller. Ockam. 2. lib dialo. parte. 1. cap. 6. quem ſe-
quitur Gabriel Biel. in 4. Sententiarum, diſtin. 13 q. 2. dicens quod
in diſſinitione prædicta dicitur pri. dogma falſum quod po-
nitur pro genere, quia omnis hæreſis eſt dogma falſum ſiue
error, ſed non econuerſo: omnis enim hæreſis, ait S. Hieron. ſuper
Epiſ. ad Gala. peruerſum dogma habet & inter hæreſim. 24. q. 3. dogma
autem peruerſum eſt dogma falſum, ſed nō omne dogma fal-
ſum eſt hæreſis, nam in multis rebus errare, nullum aut mini-
mum peccatum eſt, vt dicit S. Auguſt. in Enchi. cap. 20. ſed hære-
ſis ſicut infidelitas grauiſſimum eſt peccatum, non ergo omnis
error eſt hæreſis, ex quo ſequitur quòd non omne dogma fal-
ſum eſt hęreſis, cum omnis error dogma falſum eſt cenſendus.
dogma ergo falſum in huiuſmodi diſſinitione ponitur pro
genere. quod additur fidei orthodoxæ, contrarium ponitur
loco differentiæ, quo excluduntur omnes alij errores, qui
fidei orthodoxæ non ſunt contrarij. ſicut error in rebus na-
turalibus, de quibus fides catholica nihil contrarium aſſerit,
vt ſunt errores de vi & numero elementorum; de effectu &
ordine ſyderum, de figura cœli, de generibus & naturis ani-
malium & cęteris huiuſmodi, quorum ſtudio Phyſici inſuda-
runt,

runt, eorumque ſcientia ad religionem non pertinet, de qui-
bus S. Auguſt. *vbi ſupra cap.* 8. loquitur. Errores igitur in his &
18 ſi falſa ſunt dogmata non hæreſes ſunt dicendi: & † an ſit dan-
da aliqua hæreſis noua, vel ideo dicatur hæreſis, quia fidei
contraria, vel quia damnata ab eccleſia latè traditur per præ-
fatum Guillel. Ocham, *in d. 2. lib. dia. parte 1. c. 11. cum ſequenti*, &
per Gabrielem, *in loco iam dicto*, quod pro nunc non refero &
ſtatim dicam. Sed prædicta diffinitio hæreſis non videtur ſuf-
ficiens & perfecta, nam ſecundum illam eſſet dicendum, Iu-
dæos, ſaracenos, & alios infideles, qui ſacrum baptiſma non
receperunt, eſſe hæreticos, quia illi habent dogma falſum, &
deuiant ab eccleſia, & tamen illi non dicuntur hæretici, vt ſu-
pra fuit probatum, ſequitur quod dicta diffinitio etiam indi-
19 geat aliqua additione, vt bona dici poſſit. § † Dicendum eſt er-
go quod hæreſis ſic diffiniatur. Hæreſis eſt opinio vel aſſertio
ſiue dogma falſum Catholicæ veritati contrarium in eo, qui
Chriſtianam fidem profeſſus eſt, ita diffinit D. Cardi. de Tur-
re Crema. *in tractat. de poteſta. Papæ, in 4. lib. c. 1.* cuius diffinitio-
nis conuenientia patet tàm authoritate, quàm ratione. autho-
ritate primo dicit S. Auguſt. contra Fauſtum. Hæreſis eſt, quæ
diuerſa opinatur ab his, quę Catholica credit eccleſia. idem
in d. cap. inter hæreſim. dicit quòd hæreſis peruerſum dogma ha-
ber, id eſt falſum & pernicioſum in doctrina Chriſtianæ Reli-
gionis, & dicit *gloſſ. 2. ad Corinth. 3. ibi, non ſumus ſufficientes.* Fides
eſt cogitare aliquid de credibilibus cum aſſertione recta. Ra-
tione vero oſtēditur diffinitionis præfatæ conuenientia, quo-
niam in ea continentur ea quæ ſunt tàm de ſubſtantia hære-
ſis, quàm ea quibus diſtinguitur ab alijs aſſertionibus falſis,
quod patet: dicitur enim quod hæreſis ſit aſſertio ſiue opinio
ſiue dogma falſum, hoc ponitur loco generis. nam omnis hæ-
reſis eſt aſſertio falſa, ſed non econuerſo. facit dictum argum.
ſupra allegatum in Enchi. & primo de Trinitat. inquit, errare
potero, ſed hæreticus non ero Et notanter dicitur aſſertio fal-
ſa ſiue dogma peruerſum, & non factum, quia factum peruer-
ſum non eſt hæreſis nec facit hæreticum, niſi concurrat falſa
credulitas: ſi quis enim furatur vel adulterſit, licet agat con-
tra veritatem ſcripturæ, quæ dicit, non furtum facies, non mę-
chaberis, non enim ex tali facto eſſet hæreticus, niſi crederet
quod furari, & mæchari non eſſet peccatum, vt ſupra late fuit
dictum. Sequitur in diffinitione, Catholicæ veritati contra-
rium. in quo tangitur materia circa quam eſt hæreſis, quia cir-
ca ea quæ ad Catholicam veritatem pertinent, veritas enim
20 catholica † principaliter dicitur articulus fidei. dicitur enim
veritas catholica quæcunque in canone biblico eſt aſſertiue
poſita, vel per Apoſtolos Chriſti nobis ex eius inſtitutione vel
inſtinctu Spiritus ſancti tradita, ſeu per vniuerſalem eccle-
ſiam, ſeu generalia concilia determinata ſunt, *vt inf. in 13. q.* di-
cam & dixi de veritatibus catholicis. & de eius generibus, ſeu
gradibus in Speculo Inquiſitorum *in parte 1. quæſt. 4. & 5.* dum o-
ſtendam, qui ſunt propriè vel impropriè hæretici. additur et-
iam in diffinitione in eo. qui Chriſtianam profeſſus eſt fidem
loco differentiæ. quod non conſiderauit Ockam. *in loco præal-
legato*, per hoc enim hæreſis differt ab alijs ſpeciebus infideli-
tatis, videlicet à falſis dogmatibus gentilium, paganorum, Iu-
dæorum, quæ & ſi ſint contrariæ veritati catholicæ. non tamē
dicuntur propriè loquendo hæreſes. hæreſis enim eſt ſpecies
infidelitatis pertinens ad eos qui fidem Chriſti profitentur,
ſed eius dogmata corrumpunt. Et pro pleniori notitia eſt vi-
dendum, quod dicit S. Thom. *in 2. 2. quæſt. 11. artic. 1.* concludi-
tur ergo quod rectè dicitur in diffinitione, quod hæreſis per-
tinet ad eos qui Chriſti fidem profitētur. hinc beatus Auguſt.
in lib. de paſtoribus. 116. ſuper illud poſt greges ſodalium tuo-
rum (inquit) quod omnes hæretici a Chriſto exierunt, *& ſu-
per Matth. homilia 11. ſuper illud, Fac ignem de cœlo deſcendere*, quid
eſt enim de cœlo deſcendere, niſi hæreſes de eccleſia cadere
ſicut ſcriptum eſt 1. *Ioan. 2. ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis*,
exierūt ergo hæretici à Chriſto, quia ipſi malè intellexerūt in
eo illa, quæ fideliter erant credenda, & ſic ab eo receſſerunt
per falſam intelligētiam, ſimile eſt quod dicit S. Aug. *in ſermo-
ne magno, in Domin. 1. poſt octauam Paſcha, colum. penult. exire hære-
ticorum eſt, & vbi erunt hædi? aut ad ſiniſtram erunt omnes qui exie-
runt ab eccleſia*, & hoc intelligit de hæreticis. Sic etiam Cardin.
de ſancto Chato. exponens illud Ioannis ſupra allegatum, in-
quit, *ex nobis prodierunt ab vnitate catholica recedentes.* § Contra
tamen prædictam diffinitionem arguitur, quod illa non ſit
bona, quia defectiua, cum in ea debeat addi falſum dogma ab
eccleſia damnatum, in dicta enim diffinitione præſupponi-
tur, quod ideo eſt hæreſis quia contraria fidei, non autem ex
eo, quod ab eccleſia damnata, cum hoc non ſit poſitum in diſ-
finitione. præſupponitur etiam aliud, quod non † omnes hæ- 21
reſes ſunt à principio, ſed quod poſſunt eſſe vel inſurgere no-
uæ hæreſes, & hoc ſuaderi poteſt ex textu, *in c. notandum. 24. q.*
3. vbi dicitur quod B. Auguſt. cum Epiſcopis ſuis Pelagium &
Cœleſtinum nouam hęreſim in ſanctam Dei eccleſiam intro-
ducentes excommunicauit, ad idem eſt text. *in cap. 1. 24. q. 1.* di-
cens, omnis hæreticus, aut iam damnatam hæreſim ſequitur,
aut nouam fingit, & quod nō requiratur determinatio eccle-
ſiæ ad hoc, vt cenſeatur hæreſis, ſed quod ſufficiat falſum eſſe
dogma, & contrarium veritati catholicæ hoc probatur per
text. *in c. hæreſis. 24. q. 3.* vbi dicitur, ſcilicet, quod eam ſibi vnuſ-
quiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem, & ſic
quamuis non concurrat determinatio eccleſiæ faciens illam
opinionem, vel falſum dogma eſſe hæreſim, nihilominus hæ-
reſis eſſet cenſenda, & tamen videtur quod aliquod dogma
falſum contrarium veritati catholicæ non cenſeri debeat hæ-
reſis noua, ſed verus & antiqua. hoc probatur, *24. q. 1. c. Acatius*,
vbi Papa Gelaſius dicit, quod Acatius non eſt factus inuentor
noui erroris, ſed veteris imitator. & quod requiratur reproba-
tio eccleſiæ hoc videtur probari per errorem Græcorum, qui
tenebant non procedere à Patre & Filio Spiritum ſanctū, ſed
ſolum à patre, & ante condemnationem eorum aſſertionis nō
fuerant hæretici reputati: ſecus tamē poſt condemnationem,
quia inter hæreticos reputantur tenentes talem aſſertionem,
vt ca. text. *in c. fideli. de ſumma Trinitat. & fi. Catho. ſupra in eo. lib. in
verbo, damnamus*, id eſt, hæreticos declaramus, & nunciamus
ſecundum Archidiac. ibi: ſic *in cap. damnamus. ſupra de ſumma
Trinit.* & ibi Abbas exponit damnamus, id eſt, rem ſine reme-
dio ſubleuandi ignominiæ deputamus, & merito, quia hære-
tici infames ſunt de iure & de facto *cap. 2. cap. ſtatutum, el 2. infra
cod. authent. credentes. authent. gazaros. C. de hæret. l. 2. C. de apoſta.*
de cuius hæreſ Græcorum reprobatione & eorum rationibus
latè tradit S. Thom. *in lib. 4. contra gentiles. cap. 24. cum ſequ. & in
opuſculo primo edito contra errores Græcorum. c. de ſpiritu. de conſecra.
diſtinct. 5.* gloſſ. & Docto. *in rubric. de ſumma Trinit. circa fi.* quam
opinionem ſiue errorem Græcorum tenuit Iuſtinianus Impe-
rator, *in l. nullus. C. de ſumma Trinit.* vt ibi dicit *gloſſ. in verbo, quem.*
Bartol tamen *in rubric. de ſumma Trinit. in 2. colum. C.* excuſat eū
dicens, quod quamuis dixiſſet Spiritum ſanctum procedere à
patre, non negauit etiam procedere à filio, & ſic non eſt repu-
tandus hæreticus, quia ipſe dicit ſe audiuiſſe Iuſtinianum eſ-
ſe poſitum in Cathalogo ſanctorum: & ſequitur Bald. *in dict. l.
nullus. in fin.* & Ioan. Fab. *in rubric. proœm. Inſtit. in 4. colum.* & de
hac hæreſi Græcorum tradit Duran. *lib. 1. Sententiarum, diſtinct.
11. quæſt. 1. cum duabus ſequentibus*, & ibi per S. Thom. *quæſt. 1. poſt
text. Magiſtri.* ſic itaque damnatio eccleſiæ neceſſaria videtur
ad conſtituendam aliquam hęreſim, ex quo concludi videtur
dictam diffinitionem in aliquo deficere. § Sed pro reſolutio-
ne conſiderandum eſt, quòd dicta diffinitio hæreſis non eſt in
aliquo defectiua, quia dico ſecundum Gabrielem Biel, *in 4. di-
ſtinct. 13. quæſt. 2.* quod nulla hæreſis eſt noua, quia nihil de no-
uo incipit eſſe contrarium veritati catholicæ, niſi aliqua veri-
tas catholica de nouo inciperet eſſe vera, ſicut illa, Deus eſt
homo, incepit eſſe vera in inſtanti incarnationis & prius erat
falſa, & in eodem inſtanti Deus non eſt homo, cœpit eſſe hæ-
reſis: ex quo ſequitur quod nihil de nouo incipit eſſe contra-
rium veritati catholicæ, quæ prius fuerat vera, quoniam quā-
diu hæc veritas fuerat vera, tādiu ſua contraria, contraria fuit
veritati, & per hoc falſa. Nec obſtat. *c. notandum. cum alijs ſupra
allegatis*, quòd poſſunt inſurgere nouæ † hæreſes, quia reſpon- 22
detur, quòd hæreſim eſſe nouam dupliciter poteſt intelligi,
vno modo, quia de nouo incipit eſſe falſa, ita quòd ſi prius fu-
iſſet, non fuiſſet falſa ſicut ſupradictum eſt de illa Deus eſt ho-
mo, & hoc modo bene poſſet eſſe aliqua hæreſis noua. Secū-
do modo aliqui errores dicuntur noui, non quin prius fuerint
errores, ſed quia prius non fuerunt aſſerti: multi enim errores
& hæreſes antequàm aſſerantur ab aliquo reprobantur, &
quando inſurgunt aliqui errores illos aſſerentes, dicuntur no-
uæ hæreſes, & noui errores hoc eſt, quia de nouo aſſertæ vel
defenſæ, quia alioqui de nouo aſſerunt vel defendunt, non
quin prius fuerunt hæreſes & veritati fidei contrariæ, vel di-

cuntur

cuntur nouę, quia non habent initium à doctrina Chriſti, quę eſt fundamentum, nouę reputantur, quantumcunque ſecundum tempus ſint antiquæ, vel quantum ad primos hęreſis inuentores, ita dicit ſanctus Thom. *in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. art. primo ad octauum.* & hoc modo loquitur text. *in d. c. notandum. cum alijs allegatis,* ex quo ergo non ſunt dandæ nouæ hæreſes, ſed omnes ſunt antiquæ & de nouo detectæ, niſi daretur nouus articulus, & tunc eius contraria eſſet noua hæreſis vt ſupradixi: ſequitur meritò quòd ad conſtituendum aliquam hæreſim, non requiritur authoritas vel determinatio eccleſiæ, dicimus enim, quòd quemadmodum quantum ad ea, quę ad fidem pertinent, nec Rom. Pontifex nec tota eccleſia Dei poteſt de aſſertione non vera facere veram, aut de non falſa falſam, ita non poteſt de aſſertione non catholica facere catholicam nec de aſſertione non hæretica facere hæreticam nec econuerſo, quia ſicut veritates catholicæ abſque omni approbatione eccleſiæ ex natura rei ſunt immutabiles & immutabiliter veræ, ita immutabiliter catholicæ ſunt reputandæ: idem eſt dicendum de hæreſibus, quia quæ ſunt hæreſes, abſq; determinatione eccleſiæ ſunt hæreſes. Quia vt dicit Ariſtot. pri-
24 mo Perhi. ab eo † quod res eſt vel non eſt oratio dicitur vera vel falſa. ita dicit. d. Cardin. *in d. tractat. lib. 4. cap. 3.* & dicit Bal. *in l. ex his verbis. in fi. C. de teſta. mili.* quòd noſtrum negare vel affirmare nō facit veritatem ſe aliter habere, nam omne verum eſt neceſſarium, ita quòd nec Deus poteſt veritatem remouere à veritate vt ait Paulus ſecundum eum, & inquit Paulus. 2. *ad Corinth. 13. cap. non poſſumus enim aliquid aduerſus veritatem ſed pro veritate veritas valet & inualeſcit, & viuit in æternum & obtinet in ſecula ſeculorum. c. conſuetudo. 8. diſtinct. & 3. lib. Eſdræ. cap. 4. & alibi,* dicit Bald. *in cap. cum contingat. de reſcript.* quod ſcientia eſt verorum, & veritas & eſſe idem ſunt, & veritas non poteſt eſſe falſa. *l. fin. ff. de hæred. inſti. l. miles. § penult. ff. de adult.* hinc eſt quòd ea, quæ iuris ſunt certa ſunt. *l. in omni parte. ff. de iuris & facti igno.* per Bart. *in l. ornamentorum. ff. de auro & argen. leg.* vbi dicit quòd
25 ſi aliquid † reſpondeat poſitioni iuris aliter quàm debeat ſibi non præiudicat, alleg. *l. non fatetur. ff. de confeſſis.* vbi Bartol. per Anton. de But. *in procem. decret. § ſane.* & Dom. *in procem. huius libri § ſane.* Dominus Philip. Dec. & Moder. *in c. ſæpe. in 2. nota. de appellatio.* hinc etiam dicit Bald. *in l. ancillæ. C. de fur. in 3. nota.* de ſtatuto quòd omnis quæſtio debeat compromitti, nam intelligitur de quæſtione quæ eſt in facto non autem in iure: idem Bald. *in l. cum proponas. C. de rebus credit.* Dominus Dec. *in cap. paſtoralis. 2. colum. de reſcript.* ad illud quod dictum eſt de Græcis,
26 quòd ante † condemnationem hæreſis non ſunt reputati hæretici. verum eſt non fuiſſe condemnandos de hæreſi, nihilominus hæretici erant & dictæ aſſertiones antea fuerunt hæreticæ, pertinaces etiam aſſertores earum fuerunt hæretici, qui tamen antea non innotuerant eccleſiæ, quod eorum aſſertiones fuerunt hæreticæ, non debuerunt tanquàm hæretici condemnari ſed poſtea debuerant condemnari poſt *dictum capitulum fideli. ſupra allegatum.* ita concludit Ocham, *in ſecundo libro Dialog. c. 13.* & magiſtraliter per Sanctum Thomam, *in 1. part. q. 32. artic. 4. in corpore quæſtionis,* traditur per Cardi. Alexan. *in cap. nunc autem,* vbi Bellamera hic magiſtraliter, &c. *21. diſtinct. & in ſimili gloſſ.* & ibi Alexan. *in c. Anaſtaſius. 19. diſtinct.* Ex quibus patet prædictam diffinitionem hæreſis eſſe veram & iuridicam, Alij vero diffiniunt hæreſim dicentes quod hæreſis eſt obſtinata impugnatio fidei alicuius articuli, cum pertinaci aſſertione contrariæ falſitatis, & ſic de ratione hæreſis eſt obſtinatio contra veritatem Catholicam ſimul cum pertinacia, ita dicit Epiſcopus Chriſtopoli. *in expoſit. ſuper Cantica Canticorum Cantico. 6. colum. penult.* quoniam autem pertinacia ſit conſiderabilis in hæreſi alibi dicetur, & dixi late, *in Speculo Inquiſitorum part. 1. quæſt. 3.*

¶ In quæſt. ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Secta quid ſit.*
2 *Secta capitur pro religione.*
3 *Secta ab hæreſi differt.*
4 *Secta Philoſophorum & hæreticorum plures fuerunt.*
5 *Errores hæreticorum diſcere non eſt reprehenſibile, ad eorum confutationem.*
6 *Simulatio pro vtilitate publica permiſſa eſt.*
7 *Fidantia data homicidæ an ſit ſeruanda.*
8 *Secta gentilium pluralitatem Deorum colebat.*
9 *Sapientes gentiles deridebant ſimulachra deorum.*
10 *Deum vnum eſſe multis probatur rationibus.*
11 *Reges duo vel plures in vno regno eſſe non poſſunt, quin ſequatur diſcordia.*
12 *Potentia fortior eſt vnita quàm in pluribus diſperſa.*
13 *Archidiaconatus an poſſint eſſe plures in vna eccleſia.*
14 *Epiſcopi plures in vno epiſcopatu eſſe non poſſunt.*
15 *Imperator vnus debet eſſe in orbe, & non plures.*
16 *Imperium prius fuit apud Romanos, deinde apud Græcos, rurſus apud Gallos, demum ad Alemanos tranſlatum eſt.*
17 *Imperium verum eſt apud Germanos.*
18 *Imperatoris electio & electores.*
19 *Rex exemptus non poteſt dici, nec eſt Imperator.*
20 *Imperator quare coronatur triplici corona, & vbi & per quem.*
21 *Rex Romanorum dicitur ante coronationem, ſed poſt coronationem Imperator.*
22 *Imperator ante coronationem poteſt concedere priuilegium, quia corona nihil ei dat niſi quod nominetur Imperator.*
23 *Imperator vnus eſſe debet, & non plures, magis confirmatur.*
24 *Imperatori omnes prouinciæ mundi ſubſunt, & multa de poteſtate Imperatoris ibi vide.*
25 *Imperatorem non eſſe dominum mundi negans an ſit hæreticus cenſendus.*
26 *Coronæ quibus coronatur Imperator quid ſignificent.*
27 *Donatio Conſtantini Imperatoris an fuerit, & an valuerit.*
28 *Deum vnum eſſe pluribus alijs rationibus comprobatur.*
29 *Secta Gentilium ponens pluralitatem Deorum reprobatur pluribus authoritatibus ſacri canonicis.*
30 *Idola colentes peccabant contra legem naturalem.*
31 *Iudæorum cultus an hodie diſtet ab idolatria.*
32 *Idolatria quid ſit.*
33 *Idolum dij & ſimilitudo quomodo differunt.*
34 *Idolatriæ inuentores.*
35 *Idolorum multitudo ponitur latè.*
36 *Mala quæ ſuborta fuerunt ex idolatria.*
37 *Idolis cultus diuinus diuerſimode exhibebatur.*
38 *Idolatria eſt grauiſſimum peccatum.*
39 *Adoratio triplex eſt, latria, dulia, & hiperdulia.*
40 *Adoratio quæ ſoli Deo competit, quot modis appellari poteſt.*
41 *Adorari Idola etiam perſecutionis tempore, non licet Chriſtiano.*
42 *Idolatriæ ſpecies quot ſunt.*
43 *Idolatria interpretatiuè committitur multis modis.*
44 *Idolatria peccatum grauiter punitum à Deo.*
45 *Chriſtus an debeat vna adoratione adorari.*
46 *Adorans diabolum transfiguratū in effigie Chriſti per errorem an excuſetur ab idolatria.*
47 *Error duplex, ſcilicet periculoſus, & non periculoſus.*
48 *Adorans diabolum transfiguratum in effigie Chriſti non excuſatur ratione ignorantiæ.*
49 *Adorans hoſtiam non conſecratam an excuſetur ab idolatria.*
50 *Hæreticus eſt credens plures eſſe Deos.*
51 *Hæreticus eſt, qui colit idola & eis honorem diuinum præſtat.*
52 *Saracenorum ſecta vnde dicatur, & quod potius agareni dicendi ſunt.*
53 *Mahometi originem habes remiſſiuè.*
54 *Saraceni ſacrum canonum veteris & noui teſtamenti non recipiunt.*
55 *Secta agarenorum initium, vitia, errores, & fatuitates remiſſiuè habes.*
56 *Secta agarenorum falſa demonſtratur etiam ab eorum præcipuis doctoribus.*
Erroneum eſt dicere mulieres intrare Paradiſum cauſa concubitus.
Falſum oſtenditur in Paradiſo fore eſcam & cibum.
Secta Mahometica quare habuit multos ſequaces.
Conuerſio Gentilium ad Chriſtianitatem miraculoſa fuit.
Hæreſis eſt credere quemlibet hominem ſaluari in ſua lege, ſcilicet Iudæum & paganum, ſeu alios infideles.

SECVNDO QVÆRO, quid ſit ſecta, ſuperſtitio, Sciſma & apoſtaſia, & de differentijs inter iſta, & in quibus differunt ab hæreſi. Secta enim dicitur à ſequor ſequeris, & eſt propriè habitus animorum † & propoſitum in malo circa falſam diſ- 1
ciplinam,

ciplinam, inde tales dicuntur ſecti, id eſt, ſeparati & diuiſi ab
vnitate eccleſiæ, & fidei, gloſſ. *in cle. ad noſtram, de hæret. in verbo*
ſecta, capiendo in malum, quam glo. ſequitur Card. ibi & Ioan.
Imol. *in 1. col.* & Abb. *in ſuis apoſt.* ad quam gloſ. ſe refert gloſſ. *in*
cle. ne in agro. §. ſtatuimus. in verbo, ſepta, de ſtatu monachorũ, & hoc
modo capiendo ſectam idem eſt, quod hæreſis, quia hæreſis
dicitur ab eligendo, ita ſecta à ſectando ſicut Iſido. dicit *in lib.*
Ethimologiarum, hoc dicit S. Thom. *in 2. 2. q. 11. arti. 1. ad 3.* & pro-
batur, *in c. accuſatus. §. cum vero. ibi, hæreſis ſpeciem ſiue ſectam. infra*
eod. vbi Arch. dicit quod ſecta dicitur à diuiſione quaſi ſectio,
vnde ſectæ Philoſophorum, vel hæreticorum dicuntur de
quibus habetur, *in c. quidam. 24. q. vlt.* Alber. de Roſa. *in ſuo di-*
ctio. in verbo, ſecta, facit optima gloſſ. *in c. quoniam in quibuſdam.*
32. diſtinct. vbi text. dicit quod non licet accipere ſectæ alterius
vxorem, idem erat per leges ciuiles diſpoſitum. *l. fin. §. his hoc*
quoque. C. de ſponſa. l. ſi legibus. C. de epiſco. audi. dum allegat expo-
nendo verbum ſectæ. *c. caue, & c. non oportet. 28. q. 1.* vbi text.
loquitur de Iudæo gentili & hæretico, & cum illa gloſſ. tran-
2 ſeunt ibi Archi. Dom. & Card Alexan. capitur aliter † ſecta in
iure, videlicet pro religione, hoc probant hi text. ſimul iuncti,
in l. 1. C. de ſena. clau. tollen. & l. falſi. C. de fal. & l. ſi. C. de pact. & l. in
honoribus. §. Philoſophis ff. de vaca. mun. l. fin. C. de pen. bono. ſubla. lib.
10. & poteſt exponi ſecta, id eſt religio, notat Lucas de Penna
optimus nominum legalium interpres, *in l. 2. C. de dela. lib. 10.*
col. 2. & Alber. *in d. dictio. in verbo, ſecta. exponens d. l. ſi. ibi, ſecta meo-*
rum temporum non patitur, id eſt, ego qui ſequor iuſtitiam. *§. fin.*
3 *Inſtit. de lega.* vnde hæc † poteſt aſſignari differentia inter ſectã
& hæreſim, quia ſecta comprehendit hæreticos iudæos Gen-
tiles & alios infideles, ſed hæreſis ſolum Chriſtianos, qui ali-
quam hæreſim tenent prout ſupra, *in prima quæſt.* fuit declara-
tum, & hæc differentia colligitur ex prædictis ſi bene ponde-
4 res. Et quamuis † ſectarum plures ſint ſpecies ſtoicorum &
peripateticorum, quorum author fuit Ariſtot. vt dicit S. Tho.
in 1. 2. q. 59. artic. 2. in corpore quæſtionis, & aliorum hæreticorum
ſcilicet, Fortunij Sabellij, Arij, Manichæorũ, Valentini, Apol-
linaris, Origenis, Entiecetis, Macharij, Antiocheni, & plurimo-
rum aliorum hæreticorum: de quibus latè tradit S. Thom. cum
ſuis impugnationibus. *in 4. lib. contra Gentiles, de erroribus hæreti-*
corum, qui fuerunt circa articulos fidei, & ſacramenta eccleſiæ
ſcribit ſigillatim idem S. Thom. *in 5. opuſculo incip. poſtulat à me*
veſtra dilectio. de aliorum erroribus per eundem S. Thom. *in o-*
puſculo 23. incip. Saluator noſter, de erroribus vero gentilium &
plurimorum hæreticorum ac expoſitione, *c. quidam. 24. q. 3.* vl-
tra Archi. *ibi. Archiepiſcopus* Floren. *in 4. parte ſuæ ſummæ titulo 11.*
c. 5. cum duobus capitulis ſequentib. vbi ponit omnes errores dam-
natos per ſummos Pontifices in Decretalibus, *in ſexto, in Cle-*
mentinis & in extrauagantibus. & c. 8. ponit articulos in quibus
non tenetur Mag. Sententiarum, quæ omnia videri poſſunt,
& latius Cardin. de Turre Cre ma. *in ſuo tractat. de poteſta. Papæ,*
in 4. lib. c. 23. cum ſequentibus vſq; ad finem tractatus. vbi ponit om-
nes hæreſes condemnatas ab eccleſia tam in concilijs genera-
libus quam per decretales & extrauagantes, quas ſi narrare-
mus multum temporis conſumeretur: omiſſis igitur ſectis di-
ctorum hæreticorum cum ſcriptis prædictorum Doctorum
poterit haberi plena notitia, de tribus tamen ſectis ſcilicet pa-
ganorum, ſiue gentilium, † Agarenorum & Iudæorum breuis
5 fiet ſermo, vt ipſorum errores ſciamus & confutationes diſca-
mus, nec hoc debet aliquis reprehenſibile iudicare ſi huiuſ-
modi errores enarrẽtur, quia quamuis aliquis catholicus pro-
mitteret patarenis, quod eorum ſectam ſequeretur, vt ea co-
gnita & conſiderata poſſit illam poſtea confundere indican-
do, vel improbãdo, à peccato excuſaretur, prout tradit Archi.
in c. vtilẽ. 22. q. 2. ſequitur D. Iaſ. *in l. ſi mora ff. ſol. mat.* & dicit text.
in c. Epiſcopus. 37. diſtinct. quod Epiſcopus, Gentilium libros non
6 legat, hæreticorum † autem pro neceſſitate, aut tempore, ſi-
mulatio enim quæ fit propter vtilitatem publicam eſt permiſ-
ſa, Dom. *in c. nos in quemquam. 2. q. 1.* bonus dolus laudandus eſt.
l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & refert Archid. *in d. c. vtilem.* dolum Ale-
xandri Papæ III. de quo fuit laudatus. Quidã Epiſcopus dixit
ſoli Papæ ſimoniã quã commiſerat in acquirendã epiſcopatũ,
& Papa dixit ei volo tibi parcere, ſi hoc dicas corã Cardinalib.
& ita fecit Epiſcopus, & Papa illum priuauit Epiſcopatu. an
7 autem iudex teneatur † ſeruare fiduciam datam homicidę vl-
tra tradita per Dom. *in dict. cap. nos in quemquam.* ponit Signor.
de Homod. *in conſi. 102.* Bald. notab. *in d. §. non fuit.* per Bart. *in*
l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. Ang. de Aret. *in §. præterea. Inſtit. de actio. co-*
lum. 9. idem Ang. *in tit. maleficiorum, in verbo, fama publica. 5. quæſt.*
Bart. Socin. *in ſuo tract. de citationibus art. 18.* D. Iaſ. *in l. conuentio-*
num. ff. de pact. Felin. *in cap. afferte. de præſumptio.* malitijs quidem
obuiandum eſt. *l. in fundo. ff. de rei vendi.* & aduerſum malitiam
cum malitia reſiſtere poſſumus. gloſſ. *c. cupientes. in verbo, mali-*
gnantium. de elect. lib. 6. facit glo. *in c. dominus. 23. q. 2.* quę dicit ho-
ſtem poſſe vinci inſidijs, nam non eſt in dolo, qui fraudem ex-
cludit. *l. cum pater. §. Titio. ff. de leg. 2.* & quod per illum text. no-
tat Bald. *in l. veluti in fin. ff. de iuſti. & in.* idem Bald. *in c. 1. §. item*
ſacram, de pace iur. fir. latè tradit D. Deci. *in c. ſedes. de reſcript.* non
eſt ergo inconueniens ad vtilitatem reipublicæ catholicæ er-
rores & fatuitates aliquas ſectarum addiſcere, vt ſciamus illas
confutare. ¶ Secta ergo † gentilium colebat multos pro dijs, 8
videlicet Saturnum, Iouem, Mercurium, Herculem, Iunonẽ,
Proſerpinam, Palladem, Deam Veſtam, Cererem, Vulcanum,
Bachum, ſiue Liberum, Ianum, Quirinum, Æſculapium, Æo-
lum, Dianam, Venerem, Mineruam, Apollinem, Plutonem,
Martem, Phæbum, Neptunum, ac multa alia idola manufa-
cta: Deorum quidem pluralitatem primus inuenit pater men-
dacij, cum dixit in Paradiſo terreſtri primę mulieri, Gen. 3. *Eri-*
tis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum. pro opinione quorum alle-
gatur per aliquos illud Paul. 1. *ad Corinth.* 8. vbi inquit: Si qui-
dem dij ſunt multi, & domini multi, quibus reſpondet Sco. *in*
1. diſtinct. 2. quod Apoſtolus loquitur ſecundum opinionem i-
dololatrorum: vnde in eodem c. reprobat eorum ſectam, di-
cens, Nam & ſi multi ſunt qui vocantur dij ſiue in cœlo, ſiue
in terra: nobis tamẽ eſt vnus Deus, omnes autem dij gentium
dæmonia. *Pſal. 15.* & contra hos idolatras inquit *Pſal. 113* Simu-
lachra gentium. talia enim † ſimulachra gentiles ſapientes de- 9
ridebant, vt dicit Sanctus Ambroſ. *lib. 2. de virginibus, de Dionyſio*
Tyranno, qui cum intraſſet templum Iouis ſpoliauit ſtatuam
deorum ibidem exiſtentium, ipſos deridendo. dicebat autem
Socrates, quod potius canem quàm idolum coleret, cum ca-
nis ſit creatura Dei, idola vana ſunt & factura hominum. & de
his tradit S. Auguſt. *in lib. de vera religione.* Et in tantam demen-
tiam deuenerunt Gentiles, vt in eorum honorem proprios fi-
lios occiderent. *Pſal. 105. Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæ-*
monijs: de quorum reprobatione ſi vis plenam notitiam habe-
re ponit Bernardinus de Buſt. *in prima parte Roſarij, ſermone 24.*
in c. de ſecta Paganorum ſiue Gentilium. & per Antonium Flo.
in 2. parte ſuæ ſummæ in tit. 11. c. 4. & 5. ratio eſt in promptu: im-
poſſibile eſt enim quod ſint † plures dij, vt probant Alexan. de 10
Ales, *in prima parte ſummæ. in tract. de eſſentia diuina.* & Franciſ. de
Mayro, *in conf. a. diſtin. 2.* Beatus Thom. *in ſumma contra gentiles,*
lib. 1. c. 42. Richar. S. Bonau. ac Pet. de Aqui. & Ioan de Ripa. *in*
1. ſententiar. diſtinct. 2. & Scot. ibi, Petr. de Cand. *in 1. ſent. diſtin. 2.*
art. 3. & Abb. Panorm. *in cap. firmiter, de ſumma Trin.* & hoc pro-
batur quadruplici ratione, primo ratione diuinæ omnipoten-
tiæ ſic arguendo, quod impoſſibile eſt deos eſſe omnipoten-
tes eſſentialiter diſtinctos, ſic impoſſibile eſt duos eſſe deos:
conſequentia iſta patet, quia quicunque eſt omnipotens ille
eſt Deus. ſcriptum eſt enim Exod. 15. *de Deo. Omnipotens nomen*
eius. ex quo dicit Ambroſ. & recitat magiſter ſentent. *in 1. di-*
ſtinct. 3. in 1. Accedat quæcunque creatura, & faciat tale cœlum
& terram, & dicam quia Deus eſt: ex quo demonſtratur, quod
omnipotentia arguit deitatem, quia quicquid omnipotẽs eſt
Deus, & ſic patet maior. ſed primum eſt impoſſibile, videlicet
duos eſſe omnipotentes eſſentialiter diſtinctos: nam ſi hoc
eſſet, vterque eorum poſſet quicquid vellet, aliter non eſſet
omnipotens: & tunc ille qui poſſet ab altero deſtrui non eſſet
Deus, & cum vterq; poſſet ab altero deſtrui & annihilari, non
eſſet omnipotens. & ſic ſequitur, quod neuter eorum eſſet a-
dorarus Deus, & ſi nullus eorum poſſet alium deſtruere, nul-
lus ipſorum eſſet omnipotens, & conſequenter nec Deus ve-
rus: ex quo ſequitur, quod ſi plures eſſent dij, nullus eſſet ve-
rus Deus, quod eſt impoſſibile. & hęc argumentatio eſt Sancti
Bonau. vbi ſupra inquientis, Stat iſta ſententia, quod Deus ſit
omnipotentiſſimus, ergo poterit facere, quod omnis alia po-
tentia à ſua nihil poſſit: ergo ſi ſunt duo dij diuerſi in natura,
hoc poteſt facere vnus de altero, quod alter nihil poſſit & e-
conuerſo, ſed cum potentia poteſt auferri non eſt Deus, ergo
non ſunt duo aut plures dij. Petr. de Aquila vbi ſupra ait, Po-
natur, quod ſunt duo dij, & vnus velit Petrum producere, &
alius non, aut Petrus producetur, aut non: ſi ſic, ergo ille, qui
non vult

non vult non erit omnipotens, quia non poteſt impedire pro-
ductionem illius, & conſequenter non eſt Deus: ſi non pro-
ducetur, ergo ille, qui vult eum produci non erit omnipotens
quia non poteſt eũ producere, & conſequenter non eſt Deus.
Fatendum eſt ergo, quod vnus Deus eſt. Exod. 2. & Deuter. 6.
Dominus Deus tuus vnus eſt, & Ariſtot. 12. *metaph. in fin.* concludit,
quod entia nolunt male diſponi, nec bona multitudo eſt
principium, vnus ergo Princeps, tradidit Duran. de Sancto
Porcia. *in 1. ſententiarum, diſtinct. 2. quæſt. 1.* & plures rationes hoc
concludentes ponuntur in libello reſolutionis theo. *tractat. 1.*
parte. 1. quæſt. 4. dicit etiam Alexan. de Ales *in ſuo comp. Theologiæ.*
lib. 1. c. 2. quod diuinitatem tria genera hominum multiplicant
ſcilicet idolatræ. Pſalm. 95. *Omnes dij gentium dæmonia.* Necro-
mantici, qui attribuunt virtutem characteribus & huiuſmodi
ſtultitijs: carnales homines, vt guloſi colentes vẽtrem. Apoſt.
ad Philipp. 3. *Quorum Deus venter eſt.* Et auari, qui ſuper omnia
pecuniam amant. Apoſt. ad Coloſſ. 3. Auaritia, quæ eſt idolo-
rum ſeruitus. & ſanctus Tho. *in ſuo compendio Theol. cap. 15.* pro-
bat quod impoſſibile eſt eſſe plures deos. tradit latè Gabriel
Biel, *in 1. ſenten. diſtinct. 2. quæſt. 10.*
11 ¶ † Sic videmus in his temporalibus, quod in vno regno nõ
poſſunt duo eſſe Reges nec Domini, quin ſtatim ſequatur di-
ſcordia, vt de Romulo & Remo ſcribunt, *l. fin. ff. de rerum diuiſ.*
in §. religioſæ. Inſtitu. de rerum diuiſ. per gloſſ. Roma enim condita
duos fratres Reges habere non potuit. *cap. in apibus. 7. quæſt. 1.*
Alberic. de Roſ. *in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcript.* natura
principatus amat ſingularitatem: vnde omnis poteſtas eſt
impatiens conſortis. *cap. quid autem. 23. quæſt. 7.* & potentia v-
nita tanto magis fortior eſt quàm in pluribus diſperſa. hoc pa-
12 tet exemplis, vnus fuit in regimine Paradiſi ſcilicet † Adam,
vnus in regimine arcæ ſcilicet Noe, vnus in ducatu filio-
rum Iſrael Moyſes. vnus Ioſue poſt eum, vnus in tabernacu-
lo, vnus Dauid, vnus Salomon, ſed poſtquam Roboam, &
Ieroboam, diſcenſionem fecerunt, diuiſerunt regnum Iudæ
& Iſrael in perniciem populorum. 2. *Reg. 12. cap.* tradit Cardin.
& Alexan. *in dict. cap. in apibus.* melius regit vnus quam plures.
& omne regimen naturale ab vno eſt, in membrorum qui-
dem multitudine vnum eſt, quod omnia mouet ſcilicet cor,
& in partibus animæ, vna vis principaliter præſidet ſcilicet ra-
tio: eſt enim in apibus vnus Rex, & in toto vniuerſo vnus
Deus factor omnium & rector, & hoc rationabiliter, omnis
enim multitudo deriuatur ab vno, quare ſi ea, quę ſunt ſecun-
cundum artem imitantur ea, quæ ſunt ſecundum naturam: &
tanto magis opus artis eſt melius, quanto magis aſſequitur ſi-
militudinem eius, quod eſt in natura: neceſſe eſt quod in hu-
mana multitudine optimum ſit, quod per vnum regatur, hæc
verba ſunt S. Thom. *in opuſc. 20. cap. 2. de regimine principum.* tra-
dit latè Franciſc. de Curte, *in conſil. 67. incipien. Sapienter optimus*
colum. 11. cum ſequentibus. Non obſtat, *cap. ex parte. primo, de offic.*
13 *deleg.* vbi videtur text. quod † in vna eccleſia ſint duo Archi-
diaconatus & hoc eſſe poſſit, prout notat ibi Abb. *in notabili-*
bus, & ſic eſt in eccleſia Pariſienſi, quia ſunt plures archidiaco-
natus, vt dicit gloſſ. *in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg.* ad hoc
poteſt multiplex dari ſolutio primo, quod non probatur, *in*
dict. cap. ex parte. eſſe ibi plures archidiaconatus, ſed erat ſolum
vnus, vt dicit Bald. *in vltima quæſtio.* quærens, an litteræ de qui-
bus ibi eſſent generales vel ſpeciales, & ibi reſpondendo dicit
quod vnus erat archidiaconatus: & ſic contrarium non proce-
dit. vel dic, quod ibi erat vnus de iure, alter de conſuetudine,
vel ex diſpenſatione Papæ, ſicut poſſent eſſe duo Imperatores
ex conceſſione ſummi Pontificis. vt declarat Cardin. Alexand.
in cap. nunc autem. 21. diſtinct. vel dic per Anton. de Butr. *in dict. c.*
ex parte. vt dicit Andr. Barbat. *in dict. cap. quoniam.* quod ſi dicti
archidiaconatus habent redditus diſtinctos in eadem eccle-
ſia, tunc bene hoc toleraretur. & ſic debet intelligi gloſſ. *in d. c.*
quoniam. & hoc dicit ibi Ioan. de Imol. ante enim. ſic etiam di-
14 ſpenſatiuè diſponit Papa, quod in vno epiſcopatu † ſint duo
epiſcopi, vt in caſu vrgentis neceſſitatis. *cap. quoniam in pleriſq;*
de offic. ordin. vbi etiam ille text. diſponit prohibitiuè, ne ciui-
tas habeat diuerſos Pontifices, tanquam vnum corpus diuer-
ſa habeat capita, quaſi monſtrum, vt etiam dicit duplex gloſſ.
in capit. legimus. 23. diſtinct. bene tamen poterint eſſe duo epiſ-
copi. non tanquam duo capita, ſed quod vnus ſit vicarius alte-
rius, & ei ſit per omnia ſubditus & ſubiectus: & hoc eſt quod
diſpenſatiuè diſponit ibi Papa, non autem quod ibi ſint duo
tanquam duo capita, quia hoc impoſſibile eſt de iure. ¶ † Sic 15
etiam videmus, quod de iure non poteſt eſſe niſi vnus Impe-
rator mundi & non plures, vt dicit gloſſ. not. *in cap. nunc autem.*
21. diſtinct. vbi dicit, quod quamuis ibi nominentur duo Impe-
ratores ſcilicet Diocletianus & Maximianus, & quod vnus
habebat dignitatem, & alter adminiſtrationem: fatetur ergo,
quod non poſſunt eſſe duo Imperatores. Cardin. de Turre
Crema. *ibi, in 4. artic.* & ſic concordant, *ſupra allegata. cap. in api-*
bus. 7. quæſt. 1. cap. quoniam in pleriſque. de offic. ordin. cum alijs. & ita
concludit Ioan. de Imol, *in l. fin. ff. de hæred. inſtit. in 5. colum. verſi.*
extra gloſſ. dicens, quod de iure vnus ſolus debet eſſe Impera-
tor: licet quandoque fuerint duo, vt diui Seuerus, & Antoni-
nus, & patet. *in l. Pacumenius ff. de hære. inſtit. & l. diui fratres. ff. de*
pœn. & l. fin. ff. ad Turpi. l. 1. ff. de acqui. rerum dom. l. Imperatores. ff. de
iure fiſci. & in d. cap. nunc autem. & licet hodie dicantur eſſe duo
Imperatores. *cap. ſolita. de maior. & obed.* ſcilicet Alemanus, ſiue
Teutonicus, qui eſt electus hoc anno. 1519. Sereniſſimus Inui-
ctiſſimus ac Catholicus Rex noſter Carolus, adoleſcens ex-
cellentis indolis, & magni ingenij tenens gubernacula regno-
rum Hiſpaniarum, ac vtriuſque Siciliæ vltra Pharum & citra
Pharum, cui Deus fœlices ſucceſſus tribuet: & meritò, quia A-
lemani ſunt optimi Catholici & fideles, vt dicit Bald. *in repet. l.*
Barbarius. in fin. ff. de offic. præto. & alter eſt Imperator Conſtan-
tinopolitanus, ſed iſte non eſt vniuerſalis Imperator, ſed ſo-
lum Græcorum, vt d. gloſſ. *in dict. cap. in apibus.* nec eſt Impera-
tor, ſed hæreticus & ſciſmaticus, cum eccleſiam Romanam
non recognoſcat pro capite. facit gloſſ. *in cap. venerabilem, de e-*
lect. & eſt ſicut Rex ſcachorum, qui dicitur Rex & non eſt: ſic
dicitur Imperator Conſtantinopolitanus, ita ibi dicit gloſſ. &
ſubdit idem Abb. Panorm. quod nudum nomen imperij eſt a-
pud Græcos: ſic & quilibet in domo ſua poteſt dici Imperator
ſeu Rex. *cap. duo ſunt nomina. 22. quæſt. 4.* ¶ † Et nota, quod impe- 16
rium prius fuit apud Græcos. quia Conſtantinus Imperator,
qui fecit donationem eccleſiæ totius Italię, & multarum pro-
uinciarum, vt habetur in palea *c. Conſtantinus. 96. diſtinct.* tran-
ſtulit imperium in Græcos, & ſic in Conſtantinopolim, *vt in*
d. cap. Conſtantinus. & tradit Ioan. de Imol. *in d. l. fin.* verum quia
eccleſia Romana oppreſſa hoſtiũ incurſione, videlicet Aſtul-
pho Rege Lombardorum petijt auxilium ab alio Conſtanti-
no, & Leone filio eius Imperatoribus Conſtantinopolitanis,
& cum nollent patrocinari eccleſiæ Romanæ, Stephanus Pa-
pa Secundus, natione Romanus tranſtulit imperium ad Ca-
rolum Magnum, qui fuit filius Pipini, quem Zacharias filius
ſubſtituerat Ludouico Regi Francorum, quem depoſuerat. 15.
quæſt. 6. cap. alius. & tranſlatio iſta facta fuit anno Domini 776.
ita dicit gloſſ. *in dict. cap. venerabilem.* & ſic concluſio gloſſæ eſt,
quod prima tranſlatio fuit facta de Græcis in Gallos ſeu Fran-
cigenas, quia ille Carolus fuit Rex Francorum. eſt verũ, quod
Ioan. And. dicit, quod fuit in ſeptuageſimo quinquageſimo
tertio, & hoc imperium durauit penes iſtum Carolum & ſuc-
ceſſores, & ſic penes Francigenas annis centum & tribus, ſed
in faſciculo temporum legitur, quod hæc tranſlatio fuit facta
per Leonem Papam tertium vnanimi conſenſu Romanorum
iuſtis & neceſſarijs cauſis, poſt longam patientiam eccleſiæ,
quę diu Gręcorum emendationem expectauit, ſed quia nimis
defecerunt à priorum pietate dimiſſi ſunt. Sed S. Thom. in
opuſculo de regimine principum. *lib. 3. cap. 17. 18 & 19.* inquit,
quod imperium fuit translatum à Gręcis in Germanos per Pa-
pam Adrianum, itaque ſentit primam tranſlationem eſſe fa-
ctam de Græcis in Germanos, & quod Carolus Magnus erat
Theutonicus, quod eſt contra prædicta, & credo, quod liber
ſit corruptus, quia vbi dicit Germanos, debet dicere Franci-
genas. vt patet ex prædictis: qua corruptione extante optime
conuenit cum his, quæ dicta ſunt, & infra dicentur. Quicun-
que ergo fuerit Papa, qui tranſtulit imperiũ de Gręcis in Fran-
cigenas, ſufficit primam translationem eſſe factam in ipſos,
poſtquam translationem adueniente tempore Arnulphi Re-
gis Francorum, eccleſia paſſa eſt perſecutionem à quodam Be-
rengario Tyranno, & cum poſtularet auxilium à dicto Arnul-
pho imperatore, cum ille eſſet negligens, Leo Papa, qui tunc
præſidebat, requiſiuit quendam Ottonem Ducem Saxoniæ,
qui tunc eccleſiæ ſubuenit, vt meminit Oldra. *in conſil. 62. incip.*
Et circa. vnde tunc Leo tranſtulit imperium in ipſum Ottonẽ,
& ſucceſſores: & conſequenter in ipſos Germanos, ſeu Teu-
tonicos. & quod refert gloſſ. *in dicto cap. venerabilem.* de Carolo

ſolum dicitur ad denotandum principium, ſecundum quod
imperium fuit ablatum Græcis, & tranſlatum in Francigenas.
ita dicunt Cardin. Flor. & Ioan. de Imol. in d. cap. venerabilem. ſic
17 ergo verum imperium eſt apud † Germanos, vt dicit gloſſ. in
d. cap. venerabilem. & ideo electus per Alemanos eſt verus Impe-
rator Romanorum non Conſtantinopolitanus. 96. diſtinct. ſi
Imperator. Ioan. de Platea, in l. 1. C. de priuil. vrb. Conſtant. lib. 11. i-
dem dicit Ioan. Fabr in rubric. procœmij Inſtitutionum, in verb. Ieſu
Chriſti. & ibi ponit quod ſint tres Archiepiſcopi electores,
Maguntinus, Colonienſis, & Treuerenſis: & quatuor Princi-
pes ſeculares, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgen. & Rex
Boemiæ olim Dux: & dicunt, quod Rex Boemiæ de neceſſi-
tate vocandus non eſt, niſi cum alij diſcordant, nec hoc ius
habuit ab antiquo, ſed hodie de facto tenet, tradit Hoſtien. in
dicto cap. venerabilem. gloſſ. in verb. illi autem. in cap. ad Apoſtolicæ, de
18 re iudic. lib. 6. & ibi tradit Domin. de S. Gemin. ¶ † Quo iure
autem ſpectet hæc electio præfatis electoribus, & an imperiū
iure hæreditario tráſferatur, & quis illum eligat, & quis eligi
poſſit, ex quibus eligi debeat, tradit Bal. egregiè, in c. priuilegia.
§. cum autem in titu. de pace. Conſtant. in verbo, conceſſerimus. & quid
olim fiebat, vide S. Thom. in tractat. de regimine principum ſupra
alleg. cap. 3. & 4. Stat ergo concluſio. quòd de iure vnus debet
eſſe Imperator, & non plures, tradit Alexand. in l. licet Impera-
tor. ff. de lega. 1. colum. 1. remittendo ſe ad Imol. in dict. l. fin. qui ſic
concludit, quamuis non bene referatur Cardin. Alexand. in
d. §. cum autem. 21. diſtinct. & Bal. in c. 1. §. ſi. de prohiben. feudi alien.
19 dicit, quod † vnicum eſt imperium: & quamuis vnus Rex ſit
exemptus à iuriſdictione Imperatoris, non tamen ſequitur,
quod ille ſit Imperator: nam etſi Deus vnúm Angelum exi-
meret à ſua poteſtate, ſuppoſito, quod eſſet hoc, non tamen il-
le Angelus eſſet Deus, ita excepto vno Rege ab imperio, non
tamen ille eſſet imperator, ponit Specul. in titu. de feudis. §. 2.
verſicul. 15. nec placet quod dicit Abb. Panorm. in dicto cap. quo-
niam in plerisq;, quod plures poſſint eſſe Imperatores, quia ſunt
vicarij & d. ſeniores eccleſiæ, quum gloſſ. cap. cum autem, di-
cat contrarium, vt ſupra fuit dictum, dicens quod vnus ha-
beat dignitatem, & alter adminiſtrationem, innuens quod
duo non poſſunt eſſe Imperatores, nec gloſſ. in cap. non autem.
7. quæſt. 1. hoc aſſirmat, ſed refert ſe ad dict. cap. cum autem. in
quo cap. Dom. iam ſoluit, vt dixi, niſi intelligeremus dictum
Abb. ex diſpenſatione eccleſiæ, vt dictum eſt ſupra per ea, quę
tradit Cardin. Alexan. in dicto cap. nunc autem. & ſentit gloſſ. in d.
cap. nunc autem. ſicut enim dicimus de regno quod eſt indiuiſi-
bile, quia corona diuidi non poteſt: Et Rex ſignificatur per
corpus ſphæricum ipſius coronæ, cuius figura deſtrueretur ſi
diuideretur in partes vt dicit Bald. in authent. hoc amplius in 1.
colum. C. de fidei. ſic & multo fortius eſt dicendum de Impera-
20 tore, quia † etiam Imperator coronatur nedum vna corona vt
Reges, ſed etiam triplici corona ſcilicet prima ferrea, quam
recipit ab Archiepiſcopo Colonienſi, in Aquiſgr. eiuſdé diœc.
Secunda eſt argentea, quam ingreſſus Italiam recipit ab Ar-
chiepiſcopo Mediol. in villa Modiecien. eiuſdem diœc. Ter-
tia eſt de puro auro, qua coronatur per Papam in eccleſia S.
Petri, ad altare S. Mauricij. vt dicit gloſſ. in cle. Romani. §. porro.
in verbo, veſtigijs, de iureiuran. quamuis Bart. in l. 1. in princip. ff. ſi
quis teſt. liber eſſe iuſſus fuerit, dicat, quod Præfectus vrbis
Romanæ coronat Imperatorem, & Imperator liberat eum ab
omnibus debitis non in fraudem contractis: tenenda eſt tamē
d. gloſſ. quia concordat cum pontificalibus, & maxime proce-
dit hæc ſimilitudo, quia Imperator dicitur Rex Romanorum
ante coronationem, vt dicit Barto. in extrauag. ad reprimendum,
21 in verb. Imperatores, & Reges. colum. 3. & etiam † poſt coronatio-
nem Imperator dici poteſt Rex, vt eſt text. in l. bene à Zenone. §.
hoc enim, ibi, Regale culmen. C. de quadri. præſcript. & in d. 1. c. dicitur,
Rex Medorum ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo. Ale-
xand. in conſil. 1. in colum. 13 lib. 5. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de cond. &
procurat. colum. lib. 11. Et dicit Cardin. in Clemen. 1. §. fin. de iureiu-
rand. quod impoſſibile eſt & hæreticum tenere, quod plures
poſſunt eſſe Imperatores, ſicut duo Papæ eſſe non poſſunt.
Abb. in cap. 1. de paro. in gloſſ. verbo, eccleſia de hæret. Abb. in cap. ac ſi
22 clerici. de iudic. † Et an corona ſit neceſſaria Imperatori, & priui-
legia per eum conceſſa ante eius coronationem valeant, tradit
latè Alberic. de Roſ. in d. l. bene à Zenone. & Luc. de Penne, in ru-
bric. de auro coro. lib. 10. & Bald. in cap. nos Romanorum. §. ſi quis au-
tem. in verbo, Rex. ſcilicet Henricus, de pace conſtan. dicit in Ale-
mania fuiſſe iudicatum, quod Rex Romanorum poſt electio-
nem habet omnem poteſtatem, quam habet Imperator, nec
vnctio aliquid addit. Ang. de Aretin. Inſtit. in 1. rubric. verſ. poſſit
hic dubitari. Doct. in cle. ne Romani, de iureiuran. Bart. in rubric. ff. fo-
rum in fin. D. Philip. Dec. in c. cam ve. de re ſcri. in 2. col. poſt Mo-
dernos, tradit multum magiſtraliter Phil. Corn. in conſil. 277.
incipien. Egregie diſcuſſa eſt, lib. 1. facit quod dicit Bald. in l. cunctos
populos. colum. 2. C. de ſumm. Trinitat. & fide Cathol. quod ante co-
ronationem, vel antequam recipiat inſignia imperialia à ſe-
de Apoſtolica eſt Imperator. & ſuper hoc ſcribit Philip. Cor.
in conſil. incipien. In præſenti ardua conſultatione, lib. 3. per totum, &
intellige dictum Bald. quantum ad adminiſtrationem, quia
adminiſtrare poterit ante ſuſceptionem inſulæ imperialis, vt
concludit Bald. in addit. ad Spec. in titu. de reſcripti præſenta. §. fin.
colum. penult. in ver. 2. vide quod not. idem Bald. in d. c. priuilegia.
de pace conſt. Bart. poſt Cyn. quicquid ibi dicat gloſſ. in l. bene à
Zenone. C. de quadri. præſcript. idem Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum, in verbo, reges. facit gloſſ. in authent. de colla. §. ad hæc. in verbo,
antequam. collat. 9. Ang. de Aretio, in rubric. procemij Inſtitut. col. 4.
Bart. in l ex eo. ff. de teſtamen. mil. licet quantum ad nominatio-
nem nominetur Rex Romanorum, & poſt coronationem Im-
perator. Bart. in in extrauaganti, in verbo, reges. tradit gloſſ. in Clem.
1. §. fin. in verbo, reges. de iureiuran. & hanc differentiam quantum
ad adminiſtrationem, & nominationem facit Cardin. Flor. in
§. noſtra que in Clement. præducta in in 2. oppo. vbi Panorm. in c. ſuper
quibuſdam. in vlt. quæſt. de verb. ſignif. Bart. in 1. rubric. ff. forum. colum.
fin. tradit Oldr. in conſil. 180. incipien. Quæſtio eſt verum Imperator,
per totum. nec in coronatione mutat nomen ſicut Apoſtolicus,
vt docet Bald. in procem. ff. forum. & ſi ſunt duo Imperatores con-
tendentes de imperio, & conceſſerint priuilegia vni vel pluri-
bus, an valeant. vide Oldr. in conſ. 23. incipien. Vidi quæſtionem. glo.
tamen in cap. cauſam, qui filij ſint legit. & Spec. in tit. de legi. §. nunc
oſtendendum. verſic. 39. videntur contrarium tenere, quod non
poteſt adminiſtrare ante coronationem, prout alleg. Martin.
Laud. in ſuo tractat. de principibus. ſed nec gloſſ. nec Spec. de his
ibi aliquid dicunt, ſi bene videris. & dato quod hoc diceretur
ſtandum eſt communi opin. Doct. ſupra relatæ, iuxta l. fin. C. de
pœna iudic. qui male iudic. licet enim Rex Romanorum non ſit
Imperator formatus, tamē habet poteſtatem, ac ſi eſſet infor-
matus per impoſitionem coronę, quia corona non addit Impe-
ratori niſi coruſcationem, & ita eſt obediendum Regi Ro-
mano: ſi ſicut Imperatori iam coronato. ita pulchrè dicit Bald.
in conſil. 526. incipien. Rex Romanorum in primo lib. pro concluſio-
ne prædicta, quod vnus † debet eſſe Imperator de iure, facit 23
quod dicit Bald. in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohibeu. feu. alien.
quod feuda principatum non debent diuidi, quia vt inquit
Redemptor noſter Ieſus Chriſtus in Euang. Lucæ 11. cap. Omne
regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & cum dignitas imperialis
debeat augeri & non minui. l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. & lex
dicat, quod nihil eſt tam magnum, quod per ſectionem non
fiat paruum, in authen. de trien. & ſemiſ. poſt princ. colla. 3. c. fin. in ſi.
de conceſſ. præb. lib. 6. omne enim quod diuiditur minoratur, vt
dicit Bald. in l. nec et. ff. de adopt. c. cum M. Ferrarien. de conſtit. debēt
ergo feuda principatuum & ducatuum in ſua integritate ma-
nere, argumen. c. maiores. & c. niſi eſſent. de præben. multo magis eſſe
debet in imperio, argum. auct. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ.
& traduntur multa ad propoſitum per Franc. de Curte, in conſi.
67. incipien. ſapienter. colum. 11. præſertim † cum Imperator ſit 24
dominus omnium prouinciarum, vt eſt tex. in cap. Adrianus. 63.
diſtinct. & ibi gloſſ. in verb. per ſingulas. quæ concludit, quod in
Hiſpania, & in Francia vnus eſt Imperator, niſi aliqui proben-
tur exempti, aliàs omnes ſubſunt Imperatori. & dicit Bald. in
c. 1. in princip. de pace iur. fir. quod omnes ſubiecti de iure & meri-
tò, ſed non omnes ſunt ſubiecti de conſuetudine, & peccant
ſicut Francigenæ, & multi alij: quinimmò eſt vna truffa dice-
re, quod omnia regna ſunt ſub Cæſare excepto Rege Franco-
rum, cum Rex Francorum non habeat ſuperioré. ita dicit Bal.
in l. vnica. §. hi cum abalij. ff. de offic. præfe. præt. deridendo ibi Guil.
de Cun. qui hoc dicebat: Rex enim Francorum etiam ſubeſt
imperio ſicut alij, quia licet non ſint ſacramento ſubditi ipſi
Francigenæ, ſubditi tamen ſunt ei ratione populi Romani,
ſub quo eſſe debent, cum ipſi fuerint de imperio. l. fin. colum. 1.
C. de offic. præfect. præt. Affricæ ibi, Hiſpanię, vel Gallię ſeu Franco-
rum. ita dicit gloſſ. 1. in c. hac edictali. de pace tenenda. Ang. de Aret.
§. fin. Inſtit. de patr. poteſt. & quamuis gloſſ. in d. cap. Adrianus, dicat
de Rege

de Rege Hiſpaniarum, quod non recognoſcit, intellige de fa-
cto ſecundum Innoc. & Hoſt. in c. per venerabilem. qui fil. ſint le-
git. quia Hiſpania eſt de Imperio Romano. l. relegatorum. §. in-
terdicere. ff. de inter. & releg. vt tradit Alb. in dictio. ſuo, in verbo, Hi-
ſpania. & idem de Rege Franciæ quod ſubſit imperio, Spec. in
tit. de appel. §. videndũ. Imperator enim Dominus eſt totius mũ-
di. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodi. de iac. omnes nationes ſubſunt ei.
11. q. 1. c. volumus. & oẽs principes. 7. q. 1. in apibus. & omnia ſunt
ſub eius poteſtate. 8. diſtinct. c. quo iure. 12. q. 1. c. futuram. & d. l. be-
ne à Zenone. c. conuenior. 23. quaſt. 8. gloſ. in verbo, in germanos. c. vene-
rabilem. de elect. Clem. 1. in princ. de ſum. Trinit. Bart. in l. 1. §. per hanc.
ff. de rei vendic. Bart. in l. ſi duas. §. grammatici. ff. de excuſ. tuto. Card.
in Clem. paſtoralis. §. vt illud. de re iudic. & fortius dicit Bart. in d. §.
per hanc. quod Imperator eſt dominus verè: nec obſtat, quod
alij ſint domini particulares, quia mũdus eſt vniuerſitas quæ-
dam: vnde poteſt quis habere ipſam vniuerſitatem, licet ſin-
gulæ res non eſſent ſuæ, vnde ſi alius teneret mundũ, ipſe Im-
perator poſſet illud vendicare, per l. Marcellus. ff. de rei vendic. &
cum opin. Bartol. tenet Angel. in l. ſi hæredis ſeruus. ff. de leg. 1. Et
tamen vendicatio non datur niſi domino, quia debet habere
duo principia formalia ſcilicet dominium ex parte agentis, &
poſſeſſionem ex parte conuenti. ita dicit Bart. in l. vinca. C. de a-
lien. iudic. mu. cau. fa. Bald. in l. non alias. §. 1. ff. de iudic. l. in rem. ff. de
rei vend. habet enim Imperator generalem iuriſdictionẽ. Bald.
in c. ad hæc. colum. 3. de pace tur. fir. & dicit Bart. in l. 2. C. in quib. cauſ.
colo. lib. 11. quod Imperator habet dominium generale & vni-
uerſale in omnibus rebus, ſed non particulare, vt in extraua-
ganti ad reprimend. in verb. totius orbis. nec hoc inconuenit, quod
vnus ſit dominus vniuerſalis, & alter ſit dominus particularis.
quod patet in regno Neapolitano, in quo ſingula feuda ſunt
de directo dominio Regis, licet ipſa maior vniuerſitas, id eſt,
totum regnum ſit feudale eccleſiæ. ita tenuerunt antiqui Do-
ctores, quos ſequitur Bald. in l. 1. C. vnde legi. quem refert D. Iaſ.
ibi tradit Alex. in conſil. 1. incip. Ponderatis. in 13. col. verſic. non ob-
ſtat. in 5. volum. à Deo hoc procedit, quod ſuprema poteſtas Im-
peratoris eſt impræſcriptibilis, quo minus quis habeat Impe-
ratorem in dominum, vt tenet Bart. in l. 1. §. deniq. & ibi Imol.
ff. de aqua quotid. & æſti. & latè Alberic de Roſ. in l. imperium ff. de
iuriſdi. om. iudi. vt tradit Barthol. Socin. in conſi. 275. incip. In cauſa
fratrum Andrea. vbi dicit communiter hoc Doctores tenere, li-
cet Bart. in aliquibus locis fuerit ſibi contrarius. & pro vtra-
que parte tradit latè Felin. in c. cum non liceat. colum. 4. de præſcri-
ptio. Imperator enim eſt dominus totius mundi, & Deus in ter-
ris, & ſeruus Dei, & quando eſt ſchiſmaticus coluber tortuo-
ſus, & aſpis periculoſus, quando nõ facit quod æquum eſt pro
mundi pace. & poteſt deponere nobiles & barones, ita egre-
giè dicit Bald. in conſil. 328. incip. Quæritur ſi Rex Romanorum. lib. 1.
quot modis quis poſſit dici ſubiectus eſſe Imperatori. Bald. in
conſil. 227. incipien. Pridie enim conſului. lib. 1. de cuius plena & ſu-
prema poteſtate, & de inueſtitura, quam fecit Illuſtri Ioanni
Galeas de Ducatu Mediolan. tradit Bald. in conſil. 323. incip. Ad
intelligentiam. & in conſil. 325 & in conſil. 327. & in conſi. 328. lib. 1.
Et dicit Paul. de Caſt. in conſil. 34. incip. Super primo dubio videtur
dicendum. colum. ſi. lib. 2. quod Dux Mediolani vtitur vice impe-
rij in terris Lombardiæ, quia habet titulum ab Imperatore.
Sequitur Alex. in conſi. 87. incip. Viſis codicillis. lib. 2. Ipſe enim eſt
Deus totius mundi, quo ad omnimodam iuriſdictionem, &
ſupremam poteſtatem, cuius imperium eſt indiuiſibile, vt di-
cit Bald. in conſ. 300. incip. Ad euidentiam præmitto. lib. 5. ¶ Hæc cõ-
cluſio, quòd Imperator ſit dominus totius mundi, tenetur vl-
tra prædicta per Bart. in l. 1. colum. 1. C. de ſumma Trinit. Et ibi di-
cit Bald. quod inſpecta poteſtate Imperatoris poteſt ipſe im-
ponere legem toti mũdo cum imperium Cæſareum ſit à Deo,
permiſſiuè, approbatiuè. & effectiuè, vt ibi Iaſ. in 2. colum. & ne
dum eſt dominus ad protectionem, ſed etiam verus eſt domi-
nus, vt dicit Bart. in d. l. 1. §. per hanc. ſequutus opinionem Mar-
ti. gloſſatoris. qui vt refert gloſſ. in l. bene à Zenone. in verb. omnia
principiũ. dixit in præſentia Imperatoris Federici timore aut a-
more motus Imperatorem etiam quo ad proprietatem eſſe
dominum orbis. quod Bulga. negauit, vnde ſucceſſit vulgare
dictum ſecundũ Ang. ibi, quod Bulga. dixit æquum. ſed Mar-
ti. habuit æquum. idem tenet Bart. in d. extrauag. ad repri. in verb.
totius orbis. idem dicit Bart. in l. ſi duas. §. grammatici. in verbo, vni-
uerſo. ff. de excu. tuto. vbi ſubdit Regem Franciæ ſubeſſe imperio
Romano. gloſſ. & Bald. in c. 1. de pace iur. fir. colum. 10. hoc idem
tenet Cardin. Alexan. in c. ius quiritum. 1. diſtinct. & ſubdit Bald.
ibi, quod ſubeſt imperio Rex Francorum cum ſit de compre-
henſis, in d. l. fin. C. de offic. præfe. præt. Affri. idem tradit Hoſt. in cap.
per venerabilem. qui fil. ſint legi. ſubdens quod peccant Galli ne-
gando ſe ſubiectos imperio. Bart. in l. hoſtes. ff. de capti. & poſtl. re-
uerſ. dicit, quod † ſi quis diceret Imperatorem non eſſe domi- 25
num & monarcham totius mundi eſſet hæreticus, & diceret
contra determinationem eccleſiæ, videlicet contra text. Euã-
gelij, Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.
Lucæ 2. c. & ſic Chriſtus recognouit Imperatorem vt dominũ.
& per hunc text. dicit Bald. in l. cunctos populos. 2. col. quod Deus
approbauit imperium: verum eſt, quod Bart. ibi vtitur verbo
forte, quod inducit quoddam temperamentum, & non vide-
tur dicere affirmè, quia iſte eſt modus loquendi ſapientum,
vt dicunt Fulg. & D. Iaſ. in l. 1. ff. de iuſti. & iure. per gloſſ. in l. ſi duo.
in princ. ff. de arbi. & gloſ. in §. ſemel. in authent. quo op. Epiſcopos. colla.
1. dictum tamen Bart. non tenetur per Bald. in c. ſolitæ. de maior.
& obed. dicens, quod non eſſet hæreticus, quia non dicit quod
Deus non potuerit præficere; ſed quod Deus non præfecerit.
Nec iſta eſt quæſtio de ſpiritualibus ſed temporalibus. puniẽ-
dus tamen eſſet gladio martiali. l. famoſi. ff. ad legem Iul. maieſt. §.
ſi. in auth. de manda. Princ. collat. 3. Et contra dictum Bart. videtur
facere extrauag. Bonifacij Octaui incipiens, Vnã ſanctam eccleſiã quę
facit cõtra Gręcos, qui licet olim eſſẽt ſubditi eccleſiæ Roma-
næ. cap. fin. de baptiſmo. hodie vero non ſunt, quia ſchiſmatici
ſunt non recognoſcentes in caput Rom. eccleſiam, vt dicit Io.
And. in Clem. 1. in verbo, Hebraice, de magiſtris. de iure tamen ec-
cleſiæ Rom. ſubiecti erant. licet ſecus ſit de facto. c. rogamus 24.
q. 1. iuncta ſubſcriptione, per quam dirigitur illud decretum v-
niuerſis Epiſcopis per Antiochiam conſtitutis. & ibi gloſ. col-
ligit argumentum contra Græcos, per dictam tamen extrauagan-
tem Rex Francorum, & eius regnum non efficitur magis ſub-
iectum dictæ eccleſiæ Romanæ quam antea erat, vt in ſua ex-
trauag. declarauit Clemens V. incipien. Meruit chariſſimi filij no-
ſtri Philippi Regis Francorum, in tit. de priuileg. de qua extrauagan-
ti vnam, facit mentionem gloſſ. illam exponendo, in cle. ad no-
ſtram, in verbo, eccleſiæ. de hæret. ¶ De huiuſmodi tamen quæſtio-
ne, an Rex Franciæ ſubiectus ſit Imperio, latè tradit quidam
Modernus Doct. dominus Ioan. Igneus, in quadam ſua diſput. in-
cip. Cum me legente. vbi concludit non ſubeſſe Regem Franciæ
Imperio. ſed tenenda eſt communis opinio, à qua in iudican-
do & conſulendo non eſt recedendum, iuxta l. ſi. C. de pœna ind.
qui malè iud. c. ne innitaris. de conſti. habemus ergo, quod vnus eſt
Imperator mundi, & non plures, vt patet ex prædictis: hæc ta-
men ſimilitudo de Imperatore adducta ad probationem hu-
ius concluſionis eſt ſuaſiua, non demonſtratiua, quia vt dicit
Iob 10. c. verè ſcio quod ita ſit, quod iuſtificatur homo compoſitus, id eſt,
comparatus Deo. ſi voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere
vnum pro mille. ¶ † Circa tamen coronationem Imperatoris, de 26
qua ſupra aliquid diximus addendum eſt, quæ ſignificantur
per illas tres coronas, quibus coronatur Imperator, prout po-
ſuit gloſſ. in d. Clem. ne Romani de iureiur. in verbo, veſtigiis. & poſt-
quam Imperator eſt coronatus, non debet ſtare in vrbe Ro-
mana, niſi per vnam noctem, & in exitu vrbis aſcendit mon-
tem vnum prope eccleſiam extra muros per duo miliaria, qui
vocatur mons Marius: qui quidem mons altior eſt omnibus
alijs de contrata dictę vrbis: & tunc quando eſt in vertice mõ-
tis eleuans manum voluẽdo ſe dicit, omnia quæ videmus no-
ſtra ſunt, & ad mandata noſtra pertinẽt, arg. tex. in l. 1. § illuſtris.
C. de Iuſti. cod. con. & ſtatim mittit per vniuerſum mũdum, vt ad
mandata ſua veniant omnes Barones & Principes Chriſtiani
& Pagani totius mũdi, qui ſibi debent reſpondere: ſic refertur
in practica cancellariæ Romanæ fol. 14. per quæ denotatur vniuer-
ſale dominium Imperatoris, & omnes ciuitates conſuetudinẽ
Romæ debent ſequi & legem, quę caput eſt orbis terrarũ non
ipſa alias ciuitates, vt dicit text. in l. 1. §. ſed & ſi quæ leges. C. de vet.
iure enucle. ¶ Et quia in huiuſmodi tractatu de Imperatoris po- 27
teſtate & dominio nonnulli temerariè aſſeuerare audent, nũ-
quam fuiſſe factam donationem eccleſiæ per Conſtantinum
Imperatorem Beato Syluestro de vrbe Romana, & alijs mun-
di partibus, prout legitur in c. Conſtantinus. 96. diſtinct. ſignanter
Laur. Valla hanc veritatẽ nititur occultare, tamẽ pro pleniori
notitia & valida confutatione aduerſariorum, vide per Card.
Alex. in d. c. Conſtantinus. vbi ad hoc plura allegat vltra ea, quæ
dicunt Bart. & Doct. in l. conſtit. ſſorum, cuius donationis tenorẽ
de ver-

de verbo ad verbum ponit Alber. *in l.1. §.1. ff. de offic. præfect. vrbis.* & licet Doctores hincinde altercent an dicta donatio valuerit vel non: nihilominus tamen omnes præſupponunt dictam donationem eſſe factam, quæ perfecta fuit Cardin. *in c. ego Ludouicus.63. diſtinct. c. cum ad verum.* vbi aliqua de his tradit etiam circa vniuerſale dominium Imperatoris. *96. diſtinct.* dicit inſuper Abb. Panorm. *in conſil. 84. incip. Illud in ſumma lib. 1.* quod non oportet diſputare de donatione eccleſiæ facta per Conſtantinum, cum illa fuerit confirmata & approbata per multos Imperatores & per eccleſiam, *vt in c. fundamenta. de electio. lib. 6.* vbi dicitur, quòd diuinitus fuit facta, vnde non procul eſſet ab hæreſi tenere contrariũ, inſpecto præſertim quod habetur in allegata extrauaganti vnã ſanctam Et pro hac concluſione ſtat Bald. *in proœm. ff. orum.* nõ igitur negare aliquis debet dictam donationem eſſe factam. ad idem Alexan. de Imo. *in conſil. 87. incipien. Viſis codicillis. lib. 2.* Et an Imperator poſſit coronari extra Romam, *dicam inf. in fine octauæ quæſtionis.* ¶ Plures aliæ rationes adducuntur per Theologos in locis prææallegatis ad probandum vnum eſſe Deum, & non plures, vt dicũt
28 idolatræ: obſtat enim ratio infinitatis, quia ſicut † impoſſibile eſt duo actu eſſe infinita, ita impoſſibile eſt duos eſſe Deos: quòd autem ſit impoſſibile plura eſſe infinita actu eſſentialiter diſtincta probatur ſic, ſi eſſent duo infinita eſſentialiter diſtincta, aut vnum eſſet in alio aut non, ſi non: habeo propoſitum, videlicet quod illud non eſt infinitum, cum ſit dare aliquid in quo non eſſet, & ſic non impleret omnia. de Deo enim dicitur. Pſalm. 47. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis.* Item Hierem. 23. *cap. Deus cœlum & terram ego impleo.* ſi vero eſſet in alio, tunc poſſit eum annihilare, quia in eo haberet potentiam, & ei eſſentiam dediſſet per creationem; hoc enim modo dicitur Deus eſſe vbique per eſſentiam & potentiam, vt dicit S Thom. *in 1. parte ſummæ. quæſt. 40.* ergo alius non eſſet Deus ſcilicet in quo alter eſſet. obſtat etiam ratio dilectionis Dei ſine fœlicitatis æternæ, & aliæ complures rationes, de quibus per Doctores ſupradictos, ad quos me refero. Ex prædictis igitur patet illum eſſe inſipientem, qui putat non eſſe Deum, de quo Pſalm. 13. *dixit, Inſipiens in corde ſuo non eſt Deus:* nam vt ſupra probatum fuit, oportet eſſe vnum rectorem vniuerſi orbis, aliter omnia ad nihilum tenderent, & confuſa eſſent: & inquit Philoſoph. *in quinto Metheo. ordinatio eorum, quæ ſunt in mundo eſt ex diſpoſitione primi principij, quod eſt Deus glorioſus.*

29 ¶ Pro concluſione ergo dicendum eſt, quòd † hanc ſectam Gentilium ponentem plures eſſe Deos, reprobant aliæ & innumeræ authoritates ſacri canonis. Deut. *6. c. Audi Iſrael Dominus Deus veſter Deus vnus eſt.* Exod. *3. c. ego ſum qui ſum, dixit Dominus, non dixit nos.* Et Paul. ad Epheſ. *4. c. vnus Deus, & pater omniũ, qui eſt ſuper omnia, & in omnibus nobis* Et ibidem inquit: *Vnus Dominus vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus. c. eſto. 95. diſt. & c. hi qui. 1. q. 1.* & eſt text. *in l. 2. ibi, vnius eſt ſummi Dei nomen vbiq; celebretur.*
30 *C. de ſumma Trinit. & fide cathol.* idolatrantes † quidem non habent, nec habuerunt veram virtutem etiam imperfectam: nam omnes tales criminoſi ſunt, & nullum damnabile vitium ſtat cum vera virtute: Philoſophi enim & alij idolatrantes nõ fuerunt à crimine excuſati, quia aut ſciuerunt idola non eſſe colenda, quemadmodum Philoſophi plures docuerunt in ſcholis nihil diuinitatis eſſe in idolis: & quod eis non eſſet honor diuinus aliqualiter exhibendus: & tamen cum alijs idola coluerunt, & de illis conſtat, quod criminoſi fuerunt, & ſecundum rationem viuere nullatenus conabãtur. Aut huiuſmodi idolatrantes ignorauerunt huiuſmodi idola non eſſe colenda & conſtat, quod ignorantia inuincibili minimè laborabant, quia per rationem naturalem poterant inuenire, quod nihil diuinitatis erat in idolis manufactis, & quod eis honor diuinus non debuit exhiberi, ergo laborabant ignorantia affectata, craſſa, & ſupina. quæ non excuſat, ergo eſt damnabilis. Verba ſunt Guilielmi Ocham, *in dialogo in 6. libro primæ partis, c. 77.* vbi ſubdit, quod Philoſophi, qui ſecundum rationem viuere nitebantur idolatræ non erant: hinc dicit Card. Alex. *in c. cum ad verum. colum. 12.* quòd Imperatores idolatræ peccabant cõtra legem naturæ, quæ vult vnum Deum coli, & nõ opera hominum fabricata, & tales dici poſſunt apoſtatæ à lege naturæ, quia nati ſunt, non meliores hæreticis, & ſic † non capaces
31 poſſidendi regna & iuriſdictiones, *cap. ſi de rebus. 23. quæſt. 7. & cap. quo iure. 8. diſtinct.* tradit Aluarus, *de pla. eccleſiæ. 1. part. artic. 13.* & cultus Iudæorum ab aduentu Chriſti non differt ab idolatria, vt inquit Sanctus Hieronymus, quem referunt Archidiac. & Cardin. Alexan. *in cap. qui ſincera. 45. diſtinct.* vbi dicunt ſecundum Origenem, quòd Iudæi iam ſecundum legem non poſſunt ſeruire Deo, *cap. & hoc diximus. 16. quæſt. 7.* verum eſt tamen ſecundum Vgu. & Laur. quos ipſi allegant, quòd cultus ille ex magna parte ſanctus eſt & bonus: Sed in quibuſdam eſt malus, non tamen eſt idolatria, ſed quaſi, nec illi ſunt idolatræ, ſed quaſi: hoc tamen dictum ſalis grano condiendum eſt, ſcilicet quòd ille cultus ſit bonus quo ad præcepta moralia, ſed quo ad ceremonialia & iudicialia ſit peſtiferus, niſi intelligantur in ſenſu morali, vt niſi aliqua approbentur per eccleſiam, aut ſi iudici alia ſunt per Principes eccleſiaſticos vel ſeculares approbata, & tunc obſeruari poſſent non tanquã ſcripta in lege ſcripturæ. ſed tanquam de nouo condita. gloſſ. *in c. ſed penſandum. 6. † diſtinct.* tradit latè Nic. de Ly. Exod. *21. c. & in- 32
fra ſuo loco* dicetur, quando tractabimus de præceptis cæremonialibus. ¶ Eſt quidẽ idolatria honor diuinus exhibitus creaturæ, vt dicit Dom. *in cap. ſi canonici. § cæterum. de offic. ordin. lib 6.* ſed Sanctus Thom. 2.2. *q. 93.* addit creaturæ ſcilicet repreſentatæ per aliquam ſenſibilem formam, ſeu figuram quæ dicitur idolum, refert Archi. Flor. *in 2. parte tit. 12. §. 2.* dicit gloſſ. 1. Regum 15. *idolum hominis eſt quicquid pluſquam Deum colit, ac diligit,* maledixit ſanctificationi ſuæ: Malach. 2. *maledicam benedictionibus veſtris. 1. q. 1. c. maledicam,* id eſt maledicturum ſe eſſe prædixit, niſi reconcilietur. & in primo præcepto primæ tabulæ reperiuntur quædam verba diuerſimode dicta, primo enim dicitur Deute. 32. *c. Videte quod ego ſum ſolus, & non eſt alius Deus præter me.* Item Exod. 20. *non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, &c.* Item Leuit. 26. *Non facietis vobis idolum & ſculptile,* dicit Auguſtinus & refertur *in gloſſ. ord.* Exod. 20. quod veniunt hæc ad declarationem & maiorem expreſſionem ne colerentur figmenta. Itaque eſt maior declaratio primi mandati dicentis, non habebis Deos alienos coram me id eſt, non habeas, vt ibi exponit Vgo Cardin. quamuis Orige. ibi aliter dicat quàm S. Aug. vt poterit ibi videri, opinionem vero Sancti Auguſtini ſequitur S. Tho. *in 1.2. q. 10. art. 4. in corpore quæſtionis.* ¶ † Pro tanto hæc dico quia differentia eſt inter 33
deos, idolum & ſimilitudinem de alijs, dicit Apoſtolus. 1. *Corinth. 8. Siquidem ſunt dij multi & domini multi:* illo modo capiẽdo prout intelligit S. Paulus, idolum vero nihil eſt in mundo: de ſimilitudinibus autem non addit, quia nihil ſunt Exod. 20. *Non facies tibi ſculptile:* alia litera, idolum neque omnem ſimilitudinem. aliud eſt ergo facere idolum, aliud ſimilitudinem, nam idolum vt dicit Vgo Cardin. Exod. 20. *nihil eſt in mundo,* vt dicit Apoſtolus, id eſt, nullius rei naturalis repreſentatiuũ, vtputa ſi quis in auro, argento, vel lapide faciat ſpeciem quadrupedis, vel ſerpentis, vel auis, & ſtatuat adorandum, non idolum ſed ſimilitudinem fecit, qui vero facit quod non eſt ſpeciem ſcilicet quam oculus non vidit, ſed animus ibi fingit, vt ſi quis humanis membris caput canis, aut arietis formet, vel in vno hominis hominum duas facies, aut humano pectori poſtremas partes equi, aut piſcis, qui hoc facit non ſimilitudinem, ſed idolum facit, facit enim quod non eſt, nec habet aliquod ſimile ſui, ideo dicit Apoſt. 1. Corinth. 8. *idolum nihil eſt in mundo,* non enim aliqua ex rebus conſtantibus aſſumitur ſpecies, ſed quam mens otioſa & curioſa reperit. ſimilitudo vero eſt cum aliquid ex his quæ ſunt vel in cœlo vel in terra, vel in aquis formetur. ſed non ſicut ex his, quæ ſunt in terra, vel in mari ſimilitudinibus promptum eſt pronunciare, ita etiam de cœleſtibus, vbi quis dicat de Sole, & Luna, & Stellis hoc poſſe ſentiri, quorum formas exprimit gentilitas. ſed Moyſes eruditus omni ſapientia Ægyptiorum, etiam quæ apud illos erant in occultis prohibere cupiebat, ſicut Echarem, aliaſque dæmonũ formas, quæ Apoſtolus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus vocat. Epheſ. 6. de quibus dicitur, *Inebriatus eſt gladius meus in cælo.* Eſa. 34. his enim formis & ſimilitudinibus inuocabant dæmonia ad repellenda, vel vitanda mala ſecundum gloſſ. ordin. *in loco præallegato.* & per magiſtrum ſententiarum. *lib. 3.* ¶ Sed operæ precium eſt ſcire qui fuerunt inuentores idolatriæ. Dicit enim † Fulgentius, *in ſuo 34
Martyrologio. lib. 1.* & Alexander nequam, *in ſcintillario poetarum. cap. 1.* quod fuit in Ægypto vir ditiſſimus nomine Syrophanes, hic habuit filium vnigenitum quem immoderate diligebat, contigit filium mori, cuius ſimulacrum pater præ nimi o

mi o

mio dilectionis affectu in ædibus ſuis conſtituit, dumque triſtitiæ quæſiuit remedium, ſeminarium potius doloris inuenit, denique ſimulacrum illud idolum dictum eſt, quod nos latini ſpeciem doloris dicimus: familia ergo Sytophanis in adulationem domini flores offerebat idolo, coronas plectebat, & adoramenta ſuccendebat, rei etiam ad ſimulacrum cōfugientes veniam ſunt adepti, venerati itaque ſunt illud potius timore quam amore, vnde quidam Petronius Lacedæmonius inquit, Primus in orbe Deos fecit ineſſe timor. huius hiſtoriæ narrator eſt antiquiſſimus Diaphantes Lacedæmonius auctor alias Diophanis Lacedæmoniorum in poetria magiſtri Anſelmi ſecundum Fulgentium vt *ſupra*. ¶ Tamen Petrus Comeſtor magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ ſuper Geneſim 40. aliam narrat hiſtoriam, dicit enim quod Ninus Rex Aſſyriorum mortuo Belo patre ſuo, in ſolatium doloris imaginem patris fecit, cui tantam exhibuit reuerentiam, vt quibuslibet reis qui ad eam confugerent parceret, propter quod cœperunt homines illi ſimulacro, diuinos honores impendere, & huius exemplo plurimi caris ſuis mortuis imaginem dedicauerunt, & ſicut ab idolo Beli cætera traxerunt originem, ſic & ab eius nomine generale nomen idolorum. Sicut enim dictus eſt Belus ab Aſſyrijs, ſic & aliæ nationes ſecūdum idiomata linguæ ſuæ dixerunt: Babylonij Bel, Moabitæ Beel, Paleſtini Beal, aliæ Baalim. immo & nomina ſpecificauerunt Belphegor, aliæ Beelzebub dicentes. hanc etiam hiſtoriam narrat Gregorius *ſuper Lucam* 11. *ibi, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia*, & ibi Beda, & Remigius, quandoque aliqui ſuperaddebant, vt Beelphegor, id eſt Deus turpiginis, quandoque Baalim, qui eſt Sydoniorum, Beelzebub autem nullius idoli nomen erat, ſed Iudæi vicinum ſibi idolum Achoronitarum dicebant Beelzebub irriſoriè, quia ſonat idem quod Deus muſcarum, ſequentium ſanguinem immolatarum beſtiarum, quas fortè illi ſacerdotes idolorum non lauabant, aut non bene, ſicut ſacerdotes Domini Hieruſalem qui erant munditiores, lauabant enim hoſtias bis, ſcilicet in probatica piſcina & in lateribus templi, vt dicunt Doctores *in præalleg. cap.* & quamuis ſit diuerſitas inter has hiſtorias non tamen eſt repugnantia, quia origo idolatriæ in diuerſis regionibus diuerſos habet inuentores, vnde Ninus Rex Niniuæ primus fuit apud Aſſyrios: Phanes autem primus apud Aegyptios, & quia apud iſtos maximè idola colebantur placuit Salomoni in lib. Sapien. tangere inuentorem Sapien. 14. vbi inquit: Benedictū eſt lignum per quod fit iuſtitia, per manus autem quod fit maledictum, idolum eſt, & ipſum, qui fecit illud, & dicebat Hermes Triſmegtius quod Aegyptus eſt imago cœli, & mundi totius templum.

¶ † Et de multitudine idolorum, dicit Aton. & ponitur in
35 gloſſ. Lactantij, quod optimi quique virorum Deorum honore conſecrabantur, hinc Romani Cæſares ſuos conſecrauerunt, & Mauri reges ſuos, & ſic paulatim inceperunt religiones in varijs prouincijs celebrari, conſequenter in ciuitatibus & vrbibus tam viri quàm fœminæ propter virtutis aliquod priuilegium inſigne puta fortitudinem, caſtitatem, vel ſcientiam deificari cœperunt, vnde Iſidorus 8. *Ethico.* 11. *inquit, quos pagani Deos aſſerunt olim homines fuiſſe produntur, & pro vniuſcuiuſque vita vel merito coli, apud ſuos poſt mortem fecerunt*, vt apud Aegyptum Iſis, apud Cretā Iupiter, apud Mauros Iuba, apud Latinos Famius, apud Romanos Quirinus, qui eſt Romulus. Iſis fuit filia regis Pithi dicta quæ de Græcia veniens in Aegytum docuit Aegyptios literas & culturam terrę, & ideo eam poſt mortem Deam habuerunt. Iupiter à iuuando dicitur, quaſi iuuans pater, fuit autem filius Saturni, & rex Cretæ expulſo patre de Creta iuxta illud, Primus Cretis Saturnus venit ab oris. hic deificatus eſt propter multa mirabilia, quæ fecit maximè apud Cretenſes. ſimiliter Iuba fuit rex Maurorum, Famius latinorum, Quirinus Romanorum qui & Romulus, primus conditor vrbis Romæ. Ignem coluerunt Caldæi, & apud gentiles dicebatur Vulcanus quaſi Volitanus ſecundum Hieronymum & Remigium, id eſt volantem candorem faciens, iſte fingebatur quaſi faber claudus, & dicebatur fulminare, id eſt, fabricare flumina Ioui, quia Ioui ſuperiorem partem adduxerunt, & Vulcano deputauerunt mediam regionem, à quo loco fulgura, & corruſcationes deſcendunt: Caldæi autem ſicut in quibuſdam hiſtorijs ſcholaſticis legitur ignem adorabant, & ab hoc igne Deus liberauit Abraham. Geneſ. 15. *cap.* cogitabant enim alios ad hoc per modum iſtum, obtulerunt quibuſcunque negantibus ignem eſſe Deum, & alium Deum colentibus pugnam. ita quod ſi Deus eorum ab aliquo vinceretur, eius culturam dimitterent, ſi vero ignis qui fuit Deus eorum, aliorum conſumeret idola, ipſi ad ignem colendum pro Deo ſemper ſe obligarent. iſto audito Canopei in Aegypto, qui idolum cœli coluerunt. depoſuerunt de capite idoli ſui coronam auream, & ſuper caput ſuum vás teſtium aqua plenum poſuerunt, & iſtud multis foraminibus perforauerunt, & cera obturauerāt, venerūt ergo Caldęi ad iſtud idolum examinandum, & appoſuerunt ignem, & ſtatim in foraminibus cera liquefacta deſcendit aqua & ignem extinxit, & ſic præualuerunt idola Canopei einſdem ciuitatis Aegypti, & illi de ciuitate permiſſi ſunt deinceps idolis ſuis vti. Alij coluerunt ſpiritum, id eſt, Aetherem quem dixerunt Iouem, id eſt, ſuperiorem partem aeris vel ipſum ignem ſecundum alios, quia aerem diuiſerunt in duas partes, vel potius in tres, ſuperiorem vocauerunt Iouem, & aliam inferiorem partem vocat Salomon Sapien. 13. aerem citatum, propter facultatem motus & diuiſionis. Alij venerantur girum Stellatum, id eſt, firmamentum in quo ſunt ſtellæ fixæ, id eſt varijs imaginibus nominatæ ſecundum Græcorum fabulas. Alij coluerunt aquam, vnde Neptunum fingebant dominum vel Deum maris: Tetydem Deam fingunt. Inter has falſos fabulas æquiuocatio magna eſt, de Ioue, interdum ſignificat planetam immediate ſub Saturno, interdum ſuperiorem partem aeris, alij coluerunt Solem, quem multis nominibus nuncupauerunt, alij colebant Lunam, quæ † Diana dice- 36
batur in ſiluis, Luna in cœlis, & de iſtis & de eorum cultu habetur. 4 Reg 21.

Et dicebat magiſter Robertus Alkot *ſuper libertis. Sapien. lectione.* 166. quod quatuor mala ſunt ſuborta per idolatriam, quia quantum ad Deum debita eius notitia priuabantur, quantum ad ſeipſos decipiebantur, quantum ad dæmones eorum ſeruituti ſubijciebantur, quantum ad proximos, omnes ſibi inuicem iniuriabantur. Et alibi dicit *lectione.* 157. quod triplici infœlicitate idolatræ notantur. prima quia cum pauca ſeparent de Deo, ſpreuerunt à Prophetis doceri. Secunda quia cum de multis ſapientiam haberent mūdanis, ſpreuerūt Deū per illam inueſtigare, & ſic ſe & ſuos docere. Tertia quia cum recta multa docerent de naturalibus maximè tamen †
operabantur inique idola colēdo & venerando. infœlices er- 37
go fuerunt per luminis fidei priuationem, & per beatitudinis deſperationem. Cultus autem diuinus exhibebatur idolis diuerſimode, vt inquit Archiepiſ. *in 2 parte tit.* 12 §. 2. quidam ipſis imaginibus exhibeant cultū diuinum nam per artem quādam nephariam fabricabant quaſdam imagines, quæ virtute dæmonum habebant aliquos effectu, puta dare reſponſa, & remedia ſanitatum, propter quod putabant homines aliquid deitatis eſſe in illis imaginibus: vnde eis adhibebant cultum diuinū, & hæc fuit opi. Hermetis triſmegiſti, vt ponit S. Aug. *libr.* 8 *de ciuitate Dei.*

† ¶ Alij vero exhibebant cultum diuinum nō ipſis imagini-
bus, ſed creaturis quarum erant imagines. horum tamen fuit 38
triplex opi. quidam enim exiſtimabant quoſdam homines fuiſſe Deos, quos per eorum imagines colebāt. ſicut Iouē, Mercurium, & alios vt *ſupra* dixi. & hoc ratione alicuius excellentiæ in eis, vel ratione ſcientiæ, vel fortitudinis, vel inuentionis alicuius artis, ſeu artificij.

Quidam vero exiſtimabant totum mundū eſſe vnum Deū, non propter corporalem ſubſtantiam, ſed propter animam ipſius mundi, quam Deum eſſe credebant, dicētes nihil aliud eſſe Deum, niſi animam ipſius mūdi, vnde putabant toti mūdo & omnibus partibus eius cultum diuinum exhibendum, aquæ, aeri, cœlo, & huiuſmodi, ad hæc referebant nomina & imagines ſuorum Deorū ſicut Varro dicebat, & narrat Aug. *in 7. lib. de ciuitate Dei. cap.* 6. aliquando enim cum ſimulacris, aliquando ſine ſimulacris Deos coluerunt antiqui. tradit S. Tho. *in* 2. 2. *q.* 122. *arti.* 2. *ad.* 2.

Alij vero vt Platonici ponebant vnum eſſe ſummum Deum cauſam omnium, poſt quam ponebant quaſdam ſubſtantias ſpeciales à ſummo Deo creatas, quas Deos nominabant participatione. ſcilicet deitatis, quos non dicimus Angelos, poſt quos ponebant animas cœleſtiū corporum, & ſub his dęmones, quo dicebant eſſe aeria animalia, & ſub his ponebant

 ani-

animas hominum, quas per virtutis meritum ad Deorum vel ad dæmonum ſocietatem aſſumi credebant, & hominibus his diuinum cultum exhibebant, vt narrat Auguſtinus *de Ciuitate Dei.8.lib.ca.7.& 8.* Has autem duas opiniones vltimas dicebant pertinere ad theologiam, quam Philoſophi conſiderant in mundo & docebant in ſcholis, & appellabant phyſicalem, aliam de cultu hominum dicebant pertinere ad fabularem theologiam, quæ ſecundum poetarum figmenta repræſentabant in theatris: Aliam opinionem de imaginibus dicebant pertinere ad theologiam ciuilem, quæ per Pontifices celebrantur in templis. & hęc omnia pertinebant ad ſuperſtitionē idolatriæ, vnde Auguſtinus ait, Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum eſt ad colendum ab hominibus ſicut Deum creaturam partemue vllam creaturæ. *cap.illud.27.quæſt.2.* ¶ Eſt autem idolatria non ſolum peccatum mortale, quia contra illud Exod.20.non adorabis ea, ſcilicet idola, neque coles, ſcilicet exterius: ſed etiam eſt grauiſſimum peccatum ex parte ipſius peccati, quia ſicut in terrena republica grauiſſimum videtur, quod quis honorem regis alteri exhibeat quā vero regi, quia quantum in ipſa eſt totum ordinem reipublicæ confundit, & perturbat, ita grauiſſimum eſt peccatum, quod quis honorem Dei debitum exhibeat creaturæ. Ex parte autē peccantis poſſunt aliqua eſſe grauiora, in quantum quis ex maiori contemptu peccat.

39 ¶ † Errauerunt autem homines circa huiuſmodi tripliciter, quidam enim putauerūt, quod offerre ſacraficia alia ad latriā pertinentia non ſolum ſummo Deo, ſed etiam ſuperioribus eſſet debitum & per ſe bonum, ſed hoc eſt irrationabiliter dictum, non eadem reuerentia debetur non omnibus, ſicut.n. Deus excellit omnes, ita & quidā modus ſingularis ei ſoli debetur, & hic eſt cultus latriæ, vt dicit gloſſ. *in verbo ſeipſum, in Clemen.1.de reliq & vene.Sanct.* Quadruplex eſt adoratio, ſcilicet latriæ duliæ, & hyperduliæ, vt declarat gloſſ. in *cap. venerabilis, de conſe.diſt.3.* prima, ſcilicet adoratio latria nihil aliud eſt quā quidā cultus ſiue honor Deo exhibitus, & ſicut dicit S. Tho. *in 3.libr.ſummarum diſt.9.quæſt.1.ad 3.* hæc profitetur ſeruitutem quam Deo debemus, quia fecit nos. vnde debetur ſibi latria, in quantum creatori, ſecundum quod ipſe eſt finis & origo prima noſtri eſſe, & ibi Dur. de ſancto Portiano dicit, quod debetur latria creatori in re creationis: creare autem competit Deo ratione diuinitatis. Secūda adoratio dicitur dulia, quę ſecundum S. Tho *in 2.2.q.130.artic.3.* nihil aliud eſt quam quidam honor. vel cultus qui exhibetur homini ratione alicuius dignitatis, ſanctitatis, virtutis, vel bonitatis, ſicut latria eſt ſeruitus quę debetur Deo ratione creationis, vt tenet etiam Dur. *vt ſup.q.3.* Tertia adoratio dicitur hyperdulia, quæ eſt dignior dulia. hæc exhibetur creaturæ ratione excellentiæ ſingularis communicatæ à Deo, ſicut puriſſimæ Virgini, quæ honoratur vt mater filij Dei: ideo debetur ei non qualiſcunq; dulia, ſed ratione tantæ dignitatis exhibetur hyperdulia. quæ ideo dicitur hyperdulia, quaſi per dulium ad latriam accedens, vt tradit S. Tho. *in allega arti.4.in 2.argu.* Domin. tradit *in c.ſi canonici.§ cæterum.de offic ord.lib.6.*

40 † Cum enim loquimur de Deo ſolus adoratur adoratione latriæ, & nō adoratur dulia vel hyperdulia. vnde Deu *6.* dicitur: Dominum Deum adorabis & illi ſoli ſeruies. ſcilicet ſacrificiū offerendo, in re cognitionem & beneficij creationis, & quia in eo eſt ſuprema ratio maieſtatis, & dominij, ideo ſeruitium vel obſequium ſic Deo exhibitum dicitur latria, qui eſt actus nobiliſſimus, & maximè laudabilis, nā inter omnia obſequia quæ aguntur exterius ad reuerentiam pertinētia, adoratio eſt ſignum, vel actus interioris reuerentiæ per maximè extenſiuus. Vnde adoratio dicitur actus charitatis, quia charitas facit diligere Deum, ideo facit adorare cū. Adoratio quoque eſt actus fidei. quia fides oſtendit, cui principaliter adoratio ſit exhibenda: etiā adoratio dicitur actus iuſtitiæ, quia iuſtitia dat vnicuique quod ſuum eſt. ideo adoramus Deum cui ſoli debetur adoratio. nominatur pariter pietas, quantum ad effectum deuotionis: dicitur etiam religio, quātum ad determinationem operum, ad quæ homo ſe obligat in cultum Dei: dicitur quoq; Theoſebia, id eſt diuinus cultus, vel Euſebia. id eſt bonus cultus. S. Tho. *3.lib.ſentētiarum diſt.9.* & ibi Duran. *q.2.* & ſic patet quod quicunq; exhibet adorationem latriæ alicui creaturæ eſt idolatria, eo quod diuinus cultus tunc datur creaturæ cui non debetur, nec ſeruatur in hoc iuſtitia. ¶ Alij inſuper putauerunt viſibilia ſacrificia alijs Dijs congruere, alij vero ſummo Deo tanquam meliori meliora, ſcilicet mentis pure officia, dicitur tamen Archi. Flo. *in loco præalleg.* quod hoc eſt irrationabile, quia ſicut verba ſunt ſigna rerū quæ verſantur in corde, ita ſacrificia exteriora ſunt ſigna interiorum ſacrificiorū, vnde ſicut orationes vocales & laudes ſunt ad Deū dirigēdæ ita & ſacrificia exteriora ei offerenda ſecundū Aug. *de ciuitate Dei.lib.10.c.4.& 5.* ¶ † Alij exiſtimauerunt latriæ cultum exteriorem idolis exhibendum, non tanquam debitum per ſe bonum, ſed tanquam vulgari cōſuetudini conſonum, & 41
hæc opin. videtur fuiſſe Senicæ, vt refert Auguſt. *lib.6.de ciuit. Dei.cap.10.& 11.* & hunc errorem ſecuti ſunt quidam hæretici putantes, quod tempore perſecutionis liceret idola exterius colere fidem ſeruando in mente, ſed hoc eſt falſum, quia ſicut mendacium pernicioſum eſt mortale, cum quis verbo dicit aliquid contra veritatem fidei, ita pernicioſa falſitas eſt, cum quis cultum exteriorem Deo debitum, alteri exhibet. hæc per S. Thom. *in alleg.2.2 q.94.* & per Flor *in dicto loco,* & contra opinionem erroneam iſtorum eſt text. notabilis *in cap. nunc autem. 21.diſt.* vbi Papa ille Marcellinus iudicauit ſeipſum deponendum, eo quod coactus coactione conditionali thurificauerit idolis, ſecundum intellectum quem dat ibi gloſ *pen.* quam ſequitur ibi Archi. dom. Card. Alex. quæ coactio conditionalis attenuat in aliquo culpam. licet nō excuſet. *cap. ſacris. de his quæ vi metu ue cau fi.* ſi vero fuiſſet coactio abſoluta tunc in totum fuiſſet excuſatus, tunc ipſe nec alius potuiſſent eum damnare. *cap presbyteros.50.diſt.* & ibidem dicunt Docto. & traditur *in d. cap. ſacris. l. ſi cum exceptionem. §.quæ vim. & in l. ſi mulier. § ſi metu. ff. quod met. cauſ. argum. in cap. contra Chriſtianos. infra ced.*

42 ¶ † Imagines autē Sanctorum fiunt in eccleſ. nō ad exhibēdū eis cultum latriæ, ſed ad imprimendū efficacius excellentiam eorū mētib. hominū, vnde dicuntur libri Idiotarū. *c. venerabilis. de conſe. diſt.3.* idolatria autem quam ſequuntur infideles. & quælibet noxia ſuperſtitio eſt fornicatio ſpiritualis. *cap. idolatria.28.q.1.* & idolorum culturam ſubtilitas inuenit dæmonum. *c. ſciendū.26.q.4.* & particeps idolatriæ eſt qui permittit res ſuas dæmonibus immolari cum id prohibēdi habet poteſtatē. *c. ſi de area.26.q.2.* obſeruare auguria, requirere ſtellarum curſus, & euentus ex his rimari futurorum, cæteriſque huiuſmodi ſuperſtitionib. implicare: idolatriæ namq; mater eſt Ægyptus, ex qua certū eſt opprobria huiuſmodi pullulare *c. ſed illud.26.q.2.* ſanctius eſt fame mori, quam idolatricis viuere. *c. ſicut ſanctus.32.q.4.* Salomon qui Deo templum extruxerat excæcatus luxuria templum idolis fabricauit. *cap. Salomon.32. quæſt.4.*

43 ¶ † Idolatria communiter interpretatiuè multipliciter, videlicet per Euchariſtiæ perceptionem indignam. *cap. prætor hoc.32.diſtinct. & capit. ſi qui. 81. diſt.* & per rebellem inobedientiam. *8.quæſt.1.c. ſciendum,* & per æſtuantem auaritiam. *6.quæſt.1.quaro.* & per ſortilegiorum & diuinationem obſeruantiam. *26.q.2 cap. ſors §. ſequenti. & c. illud. 2.quæſt.1.* Scelus eſt idolatriæ nolle acquieſcere ſanis conſilijs. *1.Reg.15. & in dicta cap. ſciendū. & c. per hoc.15.quæſt.6.c. ſi quis deinceps.* huiuſmodi enim peccatum idolatriæ grauiſſimum peccatorum eſt, & hoc patet, quia pro tali peccato offerebatur capra, quod eſt animal viliſſimū: nam vt dicebat Rabi Moyſes, Quanto grauius erat peccatum, tanto vilior ſpecies offerebatur, quem refert & ſequitur Sanctus Thom. *in 1.2.quæſt.102 artic.3. in reſponſione ad 11.* ſicut enim in terrena Republica, grauiſſimum eſſe videtur, quod aliquis honorem regium alteri impendat quam vero Regi, quia quātum in ſe eſt totum Reipublicæ perturbat ordinem, vt dixi, ita in peccatis, quæ contra Deum committūtur: grauiſſimum enim videtur, quod aliquis honorem diuinum creaturæ impendat, quia quantum eſt in ſe, facit alium Deum in mundo minuens principatum diuinum. ita dicit S. Thom. *in 2.2.quæſt. 94 in 3 arti.* in corpore quæſtionis, cuius † grauitas peccati oſtēditur ex pœnis inflictis à Deo in homines propter hoc peccatum. legitur enim in *lib. Iudicum. cap.4. & cap.6.* de Labui Rege Chananæorum & Madianitis, quos propter idolatriam Deus ſuſcitauit, vt Iſrael affligerent, & terram eorum occuparent. *c. remittuntur. §. cum ergo.23.quæſt.5.* idolatria gladio punita eſt. Exod. 32. *cap. & c. non afferamus 24.quæſt.1* Nabuchedonoſor fuit ſeruus idolorū, vt patet Daniel. *3.c.* hinc propter hoc peccatum Moyſes grauiter illud vendicauit, *Exod.33. & 23.quæſt.4. §. ſed hic. & c. quid credule.*

Quæ-

Quæro, Circa hanc materiam adorationis latriæ, de qua *ſu-*
45 *pra*, an Chriſtus debeat adorari † vnica adoratione cum in eo
ſint duæ naturæ, ſcilicet diuina, & humana. Reſpondeo ſecũ-
dum S. Tho. *in 3. parte. quæſt. 25. articu. 1.* dicentem, quod cum in
Chriſto ſit vna perſona tantum & duæ naturæ ex parte eius,
qui adoratur: eſt quidem vna adoratio. & vnus honor: ſed ex
parte cauſæ qua adoratur poſſunt dici plures adorationes. &
dat exemplum de homine, in quo ſunt plures excellẽtiæ, quæ
ſunt cauſa honoris: puta prælato, ſcientia, & virtus: quidem
illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plu-
res tamen ſecundum cauſas honoris: homo enim eſt, qui ho-
noratur propter prælationem, & propter ſcientiam & virtu-
tem. Sic igitur in Chriſto cum ſit vna tantum perſona, erit v-
na adoratio eius, & vnus honor: ſed cum ſint plures cauſæ ho-
noris eius, erunt plures adorationes eius, vt ſcilicet alio ho-
nore adoretur propter ſapiẽtiam increatam, & alio propter
ſapientiam creatam. ſi autem ponerẽtur in Chriſto plures per-
ſonæ, ſeu hypoſtaſes, ſequeretur, quod ſimpliciter plures eſ-
ſent adorationes: & hoc eſt, quod in ſynodis reprobatur: di-
citur enim capitulis Cyrilli, ſi quis audet dicere aſſumptum
hominem coadorare oportet Deo verbo quaſi alterum alte-
ri, & non potius vni adoratione honorificat Emanuelem, ſe-
cundum quod factum eſt caro verbum, anathema ſit. Hæc S.
Tho.

46 Quæro inſuper, an † adorans diabolum transfiguratum in
effigie Chriſti per errorem inuincibilem deluſus excuſetur ab
idolatria per talem ignorantiam. Ad hoc reſpondit Robertus
Olkot *in tertio ſenten. quæſt. 1. artic. 5. principali*, vbi dicit ſic, Non
ſolum talis excuſatur à peccato, imò tantum meretur, quan-
tum mereretur ſi Chriſtum adoraret: ſi tamen fecit, quod in
eo fuit ad diſcernẽdum, an Chriſtus fuerit vel non. & ad hu-
iuſmodi rationem, oſtendat ſe Chriſtus Petro in certa effigie, &
credat Petrus eum eſſe Chriſtum, & adoret eum adoratione
latria: & ſimiliter oſtendat Deus diabolum omnino in conſi-
mili effigie Ieſu, & ſub eiſdem figuris, & adoret eum Ioannes,
tunc quæro an Ioannes peccat aut non: ſi ſic, ergo Petrus pec-
cat: conſequentia patet, quia non maiorem certitudinem ha-
bet Petrus quam Ioannes: ſi vero non peccat habetur propo-
ſitum. Iterum idem auctor in eodem articulo poſt multa an-
tea dicta probat propoſitum ſuum per talem inſtantiam, po-
natur quod Chriſtus demiſiſſet humanitatem aſſumptam iã
adultam, & hoc latuiſſet B. Virginem: ipſamet nihilominus a-
doraſſet iſtum hominem adoratione illa qua prius, igitur er-
raſſet, tamen in nullo peccaſſet, quia error facti eſt ſimpliciter
inuincibilis.

47 ¶ † Notandum eſt ergo ſecundum Robertum, quod con-
tingit errare dupliciter, vel errore periculoſo, vel errore non
periculoſo. Error periculoſus eſt quoties quis errat contra ar-
ticulos fidei, vel præcepta diuina: error non periculoſus eſt in
alijs quoniam deceptus ignorantia inuincibili approbat falſa
pro veris, in caſu autem iſtius articuli de transfiguratione dia-
boli in effigie Chriſti verum eſt, quod Ioannes errat credens
illum qui eſt diabolus eſſe Deum, ſed certè error iſte cum ſit
inuincibilis, & non ſit contra aliquem articulum, nec contra
bonos mores nõ eſt periculoſus: & hoc eſt, quod expreſſe di-
cit magiſter *lib. 4. diſt. 3. cap. 4.* diabolus enim transfigurans ſe in
angelum lucis, ſi credatur bonus nõ eſt error periculoſus: hoc
etiam ſatis declarat Aug. *in lib. Enchri. c. 59. & eſt gloſ. 2. ad Chor.*
11. Sathanas cum transfigurat ſe in angelum lucis quoniã ſen-
ſus corporalis fallit, mentem vero non mouet à vera ratione
vel ſententia, nullum eſt in religione periculum, qui vitam fi-
delem gerit, vel cum ſe bonum fingens ea vel facit vel dicit,
quæ bonus angelus, etiam ſi credatur bonus non eſt error pe-
riculoſus, aut morbidus: hæc per Robertum Olkot *in loco præ-
alleg.* ¶ Sanctus Tho. *ſuper hac q. 3. lib. ſententiarum diſt. 9* quærit
vtrum ſine peccato poſſit latria exhiberi alicui creaturæ? in
reſponſione ad 3. dicit ſic, non poteſt diabolus in ſpecie Chri-
ſti apparens, ſine peccato adorari, niſi ſit conditio actu expli-
cita: non enim ſufficit ſola habitu. quia ipſa nouitas rei inſoli-
tæ conſiderationem & attẽtionem requirit, ſicut ſcribitur Lu-
cæ 1. quod cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio hæc S. Tho ſed
S. Bona. *in 3. diſt. 9 arti. 1. q. 6. arti. 9.* & etiam Alex. de Ales *in 3.
parte ſum. q. 16. arti.* aliter dicunt, & probabilius videtur, quod
honor latriæ poteſt exhiberi diabolo aduerſario Chriſti du-
pliciter, aut ſimpliciter, aut ſub conditione: ſi ſimpliciter di-
co, quod non poteſt eſſe ſine peccato, non enim debet offer-
ri cultus latriæ alteri quam Deo: & ideo eſt ibi peccatum ido-
latriæ, nec excuſatur aliquis ratione ignorantiæ, quia habet †
triplex adiutorium à ſacra ſcriptura, propter quod poteſt hũc 48
errorẽ euitare, primũ eſt præmonitionis ſacræ ſcripturæ, quæ
multoties docet, qualiter multi in nomine Chriſti venturi
ſunt, ſeu qualiter angelus tenebrarum ſæpius in angelum lu-
cis ſe transfigurat, prout habetur 2. *Corin.* 11. Matt. 24. dicitur,
Multi ſcilicet dæmones venient in nomine meo dicentes ego
ſum Chriſtus. Secundum adiutorium eſt orationis, qua debet
& tenetur homo ad Deum recurrere, vt cor eius illuminet: ſi
enim aliquis oraret Deum toto corde, vt reuelaretur ei veri-
tas, Deus non permitteret eum decipi: in hoc enim caſu intel-
ligitur illud Ioan. 15. *Quicquid petieritis patrem in nomine meo da-
bit vobis.* qui igitur non orat Deum non adhibet omnem dili-
gentiam quam debet, & ideo non excuſatur. Tertium adiu-
torium eſt conditionis, faciliſſimè enim poſſet quiſque vitare
periculum opponendo conditionem hoc modo: Adoro te ſi
tu es Chriſtus. ſi igitur aliquis aduerſarium Chriſti adorat, vti-
que in idolatriam incidit, nec ignorantia aliquo modo eum
excuſaret: potiſſimè cum vti poſſit illis tribus remedijs, pro-
pter quod 1. Io. 4. dicitur: *Nolite credere omni ſpiritui. ſed probate
ſpiritus ſi à Deo ſunt:* ſi autem quis adoraret ſub conditione, hoc
poteſt eſſe dupliciter, aut illa conditio eſt appoſita actualiter
aut habitualiter, & hanc Legiſtæ vocant tacitam conditionẽ.
Si actualiter, ſic non adorat ipſum dæmonem, ſed Chriſtum.
quia non ſtat adoratio, niſi ſtante conditione, & ad eum
refertur adoratio, ad quem refertur conditionis adimple-
tio: ſi autem ſit habitualiter, ſine tacitè hoc modo non ſuf-
ficit ad vitandum peccatum idolatriæ reſpectu huius appari-
tionis, nam talis transfiguratio eſt inſolita, & non præcipitan-
tur, ſed cum maturitate debet fieri talis adoratio, ſecus eſt in
adoratione hoſtiæ conſecratæ, quia illa eſt conſueta, ideo ſuf-
ficit, quod adorans habeat in habitu hanc conditionem, ſci-
licet ſi cõſecratio debito modo facta ſit, vt ſtatim dicam. Vn-
de pauci aut nulli fideles in adoratione peccant etiam ſi ho-
ſtia non ſit conſecrata, vel modo indebito cõſecrata, quia om-
nes accedunt cum conditione iſta, & cum prædictis concor-
dat S. Tho. *ind. loco.*

Quæro vlterius, An ille, qui adorat hoſtiam non conſe-
cratam excuſetur, ab idolatria † Reſpondet Sanctus Tho. *in* 49
3. lib. ſenten. diſtinct. 9. articu. 6. in reſponſione ad 3. dicens, quod
ille, qui adorat hoſtiam non conſecratam, debet eam adorare
ſub conditione, ſcilicet ſi eſt conſecrata: non tamen oportet,
quod hæc cõditio ſemper ſit actu explicata, ſed ſufficit, quod
habitu teneat illam: vnde non peccat adorans eam, quia non
adorat puram creaturam, ſed Chriſtum ſecundum intentio-
nem ſuam: ſacerdos autem quantum in ſe eſt facit populum
idolatrare, quia offert ei puram creaturam ad adorandum.
hæc Sanctus Thom. ad hoc vltimum eſt text. qui hoc innuit
in cap. de homine. in fin. de celeb. miſſ. & Alex. de Ales *in 4. parte ſum-
mæ.* hinc eſt, quod ſacerdos quamuis ſciat aliquem eſſe pec-
catorem non debet ei dare hoſtiam non conſecratam, ſed alio
modo prouidere: ſed ſi aliud non poteſt facere, quia ponit ſe
peccator inter communicantes debet ei dare hoſtiam conſe-
cratam. ita determinat S. Thom. *in quo libeto 5. artic. 3. ſed circa
prædicta.*

Quæro. An ſi quis crederet plures Deos eſſe, eſſet hæreti-
cus. † Reſpondeo quod ſic, quia crederet contrarium eius 50
quod credit ſancta mater Eccleſia, vt in ſymbolo Nyceni cõ-
cilij, in quo factum eſt Credo in vnum Deum, vt dicit gloſſ. *in
cap. canones. 15. diſtinct.* poſt ſymbolum Apoſtolorum Credo in
Deum: ipſi enim Apoſtoli illud compoſuerunt, vt dicit San-
ctus Auguſt. in 2. *ſermone tanquam pſalmarum*, quod aliqui Doctores
dicunt fuiſſe factum per Apoſtolos in illa congregatione ſu-
per obſeruatione legalium facta Actuum: 15. c. & tamen in tex.
non fit de hoc aliqua mentio. Et contra ſymbolum Athana-
ſij incipien. *Quicunque vult ſaluus eſſe. ibi, Non tres Dij, ſed vnus eſt
Deus.* Et contra quartum ſymbolum iuris de ſumma Trinitate
& fide Catho. vt ait Iſidorus *in lib. Ethico. cap. 7.* in quo id quod
de fide Catholica & ſumma Trinitate in prædictis ſymbolis
continetur, confirmatur & reperitur *in cap. firmiter* dicit. in fir-
miter credimus. & ſimpliciter cõfitemur, quod vnus eſt ſolus
& verus Deus, & dicit ibi glo. quod vnus dicitur ad differentiã
plurium planetarum: quos quidam colebant tanquam Deos.
& de

& de Deo vno tradit egregiè Ioan. de Ligna. *in dicta cap. firmiter. verſic. reſtat dubitandum an Deus ſit vnus*, & fuit neceſſe edere
plura ſymbola, quæ in nullo alio differunt, niſi quod in vno
plenius explicantur, quæ in alio continentur implicitè, ſecū-
dum quod exigebat hæreticorum inconſtantia: ſic dicit S.
Tho. *in 2.2. queſt. 1. arti. 9. ad 2.* Dicitur etiam verus Deus ad dif-
ferentiam fictorum ſecundum gloſ. ibi Abb. & Ioan. de Imol.
in 1. nota. vnde vt dicit Beatus Tho. *in commenta: d. cap. firmiter.*
ideo dicitur verus, quia eſſentialiter & naturaliter eſt Deus,
alij dicuntur Dij per adoptionem, ſeu per nūcupationem, vel
diuinitatis participationem. Pſal. 81. *Ego dixi Dij eſtis.* Quidam
vero dicuntur Dij ſecundum opinionem errantium. Pſal. 85.
Dij eorum dæmonia. ¶ Et de quodam, qui dixerat patrem & fi-
lium eſſe duos Deos naturali ratione conſuluit Ioan. Lupus
in conſil. incipien. Caſus ſuper quo. crederet etiam iſte contra ſcri-
pturam ſacram Deuteron. 6. *Dominus Deus tuus vnus eſt.* dicit er-
iam Sanctus Auguſt. *in ſermone natiuitatis Domini incip. In prin-
cipio erat verbū.* quod maledictus eſt qui nomina propria per-
ſonarum tres Deos, aut tres Dominos, aut tres Spiritus confi-
tetur. alibi etiam idem S. Auguſt. dicit, quod ſi quis patiatur
Deum patrem, Deum filium, Deum ſpiritum ſanctum, Deos
dici, & non Deum propter diuinitatem & potentiam vnam,
quam credimus eſſe & ſcimus patris & filij & ſpiritus ſancti,
anathema ſit. Ex quo ergo crederet iſte plures Deos, non eſt
dubium in hæreſim incidere. quia veniret contra determina-
tionem ſanctæ matris Eccleſiæ, quia quando quis aliter ſentit
de articulis fidei quam Romana Eccleſia hæreticus eſt. *c. hæc
eſt fides. 24. q. 1. & in c. hæreticus. c. hæreſis. 24. q. 3.*

51 ¶ Et hoc idem dico de † colentibus idola & præſtantibus
illis honorem diuinum, quia apoſtatæ ſunt & peccantes con-
tra legem naturæ, vt dicit Card. Alex. *in cap. cum ad verum. col.
12. 96. diſt.* & taliter credentes ſiue eſſent gentiles, ſiue Iudæi
poſſent ab inquiſitione puniri, quia peccant vt dixi contra le-
gem naturæ dictantis plures Deos non eſſe, & idolis honorē
diuinum præſtandum non eſſe, per ea quę dicuntur per Iuno.
Ioan. And. & alios *in cap. ſuper his. de voto, & voti redempt.* dicunt
enim quod Gentilis qui non habet legem niſi naturæ. ſi con-
tra legem naturæ faceret. poſſet per Papam puniri. *argum. Gene.
19 cap.* vbi habetur, quod Sodomitæ, qui contra legem naturæ
peccabāt puniti ſunt à Deo. Cum autem Dei iudicia ſunt no-
bis exemplaria, non video quare Papa qui eſt vicarius Chriſti
hoc non poſſit, & etiam debeat, dummodo facultas adſit. Et
idem dico dicit Innocentius ſi colant idola, naturale. eſt veū
& ſolum Deum creatorem colere, & non creaturas. Et Abb.
Panor. *in d. cap. quod ſuper his.* ſubdit Papam habere iuriſdictio-
nem contra iſtos infideles in ſpiritualib. hinc eſt. quod ſi de-
linquerent contra matrimonium Papa poſſet illos punire. *cap.
nonit. de iud.* vnde inquiſitores habentes iuriſdictionem dele-
gatam à ſummo Pontifice non eſt dubium idem poſſe *c. vt ali-
qui de hæret. lib. 6. l. 1. §. qui mandata. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ-
dict.* Et dicit Angel. *in l. 1. §. ius gentium. ff. de iuſti. & iu. re.* quod ſi
Iudæus delinquit contra legem ſuam hæreſim committendo
poteſt ab inquiſitore puniri. Abb. *in cap. gaudemus. de diuortijs.* &
hæc nota, quia in pluribus poſſent adaptari nec in locis com-
munibus reperiuntur. Et circa hæc etiam tradit Albert. de Roſ.
aliqua in ſuo dictionario in verbo, Deus. & hæc eſt ſecta gentium ir-
rationali.

52 Secunda vero ſecta † eſt Saracenorum vulgo dicta. vel ve-
rius Agarenorum, cum non à Sara libera, ſed ab Agar ancilla
originem trahant per Iſmaelem filium eius, & vſurparunt
falſum nomen à Sara tanquā à libera & digniori. & hodie ſunt
multiplicati, vt à Deo dictum eſt Gene. 16. c. & ibi tradūt Vgo
Cardi. & Nico. de Lyra *in verbo, multiplicabo.* & per Anton. *in 1.
parte ſuæ chronicæ, tit. 2. c. 1. §. 3.* & per boues & pecora campi in-
telligimus Saracenos, qui tāquam beſtiæ ratione carentes re-
licto vero Deo, colunt idola, & iſti ad literam vocātur beſtiæ,
quia & Iſmael pater eorum vocatus eſt à domino onager, &
fuit ratio, vt dicit Merodius, quia futurum erat, quod quæ de
genere ſuo diſcenderunt omnem beſtiarum rabiem ſupergra-
derentur, & manſuetarum numerus contereretur ab eis: in
ſacris enim locis dicit ipſe iugulabunt ſacerdotes, & ibidem
cum mulieribus dormient, & ad ſepulcha ſanctorum iumē-
ta alligabunt, & hoc propter peccata Chriſtianorum, qui tūc
erunt, de quibus dicitur per Paul. *2. ad Thimo. 3.* in nouiſſimis
diebus erunt homines ſe ipſos amantes, vt tradit Petr. Come-
ſtor *in hiſto. ſcholaſt. in cap. de fuga Agar.* & Oldr. *in conſil. 72. incip.
an contra Saracenos.* vbi etiam dicit, quod oriens † & occidēs 53
ſeruierunt Chriſto per ſexcentos annos vſq; ad tempus Ma-
hometi. & de hoc maledicto Mahometo ſcribit latè Vicen. *in
ſpeculo hiſtor. lib. 24. cum ſequen.* & per Anto. *in 2. parte ſuæ chronicæ
titu. 14. cap. 5.* gloſ. & Cardi. & alij *in Clemen. 1. de Iudæis.* diffusè
Iacob. de Vorag. *in legenda Sanctorum, in hiſtoria S. Pelagij Papæ.*
per Archi Flor. *in 4. parte ſummæ, titu. 11. cap. 6. §. 1.* Et quod ab Iſ-
maele deſcendant iſti Agareni tradit Arch. & Cardi. Alexan.
in cap. Iſmael. 56. diſt. per Hoſtien. *in ſumma de Iudæis & Sara. in ru-
bricella de Saracenis.* & Cardi. *in d. Clemen. 1.* Et iſti ſunt Iſmalitæ,
qui emerunt Ioſeph. Gen. 37. c. & iſti Agareni ſerui, qui deſcen-
dentes de ſerua differantur Chriſtianorū in multiplici parte
mūdi, maximè in terra ſancta. & in terra Ægypti, & in Aphri-
ca, propter peccata noſtra, vt dicit frater Alua *in libello de planctu Eccleſiæ. lib. 2. artic. 2. column. 3* ¶ Subdit etiam Albert. *in d. loco,*
quod † Saraceni nec nouum, nec vetus teſtamentum recipi- 54
unt. vt dicit Card. *in d. Clem. 1.* Et ſunt quidam inter eos qui di-
cti ſunt Samaritani à Samaria prouincia, qui receperunt quin-
que libros Moyſis. & alios reſpuerunt: iſti enim gentiles ſunt
& partim legem ſeruabant. & partim non ſeruabant, vt dicunt
Doctores *ſuper Ioan. 4.* & per Nico. de Lyra *ſuper Ioan c. 9.* Hinc
etiam eſt, quod quamuis Iudæi faciant circuncitionem in o-
ctauo die, iuxta quod ſcribitur Gene. 17 *infans octo dierum circū-
ciditur in vobis.* ipſi tamen Agareni faciunt circunciſionem an-
no decimotertio, quia hoc anno Iſmael fuit circunciſus, vt di-
cit Vgo Card. Gene. 21. c ¶ † Et ſi libet videre de huius ſectæ 55
vitio & inchoatione, de falſis fictuijs huius ſectæ fundamen-
tis, de erroribus & vitijs multiplicibus in ea contentis ratione
& cauſa: quare multitudo gentium ad tantos errores conflu-
xit, denique diuturnitate durationis eius ponit latiſſimè Pau.
Burge. *ſuper Apocha. 13. c.* hæc maledicta ſecta baptiſmum renuit
circūciſionem admittit, beatam Mariam matrem Chriſti vir-
ginem concepiſſe, & abſque virili ſemine. ac ſanctam & per-
fectam eſſe dominam aſſerunt, Chriſtum eius filium nō Deū,
ſed purum hominem, licet iuſtum & ſanctum, etiam dicunt
ipſum mortuum fuiſſe: & contra reſurrexiſſe non credunt:
ſacramenta Eccleſiaſtica niſi matrimonium non admittunt,
articulos fidei niſi mundi creationem reſpuunt. Mahometum
perfidum hæreticum fuiſſe ſanctum Dei Prophetam prædi-
cant, & attollunt per lotionem manuum & pedum exteriorū
etiam pudendorum corporis, credunt mundari à peccatis at-
que mentis iniquamentis, & nonnulli eorum minus ratione
vigentes credunt Paradiſum in alia vita cōſiſtere in eſu mel-
lis, & potu lactis fluuij currentis, atque frequenti concubitu
virginum puellarum, & alia plura beſtialia habent in eorum
ſecta, de quibus per Doctores *in locis proxime allega.* ¶ † Huiuſ- 56
modi enim ſecta demonſtratur eſſe falſiſſima etiam à Philo-
ſophis paganis, nā Ariſto. *in 1. Ethicorū* demonſtrat quod fœli-
citas non conſiſtit in delectationibus corporis, ſed animæ, &
ideo Auicenna qui fuit de ſecta Mahometica deſpicit omnes
eius promiſſiones, & ponit finem noſtrum eſſe aliū. quam eū
in quo ipſe diabolicus Mahometus dicit eſſe & cōſiſtere fœli-
citatē: vnde *in nono Metaph. ſuæ c. 9.* inquit, lex noſtra quam no-
ſter Mahometus dedit oſtendit perfectionem fœlicitatis cir-
ca ea quæ ſunt ſecundum corpus: ſed alia eſt promiſſio quæ
ſolum appræhenditur intellectu. & ideo ſapientib. magis fuit
cupiditas ad oſtendendum animarum fœlicitatem quam cor-
porum, quæ quamuis daretur eis, non tamen attendunt nec
appreciant eam in corporatione fœlicitatis, quæ eſt coniun-
ctio primæ veritatis, hæc ille, & ſic ipſe Auicēna adhæret ſen-
tentiæ Chriſti Io. 12. c. dicentis, hæc eſt vita æterna: vt cognoſ-
cant te verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

¶ † Erroneum eſt illud, mulieres non intrabunt paradiſum 57
niſi cauſa coeundi cum viris, quia Deus non facit differen-
tiam ſexus in datione Regni Cœlorum: non enim acceptor
perſonarum eſt Deus. *§. hinc autem nobis. in Authent. de mona-
chis, collat. 1.* & dicebat Sanctus Paul. *ad Rom. 10. c.* Non enim eſt
diſtinctio Iudæi, & Græci, nam idem Deus omnium diues in
omnes, qui inuocant eum. falſum eſt etiam quod de vxoribus
dicitur, quod dormient cū ipſis in paradiſo: eſt enim cōtra di-
ctum Chriſti in Euangelio. Mat. 22. & Mar. 12. & Lucæ. 20.
vbi inquit quod in reſurrectione neque nubent neque nu-
bentur: ſed erunt ſicut Angeli Dei. ¶ Quod inſuper dicit † 58
de commeſtione falſiſſimum eſt, nam regnum Dei nō eſt eſca
vel

vel potius: vt dicit Apoſt. *ad Roma.* 14. ſi enim hoc eſſet verum, oporteret paradiſum impleri ſterquilinijs: aut ex degeſtione cibi cœlum ipſum fœdari ſtercoribus contra illud Apoca. 21. *cap.* non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens: tẽpore huius maledictæ ſectæ iam erant mortui Doctores Eccleſiæ Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus,
59 & Gregorius, nam ſi poſt ipſam fuiſſent, eam deabolicam ſectam in ſuis operibus reprobaſſent. ¶ Hæc enim habuit † plures ſectatores, quia permittit omnia delectabilia huiuſmodi: ad quæ omnes naturaliter inclinamur *Geneſ.* 8. *& in capit. omnis ætas.* 12. *quæſt.* 1. *& in cap. per alium.* 22. *quæſt.* 3. vbi dicitur procliuis eſt curſus ad voluptatem, & natura imitatrix eſt vitiorum: vnde dicit beatus Tho. *in primo libro contra Gentiles. cap.* 6. hi qui ſectas errorem introduxerunt proceſſerunt via contraria, ſcilicet Apoſtolorum, vt patet in Mahumeto: qui carnalium voluptatum promiſſis ad quotum deſiderium carnalis concupiſcẽtia inſtigat: populos illexit, præcepta etiam tradidit promiſſis conformia: voluptati carnali habenas relaxans, in quibus in promptu eſt à carnalib. hominibus obediri: & ibi plura alia ſubnectit ad reprobationem huius maledictiæ ſectæ: quia ergo voluptuoſa eſt hæc ſecta, ideo fuit à multis beſtialibus hominibus acceptata: ſicut doctrina Epicuri de qua Lactan. *in* 5. *diuinarum inſtitut.* inquit, Epecuri diſciplina multo celebrior ſemper fuit: non quia veri aliquid afferret, ſed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat: nemo enim non in vitia pronus, eſt, hæc ille.

60 ¶ † Fides noſtra contrario modo fundata eſt, non enim per promiſſiones voluptatum, non imperio, ſed miraculis, & operante diuina potentia, præſertim quia Apoſtoli qui ſeminarunt fidem Chriſti erant pauperes, & infimę conditionis prout latè tradit *ſupra* Tho. *in dicto cap.* 6. *in princip.* hinc glorioſus, & deuotus Bernard. *in ſententijs ſuis* dicit. O ſtupendium miraculum ſupra omnia miracula, ecce quod minor ſupereſt maiori, & maior ſubeſt minori, cum omnes reges terrarum ſe Apoſtolis infimis modicis atque deſpectis ſubmittunt: ſtupendum valde fuit imperitos piſcatores abſq; literis omnes ſciẽtificos conuiciſſe ac tam paucas perſonas totum mundum ad vnam fidem adunaſſe. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus. 1. *ad Corinth.* 2. *infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & idem inquit non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & virtutis prædicamus, vt fides noſtra non ſit in ſapientia hominum ſed in virtute Dei.* & Auguſtinus *in quadam epiſtola inquit: Quis tantam hominum multitudinem ad peccata pronam ad legem Chriſti Carni & Sanguini contrariam ſeruandam vnquam induceret, niſi Deus,* & hæc idem *ſupra* Auguſt. *lib.* 22. *de ciuitate Dei. capit.* 5. ita quod huiuſmodi ſecta beſtialis eſt hæretica & falſa & ab omnibus reprobanda. ¶ Sed quia multi veniunt de hac ſecta ad Chriſtianitatem: & aliquando apoſtatant ad illam in parte vel in totum redeundo, ideo operæprecium fuit aliquam notitiam de ea haberi, quam ſectam deridet Auerrois occulte qui fuit Saracenus, & magnus Philoſophus commentator Ariſto. titu. quem fecit de demonſtrationibus, vbi dicit, quod laudare ſuas acoras erat ſuperfluum, & ego dico & quilibet ſanæ mentis diceret quod fuit & eſt fatuum, dicit ibidem nũcia credentib. quod illi qui erunt credẽtes in ſuo libro, quod habebunt hortos in paradiſo in quibus current perpetuo flumina vnde colligẽt fructus, & quod ibi habebunt vxores mũdiſſimas, quæ ibi erunt perpetuo. hæc ille. Et de reprobatione huius ſectæ tradit ſatis copioſe Petrus de la caualleria *in ſuo li-*
61 *bello contra Iudæos. cap. de reprobatione ſectæ Mahometicæ.* ¶ † Et inter alios errores ipſius ſectæ non eſt permittendus iſte qui ponitur in cora prima Alcorani, videlicet quod Iudæi & Chriſtiani, & homines de caba qui poſtquam credant in die Iudicij & faciant bona opera quod ſuam retributionem habebũt in alio ſeculo apud Deum, & non timebunt pœnas inferni. & idem reperit *in cora.* 4. *circa finem*: quod quam ſit inſanum fatuum atque falſum nemo ſanę mentis eſt, qui nõ videat: quomodo enim fieri poteſt, quod tam diuerſæ & aduerſæ nationes, quarum vna ſcilicet Chriſtiana credit quod Chriſtus Ieſus fuit Deus & homo, alij vt Iudæi credunt contrarium. Saraceni credunt quod fuit purus homo & nõ Deus, quod omnes iſtæ nationes quantumcunque bene moraliter & deuote vixerint in hoc ſeculo pariter habeant gloriam? hoc dicere eſt vna mera inſania & contra textum ſacri canonis Actuum 4. *cap.* vbi dicebat ſanctus Petrus loquens de Chriſto: nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo hominibus, in quo oporteat 1 nos ſaluos fieri, quaſi dicat non in lege Moyſi, nec in alia doctrina quantumcunque apparentur bona & morali abſque vera fide Chriſti poſſet eſſe ſalus æterna, & memini de quodam capto & inquiſito in officio inquiſitionis, qui de Agareno factus eſt Chriſtianus, & dixerat quod bona erat lex Chriſti & bona erat lex Mahometi, non tamen conſiſtit de errore eius in mente, & ideo abiurauit hæreſim tanquam vehementer ſuſpectus, & fuit condemnatus in ducentis ducatis: innuebat enim quod quilibet poterat ſaluari in ſua lege. alludendo opinioni erroneæ Mahometi ſupra relatæ, quam ipſi agareni hodie tenẽt vt refert quidam Petrus Hiere. *in quodam ſermone fidei incipien. fides tua te ſaluum fecit*, quod eſt hæreticum impoſſibile ac contrarium rationi naturali & ſacræ ſcripturæ: dicitur enim Marci vlti. *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*, & Atha. *Quicunque vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt vt teneat Catholicam fidem.* Concluſio eſt in theologia ſicut ſanctus Thomas tangit 2. 2. *quæſt.* 4. *artic.* 6. *quod impoſſibile eſt quod ſint plures fides, ſed vna tantum eſt fides,* & probatur: cum enim fides ſit habitus quidam habitus quidẽ diſtinguitur ſecundum diuerſa obiecta, oportet quod vbi eſt vnum obiectum ibi ſit vnus habitus, obiectum autem formale fidei eſt veritas prima ſiue diuina: ſub cuius ratione credũtur diuerſi fidei articuli: quare enim Credo Chriſtum filium Dei crucifixum, mortuũ, & reſurrexiſſe etiam & remiſſionẽ peccatorum, & Carnis reſurrectionem? non ob aliam rationẽ, niſi quia ſic Deus reuelauit, & ſic vna eſt ratio formalis fidei quæ dicitur obiectum formale & cõſequenter ſequitur quod vna ſit fides ſpecie, licet differat numero in diuerſis ſubiectum: ſicut vnum lumen ſolis producit multos radios, & in multis diuerſimode recipit, *cap. loquitur.* 24. *quæſt.* 1. patet ergo ratio. hinc Sanctus Paulus *ad Ephe.* 4. *vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium.* & Cantico. 6. *vna eſt columba mea, perfecta mea,* & dicit text. *in capit. firmiter. de ſumma Trinita.* vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur, & *in cap. Eccleſia. de conſecra. diſtinct.* 4. dicitur, ſalutem beatitudinis extra Eccleſiam neminem vel percipere vel tenere: contrarium vero ſentire eſſet hæreticum, & contra determinationem Eccleſiæ: & hæreſis contraheretur: & credens hoc apoſtataret, quia recederet à fide Eccleſiæ ad credulitatem Agarenorum conuolando, & tanquam hæreticus poſſet condemnari. *capit. contra Chriſtiano. de hæretic. lib.* 6. & latè hoc examinat dominus Cardi. *in tractatu de poteſtate Papæ in lib.* 1. *quæſt.* 21. vbi concludit multis rationibus hæreticum eſſe & erroneum dicere quemlibet poſſe ſaluari in ſua ſecta, & ſic Iudæus, Saracenus & paganus & alij exiſtentes extra vnitatem Eccleſiæ ſaluari non poſſunt, & contra plures errores Saracenorũ volentium deridere Chriſtianos ſcripſit validiſſimas rationes, S. Tho. *in opuſ.* 2. *incipien. Sanctus Petrus.*

¶ In quæſtione tertia.

SVMMARIVM.

1 *Saracenorum ſeu paganorum ritus nõ debeant ab Eccleſia ſeu principibus Chriſtianis tolerari.*

2 *Eccleſiæ tolerantia circa obſeruantiam rituum paganorum, quid operetur.*

3 *Domini terrarum non ſunt tuti in foro conſcientiæ tolerentes ritus Saracenorum publicè fieri: ſecus ſi ſecrete.*

4 *Iudæi ſuſtinentur in ſuis ceremonijs & feſtiuitatib. & quæ ſit differentia inter hos & Saracenos.*

5 *Iudæi quare ſuſtinentur in ſuis ritibus: tres ponuntur rationes concluſiuè.*

6 *Iudæi ex quo debent tolerari in ſuis ritibus quare fuerunt expulſi ab Hiſpania à Catholico rege Hiſpaniarum.*

7 *Ciuitatem inficiens poteſt expelli à ciuitate.*

¶ TERTIO QVAERO. † Iuxta prædicta an ritus paganorum vel Gentiliũ debeat ab Eccleſ. & principibus 1 tolerari. dicendũ eſt ꝙ non, *l. C. de paga.* vbi omnib. mortalibus interdicitur ne faciãt ſacrificia inſpecto iecore animalis vel extis, vel diuinet aliquid futurũ, & tẽpla eorũ paganorũ claudi præ-

præcipiuntur ſub pœna mortis & amiſſionis bonorum *l. placuit & l. penult. & vlti. eod. titu.* tradit Hoſtien. *in ſumma deinde in rubricella. de Sara.* & Azo. *in ſumma eod. tit.* Alberi. de Roſa. *in d. ſuo in verbo Saraceni. & habetur in ſumma confeſ. in titu. de Iude. & Sara.* vbi prohibetur inuocatio publica Mahometi ſacrilegi, & præcipitur principibus ſub quorum dominio ſunt vt tale opprobrium à terris ſuis omnino auferatur, & auferri procurent, & ibi hoc notant Card. & Ioan. de Imo. & ſubdit Cardi. *ibi in 2. notabili* quod huiuſmodi inhibitio & mandatum factũ principibus ſecularibus hoc operatur, quod niſi acquieſcant, peccant mortaliter: & poſſunt excommunicari *argumen. c. omnes. maio. & obed. & gloſſ. 1. in d. Clemen.* dicit ad principes ſeculares ſpectare coertionẽ iſtorum, & non ad Eccleſiam, quia nõ ſunt creaturæ Eccleſiæ. & ibi Abb. multum notat allegans gl. *& text. in cap. poſtulaſti. de Iudæis.* dicit tamen Cardi. ibi poſt Laurẽ. quod negligentibus principibus poſſunt prælati interdicere Chriſtianis ne communicent cum Saracenis *argumen. cap. poſtulaſti. de Iude.* & ſic indirecte viderentur excommunicari. *c. quanto. de vſuris*, & ſequitur ibi Ioan. de Imo. *in fin. col.* cum iſti tales nec quo ad corpus nec quo ad animam ſubſunt Eccleſię, quia non ſunt baptizati, ideo de eis nihil ad Eccleſiam, quia foris ſunt, *cap. gaudemus. de diuor.* ſunt enim de populo terreno non autem de ſpirituali corpore. *l. Iudæi. C. de Iude.* Alexan. *conſ. 75. incip. videtur in præſenti conſultatione. col. 3. lib. 5.* & Paul. de Caſtra *in conſ. 90. incip. Viſa quadam ſcriptura. lib. 2.* & Socin. *in conſil. 62. incip. in præſenti conſultatione. lib. 1. colum. 4.* & S. Tho. 2. 2. q. 10. *artic. 1.* inquit quod ritus infidelium qui nihil veritatis, aut vtilitatis afferunt, non ſunt aliqualiter tolerandi, niſi fortè ad aliquod malum vitandum, ſcilicet ad vitandum ſcandalum vel diſſidium, quod ex hoc poſſet prouenire: vel impedimentum ſalutis eorum qui paulatim ſic tolerati conuertuntur ad fidem: propter hoc enim etiam hæreticorum, & paganorum ritus aliquando eccleſia tolerauit, quando erat magna infidelium multitudo. hæc S. Tho. ſequitur Card. *in c. qui ſincera, 45. diſt.* & ibi Card. de Turre Crema. ¶ Sed aduertendum eſt quod hoc dictum S. Thomæ loquitur limitatè in quantũ dicit quod
2 Eccleſia tolerauit: itaque innuit quod tolerantia † Eccleſiæ ob cauſam induceret diſpenſationẽ, & ſic intelligit de Eccleſia vniuerſali cuius caput eſt Chriſtus vt latè concludit Cardi. de Turre Crema. *in titu. de poteſtate Papæ, lib. 1. capit. 44.* & ipſius Chriſti eſt Papa Vicarius & Petri ſucceſſor. *c. in nono. 20. diſtinct.* & Card. *in cap. ego Ludouicus. 43. diſtinct. & 15. diſt. per totum.* & ita intelligit de tolerantia ipſius Papæ non de tolerantia alicuius prælati Eccleſiæ particularis, & tunc hoc caſu eſſet diſtinguẽdum, quia aut quando fuit *d. Clemen. de Iude.* nouiter emanata, illa non fuit ab initio acceptata, quinimo plures actus contra eam fuerunt facti ſciente Papa, & non contradicente, & ſic non fuit moribus vtentium approbata: tunc Papa videtur illi contrauentioni & inobedientiæ acquieſcere: ita tenet Abb. & Docto. *ibi in cap. 1. de treu. & pace*, per text. *in cap. in iſtis. § leges. 3. diſtinct.* & hanc gloſſ. communiter probant Docto. ibi, & ſignanter Feli qui multa ibi glomerauit *in 2. colum. verſic. lex nouæ*: aut *dicta Clementin.* fuit à principio ab aliquibus acceptata, & ab aliquibus non, & Papa ſimpliciter ſuſtinet nec aliquid ſuper illo diſponit, tunc tolerantia Papæ non excuſat à peccato nec diſpenſationem inducit, tradit Abb. *in dicta capit. iam dudum, de præben. in cap. cum olim. 2. de cleri. coniuga.* & Butri. *in cap. quia circa. ad fin. de conſanguin. & affini.* & hæc locum habent dũmodo maior pars populi ſiue principum mundi recepiſſet dinam Clementinam: nam tunc minor non obſeruando peccaret vt tradit Innocen. *in dict. cap. cum iã dudum. de electio.* per Abb. & alios *in cap. quia circa. de conſanguin. & affinita.* & tradit Felin. *in dicto capit. t.* ex quibus patet dictum ritum infidelium non eſſe ferendum nec per principes ſeculares nec per Eccleſiam niſi ex cauſa iam dicta iuxta theoricam. S. Tho. & Ange.
3 de Ancha *in tractatu de poteſtate Papæ. quæſt. 23 articu. 8.* ¶ Nec † arbitror dominos temporales & Eccleſiaſticos tam in regno Aragoniæ quam Valentiæ eſſe tutos in foro conſcientiæ qui patiuntur ductos agarenos in terris & dominijs ſuis publice obſeruare ritos illos maledictos & ſacrilegos de quibus *ſupra*: quia faciunt contra *dictam Clementinam primam de Iudæis, & Sara.* ſi vero ſecrete fierent huiuſmodi Gentilium ritus per ipſos gentiles ſiue ipſa inuocatio Mahometi nõ prohibetur quia illud non cedit in opprobrium fidei Chriſtianæ: nulla enim eſt abſurditas, quod Saraceni talia faciant ſecretè, & ſic non eſt prohibendum nec approbandum, quia de ſecretis iudicium eſt Deo relinquendum. *cap. erubeſcant. 32. diſtinct.* tradit Card. Flo. poſt Paul. *in dicta Clemen. colum. fin.* ¶ † Nec obſtat
prædictis quod Iudæis permiſſum eſt etiam in terris Chriſtia- 4
norum ſuas feſtiuitates celebrare nec ſuper hoc debent ab aliquib. moleſtari. *c. qui ad ſincera. 45. diſt.* vbi Papa dicit Iudæos Neapolitanos quæſtos eſſe: quod aliqui irrationabiliter volebant ipſos arcere à ſuarum feriarum ſolemnitatibus, & Papa ibi reſpondet in fin. quod dicti Iudæi liberam habeant facultatem celebrandi omnes ferias ſuas & feſtiuitates, & ſic ritus ipſorum iudæorum ſuſtineri mandantur in terris Chriſtianorum, & dicunt ibi Archid. & Cardi. Flo. quod quamuis Eccleſia tales ritus permittat, non approbat: quod enim permittimus, nolentes permittimus, quia malas hominum volũtates ad plenum prohibere non poſſumus. *cap. hac ratione. 31. quæſt. 1. ad idem cap. conſuluit. & cap. ſicut Iudæi, & Iudæis.* permittuntur enim ſua feſta celebrare dummodo non faciant in cõtemptũ religionis, & fidei Chriſtianæ. *l. Iudæos. C. de Iudæis* tradit gloſſ. *fin. in dicta cap. qui ſincera*. quia ad hoc reſpondeo ſecũdum doctores, nam Iudæi colunt Deum viuum & verum. Saraceni mahometum hominem facinoroſum & nefandũ: ideo iudæi ſuſtinentur in ritibus eorum: Saraceni vero non quoad talem cultum: ita dicit Card. *in dicta Clemen. 1. de iudæis. colum. pe.* poſt Zen. quem ſequitur ibi Ioannes de Imo. Secundo reſpõdet Ioan. And. quem Abb. ſequitur *in dicto cap. conſuluit.* quod ideo ſuſtinentur iudæi quia ſpes eſt de eorum conuerſione. & vt facilius trahantur ad fidem *per d. capit. qui ſincera*, & quia ipſi parati ſunt ſemper ſeruire. *cap. diſp. 23. quæſt. 8.* ſed iſta ratio eſt nimis generalis, nam ea attenta ritus paganorum eſſent tolerandi. *l. illud. ff. ad l. à qui.* Tertio reſpondet Ioan. de Ma. *in dicto cap. conſuluit.* quod iudæis permittitur locus congregationis qui dicitur ſinagoga, & non hæreticis: quia iudæi acceperunt legem à domino & hæretici non, vt dicit gloſſ. *in verbo obſtinationis in l. 2. C. de ſumma Trini. & fide Catho.* nam vt dicit Cyn. iudæi ſuſtentantur ex quibuſdam priuilegijs & per iura principum nutriuntur. *l. cum filius. § hæres. ff. de lega. 2.* & quamuis hodie ſit reprobati propter legem nouam: tamen propter legis antiquæ reliquias ſuſtinentur. & dicit Cy. *in dict. l. 2.* quod ideo ſuſtinentur, vt poſſint ſaluari, vt dicit Bald. *in dicta l.* quod fides Hebræorum habet initium veritatis: & ideo non ſunt ita deteſtabiles ſicut hæretici, quod dici non poteſt de ipſis Saracenis: quia in ſecta eorum eſt falſitas & mendacium & ideo non ſuſtinendi in ſuis blaſphemijs iuxta diſpoſitionem *dicta Clem. 1. de iude.* Hinc S. Tho. *in 2. 2. quæſt. 10. artic. 11.* dicit quod ex hoc quod iudæi ritus ſuos obſeruant, hoc bonum prouenit, quod teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus in quibus olim præfigurabatur veritas fidei quam tenemus: & quaſi in figura nobis repræſentatur, quod credimus, & ideo in ſuis ritibus tolerantur: non ſic autem in alijs infidelibus vt ibi per eum. idẽ in effectu dicit Cardi. de Turre Crema *in dicto capit. qui ſincera.*

¶ † Et idcirco Epiſcopus Chriſtopo. *in expoſitione ſuper pſalte-* 5
riũ in prologo tracta. pra. probat ad hoc efficaciter tres conclu. prima quod nullũ myſteriũ ſcriptum aut factum in veteri teſtamento eſt gratia ſui, ſed omnia ſunt in figura teſtamenti, & omnia prænunciabant myſteria Chriſti & Eccleſiæ futura in nouo teſtamento. Secunda concluſio eſt quod totum teſtamentum nouum latebat, & continebatur virtualiter in veteri teſtamento ſicut concluſi in præmiſſis. Tertia concluſio eſt quod myſteria noui teſtamenti de Chriſto & Eccleſia non poſſunt perfectè & propriè ſciri niſi ex præexiſtienti cognitione veteris teſtamenti, & non immerito Eccleſia patitur illos in ſuis ritibus, quia hanc vtilitatem conſequimur, & in fine ſæculari conuertentur ad Chriſtum, vt patet *Oſeæ 3.* vbi dicitur quod poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad dominum & ad bonum eius, in nouiſſimo dierum. Item hoc idem patet Zacha. *vlti. per totum*, & fiet iſta conuerſio per prædicationem Helyæ, *Malach. quarto, capitu.* vbi dicitur *Ecce ego mittam vobis Helyam prophetam: antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum eorum ad patres ne fortè veniam & percutiam terram anathemate.* & ibi hoc dicit dominus Vgo Cardin. quod reliquiæ Iſrael ſalui fient, & plura ad hoc traduntur per Oldratum *in conſilio 87. incipien. Quæritur an principes.* & gloſſ. *in cap. Iudæorum. 28. quæſt. 1.*

¶ † Ex

6 ¶ † Ex his forſitan ſument quidam occaſionem non laudandi non indelebilebilis recordationis Ferdinandum Catholicum Regem Hiſpaniarum, qui expelli mandauit Iudæos à terris, & fuerunt numero quatuor centum & viginti millia, vt refert Ioannes Reuchelin *in libr. de arte Cabaliſtica charta* 2. & miſit illos ad terras infidelium, adeo quod nullus Iudæorum remanſit in tota Hiſpania, nec permittunt domini inquiſitores, vt veniant, quinmmò excommunicant præſides prouinciarum hoc permittentes, prout ego vidi & conſului. Et licet alias tolerandi ipſi Iudæi ſint in ritibus, vt ſupra eſt concluſum, & tradit Bald. *in conſilio* 351. *incipien. quia ſæpè reuocatur in dubium. libr.* 1. nihilominus quando Iudæi morantes in terris Chriſtianorum, ſunt Chriſtianis periculo, & ſcandalo, tunc nedũ poſſunt expelli, ſed etiam bonis ipſorum ſpoliari. Innocen. *in cap. quod ſuper his. de voto.* & Oldra *in allegato conſilio* 87. ſic enim faciebant illi Iudæi quia fœnerabantur ipſis Chriſtianis vſque ad ſanguinem ipſos ſugillantes, & in contẽptum noſtræ religionis Chriſtianæ fidem impugnabant: multoſque Chriſtianos de genere Iudaico deſcedentes inſtruebant, & docebant legem & cærimonias Iudaicas, & ex nimia familiaritate ipſorum Iudæorum cum Chriſtianis orta eſt multitudo hæreticorum & apoſtatarum in Hiſpania, prout in partibus Franciæ tempore cuiuſdam Philippi Regis Francorum factum legitur, ac etiam quod ſingulis annis in opprobrium Chriſtianæ religionis quaſi pro ſacrificio in quibuſdam criptis & foſſis ſubterraneis in die cœnæ Domini Chriſtianum vnum patibulo crucis affigentes occidebant, vt dicit Archid. Flo. *in* 2. *parte ſua chronicæ. titulo* 17. §. 8. & & idcircò fuerint expulſi. Alio tempore fuerunt etiam expulſi à Francia propter aliam cauſam vt refert idem Archid. *in ea parte, tit.* 13. *c.* 4. §. 4. itaque erant in regnis Hiſpaniæ ſicut mus in pera, & ſerpens in gremio, qui ſuos hoſpites malis remunerant *in c. & ſi Iudæos. de Iud. & Sara.*

7 ¶ † Meritò potuerunt & debuerunt expelli per præfatum Catholicum Regem, & bonis & vita priuari. *l.* 2. *& l. penult. C. de Iudæis cap. ecce.* 23. *quæſt.* 3. *cap. reſecandæ. eadem cauſa & quæſtione.* ad idem textum *in l. nullus. C. de ſumma Trinitate.* per quem notat Bald. ibi, quod hæretici qui audent facere ſuas congregationes, ſunt de ciuitate expellendi, & eſt ratio ſecundùm Guil. de Cuneo, quia inficiunt alios: & generaliter dicit, quod vbicunque eſt timor huiuſmodi infectionis, poteſt quis expelli de ciuitate, alleg. text. *in authent. iuſiurand. quod præſtatur ab his in fine.* Sic peſtilenti morbo infectus expelli debet, ne alios inficiat. not. Ludouic. Roman. *in l. caſus. C. de teſtamen.* præterea habemus de hoc figuram in veteri teſtamento, Geneſ. 16. vbi Sara nunquam expulit Agar niſi quando Agar perſequebatur Saram dominam ſuam & ipſe Iſmael Iſaac. de vtraque perſecutione loquitur Auguſt. *capit. ſi Eccleſia.* 23. *quæſt.* 1. *& in capit. recurrat.* 22. *quæſt.* 4. vbi ſuperbus Iſmael erexit ceruicem, & voluit ſeducere fratrem ſuum ludens, quia cogebat Iſaac adorare luteas imagines quas faciebat, vt ibi dicit gloſſ. ergo vbi Iudæi ſiue agareni humiliter conuerſantur & non deciperent ſimplices Chriſtianos & colerent ſecretè non pubicè ſuum luteum malometum, & Iudæi facere cærimonias Iudaicas non ſunt prohibendi ſed recipienpi, ſicut dicit Angelus de Agat. *cap. quando.* 32. *quæſt.* 4. tradit eleganter Oldra. *in conſilio* 264. *incip. Illa videtur probabilior.* & per Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de Iudæis & Sarac.* ita quod ſaraceni, & alij infideles, & hæretici non ſunt tolerandi in ſuis ritibus & ſolemnitatibus, ſecus ſi fuerint Iudæi per prædicta.

¶ Et an ipſi Saraceni & Iudæi ſint à terris Chriſtianorum expellendi, ſi non immineat ſcandalum, & periculum animabus Chriſtianis, vt erat tempore Regis Ferdinandi: dicam infra in ſeptima quæſtione, & facientes Iudæi talia ſcandala poſſent puniri per ordinarium loci, & inquiſitionem, ita concludit Baldus *in conſil.* 315. *incip. Iudæis tutela. libro* 1. & hæc de ſecta agarenorum beſtiali, & ſuper nulla ratione fundata.

¶ In quæſtione quarta.

SVMMARIVM.

1 *Saraceni ſiue agareni an ſit conuerſandum in negotijs, ſeu victu ſine peccato.*
2 *Communicatio cum infidelibus ſeu hæreticis, an & quando prohibeatur, per alias concluſiones demonſtratur.*
3 *Saracenis non eſt communicandum etiam in menſa ex quo cibaria diſcernunt ſicut Iudæi.*
4 *Saracenis an ſint vendenda animalia viua, vt ipſis ea iugulent ſecundum eorum ritum.*
5 *Panes azimos Iudæorum quando licitum eſt, vel illicitum comedere.*
6 *Infidelibus communicare poſſunt Chriſtiani in commercijs & mercimonijs.*
7 *Deferentes victualia ad terras infidelium priuãtur bonis & alijs pœnis puniuntur.*
8 *Deferentes prohibita ad infideles debent ſe componere cum Papa ſuper perceptis ab eis.*
9 *Epiſcopus an poſſit abſoluere deferentes prohibita ad terras infidelium.*
10 *Saraceni an debeant compelli ad ſolutionem decimarum.*

QVARTO QVÆRO, † an liceat cum dictis agarenis tam in victu, quam in negotijs conuerſari abſque peccato. Reſpondeo, quod licet nobis prohibeatur cum Iudæis comedere, cohabitare, in infirmitatibus noſtris ipſos vocare, medicinam ab eis percipere, aut in balneis lauare. *cap. Iudæi. de Iudæis. cap. nullus. cap. omnes.* 28. *quæſt.* 1. vbi prohibetur, ne quis eos ad conuiuiũ recipiat, quia cùm apud Chriſtianos communibus cibis non vtantur, indignum atque ſacrilegium eſt, eorum cibos à Chriſtianis ſumi, quia ea quæ comedimus, immunda ab eis iudicantur, & ſignanter cibus magis prohibetur, quàm colloquiũ, quia in cibo maior contrahitur familiaritas, & facilius quis decipitur inter epulas, vt patet de Herode, qui inter epulas mulieri ſaltatrici promiſit caput Ioannis Baptiſtæ, *capit. vnuſquiſque.* 22. *quæſt.* 4. & hanc rationem aſſignat gloſſ. *in dicto cap. omnes.* quam ſequuntur Abb. & Ioan. de Anach. *in cap. quam ſit laudabile. de Iudæis*, tolerandi enim ſunt ſine contumelia creatoris, arg. *cap. Iudæi. de teſtib. cap. ſi de rebus.* 23. *quæſt.* 7. Arch. & Doct. *in cap. qui ſincera.* 45. *diſt. cap. Iudæorum.* 28. *quæſt.* 1. Tamen cum paganis & alijs infidelibus eſt illicitum comedere, vt eſt text. *in cap. ad menſam.* 11. *quæſt.* 3. non enim poſſemus illos lucrari, ſi colloquium eorũ vitamus, & conuiuium, vnde & dominus cum publicanis, & peccatoris manducauit & bibit, *cap. infideles.* 23. *quæſt.* 4. & Luc. 6. cap. Hoſt. verò *in ſumma de ſaracenis.* §. *qualiter.* dicit quod cum Iudæis, ſubaudi ſub nobis degentibus manducare non debemus, *per dictum cap. nullus. & cap. omnes.* & cum ſaracenis nobis ſubditis comedere poſſumus *per dictum cap. ad menſam*, cum alijs autem ſaracenis, ſcilicet hoſtibus comedere non debemus, niſi prædicatores ſimus, quibus hoc indulgetur ſpeciali priuilegio, & poteſt quilibet habita prælati licentia, *capit. quam ſit. de Iudæis.* abſtinendo à carnibus diebus prohibitis *per dictum c. quam ſit. & arg. in cap. cum voluntate.* §. 1. & ſic intelligendus eſt text. *in dicto c. ad menſam.* dum tamẽ id quod apponitur, non ſit idolis immolatum, quia tunc ſanctius eſſet mori fame, quàm idolatricis veſci, niſi eſſemus conſtituti in ſumma neceſſitate famis, quia tunc cum horrore, & execratione poſſet inde quis ad ſubſtentationem naturæ ſumere, quia neceſſitas non habet legem, *cap. ſicut. de conſecrat. diſtinct.* 1. vt ibi traditur per Docto. Itaque ex dictis Hoſtienſ. fit illa differentia in ſaracenis inter ſubditos, & & nõ ſubditos, quam nullus facit quem viderim, arbitror quod fundatur hæc differentia ex diſpoſitione *dicti c. quam ſit.* ſi enim cibis paganorum non degentium ſub nobis liceret veſci non oportuiſſet à Papa impetrare: fruſtra enim hoc impetratur quod iure communi conceditur, *l.* 1. *C. de theſa. lib.* 10. *& l.* 1. *ff. ad muni.* vt ergo ad aliquid valeat dicta impetratio, præſupponendum eſſet quod hoc erat prohibitum & quod *c. ad menſam.* intelligebatur de paganis ſub nobis degentibus: rationem huius differentiæ nullam aſſignari video, & illi ſtandum eſt propter ſummam eius authoritatem.

¶ Sed S. Thomas *in* 2. 2. *quæſt.* 10 *art.* 8, in corpore quæſtionis, quem referunt vterque Card. *in cap. ad menſam.* 11. *quæſt.* 3. dicit quod

teritis,niſi habeant tractum retro. dicit etiam Ioan.de Anan.*in dicto cap.ad liberandam.* quod conſiderari poteſt per text.*in dicto cap.ita quarundam.& in dicto cap.ad liberandam.* non dicunt quod ſint priuari ipſo iure, ſed mandat priuari per iudices ſeculares, & ſic antequam ſint priuati, poſſunt & debent ſoluere iſtam pœnam,de qua hic: & dato quod ſint priuati ipſo iure, tamen quia executio & priuatio bonorum non debet fieri niſi feratur ſententia declaratoria ſuper crimen per iudicem Eccleſiaſticũ, *cap.cum ſecundùm leges.de hæret.lib.6.*interim antequam ſententia declaratoria feratur,poſſunt cogi ad iſtam pœnam ſoluendam, & ſi dicatur ex quo ſunt ſerui, non videtur quod poſſunt vel quærere bona vel perdere,dico quod ita demum ſunt ſerui, ſi capti fuerint,& non ante,vt probatur *dicto cap.ad liberandam.* & ſic eſt neceſſe intelligere dictum capitulum. in illo qui non eſt captus,neque ſeruus, quia pœna huius cap. non cadit in ſeruũ. *l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſat.*& fortè oportet quod iſta captura fiat tempore, quo exercent iſtam piraticam prauitatem, vel quando deferunt ferrum,vel lignamina,&ſic plus operetur deprehenſus in flagranti crimine,quam ſi poſtea dudum vẽdicetur,*l.quod ait lex.ff.de adulter.*ſecundùm Petr.de Ancharan. Simile habetur in ſpoliato,qui incontinenti poteſt non ex interuallo deiicere ſeu expellere deiectorem,*l.qui poſſeßionem.cum ſim.ff.de vi & vi arma l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugit.*ad hæc faciunt ea quæ doctores dicunt de ſtatuto dictante,quod ſi quis inuentus fuerit cum armis puniatur tanta pœna, vt intelligatur de inuento, & non de eo qui conuincitur *per l.ſi Barſatoram C.de fideiuſſo.* tradunt latè Bartol. Paul.de Caſtr. Raphael Cuman.Alexand. & Dominus Iaſon.*in l.1.in princ.ff.de acquirend.poſſeſſ.colum.15.*& vtinam hodiernis temporib. hæc iura ſeruarentur ad vnguem, vt hæc res quæ adducuntur ad terras infidelium contra huiuſmodi bannum & perſonæ adducentes eſſent ſerui capientiũ, quia multi Genuenſes & Veneti eſſent ſerui qui frequenter hoc commercium exercent in damnum Chriſtianitatis,& ruinam propriæ conſcientiæ,ſed dici poteſt illud Virgil.

Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?

Audiui tamen ſuper hoc quod Veneti habent licentiam à Papa Martino V. quãtum ad mercimonia & victualia per pluros annos,non autem quo ad arma, & lignamina habent licentiam, vnde non incurrunt pœnam aliquam, ſecus ſi arma portarent & lignamina quia tunc incurrent,vt refert Arch. Flor.*in 3.parte ſumma tit.24.art.30.*

8 ¶ † Et eſt notandum quod hæc pœna quæ inducitur per Eccleſiam,ſcilicet,dationis eius,quod percepit quis per tale commercium,& tantundem de ſuo ſi non tranſmittitur in ſubſidiũ terræ ſanctæ, quia neſcit talis cui debet dare: applicari ſeu dari debet Cameræ Apoſtolicæ, nec hanc pœnam relaxare poteſt niſi Papa, vel is qui habet ab eo ſuper hoc commiſſionem, vt eſt ſummus pœnitentiarius, vnde qui in hunc canonem inciderunt, conſueuerunt ſe componere de tali pœna cum Camera Apoſtolica dando certam partem eius,& de reſiduo ſolet eis fieri remiſſio, & ſic audiui à ſapientibus practicari in curia, & hoc quando talis poteſt ſoluere: non quando non poteſt ſoluere alias reatus ipſorum debet puniri, quod in pœna ipſorum alijs interdicatur audacia ſimilia præſumendi, *vt in dicto cap.ad liberandam.*

9 ¶ † An autem Epiſcopus poſſit abſoluere hos excommunicatos ab excommunicatione: Dicit gloſſ.& Doct.*in c.quod olim.de iud.*quòd ſic.ex quo Papa ſibi non reſeruauit, facit *cap.nuper.* & ibi quæ dicunt Doct. *de ſentent.excomm.*ſed hodie Epiſcopus hoc non poſſet,vt dicunt Ioan.Andr.& Petr.de Anch.ibi,quia Papa tempore quo facit proceſſus generales tales excommunicat & ſibi reſeruat abſolutionem vt ibi per eos, ſummus tamen pœnitentiarius Romæ videtur habere hanc poteſtatem, vt per Ancha.in loco proximè allegato.

10 ¶ † An autem ſareceni compelli debeant ad ſolutionem decimarum? Dic quod ſic vt tradit Oldra.*in conſilio 25.* quod ego non inueni ſecundùm Abbatem *in cap.de terris.de decimis.* vbi traditur de Iudæis, an teneantur ad decimas prædiales, & perſonales, & ibi nota.per Henricum Bohyc. & Petrum de Ancharan.*in capitulo quanto.de vſuris in 7. notabili.*

¶ In quæſtione quinta.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis ſeruus alicuius etiam fidelis ſi fiat Chriſtianus,an conſequatur libertatem.*

2 *Libertas ſeruorum quando tractatur an ſit de differentia an Dominus ſit Iudæus an ſaracenus.*

3 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis auctoritate Apoſtolica deputati propriè dici poſſunt defenſores Eccleſiæ.*

4 *Captiuum vel ſeruum filium ſi pater vel mater redemerit non recuperat precium niſi fuerint poteſtati,& quid in fratre.*

5 *Solidorum appellatione de qua moneta intelligatur.*

6 *Solidorum appellatio an referatur ad antiquam monetam prout in iure capitur,an verò ad vſualem.*

7 *Appellationi à ſententia declaratoria ſuper libertate ſerui domini infidelis non eſt deferendum.*

8 *Iudæi prohibentur habere mancipia Chriſtiana & nutrices Chriſtianas.& intrare ſcholas Chriſtianorum.*

9 *Extenſio legis in pœnalibus fit ob fauorem animarum.*

10 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare quod Iudæus habeat nutricem Chriſtianam niſi extra domum.*

11 *Iudæi iure communi vtuntur.*

QVINTO QVÆRO, † An ſi Iudæus vel ſaracenus aut alius infidelis ſeruus alterius iudæi,ſaraceni aut cuiuſcunque infidelis voluerit baptizari & ſic Chriſtianus effici, libertatem conſequatur? Dic ſecundùm Abb.& Ioan.de Ana.*in cap.1.de Iudæis.*diſtinguendo, aut iſte eſt ſeruus vernaculus, id eſt, natus ex ancilla iudæi,aut eſt ſeruus emptitius. Primo caſu, ſi eſt,vel deſiderat fieri Chriſtianus, ſtatim eripitur in libertatem nullo precio dato,*l.Deo nobis.§.his ita diſpoſitis.C.de Epiſc.& Cleric.* vbi etiam hoc diſponitur, quamuis Dominus dicti ſerui poſtea efficiatur Chriſtianus, quia non poterit dictum Chriſtianum nouiter effectum ante ipſum dominum, reducere in ſeruitutẽ, & ſi quis talia vſurpauerit, grauiſſimis pœnis puniatur, quod prouenit ex delicto ipſius Domini, vt ibi dicunt Iacob.Butri. quem ibidem ſequitur Salic.Secundo caſu ſcilicet an erat ſeruus emptitius,& tunc aut erit Chriſtianus tempore emptionis, & ſtatim eſt liber,quia Iudæus nõ poteſt habere commercium Chriſtiani mancipij, *cap.mancipia.54.diſtinct.l.Iudæus.C.ne liceat Iudæo manci.cap.2.de iudæis.*aut non erat Chriſtianus tẽpore emptionis,licet poſtea ſit effectus Chriſtianus,& tunc aut fuit emptus à iudæo vt ſibi ſeruiret, & ſtatim eripitur in libertatem cũ efficitur Chriſtianus nullo dato precio,*cap.fraternitatem.50.diſt.* aut ſeruus fuit emptus cauſa mercimonij,& ſi non ſit expoſitus venalis infra tres menſes ſtatim eripitur in libertatem nullo dato precio,ex quo vult effici Chriſtianus,*in cap.fin.de Iud.* aut fuit expoſitus venalis infra tres menſes, & habet locum text.*in cap.1.de Iud.*vt redimatur 12.ſolidis,pro dictis eſt gloſſ.not.*in cap.generaliter.§.hoc nunc obſeruandum.diſt.54.*not.*in cap.fin.infra eodem titulo.*& dicit Archidia.quod dictum capitulum fraternitatem. eſt gloſſ.*dicti cap.fin.*vt refert & ſequitur Ioan. de Anania *in dicto cap.1.de Iudæis.*

¶ Sed dubium eſt à quo tempore incipiant currere iſti tres menſes ad exponendum ſeruum emptum cauſa mercimonij? Dicit Hoſt.*in d.c.fi.*quod à tempore venditionis, & traditionis, id eſt,poſt vẽditionem & traditionem ſerui factam Iudæo,quia ex tunc acquiſiuit dominium ſerui,& habuit facultatem exponendi,*§.per traditionem.Inſtit.de rerum diuiſ.l.traditionibus.C.de pactis.*Ioan.And.dicit quod à tempore quo ille ſeruus petijt Chriſtianitatem.Abb.verò *in d.c.fi.*quem ſequitur Ioan.de Ana.ibi, inquit quod dictum Ioan.And.habet æquitatem vt emens ſeruos omninò paganos cauſa mercimonij non teneatur ipſos infra hoc tempus exponere venales, quia fortè non videt tempus congruum,ſed ſatis eſt, quod exponat ſeruum venalem infra tres mẽſes,à die quo petijt Chriſtianitatem.dictum tamẽ Hoſt, verius eſt ſecundùm Abb.& Ioan.de Ana.*in d.c.fin.*nam ex quo non expoſuit ſeruum venalem infra tres menſes præſumptio eſt,quod non cauſa mercimonij, ſed ad ſibi ſeruiendum, aliàs ſemper fraus poſſet fieri,quia diceret ſe emiſſe cauſa mercimonij,& poſtquam ſeruus diceret ſe velle effici Chriſtianum, exponeret eum infra tres menſes,& ſic nunquam haberet locum *d.c.fi.& c.fraternitatem.54.diſt.*an autem hæc præſumptio ſit iuris &de

& de interdico quod ſic vt dicit gloſſ. & Vgo quod contra præſumptionem hanc non admittitur probatio in contrarium, cũ hic non tantùm præſumat, ſed ſtatuat ius, *c. viduas de reg. & c. per tuas de condi. appo.* per gl. *in d. c. fi.* & ſequitur Card. de Turrecrem. *in d. c. generalis. §. hoc tunc, 54. diſt.*

¶ Sed quid ſi iudæus emit hos ſeruos extra patriam vt ducat in patriam: tunc dicendum eſt hos tres menſes computandos eſſe à die quo in patria applicauit ſecundùm Vgo. per text. *in d. c. fraternitatem.* & ibi refert idem Dom. Card. de Turrecrem. idẽ etiam puto ſi emit in patria, vt illos tranſueheret in aliam ciuitatem, vel locum, quia ab eo die quo applicuit ad locum deliberatum, computandos puto dictos tres menſes; & ſic eſt ex mente *d. c. fraternitatem.* & ibi per Doct.

2 ¶ † Intellige hanc quæſtionem, ſiue Dominus iſtorum ſeruorum ſit iudæus vel ſaracenus, quia eſt idem iudicium de iudæo & ſaraceno qui hodie ſaraceni in ſuis cærimonijs iudaizãt, ſic concludit Henr. Boyc. *in c. ſi. §. nulli de iudæis,* & idem dicit Archid. ſecundùm Ray. Ioan. Laud. Card. de Turrecrem. & Card. Alex. *in d. §. hoc autem.* quamuis S. Thom. 2. 2. q. 10. *art.* 10. conſtituat differentiam inter ſeruos iudæorum & aliorum infideliũ, quia iudæi ſunt ſerui Eccleſiæ, ideo poteſt diſponere de rebus eorum, contrà quos ſæpè ſeuerius conſtituit Eccleſia, quia ipſi perfidius impugnant, & plus timetur cohabitatio iudæorum, quã paganorum, quia iudæi periciores ſunt, & facilius ſeducũt Chriſtianos, diſponit ergo Eccleſia de bonis ipſorum iudæorum ſicut placet, ſicut etiam principes ſæculares multas leges ediderunt erga ſubditos ſuos in fauorem libertatis, in illis verò infidelibus qui temporaliter Eccleſiæ vel eius membris non ſubiacent prædictum ius Eccleſia non ſtatuit, licet de iure poſſit inſtituere, & hoc facit ad vitandum ſcandalum, hæc Vgo & S. Thom.

3 ¶ † Tamen alia opinio Archid. & ſequacium tenetur, quia de vtroque eſt text. *in d. l. Deo nobis. §. his ita diſpoſitis. C. de Epiſc. & Cler.* vbi text. dicit, quod præſides prouinciarum Eccleſiæ defenſores, & Epiſcopi debent defendere dictos ſeruos, qui ad ſanctum baptiſma veniunt, facit *cap. liberos. cum ſequen. 87. diſtin.* & ſatis rationabiliter dici poteſt inquiſitores hæreticæ prauitatis comprehendi ſub nomine defenſorum Eccleſię, cum inquiſitores ſint deputati ad gloriam Dei & fidei augmentum. *cap. vt inquiſitores. in princ. cap. in fidei fauorem, cap. accuſatus. §. ſanè. de hæreticis libro 6. & in clement. multorum querela. eodem titulo.* & deputãtur inquiſitores ad defenſionem fidei, vt dicit Albericus de Roſa, *in rubric. C. de hæretic. colum. fin.* & fides Chriſti ſit principium & primum fundamentum ſupernæ beatitudinis, dicente Apoſtolo 1. ad Corinth. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, id eſt, Chriſti fides, quæ per dilectionem operatur, per quam Ieſus habitat in cordibus. & Paul. ad Hebræos 11. cap. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, & argumentum non apparentium. gloſſ. 1. fundamentum omnium bonorum, quod nemo mutare poteſt, ſine quo non eſt bona ædificatio. & plura adduci poſſent quod quis ſine fide non ſaluatur, prout latè tenet Cardin. de Turrecrema. *in titulo de poteſtate Papæ libr. 1. capit. 21.* ſicut ergo nullus ſaluatur ſine fide, ſic nullus ſaluatur extra Eccleſiam, *capit. 1. de ſumma Trinitate.* vbi dicitur quod vna eſt fidelis Eccleſia extra quam nullus omninò ſaluatur, vt patet de excommunicatis hæreticis & ſchiſmaticis, & ſicut inquiſitores deputati ſunt contra hæreticos, id eſt, inimicos fidei ad defenſionem ipſius fidei ſatis poteſt dici, quod defenſores Eccleſiæ poſſunt appellari, cùm defendant fidem, quæ eſt in Eccleſia fidelium, quæ Eccleſia dicitur mater, quia baptiſmus quod quis regeneratur in filium Dei & Eccleſiæ, à quocunque detur, in fide Eccleſiæ tribuitur, itaque fides Eccleſiæ eſt diſpoſitio ad conſecutionem effectuum ſacramentorum: facit *cap. mater. de conſecrat. diſtinct. 4.* vbi dicitur quod mater Eccleſiæ os maternum paruulis præbet, vt ſacris miſterijs imbuantur, quia nondum poſſunt corde proprio credere ad iuſtitiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutem, vt per Cardinal. *in dicto titulo libro 2. capitu. 86.* cui ergo conuenit officium, & exercitium nominis, ipſum quoque nomen competere debet, cùm nomina debeant eſſe conſona rebus, *cap. ſi officia. 51. diſtinct. cap. oratorum. cum ſequent. 42. diſtinct. cap. ſi quis Epiſcopus. 46. diſtinctio.* & ibi per Doctores *§. eſt & aliud Inſtitut. de donat.* ſicut econtra carere debet nomine, quod iuris caret effectu, *l. à nullo. C. de ſerui.* vbi notant Iacob. Butr. Bald. & Salicet. *l. 1. C. de aſſert. tollend.* & ibi Bald. Dominus Iaſon *in l. id quod. ff. de leg. 1.* ſic quando habet effectum nominis, ipſum quoque nomen habere meretur: quod probatur argumento à contrario ſenſu, *l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man.* & ibi tradunt latè Moderni, meritò igitur dici poteſt quod inquiſitores hæreticæ prauitatis ſub nomine defenſorum Eccleſiæ comprehendi poſſunt, & ſic diſpoſitio *dictæ l. Deo nobis, §. his ita diſpoſitis. C. de Epiſc. & Cler.* in inquiſitoribus verificari poteſt, Eccleſiam enim non ipſos parietes nominamus in hoc caſu, ſed congregationem vniuerſalem omnium fidelium vt habetur in ſymbolo fidei, *& l. 1. & l. inter claras. C. de ſumma Trinitate.* & qui credit in eam, vocatur Chriſtianus, & qui non credit punitur, *dicta l. 1.* & notat Bald. *in rubric. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quamuis in alia materia aliter teneatur Eccleſia tam pro loco ſacro muris circundato, quam etiam pro congregatione plurium in capitulo, vt notat Ioan. de Anan. poſt alios *in cap. fin. ne prælati vices ſuas.* & per prædicta quæ ego allegabam cùm eſſem inquiſitor hæreticæ & apoſtaticæ prauitatis in patria mea Maioricen. defendi duos agarenos factos Chriſtianos à manibus Regis Athenẽ. tunc in ciuitate Maioricarum commorantis, qui prætendebat dictos agarenos ſeruos ſuos non eſſe liberatos à ſeruitute propter baptiſmum ſuſceptum, quos ipſe habebat cauſa ſeruitij, non autem mercimonij, & quamuis tunc haberet dictus Rex aliquos Doctores qui partem ſuam fouebant: nihilominus ego ſic iudicaui dictos ſeruos libertatem aſſecutos per ea quæ ſupra dixi, & arbitror me rectè iudicaſſe.

¶ Sed iuxta præmiſſa dubitari poſſet, quod ſi dicti ſerui infrà tres menſes prædictos exponuntur venales, & fortè vendi non poterant, ſi in illo ſpacio, vel etiam poſtea fiunt vel fieri volunt Chriſtiani, an conſequantur libertatem? & dico quod ſic, dato tamen precio duodecim ſolidorum ab aliquo *dict. capit. fraternitatem,* & notat Cardinal. de Turrecrema. *in dicto cap. generalis. §. hoc tunc, 54. diſtinct.* & eſt textus *in dicto cap. 1. de iudæis,* & nota ſecundùm Abbatem ibi quod text. taxat precium dictorum duodecim ſolidorum pro bono mancipio: itaque ſi mancipium non eſſet, ita bonum non deberetur tantum precium, cùm hoc precium duodecim ſolidorum ſit ſupremum preciũ: non tamen eſt intelligendum quod dans dictum precium, aſſequatur dominium dictorum ſeruorum, & ſic quod efficiatur Dominus, & ſic quod illi ſerui ſtatim eripiuntur in libertatem, argumento de ſeruo dato pro noxa, id eſt, pro delicto, qui eripitur in libertatem auxilio petitoris ſi nouo Domino precium attulerit, *§. Dominus. Inſtitut. de noxal. act.* quem allegat gloſſ. reſtituetque precium redimenti, quod ſi non poteſt habere, ſtatim ſeruiet ei tantum quod ſeruitium compenſetur cum precio, & poſtea eat liber quo vult, *l. 1. C. de capti. & poſtli. reuerſis. c. de raptoribus. 36. quæſt. 1.*

¶ Si verò plures redemptores vel datores dicti precij concurrant, locus erit gratificationi, & dicit Ioan. Andr. quod Epiſcopus debet eligere idoneiorem, *cap. cum autem. de iurepatron. l. ſi plures. ff. de accuſat.* & eſt ſemper eligendus, qui meliorem offert conditionem. Et ideo ſi vnus vult emere, vt perducat in libertatem, alius vt ſibi ſeruiat per aliquod tempus, primus præferendus eſt, quia potior eſt eius cauſa, argumen. *cap. ſi duobus. de reſcript. lib. 6.* & ſi non inueniatur quis det dictum precium iudæo vel infideli pro dicto ſeruo nihilominus liber erit, & oſtiatim quæret precium, *l. 4. §. ſuis autem. ff. de manumiſſionibus:* aut pro pecunia operas quinque annorum præſtet, *l. fin. C. de capti. & poſtlim. reuerſis.* itaque ſeruus iſte redemptus qui libertatem aſſecutus eſt tenere precium redemptori ſoluere & reſtituere.

¶ † Fallit hoc tamen in duobus caſibus primus: eſt in matre 4
dante huiuſmodi precium, vt illud non poſſet recuperare, caſus eſt *in l. liber captus. C. de capti. & poſtlim. reuer.* vbi Bald. hoc notat, & Bald. *in l. alimenta. C. de nego. geſt.* & hoc idem eſt dicendum in patre redimente, vt eſt gloſſ. *in l. denique. §. vtrum. ff. de mino.* ſecundùm Bald. *in dicta l. liber captus. notatur in l. & ideo. ff. ſoluto matrimonio.* niſi fuerint poteſtati quia hæc proteſtatio facit, vt recuperari poſſint, vt tradit Baldus *in authent. ſi captiui. C. de Epiſc. & Cler. in fin.* & idem Paul. de Caſtro. dicit in alimentis præſtitis à matre vt recuperari poſſint præambula proteſtatione *in dicta l. alimenta.* niſi eſſet in caſu in quo mater teneretur alimentare filium, & poſſet ad hoc compelli, quia tunc proteſtatio ſibi non prodeſſet ſecundùm glo. *in d. l. alimenta.* & ibi Paul. de Caſt. ponit caſus in quibus compellitur filium alimentare. Sequitur Bald. *in dicta l. alimenta.*

¶ Se-

Secundus caſus eſt in fratre redimente, quia ſi frater redemptus eſt pauper, videtur facta redemptio cauſa pietatis, argument. *l. Neſennius. ff. de negotijs geſtis.* ſecus tamen ſi frater redemptus poteſt de ſuo ſoluere, ita dicit Baldus *in dicta l. liber captus. ff. de captiuis.* idem Bald. *in dicta authen. ſi captiui.* referens ſe ad *dictam l. alimenta.* & refert Ioann. de Anan. *in cap. 1. de Iudæis. circa fin.*

5 ¶ † Sed quæritur de quibus ſolidis intelligatur quod ſupra dictum eſt? & conclude ſecundùm Abb. *in dicto cap. 1. de Iudæis. & cap. fin. eod. tit.* quod debeat intelligi de aureis ſecundùm conſuetudinem loci, quamuis gloſſ. *in dicto cap. fin.* non declaret de qualitate monetæ, cùm in loco ſit moneta aurea vel argentea. Vincen. intelligit de aurea, quod probat ex coniunctione duarum legum, nam *in l. cum ex falſis. ff. de manu teſtam.* dicitur quod ſeruitus præſtita ex falſis codicillis non debet reuocari datis viginti ſolidis, *& in l. Papinianus. §. fin. de inoffic. teſtam.* fit mentio in ſimili caſu de viginti aureis ſolidis quorum 72. faciunt vnam libram auri, *l. quoties. C. de ſuſcep. & arcar. lib. 10.* glo. *in ſimili in l. quicunq́; C. de ſer. fugit.* & ſatis eſt veriſimile, quòd ius intellexerit de aureis, nam ridiculum eſſet quod pro bono mancipia darentur 12. ſolidi argentei, hodie verò iſti aurei Venetorum ſeu Florentinorum ſunt non tantum ponderis ſed ſolidi 86. faciunt vnam libram auri.

¶ Vnde nunc inueſtigandum eſt, nunquid debeant dari aurei currentes & vſuales, an verò habito reſpectu ad illam antiquam monetam quæ erat maioris ponderis quam nunc? Abb. *in dicto cap. 1.* reliquit indeciſum. Ioan. ibi dicit quod hoc colligitur ex his quæ notant legiſtæ *in l. Paulus. ff. de ſolut. cap. olim. de cenſibus.* Bald. *in l. 1. C. communia de legatis.* In hoc caſu tamen dici poſſet quod referri debeant ad antiquam monetam computando 72. aureos pro libra auri, quia tunc ſufficiens eſſet precium pro vno bono mancipio, vt dicit text. *in dicto cap. 1.* quia precium duodecim aureorum ſecundùm aureos ſeu ducatos viuales eſſet minus aptum precium, vt experientia docet, præſertim quia ſolidi prolati à iure intelliguntur ſecundùm pondus prædictũ, vt notat Bart. & Ioan. de Platea *in l. quoties. C. de ſuſcep. & ar. ba. l. ſi. ff. de in ius vocan.* tradit Bart. *in rubr. C. de vet. numiſmat. poteſtate.* ſecus ſi proferantur ab homine, quia intelliguntur de ſolidis minutis ſecundùm conſuetudinem regionis, *l. imperatores. in fin. ff. de contra. empt. & l. nummis. ff. de legatis 3. argument. l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris.* & ibi aliquid tradit Dominus Philippus Decius de conſuetudine regionis, ſecũdùm quam contractus regulantur.

6 ¶ † De materia ſolidorum quomodo debeant computari tradit Felinus *in cap. conquerente. de offic. ordin.* gloſſ. *in §. nos autem. Inſtit. de Attili. tuto. & §. final. Inſtit. de pœna temerè litigan.* gloſſ. *in cap. 2. de maledict. & cap. fin.* vbi Doct. *de decimis.* Abbas & Ioannes de Anania *in cap. nulli. de Iudæis.* gloſſ. *in §. & iudicare. in Authent. de defenſo. ciuita. colum. 3.* Albericus, *in dicta l. finali. ff. de in ius vocando* & gloſſ. *in l. id eſt vſque ad duos aureos. ff. de dolo.* Nec mihi placet quod dicit Cardinal. de Turrecremat. *in capitulo generalis. §. hoc nunc. 54. diſtinct.* quod dicti duodecim ſolidi intelligantur vſualis monetæ illius loci, allegando, *cap. ſtatuimus. de maledict.* quia ſic intelligendo eſſet ridiculum vt bonus ſeruus daretur pro tam paruo precio, vt dictum eſt ſecundùm Abbatem *in dicto cap. 1.* quia duodecim denarij faciunt vnum ſolidum vſualem, & 36. denarij tres ſolidos, Bartol. *in l. 1. §. final. ff. de verborum obligat.* gloſſ. *in l. ſi ſub vna ſignificatione ff. de verborum obligationib.* & Bartol. *in l. nummis in fine. ff. de in litem iurando, in fine.* ſi benè videatur ſentit manifeſtè quod viginti ſolidi conſtituunt vnam libram, intelligo vſualem, ſecus de libra auri vt per gloſſ. *in dicta l. quotieſcunque.* & circa prædicta aliquid tangit Alexand. *in l. cum de indebito. in apoſtil. ad Bartolum. ff. de probationibus.* & latius Dominus Iaſon *in l. 1. §. ex his. penultima columna. ff. de verborum obligat.* vbi etiam dicit quod octo vnicæ faciunt vnam marcam vt dicit Ioan. Fabri. *Inſtitut. de attili. tuto. §. nos autem.* & gloſſ. *in capitulo quis aliquando. in verbo niſi de pœnitentia diſtinctione. 1.* Non obſtat *dict. capitul. ſtatuimus.* quia ibi iam exprimitur quod dicti ſolidi ſint vſualis monetæ, ſecus *in dicto capitul. 1.* quia ſimpliciter loquitur de ſolidis: & ideo debent intelligi de aureis per prædicta.

7 ¶ † Aduertendum eſt circa præmiſſa quòd ſi interponeretur appellatio à ſententia declaratoria libertatis in fauorem ſeruorum Iudæi perducenti eos ad libertatem, & ſic quod non liceret Iudæo vel infideli habere mancipium Chriſtianum non eſſet admittenda, caſus eſt *in capitulo conſuluit. §. de appellation.* quia prohibentur à iure Chriſtiana mancipia habere, vt gloſſ. *in dicto capitulo conſuluit. & l. 1. C. ne Chriſtianum mancipium. & in dicto capitulo 1. & fin. cap. nulli. per Henricum de Iudæis.* ſic etiam prohibentur iudæi, † vt non habeant nutrices vel famulos Chriſtianos in domo, *cap. ad hæc. & cap. & ſi iudæos. de iudæis.* Facit text. *in cap. iudæi. cap. ſæpè. cap. nullus. 28. quæſt. 1.* per quæ iura dicit Abb. 8
in dicto cap. 1. quod de iure prohibentur iudæi intrare ſcholas Chriſtianorum, quamuis de conſuetudine dicat ſeruari contrarium, ſed tamen Ioannes de Anania ibi tenet contra Abbat. quod de iure non prohibentur iudæi intrare ſcholas Chriſtianorum: & ſic pro conſuetudine, quia ex quo non reperitur expreſsè prohibitum per illud quod notatur *in dicto capit. nullus.* vbi loco ſummæ dicunt, quod dictum capitulum ponit quinque in quibus etiam prohibet Chriſtianos communicare cum Iudæis, quaſi velint quod quinque caſibus exceptis licitum ſit in alijs, facit quod dicit Baldus *in l. ſpadonem. § iam autem. ff. de excuſat. tuto.* & Hoſtienſ. hoc tenet *in capit. conſuluit. de iudæ.* quem ſequitur Felin. *in dicto cap. 1.* & Dominus Philippus Decius ſimpliciter tranſit *in dicto cap. conſuluit. de appellat.* Opinio tamen Abbatis mihi placet per rationes ſuas: dicit enim quod in ſcholis contrahitur conſortium, & quædam cohabitatio: nam ſi prohibetur ſola balneatio, vbi eſt cohabitatio temporalis & quaſi momentanea, fortius debet prohiberi ingreſſus ſcholarum, vbi inter ſcholares contrahitur nedum conſortium, ſed etiam intrinſeca amicitia, quia iuuenes habent animos molles, & de facili poſſunt ſubuerti ex ſtultitia & perfidia iudæorum, pro quo eſt argument. *in capitulo innotuit de electio.* vbi gloſſa dicit quod focietas ſcholaſtica multum operatur ſicut militaris, *l. ſi forte. §. 1. ff. de caſtren. pecu.* faciunt quæ dixi ſupra *in quarta quæſtione de vitanda familiaritate Iudæorum,* & quæ dicam *in ſequenti.*

¶ † Et dato quod ſimus in pœnalibus, videlicet de inferendo pœnam priuationis communicationis ſcholarum iudæo debet fieri extenſio fauore animarum per id quod notat gloſſa *in capitulo ſtatuit cuncti & capitulo finali de electio. libro 6.* Abbas *in conſilio 22. incipien. In quæſtione mouenda inter Antonium. circa fin.* Ioannes Andre. *in capitulo ex tenore. qui filij ſint legitimi.* & ibi Abbas reputat ſingulare & menti tenendum, quòd conſtitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari, quando emanauit, vt euitentur pericula animarum, Geminian. *in cap. 1. §. fin. de homic. libro 6.* hinc dicit Hoſtienſis quem ſequitur Abbas *in capitulo 2. de diuort.* quod quando diſpoſitio tendit in fauorem fidei, tunc in materia pœnali verba largo modo & impropriè intelligantur, & ſic fit extenſio, & hoc idem eſt in materia correctoria fauore animarum, vt tradit Alexand. *in conſilio 42. incipiente, Super præmiſſo themate. libro primo.* cùm igitur ratio caſuum expreſſorum *in dicto capitulo nullus.* militet in hoc caſu, fieri poteſt extenſio ad alium caſum exiſtante fauore animarum ipſorum ſcholarium, cum quibus poſſet Iudæus communicare, & faceret illos labi in aliquos errores. Non obſtat dictum capitulum nullus. in quo ponuntur certi caſus in quibus non eſt licitum communicare, ergo in alijs, &c. quia reſpõdeo vt dixi quod fit extenſio ex identitate rationis etiam in dictis caſibus limitatis ad alios caſus: quia iura limitatoria ſeu ponentia exceptionem ex identitate rationis extenduntur, vt dicit Abbas, *cap. cum dilecta. § nos igitur. de confirm. vtil. vel inutil.* notat Bald. *in cap. poſt tranſlationem. §. quanquam. de renunciat.* vt tradit Dominus Iaſon præceptor meus in ſua ſolenni repetitione, quam ſub eo in Ticinenſi ſeu Papien. Academia audiui. *l. ſi is qui pro emptore, in 16. colum. ff. de vſucap.* & ſic ſanior videtur opinio Abbatis. 9

¶ † Et quod dictum eſt de famulo & nutrice, in tantum procedit, quod Epiſcopus in contrarium diſpenſare non poteſt, Cardinal. *in capitulo ad hæc.* dicens ſe ita Paduæ conſuluiſſe, quem ſequitur Abbas *ibi in fine.* & Ioannes de Anania dicit hoc verum eſſe in domo, ſed extra domum poteſt dici Epiſcopum poſſe diſpenſare, quia ex quo ſunt opin. vtrum de iure poſſint habere vel non, non poteſt propriè dici quod diſpenſet contra ius, vt per Innocentium *in ſimili in capitulo tua. de cleric. non reſiden.* ita concludit Ioan. de Anan. *in dicto capitulo ad hæc. in fine.* Sed hoc intellige quando fieret diſpenſatio concurrente neceſſitate, aliàs non, vt dicebat Marian. Socin. refert, & ſequitur Felin. ibi. 10

¶ Et quo dixi de appellatione non admittenda in caſu præmiſſo,

miſſo, hoc tenent Archidiac. Dominic. de ſancto Geminia. & Cardinal. Alexand. *in capitulo mancipia. 54. diſtinct.* ratio ſubnectitur ab eis ibi, & per Abb, *in dicto cap. conſuluit.* quod ſicut ibi appellatio interpoſita contra canones vel leges non eſt admittenda; ſic à ſententia canonis vel legis non licet appellare, *l. ſi quis pœnæ. ff. de verb. ſignif.* nam legibus eſt contradicendum quando inſtituuntur, ſed poſtquam ſunt inſtitutæ eſt obediendum, *cap. in his. 4. diſt.* huiuſmodi enim appellatio reijcitur, quia eſt contra ius, non propter qualitatem perſonarum, vnde in alijs cauſis pro iudæis appellatio admitteretur.

12 ¶ † Quia iudæi iure communi Romanorum vtuntur, *l. iudæi. C. de iudæis.* & habent filios in poteſtate, vt per gloſſ. *in cap. ius quiritium. 2. diſtinct. in cap. 2.* vbi Abb. *poſt alios de conuer. infidel.* Socin. *in conſilio 62. incipien. in præſenti conſultation. colum. 4. in fine.* & beneficium quod datur hominibus alicuius loci, etiam iudæis competit. Bald. *in l. Spadonem. § nam autem. ff. de excuſat. tuto.* Angel. *in l. vtimur. ff. de ſepulc. violat.* Alexand. *in conſilio 71. incipien. videtur in præſenti. libro 5. cum Eccleſia toleret iudæos. cap. conſuluit in fine de iudæis,* vbi Hoſtienſ. & Doctor. tradunt, & ideo offendi non debent perſonaliter nec in bonis, *cap. ſicut. §. fin. de iudæis. l. Chriſtianis. C. de pagan.* vbi Bartol. dicit ſecus eſſe, in Saracenis per Oldra. *in conſilio 72. incipien. an contra Saracenos,* Ioan. de Lignan. *in tr. de bello. quæſt. 12.* & per Dominum Phil. Dec. *in dicto cap. conſuluit. de appell.*

¶ In quæſtione ſexta.

S V M M A R I V M.

1 *Chriſtianus an poſſit habere mancipium iudæum, vel infidelem.*

2 *Iudæus vel Saracenus ſeruus Chriſtiani licet Chriſtianus efficiatur, non tamen libertatem conſequitur.*

3 *Seruitus introducta eſt iure diuino, & aliquando per Eccleſiam.*

4 *Liberi homines non debent ſeruire iudæis propter periculum infectionis.*

1 SEXTO QVÆRO, † an Chriſtianus poſſit habere mancipium iudæum aut alium infidelem, & ſi efficiatur Chriſtianus libertatem conſequatur: Reſpondeo, habere poteſt Chriſtianus ſeruum iudæum vel infidelem vt eſt gloſſ. notabilis quam approbat ibi Archid. Dominic. & vterque Cardin. *in cap. mancipia. 54. diſtinct.* ſecundum Rayn. Hug. & Goffre. & probatur *in cap. & ſi iudæi, cap. diſplicet. 23. quæſt. 4.* vnde dicunt ibi Doctor. quod Dominus debet facere eum cuſtodire in villa, vel vinea; & faciat eum ſeorſim habitare ab alijs. Sequitur Ioan. de Anania in *cap. 1. de iudæis in ſeltnus fin.* ita quod eum non habeat tanquam familiarem *cap. ſæpè & cap. nullus. 28. quæſt. 1.* concludit S. Thom. 2. 2. *quæſt. 10. artic. 9.* Sic ergo non eſt prohibitum quod fideles habeant ſeruos infideles, dum tamen non ſit periculum dominis de communicatione, alias debet ipſum à ſe abijcere iuxta doctrinam Chriſti Matth. 5 Si pes tuus ſcandalizat te proijce eum à te, &c. & probatur per textum *in c. conſuluit de appel.* in quo prohibetur iudæis habere Chriſtianum mancipium, & datur intelligi quod Chriſtianus permittitur quia vnius excluſio alterius eſt incluſio *l. cum prætor. ff. de iud. c. nonne. de præſumpt,* vt tradit Peruſ. ibi, *& in terminis eſt deciſio.* Aug. *in l. vnica. C. ne Chriſtianum mancip.* idem tenet Lud. Rom. *in conſil. 278. incip. In caſu propoſita conſultationis.* vbi concludit quod quamuis Chriſtianus efficiatur, non propterea conſequitur libertatem: quod eſt notandum, quia † eſt contra opinionem vulgarium qui credunt ſeruum

2 effici liberum ſtatim quod baptizatus eſt: quia Chriſtianis non eſt prohibitum habere ſeruum Chriſtianum, ſentit gloſſ. *in l. multum intereſt. ff. de verbor. obligat.* ſicut etiam dicimus in iudæo quod per baptiſmum non liberatur à pœna temporali debita pro delicto, nec ab alijs debitis: nec per baptiſmum præiudicatur iuri tertij, & iuri reipubl. vt per plura conſuluit Domin. Dec. *in conſil. 130. incip. Proponitur quod iudæus.* Remanet ergo ſeruus domini ſui ſicut ante baptiſmum ſecundum Arch. & Domin. &

3 vtrumque Cardin. *in dicto cap. mancipia.* quia † vt inquiunt ibi, ſeruitus eſt de iure diuino introducta, Gen. 9. Maledictus Chanaam puer ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. 23. *quæſt. 5. §. ſed quia.* & per ius gentium approbata. 1. *diſtinct. cap. ius gentium.* in aliquibus etiam caſibus ſeruitus eſt introducta per Eccleſiam. *cap. eos. 22. diſt. & c. cum multa. 15. q. 3.* vt latius tradunt Doct. *in d. c. mancipia. 54. diſt.*

4 ¶ † Et in eo quod dixi, quod talis ſeruus iudæus debet ſeorſim habitare à Domino, non ſic intelligerem de ſaraceno, quia non timetur tantum periculum à ſaraceno, quantum à iudæo, quia iudæi peiores ſunt, & facilius ſeducunt Chriſtianos vt dixi ſupra *in 5. quæſt.* ipſi enim familiaris conuerſatio eſt prohibita cum iudæis, *cap. iudæi. & cap. ad hæc. de iudæis.* ſecundum Vgon. & Archidia. & per hoc infero ad quæſtionem ſecundum Cardinal. Alexand. *in dicto cap. mancipia.* quod ſi cum iudæis non permittitur habere Chriſtianos ſeruos, multò minus liberi Chriſtiani debent eis ſeruire, non enim debent eſſe aſſidui intra domum iudæorum, nec tanquam familiaris, aut nutrix aut obſtetrix, alias ſi ipſi Chriſtiani ab eis diſcedere nolunt, debent excommunicari, *cap. iudæos. cap. iudæi. cap. ad hæc. de iudæis.* & vidi in noſtra patria Maioricen. quod aliqui iudæi habebant maximam conuerſationem cum præſide & eius vxore, & non poterant ſeparari ab eorum palatio, & aliqualis fuit ex hoc orta infamia, præſertim quia dicta mulier deſcendebat à gente iudæorum: ſed extra domum poſſent iudæis per Chriſtianos ſeruitia exhiberi, vnde poſſunt habere colonos Chriſtianos *ca. multorum de iudæis.* Sanctus Thom. *in 2. 2. quæſt. 10. artic. 10.* aſſignans rationem, quare Chriſtianus non debet eſſe ſeruus iudæi, & tamen poteſt eſſe ſeruitor eius in aliquo opere: dicit ſic, quod ſerui ſubijciuntur ad totam vitam, & ſubditi prælatis ad omnia negotia: ſed miniſtri artificum ſubijciuntur eis ad aliqua ſpecialia opera. Vnde periculoſius eſt quod infideles accipiant dominium, & prælationem ſupra fideles, quàm quod accipiant miniſterium ab eis in aliquo opere; & ideo permittit Eccleſia, quod Chriſtiani poſſunt colere terras iudæorum, & per hoc non habent neceſſe conuerſari cum eis: & Salomon etiam petijt à Rege Syriæ magiſtros operum ad ligna incidenda, vt habetur 3. Regum capitul. 5. & tamen ſi ex aliqua communicatione, vel conuictu ſubuerſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdicendum, in allegatis *capit. ſæpè. & capit. nullus. 28. quæſt. 1.*

¶ In quæſtione ſeptima.

S V M M A R I V M.

1 *Principes an poſſint expellere iudæos aut ſaracenos ſine peccato de regnis ſuis.*

2 *Iudæi in quantum poſſumus tolerandi ſunt per rationes ibidem expreſſas.*

3 *Proximi diligendi ſunt, & quot modis quis dicatur proximus.*

4 *Iudæis & infidelibus ſua iuriſdictio eſt relinquenda rationibus, de quibus ibi.*

5 *Dominium rerum non erat ab initio, ſed omnia erant communia.*

6 *Diſtinctio notabilis an & quando iudæi vel ſaraceni ſint expellendi à regnis Chriſtianorum.*

SEPTIMO QVÆRO, nunquid † Princeps poſſit expellere iudæos & ſaracenos ſine peccato de regno ſuo; & accipere eorum bona, & an Papa habeat hoc Principibus perſuadere, vel præcipere? Hanc quæſtionem mouet Ioan. de Anan. *in cap. & ſi iudæos. de iudæis. in 1. columna.* ego tamen referam aliquibus additis. Videtur prima facie quod non poſſint expelli ſine peccato, quia non debet eis moleſtia inferri, nec eorum bona auferri. *l. nullus. C. de iudæis. cap. ſicut iudæi. de iudæis.* cùm enim iuſtè poſſideant, non debent ſpoliari, *capit. ſi de rebus. 23. quæſt. 7.* Immò Princeps qui aufert eorum bona peccat, quia licet ſit Dominus quo ad protectionem, non autem quo ad hoc vt poſſit ſine cauſa iuſta ſubditos ſpoliare, notat gloſſ. *in verbo omnia principis, in l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcript.* vbi dicit quod non eſt Dominus Princeps rerum particularium, & ibi notat Salic. Et per Innocentium *in cap. quia plerique. de immunit. Eccleſ. in capit. quod ſuper his. de voto.* vbi Hoſtienſ. dicit quod Papa ſine cauſa iudæis non poteſt auferre bona, immò debet eos in quantum poteſt tolerare, vt per eorum conſortium poſſimus ipſos lucrifacere, *cap. infideles. 24. quæſt. 4. cap. ad menſam. 11. quæſt. 3. cum ſimilibus,* & maximè † debent conſeruari iudæi, quia vt dicit Sanctus 2

Auguſtinus in Pſalm. 40. ſunt vtiles fidei noſtræ, quia per eorum codices confundimus inimicos noſtros, *capit. qui ſincera. 45. diſtinctione.* & S. Hieronymus dicit, quod debent ſeruari iudæi, vt in die iudicij appareat reliquiæ eorum, & fuit populus iudæorum figuratus in Cain, qui interfecit Abel fratrem ſuum, & tamen

Cayn, fuit præſeruatus & ſignatus ne occideretur, Geneſis 4. cap. Dicit S. Auguſt. in Pſalm. 40. *& expreſſius in Pſal. 40. in verſ.* Benedictus Deus, quod Iudæi tanquam capſarii noſtri nobis ſeruiunt, nam ſtudentibus nobis codices portant, in quibus ſunt lex & Prophetæ, per quos prædicatus Chriſtus eſt, & fidem noſtram probamus cum paganis & alijs incredulis: nam cum codices noſtri eis ſunt ſuſpecti, melius eos per codices eorum conuincimus, & Gregor. *in homilia innocentium* dicit quod in fine mundi illuminabuntur, refert Oldra. *in conſil. 88. Quæritur an principes.*

3 Præterea dicit text. *in cap. charitas de pœnit. diſt. 2.* quod proximos diligimus ſicut nos, & declarando ibi qui ſint proximi, dicit quod propter hoc dicũtur proximi, quod noſtræ naturæ ſunt participes: & gl. ibi infert, ergo Iudæi, & Saraceni proximi noſtri ſunt & diligendi à nobis, vt nos, dicit etiam S. Aug. quod nomine proximi omnis homo in hac vita exiſtens intelligendus eſt. Et Magiſter Sent. *diſtin. 24. circa fin.* dicit proximum dici diuerſis modis ſcilicet conditione primæ neceſſitatis, ſpe conuerſionis, ratione officij exhibitionis, vt refert Car. de Turrecrem. *in d. c. charitas.* & quot modis intelligatur proximitas tradit Petr. de Anch. *in c. nulla. de preben.* proximus enim noſter eſt omnis homo, & angeli ſancti non autem dæmones. S. Tho. ad Rom. 13. *lect. 2. col. 3. in fin.* non ergo eijciendi ſunt nec ſpoliandi, dicit etiam Ioan. de Lign. *tit. de bello c. 12.* quod de his, qui foris ſunt nihil ad nos. 2. *q. 1. c. multi.* & ſuo arbitrio ſunt relinquendi. *c. de Iudæis 45. diſtin.*

4 Immo quod plus eſt dimitti poteſt infideli iuriſdictio dũmodo non minus grauet, habetur 1. ad Timot. cap. 6. dicitur enim ibi, Quicũque ſunt ſubiugo ſerui dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini & doctrina blaſphemetur, hoc ideo dicit S. Paul. ſecundũ Card. ibi, quia quidam conuerſi ad fidem cõtemnebant dominos ſuos infideles tanquã canes, contra quos dicitur. 1. Pet. 2. Serui ſubditi eſtote omni tempore dominis, non ſolum bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis, & dicitur de nomen domini & doctr. blaſphemetur, ſcilicet ab infidelib. dominis dicentibus, quis eſt iſte Chriſtus, qui ſeruos noſtros aufert à nobis, vt ibi per Card. facit ad hoc *cap. ſicut, de Iudæis*, & optimus text. *in l. Chriſtianis. C. de paganis.* vbi prohibetur ne Iudæis & paganis quietè degentibus inferant malum tam in bonis, quam in perſonis ſub penis ibi appoſitis, *& d. l. nullus. & c. multorum, de iudæis*, & ratio prædictorum eſſe videtur, vt per eorum commercium eos lucrifaciamus, *c. infideles. 23. q. 4. arg. c. ad menſam. 11. q. 3. c. quanto. & ca. gaudemus. de diuortijs.* quin immo ſi infideles habẽt regna & iuriſdictiones ſeparatas à regnis Chriſtianorum non licet illa inuadere, quia illa habẽt ſine peccato, vt tenet Innoc. *in c. quod ſuper his. de voto.* probatur, quia in veritate domini eſt terra & plenitudo eius, Pſalm. 23. *c. tua nobis de decimis. c. quo iure. 8. diſt. c. in Eccleſiaſtico 13. q. 2. c. vbicunque. 2.* de veritate tamen dicti Innoc. dicam infra ſeq. q. ſed ipſe dominus hæc omnia ſubijcit rationali creaturæ propter quam omnia fecit. Gen. 1. c. *& l. pecudum. ff. de vſu. §. in pecudum. Inſtit. de rerum diuiſ.* & fuerunt iſta à principio omnibus cõmunia, quouſque iure gentium diſtincta ſunt dominia, & regna diuiſa. *cap. ius gentium. 1. d. l. hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* traditur *in c. firmiter. in glo. in verbo diſpoſito, de ſumma Trin.*

5 Ex quo patet quod ab initio rationalis creaturæ, res non erant in bonis alicuius, ideo occupanti concedebantur. *in l. 1. ff. de acqui. poſſ.* vnde Deut. 11. c. *Omnis locus quem calcauerit pes tuus veſter erit*, & nota quod dicit poſtea veſter erit, quaſi non liceat alteri poſtea occupato poſtquam ab altero occupatum eſt. vnde Prouerb. 22. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*, lege etiam naturali prohibitum eſt, quod tibi non vis alteri non facies. 1. *diſtin.*

Ex quibus patenter oſtenditur, quod hæc omnia à Deo ſunt ordinata pro omni creatura, & quod vnus ab alio nõ caperet, nec alteri inferret violẽtiam, expreſſè prohibuit, ne furtum facies. per quod dictum omnis violentia & rapina prohibentur, Exod. 20. *cap. 14. q. 5.*

Ex quibus infert Innoc. quod poſſeſſiones, dominia & iuriſdictiones ſunt apud infideles, & ideo non videtur licere fidelibus nec Papæ auferre ab infidelibus, quæ tenent, 1. quia ſine peccato poſſident, & Deo authore per ea, quæ dicta ſunt, facit *l. iuſte. ff. de acquiren. poſſeſſ.* nam ad fidem non ſunt compellendi, ſed gratia diuina vocandi. 46. *diſtinct. 23. diſtinct. ad fin.* & per hæc dicit quod ſi populus alicuiꝰ magni principis infidelis conuerteretur ad fidem, & ipſe remaneret in ſua infidelitate deberet tolerari per Papam in ſua iuriſdictione, & dominio, niſi immineret periculum fidei vel ipſorum fidelium, quia tunc poſſet cogi ad recipiendum precium, vel commutationem, *argum. ca. fin. de Iudæis.* nam alibi amittit quis res ſuas ſine culpa, non tamen ſine cauſſa puta fauore libertatis. *l. 1. C. pro quibus cauſ. ſer. accip. liber.* multo ergo fortius ratione fidei & religionis Chriſtianæ cuius ſumma eſt ratio. *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. domin.* Et dicit Franc. de Aret. *in c. ab. licet vniuerſis. col. ſeſſ. in 1. notab.* quod Iudæi de ciuitate non poſſunt expelli nec ab eis auferri bona per principes ſine cauſſa, *l. nullus. C. de Iudæis*, & hanc partem ſentit Alb. *in ca. & ſi Iudæos. in 1. not. de Iudæ.* vbi inquit, Iudæos poſſe ſeruos eſſe chriſtianorum propter eorum delictum, ſed ex pietate ſuſtinẽtur in libertate, & in eorũ cærimonijs ad hoc, vt alliciantur ad fidem Chriſtianam, quia ſemper eſt aliqua ſpes de eorum conuerſione, *ca. qui ſincera. 45. diſtinct.* & hoc ſentit Ioan. de Lignan. *in cap. Iudæi el 2. de Iudæis.* vt ego vidi Romæ, vbi eſt multitudo Iudæorum, & quotidie multi conuertuntur, & poſtea diſputant contra Iudæos, & eos conuincunt, ſi enim liceret Iudæos expellere de regnis ipſa natio Iudaica de facili annihilaretur, & non poſſet verificari illa Prophetia, In diebus illis ſaluæ fient reliquiæ Iſraël, ad Roman. 9. capit. vt ſcribitur Oziæ in capit. 3. dies multos ſedebunt filij Iſraël ſine Rege, ſine Principe, ſine ſacrificio, & ſine altari & ſine ephot, & ſine therafin, & poſt hæc reuertentur filij Iſraël, id eſt, in fine mundi, vt dicit ibi glo. & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, id eſt, Chriſtum de ſtirpe Dauid genitum, & pauebunt ad Dominum, & ab bonum eius in nouiſſimo dierum, & dicit Petr. de Palud. *in 4. diſt. 13. quæſt. 4. in fin.* quod quamuis nõ ſit rationabile ita tolerari ritus Aragenorum ſicut Iudæorum, vt in Aragonia, & Nauarra, nihilominus quia Iudæi non ſunt idolatræ ſicut Agareni, quia ipſi Iudæi vnum Deum colũt, melius tolerantur, etiam quia Iudæi & pagani inter oues Chriſti computantur ratione creationis & gubernationis, quia facit oriri Solem ſuper bonos & malos. Matthæ. 5. capit. & ratione redemptionis pars extra Chriſti. Vnde Dominus in Euangelio Ioannes 10. capit. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, ſcilicet Eccleſiæ. Vnde Papa ſuper eos poteſtatem habet ſicut ſuper oues ſuas, quas ei Chriſtus inter alia commiſit. Ioannis vltimo. Paſce oues meas, non diſtinguens inter illas & illas. *capitulo ſolitæ. de maiorit. & obedien.* Innocent. *in dicto capitulo ſuper his.* & hanc opinionem late proſequitur Oldr. *in conſil. 164. incipient. illa videtur probabilior ſententia*, Ioann. de Anan. *in dicto capitu. & ſi Iudæos colum. ſecunda verſic. extra gloſſ. quæritur.* Alberic. de Roſat. *in rubric. de Iudæis. columu. 1.* Anton. Corſe. *in tractat. de poteſtate Regi. in 84. quæſtione.* Oldrad. *in conſilio. 87. incipien. quæritur. an princeps.* Ioannes Andreas. *in rubric. de Iudæis. in additio. Specul.* & Petrus de Ancharan. *in cap. peccatum. colum. 14. de reiu. lib. 6.*

§ In contrarium facit *capitul. & ſi Iudæos, de Iudæis*, vbi dicitur, quod mors Chriſti fecit illos ſeruos. Vnde ſi Princeps vendere poteſt illos tanquam ſeruos, multo magis illos expellere. *l. 1. & 2. C. ſi ſeruus expor. veniat.* & per hanc rationem poteſt princeps illis bona auferre, argument. eorum, quæ dicit Archidiacon. *in cap. qui ſincera, 45. diſtinct.* idem Archidiac. *in capit. multorum fraternitatem. 53. diſtinct.* Ad idem facit text. *in capitulo Iudæi, de Iudæis*, vbi probatur, quod ſi conuertantur ad fidem non ſunt eis bona auferenda, ergo ſi non conuertantur bona ſunt eis auferenda, argumentum eſt à contrario ſenſu, quod eſt validum in iure, *l. prima. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man.* Bald. & Doctores, *in l. conuenticulam. C. de epiſcopis & cleric.* ad idem *capitulo ſicut, eodem titulo de Iudæis*, vbi dicitur quod bona non ſunt eis auferenda ſine licentia terrenæ poteſtatis, ergo ſequitur, quod principes hoc poſſunt, vt ſupra proximè dixi, inſuper dicti Iudæi apud nos ex pietate & gratia tolerantur, *dicto capitulo & ſi Iudæos, & capitu. multorum*, ergo non debet redigi ad neceſſitatem, *l. non quicquid. ff. de iudicat. l. ſolent. ff. de offic. procurator. legat.* Ex quibus quæſtio propoſita redditur dubia.

Pro concordia vero prædictorum concluſiuè dici poteſt, quod aut Iudæi, & Saraceni viuunt quietè, & pacificè nobiſcum, nec Chriſtianos dogmatizant, nec aliquid faciunt in opprobrium legis Chriſtianæ, licet ſuas obſeruent cærimonias in ſuis Synagogis, ſeu meſquitis ſecretè, & non publicè, tunc tolerandi ſunt, & nullatenus deijciendi, nec moleſtandi,

& in hoc caſu procedũt ea, quæ pro prima parte allegata ſunt, & ſignanter per Oldra. *in dicto conſilio* 264. Illa videtur, vbi tenet, quod Principes tenẽtur eos diligere in quantum ſunt ſuæ naturæ participes, *vt in dicto capitulo charitas, verſicu. nonnulli, & ſequenti, de pœnitent. diſtinct.* 2. & expellere ſine cauſſa eſt contra pręcepta charitatis, adeo quod ex huiuſmodi charitate tenentur eis ſubuenire, & eleẽmoſynas facere. *cap. quieſcamus, 40. diſtinct. cap. ſi cupis, 16. quæſt. 1. cap. non ſatis, 86. diſtinct.* Et quia ſcriptum eſt, Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum. *Pſalm.* 113. quem ſequuntur Doctores in prima parte allegati, & videtur expreſſum *in l. Chriſtianis, C. de paganis.* & tanto magis hæc procederent ſi indultum eſſet dictis Iudæis, ſeu agarenis, vt ibi degerent gauderentque omnibus priuilegiis, quibus gaudent cæteri incolæ ciuitatis per id quod habetur per Angelum *in l.* 2. *§ furioſus. ff. de iure codicillorum.* Bald. *in l. omnes populi, colum.* 12. *verſicu. ſed pone ſtatuto cauetur. ff. de iuſtit. & iur.* Bald. *in l.* 3 *§. hac verba. ff. de negot. geſt.* ſequitur Alexand. *in conſil.* 13. *incipiente. attentis his, quæ in themate, colum.* 4. *lib.* 7. Et pulchrè, & eleganter ponit Bald. quę permittantur ipſis Iudæis in terris Chriſtianorum, *in conſilio* 316. *incip. quia ſæpè reuocatur in dubium, libro* 1.

Aut verò ſi dicti Iudæi & agareni non pacificè viuut, ſed pericula, ſcandala, machinationes & delicta enormia committere machinantur contra fidem & Chriſtianos, illos attrahere nitentes ad ſuam perfidiam, docentes cerimonias iudaicas occultè, fęnerantes pecunias, ſuggenteſque ſanguinem ſubſtantiæ Chriſtianorum, meritò tunc expellendi ſunt & ſpoliandi bonis eorum: & in hoc caſu procedunt, quæ vltimo loco, & pro contraria parte allegata ſunt, vt manifeſtè tradit Oldra. *in dictis conſilijs.* Abb. poſt Innoc. *in cap. quod ſuper his, verſ. vltimo hic quæritur;* & in hoc caſu quomodo eſſent puniẽdi ſi non expellerentur ponit Bald. *in conſil.* 315. *incip. Iudæus tutela datæ eſt. libr.* 1. poſui latè *ſupra in* 3. *quæſt.* & Iacob. de ſancti Seuer. *in tract. de ſen. in verbo, Carolus Dux. quæſt. vltima.* & paganos delinquentes in lege naturæ Papa poteſt punire. Auguſt. de Anco. *in tract. de poteſtate Papæ. quæſt.* 23. *arti.* 4. & ob cauſas proximè dictas fuerunt expulſi Iudæi ob Hiſpania per Catholicum Regem Ferdinandum, & meritò. Et nunc ob eaſdem cauſas expelluntur agareni à Valentia, & Aragonia per Imperatorem & Regem noſtrũ dominum Carolum inuictiſſimum, cui Deus in dies fortunatos & fœlices ſucceſſus tribuat, quia ſunt ſicut mus in pera & ſerpens in gremio qui ſuos hoſpites male remunerant. *cap. ſi Iudæos. de Iudæis.*

¶ In quæſtione octaua.

SVMMARIVM.

1 *Infideles an ſint bello impugnandi auferendo ab eis bona & regna.*
2 *Infideles non habent iura regnorum, nec principatuum, nec iuriſdictionem.*
3 *Apoſtatare alteri perſuadens debet bonis ſuis priuari.*
4 *Chriſtianis inuadere terras infidelium & illorum bona diripere & eos illis ſpoliare an liceat.*
5 *Tyrannus quis dicatur.*
6 *Infideles quòd habeant iura regnorum tenuerunt aliqui Doctores, quorum fundamentis reſpondetur.*
7 *Diffidatio eſt de iure naturali.*
8 *Mahometus potentia armorum, occupauit regna & terras Romani Imperij.*
9 *Chriſtiani capti à Saracenis nõ efficiuntur eorum ſerui de iure, nec iura poſtliminij in eis locum habent.*
10 *Chriſtiani capti à Saracenis cum bona conſciẽtia poſſunt ab eis fugere contra Petrum de Ancharano.*
11 *Damnatis iuſtè ad mortem non licebit fugere à carceribus.*
12 *Saraceni, quia præſtant Chriſtianis impedimentum eundi ad terrã Hieruſalem, licitum eſt contra eos bellum.*
13 *Chriſtianis an liceat furari Chriſtianos captos apud Saracenos.*
14 *Capti in bello iuſto efficiuntur ſerui capientium.*
15 *Capti vt efficiantur ſerui quare introduxit lex.*
16 *Capti à Saracenis an fiant eorum ſerui.*
17 *Damni occaſionem dant quando tenentur de damno, & quando non.*
18 *Eccleſia tolerans infideles in ſuis matrimonijs an videatur approbare illa.*
19 *Eccleſia tolerans infideles in regnis dominijs, quæ habent, an videatur approbare.*
20 *Infideles peccantes contra legem naturæ poſſunt priuari per Papam.*
21 *Naturæ beneficium an ſit hominem homini dominari.*
22 *Bellum indicendi ius contra infideles, an ſpectet Papæ, an Imperatori.*
23 *Bellum contra infideles infeſtantes Chriſtianos licitum eſt.*
24 *Bellum contra infideles deprędantes Chriſtianos licitum eſt.*
25 *Bellum contra infideles detinentes terras, quæ fuerunt Romani imperij licitum eſt.*
26 *Bellum contra infideles nolentes admittere prædicatores Euangelij licitum eſt.*
27 *Infideles peccantes contra legem naturæ poſſunt puniri per Inquiſitores.*
28 *Bellum contra infideles detinentes Hieruſalem an ſit licitum.*
29 *Chriſtianus an ex eodem genere peccati magis peccat quàm infidelis.*
30 *Hæretici priuandi ſunt bonis per principes ſeculares.*
31 *Infideli principi eſt auferendum regnum, ſi eius populus eſt cõuerſus, ipſe autem conuerti non vult.*
32 *Epiſcopus cogitur inuitus renunciare Epiſcopatui, ſi eſt periculum ſcandali, ei tamen debet de altero epiſcopatu prouideri.*
33 *Chriſti nomen vbique terrarum prædicatum fuit, vel prædicandum eſt.*
34 *Imperator an poſſit alibi coronari quàm Romæ.*

OCTAVO QVÆRO, An † Regibus Chriſtianis ſit licitum bellum contra infideles illos occidendo, bona Regnaq; ab illis auferendo. 1
Et videtur prima facie dicendum quod non per aliqua iura & fundamenta *ſupra, in proxima quæſt.* pro parte negatiua adducta, quorum pauca ex cauſſa hic repetuntur. Et primo quidẽ paganis in pace & quiete viuentibus non eſt moleſtia inferẽda. *l. Chriſtianis, C. de paga.* de his enim qui intus ſunt iudicare debemus, non autem de his quæ foris ſunt, de illis enim iudicabit Deus. 1. ad Corinth. 5. cap. *& in c. multi.* 2. *quæſt.* 1. vbi dicit Card. de Turrecrem. *colum.* 3. exponẽdo, quod de infidelibus intelligitur qui nunquam fidem agnouerunt, & ideo diuino iudicio ſunt relinquendi, permaxime quia loca & regna, quę poſſident infideles licite & ſine peccato tenẽtur, quia Gene. 1. cap. dictum eſt à Deo, quod omnia ſubijcientur rationali creaturæ, nec tantum pro bono dictum eſt, ſed etiam pro malo, quia ipſe facit oriri ſolẽ ſuper omnibus & etiam ipſe volatilia paſcit. Matthæi. 5. & 6. cap. tradit Innocen. *in cap. quod ſuper. de voto,* & ideo licite poſſunt dici poſſidere, quia poſſident gentibus titulis iuſtis, quos gentilis Philoſophus iuſtos ſic appellaret, puta vel ex occupatione primorum ſuorum, ſucceſſione aut electione liberorum populorum. *l. ex hoc iure.* vbi traditur. *ff. de iuſtitia & iure. cap. ius gentium.* 1. *diſtinct.* ſi enim indirecte compellerentur ad fidem illi infideles, quod faciendum non videtur, quia quis ad fidem non eſt compellendus, nam fidem Chriſti habere non creditur qui non ſpontaneus, ſed inuitus ad fidem peruenit. *cap. ſicut. de Iudæis. cap. ad fidem.* 23. *quæſt.* 5. *cap. ſi ſincera. cap. de Iudæis.* 45. *diſtinct.* præſertim quando illi infideles Chriſtianos non infeſtant vt ſunt illi qui ſunt in inſulis nouiter repertis in mari Athlantico per Hiſpanos vt expreſſe hoc dicit gloſ. *in cap. diſpar.* 23. *quæſt.* 8. ſequitur Auguſt. de Anco. *in tract. ar.* 23. *de poteſtate Papæ.* 23. *quæſt. art.* 3. *ad vltimum.* Accedit quod ordo principãdi vnius ſupra alterum eſt beneficium naturæ, vt dicit Philoſophus primo Politicorum, quod ſubtrahi non debet propter infidelitatem, ſubtraheretur enim ſi pellerentur à ſuis Regnis & dominiis terrarum, ergo expelli non debent nec bella eis mouenda ſunt: hæc eſt ratio Auguſtin. de Anco. *in dicto tractatu, quæſtione* 23. *articu. tertio in corpore quæſtionis.* Sed quia veritas eſt in contrarium quod licitum ſit bellum contra infideles; pro illius elucidatione ponendæ ſunt aliquæ concluſiones.

¶ PRIMA CONCLVSIO eſt quòd penes infideles Iudæos † & Saracenos non ſunt iura regnorum, nec iuriſdictionis, & 2
hoc probatur; nam per aduentum CHRISTI omnis honor & principatus, omne dominium, & omnis iuriſdictio de iure per illum qui ſupremam manum habet, nec errare poteſt; & cuius eſt terra plenitudo eius, Pſalmo 23. omni infideli ſubtractus fuit, & hæc fuit iuſta cauſſa, probatur Eccleſiaſt. decimo. Regnum à gente transfertur propter iniuſtitiam in iniurias, contu-

contumelias & diuerſos dolos, cap. primo. & ſecundo. & cap. de rebus, 23. q. 7. vbi dicitur quòd illa vox domini ad omnes iniquos & impios, videlicet, Auferetur à vobis regnum & dabitur genti facienti fructum. Matthæi. 21. Et nulla maior impietas quam infidelitas, capitulo quid in omnibus, 32. quæſtione 7. & capit. primo, 22. q. 2. pro quo facit cap. tranſla. de conſtit. Chriſtus enim nedum fuit ſacerdos ſed Rex, Lucæ. 1. ecce concipies, &c. vſque ibi, & regni eius non erit finis, & huius regni & ſacerdotij principatum commiſit Petro eiuſque ſucceſſoribus in c. 1. de homic. lib. 6. c. per venerabilem. qui filij ſint legit. hæc eſt opin. Hoſt. in cap. quod ſuper his. de voto. ſequitur frater Alua. de planctu eccleſiæ lib. 6. art. 37. & Oldra. ſequitur Hoſt. in conſil. 72. incip. An contra Saracenos. comprobatur, nam qui procurat diſceſſionem à ſuo ſuperiore à quo totã authoritatem dominandi habet, iuſte meretur priuari illo dominio, arg. eſt in l. 1. ff. ad l. Iuliam maieſt. in fin. vbi iſte crimen læſæ maieſtatis committit, & bonorum patitur cõfiſcationẽ. l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſt. & idem eſt de docentibus hæreſim, vt hæreticorum pœna puniatur, gloſ. in c. pen. de hære. & l. culpa. C. de maleſic. & qui aliquem coegerit
3 † aut perſuaſerit apoſtatare, rerum ſuarum dominium amittet & capite plectitur. l. eum qui. C. de apoſta. ſed hi Saraceni in quantum poſſunt cogunt Chriſtianos fidem abnegare, eos docendo, ſeu perſuadendo, & ſic ſeparare eos à Dei veri cultura, merito dominia amittunt. hæc ratio ſumitur ex dictis Ioan. Maior. in 2. diſt. 44. q. 3. immo ciuitas rebellum debent damnari aratro, vt tradit Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. colum. 3. ff. de pœn. Bald. in l. ex teſtamento. C. de teſta. milit. Barto. & Alexan. in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcidiam. Bald. in titu. de pace conſtan. in verbo, nos Romanorum, & in compenſam damnorum Chriſtianitati datorum ob occupationem terrarum, quæ populo Chriſtiano competunt: licitum videtur eos ſpoliare bonis. de quo habetur figura Exodi. 3. & 12. capitul. quando Iudæi exeuntes de Ægypto ſecum exportauerũt bona Ægyptiorum, & licite hoc fecerunt & ſine peccato, vt ibi dicunt Vgo Card. Nicol. de Lyra, & reliqui vt habetur in cap. dicit dominus. 14. q. 5. cap. legimus. 36. diſtin. debebantur enim talia illis ex præcepto Dei, & ideo non peccauerunt. S. Thom. in 1. 2. quæſt. 84 art. 5. ad 2. & quæſtio. 100. 8. ad 3. filij quidem Iſraël tulerunt ſpolia Ægyptiorum de mandato domini hoc decernentis pro afflictionibus, quibus Ægyptij eos ſine cauſſa affecerunt, & ideo ſignanter dicitur Sapientiæ decimo. Iuſti tulerunt ſpolia impiorum, verba ſunt ſancti Thomæ in ſecunda ſecundæ. quæſtio. 66. articulo. 5. ad primum. Et dictum Hoſtien. refert Cardin. de Turrecrema. in cap. diſpar. 13. quæſt. 8.

4 Ex quibus ſequitur quod Chriſtiani † licite vadunt ad terras ſaracenorum eos captiuantes & bona eorum diripientes, quia ſunt vt bona vacantia & pro derelictis habita, & ſic occupantibus conceduntur ſicut illa quæ in nullius bonis ſunt, vt lapilli in littore maris, aues, piſces, & ſimilia. § item lapilli. inſtit. de rerum diuiſione. & hæc paſſim video ſeruari ab omnibus Chriſtianis, & minime mutãda ſunt quæ certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legibus. itaque præceptum Decalogi ſeptimum, non furtum facies, & illud præceptum legis naturalis, quod tibi non vis alteri non facies, de primo habetur Exod. 20. cap. & c. vna ſola. 33. quæſt. 5. de ſecundo, capitulo ius naturale. prima diſtinct. nõ habet locum in Chriſtianis ſurripientibus res ab infidelibus, quia hoc faciunt lege permittente & ideo nullam pœnam merentur. l. Gracchus. C. ad l. adulter. & per ea quæ dicit S. Thom. in locis ſupra allegatis. l. iuſte. ff. de acquirend. poſſeſſ. & etiam ſcientiam ſummo Pontifice Imperatore, cæteriſque principibus & Regibus nullamque pœnam contra Chriſtianos ſic facientes infligentibus, quæ ſcientia & patientia inducunt cõſenſum, quia quæcunque prohibitio antea facta fuiſſet illa nõ reperitur à principio acceptata tolerantibus principibus. facit gloſſ. in cap. 1. de treuga & pace. 4. diſtin. §. in legibus, et traditur in cap. quia circa. per Anton. de Butr. & alios de conſangui. & affinit. cap. cum iamdudum. de præben. per Innoc. Felyn. in d. cap. 1. & in cap. omnes leges, 1. diſtinct. & dicit Archid. in capit. de rebus, 23. quæſt. 7. poſt Lau. quòd nõ debemus Iudæos rebus proprijs priuare, ſed Saracenos licite expellimus à ſedibus ſuis & rebus proprijs ſpoliare poſſumus. quia terrent loca noſtra, nam totus mundus fuit ſub Chriſto. & in hoc reſidet Ioan. de Lignan. d. c. quod ſuper his. de voto. & illa ratio inuincibilis videtur de qua ſupra dictum eſt, quòd in aduentu Chriſti omnis honor & omnis principatus cuicunque infideli fuit ſubtractus & ad Chriſtianos tranſlatus per d. capit. tranſlato, & ſic penes ipſos infideles nulla remanet de iure iuriſdictio, Regnum aut principatus, ſed Tyranni ſunt & terrarum ad Chriſtianos pertinentium occupatores, extantibus his præſertim quæ dicam in concluſionibus infra ponendis.

† Tyrannus eſt enim ille qui contra volũtatem domini Regionis principis dominium occupat. Bald. in l. decernimus, C. de ſacroſan. eccl. & Bart. late. in ſuo tractatu tyrannide. 5

Limita tamen hanc concluſionem nõ habere locum in infidelibus, qui dominiũ Eccleſiæ recognoſcunt, quia tales ſunt ab Eccleſia tolerandi, nec ad fidem ſunt præciſe cogendi, & in hoc caſu habent locum, quæ ſupra allegaui in principio huius quæſtionis pro parte negatiua, & verificantur dicta Innoc. & ſequacium in d. ca. quod ſuper, & pro hoc facit 1. Petr. 2. ſerui eſtote & obedite in timore domini, non tantum bonis & modeſtis ſed etiam diſcolis, & per rationem ſupra poſitam de tranſlatione principatus per mortem Chriſti de infidelibus ad fideles: infideles enim debent ſubijci fidelibus & non econtra, vt not. in ca. multorum. & cap. & ſi Iudæos, de Iudæis. ſic etiam ex cauſa Papa tranſtulit Imperium à Græcis in Germanos, vt in c. venerabilem, de elect. c. ad apoſtolicæ, de reiudic. & hæc limitatio eſt ex dictis Hoſtien. in d. cap. quod ſuper, & pro hac limitatione videtur eſſe text. in ca. de terris, de decimis.

Sed quia Petr. de Anchar. in regula peccatum, de reg. iur. lib. 6. in 6
15. col. verſ. ſed hic quæro vtrum Principes. voluit defenſare opinionem Inno. volentis quòd dominia & iuriſdictiones ſint penes infideles ſine peccato contra Hoſti. Arch. Oldr. Ioan. de Lign. Ioan. Fab. Ioan. de Fant. poſt Lau. in d. c. de rebus. & vltimo loco Ioan. Maior. in 2. Sententiarum. Decens eſt illius fundamentis reſpondere licet ipſe non reſpondeat dictis per Hoſti. & ante Pet. de Anch. hanc opinionem Innoc. ſequutus eſt Ioan. And. in d. c. quod ſuper. & in addit. ad Spec. in tit. de Iudæis. Anto. Corſe. in tract. de poteſtate regia. q. 8. 5. incip. vtrum contra Saracenos.

Et primo non obſtat quod bona hoſtium tunc fiunt noſtra & capti ſunt ſerui, cum eis bellum indictum eſt. l. hoſtes. ff. de capti. ergo prius dominium erat apud eos, quia quod de vno tẽpore permittitur de alio prohibetur. ca. nonne. de præſumpt. l. ſtatu liberum, §. Stichũ. ff. de leg. 2. maxime quia capti Chriſtiani per illos ipſorum ſerui efficiuntur, vt patet in titulo, de captiuis, & dicti Chriſtiani captiui nõ poſſunt ſine peccato fugere vel furari ipſis Saracenis, vt dicit idem Petr. de Anch. in d. c. peccatum, in 16. col. verſ. ex iſtis infero. & allegat Hoſtien. l. in titu. de pœn. & remiſſ. § quibus & qualiter, verſicu. quid de furibus. ibi, quid ſi Chriſtianus, & idem Petr. reaſſumit in d. cap. peccatum, in 19. colum. verſi. & pro tanto.

Ad hoc de facili dici poteſt, quod apud illos populos à quibus dicti Saraceni habuerũt ſua regna & poſſeſſiones, erat dominium illorum iure gentium ſecundario, à quo introductum erat meum & tuum, l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iure. Bart. in l. id quod, ff. de condit. indebit. ca. ius gentium, 1. diſt. & tunc ſi bella erant inter illos populos, bona efficiebantur capientiũ & capti erant ſerui, quia & bella & ſeruitutes eodem iure gentium introducta erant, d. l. ex hoc iure. & d. c. ius gentium. & ad hoc erat neceſſaria † 7
indictio belli, quæ eſt in effectu quædam diffidatio, quæ videtur fundari in iure naturali vt ſenſit Ioan. Andr. in ca. 1. de homic. infra eod. lib. nam ipſa diffidatio importat vt hoſtes præparent ſe ad defenſionem, quæ iuris naturalis eſt, l. 1. §. cũ arietes, ff. ſi quadru. pau. feciſſe, dica. ca. paſtoralis, in fin. de re iud. licet ipſa belli ſolẽnitas, id eſt, ſolennis diſpoſitio, ſcilicet, qui in primo qui in ſecundo & qui in tertio loco locari debeant, iure militari introducta ſit, c. ius militare, 1. diſt. vt ibi traditur per Cardi. & hoc etiã introductum eſt cum populus Romanus indicebat bellum, l. hoſtes, ff. de capti. poſtquam autẽ Chriſtus venit & paſſus eſt, data eſt ſibi omnes poteſtas in cœlo & in terra, Matth. vltimo ca. & nunc tranſlata ſunt regna & dominia ab illis infidelibus ad fideles per ea quæ ſupra dixi. d. c. tranſlato, cum alijs. & ita diſtinguenda ſunt tempora vt ſcripturæ concordentur. c. ſi peccauerit, 2. q. 1. gloſſ. in l. apud antiquos, C. de furtis, l. agraria. ff. de termin. amo. & ſic dominia regnorum erãt ante Chriſti paſſionem & reſurrectionem apud infideles. Sed nunc non ſunt, quia conceſſa ſunt Chriſtianis vt genti facienti fructum, & in eccleſia contra Saracenos & infideles fiunt deprecationes per orationẽ: Deus in cuius manu ſunt omnium poteſtates & omniũ iura regnorum, reſpice in auxilium Chriſtianorum, vt gentes paganorum quæ in ſua feritate confidunt, dextera tuæ potentiæ conterantur.

Et ma-

8 Et maxime hæc procedunt quia Mahometus † Dux & Princeps Saracenorum potentia armorum vna cum progenitoribus Saracenorum occupauit titulo diabolico & violento terras & regna, quæ hodie ſunt apud eos, idemque fecerunt ſui ſucceſſores vt late habetur in chronica Anto. Floren. *part. 2. tit. 13. c. 5. in prin. & §. 7. & in Martiniana. c. 6. &* 11. quinimmo procurauit ſubuertere prout ſubuertit illos populos à Romano Imperatore Eraclio vt habetur *in fortalicio fidei libro. 4. & in ſupplemento chronicarum. lib.* 10. Card. Floren. & alij *in clem. 1. de Iudæis.*

9 Itaq; dici poteſt dictos † Saracenos potius dici latrones quam hoſtes iuxta. *l. hoſtes. ff. de captiuis.* vt Chriſtiani capti per eos illorum de iure non efficiantur ſerui nec iura poſtliminij in huiuſmodi captiuis habeant locum, *vt in dict. l. hoſtes.* quamuis ipſi ſi capiantur à noſtris ſerui fiant. *d. l. hoſtes. & l. hoſtes. ff. de verborum ſignific. et l. ſi quid in bello. ff. de capti. §. item ea, quæ. inſtit. de rerum diui.* eo maxime quia iuſtum eſt bellum contra illos, vt dicit Ioann. Andr. *in d. cap. 1. de homi. infra.* & indictum eſt iam bellum contra Saracenos, & Turcas, vt dicit Bartol. *in d. l. hoſtes. colum. 2.* Ange. de Aretin. *in d. §. item ea quæ.* Bartol. & Angel. *in l. qui à latronibus. ff. de teſtam.*

10 Ex † quibus ſequitur quod cum bellum ſit iniuſtum ex parte Saracenorum, quod Chriſtianus eorum captiuus poteſt cũ bona conſcientia fugere illorum manus, etiam quod ad infidelitatem non cogeretur contra Petr. de Anchara. *in dictu locu:* pro quo facit quod ſi quis à carcere fuerit relaxatus ſub iuramento de redeundo, & carcer fuiſſet iniurioſus non teneretur redire, vt dicit gloſſ. *in verbo violentiam, in clem. paſtoralis, de re iudic.* Abb. *in c. ſi vero. colum. 4. de iureiuran.* late Cardi. Alexan. poſt gloſſ. *in c. 1. ius gentium. 1. diſtin. colum. penult.* facit quod de iniuſta gabella tradit Felyn. *in cap. 1. de conſtitu. colum. 16.* & idem, quando bellum eſſet iniuſtum, & ſic detentio iniurioſa, redire non teneretur, ſi fuiſſet ſub iuramento de redeundo relaxatus, Abb. *in capitulo ſicut. el 3. de iureiuran. colum. 2.* Petr. de Ancharan. *in capitulo poſſeſſor. de regul. iuris. libro ſexto. colum. 13. verſiculo tertio quæro.*

11 Et † licet damnatus ad mortem ſi aufugiat peccet, vt dicit Bartol. *in l. relegati. ff. de pœnis.* quamuis pauci reperiantur qui ſibi de hoc facerent, conſcientiam, vt dicit Petr. de Anch. *in d. c. poſſeſſor.* hoc tamen intelligitur quando iuſte eſſet damnatus, non autem ſi iniuſte, nam tunc fugiendo non peccat. S. Thomas *in 2. 2. q. 69 art. 4.* in corpore, huiuſmodi enim iniuſtitia eſt ſimilis violentiæ latronum, de quibus Ezech. 22. Principes in medio eius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem.

Cum ergo ſit iniuſta detentio Chriſtiani penes Saracenum merito fugere poteſt cum bona conſcientia, alias eſſet approbare bellum ex parte ipſorum eſſe iuſtum, quod non eſt.

12 † Et quia dicti Saraceni præſtant nobis impedimẽtum quominus accedamus ad terram Ieruſalẽ ſanguine noſtri redemptoris conſecratam, ob id illos impugnare poſſumus, ita dicit Bartol. *in l. 1. C. de paga.* Sequitur dominus Iaſ. *in l. ex hoc iure. col. 2. ff. de iuſtit. & iure.* maxime quia regna quæ poſſident pro eorũ maiori parte fuerunt Chriſtianorum, vbi nomẽ Chriſti & ſanctorum laudabatur, & hodie per eos blaſphematur, vt experientia comprobatur, & tradit Innoc. *in capit. quod ſuper. de voto.* quinimmo ſi Principes terrarum non commouerentur contra hos exufiatores & blaſphematores Chriſti non redderent bonam rationem Deo de Imperio ſuo. *in c. quando vult Deus. 21. q. 4.* & Pſal: dicebat Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, vt in cap. fundamenta de elect. eod. lib* ſiue ergo ſuit completa dicta prophetia ſiue complenda ſit omni cauſa debet nomen Chriſti vbique prædicari, de cuius intellectu eſt diſcrepantia inter Auguſt. & Chryſoſtom. prout refert & concordat illos S. Thom. *in prima 2. quæſt. 106. articulo vltimo,* & vterque Card. *in c. ita dominus. 19. diſt.*

13 Nec facit ad caſum dictum † Hoſtienſ. allegatum Petr. de Ancharan. *in ſumma de pœnit. §. quibus & qualiter. verſicul. quid de furibus. ibi, quid ſi quis furatur,* quia immo ibi Hoſtienſ. concludit, quòd ſi quis furator Chriſtianos captiuos à Saracenis detentos non tenetur, *argum. cap. dominus, 23. diſtinct.* niſi eſſet hoc factum tempore treugæ, quia tũc hominis æſtimationem ſoluere teneretur. *c. nulli. 22. q. 1.* dummodo ad Idolatriã Chriſtianus ab ipſis non cogeretur, quia tunc nõ teneretur etiam æſtimationem ſoluere quia in libertatem eriperetur, *arg. c. nulla. 54. diſt.* ſequitur S. Anton *in ſua ſumma par. 2. tit. 2. cap. 15. §. 1.* ratio eſt euidens, quia capitula pacis & treugę hoſti ſeruanda ſunt propter bonum commune. *d. c. noli.* traditur *in c. 1. de treu. & pace.* per Modern. *in l. conuentionum. ff. de pactis, & in titu. de pace tenen. & eius violat. in feu.* & pro prædictis eſt glo. *in c. ius gentium. diſt. 1.* quæ dicit quod ſi bellum iuſtum eſt qui † capitur ſit ſeruus capien- 14
tis, *c. dicat. 23. q. 5.* & ſecundum hoc peccat taliter captus ſi recedat à domino ſuo. *c. ſi quis ſeruum. 17. q. 4.* ſed ſi bellum non eſt iuſtum licitum eſt ei fugere, *l. nihil intereſt. ff. de captiuis,* hoc ſentit Innoc. *cap. olim el 1. de reſtit. ſpoliat.* & cum illa gloſſ. tranſeunt ibi ſimpliciter Arch. Domin. & vterque Cardi. ſcribentes. Fulgo. tamen in *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.* vt ibi refert Iaſ. *in 3. colum.* reprobat illam gloſſ. dicens quod capti ad hoſtibus efficiuntur ſerui capientium ſicut capti à noſtris, itaq; dato quod ex parte hoſtium ſit bellum iniuſtum, quod nihilominus capti per eos efficiuntur eorum ſerui, & hoc probatur *in l. poſtliminium, in principio verſicul. & per iniuriam, ff. de capt.* mihi tamen videtur quod illa reprobatio gloſſ. non procedat ex ſuppoſitione falſi, ſupponit enim Fulgo. quod gloſ. dicat captos & hoſtibus non effici illorum ſeruos data iniuſtitia belli ex parte illorum, quia hoc gloſſ. non dicit ſed quod capti in bello iniuſto licite poſſunt fugere & ſine peccato, quia hæc poſſunt ſimul ſtare, & quod de iure capti ſunt ſerui & quod licite fugiant ſi poſſunt, & hoc probatur à ratione, quare lex introducit vt capti ab † hoſtibus noſtris eorum fiant ſerui vt dicit tex. *in l. hoſtes,* 15
ff. de captiuis, & in §. ſi ab hoſtibus, inſtit. quib. mod. ius patri. pote. ſolui. cum potius deberet eſſe cautum e contra ſcil. vt hoſtes à noſtris capti efficerentur ſerui, *argu. §. ſed ſi in bello. inſti. de excuſ. tuto.* Dicũt aliqui quod ideo lex ciuilis ita ſtatuit quod noſtri capti ab hoſtibus efficiantur ſerui hoſtium, quia ſi Imperator ſtatuiſſet, quod ipſi eſſent liberi, tamen hoſtes hanc legẽ non ſeruaſſent, & ſic ll. fuiſſet ludibrio contra *l. ſi prætor ff. de iudicijs,* vel dic ꝙ Imperator conſtituit hoc de quadam concordia vt non occiderentur. *§. ſerui. inſt. de iure perſona* & hoc ſenſit Arch. *in c. ius gẽtium. 1. q. 1.* & ita reſpõdit Iac. de Rau. cuidam militi de hoc ipſũ interroganti, & ſi inſtes quare ſaltẽ in rebus quæ apud nos ſunt & remanſerunt, non habentur pro liberis, ad hoc reſpondetur quia ſi eſſent liberi quo ad res, ipſi remanerent domini rerum, & res per eos acquirerentur hoſtibus. *l. placet. ff. de acqui. hæred.* & ideo tam apud nos quam apud hoſtes reputantur ſerui, & pro talibus habentur ſecundũm Petr. de Bellapar. & Nicolaum de Neapoli, vt refert D. Iaſ. *in d. § ab hoſtibus, in additionib. ad Portiũ.* vbi dicit Ioã. Fab. quod hoc eſt vtile ipſis captiuis, ꝙ ſint ſerui, ne forte inimici facerent eos contrahere, vel ipſi hoc facerent fauore inimicorum: itaq; ipſi capti ſiue ſit bellum iuſtum, ſiue iniuſtum ſerui ſunt capiẽtium per *d. l. poſtliminium.* & tradit Iaſ. *in d. l. ex hoc iure, in 3. col.* & Claud. de Seiſel. *ibi, in 5 col.*

† Et ſuppoſita iniuſtitia ex parte Saracenorum, quod fiant 16
capti eorũ ſerui duplex ratio narratur: vna, vt ſeruentur & non occidantur, altera ne bona acquirantur ipſis inimicis, non autem hoc diſponitur, vt ſi libertatem aſſequi poſſent, hoc eis à iure auferatur, nam hoc iuris naturalis eſt, & etiam quia fugiẽs ab hoſtibus per fugam deſinit eſſe Domini: de vtroque habetur *in l. in laqueum ff. de acqui. rerum dom.* & libertatem conſequitur, *l. & ſeruorum, §. iure gentium. ff. de ſtatu hominum, iuncta l. adeo, in princ. ff de acquiren. rerum domin.* vnde eſto, quod ſint ſerui, licitè fugere poſſunt, ex quo iniuſtitia belli militat contra hoſtes: & faciunt ea quæ dixi ſupra proximè de carcere iniurioſo, & quæ dicit Felyn. *in d. cap. 1. 16. colum.* maximè quia vt dixi præfati infideles ſunt potius latrones, & non hoſtes prout de Tartaris dicitur, qui non dicuntur de populo Romano, & capti ab illis non efficiuntur ſerui de iure, nec in eis habet locum poſtliminium, vt dicit Chriſtophorus Portius *in dicto §. ſi ab hoſtibus, colum.* 2. & in iniuſtis bellis nõ habet locum poſtliminium, Ioan. Fab. *in dicto §. in fin.* Sed huic obſtat *dicta l: poſtliminium, in in principio.* præſertim, quia tot pœnis flagellis & onere catenarum atteruntur Chriſtiani ab infidelibus, donec cogantur fidem Chriſti abnegare, & hæc eſt iuſta cauſa inter alias fugiendi, vt dixi.

Et ad prædicta, quod captus ab infidelibus & ſchiſmaticis iniuſtum bellum fouentibus efficiatur illorum ſeruus videtur text. notabilis, *in cap. ſi Epiſcopus, de ſupplen. neglígen. prælatorum li.* 6. vbi habetur, quod etiam Epiſcopus captus ab ipſis infidelibus, & ſchiſmaticis efficitur illorum ſeruus, quibus Papa indixerat bellum, & tamen certum eſt, quod illi iniuſte ſe defendebant, & in dubio pro principe præſumitur, vt dicit Abb.

in c.

in c.ſicut.3.de iureiur. tradit Franc. de Aret. *in l.in princ.in 2.col.ff.de acquir.poſſ.* vide Abb. *in c.1.de conuer.infidelium.*

Secundo non obſtat, quod non ſunt ad fidem cogendi, ſed exhortationibus inducendi. *c.de Iudæis.45.diſt.*&ſi intelligerent quod dominia,& iuriſdictiones non ſunt apud eos,& metu amiſſionis bonorum retraherent ſe à fide noſtra. *cap. Abbas.quod me.cauſa,* ad hoc dico, quia ipſi ſaraceni nō hac de cauſa expelluntur, vt conuertantur, ſed vt noſtra nobis reſtituant, & nobis non ſint impedimento ituris ad terram ſanctam, & ne nos infeſtent, ac etiam vt puniantur tamquam blaſphemi Chriſti, vt proximè dictum eſt, & ſi aliud eueniat nobis non eſt imputandum, *ca.de occidendis.23.q.5.* ſi quis enim dat operam rei licitæ, quamuis aliquod malum inde proueniat, non eſt ille in culpa nec eſt ei imputandum, vt dicit ibi gl. *in c.ſæpe,50.diſt.l.qui*

17 *foueas,&l.qui occiderit,§.fin.ff.ad leg. Aquil.* non † enim omnis, qui occaſionem damni dat, de damno tenetur, nam ille qui dat operam rei licitæ, & adhibet omnem diligentiam, quam poteſt non tenetur de his, quę ſequuntur, *vt in d.l.qui occiderit,§.malis.* ſecus ſi non adhibet omnem diligentiam, quam poteſt. *d.c.ſæpe, & l.ſi putator,& d.l.ſi foueas,ff.ad l. Aquil.* ſed dat et operam rei illicitæ, ſemper imputantur ei illa, quæ ſequuntur. *l.item nulla.in princ.ff.ad leg. Aquil.* & colligitur ex dictis per gloſſ. *in d.c.de occidendis,& in c.ſicut nobis,de teſti.* tradit Flor. *in d.l.qui occiderit,§.pen.* & de vtroque membro prædictæ diſtinctionis eſt optimus tex. *in l.quoniam multa, C.ad leg.Iul.de vi public.capit.final.de iniurijs,* & quid ſi occaſio illa damni non fuit ad illud ordinata, ſed ad aliud, an illud damnum ſit illi danti occaſionem imputandum, tradit notanter Socin. *in conſil.156.pro fundamento,colum.fin.verſ. confirmatur.*

18 † Nec inſuper obſtat ratio dicti Petri de Anchar. dicentis, ſi Papa tolerat illos in ſuis matrimoniis *in ca.gaudemus, de diuor.* quare nō tolerat eos in ſuis dominiis regnis & bonis quæ poſſident, præſertim, quia bona ſequuntur conditionem perſonæ, *cap.1.de iurepatronat.ſupra eodem lib.in authent.ingreſſi, C.de ſacroſanct. eccleſ.* Ad hoc dico quod ratio differentiæ eſt euidens, quia quantum ad matrimonia ideo tolerātur, quia ſolum agitur de præiudicio animarum ipſorum, ideo ſolum Deum habent vltorem. *l.2.C.ſi cert.petat.* nec forſan ex hoc peccarent infideles in huiuſmodi cōiugijs, cum iure diuino omnibus eſſet permiſſum vnam ducere vxorem, Gene.2. Licet plures habere ſemper fuerit prohibitum, niſi illis quibus Deus reuelauit, vt *in d.cap.gaudemus,* ideo eccleſia tolerat, maximè quia de his, qui foris ſunt hoc eſt extra Eccleſiā nihil ad nos, *vt in d.c.gaudemus,* in his, ſcilicet quæ concernunt punitionem ipſorum ſpiritualem, iuxta conſtitutiones canonicas, *ca.qui ſincera, 45.diſt.* Cald. *conſil.2.de Iudæis,* nec præciſe ſunt ad fidem compellēdi, ſed voluntariè inducendi. Hoſt.& Innoc. *in c.quod ſuper, de voto.* Alex. *in conſil.13.attentis his.lib.7.*

19 † Poſſet etiam dici quod quamuis Eccleſia tales ritus circa matrimonia infidelium permittat, non tamē approbat, quod enim permittimus nolentes permittimus quia malam voluntatem ad plenum prohibere non poſſumus. *capit.hac ratione.31.q.1.dixi ſupra in 3.q.* ſed in dominiis, regnis,& bonis non tolerat, quia eorum incapaces ſuūt occupatores & blaſphematores Chriſtiani nominis, & impedientes nos, ne poſſimus terram Ieruſalem ſanguine Chriſti conſecratam recuperare. *d.ca.quod ſuper.* per Innoc.& per ea quæ ſupra proximè dixi,& ad hoc dirigitur intentio Eccleſiæ indicentis bellum contra illos, non autem vt præciſe conuertantur, ſi aliud ex hoc ſequatur nō eſt imputandum, vt dixi per *d.c.de occidendis,* & facit text. *in ca. Maximianus.24.q.3*

20 † Tertio non obſtat quod bona temporalia infidelium nō arctantur Apoſtolicis diſpoſitionibus, *arg.d.c.gaudemus.* & idcirco Papa ad hoc non debet authorare prout dicunt Hoſtien. & Innoc. quod authoritate Papæ id fieri poteſt, vt bona temporalia ab infidelibus per Chriſtianos auferantur, vt dicit Pet. de Anch. *in d.cap.peccatum,* & Auguſt. de Anco. *in d.tracta.de poteſta.Papa,q.23.art.3.vt ſupra retuli in prin. huius quæſtionis.* Ad hoc dico quod dicti infideles non arctantur diſpoſitionibus Apoſtolicis, quoad ſpiritualia, quia de his quæ foris ſunt nihil ad nos, vt proximè dixi, ſed quoad temporalia ſi non viuunt ſecundum legem naturæ, poteſt Papa ipſos punire & caſtigare, vt dixi *ſupra in fin.2.q.* & Auguſt. de Anco. *in d.tracta.q.23.art.4.* & Petr. de Anchar. *in c.ea quæ.de regu.iur.lib.6.in 6.quæſt.* & idem Petr. *in conſil.15.ſpiritualis iudex,* & Alex. *in conſil.13.attentis his.lib.*

7. ſed quia dicti infideles non viuunt ſecundum legem naturæ, vt patet ex curſu vitæ eorum & ſectæ, & ſignanter, quia detinent terras, quæ fuerunt Chriſtianorum, & nos quotidie infeſtant, & infeſtari parati ſunt, merito contra illos agendum eſt, præceptum eſt enim naturæ, Quod tibi non vis alteri non feceris, & prohibetur alteri inferre, quod ſibi nollet fieri. *c.humanum genus.1.diſtin.* fiebat enim contra legem naturæ ſi occupatum ab alio occupabatur, vt dixit Innoc. *in cap. quod ſuper colum.de voto.* & in ſacro Euangelio Matthæi 7.& Lucæ 6.ca. Iuſtè ergo pugnatur contra Sarracenos, qui Chriſtianos perſequuntur,& ex vrbibus & propriis ſedibus pellunt, vt dicit tex. *in c.diſpar.23.q.6.* dicens eſt ergo, quod Papa in prædictis bellis contra infideles ſuam interponat authoritatem,& ita concludit D. Cardin. *de Turrecrema.in d.cap.diſpar.* & non obſtat ſecundum eum, quod dicebat Auguſt. de Ancon. *in dicto loco,* quod habere † dominium & iuriſdictionem ſuper alterum ſit beneficium naturæ, quia hoc eſt falſum, immo dicit Iſidor. *libr. Etimo.* & ponitur *1.diſtin.cap.ius naturale,* quod omnium vna libertas:& dicit S. Auguſt. *in lib.de ciuitate Dei,lib.19.c.14.* quod Deus voluit hominem rationabilem factum ad imaginem ſuam irrationabilibus dominari, non autem hominem homini, ergo hominem homini dominari contra naturam eſt, non autem beneficium naturæ, vt dicebat Ancona vbi ſupra. Aliud eſt enim loqui de illo dominio, quod quis cōſequitur ſupra alium ex præſtantia, & altitudine intellectus, quo quis alterius merito rector eſſe debet, & alius minoris induſtriæ,& intellectus per alium cogi, & gubernari, de quo Ariſto. loquitur *in 1. Politico.* vnde multo longè à propoſito eſt argumentum præfati Doctoris, Sed contra hoc dictum videtur facere authoritas B. Paul. dicentis *ad Corinth. primo, cap.5. ſecularia iudicia ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia conſtituite illos ad iudicandum,* ſed ibi vide S. Thom. *in prima lectio.* & alios expoſitores, quos non refero. 21

Non obſtat, quod ſubdit idem Pet. de Anch. quòd ius indicendi bellum contra infideles non ſpectat ad Papam, ſed ad Imperatorem, rationibus, vt ibi per eum, ad hoc dico, quòd Papa tāquam verus Princeps poteſt indicere bellum infidelibus & indulgentias concedere propter recuperationem terræ ſanctæ, & maximè terræ conſecratæ natiuitate Chriſti, habitatione,& morte eiuſdem, vt dicit Ioan. de Lign. *in ſuo tractat.de bello & repræſa.ca.11.* Innoc. *in c.quod ſuper.de voto.* & Papa tanquā ſucceſſor imperij Romani in his terris, quæ ei datæ ſunt ab Imperatore Conſtantino, quæ victæ & debellatę fuerunt ab Imperatore Romano in occidente, poteſt tanquam dominus indicere bellum infidelibus illas terras detinentibus. *c.Conſtanti. 96.diſt.* ita dicit Innoc. *in d.c.quod ſuper.* vbi dicit quòd ad minus poteſt hoc Imperatore facere, vt Rex Ieruſalem, ad quem Regnum illud de iure venit, ſicut credimus & credere debemus, ex quo contrarium nobis non conſtat, quem ſequitur ibi Cardin. ¶ Verius videtur quòd dictum Regnum Hieruſalem ſpectet ipſi Papæ, vel illi quem Papa de illo ſolet inueſtire, vt eſt Rex Neapolitanus, qui Rex Hieruſalem nominatur in ſuis litteris patentibus, ſiue ſint Reges Franciæ eorumque ſucceſſores, ſiue Reges Aragonum, vel alij, vt manifeſtè ſentit Bartol. *in l.id quod apud hoſtes.ff.de legat. præſtan.* dicens dictum Regnum fuiſſe Eccleſiæ quod donauit Carolo Regi, eiuſque ſucceſſoribus, alibi dicit Bartol. *in l.liber homo, ff.de verborum obligatione.* quòd dictum Regnum Hieruſalem noſtrum fuit, non autem dicit Eccleſiæ, referunt Moderni *in d.l.id quod,* in cæteris vero prouinciis, quæ non fuerunt donatæ Eccleſiæ arbitror, quod ius indicendi bellum ſpectaret Imperatori, quod manifeſtè ſentit Bartol. *in l.fin. ff. de actio. empt.* vbi dicit quod Papa & Imperator poſſunt concedere Regibus noſtris regna, quæ tenentur per Sarracenos, quæ noſtra fuerunt, ita quòd ſingulis ſua reſeruantur, vt tradit D. Iaſ. *in d.l.id quod.* in omnibus aliis in quibus quis de iure ſuo non contendit, indicēdum eſt bellum per Papam,& non per alios,& in aliis caſibus ex iuſtis cauſis, vt dicit Innoc. *in d. c.quod ſuper.* & ibi per Cardina. inde eſt quod videmus, quod in terris Aphricæ eſt diuiſa illa prouincia inter Reges Hiſpaniæ & Portugaliæ, nam vna pars competit vni, & altera pars alteri, quibus curæ eſt ſuam partem ſibi contingentem debellare, prout docet experientia, licet anno domini M. CCVII. Ludouicus Rex Francorum, qui fuit poſtea ſanctus & Canonizatus cum multis primatib⁹ regni ſui, ſubiugauit Carthaginem ſiue Tuniſiū, ibique mortuus fuit ex infirmitate in vigilia 22

gilia ſancti Bartholomæi, & remanſit Rex Tuniſij tributarius Regi Siciliæ, vt habetur in Cronicis. Ad cætera verò fundamenta Petri de Anchara. iam patet reſponſum ex prædictis. Idem tenet Petr. de Anchar. *in d. cap. quod ſuper.* modeſtus locutus eſt quam *in d. cap. peccatum.* & pro his vide text. cum gloſſ. *in cap. ſi de rebus. 23. quæſt. 7.* quæ latius declarabuntur in ſequentibus concluſionibus. Et pro his concluſionibus vide Innoc. *in cap. maiores. de baptiſmo.*

23 ¶Secvnda conclvsio eſt, in qua † omnes conueniunt, quod contra infideles Chriſtianos infeſtantes licitum eſt bellum, eſt enim hæc defenſio potius quam oppugnatio. *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. l. 1. ff. de vi & vi arma. & l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. pau. fecis. di.* Bal. *in l. ex hoc iure. 10. q. ff. de iuſti. & iur.* vbi dicit quod iuſtam re concuſſionem patiuntur iniuſti. *l. fi. ff. quod quiſq. iuris.* Innoc. & Card. *in d. c. quod ſuper.* Alber. de Roſa. *in Rubri. C. de iudæis.* Card. *de Turrecrem. in d. c. diſpar.*

24 ¶Tertia conclvsio, Quod ſi infideles ſiue Sarraceni, † ſiue Turci malè tractarent & opprimerent Chriſtianos innadentes, & deprædantes terras ipſorum, & captiuantes eos per mare, aut per terras ſicut quotidiè hoc fieri videmus, licitũ eſt contra eos inſurgere, & mouere bellum cõtra eos authoritate ſuperioris, & ipſe Papa poſſet implorare contra eos auxilium brachij ſecularis. Petr. de Anch. *in d. c. peccatum. 18. colum.* Innoc. & Card. *in d. c. quod ſuper. de voto.* Imo incontinenti vim vi repellere poſſunt. *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. c. olim. el. 1. de reſtit. ſpoliatorum,* & intellige incontinenti ſecundum qualitatem rei & perſonarum, *in c. ius naturale,* vbi traditur, *1. diſt.* Bald. *in l. fin. C. de his, qui à non domin. manu.* & idem ſequitur frater Alua. *in ſuo lib. de planctu eccleſiæ. lib. 1. art. 37.*

25 ¶Qvarta conclvsio, Quod licitum eſt bellum † contra infideles, qui poſſident terras & regna, in quibus Romani Imperatores iuriſdictionem habuerunt, ſecundum ea, quæ ſupra dixi *in fin. pen. concluſionis.* & Innoc. & alios *in d. c. quod. ſuper.* Pet. de Anch. *in d. c. peccatum. 18. col.* poſt Hoſt. & hæc ratio militat in toto orbe, in quo fuit prædicatum nomen Chriſti per rationem de translatione regni, vt fuit dictum *in cap. tranſlato. de conſtit.* & per Old. *in d. conſil. 72. an contra Saracenos,* & ſicut Chriſtus habuit plenariam poteſtatem & dominium ſuper vniuerſo orbe. Pſal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam filio regis, & Matthæi *vlt. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra,* ſic etiam Papa, nam Deus non viſus fuiſſet diligens pater familias niſi etiam Papæ Vicario ſuo dediſſet plenariam poteſtatẽ, *c. ad honorem. de vſu pallij.*

Nec obſtat quod Papa non habet poteſtatem niſi in partibus occidentalibus, & in alijs de quibus *in d. c. Conſtantinus. 96. diſt.* quia hoc verum quoad proprietatẽ, ſed quoad protectionem in omnibus, tradit dominus Iaſ. *in d. l. id quod. ff. de leg. 1.* & vna poteſtas debet alteri aſſiſtere, & alterius excitare negligentiam. *c. quis dubitat. 96. diſt.* ſequitur Ioan. de Lign. & Card. *in d. c. quod ſuper.* & Alua. *in d. loco.*

Nec obſtat quod dicit Card. ibi quod illa ratio non eſt bona quod ex quo fuerunt Chriſtianorum quod licitum eſt eas recuperare, quia alij infideles præſcripſerunt Imperium quod fieri poteſt iuxta tradita *in c. bonæ. 2 de reſtit. ſpolia.* & etiam quod plures populi fuerunt confœderati cum Imperio Romano ſuper quibus Imperatores nõ habuerunt iuriſdictionem, ad hoc dico, quod dicti infideles taliter poſſident regna quod nõ recognoſcunt Imperatorem in dominum, & ſic non poſſunt eſſe acephali. *c. cum non liceat. de præſcript.* & omnis anima ſublimioribus ſubdita eſſe debet, ad Rom. 13. *c. magnum. 11. q. 1. c. ſolitæ. de maior. & obed. c. omnis. de cenſibus c. prodeſt. 23. q. 5.* inde eſt quod licet Princeps poſſit merum Imperium ſupremum alteri communicare, ſuperioritatem autem & maioritatẽ & Imperij maieſtatem & honorem non poteſt alteri dare, cum nullus inferior ſit capax, nec poteſt euelli de corpore Imperij, ita ſingulariter dicebat Bald. *in conſil. 300. incipien. ad euidentiam lib. 5.* & ita intelligenda ſunt quæ ſcribuntur *in c. cum contingat, de foro compet. & cap. peruenit. de cenſibus.* Bartol. *in l. hoſtes. ff. de capti.* & Angel. de Peruſi. *in l. 2. C. communia de legatis.* dum dicit quod non poteſt inferior acquirere vt videatur exemptus à ſuprema poteſtate & videatur acephalus, refert Caſſia. Lup. *in repet. l. Imperium. colum. 14. ff. de iuriſd. omnium iudic.* itaque Imperium quod infideles præſcripſerunt, non eſt illa ſuprema poteſtas principandi quæ eſt in Imperatore, ſed forſan eſt illud Imperiũ quod expeditur officio iudicis nobili, quia illa ſuprema poteſtas Imperatoris ſicut non eſt conceſſibilius non eſt præſcriptibilis Moderni *in d. c. cum contingat.* & per Anton. de But. *in cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi: cum alijs* quæ tradunt Docto. *in d. l. Imperium.* & egregiè per dictum Caſſia. Lupum *in 14. quæſt.* ſunt etiam dicti infideles malæ fidei poſſeſſores qui nullo vnquam tempore præſcribunt. *c. poſſeſſor. de regu. iur. lib. 6. c. fin. de conſue. & in authent. malæ fidei poſſeſſ. C. de præſcript. longi temp.* effecta ſunt enim dicta regna vitioſa & violenta per eorum occupationem, merito vitium tranſit ad poſteros. *capit. quia Gu. de Iudæis. l. vitia. C. de acquirend. poſſeſſ. traditur in l. an vitium. ff. de diuerſis & tempor. præſcript.*

Et licet populi confœderati fuerunt aliquo tempore cum Imperio Romano non hoc abſtulit ſuperioritatem Imperatori: præcarius erat ille vſus Imperij penes populos confœderatos, quem vſum poteſt Imperator reuocare. Bart. *in l. hoſtes. ff. de capti.* & in huiuſmodi incorporalibus quæ non poſſunt haberi niſi ex donatione vel precario potius præſumitur quis præcario quam pro ſuo poſſidere. Innoc. *in d. cap. bonæ. 2.* & Bald. *in l. 2. C. de ſeru. & aqua.* Et etiam poteſt dici quod illi populi vtebantur illo Imperio per modum facultatis quæ præſcriptionem non inducit. *l. viam publicam. ff. de via publi. cum ſimilibus.* vt tradit dominus Iaſ. *in repet. l. quominus. ff. de flumin. colum. 6. 3. quæſt. principali.* ſpoliati quidem ſunt Imperatores ſuis regnis vt dicit Innoc. *in d. cap. quod ſuper.* merito poſſunt ad recuperationem illorum agere ex magno interuallo, quia incontinẽti dicitur poſt magnum tempus, cum facultas ſe obtulerit, etiam poſt decennium vt dicebat Vgo *in ſua lectura, in cap. ius naturale. 1. diſt. & eſt gloſſ. nota. in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma.* Bald. *in d. l. fin. C. de his* qui à non domin. Ioan. de Imol. *in l. 1. §. qui præſens. ff. de verbo. obliga.* licet enim dictiones incontinenti & mox ac ſimiles modicum temporis requirant, nihilominus ſi ratio ſubiectæ materiæ aliud ſuadet in maiori tempore verificantur, Bald. notat *in l. 1. C. vnde vi.* dominus Iaſ. *in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. poſſeſſio. colum. 7.* Bald. *in capitu. in litteris. de reſtitut. ſpoliat.* Angel. de Aretin. *in §. quadrupli. colum. 16. inſtitut. de actio.* Bald. *in cap. in literis. de reſtit. ſpolia. de actio.* Abb. *in ca. olim. l. primo. colum. 4. eod. tit.*

¶Qvinta conclvsio eſt, quod licitè indicitur † bellum contra infideles, ſi ipſi nolunt admittere prædicatores Euangelij ad eos miſſos per ſummum Pontificem, vel quia ipſi peccant contra legem naturæ, nam ratione huius peccati ſunt de foro Eccleſiæ, vtrunque tenent Innoc. Card. & Ioan. de Lign. *in d. c. quod ſuper.* & poſſunt compelli viuere ſecũdum leges imperiales, non enim debent eſſe magis exempti quam Chriſtiani, & infidelitas non debet præſtare eis patrocinium, vt cõcludit Aug. de Anco. *in tract. de poteſt. Papæ, q. 23. art. 5.* & patet per *totum tit. C. de paga. & C. de iudæ.* † & dicit Ang. *in l. 1. §. ius gentium. ff. de iuſt. & iur.* quod ſi Iudæus delinquit cõtra legem ſuam hæreſim committendo poſſet puniri per Inquiſitorem, per Abb. *in c. gaudemus. de diuort.* & idem dici poſſet de illis, qui idola colerent, quia peccant contra legem naturæ & apoſtatæ ſunt, vt dicit Card. Alex. *in c. cum ad verum. col. 12. 96. diſt. & dixi ſupr. in 2. q. circa fin.* Et dicebat Ockam *in ſuo dialogo par. 1. lib. 6. c. 77.* quod Philoſ. & alij idolatrantes nõ fuerunt à crimine excuſati, quia aut ſciuerunt idola non eſſe colenda, & criminoſi erant, quia ſecundum rationem viuere nullatenus conabãtur: aut ignorabant, & tunc etiam peccabant, quia laborabant craſſa & ſupina ignorantia, quia per rationem naturalem poterant inuenire quod nihil diuinitatis erat in idolis manufactis, vt ibi per eum circa finem, merito idolatræ tanquam peccantes contra naturam poſſunt à Papa puniri, &c. per dicta Doctorum *in d. c. quod ſuper.* 26 27

¶Sexta conclvsio eſt, quod licitum eſt † bellum contra Sarracenos detinentes ciuitatẽ Ieruſalem, in qua Chriſtus pro redemptione generis humani paſſus eſt, quæq; ſacrata eſt ſuo pretioſo ſanguine. Et ideo non debet eſſe ſub poteſtate infidelium, maximè cum illam propter mortem Chriſti ſubiugarunt Veſpaſianus Imperator & Titus eius filius 40. anno poſt paſſionem Chriſti, & fuerunt cæſa per omne tempus obſidionis decies centena milia Iudæorum, & vt ait Vgo Floriacen. feſſi denique multa cæde Romani quærebant, quibus captiua mãcipia venderent, ſed quia plurimi venales, & pauci inueniebãtur emptores, non defuerũt, qui & triginta mancipia vno numiſmate mercarentur, & tunc ſecundum Euſebium in chronicis defecit regnum Iudæorum, vt latè tradit S. Ant. Flo. *in chronica* 28

nica ſua par.1.tit.7.§.1.cum trib.ſeq. & illa deſtructio Ieruſalẽ fue-
rat iam pronunciata per Danielem Prohetam, per quingentos
& 35. annos ante eius euerſionem & pronunciata morte Chri-
ſti dicit Dan.9.c. & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit popu-
lus cum duce venturo ſcilicet Tito, & Chriſtis prænunciauit
hoc Iudæis Lucæ 12. quãdo fleuit ſuper illam in monte Oliueti
dicens *Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & co-
anguſtabunt te vndique, & ad terram proſternent te & non relinquent
in te lapidem ſuper lapidem.* & cauſam tantæ calamitatis aſſignans
ſubdit, *eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Et de illius ci-
uitatis ſubuerſione latè tradit Ioſephus *in li. de Bello iudaico.* Sed
heu hodiernis temporibus, propter demerita noſtra, nullus de
illius ſanctæ ciuitatis recuperatione cogitat, & forſan tot ſunt
peccata noſtra, quod Deo magis placet illã coli ab infidelibus
quam Chriſtianis, nam ſcribitur 2.Pet.2. melius enim erat illis
non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt cognitionem retror-
ſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato,
quia recidiuante peccatore, ingratitudo beneficij accepti ag-
grauat peccatum.
29 †Sed an ex eadẽ ſpecie peccati magis puniatur Chriſtianus,
quam infidelis, dic quod ſic ſi Chriſtianus peccat ex contem-
ptu, ſecus ſi ex ſurreptione, ita concludit S.Tho. *ad Hebræos 10.
lectione tertia. in ſimili* Card. Alex. *in ca. homo 45.diſt.* Et dicitur ci-
uitas Ieruſalem vmbiculum terræ, quia ſita eſt in medio terræ
habitabilis, vt dicit S.Thom. *in 3.part.q.46.art.10. in corpore.* ſic
ergo tam ratione conſecrationis factæ de illa ciuitate per paſ-
ſionem Chriſti, quam etiam, quia fuit deuicta per Imperatorẽ
Romanum cui ſuccedit Papa, vt dictum eſt *ſupra cõcluſione pri-
ma in fin.* poteſt Papa cõtra occupatores illius bellum iuſtè in-
ducere, vt tradunt Innoc. & alij *in d.c.quod ſuper.* Petr. de Anch.
in c.peccatum.18.col. de reg. iur. lib.6.
30 ¶SEPTIMA CONCLVSIO eſt quod †ab hæreticis bona & re-
gna ſunt auferenda per Principes ſeculares, cum hoc cautum
ſit, tam in legibus imperialibus, quàm canonicis. *l. Manichæos.
C. de hæret. c. vergentis. de hæret. c. cum ſecundum ll. infra eod. lib.* vbi la-
tius dicam, & pœna mortis damnari debẽt tam hæretici quam
credentes. *l. Ariani. §. Manichæi. & l. quicunque. §. vltimo ſupplicio.
C. de hæret. traditur in c. ad abolendam. de hæret. l.1. C. de paganis.* ho-
die conſuetudo introduxit, vt pœna ignis puniantur per text.
Ioan.15.ca. vbi dicitur, quod ſi quis in me non manet mittetur
foras ſicut palmes, & areſcet, colligẽt eum, & in ignẽ mittetur,
ſic dicunt Hoſtien. Ioan. Andr. Abb. & Felyn. *in d. ca. ad abolen-
dam. colum. fin. de hæreticis*, immo debent hæreticorum ciuitates
& loca igne incendi, de quo ſunt optimi text. *cap. ſi audieris. 23.
31 q.5. & c. legi. 23. q.8.*
¶OCTAVA CONCLVSIO eſt, quod à †Principe infideli eſt
auferendum regnum, ſi eius populus eſſet cõuerſus ad fidem,
& ipſe conuerti nollet, & timeretur de ſubuerſione populi, &
ſchandalo, tunc debet ei ſolui pretium regni, vel æquiualens
commutatio, vt tradit Innoc. *in d.c. quod ſuper. argum. in ca. fin. de
Iudæis*, Petr. de Anch. *in d.c. peccatum. colum. 2. & l.1. C. pro quibus
cauſ. & dixi ſupra q.7.* & eſt caſus, in quo quis tenetur inuitus vẽ-
dere rem ſuam, & eſt addendus ad ea, quæ dicit D. Iaſ. *in l. nece-
mere. C. de iure deli. & l.2. in prin. ff. ſolut. matr.* Felyn. *in cap.1. de Iudæ.*
& Moder. *in c.1. de empt. & vend.* ſic etiam Papa poteſt prælatum
exoſum populo ad alium locum cogere renunciare prælaturę,
ſeu Epiſcopatui, etiam inuitum, ſi periculum eſt magni ſchan-
dali, & tunc prouidebit illi de bono cambio, ita dicit Innoc. *in
ca. niſi cum pridem. in verbo, malitiam, de renunc.* Card. Flor. conſu-
luit in duobus contendentibus de Papatu *in conſil.150. incipien.
quæſitum ſæpe fuit à me. colum.4. verſ. quintus modus.* Ludou. Ròma.
in conſil.345. circa primum dubium Ioan. Andr. *in c. quod ob gratiam.
in quæſtio. de reg. iur. lib.6.* Ioan. Monachi *in c. generali. de elect. lib.6.*
Felyn. *in c. quæ in eccleſiarum. 8. colum. de conſtit.* Abb. *in c. fin. de po-
ſtul. prælatorum. & in cap. conſtitutus, de relig. dom.* Bald. *in c.1. ad hoc,
de pace iuram. firm.* & de veritate huius dicti latè ſcribit D. Iaſ. *in
l. Barbarius. col.8. ff. de offic. prætoris. l. quotiens. C. de rei vend. in l. fin. C.
ſi contra ius vel vtil. publ.*
¶NONA ET VLTIMA CONCLVSIO eſt, quod generaliter
Papa poteſt concedere Principibus ſecularibus, vt indicant
32 bellũ contra omnes infideles, qui moniti nollent legem Chri-
ſtianam profiteri, † etiam ſi vellent cum Chriſtianis pacificè
viuere, non ſolum per dicta in quinta concluſione ſupra, ſed
ſed etiam ex infra dicendis: inde ſequitur, quòd Inſulares, qui
ſunt in mari Oceano licitè debellãtur tum quia idolatræ, tum
etiam vt eis nuncietur veritas Euangelica, quam moniti nollẽt
audire. Et in hac concluſione reſident Hoſtien. Oldr. Ioan. de
Lign. Archid. Lauren. & Ioan. de Fant. vt ſupra dixi, non enim 33
eſt dare locum, in quo nomen domini † laudatum non fuerit,
aut cultum, aut laudari non debeat, intelligendo illam aucto-
ritatem Pſalm.18. *In omnem terram exiuit ſonus eorũ,* ſiue de præ-
terito, ſiue de futuro, ſecundùm diuerſas ſententias beatorum
Auguſtini, & Chryſoſtomi, *vt ſupra dictum eſt in prima concluſio-
ne*, & Pſalm.112. *A Solis ortu vſque ad occaſum laudabile eſt nomen
Domini*, & in Pſalm.116. *Laudate Dominum omnes gentes, laudate
eum omnes populi.* & Saluator noſter dixit diſcipulis ſuis. Eritis
mihi teſtes in omni Iudæa, & Samaria, & vſq; ad vltimum ter-
ræ. *cap. in nouo. 21. diſt.* & de Chriſto eſt ſcriptum, Omnes Reges
adorabunt eum & omnes gentes ſeruient ei, *c. diſplicet. 23. q.4.*
omnia enim ſubiecta ſunt Chriſto, oues & boues & inſuper o-
mnia pecora campi, & per oues intelligimus Chriſtianos, de
quibus ipſe dicit, Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues
meas, & bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis. *ca.
in ſcripturis. 8. q.1.* per boues vero intelligimus Saracenos tam-
quam beſtias ratione carẽtes, qui relicto Deo vero colunt ido-
la, & de his plenè habetur in Gene. per Magiſtrũ hiſtoriæ Sco-
laſti. *c. de fuga Agar.* Item Eccleſia fuit figurata in Sara, cui dictũ
eſt per Angelum: Eijce ancillam & filium eius nec habeat por-
tionem cum filio liberæ. *c. dixit Sara. & c. recurrat. 22. q.3.* ſic con-
cludit Hoſt. & Oldr. vbi ſup. infideles ergo non mitentur, quia
Deus concitat, vt à Sara verberetur Agar, & cognoſcat ſe Agar
& ſupponat ceruicem, vt hęc & alia dicit S. Aug. ſup. Ioannem,
vt legitur *in c. quod vult deus. 23. q.4.* & prædicta cõcluſio probari
efficaciter videtur *in d.c. de rebus*, & eam tenent allegati Doctor.
in d. ca. quod ſuper. & frater Alu. *in d. ſuo libello de planct. lib.1. art.37.
col.4.* & Ioan. maior. *in 2. diſt. 44. q.3.* Card. *in c. excommunicamus.
§. catholicus, de hæreticis.* 34
¶QVÆRO AD EA quæ ſupra † tetigi de coronatione Impe-
ratoris. An Imperator poſſit alibi, quam Romæ coronari, Re-
perio quod Card. Zaba. *in clem.1. §. nos itaque. in notab.22. de iure-
iur.* tenet quod iam hoc alijs temporibus factũ fuit quod Im-
perator fuit coronatus per manus legati nomine Papæ, & Ge-
mi. *in c. ſtatuimus. de offic. deleg. lib.6.* refers quod Imperator Hen-
ricus fuit coronatus extra Romam, quia Romam non potuit
venire propter impedimentũ Regis Roberti, & Papa Clemẽs
declarauit dictam coronationem valuiſſe, prout refert D. Iaſ.
in repert. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap. colum.100. ſed contrariũ
videtur verius per text. *in d. cle.1. §. nos itaque,* vbi probatur quod
Papa proprijs manibus coronat Imperatorem, & ſic per alium
non poteſt, accidit glo. ſingularis, *in clem.1. in verbo, publice, de vi-
ta & honeſt. cler.* vbi probatur quod quando quis debet facere
perſonaliter non debet facere per alium, & hoc firmat Bald. *in
c.1. §. ad hoc. col.5. de allodijs, vel de pace iura. firm.* quod Imperator
Alemanus debet ire Romam ad ſuſcipiendam Coronam, nec
poſſet ei mitti alibi ſcilicet in Alemaniam per Papam, quod
fieri debet in veteri Roma non autem in Conſtantinopoli. ita-
que ire debet Imperator, & non mittere, ſi tamen aliter fieret
de concordia Papæ, & Imperatoris, tunc nihil ad nos ſi partes
conueniunt. *l.1. §. inde quæritur. ff. de ope. noui nunc. facit c. ſtatutum.
§. in nullo. de reſcript. lib.6.* Et quæ dicunt domini de Rota *in deciſ.
380. incip. Item ſi iudex.* accedit pro dicto Bald. text. *in l. per hanc.
C. de eroga. mili. ano. lib.12.* vbi dicit quod ſtipẽdiarius debet pro-
prijs manibus accipere ſalariũ, dicit ibi Bart. ergo non per ſub-
ſtitutum, quia illa verba induxũt induſtriam perſonæ: ad idem
text. *in c. periculoſe, de pen. diſt.1. in verbo, proprijs manibus.* facit text.
in l. probatorias, C. de offi. diuer. lib.12. quod actus, de quo ibi debet
fieri per manus noſtras Bart. dicit ibi excludit ſubſtitutum, &
ſic per alium fieri non poterit, & ad prædicta faciunt, quæ di-
cunt Abb. Andr. Sicul. & Felyn. *in c. fin. §. is autem. de offic. delegat.*
Ex quibus concludi debet quod Papa debet coronare & con-
ſecrare Imperatorem proprijs manibus per *d. §. nos itaque, cum
alijs*, maximè quia ibi dicitur Romani Imperij coronam debe-
re per manus noſtras cõcedi: nam verbum debet neceſſitatem
importat, glo. *in c. propoſuit, de appell.* concordat gloſſ. *in verbo, de-
beat, de ſtatu Monach.* tradunt Doctor. *in l. ſæpè, de offic. præſid.* & per
Abb. *in d.c. propoſuit, & in ca. ſi vir. in verbo, debet, de adulter.* & tra-
ditur *in l. obſeruare, in princ. ff. de offic. proconſ.* & Bart.
*in l. creditores, colum.1. C. de
pignor.*

¶ In quæſt.nona.

SVMMARIVM.

1 *Imperator, ſeu Reges Chriſtiani an poſſint inire pacem, ſeu treugam longi temporis cum turcis, ſeu alijs infidelibus ſine conſenſu Papæ.*

2 *Reges tenentur iuuare ſummum Pontificem cõtra infideles, & propterea poteſt illos excommunicare, ſi id facere recuſant.*

3 *Reges Chriſtiani tenẽtur præſtare obedientiam iuratam Papæ nouiter electo.*

4 *Reges habentes ſua Regna in feudum eccleſiæ tenentur præſtare obedientiam Papæ electo.*

5 *Papa poteſt deponere Imperatorem & Reges à Regnis ex cauſa.*

6 *Crimen læſæ maieſtatis committitur in Papam, & Cardinales.*

7 *Reges debent eſſe confœderati cum Papa, non ad aliis nocendum, ſed ad ſe defendendum.*

8 *Obedientiam præſtari Papæ à Regibus Chriſtianis quid importat.*

9 *Papa poteſt remittere iuramentum præſtitum in fauorem Eccleſiæ.*

10 *Papa quando debet conſentire, vt Reges Chriſtiani pacem componant cum infidelibus.*

11 *Pugnandum non eſt contra infideles cum paucis, homo enim debet facere, quod poteſt, reliquum committendum eſt Deo.*

12 *Reuelatio attendenda eſt ne ſit diabolica.*

13 *Pax quando eſt componenda cum infidelibus.*

14 *Pax & longæ induciæ æquiparantur.*

15 *Capitaneus generalis Regis poteſt pacem componere & longas inducias cum hoſtibus.*

1 NONO QVÆRO, an Reges Chriſtianorum poſſint pacem inire, ſeu treugam longi temporis cum infidelibus vt puta turcis, aut Saracenis inconſulto ſummo Pontifice, & ad id non conſentiente? Dicendum hoc non poſſe fieri ſine volũtate, & conſenſu Papæ. Nam prout ſæpè dictum eſt bellum contra infideles indici debet authoritate Papæ, vt dicebat Ioan. de Lign. *in ſuo tract. de bello. ca. 2.* Bart. *in l. Chriſtianis. C. de paga.* Cald. *in conſ. 1. de treuga & pace.* Merito pax, ſeu treuga non debet fieri ſine conſenſu indicentis bellum, ſicut in ſimili dicimus de capitaneo cui ſimpliciter commiſſum eſt ducere exercitum, non poteſt ille capitaneus pacem facere ſine volũtate domini, nec hoc venit in mandato generali *l. mandato generali. ff. de procurat.* Bar. notat *in l. conuentionum. ff. de pactis.* Sic antiquitus duces populi Romani non poterant fœdus inire ſine iuſſu populi Romani à quo mittebãtur Duces. Et ſic fuit reciſum fœdus quod inierat Aulus Dux Romanorum cum Iugurtha, vt refert Saluſtius prout tradit Bald. *in d. l. conuentionum.* Itaque ſi quis nomine alieno gerãt bellum non poteſt ſine illo pacem inire. Secus ſi nomine proprio, vt Imperator Rex, vel alius Princeps, vt tradunt Angel. de Peruſio. & Paul. de Caſtr. *in d. l. conuentionum.* Cum ergo Imperator & Reges Chriſtianorum gerãt bellum contra infideles ad indictionem Papæ ex cauſis iam dictis in præcedentibus concluſionibus. Merito ſine ipſius Pontificis ſcitu & voluntate pax non eſt ineunda. In hoc enim ipſe Pontifex reputatur dominus cum ſit vniuerſalis Eccleſiæ paſtor. *c. ad honorem de auth. & vſu pallij. & c. vt noſtrum, vt eccleſ. bene. pater,* quia Papa excommunicat illos qui deferunt arma, & alia prohibita ad terras Saracenorum. *cap. ſignificauit. c. quod olim de Iudæis.* Et illi infideles ſunt inimici Eccleſiæ & nominis Chriſti cuius debet eſſe Papa acerrimus defenſor vſque ad ſanguinis effuſionem. *c. conuenior. 24. q. 8. c. non eſt enim. 23. q. 5.* & ſic ipſe cẽſetur eſſe Imperator Rex & dominus belli indicti cõtra dictos infideles hoſtes dictæ eccleſiæ.

2 Contra quos Reges tenentur iuuare ſummum † Pontificẽ, vt dicebat Ioan. Andr. *in c. fin. de dilatio.* Et illos Papa requirere poteſt. *c. ab Imperatoribus. c. Maximianus. 23. q. 3.* Et ſi recuſant Reges hoc facere excommunicare poteſt. glo. & Doct. *in ca. adminiſtratores. 23. q. 5.* Et Reges & Imperatores ſi Catholici ſunt filij ſunt eccleſiæ non autem domini. *c. ſi Imperator. c. quis dubitet. 96. diſt. & in d. c. conuenior,* & forum ſortiuntur coram Papa. *c. nouit. de iudicijs. c. per venerabilem, qui filij ſint legit.*

3 Et Reges † Chriſtiani tenentur præſtare Papæ canonicè electo obedientiam etiam iuratam, eſt text. notab. *in c. ſi tibi domino. 63. diſt.* Et dato quòd ille Otto Rex iuraret, vt Imperator & non vt Rex, prout eſt expreſſum *in cle. 1. de iureiur.* Nihilominus poteſt dici idem in omnibus Regibus Chriſtianis, vt dictam obedientiam præſtẽt Papæ nouiter electo. Cum ipſi Reges ſuccedant Imperatoribus in omnibus Regnis quæ poſſident, vt ſenſit Bald. *in c. 1. in princ. & in §. ad hoc. de pace iura. fir.* & ad id videtur quòd compellendi ſint *argumen. eorum quæ noc. in §. fuerat Inſtit. de actio. l. impuberem. C. de adoptio. in fin. & nota. in l. cum qui. §. iniuriarum. ff. ſi quis cautio.* cum alias de iure Imperator eſt dominus mundi. *in l. deprecatio. ff. ad l. Rodianus, de iactu.* & dixi ſupra & ſic conſueuit fieri, nam omnes Reges Chriſtiani & communitates vniuerſitatum vt eſt Venetiarum Florẽtiæ & Senatum, necnon alij Principes Italiæ, vt eſt Dux Mediolani, Marchio Ferrariæ, & Marchio Mantuæ, & ſimiles, electo nouo Pontifice Romano, deſtinant ſuos oratores ad exhibitionẽ obedientiæ ad ipſum Pontificem, & ſanctam Romanam eccleſiam.

¶ Et maximè hæc locum habent in illis † Regibus & princi- 4
pibus, qui ſunt in terris Eccleſiæ, quia hæc habent à Papa & à nullo alio concedi poſſunt. Bald. *in c. 1. quæ ſunt regal. in verbis ſi.* & tanquam vaſalli dictam obedientiam & fidelitatẽ præſtant. *c. 1. de noua for. fidel. in feudis. c. intellecto, de iureiur.* Andr. Sicul. *in c. paſtoralis. 13. col. de reſcriptis.* poſt Bald. *ibi in 3. col.* itaque in pluribus recognoſcunt ipſi Principes ſeculares Papam vt tradit Innoc. *in c. cum te. de re iudic.*

¶ † Inde eſt quod papa deponere poteſt Imperatorem & cæ- 5
teros Reges, & Principes ſeculares ex cauſa, Bald. *in l. fin. C. de legi.* traditur *in c. ad apoſtolicæ. de re iud. lib. 6.* Card. Alex. *in c. ſi Papa 40. diſt. & in c. ad verum. col. 1. 46. diſt.* vbi poſt longã diſputationẽ concludit Papam eſſe ſuperiorem Imperatore & ex conſequẽti cæteris Regibus, arg. notatorum *in l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & tempor. præſ. l. Claudius. ff. qui potio. in pignor. habe.* Cyn. *in authen. licet. C. de natur. liber, cap. authoritate Martini. de conceſ. præben. lib. 6.* facit text. *in c. ſolitæ. de maior. & obed. c. duo ſunt. 96. diſt.* tradit *in ca. alius. 15. quæſt. 6.*

¶ † Inde eſt quod in ſummum Pontificem & dominos Car- 6
dinales tanquam partes corporis Papæ cõmittitur crimen læſæ maieſtatis. *c. fin. in prin. de pœnis. lib. 6. iuncto, ca. ſi quis cum militibus, 6. q. 1. facit l. quiſquis, C. ad l. Iuliam maieſtat.* cum igitur Principes Chriſtiani ſubiecti ſunt ipſi Papæ tanquam ſupremo Principi Chriſtianorum, & hoc eſt de neceſſitate ſalutis, vt *in extrauag. vnam ſanctam, in fin. poſitam in tit. de maior. & obed.* & dicti infideles ſunt hoſtes ipſius Papæ, merito dicti Reges Chriſtiani pacem inire non poſſunt cum hoſtibus dicti ſummi Pontificis, quia ex hoc hoſtes iuuari videntur. *l. 1. cum ſequentibus, ff. ad l. Iu-*
liam maieſt. & debent dicti † Principis eſſe amici amicorum Pa- 7
pæ, & inimici inimicorum, quia hoc illa obediẽtia præſtita importare videtur, *c. 1. de forma. 22. quæſt. 5.* prout etiam dicitur Exo.
23. vbi Deus iniuit † fœdus cum populo Iſraëlitico dicens Ini- 8
micus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te, & ſic Principes Chriſtiani debent eſſe confœderati cum ſummo Pontifice, vt idolatras & inimicos fidei comprimant, non autem vt iniurias alicui inferant, & iniuſtè aliquem opprimant, ſed omnia fiant cum iuſtitia & veritate, nam talis confœderatio ſic intelligenda eſt, dummodo iniuſtè aliquis non opprimatur, etiam dummodo licita ſit & iuſta & non repugnet iuri diuino, nec inducat iurantes contra bonos mores. *cap. animaduertendũ, c. Paulus, 22. quæſt. 2. c. quemadmodum, de iureiuran.* nam nõ eſt appellanda fides, quæ ad peccatum faciẽdum datur, vt dicit Auguſt. *cap. ſi peccatum, 22. quæſt. 4.* & hoc alibi dicam, & ad propoſitum quòd non poſſit Imperator pacem facere cum turca, aut Saraceno eſt text. de hoc *in clem. 1. §. porro. de iureiuran.* vbi ponitur forma iuramenti, quod præſtare debet Rex Romanorum futurus Imperator, vbi ait inter alia, ac nunquam cum Saraceno, pagano, ſchiſmatico, ſeu alio quomodolibet communionem catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio præfatæ Eccleſiæ inimico, vel rebelli, ſeu ei manifeſtè ſuſpecto, vnionem quamlibet, ſeu parentelam, aut confœderationem inire.

¶ † Quod ſanè intelligi debet, niſi ad hoc accederet cõſen- 9
ſus Papæ in cuius fauorem vniuerſalis Eccleſiæ eſt dictum iuramentum præſtitum, quod ipſe poteſt relaxare, *argum. eorum* quæ not. Abb. *in c. 1. de iureiurando,* vbi dicit in vltimo notab. ꝙ ſi ille in cuius fauorem iuratur obligationem remittit, non indiget iurans alia abſolutione, quia Deus videtur etiam remittere cum ad vtilitatem alterius iuramẽtum receperit: ad idem *inc.*

in capit. 2. de ſponſa. Angel. de Aretin. *in §. æque. column. 3. de except.* Bald. *in repetit. l. 2. colum. 48. verſicu. ſuper ſecunda quaſtione. ff. de iureiuran. cap. 2. de renunciat. l. fina. ff. qui & à quibus,* Bald. *in authent. ei qui. C. de appellat.* & Felyn. *in d. capit. 1.* & etiam poſſet ex cauſſa Papa iuramentum relaxare præſtitum contemplatione Dei, vt Abb. dicit *in cap. 1. per ea. quanto de iureiuran.* nam de eo quod dominus poteſt facere, procurator poteſt diſponere, ſi dominus veriſimiliter eſſet facturus. *l. ſi hominem. ff. mandati.* Abb. *in c. fin. de conſuetu in 7. colum.* Abb. *in cap. 2. de probat. colum. 3.* idem notabilius ponit Abb. *in cap. propoſuit. de conceſſ. præben. column. 2.* & de extenſione *d. l. ſi hominem.* plura cumulat D. Iaſ. *in l. non ſolum. §. morte. column. 20. ff. de oper. nou. nunciat.* maximè, quia Papa liberam habet adminiſtrationem à Chriſto cuius eſt vicarius, & procurator, ideo quod ſuper eo Chriſto iuratum eſt poteſt diſpenſare etiam ex ordinata poteſtate nedum ex abſoluta, per quam omnia poteſt, quia lex eſt omne quod Principi placuit, vt dicit Bald. *in l. 2. in d. quaſt.* ſimile dicit Bald. *in præl. ad. feu. in 8. colum. verſ. aliqua. ſed pauca.* gloſſ. *in cap. quæro. de tranſlat. Epiſcoporum.* Bald. *in l. reſcripta. C. de precib. Imperato. offeren. & l. fin. colum. 1. C. ſententiam reſcin. non poſſe.* Papa etiam adminiſtrator eſt omnium Eccleſiarum. Domin. de ſancto Gem. *in conſil. 14. incipien. in hac cauſa colum. 1.*

10 ¶ Et ſic licet Papa † non debeat pacem facere cum fidelibus, quia illud damnare videtur, *vt in dicto §. porro.* nec Imperator, quia iurauit, vt ibi, nec aliquis alius Princeps Chriſtianus ex iidem cauſſis & rationibus, nihilominus ſi cauſſa & neceſſitas hæc ſuadent, Papa huic paci & concordiæ conſentire debet non obſtante eius prohibitione, & iuramento Imperatoris, vt puta, quia potentia infidelium eſt tanta & inſuperabilis, vt defenſio non videatur ſufficiens ad eis reſiſtendum: quod probatur, nam ſcribitur Eccleſiaſtici capitu. 8. *non litiges non homine potente, ne forte incidas in manus illius, & noli contra fortiorem contendere: & idem in capitu. 4. inquit, Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij, eſſet enim magna temeritas & præſumptio ſi quis vellet cum paucis contra multos pugnare,* nam tentaretur Dei potentia, contra illud quod ſcribitur Deuteronomi. 6. & Matthæi 4. cap. *cum potentioribus pares eſſe non poſſumus, l. 2. ff. de alien. iudicij mu. cau.* & inermes cum armatis non poſſumus rectè contendere, *capitulo frequens. de reſtitut. ſpoliat. libro 6.* nam ſecundum communem curſum bellorum & ex humanis coniecturis non poſſemus vincere, nec illæſi à manibus inimicorum euadere. hinc dicit Auguſt. *in ca. paratus. 23. quæſt. 1.* quod paratus debet eſſe homo iuſtus & pius patienter illorum malitiam ſuſtinere, quos fieri bonos quærit, vt potius numerus creſcat bonorum, non autem pari malitia ſe † quis numero addat malorum. 11

¶ Vnde licet mori pro Chriſto & pro iuſtitia ſit præceptum & ſic martyrium eſt patienter ſuſtinendum, vt dicit Auguſtin. *in libro 13. de ciuitate Dei. capitulo quarto.* non tamen quis ſe debet ingerere martyrio, & dare occaſionem alteri iniuſte agendi, ſufficit quidem, quod ſi alius iniuſte egerit ipſe moderate tolerare debet, vt dicit Sanctus Thomas *in 2. ſecunda quæſtione 124. articulo primo ad 3. & in 3. articulo ad primum,* & idem quolibet quarto articulo 20. vnde homo oppreſſus iniuſte debet facere quicquid honeſte poteſt vt liberetur: ſic Paulus cũ ſporta per murum dimiſſus eſt vt fugeret manus Iudæorum, 2. Corin. 11. & Actuum 9. & cum ignoramus quid agere debeamus hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te domine, ſecundo. Paralip. 20. capit. Sic Dauid fugit à Saul, primo Regum. capit. 20. & nunquid tolletur à forti præda: aut quod captum fuerit à robuſto ſaluum eſſe poterit. Eſaiæ 49. hoc tamen intellige ſecundum Ioannem Lupi *in tractat. de confæder. princip. column. 18.* niſi Deus aliter reuelauerit, ſcilicet vt pauci contra plurimos pugnent: tunc enim pugnandum eſt, nec de euentu belli dubitandum eſt. Fidelis eſt enim Deus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Pſalm. 144. vt legitur de Gedeone, Iudicum ſeptimo capitulo. & Dauid conſulente dominum, dominus reſpondit, Perſequere, abſque dubio enim comprehendes eos & excuties prædam. primo Regum 30. capitul. & Numer. cap. 14. Moyſes ad populum ait: neque timeatis populum terræ huius: quia ſicut panem ita poſſumus eos deuorare, receſſit ab eo omne præſidiũ dominus nobiſcum eſt. Scribitur etiam primo Regum. 17. *Nouerit vniuerſa Eccleſia hæc, quia non in gladio non in haſta ſaluat dominus,* & Iudi. 9. capitu. *dicit, non enim in multitudine eſt virtus tua domine: neque in equorum viribus voluntas tua.* & Pſalm. 146. *non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei: ſed ſuper timentes eum, & qui ſperant ſuper miſericordiam eius.* ſic etiam reuelauit Eſaias regi Ezechiæ. quarto Regum. 19. capit. *noli timere à facie ſermonum quos audiſti: quibus blaſphemauerunt pueri aſſiriorum me, & tunc habuit victoriam Rex contra Senecherib: nam Angelus veniens in eius caſtra occidit in vna nocte centum octuaginta quinque millia hominum: quia blaſphemauerat dominum.* idem ſcribitur ſecundo Paralipom. capitu. 32. Attendendum eſt tamen: † ne hæc reuelatio ſit diabolica, & non diuina, quia plerumque Angelus ſathanæ transfert ſe in Angelum lucis: vt dicit Apoſtol. 2. Corinth. 11. *& in capitulo non magna. nec ler. vel monachi cap. licet. de regularibus. cap. Epiſcopi. c. nec mirum. 36. quæſt. 5.* & propterea. 1. Ioan. 4. clamat ſcriptura, *chariſſimi omni ſpiritui nolite credere, ſed probate ſpiritus vtrum ex Deo ſint.* vnde Ioſue. 5. cap. dicitur, *Noſter es an aduerſariorum.* non ſtatim credidit quod eſſet Angelus. 12

† Ex quibus patet quod ſi Imperator & Papa vident potentiam infidelium non eſt inconueniens pacem inire cum eis, vt Chriſtiani viuant in quiete & nullatenus bellare contra illos, quia eſſet Deum tentare: niſi aliud ex reuelatione haberetur vt dixi: & dicit text. *in capital. in nulla 23. quæſtio 8.* quod homo Deum tentare videtur; ſi habet quod faciat & ſuæ ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet: nec tamen per hoc intelligamus vt pax perpetua fiat ad nocendũ alijs Chriſtianis quia hoc nullatenus concedendum eſt: nam tunc Papa aut quilibet alius fidelis debet ſuſtinere omnia mala, quam malo conſentire. *capitu. ſi dominus. cap. Iulianus 11. quæſtio. 4.* quia vtilius eſt naſci ſchandalum quam quod veritas relinquatur. *c. magnæ. de voto. cap. inter verba. 11. quæſtio. 3. cap. qui ſcandalizauerit. de regu. iur.* Ioan. Andreas. *in capitulo 1. de offic. legat. libr. 6.* dixi plura de ſchandalo in mea diſputatione de reuelatione ſecreti. Et pro hoc optime facit text. *in capit. denique. 14. quæſt. 5.* vbi dicitur, ſi non poteſt ſubueniri alteri niſi alter lædatur commodius eſt neutrum iuuari, quam alterum grauari, *immo* iniuſte grauatum iuuare debemus. *capitulo dilecto. de ſententia excommunicatione. libro ſexto.* quia qui prohibere potuit & non prohibuit tenetur ſi non fecerit. *leg. ſcientiam. in princip. ff. ad l. Aquil.* Decius tradit *in l. nullum. ff. de regul. iuris.* & latius quam alibi dominus Decius *in lege culpa caret. ff. de regul. iuris.* 13

† Et quod dixi de pace non componenda cum infidelibus ſine cõſenſu Papæ, idem intelligo in longis induciis quia longæ induciæ ſiue treugæ, quæ ad hoc paci æquiparantur vt dicit Angel. de Peruſio, Paul. de Caſtr. & Fulgo. *in dicta lege conuentionum.* qui text. ad hoc facit *cum gloſſ. fin.* idem tradit Ioan. Andreas. *in addit. Specul. in rubric. de treug. & pace. per text. in cap. nouit. § poſtremo. de inducijs.* vbi text. appellat treugam pacem. *capitul. 1. de treug. & pace.* Sequitur Alexand. *in dicta lege conuentionum.* Alexand. de Imol. *in l. ſi ex legati cauſſa. & l. qui ſeruum. ff. de verborum obligatio.* tradit plura. Anton. Corſe. *in ſuo tracta. de excellentia regia. quæſt. 41.* Si vero eſſent treugæ paci temporis cauſſa reſtaurandi vulneratos ſiue pro alia neceſſitate guerræ, ſiue exercitus, dux belli concedere poſſet, *argument. l. ad rem mobilem. & l. legatum. ff. de procurat.* Bartol. *in lege ii qui rem. ff. de publica. indicat. column. penultim.* tradit Alexand. *in d. l. conuentionum.* Doctores *in capitu. primo. de treug. & pace. & cap. cum olim. de reſtitutio. ſpoliatio.* 14

Et † id quod ſupra dictum eſt quod illum ſpectat pacem cõponere ſiue longas inducias cõcedere ad quem inductio belli pertinet vt etiam notant Doctores *in d. capit. 1. de treuga. & pace.* & per Calder. *in conſil. 1. eod. titu.* & non ad ducem belli, limitari poteſt niſi ille dux belli eſſet generalis capitaneus cum libera appell. quia tunc pacem & longas inducias facere poſſet cum infidelibus iuxta not. per Bartol. & alios *in lege qui Romæ. §. Calimacus. ff. de verbor. obliga.* & idem ſi eſſet locum tenens principis cum omnia poſſit ſicuti ipſe princeps ſecundum Barto. *in l. 1. §. à præfecto. ff. de legat. 3. l. 2. cum gloſ. C. de offic. eius qui vicem alterius gerit.* Alexan. & alij *in rub. ff. de offic. eius.* vt tradit dominus Iaſ. *in dicta l. conuentionum.* alias autem ſi non haberet liberam, ſpeciale mandatum requireretur ad huiuſmodi pacis compoſitionem, vt notat Spec. *in tit. de treug. & pace. §. 1. verſic. hoc quoque. per tradita in cap. per tuas. de arbitris:* & Alexand. conſuluit *in conſil. 26. viſo & diligenter ponderato. colum. 4. lib. 6.* Bartol. *in d. l. conuentionum. in fin.* & licet mandans pacem fieri moriatur, mãdatum morte non 15

non finitur, Spec. *in tit. de homicidio. verſic. ſed pone argum. l. fundi. ff. de acquir. poſſeſſ.* & in cauſſis piis mandatum non expirat morte mandantis. Bald. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle.* quem Roman. *in auth. ſimiliter in 9. q. impugnat, C. ad l. falcidiam.* & licet quis inuitus non compellendus ſit in foro contentioſo ad pacem, tamen in foro conſcientiæ compellendus eſt, Bald. *in l. n. §. quies. ff. de offic. præfec. vrbis.* & de priuilegiis pacis multa aggregat Ant. Corſe. *in d. tractatu, & quæſtio.* & Lucas de Penna *in l. fin. C. de publ. lætit. lib. 12.* & qui iurat non facere pacem cum proximo huic iuramento non tenetur ſtare. *cap. qui ſacramento. 22. quæſt. 4.* Spec. *in titu. de præpar. iudic. in verſ. fin.* iuramentum enim contra bonos mores non eſt tenendum, *l. ſi quis inquilinus. ff. de legat. primo. cap. quanto. de iureiuran. cum ſimilibus, de hac quæſtione videm prati. concellaria.*

§ In quæſtione decima.

S V M M A R I V M.

1 *Regibus Chriſtianis an liceat implorare auxilium infidelium pro ſui regni & regnicolarum defenſione.*
2 *Auxilium infidelium vt poſſit implorari à Chriſtianis, quæ debent concurrere.*
3 *Occidens aliquem ne ipſe ab altero occidatur, an excuſetur ab homicidio, & habui in ſaltu.*
4 *Defendens ſe & vibrando enſem poteſt de iure inuaſorem occidere ſine irregularitate.*
5 *Defenſio omni iure licita eſt.*
6 *Neceſſitas eſt cauſa violandi iura.*
7 *Canonici abſentantes ſe ab eccleſia ob cauſam ſeditionis quæ fuit in ciuitate habentur pro reſidentibus & intereſſentibus.*
8 *Defenſionis cauſa licitum videtur ponere diſſentionem inter hoſtes exemplo Pauli.*
9 *Canes tolerantur in eccleſia pro pace eccleſiæ.*
10 *Maleficijs an ſit licitum vti ad maleficia tollēda, & arte magica ad incantationem tollendam vel diſſoluendam.*
11 *In bello iuſto licitum eſt vti inſidijs.*
12 *Iulianus apoſtata fuit toleratus ab Eccleſia propter maius ſcandalum.*
13 *Malitia aduerſus malitiam an reſiſti poſſit.*
14 *Iuſtum bellum quæ efficiunt.*
15 *Bello iniuſto non eſt licita defenſio.*
16 *Auxilium infidelium quando eſt inuocandum à Chriſtianis pro eorum defenſione reſolutoriæ habes.*

1 DECIMO QVÆRO, an Reges Chriſtiani ſine peccato poſſint infidelium pro patriæ ſuorumque defenſione auxilium implorare. Et licet Old. ad. moueri hanc quæſtionem *in conſil. 21. incip. nunquid Chriſtianus.* & Ioan. Andr. *in addit. Specu. in rubri. de Iudæ. verſic conuertendo hūc caſum,* nihilominus latius explicabo, ad partes arguendo, & videtur dicendum quod non, ſcribitur enim ſecundo Paralipom. 19. capit. Heiu filius Anan. Propheta dixerat ad Ioſaphat Regem Iuda, impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris? Et idcirco iram Dei merebaris. Et Iſaiæ. 36. cap. reprehenditur Ezechias à Duce Regis Aſſyriorum, quod confideret in Rege Aegyptiorum, qui fuerat diſſipatus, eo quod præſtiterat auxilium defenſiuis, & protectionis filiis Iſrael. Sic legitur. *cap. 1. verſit. item ſicut legitur in Eſaia. 23. quæſt. 3.* & ſic patet quod Rex Iſrael implorauerat auxilium Aegyptiorum infidelium, pro ſui defenſione contra Regem Aſſyriorum, propter quod reprehendebatur per illum Ducem dicentem, Ecce confidis ſuper baculum arundineum contractum, ſuper Aegyptum, cui ſi innixus fuerit homo intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao Rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo, ad idem capitulum ſecundum, ea cauſſa, & quæſt. accedit quod ſcribitur Deuteron. ſeptimo capit. vbi prohibetur populo Iudaico, ne ineat fœdus cum gente illa, quia detinebant patriam à Deo dicto populo promiſſam, & idem Iud. 9. cap. ergo dicti infideles quaſi omnes detinent terras Chriſtianorum, non debet aliquatenus fœdus aut amicitia cum eis iniri, maxime quia hoſtes ſunt fidei Chriſtianæ & idolatræ quia adorāt Deum quem negant trinum in perſonis, & vnum in eſſentia vt ſancta Romana Eccleſia profitetur, *cap. 1. de ſumma Trin.* ex quorum amicitia & confœderatione populus Chriſtianus poſſet apoſtatare à via veritatis, prout in ſimili habemus in Gabeonitis Ioſue. 9. & 22. & propterea Deus in traditione legis Exod. 33. cap. populo Iſraëlitico inquit, caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, qui ſunt tibi in ruinam, ſed & aras eorū deſtrue, confringe ſtatuas, locuſque confringe, noli adorare Deum alienum, dominus Zelotes nomen eius, Deus æmulator, ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis ſuis, & adorauerint ſimulachra earum, vocet te quiſpiam vt comedas de immolatis, nec vxorem accipies de filiabus eorum filiis tuis, ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciat & filios tuos in Deos ſuos, & huiuſmodi prohibitio videtur extēdi ad oēs infideles, quis enim certus eſt quod poſtquam adiuuerint Chriſtianos & illos liberauerint à manibus perſequētium, quod ipſi infideles non irruant contra Chriſtianos ipſos, ſpoliantes ipſos regno & domino, illoſque occidentes, & captiuantes, fiantque ſicut ſerpentes in gremio, & mures in pera qui hoſpites ſuos male remunerant, *vt in capitulo, & ſi Iudæos. de Iudæis,* & qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit percutietur ab eo, *capit. eccleſias, circa fin. 33. q. 1.* certe nullus niſi ſolus Deus qui omnia nouit, & nihil ignorat, *c. nouit, de iudicijs,* vnde inuocare auxilium infidelium, & illos armatos introducere in Ciuitatem Chriſtianorum, aut in caſtra eſt periculoſum, & qui amat periculum in illo peribit, Eccleſiaſtici. 3. capitulo. & contemnere ſpiritualia bona, eſt valde vitioſum & periculis ſpiritualibus ſe exponere eſt valde vituperandum. ſanctus Thomas *in quolib. 3. arti. 9.* & licet populus inuocans tale auxilium infidelium non haberet talem certitudinem quod malum facerent infideles introducti, habet tamē de hoc dubietatem, ex quo tali periculo ſe exponit procul dubio peccat, vt pote magis appetens temporale beneficium quam propriam ſalutem: ita in ſimili ſanctus Thomas *in quolib. 8. q. 13. in fin.* & ſic non videtur licitum tali auxilio infidelium vti.

† In contrarium tamen videtur veritas, dummodo ſequentia concurrant ex parte petentis auxilium, videlicet quod immineat ſumma neceſſitas, iuſtum bellum, & quod guerra non ſit inter Chriſtianos, & infideles, quorum auxilium imploratur, propter periculum imminens, ne infideles introducti ad auxilium, profligatis inimicis captiuent Chriſtianos & loca ipſorum occupent: ſummam neceſſitatem intelligo, quando aliter non poſſent Chriſtiani ſe tueri, quia tunc licita eſt defenſio. *l. ſcientiam. § qui cum aliter. l. ſi quis ſumma in fin. quemadmodum. § item libro ff. ad l. Aquilam.* etiam in damnum alterius vt ibi, nam quod quis ob tutelam ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimatur. *l. vt vim ff. de iuſti. & iure,* adeo quod ſi ſeruus alicuius timore mortis ſibi comminatæ à domino niſi † vxorem eius forte de adulterio ſuſpectam occideret, interficiet illam, quod excuſatus ſit ſi illa alias eſſet peritura. *argum. dictarum, ll. & l. ſi aliud, §. ſunt & alia. ff. quod vi aut clam,* ita dicebat Iacob. de Are. & Cyn. *in l. 1. C. vnde vi. verſicu. 14.* quia ille ſeruitor fecit ad tutelam ſui corporis, & omnis ordinata charitas à ſeipſo incipit. *l. præſes. C. de ſeru. & aqua.* quia licitum eſt ſanguineum ſuum redimere. *l. 1 ff. de his qui mor. ſibi conſciuerunt. nota. in l. tranſigere. C. de tranſ.* tradit Flor. *in l. liber homo. column. 1. & l. ſi quis ſummo. §. fin. ff ad l. Aquil.* Bald. *in c. 1. §. iniuria. colum. fin. de pace iura. firm.* Sequitur Ioan. de Anan. *in c. ad liberandam. de Iudæis.* Andr. Sicul. *in c. 1. colum. 4. de offic. deleg. & in conſil. 60. ſapienter ſcribit. colum. 4. lib. 1* d. Iaſ. *in § ſi minus, colum. 7 inſtit. de actio.* & alibi dicit Bart. *in l. 1. ff. de noxa. acti.* quod ſi ſeruus timore mortis ſibi à domino comminatæ aliquod delictum fecerit excuſatur, optima glo. *in verbo & ſi ſeruus poterit, in l. ſi familia. ff. ſi famil. fur. fecis. dica.* dominus Decius *in l. ii damnum. §. eius vero. ff. de regul. iur.* Bald. *in l. fin. verſic. extra quæro. C. de pœna iudic.* dicebat quod ſi iudex fecit malam aut falſam ſententiam alias non laturus, per metum tyranni, quando non fuit in eius poteſtate non acceptare officium excuſatur, & Bartol. *in l. 1. C. de condictio. ob turpem cauſ.* dicit quod quando extat metus tyranni nemo liberalis exiſtit, id eſt, nemo facit aliquid ex libertate, & præſumitur durare metus durante impreſſione tyranni, vt tradit Innocentius, *in cap. 1. quod metus cauſ.*

Et cum proxime dicta allegarē in cauſa ſimili nobilis & magnifici viri domini Petri Ioannis Albertini, conſanguinei mei, opponebatur mihi de dicto Bald. *in l. ſeruos, C. de republ.* notantis ex illa lege metum tyrāni excuſare accuſatum, ſed vt mitius cum eo agatur, & ſic excuſatur reus à tanto ſed non à toto. Ego vero

vero dicebam dupliciter reſpondendo, primo quia in contra-
rium eſt communis opinio, vt in totum excuſetur accuſatus &
liberetur, & iſte caſus fuit Senis in quodã famulo, qui de man-
dato ſui patroni vxorẽ eius occiderat, & fuit liberatus vt refert
dominus Lancellotus Decius in l. vt vim. in 1. colum. ff. de iuſtit. &
iure. & ſic propter vnius dictum nõ eſt recedendum à commu-
ni opinione, maxime quia idem Bald. in multis locis maturius
loquendo dicit contrarium, vt proxime dixi, facit l. 1. ff. de offic.
conſuet. & cap. Capellanus. de ferijs. Secundo quia in d. l. ſeruos. ex
qua ſumitur argumentum nõ erat metus tyranni qui ſolet oc-
cidere, ſed metus domini, qui non ſolet occidere, ſed verbera-
re. l. 1. C. de emen. ſeruorum. §. ſed maior aſperitas. inſtit. de his qui ſu.
iuris. merito ſeruus ibi non excuſatur à toto, ſed à tanto, & di-
ctum Bald. debet intelligi ſecundum legem, vnde aſſumit ſibi
argum. Barto. in lege, non ſolum. §. liberationis verba ff. de liber. legat.
non obſtat quod Abbas dicit in capitulo, ſacris, quod me. cauſ. co-
lum. 2. quia illud intelligitur in foro conſcientię, nos eramus in
foro contentioſo, & leges debent ſeruari in ſuo foro, vt tra-
dunt Doctor. in capitulo 1. de oper. nou. nunciat. l. priuilegia. vbi tra-
ditur. C. de ſacroſan. eccleſ.

¶ Obſtabat etiam deciſioni prædictæ licet non allegaretur
text. in d. §. qui cum aliter. ibi, illum enim ſolum qui vim infert ferire
conceditur. & hoc ſi tuendi duntaxat, non etiam vlciſcendi cau-
ſa factum ſit, & ita ponderat dictus Lancelot. in d. l. vt vim. col. 1.
& reliquit cogitandum, poſſet dici, quod ſatis dicebatur vxor
quæ occidẽda erat, vim inferre, quum eſſet cauſa ſine qua me-
tus non inferretur famulo, vnde tamquam cauſa comminatæ
mortis poſſet remoueri per illum famulum, vt qui eſt cauſſa
cauſæ ſit cauſa cauſati, & qui cauſam dat damnum dediſſe vi-
detur. l. qui occiderit. §. in hac quoque actione. ff. ad l. Aquil. & optime
facit. l. ſi quis fumo. in fin. ff. ad l. Aquil. vel aliter ille text. in d. § qui
cum aliter loqui videtur in eo qui exceſſit modum, vt potius
faciebat ad vindictam quam ad defenſionem, licet vindicta
non ordinaretur in illum tertium, ſed quando veriſimiliter
dubitatur offenſio propria niſi offendas tertium innocentem
licitum eſt tibi illum offendere & diceris facere ad defenſio-
nem, caſus eſt in d. l. ſi quis fumo. ita dicunt Doctores Florentini
inter conſil. Franci. de Curte in conſil. 21. incipien. Deus æterne. colum. 8.
verſic. circa verò.

¶ Sed his omiſſis redeundo ad principale propoſitum † facit
4 clem. ſi furioſus. de homic. vbi mortem aliter euitare non valens, e-
tiam vibrando enſem, vt dicit ibi gloſſ. fin. quam ſequuntur ibi
Card. & Imol. non habita conſideratione, quæ ſit perſona in-
uadens etiam ſi foret Cardinalis, vt eſt gloſſ. nota. in capitul. fæ-
licis, in verbo percuſſerit, de pœnis. li. 7. quam ſequitur Ang. de Peruſ.
in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. adeo quòd ſi ſacerdos celebrãs Miſ-
ſam inuaditur, iuſte dimittit celebrationem & ſi defendendo
ſe occiderit ſuum aggreſſorem poteſt incontinenti redire ad
altare & officium ſuum perficere, ita dicit Ioannes de Lignan.
in ſuo tractatu de bello, capitulo octuageſimoquarto incipient. Tertio
quæro, quem ſequitur Abb. Panormitan. in capit. clerici. de vita
& honeſt. cleric. & nullam ex hoc irregularitatem incurrit. dicta
clem. ſi furioſus. Cardinal. Floren. in conſilio. 19. incipient. ad caſum
permiſſum.

¶ Et omni iure licita eſt defenſio, vt dicit iuriſconſultus in
5 dicta l. ſcientiam. §. pen. & l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. † Ale-
xand. in conſil. 119. incipien. viſo proceſſu inquiſitionis. colum. 2. libr. 7.
Cœpola in conſil. 43. incipien. multa & ſapienter, cum ſequen. conſilio
incipien. magnifice. Ioannes de Lignan. de defenſa plura tradit in di-
cto Tractat. capitulo octuageſimoprimo, incipient. circa quartum. Ale-
xand. in conſil. 140. videtur in caſu, libro ſecundo, & conſil. 76. viſa in-
quiſitione. libro primo. Et quod de iure naturali ſit defenſio plura
allegat Calcaneus in conſil. 15. viſis elegantiſſimis, columm. 10. acce-
6 dit quod neceſſitas nonnunquam † ex cauſa violandi regulas
iuris, vt tradit latè Felyn. in cap. querelam. de iureiuran. & in capi-
tulo cum acceſſiſſent. de conſtitut. colum. 9. capit. 1. de ferijs capit. 3. de fe-
rijs, capitulo diſcipulos. de conſuetud. diſtinctio. 5. l. 2. §. in eadem. iuncta
gloſſ. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Et ſummam neceſſitatem & gra-
uem intelligo quando immineret rei familiaris periculum, ar-
gumen. l. ſi longius, ff. de iudicijs, facit gloſſ. in capitulo ex parte. 2. iuncto
text. de cleric. non reſiden. quod etiam clericus ſi iuraſſet ſe nõ ab-
ſente ab eccleſia, quod poſſet pro ſua neceſſitate ſe abſentare,
& intelligeretur de illa neceſſitate in qua immineret periculũ,
vt declarat Ant. de Butr. in cap. prudentiam in fin. de offi. deleg. col. 3.
& nulla poteſt eſſe iuſtior neceſſitas quam periculum perſonæ
& rerum ſuarum arg. ca. fin. de pactis, cap. innocens. §. quod autem 22.
quæſt. 4. vt concludit Calder. in conſil. 17. incipien. An canonicus. de
præben.

¶ Per quod ego alias dicebam, quòd canonici qui ſe abſen- 7
tauerũt à ciuitate Maioticen. timore damnatæ ſeditionis, quæ
ibi nequiter & crudeliter vigebat debebãt haberi pro præſen-
tibus & intereſſentibus in dicta eccleſia quoad fructus præbẽ-
dæ & diſtributiones quotidianas prout ibi eleganter conclu-
dit Calde. per cap. 1. 2. de cler. non reſiden lib. 6. vbi patet quod non
ſolum infirmitas ſed iuſta cauſa & rationabilis neceſſitas excu-
ſat à tali intereſſentia, & ibi dicit Archi. quòd ille text. includit
quodlibet iuſtum impedimentum: facit, quod de clerico exu-
lante ſine culpa ſua ſcribit Abb. Panorm. in cap. 2. de arbit. colum.
2. vbi concludit quod clericus exul ſine culpa ſua, non priua-
tur fructibus ſui beneficij etiam reſpectu quotidianarũ diſtri-
butionum, ſi diuinis ſolebat intereſſe officijs ſecundum Ioan-
nem Andream, in dicto capitulo vnico, & ibi cæteri ſcribentes, ſe-
quitur Felyn. in cap. cum omnes. colum. 16. verſicu. ſed vtramque opin.
de conſtitutionibus. Bartol. in l. omnes populi. colum. 3. ff. de iuſti. & iur.
Innocen. in cap. 2. de noui oper. nunc. Phil. Franc. in c. ſi Epiſcopus, de
ſupplen. negl. præla. lib. 6. & neceſſitas excuſat à pœna, Bartol. in l.
dominus. ff. de pet. hæred. Felyn. in capitulo. querelam. colum. fin. de iu-
reiuran. vbi plura tradit. quæ permittit neceſſitas, & in ca. cum acceſſiſ-
ſent, colum. 9. de conſtitu. neceſſitas aliquando facit licitum quod
alias erat illicitum, in c. quanto. de conſuetudine. cap. ſi quis. de furtis.
Bald. in l. ſi laborãte. §. cum eadem ff. ad l. Rhodiam de iactu. per Mo-
dern. in l. 1. §. 1. ff. de offic. eius.

† Et propter defenſionem ſuam Paulus vt prouocaret Pha- 8
riſæos ad ſui defenſionem poſuit diſſenſionem inter Phariſęos
& Saducæos dicens ſe Phariſæum & vt liberatus fuit, Actuum
23. vbi dicit gloſſ. in verbo diſſenſio, ſicut bonorum vnitas vtilis
eſt, ſic malorum vnitas ſemper nociua bonis & diſperſio vtilis,
ideo Paulus diſſociare ſatagit, vt quem vniti cinxerant diſſo-
ciati laxarent, ſic mare ſolidum filios Iſraël arctauit, diuiſum
liberauit Exo. 14. c. & de hac ſeparatione locutus eſt Chriſtus
Lucæ 12. dicens, Putatis quia veni pacem dare in terram? non dico vo-
bis, ſed ſeparationem, ſic Deus in volentibus ædificare poſuit diſ-
cordiam & diſperſit eos in orbem Geneſ. 11. & Eſaiæ 48. diſſolue
colligationes impietates & faſciculos deprimentes, nam procurare
diſcordias inter hoſtes ſapiẽtis ducis eſt vt dicit Vege. de re mi-
lit. c. 10. vt tradit Oldra. in præfato ſuo conſil. 71. inter malos enim
procuranda eſt diuiſio & diſſenſio: nam prout dicebat beatus
Gregor. ſuper Iob lib 34 c. 3. ſicut perniciosum eſt, ſi vnitas de-
ſit bonis: ita pernitioſum eſt ſi non deſit malis, reproborum
quippe vnitas bonorum viam tanto durius præpedit, quanto
ei ſe per collectionem durior opponit: hanc vnitatem repro-
borum pernitioſam ſibi Paulus conſpexerat cum in medio Sa-
ducæorum, Phariſæorumque diceba deprehenſus. De ſpe &
reſurrectione mortuorum ego iudicor: qua nimium voce per-
cuſſa: protinus contra ſe viciſſim audientium turba diſſiluit:
cumque in duas partes tumultuantium multitudo diuiditur,
Paulo via ereptionis aperitur, quia quem turba perſequẽtium
vnita conſtrinxerat, diuiſa laxabat, hæc Gregorius.

¶ Accedit quia idem S. Paulus manifeſtari fecit tribuno in-
ſidias contra ſe paratas, vnde factum eſt vt à militibus cuſtodi-
tus duceretur ſecure ad præſidem, Actuum 23. c. & regiſtratur.
cap. Maximianus. 23. q. 4. nec reperitur in Actibus Apoſtolorum
quod ipſe petierit milites à præſide vt ſeruaretur illæſus vt d.
text. in cap. ſex. ea cau. & q. in fin. nec illa ſunt verba Auguſt. Pſal.
108. ſed fuerunt addita à Gratiano, & non bene, quia Tribu-
nus fecit Paulum cuſtodiri & ſociari à militibus ſine eius peti-
tione vt patet Actuum 23.

Facit etiam quia cum Romani eſſent extra legem Iudæorũ,
nihilominus Machabęi zelatores legis Moſaycæ pro cuius de-
fenſione paſſim moriebantur, inierunt fœdus & amicitiam
cum Romanis, illorum auxilium implorantes contra Græcos
ipſos Iudæos opprimentes, Mach. 8. c. li. 1. Abraham etiam pe-
pigerat fœdus cum Eſchol amorręo & eius fratres quos ſecum
duxit ad bellum contra illos quatuor reges qui tulerunt Loth
& omnem eius ſubſtantiam, & tamen illi non erãt conformes
in cultu Dei cum Abraham, Geneſ. 13. ca. Salomon etiam cum
ædificaret Deo templum, miſit ad Hiram regem, & ab illo ha-
buit ligna pro ædificio templi, & percuſſit cum eo fœdus qui
erat gentilis vt habetur 3. Regum 5. capitulo, magna eſt enim

vis neceſſitatis, nam ſi quis eſt in periculo vitæ conſtitutus poteſt non ſolum ſuum aggreſſorem, ſed quemcunque alium ſocium vel non ſocium occidere, vt eſt optimus text. *in l. 2. iuncta gloſſ. C. ad l. Corneliam de ſicar.* quam dicit ſingularem dominus Iaſ. *in d. l. vt vim. colum. penu. ff. de iuſtit. & iure. & ſuper d. gloſſ.* dicit Angel. quòd ſi non eſſet conſtitutus in tali vitæ periculo teneretur de percuſſione & occiſione etiam ſi vltra propoſitum occidiſſet, non tamen teneretur pœna legis Corneliæ de ſicariis quæ dolũ requirit. *l. pen. & l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Corneliam de ſica.* ſed actione legis Aquiliæ. *l. ſcientiam. §. qui aliter. ff. ad l. Aquil.* & ſic dici poteſt quod *dictus* §. non loquitur in eo qui erat conſtitutus in maximo periculo vt erat in caſu *d. l. 2.* licet aliter tueri non poſſet, & pro his quæ proxime dixi *de dicto. §. qui cum aliter. ad idem. l. qui aggreſſorum. ff. ad l. Corneliam de ſiccar. l. quemadmodum, §. idem Labeo. ff. ad l. Aquil.* optimus text. *in l. ſi cum maior. §. ſi libertus. ff. de bon. libertorum. l. 1. §. quod ait prætor. ff. de incend. ruin. &*
9 *nau.* & cum aliter non volemus malos † permittimus & canes in Eccleſia propter pacem Eccleſiæ toleramus, & quando pax Eccleſiæ tuta eſſe poteſt canibus ſanctum non demus, *vt in cap. quidam. 23. quæſt. 4.* qui text eſt Auguſt. ſuper epiſtolis Paul. ad Corinth. & hoc exemplum habemus à Deo, qui per malos vindictam aſſumpſit à peccatoribus, *cap. remittuntur. 23. quæſtio. 5.* & ſicut Chriſtiani ſic Dei actio noſtra debet eſſe inſtructio, Ioan. 13. Card. *de Turrecrem. in capit. liquido. de conſ. diſtinct. 2. capit. Chriſtus quid fecit. 1. quæſt. 1. & expreſſim in d. cap. Deus omnipotens. 2. quæſt. 1.*

10 ¶ † Et pro defenſione fructuum arte magica vti poſſumus vt expreſſe dicit text. *in l. eorũ. C. de maleficijs & mathe.* quem ad hoc not. Bart. & Salic. ibi & Bal. *in l. 1. eo. tit.* Et ſic ſentiunt maleficia ſeu incãtationes ad finem boni licitas eſſe. Idem dicitur teneri per Soc. *in 3. diſt. 24. q. vnica.* & per Hoſt. *in c. literis. §. mulieræ. de frigi. & maleſic.* Et Vbertinus *in 3. diſt. 34.* & Goffr. *in ſumma de frigi. & maleſic.* qui dicunt quod licitum eſt maleficium factum poſſe per aliud maleficium deſtrui ſine peccato vt traditur *in libello contra maleficos part. 2. q. 2.* Et S. Ant. *1. parte ſummæ. titu. 18. c. 2. §. 4.* ſentit iure ciuili hoc eſſe permiſſum *per d. l. eorum.*

¶ Sed mihi videtur hoc fundamentum non procedere, quia neque iure ciuili hoc licitum eſt, ſcilicet vti incantationibus damnatis ad finem boni, vt eſt ad inueniendum theſaurum. *l. 1. C. de Theſa. lib. 10.* vbi tradit Odoffr. *col. 2.* neque iure canonico. *c. illos. 26. q. 2. c. ex tuarum. c. fin. de ſortilegijs.* vt tradit Salic. *in d. l. eorum.* vbi Bart. dicit d. l. eſſe contra dictum S. Thom. reprobantis huiuſmodi incantationes. Nec ſunt facienda mala, vt inde veniant bona, ad Rom. 3. *c. 1. 14. diſt.* vt tradit Ioan. de Ana. *in c. ad liberandam. de Iudæis. colum.* 2. Et nullo modo debet dæmonis auxilium inuocari per maleficium ad tollendam aliud maleficium, vt S. Thom. *in 3. diſt. 24. q. 3. ad tertium.* quinimmo text. *in cap. ſi per ſortiarias. 33. quæſt. 1.* non requirit aliud auxilium quam diuinum, ſcilicet per ieiunia, orationes, & confeſſiones peccatorum. Itaque nullum aliud auxilium dæmoniacum eſt quærendum. Et potius eſt tolerandum maleficium quam quærere tale auxilium. Deuter. 18. lex præcipit interfici, qui magos conſulit, & quærentem à mortuis veritatem, vt tradit Cardin. de Turrecrem. *in d. cap. ſi per ſortiarias.* Et idem Ioan. Maior. *in 4. diſtin. 34. quæſt. 2.* Nec obſtat text. *in d. l. eorum.* quia in ea non dicitur, quod tales incantationes poſſint fieri etiam ad finem boni arte dæmonum. Sed ſimpliciter loquitur remedia poſſe quæri vtilia, intelligi hoc debet in virtute diuina, non autem per inuocationem dæmonum, quia hoc omni iure prohibitũ eſt, vt dicit Angel. de Peruſio *in d. l. eorum, facit c. non liceat. 26. q. 7.* & ſic debet intelligi Sco. *in 4. diſtin. 24. q. 1.* vbi tenet quod licitum eſt tollere maleficium cum intentione curandi maleficiatum, & & quod eſt meritorium quod fieri poteſt per deſtructionem ſigni, ſi illud ſciri poteſt. Non autem dicit quòd mediante maleficio liceat tollere: vnde dicta depoſitio de qua ſupra falſo ſcribitur Scoto, qui catholicè loquitur. De hoc tamen Deo propicio latius dicam *in c. accuſatus. §. ſane anſr. eo.* vbi melius capdat. Nec Hoſtien. dicit quod maleficio debeant maleficia tolli licet poſſet tolerari quod vana vanis non cum illicitis tollantur, vt refert Nicol. Dorbellus. *in d. diſt.*

11 ¶ † Inſuper in bello iuſto inſidiis vti licitum eſt. *cap. dominus Deus. 23. quæſt. 3.* Secũdum tamen intelligentiam quam dat ſanctus Thom. *in ſecunda ſecundæ. quæſt. 40. artic. 5.* quam ſequitur Card. de Turrecrem. *in d. c. dominus.* vbi notat gloſſ. quod licitum eſt per inſidias & dolum hoſtem vincere. *capitul. vtilem. 22. q. 2.* Vgo Card. Ioſue. 8. *l. nihil. ff. de captiuis.* Ioan. de Anan. *in cap. 1. de ſagitta. colum. 2.* Vnde patet quod debet videri illicitum, ſi pro defenſione exigẽte neceſſitate vtamur auxilio infidelium. Sic econtra fideles in bello iuſto & pro defenſione ſuæ patriæ iuuant infideles contra alios infideles prout propriè loquitur text. *in c. Iulianus. 11. q. 3.*

¶ Non autem contra alios † infideles illi milites Chriſtiani 12
obediebant illi Iuliano apoſtatæ, vt expreſſe ibi hoc dicit text. Nam cum ille diceret militibus Chriſtianis, producite arma in Chriſtianos, illi tunc cognoſcebant Imperatorem cœli. Quod notandum eſt contra plures Chriſtianos qui ſtipendia ſumunt à Turco, & ſub eo militant cõtra Reges Chriſtianorum. Excuſabat etiam illos milites tolerantia Eccleſiæ. Nam prout dicit ibi glo. ille Iulianus tolerabatur ab eccleſia, ne ſuſcitaret ſcandalum aduerſus Chriſtianos. Et ſic licebat Chriſtianis cũ hæretico communicare. *c. excommunicamus. cap. ad abolendam. verſic. ſtatuimus. de hæreti.* vt dicebat Ioan. Lupus *in tractat. de conſueder. princ. colum. 2.* alias nullatenus permiſſum eſſet Chriſtiano ſub ſeruicio infidelium ſtare. 2. ad Corinth. 6. vbi Paul. dicit; *Nolite iugum ducere cum infidelibus; quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?* Hæc tamen excuſatio non militat pro fidelibus militantibus ſub turco.

¶ Accedit gloſ. *in c. cupientes. in verbo malignantium. de elect. lib. 6.* 13
vbi † probatur aduerſus malignam malicia reſiſti poſſe, nam non videtur eſſe in dolo, qui fraudem excludit. *l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2.* & quod per illum text. notat Bald. *in l. vt vim. in fin. ff. de iuſti. & iure.* Ant. de Bur. *in c. per tuas. qui filij ſint legit. cap. 1. de plus pet.* dominus Decius tradit *in c. ſedes. col. 1. de reſcript.* Cœpolla *in cautela. 60. incipit ſi mutuaui.* d. Iaſon *in l. cum proponas. C. de pactis, colum. 2.* Ioan. de Imol. *in l. decem. in fin. ff. de verb. obli.* Bald. *in rubr. C. de fide inſtrumentorum. col. 7.* D. Alexan. de Imol. *in l. qui totam. ff. ad Trebellianum.* Felyn. *in c. olim. colum. 3. de reſcri.* Abb. *in c. olim. primo in fin. de reſtit. ſpoliat.*

¶ Aliud † inſuper requiſitũ eſt vt ſit iuſtum bellum pro parte 14
inuocantium auxilium infidelium, bellum autem iuſtum eſſe iudicatur ſi interueniat authoritas principis, cauſa iuſta, recta intentio, vt declarat ſanctus Thom. *in 2. 2. q. 40. artic. 1.* traditur per Card. de Turrecrem. *in c. quid culpatur. 23. q. 1. & ca. Dominus. 23. q. 2.* & alios aliquid per Bartol. *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.* Archid. 24. *quæſt. 2. in princ.* late traditur per Gabrielem *in 4. diſt. 15. quæſt. 4.* Ioan. Andr. & alij *in c. 1. de homic. lib. 6.* Ioan. de Ligna. *in ſuo tract. de bello.* Claud. de Seiſel. *in d. l. ex hoc iure. in 51. colum. & in ſumma conſ. ſſorum. lib. 2. tit. 2. quæſt. 45.* & tunc bellum eſt iniuſtum pro parte inuocantium auxilium infidelium, quando iuſtum bellum eſt pro altera parte, nam data iuſtitia pro vna parte pro altera eſt iniuſtitia, cum contrariorum extremorum ſi vnũ eſt æquum alterum iniquum. *l. fin. ff. quod quiſque iuris.* tradit Bal. *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. colum. 3. verſic. his præmiſſis.*

¶ † Et data iniuſtitia non ſolum non eſt licita inuocatio au- 15
xilij, nec etiam defenſio, cum iuſtè inferenti bellum ſit licita offenſio, & quando eſt licita offenſio, ibi eſt reprobata defenſio, prout in bannito qui poteſt offendi licitè ex forma ſtatuti, vt concludit Bartol. *in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. colum. 2.* cuius doctrinam ibi ſequuntur communiter Docto. idem dicit Bartol. *in l. facultat. C. de iure fiſci. lib. 10.* vbi dicit quod defenſio facti prohiberi poteſt à lege, quãdo offenſa eſt licita. *L. 1. & 2. C. quando liceat vnicui. ſine iudic. & l. probibitum. C. eod. tit. de iure fiſci. & vtrobique.* Ioan. de Platea. ex iuſta enim cauſſa defenſio tolli poteſt quando quis deliquit, vt probatur *in l. 3. ff. ad Iuliam maieſtat.* vbi non poteſt nec debet damnatus extrahi de manibus familiæ, imo ipſe damnatus debet patienter ferre etiam mortem, vt non liceat ſibi reſiſtere. *clemen. paſtoralis. §. eſto igitur. verſic. per violentiam. de re iudicat.* immo ſi talis damnatus aufugeret mortaliter peccaret. Bart. *in l. relegati. in principio. ff. de pœnis.* tradit Glau. de Seiſel. *in dicta l. vt vim. colum. 3.*

¶ † Et demum ſi illi infideles, quorum auxilium po- 16
ſtulandum eſt, non habent guerram nobiſcum actiuè, vel paſſiuè, ſtante neceſſitate licitum eſt vocare eorum auxilium, non autem ſi guerra viget cum illis, ne poſtea ruptis, & profligatis inimicis ſint ſicut mus in pera, & ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, qui hoſpitibus conſueuerunt prauam retributionem exhibere, *capitulo & ſi Iudæos. de Iudæis.* idem dicendum eſt ſi bellum noſtrum eſt iniuſtum, vel iuſtum, & non vrget neceſſitas, vt non ſit vocandum tale auxilium facit quod

cit quod habetur *in cap. ſignificauit. cap. quod olim. de iudæis.* prout concludit Ioan. And. *in addit. ad Spec. in tit. de iudæis. verſic. conuertendo hunc caſum.* ſequitur Ioan. de Ana. *in dicto cap. ad liberandam. col. 2.* & idem Ant. Corſ. *in d. q. 86.* & Oldra. *in d. conſil.* 72. Petr. de Anch. *in c. præſidentes. infr. eo.* Alber. de Roſa. remiſſiuè *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. & latius in l. 1. C. vnde vi. col. fi.*

¶ Non obſtat illud 2. Paral. 19. quia ibi non petebatur auxilium infidelium pro defenſione, ſed quia Rex Achab Rex Iſrael contra dictũ Michææ Prophetæ Domini volebat pugnare contra Regem Syriæ, non debuit Ioſaphat Rex Iuda præbere auxilium illi, nec cum eo amicitia coniungi, itaque Iſrael non erat in caſu defenſionis, ſed potius offenſionis; & ſic nulla neceſſitas militabat, & etiam bellum erat iniuſtum quia pugnabat contra voluntatem Domini, meritò Ioſaphat fuit de hoc reprehenſus per Hieu Prophetam: quæ non ſunt in caſu huius quæſtionis, & habetur latius 3. Reg. vlt. & hanc ſolutionem ſentit Oldra. *in d. conſil.* 71.

¶ Non obſtat etiam Eſaiæ 36. cap. quia illa reprehenſio facta contra Ezechiam non fuit à Deo, nec ab eius Propheta, tanquã malè feciſſet Ezechias petens auxilium ab Ægyptijs, ſed ab inimico eius Duce Regis Aſſyriorum, meritò non arguitur petitio auxilij Ægyptiorum fuiſſe iniuſta. Tertiò non obſtat Deutero. 7. cap. quia illud intelligitur quando nulla neceſſitate cogẽte, ſed mera voluntate talis amicitia procurabatur, ac etiam quãdo tanta conuerſatio iniretur inter eos, quod mala plurima orri poſſent quæ ibi narrantur. Et propterea in concluſione huius quæſtionis dicitur de neceſſitate, iuſto bello, & quod guerra nõ eſſet inter nos & illos infideles, quorum auxilium inuocamus. Et hæc tollunt reliqua contraria, quæ de periculo facta ſunt, quia quando expoſitio periculi eſt voluntaria illa eſt euitanda. Secus quando aliter facere non poſſumus: Nam in neceſſitatibus nemo operatur ex liberalitate vt dicit Bal. *in l. 1. C. de condict. ob turpem cauſam.*

¶ In quæſtione vndecima.

SVMMARIVM.

1. *Schiſma quid ſit.*
2. *Schiſmaticus hæreticus quis ſit.*
3. *Superſtitio quid ſit.*
4. *Apoſtaſia quotuplex eſt.*
5. *Apoſtata à fide vt hæreticus punitur.*
6. *Apoſtata à fide quis ſit.*
7. *Iudæi non dicuntur à Iuda Machabæo ſed à Iuda Patriarcha.*
 Et etiam Hebræi dicuntur.
8. *Iudas non fuit filius primogenitus Iacob ſed Ruben.*
9. *Iudæorum error in quo principaliter conſiſtit.*
10. *Iudaizare quid ſit.*
11. *Secta Iudæorum triplex erat.*
12. *Lex Iudæis quando data fuit, & in quo loco.*
13. *Iudæi non ſunt hodie veri cultores Dei.*
14. *Errores hæreticorum licitum eſt perſcrutari ad illorum confutationem.*

1 VNDECIMO QVÆRO de differentijs † quæ ſunt inter ſectam, ſuperſtitionem, ſchiſma, hæreſim, & apoſtaſiam, prout præmiſſum eſt *ſupra quæſtione 2.* Dico ſecundùm ſanctum Bonauenturam, *in 4. diſtinct. 13. §. ne autem* quia hæreſis eſt contra fidem. Schiſma contra mores & vinculum charitatis. Superſtitio eſt ſententia contra fidem ratione adinuentionis quaſi ſuperflua inſtitutio. Et hæc poteſt eſſe hæreſis ratione adhæſionis, & etiam ſecta ratione defenſionis. Schiſma poteſt eſſe peccatum grauius quàm infidelitas ex parte alicuius circumſtantiæ, vt puta propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum, not. Cardin. de Turrecrema. *in capit. non afferimus. 24. quæſt. 1.* ſchiſma eſt ſciſſura animorum, nota. *in cap. ſchiſma. 24. quæſt. 1.* ſecundùm Iſidor. *in libr. Ethicor.* vt ibi not. & ſchiſmata & hæreſes dicuntur portæ inferni, per quas ad infernum itur. Nec præualent contra Eccleſiam, quia ſemper in Eccleſia ſunt aliqui boni & Catholici, *cap. à recta. & capit. pudenda. 24. quæſt. 1.* traditur *in cap. ſoluatur. 1. quæſt. 3.* habetur per Doct. *in cap. inter hæreſim, & ſchiſma. 24. quæſt. 3. & in ſumma confeſſ. lib. 1. tit. 6. quæſt. 2.*

2 ¶ † Et ſchiſmaticus hæreticus eſt credens Eccleſiam poſſe conſiſtere in duobus ſummis capitibus, ſeu Pontificibus, Cardinal. *in clement. 1. §. fin. de iureiurand.* dixi *ſupra in 2. quæſt.* & omninò per Ioan. de Anan. *in rubr. de ſchiſmati.* Schiſmatici propriè ſunt qui propria ſponte & intentione ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparant, & qui ſubeſſe renuunt ſummo Pontifici & membris Eccleſiæ communicare, vt dicit Sanctus Thomas *in 2. 2. quæſt. 39. artic. 1. in corpore quæſtionis, gloſſ. in capitulo ſi. 19. diſtinct. in c. ap. diliccimus. 24. quæſt. 1. & in cap. generali. de electi. libro 6. & in cap. ſicut ſacerdotes. 2. quæſt. 7. in cap. quia diligentia, de electio.* omninò per Innocent. *in cap. 1. de ſchiſmaticis.* Hoſtienſ. *de ſchiſmat. per totum*, vbi ponit de pœna ſchiſmaticorum. Et dicit Bald. *in cap. iniuria. de pace iura. firm.* quod ſchiſmatici qui adorant falſam Eccleſiam debent furca ſuſpendi. Et in materia ſchiſmatis multi continuerunt, Bald. *in conſil. in poſito in rubric. C. ſi quis aliquem teſtam. prohib.* Cardinal. Flor. *conſilio 150. incipien. in quæſtione duorum Pontificum.* per Dominum Philippum Decium *in conſilio 151. maxim ponderis, cum ſequenti, antequam perſcruteris.* Schiſma & hæreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicunque eſt hæreticus, ſit etiam ſchiſmaticus, ſed non conuertitur. Et ſicut amiſſio charitatis eſt via ad amittendam fidem iuxta illud 1. Timot. 1. à quibus quidam aberrantes, ſcilicet à charitate & huiuſmodi conuerſi ſunt in vaniloquium. Et ibidem bonam conſcientiam repellentes circa fidem naufragauerunt. ſicut etiam ſchiſma eſt via ad hæreſim, vt declarat ſanctus Thomas in dicto loco, & dicit Bald. *in cap. paſtoralis. colum. 3. de reſcriptis.* quod ſchiſma eſt vnum monſtrum in natura, ſicut quando vnum corpus habet duo capita. Et ſi non poteſt aliter ſedari vtrumque amputandum eſt, quia vtrumque fœtet: & refert ibi Andr. Sicul. *in 13. colum.*

¶ † Sectantes quidem huiuſmodi ſchiſma & facientes ſciſſuras in Eccleſia per poteſtates ſæculares ſunt coercendi. *cap. de liguribus. 23. quæſt. 5.* & Andr. Sicul. tradit *in dicto cap. paſtoralis.* & ſchiſmaticus obſtinatus hæreticus eſt. And. Sic. *in dicto cap. olim. de reſcriptis. colum. 8.* 3

¶ Superſtitio autem eſt ſuperflua & vana religio & obſeruatio vel cultura idolorum. Et dicitur ſic à ſuperſtitionibus, id eſt, à ſenibus, qui multis annis ſuperſtites per ætatem delirant, & errant quadam ſuperſtitione neſcientes, vt tradit Archid. *in cap. idololatria. 28. quæſt. 1.* vel dic latius quod ſuperſtitio eſt quicquid inſtitutum eſt per homines ad facienda & colenda idola vel ad colendam ſicut Deum creaturam, *cap. illud quod. 26. quæſt. 2.* Item ſuperſtitio eſt ſeruare tempora in agendis, in ædificijs inchoandis, in diebus Ægyptiacis cuſtodiendis. Item ſuperſtitio eſt pacta quædam cum dæmonibus inire. Item ſuperſtitio eſt ſtrictius viuere quam mores eorum habẽt cum quibus quis habitat: quod autem ſanctorum patrum decretis non inuenitur ſcriptum non eſt ſuperſtitioſis adinuentionibus præſumendum, *capit. inter. de tranſlation. Epiſcoporum.* vt latè tradit Lucas de Penna *in l. omnes. de decurio. libro* 10. & ita ex his ſatis poteſt colligi differentia inter prædicta prout habetur *in ſumma confeſſ. libro 1. titulo 6. de ſchiſmaticis per totum*, & per ſanctum Thomam *in 2. 2. quæſtione 82. articulo* 1. Et de multiplici ſuperſtitione dicam Deo duce *in cap. accuſatus. §. ſanè, infra eodem titulo, vbi melius cadet.*

¶ † Apoſtaſia verò ſecundùm Rayn. *in titulo de Apoſta.* eſt temerarius ab ſtatu fidei, obedientiæ, & religionis receſſus. Et dicitur apoſtaſia quaſi poſt ſtatio, id eſt, retro gradus ſtatus, vel retrograda ſtatio. Idem Hoſtienſ. *in titulo de apoſta. §. 1.* & ibi per Goffre. *& in ſumma confeſſorum. libro 1. titul. 7. de Apoſtat.* per Ioan. And. *in rubric. de ſchiſmaticis.* Cuius ſpecies triplex eſt ſecundùm eoſdem auctores, ſcilicet perfidiæ, qua quis recedit à fide, vt Iulianus Apoſtata, *2. quæſt. 7. cap. non poteſt.* Secundùm eſt inobedientiæ, qua quis ſua ſponte tranſgreditur præceptum Dei, vt Adam & Eua, Geneſ. 3. Tertium eſt irregularitatis qua quis à ſtatu aſſumptæ religionis recedit, vt cùm apoſtatat monachus, clericus vel conuerſus, *cap. quantumlibet. 47. diſtinct. cap. legi. 16. quæſt. 1.* vt latè habetur *in dicta ſumma. quæſt. 2.* & per Cardin. de Turrecrem. *in cap. placuit. §. apoſtatæ. 50. diſtin.* & per Innocent. *in c. 1. de apoſta.* Bald. *in l. iubemus. §. ſeruos. C. de Epiſc. & Cler.* & Oldra. *in conſil. 202. incip. quidam monachus.* Albet. de Roſa. *in ſuo dictionario in verbo, Apoſtata.* 4

¶ † Et de apoſtaſia primo modo ſumpta eſt materia noſtra inquantum eſt receſſus à fide Chriſtiana, & ille eſt propriè apoſtata qui hoc facit, *cap. beatus. 3. quæſt. 4. cap. non obſeruetis. 26. q. vlt. gloſſ. in l. victor Iuſtinianus. in verbo Apoſtaticè. C. de ſumma Trinitate.* 5

Bart. *in rubr. C. de apoſtatis.* Et talis apoſtata punitur & deſtruitur vt hæreticus, *l. 1. C. de apoſta.* Innoc. *in c. 1. de apoſta.* & probatur *in c. contra Chriſtianos infra eod. tit.* Idem Oldra. *in conſil. 47. incip. pater ſanctiſſime in fin. iuncto titul.* Card. *in d. §. apoſtatæ.* S. Thom. *in 2. 2. quæſt. 12 art. 1.* Et per Alexand. de Ales *in 2. parte ſumma.* & ſic patet differentia inter hæreſim & apoſtaſiam, quia omnis apoſtata eſt hæreticus, ſed non econtra, omnis hæreticus eſt apoſtata, quia hæreſis propriè capitur pro dogmate falſo in aliqua vel in aliquibus articulis ſicut erant Arriani & Manichæi & ſimiles.

6 ¶ † Apoſtata verò eſt ille qui in totum recedit à fide Catholica, vt ſunt illi qui redeunt vel tranſeunt ad iudaiſmum vel ad ſectam mahometicam, *vt in d. c. contra Chriſtianos.* Et inde dicũtur inquiſitores hæreticæ & apoſtaticæ prauitatis, vt patet in ſuperſcriptione *c. filij. & c. vt commiſſi. & tex. in c. inquiſitores. infra eod. tit. iuncto text. in d. l. victor. ibi iudaicæ atq; apoſtaticæ.* quia habent iuriſdictionem contra hæreticos & contra apoſtatas primo modo ſumptos, *vt in d. c. contra Chriſtianos.* Verum eſt tamen omnes hęreſes ſe ad inuicem colligatas, quamuis diuerſis nominib. cenſeantur, *vt in c. excommunicamus. 1. §. 1. de hæreticis. & gl. in c. accuſatus. §. cùm verò infr. eo* quam moderni faciunt ſingularem *in l. ſi de certa. C. de tranſact.* Et dicit S. Tho. *in d. l.* quòd quamuis ad Eccleſiam non pertineat punire infideles qui nunquam fidem ſuſceperũt, vt iudæos & paganos, vnde non priuabit eos Dominus temporali quod prius habuiſſent. Tamen ad eam pertinet punire eos, qui iam fidem receperunt & dimittunt vt apoſtatas, quod & facit, *vt in d. c. contra Chriſtianos.* Vnde quam citò aliquis denunciatur excommunicatus propter apoſtaſiam abſoluuntur ſubditi eius à Domino eius & iuramento fidelitatis, ſequitur Arch. Flor. *in 2. parte ſummæ tit. 12. c. 2.* & facit *c. domino guerram an principi hic finitur lex. in vſib. feud. & c. ſi de pœnis.* Non obſtat quod ſubditi obediebant Iuliano apoſtatæ, quia hoc erat ex tolerantia Eccleſiæ non valentis eum comprimere, & illi ſibi obediebant in his quæ non erant contra Deum, vt habetur *in capit. Iulianus. 12. quæſt. 3.*

7 TERTIA SECTA EST IVDÆORVM, qui † ideo dicuntur iudæi non à Iuda Machabæo, vt quidam dicebant fortè propter hoc quod Iudas Machabæus gentem illam in diſperſione exiſtentem congregauit, & protexit ſecundùm illud 1. Machab. 3. Præliabatur prælia Iſrael cum lætitia & dilatauit gloriam populo ſuo. inuenitur enim nomen iudæorum ante Iudam machabæum. Heſter 8 c. Iudæis noua lux oriri viſa eſt. Et ideo dicendum eſt quod iudæi denominantur à Iuda Patriarcha. Gen. 48. Iuda te laudabunt fratres tui, vt tradit S. Tho. ad Rom. 2. lectio. 4. Et dicuntur etiam Hebræi ab Heber, non autem ab Abraham, de quo habetur Gen. 12. vixit Sale 30. annis, & genuit, & eius tempore diuiſæ ſunt linguæ. Et lingua Hebræorum remanſit in familia ſua. Sic refert S. Tho. 2. ad Cor. 11. lect. 5. Idem dicit Abb. Ioan. de Ana. Fel. & alij *in rubr. de iudæis.* Idem Hoſt. *in tit. de iudæis. §. 2.* dicens quod iudæi dicuntur à tribu Iuda, quę inter alias Tribus bellicoſior extitit, & in bellis primam aciem, & regni priuilegium obtinuit, vt de ea ſola Rex crearetur, ſicut ex Tribu Leui ſacerdotes accipiebantur, qui dicuntur Hebræi ab heber cuius familia tenuit cultum vnius Dei. Cæteris idololatria fœdatis ſecundùm Da. *& in ſumma conf. ſſ. lib. 1. tit. 4. quæſt. 1.* Arch. & Domin. *in c. Dominus. & c. Iſmael. 56. diſtin.* & gloſſ. *in c. & ſi Iudæos infra eod.*

8 ¶ † Nec dicatur quod Iudas fuerit filius primogenitus Iacob vt dicit Albert. de Roſa. *in ſuo dictionario in verbo. Iudæi.* quia Rubẽ fuit primogenitus Iacob, & Iudas fuit quartogenitus. † Gen. 29.

9 quorum iudæorum error præcipuè conſiſtit in pertinaci intellectu corticis literæ, & ideo ſunt in perditione. Nam Paul. dicit 2. ad Cor. 3. Idoneos nos fecit Deus miniſtros noui teſtamenti non litera, ſed ſpiritu, litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Hinc eſt quod inhærens verbis literæ pertinaciter dicitur iudaizare, vt dicit gloſſ. *in l. non dubium. C. de legib.* Ioan. de Anan. *in d. rubr. col. 1.* gloſſ. facit *in c. quanto. de priuileg.* & Bald. *in l. quicunque. colum. 4. de ſeru. fugit.* dicit quod lex, & ſtatutum non ſunt intelligenda iudaicè, traditur *in l. omnes populi. ſſ. de iuſtit. & iure.* & Fel. *in rubr. de iudæis;* ipſi enim legem Moſaycam tenent ad literam ſe circumcidendo, & alia legalia obſeruando, *vt in d. ſumma conſeſſ. quæſt. 1.*

10 ¶ † Et iudaizare non eſt facere, quod in lege antiqua fiebat. Sed iudaizare eſt facere aliquid hac intentione, vt legalia obſeruentur, vt dicebat Anſel. refert S. Th. *in 4. diſt. 11. art. 2. q. 3. ad 7.*

¶ † Et hæc ſecta iudæorum triplex erat, ſcilicet Phariſæorũ, qui credebant in reſurrectionem futuram, & Saducæorum, qui hoc negabant, vt dicit Nic. de Lyra. Ioann. 11. & S. Thom. ſentit *in 1. parte ſummæ quæſt. 50. art. 1. in corpore.* Et dicit gloſ. ordin. Matthæi 22. quod Phariſæi per ſe ferebant iuſtitiam traditionum & obſeruationem, & etiam Saducæi vendicabant ſibi quod non erant, id eſt iuſti, & ipſi Saducæi iuſti interpretabantur, qui reſurrectionem corporum non credentes animas interire putabant cum corpore. Et iſti recipiebant quinque libros Moyſi: nam ex quo dicebant animam rationalem, conſequenter negabant reſurrectionem, vt refert Ioſephus 20. libro antiquitatum. Tradit Nicol. de Lyra. ſuper Matth. 22. & ibi Albert. Magnus. Tertia verò ſecta erat Eſſæorum, qui multos errores habebant, & inter alios quæ Sabbatum à Deo obſeruabãt, quod nec ea die aluum purgabant, de quibus tribus ſectis & eorum erroribus latè traditur per Magiſtrum Hiſtor. Scholaſticę ſuper Euangelia cap. 31. 11

¶ † Quibus iudæis data fuit lex à Deo per Moyſem in monte Sinai, vt habetur Exod. 19. cum pluribus ſeq. anno à creatione Mundi 3686. Et ante Chriſti aduentum 1513. vt habetur in ſupplemento Chronicarum lib. 4. 12

¶ † Et licet olim ante aduentum Chriſti iudæi eſſent veri cultores vnius Dei, vt dicitur Pſalm. 75. Notus in Iudæa Deus in Iſrael magnum nomen eius. & Deuteronom. 6. Audi Iſrael Dominus Deus veſter Deus tuus eſt. Tamen hodie poſt Chriſti aduentum non ſunt cultores veri Dei, nam cùm Deus ſit Trinus & vnus æternaliter, & incarnatus temporaliter, & ipſi hoc negant non credentes, ſequitur quod non ſunt cultores Dei veri, prout ſupra dixi *in quæſt. 2. num. 31.* Hoc firmat Dominus Martinus Garcia Epiſcopus Barchinon. *in ſermone 38. in 3. charta.* Et idem eſt dicendum de Saracenis & alijs infidelibus, qui non credunt Euangelio & fidei Chriſtianæ, & ſic idololatræ cenſendi ſunt. 13

¶ † Et vt rectiùs & melius ſciamus confutare errores, cærimonias & obſeruantias illorum hæreticorum & apoſtatarum, qui ſectantur Iudæorum cultum: Operæpretium eſt, vt illorum errores perſcrutemur, & obſeruantias diſcamus ex canone ſacræ ſcripturæ. Et ex hoc nullus ſcandalizari debet cum authoritate Canonis hoc fiat, vt ſciamus illos confutare & conuincere, facit text. *in c. Epiſcopus. 37. diſt.* & dixi ſupra *quæſt.* 2. Et dicebat Paul. ad Titum. 1. omnia munda mundis. Præſertim quia multotiens vidi accuſatos aliquos de aliquibus actibus, quos Chriſtiani non ſolent facere. Et dubitabatur ab aliquibus vtrum eſſent iudaicæ cerimoniæ & obſeruantiæ. & vnde ſumebantur in ſacra ſcriptura ignorabatur. Et ideo ſuper hoc conſuli oportebat, aut Iudæos aut alios irretitos eodem crimine, & multotiẽs illi fallere poterant, ne ergo aliunde quæramus conſilium, oportet ea, quæ principaliora ſunt diſcutere. In quorum obſeruantiam pro maiori parte apoſtatæ incidere ſolent, nam omnia & ſingula narrare eſſet laborioſum & difficilè, & tractatus in immenſum protraheretur. Tota ergo ſollicitudo noſtra eſt circa hæc, vt ſciamus nemora, ſaltus & campos, vbi vulpeculæ veſcuntur & paſcunt, vt factis foueis, & retibus extenſis illas capiamus. Nec vineam Domini amplius demoliantur, *vt c. inter de purga. cano.* ne ne ſub ſpecie agni lupum gerant, nos imò ſeipſos fallentes, *in c. vt officium. ll. ſi verò, infr. eod. tit.* Et ideo primò videamus aliquos eorum errores. deinde in quinto errore ad obſeruantias ritusq; Moſaycæ legis accedemus proſequendo inceptum ordinem quæſtionum. 14

¶ In quæſtione duodecima.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi non credunt Meſſiam ſuum eſſe verum Deum, ſed purum hominem futurum arbitrantur.*

2 *Error Iudæorum negantium diuinitatem in Meſſia apertiſſimè conuincitur.*

3 *Meſſiam fuiſſe Deum & hominem probatur auctoritate Iſaia.*

4 *Meſſiæ natiuitas & humanitas probatur auctoritate Hieremia.*

5 *Tetagrammaton eſt nomen propriſſimum Dei.*

6 *Meſſiæ æternitas, quo ad diuinitatem probatur auctoritate Mechia.*

7 *Mater Salomonis an coronauerit ipſum aliqua corona propter illud Canticorum cap. 4.*

8 *Meſſiæ diuinitas & humanitas probatur authoritate Zachariæ.*
9 *Authoritas Iſaiæ, Ecce virgo concipiet & pariet filium, non poteſt intelligi de Meſſia Chriſto Ieſu.*
10 *Signum duplex ponitur in ſacra ſcriptura alicuius euentus.*
11 *Almuth in Hebræo ſignificat abſconſionem, & per illud intelligitur Virgo Maria.*
12 *Chriſtus Ieſus pluribus nominibus fuit à Prophetis vocatus.*
13 *Scientia duplex fuit in Chriſto, vna creata, & altera increata.*

¶ DVODECIMO IGITVR QVÆRO, qui ſunt errores, in quibus iudæi verſantur, quos etiam ſectantur Chriſtiani apoſtatæ, marani ſiue conuerſi hodie dicti. Reſpondeo, quod ſunt qui ſequuntur pauci ex multis collecti.

1 PRIMVS eſt, quod non credunt Chriſtum † Meſſiam ſuum eſſe verum Deum, ſed purum hominem futurum arbitrantur.

SECVNDVS eſt, quod non credunt Ieſum Chriſtum fuiſſe Meſſiam promiſſum in lege Moyſi.

TERTIVS eſt, quod non credunt Meſſiam daturum æterna & cœleſtia, ſed terrena & temporalia.

QVARTVS eſt, quod non credunt ceſſaſſe legalia tanquam mortua, nec illa eſſe peſtifera poſt mortem Chriſti, ſeu generalem Euangelij prædicationem.

QVINTVS eſt, quod non credunt Sabbatum ceſſare, nec loco illius celebrandam eſſe diem Dominicam. Inde eſt, quod celebrant ſabbatum, & alia feſta legis Moyſi.

SEXTVS eſt, quod non credunt tempus aduentus Meſſiæ veniſſe, ſed illum adhuc expectant.

SEPTIMVS & vltimus eſt, quia negant Trinitatem perſonarum in diuinis.

¶ Quos errores diſcutiam, Deo, cuius agitur cauſa præbente auxilium, præmiſſa proteſtatione, & repetita, de qua in principio huius operis.

2 QVO AD PRIMVM dico illum errorem † manifeſtè conuinci ex plurimis auctoritatibus veteris teſtamenti, quod ipſi veriſſimum credunt. Et ex dictis Prophetarum, quibus ipſi fidem adhibent. Videlicet quod Meſſias promiſſus in lege erat futurus Deus & homo in vnitate ſuppoſiti diuini, prout fuit. Sicut hodie credit & prædicat ſancta mater Eccleſia. Et hoc probatur ex dicto Pſalmiſtæ. Pſalmo 44. vbi loquens de Meſſia Chriſto ait: Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi, virga directionis, virga Regni tui. Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Vbi loquitur Deo dicens, ô Deus ſedes tua in æternum, & ſic in ſæculum ſæculi. Et te Deus Deus tuus vnxit te oleo, & ſic appellat Deum vnctum, ſcilicet filium, qui fuit Meſſias inunctus, quantum ad humanitatem aſſumptam oleo gratiæ pleniſſimè, & Deum vnguentem, vt notat perſonam patris, & Spiritus ſancti. Sic ponit Anton. *in 2. parte ſummæ. titulo 12. cap. 7.* §. 4. pro quo facit, quod dicebat Ambroſius: Si Chriſtum dicas, & patrem à quo vnctus eſt, & ipſum qui vnctus eſt, Filium, & Spiritum ſanctum quo vnctus eſt, deſignaſti, inde erat quòd in primitiua Eccleſia baptiſmus poterat fieri in nomine Chriſti, quia in Chriſti nomine tota Trinitas intelligitur, Actu. 2. & traditur *in cap. à Iudæo, & in cap. ius modo. de conſecrat. diſtinct.* 4. hodie verò ſecus *vt in cap. 1. de baptiſmo.* & dicit Auguſtinus ſuper dictum Pſalmum, quod illa duo nomina Deus Deus tuus, in græco apertè ponuntur vt intelligatur vocatiuus, ô Deus, & alterum nominatiuus, vt dicamus, ô tu Deus vnxit te Deus, & ſic filium Deus pater vnxit quo ad humanam naturam plenitudine gratiæ ab inſtanti creationis animæ, vt dicit ibi Lyra, & hæc auctoritas hoc concludenter probat, quia ſecundùm Ioacham Abenhuziel & omnes authenticos Hebræos, ille Pſalmus eſt factus de Rege Meſſia, & iſtum vocat Deus pater Deum in dicto Pſalmo, primo cùm dicit, Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi: Secundò cùm dicit, ô Deus propterea vnxit te Deus tuus: tertiò cùm dicit infra, Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus. Ex quo ſequuntur tres concluſiones, ſecundùm Epiſcopum Chriſtopoli. ibi: prima eſt quod Meſſias eſt verus Deus. Secunda concluſio quod in diuinis ſunt plures perſonæ quam vna, probatur, nam ibi eſt Deus vngens & Deus vnctus, ſed vna & eadem perſona non poteſt eſſe vnguens & vncta, ergo ſunt duæ perſonæ, ſcilicet pater vnguens, & Deus vnctus qui eſt filius. Et licet perſona Spiritus S. non nominaliter explicetur, tamen ſatis explicatur & intelligitur ſecũdùm proprietatem per ly oleo lætitiæ, quæ eſt Spiritus S. animas ſanctificans, & penetrans & ſanctos Prophetas faciens, & hæc faciunt pro his quæ dicam in ſeptimo errore iudæorum. Tertia concluſio eſt, quod licet Chriſtus ſit Deus & homo, tamen non fuit vnctus quo ad deitatem, ſed quo ad humanitatem, quia primo modo non indiget vnctione. Quarta concluſio, quia licet Chriſtus ſit homo & ex tempore acceperit virgam & ſedem iudiciariam à patre, tamen iſta ſedes eſt æterna à parte poſt, quia in æternum puniet malos, & beatificabit & glorificabit bonos, de quo dicitur Luc. 1. regni eius non erit finis. Et dicebat Iſidorus in libello contra iudæos *col. 5.* declarans prædictam auctoritatem, quis eſt ergo iſte Deus vnctus à Deo; reſpondeant nobis iudæi. Ecce Deus à Deo vnctus dicitur, & Chriſtus ipſe vnctione declaratur, cùm Deus vnctus inſinuatur.

¶ † Secundò probatur Eſaiæ 9. Meſſiam eſſe Deum & hominem, vbi inquit, Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. & per hoc quod dicitur paruulus natus, &c. oſtenditur ipſius Chriſti vera humanitas, per hoc quod ſequitur & vocabitur nomen eius admirabilis, apparet eius diuinitas, ita declarant Ly. & Ant. Natus eſt, id eſt, naſcetur more propheti- co filius Dei, datus à patre, nobis ſaluandis, paruulus propter humilitatem, ad Phili. 2. exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. & ſingula verba expone vt per Vgo. Card. *ſuper d. c. 9.* & ibi per Lyram, & per hoc cùm dicit, Deus fortis, pater futuri ſæculi ſeu ſempiternus & princeps pacis, manifeſtè probatur Meſſiam eſſe Deum, quia prædicta nomina non poſſunt verificari niſi de Deo vt dicebat Pau. Burg. *in ſuo ſcrutinio ſcripturarum. 10. diſt. cap. 2.* 3

¶ Iudæi tamen dicũt hanc auctoritatem Eſaiæ loqui de Ezechia rege, in cuius tempore Deus dedit pacem in Hieruſalem & iudæa deuicto Sennacharib vt habetur 4. Reg. 19. qua ratione vocatur à Deo princeps pacis, eo quod tempore ſuo pax miraculosè viguit, vnde ſecundùm Hebræos nomina quæ ponitur in hac auctoritate, non ſunt nomina pueri, ſed Dei vocantis ipſum puerum principem pacis, & ideò dicũt quod in Hebræo non eſt vocabitur, ſed vocabit, & ſic illud quod ſequitur quod exprimit diuinitatem, non refertur ad paruulum natum, ſed ad verum Deum nominantem ipſum, & nomen pueri ponitur in fine illius auctoritatis cùm dicitur, princeps pacis: itaq; ſecũdũ eos non eſt princeps in nominatiuo vel potiùs in accuſatiuo. principem pacis, quod de facili poſſũt dicere, quia nomina eorum ſunt indeclinabilia ſecũdùm Nic. de Lyr. in libello contra perfidiam iudaicam *in 7. col.* & hoc arg. fuit Rabi Salom. & quorundam iudæorum.

¶ Ad hoc reſpondetur ſecundùm Lyram & Burgen. vbi ſupra quod iudæi præſupponunt falſum quod in Hebræo habetur, vocabit, & non vocabitur, quia contrarium eſt, nam in tranſlatione 70. interpretũ reperitur, vocabitur, & conſequenter patet, quod hæc nomina diuina ad puerum referuntur, quæ cùm non conueniant Regi Ezechiæ, ſequitur quod de puero Meſſia intelliguntur & iudæi textum corruperunt. Et per conſequens in fine dictæ auctoritatis non reperitur princeps pacis in vocatiuo, vel principem pacis in accuſatiuo, ſed princeps pacis in nominatiuo, & nulla ratio militabat quod inuocatione vnius pueri Deus tot nominibus nominaretur. Fuerunt quidem multi qui fuerunt vocati à Deo ſiue ab Angelo; vt Iſmael, Iſaac, & Ioſias, nunquam tamen in eorum vocatione Deus vocatur pluribus & varijs nominibus. Suffeciſſet quidem dicere, vocauit eum Dominus principem pacis, ſed quod puer ille naſciturus tot nominibus deberet appellari, hoc quid magnum & notabile ſignificabat, vt de aliquibus nominibus declaratum eſt, ſcilicet puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. In hoc autem quod ponitur, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, oſtenditur quod ille puer natus accepit ſuper ſe iugum legis obſeruandæ, licet non eſſet ad hoc obligatus. Vnde in tranſlatione Caldayca, illa verba transferuntur ſic: Et recepit ſuper ſe legem ad obſeruandum, ad denotandum quod Chriſtus erat impleturus legem & obſeruaturus ſecundùm quod ipſe dicit Matthæi 5. non veni ſoluere legem ſed adimplere, vt patuit. Quia circumciſus fuit & oblatus in templo ſecundùm legem Moyſi. Lucæ 2. Et Paſcha celebrauit, Matthæi 26. Et alia fecit ſecundùm legem, vt patet in diſcurſu Euangeliorum. Et in eo quod dicitur, & vocabitur nomen eius admi-

aliter de Hieruſalem:cùm dicitur de Meſſia,dicitur cum Coar, id eſt,cum adiectiuo nomine quod eſt Zadich, id eſt, iuſtus eo modo & forma quibus dicitur in ſcriptura de Deo, vt in Pſal. 128. Dominus iuſtus cõcidet ceruices peccatorum. Item Threnorum 1. Iuſtus eſt Dominus, & ſic hic modus connotat quidditatem & virtutem rei, quia nomina debẽt eſſe conſona rebus. Cùm autem dicit de Hieruſalem non cum Coar, id eſt, cùm adiectiuo:ſed cum aduerbio Sam, id eſt, ibi ſignificat locum: Volens intelligere non quod ipſa ſit Deus, quia eſſet ridiculum & inconueniens, ſed quod Deus in ea. idem dicendum eſt de illa authoritate Geneſ. 22. Nam ibi Abraham vocauit illum locum Dominus videt vel Dominus videbit. Non quod ille locus ſit Dominus, quia eſſet abſurdum, ſed quod in illo loco Deus videret meritum ipſius Abrahæ in immolatione filij, vt communiter ibi dicunt expoſitores Hebræi. Permaximè, quia dictus locus non eſt nominatus abſolutè Dominus, ſed cum adiectione videt, & ſic Dominus videt. Ita quod locus ille non eſt nominatus nomine Domini tetagramaton. Sed eſt nominatus à viſione diuina, quia vidit ibi humilitatem & afflictionem ipſius Iſaac liberans eum à morte, & arietem loco eius ponens. Vel aliter ſecundùm eundem Nic. de Lyra, quod Abraham vidit ibi in ſpiritu templum Deo ædificandum per Salomonem, in quo Deus viſurus erat preces populi ſui, & oblationes ſuſcepturus. Et hoc patet per tranſlationem Caldaycam, quæ ſic habet. Adorauit ibi Abraham, & ait coram Domino, hic erunt colentes coram Deo gentes. paríque modo dicendum eſt de illo Exodi 17. de altari ædificato à Moyſe, & vocauit nomen eius Exultatio mea, quia ibi Moyſes non vocauit illud altare nomen Domini tetagramaton abſolutè, ſed vocauit illud Dominus Exultatio mea. à quodam effectu diuino, quia Dominus liberauerat ibi populum à manibus Amalech ad preces Moyſi, vt ibi patet maximè, quia ſecundùm Caldaycam tranſlationem, quæ apud Iudæos eſt authẽtica, vt dicit Burgen. ibi tranſtulit ſignum meũ quod fuit in liberatione proximè dicta. Idemq; cenſendum eſt de illa authoritate Iud. 7. quia Gedeon non vocauit illud altare nomine Domini abſolutè, ſed à quodam effectu diuino. Et ideo vocauit illud Domini pax, quia Dominus promiſerat ei pacem ab inimicis perſequentibus eum. Et de facto completũ eſt, quod patet per tranſlationem Caldaycam quæ ſic habet: Ædificauit ibi Gedeon altare Domino, & ſeruiuit ſuper illud Deo, qui fecit ei pacem. Sic Geneſ. 22. quando Iacob vidit Scalam, dixit, verè Dominus eſt in loco iſto.

¶ Patet igitur ex prædictis quod nomen Domini tetagramaton non dicitur de aliquo niſi de Deo vero tantùm, & ſic conſequens eſt, quod Meſſias eſt Deus: & dicit Paul. Burgen. vbi ſupra quod Hebræi in gloſſ. ſuper libro Threnorum cap. 1. quærunt quo nomine vocãdus eſt Meſſias, Vbi aliqui dicunt quod vocandus eſt Conſolator ſeu Paracletus: ad quod allegãt illud Threnorum, quia elongauit à me manahen, id eſt, conſolatorẽ vel Paracletum, qui conuertit animam meam. Et ſequitur ibi Rabi Abba dicens, Adonay eſt nomen eius, exprimendo vbi dicitur Adonay nomen Domini tetagramaton. ad quod allegat prædictus Rabi illud Hieremiæ, ſcilicet & hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Hinc eſt quod Iudæi non valentes has ſolutiones impugnare recurrerunt ad falſificandum textum bibliorum ponẽtes in illa auctoritate Hieremiæ, hoc eſt, nomen qui inuocabit eum, ſcilicet Meſſiam, ſcilicet iuſtus noſter, &c. Et ſic quod referant ad Deum vocantem non autem ad Meſſiam vocatum. Sed hæc falſitas deprehenditur. vt dicit Lyra in tranſlatione 70. interpretum, qui ſic habet, vt tranſlatio Hieronymi, vt patet in officio Eccleſiaſtico, quod de hac tranſlatione aſſumptum eſt, in quo ponitur ſic illa auctoritas, In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter. Ex quo patet quod nomen illud tetagramaton ad Meſſiam Chriſtum refertur vocatum, non autem ad Deum vocantem, vt peruerſè ſentiunt Iudæi. Quo nomine dicit Hiere. Meſſiam appellandum à populis, vt dicit Ant. Flor. vbi ſupra.

6 ¶ QVARTO † probatur per auctoritatem Michææ. 1. capit. vbi dicitur, & tu Belthleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te enim egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſio eius ab initio à diebus æternitatis. quod hæc auctoritas intelligatur de Meſſia patet per Rabi Salom. vbi dominator dicit, id eſt, Meſſias filius Dauid. Sic enim ſchola ſapientium reſpondit ad Herodem quando ipſe Herodes poſtulauit ab eis vbi Chriſtus naſceretur, dixerunt illi: In Bethleem Iudæ, ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam, & tu Bethleem, &c. Matthæi 2. Et ſic per hunc exitum de Bethleem oſtenditur ipſius Chriſti vera humanitas. Et etiam ſecundùm carnem natus eſt de ſemine Dauid, qui fuit de Bethleem, 1. Reg. 16. per exitum autem eius à diebus æternitatis exprimitur natiuitas eius æterna, qui ſemper naſcitur à patre, & ſemper natus eſt, Pſalm. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Nec dicta auctoritas Michææ poteſt intelligi de Ezechia Rege, & ſic de homine puro qui tantum in tempore naſcitur. Sed de homine Chriſto qui natus eſt temporaliter, & æternaliter, & ſic verba non conueniunt homini puro, meritò eorum diſpoſitio applicari non poteſt, dixi ſupra ad hoc propoſitum.

¶ Sed ad hoc reſpondent aliqui perfidi, & inſenſati Iudæi ſecundùm Lyram, quod per dicta verba, A diebus æternitatis. Non intelligitur Chriſti æternitas ſecundùm diuinitatem, ſed prouiſio ſeu prædeſtinatio ſuæ natiuitatis, quæ eſt in humana natura tantum. Hoc tamen nihil eſt, quia æternitas talis prouiſionis eſt omnibus communis, quia omnia quantumcunque minima ſunt à Deo prouiſa æternaliter, & præordinata. Et ideò ſi hoc modo intelligeretur prædicta auctoritas, per ipſam non exprimeretur ſpecialitas in Chriſto reſpectu aliorum quantùmcunque minimorum. Propheta autem intelligit, & intendit per ipſam exprimere præeminentiam, & excellentiam Chriſti, vt patet intuenti: propter quod dicunt aliqui Iudæi ſecundùm Lyram, quod ſeptem res fuerunt creatæ à Deo ante mundum, ſcilicet lex, pœnitentia, gehenna, domus ſanctuarij, thronus gloriæ, hortus voluptatis, & nomen Meſſiæ. Et ideo ſic exponunt illud Geneſ. 2. de horto voluptatis. Plantauerat autem Dominus hortum voluptatis à principio, id eſt, ante mundum per duo millia annorum. Et hoc modo exponunt illud Michææ 5. Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis, quia nomen Meſſiæ fuit creatum ante mundum modo prædicto. Sed hoc dictum eſt irrationabile, vt non indigeat reprobatione. Lex enim non potuit per ſe creari, ſed in aliquo intellectu, hoc autem non poteſt eſſe in intellectu diuino, in quo non poteſt aliquid creari, nec Angelico vel humano poteſt ſic creari ante mundum, quia Angelus vel homo non ponuntur inter creata ante mundum ſecundùm eos: ſimiliter quod pœnitentia, quæ non eſt niſi de peccato præterito, fuerit ante mundum, & per conſequens ante peccatum, quod eſt valdè abſurdum. Hoc autem modo poſſet argui de iſtis, & de alijs conſequentibus. Sed dimitto, quia dicta eorum friuola ſunt, & omninò abſurda.

¶ QVINTO † probatur Canticorum 3. ibi dum dicitur: E- 7
gredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Nam ſecundùm omnes Doctores Hebræorum vbicunque in libro Canticorum ponitur nomen Salomonis, ſub illo nomine intelligendus eſt Deus ipſe, qui eſt magnus Salomon, id eſt, pacificus, quia facit pacem, & concordiam in creaturis per connexionem partium vniuerſi, ſecundùm quod habetur Iob 25. Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Vnde dicunt quod in toto illo libro agitur de Deo, & Synagoga ſub nomine Salomonis, & ſponſæ ſeu amicæ, ſicut Doctores Catholici dicunt, quod in libro ſub prædictis nominibus agitur de coniunctione Chriſti & Eccleſiæ. Hoc ſuppoſito arguit Lyra ad propoſitum, quia in prædicta auctoritate dicitur de matre Salomonis. Si igitur nomine Salomonis intelligitur Deus etiam ſecundùm literalem ſenſum ſecundùm ipſos, ergo oportet eos concedere, quod Deus habet matrem. Hoc autem eſt impoſſibile ſecundùm naturam diuinam, & ſimiliter ſecundùm naturam Angelicam, ergo talis natura, eſt natura humana, in qua conuenit ſibi habere matrem, qui natura humana eſt nobilior inter illas naturas, quæ ſunt per generationem, & tunc patet incarnatio diuinæ perſonæ.

¶ Sed ad hoc reſpondent aliqui Iudæi, dicentes quod Deus qui eſt magnus Salomon vocauit hic Eccleſiam Iſrael, matrem, ad exprimendum magnum amorem, quem habuit ad eam, aliquando filiam, aliquando ſororem, aliquando matrem appellando. Sed in contrarium arguit idem Doctor, quia vnus ſacræ ſcripturæ paſſus obſcurus non debet exponi niſi per alium locum clariorem eiuſdem ſcripturæ. Nunquam autem in ſcriptura veteris teſtamẽti inuenitur ſimili quod Deus vocat Eccle-

Eccleſiam Iſrael, matrem, ſed benè inuenimus quod vocat eam ſponſam, amicam, filiam, & huiuſmodi, ſecundùm quod dicitur Hieremiæ 2. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuá, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto. Et Hieremiæ 13. capit. Reuertere virgo Iſrael, ad ciuitates tuas vſquequò delitijs ſolueris filia vaga. ergo prædicta expoſitio eſt irrationabilis. Item mater reſpectu filij habet rationem principij, hoc autem nullo modo poteſt dici reſpectu Dei.

¶Epiſcopus verò Chriſtopo. ſuper Canticorum quarto, columna tertia dicit, legi in medras ſynaſiſim, id eſt, in gloſſ. Canticorum, quod dicit Rabi Ioannam, Quæſiuimus totam ſcripturam, & non inuenimus, quod Berſabe fecerit coronam filio ſuo Salomoni. Ideo mirandum eſt quid vult dicere, in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Ad quod reſpondet, quod Rabi Simeon quæſiuit hoc dubium à Rabi Eleazar dicens: Audiſti vnquam à patre tuo Incef. qui erat ſapiens homo, quæ fuit illa corona, quam Berſabe impoſuit Salomoni filio ſuo? cui Eleazar reſpondit dicens, quod ille Rex Salomon eſt Deus, qui in principio dilexit plebem Iſraeliticam, & vocauit eam filiam, prout legitur Pſalmo quadrageſimoquarto: Audi filia & vide. Item dilexit eam magis, & vocauit eam ſororem. Cantic. 5. Aperi mihi ſoror mea. Item dilexit eam multò magis, & vocauit eam matrem. Eſaię 51. Attendite ad me popule meus & tribus mea & mater mea. Et ſic iſte ſic Salomõ eſt Deus, & iſta mater Dei eſt plebs Iſraelitica, quæ eum coronauit, prout dicit Salomon. Ex quo patet vt dicit dictus Epiſcopus. quod dicti Rabini tacitè concedunt Deum accepiſſe carnem ex plebe Iſraelitica, quia licet Deus vocet illam plebem filiam per creationem & adoptionem, & ſororem per deſponſationem, tamen nullo modo poteſt eam matrem appellare, niſi per aſſumptionem carnis. Et hæc caro eſt illa corona, qua eum virgo Maria mater Dei coronauit, illum veſtiuit, & circundedit in die deſpoſationis, id eſt, annunciationis, incarnationis & lætitiæ cordis ſui. Aduerte tamen quod in textu Bibliæ Eſaiæ 51. non reperitur mater mea. Ita quod Nicolaus de Lyra, vt dixi, melius videtur inueſtigaſſe, vt in ſacra ſcriptura nunquam inuenias ſimile, vt Deus Eccleſiam Iſrael vocet matrem, vt dixi ſupra proximè. Et dato quod inueniretur. eſſet intelligendum reſpectu humanitatis à Deo tunc aſſumendæ à populo Iſraelitico, vt à tribu Iuda, vt legitur in generatione Chriſti per Matth. 1. capitulo, & ſic patet intentus noſter.

8 ¶Sexto † etiam probatur diuinitas & humanitas Chriſti Zachariæ 9. vbi dicitur: Exulta ſatis filia Sion, Iubila filia Hieruſalem, ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator ipſe pauper aſcendens ſuper Aſinam. Secundùm Doctores Hebræorum, iſta auctoritas non poteſt exponi ad literam, niſi de Meſſia, per hoc quod dicitur hic, Pauper & aſcendens ſuper aſinam. Oſtenditur eius humanitas, in qua ſicut pauper cum hominibus conuerſatus eſt. Per hoc autem quod dicitur, Rex iuſtus & Saluator. Oſtenditur in eo natura excellentior, per quam poteſt ſaluare & regnare, quia pauper inquantùm huiuſmodi eſt impotens ad talia. Et ideo fuit in vnum ſimul diues & pauper: diues in natura diuina, pauper in natura humana. Et quod ſic debeat intelligi auctoritas prædicta Zachariæ patet per gloſ. Hebræorum apud eos authenticam ſuper illud Canticorum primo: Exultabimus & lætabimur in te gloria, id eſt, in te ſancto & benedicto. Simile eſt enim hoc cuidam reginę, cuius mariti filij & generi tranſierunt mare poſtea per magnum tẽpus dictum eſt ei, venerunt generi tui? Reſpondit regina, quid ad me lætentur filiæ meæ vxoreſque illorum. Dixerunt ei, venerũt filij tui? Reſpondit regina, quid ad me. Lætentur nurus meæ vxoreſque illorum. Quando autem dictum eſt ei, Venit vir tuus: dixit regina: nunc facta eſt lætitia mea perfecta, ſic factum eſt, quum eſſent prophetæ dicentes ad Hieruſalem, Filij tui de longè venerunt? Reſpondit, quid ad me, lætentur filiæ Iudæ. Sed cùm dictum eſt illud Zacha. 19. Ecce rex tuus venit, tunc fuit & lætitia perfecta, vnde ibi ſatis permittitur, Exulta ſatis filia Sion. Iubila filia Hieruſalem Hinc dicit Lyra inferendo quod ex iſta gloſſa patet quod Zacharias Propheta loquitur de aduẽtu Dei ad filios Iſrael. Sic igitur ſecundũ eos iſta auctoritas loquitur de Meſſia, quia etiam in eadẽ auctoritate dicitur venire in paupertate, concluditur quod ipſe ſit Deus & homo. Ità quod ſit pauper ratione humanitatis, & potens ſaluare ratione diuinitatis.

¶Septimo † etiam probatur Eſaiæ 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel: Butyrum & Mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum, &c. Quæ authoritas non poteſt intelligi de alio quam de Chriſto Ieſu, prout Euangeliſta Matthæus exponit in primo capitulo ſui Euangelij, vbi poſt narratam generationem Chriſti, & conceptionem, dicit, Hoc totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Et ſic ipſe Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta Spiritu ſancto plenus magis quàm fuerunt Prophetæ veteris teſtamenti, dicit illam prophetiam eſſe impletam in natiuitate Chriſti, & exponitur ſic, Beata Virgo Maria à Prophetis denunciata concipiet, & manens virgo pariet filium. Et in textu Eſaiæ debet eſſe, vocabit & non vocabitur, vt dicit Vgo Cardinalis ibi, licet in Euangelio ſit vocabitur: quia Euangeliſta magis ſequutus eſt ſenſum quam verba: & ſic virgo illa vocabit filium ſuum Emanuel: quod interpretatur nobiſcum Deus, id eſt, natura noſtra Deus, ſecundùm Albertum Magnum ſuper Matthæum, & ſecundùm Lyram, quia vocatus eſt Chriſtus: quod eſt nomen ſignificans duplicem naturam in vno ſuppoſito diuino: diuinam, ſcilicet & humanam: & hoc idem ſignificat Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Butyrum & mel comedet, hoc dicitur ad denotandam eius humanitatem, quæ talibus nutritur maximè in pueritia, vt ſciat reprobare malum & eligere bonum, ſecundùm Vgonem Cardinalem, id eſt, habeat tunc diſcretionem boni & mali, quod non poteſt eſſe in puro homine Et ſic ly vt, non ponitur cauſaliter ſecundùm Ly. ſed conſecutiuè. Quaſi dicat quod in infantia habebit cognitionem boni & mali, quia Chriſtus ab infantia ſua habuit plenitudinem ſcientiæ ad reprobandum malum, & eligendum bonum, loquendo de ſcientia humana, quia iſtam habuit ab inſtanti conceptionis & non ante, vt ibi Lyra tenet. Et pro hoc facit quod Burgenſ. dicit quod vbi nos habemus. vt ſciat reprobare malum, Hebraica litera habet, quia ſcit, vel eo quod ſcit, ſecundùm quod inuenitur quod ſcientia eligendi bonum, & reprobare malum fuit in ipſo Emanuel antequam Butyrum & mel comederet, ſcilicet ante natiuitatem ſuam, quod nõ competit alij puro homini. 9

¶Sed quia perfidi Iudęi inſurgunt contra Chriſtianos ſuper intellectu dictæ Prophetiæ, ideo ſequendo ego Card. Lyram & alios, duo faciam. Primò ponam falſas expoſitiones Iudæorum & illas confutabit. Secundò ponam obiectiones ipſorum, & ad illas reſpondebo.

¶Qvo ad primum dicunt Hebræi, quòd dicta Prophetia intelligitur de Ezechia filio Regis Achaz, qui poſt dictum Prophetæ natus eſt in ſignum liberationis regni Iudæ ab illis Regibus, qui in illo tempore regnum illud opprimebant. Et ad hoc inducunt quod habetur per Eſaiam capitulo 8. ibi, Et erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, ô Emanuel, ac ſi diceretur ipſi Regi Achaz. Ecce Alma, id eſt, vxor tua adoleſcentula concipiet & pariet filium, ſcilicet Ezechiam, quo regnante deſtruentur iſti duo Reges quos tu times & eorum regna.

¶Secundò & aliter dicebat Rabi Salomon, quod hæc prophetia intelligenda erat de filio Eſaiæ: Dicit enim quod Eſaias acceperat in vxorem quandam iuuenculam, & quod iam cõceperat de eo. Vnde dicit quod talis eſt litera: Ecce adoleſcentula concepit, & pariet filium. Et denunciatio huius partus fuit ſignum liberationis ab eo prædictum, quia de puero exiſtente in matris vtero neſcitur, an ſit maſculus vel fœmina. Et ideo quando certitudinaliter prædicitur ſignum eſt credibile, quod illud quod promittitur ad tale ſignum ſit futurum, vt ſit ſenſus verbi Eſaiæ, Ecce adoleſcentula concepit & pariet filium. Et quando in natiuitate eius videbis verbum meum verificatum ſcias te à duobus Regibus te inuadere diſponentibus citò liberandum. Et ita fuit vt iſte Rabi Salomon proſequitur, quia citò ad petitionem Achaz, Rex Aſſyriorum venit in Damaſcum contra Raſin Regem Syriæ, & eum interfecit, & populum eius tranſtulit in Syrenem, vt habetur 4. Regum 16. Et eodẽ anno. vt dicit Oſeæ filius Hela coniurauit contra Phaceæ filium Romeliæ Regẽ Iſrael, & eum interfecit, vt habetur 4. Regum 16. Et pro ſuo propoſito adducit quod ſcribitur Eſaię cap. 8. Et acceſſi ad propheteſſam, & concepit, & peperit filium.

Ex quo

Ex quo patet ſecundum eum quod iſta adoleſcentula de cuius conceptu & partu ſit hic ſermo, fuit vxor Eſaiæ, ad quam acceſſit maritali affectu & puer conceptus, & natus fuit de ea filius eius. ¶ Ad hęc dico quòd dicta prophetia non poteſt intelligi de Ezechia filio regis Achaz, quia Ezechias tempore dictæ prophetiæ erat ad minus nouem annorum, quod ſic deducitur. Achaz regnauit ſexdecim annis tantum, vt habetur. 4. Regum 16. Et quando Ezechias filius ipſius cœpit regnare erat ætatis 25. annorum, vt habetur 4. Reg. 18. ergo ſequitur quod ad minus erat. 9. annorum, quia in principio regni Achaz antequam diceretur hæc prophetia, Ezechias iam erat natus, & ſic 9. annorum, & ita non poteſt hæc prophetia de Ezechia loqui iam nato vt de naſcituro. Et per hoc Rabi Salomon reprobabat hunc ſenſum. Quinimò ſecundum eũ & Doct. Catholicos vt referunt Vgo Cardin. & Ly. hæc prophetia fuit dicta quarto anno regni Achaz, & ſic Ezechias non ſolum habuit nouem annos ſed etiam 13. & ſic de eo non poteſt loqui. Et in hac ætate potuit ſcire vocare patrem ſuum & matrem ſuam, vt in d. cap. 8. quod negatur per Eſaiam, & ſic patet quòd de eo non loquitur. ¶ Nec etiam poteſt ſtare expoſitio illa quam dat Rabi Salomon de filio ipſius Eſaiæ propter id quod ſequitur, *in d. cap. 9. Et erit extenſio alarum eius*, id eſt, exercitus regis Aſſyriorum implens latitudinem terræ tuæ, ô Emanuel. Et loquitur ibi de terra regni Iudææ cuius nũquam fuit Dominus Eſaias, nec filius eius, & ſic Emanuel, de cuius conceptione & natiuitate ſit hic ſermo, non fuit filius Eſaiæ.

Item quod dicit denunciationem natiuitatis pueri in ſexu maſculino eſſe ſignum à domino promiſſum, eſt falſum quia de mandato domini dixit Eſaias, Pete tibi ſignum à domino Deo tuo in profundum inferni, &c. per reſurrectionem mortui, vel per aliquam mutationem notabilem & ſupernaturalem in curſu cœleſti, vt ibi declaratur per Doctores Lyram & Vgo. Cardin. Et idem dicit ibi Rabi Salomon. Et ſic illud ſignum debuit eſſe aliquid valde magnum, & excedens totam creaturæ facultatem cuiuſmodi non eſſet talis denunciatio, ſcilicet, maſculus eſſet naſciturus ex vxore Eſaię, quia aliquando medici experti hoc cognoſcunt an naſciturus ſit maſculus vel fœmina. Et ſi dicatur quod non cognoſcunt per certitudinem, tamen negari non poteſt, vt dicit Lyra quin dæmones hoc præcognoſcant cum ad hoc ſe extendat eorum notitia naturalis, quæ remanſit integra in eis. Et per conſequens tale ſignum poteſt certitudinaliter prædici à dæmone, & ſic prædictum ſignum non eſſet magnum, & quale innuit clare verbum prophetæ, quia dicit, Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum ecce virgo concipiet, &c. Si non conciperet virgo & manens virgo non pareret nulla nouitas eſſet, quia hoc modo multæ virgines adhuc pariunt. Vnde S. Hieron. ſic obiicit eis in originali. Si aliqua deflorata cõcipit, quæ eſt nouitas vel quod ſignum? Item quare dicitur, Ipſe dominus dabit vobis ſignũ, Talis enim cõceptio vſitata eſt, dicit Vgo Card. ſuper Eſaiam. Si dicas quòd in hoc fuit nouitas, quod mulier in defloratione concepit, hoc non dicunt Iudæi, qui exponunt de vxore Eſaiæ vel vxore Achaz: Præterea de quacunq; exponant eſt nouum hoc quòd mulier in defloratione concipiat, quia ambæ filiæ Loth in defloratione conceperunt. Geneſ. 19. ¶ Et ſi obuceretur quòd Eſaias loquitur de virgine quæ nondum concepit, ſed conceptura erat, quòd & ſic cognitio dæmonum naturalis non ſe extendit ad futura mere contingentia, & ita quod non poſſent ſcire an mulier ſit conceptura maſculum vel fœminam. Poſſet aliter dici ſecundum Paul. Burgen. quàm per Lyram. Primo quòd eſt attendendum quòd ex contingentibus quæ æqualiter ad vtrumlibet ſe conſueuerunt habere non poteſt ſumi rationabiliter certificatio alicuius propoſiti dubij, etiam ſi ab aliquo antequam contingat pronoſticetur, verbi gratia ſi aliquis dicat alicui de aliqua re dubitanti, Crede mihi hanc rem tibi dubiam, in cuius ſignum do tibi quòd ſemel proiicias taxillos, & in illa vnica eiectione tua puncta erunt paria. Manifeſtum eſt quòd poſito quòd paria eueniant puncta, dubitans ſi ſit diſcretus non certificabitur de dubio ſuo, quia ad talem pronoſticationem paritatis punctorum non requiritur aliqua ſupernaturalis cognitio, ſed poteſt rationabiliter æſtimari quòd fuit caſualiter facta, vnde in propoſito quòd mulier pariat maſculum vel fœminam, caſualiter poteſt quis vnam partem, puta quod maſculum pariat prædicere, ſine hoc quòd ſibi credatur in aliis dicendis. Vnde ridiculum videtur quod in materia tam ardua, & dubia tale ſignum de maſculo naſcituro ex vxore Eſaiæ ad certificationem offerretur.

Præterea verba quæ ſcribuntur in cap. 8. per Eſaiam antequam ſciat puer vocare patrem & matrem auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum: non poſſunt applicari filio Eſaiæ, quia eo tempore filius Eſaiæ erat ętatis 16. annorum aut circa, quo tempore, & ante potuit vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, quod ſic deducitur. Nam ſecundum Rabi Salom. vt refert Lyra ſuper Eſaiam, filius Eſaiæ natus fuit anno Regni Achaz. 4. vel 5. ad tardius, & Oſeæ filius Hela regnare cœpit anno 12. regni Achaz vt habetur 4. Regum 17. Et licet Oſeæ fuerit iam tributarius regis Aſſyriorum, tamen Samaria cuius erat rex Oſeæ non legitur ſpoliata à rege Aſſyriorum ante nonum annum regni Oſeæ in quo fuit capta per Salmanaſar rege Aſſyriorum anno nono regni Oſeę, vt habetur 4. Regum 17. & 18. Et ſic à natiuitate pueri de quo eſt hic ſermo vſque ad captionem Samarię fluxerunt anni 17. ſcilicet, octo de regno Achaz, & 9. de regno Oſeæ, vt patet per prædicta, quia puer fuit natus anno 4. regni Achaz vel 5. ad plus. Et Oſeæ cœpit regnare anno 12. regni Achaz, & ſic à quatuor vſque ad duodecim ſunt 13. & octo & nouem faciunt 17. † Et ita 7
tempore captionis Samariæ puer erat ad minus decem & ſeptem annorum. Quo tempore potuit ſcire vocare patrem ſuũ & matrem ſuam contra id quod dicit propheta in cap. 8. Si autem dicatur quod Oſeæ cœpit regnare 4. anno Achaz, vt dicũt aliqui, vt refert Lyr. 4. Reg. 17. & nouem anni qui fluxerunt de regno Oſeæ quando Samaria fuit capta, & 4. faciũt tredecim,
† ſequitur quòd dictus puer erat annorum tredecim tempore 8
deſtructionis Samariæ, & ſic potuit vocare patrem ſuum, & matrem ſuam. Vnde conſequens eſt quod dicta prophetia non loquitur de Eſaiæ contra perfidos Iudæos.

Vlterius non obſtat illud aſſumptum de illo Eſaiæ cap. 8. Et acceſſi ad propheteſſam. Et omiſſa contentione Nicol. de Lyra contra ſanctum Thomam ſuper expoſitione Eſaiæ cap. 8. prout Paul. Burgen. in additionibus ſuis. Et impugnator additionum ibi etiam ſuper hoc contendunt. Dico ad hanc auctoritatem, & acceſſi ad propheteſſam, ex mente Nicolai de Lyra, Vgonis Cardin. & Burgen. quod verba illa ſecundum litteram Chaldaicam ſunt Dei, & non Eſaiæ Prophetæ, introducentis prophetas ibi nominatos ad pronunciandum illud, quod præordinauit futurum, qui ſicut prophetas illuſtrando teſtes ſuos conſtituit, ita ſua gratia virginem fœcundauit, vt patet Lucæ 1. permaxime hoc oſtenditur, quia illi teſtes adhibiti in text. Eſaiæ, ſcilicet Vrias, & Zacharias fuerunt poſt Eſaiam per longum tempus, ſcilicet, Vrias poſt 129. annos, & Zacharias poſt 200. annos & plus. Et per conſequens cum teſtes debeant reſpondere rei teſtificatę, acceſſus ad propheteſſam non fuit corporalis nec de præſenti, ſed ſpiritualis, & de futuro in longinquum ſecundum quod habetur Luc. 1. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi, quòd autem beata Virgo propheteſſa fuerit patet Lucæ 1. vbi prophetauit de ſua veneratione futura dicens. Beatam me dicent omnes generationes, & in quibus locis ſacræ ſcripturæ prophetati fuerint dictæ prophetæ Vrias, & Zacharias ponit Lyra Eſaiæ in cap. 8. quę non refero, & ſic patet quod dicta prophetia non poteſt intelligi de filio Eſaiæ, ſed de Ieſu Chriſto qui fuit verus Meſſias.

¶ QVO † ad ſecundum in quo ponẽdę ſunt obiectiones Iu- 9
dæorum contra veritatem dictæ prophetiæ & reſponſiones. Ad illas dicunt quod conceptus, & Natiuitas filij naſcituri erat ſignum liberationis Achaz, & populi ſui ab illis duobus regibus regnum illius opprimere volentibus, & inducunt text. Eſaię 7. Dum dicitur ibi, Dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ieſus autem Nazarenus natus fuit poſt tempus Achaz per quingentos annos, & amplius, ergo conceptio vel natiuitas eius nullo modo fuit ſignum dictæ liberationis.

¶ Secundo dicunt quod verba illa, Ecce virgo concipiet, & pariet, in Hebræo habentur, Ecce alma concipiet, & pariet, &c. Quod nomen indifferenter dicitur de virgine, & corrupta, quod Chriſtiani negant de Maria, quam dicunt virginem concepiſſe.

¶ Tertio arguunt ex hoc quod ſequitur, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et in Hebræo habetur, & vocabit ipſa, ſcilicet, alma nomen eius Emanuel. Ieſus autem Nazarenus non fuit vocatus à matre ſua, nec etiam ab aliis Emanuel, ſed Ieſus,

vt patet in Euangelio, ergo dicta prophetia non poteſt intelligi de eo.

¶ Quarto & vltimo mouentur ex eo quod ſubditur *in d. c. 7.* antequam ſciat puer vocare patrem, & matrem, &c. Ex quo patet quod in puero de quo ibi fit ſermo fuit ignorantia, quod Chriſtiani negant de Ieſu Nazareno dicentes eum habuiſſe plenitudinem ſcientiæ ab inſtanti conceptionis inquantum homo & inquantum Deus ab æterno.

¶ Hæc ſunt ex perfidia Iudaica, ad quæ reſpondetur ſecundum præfatos Catholicos Doctores. Ad primum dicendum eſt, quòd in ſacra ſcriptura ponitur duplex ſignum alicuius e-
10 uentus.† Vnum eſt prognoſticum, quod eſt indicatiuum effectus futuri ſicut Iudicum 6. datum fuit ſignum Gedeoni in vellere indicatiuum ſuæ victoriæ futuræ. Et tale ſignum frequentius datur in ſacra ſcriptura, & ſic tale ſignum præcedit rem ſignatam, vt flos fructum. Aliud eſt ſignum quod ſequitur rem ſignatam vt cinis ignem, & hoc appellat Lyra ſignum rememoratiuum ſicut Exod. 3. dicit dominus Moyſi, Hoc habebis ſignum quod miſerim te, cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum, id eſt, immolabis Deo de iſta miſſione, quæ tibi imponitur ad liberationem populi reddendo gratias Deo. Et ſic patet quod iſtud fuit ſignum rememoratiuum miſſionis præteritæ: itaque immolatio fuit ſignum miſſionis Moyſi, & tamen ſequuta eſt miſſionem. Sed quia Iudæi punctuant illam litteram alio modo, videlicet, hoc habebis ſignum quod miſerim te, ſcilicet, præoſtenſam viſionem rubi ardentis, & non combuſti. Et poſtea inchoãt alium verſum ſic: Cum eduxeris populum meum de Ægypto immolabis Deo ſuper montem iſtum, prout ibi ponit Lyra. Ideo ad illorum conuincendam perfidiam alia dicenda ſunt, ſicut apertio terræ deglutientis Dathan & Abiron fuit ſignum, vt populus crederet, quod Deus miſit Moyſen ad probandum, & gubernandum populum: Numer. 16. & Deuter. 18. hoc habebis ſignum, quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit hoc, dominus non eſt locutus. Item Hierem. 29. Cum venerit verbum eius tunc ſcietur propheta, quem miſit dominus in veritate. Item Hier. 44. Et hoc vobis ſignum quod viſitem ſuper vos: Ecce ego tradam Pharaonem. Item Eccleſ. 33. Cum venerit quod prædictum eſt, ecce enim veniet, tunc ſcient, quis propheta fuerit inter eos. Et Ioan. 14. & nunc vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Et iſto ſecundo modo intelligitur hoc quod hic: Ecce dabit dominus ipſe ſignum, & ſic dicit Paul. Burgen. quod hoc ſignum non dabatur in præſenti nec præſentibus, ſed futuris de domo Dauid quibus hoc ſignum innotuit, ſcilicet, B. Virgini, & Ioſeph. Et ſic non requiritur, quòd hoc ſignum dicatur memoratiuum, ſed vere prognoſticum.

¶ Non obſtat illud de magna diſtantia temporis, quia ſignum rememoratiuum ſecundum Lyram, ita reſpicit præteritum in magna diſtantia ſicuti in parua, ſicut & ſignum prognoſticum reſpectu futuri. Præterea dici poteſt ſecundum Paul. Burgen. quòd hic interponitur hoc ſignum ad maiorem exprobationem incredulitatis ipſius Achaz, qui omnipotentiam diuinam & eius prouidentiam intantum contempſit, vt ſignum non peteret à Deo, & tentare dedignaretur, vt declarat idem Burgen. *in prima additione ſuper dicto cap. 7. Eſaiæ.* Vnde quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, Propheta introduxit hoc ſignum quaſi dicat, ô domus Dauid, quæ nunc tam incredula es, quod dedignaris petere ſignum à Deo, adhuc erit tempus in quo dabitur domui Dauid ſignum altiſſimum, & profundum, ſcilicet, Ecce virgo concipiet, quod ſignum ſimpliciter ab Angelo propoſitum tam mitiſſimum, & ſupernaturale illa virgo de radice Ieſſe electiſſima per fidem puriſſimam maxime meritorie acceptauit, vt de illa dicitur Lucæ 1. *beata quæ credidiſti, &c.* Et ſic in domo Dauid incredulitas ſeu infidelitas ipſius Achaz iuxta fidelitatem & ſinceriſſimam virginis glorioſæ poſita clarius eluceſcit.

¶ Item prædicta prognoſticatio Eſaiæ, & ſi non eſſet vtilis ipſi Achaz & ſuis contemporaneis, fuit tamen maximæ vtilitatis futuris præſertim his, qui fuerunt contemporanei Chriſti, & qui poſtea fuerunt, quibus à Chriſto dicitur, *Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere. Ioan. 5.* huiuſmodi enim ſcrutantes cum inueniunt concordantiam huius dicti prophetici, Ecce virgo concipiet, cum dicto Euangelij, Ecce concipies in vtero, ad veram fidem attrahuntur, vel in ipſa fortius confirmantur. Ideo notanter dicitur Matthæi primo, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam. q. d. Attendite concordantiam prophetici dicti cum Euangelico teſtimonio. Et ad maiorem oſtenſionem quomodo hoc ſignum fuerit ſignum liberationis Hieruſalem à duobus regibus, cum hoc longe poſt fuerit ſubſequutum. Dicendum eſt ſecundum Vgon. Cardin. ſuper Eſai. 7. cap. quod Dominus quandoque plus dat quàm petatur, vt patet in Salomone. 3. Regum 3. Qui petiit ſapientiam, & datæ ſunt ei potentia, & diuitiæ maximæ cum ſapientia. Sic dictum fuerat Achaz, vt peteret ſignum liberationis ſed noluit. Et dominus quaſi largiſſimus promittit domui Dauid, hoc eſt omnibus bonis præteritis, præſentibus, & futuris ſignum liberationis æternæ, quod plus eſt. Vnde facit quemadmodum ſi malus ſeruus & contumax recedat à domino ſuo, & dominus alij ſeruo beneuolo plura dona promittit, vt ſic ſeruus fugitiuus confundatur. Receſſerat enim Achaz à Domino quaſi ſeruus malus nolens petere ſignum liberationis ſuæ. Et ideo dominus quaſi largus promittit populo ſimplici longe melius, ſcilicet, ſpiritualem liberationem futuram per Chriſtum, qui de illo populo naſciturus eſt, & ſic per conſequens promittit corporalem liberationem. Cum enim promittit de genere illorum Chriſtum naſciturum: aperte datur quod intelligi interim non extirpabitur genus illorum.

¶ Et ita quaſi duplex concluſio ſequitur ex hac promiſſione, Ecce virgo concipiet, & pariet, &c. Prima eſt, promitto vobis Meſſiam de veſtro genere naſciturum, qui vos liberabit, ergo interim non deſtruemini. Secunda talis eſt, promitto vobis ſpiritualem liberationem. Ergo non debetis dubitare de corporali, quæ minor eſt. Item ſignum corporalis liberationis Iudæorum eſt, noſter Emanuel, qui & præceſſit, & ſecutus eſt eam, inquantum Deus præceſſit, inquantum homo ſubſequutus eſt. Planum eſt ergo quod dicitur, Ecce virgo concipiet. Prophetali certitudine demonſtratur futurum quaſi præſens. Et ideo dicit, Ecce, quod eſt aduerbium demonſtratiuum ad oculum, quia verbum inuiſibile prius, viſibilis per carnis aſſumptionem prædicit. Et hoc eſt illud nouum de quo dicit Hierem. 31. nouum creabit dominus ſuper terram, fœmina circundabit virum, & ſic dimiſſa cæcitate Iudæorum tenenda eſt Catholicorum Doctorum expoſitio, de qua dictum eſt ſupra.

¶ Ad † ſecundum dicendum eſt ſecundum Lyram quòd 11
Almuth in Hebræo ſignificat abſconſionem. Et inde dicitur alma abſcondita, quod ſignificat iuuenculam aſpectibus hominum abſconditam. Ita quòd de eius pudicitia, & integritate non dubitatur, maxime quando præponitur littera, ha. tunc ſic ſonat ha alma, nec inueniuntur in tota ſcriptura aliquæ fœminæ ſic ſcriptæ niſi tantum tres, ſcilicet, Rebecca. Geneſ. 24. vbi dicitur de ea, puella decora nimis virgo pulcherrima & incognita viro. Et ſequitur ibid. Puella quæ egredietur ad hauriendam aquam in Hebræo habetur, ha alma quæ egredietur, &c. Et Maria ſoror Moyſi. Exod. 2. dicitur de ea, & fuit puella & vocauit matrem pueri. In Hebræo habetur iuit ha alma, & iſta quæ ſcribitur in hoc capitulo quæ eſt tertia, & ideo cum duæ primæ fuerint virgines puriſſimæ quando nominatæ fuerint nomine ha alma, idem tenendum eſt de iſta.

¶ Paulus vero Burgen. *in additionibus ſuis additio. 5.* dicit quòd ha eſt quoddam ſincathegorema connotans, quod virgo illa de qua agitur aliqua ratione eſt notior cęteris propter aliquam præeminentiam, vel quia de ea eſt facta iam mentio prout late declarat de hac dictione ha. Paul. Burgen. *ſuper Pſalm. 8. additione 2.*

¶ Et licet Iudæi dicant quod tempore Eſaiæ non erat nota beata virgo, cum nondum eſſet in rerum natura, nec de ea iam eſſet facta aliqua mentio in ſcripturis ſactis, vnde non de illa proprie poteſt intelligi ha alma. ſed de alia quæ tempore Eſaiæ apud eos quibus loquebatur eſſet nota ſeu cæteris notior. Ad hoc tamen dicendum eſt ſecundum Ray. Martini in ſuo Pugione. 3 *parte, diſtinct. 3. cap.* 8. quod iam longe ante Eſaiam Salomon, de cuius ſtirpe naſcitura erat, expreſſam de illa fecit mentionem Prouerbior. 30. vbi dicit, Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam aquilæ in cœlo, &c. Et viam viri in ha alma, id eſt, in virgine abſcondita ſeu ſecreta, vbi prędictus auctor prædictas quatuor vias applicat quatuor viis Chriſti: aſcenſioni viam Aquilæ, viam quoque Chriſti de cruce ad ſepulchrum quod erat exciſum in petra, de quo tertia die reſur-

reſurrexit, viæ colubri ſuper petrã applicat. Viam etiam Chriſti per tempeſtates, & fluctuationes huius mundi tranſeuntis viæ matis in medio mari applicat. Viam vero Chriſti in vtero virginis incarnati viæ viri in alma applicat, quam viam ipſe Salomon dicit ſe penitus ignorare, ſcilicet, quomodo abſq; humano ſemine virgo poſſet concipere perfectum Deum & hominem. Vnde Eſaias non dicit, Ecce alma concipiet, ſed ha alma tanquam nota, de qua Salomon longe ante fecerat mentionem quàm Eſaias loqueretur. Nec valet obiectio Iudæorum dicentium, quòd ſic legatur ſeries textus, prout iacet in litera Prouerbiõr. 30. vt dicit Sapiens, viam viri in alma. Et ſequitur ſic, & via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergit os ſuum. Et dicit non feci iniquitatem. Ecce inquiunt, quòd alma in hoc loco nõ poteſt eſſe niſi corrupta, eo quòd mulieri adulteræ comparatur. Quia ad hanc obiectionem reſpondet prædictus Doctor & Paul. Burgen. Sequitur quòd verba Salomonis in dicto loco parabolicè intelligi debet, ſicut ipſe liber parabolæ Salomonis comparatur. Vnde frequenter videtur vnũ prætendere, & aliud intendere, & pertinet ad parabolicam locutionem; vnde via mulieris adulteræ intelligi debet hic non fœmina adulterans; ſed plebs Iudaica de qua Eſaiæ 57. Accedite huc filij auguratricis, ſemẽ adulteri & fornicariæ. Ex quo & aliis ſimilibus patet quod mulier adultera in ſacra ſcriptura ſæpe accipitur pro ſynagoga Iudaica, quod ex multis rationibus prædictus auctor ibidem confirmat. Vnde quemadmodum via aquilæ in cœlo, & via ſerpentis in petra, via nauis in aquis, via viri in alma mirabiles ſeu difficiles fuerunt Salomoni atque diſtantes ab intellectu eius. Sic fuit apud eum mirabilis, & valde diſtans à ratione via iſtius adulteræ, & nequiſſimę, ſcilicet, ſynagogæ. Non enim Salomonis ratio debuit aut potuit capere malitiæ immenſitatem, impietatis profunditatem, & perfidiæ pertinacitatem, qua hæc adultera verum Meſſiam Chriſtum dominum innocentem condemnaret, & Barrabam ſeditioſum, & homicidam peteret, qua etiam fatuitate ſeu inſania. Vel quia inuidia diabolica ſtimulata potuit Meſſiam expellere cæcos illuminantem, claudos curantem, mortuos reſuſcitantem, & innumerabilia miracula facientem. Barrabam vero qui nihil tale vnquam fecit pro Meſſia ſuſcipere. Bene igitur Salomon celſitudinem ſupradictorum quatuor, & profunditatem, & immenſitatem fatuitatis huius adulteræ conſiderans, vehementer admiratus ſubiungit. Sic eſt via mulieris adulteræ, ſic ſcilicet, admiranda, & ad intelligendum difficilis, & vltra modum ſtupenda, quæ panem tot mendaciorum comedit, & comedere tam audè non deſinit. Et tamen quaſi tergens os ſuum, ac ſi nihil infamię vel iniquitatis fuerit operata erubeſcere neſcit. Vnde Hierem. 4. ei dicitur, Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, renuiſti erubeſcere, quæ & talia ad hęc pertinentia, largius ponuntur à prædicto auctore vbi ſupra.

12 ¶ Ad † tertium reſpondet Lyra quod duplex eſt nomen alicuius, ſcilicet; impoſitionis & naturæ, ſicut ſortes eſt nomẽ impoſitionis. Et nomen homo nomen naturæ eſt. Ieſus fuit nomen impoſitum ipſi Chriſto, vt Luc. 2. Emanuel autem eſt nomen naturæ ſeu proprietatis, ſignificat enim nobiſcum Deus, vt dictum eſt ſupra. Et hoc eſt proprium nomen ipſius Chriſti: in quo diuina natura, & humana ſunt in eodem ſuppoſito, & hoc modo vocatus eſt pluribus aliis nominibus proprietates eius ſignificantibus ſicut vocatus eſt Lapis, Daniel. 2. Et vocatus eſt Dauid. Oſeæ 3. & nomine domini tetragrammaton. Hierem. 23. & hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. Et vbi habemus dominus in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, & pluribus aliis nominibus cõſimiliter nominatur in ſcriptura.

¶ Ad quartum iam ſolutum eſt ex his quę dicta ſunt, quia licet in Chriſto non fuerit aliqua ignorantia, tamen factus eſt homo in tempore, & ſic habuit ſcientiam infuſam in tempore. Et antequam illam haberet liberatio populi per Eſaiam denunciata fuit impleta.

13 ¶ OCTAVO PROBATVR, Eſa. 11. vbi † dicitur, *egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c.* Et Chaldaica littera habet exibit rex de filiis Eſai. & Meſſias de filiis filiorum eius, &c. Iudæi hoc expectant futurum. Chriſtiani vero hoc dicunt eſſe impletum in Ieſu Chriſto vt dicit Lyra, & ſic ſecundum omnes Hebræos & Catholicos exponitur hæc auctoritas de Meſſia, & dicit infra littera, non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, nec ſecundum auditum aurium arguet, ſed certius quod eſt in homine eſt viſus. Ideo primo Metha. ſenſum viſus maxime diligimus. Item 1. Regum 16. *homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Ideo dicebat Rabi Salom. quod Meſſias iudicabit per ſcientiam Dei in eo exiſtentem, per quam cognoſcet quis ſit innocens, & qui reus. Et in hoc bene dicit, vt refert Lyra ſuper Eſai. 11. cap. Sed ſecundum catholicos iſta ſcientia Dei exiſtens in Chriſto eſt duplex; vna increata quæ conuenit ei inquantum Deus, vt in 1. Regum 16. *homo videt ea, quæ patent, Deus autem intuetur cor.* Alia eſt creata, quæ competit ei inquantum homo diuinitus tamen ei data. Et iſta ſe extendit ad omnia quæ cognoſcit Deus ſcientia viſionis, ſcilicet, ad omnia, quæ ſunt, fuerunt vel erunt ſecundum quamcunque differentiam temporis quantumcunq; ſint occulta, & ſic de vtraq; ſcientia verificatur in Chriſto, quod per ſcientiam Dei in eo latentem cognoſcit cordium occulta. Et ad idem refertur quod ſubditur, Neq; ſecundum auditum aurium audiet, id eſt, non indigebit edoceri de veritate ab aliquo, quia per ſeipſum cognoſcet. Et hoc impletum eſt in Chriſto. Ioan. 2. Opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid erat in homine, & ſic patet quòd Meſſias in prophetis promiſſus futurus erat verus Deus & verus homo. Et manet confutatus primus error Iudæorum. Plures aliæ auctoritates poſſent adduci, quas cauſa breuitatis omitto, & poterunt haberi ex his quæ ſcribit Paul. Burgen. *in ſuo ſcrutinio. diſt. 10. per totum.* Et per Lyram *ſuper Ezech. cap. fin.*

¶ De ſecundo errore Iudæorum.

SVMMARIVM.

1 *Error Iudæorum non credentiũ Ieſum Chriſtum fuiſſe verum Meſſiam promiſſum in lege pleniſſime confutatur.*
2 *Ieſum Chriſtum fuiſſe verum Meſsiam promiſſum in lege apertiſſime comprobatur.*
3 *Conditiones quæ ſecundum legem debebant in eſſe Meſsia fuerunt in Chriſto.*
4 *Templum quotuplex fuit apud Iudæos, & quando Chriſtus venit in templum.*
5 *Tempus Meſsiæ quomodo dicendum ſit nouiſſimum.*
6 *Auctoritas Aggæi 2. maior gloria erit domus iſtius pluſquam primæ, declaratur optime.*
7 *Templo primo affuerunt quinque glorioſa quæ non fuerunt in ſecundo templo, & non abſque ratione.*
8 *Semhanmeſoraſ quid erat.*
9 *Templum tertium non eſt dandum ſecundum Catholicos.*
10 *Lex noua erat promulganda per Meſsiam.*
11 *Meſsias moriturus erat pro omnibus, vt eos à peccato per mortem ſuam liberaret.*
12 *Meſsias reſurrecturus erat à mortuis, vt fuit prophetatum.*
13 *Meſsias miſſurus erat per mundum vniuerſum ſuos diſcipulos ex Iudæis conuerſos, qui totum populum gentilem debebant Chriſto ſubiicere.*
14 *Iudæi propter peccatum mortis Chriſti erant reprobandi, & populus gentilis eligendus.*
15 *Iudæi non reprobantur à Chriſto ſi conuertantur ad eum; fidem Chriſtianam profitentes num. 16.*
17 *Sacrificia legis veteris ceſſare debebant tempore Meſsiæ. & nouum ſacramentum ſtatuendum.*
18 *Meſsias in ſuo ſecundo aduentu. & ſic in finali iudicio ſuos fideles in corpore & anima glorificabit.*
19 *Iudæi crediderunt articulum, quòd Helias erat venturus ante aduentum Meſsiæ.*

QVO AD SECVNDVM † errorem Iudæorum, quòd non credunt Ieſum Chriſtum fuiſſe verum Meſſiam promiſſum in lege, dicendum eſt quòd veritas euangelica eſt Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam promiſſum in lege, quod patet Ioan. 1. quando dicit ſanctus Andræas Petro, Inuenimus Meſſiam, quod eſt interpretatum Chriſtus. Item Philippus dixit † Nathanieli, quem ſcripſit Moyſes in lege, & prophetæ, Inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth. Item Nathaniel dixit ipſi Ieſu, rabi tu es filius Dei, tu es rex Iſraël. Item totus ille populus ſatiatus quinque panibus, & duobus piſcibus confeſſus eſt Ieſum eſſe Meſſiam, quando dicit, *hic eſt vere propheta qui ventu-*

venturus eſt in mundum. Ioan. 6. & ſic Ieſus Nazarenus non ſo-
lum à toto populo gentili, ſed etiam à multis de populo Iudai-
co fuit receptus tanquam verus Meſſias, vt patet per totum
diſcurſum Euangelicum.

Et pro maiori intelligentia huius veritatis adducemus offi-
cia ſeu conditiones aliquas quæ eſſe debebant in vero Meſſia
ſecundũ dicta legis Moyſi & prophetarum, quas in Ieſu Chri-
ſto fuiſſe completas oſtendemus, cæteris omiſſis, & ſic patebit
veritas contra iſtum errorum Iudæorum.

Poſtea adducemus obiectiones ipſorum, & illarum ſolu-
tiones inhærendo veſtigiis prædictorum Catholicorum Do-
ctorum; quorum memoriam facimus in principio huius ma-
teriæ.

3 † Inter alia ergo quæ in Meſſia futura prophetarum Pro-
phetæ hæc ſunt.

Primo quia erat venturus Meſſias in ſecundum templum.

Secundo erat daturus legem nouam perfectam, vniuerſa-
lem & communem omnibus gentibus & nationibus.

Tertio pro omnibus erat moriturus, & omnes à peccato per
mortem ſuam liberaturus.

Quarto erat reſurrecturus, & poſt reſurrectionem vniuer-
ſaliter regnaturus in cœlo, in terra & in inferno.

Quinto debebat mittere ſuos diſcipulos ex Iudæis conuer-
ſos per totum orbem, qui totum populum gentilem debebant
Chriſto ſubiicere, & omnia idola delere, & diabolum ex hoc
mundo eiicere.

Sexto debebat populum Iudaicum incredulum, & obſti-
natum diſſipare, & in perpetuam captiuitatem deſtinare, &
ſubigere.

Septimo in fine mundi in ſecundo ſuo aduentu, & finali iu-
dicio ſuos fideles in corpore, & anima glorificabit.

4 † Quoad primum præſupponendum eſt quod Iudæis fuit
ædificatum tabernaculum per Moyſem quando erat in deſer-
to, vt in eo Deum adorarent vt ſcribit Exod. 26. Factum, & e-
rectum Exod. 4. poſtea dum eſſent congregati in ciuitatem
Hieruſalem fuit ædificatum templum per Salomonem, & fuit
dictum templum Salomonis. 3. Regum 6. ſed poſtea deſtru-
ctum per Chaldæos, ſcilicet, per Nabuzardam, Scribitur 3.
Regum 25. Vltimo fuit ædificatum templum per Eſdram &
Zorobabel, vt patet tertio Eſdræ quinto capitulo, quod ab
exordio Euangelicæ prædicationis Chriſti anno 43. deſtru-
ctum fuit per Veſpaſianum Imperatorem Romanorum, & Ti-
tum eius filium, vt ſcribitur per Ioſephum, *de bello Iudaico, libro
ſeptimo, capitulo trigeſimo ſexto.* & Oroſius meminit *in libro ſuo ſe-
ptimo, & in ſupplemento Chronicarum, libro octauo.* itaque Meſſias
venturus erat ante ſecundi templi deſtructionem, quia omnes
Iudæi dicunt, quod eſſe non poteſt vt Meſſias veniret nullo
extante templo, quia prophetatum eſt illum venturum fuiſſe
ad templum, vt patet Malachiæ cap. 3. *Ecce ego mittam Angelum
meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad
templum dominator quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem
vos vultis Angelum meum*, id eſt, Ioannem Baptiſtam qui magis
duxit in terris vitam Angelicam quàm humanam: quòd au-
tem hęc ſcriptura de ipſo loquatur ad litteram patet Matth. 11.
cap. vbi dicit Chriſtus de Ioanne. *Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce
ego mitto Angelum, &c.* dominator, id eſt, Chriſtus, cuius ad-
uentum ſummè deſiderabant patres antiqui teſtamenti, ſcili-
cet, noui, vt prædixerat Hierem. 31. capitulo, & ſic poſt Ioan-
nem ſtatim venit, quia menſe ſexto conceptionis Ioannis miſ-
ſus eſt Angelus vt patet Lucę 1. ex quo ergo venturus erat Meſ-
ſias ad templum, extare debebat templum, & non eſſe deſtru-
ctum, alias non diceretur veniet ad templum. Inſuper Eſai. 12.
cap. *Exulta, & lauda habitatio Sion*, id eſt, templum in Monte
Sion ædificatum, quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël, id
eſt, Meſſias. Vnde tranſlatio Ionatæ in eodem cap. Haurietis
aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, habet accipietis le-
gem de manu Meſſiæ, igitur de eodem Meſſia dicitur illud, In
medio tui ſanctus Iſraël, quia in eadem contextura litteræ po-
nitur maxime, quia Chriſtus in templo prædicaſſe frequen-
ter, & miracula feciſſe legitur, vt ſcribit ſanctus Hieronymus
ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris, & ex Euange-
lica doctrina in multis locis colligitur, & Eſaiæ 59. *Veniet Sion
redemptor*, Sion eſt datiui caſus: hoc eſt templo, quod erat in
Sion. Et Micheæ 4. cap. *Erit in nouiſſimo dierum mons domus do-
mini præparatus in vertice montium, &c.* vbi Rabi Salomon dicit
ſecundum Lyram quòd illa eleuatio non eſt intelligenda cor-
poraliter, videlicet quòd templum erit ædificatum in vertice
trium montium, ſcilicet, Montis Sinai, Thabor, & Carmeli,
quòd eſt ridiculum, ſed ideo dicitur in vertice montium, quia
ibi debebant fieri mirabilia, & ſic notat excellentiam cæte-
rorum montium, nam miracula in eo facienda excedent om-
nia miracula, quæ in aliis montibus facta ſunt, quod fuit ad-
impletum, quando Chriſtus Deus & homo fuit ibi præſenta-
tus in templo, ibi etiam prædicauit, & multa fecit miracula ſuę
diuinitatis oſtenſiua, vt patet per diſcurſum Euangelicæ veri-
tatis.

Et ſi dicant Iudæi, tempus Ieſu Nazareni non fuiſſe nouiſſi-
mum, quia poſt mortem eius multi anni fluxerunt, ergo Ieſus
Nazarenus non fuit Meſſias; ſed eſt venturus. Ad hoc reſpon-
det Nicol. de Lyra ibi, & ſuper Eſai. cap. 2. vbi eſt eadem litte-
ra, quòd tempus nouæ legis dicitur nouiſſimum quia non ſuc-
cedet alia lex ſicut ſucceſſit legi Moyſi: & ſecundum, hoc dici-
tur 1. Ioan. 2. *nouiſſima hora eſt.* Item Geneſ. 49. *Iacob dixit filiis
ſuis, Congregamini vt annunciem vobis, quæ ventura ſunt in nouiſſi-
mis diebus*, & tamen ſecundum Hebræos ſunt impleta diu, ſci-
licet, ab ingreſſu terræ promiſſionis ſub Ioſue pro maiori par-
te vt ibidem dicit Lyran. Item Agæi. 2. cap. ſcribitur. † Nam 6
cum aliqui Iudæorum recordarentur magnificentiam templi
Salomonis, & viderent ſecundum templum ædificari cum te-
nuitate, pro nihilo reputabant ſecundum templum, & fle-
bant, tunc dominus per Agæum prophetam locutus eſt eis di-
cens, Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum
& terram mare, & aridam, & mouebo omnes gentes & veniet
deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam glo-
ria, & ſubdit: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſ-
quam primæ, & in loco iſto dabo pacem, & exponitur, adhuc
modicum, id eſt, tempus breue reſpectu præcedentis duratio-
nis mundi, vel ſecundum rabi ab aquida in libro chanedrin,
adhuc modicum eſt regni Iſraël, & veniet rex Meſſias, com-
mouebo cœlum, hoc fuit impletum quando ſtella noua in na-
tiuitate Chriſti apparuit Math. 2. Terram & Mare, quod fuit
impletum per victoriam Romanorum in omni terra, & in in-
ſulis maris, & mouebo omnes gentes, hoc fuit impletum im-
minente Chriſti natiuitate: propter quod tunc exiit edictum
à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, propter
quod ibant ſinguli ad ciuitatem ſuam, & tunc Chriſtus fuit
natus. Luc. 2. *& veniet deſideratus.* Id eſt, Chriſtus Meſſias ſecun-
dum omnes, & implebo domum iſtam gloria, quia in templo
per Zorobabel reædificato Chriſtus fuit à matre oblatus, &
ibi pluries prædicauit, & miracula fecit, & ideo domus illa
ſummè glorificata fuit, & ſic factum fuit per continentiam te-
gis Meſſiæ: nam nulla alia gloria fuit domus ſecundæ reſpectu
primæ: nam cum Chriſtus fuerit plenus gratia nunquam do-
mus illa fuit plena, donec in ea fuit ille qui erat plenus gratia &
veritate. Ioan. 1. *de cuius plenitudine nos omnes accepimus.* Et ideo
ſequitur quòd magna erit gloria domus illius nouiſſimæ pluſ-
quam primæ, quæ per Salomonem fuit ædificata, hæc maior
gloria huius nouiſſimi templi non poteſt intelligi de ædificiis
nec de ornamentis, ſeu de diuitiis, iſta enim modica fuerunt in
ſecunda domo reſpectu primæ, & ideo in nullo potuit dici
gloria domus ſecundæ maior gloria domus primæ, niſi ex præ-
ſentia Chriſti vt prædictũ eſt, qui eſt ſanctus ſanctorum. Dan.
9. *& in loco iſto dabo pacem.* Vnde nato Chriſto Angeli cantaue-
runt, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax* Luc. 2.

† Et quamuis quinque glorioſa fuerunt in primo templo in 7
quibus Iudæi gloriabantur, quæ non fuerunt in ſecundo pro-
ut dicitur in Talmut Iudæorum intitulato Yoma, primum eſt,
quia in primo templo erat Archa teſtamenti cum manna vir-
ga & tabulis. Quæ in ſecundo non fuerunt ſecundum Catho-
licos & Hebræos, vt refert Lyra. quia fuerunt combuſta ſimul
cum templo per Chaldæos. Secundum in primo templo fuit
pectorale cum nomine ſemhaem foras, in quo erant 12. lapides
† pretioſi, in quo pectorali iudicabant quæ erant ventura, vt 8
prælia, &c. Tertiò, in primo deſcendebat ignis de cœlo ſuper
ſacrificia, & in ſecundo non. Quartò in primo apparebat glo-
ria domini ſuper Cherubin in ſecundo non. Quintò, in primo
fuit ſpiritus prophetarum datus multis, in ſecundo vero nulli
fuit nouiter datus, quia ſi fuerunt aliqui prophetæ remanſerũt
de primo templo, vt fuerunt Agæus, Zacharias & Malachias,
nam ſolum iſti tres Prophetæ remanſerunt in populo, & vixe-
runt

runt in principio domus ſecundæ de qua in pręmiſſa aucto. Agæi. 2. nihilominus ex his tam glorioſis, & excellentibus non fuit prophetatum quòd primum templum eſſet glorioſius quã ſecundum, prout de ſecundo dicitur quòd maior erat futura gloria ipſius ſecundi templi nouiſſimi quàm primi, quod non ex alio, niſi ex præſentia Ieſu Chriſti, de qua dictum eſt, quæ nobilitauit & glorificauit illud ſecundum templum, & ſic talis præſentia ſuperat omnem gloriam prædicti primi templi, & eorum quinque quæ in eo continebantur.

Et non fuit conueniens ſecundum Epiſcopum Barchin. *in ſermone* 8. quod aliquod illorum quinq; eſſet in ſecundo templo in quo ſperabatur præſentia veri Meſſiæ, & ſic illa quæ ipſum figurabant ceſſare debebant: primo non fuit conueniens quòd in illo ſecundo templo eſſet Arca fœderis, quæ fuit figura illius Arcæ veræ, ſcilicet, virginis Mariæ matris Meſſiæ, cum præſentia illius virginis ſperabatur in illo templo ſiue in præſentatione vel purificatione, ſiue in aliis feſtiuitatibus quando aſcendebant in templum, & remanſit puer in Hieruſalem, & quærebant eum: nec etiam erat conueniens quòd tabulæ legis eſſent in eo quando verus legiſlator erat præſens, qui aliam legem daturus erat, non Virga Aaron, quando ſacerdos in æternum, & rex regum erat præſens, non vrna mannæ quando gratię plenitudo erat in Chriſto, qui erat Deus & homo, qui figurabatur per illam.

Secundo non fuit conueniens quod eſſet illud nomen ſemhaemforas, quia verus Ieſus erat præſens, qui in illo ſignificabatur, vnde Eſai. 52. cap. dicit, *Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa*, ſcilicet, in aduentu Meſſiæ, vnde Angelus dicit Mariæ, Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Lucæ 1. quia ipſe dicit, Ecce qui loquebar aſſum per carnis aſſumptionem, non erat tale nomen neceſſarium ad prædicendum ventura, quia qui in prophetis loquebatur, iam per ſe dabat reſponſa, ſicut quando erant prælia reſponſum quærebant in illo pectorali adueniente Meſſia proprio ore illud prædicebat, vt dixit templi deſtructionem & ciuitatis, vnde videns ciuitatem fleuit ſuper illam dicens: *Si cognouiſſes & tu* Luc. 19. & videns templum dixit, *non relinquetur lapis ſuper lapidem.*

Tertio non erat neceſſarius ignis de cœlo, quia iam erat in templo qui venerat ad mittendum illum ignem, vt ipſe dixit, Ignem caritatis veni mittere in terram. Luc. 12. & venit ad paſſionem per ignem caritatis & paſſus per ignem inuidiæ Iudæorum. Pſalm. 77. *Ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit, &c.* & ſic non erat neceſſarius ignis figuratiuus in pręſentia illius qui venerat ad mittendum ignem Spiritus ſancti vel Spiritum ſanctum mittere in forma ignis.

Quarto non fuit conueniens quod appareret gloria ſuper propitiatorium, quia præſens erat ille qui fuit gloria plenus. Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius, &c.* & ſic non fuit neceſſaria nubes cum lumine ſuper propitiatorium, quia iam erat præſens ille de quo Ezech. 32. *Solem nube tegam.* & ſic nubes fuit humanitatis Chriſti vel venter virgineus matris eius.

Quinto non fuit conueniens quòd ſpiritus prophetarum daretur nouiter in præſentia illius, quē omnes prophetæ promiſerunt, & ceſſare debuerunt omnes prophetæ in præſentia domini prophetarum. Vnde ſanctus Auguſtinus ſuper illud Matth. 5. Aperuit os ſuum, dicit, qui ante aperuerat ora prophetarum. Paul. ad Hebr. 1. multifariè multiſque modis Deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula, vnde Ioannes Baptiſta fuit terminus prophetarum, quia omnes prophetę vſq; ad Ioannem, Matth. 11. ideo in præſentia proxima Meſſiæ factus fuit mutus Zacharias pater Ioannes, quia iam facti erant muti omnes prophetæ per impletionem omnium prophetarum, quia Chriſtus proxime erat venturus. ¶ Sed perfidi Iudæi contra prædicta inſurgunt dicentes, quòd hæc maior gloria huius ſecundi templi eſt reſpectu annorum, quibus durauit hoc ſecũdum templum pluſquam primum, quia hoc ſecundum tẽplum durauit. 420. annis, primum vero. 410. Ad hoc reſpondet Nicol. de Lyra ibi quod hæc oppoſitio nihil valet, quia ſi computantur anni per tempora regum ab anno in quo Salomon conſummauit templum vſq; ad deſtructionem eius per Naburzadan inueniuntur anni. 422. Et ſic prima domus durauit plus duobus annis quàm ſecunda, vt poteſt faciliter ſciri diſcurrẽdo per tertium, & quartum libros Regum. Præterea eſto quòd hęc ſecũda domus duraſſet per decem annos plus quam prima, vt Hebręi dicunt. Hoc parum aut nihil eſt, quia hoc paruum temporis durationis non tantum erat magnifaciendum per prophetam, vt ad maiorẽ gloriam reputaretur, maxime quia iſta domus fuit per plures annos vilificata & polluta tempore Antiochi, qui poſuit ibi abominandum idolum, vt habetur *in* 1. *lib. Machab.*

9 † Nec obſtat quod alij dicunt quod hæc auctoritas intelligitur de templo per regem Meſſiam ædificando, quem Iudæi expectant venturum, quod patet falſum, quia Propheta de dicta domo quæ ibi erat præſens loquebatur. Quod patet, quia dicit, implebo domum iſtam gloria, & ſic loquebatur de illa ſecunda domo quæ ædificabitur, & quam digito oſtendebat. Hoc etiam patet per id quod ſubditur, iſtius domus nouiſſimę. Ex quo patet quod non erat alia materialis domus expectanda. Et Hier. 7. inquit, Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: templum domini templum domini eſt. Et ſic quòd nõ eſt tertia domus ædificãda, poſt iſtam nouiſſimam deſtructam per Titum & Veſpaſianum. Ex quo ſequitur quod nulla eſt excellentia huius ſecundæ domus reſpectu primæ niſi ex dicta præſentia Chriſti, maxime quia per ſex annos ante huius ſecũdæ deſtructionis, præceperãt Titus & Veſpaſianus quod nullum ſacrificium fieret in illa, vt dicunt Doctores. Item Zach. 9. dicitur. Nam poſtquam in primis capitulis prædixerat reædificationem ſecundi templi, & ciuitatis & multa alia ventura in ciuitatem illam & templum, dicit: Exulta ſatis filia Sion & iubila filia Hieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator ipſe pauper aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ, &c. Et ita omnes Hebræi antiqui gloſſant iſtũ paſſum de Rege Meſſia quod fuit adimpletum in Chriſto Ieſu, vt patet per omnes Euangeliſtas. Et Dan. 9. dicit Angelus Danieli: Scito & animaduerte ab exitu ſermonis: vt iterum ędificetur Hieruſalem vſq; ad Chriſtum ducem. Et ſic patet manifeſte qualiter Chriſtus in iſtud ſecundum templum erat venturus: prout venit ſicut prophetauerunt prædicti Prophetæ. Nam Chriſtus natus eſt 40. anno Cæſaris Auguſti: & fuit 40. die in tẽplo Simeoni præſentatus: 12. anno diſputauit cũ Doctoribus, vt patet Luc. 2. Et 30. anno tempore Tiberij Cæſaris fuit baptizatus & ieiunauit, & per tres annos miracula fecit. Et 18. Tiberij Cæſaris fuit crucifixus 8. Kalend. Aprilis Gemellis fratribus conſulibus, vt dicit Auguſt. *in* 18. *lib. de ciuitate Dei cap.* 54. Et ſecundum computationem Oroſij anno ab vrbe condita. 789.

Et ſi opponatur de tertia ædificatione templi per ea quæ dicit Ezechiel. 40. *cum ſequentibus*: ad hoc reſponderi efficaciter poterit per ea quæ ſcribit diffuſè. Nicol. de Lyra ſuper Ezech. poſt cap. 47. Et per Paul. Bur. *in ſuo lib. de ſcrutinio ſcripturarum. diſt. 4. per totam*: vbi cõcluditur non eſſe amplius expectandam tertij templi reædificationem. Et copioſè tradit dictus Epiſcopus Barchi. *in dicto ſermone, & pluribus ſequentibus*, & ad ibi dicta per eos me refero, & hoc quo ad primum.

10 † Secundum quod erat facturus Meſſias, erat, quòd daturus erat legem nouam & communem omnibus gentibus, & nationibus. Quod probatur Eſai. 2. vbi dicitur, Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent: Venite aſcendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hieruſalem. Et ſic non de Sinai monte, ſed de mõte Sion in quo Hieruſalem, in quo templum, in quo religio Dei, & dominus quoque in templo docuit, & de Iudæa & Hieruſalem exierunt Apoſtoli & alij diſcipuli ad prædicandum gentibus fidem Chriſti. propter quod dicitur Actuum 13. vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes ſicut præcepit nobis dominus. Item Eſaiæ 51. cap. Attendite ad me popule meus, & tribus mea, audite quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet, & quidem prophetia nõ poteſt intelligi de lege Moſayca, quæ fuit data vni populo Iudæorum, ſed de lege Chriſti quæ diffuſa eſt per vniuerſum orbem, & dicit Lyra, quod Rabi Salom. dicebat ibi quod iſtud erit quando dictum Sophoniæ implebitur 3. cap. vbi dicit dominus; Tunc reddam populis meis labium electum, vt inuocent omnes nomen Domini & ſeruient ei humero vno, quod ſecundum omnes expoſito-

res Latinos & Hebræos refertur ad tempus Christi, quòd autem nouam legem promiſerit Deus dare aliam à lege Moſayca clare habetur Hierem. 31. vbi ſic habetur, Ecce dies venient, dicit dominus, & feriam domui Iſraël & domui Iuda fœdus nouum, nõ ſecundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eis, eo quòd dicit dominus: ſed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſraël poſt dies illos dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deum, hæc auctoritas declaratur per ſanctũ Paulum ad Hebr. 7. relata non omnino ſub eiſdem verbis, ex qua duo expreſsè habentur, vnum eſt quòd Deus daturus erat legem nouam aliam ab illa, quam dederat patribus eorum cum educeret eos de Ægypto. Aliud eſt quòd hoc lex noua alio modo nouo erat danda quàm antiqua: nam erat ſcribenda in cordibus, ſicut antiqua ſcripta erat in tabulis lapideis: ad denotandum firmitatem ſeu ſtabilimentum ſecundę legis, ſcilicet, nouæ & infirmitatem ſeu inſtabilitatem antiquæ, de qua dixerat, pactum, quod irritum fecerunt. pro qua lege ferenda Deus erat ſuſcitaturus legiſlatorem ſicut ſcriptum eſt Deuter. 18. vbi legitur Prophetam dicere: Suſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui, & ponam verba mea in ore eius: loquetúrque ad eos omnia, quæ percepero illi: qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor exiſtam. Vnde tali prophetæ ex parte Dei credendum erat, & obediendum erat legi per eum datæ, ſicut & Moyſi obedierunt, & legi eius, & ſic talis Propheta ſuſcitandus debebat eſſe legiſlator ſicut Moyſes, quod Pſalmiſta deſiderabat Pſalm. 8. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos & ſciãt gentes quoniam homines ſunt, qui fuit Chriſtus ſecũdum Lyram ibi Euangelicè legiſlator conſtitutus ad iudicandum eos, Actuum 10. ipſe eſt qui conſtitutus eſt iudex viuorum & mortuorum, & Iacob. 4. dicitur, Vnus eſt enim legiſlator, & iudex qui poteſt perdere & liberare.

Et ſi opponatur contra prædicta de perpetuitate legis Moſaycæ, & quòd in æternum debebat durare, reſponderi poteſt per quæ ſcribit Paul. Burgen. *in ſuo ſcrutinio, diſt. 8. primæ partis, cap. 5. cum ſeq. ad quem me refero.*

Vnde iſte nouæ legiſlator fuit Chriſtus verus Meſſias in lege promiſſus, qui dedit legem nouam Euangelicam in Hieruſalem & monte Sion & Oliueti, & in terra promiſſionis ſicut dictum fuerat per omnes prophetas, nam primo iuxta mare in deſerto aſcendit ad montem, & ſedens docuit diſcipulos ſuos legem declarando, vt patet Matth. 6. & 7. & 8. Item in Hieruſalem prædicauit in omnibus feſtiuitatibus, & in monte Sion inſtituit ſacramentum altaris, & miſit Spiritum ſanctum in diſcipulos, & aperuit eis ſenſum & ſcripturas, vt patet Lucæ vltimo, & Actuum primo, & ex monte Oliueti miſit omnes Apoſtolos ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, Marci vltimo, & Actuum primo, & ſic in Chriſto fuerunt verificatæ prophetiæ de datione legis nouæ prout Epiſcopus Chriſtophor. tradit *in libro contra Iudæos. quæſt.* 4. & hoc quo ad ſecundum.

11 Quoad † tertium quod Chriſtus erat moriturus pro omnibus, & omnes à peccato per mortẽ ſuam liberaturus, hoc manifeſte prophetarum eſt, ſcribitur enim Eſai. 50. vbi propheta in perſona Chriſti dicit, *Corpus meum dedi percutientibus & genas meas vellentibus. faciem meã non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Et Eſai. 53. ex perſona Dei Patris loquens dicit: *Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur & eleuabitur & ſublimis erat valde, quia habet ſcientiam diuinam ab æterno. & humanam ex tempore.* & quòd intelligatur de Chriſto ad litteram, vt dicit Nicol. de Lyra. ibi patet per tranſlationem Chaldaicam quæ dicitur thargum apud Hebræos, & tantæ auctoritatis eſt apud eos quod nullus auſus fuit ei contradicere, quæ talis eſt his, Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſias, propter quod antiqui Hebræi ab illo loco vſque ad finem 51. cap. expoſuerunt ad litteram de perſona Chriſti: vt tradit Paul. Burg. *in ſuo ſcrutinio, diſtin. 5. cap. 7.* & ſic exponitur exaltabitur in ſua reſurrectione, eleuabitur in ſua aſcenſione, & ſublimis erit ſedens ad dexteram Dei Patris. Marc. vlt. *Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum & ſedet ad dexteram Dei.* Et ſubdit ſicut ſtupuerunt multi ſuper eum, id eſt, videntes miracula ante paſſionem. Matth. 8. porro homines mirati ſunt dicentes, *Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?* ſic inglorius, id eſt, vituperatus erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum quando fuit conſputus & colaphis cæſus. Matth. 26. & Marc. 14. & ſubdit idem propheta qui à B. Hieronymo in prologo ſuper Eſaiam magis dicitur euangeliſta quàm propheta in ſeq. cap. 53. quod ad literam referam, quia ſpectat ad paſſionem Chriſti: Quis credit auditui noſtro, & brachium domini cui reuelatum eſt? Ambulabimus coram illo vt infans, vt radix in terra ſitienti, non eſt ſpecies illi, neque gloria, vidimus eum & non habebat ſpeciem neque decorem, ſed ſpecies eius ſine honore, deficiens præ omnibus hominibus, homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem, quoniam auerſa eſt facies eius, ſinhonoratus eſt, nec magni exiſtimatus eſt; hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos exiſtimauimus illum in dolore, & in plaga, & in afflictione; ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra. Eruditio pacis noſtræ in eo, liuore eius nos ſanati ſumus, omnes vt oues errauimus, homo à via ſua errauit, & dominus tradidit illum pro peccatis noſtris, & ipſe propter quod afflictus non eſt aperuit os, vt ouis ad immolandum ductus eſt vt agnus ante eum, qui ſe tonderet ſine voce, ſic non aperuit os ſuum, in humilitate quippe iudicium eius ſublatum eſt: generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei; ductus eſt ad mortem, & dabo malignos pro ſepultura eius, & diuites pro morte ſua; quoniam iniquitatem non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore ſuo, & dominus vult purgare eum de plaga, ſi poſuerit animam ſuam pro peccato videbit ſemen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur pro eo, quod laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur in ſcientia ſua: iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit: ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam & cum ſceleratis reputatus eſt, & ipſe peccata multorũ tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. Hæc nõ poſſunt intelligi niſi de rege Meſſia qui erat populo moriturus ſecundum rabi Moyſen & omnes antiquos Iudæorum. ¶ Et licet dicat S. Auguſtinus *de ciuitate Dei, lib. 7. cap. 29.* quod in dicta prophetia nulla exponenda ſunt, & ſufficere arbitratur, quia ita ſunt aperta, vt etiam inimici intelligere cogantur inuiti, nihilominus quia aliqui perfidi Iudæi nolentes intelligere veritatem tam apertam laborant illam veritatem occultare, ideo inhærendo veſtigiis præmiſſorum pauca ad declarationem conducentia breuiter adducentur. Et quamuis rabi Salomon expoſitor Hebræus dicat quod illa prophetia Eſaiæ in d. cap. 53. intelligatur de populo Iudaico, de quo loquitur quaſi de vno homine, applicando lãguores, plagas, deſpectus, ignominiam, & huiuſmodi populo Iudæorum in captiuitate hodierna degentium, & non ad Meſſiam, tamen hæc expoſitio falſa ex dicendis infra apparebit.

Et in primis Rabi Gerunden. *in ſua gloſſa ſuper Geneſ. 29* allegat hoc capitulum de Meſſia, dicit enim ſic, Rex Meſſias habet dare cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſraël & ad ieiunandum, & humiliandum ſe pro eis ſicut ſcriptum eſt Eſai. 53. *ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras; attritus eſt propter ſcelera noſtra.* hæc ille. Sic, & tranſlator Chaldaicus, & alij expoſitores expoſuerunt, non autem de populo Iudæorum, vt dictus rabi Salomon fingit, quod euidenter oſtẽditur, quia plura ſunt in prædicta prophetia, quæ populo Iudaico in hodierna captiuitate exiſtẽti, nullatenus applicari poſſunt, quorum vnum eſt, quod populus Iudæorũ licet multipliciter fuerit vulneratus, & attritus in hac captiuitate, nõ tamen hoc patitur propter iniquitates gentium, ſed propter ſcelera eorum, ita vt gentes recipiant à Deo ſalutem, ſeu veniam propter merita Iudæorum talia à gentibus patientium, hoc enim non ſolũ eſt manifeſte falſum cum ſit contra diuinam iuſtitiam, ſecundum quam Deus reddit vnicuiq; ſecundum opera ſua, ſed etiam contra mentem omnium expoſitorum Iudæorum, ipſi enim nemine diſcrepante vt dicit Paul. Burgen. vbi ſupra, credunt quod gentes quæ ſupprimunt vel affligunt populum Iudaicum in hac captiuitate finaliter ſunt propter hoc puniendi per Deum, de quo intelligitur illud Ioelis vlt. *Congregabo omnes gentes; & ducam illas in vallem Ioſaphat; & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo & hæreditate mea Iſraël, quos diſperſerunt in nationibus. & terram meam diuiſerunt; & ſuper populum meum miſerunt ſortem:* Cum igitur Propheta teſtetur de ſeruo Dei, de quo hic loquitur quod liuore ſuo alij ſunt ſanati, & quod dominus in

eum

eum impoſuit iniquitatem, ſcilicet, pœnam omnium aliorum ſcilicet, hominum, ſequitur quòd non loquitur propheta hic de populo Iudæorum per cuius pœnas alij non ſaluantur, ſed potius puniuntur.

¶ Secundò de iſto ſeruo Dei teſtatur propheta, quòd iniquitatem non fecit, nec inuentus dolus in ore eius, quòd non ſolùm de Iudæis eſt manifeſtè falſum, vt patet per euidentiam rei: eo quòd omnes pro maiori parte ſunt pleni vſuris, iniquitate, & dolo. Sed etiã per auctoritatem ſacræ ſcripturæ habetur manifeſtè, quòd in hac captiuitate ſunt propter peccata propria eorum, & ſi eos peccatorum ſuorum pœniteret, & conuerterentur ad Deum ſtatim eſſent redempti, vt habetur expreſſè Deut. 30. etiam ſecundùm expoſitionem Iudæorum, hoc etiã eſt contra mentem omnium doctorum hebræorum, qui præſupponentes, quòd in hac captiuitate ſunt propter peccatum, ſeu magna peccata, inueſtigant quòd ſit illud peccatum. Inde aliqui dicunt, vt Rabi Salomon & irrationabiliter, quòd propter peccatum vituli in deſerto fabricati, vt Exod. 32. Alij dicunt quòd propter varia peccata ſingulorum, & alij dicunt, quòd peccatum propter quod ſunt in hac captiuitate nõ eſt eis notum ſeu reuelatum, ſed occultum, imò ſi rectè intelligerent inuenirent, quòd peccatum eorum eſt occiſio veri Meſſiæ, vt ſcribitur Amos c. 2.

¶ Sed his omiſſis in hoc omnes concordant, quòd populus Iudæorum non eſt ſine peccato, nec puniuntur propter peccata aliarum gentium, ſed propter ſua. & ſic habetur, quòd ſeruus Dei de quo loquitur Propheta Eſaias dicens, *quod ſine peccato eſt non poteſt intelligi de populo Iudæorum, ſed de aliquo Dei ſeruo, vt eſt Chriſtus, qui eſt omninò immunis à peccato.* Tertiò de iſto ſeruo Dei Propheta *in fine dicti capituli*, dicit, quòd pro tranſgreſſoribus exorabit, quod non poteſt intelligi de populo Iudæorum, qui ſolùm non orat pro gentibus, immò quotidie orat pro deſtructione Romani Imperij, & præſertim pro deſtructione Eccleſiæ Chriſti, & diſcipulorum eius, vt patet per quandam orationem quæ quotidie ab eis dicitur in ſuis ſynagogis, in qua inter alia expreſſè dicitur: Omnes hæretici ſubitò pereant. Quę verba Rabi Salomon, Rabi Moyſes & cæteri ſic exponunt isti hæretici ſunt diſcipuli Nazareni.

¶ Ex quibus habetur manifeſtè quòd ſeruus Dei, de quo loquitur propheta in prædicto capitulo non eſt populus Iudæorum, nec aliquis iuſtus quo alius iuſtus creatus ſit maior. Sed aliquis Dei ſeruus, qui Angelos & cæteros ſeruos Dei in dignitate præcellit, vnde & de Chriſto prædixit: Exaltabitur, & eleuabitur & ſublimis erit valde, prout *ſupr.* dictum eſt. Et ipſi hæbræi ſic exponunt. Exaltabitur ſupra Abraam, & eleuabitur ſuper Moyſen, Et ſublimis erit valde ſuper Angelos Deo miniſtrantes: qui quidem ſeruus Dei per vulnera & afflictiones, & mortem, quas paſſurus erat, cæteros à peccatis, & à pœnis peccati erat redempturus, vt teſtatur manifeſtè propheta dicens. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Et vulneratus eſt propter peccata noſtra attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus, & ſic de alijs. Ex quibus duodecim corrolaria perpulchra inferuntur, quæ refert Paul. Burgen. *in ſuo ſcrutinio in 1. part. diſt. 4. c. 7. ad quæ refero.*

¶ Et quia Iudæi faciunt aliquas obiectiones parui momenti contra prædicta. Solutiones eorum ponit Petrus Cæſar Auguſten. *in ſuo Zelo Chriſti quarto articulo principali, quæ videri poterunt.* Ad idem eſt optima prophetia Daniel. 9. vbi Angelus dixit Danieli, *Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito, & animaduerte ab exitu ſermonis, & iterum ædificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum ducem.* Et ſequitur *infra*, *Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt*, & licet hæc Prophetia declaratione aliqua indigeat quantum ad probandum tempus Meſſiæ aduentus, de qua latius dicemus in textu errore Iudæorum, *infra*, hoc tamen habemus hic, quòd Meſſias erat occidendus, vt Danielis viſio manifeſtè teſtatur, erat etiam redempturus mundum, & patres veteris teſtamenti de lymbo per paſſionem ſuam liberaturus patet Zachar. 9. vbi poſtquam dixit, *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator*, & c. ſubdit. *Tu verò in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, vbi non erat aqua, idem ca. 14. Effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt & plangent eum*, & ſic euidenter patet, quòd Chriſtus rex Meſſias occidẽdus erat, vt totum populum à peccato liberaret. Et ſic factum eſt, nam Chriſtus paſſus & occiſus eſt à ſuis, prout locuti ſunt Prophetæ, & dicta ab eis de paſſione, & morte verificata ſunt, vt ex euãgelica veritate clariſſimè percipiuntur, & hæc de tertio de quo latiùs poterit haberi notitia ex his, quæ dicunt expoſitores in Pſalm. 21. 34. & 35. & 68. in quibus Pſalmiſta videtur magis Euangeliſta, quàm Propheta.

¶ QVOAD quartum, quòd ✝ erat reſurrecturus, & poſt reſurrectionem vniuerſaliter regnaturus in cœlo, terra, & inferno, hoc patet manifeſtè per Eſaiam *capit.* 11. vbi inter cætera dicit, In die illa radix Ieſſæ, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur: & erit eius ſepulchrum glorioſum. ex quo ſequitur, quòd abſque incineratione, & putrefactione reſurrexit in corpus glorioſum. Et Eſaias poſtquam *in capit.* 53. explicuit paſſionem Chriſti, & mortem, vt dictum eſt, poſtea in ſequentibus capitulis vſque ad finem libri prędicit gloriam regni eius vniuerſalis ad oſtendendum, quod à mortuis reſurrexit, & poſtea regnauit in cœlo, & in terra, quia mortui non regnant ſuper viuos: hoc etiam manifeſtè patet Oſeæ 6. vbi dicitur: *Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipſe cœpit & ſanabit nos poſt duos dies, & poſt tertia die ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius, ſciemus, ſequemurq́; vt cognoſcamus eum*, in quibus verbis manifeſtè patet reſurrectio Chriſti, quæ fuit cauſa noſtræ futuræ reſurrectionis ad vitam immortalem. 1. *Corinthiorum 15. Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Et idcircò dicit Paulus 1. *ad Corinth. Reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas.* Et dicit tertia die per Synecdochem, quia primus, & tertius non fuerunt integri. Et huius cauſa fuit dicit Auguſtinus, quia Deus per ſuum ſimplum, id eſt, per malum pœnæ deſtruxit noſtrum duplum, id eſt, pœnam, & culpam, quod ſignificatur per duas noctes, vt refert ſanctus Thomas *ſuper dicto capitulo 15. lect. 1.* Et ſic patet, quòd Chriſtus erat reſurrecturus tertia die, prout reſurrexit, & aſcẽdit in cœlum quadrageſimo die, prout ſcribunt, & teſtantur ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, & regnabit per totum orbem, vt eſt manifeſtiſſimum. 12

¶ QVOAD quintum patet per totum librum Eſaiæ, maximè à 40. *capit. vſque ad vltimum capit.* vbi dicitur: *Et ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentem ſagittam. In Italiam & Græciam ad Inſulas longè. Ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meã. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent fratres veſtros de cunctis gentibus*, & c. Vbi Nicolaus de Lyra. & Paulus Burgen. *in ſua addit. ad dictum capitulum Lucæ* declarant. Et hoc idem Hier. 16. vbi poſt reprobationem Iudæorum dicit: *Ecce ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur vos.* Quod de Apoſtolis manifeſtè intelligitur. Nam dicit Dominus Matt. 4. *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum. Et in eodem capit.* dicit Hiere. *Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, & vanitatem quæ eis non profuit.* 13

¶ Quod eſt dicere ad te Deus venient gentiles per fidem, apoſtolorum prædicationibus. *Quia in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* Pſalm. 18. tuam deitatem confitentes, & dicent in cultu idolorum, mendacium poſſederunt patres noſtri, & vanitatem quæ ipſis non profuit. Sic enim dicebant gentiles conuerſi per Apoſtolorum prædicationem de idolis, quæ patres eorum coluerunt, vt ibi Lyra exponit. Et Zacharias. 8. *Et venient populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendum Dominum exercituum in Hieruſalem, & ad deprecandam faciem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum in diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium. Et apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes, Ibimus vobiſcum, audiuimus enim, quoniam Deus vobiſcum eſt.* Hoc quidem impletum fuit tempore Apoſtolorum, qui fuerunt Iudæi natione, quia ad prædicationem eorum in ſortibus ſuis, id eſt, in partibus, ad quas fuerunt deſtinati ad prædicandum, non ſolùm de gentilibus adhæſerunt vni Apoſtolo duo milia octingenti, ſed etiam multò plures ad fidem Chriſti conuerſi, vt tradit Lyra. Item idem Hierem. *capitulo. 13. In die illa erit fons patens domui David, &*

uid, & habitantibus Hieruſalem in ablutionē peccatoris, & menſtruatæ, & erit in die illa, dicit Dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabitur vltra. Et Pſeudoprophetas, & ſpiritum immundum auferam de terra, &c. & ſic per prædicationem Apoſtolorum, aliorumque ſuccedentium Doctorum idololatria ceſſauit, vt Eſaias 2. dicit, *Idola penitus conterentur*: & licet in aliquibus partibus, ſcilicet, Aquilonaribus ſint populi, qui dicuntur vinitarij, & illud vinum, quod eis primò occurrit qualibet die venerentur, vt Deum ſuum pro illa die, & Antichriſtus etiam faciet ſe adorari, vt Deum. 2. *ad Theſſalonicenſ. 2.* Nihilominus tamen non incongruè dicitur, per Apoſtolorum prædicationem, & aliorum ceſſaſſe idololatriam, quia hoc intelligendum eſt ſimpliciter, non tamen totaliter, ſicut Æthiops dicitur niger ſimpliciter, quāuis ſit albus ſecundùm dentes, quæ albedo eſt modica reſpectu nigredinis: & ideò quaſi nihil computatur ſecundùm Philoſoph. 2. *Phyſic. vbi dicitur, quod illud, quod eſt modicum, quaſi nihil reputatur*, & etiam ſecundùm communem modum loquendi illud, quod eſt modicum, nihil dicitur: & ſic eſt in propoſito, quia illa idololatria quæ remanſit in aliquibus gentibus barbaris, vt aſſeritur, eſt modica: & quaſi pro nihilo computanda reſpectu illius, quæ ceſſauit in alijs partibus mundi. Sic ergò Chriſtus, vt verus Meſſias, & in lege promiſſus adimpleuit ea, quæ dicta ſunt ab eo per Prophetas prædictos, nam populum gentilem introduxit in nouam Hieruſalem, nam primò congregauit illam ſanctam ſocietatem virorum, & mulierum in montem Syon, qui erant centum viginti, vt patet Actor. 1. *Super quos miſit ſpiritum ſanctum in die Penthecoſtes, à quo receperunt ſeptem dona gratiarum, & ſic armati armis ſpiritualibus egreſſi à cœnaculo, in eadem die conuerterunt tria millia hominum*, vt Actuum 2. ſed quia Chriſtus præceperat eis in ſuo aſcenſu, dicens: *Ite per vniuerſum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. 16. & Actor. 1. *dixit illis: Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Ideò omnes Apoſtoli, & diſcipuli poſt receptionem Spiritus ſancti, egreſſi ab Hieruſalem diffuſi ſunt per totum orbem terrarum, prædicantes Euangelium toti populo gentili, *& cœpit Samaria recipere verbum Dei.* Actor. 8. *& gentes etiam receperunt verbum Dei* Actor. 11. ſic enim Paulus, & Barnabas dixerunt Iudæis obſtinatis Actuum 13. *Vobis oportet primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, Ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis Deus.* Vnde Matthæus cum ſucceſſoribus ſuis conuertit totam Æthiopiam, & Marcus cum ſucceſſoribus ſuis totam Ægyptum, & Arabiam, & totam Aphricam, Simeon & Iudas Babyloniam, Parthiam, & Mediam, Bartholomæus & Thomas omnes Indias, Paulus & Ioannes Græciam, & Aſiam minorem. Idem Paulus & Petrus Italiam, & Galliam. Iacobus, & diſcipuli eius totam Hyſpaniam. Marcus in Alexandriam. *Et iſti fuerunt ſagittæ miſſæ per vniuerſum orbem.* Eſa. 49. *& vltimò.*

Et ſic patet, quòd Chriſtus ædificauit iſtam ciuitatem Hieruſalem, ſcilicet, eccleſiam ſuper illos ſanctos lapides in monte Syon, quæ poſtea fuit dilatata & diffuſa per totum orbē à ſolis ortu vſq; ad occaſum, & ideò tota eccleſia nominatur Hieruſalem: nam illa Hieruſalem materiali fuit inchoata & exinde deriuata, & per totū orbem dilatata, & ideò retinet nomen Hieruſalem & Syon à ſua origine, ſicut flumina retinent nomē ſui originis, & ſui fontis, ſicut Hiberus & Araxes. inſuper tota Eccleſia dicitur Hieruſalem, & Syon ratione proprietatis, & nominis interpretationis: nam Hieruſalem interpretatur viſio pacis, & Syon dicitur ſpecula: ſed quia in ſola eccleſia videtur Deus, & in illa illum ſpeculamur per veram fidem: ideò ſola eccleſia meretur dici Hieruſalem & Syō, nam illa Hieruſalem materialis non propter ſe dicta eſt Hieruſalem per Prophetas, niſi inquantum Chriſtus erat videndus, & ibi erat eccleſiam ædificaturus. Nam illa Hieruſalem per Chriſtum Meſſiam ædificanda non poterat eſſe materialis, & ita parua in terra illa Paleſtina, & inde: ſed erat futura ſpiritualis toto orbe diffuſa & dilatata, in qua continentur omnes gentes, & nationes populi, & ſic Chriſtus iam vocauit, & congregauit omnes filios Iſraël ſecundùm ſpiritum, & promiſſionem ad iſtam veram Hieruſalem, cætera quæ de congregatione Iudæorum dici poſſent, traduntur per Paul. Burgen. *in d. libro, diſt. 4. Et hæc de quinto.*

¶QVOAD ſextum, quòd † Iudæi propter peccatum mor- 14
tis Chriſti erant reprobandi, & ſacerdotium, regnumque eorum extinguendum, & nouum ſacrificium inſtituendum, populuſque gentilis eligendus, & ſuſtinendus, hoc manifeſtè patet Daniel. 9. ibi, *ſcito ergò, & animaduertere ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem vſque ad Chriſtum Ducem hebdomadas ſeptem, & hebdomades ſeptuaginta duæ erunt, & rurſus ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum: & poſt hebdomades ſeptuaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt*, hoc eſt, quia erit populus Cæſaris, qui Chriſtum negans dixit, *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Ioann. 19. & alibi dixerunt, *Hunc neſcimus, vnde ſit.* Ioan. 9. & ſubdit, Et ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum Duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolationis, hoc eſt dicere, quòd populus Romanus cum Tito venturo, contra Hieruſalem diſſipabit ciuitatem & templum ſecundum, & finis dictæ ciuitatis erit vaſtitas, & poſt finem belli Romanorum fuit facta deſolatio ciuitatis & templi, quæ combuſſerunt Romani, & etiam deſolatio populi Iudaici fuit ſubſecuta, quem partim occiderunt, partim captiuarunt, ſicut ſtatutum erat, & ordinatum à Deo in pœnam mortis Chriſti, & ſubdit, Et deficiet hoſtia & ſacrificium: hoc eſt, quia ſacrificia veteris legis ceſſabunt per paſſionem Chriſti, & infra, & in templo erit abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationem & finem mundi perſeuerabit deſolatio: quorum expoſitio patet, vt per gloſſ. ibi, & Nicol. de Lyra. & ſic Iudæi propter mortem Chriſti fuerunt diſſipati, & per mundum diſperſi, templum & ciuitas deſtructa, & ſacerdotium ablatum, ſicut prædixerat Daniel Propheta, & cæteri: quod autem hoc acciderit propter Chriſti mortem, non ſolùm nos Chriſtiani hoc dicimus, vt dicit Epiſcopus Chriſtopho. ſed etiam hoc aſſirmant Rabini Iudæorum, vnde dicebat Rabi Moyſes, quòd Ieſus Nazarenus fuit cauſſa deſtructionis Iſrael, & totius populi Iudaici. Et Ioſeph *in libr. de bello Iudaico dicit, quod cauſſa deſtructionis Iſrael totius populi Iudaici non potuit eſſe, niſi aliquod magnum peccatum, & illud non potuit eſſe, niſi mors Ieſu Nazareni, aut Ioannis Baptiſtæ, aut Iacobi Iuſti.* Item Rabi Samuel Affricanus *in Epiſtola ad ſuum amicum Rabi Iſaac, capitulo 6. dicit cum ſequenti capit. quòd non poteſt conſiderare aliam cauſſam, quare tanto tempore durat captiuitas eorum, niſi quia patres eorum iniuſtè occiderunt Ieſum Nazarenum, virum iuſtum*: & propterea Iudæi maledicunt Chriſtum, illiuſque Eccleſiam & cultores, vt *ſupra proximè dixi in verſiculo, quoad tertium* & patet in eorum libro nuncupato mazor, in quo continentur officia eorum, & in feſto Mardochæi Iudæi differunt ollas ad ſynagogas, & illas conterunt dicentes, Sicut contritus fuit Aman, ſic Regnum Chriſtianorum ſubitò conteratur, & quando tranſeunt iuxta Eccleſiam Chriſtianorum dicunt, Domus ſuperborum proſternat te Deus, & in quadam ſua oratione dicunt, Maledicantur illi, qui adorant, & flectunt genua ante ſuſpenſum, prout hæc, & alia refert frater Bernardinus Buſti. in 1. *parte ſui Roſ.* & ſic patet deſtructio regni Iudæorū, & populi Iudaici ob præfatam mortem Chriſti.

¶ Abſit tamen à nobis aſſerere, quòd ſi † Iudæi ſecundùm 15
carnem à Iacob ſeu Iuda deſcendentes fidem Chriſti agnoſcerent, non reciperent dignitatem Chriſtianam: nam licet ſecūdùm Paul. Burgen. non eſſet contra dignitatem Chriſti, qui ab illis patribus ſecundùm carnem deſcendit propter eius excellentiam & ſanctitatem, & maximè propter vnionem ad Deum quod eſt in ipſo ſingulare: eſſet tamen contra dignitatem non ſolùm ſanctorum Apoſtolorum, ſed etiam S. Ioannis Baptiſtæ, & quod plus eſt contra dignitatem beatæ Virginis, de qua cātamus in eccleſia, quòd ex ſemine Abrahæ eſt orta, & de tribu Iuda ex clara ſtirpe Dauid: nam cùm aliàs in primitiua eccleſia contigiſſet magna altercatio inter fideles Chriſti Iudæos ex vna parte, & gētiles ex altera, & pars Iudæorum numero minor erat, gentilium verò pars eſſet numero maior, & vtraque pars præſumebat ſe habere excellentiam apud Chriſtum pluſquam alia certis rationibus per eas allegatis: illam altercationem Apoſt. Paulus amouit vtranque partem reprehendens, & determinat, *quod apud Deum non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, ad Rom. 10. vbi dicit, Omnis qui credit in illum non confundetur.* Eſaiæ 28. & ibi reſpondet ad rationes quas Gentiles faciebant contra Iudæos: & quia etiam gentiles increpabant Iudæos de iudaiſmo conuerſos ad fidem Chriſti, ideò S. Paul. illos reprimit multis rationibus, di-

bus, dicens: Nunquid repulit dominus Deus populum ſuum? abſit, nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ de tribu Beniamin, vt latè probat *ad Roman. 11.* & ad litteram refert Paulus Burgen. *in dict. libr. diſtinct. 2. cap. 4.* quod etiam Zachar. 8. probatur, vbi dicitur, Et erit ſicut eratis maledictio in gentib? domus Iuda, id eſt, duæ tribus, & domus Iſrael, id eſt, decem tribus, ſic ſaluabo vos, & erit benedictio, hoc eſt dicere, q̃a quando gentiles maledicebant alicui, dicebant, Sic tibi contingat, ſicut miſeris Iudæis, ſic poſtea quādo alicui benedicere voluerint, dicent: Fiat tibi ſicut Iudæis, quod perfectiſſimè fuit adimpletum tempore Chriſti, & Apoſtolorum, vt dicit ibi Lyra. & ſic patet Iudæos non reprobari ſi fidem Chriſti agnoſcāt, ſecùs verò ſi in ſua perfidia perſeuerent, ad idem Zachar. 2. *Lætare filia Syon, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui: & ait, Et applicabuntur gentes multæ ad dominum in die illa, & erunt mihi in populū & habitabo in medio tui: & ſcies, quia Dominus exercituum miſit me ad te:* quod patet impletum eſſe per conuerſionem gentium ad fidem Chriſti per vniuerſum orbem, quia inter credentes non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, *nam idem dominus omnium* Paul. *ad Rom.* 10. de quorum gentium conuerſione tradit Rabi Samuel *in prædicta epiſt. cap. 16.*

¶ Ac etiam quoad dignitatem ſacerdotalem gentiles erant eligendi. Eſai. *vlt.* vbi loquēs de diſcipulis Meſſiæ miſſis ad prędicandum gentibus dicit, Et mittam ex eis, qui euaſi fuerint, ſcilicet, à perſecutione facienda tempore Meſſię ad gentes, ſcilicet conuertendas, & ſubdit, Et aſſumam ex eis, id eſt, ex gentibus in ſacerdotes & Leuitas dicit dominus, quod patet, quia Paulus, Ex gentibus tempore Apoſtolorum ordinati ſunt epiſcopi, vt patet de beatis, Clemente, Dionyſio, & alijs, vt ibi dicit Lyra. ſubdens, quòd quædam glo. Hebraica Exod. 12. ſuper illud, Hæc eſt religio Phaſæ, & ſequitur, eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinantur apud vos: dicit, Futurum eſt, vt conuerſi de gentibus ſint ſacerdotes domino miniſtrantes: & de hoc latè habetur per Paul. Burgen. *in dicto ſuo Scrutin. in 1. part. diſt. 2.*

16 ¶ † Quòd autem ſacrificia legis veteris ceſſare debebant, & nouum ſacramentum inſtituendum tempore Meſſię, hoc manifeſtè patet Malach. 1. *vbi dicitur. Non eſt voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra, ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum.* vbi Propheta intendit, quod tempore Meſſię ſacrificia legis veteris ceſſabunt, & ſacramentum Euchariſtiæ inſtituetur, quod eſt mundiſſimum, & Deo acceptiſſimum: nam ſacramenta legis veteris non erant Deo grata, neque accepta ex parte rerum in eiſdem ſacrificijs oblatarum, ſed ſolùm erant accepta ex parte offerentium, quando ſic erant diſpoſiti, quòd illa ex fide vera & obedientia Deo offerebant, ideò dicitur Gen. 4. *Reſpexit dominus ad Abel, & ad munera eius.* id eſt, ad bonitatē Abel principaliter, & ad ei⁹ munera conſequenter. Et 1. *Reg.* 15. *Nunquid vult dominus holocauſtum, aut victimas, & non potius vt obediatur voci domini,* & Mich. 6. *Nunquid offeram ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? nunquid placari poterit dominus in millibus arietum? aut in multis millibus hyrcorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo: fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ó homo quid ſit bonū, & quid dominus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo:* ſacramentum verò Chriſti, in quo ſeipſum Deo obtulit in odorem ſuauitatis non ſolùm fuit Deo gratum ex parte offerentis, ſcilicet Chriſti, qui ex ſumma obedientia, & perfectiſſima charitate ſeipſum Deo obtulit, ſed etiam ex parte rei oblatæ, quæ fuit ipſemet Chriſt⁹ quo ſecundùm Dei potentiam ordinatam nulla res gratior eſſe poſſet, neque æqualiter grata, & ſic dicendum eſt de ſacramento altaris, Chriſtum paſſum & oblatum realiter continente, vt ex parte operis operati, ſit Deo acceptiſſimum, & gratiſſimum hoc ſacramentum Euchariſtiæ, & idem de alijs ſacramētis nouæ legis, quæ conferunt gratiam: illa verò ſacramenta legis veteris non. Paul. ad Rom. 3. *Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo:* & dicebat Auguſt. quia illa ſacramenta veteris legis promittebant tantum, & ſignificabant: hæc autem dant ſalutem, refert magiſter ſentent. *in 4. diſt. 1. cap. 2.* & ibi doctores, ſignanter Gabriel *q. 4. & ſuper canone lectio. 87. colum. 10. verſic. conſequenter.* & optimè declarat S. Thom. *ad Galat. 2. lectio. 4.* & prædictam differentiam manifeſtè facit dictus Pſal. 49. *dicit enim, Non in ſacrificijs tuis arguam te, nō accipiam de domo tua vitulos, nunquid mādacabo carnes taurorum?* quaſi dicat, Non arguo te de omiſſione ſacrificiorum: nam ipſa non ſunt mihi accepta quia iſta, quæ mihi offeruntur in ſacrificijs antiquis, non pertinent ad me ſecundùm ſeipſa: non enim pertinet ad me manducare carnes, nec potare ſanguinem, ſicut idololatri q̃ inſipientes de ſuis falſis dijs æſtimabāt. Et ſequitur perfectio ſacrificij nouæ legis, Immola Deo ſacrificium laudis, nam ſacrificium altaris propriè dicitur ſacrificium laudis, tum quia Chriſtus in eodem contentus ſummè laudandus eſt in tantum, quod maior eſt omni laude. Eccleſ. 43. & ſic dicitur ſacrificiū laudis anthonomaticè, tum quia memoria paſſionis, quæ in prędicto ſacramento recolitur, maximè obligat hominem ad gratiarū actiones Deo, quæ ad laudes Dei pertinent, cùm per ipſam paſſionem homo fuerit à damnatione perpetua liberatus: de illis. n. quibus Deus miſit verbum ſuum & ſanauit, legitur in pſalmis, vt ſacrificium laudis, prout latiùs tradit Burgen. *ind. Scrutin. in 2. part. diſt. 3. c. 14. Et hæc de textu.*

¶ Qvoad Septimum & vltimum, quod † in fine mundi in 17
ſecundo ſuo aduentu, & finali iudicio ſuos fideles in corpore, & anima glorificabit, & ab eis auferet omnem miſeriam corporalem, hoc prædicitur. Eſaiæ 25. vbi dicitur, *Præcipitabit mortem in ſempiternum, auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie terræ, opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra,* quia Dominus locutus eſt, & dicent in die illa, Ecce Deus noſter eſt, expectabimus eum, & ſaluabit nos iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, & exaltabimus, & lætabimur in ſalutari eius, quia requieſcet manus Domini in monte iſto: hoc enim vltimum iudicium & glorificatio iuſtorum prædicitur Daniel. 12. vbi dicitur, *quòd multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper: qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates,* & Iudæi in nouiſſimo dierum cognoſcent errorem ſuum, & ad Chriſtum Ieſum verum Meſſiam reuertentur, Oſeæ 3. *Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephot, & ſine Teraphim: & poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum:* & pondera, quando dicit, reuertentur: igitur datur intelligi, quòd ipſi erant ſeparati à Meſſia vero, qui ad eos iam venit, alias non dicerentur reuerti, ſed venire, immò Meſſias venit ad eos, & ipſi non receperunt. Ioan. 1. *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* Vnde Eſaiæ 1. *Veh genti peccatrici, &c. Dereliquerunt eum, & ſanctum Iſrael.* id eſt, Meſſiam & Hierem. 5. *Præuaricatione præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus, negauerunt me, & dixerunt, Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Ioan. 19. Patet ergò, quòd Propheta Oſeas loquitur de iſtis temporibus, quia nunc ſunt ſine Rege, ſine Principe, ſine altari, ſine templo, ſine veſte Pōtificis, in cuius figura Zacharias factus fuit mutus Lucæ 1. *Et Caiphas Pontifex ante illum ſcidit veſtimenta ſua.* Matth. 26. Ideò dicit, Reuertentur ad Meſſiam, & ſic ante dereliquerunt eum & Malach. 4. *dicitur, Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate,* Et hæc omnia de ſaluatione bonorum, & condemnatione malorum & Iudæorum conuerſione prophetata futura eſſe ſacri ſcriptores noui teſtamenti atteſtantur, iuxta verbum ipſius Domini. Matth. 25. *Cùm autem venerit filius hominis, & infra, congregabuntur ante eum omnes gentes, & dicet bonis, Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, & malis etiam dicet: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo, & Angelis ſuis, Et ibunt hi in ſupplicium æternum, Iuſti autem in vitam æternam.* Et Lucæ 14. *Retribuetur tibi in reſurrectione iuſtorum,* Et Ioan. 5. *Procedent qui bona in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in reſurrectionem iudicij,* & Ioan. 10. *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, vnus Paſtor,* & Apocalyp. 7. *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum.* & 21. *Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque clamor, neque dolor erit vltra, quoniam priora tranſierunt.*

¶ Ex quibus omnibus patet per omnes Prophetas, quomodo in his ſeptē conſiſtebat officiū Regis Meſſiæ in lege & Prophetis promiſſi,

promiſſi, quorum ſex fuerunt completa in Ieſu Chriſto, & ſeptimum ab eodem complendum in die iudicij. Ex quo manifeſtè apparet ipſum eſſe verum Meſſiam: & ſic remanet confutatus iſte ſecundus error perfidiæ iudaicæ.

18 ¶ † Ipſi tamen Iudæi adhuc inſtant, dicentes, Ieſum non eſſe Meſſiam in lege promiſſum, nam antequam veniat Meſſias Helias debet venire, prout ſcribitur Malach. 4. *Ecce ego mittam vobis Heliam antequam veniat dies Domini.* Cùm ergò Helias nondum venit, ergò Ieſus non fuit Meſſias, ex qua litera Scribæ, & Phariſæi formarunt vnum articulum inter alios, in ſuis traditionibus, qui talis eſt, quòd Helias debet præcedere aduentum Meſſiæ, *Ideo Iudæi videntes quod Ioannes baptizaret, miſerunt Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es. Ioannes negauit ſe eſſe Chriſtum, tunc interrogauerunt eum, dicentes, Helias es tu.* Ioan. 1. eo quia habebant articulum, quòd Helias erat venturus ante Meſſiam, & Matth. 17. ſcribitur, quòd cùm in transfiguratione Chriſti diſcipuli vidiſſent Moyſen & Heliam, tunc interrogauerunt Chriſtum, dicentes: Quid ergò Scribæ dicũt, quòd Heliã oportet primò venire: Ex quo patet ipſos Iudæos, hoc habuiſſe inter ſuas traditiones, quòd Helias erat venturus ante Chriſtum Meſſiam. vnde dicunt, quòd ex quo Helias non venit, ſequitur, quòd Meſſias non venit, & ſic quòd Chriſtus non fuit Meſſias in l. promiſſus.

¶ Ad hoc reſpondetur, ſecundùm Epiſcopum in loco *ſupra* allegato, quod duplex Chriſti aduentus promittitur à Prophetis, primus in humilitate, ſecundus in maieſtate: in primo aduentu erat venturus Chriſtus ad dandum leges, ad reprimendum genus humanum à peccato, & demum ad operandum illa lex ſupradicta.

¶ In ſecundo aduentu eſt venturus ad iudicandum omnes, & ad retribuendum eis præmium ſecundùm opera eorum puta ad glorificandum iuſtos, & ad reſuſcitandum eos ad immortalitatem & gloriam, & iniquos ad pœnam ſempiternam: & ſic ad operandum illud ſecundum, prout vtrunque fuit deſuper probatum per dicta Prophetarum. In primo aduentu præuenit Chriſtum Ioannes Baptiſta, vt erat prædictum per Eſaiam 40. *Vox clamantis in deſerto, præparate viam Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei.* & vnde ipſe Ioannes Baptiſta hanc Prophetiam allegauit Iudæis interrogantibus, Ioan. 1. & ſicut Helias eſt venturus in ſecundo, ita Ioannes venit in primo aduentu. Matt. 17. & hic in ſecundo aduentu Helias veniet. & de hoc ſecundo intelligitur illud Malach. 4. pa. de quo dicit: *Ego mittam vobis Heliam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*: magnus ideò dicitur propter magnitudinem iudicij, quòd conſequentur electi, & horribilis reprobis propter horrorem pœnæ, ad quam damnabantur, & hæc prophetia intelligitur ad literam de Helia, & non de Ioanne Baptiſta. Ioannes enim non præuenit diem Domini horribilem, ſed omnibus deſiderabilem, qui erat primus aduentus, & ſubdit, Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate: hoc dicit illis comminando, qui non fuerint conuerſi per prædicationem Heliæ. Ioannes autem non præcurrit talem præcurſorem, quia Chriſtus non venit poſt Ioannem iudicare, ſed iudicari: nec venit, vt iudicet terram, vel percutiat, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.

¶ Magis autem non poteſt intelligi de Ioanne, qui præceſſit Chriſtum in ſpiritu & virtute Heliæ Luc. 1. vt tradunt per magiſtrum, & latius in repliceis ſuis ſuper dicta in Tortate. In primo aduentu venturus erat Chriſtus in forma humanis pauperis ad ſaluandum populum ſuum, ſic legimus Zachar. 9. *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem, ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator, & pauper: & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum.* Et ſuper iſta textu dicit Rabi Salomon expreſſè, quòd illa ſcriptura non poteſt intelligi de Meſſia Rege, & ibidem dicitur: *Tu autẽ in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu. vbi non eſt aqua.* In ſecundo aduentu venturus eſt ad iudicandum mundum in maxima maieſtate & poteſtate, vt habetur Daniel. 7. vbi tractans de generali iudicio dicit, *Iudicium ſedet, & libri aperti ſunt*, & ſubdit, *Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce in nubib. cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, Tribus & linguæ ipſi ſeruient, poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* in quo paſſu dicit Rabi Salomon, quòd iſte eſt Meſſias, vt tradit Burgen. *In ſuo Scrutinio, in 1. part diſt. 3. c. 1.* Et in hoc ſecundo aduentu damnabit impios, & glorificabit electos, vt dicitur Eſai. 25. *Veniet ad præcipitandum mortem, & ad auferendum omnem lachrymam à facie terræ.* Item de primo aduentu dicitur Dan. 9. *Septuaginta hebdomadæ breuiatæ ſunt ad Chriſtum Ducẽ, & poſt ſexaginta duas hebdomadas occidetur Chriſtus.* De ſecundo verò aduentu dicit Dan. 12. *quod multi qui dormiunt in terræ puluere euigilabũt; alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper, qui autem docti fuerunt fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.* & Zach. 14. *Ecce dies venient & diuident ſpolia tua.* Malachias verò prædixit vtrunque aduentum cum ſuo præcurſore: nam in primo aduentu prædicit Ioannem Baptiſtam præuenire Chriſtum, cùm ait, in cap. 3. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præparabit viã ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* In ſecundo verò dicit præuenire Heliam ante Chriſtum, cùm ait *in d. c. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam. antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, qui erit dies iudicij.* vt dictum eſt, & ſic patet deceptio, & vana ſpes Iudæorum, qui expectant Heliam antequam veniat Meſſias ad redimendum à peccato, cùm Helias non ſit promiſſus, niſi in ſecundo aduentu antequã Chriſtus veniat ad iudicium, & ideò de hoc duplici aduentu mentionem fecimus, quia miſeri & perfidi Iudæi neſcientes diſtinguere inter primum, & ſecundum aduentum prolabuntur in errores ſuos, & hæc ſufficiant de hoc ſecundo errore Iudæorum, cætera quoad hanc materiã tradit dictus Epiſcopus Chriſtopo. *in dicto libello contra Iudæos. quæſt. 4.* & per Paul. Burgen. *vbi ſupra.*

¶ De tertio errore Iudæorum.

S V M M A R I V M.

1 *Iudæi non credunt Meſſiam daturum æterna, & cœleſtia, ſed terrena.*

2 *Differentia inter legem humanam, & diuinam in fine, officio, & præmio.*

3 *Sepeliri deſiderabant antiqui Iudæi in terra promiſſionis, & ex qua cauſſa.*

4 *Ciuitas Hieruſalem quare fuit ita laudata, & commendata, ac deſiderata à Prophetis, & alijs ſanctis Patribus.*

5 *Congregationis nomen æquiuocum eſt, quia corporaliter & ſpiritualiter intelligi poteſt.*

6 *Terra in ſancta ſcriptura æquiuocè accipitur pro corporali, & ſpirituali.*

7 *Templum prophetatum per Ezechielem quid ſignificat, tùm nunquam tale templum corporale fuerit ædificatum.*

TERTIVS ERROR IVDÆORVM eſt, † quòd non credunt Meſſiam daturum æterna, & cęleſtia, ſed terrena, & temporalia: & ex conſequenti, quòd terram Chanaam materialis ſint eis promiſſa in præmium pro obſeruantia legis, & in hoc verſatur tota ſpes Iudæorum, quæ ipſos decipit: & licet præfatus epiſcopus *in d. ſuo tract. in q. 5.* hunc articulum latè examinauerit, nihilominùs tamen aliquibus reſecatis, & additis nonnullis inhærendo eius, & aliorũ veſtigijs breuius iſte error confutabitur. ¶ Et inprimis dicunt eorum intentum probari. Deut. 108. vbi dicebat Moyſes ad populum Iſraeliticum in deſerto exiſtentem antequam terram Chanaam, terram promiſſionis ingrederetur: *Et quadraginta annis eſt, vt recogites in corde tuo, quia ſicut erudit homo filium ſuum, ſic dominus Deus tuus erudit te, vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum: Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonã, terram riuorum, aquarumq; & fontium, in cuius campis & montibus erũpunt fluuiorum abyſſi terram frumenti, hordei, & vinearum, in qua ficus & mala granata, & olyueta naſcuntur, terram olei, ac mellis: vbi abſq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfrueris, cuius lapides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: & cùm comederis, & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.* Et Exod 3. *Educam vos de afflictione Aegypti in terram Chanaam fluentem lacte & melle.* Et Exod. 13. *Cum q; introduxerit te Dominus in terram Chanaam, quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi terram fluentem lacte, & melle, celebrabis hunc morem ſacrorum menſe iſto.* Ex quibus dicunt Iudæi, quòd Deus dedit illis hanc terrãm pro obſeruantia legis, ita quòd nemo eorum poteſt eſſe fœlix, niſi reducatur in illam terram, & in hoc reditu totum eorum deſiderium ponunt: in-

dedi-

de dicunt, quòd Meſſias, quam falsò expectant, debet Iudæos reducere ad illam terram, prout ſecundũ eos hoc dicit Ezech. 39. *Hæc dicit Dominus Deus, nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor totius domus Iſrael, & zelabo nomini ſancto meo.* & ſequitur: *Et congregabo eos de terris inimicorum ſuorum, ſanctificabor in eis in oculis gentium multarum, & ſcient quia ego Dominus Deus eorum, & infra: Cùm congregauero eos in terram ſuam, & non dereliquerim quẽquam ex eis, ibi. Et non abſcondã vltra faciem meam ab eis:* ex qua auctoritate dicunt manifeſtè concludi, quòd Deus congregaturus eſt populum Iſraeliticum de terris inimicorum, & deducet ſuper terram ſuam, ſcilicet, illam Chanaã, & ſic quod hoc implendum eſt per Meſſiam, quem ipſi expectẽt, ſubdunt etiam quòd licet ipſi ſint diſperſi per mundum, nihilominus vocãdi ſunt ad illam terram, & pro hoc allegant *Deut. 30.* vbi Moyſ. dicit. *Reducetq; Dominus Deus tuus captiuitatem tuã, & miſerebitur tui, & rurſus inde cõgregabit te. & inf. Si ad cardines cœli fueris diſſipatus, inde te congregabit dominus Deus tuus, & inde te aſſumet, atq; introducet in terram, quam poſſederunt patres tui, & obtinebis eam.* ex quib⁹ dicunt, quòd illa congregatio debet fieri à diuerſis partib⁹ terræ ad terram promiſſionis, quod videtur intelligi de congregatione ad terram materialem & corporalem, ſubdunt etiam qđ Meſſias ædificaturus eſt eis templum, quod fuit prophetatum per Ezech. 40. *& in ſequentib. cap.* vbi Propheta declarat numerum & menſuram omnium cellularum templi, feneſtrarum & picturarũ ſub mirabili exquiſitione: quam quidem reædificationem ſic narratam oportet intelligi de materiali ædificatione, & talis reædificatio non fuit ſequuta poſt prædictum Prophetam, nec ante, vnde neceſſarium videtur, quòd tempore Meſſiæ impleatur inde ſequitur, quòd hodie ſicut ante miſeri Iudæi, & Chriſtiani Apoſtatæ illorum ſectatores, legem Moſayeam, illiuſque cærimonias obſeruant, ſub ſpe mundanæ, carnaliſque retributionis, & præmij, prout ipſi non diffitentur.

¶ In contrarium verò eſt veritas, videlicet, q́ Deus pro obſeruantia mandatorum promiſerat Iudæis vltra terrena æternã beatitudinem: & quæ de reductione ipſorum ad terram ꝓmiſſionis, deq; cõgregatione, & templi reædificatione ſupra prophetatis intelligẽda ſunt neceſſariò hodie ſpiritualiter, & nullatenus corporaliter, prout ex infra deducendis luculenter apparebit. Conſtat enim quòd ſic credebat dictus Pſalm. 26. inquiens, *Credo videre bona in terra viuentium*, & hanc beatitudinem deſiderabat Iob 19 dicens. *Credo, quòd redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, & in carne mea videbo Deum ſaluatorem meum.* Idem Dauid *Pſal. 66.* dum dixit: *Satiabor, dum apparuerit gloria tua*, & Pſal. 89. *Oſtẽde nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Item Dauid Rex & dominus erat illius terrenæ Hieruſalem: & tamen illam terram cœleſtis Hieruſalem deſiderabat. Pſal. 83. *Beati qui habitant in domo tua domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Item Dauid ab illa terra Hieruſalem, cuius erat Rex cupiebat exire, & in cœleſti collocari cùm dicebat Pſal. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, & habitaui cum habitantibus Cedar multum incola fuit anima mea.* Et Pſal. 161. *Portio mea domine in terra viuentium.* Item Salomon dominus fuit, & Rex illius ciuitatis Hieruſalem, & dicit, quòd Vanitas vanitatum. & omnia vanitas, vt *per totum lib.* Eccleſiaſ. & ſignanter *in c. fin.* dicit, *Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vita aurea, & conteratur hydria ſuper fontem.* & infra, Deum time, mandata eius obſerua, hoc eſt, omnis homo, cuncta quæ fient adducet Deus in iudicium pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Et ſic patet, quòd Salomon omnia terrena contemnebat, dum vitam æternam aſſequeretur, & Dan. *cap. 12.* concludit poſt iudicium incredulos & obſtinatos igne perpetuò puniendos, & fideles & iuſtos fulgentes quaſi ſplendorem firmamenti, & quaſi ſtellas in perpetuas æternitates fœlicitandos: & ſic patet, quòd illi antiqui patres, præter illam terreſtrem Hieruſalem, nobiliorem hæreditatem deſiderabant, & expectabant in cœlo. Et Paulus *ad Hebr. 11.* hoc confirmat pluribus exemplis ſacræ ſcripturæ, vbi narrat: Plures paſſos eſſe corporum incommoda, vt meliorem inuenirent reſurrectionem.

¶ Et hæc poſſunt confirmari: expoſita tamen differentia inter l. humanam & diuinam, quæ ad propoſitũ differunt in trib.
2 ſcilicet † fine, officio & præmio. Differunt fine, quia finis legis humanæ eſt facere ciues ciuiliter bonos ad vtilitatem & conſeruationem ciuitatis, regni, & totius reipublicæ, prout tradunt Doct. *in princ. ff.* Abb. Ioan. de Imol. *& alij in proœm. decretal.* imò ad obediendum Deo & principib. ſecularibus vita ſubiectorũ informatur, vt dicit tex. *auth. habita. C. ne filius pro patr.* Differunt officio, quia officium ciuium eſt iuſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere *l. iuſtitia. ff de iuſt. & iur.* Item differunt præmio, qa præmium bonorum ciuium eſt gaudere bonis, & vtilitatib. reipublicæ, ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam, vt per Ariſt. *in 5. Ethic.* imò illius l. miniſtri omni loco fœlices ſunt, vt dicit tex. *in § diſcipuli igitur. in proœm. ff. orum.* & neque in paupertate viuere, & in anxietate mori permittit, *vt in § fin. in auth. de her. & falc. colla. 1.* Legis verò diuinę finis eſt, & ſemper fuit, & eſt efficere omnes homines ſpiritualiter bonos ad cognoſcendum, amandum, & colendum Deum, & abſtrahere eos à carnalib. & mundanis, vt appetant cœleſtia. Item officium huiuſmodi hominum fuit in lege veteri obſeruare cærimonias & ritus, q́ fuerunt traditi per Moyſen de mandato Dei in fide mediatoris venturi, quem poſtquam aduenifſet tenebantur audire & ſequi, vt patet Deut. 18. vbi dicitur, *Prophetã ſuſcitabo de medio fratrũ tuorũ ſimilem tui, & ponã verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ ei vero illi: qui aũt verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtã:* itaq; par obligatio obligabat Iudæos, & ad cærimonias ſeruandas, & ad euangelic. veritatẽ obſeruandam, quia tenebantur dictum Prophetam Meſſiam ſequi & audire, qui erat promulgator d. legis euangelicæ, quæ nihil aliud eſt niſi executio veritatis legis, & Prophetarũ, vt patet per Iacob. de Valent. *in prologo ſuper Pſalterium tract. c. 2.* & ſic officium legis diuinæ eſt colere & diligere Deum in ſe & propter ſe, & diligere proximum propter Deum exhibendo illi obſequium, & auxilium in neceſſitatibus: *in his duob. mandatis vniuerſa lex pendet & Propheta.* Matt. 22. *Præmiũ verò legis diuinæ eſt vita & fruitio æterna*, vt dicebat Augu. & refert magiſter ſent. *lib. 2. diſt. 1 c. 3. Fecit Deus rationabilẽ creaturã, quæ ſummum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, ac poſſidẽdo frueretur*, itaq; ſicut lex humana de temporalib. loquẽs promittit illius obſeruatoribus præmium tẽporale, ſic legis diuinæ eſt præmium æternum illius cultoribus concedere: & ſicut homo per legem humanam quoad corpus fœlicitatur in terrenis, ſic quoad animam habet præmium immortale, & æternum.

¶ Vnde patet, quòd ſi ipſa lex diuina ſuis cultorib. promitteret ſolùm terrena, & nõ ſpiritualia, iam non eſſet aliqua differẽtia inter ipſam diuinam legem & humanam: nam ſicut lex humana differt à lege diuina, ſic finis à fine, officium ab officio præmium à præmio: quam differentiam non percipientes miſeri & cæci Iudæi non expectant pro obſeruantia legis niſi cõmodum temporale: & ideò non recipiunt Chriſtum qui docet contemnere temporalia, & appetere cœleſtia, quæ etiam deſiderabant patres eorum antiqui, vt *ſup.* eſt deductum. Sic enim prophetatum fuerat per Prophetas, quòd Meſſias daturus erat ſuis fidelib. bona ſpiritualia & non tẽpalia, nec erat liberaturus illũ populum de captiuitate tẽpali: ſed totum gen⁹ humanum à peccato, & ſeruitute æterna, & ſpirituali: q́ patet Zach 9. *Exulta ſatis filia Syon, & iubila filia Hieruſalẽ, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper aſcendẽs ſuper aſinã, & ſuper pullũ filium aſinæ*, quod fuit impletum in die ramiſpalmarum, vt habetur Matth. 21. Item Meſſias deſpectus erat futurus, & nõ in maieſtate venturus in ſuo primo aduentu. Eſa. 53. *Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti, non eſt ſpecies ei, neque decor eius. Et vidimus eum. & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum: Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.* Quod de Chriſto ad litteram intelligitur ſecundùm Catholicos, vt patet Ioann. 12. & Matth. 8. & etiam Rabi Moyſes ſuper illud, Introduxit eum Iſaac. Geneſ. 19. dicit, *Hic eſt Rex Meſſias, qui dedit cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael, & ad ieiunandum, & humiliandum ſe pro eis, ſicut ſcriptum eſt.* Eſaiæ 53. prout ibi refert Lyra: & ita illud cap. loquitur de Meſſia, & ſic temporalia non erat daturus, ſed ſpiritualia, ſcilicet, ſcientiam, & doctrinam. Eſaiæ 2. *Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Syon exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & erat liberaturus homines à peccato, & daturus eis remiſſionem peccatorum, & gratiam.* Pſalmo 71. *Liberabit paupe-*

bit paupertatem à potente, & animas pauperum ſaluas faciet. & Zach. 13. *In die illa erit fons patens domui Dauid in abſolutionem peccatoris, & menſtruatæ.* Erat etiam ipſe Meſſias daturus vitam æternam & gloriam, vt patet Pſal. 83. vbi dicitur, *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui, quia melior eſt dies in atrijs tuis ſuper milia, quia miſericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Et ibi latè proſequitur dictus Iacob. de Valentia, & *in d. ſuo tracta. de Iudæis q. 3.* Hinc eſt, quod Chriſtus Iudæis petentib. temporalem cibum, oſtendit Ioan. 6. quòd non venerat ad dandum temporalia, ſed ſpiritualia, dicens: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: Ego ſum panis vitæ.* & infra. *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri mãna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Et alibi dicit Chriſtus. Matt. 6. *Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demoliuntur, & vbi fures effodiunt, & furantur: Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi nec ærugo, nec tinea demoliuntur & vbi fures nõ effodiunt, nec furantur.* Et ſic non erat venturus Meſſias ad dandum temporalia, ſed ſpiritualia, prout ipſe oſtendit vt in prædictis auctoritatibus patet.

¶ Quod autem non promiſerit Iudæis temporalia bona Deus tu ſolum præmium obſeruantiæ legis, ſed etiam bona ſpiritualia à Deo, quòd illa temporalia darentur in ſignum futuri præmij dandi per Chriſtum in ſuo aduentu: hoc manifeſtè demõſtratur experimento: Nam poſtquam lex Moyſi, in qua ſignificabatur Chriſtus, & eius eccleſia, fuit mortua & ſepulta cum Chriſto, tunc bona ſpiritualia ſignificata per bona temporalia illius terræ ſurrexerunt ſimul cum Chriſto: nam veniente veritate figura ceſſare debuit. Et ideò illa terra Chanaam fuit mortua & deſtructa, quantum ad Iudæos, quia poſt 43. annos fuerunt ab illa expulſi, & nunquam amplius poſſederunt eam. Et ſic patet, quòd non fuit ipſa materialis terra data in præmium, imò ablata fuit ab eis. Ex quo etiam illa terra dabatur obſeruatoribus legis in ſignũ præmij ſpiritualis. Poſtquã lex illa Moyſi non erat amplius obſeruanda poſt mortem Chriſti vt extincta & peſtifera Pariter decuit ab illa terra ipſos Iudæos expelli, vt crederent ceſſante præmio terreno & ſpirituali figurato in illo ceſſaſſe legem Moyſi: & hoc debuit mouere Iudæos ad nõ obſeruãdum amplius illã legem pro qua nullum reſtat præmium, ſed mors. Et tamen ipſi cæci hoc non vident nec capiunt. Itaq; illa in tempore corporalis dabatur pro labore, quem ſuſcipiebant in obſeruantia legis Moſaycæ, & pro fide quam habebãt de Meſſia venturo, & mediatore, promittebatur præmium ſpirituale ſignificatum & figuratum per illam terrã corporalem, quod expreſsè ſentit Aug. *in tract. 12. ſuper Io. in cap. 3. incip. Ex eo quod heſterno die, inquiens ſuper illo verbo Chriſti, ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, &c. Et quomodo qui intuebantur illum ſerpentem non peribant morſibus ſerpentium, ſic qui intuentur fide mortem Chriſti, ſanantur à morſibus peccatorum:* Illi ſanabantur à morte ad vitam temporalem: hi aũt vt habeãt vitã, ſcilicet æternam. Hoc enim intereſt inter figuratam imaginem, & rem ipſam: nam figura præſtabat vitam æternã Et hoc modo intelliguntur promiſſa eis, quæ dicũtur Deut. 8. & Exod. & 15. Et illud Leuit. 26. *Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo pluuias temporibus ſuis. & inf. Sin verò, dabo vobis cælum deſuper ferreum, & terram æneam.*

3. ¶ † Et ſi dicatur ex quo illa terra corporalis non dabatur Iudæis niſi in ſignum præmij æterni, quare illi patres antiqui deſiderabant ſepeliri in illa terra promiſſionis? vt Abraham. Gen. 25. Et de Iacob qui mãdauit ſe ſepeliri in ſpelunca duplici. Geneſ. 48. & de Ioſeph patriarcha. Geneſ. *vlt. & idẽ de alijs.* Ad hoc dicendum eſt ſecundùm Iacob. *de Valentia*, quòd Abraham, Iacob, & cæteri Patriarchæ, & Prophetæ non deſiderarunt ſepeliri in terra promiſſionis propter bonitatem terræ, ſed vt reſurgerent cum Chriſto, quem præuiderunt in illa terra moriturũ, & ſepeliendum, & noſtram redemptionem operaturum & reſurrecturum, vt etiam dicebat S. Hieron. *in epiſtola de manſionib.* Et ſic putant multi Doctores, quòd Adam, Abrahã, & Dauid, & multi ſancti veteris teſtamenti ſurrexerunt cũ Chriſto, propter illam Euangelicam ſententiam, *Multa corpora Sanctorum ſurrexerunt, & apparuerunt multis.* Math. 27. & hoc probabiliter oſtenditur. Nam Abraham præuidit in ſpiritu, quòd in eodem loco erat Chriſtus pro omnibus crucifigendus, vbi ipſe immolauit & ſacrificauit arietem pro Iſaac. Et ideò appellauit nomẽ loci illius Dominus videbit. In Hebræo autem dicitur, Dominus videbitur. Quaſi dicat, Dominus Deus incarnatus videbitur immolari, & crucifigi in loco iſto, vbi aries fuit immolatus pro Iſaac à morte liberato. Geneſ. 22. Pariq; modo Iacob in dicto loco vidit ſcalam, & Deum innixum ſcalæ. Geneſ. 28. *Per quod præuidit ibi Chriſtum crucifigendum, & inde reſurrecturum, & in cælum aſcenſurum cum fidelibus ſuis.* Et ſic credibile eſt, quòd ob hanc cauſſam illi ſancti Patriarchæ deſiderabant ibi ſepeliri, vt inde cum Chriſto reſurgerent, & cum eo in cęlum aſcenderent.

¶ † Hinc eſt, quòd illa ciuitas Hieruſalem non fuit laudata à Prophetis propter ſe, ſed propter id, quod figurabat, & ſignificabat. Nam licet Hieruſalem interpretetur viſio pacis non poteſt intelligi hoc literaliter, quòd in ea fuerit ſemper pax, quia immò fuit *ibi* pro maiori parte temporis litigium & diſcordia, ſi libeat diſcurrere libros Regum, & maximè hodie cum ſit occupata ab infidelibus. Et idcirco ſpiritualiter hoc intelligendũ eſt: nam ratio quare Patriarchæ & Prophetæ tantum commẽdauerunt, & deſiderauerunt illã ciuitatem Hieruſalem Syon, & Iudæam, non fuit propter ſitum & propter muros, quia præuiderunt in ſpiritu Prophetico qualiter Chriſtus in lege promiſſus, & in illam ciuitatem venturus, & in ea prædicaturus, & miracula facturus erat, & in monte Syon debebat inſtituere Sacramentum Euchariſtiæ, & in Hieruſalem moriturus, ſepeliendus, & reſurrecturus, & in monte Syon ſpiritum ſanctum ſuper diſcipulos miſſurus, quæ omnia facta eſſe docet euãgelica doctrina. Et ideò quia Chriſtus Rex pacis nos debebat in illa ciuitate Deo patri ad ſuum ſanguinem reconciliare & pacificare, Idcircò vocata eſt Hieruſalem, ideſt, viſio pacis, & quia etiam Chriſtus Rex pacificus in illa Hieruſalem debebat fundare, ædificare, & incipere ſuam eccleſiam in pace fundandam: Et per eandem rationem ille mons dictus eſt Syon, id eſt, ſpecula, & contemplatio, quia Apoſtoli debebant recipere ſpiritum S. & dona gratiarum, per quæ intellexerunt diuinas ſcripturas. Pariq; ratione tota illa pars terræ dicta eſt Iudæa, id eſt, confeſſio, quia in ea Chriſtus erat naſciturus. In ea Angeli debebant confiteri Chriſtum eſſe Deum in ſua natiuitate cantantes, Gloria in excelſis Deo. Et quia Magi *ibi* confeſſi ſunt, Chriſtum eſſe Deum & hominem, offerentes tria munera. ipſum latria adorationе adorauerunt: & ſic patet, quòd confeſſio de Chriſto in Iudæa facta eſt multipliciter. Et in oblatione ad templum per Simeonem & Annam Propheteſſam. Et poſtea per Apoſtolos, & alios, qui cognouerunt illum eſſe Deum & hominẽ, tam in miraculis per eum factis, quàm in ſua paſſione, & reſurrectione, quàm in alijs ſuis ſanctis actibus. Et ideò ex diuina prouidentia illa terra accidit in ſortem tribu Iudæ, & vocata eſt Iudæa propter prędicta myſteria futura. Nec etiam fuit dicta ciuitas Hieruſalem commendata propter copiam & fertilitatem, quia pro maiori parte temporis fuit ſterilis, & aquoſa inter circunſtantes terras. Et ideò plerumque paſſa eſt penuriam, victualium, vt patet per diſcurſum ſacræ ſcripturæ, quia Patriarchæ frequenter fugiebant propter famem. Itaq; magis erant commendandæ aliæ ciuitates Ægypti: & hoc forſan proueniebat ex peccatis incolarum, aut ex ſitu terræ. Nec etiam fuit commendata ex bonitate ciuium, quia *ibi* fuerunt mali homines doloſi & vſurarij. Pſal. 54. *Die & nocte circũdabit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia. & non defecit de plateis eius vſura, & dolus eius.* Fuerunt etiam homines in ea iniuſti, mendoſi, & pluribus malis irretiti. Iſaias 50. *Et conuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia longè ſtetit, quia corruit in platea veritas & æquitas non potuit ingredi.* Patent etiam mala, quę committebantur in templo tempore, quo Chriſtus venit, qui eiecit bis ementes, & vendẽtes de templo. Math. 21. Mar. 11. Luc. 19. & Ioan. 2. Regnabantque in dicta ciuitate ſeditio, idololatria, & multa facinora perpetrabantur, vt patet per diſcurſum librorum Iudicum, & Regum, quinimò miſera potuit dici ciuitas illa, quæ carebat proprio Rege, & naturali, quia regnum illius peruenerat ad hæredem alienigenam, paulò ante aduentum Chriſti. Et nunquam poſtea illud recuperauit populus Iudaicus. Math. 2. vt adimpleretur prophetia Iacob. Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* 4

¶ Sequitur ergò, quòd non ob aliud commendata fuit illa ciuitas, & terra Iuda, niſi quia Chriſtus Meſſias in illa erat videndus, & miracula facturus, & noſtram redemptionem ſpiritualem

lem operaturus, vt *proximè dixi*. Et ſimile dictum eſt *ſup.* de maiori gloria ſecundi templi pluſquam primi, quia illa gloria non erat ex alio quàm ex præſentia Chriſti, qui prædicaturus erat in dicto templo, & miracula facturus, vt habetur Aggæi 2. Et ideò dicti Prophetæ beatificabant, & laudabant dictam ciuitatem. Et hoc exprimitur *Pſal. 47. Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Deus in domibus eius cognoſcetur cùm ſuſcipiet eã.* Et Eſaias 2. *Venite aſcendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas.* Et quæ ſequuntur ſunt verba Prophetæ, *quia de Syon exibit lex, & verbũ domini de Hieruſalem.* Idem Iſaias 9. *Beatificat Galilæam, & totã terram Iſrael propter præſentiam Chriſti, prædicationem, & miraculorum operationem, cùm ait: Primo tẽpore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Neptalim. Et in nouiſſimo aggrauata eſt terra maris trans Iordanẽ Galilæa gentium: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Et ſequitur infra: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Item, *Inducite Hieruſalem ciuitati ſanctæ, dabo in Syon ſalutem, & in Hieruſalem gloriam meam.* Idem Iſaias 62. *Propter Syon non tacebo, & propter Hieruſalem non quieſcam donec egrediatur, vt ſplẽdor iuſtus meus.* Et Mich. 5. commendat ciuitatem Bethleem, eo quòd Chriſtus erat ibi naſciturus, dicens: *Et tu Bethleem effrata parua es in millibus Iuda: Ex te enim egredietur mihi dux.* & Zachariæ 9. *Exulta filia Syon, Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator, &c.*

¶ Ex quibus patet, quòd non fuit commendata Hieruſalem ipſa, & illius terra propter ſe, habito reſpectu ad ipſam ciuitatem corporalem, ſed ad ſpiritualem, & ad bona ſpiritualia inde prouenientia omnibus fidelibus. Et inde profluxit Eccleſia noſtra catholica, quę toto orbe diffuſa appellatur Hieruſalem, eo quòd in illa terrena Hieruſalem fuit fundata, & inſtituta p Chriſtum in Apoſtolis & diſcipulis. Et propterea quia eccleſia Chriſtiana dicitur Hieruſalem, ideò de ſeipſa militante, & triumphante cantatur in tempore Paſchali in feſtis ſanctorum Hieruſalem ciuitas ſancta ornamentis martyrum decorata, cuius plateæ ſonant laudes de die in diem, allelnya. Quod nullatenus poteſt intelligi de illa Hieruſalem terrena, & corporali, vt patet ad ſenſum. Et ſic habemus intentum, quòd illa terra Chanaam cum ſuis ciuitatibus, non promittebatur in ſolum præmium obſeruantiæ legis, ſed erat figura æternæ retributionis, dandæ per Chriſtum ſuis fidelibus cultoribus, vt ex præmiſſis lucidiſſimè colligitur.

5 ¶ NEC ETIAM obſtat illud Ezech. 39. quod † intelligunt Iudæi de congregatione corporali, & de reductione eorum ad illam terram Chanaam. Quia ad hoc reſpondet Burgen. *in d. ſuo Scrut. in 1 par. diſt. 4. c. 1.* præſupponendo, quòd in ſacra ſcriptura aliquæ dictiones in ea contentę quando occurrunt ſunt ęquiuocæ: & inueſtigandum eſt in quo ſenſu ſumantur prout idem Doctor tradit de dictionibus Iſrael, Iacob, & Iuda, *in eo. lib. diſt. 1. c. 4.* Et ſic in ꝓpoſito congregatio, de qua Propheta Ezech. loquitur, æquiuoca eſt: quandoq; enim ſignificat congregationẽ ſpiritualem in aliquo credibili, ſeu opinabili, vel deſiderabili, & huiuſmodi. Sicut enim corpora in eodem loco poſita dicuntur congregata localiter, ſic animi in eodem conceptu intellectus, ſeu voluntatis exiſtentes dicuntur vni, ſeu vniti, & à fortiori poſſunt dici congregati. Vnde auctoritas Ezech. *ſup.* allegata dupliciter poteſt intelligi, aut de congregatione corporali, aut de ſpirituali. Si de corporali intelligitur, iam fuit facta illa congregatio in reditu de captiuitate Babylonica, quando omnis populus Iſraeliticus, qui voluit aſcendere de captiuitate ad terram promiſſionis, habuit licentiam, ſeu poteſtatem hoc faciendi, vt habetur 2. Paralip. *vlt.* & Eſdræ. 1. Et huic ſententiæ conſonat principium huius Prophetiæ, in qua Dominus dixit Prophetæ: *Nunc conuertam cõuerſionem Iacob,* &c. Quod ſi adhuc eſſet futurum, eſſet manifeſtè falſum. Cùm ab illo tempore, in quo dictum eſt, Nunc conuertam: vſq; ad iſtud tempus trãſierunt pluſquã mille, & ſeptingẽti anni. Et ſic dictio, nunc poſita in dicta prophetia ineptè poneretur, Sed quia tempore Ezech. quando hoc dictum fuit per Prophetam, iam temp⁹ prędictæ congregationis imminebat, ideò propriè dicitur in dicta Prophetia, & nunc reducam captiuitatem illam, &c. *Et congregabo eos de terra inimicorum ſuorum,* &c. Et hoc modo intelligitur illud Ezech. 11. *Et congregabo vos de populis, & adunabo vos de terris, in quibus diſperſi eſtis, & dabo vobis humum Iſrael:* quę quidem prophetiæ, & plures aliæ fuerunt impletæ in reditu captiuitatis Babylonicæ per congregationem corporalem Iſraelitarum, quæ tunc fuit facta: & ſic iam hoc amplius non eſt expectandum. Si verò intelligatur de congregatione ſpirituali, ſcilicet animorum, hoc etiam impletum eſt p Chriſtum, ſub quo totus Iſrael. ſcilicet, fideles Chriſti, qui veri Iſrael dicuntur, ꝑut Burgen. declarat *in d. 1. diſt. c. 5.* eſt congregatus, ſeu vnitus in fide Chriſti, ſecundùm quam animæ fidelium vniuntur, ſeu congregantur. Quod autem congregatio ſpiritualis legatur in ſcriptura ſacra, patet Pſal. 40. *Cor eius congregabit iniquitatẽ ſibi.* Conſtat autem quòd congregatio iniquitatum in corde, fit per multarum cogitationum iniquarum congregationem, quæ non eſt congregatio corporum, ſed conceptuum cordis. Et huius congregationis ſpiritualis figura legitur Ezech. 37. vbi legitur quòd Propheta iuſſu diuino duo accepit ligna. Quorum vnum ſcripſit tribu Iudæ, & ſocijs eius. Et aliud tribu Effraym, & ſocijs eius, quæ quidem ligna de mandato Dei vnum ad alterum iniunxit, per quam adiunctionem, vt ibidem legitur, Prima figurabatur à Deo vnio Iſraelis ad inuicem, & ſic, quòd non vltra diuiderentur in duas gentes, & duo regna. Et ſic patet, quòd per coniunctionem duorum lignorum corporalem, figurabitur coniunctio ſpiritualis, & ſic animorum. Et conſequenter patet, qd figuratum eſt nobilius, & dignius ſua figura, vt patet, quia Cæſar nobilior eſt ſua figura in pictura demonſtrata: & ſic intelligentia de congregatione ſpirituali, de qua Ezech. loquitur, rationabilis eſt, vt ſatis eſt demonſtratum.

¶ Nec obſtat, quod dicitur, Nunc conuertam, tum quia non tantùm diſtat tempus, in quo fuit hæc Prophetia dicta à tempore Aduentus Chriſti, ſicut à tempore præſenti, & futuro, in quo dicunt Iudæi adimplendam fore, vt eſt manifeſtum. Ex quibus patet, quòd ſecundùm vtramque expoſitionem Prophetia prędicta eſt impleta, & ſic nihil facit pro intentu Iudæorum.

¶ Nec obſtat, quod in dicta auctoritate dicitur, & non derelinquam quemquam ex eis, quod non fuit adimpletum tempore reditus de captiuitate Babylonica, quia multi ex Iudæis relicti fuerunt in Babylonia, qui non aſcenderunt in Hieruſalem. Ad hoc reſpondetur ſecundùm Burgen. quòd dicta obiectio non procedit propter duo. Primum eſt, quia tempore reditus de captiuitate Babylonica omnes habuerunt licentiam, à Cyro vniuerſaliter redeundi liberè, vt patet 2. Paralip. *vlt.* & 1. Eſdræ, & ſic verificatur illud: Et non relinquam quemquam ex eis, quia nullus derelictus fuit, quin poſſet redire, ſi vellet, ſublato iugo ſeruitutis, & licentia conceſſa generali. Secundum eſt, quia primò Eſdræ, *in fine ſecundi cap. & in principio tertij.* Poſt reditum captiuitatis Babylonicæ hæc verba leguntur: Et habitauerunt Sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores. Congregatuſque eſt populus, quaſi vir vnus in Hieruſalem. Ex qua auctoritate patet manifeſtè, quòd omnis Iſrael fuit in reditu captiuitatis Babylonicæ in Hieruſalem quod concordat cum prima expoſitione de corporali congregatione.

¶ Non obſtat etiam quod dicitur *in dicta prophetia Ezech. Non abſcondam vltra faciem meã ab eis,* quod nullo modo videtur dici poſſe fuiſſe impletum in illo tempore, nec nunc. Cùm à deſtructione templi ſecundi vſq; nunc manifeſtum eſt Deum abſcõdere faciem ſuam a Iudæis pluſquàm antea, relinquendo illos in tam diuturna, & tam acerba captiuitate à Romanis incępta, quæ vſq; nunc perſeuerat, & continuatur. Ad hoc dicendum eſt, quòd verum eſt Deum abſcondiſſe faciem ſuam à Iudæis ipſum negantibus, non autem abſcondit Deus faciem ſuam ab Iſrael, id eſt, fidelibus veris, qui Iſrael dicuntur ſecundùm ſpiritum. Ab his enim nunquam Deus abſcondit faciem ſuã, poſtquam effudit ſpiritum ſuum ſuper eos in die Penthecoſtes: & ideò propriè dicitur per Prophetam: Et non abſcondam vltra faciem meam ab eis, cùm effudero ſpiritum meum ſuper domum Iſrael, dicit dominus. De qua effuſione Prophetatum fuit Ioel 2. *dicentis: Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ,* Prout S. Petrus ſic prædicando Iudæis exponebat Actu. 2. Et quamuis Apoſtoli, & alij diſcipuli Domini paſſi fuerint multas perſecutiones, & martyria. Non tamen ex eo poteſt dici, quòd Deus auerterit faciem ab illis. Per faciem propriè intelligitur gratia Dei, p quam homines ſaluantur. Pſal. 70. *Oſtẽde faciem tuam, & ſalui erimus.* Sed potiùs faciem ſuam eis miſericorditer oſtendit, iuxta illud Numer. 6. *Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui.* Maxima enim Dei miſericordia relucet in illo. Qui propter mundi aduerſa

15 *Comeſtio immundorum hodie non prohibetur, niſi eſſet illa immũda contra ſalutem hominis.*
16 *Lex Moyſi cùm à Deo ſit data, quare fuit mutata, cùm Deus ipſe ſit immutabilis.*
17 *Lex Moyſi à quo tempore cœpit eſſe mortifera.*
18 *Cærimoniarum obſeruantia, quæ in veteri lege præcipiebatur, non ſolum inducit peccatum mortale hodie & hæreſim: verum etiam eſt contra ius naturale.*
19 *Cærimonias legis Moſaycæ obſeruantes hæreſim incurrunt.*
20 *Lex Moyſi à quo tempore cœpit ceſſare.*
21 *Simulatio an ſit ſuo tempore laudanda, cùm aliquando à Deo, & Prophetis laudata ſit.*
22 *Simulatio an ſit peccatum, & conſequenter an contrarietur virtuti.*
23 *Auguſtini poſitio ſuper ceſſatione legaliũ tenetur à communi ſchola Theologorum.*
24 *Lex Euangelica excellentior eſt illa lege Moſayca.*
25 *Iuſtificare quadrupliciter dicitur.*
26 *Lex noua, ſcilicet, euangelica an ſit lenior & mitior illa veteri lege, diſcurre per præcepta moralia & cærimonialia, & alia.*
27 *Sacerdotibus antiquæ legis non licuit leges condere, ſecus ſacerdotibus legis nouæ.*
28 *Lex euangelica honorabilior eſt lege antiqua non ratione fundatoris, ſed ratione promulgatoris, qui fuit Chriſtus Deus & homo.*
29 *Lex euangelica dignior eſt quàm lex vetus, tam in moralibus quàm in cærimonialibus.*
30 *Lex Euangelica nobilior eſt lege veteri, quantum ad ſuum intentum.*
31 *Lex Euangelica vtilior eſt illa veteri.*
32 *Legis veteris ad legem Euangelicam comparatio quo ad vtilitates.*
33 *Lex Euangelica in quibus differt à veteri.*
34 *Pactum ſempiternum, fœdus ſempiternum, Lex ſempiterna, & oblatio ſempiterna, quæ ſic nominantur in lege veteri quomodo intelliguntur contra perfidos Iudæos, eorumq; ſequaces vide latè.*
35 *Aeternum capitur multis modis.*
36 *Perpetuum multis modis dicitur in iure.*
37 *Immunditia duplex conſideratur in lege veteri.*
38 *Circuncisio tollebat peccatum originale ſecundùm catholicos, & hebræos.*
39 *Circunciſio ratione baptiſmi imperfecta tripliciter.*
40 *Circunciſio debuit ceſſare Chriſto paſſo, & diuulgato Euangelio.*
41 *Chriſtus quare fuit circumciſus.*
42 *Omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio, quomodo intelligatur.*
43 *Lex Moſayca an fuerit immutata à lege Euangelica.*

1 QVARTVS ERROR IVDÆORVM EST: quòd non credunt ceſſaſſe legalia tanquam mortua, nec illa eſſe peſtifera † poſt mortem Chriſti, ſeu generalem euangelij prædicationem & calcando veſtigia catholicorum doctorum, de quibus paulò ante mentionem fecimus, iſte error clariſſimis fundamentis confutabitur.

¶ Et quòd dicta legalia non ceſſent, ſed durent: Iudæi arguũt his aut ſimilibus argumentis. Dicunt.n. quòd illa lex Moyſi, ſiue illa legalia erant duratura in æternum, ſeu in perpetuum, qa ſub fœdere æterno data fuerunt à Deo, vt patet de Sabbato Exod.31. *Et cuſtodiẽt filij Iſrael ad faciendum Sabbatũ in generationib. ſuis pacto ſempiterno.* Et de Paſchate. *Exod.12. Erit dies iſta nobis ad memoriã, & ſolemnizabitis ipſam lege ſempiterna.* Item de ſolennitate Penthecoſt. & de feſto tabernaculorum, & de die expiationis habetur *Leuit.23. & 24.* Circuncisio etiam fuit data ſub fœdere æterno. *Gen.17. Itẽ immolatio agni matutini, & veſpertini fuit mandata ſub oblatione ſempiterna. Exo.29* Ergò poſtquã data fuerunt dicta legalia in æternum, non debent ceſſare, ſed ſemper durare. Secundò arguunt, quia ex quo illa lex Moyſi ſufficiẽter eſt à Deo inſtituta, non debet ceſſare. Nam per dictam l. homo iuſtificabatur. Patet, *quia Deus præcepit offerri holocauſta. & ſacrificia pro peccato ſacerdotis, & pro peccato populi. Leu.19.* Imò ordinauit ſacrificia & oblationes iuxta differentiã, & conditionem peccatorum, vt patet per totum diſcurſum Leuitici, quod nõ erat ex alio niſi quia p illa ſacrificia purgabantur ſacerdotes. & populi à peccatis eorum. Item legalia, vt etiã erat circuncisio data erat ad tollendum peccatum originale. Gen.17. *vbi dicitur, q caro quæ circunciſa non fuerit, peribit anima illius de populo ſuo.* Et ideò dicebat D. Iacob. de Valentia & Alfon. *in ſuo tract. contra Iudæos. fol.75. in 4. dubit.* quod quando ſacerdos, ſiue Rabinus circuncidit puerum, *dicit hæc verba: Benedictus dominus Deus Iſrael, qui liberauit puerum iſtum de inferno.* Et ſic per dictam circunciſionem tollebatur peccatum original. vt latè ponit magiſter ſententiarum *in 4. diſt.1. c.4.* Et dicebat S. Gregor. *in 4. Moraliũ. quod apud nos valet aqua baptiſmi. Hoc egit apud veteres, vel pro paruulis ſola fides, vel pro maioribus virtus ſacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ ſtirpe prodierunt myſteriũ circunciſionis.* Tertiò arguunt: illa lex Moyſi non erat innouanda, nec immutanda. Patet, qa ſcribitur Deut. *4. Et nunc Iſrael audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas, & ingrediens poſſideas terram, quam dominus Deus patrum veſtrorum daturus eſt vobis: non addetis ad verbũ quod vobis loquor, neq; auferetis ex eo.* Et ſic quod non tollitur quare ſtare prohibetur. *l. ſancimus. C. de teſtam.*

¶ † Sed prædictis non obſtantibus veritas eſt in contrarium, quòd lex Moſayca ceſſare debebat, & Deus daturus erat legem nouam, aliam à lege Moyſi. Hoc expreſsè habetur Hiere.31. vbi dicitur: *Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. Non ſecundùm pactum quod pepigi cũ patribus veſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerẽ eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt: & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſraël post dies illos dicit Dominus, Dabo legem meam in viſcerib. eorum. & in corde eorum ſcribã eam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ.* Ex qua auctoritate duo habemus expreſsè. Vnum eſt, quòd Deus daturus erat legem nouam aliam ab illa, quam dederat patrib. eorum, cùm educeret eos de Ægypto. Aliud eſt, quòd hæc lex noua alio modo nouo erat danda quàm antiqua. Nã erat ſcribenda in cordib. ſicut antiqua ſcripta fuit in tabulis lapideis ad denotandum firmitatem ſeu ſtabilitatem ſecundæ legis nouæ, & infirmitatem ſeu inſtabilitatem antiquæ legis, de qua dixerat, Pactum quod irritum fecerunt, & hanc auctoritatem Hier. declarat S. Paul. *ad Hebræos.8.* 2

¶ Vnde pro declaratione, & confutatione huius erroris plura ſunt videnda. Primum eſt, quæ ſunt præcepta moralia, quæ iudicialia, & quæ cærimonialia, & conſequenter, quæ præcipiuntur, quæ permittuntur, & quæ prohibentur in lege noua. Secũdum eſt an lex Moyſi in prædictis iudicialib. & cærimonialib. poſſit dici, q eſt lex, & ſi lex eſt, quòd vana imperfecta & mortifera. Tertiò, an intantum ſit mortifera, quòd illam obſeruãtes hæreſim incurrant, & à quo tempore cœperit eſſe talis. Quartò quòd lex euãgelica eſt excellentior lege Moſayca. Quintò reſpondebitur ad argumenta Iudæorum fallacia.

¶ † Quo ad primum dicendum eſt, in lege veteri ſacræ ſcripturæ plura data eſſe præcepta. Quorum aliqua dicuntur moralia quædam myſtica, id eſt, ſignalia, ſeu occultã rationem habentia, *vt in c.1. in fin. de ſacra vnctio.* Nam myſticum † interpretatur abſconditum. Inde Theologia myſtica, quæ innititur ad ſui doctrinam experientijs habitis ad intra, in cordib. animarum deuotarum, vt per Gerſo. *3. part. de myſtica Theologia, conſideratione 1.* & horum præceptorum myſticorum, quædã ſunt ſacramentalia, quædam cærimonialia, *vt tradit gloſſ. in c. fin § his ita. 6. diſt.* Et quædam alia iudicialia, vt de his omnib. tradunt D. Cardin. vterq; *in d. § his ita 3.* Card. Flor. & Abbas Pa. *in c. fin. de conſuet. col.2.* Franc. de Aret. *in c. qualiter & quando. 2. de accuſ.* Ioan. de Imol. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta col.4 ff. de verb. oblig.* Abb. *in c. 1 de purga. poſt par.* Ioan. de Imol. *in conſ.1. Incip. in caſu præmiſſo. col. fin.* per Doct. Theologos. *in 3. lib. Sent. 37. & 40. diſt.* S. Thom. *In 1.2. q 103. cum duab. ſequent.* De quibus loquitur Auguſt. contra Fauſtum dicens in lege veteri eſſe pcepta vitæ agendæ, & præcepta vitæ ſignificandæ. & ſub præceptis vitæ agendæ comprehentur præcepta moralia & iudicialia, vt dicit S. Thom. *In 1.2. q.29 art.4. verſ. ad primum.* 3 4

¶ Moralia ſunt † quibus mores informantur, *vt eſt. Nõ occides, non furaberis, Non mœchaberis, Honora patrem & matrem* Et reliqua quæ ſunt decem præcepta ſcripta in duab. tabulis Exod. 20. & 21. *& in c. quid in omnib. 32 q.7. in gloſſ.* Et dicuntur moralia, eo qđ pertinent ad omnes homines, & omnib. ſunt communia, ſine quibus homines non poſſent adinuicem conuerſari, nec ſimul viuere. Dicuntur etiam moralia, quia ſunt de iure naturæ, & pertinent ad moralem iuſtitiam, quia per hæc decem præcepta tribuitur vnicuique quod ſuum eſt, ſcilicet, Deo latria ſeruitus quod pertinet ad tria prima præcepta primæ tabulæ. Alia autem ſeptem pertinent ad conuerſationem proximi, & ideò iſta decem præcepta moralia immutabilia ſunt, eò quòd ſunt de iure naturæ. Etiam fuerunt obſeruata in lege naturæ, licet non fuerint 5

paſſum, aſinus nimis grauaretur, ſi cum eo in opere copularetur? Ratio verò myſtica huius mandati eſt ſecũdùm S. Thom. vbi *ſupra*, non eſt arandum cum boue & aſino, quia fatuus ſapienti non eſt aſſociandus, ne vnus impediat alium. Præterea aliud mandatum quo præcipiebatur Deut. 21. *non feres veſtem ex lana & lino contextam*. non ſolùm habet rationes myſticas, ſiue morales, ſed etiam literales. Vna eſt quam ponit Ioſephus, vt dicit Nico. de Lyra *vbi ſupra*, propter reuerentiam ſacerdotij, quia in veſtibus ſummi ſacerdotis erat talis commixtio texturæ. Et ideò non erat licita veſtis alijs ſic contexta. Alia ratio aſſignatur ab Alexan. de Ales *in 2. ne.* ſcilicet, populus Dei aſſimilaretur idololatris, qui beneficio ſtellarum putabant prouenire fœcunditatem, & copiam lanæ animalibus, & fertilitatem in agris. Vnde propter hoc lanam & linum ſimul in veſtib⁹ cõiungebant, vt ipſo habitu confiterẽtur ſe ad ſtellarum curſum & ſeruitium obligatos. Sanctus verò Thom. *vbi ſupra*, aſſignat aliam rationem huius præcepti ita dicens. Voluit enim Deus, vt eius populus ab alijs populis diſtingueretur nõ ſolùm ſigno circuncisionis, ſed etiam habitus diſtinctione. Et ideò prohibitum fuit eis, ne induerentur veſtimento ex lana, & lino cõtexto, & hoc propter duo. Primò ad euitandum idololatriæ cultum: huiuſmodi enim varijs veſtibus ex diuerſis confectis gentiles in cultu Deorum vtebantur. Alia ratio erat ad declinandã luxuriam: nam per commixtiones varias in veſtimentis omnis inordinata commixtio coitus excluditur. Figuralis autẽ ratio eſt, quia in veſtimento contexto ex lana, & lino introducitur connectio ſimplicitatis ignorantiæ, quæ ſignificatur per lanam: & ſubtilitatis malitiæ, quæ ſignitur per linum. Præterea aliud mandum quo præcipiebatur Leuit. 19. *Agrum non feres diuerſo ſemine*. Cauſam etiam habet literalem, quæ eſt ſecundùm S. Thom. in deteſtationem etiam idololatriç, quoniam Ægyptij in venerationem diuerſas commixtiones faciebant & in ſeminibus, & in animalibus, & in veſtibus, vt dictum eſt, repræſentantes diuerſas coniunctiones ſtellarum: vel omnes huiuſmodi coniunctiones variè prohibentur ad deteſtationem coitus contra naturam. Cauſa figuralis huiuſmodi prohibitionis eſt, quia Ager, id eſt, eccleſia non eſt ſeminandus diuerſo ſemine in doctrina catholica & hçretica. Vt verò latiùs pateat ratio figuralis dictorum trium præceptorum dicendum eſt ſecundũ Card. Alex. quòd triplex eſt duplicitas. Prima in corde. Secunda in ore. Tertia in opere, ſicut tripliciter contingit peccare, ſ. corde, ore, & opere. Prima duplicitas cordis prohibetur illo præcepto, *non induaris veſte lino lanaq; contexta*. Per linum enim quod eſt ſubtile, & occultum, quia ſub tegmine lanæ ponitur, malitia intelligitur, quæ latet in corpore. Per lanam quæ blanda eſt, & mollis, dum tangitur, intelligitur blanda & mollis ſiue amicabilis facies exterius. Per hoc qđ lex prohibet diuerſo ſemine ſeri agrum, prohibet ſecundam duplicitatem, ne quis verbum detractionis in occulto habeat, & verbum adulationis habeat in aperto, quod autem ſemẽ ſignificet verbum, habetur Luc. 8. *in c.* 1. 42. *diſt.* Per hoc qđ prohibetur non arandum cum boue, & aſino, prohibet tertiam duplicitatem: quæ conſiſtit in operatione, ſcilicet, ne quis operetur bonum in aperto & malum in occulto faciat, ſicut hypocritæ. Per bonem autem intellige malum opus ſecundùm Arch. ponit alias S. Thom. *in* 1. 2. *q.* 102 *art.* 2. Ex quibus ſequitur quòd de cærimonialib⁹ ratio reddi poteſt, cùm hoc quod repræſentabant aliquid in lege euangelica. Secundùm illud primæ Corinth. 20. *Omnia in figuram contingebant illis*. Et ſic cærimonialia ratione modi agẽdi & ſignificandi eo qđ diſponebant ad modum colendi Deum.
9 Et hæc cærimonialia erant in quadruplici differentia. † Nam quædam pertinent ad ſacra, quædam ad ſacramenta, quçdam ad ſacrificia & oblationes, quædam ad abſtinentias. Sacra erãt illa, quæ ad cultum diuinum dedicabantur, & hæc erant quinque ſecundùm qđ quinq; ſanctificabantur, & dedicabãtur ad cultum diuinum. Nam primò dedicabuntur pſonæ, ſecundò loca, tertio tempora, quartò ornamenta perſonarum, quintò vtenſilia templi & loci ſacri.

¶ Perſonarum autem dedicatarum, quædam dedicabantur, & ſanctificabantur ad colẽdum Deum. Et iſte erat ſolus & totus ille populus 12. Tribuum Iſrael, quia ſolus & totus ille populus erat electus ad colendum Deum vnum creatorem omnium, vt in Pſal. 75. *Notus in Iudæa Deus*: quædam autem perſonç dedicabantur ad miniſterium cultus diuini, ſicut erant ſacerdotes & leuitæ, & cantores, & ianitores, & iſti erant de ſola tribu leui. Quædam autẽ perſonæ ſanctificabantur & purgabantur à peccato & immunditia, ſicut erant peccatores, & leproſi, & mẽſtruatæ, vt patet in Leuitico. Iſtæ ergò erant perſonæ quæ ſanctificabantur, & diſponebantur ad diuinum cultum, & habilitabantur ad ipſum.

¶ Loca verò conſecrata & dedicata ad diuinum cultum erant, Hieruſalem, & templum, ſiue tabernaculum & arca.

¶ Tempora autem dedicata ad cultum Dei erat principaliter ſabbatum. Exinde feſtum azimorum, & Penthecoſtes, & tubarum, expiationis & tabernaculorum, vt latè habetur Leuit. 23.

¶ Ornamenta dedicata ad diuinum cultum erant ornamẽta ſacerdotis, ſcilicet, ephod, rationale, & humerale, & mitra & alia.

¶ Vtenſilia autem templi erant candelabra, & mortariola. Omnia ergò iſta quinq; ſupradicta ſcilicet, loca, tempora, ornamenta & vtenſilia dicebantur ſacra, ſiue ſancta, eo quòd ad cultum diuinum erant cõſecrata & ſanctificata, quod erat primum genus cærimonialium.

¶ In ſecundo genere erant ſacramenta, quæ dicebantur illa, quib. conſecrabantur, & hæc erant tria. In primo loco erat circuncisio qua ſanctificabantur omnes filij Iſrael. In ſecundo erat vnctio, quia vngebantur ſacerdotes & reges, vt habetur Exod. 30. In tertio loco erãt purgationes & lotiones & aſperſiones quibus purgabantur peccatores & leproſi, vt patet in leuitico, quæ dicebantur ſacramenta, eo quòd ſanctificabant, & conſecrabant perſonas & loca.

¶ In tertio genere cærimonialium erant ſacrificia diſtincta, quæ offerebantur. Et ea offerebant perſonæ ſanctificatæ in locis ſacris, quæ quidem ſacrificia & holocauſta fiebant ex certis animalib[illegible]undis, vt patet in Leuitico, ad quod etiam genus cærimonialium pertinent oblationes. Et horum ſacrificiorum erat triplex genus, ſcilicet holocauſtum, quod totum comburebatur, àb holon totum & cauſtum incenſum quaſi totum incenſum, vt ſicut totum animal reſolutum in vapores ſurſum aſcendebat. Ita ſignificabatur, quòd homo & omnia quæ eius ſunt, Deo ſunt ſubiecta. Et inter omnia ſacrificia iſtud erat præcipuum, eò quòd totum cõburebatur, & nihil ex eo comedebatur. Et propter hanc perfectionem ſolus maſculus in holocauſtum offerebatur. Secundum genus erat ſacrificium ꝓ peccato, quod offerebatur ex neceſſitate remiſſionis peccati, ꝙ in duas partes ſecabãt, nam vna pars eius comburebatur, alia verò cedebat in vſum ſacerdotum ad ſignificandum, quod peccatorum expiatio fit à Deo per miniſterium ſacerdotum, niſi quando offerebatur ſacrificium pro peccato totius populi, vel ſpecialiter pro peccato ſacerdotis. Tunc enim totum comburebatur, non debebant in vſum ſacerdotis venire ea, quæ pro peccato offerebãtur, vt nihil peccati in eis remaneret. Et iſtud ſacrificium ſecundum locum tenuit in ſanctitate, quod comedebatur ſolum in atrio à ſacerdotibus in ipſo die ſacrificij. Tertium erat ſacrificium, quòd vocabatur hoſtia pacifica, quç offerebatur Deo pro gratiarum actione, vel pro ſalute offerebatur ex debito beneficij accepti, vel accipiendi. Et hæc tripartiebatur. Prima pars accendebatur ad honorem Dei, alia pars cedebat in vſum ſacerdotum, tertia pars in vſum offerẽtium, ad ſignificandum, quòd ſalus hominis procedit à Deo dirigentibus miniſtris Dei, & cooperantibus ipſis hominibus, qui ſaluantur. Et hoc ſacrificium tertium gradum in ſanctitate tenebat. In quarto inſuper genere cçrimonialium ponebantur obſeruantiæ & abſtinentiæ à cibis & rebus immundis, puta non comedere porcum, neq; anguillam, vt patet in leuitico. Sic ergò ad hæc quatuor genera reducuntur omnia pcepta cærimonialia, quia aut erant de ſacris, aut de ſacramentis & oblationibus, aut de obſeruantijs, aut abſtinentijs, quæ omnia dicebantur cærimonialia inquantum reſpiciebant & obſeruabãt modum, perſonas, loca, & tempora ad cultum diuinũ, & ad quandam ſignificationem de futuris myſterijs, quia Deus nobiliori & conuenientiori & digniori modo poterat coli, & placari. Et ſic talis cultus totus erat cærimonialis, & ſignificatiuus, qa cærimonia non dicit, niſi modum & figuram, & ſignificationem, quia omnis cærimonia quæcunq; ſit, ſit ad ſignificandũ aliud, vt patet in cærimonijs quæ fiunt in ſeruitio & honore ſummorum Pontificum, & Regum, prout latius dicam *inf.* de aliquib⁹ cærimonijs, quæ hodie frequentãtur apud apoſtatas de genere Iudçorum deſcendentes, de illarũq; ſignificatione *in* §. 5. *error*.

10 2. ¶†Iudicialia verò præcepta ſunt illa, quæ data ſunt ad correctionem & ad punitionem tranſgreſſorum; quia aut dirigunt homines ad ſeruanda præcepta moralia; aut puniunt tranſgreſſores præceptorum; dando oculum pro oculo, dentem pro dente, & vitam pro vita. Ideò hæc præcepta partim ſunt moralia, partim cæremonialia & iudicialia, vt ſtatim dicam.

¶Horum autem omnium præceptorum moralium & cæremonialium, quædam præcipiuntur obſeruari, vt moralia, *vt ſupra dixi*. Quædam prohibentur, vt cæremonialia & iudicialia, quia euacuata ſunt per legem nouam, aliter tamen, & aliter, vt tradit Lyra. Exo. 21. quia cæremonialia ſic euacuata ſunt, quòd ea obſeruare poſt promulgationem euangelij eſt mortiferum. Vnde dicit Apoſtolus ad Galat. 5. *Si circumcidamini Chriſtus non proderit vobis*. Et hoc eſt etiam intelligendum de alijs cæremonialibus, vt declarat ibi S. Thom. *lectione* 1 & hoc eſt ex eo, quia qui ſe circumcidit, ſeu ſeruat legalia, credit adhuc ſignatum durare, & ex conſequenti ſignatum nondum veniſſe, & ſic excidit à Chriſto, & huius ratio eſt, quia cæremoniæ erant quædam figuræ, & proteſtationes Chriſti venturi, & noui teſtamenti. Et ideò eas obſeruare poſt Euangelium promulgatum eſt dicere, quòd tempus aduentus Chriſti, ac noui teſtamenti nondum eſt impletum, nec veritas figurarum eſt impleta per Chriſtum, quod eſt manifeſtè hæreticum. Et ideò obſeruantes has cæremonias tanquam hæretici condemnantur. *cap. contra Chriſtianos. de hæret. lib. 6.*

¶Thurificatio tamen quæ erat de cæremonialibus veteris teſtamenti remanet in noua lege, quia non figurabat directè aliquid futurum, ſed deuotionē populi Deum colentis, quæ maior eſt in nouo teſtamento quàm in veteri. Et ſic dicta cæremonialia omninò ceſſarunt in nouo teſtamento quantum ad literā. Sed quantum ad moralem intelligentiam ſeu expoſitionē adhuc debent ſeruari, vnde *in d. c. ſunt* § *hæc ita diſt. 6.* dicitur quòd myſtica mandata legis quantum ad ſuperficiem à naturali iure videntur aliena, quantum autem ad moralem intelligentiam mutabilitatem neſcire probantur, & ubi videntur annexa, ac per hoc, & ſi ſecundum ſuperficiem videntur eſſe mutata, tamen ſecundum moralem intelligentiam nō ſunt mutata, & ſecundùm hoc intelligitur illud Pſal. 18. *Cuſtodiam legem tuam ſemper & in ſeculum ſeculi* quia non ſolum moralia, ſed etiam cæremonialia legis ſecundùm moralem intellectum obligant ſemper, ideò debent ſeruari. Sicut verbi gratia, quòd non comedantur carnes porcinæ quia in lege prohibetur, ſeruari non debet, ſed quòd non habeantur mores laſciui, luxurioſi, figurati per talē cibum ſemper debet ſeruari, vt inferiùs latius dicā, & de his cæremonialib. dixit dominus Moyſi Exo 19. *Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum. Oſtendas populo cæremonias & ritum colendi Deum*, & quòd figuratiuæ erant dicit Paul. *ad Col 2. Nemo vos iudicet in cibo aut potu aut in parte diei feſti, aut neomeniæ aut ſabbatorum quæ ſunt vmbra futurorum*, id eſt, figura ſcilicet, Chriſti & populi Chriſtiani, & ſacramentorum & morum ipſorum, vt per Antoninum Florent. *in 1 parte ſumma. tit. 14 cap. 5.*

¶Et pro eo dicit S. Thom. *in 1. 2. q. 101. art. 2. dicta præcepta cæremonialia dicuntur, quæ ordinantur ad cultum Dei, qui duplex eſt, interior, ſcilicet, & exterior. Cùm enim homo ſit compoſitus ex anima & corpore, vtrunque debet applicari ad colendum Deum, vt, ſcilicet, anima colat interiori cultu & corpus exteriori.* Vnde in Pſal. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum* Et ſicut corpus ordinatur in Deum per animam, ita cultus exterior ordinatur ad interiorem cultum. Conſiſtit autem interior cultus in hoc, quòd anima coniungatur Deo per intellectum, & affectum. Et ideò ſecundùm quòd diuerſimodè intellectus & affectus colentis Deum, Deo rectè coniungitur, ſecundum hoc diuerſimodè exteriores actus hominis ad cultum Dei applicantur. In ſtatu enim futuræ beatitudinis intellectus humanus ipſam diuinam veritatem in ſeipſo intuebitur. Et ideò exterior cult⁹ non conſiſtit in aliqua figura, ſed ſolùm in laude Dei, quæ procedit ex interiori cognitione & affectione, ſecundùm illud Eſaiæ. 51. *Gaudium & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* In ſtatu autem præſentis vitæ non poſſumus veritatem diuinā in ſeipſam intueri, ſed oportet quòd radi⁹ diuinæ veritatis nobis illuceſcat ſub aliquibus ſenſibilibus figuris, ſicut Dionyſius dicit *cap. 1. cœleſtis Hierarchiæ*. diuerſimodè tamen ſecundùm diuerſum ſtatum cognitionis humanæ. In veteri enim lege neque ipſa diuina veritas in ſeipſa manifeſta erat, neque etiā adhuc propalata erat via ad hoc perueniendi, ſicut Apoſtolus dicit ad Hebræos 7. Et ideò oportebat exteriorem cultum veteris legis non ſolùm eſſe figuratiuum futuræ veritatis manifeſtandæ in patria, ſed etiam figuratiuum Chriſti, qui eſt via ducens ad illam patriæ veritatem. Sed in ſtatu nouæ legis hæc via iam eſt reuelata, vnde hanc præfigurari non oportet, ſicut futuram, ſed commemorari oportet per modum præteriti vel præſentis, ſed ſolùm oportet præfigurari futuram veritatem gloriæ nondum reuelatam, & hoc eſt quod Apoſtolus dicit *ad Hebræ. 11 Vmbram habet lex futurorum bonorum non ipſam imaginem rerum. Vmbra enim minus eſt quàm imago, tanquam imago pertineat ad nouam legem, vmbra verò ad veterem*, hæc ille.

¶Nec obſtat, quòd lex populo danda debet eſſe manifeſta ſecundùm Iſidorum *capitulo erit autem lex. 4. diſtinct.* Ad hoc reſpondet ibi ſanctus Thomas ad primam, quia diuina non ſunt reuelanda hominibus, niſi ſecundùm capacitatem eorum, alioquin daretur eis materia præcipitij, dum contemnerent, quæ capere non poſſent. Et ideò vtilius fuit, vt ſub quodam velamine figurarum diuina myſteria Dei populo traderentur, vt ſaltem ea implicitè cognoſcerent, dum illis figuris deſeruirent ad honorem Dei. Et ſic patet de ſacramentalibus, & cæremonialibus præceptis.

¶Iudicialia †verò præcepta ſic ſunt euacuata, quòd non obligant in lege noua, ea tamen obſeruari poſſent, vtpote ſi aliqui Princeps Chriſtianus ea inſtitueret in terra ſua, vt notat Ioan. de Anan. *in c. iudæi. 2. de iudæis. col. pen* & Ioan. de Imol. *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.* & Alex. in. de Imol. *in conſ. 15 incip. attentis his col. 2. lib. 7* Et ſic non habuerunt perpetuam obligationem, ſed ſunt euacuata per aduentum Chriſti, aliter tamen, quàm cæremonialia, nam cæremonialia à Deo ſunt euacuata, vt non ſolùm ſint mortua, ſed etiam mortifera, obſeruantibus ea poſt Chriſtum, maximè poſt euangelium diuulgatum, vt dicit ſanctus Thom. *q. 104 artic. 3.* Præcepta autem iudicialia ſunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi, non tamen ſunt mortifera, quia vt dixi, ſi quis princeps ordinaret in regno ſuo illa iudicialia obſeruari non peccaret, *vt patet in c. apſt. 1. de adult.* niſi fortè hoc modo obſeruarentur, vel obſeruari mandarentur tanquam habentia vim obligandi ex veteris legis inſtitutione. Talis enim intentio obſeruandi eſſet mortifera. Et huius differentiæ ratio poteſt colligi ex eo, quia præcepta cæremonialia ſunt figuralia primò, & per ſe tanquam inſtituta principaliter ad figurandum Chriſti myſteria, vt futura. Et ideò ipſa obſeruantia eorum præiudicat fidei veritati, ſecundùm quam confitemur illa iam eſſe completa. Præcepta autem iudicialia non ſunt inſtituta ad figurādum, ſed ad diſponendum ſtatum illius populi, qui ordinabatur ad Chriſtum. Et ideò mutato ſtatu illius populi Chriſto iā veniente iudicialia præcepta obligationem amiſerunt. Lex enim fuit pædagogus ducens ad Chriſtum, vt dicitur ad Galat 3. quia tamen huiuſmodi iudicialia præcepta non ordinantur ad figurandum, ſed ad aliquid faciendum, ipſa eorum obſeruatio abſolutè non præiudicat fidei veritati, quia per hoc non haberetur, quòd ſtatus prioris populi adhuc duraret, & quòd Chriſtus nondum veniſſet. Et ſic illa iudicialia præcepta erant inſtituta ad conſeruandū ſtatum illius populi in pace per opera iuſtitiæ, ita quòd non erant de ſe, vel per ſe figuratiua alicuius futuri in noua lege, ſed tantùm per accidens, inquantū ſtatus illius populi erat figuralis reſpectu ſtatus noui teſtamenti. Et ideò poſſunt obſeruari tempore noui teſtamenti, inquantum de nouo inſtituta, per aliquem principem. Et ita Iuſtinianus, & Pontifices maximi fecerunt multas leges Exodi in corpore iuris ciuilis, & canonici inſeri. Et tunc non habent robur inquantum huiuſmodi, & ſic non inquantum legales obligant ſed inquantum aliunde rationabiliter impoſitæ ſunt, vt dictum eſt. Si tamen obſeruarentur tanquam ex lege veteri obligatoria, eſſet mortiferum, quia hoc eſſet aſſerere, quòd adhuc maneret ſtatus illius populi veteris teſtamenti, & hæc de primo. 11

¶Quoad ſecundum, †an lex Moyſi poſſit dici, quòd non eſt lex. Et ſi lex eſt, quòd eſt vana imperfecta & mortifera? Reperio, quòd Petrus de Aliaco *in princ. in 1. Senten. fol 3. col. 3. in verſi. ex quo ſequitur*, dicit, quòd nec doctrina Mahometica nec doctrina Moſi literaliter intellecta eſt lex dicenda, de doctrina autem Mahomet certum eſt fidelibus quòd eſt falſa de doctrina Moſaica quòd ſit falſa literaliter intellecta ſatis patet, quia Apoſt. dicit 2. *Cor. 3. Littera occidit*; hæc ille. Illud dictum ſanè intelligerem, vt ſolùm loqua- 12

tur

tur de cæremonialibus, & iudicialibus prædicto modo ſumptis, quòd non ſint ſeruanda tanquam mortua. Nec auderem dicere ita audacter quod dicit Petr. de Aliaco, quia ſacra ſcriptura ſub nomine legis vocat legem Moyſi. Ioan. 1. *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et in quamplurimis locis lex appellatur, & obſeruatores illius ante Chriſti aduentum ſaluabantur, hoc eſt, quia morientes ibant ad inferos in lymbum Patrum, vbi expectantes Chriſtum non patiebantur pœnam ſenſus, ſed damni ſic. Et S. Iacob Patriarcha nunciata morte Ioſeph dicebat: *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum.* Geneſ. 37. vbi Auguſtinus dicit, eſſe apud infernum quædam loca ſecretoria & minus pœnalia ante paſſionem Domini, ad quæ etiam ſancti deſcendebant, quia nullus Paradiſum ingredi poterat, donec Chriſtus romphæam igneam amoueret, & ſic exponitur in infernum, id eſt, ad lymbum ſanctorum patrum, qui eſt ſuperior pars inferni, vt ibi exponit Nicol. de Lyra. Et licet Hebræi dicant, quòd ille textus intelligitur de ſepulchro vel foſſa. Hoc tamen non videtur congruere textui, quia Iacob dicebat: Deſcendam ad filium meum, & filius eius non erat in ſepulchro, nec ipſe etiam hoc credebat, quia annunciatum fuerat ſibi, quod fera peſſima deuorauerat eum. Vnde neceſſario debet intelligi de lymbo, vbi credebat Ioſeph eſſe. Et illum locum appellabant aliqui Doctores
12 Hebræi, ſuburbana Paradiſi, dicentes quòd omnes patres fuerunt ibi vſq; ad aduentum filij Phares. Et ſic locum quem illi appellabant ſuburbium Paradiſi, nos appellamus lymbum, quæ nomina licet diuerſa idem ſignificant: ſecundum Paul. Burgen. *in 2. parte ſui ſcrutiny diſt. 6. cap. 4.* vbi ex multis exemplis & authoritatibus probat Patres antiquos ante aduentum Chriſti non aſcendiſſe in Paradiſum, ſed ad Lymbum deſcendiſſe expectantes dictum aduentum. Et ex hoc licet illa lex Moyſi eſſet ſancta & à Deo data, vt tradit S. Thom. *in 1. 2. quæſt. 98. art. 1. in corpore.* Imò ſi quis diceret atque crediderit alterum Deum eſſe priſcæ legis, alterum euangeliorum anathema ſit, dicit S. Auguſtin. *in ſermone. cap. 19.* Tamen reſpectu legis euangelicæ dicitur lex vana, inquantum per eam homines non conſequebantur finem ad quem fuerunt creati, ſcilicet, vitam æternam & glorioſam. Omnis enim medicina quantumcunq; bene ordinata, ſi tamen homo eam ſumens non conſequitur per eam ſanitatem intentam, vana dicitur. Et ſic vana dicitur dicta lex Moſayca reſpectu dictæ legis Chriſtianæ, per quam homines finem prædictum conſequuntur. Reſpectu tamen aliarum legum mundi non debet dici vana, inquantum ipſa lex Moſayca diſponebat ad legem Meſſiæ, per quam finis humanæ vitæ habetur, vt per Burgen. *in d. diſt. 8 cap. 3.*

¶ Quod autem dicta lex Moſayca vitam æternam non promittebat, nec præſtabat, probatur Ezech. 20. vbi dicitur: *Ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent.* quæ exponens S. Thom. *in 1. 2. quæſt. 98. art. 1. ad primum.* dicit quòd Dominus ibi loquitur de præceptis cæremonialibus, quæ dicuntur non bona, quia gratiam non conferebant, per quam homines à peccato mundarentur, cum tamen huiuſmodi ſe peccatores oſtenderent. Vnde ſignanter dicit, & iudicia, in quibus non viuent, id eſt, per quæ vitam gratiæ obtinere non poſſunt. Et ideo Paul. dicit ad Galat. 2. *Si enim per legem iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.* Sic etiam dicta lex Moſayca imperfecta dicitur, quia non ducebat homines ad perfectionem poſt mortem, Paul. ad Hebr. 7. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Vbi dicit S. Thom. *lectio 3. Nihil enim ad perfectionem, nec ſcilicet, iuſtitiæ, nec patriæ adduxit, vnde erat imperfecta, ſed perfecta ſunt per Chriſtum.* Et ideo ibi S. Paul. dicit tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat, vt habetur *in cap. tranſlato. de conſtit.* Et ſic ſacerdotium Chriſti euacuauit ſacerdotium leuiticum. Paul. 1. ad Corinth. 13. dicit, *Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.*

13 ¶ Dicitur etiam † dicta l. mortifera, quia hodie obſeruantes cæremonialia & iudicialia modo de quo ſupra dixi, mortaliter peccant, & credunt Chriſtum non veniſſe. Paul. ad Galat. 5. *Si circumcidamini Chriſtus non proderit vobis,* & ſic patet omnis legis eſſe nociuum. Et ideo obſeruantia talium ablata fuit per Apoſtolos in primo Concilio Hieroſolymis celebrato, vt habetur Actuum 15. Quia ſurrexerant quidam de hæreſi Phariſæorum qui crediderant dicentes, quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque, & ſeruare legem Moyſi. Conuenerunt que Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc, & infra: Tunc in eo concluſum fuit, ſcil. Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis. ¶ † Et ſi dicatur quare iubetur abſtineri à ſanguine, & ſuffocato; cum 14
abſtenſio talium eſſet in lege mandata, vt patet Geneſ. 19. *Carnem cum ſanguine non comedetis.* Et Ezech. 44. *Omne morticinium, & captum à beſtia de auibus & pecoribus non comedant ſacerdotes.* Et dicit ibi Raba. quod morticinium eſt in quo animæ ſanguis emortuus eſt. Et in Actib. Apoſtolorum dicitur ſuffocatum, ergo cæremoniæ legales poſſunt abſque peccato obſeruari, quia ſic Apoſtoli ſtatuerunt, *vt in d. cap. 15.* Ad hoc reſpondeo ſecundum ſanctum Thom. *in 1. 2. quæſt. 103. art. 4. ad tertium,* vbi dicit ſecundum quoſdam, quod illa prohibitio Apoſtolorum non eſt intelligenda ad literam, ſed ſecundum ſpiritualem intellectum, vt ſcilicet, in prohibitione ſanguinis intelligatur prohibitio homicidij. Et in prohibitione ſuffocati intelligatur prohibitio violentiæ & rapinæ. In prohibitione immolatorum intelligitur prohibitio idolatriæ. Fornicatio autem prohibetur tanquam per ſe malum: & hanc opinionem accipiunt à quibuſdam gloſſ. quæ huiuſmodi præcepta myſticè exponunt, ſed quia homicidium & rapina etiam apud gentiles reputabantur illicita non oportuiſſet ſuper hoc ſpeciale mandatum dari his, qui erant ex gentilitate conuerſi ad fidem. Vnde alij dicunt quod ad literam illa comeſtibilia erant prohibita non propter obſeruantiam legalium, ſed propter gulam comprimendam. Vnde dicit Hieron. ſuper illud Ezech. 44. *Omne morticinium, &c.* Condemnans ſacerdotes, qui in cibis, & cæteris huiuſmodi hęc cupiditate gulæ non cuſtodiunt, ſed hęc ratio non ſatiſfacit quare hæc fuerunt magis prohibita quam alia, cum alia ſint ad gulam magis prouocantia, quam illa. ¶ Et ideo dicendum eſt ſecundum tertiam opinionem, quod ad litteram iſta ſunt prohibita non ad obſeruandum cæremonias legis, ſed ad hoc quod poſſet coaleſcere vnio gentilium, & Iudæorum inſimul habitantium. Iudæis enim propter antiquam conſuetudinem ſanguis, & ſuffocatum erant abominabilia. Comeſtio autem immolatorum ſimulachris poterat in Iudæis generare circa Gentiles ſuſpicionum reditus ad idolatriam. Et ideo hæc fuerunt prohibita pro tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in vnum gentiles, & Iudæos: procedente autem tempore ceſſante cauſa ceſſauit effectus. Manifeſtata euangelicæ doctrinæ veritate, in qua Dominus docet, *quòd nihil quod per os intrat coinquinat hominem,* vt habetur Matt. 15. *Et quòd nihil eſt reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur,* vt dicit Paul. 1. ad Timot. 4. Fornicatio autem prohibetur ſimpliciter, quia Gentiles non reputabant eſſe peccatum, hęc Thom. ¶ † Itaque co- 15
meſtio horum immundorum hodie non prohibetur, ſed cuilibet permittitur comedere omnia comeſtibilia, niſi ſciantur eſſe contra ſalutem corporis, licet non inueniatur ſcriptum, prout refert S. Paul. ad Rom. 14. dicens: *Nihil commune per ipſum niſi ei, qui exiſtimat quid commune ſit eſſe, illi commune eſt.* Et 1. ad Timot. 4. *omnis creatura Dei bona.* Et clarius patet in viſione quam habuit Petr. Act. 10. qui audiuit tunc vocē ſibi dicentem, *Quod Deus purificauit tu ne commune dixeris.* Et dicebat Vgo Cardin. *in d. cap. 14. quòd ad litteram Apoſtoli præceperunt Iudæis abſtinere à ſanguine & ſuffocato. Et ſic vt pacem haberent cum conuerſis de Iudæis, quibus hæc erant abominabilia.* Ad aliud dictum Hieronymi poſſet reſponderi, quòd ideo illud dixit, quia cum homo naturaliter abhorreat reliquias lupi, & aliarum ferarum vix poteſt eſſe quin hæc comedantur ex libidine, & non propter neceſſitatem. Vel aliter poſſet dici, quod ideo permiſſa fuit abſtenſio à ſanguine, & ſuffocato pro illo tempore tanquàm quid neceſſarium: eo quia illi nouiter conuerſi ad fidem non erant aſſueti illa comedere: quia horrorem eis inducebant, & abominabilia erant eis. Et ſi eis eſſet mandatum, vt ea comederent, inducerentur ad aliquam corporalem infirmitatem. Et ideo tanquàm neceſſarium eorum ſaluti placuit, vt abſtinerent non tanquàm illud eſſe cæremoniale, ſicut ſi comeſtio porci eſſet nociua ſtomacho Chriſtiani, & medicus conſuleret infirmo ne comedat. Nam non ſit ob hoc, vt legem ſeruet, ſed vt ſanitati conſulat. Et ita illi peruenirent ad legem euangelicam ſine detrimento corporis. Et ex hoc inferri poſſet, quod ſi quis de Iudaiſmo ad Chriſtianitatem eſſet conuerſus, & non comederet prohibita in lege Moſayca, non ex eo quia prohibita, ſed quia nociua, & quia in illis non habet aſſuefactum ſtomachum,

machum, quod ex hoc ſolo non putarem puniendum: reſpectu autem gentilium erat facta illa prohibitio propter ſcandalum infirmorum, & propter alia quæ prædicti doctores dicũt: hæc dico cum correctione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

¶ Vnde quia dicta lex Moſayca erat vana, imperfecta, & futura mortifera, vt hodie eſt, fuit reuelatum à Deo prophetis, quod illa erat tollenda & immutanda, vt habetur in Hierem. 3. cap. dum dicit: *Cum multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis ait Dominus: non dicent vltra Arca teſtamenti Domini: neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltra.* vbi notat Nicol. de Lyra: quod per iſta deſignatur ceſſatio cærimoniarum veteris legis, quam videmus impletam.

16 ¶ Sed contra prædicta poſſent duo obiici. Primum eſt: † Si lex vetus fuit data per diuinam prouidentiam, cum illa ſit immutabilis, & per conſequens non debuit mutari. Cum ergo mutata ſit, non eſt data per diuinam prouidentiam, Et hoc eſt argumentum Manichæi. Secundum eſt: Si lex Moyſi fuit reprobata, non eſt ex alio niſi quia mala. Nam non reprobatur niſi malum. Eſai. 11. *vt ſciat reprobare malum.* Illud autem mandatum non eſt malum. Rom. 7. *lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.*

¶ Ad vtrumque obiectum reſpondet S. Thom. ad Hebr. 7. *lect.* 3. dicens quo ad primum ſecundum Auguſtin. contra Fauſtum, quod ſicut ſapiens diſpenſator vna & eadem diſpoſitione & prouidentia ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarum dat alia & alia præcepta ſicut alia hyeme, alia æſtate, alia pueris, alia ſenibus, alia perfectis, alia imperfectis, & tamen eſt eadem prouidentia. Ita diuina prouidentia immobili permanente, mutata eſt lex propter mutationem temporum, quia ante aduentum debuerunt dari præcepta, quæ ſignificarent venturum: ſed poſt aduentum, quæ ſignificent veniſſe. Item data ſunt illis præcepta ſicut pueris, in nouo vero ſicut perfectis, vnde lex dicitur pædagogus, quod eſt propriè puerorum. Vnde ſi in lege dicitur aliquid, quod ſonet in perpetuitatem, hoc eſt ratione ſignati: *ad id in capitulo non debet. de conſang. & affi.* Ad ſecundum dicit quod dictum mandatum non erat mandatum ſecundum ſe, ſed vt inconueniens tempori, non enim ſeruanda ſunt in nouo ſacerdotio, quæ fuerunt in antiquo. Pſalm. 39. holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio, & ideo dicitur, quod illud reprobatur, & hoc propter infirmitatem, & inutilitatem: illud autem dicitur infirmum, quod non poteſt exequi effectum ſuum, proprius autem effectus legis, & ſacerdotij eſt iuſtificare, hoc autem lex non potuit facere. Rom. 8. *nam quod impoſſibile erat legi in quo infirmabatur ſecundum carnem.* Galat. 4. *Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuò vultis ſeruire.* Item inutile dicitur, quod non valet ad finem conſequendum, hoc autem non poteſt lex, quia non adducebat ad beatitudinem, quæ finis eſt hominis, ſed tamen ſuo tempore fuit vtilis, in quantum diſponebat ad fidem, ad Hebræos 11. *Iuxta fidem omnes defuncti ſunt, non acceptis repromiſſionibus.* quare autẽ ſit infirmum & inutile oſtendit, cum dicit, Nihil enim ad perfectionem, nec ſcilicet iuſtitiæ, nec patriæ adduxit. Vnde erat imperfecta, ſed perfecta per Chriſtum, vt ſupra dixi, & ideo illud quod Barg. dicit *in additio.* 1. *ſuper Ezech.* 20. quod iuſtitia legis ſuo tempore obſeruata non ſolum bona terræ, ſed vitam æternam dabat. Sanè intelligeretur poſtquam Chriſtus aduenisset liberaturus illos in Limbo exiſtentes, in cuius mediatoris fidem legem obſeruaſſent, prout dicit Zachar. 9. *Tu in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua.*

17 ¶ QVO AD tertium, † à quo tempore cœpit eſſe mortifera dicta lex Moſayca. Dicendum eſt, quòd ſuper hoc fuerunt variæ ſententiæ inter duo magna luminaria eccleſiæ, ſcilicet, beatum Hieronymum & beatum Auguſtinum, & ideo Do-
18 ctores variè ſcripſerunt: Et pro dicendorum euidentia † præmittendum eſt, vt etiam aliqualiter tactum eſt, quòd cærimoniæ legis veteris ſunt quædam proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior Dei cultus: ſic autem fidem interiorem poteſt homo proteſtari factis ſicut & verbis, & in vtraque proteſtatione ſi aliquid falſum homo proteſtatur peccat mortaliter: quamuis autem, vt dicit S. Thom. *in* 1. 2. *quæſt.* 103. *art.* 4. ſit eadem fides, quam habemus de Chriſto, & quam antiqui Patres habuerunt; tamen quia ipſi præceſſerunt Chriſtum, nos autem ſequimur, eadem fides diuerſis verbis ſignificatur à nobis & ab eis: Nam ab eis dicitur: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, quæ ſunt verba futuri temporis, nos autem idem repræſentamus per verba præteriti temporis dicentes, quòd concepit & peperit, & ſimiliter cærimoniæ veteris legis ſignificabant Chriſtum vt naſciturum, & paſſurum, noſtra autem ſacramenta ſignificant Chriſtum, vt natum & paſſum, ſicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc ſuam fidem proteſtando diceret Chriſtum naſciturum, quod antiqui piè & veraciter dicebant, ita etiam peccaret mortaliter, ſi quis nunc cærimonias obſeruaret, quas antiqui piè & fideliter obſeruabãt, & hoc eſt quod Auguſtin. dicit contra Fauſtum, iam non promittitur paſſurus, reſurrecturus, quod illa ſacramenta quodammodo perſonabant, ſed annunciatur quod natus ſit, paſſus ſit, reſurrexit, quod hæc ſacramenta quæ à Chriſtianis aguntur iam perſonant, vnde dicit Adrianus Papa, *in* 4. *Sententiarum in prima quæſtione, de ſacramento baptiſmi. fol.* 7. *colum.* 2. quod vſus cæremoniarum cadit ſub prohibitione antiqua legis naturæ, ſcilicet, non proteſtari fidem falſam, ex quo enim erant ſigna Chriſti venturi & paſſuri, poſt paſſionem eius facta ſunt ſigna falſa, & ſic talia, quibus vti non poſſumus vt cærimoniis legis niſi proteſtando fidem falſam, ſicut prius licuit aſſerere hanc, Meſſias naſcetur; iam hodie non licet, non ſolum ex eo quia hodie prohibitio facta eſt, ſed quia ſignum eſt iam tale factum, puta falſum, eo ergo vti non licet ad ſenſum, quem ſcriptura per ipſum ſignificabat, quod facit pro his quæ dicit Aug. de Anco. *proœmio primi Sententiarum & ſupra retuli.*

¶ Et quia dixi quod ſeruantes legalia peccant mortaliter. Et
intellige quod non ſolum † mortaliter peccant, ſed etiam in 19
hæreſim incidunt damnatam, cuius authores fuerunt Cerinthus, Ebion & Nazaræi, vt tradit Cardin. de Turre Crema. *in cap. quidam autem.* §. *Cerinthiani.* §. *Nazaræi.* §. *Ebionitæ.* 24. *quæſt.* 3. *& in cap. maiores, de baptiſm.* dicitur, abſit vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperam aſſirmabat legem cum euangelio, & circumciſionem cum baptiſmo ſeruandam; quoniam ſecundum Apoſtolum, ſi circumcidamini Chriſtus non proderit vobis, quod etiam magis comprobari poteſt, quia talis obſeruantia legalium contradicit verbo CHRISTI, Matth. 6. dicentis, *Omnes Prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt.* ex qua authoritate arguit Auguſtinus in quæſtionibus noui & veteris teſtamenti hanc legem vt dicit Saluator vſque ad Ioannem non vltra eſſe obſeruandam, ſic enim data eſt, vt completo tempore ceſſaret: nec enim fuit ab initio, ſed ex cauſa ad tempus data eſt, vt adueniente Saluatore ceſſaret lex.

¶ Secundo oſtenditur eſſe hæreſis, quia contrariatur doctrinæ, & determinationi factæ per Apoſtolos Actuum 15. cap. vbi beatus Petrus ad conuerſos ex Iudæis dixit, Quidam dicebant neceſſario obſeruandam legem, ſic inquiens, Vos fratres ſcitis, quoniam ab antiquis diebus elegit Dominus per os meũ audire gentes, per os meum verbum euangelij & credere, dans illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil diſcernere inter nos, & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec nos nec patres noſtri portare potuerunt, & loquitur de onere cærimoniarum legis.

¶ Tertio hæc hæreſis oſtenditur, quoniam eſt contra doctrinam Apoſtoli, qui in pluribus locis oſtendit, legem veterẽ non eſſe amplius obſeruandam, ad quod probandũ quatuor rationes præcipuas inducit, prima eſt quia lex inſtituta fuit ad ſignificandam gratiam noui teſtamenti, quæ per Chriſtum facta eſt, & ideo veniente Chriſto ceſſare debuit, ſicut veniente corpore ceſſat vmbra, & hanc rationem tangit Apoſtolus cum ait ad Hebr. 11. *Vmbram habet lex futurorum.* Vnde S. Auguſtin. ex hoc ſic arguit, quod enim futurum prænunciatur, aut nondum venit, aut ſi iam venit ſuperfluè & fallaciter prænunciatur, lex & Prophetæ vſq; ad Ioannem: id enim quod iam venit, non debet prænunciari, ſi ergo res prænunciata figuris iam venit, ergo debent euacuari figuræ, & non obſeruari. Secunda etiam ratio Apoſtoli, quare legalia obſeruãda nõ ſunt eſt, ex imperfectione eorum, quia in legalibus gratia non conferebatur, qualem oportebat in teſtamento nouo dari. Sicut enim virtus naturalis rei naturali proportionatur, ita virtus ſacramentalis ſacramento, vnde oportuit alia ſacramenta inſtitui, in quibus amplior gratia conferretur, & hanc rationem tangit Apoſtolus ad Hebræos 7. vbi ait: *Reprobatio quidem fuit prioris mandati propter infirmitatem & inutilitatem.* Vnde Auguſt. contra Fauſtum ad pro-

ad propoſitum inquit: *Sacramenta quæ obſeruabantur nunciatiua erant Chriſti venturi, quæ cum ſuo aduentu impleret, ablata ſunt, & alia inſtituta ſunt virtute maiora, vtilitate meliora.* ¶ Tertia ratio Apoſtoli quare ceſſare debuerunt, eſt ex parte eorum, quibus lex data eſt, qui erant paruuli, & ideo erant paulatim à priſtina conſuetudine idololatriæ abſtrahendi, vt ſic eis concederetur eadem Deo offerre, quæ prius idolis obtulerant, vel offerri viderant, ſicut rabi Moyſes Ægyptius dicit, vt dicit S. Thom. ſed poſtmodum quando ad perfectam ætatem humanum genus peruenit, debuerunt ab his cæremoniis liberi eſſe, hanc rationem tangit Apoſtolus ad Galat. 4. ex ſimilitudine ad humanam conſuetudinem arguens, *quanto tempore heres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo in vita & ſubiectionis modo,* ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, ipſum caſtigantibus & punientibus, ſicut ſerui vſque ad tempus præfinitum à patre, id eſt, vſque ad ætatem adultam, ita & nos, ſcilicet, Iudæi cum eſſemus paruuli, id eſt, in ſtatu veteris teſtamenti ſub elementis mundi eramus ſeruientes, id eſt, ſub legalibus obſeruantiis, quæ dicuntur elementa, id eſt, litteræ, quia in addiſcendo puer incipit ab iſtis elementis, at vbi venit plenitudo temporis, id eſt, tempus Chriſti, in quo eſt plenitudo Spiritus ſancti, miſit Deus filium ſuum ex muliere, quantum ad corpus ſumptum de Virgine, factum ſub lege, quia voluit legalia obſeruare, vt eos qui ſub lege erant, id eſt, legalibus obſeruantiis, redimeret per ſuam paſſionem, per quam abſtulit dictam obligationem, vnde in morte eius velum templi ſciſſum eſt.

¶ Quarta ratio Apoſtoli eſt, quam ad Hebr. 7. dat dicens, *Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.* erat enim lex ſub adminiſtratione ſacerdotum, ergo mutato ſacerdotio, neceſſe eſt, quod lex mutetur: ſed tranſlatum eſt ſacerdotium ab Aarō in ſacerdotium Chriſti, patet, dicit enim ſcriptura, quod ſacerdotium Chriſti debebat ſurgere ſecūdum ordinem Melchiſedech. Pſalm. 104. qui eſt alius à ſacerdotio leuitico, quod ſacerdotium leuiticum fuit imperfectum, aliter non eſſet neceſſe imò ſuperfluum eſſet ſurgere ſacerdotium nouum ſecundum ordinem alium, & ideo ſacerdotium leuiticum ceſſauit adueniente ſacerdotio Chriſti, ſicut vmbra adueniente veritate, & imperfectum adueniente perfecto, & eodem modo lex vetus adueniente noua, quia lex & ſacerdotium pari paſſu currunt, hæc de Turre Crema. *in d. §. Nazaræi.* hæreticus eſt enim quicunque intelligit ſacram ſcripturam aliter quam Spiritus ſanctus docuit. *cap. hæreſis. 24. quæſt. 3.*

¶ His igitur prælibatis, veniendum eſt ad principale quæſi-
20 tum, à † quo tempore cœperint eſſe legalia mortifera, & occaſionem controuerſiæ inter Hieronymum & Auguſtinum dederunt verba illa quæ ſcribuntur ad Galat. 2. quæ protulit Paulus contra Petrum ipſum reprehendendo, ſcilicet, *Si tu, cum Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè, quomodo gentes cogis Iudaizare.* dicebat ergo S. Hieron. quod ad hoc duo tempora ſunt conſideranda, vnum ante paſſionem Chriſti, aliud poſt paſſionem: in primo tempore vult S. Apoſt. Paul. ad Galat. 2. *quod legalia erant viua,* id eſt, habentia virtutem ſuam, inquantum, .ſ. per circūciſionem tollebatur peccatū originale, & per ſacrificia & hoſtias placabatur Deus, & ſic habebat vim obligatiuam & expiatiuam ſuo modo, ſed poſt paſſionem non ſolum dicit ea non fuiſſe viua, vel mortua: Sed quod plus eſt, ea fuiſſe mortifera, & quod quicunque poſt paſſionem Chriſti ea ſeruauit, peccauit mortaliter, teſte Apoſt. ad Galat. 5. *Si circumcidamini Chriſtus nihil vobis proderit,* & Paulus loquitur de tempore poſt paſſionem Chriſti, & nihil excludit fructum Chriſti, niſi peccatum mortale, ergo circumcidi, ſeu alias cæremonias legis veteris obſeruare, poſt paſſionem Chriſti, eſt peccatum mortale, ratio colligitur ex præſuppoſitis in hoc quæſito, quia cærimoniæ ſignificabant Chriſtum naſciturum, paſſurum & huiuſmodi, quæ tempora paſſionis impleta ſunt, ſacramenta autem legis nouæ ſignificant iam natum, iam paſſum, vt dicit Auguſt. contra Fauſtum, modo hoc erat impietum poſt paſſionem Chriſti ſtatim, ſequitur quod obſeruantes cærimonias proteſtabantur falſum de Chriſto, & ſic mortaliter peccabāt. Hinc videtur, quia cum Petrus iudaizaret, Paulus ei reſtitit in faciem, quia reprehenſibilis erat, ad Galat. 2.

¶ Sed cōtra prædicta videtur probari, quod ſtatim poſt paſſionem Chriſti obſeruantia prædictorum legalium non fuit mortifera, patet, quia Apoſtoli legalia obſeruauerunt, & mandarunt obſeruari, quod quidem non feciſſent, ſi illorum obſeruantia induxiſſet mortale peccatum, quia non eſt veriſimile Apoſtolos poſt acceptum Spiritum ſanctum mortaliter peccaſſe, eius enim plenitudine ſunt induti virtute ex alto, vt habetur Luc. vlt. de primo quod obſeruauerint, patet quia Paul. poſt paſſionem Chriſti circuncidit Timotheum, *Actuum 16. & Actuum 21. Paul. ſecundum conſilium Iacobi, aſſumptis quibuſdam purificatus eſt, & intrauit cum eis in templum annuncians expectationem dierum purificationis, donec offerretur pro quolibet eorū oblatio,* quod erat cæremoniale, vt habetur Num. 6. Similiter Petrus, vt habetur ad Galat. 2. *cum veniſſent quidam Iudæi Antiochiam ſegregauit ſe à gentilibus,* quod ad cæremonias legis veteris pertinet. De ſecundo vero quòd Apoſtoli mandarunt aliqua legalia obſeruari, patet Actuum 15. vbi habetur, *viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra vobis imponere oneris, quam hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine ſuffocato, & fornicatione,* abſtentio enim ſuffocati & ſanguinis mandata erat in lege, vt Ezech. 44. & de hoc præcepto Apoſtolorum patet etiam Actuum 21. ¶ Sed tenentes opinionem S. Hieron. aſſerentis, quod ſtatim poſt paſſionem Chriſti fuerunt legalia mortifera reſpondent ad hæc contraria ſecundum mentem ipſius Hieronymi, quod Apoſtoli poſt paſſionem Chriſti nunquàm ſeruauerunt legalia ſecundum veritatem, ſed ſimulauerunt ſe ſeruare, vt euitarent ſcandalum fidelium, qui fuerant ex circūciſione, & ſic quadam pia ſimulatione, ſcilicet, ne ſcandalizarent conuerſos de Iudæis, & ne aliorum conuerſionem impedirent, quæ quidem ſimulatio nō ſic eſt intelligenda, quod actus illos ſecundum rei veritatem non facerent, ſed quia non faciebant illos tanquam legis cæremonias ſeruantes, ſicut ſi quis pelliculam membri virilis abſcinderet, non cauſa circunciſionis ſeruandæ, ſed ſanitatis recuperandæ, & hoc modo dicunt ſimulaſſe Paulum, quando circuncidit Timotheum, & quando perſoluit votum in templo Hieroſolymitano, & quādo à Iacobo monitus quædam legalia obſeruauit, & quando Petr. ſegregauit ſe à Gentilibus, & hoc quidem facientes Apoſtoli non deludebant alios, quia faciebant hoc, non intendentes legalia ſeruare, ſed propter aliquas cauſas, ſicut quod quieſcebant in ſabbato non propter obſeruantiam legis, ſed propter quietem: hinc etiam dicebat Hieronymus, quod Paulus verè non reprehendit Petrum, ſed ſimulatoriè, ſicut & Petr. ſimulatoriè legalia ſeruabat, vt ſcilicet, Petrus nolēns ſcandalizare Iudæos, ſimulabat ſe legalia ſeruare, ita Paulus, vt nō ſcādalizaret gentes oſtendit ſibi diſplicere, quod Petrus faciebat, & ſimulatoriè eum reprehendit, facientes hoc quaſi ex condicto, vt vtriuſq; fidelibus ſibi ſubditis prodeſſent, prout hæc tradit S. Thom. *in d. cap. ad Galat. & in 1. 2. q. 103. art. 4.* & quod dixi, quod Petr. & Paul. illud faciebant ex condicto intelligo, quia Petrus dicit Paulo, ego diſcernam cibaria, & tu me reprehendes, qui ſum caput eccleſiæ, & ſic † habebis authoritatem 21
reprehendēdi illos, qui obſeruāt legalia, ſic inquit Vgo Card. ad Galat. 2. Nec hæc ſimulatio, de qua ſupra videtur culpabilis authoritate eiuſdem B. Hieronymi commendantis Hieu de vtili ſimulatione idolatriæ, quia ſimulauit ſe velle colere Baal, vt habetur 4. Reg. 10. vnde dicitur *in c. vtilem. 22. q. 2.* vtilem ſimulationem, & in tempore aſſumendam Hieu regis Iſraël nos docet exemplum, qui nō potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi finxiſſet ſe idolum velle colere: imò videtur de hoc commendari per Dominū. Sequitur enim paucis interpoſitis, quia ſtudioſe feciſti, & quod rectū erat, & quod placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab. Secundo probatur idem per illud 4. Reg. 5. vbi Naamā Syro rogante Heliſæum, hoc ſolum eſt, de quo deprecens Dominū pro ſeruo tuo, quando ingreditur dominus meus templū Rēmon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in tēplo Rēmon adorante eo in eodē loco, vt ignoſcat mihi dominus ſeruo tuo pro hac re. Reſpondit Eliſæus ei, Vade in pace, per ꝙ videtur Eliſæus eidē innuiſſe, quod hoc modo ſimulare adorationē idoli licuit ipſi, & hoc ſimulare intendebat Naamā: patet, quia vt dicit ibi gl. voluit ibi cum dn̄o adorare, ne offenderet dominū, ſi pariter non adoraret. Magis autē diſpliceuiſſet domino idolatræ ibi alium Deum adorare, ꝙ ſimpliciter non adorare. Item niſi liceret idolatriam ſimulare, peccarēt oēs in theatro viuus Gentilium agentes, & Poëtarum more Iouem, aut aliū Deum Gentiliū inuocantes, & dicitur in Euangelio Luc. vlt. quod Dn̄s finxit ſe longius ire: fictio autem ad ſimulationem pertinet, ergò ſimulare non videtur eſſe peccatum,

catū, & ſic intelligendo, Petrus ſimulatoriè ſe Gentibus ſubtrahebat, vt vitaret Iudæorum ſcandalum, quorum erat Apoſtolus, vnde in hoc ſecundum Hieronymum Pet. nullo modo peccauit: Paulus etiam eum ſimulatoriè reprehendit, vt vitaret ſcandalum Gentilium, quorum ipſe erat Apoſtolus, ad illud autem Actuum 15. reſponde vt ſupra proximè latè dixi.

¶ Sed Auguſtinus non tenet poſitionem Beati Hieron. duplici de cauſa. Prima, quia ex text. ad Galat. 2. clarè colligitur, quod Petrus erat reprehenſibilis, & quod ipſe & cæteri, qui ſibi in hoc conſentiebant non ambulabant ad veritatem Euangelij, & conſequenter quod Petrus non poteſt à peccato excuſari, veniali tamen, vt dicit Scotus, *in 4. diſtinct. 3. quæſt. 4.* & ſic verè & non ſimulatoriè fuit à Paulo reprehenſus, & hoc licet ſit cenſendum, ex quo ita ſcriptum eſt à Paulo *in d. cap. 2.* nam procur dicit Scotus, *in 4. diſtinct. 3. quæſt. 4.* quòd licet Apoſtoli in actibus vel verbis, quæ dixerunt vt homines potuerint errare, tamen nullus Apoſtolus, aut Propheta inquantum ſcriptor alicuius partis ſcripturæ aliquo modo errauit: quia ſecundum Auguſt. *in Epiſtola ad Hieronymum*, & ponitur in decretis *in cap. ſi ad ſcripturas 9. diſtinct.* ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? quæ tandem de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obteratur improbitas: q. d. quomodo ſacræ ſcripturæ authenticæ conuincerent aduerſarios, quicquid enim contra illum allegatum fuerit reſpondebit, illud mendaciter etiam dictum iocoſè, vel officioſè, vt eſt illud quod concedi ſuerit ita eſſe dictum, vnde dicit ibidem Auguſt. & ponitur *in cap. ego ſolis, eadem diſtinct.* inquiens: *Ego ſolis ſcriptorum libris, qui ita canonici appellantur didici hunc timorem honorem q; deferre, vt nullum eorum ſcribendo erraſſe audeam credere.* cum ergo Paulus ad Galat. 2. dicat Petrum fuiſſe reprehenſibilem, & ad veritatem Euangelij non ambulare, neceſſe eſt dicere illa verba ſimpliciter eſſe vera, aut mendacium eſſe inſertum ſacræ ſcripturæ, per quod authoritas totius ſacræ ſcripturæ auferretur, quod nefas eſt dicere.

22 ¶ Secunda † cauſa quare dicta poſitio non tenetur per Auguſtinum & alios, quia non eſt veriſimile, nec credendum, quod Apoſtoli ea occultarent propter ſcandalum, quæ pertinebant ad veritatem vitæ, & doctrinæ. & quod ſimulatione vterentur in his, quæ pertinebant ad ſalutem fidelium, præſertim quia ſimulatio peccatum eſt, nam ad virtutē veritatis pertinet, vt quis talé ſe exhibeat exterius per ſigna exteriora qualis eſt, ſigna autem exteriora non ſolum ſunt verba, ſed etiam facta: ſicut ergo veritati opponitur quod aliquis per verba exteriora aliud ſignificet, quam habet apud ſe, quod ad mendacium pertinet. ita etiam opponitur veritati, quod aliquis per aliqua ſigna factorum, vel rerum aliquid ſignificet contrarium eius, quod in eo eſt, quod propriè ſimulatio dicitur. Vnde ſimulatio propriè eſt mendacium quoddam in exteriorum ſignis factorum conſiſtens. Non refert autem vtrum quis mentiatur verbo, vel quocunque alio facto, vnde cum omne mendacium ſit peccatum, conſequens eſt etiam, quod omnis ſimulatio eſt peccatum, quod Gloſſ. manifeſtè ſenſit Iſa. 16. ſuper illud in tribus annis dicens, *In comparatione duorum malorum, leuius eſt apertè peccare, quàm ſanctitatem ſimulare, ſed apertè peccare ſemper eſt peccatum, ergo ſimulatio ſemper eſt peccatum. verba ſunt.* S. Thom. *in 2. 2. quæſt. 111. art. 1. in corpore.* Sequitur Cardin. de Turre Cremata *in cap. vtilem. 22. quæſt. 2.*

¶ Nec obſtat, illa ſimulatio idolatriæ facta per Hieu, quia vt dicit ſanctus Thomas, *vbi ſupra in reſponſionibus ad argumenta*, quòd ſimulationem Hieu non eſt neceſſe excuſari à peccato vel mēdacio, quia malus fuit, vtpote ab idolatria Hieroboam non recedens, commendatur tamen, & temporaliter remuneratur adeo, non pro ſimulatione, ſed pro zelo, quo deſtruxit cultum Baal. ſequitur Cardinal. vbi ſupra, & idem eſſet dicendum de Naaman, quia vt dicit Lyra, & Burgen. in 4. Regum 6. cap. quòd non ſolum idolatria eſt per ſe mala, & quæ per ſe mala ſunt, indiſpenſabilia ſunt, nec poſſunt bene, nec abſque peccato fieri, de quorum numero eſt prædicta ſimulatio idolatriæ: & ideo non videretur bene dictum, quòd ipſe Heliſæus diſpenſauerit ipſi Naaman, ſed dicit ibi Lyra, quod Heliſæus ſolum declarauit Naaman illud eſſe ſibi licitum, quod timebat eſſe illicitum, ſicut ſolent facere conſcientiæ timoratæ, habebat enim iſte Naaman officium ſuſtentandi Regem, quia ſicut Reginæ modo per milites ſuſtentantur, ita ſimiliter tunc temporis, Reges per Principes magis ſibi propinquos: iſtud autem non erat illicitum de natura ſua, æqualiter enim poterat fieri extra templum idoli ſicut intra, ſicut ſi aliqua puella Chriſtiana capta à Saracenis, eſſet obſequio alicuius dominæ deputata ad portandam caudam ſuæ veſtis, non videtur illicitum, quòd eam portaret intra phanum Mahometi, ſicut & extra, dum tamen non faceret aliquam reuerentiam Mahometo, ſed ſolùm intendens ſuum officium exequi, & hoc petebat Naamā ab Heliſæo, ſcilicet, quod idem officium, quod licitè faciebat extra phanum idoli poſſet ſibi facere intra, non ad aliquam idoli reuerentiam, ſed ne incurreret domini ſui offenſam, & hoc conceſſit ei Heliſæus, quia non erat illicitum, hoc Lyr. Burgen. & replicator.

¶ Sed hæc non videntur congruere textui, 4. Reg. 5. quia petitio Heliſæi non fuit talis, vt Lyra aſſerit, ſed petiit, quod ſi adorauerit in templo Remmon adorante Domino ſuo in eodem loco, vt ignoſceret dominus ipſi pro hac re, & ſic petiit ſibi concedi adorationem idoli, adorante domino ſuo, quæ adoratio etiam ſibi videbatur, & Heliſæus reſpondit ei: Vade in pace. Vnde melius videtur dici poſſe, quod Vgo Cardin. ibi dicit, videlicet quòd forte Naaman promiſerat Eliſeo, vt omnino recederet à rege loco & tempore, & ideo ob fauorem religionis fidei, quia neophitus erat, diſpenſauit cum eo ad tempus, vt maneret inter gentiles, vt ſic melius prædicaret fidem vnius Dei latenter, vt magis ei crederetur, quia Rex ipſum in ſumma reuerentia habebat, ad illud de Chriſto, Lucæ vltimo, reſponde vt per ſanctum Thom. *in dicto articulo in reſponſione ad primum*, & quod dixi quod ſimulatio idolatriæ eſt per ſe mala, hoc ſolum veritatem habet de ſimulatione vt dicit mendacium facti, quomodo hypocrita dicitur ſimulare perſonam iuſti hominis, & ex hoc ipſo facto mentiri, non autem vt ſimulatio ſe extendit ad omnem ſimulationem, qui enim in theatris perſonam idolatrantis agit inuocando Iouem, aut ſacrificando, vt fieri ſolet, non peccat, nec mentitur facto, nam vt dicit Auguſtinus, *in libro de mendacio*, à ratione mendacij ſecludenda ſunt ioca, quæ nunquàm putanda ſunt etiam mendacia, habent enim euidentiſſimam ex pronunciatione, atque ipſo iocantis affectu, ſpeciem animi nequaquam fallentis. & ſi non vera nunciamus, hæc Auguſtinus, & ſic non obſtat illa ſimulatio idolatriæ in theatris, quia illa non eſt illicita vt eſt dictum.

¶ Et † ideo beatus Auguſt. quem tenet ſanctus Thom. *in d.* 23
cap. 2. ad Galat. & in 2. 2. quæſt. 103. art. 4. & Scotus *in 4. diſtinct. 3. quæſt. 4.* & S. Bonauent. *in 4. diſtin. 3. art. 3. quæſt. 2.* & communis ſchola Theologorum aliter ſentiens diſtinguit tria tempora, primum eſt, ante paſſionem Chriſti, concordans cum Hieronymo, qui dicit iſta tempore legalia viua fuiſſe. Secundum eſt tempus poſt paſſionem Chriſti immediatè ante gratiam diuinam, ſicut tempus Apoſtolorum in principio, & ſic tēpus medium, ſcilicet, à paſſione Chriſti vſq; ad diuulgationem Euangelij, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neq; vim aliquam habebant neq; aliquis ea obſeruare tenebatur, non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui conuerſi erant ad Chriſtū ex Iudæis poterant illa legalia licitè obſeruare, dummodo non ſic ponerent ſpem in eis, quod ea reputarent ſibi neceſſaria ad ſalutem, quia ſine legalibus fides Chriſti iuſtificare non poſſet. Si enim in illis ſpem poſuiſſent, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem peccaſſent mortaliter, nam quātum in eis fuiſſet, euacuaſſent gratiā Chriſti: & ita Apoſtoli ſeruabant ipſa legalia, & hoc intendentes, ſed tamen non ponentes ſpē in eis quia eſſent neceſſaria ad ſalutem, & hoc quidem licebat eis, quia fuerunt ex Iudæis: his autem qui ex gentilitate conuertebantur ad Chriſtum, non inerat cauſa vt ea obſeruarent, & ſic Paulus circumcidit Timotheum, qui ex matre Iudæa erat, Titum autē qui ex gentilibus natus erat noluit circumcidere, ideo autem noluit Spiritus S. vt ſtatim inhiberetur his, qui ex Iudæis cōuertebantur obſeruatio legaliū, ſicut inhibebantur his qui ex gētilibus conuertebantur gentilitatis ritus, vt quædam differentia inter hos ritus oſtenderetur: nam gentilitatis ritus repudiabatur tāquàm omnino illicitus, & à Deo ſemper prohibitus. Ritus autem legis ceſſabat tāquàm impletus per Chriſti paſſionem, vtpote à Deo in figura Chriſti inſtitutus, & ideo Petrus non peccauit in obſeruatione legaliū, ſed in eo peccauit venialiter, & ideo reprehenſibilis erat, & Paul. verè eum reprehendit, & nō ſimulatoriè, quia circa obſeruantiam nimiam diligentiā adhibebat,

bebat, ne ſcandalizaret Iudæos, itaq; ex hoc ſequebatur gentilium ſcandalum, & dicit S. Thom. in d. cap. 2. quod validius eſt argumentum S. Auguſtini quàm Hieronymi, & verior eſt illius opinio, quia cum dictis Apoſtoli magis concordat. ¶ Vnde Scotus vbi ſupra dicit quòd Paulus licite inter Iudæos ſeruauit legalia etiam multo tempore poſt tertium concilium Apoſtolorum, & hoc fuit licitum, dum tamen ipſe non poneret ſpem in eis, licet non eſſet vtile, nec neceſſarium: inter gentes autem gentibus ſe conformauit, quia licuit ſibi legem non ſeruare pro hoc ſecundo tempore. Petrus autem in Hieroſolyma ſeruans legem non peccauit, quia licuit Iudæo, & inter Iudæos legem ſeruare tunc, in Antiochia autem inter gentes conuerſans non ſeruans legem non peccauit, ſed ſe conformans eis in cibis & potibus non peccauit, ſibi enim licuit non ſeruare legem, peccauit autem venialiter in d. cap. 2. ad Galatas propter cauſam iam ſuperius aſſignatam. ¶ Nec obſtat illud concilium habitum Act. 15. prohibens legalia obſeruari, exceptis ſuffocato & ſanguine, quia intelligitur, quando obſeruantes legalia, ponerent ſpem ſalutis in eis, quia hoc prohibitum erat: & in hoc videtur mihi, quod Hieronymus & Auguſtinus conueniunt, quòd poſt paſſionem Chriſti obſeruantes legalia ponẽtes ſpem ſalutis in eis mortaliter peccabant: ratio eſt euidens, quam ſupra tetigimus, quia ex quo cæremonialia erant ſigna Chriſti venturi, & paſſuri, poſt paſſionem eius ſigna ſunt facta falſa, & ſic talia quibus vti non poſſumus, vt cæremoniis legis, niſi proteſtando fidem falſam, ſicut prius licuit aſſerere hanc poſitionem, Meſſias naſcetur, iam hoc non licet, nõ quod noua prohibitio ad hoc neceſſaria ſit, quia ſignum eſt iam tale factum puta falſum, ergo eo vti aſſertiue nõ licet ad ſenſum, quẽ ſcriptura per ipſum ſignificabat. ¶ Sed huic opinioni Auguſtini videtur obſtare text. *in d. cap. 2. ibi, & ſimulationi eius conſenſerunt ceteri Iudæi*, ita vt etiam Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem, & ita videtur innuere ille textus quod Pet. ſimulatoriè obſeruabat legalia, & cõſequenter, quod Paulus ſimulatoriè illum reprehendit, quod facit pro opinione Hieronymi: ſuper quo conſulendi ſunt domini Theologi, qui melius ſciunt veritatem quàm nos. ¶ Tertium tempus eſt etiã poſt paſſionem Chriſti, & poſt veritatem, & gratiam Chriſti diuulgatam, hoc eſt poſt tempus diuulgati euangelij, quo tempore dicit legalia non ſolum eſſe mortua, ſed etiam mortifera, ſed vſquequoq; illud tempus fuerit dicit Scot. *in d. diſt. 3. in 4.* tempus illud non habemus in aliqua ſcriptura, quia hiſtorica ſcriptura non perducit eccleſiam vltra quintum annum Neronis, ſcilicet, non vltra triceſimum annum à paſſione Chriſti, & toto illo tempore & Iudæi cõuerſi obſeruabant legem, quod eis licuit, nec credit quod hoc fuerit omiſſum vſq; ad euerſionem Hieruſalem ſiue ad diſperſionem Iudæorum cum gentibus inter Iudæos conuerſos, tunc enim forte conformabant ſe gentilibus, inter quos erant diſperſi, & ſic paulatim ceſſauit apud eos talis obſeruatio. ¶ Vel aliter ſecundum eũdem dici poteſt, quod Deus per Apoſtolos vel ſucceſſores eorum determinato tempore ſimpliciter prohibuit legalia ſeruari, licet de hoc non habeamus in ſcriptura. ¶ Hodie tamen clarum habemus, quia eccleſia tenet quod hæreſis eſt dicere legalia currere cum lege euangelica, *cap. maiores. de baptiſmo.* vbi dicit Innocentius, Abſit vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quę perperam aſſirmabat legem cum euangelio, & circũciſionem cum baptiſmo ſeruandam: non autẽ videtur, quod eccleſia hoc iudicaret hæreſim ex ſola omiſſione Iudæorum quadam neceſſitate diſperſionis, ſeu ipſorum non ſeruantium legem, ſed videtur quod hoc fuit propter aliquam reuocationem ſimpliciter factam à Deo, de qua certificata eſt eccleſia, licet ſcriptum non ſit, vbi quomodo, & quando, hæc Scotus quem ſequitur Capreolus Gabriel, & ſchola Theologorum. ¶ Nihilominus dici poteſt, quod hæc videntur cõtraria ſententiæ Hieronymi & Auguſtini, quæ habet quod ſequuta paſſione Chriſti legalia fuerunt mortifera his, qui ponebant ſpem ſalutis in eis per rationes ſupra proximè aſſignatas, & ſic vltra nequaquàm vllo modo licere nec ſimulate, nec vere dicta legalia obſeruare, nec determinatio eccleſiæ poſitæ, *in d. c. maiores.* fundat ſe in aliquo præcepto diuino, ſed in verbo Apoſtoli dicentis, *ad Galat. 5. Si circuncidamini Chriſtus nihil vobis prodeſt.* quam authoritatem Aug. exponit, quod Paul. intellexit cum confidentia legis quaſi ab illa vel nõ ſine illa eſſet ſalus, quomodo ergo ex illo verbo eccleſiæ concluditur aliqua ſpecialis prohibitio poſitiua facta à Deo, ſi tempore, quo Paulus ſcripſit nondum erat prohibitio illa facta, vt in ſcriptis ſuis fatentur, & verbum poſitum *in d. c. maiores. ibi ſeruandam,* videtur dicere neceſſitatem dicta legalia ſeruandi quemadmodum Cherintus & Ebion intellexerũt legalia eſſe ſeruanda. Vnde dicebat Adrianus *in d. loco,* poſt paſſionem Chriſti legalia non ſunt noua prohibitione prohibita, ſed poſt mortem Chriſti effecta ſunt, vt cadãt ſub prohibitione antiqua legis naturę, non proteſtando fidem falſam: ex quo enim illa legalia erant ſigna Chriſti venturi & paſſuri, poſt paſſionem eius facta ſunt ſigna falſa, & ſic talia quibus vti nõ poſſumus, vt cæremoniis legis, niſi proteſtando fidem falſam, vt ſupra etiã dixi. ¶ Poſſet tamen ad hoc dici quòd eccleſia oſtendit illam hæreſim fuiſſe iam damnatam in eo quod dicit damnatam hæreſim, ſiue ſit damnata ſtatim poſt paſſionem Chriſti per rationem proxime dictam, ſiue ſit damnata per Apoſtolum, *vt in d. cap. ad Galat. 5.* ſiue in Concilio Apoſtolorum celebrato, Actor. 15. Sufficit nobis illorum obſeruantiam eſſe prohibitam, vt contra facientes hæreſim incurrant, *vt in d. cap. maiores. & in cap. contra Chriſtianos, de hæret. lib. 6.* Vnde concludendum eſt, quod cæremonialia abſolute & ſimpliciter nõ potuerunt poſt Chriſtum immediatè obſeruari abſq; mendacio pernicioſo, & propterea hodie obſeruari non poſſunt, nec tunc potuerunt ſeruari abſolutè, quoniam abſolutè ſeruata ſeruantur vt viua & neceſſaria ad ſalutem ex lege veteri, quod poſt Chriſtum nunquam licuit. ¶ Quare autem quodam tempore, ſcilicet, vſque ad diuulgationem Euangelij licuit eadem obſeruari cum eſſent mortua? dic, quia vſque ad tumulum tantum mortua perſona vt mortua cuſtoditur, vnde Spiritus ſancti authoritate quaſi diſpenſatiue conceſſum eſt tempus non mentiendi facto, quia non eſt conceſſum vt vterentur eis vt viuis, ſic enim profiterentur Chriſtum naſciturum, paſſurum, ſed deferendi ſynagogam matrem mortuam cum honore ad tumulum, tunc quippe tumulata eſt, quando euangelium eſt diuulgatum, propter quod nunc nec vt viua propter mendacium, nec vt mortua propter ſepulturam iam ſeruari poſſunt illa cæremonialia abſque peccato mortali & hæreſi, vt dictum eſt. & ſic patet omnia conſonare, & hæc de tertio.

¶ QVOAD QVARTVM, † quòd lex euangelica excellentior ſit lege Moſaica, dicendum eſt, quod in pluribus patet illam excellentiorem eſſe ipſa lege Moſaica, conſtat enim quod dicta lex Moſaica dicitur lex timoris, euãgelica vero lex amoris, ſecundum beatum Thom. *in 3 diſtinct. art. 4 in reſponſione ad ſecundum*, dicens quod ex ipſo modo promulgationis legis apparet, quod lex vetus erat lex timoris, lex autẽ noua lex amoris, lex enim noua ex oſtenſione diuinæ caritatis initium ſumpſit: quia in effuſione ſanguinis Ieſu Chriſti, qui fuit perfectiſſimæ charitatis ſignum, nouum teſtamentum conſummatum eſt, lex autem vetus in oſtenſione diuinæ poteſtatis, quæ timorem incutit, initiũ ſumpſit, vnde & in ipſa legiſlatione propter fulgura, voces & tonitrua terror audientes inuaſit, vt diceret *non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur* Exod. 2. & ideo vetus lex homines præcipue inducebat per comminationem pęnarũ. Noua vero lex per beneficia exhibita & ſperanda, & hoc competebat ſtatui humani generis vt prius, quaſi rudis populus per timorem pœnæ cogeretur, poſtmodum vero per amorem in bono perficeretur, ſicut enim timor eſt via ad amorem, ita lex vetus ad nouam, deniq; lex vetus eſt imperfectorum ſecundum illud *ad Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex: noua vero perfectorum*, Matth. 5. *Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt*. imperfectorum autem eſt timere, & cauere malum, operari bonum timore pœnæ, perfectorum vero eſt amare, ſi quidem perfecta charitas foras mittit timorem. 1. *Ioan. 2. cap. 4.* hanc charitatem recipit Chriſtus legiſlator noſter, & tãquam ſignum ſuæ legis, ac diſciplinatus præſtitit dicens, Ioan. 13. *in hoc cognoſcent omnes, quod mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*. Item lex vetus dicitur occidens, & noua dicitur viuificans, ſecundum illud 2. Cor. 3. *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat*, & pro horum declaratione dicit ſanctus † Bonauent. 25
in 3. diſtinct. 4. quæſt. 2. quod quadrupliciter dicitur aliquid viuificare ſeu iuſtificare, ſcilicet, effectiue, & ſic ſolus Deus viuificat formaliter, ſic gratia expellens peccatum animæ mortem viuificabit affectu, ſic finis operans per dilectionem viuificat exercitij vſu, ſic mandata; quibus exercetur iuſtitia viuificant. In lege autem veteri tria attenduntur, ſcilicet, mouentia ſicut promiſſiones, dirigentia ſicut præcepta: adiuuantia, ſicut ſacramenta: in lege noua

24 (margin, beside "QVOAD QVARTVM")

ge noua iſta ſunt ſpiritualia, quia promiſſa æterna, mandata ad viam morum intus animum dirigentia, ſacramenta ſanctificantia, quæ omnia ad ſpiritum pertinent, ideo legi nouæ conuenit viuificare tripliciter, ſcilicet, formaliter ratione gratiæ ſacramentalis: affectu ratione amoris Spiritualis, ad quem excitant promiſſa: exercitio, ratione multiplicitatis bonæ operationis tam præceptorum quàm conſiliorum: in lege autem veteri promiſſa erant temporalia: præcepta exterius regulantia, ſacramenta figuralia, & ſic promiſſa non excitabant ad amorem ſpiritualem, præcepta non dirigebant ad iuſtitiam interiorem, ſacramenta non adiuuabant ad faciliorem legis adimpletionem: & ita non viuificabant, quia ibi erat oſtenſio culpę: & non erat adiutorium gratię, & prout dicit Gabriel vbi ſupra, quod per conſequens dabatur occaſio concupiſcentiæ quæ traheret ad mortem: & ideo illa lex ſecundum literalem ſenſum erat occidens: non ſecundum ſpiritualem: ſecundum hunc enim concordat cum Euangelio: & hoc eſt quod dicitur *ad Rom. 7. peccatum per mandatum occaſione accepta ſeduxit me: & per illud occidit*, vt ibi in *gloſſ.* ex prohibitione namque vbi deficit charitas deſiderium mali creſcit, & ſic occaſio naturaliter occidit: nam ex hoc ipſo quòd peccatum commemorando prohibebat, is in quo concupiſcentia peccati extincta non erat, magis in ipſum exardeſcebat, ſicut cum aqua oſtenditur ſitienti: ſiquidem homo ex natura corrupta cupidus malæ libertatis nititur in vetitum, & ſæpe cupit negatum, cætera vero quæ circa hæc dicenda eſſent videbis per S. Bonauenturam, *in prælle-gatis diſtinctione, & quæſtione.* Nec omittenda eſt optima declaratio S. Thom. *ſupra dictis verbis 2. ad Corinth. 3. lectione 2.* dicens, quod Apoſtolus profunde loquitur in dictis verbis, *dicitur enim* Hier. 31. *Feriam domui Iſraël & domui Iuda fœdus nouum: non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris. & ſubdit: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eam.* vetus ergo teſtamentum ſcribitur in libro poſt modum ſanguine aſpergendo, vt dicitur *ad Hebr. 9. accepit ſanguinem & aſperſit librum dicens, hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos deus*, & ſic patet quod lex vetus eſt teſtamentum literæ, ſed nouum teſtamentum eſt teſtamentum Spiritus ſancti, quo charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, vt dicitur *Rom 5.* & ſic dum Spiritus ſanctus facit in nobis charitatem, quæ eſt plenitudo legis, eſt teſtamentum nouum, non litera, id eſt, per literam ſcribendum, ſed ſpiritu, id eſt, per ſpiritum qui viuificat, *ad Roman. 8. Lex ſpiritus vitæ*, id eſt, viuificantis, cauſa autem quare datum ſit nouum teſtamentum per ſpiritum ſubdit, quia litera occidit occaſionaliter, nam litera legis dat cognitionem peccati. *Roman. 3.* per legem cognitio peccati. Ex hac autem quod cognoſco peccatum ſolum duo ſequuntur, nam lex dum per eam cognoſcitur, non reprimit concupiſcentiam, ſed magis occaſionaliter auget, in quantum concupiſcentia feruentius fertur in rem prohibitam, vnde huiuſmodi cognitio nondum deſtructa cauſa concupiſcentiæ occidit, hic vero addit præuaricationem. Nam grauius eſt peccare contra legem ſcriptam, & naturalem ſimul, quàm contra legem naturalem ſolum, *ad Roman. 7.* occaſione accepta, non data. *Peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam, ſine lege enim peccatum mortuum erat.* Licet autem occaſionaliter occidat, inquantum, ſcilicet, auget concupiſcentiam, & addit præuaricationem, non tamen eſt mala lex vetus, quia ad minus prohibet mala, eſt tamen imperfecta, inquantum non remouet cauſam. Eſt ergo lex ſine ſpiritu interius imprimens legem in corde occaſio mortis. Et ideo neceſſarium fuit dare legem ſpiritus, quæ charitatem in corde faciens viuificat. Ioannis 6. *ſpiritus eſt qui viuificat.* Hæc ſanctus Thomas vbi ſupra. et ſic patet excellentia legis euangelicæ ad legem veterem. Et poteſt dictum Pauli intelligi quantum ad cæremonialia, & iudicialia poſt aduentum Chriſti, hoc eſt paſſionem eius & diuulgationem euangelij, vt littera occidat, vt latè tradit Durand. *in 3. diſtinct. 4. quæſtione tertia* ¶ Item patet eius excellentia ratione promiſſorum, Nam ſecundum Beatum Dionyſium *in quinto capitulo eccleſiaſticæ hierarchiæ prope medium.* Lex noua media eſt inter eccleſiam cœleſtem, & ſtatum veteris legis. Et ideo æterna bona, quæ in cęleſti patria copiosè exhibentur, in noua lege manifeſtè promittuntur, In veteri autem lege non promittebantur niſi ſub quibuſdam figuris. Vnde Paulus ad Hebręos 10. dicit, *vmbram habens lex futurorum bonorum.* ¶ Et ſi aliquando in veteri teſtamento promiſſa ſunt æterna, ſicut Abrahæ dixit Dominus. *Ego merces tua magna nimis.* Geneſis 15. hoc ſub quædam figura vel ſimilitudine temporalium factum eſt. Vnde Deus ſe conſtituit mercedem Abrahæ ad literam quaſi remunerationem in multitudine ſeminis, & in terræ promiſſæ collatione. Vel & ſi alicui perfectè promiſſa eſt merces æterna, non tamen communiter omnibus illius legis ſicut in lege noua, vt dicit ſanctus Thomas, & Gabriel ſequitur vbi ſupra.

¶ † Item comparando legem nouam ad legem veterem, 26
Lex noua leuior, & mitior eſt lege veteri reſpectu præceptorum moralium, cæremonialium, & iudicialium. Et primo quo ad moralia, dubitauit Scotus *in 3. diſtinct.* 40. an quo ad illa eſſet grauior lex euangelica. Ex eo quia ſi tenemus quod illa præcepta obligabant Iudæos eo modo quo erant explicata & declarata apud eos, licuit eis diligere amicum, & odio habere inimicum: ita enim docuerunt Phariſæi ſimplices de populo, quod Chriſtianis non licet. Et ita forte eſt de quibuſdam aliis explicantibus quædam præcepta moralia. Sic patet Matth. 5. Et ſic lex noſtra grauior eſſet lege Moſayca quantum ad moralia. Sed hæc grauitas non æquiparatur grauitati cæremonialium legis veteris. Sed ſi teneremus quod illæ traditiones Phariſæorum declarantes male præcepta moralia modo ſupradicto non obligaſſent Iudæos, vna lex non eſſet facilior, nec difficilior altera in illis, cum in vtraque eadem eſſent præcepta. Et lex vetus quantum ad dicta præcepta purè moralia hodie prodeſt quantum olim profuit, non propter legem, ſed propter naturalem æquitatem, quam præcepta continent ſecundum ſe, vt dicit Durand. *in 3. diſtinct. 3. quæſt. 3.* Vel quia illa fuerunt repetita per Chriſtum in lege euangelica dicentem, *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata* Matth. 19. Et dicit Ioan. de Baſſ. *in dicta diſtinctione & quæſtione vltima.* quod quamuis aliqua ſint contenta explicitè in lege noua difficiliora, vt credere Trinitatem & diligere inimicum, & huiuſmodi quàm in lege antiqua, nihilominus lex noua facilior eſt. Tum quia etiam lex noua habet multo perfectiora auxilia & remedia quàm antiqua. Habet enim perfectiorem gratiam, & perfectiora ſacramenta, quæ ipſam efficiunt ex opere operato non ex opere operantis ſolum, ſicut ſacramenta veteris legis, quare dicta lex facilior eſt quantum ad hæc. Et ideo dicit Chriſtus Matth. 11. cap. *Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue.*

¶ Cæterum quo ad cæremonialia facilior eſt etiam dicta lex noua, quia ipſa vetus lex grauior eſt, vt dicit Scotus *in dicta diſtinctione*, & ſequitur Gabriel & alij ſcribentes, & hoc quantum ad multitudinem, & quantum ad difficultatem illam obſeruandi. Nam Auguſtinus ad Inquiſitiones Ianuarij ait: Et pars habetur in capitulo omnia, *duodecima diſtinctione*, dicit, quod Rabi Moyſes numerauit præcepta legalia, duſquàm 600. ad quæ omnia illi tenebantur. Quorum quædam fuerunt valde difficilia, puta quod omne maſculinum ter in anno præſentaretur in Hieruſalem, quantumcunque diſtaret, & ſeptimum annum colere, propter quod oportebat eos duobus annis vacare à collectione fructuum, & multa alia, ſicut de non tangendo mortuum, vel de non comedendo, vel bibendo poſt tactum mortui ſine purificatione, ſeu lotione cum aqua, vt habetur Deuteron. 19. Vnde dicit Petrus *Actuum 15. quare vultis nobis imponere onus graue, quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus.* Lex autem noua ſecundum Auguſtinum ibidem paucis, & manifeſtis ſacramentorum ritibus eſt contenta. Non enim habet niſi ſeptem ſacramenta, quæ etiam omnia non ſunt omnibus Chriſtianis neceſſaria, non enim omnes recipiunt ordines nec omnes matrimonium contrahunt. Sed neceſſarius eſt baptiſmus, & poſt baptiſmum in peccatum mortale recidiuando pœnitentia. Itaque difficilius quod eſt in lege noſtra & eccleſia videtur eſſe confeſſio peccatorum. Difficile enim videretur alicui peccata ſua, ſoli Deo & ſibi nota, alicui homini reuelare. Sed circa non reuelationem peccatorum, & circa ſigillum confeſſionis ſunt talia & tot remedia appoſita, quòd non oportet confitentem timere aliquam confuſionem ex tali confeſſione. Obligatur enim audiens ad maximum ſecretum confeſſionis tenendum ſub grauiſſimis pœnis, vt habetur *in cap. dilectus. de exceſſ. prælatorum. in cap. omnis. de pœnitent. & remiſſio.* & circa reuelationem huius ſecreti confeſſionis ego plura dixi *in meo tractatu de materia ſecreti.* Et per Adrian. *in ſuo libello de ſacramentis. folio 114.* Alia ſacramenta præter baptiſmum, & pœnitentiam non ſunt forte neceſſaria, vt dicunt Scotus & alia. Vel ſi ſint, ſunt tamen ſatis

facilia,

facilia, put a Confirmatio, Euchariſtia & Extrema vnctio. Vnde quantum ad cæremonialia lex noua eſt longè facilior quàm lex vetus, inq tantùm à Chriſto data eſt. Et hæc eſt ſimpliciter leui-
27 tas, quæ præponderat illi grauitati, ſi qua ſit maior † in moralibus, vt dictum. ¶ Quantum ad iudicialia lex noua leuiſſima eſt, quia nulla iudicialia Chriſtus impoſuit, ſi tamen loquimur de lege noua, non ſolùm inquantum eſt à Chriſto tradita, ſed inquantū eſt per alios declarata, & quo ad hoc poſſet poni aliqua maior grauitas in lege Chriſtiana, quia non licuit Sacerdotibus antiquis, ſeu Iudicibus condere leges, *Deut.4.c.* Non addetis ad verbū quod vobis loquor. Sicut modo licet principibus Chriſtianis, & Pontifici ſtatuere leges propter pacem communem ſeruandam, ſiue iſtas quæ fuerunt in lege Moyſi, ſiue aliquas quas tenentur ſubditi ſeruare, dummodò non repugnent legi diuinæ, *c.1.§.quicunque, diſtinct.9.* hæc ex Scoto & Gabriele. ¶ Inſuper dicta lex Euangelica honorabilior eſt lege Moſayca, ſic intelligendo. Nam ſi habemus reſpectum ad vtriuſque legis
28 fundatorem, † neutra eſt altera honorabilior, quia vtriuſque vnus & idem, videlicet ipſe Deus fuit fundator. Tam enim hæc Euangelica, quàm illa Moſaica fuit condita & inſtituta, non ab homine, ſed à Deo. Sed aliis modis hæc lex Euangelica poteſt dici honorabilior, quàm illa, videlicet tam ratione promulgatoris vtriuſque & contentorum in eis, quàm etiam ratione finis vtriuſque.

¶ Primò poteſt dici lex Euāgelica nobilior propter nobiliorem promulgatorem. Antiqua enim fuit per purum hominem, videlicet per Moyſem promulgata, cui fuit data. Hęc autem per Chriſtum Deum & hominem ſimul verum.

29 ¶ Secundò hęc dignior eſt † quantum ad contenta in eis tam moralia quàm cæremonialia, licèt enim præcepta ſint eadem vtriuſque, tamen aliqua ſunt in Euangelica veritate verius expoſita, & perfectius intellecta. Et quoad cæremonialia, digniora quidem ſunt omnia huius nouę legis, quàm illius antiqua ſacramenta. Et ſpecialiter Euchariſtiæ ſacramentum in hac lege Euangelica inſtitutum Dei & hominis contentiuum.

30 ¶ Tertiò nobilior † eſt hæc quantum ad finem intentum. Finis enim legum intentus ab ipſarū obſeruatoribus eſt prēmium obtinendum, licet autem obſeruatio vtriuſq; legis meruit mediante Chriſti paſſionis merito obſeruatoribus præmium ſempiternum, in hac tamen Euangelica lege noua huiuſmodi præmium metemur citius. Quia nunc omnibus electis eſt aperta ianua gloriæ, quibus illo tempore erat clauſa, & etiam abundātius propter ſolutum pretium noſtræ redemptionis, Chriſti videlicet paſſionis meritum.

31 ¶ Quod autem vtilior † ſit, ex deductis patet, quia per ipſam finem vltimum conſequimur citius & abundantius, qui finis vltimus ſempiternus nobis promittitur expreſſiùs, vnde Vgo *de Sacramentis libro 1. parte 2. cap.3.* ſic dicit: Lex ſcripta tria continet, videlicet promiſſa, ſacramenta, & pręcepta, in pręceptis eſt meritū, in promiſſis præmium, in ſacramentis adiutorium, per pręcepta eundum erat ad promiſſa, ſed quia homo per ſe infirmus erat, data fuerunt ſacramenta, vt illum adiuuarent ad præcepta perficienda & promiſſa obtinenda.

32 ¶ Econtra patet grauitas † legis veteris, vt colligitur à dictis Scoti, ex defectu adiutoriorum ad obſeruandam legem datorum, quia paſſio Chriſti exhibita plus meretur gratiæ illis, qui nunc credunt eam iam exhibitam, quàm ipſa exhibenda meruit illis, qui eam crediderunt, vt exhibendam. Et ideo noſtra ſacramenta, quæ habent efficaciam in virtute paſſionis Chriſti iam exhibitæ plus conferunt de gratia, quàm ſacramenta veteris legis. Habemus & doctrinam magis explicitam, & exempla ſanctorum plura, & efficaciora ad imitandum, & etiam plura merita ſanctorum, qui non tantùm ſibi, ſed & nobis meruerūt, ac nobis ſuis interceſſionibus auxiliantur. Eſt & adiutorium valde notabile, quia nobis pro obſeruatione legis Chriſtianæ promittitur explicitè vita æterna. Illis autem raro, vel nunquam explicitè, vt per Scotum *in dicta diſtinctione.* Plures aliæ excellentiæ legis Euangelicæ ponuntur per Paul. Burgenſ. *in ſuo ſcrutinio 1. parte, diſtin.8.c.6.* ad quas me remitto.

33 ¶ Concluſio † ergo ex præmiſſis colligitur ſecundùm Gabrielem *in dicta diſtinct.* quòd lex noua gratiæ & Euangelij diſtat à lege veteri, præceptis, ſacramentis, & promiſſis. Probatur quātum ad præcepta vltra prædicta, quia licèt ſint eadem præcepta decalogi, ad quæ omnia moralia reducuntur, quę etiam à Chriſto approbantur in Euangelio, *Matthæi 19. & Marci 10.* vbi repetit prædicta decalogi. Præcepta tamen cæremonialia, & iudicialia in lege noua ſunt reuocata, vt patet Actuum 15. & ſuprà dixi. Et latè Paulus docet ad Galatas, & Hebræos, vbi oſtendit Apoſtolus legem ſeruandam non eſſe quantum ad cæremonialia, quæ fuerunt vmbra futurorum, contra inſurgentes hæreticos prædicantes legem obſeruandam eſſe cum Euangelio. Probatur etiam quantum ad ſacramenta, quia ſi ſacramentum propriè accipitur, in veteri teſtamento non fuerunt niſi duo ſacramenta, matrimonium, & circuncīſio (ſi tamen matrimonium in veteri lege fuerit ſacramentum) hæc enim tantùm contulerunt gratiam ex opere operato, ſed non tantam quantam ſacramenta nouæ legis, ex cauſa ſuprà proximè tacta. Reliqua ſacramenta veteris legis non fuerunt ſacramenta, niſi largè capiendo ſacramentum. Non enim contulerunt gratiam ex opere operato, ſed tantùm ex deuotione ſuſcipientium. De quo latè tradunt Doctores in *4. diſtinctione 1.* Ex quibus clarè patet, quòd lex Euangelica eſt excellentior in multis ipſa lege Moſaica, in qua tantùm confidunt perfidi Iudæi, eorumque ſequaces.

¶ His igitvr præmiſſis venio † ad quintum & vltimū, 34
in quo erit reſponſio ad argumenta pertinaciæ Iudaicæ. Et primò non obſtat primum fundamentum de fœdere ſempiterno, pacto ſempiterno, lege ſempiterna, & oblatione ſempiterna, quia triplex ad hoc dabitur ſolutio. Prima erit ſecūdùm ſenſum literalem. Secunda ſecundùm ſenſum allegoricum. Tertia ſecundùm ſenſum anagogicum.

¶ Quo ad primum dicendum eſt, quòd æternum & ſempiternum ſecundùm propriam ſignificationem differunt. Nam æternum dicitur, quod ſemper fuit, & eſt, vt Deus. Sempiternū dicitur quod incœpit, & non deſinet, vt Angelus, & anima, vt dicit gloſ. *in l. eum debere, ff. de ſeruit. vrban. præd.* nonnunquam capitur ſempiternum pro æterno, & è contra. Et ideo quod de æterno dicemus, capietur etiam de ſempiterno.

¶ Æternum ergo † capitur multis modis in ſacra ſcriptura, 35
vt dicit Alexander de Ales *in tertia parte ſummæ, parte ſecunda.* In materia ſacrificiorum primò capitur propriiſſimè, & ſic æternum dicitur, cuius non eſt finis, nec principium durationis. Et ſic ſolus Deus dicitur æternus. *Eccleſiaſt.18.* Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. Et dicitur æternum, quaſi extra terminum, vel terminos, quia caret principio, & fine. Et propriè loquendo ſolus Deus eſt æternus, & ſic ipſi ſoli conuenit æternitas. Vnde dicebat Iſaach *in libro diffinitionum:* Æternitas eſt interminabilis vitæ, ſimul tota & perfecta poſſeſſio, vt ponit Guilielmus Varilo. *in primo, diſtinctione nona, in ſecunda quæſtione.*

¶ Secundo modo dicitur æternum propriè eo quod habet principium, ſed non finem in duratione, vel in ſtabilitate, ſicut ſunt perpetua. Et ſic dicitur vita æterna. *Ioan.17.* Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te. Similiter & ignis inferni æternus eſt, *Matth.25.* Ite in ignem æternum.

¶ Tertiò dicitur æternum, communiter pro eo, quod non habet finem in humana acceptatione, quia ſcilicet non conſtituitur finis in humana affectione, ſicut illud *3. Regum 1.* Viuat rex in ęternum. Vel in humana recordatione, quia ſcilicet homines de illa ſemper recordētur, vt habetur *Ioſue 4.* Idcircò poſiti ſunt iſti lapides, ſcilicet extracti ex Iordanis alueo in monumentum filiis Iſraël vſque in æternum.

¶ Quartò æternum accipitur ſecundùm quid pro eo quod habet finem ratione rei ſignificatæ, ſicut circuncīſio data Abrahæ, dicitur fœdus ſempiternum, *Geneſ.18.* quia figurabat æternum, vt dicit ibi gloſ. Idem eſt de ſacerdotio Aaron, quod dicitur æternum, quia ſignificat æternum Chriſti ſacerdotium.

¶ Quintò dicitur æternum ſecundùm quid etiam conditionale, eo quòd non determinatur finis durationis, ſed ſub conditione. Sic illud de Dauid rege dicit Dominus *Pſal. 88.* Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, quod intelligitur ſub conditione ſi ſeruaſſent poſteri Dauid mandata Dei. quot aliis autem modis capiatur æternū, tradit S. Bonauent. *in 4. diſt.3. art.3. quæſt.2.*

¶ Sexto modo capitur æternum ſecundùm Iacobum de Valentia *in d. tract. quæſt. in 6. charta.* id quod eſt coæuum, dicens totam ætatem alicuius. Et ſic dicimus quòd vir eſt æternus vxori, quia quamdiu vixerit, eſt alligatus vxori per totam ætatem, & vitam, & econuerſò. Et ſic æternum dicitur in quantum eſt ali-

diuinum, ſicut leproſus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticinium. Et ſic talis immunditia nihil aliud erat, quàm irregularitas quædam. Ab hac igitur immunditia cęrimoniæ veteris legis habebant virtutē emundandi, quia huiuſmodi cærimoniæ erant quædam remedia ex ordinatione legis ad tollendas prædictas immunditias ex ſtatuto legis inductas. Ideo Apoſtolus dicebat *ad Hebræos* 9. quòd ſanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Et ſicut hæc immunditia, quæ per huiuſmodi cærimonias emundabatur, erat magis carnis quàm mentis, ita etiam ipſæ cærimoniæ iuſtitiæ carnis dicuntur ab ipſo Apoſtolo, *vt ſuprà*. Iuſtitijs, inquit, carnis vſque ad tempus correctionis impoſitis. ¶ Ab immunditia verò mentis, quæ eſt immunditia culpæ, non habebant virtutem expiandi. Et hoc ideo, quia expiatio à peccatis nunquam fieri potuit, niſi per Chriſtum, qui tollit peccata mundi, *Ioan.* 1. Et quia myſterium incarnationis & paſſionis Chriſti nondum erat realiter peractum, illæ veteris legis cærimoniæ non poterant in ſe continere realiter virtutem profluentem à Chriſto incarnato, & paſſo, ſicut continent ſacramenta legis nouæ, & ideo non poterāt à peccato mundare. Sicut Apoſtolus dicit *ad Hebræos* 18. quòd impoſſibile eſt ſanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata. Et hoc eſt quod Paulus *ad Galat.* 4. vocat ea egena & infirma elementa: infirma quidem, quia non poſſunt à peccato mundare. Sed infirmitas prouenit ex eo, quòd ſunt egena, id eſt, eo quòd non continent in ſe gratiam. Poterat autem mēs fidelium tempore legis per fidem contingi Chriſto incarnato, & paſſo. Et ita ex fide Chriſti iuſtificabantur, cuius fidei quædam proteſtatio erat huiuſmodi cærimoniarum obſeruatio, in quantum erant figura Chriſti, & hoc etiam lex innuit ex modo loquendi. Dicitur enim *Leuit.* 4. *&* 5. quòd in oblatione hoſtiarum pro peccato orabit pro eo ſacerdos & dimittetur ei, quaſi peccatum diminuatur non ex vi ſacrificiorum, ſed ex fide & deuotione offerentium.

¶ Sciendum eſt tamen quòd hoc ipſum, quòd veteris legis cærimoniæ à corporalibus immunditiis expiabant, erat figura expiationis à peccatis quæ fit per Chriſtū. Sic igitur patet quòd cærimoniæ veteris legis non habebant virtutem iuſtificandi, hæc S. Thomas, *vbi ſuprà*, & manifeſtè hoc ſanctus Paulus teſtatur *ad Galat.* 2. Si data eſſet lex quæ poſſet iuſtificare, Chriſtus gratis mortuus eſſet, id eſt, ſine cauſa, ſed hoc eſt inconueniens, ergo cærimoniæ legis veteris iuſtificabant. ¶ Vnde his præſuppoſitis reſpondeo ad contrarium ſecundum S. Thom. *in reſponſione ad ſecundum*. quòd ſacerdotes placebant Deo in cærimoniis propter obedientiam & deuotionem, & fidem rei præfiguratę, non autem propter ipſas res ſecundùm ſe conſideratas, & hæc eſt opinio S. Thomæ, Scoti, & communis ſcholæ Theologorū, vt latè tradit Gabriel *in 4. diſtin.* 1. *quæſt.* 3. *per totam*.

38 ¶ Non obſtat quòd circunciſio tollebat peccatum originale, & conſequenter quòd non debuit ceſſare. Ad hoc reſpondetur, quòd quamuis circuncifio tolleret peccatum originale, & ſic liberaret animam circuncifi à pœnis inferni, vt omnes Catholici, & Hebræi in hoc conueniunt, & tradit Gabriel *in 4. diſtinct.* 1. *quæſt.* 4. tamen dicta circuncifio non aperiebat regnum cœlorum circuncifis, nec tantos operabatur effectus, ſicut ſacramentum baptiſmi. Et ideo quo ad ſalutem circunciſorum defectuoſa erat. De primo patet, quia omnes circunciſi ſine peccato mortali decedentes deſcendebant ad limbum patrum, vbi patiebantur pœnam damni, non ſenſus, *vt ſuprà latè dixi in primo membro quarti erroris Iudæorum*. De ſecundo patet, nam baptizatis aperitur regnum cœlorum, vt dicebat Chriſtus *Ioan.* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt
39 introire in regnum Dei. ¶ Item circuncifio † imperfecta erat ratione baptiſmi tripliciter. Primò quantum ad ſignificationem, quia non ſignificabat ita expreſsè emundationem totius hominis ab immunditia culpæ originalis, ſicut ablutio baptiſmalis. Secundò, quantum ad efficaciam, quia non tam abundans gratia ad operandum & reprimendum fomitem in circunciſione dabatur ſicut baptiſmo datur. Tertiò circunciſio erat imperfecta reſpectu baptiſmi quantum ad vtilitatem, quia eius vtilitas non erat ita communis ſicut baptiſmi, cùm illa haberet determinatum populum Iſraëliticum; determinatum ſexum, ſcilicet, maſculinum, & determinatum tempus, ſcilicet, octo dierum, quod nō accidit in baptiſmo. Et ideo adueniente tempore plenitudinis debuit ceſſare circuncifio inſtituto baptiſmo, vt tradit Cardin. de Turre cremata *in c. quidam autem. §. Chermiani.* 24. *quæſt.* 3. *&* latius *in c. ex quo, de conſecra. diſtinct.* 4. *articulo* 7. Et ſanctus Thomas *in 4. diſtinct.* 1. *quæſt.* 9. *articulo* 3. Item hic poſſet applicari an circuncifio conferret gratiam iuſtificantem ex opere operato, an ex fide, vt ſic conſtituatur maior efficacia in baptiſmo, quàm in circunciſione, quod pro nunc non examino, quia latè tradunt Theologi *in 4. diſtinct.* 1. *quæſt.* 6. Alexan. de Ales recitat quatuor opiniones *parte 4. quæſt.* 7. *membro* 7. ſanctus Thomas 9. *diſtinct. artic.* 3. *libro* 4. Et poſt hos latè Gabriel *diſtinct.* 1. *quæſt.* 4. *articulo* 1. *libro* 4. Concordantiam horum Doctorum ponit latè Cardin. de Turre cremata *in d. c. ex quo, diſtinct.* 4. *articulo* 6. Iacob. de Valentia *in ſuo tractatu contra Iudæos, quæſt.* 1. *colum.* 6. *in ſexta concluſione*.

¶ Ex quibus omnibus & ſingulis ſufficit nobis debuiſſe ceſſare ſacramentum circunciſionis adueniente tempore gratiæ. Hinc dicebat Auguſtinus *in libro quæſtionum veteris teſtamenti*: Circunciſio vſque ad Chriſtum indulta eſt, quo veniente ceſſaret, quia Chriſtus omnes per fidem circuncidere ſeu ſaluare debebat, ſicut Abraham per fidem iuſtificatus eſt. Et Apoſtolus dicit *ad Galatas* 5. Si circuncidamini Chriſtus nil proderit vobis, vbi Auguſtinus dicit; Si circuncidamini quaſi ſpem ſalutis in circunciſione ponentes, Chriſtus nihil vobis proderit, ſed oberit. Nihil enim proderit fides adhibita circunciſioni, ſed oberit. Cuius rationem aſſignat Ambroſius *in gloſſa ibidem* dicens, maius malum ex libero ſeruum fieri, quàm naſci. & tradit ſanctus Thomas *in 4. diſtinct.* 1. *articulo* 5. *quæſt.* 1. Et dicta circuncifio prohibita fuit per Apoſtolos, *Actuum* 15. vbi dicitur, Surrexerunt quidam Phariſæorum dicentes, oportet circuncidi eos, qui pręcipuè obſeruauerint legem Moyſi. cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurrexit Petrus, & dixit ad eos, Viri fratres vos ſcitis, quod ab antiquis diebus, &c. ſequitur infra: Nunc igitur quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres veſtri, neque nos portare potuimus, ſed per gratiam Domini noſtri credimus ſaluari. ergo circumciſio finita eſt, nec debet imponi Chriſtianis. immò ſi quis vellet circuncidi, peccaret mortaliter, & hæreſim incurreret, quia ſperamus ſaluari in gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam habemus per ſacramenta nouæ legis, & hanc circunciſionem ſolùm Iudæis permiſerunt leges Iuriſconſultorum, *l. circumcidere, ff. de ſicarijs*. ſicut tunc erat in lege veteri, & capitalis ſententia eſt contra circuncidentes Chriſtianos, *l. vnica, C. ne ſanctum baptiſma iteretur*. & iſtum caſum addo ad illos quos ponit Bald. *in c.* 1. *§. iniuria, colum.* 2. *de pace iurament. firman.* & idem Baldus *in l. data opera, col.* 3. *C. qui accuſa. non poſſunt*.

¶ Et ſi dicatur ſi ita eſt, quòd † circuncifio finita eſt tum per 40
paſſionem Chriſti, tum etiam per prohibitionem Apoſtolorum, vt ſuprà ſæpè dixi, quare Paulus circuncidit Timotheum, *Actuum* 16. & quare Chriſtus circunciſus eſt, *Lucæ* 2. & nos non circuncidimur, cùm omnis Chriſti actio debeat eſſe noſtra inſtructio, *Ioan.* 13. *& Actuum primo*. Ad primum dicendum eſt, vt ſuprà etiam dixi, ſecundùm Auguſtinum *in quæſtionibus noui & veteris teſtamenti* dicentem, quòd hoc fecit Paulus propter ſcandalum Iudæorum, ne videretur legem veterem reprobare, vt inimicus legis, ſicque etiam fecit vt ſepeliret ſynagogam cum honore, nullam tamen ſpem poſuit Apoſtolus in illa circunciſione, & licet hoc fecerit poſt paſſionem Chriſti, fuit tamen ante totalem diuulgationem Euangelij, quia tempore intermedio cęrimonię legis potuerunt obſeruari ſine peccato mortali, poſtquam ſpem ſalutis in illis non poſuerint, præſertim vbi imminebat periculum ſcandali de non obſeruando, ſicut in diſcipulo illo Timotheo erat, eo quod eſſet filius viduę, quæ adhuc non erat informata de ceſſatione legalium ſicut & multi alij, qui tunc erant ad fidem conuerſi: Paulus tamen non circuncidit Titum, qui ex vtroque parente gentilis erat, & ideo non imminebat ſcandalum in eo de omiſſione circunciſionis, & eadem cauſa, quia cærimonialia Moſaicæ legis debuerunt ceſſare poſt aduentum Meſſiæ, *vt ſuprà dixi*, per eandem debuit circuncifio ceſſare, nam præceptum de circunciſione non eſt morale, non enim de dictamine rationis naturalis eſt, quod homo circuncidatur in ſignum veræ fidei. aliàs enim Noe iuſtus, & alij iuſti, ſeu ſancti qui præceſſerunt Abraham fuiſſent rei, quia non fecerunt circunciſionem. Vnde hoc præceptum licet datum fuerit Abrahæ, repetitum tamen fuit in lege Moſaica inter cætera cærimonialia legis. *Leuit.* 12. vbi præceptum de circunciſione ponitur inter alia legalia; quæ circa puerum natum debuerant

buerant fieri. Vnde idem eſt iudicium de circunciſione, ſicut de omnibus alijs, vt illorum duratio non excedat durationem legis Moſaicæ, *vt dixi*. ¶ Ad ſecundum dico quòd Chriſtus venit

41 ad † implendum legem, non autem ad ſoluendum, *Matthei* 5. & ideo ſeruauit legem Moyſi, vt infrà latius dicam, & ſignanter fuit circunciſus pluribus de cauſis. Prima eſt, vt oſtenderet ſe filium Abrahæ, cui præcepta eſt circunciſio, & cui facta eſt promiſſio, *Geneſ.* 22. Benedicentur omnes gentes in ſemine tuo. ſemen autem erat Chriſtus, vt dicit Apoſtolus *ad Galat.* vnde cùm poſteri Abrahæ circunciderentur, Chriſtus non crederetur eſſe de ſemine Abrahæ, neque illo quo implendæ erant promiſſiones, niſi fuiſſet circunciſus. Secunda, quia non venit ſoluere legem, ſed adimplere, & vt impleret veritatis legem, vmbram exemit, id eſt ſibi coniungit ſeruitutem & duritiam circunciſionis, qui erat inter mortuos liber, vt dicit Pſalmiſta: & libertas ſua fortior fuit, quàm illa ſeruitus, vnde illam deſtruxit: quia per Chriſtum ceſſauit circunciſio, & hanc cauſam tangit Apoſtolus *ad Gal.* 4. Factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Tertia eſt, vt ſe oſtenderet principium, & cauſam ſanctificationis, quæ fiebat per tria remedia contra peccatum, ſcilicet ſacrificia à tempore Abel vſque ad Abraham, per circunciſionem ab Abraham vſque ad Chriſtum, per baptiſmum à Chriſto in teſtamento vſque ad finem mundi: principium enim debet habere, quod oſtendit alijs, ideo decuit Chriſtum eſſe baptizatum, & circunciſum datum & oblatum, quolibet enim die in altari offertur, & ſacrificatur, & etiam ſeipſum obtulit, & fuit ſacrificatus in cruce pro redemptione generis humani, & ſicut patet quod Chriſtus voluit circuncidi non propter indigentiam, ſed propter decentiam. cuius decentiæ aliæ plures rationes poſſent aſſignari, quas ponit S. Thomas in 4. *ſententiarum, diſtinct.* 1. *art.* 2. *quæſt.* 3. *& in* 3. *parte ſummæ, quæſt.* 37. *Articulo primo in corpore, & in ſolutione tertij argumenti*, & Alij ſeptem rationes aſſignat, ad quem me remitto. ¶ Eadem ratione Chriſtus etiam ſeruauit alia legalia, prout ipſe teſtatur *Matthæi* 5. dicens: Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas, non veni ſoluere, ſed adimplere, ſuper quo textu dicit Chryſoſtomus: *Legem impleuit nihil tranſgrediendo legalium*. Secundò iuſtificando, quod lex per ſe facere non valebat, quod etiam patet in multis: primò, quia voluit circuncidi, *vt ſuprà dixi*, octauo die, *Lucæ* 2. quæ circunciſio erat quædam proteſtatio totius legis implendæ. Paulus *ad Galat.* 5. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ: ſic in templo offerri voluit, *Lucæ* 2. quod erat præceptum cærimoniale legis Moſaicæ, patet *Leuit.* 12. & 15. Tertiò vſus eſt fimbrijs in veſte, vt patet *Matthæi* 9. *Marci* 5. & *Lucæ* 8. quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Num.* 15. Item mittit leproſos ad ſacerdotes, *Matthæi* 8. & *Lucæ* 17 quod erat præceptum cærimoniale *Leuit.* 14. Item hoc etiam patet in cœna Paſchali, *Ioan.* 13. quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Exod.* 12. & dicit magiſter hiſtoriarum *ſuper Geneſ.* quòd non legitur Chriſtum comedisse carnem, niſi de agno [illegible]. Hæc quidem Chriſtus voluntariè obſeruauit, non quia debitor eſſet legis, eo quod legiſlator. Sic Papa & Imperator non ſunt ſubditi legi ab eis latæ, *l. ex imperfecto, ff. de legat.* 2. licet deceat Principem legem obſeruare, *l. digna vox, C. de legibus*. & quod quiſque iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur, *c. cum omnes, de conſtitut.* ¶ Sic ergo licet Chriſtus ſolutus eſſet ab obligatione legalium, voluit tamen legalia obſeruare, vt ponit ſanctus Thomas *in* 3. *parte, quæſt.* 40. *art.* 4. quadruplici ratione. primò, vt legem veterem comprobaret, fuerunt enim quidam hæretici dicentes legem veterem non eſſe datam à Deo, vt tangit magiſter hiſtoriarum in *Exod.* 20. & S. Thomas *in* 1. 2. *quæſt.* 98. *art.* 2. Secunda ratio eſt, vt eam obſeruando in ſeipſum, conſummaret, & terminaret oſtenderetis quod ad ipſum erat ordinata: iuxta quod Apoſtolus dicit: Finis enim legis eſt Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. *ad Roman.* 10. quia omnes leges & Prophetæ tendunt ad Chriſtum, ſicut ſagittantes tendunt ad ſignum prophetando, & figurando de Chriſto. Tertia ratio eſt, vt Iudæis calumniandi occaſionem ſubtraheret, qui potuiſſent allegare iuſtam occaſionem ipſum non recipiendi, ſi legalia non obſeruaſſet. Quarta ratio eſt, vt homines de ſeruitute liberaret.

42 ¶ Non obſtat quod † omnis Chriſti actio debet eſſe noſtra inſtructio, vt dicamus, quòd ſicut Chriſtus obſeruauit legalia, quod ideo nos obſeruare debeamus: quia ad hoc reſpondeo, quod hoc eſt verum in his in quibus voluit nos illum imitari, ſed non in omnibus, quæ ipſe operatus eſt, aliàs ſequeretur, quòd ſicut ipſe mortuus eſt in cruce, ita nos etiam in cruce mori deberemus, quia ideo ipſe mortuus eſt, vt nos à morte liberaret, iuxta illud Apoſtoli: Nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ſcilicet maledictione pœnæ, quia ſcriptum eſt: Maledictus homo, qui pendet in ligno, *ad Galat.* 3. & *Ioan.* 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et ideo ſicut Chriſtus mori voluit, vt nos à morte redimeret, & mortem moriendo deſtrueret, ſic & voluit legalia obſeruare, vt nos à ſeruitute legis abſolueret. Et hoc eſt quod innuit Apoſtolus *ad Galat.* 4. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Sequeretur etiam, quòd pedibus mare deberemus ambulare, cæcos curare, mortuos ſuſcitare. Sic ergo non omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio, ſed in his tantùm, quæ ipſe nobis mandauit, ipſum eſſe imitandum, vt dicit Card. *in c. liquido de conſecr. diſtinct.* 2. *ad verbum*. Et in c. *Chriſtus.* 1. *quæſt.* 1. & traditur in c. *Dominus.* 2. *quæſt.* 1.

¶ QVOAD TERTIVM argumentum, † quòd lex Moyſi 43 non erat innouanda, nec immutanda. Dico ſecundùm Iacobum de Valentia *in dicto ſuo tractatu*: quòd lex Euangelica nihil addit, nec aufert à lege antiqua quantum ad eſſentialia. Vnde dicit, quòd duo ſunt conſideranda in lege veteri. Nam quædam ſunt eſſentialia, ſicut fides futurorum Chriſti & Eccleſiæ, quæ in lege erant figurata. Et quædam erant accidentalia, ſicut erat modus colendi Deum per illa legalia, quæ erant ſigna & figura futuræ veritatis. Vnde futuræ veritates, quæ per Chriſtum completæ ſunt, erant de eſſentia illorum ſignorum, & figurarum. Et ideo lex Euangelica ſeruat veritatem ſignificatam per illa legalia, quia lex per Moyſen data eſt, ſed gratia & veritas per Chriſtum facta eſt, *Ioan.* 1. Ergo lex Euangelica auferendo legales cærimonias à lege Moyſi, nihil eſſentiale aufert, poſtquam retinet & obſeruat veritatem figuratam per illa ſigna, quæ erant quædam accidentalia ipſi legi, quibus ceſſantibus non deſtruitur, ſed conſtituitur lex, poſtquam ſunt per Chriſtum verificata, quia accidens poteſt eſſe vel abeſſe præter ſubiecti corruptionem. Et ſic patet, quod nullum eſſentiale aufertur à lege, & hoc modo intellexit Deus, quando dixit: Non addetis ad verbum quod loquor vobis, nec auferetis ab eo, id eſt, non addetis, nec auferetis aliquid eſſentiale, quod ſit de eſſentia legis. Et hæc latius declarat idem Iacobus de Valentia *in prologo ad Pſalterium, Tractatu* 3. *in* 7. *clau.* vbi poterit videri. Et hoc de quarto errore Iudæorum.

¶ De quinto errore Iudæorum.

SVMMARIVM.

1. *Feſtiuitates legales Iudæorum fuerunt ſeptem.*
2. *Sabbatum eſt nomen generale ad omnes feſtiuitates Iudæorum.*
3. *Sabbatum aliud erat annale, aliud menſtruale. Et aliud ſabbatum hebdomadale.*
4. *Sabbati appellatione de ſabbato dierum, ſeu de vſuali intelligimus. Et ab ipſo, vt à nobiliori totius hebdomada dies ſabbatum appellatur.*
5. *Sabbatum quare Deus obſeruari mandauit.*
6. *Sabbatum quomodo erat obſeruandum à Iudæis, & quæ facere, & quæ non facere obligabantur.*
7. *Sabbatum à qua hora incipiebat, & qua hora finiebat.*
8. *Sabbatizare nihil aliud eſt, quàm ab opere ſeruili ceſſare.*
9. *Sabbatum celebrius erat omnibus alijs feſtiuitatibus Iudæorum.*
10. *Sabbatum non cuſtodientis pœna, quæ erat ſecundum legem.*
11. *Sabbati totus dies erat de obſeruantia legis. Alias ſi in parte diei quis opus ſeruile fecerit, ſabbatum violat.*
12. *Sabbati die ſi quis abſtinuerit per horam cum intentione ſeruãdi legem veterem, apoſtata eſt.*
13. *Sabbati obſeruantia eſt partim moralis, & partim cærimonialis.*
14. *Sabbati loco ſucceſſit dies Dominica, & quæ fuit ratio huius ſucceſſionis.*
15. *Sabbati obſeruandi præceptum quare fuit mutatum ab eccleſia in diem Dominicam.*
16. *Sabbatum an hodie licitum ſit feſtiuare.*

17 Præ-

17 *Prædicatores huius temporis non ſunt piſcatores, vt Apoſtoli, ſed venatores.*
18 *Sabbato ex quo ſucceßit dies Dominica an ea, quæ ſunt prohibita à lege fieri in ſabbato, liceat facere in die Dominica.*
19 *Peccati opera magis prohibentur fieri in die Dominico, quàm opus ſeruile.*
20 *Seruilia opera per quæ vacabatur à ſpiritualibus magis inhibebantur in diebus feſtis fieri, quàm in alijs.*
21 *Opera quæ reſpiciunt ſeruitium Dei, ſunt in triplici differentia.*
22 *Seruilia opera reſpicientia ſeruitium hominis nõ ita prohibentur in diebus Dominicis, ſicut prohibebantur in ſabbato.*
23 *Opera ſeruilia poſſunt fieri in certis caſibus in diebus Dominicis & feſtis.*
24 *Pietas multis modis capitur.*
25 *Intellectus c. licet, & c. conqueſtus, de ferijs. & gloſſarum ibi poſitarũ in præcedentibus tribus columnis.*
26 *Chriſtus an ſeruauerit legalia legis veteris.*
27 *Feſtum an ſit celebrandum de ſanctis veteris teſtamenti.*
28 *Feſtum ſecundum Iudæorum dicebatur neomenia.*
29 *Feſtum tubarum ſpecialiter celebrabatur in nouilunio menſis Septembris.*
30 *Feſtum neomenia, id eſt, nouilunij quare celebrabatur à principio cuiuſlibet menſis.*
31 *Feſtum nouilunij quid ſignificat in ſenſu allegorico.*
32 *Feſtum tertium Iudæorum erat Phaſe, ſiue Paſcha, & quare ſic dicitur.*
33 *Annum ſolarem computant Chriſtiani. Iudæi verò Lunarem, ratio ibi ponitur.*
34 *Annus Lunaris ſecundùm Iudæos, incipit à lunatione Aprilis.*
35 *Menſium nomina ſecũdùm Hebræos, vt colligitur ex ſacra ſcriptura.*
36 *Menſis primus anni apud Iudæos quis eſt.*
37 *Annus à quo menſe incipit ſecundùm diuerſas nationes.*
38 *Primum poteſt dici in aliquo genere, non quia ſit primum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.*
39 *Menſis primus anni ſecundùm Iudæos eſt Martius, vt dicunt aliqui. Alij verò Aprilem, concorda Doctores in hoc.*
40 *Mundus in quo menſe fuit creatus.*
41 *Menſis primus Iudæorum quando incipit.*
42 *Feſta Iudæi quare diſtinguunt ſecundùm curſum Lunæ: Chriſtiani verò ſecundùm Solem.*
43 *Paſcha multipliciter accipitur.*
44 *Paſchalis feſtiuitatis, quæ erat ratio literalis.*
45 *Paſchalis feſtiuitatis Iudæorum ratio figuralis.*
46 *Paſcha ſolemne quotupliciter fuit celebratum à Iudæis.*
47 *Feſtum quartum Iudæorum erat Pentecoſtes. Quod etiam dicebatur feſtum hebdomadarum, feſtum primitiuorum, & durabat per ſeptem dies.*
48 *Feſtum Pentecoſtes prout eſt Iudæorum, non eſt hodie ſeruandum.*
49 *Feſtum quintum Iudæorum eſt in prima die Lunæ Septembris, & dicitur tubarum. Et ibi ponitur illius feſti ratio literalis & figuralis.*
50 *Feſtum ſextum Iudæorum eſt in decima die Lunæ mẽſis Septembris. Et dicebatur feſtum expiationis. Et in illo die eſt ieiunium perdonamenti. & abſtinebant ab opere ſeruili, & in die præcedenti.*
51 *Feſtum ſeptimum erat tabernaculorum in decimoquinto Lunæ Septembris.*
52 *Feſtum octauum Iudæorum fiebat vigeſimatertia die Lunæ Septembris. Et dicebatur cœtus ſiue collecta, & erat dies ſolemnis.*
53 *Feſtiuitatibus tribus cogebantur Iudæi in Hieruſalem aſcendere ad templum.*
54 *Feſtiuitates aliæ celebrabantur à Iudæis præter illas legales, quæ non ſunt in quinq; libris Moyſi.*
55 *Sacrificium iuge quid erat in tempore templi Hieruſalem.*
56 *Feſtiuitates eccleſiæ ſuccedunt in locum feſtiuitatum legalium ſingula ſingulis referendo.*
57 *Ieiunia Iudæorum erãt plura. Et primò ieiunium in menſe Iulij.*
58 *Ieiunium in menſe Auguſti.*
59 *Ieiunium in Octobri.*
60 *Ieiunium in menſe Ianuarij.*
61 *Ieiunium Iudæorum erat vſque ad veſperam.*
62 *Ieiunium perdonamenti, vide ſuprà in numero quinto, in verbo, feſtum ſextum Iudæorum.*
63 *Ieiunium Reginæ Heſter, ſuprà in verbo, feſtiuitates aliæ, in nu. 54.*
64 *Neruum eijciunt Iudæi ex fœmore arietis, quem non comedunt, quia marcuit in fœmore Iacob.*
65 *Pinguedinem, ſeu adipem prohibebantur Iudæi comedere.*
66 *Sanguinem prohibebantur comedere Iudæi.*
67 *Animal occiſum ab animali ſiue morticinium erat prohibitum Iudæis ad comeſtionem.*
68 *Animalia iugulant Iudæi, vt totus ſanguis effundatur.*
69 *Oratio Iudæorum fiebat apertis feneſtris verſus Orientem in tribus horis diei.*
70 *Paſta à mulieribus proijcitur in ignem, vt concremetur.*
71 *Iudæi abſtinent ſe ab eſu aliquorum animalium.*
72 *Immunditia corporalis in brutis poteſt dupliciter conſiderari.*
73 *Animalia immunda quare prohibebantur Iudæis.*
74 *Animalia quæ prohibebantur Iudæis ad comedendum.*
75 *Piſces qui prohibebantur comedi à Iudæis in lege.*
76 *Aues quæ erant prohibitæ in lege.*
77 *Abſtenſio à prohibitis in lege Moyſi ea intentione, vt legalia obſeruentur eſt hæreſis.*
78 *Prohibitio legalis de certis animalibus, auibus & piſcibus non comedendis hodie ſublata eſt in lege Euangelica.*
79 *Carnes aliquorum animalium erant prohibitæ Iudæis in figura.*

QVINTVS ERROR IVDÆORVM eſt, quòd non credunt ſabbatum ceſſare, nec loco illius eſſe celebrandam
diem Dominicam. Inde eſt, quòd celebrant ſabbatum, & alia
feſta legis Moyſi, & ieiunia dictæ legis cum maxima deuotione
tenent, de quorum ſingulis videndum eſt. ¶ Et in primis ſciendum
eſt, quòd Iudæi habebant octo legales feſtiuitates, ſcilicet
Sabbatum, † Neomenia, Phaſe, Pentecoſtes, feſtum clangoris, 1
feſtum propitiationis, ſcenophegia, & cœtus, ſiue collectæ. Alias
autem feſtiuitates habebant, quæ non ſunt legales, ſed ab
eis inuentæ, de quibus ſingulis eſt videndum. ¶ Sabbatum † in- 2
terpretatur quies, & eſt quaſi nomen generis, quia omnes feſtiuitates
ſabbatum appellantur, vt patet Leuit. 23. vbi dicitur mẽſe
ſeptimo. Prima dies menſis erit vobis ſabbatum memoriale
clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum, opus ſeruile nõn facietis
in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Item ibidem dicitur:
Decimo die huius menſis ſeptimi dies expiationis erit celeberrimus,
& vocabitur ſanctus, Nihil aliud operis facietis in
eo, legitimum, ſempiternum erit vobis ſabbatum requiſitionis
eſt. Et ibidem: Die nono menſis ſeptimi à veſpera vſque ad veſperam
celebrabitis ſabbata veſtra. ¶ Item ſabbatum aliud erat
annuale, quod celebrabatur poſt ſeptem annos, Leuit. 25. dicitur:
Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam
tuam, colligesque fructus eius. Septimò autem anno ſabbatum
erit terræ requietionis Domini. & ibidem ſubiungitur, an-
annus Iubilæi, qui celebrandus erat ſingulis ſeptem hebdomadis
annorum, id eſt, poſt ſepties ſeptem hebdomadas, quæ ſimul
faciunt quadraginta nouem annos. Et ſeptimo menſe decima
die menſis fiebat remiſſio cunctis habitatoribus terræ, &
ille erat Iubilæus. ¶ Aliud erat † ſabbatum menſtruale, quod 3
celebrabatur in ſeptimo menſe die prima, die decima, die nona,
die quintadecima, & die octaua, *vt habetur Leuit.* 23. ¶ Eſt etiam
ſabbatum hebdomadale, quod celebrabatur poſt ſeptem
hebdomadas poſt Paſcha, quod erat feſtum nouarum frugum,
id eſt Pentecoſtes, *vt habetur Leuit.* 23. ¶ Aliquando capitur pro
tota hebdomada, vt ieiuno bis in ſabbato, vt dicebat Phariſæus
Lucæ 18. ¶ Aliud demum eſt ſabbatum quod poteſt dici vſuale,
ſiue dierum, quia poſt ſeptem dies venit quælibet hebdomada,
quia ſic celebrari iubetur in qualibet hebdomada, de quo *Exodi*
20. *cap.* dicitur: Memento, vt diem ſabbati ſanctifices, ſex diebus
operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die
ſabbatum Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo, tu &
filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum
tuum, & aduena, qui eſt intra portas tuas, & *Exodi capite* 31. Sex
diebus facietis opus, in ſeptimo ſabbatum eſt requies ſancta
Domino. ¶ Et ideo † quia hoc ſabbatum qualibet hebdoma- 4
da venit, appellatione ſabbati ſimpliciter, hoc ſabbatum dierum
ſeu vſuale intelligimus, & ab hoc ſabbato tanquàm à nobiliori,
dies hebdomadæ denominabantur, ſecundùm conſuetudinem
Iudæorum, ita quòd dies ſequentes à ſabbato ſabbata
appellabantur. Inde dicebant primò, ſabbatum ſimpliciter.
Deinde prima ſabbati, id eſt prima dies poſt ſabbatum, ſecunda
ſabbati, tertia ſabbati, quarta ſabbati, quinta ſabbati, ſexta
ſabbati. Et ſic complebantur ſeptem dies hebdomadæ, vt patet
Matthæi 28. ibi, In prima ſabbati venit Maria Magdalena: &
prima ſabbati eſt dies Dominica, prout declarant ibi Vgo Cardi-

din. & Lyra, & Marc. 16. Et ſic omnes hebdomadæ ſabbata appellabantur, vt patet Actuum 16. ibi per tria ſabbata diſſerebat, hoc eſt, per tres dies.
5 ¶ † Et hoc ſabbatum Deus mandauit obſeruari à Iudæis triplici de cauſa. Prima eſt, vt eſſet in memoriã creationis mundi, quia in ſeptima die ceſſauit Deus, & quieuit ab omni opere, quod patrarat, vt patet Geneſ. 2. & Exodi 20. Quando dicit, Memento vt diem ſabbati ſanctifices, & infra dicitur, Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terrã, & ſeptimo die quieuit. Et ideo hoc ſabbatum nõ dicitur legale ex eo, quia ſub lege inſtitutum eſt, ſed quia ſub lege ex præcepto primo obſeruatum, vt dicit Vgo Cardin. ſuper Leuit. 23. Et quia magna erat diſtantia temporis à creatione mundi vſque ad illud tempus quo præcipiebat obſeruari ſabbatum, quia fluxerant tria millia ſexcenti, & nonaginta anni, Ideo Deus in hoc præcepto appoſuit dicens, Memento. ¶ Secunda cauſa fuit, quia Deus liberauit Iudæos à ſeruitute Ægyptiorum, vt Deut. 5. de receptione legis habetur, *obſerua diem ſabbati, ſex diebus operaberis*, & infra: *Memento quod & ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxit te Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extenſo, & idcircò præcepit tibi, vt obſeruares diem ſabbati*. Ex quo ſatis videtur oſtendi, quod ſabbatum erat de ſero, quando Deus fecit exire populum Iſraëliticum de Ægypto. ¶ Tertia cauſa fuit huius præcepti vt ſabbatum eſſet ſignum futurorum. Nam memoria eſt pro præteritis, & ſignum eſt pro futuris, vt habetur Ezechiel. 20. vbi dicitur: *Sabbata dedi eis, vt eſſent eis in ſignum*, & Exodi 31. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos*.

6 ¶ QVÆRO IGITVR † circa præmiſſa, quomodo erat obſeruandum ſabbatum, & ſic quæ facere, & à quibus ſe abſtinere Iudæi debebant. Ad hoc dico, quòd in ſabbato Deus præcepit, quòd nullum opus ſeruile facerēt, & quod per diem ſabbati nõ ſuccenderent ignem in habitaculis eorum, vt habetur Exod. 35. Item non poterant colligere ligna in ſabbato, nam talis præcipiebatur obrui lapidibus, Num. 15. Item nec præparari cibaria ad comedendum, vt omnes Iudæi dicunt, & licet hoc expreſſè nõ ſit in lege prohibitum, quod cibi non coquerentur ſabbato, tamen hoc ſatis poteſt colligi ex illis verbis, quando prohibentur opera ſeruilia, aut etiam quia prohibiti fuerunt in deſerto colligere manna in ſabbato, Sed quod in præcedenti colligerent pro duplici die, & coquerent quæ erant coquenda in die veneris, *vt patet Exodi 16.* aut quia ignis non erat accendendus in domo, ſine quo cibaria non poterant parari. Inſuper ambulare nõ poterant in ſabbato vltra mille paſſus. Nã talis ambulatio magis erat ad recreationem, quam ad laborem, quod non erat contra ſabbati quietem, *vt habetur Actuum 1.* per Lyram, & idem dicitur *Matthæi 18.* Item non licebat onera portare, *Hieremi 18. & Eſdræ 2. cap. 23.*
7 ¶ † Et incipit dictum ſabbatum à veſpera poſt diem veneris vſque ad mane diei Dominicæ. Et ſic dictum ſabbatum habebat duas noctes, vnam præcedentem, & alteram ſubſequentem, & ſic intelligitur illud *Leuit. 23.* vbi dicitur: A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra, & ita obſeruant Iudæi, qui ſunt in partibus Orientalibus. ¶ Alij verò incipiunt ſabbatum à die veneris de ſero, & ſeruant illud vſque ad principium noctis dicti ſabbati, in qua laborare incipiunt, vt dicit Iacob. de Valentia *in dicto tractatu contra Iudæos, quæſt. 2. in 13. colum. verſic. his habitis, cum ſequenti.* Et hoc ſatis videtur conforme, nam ſecundum ordinem ſacræ ſcripturæ dies naturalis menſurabatur à mane vſque ad mane, vt patet Geneſ. 1. & ſic dies præcedebat noctem in computatione diei naturalis. Et re vera ſic erat, vt dicit Vgo Cardin. ſuper *Leuit. 23.* & ſic cucurrit tempus vſque ad paſſionem Domini, & tunc mutatus eſt ordo, vt nox præcedens cum die ſequenti faceret vnum diem naturalem. Vnde Apoſtolus *ad Roman. 13.* dicit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Nihilominus Iudæi à nocte præcedenti incipiebant feſta ſua, ſicut & nos. ¶ Illi tamen Orientales vt ſeruent computationem diei naturalis celebrant noctem ſubſequentem vſque ad mane diei Dominicæ, vt etiam ſeruent præceptum legis, celebrant noctem præcedentem, quæ eſt de die veneris. Et ſic intelligunt diem ſabbati, vt dicant à veſpera vſque ad veſperam incluſiuè, vt modo dixi. ¶ Quare autem fuerit facta illa mutatio tempore paſſionis Chriſti, ſcilicet, vt nox præcederet diem, non autem dies noctem, vti erat ſecundum ordinem ſcripturæ ſacræ, Geneſ. 1. dicendum eſt, quia in lege naturæ gratia præceſſit peccatum. Vnde Adam non fuit in nocte, nec in peccato creatus, ſed in die & in gratia. Sed poſtea factum eſt veſpere & nox in eo per peccatum. Et in tali nocte peccati vixit totum genus humanum per ſex ætates vſque quo factum eſt mane per Chriſtum. Et ſic poſt noctem peccati & legis, incepit dies gratiæ in reſurrectione Chriſti, & ſic ille dies Dominicæ reſurrectionis, fuit primus dies legis gratiæ ſuccedens nocti peccati. Et ſic dicit Paulus, *vbi ſuprà*, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et idem eccleſia in celebratione feſtorum celebrat prius noctem præcedentem incipiens feſtum ad dicta nocte, & ſic quod nox præcedat diem feſtum.
¶ Item † in dicta die ſabbati debebant opera ſancta facere intendentes circa cultum Deo exhibendum. Ideo ſabbatizare nihil aliud eſt, quàm ceſſare ab opere ſeruili, & ſancta opera facere, *vt notat* [illegible] quod Iudæi hodie malè ſeruant, immò vacant ludis & iocis, Ideo dicebat Auguſtinus *in libro de decem chordis*, quod melius faceret Iudæus ſi in agro ſuo aliquid vtile faceret, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et melius fœminæ eorum die ſabbati lanam facerent, quàm quod tota die in Neomeniis ſuis impudica ſaltarent, vt refert ſanctus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſtione 122. articulo 4. ad tertium*. vnde Seneca deridebat ſabbata Iudæorum, quia non vacabant diuinis, ſed nugis & inutilibus. Et ideo habetur Threnorum 1. *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius*, vt refert ſanctus Thomas *in 3. ſententiarum, diſtinctione 37. articulo 5. ad primum*. Et in ſabbato vltra iuge ſacrificium, quod quotidie offerebatur, offerebantur etiam duo agni immaculati in holocauſtum cum libamentis, vt dicit Cardin. *ſuper Leuit. & habetur latè in textu* Numeri 28. vbi declaratur per Card. & alios. ¶ Sciendum eſt etiã, quòd ſabbatum celebrius erat omnibus alijs feſtiuitatibus quo ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus, vt dicit S. Thom. *in 4. diſt. 15. quæſt. 4. art. 2. verſic. ad quartum* vnde in prima & vltima die ſolennitatis Paſchalis quæ erat 15. & 21. lunæ primi menſis licebat coquere cibos, & alia huiuſmodi facere, quod non licebat in ſabbato facere. Et ideo mulieres ſeptima ſexta parauerunt aromata, videntes quod non ſufficerent, quæ per Nicodemum parata erãt, & ſabbato ſecundùm legem quieuerunt, & tranſacto ſabbato emerunt aromata, id eſt, empta parauerunt: vel etiam alia ſuper emerunt videntes non ſufficere, quæ prius feria ſexta parauerunt, & venerunt ad monumẽtum, prout ſcribitur *Lucæ 23.* Et ita maiorem cultum adhibuerunt ſabbato, quàm primæ diei Paſchalis quæ erat celeberrima, vt ibi tradunt Doctores. ¶ Pœna autem non ſeruantis ſabbatum erat à lege ſtatuta, vt morte moreretur, vt dicitur Exodi 31. Cuſtodite ſabbatum meum, Sanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud morte moriatur. Qui fecerit in eo opus peribit anima illius de medio populi ſui. Omnis qui fecerit opus in hac die morietur. gloſ. interlinealis exponit morte, ſcilicet, animæ & corporis, & anima illius peribit, dicit Lyra, quia punitur grauiter à Deo in futuro, niſi pœnituerit & ſatisfecerit in vita præſenti. ¶ Et ſic opus factum in eo violat ſabbatum, licet non fecerit illud per totam diem. Nam hoc ſufficit ad violationem ſabbati, vt patet in illo textu 31. Exodi. Ex quo ergo ſabbatum eſt quid continuum à veſpera vſque ad veſperam, qui in vno contra ſabbatum peccauit, factus eſt reus totius ſabbati, vt patet de eo qui colligit ligna in ſabbato, *Numeri 15. c. deſſeat. de reg. iuris.* Et qui totam legem ſeruauerit, offendit autem in vno, factus eſt omnium reus, *vt in c. fratres, de pœnit. diſtinct. 5.* Et qui vna die quadrageſimæ non ieiunauit, quadrageſimam ſoluit, *c. non oportet, de conſecrat. diſtinct. 3.* Et qui partem indiuidui facit, nihil facere videtur, vt not. gloſ. & Doct. *in l. furioſum. C. qui teſtamen facere poſſunt & l. penult. C. de his quibus vt indignis.* Et meritò ſabbatum poteſt dici indiuiduum, quia ſi pro parte impleatur, non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantum totum reſpectu totius, prout ponit Bart. in ſimili *in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.* & tradunt Modern. *in l. 4. §. Cato. ff. eod. tit.* ¶ Fateor tamen quod ſi Chriſtiani in die ſabbati per horã, aut aliquod paruum interuallum abſtineret ſe ab opere ſeruili cum intẽtione ſeruãdi legem Moyſi, de qua intentione conſtaret per eius confeſſionem, vel alias, vt conſtare poteſt, incideret in crimen apoſtaſiæ, *arg. eſt in l. vulgaris. ff. de furtis. c. vulgaris. de pœnit. diſt. 1.* Et ideo dicit Paul. ad Col. 2. Nemo vos ſeducat in parte diei feſti. Nec ſufficeret ſola abſtẽſio per aliquod ſpatium in die ſabbati ſine probatione intentionis, ad hoc vt diceretur tranſiſſe ad ritum iudaicum, niſi abſtineret ab opere ſeruili per totam diem, quia talis eſt ritus iudaicus, vt opere ſeruili abſtineatur à veſpera vſque ad veſperam. Et ideo loquitur textus *in c. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6.*

¶ QVÆ-

13 Qværo vtrum præceptum de obſeruatione ſabbati ſit morale vel cæremoniale, vt ſciamus quare hodie debeat ceſſare. Ad quod dicendum eſt ſecundum ſanctum Thomam 1.2. quæſt. 122. artic. 4. ad primum, quod hoc præceptum de obſeruatione ſabbati ad literam intellectum, non totum eſt morale, vt ſic ſemper obliget ſecundum ſe totum, ſed partim eſt morale, & ſic obligat etiam in noua lege, ſicut & cætera præcepta legis moralia. Partim verò eſt cærimoniale, & ſic non obligat in lege noua, ſicut nec alia cærimonialia, quorum obligatio (vt ſupra in quæſtione tertia tradidimus dictum eſt) terminatur ſecundum durationem legis Moſaicæ. Illud enim eſt morale in hoc præcepto, quod homo deputet aliquod tempus vitæ ſuæ ad vacandum diuinis. Ineſt enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quod cuilibet rei neceſſariæ deputetur aliquod tempus, ſicut corporali refectioni, ſomno & alijs huiuſmodi. Vnde etiam ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur ſecundum dictamen naturalis rationis, aliquod tempus deputet homo. Et ſic habere aliquod tempus deputatum ad vacandum diuinis, cadit ſub præcepto morali. Sed inquantum in hoc præcepto determinatur ſpeciale tempus in ſignum creationis mundi, ſic eſt præceptum cæremoniale. ¶ Similiter etiam cærimoniale eſt ſecundum allegoricam ſignificationem, prout fuit ſignum quietis Chriſti in ſepulchro, quæ fuit ſeptima die. Et eſt morale prout ſignificat ceſſationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo, & ſecundum hoc quodammodo eſt præceptum generale. Similiter etiam cæremoniale eſt ſecundum ſignificationem anagogicam, prout præfigurat quietem fruitionis Dei, quæ erit in patria. Et ideo dictum præceptum de ſabbato ponitur inter præcepta decalogi inquantum eſt præceptum morale, non inquantum cærimoniale, quod eſt in eo quod continet determinationem temporis in diem ſeptimam hebdomadæ. Et quantum ad hoc, quia cæremoniale eſt, nō obligat nos in lege noua, ſicut nec alia cærimonialia legis Moſaicæ, vt dixi. Et ideo ad vacationem ab operibus ſeruilibus, & refectionem mentis in Deum deputata fuit dies dominica ex inſtitutione eccleſiæ, & conſuetudine populi Chriſtiani, quæ quidem dies ſecundum ſtatum nouæ legis fuit tempus congruum ad huiuſmodi obſeruationē, magis quàm dies ſeptima, vt ſtatim inferius dicam. ¶ Nec obſtat quòd Deus benedixerit & ſanctificauerit diem 7. & ſic diem ſabbati. Gen. 2. quia ſanctificatio in hoc conſiſtit, vt illa dies deputetur & applicetur ad diuina ſeruitia, vt Num. 16. *& ſanctè applicauit ſibi.* Item etiam, quia ratio ſanctificationis adhuc durare videtur, dum dicitur ibi Gen. 2. *Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab vniuerſo opere ſuo, quod creauit.* Et ſic ex quo ratio huius ſanctificationis adhuc durat poſt aduentum Chriſti, videtur quod efficacia eius durare debeat, & ſic quod adhuc ſabbatum videatur obſeruandum, & quòd nōn debeat effici dies prophana.

Ad hoc dicendum eſt, quòd non eſt inconueniens, vt aliquæ res ſanctificatæ fiant prophanæ, & eis ſuccedant aliæ res in ſanctitate. Nam primogenita fuerūt à Deo ſanctificata, vt habetur Exo. 13. & loco eorum fuerunt ſanctificati à Deo Leuitæ. Vnde Nume. 3. *Locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni primogenito in filijs Iſrael, eruntque filij mei Leuitæ mei.* Et ſic dicendum eſt de die ſabbati, quæ quamuis ſanctificata fuerit, quod in eius ſanctificationem ſuccedat dies dominica. Præceptum enim de ſanctificatione ſabbati quantum ad eius moralitatem non obligat ad obſeruantiam certæ diei, pluſquàm alterius, ſed ſolùm ad aliquam diem. Et ideo inſtituta aliqua die, ſcilicet dominica ad huiuſmodi ſanctificationem præceptum impletur, prout eſt morale. Et ideo quantum ad hoc tempore gratiæ non ceſſit, ſed immutabile permanet, vnde eccleſia non amouit ſanctitatem à die ſabbati. Sed hæc ſanctitas inquantum fuit cæremonialis quo ad determinationem temporis fuit amota, ſicut & alia cærimonialia. Inſtitutio autem diei dominicæ per eccleſiam, & conſuetudinē Chriſtianam obligat ad dominicæ diei obſeruationē, & in hoc eccleſia non tollit diuinam legem. Et dato quòd tolleret, hoc faceret inſtinctu Spiritus ſancti, qui in hoc conſiſtit, vt cæremonialia tollantur ſuccedente Chriſto, vt patet Actuum 15. & in pluribus locis ſacræ ſcripturæ, vt ſuprà latè dixi. facit arg. c. *non debet. de conſang. & affin.*

Ratio verò quare dies dominicæ ſucceſſit pro obſeruatione
14 ſabbati talis eſt: Nam obſeruatio ſabbati non ſolùm fuit in memoriā creationis mūdi, prout ſuprà dixi, ſed etiā in memoriam eductionis de ſeruitute Ægyptiaca, prout habetur in decalogo repetito. Deut. 16. vbi ſic dicitur: *Memento quòd ipſe ſeruieris in Ægypto, & eduxit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi vt obſeruares diem ſabbati.* Sed conſtat, quòd in diebus Meſſiæ non erat facienda memoria de eductione Ægypti propter reuerentiam maioris liberationis, quæ per Meſſiam erat facienda, vt habetur Hierem. 16. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur vltrà, viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis.* Quæ quidem prophetia non poteſt verificari de tempore liberationis à captiuitate Babylonica, prout quidam erronee putauerunt. Nam tempore ſecundi templi celebrabatur agnus paſchalis in memoria liberationis ab Ægypto. Sed intelligenda eſt neceſſariò de tempore Meſſiæ, in quo Iſrael erat liberandus à multo maiori ſeruitute, quàm à ſeruitute Ægyptiaca: in tantum quòd redemptio Ægyptiaca non erat rememoranda. Vnde quia ſabbatum primum, ſcilicet, antiquæ legis in memoriam eductionis de Ægypto in patria erat celebratum, quę quidem memoria erat ceſſanda tempore Meſſiæ, vt dicitur per authoritatem Prophetæ. Idcirco tranſlatum fuit de die illa ſeptima ad ſequentem diem. Parique modo dicendum eſt de exiſtentia illius rationis, propter creationem mundi. quia illa ratio debet ceſſare ſuperueniente maiori ratione, ſcilicet recreationis, quia homo per aduentum, & paſſionem Meſſiæ recreatus eſt dum liberatus fuit à peccato, ſub ſpe reſurrectionis, qua omnes reſurgemus cū Chriſto. Nam ipſe fuit primitiæ dormientium. *Quandoquidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, 1. ad Corinth. 15.* Et ſic patet ſabbatum eſſe cærimoniale reſpectu ſeptimi diei. Et conſequenter, vt cæremoniale debet hodie ceſſare. Et ideo pro maiori elucidatione formantur infraſcriptæ quæſtiones.

Qværo, cùm Deus præceperit ſanctificari ſabbatum, 15
quare eccleſia mutauit hoc præceptum in diem dominicam? Reſpondeo ſecundum Alexand. de Ales *in 3. parte ſummæ, in tractatu tertij præcepti de obſeruantia ſabbat.* S. Bonauenturam, & Ricardum *in 3. ſent. diſtin. 37.* quòd hoc factum eſt triplici de cauſa. Prima dicitur complexionis, vt enim inquit Auguſtinus libro ſuper Geneſim *ad literam, ſabbatum fuit præceptum Iudæis in vmbra & figura futuræ requietionis Chriſti in ſepulchro*, quia ſicut Deus requieuit ſeptimo die ab omni opere, quod patrarat Geneſ. 2. ſecundum Nicol. de Lyra, *ibidem, ceſſauit à creatione nouarum ſpecierum, quia licet quotidie Deus creet animas de nouo, non tamen creat nouas rerum ſpecies.* Sicut ergo ſeptimus dies fuit ille, in quo Deus requieuit in noua creatione, ita ſeptimus dies fuit ille in quo Chriſtus requieſcere debebat cōpleta mūdi redemptione, ſcilicet in ſepulchro, ſicut prophetatum fuerat, Pſalm. 15. vbi dicitur in perſona Chriſti, *Caro mea requieſcet in ſpe.* Quia igitur præceptum de ſabbato erat quædam figura, ideo adueniente ſignato debuit ceſſare, & in dominicam diem tranſmutari, quia ſabbatum ſignificabat quietem animarum futurarum, Dominica verò non ſolùm ſignificat quietem animarum, ſed etiam corporum, vnde *de conſecr. diſt. 3. c. ſabbato.* Innocen. Papa tangens hanc rationem dicit, diem dominicam ob venerabilem reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti non ſolùm in Paſcha celebramus, verùm etiam per ſingulas hebdomadas ipſius diei frequentamus imaginem. In Chriſto namque reſident exempla, & cauſalitas generalis reſurrectionis, & iam in ipſo ſicut in capite requieſcet humana natura. Secunda cauſa dicitur excluſionis, nam apud gentiles dies Dominicus primus eſt, cùm in principio huius diei incipiat dominari primus planeta, & principalis, id eſt, ſol, propter quod vocabant eum diem Solis, vt dicit *text. in l. 2. C. de fer.* & ideo, vt Papa *ſerm. 33.* gentiles exhibebat reuerentiam ſoli per capitis inclinationem, & adorationē, quapropter vt ille error excluderetur, ſancta mater Eccleſia Spiritu ſancto inſpirata ordinauit, vt hic dies ſanctificaretur in honorem CHRISTI, qui eſt ſol iuſtitiæ, & lux mundi. Ioannis octauo. Item vt Chriſtiani relinquerent ritus Iudæorum, & cæremonias illorum, facit pro hoc optimus textus *in cap. celebritatem, de conſecr. diſtinctione 2.* vbi mandatur celebrari Paſcha non in die 14. Lunæ primi menſis, vt Iudæi celebrant, ſed in die dominica ſequenti. Et licet præceptum de ſabbato ſit morale quo ad hoc, vt homo vacet Deo, iuxta illud Pſalm. 15. *Vacate & videte quoniam ego ſum Deus.* Tamen quo ad determinationem temporis eſt figurale, vt ſupra dixi. Ideo dies ſabbati potuit ab Eccleſia tranſmutari, vt cætera cærimonialia, & figuralia, prout inquit Nicolaus Lyra ſuper Exodum 20. cap. Ex quibus concluditur, quòd malè faciunt Chriſtiani, qui die ſabbati poſt nonam ceſſant à labore ſuo, quos imitantur nonnulli neophyti de gene-

genere Iudæorum deſcendentes ſub prætextu, quod pro hoc ſeruiunt glorioſæ Virgini Mariæ, aut alicui ſancto, dicentes ne poſt nonam laborent in die ſabbato: & hoc agunt, vt faciant illos iudaizare, quos redarguit Paul. ad Coloſſ. 2. *Nemo vos ſeducat in cibo, vel in potu, vel in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt vmbræ futurorum.* Contra hoc etiam clamat Auguſt. *in c. peruenit. de conſecr. diſtinct. 3.* dicens, Peruenit ad me quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter vos aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminare, ita vt in die ſabbati aliquid operari prohibeant, quos quid aliud? niſi prædicatores Antichriſti dixerim, qui veniens diem ſabbati, atque dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri, quia enim mori ſe, & reſurgere ſimulat, haberi vult in veneratione dominicum diem, & quia populū iudaizare compellet, vt in exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli volet ſabbatum, & ideo dicit Hoſtien. *in c. licet, de ferijs.* quod in ſabbato magis quàm in alio die operari debemus, ne iudaizare videamur, & in ſimili dicit gloſſ. *in cap. ſint tibi. de conſecr. diſtinct. 5.* quod in ieiunijs non debemus toto die abſtinere, vt faciunt Saraceni, prout refert Abb. *in rubric. de obſeruatione ieiuniorum.* ¶ Tertia cauſa fuit ob multa priuilegia, quibus decorant dicta dies dominica, quæ in effectu ſunt plura, vt dicunt Theologi, *in 3. ſentent. 37. diſtinct.* Primum eſt, quia fuit prima dies omnium dierum, vt patet Geneſ. 2. *ibi, quando Deus quieuit ſeptimo die, & ſic in ſabbato*, & dies ſequens, id eſt dominica fuit octaua, & ſic prima dies fuit dominica dies, vt ſatis patet. Secundum, quia erit vltimus dies præſentis vitæ in fine ſeculi. Tertium, quia illam diem nulla præceſſit nox. Quartum, quia ſecundùm aliquos nulla nox ſubſequetur ei. Quintum, quia in ea creauit Deus cœlū & terram. Sextum, quia in ea oēs Angeli ſunt creati, & boni quidē glorificati, mali verò peccantes ad inferos detenti. Septimum, quia ſecundùm Oroſium præcepta data ſunt eadem die dominica filiis Iſrael. Octauum, quia in ea Chriſtus incarnatus eſt. Nam vt teſtatur magiſter hiſtoriarum, eadem die qua dixit lux, Viſitauit nos oriens ex alto, & Chriſtus incarnatus eſt: & ideo in huius figuram datum fuit manna in die dominica, ſicut inquit Origenes *ſuper Exod.* Nonum eſt, quia in die dominica Chriſtus deſtructis inferni clauſtris ſanctorum animas de lymbo eripiens, triamphaliter à mortuis reſurrexit. Decimum, quia in eadem die ſpiritus paraclitus Chriſti Apoſtolis, & diſcipulis datus eſt. Vndecimum, quia in hac die erit generalis mortuorum reſurrectio, in qua Chriſtus reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Duodecimum, quia in ea erit initium beatitudinis completæ in anima & corpore. In hoc etiam die fuit facta & reuelata Apocalypſis beato Ioanni Apoſt. Apocal. 1. *Ego Ioannes fui in ſpiritu in dominica die.* In hac die dominica natus eſt Chriſtus, cuius argumentum ſumit S. Auguſt. *in 4. de ciuita. Dei*, quia quotieſcunque annunciatio beatæ Virginis eſt in die Veneris ſancta, natiuitas Chriſti eſt in die dominica, & concordat cum his, quæ dixi in octauo ſuprà.

Ex quibus priuilegijs apparet excellentia huius diei dominicæ: & ideo dicit Auguſt. *ſermone 7. de reſurrectione Domini*, quomodo Maria Virgo mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet, ita inter cæteros dies hęc omnium dierum maior eſt. Hęc eſt illa dies, in qua ſynagoga finitur & eccleſia naſcitur. Vniuerſa enim ſabbati gratia, & antiqua illius populi feſtiuitas Iudæorum in diei iſtius ſolemnitatem mutatā eſt. Leo quoq; Papa *in c. quod die dominica. 75. diſt.* inquit, Dominica dies tantis diuinarum diſpenſationū myſterijs eſt conſecrata, vt quicquid à domino eſt inſigniter inſtitutum in huius diei dignitate eſt geſtum: & in hac die mundus ſumpſit exordium, in hac etiam per reſurrectionem mors interijt, & vit accepit principium. hæc ille.

16 QVÆRO ETIAM opportunè, † an hodiè ſit licitum feſtiuare ſabbatum abſtinendo ab operibus ſeruilibus. Et prima facie videtur dicendum quod ſic. Licitum eſt enim implere mandatum Dei, ſed Dei mādatum eſt, Nullum opus ſeruile fieri die ſabbati, ſecundùm illud Exod. 20. *quia ſabbatum Domini eſt, non facies in eo omne opus tu, & filius tuus, & filia tua: ſeruus & ancilla.* & Exod. 31. *Diem ſabbati cuſtodiat. quicunque fecerit in eo aliquod opus moriatur, & anima eius peribit, de medio populi mei.* ergo licitum eſt feſtiuare ſabbatum abſtinendo ab operibus ſeruilibus. Secundò ſi dicatur, quod ceſſauit iam ſabbatum, & ideo non eſt feſtiuandum. Contra quod ſcribitur Exod. 31. *Cuſtodite ſabbatum meum: pactum enim ſempiternum erit inter me. & filios veſtros in generationibus ſuis.* Tertiò die ſeptima eſt præcepta cuſtodiri in ſignum ceſſationis, ſiue quietis Domini ab operibus, ſicut patet Exo. 20. Sed huiſmodi ratio obſeruationis ſemper manet, ergo etiam præceptum de obſeruantia ſabbati. Quartò, quod diuina authoritate eſt præceptum ſemper eſt ſeruandum, niſi diuina authoritate ſit reuocatum: ſed præceptum de ſabbato non legitur reuocatum, ergo adhuc obſeruandum. Nam quod reuocatū non eſt, ſtare nō prohibetur. *l. ſancimus. C. de teſtam.* Quintò dicit S. Bonauent. *in 3. diſt. 3. q. 3.* quod omnis eccleſia ſolemnizat ſabbatum in honorē Virginis Mariæ, quia tali die fides eccleſiæ fuit integrè, & perfectè in ipſa conſeruata, quod repræſentat eccleſiam in tempore tenebrarum, quando ponit quindecim candelas, & quatuordecim extinguuntur, quia duodecim ſignificant Apoſtolos, decimatertia ſignificat omnes alios diſcipulos, decimaquarta omnes mulieres ſequētes Chriſtum. Et iſtæ quatuordecim candelæ extinguuntur, illa verò decimaquinta, quę eſt in loco eminentiori ſignificat glorioſam Virginem, quæ non extinguitur, ſed ponitur in ſacrario, quia ſignificat fidem in Virgine eſſe ſeruatam: ergo licitum videtur feſtiuare ſabbatum ab operibus ſeruilibus abſtinēdo. ¶ In contrarium eſt authoritas eccleſiæ, quia ſublata ſunt cærimonialia legis veteris. & ſabbatum reſpectu diei, ſcil. ſeptimæ eſt cærimoniale (vt ſuprà dixi) meritò non eſt feſtiuandum, nec in eo debemus nos abſtinere ab operibus ſeruilibus, imò magis in eo laborare ne videamur iudaizare, vt proximè dictum eſt; & hoc fundatur *in c. peruenit. de conſecr. diſt. 3.* vbi dicit Grego. ad ſe perueniſſe quoſdam peruerſi ſpiritus homines praua inter alios aliqua, & ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita vt die ſabbati aliquid operari prohiberēt, quos talium ſeminatores Antichriſti prædicatores nominat: & ſic ſabbatum coli & feſtiuari in eo prohibetur. Ratio eſt, quia obſeruantia illius ceſſauit, ſicut cætera legalia ceſſauerunt tanquā vmbra, veniente veritate, quā futuram illa cærimonialia deſignabant. Dicebat enim Aug. *in lib. quæſtionum noui teſtamēti*, legis nomen vnū eſt, & tripartitā habet intelligentiam. Prima pars de Deo eſt. Secunda, quæ in præceptis continetur. Tertia eſt in neomenijs, & ſabbato in iſtis diſcernendis & eligendis, & in circunciſione, & in hoſtijs pecudum offerendis. Hanc itaq; legē dicit vſq; ad Ioannem non vltrà ſeruādam, quia data eſt, vt completa tempore ceſſaret. Item Exod. 35. *Septimus dies erit vobis ſanctus.* glo. Auguſtini dicit ibi, *Illud vnum de ſabbato in myſterio præceptum fuit, vt hodie non ſeruetur, ſed ſolum ſignificatum intueamur.* & Ezechiel. 20. dicit Dominus: *Sabbatha mea dedi eis vt eſſent ſigna inter me & eos.* vbi gloſſa dicit, *Sicut circunciſio fuit ſignum veræ circunciſionis, ita ſabbatum fuit ſignum veri ſabbati.* Item ſuper illud Ioan. 5. *Pater meus vſque modo operatur*, &c. Dicit ibi gloſſ. Auguſtini, Cùm Deus ſemper operetur, patet ſacramentum eſſe, quod de requie ſabbati legitur. ¶ Et pro maiori dilucidatione quæramus nunc cauſas, quibus fuit præceptum ſeruari ſabbatum, vt probemus illas hodiè ceſſare. Et conſequenter ſabbatum eſſe ceſſandum.

Primò ſabbatum fuit præceptum ſeruari, vt eſſet in memoria creationis, vnde Exo. 20. dicitur, *Memento, vt diem ſabbati ſanctifices.* & infrà, *Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram, & ſeptimo die quieuit.* ¶ Secundò præceptum fuit ſeruare ſabbatum in memoriam liberationis de Ægypto, vnde *Deuter. 5.* de receptione legis habetur, *Obſerua diem ſabbati. ſex diebus operaberis. & ſequitur infrà. Memento, quod & ipſe ſeruieris in Ægypto, & duxit te Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extenſo præcepi tibi, vt ſeruares diem ſabbati.*

Tertiò præceptum fuit ſeruare ſabbatū, quia erat cærimoniale, & in ſignū eorum, quæ erant ventura, vnde Ezech. 20. *Sabbata dedi eis, vt ſint ſigna.* Et clarum eſt, quod memoria eſt præteritorum, ſignum verò futurorum. Nunc igitur arguendo à ceſſante cauſa, quod debet ceſſare effectus, vt traditur latè per Doct. *in c. cum ceſſante. de appell.* ¶ Dicendum eſt, & primò quo ad primum, ſi propter ceſſationē & complementum creationis erat ſabbatum ſeruandum, vt proximè dixi: Cùm creatio nouarum rerum fuerit finita poſt ſabbatū ſanctum in die reſurrectionis, vel in nocte ante diē reſurrectionis, ſequitur, quòd in illa die reſurrectionis, & non in ſabbato eſt requies ponenda, hoc enim ſic patet. Nam poſt creationē, quæ facta fuit in creatione mundi reſtabat, quod erat creanda gloria animæ humanæ, & gloria corporis. ¶ Gloria aīæ fuit creata in inſtāti conceptionis Chriſti, gloria corporis in nocte reſurrectionis. Igitur in die ſequenti erat requies verè ſeruanda, ſcil. die dominica: nam tunc perfecta fuit creatio omniū rerum, & ſicut circulus eſt perfectus quando linea iungitur cum puncto primo, ſic de creatione, quia principium creationis fuit in die dominica, ſic etiam finis & terminus illius debuit eſſe in do- 18

in dominica: & ſi dicatur, quod text. dicit & requieuit in die ſabbati. Dicendum eſt, quod illa requies non fuit perfecta, ideo nõ dixit ſimpliciter requieuit ab omni opere: ſed dicit ab omni opere, quod patrarat, vt patet, labor hominis eſt per diem; oritur ſol, exit homo ad opus ſuum. Clarum eſt, quod quieſcit in meridie propter opus, quod manè fecit: ſed iterũ laborat vſq; ad veſperam, & tunc quieſcit perfectè. Sic in propoſito Deus requieuit in die ſabbati ab operibus quæ fecerat, & nõ ſimpliciter, ſed perfecta recreatione & creatione gloriæ animæ & corporis requieuit perfectè: vnde ipſe laborauit 33. annis. Eſa. 6. *Laboraui in gemitu meo.* Sed in die reſurrectionis requieuit ſimpliciter & perfectè, quia Chriſtus reſurgens à mortuis iam non moritur, & mors illi vlrà non dominabitur. ad Rom. 6. & ſic patet, quod in fine recreationis humanæ naturæ, & creationis animæ & corporis eſt ſeruanda dies requiei, quæ eſt dies dominica, in qua ſurrexit Chriſtus, & ſic ſuperueniente perfecta requie, illa eſt ſeruanda, non autem requies illa imperfecta, quæ fuit in ſabbato, vt ſtatim patebit per authoritatem Hieremiæ. Secundò ſi ſabbatum erat præceptũ in memoria liberationis de Ægypto propter illud tantum beneficium, cùm illa memoria debeat ceſſare propter maius beneficium ſuperueniens, clarum eſt, quòd ſabbatum etiam debuit ceſſare, patet Hierem. 26. vbi dicitur: *Ecce dies venient dicit Dominus, & non dicetur vltra viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris, ad quas eiecit eos.* Clarum eſt, quod reductio filiorum Iſrael de poteſtate dæmonis, fuit maior quàm reductio de terra Ægypti: & ideò memoria liberationis de Ægypto debuit ceſſare in aduentu Meſſiæ, qui liberauit totum mundum à poteſtate dæmonis, qui dixit, Princeps mundi nũc eijcietur foras, & ſi dicis, quod loquitur ſolùm de populo Iudaico; dico, quod filij Iuda dicuntur populus Iudæorum, ſed filij Iſrael ſunt omnes, qui cognouerunt Chriſtum Meſſiam eſſe verum Deum. Vnde Hieronym. dicit, quod Iſrael interpretatur vidẽs Deum, ſcilicet per fidem. Et ſi dicatur, quod hæc liberatio Meſſiæ non fuit illa, de qua ſuprà, ſed quod fuit liberatio à captiuitate. Ad hoc dico, quia captiuitas de Ægypto fuit à parte meridionali Hieruſalem, & captiuitas Babylonica à parte oriẽtali: ſed hæc liberatio à parte aquilonis eſt à parte ſeptentrionali, & ſic aquilo ſignificat dæmonem, quia eſt in parte frigidiſſima ſine gratia, & charitate, & in parte remotiſſima à Sole, qui ſignificat Chriſtum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum *Ioan. 1.* Item patet, quia hæc liberatio non eſt particularis, ſed vniuerſalis totius mundi, quia dicit de terra aquilonis, & de vniuerſis terris, ad quas eiecit eos. Itẽ patet, quòd ſit hæc liberatio facta per Chriſtum, quia immediatè in Hieremia ſequitur, *Ecce ego mittam piſcatores multos dicit Dominus, & piſcabuntur eos.* Clarum eſt, quod loquitur de Apoſtolis, quibus dixit Chriſtus *Matth. 4. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum: & iterum dicit, Et poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur de omni monte, colle, & de cauernis petrarum:* & iſti venatores huius temporis, qui non conuertunt ad Chriſtum multitudinem maximam, vt fecerunt Apoſtoli, quia piſcatores in vna die accipiunt piſces, quaſi infinitos: ſic Apoſtoli conuertebant vnam ciuitatem, vnum regnum, vnam prouinciam, ſed venatores cum maxima difficultate accipiunt aliquam prædam: ſic prædicatores huius temporis cum maxima difficultate extrahunt vnum Iudæum de cauerna ſynagogæ, & vnum agarenum de cauerna nequitiæ, & vnum hæreticum de monte, ad quem itur extra viam. Et ſic patet, quod ſi ſabbatum erat in memoriam liberationis de Ægypto, & illa debebat ceſſare propter liberationem ſuperuenientem, & quia erat ſic prophetatum per Hieremiam, vt dixi: igitur ſabbatum ceſſare debet.

Tertiò patet propter hoc, quod obſeruatio ſabbati erat cærimonialis, & in ſignum venturi, quia (vt dixi) ſabbatum partim eſt morale, partim cærimoniale, pars moralis nunquàm debuit ceſſare, quod eſt aſſignare vnum diem in laudem Dei. Cærimoniale erat, quòd eſſet illa ſeptima dies, ſcilicet ſabbatum.

Illud enim ſabbatum figurabat tria. Primò quietem corporis Domini in ſepulchro, hoc eſt, quod corpus Chriſti reponendum erat in ſepulchro in die ſabbati, quod cùm iam factum ſit, non debemus vt faciẽdum tenere, quia factum eſſe negaremus, quod eſſet hæreticum, quia cõcederemus Chriſtum non veniſſe, ſed venturum, quod eſt error Iudæorum. Secundò debebant comedere illud, quod die Veneris præparabatur; & ideo dicebatur illa dies paraſceue græcè, latinè verò præparatio, quia tali die ſcilicet feria ſexta præparabantur neceſſaria ſabbato: & propter hoc manna non deſcendebat, nec videbatur ſabbato: ſed die Veneris colligebant duas menſuras, vnam pro die Veneris, alteram pro ſabbato, & de illa comedebant in die ſabbati. Figurabat enim, quod verum manna quod erat Chriſtus die ſabbati non videbatur, quia poſitus erat in ſepulchro, & die Veneris fuit viſus in cruce, vbi tortidus fuit, vt cantat eccleſia, In ara crucis torridum. Tertiò erat cærimoniale, non habere ignem in domibus. Figurabat enim, quod tali die ſabbati frigeret charitas, & fides in omnibus præter Virginem, vt dixi. Et ſic eſt concluſio, quod qui talem fidem, ſcilicet ſabbatum hodiè feſtiuaret, ſeu ſeruaret eſſet hæreticus, quia negaret paſſionem Chriſti, mortem, & reſurrectionem: & conſequenter omnes articulos fidei, & ſacramenta eccleſiæ, & propriè videndus eſt ſanctus Thom. *in 3. diſt. 19. quæſt. 3. ad primum.* licet iam dictum fuit, nihilominus dicendum eſt, quod ſabbatum dupliciter conſiderari debet. Vno modo ſecundùm quod dicit ſanctificationem, ſiue vocationem, ſiue depitationem cultui diuino: & quantum ad hoc eſt morale. Alio modo ſecundùm quod dicit circumſtantiam certi temporis: ſecundùm quod ſeptimus dies ſabbatum dictus eſt, præceptũ obſeruari in lege ab operibus ſeruilibus, & quantum ad hoc eſt cærimoniale. Quantum ad primum quod eſt morale, & fundamentum rationè naturali, ſicut ſuperiùs dixi, ſemper remanet præceptum de obſeruãtia ſabbati, hoc eſt de vacatione alicuius diei circa cultum diuinum, quæ non eſt ſabbatum, ſed dies dominica. Hoc enim ſemper Dominus ab homine requirit, vt homo ſibi habitaculum cordis præparet, & ſibi aliquãdo vacet. Quantũ verò ad ſecũdum, ſcil. determinationem temporis, ſcil. ſeptimo die ceſſat iam præceptum de obſeruantia ſabbati, ſicut & alia cærimonialia. Vnde breuiter in quantum erat morale manet in lege noua: in quantum verò cærimoniale euacuatum eſt veritate aduenientem. ¶ Ad ſecundum dico, quod ibi ſempiternum accipitur pro ſæculo quod habet finẽ, ſed non eſt determinatus nobis. Secundò dicitur quod ſabbatum fuit pactum ſempiternum quantum ad ſuum ſignificatũ, quod eſt ceſſare ab omni opere ſeruili, & vacare orationibus, & operibus ſpiritualibus, *vt ſuprà latiùs dixi,* declarando quot modis æternum, ſeu ſempiternum accipiatur in ſacra ſcriptura. ¶ Ad tertium licet pateat ſolutio ex his, quæ dixi in corpore huius quæſtionis, nihilominùs, vt dicit Alexan. de Ales *in quarto,* negatur conſequentia. Nam quamuis datum fuerit præceptum Dei ſabbato in memoriam quietis Dei ab operibus, non oportet propter hoc ſeruari ſabbatum, quia memoria illius habetur ſufficienter ex lectione ſacræ ſcripturæ.

Ad quartum reſpondetur iuxta ſanctum Thomam *in quarto,* quod dominus ipſe reuocauit diem ſabbati, ſicut & alia legalia adimplendo ea in re, quæ in figuram præceperat obſeruanda. Vnde in ſui paſſione dixit, Conſummatum eſt. Ioan. 14. Sabbatum autem ſignat quietem in Chriſto per gratiam iam habitam in re, vnde ſanctus Auguſt. *contra Fauſtum* inquit, *Quæritur ſabbati otium, quare non obſeruat Chriſtianus?* Reſpondeo immò, proptereà non obſeruat Chriſtianus, quia quod ea figura præfigurabat, iam Chriſtus impleuit. In illo quippe habemus ſabbatum, qui dicit, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos,* Matth. 11. ¶ Ad quintum, quia licet eccleſia ſolemnizet ſabbatum in honorem Virginis Mariæ in canticis, & hymnis, non tamẽ præcipit abſtinere ab operibus ſeruilibus, quia ſic daretur occaſio mali. Nam aliqui dicerent ſe ſeruare ſabbatum in honorem Virginis, & ſeruarent illud pro obſeruantia legis antiquæ: & non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt, vt dicit Paul. 1. ad Theſſal. 4. & ſic patet, quod in ſabbato non eſt abſtinendum ab operibus ſeruilibus, vt faciebant Iudæi, ſed magis in eo laborãdum eſt, ne videamur iudaizare, per dictum Hoſti. *in dicto c. licet. de ferijs.* & per hoc puto temperandum quod refert Nicol. Dorbellus *in 3. ſenten. diſtin. 37. in 3. præcepto, verſ. notandum tamen* facit *cap. 1. de conſecr. diſt. 3. ibi, ne à iudaiſmo capiatur.*

QVÆRO QVINTO SVPER, an opera, quæ prohibebantur in ſabbato, ſcilicet decoctio ciborum, ambulatio vltra mille paſſus, & ſimilia poſſint hodiè fieri in die dominico, ſeu alijs feſtis. Et videtur quòd non. Nam quando lex aliqua grauior ſiue arctior eſt, tanto arctiora & grauiora præcepta inſtituit, ſed lex noua eſt arctior veteri, & difficilior, cùm per additionem ſe habeat ad illam. Illa enim prohibet manum, vt non occides, hæc autem animum dicẽs, Nolite iraſci, ergo videtur, quod ſtrictiùs prohibenda ſunt opera ſeruilia in die dominica, quàm fuerunt prohibita in dicta die ſabbati in antiqua lege: & per conſequens videntur 18

dent, non licere ea in die dominica, quæ non licebant in die ſabbati. ¶ Secundò opera ſeruilia minus decent liberos, quàm ſeruos: ſed nos per mortem Chriſti redempti ſumus, facti liberi, Ioan. 8. *Si filius vos liberauit, verè liberi eritis*: ergo magis in lege noua diebus feſtis vacandum eſt à ſeruilibus operibus, quàm in veteri lege vacabatur in ſabbato. Tertio ſic dicitur Matth. 5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquàm Scribarum, & Phariſæorum, non introibitis in regnum cælorum*: ergo magis obſeruare debemus dié dominicam, quàm Phariſæi & Scribæ obſeruabant ſabbatum, ſed illi nihil ſeruile faciebant in ſabbato: ergo in die dominico ſimpliciter nullum opus ſeruile agédum eſt. ¶ In oppoſitum eſt conſuetudo populi Chriſtiani, quã eccleſia tolerat, & non prohibet, quod in die dominico, & alijs feſtis fiat decoctio ciborum, & ambuletur etiam vltra mille paſſus, & etiam lauacrum permittitur, vt patet *in c. peruenit. de conſecr. diſtinct. 2.* Et conſuetudo eſt optima legum interpres. *l. ſi de interpretatione. ff. de legibus.* & dicit Ioannes Maioris *in 3. diſtin. 37. quæſtio. 2.* quod dominica dies non tantùm ligat, & tam ſtrictè, ſicut ſabbatum in lege, ergo homo poteſt plus itineris facere. Quod probatur, non eſt limitatio itineris, ergo poteſt tantum facere, quãtum volet, dummodò audiat miſſam, & faciat circa diuina quæ tenetur, & dicebat Paul. Burgen. *in ſuo Scrutin. in prima parte, diſtin. 8. cap. 14.* quòd opera, quæ prohibentur in lege fieri in ſabbato, vt decoctio ciborum, & egreſſio de loco, & huiuſmodi manifeſtè pertinent ad cæremonialia, quæ in lege noua non obligant, vt dictum eſt ſupra. Illud autẽ eſt morale in obſeruatione ſabbati, ſcilicet ceſſare ab operibus ſuis ſeruilibus. Quę quidem opera ſeruilia propriè intelliguntur opera peccati. Nam ſubiectio ſpiritualis, per quam homo ſubditur peccato, maior eſt quàm ſeruitus corporalis: vnde facere opera peccati in die dominica grauius eſt, quàm in die prophana. Dicũtur opera ſeruilia, quibus vnus homo ſeruit alteri: & hæc ſunt opera corporalia, quæ ſi ſunt talia, vt impediant applicationem hominis ad diuina, non ſunt licita in lege noua, quia contrariantur obſeruationi ſabbati, quæ propriè conſiſtit in vacando Deo. Opera autem corporalia, quæ deſeruiunt hominum neceſſitatibus communibus, & non cõtrariantur prædictæ obſeruãtiæ, vt decoctio ciborum, & huiuſmodi, non intelliguntur prohibita, niſi cæremonialiter. Et ideo in lege noua non obligant, quia talium duratio non tranſit vltra ſeculum Moſaicæ legis, vt ſæpè dictũ eſt. Vnde Cardin. de Turre Crem. *in d. c. peruenit. 2. artic.* latiùs hoc explicat, ponendo aliquas concluſiones, quas referam aliquibus additis. Nam opus ſeruile, quod prohibetur die feſto poteſt ſumi tripliciter, vel ſcilicet à ſeruitute peccati, vel à ſeruitute Dei, vel à ſeruitute qua homo ſeruit homini. Et ſecundùm hanc triplicem ſeruitutem ſunt tres

19 concluſiones. ¶ † Prima, quod loquendo de operibus ſeruilibus à ſeruitute peccati, magis illa prohibetur in lege noua, die dominica ſiue feſtiua, quàm in lege veteri in ſabbato. Patet, quia lex noua perfectiùs regulat, & componit hominem quãtum ad actus interiores, à quibus actus exteriores habent rationem peccati, vel bonitatis, quàm faciebat lex vetus, vnde Matth. 5. inquit Chriſtus, *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides. Ego dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo reus eſt iudicio*: & eodem modo dicit in alijs præceptis. Ex quo patet, quod lex noua non ſolùm vetat actus exteriores inordinatos, ſed etiam interiores. Inde eſt ſecundùm ſanct. um Thom. *in ſecunda ſecundæ, quæſt. 122. artic. 4. in reſponſione ad tertium.* quod ex quo magis impeditur homo à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale. Ideò magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quàm qui aliquod opus corporale licitum facit. Vnde Sanctus Auguſtin. dicit *in libro de decem cordis*: *Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum die ſabbati lanam facerent, quàm quòd tota die in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.* Et eſt ratio, quia actus peccati mortalis ex ſuo genere plus contrariatur quieti mentis in Deo, quàm actus exercitationis mechanicæ. Ideo magis agit contra hoc præceptum quo ad finem eius, qui peccat mortaliter, quàm qui corporale opus exercet.

20 † Secunda concluſio: opera ſeruilia dicta à ſeruitute Dei, quibus vacatur ſpiritualibus, & colitur Deus, multò ampliùs iubentur fieri in lege noua diebus feſtis, quàm in veteri lege in die ſabbathi. Patet, quia lex noua ſpiritualis eſt, Ioan. 6. *Verba quæ loquor vobis ſpiritus & vita ſunt.* Lex verò vetus in huiuſmodi comparatione carnalis dicitur. Vnde in lege noua præſtantioribus virtutibus colitur Deus, ſacratioribus cærimonijs, maioribus & melioribus ſacrificijs altioris perfectionis, & ſanctimoniæ exercitijs: & ſi talia opera prohiberentur, eſſet contrarium fini obſeruationis diei feſti. Homo enim ad hoc ab alijs operibus abſtinet in die ſabbatiri, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus, vt dicit S. Thomas *in dicto loco*. Inde eſt, quod circuncıſionẽ accipiebat homo in ſabbato, vt nõ ſolueretur lex Moyſi. Ioan. 7. Similiter in ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, id eſt, corporaliter in ſabbato operabantur, & ſine crimine erant. Matth. 12. ¶ Et circa hoc eſt ſciendum quod huiuſmodi opera ad ſeruitium Dei pertinentia poſſunt eſſe in triplici differentia.

† Quædam ſunt conſiſtentia in ipſo cultu diuino, vt olim erat geſtare arcam Domini. Et modò eſt geſtare ſanctorum imagines argenteas vel aureas in proceſſionibus, & deferre crucem, & huiuſmodi. Et hæc ſunt omninò licita, & amplectenda, quia ſunt pars diuini cultus, vt probatur Ioſue 6. cap. dum dicitur, *quod ſacerdotes deferebant arcam Domini ſeptem diebus.* 21

Quædam verò ſunt præparatoria ad Dei cultum, quæ quaſi ſimul fiunt cum ipſo cultu diuino, vt olim erat præparatio victimarum excoriãdo, lauando, & huiuſmodi, & nunc eſt pulſatio campanarum, ad officia diuina. Et hæc quoq; procul dubio ſunt omninò licita, & ſancta, & ſunt illa de quibus dicitur Matth. 7. quòd ſacerdotes in templo ſabbatũ violãt, & ſine crimine ſunt, & de circuncıſione recepta in ſabbato, Ioan. 7. ¶ Quædam etiam ſunt præparatoria ad cultum diuinum, quæ nõ fiunt ſimul cum ipſo cultu, ſed fiunt die præcedẽti. Vt eſt ornare templum, mundare illud ſcopis, conficere hoſtias pro miſſarum celebratione. Et hæc fieri debent in die præcedenti, & non in ipſo die feſto niſi cauſa rationabilis adſit. Et eſt ratio, quia dies feſtus dicatus eſt diuino cultui, & annexis ſibi pro tempore illius diei, & hæc opera ad diuinum cultum illius diei præſupponuntur. Et propterea dixi quod talia in ipſo die feſto fieri non debent, niſi rationabilis cauſa adſit. Sed debent congruo tempore, hoc eſt ante feſtũ fieri, & non in die feſto. Eſſet autem rationabilis cauſa faciendi hæc in feſto, ſi feſtum aliquod eueneritin die præcedenti, verbi gratia: Si in ſabbato ſancto veniret feſtum Annunciationis Virginis Mariæ, tunc enim cùm non docuerit prius ornare templum propter luctum paſſionis Domini, rationi conſonat, vt ſine crimine paretur templum in dicto die feſto pro paſchali ſolemnitate. Idemque dicendum eſt, ſi continuatis duobus, aut tribus feſtis templum ob occurſum populi immundum redditum ſit. Mundandum eſt, ne immunditia inter ſolemnitatem feſtorum duret, & ſic de ſimilibus. ¶ Et licet hęc pręparatoria opera ex cauſa rationabili licita ſint, & ſine ea illicita, ſi ſimplici tamen corde fiant in feſto, veniale peccatum tantum eſt, quia ſunt infra ea, quæ per ſe ordinantur ad diuinum cultum, & per ſe ſpectant ad diuinum ſeruitium.

† Tertia concluſio. Opera ſeruilia à ſeruitute, qua homini homo ſeruit, non ita prohibentur in lege noua die dominica, ſicut in veteri die ſabbato. Patet, quia, vt inquit S. Thom. *in ſecunda ſecunda, q. 122. artic. 4. ad quartum. quædam opera conceduntur die dominica, quæ in die ſabbati prohibebantur: ſicut decoctio ciborum, & huiuſmodi: & etiam in operibus prohibitis faciliùs propter neceſſitatem diſpenſatur in noua quàm in veteri lege.* 22

Huius poſſunt aſſignari duæ rationes, vna eſt S. Thomæ *in dicta reſponſione ad quartum*, videlicet, quod lex vetus fuit figuralis. *Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Corinth. 10.* Figura enim pertinet ad proteſtationem veritatis, quam nec in minimo præterire oportet: opera enim ſecundùm ſe conſiderata immutari poſſunt pro loco & tempore. Secunda ratio aſſignari poteſt, quia lex noua leuior eſt, quã vetus. Vnde de noua dicitur Matth. 11. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* De onere importabili veteris legis dicebat Petrus Apoſt. Act. 15. *Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos portare potuimus.* ¶ † Et licet opera ſeruilia prohibeantur in die dominico & feſtis, *cap. licet, de ferijs*. Nihilominus in lege noua multa opera corporalia conceduntur in dictis diebus, vt poſſint fieri licitè, maximè in duobus caſibus. Primus cùm viget neceſſitas, vt probatur Matth. 12. vbi Chriſtus excuſabat diſcipulos ſuos, qui colligebant ſpicas in die ſabbati propter neceſſitatem, quam habebant, *& ponitur in cap. diſcipulos, de conſecra. diſtinct. 5.* & propter neceſſitatem conceditur lauacrum, *vt in dicto cap. peruenit.* Propter neceſſitatem conceditur piſcatio piſcium die feſto, *c. licet, de ferijs.* propter neceſſitatem conceditur bellare die feſto, 1. Machab. 2. & diebus quadrageſimalibus, 23. q. 8. *c. nulla.* propter neceſſitatẽ concedũtur, quæ ad ſuſtẽtationem, 23

nem, & conſeruationem ſalutis corporis pertinent, vt decoctio ciborum, & alia huiuſmodi, quæ humana neceſſitas expoſtulat ad ſui cõſeruationem: propter neceſſitatem indulgetur in feſtis agricultura, collectura frugum, putatio vinearum, vindemiatio earum, cùm propter tempeſtatem, aut hoſtes aliis diebus fieri non poſſunt, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa, *l. omnes. C. de feri.* & propter neceſſitatem conceditur appellari die feſto, *l. 1. C. de feri.* & demùm arbitror, quod propter neceſſitatem indulgetur omne opus ſeruile aliàs licitum fieri, prout latè tradit Felyn. *in c. cum acceſſiſſent, de conſtitu. colum. 9. verſic. tertiò reſtringitur, & in c. querelam de iureiuran. in capi ſi quis propter, de furtis.* Bald. *in l. ſi laborante naui. §. cum in eadem. ff. ad legem Rhod. de iact. & in l. 1. ff. de offic. eius, cui eſt manda. iuriſdict.* & de hoc eſt text. *in c. conqueſtus. de ferijs, ibi, niſi neceſſitas vrgeat, pietas ſuadeat.* & ibi gloſſ. exemplificat de neceſſitate & pietate.

Ratio prima dictorum, quia quilibet debet ad ſui, & proximorum conſeruationem & damnum imminens vitandum neceſſariam prouiſionem facere, *l. 3. ff. de iuſti. & iure. c. dilecto. de ſenten. excommun. lib. 6.* Henric Boic. *in c. quantæ, de ſenten. excommun.* Dominus Deci. *in l. culpa caret. ff. de regul. iur.* dixi *in meo tract. de ſecreto, colum. 49. in reſponſione ad tertium, circa finem.*

Et quod dixi piſcationem piſcium poſſe fieri in diebus feſtis extante neceſſitate, *per d. cap. licet, de ferijs.* extendi poteſt ad ſimilem neceſſitatem, quæ poſſet contingere in futurum, ſi dilatio eſt allatura damnum. Nam neceſſitas excipitur à tali obſeruantia, *vt in dicto cap. conqueſtus.* facit *cap. habebat Dominus. 12. quæſt. 1.* vt tradunt Abbas & Doctores *in dicto cap. licet, in fine.* & dicebat Cardina. Gaietanus *ſuper ſanctum Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſt. 122. verſicu. in ſeptimo caſu.* quod quotiens repentinus caſus occurrerit, aut neceſſitas aliqua, ita quòd clarum non ſit, an in illo feſto liceat laborare, ad Epiſcopum loci; & ipſo deficiente ad ſacerdotem, cuius maior erit authoritas recurrendum eſt: & ſi ille minùs perſpicaciter licentiam concedendo errauerit, excuſabitur à crimine, qui in feſto laborauerit, quoniam vt dicit Sanctus Thom. *in d. quæſt. in reſponſione ad quartum.* in lege noua diſpenſatio circa hoc eſt non difficilis, ſicut erat in lege veteri: & ideo non eſt opus tanta ſubtilitate. Cætera verò, quæ circa hunc caſum neceſſitatis eſſent dicẽda, vide omninò ſanctum Thomam *in corpore dictæ quæſtionis,* vbi allegat plures authoritates ad hoc facientes.

Secundus caſus eſt cùm pietas perſuadet, propter pietatem enim conceduntur multa opera corporalia fieri die feſto. Propter pietatem conceditur cura infirmorum, & omnia quæ ordinantur ad ſalutem corporalem proximi. Vnde Dominus increpans Phariſæos ait Ioan. 7. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato?* Propter pietatem conceditur etiam die feſto cura, aut liberatio rerum ab imminentibus periculis. Vnde Dominus dicit Matth. 12. *Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ceciderit in foueam ſabbato, nonne tenebit, & leuabit eam?* Propter pietatem conceditur die feſto exercitium operum pietatis etiam corporalium, quoniam in operibus miſericordiæ diſtinctio non eſt habenda, *cap. vetnam. 75. diſtinct. & cap. nunquid de conſecra. diſtin. 5.* & propter pietatem conceduntur fieri ea, quę ad pacem & concordiam pertinent, *l. fin. C. de ferijs.* & iſte caſus pietatis excipitur à regula, vt eſt tex. *in d. c. conqueſtus.*

24 † Sed circa hoc eſt aduertendum, quomodo hic capitur pietas. Nam pietas tripliciter capitur, pro religione, pro miſericordia, & pro ſpeciali parte iuſtitiæ, prout dicit Auguſtinus de ciuitate Dei libro 10. Inquit enim, *Pietas propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci, theoſibiam vocant.* Hæc tamen etiam erga parentes officioſè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ nunc frequentatur; prout hoc traditur per ſanctum Bonauenturam *in 3. diſtinct. 35. quæſtio. 6.* & de illa pietate, quæ habetur erga omnes, & erga parentes loquitur glo. *in l. 3. §. pietas. ff. de libero homi. exhib.* & in pietate Deum imitamur, vt dicit gloſſ. *l. imperialis. C. de nuptijs.* De pietate erga conſanguineos, *in l. pietatis. C. de ſuſpect. tuto. l. prima. ff. de obſequijs parentibus præſt.* Pietas, quæ miſericordia dicitur, capitur pro his, quæ fiunt in redemptionem captiuorum, *vt in §. ſin autem pro redemptione, in Authen. de eccleſi. titu. collatio 9.* & pium relictum dicitur, quod relinquitur pro puellis maritandis, *argumen. l. cum his. §. fina. ff. de condict. indeb.* & quæ dicatur pia cauſa traditur per Innocentium *in cap. ſignificantibus. de offic. delega.* Specul. *in titu. de fide inſtrumen. §. nunc aliqua.* per Alberic. de Roſa. *in ſuis ſtatutis, parte prima, quæſtione 111. incipien. Item quæro.* ſi ergo pietas capiatur pro religione erga Deum, non eſt indiſtinctè verum, quòd liceat opera ſeruilia facere in diebus feſtis in his, quæ per accidens ſunt ordinata ad diuinum cultum, quia ex ſuo genere non ordinantur ad diuinum cultum, vt arare, metere, fabricare pro ædificatione eccleſiarum, quia hoc ſolũ licitum eſſet, quando neceſſitas immineret, videlicet quia illæ eccleſiæ eſſent pauperculæ, ita vt nõ poſſent prouidere ſibi de his neceſſariis aliunde. Neque hoc auderem ſic affirmare, niſi quia multi hoc ſentiunt, & nullus reprehenditur, & prælati hoc tolerant: & video quod ipſi hoc authorizant. Et dicitur *in ſumma confeſſorum, libro primo, in titu. de ferijs. quæſt. vndecima.* quod etiam in præcipuis feſtiuitatibus ſi non ſit prohibitum, vel conſuetudini loci contrarium, licet aliquid operari circa ædificationem eccleſiarum, & ſacrorum locorum, & ad ædificationem ad opus miniſtrorum eccleſiæ pauperum, præſertim eorum, qui redditus non habent, vel ſi oporteat trahi currum ad ferendos lapides, vel in quadrigis afferri ligna, quę aliàs commodè ferri non poſſunt, & ſimilia. Ita tamen, quòd labor huiuſmodi non perueniat vſque ad vltimam fatigationem, & quòd propter huiuſmodi laborem non dimittatur miſſa, & alia diuina officia, quia non debent dimittere id, ad quod tenentur propter id ad quod non tenentur, & nullam video huius rationem, niſi quia vacant ſeruitio diuino, & eccleſia non reprehendit. ¶ Vnde dico, quòd extra neceſſitatis articulum illicita eſſent hæc opera in feſto. Ratio eſt, quia hæc ſunt opera ex ſuo genere ſeruilia, non per ſe expectantia ad Dei ſeruitutem, ſicut ſpectant ea, quæ ſupra dixi. Et hæc confirmantur ex conſuetudine populi Chriſtiani, quæ eſt optima legum interpres, *vt in dicta l. de interpretatione. ff. de legibus.* ¶ Si verò ſumatur pietas pro miſericordia, prout gloſſa ſic accipit *in d. cap. conqueſtus, in verbo, pietas:* vt tunc liceat diebus feſtiuis pro eleẽmoſyna arare agros pauperum, vel alia eorum opera facere. Dicendum eſt, quod quamuis ſola miſericordiæ ratio ſufficiat ad excuſandum iudicialia opera in feſto, vt ibi dicit, non tamen ſufficit ad excuſandum opera ſeruilia omnia in feſto, niſi adſit neceſſitas, aut vitatio damni imminentis. Ratio eſt, quia præceptum de feſtorum obſeruatione eſt de actu religionis, vt vacemus Deo. Nec debet impedimentum præſtari cultui diuino ex occupatione ſeruili circa proximos extra articulum neceſſitatis.

Quod autem dicit gloſſ. quod in operibus miſericordiæ non eſt diſcretio dierum, vt habetur in ea, hoc cum grano ſalis intelligendum eſt. Hoc eſt in illis operibus, quæ de genere ſuo ſunt opera miſericordiæ, qualia ſunt, veſtire nudos, paſcere eſurientes, potum date ſitiẽti, viſitare infirmos, ſepelire mortuos, & cætera, quæ opera miſericordiæ appellantur, de quibus habetur *Matth. 25.* & non intelligitur de omnibus operibus ſeruilibus, quæ cauſa miſericordiæ fieri poſſunt: quoniã hæc per accidens ſunt opera miſericordiæ, & per ſe ſunt ſeruilia: propter quod non eſt licitum, ob miſericordiam colere agros pauperũ, & alia huiuſmodi facere in die feſto, niſi alterum de prædictis concurrat, ſcilicet imminens neceſſitas, aut vitatio damni imminentis, vt dixi.

Demùm ſi pietas capiatur, per quam ſanguine iũctis, patriæq; beneuolis officium, & diligens adhibetur cultus, vt à Tullio diffinitur. Tunc dicendum eſt, quod nullatenus eſt permittẽdum ob hanc pietatem exercitium operum ſeruilium, quoniam nec propter cõſanguineos, aut patriæ beneuolos, licet in feſtis iudicialia exercere, & multo minùs opera ſeruilia. Vnde ſequitur, quod non eſt benè dictum, quòd etiam ſi neceſſitas non immineat, liceat laborare in feſtis pro refectione pontiũ, aut viæ propter pietatem publicæ vtilitatis, ſicut non licet propter pietatem conſanguineorũ, hæc eadem facere, cùm eadẽ virtus pietatis ſit ad conſanguineos, & ad patriam. Et ſic neq; propter conſanguineos, neq; propter patriam extra neceſſitatis articulum, licet in feſto opera ſeruilia facere, & qui contraria dicunt, decipiuntur in vi nominis pietatis, quæ faciunt pro intellectu *dicti c. licet. & d. c. conqueſtus. de ferijs.* ¶ † Ad primum reſpondetur negando mino- 25
rem, & cùm dicitur, quod ſe habet lex noua per additionem, reſpondetur, quod hoc non arguit maiorem difficultatem, quoniam, vt ait S. Tho. *in prima 2. quæſt. 107. arti. 4. ad tertium.* additio illa ad præcepta veteris legis ad hoc ordinatur, vt faciliùs impleatur, quod mandabat lex vetus, vt dicit Auguſtin. Vnde per additionem prohibitionis de non iraſcẽdo fratri faciliùs adimpletur prohibitio de non occidendo. Et ideo per talem additionem non oſtenditur, quòd lex noua ſit grauior, ſed magis quòd ſit facilior, ſequitur Cardin. de Turre Crema. *in d. c. prouenit.*

Ad ſecundum ratio non militat, quia nos per Chriſti paſſionem

nem liberati ſumus non à ſeruitute corporali, ſed ſpirituali, quæ Poteſt dici duplex, videlicet à ſeruitute diaboli, & ab obſeruatione legalium præceptorum. Ratione primæ, maximè in lege noua ceſſandum eſt à peccatis ſicut ab his, quæ maximè repugnant libertati, qua Chriſtus nos liberauit. Ratione ſecundæ, conuenientiſſimum fuit, vt dixi, quòd in lege noua non eſſent tot opera corporalia nobis prohibita die feſto, ſicut in veteri die ſabbathi, & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertium reſpondetur, quod dominus non requirit in nobis maiorem abundantiam iuſtitiæ, quàm in Scribis, & Phariſæis quo ad obſeruantias legales, & rigorem, & multitudinem operum, ſed quoad ſanctimoniam interiorum operum ſpiritualium. Et ita illa ratio non eſt ad propoſitum, prout declarat S. Thom. *in 4. diſtin.* 33. *q.* 2. & Vgo Cardin. & Lyra ſuper Matth. 5. *cap.*

26 ¶ QVÆRO VLTERIVS, an † Chriſtus ſeruauerit legalia præcepta. Hæc quæſtio oportunè ponitur hic, quia cùm ſemel eſſem vocatus ad conſilium generalis inquiſitionis in vrbe Terrachonenſi, & incideret ſermo de obſeruantia præceptorum legalium, quidam magiſter in theologia, qui ibidem erat pręſens, aſſerebat, quod Chriſtus non ſeruauerat ſabbatum, & quod de hoc arguebant ipſum Iudæi, cui ego reſtiti in faciem validis rationibus, & remanſit confuſus, & cæteri Doctores, qui aderant mihi aſſenſerunt, inter quos erat D. Fortunius Aguyrre in vtroq; iure licentiatus Cæſarius cōſultor, vir ſanè acutiſſimus, integerrimusq;. Cui conſilio præſidebat pro inquiſitore generali Reuerendiſſ. Pater D. Garcia de Loayſa magnus Theologus, tunc Prior generalis ordinis Prædicatorum, nunc verò Epiſcopus Seguntinenſis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, tituli S. Suſannæ, qui tunc magna beneuolentia videbatur me proſequi. ¶ Videtur ergo, quòd Chriſtus non ſeruauerit legalia, ſiue cæremonialia legis Moſaicæ. Lex enim mandauerat, vt nihil operis fieret in ſabbato, ſicut Deus requieuit ab omni opere quod patrarat. *Gen.* 2. *& Exod.* 20. Sed Chriſtus in ſabbato quandoque aliquod opus fecit: nam ſabbato curauit hominem, & ei mandauit vt tolleret lectum ſuum, ſic & curauit manum aridam cuidam, ſabbato, ſicut legitur Matth. 12. & Luc. 6. Sic etiam tangendo leproſum mundauit contra legem, *Matth.* 8. ſicut etiam ſabbato curauit hydropicum. *Lucæ* 14. Præterea & ſecundo præcepto legis Moyſi, quidam cibi erant immundi, ſicut carnes porcinæ, & quædam alia, vt patet *Leuit.* 6. Chriſtus autem ſemel prædicans conuocatis ad ſe turbis dixit: *Audite & intelligite, non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Matth.* 15. quod videtur contra præceptum legis. Inſuper & tertiò, ſemel dum diſcipuli tranſirent ſabbato per ſata, & euellerent ſpicas, Chriſtus excuſauit eos, vt patet *Matth.* 12. *& Lucæ* 6. per quod videtur dicendum, quòd Chriſtus non ſeruauerit legalia.

In contrarium eſt veritas, quod in multis patet, primò, quia voluit circuncidi octauo die. *Lucæ* 2. Quæ quidem circuncisio erat quædam proteſtatio totius legis implendæ, iuxta illud, *ad Galat.* 5. *Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* ſic etiam in templo offerri voluit. *Lucæ* 2. quod erat præceptum cærimoniale legis Moſaicæ, vt patet *Leuit.* 12. *&* 15. Tertiò voluit vti fimbrijs in veſte, patet *Matth.* 9. *Marc.* 5. *& Lucæ* 7. quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Numer.* 15. Quartò miſit leproſos ad ſacerdotes. *Matth.* 8. *& Lucæ* 17. quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Leuit.* 14. Quintò patet in eſu agni paſchalis. Ioan. 13. quod erat præceptum veteris legis. Et dicit magiſter hiſtoriarum ſuper *Geneſ.* 3. quod non legitur quòd Chriſtus comederit carnem, niſi de agno paſchali. Hæc autem Chriſtus obſeruauit, non quia debitor eſſet legis, eo quòd legiſlator, puta Imperator, aut Papa, qui non ſunt ſubditi legi ab eo datæ, *l. ex imperfecto. ff. de legat.* 2. licèt deceat Principem legem obſeruare. Nam vt dicit lex digna vox, maieſtate regnantis legibus alligatum ſe profetri, *l. digna vox. C. de legibus.* & quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur, *cap. cum omnes. de conſtitu.* & patere legem quam tu ipſe tuleris, vt dicit gloſſ. *in l.* 1. *in princip. ff quod quiſq; iuris.* Et hoc ipſe dixit *Matth.* 5. *Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas:* quod exponens Chryſoſtomus dicens legem impleuit: primò quidem nihil tranſgrediendo legalium, ſecundò iuſtificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat. Licet ergo Chriſtus ſolutus eſſet ab obligatione legalium: voluit tamē legalia obſeruare quadruplici de cauſa, vt ponit S. Thom. *in* 3. *parte, q.* 40 *artic. vlt.*

Prima, vt legem veterem comprobaret, fuerunt enim quidam hæretici dicentes legem veterem non eſſe datam à Deo, vt tangit magiſter hiſtoriarum *Exod.* 20. & S. Tho. *in* 1. 2. *q.* 98. *art.* 2.

Secunda eſt, vt eam obſeruando in ipſo conſummaret, & terminaret, oſtendens quod ad ipſum erat ordinata, iuxta id quod Apoſtolus dicit, *Finis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti, ad Rom.* 10. quia omnes leges & Prophetæ tendunt ad Chriſtum, ſicut ſagittātes ad ſignum prophetando, aut figurando de Chriſto. ¶ Tertia eſt, vt à Iudæis calumniandi occaſionem ſubtraheret, qui potuiſſent allegare iuſtam occaſionem ipſum non recipiendi ſi legalia non obſeruaret. ¶ Quarta vt hominem à ſeruitute legis liberaret ſecundùm illud *ad Galat.* 4. *Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant redimeret.* ¶ Sed ſi dicatur, quod ex quo Chriſtus ſeruauit legalia, ergo etiam nos debemus illa ſeruare, quia omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. Ad hoc dico, quod non ſequitur: nam ſi hæc ratio eſſet bona, ſequeretur, quod ſicut Chriſtus mortuus eſt in cruce, ita & nos in cruce mori debemus: quod eſt falſum, quia Chriſtus ideo mortuus eſt, vt nos à morte liberaret, *iuxta illud Apoſt.* Nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictus, ſcil. maledictione pœnæ, quia ſcriptum eſt, *Maledictus homo qui pepēdit in ligno ad Galat.* 3. *& Ioan.* 3 *Sic Deus dilexit mundū, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et ideo ſicut Chriſtus mori voluit, vt nos à morte redimeret: ſic & & voluit legalia obſeruare, vt nos à ſeruitute legis abſolueret: & hoc eſt quod dicit Apoſtolus *ad Galat.* 4. *At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt omnes qui ſub lege erānt redimeret.* Et ſic patet, quod Chriſtus legalia legis Moyſi ſeruauit. ¶ Ad ea quæ in contrarium adducta ſunt datur ſolutio, vt tradit Sanctus Thom. *in tertia parte, quæſtio.* 40. *articulo vltimo.* Et quo ad primum dicendum eſt, quod Dominus ſe excuſat à tranſgreſſione ſabbati, ſiue legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de ſanctificatione ſabbati, non interdicitur opus diuinum, ſed opus humanum. Quamuis enim Deus die ſeptima ceſſauerit à nouis creaturis condendis: ſemper tamen operatur in rerum conſeruatione, & gubernatione. Quod autem Chriſtus miracula faciebat erat operis diuini, vnde ipſe dicit *Ioan.* 5. *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.*

Secundò excuſat ſe, per quod illo præcepto non prohibentur opera, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis etiam corporalis. Vnde ipſe dicit *Lucæ* 13. *Vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſoluit bouem, aut aſinum à præſepio, & & ducit ad aquare?* Et *Luc.* 14. *Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit, & non continuè extrahit eum die ſabbati?* Manifeſtum eſt autem, quod opera miraculorum, quæ Chriſtus faciebat, ad ſalutem corporis & animæ pertinebant.

Tertiò, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum, vnde *Matth.* 12. *An non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?* Et *Ioan.* 6. vbi dicitur, quod circunciſionem accipit homo in ſabbato. ¶ Quod autem Chriſtus paralitico mandauit, vt lectum ſuum ſabbato portaret, ad cultum Dei pertinebat, id eſt, ad laudem virtutis diuinæ: & ſic patet, quod ſabbatum non ſoluebat, quamuis hoc ei Iudæi falsò obiicerent. *Ioan.* 9. *Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* ¶ Vnde puto, quod hæc verba Chriſti, quibus dabat rationem Iudæis, de prædictis non ſunt excuſatoria, ſed potiùs declaratoria legis diuinæ, quàm Iudæi cæci non intelligebant ob eorum malitiam.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod Chriſtus voluit oſtendere per illa verba, quod homo non redditur immundus ſecundū animam ex vſu ciborum quorumcunq; ſecundùm ſuam naturam, ſed ſolùm ſecundùm quandam ſignificationem. Quod autē in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc eſt per quandam ſignificationem: vnde Auguſt. dicit contra Fauſtum: Si de porco & agno requiratur, vtrunque natura mundum eſt, quia omnis creatura Dei bona eſt, quadā verò ſignificatione agnus mundus porcus immundus. ¶ Ad tertium, quod etiam diſcipuli, qui eſurientes ſpicas ſabbato vellebant à tranſgreſſione legis, excuſantur propter neceſſitatem famis, ſicut & Dauid non fuit tranſgreſſor legis, quando propter neceſſitatē famis comedit panes, quos ei comedere non licebat, vt habetur 1. *Reg.* 21. ¶ Ad illud autem de tactu leproſi *Matth* 8. licèt dari poſſit eadem reſponſio, quæ fuit data ad primum argumentum per S. Thom. nihilominùs Leo Papa *in c. ideo permittente. § ita ergo.* 25. *quæſt.* 1. aliter reſpondet, dicens, quod Chriſtus, qui dedit legem, ipſam legem carnaliter impleuit octaua die circunciſus, 40. die in templo cum hoſtiis eſt præſentatus, vt in ſeipſo eam ſanctificaret. Poſteà

verò,

verò, vt ſe Dominum legis oſtenderet, contra legis literam leproſum tangendo mundauit. Apoſtolos quoque contra literam ſabbati præcepta prætergradientes, ſpicas vellentes, & confricantes manibus ſuis, probabili exemplo & circunciſionis, & templi excuſauit, dicens, *Non legiſtis quid fecerit Abimelech, quando venit ad eum Dauid, & dedit ei panes propoſitionis, de quibus non licebat edere, niſi ſolis ſacerdotibus, & comedit ipſe, & pueri eius: & cætera.* vbi latè. Et ſic patet quomodo, & quare Chriſtus ſeruauit legalia: itaque Chriſtus in rei veritate ſabbatum non ſoluebat, ſed videbatur ſoluere ſecundùm ſuperſtitioſum intellectum Phariſæorum, qui credebant etiam à ſalubribus operibus eſſe abſtinendum in die ſabbati, quod erat contra intentionem legis, vt dicit S. Thom. *in 1.2. quæſt. 107. artic. 2. ad quartum.* Et hanc quæſtionem latiùs examinaui in meo Speculo ad inquiſitores, *part. 1. q. 31.*

27 QVÆRO VLTERIVS oportunè, †an de ſanctis legis naturæ, ſeu veteris teſtamenti debeat Eccleſia celebrare feſtum, ſicut celebrat de ſanctis legis Euangelicæ. Et dico ſanctos, quos conſtat tales eſſe ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ, vt de Abel, quē Chriſtus iuſtum nominat, *Matth. 23.* & de Noe, Dauid, & Iob, vt *Ezech. 14.* & ſic de aliis. ¶ Et primò videtur, quod ſi rationes propter quas de ſanctis noui teſtamēti feſtiuitas celebratur, videntur concurrere ita de ſanctis veteris teſtamenti, ſicut de eis. Sunt enim Dei amici, filij, & hæredes: ergo pari ratione de eis eſt celebrandum. ¶ Secundò, quia Papa tenetur illos canonizare pro ſanctis, quorum doctrina, vita, & exemplum proponuntur toti Eccleſiæ imitanda: ſed tales ſunt Prophetæ, & Patriarchæ. Scribitur enim *Iacob. 5. Exemplum accipite fratres, exitus mali, & longanimitas laboris, & patientiæ Prophetarum. Et qui locuti ſunt in nomine Domini eſſe, ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt.*

Tertiò illos Eccleſia debet pro ſanctis venerari, quos ſacra ſcriptura ſanctos appellat. Sed de Tobia ſcribitur Tob. 4. Quòd ideo illam tentationem Deus permiſit ſibi euenire, vt daretur poſteris exemplum patientiæ, ſicut de ſancto Iob. ¶ Quartò Eccleſia illos pro ſanctis debet venerari, quos elegit oratores & rogatores pro ipſa apud Deum. Sed ſcribitur 2. *Machab. vlti. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael, hic eſt, qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Iſrael,* Hieremias Propheta, tales eſſe videntur, quod per Eccleſiam ſunt canonizandi, vt illos rogare poſſumus publicè, quòd pro nobis Deum orent, aliàs illas publicas preces offerre non poſſimus, *in cap. 1. de reliq. & vener. ſancto.*

Quintò ſi dicatur, quod ideo de illis non celebratur feſtum, cùm ipſi mortui fuerint ante paſſionem Chriſti, & ſic ad inferos deſcenderunt, *vt patet in cap. 1. de conſecra. diſtin. 3.* quia eadem ratio eſſet de ſanctis innocentibus, & tamen de illis fit in Eccleſia feſtum ſolemne. ¶ Sextò idem arguitur de beato Ioanne Baptiſta, & de Machabæis, de quibus habetur 2. *Machab. 7.* Qui non obſtante, quòd in lymbum deſcēderunt, nihilominùs tam de ſancto Ioanne, quàm de martyrio dictorum Machabæorum feſta celebrantur. ¶ In contrarium tamen eſt text. *in c. 1. de conſecr. diſt. 3.* in quo de ſanctis veteris teſtamenti nulla fit mentio. Et eſt ratio ſecundùm Auguſt. de Anco. *in tract. de poteſtate Papæ, q. 17. art. 2.* quia cauſa ſemper præcedit ſuum effectum, & nō ſequitur: ſed cauſa & fundamentum omnium ſanctorum fuit Chriſtus. Ipſe enim fuit ſanctus ſanctorum, vt ſcribitur *Daniel. 9.* Nullus ergo debet canonizari pro ſancto, qui fuit ante Chriſti natiuitatem. Hæc ratio mihi non videtur bona, quia Patres veteris teſtamenti omnes in Chriſtum venturum crediderūt, & in fide illius tanquàm mediatoris ſaluati ſunt. Nam ſecundùm Auguſt. *hyponoſticon reſpon. 3. & in pleriſq. locis,* quòd ſicut in vtroque teſtamento vnus ſemper fuit Chriſtus creditus, ita dicitur vna fides patrum veteris teſtamenti, & noſtra, eo quòd vnitas fidei eſt ab vnitate obiecti crediti: ſicut ergo in vtroque teſtamento ſemper vnus eſt Chriſtus creditus, ita ſemper fuit vna eccleſia, & vna ciuitas Dei, & vnum corpus myſticum ab Adam vſque ad iudicium. Et ſic in vtroque teſtamento eſt conſiderandum vnum caput, qui eſt Chriſtus creditus, & vna fides, & vna eccleſia, ſiue vnum corpus myſticum, cuius caput ſemper fuit, & ſemper eſt Chriſtus. Et ideo dicit Gregor. *in homil. de vinea, quod ab Adam, & ab Abel vſque ad vltimum electum ſemper fuit vna vinea, & vna eccleſia, cuius palmites, & membra fuerunt omnes electi vtriuſque teſtamenti.* Et ſic Adam, Abel, & Abraham iam erant membra Chriſti, & ciues huius ciuitatis. Nam licet Chriſtus non eſſet incarnatus, tamen iam erat Chriſtus creditus, quia fides eſt illa, quæ compaginat membra: & ſic illa ratio non concludit, quod ideo non canonizātur, quia Chriſtus nondum erat incarnatus, qui eſt cauſa & fundamentum omnium ſanctorum, cùm Chriſtus ſit cauſa & fundamentum omnium ſaluandorum ab Abel vſq; ad vltimum electum, vt latè tradit Iaco. de Valent. *in prolog. ſuper Pſalter. clauſe ſeptima:* poſt lapſum enim Adæ cœpiſſe dicitur eccleſia in Abel, vt dicit Auguſt. exponens illud *Pſaml 118. Cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundaſti ea. De eccleſia loquitur, quæ in terris fuit fundata ab initio generis humani, cuius primi Abel ſanguis eſt immolatus.* & Auguſt. *ſuper Pſal. 128.* dicit quod olim erat eccleſia, & ex quo vocātur ſancti, eſt eccleſia in terra, cui aſſenſit ſignificatio vocabuli, quia (vt dictum eſt) eccleſia eſt collectio fideliū, & facit illud Matth. 23. *A ſanguine Abel iuſti vſq. ad ſanguinem Zachariæ filij Barrachiæ.* ¶ Fuit autem vna & eadem fides in antiquis patribus ab ipſo quaſi generis humani principio, & in illis qui poſt aduentū Chriſti crediderunt. Vnde Apoſt. 2. *ad Corinth. 4.* loquens de ſe, & aliis patribus dicit. *Habentes eundem ſpiritum fidei, quem patres veteres habuerunt.* & exponitur ille textus ex mente Auguſtini, quod eadem fides iuſtos ſaluauit antiquos, quæ ſaluabit nos, ſcilicet mediator Dei, & hominum. Tempora ergo variata ſunt, non fides, quia antiqui venturum Chriſtum reſurrecturum, & aſcenſurum in cœlum crediderunt. Nos autem veniſſe, paſſum eſſe, & aſcendiſſe in cœlos credimus, & verè in iuſto Abel eccleſia figurabatur, quia vt dicit Auguſtinus *in libro de mirabi. ſacræ ſcripturæ, tertio cap. tota iuſtitia hæc Abel, eſt virginitas ſacerdotum, & mortuorum, quæ triplex iuſtitia in Abel primò fuit, quia munera Deo grata obtulit prolemque generis in ſeculo non reliquit, & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit: & paulò poſt, Rectè ergo competebat, qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſtitiæ forma ſeruaretur: cui primo in omnibus poſt delictum, figuram geſtare conceditur Saluatoris, qui virgo martyr, & ſacerdos fuiſſe non dubitatur.* Et ſic patet, quod Chriſtus fuit fundamentum Sanctorum etiam antequàm incarnaretur. Vnde melior ratio eſſe videtur Cardina. de Turre Cremа. *in dicto cap. 1. artic. 3.* quod licèt eccleſia orientalis feſta faciat de ſanctis vtriuſque teſtamenti, occidentalis tamen eccleſia non celebrat feſta de ſanctis veteris teſtamēti, eo quod in morte eorum ad inferos deſcenderunt: & hoc videtur certè rationabile. Licet enim præfati ſancti de morte abſque dubio finaliter trāſituri eſſent ad æternam gloriam, aperta ianua regni cœlorum per Chriſtum: vnde *ad Hebreos 11. dicitur de eis, Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Nihilominùs quia pro tempore mortis eorum non erat patefactus introitus adhuc regni cœlorum, deſcendebant omnes in lymbum, vbi ſubditi erant pœnæ ſcilicet damni, quia gloriam non habebant. Et ideo de mortibus eorum eccleſia occidentalis feſtiua gaudia non celebrat.

Excipiuntur tamen ab hac communi regula innocentes, Ioannes Baptiſta, & Machabæi ob cauſas inferiùs ſtatim aſſignandas, & intelligo orientalem eccleſiam, ſcilicet Græciam, & apud Venetias dicuntur coli ſancti veteris teſtamenti, & ibi habere eccleſias, hoc eſt de Abraham, Iſaac, Dauid, Daniel, & aliis, vt dicit Guliel. Durand. *in ſuo rationali lib. 6. char. pen.*

Alia etiam poteſt ſubeſſe ratio ſecundùm eundem Auguſtinum de Anco. quod canonizatio ſanctorum requirit tempus plenitudinis gratiæ. *Nam gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,* vt ſcribitur *Ioan. 1.* Sancti autem patres veteris teſtamenti quacunque ſanctitate pollerent, non fuerunt in tempore plenitudinis gratiæ, imò talis plenitudo gratiæ in lege illa quaſi tenebatur incluſa figuratiuè, *iuxta illud ad Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis, nec præſentialiter intuebantur illam.* Sed ſicut dicit Apoſt. *ad Hebr. 11. Omnes defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus. Sed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.*

Eſt & alia ratio, quare ſanctitas illorum non ſolemnizatur, quia quantumcunque perſonaliter eſſent ſancti, claritas tamen diuinæ viſionis eis fuit clauſa, nondum ſoluto pretio humanæ naturæ per mortem Chriſti, in cuius figura dicit Apoſt. *ad Hebr. 11. quod in ſecundo tabernaculo ſolus Pontifex ſemel in anno non ſine ſanguine introibat,* hoc ſignificante Spiritu ſancto nondum propalatam fuiſſe ſanctorum viam. ¶ Ad contraria ergo ſcilicet ſecundū, tertium, & quartum, argumēta patet reſponſio, quia eccleſia patres veteris teſtamenti ſanctos appellat, & eorum ſanctitatem exemplariter proponit ſuis filiis imitandam, necnon eorum orationibus ſe commendat, eorum tamen ſanctitatem non ſolemnizat, vel canonizat propter prædictas rationes. Vnde dicit S. Auguſtin. *in lib. de ſymbolo,* pertractans illud verbum, *Dominum*

mum tuam decet ſanctitudo, quia nullus ſanctitatem eccleſia ſolemnizat, priuſquàm domus ſanctitatis fundaretur. Et ideo in tempore plenitudinis gratiæ prius natiuitatem Virginis Mariæ, & Ioannis Baptiſtæ eccleſia ſolennizat, quàm alicuius alterius, quia illa ſancta ſanctorum generauit, & ille digito demonſtrauit.

Ad primum reſpondetur, negando aſſumptum, quoniam ratio principalis, propter quam in mortibus vel tranſitu ſanctorum feſta celebramus deficit in propoſito. In mortibus enim ſanctorum gaudia celebramus propter gloriam animæ, quam eos tunc conſecutos credimus. Vnde eorum tranſitum cum gaudio recolimus, quia de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de exilio ad regnum, de miſeria ad gloriam, de præſenti ſeculo nequam, tranſierunt ad cœlum. Hoc autem non fuit in mortibus Patrum ſanctorum veteris teſtamenti, qui non in cœlum aſcenderunt, ſed in lymbum deſcenderunt, vbi non gloriæ, ſed pœnæ dãni, licet non ſenſus, ſubditi ſunt, quia mortui erant ante Chriſti mortem, per quam ianua regni cœleſtis aperta eſt, ſecundum illud Apoſt. ad Hebr. 11. *Chriſtus Pontifex aſſiſtens futurorum bonorum per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta redemptione inuenta.* ¶ Ad quintum reſpondetur, quod ſpeciale eſt in innocentibus: quia licet in lymbum deſcenderint, ex eo tamen, quia in ipſis ſingulis occiſus eſt Chriſtus, martyrium eorum ſpecialiter feſtiuat eccleſia. ¶ Ad ſextum reſpondetur eodem modo. Dicit enim Guil. Duran. *in ſuo ratio. in 7. lib. c. de decollatione ſancti Ioan. Baptiſt. Quod feſtum decollationis beati Ioannis celebrat eccleſia, quia pro veritate mortuus eſt, ſed non ſic ſolemniter, ſicut feſtum natiuitatis eius, eo quod deſcendit ad inferos,* ſicut dicit S. Gregor. *ſuper illo, Tu es qui venturus es an alium expectamus.*

Ad illud quod dicunt de Machabæis, reſpõdetur ſecundùm eundem Guil. *in d. lib. 7. c. de Machabæis.* quod feſtũ eorum recolit eccleſia propter quatuor. Nam Machabæi iſti ſunt, de quib. fuit Iudas Machabæus, vt habetur 2. Machab. 7. *Qui paſſi ſunt propter legis obſeruantiam, quia videlicet carnes porcinas contra legem comedere noluerunt.* Secũdò propter martyrij prærogatiuam, prout legitur in hiſtoria ſcholaſtica, quia inaudita ſupplicia ſuper ſanctis veteris teſtamenti pertulerũt, ideò in hoc priuilegiati ſunt, vt eorum paſſio ſolemnè celebretur. Tertiò propter repræſentationẽ myſterij. Septenarius enim numerus eſt numerus vniuerſitatis, ſignificantur enim in iſtis omnes Patres veteris teſtamenti celebrare digni. Nam licet de iſtis non ſolẽnizet eccleſia, tum quia ad lymbum deſcenderunt, tum quia multitudo ſanctorum innitatur in his ſeptem, & per eos impenditur omnibus reuerentia, quia per ſeptem, vt dictum eſt, vniuerſitates deſignantur. Quartò propter exemplum patiendi. Proponuntur enim in exemplũ cæteris fidelibus, vt horum conſtãtia ad zelum fidei animentur, & ad patiendum pro lege Euangelij, ſicut illi pro lege Moyſi accingãtur. Quintò propter cauſam ſupplicij. Nam pro defenſione legis ſuæ talia paſſi ſunt ſupplicia, ſicut Chriſtiani pro defenſione legis Euangelij, ſi neceſſe fuerit pati, debent eſſe parati. Et has vltimas tres rationes aſſignat magiſter Ioãnes Beleth *in ſumma de officijs* refert Cardin. de Turre Crema. *in d. c. 1. de conſecr. diſt. 3. artic. 5.* & hæc de ſabbato.

28 Secvndvm festvm Iudæorum † neomenia dicebatur. Eſt enim neomenia innouatio, ſeu nouiluniũ Lunæ. Neos enim nouum, & mene Luna ſonat. Iudæi enim in legitimis ſuis lunationes pro menſibus habent, & diem nouæ Lunæ neomeniam vocant, & calendas legales: & hæc dies erat ferialis apud eos, & eo die offerebãt duos vitulos, arietem vnũ, agnos anniculos ſeptem cum libamentis ſuis, hircum vnum pro declinatione peccati, omnia in holocauſtum, vt habetur *Num. 28.* quod enim faciunt gentiles in principijs menſium ad honorẽ Dianæ, & Iunonis, faciunt Hebræi in Kalendis menſiũ ad honorẽ Creatoris, *& ideo principia menſium Kalendæ quaſi colendæ dicuntur,* vt dicit Iſidor. Vel dicitur à calo Græcè, quod eſt voco latinè, quia tubis & buccinis hæc ſolemnitas prænunciabatur, & clangore buccino populus ad feſtum neomenien vocabatur. Hæc feſtiuitas multum fuit celebris, & inſignis, & ideo ſpiritualibus hoſtiis honorabatur, & populus ad epulandum, & conuiuandum in Kalendis tubis & buccinis ſpecialiter † inuitabatur in nouilunio menſis ſeptimi, in quo celebrabatur feſtum tubarum, quod erat valdè ſolemne apud eos, vt habetur *Leuit. 23. & Num. 9.* Et ideo dicebat Pſal. *in Pſal. 80. Buccinate in neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ, de qua ſuo loco dicemus.* ¶ Fiebat autem hæc ſolemnitas propter beneficium diuinæ gubernationis, ſicut ſabbatum propter beneficium creationis. Et dicit Nico. de Lyra *in d. c. 28.* quod ideo fiebat in nouilunio, quia mutatio in iſtis inferioribus magis apparet ſecundùm innouationem Lunæ, quàm temporibus

aliis communiter. † Nam hæc inferiora præcipuè variantur ſe- 30
cundùm motum Lunæ. Et ideo celebratur hoc feſtum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine ad euitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore Lunæ ſacrificabant. Et hæc duo beneficia ſcil. creationis, & gubernationis, vt communia toti humano generi frequẽtius iterabantur. Alia verò feſta ſcil. Plaſe, Pentecoſtes, & huiuſmodi celebrabãtur ſemel in anno, & recolebantur in eis beneficia ſpecialiter illi populo exhibita, vt in quolibet ipſorum dicetur, prout explicat S. Thom. *in prima 2. q. 1. artic. 4. in reſpon. ad decimum, & ad Coloſſ. 2. lectio. 4.* Neomenia ergo noua Luna dicitur: noua autẽ dicitur ſoli proxima, vt ſub claritate eius lateat. ¶ † Hæc autem feſtiuitas vmbra futurorum erat, 31
& alia. Per neomeniã autem, quæ eſt incẽſio nouæ Lunæ ſignificatur illuminatio primitiuæ eccleſiæ per Chriſtum eo prædicante, & miracula faciẽte. Nam Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, huic ſi Luna, id eſt Eccleſia, quæ lumine eius repletur, iuncta fuerit, vt vnus ſpiritus cũ eo fiat, tunc feſtiuitatẽ neomeniæ agit, tunc enim noua efficitur, cum abijcit veterẽ hominem, & induit nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, tunc neq; videri, neq; comprehendi poteſt humanis aſpectib⁹. Cum enim totã ſe ſociauerit domino, & ad ſplendorẽ eius totã ſe conceſſerit, nihil omnino terrenum cogitat, vel quærit, nec hominib. placere ſtudet, ſed totã ſe ſapientiæ, totã ſe lumini, totam ſe calori Spiritus ſancti mancipat ſubtilis, & ſpiritalis effecta: ideo digniſſimè diem feſtũ agit, & hoſtia neomeniæ domino tanq; per ſpiritum innouata iugulat. Hæc inquit gl. ord. quæ fuit Orige. *ſuper d. c. 28.* ¶ Et quãuis olim diceretur literaliter Nahum primo, Celebra Iuda feſtiuitates tuas, redde altiſſimo vota tua; hodiè tamen dici poteſt illud Trenorum 1. *Obliuioni tradidit Dominus in Syon feſtiuitatem, & ſabbatum.*

Tertivm festvm Iudæorum † erat Phaſe, ſiue Paſcha, & interpretatur tranſitus. Et dicitur Phaſe nox illa, qua immolabatur agnus Paſchalis, quæ eſt decima quarta Lunæ primi mẽſis ad veſperam, & in die ſequẽti inchoabat feſtum azymorum, quod protelabatur 7. diebus. Quarum prima & vltima ſolẽnes erant, ab omni opere ſeruili poſt primã dierum azymorum, ſcil. decimaſexta Lunæ. Tollebant ſpicas recentes, & torrebant igni, & grana manibus confricata offerebant Domino aſſarium vnũ, cuius pugillum vnum adolebat ſacerdos ſuper altare, reliquum erat eius. Prout de his latè habetur Exod. 12. & Leuitic. 23. & dicitur Paſcha, æ, & Paſcha, tis. Auſonius. Nos enim primis ſanctum poſt Paſcha diebus, quod planè nomen eſt hebræum, & tranſitũ ſignificat, vt atteſtatur S. Hieron. ſic inquiens, Paſcha, quod hebraicè dicitur phaſe, non à paſſione, vt plerique arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur, eo quod exterminator videns ſanguinẽ in foribus Iſraelitarum pertranſierit, neq; percuſſerit eos. Auguſt. à diligentibus, & à Doctorib. inuentum eſt, quia paſcha hebræum verbũ eſt, & nõ interpretamur paſſionem, ſed tranſitum. Per paſſionẽ enim Chriſtus tranſiuit à morte ad vitã, & fecit nobis viam credẽtibus in reſurrectione eius, vt tranſeamus & nos de morte ad vitam. Sic enim Chriſtus dixit Ioan. 5.

Qui credit in me tranſit in morte ad vitam. ¶ † Et pro dicendis eſt ſci- 33
endum, quod nos Chriſtiani annũ attendimus ſolarem, qui cõſtat ex trecentis ſexaginta quinq; diebus & ſex horis, vt tradit latẽ glo. *in l. cum biſſextus. ff. de verb. ſign.* Et etiam habemus menſes ſolares, *vt in d. l. & in data ſexti libri.* Iudæi verò attẽdunt menſes lunares, & annũ lunarem, qui conſtat ex trecentis quatuor diebus, & menſis lunaris dicitur ipſa lunatio. Vnde ſemp apud Hebræos prima dies Lunæ eſt prima dies menſis: denominatur autem lunatio à nomine illius menſis, in quo terminatur, niſi fortè fuerit Emboliſmus. Annus ergo lunaris maximæ obſeruationis eſt apud Hebræos, propter quod legalis dicitur, quia omnes feſtiuitates legales ſecundum Lunæ curſum & ætatem obſeruantur.

† Et ideo ſemper incipit à lunatione Aprilis, vt dicit Beda, & 34
in Exod. 12. dicunt, *Menſis iſte erit vobis principium menſium anni.* Et de hoc anno ſolari, & lunari, & emboliſmo videndum eſt per Guiliel. Durandi *in ſuo rationali in 8 libro.* ¶ Nominantur autem menſes his nominibus Hebræis.

† Ianuarius nominatur Thebet. Heſter. 2. 35

Februarius Sabath. 1. Machab. vlt.

Martius Adar. Heſter. 3. & 1. Machab. 7.

Aprilis Niſan. Heſter. 3. Græcè Xanticus. 2. Machab. 2.

Maius Siban. Heſter. 8. Græcè theen, vt ibi *in glo. interlin.*

Iunius Thebath, Græcè deſæos.

Iulius Canilis, Græcè panæmos.
Auguſtus Ehal, Græcè ior.
Septembris Elul.1.Machab.14.
October Mariſen, Græcè yperheos.
Nouembris Caſſan, Græcè dyos.
Decembris Caſlen.1.Machab.4.vel ſecundùm aliquos Thul-
bech, Græcè verò epileos.
36 † Sed quis menſis eſt primus, ſeu principium anni apud Iu-
dæos. Vgo Cardi.Exo.12.dicit, quod Aprilis, id eſt lunatio Apri-
lis eſt primus menſis, quæ lunatio in Martio ſæpè inchoat. Imò
ſemper niſi embolismus impediat, hic dicitur ab Hebræis. vt di-
xi, Niſan, apud Ægyptios Petimuch, apud Macedoneos Xanti-
cus. Voluit quippe Dominus Iudæos à cæteris differre nationi-
37 bus, † ſicut religione, & circumciſionis charactere, ita & tempo-
ris tatione. Romani enim ex traditione Numæ Pompilij Regis
Romanorum præponunt Ianuariũ, quia tunc incipit Sol aſcen-
dere poſt ſolſtitium hyemale. Arabes verò inchoant poſt ſolſti-
tium æſtiuum. Congruẽtiùs videtur fieri ab Hebræis in Martio,
in quo mundus conditus legitur. Vnde Niſan quandoq; voca-
tur Aprilis, quandoq; Martius. Et hoc ideo eſt, quia Martius no-
ſter, & Aprilis Iudæorum in parte ſimul concurrũt: quod au-
tem Aprilis ſit primus menſis apud Hebræos, hoc tenet glo. *in c.
celebritatem, de conſecra. diſtin.*4. Et eſt de hoc text. *in c. huius obſer-
uantia §. primum verò. 76. diſtin.* Sentit S. Thom. *in 4. diſt. 15. q. 3. ar-
tic. 4. ad quartum.* & Vgo Cardin. *Eſdræ 1. cap.* 3. & ſequitur Cardin.
de Turre Crema, *in d. c. celebritatẽ.* ¶ Reperio tamen, quod Nicol.
de Lyra Gen.7.& Exod.12. aliter loquitur, videlicet quod Mar-
tius eſt primus menſis anni ſecundùm Iudæos, & quod in menſe
Septembri fuit mũdus creatus: itaq; Martius ſit primus reſpectu
inchoationis anni & feſtorum, & Septembris primus ratione
creationis, in quo arbores ſunt perfectæ in ſuis fructibus, quia ſic
productæ ſunt à principio. Gen.1. Et ideo quia mundus videtur
fuiſſe creatus in iſto menſe Septembri: ideo dicunt eum eſſe pri-
mum ſimpliciter in anno, quia ab eo in principio incœperunt
anni & menſes: & hęc opinio communiter eſt apud Hebręos, &
38 rationabiliter videtur. ¶ † Quia in aliquo genere aliquid benè
nominatur primum, non quia ſit primum ſimpliciter, ſed pro-
pter aliquem notabilem euentum, ſic 1. Machab.1. Primus an-
nus Alexandri Magni vocatur primus annus regni Græcorum,
propter facta notabilia Alexandri: & tamen ante eum fuerunt
plures Reges in Græcia. Ita etiam videtur dici de Martio, quòd
tunc ſit nominatus primus menſis apud Hebræos propter exi-
tum eorum de terra Ægypti in illo menſe. Et hoc videtur litera
ſonare, Exo.12. Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Mẽſis iſte vo-
bis principium menſium primus erit in menſibus anni. Ac ſi di-
ceret, licet de præterito non fuerit primus nominatus, de cætero
tamẽ erit primus ex cauſa dicta. ¶ Quod autem aliqui Doctores
catholici dicunt Aprilẽ eſſe primũ menſem apud Hebræos ſta-
re nõ poteſt, quia ſecundùm omnes Septẽber eſt ſeptimus men-
ſis apud Hebræos, in quo fiebat feſtũ expiationis, vt habetur Le-
uit.23.& Num.29. September verò nõ eſt ſeptimus ab Aprili, ſed
à Martio: & ideo Martius eſt primus apud eos, & vocatur Niſan.
39 † Sciendum tamen, quod frequenter concurrit cũ Aprili no-
ſtro, quia Iudæi (vt dixi) faciũt mẽſes per lunationes. Annus autẽ
ſolaris, qui continetur in duodecim menſibus noſtris continet
duodecim lunationes, & vndecim dies. Et ſic in tertio anno Iu-
dæi faciunt tredecim lunationes: tunc enim menſis Adar, qui eſt
duodecimus, apud eos duplicatur. Et ſic ſecundus, qui apud
Hebræos vocatur Neadar, id eſt Adar, quia adiunctus præcedẽ-
ti concurrit cum Martio noſtro. Et per cõſequens Niſan, qui eſt
primus apud Hebræos, concurrit cum Aprili noſtro, & fortè ſic
erat quando filij Iſrael exiuerunt de Ægypto. Et propter hoc di-
xerunt Doctores noſtri, quod Aprilis eſt primus menſis apud
eos. ¶ Quomodo autem primus menſis Hebræorum, qui voca-
tur Niſan plus vel minus concurrat cum Aprili, hoc examen
ſpectat ad Aſtrologos, & computiſtas, quia ſufficit prædicta di-
xiſſe ad intelligentiam huius dubij. Nec quis miretur ſi ſuprà
dixi, quod Martius appellatur Hebraicè Adar, & hic appellaue-
rim Niſan, quia illud eſt ſecundùm opinionem illorum, qui di-
cunt Aprilem eſſe primum menſem. Sed ſi ſuper hoc dubio
vis videre impugnationem huius dubij, vide Burgen. *in addi-
40 tionibus ſuper Exod.* 12. ¶ † In quo autem menſe fuerit mundus
creatus: dicendum eſt, quòd licèt Iudæi dicant, quod fuit crea-
tus in menſe Septembri, quia Deus omnia creauit in ſua per-
fectione cùm Dei perfecta ſunt opera. Deuteron.32. Igitur illo

menſe creauit Deus mundum. Nam ilicò poſt creationẽ Adam
comedit de fructibus Paradiſi, vt patet Gen.3. tamen tota ec-
cleſia tenet, quod mundus fuit creatus in æquinoctio vernali, &
per conſequens in menſe Martij: & ſic fuit ille primus mẽſis an-
ni: & per conſequens September fuit Septimus. Et hoc modo
ſacra ſcriptura appellat Septembrem ſeptimum menſem, vt pa-
tet Leuit.23. Nec valet illa ratio, quòd in Septembri fructus ſunt
in arboribus, imò in dicto menſe arbores non ſunt omnes in ſua
perfectione, immò in ſua deiectione, quia pro maiori parte om-
nes fructus collecti, & folia cadunt ab arboribus propter au-
tumnum imminentem: & quia omnes fructus erant recollecti,
Deus præcipiebat tunc feſta celebrari. ¶ Ad illud verò quod di-
cunt, quòd arbores fuerunt creatæ cum fructibus & quia Adam
ilicò comedit. Reſpondetur eſſe in illo emiſperio auſtrali, vbi
Adam fuit poſitus, vbi nunquàm deficiunt fructus, nec cadunt
folia ab arboribus propter fauorem cœli, & aſtrorum in illa Pa-
radiſo. Sed in iſta noſtra parte aquilonari defecit poſteà propter
peccatum illa fœcunditas, vt dicit Nico. de Valentia, in Pſal.71.
& 80. ¶ † Sciẽdum eſt etiam ſecundùm Nico. de Lyra ſuper Exo. 41
12. quod primus menſis Hebræorum ſemper incipit à principio
lunationis propinquioris æquinoctio vernali, ſiue principium
dictę lunationis ſit ante ęquinoctium, ſiue poſt, ſiue ibidem. Di-
ctum autem ęquinoctiũ eſt propinquius principio Martij quàm
fini, quia eſt 12. Martij ſecundùm veritatem, licet in Kalendariis
noſtris aliter aſſignetur, ſcil. 16. dicti menſis Martij. Et ſic ab ipſo
nouilunio deſcenſiuè computando, decimaquarta lunæ ad ve-
ſperã celebratur Paſcha Iudæorum. Et poſt 14. lunæ in domini-
ca ſequenti, ante tamen 22. diem celebratur Paſcha à Chriſtia-
nis. Et ſi 14. lunationis eſſet in die Dominica, in ſequenti Domi-
nica eſt ibi noſtrum Paſcha, hoc eſt 21. die, vt dicit text. & ibi
glo. declarat *in c. celebritatem, de conſ. diſt.* 3. Recordor tamen quod
in anno 1519. currente litera dominicali. B. nouilunium fuit die
29. menſis Martij, & 14. Lunæ fuit 11. menſis Aprilis, & non fuit
celebratum Paſcha in dominica ſequenti quæ erat dies 17. A-
prilis, iuxta *d. cap. celebritatem.* ſed celebratum fuit in dominica
poſteà venienti quæ erat 24. Aprilis, *contra dictum cap. celebrita-
tem.* in quo præcipitur non excedi 21. diem Lunæ primi men-
ſis. Computiſtæ tamen dabunt de hoc rationem quomodo hoc
factum fuit.
QVARE AVTEM † ſynagoga accepit feſta ſecundùm Lu- 42
næ computationem, vt ſuprà dixi, & habetur eccleſiæ. 43. à Luna
ſignum diei feſti, eccleſia verò ſecundùm ſolem, exceptis duob.
ſcil. Paſchate & conſequenter Pentecoſte. Ad hoc reſpõdeo ſe-
cundùm S. Bona. *in 2. diſt. 14. q. 1. in fine.* vbi dicit quod prolixa eſt
huius quæſtionis determinatio. Et planè inueniri poteſt in libro
Auguſtin. ad Ianuarium. Sufficiat tamen ad præſens hæc ratio,
quia ſynagoga in tenebris noctis debebat ambulare, & minuen-
da erat. Et ideo à luminari quod nocti præeſt, & quod minui-
tur in conſummatione, accipiebãt ſuarum ſolennitatum diſtin-
ctionem: quia verò eccleſia ambulat in in lumine, ſic de ipſa di-
citur Apocal.12. *mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.* Ideo
menſes computat, & dies ſolennes magis ſecundùm modum
ſolis, quàm Lunæ. Excepto ſolo Paſchate, & per conſequens
Pentecoſte. Paſchalis enim ſolennitas non ſolùm celebratur in
commemorationem reſurrectionis præteritæ, ſed etiam in fi-
gurationem reſurrectionis futuræ, & in hoc eccleſia quodam
modo eſt conformis ſynagogæ. Vnde feſtiuitatem illam ob-
ſeruat à luna non iudayzando, ſed potiùs illam futuram ſolem-
nitatem, quam expectat ſecundùm quod ſibi competit præſi-
gnãdo. ¶ † Et nota quod in ſacra ſcriptura Paſcha ſumitur quin- 43
que modis. Primò pro veſpere immolationis, vt probatur Mat-
thæi 14. *ibi poſt biduum Paſcha fiet.* Secundò pro die Paſchæ, vnde
ante diem feſtum Paſchæ, Ioannis 13. Tertiò pro agno paſchali,
Lucæ 22. quando neceſſe erat occidi Paſcha. Quartò pro Azy-
mis panibus in ſeptem diebus, Ioan. 18. *ibi, vt cõmederent Paſcha,
id eſt, azymos panes.* Quintò pro Chriſto ipſa veritate, vnde Apo-
ſtolus 1, ad Corinth.5. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*
† Ratio autẽ literalis huius feſtiuitatis paſchalis ſecundùm 44
ſanctum Thomam *in ſecunda ſecundæ, quæſtione 102. articulo 5. in
reſponſione ad ſecundum.* fuit in commemorationem beneficij, quo
Deus eduxit eos de Ægypto. Quando enim fuerunt Ægypto
liberati, præceptum eſt eis, vt ſanguine agni linirent ſuperlimi-
naria domorum, quaſi proteſtantes ſe recedere à ritibus Ægy-
ptiorum, qui arietem colebant, vnde & liberati ſunt per ſan-
guinis agni aſperſionem, vel linitionem in poſtibus domo-

rum à periculo exterminij, quod imminebat Ægyptijs. ¶ In iſto autem exitu eorum de Ægypto duo fuerunt, ſcilicet feſtinantia ad egrediendum. Impellebant enim eos Ægyptij, vt exirent velociter, vt habetur 12. Imminebat autem periculum ei, qui non feſtinaret exire cum multitudine, ne remanens occideretur ab Ægyptijs. Feſtinantia autem deſignabatur dupliciter. Vno quidem modo per ea quæ comedebant. Præceptum enim erat eis, quod comederent panes Azimos, & huius ſignum eſt, quod nō poterant panes fermentari cogentibus exire Ægyptijs, & quòd comederent aſſum igni. Sic enim velocius præparabatur, & quòd os non comminuerent ex eo, quia in feſtinantia non vacat oſſa frangere. Alio modo quantum ad modum comedendi, dicitur enim Renes veſtros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter, quod manifeſtè deſignat homines exiſtentes in promptu itineris. Ad idem etiam pertinet quod eis præcipitur, in vna domo comedetis, neq; feretis de carnibus eius foras, quia propter feſtinantiam non vacabat inuicem mittere exenia. Amaritudo autem quam paſſi fuerunt in Ægypto ſignificabatur per lactucas agreſtes.

45 † Figuralis autem ratio patet, quia per immolationem agni paſchalis ſignificabatur immolatio Chriſti ſecundùm illud, 1. ad Corinth. cap. 5. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Sanguis verò agni liberans ab exterminatore linitus ſuper liminaribus domorum ſignificat fidem paſſionis Chriſti in corde, & ore fidelium, per quam liberantur à peccato & à morte. ſecundùm illud, 1. Petri 1. *Redempti eſtis precioſo ſanguine agni immaculati.* Comedebantur autem carnes illæ, ad ſignificandum eſum corporis Chriſti in ſacramento. Erant autem aſſæ igni ad ſignificandum paſſionem vel charitatem Chriſti. Comedebantur cum azimis panibus ad ſignificandum puram conuerſationem fidelium ſumentium corpus Chriſti ſecundùm illud, 1. ad Corinth. 5. *Epulemur in azimis ſinceritatis, & veritatis.* Lactucæ autē agreſtes edebantur in ſignum pœnitentiæ peccatorum, quæ neceſſaria eſt ſumentibus corpus Chriſti. Renes autem accingendi ſunt cingulo caſtitatis. Calciamenta autem pedum ſunt exempla mortuorum Patrum, baculi autem habendi in manibus ſignificant paſtoralem cuſtodiam. Præcipitur autem quod in vna domo agnus Paſchalis comedatur, id eſt in eccleſia catholica, non in conuenticulis hæreticorum. *Et ita omnia patribus contingebant in figura,* 1. ad Corinth. 10. Et ſic ſolemnitas illa paſchalis hodiè ceſſat tanquam figuralis adueniente veritate, vt dixi ſuprà. Similiter & de cæremonialibus, vnde Daniel. 9. cap. inquit: *Occidetur Chriſtus, & in medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit deſolatio vſq; in finem.*

46 ¶ Et hæc ſolemnitas paſchalis fuit ſolemniter facta à populo Iudæorum quadrupliciter. Primò in exitu de Ægypto ſiue in finibus Ægypti. Hoc eſt in Ramaſſe, vt habetur Exod. 12. Secundò in tranſitu per deſertum in monte Synai. Num. 9. Tertiò in galgalis trans Iordanem, Ioſue 5. Quartò in Hieruſalem ſub Ioſia rege Iuda, 4. Regum 23. & 2. Paralip. 35. & 5. Eſdræ primo. Et aliud ſolemne Paſcha coniecturatur fuiſſe factum ſub Samuele in Hieruſalem, licèt expreſsè non legatur in text. ſed habetur ex eo, quod dicitur 2. *Paralipom.* 35. vbi dicitur, *Non Phaſe ſimile huic à diebus Samuelis,* & hæc de Paſchate ſufficiant.

47 QVARTVM FESTVM erat Pētecoſtes quod celebrabatur quinquageſima die poſt Paſcha, & poſt ſeptimam hebdomadam, vt habetur Leuit. 23. Pentecoſte enim quinquaginta eſt. Vnde Pentecoſtes dicitur quinquageſimus dies, à prima die azimorum. Celebrabatur enim in memoriam datæ legis, quę data eſt quinquageſimo die à Phaſe, id eſt ab exitu de Ægypto, vt habetur Exod. 12. ¶ Eadem ſolemnitas dicebatur feſtum hebdomadarum, quia ſupputatis ſeptem hebdomadis à prima die azimorum fiebat (vt dictum eſt.) ¶ Dicebatur etiam feſtum primitiuorum, quia tunc offerebantur duo panes duorum aſſiriorum de nouis frugibus. Erat autem hoc feſtum ſeptem dierum, ſicut feſtum azimorū, & offerebantur eædem hoſtiæ, quæ in neomenia. ¶ Et dicit Nico. de Lyra Exo. 23. q. In Phaſe quod celebrabatur in primo menſe, dicebatur ille primus menſis, mēſis nouorum, quia in craſtino eiuſdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus, qui maturescebant ante alios, vt ſi homo intrans campum, ſeu hortum ſuum videbat ibi aliquas ſpicas, vel ficum in ficulnea appropinquantes ad maturationē ante alios, debebat illos colligere, & portare ad templum in ſolennitate Paſchali. In hac verò ſolennitate Pentecoſtes offerebantur panes de nouis frugibus, ſicut in ſolennitate Paſchali offerebatur primitiua in ſpicis. Spicæ tamen illæ torrebantur, & excutiebantur grana, & ſic fiebat ſacrificium, vt habetur Leuitici 2. & 23. in huiuſmodi feſto Pentecoſtes offerebantur panes de nouis fructibus, immolabantur [illegible] de armento, & alia animalia, vt habetur Leuit. 23. [illegible] Ex iſto feſto ſuccedit feſtum Pentecoſtes quod nunc [illegible] in quo fuit data lex ſpiritus vitæ, vt S. Thomas [illegible] *quæſtio. 7. ad quartum.*

48 ¶ Quòd autem illud feſtum vt Iudæi ſolemne non ſit hodiè ſeruandum, hoc ſatis patet, quia illud fiebat pro beneficio receptionis legis in monte Synai, ſed nunc iam illa lex ceſſat, & alia lex eſt recepta, ſcilicet lex noua Euangelica, ergo pro hac & non pro illa eſt feſtum celebrandum, ſcilicet in quinquageſima die à reſurrectione Chriſti, in qua die quinquageſima miſſus fuit Spiritus ſanctus in diſcipulos Domini, vt habetur Act. 2. vnde de illa lege [illegible] habendum, [illegible] Vnde Hieremiæ 31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Et paulò antè in eodem loco dicebat: *Ecce dies venient dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum non ſecundum quod pepigi cum Patribus veſtris, in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti:* quod exponit Paulus ad Hebræos 8. [illegible] verba Prophetæ: *Ecce dies venient dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum: Non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* Ex hoc patet iam prophetatum fuiſſe de alterius legis datione, quæ ſunt lex euangelica, vt proximè dixi.

49 QVINTVM FESTVM erat tubarum ſiue clangoris, quod erat prima die Lunæ Septembris. Et etiam eodē die erat feſtum neomeniæ, id eſt nouilunij, quod eſt in prima die lunæ cuiuſlibet menſis, & ſic erat duplex feſtum, vnde in Pſal. 80. *Buccinate in neomenia tuba.* Dicebatur etiam feſtum ſeptimarum, vel ſabbatum menſium, quia hic menſis ferè totus ſolennis & feſtiuus erat, ea die præter iuge ſacrificiū, & hoſtias neomeniæ offerebantur in holocauſtum vnus vitulus, vnus aries, ſeptē agni anniculi, vnus hircus pro peccato cum libamētis ſuis. Et nota quòd hęc dies ſolebat dici feſtum cereorū, quia tunc accendebant cereos. Sed à modernis Iudæis tranſlati ſunt cerei ad decimam diem eiuſdem menſis, quæ eſt pro mortuis, vt de hoc feſto, in quo opus ſeruile non faciebant Iudæi, habetur Num. 29. ¶ Fiebat enim hoc feſtum duplici de cauſa. Vna erat in memoriam liberationis Iſaac à morte, pro quo immolatus fuit aries, Gen. 22. & ideo illa die clangebant Iudæi in cornibus pecorum, quia ille aries inter vepres hærebat cornibus, vt ibidem dicitur. Alia cauſa eſt, quia ille clangor erat quaſi quædam denunciatio ſolemnitatum ſequentium, vt ſic homines ad illam præpararent, vt bene dicit Lyra. ¶ Et per hoc feſtum tubarum ſignificatur prædicatio Apoſtolorum, vt dicit ſanctus Thom. *in* 1. 2. *q.* 102. *art.* 4. *ad decimum.* Et dicit gloſſa ordinaria Num. 29. quod ille gerit feſtiuitatem neomeniæ tubarum, qui ſcripturas propheticas & Apoſtolicas (quæ velut cæleſti per ſonant tuba) memoriæ theſauro commendat, & in lege Dei meditatur die, & nocte; Et qui poteſt gratiam Spiritus ſancti promereri, quibus ſuſpirati ſunt Prophetæ, & pſallens dicere: Cantate in initio menſis tuba. Dicit ergo textus de iſto feſto Leuit. 23. menſe ſeptimo. Prima dies menſis erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: omne opus ſeruile nō facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

50 SEXTVM FESTVM erat, quod dicitur feſtum expiationis, & celebrabatur decimo die Lunæ menſis ſeptimi, vt habetur Leuitici 23. vbi dicitur: *Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus, affligetiſq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile non facietis in eo, quia dies propitiationis eſt.* Et ieiunium hoc appellatur hodiè ab Apoſtatis iudaizantibus, Ieiunium magnum, & ieiunium perdonamenti, quod idem eſt quod expiationis. Et hoc feſtum celebrabatur, vt dicunt Cardin. & Lyra, in memoriam illius beneficij, quo Dominus indulſit peccatum de fabricatione vituli. Ideo celebratur decima die ſeptimi menſis, quia tunc deſcendit Moyſes de monte portans ſecundas tabulas in ſignum propitiationis diuinæ, & ſic remiſit placatum Dominum filijs Iſrael, ſuper offenſa vituli conflatilis: ea die dicit Cardin. ieiunabant homines, & iumenta, & etiam pueri ſeptennes vſque ad veſperam pro memoria mortuorum. Et inde dies afflictionis

ctionis dicebatur, & etiam dies expiationis, quia tunc expiabatur tabernaculum, & altare ſanguine vitulæ rufæ, & fiebat cinis ad expiationem immundorum. Ipſi etiam filij Iſrael expiabantur illa die per miſſionem hirci ſcapopæi. Oblatio illius diei erat, vitulus vnus, aries vnus, agni anniculi ſeptem, hircus vnus pro peccato cum libamentis ſuis, vt habetur Num. 29. Per hoc feſtũ ſignificatur emundatio à peccatis populi Chriſtiani, vt dicit S. Thom. *in prima 2. quæſtio. 102. articu. 4. ad decimum.* Et die nono præcedenti à veſpera vſque ad veſperam celebrant ſabbata ſua, vt ibi in textu habetur.

51 SEPTIMVM FESTVM † erat tabernaculorum, & celebrabatur decimaquinta die Lunæ mẽſis ſeptimi, vt habetur Leuit. 23. Et dicebatur Scenophegia, quæ ſonat fixio tabernaculorum. Et celebrabatur in memoriam illius beneficij, quo dominus filios Iſrael, 40. annis ſuſtentauit in deſerto in tabernaculis habitãdo. Et incipiebat hæc feſtiuitas 15. die Lunæ mẽſis ſeptimi, & durabat per ſeptem dies. Prima tamen die, quæ erat celebrior, ceſſabatur ab omni opere ſeruili & ſimiliter die octaua, vt ſtatim dicam. ¶ Et nota quod iſtæ tres ſolemnitates, quæ veniebant in hoc menſe, & Paſcha, & Pentecoſtes præcipuè dicebantur, & ſabbatum quod intercidebat dicebatur magnum ſabbatum, vel ſabbatum ſabbatorum, id eſt ſabbatum feſtorum. Et dicit S. Tho. *vbi ſuprà*: quod per hoc feſtum tabernaculorum peregrinatio bonorum in hoc mundo ſignificatur; in quo ambulant in virtutibus perficiendo. Dicta die prima ſumebant fructus arboris pulcherrimę, ſpatulaſq; palmarũ, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente; & lætamini corã domino, ad ſignificandum quod dominus in terra deſerta ſuſtentauit eos diu abſq; defectu notabili, vt habetur Deute. 2. q̃ autẽ ſit illa arbor pulcherrima non dicitur. Dicunt tamẽ aliqui quod ſunt poma citrina, quia ſunt valdè pulchra, vt dicit Lyra Leuit. 23. Et dicit Ioſephus quod in his octo diebus ferebãt ramos mirthæ, & ſalices, & ſummitates palmarũ, & virgulas mali perſici in manibus, & fiebat oblatio de fructib. terræ in gratiarum actione.

52 OCTAVVM FESTVM † dicebatur Cœtus, ſiue collectæ, & fiebat octauo die à quintodecimo die lunæ dicti menſis, & ſic 8. die à feſto tabernaculorum, & erat dies ſolemnis. Nam dicitur Leuit. 23. *Dies quoq; octauus erit celeberrimus, atq; ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum domino. Omne opus ſeruile non facietis in eo:* dicta die colligebatur pecunia pro ſacrificijs per annum faciendis, & alijs neceſſitatibus tabernaculi, vel templi, quæ debebant fieri de communibus ſumptibus, vt dicit Lyra. Burg. verò contradicit, & replica Correctorij excuſat, non refero poterit videri *in d. cap. 23.* Et dicit ſanctus Thomas, *vbi ſuprà*, quod per hoc feſtum ſignificatur congregatio fidelium in Regno cœlorum. Et ideo hoc feſtum dicebatur ſanctiſſimum, vt per gloſſ. ordinariam *in dicto cap. 23.*

53 ¶ Et nota quod in tribus feſtiuitatibus tenebantur omnes Iudæi aſcendere ad templum in Hieruſalem. Tamen cum illis qui erant remoti à Hieruſalem aliquando diſpenſabatur circa feſtũ Pentecoſtes, & tabernaculorum, nõ autem circa feſtum Paſchę, 54 vt habetur Exod. 23. per Lyram. ¶ † Alias feſtiuitates addiderunt Iudæi propter varios euentus, vt Enxennia, id eſt feſtum dedicationis, de quo Ioan. 10. & feſtum Phurim, id eſt feſtũ Reginæ Heſter, quod eſt ſortiũ, eo quod phur. i. ſors in vrnã miſſa fuit, vt cũ Iudæi occiderentur tẽpore Aſſueri regis & liberati fuerũt per Reginã Heſter, quod celebratur decimoquarto die Lunæ Adar, id eſt Martij, & dicitur dies epulatum, & lætitiæ, vt habetur Heſter 9. cap. Et ieiunium Regis Heſter, quod fieri fecit tribus diebus, & tribus noctibus pro Iudęorum liberatione, celebratur, vt colligi poteſt decimatertia primi mẽſis lunæ niſan, id eſt Aprilis, vt 55 Heſter 3 & 4. cap. ¶ † Et quamuis in prædictis feſtiuitatibus offerebantur ſacrificia iuxta ſolemnitatem feſti nihilominùs quotidiè offerebatur in tabernaculo ſacrificium: quod dicebatur iuge ſacrificium, quod nũquàm intermittebatur & fiebat de publico ſumpto. Mane enim & ſerè fiebatur agnus anniculus in holocauſtum cum libamentis ſuis, & tota die cremabatur in odorem ſuauem Domino, vt de eo latè habetur Exo. 29. & Cardina. ponit Nume. 28. Et ibi dicit Paulus Burgen. in ſua apoſtilla: quod ratio literalis dicti ſacrificij ponitur per ſanctum Thomam, in loco proximè allegato in reſponſione, ad decimum: dicentem quod per illud continuum feſtum iugis ſacrificij repræſentabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Et hoc intelligendũ eſt pertinere ad ſenſum literalem. Hebræi enim qui maximè literã ſequuntur perpetuitatem diuinæ beatitudinis concedunt ſicut & nos, vt Exodi 15. *Dominus regnabit in æternum.* Et hæc de feſtis Iudæorum ratione que literali, & figurali illorumque ceſſatione, prout in ſingulis ſufficiẽter dictum eſt. ¶ † In quorum locum ſuc- 56 cedunt feſtiuitates, quæ celebrantur in eccleſia ſecundum ſanctum Thomam *in prima 2. quæſtione 103. artic. 3. ad finem.* vbi dicit quod ſabbatum, quod ſignificat primam creationem mutatur in die Dominica, in qua commemoratur noua creatura inchoata in reſurrectionem Chriſti. Et ſimiliter alijs ſolennitatibus veteris legis nouæ ſolennitates ſuccedunt, quia beneficia illi populo exhibita ſignificant beneficia nobis cõceſſa per Chriſtum. Vnde feſto Paſchæ ſuccedit feſtum paſſionis & reſurrectionis. ¶ Feſto Pentecoſtes, in quo fuit data lex veteris: ſuccedit feſtũ Pentecoſtes in quo data fuit lex ſpiritus vitæ. ¶ Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum beatæ Virginis in qua primò apparuit illuminatio Solis, id eſt Chriſti per copiam gratiæ. ¶ Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. ¶ Feſto expiationis ſuccedunt feſta martyrum & confeſſorum. ¶ Feſto tabernaculorum ſuccedit feſtum Dedicationis eccleſiæ. ¶ Feſto cœtus, atque collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium ſanctorum. Sequitur Cardinalis de Turrecremata, *in c. 1 de conſecra. diſtinct. 3. artic. 1.*

57 ET VLTRA † prædicta feſta populo Iudaico tradita, fuerunt ei indicta ieiunia; in quibus tenebantur animas ſuas affligere à veſpera vſque ad veſperam. ¶ Primò erat ieiunium quod celebrabatur in quarto menſe, id eſt Iulio in ſeptima & decima die eiuſdem menſis quarti computãdo ab Aprili, qui eſt primus menſis ſecundùm aliquos. Ex eo quod Moyſes deſcendens de monte Synai tabulas legis diuinę ſcriptas fregit propter idololatriam ab illo populo commiſſam, & iuxta Hieremiam muri primo rupti ſunt ciuitatis per Nabuchodonoſor, qui cum Caldæis cepit ciuitatem Hieruſalem. ¶ † In quinto verò menſe qui apud nos 58 appellatur Auguſtus, ieiunabant Iudæi, cùm per exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo iuſſi ſunt montem non aſcendere, ſed per 40. annos longiùs à terra ſancta circuire diſpendijs, vt exceptis duobus Caleph, & Ioſue omnes in ſolitudinem caderent. In hoc menſe & à Nabuchodonoſor, & poſt multa tempora à Tito, & Veſpaſiano templum Hieroſolymis incenſum eſt, atque deſtructum, capta vrbe Bethel ad quam multa millia confugerant Iudæorum. ¶ † In ſeptimo verò menſe qui eſt October occiſus eſt Godolias, & inde tribus ac Hieru- 59 ſalem diſſipatæ ſunt, & ideo ieiunabant.

60 † Menſe decimo qui apud nos eſt Ianuarius ieiunabant Iudæi, eo quod Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit templum fuiſſe ſubuerſum, prout refert Hieronym. ſuper Zacha. & ponitur *in cap. ieiunium. 75. diſtinctione* per Archie. Floren. *in quarta parte ſumma, titu. 4. cap. 3. §. 4.* ſanctus Thom. *in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 3 artic. 3. in reſponſione ad 4. & in ſecunda, 2. quæſtione 147. artic. 5. ad ſecundum.*

61 † Et ieiunabant Iudæi vſque ad noctem, quia ſtatus illorum comparabatur nocti ſecũdùm illud ad Rom. 13. *Nox præceſſit dies autem appropinquat.* non ſic autem in nouo teſtamento, vt dicit S. Thom. *in d. q. art. 7. ad primam.* & de his ieiunijs dicebat Zacha. 8. c. *Hæc dicit Dominus exercituum. ieiunium quarti ieiunium quinti. & ieiunium ſeptimi & ieiunium decimi erit domus Iuda in gaudium, & lætitiam, & ſolemnitas præclara.* Et ibi habes expoſitionem per Card. & Nico. de Lyra. ¶ Et his adde ieiunium Reginæ Heſter, de quo paulò antè dixi. ¶ Et ſi alia ieiunia celebrant Iudæi vltra præmiſſa, nõ ſunt ex præcepto legis, ſed ex eorum voto, deuotione propter aliquem euentum. Et de his hæc ſufficiant, quæ nota, quia alibi nõ inuenies ſic recollecta. Plura alia præcepta cæremonialia, & iudicialia habentur apud Iudæos quæ referre eſſet nimis 62 laborioſum. ¶ † Non omitto tamen quod noſtris temporibus apoſtatæ ſectantes legem Moyſi ſcindunt femur arietis vel alterius animalis, de quo habent comedere, & eijciunt ex illo parum carnis in modum auellanæ ibi repertæ, vt non comedant illam. Ex eo quod emarcuit in fœmore Iacob, & non comedunt filij Iſrael neruum fœmoris, vſque in præſentem diem, vt dicit 63 textus Geneſis, 32. cap. ¶ † Nec pinguedinem carnis comedunt, ſed ſale appoſito, illam à carne amouent. Eo quod erat prohibitum carnem cum ſanguine comedere. Geneſis 9. Et dicitur Leuiti. 7. *adipem bouis & ouis & capræ non comedetis.* Et ibi Cardinalis declarat ſolum intelligi de adipe mundorum animalium, non autem de adipe animalis immundi, vel etiam mundi, ſed non ad immolandum apti. Vnde Iudæus fatuus eſt, qui nimis extendit hoc præceptum: nullum adipem comedes. Et dicit

dentur non licere ea in die dominica, quæ non licebant in die ſabbati. ¶ Secundò opera ſeruilia minus decent liberos, quàm ſeruos: ſed nos per mortem Chriſti redempti ſumus, facti liberi, Ioan. 8. *Si filius vos liberauit, verè liberi eritis*: ergo magis in lege noua diebus feſtis vacandum eſt à ſeruilibus operibus, quàm in veteri lege vacabatur in ſabbato. Tertio ſic dicitur Matth. 5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plusquàm Scribarum, & Phariſæorum, non introibitis in regnum cælorum*: ergo magis obſeruare debemus diē dominicam, quàm Phariſæi & Scribæ obſeruabant ſabbatum, ſed illi nihil ſeruile faciebant in ſabbato: ergo in die dominico ſimpliciter nullum opus ſeruile agēdum eſt. ¶ In oppoſitum eſt conſuetudo populi Chriſtiani, quā eccleſia tolerat, & non prohibet, quod in die dominico, & alijs feſtis fiat decoctio ciborum, & ambulent etiam vltra mille paſſus, & etiam lauacrum permittitur, vt patet *in c. peruenit. de conſecr. diſtinct.* 2. Et conſuetudo eſt optima legum interpres. *l. ſi de interpretatione. ff. de legibus.* & dicit Ioannes Maioris *in 3. diſtin. 37. quæſtio.* 2. quod dominica dies non tantùm ligat, & tam ſtrictè, ſicut ſabbatum in lege, ergo homo poteſt plus itineris facere. Quod probatur, non eſt limitatio itineris, ergo poteſt tantum facere, quātum volet, dummodò audiat miſſam, & faciat circa diuina quæ tenetur, & dicebat Paul. Burgen. *in ſuo Scrutin. in prima parte, diſtin. 8. cap. 14.* quòd opera, quæ prohibentur in lege fieri in ſabbato, vt decoctio ciborum, & egreſſio de loco, & huiuſmodi manifeſtè pertinent ad cæremonialia, quæ in lege noua non obligant, vt dictum eſt ſuprà. Illud autē eſt morale in obſeruatione ſabbati, ſcilicet ceſſare ab operibus ſuis ſeruilibus. Quæ quidem opera ſeruilia propriè intelliguntur opera peccati. Nam ſubiectio ſpiritualis, per quam homo ſubditur peccato, maior eſt quàm ſeruitus corporalis: vnde facere opera peccati in die dominica grauius eſt, quàm in die prophana. Dicūtur opera ſeruilia, quibus vnus homo ſeruit alteri: & hæc ſunt opera corporalia, quæ ſi ſunt talia, vt impediant applicationem hominis ad diuina, non ſunt licita in lege noua, quia contrariantur obſeruationi ſabbati, quæ propriè conſiſtit in vacando Deo. Opera autem corporalia, quæ deſeruiunt hominum neceſſitatibus communibus, & non cōtrariantur prædictæ obſeruātiæ, vt decoctio ciborum, & huiuſmodi, non intelliguntur prohibita, niſi cæremonialiter. Et ideo in lege noua non obligant, quia talium duratio non tranſit vltra ſeculum Moſaicæ legis, vt ſæpè dictū eſt. Vnde Cardin. de Turre Crem. *in d. c. peruenit. 2. artic.* latiùs hoc explicat, ponendo aliquas concluſiones, quas referam aliquibus additis. Nam opus ſeruile, quod prohibetur die feſto poteſt ſumi tripliciter, vel ſcilicet à ſeruitute peccati, vel à ſeruitute Dei, vel à ſeruitute qua homo ſeruit homini. Et ſecundùm hanc triplicem ſeruitutem ſunt tres

19 concluſiones. ¶ † Prima, quod loquendo de operibus ſeruilibus à ſeruitute peccati, magis illa prohibetur in lege noua, die dominica ſiue feſtiua, quàm in lege veteri in ſabbato. Patet, quia lex noua perfectiùs regulat, & componit hominem quātum ad actus interiores, à quibus actus exteriores habent rationem peccati, vel bonitatis, quàm faciebat lex vetus, vnde Matth. 5. inquit Chriſtus, *Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non occides. Ego dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo reus eſt iudicio*: & eodem modo dicit in alijs præceptis. Ex quo patet, quod lex noua non ſolùm vetat actus exteriores inordinatos, ſed etiam interiores. Inde eſt ſecundùm ſanctum Thom. *in ſecunda ſecundæ. quæſt. 122. artic. 4. in reſponſione ad tertium.* quod ex quo magis impeditur homo à rebus diuinis per opus peccati, quàm per opus licitum, quamuis ſit corporale. Ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quàm qui aliquod opus corporale licitum facit. Vnde Sanctus Auguſtin. dicit *in libro de decem cordis: Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquod vtile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret, & melius fœminæ eorum die ſabbati lanam facerent, quàm quòd tota die in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent.* Et eſt ratio, quia actus peccati mortalis ex ſuo genere plus contrariatur quieti mentis in Deo, quàm actus exercitationis mechanicæ. Ideo magis agit contra hoc præceptum quo ad finem eius, qui peccat mortaliter, quàm qui corporale opus exercet.

20 † Secunda concluſio: opera ſeruilia dicta à ſeruitute Dei, quibus vacatur ſpiritualibus, & colitur Deus, multò ampliùs iubentur fieri in lege noua diebus feſtis, quàm in veteri lege in die ſabbathi. Patet, quia lex noua ſpiritualis eſt, Ioan. 6. *Verba quæ loquor vobis ſpiritus & vita ſunt.* Lex verò vetus in huiuſmodi comparatione carnalis dicitur. Vnde in lege noua præſtantioribus virtutibus colitur Deus, ſacratioribus caſtimonijs, maioribus & melioribus ſacrificijs altioris perfectionis, & ſanctimoniæ exercitijs: & ſi talia opera prohiberentur, eſſet contrarium fini obſeruationis diei feſti. Homo enim ad hoc ab alijs operibus abſtinet in die ſabbathi, vt vacet operibus ad Dei ſeruitutem pertinentibus, vt dicit S. Thomas *in dicto loco.* Inde eſt, quod circumciſionē accipiebat homo in ſabbato, vt nō ſolueretur lex Moyſi. Ioan. 7. Similiter in ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, id eſt, corporaliter in ſabbato operabantur, & ſine crimine erant. Matth. 12. ¶ Et circa hoc eſt ſciendum quod huiuſmodi opera ad ſeruitium Dei pertinentia poſſunt eſſe in triplici differentia.

† Quædam ſunt conſiſtentia in ipſo cultu diuino, vt olim erat 21
geſtare arcam Domini. Et modò eſt geſtare ſanctorum imagines argenteas vel aureas in proceſſionibus, & deferre crucem, & huiuſmodi. Et hæc ſunt omninò licita, & amplectenda, quia ſunt pars diuini cultus, vt probatur Ioſue 6. cap. dum dicitur, *quod ſacerdotes deferebant arcam Domini ſeptem diebus.*

Quædam verò ſunt præparatoria ad Dei cultum, quæ quaſi ſimul fiunt cum ipſo cultu diuino, vt olim erat præparatio victimarum excoriādo, lauando, & huiuſmodi, & nunc eſt pulſatio campanarum, ad officia diuina. Et hæc quoq; procul dubio ſunt omninò licita, & ſancta, & ſunt illa de quibus dicitur Matth. 7. quòd ſacerdotes in templo ſabbatū violāt, & ſine crimine ſunt, & de circumciſione recepta in ſabbato; Ioan. 7. ¶ Quædam etiam ſunt præparatoria ad cultum diuinum, quæ nō fiunt ſimul cum ipſo cultu, ſed fiunt die præcedēti. Vt eſt ornare templum, mundare illud ſcopis, conficere hoſtias pro miſſarum celebratione. Et hæc fieri debent in die præcedenti, & non in ipſo die feſto niſi cauſa rationabilis adſit. Et eſt ratio, quia dies feſtus dicatus eſt diuino cultui, & annexis ſibi pro tempore illius diei, & hæc opera ad diuinum cultum illius diei præſupponuntur. Et propterea dixi quod talia in ipſo die feſto fieri non debent, niſi rationabilis cauſa adſit. Sed debent congruo tempore, hoc eſt ante feſtū fieri, & non in die feſto. Eſſet autem rationabilis cauſa faciendi hæc in feſto, ſi feſtum aliquod euenerit in die præcedenti, verbi gratia: Si in ſabbato ſancto veniret feſtum Annunciationis Virginis Mariæ, tunc enim cùm non decuerit prius ornare templum propter luctum paſſionis Domini, rationi conſonat, vt ſine crimine paretur templum in dicto die feſto pro paſchali ſolemnitate. Idemque dicendum eſt, ſi continuatis duobus, aut tribus feſtis templum ob occurſum populi immundum redditum ſit. Mundandum eſt, ne immunditia inter ſolemnitatem feſtorum duret, & ſic de ſimilibus. ¶ Et licet hæc præparatoria opera ex cauſa rationabili licita ſint, & ſine ea illicita, ſi ſimplici tamen corde fiant in feſto, veniale peccatum tantum eſt, quia ſunt infra ea, quæ per ſe ordinantur ad diuinum cultum, & per ſe ſpectant ad diuinum ſeruitium.

22 † Tertia concluſio. Opera ſeruilia à ſeruitute, qua homini homo ſeruit, non ita prohibentur in lege noua die dominica, ſicut in veteri die ſabbato. Patet, quia, vt inquit S. Thom. *in ſecunda ſecunda, q. 122. artic. 4. ad quartum. quædam opera conceduntur die dominica, quæ in die ſabbati prohibebantur. ſicut decoctio ciborum, & huiuſmodi: & etiam in operibus prohibitis facilius propter neceſſitatem diſpenſatur in noua quàm in veteri lege.*

Huius poſſunt aſſignari duæ rationes, vna eſt S. Thomæ *in dicta reſponſione ad quartum*, videlicet, quod lex vetus fuit figuralis. *Omnia enim in figura contingebant illis. 1. Corinth. 10.* Figura enim pertinet ad proteſtationem veritatis, quam nec in minimo prætetire oportet: opera enim ſecundùm ſe conſiderata immutari poſſunt pro loco & tempore. Secunda ratio aſſignari poteſt, quia lex noua leuior eſt, quā vetus. Vnde de noua dicitur Matth. 11. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* De onere importabili veteris legis dicebat Petrus Apoſt. Act. 15. *Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod nec patres noſtri, nec nos*

portare potuimus. ¶ † Et licet opera ſeruilia prohibeantur in die 23
dominico & feſtis, *cap. licet. de ferijs.* Nihilominùs in lege noua multa opera corporalia conceduntur in dictis diebus, vt poſſint fieri licitè, maximè in duobus caſibus. Primus cùm vrget neceſſitas, vt probatur Matth. 12. vbi Chriſtus excuſabat diſcipulos ſuos, qui colligebant ſpicas in die ſabbati propter neceſſitatem, quam habebant, *& ponitur in cap. diſcipulos, de conſecra. diſtinct. 5.* & propter neceſſitatem conceditur lauacrum, *vt in dicto cap. peruenit.* Propter neceſſitatem conceditur piſcatio piſcium die feſto, *c. licet, de ferijs.* propter neceſſitatem conceditur bellare die feſto, 1. Machab. 2. & diebus quadrageſimalibus, 23. q. 8. *c. nulla.* propter neceſſitatē concedūtur, quæ ad ſuſtētationem,

nem, & conſeruationem ſalutis corporis pertinent, vt de coctio ciborum, & alia huiuſmodi, quæ humana neceſſitas expoſtulat ad ſui cõſeruationem: propter neceſſitatem indulgetur in feſtis agricultura, collectura frugum, putatio vinearum, vindemiatio earum, cùm propter tempeſtatem, aut hoſtes aliis diebus fieri non poſſunt, ne occaſione momenti pereat commoditas cœleſti prouiſione conceſſa, *l.omnes.C.de feri.* & propter neceſſitatem conceditur appellari die feſto, *l.1.C.de feri.* & demùm arbitror, quod propter neceſſitatem indulgetur omne opus ſeruile aliàs licitum fieri, prout latè tradit Felyn. *in c.cum acceſſiſſent, de conſtitu. colum.9. verſic. tertiò reſtringitur. & in c.querelam. de iureiuran. in capi ſi quis propter, de furtis.* Bald. *in l.ſi laborante naui. §. cum in eadem. ff. ad legem Rhod. de iact. & in l.1. ff. de offic eius. cui eſt manda. iuriſdict.* & de hoc eſt text. *in c.conqueſtus. de ferijs, ibi, niſi neceſſitas vrgeat, pietas ſuadeat.* & ibi gloſſ. exemplificat de neceſſitate & pietate.

Ratio prima dictorum, quia quilibet debet ad ſui, & proximorum conſeruationem & damnum imminens vitandum neceſſariam prouiſionem facere, *l.3. ff de iuſti. & iure. c.dilecto. de ſenten. excommun. lib.6.* Henric. Boic. *in c.quanta, de ſenten. excommun.* Dominus Deci. *in l.culpa caret. ff. de regul. iur.* dixi *in meo tract. de ſecreto, colum.49. in reſponſione ad tertium, circa finem.*

Et quod dixi piſcationem piſcium poſſe fieri in diebus feſtis extante neceſſitate, *per d.cap.licet, de ferijs.* extendi poteſt ad ſimilem neceſſitatem, quæ poſſet contingere in futurum, ſi dilatio eſt allatura damnum. Nam neceſſitas excipitur à tali obſeruantia, *vt in dicto cap. conqueſtus.* facit *cap. habebat Dominus. 12. quæſt.1.* vt tradunt Abbas & Doctores *in dicto cap. licet, in fine.* & dicebat Cardina. Gaietanus *ſuper ſanctum Thomam in ſecunda ſecundæ, quæſt.122. verſicu. in ſeptimo caſu.* quod quotiens repentinus caſus occurrerit, aut neceſſitas aliqua, ita quòd clarum non ſit, an in illo feſto liceat laborare, ad Epiſcopum loci, & ipſo deficiente ad ſacerdotem, cuius maior erit authoritas recurrendum eſt: & ſi ille minùs perſpicaciter licentiam concedendo errauerit, excuſabitur à crimine, qui in feſto laborauerit, quoniam vt dicit Sanctus Thom. *in d. quæſt. in reſponſione ad quartum.* in lege noua diſpenſatio circa hoc eſt non difficilis, ſicut erat in lege veteri: & ideo non eſt opus tanta ſubtilitate. Cætera verò, quæ circa hunc caſum neceſſitatis eſſent dicenda, vide omninò ſanctum Thomam *in corpore dictæ quæſtionis,* vbi allegat plures authoritates ad hoc facientes.

Secundus caſus eſt cùm pietas perſuadet, propter pietatem enim conceduntur multa opera corporalia fieri die feſto. Propter pietatem conceditur cura infirmorum, & omnia quæ ordinantur ad ſalutem corporalem proximi. Vnde Dominus increpans Phariſæos ait Ioan. 7. *Mihi indignamini, quia totum hominem ſaluum feci in ſabbato?* Propter pietatem conceditur etiam die feſto cura, aut liberatio rerum ab imminentibus periculis. Vnde Dominus dicit Matth. 12. *Quis erit ex vobis homo, qui habet vnam ouem, & ceciderit in foueam ſabbato, nonne tenebit, & leuabit eam?* Propter pietatem conceditur die feſto exercitium operum pietatis etiam corporalium, quoniam in operibus miſericordiæ diſtinctio non eſt habenda, *cap. vtinam. 75. diſtinct. & cap. nunquid de conſecra. diſtin.5.* & propter pietatem conceduntur fieri ea, quę ad pacem & concordiam pertinent, *l.fin. C de ferijs.* & iſte caſus pietatis excipitur à regula, vt eſt tex. *in d.c.conqueſtus.*

24 † Sed circa hoc eſt aduertendum, quomodo hic capitur pietas. Nam pietas tripliciter capitur, pro religione, pro miſericordia, & pro ſpeciali parte iuſtitiæ, prout dicit Auguſtinus de ciuitate Dei libro 10. Inquit enim, *Pietas propriè Dei cultus intelligi ſolet, quam Græci, theoſibiam vocant.* Hæc tamen etiam erga parentes officioſè haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus miſericordiæ nunc frequentatur, prout hoc traditur per ſanctum Bonauenturam *in 3. diſtinct. 35. quæſtio. 6.* & de illa pietate, quæ habetur erga omnes, & erga parentes loquitur glo. *in l.3. §. pietas. ff. de libero homi. exhib.* & in pietate Deum imitamur, vt dicit gloſſ. *l. Imperialis. C. de nuptijs.* De pietate erga conſanguineos, *in l.pietatis. C. de ſuſpect. tuto. l. prima ff. de obſequijs parentibus præſt.* Pietas, quæ miſericordia dicitur, capitur pro his, quæ fiunt in redemptionem captiuorum, *vt in §. fin autem pro redemptione, in Authen. de eccleſi. titu. collatio 9.* & pium relictum dicitur, quod relinquitur pro puellis maritandis, *argumen. l.cum his. §. fina. ff. de condict. indeb.* & quæ dicatur pia cauſa traditur per Innocentium *in cap. ſignificantibus. de offic. delega.* Specul. *in titu. de fide inſtrumen. §. nunc aliqua.* per Alberic. de Roſa. *in ſuis ſtatutis, parte prima, quæſtione 111 incipien. Item quæro.* ſi ergo pietas capiatur pro religione erga Deum, non eſt indiſtinctè verum, quòd liceat opera ſeruilia facere in diebus feſtis in his, quæ per accidens ſunt ordinata ad diuinum cultum, quia ex ſuo genere non ordinantur ad diuinum cultum, vt arare, metere, fabricare pro ædificatione eccleſiarum, quia hoc ſolũ licitum eſſet, quando neceſſitas immineret, videlicet quia illæ eccleſiæ eſſent pauperculæ, ita vt nõ poſſent prouidere ſibi de his neceſſariis aliunde. Neque hoc auderem ſic affirmare, niſi quia multi hoc ſentiunt, & nullus reprehenditur, & prælati hoc tolerant: & video quod ipſi hoc authorizant. Et dicitur *in ſumma confeſſorum, libro primo, in titu. de ferijs. quæſt. vndecima.* quod etiam in præcipuis feſtiuitatibus ſi non ſit prohibitum, vel conſuetudini loci contrarium, liceat aliquid operari circa ædificationem eccleſiarum, & ſacrorum locorum, & ad ædificationem ad opus miniſtrorum eccleſiæ pauperum, præſertim eorum, qui redditus non habent, vel ſi oporteat trahi currum ad ferendos lapides, vel in quadrigis afferri ligna, quę aliàs commodè ferri non poſſunt, & ſimilia. Ita tamen, quòd labor huiuſmodi non perueniat vſque ad vltimam fatigationem, & quòd propter huiuſmodi laborem non dimittatur miſſa, & alia diuina officia, quia non debent dimittere id, ad quod tenentur propter id ad quod non tenentur, & nullam video huius rationem, niſi quia vacant ſeruitio diuino, & eccleſia non reprehendit. ¶ Vnde dico, quòd extra neceſſitatis articulum illicita eſſent hæc opera in feſto. Ratio eſt, quia hæc ſunt opera ex ſuo genere ſeruilia, non per ſe expectantia ad Dei ſeruitutem, ſicut ſpectant ea, quæ ſuprà dixi. Et hæc confirmantur ex conſuetudine populi Chriſtiani, quæ eſt optima legum interpres, *vt in dicta l. de interpretatione. ff de legibus.* ¶ Si verò ſumatur pietas pro miſericordia, prout gloſſa ſic accipit *in d.cap. conqueſtus, in verbo, pietas:* vt tunc liceat diebus feſtiuis pro eleẽmoſyna arare agros pauperum, vel alia eorum opera facere. Dicendum eſt, quòd quamuis ſola miſericordiæ ratio ſufficiat ad excuſandum iudicialia opera in feſto, vt ibi dicit, non tamen ſufficit ad excuſandum opera ſeruilia omnia in feſto, niſi adſit neceſſitas, aut vitatio damni imminentis. Ratio eſt, quia præceptum de feſtorum obſeruatione eſt de actu religionis, vt vacemus Deo. Nec debet impedimentum præſtari cultui diuino ex occupatione ſeruili circa proximos extra articulum neceſſitatis.

Quod autem dicit gloſſ. quod in operibus miſericordiæ non eſt diſcretio dierum, vt habetur in ea, hoc cum grano ſalis intelligendum eſt. Hoc eſt in illis operibus, quæ de genere ſuo ſunt opera miſericordiæ, qualia ſunt, veſtire nudos, paſcere eſurientes, potum dare ſitienti, viſitare infirmos, ſepelire mortuos, & cætera, quæ opera miſericordiæ appellantur, de quibus habetur *Matth. 25.* & non intelligitur de omnibus operibus ſeruilibus, quæ cauſa miſericordiæ fieri poſſunt: quoniã hæc per accidens ſunt opera miſericordiæ, & per ſe ſunt ſeruilia: propter quod non eſt licitum, ob miſericordiam colere agros pauperũ, & alia huiuſmodi facere in die feſto, niſi alterum de prædictis concurrat, ſcilicet imminens neceſſitas, aut vitatio damni imminentis, vt dixi.

Demùm ſi pietas capiatur, per quam ſanguine iũctis, patriæq; beneuolis officium, & diligens adhibetur cultus, vt à Tullio diffinitur. Tunc dicendum eſt, quod nullatenus eſt permittẽdum ob hanc pietatem exercitium operum ſeruilium, quoniam nec propter cõſanguineos, aut patriæ beneuolos, licet in feſtis iudicialia exercere, & multo minùs opera ſeruilia. Vnde ſequitur, quod non eſt benè dictum, quòd etiam ſi neceſſitas non immineat, liceat laborare in feſtis pro refectione pontiũ, aut viæ propter pietatem publicæ vtilitatis, ſicut non licet propter pietatem conſanguineorũ, hæc eadem facere, cùm eadẽ virtus pietatis ſit ad conſanguineos, & ad patriam. Et ſic neq; propter conſanguineos, neq; propter patriam extra neceſſitatis articulum, licet in feſto opera ſeruilia facere, & qui contraria dicunt, decipiuntur in vi nominis pietatis, quæ faciunt pro intellectu *dict. c. licet. & d.
c.conqueſtus. de ferijs.* ¶ † Ad primum reſpondetur negando mino- 25
rem, & cùm dicitur, quod ſe habet lex noua per additionem, reſpondetur, quod hoc nõ arguit maiorem difficultatem, quoniam, vt ait S. Tho. *in prima 2. quæſt. 107. arti. 4. ad tertium.* additio illa ad præcepta veteris legis ad hoc ordinatur, vt faciliùs impleatur, quod mandabat lex vetus, vt dicit Auguſtin. Vnde per additionem prohibitionis de non iraſcẽdo fratri faciliùs adimpletur prohibitio de non occidendo. Et ideo per talem additionem non oſtenditur, quòd lex noua ſit grauior, ſed magis quòd ſit facilior, ſequitur Cardin. de Turre Crema. *in d.c. prouenit.*

Ad ſecundum ratio non militat, quia nos per Chriſti paſſionem

nem liberati ſumus non à ſeruitute corporali, ſed ſpirituali, quæ poteſt dici duplex, videlicet à ſeruitute diaboli, & ab obſeruatione legalium præceptorum. Ratione primæ, maximè in lege noua ceſſandum eſt à peccatis ſicut ab his, quæ maximè repugnant libertati, qua Chriſtus nos liberauit. Ratione ſecundæ, conuenientiſſimum fuit, vt dixi, quòd in lege noua non eſſent tot opera corporalia nobis prohibita die feſto, ſicut in veteri die ſabbathi, & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertium reſpondetur, quod dominus non requirit in nobis maiorem abundantiam iuſtitiæ, quàm in Scribis, & Phariſæis quo ad obſeruantias legales, & rigorem, & multitudinem operum, ſed quoad ſanctimoniam interiorum operum ſpiritualium. Et ita illa ratio non eſt ad propoſitum, prout declarat S. Thom. *in 4. diſtin. 33. q. 2.* & Vgo Cardin. & Lyra ſuper Matth. 5. *cap.*

26 ¶ QVÆRO VLTERIVS, an † Chriſtus ſeruauerit legalia præcepta. Hæc quæſtio opportunè ponitur hic, quia cùm ſemel eſſem vocatus ad conſilium generalis inquiſitionis in vrbe Tertachonenſi, & incideret ſermo de obſeruantia præceptorum legalium, quidam magiſter in theologia, qui ibidem erat præſens, aſſerebat, quod Chriſtus non ſeruauerat ſabbatum, & quod de hoc arguebant ipſum Iudæi, cui ego reſtiti in faciem validis rationibus, & remanſit confuſus, & cæteri Doctores, qui aderant mihi aſſenſerunt, inter quos erat D. Fortunius Aguyrre in vtroq; iure licentiatus Cæſarius cõſultor, vir ſanè acutiſſimus, integerrimusq;. Cui conſilio præſidebat pro inquiſitore generali Reuerendiſſ. Pater D. Garcia de Loayſa magnus Theologus, tunc Prior generalis ordinis Prædicatorum, nunc verò Epiſcopus Seguntinenſis, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, tituli S. Suſannæ, qui tunc magna beneuolentia videbatur me proſequi. ¶ Videtur ergo, quòd Chriſtus non ſeruauerit legalia, ſiue cæremonialia legis Moſaicæ. Lex enim mandauerat, vt nihil operis fieret in ſabbato, ſicut Deus requieuit ab omni opere quod patrarat. *Gen. 2. & Exod. 20.* Sed Chriſtus in ſabbato quandoque aliquod opus fecit: nam ſabbato curauit hominem, & ei mandauit vt tolleret lectum ſuum, ſic & curauit manum aridam cuidam, ſabbato, ſicut legitur Matth. 12. & Luc. 6. Sic etiam tangendo leproſum mundauit contra legem, *Matth. 8.* & ſicut etiam ſabbato curauit hydropicum. *Luca 14.* Præterea & ſecundo præcepto legis Moyſi, quidam cibi erant immundi, ſicut carnes porcinæ, & quædam alia, vt patet *Leuit. 6.* Chriſtus autem ſemel prædicans conuocatis ad ſe turbis dixit: *Audite & intelligite, non quod intrat in os coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Matth. 15.* quod videtur contra præceptum legis. Inſuper & tertiò, ſemel dum diſcipuli tranſirent ſabbato per ſata, & euellerent ſpicas, Chriſtus excuſauit eos, vt patet *Matth. 12. & Luca 6.* per quod videtur dicendum, quòd Chriſtus non ſeruauerit legalia.

In contrarium eſt veritas, quod in multis patet, primò, quia voluit circumcidi octauo die. *Luca 2.* Quæ quidem circunciſio erat quædam proteſtatio totius legis implendæ, iuxta illud, *ad Galat. 5. Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* ſic etiam in templo offerri voluit. *Luca 2.* quod erat præceptum cæremoniale legis Moſaicæ, vt patet *Leuit. 12. & 15.* Tertiò voluit vti fimbrijs in veſte, patet *Matth. 9. Marc. 5. & Luca 7.* quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Numer. 15.* Quartò miſit leproſos ad ſacerdotes. *Matth. 8. & Luca 17.* quod erat præceptum veteris legis, vt patet *Leuit. 14.* Quintò patet in eſu agni paſchalis. Ioan. 13. quod erat præceptum veteris legis. Et dicit magiſter hiſtoriarum ſuper *Geneſ. 3.* quod non legitur quòd Chriſtus comederit carnem, niſi de agno paſchali. Hæc autem Chriſtus obſeruauit, non quia debitor eſſet legis, eo quòd legiſlator, puta Imperator, aut Papa, qui non ſunt ſubditi legi ab eo datæ, *l. ex imperfecto. ff. de legat. 2.* licèt deceat Principem legem obſeruare. Nam vt dicit lex digna vox, maieſtate regnantis legibus alligatum ſe profiteri, *l. digna vox. C. de legibus.* & quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur, *cap. cum omnes. de conſtitu.* & patere legem quam tu ipſe tuleris, vt dicit gloſſ. *in l. 1. in princip. ff. quod quiſq; iuris.* Et hoc ipſe dixit *Matth. 5. Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas:* quod exponens Chryſoſtomus dicens legem impleuit: primò quidem nihil tranſgrediendo legalium, ſecundò iuſtificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat. Licet ergo Chriſtus ſolutus eſſet ab obligatione legalium: voluit tamẽ legalia obſeruare quadruplici de cauſa, vt ponit S. Thom. *in 3. parte, q. 40. artic. vlt.*

Prima, vt legem veterem comprobaret, fuerunt enim quidam hæretici dicentes legem veterem non eſſe datam à Deo, vt tangit magiſter hiſtoriarum *Exod. 20.* & S. Tho. *in 1. 2. q. 98. art. 2.*

Secunda eſt, vt eam obſeruando in ipſo conſummaret, & terminaret, oſtendens quod ad ipſum erat ordinata, iuxta id quod Apoſtolus dicit, *Finis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credenti, ad Rom. 10.* quia omnes leges & Prophetæ tendunt ad Chriſtum, ſicut ſagittãtes ad ſignum prophetando, aut figurando de Chriſto. ¶ Tertia eſt, vt à Iudæis calumniandi occaſionem ſubtraheret, qui potuiſſent allegare iuſtam occaſionem ipſum non recipiendi ſi legalia non obſeruaret. ¶ Quarta vt hominem à ſeruitute legis liberaret ſecundùm illud *ad Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant redimeret.* ¶ Sed ſi dicatur, quod ex quo Chriſtus ſeruauit legalia, ergo etiam nos debemus illa ſeruare, quia omnis Chriſti actio eſt noſtra inſtructio. Ad hoc dico, quod non ſequitur: nam ſi hæc ratio eſſet bona, ſequeretur, quod ſicut Chriſtus mortuus eſt in cruce, ita & nos in cruce mori debemus: quod eſt falſum, quia Chriſtus ideo mortuus eſt, vt nos à morte liberaret, *iuxta illud Apoſt.* Nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictus, ſcil. maledictione pœnæ, quia ſcriptum eſt, *Maledictus homo qui pepẽdit in ligno ad Galat. 3. & Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et ideo ſicut Chriſtus mori voluit, vt nos à morte redimeret: ſic & & voluit legalia obſeruare, vt nos à ſeruitute legis abſolueret: & hoc eſt quod dicit Apoſtolus *ad Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt omnes qui ſub lege erãnt redimeret.* Et ſic patet, quod Chriſtus legalia legis Moyſi ſeruauit. ¶ Ad ea quæ in contrarium adducta ſunt datur ſolutio, vt tradit Sanctus Thom. *in tertia parte, quæſtio. 40. articulo vltimo.* Et quo ad primum dicendum eſt, quod Dominus ſe excuſat à tranſgreſſione ſabbati, ſiue legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de ſanctificatione ſabbati, non interdicitur opus diuinum, ſed opus humanum. Quamuis enim Deus die ſeptima ceſſauerit à nouis creaturis condendis: ſemper tamen operatur in rerum conſeruatione, & gubernatione. Quod autem Chriſtus miracula faciebat erat operis diuini, vnde ipſe dicit *Ioan. 5. Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.*

Secundò excuſat ſe, per quod illo præcepto non prohibentur opera, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis etiam corporalis. Vnde ipſe dicit *Lucæ 13. Vnuſquiſque veſtrum ſabbato non ſoluit bouem, aut aſinum à præſepio, & ducit ad aquare? Et Luc. 14. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit, & non continuè extrahit eum die ſabbati?* Manifeſtum eſt autem, quod opera miraculorum, quæ Chriſtus faciebat, ad ſalutem corporis & animæ pertinebant.

Tertiò, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum, vnde *Matth. 12. An non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt?* Et *Ioan. 6.* vbi dicitur, quod circunciſionem accipit homo in ſabbato. ¶ Quod autem Chriſtus paralitico mandauit, vt lectum ſuum ſabbato portaret, ad cultum Dei pertinebat, id eſt, ad laudem virtutis diuinæ: & ſic patet, quod ſabbatum non ſoluebat, quamuis hoc ei Iudæi falsò obiicerent. *Ioan. 9. Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbatum non cuſtodit.* ¶ Vnde puto, quod hæc verba Chriſti, quibus dabat rationem Iudæis, de prædictis non ſunt excuſatoria, ſed potiùs declaratoria legis diuinæ, quàm Iudæi cæci non intelligebant ob eorum malitiam.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod Chriſtus voluit oſtendere per illa verba, quod homo non redditur immundus ſecundũ animam ex vſu ciborum quorumcunq; ſecundùm ſuam naturam, ſed ſolùm ſecundùm quandam ſignificationem. Quod aũt in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc eſt per quandam ſignificationem: vnde Auguſt. dicit contra Fauſtum: Si de porco & agno requiratur, vtrunque natura mundum eſt, quia omnis creatura Dei bona eſt, quadã verò ſignificatione agnus mundus porcus immundus. ¶ Ad tertium, quod etiam diſcipuli, qui eſurientes ſpicas ſabbato vellebant à tranſgreſſione legis, excuſantur propter neceſſitatem famis, ſicut & Dauid non fuit tranſgreſſor legis, quando propter neceſſitatẽ famis comedit panes, quos ei comedere non licebat, vt habetur *1. Reg. 21.* ¶ Ad illud autem de tactu leproſi *Matth 8.* licèt dari poſſit eadem reſponſio, quæ fuit data ad primum argumentum per S. Thom. nihilominùs Leo Papa *in c. ideo permittente. § ita ergo. 25. quæſt. 1.* aliter reſpondet, dicens, quod Chriſtus, qui dedit legem, ipſam legem carnaliter impleuit octaua die circunciſus, 40. die in templo cum hoſtiis eſt præſentatus, vt in ſeipſo eam ſanctificaret. Poſteà verò,

verò, vt ſe Dominum legis oſtenderet, contra legis literam leproſum tangendo mundauit. Apoſtolos quoque contra literam ſabbati præcepta prætergradientes, ſpicas vellentes, & confricantes manibus ſuis, probabili exemplo & circuncisionis, & templi excuſauit, dicens, *Non legiſtis quid fecerit Abimelech, quando venit ad eum Dauid, & dedit ei panes propoſitionis, de quibus non licebat edere, niſi ſolis ſacerdotibus, & comedit ipſe. & pueri eius: & cætera.* vbi latè. Et ſic patet quomodo, & quare Chriſtus ſeruauit legalia: itaque Chriſtus in rei veritate ſabbatum non ſoluebat, ſed videbatur ſoluere ſecundùm ſuperſtitioſum intellectum Phariſæorum, qui credebant etiam à ſalubribus operibus eſſe abſtinendum in die ſabbati, quod erat contra intentionem legis, vt dicit S. Thom. *in 1.2. quæſt. 107. artic. 2. ad quartum.* Et hanc quæſtionem latiùs examinaui in meo Speculo ad inquiſitores, *part. 1. q. 31.*

27 QVÆRO VLTERIVS oportunè, † an de ſanctis legis naturæ, ſeu veteris teſtamenti debeat Eccleſia celebrare feſtum, ſicut celebrat de ſanctis legis Euangelicæ. Et dico ſanctos, quos conſtat tales eſſe ex teſtimonio ſacræ ſcripturæ, vt de Abel, quē Chriſtus iuſtum nominat, *Matth. 23.* & de Noe, Dauid, & Iob, vt *Ezech. 14.* & ſic de aliis. ¶ Et primò videtur, quod ſic: rationes propter quas de ſanctis noui teſtamēti feſtiuitas celebratur, videntur concurrere ita de ſanctis veteris teſtamenti, ſicut de eis. Sunt enim Dei amici, filij, & hæredes: ergo pari ratione de eis eſt celebrandum. ¶ Secundò, quia Papa tenetur illos canonizare pro ſanctis, quorum doctrina, vita, & exemplum proponuntur toti Eccleſiæ imitanda: ſed tales ſunt Prophetæ, & Patriarchæ. Scribitur enim *Iacob. 5. Exemplum accipite fratres, exitus mali, & longanimitas laboris, & patientiæ Prophetarum. Et qui locuti ſunt in nomine Domini eſſe, ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt.*

Tertiò illos Eccleſia debet pro ſanctis venerari, quos ſacra ſcriptura ſanctos appellat. Sed de Tobia ſcribitur Tob. 4. Quod ideo illam tentationem Deus permiſit ſibi euenire, vt daretur poſteris exemplum patientiæ, ſicut de ſancto Iob. ¶ Quartò Eccleſia illos pro ſanctis debet venerari, quos elegit oratores & rogatores pro ipſa apud Deum. Sed ſcribitur 2. *Machab. vlti. Hic eſt fratrum amator. & populi Iſrael, hic eſt. qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Iſrael.* Hieremias Propheta, tales eſſe videntur, quod per Eccleſiam ſunt canonizandi, vt illos rogare poſſumus publicè, quòd pro nobis Deum orent, aliàs illas publicas preces offerre non poſſimus, *in cap. 1. de reliq & vener. ſancto.*

Quintò ſi dicatur, quod ideo de illis non celebratur feſtum, cùm ipſi mortui fuerint ante paſſionem Chriſti, & ſic ad inferos deſcenderunt, *vt patet in cap. 1. de conſecra. diſtin. 3.* quia eadem ratio eſſet de ſanctis innocentibus, & tamen de illis fit in Eccleſia feſtum ſolemne. ¶ Sextò idem arguitur de beato Ioanne Baptiſta, & de Machabæis, de quibus habetur 2. *Machab. 7.* Qui non obſtante, quòd in lymbum deſcēderunt, nihilominùs tam de ſancto Ioanne, quàm de martyrio dictorum Machabæorum feſta celebrantur. ¶ In contrarium tamen eſt text. *in c. 1. de conſecr. diſt. 3.* in quo de ſanctis veteris teſtamenti nulla fit mentio. Et eſt ratio ſecudùm Auguſt. de Anco. *in tract. de poteſtate Papæ, q. 17. art. 2.* quia cauſa ſemper præcedit ſuum effectum, & nō ſequitur: ſed cauſa & fundamentum omnium ſanctorum fuit Chriſtus. Ipſe enim fuit ſanctus ſanctorum, vt ſcribitur *Daniel. 9.* Nullus ergo debet canonizari pro ſancto, qui fuit ante Chriſti natiuitatem. Hæc ratio mihi non videtur bona, quia Patres veteris teſtamenti omnes in Chriſtum venturum crediderūt, & in fide illius tanquàm mediatoris ſaluati ſunt. Nam ſecundùm Auguſt. *hyponoſticon reſpon. 3. & in pleriſq; locis,* quòd ſicut in vtroque teſtamento vnus ſemper fuit Chriſtus creditus, ita dicitur vna fides patrum veteris teſtamenti, & noſtra, eo quòd vnitas fidei eſt ab vnitate obiecti crediti: ſicut ergo in vtroque teſtamento ſemper vnus eſt Chriſtus creditus, ita ſemper fuit vna eccleſia, & vna ciuitas Dei, & vnum corpus myſticum ab Adam vſque ad iudicium. Et ſic in vtroque teſtamento eſt conſiderandum vnum caput, qui eſt Chriſtus creditus, & vna fides, & vna eccleſia, ſiue vnum corpus myſticum, cuius caput ſemper fuit, & ſemper eſt Chriſtus. Et ideo dicit Gregor. *in homil. de vinea, quod ab Adam, & ab Abel vſque ad vltimum electum ſemper fuit vna vinea, & vna eccleſia, cuius palmites, & membra fuerunt omnes electi vtriuſque teſtamenti.* Et ſic Adam, Abel, & Abraham iam erant membra Chriſti, & ciues huius ciuitatis. Nam licet Chriſtus non eſſet incarnatus, tamen iam erat Chriſtus creditus, quia fides eſt illa, quæ compaginat membra: & ſic illa ratio non concludit, quod ideo non canonizātur, quia Chriſtus nondum erat incarnatus, qui eſt cauſa & fundamentum omnium ſanctorum, cùm Chriſtus ſit cauſa & fundamentum omnium ſaluandorum ab Abel vſq; ad vltimum electum, vt latè tradit Iaco. de Valent. *in prolog. ſuper Pſalter claue ſeptima:* poſt lapſum enim Adæ cœpiſſe dicitur eccleſia in Abel, vt dicit Auguſt. exponens illud *Pſalm. 118. Cognoui de teſtimonijs tuis, quia in æternum fundaſti ea. De eccleſia loquitur, quæ in terris fuit fundata ab initio generis humani, cuius primi Abel ſanguis eſt immolatus.* & Auguſt. *ſuper Pſal. 128.* dicit quod olim erat eccleſia, & ex quo vocātur ſancti, eſt eccleſia in terra, cui aſſenſit ſignificatio vocabuli, quia (vt dictum eſt) eccleſia eſt collectio fideliū, & facit illud Matth. 23. *A ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barrachiæ.* ¶ Fuit autem vna & eadem fides in antiquis patribus ab ipſo quaſi generis humani principio, & in illis qui poſt aduentū Chriſti crediderunt. Vnde Apoſt. 2. *ad Corinth. 4.* loquens de ſe, & aliis patribus dicit. *Habentes eundem ſpiritum fidei. quem patres veteres habuerunt.* & exponitur ille textus ex mente Auguſtini, quod eadem fides iuſtos ſaluauit antiquos, quæ ſaluabit nos, ſcilicet mediator Dei. & hominum. Tempora ergo variata ſunt, non fides, quia antiqui venturum Chriſtum reſurrecturum, & aſcenſurum in cœlum crediderunt. Nos autem veniſſe, paſſum eſſe, & aſcendiſſe in cœlos credimus, & verè in iuſto Abel eccleſia figurabatur, quia vt dicit Auguſtinus *in libro de mirabi. ſacræ ſcripturæ, tertio cap. tota iuſtitia hæc Abel, eſt virginitas ſacerdotum, & mortuorum, quæ triplex iuſtitia in Abel primò fuit, quia munera Deo grata obtulit proſapiam generis in ſeculo non reliquit. & martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit: & paulò poſt. Rectè ergo competebat, qui primus in terra iuſtus eligitur, in eo totius iuſtitiæ forma ſeruaretur: cui primo in omnibus poſt delictum, figuram geſtare conceditur Saluatoris, qui virgo martyr. & ſacerdos fuiſſe non dubitatur.* Et ſic patet, quod Chriſtus fuit fundamentum Sanctorum etiam antequàm incarnaretur. Vnde melior ratio eſſe videtur Cardina. de Turre Cremata *in dicto cap. 1. artic. 3.* quod licèt eccleſia orientalis feſta faciat de ſanctis vtriuſque teſtamenti, occidentalis tamen eccleſia non celebrat feſta de ſanctis veteris teſtamēti, eo quod in morte eorum ad inferos deſcenderunt; & hoc videtur certè rationabile. Licet enim præfati ſancti de morte abſque dubio finaliter trāſituri eſſent ad æternam gloriam, aperta ianua regni cœlorum per Chriſtum: vnde *ad Hebræos 11. dicitur de eis, Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Nihilominùs quia pro tempore mortis eorum non erat patefactus introitus adhuc regni cœlorum, deſcendebant omnes in lymbum, vbi ſubditi erant pœnæ ſcilicet damni, quia gloriam non habebant. Et ideo de mortibus eorum eccleſia occidentalis feſtiua gaudia non celebrat.

Excipiuntur tamen ab hac communi regula innocentes, Ioannes Baptiſta, & Machabæi ob cauſas inferiùs ſtatim aſſignandas, & intelligo orientalem eccleſiam, ſcilicet Græciam, & apud Venetias dicuntur coli ſancti veteris teſtamenti, & ibi habere eccleſias, hoc eſt de Abraham, Iſaac, Dauid, Daniel, & aliis, vt dicit Guliel. Durand. *in ſuo rationali. lib. 6. char. pen.*

Alia etiam poteſt ſubeſſe ratio ſecundùm eundem Auguſtinum de Anco. quod canonizatio ſanctorum requirit tempus plenitudinis gratiæ. *Nam gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,* vt ſcribitur *Ioan. 1.* Sancti autem patres veteris teſtamenti quacunque ſanctitate pollerent, non fuerunt in tempore plenitudinis gratiæ, imò talis plenitudo gratiæ in lege illa quaſi tenebatur incluſa figuratiuè, *iuxta illud ad Corinth. 10. Omnia in figura contingebant illis, nec præſentialiter intuebantur illam.* Sed ſicut dicit Apoſt. *ad Hebr. 11. Omnes defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus. Sed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.*

Eſt & alia ratio, quare ſanctitas illorum non ſolemnizatur, quia quantumcunque perſonaliter eſſent ſancti, claritas tamen diuinæ viſionis eis fuit clauſa, nondum ſoluto pretio humanæ naturæ per mortem Chriſti, in cuius figura dicit Apoſt. *ad Hebr. 11. quod in ſecundo tabernaculo ſolus Pontifex ſemel in anno non ſine ſanguine introibat,* hoc ſignificante Spiritu ſancto nondum propalatam fuiſſe ſanctorum viam. ¶ Ad contraria ergo ſcilicet ſecundū, tertium, & quartum, argumēta patet reſponſio, quia eccleſia patres veteris teſtamenti ſanctos appellat, & eorum ſanctitatem exemplariter proponit ſuis filiis imitandam, necnon eorum orationibus ſe commendat, eorum tamen ſanctitatem non ſolemnizat, vel canonizat propter prædictas rationes. Vnde dicit S. Auguſtin. *in lib. de ſymbolo,* pertractans illud verbum, *Do-*

nium tuam decet ſanctitudo, quia nullus ſanctitatem eccleſia ſolenni-zat, priuſquàm domus ſanctitatis fundaretur. Et ideo in tempore plenitudinis gratiæ prius natiuitatem Virginis Mariæ, & Ioannis Baptiſtæ eccleſia ſolennizat, quàm alicuius alterius, quia illa ſancta ſanctorum generauit, & ille digito demonſtrauit.

Ad primum reſpondetur, negando aſſumptum, quoniam ratio principalis, propter quam in mortibus vel tranſitu ſanctorum feſta celebramus deficit in propoſito. In mortibus enim ſanctorum gaudia celebramus propter gloriam animæ, quam eos tunc conſecutos credimus. Vnde eorum tranſitum cum gaudio recolimus, quia de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de exilio ad regnum, de miſeria ad gloriam, de præſenti ſeculo nequam, tranſierunt ad cœlum. Hoc autem non fuit in mortibus Patrum ſanctorum veteris teſtamenti, qui non in cœlum aſcenderunt, ſed in lymbum deſcenderunt, vbi non gloriæ, ſed pœnæ damni, licet non ſenſus, ſubditi ſunt, quia mortui erant ante Chriſti mortem, per quam ianua regni cœleſtis aperta eſt, ſecundum illud Apoſt. ad Hebr. 11. *Chriſtus Pontifex aſſiſtens futurorum bonorum per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta redemptione inuenta.* ¶ Ad quintum reſpondetur, quod ſpeciale eſt in innocentibus: quia licet in lymbum deſcenderint, ex eo tamen, quia in ipſis ſingulis occiſus eſt Chriſtus, martyrium eorum ſpecialiter feſtiuat eccleſia. ¶ Ad ſextum reſpondetur eodem modo. Dicit enim Guil. Duran. *in ſuo ratio. in 7. lib. c. de decollatione ſancti Ioan. Baptiſt. Quod feſtum decollationis beati Ioannis celebrat eccleſia, quia pro veritate mortuus eſt, ſed non ſic ſolenniter, ſicut feſtum natiuitatis eius, eo quod deſcendit ad inferos*, ſicut dicit S. Gregor. *ſuper illo, Tu es qui venturus es, an alium expectamus.*

Ad illud quod dicitur de Machabæis, reſpondetur ſecundùm eundem Guil. *in d. lib. 7. c. de Machabæis.* quod feſtũ eorum recolit eccleſia propter quatuor. Nam Machabæi iſti ſunt, de quib. fuit Iudas Machabæus, vt habetur 2. Machab. 7. *Qui paſſi ſunt propter legis obſeruantiam, quia videlicet carnes porcinas contra legem comedere noluerunt.* Secũdò propter martyrij prærogatiuam, prout legitur in hiſtoria ſcholaſtica, quia inaudita ſupplicia ſuper ſanctis veteris teſtamenti pertulerũt, ideo in hoc priuilegiati ſunt, vt eorum paſſio meritò celebretur. Tertiò propter repræſentationẽ myſterij. Septenarius enim numerus eſt numerus vniuerſitatis, ſignificantur enim in iſtis omnes Patres veteris teſtamenti celebrtate digni. Nam licet de iſtis non ſolẽnizet eccleſia, tum quia ad lymbum deſcenderunt, tum quia multitudo ſanctorum intrauit in his ſeptem, & per eos impenditur omnibus reuerentia, quia per ſeptem, vt dictum eſt, vniuerſitates deſignantur. Quartò propter exemplum patiendi. Proponuntur enim in exemplũ cæteris fidelibus, vt horum conſtãtia ad zelum fidei animentur, & ad patiendum pro lege Euangelij, ſicut illi pro lege Moyſi accingãtur. Quintò propter cauſam ſupplicij. Nam pro defenſione legis ſuæ talia paſſi ſunt ſupplicia, ſicut Chriſtiani pro defenſione legis Euangelij, ſi neceſſe fuerit pati, debent eſſe parati. Et has vltimas tres rationes aſſignat magiſter Ioãnes Beleth *in ſumma de officijs* refert Cardin. de Turre Crema. *in d. c. 1. de conſecr. diſt. 3. artic. 3.* & hæc de ſabbato.

28 SECVNDVM FESTVM Iudæorum † neomenia dicebatur. Eſt enim neomenia innouatio, ſeu nouiluniũ Lunæ. Neos enim nouum, & mene Luna ſonat. Iudæi enim in legitimis ſuis lunationes pro menſibus habent, & diem nouæ Lunæ neomeniam vocant, & calendas legales: & hæc dies erat ferialis apud eos, & eo die offerebãt duos vitulos, arietem vnũ, agnos anniculos ſeptem cum libamentis ſuis, hircum vnum pro declinatione peccati, omnia in holocauſtum, vt habetur *Num.* 28. quod enim faciunt gentiles in principiis menſium ad honorẽ Dianæ, & Iunonis, fecerunt Hebræi in Kalendis menſiũ ad honorẽ Creatoris, *& ideo principia menſium Kalendæ quaſi colendæ dicuntur*, vt dicit Iſidor. Vel dicitur à calo Græcè, quod eſt voco latinè, quia tubis & buccinis hæc ſolemnitas prænunciabatur, & clangore buccino populus ad feſtum neomenien vocabatur. Hæc feſtiuitas multum fuit celebris, & inſignis, & ideo ſpiritualibus hoſtiis honorabatur, & populus ad epulandum, & conuiuandum in Kalendis tubis & buccinis ſpecialiter † inuitabatur in nouilunio menſis ſeptimi, in quo celebrabatur feſtum tubarum, quod erat valdè ſolemne apud eos, vt habetur *Leuit.* 23. *& Num.* 9. Et ideo dicebat Pſal. *in Pſal.* 80. *Buccinate in neomenia tuba in inſigni die ſolemnitatis veſtræ, de qua ſuo loco dicemus.* ¶ Fiebat autem hæc ſolemnitas propter beneficium diuinæ gubernationis, ſicut ſabbatum propter beneficium creationis. Et dicit Nico. de Lyra *in d. c.* 28. quod ideo fiebat in nouilunio, quia mutatio in iſtis inferioribus magis apparet ſecundùm innouationem Lunæ, quàm temporibus aliis communiter. † Nam hæc inferiora præcipuè variantur ſe- 30
cundùm motum Lunæ. Et ideo celebratur hoc feſtum in nouitate Lunæ, non autem in eius plenitudine ad euitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore Lunæ ſacrificabant. Et hæc duo beneficia ſcil. creationis, & gubernationis, vt communia toti humano generi frequẽtiùs iterabantur. Alia verò feſta ſcil. Phaſe, Pentecoſtes, & huiuſmodi celebrabãtur ſemel in anno, & recolebantur in eis beneficia ſpecialiter illi populo exhibita, vt in quolibet ipſorum dicetur, prout explicat S. Thom. *in prima 2. q.* 1. *artic.* 4. *in reſpon. ad decimum, & ad Coloſſ.* 2. *lectio* 4. Neomenia ergo noua Luna dicitur: noua autẽ dicitur ſoli proxima, vt ſub claritate eius lateat. ¶ † Hæc autem feſtiuitas vmbra futurorum erat, 31
& alia. Per neomeniã autem, quæ eſt inceſio nouæ Lunæ ſignificatur illuminatio primitiuæ eccleſiæ per Chriſtum eo prædicante, & miracula faciẽte. Nam Sol iuſtitiæ Chriſtus eſt, huic ſi Luna, id eſt Eccleſia, quæ lumine eius repletur, iuncta fuerit, vt vnus ſpiritus cũ eo fiat, tunc feſtiuitatẽ neomeniæ agit, tunc enim noua efficitur, cum abijcit veterẽ hominem, & induit nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, tunc neq; videri, neq; comprehendi poteſt humanis aſpectib⁹. Cum enim totã ſe ſociauerit domino, & ad ſplendorẽ eius totã ſe conceſſerit, nihil omninò terrenum cogitat, vel quit, nec hominib. placere ſtudet, ſed totã ſe ſapientiæ, totã ſe lumini, totam ſe calori Spiritus ſancti mancipat ſubtilis, & ſpiritalis eſſe: & ideo digniſſimè diem feſtũ agit, & hoſtias neomeniæ domino tanquã per ſpiritum innouata iugulat. Hæc inquit gl. ord. quæ fuit Orige. *ſuper d. c.* 28. ¶ Et quãuis olim diceretur literaliter Nahum primo, Celebra Iuda feſtiuitates tuas, redde altiſſimo vota tua: hodiè tamen dici poteſt illud Trenorum 1. *Obliuioni tradidit Dominus in Syon feſtiuitatem, & ſabbatum.*

TERTIVM FESTVM Iudæorum † erat Phaſe, ſiue Paſcha, & interpretatur tranſitus. Et dicitur Phaſe nox illa, qua immolabatur agnus Paſchalis, quæ eſt decimaquarta Lunæ primi mẽſis ad veſperam, & in die ſequẽti inchoabat feſtum azymorum, quod protelabatur 7. diebus. Quarum prima & vltima ſolennes 32
erant, ab omni opere ſeruili poſt primã dierum azymorum, ſcil. decimaſexta Lunæ. Tollebant ſpicas recentes, & torrebant igni, & grana manibus confricata offerebant Domino aſſatim vnũ, cuius pugillum vnum adolebat ſacerdos ſuper altare, reliquum erat eius. Prout de his latè habetur Exod. 12. & Leuitic. 23. & dicitur Paſcha, æ, & Paſcha, tis. Auſonius. Nos enim primis ſanctum poſt Paſcha diebus, quod planè nomen eſt hebræum, & tranſitũ ſignificat, vt atteſtatur S. Hieron. ſic inquiens, Paſcha, quod hebraicè dicitur phaſe, non à paſſione, vt pleriq; arbitrantur, ſed à tranſitu nominatur, eo quod exterminator videns ſanguinẽ in foribus Iſraelitarum pertranſierit, neq; percuſſerit eos. Auguſt. à diligentibus, & à Doctorib. inuẽtum eſt, quia paſcha hebræum verbũ eſt, & nõ interpretamur paſſionem, ſed tranſitum. Per paſſionẽ enim Chriſtus tranſiuit à morte ad vitã, & fecit nobis viam credẽtibus in reſurrectione eius, vt tranſeamus & nos de morte ad vitam. Sic enim Chriſtus dixit Ioan. 5. 33
Qui credit in me tranſit in morte ad vitam. ¶ † Et pro dicendis eſt ſciendum, quod nos Chriſtiani annũ attendimus ſolarem, qui cõſtãt ex trecentis ſexaginta quinq; diebus & ſex horis, vt tradit latè glo. *in l. cum biſſextus. ff. de verb. ſign.* Et etiam habemus mẽſes ſolares, *vt in d. l. & in data ſexti libri.* Iudæi verò attẽdunt menſes lunares, & annũ lunarem, qui conſtat ex trecentis quatuor diebus, & menſis lunaris dicitur ipſa lunatio. Vnde ſemp apud Hebræos prima dies Lunæ eſt prima dies menſis: denominatur autem lunatio à nomine illius menſis, in quo terminatur, niſi fortè fuerit Emboliſmus. Annus ergo lunaris maximæ obſeruationis eſt apud Hebræos, propter quod legalis dicitur, quia omnes feſtiuitates legales ſecundùm Lunæ curſum & ætatem obſeruantur.

† Et ideo ſemper incipit à lunatione Aprilis, vt dicit Beda, & 34
in Exod. 12. dicitur, *Menſis iſte erit vobis principium menſium anni.* Et de hoc anno ſolari, & lunari, & emboliſmo videndum eſt per Guiliel. Durandi *in ſuo rationali in 8. libro.* ¶ Nominantur autem menſes his nominibus Hebræis.

† Ianuarius nominatur Thebet. Heſter. 2. 35
Februarius Sabath. 1. Machab. vlt.
Martius Adar. Heſter. 3. & 1. Machab. 7.
Aprilis Niſan. Heſter. 3. Græcè Xanticus. 2. Machab. 2.
Maius Sibam. Heſter. 8. Græcè theen, vt *ibi in glo. interlin.*
Iunius Thebath, Græcè deſæos.

Iulius

Iulius Canilis, Græcè panæmos.
Auguſtus Ebal, Græcè ior.
Septembris Elul.1.Machab.14.
October Mariſen, Græcè yperheos.
Nouembris Caſlan, Græcè dyos.
Decembris Caſlen.1.Machab.4.vel ſecundùm aliquos Thulbech, Græcè verò epileos.

36 † Sed quis menſis eſt primus, ſeu principium anni apud Iudæos. Vgo Cardi. Exo.12. dicit, quod Aprilis, id eſt lunatio Aprilis eſt primus menſis, quæ lunatio in Martio ſæpè inchoat. Imò ſemper niſi emboliſmus impediat, hic dicitur ab Hebræis. vt dixi, Niſan, apud Ægyptios Perimuch, apud Macedoneos Xanticus. Voluit quippe Dominus Iudæos à cæteris differre nationi-
37 bus, † ſicut religione, & circumciſionis charactere, ita & temporis ratione. Romani enim ex traditione Numæ Pompilij Regis Romanorum præponunt Ianuariũ, quia tunc incipit Sol aſcendere poſt ſolſtitium hyemale. Arabes verò inchoant poſt ſolſtitium æſtiuum. Congruetiùs videtur fieri ab Hebræis in Martio, in quo mundus conditus legitur. Vnde Niſan quandoq; vocatur Aprilis, quandoq; Martius. Et hoc ideo eſt, quia Martius noſter, & Apilis Iudæorum in parte ſimul concurrunt: quod autem Aprilis ſit primus menſis apud Hebræos, hoc tenet glo. *in c. celebritatem, de conſecra. diſtin.* 4. Et eſt de hoc text. *in c. huius obſeruantiæ § primum verò. 76 diſtin.* Sentit S. Thom. *in 4. diſt. 15. q. 3. artic. 4. ad quartum.* & Vgo Cardin. *Eſdra 1. cap. 3.* & ſequitur Cardin. de Turre Crema, *in d. c. celebritatẽ* ¶ Reperio tamen, quod Nicol. de Lyra Gen.7. & Exod.12. aliter loquitur, videlicet quod Martius eſt primus menſis anni ſecundùm Iudæos, & quod in menſe Septembri fuit mũdus creatus: itaq; Martius ſit primus reſpectu inchoationis anni & feſtorum, & Septembris primus ratione creationis, in quo arbores ſunt perfectæ in ſuis fructibus, quia ſic productæ ſunt à principio. Gen.1. Et ideo quia mundus videtur fuiſſe creatus in iſto menſe Septembri: ideo dicunt eum eſſe primum ſimpliciter in anno, quia ab eo in principio incœperunt anni & menſes: & hęc opinio communiter eſt apud Hebręos, &
38 rationabiliter videtur. ¶ † Quia in aliquo genere aliquid benè nominatur primum, non quia ſit primum ſimpliciter, ſed propter aliquem notabilem euentum, ſic 1.1. Machab.1. Primus annus Alexandri Magni vocatur primus annus regni Græcorum, propter facta notabilia Alexandri: & tamen ante eum fuerunt plures Reges in Græcia. Ita etiam videtur dici de Martio, quòd tunc ſit nominatus primus menſis apud Hebræos propter exitum eorum de terra Ægypti in illo menſe. Et hoc videtur litera ſonare, Exo.12. Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Mẽſis iſte vobis principium menſium primus erit in menſibus anni. Acſi diceret, licet de præterito non fuerit primus nominatus, de cætero tamẽ erit primus ex cauſa dicta. ¶ Quod autem aliqui Doctores catholici dicunt Aprilẽ eſſe primũ menſem apud Hebræos ſtare nõ poteſt, quia ſecundùm omnes Septẽber eſt ſeptimus menſis apud Hebræos, in quo fiebat feſtũ expiationis, vt habetur Leuit.23. & Num.29. September verò nõ eſt ſeptimus ab Aprili, ſed à Martio: & ideo Martius eſt primus apud eos, & vocatur Niſan.
39 † Sciendum tamen, quod frequenter concurrit cũ Aprili noſtro, quia Iudæi (vt dixi) faciũt mẽſes per lunationes. Annus autẽ ſolaris, qui continetur in duodecim menſibus noſtris continet duodecim lunationes, & vndecim dies. Et ſic in tertio anno Iudæi faciunt tredecim lunationes: tunc enim menſis Adar, qui eſt duodecimus, apud eos duplicatur. Et ſic ſecundus, qui apud Hebræos vocatur Neadar, id eſt Adar, quia adiunctus præcedẽti concurrit cum Martio noſtro. Et per cõſequens Niſan, qui eſt primus apud Hebræos, concurrit cum Aprili noſtro, & fortè ſic erat quando filij Iſraël exiuerunt de Ægypto. Et propter hoc dixerunt Doctores noſtri, quod Aprilis eſt primus menſis apud eos. ¶ Quomodo autem primus menſis Hebræorum, qui vocatur Niſan plus vel minus concurrat cum Aprili, hoc examen ſpectat ad Aſtrologos, & computiſtas, quia ſufficit prædicta dixiſſe ad intelligentiam huius dubij. Nec quis miretur ſi ſuprà dixi, quod Martius appellatur Hebraicè Adar, & hic appellauerim Niſan. quia illud eſt ſecundùm opinionem illorum, qui dicunt Aprilem eſſe primum menſem. Sed ſi ſuper hoc dubio vis videre impugnationem huius dubij, vide Burgen. *in addi-*
40 *tionibus ſuper Exod.* 12. ¶ † In quo autem menſe fuerit mundus creatus: dicendum eſt, quòd licèt Iudæi dicant, quod fuit creatus in menſe Septembri, quia Deus omnia creauit in ſua perfectione cùm Dei perfecta ſunt opera. Deuteron.32. Igitur illo menſe creauit Deus mundum. Nam ilicò poſt creationẽ Adam comedit de fructibus Paradiſi, vt patet Gen.3. tamen tota eccleſia tenet, quod mundus fuit creatus in æquinoctio vernali, & per conſequens in menſe Martij: & ſic fuit ille primus mẽſis anni: & per conſequens September fuit Septimus. Et hoc modo ſacra ſcriptura appellat Septembrem ſeptimum menſem, vt patet Leuit.23. Nec valet illa ratio, quòd in Septembri fructus ſunt in arboribus, imò in dicto menſe arbores non ſunt omnes in ſua perfectione, immò in ſua defectione, quia pro maiori parte omnes fructus collecti, & folia cadunt ab arboribus propter autumnum imminentem: & quia omnes fructus erant recollecti, Deus præcipiebat tunc feſta celebrari. ¶ Ad illud verò quod dicunt, quòd arbores fuerunt creatæ cum fructibus, & quia Adam ilicò comedit. Reſpondetur eſſe in illo emiſperio auſtrali, vbi Adam fuit poſitus, vbi nunquàm deficiunt fructus, nec cadunt folia ab arboribus propter fauorem cœli, & aſtrorum in illo Paradiſo. Sed in iſta noſtra parte aquilonari defecit poſteà propter peccatum illa fœcunditas, vt dicit Iaco. de Valentia, in Pſal.71.
& 80. ¶ † Sciẽdum eſt etiam ſecundùm Nico. de Lyra ſuper Exo. 41
12. quod primus menſis Hebræorum ſemper incipit à principio lunationis propinquioris æquinoctio vernali, ſiue principium dictę lunationis ſit ante ęquinoctium, ſiue poſt, ſiue ibidem. Dictum autem ęquinoctiũ eſt propinquius principio Martij quàm fini. quia eſt 12. Martij ſecundùm veritatem, licet in Kalendariis noſtris aliter aſſignetur, ſcil. 16. dicti menſis Martij. Et ſic ab ipſo nouilunio deſcenſiuè computando, decimaquarta lunæ ad veſperã celebratur Paſcha Iudæorum. Et poſt 14. lunæ in dominica ſequenti, ante tamen 22. diem celebratur Paſcha à Chriſtianis. Et ſi 14. lunationis eſſet in die Dominica, in ſequenti Dominica eſt ibi noſtrum Paſcha, hoc eſt 21. die, vt dicit text. & ibi glo. declarat *in c. celebritatem, de conſ. diſt.* 3. Recordor tamen quod in anno 1519. currente litera dominicali. B. nouilunium fuit die 29. menſis Martij, & 14. Lunæ fuit 11. menſis Aprilis, & non fuit celebratum Paſcha in dominica ſequenti quæ erat dies 17. Aprilis, iuxta *d. cap. celebritatem.* ſed celebratum fuit in dominica poſteà venienti quæ erat 24. Aprilis, *contra dictum cap. celebritatem.* in quo præcipitur non excedi 21. diem Lunæ primi menſis. Computiſtæ tamen dabunt de hoc rationem quomodo hoc factum fuit.

Qᴠᴀʀᴇ ᴀᴠᴛᴇᴍ † ſynagoga accepit feſta ſecundùm Lu- 42
næ computationem, vt ſuprà dixi, & habetur eccleſiæ.43. à Luna ſignum diei feſti, eccleſia verò ſecundùm ſolem, exceptis duob. ſcil. Paſchate & conſequenter Pentecoſte. Ad hoc reſpõdeo ſecundùm S. Bona. *in 2. diſt. 14. q. 1. in fine.* vbi dicit quod prolixa eſt huius quæſtionis determinatio. Et planè inueniri poteſt in libro Auguſtin. ad Ianuarium. Sufficiat tamen ad præſens hæc ratio, quia ſynagoga in tenebris noctis debebat ambulare, & minuenda erat. Et ideo à luminari quod nocti præeſt, & quod minuitur in conſummatione, accipiebãt ſuarum ſolennitatum diſtinctionem: quia verò eccleſia ambulat in in lumine, ſic de ipſa dicitur Apocal.12. *mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius.* Ideo menſes computat, & dies ſolennes magis ſecundùm modum ſolis, quàm Lunæ. Excepto ſolo Paſchate, & per conſequens Pentecoſte. Paſchalis enim ſolennitas non ſolùm celebratur in commemorationem reſurrectionis præteritæ, ſed etiam in figurationem reſurrectionis futuræ, & in hoc eccleſia quodam modo eſt conformis ſynagogæ. Vnde feſtiuitatem illam obſeruat à luna non iudayzando, ſed potiùs illam futuram ſolemnitatem, quam expectat ſecundùm quod ſibi competit præſi-
gnãdo. ¶ † Et nota quod in ſacra ſcriptura Paſcha ſumitur quin- 43
que modis. Primò pro veſpere immolationis, vt probatur Matthæi 14. *ibi poſt biduum Paſcha fiet.* Secundò pro die Paſchæ, vnde ante diem feſtum Paſchæ, Ioannis 13. Tertiò pro agno paſchali, Lucæ 22. quando neceſſe erat occidi Paſcha. Quartò pro Azymis panibus in ſeptem diebus, Ioan.18. *ibi, vt cõmederent Paſcha, id eſt, azymos panes.* Quintò pro Chriſto ipſa veritate, vnde Apoſtolus 1. ad Corinth.5. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

† Ratio autẽ literalis huius feſtiuitatis paſchalis ſecundùm 44
ſanctum Thomam *in ſecunda ſecundæ, quæſtione 102. articulo 5. in reſponſione ad ſecundum.* fuit in commemorationem beneficij, quo Deus eduxit eos de Ægypto. Quando enim fuerunt Ægypto liberati, præceptum eſt eis, vt ſanguine agni linirent ſuperliminaria domorum, quaſi proteſtantes ſe recedere à ritibus Ægyptiorum, qui arietem colebant, vnde & liberati ſunt per ſanguinis agni aſperſionem, vel linitionem in poſtibus domorum

rum à periculo exterminij, quod imminebat Ægyptijs. ¶ In iſto autem exitu eorum de Ægypto duo fuerunt, ſcilicet feſtinantia ad egrediendum. Impellebant enim eos Ægyptij, vt exirent velocius, vt habetur 12. Imminebat autem periculum ei, qui non feſtinaret exire cum multitudine, ne remanens occideretur ab Ægyptijs. Feſtinantia autem deſignabatur dupliciter. Vno quidem modo per ea quæ comedebant. Præceptum enim erat eis, quod comederent panes Azimos, & huius ſignum eſt, quod non poterant panes fermentari cogentibus exire Ægyptijs, & quod comederent aſſum igni. Sic enim velocius præparabatur, & quod os non comminuerent ex eo, quia in feſtinantia non vacat oſſa frangere. Alio modo quantum ad modum comedendi, dicitur enim Renes veſtros accingetis, calciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter: quod manifeſtè deſignat homines exiſtentes in promptu itineris. Ad idem etiam pertinet quod eis præcipitur, in vna domo comedens, neq; feretis de carnibus eius foras, quia propter feſtinantiam non vacabat mittere [illegible] xenia. Amaritudo autem quam paſſi fuerunt in Ægypto ſignificabatur per lactucas agreſtes.

45 † Figuralis autem ratio patet, quia per immolationem agni paſchalis ſignificabatur immolatio Chriſti ſecundum illud, 1. ad Corinth. cap. 5. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Sanguis verò agni liberans ab exterminatore linitus ſuper liminaribus domorum ſignificat fidem paſſionis Chriſti in corde, & ore fidelium, per quam liberamur à peccato & à morte ſecundum illud, 1. Petri 1. *Redempti eſtis pretioſo ſanguine agni immaculati.* Comedebantur autem carnes illæ, ad ſignificandum eſum corporis Chriſti in ſacramento. Erant autem aſſæ igni ad ſignificandum paſſionem vel charitatem Chriſti. Comedebantur cum azimis panibus ad ſignificandum puram conuerſationem fidelium ſumentium corpus Chriſti ſecundum illud, 1. ad Corinth. 5. *Epulemur in azimis ſinceritatis, & veritatis.* Lactucæ autem agreſtes adhibebantur in ſignum pœnitentiæ peccatorum, quæ neceſſaria eſt ſumentibus corpus Chriſti. Renes autem accingendi ſunt cingulo caſtitatis. Calciamenta autem pedum ſunt exempla mortuorum Patrum, baculi autem habendi in manibus ſignificant paſtoralem cuſtodiam. Præcipitur autem quod in vna domo agnus Paſchalis comedatur, id eſt in eccleſia catholica, non in conuenticulis hæreticorum. *Et hæc omnia in figura contingebant illis,* 1. ad Corinth. 10. Et ſic ſolemnitas illa paſchæ iam hodiè ceſſat tanquam figuralis ſuperueniente veritate, vt dixi ſuprà, [illegible] cæremonialibus, vnde Daniel. 9. cap. [illegible] *Occidetur Chriſtus, & in medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium, & erit deſolatio vſq; in finem.*

46 † Et hæc ſolemnitas paſchalis fuit ſolemniter facta à populo Iudæo quadrupliciter. Primò in exitu de Ægypto [illegible] in finibus Ægypti. Hoc eſt in Ramaſſe, vt habetur Exod. 12. Secundò in tranſitu per deſertum in monte Synai. Num. 9. Tertiò in galgalis trans Iordanem, Ioſue 5. Quartò in Hieruſalem ſub Ioſia rege Iuda, 4. Regum 23. & 2. Paralip. 35. & 3. Eſdræ primo. Et aliud ſolemne Paſcha coniecturatur fuiſſe factum ſub Samuele in Hieruſalem, licèt expreſsè non legatur *in text.* ſed habetur ex eo, quod dicitur 2. *Paralipom.* 35. vbi dicitur, *Non Phaſe ſimile huic à diebus Samuelis*, & hæc de Paſchate ſufficiant.

47 Q V A R T V M F E S T V M † erat Pentecoſtes quod celebrabatur quinquageſima die poſt Paſcha, & poſt ſeptimam hebdomadam, vt habetur Leuit. 23. Pentecoſte enim quinquaginta eſt. Vnde Pentecoſtes dicitur quinquageſimus dies, à prima die azimorum. Celebrabatur enim in memoriam datæ legis, quę data eſt quinquageſimo die à Phaſe, id eſt ab exitu de Ægypto, vt habetur Exod. 12. ¶ Eadem ſolemnitas dicebatur feſtum hebdomadarum, quia ſupputatis ſeptem hebdomadis à prima die azimorum fiebat (vt dictum eſt.) ¶ Dicebatur etiam feſtum primitiuorum, quia tunc offerebantur duo panes duorum aſſidiorum de nouis frugibus. Erat autem hoc feſtum ſeptem dierum, ſicut feſtum azimorum, & offerebantur eædem hoſtiæ, quæ in neomenia. ¶ Et dicit Nico. de Lyra Exo. 23. q. In Phaſe quod celebrabatur in primo menſe, dicebatur ille primus menſis, menſis nouorum, quia in craſtino eiuſdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus, qui matureſcebant ante alios, vt ſi homo intrans campum, ſeu hortum ſuum videbat ibi aliquas ſpicas, vel ficum in ficulnea appropinquantes ad maturationem ante alios, debebat illos colligere, & portare ad templum in ſolennitate Paſchali. In hac verò ſolennitate Pentecoſtes offerebantur panes de nouis frugibus, ſicut in ſolennitate Paſchali offerebantur primitiua in ſpicis. Spicæ tamen illæ torrebantur, & excutiebantur grana, & ſic fiebat ſacrificium, vt habetur Leuitici 2. & 23. [illegible] Pentecoſtes offerebantur panes de nouis fructibus, immolabantur [illegible] de armentis, & alia animalia, vt habetur Leuit. 23. & [illegible] per Lyram. Et in iſto feſto ſuccedit feſtum Pentecoſtes, quod [illegible] lex ſpiritus vitæ, [illegible] ſ. Thom. in 1. 2. q. [illegible] *artic.* 5. *ad quartum.*

48 ¶ Quod autem illud feſtum, vt Iudæi ſeruant, non ſit hodie ſeruandum, hoc ſatis patet, quia illud fiebat pro beneficio receptæ legis in monte Synai, ſed nunc iam illa lex ceſſat, & alia lex eſt recepta, ſcilicet lex noua Euangelica, ergo pro hac & non pro illa eſt feſtum celebrandum, ſicut in quinquageſima die à reſurrectione Chriſti, in qua die quinquageſima miſſus fuit Spiritus ſanctus in diſcipulos Domini, vt habetur Act. 2. vnde de illa lege [illegible] Hieremi. 31. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Et paulò antè in eodem loco dicebat: *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum quod pepigi cum Patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti.* quod exponit [illegible] Paulus ad Hebræos 8. [illegible] ferens verba Prophetæ *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum. Non ſecundum teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti.* Et ſic patet iam Prophetam fuiſſe de alterius legis datione, quæ fuit lex euangelica, vt prædictum dixi.

49 Q V I N T V M F E S T V M † erat tubarum ſiue clangoris: quod erat prima die Lunæ Septembris. Et etiam eodem die erat feſtum neomeniæ, id eſt nouilunij, quod eſt in prima die lunæ cuiuſlibet menſis, & ſic eſt duplex feſtum, vnde in Pſal. 80. *Buccinate in neomenia tuba.* Dicebatur etiam feſtum ſeptimarum, vel ſabbatum [illegible], quia hic menſis fere totus ſolennis & feſtiuus erat; ea die præter ingo ſacrificium, & hoſtias neomeniæ offerebant in holocauſtum vnum vitulum, vnum arietem, ſeptem agnos anniculos, & hircum pro peccato cum libamentis ſuis. [illegible] dies ſolebat dici feſtum cereorum, quia tunc accendebant cereos. Sed & modernis Iudæis [illegible] ſunt cerei ad decimam diem eiuſdem menſis, quæ eſt pro mortuis, vt de hoc feſto, in quo opus ſeruile non faciebant Iudæi, habetur Num. 29. ¶ Sabbatum hoc feſtum duplici de cauſa. Vna erat in memoriam liberationis Iſaac à morte, pro quo immolatus fuit aries, Gen. 22. Et ideo illa die clangebant Iudæi in cornibus pecorum, quia ille aries inter vepres hærebat cornibus, vt ibidem dicitur. Alia cauſa eſt, quia ille clangor erat quaſi quædam denunciatio ſolemnitatum ſequentium, vt ſe homines ad illam præpararent, vt ibi dicit Lyra. ¶ Et per hoc feſtum tubarum ſignificatur prædicatio Apoſtolorum, vt dicit ſanctus Thom. *in* 1. 2. *q.* 102. *artic.* 4. *ad decimum.* Et dicit gloſſa ordinaria Num. 29. quod ille gerit feſtiuitatem neomeniæ tubarum, qui ſcripturas propheticas, & Apoſtolicas (quæ velut cœleſti perſonant tuba) memoriæ theſauro commendat, & in lege Dei meditatur die, & nocte; Et qui poteſt gratiam Spiritus ſancti promereri, quibus ſuſpirati ſunt Prophetæ, & pſallens dicere: Cantate in initio menſis tuba. Dicit ergo textus de iſto feſto Leuit. 23. menſe ſeptimo: Prima dies menſis erit vobis ſabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur ſanctum: omne opus ſeruile non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino.

50 S E X T V M F E S T V M † erat, quod dicitur feſtum expiationis, & celebrabatur decimo die Lunæ menſis ſeptimi, vt habetur Leuitici 23. vbi dicitur *Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus, affligetisq; animas veſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. Omne opus ſeruile non facietis in eo, quia dies propitiationis eſt.* Et ieiunium hoc appellatur hodiè ab Apoſtatis iudaizantibus, Ieiunium magnum, & ieiunium perdonamenti, quod idem eſt quod expiationis. Et hoc feſtum celebrabatur, vt dicunt Cardin. & Lyra, in memoriam illius beneficij, quo Dominus indulſit peccatum de fabricatione vituli. Ideo celebratur decima die ſeptimi menſis, quia tunc deſcendit Moyſes de monte portans ſecundas tabulas in ſignum propitiationis diuinæ, & ſic retulit placatum Dominum filijs Iſrael, ſuper offenſa vituli conflatilis: ea die dicit Cardin. ieiunabant homines, & iumenta, & etiam pueri ſeptennes vſque ad veſperam pro memoria mortuorum. Et inde dies afflictionis

ctionis dicebatur, & etiam dies expiationis, quia tunc expiabatur tabernaculum, & altare ſanguine vitulæ ruſæ, & fiebat cinis ad expiationem immundorum. Ipſi etiam filij Iſrael expiabantur illa die per miſſionem hirci apopæi. Oblatio illius diei erat, vitulus vnus, aries vnus, agni anniculi ſeptem, hircus vnus pro peccato cum libamentis ſuis, vt habetur Num. 29. Per hoc feſtū ſignificatur emundatio à peccatis populi Chriſtiani, vt dicit S. Thom. *in prima.2. quæſtio. 102. articu. 4. ad decimum.* Et die nouo præcedenti à veſpera vſque ad veſperam celebrant ſabbata ſua, vt ibi in textu habetur.

51 SEPTIMVM FESTVM † erat tabernaculorum, & celebrabatur de cimaquinta die Lunæ mēſis ſeptimi, vt habetur Leuit. 23. Et dicebatur Scenophegia, quæ ſonat fixio tabernaculorum. Et celebrabatur in memoriam illius beneficij, quo dominus filios Iſrael, 40. annis ſuſtentauit in deſerto in tabernaculis habitādo. Et incipiebat hæc feſtiuitas à 15. die Lunæ mēſis ſeptimi, & durabat per ſeptem dies. Prima tamen die, quæ erat celebrior ceſſabatur ab omni opere ſeruili & ſimiliter die octaua, vt ſtatim dicam. ¶ Et nota quod iſtæ tres ſolemnitates, quæ veniebant in hoc menſe, & Paſcha, & Pentecoſtes præcipuè dicebantur, & ſabbatum quod intercidebat dicebatur magnum ſabbatum, vel ſabbatum ſabbatorum, id eſt ſabbatum feſtorum. Et dicit S. Tho. *vbi ſuprà*, quod per hoc feſtum tabernaculorum peregrinatio bonorum in hoc mundo ſignificatur, in quo ambulant in virtutibus perficiendo. Dicta die prima ſumebant fructus arboris pulcherrimę, ſpatulaſq; palmarū, & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente; & lætamini corā domino, ad ſignificandum quod dominus in terra deſerta ſuſtentauit eos diu abſq; defectu notabili, vt habetur Deute. 2. quæ aūr ſit illa arbor pulcherrima non dicitur. Dicunt tamē aliqui quod ſunt poma citrina, quia ſunt valdè pulchra, vt dicit Lyra Leuit. 23. Et dicit Ioſephus quod in his octo diebus ferebāt ramos mirthæ, & ſalices, & ſummitates palmarū, & virgulas mali perſici in manibus, & fiebat oblatio de fructibus terrę in gratiarum actione.

52 OCTAVVM FESTVM † dicebatur Cætus, ſiue collectæ, & fiebat octauo die à quintodecimo die lunæ dicti menſis, & ſic 8. die à feſto tabernaculorum, & erat dies ſolemnis. Nam dicitur Leuit. 23. *Dies quoq; octauus erit celeberrimus, atq; ſanctiſſimus, & offeretis holocauſtum domino. Omne opus ſeruile non facietis in eo:* dicta die colligebatur pecunia pro ſacrificijs per annum faciendis, & alijs neceſſitatibus tabernaculi, vel templi, quæ debebant fieri de communibus ſumptibus, vt dicit Lyra. Burg. verò contradicit, & replica Correctorij excuſat, non refero poterit videri *in d. cap. 23.* Et dicit ſanctus Thomas, *vbi ſuprà*, quod per hoc feſtum ſignificatur congregatio fidelium in Regno cœlorum. Et ideo hoc feſtum dicebatur ſanctiſſimum, vt per gloſſ. ordinariam *in dicto cap. 23.*

53 ¶ Et nota quod in tribus feſtiuitatibus tenebantur omnes Iudæi aſcendere ad templum in Hieruſalem. Tamen cum illis qui erant remoti à Hieruſalem aliquando diſpenſabatur circa feſtū Pentecoſtes, & tabernaculorum, nō autem circa feſtum Paſchę,
54 vt habetur Exod. 23. per Lyram. ¶ † Alias feſtiuitates addiderunt Iudæi propter varios euentus, vt Enxennia, id eſt feſtum dedicationis, de quo Ioan. 10. & feſtum Phurim, id eſt feſtū Reginæ Heſter, quod eſt ſortiū, eo quod phur. i. ſors in vrnā miſſa fuit, vt cūs Iudæi occiderentur tēpore Aſſueri regis & liberati fuerūt per Reginā Heſter, quod celebratur decimoquarto die Lunæ Adar, id eſt Martij, & dicitur dies epularum, & lætiæ, vt habetur Heſter 9. cap. Et ieiunium Regis Heſter, quod fieri fecit tribus diebus, & tribus noctibus pro Iudęorum liberatione, celebratur, vt colligi poteſt decimatertia primi mēſis lunæ niſan, id eſt Aprilis, vt
55 Heſter 3. & 4. cap. ¶ † Et quamuis in prædictis feſtiuitatibus offerebantur ſacrificia iuxta ſolemnitatem feſti: nihilominùs quotidiè offerebatur in tabernaculo ſacrificium: quod dicebatur iuge ſacrificium, quod nūquàm intermittebatur & fiebat de publico ſumptu. Mane enim & veſpere offerebatur agnus anniculus in holocauſtum cum libamentis ſuis, & tota die cremabatur in odorem ſuauem Domino, vt de eo latè habetur Exo. 29. & Cardina. ponit Nume. 28. Et ibi dicit Paulus Burgen. in ſua apoſtilla: quod ratio literalis dicti ſacrificij ponitur per ſanctum Thomam, in loco proximè allegato in reſponſione, ad decimum dicentem quod per illud continuum feſtum iugis ſacrificij repræſentabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. Et hoc intelligendū eſt pertinere ad ſenſum literalem. Hebræi enim qui maximè literā ſequuntur perpetuitatem diuinæ beatitudinis concedunt ſicut & nos, vt Exodi 15. *Dominus regnabit in æternum.* Et hæc de feſtis Iudæorum ratione quę literali, & figurali illorumque ceſſatione, prout in ſingulis ſufficiēter dictum eſt. ¶ † In quorum locum ſuc- 56
cedunt feſtiuitates, quæ celebrantur in eccleſia ſecundum ſanctum Thomam *in prima 2. quæſtione 103. artic. 3. ad finem.* vbi dicit quod ſabbatum, quod ſignificat primam creationem mutatur in die Dominica, in qua commemoratur noua creatura inchoata in reſurrectionem Chriſti. Et ſimiliter alijs ſolennitatibus veteris legis nouæ ſolennitates ſuccedunt, quia beneficia illi populo exhibita ſignificant beneficia nobis cōceſſa per Chriſtum. Vnde feſto Paſchæ ſuccedit feſtum paſſionis & reſurrectionis. ¶ Feſto Pentecoſtes, in quo fuit data lex vetus: ſuccedit feſtū Pentecoſtes in quo data fuit lex ſpiritus vitæ. ¶ Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum beatæ Virginis, in qua primò apparuit illuminatio Solis, id eſt Chriſti per copiam gratiæ. ¶ Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. ¶ Feſto expiationis ſuccedunt feſta martyrum & confeſſorum. ¶ Feſto tabernaculorum ſuccedit feſtum Dedicationis eccleſiæ. ¶ Feſto cætus, atque collectæ ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium ſanctorum. Sequitur Cardinalis de Turrecremata, *in c. 1. de conſecra. diſtinct. 3. artic. 1.*

ET VLTRA † prædicta feſta populo Iudaico tradita, fuerunt ei indicta ieiunia; in quibus tenebantur animas ſuas affligere à veſpera vſque ad veſperam. ¶ Primò erat ieiunium quod 57
celebrabatur in quarto menſe, id eſt Iulio in ſeptima & decima die eiuſdem menſis quarti computādo ab Aprili, qui eſt primus menſis ſecundùm aliquos. Ex eo quod Moyſes deſcendens de monte Synai tabulas legis diuinę ſoi fregit propter idololatriam ab illo populo commiſſam, & iuxta Hieremiam muri primo rupti ſunt ciuitatis per Nabuchodonoſor, qui cum Caldæis cepit ciuitatem Hieruſalem. ¶ † In quinto verò menſe qui apud nos
appellatur Auguſtus, ieiunabant Iudæi, cùm per exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo iuſſi ſunt montem non aſcendere, ſed per 40. annos longiùs à terra ſancta circuire diſpendijs, vt exceptis duobus Caleph, & Ioſue omnes in ſolitudinem caderent. In hoc menſe & à Nabuchodonoſor, & poſt multa tempora à Tito, & Veſpaſiano templum Hieroſolymis incenſum eſt, atque deſtructum, capta vrbe Bethel ad quam multa millia confugerant Iudæorum. ¶ † In ſeptimo verò men- 58
ſe qui eſt October occiſus eſt Godolias, & inde tribus ac Hieruſalem diſſipatæ ſunt, & ideo ieiunabant. 59

† Menſe decimo qui apud nos eſt Ianuarius ieiunabant Iu- 60
dæi, eo quod Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit templum fuiſſe ſubuerſum, prout refert Hieronym. ſuper Zach. & ponitur *in cap. ieiunium. 75. diſtinctione* per Archie. Floren. *in quarta parte ſumma. titu. 4. cap. 3. §. 4.* ſanctus Thom. *in 4. diſtinct. 15. quæſtio. 3. artic. 3. in reſponſione ad 4. & in ſecunda, 2. quæſtione 147. artic. 5. ad ſecundum.*

† Et ieiunabant Iudæi vſque ad noctem, quia ſtatus illorum 61
comparabatur nocti ſecūdùm illud ad Rom. 13. *Nox præceſſit dies autem appropinquat.* non ſic autem in nouo teſtamento, vt dicit S. Thom. *in d. q. art. 7. ad primam.* & de his ieiunijs dicebat Zacha. 8. c. *Hæc dicit Dominus exercituum. ieiunium quarti ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi & ieiunium decimi erit domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & ſolemnitas præclara.* Et ibi habes expoſitionem per Card. & Nico. de Lyra. ¶ Et his adde ieiunium Reginæ Heſter, de quo paulò antè dixi. ¶ Et ſi alia ieiunia celebrant Iudæi vltra præmiſſa, nō ſunt ex præcepto legis, ſed ex eorum voto, deuotione propter aliquem euentum. Et de his hæc ſufficiant, quæ nota, quia alibi nō inuenies ſic recollecta. Plura alia præcepta cæremonialia, & iudicialia habentur apud Iudæos quæ referre eſſet nimis
laborioſum. ¶ † Non omitto tamen quod noſtris temporibus 62
apoſtatæ ſectantes legem Moyſi ſcindunt femur arietis vel alterius animalis, de quo habent comedere, & eijciunt ex illo partem carnis in modum auellanæ ibi repertæ, vt non comedant illam. Ex eo quod emarcuit in fœmore Iacob, & non comedunt filij Iſrael neruum fœmoris, vſque in præſentem diem, vt dicit
textus Geneſis, 32. cap. ¶ † Nec pinguedinem carnis comedunt, 63
ſed ſale appoſito, illam à carne amouent. Eo quod erat prohibitum carnem cum ſanguine comedere, Geneſis 9. Et dicitur Leuiti. 7. *adipem bouis & ouis & capræ non comedetis.* Et ibi Cardinalis declarat ſolum intelligi de adipe mundorum animalium, non autem de adipe animalis immundi, vel etiam mundi, ſed non ad immolandum apti. Vnde Iudæus fatuus eſt, qui nimis extendit hoc præceptum: nullum adipem comedes. Et dicit

dicit Lyra, *Leuit.* 3. quòd eſus ſanguinis, & adipis erat eis prohibitus duplici ratione. Vna eſt pro euitatione idololatriæ, quia idololatræ adipem ſuarum hoſtiarum comedebant, *ſecundum quod dicitur Deut.* 32. De quorum victimis comedebant adipes, & de ſanguine bibebant. Alia eſt, quia de illis potiſſimè debebat fieri oblatio, quibus maximè vita humana ſuſtentatur. Sanguis autẽ eſt huiuſmodi, in quo cõſiſtit vita animalium, adeps etiam [illegible] ſatur ex abundanti [illegible] vita ſuſtentatur. Et ideo vt homines recognoſcerent ſe habere à Deo vitam, & ſuſtentationem, adeps ad honorem Domini cremabatur, & ſanguis ad crepidinem altaris effundebatur.
64 § † Item prohibebatur eſus ſanguinis, ne ſi ſanguinem licitè comederent, effuſionem humani ſanguinis non abhorrerent, ad quam Iudæi erant proni. Similiter eſus adipis prouocat ad luxuriam. Ideo prohibitus fuit Iudæis, qui etiam erant proni ad ipſam.
65 § Inde etiam † quia animal occiſum ab alio animali, & erat mortuum cum ſanguine, erat eis prohibitum comedere carnem, quæ à beſtiis fuerat prægustata, ſed illa erat proijcienda canibus, *Exod.* 22. Et alibi etiam in ſcriptura ſacra morticinium erat prohibitum, Hierem. 44. dicit: *Omne morticinium, & captum à beſtia de auibus, & de pecoribus non comedent ſacerdotes.* Et ibi ſanctus Hieronymus in gloſ. ordinaria intelligit de morticinio, cuius ſanguis effuſus non eſt: Et ibi allegantur Rabbini Iudæorum, dicentes morticinium eſſe, cuius animæ ſanguis emortuus eſt. *& Actuum* 15. dicitur Suffocatum. *& Geneſ.* 9. dicitur quòd carnem cum ſanguine non comedetis. *& Leuit.* 7. dicitur: Sanguinem omnis animalis non comedetis in cibo, tam de auibus, quàm de pecoribus, & omnis anima, quæ ederit ſanguinem, peribit de populis ſuis. *& Leuit.* 17. Si venatione, atque aucupio ceperit feram, vel auem, quibus veſci licitum eſt, fundat ſanguinem eius, & operiat terra illum. Sic etiam habetur Deut. 11. & 12. cap. ſic itaque comeſtio ſuffocati erat prohibita, & etiam eſus ſanguinis prohibitus erat triplici ratione, vt dixi.
66 § Inde † videmus quòd Iudæi eorumque ſectatores iugulant animalia iuxta certum ritum quem obſeruant, & illa genuinè viua, vt poſſint occidere, & magis latum vulnus faciunt in animalis gutture ex tranſuerſo, quàm Chriſtiani, vt facilius ſanguis à corpore animalis emanet. De quo facit mentionem Ioan. de Anania in *c. conſuluit, de Iudæis.* Inde eſt quod perdices, turdos, & turtures, quos Chriſtiani comedunt ſuffocatos, ipſi iugulant. Vnde ſi Chriſtianus ſic faceret, vt ipſi Iudæi, in ſuſpicionem incideret, quia ſegregaret ſe à communi vita fidelium *ex. excommunicamus* § *aduerſus de hæret. facit c. quiſquis, vbi in diſtinctione, c. quæ contra, 8. diſtinct. & c. illa, 12 diſtinct.*
67 § Solent † etiam Iudæi tribus horis in die apertis feneſtris contra Hieruſalem, *Daniel.* 6. quod habetur ex 3. lib. Reg. 8. vbi dicitur, quòd filij Iſrael ducti in captiuitatem debent orare verſa vice contra Hieruſalem, vt ex memoria templi, vbi Deus colebatur, oratio eorũ eſſet magis deuota, & exaudibilis. Tres horæ in quibus orabant, erant, ſcilicet hora matutinalis, quia lotis manibus Iudæi tunc benedicunt Deum, & hora ſexta ante comeſtionem, exemplum habetur Actuum 10. vbi dicitur: Aſcendit Petrus in ſuperiora domus, vt oraret circa horam ſextam. Et hora veſpertina, *ſecundum quod habetur Actuum* 3. Petrus, & Ioannes aſcenderunt in templum ad horam orationis nonam, quæ accipitur circa tempus veſperarum, vt patet in eccleſijs maioribus vbi tũc dicitur nona.
68 § Multæ aliæ † cæremoniæ obſeruantur ab huiuſmodi perſonis Apoſtatis, quæ ſcriptæ ſunt in quinque libris Moyſi. Et arbitror, quòd plures aliæ obſeruantur, quæ ſunt ex traditionibus Phariſæorum. § Inter alias conſueuerunt huius generis mulieres, poſtquam piſtarunt antequam panes faciãt accipere de maſſa illius aliquam particulam, & illam proijciunt in ignem, & ibi concremant, forſan hoc fit in ſignum iugis ſacrificij, *vt habetur Numer.* 27. Non inuenio tamen quòd panes vnquam concremarentur in holocauſtis. Et ideo neſcio vnde ortum habuerit iſte ritus conſuetudinaliter, niſi fortè dicas, quòd cremenit illa paſta in ſacrificium, prout Deus iuſſit Moyſi tortam panis comburi, & etiam illud quod remanebat Deo de panibus conſecratis, *vt habetur Exodi* 29. Sed hoc factum mulierum non conuenit huic ſacrificio. Et tales ritus & cæremonias ſeruantes ad ritus Iudæorum tranſire dicuntur, & tanquam hæretici puniri poſſunt, *c. contra Chriſtianos, infra eodem libro, vbi latius dicam. & aliquid ſupra dixi.*
69 § Inſuper † ſunt aliquæ obſeruantiæ circa eſum animalium. Nam ab eſu aliquorum ſe abſtinent Iudæi, & illorum ſectatores iuxta ritum, & prohibitionem legis Moſaicæ, ſingula enim enarrare eſſet laborioſum, ſufficit tamen habere notitiam aliquorum. § Pro quo eſt ſciendum, quòd duplex eſt immun- 70
ditia, ſpiritualis, ſcilicet & corporalis. Spiritualis autem immunditia, quæ eidem eſt quod peccatum, non poteſt eſſe in brutis, quæ peccare non poſſunt, cùm careant intellectu & voluntate: propterea tamen adeſt ratio ad eo in ipſis iniquo [illegible] homines talia immolant idolis, vel [illegible] ſicut dicitur [illegible]. Propterea [illegible] quo aliquis [illegible] participat [illegible] in deteſtationem peccati, quod homo ex [illegible] pœnitet, vt habetur [illegible]. Immunditia vero corporalis poteſt eſſe in brutis dupliciter. Vno modo ſubiectiuè, ſicut animalia [illegible] venenoſa & abominabilia, & illa quæ ex nutrimento immundo nutriuntur, vt porcus, vel in loco immundo habitant, vt animalia habitantia ſub terra, vt talpa, & ſimilia, vnde ex talibus [illegible]. Alio modo effectiuè in quantum accepta in cibum faciunt malum nutrimentum, & hoc ex nimia humiditate, vel ſiccitate, [illegible] circumſtantijs. Aliqua autem animalia ſunt immunda [illegible] modo, ſicut bufones, & ſerpentes, aliqua propter prædictam immunditiam; multa de animalibus, piſcibus, & auibus reputata ſunt immunda, & prohibita Iudæis, quia idololatræ eis vtebantur in ſacrificijs, & in alijs maleficijs, vel quia erant mali nutrimenti, vel corruptiua vitæ, ſicut venenoſa & abominabilia. Sunt etiam alia animalia prohibita, non quòd ſint immunda, ſed propter gulam, [illegible] reſtringendam.
§ Sunt † propterea 71
hæc aliæ rationes prohibitionis myſticæ, & ſiguralis, vt ſpoliè, quia per aliqua animalia ſignantur vitia, quæ ſunt ab hominibus fugienda, ſicut porcus ſignificabat immunditiam luxuriæ, lepus [illegible], Camelus propter gibbum quem habet in dorſo tumorem ſuperbiæ. Et ſic de alijs, quæ de facili poſſunt applicari à quocunque intelligente, proprietatibus animalium conſideratis, propter quod iſtas rationes myſticas [illegible]. Sed illæ poſſunt colligi ex his quæ dicunt Vgo Cardinalis, & Nicolaus de Lyra, *Leuit.* 11. *& Deuteron.* 14. vbi in textu tractatur de eſu prohibito dictorum animalium, quorum aliqua viuunt in terra, alia in aquis, alia in aëre. Item quæ ſunt terra, alia reptilia, quæ omnia immunda ſunt: alia lacertæ, vt talpa quæ de luto naſcitur, & hæc omnia immunda. Aliqua verò ſunt gradientia ſuper terram.
Et † de his ſecundùm Vgonem Cardinalem hæc generalis regula traditur: Animal quod ruminat, & 72
findit vngulam, ſimul mundum eſt, vt aries, ouis, bos, capra, & ſimilia. Reliqua verò erant immunda, id eſt eſui prohibita, vt porcus qui findit vngulam, ſed non ruminat. Camelus ruminat, ſed non findit vngulam, immundus erat. Choerogillus qui apud nos dicitur hericius animal ſpinoſum, qui ruminat, & vngulam non diuidit, immundus erat. Aliqui dicunt quod hic accipitur pro cuniculo, & concordat cum Hebræo, in quo habetur cuniculus, vt dicit Nicolaus de Lyra. Lepus quoque, & ſi ruminet, ex quo vngulam non diuidit immundus erat. Et dicebat lex, horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quoniam immunda ſunt vobis. *Leuit.* 11.
§ De Piſcibus † Regula generalis eſt: Omne animal 73
quod habet pennulas & ſquammas tam in mari, quàm in fluminibus & ſtagnis comedetis. Quicquid autem pennulas, & ſquãmas non habet eorum, quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandumque erit. Carnes eorum non comedetis, & morticinia vitabitis. Cuncta quæ non habent pennulas, & ſquammas in aquis polluta erunt. Hæc *Leuit.* 11. ratio horũ literalis eſt ſecundùm Lyram, quia ſquammæ, & pennulæ in piſcibus ſunt ſigna, quòd carnes eorum non ſunt nimis humidæ, ſed complexionis temperatæ, & per conſequens magis ſanæ. Item quia piſcibus carentibus ſquammis, & pennulis vtebantur aliqui idololatræ in ſacrificijs & alij in maleficiis.
§ De Auibus † non exprimitur lex generaliter quæ 74
ſunt mundæ, & quæ immundæ: Sed ſpecialiter prohibet eſum aliquorũ, vt Aquila, Gryphus, Halietus, Miluus, Vultur, iuxta genus ſuũ. Omne corui in genere ſuo, Struthio, Noctua, larus, accipiter iuxta genus ſuum, Bubo, Mergulus, Ibis ſiue Ciconia, Cygnus, Onocrotalus, Porphyrio, Herodio, Caradrion, iuxta genus ſuũ, vt Vpupa, & veſpertilio, quibus ſpecialiter enumeratis, ponitur regula generalis de auibus quadrupedibus cum exceptione, vt ſequitur: *Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedibus, abominabile erit vobis*, excipiuntur animalia ſuper quatuor pedibus ambulantia, quæ habent longiora retro crura, & quæ ſaliunt ſuper terram, quæ munda erãt, & licitum erat comedere, vt eſt bruchus in genere ſuo, atacus, & locuſta iuxta genus ſuum, Inde aſſu-

aſſumunt Iudæi eorumque ſectatores ſuas obſeruantias abſtinendo ſe ab vſu aliquorum animalium, & quare hæc animalia erant prohibita, latè declaratur per expoſitores *Leuitic. 11. & Deut.*
75 14. ad quos me remitto. ¶ Et † abſtinere à cibo prohibitorum cum intentione ſeruandi legem Moſaicam hæreſis eſt, vt ſuprà latè dixi in aliis obſeruantiis, ſiue ſit expreſſa, ſiue tacita, *vt in d. l. 1. contra Chriſtianos*, cùm iudaizare ſit facere id, quod ſoli Iudæi facere ſolent, ſecundùm Epiſcopum Abulenſ. *Exod. 28.* Ex tali ergo facto, quod non niſi per Iudæos fieri ſolet, arguitur iudaizandi intentio, & voluntas, cùm ſine ea quis iudaizare non dicatur, ſecundùm Anſelmum, vt dicit S. Thom. *in quæſtionib. 1. 2. art. 2. ad 2.* ſiue ergo quis faciat actum, ſiue non faciat ea intentione, vt
76 legalia obſeruentur, dicitur iudaizare. ¶ Sed hodie † in lege Euangelica prohibitio illa ſublata eſt, *Matthæi 15.* Non quod intrat per os coinquinat hominem. Et Paulus *ad Titum primo*: Omnia munda mundis, *& 1. ad Cor. 10.* Omne quod vobis apponitur, manducate. Nam ea quæ prohibebantur, erant in figura, vt mundorum hominum in mundis animalibus ſigna. In immundis verò immundorum imagines demonſtraret, & vtitur ſcriptura tropo conſueto, quo res ſignans, nomen ſortitur ſignati. Dicuntur hæc animalia immunda, quia immunda ſignificant. Sicut dicitur, Petra autem erat Chriſtus, *1. Corin. 10.* homo verò ſi peccator, & leproſus, & cadauera propriè immunda dicuntur.
77 ¶ Quòd † autem in figura hæc præcepta ſint, conijcitur ex eo, quòd Dominus Noe, cui eſum carnis conceſſit, eſum ſanguinis abſtulit, qui tamen Domino immolatur. Hoc autem fecit, vt dicit Vgo Cardin. vt crudelitatem, & ſanguinis effuſionem humani doceret homines declinare, quòd autem hæc in figura præcipiebantur, patet Actuum 10. vbi appoſito vaſe quattuor initiis pleno reptilibus, dictum eſt Petro: Surge, macta, & manduca. Qui hoc abhorrens, ait, abſit Domine, quia nunquam omne commune, & immundum comedi. Cui dictum eſt, quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris? hoc autem factum eſt tribus vicibus. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlum, & quod dicitur immundum intellige, id eſt cibum in lege prohibitum, quod apud Iudæos dicebatur immundum. Et etiam commune eo quod à gentibus communiter comedebatur, ſicut carnes porcinæ, & huiuſmodi, vt ibi dicit Lyra. mores ergo hominum per naturas animalium Deus deſignauit. Et ſi opponatur de ſanguine, & ſuffocato prohibitis, vt ego latiùs dixi in quarto errore, *vt ſuprà*. Et iſte error, immò hæreſis inualuit in his partibus Hiſpaniæ apud neophytos, quam in manibus nunc tractamus, qui præcipiunt abſtinere à carnibus quæ non ſunt per Iudæos præparatæ: Item à carnibus porcinis, à pinguedine, à neruo Iacob, qui vulgo dicitur Landolica, & ab aliis, de quibus proximè dixi. Cùm omnia debeant cum benedictione à fidelibus ſumi, de quo Apoſtolus *ad Timoth. 4.* Spiritus manifeſtè dicit, quod in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum loquentium mendacium, nubere & præcipientes, *vt dicit gloſſa*, abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione à fidelibus: & hæc de quinto ſufficiant.

¶ De ſexto errore Iudæorum.

SVMMARIVM.

1 *Meſſiam in lege promiſſum Iudæi nondum veniſſe credunt. Et ideo adhuc illum expectant.*
2 *Aduentus Chriſti duplex erat futurus, ſecundùm Prophetas.*
3 *Reges ſexaginta fuerunt apud Iudæos à Saul vſq; ad tranſmigrationem Babylonis.*
4 *Tranſlatio Bibliorum Iudæorum, quæ dicitur Targus, facta per Aquilonem habet tres excellentias.*
5 *Herodis tempore fuit ablatum regnum à Iudæis.*
6 *Fabuloſum eſt dicere, quòd hodie in Babylonia ſunt capitanei, Duces, aut alij principes Iudæorum ad refellendum quod ſceptrum de Iuda non eſt adhuc ablatum.*
7 *Meſſiam iam veniſſe auctoritate Aggæi probatur.*
8 *Templum tertium non eſt ampliùs expectandum, nec readificatio Hieruſalem pro Iudæis.*
9 *Meſſias quomodo fuit deſideratus cunctis gentibus: & quomodo in eius aduentu fuit motum cælum, & terra mota.*
10 *Meſſiam iam veniſſe probatur auctoritate Danielis per lapſum ſeptuaginta hebdomadarum.*
11 *Hebdomada, qualiter accipiatur, & quot modis.*
12 *Meſſiam veniſſe probatur auctoritate Danielis loquentis de ſtatua magna Nabuchodonoſor.*
13 *Locutione metaphorica vtitur nonnunquam ſacra ſcriptura.*
14 *Aduentum duplicem Meſſiæ non conſiderant perfidi Iudæi.*

SEXTVS ERROR IVDÆORVM eſt, † quòd non credunt tempus aduentus Meſſiæ veniſſe, ſed illum adhuc expectant. Et mouentur paucis debilibus infructuoſiſque motiuis. Et primò per id quod habetur Eſai. cap. 2. vbi loquens de tempore aduentus Chriſti, dicit: *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c.* Sequitur: *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercitabuntur vltrà ad prælium.* Ex his enim formant quadruplex argumentum. 1

¶ Primò ex hoc, Erit in nouiſſimis diebus, Ieſus autem non fuit in nouiſſimis diebus, quia poſt natiuitatem eius fluxerunt mille tempora, igitur non fuit Chriſtus Meſſias in lege promiſſus, cuius aduentus promittitur in nouiſſimis diebus. ¶ Secundò ex eo, quod ſubditur, quòd mons domus Domini erit in vertice montium. Mons enim iſte dicitur mons Syon, vbi fuit templum ædificatum, ſed mons ille in aliquo non eſt eleuatus, ergo nondum venit Chriſtus. Vnde occaſione huius verbi dicunt aliqui Doctores Hebræorum, quòd Dominus debet portare montem Thabor, in montem Synai, & montem Carmeli ad locum vbi eſt Hieruſalem, & ſuper verticem iſtorum montium ponere montem Syon. Hoc autem nondum eſt adimpletum, ergo non venit. ¶ Tertiò arguunt, ex eo quod ſubditur, & fluent ad eum omnes gentes, quia non omnes gentes crediderunt in Ieſum Nazarenum, nec adhuc credunt, ergo non fuit Chriſtus. ¶ Quartò per id quod ſubditur, non leuabit gens contra gentem gladium, &c. Quia non ceſſauerunt bella per orbem, vt patet manifeſtè, & maximè, quia poſt mortem Ieſu, in Iudæa fuerunt bella atrociſſima tempore Titi, & Veſpaſiani, ergo ipſe non fuit verus Chriſtus. ¶ Quintò arguunt per id quod habetur Eſaiæ vndecimo: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, vbi ſcriptura loquitur de aduentu Chriſti etiam ſecundùm omnes Doctores, & Catholicos. Sequitur ibidem: *Habitabit lupus cum agno, pardus cum hædo accubabit.* Et ſequitur ibidem: *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramen aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuit manum ſuam mittet.* Dicunt hic Iudæi, quòd in aduentu Chriſti animalia ſiluestria debent ſe domeſticare, ſic quòd pacificè habitabunt cum animalibus naturaliter manſuetis, & animalia venenoſa non nocebunt hominibus, nec pueris, immò ſecurè infantes cum eis ludent. Hoc autem non eſt impletum, vt patet ad ſenſum, igitur non venit Chriſtus. ¶ Sextò arguunt per id quod habetur Deuteron. trigeſimo: *Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, indè retrahet te Dominus Deus tuus, & aſſumet atque introducet te in terram quam poſſederunt patres tui.* Ex hoc ibi arguunt, cùm ſimus diſperſi per totum mundum, & non congregati, ſequitur quòd non venit Chriſtus. ¶ Septimò arguunt per id quod habetur Zachariæ ſexto: Et Oriens nomen eius: tranſlatio Chaldaica ſic habet: Meſſias nomen eius. Ex quo patet quòd de Chriſto intelligitur, & ſequitur in eadem auctoritate: Et ædificabit templum Domino, Ieſus autem non ædificauit templum Domino, igitur non fuit Chriſtus. ¶ Octauò arguunt per id quod habetur Hieremiæ vigeſimotertio: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & ſuſcitabit Dauid germen iuſtum, &c.* Quod de Chriſto intelligitur, & ſubditur ibidem: *In diebus illis ſaluabitur Iuda, &c.* Sed nunquam acciderunt tot miſeriæ filijs Iſraël, ſicut poſt paſſionem Chriſti, patet in deſtructione ciuitatis, & templi; ergo non fuit verè Chriſtus. ¶ Nonò arguunt per id quod habetur Danielis capite 7. *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat.* Secundùm omnes expoſitores Iudæorum, & Catholicos loquitur ibi de aduentu Chriſti. Ieſus autem Nazarenus non venit in nubibus, nec in tali poteſtate, qualis ibi deſcribitur, ergo non fuit Chriſtus.

¶ Decimò arguunt per id quod habetur Eſaiæ trigeſimo: *Erit lux lunæ, ſicut lux ſolis, erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.* Cùm igitur aduentus Chriſti expectetur ad ſalutem populi. Igitur in aduentu eius mutatio corporum cœleſtium fieret: cùm ergo hæc non ſint adhuc facta, videtur quòd promiſſio de aduentu non ſit adimpleta. ¶ Vndecimò arguunt

guunt per id quod habetur Eſai. 53. *Vidit ſemen longæuum* & Pſalmo 88. *Ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius.* Ieſus autem Nazarenus non legitur filios habuiſſe, ergo non fuit Chriſtus. ¶ Duodecimò arguunt per id quod habetur Ezechielis vltimo, vbi deſcribitur quoddam templum mirabile, & magnum in terra Iſraël ædificandum. Et hoc dicunt in aduentu Chriſti complendum, hoc autem factum non eſt, ergo non venit. ¶ Vltimò dicunt, quòd ſi aduentus eius poſſet probari per ſcripturam à Iudæis receptam, non eſt veriſimile, quin illi qui ſunt inter eos ſtudioſi hoc percepiſſent, & per conſequens errorem eorum relinquiſſent. ¶ His tamen non obſtantibus veritas Catholica manifeſta eſt & clara, ſcilicet Chriſtum Meſſiã in lege promiſſum veniſſe, prophetiaſque de eius primo aduentu adimpletas eſſe. Et in hoc adducam plura fundamenta, quorum aliqua ſumentur ex Nicol. de Lyra, Paul. Burg. prout videbuntur conuenire. ¶ Et
2 antequam † ad hoc diſcutiendum accedamus, ne in æquiuoco procedatur, oportet aduertere quòd aduẽtus Chriſti ſiue Meſſiæ in mundum (prout ex ſacris ſcripturis probatur) duplex eſt. Vnus ſcilicet ad ſaluandum, ſeu redimẽdum genus humanum, qui quidem aduentus pronunciatur à Prophetis fore in forma pauperis humilima. Zachar. 9. legitur: *Exulta ſatis filia Syon: iubilate filia Hieruſalem, ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator, & pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum.* Et ibidem: *Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu.* ¶ Secundus verò aduentus erit ad iudicandum mundum. Et prænunciatur in ſcripturis fore in maxima poteſtate & maieſtate, Daniel. 7. *iudicium ſedet, & libri aperti ſunt.* Et ſubditur: *Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce in nubibus cœli, quia filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit. Et in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regna, & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.*

¶ Vnde agendo de primo aduentu inter Prophetas, qui locuti ſunt de hoc aduentu, fuit primus Patriarcha Iacob, Geneſis 49. qui volens filiis ſuis quædam prædicere, quæ futura erant eis. Inter alia de tribu Iuda, de qua, ſecundùm omnes, Meſſias erat deſcenſurus, dixit: Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat, qui mittendus eſt. & ipſe erit expectatio gentium. ex quo habetur intentum. Nam cùm ſceptrum à Iuda à magnis temporibus eſt tranſlatum, nec etiam eſt dux de fœmore eius, quod etiam maximè apparuit tempore Herodis Aſcalonitæ, ſub quo natus eſt Ieſus Chriſtus, ergo ab illo tempore venit Chriſtus. Et ſic ille qui mittendus erat, id eſt Chriſtus qui miſſus eſt à Deo patre pro ſalute humani generis, erit expectatio gentium, ſecundùm quod dicitur *Aggæi* 2. Ecce veniet deſideratus cunctis gentibus. Etiam hoc impletum eſt in regno Chriſti, quia poſt reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti ad cœlos Apoſtolis prædicantibus fidem Chriſti, Iudæi pro maiori parte remanſerunt obſtinati in infidelitate ſua, & gentes cum magna deuotione fidem Chriſti receperunt, & ſic Chriſto aggregatæ ſunt gentes, propter quod Apoſtoli dixerunt Iudæis: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repuliſtis illud, conuertimur ad gentes, *Actuum* 13. ¶ Ad hoc reſpondent aliqui Iudæi, quòd hæc auctoritas non eſt intelligenda de Chriſto ad literam, ſed de Nabuchodonoſor Rege Babylonis, qui miſſus ex ordinatione diuina contra Hieruſalem propter peccata populi, *vt habetur 3. Regum* 24. Ex tunc enim defecit regimen Iudæorum, quia cepit Sedechiam regem, & excæcauit eum, & filios eius occidit, *vt habetur ibidem cap.* 25. Nec poſteà aliquis de eius ſtirpe regnauit. ¶ Sed hoc dictum apparet falſum, quia poſt captiuitatem Babylonicam habuerunt duces, & Principes, ſicut patet de Zorobabel, Eſdra, Neemia, & Machabæis. Habuerunt etiam reges, quia Ioannes Hircanus Simeonis Machabæi filius impoſuit ſibi diadema regni, & ex tunc regnauerunt filij eius vſque ad Herodem, qui fuit alienigena à gente Iudæorum. Et ideo vſque ad illud tempus non fuit amotum omnino dominium Iudæorum. ¶ Si autem dicatur, quòd à tempore Nabuchodonoſor fuit amotum à tribu Iuda, de qua amotione loquitur Propheta prædictus, quia illi qui regnauerunt poſtea fuerunt de alia tribu, quia Machabæi fuerunt de tribu ſacerdotali. Non valet hoc dictum, quia Zorobabel, qui poſt captiuitatem Babylonicam fuit eorum dux, fuit de tribu Iuda, vt patet manifeſtè ex textibus multis ſacræ ſcripturæ, *Zachar.* 4. *Aggæi* 2. ſimiliter Machabæi, quia tribus ſacerdotalis, & regia erant commixtæ, *vt patet 4. Regum* 11. vbi dicitur, quòd Ioiabath, ſoror Ochoziæ regis Iuda tulit Ioas. Et erat cum ea ſex annis in domo Domini, quia ipſa erat vxor Ioadæ Pontificis, & ſuorum regimen durauit vſque ad tempus Herodis, qui fuit alienigena, ſcilicet de genere Idumæorum, & ipſo regnante natus eſt Chriſtus, *vt habetur Matthæi* 2. ¶ Et nota breuiter, quòd vſque † ad tranſmigrationem fuerunt ſexaginta reges de Iuda. Exinde fuerunt duces vſque ad Ariſtobolum filium Hircani, ſiue Ioannis, qui primus mortuo patre ſuo, & incarcerata matre ſua, impoſuit ſibi diadema, vt legitur in eccleſiaſtica hiſtoria rubrica de reſtitutione Regni Iudæorum. Et iterum fuerunt reges vſque circa tempora Chriſti, & tunc defuerunt reges, & duces. Et regnauit alienigena, ſcilicet Herodes Aſcalonita filius Antipatris Idumæi. Et ita impletum eſt, quod prophetatum fuerat Daniel. 19. Ita quod circa aduentum Chriſti reſtitueretur regnum Iudæorum, & iterum in aduentu eius omnino deſtrueretur, quia poſt Herodem nullus regnauit de Iudæis, & ſic patet clara prophetia. ¶ Alij verò Iudæi aliter ſoluere nituntur dicentes, quod intelligitur de Roboam filio Salomonis, à quo receſſerunt decem tribus, & adhæſerunt Hieroboam filio Nabath, quando Roboam die conſtituto dedit populo duram reſponſionem, vt habetur 3. *Regum* 12. Et ſic exponunt prædictam auctoritatem, Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat Silo, quia vbi Hieronymus tranſtulit mittendus, Hebraica veritas habet Silo, & eſt nomen loci, vt dicunt, quia ad illum locum venit Roboam, vt conſtitueretur poſt patrem rex. Et in illo loco receſſit populus Iſraël ab eo, vt conſtitueretur ſuper ſe regem Hieroboam, qui erat de alia tribu, ſcilicet Ephraim. Et ſic ablatum fuit ſceptrum, ſecundùm eos, de tribu Iuda. Verumtamen quia ipſi filio Salomonis remanſerunt duæ tribus. Ideo ſequitur in Hebraica veritate, & ei aggregabuntur gentes, vbi Hieronymus tranſtulit, & erit expectatio gentium. ¶ Sed hæc reſponſio patet falſa per textum 3. *Regum* 12. Quia ibidem dicitur, quod ille locus vbi Roboam fuit à populo derelictus, vocatur Sichem: & eſt locus benè remotus ab illo qui vocatur. Item non fuit ablatum regnum à domo Iuda tunc; ſed ſtetit vſque ad captiuitatem Babylonicam per ſucceſſionem hæreditariam, vt patet per diſcurſum librorum Regum. Et illi tunc dicebantur reges, quia inſtituebantur per vnctionem, & in Hieruſalem remanſerunt, quæ erat Metropolis in regno Iuda. Item dicunt, quod hæc dictio Hebraica Silo, eſt proprium nomen loci, ſignificat etiam in alio miſſionem, & ſic eſt nomen commune. Et prout eſt nomen loci, accipiunt aliqui Iudæi in dicta prophetia dicentes, quòd illa adimpleta eſt. quãdo Saul qui erat de tribu Beniamin, vt habetur 1. *Reg.* 9 *fuit electus in regem, & inunctus fuit in Silo, vbi erat tabernaculum Domini, & arca*, & per conſequẽs vnctio, vnde reges debebant inungi. Et ſic ſceptrum, quod accipitur pro quodam dominio, & primatu quod fuerat à tribu Iuda vſq; tunc, fuit tranſlatũ ad tribum Beniamin. ¶ Sed hoc dictum manifeſtè contrariatur textui, quia antè electionem Saulis arca Dei iam erat amota de Silo. & erat in Cariathiarim, *vt habetur 1. Regum* 7. Item poſt Saulem immediatè, imò ipſo viuente & regnante fuit Dauid inunctus per Samuelem, quid Dauid fuit primus rex de tribu Iuda, & ex tunc reges de illa tribu ſucceſſerunt. quòd autem ſceptrum dicatur auferri de Iuda, ideo quia tunc incepit eſſe in propinqua diſpoſitione ad gradum perfectum, nõ eſt veriſimile, quod pateat ad ſenſum. ¶ Item † prædictæ reſponſiones Iudæorum, & cõ- 4
ſimiles apparẽt falſæ per tranſlationẽ Caldaicam, quia vbi Hieronymus tranſtulit, donec veniat qui mittendus eſt, tranſlatio Chaldaica habet, Nõ auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat Meſſias, quia id quod erat obſcurum voluit declarare. Quam tranſlationem Iudæi vocant Targum, quæ fuit facta per Aquilonẽ, & apud Iudæos habet tres excellẽtias. Prima, quòd nullus eſt auſus ei contradicere, vt per Rabi Samuelẽ in multis locis. Et per Rabi Moyſen Ægyptium in lib. de directione, vt dicit Paul. Burg. Imò quando verus expoſitio Hebraica eſt obſcura, recurritur ad illam explanationem. Secunda eſt, quod in ſcholis puerorũ vbicunq; legitur Pentateucus legitur eis hæc tranſlatio poſt textum. Tertia, quia etiam in ſynagogis vbi in diebus ſabbatinis leguntur aliquæ lectiones ipſius pentateuci, quæ ad maiorẽ ſolennitatem reperiuntur tranſlatæ, tales tranſlationes ſumuntur vbique terrarum à prædicta tranſlatione Aquilonis. Conſtat autem quòd ipſa tranſlatio hoc loco ſic habet, vt dixi, Non auferetur ſceptrum de Iuda donec veniat Meſſias. Ex qua habetur manifeſtè, quòd dictus Patriarcha Iacob loquitur de Meſſia de quo hic loquitur. Et ſic patet quòd dicta auctoritas nõ põt intelligi de Nachodo-

bnchodonoſor, nec de Roboam, nec de alio quàm de Chriſto. Quod autem ſequitur in Hebraico, & ei aggregabuntur gẽtes. Sic eſt intelligendum, vt ſupra tetigi, quia Iudæi in aduentu Chriſti pro maiori parte ſunt obſtinati in ſua infidelitate, & gẽtiles qui nomine gentium deſignantur aggregati ſunt ipſi Chriſto, fidem eius deuotè ſuſcipientes ſecundum quod ſcribitur *ad Roman.* 11. Cæcitas ex tempore contigit in Iſraël, donec plenitudo gentium introiret, &c.

5 ¶ Quod † autem tempore Herodis ablatum ſit à Iudæis ſceptrum patet, quia ipſe fuit primus alienigena, qui regnauit in Iudæa, pater enim ſuus Idumeus. Ille Herodes Romanorum auxilio fretus debellauit Antigonum regem Iudæorum, qui deſcenderat à Machabæis, & omnem prolem regiam occidit. Et libros de Genealogia Regum combuſſit, ne poſtea deprehenderetur ipſe, & filij eius alieni à regno Dauid. Interfecit etiam Doctores legis qui docebant in populo illud *Deut.* 17. De medio fratrum tuorum pones ſuper te Regem. Et ſic auferret ipſe Herodes à Iudæis omnem ſpem recuperandi ſceptrum. Quod etiam patet per effectum, quia ab illo tempore vſque ad nunc fluxerunt mille quingenti & 33. anni ad minus, quia tali anno incarnationis ſcribo hanc lecturam. Et adhuc Iudæi videntur magis à prædicto ſceptro longinqui, quàm à principio. Cùm enim ablatio ſceptri fuerit ſignum eis præmunciatum de aduentu Chriſti, manifeſtè patet, quòd illud impletum eſt tempore Herodis, quo regnante natus eſt Chriſtus Ieſus Saluator mundi, & ſic patet propoſitum, quòd tempus aduentus Meſſiæ eſt præteritum.

6 ¶ Non obſtat ſi dicatur, quòd † ſceptrum de Iuda nondum eſt ablatum, ſecundùm Rabbi Moyſen *in lib. de iudicibus, c. 4.* dicentem, quòd capita transmigrationis, quæ ſunt in Babylon, locum regis tenent, & poſſunt dominari in Iſraël vbique terrarum, & iudicare ſuper eos, ſiue velint ſiue nolint, ſicut ſcriptum eſt: Non auferetur ſceptrum à Iuda. Per iſtud enim ſceptrum intelliguntur capita transmigrationum, quæ ſunt in Babylonia, & ſic quòd nondum ſit ſceptrum de tribu Iuda. ¶ Quia ad hoc reſpondeo ſecundùm Paul. Burgen. quòd dictum contrarium eſt falſum manifeſtè, ſecundùm euidentiam facti, & eſt notoriè fictum & mendoſum, & cõtra propheticam veritatem. Nam Babylonia in qua aſſeruntur eſſe capita transmigrationum habẽtia tales poteſtates, & dominia ſuper totum populum Iudaicum, manifeſtum eſt quòd iam à magnis temporibus citra eſt deſtructa, & inhabitabilis redacta. Et hoc fuit de ea prophetatum *Eſai.* 13. vbi ſic dicitur: *Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclita in ſuperbia Chaldæorum. Sicut ſubuertit Deus Sodomam, & Gomorram, non habitabitur vſque in finem, & non fundabitur vſque in generationem, & generationem.* Conſtat autem, quòd in terra inhabitabili, & deſtructa nullus commoratur, & multominùs credibile eſt, quòd ſint ibi capita transmigrationum. Eſt enim notorium inter nos, quòd à magnis temporibus retroactis nunquã in partibus Babylonicis, nec aliquod iudicium, nec determinatio, nec rumor de illis partibus ad has partes Europæ peruenit. Vnde notorium eſt ſecundùm euidentiam facti, quòd non ſunt ibi Iudæi dominantes ſuper totum Iſraël, vt aſſerunt aliqui perfidi Iudæi. Inſuper patet falſitas, & mendoſitas huius obiectionis. Nam ſecundùm omnes Doctores Hebræos, extra terram promiſſionis non poteſt nec licet, nec aliquo modo licitum alicui Iudæo iudicare iudicia criminalia, de quibus eſt occiſio, & mutilatio membri humani. Conſtat autem quòd qui non habent iuriſdictionem in talibus non poſſunt iudicare nec capitaliter punire blaſphemium, nec idololatram, homicidam, vel adulterũ, nec alium quemcunq; incurrentem ſimilia crimina, & quę grauiſſima ſunt ſecundùm legem Moſaicam, & ſic exceptis his, & ſimilibus cætera reputantur leuia. ¶ Ex quo ſequitur quòd illa capita transmigrationum, quę aſſeruntur eſſe in Babylonia non poſſunt iudicare de grauibus ſeu capitalibus criminibus, cùm ſint extra terram promiſſionis, ſed tantùm de leuibus, & paruis cauſis, quorum reſpectu non poſſunt dici habere ſceptrum neque poteſtatem regalem, vt vult prædicta auctoritas. Vnde de eis etiam ſi pronuncient non poſſet dici, quòd tenerent locum ſeu ſceptrum Regis. Sed tales eſſent ſicut iudices inferiores habentes modicam poteſtatem, ſicut hodie aliqui Iudæi reperiuntur, tum Romæ, tum etiam in Turcia, & in Africa, qui potius dici poſſunt ſerui, quàm habere dominium aliquod. ¶ Et ſic patet, quòd eſt mendoſum, & fabuloſum, quòd capita transmigrationum ſint in Babylonia, vel alibi ſceptrum, & poteſtatem regiam ſeu ducalem habentes. Sed potiùs ſunt ſerui angarijs, & per angarias vbique grauati. Et hoc prophetatum fuit per Oſeã 3. dicentem ſic: *Dies multos ſedebunt filij Iſraël ſine Rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari.* Quæ quidem auctoritas intelligitur, & verificatur de captiuitate hodierna. Vnde aſſerere Iudæos habere in Babylonia, vel alibi, tempore huius captiuitatis principem, vel regem, ſeu aliquod huiuſmodi, non ſolùm eſt contra ipſam euidentiam rei, ſed etiam contra propheticam veritatem.

¶ Non obſtat inſuper ſi dicatur, quòd antequã Chriſtus veniret iam erat ſublatum regnum à tribu Iuda; patet, quia Machabæi qui nõ erant de tribu Iuda, ſed de tribu Leui cùm eſſent ſacerdotes gubernauerunt populum Iudaicum in templo ſecundo, pluſquam centum annis, & vltra, ante aduentum Chriſti, vt patet in hiſtorijs Ioſephi, & aliorum, ergo Chriſtus non venit in tempore prænunciato per Iacob Prophetam, ſed longè poſt, & debuit venire antequam Machabæi ſuccederent in gubernatione populi, quibus ſucceſſit Herodes, quo tempore natus fuit Chriſtus. Ad hoc reſpondetur, quòd quamuis Machabæi eſſent ſacerdotes, & ſic de tribu Leui, erant tamẽ de tribu Iuda ſecundùm lineam maternam, *vt ſupra dixi.* Et ideo per gubernationem eorum non erat ablatum ſceptrum de Iuda verè, ſed tunc ablatum fuit, quando tranſiuit in Herodem, cuius tempore natus eſt Chriſtus, *vt dixi.* ¶ De loco autem vbi fuit Babylonia, quòd ſit deſertus, & plenus ſerpentibus, vide Bartholomæum Anglicum *de propriet. rerum, lib. 15. cap. 23.*

¶ SECVNDO idem † probatur auctoritate Aggæi 2. *Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc modicum vnum eſt, & ego mouebo cœlum, & terram, mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus.* Et ſequitur: *Magna erit gloria domus nouiſſimæ magis quàm primæ, Dominus exercituum.* Secundùm omnes 7 expoſitores Hebræorum habetur, quòd iſte deſideratus eſt Meſſias, ſiue Chriſtus. Patet igitur per plura in auctoritate prædicta poſita, quòd tempus aduentus Chriſti ſit præteritum. Primò per id quod dicitur ibidem, adhuc vnum modicum, & ſubditur de aduentu Chriſti: Veniet deſideratus cunctis gentibus, &c. Aggæus Propheta dixit hoc verbum ſecundo anno Darij Regis Perſarum: ab illo autem tempore vſque nunc fluxerunt 1 [illegible]. anni, ſecundùm computationem Iudæorum. Et plures adhuc ſecundùm computationem noſtram, 1933. anni: talis enim numerus non dicitur in ſcriptura modicum. Cùm enim dicat Propheta in ſcriptura, reſtare tempus modicum vſque ad tempus deſiderati cunctis gentibus, patet quòd tempus ſui aduentus eſt præteritum. ¶ Sed ad hoc reſpondent aliqui, quòd tantum tempus in ſcriptura dicitur modicum, quia *in Pſalm.* 89. dicitur: *Mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna quæ præterijt.* ¶ Sed quòd hæc reſponſio non valet, patet, quia ſi tempus mille annorum comparatetur æternitati: modicum eſt. Et ſic loquitur auctoritas prædicti Pſalmi. quod patet per hoc quod dicit, Mille anni, &c. Quia diuina cognitio, quæ per oculos deſignatur, æternitate menſuratur. Sed ſi referatur tempus mille annorum ad expectationem populi, ſic non poteſt dici rationabiliter loquendo tempus modicum ſed magnum, vnde & *Baruch* 6. tempus captiuitatis Babylonicæ prædicitur magnum, & longum, quod tamen ita fuit valdè modicum, reſpectu ſcilicet ſeptuaginta annorum, quibus duratura erat dicta captiuitas. Item propoſitum patet per id, quod dicitur in dicta auctoritate: *Veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria.* Et loquitur Propheta de domo Domini ædificata à Iudæis poſt captiuitatem Babylonicam. Igitur ſtante illa domo venturus erat Meſſias, prout venit. Quia Propheta dicit eam replendam gloria per aduentum ipſius deſiderati cunctis gentibus. Domus autem illa deſtructa eſt per Titum & Veſpaſianum anno quadrageſimo ſecundo poſt Domini paſſionem, & etiam nota quia dicit nouiſſima. Ex quo clarè patet, † quòd dicta domus ſecun- 8 da debuit eſſe vltima, & ſic non ampliùs debet Hieruſalem, nec templum Domini reædificari. Ex quo ſequitur, quòd vacua eſt expectatio Iudæorum expectantium Meſſiam reædificaturum Hieruſalem, & ſic non eſt expectandum tertium templum atteſtante Propheta Hierem. 8. *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Et tamen Meſſias venturus erat ad templum, & ſic ſtante templo, Malachiæ 3. *Et ſtatim veniet ad templum ſuum dominator quem vos quæritis. Et Angelus teſtamenti, quem vos vultis, quod cùm deſtructum ſit, & futurum nõ ſperatur,* ſequitur quòd tempus tranſiit aduentus

uentus Meſſiæ: & infrà latiùs hoc dicam. ¶ Item per hoc idem patet propoſitum per illud quod ſequitur in auctoritate prædicta, ſcilicet magna erit gloria iſtius domus nouiſſimæ magis quàm primæ. Et conſtat quòd Propheta loquitur de domo ædificata poſt captiuitatem Babylonicam, vt dictum eſt. Ad cuius ædificationem inducebat populum, & prædixit gloriam eius maiorem futuram, quàm fuit gloria domus ædificatæ per Salomonem. Hoc autem non intelligitur propter maiores diuitias, ſeu honores aut cultum diuinum, vel ædificatores, quia ſtatus populi tunc erat quaſi nullus reſpectu illius domus, & ſtatus, qui fuit ſub Salomone. Nec non in prima domo fuerat arca, quæ non fuit in ſecunda, propitiatorium, Cherubin, ignis deſcendens in ſancta ſanctorum, vrna mannæ, virga Aaron, rationale, & ſimilia quæ fuerunt deſtructa per Nabuchodonoſor regem, *vt ſuprà dixi*. Et omnes in hoc conueniunt, propter quæ dicitur primò *Eſdræ* 3. quòd ſacerdotes qui viderant primam domum lachrymabantur aliis exultantibus in dedicatione domus ſecundæ, quia quaſi nullius momenti erat reſpectu primæ. Et ideo non poteſt intelligi gloria eius maior, niſi per aduentum ipſius deſiderati cunctis gentibus qui eam glorificauit præſentia ſua, quia in ea fuit à matre oblatus, ſecundùm quod Malachias prædixerat, *Malach.* 3. Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ipſam autem domum ſecundam frequenter honorauit, quando ibi docuit, miracula fecit, & prædicauit. Dicunt autem aliqui Iudæi ad hoc, quòd maior fuit gloria ſecundæ domus, quàm primæ in annis, quia plus durauit ſecunda quàm prima. Sed non valet, quia licèt verum ſit, quod plus durauit, hoc tamen non fuit ad gloriam, ſed ignominiam, quia pluribus temporibus fuit conculcata, & dehonorata, quia Antiochus Epiphanes poſuit ibi abominandum idolum, & fecit ibi proſtibula mulierum, ſecundùm quod habetur 1. Machab. & 2. Sed quia librum iſtum non recipiunt Iudæi, ideo poteſt dici, quod hoc idem habetur *Danie.* 8. hoc etiam dicit Ioſeph. *lib.* 12. *Antiquitatum*. ¶ Similiter quando ciuitas Hieruſalem fuit capta per Pompeium Imperatorem Romanorum, & iterum aliàs per Herodem Aſcalonitam, & vltimò quando deſtructa fuit per Titum & Veſpaſianum. Omnibus enim iſtis temporibus fuit illa domus deiecta & conculcata. ¶ Item illa maioritas durationis non videtur eſſe alicuius gloriæ notabilis. Aliter enim lapis diceretur maioris honoris & gloriæ, quàm natura humana, quia eſt maioris durationis. ¶ Item ſi computemus durationem domus ſecundæ, ſecundùm ipſos Iudæos dicentes eam duraſſe 420. annis. Habebimus quod prima domus plus durauit, quia plures anni fluxerunt à quarto anno Salomonis, in quo fundata eſt domus prima vſque ad vndecimum annum Sedechiæ, in quo deſtructa fuit, quia fluxerunt anni 427. computando tempora Regum intermediorum in 3. & 4. libro Regum: perfecta autem fuit vndecimo anno Salomonis, & ſtetit perfecta 423. annis, & ſic pluſquam ſecunda durauit. ¶ Si accipiatur duratio ſecundæ domus, ſecundùm computationem Iudæorum, licèt autem ſecunda domus plus durauerit, *vt ſuprà dictum eſt*, tamen iſta obiectio eſt efficax contra Iudæos, quia procedit ex ſuppoſitione computationis eorum, quam reputant veram. Prætereà illud plus durationis, ſecundùm computationem aliquorum Hebræorum eſſet in decem annis, quia dicunt primam duraſſe 410. annis, ſecundam verò 420. annis: quod parum eſſet ad maioritatem gloriæ, attentis vilificationibus factis tempore Antiochi, & aliorum Regum, *vt ſuprà dixi*. Et ſic patet ex auctoritate Aggæi, quod tempus aduentus Chriſti eſt prætèritum.

9 ¶ Sed reſtat † oſtendere quod in prædicta auctoritate videtur dubium, ſcilicet quod in aduentu deſiderati cunctis gentibus ſit impletum, quod ibi dicitur, ſcilicet adhuc modicum. Et mouebo non ſolùm terram, ſed cœlum. Dicendum eſt, quòd cœlum in aduentu Chriſti modicum eſt, largè accipiendo motum pro omni innouatione, quia magna innouatio in cœlo apparuit, quandò in natiuitate Chriſti noua ſtella eſt viſa, propter quod Reges venerunt ad ipſum adorandũ. Item circa illud tempus, ſcilicet tempore Herodis, ſub quo natus eſt Chriſtus in Iudæa, de qua magis loquitur Propheta quàm de aliis terris, fuit maximus terræmotus intantùm, quòd gentes propinquę credebant, quòd in Iudæa nullus homo remanſiſſet, vt dicit Ioſephus *in* 1. *libro de Iudaico bello*. Et ex hoc arguit probabiliter aliquam coniunctionem fuiſſe planetarum notabilem, ſiue conſtellationem, ex quibus ſolent accidere talia. ¶ Quod autem motæ tunc fuerint omnes gentes, patet, quia imminente Chriſti natiuitate, præcepit Cæſar Auguſtus deſcribi vniuerſum mundum, & omnes gentes Romanorum tributarias ſe profiteri, & propterea ſinguli ibant ad loca, vnde erant oriundi ad prædicta facienda, propter quod Ioſeph de Galilæa aſcendit in Bethleem, Maria ſibi deſponſata prægnante, vt ibi profiteretur, *Lucæ* 2. In Iudæa etiam tunc fuit facta magna motio, quia quidam nomine Iudas, natione Galilæus, publicè aſſerebat Iudæis eis illicitum cognoſcere alium dominum præter Deum, & multi Iudęi ſecuti ſunt eum, & poſtea interfecti ab exercitu Romanorum, vt dicit Ioſephus 2. *libro Antiquitatum*. Et idem habetur *Actuum* 5. Ante hos dies extitit Iudas, &c. ¶ Propterea dicitur in dicta auctoritate, & in loco iſto dabo pacem. Quia in iſta domo ſecunda veniente Domino Ieſu Chriſto fuit Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *Lucæ* 2. Ipſe enim fecit pacem inter Deum, & homines. Ideo dictus eſt Mediator Dei & hominum, 1. *ad Timoth.* 2. Et noui teſtamenti mediator eſt, *ad Hebræos* 8. Et fuit abundantia pacis, donec auferatur Luna, *Pſal.* 71. Et hoc eſt quod dicit Zacharias: Et loquetur pacem gentibus, & verbum pacis: de quo Aggæus loquitur, non de intelligebatur de pace mundana in Hieruſalem, cùm poſtea propter mortem Chriſti fuerit bellum atrociſſimum de pace cœleſti, & ſpirituali, & ſic de pace æterna, quam dare promiſerat diligentibus eum, vt de ea ſcribit *Ioan.* 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis, ex quibus patet verba Prophetæ Aggæi verificari de Chriſto.

¶ Tertio Probatvr propoſitum per † auctoritatẽ 10
Danielis 9. *c.* ſuper cuius expoſitione latè ſcripſerunt Nicol. de Lyra, & Paul. Burg. tam ſuper Danielem, quàm etiam in ſuis tractatibus. Ideo illorum fundamenta, & rationes referam paucis additis ad maiorem dilucidationem huius propoſiti articuli. Et primò ſciendum eſt, quod Hierem. 29. c. ſcribit: *Cùm cœperint impleri in Babylone 70. anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum iſtum.* vnde Daniel motus ex conſideratione prophetiæ Hieremiæ orabat pro conſolatione populi Iſraël, & liberatione eius de captiuitate Babylonica, vt dicitur *Dan.* 9. Dominus qui plus dat quàm ab eo petatur ex abundanti, non ſolùm ſibi hoc futurum reuelauit, ſcilicet liberationem à captiuitate Babylonica, ſed etiam liberationem faciendam per Chriſtum. Cuius erat figura illa liberatio de captiuitate Babylonica, & ſic Dominus reuelauit Danieli plenũ intellectum prophetiæ Hieremiæ, quia in illis 70. annis, in fine quorũ liberatio captiuitatis Babylonicæ facta eſt, figuratus fuit numerus ſeptuagenarius hebdomadarum. In cuius fine erat facienda liberatio perfecta per Chriſti paſſionem. Dicitur ergo *Dan.* 9. Cum orationibus, precibus, & ieiunijs, ſacco, & cinere Daniel oraret Deum tempore Babylonicæ captiuitatis; peccataq; propria, & populi confiteretur, Angelus Gabriel ei apparuit tempore ſacrificij veſpertini dicens inter alia verba: Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, & conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur ſanctus
ſanctorum. ¶ Ad † intelligentiam tamen huius prophetiæ duo 11
ſunt videnda. Primum eſt, qualiter accipiatur hebdomada: Secundum quantum continent 70. hebdomadæ. Circa primum dicendum eſt, quòd in ſacra ſcriptura accipitur hebdomada dupliciter. Vno modo pro tempore ſeptem dierum, & hoc modo communiter accipitur. Nam hoc modo loquitur ſcriptura de hebdomada *Leuit.* 23. vbi dicitur quòd ſeptem hebdomadæ accipiendæ ſunt à feſto Paſchæ, quæ faciunt 49. dies, & quinquageſima die celebrandum eſt feſtum Pentecoſtes. ¶ Alio modo accipitur hebdomada pro tempore ſeptem annorum, & hoc modo loquitur ſcriptura *Leuit.* 25. vbi dicitur: Numerabis ſeptem hebdomadas annorum quæ faciunt 49. annos. Et quinquageſimus annus ſequens dicitur Iubilæus, quæ apud Iudæos dicitur annus remiſſionis. Et alio modo non accipitur hebdomada in ſacra ſcriptura. ¶ Vnde hæ hebdomadæ de quibus in hac prophetia, non poſſunt intelligi de hebdomadis dierum, quia ſic tota prophetia Danielis fuiſſet adimpleta infra annum, & dimidium. Sequitur ergo quòd hæ hebdomadæ debent accipi per locum à diuiſione pro hebdomadæ annorum, & in hoc omnes Catholici, & Hebræi conueniunt.

¶ Sed

¶ Sed dubium eſt, verùm iſti anni intelligantur lunares, vel ſolares, qui diſtinguuntur ad inuicem, quia omnis lunaris eſt breuior anno ſolari vndecim diebus. Dicunt igitur Beda & Africanus, & expoſitores Catholici communiter ipſos ſequentes, quòd iſtæ 70. hebdomadæ ſunt annorum lunarium. Mouentur autem ad hoc dicendum, quòd Iudæi ſic computant annos à lunationibus, *vt ſuprà dixi*. Item per hoc quod in litera iſtæ hebdomadæ dicuntur abbreuiatæ, & ſic videntur intelligi de hebdomadis annorum lunarium, quæ ſunt breuiores quàm hebdomadæ ſolarium. Sicut enim annus ſolaris excedit annum lunarem 11. diebus, ſic hebdomada vna annorum ſolarium excedit hebdomadam annorum lunarium in 77. diebus. ¶ Sed hoc dictum non videtur verum. Primò, quia Iudæi non computant per annos lunares, ſed tantùm ſolares. Aliter ſequeretur quòd Paſcha eorum iam circuiſſet totum annum, ita quòd celebratum fuiſſet in quolibet tempore anni, quia tenentur facere Paſcha de mandato legis decimaquarta Lunæ primi menſis: ſi igitur computaretur per annos lunares, ſequeretur quòd reuoluto anno Paſcha eorum celebraretur vndecim dies ante ſolennitatem Paſchalem præcedentis anni, & per conſequens de aliis ſolennitatibus Paſchalibus: ex quo patet, quòd infra ſatis breue tempus celebraretur in omnibus temporibus anni, quod manifeſtè patet falſum ex vſu eorum. ¶ Et ideo dicendum eſt, quòd licet Iudæi incipiant annum à prima Luna propinquiori æquinoctio vernali, *vt ſuprà dixi*. Tamen per emboliſmos fit æquatio temporis apud eos, quia tertius annus apud eos habet tredecim Lunationes. Item quod dicitur, quòd hebdomadæ dicuntur abbreuiatæ, non valet, quia in Hebraico dicitur præciſè, vt dicunt Doctores, & ſonat, ac ſi diceretur quod illud tempus eſt determinatum à Deo. Ita quòd illa abbreuiatio non ſonat hic diminutionem, ſed magis determinationem temporis, & præfinitionem. Item expoſitores Hebræorum, vt dicit Lyra ſuper dictam auctoritatem, nunquam fecerunt mentionem de annis lunaribus, ſed tantùm de ſolaribus. Ex quo patet, quòd hic accipiendi ſunt anni ſolares, aliter non haberemus argumentum contra Iudæos, cùm nullus eorum modo prædicto accipiat. ¶ Item in toto veteri teſtamento fit computatio per annos ſolares, & omnes ſic computant, ſicut manifeſtè patet in Geneſi, & in aliis libris. Ex quo patet quod dictum Africani, & aliorum ſequentium ſupponit falſum: ſic igitur patet, quòd hebdomadæ annorum ſolarium capiuntur in dicta prophetia, non autem lunarium. ¶ Annus autem ſolaris continet 365. dies & ſex horas, ſed annus lunaris minor eſt vndecim diebus, vt ſæpè dictum eſt. Viſo igitur qualiter accipiatur hebdomada in dicta auctoritate, & quantum temporis contineant ſeptuaginta hebdomadæ. Nunc verò dicendum eſt, à quo anno incipiat computatio iſtarum hebdomadarum, de quibus in dicta prophetia habetur. Aliqui Iudæi dicunt, quod incepit ab vndecimo anno regis Sedechiæ, quando deſtructum eſt primum templum per Nabuchodonoſor, & dicit eas completas in deſtructione ſecundi templi per Titum, & Veſpaſianum. ¶ Alij dicunt, quod incepit à primo anno Darij regis Medi, quia illo tempore dixit iſta Angelus Danieli. ¶ Alij dicunt, quod incepit à reditu captiuitatis Zorobabel duce anno ſecundo Cyri regis Perſarum. ¶ Alij dicunt, quod incepit à ſecundo anno regni Artaxerxis, quando miſſus eſt Neemias ad reædificandam ciuitatem ſanctam. ¶ Nicolaus de Lyra, ſuper Danielem tenet per plura fundamenta, quòd dicta computatio incepit ab anno quinto Sedechiæ incluſiuè, quia verbum prophetiæ Hieremiæ dictum fuit anno quarto dicti Regis. Et quòd dicta computatio terminata fuit anno paſſionis Chriſti incluſiuè. Et quia latiſſimè hoc ibi deducit non refero, & plura etiam addit Paulus Burgenſis *in additione tertia*. ¶ Hoc tamen nobis hic ſufficiat, quod ſecundùm omnes has computationes clarè patet, quod tempus aduentus Chriſti eſt præteritum. Quod etiam patet, quia Angelus determinatè aſſignauit ſeptuaginta hebdomadas, computatis ſeptem annis pro qualibet hebdomada, id eſt 490. annos vſque quo impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum, id eſt Chriſtus. Et ſic non remanet Iudæis excuſatio ex diuerſitate computationum, cùm tempus ſeptuaginta hebdomadarum qualitercunque computetur per duo millia annorum tranſierit in præteritum, & amplius. Sola igitur obſtinatio malitioſa tenet eos in perfida expectatione Meſſiæ, vt latè tradit Paulus Burgenſis in ſcrutinio *diſtinctione tertia, capite 2.*

¶ QVARTO PROBATVR, quòd † tempus aduentus Meſſiæ ſit præteritum, per id quod Daniel. 2. ſcribitur, quòd 12
Nabuchodonoſor vidit ſtatuam magnam. Huius autem ſtatuæ caput ex auro puriſſimo & optimo fuit, pectus autem & brachia ex argento, venter & pedes eius & fœmora ex ære, tibiæ autem ex ferro. Sequitur: Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Per hanc autem ſtatuam deſignantur quatuor regna magna ſibi in orbe ſuccedentia, ſecundùm quod Daniel diuinitus inſpiratus ibidem expoſuit. Primum eſt regnum Chaldæorum, quod ſignificatur per caput aureum, vt ibidem dicitur; ſecundum regnum Perſarum, quod ſignificatur per argentum, quod ſubiecit regnum Chaldæorum: tertium eſt regnum Græcorum, ſeu Alexandri, quod per æs ſignificatur, quod ſubiecit ſibi regnum Perſarum: quartum eſt regnum Romanorum, quod per ferrum deſignatur, quod ſubiecit ſibi regnum Græcorum, & alia regna mundi, ſicut ferrum domat omnia alia metalla, & ſic ſub virga ferrea omnia regna ditioni ſuæ ſubiugauit: & illud regnum fuit in ſuis pedibus admixtum teſtæ, quod eſt quia fecit ſocietatem ſiue ligam cum Iudæis, qui erant tunc gens debilis & fragilis vt teſta facilis, vt habetur 1. *Machab.* 15. ¶ Per lapidem autem abſciſſum de monte ſine manibus deſignatur Chriſtus Ieſus ſiue regnum eius, cui ſubiiciendum erat Romanorum Imperium, qui natus eſt de virgine ſine humano opere, ſed virtute Spiritus ſancti, prout latè per Lyram ſuper Danielem in prædicta expoſitione, & in ea conueniunt tam Catholici, quàm Hebræi. ¶ Et ſuppoſito quod ille cui erat ſubiiciendum regnum Romanorum erat ipſe Chriſtus, dico hoc impletum eſſe tempore Conſtantini Imperatoris & Syluestri Papæ: quo tempore Romanum Imperium per fidem veram ſubiectũ eſt Ieſu filio Virginis Mariæ, patet ergo quod ipſe fuit verus Chriſtus, & Meſſias.

¶ Sed contra prædicta arguunt aliqui perfidi Iudæi dicentes Meſſiam adhuc non veniſſe, dicunt enim tunc ipſum venturum, quando quartum regnum erit contritum, ſcilicet regnum Romanorum cum eis adhærentibus, quæ ſignificantur per pedes fictiles, pedes autem fictiles eſt regnum Mahometi. Nam aut eſt dicendum, quòd Daniel fuit diminutus in ſua Prophetia, quia non fecit mentionem de regno Mahometi, quod non eſt dicendum. Aut quòd regnum Mahometi eſt conterendum, & comminuendum per lapidem abſciſſum, qui eſt Meſſias. Accedit, quia regnum Mahometi fuit & eſt ita magnum & amplum ſicut regnum Darij, aut Alexandri, quia dato quòd illi fuerint appellati mon……æ, tamen non omnia mundi regna occupauerunt, quia nec etiam Romani peruenerunt ad Indos. Vnde dicebantur monarchæ, non quia eorum tempore omnia penitùs occupaſſent, ſed quia nemo eorum tempore tot regna ſicut ipſi occupabat, ergo Daniel debuit facere mentionem de regno Mahometi, & ſi non fecit mentionem expreſsè, ſaltem fecit dum mentionem facit de pedibus fictilibus, per quos dicunt intelligi regnum Mahometi, quod cùm contritum adhuc non ſit, ſequitur quòd Meſſias nondum venit, & venturus eſt regno Mahometi diſtracto, ſecundùm eos. ¶ Ad quod dicendum eſt, ad conuincendum eorum perfidam malitiam. Vident enim ipſi clariſſimè, quod poſt quartum regnum à Nabuchodonoſor incontinenti debebat eſſe regnum Meſſiæ æternum, quod eſt lapidis abſciſſi ſine manibus, ideo vt fugiant, & negent ipſum Meſſiam veniſſe, fingunt regnum Mahometi eſſe iunctum cum regno Romanorum, quod euidenter falſum eſt & inſulſum. Nam ſi dicunt regnum Romanorum extare, falſum eſt, vt euidenter patet. Si verò dicunt nos Chriſtianos eſſe regnum Romanorum, & eſſe iunctos cum regno Mahometorum, hoc etiam falſiſſimum eſt, quæ enim conuentio Chriſti cum Belial? cùm ſimus omnes diſſimiles religione, vita & moribus, immò ipſi inimici noſtri ſunt, & crucis in qua pependit Chriſtus Saluator noſter. Dicant quis nos coniunxit, & confœderauit illos nobiſcum, vt dicamur nos ferrum, & illi teſta, ſeu pedes fictiles cum ferro adunati? Patet ergo, quòd poſt regnum Romanorum venit regnum lapidis abſciſſi, & poſt longum tempus venit regnum Mahometi, & ſic patet poſt illa quatuor regna à Daniele præuiſa veniſſe Chriſtum Ieſum, qui eſt lapis abſciſſus de monte ſine manibus, qui eſt factus mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. Nam prædicantibus Apoſtolis, & diſcipulis illius: *In omnem terram* exiuit fides Catholica, *atteſtãte Pſalmiſta:* In omnem terram exiuit ſo-

nit ſonus eorum,&in fines orbis terræ verba eorum. ¶ Nec Da-
niel Propheta debuit facere mentionem de regno Mahometi-
co,tanquam de quinto regno, quia Mahometicus erat ventu-
rus poſt Chriſtum, & non antè. Et ideo non erat intentio eius
hoc prophetizare, quia intentio ſola erat prænunciare aduen-
tum Meſſię,qui erat futurus poſt dicta quatuor regna,de his er-
go quatuor erat dicturus non autem de quinto,de quo Ioannes
prophetauit in Apocalypſi *cap.* 13. vocans eum beſtiam, quæ ſe
ſimilem faciebat agno.quomodo ergo poteſt dici regnum Ma-
hometi eſſe iunctum cum regno Romanorum, cùm Mahome-
tus venerit poſt Chriſtum, lapſis ſexcentis annis, & ſic patet,
quòd Daniel non fuit diminutus in ſua prophetia, licèt non fe-
cerit mentionem de regno Mahometico, ex quibus patet ne-
ceſſariò concluſum, tempus aduentus Meſſiæ præteritum eſſe,
& quòd inanis eſt expectatio Iudæorum. ¶ Veniendo ad ſolu-
tionem eorum,quæ Iudæi prętendunt in contrarium,& quoad
primum dicendum eſt, quod dies nouiſſimi dicuntur, ſcilicet
dies Meſſiæ in ſacra ſcriptura, quanquam ſecundùm Doctores
Hebræorum debeant ad minus durare per duo millia annorũ,
& non ſolùm dies Meſſiæ dicuntur nouiſſimi, ſed etiam aliqua
tempora aduentum Chriſti præcedentia,vt patet *Geneſ.* 49. vbi
Patriarcha Iacob dixit filiis ſuis:Congregamini,vt annunciem,
quæ ventura ſunt nouiſſimis diebus, & ibidem non ſolùm de-
nunciat de aduentu Chriſti, ſed etiam de multis aliis, quæ im-
pleta ſunt tempore regum Iſraël, & Iudicum, vt patet literam
intuenti, & ideo non valet prædictum argumentum. ¶ Ad ſe-
cundum dicendum, quòd eleuatio montis Sion non intelligi-
tur ſecundùm localem eleuationem, vt intelligunt Iudæi, ſed
ſecundùm nobilitatẽ & ſignorum magnitudinem. ſecundùm
etiam quod dicit Rabbi Salom, magnus doctor apud eos, hoc
eſt dictum quòd tanta ſigna & maiora deberent fieri in aduentu
Chriſti in monte Sion,quàm in prędictis alijs montibus,& hoc
patet impletum per Ieſum Nazarenum,qui illuminauit cæcum
natum,& ſanauit languidum in probatica piſcina, & multa alia
miracula fecit ibi: ibidem etiam Spiritum ſanctum Apoſtolis
dedit,quod fuit maximum miraculum,quia idiotæ homines &
ſimplices habuerunt notitiam perfectam ſcripturarum, & lo-
quebantur idiomata linguarum.¶ Si autem diceretur quòd hęc
ſolutio ſumitur ex Euangelio, & ideo quod non ſit efficax con-
tra eos,nec valeat, quia ad probandum aliquid Iudæis oportet
vti ſcripturis apud eos authenticis in reſpondendo eorum di-
ctis,dicit Lyra,quòd hoc non oportet ſemper. ¶ Item nõ ſolùm
Euangeliſtæ ſcribunt Chriſtum feciſſe miracula vera, ſed etiam
Doctores Hebræorum, nam dicit Ioſephus, qui apud Iudæos
eſt authenticus *in lib.* 18. *Antiquitatum*, deſcribens tempora Ti-
berij Cæſaris, ſub quo paſſus eſt Ieſus, fuit iiſdem temporibus
Ieſus ſapiens vir, (ſi tamen eum virum nominare fas eſt) erat e-
nim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominum,
qui libenter audiunt ea, quæ vera ſunt, & multos quidem Iu-
dæorum,& multos ex Gentibus ſibi adiunxit,Chriſtus hic erat,
hunc accuſatione primorum noſtræ gentis virorum, cùm Pila-
tus in cruce agendum decreuiſſet non deſeruerunt hi, qui ab
initio dilexerant eum, apparuit enim illis tertium viuus, ſecun-
dùm quod diuinitùs inſpirati Prophetæ, vel hæc vel alia de eo
innumerabilia miracula futura eſſe prædixerant. propter quod
prædicta ſolutio habet efficaciam ex eorum libris.¶ Ad tertium
eſt dicendum, quòd ibi eſt diſtributio pro generibus ſingulo-
rum, & non pro ſingulis generum, ſicut dicitur quòd in arca
Noe fuit omne animal, quia de ſingulis ſpeciebus animalium
fuerunt ibi aliqua indiuidua.Similiter de omnibus gentibus, a-
liqui crediderunt in Chriſtum,vt patet per diffuſionem fidei in
toto orbe. ¶ Aliter poteſt dici,quòd omnis ſacra ſcriptura poni-
tur pro multis aliquando,& frequenter, ſicut habetur 2. *Regum*
17. Dixit Abſolon,& oẽs viri Iſrael,melius eſt cõſilium: certum
eſt enim quòd ibi non erãt omnes filij Iſrael pręſentes, ſed mul-
ti, & ſic eſt in propoſito, quia multi conuerſi ſunt de gentibus
ad fidem Catholicam, etiam tempore Apoſtolorum, quia in
omnem terram exiuit ſonus eorum,ſcilicet prędicationis & an-
nunciationis fidei Chriſtianæ. ¶ Ad quartum eſt dicendum,
quòd circa tempora Chriſti fuit pax diuturna in toto orbe, &
maximè in Iudæa,quod patet ex hoc, qui imminente natiuita-
te Chriſti,pacificatis omnibus regni, & ſub Imperio Romano
redactis,præceptum fuit à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur v-
niuerſus orbis,& ab illo tempore vſque ad quadrageſimum an-
num poſt paſſionẽ Chriſti, quãdo Iudæi incœperunt rebellare Ro-
manis, non leguntur aliqua bella notabilia fuiſſe in Iudæa, nec
Iudæos vſos fuiſſe armis, quia terra illa cuſtodiebatur à militi-
bus Romanis, & ideo probabile eſt, quòd tunc propter diutur-
nitatem temporis pacis,Iudæi inſtrumenta quibus prius vtebã-
tur in bellis mutauerunt in inſtrumenta agriculturæ apta, ſicut
ſenſibiliter videmus fieri in terris vbi eſt pax diuturna, & ideo
dicitur in auctoritate prædicta, Conflabunt gladios,&c. Quod
autem † ſubditur, Non leuabit gens contra gentem, &c. non 12
importat pacis æternitatem, ſed diuturnitatem. vbi autem ha-
bemus,vltra,in Hebræo habetur, Aad, quæ dictio non ſignifi-
cat æternitatem, vt patet 4. *Regum* 6. vbi nos habemus,& vltra
venerunt latrones Syriæ in terram Iſraël, in Hebræo habetur,
aad, vel aac. Et tamen certum eſt, quòd ibi non importat æter-
nitatem, quia frequenter poſtea Syri inuaſerunt, & deprædati
ſunt terram Iſrael. Sed importat diuturnitatem temporis ad
longum tempus, hoc eſt ne illis accidat ſicut illis accidit, quos
in Samariam deduxit Heliſæus, de quibus eſt ibi ſermo. ¶ Ad
quintum dicendum,† quòd ibi eſt locutio metaphorica, quia 13
ibi nominantur homines nominibus animalium, ſimile habe-
tur *Gen.* 49. vbi dicitur: Beniamin lupus rapax. *Et idem*: Nepta-
lim ſeruus emiſſarius. *& ibidem*: Dan coluber in via. Eſt igitur di-
cendum in propoſito,quòd Iudæi & gentiles,qui prius erãt ad-
inuicem nociui, & odioſi, pacificè ſimul habitabunt cõuerſi ad
fidem Chriſti,vt dicitur *Actuum* 4. Multitudinis autem credẽ-
tium erat cor vnum & anima vna,& tamẽ illo tempore fuerunt
ad fidem Chriſti conuerſi aliqui gentiles, vt patet eodem libro.
Et eodem modo exponendum eſt de pueris, quod ſequitur. Et
de animalibus venenoſis,quia ſimplices,& pueri non læduntur
ab eis, qui ante conuerſionem Chriſti erant veneno infidelita-
tis & perfidiæ repleti. Quod autem talis modus ſit loquendi in
prædicto capitulo Iſaiæ, patet per id quod præmittitur ibi, quia ſtir-
pem Ieſſe vocat virgam,ſimiliter ipſum Ieſum vocat florẽ, cùm
dicit: Et flos de radice eius aſcendit. Et ſimiliter cùm ſubiungit:
Erit iuſtitia cingulum lumborũ eius,& fides cinctorium renum
eius. manifeſtè habetur quòd ibi cingulũ & cinctorium meta-
phoricè accipiuntur.Et hęc omnia patent per tranſlationẽ Cal-
daicam,quæ ſic habet:Exibit Rex de filiis Iſa. & Meſſias de filiis
filiorum eius. Sequitur: Et erunt iuſti circum circa ei, & fideles
adhęrẽtes ei. Et erit iuſtitia cingulum lumborũ eius,& fides cin-
ctorium renum eius.vbi nos habemus, Et habitabit lupus cũ a-
gno,ibi ſequitur: Et pax in diebus eius multiplicabitur. ex quo
patet quod eſt locutio metaphorica. ¶ Poteſt etiã dici, ꝙ imple-
tum eſt ad literam in fidelibus Chriſti,quia feræ manſuetæ factæ
ſunt corã fidelibus, eorũ deuotationi expoſitæ. Similiter beſtiæ
venenoſæ nõ poterant eis nocere, vt eis Saluator promiſerat in
Euangelio: Dedi vobis virtutẽ calcandi ſuper ſerpentes,& ſcor-
piones. *Actuũ* 28. dicitur,quòd Paulus percuſſus à vipera in nullo
læſus eſt. Propter ꝙ barbari videntes, & admirantes dicebant i-
pſum eſſe Deũ, vt patet ibidẽ. ¶ Ad ſextum dicendum eſt, ꝙ hoc
fuit impletum in reditu eorum de captiuitate Babylonica. Sed
contra hoc arguunt per id ꝙ habetur *Ezech.* 39. Scient quòd ego
Dñs eorum, eo quod tranſtulerim eos in nationes, & cõgrega-
uerim eos ſuper terrã ſuam, & nõ dereliquerim quenquã ex his
ibi. Multi enim derelicti ſunt de captiuitate Babylonica,& Aſſy-
riorũ,quia non cẽs reuerſi ſunt, igitur non fuit impletum tẽpus
Chriſti. ¶ Ad hoc dicendum eſt, ꝙ nulli fuerunt ibi derelicti,qui
voluiſſent reuerti,quia Cyrus qui erat monarcha in omnib. illis
regnis, dedit licentiã generalem omnibus reuertendi. Imò etiã
munera dedit reuertẽtibus, *vt patet Eſdræ* 1. Et ideo in hoc imple-
tũ eſt verbum Ezechielis,& ipſius Moyſi,quia nullus derelictus
eſt ibi,qui voluerit reuerti. Illi aũt qui noluerunt facti ſunt indi-
gni diuino beneficio. Aliter dici poteſt ſic, ꝙ prædicta cõgrega-
tio poteſt intelligi per fidẽ, & charitatem. Quæ congregatio eſt
per Chriſtũ Ieſum,ſecundùm quod exponit *Ioan.* 11. vbi dicit, ꝙ
Caiphas prophetauit, quòd Ieſus erat moriturus pro gente. Et
non tm̃ pro gente,ſed vt filios Dei,qui erant diſperſi congrega-
ret in vnum. Nullus aũt extra hanc congregationẽ derelinqui-
tur qui velit intrare,quia nulli clauditur gremium eccleſię. ¶ Ad
ſeptimum dicendum eſt, quòd illa auctoritas intelligitur de ſe-
cundo tẽplo ædificato per Zorobabel, vt dicit Rab. Sal. doctor
eorum,& ideo ex hoc contra nos non habet argumentum. Sed
dato ꝙ intelligatur de Chriſto ad literam, eſt dicendum, quod
ipſe ædificauit templum de lapidibus viuis, & ſpiritualibus, vi-
delicet de ipſis fidelibus. Et talis ædificatio debebatur ipſi
Chriſto,quæ eſt perfectiſſima, *vnde Geneſ.* 28. *Non eſt hic aliud niſi*

domus

domus Dei & porta cœli, id eſt, domus quæ ædificata eſt in terris, nihil eſt reſpectu domus cœleſtis: illa propriè ædificatur ex lapidibus viuis, videlicet ex fidelibus in præſenti compaginatis adinuicem & conglutinatis per gratiã, & in futuro per gloriam, vt habetur gloſ. hæbraica, quod Patriarcha Iacob vidit Dei domum ædificatam in terris, & domum Dei in cęlis, ideo dicit *non eſt hic aliud. &c.* ¶ Ad octauum dicendum eſt, quod iã non erant filij Iſrael, & Iuda propriè loquendo, quia erant auerſi à Deo, quia Chriſtum negauerunt & occiderũt, propter quod in illam miſeriam venerunt. Et ideo ex illa miſeria magis concluditur propoſitum, ſicut patet ex prædictis, illi autẽ qui erant verè filij Iſrael, & qui ſcilicet Chriſtum receperant, ſaluati ſunt per ipſum, non ſolum ſpiritualiter quantum ad animas, ſed etiam quantum ad corpus corporaliter, quia ſecũdũ quod dicitur in Eccleſiaſtica hiſtoria, imminente deſtructione ciuitatis Hieruſalem per Titum & Veſpaſianum admoniti ſunt fideles qui erant in Iudæa per Angelum, vt tranſirent in regnum Regis Herodis Agripæ, quia erat confœderatus Romanis, & ſaluati ſunt in bona pace, & ibi habitabant confidenter. Aliter poteſt dici ad authoritatem prædictam Hieremiæ, quia illi ſunt perfecti de regno Chriſti, de quo ibi loquitur, qui iam ſunt in gloria cœleſti, & illi habitant omnino confidenter, & ſunt perfectè ſaluati. ¶ † Ad nonum dicẽdum eſt quod ſcriptura loquitur de duplici aduentu Chriſti, 14 ſcilicet in mundum & in iudicium. Primus aduentus deſcribitur cum humilitate. Secundus cum poteſtate. Daniel autẽ loquitur de ſecundo aduentu. Vnde *ibidem* ſequitur, *Donec throni poſiti ſunt.* Et *ibidem* dicitur *iudicium ſedebit, & libri aperti ſunt.* Iudæi autem excæcati neſciunt aduentum duplicem diſtinguere. Et ideo errant multipliciter, quia aliqui exſpectant Chriſtum in ſecundo aduentu apparere in tãta virtute, quod poſſit omnia terrena ſibi ſubijcere, & eos liberare, & regnum eorum reſtituere. Propter quod etiam Chriſti diſcipuli poſt eius reſurrectionem quærebant *Actuum primo, Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael.* Alij autem propter ſcripturas, quæ manifeſtè loquuntur de Chriſto, & de humanitate, & de paſſione eius, & propter illas, quæ loquuntur de eius eminentia, & poteſtate exſpectant duos Meſſias. Vnum qui dicitur filius Ioſeph, & iſte eſt paſſurus, & occidendus. Alium qui dicitur filius Dauid, qui ſuſcitauit filium Ioſeph Meſſiam, & reſtituet regnum Iſrael. Et ad hoc colorandum exponunt diuerſas ſcripturas, vt refert Nico. de Lyra. ¶ Sed hoc dictum non habet authoritatem in ſcripturis. Licet enim dicti ſint Meſſiæ ſiue vncti quod idem eſt participatione, vt Dauid, Saul, & quidam alij. Nullus tamen tamen in ſcriptura ad ſalutem populi dicitur venturus niſi vnus. Item iſtud dictum pro tanto habet aliquam apparentiam, pro quanto impletum eſt de Chriſto, qui fuit filius Ioſeph putatiuus, & ſic vocatus, vt patet in Euãgelio. Et etiam filius Dauid ſecundum carnem, vt patet ex prædictis. ¶ Ad decimum dicendum eſt ſicut dictum eſt ad præcedens argumentum, quod loquitur de aduentu Chriſti ad iudicium. Tunc enim innouabuntur, & mutabuntur quodammodo corpora cæleſtia, & tunc ſanabitur vulnus populi, & percuſſura plage eius, quia tunc deſtruetur mortalitas per peccatum primorum parẽtum inducta, quia omnes homines reſurgent ad vitam immortalem. ¶ Ad vndecimum dicendũ eſt, quod Chriſtus habet, & habuit filios ſpirituales, & talis filiatio ſibi debebatur per fidem, & ſacramentum, non autẽ per carnalem propagationem, quæ ſemper habet fœditatem coniunctam. Vnde ſuper illud *Geneſ. 21. in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* gloſſ. Hebræorum. *Omnis qui confeſſus fuerit duo ſecula, vocabitur tibi ſemen.* Vocantur hic duo ſecula, tempus legis, & tempus Chriſti. Illi ergo etiam qui per fidem confitentur Chriſtũ ſunt ſemen, & filij Chriſti, & *Ioan. 1. dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, &c.* ¶ Ad duodecimum dicendum eſt, quod illa authoritas Ezechielis non intelligitur de templo materiali, quia loquitur metaphoricè. Sed de domo cœleſti, vt dictum eſt, & patet per id quod in fin. Ezechielis concluditur, & nomen ciuitatis ex illo die Dominus, ibidem. Hoc etiam patet per multa alia quæ ponuntur in litera, quia ibi deſcribitur fluuius habens ligna pomifera ex vtraque parte facientia fructus quolibet menſe, & habentia folia nunquam defluentia, quæ nullo modo videntur verificari ad literam. vt dicunt ibi Lyra & ſcribentes. ¶ Hoc etiam videtur per dictum Rab. Salo. doctoris hebræorum dicentis, quod de Hieruſalem ſuperna locutæ ſunt ſcripturæ in ſine Ezechielis. ¶ Inſuper hoc patet, quia aliud templum non erat ædificandum, niſi illud per Zorobabel inchoatum, quod debebat eſſe vltimũ. *Aggei. 2. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ*, ex quo patet, quod non eſt alia materialiter ædificanda per Meſſiam. Nam iſta de qua loquitur Propheta non eſſet nouiſſima. ¶ Item *Hiere. 3.* dicitur de aduentu Chriſti. Primo aſſumam vos in Syon, in quo prædixit Propheta paucos valde de iudæis reſpectiuè ad fidem Catholicam conuertendos. Et ſubditur *ibidem. In diebus illis ait Dominus, non dicent vltra arca teſtamenti Domini, nec aſcendent ſuper cor, nec recordabuntur illius, nec viſitabit, nec fiet vltra.* Nunc autem ita eſt, quod tabernaculum Domini fuit factum ad reponendum arcam teſtamenti Domini, vt patet *Exod. 25.* Et ſimiliter templum Salomonis ad hoc fuit factum, vt in pluribus locis. 2. & 3. *Regum. & 2. Parali.* & ideo ſi arca vltra non fiet, & per conſequens nec templum quod ſucceſſit in locum tabernaculi, propter quod Iudæi, vt conſequenter dicant ſicut dicunt, quod Meſſias in aduentu ſuo ædificabit eis materiale templum, ſic reſtituet eis arcam teſtamenti, propitiatorium, & cætera pertinentia ad veteris legis cultum. Cum igitur Hieremias Propheta dicat, quod arca materialis teſtamenti non fiet vltra, nec erit in recordatione, vel memoria, ſcilicet ad conſtruendum, per conſequens prædixit templum materiale vlterius non reædificandum. ¶ Item ad hoc poteſt induci quod dicitur *Hierem. 3. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Templum Domini*, templum Domini, templum Domini. eſt In hebræo habetur vt dicit Lyra, *Templum Domini, templum Domini, templum Domini, ter in plurali*, quaſi dicat, mendacium eſt dicere, quod tria templa ſint ſucceſſiuè ædificanda. ¶ Et ideo poſt templum Salomonis quod fuit primum, & templũ per Zorobabel inchoatum & per Romanos deſtructũ, quod fuit ſecundum non reædificabitur iudæis tertium. ¶ Argumẽtum autem de templo à Ieſu ædificando non valet, quia templum per ipſum ædificatum eſt Eccleſia, ſiue congregatio fidelium in fide & charitate formata, quæ eſt ſpirituale templũ, de cuius ædificatione dicitur *Math. 16. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* ¶ Plures autem cauillationes poſuerunt iudæi, per quas nituntur ſcripturas prædictas veteris teſtamẽti peruertere, quas propter prolixitatem omitto remittens me ad ea, quæ dicit Nico. de Ly. *ſuper Ezech.* 48 & per Paulum Burgen. *in prædictis locis.*

¶ Ad vltimum argumentum dicendum eſt quod multi inter eos literati perceperunt, & in tempore Chriſti. ſicut patet de Nathanael, & Nichodemo, Gamaniele, qui fuerũt Doctores & periti in lege. Similiter de Paulo Apoſtolo, Appoll. & multis alijs. vnde *Ioannes* 12. ait: *Et de principibus multi crediderunt in eum.* Sed propter Phariſæos non confitebantur, ne de ſinagoga expellerentur. Dicebantur tunc principes, ſacerdotes, & legis Doctores. Multi etiam poſtea legis periti hoc perceperunt, ſicut dictum de Ioſepho. & idem poſſet dici de multis alijs. ¶ Sed hodie valde dolendum eſt, quod multi auertuntur à fide Chriſti triplici de cauſa. Vna eſt propter timorem penuriæ temporalis, quia ſemper fuerunt cupidi, & in lege eorum ſemper promittitur abundantia bonorum temporalium, ideo ſupra modum abhorrerent contrarium. Alia cauſa eſt, quia à cunabilis in odijs Chriſti nutriuntur, & legi Chriſtianæ, & chriſticolis maledicunt in ſinagogis omni die. Illa autem ad quæ homines ſunt aſſueti à pueritia, ſunt quaſi in naturam conuerſa, & per conſequens auertunt iudicium intellectus à veritate contraria. Tertia cauſa eſt propter difficultatem, & altitudinem eorum, quæ in fide Catholica proponuntur credẽda, ſicut eſt Trinitas perſonarum in diuina natura, de qua ſtatim dicam. Et duæ naturæ in vna perſona Chriſti, & ſacramentum Euchariſtiæ, quæ nullo modo poſſunt capere, nec volunt ſubiugare intellectum propter ſeruitium Dei. Ideo reputant nos tres Deos colere, & credere, & in ipſo ſacramento Euchariſtiæ reputant nos idolatras, ſicut per experientiam cognouerunt illi, qui frequenter de iſtis cum eis contulerunt. Et ideo à fide Catholica pro talibus auertuntur, & plures iam baptizati ad vomitum reuertuntur. Inde dicebat Canon, quod iudæorum perfidia frequenter ad vomitum redit. *cap. iudæi. de conſecra. diſtinct.* 1. Et hæc de ſexto errore, in cuius confutatione ex Lyra plura aſſumpta ſunt, quæ propter eius authoritatem viſa ſunt mihi hic adducenda.

¶ De ſeptimo errore Iudæorum.

SVMMARIVM.

1 *Trinitas perſonarum quid ſit ſecundum Auguſt.*
2 *Iudæi quid credunt nos Chriſtianos ſentire de ſanctiſſima Trinitate.*
3 *Deum vnum eſſe probatur pluribus authoritatibus veteris teſtamenti.*
4 *Trinitas perſonarum in diuinis probatur lege naturæ.*
5 *Imago Dei conſiſtit in anima.*
6 *Trinitas perſonarum probatur authoritate Iſaiæ.*
7 *Argumentum concludens contra Iudæos de aduentu Meſsiæ cui non poſſunt ipſi aliquatenus reſpondere.*
8 *Gentes Chriſtianorum diuiduntur in decem nationes.*
9 *Latini & eorum Principes, & Reges qui ſunt.*
10 *Græci qui ſunt & eorum Princeps & errores.*
11 *Indij qui ſunt & eorum principes & errores.*
12 *Iacobitarum principes & errores.*
13 *Neſtorinorum principes & errores.*
14 *Morouitarum author & errores.*
15 *Armeniorum author & errores.*
16 *Georginanorum author & errores.*
17 *Surianorum author & errores.*
18 *Surianorum princeps & errores.*
19 *Nazaræorum principes & errores.*

1 ¶ SEPTIMVS ERROR IVDÆORVM eſt, † & vltimus ſecundum noſtrum ordinem inceptum, quia negant Trinitatem perſonarum in diuinis. Et in primis dicendum eſt cum Auguſt. *in 1. lib. de Trinit.* c. 2. quod Trinitas ſit vnus Deus, & ſolus, & verus, & quam recte Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, vnius eiuſque ſubſtantiæ vel eſſentiæ dicitur, creditur, & intelligitur, & eſſe ſummum bonum, quod purgatiſſimis mentibus cernitur: humanæ enim mentis acies inualida in tam excellenti luce non figitur, niſi per iuſtitiam fidei nutrita vegetetur. Et ſic humane fidei credendum, tenendum, & inueſtigandum eſt hoc ſacramentum Trinitatis myſterium, in quo nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur, vt dicit Auguſt. *in d. lib. cap.* 3. ¶ Et ideo quia ad confutandum iam errorem Iudæorum negantium Trinitatem cum eis verba facturi ſumus, non ſolum authoritates veteris teſtamenti adducemus, quibus præfiguratum fuit, & demonſtratum hoc ſacramentum tantummodo, ſed etiam noui teſtamenti, quod etiamque hoc dicere conformiter comprobatur. ¶ † Et in primis Iudæi ſentientes nos ponere,
2 & credere Trinitatem perſonarum in diuinis, arguunt, quod nos loquamur contra ſacras ſcripturas. Conſtat enim inquiunt, verbum Deum, qui cœlum, & terram creauit, & populum ſuum
3 de Aegypto eduxit, † & legem in monte Synai dedit, quem omnes ſancti Prophetæ & Patriarchæ coluerunt, vnum eſſe non multos, ſed plures. Vnde Moyſes hanc fidem volens populo Iſraelitico firmiter intimare, & illum docere, cum eſſet in vltima ætate vitæ ſuæ *Deuter. 6.* ait. *Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt.* hanc etiam vnitatem teſtantur omnia ſacra eloquia, in quibus omnia diuina nomina, tam ſubſtantiua, quam adiectiua, ſeu appellatiua ſemper ſunt ſingularis numeri, vt cum dicitur Dominus Deus, omnipotens, & huiuſmodi: proprium autem nomen Dei, ſcilicet Tetragrammaton, de quo *Exod. 3. Hoc eſt nomen meum in æternum*, non ſolum eſt ſingularis numeri, ſed in tali forma poſitum eſt in hebræo, quod nō poſſit multiplicari, nec pluraliſicari, vt patet cuicunque in illa lingua perito. Hoc etiam patet de verbis quibus ſacra ſcriptura vtitur in diuinis, vt cum Deus loquitur tanquam in prima perſona, vel cum Deo aliquis loquitur tanquam ſecundæ perſonæ, vel cum de Deo quis loquitur tanquam de tertia perſona. In ſingulis prædictis ſemper tales locutiones ſunt per verba ſingularis numeri. Exemplum primi, vt cum dicitur *Exodi. 20. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: & Deut. pen. c. Videte quod ego ſum Dominus, & nullus alius præter me.* Exemplum ſecundi, vt cum Adam alloquens Deum *Gene. 3.* dicebat, *Vocem tuam Domine audiui in Paradiſo.* Exemplum 3. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* In quibus locutionibus dicūt ipſi Iudæi & in cæteris omnibus, nunquam in ſcriptura ſacra Deus inuenitur loquens, vel ipſi Deo loquens aliquis, vel de eo loquitur nullus, niſi per verba ſingularis numeri. Hanc etiam vnitatem non ſolum ex ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, ſed ex ratione naturali Philoſophi cognouerunt cum ſolo dictamine naturalis rationis primam cauſam, quæ non niſi Deus eſt, vnum eſſe aſſerunt, & ſimpliciſſimam. Ille ergo qui Deum, ſeu primam cauſam totius entis Trinum eſſe fatetur, ſiue trinam, contra ſacras ſcripturas loquitur. Item quia Philoſophi dicunt, Entia nolunt male diſponi, mala pluralitas principatuum, vnus ergo princeps; Ariſtoteles 12. *Metaph. in vltimis verbis*, Saraceni etiā deteſtantes pluralitatē in Deo, maledicunt omnib. Deo attribuentibus ſocium, & admirantur Iudæi dicentes. Vnde Chriſtianis hæc Trinitas Patris, Filij, & Spiritus ſācti. Inquiunt etiam quæ neceſſitas ipſos coegit pluraliſicare in Deo perſonas, & quod eſt dicere tres perſonas, & non tres Deos. Præſertim, quia Chriſtus Meſſias Chriſtianorum illam authoritatem Moyſi dicēs, *Audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt*, firmauit *Marci 12.*

¶ Hæc tamen dicta Iudæorum in nihilo obſiſtunt, quominus probetur in diuinis ſcripturis Trinitas, quæ Deus eſt tam in veteri, quam in nouo teſtamento, & authoritates ab ipſis deſuper allegatæ magis confirmant propoſitum noſtrum quā deſtruant. Nam ipſos non oportet laborare ad probandum vnitatē Dei, prout loquuntur authoritates prædictæ, quia veritas Catholicæ fidei omnes fideles Chriſti obligat ad credēdum vnitatem Dei, primus quidem articulus fidei Chriſtianæ hoc atteſtatur. Dicimus enim, Credo in vnum Deum. vnde quicunque vnitatem Dei negaſſet tanquam hæreticus iudicaretur à conſortio fidelium reijciendus, *vt in cap. firmiter de ſumma Trinitate.* Nam non eſt inconueniens, quod aliquid ſit vnum ſecundum aliquid, vt [illegible] ſecundum eſſentiam, & tamen ſit pluralitas in perſonis. & hoc oportet de Deo confiteri ſecundum teſtimonia ſcripturarum. Si enim diligenter ſacra eloquia perſcrutemur manifeſtē patebit, quod ſicut in Deo vnitas eſt confitendo, ſic etiam attribuenda eſt in diuinis pluralitas perſonarum, quod ſtatim demonſtrabitur. ¶ Scio quidem quod tanta eſt excellentia Trinitatis, quod nullus poteſt illam tractare, ſeu declarare niſi magno timore, & grandi trepidatione, vt dicit Magiſter Senten. *in 1. lib. diſtinct. 2.* & eſt de mente ſancti Auguſtini dicentis de hac re ſumma, & excellētiſſima cum modeſtia, & timore agendum eſt, cum intellectus noſter improportionatus ſit ad illam. Nam intellectus noſter infirmus ſe habet ad manifeſtiſſima naturæ, ſicut oculus noctuæ ad lumen Solis, vt dicit Philoſo. 2 *Metaph.* Notitiam enim perfectam Trinitatis non arbitror poſſe haberi, niſi per [illegible] Trinitatis, & non per rationem naturalem, vt habetur per ſanctum Thom. *in prima parte quæſtione 32. art. primo.*

¶ Et ideo cum ſolita, & repetita proteſtatione dicendum eſt, quod in probatione vnitatis non eſt inſiſtendum, vt dixi. Nam poſt Chriſti aduētum nullus pluralitatem Deorum ponit, nec Iudæus nec Agarenus, quia naturali ratione illud habetur, vt per Philoſ. 8. *Phyſic. & 12. Metaph.* Item Socrates tam firmiter hoc tenuit, quod propter confeſſionem illius mortuus fuit. Et Plato vnum Deum confitetur creatorem omniū naturarum. ¶ † Et primo in lege naturæ probatur Trinitas 4
perſonarum. *Gen. 1. In principio creauit Deus Cælum & terram.* Ibi enim vbi nos habemus Deus, in hebraica habetur heloym, quod ſignificat dij. Et ſub iſto nomine heloym quod eſt plurale huius nominis Heloach, vt dicit Burgen. vel huius nominis el, quod eſt ſingulare, vt dicit Magiſter Sententiarum in primo, nominatur Deus in toto opere ſex dierum, vt in quāplurimis locis ſacræ ſcripturæ, & ſic in omnibus ſubſtantiuis, quæ de Deo dicuntur, ſacra ſcriptura pluralitatem Deo attribuit, vt manifeſte patet de dicto nomine heloym, quod eſt nomen plurale illius nominis heloach, & hoc nomen heloym ſignificat idem, quod dij in noſtra lingua. Idem eſt in nominibus appellatiuis, vt eſt hoc nomen ſanctum, & hoc nomen viuus, & viuens. Quæ quidem nomina de Deo dicuntur in ſcripturis ſacris in plurali numero. Vnde *Ioſu. cap. fin.* loquens Propheta de Deo dixit populo ſic, *nō poteſtis ſeruire Domino, qui heloym ſancti eſt*, non dixit heloym ſanctus eſt, ſed heloym ſancti, quod idem ſonat, ſicut apud nos dij ſancti: item *Hiere. 10.* de Deo dicitur ipſe heloym viui. Et Rex ſempiternus, quod idem eſt, ac ſi dicat dij viui, eo quod heloym, vt dixi ſignificat idem, ſicut dij in lingua noſtra. Et licet in tranſlatione noſtra iſta nomina ponantur in ſingulari, ſcilicet Deus ſanctus, &

Deus

Deus vnus. In hebraica tamen veritate, vt dicit D. Burgen. ponitur in plurali, vt dictum eſt. ¶ Nec obſtat ſi dicatur quod licet dij ſit in numero plurali, tamen coniungitur cum verbo ſingularis numeri, quia dicit creauit, & idem eſt in authoritate ſumpta ex Ioſue. Nam ibi etiam eſt verbum ſingularis numeri, ſcilicet ſanctū eſt. Idemque eſt in illa authoritate Hieremiæ vbi dicitur *ipſi heloym viui eſt*. Non enim dicit ipſi ſunt heloym viui, & ſic quod ibi demonſtretur quod non eſt pluratas, ſed ſola vnitas per verbum ſingulare ſignificata. ¶ Nam ad hoc reſpõdetur, quia hoc contrarium non euacuat, immo potius confirmat & fortificat propoſitum noſtrum. Nam fides noſtra Catholica non ſic confitetur pluralitatem in diuinis, quod vnitatem eſſentialem excludat, ſed cum vnitate in eſſentia pluralitatem in perſonis profitetur, quam vnitatem authoritates ſupra allegare teſtantur, qui in nominibus pluralitatem deſignant, & in Deo vnitatem Et ſic manifeſtè cum veritate fidei noſtræ concordant, & hoc patet in illa authoritate, In principio creauit Deus. In hoc enim quod Deum ſub plurali numero, ſcilicet heloym denominauit, oſtẽditur pluralitas in diuinis. In hoc autem, quod ſingulare appoſuit cũ ſubiunxit, creauit, manifeſtè oſtenditur vnitas eſſentiæ. Præſertim cum hoc verbum creauit, includat verbum eſſentiale, eſt vel fuit creans, & ſic manifeſtè denotatur eſſentialis vnitas in pluralitate, quod omnino conſonat veritati fidei noſtræ. ¶ Et ſi velint Iudæi dicere, quod in heloym eſt plurale loco ſingularis. quod eſt el. Hoc eſt deſtruere omnes regulas grammaticæ hebraicæ, vt dicit Petrus, quia licet reperiatur, quod nomen heloym attribuatur verbo ſingulari, vt puta verbo dicit, aut creauit. Certum tamen eſt, quod li heloym de ſuo proprio ſignificatu eſt dij in plurali. Sic quod operatio in ſingulari attribuitur numero plurali operantium. Et de hoc verbo heloym quod interpretatur dij ponit ſanctus Thomas in prima parte quæſtione 39. articulo tertio. ¶ Accedit ad hoc, quod ſerpens dixit ad Adam *Geneſis tertio. Eritis ſicut Dij.* Pro quo in hebraico habetur heloym, ac ſi diceret eritis ſicut diuinæ perſonæ. Prætetea ſcribitur *Geneſis primo*, quod Deus antequam creauit hominem, dixit, *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Dicunt hebræi, quod eſt verbum Dei ad Angelos. Quod eſt falſum, quia Angeli non cooperantur Deo in creatione animæ, in qua conſiſtit imago ipſius Dei. & ideo dicendum eſt, quod dixit, Faciamus in plurali ad denotandum pluralitatem perſonarum in diuinis. Veruntamen quia iſta pluralitas ſtat cum vnitate ſimplicis eſſentiæ, ideo poſtea ſubditur in ſingulari, Et creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.

5 ¶ Imago autem Dei conſiſtit in anima quantum ad proprietates naturales, ſcilicet memoriam, intelligẽtiam, & voluntatem, ſimilitudo autem in gratuitis. Et ideo ſimilitudo eſt perfectio in gratuitis, quia gratia perficit naturam, prout Nico. de Lyra dicit in dicta authoritate. prætetea ſcribitur *Geneſis 18.* quando Abraam vidit tres, & vnum adorauit, dicens, Domine ſi inueni gratiam. vnus ratione eſſentiæ & tres ratione perſonarum. Quomodo autem hæc authoritas inducatur ad probationem vnitatis Dei, & Trinitatis perſonarum, viſum mihi inſerere verba ſancti Auguſt. *in 2. lib. de Trinitate. capit. 12.* inquit enim: *Venerunt autem duo Angeli in Sodomis veſpere.* Hic autem attentius conſiderandum eſt, quod oſtendere inſtitui, cum tribus certè loquebatur Abraam, & eum dominum ſingulariter appellauit. Fortè inquiet aliquis, vnum ex tribus agnoſcebant dominum, alios autem duos Angelos eius, quid ſibi ergo vult quod conſequenter dicit ſcriptura. Abijt autem dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraam. Et Abraam reuerſus eſt ad locum ſuum, venerunt autem duo Angeli in Sodomis veſpere: Loth autem ſedebat ad portam Sodomorum. Et cum vidiſſet eos Loth, ſurrexit in obuiam illis, & adorauit in faciem ſuper terram & dixit, Ecce domini diuertite in domum pueri veſtri. Hic manifeſtum eſt, & duos Angelos fuiſſe, & in hoſpitium pluraliter inuitatos, & honorificè appellatos dominos, cum fortaſſe homines putarentur. Sed rurſum mouet, quia niſi Angeli Dei cognoſcerentur, non adoraret Loth in faciem ſuper terram. Cum ergo tanquam tali humanitate indigẽtibus, & hoſpitium præbetur & victus. Sed quodlibet hic lateat, illud nunc quod ſuſcepimus exequamur. Duo apparent Angeli ambo dicuntur & pluraliter inuitantur. Tanquam duobus pluraliter loquitur, donec exeatur à Sodomis.

Deinde ſequitur ſcriptura, & dicit, & factum eſt poſtquam eos adduxerunt foras, ſaluans ſalua animam tuam: ne reſpexeris retro: neque ſtes in hac vniuerſa regione. In montem vade, & ibi ſaluaberis, ne fortè compræhẽdaris. Dixit autem Loth ad eos, Rogo domine, quoniam inuenit puer tuus ante te miſericordiam, &c. Quid eſt hoc quod dixit ad eos? Rogo Domine, Si iam ille diſceſſerat, qui Dominus erat, & Angelos miſerat: cur dicitur, Rogo Domine, & non rogo Domini. Aut ſi vnum ex eis voluit appellare, cur ait ſcriptura, Dixit autem Loth ad eos, Rogo Domine, quoniam inuenit puer tuus ante te miſericordiam: an & hic intelligimus in plurali numero duas perſonas? cum autem ijdem duo tanquam vnus appellantur vnius ſubſtantiæ vnum Deum. Sed quas duas perſonas hic intelligimus, an patris & filij, an patris & Spiritusſancti, an filij & Spiritusſancti? Hoc fortè congruentius, quod vltimum dixit, miſſos enim ſe dixerunt, quod de filio & Spiritusſancto dicimus. Nam patrem miſſum nuſquam ſcripturarum nobis notitia occurrit, hæc ille. ¶ Inſuper clarè probatur Trinitas perſonarum *Iſaiæ 48.* vbi dicitur. *Non à principio in abſcondito locutus ſum ex tempore antequam fierent ibi eram. Et nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius.* Hæc ſunt verba Dei loquentis, vt patet ex *textu* immediatè præcedenti ſimpliciter ex hoc, quod immediatè ſubditur. *Hoc dicit Dominus Deus redemptor tuus ſanctus Iſrael.* In hac autem authoritate expreſsè loquitur Deus de datione legis, quia fuit data in manifeſto, quia de die, & audiente toto populo vocem Dei loquentis, vt patet *Exodi 19. & 20.* Et hoc eſt quod dicit, non à principio in abſcondito locutus ſum, id eſt, quando lex primo fuit data, & immediatè ſubditur, Et nunc dominus Deus miſit me, & Spiritus eius. Nunc autem eſt ita, quod inter mittentem, & miſſum ſemper eſt diſtinctio perſonalis. Igitur eſt diſtinctio perſonalis in diuinis, ſcilicet, Trinitas, ſcilicet Dei miſſi, & Dei mittentis, & Spiritus eius. Deum autem miſſum dicimus Deum incarnatum, ſcilicet filium, Deum autem mittentem, & Spiritum eius, dicimus patrem & Spiritumſanctum. Et ſic patet Trinitas perſonarum, vt dicit Nicol. de Lyra. ¶ Ad euadendam autem hanc authoritatem Rabi Sa. adinuenit vnum mendacium ſuper locum iſtum dicens, quod omnes Prophetæ fuerunt cum Moyſe in monte Synai, & ibi acceperunt prophetas ſuas, ſicut & Moyſes legem Sed poſtea illas prophetas denunciarunt populo tempore à Deo terminato. Et ideo dicit quod verba prædicta ſunt verba Iſaiæ ab iſto loco, ex tempore antequam fierent ibi ego eram, id eſt à tempore dationis legis de qua fit ſermo ibi, ego fui in monte Synai, & quod ſequitur. Et nunc dominus Deus miſit me, &c. Refertur ad tempus, quo Iſaias miſſus eſt ad annunciandum populo illa, quæ prius acceperat in monte Synai à domino. ¶ Sed iſtud dictum patet eſſe falſum multipliciter. Nam immediatè præmittitur verbum domini loquentis de datione legis, cum dicitur, Non à principio in abſcondito, &c. Et ideo immediatè ſubditur, ex tempore antequam fierent ibi eram. Et ſic ex modo loquendi patet, quod eſt verbum eiuſdem domini, & ſic patet quod illud ſecundum, non eſt verbum Iſaiæ, ſed ipſius Dei ſicut & primum. ¶ Quod autem primum ſit verbum Dei loquentis de datione legis patet per literam præcedentem, quia ibi permittitur, *Ego primus & ego nouiſſimus, manus mea fundauit terram. &c.* Quod non poteſt dici de Iſaia. Item hebraica, quæ apud eos authentica reputatur ſuper illum locum *Exod. 20. Ego ſum Dominus Deus, &c.* dicit ſic, Si dicis in ſecreto fuit ſermo, ſcilicet legis. Nonne iam dictum eſt *Iſaiæ 48. non à principio in abſcondito, &c.* Et ſic patet per iſtam gloſſam apud eos authenticam, quod illud verbum Iſaiæ in perſona loquẽtis Dei dicitur, & hoc de datione legis. Item ſuper illud *Exodi 19. venerunt in ſolutione Synai.* Dicit ſic gloſſa hebraica authẽtica apud eos, *Data eſt lex in publico, vt omnis qui voluerit recipere, recipiat eam.* Sequitur: *Et ecce Deus ſanctus & benedictus dicente Iſaia 48. non à principio in abſcondito locutus ſum ex tempore, antequam fierent ibi eram.* Et idem habetur ſuper illud *Exodi 20. Ego Dominus Deus tuus.* Et ſic patet non ſolum ex textu præcedendi, & ſequenti, ſed etiam ex gloſis hebraicis apud Iudæos authenticis, quod authoritas prææallegata Iſaiæ non à principio. &c. non eſt intelligenda de ipſo Iſaia loquente in perſona propria, ſed magis loquitur in perſona Dei, quia primo dedit legem in monte Synai, & poſtea miſſus in mundum à Deo patre, & ſpiritu eius ad redemptionem humani generis, ſecundum

dum quod exprimitur manifeſtè in prædicta authoritate, & ideo in fine illius authoritatis ponitur, hoc dicit redemptor tuus ſanctus Iſrael. ¶ Itē q̃ dicit Iſaiam fuiſſe in monte Synai eſt valde abſurdū, quia Iſaias adhuc non erat natus, immo natus fuit poſt per 686. annos, quia ab ingreſſu de Aegypto vſque ad 4. annum regni Salomonis, in quo fundat eſtū templum fluxerunt anni 480. vt habetur 3. *Regum* 6. & ex tunc vſq; ad primum annū Oziæ Regis Iuda, ſub quo cœpit Iſaias prophetare 206. anni fluxerunt, vt poteſt haberi de facili computando tempora Regum intermediorum inſpiciendo tertium, & quartum librum Regum. ¶ Si autem dicitur, quod Iſaias poſtquam acceperat prophetiam in monte Synai mortuus ſit, & poſtea tempore Oziæ reſuſcitatus, illud videtur fictitium, quia ſacra ſcriptura nullo modo hoc innuit, ſed magis cōtrarium, & maximè, quia oporteret ſecundum eum dici idem de omnibus prophetis, vt patet ex prædictis. ¶ Si autem dicitur quod anima Iſaiæ fuit creata ante corpus, & ſic quod fuit in monte Synai in anima, & non in corpore, & poſtea illa anima tempore Oziæ fuit coniuncta corpori per viam naturæ generato, & organizato. Hoc dictum eſt contra ſcripturam *Gene.* 1. & 2. vbi dicitur, *formauit hominem Deus de limo terræ, & inſpirauit in eum ſpiraculū vitæ.* Ex quo patet manifeſtè, quod organizatio corporis humani præcedit originę creationem & infuſionem animæ. Item *Zach.* 12. dicitur, *Hoc dicit Dominus extendens cælos, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo.* Ex quo patet, quod anima hominis creatur in ipſo corpore iam organizato. Vnde & gloſſa hebraica, vt dicit Lyra ſuper locum iſtum dicit, Creator creauit animam cum perfectione figuræ humani corporis.

¶ Item arguitur contra vtranque reſponſionem ſimul, quia ſi Iſaias fuit in monte Synai tempore legis datæ, & hoc ſiue in anima tantum, ſiue in anima & corpore ſimul, & ibi accepit prophetiam, quam poſtea denunciauit, & ſic alij Prophetæ, vt aſſerebat dictus Rabi Samu. Sequitur quod ſcriptura veteris teſtamenti in magna parte ſit falſa, quia ſæpiſſimè dicit Prophetas accepiſſe ſpiritum prophetandi de nouo, ſicut patet de Heliſęo 4. *Regum* 2. & Ezechiele *Ezechi. primo*, & multis alijs.

¶ Similiter reuelationes ſunt factæ ipſis prophetis de ipſis, quæ ignorabant, ſicut patet de Heliſæo 4. *Regum* 4. vbi dicit de illa muliere ſunamite: *Anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me* Similiter de Daniele, de quo ſcribitur *Dan.* 1. *quod Deus dedit illi intelligentiam viſionum.* & 2. *cap.* qualiter reuelatum eſt ei ſomnium Nabuchodonoſor. & eius interpretatio. & 9. c. introducitur Angelus Gabriel reuelans Danieli myſterium hebdomadarum, & in pluribus alijs locis eiuſdem libri, ſimile inducitur. Similiter etiam in alijs libris veteris teſtamenti, vt patet intuenti. Hæc autem omnia & ſimilia eſſent ſimpliciter falſa, ſi Prophetæ accepiſſent prophetias ſuas in monte Synai, quia ex tunc fuiſſent de omnibus illuminati, ſiue fuiſſent ibi in anima tantum, ſiue in anima & corpore. Et ſic patet quod ratio Rabi Samuelis non ſolum eſt contra totam ſacram ſcripturam veteris teſtamenti, & prophetiam, qui dicit quod anima præcedit corpus. Sed & contra totam ſcripturam Philoſophorum, vt ex prædictis patet. Et ſic ex prædicta authoritate Trinitas perſonarum patet in diuinis ſecundum Nicol. de Lyra *de ſuo tractatu contra Iudaicam perfidiam.*

¶ Quæ authoritas ſecundum Vgo. Cardin. ſic exponitur, *Non à principio in abſcondito loquutus ſum quaſi in principio quando cœpi loqui vobis in monte Synai. Exod. 20. non ſum locutus occultè, ſed apertè. Multi enim audierunt, quæ Moyſi in monte Synai locutus ſum.* Et ſimiliter ſupple, modo planè loquor per Prophetas, vnde deberis credere mihi ex tempore, id eſt ab initio. Immo ſine initio antequam fierent omnia quæ facta ſunt. Ibi eram cum patre præſciens & præuidens, quæ facienda erant, antequam fierent legis datio & liberatio de Aegypto. Ibi eram in Synai per eſſentiam, per præſentiam, per potentiam. d. q. non credatis quod hoc fuerit phantaſma quod ego locutus ſum ibi, ſed veritas. Et nunc Dominus Deus pater miſit me ad liberandū Iudæos à Babilone, & Spiritus eius, ſcilicet Spiritusſanctus, & ſunt verba filij propriè: licet enim tota Trinitas operata ſit liberationem prædictam, tamen propriè attribuitur filio, quia liberatio illa ſignum fuit & figura redemptionis humani generis, quam & ſi tota Trinitas fecerit, ſolus tamen filius miniſterio eam fecit. Vnde propter figuram liberatio Iudæorum ei ſcribitur. Et hæc de prædicta authoritate Iſaiæ.

¶ Prætereaad idem etiam facit *Eccleſ.* 4. *Funiculus triplex difficilè rumpitur*: gloſſ. hebraica. Senſus videtur eſſe myſterium trini Dei, & vnus non de facili diſcutitur. Sed hanc gloſſam antequam Iudæi Moderni peruerterunt retorquentes hanc Trinitatem ad tria attributa diuina, quæ ſiuæ ſunt potentia, ſapientia, bonitas, quod improbatur per Lyram vbi ſupra.

¶ Item *Pſal.* 32. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius, virtus eorum.* ¶ Et alibi *Pſal.* 66. *Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ*: trina confeſſio Dei, Trinitatem exprimit perſonarum. Vnitatem vero eſſentiæ aperit, cum ſingulariter ſubiungit eum.

Et *Iſa.* 6. dicit ſe audiuiſſe Seraphin clamantia, Sanctus, Sāctus, Sanctus Dominus Deus. Per hoc quod dicit ter Sanctus, Trinitatem ſignificat. Per hoc quod ſubdit Dominus Deus vnitatem eſſentiæ, & ibi latè tradunt Nicol. & Vgo Cardi. in expoſitionibus.

Ex quibus patet Trinitatem perſonarum in diuinis probari in veteri teſtamento: plures authoritates poſſent adduci ex nouo teſtamento, vt per Magiſtrum *in primo Sententiarum diſt.* 3 Sed quia cum Iudæis agitur, qui illas non admittunt, ideo illæ hic non adducuntur. vnde manifeſtè apparet cæcitas Iudæorum, & eorum qui in eos in ſuis obſeruantijs ſectantur, vt nolint videre quam vana ſit eorum ſpes, & quam inuoluti ſint in erroribus prædictis & alijs quam plurimis, quos enarrare eſſed valde laborioſum.

¶ Et ſi nolint Iudæi & apoſtatæ prædicta ſuſcipere, videant, quod eſt hoc tam graue peccatum, & iniquitas eorum, 7
vt tanto tempore duret eorum captiuitas. gens quidem ſancta olim & populus acquiſitionis, vt nullibi habeant Reges, Pontifices, & templum, ſicut antea habuerunt. Quinimo vbique terrarum vilipenduntur, ſiue in terris Chriſtianorum, vt in vrbe Romana, ſiue in Aſia & Africa, & alijs partibus mundi, & ſub ſeruitute ſubijciuntur, vt nec ſuarum rerum, corporum, & filiorum habeant poteſtatem, & per vniuerſum peregrinantur, adeò vt nomen eorum vbique exoſum ſit. Vt ſi quis alteri iniuriari velit, Iudæum illum appellet, heu corda lapidea, vt nec flagellis, nec ſpolijs, nec demum igne molleſiant: reuertantur ergo, reuertantur & humilientur ſub manu domini ſui, qui eſt Chriſtus Ieſus, verus Deus, verus homo, quem hodie perſequuntur nedum verbis eorum maledictis, ſed facto cæremonias legis obſeruando. Nam quotiens illas obſeruant, negant illum eſſe verū Meſſiam, & veniſſe in mundum, *vt ſup. dixi.*

Aduertant ergo, quod tota eorum captiuitas prouenit ex morte Chriſti. Nam hoc clariſſimè ex ſcripturis ſacris probatur. Reperio quidem, quod ipſi Iudæi commiſerunt tria grauiſſima peccata. Primum fuit venditionis Ioſeph fratris ſui, quē vendiderunt fratres eius Iſmaelitis. *Gen.* 37. pro quo peccato ſteterunt in Aegypto plurimis annis, ſeruientes Aegyptijs in ſeruitijs vilibus, & tandem Deus audiens afflictionem illorū liberauit eos per manum Moyſi ducens eos in deſertum, vt habetur *Exodi* 3. *& ſequentibus pluribus capitulis*, & ſic obtinuerunt ab illo peccato remiſſionem poſt tot annos.

Secundum peccatum fuit idolatriæ, quod commiſerunt in Oreb adorantes vitulum. *Exodi.* 32. pro quo peccato fuerunt puniti in deſerto, & eorum punitio terminata fuit, vt ibi.

Tertium peccatum fuit occiſionis prophetarum, pro quo ſteterunt in captiuitate 70. annis & tandem ab illa captiuitate liberati fuerunt, & reducti ad Hieruſalem, vt patet *Eſdræ* 1. *& Paralipo. vltimo c.* Itaque licet antè captiuitatem Babilonicam Iudæi fuerunt idolatræ maximi, & occiſores prophetarum, vt patet *in* 4. *lib. Regum*, & plurimis alijs peccatis irretiti, tamen eorum calamitas fuit terminata poſtquam reducti erāt in Hieruſalem à dicta captiuitate Babilonica, à quo reditu dictæ captiuitatis Babilonicæ non leguntur ipſi Iudæi fuiſſe idolatrę, occiſores prophetarum, & actores conſimilium criminum ſicut ante. ¶ Quod eſt ergo hoc tam graue peccatum eorum, vt tam dira calamitas & tam longa captiuitas, ipſis obuenerit, quo à tempore deſtructionis Hieruſalem factæ per Titum & Veſpaſianum vſque hunc annum Milleſimū, quingenteſimum triceſimum tertium, in quo hæc ſcribuntur, ſuſtinuerunt & ſuſtinent captiuitatem, & adhuc neſciunt illius terminum? vnde demptis 40. annis poſt quorū lapſum à paſſione Chriſti fuit facta dicta diſtructio, durauit nunc vſque eorum captiuitas ſpacio 1493. annorum.

Opor-

Oportet ergo concludere, quod illa iniquitas, propter quã hãc captiuitatem patiuntur, eſt omnium aliarum grauiſſima, & incomparabiliter, quam illæ quæ præceſſerunt dictam captiuitatem Babilonicam, & nulla alia poteſt aſſignari ratio concludens, niſi occiſio Chriſti quam antiqui eorum patres fecerũt, & Moderni Iudæi faciunt hodie, approbantes illorũ factum, eo quia obſeruant cæremonias legis Moſaycæ, quæ ſignificacant. & figurabant Chriſtum venturum, & ſic faciendo negant illum fuiſſe verum Meſſiam in lege promiſſum, vt latè fuit *ſupra* deductum.

Et hoc prophitauit Amos 2. dicens *Super trib. ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertam eum, pro eo, quod vendidit argento iuſtũ*, & ſic quartũ ſcelus eſt, quia iuſtum, id eſt, Chriſtum argento vendiderunt: nec quartum ſcelus poteſt dici venditio Ioſeph, quia probandum eſſet præciſiſſe tria ſcelera quæ Deus ipſis remiſerit, quod cum probari non poſſit, ſequitur, quod nõ eſt quartum ſed primum, & quartũ fuit paſſio Chriſti, propter quam nõ eſt ampliùs reducendus populus Iudaicus ad ſtatum priſtinum, cum omnia illa ipſis contingebant in figuris, & veniente veritate omnia illa legalia ceſſauerunt: quæ omnia nota, quia faciunt ad conuincendum Iudæos de eorum cæca perfidia, de quibus plures quæſtiones in diſcurſu huius operis tractabo, cũ expedire videbitur. Et hæc de ſecta Iudæorum.

8 QVARTA EST SECTA HAERETICORVM, & ad euidentiam dicendorum eſt ſciendum, quod † gentes Chriſtionatũ diuidundur in 10. nationes, videlicet, Latinos: Græcos: Indæos: Iacobitas: Neſtorinos: Moronitas: Armenos: Georgianos: Surianos: & Mozarabes.

9 † Prima natio eſt Latinorum, qui habẽt Imperatorem Alemaniæ, qui hodie eſt ille magnanimus & inuictiſſimus dominus Carolus huius nominis quintus à Deo dilectus, & in ſuis rebus fortunatiſſimus Rex Hiſpaniarum, & aliorum potentatuũ dominus, & Reges multos, videlicet Reges caſtellæ: Aragoniæ: Portugaliæ: Nauarræ: Maioricarum: Valentiæ: & iſti ſunt de natione Hiſpanica. In natione Gallorum eſt vnus Rex Francorum, & multi Duces: In natione Italiæ eſt Roma, vbi eſt caput Eccleſiæ, Rex Siciliæ, & Neapolitanus. multi Duces: Comites: Marchiones, ac comitates magnæ, videlicet Venetiarum: Florentiæ: Senarum: & Ianuæ. In germanica autẽ natione præter Imperatorẽ ſunt Reges multi. Rex Angliæ. Scotiæ: Vngariæ: Bohemiæ: Poloniæ: Daciæ: Friſiæ: Suæliæ: Noruegiæ: Dalmaciæ. & multi Marchiones: Lantgrauij: Duces: Comites, & alij domini. Item Inſula Cypri: Rex Cypri, omnes prædicti ſunt obedientes Romanæ Eccleſiæ, & fidem Catholicam tenent.

10 † Secunda natio eſt Græcorum, qui habent Patriarcham Conſtantinopolitanum, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios prelatos in ſpiritualibus, in temporalibus vero imperatorem: Duces, & Comites. Hodie vero pauci numero ſunt, quia Agareni, & Turci occupauerunt, & inuaſerunt maximã partẽ Græciæ, & iſti non obediunt Eccleſiæ Romanæ, & habent errores multos, qui ſunt condemnati per Eccleſiam, quia dicũt quod Spiritus ſanctus non procedit à patre, & filio, ſed à ſolo patre, vt tradit Aug. de Anco. *in ſum. de poteſtate Papæ q. 25. artic. 5. & 6.* negant enim purgatoriũ. & quod Eccleſia orientalis, & Cõſtantinopolitana, non eſt ſub Eccleſia Romana. nec Patriarcha Conſtinapolitanus eſt inferior Romano Pontifice: horũ quodlibet eſt hæreticum: in alijs ritibus quæ non important hæreſim (licet rationabiliores ſint ritus Eccleſiæ occidentalis, ſeu Romanæ) fuerunt permiſſi manere, ſicut quod celebrant in fermentato, quod baptizent ſub alia forma, quã nos, videlicet baptizetur ſeruus Dei. N. In nomine patris & filij. & Spiritus ſancti amen. Item quod orientali in ſacris vtantur matrimonio contracto ante ſuſceptionem ipſorum ordinum ſacrorum. Item quod nutriant barbam. Item quia dant ſacramentum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie omnibus etiam paruulis, & multa alia

11 † faciunt deuinantia à ritu S. R. Eccleſiæ.

Tertia eſt natio Indorum, quorum Princeps eſt presbyter Ioannes, cuius poteſtas excedit omnes Chriſtianos, nam habet ſub ſe. 30. Reges, & quãdo dictus D. Ioan presbyter equitat, ſemper facit ante ſe portari crucẽ ligneam. Quando tendit ad bellum facit portari duodecim cruces auro & lapidib. precioſis factas pro vexillo. In illa terra eſt corpus B. Tho. Apoſtoli, in maxima veneratione.

† Quarta natio eſt Iacobitarum à Iacoba hæretico diſcipu- 12
lo Patriarchæ Alexandrini: Iacobitæ dicti ſunt, hi in partibus
orientis occupant magnam partem Aſiæ, terrã Mambræ, quæ
eſt propinqua Aegypto, & terram Aethiopiæ, vſque ad Indiam,
pluſq; 40. regna. ij. circunciduntur & baptizantur cum ferro
ignito: Caractere crucis imprimunt in frontibus, & in alijs
partibus corporis, vt in pectore, vel in brachijs. hi confitentur
ſoli Deo, & non ſacerdotibus Iudæorum, & Agarenorum, &
dicunt in Chriſto eſſe tantum vnam naturam diuinam. Aliqui
eorum loquuntur lingua Caldaica, aliqui lingua Arabica, alij
vero alijs linguis ſecũdum diuerſitatem nationum. & iſti fue-
runt condemnati in cõcilio Ceden. ¶ † Quinta natio eſt Ne- 13
ſtorinorum à Neſtorino hæretico, qui fuit Conſtantinopoli-
tanus Epiſcopus. Sic dicti Neſtorini: hi ponũt in Chriſto duas
perſonas, vnam diuinam aliam vero humanam, & negant B.
virginem Mariam eſſe matrem Dei, ſed benè hominis Ieſu. hi
vtuntur lingua Caldaica in ſuis ſcripturis, & conficiunt cor-
pus Chriſti in fermento: hi inhabitant Tartaream, & maiorẽ
Indiã. & ſunt multi numero. Terra eorũ continet tantũ ſicut
Alamania, & Italia, & iſti hæretici fuerunt condemnati in ter-
tia ſynodo Epheſina, & fuerunt diuerſi ab Eccleſia Roma-
na, & permanſerunt in pertinacia. ¶ † Sexta natio eſt Moroni- 14
tarum, Moronitæ à quodam hæretico Morone dicti ſunt, qui
vnum intellectum & vnam voluntatem in Chriſto tantum,
ponunt, hi habitant iuxta Libiam, in prouincia Pheniciæ, in
magno numero. Viri bellatores in prælijs edocti & experti,
ſpecialiter vtuntur, arcubus & ſagittis: hi more noſtro latino-
rum campanis vtuntur, & eorum Epiſcopi nullis & mitris &
baculis paſtoralibus vtuntur: in ſcripturis litera Caldaica, &
in vulgari Arabica vtuntur lingua, hi aliquando fuerunt ſub
obedientia Romanæ Eccleſiæ. Nam eorum Patriarcha inter-
fuit concilio generali Lateranenſi celebrato Romæ ſub In-
noc. 3. Sed poſtea receſſerunt ab Eccleſia Romana: hi primo
fuerunt condemnati in ſynodo Conſtantina. & poſtea ve-
nerunt ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ, & iterum reuerſi
ſunt ad eorum propriam opin. in qua perſeuerant hodierno
tempore. ¶ † Septima natio eſt Armeniorum, qui habitant in 15
regno Armeniæ prope Antiochiã. hi proprium idioma & lin-
guam communem omnibus habent, & ſcripturas ſanctas &
officium Eccleſiæ cantant, & dicũt in vulgari lingua, ita quod
ab omnibus ſecularibus tam viris quam fœminis intelligan-
tur: habent ſuum primatem, quem vocant Catholicum, cui
obediunt ſicut nos Papæ cum magna deuotione & reuerẽtia:
quadrageſimam ieiunant cum magna deuotione, in qua non
comedunt piſces nec bibunt vinum, in diebus veneris come-
dunt carnes. ¶ Octaua natio eſt Georginanorum à B. † Ge- 16
orgio, quem habent in prælijs in patronum: dicti ſunt Geor-
giani & habitant in partibus orientalibus, & eſt populus pul-
cher, fortis & delicioſus. Medis & Siris (in quorum confini-
bus commorantur) valde formidoloſi, & vtuntur lingua græ-
ca, vtunturq; ſacramentis more græcorum. Clerici habent co-
ronas in capitibus eorum rotũdas, ſeculares verò quadratas.
Quando veniunt ad ſanctum ſepulchrum non ſoluunt Sara-
cenis tributum, & ingrediuntur Hieruſalem cum vexillis ere-
ctis, quia Saraceni eos timent: eorum fœminæ vtuntur armis,
pileis altis in capitibus ad altitudinem cubiti, quando ſcribũt
Soldano, ſtatim conceditur eis quod petunt ¶ Nona natio eſt
Surianorum, ſic dicti Suriani à ciuitate Suria, quæ eſt eminẽ-
tior ciuitas in Suria, vel in Aſſiria. hi vtuntur in ſermone vul-
gari lingua Saracenica, in ſcripturis diuinis & officijs miſ-
ſæ lingua græca, habent Epiſcopos & conſuetudinem græ-
corum ſeruant, & eis obediunt in omnibus, conficiunt in fer-
mento, & habent opiniones Græcorum contra Latinos. hos
ſequuntur aliqui Chriſtiani, qui in terra ſancta vocãtur Sama-
ritani, primo conuerſi tempore Apoſtolorum, ſed ipſi non be-
ne ſapiunt in Catholica fide. ¶ Decima natio Mozarabum, hi
Mozarabes fuerunt olim multi numero in partibus Africæ,
& Hiſpaniæ, ſed modo pauci. Sunt enim dicti Mozarabes,
quia modos Chriſtianorum de Arabia in multis tenebãt. Iſti
vtuntur in officijs diuinis lingua latina, & obediunt Eccleſiæ
Romanæ, & prælatis Chriſtianorum. Conficiunt in azimo, vt
Latini, ſed in multis diſcrepant à Latinis, quia cum dies na-
turalis diuidatur in 24. horas diei & noctis, tot officia habẽt
ſiue horas & Pſalmos, ac Hymnos, certaſq; orationes habent,
& nimis prolixas, quas non dicunt more Latinorum, nã quod

Latini dicunt in principio ipſi dicunt in fine, vel in medio. Sacramentum Euchariſtiæ diuidunt aliqui in ſeptem partes, aliqui in decem, & eſt hæc natio valde deuota. In matrimonio verò non coniunguntur niſi perſonis ſuæ gentis ſiue nationis, inter quas fœmina amiſſo primo marito nunquam coniungitur alteri, ſed permanet in caſtitate perpetua. ¶ Cauſa vero tantæ diuiſionis inter Chriſtianos fuit, quia Pontifices deſierunt celebrare Concilia generalia. Ideo inſurgentibus hæreticis in diuerſis mundi partibus, non fuit qui remedium apponeret. ¶ Secũda cauſa fuit negligentia ſummorum Pontificum, quia non curauerunt nuncios, ſeu verius Inquiſitores ad Chriſtianos in erroribus oppoſitos deſtinare, quia ſi hoc feciſſent, multos, aut omnes ad vnam fidem & obedientiã Romanæ Eccleſiæ reduxiſſent, nec etiam hodiernis temporibus inualuiſſet in Germania, illa abominabilis ſecta Lutherana, quæ penè totam Germaniam infecit, & ideo puto fœlicem Hiſpaniam, & fœliciorem videbunt poſteri, in qua non permittũtur hæreſes pullulare nec ſerpere, quinimmo per inquiſitores ibi deputatos impediuntur, & repente ſuccinduntur. Inde inuictiſſimo D. Carolo Hiſpaniarum Regi, & Imperatori noſtro fœliciter omnia ſuccedunt, & inimicis eius aduerſa eueniunt, qui hæreticos confouent, & amplexantur contra diuinum ius, & humanum.

¶ In q. decimatertia.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus quis ſit, & quæ conſtituunt aliquem hæreticum.*
2 *Exponere ſacram ſcripturam aliter quàm Spiritusſanctus docuit quid ſit.*
3 *Hæreticus propriè quis ſit.*
4 *Hæreticus propriiſſime quis dicatur.*
5 *Hæreticus, vt quis propriiſſime dicatur quinque ſunt neceſſaria.*
6 *Apoſtata quis ſit intelligendo de apoſtata à fide.*
7 *Error in intellectu requiritur ad hoc, vt quis ſit hæreticus*
8 *Factum ſine errore intellectus non facit quem hæreticum.*
9 *Error debet eſſe de pertinentibus ad fidem ad hoc, vt conſtituat hæreticum.*
10 *Fidei dubiorum determinatio ad Papam ſpectat.*
11 *Pertinaciter aſſerens aliquid contra determinationem Eccleſiæ in his quæ fidei ſunt eſt hæreticus cenſendus.*
13 *Fidei diſciplinam, quæ reſpiciunt directè & quæ indirectè.*
14 *Pertinacia procedit ex radice ſuperbiæ & facit hæreticum.*
15 *Hæretici deſcriptio ſecundum Theologos.*
16 *Hæreſis habet principium & complementum primum in ratione, ſecundum in voluntate.*
17 *Pertinaciter aſſerens fornicationem non eſſe peccatum, vel vſuras exigere, eſt hæreticus.*
18 *Intellectus l. 2. C. de hæretic. in quo omnes Doct. errant, & ibi nouum habes.*
19 *Lex habens varios intellectus non poteſt allegari ad deciſionẽ cauſarum.*
20 *Ignorantia iuris ambigui an excuſet aliquem.*
21 *Intellectus nouus ad l. 2. C. de hæreti.*
22 *Dictio, vel, exponitur, id eſt ſaltem vt in pluribus legib.*
23 *Hæreticus eſt non ſolum qui forti argumento mouetur, ſed etiam ille, qui leui.*
24 *Sciſmatici qui ſimplicitate cadunt magis peccant quam docti qui ſubtilitate mouentur.*
25 *Ignorantia iuris non excuſat in articulis fidei.*
26 *Hæreticus eſt dubius in fide, & qualiter hoc intelligatur.*
27 *Intellectus, & optima declaratio capit. dubius in fine de hæreticis.*
28 *Simoniacus an ſit hæreticus.*
29 *Simoniaci an ſint excommunicati etiam ſi non ſint hæretici.*
30 *Excommunicatus an poſſit dici hæreticus.*
31 *Excommunicatus, vt ſuſpectus de hæreſi & non comparens ſuſtinẽs excommunicationem per annum tanquam hæreticus iudicatur.*
33 *Excommunicatus pro cauſa ciuili etiam ſi ſteterit per annum in excommunicatione non habetur pro conuicto.*
34 *Excommunicatus pro criminib. aliis ab hæreſi lapſo anno habetur vt conuictus de illis criminibus.*
34 *Excommunicatus exiſtens in excommunicatione per annum incurrit ſuſpitionem hæreſis.*
35 *Excommunicatus annalis, vt poſſit contra eum procedi tanquam contra ſuſpectum debet eſſe declaratus.*
36 *Declaratio non addit vinculum excommunicationi.*
37 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis an poſſit procedere contra illum, qui habet plures vxores eodem tempore. hæc quæſtio latè fuit à me examinata problematice in meo ſpeculo Inquiſitorum in 1. parte q. 23.*
38 *Crimen commiſſum palam an magis puniatur quam ſi clam.*
39 *Declaratio eſt neceſſaria in excommunicato ad hoc, vt currat ſibi annus ad inducendum ſuſpitionem hæreſis.*
40 *Sententia iudicis eſt neceſſaria declarans debitorem non eſſe ſoluendo, nec ſufficit ex actis hoc colligi.*
41 *Exceptio excommunicationis incurſæ à iure nocet impetranti reſcriptum licet non ſit declaratus.*
42 *Excommunicatus, vt priuetur Eccleſiaſtica ſepultura debet eſſe declaratus.*
43 *Excommunicatus non declaratus an ſit vitandus.*
44 *Conſtitutio conciliaris Martini Papæ Quinti de excommunicatis non publicatis non vitandis quomodo intelligitur.*
45 *Excommunicatus nominatim quando quis dicitur.*
46 *Excommunicatus notorius etiam non declaratus ſi perſtiterit in excõmunicatione per annum præſumitur contra illum de hæreſi.*
47 *Notorium factum, vt allegant proſit cautela eſt, vt iudex iudicet prius ſuper notorio.*
48 *Intellectus c. cum ſecundum leges. de hæret. lib. 6.*
49 *Notario non requirunt declarationem iudicis.*
50 *Aſſerens excommunicatum in excommunicatione morientem non damnari an ſit iudicandus, vt hæreticus, & an hæc poſitio ſit hæretica quod excommunicatus non damnatur.*
51 *Hæreticus eſt qui ſcripturam ſacram aliter intelligit pertinaciter, quam Spiritusſanctus docuit.*
52 *Scriptura ſacra eſt infallibilis veritatis, & nullatenus eſt dicendũ ſentire mendacium quantumcunque paruum, ſeu officioſum.*
53 *Sacræ ſcripturæ principia ſunt per reuelationem.*
54 *Gratianus compilator decreti errauit in pluribus contra ſacram ſcripturam: & idem dicitur de Magiſtro Sententiarum.*
55 *Hæreticus eſt qui opinionem fidei contrariam gignit & ſequitur.*
56 *Hæreticus dicitur qui Romanæ Eccleſ. priuilegia auferre nititur.*
57 *Hæreticus eſt aſſerens prælatos Eccleſ. non habere poteſtatem ligandi atque ſoluendi.*
58 *Hæreticus eſt aſſerens Eccleſiam conſiſtere in duob. capitibus.*
59 *Hæreticus eſt aſſerens Papam non poſſe concedere indulgentiãs peccatorum.*
60 *Obedire nolens mandatis Eccleſiæ non ex radice erroris non eſt hæreticus licet peccet mortaliter.*
61 *Prælati non ſeruantes canones per contemptum peccant mortaliter, & quando dicatur quis contemnere.*
62 *Epiſcopus ob magnam cauſam poteſt non ſeruare canones.*
63 *Hæreticus eſt qui male ſentit de ſacramentis Eccleſiæ.*
64 *Sacramenta Eccleſiæ ſunt ſeptem.*
65 *Errores multi in ſacramento Euchariſtiæ.*
66 *Hoſtiam non conſecratam petens ſibi dari infirmus pro conſecrata, an ex hoc videatur ſenſiſſe male de ſacramentis.*
67 *Idola adorans compulſus, an ſit vt hæreticus iudicandus.*
68 *Hæreſis eſt dicere quod tempore perſecutionis licitum eſt abnegare Chriſtum & idola colere.*
69 *Marcellinus Papa, qui thurificauit idolis, an debuit hæreticus iudicari, an vero peccauit mortaliter.*
70 *Intentio alicuius quod non ſit hæreticus, quæſtio probatur.*
71 *Factum ſi eſt damnatum præſumitur mala intentio in faciente.*
72 *Corpus Chriſti non ſuſcipiens ſingulis annis, an ſit vt hæreticus cenſendus.*
74 *Hæreticus eſt qui non recipit illa quatuor Concilia generalia.*
74 *Hæreticus eſt quicunque ſentit contra aliquam catholicam veritatem, quæ autẽ ſit catholica veritas, & quotuplicitur intelligitur dixi latè in ſpeculo meo in prima parte. q. 3. & 4. & ibi, & in alijs locis.*
75 *Pertinacia in hæretico quæ ſit & qualiter ſit cõſiderãda remiſſiuè.*
76 *Hæreticorum ſpecies quot fuerunt remiſſiuè.*

DECIMOTERTIO QVAERO, quia iam in prima quæſtione ſupra tractatum eſt, quid ſit hæreſis, modo autem quæro, quis ſit hæreticus, & quæ faciunt aliquem hæreticum. Ad hoc dicendum eſt, quod hæreticus duobus modis cõmuniter capitur, propriè, & propriiſſimè, ſecundum Magiſtrum de Ales in ſecundo Sententiarum. Dico enim quod 1
com-

communiter dicitur hæreticus, quicunque ſcripturam ſanctam aliter intelligit quàm Spiritusſanctus efflagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit iuxta Hieronymum, *in c. hæreſis. 24. q. 3. & in c. quidam autem. in fi. ea. q.* vbi dicit quòd talis hæreticus appellari poteſt.

2 ¶ Et dicitur aliquis exponere ſacram † ſcripturam aliter quàm Spiritusſanctus flagitat, qui expoſitionem ſacræ ſcripturæ retorquet ad illud, quod contrariatur ei, quod eſt per Spiritum ſanctum reuelatum, & hoc modo intelligit Hoſt. *in titu. de hæretic. in ſumma. §. quis dicitur hæreticus in princip.* & ſic per verba quæ quis loquitur ſuam fidem profitetur, eſt enim confeſſio actus fidei, & ita ſi ſit inordinata locutio circa ea, quæ ſunt fidei, ſequi poteſt corruptio fidei vt declarat B. Thom. 2.2. *quæſt. 11. articulo primo, circa medium.* Vnde Hieronymus dicit quòd ex verbis inordinate prolatis incurritur hæreſis, non quia hæreſis in his per ſe conſiſtat, ſed quia præbent cauſam, & occaſionem erroris vt ibi, & hoc modo ſimoniacus dicitur hæreticus, *cap. fertur, & cap. quiſquis. 1. quæſt. 1. & excommunicatus in cap. quod autem. 4. quæſt. 1. c. quia vero. 24. quæſt. 1.* & verbum receſſerit poſitum, *in d. c. hæreticus.* intelligitur corporaliter, vel quantum ad communionem. *& ſic dictum c. hæreſis.* de hæretico propriiſſimè vellemus intelligere, eſſet ad apoſtillandum hoc modo, hæreticus poteſt appellari, ſi ſcilicet contumaciter in errorem intelligentiæ ſuæ pertinaciter perſeuerabit, vt dicit ibi Cardinalis de Turre Cremata. Sed quia hæc ibi non ponūtur in textu. de hæretico communiter capto intelligimus.

3 ¶ Secundo † modo capitur hæreticus propriè, quicunque alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatuſque ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones gignit vel ſequitur vt diffinit Auguſt. *in c. hæreticus. 24. quæſt. 3.* illi enim qui confingunt aliquam hæreſim de nouo ſecundum S. Thom. in 2.2. aliquod commodum temporale expectant ſaltem principatum, volunt enim habere ſequaces, præterea hoc eſt commune in omnibus hæreticis, quod ex ſuperbia procedit, quæ eſt amor propriæ excellentiæ, quòd à communi via diſcedunt, aut leuitate, aut peruerſitate. Vnde ſanctus Gregorius dicit, hæretici communem ſcientiam habere refugiunt, ne æquales cæteris æſtimentur, & quędam noua ſemper exquirunt, quod dum alij neſciunt, de ſingularitate ſcientiæ gloriantur, nec hoc quòd gloriæ conſequendæ hoc faciant ponitur in deſcriptione hæretici, tanquàm eſſentiale ſecundum Alex de Ales, *in ſecundo,* ſed poſitum eſt id quod frequentius accidit in talibus, hæreticis, vt tradit Cardin. de Turre Cremata. *in d. c. hæreticus.*

4 ¶ Propriiſſimè autem dicitur hæreticus † omnis ille, qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam, Chriſti fidem in generali profitens, aliquam vel aliquas in ſpeciali opiniones cōtrarias catholicæ veritati pertinaciter tenet & ſequitur.

¶ Ex qua diffinitione colligo quinque neceſſaria eſſe ad
5 hoc vt quis dicatur † hæreticus propriiſſimè.

¶ Prima, quòd ille profeſſus fuerit catholicam fidem. Secunda quòd aliquam veritatem credit de fide catholica. Tertia quòd habeat errorem in intellectu. Quarta quod talis error ſit in his quæ ſunt fidei & bonorum morum ad conſequēdum vitam æternam. Quinta quòd talem errorem pertinaciter defendat, quibus quinque diſcuſſis patebit veritas dictæ diffinitionis.

¶ Quoad primum ad hoc quòd quis propriiſſimè cenſeatur hæreticus, neceſſario requiritur quòd Chriſtianam religionē ſit profeſſus, nam ſi errans in fide nunquàm ſuſcepiſſet per baptiſmum religionem Chriſtianam, non diceretur propriè hæreticus, ſed ſimpliciter infidelis, aut paganus, ſaracenus, aut iudæus, & tales ſunt foris, de quibus nihil ad nos, 1. ad Corinth. 5. Vnde dicit. S. Auguſtinus. *de ciuitate Dei, quod videns diabolus genus humanum à cultura dæmonum liberari, hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ:* oportet ergo quòd ille ſuſceperit fidem Chriſti in baptiſmo, ad hoc vt cenſeri debeat hæreticus, nam cum priuatio præſupponat habitum. *l. 10. ff. de verbo oblígat.* & eſſe hæreticum denorat diuiſum, quia hæreſis idem eſt quod diuiſio, *vt in c. hæreſis. 24. q. 3.* & dixi latè, *ſupra in prima quæſt.* vbi tractaui quid ſit hæreſis: ergo debuit ante vnitus eſſe ad hoc vt hæreticus ſit cenſendus. inde eſt quòd in iudæos non cadit hęreſis, quia nunquàm in vnitate fuerunt, vt eſt gloſſ. in verbo, hæreticum, *in Clem. 1. de hæretic.* ¶ Quoad ſecundum, quòd aliquam veritatem credat de fide Catholica, quia vt dicit S. Thom. *in 2.2. quæſt. 1. art. 1.* hæreſis pertinet ad eos, qui fidem Chriſti profitentur, ſed eius dogmata corrumpunt. Vnde qui ſic à fide Chriſti recedit, & omnino à Chriſti nomine, & † eius veritate recedit, pro- 6
priè non eſt hæreticus, ſed apoſtata, quaſi omnino recedens à conſortio Chriſtianorum. Vnde tales, qui nihil tenent de Chriſti doctrina, nec gaudent, nec volunt eſſe ſub nomine Chriſtiano, propriè hæretici non ſunt, quia vt dicit Gregor. 8. *lib. Moralium, cap. 25.* Ore cur eoſdem patres, quos nos veneramur laudant, ſed intellectu depravato ipſi nos eorum laudibus impugnant. & ſignanter dico propriè. quia largè accipiendo etiam hæreticus dici poſſet, & grauius peccat, quam hæreticus, & grauius eſſet puniendus ſi grauius puniri poſſet: hæreticus enim aliquam de Chriſto veritatem confitetur, apoſtata vero non, ſicut Iulianus apoſtata, & ſic poſſunt diſtingui hæreticus, & apoſtata, licet quoad pœnas contra eos ſtatutas à pari procedunt, *c. contra Chriſtianos, infra eod.*

¶ † Quoad tertium, quòd habeat errorem in intellectu & 7
ſic aliquam erroneam opinionē in ſpeciali, hoc planè requiritur ad hoc quòd quis propriè cenſeatur hæreticus. quòd erroneam opinionem habeat in intellectu, ita quòd malè ſentiat veritate. Vnde S. Auguſt. *in libro de vtilitate credendi, dicit, & habetur, in c. hæreticus. 24. q. 3.* hæreticus eſt qui falſas, aut nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur, & ratio huius eſt ſecundùm Cardin. de Turre Crema. & Archiepiſcopum Floren. quia hęreſis eſt ſpecies infidelitatis. Infidelitas autem eſt in intellectu ſubiectiuè, ſicut & fides eius contraria, & ita videtur quòd hęreſis, quæ eſt eius ſpecies per neceſſitatem ſupponat errorem in intellectu. Ex quo † ſequitur correllariè. quòd factum ſine 8
errore in intellectu non facit propriè hæreticum, vt pura ſi aliquis fornicatur, aut mechatur, licet agat contra veritatem, quæ dicit non mechandum, non tamen ex hoc eſt hæreticus, niſi crederet, aut opinaretur eſſe licitum mechari, vt dicit S. Thom. *in quolibet. 3. artic. 2.* & ego dixi latè, *in 1. quæſt.* Et ratio huius eſt, quia quandocunque aliqua neceſſario requiruntur ad conſtitutionem alicuius, altero deficiente impoſſibile eſt illud eſſe, iam non neceſſariò requireretur ad conſtitutionem illius, ſicut ad conſtitutionē domus neceſſario requiritur fundamentum, paries & tectum, ideo altero deficiente non poteſt eſſe domus. Sic ergo ad hæreſim conſtituendam requiritur error in intellectu neceſſario, nullum factum abſolutè ſine errore in intellectu facit hæreticum.

¶ Quoad quartum, quòd error ſit in his quæ ſunt fidei, vel contra veritatem determinationis eccleſiæ in his, quæ pertinent ad fidem, & bonos mores, & neceſſaria ad conſequutionem vitæ æternæ. Si enim error ſit de his quæ non pertinent ad fidem, puta quòd credat quis ſolem non eſſe maiorem † 9
terra, & huiuſmodi. non eſt periculoſus error, vel quòd circulus poſſit quadrari, aut piper in tot gra. lib. ſit calidum, in huiuſmodi, errare non eſt periculum. Vnde Auguſt. *lib. 3. de libero arbitrio. Si quid de creatura aliter quàm ſe habeat, ſenſerimus non magnum periculum eſt,* & idem Auguſt. *in Enchirid. cap. 13.* in quibus autem rebus nihil intereſt ad capeſſendum regnum, vtrum credatur, aut non, vel vtrum vera ſint ſiue putentur, an falſa, in his errare, id eſt, aliud pro alio putare, non arbitrandum eſſe peccatum, aut ſi eſt, minimum aut leuiſſimum eſt. Error autem contra ſacram ſcripturam, contra articulos fidei, contra determinationem eccleſiæ in his quæ pertinent ad fidem, vel bonos mores eſt hæreſis, argument. *cap. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1.* Item determinatio dubiorum circa fidem pertinet principaliter ad eccleſiam, & præcipuè ad ſummum Pontificem Chriſti Vicarium & Petri ſucceſſorem. *c. quotiens. 24. quæſt. 1. & in cap. maiores. de baptiſmo.* traditur, *in cap. ſicut. de exceſſibus prælatorum.* Contra authoritatem † eccleſiæ nullus 10
Doctor, vel ſanctus ſuam ſententiam defendit ſecundum Thomam, nec Gregorius, nec Ambroſius, nec Hieronymus, nec etiam Auguſtinus. † Sicut ergo aſſerens aliquid pertina- 11
citer contra fidem eſt hæreticus, ita & contra determinationem eccleſiæ in his quæ pertinent ad fidem, & neceſſaria ad ſalutem pertinaciter aſſerens eſt hæreticus: ipſam enim eccleſiam nunquam erraſſe in fide, probatur, traditur. *in cap. à recta. 24. quæſt. 1.* nam pro ea orauit Chriſtus, vt non deficeret fides eius. *dicto cap. maiores,* Abbas, *in cap. à nobis. 2. de ſententia excommunicationis.* in alijs vero quæ non ſunt præcedentis qualitatis, contrarium ſentiens non eſt hæreticus, ſicut dicere, quòd ius non poteſt ſeparari ab vſu rerum vſu conſumpti-

ſumptibilium prout declarauit. *Ioan.22. in ſua extrauagante incipiente, ad conditorem canonum*, & eſt text. Auguſt. *3.in cap. in qui-*
12 *bus.22.quæſt.2.* ¶ † Quintum eſt, quòd prædictum errorem pertinaciter defendat, & ſequatur. Vnde ſecundùm Hieron. *in c. hæreſis.24.q.3.* hæreſis ab electione eſt dicta, quia ſcilicet eam vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat meliorem. Electio autem vt dicit Cardinalis de Turre Cremata habet firmā adhæſionem, & ſic ad hoc quod aliquis cenſendus ſit propriè hæreticus oportet, quod errorem ſiue erroneam opinionem quam contra veritatem aut inuenit, aut ſequitur, pertinaciter ſiue obſtinata mēte teneat, & ſequatur. Vnde dicebat S. Thomas ſuper Epiſtolis Paul. 1. ad Cor. 11. *lectione 4.* fundans ſe ſuper illo dicto Hieronymi, quod ex illo dicto duo accepi poſſunt, primum quidem quod de ratione hæreſis eſt, quod aliquis priuatam diſciplinam ſequatur, quaſi per electionem propriam. Secundum quod huic diſciplinæ aliquis pertinaciter inhæreat, nam electio vt dixi firmam importat inhæſionē. Et ideo hæreticus dicitur qui ſpernens diſciplinam fidei, quæ diuinitus traditur pertinaciter proprium errorem ſectatur.

13 ¶ † Pertinet autem ad diſciplinam fidei dupliciter. Vno modo directè, ſicut articuli fidei, qui per ſe credendi proponuntur. Vnde errare circa hos ſecundum ſe facit hæreticum ſi pertinacia adſit. non poſſunt autem à tali errore excuſari propter ſimplicitatem aliquam præcipue quātum ad ea, de quibus eccleſia ſolemnizat, & quæ communiter verſantur in ore fidelium, ſicut miſterium Trinitatis, Natiuitatis Chriſti, & alia.

14 ¶ † Quędam vero indirectè pertinent ad fidei diſciplinam, in quantum ipſa non proponuntur vt propter ſe credenda, ſed ex negatione eorum, ſequitur aliquid contrarium fidei, ſicut ſi negatur Iſaac fuiſſe filius Abrahæ, ſequitur aliquid cōtrarium fidei ſcilicet ſacram ſcripturam continere aliquid falſum: ex quibus autem non iudicatur aliquis hæreticus, niſi adeo pertinaciter perſeueret, quod ab errore non recedat, etiam viſo quid ex hoc ſequatur. ſic igitur pertinacia, qua aliquis contemnit in his quæ ſunt fidei directe, vel indirecte ſubire iudicium eccleſiæ, facit hominem hæreticum. Talis autem pertinacia procedit ex radice ſuperbiæ, qua aliquis præfert ſenſum ſuū toti eccleſiæ. Vnde Apoſtolus dicit. 1. ad Thi. 6 *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei doctrinæ quæ ſecundum pietatem eſt, ſuperbus eſt nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum.* hæc ille, & ideo ſecundum Auguſtinum, non qui falſas opiniones gignit, vel ſequitur, ſed qui pertinaciter defendit hæreticus eſt cenſendus. Vnde ſi quis non pertinaci malitia ſentiret aliquid contra fidem, ſed ignorantia, paratus corrigi ſi quid ſenſit falſum, oſtenderetur ſibi eſſe contra fidem, aut ſacram ſcripturam, ſeu determinationem eccleſiæ, talis non eſt hæreticus. *cap. dixit Apoſtolus. 24. diſtinct.* de cuius intellectu dixi plura, *in c. quoniam. infra eodem. in 12. quæſt.* idem habetur, *in cap. qui in eccleſia. in verbo reſiſtunt contumaciter 24 quæſt. 3.* vnde dicebat Auguſti. *in primo libro de Trinitate. Errare potero, ſed hæreticus non ero*, quia ſcilicet erat paratus corrigi, cum ſibi fuiſſet oſtenſus error: facit, *cap. hæc eſt fides. 24. quæſt. 1* & ibi gloſ. notat.

15 ¶ † Et hæc diffinitio ſiue deſcriptio hæretici concordat in effectu cum ea, quam dat S. Thomas, *in 3. diſtinct. 13. quæſt. 2. articulo primo.* ſic dicens, hæreticus ſecundum nos dicitur, qui à communi fide, quæ catholica dicitur diſcedit contrariæ opinioni vehementer inhærens per electionem. & S. Bona. *ind. diſtinct. 13* inquit, hæreticus eſt qui diuinæ legis ignorantia, vel contemptu pertinax inuentor proprij erroris, aut alieni ſectator, catholicæ veritati mauult aduerſari quàm ſubijci. & hæc diffinitio fundatur, *in cap. qui ſententiarum. 24. quæſt. 3.* & Gabriel. *in 4. diſtinct. 13. quæſt. 2. verſic. tertio notandum.* dicit ſic: Hæreticus poteſt ſic deſcribi, eſt vere baptizatus. ſeu pro baptizato ſe gerens, pertinaciter errans vel dubitans, contra catholicam veritatem, vbi ponit latius declarationem ad quem me refero, & demum omnes bonæ diffinitiones hæretici, ſiue deſcriptiones concordant cum his quæ paulo ante dixi, nec glo. *in cap. 3 de hæretic.* & Hoſtien. *in ſumma in titulo de hæretic. §. quis dicatur hæreticus*, & gloſſ. *in cap. quæ dignior. 24. quæſt. 1.* & gloſſ. *in cap. illi qui. 24. quæſt. 3.* & Archid. *in cap. 2. infra eodem*, & Cardin. *in Clem. 1. in principio, in 2. quæſt. de ſumma Trinitate & fide Catho.* & *in Clem. 1. §. fin. 2. oppo. de vſuris*, in totum euacuarunt dictam deſcriptionem.

16 ¶ † Oldr. tamen optime loquitur, *in conſ. 210. incip. regularis habet traditio*, dicens quod hæreſis habet principium & complementum: principium quidem eſt error in ratione, ſed cōplementum eſt pertinacia in voluntate. & allegat *c. dixit Apoſtolus 24. quæſt. 3.* & dicebat Lucas de Pena, *in l. 1. C. de priuileg. ſcola. lib. 12. colum. 6.* quod non quicunque deuiat à fide, ſed qui pertinaciter deuiat propriè hæreticus nominatur, *c. in eccleſia, cap. qui aliorum. c. dixit Apoſtolus. 24. q. 3.* Vnde ad rationem hæretici duo concurrunt, vnum eſt error in ratione, quod eſt hæreſis initium, alterum pertinacia in voluntate, quod eſt hæreſis cōplementum, tales enim propriè ſunt hæretici ſecundum Ray.
& Thom. vt ibi per eum. ¶ † Et ideo quando Doctores dicūt, 17
quod qui aſſerit, fornicationem non eſſe peccatum, vel vſuras exigere, & ſimilia prout tradit Dec. *in cap. 1. de offic. deleg. col. 6.* ſemper intelligitur quando pertinaciter defenderet per prædicta. Nam nolens errorem defendere, ſed rationem audire non eſt hæreticus, vt dicit Alber. de Roſa. *in rubric. C. de hæreti. per d. cap. dixit Apoſtolus.* Calder. *in conſil. 5. incipien. diaconus eſt profeſſus. in titulo de hæret.* And. de Iſer. *in titul. de ſtatu. contra lib. Eccleſiæ. §. diffidamus. in feudis.* S. Thom. *in 2. 2. q. 11. artic. 2.* Petrus de Bella Pertica. *in l. 1. C. de hæretic.* Ioan. de Ana. *in rubric. de hæreticis.* ¶ Et talis errans in intellectu, & pertinax in voluntate, dicitur propriè hæreticus, etiam ſi leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detectus fuerit deuiare: vt dicit text. *in l. 2. C. de hæret.* & ad hoc totus mundus allegat illam l. vt Andr. de Iſer. *in §. quocunque. in titulo de ſtatu. contra lib. eccleſiæ, in feudis*, vbi text qui dicit leui argumento, exponit leui articulo, quod ſumpſit ex gloſſ. *in d. l. 2* quæ dicit leui argumento, id eſt erret in illo articulo, qui manifeſtè debet ſciri, quia pertinaciter illud aſſerit: non autem ſi illud dicat cauſa diſputandi. Sed Hoſtienſ. *in titulo de præſumptio. § pen. in ſumma. verſic.*
& eſt notandum. dicit quod † quamuis hæretici leui argumen- 18
to detegantur ſcilicet quantum ad hoc vt ſuſpecti habeantur, *vt l. 2. C. de hæretic.* non debet quis in tanto crimine propter præſumptionem condemnari. *c. literas, de præſumpt.* & ſic manifeſte ſentit, quod ſi quis deuiet leui argum. ab his quæ ſunt fidei non eſt hæreticus, ſed ſuſpectus de hæreſi. & ſic intelligit, *d. l. 2.* quod euidenter eſt contra illum textum, vbi dicit quod hæreticorum vocabulo continentur, & pœnis contra hæreticos ſtatutis ponuntur, qui leui argumento ab eccleſia deuiauerint. & gloſſ. *in dicto cap. literas.* intelligit illum textum, *dicta l. 2.* quantum ad hoc, vt ſuſpectus de hæreſi habeatur, vt procedat quaſi contra ſuſpectum: non autem vt habeatur pro conuicto: & ſic ſecundum Abbat. ibi ad facultatem inquirendi: vbi etiam dicit Abbas, quòd ibi appellatur leue argumentum, quod de facili poteſt probari, vt puta quia aperte errat in articulis fidei, vel non volens iurare dicens hoc eſſe peccatum, argum. *in cap. excommunicamus de hæret.* ¶ Ioan. vero de Imol. *ind. cap. literas.* dicit quod *d. l. 2.* appellat leuem articulum quando forte non eſt circa articulos fidei, tamen alias ſapit hæreſim, vt quia dicit nullo caſu eſſe iurandum, & ſemper eſſe peccatum iurare: nam hoc eſt reprobatum per eccleſiam. *c. & ſi Chriſtus. de iureiur. d. c. excommunicamus. §. pen.* iſte etiam intellectus peccat eodem modo, quia ſi ſapit hæreſim non eſt hæreſis, ſed eſt de hæreſi ſuſpectus, vt infra dicam, & tamen exemplum, quod ponit, hæreſim continet manifeſtam, nā aſſirmans pertinaciter nullo caſu eſſe iurandum hæreticus eſt, *vt in d. c. excommunicamus.*

¶ Sed Ioan. de Ana. *in rub. de hæret.* refert, quod dicebat Ioan. de Fantu. *in c. qui hæreſi. 23. q. 3.* quod illud leui argumento, exponitur, id eſt probabili, & quod de facili apparet, & ſic vocatur leue argumentum propter leuem probationem, & etiam dicit quòd illa deuiatio debet probari per duos teſtes, arg glo. *in l. ſi. C. fami. erciſcun. & l. fin. & l. maritus. ff. de quæſtioni.* ſequitur Oldra. *conſil. incipien.* regularis habet traditio. Cardin. & Imol. *in Clemen. 1 § fin. de hæretic.* & Lucas de Pena, *in l. 1. C. de priuileg. ſcholarium colum. 7. lib. 12.* dicit poſt Hoſtien. quod leui ponitur. *in d. l. 2.* propter leuem probationem, quod de facili appareret: idem dicit Archid. *in c. hæreticus. & c. paternarum. 24. q. 3.* & idem tenet Ioan. Lupus, *in alleg. in cauſa hæreſis. colum. 13.* ex quibus patet quam variè gloſſ. & Doctores ſenſerunt in intelle-
ctu illius legis. ¶ † Et huic legi poteſt illud applicari quod di- 19
cebat Boetius, quod multipliciter intelligitur, veritas eius ignoratur, ſecundum Bald. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon.* Bald. *in l. precibus. C. de imp. & alijs ſubſtitut. & in lege data opera. C. qui accuſar. non poſſ.* inde traditur regula, quòd

quòd quando lex vel canon habet varios intellectus, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. Bart. *in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs.* Bald. *in l. 2. in 2. colum. C. quando prouoca. non eſt neceſſe.* Ioan. de Imo. & Ludo. Rom. *in l. cum prolatis.* per illum text. *ff. de re iudic.*

¶ Hinc dicit Bal. in *c. fi. de conſtit.* quòd ſtatutum ambiguum non poteſt allegari in pallatio, & eſt nulla ſententia contra illud lata. Hinc eſt quòd licet ignorantia iuris neminem excuſet etiam mulierem. *l. iuris ignorantia ff. de reg. iur.* Tamen ignorãtia iuris obſcuri, & habentis varios intellectus, quemlibet excuſat vt dicit Cardin. *in Clem. fi. in 4. q. de regula. Clem. 1. §. ſanè. in 5. oppoſitione. de vſu. Clem. 1. 25. q. de rebus eccleſ. non alien.* hinc inſuper eſt quòd qui facit contra legẽ præcepti in cuius intellectu ſunt variæ opiniones excuſatur. *cap. capellanus. cum gloſſ. de ferijs,* & ibi Ioan. And. & alij notant Alex. *in conſ. 1. incip. circa primum dubiũ. col. 4. lib. 2.* Felin. *in proœm decret. colum. 3. ver. & ideo ignorantia iuris.* Iaſ. *in l. admonendi. in lect. 14. col. ff. de iureiur. & in l. captatorias. in fi. C. de teſta. milit.* Abb & Doctor. *in c. cum in iure. de electio. & ſic eſt in d. l. 2.*

21 ¶ † Verum cum debeamus ad proprietatem verborum legis reſpicere, ſi volumus illius intellectum capere. *l. proſpexit ff. qui & qui. lege quod conſtitutum ff. de teſtam. milita.* Bart. *in l. ita vulneratus. ff. ad legem aquil.* præſertim in re dubia, quia verba edicti ſunt ſpectanda. *l. 1. § is qui. ff. de exercit.* nam ex verbis colligitur mens docentis. *l. Labeo. ff. de ſuppel. legat.* tradit Bald. *in ſuo conſil. ſciſmatis, & per gloſſ.* Im. & Doctores. *in l. non dubium. C. de legi. in cap. quanto. de priuilegijs,* quamuis in dubio non ſint capienda, vt dicit gloſſ. *in d. l. non dubium.* & Bald. *in l. quicunque. col. 4. C. de ſeruis fugi.* ¶ Ideo ego dico noniter, quòd *d. l. 2.* debet ſic intelligi, vt hæreticus ſit ille, & pœnis hæreticorum puniendus, qui motus aliquo leui argumento, id eſt, ratione vel fundamento non ſubſiſtenti, & forſan fatuo deuiauerit à iudicio Catholicæ religionis & tramite, ſcilicet non credendo his, quæ ſunt religionis Chriſtianæ, & pondera illam dictionem, vel, quæ exponitur per gloſſ. ſaltem prout, *in l. multum intereſt. ff. de actio. & here. vendi. & l. 3. §. ſita ff. de ſtat. hbe. l. in creditore. ff. de euictio. & in cap. decet. de immu. eccleſiarum. lib. 6.* quæ ſignificat

22 † ad minus, quaſi dicat, quòd ſi quis forti argumento non deuiat quod eſt maius, ſaltem leui deuiet quod eſt minus, hæreticus eſt, *vt l. 1 C. de emendatio. propinquorum,* quod patet ex regula grammaticali de conſtitutione diminutiua, vnde dicimus, ſi non potes mihi dare Biſantium, ſaltem commoda denariũ, vt tradit Bart. *in l. 1 ff. de iure codicillorum,* vt eſt text. *in l. vltas. C. de iure fiſci. lib. 10. & in cap. ſtatutum. § cum vero. verſi. ſaltem per proprium iuramentum. de reſcriptis lib. 6.* vbi dicit Archid. *in 8. colum.* quòd dictio ſaltem. diminutionem ſignificat. & de hac dictione ſaltem dixi plura, *in cap. omnis vtriuſq. ſexus, de pœniten. & remiſſio.* & dicitur leuis quaſi pauci momenti, & quod de facili poteſt tolli. *l. 4 §. fina. ff. de admin. lega. c. peruenit. de ſententia excommunicationis. l. lenia. ff. de accuſat.* Et argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem, vel arguens mentẽ. *in c forus. de verbo. ſigni. l. Marcellus. §. argumen. ff. de iureiuran.* And. Sicul. *in rubr. de probat. colum. 4.*

¶ Vnde ſenſus, *d. l. ſecunda,* in ſumma hic eſt, quòd non ſo-
23 lùm ille qui graui, † & forti argumento motus deuiat à fide eſt hæreticus, ſed etiam ille qui leui argumento, id eſt ratione deuiat pertinaciter: intellige, etiam hæreticus eſt, & eſt ratio, quia vterque deuiat, & contradicit his quæ fidei ſunt, & ideo hæretici ſunt, *cap. hæreticus & in cap. hæreſis. 14. quæſt. 3.* & adeo hoc eſt verum, quòd etiam dubius in fide cum adhæſione, & pertinacia hæreticus eſt, *cap. 1. de heret.* & ratio dubitandi forſan erat, quia maiorem iniuriam videbatur inferre, qui graui, & forti argumento mouebatur contra fidem, quàm qui leui, argumento eorum quæ dicuntur, *in cap. peruenit. de ſententia excommunicationis.* vbi habetur quòd pro graui iniuria illata clerico, aliter quis punitur quàm pro leui, vt latè tradit dominus Philippus Dec. *In cap. peruenit. de appellat.* facit. *l. leuia. ff. de accuſat.* ſed ratio decidendi eſt illa, de qua ſupra dixi, & comprobatur, *in cap. fur. 14 quæſt. 5.* vbi non magnitudo, ſeu paruitas rei furto ſubſtractæ, ſed animus furantis attenditur, ac etiam quia leue habens pro ſe argumentum minorem cauſam habet peccandi, & ideo debet forſan magis puniri, ſecus ſi forte argumẽtum haberet eum magis perſuadeat forte quàm leue argumentum, *in cap. fin. 14. quæſt. 6.* vbi dicitur quòd minus peccant cum pulchra, quàm cum deformi, quia in dubio magis excuſatur, quia magis præſumitur tentatus *cap. ſciendum. de pœniten. diſtinct. 2. cap. conſideret. de pœniten. diſtinct. 5.* Abb. *in cap. cum quidam. de iureiurando.* & ibi Felin. Et pro hoc eſt text. notabilis, *in cap. ſciſmat. 24. quæſt. 1.* vbi habetur, non prodeſt ſciſmaticis quòd † ignorantia rationis vel ſimplicitate intelle- 24
ctus ſui à noſtra communione fuerint ſuſpenſi. Vnde dicit gl. *in verbo magis,* quòd magis ſciſmatici ſunt illi, qui tantum per ſimplicitatem ſuam ſeparantur ab eccleſia, quàm ſint illi, qui propter ſubtilitatem aliquam errant, falſa enim ſubtilitas iſtos compellit, in quam non † cadunt voluntarij, ſed inuiti, il- 25
los vero decipit ignorantia voluntaria. & illam gloſſ. ſequitur Felin. *in cap. 1. de hæretic.* ignorantia enim iuris non excuſat in articulis fidei, quos omnes ſcire tenentur, vt dicit gloſſ. *in verbo ignorantiæ. dicto cap. ſciſmat.* & in articulis fidei non minus eſt eſt decipere quàm decipi, gloſſ. *in cap. ſi cupis. 16. quæſt. 1.* & dicebat Archid. *in dicto cap. ſciſma.* exponendo verbum peſſima diuiſit opinio apud ſe recitata, incognita tamen & vacua ratione argumen. *cap. deinde 25. diſtinct.* ſi enim erroris probabilem habuiſſent cauſam, minus peccaſſent, *cap. ſi quem forte. 24. quæſt. 1.* quinimmo dicebat Cardin. de Turre Crema. *in dict. cap. ſciſma.* quòd horum, ſcilicet, errantium in articulis fidei eſt ſimplicitas aſinina, quia doctrina euangelica, & fides catholica tam crebrò in eccleſia docetur, & prædicatur, quòd nulla ignorantia eſt prætendenda, tum primo, quia continuè ad eſt in eccleſia Chriſtus, cuius veritas & miracula patent, vt nemo de peccato hæreſis habeat excuſationem, vt ipſe dicit, *Ioan. 15.* Secundo, quia habent quoque Chriſtianos, vt nos, à quibus veritatem fidei exquirere poſſent, & errores vitare. Tum tertio quia habent eccleſiam in qua paratus eſt Petrus, & ſui ſucceſſores reddere rationem de ea quæ in nobis eſt fide, & charitate. *1. Pet. 3.* & ideo non immerito dicit. *l. 2. C. de hæret.* quòd qui ſaltem leui, id eſt, groſſo & fatuo argumento deuiauerit hæreticus eſt cenſendus, & ignorantia in his quæ publicè dicuntur, & fiunt allegari non poteſt prout latè tradunt domini de Rota, *in deciſio. 444 incipien. extra rotam petebatur,* & in eo, quod dicit, *dicta l. 2.* quòd hæreticorum vocabulo continentur, intellige per proprium ſignificatum vocabuli, vt ſingulariter dicit Bartol. *in l cum eorum. §. affinitates. ff. de poſtu.* vbi dicit quòd propriè appellatione nepotis venit pro nepos. ſequitur Andr. Sicul. *in conſilio. 63. ſapienter ſcribitur. colum. 2. lib. 1.* & ſic habes clarum nominis intellectum ad illam. *l. 2.* nec non qui ſit hæreticus propriſſimè. ¶ Multis ergo modis dicuntur hæretici quos ponit gloſſ. *in c. alij. §. quia vero. 24. quæſt. 3.* in quibus exemplificatur deſcriptio hæretici † ſupra poſita ſecundum ea quæ 26
infra dicam.

¶ Primò dicitur hæreticus quicunque eſt dubius in fide. *cap. dubius. de hæreticis.* de fide enim nullus dubitare debet, ſed firmiter tenere ea, quæ ſibi credenda proponuntur. *c. firmiter credimus. de ſumma Trinitate. cap. quando Epiſcopus. 24. diſtinct. c. aperte. 24. quæſt. 1. & in ſymbolo Athanaſij, hæc eſt fides catholica, quam niſi quiſque fideliter firmiter crediderit, ſaluus non eſſe poterit.* & dicebat Bernardus, fides ambiguũ non habet, & ſi habet fides non eſt, quod intellige vt paulo ante dixi de dubitante, qui determinate & animo deliberato in dubietate perſiſtit, æqualiter ſe habens ad vtranque partem contradictionis, ſecus de illo qui tentatur cum dolore cordis, & anxietate, & ita debet intelligi. *d. c. dubius.* vbi dicit Ioan. And. quòd ille tex. debet intelligi de dubitatione quę habet in ſe firmitatem animi, & quandam pertinaciam, vt quia perſeuerat in illa dubitatione, ſecus ſi incidat in cogitationem ſeu dubitationem ex primis motibus animi, quem ibi ſequuntur Cardinalis, Abb. & alij, quod declara quatuor modis vt per Felin. ibi.

¶ Et vt clarius habeatur intellectus *dicto cap. dubius.* dicebat Auguſtinus de Ancho. *in ſuo tractatu de poteſtate Papæ. quæſt. 28. articul. 1.* quòd aliquem eſſe dubium in fide quinque modis poteſt contingere, primo ſubreptitia tentatione, ſecundo veritatis elucidatione, tertio imperfecta adhæſione, quarto voluntaria hæſitatione, quinto pertinaci defenſione. ¶ Primo modo hominem dubitare in fide non facit eſſe hæreticum, quia eſt humanæ tentationis, non enim eſt in poteſtate hominis, quod ſuperuenit homini ad cogitandum, vnde ſi ſubito ſubreptitia vel diabolica illuſione, quis incipit dubitare de aliquo articulo, vel de his quæ ſunt fidei, ſi ſtatim captiuat intellectum ſuum in obſequium Chriſti, vt hac deliberet credere, quod eccleſia credit, non cedit ſibi hæc dubitatio

bitatio ad defectum: ſed ad profectum vnde Apoſtoli propter huius tentationis impulſum petebant, Dominæ adauge nobis fidem, ſemper enim debemus rogare Deum quòd iuuet incredulitatem noſtram. ¶ Secundo modo veritatis elucidatione dubitatur, & hoc non facit hominem hęreticum, ſed eſt Chriſtianæ perfectionis. Ponunt enim Doctores Chriſtianę fidei, quæ sũt magis determinata in fide ſub dubitatione quęſtionum, rationes pro & contra ad illá adducendo, non quod de ipſa concluſione dubitetur, ſed vt veritas concluſionis magis elucidetur. ſecundum quem modum dicit philoſophus in prædicamento relationis dubitationis, dubitare de ſingulis non eſt inutile: per tales enim dubitationes pro & contra inducendo ad illa quę ſunt fidei veritas pijs hominibus opitulatur, & contra impios defenditur, & dicit gloſſa, *in l. nemo. C. de ſumma Trinitate*, quod ſi quis cauſa diſputandi vel conuincendi hęreticum de fide diſputat, non eſt redarguendus, & ſi quis in diſputatione tenuerit contra articulos fidei, dummodo nõ perſiſtat, ſed cauſa diſputandi, non debet illicitum reputari, vt inquit Bald. *in l. poſſeſſor. §. quamquam. ff. de petit. hæred.* & propterea ſæpe dicebat Bald. *viam ferè aperit. qui per contraria procedit, lege, precibus, colum. 4. C. de impu. & alijs ſubſt. lege ſi pecunia. ff. de cond. ob cauſam.* Et dicebat Philoſophus, *in tertio metha. quod veritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quò ire debeant, & in ſeptimo ethicorum quod non ſufficit verum dicere, niſi etiam cauſa falſitatis aſſignetur, & in primo topicorum. potentes ad vtramque partem in ſingulis ſpeculabuntur verum & falſum.* ¶ Tertio modo dicitur dubius adhæſione imperfecta, & hoc etiam nõ facit hominem hæreticum, ſed peccatorem & malum Chriſtianum, omnes enim peccatores ſecundum Chryſoſtomum imperfectè credunt, eo quod non viuunt ſecundum quæ credunt. Nam ſi perfectè adhærerent his, quæ credunt, ſic viuerent, quaſi modicum tranſituri de mundo, non quaſi in æternum manſuri. ¶ Quarto modo dicitur dubius in fide, voluntaria hæſitatione, & hoc facit hominem incredulum & errãtem non tamen hæreticum, eo enim ipſo quod aliquis elegit voluntariè credere, quod vult & diſcere non vult, nec eſt paratus in omnibus ſequi doctrinam eccleſię, ac per conſequens errans reputandus eſt, vt fuit Thomas Apoſtolus non tamen hæreticus, niſi pertinax in his quæ male facit. ¶ Quinto modo dicitur dubius in fide pertinacia defenſionis, & hoc facit hæreticum, quia non ſolum credit ea quæ ſunt fidei & quæ incõcuſſe tenet eccleſia, ſed pertinax eſt in ſuo errore & illum defendit poſt ſuſceptum Chriſtianiſmum. nam iudæus vel paganus non dicitur hæreticus, & ſi infidelis ſit, & ſic pertinaciter tenens contra ea quæ ſunt fidei non paratus corrigi hæreticus eſt: hoc voluit gloſſ. *in cap. hæc eſt fides. vigeſimaquarta. quæſt. 3.* & notat Cardinalis Alexan. *in cap. nec licuit. decima ſeptima diſtinct.* vbi allegat *d. c. dubium*, ſequitur Archiepiſcopus Florentinus, *in* [illegible] *22. §. 10.*

28 ¶ † Secundo eſt hæreticus omnis ſimoniacus, *cap. quiſquis, & cap. quoniam ſecunda quæſt. 1.* vbi dicit Gregorius, quiſquis per pecuniam ordinatur ad hoc, quòd ſit hæreticus, promouetur. & etiam his hoc dicit text. *in c. presbyter. prima quæſt. 1.* altare vel decimas, & Spiritum ſanctum emere, vel vendere, Simoniacum, hæreſim eſſe, nullus fidelium ignorat, hoc tamen intellige, quod ſimonia poteſt eſſe hæreſis propriè & ſtricto modo capta, & poteſt nõ eſſe hæreſis, nam ille qui emit, vel vendit huiuſmodi ſpiritualia, aut credit, ea pretio poſſe æſtimari, & valore rei terrenæ æquari, & per pecuniam poſſideri, & ſic eſt concluſio, quòd hæc eſt hæreſis manifeſta, & talis emens, vel vendens eſt propriè hæreticus, & ſic exiſtimauit Simon magus, vnde Petrus hanc hæreſim ei improperans ait, *Actuum 8. Quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.* & eſt ratio, quoniam ille errat in fide, qui credit gratiam non eſſe gratiam, *cap. gratia, 1 quæſt. 1.*

¶ Aut ille qui vendit aut emit, non credit quòd gratia Dei per pecuniam comparetur, ſed tamen ardens auaritia, aut ambitione nititur aſſequi aliquid, vel etiam per peccatum impetrare, quod ad humanam ſpectat diſpenſationem, & tunc eſt concluſio quòd emere vel vendere ſpiritualia, non eſt peccatum propriè fidei, ſed morum, quoniam talis peroptime nouit, quòd malefacit, ſicut & ille qui fornicatur ſciens fornicationem eſſe peccatum, non errat in fide, ſed in via morum, & ſic ſimoniacus eſt auarus, & peſſima ſpecies auaritiæ, nec eſt hæreticus propriè, ſed tamen à ſanctis vocatur hæreticus, ſiue quia in modum hæretici operatur, ſiue quia vt hæreticus proijcitur de ſeruitio, & cultu propter enorme ſcelus: hæc ſanctus Bonauentura, *in quarto diſtinctione vigeſimaquinta. quæſtione quarta*, ſequitur Cardina de Turre cremata, *in c. presbyt. 1. quæſt. prima, & de hæreſi ſimoniacorum*, ponit late idem Cardinalis, *in capitulo notandum. §. ſimoniaci, vigeſimaquarta quæſtione tertia.*

¶ † An autem ſimoniaci abſque hæreſi ſint hodie excommunicati de iure & per extrauagantes, tradit idem Cardin. *in cap. reperiuntur. 1. quæſt. 1.* & habetur, *in extrauaganti Pauli. 2. incipien. cum deteſtabile.* vnde eſt quòd non omnis ſimoniacus eſt degradandus & ſeculari iudicio tradendus tanquàm hæreticus ſi nõ redierit ad eccleſiam, ſed ſolum ille ſimoniacus, qui credit quòd Spiritus ſanctus, & gratia eius venalis ſit, & pacto quæratur, vt notat Innocent. *in cap. quotiens de ſimonia.* Archid. *in capitulo fertur. 1. quæſt. 1.* tradit latè Lucas de Pena, *in l. prima, in 6. colum. C. de priuileg. ſcolar. libro 12.* & ſic intelligo, *in dicto. §. quia vero.* 29

¶ † Tertio modo dicitur hæreticus omnis præciſus ab eccleſia ſecundum quod excommunicatus dicitur hæreticus, *in cap. quod autem, quarta quæſt. 1.* vbi dicit Nicolaus Papa, hæreticus autem dicimus, tam eos, qui olim ab eccleſia proiecti ſunt, quàm qui poſt hoc à nobis anathematizati ſunt. vbi gloſſ. dicit, nota quòd omnis excommunicatus dicitur hæreticus, *in capitulo ipſa pietas. 24. quæſt. 3.* & ideo dicuntur hæretici quia ab vnitate & ſacramentis eccleſiæ ſunt ſeparati, vt dicit Archid. & Cardin. Alexan. *in dicto cap. quod autem*, per textum, *in capit. ſi quem. de ſententia excommunicatio.* ſed hoc intellige de hæretico largo modo, non autem de hæretico propriiſſime, quia in eo non concurrunt ea de quibus ſupra dixi, quæ faciunt aliquem hæreticum, & ſic ei non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio. *l. 4. §. toties. ff. de damn. infecto.* & ibi tradunt Paul de Caſtro. & Alexan. & eſt text. *in l. 1. § loquitur. ff. de aqua quotidian. & æſt.* & cui non conuenit diffinitum nec diffinitio. *l. 1. §. dolum. ff. de dolo.* Bald. *in capit. ex parte. penult. colum. de appellat.* 30

¶ † Fallit hoc tamen in ſuſpecto de hæreſi, qui citatus vt de fide reſpondeat, & excommunicationem per annum ſuſtinuerit animo indurato velut hęreticus condemnatur, *vt in capitulo cum contumacia. infra eod.* quod ſpeciale eſt in eo, qui citatur ob ſuſpitionem de hæreſi, vt poſt annum velut hæreticus condemnetur, nam ſi pro alijs criminibus citatus & excom- 31
municatus per annum † non comparet, non pro hæretico ſed 32
pro conuicto de illis criminibus habetur vt dicit gloſſ. *in d. cap. cum contumacia.* & gloſſ. *in cap. excommunicamus. §. qui autem. in verbo condemnentur infra de hæret. per c. rurſus, & cap. quicunque. 11. quæſt. 3.* facit, *c. cum bonæ de ætate & quali. ordin.* & per Petrum de
Ancharan. *in d. cap. cum contumacia.* † Quod non habet locum 33
in cauſa ciuili, nam quamuis aliquis pro cauſa ciuili ſteterit in excommunicatione per annum ſeu per mille annos, nũquam in ea habebitur pro conuicto, *& ſic dicto cap. rurſus. & capit. quicunque*, non habet locum in cauſa ciuili, ita notat gloſſ. *in verbo non poteſt. de dolo & contum.* quam ſequitur ibi Abb. *& in cap. primo. colum. 9. de iudiciis.* & dicit eam ſingularem Ludou. Roman. *in ſingulari 304. incipien. de hoc erit*, & Philipp. Francus, *in dicto cap. cum contumacia*, vbi Deo duce materiam explicabo per concluſiones.

¶ † Pro nunc ad materiam dico, quod ſi quis extiterit in excommunicatione per annum ex cauſa criminali, vel ciuili animo indurato vltra caſum, *d. c. cum contumacia*, poterit contra illum procedi tanquam ſuſpectum de hæreſi, cum non careat ſcrupulo hæreticæ prauitatis, ita dicit Abb. *in d. c. 1. colum. 9. de iudiciis*, quia male videtur ſentire de articulis fidei contemnẽdo per tantum tempus poteſtatem clauium, vt per Phil. Franc. *in d. c. cum contumacia.* Abb. *in c. poſtulaſti, de homic. & in c. fin. de pœnis*, & probatur per illum text. ibi, claues eccleſię contemnendo gloſſ. *in cap. ad Apoſtolicæ. in verbo hæreſi. de re iudicat. libro. 6.* & hæc ſuſpitio probabilis eſt, & non violenta ſecundum Innocent. ibi, qui dicit hanc ſuſpitionem non eſſe ſufficientem ad condemnandum illum de hæreſi, ſed poterit ſibi indici purgatio, in qua ſi defecerit poterit vt conuictus de illo crimine pro quo fuit citatus puniri, iuxta *cap. inter, de purga. canon.* & dicam, *in cap. accuſatus. in princip. infra eod.* ¶ Si vero poſt ſuſpitionem hæreſis commiſſam, quia ſtetit per annum in excommunicatione, iterum citaretur, vt ſuſpectus de hæreſi, 34

& ite-

& iterum excommunicaretur, quia contumax in non veniendo ad reſpondendum de fide, vel vt hæreticus elapſo anno poſſet condemnari iuxta *d. cap. vnum contumacia.* & quamuis text. *in d. c. fin.* loquatur de biennio, ibi fuit contingentia facti, quia idem eſt in anno, vt dicit ibi gloſſ. & Abb. ſequitur *in d. cap. poſtulaſti.* Ioan. And. & alij, *in cap. 1. de homi. lib. 6.* Ioan de Ana. & Felin. *in cap. excommunicamus. 1. de hæreticis.* Franciſ. Aretin. *in cap. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos. colum. 2. de accuſat.* Felin. *in cap. Apoſtolicæ de exceptio. cap. l. 2.* Calder. *in conſil. 5. incipien. diaconus, in titulo de hæreticis.*

35 ¶ Et hoc puto locum habere ſolum in excommunicato, qui fuit nominatim excommunicatus, ſeu declaratus, non autem in eo, qui ſolum incurrit excommunicationem à iure, vel ab homine latam ſine declaratione, vt quia quis incidit in canonem, *cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.* per manuum iniectionem violentam in clericum, vel quia contraxit matrimonium in gradu prohibito contra *Clemen. 1. de conſanguinitate & affinitate,* & tamen non fuit declaratus à iudice illam incurriſſe, vel ſi quis non reuelauit furtum ad mandatum iudicis iubentis generaliter non reuelantes incurrere excommunicationem à ſe latam, iuxta tradita in gloſ. *in cap. in ciuile. C. de furtis.* & hoc ſuadetur. ¶ Nam licet denunciatio ſiue declaratio non addat †

36 vinculum excommunicationi, *vt in cap. paſtoralis. §. verum,* vbi hoc notant Panorm. Alexan. & Deci. *de appellatio.* quia qui declarat nihil addit, *vt l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtamentis.* tamen illa declaratio, ſeu denunciatio neceſſaria videtur ad dictam ſuſpitionem hæreſis cauſandam, nam ille contemptus clauium, de quibus malè videtur ſentire, inducit illum ad illam ſuſpitionem, quia non obedit eccleſiæ ipſum mandanti euitari, & ab eccleſia foras expelli, quod mandatum ipſe contemnit ſtando in excommunicatione per annum non obſtante illa declaratione, quod non eſt ante declarationem, licet Deum grauiſſimè offendat prout in ſimili dicebat Iacob. Bu-

37 triga. *in l. nemo. C. de ſumma Trinitate.* de eo qui erat profeſſus religionem, & ex ea ordinem & accepit vxorem, & fuit dubitatum an inquiſitor de hoc poſſet cognoſcere, ad quem reſpondebat, quod aut accepit vxorem clam, aut palam, ſi clam præſumitur in dolo, & non errare, & inquiſitor in hoc caſu non poteſt cognoſcere: aut accepit palam, & præſumitur errare, & quòd putat ſibi licere, & quia errat in fide, cognitio pertinet ad Inquiſitorem. Sequitur Abb. *in cap. cum quidam. de iureiurando colum 2.* & Modernus, *in cap. ad abolendam. in prima. de hæreticis. & in cap. tuis accuſatus. § fin.* vbi dicam infra eo quamuis Bald. aliquatenus impugnet Ioan de Ana. *in c. cum ex iniuncto. de hæretic.* Felin. *in c. conſuluit. de offic. del. colum 8.*

¶ Hinc etiam dicit Alberic. de Roſate, *in d. l. nemo.* quod in

38 actu in quo aliquis delinquit clam, aut palam eſt † diſtinguendum, aut ex tali actu poteſt contingere deceptio multorum, vt in caſu. *dicta l. nemo.* & idem in excommunicatione propter communicationem, & punitur magis faciens actum palam quàm clam, idemque eſt ſi ex illo actu contingat contemptus, vel ſcandalum maius, vt in furto manifeſto, & rapina, *vt l. 2. ff. vi bonor. rapt. & in § pœna. inſtit. de obligatio.* ſi vero non contingit plurium deceptio, vel contemptus alienus, nec magis ſcandalum faciendo clam quàm palam, tunc æqualis eſt pœna *l. ſancimus. C. de pœnis.*

¶ Dicit etiam ſecundum Odo. quòd regulariter magis punitur delinquens palam quàm clam: ſic ibi. Cumque non comparens infra annum, eius contumaciam & contemptum oſtendit, vt patet, *in dicto cap. contumacia.* & ex quòd contemnere videtur claues, ſeu poteſtatem eccleſiæ, non caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis, *vt in d. c. fin.* non ſolo oportet, quòd ſciat eum incurriſſe excommunicationem, ſed etiam quod declaretur incurriſſe per prædicta. ¶ Et ſic quòd annus ille currere incipiat, non à die incurſus excommunicationis, ſed à die declaratio-

39 nis, ſeu ex quo nominatim † fuit excommunicatus, cum ex illo incipiat tumor contumaciæ, ſeu contemptus clauium, ſeu moræ. *l. conſenſu. §. fin. ff. de appellat. l. ſancimus. §. fin. C. de iudicijs.* Bartol. *in l fin. colum. 3. ff. de reſtitu. in integ. Clem. 1. in gloſſ. de dolo, & contum.* & eſt text. *in cap. venerabilibus. §. idem eſt. de ſententia excommunicat. lib. 6.*

¶ Et licet quoad Deum ipſe iam excommunicatus ſit, quia ipſum excommunicatio ſequitur, ſicut lepra leproſum. *c. quiſquis. 4. quæſt. 5. cap. ad reprimendam. de offic. ordin.* Bartol. *in l. ex ea. ff. de poſtulando.* Bald. *in l. 1. C. de hæred. inſtit. in 7. colum.* Cardin. *in Clemen. 1. § 1. de pœnis.* quo ad eccleſiam tamen declaratio neceſſaria eſt, *cap. cum ſecundum leges. de hæreticis. lib. 6.* Bartol. *in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci.* Abb. *in cap. pervenit. 1. de appellatio.* Dom. *in cap. 2. §. fin. in 5. colum. de homic. lib. 6.* Bald. *in cap. 1. de feu. ſine culpa.* vbi tradit Felin. *in cap. cum non ab homine de iudicijs. col. 4.* Bald. *in l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & in declaratione citatio neceſſaria eſt, vt tenet gloſſ. *in Clemen. 1. fin. in verbo conſtiterit. de cenſib.* cum alijs quæ tradit Dominus Deci. *in d. cap. peruenit.* Felin. *in cap. Rodulphus. num. 32. colum. 1. verſic. citatur pars. de reſcriptis;* & ad hoc quòd quis tanquam contumax iudicetur, declaratio debet fieri per ſententiam ſuper contumacia. ita dicit Bald. *in l. 1. verſic. quæritur. C. de pœna iudic.* Nec ſufficit † col- 40
ligi ex actis, quem eſſe contumacem, vel debitorem non eſſe ſoluendo ad hoc vt deueniri poſſet ad fideiuſſores, ſed requiritur iudicis pronunciatio & diſcuſſionem eſſe legitimè factam, prout tenet Bart. *in l. ſtipulatio §. habet autem. ff. de operis noui nunciat.* quem ſequuntur ibi Ludo. Roman. & Alexan. & Moderni, vbi dicunt illam eſſe communem opinionem. Bald. & Salic. *in authent. hodie. C. de actio. & obligatio.* Bartol. *in authentic. hoc ſi debitor. C. de fideiuſſori.* & Angel. Aretin. *in § item ſi quis in fraudem. colum. 7. verſic. quæro an ſit neceſſe. Inſtitu. de actio.* Non obſtat gloſſ. *in l. ſancimus. §. cum autem. C. ad Trebellian.* quæ in hoc non tenentur *vt, ibi & in d. §. habet autem.* facit, *l. de quare re. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adoptio.*

¶ Et ideo non puto prædictis † obſiſtere deciſionem rotæ 41
quæ ponitur, *in antiquis decis. 19. incipien. Nota quòd non admittitur,* vbi dicit quòd licet exceptio excommunicationis non admittatur contra impetrantem, quando allegatur excommunicatio generalis per proceſſus generales lata, tamen ſecus eſt quando eſſet lata à iure, puta quia iniecit manus violentas in clericum iuxta, *cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.* quia plus delinquitur in legem, quam in hominem. *l. ſi liberti in ſeruitutem. ff. de iure patronat.* quam ſequitur Modern. *in cap. venerabilem. de exceptio. & in cap. ab excommunicato. de reſcript. pro limitatione cap. 1. de reſcriptis. libro ſexto.* in eo videlicet quòd loquitur de excommunicato à iure, vt quo ad reſcriptum ſibi noceat, quia loquitur ad annullandam impetrationem reſcriptorum, quæ ſunt minimi præiudicij, cum ius non auferatur, ſi differtur. *l. quoties. C. de preci. imper. offerend.* ſecundum Bald. *in l. 1. C. de diuerſ. reſcrip.* ſed ego loquor ad præſumandum contumaciam per lapſum anni, quæ inducit delictum, vt eſt gloſſ. *in verbo, meruit in l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus non ob. imperatæ.* quam ibi ſequitur Paul. de Caſt. dicens quòd condemnatus ex contumacia, dicitur ex delicto, & poſſet offendi ex forma ſtatuti de banito propter delictum *l. contumacia. ff. de re milita.* & gloſſ. *in l. ſi ſilens in verbo ſuccurſum ff. de interrogat. actio.* quam reputat ſingularem Ioan. de Imol *in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic.* & tenent Moder. *in d. l. 1.* quamuis Bald. contradicat, *in l. 1. col. in 4. ff. de in litem iurando.* & Bald. *in l. 1. § item* [illegible] & Alexander ad eum, *in l. eum. d. litem. ff. de re iud.* Ex quo [illegible] ſuſpitio hæreticæ prauitatis de qua, *in d. cap. fin. de pœnis* propter quam poſſet purgatio canonica indici, *vt in dicto cap. inter.* & *Coſtitu. in d. cap. excommunicamus, & beneficijs eccleſiaſtic. priuari.* vt tradit Ludouicus Romanus, *in ſingulari. 303.* [illegible] vt dicit Abb. *in dicto cap. primo,* [illegible] & in defectis mentis etiam de iure communi declaratio requiritur, prout habetur, *in dicto cap. cum ſecundum leges. infra eod.* & hoc probari videtur apertè, *in dicto cap. fin. de pœnis. ibi, fuerit moderatus. & ibi,* [illegible] *remanſerit,* præſupponitur enim ibi, quòd ab eccleſia fuit nominatim excommunicatus, & quòd renuerat cum pertinacia per illud tempus ſatisfacere eccleſiæ, quam nunquam aſſecerat, vt etiam probatur *in cap. 1. in fin. vt lite non contesta. & in cap. venerabilibus, §. denique. de ſententia excommunicationis. libro ſexto.* & de pertinacia dicetur in ſpeculo Inquiſitorum, qualiter accipienda ſit in hac materia.

¶ Itaque licet ipſa excommunicatio à iure impoſita affligat & inhabilitet quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit abſque aliqua declaratione, *vt in cap. paſtoralis. in fin. de appellatio.* vbi trahit ſecum executionem, & *in capite cum non ab homine. de ſententia excommunicationis,* & reſpectu ipſius excommunicati ſtatim excommunicatio operatur, illum repellendo ab his, à quibus ille iure prohibetur, vt habetur in ſimili, *in capitulo fin. de cohabita. cleric. & mulierum.* Tamen

men quoad alios, vt euitetur, & etiam ſi moriatur, vt priuetur
42 eccleſiaſtica ſepultura, ſententia † declaratoria neceſſaria eſt,
vt in caſu conſuluit Pet. de Anch. in conſ. 189. incip. tribus de cauſis.
dominus epiſcopus, vbi pro hoc allegat, d. c. cum ſecundum, & per
id quod dicit Ioan. And. in cap. 2. de præſcriptio. lib. 6. quod in qui-
buſcunque pœnis afficientibus perſonam à iure requiratur
confeſſio, aut ſententia, iunctis his quæ dicit, in cap. Fœlicis. col.
2. de pœnis. lib. 6. & ſic ante declarationem non debebat pri-
uari eccleſiaſtica ſepultura, vt ibi per eum, quæ non eſt multi
præiudicij iure canonico attento. cap. ſacris. in fin. de ſepulturis. li-
cet iure ciuili aliter ſit in l. fina. cum authenticis ibi poſitis. C. de ſe-
pulchro violato, quanto minus debet ſine declaratione excom-
municationis, contra aliquem præſumi de crimine hæreſis,
quod eſt tanti præiudicij, in quo omnia pœnarum genera cō-
currunt de quibus tradit Oldra. in conſil. 210. incipien. regularis
43 habet traditio. ¶ Et licet gloſſ. in cle. 2. de ſentent. excommunica. di-
ſputauerit, an liceat euitare excommunicatum non declaratū
& inclinet ſe, quod etiam ſi nō ſit declaratus, quod euitandus,
ſit, vt in cap. cum non ab homine. de ſententia excommunic. vbi etiam
deſiderauit conſtitutionem à Papa fieri prout cum illa gloſſ.
44 tranſeunt Cardin. Imol. & Abb. ibi. † Nihilominus eſt hodie
conſtitutio conciliaris edita per Martinum quintum in con-
cilio Conſtantienſi, & renouata in concilio Baſilienſi, ante-
quam ſciſſuram pateretur, vt habetur in 20. Seſſione. § ad vitan-
dum ſcandala, quæ ponitur in ſecundo libro generalium conciliorum fo-
lio 190. vbi apertè dicitur, quod nemo deinceps à commu-
nione alicuius ſacramentorum adminiſtratione, vel receptio-
ne, aut alijs quibuſcunque diuinis intus & extra prætextu cu-
iuſcunque cenſuræ à iure vel ab homine generaliter promul-
gatæ teneatur abſtinere, vel aliquem euitare, aut interdictum
eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia vel cenſura huiuſmo-
di fuerit publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſſe, non
obſtantibus conſtitutionibus, &c. ſaluo ſi quem pro ſacrilega
manuum in clericos iniectione ſententiam latam à canone ad-
eo notorie conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſit ali-
qua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari. nam
à communione illius licet denunciatus non fuerit, volumus
abſtineri iuxta canonicas ſanctiones, & hanc conſtitutionem
tanquam authenticam ſequitur Archiepiſcop. Florent. in ter-
tia parte ſumma. titu. 25. cap. 2. § 2. vt refert Felin. in cap. à nobis. de
except. & in c. Rodulphus. in antepen. col. de reſcript. Abb. in Clem. 2. de
ſententia excommunic. Angel. de Claua. in verbo excommunicatio,
octauo. §. tertio.

¶ Aduerte tamen ad vnum, quia dicta conſtitutio conci-
liaris diuerſimode recitatur à Doctorib. Archiepiſcopus Flo-
rent. & Angelus referunt illam, vt ſolus percuſſor clerici no-
torius excipiatur. Abbas vero excipit omnem excommunica-
tum notorium, ſcilicet quem conſtiterit eſſe excommunica-
tum. & hoc facit admirari Felin. quare magis percuſſor clerici
notorius excipiatur, quàm quilibet excommunicatus noto-
rius, vt per eum, in d. cap. Rodulphus. hoc enim prouenit à veri-
tate litteræ dictæ conſtitutionis.

¶ Mihi tamen videtur, quod conſtitutio non facit aliquam
mentionem de percuſſione clerici. Sed quod dicit hæc verba
formalia, aut ſi aliquem ita notoriæ excommunicationis ſen-
tentiam conſtiterit incidiſſe, quod nulla tergiuerſatione poſ-
ſit celari aut aliquo ſuffragio excuſari, ita habetur, in dicta Seſ-
ſione vigeſima. in §. ad vitandum ſcandala, ſupra alleg. & in pragma-
tica ſanctione in titulo de excommunicatis non vitandis, quod eſt
maximè authenticum, & huic text. eſt ſtandum tanquam po-
ſteriori. l. ſed & poſteriores. ff. de legibus. cap. primo. de conſtitut. libro 6.
Nam cum conſilium Baſilienſe ſit poſterius ipſo concilio Cō-
ſtancienſi, illud primum alterauit, prout Syluester tangit, in
ſua ſumma in verbo excommunicatio, quinto, notabili quinto. Vnde
extantibus verbis dictæ conſtitutionis conciliaris, vt ſupra di-
ctum eſt ceſſant ea quæ dicit Decius, in capit. à nobis. de exceptio.
colum. 2.

¶ Et in eo quod dixi nominatim, intelligo nomine proprio
expreſſo vel alijs indubitatis circumſtantijs expreſſis; ita quod
poſſit eſſe certum quis ſit excommunicatus, cap. conſtitutionem,
cap. licet. de ſententia excommunicationis, libro ſexto. Clement. ſecun-
da, in fin. de ſententia excommunicationis. notant gloſſ. & Abbas,
45 in cap. cum plantare. de priuilegiis. §. † nominatim. Inſtitut. de exhære.
liberorum. l. 1. ff. de libert. & poſthuman. Innocent. in capitulo in La-
teranenſi. de præbendis, alias ſi in genere eſſent excommunicati,
non puto ſufficere, ſicut ſi Epiſcopus excommunicaret om-
nes illos, qui furtum commiſerunt, vt in capitulo à nobis. de ſen-
tentia excommunicationis. Bald. in capitulo ſi ſacerdos. de offic. ordina.
Rota, in deciſione. 444. incipien. extra rotam petebatur. Aretin. in
cap. nouit. colum. penult. de iudic. vel ſi excommunicet Ioannem
cum fautoribus, vt in cap. ſacro. de ſententia excommunicationis, in
fine, & in notabili caſu conſuluit Angelus, in conſil. 200. incipien.
in ciuitate Lucana. inquiens, quòd ſi quis excommunicatus fuit
cum fautoribus; vel adhærentibus, ſuper hoc quòd ſit de ad-
hærentibus, vel fautoribus declaratoria ſententia requiritur,
& de hoc eſt dictum Innocent. in dicto capitul. in Lateranenſi. vbi
hoc refert Imol. in 2. col. verſic. vltimò tangit hic Innocentius. de præ-
bendis, & in ſimili caſu tradunt Baldus, Salycet. Alexander, &
Moderni, in l. ſi quis maior. C. de tranſact.

¶ Prædicta tamen limito, niſi ille contra quem præſumitur 46
de hæreſi eſſet notoriè excommunicatus, & in notoria excom-
municatione ſtetiſſet per annum, puta quia notorium erat in-
cidiſſe in canonem, ſi quis ſuadente diabolo. 17. quæſt. 4. vel con-
traxiſſe matrimonium contra diſpoſitionem, cle. vnica. de con-
ſanguin. vel affinit. vel aliàs incurriſſet notoriam excommunica-
tionem, in qua notoria excommunicatione ſtetiſſet per an-
num, nam tunc per lapſum dicti anni currentis à die, quo cœ-
pit eſſe notoria illa excommunicatio, vel factum notorium,
ex quo excommunicatio fuit incurſa, reputari poteſt ſuſpe-
ctus de hæreſi, iuxta deſuper allegata. etiam non præmiſſa de-
claratione, quod probatur per verba dictæ conſtitutionis cō-
ciliaris, vbi quantum ad euitationem ille excipitur quem cō-
ſtiterit notorie incidiſſe in ſententiam excommunicationis,
& quod factum nulla poſſit tergiuerſatione celari, nec aliquo
ſuffragio excuſari, ex quo enim factum eſt notorium, pro-
pter quod ille incurrerat excommunicationem, clare demon-
ſtratur contemptus clauium. & ſic ſumus in caſu, cap. fin. de pœ-
nis, hoc enim notorium inducit rei euidentiam, quæ à pari
procedit cum confeſſione, & ſententia, vt eſt text. in cap. fin. de
cohabita. cleri. & mulie. gloſſ. in c. ad abolendam. in verbo deprehenſi, de
hæretic. & in cap. ſuper quibuſdam. de verbo. ſignific. facit text. in cap.
tua nos. de coha. cleric. vel mulie. ſuadetur hoc etiam, quia in facto
notorio declaratio non requiritur vt concludit Abbas in capit.
cum non ab homine. colum. fin. de iudicijs, & in cap. peruenit. 1. de appel-
latio. Dom. in cap. cum ſecundum. §. 1. de hæret. lib. 6. Felin. in cap. 2.
d. ſponſa. colum. 2. Abbas, in cap. per tuas. de appellatione. vbi allegat
Hoſtienſ. in cap. ex parte in Chriſto. de verbo ſignificat. Felin. in cap.
parrochianos. de ſententia excommunicationis. Bald. in l. iubemus. 2.
§. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. dum dicit, quòd ſi factum reuocatur
in dubium requiritur declaratoria: ergo in facto notorio ſe-
cus Hoſtien. in ſumma, in titulo de hæret. §. qualiter denunciatur in
princip. & hoc de facili procedit quando factum eſt notorium,
ex quo incurſa fuit excommunicatio, aliàs nō ſufficeret quòd
allegaretur res notoria, quia multa dicuntur eſſe notoria, quæ
non ſunt, in cap. conſuluit. 1. de appellatio.

¶ † Vnde cautela eſt, vt prius declaretur per iudicem fa- 47
ctum illud eſſe notorium, vt dicit Abb. in capit. ad noſtram. 3. col.
fin. de iureiuran. Cardin. in Clement. paſtoralis. in 17. notabili. de re
iudica. vt late proſequitur Franciſcus de Aretin. in conſil. 165. in-
cipien. ſicut Ioannes dixit. colum. 7. vt tradit dominus Dec. in d. cap.
conſuluit. in prima colum. & in cap. cum non ab homine. colum. penult.
de iudiciis. quando vero ſumus in notorio iudex potius dicitur
procedere exequendo quam ſententiando, vt dicit Innocent.
in cap. ex parte. de verb. ſignif. facit gloſſ. in l. ictus fuſtium. ff. de his
qui not. infamia. vbi ſecundum vnam lecturam in notorio non
exigitur cauſæ cognitio, nec ſententiæ ſolennitas, ſed ſufficit
præceptum iudicis ad exequendum, vt refert Socin. in conſil.
22. incipien. Sequendo ordinem colum. 4.

¶ † Nec etiam obſtat. d. cap. cum ſecundum, quia ille text. lo- 48
quitur in iudice qui non habet cognitionem cauſæ, qui non
poteſt procedere ad executionem niſi lata ſententia per alium
iudicem, ſed vbi ipſe iudex habet cognitionem cauſæ non re-
quiritur ſententia, quia ſufficit eſſe notorium, vt patet in cap. 1.
de hom. lib. 6. prout tradit Dom. de S. Gemin. in conſil. 136. Domi-
nus Burgenſis. colum. 2. ¶ † Et dixi annum currere à die notorie- 49
tatis dictæ excommunicationis, ſicut in ſimili dicit Bart. in l.
decem. ff. de verbo. obliga. de eo qui volebat agere contra fideiuſ-
ſorem, antequam ageret contra principalem, qui erat mani-
feſtus Tyrannus, quia tunc agere poteſt non excuſſo princi-
pali, Bartol. idem dicit in lege, qui ſatiſdare. de fideiuſſo. Vnde per
gloſſ.

gloſſ. *in verbo, excuſſam.in dicta l.1 o.* dicunt Bald.& Moderni, *in l.fin ff. ſi cert.peta.* quod quando eſt notorium debitorem non eſſe ſoluendo, non eſt opus diſcuſſione, quia in his notorijs ordo diſcuſſionis non eſt neceſſarius,& ibi Bartol,& adeo hęc vera ſunt in notorio vero, quod omnibus patet, vt ſententia declaratoria neceſſaria non ſit per dicta per Domin. *in d. cap. cum ſecundum.§.primo.* Non obſtat quod dicit Bartol. *in lege ſtipulatio.§.habet.ff.de operis noui nuncia.* vt tradit Alexan. *in l.exitu ff. de acquir.poſſe.* quia habet locum quando dicitur ſimpliciter, & allegatur notorium, quod non omnibus euidenter conſtat, quia in eo caſu declaratoria opus eſt,prout Ludo. Rom.conſuluit, *in conſi. nonageſimotertio.incipien.Viſis.* ſecus vero in notorio de quo loquimur in caſu noſtro prout tradit dominus Decius. *in dicta l.fin.colum.3.ff.ſi certum petatur.*& Angel. Aretin. *in §.item ſi quis in fraudem Inſtitu.de actio.in quinta colum.verſi.ex quo videtur.* Vbi etiam dicit *in 8.colum.verſ.quæro à quo tempore.*quòd annus qui datur creditori ad reuocandum alienata à debitore iuxta *l.1.in principio. ff. de his quæ in frau.credit.* incipit currere à die quo erit notorium debitorem non eſſe ſoluendo:facit, *l.in rebus.§.omnis.ibi,ex quo eis hoc infortunium illatum eſſe claruerit.C. de iure dotium:* Sequitur Dominus Iaſ. *in d § item ſi quis. colum.22.* & Alex conſuluit in optimo caſu, *in conſil.38. incip. viſo & perlecto vol.2.verſi.vltimo circa lib.5.* Et ſic patet de hoc dubio,in quo ſufficit dediſſe cauſam inueſtigandi.

50 ¶ Sed pone quòd quis conuincatur dixiſſe, quòd excommunicatus moriens in excommunicatione non damnatur æternaliter. An hæc propoſitio ſit hæretica,& illam aſſerēs pertinaciter ſit hæreticus reputandus. Reſpōdeo, quòd hæc propoſitio ambigua eſt habens duos ſenſus. Vnum catholicum, alterum hæreticum. Catholicus eſt, quòd iniuſtè excommunicatus, hoc eſt. qui non eſt in culpa ob quam eſt excommunicatus,non damnatur. Vnde dicit Auguſt. de vera religione, quòd ſæpè diuina prouidentia ſinit etiam bonos viros, per nonnullas turbulentas carnalium hominum ſeditiones expelli de congregatione Chriſtiana; quam contumeliam, vel iniuriam ſuam cum patientiſſimè pro eccleſiæ pace tulerint, neque vllas nouitates,vel ſciſmatis vel hęreſis moliti fuerint, & fidem quam in eccleſia catholica prædicari ſciunt vſque ad mortem iuuant,& teſtimonio defendunt, hos coronat pater in occulto videns. Et dicit Origenes, *ſuper Leuiticum,* & ponitur, *in cap.cum aliquis.24.quæſt.3. aliquis non recto iudicio foras mittitur,ſi ante non exierit,id eſt,ſi non egerit, vt mereretur exire nihil læditur.* Interdum enim qui foras mittitur intus eſt, & qui foris eſt, intus videtur retineri. Vbi notat Cardin. de turre cremata. quòd frequenter accidit, quòd excommunicatus in facie eccleſiæ, & extra eccleſiam miſſus ſiue eiectus, eſt in conſpectu Dei innocens.& vitæ meritò intus, vt confitentes Chriſtum in iudicio Iudæorum erant extra ſinagogam Iudæorum. *Ioan.9.* qui in veritate erant intus per gratiam Chriſti. Et idem tenet Auguſt.de Ancho. *in tractat.de poteſtate Papæ.quæſt.27. artic.4* & probatur, *in cap.ſicuti de Auguſt.11.quæſt.3.*& quamuis iudicium Dei veritati (qui non fallit nec fallitur) ſemper innitatur, iudicium tamen eccleſiæ nonnunquàm opinionem ſequitur. quam & fallere ſæpè contingit,& falli. Propter quod contingit interdum, vt qui ligatus eſt apud Deum, apud eccleſiam ſit ſolutus,& qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit ſententia innodatus,vt dicit text. *in cap.à nobis.2. de ſententia excommunicat.* pro quo facit. *cap.lator, & cap.conſanguinei.de re iudica.* Vnde dicit Abbas, *in dicto cap.à nobis,* quod ratio eſt, quia eccleſia non iudicat de occultis,ſicut ipſe Deus, *in capit. vt noſtrum.vt eccleſ.beneficia.facit.cap.literas.de reſtitu.ſpolia.*& latè tradit Cardin.de Turre cremata. *in tracta.de poteſtate Papæ,lib.1.cap.8. in reſponſione ad ſextum argumentum.*& Dom. Card. *in repetit.cap. a nobis excommunicato.de reſcript.*& ibi latè And.Sicul.diſſeruit.

¶ Alter vetus ſenſus dictæ propoſitionis eſt hæreticus, videlicet,quòd excommunicatus iuſtè decedens in excommunicatione non damnatur æternaliter, quia immo damnatur. Ratio eſt quia cum excommunicatio iuſta non proferatur niſi præcedente peccato mortali, *vt in c.nemo.11.quæſt.3* Sequitur quòd excommunicatus traditur Sathanæ per excommunicationem, *in cap. omnis Chriſtianus.eadem.quæſt.* vbi dicit Cardin. de turre cremata quòd ille excommunicatus iam per mortale peccatum membrum diaboli, quo ad Deum, ſed non quo ad eccleſiam nunc per dictam excommunicationem,ſed decedens in peccato mortali damnatur æternaliter,ſicuti prędicat fides noſtra vt habetur, Matthæi.25. *Ite maledicti in ignem æternum.& infra.Ibunt hi in ignem æternum.*Et Apocalyp.2.*cruciabuntur in ſecula ſeculorum,*& Auguſt.*tradit in lib.de ciuitate Dei lib. 21.c.11.& habetur in extrauag.Benedicti.12. incip. diffinimus quòd ſecundum communem Dei ordinationem.&c.Ibi,dicimus inſuper,quòd ſecundum communem Dei ordinationem, animæ deſcendentium in actuali mortali peccato,mox poſt ſuam mortem ad inferna deſcendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur.* Et quòd nihilominus in die iudicij, omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt reddituri de factis proprijs rationem,& infra. Quicunque autem deinceps noſtrarum diffinitionum prædictarum, ſeu determinationum, aut ſingularum ipſarum contrarium ſcienter, & pertinaciter tenere, aſſerere, prędicare, docere, aut defendere verbo vel ſcriptis præſumpſerit, contra eum ſicut contra hæreticum modo debito procedatur, quam extrauagantem refert Gabriel. *in 4.Sententiarum diſtinct. 40.quæſt.2. in 3.artic. in illius ſupplemento.* Vnde clarum eſt, quòd ſi dicens dicta verba illa in primo ſenſu intelligit,nō eſt hęreticus,quia propoſitio catholica eſt. Secus vero ſi in ſecundo ſenſu hæretico intelligit, quia hæreticus eſt, vt dixi. Præſertim,quia quilibet Chriſtianus tenetur ſcire hanc propoſitionem in hoc ſenſu hæretico eſſe damnatam, videlicet quod decedens in peccato mortali eſt damnatus, & quòd decedens in excommunicatione iuſtè prolata eſt damnatus. Tum quia excommunicatus videtur palam expelli à diuinis officijs,cui eccleſia non communicat,nec alij, *c.ſi quem. de ſententia excommunicati. & c.cum deſideres.eod.titu.* Et in his quæ palam fiunt,& prædicātur ignorantia allegari non poteſt, cum ſcientia præſumatur. *Notatur,in l.ſi tutor petitus.C.de peri.tuto.* facit gloſſ. *in l. neque natales.C.de prob.ttio.c.1.de poſtulatione prælatorum. c.fin.qui matri.accuſare poſſ.*& Rom. *in deciſio.444.incipien.extra rotam petebatur.* Præſertim in his quæ ſunt fidei, vt dicit gloſſ.not. in verbo, *ignorantia.in c.ſitiſma.24.quæſt.1.*& hæc ſunt de mente Ocham, *in dialogo.lib.4.cap.19.* vbi licet non loquatur in materia prædictæ propoſitionis, loquitur tamen in ſimili. Ex qua ſumi poteſt deciſio caſus præcedentis: quòd autem illam propoſitionem videatur intelligere in ſenſu hæretico hoc conſtare poteſt,aut per eius confeſſionem, quia ea, quæ in animo conſiſtunt, ſic probantur, vt dicit Bald. *in l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop.& cleric.* aut ſi interrogatus ipſe reus an credat quòd moriens in excommunicatione damnetur, reſpondeat, quòd credit,& tunc ſi per teſtes conuincatur dixiſſe,quòd moriens in excommunicatione non damnatur æternaliter, & ipſe neget dixiſſe, vt conuictus hæreticus nolens confiteri hæreſim ſuam condemnare poſſet. *cap.ad abolendam.§.1.verſic. niſi continuo.de hæret.* Hoſtien. *in ſumma tit.de hæretic.§.qualiter deprehendantur.verſic.ſi vero negauerit.* Et eſt ratio, quia in illo ſenſu hæretico apparet dixiſſe, quem ipſe intelligit,& de quo per teſtes conuincitur, & non in alio, de quo non cogitauit, vnde non obſtāte quòd dicat ſe credere quod ſancta mater eccleſia credit, vt hæreticus damnatur, vt eſt deciſio rotæ, *in antiquis deciſ. 375.incipien.accuſatus.de hæretic.* & hæc nōta, quia non loquor ſine cauſa.

¶ Quarto modo dicitur † hæreticus omnis qui malè interpretatur ſacram ſcripturam, *vt in c.hæreſis.24.quæſt.4.* vbi beatus Hieron. inquit, quicunque ſacram ſcripturam aliter intelligit quàm ſenſus Spiritus ſancti eſſlagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, tamen hęreticus appellari poteſt. quod eſt dicere prout declaraui, *ſupra in principio huius. q.13* Et dicit Auguſt. *in 4.Trinit.c.6.contra rationem nemo ſobrius contra ſcripturas ſacras nemo chriſtianus,contra eccleſiam nemo pacificus ſentit* Vnde dicit text. *in c. relatum.37.diſtinct.* diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur non ſecundum propriam ingenij virtutem legatur vel doceatur, ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis oportet, qui enim ſentit contra ſacram ſcripturam,ſiue contra ea quæ neceſſaria, & formali ſequentia ex ea eliciuntur, hæreticus eſt. Nam ſi quis pertinaciter aſſereret Iſaac non fuiſſe filium Abrahæ,vt ſcriptura ſacra dicit, ſequeretur quòd ſcriptura contineret aliquod falſum, quod eſt hæreticum, vt dicit S.Thom. *ſuper 1.ad Corint.11. lectione.4.* Sacra quidem ſcriptura tam veteris, quàm noui teſtamēti certis terminis continetur, eamque poſteris omnium Epiſcoporum † literis ita pręponi,vt de illa omnino dubitari vel diſceptari nō poſſit, vtrum verum,vel vtrum rectum ſit, quicquid in ea ſcriptum cōſtiterit, vt dicit Auguſt. *de vnico baptiſmo,*& regiſtratur,

51

52

in cap. qui neſciat. diſtinct. 9. & dicit Auguſt. *in cap. ſi ad ſcripturas,* quòd ſi ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint, vel officioſa mendacia, quid in eis remanebit authoritatis? q. d. nihil: quæ tandẽ de ſcripturis illis ſententia proferetur, cuius pondere contentioſæ falſitatis obſeretur improbitas? q. d. nulla. ¶ Et dicit Scotus, *in 4. diſtinct. 3. quæſt. 4. artic. 2.* quòd ſi in ſcriptura ſacra admitteretur aliquod mendacium quantumcunque paruum, ſeu officioſum nihil remaneret in ea ſolidæ veritatis, qua conuincatur aduerſarius, ſcilicet, hæreticus, quicquid enim contra ipſum allegatum fuerit, reſpondebit illud mendaciter eſſe dictum, iocosè, vel officiosè, vt eſt illud aliud, quod conceditur eſſe dictum. Vnde dicit Auguſt. *in cap. ſus. ſoli. 9. diſtinct.* quòd libris qui canonici nominantur hanc didicit ferre reuerentiam, vt nullum eorum in ſcribendo errasſe audeat credere, & hæc eſt ratio, quia † proprium eſt doctrinæ Theologicę,
53 & Chriſtianæ ab auctoritate ſacræ ſcripturæ argumentari, eo quia principia huius doctrinæ per reuelationem habentur, & ſic oportet, quod credatur auctoritati eorum, quibus reuelatio facta eſt, innititur enim fides noſtra reuelationi Apoſtolis, & prophetis factæ, qui canonicos libros ſcripſerunt, non autẽ reuelationi, ſi qua fuit alijs doctoribus facta. Verba ſunt. S. Thom. *in 1. parte. quæſt. 1. artic. 8. verſic. ad ſecundum. Maior quidem eſt ſacræ ſcripturæ auctoritas, quàm omnis humani ingenij perſpicacitas,* vt dicit Auguſt. *ſuper Geneſim ad literam.* quod autem in ſacra ſcriptura nihil falſitatis contineatur, aut contineri poſſit, latè deducitur per Cardin. de Turre Crema. *in d. c. ſi ad ſcripturas* Et dicebat Specu. *in ſuo rationali ſu proœmio, colum. 3.* quod ſicut nemo prohibetur diuerſis exceptionibus, & defenſionibus vti, *vt l. nemo. ff. de except. in c. audita. de præſcriptio.* & traditur, *in l. quotiens. ff. de reg. iuris* Sic etiam nec diuerſis in laudem Dei expoſitionibus ſalua fide, & ad prædicta, & ſimilia tradit plura Ockam. *in ſuo Dialog. lib. 4. tractat. 1. tertia parte. c. 15.* cum pluribus ſequentibus.

54 ¶ † Vnde quod dicit Gratianus, *in c. illud. §. obijcitur. 22. quæſt.* 4. quod tempore Regis Achab fuerunt miſſi duo quinquagenarij ad Heliam, qui dixerunt ei, homo Dei Rex Iſrael vocat te, &c. Hæreſis eſt explicita, quia contraria veritas eſt explicite approbata. quia hoc accidit tempore Ochoziæ mortuo Rege Achab, ſicut expreſſe in ſacra ſcriptura reperitur. 3. *Regũ cap. 1.* Vnde ſi Gratianus pertinaciter ei adhæſiſſet, quod ſic eſſet prout ipſe ſcribit, fuiſſet manifeſtus hæreticus. Sed nõ fuit hæreticus, quia non pertinaciter, ſed inaduertenter illud dixit. & gloſſ. ibi poſita ſuper verbo Achab. de hoc aduertens dicit, quòd ipſe confundit hiſtoriam, non enim Achab miſit illos quinquagenarios, ſed Rex Ochozias nec etiam illud contingit tempore Achab, ſed ſub Ochozia. ¶ Nec reputes inconueniens, quòd Gratianus compulator decreti quod quotidie legitur in ſcholis, & allegatur in palatijs, reprobetur, quia in pluribus alijs legitur reprobatus. *Sic patet in c. ad menſuram. 11. q. 3. c. 1. & 12. quæſt. 3 & alijs quàm plurimis locis,* & de illius approbatione vide quæ latè cumulant Modern. *in c. ex parte. el primo de reſcriptis,* & non eſt mirandum quod Gratianus in aliquibus errauerit, & non teneatur, quia idem de magiſtro ſententiarũ dicitur qui in pluribus ab eo dictis non tenetur, vt patet in illa propoſitione quam tenet. *in tertia diſtinct.* 22. quod Chriſtus in triduo mortuus, fuit homo, & alijs pluribus, vt late ſcribitur, *in libello de erroribus Pariſijs condemnatis. cap. 33.* Sed aduerte quòd ſummaria rubricata quę ſunt in decretis aliquando ſunt falſa, *vt in c. carta. 5 quæſt. 11. c. placuit. 2. 16. quæſt. 3 & alijs,* vt dicit Spec. *in titulo de diſputat. in ſu.* Sic igitur tenens pertinaciter aliquam propoſitionem contra ſacram ſcripturam aſſerens illam falſum continere hæreticus eſt cenſendus per prædicta.

55 ¶ † Quintò modo dicitur hæreticus, qui nouã opinionem inuenit, *vt in c. hæreticus. 24 quæſt. 3.* prout dixi, *ſupra in principio huius 13. quæſt.* intellige in his quæ ſunt fidei contraria, & inuẽtam ſequitur. Inuenerunt hæreſes & Arrius, & Sebellius & hi hæreſiarchæ nuncupantur, ſequuntur qui hæreſiarchas imitantur & ſequuntur quorum ſunt multitudo in eccleſia: quas opiniones nouas, & hæreticas inuenerunt, & ſuſcitarunt, propter commodum temporale, aut gloriæ principatum, vt dicit text. *in d. c. hæreticus,* & inuentos pertinaciter defendunt. Nam vt dicit Auguſt. *in lib. 18. de ciuitate Dei. cap. 51.* qui in eccleſia Dei morbidum aliquid prauumque ſapiunt ſi correpti, vt ſanum rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defẽſare perſiſtunt hæretici ſunt, *vt in c. qui in eccleſia. 24. q. 3.* & hæreſiarcha eſt princeps hereticorum ab archos quod eſt princeps. *c. c.*
21. diſtin. ¶ † Sexto modo dicitur hæreticus, quia Romanæ ec- 56
cleſiæ priuilegia, ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite tradita auferre conatur, *vt in c. omnes 22. diſt.* vbi dicitur, quòd iſte in hæreſim procul dubio labitur, vt dicit Archid. quod iſte dicitur hæreticus largo ſumpto vocabulo, & ſic nõn proprijſſime, vt paulo ante dixi. ¶ Sed melius diſtinguendum eſt ſecundum eundem Archid. *in c. nulli fas eſt. 19. diſtin* poſt gloſſ. ibi poſitam, quod aut quis negat contumaciter ſedem Apoſtolicam eſſe caput omniũ eccleſiarum, & conſequenter non poſſe condere canones, vel decreta, & ſic ei non eſſe obediendũ, tunc talis ſciſmaticus. & hæreticus eſt, de quo eſt text. *in d. cap. nulli.* intelligendo quòd ibi ſit canon latæ ſententiæ, quia hæretici ipſo iure excommunicati ſunt. *c. excommunicamus. primo in principio. & c. ſicut de hæreticis.* Card. *in c. 1. diſtin.* etiam ſi ſint occulti. gloſſ. *in c. 1. 24. q. 1.* & gloſ *in cle. multorum querela. in verbo, eo ipſo. de hæreticis* & ſic intelligendo text. *in d. c. omnes.* in vero hæretico procedit, in hæretico large, vt dicebat Archid. ibi, *& in c. violatores. 25. quæſt. 1.* Aſſerit enim dogma pertinaciter peruerſum Catholicæ veritati contrarium, ideo cenſendus eſt hæreticus, *in c. hæreticum. & in c. inter hæreſim 24 quæſt. 3.* Eſt etiam contra ſacrum euangelium *Ioan. 1.* Tu vocaberis Cephas, id eſt fũdamentum eccleſiæ. Et contra illud Matth. *c. 16. Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam,* prout per hæc & alia, ita concludit Cardin. de Turre Crema. *in d. c. omnes,* & gloſſ. *in c. generali in verbo inhibemus. de electio. lib. 6.* Ioan. de Ana. *in c. innotuit. col. 1. de elect.* Ioan. de Imol *in c. 2. de maior. & obedien.* Et etiam talis hæc dicens infamis eſt. *c. infamis. 6 q. 1.* vt notat Domi. *in d. c. generali.* Alexan. de Imol. *in diſputatione incipiente, Sigiſmundus. col. 15.* & Oldra. *in conſ. 271. incip. Quæſtio talis eſt.* Felin cum pluribus per eum allegatis, vbi facit illam gloſſ. ſingularem, *in c. 1. col. 4. verſ. quarto modo. de conſtit.* Dom & alij, *in c. ſi Papa. 40. diſt. & in c. hunc ſedi. 17. diſt.* Card. *in Clem. 1. de ætate & qualitate.*

57 ¶ † Idem etiam ſi diceret quod eccleſiæ prælati non habent potestatem ligandi, & ſoluendi, vt dicit Aud. de Iſernia, *in tit. de ſtatuto contra liber. eccleſ. §. ſatisfactionem, in fi. vdis.*
¶ Et idem eſ- 58
ſet ſi quis crederet eccleſiam vniuerſalẽ poſſe habere duo capita, nam talis eſſet hæreticus, vt dicit gloſſ. *in cap. non autem. 7. quæſt. 1.* & latius per gloſſ. *in Clem. ad noſtrum. in verbo, eccleſia. de hæret.* Aob *in c. a ſiclo n. 18. column. de iudicus.* cum his quæ tradit Felin *in c. quæ in eccl. earum. colum. 28. de conſtit.*

59 ¶ † Etiam eſſet hæreticus qui pertinaciter aſſereret, quod Papa non poſſet dare indulgentias plenarias ad remiſſionem pœnæ debitæ in purgatorio deuotis circumſtantijs ſeruatis, vt dicit Anton. Flor. *in prima parte ſummæ tit. 10. §. 7.* Eſſet enim talis aſſertio contra articulum fidei, ſcilicet Sanctam eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, peccatorum remiſſionem. In quo comprehenduntur effectus gratiæ, remiſſio peccatorum per ſacramenta, & effectus gratiæ, quæ eſt communicatio meritorum, & bonorum operum, quæ eſt per charitatem, prout hæc deducit Auguſti. de Anch. *in tracta. de poteſtate Papæ. quæſt. 29. art. 1.* tradit Felin. *in ſermone de indulgen. colum. 4.* de quarum effectu plura refert Ioan. de Ana. *in titu. de crimi. falſi.* Card. *in Clem. 1. §. ad hæc. colum. fin. de pœnit. & remiſſio.*

60 ¶ Aut vero quis obedire contemnit mandatis eccleſiæ non ex ratione erroris, quia non negat Apoſtolicam ſedem caput eſſe eccleſiarum, & poſſe decreta condere, ſed ex alia ratione ſeu radice, vt pote propter aliquis commodi temporalis acquiſitionem, aut damnum, aut periculi euitationem. Et de tali genere hominum eſt concluſio, quod talis licet mortaliter peccet non tamen ſunt ipſo facto excommunicati, bene tamẽ excommunicandi iuxta illud, Matthæi 18. *Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethenicus, & publicanus, in c. nouit. de iudicijs,* & de his intelligitur text. *in d. c. omnes,* ſi ibi eſt canon ferendæ ſentẽtiæ prout ſic ponderant Vgo Archid. Domi. Cardin. de Turre Crema. facit text. & gloſſ. *in c. de libellis. 20. diſt.* & gloſſ. *in d. c. generali,* debent enim Epiſcopi totis viribus ſeruare canones, & regulas ſanctorum patrũ, vt probatur, *in d. c. nulli. fas eſt. 19. diſt.* adeo quod dicit gloſſ. *in c. ſacerdotes. 2. q. 7.* quod à prælato non ſeruante canones poſſimus recedere, ſicut ab excommunicato, & præciſo ab eccleſia, quod intellige prout declarat Abbas, *in c. ſi ſuſcitatus. col. 2. de reſcript. & in c. ego N. de iureiur. col. 2. & in c. cum non liceat. de præſcript.* per Modern. & traditur aliquid per
Card. Alex. *in d. c. nulli fas.* ¶ † Grauiter peccant prælati non ſer- 61
uantes

uantes canones. Incurrunt enim peccatum mortale ſi faciunt hoc ex contemptu traditur, *in c. nam concupiſcentiam. diſtin. 19. de conſtit. c. 2. de maio. & obed.* facit, *c. nulli fas eſt. & c. violatores. 25. q. 1.* quos ad inſtar Romani Pontificis debent defendere vſque ad animam, & ſanguinem. *c. ſunt quidam eadem, quaſt.* Et tunc præſumitur quis ex contemptu facere, quando pluries canonibus contrauenit. *c. unum oratorium. §. alias ea demum. 25. diſt. c. honoratur. 77. diſt.* & ſic procedit, *d. c. nulli fas 19. diſt.* aſſidue enim peccantium non miſeretur Deus. *c. diaconi ſunt. in fi. 93. diſtin.* Nam vulnus iteratum tardius ſanatur. *c. in annis. de pœnit. diſt. 3.* ſeuerius enim puniunt peccatum iteratum, vt tradit Ioan. de Ana.
62 *in c. ad abolendam, in principio in notabilibus; de hæreticis.* vbi allegat *l. 3. C. de epiſcop. audi.* vbi Bald. poſt Guiliel. de Cun. † Niſi fortan hoc faceret ex aliqua magna cauſa, prout eſſet magnitudo delicti, vt dicebat Innoc. *in c. 1. de conſtit.* de quo Bald. *exclamat; in c. 1. quibus modis feu. amittatur. & in authen. ſed nouo. C. de ſeruis fugit.* Angel. & Salic. *in l. Gracchus. C. de adulte.* cum ſimilibus, vt tradit Felin. *in c. qualiter & quando. 2. §. ad corrigendos in 6. col. de accuſat.* Doctor. & Modern. *in d. c. 1. de conſtitut.*

¶ De iudæis vero & alijs infidelibus an ſint dicendi hæretici, latè dixi ſupra, *in 1. q.* ac etiam de illis qui malè ſentiunt de articulis fidei latè ibi examinaui. E. proximè in hac quæſtione dum dedi nouum intellectum, *ad l. 2. C. de hæret.* ideo non cen-
63 ſeo repetendum. ¶ Septimo † modo dicitur hæreticus qui de eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentit, & docere præſumit quàm ſacroſancta Romana eccleſia prædicat & tenet. De quo habemus tex. *in c. ad abolendam in princip.* vbi hoc notatur. *de hæret. c. accuſatus. § cum vero. de hæret. lib. 6.* quod ergo eccleſia Romana ſeruat, & mandat ab alijs obſeruari generaliter eſt obſeruandum. *c. quis neſciat. 21. diſtin.* quicunque igitur malè ſentit de ſacramentis eccleſiæ hæreticus eſt, vt ibi refert glo. cum qua
64 omnes tranſeunt. ¶ † Sacramenta autem eccleſiæ ſeptē ſunt, *vt in c. in unius. de tranſact.* in gloſ. ad quam quotidie habetur recurſus ſecundum Abb. *ibi & in c. 1. de ſacra. non iterat.* Ioan. And. & Card. Floren. *in d. c. ad abolendam.* Et quamuis ibi de quatuor ſacramentis fiat ſolum mentio, ſcilicet, de ſacramento Euchariſtiæ, baptiſmate, pœnitentia, & matrimonio. Nihilominus de ſacramento ordinis, cōfirmatione in fronte, & de extrema vnctione intelligitur, vt patet ibi. Vel reliquis ſacramentis eccleſiæ aliter ſentire, aut docere non metuunt, facit, *c. hæreſis. 24.*
65 *q. 2. & c. hæc eſt fides. 24. q. 1.* ¶ Et circa ſacramentum † Euchariſtiæ poteſt poni exemplum in multis erroribus, & hæreſibus quæ fuerunt circa illud, prout aliquę ponuntur, *in c. cum omnes de conſecr. diſt. 2.* & in eo damnantur. Nam aliqui offerebant in ſacramēto lac pro vino. Alij intinctam hoſtiam populo diſtribuebāt, alij botrum integrum ſacrificabant, & ſic de alijs, quæ hæreſes excluduntur apertiſſimè per euangelium, quia Chriſtus ſub ſpecie panis & vini hoc ſacramentum inſtituit ſicut patet *Matthæi. 26.* prout latè tradit de Turre Crema. *in d. c. cum omnes.* Fuit etiam circa hoc ſacramentum error Bohemorum, qui pertinaciter aſſerebant, quòd de neceſſitate ſalutis populi erat hoc ſacramentum ſumere ſub vtraq; ſpecie panis & vini contra vſum vniuerſalis eccleſiæ, quæ cum Spiritu ſancto regatur impoſſibile eſt errare in his, quę ſunt fidei, & de neceſſitate ſalutis. Et hoc colligitur, *in c. peruenit. & c. presbyt. de conſecr. diſtinct. 2.* ipſis vero ſacerdotibus conſecrantibus corpus Chriſti, non eſt licitum ſub vna ſpecie communicare, ſed ſub vtraque neceſſe habent communicare. *vt in c. comperimus. de conſecr.*
66 *diſtinct. 2.* vbi tradit d. Cardin. ¶ Sed quid ſi infirmus petijt † hoſtiam non conſecratam ſibi dari, vt dicatur accepiſſe corpus Chriſti, an iſte infirmus videatur malè ſenſiſſe de ſacramēto Euchariſtiæ. Calderin. *in conſilio. 4. incipien. Si infirmus petit. in titu. de hæret.* manifeſtè tenet quòd non eſt dicendus hæreticus, quia propter hoc non infertur aliter ſenſiſſe de ſacramento altaris, quàm ſentiat Romana eccleſia, quibus modis quis propriè dicitur hæreticus, *vt in d. c. hæc eſt fides. & c. quoniam vetus. 24. q. 1. & in d. c. ad abolendam. in princip.* Sed verba prædicta ſi aliud non addatur indicant quòd iſte diſtinguebat hoſtiam conſecratam à non conſecrata; & quòd per conſecratam intelligat verum corpus Chriſti, & ſic inferri non poteſt illum erraſſe circa corpus Chriſti; vt ibi latius peream, quem refert Ioan. de Ana. & Felin. *in d. c. ad abolendam,* pro quo facit, *c. de homine. de celebra. miſſarum.* vbi habetur de ſacerdote, qui hoſtiam non conſecratam populo pro conſecrata oſtendebat, & ipſe ſumebat. Nam ibi licet dicatur grauiter peccare, nō tamen dicitur,

quòd iudicandus ſit hæreticus, faciunt tradita, *in c. exiſtimat. 11. q. 3.* ¶ Sed Ioan. de Ana. *in d. c. ad abolendam.* dicit, quòd videtur ille cenſendus hæreticus, quia committit idolatriam, cum exhibeat reuerentiam creaturæ, ſcilicet illius panis, quam debet creatori. Ac etiam qui non recipit communionem ſacram hæreticus cenſetur, vt eſt tex. *in authen. de priuilegijs dotis hæret. mulie. non præſtandis. circa medium, colla 8.* & quòd non minus peccat iſte, quàm ille qui nullo modo capit, imo fortè plus. Et ſic ſibi videtur quòd ex hoc capite poſſit tanquam hæreticus puniri.

¶ Felin. tamen, *in d. c. ad abolendam,* modeſtius locutus eſt dicens ex prædictis ſuſpicionem hæreſis oriri. Vbi etiam allegat dictum authenticum. & idem *in rubric. de hæret.* Et ſic vides varietatem inter Doctores; quia ille dicit iſtum hæreticum, alter vero ſuſpectum de hæreſi facit, & dicit Calderinus illum ab hæreſi excuſari: pro Calderino facit, quod dicit S. Bonau. *in 4. diſtinct. 9. q. 4. in fi. ſub his verbis* Non debet dare, *ſcilicet, ſacerdos hoſtiam non conſecratam, nam ſi daret peccaret ille, & ipſe ſimulando, niſi fortaſſis ipſe peccator hoſtiam peteret ob euitandam infamiam, & corporis Dominici reuerentiam.* In quibus verbis tenet, quòd non ſolum non eſt hæreticus petens ſibi dari hoſtiam non conſecratam ex dicta cauſa; ſed etiam quòd non peccat. Nam illa dictio niſi, eſt dictio exceptiua, quę de ſui natura remouet vnā ſpeciem, vel vnum indiuiduum à genere, ſiue à regula, vt ſi dico, nullus homo currit, niſi Petrus: illa vniuerſalis remanet vera in omnibus niſi in Petro, vt dicit Bart. *in l. ſi cum. § iniuriarum, colum. 2. ff. ſi quis cautio.* & res exceptuata debet eſſe de genere, cuius eſt regula *l. 1. ff. de regu. iur.* & Dy. notat, *in rubric. de reg. iur. lib. 6.* & Bart. *in d. § qui iniuriam, & gloſ. in extrauag. cum inter, in verbo declaramus. de verbo ſignific.* Bart. *in l. in his ff. de legibus* dominus Dec. *in l. 1. colum. 2. ff. de regu. iur.* vnde cum dicat S. Bonauent. quòd dans & recipiens hoſtiam non conſecratā peccant, & poſtea ſubdat, niſi fortaſſis ipſe peccator hoſtiam peteret ob euitandam infamiam, & corporis Dominici reuerentiam, manifeſtè ſentit, quòd non peccat nec dans nec recipiens, vt clarè intuenti verba patet, & conſequenter ſi non peccant, non incurrunt hæreſim, quia hæreſis eſt maximum peccatorum, vt probatur, *in c. 1. quid autem. 24. q. 3.* & ibi Card. de Turre Crema. Et patet, quia in eius puniſſione omnia genera pœnarum concurrunt, vt tradit Oldra. *in conſil. 210. incipien. Regularis habet traditio.* & aliás dat caſum in quo vt dicit, liceret & oporteret ſacerdotem ſimulare, puta ſi non habet hoſtiam conſecratam, & eger petat corpus Domini, tunc veliter ſimulat petente ægroto etiam ſi credat ibi eſſe corpus Domini, nec eſt ibi peccatum, quia fit vt vitet ſcandalum infirmi. Ita refert Adrianus ſextus, *in 3. quolibeto, circa finem verſic. ad ſecundam confirmationem.*

¶ Sed mihi pro nunc videtur ſalua eccleſiæ determinatione, quòd non ſolum qui dat hoſtiam non conſecratā pro conſecrata peccet, ſed etiam ille qui petit ſibi dari. De primo eſt text. *in d. c. de homine. ibi, grauius tamen videtur offendere.* Et ibi, *Deo cui non veretur illudere,* quæ verba peccatum eſſe in ſacerdote conſtituunt, tum ratione falſi remedij per eum appoſiti, tum etiam ratione ſimulationis, vt ibi notant gloſſ. Ioan. And. Pet. de Anch. & alij. ¶ Et de ſancto Victore legitur, quòd dum in extremis ageret, & corpus peteret domini, vidētes fratres vomitum eius, & timentes ne proijceret ex ore, ſi daretur corpus Chriſtus, hoſtiam non cōſecratam attulerunt, quam cognoſcens in Spiritu, eis inquit, Parcat vobis altiſſimus, quid voluiſtis facere: & exeuntes verecundè à præſentia viri, corpus verū attulerunt dominicum, quod conſpiciens genuflexo (vt potuit) adorauit, & ſubiungit. Iam non poſſum fratres ſacramētum ſacramentaliter ſumere, obſtrictus ſum. Vadat filius ad patrem, & Spiritus ad Deum, qui fecit illum, & eodem temporis momento, ſacramentum diſparuit, & venerabilis Vgo in domino mortuus eſt. Refert Guilielmus Vorrilonis, *in 4. diſt. 9. q. 1. artic. 2.* & ante eum Anton. *in ſua Cronica. 3. par. c. 1.* & pondera illud parcat vobis altiſſimus, quia vbi non eſſet peccatū, non eſſet opus venia. *c. conſilium. §. cum quæſieris. de obſeruatione ieiuniorum.* Et dicit Richardus de media villa, *in 4. diſtin. 9. articulo. 3. q. 1. in fin.* caueat ſacerdos ne peccatori det hoſtiam non conſecratam, ſimulans ſibi dare corpus Chriſti, quia ſi hoc faceret grauiſſimè peccaret, daret enim ſibi & peccatori occaſionem idolatrandi quantum in ſe eſſet, vt per Henric. Boic. *in c. omnis vtriuſq; ſexus. de pœni. & remiſſio.* De ſecundo dicendū eſt, quòd peccet accipiendo hoſtiam non conſecratam pro con-

ſecrata, quia vt dicit Gabriel, in 4. *diſt.* 9. *q.* 2. quòd in nullo caſu vnquam danda eſt hoſtia non conſecrata, tum quia in ſacramento veritatis non debet eſſe aliqua fictio, tum quia per hoc daret occaſionem idolatrandi recipienti, quia ſecundum Aug. *prius debet ſumens adorare, & ſic adoratum recipere.* Idem dicit S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 1. *artic.* 6. *ad primum, & in* 3. *Sententiarum diſtin.* 9. *artic.* 2. *q.* 5. dicit quòd ſacerdos dans hoſtiam non conſecratam facit idolatrare. *& in* 4. *diſt.* 9. *artic.* 5. Ang. de Claua. *in verbo Eucharistia* 3 § 5. vnde cum recipiens ſimulet ſe accipere corpus Christi cum non accipiat, & adoret illam creaturam panis adoratione latria, tanquam ſi eſſet corpus Christi, quod ipſe ſcit ibi non eſſe, ſequitur quod peccat, & ſic eſt in eadem damnatione in qua eſt ſacerdos dans, vt eſt deciſum, *in d. c. de homine.* ¶ An autem ſit vt hæreticus condemnandus ſic faciens? dicerem breuiter quod aut conſtat de intentione ſua, quod ob illam cautam hoc facit ad euitandum maius peccatum, quod committeret ſi in mortali communicaret, & ad fugiendam infamiam, ſi diceret quod ſine communione decederet: aut de intentione eius non conſtat. In primo caſu dico non eſſe cenſendum illum hæreticum, prout Caſſiler tenet, *in d. ſuo conſil.* 4. & Alberic. de Roſa *in rubr. C. de hæret. col.* 3. *verſ. vidi dubitari*, nam in eo video concurrere ea, quæ aliquem faciunt hæreticum, hæc ſcilicet, errorem in intellectu, & pertinaciam in voluntate vt dicit Old. *in conſ.* 210. *Regularis habet traditio.* Et dixi ſupra in deſcriptione hæretici, & quaſi hæc duo ſunt partes integrales conſtituentes vnum totum, vt dicit gloſſ. *in ſimili in l. relle dicimus. ff. de verb. ſignif. & l. vſuſfructus* [illegible] *ff. de vſu.* Bart & Mod. *in l. qui vſumfructum ff. de verb. obligat.* Ang de Aret. *in § ſi alienum, Inſtit. de heredi. inſtit.* Bart & alij *in l. re coniunctis. col.* 4. *ff. de legat.* 3. Socin. aliquid tangit, *in rub. ff. de lega.* 1. *c. detrahe* 1. *q.* 1. ¶ Nec illa adoratio quam facit ante aſſumptionem hoſtiæ non conſecratæ, facit ipſum idolatram, quia ibi animus, & intentio nō concurrunt. Sed eſt illa fictio & ſimulatio quæ non faciunt ipſum hæreticum, ſed peccatorem, vt glo. dicit Eſa. 6. *ſuper illud in tribus annis dicens, In comparatione dictorū amorum leuius eſt aperte peccare, quam ſanctitatem ſimulare. Sed aperte peccare ſemper eſt peccatū, ergo ſimulatio ſemper eſt peccatum*, vt dicit S. Thom. *in* 2. 2. *q.* 111. *artic.* 1. *in corpore.* Sequitur Card. de Turre Crema. *in c. vtilem.* 22. *q.* 2. & latius dixi, *ſup. in quarto errore*, dum tractaui illud, *ad Gala.* 2 an Paulus ſimulatorie reprehenderit Petrum, ſic etiam peccaret ſacerdos ſi daret hoſtiam non conſecratam pro Euchariſtia peccatori petenti Euchariſtiā ſibi dari, & latè tradit Alex.

67 de Ales, *in* 4. *parte ſummæ. q.* 49. *membro.* 6. ¶ † Accedit quia quādo compulſus adorat idola, aut illis ſacrificat, mēs eius in hoc non concurrit. Nam vbi metus ibi non eſt liber conſenſus *c. cum locum, de ſponſali. in c.* 2. *quod metus cauſa.* Et ſic ibi potius eſt ſimulatio quam conſenſus. Vnde ſolum ibi cauſatur peccatum mortale, vt patet, *in c. poteſt fieri, in gloſ.* 2. *de pæn. diſt.* 1. & gloſ. *in c. non ſolum.* 11. *q.* 3. Et ita Marcellinus Papa qui thurificauit idolis coactus non fuit iudicatus hæreticus per concilium generale ad hoc congregatum, licet ipſe voluntarie ſeipſum abdicauerit à papatu, *vt in c. nunc autem* 21. *diſt.* prout tradit dominus Dec. *in conſ.* 151. *maximi ponderis. col.* 4. peccauit tamen ipſe Marcellinus mortaliter quia fecit contra legem Dei *Exo.* 20. vbi loquens Deus de ſculptilibus, & imaginibus dicit, Nō adorabis ea ſcilicet exterius, neque coles. ſcilicet interius, vt *ibi* exponit gl. vnde peccatum eſt, idolis exteriorem, vel interiorē cultum exhibere, quod eſt verum omni tempore ſiue pacis ſiue per-

68 ſecutionis. ¶ † Vnde vitandus eſt ille error hæreticorum quorundam, qui aſſerere præſumpſerunt, quod non eſſet peccatū, ſi quis perſecutionis tempore deprehenſus, exterius idola colat, dum tamen fidem ſeruet in mente. Sed quod hoc ſit falsū patet per ea quæ tradit Cardin. de Turre Crema. *in d. cap. nunc autem. artic.* 1. Nam cum exterior cultus ſit ſignum interioris cultus, ſicut pernicioſum mendacium eſt ſi verbis aſſerat contrarium eius, quod per veram fidem tenet in corde, ita eſt pernicioſa falſitas, ſi quis exteriorem cultum exhibeat alicui, cōtra id quod ſentit in mente. Vnde Auguſti. dicit contra Senecam. 6. *de ciuitate Dei, quod eo damnabilius colebat idola, quo illa quæ mendaciter agebat, ſic ageret, vt cum populo agere exiſtimaretur.* ¶ Et dixi peccaſſe mortaliter Marcellinum Papam, quia factum eius non fuit omnino inuoluntarium, quia vt dicit Gregorius Nicenus, *in libro ſuo de homine*, quod ea quæ metu aguntur mixta ſunt ex voluntario, & in voluntario. Immo vt dicit philoſophus, & refert S. Tho. *in* 1. 2. *q.* 6. *art.* 2. quod quæ per metum aguntur ſunt magis voluntaria, quam inuoluntaria, traditur per gloſſ. *in c. Abbas. quod metus cauſa*, non enim debuit propter fugiendam mortem corporis incurrere mortem animæ, ſecundum illud Matth. 4. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt.* Confeſſio enim fidei neceſſaria eſt ad ſalutem pro loco, & tempore, Paul. ad Roman. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.* Nam tunc per dimiſſionem huius confeſſionis, ſubtrahitur honor Deo debitus, & etiam vtilitas proximis impendenda, puta ſi quis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quod non haberet fidem, vel quod fides non eſſet vera, vel aliqui per eius taciturnitatem auerterentur à fide: in huiuſmodi enim caſibus confeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis, vt dicit S. Thom. *in* 2. 2. *queſt.* 111. *artic.* 2. Et ſic ille metus ſeu coactio non excuſauerunt illum à peccato mortali per prædicta, excuſatus tamen fuit ab hæreſi prout patet, *in d. c. nunc autem* in quo videtur innui, quod licet cōpulſus à paganis thura idolis poſuerit, fidem tamen Chriſti in mente habebat, namque ex eo non habuit peruerſum dogma in corde ſuo circa ea, quæ fidei ſunt cum pertinacia defenſionis, prout eſt in diffinitione hæreſis *c. inter hæreſim.* 24. *q.* 3. nec ex tali thurificatione aliquid diuinitatis eſſe in idolo credidit. Sed hoc fecit volens mortem euitare, & hæc faciens tenuit ſemper in corde veram fidem. Vnde licet peccauerit mortaliter, vt dixi, quia ſanctius eſt mori quā idolis immolare. *cap. ſicut ſanctum.* 22. *queſt.* 4. non tamen peccauit peccato hæreſis, pro quo facit, *d. c. poteſt fieri, & c. presbyteros* 1. *diſt.* quæ nota, quia faciunt pro Apoſtatis qui à Saracenis compelluntur metu mortis fidem abnegare. Vnde ad propoſitum ex quo intentio illius non concurrebat in adoratione illius Hoſtiæ non conſecratæ, eſt dicendum peccaſſe mortaliter, non autem hæreticaſſe, vt tradit Olde. *in conſi.* 210. *regularis habet traditio.* ſequitur Felin *in rubr. de hæret.*

69 ¶ † De eius vero intentione, & animo conſtare poſſet forſan per proteſtationem dilucide factam argumento *l. ſi ancillam ff. pro ſuo*, vt dicit Bald. *in conſi. ſeptimo, col.* 11. *verſic. ſed in contrarium arguitur.* Nam in dependentibus ab animo plus valet proteſtatio quam factum, Bald. *in l. vt debitum. C. de hære. actio.* & eſt text. *in l. & ſi quis. § plerique*, & ibi Bar. *ff. de religio. & ſumptibus funer.* Et per alia exteriora poſſet animi interiora oſtendi *l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. § ſeruos inſti. de rerum diui. gloſſ. in c. & ſi quæſtiones, de ſimonia*, & intentio colligitur, ex coniecturis, argum. *l. dolū. C. de dolo*, quæ ſoli Deo cognita eſt, vt tradit Pau. de Caſtr. *in conſil.* 289. *præſens dubium. col.* 2. *lib.* 1. & coniectura eſſet ſi ille eſſet grandis peccator in his, quæ mores reſpiciunt, prout cōcubinarius, partialitates tenens ob grauē iniuriam receptam, aut vſurarius, aut alias. Sed in his quæ fidem reſpiciunt bonus Chriſtianus videtur. Nam ex qualitate perſonarum in his animus, & intentio comprehenduntur. *l. item apud Labeonem. § ſi adijcitur. ff. de iniurijs. l.* 1. *C. ſi quis à princ. maledixe. & traditur*, per gloſſ. *in l.* 1. *C. de ſi. . . . l. margaritam. ff. pro ſocio.*

70 ¶ † In ſecundo vero caſu quando de intentione eius non conſtat tunc, quia factum de ſe eſt damnatum, præſumptio hæreſis militaret contra illum, ſicque eſſet de hæreſi ſuſpectus. Et in hoc poſſet ſaluari opin. Felin. *in d. c. ad abolendam.* de quo dico eſſe optimum text. iuncta gloſſ. *in c. ſi quis presbyter,* 30. *diſt.* vbi dicit Card. de Turre Crema. quod ſi quis non communicat in anno habetur de hæreſi ſuſpectus, vt ibi. Ex quo ergo ille actus eſt de ſe prohibitus præſumitur contra agentem *l.* 1. *C. de ſic. a. & l.* 1. *§ diuus. ff. eod. l. ſi non conuicij. C. de iniurijs*, & præſumitur ſtudioſe factum niſi contrarium probetur, Bal. *in proœmi ffor um. § ſi. l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit.* Bald. *in d. conſi. ſeptimatis. col.* 11. *c.* 1. *de præſumpt.*

71 ¶ Verum eſt tamen, quod † ſi quis in tota vita ſua non perciperet ſacram communionem, non habens impedimentum, hæreticus eſt cenſendus, vt eſt text. *Authent. de priuilegiis dotis. verſi. igitur ſacram communionem colla.* 8. quem ad hoc notat Bar. ibi dicens, quod illi qui non percipiunt ſacramenta, & communiones hæretici dicuntur, & ſi ſunt mulieres non conceduntur priuilegia dotalia, *vt in § ſi enim ſeparantur.* Et ita ſumat illum tex. Iacobus de Beluiſio, & per ſacram communionem, participationem corporis & ſanguinis Domini, intelligo, vt dicit gloſſ. *in c.* 1. *de conceſſ. præben. c. cum quis.* 7. *quæſt.* 1. *c. ex literis, de conſtit.* & reputo impedimentum, quia de conſilio proprij ſacerdotis ob aliquam cauſam abſtinuerit. *c. omnis vtriuſq, ſexus. de pœnit. & remiſſ.* aut prout iudex arbitrabitur, vt in ſimili per

Bart.

Bart & Alex. de Imo. *in l. 2. §. quod diximus ff. ſi quis cautio.* Bart. &
Ioan. de Imol. *in l. quæſitum ff. de re ind.* Vnde non puto Felin. be-
ne conſideraſſe *in rubr. de hæret.* dum dicit, quod non recipiens
communionem ſingulo anno eſt hæreticus, aut ſuſpectus de
hæreſi, vt ipſe dicit, *in c. ad abolendam, in princ. colum. 2. vod tit.* per
dictum text. *in alleg. Authentic.* quia ille text. nullam facit men-
tionem de tempore, quo recipi debet ſacra communio. Sed
dicit ſimpliciter non percipientes, &c. Et ideo debet indefini-
te intelligi, videlicet, quòd qui nullo tempore ſacram com-
munionem percipient, hæretici habeantur: vt plura colligun-
tur in argum ex his quæ dicit Bart. *in l. ſi ita eſſet. colum. 2. verſi. Et
pro declaranda ff. de auro & agen. leg. c. quo circa. de priuilegijs. cap. cum
dilectis. de donat.* & à ſimili potes exemplificari in cæteris ſacra-
72 mentis eccleſiæ. ¶ † Octauo modo dicitur hæreticus qui non
recipit quatuor concilia de quibus, *in c. ſicut ſancti. 15. diſtinct.* vt
73 eſt text. *in l. quicunque; in princip. C. de hæret.* ¶ † Nono hæreticus
eſt quicunque aduerſus aliquam catholicam veritatẽ, de qui-
bus dixi in ſpeculo inquiſitorum, opinionem ſuam peruer-
ſam atque prauam pertinaciter defenderit, vt eſt text. *in c. qui
in eccleſia, 24. q. 3.* vt dicit Card. de Turre Crema. *in d. tractat. de
poteſtate eccleſiæ, ſecunda parte lib. 4. cap 12. in fi.* & illud capitulum
habetur per Auguſtinum, *in lib. de ciuitate Dei c. 51.* vnde ex præ-
miſſis patet hæreticum propriiſſime multis modis dici iuxta
glo. *in c. firmiſſimè de hæret.* quamuis Hoſti. dicat ibi, quòd hęre-
ticus proprie dicitur ſolum in duobus caſibus. Primus quan-
do quis ſentit de articulis fidei aliter quam Romana eccleſia.
c. hæc eſt fides. 24. q. 1. Secundus eſt quando quis male ſentit de
ſacramentis eccleſiæ, *d. cap. ad abolendam*, quem ibi ſequuntur
Abb. & Felin. & Decius, *in conſil. 151. maximi ponderis. colum. 2.*

¶ DECIMOQVARTO † & vltimo quæro quid ſit pertinacia, vt ſciamus quid ſit pertinaciter dictum, & conſequenter quis ſit hæreticus pertinax. Et quia hanc quæſtionẽ late examinaui in ſpeculo Inquiſitorum, *in prima parte. q. 3. & q. 29.* quod nunc præ manibus habeo, non intendo hic repetere, maxime quia hæc rubrica eſt nimis onerata. Et ideo alias quæſtiones quas hic decreueram tractare ad illud opus remitto, quod in tres ſcinditur partes. Prima vocatur agnitio, ſecunda probatio, tertia punitio. In prima tractatur modus agnoſcendi propoſitiones catholicas, diſcernendique eas ab hæreticis aſſertionibus. In ſecunda de legitima hæreſum probatione in huius criminis reos. In tertia de pœnis hæreticorum ſeu aſſerentium poſitiones hæreticas ſeu ſapientes hæreſim vel huiuſmodi. In cuius operis progreſſu diſcurriuntur centum quæſtiones, & vltra. Multæque aliæ ambiguitates hanc materiam concernentes dilucidantur, opus ſane (vt opinor) mihi neceſſarium. Quod Deo propitio, eiuſque genitrice, & ſemper virgine Maria domina mea intercedente, ſpero cito terminandum, ſi mihi aliqualis negotiorum remiſſio concederetur.

¶ ET SI QVÆRATVR † quot ſunt ſpecies hæreticorum, & conſequenter quot hæreſes ſunt à iure damnatę: quia hęc materia diſperſa eſt in libris iuris canonici, & ciuilis, laborioſius eſſet quam ſubtile illas hæreſes eorumque auctores numerare. Et ideo videndus eſt titulus, *de hæreticis, in decretalibus, & in C. Iuſtiniano. Et in c. quidam autem hæretici. 24. q. 3.* & ibi Cardin. de Turre Crema. idem d. Card. *in fine tractatus*, quem fecit de poteſtate eccleſiæ, inſerit omnes illas hæreſes, quæ in iure canonico, & extrauagantibus, ac in concilijs generalibus fuerint damnatæ, vbi poteris videre. Et ſanctum Thomam, *in opuſculis ſuis, & in libris contra gentiles.* Et hodie habetur impreſſus cathalogus hæreticorum, per quorum lecturam habebitur abundans cognitio.

¶ A CVIVS CATHALOGI AVTHORE, in farragine illa præcentus fui, ideo illam prætermitto. Nec quidem ei aſſentio, dum hæreticorum gregi magiſtrum Raymũdum Lulli ciuem Maioricen aggregauit, virum ſane Catholicum, integerrimeq; vitę ſpecimen & exemplar. Cuius inclita doctrina ſanctiſſimique more toti Hiſpaniæ & Galliæ noteſcunt, vt eum ſauctorum Catholico potius aſcribendum ſentiant, qui hanc mortalem agens vitam Zelator fidei Catholicę feruidus extitit. Teſtantibus id eius opuſculis, diuinoque lumine illuſtratus vehementer anhelauit, ad inſerendum humanis mentibus optimos mores ſacramque fidem Chriſtianam, adeo vt ad Agarenorum regna intrepidus proficiſceretur, quo illos religionis noſtræ cultores efficeret. Et dum verbum diuinum feruenter infidelibus palamque exponeret, mirarenturque omnes ſpiritum, qui in eo loquebatur, non valentes eius ſapientię verbis obſiſtere, lapidibus illum obruentes aureola martyrij coronarunt. Cuius corpus non ſine magno miraculo, ad vrbem noſtram Maioricen. delatum, & penes eccleſiam S. Franciſci in ſacello honorifice ſepultum, miraculis claret. Eiuſque dogma à Doctoribus Pariſien. probatum publice in dicta vrbe, & in alijs Hiſpaniæ Gymnaſijs diſcendum proponitur, quod ſi legeris, à Deo reuelatũ potius, quàm ab homine quæſitum, vel elaboratum cenſebis. Id enim ſuos auditores virtutibus imbuit, aut imbutos inuenit. Articuli vero ei temerariè aſcripti, falſo impoſiti ſunt, nunquam enim in eius libris reperti fuere, quamuis ſubtilis, & ſcrupuloſa indagatio à plurimis Theologis magnæ lectionis, & auctoritatis viris, iubente ſummo pontifice facta extiterit, prout monumenta (quæ vidi) apud Archiuum ciuitatis Barchinonenſis recondita teſtantur. Quæ non immerito prętati Doctoris diſcipulis anſam conquerendi coram ſummo Pontifice, tribuunt. Vt hęc ignominia fallaciter tanto viro irrogata deleatur de libris, in quibus hoc crimen hæreſis nephandum calumnioſe impingitur. Quia vt inquit ſapientiſſime Rufinus, *eſt quidem glorioſum Chriſti exemplo patienter iniurias tolerare. Vnam tamen notam hæreſeos, qui ferat, vel diſſimulet non eſſe Chriſtianum.* Et diuus etiam Hieronymus clara voce clamabat inquiens: *Nolo in ſuſpitione hæreſeos quemquam eſſe patiẽtem.* Ne ergo videantur diſcipuli crimen magiſtri agnoſcere, ab eis ſumma ope laborandum eſt vt illud diluatur. Summumque decet pontificem, vt breuiter hoc negotium ſi coram ſua ſanctitate propoſitum fuerit concludatur. Et ſciamus quæ laudanda, quæ vero reprobanda ſint vt vnumquemq; opera ſua ſequantur. Et per hæc ad laudem Dei, eiuſque ſanctiſſimæ genitricis, & virginis Mariæ, ſit impoſitus finis huic rubricæ, repetita proteſtatione, de qua ſupra *in frontiſpicio huius operis* dictum eſt. Ex inclita omniumque nobiliſſima vrbe Valentiæ pridie conuerſionis Diui Pauli, quæ eſt dies 24. Ianuarij. Anno Dom. M D. 34. qua die natus ſum, ætatis vero meę quinquaginta, & trium annorum, qui eadem die complentur. Sanctiſſimo domino Clemẽte Septimo Summo Romano Pontifice, in eccleſia Dei Catholica præſidente. Regnanteque in his Hyſpaniarum, & in alijs Regnis inuictiſſimo & ſemper Auguſto, Domino Carolo eius nominis quinto, Imperatore, fama, re, & gloria omnium maximo. Quibus vniuerſæ Chriſtianæ reipublicæ duobus primarijs principibus, Clementiſſimus Deus, ad exaltationem ſacroſanctæ fidei Catholicæ, pacem, & aduerſus hoſtes victoriam, ac demum gloriam tribuat ſempiternam.

Amen.

HÆ LITERÆ INFERIVS SCRIPTÆ, FVERVNT MISSÆ A CIVITATE AGENEN. IN QVIBVS PERHIBETVR TESTIMONIVM DE

corpore Sancti Arnaldi vbi requieſcit, & de miraculis quæ in eius Sepulchro ſiunt, ac quo die eius feſtum celebratur, quæ ideo hic inſeruntur, vt hæc omnibus nota ſint.

ADMODVM Reuerendo Patri D. D. Arnaldo Albertino Iuris vtriuſque Doctori Canonico Maioricenſi, ac inquiſitori Apoſtolico Regni Valentiæ, & vniuerſis ac ſingulis præſentes literas certificatorias, inſpecturis, Ioannes Luciana presbyter Rector eccleſiæ collegiatæ Sancti Caprasij ciuitatis Ageinn, & parrochialum noſtræ dominæ de Viromo, & ſancti Arnaldi prope Caſtrum de Baiulo Monte diœceſis & Senaſcaliæ Agenenſis, & alij presbyteri ſubſignati dictæ Ciuitatis incolæ ſalutem in domino Ieſu Chriſto ſempiternam. Literis P. V. iuſtam petitionem continentibus. In quibus de infra ſcribendis certiorem fieri ſummo deſiderio deſiderat. Reſpondentes, notum facimus, & harum literarum tenore atteſtamur, quòd in dicta diœceſi Agenenſi, & in loco vulgariter dicto de S. Arnal, eſt fundata quædam eccleſia parrochialis in honorem Sancti Arnaldi & ſanctæ Gemmæ. Cuius eccleſiæ parrochialis præſentatio pertinet hebdomadario Capituli eccleſiæ Cathedralis Sancti Stephani Ageinn. Collatio vero. R. D. D. Epiſcopo Agenenſi, in qua eccleſia multa, & diuerſa miracula in honorem dicti Sancti Arnaldi in dies ſiunt, ac multæ gentes ad eandem eccleſiam veniunt deuotionis cauſa. Et maximè quæ tactæ ſunt de morbo Languido, ſeu de infirmitate languoris tam in adoleſcentia exiſtentes quàm aliæ perſonæ perfectam ſeu adultam ætatem habẽtes, remedium ſuæ infirmitatis inueniunt. In qua eccleſia ſeu eius circuitu eſt vas lapide marmoreo confectum, in quo dicti Sancti Corpus requieſcit. Ad quod valitudinarij ſanitatem recipiunt, ac ſingulis annis in die ſuæ feſtiuitatis, multæ vndequaque gentes ad locum illum confluunt. Cuius Sancti Arnaldi feſtum celebratur ſeptimo Kalendas Auguſti; in qua die etiam celebratur feſtum ſanctæ Annæ Matris Virginis Mariæ Deique genitricis: ipſius officium facimus vnius confeſſoris Epiſcopi. In eademque eccleſia ſunt plures aliæ reliquiæ dicti ſancti. Et ita tenemus pro certo, & affirmamus, & dicimus orationes ſequentes. Et incipit officium. Statuit illi Dominus, &c. Oratio, Da quæſumus omnipotens Deus, vt Beati Arnaldi confeſſoris tui atque Pontificis veneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem, pèr Chriſtum Dominum noſtrum. Offertò. O ſancte Arnalde Sydus aureum, & Gemma præſulum, intercede pro nobis ad dominum Ieſum Chriſtum. Secreta Sancti tui nos domine vbique lætificent, vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus, per Chriſtum dominum. Poſt communionem. Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt de perceptis muneribus gratias exhibentes intercedente beato Arnaldo beneficia potiora ſumamus, Per Chriſtum dominum noſtrum. In qua die ſeptima Kalen. Auguſti, in dicto loco Sancti Arnaldi ſingulis annis, & in locis circumvicinis, dictũ feſtũ celebratur, & illo die ceſſat pòpulus ab omni opere ſeruili. Et ratione dicti feſti, & miraculorum multæ gentes congregantur, & de dicto ſancto habetur magna deuotio prout eſt notorium in partibus Ageni & Vaſconiæ. In quorum teſtimonium, has literas certificatorias noſtris manibus ſignatas, & per notarium ſubſignatas ſcribi, & ſignari fecimus. Et cum maius tempus dabitur illius ſancti legendam totum ſuæ vitæ, & miraculorum progreſſum deſcribentem ad P. V. transmittemus, vt inde poſſit ſicut deſiderat, nouum propriumque illius officium celebre ordinare ad illius honorem. Cuius nomen, P. Veſtræ tempore ſui ſacti baptiſmatis impoſitum eſt. Et ideo proprius eius patronus merito deſignatur, prout ex literis ſuis percepimus, & valeat in domino. Actum eſt in Ageni ciuitate die decimanona Menſis Octobris. Anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo nono. Luciana rector. Robbanus presbyter Ageni. De Bennia presbyter Ageni. Caprasius presbyter Ageni. Guilhelmus del Fau. presbyter Ageni. De mandato dicti domini Rectoris Valeti, Notarius Ageni.

REPE-

REPETITIO IN C. QVONIAM. DE Hæretic.

Præclariſsimi I.V.C.D. Arnaldi Albertini Canonici & Decani maioris eccl. &c.

QVoniam Epiſcoporum numerus ad degrationem. Clericorum à Canonibus conſtitutus non poteſt de facili conuenire. Concedimus, vt ſacerdotem vel alium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum (quum pro hæreſi fuerit ſeculari curiæ relinquendus, aut perpetuo immurandus) conuocatis Abbatibus, alijſque prælatis, & religioſis perſonis, ac literatis ſuæ diœceſis, de quibus expedire videbitur, ſuus ſolus poſsit Epiſcopus degradare.

S V M M A R I V M.

1 Dictio quum habet multas ſignificationes.
2 Epiſcoporum congregatio eſt difficilis.
3 Difficile de iure impoſsibile reputatur.
4 Epiſcopi qui habent intereſſe degradationi conſtituti in ſacris, ſuis expenſis debent ire.
5 Verbum [illegible] an inducat ius nouum.
6 Verba [illegible] ratione ſubiectæ materiæ, & qualitate perſonæ loquentis attenta.
7 Verbum [illegible] quod indicat.
8 Verbum indulgemus, & diffinimus.
9 Verbum ſtatuimus an ius nouum faciat.
10 Verbum [illegible].
11 Verbum [illegible].
12 Ordines quatuor minores qui ſint.
13 Tonſura an ſit ordo.
14 Ordines quatuor minores non dicuntur ſacri, & quare.
15 Ordo ſacer dicitur tripliciter.
16 Numerus aliquis Epiſcoporum non requiritur in degradatione conſtituti in quatuor minoribus ordinibus.
17 Compurgatio canonica cõtra clericum ſeu ordinatum in ſacris habet tertiam manum.
18 Ratio quare in degradatione presbyteri requiritur maior numerus Epiſcoporum in conſtituto in minoribus.
19 Acolitatus an [illegible].
20 Capituli conſenſus quando eſt neceſſarius poteſt deputare duos, qui illud repræſentent.
21 Epiſcopus hodie ſine capitulo poteſt deponere clericum in minoribus conſtitutum.
22 Clericus regulariter quodcunque grauiſsimum peccatum commiſerit, licet degradetur non debet tradi curiæ ſeculari.
23 Clericus degradatus debet viuere clericaliter, & gaudet priuilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo, quid autem ſit in degradato actualiter.
24 Degradationis appellatio ſimpliciter degradationem comprehendit.
25 Clericus exiſtens in minoribus eſt etiam degradandus ſicut exiſtens in ſacris.
26 Canon. ſi quis ſuadente, habet locum in ſimplici clerico.
27 Clericus pro hæreſi tradendus carceri perpetuo debet degradari, licet non ſit tradendus curiæ ſeculari.
28 Clericus tradendus carceri perpetuo pro alijs criminibus quam pro hæreſi debet prius degradari.
29 Prælatorum appellatione comprehenduntur Abbates.
30 Dictio alius, alia, alium, ſimilitudinem ſignificat.
31 Dictio alius in aliquibus caſibus non inducit ſimilitudinem.
32 Congregatio prælatorum, & aliarum religioſarum perſonarum in caſu c. 1. de hæreti. lib. 6. fit ad honorandum actum degradationis ſecundum Doctores & male.
33 Intellectus nouus c. 1. de hæret. lib. 6.
34 Epiſcopus quando non vult procedere ad degradationem actualem, ſed ſolum intendit facere verbalem, non ſtringitur conuocare numerum Epiſcoporum.
35 Degradatio actualis an debeat fieri ab vno Epiſcopo an à pluribus Epiſcopis.
36 Degradatorum reſtitutio an fiat à ſolo Papa.
37 Intellectus c. Epiſcopi. 11. q. 3.
38 Degradatio Epiſcopi ad Papam ſpectat non alteri inferiori.
39 Degradatio Epiſcopi vel presbyteri reſtitutio, an debeat fieri ab vno Epiſcopo vel à pluribus.
40 Prælati ſeu aliæ religioſæ perſonæ, qui habent interuenire in caſu c. 1. de hæret. lib. 6. interueniunt ad examen verbalis degradationis, non autem ad interueniendum actualem.
41 Inquiſitori an alternatiue concedatur hæreticum tradere curiæ ſeculari vel damnare ad carcerem perpetuum.
42 Pœna contra hæreticos limitata eſt quam iudices excedere non poſſunt ſine incurſu excommunicationis.
43 Inquiſitor, ſeu Epiſcopus tradendo hæreticum curiæ ſeculari debet pro eo intercedere, & quamuis ex tali traditione ſequatur mors non contrahitur irregularitas.
44 Inquiſitor poteſt damnare ad carcerem perpetuum. Et idem poſſunt [illegible] iudices Eccleſiaſtici, & quid ſit iure ciuili habes late hic.
45 Verbum vt tibi videbitur expedire, arbitrium iudicis requirit vt [illegible] prudentis.
46 Degradatio ſubdiaconi, diaconi vel presbyteri quot Epiſcopos requirat in alijs criminibus quam in cauſa hæreſis.
48 Degradatio conſtitutorum in ſacris requirit certum numerum Epiſcoporũ: an proprius Epiſcopus computetur in numero an vero ſit præter numerum.
49 Epiſcoporum congregatio in degradatione alicuius conſtituti in ſacris an ſit facilis, difficilis ſeu impoſsibilis.
50 Facile & difficile quomodo differant.
51 Impoſsibilia [illegible].
52 Degradatio requirit [illegible] Epiſcoporum in alijs criminibus à crimine hæreſis.
53 Clericus hæreticus negatiuus pertinax, vel relapſus traditur curiæ ſeculari.
54 Clericus immurandus pro crimine hæreſis debet prius degradari.
55 Dictio ſolus, an ſit omnium excluſiua, an aliquorum.
56 Capitulum in cauſa [illegible] decretalis an cenſeatur excluſum à degradatione clerici hæretici, & ſic quod dictio ſolus ſtet propriè.
57 Extentio non habet locum in correctorijs, & limitatorijs.
58 Lex corrigens ſeu limitans habet locum in terminis legis limitatæ ſeu rectæ.
59 Exceptio debet eſſe de genere regulæ.
60 Canonici dicuntur ſeniores Eccleſiæ.
61 Epiſcopus de conſuetudine præſcripta ſolus audit cauſas criminales clericorum, & eos punit.

IN TEXT. IBI, QVVM. Id eſt QVANDO ſecundum Archidia. ſic capitur in l. publia in principio. ff. depoſiti. & l. ſi quid C. depoſi. aliquando capitur pro quia, vt dicit Archi. in cap. fina. de iudi. lib. 6. multis alijs modis in iure capitur, vt tradit Alberi. de Roſa in ſuo dictionario in verbo quum.

In text. pro hæreſi cauſa demonſtratur ſpecialis, ergo ſecus in alijs, vt dicit Archidia. ſimile in cap. in fidei fauorem, & in capit. præſidentes infra eod. & argumentum c. in argumentum. de regulis iuris. infra eod. lib. ¶ In text. ibi, immurandus. ſic in cap. accuſatus. §. fin. & cap. commiſſi. verſ. & illorum. infra eod. vbi text. alternatiue loquens videtur facere differentiam inter immurationẽ, & condemnationem ad carceres ibi dicetur. ¶ In text. vbi, videbitur: ſcilicet Epiſcopo, & inquiſitori, quia ſimul debent ſententiã promulgare cap. per hoc inf. eo. ¶ In text. ibi, in ſacris. ſupple etiam, quia de alijs in ſacris non conſtitutis minus dubium erat, quia Epiſcopus ſolus hoc poterat facere per cap. ſi autem. §. fina. 15. q. 7. & cap. degradatio in principio verſic. quamquam. infra de pœnis eod. lib.

In text. cõuocatis. & ſi oportuerit compulſis in virtute ſanctæ obedientiæ, & aſſiſtant, & conſilium dent, cap. vt commiſſi. verſic. aduocandi. infra eodem. ¶ In text. ibi poſsit Epiſcopus degradare. ſcilicet verbaliter, vt deinde procedi poſſit ad actualem degradationem, quæ etiam ſecluſa cauſa hæreſis poterat fieri per ſolum Epiſcopum de iure communi, vt patet in capit. degradatio. §. actualis. infra eod. lib. de pœnis: & ſic text. intelligi debet, alias nihil de nouo induceret in cauſa hæreſis, vt dicã in octauo not.

Et ſummatur ſic, propter crimen hæreſis ſolus Epiſcopus clericos in quibuſcunque ſacris ordinibus conſtitutos poterit degradare. h. d. ſecundum Domin. de S. Gemi.

Vel aliter ſecundum Zenzeli. etiam cum inferioribus prælatis degradare poteſt Epiſcopus pro hæreſi degradandos.

Vel tertio ſecundum nouum intellectum meum, quem tenere intendo. Solus Epiſcopus aliquibus perſonis non Epiſcopus conuocatis, poteſt conſtitutos in ſacris pro hæreſi verbaliter deponere, & iudicare actualiter degradãdos, hoc dicit.

Diuiditur in duas partes ſecundum Io. And. Domi. & Fran. In prima ponitur cauſa iuris, quod ſtatuitur. In ſecũda diſpoſitio ſiue deciſio illius iuris. Secunda ibi concedimus. Et dicit hic Archi. quod olim hæc decretalis incipiebat, & ſi contra. Sed hic fuit detruncata. quia longior erat.

2 Nota Primo † ſecundum Domin. quod difficile eſt congregare numerum Epiſcoporũ pro degradatione clerici. Ratio eſt quia cum Epiſcopi debeãt in Eccleſijs ſuis reſidere, *c. ſi quis in clero. 7. quæſt. 1. cap. Epiſcopus. de conſecra. diſt. 3. cap. Epiſcopus velim. 41. diſtinct.* nec debeant vagari etiam per ſuam diœceſim, niſi viſitationis cauſa, *cap. placuit. 7. quæſt. 1. & in cap. placuit 10. quæſt. 1.* id difficile reputatur, præſertim hodie, quia vadunt cũ maximo apparatu equitaturatum, & ſuppellectilium, *cap. cum ſecundum Apoſtolum. de cenſib.* vt docet experientia quæ eſt rerũ magiſtra. *cap. quam ſit. de electio. ſupra eodem lib.* quamuis hoc non ſit eis prohibitum, ne ſtatus dignitatis Epiſcopalis ſit cõtemptibilis, licet antiquis temporibus tenues eſſet redditus Eccleſiarum, *cap. futuram. 12 quæſt. 1.* Cardina. de Turre Cremata. *in cap. Epiſcopus 41. diſtinct.* vbi Cardina. Alexan. dicit hodie non eſſe peccatum Epiſcopos habere poſſeſſiones magnas, & ampla palatia dummodo non fiant ex voluptate, & auaritia, cũ inde pauperes melius ſuſtinentur. *cap. nolo. 12. quæſt. 2. cap. aurem ead. q.* tradit in ſimili Calderin. *in conſ. 1. incipien. an liceat clerico. in tit. de vita & honeſt. cleri. orum*, difficultas etiam ex eo magis apparet propter locorum diſtantiam.

3 † Et quod difficile eſt impoſſibile reputatur, vt dicit gloſſ. quam ibi notat Albericus de Roſa. *in l. qui ex liberis. in principio. ff. de bonorum poſſeſſio. ſecundum tabu.* cui difficultati occurrendum erat in hac cauſa fidei, de qua agitur in hoc capitulo, cõtra quam non debet aliquod oſtendiculum quæri. *capitulo accuſatus. §. de quæſtionibus. infra eodem titu.* nene iſte de hæreſi conuictus remaneat in crimine ob difficilem congregationem Epiſcoporum. ideo ius commune in hoc relaxatur. *cap. fœlix. 15. q. 7.* vt vnus Epiſcopus cum prælatis poſſit, & ſufficiat iudicare clericos in ſacris conſtitutos actualiter degradãdos, vt in hoc text.

Quæ maxime locum habent in inſulis diſtantibus competenti itinere à terra firma, in quibus non reperitur niſi vnus Epiſcopus, cum ratione inſularum aliqua ſpecialiter traduntur in iure, *c. quia in inſulis, de regularibus*, ad quas eſt dura congregatio, cum ſit locus mari circundatus. *§. inſula. cõſtitut de rerum diuiſio. l. adeo. §. inſula. ff. de acquir. rerum domini. & ibi gloſſ & l. inſula. ff. de verborum obligatio.* & quamuis aliquæ reperiantur iucundæ & fertilitate plenæ, nihilominus quia ad eas fit nauigatio per mare cum periculo rerum, & vitæ. ipſa congregatio difficilis reputatur: facit tex *in l. eunt. ss. C. offic. recto. prouo. l. qui petitorio ff. de rei vendi.* in gloſſ *l. quotiens. C. de naufrag. lib. 11. & Eccleſ. 43* dicitur *Qui nauigant mare narrent pericula eius, & audientes admirantur.* Et impoſſibile reputatur quod ſine periculo ſalutis explicari non poteſt, vt dicit Oldra. *in conſ. 43. incipi. quæritur verum citatio.*

4 † Accedit quia dicti Epiſcopi tanquam iudices ordinarij ſuis expenſis deberent venire ad dictum iudicium degradandi, vt dicebat Barto. Brixien. ſequitur Cardina. de Turre Cremata *in capitulo ſin autem. 15. queſtione 7.* & eſt pulchra theorica Archidiaco. *in capitulo cauendum. 10. quæſt. 3.* vbi dicit quod quotiens quis tenetur ad aliquid faciendum, intelligitur, vt ſuis expenſis hoc faciat. *capitulo ſi forte. 65. diſtinct.* & ibi Archidia. & per Felinum *in capitulo non poteſt. de re iudi. columna penultima capitulo ſina de libelli obliga.* & vaſſallus tenetur domino ſeruire. ſuis expenſis, Alberi. de Roſa. *in l. ſuo victu. ff. de oper. liberto. & in l. de quibus. ff. de legibus, columna penultima, verſiculo, Item quæro an de iure. nota. in capitulo cum ab omni ſpecie. de vita & honeſtate clericorum. Clementina ſtatutum. de electio.* prout latius dicam *in capit. ſina in eodem titu.* & pauci hoc facerent, quia potius vellent de propria perſona ſeruire, quam proprijs militare ſtipendijs, vt dicit gloſſ. *in l. hæ operæ. §. final. ff. de operæ libertorum.* ſæpe enim cum magna captione à rebus noſtris reuocamur, *l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.*

5 Nota Secundo † ſecundum Ioannes Andre. & Domin. quod diſpoſitio huius capituli eſt ius nouum, vt patet per verbum concedimus: appoſitum in text. per quod indulgetur aliquid contra ius commune. Sed hoc dubitabile eſt, quia verbum concedit: conceſſum eſſe declarat, non autem nouum importat: vt eſt gloſſ. *in capit. nerui. 13. diſtinct.* quam notat ibi Dominicus. Idem gloſſ. *in c. quia in cauſis. de proc.* & ibi probatur Papam concedere illud quod iure communi concedibatur, vt mos gereretur poſtulanti, *capitulo aduerſus. de hæreti.* vt notat Abbas *in dicto capitulo quia.* vbi Papa vtitur hoc verbo concedimus, de quo Barto. *in l. vbi ita donatur ff. de dona. cauſa mortis.* Ioan. de Imol. *in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. 2.* Bald. *in l. arboribus ff. de vſufruct.* Felin. *in capitulo cum venerabilis. colum. 2. de exceptio.*

Vnde dici poſſet, quod aut verbũm concedo, apponitur in aliqua diſpoſitione ſimpliciter, & alias non diſpoſita. tunc ius dare videtur illi cui eſt facta conceſſio, qui ante illud non habebat, prout notat Domin *in dicto cap. nerui. l. prohibere. §. planè. ff quod vi, aut clam.* Barto. *in l. vxori. §. fina. ff. de legat. 3.* dominus Philippus Dec. *in conſil. 262. incipien. in cauſa magnifici Herculis* Aut vero apponitur in re alias diſpoſita & conceſſa: tunc potius declarare videtur, & non de nouo concedere, vt *in dicto capitulo nerui, & dicto cap. quia in cauſis.* Nam verbum concedo generale eſt, & accipitur ſecundum naturam contractus, & ſic materiæ, cui apponitur, tradit Alber. *in l. cum ante. C. de dona. ante nupt.* Sic de alijs verbis dicit Abbas *in cap. exhibita. in 2 nota. de iudi.* Ludo. Roman. *in conſil. 88. in tribus rationibus in fin* prout tradit dominus Philippus Decius *in l. quotiens. ff. de regulis iuris.*

6 † Et nonnunquam verba impropriantur etiam in ſtatutis tatione ſubiectæ materiæ, Paul. de Caſt. & ibi Alexand. & alij *in rubric. C. de impube. & alijs ſubſtitu. l. ſi vno, in princip ff. locati.* Sic etiam verba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ facientis vel loquentis, *l. plenum. § equitij. ff. de vſu & & habitatione.* Anto. de Butrio, & Andre. Barba. *in capit. ſi pro debilitate. de offic. delega.* dominus Iaſ. *in auct. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccleſ.* & dominus Decius *in rub. de iudi.* Bald. *in l. in annalibus. in fi. C. de lega.* facit *l. pen. ff. de ali. & ciba. lega.*

7 † Et ſimilis diſtinctio de qua *ſupra*, fit in verbo decernimus, quod de ſui natura ius nouum inducit, nihilominus per illud antiquum ius declaratur, vt per Abb. *in capit. decernimus.* poſt Cardina. Zaba. *de iudi.* & ibi Decius *in fin. gloſſ. in Clemen. per literas, in verbo decernimus, de preben.* gloſſ. *in Clemen. 2. in verbo decernimus, de rebus Eccleſ. non alienan.* Cardin. *in capit. ad audientiam de Cleric. non reſidentibus.* dicit quod verbum decernimus non inducit ius nouum, ſed antiquum declarat, *capit. primo. § contrahentes. de foro competenti. lib. 6. & in capitulo quinto. de vſu. in verbo decernimus*, inducitur ius nouum, tradit Andre. Sicu. *in d. cap. decernimus. in 1. colum.*

8 † Et idem de verbo *indulgemus, & diffinimus.* tradit Domin. de Sanct. Gemin. *in conſilio 72. col. 2. & 3. incipien. quia punctus iſte.*

9 † Verbum ſtatuimus, ius nouum importat: vt tradit Cardi. & Abbas. *in dicto capitulo decernimus. gloſſ. in capitulo ſtatuimus de. elect. lib. 6. in Clemen. literas, in verbo ſtatuimus. de reſcriptis. capitulo vt debitus. de appella. in verbo ſtatuimus*, Abb. *in conſilio 97. capitulo intelligentia de verbo. ſignifi.* Felin. *in cap ſuper quæſtionum. §. verum. de offic. delega.*

10 † Verbum innouamus, ius antiquum innouat vt dicit Cardin. *in d. cap. decernimus. c. 2. de treu. & pace*, & probatur *in cap. innouamus. de cenſibus.*

11 † Verbum volumus, ius nouum importat, gloſſ. *in Clementina prima, de rerum permuta.* vt per Barba. *in dicto capit. decernimus*, vltra quem eſt gloſſa *in Clementina prima de cenſibus. in verbo religioſi.* Abbas. *in capit. ſedes Apoſtolica. de reſcriptis.* Andre. Sicu. *in dicta Clemen. literas. in 4. colum. in verbo Cenſum.* Sicu. *in dicto c. decernimus.*

In hoc ergo capitulo ſufficit nobis hoc conſtare quod ius nouum inducatur, vt vnus Epiſcopus clericos conſtitutos in ordinibus ſacris degradare poſſit in fidei fauorem, ſicut ob hanc cauſam alia ſtatuta ſunt: vt dicam *in capitulo in fidei fauorem. in eodem titu.* regulariter tamen contrarium eſt vt dicit glo. *3. hic.*

12 † Nota tertio ſecundum Dominicum quod hic eſt argumentum, quod numerus Epiſcoporum non requiritur in degradatione exiſtentium in minoribus ordinibus. Sunt

autem

autem minores ordines quatuor, & incipiendo ab infimis. Primus eſt exorciſtatus, ſecundus lecturatus ſub quo cõtinetur pſalmiſtatus, & cantoratus, tertius hoſtioratus, quartus acolitatus, quorum officia ponuntur *in c. cleros. 21. diſtinct.* latius *in cap. perlectis. 25. diſt. cap. ſeriatim. 32. diſt. cap. illud. 77. diſtinct. cap. à ſubdiacono. 93. diſtinct.*

13 † Tonſura vero ſiue corona ordo etiam eſt ſecundum canoniſtas, vt tenet Anton. de Butrio *in cap. cum contingat. de ætate & qualitate ord. gloſ.* tamen iuris ciuilis non credit per tonſuram ordinem conferri *in §. ſancimus. in verbo tonſura, in authen. de monachis coll. 1.* Vnde tenendo opinionem canoniſtarũ ſunt quinque ordines minores, & cum ſubdiaconatu, diaconatu, presbyteratu, & ordine Epiſcopali ponendi ſunt nouem ordines in Eccleſia, tradit And. Sicu. *in cap. quanto. de conſuet.* de Epiſcopatu quod ſit ordo probat text ineuitabiliter *in cap. primo. de ordi. ab Epiſcopo qui Epiſco. renunciat.* vbi patet, quod licet reſignauerit, nihilominus confert ordines, licet non det executionem, quod facere non poſſet, ſi characterem non expreſſiſſet indebilem ordo Epiſcopalis. Theologi vero tenent ſolum eſſe ſeptem ordines, negantes tonſuram, & Epiſcopatum eſſe ordinem, habetur per magiſtrum *in 4. diſtinct. 24. cap. 1.* Et ibi per S. Thom. Rycar. Petrum de Palu. & cæteros, Theo. ipſi quidem habent reſpectum ad ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti, Canoniſtæ autem ad nouem Hierarchias cœleſtes ad quarum inſtar nouem ſunt ordines conſtituti, vt dicit Hoſtien. *in ſumma eodem titu. de ordi. ab Epiſcopo qui renunciauit Epiſcopatui. cap. ad hic. 89. diſtinct.* Late traditur per Cardin. Alexan. *in dicto cap. cleros.* & ibi pulcherrime per Cardin. de Turre Cremata *articulo 32.*

14 † Vnde omiſſa hac concertatione Theologorum, & canoniſtarum, cum quælibet illorum opinio reſpectiue probabilis ſit, nec eſt præſentis indaginis, dico dictos minores ordines non dici ſacros eo quia materia illorum non eſt ſacra, cum nõ habeant actum circa materiam ſacram, puta calicem, vel Euchariſtiam, licet dicatur ſacri ſecundum ſe, *cap. quicunque, &* *c. 50. diſtinct. ibi ſacr. ad militiam,* id eſt clericatum ſecundum Hug. quilibet enim ordo quandoque dicitur ſacer *cap. infames. 6. q. 1.* vt notat Cardi. de Turre Cremata. *in d. c. quicunque.*

15 † Sacer enim ordo dicitur tripliciter. Primo modo, quia deputatus ſacro officio primo id eſt Eccleſiaſtico, vel clericali, & ſecundum hoc quilibet ordo eſt ſacer, *1. q. 1. §. quolibet.* Secundo dicitur ſacer ordo ille tantum cui continentia eſt inducta, & quodlibet ſacrum cõtingere miniſtrando altari, & hoc modo ſunt ſacri ordines tres, ſcilicet ſubdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. Tertio dicuntur ſacri, in quorum collatione imponitur manus Et ſecundum hoc duo erunt ſacri ordines, videlicet presbyteratus, & diaconatus. Sacerdoti enim & diacono imponitur manus cum ordinatur, & nõ ſubdiacono, nec reliquis, *cap. presbyter, & cap. diaconus. 23. diſtinct.* & hodie etiam imponitur ſubdiacono *de ſacra. non iteran. cap. primo.* Et ſic patet, quod ſacer ordo quandoque accipitur generaliter, quandoque ſpecialiter ſecundum Hug. & Ioan. de Fantu. & refert Cardin. de Turre Cremata. quem ſequitur Alexand. *in cap. erubeſcant. 22. diſtinct.* Primo ergo modo quatuor minores dicuntur ſacri, non autem alijs modis, quia conſtitutus in minoribus vxorem ducere poteſt, non autem alij. *capit. ſeriatim.* vbi tradunt Doctores *32. diſtinct. cap. primo de voto. lib. 6.* & in hoc text. ſacri ordines ſumuntur ſtricte. *32. diſt. c. 1.* ſecũdum Ioan. And. & Philip. Franc. hic.

16 † Quod autem in degradatione clericorum in minorib. conſtitutorũ non requiratur numerus epiſcoporum ſed quod proprius Epiſcopus ſufficiat probatur *in cap. degradatio. de pœnis infra eodem.* & ibi notat Domin. *in vltimo nota.* & Philip. Franc. hic. Quæ autem ſit ratio diuerſitatis inter degradationẽ clericorum ſimplicium, & conſtitutorum in ſacris dici & aſſignari non poteſt, quia hæc dependent ex voluntate principis argumento eorum quæ dicit gloſ. *in l. non omnium ff. de lega. 1. & l. fin. C. ſi contra ius vel vti. publica.*

17 † Similis modus deputandi Epiſcopos in degradatione eſt in compurgatione canonica indictus alicui clerico ſubdiacono, & alijs vt dicit glo. *in verbo, 14. manu. in cap. inter. de purga. cano.* cum maior maiori, & minor minori manu ſit quis compurgandus, vt dicit gloſſ. ibi, & Abb. adducit rationem.

18 † Hic vero ratio eſſe poteſt, quia quanto quis eſt in maiori gradu, tanto requiritur maior numerus perſonarum in degradatione argumen. eius. quod dicit glo *in dicto capit. inter, & in c. cum Apoſtolus, de cenſi. & in cap. præſul. ſecunda q. quæſt. quinta.* probata gl. ibi ſecundum Cardina. de quo per Abb. *in repe. c. cum eſſe. in 4. columna de teſtament.* Andre. Sicu. *in tracta. depo. ſtantia Cardina. q. 11.*

† An autem in minoribus ordinibus, & ſic ſignãter in acolytatu imprimatur character ſicut in ſacris eſt de mente S. Tho. quod ſic *in 4. diſt. 24. q. 2. arti. 3.* 19

Et quamuis ſolus Epiſcopus degradare poſſit conſtitutum in minoribus, requiritur tamen præſentia capituli. *cap. Epiſcopus nullam. 15. quæſt. 7.* alias ſententia eſſet nulla, vt ibi. Sufficit tamen quod de conſenſu capituli aliqui canonici puta duo, vel tres adſint, qui repræſentent totũ capitulum, vt dicit Archi. *in d. c. Epiſcopus.* quod eſt bene notãdum.

† Ex quo inferri poteſt, quod in actibus in quibus præſentia capituli ſeu conſenſus requiritur poteſt capitulum deputare aliquos loco capituli: facit quod notatur *in cap. irrefragabili. § exceſſus. ff. de offi. ordi. Clem. 1. de hæreti.* Et ita ſæpe practicari vidi in noſtro maioricen. capitulo, & pro hac practica facit deci. prima Romæ *in anti. que de conſtitutionibus. & de conceſſ. præben. 12. incipien.* quod collatio dicitur ſpectare ad capitulum quãdo ſpectat ad certos canonicos ipſum vice delegata repræſentantes: ſequitur Fe. in *in d. c. non poteſt colum. 4.* 20

† Hodie tamen Epiſcopus ex conſuetudine præſcripta audit cauſas ſine præſentia capituli, & valet conſuetudo. *capit. 3. de conſuet. lib. 6.* adeo vt de iure ſolus poſſit clericos in minoribus conſtitutos, quia illud c. loquitur indiſtincte. Hoc tenet gloſ. notabilis *in cap. degradatio de pœnis. lib. 6.* & Archid. *in d. cap. Epiſcopus.* pro quo facit dictum *c. degradatio. ibi, quamquam.* vbi ſolum fit mentio de Epiſcopo in depoſitione clericorum minoris ordinis, non autem de capitulo, vt tradit Abbas *in dicto capitulo non poteſt. de re iudi. colum. 2.* & propter hoc fuerit degradatus. 21

† Nota. 4. ſecundum Domin. caſum in quo clericus traditur curiæ ſeculari: regulariter contrarium eſt, quia quantumcunque graue crimen commiſerit, & propter hoc fuerit degradatus non eſt tradendus curiæ ſeculari, imo debet viuere clericaliter, & ſub poteſtate Eccleſiaſtica eſſe debet, gloſſ. nota. *in cap. ad abolendam. in verbo prærogatiua.* cum gloſ ſequenti de hæreti. & eſt tex. *in cap. dictum eſt nobis. 81 diſt.* vbi dicit Card. de Turre Cremata, quod debent viuere clerici depoſiti ſecundum Eccleſiaſticam regulam, & non more laicorum, debent ergo ſeruare tonſuram, pſalmis & bonis operibus inſiſtere *argumen. cap. ſi quis vero. 32. diſtinctio.* & in totum debent abſtinere ab his, quæ clericis inhibita ſunt, quia clerici & Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, & tanquam tales cogẽdi viuere, vnde tales verberantes incidunt in canonem, *Si quis ſuadente diabolo. 17. q. quarta.* ſecundum Archi. & alios ibi. 22 23

Sed hoc dictum Cardina. de plano procedit in depoſito. Secus tamen videtur in realiter degradato, quia ipſo facto perdit priuilegium fori, vt notat Abbas *in capitulo cum non ab homine de iudi. colum. prima.* per textum *in capitulo degradatio, de pœnis,* & ſic diſtinguit Abbas *in capit. non poteſt. de re iudi.* Abbas *in capit. tua, in vltimo nota, de pœnis. cap. nouimus. 2. notabili, de verborum ſignifica.* & dicit ad propoſitum Albert. de Roſate *in l. ſi ſeruum. colum. 3. ff. ſi ex nox. cauſ. agatur.* quod realis degradatio totum tollit, & clericum totaliter dimittit, & ſpoliat, quia interuenit actus retroſimilis, *vt in dicto capitulo degradatio. l. 2. §. ignorantia. ff. de re mili. & l. ul. tam naturale ff. de regulis iuris,* & ſic intelligendo dict. capit. dictum eſt, exponeretur degradatos, id eſt, depoſitos vt ſimile eſt quod dicit Dominicus *in dicto ca. degradatio. in primo nota.* quod verbum degradatio, in genere ſumptum poteſt compræhendere degradationem, & depoſitionem, vt ſic facit, quod ſtatutum imponens pœnam degradationis ſimiliter ſumitur in mitiorem partem. *cap. in pœnis, de regula. iur. lib. 6.* tradit Andre. Siculus *in conſil. 21. incipien. à lõge principium. libr. 3.* an autem degradatus conficiat corpus Chriſti, vel illum verberans incidat in canonem *d. c. ſi quis ſuadente.* infra dicemus.

Nota quinto argumentũ, quod ratione delicti non ſolum degradatur clericus exiſtẽs in ſacris, ſed etiã in minoribus ordinib. conſtitutus, & ſimpliciter tonſuratus, vt in Moder. põtificali *fol. 175.* Facit tex. *in c. 2. de cler. excommu. miniſtr. c. ſi quis Epiſcopus. 27. quæſtione 1. dicto cap. degradatio,* facit glo. no. *in ſumma. 32. diſtinct.* quæ dicit quod quilibet ordo dicitur ſacer, vt dixi.

Et

nones non eſt ſtatutus numerus Epiſcoporum in actuali degradatione, ſed vnus Epiſcopus ſufficit per *dictum cap. degradatio. §. actualis.* ſolum enim eſt ſtatutus numerus in dicta verbali degradatione ſeu depoſitione, & in eius examine, vt probatur *in dicto capitulo degradatio. in princip. capitu. ſi quis timidus, cum duobus ſequentibus. 15. quaſt. 7. quæ iura allegat gloſſ. 1. hic,* & loquitur ſolum de examinatione cauſæ, non autem de degradatione actuali facit aliquod verbum, facit *capitu. 1. 15. quaſt. 7. in princip.* vbi dicitur, ſine Concilij examine presbyterum vel diaconum non deijciendum, & in medio *d. cap.* dicitur quod ſolus Epiſcopus honorem auferre non poteſt: & in fine eiuſdem cap. dicitur. exui non poteſt vno damnante ſui honoris priuilegio, ſed diffiniri oportet, præſente ſinodali iudicio. & ad literam huic medio, & fini concordat. *capit. fin. & dicto cap. ſi quis timidus, & cap. fœlix. dicta cauſa & quaſt.* & plura iura ad hoc allegant Ioan. Andre. & Domin. *in cap. degradatio. in princip. col. fin* cum quibus tranſit hic Petr. de Ancha. vbi tradunt quid ſit de conſuetudine, an in tali verbali degradatione Epiſcopus conuocet alios Epiſcopos, ad quos me remitto. Et dicit Abb. *in cap. non poteſt. de re iudi.* quod numerus taxatus in diſpoſitione clericorum in ſacris conſtitutorum requiritur, dum cauſa examinatur, vt probatur in dictis iuribus, & in allegatis in glo. *in d. c. nō poteſt,* non tamen in actuali degradatione, quia illa eſt executio depoſitionis verbalis. ſequeretur etiam maximum inconueniens, quod in cauſa hæreſis maior ſolemnitas eſſet introducta, quam in alijs criminibus contra principium huius *cap.* nam in alijs Epiſcopus poſſet facere degradationem actualem, *vt in d. c. degradatio. verſic. cum Epiſcopus,* & eſſent conuocandi prælati, quod non eſt dicendum, nam mens huius text. eſt relaxare ſolemnitatem iuris in fidei fauorem, non autem inducere, nec aliqua iura antiqua requirere videntur præſentiam Epiſcoporum in actuali degradatione, vt tradit per multa iura Petr. de Ancha. *in d. c. degradatio. col. 1.*

34 ¶ † Et hoc eſt verum quando Epiſcopus intēdit ad degradationem actualem poſt verbalem, alias ſi eſſet contentus ſola verbali non requireretur ille numerus Epiſcoporum, & ſequitur Felin. *in dicto cap. non poteſt.* Specu. *in tit. de accuſa. §. ſecundo loco. verſic. & eſt notandū,* & quamuis idem *in dicto titu. §. quarto loco. verſic. cæterum cum agitur.* videatur ſibi contrarius, quod etiam in actuali ſit neceſſarius numerus Epiſcoporum, & de hoc dubitauerit Domin. *in dicto cap. degradatio.* dico, quod fuit de mente Spec. quod vbi Epiſcopus intendebat ad actualem requirebatur numerus in verbali, ſecus ſi eſſet illa verbali cōtentus, & hoc innuūt iura allegata *in d. §. quarto, verſ. illud.* prout ſupra illa induxi, per quæ ſe fundat Specu. *in dicto verſic. cæterum.*

35 ¶ † Non obſtat *c. Epiſcopus. 11. quaſt. 3.* quod in caſu, quo apparet iniuſte deiectus recipit ornamenta de manibus Epiſcoporum. ergo videtur quod per manus Epiſcoporum ſublata fuerunt, ſequitur quod plures Epiſcopi fuerunt in actuali degradatione contra prædicta. Ad hoc non reſpondet Ioan. Andre. Domin. nec alij ſcribentes *in d. cap.* Specu. *tamen in dicto tit. de accuſa. §. 2. loco. verſic. ſed nunquid.* dicit, quod vbi ſententia depoſitionis tenet, ſolus Papa reſtituit, vbi vero non tenet, vel vbi non ſolemniter eſt depoſitus ſolus Epiſcopus reſtituit. vt *in dicto c. Epiſcopus.* Hæc reſponſio non tollit contrarium, quia dicit quod de manibus Epiſcoporum debet recipere, & non dicit de manu Epiſcopi nec loquitur de presbyteris in plurali, ſed in ſingulari. Hu. Archi. & Card. de Turre Crema. & Alex-
36 and. dicūt quod reſtitutio † degradatorum ſpectat ad Papā, & ideo eſt in eius arbitrio, vt per vnum vel per plures fiat reſtitutio, & ſic quod de hoc non eſt quæſtio. Iſta ſolutio non ſatisfacit, quia quando quis eſt iuſte deiectus, ſolus Papa reſtituit, vt dicit Specu. *in d. verſic. ſed nunquid. & cap. 1. & 2. 50. diſt.* & in hoc caſu non loquitur *dicto cap. Epiſcopus,* ſed vbi quis eſt iniuſte deiectus, tunc ſolus Epiſcopus reſtituit, vt dixi, & tamen de manibus Epiſcoporum recipit inſignia, vt ibi.

37 ¶ † Vnde cum reuerentia tantorum doctorum dici poſſet,
38 quod *d. cap. Epiſcopus.* intelligatur ponere duos caſus. Primus † quando Epiſcopus iniuſtè degradatus reſtituitur, quia hæc degradatio non fit, niſi authoritate Papæ, cum talis diffinitio de Epiſcopo degradando ſoli Papæ reſeruetur. *c. accuſatus. cap. quamuis. & c. nullum ſtupeo. 3. q. 6.* Inno. *in cap. quod ſicut. de electio.* tradit Abb. in *d. c. non poteſt. de re iudi. colum. 1.* & ideo vt Epiſco-
39 pus † degradatus reſtituatur auctoritate Papæ, vt dicit gloſſ. *in d. c. Epiſcopus.* non refert ſi per vnum Epiſcopum, vel per manus Epiſcoporum recuperet ornamenta ſibi competentia, vt *in d. c. Epiſcopus,* & in hoc non eſt quæſtio, vt dicunt Hug. Arch. Domin. & vterque Card. *in d. c. Epiſcopus,* vt ſupra retuli. & ſic illorum opinio in hoc de plano procedere videtur, cum totum hoc dependeat ex voluntate Papæ, & idē puto quando presbyter vel diaconus, aut ſubdiaconus eſſet iuſte degradatus, quia in his caſibus Papæ reſeruatur diſpenſatio per prædicta. ¶ Secundus caſus eſt quando presbyter diaconus vel ſubdiaconus eſt iniuſte degradatus. & eſt reſtituēdus, tex. dicit quod ſi presbyter eſt, recipiat orarium, & planetam, ſi diaconus orarium, & Albam, ſi ſubdiaconus patenam, & calicem. nec ibi exprimit quod de manibus Epiſcoporū recipiant, ſed ſimpliciter loquitur, vnde debet intelligi vt recipiat ab vno Epiſcopo, ſicut ab vno fuit degradatus actualiter, vt per vnum Epiſcopū ordines cōſtituantur vel reparentur, ſicut per vnum fuerunt ablati, arg. *l. nil tam naturale ff. de regu. iu. r. c. 1. de regu. iuris:* & ſatis eſſet inconueniens, vt vnicus Epiſc. ſufficiat ad collationem ordinum presbyteratus, diàconatus, & ſubdiaconatus, vt docet experientia, & patet *in c. 1. & ſequentibus de tempo. ordi. lib. 6.* & ad degradationem vnus etiam Epiſcopus ſufficiat vt *in dicto cap. degradatio,* & quod ad reſtitutionem vſus ordinum, plures requirantur, cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam. *l. prout. ff. de ſolu. & d. l. nil tam naturale.* ¶ Nec obſtat tex. ibi, recipiat coram altari de manibus Epiſcoporum, quia hoc non refertur ad presbyterum diaconum & ſubdiaconum, ſed ad Epiſcopos, vt ſic ſit ſenſus, ſi Epiſcopus eſt recipiat coram altari de manibus Epiſcoporum orarium, baculum & annulum, presbyter & alij ab Epiſcopo non autem Epiſcopis. quia hoc
non exprimitur, nec eſt iuri conſonum, vt prædixi. ¶ † Ex qui- 40
bus ſatis patet non eſſe bene dictum, quod dicunt Archidia. & alij, quod dicti Abbates alijque prælati, & literatæ perſonę vocantur ad aſſiſtendum in actu degradationis actualis. quia cum dictæ perſonæ ſint loco Epiſcoporum, vt dicunt Ioan. Andre. & Domin. *in dicto cap. degradatio,* & ſurrogatum ſapiat naturam illius, in cuius locum ſurrogatur, vt latè traditur per Iaſ. *in l. ſi eum. §. iniuriarum. colum. 4. ff. ſi quis cautionibus,* vt latius dicam *quaſt. quinta* & quod iſte tex. intelligatur in verbali degradatione, vt etiam dicit Petrus de Ancha. *in dicto c. degradatio.* vnde ſequitur quod ſicut Epiſcopi interueniunt in examine verbalis degradationis in alijs criminibus, ſic dicti Abbates alijque prælati, & literatæ perſonæ interuenire debent in examine dictæ degradationis verbalis, ad effectum realis in cauſa hæreſis, & cum illa diffinitur, alias ad dictam actualem degradationem literati inutiliter vocarentur, ita dicit Io. And. & Domin. *in dicto cap. degradatio. colum. 2.* & hoc dico cum illo temperamento de quo in text. ſcilicet de quibus expedire videbitur. ¶ Hinc eſt, quod alia, & ad alium effectum eſt illa conuocatio quæ fieri debet *iuxta c. vt commiſſi. § conuocandi. inf. eod. titu.* quam ſit iſta de qua in hoc tex. nec obſtat verbum degradare, quia pro depoſitione capitur, vt notant Domin. & *in d. cap. degradatio.*

¶ NOTA NONO † quod pœna quæ infligitur hæreticis 41
eſt relaxatio curię ſeculari, aut dānatio ad carceres perpetuos: & prima eſt text. *in capitu. ad abolendam. in princip. & §. qui vero. & §. illo. & capit. excommunicamus. §. damnati. de hæretic. capit. ſuper eodem infra eodem.* de ſecunda eſt textus in *cap. penult. § fina. de hæreti. & cap. vt commiſſi. §. nec non. infra eodem.* & quia iſte text. loquitur alternatiua per dictionem aut, dicunt Petrus de Ancha. & Philip. Franc. hic, quod electio harum. Pœnarum erit ipſius iudicis, & ſic Epiſcopi & inquiſitoris, vt imponant quam maluerunt, & ad hoc allegant Bald. *in l. quæcunque. C. de ſeru. fugi.* & eſt gloſſ. *in capitu. à crapula. de vita & honeſtate clerico.* & pro dicto Anch. hic differt ad literam theori. Barto. *in dicta l. quæcunque.*

¶ † Sed repetitio honore dicatur in hac materia hæreticali 42
ſeu in cauſis hæreticorū vel accuſatorum de hæreſi, nō habet locū doctrina Bart. nec ſequacium, quia pœna in hac materia eſt limitata à iure, nec alternatiue eſt tradita: nā aut accuſatus de hæreſi conuincitur, ſiue neget, ſiue confiteatur, & non reddit ad vnitatem Eccleſ. petēdo veniā, & tunc vt hæreticus traditur curiæ ſeculari puniēdus. *c. ad abolēdā. & c. excōmunicamus. §. damnati. de hæret.* Domin. de Rota latè *in deciſ. 875. incip. Accuſatus de hæreſi, in antiquis.* ſi eſt relapſus ſine aliqua audientia eſt tradendus curiæ ſeculari. *c. ſupra eod. & inf. eod.* aut accuſatus de hæreſi

hæreſi redit, tunc debet ad perpetuos carceres condemnari. *cap. penult. § fin. de hære.* nec in aliquo iure reperitur diſpoſitum, quod in cauſis hæreticalibus inquiſitor poſſit hanc pœnam, vel illam imponere. loquor de relaxatione, aut de perpetuis carceribus: itaque in caſu quo meretur relaxari reus relaxandus eſt, & quando immurari meretur, immurari debet, nec relaxandum immurare, nec immurandum relaxare poteſt, alias inquiſitor, & Epiſcopus incurrerent pœnas ſtatutas *in Clement. multorum querela. de hæret.* quamuis pœna immurationis poſſit commutari, ſeu mitigari ex cauſa. *cap. vt commiſſi. infra eodem.* ¶ Non obſtat iſte text. qui dedit occaſionem dubitandi, quia non eſt factus propter hoc, vt det electionem ipſi Epiſcopo, & inquiſitori infligendi hanc pœnam, vel alteram, ſed ſolum de nouo ſtatueret, quod in cauſa hæreſis ſolus Epiſcopus degradare poſſit, & diſponens quando ſit facienda degradatio, incidēter dicit, & mentionem facit de dictis duabus pœnis alternatiuè conceptis diſponendo, quod in vtroque caſu degradandus ſit clericus etiam in ſacris conſtitutus, videlicet aut illum relinquat curiæ ſeculari, aut damnet ad carceres perpetuos, quæ pœnæ ſunt infligendæ ab homine, omiſſis illis, quæ imponuntur à iure, vt eſt excommunicatio, *in cap. excommunicamus. 1. de hæret.* & priuatio bonorum. *capit. vergentis eodem titu. & capit. cum ſecundum leges. infra eodem de quibus ſuo loco dicemus.* ¶ Theorica autem Bartol. deſuper allegata *in dicta l. quicunque*, & aliorum ibi, & ſignanter per Alber. de Roſ. *in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit.* & Bartol. *in l. 2. ff. de effractio. & expila.* & latè per D. Deci. *in cap. inter cætera. de reſcript.* procedit quando lex principaliter intenderet pro delicta apponere pœnam, & illam poneret alternatiuè, vt patet *in dicta l. ſi fugitiui.* vbi dicit, quod ſi fugitiui deprehendantur ſerui barbaricum tranſeuntes, aut pede amputato debilitentur, aut metallo dentur, aut quabibet alia pœna afficiantur: hoc autem cap. nõ eſt ordinatum ad ſtatuendum pœnam contra hæreticos, ſed ad id quod diſponitur circa degradationem faciendā in cauſa hæreſis, merito illa non eſt ad noſtrum propoſitum applicabilis, pro quo facit, quod verba narratiua non ponunt ius, vt notat Ioannes Andre. *in cap. a qui de electio. lib. 6.* & Ioan. Andre. *in cap. 1. de rerum permu.* [illegible] *in verbo, colla.* *lib. 6.* ſequitur Domin. de S. Gemin. *in conſilio 75. incipien. In cauſa magiſtri Ioannis. colum. 2.* verba etiam enunciatiua non probant, vt latè tradit Henricus Boye. *in capit. ſi quem. diſtinct. 2. de ſenten. excommunica.* verba enim enunciatiua prolata à legiſlatore non diſponunt, nec licitum eſt ex eis arguere, Bartol. *in l. extat in 2. colum. ff. quod met. cauſ.* Salyc. *in l. excuſationem. C. de. excuſ.* Alexan. *in l. qui ſe patris. C. vnde liberi in 8. colum.* Iaſon. *in l. 1. C. quando non pe. par. in 9. colum.*

45 ¶ Nota Decimo, quod † iudex Eccleſiaſticus poſt degradationem potest relaxare curiæ ſeculari eum pro cauſa hæreſis, concordat text. *in dicto cap. ad abolendam, ver. totum. & in cap. ſuper eo. l. infra eodem titu.* & pro relaxato efficaciter apud iudicem ſecularem intercedere debet, non excommunicatione, ſed precibus, vt citra mortis periculum circa illum ſententiam moderetur, vt dicit text. *in cap. nouimus* & ibi gloſſ. *in verbo. intercedere. de verbo. ſignifi.* & quicquid dicat Abbas antiquus dicat quod non debet tradi, nec relaxari, nec vocaliter dicendum eſt ſecundum Abb. Modern. ibi, quod denunciādum eſt iudici ſeculari, vt recipiat illum in ſuum forum, mouebitque prælatus iudicem ſecularem ad pietatem dicendo, quod ille eſt Dei imago, & reducet ad memoriam multos, qui poſt delicta atrocia egerunt pœnitentiam, vt in Petro Apoſtolo, qui negauit Chriſtum, & poſtea meruit principatum inter Apoſtolos, & in Magdalena, & alijs. & in hoc tendet Abb. & Moder. Hoſtien. tamen dicebat, quod hæc traditio fit, vt puniatur morte: & illa intercesſio eſt potius vocalis & colorata, quam effectualis. & quamuis credant Epiſcopus, & inquiſitor, quod iudex ſecularis puniet morte corporali illum relaxatum: non tamen ad hoc incurrunt aliquam irregularitatem, vt concludit Specu. *in tit. de legato, ſiue de diſpenſa. §. iuxta. verſ. porro.* Archi. *in cap. 1. 24. q. 8.* quos refert Marian. Socin. *in repet. cap. ad audientiam. 33. colum. q. 57.* Felin. *in c. ſicut dignum. in 4. colum. 5. fallen. de homic.* idem tradit Felin. *in cap. 1. de offi. de leg. colum. 5.* hinc etiam dicit Ocham *in ſuo dialogo lib. 7. c. 41. in fin.* quod Epiſcopus & prælati tradendo hæreticos, & quoſdam alios maleſactores curiæ ſeculari non dant operam rei illicitæ, quia hoc incumbit eorum officio: & ideo ſi debitam diligentiam adhibent non efficiuntur irregulares, quamuis mors ſequatur. ¶ Maxime hoc habet locum, quia huiuſmodi relaxatio, & quæcunque alia, quam facit prælatus, *iuxta d. cap. nouimus.* fit authoritate canonis, & ideo non eſt dicendum, quod prælatus incurrat irregularitatem, tum quia irregularitas ſuper homicidio, aut mutilatione membri eſt de iure poſitiuo, vt dicit Innocen. *in cap. ad audientiam. de homic.* & Abb. *in cap. niſi cum pridem. de renũciat.* & hæc eſt communis opinio, vt latè affirmat Marian. Soc. *in dicto c. ad audientiam. colum. 4.* & ibi Felin. tenentes contra Abb. *in dicto cap. ad audientiam.* idem Felin. *in cap. 2. & cap. fin. verſic. extra materiam. de maior. & obed.* tum etiam & fortius, quia prælati habentes iuriſdictionem temporalem poſſunt iniungere balliuis ſuis, aut cuicunque iudici, vt iuſtitiæ debitũ exequatur: & quamuis ex hoc ſequeretur homicidium, aut mutilatio membri, non ex hoc cenſeretur eſſe irregularis, text. *eſt cap. ſi. ne cle. vel mon. lib. 6.* & ibi gloſſ. 1. recitat Hoſtien. dicentem *in cap. cleri. ne cler. vel mon.* quod ſibi placeret, quod aut daretur clericis licentia tales cauſas iudicandi per ſe ipſos, aut talium cauſarum poteſtas ipſis clericis tolleretur, cum hæc commiſſio ſit contra ius. *l. 1. ff. de offic. eius cui eſt mand. iuriſd.* & ibi latè tradunt Doctores & ſignanter D. Iaſ. *in 6. colum. & ſingulariter dicit* Bald. *in l. ſolent. in princip. ff. de offic. procon. & leg.* quod gladij poteſtas committi non poteſt ſecundum *ll. per d. l. ſolent. & d. l. 1.* ſed ſecundum canones ſecus. *capit. in Archiepiſcopatu. de rapto.* ratio differentiæ, quia clerici per ſe non poſſunt actualiter gladium exercere, aut ſanguinem fundere humanum, ſed tamen ex permiſſu canonum committunt alteri hoc, ſcilicet quod faciat iuſtitiam, quia tunc lex occidit, non ipſe qui committit, alias ſi non poſſet committere, gladij poteſtas eſſet fruſtra in clericis: quod eſt falſum, vt tradit Specu. *in titu. de iuriſd. om. iud. verſic. & nota quod Epiſcopus.* Cum ergo prælatus committere poteſt cauſam ſanguinis authoritate canonis, ſine incurſu irregularitatis, multo magis ſine illo periculo eadem authoritate poteſt relaxare, dato quod ſciat iudicem ſecularem ad mortem reum tradîturum, cum ſecularis iudex illud ſuo iure faciat: non autem ex commiſſione iudicis Eccleſiaſtici, immo poſſet proceſſum iudicis Eccleſiaſtici reuidere & examinare ſi vellet, vt tradunt Doctores *in l. magiſtratibus ff. de iuriſd. omn. iud.* hoc dico in alijs criminibus: ſecus tamen in crimine hæreſis. & hoc errauit Barto. vt dicunt omnes ſcribentes *in l. magiſtratib.* per text. *in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. infra eo. & ibi dictũ.*

¶ Nota Vndecimo, † quod Epiſcop. vel inquiſitor poteſt reos de crimine hereſis perpetuo immurare, ſeu ad carceres perpetuos condemnare, intelligo de illis hæreticis, qui conuertuntur, & ſunt obedientes, & ſic redeunt ad gremium 44
Eccleſiæ. *c. excommunicamus. el 2. § ſi. de hæret. c. vt commiſſi. inf. eod.* & ibi not. Petr. de Anch. *in 7. not. ib.* & huiuſmodi damnatio ad carceres perpetuos non eſt ad cuſtodiā, ſed ad pœnam & pœnitentiam agendam. S. Tho. *in 2. 2. q. 65. articu. 3. in corpore quæſt.* ait, quod iudex Eccleſ. facere poteſt, ſiue perpetuo, ſiue ad tēpus, *c. quãuis de pœn. lib. 6.* hoc enim ſpecialiter introductum eſt de iure canonico, & eſt ratio ſecundum Io. Mon. Archiepiſ. & Domi. *in d. c. quamuis quia Deus non vult mortem peccatorũ, ſed magis vt conuertatur, & viuat. Ezech. 18. c. hi qui. 3. q. 4. & c. hi à quibus. 24. q. 8. & in auth. vt non luxu. homines con. natu. in princip. coll. 6.* & cum hoc tranſit Ioan. And. ibi. & loco huius carceris perpetui iura ciuilia mortem imponunt, vt dicit gloſ. 1. *in d. c. quamuis.* & perpetuos intelligo donec vixerint illi rei. *c. ſanctorum. 70. diſt. & l. ff. depoſiti. cap. ſi. ſupr. e. de reſcrip. eod. lib.* vt tradunt Ioan. And. & Domin. ibi. & in certo etiam caſu, & ſpeciali ius ciuile damnat reum ad carceres perpetuos, vt eſt text. & ibi not. Bald. *in l. 1. C. de his, qui non poſſunt ad liber. peruen. l. ſeruus. C. de pœn.* & eſt arg. de carcere aſſignato ad pœnam pro tempore. *l. 1. § fin. ff. de alea.* & dicit Albe. de Roſ. *in d. l. 1.* quod tantum operatur damnatio temporalis quo ad tempus, quantum perpetua in perpetuum. verum eſt, quod Salyc. *in d. l. 1.* non approbat intellectum Bal. ſed gloſ. ibi quæ aliter intelligit illum tex. regula eſt tamen iuris communis, quod carceres inuenti ſunt ad cuſtodiā, non tamen ad pœnam tex. eſt *in l. aut damnũ. 2. §. ſolent. ff. de pœn. l. incredibile. C. de pœn.* not. Felin. *in c. excommunicamus. el 2. de hære.* & Iq. de Anan. *in c. a nobis. de meſta.* & ſi quis de facto damnaretur per iudicē ſecularem ad perpetuos carceres hæc damnatio æquipararetur damnato in metallum, ita dicit Inno. *in c. qualiter & quando. de accuſ.* ſequitur Bar. *in l. 1. colum. 2. verſ. quæro aliquis de publicandis.*

¶ Nota

45 ¶ NOTA VLTIMO. † de quibus expedire videbitur. ſimile [illegible] in *cap. vt commiſſi. § conuocandi. ibi, videritis expedire, infra* [illegible] *in cap. quamuis. infra de pœn. ibi, prout videris expedire, l. 2. §. fina. in verbo. expediat. ff. mandati. cap. non ſolum. in verbo, expedit, de regulari. cap. non expediat. de elect. cap. in appellationis. de iuramen. calum. infra eodem libro ibi, quotiens viderit expedire, in cap. cum in Eccleſiis. ibi, ſi videris expedire, de maior. & obedien. in cap. cùm pro illorum. de præbend. ibi, expedire cognouerit, & capit. ex tuarum. de ſortileg. ibi, ſi ſibi viſum fuerit.* & huiuſmodi verba, de quibus in hoc textu, & ſimilia relinquit actum viſioni, & arbitrio iudicis, vt notant Ioan. Andr. Petr. de Ancharan. & alij *in dicto capit. & de iuramen. calum. libro 6.* permaximè hoc firmat verbum, videtur, quod importat arbitrium boni viri, *l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de legat. 3.* ſequitur Alexand. *in conſil. 82. incip. Ponderatis narratis. colum. fin. libr. 5.* ſicut in ſimili dicitur, quando Princeps aliquid committit prudentiæ alicuius, vt latè notat *in 2. not.* D. Dec. *in cap. inniteris. de conſti.* dicit etiam glorioſus Paul. 1. ad Cor. 16. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. & hoc ſatis probatur *in l. 1. §. quotidianam ff. de aqua quotidiana & æſti.* & ibi notat Alberic. de Roſa. dicens, quod non omne quod licet honeſtum eſt, *l. ſemper. ff. de ritu nupt.* eapropter Doctores in conſulendo in cauſis arduis conſiderant an liceat, an deceat, an expediat, vt tradit Oldr. *in conſil. 62. incipien. Et circa hæc veniunt tria conſideranda.* erit ergo in arbitrio Epiſcopi, vel Inquiſitoris, qui prælati, quæ perſonæ literatæ ſint conuocandæ in degradatione verbali, de qua in hoc textu, ipſe tamen Epiſcopus ſolus proferet ſententiam, vt dicit hic Ioan. Andr.

46 ¶ † Quæro cum gloſſ. 1. qui ſint canones conſtituentes numerum Epiſcoporum in degradatione clericorum conſtitutorum in ſacris pro alijs criminibus? Reſpondet gloſſ. quod dicti canones ponuntur *in c. ſi quis timidus. & c. fœlix. & c. ſi autem. 15. q. 7.* & quod in degradatione preſbyteri debent eſſe ſex, & in degradatione diaconi tres, vt probat per dicta iura.

47 ¶ † Et quia de ſubdiacono, tanquam de ſacro ordine antiqua iura non loquebantur, eo quia non reputabatur ſacer ordo ipſe ſubdiaconatus: ideo gl. extēdit illud iura loquēs de diaconatu ad ipſum ſubdiaconatum, & ſic quod tres requirantur in eo, ſicut in diacono, allegat *cap. miramur. de ſeruis non ordin.* vbi dicit Abbas, quod licet de ſubdiaconatu fiat mentio in canonibus antiquis, *cap. ex antiquis. verſic. reliqua verò officia. 54. diſtinct.* non tamen de eo fiebat mentio inter diſpoſitiones concernentes ordinem diaconalem, & ſacros: ſed benè inter diſpoſitiones concernentes minores ordines, ideo communi iure inferiorum ordinum olim cenſebatur ordo ſubdiaconalis, *cap. nullus Epiſcopus 54. diſtinct.* hodie verò *per dictum cap. miramur.* eſt factus ſacer ordo, ideo extenſiuam à ſe recipit interpretationem omnium iurium de gradu ſacro loquentium. facit gloſſ. *in cap. cum in cunctis. de electio. cap. à multis. de ætat. & qualitat.* notat Cardin. de Turrectemat. *in dicto cap. ſi autem. & in cap. 15. quæſt. 7. meritò gloſſ. hic vult*, quod ſicut in diacono requiruntur tres Epiſcopi in degradatione, pariter tres requiruntur in ſubdiacono. pro quo facit textus *in cap. erubeſcant. 32. diſtinct.* qui licet videatur prædictis obuiare cùm ſit de canonibus antiquis, & appellat ſubdiaconatum ordinem ſacrum, ſiue gradum ſacrum: dico quod intelligitur occaſione continentiæ in dictis tribus ordinibus, non autem reſpectu manus impoſitionis, quia antiquitus non imponebatur ſicut hodie: & ſic generali modo tunc dicebatur ſacer, hodie verò ſpeciali: & ita hæc iura concordanda ſunt, vt notat Cardin. de Turrecrem. *in dicto cap. erubeſcant. & in cap. 1. eadem diſtinct. 32.* tradunt Domin. & Cardin. Alex. *in dicto cap. erubeſcant.*

48 ¶ † Aduertendum eſt tamen circa iura allegata in gloſſ. 1. *in cap. ſi quis timidus. cum ſequen.* quia non dicunt, quod in degradatione actuali preſbyteri debeant eſſe tot Epiſcopi, & in diacono tot, vt verba gloſſ. prima facie videntur ſonare, quia eſſent illa iura contra *cap. degradatio. §. actualis. de pœna infra eodem.* vbi dicitur quod ſoli Epiſcopo competit facere degradationem actualem, vt ſupra probaui *in 8. notab.* loquuntur ergo illa iura in examine cauſæ criminalis preſbyteri, vel diaconi, vel ſubdiaconi, qui meretur degradationem verbalem, vel depoſitionem: & ſic in huiuſmodi verbali degradatione debet interuenire Epiſcopus, quando poſtea eſt facienda actualis degradatio. & hoc dicunt *dicto cap. ſi quis timidus. ibi. audiatur. & in cap. fœlix ibi, audiatur & in cap. ſi autem. ibi, qui ipſorum cauſas diſcutiant*, & magis declaratur *in d. c. degradatio. in princ.* & hoc tenent Hoſt. Innoc. Ioan. de Imol. *in c. graue. de præben.* ſequitur hic Archid. & Ioan. Andr.

¶ † Et quod gloſſ. tenet hic, quod idem numerus requiſitus 49 in diacono habeat locum in ſubdiacono, idem ponit gloſſ. 1. *in dicto cap. degradatio.* ſequitur Archid. *15. quæſt. 7 in cap. fœlix. & capit. ſi autem. in fin. & ſatis probatur per dictum cap. degradatio. ibi,* dum dicit, quod in habentibus minores ordines ſufficit ſententia ipſius Epiſcopi, ſine aliorum Epiſcoporum præſentia. & hoc eſt verius ſecundùm Domin. ibi, *quicquid dixerit in cap. 4. 5. quæſt. 6.* contra quem tenet ibi Cardin. Alex. & alij *per dictum ca. miramur.* idem concludit Spec. *tit. de accuſ. §. quarto loco. in fin.* vel ſecundùm Arch. dic, quod illud habebat locum ſecundùm antiqua iura quando ordo ſubdiaconalis non erat ſacer, vt dicit hic Ioan. Andr.

¶ Sed dubitari poteſt, an inter dictos tres vel ſex Epiſcopos cōputabitur, aut excluditur proprius Epiſcopus, vt ſic ſint ſex, aut tres tantummodo, an verò ſint ſeptem vel quatuor. Dic ſecundùm Spec. *in alleg. §. 4. in princ.* quod in cauſa preſbyteri requiruntur ſex Epiſcopi præter proprium Epiſcopum, & in cauſa diaconi tres præter proprium Epiſcopum per iura ibi allegata, *c. ſtudeat. 50. diſt. c. ſaluo. 10. q. 3. c. inter. de tranſlat. c. fœlix. in fin.* ſequuntur Ioan. And. & Phil. Fran. hic idem tradunt Domi. & alij *in dicto cap. degradatio.*

¶ † In gloſſ. 2 *in verbo. facili.* dicitur quod eſt poſſibile, ſcilicet 50 congregare numerum Epiſcoporum taxatum ad degradationem conſtitutorum in ſacris: ſed hoc non eſt facilè ob cauſas forſan dictas per me in primo notab. lex enim non debet eſſe impoſſibilis, *cap. erit autem lex. diſt. 4* hæc gloſſ. relata ad hunc textum videtur inepta inquantùm ſupponit rationem dicens legem non debere eſſe impoſſibilem, ſiquidem tex. diceret quod eſſet impoſſibile cōuocare tot Epiſcopos in huiuſmodi degradatione, benè imponeret legem non debere eſſe impoſſibilē, & quod propter hoc iſte numerus non requiratur, hic ſolum enim dicit tex. quod non ſit facile, & ſic difficile, nec ſequitur, ergo impoſſibile, quia ſi impoſſibile eſſet, canones non ſtatuiſſent talem numerum Epiſcoporum in alijs criminibus, quia lex debet eſſe de poſſibilibus fieri, non autem de impoſſibilibus, *per d. c. erit autem lex.*

¶ Ad hoc dici poteſt, quod hæc gloſſ. potuit habere vnum intentum de tribus. Primus eſt, quod referatur ad diſpoſitionē huius tex. limitantis, vt ille numerus per canones ſtatutus non habeat locum in caſu hæreſis: & quod propter impoſſibilitatem congregationis Epiſcoporum iſte textus fuerit factus relaxando diſpoſitionem illorū canonum, ſuppoſita ratione gloſſe, quia lex non debet eſſe impoſſibilis, dico quod hæc ratio non congruit, quia hoc cap. non dicit eſſe impoſſibilem congregationem, ſed non facilem. Secundò quod referatur ad difficultatem, quæ habeatur pro impoſſibilitate, vt dixi in 1. *notab.* hoc etiam non conuenit, quia ſi hoc eſſet, non fuiſſet ſtatutus numerus Epiſcoporum in alijs criminibus, cùm lex debeat eſſe de poſſibili: licet enim in alijs caſibus difficile habeatur pro impoſſibili, vt ſupra: hoc tamen eſſe non poteſt in eo caſu, in quo lex diſponit: nam quamuis difficile ſit, non eſt adeò difficile, vt pro impoſſibili reputaretur per allegata in dicto primo notab. Tertius & vltimus intentus gloſſ. eſſe videtur, vt referatur ad canones illos, de quibus fit mentio in text. vt quamuis congregatio Epiſcoporum in eis requiſita videatur difficilis, non tamē eſt impoſſibilis, quia ſi impoſſibilis eſſet, canones illi hoc non ſtatuiſſent, quia lex non debet eſſe de impoſſibilibus fieri, ſed de poſſibilibus *per dictum cap. erit autem. 4. diſtinct.* & tunc optimè loquitur hæc gloſſ. ſimilis modus loquendi *in l. non facilè. ff. de cuſtod. reor.*

51 ¶ † Et nota ex ea, quod poſſibile & facile differunt, quia omne facile eſt poſſibile, ſed non econtra: habemus enim facile & difficile, poſſibile & impoſſibile, declarat text. *in c. 1. de forma fi. in vſib. feud. colum. 10.*

52 ¶ † Et impoſſibile reputatur quod eſt contra cōſuetudinē patriæ *in d. c. erit autē.* & nedum eſt impoſſibile, quod eſt contra ius, vt dicit gl. iuncto tex. *in c. gratia. de reſcrip. li. 6.* & Inn. *in c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & propr.* ſed etiā quod eſt cōtra conſuetudinē, *c. quiſquis. 41 diſt. & in §. in ſecūdo. ibi nullo inſueto. in proœ. ffor.* & impoſſibile, & multū difficile æquiparari poſſunt. tradit Alb. de Roſ. *in l. cum hæres. §. 1. ff. de ſtatu lib.* & quod non poteſt fieri ſine licentia principis impoſſibile, ſeu quaſi reputatur, declarant Doct. ſignāter Alex. & Iaſ. *in l. apud Iulianū. §. fi. ff. de leg. 1. in c. nemo poteſt ad impoſſibile. de reg. iu. li. 6* per Dyn.

per Dy. & alios *in c. ſemel Deo dicatum de reg. iur. lib. 6.* aliquando capitur impoſſibile, id eſt, difficile, *l. cum ſane ff. de his qui deie. l. cū in plures. §. veſtimenta. ff. locati. l. cum alijs. C. de cur. furio. & l. 1. C. de adil. edict.* & alijs modis ſumitur, vt not. glo. & Arch. *in c. Catinenſis Eccleſiæ. 61. diſt.*

53 ¶ † In gl. 3. *in verbo, pro hæreſi*, dicitur quid in alijs criminibus faciendum eſt, quando clericus in ſacris eſt degradandus. Soluit, quod antiqua iura ſeruanda ſunt, videlicet illa, de quib. dictum eſt ſupr. in 1. gl. quia quod ſolus Epiſcopus degradare poſſit conuocatis perſonis, de quibus in text. hoc eſt ſpeciale & introductum ob hanc cauſam, vt patet *in c. in fidei fauorem infra eo.* & in eo quod dicit gl. ſi imminerct degradatio facienda, intellige, ſcilicet actualis, vt in examine verbalis degradationis interueniat numerus Epiſcoporum ſecundum antiqua iura, vt illa facta deueniri poſſit ad actualem, quam ſolus Epiſcopus poteſt facere, vt patet *in d. c. degradatio, verſ. cui Epiſcopus. vt dixi in 8. not.* aliàs ſi non eſſet deueniendum ad actualem, ſed eſſet ſtandum in verbali, tunc ſolus Epiſcopus cum ſuo capitulo poteſt cognoſcere & deponere ſine aliorum Epiſcoporum præſentia, *c. cum non ab homine. extra de iud.* tradit Spec. *in tit. de accuſ. §. quarto loco verſ. cæterum.*

54 ¶ † In gl. 4. *in verbo, relinquēdus.* intellige quia relapſus, aut nolens pœnitere ſecundum Zenzel. allegantem gloſſ. *in c. nouimus de verb. ſign. & c. degradatio. §. actualis. infra de pœnit.* quæ iura non loquuntur quando clericus ſit relinquendus pro hæreſi iudici ſeculari, ſed ſolum de modo, ideo parum faciunt, dic ergo eſſe iura hoc dictantia *in c. ad abolendam per totum. & in c. excommunicamus el. 1. in prin. debere.* vbi iura loquuntur de clericis degradādis pro cauſa hæreſis, & relinquendis curiæ ſeculari.

55 ¶ † Et in gl. 5. *in verbo, immurandus*, intellige prius facta degradatione, & poſtea immurandus, id eſt, concludendus ad carceres perpetuos ſi ipſum pœnitet, & ad gremium Eccleſiæ redire voluerit, *c. excommunicamus. el. 2. § ſi. de hære.* aliàs relinqueretur curiæ ſeculari, vt in gl. 1. & idem ſi fuerit religioſus lapſus ſi vult redire ad fidem, *c. accuſatus. § ſi. infra eo. tit.*

56 ¶ In gl. ſi. *in verbo, ſolus Epiſcopus*, quia text. hic dicit, quod ſolus Epiſcopus poſſit degradare, cum ſolus ſit dictio excluſiua, *in auth. quas actiones in ſi. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. aduerſus. C. ſi aduerſ. rem iud. & l. his ſolis. C. de reuoc. donat.* excludit quēcunque alium. ¶ Sed tunc opponitur, quod Epiſcopus non poſſit hoc ſolus facere, *d. c. Epiſcopus nullus. cauſam. 15. q. 7.* & eſt arg. *iur. nullam. 18. q. 2.* glo. hic ſoluit, quod hæc dictio, ſolus, non excludit capitulum. excludit enim alios Epiſcopos, & hoc probatur *per c. ſi autem. § ſolus autem. 15. q. 7.* allegatum in glo. ibi. vbi dicit tex. ſolus autem ad excluſionem aliorum Epiſcoporum, non autem clericorum dicitur, ſine quorum præſentia eius ſententia erit irrita. not. gl. *in c. ſanimus. 21. diſt.* ſequuntur hic Arch. Ioan. And. Zenz. Phil. Franc. & facit, *c. ſexta actione. ibi præſenti ſynodali iudicio. & c. Epiſcopus ſacerdotibus. ibi præſentes ſynodali iudicio. 15. q. 7.* ¶ Ad dictionē ſolus, excluſiuam reſpondeo, quia illa non ſemper eſt excluſiua in totum, probatur *in l. cum noniſsimi. in prin. & ibi gloſſ. ſingularis in verbo, ſolam. C. de præſcript. 30. ann.* vbi ponit multa exempla, in quibus illa dictio non eſt omnino excluſiua. vnde dicit ibi Bal. *in 2. col.* quod dictio ſolus, nunquam eſt excluſiua omniū, quando per talem excluſionem reſultaret intellectus abſurdum, ſed benè eſſet excluſiua quorundam: & idem intelligo quando reſultaret correctio aliorum iurium, vt eſſet in hoc caſu: corrigeretur enim *d. c. Epiſcopus nullus, cum alijs*, & ſignanter dicit hic Zenzel. quod ne corrigantur illa iura, non cenſetur eſſe capitulum excluſum per dictionem ſolus, appoſitam in hoc text. inde etiam dicit Bal. *in l. 1. C. de bonorum poſſeſſ. cōtra tab.* quod hæc dictio, ſolus, non ſemper excludit, immò quandoque includit quod eſt ſibi annexum. vnde per hæc verba, ſolus Epiſcopus non excludit capitulum Eccleſiæ ſuæ per ea, quæ dicit Arch. hic, quamuis corruptè alleget Arch. *in c. 2. de accuſat. lib. 6.* & ſequitur D. Iaſ. *in dicta l. 1. col. 3.*

57 ¶ † Sed circa hanc gl. & dicta per Doctores ſemper dubitaui, an iſte text. in dictione, ſolus, excludat etiam capitulum, adeò quod capitulum intereſſe non debeat, etiam remota conſuetudine. & ſic quod glo. & Doctores non benè conſiderarunt: & per hoc eſt aduertendum, quod quando Epiſcopus habet cognoſcere de aliqua cauſa criminali requirente ſolemnem degradationem ab ordine, hoc tenetur facere cum numero Epiſcoporum, ſc. ſex in cauſa presbyteri, tres in cauſa diaconi, vt ſupra fuit dictum *per d. c. ſi quis timidus. cum ſeq.* in quo caſu iura non faciunt mentionem, quod clerici, vel capitulum debeant interuenire cum dictis Epiſcopis: ſecus tamen eſt quando Epiſcopus procedit in dictis criminibus, vel alijs, & vult eſſe contentus verbali degradatione, & non vult procedere ad actualem vel ſolemnem, vel quando cognoſcit de clerico non conſtituto in ſacris, tunc præſentia capituli requiritur; & in eo caſu iura faciunt mentionem de clericis, ſiue de capitulo ſine Epiſcopis. *c. Epiſcopus nullus. 15. q. 7. c. ſi quid. 86. diſt.* eſt de mente Abb. *in cap. non poteſt de ſent. & re iud. col. 2.* Spec. *in tit. de accuſat. § quarto loco verſ. cæterum cum agitur* per Arch. & Dom. hic in 1. q. cum ergo diſpoſitio huius cap. loquatur in caſu, quo Epiſcopi alias eſſent neceſſarij, loco quorum ſubrogantur Abbates, & alij prælati, & literatæ perſonæ propter difficilem Epiſcoporum congregationem, & tunc iura non requirunt capitulum interuenire, quare ergo in hoc caſu interueniret? certè non videtur, quia eſſet inducere aliam ſolemnitatem à iure non requiſitam: ſi verò vltra Epiſcopos in iuribus antiquis requireretur interuentio capituli, tunc optima dicerent gl. hic, & Doctores, & eſſet iuri conſonum, quod ſublata ſolemnitate Epiſcoporum, vt capitulū non cenſeatur eſſe remotum, quia ex diuerſis non fit bona illatio, *l. Papinian. exuli. ff. de mi. 25. annis. l. inter ſtipulantem. § ſacram* & ibi D. Iaſ. *ff. de verb. oblig.* & in † correctorijs, & limitatorijs non habet locum regulariter extenſio, tradit D. Iaſ. poſt alios *in auth. quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* Bart. *in l. ſi conſtante. in 9. quæſt. 2. quæſt. prin. ff. ſolut. matrimon.* ſed limitatio inducta per hoc cap. non eſt niſi in caſu, quo Epiſcopi deberent interuenire, ſi non fuiſſet in hoc cap. prouiſum, vt ſolus Epiſcopus degradare poſſet, quo caſu capitulum non interueniret. 58

¶ † Ad hoc optimè facit, quia lex corrigens ſeu limitans loquitur in caſu legis correctæ, & limitatæ, & non in alia, ſicut dicimus de iure interpretante, vt habeat locum in caſibus, in quibus ius interpretatum haberet locum, vt eſt text. ſingularis in §. *tertia verò in auth. de filijs na. ante dota. inſtr. col. 3.* & ibi Ang. vt tradit Phil. Corn. *in conſil. 117. incip. Non alienam. col. 2. lib. 3.* & Raph. Fulg. *in conſil. 52. incip. Quidam Antonius.* cùm igitur iura à quibus excipitur iſte caſus hæreſis, non requirant niſi Epiſcopus, non autem capitulum, non debet iſte caſus exceptuatus requirere capitulum, ne cum quæritur diminutio augmentum inueniatur, *l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. ex facto etiam, ff. de her. inſtit. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1.* ibi Moder. tradunt, & inductum ad vnum effectum non debent operari alium effectum, & diſſonū, *d. l. legata inutiliter* quia actus agentium non debent operari vltra eorum intentionem *l. obligationum ſubſtantia. § fin. ff. de act. & oblig. & l. non omnis. in prin. ff. ſi cert. pet.* 59

¶ † Licet exceptio ſit contra diſpoſitionem regulæ, eſt tamen de genere regulæ, quia ſi regula loquitur de homine, exceptio debet eſſe de homine: & non eſt congrua exceptio ſi dicitur, Omnis homo currit niſi aſinus. Dy. *in rub. de reg. iur. lib. 6. in ſi.* Bart. *in l. in his. ff. de legib.* Alex. *in l. ſenium. C. qui teſtam. fac. poſſ.* D. Dec. *in l. 1. col. antepen. ff. de reg. iur.* vnde huius cap. exceptio loquitur in terminis iuris antiqui, in quibus non requirebatur capitulum. ergo nec hic requiritur: & ſic tenendo, quod iſte caſus excludat capitulum, dictio, ſolus, appoſita ſtat propriè, vt excludat quemcunque alium, præter perſonas nominatas in text. & in dubio à verbis legis non eſt recedendum, *l. non aliter. ff. de legat. 3.* ¶ Non obſtat *d. c. ſi autem. § ſolus.* quia loquitur in caſu, in quo non requirebatur numerus Epiſcoporum, puta quando erat iudicandus clericus non conſtitutus in ſacris, vt patet *in cap. degradatio. in prin. verſ. quanquam. de pœn. lib. 6.* & probatur hoc in *d. c. ſi autem.* nam poſtquam ibi diſpoſuiſſet de ſacerdote, & diacono, ſubdit, reliquorum verò clericorum cauſas etiam ſolus Epiſcopus agnoſcat, & finiat; & in eo caſu dictio, ſolus, non excludit capitulum per *dicta iura, & c. 1. de exceſſ. prælat.* ibi, ſine iudicio capituli, *& in c. qualiter & quando. el. 2. ibi. coram Eccleſiæ ſenioribus. de accuſat.* & † vbi de ſenioribus Eccleſiæ ſit mentio, intelligitur de canonicis, vt not. gl. quam ſequitur Do. *in c. 3. de conſuet. lib. 6.* nec eſt timor, quod corrigantur iura antiqua, vt dicebat Zenz. quia non ſumus in illo caſu, in quo iura requirunt capitulum, ſed in caſu, in quo requiruntur Epiſcopi, meritò nō poteſt dici quod corrigantur: & hæc ſubijciantur iudicio cuiuſlibet melius ſentientis. 60 61

62 ¶ † Sed tenendo opinionem gloſſ. & ſanctorum patrū, quorum magna eſt auctoritas, videlicet, quod non excludatur capitulum in caſu huius cap. dic non habere locum de conſuetudine

dine præſcripta, per quam hodie audit Epiſcopus cauſas ſine præſentia capituli, *cap. 3. de conſuet. lib. 6.* prout dicit Abb. Panor. *in d. c. non poteſt. de re iud.* ſubdens, quod etiam valet dicta conſuetudo, vt ſolus deponat clericos in minoribus conſtitutos: quia illud cap. 3. loquitur indiſtincte, & hoc tenet gloſ. *in d. c. 2. de pæn. lib. 6.* Arch. *in d. c. Epiſcopus nullus.* pro quo facit tex. *in d. c. 2.* vbi ſolum fit mentio de Epiſcopo in depoſitione clericorum minoris ordinis. & dicit Spec. *in tit. de accuſ. §. quarto loco. verſ. cæterum:* quod de conſuetudine Epiſcopi audiant per ſe, & per officiales ſuos cauſas criminales clericorum. Sequitur hic Philip. Franc. & allegat Ioan. Andr. *in cap. gratia de præben.* tradit *in cap. nouit. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſ. cap.* per Ioan. Andr. *in c. 2. de præben. lib. 6.* Expeditis textualibus, & gloſſis examinabo materiam huius capit. per quæſtiones: & hunc modum obſeruabo Deo duce in lectura huius tit.

¶ In quæſtione prima.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſæ perſonæ quæ dicantur.*
2 *Religioſorum appellatione propriè qui comprehendantur.*
3 *Ordines quatuor religioſorum ſunt à iure probati.*
4 *Religioſorum appellatione omnis Chriſtianus largiſſimè comprehenditur, & religio multis modis capitur.*
5 *Religioſorum appellatione latè comprehenduntur omnes homines honeſtè viuentes.*
6 *Religioſorum appellatione minus latè comprehenduntur clerici ſæculares.*
7 *Sacerdotum appellatione non comprehenduntur religioſi.*

1 ET PRIMO QVÆRO, quæ † perſonæ includantur ſub iſto verbo appoſito in text. religioſis perſonis. Reſpondet hic Arch. Ioan. Andr. & Do. quod etiam clerici ſæculares includuntur, & allegant *c. denique. 4. diſt. in verbo, religione præcellant. & in c. nullus itaque. in fi. 2. q. 1. & arg. in c. vt officium inquiſitionis. §. verum. infra eod.* ſed aduerte, quod hoc non eſt verum indiſtincte. nam aliqui iura dicunt clericos ſæculares appellatione religioſorũ comprehendi, aliqua hoc negant, idcirco ſunt conſiderandæ aliquæ concluſiones.

2 ¶ PRIMA CONCLVSIO, † quod religioſi propriè dicuntur, qui tria ſubſtantialia religionis profitentur, ſcilicet obedientiam, caſtitatem, & paupertatem, de quibus *in c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach.* & omnes religioſi in his tribus conueniunt, vt tradit And. Sic. *in Clem. 1. de elect. in 3. chart.* Abb. *in cap. dilecta in gl. 1. de maior. & obed.* idem Abb. *in cap. cum olim. colum. fin. de arbit. & in rubr. de reg. & in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut.* & idcirco iure loquente de religioſis, ita accipitur, vt dicit Abbas *in rubr.* & ſtricte accipiendo de illis intelligunt, qui habitum ſuſcipiunt in religione, vt Domin. *in cap. vt officium. §. verum. in fi.* [illegible] alias nihil operetur, quia tunc verbum religioſis, large intelligeretur, ſecundum Petr. de Anch. contra quam tenet ibi Abbas. ſed de veritate huius limitationis tradit Dom. Dec. *in d. cap. Eccleſia. in 7. colum. in 3. notab.* per maxime quia clerici ſæculares & religioſi, vt dicta ponuntur, vt probatur *in cap. tua nos. el 1. ibi, clericos religioſis comprehendant. de ſepult. and.* & appellatione vnius non venit alterum, *l. ſi idem. C. de codicill.* & tanquam diuerſi in multis iuribus ponuntur, *cap. in quibuſdam. in fin. de pœn. cap. licet. in prin. de offic. ordin.* cum pluribus traditis per Felinum *in dicto cap. tua nos. colum. 1.* per Abb. *in cap. cauſam. el. 1. de iud. Clemen. 1. de ſupplen. neglig. prælat.* vt tradit Fel. *in c. licet. de offi. ord.*

3 ¶ † Et ſunt de iure communi quatuor ordines mendicantium approbati, *c. 1. de relig. dom. lib. 6.* & aliæ religiones ſunt etiam approbatæ, prima Baſilij, ſecunda Benedicti, tertia Auguſtini, quarta S. Franciſci, vt per Lau. *in Clem. quia regulares de ſuppl. negl. prælat.* & ſub iſtis militant cæteræ religiones, exceptis Carthuſienſ. qui habent propria ſtatuta, & iſti ſunt propriè religioſi, qui ſunt de religionibus approbatis per Papam, vt eſt text. iuncta gloſ. & ibi Doct. *in c. vn. de voto, lib. 6. & argum. in cap. ex multa, de voto.* & de hac religione loquitur ſanctus Thom. *in 2. 2. quæſt. 86. art. 1. cum pluribus ſequen.*

4 ¶ SECVNDA CONCLVSIO, † quod religioſorum appellatione in largiſſima ſignificatione omnis Chriſtianus comprehenditur, inde dicitur religio Chriſtiana, *c. gaudemus. de diuort. c. pro humani. de hom. lib. 6.* Abb. *in rub. de regula, col. 1.* & eſt tex. iuncta gl. *in l. cunctos populos. in verbo, religione, id eſt, fide, C. de ſumma Trin.* & ibi Bart. *in 4. oppoſit.* & religio eſt inter Deum & hominem, pietas inter patrem, & filium. *l. officio, C. de nego. geſt.* & religio eſt virtus & ſpecies quædam iuſtitiæ, per quam ordinatur ad Deo cultum, reuerentiam, & honorem exhibendum, vt tradit Alb. *in l. veluti. col. 1. ff. de iuſt. & iur.* gl. & Ioan. And. *in c. non eſt. de reg. iur. lib. 6. c. gaudemus. de diuort. 17. diſt. c. 1.* & aliquando religio pro ſacramento ponitur, *l. nec damnatos. in fi. C. de his, qui not. infam.* aliquando ponitur pro reuerentia debita alicui propter religionem, *l. fundus communis mihi. ff. fam. hercis.* aliquando capitur pro iuſto propoſito iudicis volentis iuſtitiam adminiſtrare, *l. 1. C. ſi ex falſ. alleg. vel. fuer. excuſ.*

¶ TERTIA CONCLVSIO, quod † hoc verbum, religioſi, aliquando capitur latè, & tunc comprehendit omnem hominem honeſtè viuentem, *in c. Eccleſia S. Mariæ. c. de conſtit. c. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* ibi, *cum laicis, quamuis cum religioſis.* ſequitur Abb. *in d. rubr. de regul. cap. benè quidem. 96. diſt.* ſequitur Andr. Sicul. *in d. c. ſi. facimus* tradita *in c. iuxta. 16. quæſt. 1.* & per Ioan. de Imol. *in d. ca. Eccleſia col. 1.* & ſic capitur Actuum 2. ibi, viri religioſi, *c. quod Deo. ibi, ſalua religionis cauſa. 33. quæſt. 5.* 5

¶ QVARTA CONCLVSIO, † quod verbum hoc, religioſi, capitur minus latè, & tunc comprehendit clericos ſæculares, vt in hoc text. ſecundum Arch. & alios ſupra allegatos, *c. ſaluator. 1. q. 3.* & Dom. poſt gl. *in c. in nomine Domini, 23. diſt.* & eſt tex. quem ibi notat Dom. *in c. ſacerdotes. 49. diſt. c. ex antiquis.* & ibi Dom. & Card. Alex. *54. diſt. c. generalis. in 2. not. & c. ſi quilibet ea. diſt.* Dom. *in c. 1. in 1. notab. 56. diſt.* gl. *in c. præcipimus in religioſis. 20. q. 3.* & text. cum gl. *in verb. religioſis. c. nullus itaque per ambitum. 1. q. 1.* gl. *in Clem. 1. in verb. præſidentis. de reſtit. ſpol. fin.* vt per Fel. *in d. c. tua nos. & in c. Eccleſia. & d. c. licet.* vnde in materia odioſa pœnali, & ſtricta, in qua verba capiuntur propriè *c. ſtatutum de elect. lib. 6. verbum religioſi,* intelligitur vt in prima concluſione dictum fuit, in fauorabilibus tamen, & vbi ratio ſubiectæ materiæ aliud non ſuadet, veniunt clerici appellatione religioſorum, *vt in d. c. præſens cum alijs alleg. in 4. conclu.* Arch. *in c. obeuntibus. 63. diſt.* inſpicienda eſt ergo materia, vt conueniat talibus, vel non, vt notat Dom. *in c. ita quorundam §. fi. de elect. lib. 6.* & ex hoc poſſunt decidi caſus, quando comprehendantur ſub ſecunda vel tertia concluſione: & hæc materia de qua in hoc text. congruit ipſis ſæcularibus clericis, & forſan magis quam religioſis propriè ſumptis; nam licet præſumantur bonæ conſcientiæ, non tamen præſumuntur periti & apti ad hoc: nam poſſunt eſſe boni religioſi, ſed illiterati, ita dicit Card. Zab. *in Clem. dudum. § ac inde. de ſepultu.* & ſic ſub perſonis religioſis clerici ſæculares comprehenduntur ſecundũ præfatos Doctores. 6

¶ Sed appellatione ſacerdotum non comprehenduntur † religioſi, vt puta ſi teſtator in teſtamento relinqueret aliquas miſſas dicendas à ſacerdotibus, non debent dici à religioſis: & hoc propter communem vſum loquendi. ita concludit Cardinal. Zabarell. *in conſilio ſuo 58. incipien. Quædam Domina Agnes.* 7

¶ In quæſtione ſecunda.

S V M M A R I V M.

1 *Laici poſſunt eſſe aſſeſſores & conſiliarij in cauſis Eccleſiaſticis.*
2 *Laicus & ſi non poteſt eſſe vicarius Epiſcopi, aſſeſſor tamen illius eſſe poteſt.*
3 *Conſiliarij in cauſis Eccleſiaſticis & ſpiritualibus potius debent eſſe clerici de honeſtate quam laici.*
4 *Conſiliarius ſeu aſſeſſor idoneus quis dicatur.*
5 *Doctori iuris canonici in materia canoniſtali magis eſt ſtandum, quam legiſtæ mero, & econtra.*
6 *Epiſcopus Doctor præfertur Epiſcopo non Doctori, & idem eſt inter canonicos, & quid inter Cardinales.*
7 *Licentiati comprehenduntur appellatione Doctorum in fauorabilibus.*
8 *Ratio conſiderata ex lege non ſcripta eſt ſufficiens ad iudicandum contra verba legis.*
9 *Doctorum appellatione Licentiati non comprehenduntur tam in odioſis, quam in fauorabilibus.*
10 *Ciuem eſſe aliud eſt, & aliud haberi pro ciue, & ſic de ſimilibus.*
11 *Doctorum priuilegia vide remiſſiue.*

1 SECVNDO QVAERO † qui comprehendantur in verbo, literatis, appoſito in text. Dicunt hic Archid. Ioan. And. Dom. & Phil. Franc. quod comprehenduntur, vel poſſunt comprehendi laici literati, vt ſunt Doctores, vel periti in iure canonico, vel ciuili, & ideo fit mentio de laicis, quia ſupra dictum fuerat de perſonis religioſis, quorum appellatione comprehenduntur etiam clerici ſæculares; laici enim conſiliarij eſſe poſſunt, & aſſeſſores iudicibus Eccleſiaſticis in cauſis Eccleſiaſticis ſpiritualibus, vt tenet Hoſt. *in c. decernimus. de iud.* quem ſequuntur Anto. de Butr. Abb. & communiter Doct. ibi. ratio eſt, quia officium aſſeſſoris eſt conſulere. *l. 1. ff. de offic. aſſeſſ.* facit text. *in l. conſiliarijs. ſi redit. & l. conſiliarijs. C. de offic. aſſeſſ.* inde eſt, quod qui non poteſt eſſe conſiliarius, non poteſt eſſe aſſeſſor, vt notat Bald. *in l. nemini. C. de aduo. diuerſo. iur.* & tale conſilium haberi poteſt etiam à laico Eccleſiaſticis, vt dicit Innocen. *in d. c. decernimus.* quem Abb. ibi ſequitur, facit text. *in l. quidam decedens. § idem admi. tut.* vbi conſilium haberi poteſt ab eo, qui principaliter non erat habilis in caſu, in quo conſilium requiritur: nam

2 † licet laicus non poſſit eſſe vicarius Epiſcopi, vt communiter concludunt Doct. *in dicto cap. decernimus.* per text. *in cap. in noua. 17. quæſt. 7.* cum plurimis alleg. ibi per Abb. & Dec. & alios, aſſeſſor, & conſiliarius eſſe poteſt, vt concludit Archid. *in cap. plures. 16. quæſt. 1.* Dom. *in cap. ſtatutum. § aſſeſſorem. in verbo, quæro an poſſit laicus. de reſcript. lib. 5.* Rom. *in l. 2. ff. de offic. aſſeſſ.* & ſic vidi practicari in noſtra patria Maioricen. Valentiæ, & alijs ciuitatibus, vbi fuerim, & quamuis And. Sic. latè impugnet hanc communem opinionem, D. Dec. ſuo ſolito more ibi reſpondet ſubtiliter ad obiecta.

3 § † Eſt tamen verum, quod de honeſtate eſt, vt potius clerici in cauſis Eccleſiaſticis eligantur in aſſeſſores, ſi idonei reperiantur, quam laici, aliàs ſecus, ſicut in ſimili dicunt Doct. *in d. c. decernimus.* quod aliqua cauſa Eccleſiaſtica poteſt committi laico, ſi clericus non reperitur, ſecundum Fran. Vercellen. per text. *in c. relatum. ne cler. vel mon. per c. inter quatuor. de reli. dom.* quæ iura faciunt benè in argumentum, dum ibi tantum in delectum monachorum, alij alterius monaſterij recipiuntur. & facit glo. fi. *in cap. ſi proponente. de reſcript. cum ſim.* vt tradit D. Dec. *in d. c. decernimus. colum. 5.*

4 § † Et idoneus conſiliarius, ſeu aſſeſſor intelligitur, quando eſſet peritus in iure canonico: nam ſi eſſet purus legiſta in caſu canoniſtali, vel in ſpirituali, vt eſt hæc materia hæreſis, tanquã ſuſpectus poſſet recuſari, vt dicit Domin. *in cap. ſtatutum. in prim. colum. 5. de reſcript. lib. 6.* & fuit originale dictum Spec. *in tit. de exequ. conſil. 2. verſ. vt ſi cauſa allegat. cap. 1. de conſang. & affin.* & Spec. *in tit. de diſputat. & allegat. § porrò. verſ. ſed nunquid.* concludit cõtra legiſtas volentes contra caſus in canonibus expreſſos per argumenta legalia, & exquiſitas rationes diſputare, ita econtra

5 † Doctor legiſta debet præferri canoniſtæ in cauſa ciuili, non in cauſa ſpirituali quo ad conſilium, non quo ad honorem, ſic concludunt Ioan. And. & Ant. de Butr. *in c. clerici. de iud.* hinc dicebat Dom. *in conſil. 114. incip. Si procurator Epiſcopi.* in caſu notabili, in quo erat opi. Iac. But. ex vna parte, & opin. Hoſt. & Ioan. And. ex altera, quibus in foro canonico eſſe ſtandum dicit, magis quam mero legiſtæ, arg. *c. 1. de conſti. & c. clerici. el. 1. de iudic.* & ſignanter dixi quo ad honorem, quia tunc canoniſta præfertur legiſtæ, vt tradunt And. Sic. Fel. Dec. & omnes moderni *in d. c. clerici.* & data paritate doctoratus, quia ambo canoniſtæ, doctor qui eſt de meliori ſanguine præfertur. Bald. *in l. nemini. C. de aduo. diuerſorum iud.*

6 § † Et ille, qui eſt Doctor, ſecundò factus Epiſcopus, præcedit primò factum Epiſcopum non doctoratum. ita dicit Dom. *in c. Iſidorus. 16. diſt.* & idem dicendum eſt de canonico doctore, vt alteri non doctori præferatur, quamuis canonicus doctor fuerit vltimò receptus, vt dicit Dom. *in c. Epiſcopus. 17. diſtinct.* per Fel. *in d. cap. clerici. col. pen. & in rubr. de maior. & obed. col. 1.* ſequitur Lud. Bolog. quamuis corruptè alleget *in repet. auth. habita. C. ne filius pro patre. colum. 14.* conſuetudo tamen in his multum operatur, ſicut in ſimili in Curia Romana inter Dominos Cardinales, & Patriarchas, & alios prælatos obſeruatur. ponit Domin. *in d. c. Epiſcopus.*

7 § † Et licet Arch. & alij non faciant mentionem niſi de Doctoribus: ſub eorum tamen appellatione licentiati comprehenduntur, quod de iure habetur pro cincto, qui de proximo eſt cingendus, *l. pen. ff. de teſt. mil.* per quam legem dicit Bal. *in l. 1. ad ſ. ſol. matr.* quod ſi pater emit libros pro filio licentiato habetur, ac ſi emiſſet pro filio doctore: & eſt ratio ſecundùm eum, quia agitur de fauore, ſecus ſi ageretur de odio, vel de pœna: ex quo infert, quod ſi Epiſcopus excommunicat omnes doctores non diſputantes includuntur licentiati, quia in pœnalibus & odioſis ſermones ſunt ſtrictè interpretandi: & ad hoc facit quod dicit Bald. *in l. ſi nondum. C. de ſeruis.* quod ſi ciuitas iniquè fecit electum Epiſcopum, quod non punitur pœna, ac ſi iniquè fecit Epiſcopum, de qua habetur *in c. fin. de pœn. lib. 6.* & eo caſu non recepit donationem de eo quod erit, ſed de eo quod eſt, probatur per *d. l. ſi nondum.* & dicit Ioan. de Imol. *in proœm. 6.* quod licentiatus eſt tertia ſpecies mixta de ſcholare, & doctore: ideò in fauorabilibus appellationis doctoris, vel ſcholaris, venit licentiatus: ſecus tamen in odioſis, *arg. l. 1. ff. de vi & vi arm.* & ibi ſequitur Dom. & non eſt mirum, ſi appellatione ſcholaris veniat, quia ſi doctor in fauorabilibus venit ſcholaris appellatione, fortius venit licentiatus, vt tradit Ioan. And. *in proœm. 6.* & Ægid. *in proœm. decret.* & in materia odioſa non venit licentiatus, quia per licentiam & examen deſinit eſſe ſcholaris, *cle. 1. de magiſt.* quia ſi nomine diſtant, ergo & effectu, *l. à nullo. C. de ſeruit. ff. ſi idem. C. de codicill. c. ſi cupis. 16. q. 1.*

§ † Præterea quando in aliqua diſpoſitione non exprimitur aliqua ratio, debemus nos illam conſiderare, adeò vt illa habeatur pro expreſſa, vt eſt gloſſ. & ibi Dom. Iaſon *in l. quæ ſunt. C. de fideicom.* & poſſumus illa ratione attenta venire contra eam, vt notanter dicit Cyn. *in l. non dubium. quæſt. pen. C. de ſententiam. facit.* Marchion. *1. quæſt. 1.* ſed hæc poteſt eſſe ratio, quod appellatione doctoris veniat licentiatus, vt reſpublica, & Eccleſia abundent viris literatis, *in auth. habita. C. ne filius pro pat.* quibus ad ſui regimen maximè noſcitur Eccleſia indigere, vt dixit text. *in c. cum. de elect. lib. 6.* illis enim implenda eſt, non autem porcis, vel aſinis, dis terratis, vt dicit Ioan. Mon. & Dom. ibi ſequitur, quod idem iudicium debet eſſe de licentiato doctoris, quod eſt de doctore, quia qui in modico diſtat, in nihilo ſtare videtur, Bald. *in cap. 1. qui feu. da. poſſ. colum. 1. & in ſimili in rubr. an mutus vel ſurdus in vſib. feudorum.* Ad idem adduci poteſt, quia vbicunque medium participat magis cum vno extremorum, quam cum alio, tunc aſſumit ſibi naturam illius, cum quo magis participat, vt dicit Dyn. *in c. qui tacet. de reg. iur. lib. 6.* & hoc confirmat Bald. *in c. 1. de ſucceſſ. feud.* ſed licentiatus magis participat cum doctore, quam cum ſcholare, vt patet ex deductis ſupra, ergo, &c. & hanc concluſionem ſequuntur multi Hiſpani, qui non promouentur ad doctoratum, ſed ſolum fiunt licentiati, maximè propter magnas & inſupportabiles expenſas, quæ fiunt in ſtudio Salamantino in illius aſſumptionem. 8

§ † Prædictis tamen non obſtantibus, contrariam opinionẽ reor eſſe veriorem & communem apud Doct. quod neque in fauorabilibus, neque in odioſis appellatione doctorum veniat licentiatus. & imprimis dicit Bald. *in l. pen. ff. de teſtam. mil.* quod aliud requiritur in examine priuato, aliud in publico: & ideo ſi poteſtas debet ducere ſecum doctores, non poterit ducere licentiatum, quia non habent inſignia doctoratus, & negari non poteſt, quin hoc ſit fauorabile licentiato. Secundò facit text. *in l. athleta. in princ. in verſ. qui ſacris certaminibus coronati ſunt. ff. de excuſ. tut.* per quem text. dicit Oldr. & Bald. ibi eſſe argumentum contra licentiatos, vt non habeant priuilegia doctoralia, donec ſuſceperint biretum doctoralem. Tertiò facit text. *in l. adminiſtrantes. ff. eod.* per quem dicit Bald. quod ſi poteſtas tenetur ducere collateralem doctorẽ, tenetur facere fidem de doctoratu illius, niſi eſſet diſpenſatum, ergo non ſufficit ducere licentiatum. Quartò facit quod not. Bar. *in l. præcipimus § fin. C. de appel.* quod ſi ſtatuto cauetur, quod ſi ſit cauſa conſulenda, committatur doctori, & habeat decem denarios pro libra, requiritur quod tempore commiſſionis ſit doctor, nec ſufficit, quod tempore redditi conſilij ſit doctor, ita dicit alio tempore fuiſſe diſputatum, ſed licentiatus non eſt doctor, ergo, &c. Quintò facit gloſſ. not. *in clem. 2. de celeb. miſſ.* quod electus, & confirmatus ſi non eſt conſecratus, non habet priuilegium Epiſcopi. Sextò facit gloſſ. ſingularis *in clem. 2. de verbo, doctorum. de magiſt.* dicens, quod expenſæ requiſitæ in accipiendo doctoratum, non habent locum in accipiendo examen, vel licentiam. & hæc videtur ratio, quia inter licentiatum & doctorem maxima eſt differentia, & ibi materia eſt fauorabilis, & loquitur in doctore, nõ tamen comprehendit licentiatum: ideo ad tollendas quæſtiones bonum eſt verbumque exprimere, ſcilicet doctorem & licentiatum. Septimò facit tex. *in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcr.* vbi diſpo- 9

ſitio

ſitio loquens de Imperatore etiam in caſu fauorabili, non verificatur niſi à tempore quo ſuſceperit inſulas imperiales: ita diſpoſitio loquens de doctore, non habebit locum niſi à tempore quo doctoralem ſuſceperit inſulam, ſecundùm Ang. de Perus. ibi. Octauò dicit Bald. in auth. habita. C. ne filius pro patre. in 4. colum. verſ. quæro igitur, quòd licentiatus ſcholaris adhuc dici poteſt, quanquam ex nouitate ſtatus conuerſus in habitum, & propter examen aſſumpſerit ſibi medium nomen, argumen. l. falſa. §. ſi fideicommiſ. de demonſtr. eo quo ad obſequia matriculæ vitæ tanquam emancipatus ab vniuerſitate. Nonò dicit Bald. in cap. quidam. de renunciat. quòd licentiatus ad actum non eſt in actu: & ideo licentiati non ſunt doctorati, ideo dicit Dominic. de S. Gemin. in proœm. 6. poſt Petr. de Anch. quòd licentiati participant de vtroque, ſcilicet doctore & ſcholare: tamen magis participant de natura ſcholarium. & hoc confirmat per non per gloſſ. in ...dict. Decimò dicit Ludo. Rom. in conſil. 335. incip. quo ad primum articulum, quòd doctor, & licentiatus ſunt diſſimiles, quia doctor iam aſcendit ad gradum, licentiatus habet licentiam aſcendendi, & ideò licentiatus non vtitur prærogatiua contra doctorem: & hoc prouenit, quia appellatione doctoris non comprehenditur licentiatus. idem Rom. dicit aliqua ad propoſitum in conſil. 259. incip. In caſu propoſito. & in conſil. 498. incip. In caſu quo quæritur.

10 Vndecimò facit, quia † non eſt idem quod habetur pro eodem. l. ... §. legis Iuliæ. ff. de adulter. per quam dicit ibi Bart. quòd aliud eſt quem eſſe ciuem, & aliud haberi pro ciue, & aliud quem eſſe abſentem, & aliud haberi pro abſente. Duodecimò dicit Io. Rebuf. in l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 11. quòd ſi licentiatus impetret beneficium tanquam doctor, quod non valet impetratio, quia birretum & alia inſignia imponuntur, vt doctori inſignito. & hoc dictum ex capite ſuo dixit Andr. Sicul. in proœm. clem. colum. 24. quamuis non allegat ibi hunc doctorem in d. l. ſtigmata. Decimotertiò dicit Sal. in d. auth. habita. colum. 5. verſic. quæro quid de licentiato, quòd licentiatus in legibus, decretis, vel artibus gaudet priuilegio ſcholarium; licet ſcholas non intret, & ad materiam aliqua dicuntur per Fel. in proœm. decret. in ſupraſcriptione colum. 5. & in cap. cum te. de reſcript. colum. ... & in rub. de maior. & obed. & moderni in dicto cap. clerici. & l. cum quid. ff. ſi cert. pet. vbi examinant illam quæſtionem de licentiato, an præcedat doctorem, qui poſt eius licentiam accepit doctoratum. & tradit Petr. de Anchar. in d. cap. 1. de paroch. Ioan. de Lign. in cap. capitulum S. Crucis. de reſcript. § Et quamuis dixerim hanc eſſe communem opinionem, nihilominus tamen Alexan. de Imol. in l. mulier. § non eſt dubitandum. ff. ad Treb. dicit eſſe communem concluſionem, quòd quo ad beneficia, & fauores habeatur licentiatus pro doctore per doctrinam Bart. in l. legatis. § ornatricibus. ff. de leg. 3. hinc dicit Paul. de Caſt. in §. non eſt. quòd bannitus, qui petijt ſe rebanniri, & de proximo erat rebanniendus, lite pendente, non poteſt impunè offendi. & idem concludit Nicol. de S. Gemin. in tract. ſuo bannitorum. in 2. quæſt. 2. partis, tertij temporis.

§ CONCORDANDO prædicta, & vt pateat ſolutio contrariorum, dici poſſet ſecundùm Andr. Sicul. in dicto proœm. clem. verſic. poſſet tamen dari noua opinio, quòd ſi eſt eadem ratio de licentiato, quæ eſt de doctore, tunc ſtatutum pœnale ſeu fauorabile loquens de doctore verificatur in licentiato, vt puta cauetur ſtatuto, quòd doctores conducti ad legendum teneantur ſub certa pœna diſputare, tunc includuntur licentiati conducti ad legendum, quia eſt eadem ratio in vtroque, vt eſt gloſſ. ſingul. ſecundùm Abb. in clem. 1. in verbo, Epiſcopus. de ſurd. compet. vbi conſtitutio de Epiſcopo quæ ad iuriſdictionem habet locum in electo confirmato nondum conſecrato. facit text. in cap. 1. de ſupplen. negligen. prælat. vbi Abbas ante benedictionem vocatur Abbas. Clem. attendentes. in verbo, ſtatuimus. de ſtatu reg. Hoſtien. in cap. inter monaſterium. de re iud. hinc eſt, quòd licet doctor non poſſit legere per ſcholarem, vt notat Bald. in l. fin. ff. de excuſ. tut. l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll. poterit tamen per licentiatum. Aut non eſt eadem ratio in vtroque, puta quia ſtatutum conſiderat dignitatem doctoralem, quia poteſtas teneatur ducere doctorem, quo caſu videtur conſiderari dignitas, tunc non venit licentiatus. facit gloſſ. in Clemen. 2. de celebrat. miſſ. cap. 1. de relig. domib. cap. cum clericis. de teſtib. & quod habetur in dicto cap. inter monaſterium. quæ diſtinctio pro nunc ſatis videtur probabilis. § Vnde in hoc caſu doctorum appellatione comprehendi videntur licentiati, quia eadem eſt ratio in vno quæ in alio. & ſub illo verbo periti comprehenderentur non ſolum licentiati, ſed etiam habentes peritiam iuris, quia dictum verbum generale eſt, & generaliter debet intelligi. l. 3. ff. de offic. præſid. quia ſecundùm Vgo. peritus idem eſt quod doctus, vt refert Anchar. in cap. vt commiſſi. in verbo, periti. infr. eodem. & eſt differentia inter peritum & prudentem, vt in cap. 11. nemo peritorum. 11. q. 3. itaque ſiue ſint graduati, ſiue non, iſti periti, in hoc caſu intereſſe poſſunt, quia de iure non reperitur alius gradus niſi magiſteriatus & doctoratus, vt in tit. de magiſtris. in decret. & in Clemen. & tit. de profeſſo. & medic. C. lib. 10. nec in toto digeſto ponitur hoc nomen doctor, niſi in l. ſed & reprobari. §. penult. & fin. ff. de excuſa. tuto. in iure verò canonico in multis locis ponitur nomen doctor, vt in ſalutatione decret. Sexti & Clement. in clement. 2. de magiſtris. cap. de quibuſdam. 97. diſtinct. nonnunquam doctor pro prædicatore ponitur, cap. cum ex iniuncto. cap. ſicut de hæret. in Hiſpania tamen ſolet eſſe gradus baccalaureatus, & in Francia, vt patet in titulo de collatio. §. videlicet. in pragmati. Sanct. & ſic dictio præteritur licentiatos, licentiatus baccalaureoque: & baccalaureus ſcholari, vt dicit ibi gloſſ. in verbo, licentiatis. & in Francia literati appellantur clerici, vt dicit Andr. Sicul. in cap. quod clericis. de foro competen. & de baccalaureis conuocandis tradit Zenzel. in clemen. dudum. de ſepult.

11 § † De priuilegijs verò doctorum latè traditur per Lud. Bolog. in repet. l. auth. habita. poſt Bald. & Sal. & per And. Sic. in dicto proœm. clem. fol. 9. & de eorum commendatione tradit idem Sicul. in conſil. 37. in 2. volum. in 2. volum. incip. Præclarè ſcribitur apud Iob. per Dec. in cap. propoſuiſti. de probat. colum. fin. per Bald. & Abb. in c. cum olim. de conſuet. cum pluribus, vt tradit Fel. in d. rubr. de maior. & obed. & quia Arch. & alij Doct. in verbo, litteratis. non faciunt mentionem de magiſtris in Theologia, & an ipſi debeant in huiuſmodi negotijs conuocari, dicam Deo duce in cap. vt commiſſi. infr. eod.

§ In quæſtione tertia.

SVMMARIVM.

1. Abbates qui ſunt propriè.
2. Abbas dicitur etiam ante benedictionem, & an poſſit vti baculo, & benedicere.
3. Abbates veniunt appellatione prælatorum, & dicuntur habere dignitatem.
4. Abbatia ſunt de medijs dignitatibus, non de ſuperioribus, nec de inferioribus.
5. Abbas præfertur canonicis, & alijs dignitatibus Eccleſiæ Cathedralis.
6. Abbas præfertur duci.
7. Abbas an præferatur Archidiacono Eccleſiæ Cathedralis.
8. Abbas in proceſſionibus vbi debet ſtare.
9. Præpoſitus in Eccleſia collegiata, & prior à pari iudicantur ſicut Abbates.
10. Archidiaconus an ſit dignitas.

TERTIO QVÆRO qui ſint Abbates. Dic quòd Abbates dicuntur præuides monaſterijs regularibus. ſic notat Andre. Sicul. poſt Ioan. de Imol. in Clem. Abbates. de reſcript. & quando habeant aliqua monaſteria, ſiue membra ſubiecta, dicuntur patres Abbates, cap. fin. de regularib. & inter regulares dignitates abbatia eſt prima, de qua in c. cum ad monaſterium. de ſtat. mon. c. quanto. de offic. ord. 1

§ † Et dicitur Abbas etiam ante benedictionē, vt dicit Old. in conſil. 14. incip. Cum quæritur. per cap. 1. de ſupplen. neglig. prælat. cap. quoniam. 68. diſt. & reprehendit Hoſt. tenentem contrarium in c. etiam. de ætat. & qualitat. & c. inter monaſterium. de re iud. & dicit Card. Zab. in clem. attendentes. § ſtatuimus. q. 5. & 6. de ſtatu monac. quòd Abbas ſine benedictione poteſt exercere ea, quæ ſunt ſui officij per d. c. 1. de ſupplen. neglig. prælat. quia benedictio potiùs eſt de ſolemnitate, & bene eſſe, quàm de ſubſtantia, & ante benedictionem poteſt vti paſtorali baculo, vt ibi per eum. & Abb. in dicto cap. quanto. de offic. ord. col. 3. Hoſt. in cap. cum. de ætat. & qualit. & idem eſt dicendum de Abbatiſſa per gloſſ. in dicta clem. attendentes. in verbo benedictas. & dicit Domin. in cap. ii. cum. colum. 1. verſic. vidi dubitari. de elect. lib. 6. ſe reſpondiſſe in facto, quòd Abbas datus ... Eccleſiæ Cathedrali vacanti, poteſt conferre ... illos ordines, quos Abbas ex côferre poſſunt ſubditis iuris, de quibus in c. cum contingat. de æta. & quali. 2

quia

quia hoc habet ex propria ſua virtute, per Felin. *in cap. quoniam. de reſcript. colum. 4.* tradit D. Card. de Turrecrem. *in d. c. quoniam. in verſic. quartum eſt.*

3 ¶ † Et dicit D. Phil. Dec. *in c. 2. in 2. not. de iud.* per illum text. q. appellatione prælatorum veniunt Abbates, ibi; *& alij Eccleſiarum prælati.* & quod dictio, alij, ſimilitudinem ſignificat, *ca. ſedes. de reſcr. l. 2. C. de ſer. fug.* prout latè dixi *ſupr. in 7. not.* & Abbates dicuntur habere dignitatem, tex. *in c. ſicut deinceps. 16. q. 7.* vbi tex. in primo loquitur de Epiſcopo & Abbate. & ſubdit idẽ eſſe in alijs dignitatibus, facit *c. vt Apoſtolica. de priuile. c. in dignitatibus. §. vero. de elect. lib. 6.* Card. *in cle. 1. col. 2. de reſcr.* & ibi Imo alleg. Hoſt. *in c. nuper de eta. & qual.* ſic etiam Abbatia dicitur dignitas. Dom. *c. 2. col. 3. de præb. lib. 6.* & allegat Io. Mon. *in c. inquiſitores. infra eo.* Lap. *in alleg. 82. incip. Dominus Papa.*

4 ¶ † Eſt aduertendum, quod Abbatia dicitur eſſe de inferioribus dignitatibus, ſecundùm Abb. *in c. per tuas per gloſ. in verbo, excellentiores. de ſimon.* ſed Lap. *in d. alleg.* videtur ſentire contrarium *col. fin.* dici poteſt quod Abbatiæ tenent medium inter inferiores dignitates, & maiores, vt not. Abb. *in c. maioribus. de præb.* vbi dicit, quòd maiora beneficia ſunt Epiſcopatus; media Abbatiæ, & alij perſonatus, minora præbendæ: & ſic Abbatiæ tenent medium inter maiora, & minora. idem tenet dictus Dec. *in cap. decernimus. de iudic.*

5 ¶ † Et ex prædictis dicit gloſſ. not. quam Abbas adducit *in d. c. decernimus. c. à ſubdiacono. 93. diſt. in verbo, Abbas.* quòd Abbas præfertur clericis, & non ſolum ſimplicibus, ſed alijs conſtitutis in dignitatibus ſæcularibus inferioribus ab Epiſcopo, vt not. Domin. *in cap. fin. in princ. de offi. deleg. lib. 6.* vbi dicit, quòd Abbas præfertur canonicis Eccleſiæ cathedralis. idem dicit Bal. *in c. paſtoralis. verſ. extra quatro. de offi. deleg.* dicens quod magis eſt deferendũ vni Abbati foraneo, quam vni canonico cathedralis Eccleſiæ, quia eſt in dignitate cum præſit capitulo, & canonicus non dicatur habere dignitatem, vt not. Dom. *in c. a. ſtatutum. in princ.* per

6 illum text. *de reſcript. lib. 6* facit † quia Abbates præferuntur Ducibus, vt *in authen. habita. C. ne filius pro patre. in verbo, Abbatum, Ducum, &c.* & ibi hoc collegit Bal. & eſt ſimilis text. *in l. imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder.* Argumentum enim ab ordine literæ validum eſt in iure *c. quorundam. c. ſi quis. de elect. lib. 6.* tradit And. Sic *in d. clem. Abbates. col. 2.* ¶ Sed quod dixi, vt Abbas præferatur canonicis Eccleſiæ cathedralis, niſi canonici collegialiter procederent, quia tunc repræſentant Eccleſiam cathedralem, quæ plus alijs honeſtari debet, vt dicit Dom. *in cap. quamuis §. quanquam. in 3. notab. de praben. libr. 6.* & ad hoc benè facit, quod dicit Abb. *in c. cùm non liceat. de præſcript. in princ.* quod Eccleſiæ inferiores debent reuerentiam Epiſcopo, & non ſingulis canonicis, etiam quod Abbatia præferatur alijs dignitatibus ſæcularibus inferioribus ab Epiſcopo, facit text. *in cap. decernimus. de iud.* ſecundùm vnam literam, ibi, *Abbates, Archidiaconi,* quia ex priori nominatione maior dignitas arguitur iuxta gl. *in c. benè quidẽ. 96. diſt. c. quorundam. de elect. lib. 6.* probatur *in c. præſenti. in princ. de offic. ord. lib. 6. & in c. fin. de offic. deleg.*

7 ¶ † Ex quibus dicit And. Sicul. *in dicto cap. decernimus.* ſe conſuluiſſe, quod Abbas præfertur Archidiacono cathedralis Eccleſiæ, pro quo eſt deciſio Abbatis *in cap. ex ore. in 4. notab. de priuileg.* & ad hoc faciunt plura iura; in quibus Abbas prius quam Archidiaconus nominatur in ſuprascriptione decretalium, vt patet *in cap. fin. de dilationibus, cap. dilectus. de offic. deleg. cap. 2. de confirm. vtil. vel inutil. cap. cùm oporteat. de accuſat.* idem in alijs dignitatibus ſæcularibus inferioribus ab Epiſcopo; *cap. penult. de offic. vicar. cap. inſinuante. de offic. deleg. c. 2. de renunciat. c. cum dilecti. de elect. cap. ex parte. de verborum ſignificat.* vnde Abbas monaſterij regularis extra muros ciuitatis Maioricenſis præcedere debet Archidiaconum Eccleſiæ cathedralis Maioricenſis, & per prædicta ſemel conſultus reſpondi. facit etiam quia Abbates dicuntur prælati, vt probatur in hoc text. & dixi ſu. *ca. in 7. not. c. 1. de ætat. & qualit.* & hoc ſequitur Lap. Abb. Ioan. de Fan. & Moderni *in d. c. 2.* ¶ Fe. licet Ioan. Mon. vt refert Ioan. *in c. inquiſitores. infra eod.* dicat ſe vidiſſe de facto declaratum, quod appellatione dignitatis non veniat Abbatia *per c. mandato. de ſimon.* vbi ſub nomine monachi continetur Abbas. ad hoc reſpondet And. Sicul. *in d. clem. Abbates. colum. 2.* quia non ſequitur, ergo Abbatia non eſt nomen dignitatis: quia verum eſt, quod per Abbatiã quis non deſinit eſſe monachus.

8 ¶ † Et dicit Dominic. *in dicto §. quamquam,* ſe vidiſſe dubitari, quod Abbates in proceſſionibus volebant ire cum Epiſcopo, & ſtare in loco honorabiliori quam canonici: ſed reuera ibi eſt tex. in contrarium, & dicit And. Sic. quod ita ſeruatur in Eccleſia Bononienſi, vbi Abbates vadunt poſt ſuos monachos.

¶ † Et quod dictum eſt de Abbate, habet locum in præpoſito, qui ſit loco Abbatis, quia idem de tali præpoſito iudicatur, ſicut de Abbate, Notat Abbas poſt gloſſ. *in verbo, Abbatem in cap. cùm illorum. de ſentent. excommunic.* ſecus verò ſi præpoſitus non ſit loco Abbatis, ſed conſideretur ſimpliciter, quia Archidiaconus præpoſito præfertur, vt concludit Bald. *in conſil. 351. incip. Archidiaconus. lib. 3.* ſic etiam Archipreſbyter, & Primicerius ſubſunt Archidiacono, vt eſt text. *in cap. 1. de offic. archid. & in cap. 1. de offic. Primic.* tradit And. Sic *in conſil. 5. incip. Supremi optimi patris. bolani. 5. lib. 2.* ¶ Et quod dixi de Abbate habet locum in priore, qui habet locum Abbatis, & eſt principalis prælatura in Eccleſia regulari collegiata, & prior ibi ponitur poſt viam electionis, vt dicit gloſſ. not. *in clem. 1. in princ. in verbo, Lateranenſis. de ſupplen. negligen. prælator.* Prior etiam conuentualis dicitur habere dignitatem per text. *in cap. niſi eſſent. viri. de præben. & dignit.* & hoc ſi ſumatur per electionem, aut collationem, & poterit eſſe index delegatus. text. *in clem. 1. de reſcript.* & de Priori fratrum Prædicatorum quod poſſit eſſe iudex delegatus, eſt ibi ſuprascriptio; per quam ſic notat Abb. *in c. cum olim. de maio. & obed.* Calder. *in conſil. 6. incip. An ſacerdos, in tit. de offic. deleg.* 9

¶ † Et an ſit Archidiaconatus dignitas, quamuis non habeat de conſuetudine illam iuriſdictionem, quæ de iure communi ſibi conceditur, tradit egregiè Fran. de Aret. *in conſil. 2. incip. in præſenti conſultatione.* per Abb. & alios *in cap. de multa. de præben.* ex quibus habetur notitia, qui ſunt Abbates, & qualis ſit eorum dignitas, vt poſſit intelligi, qui ſunt nomine Abbatum conuocandi. & etiam eſt dicendum, quod quis poteſt eſſe Abbas, ſiue ſit Preſbyter, ſiue non, vt dicit D. Card. de Turrecrem. *in d. c. quoniam.* & an commendatarius perpetuus Abbatiæ habeatur tanquam Abbas, tradit Andr. Sic *in conſil. 2. incip. Sapienter, & præclare. libr. 6.* 10

¶ Qvarto qværo, qui comprehendantur prælatorum appellatione, vt ſciatur qui ſunt conuocandi iuxta diſpoſitionem huius textus pro declaratione pono tres concluſiones.

¶ In quæſtione quarta.

SVMMARIVM.

1. *Prælati propriè & ſtrictè qui ſunt.*
2. *Differentia eſt quando quis eligitur ad dignitatem, vel quando prouidetur.*
3. *Prælati dicuntur latè plebani, & rectores Eccleſiarum.*
4. *Prælati dicuntur, qui habent præeminentiam in Eccleſia ſiue iuriſdictione, quibus non incumbit cura animarum.*
5. *Dignitas Eccleſiaſtica quæ ſit.*
6. *Cura animarum habentes maiores prælati ſunt, quàm dignitates Eccleſiæ: vt Archidiaconatus, & alia ſimiles non habentes iuriſdictionem.*
7. *Archidiaconus hodie qui non habet iuriſdictionem minor eſt Archipresbytero, ſi iuriſdictionem haberet.*
8. *Eccleſia an ſit curata, vel non, an ſit iudicandum ſecundùm eius naturam, & an ſecundùm accidens.*
9. *Cura animarum duplex reperitur, & non multiplex.*
10. *Conſuetudo in dignitatibus conſideranda eſt.*
11. *Primiceriatus an ſit dignitas, & an Primicerius poſſit dari iudex delegatus vt habens dignitatem.*
12. *Prælatorum appellatione in materia huius c. 1. qui comprehendantur: & generaliter habes appellatione clericorum qui comprehendantur.*

Prima Conclvsio Est, quod propriè & ſtrictè † dicuntur prælati, qui habent iuriſdictionem ordinariam, vt eſt gloſſ. notabilis *in verbo, Eccleſiarum. in cap. decernimus. de iudic.* quam ibi ſequitur Abbas, & ſcribentes, & eſt textus *in clem. dudum. §. ab olim. de ſepul.* vbi rector curatus, & prælatus ponuntur vt diuerſa, & dicit ibi gl. *in verbo, prælati.* quod comprehenduntur nedum Epiſcopi, qui de iure communi habent iuriſdictionem in loco, ſed etiam alij inferiores prælati, qui in loco habent iuriſdictionem ex iure ſpeciali: puta ex conſuetudine, vel priuilegio, ſecundùm Ioan. Monach. refert, & ſequitur Ioan. de Imo. 1

de Imol. ibi. & dicit Zenzel. ibi quod propriè prælati ſunt Epiſcopi in tota ſua diœceſi, *facit c. cum nullus, de ætate & qualit. lib. 6.* & facit gloſſ. *in §. ſtatuimus, in verbo, prælatorum, in d. clem. dudum.* Et dicit Innocent. *in cap. humilis, de maiorit. & obedien.* quod omnes habentes iuriſdictionem ordinariam dicuntur prælati; per Abb. *in cap. nihil, de elect.* In ſecundo nota quod gloſſ. *in cap. nullus, de elect. lib. 6. in verbo prælatorum,* relata ad text. dicit quod guardiani, & priores religioſorum etiam dicuntur prælati: per quam dicit ibi Domin. quod huiuſmodi guardiani, & priores poſſunt dari iudices delegati, ita quod videantur habere dignitatem, *arg. c. cap. ſtatutum, in principio de reſcriptis, libro 6.* vnde dicit Card. Zabar. *in clemen. religioſus, in 13. quæſt. de procur.* quod cum cuidam prouinciali opponeretur, quod non poterat eſſe procurator *per d. clement. religioſus:* ipſe conſuluit, quod poterat eſſe, quia erat prælatus, & prælati poſſunt eſſe procuratores, *c. ſupra, de conſti.* Et notat dictus Card. *in d. clemen. 1. in §. oppoſitione,* & dicit Abb. *in d. c. decernimus.* Doctores hoc ſentire dum dicunt, quod olim in litera *d. c. decernimus.* vbi eſt verbum Archiepiſcopi, erat Archidiaconi, & fuit remotum ſecundum Goffr. & Ioan. Andr. ad denotandum non omnem Archidiaconum eſſe prælatum, ſaltem illum qui non aſſumitur per electionem, ſed per Epiſcopum inueſtitur, *c. quorundam. 74. diſt.* licet quandoque eligantur. *c. legimus. 93. diſt.*

2 ¶ Sed poſſet dubitari quare quando eligitur dicitur habere iuriſdictionem, non autem quando inueſtitur: Abbas *in d. cap. decernimus.* vltra Doctores dicit eſſe rationem, quia quādo eligitur, conſuetudo eligendo tribuit iuriſdictionem electo, ſaltem in ipſo de collegio, vt not. Innoc. *in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi. in fin. C. de iuriſd. omn. iud.* gl. & Ant. de But. *in c. Archidiaconus. de offi. archid.* ſecus tamen eſt quando prouidetur de Archidiaconatu per Epiſcopum, niſi alias aſſumptus ad talem dignitatē haberet iuriſdictionem de conſuetudine, vel de iure, quia in hoc caſu licèt eſſet prouiſus per Epiſcopū, nihilominus ſtrictè poſſet dici prælatus. *c. Romana. §. 1. de appell. lib. 6. & in c. cum ſit cunctis, §. inferiora in gl. de elect. cum ſimi.* vt ibi per eum. De iure verò cōmuni archidiaconus iuriſdictionē habet. *c. 1. & 2. c. ad hæc, de offi. archi.* Conſuetudo tamen in his plurimum tribuit, & tollit. *c. contingit. de foro compet.* Innoc. *in d. c. 1.* & per And. Sic. *in c. ſi ſacerdos, de offi. ord. col. fin.*

3 ¶ Secunda conclvsio, † quod latè dicuntur prælati, plebani, & rectores parochialium eccleſiarum, quibus incumbit cura animarum, & non habeant iuriſdictionem ex conſuetudine: ij enim prælati latè dicuntur, vt eſt text. *in cap. tua nos, de cler. ægrot.* & ibi not. Abb. *in 2. not.* & Abb. *in c. decernimus, colum. fin.* ... *& in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordin.* vbi Abbas arguit ab ethimologia vocabuli, quia prælatus quia ante alios latus, vel dicatus, & ibi etiam tradit Hoſt. quos ſequitur An. de Sicul. *ibi colum. 1.* habens enim curam animarum prælatus dicitur, vt tradit *in c. firmiter. de ſumma Trin. & in cap. quoniam. §. porro. vt lite non conteſt.* & Abb. *in c. de multa, colum. pen. de præben.* & Card. *in clement. dudum, in princ. in 9. q.* & And. Sicu. *in conſil. 40. incip. Præclare ſcribitur. lib. 1.* Ibi plebani paſtores dicuntur. *c. in plebibus. 63. diſt.* & aliquando appellantur perſonæ, rectores Eccleſię, vt eſt vulgare Angliæ: vt dicit Ioan. de Imol. *in c. ex parte. el 2. de reſcri.* facit text. *in c. 3. de offic. vic.* vt notat D. Dec. *in d. cap. ex parte.* & ſignanter dixi ſupra, & non habeant iuriſdictionem. Nam ſi iuriſdictionem haberet plebanus, ſicut aliquando habet ex cōſuetudine, priuilegio, vel alias, *per in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi.* vt ibi notant Abb. & And. Sicu. tunc diceretur ſtrictè prælatus, ſicut illi, de quibus dixi *ſupra in prima concluſio.* & tradit Arch. *in cap. vt animarum, de conſtit. lib. 6.* & ſcribit aliquid Federic. Sen. *in conſil. 86. incip. Factum eſt.* & Domi. *in cap. 1. de conſuet. lib. 6. colum. 1.*

4 ¶ Tertia conclvsio eſt, quod † latiſſimè dicuntur prælati illi, qui habent præeminentiam ſine aliqua iuriſdictione, & non incumbit eis cura animarum, & ſicut Archidiaconi & decani, quibus licet de iure aliqua competeret iuriſdictio, de cōſuetudine tamen nulla eis competit, ſolum enim ab origine eſt data illis præeminentia ſeu prærogatiua ſedendi loco digniori, aut loquendi, aut incedendi, & ſimilis; & dicuntur habere nudum nomen dignitatis ſine exercitio iuriſdictionis, vt ſolet poni exemplum in archidiaconatu Parmenſi, vt dicit Archid. *in c. 1. de conſuet. lib. 6.* & ibi Dom. refert Abb. *in c. de multa. de præb. col. fin.* Card. Zaba. *in conſil. 55. incip. In huiuſmodi quæſt.* qui prælati dicuntur, ex eſt *in c. 1. de ætat. & qual.* & inferiores non ſuperiores ...

res, neque medij, vt dicit text. *in c. Romana, §. nec etiam, de foro compet. lib. 6.* ponderando illam dictionem, alios, quę eſt repetitiua ſimilium. *l. 2. C. de ſerui. fugit.* & dixi *ſupra, & in cap. Romana, §. 1. de appell. lib. 6.*

† Et licet dignitas ſit administratio rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione, vt dicebat Arch. *in c. 1. de conſuet. lib. 6.* ſequitur Dom. de Rota *in deciſ. 174. incip. De theſauraria.* & ſine adminiſtratione & iuriſdictione archidiaconatus dicatur dignitas, & aliæ etiam dicantur dignitates; poſtquam de conſuetudine pro talibus habentur. *c. conſuetudo. 12. diſt. & c. cum olim. de conſuet.* prout per hæc ſigna cognoſcuntur dignitates, vt dicit Arch. *in d. c. 1.* Abb. *in d. c. de multa.* & Franc. de Aret. latè *in conſ. 13. incip. In præſenti conſultatione.* 5

Nihilominus † tamē in inferiori loco prælatorum ſunt, quā plebani, & alij habentes curam animarū ſine dignitate; & ideo in latiſſima ſignificatione prælatorum continentur, ſuppoſito ſemper, quod illi non habeant iuriſdictionem aliquam, prout ſecundum conſuetudinem non habent, quia Epiſcopus præſcripſit hodie iuriſdictionalia. *c. 2. de conſtit. lib. 6.* vt dixi ſupra. 6

Et poteſt eſſe ratio, quare habentes curam animarū veniant appellatione prælatorū in lata ſignificatione, vt fuit ſupra probatum, & alij prænominati in latiſſima; quia cum maioritas conſideretur multipliciter per Docto. vt per Hoſt. *in ſum. in tit. de offi. archid. §. 2.* & Henr. Boyc. *in c. ſtatuimus, de maior. & obed.* & ibi aliquid per Abb. & Felyn. *in rub. de maior. & obed. col. 1.* latè Ioan. And. poſt Hoſt. *in c. 1. de officio leg.* conſiderata maioritate prælationis dico, quod licet cura fori contentioſi dicatur adminiſtratione ſuperior, quam cura fori pœnitentialis, quæ etiam reputatur dignior, quia præſidet animæ principaliter, quæ cæteris rebus eſt anteponenda. *l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccl. & c. præcipimus 12. q. 1. c. ſedulo. 38. diſt.* & gloſſ. *in c. intelligentia. de verbo. ſign.* & propter hoc archidiaconus ſit maior archipreſbytero, vt not. Car. *in clem. 1. q. 7. de præben.* & ibi Ioan. de Imol. & Pet. de Anch. & ſic ratione officij dicatur maior: hoc tamē ceſſat in propoſito caſu, quia cum archidiaconus non fungatur hoc officio, quia per conſuetudinem eſt ſibi hoc abrogatum, vt prędixi; ſequitur, quod ex hoc non poteſt dici maior, argumento à ceſſante cauſa ceſſet effectus. *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patr. c. cum ceſſante. de appell.* Iac. Butr. tradit *in l. generaliter, C. de epiſ. & cler.* & ibi Bald. & qui caret effectu debet ipſo nomine carere. *l. defenſores, C. de defenſ. ciuit. l. decernimus.* & ibi gloſſ. & Salycet. *C. de epiſ. & cler. & in proœm. ff. orum. §. diſcipulis, §. ſed & aliud inſtitut. de donat. & argum. in l. non codicillum, C. de teſtamen. l. à nullo, C. de dilat.* notatur per gloſſ. & Doct. *in l. tugurij, ff. de verbor. ſign.* tradit aliquid Abb. *in cap. 1. colum. fin. de iud.* & tunc meritò poterat dici Archidiaconus maior Archipreſbytero, quando habebat adminiſtrationem in actu: ſecus tamen hodie, quia caret illa adminiſtratione per deſuetudinem. † Sunt enim hodie huiuſmodi dignitates in pluribus locis habentibus nudum nomen ſine adminiſtratione, & non habent niſi præeminentiam in ſtallo, ſicut in ſimili dicimus de habentibus nudum nomē hæredis, vt tradit Bartol. & Modern. *in l. cum filio, ff. de legat. 1. & l. quamuis, ff. ad Trebell.* per Alexand. *in l. Centurio, in 9. colum. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtit.* 7

† Nec ad hoc obſtat, quod dictæ dignitates de iure habent aliquam iuriſdictionem in habitu & potentia, licet eam nō habeant in exercitio, adeo quod cenſeri debeant tanquam iuriſdictionē habentes in actu, ſicut in ſimili dicitur de eccleſia parochiali, vt parochialis dicatur ſi habet curā animarum in habitu licet non in actu, vt tradit Innoc. *in c. de multa. de præben.* ne ſine culpa ſua perdat iura ſibi debita. *c. ſine culpa. de regu. iur. lib. 6. c. cognoſcentes. de conſtit.* & hanc opin. Innocent. ſequitur Ioann. de Imol. ibi, ad hoc facit, quia ad iudicandum an aliqua eccleſia ſit curata vel non, debet conſiderari eius natura non accidens, vt dicit Dominic. *in capitulo ſuper eo. de præbend.* per Oldra. *in conſilio. 102. incipien. Factum tale eſt.* refert dominus Decius *in cap. ad aures, de reſcript.* ſimile eſt; quod ſi quis habeat canonicatum, ſine præbēdam, & impetret aliud beneficium, de illo nudo canonicatu ſine præbēda tenetur facere mentionem, ita dicit Abb. *in cap. in noſtra, de reſcrip.* Sed ad hæc dici poteſt, quod communis opinio eſt in contrarium, quod non eſt conſiderandum an ſit in habitu, ſed ſolum ſi eſt in actu: & ſic actus eſt attendendus, non autem habitus, vt eſt gloſſ. notabilis *in cap. licet canon. in verbo. parochialis eccleſie. circa medium, de electio. libro 6.* 8
& Hoſtienſ. *in dicto capitulo de multa.* & ibi Ioann. Andr. & idem dicit

dicit Paul. de Eleaz. *in clemen. 1. de offic. vic.* & mouetur per illum text. in quantum loquitur de Eccleſijs habentibus curam animarum, quia ſecundum eum illud dicimur habere, quod cum effectu habemus, *l. nomen filiarum, §. habere, ff. de verbor. ſignific.* & dicit Ant. de Butr. quod hæc eſt communis opin. quæ eſt tenenda, tradit Andr. Sicul. *in conſil. 17. incip. præclare ſcribitur, colum. 4. lib. 1.* quamuis idem Andr. Sicul. contrarium dixerit *in conſi. 74. incip. in iſo puncto, inter conſil.* Alex. de Imol. *lib. 4.* prout refert Felyn. *in ſuo tract. de: quando litteræ Apoſtol. colum. 7. verſ. Limitatur,* & Alexan. *in d. lib. in conſi. 75. incipien. Viſis ponderatis.* per Felyn. *in proœmio decretalium, colum. fin.* vnde cum ex ea ratione iuriſdictionis conſideretur maior Archidiaconus, & illam non ha-
9 beat, non eſt reputandus † maior prælatus quam habēs curam animarum, quia cura animarum non reperitur niſi duplex, ſcilicet fori contentioſi, & pœnitentialis, vt dicit gloſſ. notabilis *in verbo curæ animarum, in extrauagant. execrabilis Ioannes. 22.* & in hac cura animarum magis participant habentes illam cum Papa, & Epiſcopis, quam dictus Archidiaconus, & alij præmemorati, qui nullam curam habent: hac ratione vti videtur Ioā. Andr. *in d. cap. 1. de offic. leg. in 6. prærogatiua.* Et pro prædictis facit quod dicit Bald. *in l. ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccleſ.* quod quædam ſunt quæ dantur clericis in honorem ordinis clericalis nō immediatè propter ſeruitia, quæ faciunt Eccleſiæ, vt priuilegium fori, & iſtud habent clerici etiam non ſeruientes. Quædam verò conferuntur clericis immediate propter ſeruitia, vt præbenda, & qui non ſeruit, non debet eam habere niſi ſit impeditus in re litteraria, refert Felyn. *in d. proœmio.*

10 Dico tamen quod reſpectu maioritatis prælationis, & reſpectu aliorum, ſeruanda eſt conſuetudo, vt tradit Dom. *in cap. Epiſcopus. 17. diſtinct.* nam certum eſt quod Archidiaconatus eſt dignitas, prout tradit Franciſ. de Aretin. *in conſil. 23. ſuper allegato.* & idem eſt dicendum de primiceriatu; vt dignitas ſit cēſenda, vt ponit Domin. *in d. c. 1. de cenſ. per c. 1. cum acceſſiſſent, de conſtit.* non tamen propriè, ſed largo modo: vnde *cap. ſtatutum, de reſcr.*
11 *lib. 6.* quod dignitatem requirit in delegato non habet locum in primiceriatu, vt Alexan. tradit *in conſil. 77. incip. in cauſa, & lite, colum. 2. lib. 2.* tamen Franc. de Aret. *in d. conſil. 23.* & Andr. Sicul. *in conſil. 39. incipien. clementiſſimi Dei patris, lib. 1.* tenent contrarium quorum opinio procedit largo modo capiēdo dignitates, vt dixi, vel quādo in loco pro dignitate reputaretur primiceriatus, quæ eſt multum attendenda per dicta per Arch. & alios *in d. c. 1. de conſue. lib. 6.*

12 †Et an omnes prælati prædicti in quacunque ſignificatione ſint, ſiue ſtricta, ſiue lata, aut latiſſima comprehendātur in hac diſputatione, dicendum eſt ſecundum Andr. Sicul. *in c. cum ab eccleſiarum, colum. 2. de offi. ordi.* quod in conſtitutione fauorabili loquente de prælatis comprehenduntur omnes prædicti, *arg. l. fauorabiles, ff. de regu. iur. l. benignius, ff. de legi.* Secus ſi ſit pœnalis, & reſtringibilis, *argum. § pœna, de pœnit. diſt. 1. in l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis.* Niſi materia pœnalis ſubiecta pariter proportionaretur omnibus quia tunc licet eſſet pœnalis, nihilominus comprehenderet prædictos, vt patet *in rubr. de vita & honeſta. cler. & de cohab. cler. & mulier. & de cler. non reſiden.* Nam coniunctis capitulis illorum titulorum cum rubrica comprehenduntur appellatione clericorum Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales. Et ideirco, quia materia ſubiecta quamuis pœnalis, tamen eſt proportionabilis omnibus prælatis, quocunque nomine cenſeantur, & cum hoc c. ſit fauorabile introductum in fidei fauorem, & vt negotium hoc maiori fauore & conſilio fulciatur omnes prædicti appellatione prælatorum comprehenduntur. Nam quod à pluribus quæritur ſapientibus, facilius inuenitur, *cap. de quibus, 20. diſt.* & per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur, *l. fin. C. de fidei-com.* & integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur, *cap. prudentiam in prim. de offic. deleg.* contra tamen prædictas concluſiones inſurgit D. Phil. Dec. *in d. c. deternimus, in fin.* vbi videas, ſed parum reſtringentem rationes.

¶ In quinta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Prælati alterius diœceſis an poſſint conuocari in caſu huius capituli.*
2 *Prælatorum & aliarum perſonarum conuocatio in caſu huius capituli an ſit de forma ſubſtantiali in degradatione adeo quod illa prætermiſſa degradatio ſit nulla: arguitur pro vtraque parte.*
3 *Ablatiui abſoluti inducunt formam, & conditio formam.*
4 *Forma ſtatuti non ſeruata, inducitur nullitas actus.*
5 *Ablatiuo abſoluto inducitur argumentum à contrario ſenſu.*
6 *Surrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſurrogatur.*
7 *Degradatio facta ab Epiſcopo ſine iudicio aliorum Epiſcoporum in alijs criminibus ab hæreſi eſt nulla.*
8 *Verbum poteſt præcedente negatiua inducit nullitatem actus.*
9 *Solemnitas quæ dicitur leuis & quæ ſolemnis.*
10 *Conſilium literatarum perſonarum ad aliquem actum dicitur ſolemnitas non leuis.*
11 *Ordo datus à lege an inducat formam, vt illo ordine nō adhibito actus ſit nullus.*
12 *Præiudicium maximum vertitur in determinatione cauſarum fidei contra hæreticos.*
13 *Officium iudicandi potius committitur pluribus quam vni.*
14 *Epiſcopum ſolum iudicare cauſas contra hæreticos eſt abſurdum, ſed debet agere cum conſilio aliorum.*
15 *Inquiſitionis officium quare potius exercetur in locis inſignibus quam in oppidis.*
16 *Iudices delegati debent exercere ſuam iuriſdictionem in locis inſignibus & quæ ſint loca inſignia.*
17 *Iudex ordinarius poteſt in quacunque parte ſuæ diœceſis exercere ſuam iuriſdictionem.*
18 *Epiſcopus ſeu Inquiſitor iudicando degradandum in cauſa hæreſis quot prælatos ſeu abbates debet conuocare.*
19 *Vocati poſſunt de aliena diœceſi & tenentur venire.*
20 *Vocati ad degradationem clerici conſtituti in ſacris venire debent ſuis expenſis.*

QVINTO QVÆRO an † inter Abbates, prælatos, & literatas perſonas ſuæ diœceſis, poſſint miſceri alij de aliena diœceſi, vel deficientibus iſtis ſint vocandi alij de aliena diœceſi. 1
Reſpondet hic Ioan. Andr. quem ſequitur Dom. quod non eſt adeo de ſubſtantia, quod de ſua diœceſi Epiſcopus conuocet præinſertas perſonas, quin poſſit miſcere alios Abbates, prælatos, & literatas perſonas de aliena diœceſi, cum illis de ſua diœceſi, & dato quod in ſua diœceſi deficerent huiuſmodi perſonæ, quia tales non reperientur, non tenetur Epiſcopus de aliena diœceſi conuocare, nec debet. Nam nō arctaret illos vocatio. *c. cum epiſcopus. de offi. ord. lib. 6.* etiam quod peritus non abundaret in ſua diœceſi. Nec obſt. iſte tex. *ibi, ſua diœceſis,* quia hoc fuit appoſitum in tex. duplici de cauſa. Primo propter præcedens, conuocatis, vt declararet, de quo loco debent vocari, & dicit, quod de ſua diœceſi. Secundò, vt daret intelligere quod de aliena diœceſi non ſunt vocādi, ſed de ſua, ratione prædicta, quia vocatio non arctaret alios de aliena diœceſi non ſubditos per d. c. cum Epiſcopus, melior text. *in c. vt animarum, in fi. de conſti. lib. 6. l. fin. ff. de iuriſ. omn. iud.* ¶ †Sed circa hoc dictum Ioan. Andr. & 2
Dom. eſt aduertendum. Nam ſi tenemus intellectum Doctorum ad hunc text. quod intelligantur, vt perſonæ, de quibus in text. interueniant in actuali degradatione, nō eſt alicuius præiudicij, quod ſi non reperiantur in diœceſi ſua, nō vocentur de aliena ſecundum eos, quia huiuſmodi conuocatio eſſet magis de bene eſſe, quàm de ſubſtantia, & faciliter hæc poſſunt prætermitti, vt in ſimili dicitur, quod in conſecratione Epiſcopi requiratur ternarius numerus. Nihilominus ſi à paucioribus conſecraretur conſecratus eſt, quantum ad veritatem conſecrationis ſecundum Theologos, omiſſa iuriſtarum opinio, vt concludit egregie D. Card. de Turrecrem. *in c. porro. 66. diſt. art.* 1. ſicut etiam, quod Epiſcopus exiſtat veſtibus Pontificalibus vel 3
non, quando actualiter degradat clericos ab ordinibus, non refert, vt notat Spec. *in tit. de accuſa. § ſequitur. verſ. eſt notandum,* idem dicit Zenz. *in c. degradatio. de pœn. lib. 6.* & ibi Arch. & alij. & quando lex non procedit annullando, ſi contrarium eius fiat, quod per ipſam diſponitur non inducitur forma, vt not. Bald. *in l. ... ff. de liber. & poſthum.* quem communiter ſequuntur ibi

Moder.

Moder.nec in hoc caſu procedit hoc capitulum annullando.
Sequitur quod nō eſt de ſubſtantia, vel forma congregare has
perſonas,de quibus in text.nec videtur aliquod ſignum in hoc
c.per quod videatur forma inducta, de quibus ponit plura Fe-
lyn.in c.dilecta,de reſcr.col.7.Vnde videntur hæc de leui ſolenni-
tate,& in dubio non videtur data forma,vt dicunt Card.& Io.
de Imol.in d.c.cum dilecta.

¶ Verum tenendo intellectum nouum, quem ſupra dedi ad
hunc text.qui videtur iuri & rationi cōformis,quod huiuſmo-
di perſonæ, de quibus hic debeant interuenire in examinatio-
ne cauſæ clerici conſtituti in ſacris degradandi,dico huiuſmo-
di congregationem, ſcil cōuocationem harum perſonarum eſſe
de forma. Nam hic eſt facta diſpoſitio ſub ablatiuis abſolutis,
3 ſcilicet † conuocatis Abbatibus, alijſq; prælatis, religioſis per-
ſonis, & litteratis, qui ablatiui inducunt conditionē, vt tradit
Bartol.in l.ab emptione.ff.de pact.& ibi cumulant Moderni.Bald.
in l.1. C.quando liceat ab empt. diſce.l.cultis agris.ff.de acquir.rerum
domin.& quando eſt diſpoſitio conditionalis, tunc inducitur
forma,ita dicit Bald.in authen.matri & auiæ,in 1.colum.C.quando
muli.tute.offi.funga.dicens etiam quod conditio quæ apponitur
per l.nunquam dicitur continere ſolemnitatem leuem,argum.
l.prætor in priu.ff.de collat.bon. Angel.in l.1.ff.de liber.& poſthum per
Bartol.in l.1 ff.de vulg.& pup.in 4.q.ad fin.ſecundi effectus, Bartol.in
l.licitatio.ff.de publ vnde infert Felyn.in ca.cum dilecta.colum.7.de
reſcr.quod ſi ordo datus in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi.
non ſeruaretur executio eſſet nulla,etiam ſi non appellaretur,
vt tenent ibi Io.de Imol.& Alex.& tradit Felyn.in c.quo ad con-
ſultationem.col.10.verſ.remedia,& c.de re iud.& ſi huiuſmodi for-
ma non ſeruaret, ſcil.congregationis harum perſonarum non
poſſet Epiſcopus iudicare clericum degradādum, & ſententia
eſſet nulla, tanquam lata contra formam iuris datam in hoc c.
& hoc probatur per text.in d.c.cum dilecta.c.Piſanis.de reſtit.ſpol.c.
venerabili.de offic.deleg.l.cum ij.§.ſi prætor.ff.tranſact.latè per Felin.
in d.c.cum dilecta.11.col.

4 †Et quod fortius eſt hoc habet locum in ſtatutis particula-
bus,vt factum contra formam ſtatuti ſit nullum,vt dicit Felin.
in d.c.cum dilecta,in ampliatione noua, vltra quem hoc decidit A-
lex.in conſil.36.incip.viſo themate.col.1.lib.4.Bal.in l.ordo.C.de exe-
cu.rei iud.col.2.idem Bal.in l.comparationes.3.oppo.C.de fide inſtru-
mentorum.idem Bald.in l.acceptam.C.de vſuris.in fin.& in l.huma-
num.C.de legib.& huiuſmodi conditio, quæ inducitur ex dictis
ablatiuis abſolutis non eſt tacita,ſed expreſſa,vt dicit Bart.in l.
1.q.7.ff.de condit.& demonſtra.Eſt ergo ſenſus huius text.conuo-
catis Abbatibus aliiſque prælatis,religioſis perſonis,& littera-
tis,id eſt,ſi conuocati fuerint Abbates, alijq; prælati religioſæ
perſonæ,& litterati ſolus poterit Epiſcopus degradare, alias ſi
non fuerint congregati prælati,& perſonæ, non poſſit Epiſco-
pus degradare, & talis degradatio eſſet contra formam huius
canonis,& ex conſequenti nulla per prædicta.¶Et eſt his abla-
5 tiuis† abſolutis in vim conditionis acceptis elicitur argumen-
tum à contrario ſenſu.Ita dicit Bald.in l.vnica in princ.C.quando
non peten.partes.quod argumentum de iure eſt validum.l.conuē-
ticulam vbi traditur per Doct.C.de epiſ.& cler.& l.1.§.huius rei.ff.
de offic.eius.& ibi latè Moder.& ratio eſt in promptu, quia dicti
prælati ſuccedunt ſiue ſurrogantur loco Epiſcoporum, qui a-
lias eſſent conuocandi niſi fuiſſet diſpoſitio huius tex.Ita dicit
Pet.de Anch.hic,& alleg.l.1.§ hac actio.ff.ſi quis teſt.liber eſſe iuſſ.
fuerit.l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff ſi quis cautio. Et ſurrogatum ſa-
6 pit eius naturam in cuius locum † ſurrogatur, vt communiter
notatur per Doctor.in d.§.qui iniuriarum.Hinc eſt quod iudex
eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis debet
procedere,ſicut tenebatur iudex ſecularis,cuius loco ſurroga-
tur ſecundum Bar.in conſ.187.incip.domini priores.Abb.in cap.
eccleſiæ ſanctæ Mariæ,de conſti.in 15.col.Nam ſurrogatus debet ſer-
uare terminum eius,in cuius locum ſurrogatur.Bald.in l.certū.
col.5.C.vnde legi.bonus tex.in l.ſi iudex.ff.de iud.Bar.in l.1.§.hi qui-
bus.ff.de leg.3.cum pluribus alijs quæ allegat ad D.Iaſ.in d.§.qui iniu-
7 riarum,& poſſent hic optime applicari.¶Sed quando† Epiſco-
pus ſine legitimo numero Epiſcoporū iudicat aliquem actua-
liter degradandum ob aliud crimen quam hæreſis, ſententia eſt
nulla,vt in c.Epiſcopus nullam.ibi,irrita erit ſententia epiſcopi.& c.ſe-
quenti.ibi,ſed ſolus auferre non poteſt,& ibi nec vno iudicante poterunt
honoris ſui priuilegio 113.15.q.8.& in c.non poteſt.de re iud.¶Nam di-
8 ctio † poteſt, præcedente negatiua inducit neceſſitatem ſcili-
cet contrarium non faciendi, vt eſt gloſ.optima relata ad text.
in c.1.de reg.iur.lib.6.per quam gloſſ.dicit ibi Philip.Franc.quod
verbum nō poteſt,inducit actum de iure impoſſibilem, & per
illam gloſſ.dicit Bald.in l.fin.C.de fideicom.col.fin.quod ſi ſtatutū
dicat quod quis non poſſit teſtari ſine præſentia propinquorū,
quod ibi potentia deeſt, & actus eſt irritus,vt in c.1.de reg.iur.li.
6.& l.2.ff.de leg.1.& l.1.ff.de iniuſt.rupt. Sequitur D.Iaſ.in l.1.col.1.
ff.de verb.oblig.,& alibi per illam gloſſ.dicit Bald.in l.1.col.penult.
verſ.Et confirmantur prædicta.C.qui admi.quod dictio poteſt,poſt
negatiuam poſita, neceſſitatē ſignificat, vnde actus aliter geri
non poteſt.allegat.l.certa forma.C.de iur.fiſci.lib.10.Bart.in l.de his.
ff.de tranſact.Bart.& Modern.latè in l.Gallus,in priu.ff.de liber.&
poſthu.c.aqua.de conſec.eccle.vel altaris.

Sequitur ergo quod ſententia lata per Epiſcopū in caſu hæ-
reſis ſine conuocatione harum perſonarum eſſet nulla,quia hęc
conuocatio eſt tradita pro forma,& loco congregationis epiſ-
coporum ſecundum canones,vt in principio huius text.¶Nec
obſtat tex.ibi,de quibus expedire videbitur,per quem videtur
datum arbitrium Epiſcopo, vt dixi ſup.in vltimo notabili.& tra-
dit aliquid Bartol.in extrauag.ad reprimendum in verbo videbitur,
quia dico hoc arbitrium Epiſcopi non eſſe in non conuocan-
do perſonas de quibus in text.ita quod ſi velit conuocare, vel
non conuocare nō verſatur in hoc ſuum arbitrium, patet quia
hæc conuocatio eſt de forma vt dixi, ſed arbitrium ipſius Epi-
ſcopi verſatur in eos conuocando,hoc eſt illos poterit conuo-
care,quos cōuocandos viderit expedire pro ſecuriori expedi-
tione negotij,& hoc ſatis clare innuunt verba tex.huius dicen-
tis,de quibus viderit expedire, qui ſecundum mentem condi-
toris non dat omnino liberum arbitrium Epiſcopo.Similis di-
cendi modus ponitur quod ſedes Apoſtolica eſt liberalis non
dando,ſed in cui dando,arg.tex.iuncta gloſſ.in c.ſedes apoſtolica.de
reſcr.gloſ.& Doct.in c.inter cætera.de præben.& dign.Et adeo dico
hanc conuocationem harum perſonarum eſſe de forma,q ſi in
loco, vbi cauſa hæreſis agitur non eſſent huiuſmodi perſonæ,
præſertim perſonę literatę cum quorum conſilio cauſa hęc eſt
tractanda,vel forſan abeſſent ab illo loco, occaſione popula-
rium commotionum vel tyrannorum timore,aut quacunque
alia cauſa hanc cōuocationem impediret, dico ſuperſedendū
in ea, donec illarum copia habeatur, aut ſi neceſſario eſſet ter-
minā da,ex alia prouincia vicina debent vocari,ſi locus ad quē
venire habeāt ſit tutus.Aut epiſcopus ad illos accedere debet,
aut vicarium ſuum mittere ad vicinam prouinciā cum proceſ-
ſu,vt cum huiuſmodi perſonis & literatis cauſa hęc hęreſis cō-
tra clericum cōſtitutū in ſacris mota terminetur iuxta diſpoſi-
tionem huius canonis.Sic enim videmus,q ſi in degradatione
Epiſcopi non reperiantur in prouincia ad illā neceſſarij,vocari
debeat alij de vicina prouincia,alias degradatio eſſet nulla, vt
eſt gl.not.quam omnes Docto.ibi ſequuntur in c.ſuggero.3.q.8.
facit c.ſi forte.65.diſt.c.1.& 2.6.q.4.ergo idē eſt dicendum de illis,
qui ſuccedunt loco illorum,arg.l.vbi abſunt,ff.de cura.& tut.dat.
ab his,& c.relatum,ne cle.vel mon.c.inter.de relig.dom.Nam ad quid
literati congregantur in hac cauſa niſi, vt cum eorum conſilio
terminetur,alias fruſtra vocarentur, vt ſatis colligitur ex dictis
Io.And.Dom.& Per.de Anch.in c.degradatio,in priu.de pœ.lib.6.
& hoc dicitur continere in ſe non leuem ſolemnitatē.¶†Nam 9
prout dicebat Oldr, quædam eſt ſolemnitas propter quā ſub-
ſtantia facti non mutatur, iſta dicitur leuis, & nō vitiat omiſſa,
l.1.in fi.ff.de vent.inſpici.quędam verò eſt ſolennitas per quā facti
ſubſtantia pōt mutari, ſi omittatur, & iſta non dicitur leuis ſo-
lēnitas,arg.l.cum hi.§.prætor.ff.de tranſa.¶Sed in hoc caſu† cōſi- 10
lium literatarū perſonarum pōt trahere Epiſcopū in contrariā
ſententiā l.item ſi vnus.§.principaliter,& l.ſequenti.ff.de arbit.ergo
non dicitur leuis ſolēnitas, & illius omiſſio vitiaret ſententiā.
Ita dicit Bart.in l.1.§.ſi plures.col.6.ver.quarto quæro,ff.de exerc.acti.
ſequitur Abb.in c.ſupra debilitate,col.1.de offi.deleg.idem dicit Bar.
in l.1.§.fin.ff.de ventre inſpic.Bal.in l.hac conſultiſſima,in princ.C.qui
teſta.facere poſſunt.Notatur per Bart.in l.fin.§.cum igitur,C.de iure
deliber.ſimile in ſtatuto tradit Raph.Fulg.in conſi.140.incip.præ-
ſuppoſitis duobus ſtatutis. Et in conſuetudine idem dicit Angel.in
conſil.272.incip.primus punctus.¶†Præterea hic videtur datus or- 11
do in progreſſu,videlicet, vt conuocatis Abbatibus & alijs E-
piſcopus degradet,ſic in l.1.§.fina.ff.de vent.inſpic.vbi dicit iuriſ-
conſultus prætorem cauſa cognita dare, vel denegare bono-
rum poſſeſſionem carbonianam,& in §.ſicui.ea.l.tūc ſuccedit,
quod quando ordo eſt datus à lege, & dubitatur an ſit ſubſtā-
tialis, vel non, & omiſſio illius induceret magnum præiudi-
cium,

cium, tunc talis ordo videtur neceſſarius, & omiſſis vitiaret. *l. cum.* § *ſi prætor. ff. de tranſactio.* Ita concludit Bart. *in l. 2. § prius. verſ. tertio caſu. ff. de vulg. & pupill.* quem ſequuntur ibi Io. de Imo. Alex. & Moder. ibi Felyn. *in d. c. cum dilecta.* Et eſt glo. ordinaria *in c. pen. in verbo, iuris ordine, de purg. can.*

12 † Quod autem in hoc caſu verſetur maximum præiudicium ſatis patet, quia cum hæc cauſa ſit maximè ponderoſa, in qua omnia pœnarum genera concurrunt, vt dicit Oldr. *in conſ. 210. incipien. regularis habet traditio,* & poſſent prelati, & literatæ perſonæ in illa interuenientes attrahere in ſuam ſententiam liberando ipſum reum, & de hæreſi inquiſitum *per d. l. item ſi vnus. §. principaliter. & l. ſequenti. ff. de arbit.* vbi dicit Bart. *in d. § ſi plures,* merito ordo iſte debet reputari neceſſarius, præſertim, quia hoc

13 iudicandi † officium potius committitur duobus quam vni, & tribus quam duobus, cum canones atteſtentur integrum eſſe iudicium, quod plurimorum approbatur aſſenſu, vt dicit text. *in c. prudentia. in princ. de offic. deleg.* & dixi *ſupra in præcedenti quæſtione in fin.*

14 † Et ſatis eſſet abſurdum ſolum epiſcopum huiuſmodi cauſam decidere deficientibus dictis perſonis, quæ eſt tanti præiudicij, cum in alijs criminibus, quando deficiunt alij Epiſcopi neceſſarij in examinatione cauſæ criminalis ipſius clerici degradandi, Epiſcopus ſolus non procedit ad examen illius cauſæ reſpectu actualis degradationis, ſed vel perpetuò deponit ab officio, & beneficio, vel verbaliter deponit, vt dicit Domi. poſt Archid. *in d. c. degradatio. in prin. col. fin. iuxta fin. de pœnis li. 6.* aut conuocare debet vicinos Epiſcopos, vt dixi *ſupra per c. ſuggero,* & ibi traditur *3. q. 8.* multo minus debet in hac cauſa ſolus procedere, non conuocatis literatis, & alijs perſonis, de quibus in text. etiam ſi ex aliena diœceſi eſſent vocandi, permaximè cum hodiernis temporibus vigeat periculoſa ignorantia proh dolor in Epiſcopis & plurimum reprobatur, *vt in c. a inter cæt. ca. de offi. ord.* & ibi notat Ioan. de Imol. propter illiteraturã & inſufficientiam debet expelli & remoueri à ſuo Epiſcopatu, *c. ſi. de æta. & quali. c. niſi cum pridem. § ne pro defectu, de renunc.* tradit Card. de Turrecrem. *in c. ſcitulo. 38. diſt.* quamuis ipſa ignorãtia in epiſcopis non præſumatur, *c. Lutor. 55. diſt. in fin.*

15 † Et ad hunc effectu exercetur negotium inquiſitionis contra hæreticos & apoſtatas in ciuitatibus, & locis inſignibus, vbi abundare poſſit copia peritorum tam ad præſtandum conſilium Epiſcopis, & Inquiſitoribus quam etiam vt poſſit præſtari ſuffragium aduocationis in defenſionibus reorum, ſi & quatenus de iure permittitur, iuxta tradita per Ant. de Butr. poſt Io. And. per Abb. Ioan. de Anan. & latius per Henr. Boic. *in c. aduerſus de hæret.* & habetur *in tract. inquiſit. c. 17. incip. Item determinauerunt,* quæ per Inquiſitores debet ſeruari, vt eſt text. *in c. per hoc, in ſi. in verbo, ordinationes, & ibi glo. infra eod.*

16 † Quæ autem loca dicantur inſignia recurrendum eſt ad communem prouinciæ opinionem, *l. Labeo. ff. de ſuppellectili leg.* tradit Spec. *in tit. de citatione. § 1. verſ. quæ loca,* & gloſſ. *in verbo, copia, in c. ſtatutum, § 1. de reſcr. lib. 6.* ſic quidem tenentur iudices delegati procedere in locis inſignibus & ciuitatibus, vbi eſt copia peritorum *in d. c. ſtatutum, § 1.* & adeo hoc eſt verum, quod ſi iudex deferret ſecum ad locum inſignem non peritos, qui patrocinium, & ibi conſilium præſtare poſſint, non ſufficeret, quia ſi in vno termino eſſent, in alio poſſunt abeſſe, ita concludit Spec. *in alleg. tit. de citatione. § 1. verſ. quid ſi locus,* & ſequitur domi. poſt alios *in d. c. ſtatutum. in prin. col. 1.* nec iuuaret quod locus inſignis eſſet vicinus, vnde poſſent haberi periti, vel ire & redire poſſunt partes de facili, vt ſubtiliter conſiderabat Lappus *in alleg. 123. incip. ciuitas Teſtula,* quia *in d. c. ſtatutum,* eſt decretum irritans, vt dicit Dom. *in d. c. ſtatutum, in prin.* Et hæc dico in iudicibus delegatis prout ſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, *in c. ne aliqui, infra eo.* ad hoc enim ſunt aſſeſſores, vt per eorum peritiam ſuccurratur habentibus iuriſdictionem tam delegatam, quam ordinariam iuris ignaris, vt tradit notabiliter Ang. *in conſil. 272. incip. Primus punctus.*

17 † Iudex autem ordinarius poteſt citare, & procedere in quacunque parte ſuæ diœceſis etiam longinqua, vt eſt tex. *in c. cum Epiſcopus, de offi. ord. lib. 6.* Nã iuriſdictio veluti indiuidua eſt totã in toto territorio, & tota in qualibet eius parte, ſicut dicunt Philoſophi de anima, & probatur in ſimili, quod qui tãgit auriculam videtur totum corpus tangere *l. vulgaris. ff. de furtis.* tra-

18 dit Pet. de Anch. *in c. 1. in 3. not. de foro compe.* § † Ex quibus infero, q̃ nõ ſolum cum prelatis ſuæ diœceſis poteſt epiſcopus miſcere alios prælatos alienæ diœceſis, vt dicebant Ioan. And. & Dom. hic, ſed etiam illis prælatis deficientibus ex aliqua cauſa, poſſunt & debent vocari alij de aliena prouincia, præſertim litterati, quorum conſilium eſt maximè neceſſarium, & in hoc non teneo cum Ioan. Andr. Domi. & alijs Doctoribus ſequentibus per deſuper deducta. § Elicio etiam aliud, quod [illegible] epiſcopi in quos conuocando, de quo in [illegible] poſſet in hoc verſari, & in cauſa presbyteri conuocare ſex prælatos, aut religioſas perſonas, in cauſa Diaconi, & Subdiaconi tres vltra litteratos ad inſtar Epiſcoporum, qui conuocari debent in degradatione conſtitutorum in ſacris pro alijs criminibus, *vt in cap. ſin autem. & c. fœlix. 15. q. 7.* vt iſti prælati in quantum fieri poſſet ſurrogentur loco Epiſcoporum, vt dicit Pet. de Ancha. hic, & quæ dixi ſupra de ſurrogato ſapiente naturam illius in cuius locum ſurrogatur, poſſunt hic applicari, & ea quæ cumulant Moder. *in d. l. ſi eum. § qui iniuriarum,* ſic fictio imitatur naturam in quantum poteſt, *l. adoptio. ff. de adop. § minorem. Inſti. de adopti.* Bart. & Moder. *in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* & arbitrium iudicis debet verſari circa æquitatem, vt dicit Bart. *in l. 1. 2. col. verſ. ad iſtam lecturam oppo. C. de legib.* Bart. & Bald. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* iudex enim cui eſt aliquid commiſſum arbitrio ſuo debet conformare arbitrium ſuum ſecundum l. vt dicit Abbas *in c. cum Ioannes Eremita. de fide inſtrum. col.* [illegible] *& in c. 1. de dilatio.* traditur *in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign.* conueniens eſt ergo, vt iudex ſic arbitretur in huiuſmodi cauſa [illegible] reſpectu numeri prælatorum, ſeu religioſarum perſonarum, ne ius commune minimum lędatur, ſicut in ſimili dicimus de ſtatutis, & ſic interpretentur, vt minus lædant ius commune, quam poſſunt. *c. 1. cum dilecta, de conſue. l. 2. C. de veter.* & ibi Doct. & Alex. *in conſ. 20. incip. viſo proceſſu. colum. 2. lib. 1.* & ſtatuta recipiunt interpretationem æquitatis, vt dicit Bald. *in l. ſi defuncti. C. de ſuis & legi. hære. col. fin. verſ. & noto.*

Non obſtat prędictus tex. iſte *ibi, ſua diœceſis,* vbi innuit quod non ſunt vocandi de aliena diœceſi, ſed de ſua. Ad hoc dico q; debet intelligi ſimpliciter, videlicet quando ſunt prælati & litterati in diœceſi ſua illi ſunt vocandi. Si vero non ſunt in ſua diœceſi, non negatur quin vocentur de aliena: ſimile eſt illud quod dixi ſupra de Epiſcopis, vt ſi non reperiantur in prouincia vocentur de vicinia per gloſſ. *in d. c. ſuggero.* & in defectum aliquorum de certo ordine, vocantur de alio, tradit Abbas *in c. relatũ. ne cle. vel mo. in 1. q. arg. in c. ne pro defectu, in fin. de electio.* [illegible] *62. diſt.* excluduntur ergo alios de aliena diœceſi, caſu quo reperirentur in propria pro celeriori expeditione, ne forſan indebitè alias quærendo, extra diœceſim pateretur [illegible] negotius fidei contra text. *in c. accuſatus. § de quæſtionibus. infra eodem tit.* cum communiter hoc accidat, quod in ciuitatibus & locis inſignibus, in quibus hoc officium inquiſitionis exercetur, vt dixi reperitur copia peritorum, *in c. ſtatutum. in prin. de reſcrip. li. 6.* & leges & ſtatuta referunt ſe ad ea quæ frequentius accidunt, *c. cum ſæpe. de reſcri. ſpol. l. nam ad ea. ff. de leg.* Alex. *in conſil.* [illegible] *incip. ſtatutum loquens. col. 2. lib. 1.*

† Preterea non obſtat quod vocatio non arctaret illos de aliena prouincia *per c. cum Epiſcopus. de offi. ord. lib. 6. cũ alijs ſupra allegatis.* Dico quod, licet regulariter extra territorium quis non poſſit aliquem citare, & vocare ad ſuum territorium, vt *d. c. cum Epiſcopus, & c. vt animarum. de conſtit. lib. 6.* & *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. cum ſimilibus,* & proprius tradit Abb. *in c. ſi [illegible] de foro compet. colum. 4. verſ. quid tenendum.* Do. *in c. [illegible] de foro compet. lib. 6.* Card. & alij *in c.* [illegible] *de reſcrip.* Tamen illud eſt verum quando citans facit illud propria authoritate, ſecus ſi authoritate canonis, [illegible] vocare poteſt alios ex aliena prouincia ad ſuam, & [illegible] ſubditus, quod probatur, nam Epiſcopi non ſub [illegible] ex aliena diœceſi per Epiſcopum ad ſuam diœceſim pro degradatione clerici conſtituti in ſacris, & tenentur venire, quia vocati authoritate canonis, vt tenet Hugo, quem ſequuntur Archid. & Card. de Turrecrem. *in cap. ſin autem. 15. q. 7.* in quorum Epiſcoporum locum ſurrogantur dicti prælati, & religioſæ perſonæ. Sequitur quod eadem authoritate canonis vocari iſti prælati potuerunt, alias lex eſſet data [illegible] *in l. fin. § cum autem. C. de bonis quæ liber.* Tradit [illegible] Alex. *in l. 1. § per procuratorem. colum. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* [illegible] *c. commiſſa. de elect. lib. 6.* & aliquo conceſſo [illegible] cenſentur conceſſa, ſine quibus illud commodè explicari non poſſet, *cap. præterea. de offi. deleg. l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudicum.* 19

&ibi

& ibi late tradunt Moderni. Non obſtat, quod quis non tenetur ſuis ſtipendijs militare, *cap. vt officij. de præſcript.* Ad hoc dico verum eſſe niſi redditus ſui, & bona ſua ad id eſſent obligata. Epiſcopi enim vocati ad degraditionem clerici conſtituti in ſacris, ſuis expenſis venire debent, vt dicunt Doctores *in d. c. ſin autem*, & Card. poſt Archi. & Brixi. ibi & *in cap. ſi forte, 63. diſtin.* dixi *ſupra in primo nota.* Pari ratione eſt dicendum de iſtis prælatis, vt ſuis expenſis veniant, cum in hoc caſu ſurrogentur in locum dictorum Epiſcoporum, per ea quæ dixi, facit *cap. inter cætera. de offic. ordin. & c. cum ab omni ſpecie de vita & honeſta. cleric. cum ſimilibus.*

¶ In ſexta quæſtione.

S V M M A R I V M.

1 *Electus in Epiſcopum, & non conſecratus, an poßit facere hanc degradationem de qua in hoc textu.*

2 *Electus in Epiſcopum non conſecratus, an poßit appellari Epiſcopus ſimpliciter an vero electus.*

3 *Electus in Imperatorem ante coronationem nō dicitur Imperator, ſed rex Romanorum.*

4 *Electus in Papam ante conſecrationem non dicit ſe ſeruum ſeruorū nec Pontificem, ſed electum.*

5 *Cardinalis deſignatus ante traditionem pilei an poßit ſe gerere pro Cardinali.*

6 *Electus Epiſcopus non conſecratus poteſt degradationem facere, de qua in c. 1. de hæret. lib. 6.*

7 *Depoſitio beneficij & officij ſunt iuriſdictionis, ideo electus non conſecratus poteſt facere degradationem verbalem.*

8 *Degradationem verbalem, ſeu iudicare aliquem degradādum poteſt facere Epiſcopus electus non conſecratus.*

9 *Degradationem actualem non poteſt facere electus nō conſecratus, quia ordinis eſt: copula & nonnunquam ponitur pro id eſt.*

10 *Verbum diſiungere multas habet ſignificationes.*

11 *Conſequens ſi quis non poteſt, an poßit antecedens, latè vide.*

12 *Excommunicatio lata in cle. 1. de conſan. & affin. contra contrahentes matrimonium in gradu prohibito non extenditur ad contrahentes ſponſalia.*

13 *Intellectus legis oratio, ff. de ſponſa.*

14 *Præſes prouinciæ an habeat ius deportandi.*

15 *Maior ſolennitas requiritur in declarando aliquem eſſe degradandum quàm in degradando actualiter.*

16 *Si quis non poteſt aliquid per ſeipſum facere, poteſt facere per alium.*

17 *Electus in Epiſcopum ante conſecrationem in aliquibus iuribus nominatur Epiſcopus.*

18 *Electus & nō conſecratus, & Epiſcopatus in aliquibus æquiparātur & in aliquibus non.*

19 *Electus non conſecratus confirmatus poteſt facere degradationem verbalem ex qua ſequatur actualis degradatio.*

1 ¶ SEXTO QVÆRO † an Epiſcopus electus & confirmatus non tamen conſecratus poſſit facere hanc degradationem de qua loquitur iſte text. Reſpondet hic Ioan. Andr. remittendo ſe *ad cap. tranſmiſſam, de elect.* quod hoc non poſſit epiſcopus nō conſecratus, quem ſequitur Dom. hic, & Philipp. Franch. hoc ſentit. ratio, quæ mouit hic Doctores forſan potuit eſſe du-
2 plex. Primo quia electus ad Epiſcopatum & confirmatus † nō tamen conſecratus, non nominatur Epiſcopus, ſed electus, puta electus maioricenſis, aut electus Pacenſis, de quo eſt textus *in titu. de pace conſtan. ibi circa penul. §. nomina vero ciuitatum*, vbi ponuntur nomina prælatorum, qui conſenſerunt illi paci, & concordiæ. Et dicitur ibi, Henricus Cumenſis electus, & dicit Abbas *in cap. cum te. de reſcript. in primo not.* quod electus, & confirmatus non poteſt adhuc dici Epiſcopus, ſed appellatur electus, quia conſecratio, confirmat nomen & dignitatem Epiſcopalem. Et hoc probatur *in cap. ex. de his quæ fiunt à prælatis*, & ibi notat Abb. *in primo notabili, & cap. niſi, de authoritate & vſu pallij*, vnde appellatione Epiſcopi non venit electus confirmatus, nondum conſecratus, text. & gloſſ. *in clemen. 2. de celebratione miſſarum.* Et idem de prouiſo per Papam, quia talis prouiſio habet vim electionis, & confirmationis, Innocent. in *cap. cum olim. de cauſſa poſſeſſ. & propriet.* & Calder. in *conſil. 4. incipien. à quo tempore, in titu. de electio.* Et ideo ante conſecrationem appellatur electus, vt eſt textus *in capit. cum litteris. de cenſibus.* & ibi Abbas *in cap. noſti de electio.* & Abbas *in cap. meminimus. de accuſat.* & eſt optimus textus *in cap. inter corporalia. §. ſicut. de tranſlatione Epiſcoporum.* quem ad hoc allegat Aretin. *in l. cum meminimus.* facit ſupraſcriptio. *§. ex parte. el primo. de priuilegijs.* quæ ad hoc poteſt allegari, vt dicit gloſſ. *in verbo clauſtralis in clemen. & ſi principali. de reſcriptis.* Hinc dicit Bal. *in l. ſi nondum. C. de ſurtis*, quòd ſi ciuitas interfecit electum non dicitur interfeciſſe Epiſcopum, quem allegant Felyn. Andr. Sicul. & Dec. *in c. cum te. de reſcript.*

† Hinc etiam dicit Angel. *in l. bene à Zenone. C. de quadri præſcript.* quòd electus in Imperatorem ante coronationem, non 3
dicitur Imperator, ſed Rex Romanorum. Sed ego non reperio quòd Angel. hoc dicat. Et hoc tamen dicit Bartol. *in l. ex eo. ff. de teſtam. milita.* facit text. *in clement. prima. circa medium ibi, ego enim Romanorum Rex futurus Imperator. de iureiuran.* idem tenet Bartol. *in extrauagan. ad reprimendum in verbo Imperatores & Reges. in extrauagantibus collat. 6.* & Bald. *in titu. de pace conſtantiæ. cap. nos Romanorum Imperator. § ſi quis in verbo Rex. ſcilicet*, Henricus, Angel. & Aretin. *in rubric. inſtitutionum verſicul. ſed poſſet hic dubitari* per Bartolum *in rubric. ſſorum in fin.* Bald. *in l. cunctos populos 2. colum. C. de ſumma Trin. & fid. cathol.* Philipp. Corneus *in conſil. 177. incipien. egregiè diſcuſſa. lib. 1.* & plura ad hoc alleg. Moderni *in d. c. cum te.*

Et quod dixi in electo ad † Epiſcopatum habet etiam locū 4
in Papa, qui ante coronationem non appellat ſe ſeruum ſeruorum, vt dicit Bald. *in proœmio decretalium.* Et eſt text. cum gl. *in proœmio clement. in verbo Pontificatus* vbi dicitur, quòd Papa non appellatur Pontifex, niſi conſecratus benedictus, & coronatus. Et ibi notat Abb. & gloſſ. 3. *in data ſexti libri* & gloſſ. *in ſupraſcriptione ſexti libri in verbo, Epiſcopus.* vbi dicit, quod Papa ante cōſecrationem & coronationem ſcribit ſic: Bonifacius electus Epiſcopus. Adrianus tamen Papa ſextus noſtris temporibus electus ante ſuam coronationē appellabat ſe in ſubſcriptione ſuarum priuatarum litterarum. A. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & huic opinioni videtur applaudere conſuetudo hodierna, quia de ſtylo curiæ etiā moderno ante palleationem & coronationem non exprimit Papa nomen ſuum in bulla, ſed dimidia bulla vtitur vt habetur *in tracta. de Epiſcop. lib. 3. in tit. de effectu confirma. quaſt. 5.* & appellat ſe electum: quod eſt mirum, quia Clemens Papa quintus in ſua extrauaganti incipiente, quia nonnulli, excommunica[illegible], qui dicunt quod Papa ante conſecrationem debet appellari electus Epiſcopus, & non Epiſcopus ſimpliciter, de qua extrauaganti meminit Ioan. Andr. *in Mercurialibus in d. reg. ſexti. colum. 1.* & ibi Philipp. Franch. *colum. penult.* & Felyn. *in d. cap. cum te. colum. 5. reſtrictione ſecunda.*

† Et quod dixi in electo ad Epiſcopatum & ad Papatum id 5
verificatur etiam in eo qui eſt deſignatus, ſeu pronunciatus Cardinalis, vt ante datum ſibi Pileum & inſignia, ſeu quaſi poſſeſſionem Cardinalatus non poteſt ſe gerere pro Cardinali, vt videtur ſentire Barthol. Brixien. *in repertorio ſuo in verbo Epiſcopus, colum. 2.* quem refert Felyn. *in d. cap. cum te. colum. 8.* Et in caſu occurrenti perpulchrè conſuluit Phi. Corn. *in conſ. 178. incip. cuius nomen in cunctis. lib. 3.* vnde cum in caſu huius capituli fiat mentio de Epiſcopo non videtur comprehendi electus ad Epiſcopatum confirmatus, & non conſecratus. ¶ † Secunda ra- 6
tio eſſe poteſt, quia cum degradatio, ſeu depoſitio, vt comprehendamus verumque intellectum huius cap. concernat priuationem ordinum, ſicut ipſe electus non conſecratus nō poteſt dare, nec conferre illos ordines ante conſecrationem ſuam, ſic nec illos ordines auferre, cum maior poteſtas requiratur in auferendo, quam in conferendo, vt colligitur *ex c. fin. 15. quaſt. 7.* vbi dicitur, quod Epiſcopus ſolus poteſt conferre ordinem, ſolus autem auferre non poteſt: Et eſt text. *in c. 2. de tranſl. Epiſcoporum.* quinimmo ea, quæ ſunt ordinis, ſicut clericos ordinare, chriſma conficere, depoſitio clericorum, benedicere virgines, & eccleſias, & altaria conſecrare & ſimilia conferuntur in conſecratione Epiſcopali *in ca. quod ſicut. §. præterea. de elect.* quæ facere non poteſt electus non conſecratus, *vt dicit gl. in c. tranſmiſſam. de elect.* quam ſequitur Abb. *ibi in penul. colum.* & traditur *in tracta. de Epiſcopo lib. 3. in tit. de effectu confirma. quæſt. 6.* Et dictam gloſſ. tenet ibi Ant. de Butr. ¶ † Sed circa præmiſſa eſt aduer- 7
tendum, ſuppoſito noſtro intellectu, quod iſte text. non intelligatur de actuali degradatione, ſed de verbali depoſitione ad effe-

cium, tunc talis ordo videtur neceſſarius, & omiſſis viciaret, *l. cum &. §. ſi prætor. ff. de tranſactio.* Ita concludit Bart. *in l. 2. § prius. verſ. tertio caſu. ff. de vulg. & pupill.* quem ſequuntur ibi Io. de Imo. Alex. & Moder. ibi Felyn. *in d. c. cum dilecta.* Et eſt glo. ordinaria *in c. pen. in verbo, iuris ordine, de purg. can.*

12 † Quod autem in hoc caſu verſetur maximum præiudicium, ſatis patet, quia cum hæc cauſa ſit maximè ponderoſa, in qua omnia pœnarum genera concurrunt, vt dicit Oldr. *in conſ. 210. incipien. regularis habet traditio,* & poſſent prelati, & literatæ perſonæ in illa interuenientes attrahere in ſuam ſententiam liberando ipſum reum, & de hæreſi inquiſitum *per d. l. item ſi vnus. §. principaliter. & l. ſequenti. ff. de arbit.* vbi dicit Bart. *in d. § ſi plures,* merito ordo iſte debet reputari neceſſarius, præſertim, quia hoc
13 iudicandi † officium potius committitur duobus quam vni, & tribus quam duobus, cum canones atteſtentur integrum eſſe iudicium, quod plurimorum approbatur aſſenſu, vt dicit text. *in c. prudentiæ. in princ. de offic. deleg.* & dixi *ſupra in præcedenti quæſtione in fin.*

14 † Et ſatis eſſet abſurdum ſolum epiſcopum huiuſmodi cauſam decidere deficientibus dictis perſonis, quæ eſt tanti præiudicij, cum in alijs criminibus, quando deficiunt alij Epiſcopi neceſſarij in examinatione cauſæ criminalis ipſius clerici degradandi, Epiſcopus ſolus non procedit ad examen illius cauſæ reſpectu actualis degradationis, ſed vel perpetuò deponit ab officio, & beneficio, vel verbaliter deponit, vt dicit Domi. poſt Archid. *in d. c. degradatio, in prin. col. fin. iuxta fin. de pœnis li. 6.* aut conuocare debet vicinos Epiſcopos, vt dixi *ſupra per c. ſuggero.* & ibi traditur 15. q. 8. multo minus debet in hac cauſa ſolus procedere, non conuocatis literatis, & alijs perſonis, de quibus in text. etiam ſi ex aliena diœceſi eſſent vocandi, permaximè cum hodiernis temporibus vigeat periculoſa ignorantia proh dolor in Epiſcopis & plurimum reprobatur, *vt in c. 1. inter cætera de offi. ord.* & ibi notat Ioan. de Imol. propter illiteraturã & inſufficientiam debet expelli & remoueri à ſuo Epiſcopatu, *c. ſi ſuadente & quali c. niſi cum pridem. § ne pro defectu, de renunc.* tradit Card. de Turrecrem. *in c. ſtudio. 38. diſt.* quamuis ipſa ignorãtia in epiſcopis non præſumatur, *c. Lator. 55. diſt. in fin.*

15 † Et ad hunc effectũ exercetur negotium inquiſitionis contra hæreticos & apoſtatas in ciuitatibus, & locis inſignibus, vbi abundare poſſit copia peritorum tam ad præſtandum conſiliũ Epiſcopis, & Inquiſitoribus quàm etiam vt poſſit præſtari ſuffragium aduocationis in defenſionibus reorum, ſi & quatenus de iure permittitur, iuxta tradita per Ant. de Butr. poſt Io. And. per Abb. Ioan. de Anan. & latius per Henr. Boic. *in c. aduerſus de hæret.* & habetur *in tract. inquiſit. c. 17. incip. Item determinauerunt* quæ per Inquiſitores debet ſeruari, vt eſt text. *in c. per hoc, in ſi. in verbo. ordinationes. & ibi glo. infra eod.*

16 † Quæ autem loca dicantur inſignia recurrendum eſt ad cõmunem prouinciæ opinionem. *l. Labeo. ff. de ſuppellectil. leg.* tradit Spec. *in tit. de citatione. § 1. verſ. quæ loca.* & gloſſ. *in verbo, copia, in c. ſtatutum. § 1. de reſc. lib. 6.* ſic quidem tenentur iudices delegati procedere in locis inſignibus & ciuitatibus, vbi eſt copia peritorum *in d. c. ſtatutum. § 1.* & adeo hoc eſt verum, quod ſi iudex deferret ſecum ad locum inſignem tot peritos, qui patrocinium, & ibi conſiliũ preſtare poſſint, non ſufficeret, quia ſi in vno termino eſſent, in alio poſſunt abeſſe, ita concludit Spec. *in alleg. tit. de citatione. § 1. ver. quid ſi in ea.* & ſequitur dom. poſt alios *in d. c. ſtatutum, in prin. col. 1.* nec immutet quod locus inſignis eſſet vicinus, vnde poſſent haberi periti, vel ire, & redire poſſint partes de facili, vt ſubtiliter conſiderabat Lappus in *alleg. 123. incip. ciuitas Leſſula,* quia *in d. c. ſtatutum,* eſt decretum irritans, vt dicit Dom. *in d. c. ſtatutum, in prin.* Et hæc dico in iudicibus delegatis prout ſunt Inquiſitores hæreticæ prauitatis, *in c. ne aliqui, infra eo.* ad hoc enim ſunt aſſeſſores, vt per eorum peritiam ſuccurratur habentibus iuriſdictionem tam delegatam, quàm ordinariam iuris ignaris, vt tradit notabiliter Ang. *in conſil. 272. incip. Primus punctus.*

17 † Iudex autem ordinarius poteſt citare, & procedere in quacunque parte ſuæ diœceſis etiam longinqua, vt eſt tex. *in c. cum Epiſcopus, de offi. ord. li. 6.* Nam iuriſdictio velut indiuidua eſt tota in toto territorio, & tota in qualibet eius parte, ſicut dicunt Philoſophi de anima, & probatur in ſimili, quod quis agit particulam, videtur totum corpus tangere *l. vulgaris. ff. de furt.* tra-
18 dit Pet. de Anch. *in c. 1. in § not. de foro compet.* † Ex quibus infero, quod non ſolum cum prælatis ſuæ diœceſis poteſt epiſcopus miſcere alios prælatos alienæ diœceſis, vt dicebant Ioan. And. & Dom. hic, ſed etiam illis prælatis deficientibus ex aliqua cauſa, poſſunt & debent vocari alij de aliena prouincia præſertim litterati, quorum conſilium eſt maximè neceſſarium, & in hoc non teneo cum Ioan. Andr. Domi. & alijs Doctor. ſequentibus per deſuper deducta. [illegible] etiam aliud, quod [illegible] Epiſcopi, in quos conuocando, de quo in text. rationabiliter poſſet in hoc verſari, & in cauſa presbyteri conuocari ſex prælatos, aut religioſas perſonas, in cauſa Diaconi, & Subdiaconi tres vltra litteratos ad inſtar Epiſcoporum, qui conuocari debent in degradatione conſtitutorum in ſacris pro alijs criminibus, *vt in cap. ſin autem. & c. fœlix. 15. q. 7.* vt iſti prælati in quantum fieri poſſet ſurrogentur loco Epiſcoporum, vt dicit Pet. de Ancha. hic, & quæ dixi ſupra de ſurrogato ſapiente naturam illius in cuius locum ſurrogatur, poſſunt hic applicari, & ea quæ cumulant Moder. *in d. l. ſi cum. § qui iniuriarum,* ſic fictio imitatur naturam in quantum poteſt. *l. adoptio. ff. de adop. § minorem. inſti. de adopti.* Bart. & Moder. *in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap.* & arbitrium iudicis debet verſari circa æquitatem, vt dicit Bart. *in l. 2. 2 col. verſ. ad iſtam lecturam oppo. C. de legib.* Bart. & Bald. *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* iudex enim cui eſt aliquid commiſſum arbitrio ſuo debet conformare arbitrium ſuum ſecundum l. vt dicit Abbas *in c. cum Ioannes Eremita. de fide inſtrum. col. [illegible] & in c. 1. de dilatio.* traditur *in l. ſi qua pœna. ff. de verb. ſign.* conueniens eſt ergo, vt iudex ſic arbitretur in huiuſmodi conuocatione reſpectu numeri prælatorum, ſeu religioſarum perſonarum, ne ius commune nimium lædatur, ſicut in ſimili dicimus de ſtatutis, & ſic interpretentur, vt minus lædant ius commune, quam poſſint *c. cum dilecta, de conſue. l. 2. C. de vete.* & ibi Doct. & Alex. *in conſ. 20. incip. viſo proceſſu, colum. 2. lib. 1.* & ſtatuta recipiunt interpretationem æquitatis, vt dicit Bald. *in l. ſi defunctus. C. [illegible] & legi hære. col. fin. verſ. & noto.*

Non obſtat prædictis tex. iſte *ibi, ſua diœceſis.* [illegible] quod non ſunt vocandi de aliena diœceſi, ſed de ſua. Ad hoc dico quod debet intelligi ſimpliciter, videlicet quando ſunt prælati & litterati in diœceſi ſua, illi ſunt vocandi. Si vero non ſunt in ſua diœceſi, non negat quin vocentur de aliena: ſimile eſt illud quod adduxi ſupra de Epiſcopis, vt ſi non reperiantur in prouincia vocentur de vicinia per gloſſ. *in d. c. ſuggero.* & in defectum aliquorum de certo ordine, vocantur de alio, tradit Abbas *in c. [illegible] vel uno in 1 q. arg. in c. ne pro defectu, in fin. de elect. & c. nullus [illegible] 61. diſt.* excludit ergo alios de aliena diœceſi, caſu, quo reperiuntur in propria pro celeriori expeditione, ne forſan indebitè alias quærendo, extra diœceſim pateret offendiculum negotiis fidei contra text. *in c. accuſatus. § de quæſtionibus [illegible] eodem tit.* cum communiter hoc accidat, quod in ciuitatibus & locis inſignibus, in quibus hoc officium inquiſitionis exercetur, vt dixi reperitur copia peritorum, *in c. ſtatutum [illegible]* & leges & ſtatuta referunt ſe ad ea quæ frequentius accidunt, *c. quia ſæpe. de elect. [illegible] ff. de leg.* Alex. *in conſil. [illegible] incip. ſtatutum loquens, col. 2. lib. 1.*

† Preterea non obſtat quod vocatio non arctaret illos de aliena prouincia per *c. cum Epiſcopus de offi. ord. lib. 6.* [illegible] alle- 19
legatis. Dico quod, licet regulariter extra territorium quis non poſſit aliquem citare, & vocare ad ſuum territorium, *[illegible] c. cum Epiſcopus, & c. vt animarum, de conſtit. lib. 6. [illegible] ff. de iuriſd. [illegible] cum ſimilibus,* & proprius tradit Abb. *in [illegible] de foro compet. colum. 4. verſ. quid tenendum.* Dom. *in c. [illegible] de foro compet. lib. 6.* Card. & alij *in c. [illegible] paſtoralis. § [illegible] de re iudic.* Tamen illud eſt verum quando citans facit illud propria authoritate, ſecus ſi authoritate canonis [illegible] vocare poteſt alios eſt aliena prouincia ad ſuam, & ſibi non ſubditos, quod probatur nam Epiſcopi non ſubditi [illegible] ex alijs diœceſi per Epiſcopum ad ſuam diœceſim pro degradatione clerici conſtituti in ſacris, & tenentur venire, quia vocati authoritate canonis, vt tenet Hugo, quem ſequuntur Archid. & Card. de Turrecrem. *in cap. ſin autem. [illegible]* in quorum Epiſcoporum locum ſurrogantur dicti prælati, & religioſæ perſonæ. Sequitur quod eadem authoritate canonis vocati iſti prælati non [illegible], alias lex eſſet data [illegible] *in l. fin. § [illegible] C. de bonis quæ liber.* Tradit [illegible] *l. [illegible] § per procuratorem [illegible] ff. de acquir. poſſeſſ.* [illegible] *de leg. [illegible] cap. commiſſa. de elect. lib. 6.* & [illegible] cenſentur conceſſa, ſine quibus illud [illegible] explicari non poſſet, *cap. præterea. de offi. deleg. l. 2. ff. de iuriſdict. [illegible]*

&ibi

& ibi late tradunt Moderni. Non obſtat, quod quis non tenetur ſuis ſtipendijs militare, *cap. vt officij. de præſcript.* Ad hoc dico, verum eſſe niſi redditus ſui, & bona ſua ad id eſſent obligata. Epiſcopi enim vocati ad degradationem clerici conſtituti in ſacris, ſuis expenſis venire debent, vt dicunt Doctores *in d. c. fin autem,* & Card. poſt Archi. & Brixi. ibi & *in cap. ſi forte, 65. diſtin.* dixi *ſupra in primo nota.* Pari ratione eſt dicendum de iſtis prælatis, vt ſuis expenſis veniant, cum in hoc caſu ſurrogentur in locum dictorum Epiſcoporum, per ea quæ dixi, facit *cap. inter cætera, de offic. ordin. & c. cum ab omni ſpecie de vita & honeſta cleric.* *cum ſimilibus.*

¶ In ſexta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Electus in Epiſcopum, & non conſecratus, an poſſit facere hanc degradationem, de qua in hoc textu.*

2 *Electus in Epiſcopum non conſecratus, an poſſit appellari Epiſcopus ſimpliciter an vero electus.*

3 *Electus in Imperatorem ante coronationem nõ dicitur Imperator, ſed rex Romanorum.*

4 *Electus in Papam ante conſecrationem non dicit ſe ſeruum ſeruorũ nec Pontificem, ſed electum.*

5 *Cardinalis deſignatus ante traditionem pilei an poſſit ſe gerere pro Cardinali.*

6 *Electus Epiſcopus non conſecratus poteſt degradationem facere, de qua in c. 1. de hæret. lib. 6.*

7 *Depoſitio beneficij & officij ſunt iuriſdictionis, ideo electus non conſecratus poteſt facere degradationem verbalem.*

8 *Degradationem verbalem, ſeu iudicare aliquem degradãdum poteſt facere Epiſcopus electus non conſecratus.*

9 *Degradationem actualem non poteſt facere electus nõ conſecratus, quia ordinis eſt: copula & nonnunquam ponitur pro id eſt.*

10 *Verbum diffinire multas habet ſignificationes.*

11 *Conſequens ſi quis non poteſt, an poſſit antecedens, latè vide.*

12 *Excommunicatio lata in cle. 1. de conſan. & affin. contra contrahentes matrimonium in gradu prohibito non extenditur ad contrahentes ſponſalia.*

13 *Intellect. in legis oratio, ff. de ſponſa.*

14 *Præſes prouinciæ an habeat ius deportandi.*

15 *Maior ſolemnitas requiritur in declarando aliquem eſſe degradandum quàm in degradando actualiter.*

16 *Si quis non poteſt aliquid per ſeipſum facere, poteſt facere per alium.*

17 *Electus in Epiſcopum ante conſecrationem in aliquibus iuribus nominatur Epiſcopus.*

18 *Electus & nõ conſecratus, & Epiſcopatus in aliquibus æquiparatur & in aliquibus non.*

19 *Electus non conſecratus confirmatus poteſt facere degradationem verbalem ex qua ſequatur actualis degradatio.*

1 ¶ SEXTO QVÆRO † an Epiſcopus electus & confirmatus non tamen conſecratus poſſit facere hanc degradationem de qua loquitur iſte text. Reſpondet hic Ioan. Andr. remittendo ſe *ad cap. tranſmiſſam, de elect.* quod hoc non poſſit epiſcopus nõ conſecratus, quem ſequitur Dom. hic, & Philipp. Franch. hoc ſentit: ratio, quæ mouit hic Doctores forſan potuit eſſe du-
2 plex. Prima quia electus ad Epiſcopatum & confirmatus † nõ tamen conſecratus, non nominatur Epiſcopus, ſed electus, puta electus maioricenſis, aut electus Paccenſis, de quo eſt textus *in tit. de pace conſtan. [illegible] §. nomina vero ciuitatum,* vbi ponuntur nomina prælatorum, qui conſenſerunt illi paci, & concordiæ. Et dicitur ibi, Henricus Cirnenſis electus, & dicit Abb. *in cap. cum te. de reſcript. in primo not.* quod electus, & confirmatus non poteſt adhuc dici Epiſcopus, ſed appellatur electus, quaſi conſecratio confirmet nomen & dignitatem Epiſcopalem. Et hoc probatur *in cap. vlt. de his quæ fiunt à præla.* & ibi notat Abb. *in primo notab.* & *in c. [illegible] de authoritate &* vſu pallij, vnde appellatione Epiſcopi non venit electus confirmatus, nondum conſecratus, text. & gloſſ. *in clemen. 2. de celebratione miſſarum.* Et idem de prouiſo per Papam, quia talis prouiſio habet vim electionis, & confirmationis, Innocent. *in cap. cum olim, de cauſſa poſſeſſ. & propri.* & Calder. *in conſil. 4. incipien. à quo tempore, in tit. de electio.* Et ideo ante conſecrationem appellatur electus, vt eſt textus *in capit. tam litteris. de cenſibus.* & ibi Abbas *in cap. noſti. de electio.* & Abbas *in cap. meminimus, de accuſat.* & eſt optimus textus *in cap. inter corporalia, § ſicut. de tranſlatione Epiſcoporum.* quem ad hoc allegat Aretin. *in d. cap. meminimus.* facit ſupraſcriptio. §. *ex parte, el primo, de priuilegijs.* quæ ad hoc poteſt allegari, vt dicit gloſſ. *in verbo clauſtrali. in clemen. & ſi principali, de reſcriptis.* Hinc dicit Bal. *in l. ſi eundum. C. de ſeruis,* quod ſi ciuitas interfecit electum non dicitur interfeciſſe Epiſcopum, quem allegant Felyn. Andr. Sicul. & Dec. *in c. cum te. de reſcript.*

† Hinc etiam dicit Angel. *in l. bene à Zenone. C. de quadri præſcript.* quod electus in Imperatorem ante coronationem, non 3 dicitur Imperator, ſed Rex Romanorum. Sed ego non reperio quod Angel. hoc dicat. Et hoc tamen dicit Bartol. *in l. ex eo. ff. de teſtam. milita.* facit text. *in clement. prima. circa medium ibi, ego enim Romanorum Rex futurus Imperator. de iureiuran.* idem tenet Bartol. *in extrauagan. ad reprimend. in. in verbo Imperatores & Reges. in extrauagantibus collat. 6.* & Bald. *in tit. de pace conſ. [illegible] cap. nos Romanorum Imperator. § ſi quis in verbo Rex. ſcilicet.* Henricus, Angel. & Aretin. *in rubric. inſtitutionum verſicul. ſed poſſet hic dubitari per Bartolum in rubric. ſtorum in ſin.* Bald. *in l. cunctos populos. 2. colum. C. de ſumma Trin. & fid. cathol.* Philipp. Corneus *in conſil. [illegible] incipien. egregiè diſcuſſa. lib. 1.* & plura ad hoc alleg. Moder. *in d. c. cum te.*

Et quod dixi in electo ad † Epiſcopatum habet etiam locũ 4 in Papa, qui ante coronationem non appellat ſe ſeruum ſeruorum, vt dicit Bald. *in proœmio decretalium.* Et eſt text. cum gl. *in proœmio clement. in verbo Pontificatus.* vbi dicitur, quod Papa non appellatur Pontifex, niſi conſecratus benedictus, & coronatus. Et ibi notat Abb. & gloſſ. 3. *in data ſexti libri.* & gloſſ. *in ſupraſcriptione ſexti libri in verbo, Epiſcopus.* vbi dicit, quod Papa ante cõſecrationem & coronationem ſcribitur ſic: Bonifacius electus Epiſcopus. Adrianus tamen Papa ſextus noſtris temporibus electus ante ſuam coronationẽ appellabat ſe in ſubſcriptione ſuarum priuatarum litterarum. A Sanctæ Romanæ Eccleſię Epiſcopus, & huic opinioni videtur applaudere conſuetudo hodierna, quia de ſtylo curiæ etiã moderno ante palleationem & coronationem non exprimit Papa nomen ſuum in bulla, ſed dimidia bulla vtitur vt habetur *in tracta. de Epiſcop. lib. 3. in tit. de effectu confirma. quæſt. 5.* & appellat ſe electum: quod eſt mirum, quia Clemens Papa quintus in ſua extrauaganti incipiente, quia nonnulli, excommunicat [illegible], qui dicunt quod Papa ante conſecrationem debet appellari [illegible] electus Epiſcopus, & non Epiſcopus ſimpliciter, de qua extrauaganti meminit Ioan. Andr. *in Mercurialibus in d. [illegible] ſexti. colum. 1.* & ibi Philipp. Franch. *colum. penult.* & Felyn. *in d. cap. cum te. colum. 5. reſtrictione ſecunda.*

† Et quod dixi in electo ad Epiſcopatum & ad Papatum id 5 verificatur etiam in eo qui eſt deſignatus, ſeu pronunciatus Cardinalis, vt ante datum ſibi Pileum & inſignia, ſeu quaſi poſſeſſionem Cardinalatus non poteſt ſe gerere pro Cardinali, vt videtur ſentire Barthol. Brixien. *in repertorio ſuo in verbo Epiſcopus, colum. 2.* quem refert Felyn. *in d. cap. cum te. colum. 8.* Et in caſu occurrenti perpulchrè conſuluit Phi. Corn. *in conſ. 178. incip. cum nomen in cau. [illegible] lib. 3.* vnde cum in caſu huius capituli fiat mentio de Epiſcopo non videtur comprehendi electus ad Epiſcopatum confirmatus, & non conſecratus. ¶ † Secunda ra- 6 tio eſſe poteſt, quia cum degradatio, ſeu depoſitio, vt comprehendamus vtrumque intellectum huius cap. concernat priuationem ordinum, ſicut ipſe electus non conſecratus nõ poteſt dare, nec conferre illos ordines ante conſecrationem ſuam, ſic nec illos ordines auferre, cum maior poteſtas requiratur in auferendo, quam in conferendo, vt colligitur ex *ca. fin. 15. quæſt. 7.* vbi dicitur, quod Epiſcopus ſolus poteſt conferre ordinem, ſolus autem auferre non poteſt: Et eſt text. *in c. 2. de tranſla. Epiſcoporum:* quinimmo ea, quæ ſunt ordinis, ſicut clericos ordinare, chriſma conficere, depoſitio clericorum, benedicere virgines, & eccleſias, & altaria conſecrare & ſimilia conferuntur in conſecratione Epiſcopali *in ca. quod ſicut. § præterea. de elect.* quæ facere non poteſt electus non conſecratus, *vt dicit gl. in c. tranſmiſſam, de elect.* quam ſequitur Abb. *ibi in penul. colum.* & traditur *in tracta. de Epiſcop. lib. 3. in tit. de effectu confirma. quæſt. 6.* Et dictam gloſſ. tenet ibi Ant. de Butr. ¶ † Sed circa præmiſſa eſt aduer- 7 tendum, ſuppoſito noſtro intellectu, quod iſte text. non intelligatur de actuali degradatione, ſed de verbali depoſitione ad effe-

ad effectum faciendi illam actualem degradationē; quod imo electus confirmatus non conſecratus poterit facere hanc verbalem depoſitionem ad illam effectum iam dictum, ſeruata ſerie, & forma huius canonis. Nam huiuſmodi depoſitio iuriſdictionis eſt, non autem ordinis: & latius diſtinguendo iuxta theoricā datam per Henricum Bohic in d. c. *transſmiſſam*. dicendum eſt, aut agitur contra clericum ad priuationem, vel depoſitionem officij tantum, aut ad depoſitionem beneficij tātum, aut ad depoſitionem officij & beneficij, aut ad depoſitionem

8 ordinis. † Si ad depoſitionem beneficij tantum, talis depoſitio non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis ſecūdum Compoſt. & Ioan. Andr. & Ioan. de Imol. *in d. c. transſmiſſam* per gloſſ. *in ſumma*. 15. q. 7. & Bern. Inno. Hoſt. *& c. referente de preben*. Et talem cauſam poteſt electus audire, & diffinire cum ſuis clericis, *c. ſi quis Abbas*. 18. q. 2. ſecundum Compoſt. & Ioan. Andr. *in d. c. transſmiſſam*. licet Archid. dicat *in c. experientibus*. 50. *diſt*. quod etiā ſine clericis ſuis, id eſt, cap. ſuo hoc poſſit facere. Sed primum eſt verius, niſi de conſuetudine contra habeatur. *c. non eſt, de conſue. lib. 6*. ſi agitur contra clericum ad depoſitionē beneficij & officij, tunc talis depoſitio eſt iuriſdictionis, non ordinis, ita quod electus & confirmatus eam poterit facere cum ſuis clericis, *ibi, ſuſpenſi, vel interdicti c. at ſi clerici. & c. cum non ab homine de iudic*. Nam talis clericus tenetur viuere clericaliter, & ſic non amittit ordinem. *c. diſtinim eſt*, 81. *diſt*. Hoc idem tenent Car. & Ioan. de Imol. *in d. c. transſmiſſam*.

9 ¶ † Si vero agitur contra clericum ad depoſitionem ordinis, quæ propriè dicitur degradatio, & tunc aut quæris verum poſſit facere depoſitionem, ſeu degradationem non ſolemnē, ſed verbalē ſimpliciter clerici, & iſte eſt caſus huius capituli, puta cognoſcendo de cauſa criminali ipſius & pronunciando ipſum degradandum. Et dic quod ſic, *argu. l. duas § duas ff. de damn. o infecto. l. a diuo Pio in princ. ff. de re iud. l. pen § vi poſſ. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. c. felix a fin ante* 15. *quæſt*. 7 *& d. c. degradatio. in prin*. ſecundum Innoc. & Hoſtien. *in d. c. transſmiſſam*, & Dom. poſt alios *in d. c. degradatio*.

10 ¶ † Aut quæris numquid poſſit electus confirmatus & non conſecratus facere depoſitionem, id eſt, degradationē actualem: & dic quod non, niſi eſſet conſecratus, *vt in d. c. transſmiſſam. & in d. c. tu inter in princ. & in dicto cap. degradatio*. Et in hoc caſu optimè procedit opin. Ioan. Andr. Domin. & aliorum hic, & dicit Card. Floren. *in d. c. transſmiſſam*. quod ſi electus velit cognoſcere ad finem pronunciandi clericum degradandum, quia licet non poſſit ipſum actualiter degradare ex quo non eſt conſecratus, poterit tamen pronunciare eum degradandum adiuncto ſibi numero Epiſcoporum, de quo ſupra, per id quod habetur *ſecunda q. 6 cap. bituum § ſi aduerſus. l. 1. C. ſi aduerſus liber*. Et hæc eſt communis opinio, & ſeruaretur in practica, licet contraria forte ſit de iure verior, vt atteſtatur Ioannes de Imol. *in d. c. transſmiſſam. colum fin. & in dicto cap*. Videtur efficaciter hæc opinio probari, in qua ſolum prohibita cenſentur electo confirmato non conſecrato ea, quæ miniſterium conſecrationis deſiderant, non autem quæ iuriſdictionis exercitium concernunt, & Ioannes de Lignan. ibi hoc tenet, dicens executionem actualis degradationis non competere electo non conſecrato. Et quamuis Innocent. *in d. cap. transſmiſſam*, ſpecificè non dicat, electum poſſe declarare clericum degradādum, prout ſubtiliter conſiderat ibi Abb. Panorm. tamen in duobus locis hoc ſentire videtur ibi Innocent. primo inquantum dicit electum cōfirmatum habere merum imperium, & audire cauſas criminales. Secundo in expoſitione illius nominis miniſterium, quod exemplificat in ordinationibus Eccleſiarum, *per cap. quamuis*, 68 *diſt*. & prætermittit diſpoſitionem, quam poſuit gloſ. *in d. c. transſmiſſam*. Cumque in caſu huius capituli iuxta intellectum meum non agatur, niſi de depoſitione verbali ad finem faciendi actualem, merito electus confirmatus & non conſecratus poterit illam facere ſeruata forma tradita in hoc capitul. & poſt datam ſententiam dictæ verbalis depoſitionis demandabit dictus electus vni ex Epiſcopis conſecratis, vt actualiter degradet. *cap. ſuffraganeis, de elect*. & hæc opinio tanquam communis eſt tenenda in practica iuxta theoricam Doctorum *in l. fin. C. de pœna iudic. qui male iudic. & in capitulo vt inquiſitionis*. per Modernum latè, de conſtitutio. maximè quia concernit fidei fauorem. Nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer. cap. in fidei fauorem. infra eodem*.

¶ Non obſtat prædictis aliquæ conſiderationes Ioann. de Imol. *in d. c. transſmiſſam*. Et primo text. *in d. cap. transſmiſſam*. ibi dū excipit ea quę requirunt maiorem inquiſitionis diſcuſſionem. Et etiam vltra hoc illa quæ requirūt miniſterium conſecrationis, quæ explicari non poſſunt per electum cōfirmatum non cōſecratum. Sed cum depoſitio verbalis ad effectum faciēdi degradationem actualiter requirat magnam diſcuſſionem, maximè ob crimen hæreſis, in quo omnia genera pœnarum concurrunt, vt dicit Old. *in allegato conſ. 210 incip. regularis habet gradatio*. Sequitur quod electus hoc facere non poſſit.

¶ † Ad hoc reſpondet D. Card. ibi, quod illa copula & miniſterium, reſolui debet in dictionem id eſt, & ſic quod ponatur pro vno, ſcilicet pro requirentibus miniſterium conſecrationis: ſimilem expoſitionem habemus *in l. ſi in venditione. ff. de edilitio l. 1 ff. locati l. 1. ff. de tranſactio. & in c. paſtoralis. in princ*. & ibi notant Imol. & Dec. de reſcript. Archam. *cap. ſientes in princ. in 6. col. de elect. lib. 6*. Hæc enim expoſitio eſt neceſſaria ne dicamus electū confirmatum, & non conſecratum, non poſſe omnia quæ ſunt iuriſdictionis contra mentem text. gloſſ. & Doctorum *in d. cap. transſmiſſam*. Nam illa verba non reſoluta eo modo, quod dictum eſt exercitium iuriſdictionis ſignificarent, *argum. l. properandum § ſin autem in medio. C. de iud*. 11

¶ † Et conuenientèr reſolui poſſunt, quia huiuſmodi verbum diſcutere, generale eſt, & ad multas ſignificationes alias quam iudiciales applicatur. *l. ante. C. quorum appell. non rec. gloſſ. in rubr. C. de diſcuſſ. lib. 10* & etiam ad perſonas refertur Bart. *in l. ſi tamen ff. de leg. 2. l. duobus. ff. de duob. reu*. Et eſt clarum quod facere depoſitionem verbalem etiam ad finem faciendi actualem degradationem iuriſdictionis eſt, non autem ordinis *argument. capit. ſinal. 15. quæſtio. 7. ibi. ſinodali iudicio. & pluribus alijs capitulis in ea cauſa. & q*. iudicium enim quod conſtat ex tribus, actore, reo & iudice, ad iuriſdictionem ſpectat. *c. forum de verb. ſign. l. inter litigatores. ff. de iud*. 12

¶ Secundo non † obſtat quod ſi non poteſt conſequens nec antecedens. Nam ſi electus non poteſt actualiter degradare, non poterit degradandum ſententiare, & ſic depoſitionē verbalem facere ad illum finem, *argum. l. oratio. ff. de ſponſal*. ſecundum Ioan. de Imol. *in d. c. transſmiſſam*. Ad hoc reſpondeo, quod non eſt ſemper verum, quod traditur *per d. l. oratio* ſcilicet ſi cōſequens eſt prohibitum, ergo antecedēs. Nam videmus quod fœmina minor 12. & maſculus minor 14. annis matrimonium contrahere non poſſunt per verba de præſenti, & ſi contraxerint matrimonium eſt nullum. *c. 1. §. idem quoque, de deſpon. impub. lib. 6*. requiritur enim in fœmina ætas 12. & in maſculo 14. annorum. *l. minorem. ff. de ritu nupt. cap. continebatur. & cap. atteſtationes de deſponſa. impub*. & tradunt per gloſſ. & Doct. *in cap. 2. eodem titu*. Sed ſponſalia contrahere poſſunt nedum ipſemet, *d. cap. 1. § 1* & traditur *in c. gemma. & cap. iuuenis de ſponſal*. Sed etiā parentes pro eis. *d. c. 1. § porro. & c. cap. 2. de deſpon. impub*. Et tamen per dicta ſponſalia peruenitur ad matrimonium, quia ſponſalia ſunt repromiſſio futurarum nuptiarum. *l. 1. ff. de ſponſa. c. nostrates. 30 quæſt. 5*. quinimmo dicūtur ſponſalia, quod ſit antecambulum ad matrimonium, vt not. Abb. *in rubr. de ſponſa*. & ibi Folyn. & Petr. de Bellapertic. *in rubr. C. de ſponſa. & in c. fin. eod. tit*. Et ex illis deuenitur ad matrimonium, vel per nouū cōſenſum de præſenti, *vt in c. commiſſum. & in cap. requiſiuit, de ſponſa*. vel per copulam carnalem ſubſequentem *cap. is qui fidem de ſponſa*. vel alijs modis, vt eleganter gloſſ. *in rubr. modum, in d. c. 1. §. idem de deſponſal. impub. libr. 6*. Sequitur ergo quod quis poteſt facere antecedens, licet conſequens non poſſit. 13

¶ † Ad hoc facit gl. not. *in clem. 1. de conſang. & affin*. vbi dicit, quod pœna excommunicationis fulminata contra contrahentes in gradu prohibito per verba de præſenti non habet locum in contrahentibus ſponſalia, & ſic in antecedenti, cum qua gloſ. tranſeunt ibi Card. Petr. de Anch. Abb. Panor. in ſuis apoſt. & Ioan. de Imol. & D. Iaſ. in repet. *l. quominus. ff. de fluminib. in penult. nor. & l. cum quidam. ff. de liber. & poſthu*. ¶ Sic habemus quod qui patitur defectum natalium, poteſt minores ordines obtinere ex diſpēſatione Epiſcopi, ad maiores autem ex diſpenſatione Papæ. *c. 1. de filijs presbyt*. Tamē illi minores ordines ordines ſunt antecedentes deueniendi ad maiores. *c. 1. de cler. per ſal. primo in gl. fin*. & ſic Epiſcopus prohibetur à conſequenti, ſcilicet à collatione ordinum ſacrorum, niſi concurrat autoritas & diſpenſatio Papæ, non tamē prohibetur ab antecedēti, ſcilicet à collatione ordinum minorum, & hoc ex gl. *in d. c. 1.* non videtur approba- 14

probare ſponſalia, ſed quod pœna appoſita contra contrahentes matrimonium non extendatur ad ſponſalia permittuntur. Non autem matrimonium. *l. ſi quis officium ff. de ritu nupt.* facit quod
15 dicit Bart. & ibi Doct. *in l. quod huius, ff. de condict. ob cauſam.* ¶ † Et ſic *d. l. oratio. & d. l. ſi quis officium.* videntur adinuicem contraria. Vnde gloſſ. *in l. 1. C. ſi rector prouin.* dicit, quòd regula. *d. l. oratio,* non eſt perpetua, quia aliquando prohibetur aliquod principale, quod debet eſſe perfectum, tamen non prohibetur antecedens, quod tendit ad illud, & cum gl. tranſit Bal. ibi, & licet ad euadendum contrarium *d. l. oratio,* ſufficeret dare inſtãtiam ſumptam *ex d. l. ſi quis officium, & d. l. 1.* cum ſolutione dictæ gloſſ. prout notat gloſ. *in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1. & l. ſi creditori. ff. de oper. nou. nunc.* ¶ Nihilominus tamen dici poteſt, ſecundum Bald. quod quando antecedens poteſt ſuſtẽtari in alia virtute, quam actus principalis: vel quando actus principalis nõ eſt perpetuo prohibitus, tunc non eſt prohibitum antecedens, vt eſt text. in d. l. ſi quis officium. & *d. l. 1.* vbi licet tempore adminiſtrationis cõtrahere non poſſit, poterit tamen contrahere adminiſtratione depoſita. Et idcirco ſponſalia nõ ſunt prohibita vt antecedẽs, licet matrimonium vt conſequens prohibeatur. Aut non poteſt in alia virtute dictũ antecedens ſuſtentari, vel conſequens perpetuo prohibitum, tunc non valeat antecedẽs, *vt d. l. oratio,* vbi ideo prohibentur ſponſalia ſenatoribus cum liberta, quia matrimonium erat perpetuo prohibitum ſenatoribus cum liberta ob dignitatem ſenatoriam, & vtilitatem libertæ, facit *d. l. ſemper. ff. de ritu nupt.* per Alb. de Roſa. *in d. l. ff. de iuriſd. omn. iud.* Et ſic eſt concluſio, quod quando eſt eadem prohibitionis ratio in antecedenti, ſicut eſt in conſequẽti, tunc verum eſt dicere, quod prohibito conſequenti eſt prohibitum eſt antecedens. Sic tradit Cyn. *in d. l. 1. C. ſi rector prouin.*

Cumque depoſitio verbalis etiam ad finem faciendi actualem degradationem poteſt ſuſtentari virtute iuriſdictionis, & actualis ratione ordinum. Ac etiam, quia actualis degradatio non eſt perpetuo prohibita electo, cum illam poterit facere poſtquam conſecratus fuerit, nõ eſt dicendum ipſi electo prohibitam eſſe dictam depoſitionẽ verbalem, per prædicta, maximè quia per alium Epiſcopum conſecratũ poterit illa actualis fieri, & explicari, *argum. c. ſuffraganeis,* & ibi Bal. not. *de elect. & infra* latius dicam.

16 † Secundo non obſtat reſponſio, quam dat Ioan. de Imol. *in d. c. transmiſſam ad §. ſi aduerſus. in verſ. ſi quidem. 2. q. 6.* quem pro noſtra concluſione alleg. Card. Flor. *in d. c. transmiſſam.* Et eſt ſimilis text. vnde eſt ille. §. ſumptus *in l. 1. in princ. ff. quando appell. ſit,* dicens non eſſe mirum, ſi in *§. præſes prouinciæ,* declarauit illũ reum in inſulam deportandum. Quia præſes prouinciæ ex vi ſuæ iuriſdictionis, iam habet poteſtatem deportandi. Sed ibi ſolum propter defectum inſularum quas non habebat penes ſe in ſuo territorio, impediebatur deportare. In noſtro vero caſu impeditur electus ex defectu iuriſdictionis in iſtis maioribus, ex quo non eſt conſecratus. Et pro hoc facit quod dicit Bartol. *in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid.* poſt gloſſ. idem Bartol. *in l. relegatorum. ff. de interdict. & relegat.* & Dyn. *in cap. cui quod plus eſt, de reg. iur. lib. 6.* Et hæc opinio quod præſes poſſit deportare ex vi ſuæ iuriſdictionis, videtur communis ſecundum aliquos.

Ad hoc reſpondeo, quòd verior eſt opinio contraria, quòd præſes prouinciæ ſiue habeat inſulas, ſiue non habeat, non poteſt deportare. De quo eſt text. *in l. relegatorum. § 1. ff. de interdict. & relega. ibi, ſed tamen,* vt ſi quidem inſulam ſub ſe habeat, vbi præſes in ſua prouincia aliquando poteſt habere inſulam, & tamen non habet ius deportandi, vt vult text. *in l. inter pœnas, ff. de inter. & releg. ibi, deportandi ius in inſulam præſidibus prouinciæ nõ eſt datum, & l. 2. ff. de pœnis. ibi præſidem deportare non poſſe,* & negatiua præcedens verbum non poteſt inducere impoſſibilitatem, gl. *in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & dixi ſupra in q. 5.* Ad idem eſt tex. *in l. 1. §. hi quib. ff. de leg. 3. l. ſi quis filio, §. eius qui. ff. de iniuſto rupto.*

Nec obſtat *d. l. relegatorum, in princ.* quia loquitur in relegato in inſulam, quia illud poteſt facere ſi inſulam habeat, quia ei hoc ius deportandi non eſt à Principe permiſſum, vt alijs permittitur. *d. l. 1. §. hi quibus.* & hoc indiſtinctè tenet Ang. de Aret. *in §. cum autem. 2. col. inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſolu.* idem Ang. *in l. 1. §. 2. col. fin. ff. quando appell. ſit, & in tract. maleſi. in verbo qui iudex vidẽs, col. 1.* Alex. de Imol. *in conſi. 26. incip. circa primum dubium, col. lib. 1.* Richar. Malum. ac Iac. de Aren. idem tenent, quos ſequũtur Bal. & Alber. de Roſat. *in d. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic.*

præſid. & hoc tenet gl. *in d. §. ſi aduerſus. in verbo ſi quidem, & hæc opinio videtur de iure verior, & hodie communis,* quamuis Salyc. *in d. l. deportatorum, C. de pœnis,* videatur pungere in contrarium.

Præterea dato quod eſſet verum, quod ex vi iuriſdictionis poſſet præſes deportare, licet ex defectu inſularũ hoc ſibi prohibebatur, & ſic quod expectaretur confirmatio Principis, vt *in d. §. ſi aduerſus, & d. l. 1. in princ. ff. quando appel. ſit,* vt vult Ioan. de Imol. *in d. c. transmiſſam,* adhuc poſſent illa iura applicari ad intẽtum D. Card. hoc modo, quia cognoſcere, vt quis ſit degradãdus actualiter eſt iuriſdictionis, quod quis poſſit actualiter degradare eſt ordinis Epiſcopalis. Primum ſpectat ad electum confirmatum, ſecundum ad Epiſcopum conſecratũ. *d. c. transmiſſam,* ergo electus cognoſcet degradandum eſſe, & cõſecratus degradabit, ſicut præſes iudicat deportãdum, Princeps aſſignat inſulam. *d. §. ſi aduerſus. & d. l. 1.* Et ſic in vtroque caſu optime allegauit D. Card. prædicta iura.

Tertio non obſtat ſolutio data per Innoc. *ad c. dudum, & cap. quamuis. in 6.* vbi Concilium cognoſcit de cauſa Epiſcopi, licet non proferat ſententiam, *pro quo facit c. audeat. 50. diſt.* dicentẽ, quod ibi hoc expreſſe diſponitur, quia inferior à Papa nõ ſe intromittit de cauſa criminali Epiſcopi, per id, quod habetur *in c. quo ad tranſlationem, de offic. leg.* quia dico quod Cardi. non allegauit illa iura pro totali deciſione huius quæſtionis, quia illa loquuntur in aliis terminis. Allegauit enim ſolum in argumẽtum, quia ſatis poteſt ſubſtentari, quod vnus cognoſcat, & alter iudicet, vt in dictis iuribus, & gl. *in c. Inquiſitores, infra eo.* traditur per gl. & Doct. *in l. de qua re. in prin. ff. de re iud. c. cum ſuper, de cauſa poſſ. & propri.* Nam cum omnes articuli nõ ſint in iure cõprehenſi proceditur de ſimilibus ad ſimilia, *l. neq; leges, & l. non non poſſunt. ff. de legibus.* Et quãdo hoc procedat tradit latè dom. Iaſ. *in l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de ver. oblig.* ad idem eſt optima gl. *pen. in fin. in c. fin 16. q 1.* Card. Zab. *in clem. abuſionib. in prin. in 5. q. de pœn.* & Car. Alex. *in d. §. ſi aduerſus.*

† Quarto non obſtat illa ratio quam facit Abb. *d. capitul. fin. 15. q. 7.* videlicet quod Epiſcopus ſolus poteſt cõferre ordines, ſolus autem auferre non poteſt, & ſic quod maior poteſtas requiratur in auferendo, quam in conferendo, quia dico verum eſſe maiorem poteſtatem requiri reſpectu iuriſdictionis, non autẽ reſpectu ordinis, reſpectu iuriſdictionis dico, quia multi Epiſcopi tanquam iudices requiruntur in iudicio illius cauſſæ, *c. fœlix, c. ſi autem, & d. c. fin. 15. queſt. 7.* Et cum in tali examine iuriſdictio conſideretur non autem ordo Epiſcopalis, vt ſupra ponderaui, merito electus hoc poteſt, *d. c. transmiſſam.* Non autem reſpectu ordinis dixi, quia quando hoc cõſideratur, tunc ſumus in degradatione actuali, & ſolus Epiſcopus põt auferre, ſicut poteſt dare, *d. c. degradatio, §. actualis, de pœnis lib. 6.* 17

Quinto non obſtat gl. *in d. c. transmiſſam,* contra quam tenẽt præfati Doctores huic opinioni fauentes in eo, quod cõputant depoſitionẽ inter ea, quæ ſunt ordinis. Cum in aliquo iure per eam allegato hoc non probetur, niſi dicamus gloſſam ſumere depoſitionem pro degradatione actuali, vt aliquãdo ſumitur, *vt in d. c. degradatio, ibi verbalis degradatio, ſeu depoſitio ab ordinibus, de pœnis, libr. 6.* Et tunc optimè computatur dicta depoſitio inter ea, quæ ſunt ordinis, vt ſupra dixi in vltimo membro præinſertæ diſtinctionis.

† Sexto non obſtat quod dicit Abb. *in d. c. transmiſſam,* quod ſicut electus non poteſt conferre ordines antè cõſecrationem ſuam, ita non poterit illos auferre, dico eſſe verum, ſi per ſeipſum vellet hoc facere, quia ea quæ ſunt ordinis prohibita ſunt electo confirmato, & non conſecrato per *d. c. transmiſſam.* Sed per alium Epiſcopum poterit actualẽ facere degradationẽ, illi ſcilicet, committendo, per text. *in c. ſuffraganeis, de elect.* gl. pen. *in c. 1. de tranſla. præla.* quam ſequuntur ibi Abb. Panor. Ioan. de Imol. & Henr. Boic. Abb. *in c. at ſi clerici. de adulterijs, in 5. col. verſi. ſed circa hoc moneo.* & ibi Dec. & alij, & ratio ibi ponitur per Abb. & Imol. quia ipſe electus nõ dat poteſtatem illis, quibus committit exercenda ea, quæ ſunt ordinis, quia illa habet Epiſcopus ſuffraganeus ante mandatum ex ſuo officio, ſed ſolum dat licentiam, ſine qua non poterant in clericum nõ ſubditum (de quo fit commiſſio) exercere ea quæ ſunt ordinis. Et ideo eo caſu non cenſetur per ſe ipſum facere, imo potius illi qui faciunt cenſentur ex ſuo officio facere, licèt intercedẽte licentia, quæ deficiebat reſpectu non ſubditi. Sed vbi quis committit alteri id, quod non habet ex ſuo officio tunc procederet regu. *ca. qui per alium, de reg. iur. lib. 6.* ſimile habemus in eo, qui habet bene- 18

ficium curatum, licet non ſit ſacerdos, poteſt tamen dare licẽtiam alijs ſacerdotibus vt ſacramenta miniſtrent in parochia ſua, gl. eſt notabilis, quam ſequuntur ibi Doctor. *in cle. 1. in verbo. presbyteri. de priuil.* facit quod dicit Dom. *in c. cum ex eo. de elect. lib. 6.* Bald. & Imol. *in d. c. ſuffraganeis.*

Per prædicta & alia menſe Auguſti anno domini milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo, dum eſſem in Concilio Prouinciali, Orator miſſus pro parte Reuerendiſſimi domini Epiſcopi Capituli & cleri Maioricen. quod fuerat conuocatum in Metropolitana Valentina Eccleſia: Ego coram copioſa multitudine theologorum, & iuris vtriuſque doctorum arguẽdo in fauorem illuſtriſſimi domini Archiepiſcopi Valentini dicebã, quod licet per ſuſceptionem pilei, quod de iure communi datur Archiepiſcopis, conferatur plenitudo poteſtatis Archiepiſcopalis, *c. niſi. de vſu pall.* quod nondum obtinuerat ipſe dominus Archiepiſcopus, & quod ſine eo nõ poſſet illud Conciliũ Prouinciale conuocaſſe, *iuxta text. in c. quod ſicut. §. fin. de elect.* gl. & Doct. in *c. quoniam. 100. diſt.* & ſic per ſeipſum hoc nõ poſſet: nihilominus tamẽ quod alteri potuerat committere celebrationem dicti Concilij per proximè allegata. Sed in contrarium concludebam per multa fundamenta nõ ſine magno periculo vitæ meæ, quod ex quo dicta commiſſio fuerat facta decano, & canonico Ilerden. & ſic inferiori ſe, dicta commiſſio non tenebat, gl. *in d. c. ſicut. §. fin. in verbo ſine pilleo. c. aqua. de conſe. eccle. vel altar.* Hent. & alij *in d. c. 1. de transla. Epiſcoporum.* Et ſic fuit determinatum, & non fuit celebratum Concilium Prouinciale in forma iuris, ſed quædam ſimplex congregatio de omnium voluntate pro occurrentibus prouinciæ neceſſitatibus, & cõſtat de hoc in Archiuo vicariatus Valentinæ vrbis apud Hiſpaniã, & in curia Epiſcopali huius Eccleſiæ Maioricen. ¶ Vnde argumentum non procederet dicendo, nõ poteſt per ſe ipſum facere, ergo alteri non poſſet committere, per illam inſtantiam ſupradictam. Et ita arguit gl. pen. *in d. c. 1. in fin.* & per hæc patet reſpõ-

19 ſum ad ſecundam rationem Doctorum. ¶ † Ad primam autem rationem dico, quod licet appellatione Epiſcopi in aliquibus iuribus nõ veniat electus, vt ſupra in prima ratione. Nihilominus tamen electus nonnunquam appellatur Epiſcopus, text. eſt *in c. cum dilectus filius. de purga. canon.* vbi Papa electum ad eccleſiam Cõſtantienſem modo Epiſcopum modo electum nominat, quamuis Ant. de Butr. & Card. aliter ſentiant. Hinc dicit gl. not. *in cle. 1. in verbo. Epiſcopis. de foro compet.* quod priuilegium conceſſum Epiſcopis videtur conceſſum electis confirmatis, non tamen conſecratis, & ſic appellatione Epiſcopi venit electus non conſecratus, alleg. text. *in c. ſupplen negli. prel. cle. attendentes de ſtatu monachorum c. inter monaſterium. de re iudi.* quæ iura probant, quod electus ad abbatiam ante benedictionẽ appellatur Abb. Et eodẽ modo dici poteſt, quod electus ante conſecrationem indicatur Epiſcopus. *c. meminimus de accuſa.* vbi nominatur Abbatiſſa ante benedictionem, & electi non conſecrati, ſed conſecrandi Epiſcopi appellantur, *ca. quoniam. 75. diſt. c. prouida de elect. lib. 6.*

20 † Et quia iura allegata in prima ratione contraria his videntur. Ideo dicendum eſt pro reſolutione, quod quando ſumus in materia proportionabili, & conuenienti ſecundum iura electo confirmato nondum cõſecrato, puta in his quæ ſunt iuriſdictionis, tunc appellatione Epiſcopi venit electus. Et ita loquuntur iura hic proximè allegata. & gloſ. *in d. c. 1.* & ſic militat eadẽ ratio in electo ſicut in Epiſocpo. Si vero ſumus in iis quæ ſunt ordinis, & quæ reſpiciũt decorem dignitatis Epiſcopalis, tunc procedunt iura in prima ratione ſupra allegata, & gloſ. *in cle. 2 in verbo Pontificum. de celebr. miſſ.* & ſic eſt diuerſa ratio inter electum & Epiſcopum, quia vbi eſt eadem ratio idẽ ius eſſe debet. *l. illud ff. ad l. Aquil.* & hanc diſtinctionem tradit And. Sicul. *in c. cam te. de reſcr. col. 2.* quam ſequuntur in effectu Fely. & Dec. ibi. Pro hoc facit quod electus & confirmatus quo ad iuriſdictionalia fingitur Epiſcopus, Card. poſt Zen. *in clem. 1. in 6. q. de pœnis. per c. 2. de transla. Epiſcoporum.* Et dicit Ant. de But. *in cõſ. 19. incip.* quia hic agitur de poteſtate Epiſcopali, quod in ſpectantibus, ad ordinem Epiſcopalem appellatione Epiſcopi nõ venit electus, non conſecratus, & facit quod dicit Dom. *in c. ex eo. de elect. lib. 6. col. 1. verſ. nota incidenter iſtud dictum.* cum alijs, quæ dicit Felyn. *in d. c. cam te. col. 2.* ¶ Quod autem electus confirmatus nondum conſecratus poſſit dictam depoſitionem verbalẽ facere, facit text. *in c. degradatio, in prin. de pœnis, lib. 6.* ꝙ generaliter loquitur de Epiſcopo, & intelligitur de electo confirmato, & talis diſpoſitio non debet reſtringi ex eo, quod inferius *in §. actualis.* aliquid dicatur, quod ſolum Epiſcopis conſecratis cõueniat, quia attẽditur principium quod generaliter loquitur, vt eſt text. not. in ſimili *in l. regula. in princ. iuncto verſ. & licet. ff. de iuris, & facti ign.* quem ad hoc pro ſingulari alleg. Ioan. de Imol. *in l. ſi ita quis. § ea lege. ff de verb. oblig.* & huic concluſioni meæ adhærere videtur D. Phil. Dec. præceptor meus *in c. at ſi clerici. § de adulterijs, col. 14. verſi. quid autem de capit. de iudicijs.* & ſic facit electus depoſitionem verbalem ſecundum formam huius ca. degradationem autem actualiter facit alius Epiſcopus conſecratus ex cõmiſſione, ſeu verius de licentia electi confirmati nondum cõſecrati. Et hæc videtur veritas, quicquid dixerunt Abb. Ioan. de Imol. & alij *in prœallegato ca. tranſmiſſam. de elect.* & Ioan. And. Dom. & alij in hoc capitulo cum debita ſummiſſione & reuerentia cuiuſlibet melius ſentientis: ſufficit enim mihi dediſſe aliis occaſionem altius inquirendi.

¶ In ſexta quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor in cauſſa hæreſis procedit Epiſcopo ſi expectatus octo diebus non acceſſerit.*

2 *Iudices ordinarij dati inſolidum poſſunt procedere ſeparatim, & ſic vnus ſine altero: & in procuratoribus & tutoribus datis inſolidum.*

3 *Inquiſitor ſolus ſine epiſcopo ſeruata tamen forma c. 1. de hær. lib. 6. poteſt declarare clericum hæreticum degradandum.*

4 *Inquiſitor poteſt contra omnes procedere pro crimine hæreſis exceptis Epiſcopis nuntijs & officialibus Apoſtolicæ ſedis.*

5 *Conceſſo aliquo omnia cenſentur conceſſa ſine quibus illud conceſſiuus non valeret.*

6 *Inquiſitores delegati ſunt ad cauſſas fidei ad vnitatem perſonarum.*

7 *Exceptio firmat regulam in non exceptatis.*

8 *Iure deuoluto procedens poteſt omnia illa facere, quæ ille facere debeat ob cuius negligentiam ius illud deuoluitur.*

Vicarius Epiſcopi vel capituli ſede vacante cum Inquiſitore poſſunt degradare clericum verbaliter iuxta formam. capitu. 1. de hæret. libro 6.

SEPTIMO QVÆRO & eſt † quæſtio noua, an Inquiſitor hæreticæ prauitatis à Papa deputatus poſſit facere hanc depoſitionem verbalem de clerico conſtituto in ſacris, ad finem faciendi actualem degradationem ſeruata forma huius. c. in caſu quo poteſt peruenire ad ſententiam ſine epiſcopo, quia forſan expectatus fuit Epiſcopus, vel requiſitus ſpacio octo dierum & ſui copiam ad hoc facere noluerit *iuxta clem. multorum querela circa princ. de hæret.* Nam tunc ſine Epiſcopo ſententiare poteſt, vt notat Petr. de Anchar. *ibi in 4. nota. per l. cum prætor. ff. de iudi. & arg. l. ſtatu liberum §. 1. ff. de leg. 2.* & tradit Card. Zaba. *in 16. quæſt. in d. clem. multorum.* vnde pro ſolutione huius quæſtionis faciam aliquas propoſitiones ex quibus inferam ad illius deciſionem. 1

† Prima eſt quod Epiſcopus & Inquiſitor ſunt dati iudices in ſolidum in cauſſis fidei contra hæreticos communiter & diuiſim, vt eſt text. *in cap. per hoc, infra eodem.* Et in hoc ſunt ſimiles iudicibus ordinariis, qui poſſunt inſolidum procedere, *l. 1. ff. de offi. conſu.* vt not. Per. de Anch. *ibi in 4. nota.* exceptis aliquibus actibus ad iudicium pertinentibus, quos non poteſt vnus ſine altero explicare, vt eſt text. *in clem. multorum querela, in princip. de hæretic.* vt ibi not. in princ. Petr. de Anchara. ſed quando plures ſunt dati inſolidũ æquales ſunt in poteſtate adeo quod vnus poteſt idem quod poteſt & alter, vt probatur *in d. l. 1. ff. de offic. conſu.* vbi notant Bald. & Alber. de Roſa. in q. de duobus coadiutoribus datis à Papa Epiſcopo infirmo. Et propterea dixi ꝙ ſunt ſimiles ordinariis, quia ſi delegati eſſent, ſecus foret, *vt in c. prudentiam. de offic. deleg. in prin.* & ibi Doct. Bart. Imol. & Alex. *in l. Pomponius ſi vni. ff. de re iud.* 2

Idem videmus in procuratoribus datis ab aliquo cum clauſula inſolidum. *c. ſi duo. de procura. lib. 6.* & ibi notat Dom. *in 2. notabili,* quod dictio inſolidũ, operatur quod quilibet habet poteſtatem ſolus exercendi actum. Et idem eſt dicendum, ſi per aliud verbum idem importans fiat conſtitutio. *cap. cum plures, de offic. deleg. lib. 6.* dom. de Rota *in deciſ. 174. incip. Not. quod vbi. in*

antiquis. Idem eſt etiam in tutoribus, quia dati cenſentur inſolidum. *l. ſi plures.* vbi Bart. *ff. de admi. tut.* Bart. *in l. 1. §. ſi plures. de exerci.*
3 Sed † ſic eſt quod quādo Epiſcopus ſolus procedit in cauſa hæretici, poteſt deponere clericum ad finem faciendi degradationem actualem, & ſic declarare clericum eſſe degradandum, vt in hoc text. & latè fuit dictum in proxima præcedenti q. & eſt text. *in c. ad abolendam, in §. præſenti. & c. excommunicamus, el. 1. §. damnati de hære.* pari ratione dicendum eſt de Inquiſitore, vt etiam ſolus poſſit ſententiare degradandū in caſu negligentiæ Epiſcopi, vt dixi *ſupra iuxta d. cle. multorum.* Nam quę procedunt à pari potentia, paris debent eſſe virtutis, vt dicit Albe. in *l. de quibus. col. 2. de legibus.*
4 † Secundo Inquiſitori non eſt reſtricta poteſtas procedendi contra aliquos, vt patet *in cap. ad officium inquiſitionis. in princ. & c. vt commiſſi. ibi, quoslibet hæreticos, infra eodem.* niſi ſint Epiſcopi vel alij ſuperiores prælati, vt eſt text. *in c. Inquiſitores. infra eod. titu.* vel nuncij, ſeu officiales ſedis Apoſtolicæ, vt dicunt aliqui eſſe *extrauantem Ioann. 22. incipien. cum Matthæus de Portiano.* Sequitur ergo quod etiā cōtra clericos poſſunt procedere, vt eſt text. *in d. cap. vt commiſſi, in verba, priuandi,* etiam ſi fuerint ſacerdotes, ſeu religioſi ſiue tanquam fautores hæreticorum, ſiue tanquam in hæreſi deprehenſi, veniant puniendi, tam per captionem perſonarum, quam alias ſiue immurationis pœna vel alia grauiori, vt dicit tex. *in c. ſi accuſatus. §. ſacerdotes. infra eodem.* Et quando clericus deprehenditur in hæreſi, ſiue ſit perpetuo immurandus, quia redit ad gremium eccleſiæ, ſiue ſit relaxandus curiæ ſeculari, degradandus eſt, vt ſupra fuit latiſſimè probatum in *5. notab.* Ex quo ergo Inquiſitor procedere contra ſacerdotem, ſeu religioſum pro cauſa hæreſis, ſatis eſt iuri conſonum, vt declarare poſſit illum eſſe degradandum. Nam cui
5 † conceditur aliquid, intelliguntur concesſa omnia ſine quibus illud explicari non poſſit. l. 2. vbi latè tradunt Moderni. *ff. de iuriſdic. omnium iudi. c. præterea. & cap. ſuſpitionis. de offic. deleg.* & notab. dicit Alber. de Roſa. *in d. l. 2. in fin.* quod cui eſt conceſſa cauſæ cognitio, per conſequens cenſetur commiſſa diffinitio, de quo per eum *in l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* & ibi Bart. & alij, *in l. à diuo Pio. ff. de re iud.* Barto. Angel. *in l. qui procuratorem. ff. de procur.* Bald. *in tit. de pace conſtan. §. quæ vero. in verbo, ad cognitionem.* & refert D. Iaſ. *in d. l. 2.* non enim poſſit Inquiſitor deputare carceri perpetuo, aut relaxare curiæ ſeculari ductum ſacerdotem, vel religioſum niſi præcedente degradatione. Merito ſententia ſuperdicta degradatione facienda poteſt per ipſum promulgari.
6 † Inquiſitores enim nō ſunt ordinarij, ſed delegati deputati generaliter in cauſis fidei, vt dicunt Card. Zab. *in d. c. multorum, in princ. in 1. oppo.* quinimmo dicuntur deputati ad vnam & ſpecialem cauſam hæreſis dati, tamen ad vniuerſitatem perſonarum, vt dicit Lappus Abb. quem ſequuntur Domi. & Philipp. Franc. *in capitulo, ne aliqui. infra eod. titu.* ex qua vniuerſitate perſonarum, poſtquam non reperiuntur excepti ſacerdotes, ſtandum eſt dictæ vniuerſitati, ſiue generalitati tanquam regulæ, donec de oppoſito conſtaret, vt dicit gl. *in fin. in rub. de regul. iur. lib. 6.* & Albe. de Roſa. *in 2. parte ſtatutorum. quæſtio. 159. incip. ſi ex forma ſtatuti eleganter cuſtodes.* Bartol. *in l. quotiens. ff. ſi quis cautio.* & ibi Moderni *l. ex quacunque cauſa. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. in 6. colum.*
7 † Imo exceptio illa de Epiſcopis facta in d. c. Inquiſitores. facit magis ſtare generalem poteſtatem Inquiſitorum contra quaſcunque alias perſonas, vt al. illa nō excipiantur ſacerdotes, vt eſt gloſſ. *in verbo, non poteſt. in l. quæſitum. §. denique veratius. ff. de fundo inſtructo.* Paul. de Caſtr. *in l. fin. ff. ad Trebel.* & dicit Bartol. *in §. in antiqua tex. in Authenti. de non alien. rebus eccleſ. collat. 2.* quòd exceptio firmat regulam in non exceptuatis. & eſt text. *in l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu. lega.* Bartol. *in l. legata inutiliter. in fin. ff. de leg. 1. l. Lucius. §. pluribus. ff. ad Trebell.* vbi ex text. melior de corpore iuris ſecundum Angelum, *in l. 1. ff. de reg. iur.* tradit Felin. in cap. quoniam frequenter. in prima column. vt lite non conteſtat. vnde Inquiſitores fundatam habent intentionem poſtquam pro ſe habent regulam, vt notat gloſſ. *in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iuris,* & ideo eſt verum, vt regula etiam attendatur contra perſonas alias priuilegiatas, quia depoſitio etiam generaliter loquens priuilegiatas perſonas comprehendit, vt notat Bald. *in l. in fraudem. ff. de teſtam. militari,* tradit dominus Decius *in l. 1. ff. de regul. iur. in 1. colum. 2.* merito ergo inquiſitor deponere verbaliter poterit ſacerdotem illum que degradandum eſſe declarare, ſicut diximus late in quæſt. præcedenti de electo confirmato nondum conſecrato, ſecus eſſet in aliis prælatis Epiſcopo inferioribus, quia poteſtatem deponendi ſeu degradandi non habent, vt dicit Ioan. de Lignan. inter cōſilia Bellameræ, *conſil. 5. incip. Monachus quidam. colum. 5. in quinta concluſione.*

† Tertio non eſt abſonum Inquiſitorem hoc poſſe, quia vt 8
in d. quæſt. fuit oſtenſum huiuſmodi verbalis depoſitio ad finem faciendi actualem degradationem eſt iuriſdictionis, non autem ordinis iuxta communem theoricam domini Cardi. in *cap. tranſmiſſam. de elect.* & idcirco non repugnat, inquiſitorem illam poſſe facere, cum ad cauſam hæreſis pertineat. *ca. vt commiſſi. infra eodem. & dicta clemen. multorum. in princ.* & hoc eſt ſiue ex voluntate ſummi Pontificis conſtituendo illum Inquiſitorem per rationes ſupradictas ſiue ex iure deuoluto ab Epiſcopo in dictum inquiſitorem ob Epiſcopi contumaciam, nam quum à iure deuoluitur poteſtas de vno prælato ad alium, ille ad quem deuoluitur, poteſt facere omnia, quę ille debebat facere ob cuius negligentiam eſt facta illa deuolutio, hæc eſt quæſtio diſputata per Ioannem Andream, *in capitulo cōtra eum. de regul. iuris. lib. 6.* de Epiſcopo ad quem deuoluitur electio cōpetens certis monachis habentibus eligere de gremio vnius monaſterij, vt ipſe Epiſcopus ad idem teneatur, & eſt caſus in *clemen. 1. de ſupplen. neglig. prælat.* ſecundum Ludouic. Roman. *in ſingulari. 428. incip. Pone quod arbitrium.* Ioan. Andr. poſt Innocent. *in capitulo publicato in 1. 4. quæſt. de electio.* gloſſ. *in verbo ſurrogantes,* & ibi text. *in capitulo dilecto. de præbendis,* vbi quando vnus alteri ſurrogatur, cenſetur adſtrictus per omnia eiſdem modificationibus, ſicut primus. *l. ſi iudex cui certa tempora. ff. de iudica.* traditur late per Felynum, *in capitulo cum acceſſiſſent. columna* 8. *verſi. ut bene facit. de conſtituti.* cum ergo inquiſitor habeat poteſtatem iudicandi in cauſa hæreſis ſolus ſine Epiſcopo ob negligentiam Epiſcopi, poſtquam lex nō diſtinguit inter laicum hæreticum & ſacerdotem nos non debemus diſtinguere, *argumen. nota. in l. de pretio. ff. de publicia.* & facta huiuſmodi ſententia contra conſtitutum in ſacris deponendo illum verbaliter, vel eſſe degradandum ſuis exigentibus demeritis poterit iniūgere alicui Epiſcopo, vt illum actualiter degradat, *argum. d. cap. ſuffraganeus,* & ille Epiſcopus hoc facere tenebitur *arg. tex. in c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. infra eo.* & licet non eſſet ordinarius ipſius degradandi, in hac degradatione ſuus ordinarius efficietur in fidei fauorem, *c. præſidentes. inf. eod.*

† Ex quibus infero quod vicarius Epiſcopi ſeu capituli ſede 9
vacante, vel quaſi in cauſis fidei deputatus poterit vna cum inquiſitore verbaliter deponere clericum in ſacris conſtitutum pro hæreſi ad finem faciendi degradationem actualem abſente epiſcopo, & ad hoc conſentire, cum ſi non conſentiret ſolus inquiſitor poſſet facere per prędicta, nam omnia prędicta fundamēta ad hoc poſſunt applicari ſaluo illo de deuolutione, quod fuit appoſitum, non quod alia non ſufficeret, ſed ad maiorem declarationem quæſtionis præpoſitæ.

¶ Et hæc nota quia noua ſunt, & à nullo tacta quem viderim, & poſſunt quotidie euenire ob longas abſentias Epiſcoporum à ſuis Eccleſiis, & quia amor carnalis regnat in mundo, ob hoc poſſent Epiſcopi nolle intereſſe cum inquiſitoribus in ferenda ſententia, & habet ex prædictis inquiſitor, quid facere debeat, & hoc dixi ſaluo ſemper meliori iudicio, cui hęc & alia ſubiicio.

¶ In octaua quæſtione.

SVMMARIVM.

1. *Iura loquentia de epiſcopo in cauſis fidei debent intelligi de inquiſitore niſi in altero eorum ſit aliquid ſpecialiter prouiſum.*
2. *Electio perſonarum de quibus in d. c. 1. de hære. libro 6. ad quem ſpectabit.*
3. *Pœnarum alternatiue poſitarum in iure vel in ſtatuto cuius erit electio.*
4. *Pœnæ pecuniariæ alternatiue poſita optio ad quem ſpectat.*
5. *Pœnæ corporalis alternatiue poſita in lege vel ſtatuto electio ad quē pertinet.*
6. *Fideiubere quis non poteſt obligando ſe pro alio ad pœnam corporalem.*

7 *Iudex quando habet electionem pœnæ alternatiue poſitæ debet eligere illam quæ conſueuit apponi.*

8 *Iudex non ſequens conſuetudinem facit litem ſuam.*

9 *Actus qui referri poteſt ad aliquem reſpectum non eſt meræ facultatis.*

10 *Pœna alternatiue appoſita conſideratione perſonæ delinquentis nõ eſt omnino in optione iudicis.*

11 *Pœna alternatiue tranſlata in aliã per contumaciam delinquentis non eſt in optione iudicis.*

12 *Pœna pecuniaria conditionaliter appoſita ſi ſequatur conditio non habet iudex optionem.*

13 *Pœna pecuniaria conditionaliter appoſita ſi ſequatur conditio & homicidium eſt culpa commiſſum non dolo iudex habet adhuc optionem.*

14 *Pœna alternatiue poſita pecuniaria ſcilicet & corporalis optio eſt iudicis.*

15 *Pœna alternatiue poſita ſi reus vellet eligere pœnam mortis eſſet admittendus.*

16 *Iudici quando competit optio debet ipſe eligere minorem, & ſi contrarium ageret poſſet reus appellare.*

1 OCTAVO QVÆRO, quia in text. dicitur † conuocatis Abbatibus, alijſq; prælatis, ac religioſis perſonis & literatis, de quibus expedire videbitur: cuius determinationi ſuper his conuocandis ſtabitur, reſpondet hic Ioan. Andr. quod ipſius Epiſcopi determinationi ſtabitur qui in hoc debet ferre ſententiam, & idem intelligo de inquiſitore, quia ambo ſunt iudices in hæreticalibus ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim procedant, *iuxta c. per hoc. infra eod. tit.* & ſic hæc materia intelligenda eſt, vt cum loquitur de epiſcopo idem de inquiſitore ſit dicendum, niſi ſpecialiter in altero eorum ſit aliquid diſpoſitum, ſicut patet in ætate, quia in Epiſcopo ſufficiunt 30 anni *in c. cum in cunctis, de electio.* & in inquiſitore debent eſſe 40 *c. cle. nolentes, de hæreti.* & tamen epiſcopus eſt inquiſitor, vt probatur *in d. clem. multorum querela.* vt dicit Cardin. *in d. cle. nolentes, in 2. oppo.* licet econtra idem non eſſet, quia iura loquentia de inquiſitore non habent locum in Epiſcopo, vt in examinatione teſtium dicam *in c. ſi. infra eodem.* vbi hoc examinabitur: præſertim quando eſſemus in pœnis appoſitis contra inquiſitores, quia illæ non habeãt

2 locum contra † Epiſcopos, vt eſt gloſſ. not. *in verbo commiſſarijs,* quam ſequuntur ibi Cardin. & Imol. *in d. clem. nolentes,* & illud dictum Ioan. Andr. ſequitur Dominic. videlicet quod ſuper hoc ſtabitur determinationi Epiſcopi, qui in hoc, ſcilicet qui ſunt congregandi, vel non congregandi debet proferre ſententiam, vel qui proferre debet ſententiam depoſitionis ſeu degradationis actualis faciendæ de conſtituto in ſpetie, pro crimine hæreſis vtrumque enim poteſt procedere. Et pro hoc dominus Ioan. Andr. facit verbum videtur, poſitum in text. quod ſiue indiſtincte ſiue imperſonaliter proferatur ſecundum Epiſcopum, & idẽ ſi diceretur prout expedierit, quia ad iudicem refertur, *not. c. commiſſi. in princ. infra eodem.* vnde inſert hic Dominic. ſemper tenendum, quod ſi ſtatutum imponit pœnam alternatiuam, ſecundum quod viſum fuerit, vel expedierit, erit in electione vel optione iudicis & non partis, quæ pœna erit imponenda, & de hoc verbo videbitur, & expedierit, aliquid dixi *ſupra in vltimo*

3 *not. ibi.* ¶ † Sed ſumpta occaſione ab hoc dicto Doct. quæritur eſt in pœnis alternatiue poſitis, cuius erit electio. Pro ſolutione diſtingue tres caſus, aut vtraque pœna alternatiua eſt pecuniaria, aut vtraque eſt corporalis, aut vna eſt corporalis & alia pecuniaria.

4 † Primo caſu quando vtraque eſt pœna pecuniaria, tunc diſtingue ſecundum Bart. *in l. quicunq; C. de ſeruis fugi. & l. 1. §. expilatores, ff. de effractio.* aut verba legis vel ſtatuti referuntur ad iudicẽ, puta quia dicitur, puniat tunc iudex tali vel tali pœna: tunc electio erit iudicis, gloſſ. eſt not. *in c. fraternitatis, 34. diſt.* gloſſ. *in c. ſicut, de Iudæis, & in c. ac cæpiſſe, de vita & honeſt. cleric.* Archi. 11. *q. 2. in ſumma.* gloſſ. *in verbo quinquennium. in c. ſicut dignum, de homic.* notat Imol. *in c. cum omnes, 12 col. de conſtit.* Abb. & Modern. *in c. inter cætera, de reſcriptis,* notat Abb. *in c. cap. 2. in fin. de vita & honeſt. cler. & in c. apoſtolicam. de regulari.* gloſ. *in l. ſi ſeruos, C. de collatio.* & ibi per Ale. de Imol. & tali caſu iudex qui habet arbitrium, minorem debet eligere, vt dicit gl. *in verbo, certa. in c. licet, de offi. del.* & Bald. *in l. fin. C. de nuptijs,* & per illam gl. dicit Bal. *in d. l. quicunq; col. pen. verſ. ſcias etiam.* quod in dubijs iudex debet inclinare ſe in minorem partem, nec tamẽ per hoc debet eſſe minus gratioſus, *c. 1. de re iud. lib. 6.* refert & ſequitur Alex. *in conſ. 5. incip. In cauſa inquiſitionis, in fin. & in conſ. 111. incip. Ponderatis, col. pen. lib. 1.* & hanc concluſionem quod electio erit iudicis tenet Marian. Socin. *in c. ſicut, de Iudæis.* Ioan. de Anan. *in c. ſicut dignum, in 11. col. de homic.* gl. *in c. cum tu, de teſtib.* Abb. *in c. at ſi clerici, in princ. in 2. col.* Bal. *in l. cunctos populos, 6. oppo. C. de ſumma Trin. & l. data opera, in 7. col. C. qui accuſa. non poſſunt.* Angel. *in l. nunquam plane, ff. de priuat. delict.* Salyc. *in l. quicunq; C. de ſeruis fugi.* Domi. *hic & in c. ante omnia, 32. diſt.* Bal. *in l. conuenticulam, C. de epiſcopis & cler.* Petr. de Ancha. & Ioan. de Imol. *in d. c. de cauſis.*

¶ Et ratio huius membri ſubdiſtinctionis eſt, quia pœna eſt commenſuranda delicto, *c. ſicut dignum, de homi. l. ſancimus, C. de pœnis, c. non afferamus, 24. q. 1.* & hanc commenſurationem nunquam faceret reus, qui ſemper eligeret mitiorem, ideo fruſtra lex alternatiue loqueretur, lex autem exuperauit in pœnis, vt iudex attentis qualitatibus delicti & circumſtantijs, & leuius & grauius vlciſci poſſit vt per Felyn. *in d. c. ſicut, & facit l. quid ergo, § pœna grauior, ff. de infam.* & probatur ſatis *in c. quoniam frequenter, in fi. vt lite non conte.* maximè quia pœna non imponitur niſi per iudicem, *§. in hoc ca. 33. q. 2.* ¶ Aut verba legis, vel ſtatuti referuntur ad reum, vt quia dicitur, ſoluat certam rem, vel talem quantitatem, & tunc electio erit rei, de quo eſt gloſſ. clamans text. *in l. quicumque, in verbo vel. 20. C. de ſeruis fugi.* & ibi Iac. Butri. Cyn. Bar. Bald. Angel. Paul. de Caſt. & Salyc. illam ſequuntur, Bart. *in l. 1. § expilatores, ff. de effractio.* facit gloſſ. *in l. ſi ſeruos, C. de collat. & l. ſi ita, ff. de legat. 2.* per Bart. *in l. 1. col. 3. ff. de condit. ex lege.* Modern. *in d. c. inter cætera, de reſcript.* & hoc intellige ſecundum Marian. Socin. *in d. c. ſicut, de Iudæis.* quando inter illas pœnas pecuniarias poteſt cadere affectio, puta ſi quis tale crimen commiſerit, ſoluat mille, aut medietatem ſuorum bonorum, ſecus ſi non cadit affectio, puta ſoluat 20. aut 30. quia tunc nulla eſt electio, ſed quod minimum eſt debetur, per notata *in l. ſi ita ſtipulator, & l. inter ſtipulantem, §. diuerſa, ff. de verbor. oblig.* & quod notat Bald. *in repet. l. 1. in 2. colum. in quinta oppoſitione, ff. de legat. 2.* vbi dicit quod quando alternatiua cadit inter eligibilia, tunc vtrumque alternatiuum eſt in obligatione, ſecus vero quando cadit inter ineligibilia; puta in ſummis in quibus non cadit affectio probabilis, merito ibi nõ poteſt eſſe electio, ratio quia minimum ſemper eligeretur, nam in ſummis ſemper quod minimum eſt ſponderi videtur, vt in dicto §. *diuerſa cauſa,* ſequitur Felyn. *in d. c. inter cætera, colum. 3. verſ. aduerte ſecundo,* & Albe. de Roſa. *in l. arbitraria, §. qui Stichum, ff. de eo quod cert. loco,* nec eſt in conſideratione ſi dicta verba referantur ad reum paſſiuè, vel actiuè ſecundum Abbat. *in d. c. inter cætera, per text. in d. cap. ſicut, de Iudæis,* quia talis conſideratio non procedit ſecundum Dec. ibi, quia in effectu ſemper reus qui debet pœnam ſuſtinere, habet per modum patientis, & ad text. *in d. c. ſicut,* reſpondetur, quod intelligitur in pœna, quæ ſucceſſiue imponitur, videlicet priuetur officio, vel excommunicetur, ſcilicet, ſi non haberet officium, vel cum dicatur ibi de excommunicatione, quæ debet ferri à iudice, eo modo altera pars alternatiuè intelligitur, quod illud fiat à iudice, *arg. l. 1.* & ibi Bart. *ff. de reb. dub.* ¶ Aut verba legis vel ſtatuti ad neminem referũtur, vt quia dicitur, ſit pœna centum ducatorum, aut alterius rei, & tunc in dubio electio eſt rei, quia in alternatiuis electio eſt dare debẽtis, *l. plerunq; in fin. ff. de iure dot. iuncta l. omnẽ, ff. de iudicijs,* & in hac inclinauit ſe magis Bart. *in d. l. 1. §. expilatores, per l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis. & arg. in c. odia, de reg. iur. lib. 6.* & clarius in pœnis pecuniarijs tenuit idem Barto. *in d. l. quicunq; C. de ſeruis fugi.* & D. Dec. *in d. c. inter cætera.*

Nec obſtat, quod dicit Abbas *in d. c. inter cætera,* contra Bart. vt in dubio electio ad iudicem pertineat per gloſſ. *in d. c. fraternitatis, & d. c. ſicut,* quæ in dubio loquuntur, quia ea quæ Abbas dicit habent locum, quando verba ad iudicem referuntur, & ita loquitur text. *in c. quoniam, § fin. vt lite non conteſt. & c. quærenti, in fin. ff. de verb. ſign.*

Non obſtat, quod iudex tanquam miniſter legis debet imponere pœnam ſecundum qualitatem loci, temporis, & perſonæ, *l. aut facta, in fine, ff. de pœnis,* quia D. Decius verum eſſe in pœna, quæ ſimiliter eſſet in iudicis arbitrio, ſecus in pœna alternatiua, vel debet eſſe miniſter, vt pœna ſit electioni ipſius rei debitoris *per d. l. plerunq; cum d. l. omnes, ff. de iud.*

Non obſtat, quod reus ſemper minorem eliget, vt dicit ibi Abb. *in d. l. ſi ita ſtipula. in fin.* quia hoc non videtur inconueniens, ex quo ſtatutum alternatiuè loquitur, videtur enim habuiſſe vtran-

vtramque pœnam pro æquipollenc, & hoc patet in debitore ex contractu *d.l. plerumque.* ergo idem in debitore ex delicto. *d. l. omnẽ.* ¶ Vel dici poteſt rationes Abbatis militare in pęnis corporalibus, vt electio ſit iudicis, vt infra dicã: in pecuniarijs autem procedant rationes Bart. per ea quæ Bart. dicit *in d. l. quicũque*, & ſic loquitur Bal. *in l. cunctos populos, colum. 4. verſ. vlterius oppono. C. de ſumma Trin.* & Ioan. de Imol. hoc expreſſe firmat *in l. 2 ff. de publ. iud. col. 7. verſ. ſecundo.* tangunt hic Doctor. & pro prędictis dicit notab. Abb. *in c. prout, col. fin. ver. ex prædictis etiam collige, de dolo & contum.* quòd quando multa remedia à iure introducuntur alternatiuè, licet verba non concernant partem, ſed iudicem, nihilominus ex quo concernũt vtilitatem priuatam, optio eligendi alterum nõ datur iudici, ſed parti, quod dupliciter dicit eſſe notandum pro limitatione eorum, quæ notat glo. *in d. cap. à crapula*, & eorum quæ ipſe dixit *in d. c. inter cætera.*

5 ¶ † Secundo caſu quando vtraque pęna alternatiua eſt corporalis, tunc indiſtinctè dico electionem eſſe ipſius iudicis ſecũdum Bartol. *in d. l. quicunque*, & hoc tenet Ioan. de Imol. *in d. l. 2. colum. 2.* per text. quem dicit eſſe caſum de hoc *in d. l. 2. §. expilatores*; & Barthol. Cœpo. *in repet. l. fugitiui, colum. 10. C. de ſeru. fugi.* & Salycet. ibi, & *in d. l. quicunque*, & Paul. de Caſtr. *in d. l. fugitiui, colum. 1.* pro quo facit text. cum gloſſ. *in l. aut damnum, in princip. verſ. prouide, ff. de pœnis, & ibi gloſſ. in verbo permittentes*, vbi dicitur quod iudex nõ poteſt dare electionem reo eligendi ſibi mortem, quam vult, & pro ſingulari illum text. allegat Ludo. Roman. *in ſingulari 133. incipien. quæro an iudex*, vbi dicit quòd iudex non poteſt dare electionem pęnæ morituro, licet Nero Imperator hoc fecerit in Senecam magiſtrũ ſuum, ſed illud ſpeciale eſt in Imperatore, ſecus tamẽ in inferioribus iudicibus, vt probatur *in d. verſ. prouide.* & gloſſ. & Albe. ibi ponderant, & Ludo. illud ſentit in dicto ſingulari, idem Ludou. *in l. ſi quis mihi bona, in fin. ff. de acquiren. hæredita.* & illum text. extollit Bald. *in l. 1. C. de his qui ad liber. perueni. non poſſunt*, vbi dicit quod iudex non poteſt dare electionẽ mortis ipſi reo, ſed ipſe iudex debet eligere, & dicit eſſe menti tenendum, & licet ille text. non loquatur de pœna alternatiuè appoſita, non tamen eſt annuendum reum corporalem pęnam eligere poſſe, quia non eſt dominus membrorum ſuorum, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquiliam, c. contingit. de ſententia excommun.* vnde ſi lex vult quòd iudex, qui poteſt, & debet conſiderare delicti & rei qualitatem *iuxta. l. reſpiciendum, in princ. & l. aut facta, ff. de pœnis*, non poteſt dare electionem pœnę ipſi reo per *dicto verſicu. prouide.* multominus interpretabimur, quod lex ſine facto iudicis voluerit dare electionem pœnæ, quia ipſe reus in dubio eligeret minorem pœnam, pro quo fa-
6 cit *d. §. expilatores*, & quæ dixi ſupra † allegando Bald. *in repet. d. l. 1. ff. de leg. 2.*

¶ Hinc eſt quod quis non poteſt fideiubere nec obligare ſe pro alio ad pœnam corporalem, vt eſt gloſſ. notabilis *in ca. cum homo, 23. quæſt. 5.* Bart. & Moder. *in l. Iulianus, in fin. ff. qui ſatiſdare cogan.* Cyn. & Salyc. *in l. ad commentarienſem, C. de cuſto. reorum.* & notat Bald. *in titu. de pace conſtan. in ca. in cauſis, § vexilli. in verbo ab vniuerſitate, in fin.* & Ludouic. Roman. *in ſingul. 128. incipient. Tu ſcis quod in cauſa criminali*, licet conſuetudo in contrarium forſan valeret, vt per Bald. & Ludouic. *in dictis locis.* & Felyn. *in cap. ſicut conſuetudo, de proba. colum. 3. & in c. ius generale. colum. fi.* & Cępol. *in d. l. ſi fugitiui.* & Bartol. *in l. fin. à reo. §. fin ff. de fideiuſſo.* dicit quod pro delictis non poteſt interuenire fideiuſſor. Bald. *in l. neque, C. ne filius pro patre.* Bartol. *in l. ſi quis reum. verſ. circa primum, ff de cuſto. reorum.* text. & Bartol. *in l. eos, § ſuper his, C. de appella.* Felyn. latè *in c. legebatur. de maior. & obedien.* idem Felyn. *in ca. paſtoralis, §. quia vero, de offi. delegat. & in cap. contingit, de ſenten. excommun.* facit gloſſ. *in c. ſicut Iudæi. in fin. de Iudæ.* & Cardin. *in capitulo inter cætera, de reſcript.* dicit quod ſi in lege vel ſtatuto imponitur duplex pœna alternatiua, electio eſt ipſius iudicis per textum, & per gloſſ. *in dict. capitu. ſicut*, quam dicit eſſe ſingularem, vnde Cœpol. *in d. l. ſi fugitiui.* dicit ſic intelligi debere dictam l. non ex eo, quod verba diriguntur ad iudicem, vt dicit Bartol. *in d. l. quicunque*, ſed quia illa pœna eſt corporalis, cuius electio non poteſt eſſe rei per prędicta, & hoc eſt de mente Petri de Bellapertica, & Iacob. Butr. *in dict. l. ſi fugitiui.* Et maximè prædicta habent locum, ſi aliquod verbum eſt appoſitum in lege, vel ſtatuto, quod importare videatur arbitrium iudicis, ſicut quando dicitur vel quælibet alia pœna, ita ponderant Cyn. & Alberi. de Roſat. *in d. l. ſi fugitiui*, & hæc opinio eſt communis.

Sed circa prǣmiſſa eſt aduertendum, quia Bal. *in d. l. quicunq. colum. 3. ver. quæro de pœna alternatiua.* dicit, in pœnis corporalibꝰ rei eſſe electionem, quia vtraque pœna eſt certa & purgat delictum, & de hoc ante ſententiam interrogabitur reus per iudicem, & ſi non eligit, tunc eliget iudex per poteſtatem ſibi datã *per l. hodie, ff. de pœnis*, & ſententia feretur certa, non alternatiua; cum trahere debeat ſecum executionem, *l. qui vltimo. ff. de pœnis*, quod alternatiua ſententia non faceret prout notatur. *in l. 1. §. exactio, C. de rei vxo. actio.*

¶ Non obſtat quod notatur *in l. Lucio, ff. de legat. 2.* quia ibi loquitur in creditore fauorabili hic in odioſo, licet ergo ſtatutũ dicat, quod iudex faciat extrahi oculum; vel amputari linguã, interpretabor tamen prout reus elegerit, id eſt, miſerabili electione ſibi tunc conceſſa, quoniam illi eſt mitior pęna quæ ipſi eligenti videtur mitior, vt intelligatur legiſlator aliquid miſeria inter aſperrimas pœnas immiſcuiſſe, & hanc opin. Bal. refert & ſequitur Angel. & Aret. *in tractat. maleficiorum, in verbo, ſi quis non ſoluerit infra decem, verſ. quid ſi ſtatutum.* & D. Philip. Dec. *in d. c. inter cætera, col. pen. verſ. ſed tamen*, inclinat ad hanc opinionem dicens, quia ſi in pęna pecuniaria reus habet electionem, vt prædixi, à fortiori in pœna corporali *arg. l. ſi præſes, iuncta. l. in ſeruorum, ff. de pœnis.* & dicit Bald. *in d. l. quicunque.* quod ſibi non placet illa diſtinctio inter pœnam pecuniariam & corporalẽ, quia in corporalibus mitius eſt agendum, præſertim quando perſona non ſit vilis, *per l. interpretatione. ff. de pœnis.*

Nec obſtat ſecundum eum text. *in l. aut damnum, §. proinde. ff. de pœnis.* quia non loquitur in pœna alternatiua: non obſtat ratio præinſerta, quod quis non eſt dominus membrorum ſuorum, quia ipſe reus tali caſu nõ diſponit, ſed ſtatutum, vel ſententia illud facit, ſicut quando quis cõdemnatus fuit ad mortem, & non appellauit quia ſentẽtia tranſit in rem iudicatam, *l. diui fratres. ff de pœnis.* & ibi Barto. *& l. 1. §. fin. ff. de quæſtio.* nam licet quis non ſit dominus membrorum ſuorum, reſpublica tamen habet poteſtatem, & eſt domina membrorũ eius, vt Bart. notab. dicit *in l. Titio centum, § Titio centum, el 2. ver. tertia ratio, ff. de condit. & demonſt.* & ſic electio erit dãda ipſi reo etiam in corporalibus pœnis per prædicta.

¶ Et hæc opinio videtur æquior & mitior, ſed præcedens eſt communis, & de iure verior, pro cuius cõfirmatione reſtat reſpondere rationibus Bart. & domini Decij, & in primis dico opinionem Baldi non probari aliqua lege, vt dicit Cępo. *in d. l. ſi fugitiui.* & illa diſtinctio inter pœnam pecuniariam, & corporalem quam reprobat Bald. eſt bona, videlicet quòd in pœnis pecuniarijs ſit electio rei, non autem in corporalibus, nam pęna corporalis ſolet apponi pro grauiori delicto, quam pœna pecuniaria, quod patet quia eſt maior, pœna enim corporalis quantumcunque minima, eſt maior regulariter quacunq; pęna pecuniaria. *l. in ſeruorum, ff. de pœnis.* & vbi eſt maior pœna, ibi maius delictum regulariter, vt notat gloſſ. *24. q. 1. cap. non afferamus, & in §. fin. in Auth. vt fratrum filij, col. 9.* & late tradit D. Deci. *in conſil. 65. incip. diligenter conſideratis, colum. fin.* & Bartho. Socin. *in conſil. 157. incip. præſens conſultatio, colum. fin. libro. 2.* ergo vbi imponitur pœna pecuniaria ibi eſt minus delictum, & ibi imponitur corporalis ibi eſt maius delictum, ſequitur quod mitius eſt agendum, vbi eſt pœna pecuniaria, & ſic minus delictum, quam vbi eſt pœna corporalis, & ſic vbi eſt maius delictum, vt eſt tex. *in l. reſpiciendum, in prin. ff. de pœnis.* & propter hoc facilius conceditur, quod in pœnis alternatiuis pecuniarijs ſit electio, quam in pœnis corporalibus. Vnde ſecundum Cœpo. non videtur bona diſtinctio Bart. *in d. l. quicunque*, videlicet aut verba legis vel ſtatuti referuntur ad iudicem, aut ad partem ſiue reum per gl. *in d. l. Lucio. ff. de lega. 2.* quam Alberi. de Roſat. & Paul. de Caſt. dicũt ibi eſſe meliorem de corpore iuris, & illam dicit ſingularem Ang. de Aret. *in §. huic authem. inſtit. de actio.* & ibi Iaſ. dicit eſſe notabilem gloſſ. & magiſtram, quia illa loquitur in debitore & creditore pecuniæ vel alterius rei, nos vero loquimur in debitore ſui corporis, cuius ipſe reus non eſt dominus nec in ipſo poteſtatem habet *per dictam legem liber homo, ff. ad legem aqui. & ſuperius allegata.*

¶ Non obſtat gl. *in l. quod ſi minor, §. ſi ſeruus. ff. de mino.* quæ dicit iuncto text. quod ſi ſeruus verberibus aut noxæ dari debet, electio eſt ipſius domini, quia illa glo. non loquitur de reo, vel iudice, ſed de domino, & ideo nihil facit.

¶ Præterea illa pœna corporalis ſerui reputatur pecuniaria reſpectu intereſſe ipſius domini, quinimo conſiderata vtilitate per-

te perſonæ, illa verberatio corporis reputatur minor quàm pecuniaria pœna, vt dicit Bart. *l. 1. §. generaliter, ff. de pœnis.* & illa datio noxæ etiam reputatur pœna pecuniaria, habito reſpectu ad ipſum dominum, quia perdet dominium illius ſerui, hoc enim operatur datio noxæ. *l. 1. ff. de noxa. & inſti. eo. in prin.* & ſic eſſemus in duabus pœnis pecuniarijs alternatiuè poſitis, vt electio eſſet ipſius domini, qui obtineret in hoc caſu locum ſerui, qui eſt reus per ea quæ dixi ſupra in illo membro, quādo in pecuniarijs pœnis verba ad neminem referuntur.

Sed nos ſumus in pœnis corporis afflictiuis, & idcirco illa gl. nō poteſt ad hoc allegari, de cuius veritate tradit aliquid Bart. *in l. ſed ſi vnius, §. cum ſeruus, ff. de iniur.*

Nec etiam obſtat *l. fin. ff. de in ius voc.* quia ibi non dicitur in illis pœnis alternatiuè poſitis, cuius ſit electio, præſertim quia ibi illa pœna corporalis eſt ſubordinata in locum pœnæ pecuniariæ deficientis per verba poſita *in text. ibi, ſi inopia dignoſcitur laborare,* vt ibi tradit Bald. expreſſe *in l. Lucio, ff. de leg. 2.*

Non obſtat, quia in pecuniarijs habet electionem reus, ergo & in corporalibus, quia non eſt eadem ratio in vna, ſicut in alia, nam de rebus ſeu pecunijs ſuis, quilibet habet liberam diſpoſitionē. *l. in re mandata, C. mandati,* dummodò illis non abutatur, vt per Angel. de Aretio, *in §. ſed maior. Inſtit. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt.* ſed homo non habet corporis ſui dominium. *l. liber homo, ff. ad l. aquil.* ergo non procedit argumentum. *l. inter ſtipulantem, §. ſacram.* & ibi Moderni. *ff. de verb. oblig.* & quando ratio quæ eſt cauſa extenſionis non militat, non fit extenſio dicit Bald. *in l. 1. col. 2. C. quæ ſit longa conſue.*

Nec obſtat quod reſpublica habet poteſtatem in hominibus, & eſt domina membrorum hominis per dictum Bart. *in d. §. Titia centum.* quia dico quod ſi reſpublica hoc ſtatueret, vt in his pœnis corporalibus reus haberet electionem, tunc fateor quòd rei eſſet electio, hoc enim quantumcunque durum ſeruandum eſſet. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* Bald. *in l. ordo. col. 2. C. de execu. rei iud.* & dicit Bald. *in l. Gallus, §. ſi eius qui. ff. de libe. & poſthum. per illum text.* quod ex quo habemus determinationem legis, vel ſtatuti, non debemus vlterius inueſtigare, ſed in caſu propoſito nō præſupponimus hoc legem, vel ſtatutum diſponere, ſed ſimpliciter loqui, & tunc ſtatutum patitur interpretationem extenſiuam. *l. 2.* & ibi Salyc. *in 4. col. C. de noxa. actio.* ſtatuta enim reſtringuntur per rationem iuris communis. Bal. *in l. data opera, col. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Et quamuis text. *in l. damnum, §. prouide, ff. de pœnis.* non loquatur in pœnis alternatiuis; dico quod non allegatur ad hoc per Doctores, ſed quod libera mortis facultas non poteſt reo concedi. Vnde ſiue ſimus in pœnis alternatiuè poſitis, ſiue in ipſa pœna imponēda, non refert, quia hic habemus quòd reo non eſt danda facultas mortem eligendi, *per d. § prouide.* quæ ſibi daretur, ſi electio pœnæ ſibi concederetur, quod non eſt dicendum.

7 † (see marginal number)

Eſt tamen aduertendum quod in caſu quo iudex in his pœnis alternatiuis haberet electionem, illam tamen debet imponere, quæ eſt conſueta apponi iuxta gloſſ. fin. *in l. hodie, ff. de pœnis, & in l. quid ergo. § pœna grauior, ff. de his qui not. infa.* Bartol. *in l. fin. ff. de priuatis delictis.* Bald. *in l. quicunque, colum. 5. C. de ſeruis fugi.* Abb. *in cap. licet, de pœnis, & in d. c. inter cætera.* & ibi latè tradit Felyn. *in 5 colum. in quinta reſtrictione.* Abbas & Moderni *in cap. inquiſitionis, de accuſa.*

8 † Et dicit Bald. *in cap. 1. § iudices, col. 2. verſic. ſed nunquid, de pace iura. fir.* quod iudex qui non ſequitur conſuetudinem facit litem ſuam, quod refert Ant. Sic. *in conſ. 47. col. pen. incip. ſcribitur præclare, lib. 1.* & quod de conſuetudine dicit idem Sicu. *in conſi. 34. col. pen. incip. illud in medium afferam, lib. 3.*

Non obſtat quod prædicta videntur procedere de æquitate, vt id quod conſuetum eſt obſeruetur, *argu. in d. l. hodie. iuncta glo. fin. ff. de pœn.* de ſubtilitate tamen poſſet teneri contrarium, nam in his quæ ſunt meræ facultatis ex obſeruantia actus non eſt inducta conſuetudo; nam forte ſemper placuit iudici eligere alteram pœnam, ex quo nihil eſt actum contra legem, nō inducta conſuetudo legis derogatiua, vel abrogatiua, facit quod notatur *in l. 2. C. quæ ſit longa conſue.* & tradit Abb. *in d. c. inter cætera, in fin.*

9 Ad hoc reſpondet D. Dec. ibi remittendo ſe ad ea quæ dicit Ioan. de Imol. *in d. c. ex parte Aſtenſis, de conceſſ. præben.* ex cuius dictis nō videtur colligi ſolutio ad dictum Abbatis; vnde melius dici poſſet ſecundum Fely. *in d. c. inter cætera, col. 5.* quod per vniformem electionem alterius pœnæ, videtur alia pœna abolita per ea quæ notat Abb. *in c. ea quæ, de ſtatu monachorum, in 4. not.* & per tractum temporis quamuis voluntariè res tranſiſſet in aliam naturam, & inducitur conſuetudo. *c. cum beneficia, de præben. lib. 6.* & non fuit actus iſte electionis meræ facultatis; quia certo reſpectu congruentior ſuo viſa illa pœna electa & huic ſtetaſ facit ad hoc quod dicit Bart. *in l. non ſolum, in 1. verſ. ad fin. ff. de vſuris, verſic. ſed ſi non ſoluiſſet ſimpliciter,* & per Felyn. *in d. c. quod tranſſubſtantiationem, de offic. deleg.* in quibus habetur quod actus qui referri poteſt ad aliquem reſpectum, non dicitur meræ facultatis, dictum vero Abb. procedit loquitur in actu meræ facultatis; per quem non præſcribitur, nec conſuetudo inducitur, vt præter tradit Abb. *in d. c. ex parte, & cap. dilectus, de cler. coniug. ex cum accesſiſſent, de conſtit.* & Dom. Iaſ. *in repet. l. quominus, ff. de flu. colum. 6. verſ. 3. principaliter.*

Eſt etiam attendendum quòd quando pœnæ alternatiuè ponuntur habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, non eſt in optione iudicis eligere quam velit imponere, ſed debet illā imponere, quæ magis congruit qualitati perſonæ delinquentis, Dom. *in cap. ante omnia, 25. diſtinc.* quia ſi ſunt poſiti in maioribus ordinibus debent ſubijci excommunicationi, non autem corporali ſupplicio. *capitulo cum beatus. 45. diſtinc.* Si vero ſint minoribus debet ſubijcere illos corporali ſupplicio. *d. cap. beatus, capit. contumaces, 50. diſtinct.* & facit quod dicit dominus Decius *in dicto capitulo inter cætera in 3. limi. colum. penult.* Ex quo infert Vgo quem refert ibi Cardin. Alexand. quod vbi ſtatutum vel lex imponit pœnas alternatiue, non eſt in optione iudicis, quam imponere voluerit, quando in ſtatuto ponitur quod alteram imponat, ſecundum merita perſonarum, quia oportebit iudicem imponere illam, quæ erit magis congrua qualitati perſonæ delinquentis, prout traditur per Doctores, *in capitulo fraternitatis, 54. diſtinct.*

† Hanc autem communem opinionem Doctorum limita ſingulariter ſecundum Abb. *in dicto capitulo inter cætera,* niſi vna pœna eſſet tranſlata in aliam, quia tunc iudex non haberet electionem amplius, pone dicit ſtatutum quod pro tali delicto reus ſoluat mille, & ſi non ſoluerit infra decem amputetur ſibi manus: lapſo termino, non poſſet iudex pœnam pecuniariam exigere: quia illa pecuniaria pœna fuit tranſlata in corporalem, & dicit Bartol. ſe conſuluiſſe in quæſtione facti. *l. cum duobus, §. idem reſpondit el 2. ff. pro ſocio,* & dominus Decius *in dicto capitulo inter cætera.* ponit rationem, quia tali caſu ius eſt quæſitum fiſco, cui iudex præiudicare non poteſt quia tenetur ſtatuta ſeruare, ſecus ſi fiſcus ad hoc vellet cōſentire, prædicit nota. Bald. *in l. commiſſoriæ, C. de pactis, inter empt. & vendit.* Angel. *in l. ſi proprietarius, in prin. ff. de damnat. infecto: & in l. quicunque, in fin. C. de ſeruis fugit.* vbi facit mentionem de conſilio Bartol. & eſt text. & ibi notat Bartol. *in l. acta. § 1. ff. de re iudic.* Bald. *in auth. clericus, interdicimus, C. de Epiſcopis, & cleri.* eſt enim facta tranſfuſio in aliam pœnam. *l. ſi penu. ff. quando dies legati cedat.* Bald. *in ſtatutis ſtrum verbo, pœna. §. 18.* Bartol. *in l. 2. ff. de publ. iudi. colum. 1. quæſt. 2.* Bal. *in l. 1. quæſt. 10. C. de his qui pœnæ nomine.* cum alijs, quæ tradit dom. Dec. *in d. c. inter cætera.* 11

† Sed hæc limitatio non bene congruit quæſtioni propoſitæ, non enim loquitur de pœnis alternatiuè poſitis, ſed de pœna conditionaliter poſita, vt dicit Bartol. formaliter *in d. l. 2. colum. 1. quæſt. 2. verſiculo ſecundo quæritur,* quia ſi non ponitur pœna alternatiuè, ſed conditionaliter, quia dicit ſtatutum, quod pro homicidio quis puniatur in quinquaginta libris, & ſi non ſoluerit infra 10. puniatur in capite, &c. & limitationes ſiue exceptiones licet ſint contra determinationem regulæ, ſunt tamen de genere ipſius regulæ, vt ſi regula loquitur de homine exceptio debet eſſe de homine & non de alia ſpecie, & non eſſet congrua exceptio, ſi dicatur, omnis homo currit niſi aſinus, vt dicit Dyn. *in rubr. de regul. iuris circa fin. libr. 6.* Bartol. & dominus Decius *in l. 1. ff. de regul. iuris.* Bartol. *in l. in his, ff. de legi.* quæſtio enim propoſita loquitur de pœnis alternatiuè poſitis, non autem conditionaliter prout loquitur dicta limitatio, ideo non bene videtur hic adaptari per modū limitationis, vt dicit Abbas *in dicto capitulo inter cætera.* 12

† Quæ limitatio probatur debet reſtringi, vt ſi pro homicidio eſt appoſita pecuniaria pœna, qua non ſoluta eſſet reus decapitandus ſecundum formam ſtatuti, & dictum homicidium eſſet commiſſum non dolo, ſed culpa, & pœna non eſſet ſoluta infra tempus ſtatuti, quod iudex illum non debet decapitare, ita dicit Bal. *in l. data opera, col. 5. verſic. ex hoc infero.* loquitur Angel. de Areo *in tractat. maleficiorum,* 13

rum in verbo, quas ſi non ſoluerit colum. 2. verſic. quid ſi ſtatutum ſimiliter, ſed punietur pœna pecuniaria, quia quo ad hoc ſufficit lata culpa, vt dicit Bald. *in l. 1. vlt. colum. verſic. ſed dubitatur. ff. de legibus.* ſequitur Dom. Iaſon *in l. inſtè poſſidet, colum. penult. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Et pro dicta limitatione & his quæ dicit Dom. Dec. conſuluit Franc. de Aretio *in conſilio 79. incipien. placet mihi concluſio conſultoris.*

14 ¶ † Tertio caſu quando vna pœna ex pœnis alternatiuè poſitis eſt pecuniaria, & altera corporalis, dico etiam electionem eſſe ipſius iudicis per ea quæ ſupra dixi, quando vtraque pœna eſt corporalis, quia rationes ibi datæ concludunt in hoc caſu, & ſic tranſit Cæpol. *in dicta l. ſi fugitiui colum. 10.* hoc tenet Abbas *in dicto cap. inter cætera columna penultima.* vbi in exemplo poſito, ſcilicet quando dicit ſtatutum, puniatur in mille florenis, aut amputetur ſibi pes, concludit electionem eſſe ipſius iudicis *per capitulum quoniam, in fin. vt lite non conteſtata. & cap. conquerente, ibi verbum* [illegible] *ſignificat*, quia regulariter iudex tanquam legis miniſter habet eligere, & imponere pœnam conſiderata circumſtantia loci, temporis, & perſonæ, *l. reſpiciendum. & l. aut facta. in fin. ff. de pœnis.*

15 ¶ † Inſuper dicit Marian. Socin. *in dicto cap. ſicut de iudæis*, quod in caſu, quo electio eſſet rei, & reus vellet eligere pœnam mortis, altera pœna reiecta, non eſſet admittendus, ne videretur ſui ipſius homicida per textum *in l. aut damnum. § prouide. ff. de pœnis, & alijs ſupra allegatis.*

16 ¶ † Eſt tamen in prædictis caſibus conſiderandum, quod in caſu quo iudici competit electio pœnæ alternatiuè debet iudex eligere minorem, quia debet arbitrari in benigniorem partem. *l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis. c. in pœnis de reg. iur. lib. 6.* Bald. *in l. authent. nouo iure. C. de ſeruis fugit.* & ſi maiorem eligeret, poſſet appellari, *l. ſi qua pœna. & l. aliud. § fin. ff. de verborum ſignificat.* dicit etiam idem Socin. *in dicto cap. ſicut* quod hoc arbitrium debet fieri cauſa cognita, ex aliqua iuſta cauſa hoc facere, & conſiderate, quod multis graſſantibus locus eſt exemplo, *l. aut facta. § fin. ff. de pœnis. traditur in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & l. & ſi ſeuerior. C. eodem titulo.* & facit textus *in l. 1. C. de his qui latro. occult.*

¶ In quæſtione nona.

SVMMARIVM.

1. *Abbates, prælati, & aliæ religioſæ perſonæ de quibus in hoc c. an interueniant tanquam iudices, & quid de literatis.*
2. *Iudices dati à lege ſimpliciter an ſint dati inſolidum, an verò ſimul habeant iudicare.*
3. *Maiori parti harum perſonarum, ſcilicet Abbatum, prælatorum, & religioſarum perſonarum quæ interueniunt in caſu huius capituli eſt ſtandum.*
4. *Iuriſdictio quando competit vt vniuerſis attenditur maior pars & ſanior in actibus Eccleſiaſticis, ſecus in prophanis.*
5. *Epiſcopus vel Inquiſitor data paritate votorum, an faciat maiorem partem in caſu huius cap.*
6. *Epiſcopus cum vno canonico non facit maiorem partem, ſed requiritur maior pars capituli quando conſenſus Epiſcopi & capituli requiritur.*
7. *Prælati, Abbas & religioſæ perſonæ quæ interueniunt in caſu huius cap. ſunt tanquam iudices, ideo eorum maiori parti debet ſtare Epiſcopus vel Inquiſitor.*
8. *Literatæ perſonæ quæ interuenire debent in caſu huius cap. non ſunt tanquam iudices ſed vt aſſeſſores & conſiliarij.*
9. *Verba vtentia ſub vna determinatione an pariter determinentur, & vide optimas determinationes.*

1 NONO QVÆRO, † an iſti prælati & religioſæ perſonæ, de quibus in textu, qui habent intereſſe in hac verbali depoſitione eruntur tanquam coniudices cum ipſo Epiſcopo, aut tanquam aſſeſſores, & literati, de quibus hic, cenſebuntur eodem iure ſicut dicti prælati, vt ſi illi reputantur coniudices, iſti ſunt etiam coniudices, an verò illi coniudices, iſti verò tanquam conſiliarij, & hoc eſt vtile cognoſcere, nam ſi ſunt coniudices, iuriſdictio competit ipſis ex diſpoſitione huius canonis, non vt vniuerſis, quia non repræſentant collegium, vel vniuerſitatem, vt in caſu *cap. irrefragabili. § excessus. ff. de offic. ord.* ſed vt pluribus, vt in conſulibus mercatorum, vel alterius artis, adeò quod nec iuriſdictio, nec eius exercitium ſit apud aliquem eorum inſolidum, ſed ſimul apud omnes ſimul qui habeantur loco vnius, *l. nam magiſtratus. ff. ad municipia.* & in hoc caſu ſufficit maior pars, ſicut in iuriſdictione, quæ competit vt vniuerſis, quia valet, quod fit à maiori parte, *l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.* ita eſt in ſententia ferenda, vt eſt gloſſa ordinaria *in verbo, ſeparatim, in cap. prudentiam in princ. infra eodem* quam ſequitur Paul. de Caſt. *in l. Pomponius ſi vnus colum. pen. ff. de iudic.* & hæc concluſio eſt vera, quam firmat Bald. *in l. 1. colum. 2. quæſt. 4. verſic. ſed nunquid. ff. de offic. conſul.* quia quando lex aliquibus aliquid committit ſemper tacitè videtur velle, vt ſufficiat maior pars, *l. & ſuum hæredem. § hodie. cum l. ſeque. ff. de pactis, l. planè. ff. quod cuiuſque vniuerſ.* etiam ſi tanquam ſingulis fiat commiſſio ſecus ſi per hominem aliquid compromittatur, *l. ſi quis. ff. de arbitris.* & etiam dici poſſet, quod hæc cognitio ſeu verbalis depoſitio debet fieri forma hic tradita ſeruata, adeò quod quilibet iſtorum non poſſit ſeparatim adiri, ſed ſimul habeant cognoſcere, datur enim hic forma, quod cum pluribus Epiſcopis, non cum vno poteſt deponere, quia pluralis locutio non verificatur in vno, *l. Iulius Pphitbus. ff. ad Trebell.* & ab hac forma non eſt recedendum, *l. ſuper creandis. C. de iur. fiſc. libro 10.* Bald. *in d. q.* quod inſtar enim iudicum ſimpliciter delegatorum ſine aliqua clauſula cenſentur iſti prælati, qui ab hoc canone ſic dati, debent inſimul, & non ſeparatim iudicare. Vnde exercitium iuriſdictionis non eſt penes quemlibet inſolidum, *c. cauſam matrimonij de offic. delegat.* notat Dec. *in c. 1. col. penult. eod. tit.* etiam ſi vnus ex iſtis iudicibus delegatis eſſet impeditus, vel mortuus, *c. vno delegatorum. eod. tit.* ſecus ſi eſſet à Principe delegante remotus, quia tota iuriſdictio remanet apud alios, *l. cum prætor, in princ.* & ibi Paul. de Caſt. declarat, *ff. de iudicijs.* tradit D. Dec. *in d. c. cum cauſam col. 1. l. duo ex tribus. ff. de re iud.* & intelligo maiorem partem reſpectu numeri, non reſpectu dignitatis, *l. inter pares. ff. de re iud. in verbo, numero.*

¶ † Si verò iuriſdictio competeret vt vniuerſis, tunc numerus, & dignitas conſiderarentur, vt dicit Bart. *in d. l. Pomponius ſi vnus. ff. de re iud.* hæc enim in actibus collegiatis & Eccleſiaſticis copulatiuè requiruntur, ſcilicet, maioritas numeri, & dignitatis, Abbas *in c. prudentiam in princ. de offic. delegat. & in c. 1. per illum text. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. cap. quia propter. de electio.* Dom. Dec. *in c. cum omnes. in poſterioribus ſcriptis de conſtit. & in dicto cap. prudentiam.* 4

¶ † Secus tamen in actibus prophanis & ſæcularibus, quia iura ciuilia ſimpliciter dicunt, maiorem partem ſufficere, vt concluſit Alex. de Imol. *in l. maiorem. ff. de pactis.* & ſic dicit debere intelligi gloſſ. *in l. vbi abſunt. ff. de tuto. datis ab his.* ¶ Nec dictus Epiſcopus vel Inquiſitor faciet maiorem partem cum vno ex dictis prælatis & perſonis religioſis, ſed requiritur, quod maior pars dictorum ſit cum dicto Epiſcopo, vel Inquiſitore, ſi ſeparatim iudicant in ſuo caſu, vel cum vtroque, quando inſimul procedunt. 5

¶ † Et hæc concluſio probatur ex eo quod tenet Abb. Sicul. *in conſil. 98. incip. Ex infraſcriptis literis Apoſtolicis, colum. 3. verſic. quarto, in 1. lib.* vbi probat quod ſi Epiſcopi & capituli conſenſus requiritur, non coniunguntur Epiſcopus & capitulum, ſed oportet quod Epiſcopus per ſe conſentiat, ita vt ſaltem habeatur conſenſus maioris partis capituli, vt notatur *in capitulo vnico, ne ſede vacante.* Ioann. Andre. *in cap. à collatione. de appellatio.* quem ſequitur ibi Domin. vbi tenet quod ſi Epiſcopus habeat vnum canonicum ſecum concordem votum ſuum non præualet voto aliorum canonicorum, quia habens vocem vnius canonici non habet vocem maioris partis capituli, ſequitur Federicus de Senis *in conſilio 232. incip. caſus talis eſt vacantibus canonicatu & prebenda colum. final.* idem Federic. *in conſilio 1. incipien. Ad Epiſcopum & capitulum.* Abbas poſt Anton. de Butr. *in cap. poſtulaſti. de conceſſ. preben. & in cap. quanto de his quæ fiunt à prælat.* Abb. *in capit. paſtoralis de reſcriptis in princip. & in cap. ſcriptum. de electio.* Domin. *in cap. fin. de religio. domib. libro 6. gloſſ. not. in verbo, aſſenſu. in capitulo vnico, ne ſede vacante libro 6.* & Alberic. de Roſa. *in l. quidam decedens. § Papinianus. in fine. ff. de adminiſt. tut.* & hæc eſt veritas quicquid dixerit Hoſtienſ. *in dicto cap. poſtulaſti.* quem ſequitur Ludouic. Roman. non ſine ſcrupulo conſcientiæ *in conſilio 366. incipien. Quæritur nunquid in fine.* & Alberic. de Roſa *in 2. parte ſtatutorum. quæſtio 188. incipien. Paduæ eſt ſtatutum.* & hæc opinio Hoſtienſis eſt communiter reprobata, vt dicit Felin. *in dicto cap. paſtoralis in fine.* & Dominus Iaſon *in l. & ſuum hæredem. § hodie. col. penult. ff. de pactis.* 6

¶ Plura

¶ Plura tamen argumenta ſunt in contrarium, quæ ponũtur per Fel. *in d. c. paſtoralis. col. penult.* & per Iaſ. *in l. ſi pater. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & l. fi. C. de impu.* & Dom. Dec. *in conſil. 122. incip. & pro tenui facultate.*

7 ¶ † Ex quibus infero, quod ſi dicti prælati, religioſæque perſonæ ſunt tanquam iudices, Epiſcopus qui debet clericum deponere, debet hoc facere cum conſenſu maioris partis illorum, in qua maiori parte ipſe non computatur per prædicta, & ſignanter per ea quæ reaſſumit latè Dom. *in d. c. à collatione.* & Lap. *alleg. 32. incip. prima concluſio.* ¶ Vnde reſpondendo ad quæſtionem dico, dictos prælatos religioſaſque perſonas de quibus in hoc text. vocari tanquam iudices, quia ſurrogantur loco Epiſcoporum, qui non obſtante diſpoſitione huius text. deberent vocari ad hanc verbalem degradationem ad finem faciendi actualem vt iudices, non autem vt aſſeſſores, tam in diſcutiendo & cognoſcendo, quam in ſententiando: quod probatur per textum *in cap. 1. in fine. 15. quæſt. 7.* vbi dicit textus quod ſynodali iudicio oportet talem cauſam diffiniri, prout latè tradit Domin. *in cap. 1. 1. quæſt. 8.* quem ſequitur Dom. Cardinal. Alexand. ibi. idem dicit Ioan. Andr. & Domin. *in cap. degradatio. de pœnis, libro 6. in principio. colum. 2.* idem ſcribit Dominic. *in capit. 1. §. vbi verò. colum. 2. ne ſede vacan. libro 6.* quinimmò in examinatione cauſæ huius Epiſcopi debent interuenire, & negotium cum ipſis tractari, & diſcuti debet vt dicit Archid. *in capit. ſin autem. 15 quæſt. 7.*

¶ Si verò eſſent tanquam aſſeſſores darent conſilium ad ſententias ferendas, non autem iudiciariam impenderent, quia aſſeſſores non habent iuriſdictionem *l. metum. §. ſed animaduertendum. ff. quod metus cauſa.* & Doctor. *in rubric. de officio aſſeſſor.* aut ſi liber facere diſtinctionem, quam Abbas ponit, & Felinus ſequitur *in cap. non potuit. de re iudicata. colum penultim. verſicu. ſed dubitari poteſt.* ¶ Quod autem iſti ſurrogentur loco dictorum Epiſcoporum, hoc concludit Petr. de Anchar. hic, & latè dixi *ſupra eod. cap. quæſt. 5.*

8 ¶ † Quo ad literatas verò perſonas prima facie dicendum videtur eodem iure cenſendas, vt tanquam iudices etiam interuenire debeant, quia ſub vna determinatione in eadem oratione concluduntur, vt patet in textu, ergo eadem iuris diſpoſitione deberent cenſeri, vt probatur *in l. nam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* & quando aliqua vocabula veniũt ad determinationem eiuſdem verbi, debent ſic intelligi, vt vniformiter operentur, text. eſt quem Bart. ad hoc notat *in l. fin. C. de ſentent.* ſic videtur in hoc text. quia literati cum prælatis Abbatibus, & alijs religioſis perſonis ſub vno verbo conuocatis clauduntur, ergo idem iuris eſſe debet de ipſis, quod de prædictis Abbatibus, & religioſis perſonis.

¶ Sed contrarium arbitror, quod iſti literati non interueniãt tanquam iudices, & conſiliarij, quamuis Petr. de Ancharan. hic ſimpliciter loquatur de omnibus, quòd ſint tanquam iudices, quia literati ſolent vocari ad dãdum conſilium Inquiſitoribus ad huiuſmodi ſententias ferendas, *in cap. vt commiſſi. §. aduocandi. infra eod.* & hoc expreſsè in degradatione firmant Ioan. Andr. & Domin. *in cap. degradatio. in princ. infra de pœnis.* dicentes quod cũ diffinitiue actualis degradatio facienda, vocantur ad conſilium literati, qui in actuali inutiliter vocarentur, & ſufficit in aliquo legi ſatisfeciſſe ſurrogando prælatos, & alios loco Epiſcopotum, qui alias requirebantur in degradatione, arg. *l. tutori, vel curatori. C. de negotijs geſtis.* facit gloſſ. *in l. 1. ff. ad municip. gloſſ. penul.* & Paul. de Caſtr. & Modern. *in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan.*

9 ¶ † Nec obſtat illud quod dixi de vna determinatione, quia licet illa vocabula, ſcilicet Prælatorum, Abbatum, & Literatorum determinentur ſub illo participio conuocatis, & ſic quod omnes debeant conuocari, & quod ſine illis non poſſit Epiſcopus degradare, cùm hoc ſit traditum pro forma vt dixi, non tamen hæc vocabula ad inuicem ſe determinant, ita quod ſi prælati interueniant tanquam iudices, literati etiam vt iudices interueniant, hæc eſt not. doctr. Bart. *in l. prætor. la 2. §. ſi quis aduentu. de vi bono rapto.* quem ponderauit Lancellot. Decius frater D. Philippi Decij præceptoris mei, dicens eſſe ſoliuagum in materia, *in l. hæreditatem. C. de impu.* quem ſequitur D. Iaſon *in d. l. nam hoc iure. penult. colum.*

¶ Inſuper prædicta haberent locum, quando non eſſet diuerſa ratio in vno determinabilium quam in alio *per l. 2. cum gl. ff. de offic. proconſul.* Bald. *in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolut. matrim.* vt dicit Ioan. de Imol. *in l. Caius. 2. colum. ſolut. matri. in dicta l. nam hoc iure.* & Ang. *in § hinc nobis, in auth. de hære. & falcid. in fin. verbis collat. 1.* & Dom. Decius *cap. ſignificaſti. de officio delegat. columna 2.* quod procedit in determinatione legis, vt hic, non autem hominis vt tradit Alexand. quem refert Dom. Iaſon *in dicta l. nam hoc iure. colum penult.* ¶ Et ſic prælati, & cæteri ſunt tanquam iudices, literati verò ſunt vt conſiliarij, & aſſeſſores: ex quo patet diuerſa ratio, ergo diuerſum ius, *l. illud. ff. ad legem Aquiliam. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat. & l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxorem.*

¶ In quæſtione decima.

S V M M A R I V M.

1. *Epiſcopus vel Inquiſitor an teneatur ſtare conſilio bonorum peritorum, qui vocantur ad degradationem & determinationem in caſu, ca. 1. de hæret. lib. 6.*
2. *Conſilium eſt omninò ſequendum in caſu quo lex requirit aliquid faciendum cum conſilio.*
3. *Conſilium Conſiliarij voluntariè aſſumpti quis non tenetur ſequi.*
4. *Conſilium iniuſtum quis non tenetur ſequi.*
5. *Statutum potius eſt iudicandum iniuſtum & fruſtratorium quàm quod quis teneatur facere aliquid contra conſcientiam.*
6. *Iudices iudicantes contra ſcientiam ædificant ad gehennam & tenentur ad reſtitutionem parti læſæ.*
7. *Statutum quod præcepit iudicem omninò ſtare debere conſilio ſapiẽtis etiam iniuſto eſt irrationale.*
8. *Epiſcopus & Inquiſitor præſumuntur literati.*
9. *Iudex imperitus ſequens conſilium aſſeſſoris dati ab vniuerſitate etiam ſi ſit iniuſtum excuſatur in foro conſcientiæ.*
10. *Præſides prouinciarum debent iudicare cauſas ſecundùm conſilium ſapientis non ex capite ſuo.*
11. *Aſſeſſoris officium ad quid eſt introductum.*
12. *Conſiliarius electus à iudice ſi malus eſt imputandum iudici: ſecus ſi à partibus vel ab vniuerſitate eligatur.*
13. *Epiſcopus an teneatur de imperitia ſui vicarij.*
14. *Iudex debet eligere aſſeſſorem illum qui eſt approbatus in ſtudijs generalibus non bullatum.*
15. *Electio Conſiliarij imperiti vel medici imputatur eligenti.*
16. *Iudex excuſatur ab ignorantia ſi elegit iuriſperitum idoneũ in damno vitando, non autem in lucro acquirendo.*
17. *Inquiſitores debent eligere doctores peritos & non partiales.*

DECIMO QVÆRO, † an Epiſcopus & Inquiſitor teneantur 1
ſtare conſilio bonorum peritorum, ſeu maioris partis ipſorum ſuper huiuſmodi verbali depoſitione clerici conſtituti in ſacris, in cauſa hæreſis? Dicendum eſt quòd ſtare tenentur, quia de bonorum peritorum conſilio ſententiam tenentur proferre, nam prout *ſupra proxima quæſt.* dixi, iſti literati ſeu periti nõ ad alium effectum vocantur ad hoc, niſi ad præbendum conſilium, & hoc eſt de forma, vt dictum eſt, meritò dicendum eſt,
quòd nedum eſt illorum conſilium requirendum, ſed † etiam 2
illi ſtandum: nam quando aliquis tenetur aliquid facere cum conſilio ex diſpoſitione legis tenentur illud requirere & ſequi, text. eſt quem ad hoc not. Bart. *in l. impuberibus. ff. de ſuſpectis tuto.* ſequitur Ang. Aret. *in §. conſequens. Inſtit. de ſuſpect. tuto.* & confirmatur ex eo quòd dicit Bald. *in l. vnica. colum. final. verſicul. extra quæro. C. vt lite pen. in vna cau.* tertiò pro hoc. nam vbi ſtatutum requirit cõſilium ſapientis, tacitè videtur ad vlteriora procedere, videlicet quod cõſilio prætermiſſo ſententia ſit ipſo iure nulla, quòd eſt intelligendum de diffinitione cauſæ, *l. 1. §. quod in ſententijs. ff. quando appellandum ſit,* non de interlocutorijs, tradit Bal. *in ſtatutis ſuis, in verbo, conſilium. §. 2.* & eſt ratio quia vbicunq; eſt prius & poſterius, ibi eſt ordo iudicij, ergo, &c. *lege prolatum, C. de ſententijs.* Item quia eſt ordo ponderoſus, quia vbi conſilium vbi ſalus, *l. diuortium. ff. de diuortio.* & conſiliarij poſſunt trahere iudicem ad ſententiam ſuam, *l. ſicuti. ff. de arbit.* & hanc theoricã ſequitur Petr. de Ancharan. *in repetit. cap. canonum. colum. 64. verſic. ſimilem quæſtionem tangit Bald. de conſtit.* Paul. de Caſtro *in conſil. 6. incipien. Pro declaratione. lib. 1.* & illud dictum Bartol. *in dicta l. impuberibus,* ſequitur Dominus Decius *in cap. ſi pro debilitate. in 7. colum. verſic. tertiò prædicta concluſio. de offic. delegat.* & facit quod in ſimili dicit Alberic. de Roſa. *in l. humanum. colum. 2. C. de legibus.* in quæſtione quando iudices accipiunt conſiliarium, quod de conſue-

conſuetudine communiter iudices ſequuntur conſilium aſſum-pti conſiliatij, & loquitur in fortioribus terminis, quando con-ſiliarij non dantur à lege; quinimò ex his quæ diximus in præ-cedenti quæſtione ſatis poteſt colligi & fundari hos literatos eſſe quaſi collegas in hac depoſitione, quo caſu conſilium eſſet etiam ſequendum ab Epiſcopo & Inquiſitore, per text. *in l. Ti-tium & Mæuium. in prin. ff. de adminiſtr. tut.* tradit Bart. & Sal. *in l. 1. §. ſi plures. ff. de exercitoria*; quid autem ſit in caſu, *cap. vt commiſſi. in princ. & in cap. fin. infra eod.* ibi dicetur, & dixi latiſſimè *in meo ſpeculo part. 1. 26. quæſt.* & tali caſu tenetur ſequi votum maioris

3 partis conſiliariorum. † Secus ſi eſſent voluntarij conſiliarij, quia poteſt ſi vult, vt dicit ſingulariter Innoc. *in cap. nec Epiſco-pi. de temp. ordin.* refert & ſequitur Alexan. de Imol. *in l. 1. §. ſi plu-res. colum. 4. in verbo conſilium malum. ff. de exercitoria*, idem dicit Bald. *in l. 1. ff. de offic. conſul. in 6. quæſt.* & ſatis eſt congruum hone-ſtati, vt poſtquam inquiſitor eligit aliquos in conſiliarios, vt eorum conſilium ſequatur, ne videatur potius ſequi ſuam opi-nionem, quam aliorum, forſan alios conſiliarios, quos ante non approbauit, aſſumendo, faciunt tradita per Doctores *in cap. innitaris, de conſtitut.* & ne videatur conſilium eluſorium, vel lex, quæ mandat illud haberi, *l. fin. §. vbi. C. de bonis quæ lib.* vt ſcri-bitur Ioan. And. *in mercuriali c. nullus, de reg. iur. lib. 6.* & pro his fa-cit, quia communem opinionem debemus ſequi in ſententiã-do, *dicto c. ne innitaris, de conſtit.* & ibi tradunt Doctores, *l. fin. C. de pœn. iud. qui malè iud.* ¶ Non obſtant ea quæ dicunt Doctores *in d. c. ſi pro debilitate, & in d. §. ſi plures, & in c. cum in veteri, de electio.* quia habent locum quando à lege non requiritur conſilium, vt eſt in hac quæſtione.

4 ¶ † Prædicta tamen locum habent ſi conſilium eſt iuſtum, ſecus ſi iniuſtum, quia tunc ſequi non tenentur, vt notat Abbas *in dicto cap. ſi pro debilitate*: quia conſilium de ſui natura hoc im-portare videtur quod iuſtum ſit, vt notat Bartol. *in dicto §. ſi plu-res. quæſt. 3.* Bald. *in l. manifeſtiſſimi. §. penult. in fin. C. de furtis, cum ſimilibus*, vt tradit Dominus Decius *in dicto capitulo ſi pro debilita-te, in 7. colum. verſicul. 3. limitatur.* idem tenet Bartol. *in l. ſi conuene-rit*, & ibi tradit Alexand. *ff. de re iudic.* vbi dicit quod etiam ſi ſta-tutum dicat, quod iudex debeat ſequi conſilium ſapientis, ta-men ſequi non tenetur, quãdo tale cõſilium eſſet iniuſtũ, quia intelligitur de conſilio arbitrio boni viri *per dictam l. Titium & Mæuium. verſic. quantum. ff. de adminiſtr. tuto. cum alijs per eum ibi-dem adductis.*

5 ¶ † Et quamuis Bartol. *in dicta l. ſi conuenerit. verſic. Idem puto*, ſentiat quod ſtante ſtatuto teneatur iudex ſequi conſilium ſa-pientis etiam iniquum, & Alexand. ibi eum ſequatur per ratio-nem, quia ſtatutum nihil operaretur contra *l. ſi quando. ff. de legat. 1. & l. ſi Papa. de priuilegijs.* Fel. *in d. c. ſi pro debilitate. col. 3. de offi. deleg.* tamen hæc ratio Alex. non obſtat nec poteſt habere locum in hoc caſu, quia potius debemus interpretari, vt ſtatutum nihil

6 operetur, & ſit inutile, quàm quod illud ſit grauoſum & præiu-diciale animæ ipſius iudicis, qui iudicaret † contra cõſcientiam, nam ædificaret ſibi ad gehennam, nam qui facit aliquid etiam ad præceptum Eccleſiæ contra cõſcientiam ſtallum in inferno ſibi parat, vt not. Abb. poſt Ioan. And. *in c. literas, in 6. nota. de re-ſtit. ſpoliat.* & ſic iudicando faceret contra ius diuinum, quia for-tum faceret, nam iudices dolo iudicando ad reſtitutionem te-nentur parti læſæ, *c. quoniam contra falſam. in verb. negligentiam.* & ibi Abbas, & habetur *in ſumm. conſeſſ. in titul. de iudicib. & aſſeſſ. quæſt. 157. incip. quæ ſit pœna*, & Hoſt. *in tit. de pœnit. & remiſſ. §. quid de officialibus.* S. Thom. *in 2. 2. q. quæſt. 49. art. 4.* Bald. *in l. mancipia. C. de ſeru. fugit.*

7 ¶ † Et pro prædictis contra Alexan. facit quod egregiè dicit Fulg. per illum text. *in l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo quod certo loco*, quod quãdo contra promiſſorem in ſtipulatione poſſet inter-pretatio fieri, quæ eſſet illi multum oneroſa, tunc potius ſtipu-latio debet inutilis iudicari: ad idem eſt text. *in l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1.* vbi potius inutile legatum redditur, quàm quod teſtator videatur grauare hæredem de redimendo ius finium per mortem teſtatoris, *l. vxor patrui. C. de legat.* ſequitur Domi-nus Decius *in l. in contrahenda. ff. de regulis iuris.* & Dominus Iaſon *in l. quotiens. i. 1. ff. de verborum obligat.* præſumitur enim quod ſta-tuentes noluerunt dare occaſionem damnationis iudici, vt in-iuſtitiam faceret, quia anima tanquam pretioſior eſt cæteris re-bus præponenda, *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & ſic hæc præ-ſumptio tanquam maior tollit aliam, *l. diuus. ff. de in integr. re-ſtitutio.*

¶ Pro prædictis etiam facit, quia ſtatutum illud eſſet irra-tionabile & non tenendum, *cap. erit autem lex. 4. diſtinct.* & in ſta-tutis talis eſt ſumenda interpretatio, vt euitetur abſonus intel-lectus, vt tradit Paul. de Caſtr. *in conſil. 472. incip. in cauſa capturæ. lib. 1.* hunc etiam dicit Ang. de Peruſ. *in conſil. 136. incip. in quæſt. ve-tente inter ſe Benedictum*; quod licet ſtatutum diſponat iudicem ad petitionem partium conſilium ſapientis petere debet, quod debet intelligi, quando illa petitio non eſt calumnioſa, nec pe-titur cauſa litis differendæ; quia tunc aperiret viam calumnijs, & ſubterfugijs, quorum materia eſt funditus præcidenda, *l. 2. C. de appellat.* ſequitur Alexand. de Imol. *in conſil. 62. incip. viſa facti narratione. colum. fin. lib. 2.* Calcaneus *in conſil. 82. incip. quia in cau-ſa. colum.* 2. ſic eſt dicendum & fortius quando conſilium eſt in-iuſtum, vt illud non ſit ſequendum, dato quod ſtatutum hoc diſponat, tradit And. Sic. *in d. c. ſi pro debilitate. colum. 10.* Petr. de Anch. *in c. cum in veteri. in 5. quæſt. de elect.* & hoc tenebat Vber. de Borbio, vt refert Alb. *in l. humanum. colum. 2. C. de legib.* Lud. Rom. *in rubr. de arb. in 10. colum. verſic. an quando*, & hanc concluſionem firmat Mar. Socin. *in conſil. 24. incip. viſis ac diligenter. colum. 1. verſ. vl-terius etiam poſito. lib. 1.* Spec. *in tit. de requi. conſil. col. 2. verſ. quid ſi iu-dex.* poſtea repeti quod Io. And. *in d. c. ſi pro debilitate.* ponit con-tentionem inter Innoc. & Hoſt. in illa quæſtione an poſſit cau-ſa committi, vt ſententia feratur ſecundùm quod talis iuriſpe-ritus dictauerit, vbi videtur ad hoc inclinari, facit quod dicunt Bart. & Bald. *in l. 1. C. quomodo & quando iud.* vbi volunt quod li-cet delegati poſſint compelli ad iudicandum, non tamen ad ſic iudicandum, tradit Bal. & And. Sic. ſequitur *in rubr. de offic. de-leg. colum. antepen.*

¶ † Et hæc dicuntur de Epiſcopo & Inquiſitoribus in quibus 8 præſumitur eſſe prudentia, & cognitio iuſti & iniuſti conſilij, *c. cum in cunctis. de elect.* faciunt quæ dicit Card. *in clem. 1. de ætat. & qualit. & in c. cum ab omni ſpecie. de vita & honeſt. cler.* Et per ordina-tiones ſpeciales inquiſitionis non poteſt quis eſſe Inquiſitor, niſi fuerit Licẽtiatus, aut Doctor in Iure, aut in Theologia, itaq; in eis non præſumitur ignorantia.

¶ † Vnde ſi iudex aliquis eſſet imperitus, vt ſunt communiter 9 præſides prouinciarum, vt dicit Bart. *in l. ſtatutis. C. de ſententijs ex breuicu. recitan.* gloſſ. & ibi Docto. *in l. 2. ff. quod quiſque iuris in al-terum.* Barto. *in l. expertes. C. de decur. lib. 10.* tunc iſte ſtante huiuſ-modi ſtatuto, aut dato ſibi aſſeſſore ab illo à quo iuriſdictionẽ habet, huius aſſeſſoris conſilium etiam iniuſtum ſequendo nõ peccaret, nec in ſyndicatu teneretur, vt dicit Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. 31. quæſt. ff. de offic. proconſ. & legat.* & ſentit Bald. *in au-thent. habita. verſicul. quæro cum ad Doctores pertineat. C. ne filius pro patre.*

¶ † Sic enim debent facere poteſtates terrarum, cùm ſint im- 10 periti, habere deliberationem cum peritis, non autem ex ſuo capite debent cauſas decidere, ita dicit Bald. *in l. ſolent. §. lega-tos. ff. de offic. proc. & lega.* & pro hoc dicit Anton. de Butrio ſin-gulariter, *capitulo cum olim. de arbitris*, quod iudex non tenetur ſequi malum conſilium ſapientis, etiam ſi ſtatutum diſponat, vel partes, niſi eſſet ex toto ignarus, per gloſſam *in capitul. vene-rabili. de officio delegat.* ſequitur Decius *in conſilio 3. incipient. vi-ſo puncto. colum. 3.* quod Imola dicit eſſe verum, vbi viri impe-riti deputarentur iudices, quia tunc debet ſequi conſilium pe-ritorum, refert Paris de Puteo *in ſuo tractatu ſyndicatus. in 33. charta.* excuſatur enim quando reſpublica dedit illi illum aſſeſ-ſorem, argument. *l. Polla. C. de his quibus vt indignis.* & Bald. hoc dicit, *in rubr. verſic. quæro nunquid. C. de pœna iud.* Salicetus *in l. fina. in 5. quæſt. C. eodem titulo.* vt tradit Felinus *in capitu. paſtoralis. §. ve-rum. colum. 2. de offic. delegat.* ſequitur Alexand. *in l. 2. colum. fina. ff. quod quiſque iuris.* & dicunt Innocent. & Ioan. Andr. *in capitulo ſi pro debilitate, de officio delegat.* quod propter hoc fuit introdu-ctum † officium aſſeſſoris, vt per eius peritiam ſuccurratur ha- 11 bentibus ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem, qui ſunt legum ignari, *vt per totum titulum. C. & ff. de officio aſſeſſ.* imperi-ti enim debent eorum conſcientiam iuxta petitam perito-rum informare, *capit. Inquiſitioni. de ſententia excommunicatio-nis*, & plura circa hoc tradit Andre. Sicul. *in dicto cap. ſi pro debili-tate. colum. 7.*

¶ † Idem ſi ipſe iudex eligit conſiliarium de conſenſu reipu- 12 blicæ, quia excuſatur per id quod dixit Alex. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud.* Si verò ipſe iudex elegiſſet dictum aſ-ſeſſorem imperitum non excuſatur, ita dicit Bald. *in l. obſeruare. § proficiſci. in 31. q. ff. de offic. proc. & lega. & in d. rubr.* & Sal. *in d. l. fi.* & Alex.

Alex. *in alleg. l. 2.* & ibi Dom. Iaſ. facit in arg. *l. ſi procuratorem. §. ſi tutores. ff. mandati.* mala enim electio conſiliarij eſt culpa, vt dicit egregie Bal. *in l. mancipia. C. de ſeruis fugit.* Ang. *in l. ſi iudex. ff. de varys & extraord. cognit.*

13 ¶ † Et per hæc non reputo verum illud dictum Bald. *in d. rub.* quem ſequitur Sal. *in d. l. ſi. C. de pœna iudicis qui male iud.* dum dicit quod Epiſcopus non tenetur de imperitia ſui vicarij quem Epiſcopus propoſuit iuſtitiæ faciendæ, quia dedit operam rei licitæ, & conſuetæ, dum vicarium creauit. quia dico quod Epiſcopus eligendo vicarium imperitum male facit, & operam rei licitæ dedit per dictum Bald. *in d. §. proficiſci.* & ad prædicta facit *cap. inter cætera, de offic. ordin. in verbo, viros idoneos.* licet enim iura dent Epiſcopo hanc facultatem eligendi vicarium, & per illum deſeruire poſſit, vt tradit Hoſtienſ. *in ſumma, de offic. vicar. §. 2.* non tamen debet eligere imperitum, ſed idoneum, & habilem. text. eſt. *in l. vt gradatim. in princ. in verbo. idonei. ff. de mun. & honor.* Calcaneus *in conſil. 8. incipien. in cauſa. in 8. colum.* & Andr. Sicul. *in cap. 1. de conſtit. 12. colum. in 3. notabili.* etiam ſi canon diceret, eliget quemcunque, & ſic per verba generalia intelligeretur de idoneo. facit. *l. penult. C. qui admit. in verbo, quamcunque aliam rationem.* gloſſ. reſtringit, ſcilicet, iuſtam, ad idem. *l. & ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrumentorum, & in iure haſtæ fiſca. lib. 10. in verbo, quibuſcunque probationibus.* dicit gloſſ. ſcilicet idoneis. quod Bartol. dicit ibi eſſe notabile ad ſtatuta. ſimilis gloſſ. *in l. 1. C. de fide inſtrumentorum. in verbo. quibuſcunque rationibus.* gloſſa reſtringit, ſcilicet, idoneis: Sequitur Dominus Iaſon *in l. quodcunque. in 1. colum. ff. de verborum obligationibus & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. non. nunciat.* vnde Alexand. de Imol. *in dicta l. 2. colum. final.* referens dictum Bald. & Salicet. merito dicit ſe non poſſe pro conſtanti. poſtea reperi, quod Bald. *in Margarita ſua, in verbo Epiſcopus, verſicul. 9.* dicit poſt Innocentium *in capitulo ad hæc. de offic. Archidiac.* quod Epiſcopus tenetur de facto ſui vicarij, quia ſibi imputet, cur talem elegerit, habetur *in titul. de Epiſcopo, parte 7. libro 4.*

14 ¶ † Vbicunque tamen iudex eligeret aſſeſſorem illum, qui eſt approbatus pro Doctore in ſtudijs generalibus, tunc excuſatus eſſet, itaque inquit Salicetus *in dicta l. final.* mouetur per *l. argentum & l. non tam idoneum. ff. de commo.* idem dicendum, ſi non eſſet Doctor, ſed fuiſſet exercitatus ab alijs iudicibus, tunc enim excuſabitur, Salicetus *in dicta l. final. allegat. l. 1. C. qui & aduerſus quos,* vbi conceditur reſtitutio minori, ſi credideri tiudici, qui eum circumuenit. Sequitur Felinus *in dicto capitulo paſtoralis. §. verum colum. 2.* & quod dixi de Doctore approbato, hoc intelligo quando eſſet approbatus ab aliquo collegio approbato, ſecus ſi eſſet Doctor bullatus, vel approbatus ab improbis Doctoribus, vt pulchrè voluit Salicet. Angel. & Paul. de Caſtr. *in l. fina. C. de his qui veniam ætatis impetr.* tradit Claud. de Seyſſello, *in l. 2. ff. quod quiſque iuris. & ibi aliquid dicit ad propoſitum.*

15 ¶ † Semper enim quando quis habet eligere medicum vel peritum in arte, debet eligere illum, cuius fama celebris eſt, & ampla, ad hoc vt non teneatur in ſyndicatu de imperitia, vt dicit Ang. *in auth. de non alien. in §. quia vero Leonis.* nam eligere medicum, vel Doctorem minus idoneum culpa eſt, vt eſt glo. ord. *in l. item verberatum. §. fin. ff. de rei vend.*

16 ¶ † excuſatur ab ignorantia vt quis conſuluit peritiores, qui ſibi ſic conſuluerunt, *l. iuris ignorantia. C. de iuris & fact. ignor. l. iuris ignorantia. C. qui admi.* & hoc intelligo in damno euitando, vt *in l. regula. ff. eodem titulo.* ex quo enim eſt imperitus, non præſumitur faceſſe dolo, ſed culpa, gloſſ. *in l. 2. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque iuris.* & à culpa excuſatur, quia peritiores conſuluit, vt in dictis iuribus, & dicit Bartol. *in l. bonorum. ff. de bonorum poſſeſſion.* quod literarum ignorans excuſatur propter conſilium, facit gloſſ. *in l. Titio fundum. ff. de condit. & demonſtrat.* ſed vbi iudex ille ignarus ſeu poteſtas tractaret de lucro captando, tunc non excuſaretur enim conſilium petiti, ſi fuit iniuſtum, puta quia propter illud conſilium condemnauit aliquem ad pœnam pecuniariam, quam ſibi imburſauit, tunc enim tenetur ad reſtitutionem pœnæ indebite exactæ, per nota. *in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & l. 1. C. ſi ex falſis allegationibus,* vt refert Paris de Puteo *in ſuo ſyndicatu, folio trigeſimo ſecundo, in §. an poteſtas excuſetur.*

17 ¶ † Debent igitur Domini Inquiſitores ſemper eligere & vocare ad conſilium Doctores famoſos & exercitatos vt poſſint cum eorum conſilio exonerare conſcientiam ſuam, præſertim quando ipſi Inquiſitores ſunt Theologi, & non iuris Doctores, quia in hac materia proceſſuum & probationum, & ad quam pœnam teneri debeant, ſtandum eſt legiſtis potius quam Theologis, ſecus ſi tractaretur an aliqua propoſitio eſſet hæretica, vel non, quia Theologis ſtandum eſt, vt tradit Archidiac. Flor. *in 3. titul. 5. cap. 2. §. 1.* & per Ochã. *lib. 1. cap.* [illegible] facit tradita per Abbatem & alios *in cap. 1. de conſanguin.* [illegible] nec debent eligere Conſiliarios partiales, nec ponderare ipſorum ſuffragium, vt dicit Bald. *in l. ſolent. §. legatos. ff. de offic. procon. & legat.* nec in deciſione cauſarum recedendum eſt à conſilio ſapientum, maximè gloſſarum vt dicit Bald. *in l. 1. C. de pœna iudic. qui male iudic.*

¶ In quæſtione vndecima.

SVMMARIVM.

1 Clericus in quibus caſibus poſt degradationem traditur iudici ſæculari puniendus.
2 Clericus regulariter pro quocunque graui crimine degradatus non traditur curiæ ſæculari.
3 Clericus hæreticus degradatus traditur curiæ ſæculari: quomodo autem hoc intelligatur.
4 Hæreticus relapſus negatiuus traditur curiæ ſæculari, ſecus ſi rediere ille qui lapſus eſt.
5 Clericus falſarius traditur curiæ poſt degradationem.
6 Intellectus, c. nouimus. de verb. ſignif. an falſarius debeat tradi curiæ ſæculari vel non.
7 Falſi crimen multa ſpecialia habet.
8 Clericus conſpirans contra ſuum Epiſcopum degradatus traditur curiæ ſæculari, & quomodo intelligitur.
9 Clericus pro calumnia aut contumelia aut pro coniuratione aut pro inobedientia aut pro incendijs, & ſic pro his ſingulis ſit degradandus & curiæ ſæculari tradendus.
10 Intellectus c. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.
11 Dictio mox appoſita in dicto cap. ſi quis ſacerdotum. quid importet vide.
12 Clericus ſortilegus debet degradari & tradi curiæ ſæculari, quomodo autem hoc intelligatur.
13 Laicus ſortilegus quomodo puniatur.
14 Degradatio in dubio intelligitur de degradatione verbali.
15 Pœna capitalis ſtatuta non intelligitur de morte naturali.
16 Pœna contra ſacrilegos de iure ciuili eſt concrematio.
17 Laicus ſortilegus quomodo puniatur ſecundum canones.
18 Sortilegi clerici debet tradi curiæ ſæculari poſt degradationem ſi ſunt incorrigibiles.
19 Ius ciuile quando imponit pœnam mortis, canon ponit degradationem, ſed hoc habet inſtantias.
20 Iura quæ dicunt ſacrilegum clericum recludendum in carceribus intelliguntur non data incorrigibilitate.
21 Schiſmaticus traditur curiæ ſæculari poſt degradationem quomodo intelligatur.
22 Schiſma cum hæreſi & ſine hæreſi quando ſit.
23 Hæreticus non traditur curiæ ſæculari, niſi ſit relapſus aut negatiuus.
24 Schiſmatici de iure diuino quomodo fuerunt puniti, & an ſint excommunicati.
25 Clericus degradatur & traditur curiæ ſæculari pro quocunque crimine grauiſſimo qualificato.
26 Crimina grauia qualificata quæ ſint.
27 Clericus qui commiſit plura furta, vel plura homicidia, proſequenti poteſt degradari & tradi curiæ ſæculari.
28 Crimina plura committens grauiter eſt puniendus, vt pœna commenſuretur delicto.
29 Clericus debet degradari & tradi curiæ ſæculari pro grauiſſimis criminibus pro quibus leges ciuiles grauiſſimas pœnas imponunt.
30 Iudex ſæcularis an poſſit præuenire Epiſcopum in punitione clerici qui grauiſſima delicta committit.
31 Clericus pro crimine qualificato an poſſit degradari & tradi curiæ ſæculari, & vide plura circa declarationem, cap. 1. de homic. in antiquis.
32 Intellectus, c. nouimus. de verb. ſignif.
33 Declaratio, c. 1. de homic. lib. 6.
34 Delictum atrociſſimum & enormiſſimum requirere videtur degradationem & traditionem in curia ſæculari.

35 Cri-

35 *Criminis enormitas dat cauſam Epiſcopo excedendi leges & canones in imponendis pœnis.*

36 *Leges maiorem pœnam imponunt pro qualificatis criminibus, quam pro ſimplicibus.*

37 *Clericus quantumcunq; graue crimen commiſerit an ſit degradandus & tradendus curiæ ſæculari.*

38 *Opinio communis eſt tenenda & ab ea non eſt recedendum.*

39 *Capitulum incipiens cùm non ab homine, an intelligatur in homicidio, furto, periurio, vel alio crimine qualificato puta parricidio, ſacrilegio & ſimilibus.*

40 *Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi niſi ab alijs legibus diſtinguatur.*

41 *Statutum inſinuanda de donatione non ſolũ habet locum in extraneis ſed etiam coniunctis.*

42 *Epiſcopus rebellans Sedi Apoſtolicæ committit crimen læſæ maieſtatis & non traditur curiæ ſæculari niſi ſit incorrigibilis.*

43 *Clericus committens duplex homicidium, an debeat puniri pœna degradationis.*

44 *Cultor idolorum & aruſpex qua pœna puniatur.*

45 *Papa conſuli debet quando clericus eſt degradandus.*

46 *Clericus quando dicitur veniſſe in profundum malorum.*

47 *Clericum punit iudex ſæcularis ad petitionem Eccleſiaſtici iudicis quando clericus poteſt eſſe perditio malorum.*

48 *Papa vt deponatur incorrigibilitas requiritur.*

49 *Pœna duplici quis puniri non debet.*

50 *Exceſſus delictum eſt.*

51 *Pœna non imponitur niſi à iure imponatur.*

52 *Intellectus ſeu declaratio ad c. accuſatus. §. ſi autem lenis. de hæret. lib. 6.*

53 *Suſpectus de hæreſi leniter qui abiurauit ſi labatur in hæreſim, non traditur curiæ ſæculari ſed grauius punitur quàm ſi non fuiſſet, antea ſuſpectus.*

54 *Suſpectus de hæreſi vehementer qui abiurauit ſi labatur in hæreſim, traditur curiæ ſæculari.*

55 *Incorrigibilitas conſideranda eſt in quocunq; enormi crimine ad hoc vt clericus tradatur.*

56 *Eccleſia quando dicatur non habere vltra quid faciat.*

57 *Clericus vt tradatur curiæ ſæculari requirũtur duo ſcilicet, incorrigibilitas & quod Eccleſia non habeat vltra quid faciat.*

58 *Carcer perpetuus proportionatur morti naturali.*

59 *Impœnitens quando clericus dicitur.*

60 *Pœna pro homicidio contra clericum quæ eſt in iure canonico.*

61 *Pœna detruſionis in monaſterium & pœna perpetui carceris quibus debet dari.*

62 *Innocentio falsò imponitur dixiſſe in c. qualiter & quando. de accuſ. quod eo caſu quo de iure ciuili imponitur pœna mortis de iure canonico imponitur pœna degradationis & traditionis curiæ ſæculari.*

63 *Extenſio non fit ex maioritate rationis vbicunq; daretur laico ius in ſpiritualibus.*

64 *Clerico & laico committentibus maleficium ſi laicus capitur à iudice ſæculari, & clericus ab Eccleſiaſtico debet laicus remitti ad iudicem Eccleſiaſticum vt ambo ab eodem iudicentur.*

65 *Pœna perpetui carceris an ſit ſufficiens pro atroci delicto, & ſi eſt grauior morte.*

66 *Pœna furcarum an ſit grauior decapitatione.*

67 *Pœna perpetui carceris an ſit grauiſſima quia hæretico redeunti datur an lenis.*

68 *Intellectus primus, c. 1. de hom. eſt vt intelligatur in clerico etiam ſacerdote.*

69 *Intellectus ſecundus, in d. c. de hom. eſt vt intelligatur de laico confugiente ad Eccleſiam commiſſo homicidio.*

70 *Intellectus tertius, in d. c. 1. de hom. eſt vt verbum illud moriatur intelligatur, id eſt, excommunicetur.*

71 *Lex habens varios intellectus non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*

72 *Capitulum nouimus. de verborum ſignificat. loquitur in incorrigibili.*

73 *Diſpoſitio, capitul. 1. de homicid. libro 6. non debet extendi ad alios caſus.*

74 *Accidens adueniens enti an aliud qualificet.*

75 *Clericus an poſſit degradari & tradi curiæ ſæculari ob crimen læſæ maieſtatis commiſſum in ſuum Regem.*

76 *Clericus an committat crimen læſæ maieſtatis temporalis.*

77 *Perduellis eſt committens crimen rebellionis.*

78 *Clericus eſt de iuriſdictione Eccleſiaſtica non Regis, nec Imperatoris.*

79 *Conſuetudine introduci nõ poteſt: vt clericus ſit de iuriſdictione Regia vel Imperatoris.*

80 *Priuilegium canonis eſt de iure poſitiuo, fori verò de iure diuino.*

81 *Clericus non committit crimen læſæ maieſtatis temporalis, & ideo nec bona eius confiſcantur, & ob hoc eſt vtile veritatem hudubij inueſtigare. Sed verius quod dicam infra in decimaquinta quæſtione.*

82 *Cap. ſi quis laicus. 22. quæſt. 5. intelligi poteſt in depoſitione verbali.*

83 *Cap. ſi quis laicus. eſt palea & quare ita dicatur & non eſt gloſſatum à Doctoribus.*

84 *Cap. ſi quis laicus intelligitur in clerico incorrigibili.*

85 *Intellectus Clem. paſtoralis. §. rurſus. de re iudi.*

86 *Clericus feudatarius eſt de iuriſdictione Regis à quo habet feudum.*

87 *Clericus feudatarius in cauſa criminali etiam ciuiliter intentata nõ eſt de iuriſdictione domini à quo habet feudum.*

88 *Vaſallus & ſubditus differunt inter ſe.*

89 *Clericus aſſaſinus an poſſit puniri à iudice ſæculari abſque degradatione.*

90 *Argumenta quod clericus aſſaſinus non poſſit ſine degradatione & traditione puniri à iudice ſæculari.*

91 *Intellectus verus, cap. 1. de hom. lib. 6. eſt. vt clericus aſſaſinus ipſo facto ſit degradatus & traditus: & iudex ſæcularis poteſt ipſum punire.*

92 *Banniti & diffidati à Papa vel à Cæſare poſſint impunè offendi.*

93 *Argumenta fortia in quibus probatur in caſu. d. c. 1. de hom. li. 6. clericum eſſe degradatum ipſo iure, & traditum ad effectum, vt iudex ſæcularis poſſit illum punire.*

94 *Degradatio actualis eſt illa depoſitio, de qua in d. c. 1. de hom. li. 6. alias nihil operaretur.*

95 *Epiſcopi etiam includuntur in diſpoſitione. c. 1. de hom. lib. 6.*

96 *Verbum honoris comprehendit priuilegium fori, & canonis.*

97 *Verbum ordinis, officij, & beneficij quid inducat in caſu d. c. 1. de homic. in 6.*

98 *Verba ſingula d. c. 1. de hom. ponderãtur ad effectum quod degradatio & traditio eſt ipſo iure facta ſibi.*

99 *Diffidare eſt licentiare aliquem vt ab omnibus occidatur.*

100 *Fori priuilegium Papa vniuerſaliter ſtatuendo tollere non poteſt, ſed in particulari poteſt.*

101 *Degradatum clericum poteſt iudex ſæcularis punire.*

102 *Priuilegium canonis ſi quis ſuadente diabolo poteſt tollere Papa in aliquo caſu particulari.*

103 *Clericus non gaudet priuilegio canonis in multis caſibus declarante Pontifice.*

104 *Papa aliquando committit cauſam criminalem laico.*

105 *Papa aliquãdo ſtatuit particulariter in caſu quod non poteſt facere vniuerſaliter.*

106 *Papa an poſſit diſpenſare vt ſacerdos ſeu beneficiatus non teneatur dicere horas canonicas.*

107 *Iuris diuini non ſunt omnia quæ leguntur in ſacra ſcriptura.*

108 *Orare vt ſacerdos non tẽneatur vel illa quæ eſt beneficiatus Papa non poteſt diſpenſare.*

109 *Auctoritas Pſalmiſtæ ſepties in die laudem dixi tibi quomodo intelligatur.*

110 *Papa diſpenſat circa bigamiam, licet determinationes Apoſtolorum tollere non poſſet.*

111 *Papa an poſſit tollere canonem, ſi quis ſuadente diabolo in aliquo caſu.*

112 *Papa in capitulo primo, de homicid. libro 6. non tollit canonem ſi quis ſuadente diabolo ſed declarat illum non habere locum in illo caſu.*

113 *Ius canonicum poteſt ſtatuere quod clericus non gaudeat priuilegio canonis in aliquo caſu.*

114 *Degradatus actualiter perdit priuilegium canonis, & fori ſecus in depoſito.*

115 *Traditio curiæ ſæculari non requiritur, quando clericus degradatur à iure vel pro degradato habetur.*

116 *Clericus poſt degradationem de eo factam quando cenſeatur traditus curiæ ſæculari.*

117 *Clericus depoſitus ab Epiſcopo ſecuta irregularitate an ſit de foro iudicis ſæcularis ſine traditione.*

118 *Clericus licet non poſſit renunciare priuilegio fori expreſſè, poteſt tamen tacitè delinquendo concurrente auctoritate canonis.*

119 Cle-

119 *Clericus in multis caſibus conuenitur coram iudice ſeculari.*

120 *Iura naturalia bannito non auferuntur ab ſtatuto, ſecus eſt de priuilegijs iuris & canonis, quia auferri poſſunt à Papa habente poteſtatem plenam.*

121 *Capitulum vnicum, de homic. lib. 6. non habet locum in faciente, ſed in mandante.*

1 VNDECIMO QVÆRO, in † quibus caſibus clericus poſt depoſitionē traditur curię ſæculari puniendus. Hāc quęſtionem mouet gl. *in verb. relinquatur, in c. ad abolendam. in prin. de heret.* ſimilis gl. *in c. ſi quis ſacerdotum. 12. q. 1. & in c. cùm non ab homine. de iud. & in c. nouimus de verb. ſignif.* Pet. de Anch. *in conſil. 158. incip. ex narratis in facto. col. 3.*

2 ¶ Ex † quibus gloſſ. colligitur quod regulariter clericus ob crimen ab eo cōmiſſum depoſitus non traditur curiæ ſæculari, niſi ſit incorrigibilis, vt probatur *in c. cùm non ab homine,* & ibi Aret. *de iud. col 8.* imò adhuc tenetur clericaliter viuere, & Eccleſia eum tuebitur & gaudebit priuilegio clericali, vt dicit d. gl. & gl. *in verb. prærogatiua in eo. c. ad abolēdam.* & dicit ibi Abb. *col. fi.* quod illa gl. quotidiè allegatur, quod pro nullo crimine quantumcūque graui debet clericus tradi curiæ ſæculari ſtatim, ſed debet deponi, & remanere ſub poteſtate Eccleſiaſtica. Et cum Abba. tranſit Ioan. de Ana. ibi, & gl. *in c. contingat. el 1. in verb. ordinari. de ſen. excom.* & tranſeunt cum his gl. Hugo. Tan. Goff. & Vincen. vt refert Hen. Boic. *in d. c. ad abolendam. in 5. col.* Et hęc regula probatur *in c. cum non ab homine. de iud.* & ibi gloſſ. Et procedit etiam dato, quod illud crimen pro quo deponitur cauſauerit irregularitatem, vt eſt homicidium, quia non perdit ipſo iure priuilegium fori. *c. dictum. 81. diſtin.* Secus eſſet in degradatione actuali, quia ipſo facto priuat degradatum omni priuilegio clericali, vt *in d. c. degradatio. de pœnis inf.* vel ſecuta irregularitatē poſt depoſitionem ſecundùm formam, *d. c. cùm non ab homine.* vt not. ibi Abb. *in 5. notab.* & D. Dec. ibi allegans Albet. de Roſ. *in l. pen. col. fin. ff. ſi ex cauſa noxa. agatur.*

3 ¶ Sed aduertendum † eſt, quod prædicta regula patitur plures inſtantias, vt per gloſſ. ſuprà dictas. Fallit igitur primò in hæretico, & ſic in crimine hæreſis. Nam ſtatim depoſitus clericus curiæ ſæculari traditur, *c. ad abolendam. in prin. de her.* Hoc tamen intellige, niſi velit ſe corrigere, tunc enim carceri perpetuò mācipatur. *c. pen. de her.* vt tradunt Abb. & Io. de Ana. *in d. c. ad abolendam.* etiam ſi eſſet religioſus, qui in hæreſim fuiſſet lapſus, *c. accuſa. in. §. ſi. inf. eo. tit.* F. & tamen prius depoſitione antequā in carceribus perpetuis includatur, vt dicit Abb. *in d. c. pen.* & ibi Io. de Ana. *col. 2. verſ. circa prædicta.* Idem dicit Dom. hic *in 5. notab.* ¶ In alijs verò criminibus ſecus eſt, vt dicit Peruſ. hic *per c. quamuis. de pœnis dixi ſupra in 6. notab.*

4 ¶ Et hæc pœna carceris hodie poteſt † alterari & commutari in aliam. *c. commiſſi. infra eo.* Vnde gloſſæ ſuperius allegatæ, quæ indiſtinctè dicunt clericum depoſitum in cauſa hæreſis eſſe brachio ſæculari relaxandum, intelligēdæ ſunt in relapſo, quia tunc ſine audientia traditur. *c. ſuper eo cap. accuſatus. in princ. infra eod.* vt dicit Abb. *in cap. at ſi clerici. in princ. in 10. col. & iud.* Et dicit Domin. *in c. non licat. 17. diſt.* quod relapſus traditur ſine aliqua monitione, quæ in alijs criminibus obſeruatur. ſequitur Fel. *in d. c. at ſi clerici. col. fin.* ¶ Vel in hæretico conuicto ſeu pertinaci, qui non vult ad arbitrium Epiſcopi congruam ſatisfactionem exhibere *in c. ad abolendam. in prin. de heret.* non autem in eo, qui vult redire, & ſeipſum corrigere per prædicta, & Inn. hoc tenet *in c. excōmunicamus. el 1. de heret.* Sed an talis correctio debeat fieri ſtatim, vel quo tempore dicam in ſeq. quæſt.

5 ¶ Secundò fallit † in falſario, qui falſauit literas Apoſtolicas, *cap. ad falſariorum. de crimi. falſi.* Non obſtat *c. nouimus. de ver. ſignif.* vbi non traditur, ſed detruditur in carcerem perpetuum.

6 ¶ Reſpondet ibi gloſſ. quod eſt ſpeciale, quia ſic placuit Papæ, & ſic ſimpliciter tranſeunt † Doctores ibi, *& in dicto cap. at ſi clerici. in prin. de iud.* quamuis Innoc. ibi, dicat quod falſarius nūquam traditur curiæ ſæculari, niſi ſit incorrigibilis, ſed Hoſtien. dicit contrarium, quod ſemper eſt degradandus, ſiue per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis contra eum agatur. Sequitur Ioan. Andr. *in dicto cap. ad falſariorum.* & Domin. tradit. *in cap. in memoriam. 19. diſtinct.* & ib. Cardinalis Alexand. *penul. colum.* ſubdens ſecundùm Innocent. *in dicto cap. ad falſariorum,* quod ſi eſſet ſpes de correctione poſſet tradi carcere perpetuo. Tenendo tamen opinionem Hoſtienſ. *ad dictum cap. nouimus.* poſſumus reſpondere prout reſpondet gloſſ. vt dixi quod ſic placuit Papæ, ſicque voluit mitius agere cum illo. Et iſte intellectus colligitur ſic, quia in principio text. dicit, falſarium eſſe degradandum, & tradendum curiæ ſæculari. & poſtea de illo ſpecialiter capto, ſcribit quid de illo falſario facere debeat, ſcilicet vt detrudatur in carceres perpetuos, & niſi ſic ſcripſiſſet, debuiſſet degradari, vt ibi Papa dixerat in principio textus ſequitur Domin. *dict. cap. in memoriam.* & ponderat illum verſiculum pro illo vero, qui innuit, quod licet debeat relaxari, tamen ille condemnetur ad carceres perpetuos, dictio verò aduerſatiua eſt ponens alium caſum, *l. cum filium. ff. de donat. & in Authent. de heredi. & falcid. in prin. colum. 1.*

¶ † Et non eſt mirum ſi hoc ſpeciale inducitur in crimine falſi literarum Apoſtolicarum, vt degradetur, tradatur curiæ ſæculari. Quia multa alia ſpecialia ſunt, quæ refert Domi. *in dicto cap. in memoriam colum. fin.* tradit Ioan. de Anan *in rubr. de crimine falſi. circa fin.* Alexan. de Imol. *in conſil. 77. incip. in cauſa accuſationis. colum. 3. lib. 1.* Et dicit Bartol. *in l. Lucius. in fin. ff. ad Turp.* quod ſtatutum de carceratis relaxandis non extenditur ad criminoſos de crimine falſi. de quo Lud. Rom. & Alexan. *in l. de pupillo. §. ſi pluribus. ff. de oper. noui.* Et dicit ſingulariter Lancellot. Decius *in l. tranſigere. C. de tranſact.* quod in generali abolitione crimen falſi cenſetur exceptum *per d. l. Lucius. in fi.* & in materia falſitatis vide Dec. *in conſil. 175. incip. in cauſa falſitatis.* 7

¶ † Tertiò fallit in eo, qui conſpirauit contra ſuum Epiſcopum, & eidem contumelias dixerit. Nam mox depoſitus curię ſæculari traditur, *cap. ſi quis ſacerdotum. 11. quæſt. 1.* Et ad hoc allegant illum text. gloſſ. *in dicto cap. ad abolendam. & in dicto cap. cùm non ab homine cum ſimil.* adeo quod ſecundùm gloſſ. *in dicto cap. ad abolendam.* non expectatur incorrigibilitas, ſed ſtatim debet deponi & tradi curiæ ſæculari, & pondera quod *in dicto capit. ſi quis ſacerdotum;* quinque enumerantur maleficia, ſuper quibus ſi ſacerdos, vel clericus fuerit conuictus deponi debet. Prima ſi fuerit inobediens Epiſcopo. Secunda ſi ei inſidias parauerit. Tertia aut contumeliam. Quarta aut calumniam. Quinta aut conuitia intulerit. Ita dicit Domin. & Cardin. Alexand. ibi, accedit, quia alternatiuè loquitur, ideò vnum ſufficit, vt pœna illius locum habeat, *cap. inter cætera. de reſcript. l. ſi hæredi. ff. de condi. inſtitu.* Bald. *in ea lege verſiculo Vltimò quæritur. C. de condi. ob cauſam,* facit ad prædicta gloſſ. *in capit. fin. de teſtib. cogen.* 8

¶ † Sed aduertendum eſt, quia non debemus ita amarè rem interpretari, quòd pro ſingulis horum maleficiorum commiſſis in perſonam Epiſcopi, debeat clericus degradari, & tradi curiæ ſæculari, cùm pro homicidio commiſſo non traditur, *in cap. cum non ab homine, de iud.* nec pro lapſo hæreſis ſi vult redire, *cap. ad abolendam. in principio de hæreti.* vt ſupra dixi. Et à fortiori probatur, ſi ille qui eſt inobediens præceptis Apoſtolicis, nedum non traditur curiæ ſæculari, ſed nec deponitur incontinenti *in cap. honoratus. 74. diſtinct.* prout ponderat Franciſc. de Aretin. *in dicto capit. at ſi clerici. 8. colum.* & Decius ſequitur, multò minus eſt inobediens Epiſcopo. Sed aduerte quia ille textus loquitur in Epiſcopo inobediente, cui ob Epiſcopalem dignitatem defertur, vt ſtatim non puniatur ob inobedientiam acriter, argumen. *in cap. 2. de offic. delegat. libr. 6.* accedit quia maledicens Papæ, & blaſphemus in Deum, & glorioſam Virginem non deponitur nec degradatur, *cap. 1. & 2. de maledict.* facit, *l. 1. C. ſi quis principi maledixerit.* Minus debet degradari, qui contumeliam ſeu conuitia dixit Epiſcopo, iniuriæ enim ex qualitate perſonæ illam paſſæ exiſtimantur *in §. atrox inſtitut. de iniurijs.* Et grauior eſt æternam quàm temporalem offendere maieſtatem, *cap. vergentis in hæret. in authentica gazaros. C. de hæret.* 9

¶ His igitur ponderatis nōn eſt tenendum cum dicta gloſſ. & ſequacibus, vt pro ſimplici conuitio illato in Epiſcopum à clerico abſque alio, tradatur curiæ ſæculari. Quinimmò tenendum eſſet requiri illum clericum eſſe incorrigibilem, ad hoc vt inuoluatur pœna illius *cap. ſi quis ſacerdotum.* Hoc tenuit gloſſ. *in capitul. clericus. 3. quæſt. 4.* & hæc eſt communis opinio, quam omnes Doctores approbant, vt dicit Franciſc. de Aretin. *in dicto cap. cùm non ab homine. colum. 8.* Abbas & Dominus Decius *in capit. at ſi clerici. colum. 13. de iudicijs.* Abbas, & Ioannes de Anania *in dicto cap. ad abolendam.* Et hanc opinionem tenuit glo. *in dicto cap. fin. de teſtib. cogen. & in dicto cap. nouimus.* vbi dicit hanc opinionem eſſe benigniorem. ſentit gloſſ. *in capitul. ſi quis ſuit. 2. quæſt. 7.* Idem tenet Andr. Sicul. *in dicto cap. at ſi clerici. in princip. colum. 32.*

¶ † Et

10 ¶ † Et his concordant Archid. Dominic. & vterq; Cardin. *in d. cap. ſi quis ſacerdotum*. Prima tamen eſt verior, vt depoſitus ſtatim tradatur ſecundum Hoſtien. vt refert Dominic. *in d. cap. ſi quis.* & Henric. Boic. *in d. cap. ad abolendam. vbi plura dicit.*

¶ Quis autem dicatur incorrigibilis traditur per Abb. & Modernos late *in d. cap. cum non ab homine. colum. fin. de iud.* Aduerte tamen circa intellectum *d. cap. ſi quis ſacerdotum*, in eo quod dicit de inobedientia clerico erga Epiſcopum, intellige in his quæ pertinent ad Epiſcopi iuriſdictionem, & officium, ſecundum ea quæ not. *in cap. ad aures. de temp. ord.* quæ autem ſint hæc, colliguntur ex *cap. quia frater. 22. quæſt. 1.* & interueniente coniuratione. *cap. ſi qui clerici. 11. quæſt. 1.* ſic dicunt Archid. & Dominic. & vterque Cardin. *in d. cap. ſi quis ſacerdotum.* ſubdit D. Card. de Turrecrem. *in verbo. conuitia.* quod illa conuitia debent redundare non ſolum in Epiſcopum, ſed etiam in eccleſiam. Nam ſi ſolum Epiſcopum tangerent, non poſſet ab illo excommunicari, ſed à ſuperiore, vt dicit ibi gloſſ. & allegat *cap. inter. 23. q. 4.*

11 ¶ † Et tenendo illam opin. benigniorem, quod ſtatim non tradatur curiæ ſæculari, ſed quod expectetur incorrigibilitas, obſtare videtur text. *in cap. ſi quis ſacerdotum.* dum dicit, mox depoſitus curiæ traditur, dictio enim mox, confeſtim ſignificat, & ſic ſine aliquo interuallo, *vt ē gloſſ. in cap. quia propter. de elect. in verbo, mox.* Bart. *in l. 1. in fin. col.* & ibi Moderni. *ff. ſoluto matr. per gloſſ. in auth. de nupt.* quam allegat Bartol. *in l. ſi cùm ius. ff. ſol. matr.* Bald. *in l. Gallus. § & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum.* Ad hoc respondet Hug. quem referunt, & ſequuntur Archidiac. Dominic. & Cardin. ibi, quod text. non dicit, depoſitus mox tradatur. Itaq; illa dictio, mox, determinat depoſitionem, non autem traditionem, & ſic quod clericus non debet ſtatim tradi curiæ ſeculari, ſed debet poni in monaſterio, vel in alio loco ad agendam pœnitentiam. *cap. dictum. 81. diſt.* & ſi contempſerit excommunicabitur, & ſi eccleſia ipſum corrigere non poterit, tradatur curiæ ſeculari ab ipſa puniendus, ſic debet intelligi *d. cap. ſi quis ſacerdotum. & c. ſtatuimus eadem cauſa. 10. quæſt. & c. clericus. 3. q. 4. & c. de ligurribus. 23. quæſt. 5.* & ſic omnes Doctores ibi tranſeunt.

¶ Sed D. Dec. aliter dicit *in d. c. at ſi clerici. in princip. colum. 24.* quod illa dictio, mox, intelligatur cum interuallo, prout aliquando ſumitur. *l. ſed & ſi conditione. § ſeruus. ff. de her. inſtit. cum aliis per eum ibi traditis.* & multas ſignificationes, quas habet dicta dictio, mox, proſequitur. Iaſ. *in l. fratres. in 1. colum. ff. ſolut. matr.* Bald. *in cap. priuilegia. de pace conſt. in.* Abb. & Apoſtillatores *in cap. an ſit. de appellat.* Et de dictione, ſtatim, Iaſ. *in l. diuortio. col. 2. ff. ſol. matr. l. cum quidam. ff. de legat. 2. l. petens. C. de pact.* Tenenda eſt ergo illa benignior opinio, vt non tradatur niſi fuerit incorrigibilis, prout omnes Doctores dicunt, quos ſupra retuli.

12 ¶ † Quarto fallit in ſortilegio, vt degradari debeat. *cap. admoneant. 26. quæſt. 7.* & ex conſequenti tradi curiæ ſeculari, quia ſic diſponitur de actualiter degradato, vt tradatur. *cap. degradatio. de pœn. cap. nouimus. de verb. ſignific.* & hunc caſum poſuit Anton. de Butr. *in d. cap. at ſi clerici.* ſed Abbas, Franciſc. de Aret. Andr. Sicul. & Dec. *in d. cap. at ſi clerici.* dicunt ſortilegum non eſſe degradandum actualiter.

13 ¶ † Primo, quia in eodem text. dicitur, quod laicus pro illo crimine excommunicatur, ſed non eſt conueniens, quod pro eodem crimine eſſet tanta diſparitas inter clericum, & laicum. Præterea dicit text. *in cap. ſi quis Epiſcopus. & cap. aliquanti. 26. q. 5.* quod illi, qui conſulunt ſortes, & auguria detruduntur in monaſterio, ſi ſunt clerici, & in ſequentibus cap. probatur clarius, vt non ſolum conſulentes, ſed etiam exercentes ſacrilegium, ab eccleſia repellantur. Nec ibi dicitur, vt tradantur curiæ ſeculari, facit *cap. ex tuarum. de ſortilegiis.*

14 ¶ † Non obſtat, *d. cap. admoneant. ibi, clericus degradetur*, quia ſecundum Abb. & alios debet intelligi de degradatione verbali, patet *in cap. tuæ. de pœn.* vbi fit mentio de degradatione, & non traditur, ſed detruditur in monaſterium. Ideo intelligitur de depoſitione, ſiue degradatione verbali, facit *cap. 2. de cleric. excom. miniſt.* quia in pœnis ſemper interpretamur quod eſt minus. *l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn.* Nam ſi *in cap. tuæ.* intelligeretur de actuali, ſtatim traderetur. *d. c. nouimus. & cap. degradatio. de pœn. infra eodem.*

15 ¶ † Pro hoc facit doctrina Doctorum *in c. quanto. de iureiur.* vbi dicunt, quod ſi pro aliquo delicto imponatur pœna capitalis, debemus intelligere de pœna mortis, ſed de alia, cum ſit triplex pœna capitalis, vt tradit Innoc. *in cap. qualiter & quando. el 2. de accuſ. gloſſ. in l. 1. C. ne Chriſti. manci.* Andr. Sicul. *in conſil. fin. incip. Sapienter magnus. col. 10. lib. 2.* Alex. *in conſil. 116. incip. In cauſa inquiſitionis. lib. 3. & in conſil. 104. incip. Statutum. lib. 1.*

¶ Sic ad propoſitum, cum textus dicat, clericus degradetur, intelligi debet de degradatione verbali, quia degradatio duplex eſt verbalis, ſcilicet, & actualis, vt Abbas dicit *in d. cap. tuæ. & in cap. nouimus. de verb. ſign.* Abb. *in cap. non poteſt. de re iudic.* Dominic. *cap. 2. in 1. notab. infra de pœnis.* Alberic. de Roſa. *in l. pen. colum. 3. ff. ſi ex noxal. cauſa aga.* & ſic tranſeunt Doctores.

¶ † Sed aduertendum eſt, quia iure ciuili grauiſſima pœna ſtatuta eſt contra iſtos ſortilegos, ſcilicet, concremationis, & publicationis bonorum. *l. nullus. l. nemo. C. de malefic. & mathem.* & ſimilis culpa eſt prohibita diſcere, aut docere. *l. culpa. eod. tit.* & ſi mors ex hoc alicui † inferatur beſtiis ſupponuntur. *l. multi. eod. tit.* ſcribunt Angel. de Claua. *in ſua ſumma. in verbo, ſors. § 4.* Aſten. *in ſua ſumma. lib. 1. tit. 14.* Hoſtienſ. *in ſumma. de ſortilegiis. § quæ ſit pœna ſortilegorum. & in tit. de magiſtris. § quam ſcientiam. & habetur in ſumma confeſſo. lib. 1. tit. 11. quæſt. 24.* in quibus locis Doctores dicunt, quod ſecundum canones imponitur pœnitentia ſpiritualis quadraginta dierum, *in c. 1. de ſortileg.* & ſi peccatum notorium eſt, Euchariſtia denegatur. *cap. pro dilectione. de conſecrat. diſtinct. 2.* & ſi clericus eſt, deponendus eſt, & in monaſterio detrudendus. *c. non oportet. 26. quæſt. 5.* Laici vero ſi ſint ſerui, verberibus ſubiciuntur, ſi liberi, incluſione digni. *in cap. contra idolorum. 26. quæſt. 1.* tradit Ludouic. Roman. *in ſingul. ſuo 660. incip. Tu ſcis.* vt declarat Hoſtienſ. *in d. § quæ ſit pœna. & ibi videndum eſt.* 16 17

18 ¶ † Stante ergo pœna iuris ciuilis, ſcilicet mortis, vt dixi, ſtatuta contra laicos huiuſmodi artem ſortilegorum exercentes, non videtur inconueniens, vt pœna degradationis & traditionis curiæ ſæculari exerceatur contra clericum talia committentem, vt dicebat Anton. de Butr. *in d. cap. at ſi clerici.* quem Doctores impugnant, & pro hoc facit doctrina noua Abbatis tradita, *in d. cap. at ſi clerici.* quod vbicunque per leges imponitur pro delicto atrociſſimo pœna ſæuiſſima, quia in eccleſia non reperitur ſimilis condigna pœna, poteſt per iudicem ſuum capi, & tradi curiæ ſæculari, & pro hoc poſſunt facere, quæ ipſe allegat pro homicidio qualificato. *cap. 1. de homicid. lib. 6. & ſignanter. c. nouimus. de verbor. ſignif.*

19 ¶ † Et dicit Innoc. *in cap. qualiter & quando. de accuſ. el 2.* quod vbi per ius ciuile imponitur pœna mortis, ſimilis erit ei pœna, quod relinquatur clericus iudici ſæculari. Sequitur Petr. de Anch. *in cap. cum non ab homine. col. fin. 3. de iudic. & in conſil. 158. incip. Ex narratis in facto.* ad hoc vt poſſit dari inſtantia in homicidio, pro quo imponitur pœna mortis. *l. 3. C. de epiſcop. aud.* de iure vero canonico non relinquitur curiæ ſæculari, niſi ſeruatis ſolemnitatibus. *cap. cum non ab homine. de iudic.* ſic pro adulterio eſt pœna mortis de iure ciuili. *l. quamuis. C. de adulter. & l. 1. C. de rapt. virg.* & tamen pro his non degradatur niſi data incorrigibilitate, *per d. cap. cum non ab homine.*

20 ¶ † Et alia iura contraria, quæ dicunt clericum ſortilegum deponendum, & ad carceres recludendum, *vt in cap. contra idolorum. 26. q. 5. cum ſupra allegatis* intelligantur non data incorrigibilitate, & *d. cap. admoneant.* intelligatur ſi fuerit incorrigibilis, vt tunc degradetur, & curiæ ſæculari tradatur *per ea, quæ dixi ſupra in tertia fallentia circa intellectum. cap. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.* & per Ant. de Butr. poteſt facere ſecundum Andr. Sicul. *in d. cap. at ſi clerici.* quia caſus excepti à regula propter identitatem rationis extenduntur ad ſimiles. *cap. cum dilecta. de confir. vtil.* & text. notab. *in l. his ſolis. C. de reuoc. donat.* & eſt text. ſingularis ſecundum Bald. *in cap. 1. § porro. in tit. quæ fuit prima cauſa beneficii. amit. l. ob æs. C. de præd. min.* Sed iſte caſus in ſortilegio videtur caſus ſimilis exceptuatis à regula, & per conſequens exceptio per identitatem rationis extenditur ad ſimilem caſum, vt voluit Calder. *cap. ſeriis. de teſtib.* Abb. *in cap. iurauit. de probat.* & ſic vera videtur ſallentia Ant. de Butr. Non ideo tamen recedendum eſt à communi opinione in iudicando, iuxta tradita per Doctores *in l. fin. C. de pœna iudic.* & ſupra tetigi.

¶ Sed quia hæc materia ſortilegorum non eſt pro nunc bene enucleata quando ſapit hæreſim manifeſte, & quando non, & ſic quando ſpectet ad inquiſitores, vel ad ordinarium, iuxta ea quæ tradit Abb. *in cap. 1. de ſortileg.* Ideo dicam Deo duce, *in cap. accuſatus. § ſane. infra eod.* vbi melius cadet.

¶ † Quinto fallit in ſchiſmatico ſecundum Bonaguidam Aretinum, vt dicit Ioan. And. *in d. cap. cum non ab homine. in fin. de iud.* per text. *in cap. de ligurribus. 23. quæſt. 5.* Sed gloſſ. *in d. cap. cum non ab homi-* 21

te perſonæ; illa verberatio corporis reputatur minor quam pecuniaria pœna, vt dicit Bart. *l. 1. §. generaliter, ff. de pœnis.* & illa datio noxæ etiam reputatur pœna pecuniaria, habito reſpectu ad ipſum dominum, quia perdet dominium illius ſerui, hoc enim operatur datio noxæ. *l. 1. ff. de nox. & inſti. eo. in prin.* & ſic eſſemus in duabus pœnis pecuniarijs alternatiuè poſitis, vt electio eſſet ipſius domini, qui obtineret in hoc caſu locum ſerui, qui eſt reus per ea quæ dixi ſupra in illo membro, quādo in pecuniarijs pœnis verba ad neminem referuntur.

Sed nos ſumus in pęnis corporis afflictiuis, & iddirco illa gl. nō poteſt ad hoc allegari, de cujus veritate tradit aliquid Bart. *in l. ſed ſi vnus, §. cum ſeruum, ff. de iniurijs.*

Nec etiam obſtat *l. fin. ff. de mun. vor.* quia ibi non dicitur in illis pęnis alternatiuè poſitis, cuius ſit electio, pręſertim quia ibi illa pęna corporalis eſt ſubordinata in locum pęnæ pecuniarię deficientis per verba poſita in *text. ibi, ſi inopia dignoſcitur labora-re,* vt ibi tradit Bald. expreſſe in *l. Lucio. ff. de leg. 2.*

Non obſtat, quia in pecuniarijs habet electionem reus, ergo & in corporalibus, quia non eſt eadem ratio in vna, ſicut in alia, nam de rebus ſeu pecunijs ſuis, quilibet habet liberam diſpoſitionē. *l. in re mandata, C. mandati;* dummodo illis non abutatur, vt per Angel. de Aretio, *in §. ſed maior. Inſtit. de his qui ſui vel al. iur. ſunt.* ſed homo non habet corporis ſui dominium. *l. liber homo, ff. ad l. aquil.* ergo non procedit argumentum. *l. inter ſtipulantem, §. ſacram.* & ibi Modern. *ff. de verb. oblig.* & quando ratio quæ eſt cauſa extenſionis non militat, non fit extenſio dicit Bald. *in l. 1. col. 1. C. quæ ſit longa conſue.*

Nec obſtat quod reſpublica habet poteſtatem in hominibus, & eſt domina membrorum hominis per dictum Bart. *in d. §. Titio centum.* quia dico quod ſi reſpublica hoc ſtatueret, vt in his pœnis corporalibus reus haberet electionem, tunc fateor quòd rei eſſet electio, hoc enim quantum ad quid ſeruandum eſſet. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* Bald. *in l. ordo. 1. 2. C. de exec. rei iud.* & dicit Bald. *in l. Gallus, §. ſi tius qui. ff. de libe. & poſthum. per illum text.* quod ex quo habemus determinationem legis, vel ſtatuti, non debemus vlterius inueſtigare, ſed in caſu propoſito nō præſupponimus hoc legem, vel ſtatutum diſponere, ſed ſimpliciter loqui, & tunc ſtatutum patitur interpretationem extenſiuam. *l. 2.* & ibi Salyc. *in 4. col. C. de noxa. uilio.* ſtatuta enim reſtringuntur per rationem iuris communis. Bal. *in l. data opera, col. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* Et quamuis text. *in l. damnum, §. prouide, ff. de pœnis* non loquatur in pęnis alternatiuis, dico quod non allegatur ad hoc per Doctores, ſed quod libera mortis facultas non poteſt reo concedi. Vnde ſiue ſimus in pęnis alternatiuè poſitis, ſiue in ipſa pęna imponēda, non refert, quia hic habemus quòd reo non eſt danda facultas mortem e-

7 ligendi, *per d. §. prouide.* quæ ſibi daretur, ſi electio pœnæ ſibi † concederetur, quod non eſt dicendum.

Eſt tamen aduertendum quod in caſu quo iudex in his pœnis alternatiuis haberet electionem, illam tamen debet imponere, quæ eſt conſueta apponi iuxta gloſſ. fin. *in l. hodie. ff. de pœnis. & in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his qui not. infa.* Bartol. *in l. fin. ff. de priuatis delictis* Bald. *in l. quia vnique, colum. 3. C. de ſeruis fugi.* Abb. *in cap. licet. de pœnis. & in d. c. inter cætera.* & ibi late tradit Felyn. *in 5 colum. in quinta reſtrictione.* Abbas & Modern. *in cap. inquiſitionis. de accuſa.*

8 † Et dicit Bald. *in cap. 1. § iudices, col. 2. verſic. ſed nunquid de pace iura. fir.* quod iudex qui non ſequitur conſuetudinem facit litem ſuam, quod refert And. Sic. *in conſ. 47. col. pen. incip. ſcribitur præclare, lib. 1.* & quod de conſuetudine dicit idem Sicu. *in conſi. 54 col. pen. incip. illud in medium afferam. lib. 3.*

Non obſtat quod prædicta videntur procedere de æquitate, vt id quod conſuetum eſt obſeruetur. *argu. in d. l. hodie. tuncta glo. fin. ff. de pœn.* de ſubtilitate tamen poſſet teneri contrarium, nam in his quæ ſunt meræ facultatis ex obſeruantia cuius non eſt inducta conſuetudo; nam forte ſemper placuit iudici, eligere alteram pœnam, ex quo nihil eſt actum contra legem, nō inducta conſuetudo legis derogatiua, vel abrogatiua, facit quod notatur *in l. 2. C. quæ ſit longa conſue.* & tradit Abb. *in d. c. inter cætera in fin.*

9 † Ad hoc reſpondet D. Dec. ibi remittendo ſe ad ea quæ dicit Ioan. de Imol. *in d. c. ex parte Aſtenſis, de conceſſ. præben.* ex cuius dictis nō videtur colligi ſolutio ad dictum Abbatis; vnde melius dici poſſet ſecundum Fely. *in d. c. inter cætera, col. 5.* quod per vniformem electionem alterius pœnæ, videtur alia pęna abolita per ea quæ notat Abb. *in c. ea quæ. de ſtatu monachorum, in 4. no.* & per actum reiteratum quamuis voluntariè ceſſat ius in aliam faciendam, & inducitur conſuetudo. *c. cum beneficio, de præben. lib. 6.* & non ſuit actus iſte electionis meræ facultatis; quia certa reſpectu congruentior fuit viſa illa pœna electa & conſueta, facit ad hoc quod dicit Bart. *in l. cum de in rem verſo. in fin. ff. de vſuris, verſic. ſed ſi non ſoluiſſet ſimpliciter,* & per Felyn. *in hujus tranſſumptionem de eſſe delegati in quibus* habetur quod actus qui reſerri poteſt ad aliquem reſpectum, non dicitur meræ facultatis, dictum vero Abbatis loquitur in actu meræ facultatis; per quem non præſcribitur, nec conſuetudo inducitur, vt late tradit Abb. *in d. c. ex parte. & cap. quanto, de cler. coniug. & c. cum acceſſiſſent, de conſtit.* & Dom. Iasd. *in capit. nominum, ff. de ſtatu. colum. 6. verſ. 3. principaliter.*

Eſt etiam attendendum quod quando pœnæ alternatiuè ponuntur habito reſpectu ad qualitatem perſonarum, non eſt in optione iudicis eligere quam velit imponere, ſed debet illā imponere, quæ magis congruit qualitati perſonæ delinquentis, Dom. *in cap. ante omnia. 25. diſtin.* quia ſi ſunt poſiti in maioribus ordinibus debent ſubijci excommunicationi, non autem corporali ſupplicio. *capitulo cum beatus. 45. diſtin.* Si vero ſunt in minoribus debet ſubijcere illos corporali ſupplicio. *d. cap. beatus, capit. contumaces, 50. diſtinct.* & facit quod dicit dominus Decius *in dicto capitulo inter cætera, in 3. litu. colum. prouſt.* Ex quo infert Vgo quem refert ibi Cardin. Alexand. quod vbi ſtatutum vel lex imponit pœnas alternatiue, non eſt in optione iudicis, quam imponere voluerit, quando in ſtatuto ponitur quod alteram imponat, ſecundum merita perſonarum, quia oportebit iudicem imponere illam, quæ erit magis congrua qualitati perſonæ delinquentis, prout traditur per Doctores, *in capitulo fraternitatem, 34. diſtinct.*

† Hanc autem communem opinionem Doctorum limitat ſingulariter ſecundum Abb. *in dicto capitulo inter cætera,* niſi vna pœna eſſet tranſlata in aliam, quia tunc iudex non haberet electionem amplius, pone dicit ſtatutum quod pro tali delicto reus ſoluat mille, & ſi non ſoluerit infra decem amputetur ſibi manus: lapſo termino, non poſſet iudex pœnam pecuniariam exigere: quia illa pecuniaria pœna fuit tranſlata in corporalem, & dicit Bartol. ſe conſuluiſſe in quæſtione facti. *l. cum duobus, § idem reſpondit el 2. ff. pro ſocio,* & dominus Decius *in dicto capitulo inter cætera.* ponit rationem, quia tali caſu ius eſt quæſitum fiſco, cui iudex præiudicare non poteſt quia tenetur ſtatuta ſeruare, ſecus ſi fiſcus ad hoc vellet cōſentire, vt dicit nota. Bald. *in l. commiſſoriæ, C. de pactis, inter empt. & vendit.* Angel. *in l. ſi proprietarius, in prin. ff. de damno. infecto: & in l. quicunque, in fin. C. de ſeruis fugit.* vbi facit mentionem de conſilio Bartol. & eſt text. & ibi notat Bartol. *in l. acta. §. 1. ff. de re iudic.* Bald. *in auth. ſed interdicimus, C. de Epiſcopis, & cler.* eſt enim facta transfuſio in aliam pœnam. *l. ſi pœnu. ff. quando dies legati cedat.* Bald. *in ſtatutis ſuis in verbo, pœna. §. 18.* Bartol. *in l. 2. ff. de publ. iudi. colum. 2. quæſt. 2.* Bal. *in l. 1. quæſt. 10. C. de his qui a pœna nomine.* cum alijs, quæ tradit dom. Dec. *in d. c. inter cætera.*

† Sed hæc limitatio non bene congruit quæſtioni propoſitæ, non enim loquitur de pœnis alternatiuè poſitis, ſed de pœna conditionaliter poſita, vt dicit Bartol. formaliter *in d. l. 2. colum 1. quæſt. 2. verſiculo ſecundo quæritur,* quia ſi non ponitur pœna alternatiuè, ſed conditionaliter, quia dicit ſtatutum, quod pro homicidio quis puniatur in quinque libris, & ſi non ſoluerit infra 10. puniatur in capite, &c. & limitationes ſiue exceptiones licet ſint contra determinationem regulæ, ſunt tamen de genere ipſius regulæ, vt ſi regula loquitur de homine exceptio debet eſſe de homine & non de alia ſpecie, & non eſſet congrua exceptio, ſi dicatur, omnis homo currit niſi aſinus, vt dicit Dyn. *in rubr. de regul. iuris circa fin. libr. 6.* Bartol. & dominus Decius *in l. 1. ff. de regul. iuris.* Bartol. *in l. in pio, ff. de legi.* quæſtio enim propoſita loquitur de pœnis alternatiuè poſitis, non autem conditionaliter prout loquitur dicta limitatio, ideo non bene videtur hic adaptari per modū limitationis, vt dicit Abbas *in dicto capitulo inter cætera.* † Quæ limitatio prout eſt debet reſtringi, vt ſi pro homicidio eſt appoſita pecuniaria pœna, qua non ſoluta eſſet reus decapitandus ſecundum formam ſtatuti, & dictum homicidium eſſet commiſſum non dolo, ſed culpa, & pœna non eſſet ſoluta infra tempus ſtatuti, quod iudex illum non debet decapitare, ita dicit Bal. *in l. data opera col. 3. verſic. ex hoc infero.* ſequitur Angel. de Arec. *in tract. maleficiorum,*

tum in verbo, quæ ſi non ſoluerit colum. 2. verſic. quid ſi ſtatutum ſimili-ter, ſed puniétur pœna pecuniaria; quia quo ad hoc ſufficit lata culpa, vt dicit Bald. *in l. 1. vlt. colum. verſic. ſed dubitatur. ff. de legibus.* ſequitur Dom. Iaſon *in l. in ſtè poſſidet, colum. penult. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Et pro dicta limitatione & his quæ dicit Dom. Dec. conſuluit Franc. de Aretio *in conſilio 79. incipien. placet mihi concluſio conſultoris.*

14 ¶ † Tertio caſu quando vna pœna ex pœnis alternatiuè poſitis eſt pecuniaria, & altera corporalis, dico etiam electionem eſſe ipſius iudicis per ea quæ ſupra dixi, quando vtraque pœna eſt corporalis, quia rationes ibi datæ concludunt in hoc caſu, & ſic tranſit Cepol. *in dicta l. ſi fugitiui colum. 10.* hoc tenet Abbas *in dicta rep. inter cætera colum. penultima.* Vbi in exemplo poſito, ſcilicet quando dicit ſtatutum, puniatur in mille florenis, aut amputetur ſibi pes, concludit electionem eſſe ipſius iudicis *per capitulum quoniam in fin. vt lite non conteſtata. & cap. conquerente. de verborum ſignificat.* quia regulariter iudex tanquam legis miniſter habet eligere, & imponere pœnam conſiderata circumſtantia loci, temporis, & perſonæ, *l. reſpiciendum. & l. aut facta. in fin. ff. de pœnis.*

15 ¶ † Inſuper dicit Marian. Socin *in dicto cap. ſicut de iudeis,* quod in caſu, quo electio eſſet rei, & reus vellet eligere pœnam mortis, altera pœna reiecta, non eſſet admittendus, ne videretur ſui ipſius homicida per text. *in d. l. aut damnum. § proinde. ff. de pœnis. & alijs ſupra allegatis.*

16 ¶ † Eſt tamen in prædictis caſibus conſiderandum, quod in caſu quo iudici competit electio pœnæ alternatiuè debet iudex eligere minorem, quia debet arbitrari in benigniorem partem. *l. ſi de interpretatione ff. de pœnis. c. in pœnis de reg. iur. lib. 6.* Bald. *in l. authent. nouo iure. C. de ſeruis fugit.* & ſi maiorem eligeret, poſſet appellari, *l. ſi qua pœna. & l. aliud. §. fin. ff. de verborum ſignificat.* dicit etiam idem Socin. *in dicto cap. ſicut,* quod hoc arbitrium debet fieri cauſa cognita, ex aliqua iuſta cauſa hoc facere, & conſiderare; quod multis graſſantibus locus eſt exemplo, *l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. traditur in l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de infami. & l. & ſi ſeuerior. C. eodem titulo.* & facit textus *in l. 1. C. de his qui latro. occide.*

¶ In quæſtione nona.

S V M M A R I V M.

1 *Abbates, prælati, & aliæ religioſæ perſonæ de quibus in hoc ca. an interueniant tanquam iudices, & quid de literatis.*

2 *Iudices dati à lege ſimpliciter an ſint dati inſolidum; an verò ſimul habeant iudicare.*

3 *Maiori parti harum perſonarum, ſcilicet Abbatum, prælatorum, & religioſarum perſonarum qui interueniunt in caſu huius capituli eſt ſtandum.*

4 *Iuriſdictio quando competit vt vniuerſis attenditur maior pars & ſanior in rebus Eccleſiaſticis. ſecus in prophanis.*

5 *Epiſcopus vel Inquiſitor data paritate votorum, an faciat maiorem partem in caſu huius cap.*

6 *Epiſcopus cum vno canonico non facit maiorem partem, ſed requiritur maior pars capituli quando conſenſus Epiſcopi & capituli requiritur.*

7 *Prælati, Abbas & religioſæ perſonæ quæ interueniunt in caſu huius cap. ſunt tanquam iudices, ideo eorum maiori parti debet ſtare Epiſcopus vel Inquiſitor.*

8 *Literatæ perſonæ quæ interuenire debent in caſu huius cap. non ſunt tanquam iudices ſed vt aſſeſſores & conſiliarij.*

9 *Verba venientia ſub vna determinatione an pariter determinentur, & vide optimas determinationes.*

1 NONO QVÆRO; † an iſti prælati & religioſæ perſonæ, de quibus in textu, qui habent intereſſe in hac verbali depoſitione eruunt tanquam coniudices cum ipſo Epiſcopo, aut tanquam aſſeſſores, & literati, de quibus hic, cenſebuntur eodem iure ſicut dicti prælati, vt ſi illi reputantur coniudices, iſti ſunt etiam coniudices; an verò illi coniudices, iſti verò tanquam conſiliarij, & hoc eſt vtile cognoſcere, nam ſi ſunt coniudices, iuriſdictio competit ipſis ex diſpoſitione huius canonis, non vt vniuerſis, quia non repræſentant collegium, vel vniuerſitatem, vt in caſu *cap. irrefragabili. § . exceſſus. ff. de offic. ord.* ſed vt pluribus, vt in conſulibus mercatorum, vel alterius artis, adeò quod nec iuriſdictio, nec eius exercitium ſit apud aliquem eorum inſolidum, ſed ſit apud omnes ſimul qui habeantur loco vnius, *l. magiſtratus. ff. ad municipia.* & in hoc caſu ſufficit maior pars, ſicut in iuriſdictione, quæ competit vt vniuerſis, quia valet, quod fit à maiori parte. *l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.* ita eſt in ſententia ferenda, vt eſt gloſſa ordinaria in *verbo ſeparatim. in cap. prætergentium in princ. infra eodem.* quam ſequitur Paul. de Caſt. *in l. Pomponius ſi vnis. colum. pen. ff. de iudic.* & hæc concluſio eſt vera, quam firmat Bald. *in l. 1. colum. 2. quæſt. 4. verſic. ſed nunquid. ff. de offic. conſul.* quia quando lex aliquibus aliquid committit ſemper tacitè videtur ineſſe, vt ſufficiat maior pars, *l. & ſuum heredem. §. hodie. cum l. ſeque. ff. de pactis, l. planè. ff. quod cuiuſque vniuerſi.* etiam ſi alicui ſingulis fiat commiſſio ſpecialis per hominem aliquid cõpromittatur. *l. ſi quis. ff. de arbitris.* & etiam dici poſſet, quod hæc cognitio ſeu verbalis depoſitio debet fieri forma hic tradita ſeruata, adeò quod quilibet iſtorum non poſſit ſeparatim ediri, ſed ſimul habeant cognoſcere, datur enim hic forma, quod cum pluribus Epiſcopis, non cum vno poteſt deponere, quia pluralis locutio non verificatur in vno, *l. Iulius Philibus. ff. ad Trebell.* & ab hac forma non eſt recedendum, *l. ſuper creandis. C. de iur. fiſc. lib. 10.* Bald. *in d. q. q.* ad inſtar enim iudicum ſimpliciter delegatorum ſine aliqua clauſula cenſentur iſti prælati, qui ab hoc canone ſunt dati, debent inſimul, & non ſeparatim iudicare. Vnde exercitium iuriſdictionis non eſt penes quemlibet inſolidum. *c. cauſam matrimonij. de offic. delegat.* notat Dec. *in c. 1. col. penult. eod. tit.* etiam ſi vnus ex illis iudicibus delegatis eſſet impeditus, vel mortuus, *c. vno delegatorum. eod. tit.* ſecus ſi eſſet à Principe delegante remotus, quia tota iuriſdictio remanet apud alios, *l. cum prætor, in princ.* & ibi Paul. de Caſt. declarat, *ff. de iudicijs.* tradit D. Dec. *in d. c. cum cauſam. col. 1. l. duo ex tribus. ff. de re iud.* & intelligo maiorem partem reſpectu numeri, non reſpectu dignitatis, *l. inter pares. ff. de re iud. in verbo, numero.*

¶ † Si verò iuriſdictio competeret vt vniuerſis, tunc numerus, & dignitas conſiderarentur, vt dicit Bart. *in d. l. Pomponius ſi vnis. ff. de re iud.* hæc enim in actibus collegiatis & Eccleſiaſticis copulatiuè requiruntur, ſcilicet, maioritas numeri, & dignitatis, Abbas *in c. prudentiam. in princ. de offic. delegat. & in c. 1. per illum text. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. cap. quia propter. de electio.* Dom. Dec. *in c. cum omnes. in poſterioribus ſcriptis de conſtit. & in dicto cap. prudentiam.* 4

¶ † Secus tamen in actibus prophanis & ſæcularibus, quia iura ciuilia ſimpliciter dicunt, maiorem partem ſufficere, vt concludit Alex. de Imol. *in l. maiorem. ff. de pactis.* & ſic dicit debere intelligi gloſſ. *in l. vbi abſunt. ff. de tuto. datis ab his.* ¶ Nec dictus Epiſcopus vel Inquiſitor faciet maiorem partem cum vno ex dictis prælatis & perſonis religioſis, ſed requiritur, quod maior pars dictorum ſit cum dicto Epiſcopo, vel Inquiſitore, ſi ſeparatim iudicant in ſuo caſu, vel cum vtroque, quando inſimul procedunt. 5

¶ † Et hæc concluſio probatur ex eo quod tenet Abb. Sicul. *in conſil. 58. incip: Ex infraſcriptis literis Apoſtolicis, colum. 3. verſic. quarto, in 1. lib.* vbi probat quod ſi Epiſcopi & capituli conſenſus requiritur, non coniunguntur Epiſcopus & capitulum, ſed oportet quod Epiſcopus per ſe conſentiat, ita vt ſaltem habeatur conſenſus maioris partis capituli, vt notatur *in capitulo vnico, ne ſede vacante.* Ioann. Andre. *in cap. à collatione. de appellatio.* quem ſequitur ibi Domin. vbi tenet quod ſi Epiſcopus habeat vnum canonicum ſecum concordem votum ſuum non prævalet voto aliorum canonicorum, quia habens vocem vnius canonici non habet vocem maioris partis capituli, ſequitur Federicus de Senis *in conſilio 232. incip. caſus talis eſt vacantibus canonicatu & prebenda. colum. final.* idem Federic. *in conſilio 1. incipien. Ad Epiſcopum & capitulum.* Abbas poſt Antoñ. de Butr. *in cap. poſtulaſti. de conceſſ. preben. & in cap. quanto de his quæ fiunt à prælat.* Abb. *in capit. paſtoralis de reſcriptis. in prin. incip. & in cap. ſcriptum. de electio.* Domin. *in cap. fin. de religio. domib. libro 6. gloſſ. not. in verbo, aſſenſu. in capitulo vnico, ne ſede vacante libro 6.* & Alberic. de Roſa. *in l. quidam decedens. §. Papinianus. in fine. ff. de adminiſt. tut.* & hæc eſt veritas quicquid dixerit Hoſtienſ. *in dicto cap. poſtulaſti.* quem ſequitur Ludouic. Roman. non ſine ſcrupulo conſcientiæ *in conſilio 366. incipien. Quæritur nunquid. in fina.* & Alberic. de Roſa. *in 2. parte ſtatutorum quæſtio. 188. incipien. Padua eſt ſtatutum.* & hæc opinio Hoſtienſis eſt communiter reprobata, vt dicit Felin. *in dicto cap. paſtoralis. in fine.* & Dominus Iaſon in *l. & ſuum heredem. §. hodie. col. penult. ff. de pact.* 6

¶ Plura

¶ Plura tamen argumenta ſunt in contrarium, quæ ponũtur per Fel. *in d. c. paſtoralis. col. penult.* & per Iaſ. *in l. ſi pater. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & l. ſi. C. de impu.* & Dom. Dec. *in conſil. 122. incip. & pro tenui facultate.*

7 ¶ † Ex quibus infero, quod ſi dicti prælati, religioſæque perſonæ ſunt tanquam iudices, Epiſcopus qui debet clericum deponere, debet hoc facere cum conſenſu maioris partis illorum, in qua maiori parte ipſe non computatur per prædicta, & ſignanter per ea quæ reaſſumit latè Dom. *in d. c. à collatione.* & Lap. *alleg. 32. incip prima concluſio.* ¶ Vnde reſpondendo ad quæſtionem dico, dictos prælatos religioſaſque perſonas de quibus in hoc text. vocati tanquam iudices, quia ſurrogantur loco Epiſcoporum, qui non obſtante diſpoſitione huius text. deberent vocari ad hanc verbalem degradationem ad finem faciendi actualem vt iudices, non autem vt aſſeſſores, tam in diſcutiendo & cognoſcendo, quam in ſententiando: quod probatur per textum *in cap. 1. in fine. 15. quæſt. 7.* vbi dicit textus quod ſynodali iudicio oportet talem cauſam diffiniri, prout latè tradit Domin. *in cap. 1. 1. quæſt. 8.* quem ſequitur Dom. Cardinal. Alexand. ibi. idem dicit Ioan. Andr. & Domin. *in cap. degradatio. de pœnis, libro 6. in principio colum. 2.* idem ſcribit Dominic. *in capit. 1. §. vbi verò. colum. 2. ne ſede vacan. libro 6.* quinimmò in examinatione cauſæ huius Epiſcopi debent interuenire, & negotium cum ipſis tractari, & diſcuti debet vt dicit Archid. *in capit. ſin autem. 15 quæſt. 7.*

¶ Si verò eſſent tanquam aſſeſſores darent conſilium ad ſententias ferendas, non autem iudiciariam impenderent, quia aſſeſſores non habent iuriſdictionem *l. metum. §. ſed animaduertendum. ff. quod metus cauſa.* & Doctor. *in rubric. de officio aſſeſſor.* aut ſi libet facere diſtinctionem, quam Abbas ponit, & Felinus ſequitur *in cap. non potest. de re iudicata. colum penultim. verſicu. ſed dubitari poteſt.* ¶ Quod autem iſti ſurrogentur loco dictorum Epiſcoporum, hoc concludit Petr. de Anchar. hic, & latè dixi *ſupra eod. cap. quæſt. 5.*

8 ¶ † Quoad literatas verò perſonas prima facie dicendum videtur eodem iure cenſendas, vt tanquam iudices etiam interuenire debeant, quia ſub vna determinatione in eadem oratione concluduntur, vt patet in textu, ergo eadem iuris diſpoſitione debebent cenſeri, vt probatur *in l. nam hoc iure ff. de vulg. & pupill* & quando aliqua vocabula veniũt ad determinationem eiuſdem verbi, debent ſic intelligi, vt vniformiter operentur, text. eſt quem Bart. ad hoc notat *in l. fin. C. de ſentent.* ſic videtur in hoc text. quia literati cum prælatis Abbatibus, & alijs religioſis perſonis ſub vno verbo conuocatis clauduntur, ergo idem iuris eſſe debet de ipſis, quod de prædictis Abbatibus, & religioſis perſonis.

¶ Sed contrarium arbitror, quod iſti literati non interueniãt tanquam iudices, & conſiliarij, quamuis Petr. de Anchatan. hic ſimpliciter loquatur de omnibus, quòd ſint tanquam iudices, quia literati ſolent vocari ad dãdum conſilium Inquiſitoribus ad huiuſmodi ſententias ferendas, *in cap. vt commiſſi. §. aduocandi. infra eod.* & hoc expreſsè in degradatione firmant Ioan. Andr. & Domin. *in cap degradatio. in princ. infra de pœnis.* dicentes quod cũ diffinitur actualis degradatio facienda, vocantur ad conſilium literati, qui in actuali inutiliter vocarentur, & ſufficit in aliquo legi ſatisfeciſſe ſurrogando prælatos, & alios loco Epiſcoporum, qui alias requirebantur in degradatione, arg. *l. tutori, vel curatori. C. de negotijs geſtis.* facit gloſſ. *in l. 1. ff. ad municip. gloſſ. penul.* & Paul. de Caſtr. & Modern. *in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan.*

9 ¶ † Nec obſtat illud quod dixi de vna determinatione, quia licet illa vocabula, ſcilicet Prælatorum, Abbatum, & Literatorum determinentur ſub illo participio conuocatis, & ſic quod omnes debeant conuocari, & quod ſine illis non poſſit Epiſcopus degradare, cùm hoc ſit traditum pro forma vt dixi, non tamen hæc vocabula adinuicem ſe determinant, ita quod ſi prælati interueniant tanquam iudices, literati etiam vt iudices interueniant, hæc eſt not. doctr. Bart. *in l. prætor. la 2. §. ſi quis aduenta. de vi bono rapto.* quem ponderauit Lancellot. Decius frater D. Philippi Decij præceptoris mei, dicens eſſe ſoliuagum in materia, *in l. hæreditatem. C. de impu.* quem ſequitur D. Iaſon *in d. l. nam hoc iure. penult. colum.*

¶ Inſuper prædicta haberent locum, quando non eſſet diuerſa ratio in vno determinabilium quam in alio *per l. 2. cum gl. ff de offic. proconſul.* Bald. *in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolut. matrim.* vt dicit Ioan. de Imol. *in l. Caius. 2. colum. ſolut. matri. in dicta l. nam hoc iure.* & Ang. *in § hinc nobis, in auth. de hære. & falcid. in fin. verbis collat. 1.* & Dom. Decius *cap. ſignificaſti. de officio delegat. columna 2.* quod procedit in determinatione legis, vt hic, non autem hominis vt tradit Alexand. quem refert Dom. Iaſon *in dicta l. nam hoc iure. colum penult.* ¶ Et ſic prælati, & cæteri ſunt tanquam iudices, literati verò ſunt vt conſiliarij, & aſſeſſores: ex quo patet diuerſa ratio, ergo diuerſum ius, *l. illud. ff. ad legem Aquiliam. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obligat. & l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxorem.*

¶ In quæſtione decima.

SVMMARIVM.

1. *Epiſcopus vel Inquiſitor an teneatur ſtare conſilio horum peritorum, qui vocantur ad degradationem & determinationem in caſu, ca. 1. de hæret. lib. 6.*
2. *Conſilium eſt omninò ſequendum in caſu quo lex requirit aliquid faciendum cum conſilio.*
3. *Conſilium Conſiliarij voluntariè aſſumpti quis non tenetur ſequi.*
4. *Conſilium iniuſtum quis non tenetur ſequi.*
5. *Statutum potius eſt iudicandum iniuſtum & fruſtratorium quàm quod quis teneatur facere aliquid contra conſcientiam.*
6. *Iudices iudicantes contra ſcientiam ædificant ad gehennam & tenentur ad reſtitutionem parti læſæ.*
7. *Statutum quod præcipit iudicem omninò ſtare debere conſilio ſapiẽtis etiam iniuſto eſt irrationale.*
8. *Epiſcopus & Inquiſitor præſumuntur literati.*
9. *Iudex imperitus ſequens conſilium aſſeſſoris dati ab vniuerſitate etiam ſi ſit iniuſtum excuſatur in foro conſcientiæ.*
10. *Præſides prouinciarum debent iudicare cauſas ſecundùm conſilium ſapientum non ex capite ſuo.*
11. *Aſſeſſoris officium ad quid eſt introductum.*
12. *Conſiliarius electus à iudice ſi malus eſt imputandum iudici: ſecus ſi à partibus vel ab vniuerſitate eligatur.*
13. *Epiſcopus an teneatur de imperitia ſui vicarij.*
14. *Iudex debet eligere aſſeſſorem illum qui eſt approbatus in ſtudijs generalibus non bullatum.*
15. *Electio Conſiliarij imperiti vel medici imputatur eligenti.*
16. *Iudex excuſatur ab ignorantia ſi elegit iuriſperitum idoneũ in damno vitando, non autem in lucro acquirendo.*
17. *Inquiſitores debent eligere doctores peritos & non partiales.*

DECIMO QVÆRO, † an Epiſcopus & Inquiſitor teneantur ſtare conſilio horum peritorum, ſeu maioris partis ipſorum ſuper huiuſmodi verbali depoſitione clerici conſtituti in ſacris, in cauſa hæreſi? Dicendum eſt quòd ſtare tenentur, 1
quia de horum peritorum conſilio ſententiam tenentur proferre, nam prout *ſupra proxima quæſt.* dixi, iſti literati ſeu periti nõ ad alium effectum vocantur ad hoc, niſi ad præbendum conſilium, & hoc eſt de forma, vt dictum eſt, meritò dicendum eſt, quòd nedum eſt illorum conſilium requirendum, ſed † etiam 2
illi ſtandum: nam quando aliquis tenetur aliquid facere cum conſilio ex diſpoſitione legis tenentur illud requirere & ſequi, text. eſt quem ad hoc not. Bart. *in l. impuberibus. ff. de ſuſpectis tuto.* ſequitur Ang. Aret. in *§. conſequens Inſtit. de ſuſpect. tuto.* & confirmatur ex eo quòd dicit Bald. *in l. vnica. colum. final. verſicul. extra quæro. C. ne liceat in vna tan. tertiò prouoc.* nam vbi ſtatutum requirit cõſilium ſapientis, tacitè videtur ad vlteriora procedere, videlicet quod cõſilio prætermiſſo ſententia ſit ipſo iure nulla, quòd eſt intelligendum de diffinitione cauſæ, *l. 1. §. quod in ſententijs. ff. quando appellandum ſit,* non de interlocutorijs, tradit Bal. *in ſtatutis ſuis, in verbo, conſilium. §. 2.* & eſt ratio quia vbicunq; eſt prius & poſterius, ibi eſt ordo iudicij, ergo, &c. *lege prolatam, C. de ſententijs.* Item quia eſt ordo ponderoſus, quia vbi conſilium vbi ſalus, *l. diuortium. ff. de diuortio.* & conſiliarij poſſunt trahere iudicem ad ſententiam ſuam, *l ſicuti. ff. de arbit.* & hanc theoricã ſequitur Petr. de Ancharan. *in repetit. cap. canonum. colum. 64. verſic. ſimilem quæſtionem tangit Bald. de conſtit.* Paul. de Caſtro *in conſil. 6. incipien. Pro declaratione. lib. 1.* & illud dictum Bartol. *in dicta l. impuberibus,* ſequitur Dominus Decius *in cap ſi pro debilitate. In 7. colum. verſic. tertiò prædicta concluſio. de offic. delegat.* & facit quod in ſimili dicit Alberic. de Roſa. *in l. humanum. colum. 2. C. de legibus.* in quæſtione quando iudices accipiunt conſiliarium, quod de conſue-

conſuetudine communiter iudices ſequuntur conſilia aſſumpti conſiliarij, & loquitur in fortioribus terminis, quando conſiliarij non dantur à lege; quinimò ex his quæ diximus in præcedenti quæſtione ſatis poteſt colligi & fundari hos literatos eſſe quaſi collegas in hac depoſitione, quo caſu conſilium eſſet etiam ſequendum ab Epiſcopo & Inquiſitore, per text. *in l. Titium & Meuium in prin. ff. de adminiſtr. tut.* tradit Bart. & Sal. *in l. 1. §. ſi plures ff. de exercitoria*, quid autem ſit in caſu, *cap. vt commiſſi. in princ. & in cap. fin. infra eod.* ibi dicetur, & dixi latiſſimè *in meo ſpeculo part. 1. 26. quæſt.* & tali caſu tenetur ſequi votum maioris partis conſiliariorum.

3 † Secus ſi eſſent voluntarij conſiliarij, quia poteſt ſi vult, vt dicit ſingulariter Innoc. *in cap. nec Epiſcopi. de temp. ordin.* refert & ſequitur Alexan. de Imol. *in l. 1. §. ſi plures. colum. 4. in verbo conſilium malum. ff. de exercitoria*, idem dicit Bald, *in l. 1. ff. de offic. conſul. in 6. quæſt.* & ſatis eſt congruum honeſtati, vt poſtquam inquiſitor eligit aliquos in conſiliarios, vt eorum conſilium ſequatur, ne videatur potius ſequi ſuam opinionem, quam aliorum, forſan alios conſiliarios, quos ante non approbauit, aſſumendo, faciunt tradita per Doctores *in cap. innotuit, de conſtitut.* & ne videatur conſilium eluſorium, vel lex, quæ mandat illud haberi, *l. fin. §. vbi. C. de bonis quæ libe.* vt ſcribitur Ioan. And. *in mercurial. in r. nullus, de reg. iur. lib. 6.* & pro his facit, quia communem opinionem debemus ſequi in ſententiando, *dicto cap. ne innitaris, de conſtit.* & ibi tradunt Doctores, *l. fin. C. de pœn. iud. qui male iud.* ¶ Non obſtant ea quæ dicunt Doctores *in d. c. ſi pro debilitate, & in d. §. ſi plures, & in c. cum in veteri, de electio.* quia habent locum quando à lege non requiritur conſilium, vt eſt in hac quæſtione.

4 ¶ † Prædicta tamen locum habent ſi conſilium eſt iuſtum, ſecus ſi iniuſtum, quia tunc ſequi non tenentur, vt notat Abbas *in dicto cap. ſi pro debilitate.* quia conſilium de ſui natura hoc importare videtur quod iuſtum ſit, vt notat Bartol. *in dicto §. ſi plures. quæſt. 3.* Bald *in l. manifeſtiſſimi. §. penult. in fin. C. de furtis, cum ſimilibus*, vt tradit Dominus Decius *in dicto capitulo ſi pro debilitate, in 7. colum. verſicul. 3. limitatur.* idem tenet Bartol. *in l. ſi conuenerit*, & ibi tradit Alexand. *ff. de re iudic.* vbi dicit quod etiam ſi ſtatutum dicat, quod iudex debeat ſequi conſilium ſapientis, tamen ſequi non tenetur, quãdo tale cõſilium eſſet iniuſtũ, quia intelligitur de conſilio arbitrio boni viri *per dictam l. Titium & Meuium. verſic. quantum. ff. de adminiſtr. tuto. cum alijs per eum ibidem adductis.*

5 ¶ † Et quamuis Bartol. *in dicta l. ſi conuenerit. verſic. Idem puto*, ſentiat quod ſtante ſtatuto teneatur iudex ſequi conſilium ſapientis etiam iniquum, & Alexand. ibi eum ſequatur per rationem, quia ſtatutum nihil operaretur contra *l. ſi quando ff. de leg. 1. & c. ſi Papa. de priuilegijs.* Fel. *in d. c. ſi pro debilitate. col. 4. de offi. deleg.* tamen hæc ratio Alex. non obſtat nec poteſt habere locum in hoc caſu, quia potius debemus interpretari, vt ſtatutum nihil operetur, & ſit inutile, quàm quod illud ſit grauoſum & præiu-

6 diciale animæ ipſius iudicis, qui iudicaret † contra cõſcientiam, nam ædificaret ſibi ad gehennam, nam qui facit aliquid etiam ad præceptum Eccleſiæ contra cõſcientiam ſtallum in inferno ſibi parat, vt not. Abb. poſt Ioan. And. *in c. literas, in 6. nota. de reſtit. ſpoliat.* & ſic iudicando faceret contra ius diuinum, quia fortum faceret, nam iudices dolo iudicando ad reſtitutionem tenentur parti læſæ, *c. quoniam contra falſam. in verb. negligentiam.* & ibi Abbas, & habetur *in ſumma conf. in titul. de iudic. l. 45. & aſſ. ff. quæſt. 137. incip. quæ ſit pœna.* & Hoſt. *in tit. de pœnit. & remiſſ. §. quid de officialibus.* S. Thom. *in 2. 2. quæſt. 49. art. 4.* Bald. *in l. mancipia. C. de ſeru. fugi.*

7 ¶ † Et pro prædictis contra Alexan. facit quod egregiè dicit Fulg. per illum text. *in l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo quod certo loco*, quod quãdo contra promiſſorem in ſtipulatione poſſet interpretatio fieri, quæ eſſet illi multum oneroſa, tunc potius ſtipulatio debet inutilis iudicari: ad idem eſt text. *in l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1.* vbi potius inutile legatum redditur, quàm quod teſtator videatur grauare hæredem de redimendo ius finitum per mortem teſtatoris, *l. vxor patrui. C. de leg. 2.* ſequitur Dominus Decius *in l. in contrahenda. ff. de regulis iuris.* & Dominus Iaſon *in l. quotiens. l. 1. ff. de verborum obligat.* præſumitur enim quod ſtatuentes noluerint dare occaſionem damnationis iudici, vt iniuſtitiam faceret, quia anima tanquam pretioſior eſt cæteris rebus præponenda, *l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & ſic hæc præſumptio tanquam maior tollit aliam, *l. diuus. ff. de in integr. reſtitutio.*

¶ Pro prædictis etiam facit, quia ſtatutum illud eſſet irrationabile & non tenendum, *cap. erit autem lex. 4. diſtinct.* & in ſtatutis tali eſt ſumenda interpretatio, vt euitetur abſonitas intellectus, vt tradit Paul. de Caſtr. *in conſil. 472. incip. in cauſa capturæ. lib. 1.* lunoptiam dicit Ang. de Perui. *in conſil. 136. incip. in quæſt. vertente inter ſe Benedictum.* quod licet ſtatutum diſponat iudicem ad petitionem partium conſilium ſapientis petere debet, quod debet intelligi, quando illa petitio non eſt calumnioſa, nec petitur cauſa litis differendæ, quia tunc aperiret viam calumnijs, & ſubterfugijs, quorum materia eſt funditus præcidenda, *l. 2. C. de appellat.* ſequitur Alexand. de Imol. *in conſil. 62. incip. viſa facti narratione colum. fin. lib. 2.* Calcaneus *in conſil. 8. incip. quia in caſu ſ. colum.* ita ſic eſt dicendum & fortius quando conſilium eſt iniuſtum, vt illud non ſit ſequendum, dato quod ſtatutum hoc diſponat. tradit And. Sic. *in d. c. ſi pro debilitate. colum. 10.* Petr. de Anch. *in c. cum in veteri in 2. quæſt. de elect.* & hoc tenebat Vber. de Bobio, vt refert Alb. *in l. humanum. colum. 2. C. de legib.* Lud. Rom. *in rubr. de arb. in 10. colum. verſic. an quando.* & hanc concluſionem firmat Mar. Soc. *in conſil. 24. incip. viſis ac diligenter. colum. 1. verſ. vlterius etiam poſito. lib. 1.* Spec. *in tit. de requi. conſil. col. 2. verſ. quid ſi iudex.* poſtea reperi quod Io. And. *in d. c. ſi pro debilitate* ponit contentionem inter Innoc. & Hoſt. in illa quæſtione an poſſit cauſa committi, vt ſententia feratur ſecundùm quod talis iuriſperitus dictauerit; vbi videtur ad hoc inclinari, facit quod dicunt Bart. & Bald. *in l. 1. C. quomodo & quando iud.* vbi volunt quod licet delegati poſſint compelli ad iudicandum, non tamen ad ſic iudicandum. tradit Bal. & And. Sic. ſequitur *in rubr. de offic. deleg. colum. antepen.*

¶ † Et hæc dicuntur de Epiſcopo & Inquiſitoribus in quibus præſumitur eſſe prudentia, & cognitio iuſti & iniuſti conſilij, *c. cum in cunctis de elect.* faciunt quæ dicit Card. *in clem. 1. de ætat. & qualit. & in c. cum ab omni ſpecie. de vita & honeſt. cler.* Et per ordinationes ſpeciales inquiſitionis non poteſt quis eſſe Inquiſitor, niſi fuerit Licẽtiatus, aut Doctor in Iure, aut in Theologia, itaq; in eis non præſumitur ignorantia. 8

¶ † Vnde ſi iudex aliquis eſſet imperitus, vt ſunt communiter præſides prouinciarum, vt dicit Bart. *in l. ſtatutis. C. de ſententijs ex breuicu. recitan.* gloſſ. & ibi Docto. *in l. 2. ff. quod quiſque iuris in alterum.* Barto. *in l. expertes. C. de decur. lib. 10.* tunc iſte ſtante huiuſmodi ſtatuto, aut dato ſibi aſſeſſore ab illo à quo iuriſdictionẽ habet, huius aſſeſſoris conſilium etiam iniuſtum ſequendo nõ peccaret, nec in ſyndicatu teneretur, vt dicit Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. 31 quæſt. ff. de offic. proconſ. & legat.* & ſenſit Bald. *in authent. habita. verſicul. quæro cum ad Doctores pertineat. C. ne filius pro patre.* 9

¶ † Sic enim debent facere poteſtates terrarum, cùm ſint imperiti, habere deliberationem cum peritis, non autem ex ſuo capite debent cauſas decidere, ita dicit Bald. *in l. ſolent. §. legatos. ff. de offic. proc. & lega.* & pro hoc dicit Anton. de Butrio ſingulariter, *capitulo cum olim de arbitris*, quod iudex non tenetur ſequi malum conſilium ſapientis, etiam ſi ſtatutum diſponat, vel partes, niſi eſſet ex toto ignarus, per gloſſam *in capitul. venerabili. de officio delegat.* ſequitur Decius *in conſilio 3. incipient. viſo puncto colum. 3.* quod Imola dicit eſſe verum, vbi viri imperiti deputarentur iudices, quia tunc debet ſequi conſilium peritorum: refert Paris de Puteo *in ſuo tractatu ſyndicatus. in 53. charta.* excuſatur enim quando reſpublica dedit illi illum aſſeſſorem, argument. *l. Pollà. C. de his quibus vt indignis.* & Bald. hoc dicit, *in rubr. verſic quæro nunquid. C de pœna iud.* Salicetus *in l. fina. in 3. quæſt. C. eodem titulo.* vt tradit Felinus *in capitu. paſtoralis. §. verum. colum. 2. de offic. delegat.* ſequitur Alexand. *in l. 2. colum. fina. ff. quod quiſque iuris.* & dicunt Innocent. & Ioan. Andr. *in capitulo ſi pro debilitate, de officio delegat.* quod propter hoc fuit introdu- 10

ctum † officium aſſeſſoris, vt per eius peritiam ſuccurratur habentibus ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem, qui ſunt legum ignari, vt *per totum titulum. C. & ff. de officio aſſeſſ.* imperiti enim debent eorum conſcientiam iuxta peritiam peritorum informare, *capit. Inquiſitioni de ſententia excommunicationis*, & plura circa hoc tradit Andre. Sicul. *in dicto cap. ſi pro debilitate colum. 7.* 11

¶ † Idem ſi ipſe iudex eligit conſiliarium de conſenſu reipublicæ, quia excuſatur per id quod dixit Alex. *in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud.* Si verò ipſe iudex elegiſſet doctum aſſeſſorem imperitum non excuſatur, ita dicit Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. in 31. q. ff. de offic. proc. & lega. & in d. rubr.* & Sal. *in d. l. fi.* & 12

Alex.

Alex. *in alleg. l. 2.* & ibi Dom. Iaſ. facit in arg. *l. ſi procuratorem. §. ſi tutores ff. mandati.* mala enim electio conſiliarij eſt culpa, vt dicit egregiè Bal. *in l. mancipia. C. de ſeruis fugit.* Ang. *in l. ſi iudex. ff. de varijs & extraord. cognit.*

13 ¶ † Et per hæc non reputo verum illud dictum Bald. *in d. rub.* quem ſequitur Sal. *in d. l. ſi. C. de pœna iudicis qui male iud.* dum dicit quod Epiſcopus non tenetur de imperitia ſui vicarij quem Epiſcopus propoſuit iuſtitiæ faciendæ, quia dedit operam rei licitæ, & conſuetæ, dum vicarium creauit. quia dico quod Epiſcopus eligendo vicarium imperitum male facit, & operam rei licitæ dedit per dictum Bald. *in d. §. proficiſcs.* & ad prædicta facit *cap. inter cætera, de offic. ordin. in verbo, viros idoneos.* licet enim iura dent Epiſcopo hanc facultatem eligendi vicarium, & per illum deſeruire poſſit, vt tradit Hoſtienſ. *in ſumma, de offic. vicar. §. 2.* non tamen debet eligere imperitum, ſed idoneum, & habilem: text. eſt. *in l. vt gradatim. in princ. in verbo. idonei. ff. de mun. & honor.* Calcaneus *in conſil. 8. incipien. in cauſa. in 8. colum.* & Andr. Sicul. *in cap. 1. de conſtit. 12. colum in 3. notabili.* etiam ſi canon diceret, eliget quemcunque, & ſic per verba generalia intelligeretur de idoneo. facit *l. penult. C. qui admi. in verbo, quamcunque aliam rationem.* gloſſ. reſtringit, ſcilicet, inſtam, ad idem *l. & ſi inſtrumenta. C. de fide inſtrumentorum, & in iure haſtæ fiſca. lib. 10 in verbo, quibuſcunque probationibus.* dicit gloſſ. ſcilicet idoneis, quod Bartol dicit ibi eſſe notabile ad ſtatuta. ſimilis gloſſ. *in l. 1. C. de fide inſtrumentorum. in verbo. quibuſcunque rationibus.* gloſſa reſtringit, ſcilicet, idoneis: Sequitur Dominus Iaſon *in l. quodcunque. in 1. colum. ff. de verbo rum obligationibus. & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. non. nunciat.* vnde Alexand. de Imol. *in dicta l. 1 colum. final.* referens dictum Bald. & Salicet. meritò dicit ſe non placere pro conſtanti. poſtea reperi, quod Bald. *in Margarita ſua, in verbo Epiſcopus, verſicul. 9.* dicit poſt Innocentium *in capitulo ad hæc. de offic. Archidiac.* quod Epiſcopus tenetur de facto ſui vicarij, quia ſibi imputet, cum talem elegerit, habetur *in titul. de Epiſcopo, parte 7. libro 4.*

14 ¶ † Vbicunque tamen iudex eligeret aſſeſſorem illum, qui eſt approbatus pro Doctore in ſtudijs generalibus, tunc excuſatus eſſet, itaque inquit Salicetus *in dicta l. final.* mouetur per *l. argentum. & l. non tam idoneum. ff. de commo.* idem dicendum, ſi non eſſet Doctor, ſed fuiſſet exercitatus ab alijs iudicibus, tunc enim excuſabitur, Salicetus *in dicta l. final. allegat. l. 1. C. qui & aduerſus quos*, vbi conceditur reſtitutio minori, ſi credidit iudici, qui eum circumuenit. Sequitur Felinus *in dicto capitulo paſtoralis. §. verum colum. 2.* & quod dixi de Doctore approbato, hoc intelligo quando eſſet approbatus ab aliquo collegio approbato, ſecus ſi eſſet Doctor bullatus, vel approbatus ab improbis Doctoribus, vt pulchrè voluit Salicet. Angel. & Paul. de Caſtr. *in l fina. C. de his qui veniam ætatis impetr.* tradit Claud. de Seyſello, *in l. 2. ff. quod quiſque iuris. & ibi aliquid dicit ad propoſitum.*

15 ¶ † Semper enim quando quis habet eligere medicum vel peritum in arte, debet eligere illum, cuius fama celebris eſt, & ampla, ad hoc vt non teneatur in ſyndicatu de imperitia, vt dicit Ang. *in auth. de non alienan. §. quia vero Leonis.* nam eligere medicum, vel Doctorem minus idoneum culpa eſt, vt eſt glo. ord. *in l. item verberatum. §. fin. ff. de rei vend.*

16 ¶ † excuſatur ab ignorantia vt quis conſuluit peritiores, qui ſibi ſic conſuluerunt, *l. iuris ignorantia. C. de iuris & fact. ignor. l. iuris ignorantia. C. qui adm.* & hoc intelligo in damno euitando, vt *in l. regula ff. eodem titulo.* ex quo enim eſt imperitus, non præſumitur facere dolo, ſed culpa, gloſſ. *in l. 2. §. qui magiſtratum. ff. quod quiſque iuris*, & à culpa excuſatur, quia peritiores conſuluit, vt in dictis iuribus, & dicit Bartol. *in l. bonorum. ff. de bonorum poſſeſſion.* quod literarum ignorans excuſatur propter conſilium, facit gloſſ. *in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonſtrat.* ſed vbi iudex ille ignarus ſeu poteſtas tractaret de lucro captando, tunc non excuſaretur eum conſilium petiti, ſi fuit iniuſtum, puta quia propter illud conſilium condemnauit aliquem ad pœnam pecuniariam, quam ſibi imburſauit, tunc enim tenetur ad reſtitutionem pœnæ indebitè exactæ, per nota. *in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & l. 1. C. ſi ex falſis allegationibus*, vt refert Paris de Puteo *in ſuo ſyndicatu, folio triceſimo ſecundo, in §. an poteſtas excuſetur.*

17 ¶ † Debent igitur Domini Inquiſitores ſemper eligere & vocare ad conſilium Doctores famoſos & exercitatos vt poſſint cum eorum conſilio exonerare conſcientiam ſuam, præſertim quando ipſi Inquiſitores ſunt Theologi, & non iuris Doctores, quia in hac materia proceſſuum & probationum, & ad quam pœnam teneri debeant rei, ſtandum eſt legiſtis potius quam Theologis, ſecus ſi tractaretur an aliqua propoſitio eſſet hæretica vel non, quia Theologis ſtandum eſt, vt tenet Archidiac. Flor. *in 3. titul. 5. cap. 21.* [illegible] facit tradita per Abbatem & alios in *cap. 1. de conſanguin. & affinit.* nec debent eligere Conſiliarios [illegible] ſuſpectum, vt dicit Bald. *in l. ſolent. §. legatos ff. de offic. procon. & legat.* nec in deciſione cauſarum recedendum eſt à patrocinio ſapientum, maximè gloſſarum vt dicit Bald. *in l. 1. C. de pœn. iudic. qui male iudic.*

¶ In quæſtione vndecima.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus in quibus caſibus poſt degradationem traditur iudici ſæculari puniendus.*

2 *Clericus regulariter pro quocunque graui crimine degradatus non traditur curiæ ſæculari.*

3 *Clericus hæreticus degradatus traditur curiæ ſæculari: quomodo autem hoc intelligatur.*

4 *Hæreticus relapſus negatiuus traditur curiæ ſæculari, ſecus ſi redierit ille qui lapſus eſt.*

5 *Clericus falſarius traditur curiæ poſt degradationem.*

6 *Intellectus, c. nouimus. de verb. ſignif. an falſarius debeat tradi curiæ ſæculari vel non.*

7 *Falſi crimen multa ſpecialia habet.*

8 *Clericus conſpirans contra ſuum Epiſcopum degradatus traditur curiæ ſæculari, & quomodo intelligitur.*

9 *Clericus pro calumnia aut contumelia aut pro conuitijs, aut pro inobedientia aut pro incendijs, & ſic pro his ſingulis ſit degradandus & curiæ ſæculari tradendus.*

10 *Intellectus c. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.*

11 *Dictio mox appoſita in dicto cap. ſi quis ſacerdotum. quid importet vide.*

12 *Clericus ſortilegus debet degradari & tradi curiæ ſæculari, quomodo autem hoc intelligatur.*

13 *Laicus ſortilegus quomodo puniatur.*

14 *Degradatio in dubio intelligitur de degradatione verbali.*

15 *Pœna capitalis ſtatuta non intelligitur de morte naturali.*

16 *Pœna contra ſacrilegos de iure ciuili eſt concrematio.*

17 *Laicus ſortilegus quomodo puniatur ſecundum canones.*

18 *Sortilegi clerici debent tradi curiæ ſæculari poſt degradationem ſi ſunt incorrigibiles.*

19 *Ius ciuile quando imponit pœnam mortis, canon ponit degradationem, ſed hoc habet inſtantias.*

20 *Iura quæ dicunt ſacrilegum clericum recludendum in carceribus, intelliguntur non data incorrigibilitate.*

21 *Schiſmaticus traditur curiæ ſæculari poſt degradationem quomodo intelligitur.*

22 *Schiſma cum hæreſi & ſine hæreſi quando ſit.*

23 *Hæreticus non traditur curiæ ſæculari, niſi ſit relapſus aut negatiuus.*

24 *Schiſmatici de iure diuino quomodo fuerunt puniti, & an ſint excommunicati.*

25 *Clericus degradatur & traditur curiæ ſæculari pro quocunque crimine grauiſſimo qualificato.*

26 *Crimina grauia qualificata quæ ſint.*

27 *Clericus qui commiſit plura furta, vel plura homicidia, pro ſequenti poteſt degradari & tradi curiæ ſæculari.*

28 *Crimina plura committens grauiter eſt puniendus, vt pœna commenſuretur delicto.*

29 *Clericus debet degradari & tradi curiæ ſæculari pro grauiſſimis criminibus pro quibus leges ciuiles grauiſſimas pœnas imponunt.*

30 *Iudex ſæcularis an poſſit præuenire Epiſcopum in punitione clerici qui grauiſſima delicta committit.*

31 *Clericus pro crimine qualificato an poſſit degradari & tradi curiæ ſæculari, & vide plura circa declarationem, cap. 1. de homicid. in antiquis.*

32 *Intellectus, c. nouimus. de verb. ſignif.*

33 *Declaratio, c. 1. de homic. lib. 6.*

34 *Delictum atrociſſimum & enormiſſimum requirere videtur degradationem & traditionem curiæ ſæculari.*

35 Cri-

35 Criminis enormitas dat cauſam Epiſcopo excedendi leges & canones in imponendis pœnis.

36 Leges maiorem pœnam imponunt pro qualificatis criminibus, quam pro ſimplicibus.

37 Clericus quantumcunq; graue crimen commiſerit an ſit degradandus & tradendus curiæ ſæculari.

38 Opinio communis eſt tenenda & ab ea non eſt recedendum.

39 Capitulum incipiens cùm non ab homine, an intelligatur in homicidio, furto, periurio, vel alio crimine qualificato puta parricidio, ſacrilegio & ſimilibus.

40 Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi niſi ab alijs legibus diſtinguatur.

41 Statutum inſinuanda de donatione non ſolũ habet locum in extraneis ſed etiam coniunctis.

42 Epiſcopus rebellans Sedi Apoſtolicæ committit crimen læſæ maieſtatis & non traditur curiæ ſæculari niſi ſit incorrigibilis.

43 Clericus committens duplex homicidium, an debeat puniri pœna degradationis.

44 Cultor idolorum & aruſpex quia pœna puniatur.

45 Papa conſuli debet quando clericus eſt degradandus.

46 Clericus quando dicitur veniſſe in profundum malorum.

47 Clericum punit iudex ſæcularis ad petitionem Eccleſiaſtici iudicis quando clericus poteſt eſſe perditio malorum.

48 Papa vt deponatur incorrigibilitas requiritur.

49 Pœna duplici quis puniri non debet.

50 Exceſſus delictum eſt.

51 Pœna non imponitur niſi à iure imponatur.

52 Intellectus ſeu declaratio ad c. accuſatus. §. ſi autem lenis. de hæret. lib. 6.

53 Suſpectus de hæreſi leniter qui abiurauit ſi labatur in hæreſim, non traditur curiæ ſæculari ſed grauius punitur quàm ſi non fuiſſet, antea ſuſpectus.

54 Suſpectus de hæreſi vehementer qui abiurauit ſi labatur in hæreſim, traditur curiæ ſæculari.

55 Incorrigibilitas conſideranda eſt in quocunq; enormi crimine ad hoc vt clericus tradatur.

56 Eccleſia quando dicatur non habere vltra quid faciat.

57 Clericus vt tradatur curiæ ſæculari requirũtur duo ſcilicet, incorrigibilitas & quod Eccleſia non habeat vltra quid faciat.

58 Carcer perpetuus proportionatur morti naturali.

59 Impœnitens quando clericus dicitur.

60 Pœna pro homicidio contra clericum quæ eſt in iure canonico.

61 Pœna detruſionis in monaſterium & pœna perpetui carceris quibus debet dari.

62 Innocentio falsò imponitur dixiſſe in c. qualiter & quando. de accuſ. quod eo caſu quo de iure ciuili imponitur pœna mortis de iure canonico imponitur pœna degradationis & traditionis curiæ ſæculari.

63 Extenſio non fit ex maioritate rationis vbicunq; daretur laico ius in ſpiritualibus.

64 Clerico & laico committentibus maleficium ſi laicus capitur à iudice ſæculari, & clericus ab Eccleſiaſtico debet laicus remitti ad iudicem Eccleſiaſticum vt ambo ab eodem iudicentur.

65 Pœna perpetui carceris an ſit ſufficiens pro atroci delicto, & ſi eſt grauior morte.

66 Pœna furcarum an ſit grauior decapitatione.

67 Pœna perpetui carceris an ſit grauiſſima quia hæretico redeunti datur an lenis.

68 Intellectus primus, c. 1. de hom. eſt vt intelligatur in clerico etiam ſacerdote.

69 Intellectus ſecundus, in d. c. de hom. eſt vt intelligatur de laico confugiente ad Eccleſiam commiſſo homicidio.

70 Intellectus tertius, in d. c. 1. de hom. eſt vt verbum illud moriatur intelligatur, id eſt, excommunicetur.

71 Lex habens varios intellectus non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.

72 Capitulum nouimus. de verborum ſignification. loquitur in incorrigibili.

73 Diſpoſitio, capitul. 1. de homicid. libro 6. non debet extendi ad alios caſus.

74 Accidens adueniens enti an aliud qualificet.

75 Clericus an poſſit degradari & tradi curiæ ſæculari ob crimen læſæ maieſtatis commiſſum in ſuum Regem.

76 Clericus an committat crimen læſæ maieſtatis temporalis.

77 Perduellis eſt committens crimen rebellionis.

78 Clericus eſt de iuriſdictione Eccleſiaſtica non Regis, nec Imperatoris.

79 Conſuetudine introduci nõ poteſt: vt clericus ſit de iuriſdictione Regia vel Imperatoris.

80 Priuilegium canonis eſt de iure poſitiuo, fori verò de iure diuino.

81 Clericus non committit crimen læſæ maieſtatis temporalis, & ideo nec bona eius confiſcantur, & ob hoc eſt vtile veritatem hudubij inueſtigare. Sed verius quod dicam infra in decimaquinta quæſtione.

82 Cap. ſi quis laicus. 22. quæſt. 5. intelligi poteſt in depoſitione verbali.

83 Cap. ſi quis laicus. eſt palea & quare ita dicatur & non eſt gloſſatum à Doctoribus.

84 Cap. ſi quis laicus intelligitur in clerico incorrigibili.

85 Intellectus Clem. paſtoralis. § rurſus. de re iudi.

86 Clericus feudatarius eſt de iuriſdictione Regis à quo habet feudum.

87 Clericus feudatarius in cauſa criminali etiam ciuiliter intentata nõ eſt de iuriſdictione domini à quo habet feudum.

88 Vaſallus & ſubditus differunt inter ſe.

89 Clericus aſſaſſinus an poſſit puniri à iudice ſæculari abſque degradatione.

90 Argumenta quod clericus aſſaſſinus non poſſit ſine degradatione & traditione puniri à iudice ſæculari.

91 Intellectus verus, cap 1. de hom. lib. 6. eſt. vt clericus aſſaſſinus ipſo facto ſit degradatus & traditus: & iudex ſæcularis poteſt ipſum punire.

92 Banniti & diffidati à Papa vel à Cæſare poſſint impunè offendi.

93 Argumenta fortia in quibus probatur in caſu. d. c. 1. de hom. li. 6. clericum eſſe degradatum ipſo iure, & traditum ad effectum, vt iudex ſæcularis poſſit illum punire.

94 Degradatio actualis eſt illa depoſitio, de qua in d. c. 1. de hom. li. 6. alias nihil operaretur.

95 Epiſcopi etiam includuntur in diſpoſitione. c. 1. de hom. lib. 6.

96 Verbum honoris comprehendit priuilegium fori, & canonis.

97 Verbum ordinis, officij, & beneficij quid inducat in caſu d. c. 1. de homic. in 6.

98 Verba ſingula d. c. 1. de hom. ponderãtur ad effectum quod degradatio & traditio eſt ipſo iure facta ſibi.

99 Diffidare eſt licentiare aliquem vt ab omnibus occidatur.

100 Fori priuilegium Papa vniuerſaliter ſtatuendo tollere non poteſt, ſed in particulari poteſt.

101 Degradatum clericum poteſt iudex ſæcularis punire.

102 Priuilegium canonis ſi quis ſuadente diabolo poteſt tollere Papa in aliquo caſu particulari.

103 Clericus non gaudet priuilegio canonis in multis caſibus declarante Pontifice.

104 Papa aliquando committit cauſam criminalem laico.

105 Papa aliquãdo ſtatuit particulariter in caſu quod non poteſt facere vniuerſaliter.

106 Papa an poſſit diſpenſare vt ſacerdos ſeu beneficiatus non teneatur dicere horas canonicas.

107 Iuris diuini non ſunt omnia quæ leguntur in ſacra ſcriptura.

108 Orare vt ſacerdos non tẽneatur vel ille qui eſt beneficiatus Papa non poteſt diſpenſare.

109 Auctoritas Pſalmiſtæ ſepties in die laudem dixi tibi quomodo intelligatur.

110 Papa diſpenſat circa bigamiam, licet determinationes Apoſtolorum tollere non poſſet.

111 Papa an poſſit tollere canonem, ſi quis ſuadente diabolo in aliquo caſu.

112 Papa in capitulo primo, de homicid. libro 6. non tollit canonem ſi quis ſuadente diabolo ſed declarat illum non habere locum in illo caſu.

113 Ius canonicum poteſt ſtatuere quod clericus non gaudeat priuilegio canonis in aliquo caſu.

114 Degradatus actualiter perdit priuilegium canonis, & fori ſecus in depoſito.

115 Traditio curiæ ſæculari non requiritur, quando clericus degradatur à iure vel pro degradato habetur.

116 Clericus poſt degradationem de eo factam quando cenſeatur traditus curiæ ſæculari.

117 Clericus depoſitus ab Epiſcopo ſecuta irregularitate an ſit de foro iudicis ſæcularis ſine traditione.

118 Clericus licet non poſſit renunciare priuilegio fori expreſſè, poteſt tamen tacitè delinquendo concurrente auctoritate canonis.

119 Cle-

10 ¶ † Et his concordant Archid. Dominic. & vterq; Cardin. *in d. cap. ſi quis ſacerdotum.* Prima tamen eſt verior, vt depoſitus ſtatim tradatur ſecundum Hoſtien. vt refert Dominic. *in d. cap. ſi quis.* & Henric. Boic. *in d. cap. ad abolendam. vbi plura dicit.*

¶ Quis autem dicatur incorrigibilis traditur per Abb. & Modernos late *in d. cap. cum non ab homine. colum. fin. de iud.* Aduerte tamen circa intellectum *d. cap. ſi quis ſacerdotum,* in eo quod dicit de inobediente clerico erga Epiſcopum, intellige in his quæ pertinent ad Epiſcopi iuriſdictionem, & officium, ſecundum ea quæ not. *in cap. ad aures. de temp. ord.* quæ autem ſint hæc, colliguntur *ex cap. quia frater. 22. quæſt. 1.* & interueniente coniuratione, *cap. ſi qui clerici. 11. quæſt. 1.* ſic dicunt Archid. & Dominic. & vterque Cardin. *in d. cap. ſi quis ſacerdotum.* ſubdit D. Card. de Turrecrem. *in verbo, coniuratio* quod illa coniuratio debent redundare non ſolum in Epiſcopum, ſed etiam in eccleſiam. Nam ſi ſolum Epiſcopum tangerent, non poſſet ab illo excommunicari, ſed a ſuperiore, vt dicit ibi gloſſ. & allegat *cap. inter. 23. q. 4.*

11 ¶ † Et tenendo illam opin. benigniorem, quod ſtatim non tradatur curiæ ſæculari, ſed quod expectetur incorrigibilitas, obſtare videtur text. *in cap. ſi quis ſacerdotum* dum dicit, mox depoſitus curiæ traditur, dictio enim mox, confeſtim ſignificat, & ſine aliquo interuallo, *vt est gloſſ. in cap. quis propter. de elect. in verbo, mox.* Bart. *in l. 1. in fin. col.* & ibi Moderni. *ff. ſi cert. pet. gloſſ. 1. in auth. de in eſt. nupt.* quam allegat Bartol. *in l. fructus. ff. ſol. matr.* Bald. *in l. Gallus. § idem eſt. ff. de liber. & poſthum.* Ad hoc reſpondet Henr. quem referunt, & ſequuntur Archidiac. Dominic. & Cardin. ibi, quod text. non dicit, depoſitus mox tradatur. Itaq; illa dictio, mox, determinat depoſitionem, non autem traditionem. & ſic quod clericus non debet ſtatim tradi curiæ ſæculari, ſed debet poni in monaſterio, vel in alio loco ad agendam pœnitentiam. *cap. dictum. 81. diſt.* & ſi contempſerit excommunicabitur, & ſi eccleſia ipſum corrigere non poterit, tradatur curiæ ſæculari ab ipſa puniendus. ſic debet intelligi *d. cap. ſi quis ſacerdotum. & c. ſi autem nos ea de re. cauſa. 10. quæſt. & c. clericum. 3. q. 4. & c. de liguribus. 23. quæſt. 5.* & ſic omnes Doctores ibi tranſeunt.

¶ Sed D. Dec. aliter dicit *in d. c. at ſi clerici. in princip. colum. 24.* quod illa dictio, mox, intelligatur cum interuallo, prout aliquando ſumitur. *l. ſed & ſi conditione. § ſeruus. ff. de har. inſtit. cum aliis per eum ibi traditis.* & multas ſignificationes, quas habet dicta dictio, mox, proſequitur. Iaſ. *in l. fructus. in 1. colum. ff. ſolut. matr.* Bald. *in cap. priuilegia. de pace conſt. in.* Abb. & Anton. Doctores *in cap. an ſit. de appellat.* Et de dictione, ſtatim, Iaſ. *in l. diuortio. col. 2. ff. ſol. matr. l. cum quidam. ff. de legat. 2. l. petens. C. de pact.* Tenenda eſt ergo illa benignior opinio, vt non tradatur niſi fuerit incorrigibilis, prout omnes Doctores dicunt, quos ſupra retuli.

12 ¶ † Quarto fallit in ſortilegio, vt degradari debeat. *cap. admoneant. 26. quæſt. 7.* & ex conſequenti tradi curie ſeculari, quia hic diſponitur de actualiter degradato, vt tradatur. *cap. degradatio. infra. de pœn. cap. nouimus. de verb. ſignific.* & hunc caſum poſuit Anton. de Butr. *in d. cap. at ſi clerici.* ſed Abbas, Franciſc. de Aret. Andr. Sicul. & Dec. *in d. cap. at ſi clerici.* dicunt ſortilegium non eſſe degradandum actualiter.

13 ¶ † Primo, quia in eodem text. dicitur, quod laicus pro illo crimine excommunicatur, ſed non eſt conueniens, quod pro eodem crimine eſſet tanta diſparitas inter clericum, & laicum. Præterea dicit text. *in cap. ſi quis Epiſcopus. & cap. aliquanti. 26. q. 5.* quod illi, qui conſulunt ſortes, & auguria detruduntur in monaſterio, ſi ſunt clerici, & in ſequentibus cap. probatur clarius, vt non ſolum conſulentes, ſed etiam exercentes ſacrilegium, ab eccleſia repellantur. Nec ibi dicitur, vt tradantur curiæ ſæculari, facit *cap. ex tuarum. de ſortilegiis.*

14 ¶ † Non obſtat, *d. cap. admoneant. ibi, clericus degradetur,* quia ſecundum Abb. & alios debet intelligi de degradatione verbali, patet *in cap. tuæ. de pœn.* vbi fit mentio de degradatione, & non traditur, ſed detruditur in monaſterium. Ideo intelligitur de depoſitione, ſiue degradatione verbali, facit *cap. 2. de cleric. excom. miniſt.* quia in pœnis ſemper interpretamur quod eſt minus. *l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœn.* Nam ſi *in cap. tuæ.* intelligeretur de actuali, ſtatim traderetur. *d. c. nouimus. & cap. degradatio. de pœn. infra eodem.*

15 ¶ † Pro hoc facit doctrina Doctorum *in c. quanto. de iureiur.* vbi dicunt, quod ſi pro aliquo delicto imponatur pœna capitalis, debemus intelligere de pœna mortis, ſed de alia, cum ſit triplex pœna capitalis, vt tradit Innoc. *in cap. qualiter & quando. el 2. de accuſ. gloſſ. in l. 1. C. ne Chriſti. manci.* Andr. Sicul. *in conſil. fin. incip. Sapienter magnus. col. 10. lib. 2.* Alex. *in conſil. 116. incip. In cauſa inquiſitionis. lib. 5. & in conſil. 104. incip. Statutum. lib. 1.*

¶ Sic ad propoſitum, cum textus dicat, clericus degradetur, intelligi debet de degradatione verbali, quia degradatio duplex eſt verbalis, ſcilicet, & actualis, vt Abbas dicit *in d. cap. tuæ. & in cap. nouimus. de verb. ſign.* Abb. *in cap. non poteſt. de re iudic.* Dominic. *cap. 2. in 1. notab. infra de pœnis.* Alberic. de Roſa. *in l. pen. colum. 3. ff. ſi ex noxal. cauſa aga.* & ſic tranſeunt Doctores.

16 ¶ † Sed aduertendum eſt, quia iure ciuili grauiſſima pœna ſtatuta eſt contra iſtos ſortilegos, ſcilicet, concremationis, & publicationis bonorum. *l. nullus. l. nemo. C. de malefic. & mathem.* & ſimilis culpa eſt prohibita diſcere, aut docere. *l. culpa. eod. tit.* & ſi mors ex hoc alicui 17 † inferatur beſtiis ſupponuntur. *l. multi. eod. tit.* ſcribunt Angel. de Claua. *in ſua ſumma. in verbo, ſors. § 4.* Aſten. *in ſua ſumma. lib. 1. tit. 14.* Hoſtienſ. *in ſumma, de ſortilegiis. § quæ ſit pœna ſortilegorum. & in tit. de magiſtris. § quam ſcientiam. & habetur in ſumma confeſſo. lib. 1. tit. 11. quæſt. 24.* in quibus locis Doctores dicunt, quod ſecundum canones imponitur pœnitentia ſpiritualis quadraginta dierum, *in c. 1. de ſortileg.* & ſi peccatum notorium eſt, Euchariſtia denegatur. *cap. pro dilectione. de conſecrat. diſtinct. 2.* & ſi clericus eſt, deponendus eſt, & in monaſterio detrudendus. *c. non oportet. 26. quæſt. 5.* Laici vero ſi ſunt ſerui, verberibus ſubiiciuntur, ſi liberi, incluſione digni. *in cap. contra idolorum. 26. quæſt. 1.* tradit Lodouic. Roman. *in ſingul. ſuo 660. incip. Tuſcu.* vt declarat Hoſtienſ. *in d. § quæ ſit pœna. & ibi videndum eſt.*

18 ¶ † Stante ergo pœna iuris ciuilis, ſcilicet mortis, vt dixi, ſtatuta contra laicos huiuſmodi artem ſortilegorum exercentes, non videtur inconueniens, vt pœna degradationis & traditionis curiæ ſæculari exerceatur contra clericum talia committentem, vt dicebat Anton. de Butr. *in d. cap. at ſi clerici.* quem Doctores impugnant, & pro hoc facit doctrina noua Abbatis tradita, *in d. cap. at ſi clerici.* quod vbicunque per leges imponitur pro delicto atrociſſimo pœna ſæuiſſima, quia in eccleſia non reperitur ſimilis condigna pœna, poteſt per iudicem ſimul capi, & tradi curiæ ſæculari, & pro hoc ponunt facere, quæ ipſe allegat pro homicidio qualificato. *cap. 1. de homicid. lib. 6. & ſignanter. c. nouimus. de verbor. ſignif.*

19 ¶ † Et dicit Innoc. *in cap. qualiter & quando. de accuſ. el 2.* quod vbi per ius ciuile imponitur pœna mortis, ſimilis erit ei pœna, quod relinquatur clericus iudici ſæculari. Sequitur Petr. de Anch. *in cap. cum non ab homine. colum. 3. de iudic. & in conſil. 158. incip. Ex narratu in facto.* ad hoc vt poſſit dari inſtantia in homicidio, pro quo imponitur pœna mortis. *l. 3. C. de epiſcop. aud.* de iure vero canonico non relinquitur curiæ ſæculari, niſi ſeruatis ſolemnitatibus. *cap. cum non ab homine. de iudic.* ſic pro adulterio eſt pœna mortis de iure ciuili. *l. quamuis. C. de adulter. & l. 1. C. de rapt. virg.* & tamen pro his non degradatur niſi data incorrigibilitate, *per d. cap. cum non ab homine.*

20 ¶ † Et alia iura contraria, quæ dicunt clericum ſortilegum deponendum, & ad carceres recludendum, *vt in cap. contra idolorum. 26. q. 5. cum ſupra allegatis.* intelligantur non data incorrigibilitate, & *d. cap. admoneant.* intelligatur ſi fuerit incorrigibilis, vt tunc degradetur, & curiæ ſæculari tradatur, *per ea, quæ dixi ſupra in tertia fallentia circa intellectum. cap. ſi quis ſacerdotum. 11. q. 1.* & per Ant. de Butr. poteſt facere ſecundum Andr. Sicul. *in d. cap. at ſi clerici.* quia caſus excepti à regula propter identitatem rationis extenduntur ad ſimiles. *cap. cum dilecti. de conſir. vtil.* & text. notab. *in l. his ſolis. C. de reuoc. donat.* & eſt text. ſingularis ſecundum Bald. *in cap. 1. § porro. in tit. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. l. ob æs. C. de præd. min.* Sed iſte caſus in ſortilegio videtur caſus ſimilis exceptatis à regula, & per conſequens exceptio per identitatem rationis extenditur ad ſimilem caſum, vt voluit Calder. *cap. ſeriòs. de teſtib.* Abb. *in cap. iurauit. de probat.* & ſic vera videtur fallentia Ant. de Butr. Non ideo tamen recedendum eſt à communi opinione in iudicando, iuxta tradita per Doctores *in l. fin. C. de pœnis iudic.* & ſupra tetigi.

¶ Sed quia hæc materia ſortilegorum non eſt pro nunc bene enucleata quando ſapit hæreſim manifeſte, & quando non, & ſic quando ſpectet ad inquiſitores, vel ad ordinarium, iuxta ea quæ tradit Abb. *in cap. 1. de ſortileg.* Ideo dicam Deo duce, *in cap. accuſatus. § ſane ſupra eod.* vbi melius cadet.

21 ¶ † Quinto fallit in ſchiſmatico ſecundum Bonaguidam Aretinum, vt dicit Ioan. And. *in d. cap. cum non ab homine. in fin. de iud.* per text. *in cap. de liguribus. 23. quæſt. 5.* Sed gloſſ. *in d. cap. cum non ab homi-*

ab homine. intellige illud cap. de liguribus, in incorrigibili, vt dicitur & ſi contempſerit & permanſerit, per poteſtates ſæculares opprimatur: quod etiam placet Ioan. And. vt non ponat caſum ſpecialem, ſed generalem in incorrigibili.

22 ¶ † Nam data electione duorum ſummorum Pontificum ſi quis crederet eccleſiam, ſeu poteſtatem eccleſiæ eſſet penes alterum ex electis tantum, tunc eſſet ſchiſma ſine hæreſi, & talis ſchiſmaticus non eſſet hæreticus, gloſſ. eſt *in cap. 1. 24. quæſt. 1.* aut enim quis credit eccleſiam poſſe conſiſtere penes duos inſolidum, tunc eſt ſchiſma cum hæreſi, quia venit contra iſtum articulum, & vnam ſanctam eccleſiam, vt dicit gloſſ. *in cap. non autem. 7. quæſt. 1.* & dicit Abb. quod opin. dicti Bonaguidæ poſſet ſaluari in hoc caſu, vt videtur eſſe de mente Ioan. Andr. *in d. cap. cum non ab homine. in fin.*

23 ¶ † Sed hoc non videtur procedere; quia hæreticus non relaxatur niſi relapſus, aut nolens ſatisfactionem exhibere congruam ad arbitrium Epiſcopi, *vt in d. cap. ad abolendam. in princ. & in c. ſuper eo. infra eod. & dixi ſupra ead. quæſt. in prima fallen.* Sed mancipatur carceri perpetuo. *cap. pen. de hæret.* non igitur poteſt dici de ſchiſmatico hæretico aliter quam de illis aliis ſchiſmaticis, videlicet vt debeat ſtatim degradari, & ex conſequenti relaxari curiæ ſæculari, *iuxta cap. nouimus. de verb. ſign.* Vnde non videtur procedere opinio dicti Bonaguidæ, Ioan. And. & Abbatis. Sed quod requiritur in ſchiſmatico incorrigibilitas *per d. cap. de liguribus. vt ſupra induxi.* ¶ Item dicit Abbas, quod quando multi erigerent capita ſua contra Romanam eccleſiam facientes nouam ſectam, & noua ſtatuta tunc eſſet ſchiſma cum hæreſi. *cap. inter hæreſim. & ſeq. 24. quæſt. 3.* & iudicandum eſt de iſtis, vt de hæreticis, *vt ſupra proximè dixi.* Sic ergo reſidendum eſt in hoc, quod ſchiſmaticus cum hæreſi non traditur curiæ ſæculari, niſi eſſet incorrigibilis eo modo, vt dixi de hæreticis *in hac quæſt. fallent. 1.* & ita in nullo caſu ſchiſmaticus eſt tradendus. contra Bonaguidam, Ioan. And. & Abb.

24 ¶ † De punitione ſchiſmaticorum, dic, quod à Deo leguntur puniti multipliciter. *Num. 16. de Datan, & Abiron. & 3. Reg. 12. & 13. cap. de decem tribu, quæ receſſerunt à Roboam.* ¶ An autem ſint excommunicati ipſo iure, vel excommunicandi dic per Io. de Ana. *in rub. de ſchiſmat.* per Abb. *in c. quia diligentia. de elect.* per Silueſtrum de Prierio *in ſua ſumma, in verbo ſchiſmaticus. §. 5.*

25 ¶ † Sexto fallit in quocunque crimine grauiſſimo, vt puta furto, vel homicidio qualificato, vt ſi clericus tale crimẽ qualificatum cõmiſerit, degradari debeat, & ſtatim tradi curiæ ſæculari etiã non expectata incorrigibilitate, hæc fuit opin. Abb. quam tenuit diſputando ſub D. Petro de Anchar. præceptore ſuo, vt ipſe refert *in d. cap. at ſi clerici. in princip. col. antepen. de iudic.* & Petr. de Anchar. *in cap. cum non ab homine. colum. 2. de iudic.* vbi ad partes hac quæſtione diſputata, dicit ſe non audere ſolum hanc quæſtionem determinare, & ſic reperio, quod ipſe in caſu conſuluit contra quendam Archiepiſcum, *in conſil. 158. incip. Ex narratis in facto.* & idem Petr. de Anchar. *in repet. cap. ea, quæ. colum. 31. verſic. quidam miſer ſacerdos. de reg. iur. lib. 6.* & Fel. *in cap. inquiſitionis. colum. 2. de accuſat.*

26 ¶ † Eſt ergo concluſio prædictorum, quod quando clericus commiſit crimen enorme, vel grauiſſimum, ſicut eſt homicidium cum proditione, vel homicidium cũ parricidio, vel homicidium cũ ſacrilegio, vt in eo, qui occidit preſbyterum, vel perſonam ſacram, vel aliud crimẽ grauiſſimum, propter quod de iure ciuili eſſet imponenda pœna de atrociſſimis, verbi gratia, ſcilicet, pœna ignis, pœna deſcriptionis, quæ imponitur, cum reus diuiditur in plura fruſtra, pœna furcarum, pœna traditionis ad beſtias, & ſimilium, quæ enumerantur, *in l. capitalium, per totam legem. ff. de pœn. & l. ſacrilegij. in princ. ff. ad legem Iul. pecu.* tunc talis clericus facinoroſus debet degradari, & ſtatim non expectata incorrigibilitate, debet tradi curiæ ſæculari.

27 ¶ † Et idem ſi quis clericus commiſit plura delicta grauia, vel atrocia: puta plura homicidia, aut plura furta, ex quorum ſingulis eſſet dignus depoſitione. Tunc enim pro ſequenti delicto, quod requirit exceſſiuam pœnam, cum eccleſia non habeat vltra quid faciat, degradatus poterit tradi, & pro hac cõcluſione Petr. de Anchar. & Abb. fiunt per eos plura, & egregia fundamenta, quorum fortiora & efficacia referam cæteris leuibus omiſſis.

28 ¶ † Primo enim adducitur, nam certum eſt, quod pœnæ debent commẽſurari, & adæquari delictis, vt maiora delicta maiori pœna, minora delicta minori pœna puniantur, & in delictis paribus pares pœnæ. *cap. non afferamus. 24. q. 1. & cap. quæſiuit. de his quæ fiunt à maio. par. cap.* adeo quod dicit Innoc. *in cap. qualiter & quando de accuſ.* (ſecũdum quod communiter allegatur) quod vbi de iure ciuili pro aliquo crimine imponitur pœna mortis, ſibi ſimilis eſt de iure canonico degradatio, & traditio curiæ ſæculari. Hinc eſt, quod cum dicat text. *in cap. cum non ab homine.* quod quando eccleſia non habet vltra quid faciat cõtra delinquentem, relinquit eum curiæ ſæculari. Vnde pro ſimplici homicidio, & pro ſimplici furto canon deponat clericum, & ipſum detrudat in carceres perpetuos, *vt d. cap. cum non ab homine. iuncto c. tuæ de pœn.* videtur, quod pro homicidio qualificato, vel iterato, aut pro delictis valde enormibus non ſit reperire ſecundum canones pœnas condignas, propter quas ſi ſecundum leges, & ius diuinũ veniret imponenda pœna mortis. *c. 1. de homicid.* deberet etiam in tali morte exaggerari, id eſt, vindicta acerbiſſimæ mortis affligi propter aſſiduitatẽ criminum tam atrociũ. *arg. l. nemo. C. de epiſc. aud.* Videtur enim quod ex quo eccleſia non habet pœnam condignam contra tale hominem ſceleratum debet talem tradere curiæ ſæculari, *arg. in d. c. cum non ab homine.* vbi dimittit iudici ſæculari ſimplicem homicidam propter contemptum canonicæ diſciplinæ, & pœnæ, ne poſſit eſſe perditio plurimorũ ſe in leuis, & enormibus immiſcendo. Maior enim debet ſumi vindicta de illo, qui iam tot ſcelera commiſit, quàm de illo, à quo timetur committi, quia de commiſſis quis eſt puniendus, nõ autem de committendis, ſed denunciandus. *cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub.* quare contra illam, qui iam commiſit fortius præſumendum eſt, *in cap. ſemel malus. de reg. iur. in 6.* & dicit lex, quod illis nullatenus indulgendum eſt, qui impunitatem veteris delicti non emendationi potius quam conſuetudini deputarunt, *vt in prædict. l. nemo. in fin.* Ex his patet, quod pœna perpetui carceris non eſt condigna, nam imponitur hæretico redeunti ad vnitatem ec-
cleſiæ. *cap. pen. de hæret.* ¶ † Secundo arguit Abbas à majoritate 29
rationis: habemus enim quod degradatio, & traditio iudici ſæculari infliguntur à canone pro criminibus valde minoribus quàm ſit homicidium, vt contra falſarium literarum Papæ, & conſimiles, de quibus diximus ſupra dubitatiuè. Fortius debet infligi in homicidio, & in aliis criminibus qualificatis. Nec obſtat ſi dicatur, quod propter identitatem, vel maioritatem rationis non debemus extendere conſtitutiones pœnales. *c. pœnæ. de pœnit. d. 1.* Ioan. Andr. *in cap. odia. infra de reg. iur. in mercurialibus.* quia vbi eſt eadem ratio, vel maior, non fit extenſio, ſed tacitè cautum videtur, *gloſſ. not. in cap. 1. de temp. ord. eod. lib.* maximè vbi de delicto, de quo agitur, pœna certa non reperitur in canonibus diffinita, ſunt enim quamplura delicta grauiſſima, in quibus non reperitur pœna certa in canonibus diffinita: ſed in legibus ſic, vt contra illos, qui templa Dei effregerunt, combuſſerunt, ſpoliarunt, & ſacerdotes occiderunt, vel parentes, aut patriam prodiderunt. Contra tales enim ſæuiſſimæ pœnæ de iure ciuili ſunt. Nam quandoque damnantur ad beſtias, quandoque igni comburuntur, quandoq; per fruſtra ſcinduntur, vt aſſaſſini. *l. capitalium ff. de pœn. l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. pœna parricidij. ff. ad l. Pompeiam. de parric.* dicemusne in ſacerdote perpetrante talia ſit pœna condigna carceratio ſeu detẽſio in monaſterium? vbi laicus forte ſocius criminis, comburitur, damnatur ad beſtias, vel inſutus culeo iactatur in profundum maris, vel per fruſtra diuiditur? certè tantam diſſimilitudinem inter clericos, & laicos taliter delinquentes inducere eſſet abſurdum. Vnde tales ſunt degradandi
& tradẽdi curiæ ſæculari per prędicta. ¶ † Tertio arguebat Petr. 30
de Anchar. dicens, quod circa hoc poſſet tradi noua doctrina, quod vbicunque per ll. imponitur pro delicto atrociſſimo altera de prædictis pœnis ſæuiſſimis vel ſimilibus, quia in eccleſia non reperitur condigna pęna ſimilis prædictis exequenda, quod cum eccleſia non habeat vltra quid faciat in talibus contra clericum talia committentem, poteſt iudex ſæcularis Epiſcopum in ſententia, & proceſſu præuenire, & eum degradatũ legali pœna punire, & ſic quod habeat locum. *§. ſi vero crimen. & §. ſi vero epiſcopus. in Auth. de ſanctiſſ. epiſc. collat. 9.* vbi text. loquitur de hac præuẽtione & degradatione ſequenti, quod poteſt verificari etiam in clerico deferente habitum, & tõſuram, ſi talia delicta ſunt ita notoria, quod nulla tergiuerſatione poſſunt cœlari, & hoc dictum Petr. de Anch. optimè probatur *in-
fra d. §. ſi vero.* ¶ † Quarto pro dicta concluſione, quod pro de- 31
licto qualificato tradatur degradatus clericus curiæ ſæculari probari

probari efficaciter videtur *in cap. 1. de homicid. in antiqua.* vbi homicida qualificatus, ſcilicet, qui per induſtriam & inſidias alium occidit, debet ab altari euelli, ita vt moriatur. Nam per illud verbum, euellas, debet intelligi de clerico homicida: nam ipſe propriè dicitur euelli ab altari, qui altari ſeruit, non laicus qui non ſeruit, imo remotius ſtare debet. *cap. 1. de vita & honeſt. cler.* Et præterea, vt eſt euellere, præſupponit habitum. *cap. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. & l. decem. ff. de verbor. oblig.* eſt enim propriè euellere, quod impreſſum & infixum eſt reſpectu ſeruitij altaris, *cap. ſolitæ. de maior. & obed.* Non obſtat, quod eccleſia non imponit pœnam mortis; & ideo non poſſet intelligi in clerico, quia dicta lex eſt *in Exod. cap. 21.* canonizata *in d. cap. 1.* & inter conſtitutiones canonicas dum de morte loquitur non ſe refert ad prælatum eccleſiæ, ſed dicit, moriatur, impersonaliter. Sed dum dicit, euellas, verba ſua diriguntur ad prælatum, ita vt moriatur, ſcilicet, per miniſtrum iuſtitiæ ſæcularis: & ſic eccleſia non infligit directè pœnam mortis; ſed indirectè, ſcilicet, degradando, & tradendo, ſeu relinquendo iudici ſæcu-
32 lari, ſimile *in cap. fin. ne cler. vel mon. ſupra eod. lib.* ¶ † Quinto dicit Abb. quia paſſus eſt periculoſus nouus ſubtilis, ipſe adducit vltra alios, text. ſingularem in hac materia *in c. nouimus. de verb. ſignif.* vbi text. loquens de crimine falſi, dicit, quod ſi quis propter hoc crimen, vel aliud flagitium graue non ſolum damnabile, ſed etiam damnoſum fuerit degradatus tanquam exutus priuilegio clericali, ſæculari foro per conſequentiam applicetur, & ſic ille text. quoad degradationem infligendam non ſe ſtringit ad crimen falſi, vel ad aliud certum crimen. Imò videtur dare regulam generalem, quod fiat degradatio, quando crimine eſt damnabile & damnoſum, vt quia grauiſſimum in ſe & damnoſum quoad exemplum aliorum. Si enim ſpeciale eſſet in crimen falſi, vt patet ex prædictis, ille text. omnino ſuperflueret, nec poteſt intelligi de incorrigibili, cũ crimen falſi, & aliud graue nõ ſolum damnabile, ſed damnoſum, iudicentur à pari quoad pœnam degradationis, & in crimine falſi non requiritur incorrigibilitas, vt ſupra videtur: ergo eſt ibi text. apertiſſimus pro prædicta ſententia contra communem theori-
33 cam gloſſarum & Doctorum. ¶ † Sexto adducitur text. *in cap. 1. de homicid. lib. 6. qui text. eſt ſingularis & notab. in hac materia,* vbi Papa toto concilio approbante diſpoſuit, quod mandantes interfici, ſeu interfici facientes aliquem hominem per aſſaſſinum, & aſſaſſinos receptantes, & defendentes, vel occultantes, ſiue ſint clerici vel laici ipſo facto excommunicatos eſſe, & depoſitos ab omni ordine, officio, & dignitate diffidatos eſſe cũ omnibus bonis ſuis mundanis à toto populo Chriſtiano, vt ibi plenè continetur. Quomodo ergo eſt præſumendum, quod grauiſſime delinquentes vellet eccleſia in ſuo foro retinere? Nam vt patet ex prædictis pro atrociſſimo delicto non ſolum relinquit clericum iudici ſæculari, ſed etiam permittit ipſum ab omnibus impune offendi cum bonis ſuis à quocunque, & in pœna imponenda, ex quo non eſt à iure expreſſa, debemus nos conformare pœnis impoſitis propter alia delicta: *cap. non aſſeramus. 24. quæſt. 1.* vnde dicit text. *in l. reſpiciendum. in princip. ff. de pœn.* reſpiciendum eſt iudicanti ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm ipſa cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritas, aut clementiæ gratia affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. ¶ Septimo inducitur text. *in cap. ſunt quidam. 23. quæſt. 5.* vbi dicitur, quod iſta grauiſſima delicta debent punire principes ſæculares, vt ſi quis interfecit Pontificem, Epiſcopum, Presbyterum, &c. ¶ Octauo inducitur text. *in cap. at ſi clerici. in fin. de iudic.* dum dicit, quod non debet epiſcopus quemlibet depoſitum tradere curiæ ſæculari, quaſi dicat hoc indifferenter facere non debet, quaſi quandoque hoc facere debeat, etiam non data incorrigibilitate, vt quando delictum illud exigit. ¶ Nono inducitur ille text. an ratione ſui, quod non debet iudex hoc facere, videlicet quemlibet tradere, quia functus eſt officio ſuo: quod intellige ſufficienter puniendo, & ſic non obſtat, *cap. quoniam frequenter. in fin. vt lite non conteſt.* vbi dicitur, quod quando iudex imponit pœnam, & illa non timetur, poteſt ad aliam imponendam procedere, quia ibi ſufficienter erat punitus, & ſic functus erat officio ſuo. Secus *in d. c. quoniam frequenter.* Facit etiam alia ratio *d. cap. at ſi clerici. in fin.* quia non debet ipſum clericum bis punire, quando ſufficit altera pœna, & ſic intelliguntur *cap. ad falſariorum. de crimine falſi. & cap. ſtatuimus. 26. q. 1.* ¶ Sed vbi delictum eſt atrociſſimum, ſeu diu continuatum, non videtur ſuf-
ficere ſola depoſitionis pœna. † Nec in veritate videtur functus 34
officio ſuo, cum delictum per hanc pœnam non ſit ſufficienter punitum, ergo ex mente *d. c. at ſi clerici.* poteſt procedi ad traditionem curiæ ſecularis, ſicut ergo quando non poteſt congruè puniri de facto, relinquitur curiæ. *in c. cum non ab homine. de iud.* Ita & quando hoc non poteſt de iure propter defectum pœnæ, & ſic intelligit communem theoricam gloſſarum, *in cap. non licuit. 17. diſt. & in d. c. cum non ab homine. & in c. ad abolendam. de hæret.* vbi dicitur, quod quando quis poteſt per eccleſiam corrigi quantumcunque ſit criminoſus, nunquam tradendus eſt curiæ ſæculari, & intelligitur quādo poteſt corrigi de iure & de facto per ſupradicta, quæ ſingulariter notanda ſunt ſecundum eum, & quod nullibi ita copioſe iſte articulus examinatur, ſicut per eundem Abb. *in d. c. at ſi clerici. & quotidie venit in practica.* ¶ † Et 35
vltra Abbatem pro dicta concluſione facit quod dicit Bald. *in d. c. cum non ab homine.* quod probato crimine contra clericum, clericus deponitur, & nõ proceditur ad aliam pœnam: ſed ſufficit depoſitio, niſi enormitas criminis aliud indicaret, ergo vltra depoſitionem propter enormitatē criminis poteſt alia pœna imponi, & licet Andr. Sic. *in d. c. at ſi clerici, col. 36.* dicat Bald. locutum fuiſſe ex ſua ſola ceruice, tamē ſi bene videatur Bald. allegat Innoc. *in eod. c. cum non ab homine.* & Innoc. hoc dicit ibi allegando ſuper enormitate criminis. *cap. ad falſariorum. de crim. falſi.* ¶ Inſuper dicit Innoc. *in cap. 1. de conſtit.* quod propter horrendum delictum poteſt iudex tranſgredi leges, & apponere pœnam ſæuiorem, quàm imponatur à lege. Ideo in propoſito non eſt mirum ſi epiſcopus poteſt degradare clericum parricidam, vel qui epiſcopum, vel ſacerdotem occidit, aut aliud crimen qualificatum committit. Pro hoc etiam Andr. Sic. adducit *cap. mulier. 15. q. 1.* vbi propter horrendum ſcelus occiditur animal brutum, & ſic alteratur iuris diſpoſitio in animali bruto carente intellectu: ergo multo fortius alterabitur iuris diſpoſitio in clerico propter horrendum crimen, pro quo facit text. *in l. per omnes. C. de defenſo. ciuit.* vbi non datur aduocatus facienti ſcelus horrendum. Si ergo non datur defenſio, ergo multo fortius degradabitur, & tradetur iudici ſæculari, facit *gloſſ. ſingularis in l. 2. ff. arbo. furtim cæſ.* quæ voluit, quod quis datur ad comedendum beſtiis propter horrendum crimē, & quod voluit Bald. *in l. 1. C. de delict. defun.* quod imbauagliantur, vt non poſſint loqui. *gloſſ. ſingularis in § per contrarium. de hær. quæ ab inteſt. defer.* quæ dicit, quod quis condemnantur poſt mortem, facit *l. prouinciarum. C. de feriis.* vbi puniuntur diebus feriatis committentes grauia delicta, & pro hac parte And. Sicul. arguit dicens, accidens adueniens enti, illud qualificat, & reducit ad diuerſam ſpeciem, gloſſ. *in cap. ſtatutum. coniuncto cap. licet canon. de elect. ſupra eod. lib.* vbi diſpoſitio *d. cap. licet.* loquens de eccleſia parochiali, non habet locum in eccleſia parochiali collegiata. Ideo dicit Ægid. *in proœm.* Gregor. quod ſtatutum loquens de ſcholare, non vendicat ſibi locum in rectore, qui etiam ſcholaris eſt, propter illam qualitatem rectoratus. Ergo iura canonica loquentia de homicidio ſimplici, non habent locum in homicidio qualificato, vt eſt parricidium, & ſimilia. Et eodem modo loquentia de furto, non habent locum in furto qualificato, vt eſt robaria ſtratarum, & ſimilia. ¶ † Et vltra Doctores 36
hoc confirmari poteſt à iure ciuili. Nam pro ſimplici homicidio commiſſo apponit pœnam mortis. *l. 3. C. de epiſc. aud. & l. 3. § legis. ff. de ſicar.* gloſſ. *in l. ſi qui. C. eod.* Angel. de Peruſ. *in conſil. 19. incip. Nos Carolus. in cap. omnis lex. in verbo, qui eadem fecerit, capite puniatur. diſt. 3. gloſſ. fin. in l. Gracchus. C. de adult.* Bald. *in l. data opera. colum. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* pro qualificato vero homicidio, ſcilicet, parricidio maiorem pœnam apponit. *l. pœna parricidij. ff. ad legem Pompeiam. de parricidiis. § alia deinde lex. Inſtit. de publ. iudic.* ¶ Inſuper lex ciuilis pro ſimplici furto non apponit pœnam mortis, ſed aliter caſtigatur fur, *in Authent. ſed nouo iure. C. de furtis.* ſi tamen eſſet furtum qualificatum, ſeu plura furta commiſerit quis furca ſuſpenditur. *l. capitalium. § graſſatores. & § famoſos. ff. de pœnis.* & ſi fiat furtum qualificatum pro quinque ſolidis quis laqueo ſuſpenditur, *cap. 1. § ſi quinque ſolidos. de pace ten. firm. in feu. colla. 1.* idem de furto cum ſacrilegio, vt pro illo quis moriatur, & diuerſis pœnis ſubijciatur. *l. ſacrilegij. ff. ad legem Iul. pecul.* & plures alij caſus in iure poſſent inueniri, in quibus ſit non modica differentia inter crimina ſimplicia, & qualificata, quos inuenire eſſet laborioſum potius quàm ſubtile. ¶ Et pro certo attenta malignitate Modernorum temporum, in quibus clerici, & omne genus hominum procliue eſt ad malum,

ab homine. Intellige illud cap. de liguribus, in incorrigibili, vt dicitur & ſi contempſerit & permanſerit, per poteſtates ſæculares opprimatur: quod etiam placet Ioan. And. vt non ponat caſum ſpecialem, ſed generalem in incorrigibili.

22 § † Nam data electione duorum ſummorum Pontificum ſi quis crederet eccleſiam, ſeu poteſtatem eccleſiæ eſſet penes alterum ex electis tantum, tunc eſſet ſchiſma ſine hæreſi, & talis ſchiſmaticus non eſſet hæreticus. gloſſ. eſt *in cap. 1. 24. quæſt. 1.* aut enim quis credit eccleſiam poſſe conſiſtere penes duos in ſolidum, tunc eſt ſchiſma cum hæreſi, quia venit contra iſtum articulum, & vnam ſanctam eccleſiam, vt dicit gloſſ. *in cap. non autem. 7. quæſt. 1.* & dicit Abb. quod opin. dicti Bonaguidæ poſſet ſaluari in hoc caſu, vt videtur eſſe de mente Ioan. Andr. *in d. cap. cum non ab homine. in fin.*

23 § † Sed hoc non videtur procedere, quia hæreticus non relaxatur niſi relapſus, aut nolens ſatisfactionem exhibere congruam ad arbitrium Epiſcopi, *vt in d. cap. ad abolendam. in princ. & in c. ſuper eo. infra eod. & dixi ſupra ead. quæſt. in prima fallen.* Sed mancipatur carceri perpetuo. *cap. pen. de hæret.* non igitur poteſt dici de ſchiſmatico hæretico aliter quam de illis aliis ſchiſmaticis, videlicet vt debeat ſtatim degradari, & ex conſequenti relaxari curiæ ſæculari, *iuxta cap. nouimus. de verb. ſign.* Vnde non videtur procedere opinio dicti Bonaguidæ, Ioan. And. & Abbatis. Sed quod requiritur in ſchiſmatico incorrigibilitas *per d. cap. de liguribus. vt ſupra induxi.* § Item dicit Abbas, quod quando multi erigerent capita ſua contra Romanam eccleſiam facientes nouam ſectam, & noua ſtatuta tunc eſſet ſchiſma cum hæreſi. *cap. inter hæreſim. & ſeq. 24. quæſt. 3.* & iudicandum eſt de iſtis, vt de hæreticis, *vt ſupra proximè dixi.* Sic ergo reſidendum eſt in hoc, quod ſchiſmaticus cum hæreſi non traditur curiæ ſæculari, niſi eſſet incorrigibilis eo modo, vt dixi de hæreticis *in hac quæſt. fallent. 1.* & ita in nullo caſu ſchiſmaticus eſt tradendus, contra Bonaguidam, Ioan. And. & Abb.

24 § † De punitione ſchiſmaticorum, dic, quod à Deo leguntur puniti multipliciter. *Num. 16. de Dathan, & Abiron. & 3. Reg. 12. & 13. cap. de decem tribus, quæ receſſerunt à Roboam.* § An autem ſint excommunicati ipſo iure, vel excommunicandi dic per Io. de Ana. *in rub. de ſchiſmat.* per Abb. *in c. quia diligentia. de elect.* per Siluestrum de Prierio *in ſua ſumma, in verbo. ſchiſmaticus.* § 5.

25 § † Sexto fallit in quocunque crimine grauiſſimo, vt puta furto, vel homicidio qualificato, vt ſi clericus tale crimẽ qualificatum cõmiſerit, degradari debeat, & ſtatim tradi curiæ ſæculari etiã non expectata incorrigibilitate, hæc fuit opin. Abb. quam tenuit diſputando ſub D. Petro de Anchar. præceptore ſuo, vt ipſe refert *in d. cap. at ſi clericus. in princip. col. antipen. de iudic.* & Petr. de Anchar. *in cap. cum non ab homine. colum. 2. de iudic.* vbi ad partes hac quæſtione diſputata, dicit ſe non audere ſolum hanc quæſtionem determinare, & ſic reperio, quod ipſe in caſu conſuluit contra quendam Archiepiſcum, *in conſil. 158. incip. Ex narratis in facto.* & idem Petr. de Anchar. *in repet. cap. ea, quæ. colum. 31. verſic. quidam miſer ſacerdos. de reg. iur. lib. 6.* & Fel. *in cap. inquiſitionis. colum. 2. de accuſat.*

26 § † Eſt ergo concluſio prædictorum, quod quando clericus commiſit crimen enorme, vel grauiſſimum, ſicut eſt homicidium cum proditione, vel homicidium cũ parricidio, vel homicidium cũ ſacrilegio, vt in eo, qui occidit presbyterum, vel perſonam ſacram, vel aliud crimẽ grauiſſimum, propter quod de iure ciuili eſſet imponenda pœna de atrociſſimis, verbi gratia, ſcilicet, pœna ignis, pœna deſcriptionis, quæ imponitur, cum reus diuiditur in plura fruſta, pœna furcarum, pœna traditionis ad beſtias, & ſimilium, quæ enumerantur, *in l. capitalium. per totam legem. ff. de pœn. & l. ſacrilegij. in princ. ff. ad legem Iul. pecu.* tunc talis clericus facinoroſus debet degradari, & ſtatim non expectata incorrigibilitate, debet tradi curiæ ſæculari.

27 § † Et idem ſi quis clericus commiſit plura delicta grauia, vel atrocia: puta plura homicidia, aut plura furta, ex quorum ſingulis eſſet dignus depoſitione. Tunc enim pro ſequenti delicto, quod requirit exceſſiuam pœnam, cum eccleſia non habeat vltra quid faciat, degradatus poterit tradi, & pro hac cõcluſione Petr. de Anchar. & Abb. fiunt per eos plura, & egregia fundamenta, quorum fortiora & efficacia referam cæteris leuibus omiſſis.

28 § † Primo enim adducitur, nam certum eſt, quod pœnæ debent commẽſurari, & adæquari delictis, vt maiora delicta maiori pœna, minora delicta minori pœna puniantur, & in delictis paribus pares pœnæ. *cap. non afferamus. 24. q. 1. & cap. quæſiuit. de his quæ fiunt à maio. par. cap.* adeo quod dicit Innoc. *in cap. qualiter & quando. de accuſ.* (ſecũdum quod communiter allegatur) quod vbi de iure ciuili pro aliquo crimine imponitur pœna mortis, ſibi ſimilis eſt de iure canonico degradatio, & traditio curiæ ſæculari. Hinc eſt, quod cum dicat text. *in cap. cum non ab homine.* quod quando eccleſia non habet vltra quid faciat cõtra delinquentem, relinquit eum curiæ ſæculari. Vnde pro ſimplici homicidio, & pro ſimplici furto canon deponat clericum, & ipſum detrudat in carceres perpetuos, *vt d. cap. cum non ab homine. iuncto c. tua. de pœn.* videtur, quod pro homicidio qualificato, vel iterato, aut pro delictis valde enormibus non ſit repetire ſecundum canones pœnas condignas, propter quas ſi ſecundum leges, & ius diuinũ veniret imponenda pœna mortis. *c. 1. de homicid.* deberet etiam in tali morte exaggerari, id eſt, vindicta acerbiſſimæ mortis affligi propter aſſiduitatẽ criminum tam atrociũ. *arg. l. nemo. C. de epiſc. aud.* Videtur enim quod ex quo eccleſia non habet pœnam condignam contra talem hominem ſceleratum debet talem tradere curiæ ſæculari, *arg. in d. c. cum non ab homine.* vbi dimittit iudici ſæculari ſimplicem homicidam propter contemptum canonicæ diſciplinæ, & pœnæ, ne poſſit eſſe perditio pluriumorũ ſe in lænis, & enormibus immiſcendo. Maior enim debet ſumi vindicta de illo, qui iam tot ſcelera commiſit, quàm de illo, à quo timetur committi, quia de commiſſis quis eſt puniendus, nõ autem de committendis, ſed denunciandus. *cap. ad diſſoluendum, de deſponſ. impub.* quare contra illum, qui iam commiſit fortius præſumendum eſt, *in cap. ſemel malus. de reg. iur. infra* & dicit lex, quod illis nullatenus indulgendum eſt, qui impunitatem veteris delicti non emendationi potius quam conſuetudini deputarunt, *vt in prædict. l. nemo. in fin.* Ex his patet, quod pœna perpetui carceris non eſt condigna, nam imponitur hæretico redeunti ad vnitatem eccleſiæ. *cap. pen. de hæret.*

29 § † Secundo arguit Abbas à maioritate rationis: habemus enim quod degradatio, & traditio iudici ſæculari infliguntur à canone pro criminibus valde minoribus quàm ſit homicidium. vt contra falſarium litterarum Papæ, & conſimiles, de quibus diximus ſupra dubitatiuè. Fortius debet infligi in homicidio, & in aliis criminibus qualificatis. Nec obſtat ſi dicatur, quod propter identitatem, vel maioritatem rationis non debemus extendere conſtitutiones pœnales. *c. pœnæ. de pœnit. diſt. 1.* Ioan. Andr. *in cap. odia. infra de reg. iur. in mercurialibus.* quia vbi eſt eadem ratio, vel maior, non fit extenſio, ſed tacitè cautum videtur, *gloſſ. not. in cap. 1. de temp. ord. eod. lib.* maximè vbi de delicto, de quo agitur, pœna certa non reperitur in canonibus diffinita, ſunt enim quamplura delicta grauiſſima, in quibus non reperitur pœna certa in canonibus diffinita: ſed in legibus ſic, vt contra illos, qui templa Dei effregerunt, combuſſerunt, ſpoliarunt, & ſacerdotes occiderunt, vel parentes, aut patriam prodiderunt. Contra tales enim ſæuiſſimæ pœnæ de iure ciuili ſunt. Nam quandoque damnantur ad beſtias, quandoque igni comburuntur, quandoq; per fruſtra ſcinduntur, vt aſſaſſini. *l. capitalium. ff. de pœn. l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. pœna parricidij. ff. ad l. Pompeiam. de parric.* dicemus ne in ſacerdote perpetrante talia ſit pœna condigna carceratio ſeu detruſio in monaſterium? vbi laicus forte ſocius criminis, comburitur, damnatur ad beſtias, vel inſutus culeo iactatur in profundum maris, vel per fruſtra diuiditur? certè tantam diſſimilitudinem inter clericos, & laicos taliter delinquentes inducere eſſet abſurdum. Vnde tales ſunt degradandi & tradendi curiæ ſæculari per prædicta.

30 § † Tertio arguebat Petr. de Anchar. dicens, quod circa hoc poſſet tradi noua doctrina, quod vbicunque per ll. imponitur pro delicto atrociſſimo altera de prædictis pœnis ſæuiſſimis vel ſimilibus, quia in eccleſia non reperitur condigna pẽna ſimilis prædictis exequenda, quod cum eccleſia non habeat vltra quid faciat in talibus contra clericum talia committentem, poteſt iudex ſæcularis Epiſcopum in ſententia, & proceſſu præuenire, & eum degradatũ legali pœna punire, & ſic quod habeat locum. *§. ſi vero crimen. & §. ſi vero epiſcopus. in Auth. de ſanctiſſ. epiſc. collat. 9.* vbi text. loquitur de hac præuẽtione & degradatione ſequenti, quod poteſt verificari etiam in clerico deferente habitum, & tõſuram, ſi talia delicta ſunt ita notoria, quod nulla tergiuerſatione poſſunt celari, & hoc dictum Petr. de Anch. optimè probatur *in ſua d. §. ſi vero.*

31 § † Quarto pro dicta concluſione, quod pro delicto qualificato tradatur degradatus clericus curiæ ſæculari probari

probari efficaciter videtur *in cap. 1. de homicid. in antiquis.* vbi homicida qualificatus, ſcilicet, qui per induſtriam & inſidias alium occidit, debet ab altari euelli, ita vt moriatur. Nam per illud verbum, euellas, debet intelligi de clerico homicida: nam ipſe propriè dicitur euelli ab altari, qui altari ſeruit, non laicus qui non ſeruit, imò remotius ſtare debet. *cap. 1. de vita & honeſt. cler.* Et priuatio, vt eſt euellere, præſuppponit habitum. *cap. ad diſſoluendum. de deſpon. impub. & l. decem. ff. de verbor. oblig.* eſt enim propriè euellere, quod impreſſum & infixum eſt reſpectu ſeruitij altaris. *cap. ſolitæ. de maior. & obed.* Non obſtat, quod eccleſia non imponit pœnam mortis; & ideo non poſſet intelligi in clerico, quia dicta lex eſt in *Exod. cap. 21.* canonizata *in d. cap. 1.* & inter conſtitutiones canonicas dum de morte loquitur non ſe refert ad prælatum eccleſiæ, ſed dicit, moriatur, impersonaliter. Sed dum dicit, euellas, verba ſua diriguntur ad prælatum, ita vt moriatur, ſcilicet, per miniſtrum iuſtitiæ ſæcularis: & ſic eccleſia non infligit directè pœnam mortis; ſed indirectè, ſcilicet, degradando, & tradendo, ſeu relinquendo iudici ſæcu-

32 lari, ſimile *in cap. fin. ne cler. vel mon. ſupra eod. lib.* ¶ † Quinto dicit Abb. quia paſſus eſt periculoſus nouius ſubtilis, ipſe adducit vltra alios, text. ſingularem in hac materia *in c. nouimus. de verb. ſignif.* vbi text. loquens de crimine falſi, dicit, quod ſi quis propter hoc crimen, vel aliud flagitium graue non ſolum damnabile, ſed etiam damnoſum fuerit degradatus tanquam exutus priuilegio clericali, ſæculari foro per conſequentiam applicetur, & ſic ille text. quoad degradationem infligendam non ſe ſtringit ad crimen falſi, vel ad aliud certum crimen. Imò videtur dare regulam generalem, quod fiat degradatio, quando crimine eſt damnabile & damnoſum, vt quia grauiſſimum in ſe & damnoſum quoad exemplum aliorum. Si enim ſpeciale eſſet in crimine falſi, vt patet ex prædictis, ille text. omnino ſuperflueret, nec poteſt intelligi de incorrigibili, cũ crimen falſi, & aliud graue nõ ſolum damnabile, ſed damnoſum, iudicentur à pari quoad pœnam degradationis, & in crimine falſi non requiritur incorrigibilitas, vt ſupra videtur: ergo eſt ibi text. apertiſſimus pro prędicta ſententia contra communem theori-

33 cam gloſſatum & Doctorum. ¶ † Sexto adducitur text. *in cap. 1. de homicid. lib. 6. qui text. eſt ſingularis & notab. in hac materia,* vbi Papa toto concilio approbante diſpoſuit, quod mandantes interfici, ſeu interfici facientes aliquem hominem per aſſaſſinum, & aſſaſſinos receptantes, & defendentes, vel occultantes, ſiue ſint clerici vel laici ipſo facto excommunicatos eſſe, & depoſitos ab omni ordine, officio, & dignitate diſſidatos eſſe cũ omnibus bonis ſuis mundanis à toto populo Chriſtiano, vt ibi plenè continetur. Quomodo ergo eſt præſumendum, quod grauiſſime delinquentes vellet eccleſia in ſuo foro retinere? Nam vt patet ex prædictis pro atrociſſimo delicto non ſolum relinquit clericum iudici ſæculari, ſed etiam permittit ipſum ab omnibus impunè offendi cum bonis ſuis à quocunque, & in pœna imponenda, ex quo non eſt à iure expreſſa, debemus nos conformare pœnis impoſitis propter alia delicta. *cap. non afferamus. 24. quæſt. 1.* vnde dicit text. *in l. reſpiciendum. in princip. ff. de pœn.* reſpiciẽdum eſt iudicanti ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quàm ipſa cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritas, aut clementiæ gratia affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. ¶ Septimo inducitur text. *in cap. ſunt quidam. 25. quæſt. 5.* vbi dicitur, quod iſta grauiſſima delicta debent punire principes ſæculares, vt ſi quis interfecit Pontificem, Epiſcopum, Preſbyterum, &c. ¶ Octauo inducitur text. *in cap. at ſi clerici. in fin. de iudic.* dum dicit, quod non debet epiſcopus quemlibet depoſitum tradere curiæ ſæculari, quaſi dicat hoc indifferenter facere non debet, quaſi quandoque hoc facere debeat, etiam non data incorrigibilitate, vt quando delictum illud exigit. ¶ Nono inducitur ille text. in ratione ſui, quod non debet iudex hoc facere, videlicet quemlibet tradere, quia functus eſt officio ſuo: quod intellige ſufficienter puniendo, & ſic non obſtat, *cap. quoniam frequenter. in fin. vt lite non conteſt.* vbi dicitur, quod quando iudex imponit pęnam, & illa non timetur, poteſt ad aliam imponendam procedere, quia ibi ſufficienter erat punitus, & ſic functus erat officio ſuo. Secus *in d. c. quoniam frequenter.* Facit etiam alia ratio *d. cap. at ſi clerici. in fin.* quia non debet ipſum clericum bis punire, quando ſufficit altera pœna, & ſic intelliguntur *cap. ad falſariorum. de crimine falſi. & cap. ſtatuimus. 26. q. 1.* ¶ Sed vbi delictum eſt atrociſſimum, ſeu diu continuatum, non videtur ſuf-

ficere ſola depoſitionis pęna. † Nec in veritate videtur functus 34
officio ſuo, cum delictum per hanc pœnam non ſit ſufficienter punitum, ergo ex mente *d. c. at ſi clerici.* poteſt procedi ad traditionem curiæ ſecularis, ſicut ergo quando non poteſt congruè puniri de facto, relinquitur curiæ. *in c. cum non ab homine. de iud.* Ita & quando hoc non poteſt de iure propter defectum pœnę, & ſic intelligit communem theoricam gloſſarum, *in cap. non licuit. 17. diſt. & in d. c. cum non ab homine. & in c. ad abolendam. de hæret.* vbi dicitur, quod quando quis poteſt per eccleſiam corrigi quantumcunque ſit criminoſus, nunquam tradendus eſt curię ſæculari, & intelligitur quãdo poteſt corrigi de iure & de facto per ſupradicta, quæ ſingulariter notanda ſunt ſecundum eum, & quod nuſſibi ita copioſè iſte articulus examinatur, ſicut per

eundem Abb. *in d. c. at ſi clerici. & quotidie venit in practica.* ¶ † Et 35
vltra Abbatem pro dicta concluſione facit quod dicit Bald. *in d. c. cum non ab homine.* quod probato crimine contra clericum, clericus deponitur, & nõ proceditur ad aliam pœnam: ſed ſufficit depoſitio, niſi enormitas criminis aliud indicaret, ergo vltra depoſitionem propter enormitatẽ criminis poteſt alia pœna imponi, & licet Andr. Sic. *in d. c. at ſi clerici, col. 36.* dicat Bald. locutum fuiſſe ex ſua ſola ceruice, tamẽ ſi bene videatur Bald. allegat Innoc. *in eod. c. cum non ab homine.* & Innoc. hoc dicit ibi allegando ſuper enormitate criminis. *cap. ad falſariorum. de crim. falſi.* ¶ Inſuper dicit Innoc. *in cap. 1. de conſtit.* quod propter horrendum delictum poteſt iudex tranſgredi leges, & apponere pœnam ſæuiorem, quàm imponatur à lege. Ideo in propoſito non eſt mirum ſi epiſcopus poteſt degradare clericum parricidam, vel qui epiſcopum, vel ſacerdotem occidit, aut aliud crimen qualificatum committit. Pro hoc etiam Andr. Sic. adducit *cap. mulier. 15. q. 1.* vbi propter horrendum ſcelus occiditur animal brutum, & ſic alteratur iuris diſpoſitio in animali bruto carente intellectu: ergo multo fortius alterabitur iuris diſpoſitio in clerico propter horrendum crimen, pro quo facit text. *in l. per omnes. C. de defenſo. ciuit.* vbi non datur aduocatus facienti ſcelus horrendum. Si ergo non datur defenſio, ergo multo fortius degradabitur, & tradetur iudici ſæculari, facit *gloſſ. ſingularis in l. 2. ff. arbo. furtim cæſ.* quæ voluit, quod quis datur ad comedendum beſtiis propter horrendum crimẽ, & quod voluit Bald. *in l. 1. C. de delict. defun.* quod imbauagliantur, vt non poſſint loqui. *gloſſ. ſingularis in § per contrarium. de hær. quæ ab inteſt. defer.* quę dicit, quod quis condemnantur poſt mortem, facit *l. prouinciarum. C. de feriis.* vbi puniuntur diebus feriatis committentes grauia delicta, & pro hac parte And. Sicul. arguit dicens, accidens adueniens enti, illud qualificat, & reducit ad diuerſam ſpeciem, *gloſſ. in cap. ſtatutum. coniuncto cap. licet canon. de elect. ſupra eod. lib.* vbi diſpoſitio *d. cap. licet.* loquens de eccleſia parochiali, non habet locum in eccleſia parochiali collegiata. Ideo dicit Ægid. *in procm. Gregor.* quod ſtatutum loquens de ſcholare, non vendicat ſibi locum in rectore, qui etiam ſcholaris eſt, propter illam qualitatem rectoratus. Ergo iura canonica loquentia de homicidio ſimplici, non habent locum in homicidio qualificato, vt eſt parricidium, & ſimilia. Et eodem modo loquentia de furto, non habent locum in furto qualifi-

cato, vt eſt robaria ſtratarum, & ſimilia. ¶ † Et vltra Doctores 36
hoc confirmari poteſt à iure ciuili. Nam pro ſimplici homicidio commiſſo apponit pœnam mortis. *l. 3. C. de epiſc. aud. & l. 3. § legis. ff. de ſicar.* gloſſ. *in l. ſi quis. C. eod.* Angel. de Peruſ. *in conſil. 19. incip. Nos Carolus. in cap. omnis lex. in verbo, qui eadem fecerit, capite puniatur. diſt. 3. gloſſ. fin. in l. Gracchus. C. de adult.* Bald. *in l. data opera. 1. colum. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* pro qualificato verò homicidio, ſcilicet, parricidio maiorem pœnam apponit. *l. pœna parricidij. ff. ad legem Pompeiam. de parricidiis. §. alia deinde lex. Inſtit. de publ. iudic.* ¶ Inſuper lex ciuilis pro ſimplici furto non apponit pœnam mortis, ſed aliter caſtigatur fur, *in Authent. ſed nouo iure. C. de furtis.* ſi tamen eſſet furtum qualificatum, ſeu plura furta commiſerit quis furca ſuſpenditur. *l. capitalium. § graſſatores. & § famoſos. ff. de pœnis.* & ſi fiat furtum qualificatum pro quinque ſolidis quis laqueo ſuſpenditur, *cap. 1. § ſi quinque ſolidos. de pace ten. firm. in feu. colla. 1.* Idem de furto cum ſacrilegio, vt pro illo quis moriatur, & diuerſis pœnis ſubiiciatur. *l. ſacrilegij. ff. ad legem Iul. pecul.* & plures alij caſus in iure poſſent inueniri, in quibus fit non modica differentia inter crimina ſimplicia, & qualificata, quos inuenire eſſet laborioſum potius quàm ſubtile. ¶ Et pro certo attenta malignitate Modernorum temporum, in quibus clerici, & omne genus hominum procliue eſt ad malum,

lum, non eſſet ponere eos in cęlum ſeruare prædictam opinionem in practica. Conſuleretur quidem pacifico ſtatui reipublicæ, & multi effrenati clerici à malis retraherentur, quam tenet Felin. *in cap. 1. colum. 21. de conſtit.* Abb. *in cap. 2. de his qui filios occide.* Andr. Sicul. ſibi contrarius *in conſil. 64. incip. Scribitur libro Heſter colum. 2. lib. 1.* Abb. *in d. cap. nouimus.* Dominic. *in cap. nec licuit. in fin. 17. diſtin.* Vnde dicebat D. Philip. Decius præceptor meus recolendæ memoriæ, *in d. cap. at ſi clerici. in princ. in fin.* quod prædicta opinio videbatur habere magnam æquitatem, vt delicta puniantur debita pœna, & quod vidit illam ſeruari Florentiæ per quendam commiſſarium.

37 ¶ † Nihilominus tamen communis opinio gloſſarũ, & Doctorum eſt in contrarium, videlicet vt clericus quantumcunque graue delictum commiſerit, etiam qualificatum non debeat actualiter degradari & tradi curiæ ſæculari, niſi ſecuta incorrigibilitate, aut in caſibus expreſſis in iure, vt in crimine falſi litterarum Apoſtolicarum, aut in hæretico negatiuo, vel relapſo, vt ſupra latè dixi *in prima & ſecunda fallent. præſentis quæſtionis,* à qua communi † opinione non eſt recedendum in iu-

38 dicando, & conſulendo, quia debemus inhærere gloſſis ſicut Bononienſes inhærent carrotio, vt dicit gloſſ. *in l. omnis diffinitio. ff. de regul. iur.* Salic. *in l. traditionibus. C. de pactis.* Iacob. Butrig. *in l. 1. C. qui pro ſua iuris.* & Imol. *in cap. cum contingat. de iureiur.* Bald. *in l. hæredit. ss. C. de poſi.* Doctores Moderni *in cap. ne innitaris. de conſtitu. & in l. fin. de pœna iudicis.* ¶ Et cum ſemel de menſe Iunij, Anno Domini 1522. in ciuitate Dertuſen. inter loquendum interrogaſſem ſanctiſſimum Dominum noſtrum Dominum Adrianum Sextum noniter electum maximum Pontificem, quid à me faciendum foret, quando in cauſis fidei conſiliarij vocati ad conſilium dicebant aliquem de hæreſi cõdemnandum, & conſcientia mea obſiſtebat ob aliquas rationes, quas ego de iure veriores eſſe arbitrabar. Reſpondit mihi ſanctitas ſua ſub his verbis: Si vincetis pluralitate nihil cures amplius, ſed pro nunc hunc paſſum non examino, remitto me ad ea, quæ dicuntur *in d. cap. ne innitaris. in c. capellanus. de feriis.* Bald. *in cap. vnico. §. iudices. de pace iuram. firm. in vſib. feudorum.* ¶ Reperio tamen, quod Matth. de Afflict. *in prima deciſione Neapol.* cum Anton. de Alex. tenet, quod iudex debet ſemper ſententiare cum maiori parte votorum, & quod non erraret etiam ſi ſibi contrarium videretur: ſed tu vide quæ dixi ſupra *in 10. quæſt. & in meo ſpeculo, prima part. quæſt. 26.*

39 ¶ † Et pro hac communi opinione contra Petrum, Abb. & alios adducuntur aliqua fundamenta per Andr. Sicul. *in d. cap. at ſi clerici. colum. antepenult. de iudic.* quæ referam hic, deinde ad contraria reſpondebitur, & primo facit text. *in d. cap. cum non ab homine. de iudic.* vbi generaliter traditur, quod pro homicidio per clericum perpetrato, furto, periurio, ſeu alio crimine, verbaliter talis clericus deponitur, & non traditur curiæ ſæculari, niſi foret incorrigibilis, vt ibi dicitur, ſeruata ſolemnitate dicti textus, & in hoc conueniunt omnes gloſſ. quas ſupra allegaui in princip. huius quæſtionis, ergo intelligitur in homicidio, furto, & aliis criminibus etiam qualificatis. Nam depoſitio concepta in genere comprehendit quamlibet ſpeciem maiorem, vel minorem, vt eſt gloſſ. ſingul. *in l. tranſigere. C. de tranſact.* quæ dicit, quod prohibita tranſactione ſuper adulterio, videtur prohibita ſuper qualibet eius ſpecie, maiori, vel minori; & ſic ſuper raptu, & per illam gloſſ. dicit Bald. quod ſtatutum loquens de furto, habet locum in robaria ſtratæ. Illud fundamentum dicit Andr. Sicul. euertere omnia fundamenta Abb. & ſequacium, & ſic licitum eſt in delictis arguere à maiori, vt ibi dicit Bald. *in 8. oppoſit.* ſequitur Petr. de Anchar. *in cap. canonum ſtatuta. verſic. ſed venio ad quartum membrum. de conſtit.* gloſſ. ſecundum Bald. *ibi ſingularis in cap. in literis. de reſtitut. ſpoliat.* vt tradit D. Iaſ. *in d. l. tranſigere.* ¶ Aduerte tamen, quia dicta gloſſ. non meruit ad hoc allegari per Sicul. quia ipſa relata ad text. non tenetur communiter per Doctores, quia dato, quod lex prohibeat tranſactionem de adulterio, *vt in d. l. tranſigere.* non tamen prohibetur in raptu tranſactio. & ſic ſub adulterio non comprehẽditur raptus, quia ſtare debemus regulæ, poſtquam non reperitur exceptus raptus *per d. l. nec per aliam.* ſecus ſi reperiatur exceptus *per d. l. vel per aliam,* vt dicit Bald. *in d. l. tranſigere. in octaua oppo.* Exceptio enim firmat regulam in non exceptuatis. *l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de penult. legat.* quam ad hoc reputat ſingularem Imol. *in l. filio præterito. 20. colum. ff. de iniuſto rupt. teſtam.*

¶ † Poteſt tamen inductio *de d. cap. cum non ab homine.* confirmari per ſui generalitatem, non enim diſtinguit inter homicidium ſimplex & qualificatum, ergo generaliter & indiſtinctè debet intelligi etiam in qualificato, *l. de precio. ff. de public.* niſi per alium canonem diſtingueretur: tunc enim diſtinguendum eſſet, & non generaliter eſſet intelligendum, ita dicit Bart. *in l. 2. ff. de offic. præſid.* ſequitur ergo, quod *d. cap. cum non ab homine.* in quocunque crimine etiam qualificato eſt intelligendum poſtquam per alium canonem non reperitur iſta diſtinctio. 40

¶ † Secundo adducitur text. iuncta doctrina Bald. *in l. data. C. de donatio.* vbi dicitur, iura loquentia de inſinuanda donatione, non ſolum habent locum quando donatio fit extraneo, ſed etiam ſi fiat coniunctis, & dicit ibi Bald. quod ſi ſtatutum non diſtinguit inter coniunctos, & extraneos, nec nos diſtinguere debemus, & ibi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod pro homicidio imponatur pęna centum, nec diſtinguit inter coniunctos, vel alios: quod etiam vbi de iure communi eſſet imponenda pœna parricidij, tamen hæc erit pœna pecuniaria propter ſtatutum indiſtinctè loquens, cum hoc, ſi nec illud ſtatutum, nec aliud diſtinguit, & ſic eſt in propoſito, *vt d. cap. cum non ab homine.* intelligatur indiſtinctè etiam in parricidio. Et pro hac communi ſententia nullum dictum Doctoris magis poteſt accommodari quàm hæc theorica Baldi.

¶ † Tertio facit text. *in cap. de liguribus. 23. quæſt. 5. verſic. quod ſi forte contempſerit.* vbi ponitur caſus de epiſcopis, qui rebellant ſedi Apoſtolicæ, quos non eſt dubium committere crimen læſæ maieſtatis, *in l. 1. in princip. & ibi not. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in extrauaganti. quoniam nuper. verſic. rebellando.* & plenè per Card. *in Clem. paſtoralis.* & tamen non traduntur curiæ ſæculari, niſi ſequuta incorrigibilitate. Ecce nũc qualiter illud eſt enorme delictum: & tamen non imponitur ſtatim degradatio & traditio. 42

¶ † Quarto adducitur, occidere hominem eſt immane delictum. Probatur *in cap. miror. 50 diſt.* ſed ius canonicum imponit pœnam depoſitionis pro homicidio, *in d. cap cum non ab homine,* poſito quod clericus faciat duo homicidia, vel homicidium qualificatum, non videtur ratio vrgens, vt puniatur pęna mortis; ſed alteratur pœna depoſitionis in pœnam maiorem. Augmentum enim debet eſſe eiuſdem naturæ, & rationis, cuius eſt res, cui fit augmentum. *l. etiam. C. de iure dot. l. 1. ff. de iudic. l. repetita. C. de epiſc. & cler. l. conſulta. C. de teſtam. l. inter ſocerum. § cum inter. ff. de pact. dot.* Si ergo pro vno homicidio imponitur pœna depoſitionis, ſequitur, quod ꝓ duplicato homicidio augmentabitur pœna, non excedendo terminos depoſitionis, quia detruditur in duro carcere ſimilibus pœnis. 43

¶ † Quinto adducitur text. *in cap. contra idolorum. 26. quæſt. 4.* vbi patet, quod idolorum cultor, & aruſpex deponitur, & includitur in perpetuum carcerem, & ſic non traditur curiæ ſæculari, & tamen de iure ciuili aruſpex in aliquo caſu punitur pœna ignis quando accedit ad domum alterius. *l. 1. & 2. C. de malef. & mathem.* 44

¶ † Sexto adducitur text. iuncta gloſſ. *in l. diuus. la 2. ff. de falſis.* vbi conſulendus eſt princeps quando iudex vult excedere pœnam propter enormitatem delicti: & videtur ille text. deſtruere ſingulare dictum Innoc. *in cap. 1. de conſtit.* & facit ſimile, quod habetur in *l. 1. § fin. de quæſtio.* vbi iudex vt ſoluat iam condemnatum ex innocentia detecta debet reſcribere principi, quanto magis epiſcopus debet conſulere ſummum Pontificem quando delictum eſt enorme, potius quam degradare & tradere curiæ ſæculari: quod eſt notandum ſecundum And. Sicul. contra multos miſeros epiſcopos, qui clericum captum pro enormi delicto ſine conſultatione Papæ degradant, & tradunt curiæ ſæculari. 45

¶ † Septimo, tunc clericus degradatur & traditur curiæ ſæculari, quando venit in profundum malorum, & dicitur tunc venire in profundum malorum, quando contemnit. *cap. nec licuit. 17. diſt. & d. cap. cum non ab homine. & Prouerb. 18. cap.* dicitur impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit, & ſic ex contemptu delictum efficitur grauius, gloſſ. *in cap. 2. de maior. & obed. cap. quis autem. 10. diſt. & cap. de libellis. 20. diſt.* Poſito ergo, quod ſacerdos faciat duo homicidia, vel plura furta, non dicitur veniſſe in profundum malorum, ergo non debet degradari & tradi curiæ ſæculari. 46

¶ † Octauo, clericus homicida tunc traditur curiæ ſæculari, vel rectius loquendo ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici iudex ſæcularis illum clericum punit, quando poſſet eſſe perditio plu- 47

tio plurimorum, *in d. cap. cum non ab homine.* quo caſu lex fundat ſe ſuper delicto futuro committendo, quia peior à eſt facturus, ex quo eſt incorrigibilis. Sed poſito quod clericus faciat homicidium qualificatum omnino, non propter hoc eſt perditio plurimorum, quia non ex hoc videtur, quod efficiatur incorrigibilis, ergo non eſt degradandus, nec tradendus.

48 ¶ † Nono facit, peioris conditionis eſt Papa peccando quam inferior, ita dicit gloſ. ſingularis *in cap. præſul. 2. quæſt. 5.* quę vult, quod ſi Papa peccaret eſt ſine reparatione ad inſtar diaboli. Sed gl. ſing. *in c. ſi Papa 40. diſt.* dixit, quod ſi Papa peccat, & peccatum ſuum eſt notorium & ſcandaloſum, & eſt corrigibilis, nõ eſt deponendus, ſecus ſi eſt incorrigibilis: ergo in delicto enormi expectabitur incorrigibilitas in inferiori antequã degradetur.

49 ¶ † Decimo adnectitur text. *in d. cap. at ſi clerici. in fin. de iudic.* quod deponere eſt pœna, & degradare, & tradere curiæ ſæculari eſt alia duplici pœna conteri, & puniri, *vt ibi. & l. ſenatus conſult. ff. de accuſ.* & ſcribitur Naum. 1. *cap.* quod non debet duplex tribulatio infligi.

50 ¶ † Vndecimo, ſi recte ponderetur text. *in d. cap. at ſi clerici in fin.* probat hanc doctrinam. Hic enim dicitur, quod clericus depoſitus pro illis exceſſibus non debet degradari & tradi curiæ ſęculari, appellatione enim exceſſus, venit delictum. *l. ſi quis in hoc genus.* & ibi Bald. notat. *C. de epiſcop. & cler.* ſequitur quod pro pluribus non eſt degradandus.

¶ Duodecimo, eo ipſo, quod clericus eſt depoſitus per iudicem, iudex eſt functus officio ſuo, *vt in d. c. at ſi clerici.* Ergo non poteſt poſtea eum degradare. *l. iudex poſtea quam. ff. de re iudic. c. in literis. de offic. delegat.*

51 ¶ † Tertiodecimo, vbi pœna degradationis, & traditionis non eſt à iure impoſita, nos illam imponere non debemus. §. *cum igitur. in Auth. de non eligen. ſecun. nub. verſ. non eſt lex tale aliquid dicens. collat. 2. & l. at ſi quis. §. diuus. in verbo, cum in eum pœna ſtatuta non ſit. ff. de relig. & ſumpt. fun.* gloſſ. reputata ſingularis *in cap. fin. de iure patron.* Sed non reperitur illa pęna degradationis, & traditionis ad curiam ſæcularem expreſſa à canone pro crimine qualificato, ergo illam nos imponere non debemus.

52 ¶ † Decimoquarto & vltimo Franc. de Aret. Doctor ſubtilis pro hac parte *in d. cap. cum non ab homine colum. 9.* adducit text. *in c. accuſatus. §. ſi autem leuis. infra eod.* vbi patet, quod ſi ille, qui conuincitur de hæreſi, prius de illa fuerit ſuſpectus, delictum ſuum eſt grauius, quàm ſimplex hæreſis, & tamen non traditur curiæ ſæculari, ſi velit abiurare hæreſim, ſed ſibi imponitur pęna, quę imponitur ſimplici hęretico, *iuxta cap. fin. de hæret. in antiquis.* Nam ſi vera eſſet opinio Petri & Abba. ſequeretur quod quia pro ſimplici hæreſi eccleſia imponit illam pœnam maximam, quod pro delicto hæreſis, quod eſſet grauius ob præcedentem ſuſpicionem, quod eccleſia non haberet condignam pœnam, ille hæreticus eſſet tradendus curiæ ſæculari, quod ibi expreſſè negatur. Hæc eſt mens dicti Aretini: nam lectura eius

53 eſt corrupta & mendis plena, ¶ † Sed ad hoc facilis eſt reſponſio, quia *in d. cap. accuſatus.* non erat duplex delictum niſi vnum, ſcilicet, hæreſis commiſſa poſt abiurationem propter ſuſpicionem leuiter ortam, & ob dictam ſuſpicionem, quis non punitur de tanto crimine. *cap. literas. de præſumpt.* vnde dicta ſuſpicio leuis non poteſt dici delictum, quia de ea quis non punitur, nec poteſt dici dicta ſuſpicio qualitas ſubſecutæ hæreſis, quia qualitas non eſt in abſtracto, ſed in concreto, & ſic ſtat cũ ſubiecto, & non ſine ſubiecto, *argum. l. 2.* & ibi Bart. *ad hoc notat. ff. de vſufruct. l. Pomponius. § pen. ff. de acquir. poſſ.* nec poteſt quis cognoſcere qualitatem ſine ſubſtãtia, ſeu ſubiecto, ita dicit Bald. *in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. & l. omnium. C. de teſtam.* ſequitur cum dictum delictum hæreſis non ſit duplicatum, nec qualificatum; quod non poteſt dictum cap. eo modo, quo inducitur, huic caſui applicari, imò ſi melius ponderetur dictum cap. facit pro alia parte, quia ob ſuſpicionem præcedentem, & abiurationem factam ob illam ſuſpicionem ſi labatur in hæreſim, dicit ibi text. quod grauius punitur, quàm puniretur, Si prius non abiuraſſet, ita formaliter dicit ibi text. & hæc dicuntur quando ob leuem ſeu modicam ſuſpicionem abiuraſſet.

54 ¶ † Quando autem abiuraſſet ob fortem, vel vehementem ſuſpicionem tunc labendo in hæreſim tradendus veniret curię ſæculari, vt patet *in d. cap. accuſatus. in princip.* eo quia ius præſumit, quod illo tempore, quo erat vehementer ſuſpectus erat lapſus in hæreſim. Vnde poſtea incidendo in hereſim cenſetur quadam fictione iuris relapſus, *vt in d. cap. accuſatus. in princip.* & ſic patet, quod grauius punitur, quàm puniretur pro ſimplici hæreſi, & hoc etiam applicari poteſt de eo, qui hęreſim commiſit vere, & neceſſitatus abiurauit, ſi relabatur in eandem, vel aliam hæreſim curiæ ſæculari traditur. *cap. ſuper eo. infra eod. cum ſimilib.* vt latius dicemus. Vnde ſequitur, quod argumentum Franciſc. de Aret. non procedit, vt patet per prædicta. ¶ † Ni- 55
hilominus alia fundamenta proxime narrata pro hac communi opinione bene, & ſatis probabiliter concludunt, & ſignanter hæc opin. probatur efficaciter *in d. cap. cum non ab homine,* vt incorrigibilitas in quocunque crimine enormi conſideretur, ponderando, quod ibi ponuntur tria dicta. Primum eſt, quod non licet Regi, nec alicui principi iudicare clericos ſiue in furto, ſiue in homicidio, vel periurio, ſeu in quibuſcunque criminibus deprehenſi fuerint; & hoc clarum eſt in quocunque delicto atrociſſimo, prout iſta verba oſtendunt, facit text. *in cap. clerici. eod. tit.* ¶ Secundo dicitur, quod in talibus delictis eſt deponendus à iudice eccleſiaſtico. Et iſtud habet etiam locum, quia depoſitio non fit à ſæculari fieri non poteſt. ¶ Tertio dicitur, quod ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, illa verba, qui depoſitus, faciunt relationem ad præcedentia. *l. Iulian.* vbi Bart. *ff. de hæred. inſtit.* ergo videtur quod incorrigibilitas habeat locum, & conſideretur in quolibet crimine, de quo ſæcularis nõ poteſt cognoſcere, ſi incorrigibilis ſit, & ſic videtur caſus pro hac opin. *in d. c. cum non ab homine.* vt ponderat ibi Decius. ¶ Verum quia parum eſt aſſerere, niſi reſpondeatur contrariis, vt dicit Bald. *in conſil. ſchiſmatis. colum. 15. poſito in tit. C. qui teſtamen. fac. prohib.* Ideo ad ea, quæ pro prima parte per Petr. de Anch. & alios allegantur oportet reſpondere. ¶ † Ad primum dico 56
ſecundum Aretin. *in d. cap. cum non ab homine.* quem refert, & ſequitur D. Dec. *in d. cap. at ſi clerici.* quod dictum cap. *cum non ab homine.* in eo, quod dicit, quod cum eccleſia non habeat vltra quid faciat contra delinquentes, non ſolum intelligitur reſpectu pœnæ, quia eccleſia non habet pœnam condignam illi delicto commiſſo, ſed etiam quod eccleſia non habet quid vltra faciat reſpectu modi correctionis, quia ipſa eccleſia fuit experta omnes modos corrigendi, & conuertendi illum clericum, & non profuerunt. Et ideo in eo clericus traditur curiæ ſæculari: licet ergo in hac noſtra quæſtione eccleſia non habeat vltra quid faciat ad puniendum, & ſic ad inferendam pęnam condignam iſti clerico ob immanitatem delicti. Habet tamen vltra quid faciat ad corrigendum, videlicet an velit dictus clericus ſe ipſum corrigere, & emendare à delictis committendis, & agere pœnitentiam de commiſſis, & hoc ponderat text. *in d. cap. cum non ab homine.* qui fortiſſimè facit pro communi opinione contra Petr. de Anchatan. & Abb. ac ſequaces.
¶ † Nam vt videmus *in d. c. cum non ab homine.* clericus non tra- 57
ditur curiæ ſæculari niſi his duobus concurrentibus, ſcilicet, quod eccleſia non habeat vltra quid faciat, & quod clericus ille facinoroſus ſit incorrigibilis, quod eſt dicere, & quo ad pœnam infligendam condignè, & quo ad correctionem eccleſia nõ habet vltra quid faciat, & dicitur habere quid faciat ad correctionem, ſi clericus paratus ſit confiteri, & pęnitere, vel non neget ſe velle ſubire pœnitentiam, ergo cum hæc duo requirãtur copulatiuè non ſufficit alterum ad inducendum illum effectum degradationis, & traditionis curiæ ſæculari. *l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. & notatur in cap. 2. de reſcript.* ¶ † Inſuper 58
pœna perpetui carceris proportionatur morti naturali, quæ imponi debet de iure ciuili, quia dicta pœna perpetui carceris eſt grauior ipſa ſimplici morte naturali, quia damnatis ad carceres perpetuos vna eſt ſupplicium, & mors ſolatium. *cap. nouimus. de verb. ſignif.* & facit *l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* Ad hęc replicari poteſt ſecundum Dec. quod fundamẽtum Abb. procedit à ſimili, quia ſicut *in d. cap. cum non ab homine.* traditur curię ſæculari, quando eſt incorrigibilis, quia eccleſia non habet vltra quid faciat, Ita etiam quando condigna pœna non reperitur, ita Abb. ſe declarat circa fin. dictæ quæſt. *in d. cap. at ſi clerici.*
¶ Nec videtur verum, quod duo copulatiuè requirantur, ſed ſolum incorrigibilitas ibi cõſideratur, qua data ſequitur, quod eccleſia non habet vltra quid faciat; intellige, ſcilicet, quantum ad correctionem, quia quantum ad pęnam eccleſia haberet quid vltra faceret, quia ad pęnam perpetui carceris potuiſſet illum condemnare, etiam quod eſſet incorrigibilis, vt probat optimè text. *in cap. vt famæ. de ſentent. excom.* ¶ † Sed aduerte, 59
quia dictum Aretin. poſſet procedere quando clericus, de quo *in d. cap. cum non ab homine.* eſſet impœnitens, quia pœnitentiam ſibi

ſibi iniunctam nollet adimplere, & à carceribus aufugeret, & eccleſia illum comprehendere non poſſet, & contra illum non haberet vltra quid faceret, eo maximè quia maleſicia cumulabat, & ſic erat incorrigibilis, tunc quidem excommunicari debet, & anathematizari, & per ſecularem iudicem eſt comprimendus, *iuxta d.c. cum non ab homine.* & eſt de mente Abb. *in d.c. cum non ab homine. col. fin.* aliàs ego non poſſum videre, quo eccleſia dicatur non habere quid vltra faciat, quia ſi illum haberet in carceribus, non poſſet eſſe perditio plurimorum, & hæc probari videntur *in c. tua. de pœn. iuncta gloſſ. fin* vbi relata ad text. dicit, quod clerici pro grauibus criminibus degradati tradi debent arctis monaſteriis, & ſi incorrigibiles ſunt per ſecularem iudicem ſunt comprimendi, & allegat *d. cap. cum non ab homine.* Innuit ergo, quod ille clericus erat impœnitens, & incorrigibilis, quod nõ erat ob aliud, quam quod in monaſterio arcto ad

60 pœnitentiam deputato nolebat morari. ¶ Nam pœna † pro homicidio ſimplici eſt depoſitio, & detruſio in arctum monaſterium, vt probat *d. c. cum non ab homine. iuncto d. cap. tua.* vt tradit Abb. *in c. venions. de his qui filios occiderunt. itaque d. cap. cum non ab homine.* in eo quod dicit ab eccleſiaſtico iudice deponendus, debet ſuppleri, & detrudendus in arctum monaſterium, *per d. c. tua* & eſt ex mente Abb. *in d. c. veniens.* & de mente Io. And. *in d. c. cum non ab homine. in verbo, deponendus.* Quinimò vt eccleſia omnino dicatur non habere quid vltra faceret, melius eſſet exponere illud verbum, deponendus, ſcilicet, & detrudendus in carceres, quia incluſio in monaſterium debet fieri in pœniten-

61 te, id eſt, in eo, qui vult ſponte ſuſcipere pœnitentiam. ¶ † Sed vbi depoſitus eſſet impœnitens, tunc debet deputari ad carcerem perpetuum, vt probat text. *in c. à nobis. de apoſtatis c. vt famæ. in princ. de ſent. excom.* per quem text. patet, quod pœna incluſionis in monaſterium eſt minor & diuerſa ab incluſione in carcerem perpetuum, vt tradit Aret. *in d. c. cum non ab homine col. 6. verſic. aduerte.* tamen de intellectu *d. c. cum non ab homine.* dicam

62 Deo duce, *infra eod. c. in 14. quaſt.* ¶ † Non obſtat dictum Innoc. ſupra in primo argumento allegatum *in d. c. qualiter & quando.* quia Innocentius non dicit hoc ad quod communiter allegatur, videlicet quod eo caſu, quo de iure ciuili imponitur pœna mortis de iure canonico imponitur pœna degradationis, & traditionis curiæ ſeculari: quod eſt falſum, quia de iure ciuili imponitur pœna mortis pro homicidio. *c. omnis. 3. diſt. & l. 3. §. legis ff. ad legem Cornel. de ſicar.* gloſſ. *in l. ſi quis cum telo. C. eod.* & Ang. *in conſil. 14. incip. Nos Cardinales.* & tamen de iure canonico clericus pro homicidio ſimplici non degradatur, nec traditur curiæ ſeculari, ſed deponitur, & detruditur in arctum monaſterium. *cap. cum non ab homine. de iudic. iuncto cap. tua. de pœnis.* Abb. *in cap. 1. de his qui filios occiderunt*, quod eſt contra ea, quæ dicit Petr. de Anchar. *in allegato conſil. 158. incip. Ex narratiui in facto.* vbi allegat text. *in §. illud. in Authent. vt cleric. apud proprios epiſcopos. collatio. 6.* vbi text. videtur probare pro dicto Innocentij communiter allegato, quod eo caſu debet imponi degradatio quo imponitur pœna mortis. ¶ Sed ad hoc poteſt dici ſecundum Bartol. *in d. §.* quod ille §. eſt hodie correctus, *per Auth. ſi autem. C. de epiſc. & cler.* & ad idem videtur eſſe text. *in §. ſi vero crimen. in Authent. de ſanctis epiſcop. collatio. 9.* & ad hunc text. poſſumus dicere eſſe correctum, *per d. cap. cum non ab homine.* quia lex contradicens canoni illi ſuccumbit. *l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ.* nam ideo contrariatur, quia *d. cap. cum non ab homine.* requirit incorrigibilitatem, *dictus vero §. ſi vero.* indiſtinctè loquitur, nec Imperator potuit legem condere circa ipſos clericos, præſertim in materia tam præiudiciali, neque tacitè, neque expreſsè, argum. eorum, quæ dicit Bartol. *in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. in fin. verbis.* Ioan. Monach. *in cap. vt animarum. de conſtit.* tradit Andr. Sicul. *in conſil. 21. incip. A Ioue princip. colum. 2. lib. 3.* ¶ Dicit ergo Innoc. *in d. cap. qualiter. colum. 4. verſic. verborum experimentum.* quod ſecundum canones nunquam imponitur pœna corporalis mortis, ſed eſt quædam, quæ quaſi ſimilis ei habetur, ſcilicet, quia relinquitur ſeculari iudici puniendus; & hoc modo intelligendo dictum Innocentij, vt iacet, & loquitur, nihil facit pro Petro de Anchar. Abb. & aliis

63 ſequacibus. ¶ † Ad ſecundum dico, quod licet in pœnalibus fiat extenſio ob maioritatem rationis, non autem fiet vbicunque poteſtas concederetur laico ſuper iuribus, vel perſonis ſpiritualibus, quia cum iſta ſint odioſa, non fit extenſio etiam per maioritatem rationis. *cap. tua. el 1. in fin. de decimis. iuncto cap. cum in tua. eod. tit.* nec fit extenſio vbi agitur de pœna priuationis, *per gloſſ. in cap. fin. de iure patron.* licet in alia materia etiam odioſa fiat extenſio. *l. qui indignus. ff. de ſenatusc. Sillan. l. relegatorum. § fin ff. de inter. & relegat. cap. cui licet. infra de regul. iur.* ¶ † Et in eo, 64
quod dicitur, quod laicus forte ſocius ipſius clerici in crimine comburitur, & ſic ſenſit dominus Abb. quod ſi clericus & laicus committunt vnum crimen, ſcilicet, homicidij, quod vnus poteſt puniri ſua pœna per ſuum iudicem. Et ſic laicus per laicum iudicem, & clericus per eccleſiaſticum, quod non videtur verum, quia in eo caſu laicus conueniri debet coram iudice eccleſiaſtico, & per illum iudicari. Hæc eſt deciſio ſtupenda Anton. de Prato *in l. vnic. in fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin.* dicentis, quod ſi plures ſint inquiſiti in iudice ſeculari, quorum vnus eſt clericus, & ipſe petat ſe remitti ad eccleſiaſticum, *iuxta cap. ſi iudex. infra de ſent. excommun.* omnes laici debent remitti ſecundum eum ad eccleſiaſticum iudicem, *per l. ſi communem. ff. quemadm. ſeru. amit.* ne continentia cauſæ diuidatur. *l. nulli. C. de iudic.* & ne ſequatur abſurdum, ſi in eadem cauſa, variæ ſententiæ promulgentur, & forte contrariæ, quod dictum maximis præconiis ponit in cœlum, Mariā. Socin. *in cap. 2. colum. 15. verſic. ecce nouo fallit ſi plures fuerint inquiſ. de mutuis petitio.* Sequitur Pelin. *in cap. 1. de præſcript. colum. 4. & cap. ex literis. colum. 1. de conſtitut.* plura ad hoc glomerauit dominus Iaſ. *in l. emancipati. colum. 3. C. de collat.* vltra quos addo Socin. *in conſil. 12. incip. Quoniam in præſentiarum. colum. 6. verſic. circa quartam.* Matheſ. *in notab. ſuo 144. incip. Nota, quòd ſi in cauſa indiuidua.* Alex. *in apoſtil. ad Bartol. in l. 1. ff. de quibus rebus apud eundem iud. eatur. & in cautelis nouis, in 10 cautela, incip. Si contingat.* Marſil. *in ſuo notab. 180. incip. Plura, & plura.* & eſt optimum dictum ſi iudices ſeculares dignarentur illud admittere.

¶ † Ad tertium dico, prout colligitur ex dictis per Aret. hic, 65
quod immò pœna perpetui carceris videtur condigna pro tali crimine qualificato, *vt in cap. contra idolorum. 26. quæſt. 5.* vbi cultores idolorum, & aruſpices perpetuo carceri includuntur, & illis de iure ciuili quandoque pœna ignis imponitur. *l. 3. C. de maleſic. & mathem.* præſertim quando debet in perpetuo carcere in pane & aqua ſuſtentari. *cap. nouimus. in fin. de verbor. ſignific.* Sed ad hoc replicat Dec. quòd pœna carceris perpetui non videtur ſufficiens in tali delicto atroci, quia illa imponitur hæretico ſe corrigenti. *cap. pen. de hæret.* Sed dic, quod non probatur, quod non ſit ſufficiens, quia (vt dictum eſt ſupra) pœna carceris perpetui, eſt grauior ſimplici pœna mortis, *per d. c. nouimus* facit quod pœna illa magis protrahitur cum per ſingula momenta temporis, pœna perpetui carceris executioni traditur, non autem expeditur momento, vt tradit Ang. de Peruſ. *in conſ. 257 incip. Inter capitula volum. 3.* † Et ideo grauior reputari debet. Hinc 66
eſt, quod pœna ſuſpenſorū dicitur eſſe maior, quia nõ ita breuiter expeditur, ſicut pœna capitis, ſeu decapitatio. Hæc eſt deciſio Bald. *in conſ. 358. incip. Præmittendū eſt. lib. 3.* & idcirco ruſtici ſuſpenduntur, milites autē decapitantur. Ita dicit Bart. *in l. deſertorē. § pœna militum. ff. de re mil.* Bald. *in c. 1. §. ſi ruſticus. de pace ten.* tradit egregiè D. Dec. *in conſil. 65. incip. Et pro tenui mea facultate.*
† Non obſtat, quod pœna perpetui carceris imponitur hæretico redeunti. *d. c. pen.* quia non ex hoc infertur, quod pœna illa ſit 67
leuis, ex quo datur hæretico pœnitenti, quinimò hoc facit contra Abbatem, & alios. Nam ex quo imponitur hæretico, cenſetur grauiſſima pœna, cū ſit crimen hæreſis omniū grauiſſimum, vt probatur *in cap. quid autem. ibi. quid inquius quam iniquā ſapere. 24. q. 3.* vbi cõcludit Card. de Turrecrem. quod crimen hæreſis ex genere ſuo eſt maximū peccatorum, & pœna debet delicto correſpondere. *l. ſancimus. C. de pœn.* & pro menſura peccati erit plagarum modus. *Deut. 25.* realiter maius delictum reputatur, pro quo maior pœna imponitur, vt dicit gloſſ. 2. *in cap. meliore propoſito. 27. quæſt. 1.* quam ſequitur D. Dec. *in præalleg. conſil. 65.* & ſic pœna carceris perpetui grauiſſima reputatur, vnde illa correſpondere poteſt pœnæ, quæ imponitur pro delicto grauiſſimo, *per d. l. 3. & d. l. nemo. C. de maleſic. iuncto d. cap. contra idolorum.* ¶ Nec obſtat, quod *in d. cap. contra idolorum.* erat incorrigibilis, & quòd potuiſſet tradi curiæ ſeculari, per ea quæ ſupra diximus, quia ſimile dicitur *in cap. ad falſariorum. de crim. falſi.* vbi ille falſarius merebatur tradi curię ſeculari. Sed Papa ibi voluit in illum diſpenſare, vt non traderetur, ſic dici etiam poſſet *in d. cap. contra idolorum.* dixi ſupra *in 2. fallentia.* ¶ † Ad quartum 68
dico, ſecundum Aret. *in d. cap. cum non ab homine.* quod intelligitur. *cap. 1. de homi.* In depoſitione verbali, non autem in actuali, quod poteſt confirmari. Nam dato quod expreſsè loqueretur de degra-

de degradatione ſimpliciter, poſſet comprehendere verbalẽ depoſitionem, & in dubio deberet ſic intelligi in minorẽ partem ſumendo. *cap. in pœnis. de regulis iuris. libr. 6.* & tradit Domin. *c. degradatio. in 1. notab. de pœnis. libr. 6.* facit *c. tua, de pœnis.* text. tamen contradicit, quia dicit euelles, vt moriatur. Vnde illud verbum, euelles, neceſſariò debet intelligi de degradatione actuali, quia clericus non traditur curiæ ſæculari, niſi prius degradetur actualiter, *in cap. nouimus, de verb. ſign.* niſi eſſet incorrigibilis facta verbali depoſitione, *iuxta formam c. cùm non ab homine, de iud.* & appellatione mortis ſimpliciter intelligitur de morte naturali, vt dicit Card. *in Clem. 1. in 9. quæſt. vt lite pend.* vbi allegat *l. ea parte. §. Inſulam ff. de verborum oblig.* & Alexan. de Imol. tradit *in l. Inſula. in prin. ff. ſolut. matr.* an mors naturalis æquiparetur ciuili, accedit ad hoc *Exod. 21. cap.* vnde ſumitur *d. c. 1. de homi.* quod de morte naturali intelligitur, vt ibi ſentiunt omnes ſcribentes, & etiam in ſacerdote. Dicit enim ibi Rabi Samuel exponendo ab altari meo, etiam ſi fuerit ſacerdos in quo caſu erit expectandum complementum miniſterij, quo peracto trahebatur ad mortem refert, & ſequitur ibi Nico. de Lyra, & multa ad hæc tradit epiſcopus Abulen. *de d. c. 1. de homi. Exod. 21.* & ita intelligit hunc text. Abb. *in fin. d. c.* in clerico committẽte homicidium qualificatum, vt degradatus relaxaretur curiæ ſæculari, & ad hoc ſe inclinat Ioan. de Ana. *hic,* & ſic eſt primus intellectus ad dictum *cap. primum:* & hoc modo intelligẽdo faceret pro Petro, Abb. & alijs ſequacibus, ſed ad hoc obſtaret, quia quando in iure canonico fit mentio de morte, intelligitur de excommunicatione, & ſic de morte ſpirituali, *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.*

69 ¶ † Secundò videtur dicendum illum textum *in dicto cap. 1.* eſſe intelligendum in laico, vt ſit ſenſus, quòd ſi occidens confugiat, & teneat altare, debet ille inde euelli, quia proditoriè occidit, nec habeat immunitatem, *de qua in cap. inter alia, de immunitat. eccleſiarum,* & hunc intellectum ibi ponit gloſ. verbum enim, euelles, abſtractionem facti ſignificat, non autem ſeparationem Clerici ligni eccleſiæ, & ſic tollitur contrarium de *dicto cap.* & nihil facit pro Petro, & Abb. & ſic tranſit Aretin. *in dicto cap. cùm non ab homine,* & tunc intellectum ſentit Abb. antiq. *in dicto ca. 1.* Sed Abbas Sicul. ibi dicit illum non eſſe verum: & licet potuiſſet procedere olim in veteri teſtamento, vt patet in Ioab, qui in tabernaculo Domini fuit interfectus de mandato Salomonis, & apprehenderat cornu altaris, eò quia duos principes occiderat, vt habetur 3. Reg. 2. quo tempore non emanauerunt leges humanæ conferentes immunitatem Eccleſijs, hodie tamen ſecus eſt dicendum, & hoc per tex. apertum à loco ſpeciali *in c. fin. de immun. eccleſ.* vbi dicit, quòd cõmittentes homicidium in eccleſia, vel cœmiterio ex propoſito, vt conſequantur immunitatem, non debent eo gaudere vt puniãtur in quo deliquerunt: nam quia violarunt ſacrum, committendo ibi delictum, nõ debent à ſacro defendi: & ſic loquitur de homicidio ex propoſito commiſſo, & ita priuatur immunitate, quia homicidium commiſerunt in Eccleſia, ſecus ſi extra licet ex propoſito ad idem *cap. inter alia. de immun. eccleſ.* vbi dicitur, quòd fugiens ad eccleſiam quantumcunque graue delictum commiſerit, nõ debet inuitus inde extrahi, cùm ergò caſus *huius cap.* ſecundùm hunc ſecundum intellectum nullibi ſit exceptus: & eſt lex Exodi, & non noua, debemus ſtare regulę generali, & dicit Innoc. quod tunc iſte tex. habebat locum in altaribus veteris teſtamenti, quæ non erant tantæ auctoritatis, ſicut noſtra, idem tenet Abb. *in d. c. inter alia. col. 6.* pro quo facit gloſ. 2. *in cap. ſicut antiquitus. 17. q. 4.* vbi ponit quæ perſonæ gaudeant immunitate eccleſiæ, & ſubdit hi ſoli excipiũtur ſecundùm ius canonicum, & ibi Arch. ſequendo Innoc. *in d. c. 1.* exponit illud & per inſidias interfecerit, vt eſt publicus latro, qui inſidiatur ſtratis, qui non habet immunitatem, *c. inter alia de immun. eccleſ.* & idem ſentit Cardin. de Turre Crem. *in c. diffiniuit. 17. q. 4.* vbi ponit perſonas, quæ gaudent tali immunitate, & nullam facit mentionem de eo, qui aliquem per inſidias, ſeu proditoriè occidit. Ioan. de Anan. & Felin. nihil affirmant, & cum hac opin. Abb. tranſit quidam Ioan. de Viſchib *in repet. cap. diffiniuit. 17. q. 4. in 4. char. in 5. fallent.* & idem ſequitur Henr. Boyc. *in d. cap. fin. colum. 2.*

¶ Sed aduertendum eſt, quòd contra Abbatem, & alios, & pro glo. *in d. c. 1.* reperio fuiſſe determinatum, & iudicatum per Dominos de parlamento Franciæ, vt eſt deciſio Guido. *in parlamento q. 121. incip. In camera conſilij.* vbi concluditur, quòd homicida voluntarius per penſatis inſidijs debet capi, & extra hi ab immunitate eccleſiæ, *per d. c. 1.* vbi hoc ad literam dicit tex. & gloſſ. ibi ita intelligit: facit *§. neq. autem. in auth. de manda. Princip. coll. 3.* & eſt de mente Ant. de But. *in d. c. inter alia.* & hoc idem dicit gloſſ. *in l. 2.* cum qua tranſit Bart. *C. de his qui ad eccleſ. confug.* & dicit Cyn. *in l. fin. C. eod.* quòd Hoſt. hoc tenebat per *d. c. 1.* & idem tenet Pet. de Bellapert. *in d. l. fin.* idem Ang. de Aret. *in tractat. maleficiorum. in verbo, forma publica. in 4. q.*

¶ Sed tenenda videtur opinio Abb. quia magis in iure canonico fundatur, & ea, quæ vltimo loco allegantur, fundãtur in iure ciuili, quod in his caſibus non attẽduntur, *vt in d. c. inter alia.* vbi traditur per Doct. facit *l. priuilegia. C. de SS. eccleſ.* & quia non eſt propriè materia noſtra pro nunc non examino.

70 ¶ † Tertiò poteſt intelligi *d. c. 1. in verbo, moriatur,* quia licet loquatur de morte, non intelligitur de morte naturali, ſed de excommunicatione, & morte æterna. *c. per venerabilem. qui filij ſint legit.* vbi traditur iuncto Deut. 17. & 21. & *c. abſit. 11. q. 3.* quòd vbi lex antiqua loquens de morte naturali incorporata in canone exponitur pro excommunicatione. Et ſic exponitur moriatur, id eſt, excommunicetur, quia velut mortuus ſeparatur à communione fidelium. Canon enim non imponit mortem naturalem, inimò prohibet clericum intereſſe. *c. ſententiam. ne Clerici vel monachi.* & ſic verbum, *moriatur,* non intelligitur de morte naturali. *c. 2. de maior. & obed.* Abb. idem dicit *in d. c. 1. & c. 1. de furtis. & d. c. 2.* S. Thom. *in 2. 2. q. 98 art. vlt.* dicit, quòd de iure canonico nõ eſt mors, ſed loco eius eſt excommunicatio: nec videtur bene dictum, quod dicit And. Sic. *in d. c. at ſi clerici. pen. col.* ꝙ tex. in Exodo loquitur de homicidio ſimplici, quia inimò loquitur de qualificato. ſ. de eo, qui per induſtriam & inſidias aliquẽ occiderit, vt patet in litera: quod exponitur quãdo proditoriè aliquem occidit, quia aliud in verbis, & aliud in factis, vt dicit Pet. de Anch. & Fel. *in d. c. 1.* & hæc faciunt pro his, quæ dixi pro primo intellectu *d. c. 1.* itaq; *dictũ c. 2.* prælibatos intellectus non facit pro Petro de Auchar. & ſequacib. alios ponunt Abb. poſt Ioan. And. & Doctores *in d. c. 1.*

71 ¶ † Et quia *dictum cap. 1.* habet plures, & varios intellectus, non videtur poſſe allegari ad deciſionem cauſę, vt dicit Raph. Comenſ. *in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs,* ponunt Ioan. de Imola, & Roſ. *in l. prælatis. ff. de re iud.* Idem in ſtatuto habente varios intellect⁹ dicit Bal. *in c. fin. de conſt.* & idem in præceptis Dei, quòd qui facit contra præceptum Dei habens plures intellectus, in quo ſunt variæ opiniones Theologorum non peccat, text. eſt notab. *in cap. capellanus. de ferijs,* & ibi Ioan. Andr. & Abb. notat illum tex. ad hoc refert D. Iaſ. *in l. admonendi. in lectur. col. 13.* quia quod diuerſimodè intelligitur veritas eius ignoratur, ſecundũ Boetium, vt refert Bal. *in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. col. 14.* vt refert Barthol. Soc. *in d. l. in ambiguo.* idem dicit Bal. *in l. precibus, C. de impuber. & alijs ſubſt.* Dom. Iaſ. *in l. captatorias. colum. pen. C. de teſtamen. milit. & l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procoſ. & lega.*

72 ¶ † Ad quintum dico, quòd *ca. nouimus. de verborum ſign.* vbi videtur probari, quod hoc crimine graui, & damnoſo clericus traditur curiæ ſeculari, debet intelligi de clerico incorrigibili, ita dicunt Aret. *in d. cap. cùm non ab homine,* & And. Sic. *in d. c. at ſi clerici.* vbi enim graue crimen non æquiparatur falſificanti literas Apoſtolicas ſimpliciter. Sed quãdo eſt damnabile & damnoſum, quod eſſet quando eſſet incorrigibilis. *c. ne licut. 17. diſt.* meritò in incorrigibili verificatur, vel aliter dici poteſt, ꝙ intelligatur in alijs caſibus, in quibus incorrigibilitas non attenditur, ſed ſtatim tradendus eſt curiæ ſeculari, ſicut in hæretico relapſo, vel negatiuo, & in alijs, de quibus *ſupr.* dixi.

73 ¶ † Ad ſextum dico, quòd tex. *in c. 1. de homic. in eodem lib.* ponit caſum ſpecialem ſumpta occaſione à frequentiſſimis cædibus, & magnis periculis, quæ imminebant propter illos aſſaſſinos. Vnde in alijs delictis, quantumcunque grauibus, nõ debet eſſe eadem diſpoſitio, quia non videtur eadẽ ratio, propter frequentiã enim delicti atrocius aliquid ſtatuitur. *l. aut facta. in fin. ff. de pœnis.* Quinimmò dicebat Aretin. *in d. cap. cùm non ab homine,* quia illa lex eſt pœnalis, & exorbitans ſimul non debet fieri extenſio, tex. eſt nut. *in l. ſed ſciendum. ff. de parricid.* & gloſ. *in Clement. 1. ſi qui. de ætate & qual, verſ. ijſdem præterea.* dicit ſubtiliter D. Dec. *in d. cap. at ſi clerici.* quòd ille tex. loquitur in caſu, in quo iudex ſæcularis immediatè habet poteſtatem, nec requiritur, quòd tradatur curię ſæculari. Vnde ſi deberet extendi eſſet dicendũ, quòd ſecularis haberet poteſtatem in alijs caſib⁹ abſq;

tradi-

verbali,& cùm poſſit verbum,degradatio, vtroque modo ſumi & intelligi,& de actuali,& de verbali,vt dicit Domin.*in dicto cap.degradatio,in primo notab.*in mitiorem partem ſumere debemus tanquam iuniorem.*cap.in pœnis.de reg.iuris.lib.6.*facit *ca. coniurationem.cum quatuor ſequentib.11.quaſt.1.* vbi dicitur de clerico coniuratore contra Epiſcopum,vel alios, quòd debet deponi,& hæc ſolutio facit ad determinationem fallentiæ ſeptimæ,de qua agitur,vt iſte caſus non ſit de illis,in quibus degradatio imponitur.

83 ¶ † Secundò poteſt reſponderi,quòd dictum *cap. eſt palea,* vt dicit Siculus *in dicto cap.at ſi Clerici.in princ.colum.fin.* & propterea non ſcripſit ſuper eo Cardin.de Turre Cremat.vt ibi ipſe dicit poſt Archid. & ſic non fuit poſitum in Decreto à Gratiano,ſed à quodam Cardinali,qui vocabatur poca palea, vt dicit Ioan.And.*in addit.ad Spec.in tit.de diſputat. & allegat.in antepen.addit.*& tradit late Ioan.de Imol.*in rubr.ff.de verb.oblig.col.2.* vbi dicit, quòd communiter huiuſmodi capitula,quæ paleæ dicuntur non repeciuntur gloſſata,& de hoc aliquid per dictum Iaſ.*in rub.de actio.col.*4.& ſic de dicto capitulo, quòd eſt palea, non eſt curandum ad quæſtionem, vt clericus poſſit fieri reus criminis læſæ maieſtatis temporalis.

84 ¶ † Tertiò reſpondetur,quòd dictum *cap ſi quis laicus,* loquitur in clerico incorrigibili, vt ibi colligitur, dum dicit,niſi per dignam pœnitentiæ ſatisfactionem ſe emendauerit,& ſic non eſt mirum,ſi degradetur data incorrigibilitate , *per ea quæ ſupra diximus per cap.Cùm non ab homini,de iud.*Sed ſi bene videas hæc reſponſio nõ ſatisfacit,quia illa verba, quæ incorrigibilitatem ſignificant non ad clericum, ſed ad laicum referuntur , vt intuenti patet. Vnde magis ſatisfaciat prima ſolutio dicebat etiã Ludou. Rom.*in ſingulari ſuo* 701.*incip.Dũ tibi dubia.* quòd clericus faciens coniurationem contra Dominum temporalem debet degradari:& ſic priuari beneficijs,& officijs,*per d.c.ſi quis laicus.*quod dicit eſſe ſingulare.

¶ Inſuper non obſtat,ſi allegatur tex.in *Clement.paſtoralis.§. rurſus.de re iud.*vbi probatur à contrario ſenſu, quòd non ſubditus committit crimen læſæ maieſtatis,quando habet domicilium in loco ipſius principis,quem offendit:nam ibi in verſiculo eodem regno,vt præmittitur non in imperio certum continuum,& notorium domicilium ſuum habens , ideò videtur ibi colligi,quòd non dicitur commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis,quia non habitabat in ciuitatibus Imperij: ergo ſi habitaſſet in ciuitatibus,ſeu terris Imperij,& turbaſſet Imperatorem, incidiſſet crimen læſæ maieſtatis,& hoc arg. eſt validum,*arg.l. 1.§.huius rei.ff.de offic.eius cui eſt man.iuris.*ex quo ſequitur. quòd ſi clericus habitans in terris Imperatoris Regis,ſeu Domini tẽporalis aliquid contra Dominum ſeu ciuitatem machinatus fuerit,quòd committit crimen læſæ maieſtatis, hoc contrariũ in indiuiduo ponit Andr.Siculus *in d.ſuo conſ.*21.*col.*4. & ibi reſpondet ad propoſitum ſuum:quòd d.§.loquitur quando ille committens illud crimen habitaſſet in terris Imperatoris. Et ſic fatetur,quòd committeret crimen læſæ maieſtatis etiam clericus,quia de Azone clerico erat controuerſia *in dict.conſ.* Secus verò ſi habitaſſet in terris alijs non ſubiectis Imperio, itaq; diſpoſitio illa loquens in Principe maximi gradus, maximè quia odioſa non debent extendi ad alios Principes inferioris grad⁹. allegat ad hoc Ioan.And.*in c.1.col.1.de homi.inſi a eod.lib.6.* & ſic committeret crimen læſæ maieſtatis. Hæc ſolutio non ſatisfacit quia dato quòd loquatur ille tex.de Imperatore non tamẽ eſſet verum,quòd ideò clericus committeret crimen læſæ maieſtatis,eo quia in terris Imperatoris habitaret. Nam propter hoc dici non poteſt ſubditus , quia Imperator nullam poteſt in illum iuriſdictionem habere per prædicta.

¶ Sed melius dici poteſt,quòd ille text. non loquitur in clerico ſed in Rege,qui laicus eſt,& appellatione laicorum continetur.*c.tua.el 1 de decimis,*qui licet vngatur nullam tamen poteſtatem recipit diſponendi de rebus eccleſiaſticis,vt dicit Abbas *in dicto cap.tua.in primo notab.*. Et laicus per electionem domicilij efficitur de foro illius Domini,in cuius territorio elegit domicilium,*cap.licet.de for.comp.*& ibi Abbas in tertia gloſſa,& Doctores.

85 ¶ † Vnde non eſſet mirum,quòd Rex Robertus eſſet ſubditus Imperatori,ſi domiciliũ haberet in terris Imperij,ſed clericus licet domicilium ibi habeat,& temporalia teneret ab Imperatore non in feudum,non ideircò eſſet ſubditus Imperatori,quia illa ſequuntur forum ipſorum clericorum.*cap.nouerint.*

to.q.1.Abb.*in c.ſoliti.e.de maior.& obed.*ſecus,ſi feudum teneret à Rege,quia ratione feudi eſſet de iuriſdictione Regis.*ca.verum. de for.comp.& c.cæterum,de iud.* dummodò † eſſet in cauſa ciuili feudali. Si verò eſſemus in cauſa criminali, ſiue ciuiliter , ſiue criminaliter intentaretur,non eſſet conueniendus clericus coram Domino feudi,ſed coram ordinario,& ſic ad illum remittendus,vt tradit Innoc.*in d.c.verum* & ſi per prælatũ ſuum fuerit condemnatus de proditione,aut ſimili cauſa,propter quam debeat feudum amittere,tũc poterit Dominus auferre illi feudum,& ratio quare remittitur ad ordinarium eſt, quia de crimine clerici,nedum directè,ſed nec indirectè , aut incidenter poteſt laicus cognoſcere.*c.at ſi Clerici de iud.*tradit Maria.Soc.*in c.ex tranſmiſſa.col.7.& in d.c.verum.col.fin.*&ibi Abb.*in 3.col.verſ. Sed quæro.*Alex.*in conſ.*30.*incip.quoniam omne datum.lib.1.*Maria. Soc.*in conſ.12.incip.quoniam in præſentiarum.col.fin.* 86

¶ † Et ſic quis poteſt eſſe vaſallus alicuius,& non erit ei ſubditus.Et licet ſit vaſallus,tamen ſi non eſt aliàs ſubditus domini non poteſt committere crimen læſæ maieſtatis reſpectu domini,ſicut dicitur de Rege Roberto,vt tradit Card.Flor.*in dicta Clem paſtoralis.§.rurſus.3.notab.de re iudicata,*& vaſallus dicitur ſubditus ratione rei,& non ratione domicilij,ſi in alio loco habet domicilium Card.*in d.Clem paſtoralis.§ denique.*vbi etiam dicit in 4.q.quòd ſi dominus laicus habet vaſallum clericum,& non ſoluentem canonem ſolitum,cum iniectione manuũ non poteſt ipſum expellere,ſed recurrere debet ad ordinarium ſicut dicitur in emphyteuta.*in c.potuit.de locato.*ex quibus ſatis videtur concludendum clericum non teneri crimine læſæ maieſtatis temporalis,etiã tamen degradandus,& beneficijs ſpoliãdus clericus ſeu epiſcopus tale crimen grauiſſimum cõmittens & conſequenter curiæ ſæculari tradẽdus ſaluo ſemper meliori iudicio & ſacroſanctæ ſedis Apoſtolicæ auctoritate , vt dicam latius *infra in* 15.*quaſt.* 87

¶ † Octauò,& vltimò fallit in diſpoſitione. *c primi de homic. lib.6.*vbi dicitur,quòd quicunque princeps prælatus ſeu quæuis alia eccleſiaſtica , ſecularisue perſona quempiam Chriſtianorum per aſſaſſinos interfecerit, vel etiam mãdauerit quamuis mors ex hoc forſan non ſequatur , aut eos receptauerit defenderit,ſeu occultauerit:excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrit ſententias ipſo facto,& illa liberè alijs per illos,ad quos eorum collatio pertinet conferantur,ſit etiam cum ſuis bonis mundanis mundanis omnibus tãquam Chriſtianæ religionis emulus, à toto Chriſtiano populo diffidatus,& poſtquam probabilib⁹ conſtiterit argumentis aliquem ſcelus tam exectabile cõmiſiſſe,nullatenus alia excõmunicationis,vel depoſitionis ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur. Hæc ſunt verba tex.per quem tenent Doct.quòd clerici,qui tenentur, & alleganrur diſpoſitione dicti canonis ipſo facto ſunt ab ordinibus degradati, adeò quòd iudex ſecularis poteſt in dictos clericos animaduertere,ſicut ſi eſſent laici,poſt quam à iure ſunt priuati ſuis ordinibus,& omni priuilegio clericali. Et ſic benè videtur adaptari hæc fallentia octaua,quòd facta degradatione ſaltim à iure clericus huius criminis reus traditur à iudice ſæculari. 88

¶ † Inſtari tamen poteſt,*quod d.c. non diſponat Clericos ipſo iure eſſe degradatos.*Primò,quia per hoc ſequeretur, quòd Papa tolleret priuilegium fori,quod eſt de iure diuino,vt dicit gloſſ.*in c.ſi Imperator.96.diſt.cum ſim.l.& dixi ſupr.in 7.fallen.*quod priuilegium fori Papa non poteſt tollere,quia faceret contra ius diuinum,vt formaliter dicunt Doct.*ſup.*allegati,& per Fel.*in d.c. nulli de ſententia excom.* 89

¶ † Secundò quòd non videntur aliqua verba in *d.c.* per quæ inducatur degradatio actualis,nam verbũ depoſitionis appoſitũ *d.c.*hoc non inducit,quia depoſitio ſimpliciter dicta in iure de verbali,non aũt de actuali intelligitur.*c.cùm non ab hominc.de iud.*& traditur *in c.2 de pœnis,lib.6.*quinimmò,ſi verbum degradationis eſſet appoſitum pro verbali depoſitione poſſet capi intelligendo in mitiorem partem.*c.in pœnis.de reg.iuris.libr. 6.*& tradit Domin.*in 1.notab.in cap.degradatio de pœnis eodem lib.* & adeò mitior cenſetur depoſitio ipſa degradatione, quòd depoſitus non perdit priuilegium canonis,*ſi quis ſuadente.17.q. 4.* vt dicit gloſſ.*in d.ca.degradatio,*& dixi ſupra *in 4.notab.*minus ergò debet perdere priuilegium fori, de quo *in c.1.de Cler.coniug.libr. 6.& cap.nullus.de foro comp.*quia facilius perditur dictum priuilegium canonis,quàm priuilegiũ fori,quia illud de iure poſitiuo hoc autem de iure diuino.*d.c.ſi Imperator.*& notant Hoſtien.& Innoc. 90

Innoc. *in c. 2. de maior. & obed.* Abbas ſentit *in c. perpendimus, in fin. de ſent. excommun.*

¶ Tertio dato quod verba illa inducerent degradationem, non ſtatim efficerentur de foro ſeculari illæ perſonæ, de quib⁹ *in d. c. 1.* quia ſi Epiſcopus facit degradationem, & non facit traditionem iudici ſeculari, ille non efficitur de foro ſeculari, vt dicit Ant. de But. *in c. at ſi clerici, §. de adult. de iud.* & etiam in depoſitione, *c. cum non ab homine eod. tit.* requiritur traditio, vel aliud ſimile importans, per quod videatur iudex eccleſiaſticus proijcere de foro ſuo in forum ſeculi clericum excommunicatum anathematizatum, & incorrigibilem, vt dicebat Hoſt. *in d. c. cum non ab homine, c. 2. de clerico excom. miniſt.* nec depoſitio ſola verbalis ſufficit, vt clericus ſit exutus omni priuilegio clericali, & quod poſſit à iudice ſeculari puniri, vt dicebat Bald. *in l. officiales. C. de epiſc. & cler.* ſed actualis requiritur, de qua in *d. cap.* nulla videtur fieri mentio.

¶ Quarto quamuis ſit lata ſententia diſſidationis contra illas perſonas *in d. c. 1.* per quam videatur omne priuilegium competens dictis perſonis criminoſis ademptum; non tamen illud quod concernit commodum alterius, vt concludit Bart. *in ſua q. incip. Lucanæ ciuitatis col. 1.* ſed priuilegium fori concernit, nedum perſonas clericales delinquentes, ſed etiam totum clericum, *c. ſi diligenti. de for. comp.* adeò quod etiam ſi vellet illi renunciare non poſſet. *l. fin. C. de pact.* vbi per Doct. *& in d. c. ſi diligenti.* & ſic non debet dictum priuilegium perdere per dictam diffidationem.

¶ Quinto, dato quòd banniti & diffidati amittant ea, quæ competunt eis de iure ciuili, non tamen perdunt ea, quæ competunt eis de iure gentium, not. Doct. *in l. 1. C. de hered. inſtit.* ergo à fortiori minus debent amittere ea, quæ ſunt de iure diuino, quale eſt priuilegium fori, per dictam gloſſ. *in allegata cap. ſi Imperator.* quia ſi id, de quo minus dubitatur, ineſt, & id quod magis, *in auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ.* gloſſ. & Doct. *in c. cùm in cunctis. de elect.*

91 ¶ † Veritas tamen eſt, quòd clerici qui ſunt comprehenſi, & culpabiles reperiuntur in crimine, de quo *in d. cap. 1.* ipſo facto ſunt degradati, & priuati beneficijs eccleſiaſticis, & perdunt priuilegium fori, & canonis, & iſte eſt intellectus omniũ Doct. ſcribentium, & probatur per verbum diffidationis, appoſitum, *in d. c. ibi, à toto Chriſtiano populo ſit diffidatus*, quod importat, quòd nedum per iudices, ſed etiam per priuatos poſſit offendi, & occidi, *l. 3. §. tranſfug. ff. de ſicar. in auth. nauigia. C. de furt. & in auth. item quacunq. communitas C. de epiſc. & cler.* banniti enim & diffidati Papæ, vel Cæſaris ſunt extra beneficia ipſorum diffidantium poſiti, quoniam per diffidantes & bannientes publicè, & notoriè eſt bellum indictũ, vt dicit Cyn. *in l. reos. C. de accuſ.* Vnde non eſt mirum, ſi poſſunt occidi, quoniam idem eſt bannire & diffidare eſt quod percipere vel ſtatuere, vt impunè poſſit occidi. Secundùm Cyn. *in d. l. reos. in 6. q.* vbi allegat *l. ſeruum. C. de his qui ad eccl. confug. & l. 2. in fin. C. vt nemo priuat.* Et pro hoc facit *c. felicis. de pœn. lib. 6.* vbi videtur tex. de diffidatis & bannitis, quòd poſſunt occidi. Et *in auth. Gazaros. C. de hæret.* hæc ſunt verba Ange. de Peruſ. *in conſ. 14. incip. Nos Carolus*, quem ad litteram ſequitur Dom. & Franc. *in d. c. vnico. de hom. lib. 6.* ſubdens inferendo, quòd ſi dicta verba important, quòd poſſit impunè occidi, poterit laicus iudex punire tales, quia diffidati per ius canonicum, videntur degradati ipſo iure. Nã ſunt perſonæ iſtæ expoſitæ à iure, & expoſitio perſonarum dat poteſtatem capiendi cuicunq; vt eſt tex. *in c. vnico. de treuga. lib. 6.* ſunt enim diffidati cum perſonis & reb. Et ſic videntur ſpoliati per ius omni priuilegio clericali, & poſitæ in poteſtate cuiuſlibet Chriſtiani, vt vult tex. *in d. c. 1. de homic.* degradatio autem nihil aliud eſt, quàm ſpoliatio omnium priuilegiorum clericalium, *vt in c. degradatio. de pœn. lib. 6.*

¶ Sed hæc fundamenta videri meo parum faciunt ad probandum clericum degradatum eſſe ipſo facto, taliter quòd iudex ſecularis poſſit illum caſtigare in caſu *dicti cap. primi*, quia leges allegatæ per Angelum Dom. & alios parum ad hoc ſtringunt.

92 ¶ † Dicendum eſt ergo hoc aliter probari, & pondero illa verba in tex. depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio, ſententias incurrat ipſo facto, quæ verba inducere effectũ degradationis non eſt dubium. Nam cum degradatio nihil aliud ſit quã ſpoliatio ab ordine, ſic depoſitio nihil eſt quàm degradatio, & vnum pro alio ponitur, vt *in c. degradatio, in verb. degradatio, ſeu depoſitio de pœn. lib. 6.* Et non eſt mirum, ſi ſecuta ſolùm depoſitione in tam enormi crimine, puniatur à iudice ſeculari, & ſic quòd depoſitio habeat vim actualis degradationis, quia hoc in ſimplici homicidio, furto, & periurio habet locum. Nam ſecuta incorrigibilitate, & facta prius depoſitione ipſo facto, perditur priuilegium fori, vt iudex ſecularis poſſit hunc clericum reum punire, vt eſt tex. *in c. cùm non ab homine de iud.* Hæc enim depoſitio quæ ſit verbalis [illegible] ſuccedit loco degradationis realis, adeò vt illa non requiratur, Sed ſtatim ſecuta dicta incorrigibilitate, & alijs, de quibus *in d. c. cum non ab homine* efficitur laicus de foro ſeculari. Sic ergò eſt *in d. c. 1. de homic.* vt illa depoſitio facta de reo dicti criminis, ſuccedat loco realis degradationis, & hæc degradatio ab aliquib⁹ dicitur ficta, vt dicam *inf. in 14. q.*

¶ † Accedit quia ſi pro aſſaſſinamento clericus ſolùm verbaliter deponeretur *d. c. 1.* parum aut nihil de nouo induceret, quia pro homicidio ſimplici iam eſt ſtatutum, vt clericus deponatur, *in d. c. cum non ab homine, de iud.* & irregularitatem incurrit, *c. ſi vero ſi* [illegible] *in fin. & c. continebatur, & c. petitio, de hom. in c. ex litteris de excceſ. prælat. in c. tua de ponis*, & non ſolùm ſi ipſe occidit, vt in dictis iuribus, Sed etiam ſi mandauit occidi *c. fin. de cler. pug. in duello. ſi quis viduam. 50. diſt.* tradit Maria. Soc. *iure per. c. ad audientiam de hom. q. 35. verſ. ſupereſt.* 93

¶ † Et verbum dignitatis refertur ad principes, & prælatos, & ſic ad epiſcopos vt ipſi includantur in dicta cõſtitutione, vt dicit gl. *in verb. prælatus*, vbi dicit etiam Epiſcopus, & quamuis in materia odioſa, & reſtringibili appellatiõe dignitatis, non cõprehendantur epiſcopatus, vt dicit Abb. *in c. cùm Viconenſis, col. 2. de elect.* & eſt tex. not. *in d. c. dilectus, iunct. c. 2. de preb. cum ſimil.* vt traditur *in tit. de beneficio, 1. part. q. 3. colum. penul.* tamen quia dicta conſtitutio *dicti c. 1.* reſpicit fauorem animarum eſt amplianda, vt comprehendat principes etiam maximi gradus, vt tradit ibi Ioannes Andr. quem ſequuntur Dominicus, & Franc. & Ioan. Andr. *in cap. generali. de elect. ſup. eodem lib. & cap. pen. qui filij ſunt legit.* 94

¶ † Verbum honoris ad priuilegium fori, & canonis refertur, quia honor clericorum in hoc verſatur, vt non iudicentur ab Imperatore, ſeu alio iud. ſeculari. Sed ab epiſcopis ſuis, vt probatur *in c. ſacerdotib. 11. q. 1.* quin immò honorãdo eos Deum videmur honorare, *c. habet. 2. q. 4. in fin.* & hunc honorem ſolus Epiſcopus confert ordinando, *c. epiſcopus. 47. diſt.* & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſic voluit honorare clericos dicens per Prophetam. Pſal. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos, id eſt, ſacerdotes*, vt dicit tex. *in c. quiſquis. 24. q. 3.* & gl. *in verb. degenerari §. 1. in auth. de nõ alienandis col. 2.* & hoc reddit genus cleric. audax, vt *ibi* dicit gl. & eſt tex. *in d. c. 1.* & ibi per Maria. Soc. *de offic. ord.* & illi digni ſunt honore quos Dominus honorari vult, vt ſcribitur *Heſter. 6. c.* & Doct. *in d. clem. 1.* concludunt per illa verba probari exemptionẽ clericorum de iure diuino, facit *c. ſi Imperator. 96. diſt.* & propterea in degradatione actuali dicitur, & te honore ſacerdotali priuamus, *vt in d. c. degradatio, §. poterit autem epiſcopus, de pœn. lib. 6.* 95

¶ † De verbo ordinis adiecto in tex. clarum eſt ad omnes ordines referri, ſiue ſint ſacri, ſiue nõ ſacri, vt tradit magiſter Sententiarum *diſt. 24. & c. 1. c. cos. & c. erubeſcant. 32. diſt.* 96

¶ Verbum officij referri poteſt ad adminiſtrationem rerum eccleſiaſticarum, ſiue prærogatiuam chori vt not. Arch. *in c. 1. de conſue. lib. 6.* & Ant. de But. *in c. de multa, de preb. col. 1.* Abb. *in clem. d. ſpendio, au. ſe iud. in apoſtil.* & ſic aliquando ſumitur pro dignitate vel perſonatu. *c. Epiſcopus, 1. q. 3.* vt latè de his habes p Franc. de Paumis, *in tract. ne ſede vacante in prælatio.*

¶ De verbo *beneficij*, quid in eo comprehẽdatur *in tract. de beneficio* traditur per totum.

¶ † Vnde patet, quòd dicta verba ſatis inducunt effectũ degradationis, hoc quidem confirmatur *in eod. tex.* vbi *in fin.* dicitur, quòd poſtquam de dicto crimine probabilibus argumentis cõſtiterit, nullatenus alia excõmunicationis vel depoſitionis ſeu diffidationis ſententia aduerſus eum requiratur, ideò dicitur excommunicationis, quia poſt depoſitionem factam de aliquo verbalem, vt poſſit per iudicem ſecularem puniri requiritur, quòd excommunicetur, *vt in d. cap. cùm nõ ab homine, de iud.* & idcircò Papa in hoc caſu non vult amplius illum excommunicari: ideò dicitur depoſitionis quod illa amplius non requiratur, quia in aliquibus criminibus, poſtquam clericus eſt verbo depoſitus per legitimum numerum epiſcoporũ, poſtea actualiter deponitur, id eſt, degradatur, vt probatur *in d. c. degradatio in 1. §.* Fit etiã mentio in dicto tex. quod ſententia diffidationis alia non requiratur eo quia forſan aliqui dubitarent an eſſet neceſſaria 97 98

traditio

traditio ſeu relaxatio curiæ ſæculari, vt per iudicem ſecularem poſſet caſtigari iuxta formam *c. nouimus de verbo ſignif.* ideò dicit illam traditionem non requiri poſtquam ſemel fuit diffidatus à canone ibi ſit cum bonis ſuis mundanis, omnibus tanquam religionis Chriſtianæ inimicus à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus.

¶ Nam diffidare nihil aliud eſt quàm licentiare aliquem, vt ab omnibus occidatur, ita dicit Bald. *in l. 3. C. ad l. Falc.* & Cyn. *in d. l. reos. C. de accuſ.* & Ang. *in &* *conſ. 14. incip. Nos Carolus*, & ſicut ipſa degradatio actualis eſt executio depoſitionis verbalis; vt dicit Spec. *in tit. de accuſ. §. ſecũdo loco, verſ. deponitur autem.* Ita dicta diffidatio eſt executio præcedentis depoſitionis, quia ſicut facta traditione curiæ ſeculari, iudex habet facultatem illum clericum traditum puniendi, *vt in d. c. nouimus.* ſic facta diffidatione per prædicta. Et contra abſentes non poteſt fieri ſententia degradationis actualis, quia præſentia degradandi requiritur, vt colligitur ſatis *ex dicto cap. degradatio. §. actualis, de pœnis infra.* Secùs in depoſitione quæ de abſente poteſt fieri, *vt in c. veritatis. ff. de dolo & contum.*

¶ Sufficit ergò in prædictis ſententia Concilij generalis cuius auctenticæ dictum *c. primum.* eſt promulgatum. *arg. l. quæ ſub conditione § fin. ff. de condit. inſt.* tradunt Ioan. And. & Domin. & alij *in d. cap. 1.*

¶ Quid autem importet diffidatio notat Bal. *in auth. item nulla. C. de epiſc. & cler. cum ſimilib.* vt tradit Alex. *in l. fin. ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſis & l. hoſtes eod. tit.* & moderni *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* Doct. *in d. c. 1.* quidquid dicat And. de Iſer. *in tit. de ſtatu. contra liber. eccleſ. factis in §. ipſo iure.*

99 Non obſtat primò † quòd ſi poſſet reus dicti criminis occidi. Auctoritate dicti canonis, quòd Papa tolleret priuilegium fori, quod eſt de iure diuino per prædicta, quia dico, quòd licet Papa vniuerſaliter ſtatuendo non poſſet tollere priuilegium fori competens clericis, quia eſt de iure diuino non cærimoniali. Sed morali contra quod Papa nõ diſpenſat. *c. ſunt quidam. 25. q. 1.* Tamen quoad vnum vel quoad aliquos in particulari, benè poſſet. *c. lector. 34. diſt.* tradit Fel. *in c. de maior. & obedien. & in cap. nullum. de ſententia excom. c. eccleſia S. Mariæ colum. 2. de conſtitut. & in capit. quæ in eccleſiarum, colum. 6. eodem tit.*

100 ¶ † Præterea Papa *in d. c. 1.* vtendo verbo illo diffidationis, quæ loco degradationis actualis ſuccedit, vt dixi, facit tantũ quantum ſi illum actualiter degradaret. Sed quando actualiter eſt degradatus, non eſt dubiũ, quòd tunc priuilegio fori ſpoliatur, *vt in d. c. degradatio. in fin.* & poteſt per iudicem ſecularem puniri. *c. nouimus de verb. ſig. cum ſimil.* alias eſſet dicendum, quod nullo caſu etiã facta degradatione poſſit iudex ſecularis punire clericum contra multa iura. *d. c. nouimus. d. c. cùm non ab homine. de iud. c. ad abolendam §. 1. de hæret. c. ad falſariorum. de crim. fal.* & alijs ſimilibus, de quibus dixi *ſupra in princip. huius quæſtionis, & in illius diſcurſu.*

101 ¶ † Inſuper dici poteſt quòd tex. *dict. c. 1. de homic.* loquitur in caſu quo poſſet dictus clericus degradatus ſeu diffidatus ab omnibus offendi, & ſic quòd tollat ſolum canonem. *ſi quis ſuadente diabolo.* quod eſt de iure poſitiuo, & illud Papa poteſt tollere ex cauſa in aliquo caſu, prout concludit Fel. latè poſt multos *in d. c. 2. de maior. & obed.* præſertim quia dictum capitulum fuit factum in concilio generali, vt patet in ſupraſcriptione *dicti cap.* dum dicitur, Innocen. 4. *in Concilio generali Lugdunenſi*, faciunt quæ dicuntur, per Fel. & alios *in d. c. eccleſia S. Mariæ. colum. 2.* & ſi bene videatur nõ datur poteſtas iudici ſeculari iudicandi de dicto clerico in caſu dicti capituli, quia iam eſt iudicatus, & ideò non videtur tollere priuilegium fori ſolùm per dictam diffidationem datur facultas illũ occidendi. Sic quando traditur curię ſeculari: ſed punitur vt patet *in d. c. nouimus. & ſimilib. ſupra allegatis.*

102 ¶ † Accedit ad prędicta quia in multis iuribus eſt expreſſum & declaratum per Pontifices, in quibus caſibus non gaudent clerici priuilegio clericali: tam reſpectu fori, quàm canonis de primo patet *in c. 1. de cler. coniug. lib. 6. c. contingit. el 2. de ſentent. excom.* latè tradunt aliqui repetentes *in clem. 1. de offic. ord.* de ſecũdo *in c. ſi vero. & c. perpendimus. de ſent. excom.* nec etiam eſſet incõueniens vt iudex ſecularis cognoſceret de clerico in aliquo caſu, & ſic quòd in caſu aſſaſſinatus illud fieret de mandato Papę

103 nam Papa Gregor. commiſit cauſam clericorum † ſimoniacorum duobus ducibus ſecularibus *in c. præter. §. verum. 32. diſt. cap. memoriã. 2. q. 4.* vbi Papa commiſerat cuidam Reginæ Francorum cauſſam ſpiritualem, nec valet, ſi dicatur, quòd ſi Papa non poteſt in totum tollere dictum priuilegium fori, ergò nec in partem, & ſic arguatur de toto ad partem *l. quæ de tota. ff. de rei vendicat.*

¶ † Ad hoc dico dando inſtantiam, nam Papa non poſſet vniuerſaliter ſtatuere tollendo decimas, vt nullus ad illarũ ſolutionem teneatur, quia ſunt de iure diuino, & illas Deus ſibi reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominij *ca. tua nobis. de decimis*, poſſet tamen ex cauſſa aliquibus etiam laicis remittere, vt illas non ſoluant. gloſſ. eſt notabilis *in verbo, exemptus, in capitulo, à nobis. eodem tit.* & ita Dom. Abbas poſt Innocent. *in cap. quanto, de iureiurand.* & Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. ſequuntur *in dicto cap. à nobis.* 104

¶ † Inſuper Papa non poſſet vniuerſaliter diſpenſare, vt clericus beneficiatus, vel in ſacris conſtitutus, ſeu religioſus non teneatur dicere officium, quia ſcriptum eſt in Pſal. 97. *Septies in die laudem dixi tibi.* refertur *in c. 1. de celebr. Miſſar.* Papa tamen diſpenſare poſſet in parte, quia alia ratio eſt in toto, & alia in parte, quia ipſum diuinum officium generaliter ſumptum, eſt de iure diuino, contra quod Papa non diſpenſat, ſecùs in diſtinct. & mutatione officij, quia illud eſt de iure humano, quod Papa poteſt mutare. facit *c. propoſuit. de præb.* tradit Abb. *in d. ca. 1. col. 2.* Card. *in clem. 2. de celebr. Miſſ.* & ſic ſufficit dare inſtantiam, vt argumentum tollatur, gloſſ. *in c. ſicut vrgeri. 1. q. 1.* facit *l. ſi creditori. ff. de nou. oper. nunc.* 105

¶ Sed in veritate hæc vltima inſtantia friuola ſatis eſt, quia ſi illa ratio eſt bona, quia eſt de iure diuino, de cãtatio horarum, per dictum Pſalmiſtæ ſupra allegatum ſequeretur, quòd Papa nullum poſſet diſpenſare à matutinis vigilijſque, & cæteris, quia etiam dicitur in Pſal. 118. *Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi.* 106 † Vnde dici poteſt, quòd non dicuntur eſſe de iure diuino omnia quæ leguntur facta in ſacra ſcriptura: alioquin teneremur pugnare cum Golia, & beſtijs, vt fecit Dauid, prout refert Silueſter *in ſua ſumma.* Sed ſolùm ea, quæ ibi fieri præcipiuntur præcepto morali non iudiciali, nec cærimoniali, vt dicit S. Thom. *in 1. 2. q. 103.*

¶ † Vnde melius Laur. & Ioan. de Lign. dicunt, ſcilicer, quòd Papa hoc poſſet, licet non poſſit facere, quin clericus non teneatur ad recompenſandum benefactoribus, ſi eſt beneficiatꝰ vel ſaltem regratiandum Deo, ſi non eſt beneficiatus per aliquod indeterminatum, & voluntariũ, quia hoc eſt de iure naturali, & ſic quod non teneatur orare eſt contra ius diuinum, ideò non poteſt diſpenſare. Sed quod hoc dicere officium eſt, totaliter de iure poſitiuo, ideò tolli per Papam poteſt, facit *d. c. propoſuit, cum vulgaribus.* 107

¶ † Non obſtat quod dictum *c. 1. de celeb. Miſſ.* aſſumit pro fundamento dictam auctoritatem Pſalmiſtæ, ſcilicet, ſepties in die laudem dixi tibi, quia reſpondeo, quod *dict. c.* non innititur illi auctoritati tanquam principio concludenti presbyterum ad illum ſeptenarium numerum horarum, & orationum iure diuino eſſe ſtrictum. Sed tanquam principio ex quo accipit rationem congruitatis, ꝓpter quam ſancti patres conſtituerunt, ſeptem diſtinctis vicibus, per ſeptem horas cannonicas quolibet die à clerico beneficiato religioſo, aut in ſacris conſtituto Deum eſſe laudandum: ſicut *in cap. non debet. de conſang. & affin.* rationem congruitatis prohibitionis matrimonij carnalis vſque ad quartum gradum incluſiuè, & non vltra, Concilium generale accepit ex eo quòd quatuor ſunt humores in corpore, vt patet inſpicienti illum textum. Sic ergò, quando tractatur de poteſtate Papæ, non debemus arguere, Papa non poteſt tollere in totum ius in diuinum, ergo nec in parte, quia de hoc multæ poſſunt dari inſtantiæ quas ponit Fel. *in cap. final. de magiſtris.* 108

¶ † Inde eſt quod quamuis non poſſit Papa determinationes Apoſtolorum tollere, poteſt tamen circa illas diſpenſare, Innoc. & omnes *in cap. ſuper eod. de bigam.* & Dom. & alij *in d. cap. Lector*, Sanctus Thomas *in quolibet 4. art. 13.* vbi concludit Papã diſpenſare poſſe circa bigamiam, vbi bigamus promoueatur, rationibus de quibus ibi per eum, & hæc eſt communis opinio licet magiſter Iacobus Almein. *in tract. de poteſtate eccleſiæ. fol. 19.* aliqualiter obſiſtat. 109

¶ † Et in quantũ dixi, quod Papa ex cauſa in aliquo caſu poſſit tollere canonem, *ſi quis ſuadente diabolo.* per ea quæ dicit Fel. *in d. c. 2. de maior. & obed.* Dom. dicit cõtrarium *in cap. in his. 11. diſt.* quod Papa etiam cum cauſa non poſſet tollere dictum canonem 110

nem, & quod non poſſit aſſignari aliqua cauſa ſufficiens propter quam tolleretur dictus canon, ſequitur Fel. *in d. cap. nulli.* & ſuppoſito quòd hoc dicat Dominicus, cùm in meo libro talia verba non habeam: & dicat ſimpliciter, quòd illum canonem non poſſit tollere Papa: nihilominùs dico, quòd opinio Dominici non placet, quia in iure clarum eſt, quòd Papa tollit dictum canonem in multis caſibus patet, *in c. 1. de vita & honeſtate cleric. ſupra, eod. libr. cap. in audientia. & cap. perpendimus. de ſenten. excom* habetur per Ioan. de Selua. *in tract. de iureiuran. in 4. parte. quaſt. 1.*

111 ¶ † Sic ergò Papa *in d. c. 1. de homicid. lib. 6.* Non tollit ius diuinum, ſed declarat illud in caſu, de quo agitur, non habere locũ, tradunt Doct. *in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* & Ioan. And. *in d. c. à nobis. & c. tua. de decimis*, & per Fel. *in c. quæ in eccleſiarũ. col. 6. cum ſeq. de conſt.* Et per Anton. de Roſellis *in tractat. de poteſtate Papæ in §. poſtquam retulimus. col. 3.*

¶ Secundò non obſtat, quod *in d. c. 1.* non ſunt aliqua inducentia degradationem, actualẽ, ſed verbalem, quia dico quod de hoc ſatis fuit ſupradictum, quæ ſunt illa verba *in d. cap.* quæ vim habent degradationis actualis, nec ſumus in terminis depoſitionis ſimpliciter dictę, nec degradationis, vt pro depoſitione accipiatur, quia tot ſunt verba in dicto capitulo geminatè prolata, quod ſalua ratione recti ſermonis non poſſunt intelligi, niſi de degradatione actuali, vt *ſupra* fuit ponderatum facit q̃d dicit Bartol. *in l. ſi de certa. C. de tranſact.* & ibi moderni *per l. pluribus. ff. de accept.*

112 ¶ † Accedit quia à iure poteſt ſtatui, quòd clericus in aliquo caſu non gaudeat priuilegio clericali, vt dicit Card. *in repet. dicti c. perpendimus. in 13. oppo.* vt dixi *ſupra allegando capit. primum. de vita & honeſt. cler.* cum ſimilib. & tradit Card. Alex. *in c. nulli. 54. diſt.* nec eſt bona conſideratio dicere, depoſitus nõ amittit priuilegium canonis, ergò nec priuilegia fori, quia nos nõ ſumus
113 in materia ſimplicis depoſitionis, ſed ſumus † in caſu degradationis, quia incidẽtes in caſum *dicti c. 1.* ipſo iure degradati ſunt per ſententiam canonis, vt dixi, & hoc caſu degradatus nõ ſolùm perdit priuilegium canonis, quia de iure poſitiuo, vt concluditur per gloſſ. *in d. c. degradatio.* & gloſ. *in c. accedens. 1. diſt.* tradit Card. Alex. *in d. c. nulli. col. 2.* Petr. de Anch. *in cap. coniugit. de ſent. excom. col. fin.* Sed etiam priuilegium fori, vt à iudice ſeculari puniri poſſit, quia exutus omni priuilegio clericali, *d. c. degra-*
114 *datio & d. c. nouimus. de verb. ſignif.* etiam † antequam tradatur iudici ſeculari, quia ad hunc effectum traditio nõ requiritur. Sed ſufficit declaratio, quòd ille eſt degradatus, & ſic exutus dicto priuilegio clericali, & ita concludit Dom. *in d. c. degradatio.* poſt Ioan. de Fantuc. & ſequitur ibi Peruſ. hunc etiam dicit Ioann. And. *in cap. cùm non ab homine*, quòd ſi clericus depoſitus incorrigibilis fiat, ſine traditione, & ſine actuali degradatione per iudicem ſecularem puniri poteſt. ſequitur Card. Flor. & refert Andr. Sic. *col. 6.* Aret. & Dec. poſt Abb. idem tenent *in d. cap. cùm non ab homine.* ſeruata tamen illa ſolemnitate trium graduum, vt vbi refert Abbas.

115 ¶ † Ex quo ſequitur, quòd dictum Ant. de Butr. *in c. at ſi clerici. §. de adult. col. 1. verſ. venio ad tertium.* debet intelligi quando epiſcopus ſolùm vtitur verbo degradationis, dicendo, degradamus te, & nihil aliud dicit abſente iudice ſeculari, vt ipſe ad literam dicit, tunc degradatus non cenſetur de foro ſeculari: ſecùs ſi præſente dicto iudice ſeculari: quia tunc traditus cenſetur, *per cap. nouimus. de verb. ſign.* Subdit tamen idem Ant. de Bu. quòd ſi Epiſcopus dicat, degradamus te, & eximimus te omni priuilegio clericali, tunc traditus cenſetur, *vt in d. c. degradatio. in fin. de pœn. lib. 6.* Et ſic eſt in hoc caſu, quia per dicta verba appoſita *in d. c. vt ſup.* probatum fuit efficaciter cenſetur exutus omni priuilegio clericali, nec alia ſententia requiritur, meritò pro tradito habetur, & ex conſequenti perdit priuilegium canonis & fori auctoritate dicti canonis conciliaris.

116 ¶ † Et idem Anton. de Butrio, *in d. cap. cùm non ab homine, colum. 1. in vlt. notab.* dicit depoſitum ſecuta irregularitate eſſe de foro ſeculari abſque aliqua traditione, ſequitur Franc. de Aretio *in dicto cap. cùm non ab homine. colum. 4. verſ. Sed hic quæritur. argum l. 2. §. miles. ff. de infam.* faciunt ad prædicta quæ dicunt Antonius de Butrio, & Abbas *in dicto. capit. nouimus. de verborum ſignif.*

¶ Præterea dato quòd dicta degradatio deberet fieri præſente iudice ſeculari, vt videtur innuere tex. *in d. c. nouimus*, dico illud eſſe quando degradatio fit ab homine, vt ibi. Secùs ſi à iure vt *in d. c. 1. de homic. lib. 6.* vbi reus criminis, de quo ibi, reputatur à iure, & concilio pro realiter degradato, vt poſſit capi, & puniri per ſecularem iudicem, vt dicebat Ioan. Lup. *in tract. de libere. eccleſ. q. 9.* & lex ſemper loquitur omnibus iudicibus, tã ſæcularibus quàm eccleſiaſticis *l. Ariani. C. de heret.* & ſic non obſtat tertium argumentum.

¶ Non obſtat vltimò, q̃d per dictam ſententiam diſſidationis non perdatur priuilegium alteri competens, & illud quod competit de iure diuino. quia reſpondeo, q̃ clericus licet non poſſit renunciare priuilegio fori, vt in iuribus in cõtrarium allegatis, poteſt tamen ex iuris diſpoſitione perdere dictum priuilegium, & ſic poteſt tacitè, q̃d non expreſsè. tradit Card. Flo. *in c. perpendimus. col. 1. verſ. Oppono decimotertiò.* Dicit etiam ibi gl. 3. *in dicto capit. perpendimus.* q̃d licet renunciare non poſſit clericus ſuo foro, poteſt illud perdere delinquendo, ſcilicet, apoſtatando, ab habitu poſt trinã monitionem, ſi eſt clericus ſimplex, *c. contingit. el 2. c. in audientia. de ſent. excom.* vel immiſcendo ſe enormitatibus, *d. c. perpendimus. c. cùm non ab homine. §. 1. de ſent. excom.* quia ipſe ſe priuat. *c. fin. de vita & honeſtat. cler.* & etiam ſine monitione non gaudet priuilegio clericali, quando non defert habitum vel tonſuram, *capit. 1. de cleric. coniugat. libr. 6.* Hæc enim fiunt auctoritate canonis facti à ſummo Pontifice, qui licet in totum non poſſit tollere priuilegium fori, quia de iure Diuino per allegata ſupra, poteſt tamen hoc ex parte, vt tradit Felin. poſt alios *in dicto cap. ſi diligenti. de foro compet. colum. 5. verſ. Quinto fallit.* 118

¶ † Hinc eſt, quòd ſunt vltra triginta caſus, in quibus clericus poteſt coram iudice ſeculari conueniri, quos ponit Maria. Socin. *in capit. 1. de foro compet. col. 12. verſ. 25. declaratio.* de quibus meminit Felin. *in c. verum. col. 3. de foro compet.* Et ad prædicta facit, quæ dicit Alex. de Imol. *in conſil. 8. incip. videtur ſuper 1. dubio. libr. 1.* & quomodo, & quando clericus apoſtatando ſeu delinquendo amittat priuilegium clericale, perpulchrè tradit Henricus Bohic. *in capitulo, ex litteris. de vita & honeſtate cleric. in 3. diſtinct.* 119

¶ † Nec ea quæ dicit Bart. *in dicta diſputatione, & in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dim.* faciunt ad caſum, quia nõ loquitur in diſſidatis, & in his, qui priuantur dictis priuilegijs auctoritate iuris, vt eſt in noſtro [illegible]. Ibi enim deficit poteſtas ex parte bannientis, hic verò plena eſt poteſtas ex parte ſummi Pontificis priuantis dictos clericos ex prædictis cauſis. Pariq; modo dicendum eſt ad ea, quæ notantur *d. l. 1. C. de hæred. inſti.* quia ratio ibi traditur. Nam iura naturalia & iuris gẽtium ideò non auferuntur deportatis eo, quòd ſuperiora ſunt ad ipſum bannientem, ſeu ad ius ciuile, ergò econtrario, ſi circa illa poſſet banniens diſponere, & diſponeret, vtique ab illis cenſeretur bannitus excluſus. Ita tradunt moderni, *in d. l. 1.* & licet ea quæ ſunt de iure naturali non poſſunt tolli, ſeu mutari in totũ, poſſunt tamẽ in aliqua ſui parte mutari ſeu modificari, & ſic quod non poteſt fieri in ſui generalitate, poteſt fieri in aliqua ſui ſpecie, probatur *in c. verum, de conuerſ. coniug. c. commiſſum. de deſponſ. impuber.* vt patet in decimis, emancipatione, & ſeruitute, vt expreſsè tenet gloſſ. *in c. à nobis, de decimis.* Ang. Aret. *in §. ſed naturalia. Inſt. de iure natur.*

¶ Et prædicta maximè habent locum in ſummo Pontifice, qui eſt aſſumptus in plenitudinem poteſtatis, & non eſt q̃ dicat cur ita facis, vt latè dicit And. Sic. *in conſ. 1. in 16. col. verſic. Secundò præmitto per totum, lib. 1.* & per Ioannem de Selua *in tracta. de bene. quaſt. 8. quartæ partis*, & ſic nõn obſtat quartum & quintum fundamentum.

¶ † Adde tamen pro intellectu *d. c. 1. de homi.* quòd non videtur habere locum in faciente, ſed in mandante. Et fortè multi in hoc errarent vt ponderat Franc. de Aret. *in conſ. 164. inci. ſicut Ioannes dicit in Apocal. col. 11. verſ. Tertiò allegant.* 120

¶ In quæſtione Duodecima.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus veniens ad gremium S. Matris eccleſiæ ante teſtium receptionem debet ad veniam admitti.*
2 *Deprehenſus in hæreſi dicitur triplici modo.*
3 *Hæreticus rediens ad gremium eccleſiæ poſt teſtium receptionẽ ante capturam debet ad veniam admitti.*
4 *Gratiæ tempus quod fuit datum ab inquiſitoribus illis, qui apoſtatauerunt*

cauerunt à fide tempore introducta inquiſitionis.

5 *Hæreticus ſi poſt capturam, & publicationem teſtium vult redire, an ſit admittendus ad veniam.*

5 *Mendacio conuictus in multis caſibus in iure perdit multa priuilegia in iure contenta.*

7 *Hæreticus ſi poſt latam ſententiam contra eum, vt hæreticum negatiuum: antequam traderetur curiæ ſeculari voluerit redire, an ſit admittendus ad veniam.*

8 *Criminis notorij reus condemnatur ſine prolatione ſententiæ aliquando.*

9 *Hæretico conuicto per teſtes, & redeunti timore probationum parcendum eſt.*

10 *Epiſcopi, & inquiſitores caueant ne admittant ad veniam non admittendos.*

11 *Ficte & ſimulatè conuerſis non parcatur.*

12 *Verbum continuò, ſtatim, mox, & ſimiles interuallum ſignificant iuxta ſubiectam materiam.*

13 *Sententia ſemel lata contra hæreticum, ſi veniam petat an poſſit reuocari.*

14 *Sententia lata ex probatione priuilegiata poteſt retractari inconſulto Principe.*

15 *Sententia lata contra reum, & apparet illius innocentia ſine vlla tergiuerſatione, an poſſit retractari ſine conſultatione Principis.*

16 *Hæretico reuertenti poſt traditionem iudici ſeculari factam, & receptionem in ſuum forum, non parcitur.*

DVODECIMO, QVÆRO QVANDO dicatur accuſatus de hæreſi in continenti ſeipſum corrigere, vt admittatur ad miſericordiam, & non relinquatur curiæ ſeculari puniendus. Nam in caſu huius capituli, ſi clericus non eſſet in hæreſim relapſus, & petiiſſet veniam eo modo quo decet, non veniſſet relaxandus curiæ ſeculari. In hac quæſtione conſidero plures caſus. Primus caſus eſt quando hæreticus petit veniam ab Epiſcopo vel inquiſitore ante teſtium depoſitionem. Secundus quãdo poſt teſtium depoſitionem ſed ante capturã. Tertius quando poſt capturam & accuſationem fiſcalem: ſed ante publicationem teſtium. Quartus poſt publicationem teſtium, ſed ante ſententiam. Quintus poſt ſentẽtiam, ſed ante relaxationem ſeu traditionem curiæ ſeculari. Sextus quando poſt traditionem, ſed antequam recipiat iudex ſecularis in ſuum forum. Septimus quando poſt receptionem in ſuum forum, ſed ante executionem.

1 ¶† In primo caſu dicendum eſt, quòd ſine dubio debet admitti veniens ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ ante teſtium depoſitionem, tex. eſt *in c. ad abolendam.* § 1. *verſ. Niſi continuò poſt deprehenſionem. de hæret.* quod verbum, poſt deprehenſionem, intelligi poteſt tripliciter, ſcilicet, poſtquam fuerit deprehenſus per rei euidentiam, aut per teſtes, aut per propriam confeſſionem. Nam hoc triplici modo, quis in hæreſi deprehẽditur, vt dicit gloſſ. notabilis *in dicto cap. ad abolendam, in princ. in verbo deprehenſi,* cum qua ibi ſine reprehenſione tranſeunt Doctores quia eſt caſus *in cap. ſuper quibuſdam. in princ. de verborum ſign. cap. cum dilecta. de reſcript.* Si ergo veniens ſtatim poſt deprehenſionẽ altero de prædictis modis captam admittitur ad veniam, multò magis admitti debet, quando ante teſtium depoſitionem venit ſua ſponte ad Eccleſiæ gremium ſuum crimen detecturus. *l. fin. colum. fin. verſic. Sed quia. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & melius reputatur in tempore occurrere, quam poſt vulneratam cauſſam remedium quærere. *l. 1. C. quando liceat vnicuique.* Et ſic propriè videtur loqui tex. *in cap. vt officium.* § *ſi verò. in verbo. voluerit, in eodem tit.* & quamuis iſtis fuerit gratia conceſſa, vt infra certum tẽpus veniant: & ſic quòd moniti ſint: nihilominus ſponte venire dicuntur: poſtquam enim non ſunt præuenti coacti, dici non poſſunt: pro quo facit. *l. 2.* § *ſi mater, verſ. quid ergo. ff. ad ſenatuſconſult. Tertullia.* Ita concludit Archi. *in cap. vt commiſſi. in verbo. obedientes. ſupra eodem.* & optimè facit *l. edicto. in princip. ff. de iure fiſc. l. quiſquis, verſ. ſanè. C. ad l. Iuliam maieſtatis.* Et in hoc reſident Ioan. Andr. Dom. Petrus de Ancharan. & Franc. *in dict. capit. vt commiſſi* Abbas, & Ioan. de Ana. *in capit. excommunicamus, primò, colum. 2. de hæret.* & iſte caſus non videtur habere difficultatem: & etiam tradit Hoſtienſ. *in titulo, de hæret.* § *qualiter deprehendantur, verſ. aduerte tamen,* vbi dicit, quòd multò fortius debet iudex admittere ad miſericordiam quãdo voluntarius accedit ad veniam.

¶† Secundo caſu, quando poſt teſtium receptionem ſed ante capturam, dic idem vt in primo caſu, ſcilicet, q̃d admittẽdus eſt ad veniam, quia poſtquam res eſt integra, cùm perſonaliter non ſit requiſitus; licet teſtes contra eum recepti ſunt ipſo neſciente, licet poſt tempus gratiæ veniat, non eſt venia negãda. Hoc tenet Archi & prædicti Doctores hoc ſequentes *in d. c. vt commiſſi.* per tex. *in l. mancipiorum. ff. de opt. lega.* cuius intellectum tradit Old. *in conſ. 3. incip. cùm cauſa electionis.* & Franc. de Aret. *in conſ. 94 incip. Reſpondeo breuiter. col. fin.* & ad hoc iura loquentia de purgatione moræ re integra, applicari poſſunt, vt tradunt Doctores *in l. & ſi poſt tres. in princ. ff. ſi quis cautio.* & per concluſiones, & quæſtiones copioſè explicat Sal. in repetitione *l. ſemel mora. ff. ſol. matr.* Et pro hoc allegat Dom. *in d. ca. vt commiſſi. tex. in c. ſi tibi abſenti. de præb. lib. 6.* faciunt etiam ea quę dixi in primo caſu, ponderando verbum, *poſt deprehenſionem,* vbi ſi deprehenſus in hæreſi, vel per teſtes, vel per rei euidentiam, ſi continuò venerit, admitti debet, per *d. c. ad abolendam.* § 1. multò magis quando ſolùm fuit denunciatus à teſtibus, & non captus: vt in hoc caſu. 2

¶† Tertio caſu, quando poſt capturam, ſed ante publicationem teſtium redit. Dico, q̃d Arch. *in d. c. vt commiſſi. in verbo, obedientes,* manifeſtè ſentit (licet tota eius lectura ſuper Sexto ſit corrupta vitio impreſſorum) q̃d talis accuſatus, ſi poſt tempus gratiæ, perſonaliter requiſitus, non auditur, quamuis errores ſuos detegat, adducit in argum. *c. fin. 24. diſt.* facit *l. fin.* § *domini etiam prædiorum. C. de his, qui latro. occul.* vbi eſt tex. q̃d ſi Domini prædiorum vel ta non obtulerint latrones, in prædio occultatos, vel admoniti exhibere diſtulerint, puniuntur pœna, *de qua ibi.* Et cum hac opin. Arch. tranſeunt Ioan. And. Pet. de Ancha. Domin. & Franc. 3

¶† Et quod dixi *ſup.* in caſu præcedenti, & hic, de tẽpore gratiæ, alludit Arch. ad conſuetudinem, quam inquiſitores hæreticæ prauitatis obſeruare conſueuerunt: & noſtris temporibus obſeruatum fuit per inquiſitores tempore nouæ introductionis, ſeu renouationis officij inquiſitionis. Nam in ſermonibus habitis ad populum de fide, admonuerunt omnes hæreticos, vt recognoſcerent errorem ſuum, ad fidem Catholicam ſe conuertẽtes: & præfixerunt terminum, infra quem culpabiles potuiſſent venire, confitentes hæreſes commiſſas cum detectione complicum, tam mortuorum, quàm viuorum. Et huiuſmodi venientes eſſent immunes à pœna corporali, & confiſcatione bonorum. Et reconciliarentur vnitati ſanctæ matris Eccleſiæ, & hoc fuit appellatum tempus gratiæ: & aliquibus annis, poſt tempus gratiæ forſan duobus, cùm multi ex hæreticis confeſſi fuiſſent iudicialiter coram inquiſitoribus aliquos errores, ſed non omnes, pluresq; complices fuiſſent ſuppreſſi, & fieret dura inquiſitio (vt decebat) contra dictos hæreticos, ſeu apoſtatas, tunc ad perſuaſionem cuiuſdam magni Rabini, videntes afflictionem poſitam contra eos, omnes ferè apoſtatæ congregauerunt ſe, & venerunt ad palatium inquiſitorũ cum magnis clamoribus, & lachrymis, vt iam veris, petentes miſericordiam. 4

¶ Et tunc factis, ſeu additis nouis confeſſionibus per dictos apoſtatas, de mãdato Domini Inquiſitoris generalis cum conſenſu inclytæ memoriæ Ferdinandi Hiſpaniarum inuictiſſimi Regis, fuerunt admiſſi ad miſericordiam, cum modica compoſitione pecuniæ pro bonis per eos poſſeſſis, quæ erant ipſo iure confiſcata regijs ærarijs. Et iſtud tempus fuit appellatum tẽpus miſericordiæ. Et hæc euenerunt in hac noſtra ciuitate Regni Maioricarum, videlicet, tẽpus gratiæ. Anno Domini 1488. Et tempus miſericordiæ in Anno 1490. quo tempore ego erã ætatis 10. annorum. Et nihilominus parum profuerunt gratia, & miſericordia: quia ab illis temporibus vſque ad hæc noſtra tempora Anni 1524. nunc currentis, nunquam ceſſauit inquiſitio contra illos, pluresq; fuerunt traditi curiæ ſeculari, & quãplurimi ad verecundiam poſiti, & carceribus perpetuis mancipati, bonis illorum confiſcatis: & nunquam ſe emendare voluerunt. Et bene prophetauit de eis Hieremias. 8. *capitulo, non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem, in peius operati ſunt, quam patres eorum.* Et Eſa. 29. c. *prophetauit eorum cæcitatem à Deo infligendam populo Iudaico, dicens. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis: & claudet oculos veſtros: Prophetas, ſcilicet, falſos, & Principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.* Sic ergo illud tempus gratię non eſt de iure communi, ſed conſuetudine introductum.

Et licet hæc opin. Arch. & ſequacium ſatis poſſet iuribus, & rationibus comprobari: nihilominus tamen generalis eſt conſuetudo officij, vt tales ad miſericordiam admittantur, p rationes dictas in primo caſu: & ſignanter *per c. ad abolendã. §. 1. de hæret.* in quo hæretici recipiuntur ad miſericordiam poſt deprehenſionem erroris: & ſolùm ipſis relapſis cenſetur denegatus reditus, non autem alijs, *c. ſuper eo. inf. eodem.* Per quæ patet ſolutio ad contrària. & latius *inf. dicã. in 5. caſu*, vbi reſpondebo contrarijs, in quibus fundatur opinio Arch. & ſequacium. Quarto

5 † caſu, quando poſt publicationem teſtium, ſed ante ſententiã. In quo Arch. ſententia ſatis ex p̃miſſis colligitur: vt ſi ante publicationem teſtium cenſet non admittendum: multò minus, quando poſt illorum publicationem: cum hic maior contumacia appareat, ideò magis veniat arguendus *argum. c. quoniam frequenter. in fin. vt lit. non cont. l. relegati ff. de pœn.* Et dicit Zenzell. *in clem. ad noſtram col. fin. de hæret.* quòd accuſatus de hæreſi, poteſt ſe corrigere, quamdiu tractus non eſt corã inquiſitore: vel tractus, ſi ſponte vult confiteri, & corrigi: ſecùs ſi neget, & ſe conuinci patiatur: quia tunc pertinax cenſetur: & licet tales habeantur pro hæreticis, non tamen pro relapſis. *c. ſuper eod. & c. accuſatus, inf. eod.* ſequitur Card. *in d. Clem. ad noſtram. § pen. q. 2.* Et ſic ſentiunt, quòd non admittantur ad veniam poſt publicationem teſtium.

6 § † Et pro hoc facit. quòd qui conuictus eſt per teſtes, nõ poteſt opponere de debito illiquido, compẽſationem: ſecùs ſi eſt per confeſſionem. gloſſ. eſt not. *in verbo conuicta. in l. fin. C. de cõpenſ.* quam Bal. *ibi* ſequitur *in 3. oppo.* & Sal. poſt Cyn. *in 9. q.* eſt alia gloſſa *in l. nemo ex his ff. de reg. iur. arg. l. eum qui. verſ. abunde. ff. de iureiur.* C. epol. *in cautela 83. incip. ſicut quod vulgariter dicitur.* Abb. *in c. fin. de depoſ. & in c. cùm to. xnis in 3. not. de fide inſtrum.* D. Iaſ. *in §. in bonæ fidei. col. 14. Inſtit. de actio.* Multa quidem remedia à iure ſunt inuenta contra negantes, ſi de mendacio conuincantur; quæ huic caſui applicari poſſunt. vt quis perdat priuilegia à lege conceſſa, hæres enim ex ſemiſſe, ſi dixerit ſe hæredẽ ex quadrante, & fuerit de mendacio conuictus. in ſolidum conuenitur. *l. de ætate. §. ſi quis ff. 1. & §. qui tacuit. ff. de interrog. act.* licet hæredes debeant conueniri *ex l. 12. tabularũ*, pro hæreditatis portionibus. *l. 2. C. de hæred. actio.* & multa his ſimilia aggregauit D. Iaſ. *in l. quod te. in 11. col. & l. naturam. ff. ſi cert. pet. & in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de actio in 9. col.* eleganter Bal. *in l. contra negantem C. ad l. Aquil.* D. Iaſ. *in l. fin col. 1. C. de fideicommiſſ. & in l. 1. C. de tranſactio. colum. 3.* Et alias conſului in cauſa patris mei, quòd ille fuit conuentus tanquam hæres, negauit ſe eſſe hæredem, & poſtea conuictus de mendacio, quòd eſſet hæres, non potuit opponere, ne conueniretur vltra vires hæreditarias, propter beneficium inuentarij, quod confecerat, & ita fuit iudicatum. Et incipit conſilium, in lite, & cauſa, quæ vertuntur inter magnificum Dom. Bernardum Albertinum Domicellum, genitorem meum ex vna.

§ Nihilominus practica generalis Inquiſitorũ eſt, vt admittantur ad veniam, & fundantur *in ſæpè allegato capitulo, ad abolendam. de hæretic. in verbo illo, poſt deprehenſionem.* ponderando, vt dixi *ſupra*, in primo caſu, & dicam latiùs in ſequenti cauſa.

7 § † Quinto caſu, quando poſt ſententiam, ſed ante relaxationem, ſeu traditionem curiæ ſeculari, Et licet iſte caſus videatur quaſi impoſſibilis, attenta practica Inquiſitorum, quia in eadẽ ſententia, in qua declaratur reus hæreticus negatiuus, vel relapſus, & ſic relaxandus curiæ ſeculari, traditur ipſi iudici ſæculari ibi præſenti. Et ſic videtur quaſi impoſſibile, quòd detur interuallum aliquod temporis inter dictam ſententiam, & relaxationem, in quo poſſit reus ſe ſubijcere eccleſiæ, & veniam de commiſſis criminibus petere, tamen dici poteſt dictum caſum eſſe poſſibilem, duobus modis pro nunc conſideratis. Primus eſt, vt dictus reus interrumpat promulgatorem ſententię antequam veniat ad verba relaxationis, & veniam petat. Alter eſt, vt ipſe reus veniam petat, poſtquam citatus eſt ad audiendam ſententiam, & videat ſe indutum veſte relaxandi hæretici, ſitque in loco deputato ad audiendam ſententiam ſuę condemnationis, & relaxationis (loquor ſecũdùm practicã, quæ obſeruatur in his.) Et hoc tempus poſt ſententiam dici poteſt, ex quo indubitabili veſtis ſigno videt ſe relaxandum, & in hoc caſu dico, quòd etiam huic petenti veniam non ſunt claudenda viſcera miſericordiæ. Nam dicit Abb. *in c. excommunicamus, el 1. in 2. col.* quòd Ioan. And. ibi in quadam apoſtilla, quam ego non vidi, ſentit, quòd hæretici ſunt tradendi, niſi velint redire ad fidem. Sentit etiam, quòd nedum ante dãnationem de hæreſi, ſed etiam poſt ſententiam poſſunt redire ad fidem, & euadere pœnam relaxationis. Et dicit gloſſ. *in verb. deprehenſi.* relata ad tex. *in c. pen. de hæret.* deprehenſi publicè, vel etiam condemnati, referendo ad tex. ſi redire voluerint ad agendam pœnitẽtiam condignam, in perpetuos carceres detrudantur. Et hanc gloſſ. ſequuntur ibi Card. Ant. de But. Abb. & Ioan. de Ana. licet idem Ant. de But. *in 4. notab.* ibi ſentiat, quòd ex quo tex. dat facultatem hæretico redeunti ad eccleſiam poſt deprehenſionem, quòd è contrario videtur denegare poſt condemnationẽ. Sed hoc non videtur rationabile, quia magis dicitur deprehenſus, qui eſt condemnatus, quam qui eſt conuictus. Patet, quia ſententia tranſit in rem notoriam, *c. veſtra. & c. fin. de cohab. cleri. & mulier.* & huiuſmodi ſententia tranſit in rem iudicatam, quæ appellari non poteſt. *c. vt inquiſitionis. § 1. infr. eod.* & res iudicata dicitur, quando appellari non poteſt, vt notatur per gl. *in verbo innouata. in c. non ſolum. de appell. lib. 6.* Bart. *in rubr. de re iud. cum ſimil.* vt tradit Dominus Dec. *in l. res iudicata. ff. de regulis iuris.* Nec bene argumentum à contrario colligitur, videlicet, poſt deprehenſionem, ergo non poſt condemnationem, quia deprehenſus in crimine dicitur, qui eſt de illo condemnatus, vt gloſ. ſatis manifeſtè ſentit *in d. c. pen. in verb. deprehenſi. & probatur in l. 1. C. de pet. bonor. ſublat. lib. 10. in verb. deprehẽſus & punitus.* Nam vt ſequatur punitio, neceſſarium eſt, vt præcedat ſententia regulariter, & ſic verbum, deprehenſum, per ſententiã intelligi debet, vt probatur in multis legibus poſitis *in titulo. C. de pœnis,* vbi ſententia præcedit executionem, *l. qui ſententiam. l. procurator. & l. ſeruo. cum cæteris. C. de pœnis.* etiam in crimine hæreſis. *capit. cùm ſecundùm leges. §. confiſcationis. infra eod.*

§ † Licet aliquando, quando crimen eſt factum notoriũ per 8
deprehenſionem rei factã in fragranti crimine, poteſt fieri punitio extraordinaria, ſine alia cauſæ cognitione, & ſententiæ diffinitiuæ prolatione, prout gloſſ. voluit *in l. ictus fuſtiũ. ff. de infam.* & ſequitur Ioan. de Platea *in d. l. 1. C. de pet. bonor. ſublatis lib. 10.* Inde dicebat Bal. *in l. executorem. in 10. col. C. de execut. rei iudi.* quod nõ debet dari defenſio, cùm quis de facie ad faciem deprehenditur in delicto. allegat *l. capite. 5. & l. an crimine. ff. de adulter.*

§ Sic ergò deprehenſus verificatur, quando per ſententiam eſt manifeſtum delictum, per prædicta, & Abb. *in d. c. excommunicamus. col. 2.* dicit hanc opinionem eſſe mitiorem, & ſic tenendam. & allegat *c. accuſatus. inf. eod. tit. in princ.* vbi duntaxat relapſis non parcitur, ſemel ergò lapſis, licet condemnatis, parcẽdum eſt, ex quo volunt ad fidem redire. Sed hoc melius probatur *in c. ſuper eod. inf. eod. tit.* facit *c. odia. & c. in pœnis. de reg. iur. lib. 6.* Et melius, quàm alibi, probatur *in ca. vt officium. § ſi verò aliquis. infra eodem.* vbi parcitur hæretico venienti, & abiurare volenti, nec facit differentiam inter conuictum, aut condemnatum.

§ Et quamuis Abb. *in d. c. excommunicamus.* alleget Archi. pro hac parte *in d. c. vt commiſſi.* nihil facit ad caſum, quinimmò potius in contrarium facit, prout ſupra ponderauimus præcedentibus caſibus. Dicit etiam Epiſcopus ſcyllacen. *in tract. de fide Cathol. contra hæret. capit. 28.* quod ſi ſtatim poſt condemnationem hæreticus reuertatur ad fidem, & pœniteat, quòd tunc epiſcopus, & Inquiſitor poſſunt illum reconciliare eccleſiæ, & parcere ſibi vitam, & tradere carceri perpetuo. Secus ſi ex interuallo reuertatur poſt ſententiam, quia tunc non reconciliatur ſine auctoritate Papæ, ſecundùm Doct. *in d. c. excommunicamus. § 1. & § 2.* quos ego non inuenio. & dicit eſſe argumentum *in d. c. excommunicamus. § ſanè.*

§ Et pro hoc etiam adducitur quod dicit And. de Iſern. *in §. Gazaros. verſ. ſatisfactionem. & in § quocunque nomine. poſito in tit. de ſtatutis contra libert. eccleſiæ latis. in lib. feudorum. quod c. pen. § fin. de hæret.* intelligitur, quando hæreticus erat iam damnatus, & q detrudatur in carcerem perpetuum, & ſic poſt ſententiam admittitur ad miſericordiam.

§ Et dicit Hoſt. *in c. adhæc. de ſim.* quod ſi quis timore probationum confiteatur in aliquo, parcendum eſt ſibi, licet non in totum, & erit arbitrarium, quanta pars pœnæ indulgeatur, *arg. c. fin. de tranſact.* Nam in confeſſis miſericorditer agendum eſt, & licet teſtes non potuerit reprobare, ſeu repellere, nõ ideò magis apud Deũ reus eſt: qui omnes videt, poſſet enim eſſe, quòd teſtes vera non dixerint, nec potuerint nomina teſtium diuinare, 9

nare, his præſertim temporibus, quãdo indiſtinctè nomina teſtium ſupprimuntur ex ſpeciali ordinatione Inquiſitorum, licet de iure communi fiat diſtinctio *in c. fin. inf. eod.* Vnde in dubijs benignam partem interpretamur, quia ſanctius eſt nocentem relinquere, quàm innocentem condemnare vltimo ſupplicio. Sic dicebat Andr. de Iſern. *in d. §. Gazaros.* facit *l. abſentem in princ. ff. de pœnis.*

¶ Hinc Ioan. de Ana. *in d. c. excommunicamus, el 1. col. 3.* veniebat in hanc conſiderationem, quod aut quis eſt conuictus, & cõdemnatus per iudicem; & tunc poteſt redire in continenti poſt ſententiam; & ſi ſic intelligitur tex. *in d. c. ad abolendam.* Aut eſt dãnatus à iure tanquam indubitatus hæreticus; & tunc non poteſt. Ita propriè loquitur *d. cap. excommunicamus, in princ.* Et ratio diuerſitatis eſt, quia damnatio, quæ fit à lege, eſt maioris effectus, quam illa quæ fit ab homine, not. *in c. ſi diligenti. de for. cõp.* Et hæc opinio eſt mitior, ideò tenenda, vt dicit Abb. *in dict. ca. excommunicamus, el 1. col. 2.* quam intelligo habere locum in lapſis, non autem in relapſis. Nam iſti quantumcunque veniã petant, denegata audientia, debent tradi curiæ ſeculari, *c. ad abolendam. §. illos, de hæret. cap. ſuper eod. infra eod.* Papa tamen, ſi vellet poſſet parcere hæretico relapſo, nam quoad eum omnis pœna eſt arbitraria, quia eius arbitrium ſumitur ex motu cœleſti, ſecus in inferioribus, vt dicit Bal. *in l. cunctos populos. col. 5. C. de ſumma Trinitat.*

10 ¶ † Aduertendum eſt autem, & ſolerter prouidendum à Dominis epiſcopis, & Inquiſitoribus, ne huiuſmodi redeuntes ad gremium eccleſię, fictè veniant, eoſdem epiſcopos, & Inquiſitores, vel potius ſeipſos, fallentes ſub ſpecie agni, lupum gerẽtes, vt dicit tex. *in c. vt officium. § ſi verò illius. infr. eod. tit.* Vnde pẽſandum eſt, quibus lachrymis, & ſingultibus, errores ſuos deteſtentur, ſi puro corde confitentur, non ſolum ea de quibus accuſantur, ſed etiam alia crimina, de quibus non eſt aliquid deductum in iudicio, & etiam cum quibus complicibus ea cõmiſerint, & ſi perſonas caras, & multũ dilectas detegit, vt ſunt pater, mater, fratres, ſorores, & alij beneuoli, & ſi geminatis vicibus hoc petant, ex his enim omnibus, & alijs, de quibus regula certa dari non poteſt, poterit colligi an benè, vel male veniant, adeò, quòd circa hoc verſatur arbitrium Inquiſitoris, tam per inſtructionem officij 12. *Incip. Item que como vel reo. (edita in ciuitate Hyſpalen.* vbi dicitur, quòd ſi reus petat veniã de ſuis erroribus, facta publicatione teſtium vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, admittendus eſt ad veniam, ſi de eius conuerſatione habetur bona ſpes, quòd non ſit ficta, aut ſimulata, aliàs tanquam hæreticus relaxandus eſt ex curia ſeculari,) quã etiam de iure, per prædicta, facit *l. de minore. § plurimum ff. de quæſtionib.* Nam ſicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita ſimulata Deum irritat, quia ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum. *c. inter hæc hircum. §. 2. de pœn. diſt. 3.* & qui ſimulatione pœnitentiæ aut affectione honoris, à Deo non conſequitur veniam nec ab eccleſia reparationem meretur, *c. ſacerdos. 50. diſt.* Sicq; Inquiſitores ſemper debent habere ante oculos illum verſic. prouiſo. ſolerter poſitum *in c. vt officium. § ſi verò infr. eod.* & qui tempore probationum confitetur, non habet meritum. Abb. *in c. at ſi clerici. 2. col. de iudicijs. in princ.*

2 ¶ † Nec obſtat prędictis caſibus, aut aliquibus eorum, tex. *in c. ad ad abolendam. de hæret.* vbi ſatis apertè tex. videtur requirere, quòd deprehenſi in hæreſi, continuò redeat, & ſponte aliàs quod relinquatur arbitrio poteſtatis, & ſic brachio ſæculari, vt dicitur *in præcedẽti verſiculo,* Præſenti nihilominus ordinatione. Sed qui poſt capturam, aut poſt publicationem teſtium, aut poſt latam ſententiam rediens ad eccleſiam petit veniam, non videtur continuò, & ſic incontinenti redire, nec ſponte, ſed timore probationum, & pœnæ iam imminentis.

¶ Ad hoc dico, quòd non debemus ita amarè interpretari, vt Epiſcopus Scyllan. *in tract. de hæret. c. 29.* inquit, vt dicamus, quòd ſtatim facta captura, redeat, ſeu in prima ſeſſione iudicis, id eſt, prima die, qua iudex cœperit eundem examinare, vt prima facie videtur facere ille tex. econtrario, quia ſi ex interuallo, aut timore pœnæ, non videtur audiendus, vt dicit Ant. de But. ibi, ſed ſufficit, quòd nullam dilationem expectet, aut pœnæ impoſitionem, *arg. c. ponderet. 50. diſt.* Et in hoc reſidet Abbas & Ioan. de Ana *in d. c. excommunicamus.* & hoc dicit gloſſ. *in ca. pen. in verbo deprehenſi* cum qua tranſit ibi Ant. de But. & cæteri Doct. vt ſuperius dixi in 5. caſu. Et licet aduerbium, Continuè, appoſitum *in d. ca. ad abolendam,* ſignificet, ſtatim, & incontinenti, vt omnes Doctores ibidẽ ſcribentes interpretantur, & ſatis probatur *in c. cæterum. in verbo, continuò, de reſcrip.* vbi dicit Abb. Panor. quòd ſignificat, ſine temporis interuallo, facit text. *in l. ſtipulatus ſum damnam. ff. de verb. oblig. l. ſancimus. 2. §. 1. C. de admin. tutorum. l. Ariſto. in verbo, continuò. ff. de donat.* Tamẽ ſi ſubiecta materia aliud ſuadet, cum interuallo temporis cõſideratur, vt per gloſſ. & Bart. *in d. l. ſtipulatus ſum damnam ff. de verb. oblig.* per gloſſ. *in l. 3. § in amittenda. ff. de acquir. poſſ.* Verba enim præcita, debent intelligi cum aliquo temperamento iuſtitiæ, vt dicit Bald. *in l. quod dicimus. ff. de ſolut.* quod reputat menti tenendum Bal. *in ca. cùm M. Ferrarien. col. 7. de conſt.* prout latè tradit D. Iaſ. *in d. l. ſtipulatus.* Facit quod dicitur de dictione incontinenti, vt per gloſſ. *in c. an ſit. de appell.* Et quod notatur de dictione, *mox. 20. q. 2. c. 1. cum ſimil.* vt tradit Alex. *in l. in princ. ff. de verb. oblig.* Et de dictione, ſtatim, quæ in alio ſenſu accipitur, *in c. cùm cauſam. in 2. nota. de elect.* Et D. Dec. *in d. c. cæterum* Fel. *in proœm. Decretal.* & per Iaſ. *in l. fructus. ff. ſolut. matr.* Bal. *in c. priuilegia, de pace Conſta.* & Iaſon *in l. naturaliter. § nihil commune. colum. fin. ff. de acquiren. poſſ. ff.* facit *c. fin. de verb. ſign. lib. 6.* & quæ tradit Bart. *in l. ſi quis ita. ff. de condit. & demonſtrat.*

¶ Inſuper non obſtat *c. pen. de hæret.* vbi videtur tex. quòd damnati per ſententiam traduntur curiæ ſeculari, poſtea ſubditur ibi, quod deprehenſi in hæreſi, ſi redire voluerint ad agendam pęnitentiã, perpetuò carceri detruduntur. Sic ergò ponit duos caſus, vnum de condemnatis, alterum de deprehenſis. Ad hoc reſpondeo, quia caſus de condemnatis, vt relaxentur curiæ ſeculari, debet intelligi, niſi veniam petant: nam tunc petendo veniam, vt in hæreſi deprehenſi, & redeuntes, admittendi ſunt vt innuit. *§ ſi qui autem, in eod. tex.* & hoc expreſsè dicit gloſſ. ibi, *in verbo, deprehenſi,* vt intelligatur etiam per ſententiam, quam ipſi ſequuntur Ant. de Butr. Abb. & cæteri. Et hoc ſuadetur ex eodem tex. ibi, ſi qui autem de prædictis, nam inter prædictos computantur damnati, vt *in § præcedenti.*

¶ † Præterea non obſtat, quòd ſententia ſemel lata, non poteſt retractari ſine licentia Principis, etiam prætextu innocentiæ ipſius delati, vt dicit tex. *in l. 1. § fin. ff. de quæſt.* & ibi hoc notat Bart. *in l. moris. §. iſta ferè. & in l. dum fratres. ff. de pœnis.* Feli. tradit *in c. conſanguinei. de re iud.* & Aret. poſt Abbatem, *in c. de his. de accuſ.* Si ergò in caſu hoc, quòd poſtquàm lata eſt ſententia cõtra hæreticum, conuictum, & negatiuum, videtur, quod retractari non poſſit, concedẽdo veniam. Ad hoc facit, quia Inquiſitor functus eſt officio ſuo, *l. Paulus, & l. acta §. de ampliandа. ff. de re iud. c. in literis. de offi. dele.* Ad hoc dico, qđ ſi ad inſtructiones reſpiciamus, hoc clarum eſt, quòd fieri poteſt, vt in allegata inſtructione 13. cui ſtandum eſt, tanquam factæ à ſummo Pontifice, quia lata eſt auctoritate Inquiſitoris generalis ab eodem deputati. *c. per hoc. in fin. infr. eod.* Et ſtatuto ſtamus in ſuo caſu, omiſſo iure communi, vt dicit Bal. *in l. maximum vitium. C. de lib. præt.* Præterea licet regulariter verum ſit, quod ſententia ſemel lata, non poſſit retractari inconſulto Princip: tamen in caſu de quo agimus, retractari poteſt, reconciliando illum Eccleſię, & concedendo eidem veniam. Hoc ſatis probatur: quia ſi pœna, iam illata perpetuũ carceris, mitigari poteſt, & commutari, *ca. vt commiſſi. inf. eod.* multò magis antequam infligatur: nam vbi initium, & extremitates probantur, media probata cenſentur. Bart. *in l. Celſus. col. 3. de vſucap. gloſſ. in c. in die reſurrectionis. de conſe. diſt. 5.* Abb. *in c. accedens, de conuerſ. Coniuga. cum alijs,* vt tradit Fel. *in c. licet cauſam, de probat. col. 6.* Et hoc ſpeciale eſt in crimine hęreſis, vt pœna inflicta minui poſſit: vt dicit gloſſ. *in d. c. vt cõmiſſi. § necnon,* quam ibi ſequuntur omnes, D. Peruſ. & alij.

¶ † Vltimò prædicta regula etiam fallit in caſu, quando ſententia eſt lata ex probatione priuilegiata, vt concludunt Aret. *in d. c. de his.* & Fel. poſt eum. *in d. c. cõſanguinei.* & Ang. *in l. 1. in fin. C. ſententiam reſcindi non poſſe.* Et Hypp. de Marſilijs *in d. §. fin. col. 15.* & ſic eſt in condemnationem hæretici negatiui, qui condẽnatur ex teſtib⁹, quorum nomina ſibi ſunt occulta indiſtinctè hodie per inſtructiones particulares Officij. Vel in caſu *cap. fin. infra eod. Contra cap. qualiter quando. §. debet. de accuſ.* Nam poſſet eſſe, quòd teſtes vera non dicerent, nec potuit illos reprobare quia nomina illorum erant ſibi occulta. Ideò mitior eſt hæc pars, & benignior, & ſanctius eſt nocentem relinquere, quam innocentem condemnare. *l. abſentem. ff. de pœnis.* & in ſimili tangit And. de Iſern. *in §. Gazaros. ver. ſatisfactione, in tit. de ſtatu. contra liber. eccleſiaſtis.* 1

¶ † Non omitto quòd Aret. *in dicto capitulo, de his, in 1. colum.* 15

in limi-

in limitatione 2. de accuſat. dicit, quòd ſi apparet de innocentia rei, puta, quia accuſatus eſt condemnatus, quòd occidit Titiũ & Titius eſt viuus: vel de furto condemnatus, & res repeƟiuntur penes alium, quòd huiuſmodi ſententia retractari poteſt, inconſulto Principe: & quòd inconſulto Principe, intelligatur paret, iſtis primò poſuit regulam, à qua ponuntur tres fallentiæ, quòd in cauſa capitali ſententia reſcindi non poteſt, niſi recurratur ad Principem, *per l. diui fratres. cum alijs ſupra dictis. ff. de pœnis*, & ſic refert Fel. *in d. c. conſanguinei. col. fin. de re iud.* & exceptiò debet eſſe de regula, licet ſit contra regulam, vt tradit Dyn. *in rubr. de regulis iuris. lib. 6.* Ad hoc dico, quod dictum Aretini eſt contra textum ad literam *in d. l. 1. § fin. ff. de quæſtio.* vbi dicit, quòd Principi ſcribere oportet, ſi quãdo ei qui nocens videbatur poſtea ratio innocentiæ conſtiterit, & ibi hoc formaliter notat Bart. dicens. Nota ad illud quod tota die occurrit, ſi aliquis eſt in carceribus condemnatus, & ante executionem ſententiæ conſtat de innocentia, certè poteſtas qui eum condemnauit, non poteſt eum abſoluere. Innoc. *in c. paſtoralis. de offic. deleg.* Bald. *per illum. § fin. in l. addictos. C. de Epiſ. audien.* cum alijs, vt tradunt Moderni *in d. § fin.*

¶ Non obſtat, *c. 2. de purg. c. vulga.* quia illa ſententia fuit retractata de præcepto Pontificis, tanquam ſuperioris, vt requirit tex. *in d. l. 1. § fin.* Nec obſtat *l. vnde Neratius. § fin. ff. ad l. Aqui.* quia ibi non erat latã ſententia condemnatoria per iudicem, ſed erat confeſſiò partis, quæ probato errore, reuocari poteſt, quãuis iurata, vt dicit gloſſ. *in c. ex litteris. de diuortijs.* Bal. *in l. ſiquidem. in fin. C. de excep.* Alexan. *in Rubr. ff. de verborum oblig.* Fel. *in c. nonnulli. 20. col. de reſcrip.* & Bal. *in auth. ut nunc. iubemus. circa medium. Cod. de iud.* & latè tradit Hyppol. de Marſilijs *in dicta l. prima. § final. colum. 19. verſiculo, Sed maius dubium*, & in hoc reſidet Bartol. *in dicta l. abſentem. ff. de pœnis. colum. final.* vbi allegat *dicta l. unde Neratius.*

¶ Et ſic ſit concluſio, quòd ſiue conſtet notoriè de iniquitate ſententiæ, ſiue non eſt retractanda Principe inconſulto. Et propterea dicebat Fel. *in d. c. Conſanguinei. col. fi.* quod in iſto caſu tutius eſt conſulere ſuperiorem, & ibi allegat Sal. *in l. t. 6. col. 6. C. qui accuſari non poſſunt.*

¶ Aduertendum eſt tamen, quòd Dominus Philip. Decius. *in l. & ſi nihil. ff. de regulis iuris.* tenet cum Aretin. *in dicto cap. de his.*

¶ Sexto, & ſeptimo caſu, quando reus petit veniam poſt traditionem factam iudici ſæculari, & poſt receptionem in ſuũ forum: dicendum eſt, non eſſe admittendum dictum reum ad veniam: ita concludit Abbas Panorm. *in cap. excommunicamus. el 2. de hæret.* quem ibi ſequitur Ioan. de Ana. quia de taliter venienti iam non habetur ſpes correctionis, & venia non datur, niſi correcto. *cap. precati venia. d. regulis iuris. libr. 6.* Et poſtquam non eſt ſpes correctionis potius ſequitur rigor, quam miſericordia, *cap. eſt iniuſta. 21. q. 4.* Et potius eſt facta timore mortis dicta confeſſio, quam ſponte. *c. 1. quod metus cauſa.* Et dicit Paul. de Caſtr. *in l. & ſi poſt tres. in princ. colum. fin. verſ. vltimò ad hoc oppono ff. ſi quis cautio*, quod quando executio eſt facta ab homine, vel per legem non habet locum purgatio moræ, per *l. ſi ob rem. ff. de condict. indeb. & l. ſi is qui. ff. de legat. 2.* Hæc enim dicitur executio facta ab Inquiſitore, quando expellit eum à ſuo foro *cap. nouimus de verborum ſignif. cap. Cùm ab homine. de iudicijs*, & dictus reus relaxatus iam non eſt de foro Eccleſiæ, & idcircò Inquiſitor amplius de eo, non ſe intromittet, tanquam de non ſubdito, & extra territorium, *l. final. ff. de iuriſdict. omnium iud.* & reus ſequitur forum ſuum, *cap. Cùm ſit generale. de foro competent. Liuris ordinem. Cod. de iuriſdictione omnium iudicum.* Et Iudex ſæcularis tenetur, velit, nolit, exequi ſententiam Inquiſitoris, & ſtare illius proceſſui, *capitulo, vt inquiſitionis. § prohibemus. infra eodem.* Et latè Moderni, *in legi, magiſtratibus. ff. de iuriſdictione omnium iudicum*, quicquid ibi Bartolus dixerit. Itaque omni deſtitutus eſt adiutorio, & executio eſt contra eum facienda, *iuxta legem 3. C. de apoſta. & dicto capitulo, ad abolendam.*

¶ In quæſtione tertiadecima.

SVMMARIVM.

1 *Delicti tempus, an pœna, ſit attendendum in puniendis reis.*
2 *Laicus poſt delictum ante capturam, & antè præuentam iuriſdictionẽ contra eum, ſi efficiatur clericus, an talis clericatus ſibi proſit ad euadendum iudicium iudicis ſecularis, & n. 3. & eo caſu à iudice ſeculari iudicabitur, & detinebitur, donec actualiter degradetur n. 4. ab ipſo tamen non torquebitur n. 5. ordinaria pœna, non etiam arbitraria punietur n. 6.*
7 *Furioſus factus dum erat in peccato mortali, ſi in furore decedat, damnatur.*
8 *Delicti tempus attenditur, quando pœna imponitur à lege, ſecus ſi ab homine.*
9 *Laicus promotus ad clericatum poſt delictum, indiſtinctè gaudet priuilegio clericali.*
10 *Laicus quando dicatur in fraudem promotus.*
11 *Laici qui efficiuntur de ordine B. Frãciſci tertij ordinis ſeu Bechini ſeu Beguini poſt delictum; talis mutatio habitus eis non prodeſt ad euadendum iudicium ſeculare.*
12 *Milites gaudentes non mutant ſtatum.*
13 *Milites gaudentes, fratres, & ſorores B. Franciſci an gaudeant priuilegio fori.*
14 *Vota tria ſubſtantialia religionis, quæ ſunt.*
15 *Habitus religioſi de militibus gaudentibus, & de tertio ordine ſancti Franciſci non facit ſpirare ſubſtitutionem, ſi deceſſerit ſine liberis.*
16 *Religioſus propriè quis dicatur.*
17 *Laicus præuentus à iudice ſeculari, ſi efficiatur clericus, Clericatus nihil ei prodeſt.*
18 *Fugiens ad corpus Chriſti, ſeu illud recipiens, an gaudeat immunitate.*
19 *Clericus coniugatus, non deferens habitum, & tonſuram, non gaudet priuilegio fori, ſi poſtea reſumat in carcere, hoc non prodeſt ſibi.*
20 *Conſuetudo Ciuitatis de non deferendo habitum, & tonſuram à Clericis coniugatis, excuſat.*
21 *Laicus poſt contractum à ſe factum, ſi efficiatur clericus ſine fraude, conueniendus eſt pro illo contractu coram iudice eccleſiaſtico: & non coram ſeculari.*
22 *Laicus ſi poſt contractũ à ſe factum efficiatur nouitius alicuius religionis an ſit conueniendus coram iudice eccleſiaſtico.*
23 *Laicus ſi poſt contractum iudicium in ciuilibus efficiatur Clericus, conuenitur coram primo iudice, ſcilicet ſeculari.*
24 *Dicito, maximè ponit diuerſitatem caſuum, ſed maiorem rationem in expreſſo.*
25 *Status mutatio, lite pendente, in fraudem facta videtur.*
26 *Laicus ſi ſe obligauit contractui, qui habet vim rei iudicatæ ſecundum formam ſtatuti, & efficiatur Clericus, coram iudice ſeculari conuenitur.*
27 *Guarentigiati inſtrumenti effectus quis ſit & guarentigiare.*
28 *Clericus ſuccedens laico, iudicio inchoato contra laicum, conuenitur coram iudice ſeculari.*
29 *Clericus, qui patitur conueniri coram iudice laico, non opponendo declinatoriam, an gaudeat poſtea priuilegio fori.*
30 *Clericus, ſi poſt delictum amiſit priuilegium Clericale per bigamiam, vel cõtractum matrimonium cum corrupta, an debeat conueniri pro illo delicto coram primo iudice eccleſiaſtico, an coram ſeculari.*
31 *Diuerſitatis ratio, quare laicus effectus Clericus pro delicto ante commiſſo conuenitur coram Epiſcopo ſecundo iudice, & Clericus qui perdit priuilegium, Coram primo iudice, & non coram ſecundo.*
32 *Notarius Clericus, factus bigamus, poteſt conueniri coram epiſcopo de geſtis in Curia epiſcopi.*
33 *Delicti tempus attenditur, quando quis mutat ſtatum in ditte... gius.*
34 *Votum, ſi quis fecit de intrando religionem, poſtea commiſit maleficium, an debeat iudicari ab Epiſcopo, vel à iudice ſeculari.*
35 *Fictio tranſlatiua non retrotrahitur in præiudicium iuris, medio tempore alteri quaſiti.*

¶ DECIMO

1 ¶ DECIMOTERTIO QVÆRO, † An in punitione delicti, ſit attendenda conditio perſonæ, ſecundùm tempus infligendæ pœnæ, an ſecundùm tempus commiſſi delicti? & in hoc capitulo eſt caſus, vt tempus pœnæ, non delicti ſit attendendum, nam clericus degradatus, traditur curiæ ſæculari puniendus, *iuxta cap. ad abolendam. §. 1. de hæret.* quòd non eſſet, ſi tempus delicti attenderetur, quia laicus quacunque præfulgeat dignitate, etiam regia, clericum caſtigare, aut comprimere non poteſt. *capitulo nullus de foro compet. iuncto capit. cùm non ab homine, de iudicijs*, idem dicit Petrus de Ancharan. *in capitulo, ad falſariorum, de crim. falſi.* & *ibi* latè Ioannes de Anan. Bartol. *in l. 1. ff. de pœnis.* Ioannes Andr. & alij *in capitulo 1. de obligat. ad ratiocin.* Cardin. de Turrecremata. *in capitulo nemo. 11. quæſt. 1.* Petrus de Ancharan. in repetit. *capituli, ea quæ de regulis iur. libr. 6. in 13. quæſt.* Felinus *in cap. quoniam, de conſtitut. colum. 17. verſ. & facerent hæc ad quæſtionem.* Cœpoll. *in conſilio 11. incipien. caſus talis eſt, in 4. colum.* Albericus de Rota *in l. pen. ff. ſi ex noxa. cauſ. agatur. colum. penult.*

2 ¶ † Vt ergò lucidiùs tractetur hæc materia, inquirendum eſt de duobus. Primum eſt, ſi laicus poſt delictum commiſſum, vel debitum contractum, efficiatur clericus, coram quo iudice debeat conueniri. Secundum eſt, quod ſi clericus commiſſo delicto, vel facto contractu, deſinat eſſe clericus, vel per bigamiam, quia contraxit cum vidua, vel aliàs, aut per degradationem, an debeat puniri à iudice eccleſiaſtico, aut ſeculari, & ſic an ſit attendendum tempus pœnæ infligendæ, aut commiſſi delicti.

3 ¶ † Circa primum dubium, quod eſt bimembre, videlicet, aut in delictis, aut in contractibus. Prima in delictis ſit concluſio, quòd ſi laicus commiſſo delicto ante capturam, & inchoatum iudicium, & ſic antequam eſſet præuenta iuriſdictio contra eum, ſiue fraude procurauit ſe fieri clericum, aut fecit profeſſionem alicuius religionis, clericatus ſibi prodeſt, vt coram iudice eccleſiaſtico conueniendus ſit, *argument. in l. hos accuſare in primo reſponſo. verſiculo, Item magiſtratum. & in §. hoc beneficio. ff. de accuſat.* vbi dicit, Angel. de Peruſ. quòd ille §. allegatur, quòd ſi aliquis ante clericatum delinquit, deinde poſtea clericus eſt effect⁹, quòd prodſit ſibi clericatus, vt euadere poſſit manus iudicis ſæcularis, & dicit de hoc ſe dicturum *in l. prima. ff. de pœnis*, & inquit Albericus *in dicta l. hos accuſare*, quòd verſiculus, *Item legatum*, allegatur ad quæſtionem laici, qui deliquit, & poſtea factus eſt clericus, & hanc concluſionem firmauit Petrus de Ancharan *in capitulo, ea quæ. in 13. quæſtione, de regulis iuris. per capitulum propoſuiſti. de foro competent. & l. ſi quis poſteà. ff. de iud.* à contrario ſenſu. Albericus *in l. cum ratio. §. ex bonis, ff. de bonis damnato. per dictam legem hos accuſare.* Bartolus *in l. prima. ff. de pœnis. in 2. colum.* Petrus de Ancharan. *in cap. propoſuiſti.* & ibi Marian. Socin. *in 14. colum. de foro competent.* Oldrad. *in conſil. 4. incip. quòd laicus delinquens*, & in hac opinione fuit Dyn. *in l. idem Vlpianus. ff. de excuſat. tutor. per l. ſi maritus. §. 1. ff. de adulterijs. & l. 5. ff. ex quibus cauſis maior.* quem refert Ioan. Andr. *in cap. 1. de obligat. ad ratiocinia* Et Socin. *in dicto c. poſtulaſti.* & Guil. de Cun. *in l. penult. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur.* quem ſequitur Ant. de Bur. *in d. cap. 1. de obliga. ad ratiocinia. col. 2.* & ibi Card. *in vltim. colum.* Bald. *in l. officiales. C. de Epiſ. & Cler.* Dom. Iaſon *in l. cùm quadam puella.* poſt alios. *ff. de iuriſd. omnium iud.* licet Bal. ibi contrarius videatur *in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto. colum. 2.* cum plurimis concordantijs; quas tradit Felinus *in capitulo, quoniam. de conſtitut. colum. antepenult.* & Cœpoll. *in conſil. 11. verſ. Circa primum, in 3. colum. incip. caſus talis eſt.* facit *l. penult. ff. de noxa. actio.* & ibi per Bart. & Alexan. Angel. *in d. l. ſi quis poſteà.* Spec. tamen *in titu. de reo. verſ. ſed quid ſi pendente:* non diſtinguit, an fraude, aut ſine fraude fuerit promotus ad clericatum, & hæc concluſio communior eſt, ad idem Bal. *in cap. 1. de mili. qui bellica arma depo.* remittit ſe ad notata *in cap. 1. de obligat. ad ratiocin.* Henric. Bohic *in d. cap. propoſuiſti.*

¶ Secunda concluſio eſt etiam in delictis, quòd ſi in fraudem, vt euitaret iudicium iudicis ſæcularis, & de hoc conſtet, fecit ſe promoueri ad clericatum, ſeu profeſſionem regularem quòd clericatus; vel profeſſio illi non prodeſt; quoad cognitionem cauſæ, & rerum ſuarum diſtinctionem *per l. hos accuſare. in princ. verſ. dum non retractandæ cauſa abeſt. ff. de accuſat. l. ſi maritus. §. legis. verſ. ſine determinatione. ff. de adulter. & l. 5. ff. ex quibus cauſis maior.* & idem dicebat Dyn. *in dict. l. idem Vlpianus.* & dicit text. *in l. 1. C. qui milit. non poſſ. libr. 12.* quòd ſi debitor cauſa litis fugiendæ, ſit effectus miles, inſtante creditore, debet abſolui à ſacramento militiæ, & dicit text. *in l. fin. ff. de re milit.* quòd qui criminis metu, in quo iam reus fuerit poſtulatus, nomen militiæ dederit, à ſacramento militiæ ſoluendus eſt, ad idem *in l. qui cum vno. §. non omnis. ff. eod. tit. & gloſ. in d. l. 1.* plures ad hoc adducit concordantes, & ibi optimè declarat Odoffr. dicens per illum tex: quòd huiuſmodi ſolutio à ſacramento militiæ, debet fieri poſtulantibus aduerſarijs, in quorum damnum dictæ militiæ aſcriptio facta fuit, & hoc probat à contrario ſenſu, *d. l. 1.* quia validum eſt argumentum à contrario ſenſu. *per l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd.* & quod in vno caſu permittitur, in alio prohibetur, *l. maritus. C. de procur. & l. 1. ff. ad munici.* & ſic Epiſcopus non debet illum clericum remittere ad iudicem ſæcularem, niſi parte hoc petente; ſiue ſit priuatus pro ſuo intereſſe, ſiue iudex pro republica, cuius intereſt, ne delicta remaneant impunita. *c. vt famæ. de ſent. excom. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil.* & in effectu hoc ſequitur Iacob. Rebuf. *in d. l. 1.* & hæc remiſſio non fit ipſo iure, conſtito de fraude: ſed factum iudicis requiritur, vt dicit ibi Lucas de Penna. ad idem faciunt notata *in cap. cum ſecundùm leges. infra eod. tit. libr. 6.* & hanc concluſionem tenet Bart. *in d. l. 1. ff. de pœnis.* Marian. *in d. cap. propoſuiſti. colum. penult.*

¶ Accedit quòd donatione facta poſt delictum commiſſum ante accuſationem, dicit Bart. *in l. poſt contractum colum. 3. de donat.* & per Modernos *in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de actio.* & dicit Feder. de Seniſ. *in ſuo conſil. 97. ſuper d. cap. poſtulaſti.* quòd ſi fraudulenter aſſumpſerit clericatum, talis fraus prodeſſe non debet, *argum. cap. ex parte. il. 3. de gr. iud.* Salic. *in authent. ſtatuimus. C. de epiſ. & Cler.* Et pro hac concluſione adducuntur *in arg. cap. eam te. de reſcr.* vbi Goffr. per illud c. arguit, quòd mutatio ſtatus non liberat aliquem ab eo, ad quod antea tenebatur. *l. ſi reus. ff. in d. ſolut. l. cùm quadam puella ff. de iuriſd. om. iud. c. nemo poteſt. 16. q. 1.* tradit aliqua Per. de Bellapertica *in quibuſdam ſuis. q. 546. inc. cùm quæritur de iſta quæſt.*

¶ Nec obſtant *l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbitris, & l. prætor. § ſi poſt cauſam. ff. de excuſat. tutu. & l. ſpadonem. §. ſcire oportet. ff. de excuſat. tutorum. l. item. ff. de alimen. & ciba. lega. l. cum actũ. ff. de nego. geſt.* quia ad illas reſpondeo, quòd nõ interuenit fraus in caſibus dictarum legum, quòd per fraudem fuerit facta mutatio ſtatus, quod eſt in hac concluſione per iura allegata, ſcilicet, per *d. legem. hos accuſare. & l. maritus. §. legis ff. de adulter. cum alijs.* hinc eſt, quòd dolus, & fraus nemini patrocinari debent, *c. officij. de teſtam. cap. tua, de cler. non reſid. & cap. ad noſtram. de empt. & vend.*

¶ Hæc tamen concluſio requirit aliquas declarationes.

¶ PRIMA DECLARATIO eſt, vt dixi, † quòd iudex ſecularis cognoſcet de huiuſmodi crimine, & condemnabit clericum illum de pœna illa, quam ex delicto meretur: Sed detinebitur in carcere, & degradabitur per iudicẽ eccleſiaſticum, ita dicit Spec. *in tit. de reo. verſ. quid ſi pendente, argu. in c. poſtulaſti. de for. comp. c. 1. de raptor.* Sequitur Ioan. And. *in c. 1. de oblig. ad ratiocinia.* Bart. *in l. 1. ff. de pœnis.* Bal. *in auth. cauſa quæ cum mona. C. de epiſ. & Cler.* & ſic vult Ioan. And. & cęteri prædicti, quòd clericatus eximat perſonam, quoad omne quod manus iniectionem, & diſtrictionem perſonæ concernit. Sed non eximit cauſſam præuentam à iuriſdictione præuenientis, quoad ipſius proceſſum, & inſtantiam finiendam, & hoc modo concordantur iura & Doctores, ſequitur Marian. Socin. *in cap. propoſuiſti. in 15. colum. de foro compet.* accedit, quòd non eſt inconueniens, vt quis ſit iudex cauſæ, & non perſonæ, vt dicit Ioan. Andr. *in cap. ſiue. de foro compet.* 4

¶ † Nec teneo, quòd ſi quis poſt delictum efficiatur cleric⁹, quod non proſit ſibi ad torturã, nec ad aliquid, vt dicebat Bal. *in l. ſi quis decurio. C. ad l. Corn. de fal.* quia ex quo tortura eſt diſtrictio perſonalis, torqueri nõ poteſt à iudice laico, vt eſt de mẽte Ioan. And. *in d. c. 1. de oblig. ad ratiocinia.* facit *c. nullus. de for. compe.* & quæ dicunt Abb. & Fel. *in c. vniuerſitati. de ſent. excom.* Et Bal. ibi not. *in l. officiales, C. de epiſ. & Cler.* & quæ dicta ſunt in clerico, habent locum in profeſſo. nam quoad hoc nulla eſt differẽtia, immò maior ratio eſt in profeſſo, vt tradunt Ioan. And. & Ant. de Butr. *in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocinia.* ſequuntur Bart. *in d. l. 1.* & Soc. *in d. cap. propoſuiſti.* 5

¶ SECVNDA DECLARATIO vt † dicta concluſio intelligatur, quando pœna quæ eſſet imponenda, eſſet ordinaria, nam tunc tempus delicti eſt conſiderandum, non habita ratione muta- 6

mutatiſ ſtatus. Secus, ſi augeretur, vel diminueretur arbitrio iudicis, hoc probatur *per l.1.ff.de pœnis, iuncta l.penult.ff.ſi ex noxali cauſ.agatur.* vt tenet Bart. *ibi in 2.col.* ratio eſt in promptu ſecundum eum: nam cùm pœna eſt certa, ſtatim cùm deliquit reus, fuit ad illam pœnam ſtrictus. Sed quando imponitur pœna arbitrio iudicis non poteſt dici ſtrictus ad illam pœnam, niſi cum iudex fuerit arbitratus *l.fin.C.de contrahen.emp.* & in effectu hoc dicit Alberic. de Roſa *in d.l.1.* concordat *cap.fin.de ſenten.excom.* Felinus *in cap.quoniam.de conſtitut.colum.5.verſic.hanc fallentiam intellige.* Petrus de Ancharan. *in repet.cap.1.de conſtitutionibus col.25.verſ.quid in delictis.* Salicet. *in l.ſi quis decurio in fin.C.de falſis,* & Bal. *in l.ſi certum.C.de ord.iud.* vbi ad propoſitum noſtrum dicit notabiliter, & ferme pro intellectu huius *cap.primi de hæret.lib.6.* quòd ſi vna pœna eſt præparatio alterius pœnæ, tunc tempus ſententiæ debet inſpici, vt dicit lex in officiali, qui primò deponitur, poſtea punitur, in *§.oportet,in Authen.vt iud.ſine quoquo ſuffra.collat.2.* & ſic in arbitrijs inſpicitur tempus ſententiæ. Et quia in arbitrarijs illa pœna dicitur ordinaria, quæ imponi conſueuit, vt dicit gloſſ. *in l.quid ergo.§.pœna grauior,in verbo, contraxiſſet.ff.de infam.* & ſic ſemper pœna eſſet ordinaria: & conſuetudo parem vim obtinet, vt lex. *l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo.* Ideò aliter dici poſſet. Aut loquimur de pœna ordinaria regulari quæ debet imponi, & tunc inſpicitur tempus delicti, vt *in d.l.1.ff.de pœnis.* Aut de arbitrio, & poteſtate mitigandi, vel augendi, pœnam ſtatutam à iure communi, & tunc mitigari poteſt, vt in *d.l.penult.ſi ex nox.cauſa agatur.* vt dicit Bene. de Plumb. *in l.ſi ſtatuliberi a centum, in princip.ff.de ſtatu.* & ante eum hoc dixerat Bartol. *in l.omnes populi.in 5.quæſt.principali.verſ.iuxta prædicta quæro quid in delictis.ff.de iuſt.& iure.* Sequitur in effectu Alex. *in d.l.penult.*

7 ¶ Accedit † ad prædicta quod dicit Bart. *in l.nunquam.§.1.ff.de vſucap.arg.illius tex.* quòd ſi habens peccatum mortale efficiatur furioſus, & moriatur furioſus, in peccato mortali dicitur mortuus, & ſic tẽpus delicti conſideratur, & fuit quæſtio Cyn. *in l.ſi is qui animo.ff.de acquir.poſſ.* idem tenent Albericus de Roſa & Paul. de Caſt. *in d.l.nunquam.ff.de vſucap.& in ſin.* Bart. *in l.ex facto.in 4.col.ff.de vulg.& pup.l.6.maiores in fin.de baptiſmo.* & de illo qui commiſſo homicidio factus eſt furioſus, an debeat vt homicida puniri, vt per Bal. *in l.furioſum.circa fin.C.qui teſtam.facere poſſ.* & per D.Iaſ. *in d.l.pen.* & notab. Bal. *in c.1.an illo qui interfecit fratrem domini ſui.* & plura ad hoc propoſitum cumulat And.Sic. *in tract.de pril.* Card. *in 11.q.*

8 ¶ TERTIA DECLARATIO eſt, † quòd dicta concluſio intelligatur quando pœna imponitur per legem ipſo iure, quia tunc attenditur tempus delicti. Secus, ſi per ſententiam, quia hoc caſu tempus ſententiæ eſt inſpiciendum ſecundum Ioan. Andr. *in ſimil.in c.fin.de elect.lib.6.* vbi dat exemplum *in c.felicis,& in c.exigit.de cenſib.lib.6.* quia quando lex imponit pœnam ipſo iure, dicitur executoriũ iuxta notata *in c.licet canon.de elect.lib.6.* pro quo facit tex. *in c.ſi.de ſent.excom.* vbi pœna delicti per ius ipſo iure impoſita, attenditur tempus, quoad tollendam illã pœnam poſito, quòd ſuperueniat cauſa propter quam aliter debe ret de delicto ſatisfacere. Sequitur Fel. *in c.quoniam.in 16.col.de conſt.* Abb. & Fel. *in d.c.fin.*

9 ¶ QVARTA DECLARATIO † vt intelligatur dicta concluſio, quando dictus laicus eſſet promotus ſua ſponte, ſecus, ſi coactè, ſeu de mandato iudicis fuerit promotus, quia tunc non tempus delicti, ſed ſententiæ eſt attendendum, quia nulla fraus ibi præſumitur, *arg.l.qui autem.ff.ſi quis cautio.l.iuriſperitos.l.Vlpianus.l.prætor.in princ.ff.de excuſat.tutor.in gloſſ.not. in l.ſi quis poſtea.ff.de iud.* & ſequitur Marian. Soc. *in d.cap.poſtulaſti, col.17.* dicit tamen D.Card. quòd hoc non videtur habere practicam, quia ad clericatum quis non poteſt compelli, *cap.Epiſcopus cap.geſta.cap.honoratus.cap.conſulenti.17.diſtin.* in caſu tamen quis compellitur non ad clericatum, ſed ad maiores ordines pro vtilitate & neceſſitate eccleſiæ *cap.quæris.de ætat.& qualit.ord.* Sed plus mihi placet quod dicit Marſil. & ſummariginale dictũ Dyn. *in d.l.Vlpianus,* quia licèt non debeat quis compelli ad clericatum, ſi tamen compulſus fuerit etiam metu cadente in conſtantem virũ, & vellet clericaliter viuere, gauderet priuilegio clericali, ſecundum Rayn. & Hoſtieng. *c.ſi qui verò ſunt clerici.32.diſt.* ſequitur Card. de Turrecremata *in col.7.q.viſt.verſ.ad ſecundum* vel ſi dicis compulſus quis coactione conditionali (quæ dicitur à Philoſophis violentum mixtum) tamen recipere ordinem, quia coacta voluntas, voluntas eſt, vt patet ex determinatis in

dicta diſt. *in cap.placuit, & in cap.ſi qui clerici.* Sequitur dictus Card. *in d.cap.2.verſ.ad primum;* & in his caſibus verificatur quod dicunt Dyn. & Marian. vt talis ſic promotus indiſtinctè gaudeat priuilegio clericali.

10 QVINTA DECLARATIO quod † tũc dicitur in fraudem promotus quis ad clericatum, quando erat accuſatus, vel infamatus, aut in crimine deprehenſus, ſeu facta eſt præuentio à iudice ſeculari per citationem verbalem vel perſonalem, quia tunc ſola cauſa præuentionis dicitur, vt dicebat Dyn. *in d.l.Vlpianus.ff.de excuſat.tut.* & Marſil. *in d.cap.propoſuiſti per t.ſi iudicis princ.ff.de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt.l.fin.ff.de re milit.* & dicit Sal. *in Auth. ſtatuimus.C.de Epiſ.& Cler.* quòd ſi ante accuſationem eſt factus clericus, ſuo priuilegio vtitur, quaſi ex ſolo delicto non ſit præuentus *per d.Authent.ſtatuimus.& in ſi diligenti, de foro comp.* & dicit Guil. de Cun. quòd fraus præſumitur ſi ſtatim clericum ſe fecit, *arg.l.ſi ventri.ff.de priuileg.credit.* & hoc tradit Hyppol. de Marſil. *in l.ſtatuliber.ff.de quæſtio.* cùm ſi diffamatus erat de crimine, *per dictam l.final.* & ſequitur ibi Salic. & hoc tenet Bart. *in d.ſi al.l.1.colum.2.ff.de pœnis,* & Bal. *in l.officiales.C.de Epiſ.& Cler.* & ſicut non prodeſt mutatio ſtatus poſt præuentam iuriſdictionem, ita non prodeſt priuilegium exemptionis conceſſum poſt factam præuentionem, ſecundum Ioan. Andr. & Domin. *in cap.1.de priuileg.lib.6.* Marian. Socin. *in cap.fin.in materia dominij.in 10.q.de foro comp.*

11 ¶ SEXTA DECLARATIO eſt, † vt non habeat locum dicta concluſio, in his qui non efficiuntur clerici, vel religioſi, nec vouent tria vota religionis: ſed ſolùm mutant habitũ, & ſequuntur, quæ nonnunquam medium vinculi, & retinent vxorem & filios, & dicuntur bechteri & milites gaudentes, qui efficiuntur de ordine tertij ordinis B. Franciſci, & ſimilem habitum, aut regulant aliam mutant, qui licèt ſint exempti à iudice ſæculari, talis habitus mutatio eis non prodeſt, quia illa regula, vel habitus non faciunt eos clericos, & in his propriè loquitur tex. *in c.propoſuiſti.* & illa, quæ dicunt quod propter mutationem fori, ſeu propter priuilegium ſuperueniens ad ſui procurationem quis habet exemptionem *per l.ſi quis poſtea ff.de iud.* ita concludit Marian. Soc. *in d.c.propoſuiſti in de foro comp.* ſecundum Bart. *in d.l.1.ff.de pœn.col.fin.* Subdit etiam quòd talis debet nudari inſignijs illius ordinis, ſcilicet, bechtero & cordula ſi eſt tertij ordinis S. Franciſci, & loco cincturæ ponentur cordula ad collum cum qua ſuſpendatur, facit *l.quæſitum vno §.non.ff.de re mil.* & ita fuit practicatũ ſi Regio, & ita ſeruant capitanei & duces armorum, quando faciũt aliquẽ ſuſpendi ex eo, quia portant ſua ſigna, quæ nos diuiſam appellamus, quia prius illos denudant tali diuiſa.

12 ¶ † Et tales milites gaudentes nõ mutant ſtatum, vt dicit Bal. *in c.1.de vaſ.qui belli arma depoſuit.* & dicit Bal. *in l.officiales,in fin.C.* iſti milites gaudentes non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, habẽt enim accidentiam ſine ſubiecto, & ideò nihil valet iſte habitus, quia eſt potiùs quædam apparentia in habitu quàm eſſentia & realitas in effectu, per Sal. *in l.3.C.de inſam.* & dicit Bar. *in l.ſemper.§.quibuſdam ff.de iureiurando* quòd ſi appareat hos milites gaudentes ſeu fratres tertij ordinis aſſumpſiſſe habitum in fraudem nocentum, quòd nihil ipſis prodeſt, *per l.ſub prætextu.C.de ſacroſ.eccleſ.* & alia ibi per eam allegata, & hi milites quibus priuilegijs gaudeant inſcribunt Bart. *in l.2.C.de his qui nõ implet.ſtipe.lib.10.* Bal. *in l.pen.C.de teſta.mil.* Bal. *in l.placet.C.de ſacroſ.eccleſ.* Petr. de Ancharan. *in c.1.in 1.col.de immu.eccl.lib.6.& in repet.c.ea quæ.13.q.de reg.iur.eod.lib.* Abb. *in c.2.de foro comp.* 13

¶ Aduertendum eſt tamen quod huiuſmodi declaratio nõ procedit ſine dubio, qui iſti videntur religioſæ perſonæ, & quòd priuilegio gaudeant clericali, *per notata in cap.non dubium de ſent.excom.* quia vouent aliquid de ſubſtantialibus, & vnde ſolemnizant votum, & ſaltem obedientiam promittunt, & quandoque ex ſubſtantialibus votum ſolemnizatur, vt apparet ex his quæ habentur, *in cap.2.& cap.in ſinu,extr.qui Cler.vel vouentes,* & ibi tradit Anton. de Butr. dum tamen iſtud annectatur ad aliquam regulam de approbatis: ideò fratres de tertio ordine Auguſtini annectuntur ad regulam beati Franciſci, & ſic priuilegio gaudere videntur, idem de fratribus militiæ gaudentibus, quia promittunt obedientiam quoad regulam beati Dominici, vel beati Auguſtini, & illi ordini in habitu, in aliquibus proportionantur, ad hoc quod nota *in c.priuilegia, de priuileg.* vbi tales ex quo habitum mutant, dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ, vt ibi not. per gloſſ. & per gloſſ. *in clem.1.in verb.de ſent.excom.* gloſſ. *in verbo,* ab *in c.dudum.in Clem.cum quibuſdam de religioſ.domib.*

Doctor. *in cap. conſuluit. qui cler. vel vou.* & gloſſ. *in Clem. per litteras deprehen.* hæc dicit Ant. de But. contra Bart. *in d. cap. 2. de oblig. ad ratiocinia. colum. penult.*
13 § Ad † ſolutionem huius declarationis occurrit illa non modica dubitatio quæ inter Doctores variè deciditur, videlicet, an Milites gaudentes, (ſeu fratres,) & ſorores de tertio ordine ſancti Franciſci gaudeant priuilegio fori. Pro cuius veritate pro vtraque parte adducam iura, & dicta Doctorum. Et quod gaudeant priuilegio fori & exemptionis à collectis, tenet Bart. *in l. ſemper. § ſunt quibuſdam. ff. de iure immun.* & ita dicit conſuluiſſe Gui. de Blaſio Archid. & Dy. quorum conſil. [illegible] & licet non allegat. Sic conſuluit Dyn. *in conſil. 52. incip. quæſtio talis eſt ſuper eo.* Sequitur Ant. de But. *in cap. nullus. de foro compet.* & hoc tenet Paul. de Lazariis *in Clem. cum ex eo. de ſent. excom.* & ibi gloſſ. dicit quod ille ordo tertij ordinis fuit approbatus per Papam Nicolaum Tertium; & Ioan. de Lignan. vbi dicit ſe pro hac parte conſuluiſſe. & dicit Lapus *in cap. quamquam. de cenſ. lib. 6. & in cap. 1. de immunit. eccleſ. lib. 6.* quod negari non poteſt quod tales non dicantur perſonæ eccleſiaſticæ, vel etiam religioſæ largè ſumpto vocabulo, & ſic debent gaudere priuilegio eccleſiaſtico, nedum in bonis, ſed etiam in perſonis, facit gloſſ. 2. *in cap. ſi quis ſuadente diabolo. 17. queſt. 4.* vbi ſecundum quoſdam exponens de eccleſiaſticis perſonis, exponit de pœnitentibus, credo quod voluit allegare gloſſ. *in verbo, eccleſiaſticis. in cap. quiſquis. 17. queſt. 4.* vbi expreſſè hoc dicit. Facit etiam quia profeſſi hanc regulam prohibentur ad ſeculum redire, licet ingredientibus ordinem mendicantium non prohibeatur infra annum probationis ad ſeculum redire, *cap. non ſolum. de regularibus. lib. 6.* ex quo tales fratres ſunt aſcripti dicto ordini, & per conſequens ſentiunt onus, debent etiam ſentire commodum, *c. qui ſentit onus. de reg. iur. lib. 6.* Idem tenuit Cardin. Flor. *in cap. ſi diligenti. in antepenult. queſt. de foro compet.* ſecundum Felin. *in cap. 2. de foro compet.* quia lectura non eſt in meo, vbi dicit quod dum eſſet vicarius ita pronunciauit propter gloſſ. 3. *in d. Clem. cum ex eo.* quæ dicit eſſe hunc modum viuendi approbatum à Papa, & Ant. de But. vt ſupra dixi *in cap. 2.* & dominus Card. Flor. *in conſil. 17. incip. circa primum dubium.* Et per Fel. *in d. cap. 2.* & Specul. *in tit. de ſtatu monacho. § 1. verſic. 36.* & per Abb. *in conſil. 55. incip. an quæſtione quæ vertitur inter fratres. lib. 1.*

CONTRARIAM SENTENTIAM tenuit Bartol. *in l. 1. colum. 2. ff. de pœnit.* vbi dicit ſe hoc vidiſſe ſeruari de facto. Idem Bart. in optima quæſtione *in l. commodiſſime. ff. de liber. & poſth.* quem ibi Moderni ſequuntur, adeo quod profeſſi dictum ordinem, religioſi non ſunt, quia nullum de ſubſtantialibus religionis ſeruant, vt dicit Ludou. Roman. *in conſil. 377. incip. circa primum conſultationis articulum. colum. penult.* & profeſſi huius ordinis, nec ſunt clerici, nec religioſæ perſonæ, imò ex conſuetudinis interpretatione conueniuntur coram iudice ſeculari. Ita conſuluit Feder. *in conſil. 150. incip. cum aliqui boni viri.* Pet. de Anch. idem dicit *in cap. 1. de oblig. ad ratiocinia.* & Abbas Panorm. *in cap. 2. de foro compet. colum. penult.* dicens, quod licet prima opinio ſit æquior, & tutior, hæc tamen eſt verior. Nam vt colligitur ex dictis Abb. & Ludouic. Roman. *in d. conſil.* & refert Maria. *in d. cap. 1. de foro compet.* ſi rectè eorum ſtatus conſideretur, longè magis ad laicalem, quam ad vitam eccleſiaſticam accedunt.
14 † Quia cum tria ſint cuiuſlibet approbatæ religionis ſubſtantialia, videlicet, caſtitas, obedientia, & paupertas, *vt in cap. cum ad monaſterium, in fin. de ſtatu regu.* quæ deſcribuntur per prædicatorem veritatis, qui eſt Chriſtus IESVS. *Luc. 9.* dicens. *Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum.* Ecce obedientia, *& tollat crucem ſuam,* ecce caſtitas, *& ſequatur me,* ecce paupertas, quia expeditè alium ſequi non poſſumus, abſque eo, quod non relinquamus omnia quæ impediunt nos alterum ſequi, facit *cap. gloria Epiſcopi. 12. queſt. 2.* & iſti non ſeruant continentiam cum vxores habeant, nec paupertatem cum proprium poſſideant, nec etiam poſſunt omnimodam ſeruare obedientiam, quia cum ipſi habeant vxores, non habent integram ſui corporis poteſtatem. *c. non debet. de conſang. & affin.* & eis obijcitur quod non bene concordat cythara cum Pſalterio, hoc eſt vita actiua malè concordat cum contemplatiua, *vt in cap. diuerſis. de cler. coniuga.* cum ergo ipſi potius accedant ad laicalem ſtatum quam ad eccleſiaſticum, debent cenſeri laici, quia mixtum debet iudicari ſecundum illud ſimplex, in quo magis inualeſcit. *l. quæritur. ff. de ſtatu homin.* [illegible] *hermaphroditus. l. repetundarum. ff. de teſtib.* [illegible] *12. quæſt. 1.* & hanc opinionem tenent Guil. de Monte Laud. Card. & Pet. de Anchar. *in Clem. ex eo.* & gloſſ. *in verbo, obedientiam. in Clem. 1. de relig. domi.* dicit tales non ſeruare eſſentialia religionis. & Ioan. Calder. *in conſil. 7. incip. an fratres de pœnit. in tit. de iudic. & de foro compet.* vbi concludit quod non dicunt perſonæ eccleſiaſticæ, & ſic non gaudent priuilegio canonis *cap. ſi quis ſuadente. 17. queſt. 4.* nec priuilegio fori, nec priuilegio, de quo *in cap. eccleſiarum ſeruos. 12. queſt. 2. & cap. ſimiliter. 16. queſt. 1. & fin. de vita & honeſt. cler. & cap. 2. de immunit. eccleſ. Authent. item nulla. C. de epiſc. & cler.* idem dicit Bald. *in l. placet. C. de epiſc. & cler. & l. officiales. C. de epiſc. & cler.*
§ † Et dicit Bald. *in Authent. niſi rogati. in fin. C. ad Trebellian.* 15
quod aſſumptio huius habitus non facit ſpirare ſubſtitutionem illam ſi deceſſerit ſine filiis prout facit religio per [illegible] *in præſentia de probat.* Bartol. *in conſil. 1. incip. Parmenſis quidam.*
§ † Accedit quia propriè ille eſt religioſus, qui per profeſſionem omnem eius voluntatem imperio prælati irreuocabiliter ſubmittit. *cap. religioſus. de elect. lib. 6.* & ideo appellatione religioſorum, non includuntur pauperes, qui dicuntur Apoſtoli, vt dicit Cardin. Flor. *in conſil. 138. incip. dico per præmiſſas litteras.* Sequitur dominus Dec. *in cap. eccleſia S. Mariæ. colum. 8. de conſtit.* 16
§ Vnde pro concordia huius quæſtionis & varietatis præmiſſorum Doctorum, ex his quæ dicunt Ioan. de Imol. & Andr. Siculus *in d. cap. 1.* Et quæ dicit Cardin. *in Clement. ex eo. de ſentent. excommun.* & Maria. Socin. *in cap. 1. de foro compet.* poteſt ſequens diſtinct. colligi, ex qua ſequetur veritas huius ſextæ declarationis. § Aut igitur tales aſſumunt ſibi hunc modum viuendi, aut alium ſimilem in fraudem creditorum, aut fori ſibi procurant, & tunc eis non debet prodeſſe. *l. ſemper. § denique quoque Diui. ff. de iure immun. & l. actus. § fin. ff. de mun. & hono.* vbi gloſſ. tangit de fratribus de pœnitentia, faciunt nota. *in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocinia. & l. qui ſub prætextu. C. de ſacroſanct. eccleſ.* & in hoc membro diſtinctionis dico habere locum hanc ſextam declarationem, vt ſi mutauerint habitum ex cauſa prædicta, ſcilicet, dolo & fraude cauſa fugiendi iudicium ſeculare, vt in nihilo proſit talis mutatio, per ea quæ not. Bartol. *in d. l. 1. ff. de pœnit. cum ſupra allegatis,* vt de eo, qui poſt inditum duellum factus eſt clericus, vt dicitur *in tractat. de reemilit.* per Paridem de Puteo *lib. 9. cap. contingit dubitari,* vt ſit differentia inter eos, qui facti ſunt clerici, vt eis proſit, quo ad executionem corporalem, ius vero militibus gaudentibus, & fratribus de dicto tertio ordine nihil. Sed quo ad omnia ſubijciuntur examini & iudicio, ac executioni iudicis ſecularis, quia ſic eſt de verbis Doctorum, ſcilicet, Bartol. & cæterorum, qui illum ſequuntur. Nec ad hoc eis ſuffragetur priuilegium acquiſitum authoritate ſuperioris, & minus ſi propria poſt delictum commiſſum. *l. ſi quis poſtea. ff. de iud. cum aliis, vt ſupra.* Et generaliter ſi dicti milites & fratres de præfato ordine tertio gaudeant priuilegio fori ſequentia ſeruiunt diſtinctionis membra.

§ Si vero ceſſabit fraus dicendum eſt, quòd aut tales aſſumunt ſtatum religionis authoritate ſuperioris, vt perpetuo ſint Deo dediti, & vt mortuis vxoribus alias vxores non ducant, & hoc caſu cum videantur eſſe quodammodo perſonæ eccleſiaſticæ æquum eſt, vt gaudeant priuilegio fori, & maximè canonis *cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4.* quia priuilegium iſtud conceſſum eſt clericis. Alias vero non clericis non eſt conceſſum, niſi aliud reperiatur ſpecificè conceſſum & diſpoſitum, vt in religioſis & conuerſis ad religionem. *cap. non dubium, de ſentent. excommunica.* & in nouitiis religionum, qui interim religioſi cenſentur, *cap. religioſo. de ſentent. excommunic. lib. 6.*

§ Sed ſi tales hunc modum viuendi propria authoritate aſſumerent, procedat opin. Federici, niſi forte conuenirentur ratione rerum, quæ eſſent effectæ de foro eccleſiæ facit *c. ſane. de foro compe.* Nec obſt. quod tales vocantur fratres, vel ferant habitum religioſorum, quia iſta ſunt accidentia ſine ſubiecto, & potius quædam apparentia in habitu, quàm exiſtentia in officio, vt dixi ſupra ſecundum Bald. *in l. officiales. C. de epiſc. & cler.* non enim habitus facit monachum, ſed profeſſio regularis. *c. porrectum. de regul. & d. l. qui ſub prætextu.* § Nec obſt. quòd illi de tertio ordine dicuntur continentes, quia non ſemper, ſed certis diebus ſecundum Laur. coniugati etiam dicuntur continentes ſi rectè viuant, vt not. *in l. 1. & Auth.* [illegible] *C. de indict. vidui.* Et ideo tex. *in d. Clemen. ex eo.* dicit quod potius dicuntur fratres continentes, ſeu de pœnitentia nuncupantur, quia actus pœnitentiæ faciunt & afflictiones ſuſtinent, licet ſecundum

Lam. & Lapum potius dicuntur castè viuere, quam continenter, per not. *in cap. liceret. 31. dist.* ¶ Nec obstat, quod isti habeant certum modum viuēdi, quia istud non immutat naturam personæ quo minus laicus censeatur rationibus prædictis, quod sentit gloss. *in d. Clem. ex eo. & in d. cap. 1. de religi. domi.* quod talium non est propriè regula, seu religio, sed quidā viuendi modus, nec videtur à sæculo recessisse, aut perpetuo religioni obligari, prout exigunt intra clericos seu personas ecclesiasticas priuilegiantia. *cap. per exemptionem. de priuileg. lib. 6.* Et sic declarat Socin. *in d. cap. 1.* & Card. *in d. Clem. ex eo. & in Clem. 2. de pœnis.* ¶ Si tamen super hoc essent priuilegiati à Papa vel consuetudo esset, vt priuilegio fori & exemptionis gaudeant, illis standum est, quia consuetudinis non est mediocris authoritas. *cap. cum consuetudinis. de consuet.* & in dubiis opinionibus statur consuetudini, quæ est optima legum interpres. *cap. cum dilectus. de consuet. l. minime. ff. de legibus.* consuetudo enim tribuit iurisdictionem. *l. viros. C. de diuersis offic. lib. 12.* vt per Ioan. de Imol. & And. Sicul. *in d. cap. 2. de foro compet. facit l. 1. C. de emancip. libero.* Et de his fratribus sancti Francisci tradit plura Bartol. Socin. *in consil. 145. incip. omnibus inclitis.*

17 ¶ Septima et vltima declaratio est, vt si laicus post contractum delictum causa, & persona ipsius præuentis iudice sæculari, quia est etiam in carceribus eiusdem sæcularis iudicis, & ibi efficiatur clericus vel professus, quod huiusmodi clericatus & professio in nihilo prosunt, quin iudex sæcularis cognoscat, & exequatur. Et sic dicta conclusio in hoc casu locum non habeat, vt consideretur tempus delicti & non sententiæ. Itaque illa quæ diximus de districtione personali, vt non fiat per sæcularem, sed per ecclesiasticum iudicem, non procedant in hoc casu. Ita firmat Ioan. Andr. *in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocinia*, quia ordo, vel professio non inuenit illum liberum, alias si contrarium fieret, læderetur iustitia, & esset aperire viam fraudibus. Nam quotidie & passim laici de grauibus criminibus accusati in carceribus procurarent fieri clericos, vel alicuius religionis professi, vt iudicium sæculare effugerent. ¶ Accedit † quod dicit Hostiens. *in cap. sane de celebr. missarum*, quod fugiens ad corpus Christi gaudet immunitate, secus illud recipiens. Ratio quia corpus Christi se recipientem captiuum inuenit, & captiuum relinquit, ne videatur omnino damnare iustitiam, vt per Psalm. 118. *Iustus es Domine & rectum iudicium tuum.* Et dicitur *in cap. si sæculari leges. 12. quæst. 2.* summum in rebus bonum est iustitiam colere, sequitur Ioan. Andr. *in d. cap. sane.* & ibi Petr. de Anchar. & alij, & Mari. *in d. cap. proposuisti. penult. colum. de foro compet.* & Anton. de But. *in cap. 1. de oblig. ad ratiocinia* Et in hoc casu etiam deberet fieri degradatio per Episcopum, vt credit Anton. de But. *in d. cap. 1.* ¶ † Accedit quod licet coniugatus clericus qui deposuerat clericatum & habitum reassumens gaudeat priuilegio clericali, sicut si non deposuisset, vt dicunt Archid. Ioan. And. & Dominic. *in cap. vnico de cler. coniug. lib. 6.* Doct. *in cap. ex litteris. de vita & honest. cler.* Tamen si ante reassumptionem habitus & tonsuræ, fuerit dictus clericus coniugatus, captus à iudice sæculari, & postea reassumpserit habitum, & tonsuram, forte in carceribus, quod non prodest sibi illa reassumptio, quo minus iudex sæcularis iudicet, & exequatur, hoc de mente Ioan. de Imol. *in c. Ioannes. de cler. coniug. col. 7. vers. nam si in aliquibus.* referendo se ad ea quæ dicit Ioan. And. *in d. c. 1. de oblig. ad ratiocinia*, cuius conclusio est, vt supra dixi, quod si solum causa est præuenta, quod iudex sæcularis cognoscat, sed nō exequatur. Si tamen persona est præuēta per districtionem personalem, scilicet, per capturam personæ, quod iudex iudicet & exequatur. Nam quamuis Imol. *in d. cap. Ioannes.* non loquatur nisi in deprehensione causæ, tamen manifestè sentit, quod si persona est præuenta, reassumptio habitus & tonsuræ, nihil prosit, secundum Io. And. *in d. c. 1.* Et expressius hoc firmat Pet. de Anch. *in c. 1. de cler. coniug. col. 3.* & sic vidit seruari Venetiis, *per c. ex parte. de cler. coniug.* ¶ Et prædicta

20 intellige, nisi generalis † consuetudo ciuitatis esset, quod clerici coniugati non deferant habitum & tonsuram, quia talis cōsuetudo illos tueretur, vt dicebat Io. Monac. *in d. c. 1. de cler. coniug.* sequitur Raph. Fulgos. *in consil. 124. incip. præsuppositis statutis.*

21 ¶ Vlterius quoad idem † distinctionis membrum huius decimæ tertiæ quæstionis, sit in causis ciuilibus. ¶ Prima conclusio, quòd si laicus post contractum à se initum, efficiatur clericus debet conueniri coram Episcopo, & non coram iudice sæculari, vt est gloss. notab. *in verbo, quia nec tempore. circa medium. l. nemo. ff. de leg. 1.* quam ad hoc notant Bald. ibi dicens clericum non esse conueniendum in veteri foro, nisi dolo mutauerit secundum Iacob. de Aren. *per l. incola. ff. ad municipa.* Et ibi hoc sentit Paul. de Cast. & clarius Ioan. de Imol. & alleg. Bartol. *in d. l. 1. ff. de pœnis.* & Ioan. And. *in d. cap. 1. de oblig. ad ratiocinia.* sequuntur Alex. de Imol. dominus Ias. & alij Moderni. *in d. l. nemo.* Et hanc gloss. alleg. Bald. *in cap. 1. de vas. qui bellū arma deposuit*, & Bald. *in l. affinitatis. in fin. C. communia de successio.* quam etiam dicit singularem Bald. *in l. 2. C. vt in poss. legatorum, & in l. quidam. C. de fidei.* Et ita concludit Bald. *in Authentica, causa. C. de episcop. & cler.* Iacob. Butr. *in l. quisquis. 2. C. de episcop. & cler.* Felin. *in cap. proposuisti. colum. 1. de foro compet.* & Bald. *in cap. at si clerici colum. 3. de iudiciis.* per canonistas *in cap. proposuisti. de foro compet. §. si quis decurio. C. de falsis.*

¶ Et hæc conclusio extenditur † ad nouitium, qui nondum fecit professionem, quia quantum ad hoc persona ecclesiastica censetur, vt dicebat Angel. *in l. 1. ff. de pœnis. per l. statuliber. ff. de quæstio.* licet nouitius in effectu religiosus non dicatur. *cap. religioso. de sent. excom. lib. 6.* vt dicunt quidam Moderni *in d. l. nemo. fol. 9.* Sed hoc dictum dubitabile est in ciuilibus, nam si statuliber contrahit non poterit ex tali contractu conueniri superueniente libertate, *vt l. 1. C. an seruus ex suo.* Et sic consideratur primus status non secundus, & hoc est pro limitatione *d. l. statuliber.* & similium, vt tradit Alex. *in l. fin. in fin. ff. si ex noxa. causa agitur.* 22

¶ Secunda conclusio, † quod si laicus post inchoatum iudicium in causa ciuili efficiatur clericus, causa est terminanda coram iudice primo sæculari, & licet quæ dicta sunt *supra in vltima declaratione in causa criminali*, hic applicari possint in ciuilibus per Topicam, quia si id, de quo minus videtur inesse, inest & id quod magis, vt dicit Bald. *in l. si quis non dicam rapere. colum. 1. de episc. & cler. cap. si Paulus. 32. quæst. 5.* nam si in criminalibus causa præuenta impedit declinatoriam fori, vt in dicta declaratione, multo magis in ciuili, quia minor ratio est in hoc casu, quàm in alio, *argum. cap. 1. de cler. coniuga. lib. 6.* nihilominus in causa ciuili hoc patet per text. *in cap. proposuisti. de foro compet.* vbi hoc videtur determinari, vt dicit Barthol. Brixien. *in quæst. sua reuerendi. 32. incipient. aliquis litigabat, & casus in d. cap. proposuisti.* ponitur secundum Ioan. Andr. ibi, in eo laico, qui inchoato iudicio factus est clericus, quem sequitur ibi Abbas & Ioan. de Imol. *l. si quis postea per illum text. ff. de iud.* vbi omnes Scribentes, & licet Philip. non sequatur hoc exemplum *in d. cap. proposuisti*, & aliqui adhæreant, nihilominus bene congruit litteræ, nam in quantum ibi dicit, subditus tuus, bene potest verificari in laico, nam laicus de diœcesi Episcopi, potest eius subditus dici, hoc probatur *in cap. irrefragibili, in princip. de offic. ordin.* vbi dicit text. quòd prælati debent attendere ad corrigendum subditorum excessus, maximè clericorum, nam dictio maximè, ponit diuersitatem casuum, sed maiorem rationem in expresso & determinato, vt est gloss. *in l. illud. ff. ad legem Aquil.* Bartol. *in extrauagan. ad reprimendum, in verbo maximè.* & Abb. *in cap. damnamus. de summa Trin. colum. 3.* & sic verbum subditorum de laicis intelligitur, aliàs superflueret maximè, quod non est dicendum, *argum. in proœmio Sexti libri, & l. 2. C. de veteri iure enucle.* cum ergo text. *in d. cap. proposuisti*, potest adaptari in verbo, subditum, ad laicum, de laico effecto clerico pendente iudicio intelligi potest, vt etiam hoc tenet Andr. Sicul. *in d. cap. proposuisti colum. 1.* idem vt supra tenet Nicol. de Neapol. *in l. non solum. §. sunt & alij alias l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto.* ¶ Et ad hoc, vt dicatur iudicium inchoatum cum laico effecto clerico, requiritur vna vel peremptoria citatio, vel si citatio est inualida quid iuris sit, tradit late Maria. Socin. *in d. cap. proposuisti. colum. 4. versic. tertio quæro, cum sequentibus.* ¶ † Accedit ad prædicta, quia mutatio status lite pendente, in fraudem facta videtur. Salic. *in Auth. statuimus. C. de episc. & cler. iuxta allegata supra in secunda conclusione in delictis.* & ideo prodesse non debet. *cap. officij. de testam.* & ad contraria responsum est *supra. in d. conclusione.* ideo non repeto. 23 24 25

¶ Tertia conclusio, quod † si laicus obligauit se corā iudice sæculari, & talis obligatio ex forma statuti habeat vim rei iudicatæ, & efficiatur clericus, debet conueniri coram sæculari iudice, hoc sentiunt D. de Rota. *in dec. 1. de foro comp. in antiquioribus incip. obligatus est laicus Ammone.* quia ex quo obligatio est executiua habens vim condemnationis, iudex debet facere executionem, non obstante mutatione personæ, *arg. coram* 26

qua

quæ not. in cap. 2. de obliga. ad ratiocinia. & in d. cap. propoſuiſti. & d. l. ſi quis poſtea. & hoc ſequitur Marian. Soc. *in d. cap. propoſuiſti. col. pen.* accedunt ea quæ dixi in præcedenti concluſione, arguendo à minori ad maius, per ea quæ dicit Bald. *in d. l. ſi quis in pendicam.* nam ſi inchoato iudicio laicus efficiatur clericus non mutatur forus, nec competit ei fori declinatoria facto ſuo acquiſita, *per ea quæ dixi in proxima 2. concluſione.* multo minus mutatio ſtatus debet prodeſſe in executione ſententiæ, quæ fieri debet ex vi ſtatuti occaſione dictæ obligationis, quia maior præuentio eſt illa, quæ fit per ſententiam, quam illa quæ fit per citationem, quia illa requirit cauſæ cognitionem, hæc vero executionem, in qua ſi eſt in eodem re, de qua eſt facta condemnatio, non requiritur citatio, vt concludit Abb. *in c. ex ratione. de appell.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum. in verbo, executionem, & in l. meminerint. C. vnde vi. cum not. ibi* per Alex. & alios *in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* quinimò lata ſententia finitum dicitur

27 officium *in l. iudex poſteaquam ff. de re iudic.* ¶ † Et de effectu huiuſmodi inſtrumenti habentis paratam executionem ſecundũ ſtatuta, quod guarentigiatum dicitur, latè tradit Ang. de Aret. *in §. ſi minus. Inſtit. de actio. 12. colum.* Bartol. *in l. 1. diuo Pio. § ſententiam Romæ. ff. de re iudic.* Bartolus, *in l. 1. C. de confeſſ. colum. 1.* Paul. de Caſt. *in l. rem iudicatam ff. de re iudic.* Bartol. *in l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquiren. poſſeſſio.* D. Iaſ. latè *in l. error. C. de iuris, & facti igno.* & de hoc verbo guarentizare eſt text. *in cap. vnico. §. 1. in verbo, guarentiza. del Corra.* & ibi Bald. *in vſib. feud.* Alexan. poſt Angel. *in l. ait prætor. §. ſi iudex. colum. 2. ff. de re iudic.* Ioan. de Ana. *in conſil. 52. incip. in quæſtione Euſtachij,* & Bartol. Soc. *in conſil. 169. incip. in cauſa tractata. colum. 2.*

28 QVARTA CONCLVSIO, quod ſi iudicio † inchoato contra laicum clericus ſuccedit illi laico, nihilominus cogetur iudicium illud clericus ſubire coram iudice ſæculari, vt concludit Paul. de Caſt. *in l. cum quædam puella. ff. de iuriſdict. omn. iud. per cap. clericum. 11. quæſt. 1.* ſecus ſi iudicium non fuiſſet inchoatum. Bartol. *in auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. & l. hæres abſens. in princ. ff. de iudic.*

29 ¶ † Quid autem ſi clericus fuit conuentus coram iudice ſæculari & paſſus eſt iudicium agi [illegible] non allegando declinatoriam fori, an iudicium [illegible] [illegible] Doctor. *in cap. at ſi clerici. in princ. de iudic. in cap.* [illegible] *ſignificaſti. de foro compet.* Cald. *eod. tit. conſil. 12. incip.* [illegible] *laicus putabatur.* ſi autem non dixerit ſe clericum [illegible] expenſis condemnari à iudice ſæculari, aut eccleſiaſtico, tradit D. Decius *in conſil. 241. incip. ſcripſi alias conſulendo* [illegible] ſic laicus eſt hæres clerici an ſit conueniendus coram iudice eccleſiaſtico, tradi. tur *in l. hæres abſens. ff. de iudic.* & per Bald. *in l. 2. colum. 34. ff. de iureiurando.*

30 CIRCA SECVNDVM MEMBRVM principalis diſtinctionis de clerico, qui clericatum amiſit per bigamiam vel per contractum cum corrupta. ſit prima concluſio, quod de delicto ante commiſſo, quam perderet priuilegium clericale, conueniendus eſt coram iudice eccleſiaſtico, & ab illo iudicandus, & ſic delicti tempus eſt conſiderandum, vt dicit Bald. *in l.* [illegible] *in fin. C. communia de ſucceſſ.* vbi dicitur, quod licet vide[illegible] caudus à ſæculari, quia depoſitus à canone, *in cap. 1. de bigam. lib. 6.* nihilominus ſuppoſitus eſt Epiſcopo reſpectu fo[illegible], & conſideratur tempus delicti. *l. nemo* [illegible] *ff. de lega. 1.* [illegible] tur, idem dicit Abb. *in conſil. 85. incip. in præſenti quæſtione* [illegible] nec obſtat, *d. cap. 1. de bigamis lib. 6.* quia debet [illegible] delictis committendis, non autem de commiſſis [illegible] quod dicit Bald. *in cap. at ſi clerici. in princip. colum. 3. de iudic.* & [illegible] ad propoſitum adducit Andr. Sicul. *in tracta. de præced. Card.* [illegible] *11. quæſt.* & adducit text. ſingularem *in l. fin. § ſi cum an.* [illegible] *C. de cura. furi.* [illegible] *C. de inoff.* [illegible] *in verbo, exhæredantis,* & illud dictum Bald. ſequitur Cardin. Alexan. *in cap. non debet. de conſang. vel affin. in arbore conſanguinitatis* [illegible] *6. verſic. infert ad quæſtionem,* & Alexand. *in conſil.* [illegible] *lib. 1.* Felin. *in cap. quoniam. de conſtit. col. penult. verſ.* [illegible] *& facerent hæc ad quæſtionem.*

31 ¶ † Nec obſtant, quæ dicit concludenter Andr. Sicul. *in d. tracta. 11. quæſt.* quod in delictis commiſſis per Cardinalem non conſideratur tempus delicti, ſed ſententiæ, per tradita per Cardin. & alios *in cap. præſul. 2. quæſt. 4.* & quæ etiam dicunt Doctor. *in d. cap. 1. de obligat. ad ratiocinia,* & retuli plura *in prima concluſione ſupra in delictis,* vbi fuit concluſum, quod conſideratur tempus ſententiæ, & non delicti, itaque laicus commiſſo delicto factus clericus, punitur vt clericus ab Epiſcopo cum declarationibus, de quibus ſupra, & cur tam variè? ¶ Ad hoc dico, quod in contrariis ideo ſtatus ſuperueniens mutat forum, quia qualitas clericatus mutat effectum introductum ante, in his quæ ſunt incompatibilia, vel non decentia ſtatui ſuperuenienti, ſicut eſt quod clericus coram laico conueniatur & ab illo puniatur, quia ius diuinum eximit eum à foro ſæculari. *cap. ſi Imperator. 96. diſtin. & quæ ibi not. cap. 2. de foro compet.* ita in effectu dicit Cardin. Alex. *in d. cap. præſul.* reſpondendo ad dictum Archid. licet Domin. de Sancto Gemin. relinquat cogitandum & non placeat And. Sicul. *in d. 11. quæſt.* idcirco clericus de commiſſis ante clericatum ab iudice eccleſiaſtico iudicatur, in hac vero concluſione non eſt incompoſſibile, vt laicus puniatur à iudice eccleſiaſtico, quia hoc in pluribus caſib. accidit, quos latè explicat Marian. Soc. *in c. licet ex ſuſcepto. de foro compet.* dicebat etiam Bald. *in fin. l. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur,* quod licet de rigore debeat inſpici tempus delicti, tamen de æquitate mutato ſtatu in melius poteſt pena mitigari, maximè corporalis. *per d. l.*

¶ † Et pro hac concluſione dicebat Paul. de Caſt. *in l. 1. C. vbi de crim. agi opo.* poſt Guil. de Cun. per illũ text. quod ſi clericus fuit notarius in curia Epiſcopi, & poſtea efficiatur bigamus, quod pro geſtis in dicta curia debet conueniri coram Epiſcopo, idem de mercatore, qui deſiit eſſe mercator, & hoc ſequuntur Moderni, *in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1.* Lap. *in alleg. 41. incip. an priuilegium.* multa enim conceduntur propter reliquias priſtinæ dignitatis & honoris eccleſiaſtici, quæ ſunt in dicto clerico bigamo effecto, vt in ſimili dicit Petr. de Vbal. *in tract. de cano. parti. 10. §. nunc tranſgrediamur. verſic. quarto quæritur, argum. not. in cap. degradatio. de pœnis. lib. 6. & in cap. ad abolendam. in princip. in gloſſ. prærogatiua. gloſſ. in cap. contingit. de ſentent. excom.* 32

¶ † Secunda concluſio, quod quando quis mutat ſtatum ſuum in deterius, quia degradatur, tempus ſententiæ conſideratur, & ſic clericus degradatus punitur, vt laicus, & à iudice laico, vt in caſu huius cap. *& in cap. nouimus. de verbor. ſignif. cap. ad abolendam in princ. de hæret. cum ſimilib.* vt concludit Anton. de But. *in cap. 1. de obliga. ad ratiocinia* & intelligo de degradatione reali, quæ fit ad præparationem pœnæ, *vt in d. cap. nouimus. & in c. cum non ab homine. de iudic.* Bald. *in l. fin. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur,* ſecus de verbali quando illa eſt, vt terminus pœnæ, vt latè per Ant. de Butr. *in d. cap. 1.* & Bald. *in l. officiales. C. de epiſc. & cler.* & Ioan. de Imol. *in cap. ad falſariorum. colum. fin. de crim. falſi.* 33

ET PRO COMPLEMENTO † prædictorum non eſt omittendum illud egregium dictum Bald. *in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto.* inquientis, quod ſi quis fecit votum intrandi religionem & poſtea commiſit maleficium, & demum votum impleuit, quod de eo iudicandum eſt, vt de clerico, & ſic tempus delicti eſt conſiderandum, quod dictum recitat D. Iaſ. *in l. cum quædam puella. colum. penult. ff. de iuriſdict. om. iudic.* licet non fideliter, nam omittit illud, & votum impleuit, præſupponit enim, quod votum non impleuit, ſed ratione voti tunc eſſet religioſus, & quod ſtaretur iuramento dicti rei, quod votum emiſerit ante commiſſum delictum, ſicut ſtari debet iuramento de aliis, quæ dependent à conſcientia noſtra, vel voluntate, vt per gloſſ. *in § ſed iſtæ. Inſtit. de actio.* 34

¶ † Sed aliqui repetentes *in d. l. nemo ff. de lega. 1.* reprehẽdunt hoc dictum, quia quod ingreſſus religionis retrotrahatur, hoc non poteſt eſſe, niſi mediante fictione tranſlatiua, cui locus non eſt in præiudicium iuris alteri quæſiti ſecundùm gloſſ. & Bartol. *l. indebitum. §. 1. ff. rem ratam haberi, cap. quamuis. de reſcript.* & Modern. *in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.* in materia fictionis tranſlatiuæ, ſed hoc eſſet in præiudicium reipublicæ, *arg. l. poſt contractum ff. de donat.* vt eſt de mente Bald. *in d. l. 1. 2. colum. verſic. iſta faciunt,* meliùs non debet retrotrahi, accedit quod dicit in caſu Ioan. de Ana. *in cap. ad petitionem. colum. 2. de accuſat.* poſt Cardin. Flor. quod ſi Papa habet pro infectis aliqua facta, quod non cenſetur hoc feciſſe in præiudicium tertij, cui medio tempore aliquid fuerit quæſitum, ſequuntur Aretin. & Felin. ibi alia cumulantes, & illud dictum Bald. fideliter refert Ioan. de Ana. *in d. cap. ad falſariorum. colum. fin. de crim. falſi.* ¶ Aduertendum eſt autem, quod præſupponẽdo, prout eſt verum, quod Bald. non loquitur in ſuo dicto, quod ille qui fecerat votũ eſſet accuſatus, aut cõdemnatus de crimine tempore adimpleti voti, nec quod impleuit votũ in fraudem, ad effugiendum iudicium ſæculare, dico quod dictum Bald. non eſt verum, & eſt contra communem opin. Doctor. *in c. 1. de obliga. ad ratiocinia, & in l. 1. ff. de pœn.* & retuli *ſupra in 1. concluſione in delictis,* quæ habet quod quando laicus non fraudulenter, nõ inchoato pro- 35

ceſſu

ceſſu non præcedente captura efficitur clericus vel religioſus,
gaudet priuilegio, ita quod non requiritur, vt votum præmit-
tatur ante delictum commiſſum, & fuit opin. Dyn. *in l. item Vl-
piani. ff. de excuſa. tuto.* communiter approbata, vt dixi, quam
Bald. ſibi contrarius ſecutus eſt *in l. officiales. C. de epiſc. & cler.* vbi
ponit tres caſus, in quibus iudex ſæcularis contra illum effectũ
clericum poteſt procedere, primus ratione præuentæ iuriſdi-
ctionis, ſecundus ratione ſubſecutæ degradationis, tertius ra-
tione fraudulentæ aſſumptionis, & quamuis ratione publica-
tionis bonorum procedere poſſet contra talem effectum cle-
ricum, nihilominus contra monachum procedere non poſſet,
qui nihil habet, quia non eſt perſona habilis ad pœnam ſuſci-
piendam, *argum. l. hos accuſare. §. fin. ff. de accuſa.* ſequitur Ioan. de
Ana. *in d. c. ad falſariorum. col. fin.* ¶ Itaque dictum Bald. & ea quę
dicit *in verſ. & iſta faciunt, in d. l. 1.* non ſunt tenenda contra com-
munem, facit *c. ne innitaris. de conſtit. & not. in l. fin. C. de pœna iudi.
qui male iudica.* & conſequenter illud dictũ Bald. ſeruit de ve-
to, quia ſine voto, ſecuta profeſſione poſt delictum nõ in frau-
dẽ facta, gauderet priuilegio clericali, & nota quia nullus ad-
uertit. ¶ Nec obſtat, *l. quæſitum. ff. qui & à qui.* quia ibi erat iã ac-
cuſatus de crimine, *cõcordat l. fin. ff. de remi.* quod in hoc caſu nõ
conſideratur, imò præſupponitur accuſatione non prȩcedere.

¶ In quæſtione decimaquarta.

SVMMARIVM.

1 *Forma quæ debet obſeruari in degradatione actuali facienda de clerico.*
2 *Degradatio duplex eſt, ſcilicet, actualis & verbalis.*
3 *Degradatio verbalis, vt terminus pœnæ, quæ ſit.*
4 *Degradationis verbalis forma quæ ſit.*
5 *Degradatio verbalis, vt præparatoria pœnæ, quæ ſit.*
6 *Degradatio verbalis, vt præparatoria pœnæ, de quorum conſenſu debet fieri.*
7 *Degradatio realis quæ ſit.*
8 *Degradationis realis forma & ſolemnitas.*
9 *Degradatio actualis ſumpta eſt à iure ciuili.*
10 *Degradatio actualis ficta quando fit à iure.*
11 *Declaratio & practica cap. cum non ab homine de iud.*
12 *Incorrigibilitas an debeat declarari à iudice ante traditionem.*
13 *Intellectus cap. perpendimus. de ſententia excommunicationis.*

1 DECIMOQVARTO QVÆRO, † quæ ſit forma obſer-
uanda quando eſt procedendum ad degradationem a-
2 ctualem. ¶ † Et primo eſt ſciendum, quod duplex eſt degrada-
tio, ſcilicet, verbalis & actualis, verbalis eſt duplex, quædam
vt terminus pœnæ, altera vt præambula ad degradationem a-
ctualem, ſeu realem. Realis vero degradatio eſt duplex, quæ-
dam vera, quædam ficta, & de ſingulis per ordinem dicamus.
3 ¶ † Verbalis eſt quæ verbo fit, vt verbum ſonat, & eſt vt termi-
nus pęnæ, quando iudex eccleſiaſticus non intendit procede-
re ad actualem degradationem, ſed dicta verbali degradatio-
ne eſt contentus, quia in ea verbali degradatione pœna delin-
quentis eſt terminata, & iudex ſæcularis, in eo nihil habet fa-
cere ne inde maleficium bis puniatur, quia non iudicabis bis
in idipſum. *cap. presbyter. 81. diſtinct.* & ſic non conſurget duplex
tribulatio *Naum. 1. cap.* & de hac verbali degradatione, vt ter-
mino pœnæ loquitur Bald. *in l. officiales. C. de epiſc. & cleric.* quæ
degradatio verbalis ſumitur pro depoſitione, ſeu priuatione.
*l. iubemus. §. œconomus. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſic habetur. in cap. tuæ.
de pœnis.* vbi dicit Abbas Panormita. quod ille text. loquitur in
degradatione verbali, quæ non priuat ab omni priuilegio, vn-
de non tollit priuilegium fori, niſi ſequatur incorrigibilitas, *in
cap. cum non ab homine. de iudic. cap. dictum. 80. diſtin. cap. ad audien-
tiam. de crimine falſi.* & ſic talis degradatio verbalis ponitur pro
depoſitione. *cap. ſi quis laicus. 22. quæſt. 5.* vt tradit dominus De-
cius *in cap. at ſi clerici. in princip. colum. fin. de iudic.* & eodem modo
loquitur Abbas *in cap. nouimus. de verbor. ſignific. cap. non poteſt. co-
lum. 2. de reſudic. cap. ad abolendam. de hæret. colum. penult.* Verum
eſt tamen quod Alber. de Roſa. *l. penult. colum. 3. verſic.* quædam
degradatio eſt, ſeipſum confundit, eo quia ibi appellat degra-
dationem vt terminum pœnæ, quando poſtea relinquitur iu-
dici ſæculari, quod rationi non congruit, quia tunc non eſſet
vt terminus pœnæ, ſed potius vt principium pœnæ, & talis po-
tius deberet dici degradatio vt præparatoria ad pœnam per iu-
dicem ſæcularem inferendam prout ſtatim dicam, & ideo te-
nenda videtur potius doctrina Bald. *in d. l. officiales.* quam ſe-
quitur idem Bald. *in l. presbyteri. la 2. C. de epiſcop. & cleric.* ¶ † Et 4
hæc verbalis degradatio fit ſolo verbo, quando crimen & cau-
ſa hoc expoſtulant, vt refert Specul. *in tit. de accuſa. §. 1. verſic. Et
nota quod quando forma eſt huiuſmodi.* & quia nobis conſtat te
huius degradationis tale crimen flagitioſum commiſiſſe ideo
te ſententialiter, dicimus deponendum prout te deponimus.
Specul. *vbi ſupra, verſic. item quæritur.* probatur *in cap. veritatis. de
dolo & contum. cap. qualiter & quando. de accuſa.* refertur *in tracta-
tu de epiſcopo. in tertia parte. lib. 4.* & dicit Iacob. Butr. *in l. presbyte-
ri. la 2. C. de epiſc. & cler.* quod differentia eſt inter ſuſpenſum ab
officio & ſuſpenſum à beneficio ſequitur ibi Salic. quem vide.
¶ † Degradatio verbalis, quæ eſt vt præparatoria ad pœnam, 5
fit, quando iudex intendit procedere ad degradationem a-
ctualem, qua actuali facta, relinquit degradatum brachio ſæ-
culari puniendum, & hæc differt à præcedenti in duobus, quia
huiuſmodi verbalis deſtituit conſtitutum in ſacris omni ordi-
ne, & priuilegio clericali, & aliis prærogatiuis, quibus eſt in-
ſignitus, vt *in cap. degradatio. in princip. de pœnis. lib. 6.* & ſentiunt
Bald. *in d. l. officiales. & d. cap. presbyteri.* & Alberic. *in d. l. penult.*
quod non eſt in præcedenti, quia non deſtituitur illo modo
degradatus, vt ſupra dictum eſt. ¶ † Inſuper quia hæc verbalis 6
degradatio ad effectum, vt actualis ſequatur, debet promul-
gari de conſenſu prælatorum in crimine hæreſis, *vt in hoc cap.
& in aliis. de conſenſu epiſcoporum.* vt traditur *in d. cap. degradatio.
in princip.* & dixi ſupra *in gloſſ. 1.* quod non requiritur in altera
verbali degradatione, vt tradit Abb. *in cap. non poteſt. de re iudic.
verſic. ſecundo principali.* & aliquid fuit tactum *ſupra in 9. quæſt.*
¶ † Realis degradatio vera eſt, quæ fit ab homine contra cle- 7
ricum præſentem in illis caſibus à iure expreſſis incontinenti
abſque alia à monitione ſeu incorrigibilitate expectatis, vt in
hæretico pertinace vel negatiuo, vel relapſo. *cap. ad abolen-
dam. cap. excommunicamus. de hæret. & cap. ſuper eo. de hæret. lib. 6.*
& in falſante litteras Apoſtolicas. *cap. ad falſariorum. de crimi-
ne falſi.* & in conſpirante contra prælatum. *cap. ſi quis ſacerdo-
tum. 11. quæſt. 3.* & eſt quædam executio dictæ verbalis degrada-
tionis vt latè dixi ſupra *in 11. quæſt.* & de hac ſolemni ſeu actua-
li degradatione tradit *in d. cap. degradatio. & in cap. Epiſcopus. 11.
quæſt. 3.* ¶ † Huius degradationis forma hæc eſt, quia Epiſcopus 8
ad hoc deputatus coram iudice ſæculari, cui tradi debet de-
gradandus primo tondeat ei caput, deinde abradat cum vitro
loca capitis & manuum, in quibus vnctio facta eſt tempore
ordinationis, demum detrahat ei induto omnia inſignia, quæ
collata fuerunt tempore ordinationis, exuatque eum habi-
tum clericalem, & induant habitum laicalem, & dicat iudici
laico, quod eum recipiat in ſuum forum, primo igitur auferat
ei veſtimentum, quod datum fuerat vltimum ordinato, poſt
vero alias veſtes, & gradatim vſque ad veſtem, quam habuit
in ſuſceptione tonſuræ, ſic ergo patet quod degradandus pri-
mo veſtiri debet habitu clericali cum ornamentis ſecundum
qualitatem ſuæ dignitatis & ordinum ſuorum, videlicet quod
presbyter induatur cum calice in manu, ac ſi vellet dicere miſ-
ſam, diaconus vero veſtiatur vt diaconus, ſubdiaconus vt ſub-
diaconus. Epiſcopus vt epiſcopus, & ſic de ſingulis, & cum ei
exuunt veſtis dicat Epiſcopus ad terrorem aliorum, non ad
ſubſtantiam degradationis. N. presbyterum exuimus, vel au-
ferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & te honore ſacerdotali
priuamus, & ſimilibus verbis vtatur in ablatione aliorum or-
namentorum, ſed in remotione, vltimæ veſtis dicat authori-
tate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ac no-
ſtra, auferimus tibi habitum clericalem, deponimus, degrada-
mus, exuimus & expoliamus te omni ordine & priuilegio cle-
ricali. Hæc forma colligitur ex *d. cap. degradatio. de pœnis. lib. 6.* &
ex Specul. *in titulo, de accuſa. §. ſecundo loco. verſic. & not.* & habe-
tur *in tracta. de Epiſcopo. lib. 4. in 3. part. & in Pontificali.* ¶ Et de hu-
iuſmodi degradatione præparatoria ad actualem ponit An-
ton. de Butr. *in cap. 1. de obliga. ad ratiocinia.* & Hoſtienſ. dicebat,
quod clericus primo debet verbo degradari, & poſtea facto,
quod non aliud eſt dicere quam vti degradatione præparato-
ria, & poſtea actuali. Sequitur Henric. Boich. *in cap. nouimus. de
verb. ſignif.* & hanc actualem ſolus Epiſcopus facit, & non plu-
res, *vt in d. cap. degradatio. §. actualis vero. de pœnis. lib. 6.* & dixi ſu-
pra *in 6. quæſt.* ¶ † Hæc enim degradatio eſt ſumpta ex diſpoſi- 9
tione

tione iuris ciuilis, quando exauthorabant aliquem militem ex cauſa, ad cuius inſtar inuenta eſt hæc degradatio, *in l. 2. §. ſed ſi cum. in gloſſ. ff. de infami. & text. in d. cap. degradatio. § actualis.* facit *l. qui vno. §. exauctorare. ff. de re mi.* & prædictam degrationis formam latè ponit Ang. de Aret. *in ſuo tractatu maleficiorum, in verbo,*
10 *caput ab ſcapulis amputetur. col. fin.* ¶ † Degradatio actualis ſicta aliquando fit à iure, *vt in cap. 1. de homi. lib. 6. in fin.* vbi clericus mandans hominem occidi per aſſaſſinos & in aliis diſpoſitis *in d. cap.* per Papam & Concilium, habetur & reputatur à iure pro realiter degradato, vt caſtigari poſſit impunè per iudicem ſæcularem, vt latè dixi ſupra *in 11. quæſt. verſic. octauo & vl-*
11 *timo.* ¶ † Aliquando fit ab homine verbalis depoſitio, & poſtea à iure fit actualis degradatio, hoc eſt, quòd habeatur pro actualiter degradato, vt per iudicem ſæcularem puniri poſſit, vt quando clericus fuerit conuictus de furto, homicidio, periurio, vel alio crimine, debet per eccleſiaſticum iudicem deponi, & ſi incorrigibilis fuerit excommunicari, & creſcente contumacia anathematizari, & ſi poſtea in profundum malorum venerit, cum eccleſia non habeat vltra quid faciat, per ſæcularem poteſtatem eſſe comprimendus. *in cap. cum non ab homine. de iudic.* qui textus neceſſariò debet intelligi in clerico, qui poſt depoſitionem & incarcerationem ſe abſentauit fugiens, & nolebat comparere, & delicta committebat, & idcirco excommunicari debet, & aliis iuris remediis contra illum erat procedendum vt ibi, & ſic alia actualis degradatio non requiritur, quia text. ſimpliciter dicit quòd comprimendus ſit per iudicem ſæcularem, ad idem eſt text. *in cap. de liguribus. 23. quæſt. 5.* vbi textus intelligitur de incorrigibili, & ibi conditor illius canonis arguit iudicem ſæcularem, qui non compreſſit illos incorrigibiles delinquentes, & ſic probatur iudicem ſæcularem habere poteſtatem in illos abſque alio, itaq; apparet traditionem non eſſe neceſſariam, vt notat Abbas *in cap. 2. de cleric. excommunic. min. in vltimo notab.* & intelligo incorrigibilem ſecundum formam *dicti capituli, cum non ab homine*, videlicet ſeruata diſpoſitione illius, vt tunc degradatio, & exutio priuilegiis clericalibus habeatur, nam ſi aliás eſſet incorrigibilis, & retineret habitum non eſſet ſub poteſtate ſæculari, ſed eccleſiaſtica, vt notat Abb. poſt Ioan. Andr. & alios *in cap. perpendimus. de ſentent. excommunicat.* ¶ Eran ſuper hac incorrigibilitate ſententia declaratoria requiratur, tradunt Abbas. & Moderni & ſignanter D. Philip. *in d. cap. cum non ab homine. de iudic. colum. penult.* ¶ Et eodem modo poſſet intelligi, *d. cap. perpendimus.* ſupponendo, quòd extra bellum fuiſſet fuſtigatus, & patibulo ſuſpenſus ille ſacerdos, & quod fuit monitus ab eccleſia, vt ab illis enormibus deſiſteret, & ille non deſiſtens fuit excommunicatus, & anathematizatus iuxta formam *d. cap. cum non ab homine.* meritò tunc Comes ille de cuius mandato illa acta ſunt, excuſatur. Si verò fuit in bello occiſus tunc minus dubium habet, prout tradunt Cardin. Flor. Abbas, & alij *in d. cap. perpendimus.* & quia non eſt materia noſtra remitto me ad illos, & ita habes formam degradationis, & de illius multiplici differentia & de differentia inter ſuſpenſionem depoſitionem & degradationem traditur per Anton. *in 3. par. ſuæ ſummæ. tit. 27. cap. 3. in fin.* & an duo proceſſus fieri debeant, quo ad dictam degradationem per Bartol. *in l. 2. §. ignominiæ cauſa. ff. de infami.* & latè dicam infra *in cap. inquiſitionis. §. prohibemus. infra eod.*

¶ In quæſtione decimaquinta.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum de crimine læſæ maieſtatis temporalis ad crimen hæreſis an procedit.*

2 *Epiſcopus ob crimen hæreſis de hæreſi conuictus deponi & degradari poteſt de conſenſu Papæ.*

3 *Epiſcopus rebellando contra Regem an committat crimen læſæ maieſtatis.*

4 *Argumentum de crimine hæreſis ad crimen læſæ maieſtatis.*

5 *Crimen læſæ maieſtatis duo capita habet.*

6 *Intellectus c. ſi quis laicus. 22. q. 5. & an ſit Auguſtini.*

7 *Epiſcopus vel clericus accipiens feudum à domino laico fit illi vaſallus & committit crimen læſæ maieſtatis ſi aliquid machinatur contra illum.*

8 *Eccleſia etiam Romana ſi tenet feudum à Rege eſt illi vaſalla & fidelitatem illi debet.*

9 *Epiſcopi an debeant oſculari manus Regum.*

10 *Epiſcopus vel clericus rebellantes Regi an debeant epiſcopatu & beneficiis ſpoliari & deinde degradari.*

11 *Verbum, degradatio, poſitum in c. ſi quis laicus. 22. q. 5. an intelligatur de verbali vel actuali.*

12 *Pœnam maiorem imponit canon pro eodem delicto laico quàm clerico.*

13 *Laicus an peccet magis ex eodem genere delicti quàm clericus.*

14 *Pœnarum impoſitio de iure canonico introducta non ſemper reſpicit maioritatem delicti, ſed prauitatem & conditionem perſonæ.*

15 *Puniuntur magis ruſtici & ſerui, quàm nobiles & ingenui.*

16 *Epiſcopi depoſitio, ſeu degradatio non poteſt fieri ſine mandato Papæ.*

17 *Papa de hæreſi accuſari poteſt.*

18 *Concilium generale eſt ſupra Papam in cauſa hæreſis.*

19 *Papa Simmacus, & Papa Marcellinus quare non fuerunt iudicati à Concilio generali, ex quo de hæreſi accuſabantur.*

20 *Marcellinus Papa quare non fuit iudicatus hæreticus cum idolis ſacrificaſſet.*

21 *Compulſus idolis ſacrificare, an ſit hæreticus cenſendus.*

22 *Idolis cultum interiorem vel exteriorem exhibere etiam tempore perſecutionis peccatum eſt.*

23 *Hæreticus non eſt, qui compulſus metu conditionali & minus præciſo, qui idola coluit, licet peccet quando metu conditionali id egit; ſecus ſi præciſo.*

24 *Hæreticus ſi eſt paratus corrigi an eſt vt hæreticus damnandus.*

25 *Hæreticus ſi eſt paratus corrigi, quando punitur vt hæreticus, vide ſingularem diſtinctionem, quæ licet loquatur in Papa hæretico, in quolibet alio intellige.*

26 *Papa hæretico non eſt in eo aliquod ſpeciale introductum, ſed vt quilibet priuatus iudicatur.*

27 *Græci licet fuerint hæretici, non tamen vt tales fuerunt damnati, quia hæreſis illa non erat ab eccleſia damnata.*

28 *Hæreticus incidens in hæreſim iam damnatam ante deprehenſionem ſi vult corrigi debet damnari vt hæreticus, dic contra Doctores. Bellamera & Card. Alex. cum ſeq.*

29 *Papa ſiue alius clericus eo ipſo quod incidit in hæreſim an ſit priuatus Papatu & alio beneficio.*

30 *Intellectus nouus. & non cogitatus ab aliis ad cap. dicit Apoſtolus. 24. quæſt. 3.*

31 *Ruſticus credens aliquid contra fidem ratione naturali motus non eſt hæreticus reputandus.*

32 *Deprehenſus in hæreſi quando quis dicatur.*

33 *Concilij congregandi contra Papam in cauſa hæreſis forma & modus traduntur.*

34 *Papa poteſt deponere Imperatorem vel Regem hæreticum, & ibi traduntur plures depoſiti à Papa.*

35 *Papa Zacharias depoſuit Regem Francorum, & gloſſ. in cap. alius. 15 quæſt. 6. eſt falſa.*

36 *Rex hæreticus ipſo facto perdit Regnum & Catholico occupanti conceditur.*

37 *Imperatorem ſubditi non poſſunt deponere, nec illum exponere etiam propter iniuſtitiam.*

DECIMOQVINTO QVÆRO, An Epiſcopus poſſit deponi, & degradari ob id crimen hæreſis. Et quid de Papa, ſecundo, quid de Imperatore hæreticis, de ſingulis videamus. ¶ † Et primo in Epiſcopo ſupponendo in primis, quòd 1
valeat argumentum de crimine læſæ maieſtatis temporalis, ad crimen hæreſis, vt eſt text. *in cap. vergentis, de hæret. in Auth. Gazaros, & in l. Manichæos. C. de hæret.* vbi gloſſ. fortius loquitur, æquiparat enim vtcumque crimen, facit *l. ſi quemquam. C. de epiſcop. & cler. cap. in fidei fauorem, de hæret. lib. ſexto, cap. licet cler. de Simon.* Sequitur Andreas Siculus *in tractat. de præ.* Cardin. *in 9. quæſt. primæ partis*, idem ſcribit Petrus de Ancharano, *in conſil. 277. incipiente, ex prædicta facti narratione, colum. 4.* dicens, quòd ſicut in crimine hæreſis recipiuntur teſtes occultè, *iuxta formam, cap. ſtatuta de hæret. lib. ſexto*, ſic in crimine læſæ maieſtatis, vt ibi per eum, & quidam Moderni hoc tenent, vt refert Franciſ. de Aretin. *in l. Plantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hæredita.* licet ipſum contrarium teneat, quòd æquiparatio vtriuſque criminis non ſit bona, licet argui poſſit affirmatiuè de crimine læſæ maieſtatis ad crimen hæreſis, ſed non econtra, quia maior ratio eſt in vno, quàm in alio, videlicet maior in crimine

crimine hæreſis, & minor in crimine læſæ maieſtatis. *facit l. Iu-*
lia.§.hoc caput, & l.qui in prouincia.ff.de ritu nuptiarum.
2 ¶ † Vnde clarum eſt in crimine hæreſis, quòd Epiſcopus de
tali crimine conuictus deponi debet, & actualiter degradari,
imò ipſo iure depoſitus eſt Epiſcopus hæreticus, vel ſchiſmati-
cus poteſtate epiſcopali, *in cap. Nouatianus, in fin. 7. quæſt. 1. ibi, E-*
piſcopi nec poteſtatem habere. cap. heretici. cap. didicimus. cap. quicum-
que. 24. quæſt. 1. & tales Epiſcopi hæretici inconſulto Pontifice
non ſunt de facto deponendi, ſeu verius declarandi depoſiti,
cap. accuſatus. cap. quamuis. 3. quæſt. 6. & tradit Abb. & alij *in cap. 1.*
de iud. in cap. veritatis. de dolo & contum. hæc enim depoſitio ſoli
ſummo Pontifici eſt reſeruata. *gloſſ. in cap. quod tranſlationem. de*
offic. legati. nec per Inquiſitores à Papa deputatos procedi con-
tra Epiſcopos de hæreſi diffamatos, niſi ſpecialiter committa-
tur, *in cap. Inquiſitores. de hæret. lib. 6.* vbi latius dicam, & conue-
niens eſt, vt pœna depoſitionis degradationis & aliis poſitis
contra hæreticos puniantur ſicut alij de quibus *in cap. excom-*
municamus. §. damnati. de hæreticis, & in hoc cap. ita quod forma
degradationis, de qua *in d. c. degradatio. de pœnis, lib. 6.* in eis ſer-
uetur præmiſſa Romani Pontificis ſententia, vt dixi *per d. cap.*
accuſatus. Reatus enim omnem honorem excludit. *l. 1. C. ſena-*
tuſcon. & argum. optimum in l. quotiens C. de dignit. lib. 12. ſi enim
pro aliis criminibus poteſt deponi Epiſcopus, vt dicitur *cap. ſi*
quis. cap. Paulus. & lator. 2. quæſt. 7. multo magis ob hoc crimen
hæreſis, quod eſt contra Chriſtum, vnde 1. Ioan. 4. dicitur, *om-*
nis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum, & hic Antechriſtus eſt, quem dominus Ie-
ſus interficiet ſpiritu oris ſui. ad Theſſal. 2. cætera circa depoſitio-
nem Epiſcoporum traduntur *in tracta. de Epiſcopo, circa fin.*
3 ¶ † Hinc ſumpta occaſione potuit dubitari an clericus vel
Epiſcopus rebellans contra Regem, committat crimen læſæ
maieſtatis, vt pœnis illius puniatur, & licet plura de hac mate-
ria dixerim *ſupra in lectura huius capitul. in quæſt. 9. in fallent. 7.* ni-
hilominus non repetendo, ſed addendo aliqua proponemus,
4 & facit, quòd ſic, illud aſſumptum de crimine † læſæ maieſta-
tis temporalis ad crimen hæreſis, de quo argumento paulo an-
te dixi per gloſſ. notabilem *in d. l. Manichæos. C. de hæret. & gloſſ. in*
cap. 1. de hæret. & gloſſ. in cap. 1. de teſtib. lib. 6. æquiparatur enim cri-
men læſæ maieſtatis, Simoniæ, & hæreſi, quam facit ſingula-
rem Alexand. *in apoſtillis ad Bartol. in l. ſi quis filio. §. ſiue autem. ff.*
de iniuſto teſtamento. vt ſicut Epiſcopus vel clericus tenetur cri-
mine hęreſis, ſic & crimine lęſæ maieſtatis, ſed dici poteſt hanc
æquiparationem non eſſe bonam, quia plus deliquit offen-
dens æternam poteſtatem quàm temporalem *per d. cap. vergen-*
tis, & alia ſupra deducta, vt Aretin. ponderabat & bene *in d. §. per-*
duellionis, licet quo ad aliqua ſit nonnulla conformitas, nec
materia vtriuſque criminis eſt conformis, nec debita, quæ eſt
eſſe ſubiectam illi poteſtati, quæ læditur, per tradita per Car-
din. *in Clem. paſtoralis. §. rurſus. de re iudica.* & dixi *ſupra in d. 7. fal-*
lentia. Et cum Epiſcopus, & clerici non ſint ſubditi Regiæ po-
teſtati, ſeu temporali. *cap. ſi Imperator. cap. ſi quis dubitet. 96. diſtin.*
cap. nullus. de foro competen. cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtitut. cap. fin.
de rebus eccleſ. non alien. Merito talis criminis rei non efficiun-
tur. Secus eſt in crimine hæreſis, quia acceptio ſacri baptiſma-
tis alligauit baptizatum religioni Chriſtianę, à qua ſe diuiden-
do crimine hæreſis inuoluitur, quia propriè hæreſis eſt diui-
ſio, & falſum dogma in eo qui fidem Catholicam eſt profeſ-
ſus. Dixi latè *in Rubric. huius tituli, in 1. quæſt.* Inſuper videtur de
hoc text. *in cap. ſi quis laicus. 22. quæſt. 5.* qui text. dicitur eſſe beati
Auguſtini *in ſermone de periurio*, vbi habetur, quòd ſi Epiſco-
pus, presbyter, ſeu diaconus hoc crimen commiſerit, degrade-
tur, & ibi text. loquitur de crimine machinamenti contra re-
gnum, ſeu in mortem domini ſui perpetrato. Sic ergo Epiſco-
pus, ſeu presbyter hoc crimen committere poteſt, & ſi com-
miſerit debet degradari, vt ibi, & hoc crimen eſt læſæ maieſta-
tis, cuius duo ſunt capita.
5 ¶ † Primum quando quis machinatur cõtra rempublicam,
vt in l. 1. ff. ad l. Iuliam maieſt. Secundum eſt quando contra prin-
cipem. *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſta.* vt declarat ibi Cyn. & Pet.
de Bellaperti. *in Rubr. C. eod. tit.* & vtrumque caput videtur eſſe
comprehenſum, *in d. cap. ſi quis laicus. ibi, & doloſe regnum eius tra-*
ctauerit, & in mortem ipſius, ſcilicet, domini ſui, aliquo machinamen-
to inſidiatur. & quamuis ab aliquibus dicatur dictum text. eſſe
paleam, vt dicit And. Sicul. *in cap. at ſi clerici, in princip. col. fina. de*
iud. & Archid. *in d. cap. ſi laicus.* aliqui tamen dicunt, vt Domini.
in cap. nullus. 11. quæſt. 1. quod iſta palea habetur pro bono grano.

¶ † Sed cum honore illorum doctorum dicatur, text. *in d. c.* 6
ſi laicus. non probat; quòd Epiſcopus vel Sacerdos incidat in
crimen læſæ maieſtatis temporalis ſimpliciter, in omni caſu
committendo contra Principem, vel eius regnum, etiam cum
noua inductione illius text. quem proximè ego feci, eo quia
obſtant illa, quę ſupra dixi in ſeptima fallentia in 11. quęſt. quia
clerici non ſunt ſubditi dominis temporalibus iure diuino, vel
humano, imò exempti *per cap. ſi Imperator, & cap. duo ſunt. 86. diſt.*
& non ſubditi non committunt crimen læſæ maieſtatis, vt di-
cit gloſſ. *in verbo, non ſunt. in Clement. paſtoralis. § rurſus. de re iudic.*
quam ſequitur ibi Card. & Ioan. de Imol. & Ludouic. Roman.
in conſil. 366. incip. quæritur, qua pœna. & illam gloſ. ſequitur Bald.
in l. nihil. C. de vindicta liber. & in l. 2. C. de falſa monet. Oldr. *in con-*
ſil. 366. incip. quæritur verum citatio, verſic. circa ſextam quæſtionem.
Felin. *in cap. 1. de offic. deleg. colum. 3.*
¶ Nec obſtat, *d. cap. ſi laicus, vltra ſolutiones datas ſupra in 7. fal-*
lentia. quia loquitur quando Epiſcopus, vel presbyter iuramẽ-
tum fidelitatis & homagium † præſtitiſſent domino tempora- 7
li, quod poteſt quando feudum accepiſſent à manibus illius,
vt eſt text. peregrinus *in cap. 1. §. verum. de ſtatu regu. lib. 6.* quem
ad hoc ibi notant Domini. & Franc. *& in c. verum. de foro com-*
pet. & eſt text. à contrario ſenſu *in cap. nimis. de iureiuran.* & non
eſſet mirum ipſos tunc committere læſæ maieſtatis crimẽ, quia
tunc in his temporalibus clerici inferiores eſſent. *cap. ſolitæ. de*
maior. & obed. vt dicit gloſſ. *in d. cap. nimis,* quam ſequitur ibi Ab-
bas, ſubdens, quod non intelligitur in omnibus temporalibus
qualitercunq; poſſeſſis per ipſos clericos, ſed in temporalibus
quæ tenentur in feudum à laicis, quia laici eſſent domini feu-
dorum, vt voluit Innoc. *in d. c. ſolitæ.* nam eo ipſo quod aliquis
tenet temporalia intra regnum vel prouinciam alicuius, non
debet illi fidelitatem, niſi ſe habere aliquid in feudum reco-
gnoſcat, ita dicit Hoſtienſ. quem refert Abbas *in d. cap. nimis.* &
ibi ſequuntur Doctores, & ſignanter Ioan. de Imol. Bald. *in*
præludiis feudorum, colum. fin. & dicit Bald. *in l. fin. colum. fin. C. ſine*
cenſu vel reliq. quod ſi eccleſia acceperit feudum tenetur ſerua-
re id quod ſeruant † alij feudatarij, & eſt mirabile, quod ratio- 8
ne feudi eccleſia efficitur de iure domini, etiam ſi ille ſit ruſti-
cus, Innoc. *in cap. verum. de foro compet.* & alibi dicebat Bald. *in l.*
ſed & ſi. § liberta. ff. de in ius voca. per illum text. quòd licet Roma-
na Eccleſia ſit mater Imperij, tamen ſi teneat feudum ab Im-
peratore hoc reſpectu ſit eius vaſalla, quia feudataria, nõ quia
mater, hinc eſt quod incidit in pœnas naturales feudorum ſic-
ut alij vaſalli, vt tradit diſtinguendo Bald. *in cap. quæ in eccleſia-*
rum. de conſtit. ſequitur D. Iaſ. *in præludiis feudorum. colum. 2. & 5.*
¶ † Accedit, quod aliqui dicunt & non bene, quòd Epiſco- 9
pi Hiſpaniæ non benefaciunt oſculando manus regum, niſi eſ-
ſet Epiſcopus Comes, vt eſt Epiſcopus Palentiæ, quia oſculari
debet manus ſicut alij magnates faciunt, *cap. certum. diſt. 10.* vt
dicit Archid. *in cap. duo ſunt. 96. diſt.* quem ibi ſequitur Cardin.
Alex. & not. *in cap. ſi Epiſcopus. 18. diſt. in cap. cum parati. de appellat.*
per Bartol. *in l. ſi quando. C. de appellat.*
¶ Quòd autem *d. cap. ſi laicus.* loquatur in Epiſcopo & ſacer-
dote, qui iuramentum præſtauerunt domino Regi, patet in e-
ius principio, vbi dicitur, quod ſi quis laicus iuramentum vio-
lauerit, itaque ſi in laico, vt illud crimen læſæ maieſtatis com-
mittat, requiritur iuramentum præſtitum, ſeu ratione fidelita-
tis, ſeu ratione feudi, de cuius forma traditur *in cap. de forma. 22.*
quæſt. 5. & in cap. 1. de noua forma fide. in vſibus feudorum. Multo ma-
gis requiritur in clerico, ſeu Epiſcopo, qui alias ſubditus eſſe
non poteſt, *vt in d. cap. ſi Imperator. & cap. duo ſunt.* & hoc iura-
mentum fidelitatis ſolent vniuerſitates regnorum, ſeu prouin-
ciarum præſtare Principibus, ſeu Regibus in nouo eorum in-
greſſu, per ſuos Syndicos, ſeu oratores, *vt in d. cap. 1. §. verum. &*
in cap. intellecto. de iureiuran. vnde ſubditi hoc iuramentum præ-
ſtitum violantes in crimen læſæ maieſtatis incidunt, *vt in d. cap.*
ſi quis laicus. quod clerici præſtare non tenentur, *vt in d. cap. ni-*
mis. & c. petitio. de iureiuran. merito non poſſunt dici illius pro-
phanatores, niſi ratione feudi, vt proximè dixi, vel niſi ex con-
ſuetudine præſtarent clerici iuramentum fidelitatis, vt in his
regnis Hiſpaniæ & Aragoniæ & aliis his ſubiectis, nam tunc ra-
tione iuramenti violati committerent crimen læſæ maieſtatis,
& tunc eſſemus in caſu *d. cap. ſi laicus.* & quæ in princ. d. cap. di-
cuntur, in diſpoſitione de epiſcopo ſacerdote, & diacono re-
petita intelliguntur. & procœmium diſpoſitionis eſt attenden-
dum. *l. fin. ff. de hæret. inſtit. & l. omnino. C. de inoffic. teſtam.*

¶ Et

¶ Et hęc dico, ſuppoſito, quod dictum c. ſi laicus, eſſet decretum authenticum, quod non eſt, *vt dixi ſuprà in 7 fallentia.* nec eſt beati Auguſtini: quia in ſermone de periurio, qui ponitur in libro ſuo ſermonum, *ſermone 28. incip. prima lectio.* verba dicti capituli non ponuntur, nec eſt mos ſuus allegare ſynodos, vt ibi allegantur, nec Domi. dicit illud c. ſi laicus, haberi pro bono grano, nec de illo ibi loquitur; licèt dicat de c. clericum nullum, 11. *quaſt* 1. quòd illa palea habetur pro bono grano, itaq; epiſcopus ſacerdos, ſeu diaconus rebellando crimine læſæ maieſtatis inuoluuntur, in caſu quando deberent fidelitatē, ſeu homagium domino ratione feudi vel iuramenti, *vt dixi.* ¶ Et hæc inueſtigatio vtilis eſt ex eo, quia multa ſunt ſpecialia in hoc crimine con-
10 tra illius reos, *de quibus memini ſuprà in 7. fallentia.* ¶ Quid † ergo, impunitus erit epiſcopus vel ſacerdos rebellis regi, ſeu domino, in cuius diſtrictu poſſidet epiſcopatum, ſeu immoratur? abſit. Dicendum eſt igitur epiſcopum, ſeu ſacerdotem de hoc crimine conuictum eſſe ſpoliandum epiſcopatu ſeu beneficiis, & degradandum, & curiæ ſeculari tradendum ob criminis immanitatem, *vt in d. c. ſi quis laicus*, & per hunc text. conſuluit Lud. Roman. *in conſ. 366. incip. quaritur qua pœna.* & idem Lud. Roman. *in ſuo ſingulari 701. incip. dicam tibi dubia.* & pondera, quòd Lud. Roman. non dicit clericum teneri crimine læſæ maieſtatis, ſed dicit ſpoliandum beneficiis, & degradandum. nec ex hoc inferri poteſt, quia multa alia crimina ſunt, ob quæ clerici degradantur, & beneficiis ſpoliantur præter hoc crimen, vt de his latè habetur per Abb. & omnes *in c. ad abolendam, de haret. & in c. cùm non ab homine, de iud. & dixi in dicta 11. quaſt.* & pro hoc adduci poſſent ea, quæ Doctores examinant de clerico committente crimen qualificatū, vt puniri debeat ea pœna, qua laicus merus puniretur, vt tradit Abb. & aliqui poſt Petr. de Anch. *in c. at ſi clerici, in primo notab. de iudic.* & per Innocen. *in c. qualiter & quando, el 2. de accuſat.* Petr. de Anch. *in conſ. 158. incip. ex narratis in facto, & in regul. iur. 31. colum. verſic. quidam miſer ſacerdos.* ſed de veritate opinionis Petri, & Abbatis latè dixi ſuprà *in 11. quaſt. in 4. fallent.* quæ hic non repetò. ¶ Aduertendum eſt autem in pręmiſſis, diſputationis cauſa: quia valdè dubito, an huiuſmodi degradatio *de qua in d. c. ſi laicus.* capiatur pro actuali degradatione, vt pręparatoria ad pœnam, & ſic ad effectum relinquendi illum degradatum ſeculari, *iuxta c. nouimus, de verb. ſignific.* an verò capiatur pro verbali de-
11 poſitione, vt termino pœnæ. ¶ Et † hęc ratio dubitandi ſumitur ex tribus: primum ex his quæ dixi ſuprà *in 11. quaſt. in 7. fallentia.* ſecundum ſumitur ex text. *in c. de liguribus, 23. quaſt. 5.* nam ibi ponitur caſus de epiſcopis, qui rebellantur ſedi Apoſtolicæ, quos non eſt dubium committere crimen atrociſſimum, cùm ſit proprium crimen læſæ maieſtatis in primo capite, *in l. 1. in princ. & ibi notatur. ff. ad legem Iuliam maieſtatis, vt in extrauagant. quoniam nuper. in verbo, rebellando. & Cardin. in dicta Clement. paſtoralis.* & tamen ibi non traduntur curiæ ſeculari, niſi ſecuta incorrigibilitate. & ad hoc ponderat illum textum Franciſc. de Aret. *in c. cùm non ab homine, in 9. colum. de iudic.* videtur ergo quod dictum c. ſi laicus. non intelligatur de degradatione actuali, ſed verbali. ter-
12 tium † ſumitur ex eodem textu *in d. c. ſi laicus.* nam canon imponens pœnam temporalem, maiorem imponit laico, quàm clerico pro eadem ſpecie delicti. hoc probatur in homicida laico, qui alium occidit, ſecundùm canones, text. eſt *in c. 1. de homic.* ſecundùm gloſ. ibi, de cuius veritate dixi ſuprà *in 11. quaſt.* & idem probatur *in c. omnis. 3. diſtinct.* ſicut eſt de iure ciuili, *in l. 3. C. de epiſcop. audient.* & tamen clerico pro homicidio, non data incorrigibilitate, non imponitur pœna degradationis actualis, ſed depoſitionis & detruſionis in carceres, *vt in c. cùm non ab homine, de iudic. & c. tua, de pœnis.* & ſi in d. c. ſi laicus. verbum, degradentur, ibi appoſitum, intelligeretur de actuali degradatione ad effectum relinquendi Epiſcopum & ſacerdotem brachio ſeculari, maior pœna imponeretur Epiſcopo, quàm laico, quia laico non imponitur pro dicto delicto, niſi anathema, & ſi non ſe emendauerit, ſeculum relinquat, arma deponat, in monaſterium eat, & omnibus diebus vitę ſuæ pœniteat, vt patet *in c. ſi laicus.* ideo valdè dubito quod verbum, degradetur, propriè pro actuali degradatione capiatur, ſed pro verbali, & idcircò relinquo cogitandum. ¶ De pœna † verò laici committentis crimen læſæ maieſtatis ſecundùm leges ſeculares, latè traditur *in l. quiſquis, C. ad leg. Iuliam maieſt. cùm ibi notatis.*

13 ¶ Quid autem ſit in † ſpiritualibus pœnis: an magis peccet clericus, aut laicus in eadem ſpecie delicti, non eſt materia noſtra, traditur per ſanctum Thomam *in ſecunda ſecunda, quaſt. 186. art. 10.* per Abbat. & alios *in c. cùm quidam, de iureiurand.* Cardin. Alexand. *in c. homo. 40. diſtinct.* ¶ Nec obeſt ſi dicatur, quòd cui plus committitur, ab eo plus exigitur, & ſic quod plus peccet Epiſcopus, quàm laicus, & idcircò maiori pœna ſit puniendus E-
piſcopus † quàm laicus. dico quia in impoſitione pœnarum 14
nonnunquam magis conſideratur conditio, & pronitas perſonæ delinquentis, quàm grauitas peccati: patet, quia maius peccatum eſt occidere matrem, quàm vxorem, & tamen canon maiorem pœnam imponit marito occidenti vxorem, quàm filio matrem, de vtroque ſunt text. *in c. admonere, & in c. latorem, 33. quaſt. 2.* & hoc dicit gloſ. *in dicto c. admonere*, quam ſequitur dominus Decius *in c. eccleſia ſancta Maria, in 1. colum.* ¶ Nec ſemper eſt verum, quòd qui magis deliquit, maiori pœna puniatur, licèt regulariter hoc ſit, vt latè tradit dominus Decius *in conſi. 65. incip. & pro tenui mea facultate, colum. fin.* & ſcribitur *Deut. 25. capite.* iuxta menſuram delicti, ſit & plagarum modus. quia non valet ſemper iſta conſequentia, imponitur maior pœna; ergo eſt maius delictum, ſecundùm Matthæum *in Clem. ad noſtrum, de hareticis.* per Socin. *in conſil. 157. incip. praſens conſultatio, colum. penult.* Decius *in c. at ſi clerici, in 7. notab. de iudic.* Ex quo ergò proniores ſunt mariti ad occidendum vxores, quàm filij matrem, ideo pœna maior eis imponitur. ¶ Sic ergo conueniens eſt maiorem pœnam deberę imponi laicis pro crimine lęſæ maieſtatis, quàm clericis, quia proniores ſunt ad hoc laici quàm clerici ob ambitionem regnandi quæ in ipſis viget, vt docet experientia, ſicque eſt intelligendum dictum capitulum ſi laicus. vt maiori pęna puniatur laicus quàm Epiſcopus vel ſacerdos, ſic enim videmus, quòd leges ſeculares in impoſitionibus pœnarum ad conditionem perſonæ reſpectum habeant, vt minori pœna punia-
tur nobilis quàm ruſticus, liber quàm ſeruus, † & ſimiles, vt latè 15
colligitur ex multis legibus, vt patet *in l. moris. §. iſte ferè, & l. in ſeruorum, ff. de pœnis, l. qui cadem, ff. ad legem Cornel. de ſicar. l. decurionū, C de pœnis, & l. milites, C de quaſtio.* Et pro hac differētia pœnarum eſt optimus textus *in l. nemo clericus, C. de ſumma Trinitate & fide Catholica.* & per Baldum notat. *in c. 1. §. ſi quis verò temerario, poſt gloſ. de pace iurament. firmand. in vſibus feudorum.* & ſtatutis terrarum diſponitur, vt pro homicidio miles decapitetur, & ruſticus furcis ſuſpendatur, quia maior pœna eſt furcarum, & magis ignominioſa, quàm decapitationis, vt dicit Bartolus *in l. deſertorem, § pœna militum, ff. de re milit.* Bald. *in c. 1. § ſi ruſticus, de pace tenend. & eius violat.* Bald. *in l. omnes, C. de delator. lib. 10.* Et conſuluit Bald. *in conſil. 416. incipient. pramittendum eſt ad euidentiam, libro primo.* vt tradit dominus Decius *in conſil. 65. incip. & pro tenui mea facultate.*

¶ Et quantum † excellat dignitas ſacerdotalis & epiſcopa- 16
lis dignitatibus & perſonis ſecularibus, notatur *in c. ſolita, de maiorit. & obedient. c. duo ſunt, 96. diſtinct.* & latè per Andræam Siculum *in titul. de praſtant. Cardinal. in prima quaſtione prima partis.* Ex quibus habes hanc materiam latiùs examinatam quàm alibi. ¶ Et quia nonnunquam accidere poſſet in his partibus, aliquem Epiſcopum eſſe dignum depoſitione, & degradatione, ob crimen læſæ maieſtatis, vel aliud grauiſſimum, & miſſio illius ad ſedem Apoſtolicam, eſſet periculoſa, poſſet Papa committere hanc depoſitionem aliquibus in illis partibus commorantibus, vt contra epiſcopum poſſit inquiri, & procedi. de hoc eſt text. *in c. inquiſitores, infra eod. libro 6.* ibi, niſi in literis commiſſionis Apoſtolicis, quòd hoc poſſint contineatur expreſſè, adeo quòd Metropolitanus cum ſuis ſuffraganeis epiſcopis cauſam Epiſcopi ſine conſenſu & iuſſu Papæ diffinire non poſſet, *c. accuſatus, c. diſcutere, c. quamuis, c. multum, c. dudum.* Et ſi obiiciatur de *c. denique, 6. quaſt. 3. & c. ſi quis proprio. 31. quaſt.* 1. vbi ſynodus prouincialis depoſuit Epiſcopum, dico, quòd depoſitio illa fuit facta de mandato & commiſſione Papæ, vt dicit gloſ. notab. *in d. c. accuſatus.* nec vnquam hoc licuit, vt ſine commiſſione Papæ deponerentur Epiſcopi, nec tempore Apoſtolorum, vt dicit Archidiac. & Dominic. & vterque Cardin. *in d. c. accuſatus.* & Archiepiſcopus Turonenſ. cognoſcebat de eiectione Epiſcoporū ex commiſſione Papæ, *in c. hac quidem. 3. quaſt. 6. in c. Menna. 2. q. 5.* Et hæc de epiſcopis ſufficiant.

¶ Papa etiam † de hæreſi accuſari poteſt, vt eſt text. expreſ- 17
ſus *in c. ſi Papa. 40. diſtinct.* ibi, à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius. & meritò: quia nullum peccatum eſt grauius hæreſi, *22. quaſtione 2. c. primum, in princip. c. quid in omnibus, 32. quaſtione 7. c. quod autem, 24. quaſtione 3.* quia valdè perniciosum eſt, ſi vera fides, quæ requiritur in membris, non inueniatur

niatur in capite, *c. miramur, 61. diſtin.* & Papa hæreticus eo quod hæreticus eſt minor quolibet Catholico, vt dicit gloſ. *in c. Achatius, 24. quæſt. 1. in verbo, in hæreſim, & eſt argum. in c. principium, de pœnit. diſtinct. 2. in prin.* vbi dicit, iſta arbor in paradyſo Dei tot quaſi condenſas frondes habuit, quot ſub ſe poſitas ſupernorum ſpirituum legiones attendit, qui & idcirco peccans ſine venia damnatus eſt, quia maior ſine comparatione fuerat creatus, & ad hoc allegat gloſ. *in c. præſul. 2. quæſtione 5.* & hæc concluſio eſt omnium Doctorum *in dicto c. ſi Papa.* & dominus Philip. Decius *in conſil. 151. incipien. Maximi ponderis eſt.* Archid. *in c. fidei fauorem. infra eodem.* Alberic. de Roſat. pulchrè *in rubric. C. de hæret. in prima colum.*

18 ¶ Quo caſu † Concilium erit ſuprà Papam, vt tradit Dominic. *in d. c. cum remiſſent, de iudicijs, colum. 3.* Card. Zabarella *in conſil. 150. incipien. In quæſtione duorum Pontificum, colum. 3. verſic. ad prædicta.* Auguſtinus de Anchon. *in tractatu de poteſtate Papæ, quæſtione 5. artic. 3.* & Ocham *in ſuo dialogo, 1. parte, libro 6. cap. 66. & per plura alia capitula.* & quis habeat illum iudicare in cauſa hæreſis idem Ocham tradit *1 parte, libro 5. cap. 8. ad quartam rationem.* Cardin. de Turrecremata *in tractatu de poteſtate eccleſiæ, libro 4. parte 2. capite 18. cum tribus ſequentibus.* S. Anton. *in ſua ſumma, in 3 parte, titul. 22. capite 2. § 2.* & hæc intellige in hæretico propriè, prout eſt errans in fide, vt eſt gloſ. *in c. ſi quis inuenis, 80 diſtinct.* refert gloſ. *in pragmatica ſanctione de auctorit. ac generalium Conciliorum, §. & primò, in verbo obedire.* vbi allegat multos concordantes, & ad prædicta plura traduntur per Gerſonem *de poteſtate eccleſiaſt.* & per Reuerendiſſimum dominum Cardinalem, dominum Thomã de Vio nunc viuentem, *decimonono capite ſui libri, ead. parte.* & Iacobum Almeu. *in tractatu de auctoritate eccleſiæ, 11. cap.* Cardin. de Turrecremata, & Alexan. *in dicto c. ſi Papa. 49. diſtinct. & in c. nunc autem, 21. diſtinct. artic. 2.*

19 ¶ Non † obſtat *c. Concilia §. hinc etiam, verſic. Symmachus, 16 diſtinct.* vbi cum Symmachus Papa apud Concilium de hæreſi accuſatus fuiſſet, patres Concilij reſidentes ibi dixerunt: Symmachus quantum ad homines reſpicit, ſit immunis & liber: cuius cauſam totam Dei iudicio reſeruamus, *& idem in d. c. nũc autem* vbi Marcellinum vrbis Romæ Epiſcopum accuſatum de hæreſi eo quod à paganis compulſus idolis ſacrificaſſet Cõcilium noluit iudicare, ſed ipſi Marcellino Papæ dixit, tuo ore iudica cauſam tuam, nam noſtro iudicio prima ſedes non iudicatur à quoquam. & ſic apparet Papam præter hæreſim non eſſe iudicandum à quoquam. ad hæc reſpondet dominus Philip. Decius *in allegato conſilio in ſchiſmatis, colum. 2.* quia, vt dicit gloſ. *in verbo, immunis in d. §. etiam.* fuit dictus Symmachus calumniosè accuſatus, & conſtabat Concilio de calumniando abſolutus fuit. & licet text. dicat, cauſa Symmachi Dei iudicio reſeruatur, ita placuit pro maiore parte Concilio, quia non conſtabat de crimine, & de occultis eccleſia non iudicat, *22 quæſt. 5. in c. fin. & c. erubeſcant, 32. diſtin. & c. conſuluiſti. 2. quæſt. 5.* ſi enim crimen hæreſis probatum fuiſſet, Concilium iudicare potuiſſet, *vt probatur in d. c. ſi Papa.* fruſtra quidem fuiſſet congregatio Concilij, ſi poteſtatem iudicandi non habuiſſet. & cum illa gloſ. tranſeunt ibi vterque

20 Cardin. & Decius. ¶ Præterea † Marcellinus non fuit iudicatus vt hæreticus, quia paratus erat ſe corrigere, quo caſu non debebat pro hæretico reputari, ſecundum gloſ. *in dicto c. ſi Papa, in verbo, à fide, facit text. in c. ad abolendam, de hæret. 24. quæſt. 3. c. dixit Apoſtolus. gloſ. in c. nec licuit. 17. diſtinct. gloſ. 3. in c. hæc eſt fides, 24. quæſt. 1. bonus text. in c. damnamus, de ſumma Trinit.* & dicit Cardin. de Turrecremata *in dicto c. nunc autem, in 4. articulo.* quod ex quo Papa Marcellinus ſponte & humiliter confeſſus eſt errorem ſuum, non potuit de hæreſi damnari, tunc enim damnari poterat de hæreſi, ſi pertinax fuiſſet, aliàs non, *vt in d. c. dixit Apoſtolus.* qualiter autem conſideretur pertinacia, dicam in meo ſpeculo, *quæſtione 3.*

21 ¶ Vlterius † Marcellinus compulſus idolis ſacrificauit, vnde per hoc non dicitur hæreticus, licet peccet, *gloſ. 2. in c. poteſt fieri, de pœnit. diſtinct. 1. & gloſ. fin. in c. non ſolum abnegat. 11. quæſt. 3.* & in effectu omnes ita tenent in crimine hæreſis, vt Papa accuſari poſſit & iudicari à Concilio generali, *vt in d. c. nunc autem.* vt per Cardin. de Turrecremata *in tertio artic.* ſic ergo licet ſanctius fuiſſet mori, quàm immolare idolis, *vt in c. ſicut ſanctius, 30. quæſt. 4. & c. ita ne. eadem cauſa, quæſtione 5.* immò ſic faciendo, & thurificando idolis peccauit Marcellinus mortaliter, quia egit contra præceptum Dei, *Exodi 20.* vbi Deus loquens de ſculptilibus & imaginibus, dicit: Non adorabis ea, ſcilicet, exterius, neque coles, ſcilicet, interius, vt ibi gloſſa exponit.

¶ Vnde peccatum eſt idolis exteriorem, vel interiorem cultum exhibere, & hoc omni tempore, ſiue pacis, ſiue perſecutionis: contra quoſdam hæreticos aſſerentes quòd non eſſet peccatum, ſi quis perſecutionis tempore deprehenſus exterius idola colat, dum tamen fidem ſeruet in mente, quod falſum eſt, vt probat ſanctus Thomas *in ſecunda ſecundæ, quæſtio. 84. artic. 5.* nam cum exterior cultus ſit ſignum interioris cultus, ſicut pernicioſum mendacium eſt, ſi verbis aſſerat cõtrarium eius quod per veram fidem tenet in corde, ita eſt etiam periculoſa falſitas, ſi quis exteriorem cultum exhibeat alicui contra id, quod ſentit in mente. Vnde Auguſtinus *de ciuitate Dei, libro 6. cap. 10.* dicit contra Senecam, quod eo damnabilius colebat idola, quo illa quæ mẽdaciter agebat, ſic ageret, vt eum populo agere æſtimaret, vt tradit Cardin. de Turrecremata *in d. c. nunc autem, art. 1.* 22

¶ Non † tamen peccauit Marcellinus peccato hæreſis, nec ex tali actu potuit, nec debuit cenſeri hæreticus, quia corde ſemper tenuit & credidit bonam fidem, dicit enim S. Ambroſius *in d. c. poteſt fieri, de pœnit. diſtinct. 1.* poteſt fieri vt aliquis victus ſupplicijs ſermone neget Deum, ſed corde adoret, & hæc compulſio quia fuit coactus Marcellinus idola colere, fuit conditionalis, non autem præciſa, quia tunc ſi fuiſſet præciſa, nullatenus peccaſſet, *c. presbyteros. 50. diſtinct.* & hic præſupponitur peccaſſe, & grauiter, *vt in d. c. nunc autem, ibi, ex te iuſtificaberis. & ibi, ex ore tuo condemnaberis.* 23

¶ Et quia ſuprà dixi, † quòd ſi Papa in hæreſim incidens, eſt paratus corrigi, quod tunc non eſt vt hæreticus condemnandus, *vt in d. c. dixit Apoſtolus, & gloſ. fin. in c. ſi Papa, 40. diſtinct.* ſi hoc indiſtinctè verum eſſet, pauci hæretici, aut nulli condemnarentur de hæreſi, quia lapſi in hæreſim ſtatim vt eſſent cogniti, dicerent ſe velle corrigi, & ſic fruſtra eſſet de illis iudicium, plures quidem hæretici tentarent ſecretè alios inficere, & pluribus infectis, ipſi deprehenſi liberarentur ſeipſos corrigentes ad inſtar illius qui dicit, ludens feci, *in c. 1. de præſumptio.* ideo magiſtraliter diſtinguendum eſt ſecundum Bellametam *in d. c. nunc autem.* & procedit quo ad omnes hæreticos, licèt ipſe loquitur in Papa. 24

¶ Dicit ergo, † aut hæreſis in quam Papa incidiſſe dicitur, non eſt damnata, & tunc tempus ſententiæ qua condemnatur Papa de tali hæreſi eſt ſpectandum, *c. Concilia. §. hinc etiam, 17. diſtinct.* & tunc ſufficeret quòd Papa pœnitentia ductus reuocaret errorem ſuum, & ſic non poſſet deponi, & procederet quod ibi dicitur, *facit d. c. nec licuit. & quod not. 8. quæſt. 4. c. nonne, & c. cum non liceat, de præſcript.* Nec eſt quid imputetur ei, ſi ex quo nondum talis error fuerat damnatus ab eccleſia pro hæreſi, non cognouit errorem ſuum, ſed proſecutus eſt vſque ad ſententiam ſuam, credens ſe innocentem, *argum. l. illud, ff. de petit. hæred. & eccleſia, de electio.* ¶ Aut Papa incidit in hæreſim iam damnatam, & tamen ante deprehenſionem, vel amotionem pœnituit, & correxit ſe, tunc etiam non deponitur, *cap. excommunicamus. 1. §. qui autem. de hæret. dicto c. dixit Apoſtolus.* quod allegat gloſ. *in dicto c. nunc autem.* ¶ Aut Papa incidit in hæreſim iam damnatam, & in illa iam deprehenſus fuit, & tunc ſi vult ſe corrigere & emendare, admittendus eſt, ſed tamen non retinebit Papatum, & eſt detrudendus ad pœnitentiam agendam in monaſterium, *d. c. excommunicamus.* ¶ Aut Papa incidit in hæreſim iam damnatam, & deprehenſus non vult corrigi, & tunc deponendus eſt, & puniendus, vt quilibet hæreticus, *d. c. excommunicamus.* 25

¶ Nec in † cauſa fidei eſt aliquod ſpeciale in Papa, vt non puniatur ſicut alij clerici, facit *d. c. ſi Papa, iuncta gloſ. ibi,* ex quo enim eſt hæreticus deprehenſus, non cenſetur Papa, ſed priuata perſona, *vt in d. c. ſi Papa, & gloſ. in d. c. Achatius.* & dicebat Hugo, quòd Romanus Pontifex, qui eſt damnatus tanquam hæreticus, non debet computari in numero, & catalogo ſummorum Pontificum, vt refert Cardin. Alexan. *in c. Anaſtaſius. 19. diſtinct.* & hanc diſtinctionem ſequitur ſimpliciter Cardin. Alexand. *in d. c. nunc autem.* quæ licet vera mihi videatur, non probatur tamen in iuribus allegatis. 26

¶ Et pro primo membro diſtinctionis, † quòd incidens in hæreſim nondum damnatam, non eſt hæreticus, ſi eſt paratus corrigi, dicit Okam *in libro 2. Dialogorum, cap. 13.* quòd aſſertiones Græcorum antea fuerunt hæreticæ, & aſſertores illarum erant hæretici: quia tamen antea non innotuerat Eccleſiæ, quòd eorum aſſertiones fuiſſent hæreticæ, non debuerunt tanquam hæretici condemnari, ſed poſt determinationem Eccleſiæ incidentes in illam hæreſim, poſſunt vt hæretici damnari. de illa 27

de-

determinatione habetur *in c. fideli, de ſumma Trinit. lib. 6. & in cap. damnamus, de ſumma Trinit.* & in effectu eſt de mente S. Thomæ *in prima parte, quæſtione 32. artic. 4. & dixi ſuprà in rubric. de hæret. eod. libro, in quæſt. 1.*

28 ¶ Pro ſecundo membro, † quando incidit in hæreſim damnatam, & ante deprehenſionem vult corrigi, quòd non deponitur, hoc non probatur *in d. c. excommunicamus, 2. §. qui autem, nec in d. c. dicit Apoſtolus.* quinimò videtur text. *in c. vt commiſſi. § priuandi, infra eod.*
29 quòd † clerici hæretici ipſo facto amittunt beneficia, & illis priuati ſunt, & arg. à maiori, *in c. 2. § ad hæc, infra eod.* & idem eſſe debet in Papa, quia in eo in cauſa fidei nullum eſt ſpeciale, vt dixi. & idem concludit Felin. *in c. ex parte. 1. colum. 3. de reſcriptis.* dicens, quòd crimen ſymoniæ & hæreſis priuat quem ſuis beneficiis ipſo iure, vt tradit Petr. de Anchar. *in conſ. 293. incipient. vltra alia.* & dicit Cardin. Alexan. *in c. fin. 19. diſtinct.* quòd hæreticus ipſo iure priuatus eſt Epiſcopatu, *per dictum c. vt commiſſi.* immò etiam ordine, quod patet, dum ex toto deſinit eſſe Epiſcopus, *vt in dicto c. fin.* quod intelligit reſpectu executionis, non characteris, per ea quæ habentur *in c. 2. de pœnis, lib. 6.* & ita dicit Bellam. *in d. c. fin.* per text. *in c. ad abolendam, de hæretic.* & hoc eſſe videtur ex eo tempore, quo quis contraxit hæreſim, facit *l. ex iudiciorum, verſic. ex quo quis, ff. de accuſat. iuncto c. cùm ſecundum, infra eod. titul.* & de his latè diſputat Cardin. de Turrecremata, vbi ſic concludit: prælatum, ſiue ſit Papa, ſiue alius, ipſo iure eſſe priuatum ob crimen hæreſis à ſe contractum, *in tractatu de poteſtate eccleſi. in 2. parte, lib. 4. cap. 18. 19. & cap. 20.* Guilielmus Okam *in ſuo dialog. lib. 6. cap. 66. cum duobus ſequentibus.* & in ea non diſtinguunt inter hæreticum occultum, & manifeſtum, ſed ſimpliciter loquitur. meritò non videtur à nobis diſtinguendum, *l. de pretio. ff. de Publicia.* accedit *c. didicimus. 24. quæſt. 1.* Didicimus omnes omnino hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, & iuris. quod intelligit ibi Cardin. de Turrecremata de poteſtate iuriſdictionali, vnde nec abſoluere, nec excommunicare, nec indulgentias dare, aut aliquid huiuſmodi poſſunt. quod ſi fecerint, nihil actum eſt.

¶ Nec obſtat *c. audiuimus, 34. quæſt. 1.* ibi, ex quo talia prędicare cœpit, neminem damnare poteſt. & ſic quòd intelligatur de manifeſto hæretico, non autem de occulto. Ibi reſpondet Cardin. quòd ſubauditur, maximè. ita quòd ſiue ſit occultus, ſiue manifeſtus, neminem damnare poteſt. Inde eſt, quòd negatiua præuia ad verbum, poteſt, neceſſitatem inducit, gloſ. *in c. 1. de regul. iuris, lib. 6.* Bart. & Bald. & Moderni *in l. Gallus, in princ. ff. de liberis & poſthum.* & huic ſententiæ concordare videtur Iacob. Almain. *in tractatu de ſuprema poteſtate eccleſ. ca. 3.* ſed contra illam tenet dominus Card. de Vio, *in ſuo lib. cap. 18.* quem videtur ſequi idem Iacob. Almain *in tract. de auctoritate eccleſiæ, c. 11.* Cætera verò membra diſtinctionis ſatis probantur iuribus ibi allegatis. & ad prædicta plura tradit Lud. Rom. *in d. conſ. 123. incipient. quæſtio diſcutienda eſt.*

30 ¶ Ex quibus † poteſt colligi intellectus *d. c. dicit Apoſtolus, 24. quæſt. 3.* vt primò procedat, quando illa hęreſis, cuius aliquis reus inuenitur, non eſt damnata per Eccleſiam, vt paratus corrigi, non iudicetur hæreticus, vt ſentit Bellam. & Card. Alexan. poſt eum, *in d. c. nunc autem.* ¶ Secundò procedit, quando ante deprehenſionem pœnituit, quod non placet, ſi hæreſis erat damnata, quia ſtatim inuoluitur pœnis contra hæreticos ſtatutis, *per c. cùm ſecundum, de hæret. lib. 6. & dixi ſuprà proximè.* ¶ Tertiò, quando ille reus inciderat in hæreſim, doctus à parentibus ſuis, & forſan erat ruſticus, & non poterat inſtrui de veritate. ſi tamen poſtea doctus de veritate, retrocedere eſt paratus, non eſt reputandus hæreticus. & ita propriè videtur loqui ille textus, quia non pertinaci malitia, ſed ignorãtia peccauit, vt ſentit ibi Card. de Turrecremata. ¶ Quartò, & vltimò procedit, quando ille incideret in hæreſim, motus ratione quaſi naturali, credens ſic tenere Eccleſiam, quia tunc non iudicatur hæreticus, poſtquam doctus
31 veritatem, paratus eſt corrigi. ¶ Pro quo † dicit Innoc. *in c. firmiter, in fin. de ſumma Trinit.* ſequitur Bald. & Paul. de Caſtr. & Moderni *in rubr. C. de ſumma Trinit.* quòd ſi aliquis ſimpliciter credit illud, quod credit Eccleſia, ſi in ſpecie credat, in Trinitate Patrem maiorem Filio in diuinis, ductus errore, quia ſic crederet tenere Eccleſiam, dummodò non pertinaciter duret in hac opinione: non eſt hæreticus, nec poteſt de hæreſi puniri, quod eſt notandum, ſecundùm Bald. ibi, ad defendendum ruſticos, vel idiotas perſonas ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & pro hoc dominus Iaſ. *in dicta rubr. Codicis, allegat dictum capitulum dicit Apoſtolus, cum gloſſ. in verbo, pertinaci.* & dixi ſuprà *in rubr. huius tituli, in 13. quæſt. cum ſequent.* vbi latiùs tractaui de pertinacia, quæ requiritur ad faciendum aliquem hæreticum.

¶ Et quia ſuprà tactum eſt, † ſi Papa eſt deprehenſus in hære- 32
ſi, intellige deprehenſum in hæreſi ex notorietate facti, quando publicè defendit, & dicit hæretica, *c. accuſatus, de hæret. lib. 6. c. euidentia, de accuſat.* facit quod dicit Bart. *in l. 4. ff. de furtis.* Vel deprehenſus dicitur, quando in iudicio conuictus, vel confeſſus eſt de hæreſi, per ea quæ dicit Innoc. *in c. cùm ſpeciali, § porrò, de appellat.* Vel deprehenſus, quando per ſententiam eſt condemnatus de hæreſi, quia ſententia facit notorium, *l. emptor m, in princ. ff. de actio. empt.* vt tradit Cardin. *in d. c. nunc autem.* gloſ. eſt notab. *in c. ſi Papa, 40. diſtinct. & in c. ad abolendam. in verbo, deprehenſi, de hæretic.* & text. *in c. ſuper quibuſdam, de verborum ſignific.* gloſ. *in c. ad abolendam. in verbo, deprehenſi. de hæretic. c. excommunicamus. 2. § final. eodem titul.*

¶ De modo autem † congregandi Concilium in cauſa hęre- 33
ſis contra Papam, tradit Cardi. Alex. *in d. c. nunc autem.* & Iacob. Almain. *in d. tract.* Auguſt. de Ancona *quæſt. 5. art. 6.*

¶ Si verò † Imperator, aut Rex laberentur in hæreſim, Papa 34
poteſt illos iudicare, & deponere, gloſ. eſt notab. *in c. ad Apoſtolica, in verbo, de hæreſi, de re iudic. lib. 6.* quam ibi ſequuntur Domi. & alij. Papa enim fungitur auctoritate cœleſtis Imperatoris, meritò poteſt terrenum Imperatorem deponere. Legitur quidem Innocentium III. Ottonem Imperatorem depoſuiſſe, cui ſucceſſit Fridericus, quem Innocentius IV. poſtea depoſuit, vt refert Auguſt. de Ancho. *in tractatu de poteſtate Papæ, quæſt. 40. art. 1.* Doctores poſt gloſ. *in c. venerabilem, de electio. Clemen. ne Romani, de iureiurand. c. Adrianus, 63. diſtinct.* & hoc eſt generale, quòd Papa poteſt deponere Imperatorem, & reges, quando ſubeſt cauſa rationabilis, vt eſt text. *in c. alius. 15. quæſt. 7.* & ibi latè tradit Dom. Card. de Turrecremata *art. 2.*

¶ Non obſtat gloſ. *in d. c. alius.* vbi innuit, † Papam in illo caſu 35
non depoſuiſſe, ſed deponentibus conſenſiſſe, quia illa gloſ. eſt falſa, vt dicit Petr. de Palud. *in libro de eccleſ. poteſt.* quoniam contradicit textui, & intentioni Pelagij Papæ, qui inducit illud capitulum ad oſtendendum excellentiam dignitatis Papalis, quæ per hoc nõ oſtenditur, quòd dicitur conſenſiſſe proceribus deponentibus, niſi ille conſenſus intelligatur auctoritatiuus. Vnde idem Petrus de Palud. dicit, *vbi ſuprà,* quòd Papa conſenſit ſubſtitutioni quæ per proceres potuit fieri, ſed depoſitio auctoritate Papæ, & non procerum facta fuit, quæ à ſolo ſuperiore fieri potuit, ſed electio potuit fieri ab ipſis inferioribus, & hoc tenet Hug. & Archid. & Cardin. de Turrecrema. ibi, & patet ex hiſtoriis, quas ibi referunt.

¶ Summus enim Pontifex ſe habet ad Reges, & Principes, ſicut Architectonicus ciuilis ad alios artifices in ciuitate, vt dicit Hen. de Ganda. *quodlibet. 7. art. 2.* aliqua traduntur per Iacob. Almain. *in tract. de ſuprema poteſtate, cap. 5.*

¶ Et quamuis † omnia iura prædicta non loquantur in hęre- 36
tico Imperatore, multò magis in eo locum habent, quia hæreſis eſt crimẽ omnium grauiſſimum, *c. quod omnibus, 32. quæſt. 8.* Nam ipſo facto perdit regnum rex hæreticus, & Catholico occupanti conceditur, & hoc ex iure gentium naſcitur, *l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia & iur. & Bald. in repet. l. 1. colum. 4. C. de emancipat. liberorum.* & aliqua traduntur per Ioan. Igneum *in diſputatione, An rex Frãciæ, colum. 42.* Ad prędicta accedere poteſt, quia omnes reges terræ ſubiiciuntur Romano Pontifici, gloſ. & Doct. *in c. omnis, de maiorit. & obedient. c. Valentinianus 63. diſtinct. c. nouit, de iudic. not. in c. per venerabilem, qui filij ſunt legit.* Cardin. *in Clement. vna, de iureiuran. in 18. quæſt.* Alberic. de Roſat. *in l. ſi quos, C. de offic. præfect. Orien.* & quæ dicuntur per repetentes *in c. grandi, de ſupplend. neglig. prælat. libro 6.* Et populus non poteſt deponere Imperatorem, Bald. *in tit. ſi de inueſtit. inter dominum & vaſal.* Nec propter ſuas iniuſtitias poſſunt illum expellere ſubditi, latè per Anton. Corſet. *in ſuo tractatu de poteſtate regia, in 3. quæſtione.* ¶ Et per iſta remanet enodata hæc quæſtio, in qua ſi aliquid dixi contra Summum Pontificem, eiuſque ſanctam poteſtatem, quod veritati obſiſtat, pro non dicto haberi volo, eius correctioni me, & dicta mea humiliter ſupponens.

¶ In quæſtione decima ſexta.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quot requirantur ad condemnandum aliquem de hæreſi.*
2 *Teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum quem de homicidio, & de quocunque alio crimine.*
3 *Teſtes in criminali debent eſſe omni exceptione maiores, & probationes clariores, quàm in ciuili.*
4 *Teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum Epiſcopum, Cardinalem, aut Papam.*
5 *Intellectus c. præſul, cum gloſſa ſua, 2. quæſt. 4.*
6 *Cauſa ceſſante, quando ceſſit effectus.*
7 *Cardinales quando delinquunt, grauius ſunt puniendi.*
8 *Papa an poßit condemnari de hæreſi cum duobus teſtibus.*
9 *Opinio gloſſæ præfertur, quando ſunt altercationes inter Doctores.*
10 *Præſulis appellatione non venit Papa.*
11 *Capitulum præſul. 2. quæſt. 4. non habet locum in Papa.*
12 *Exceptio non eſt inducenda, niſi probetur in iure.*
13 *Teſtes quot requiruntur ad conuincendum aliquem de hæreſi, vide magiſtraliter melius, quàm alibi.*
14 *Hæreſis crimen requirit probationes ſecundùm communes regulas.*
15 *Hæreſis crimen minores probationes requirit, quàm alia crimina.*
16 *Intellectus c. excommunicamus, § adijcimus, de hæret.*
17 *Teſtes recepti in generali inquiſitione, non faciunt fidẽ in particulari, niſi reexaminentur coram religioſis perſonis in cauſa hæreſis.*
18 *Teſtes recepti in generali inquiſitione, non repetuntur in particulari, quando ſunt didicti à parte: ſecus ſi à iudice.*
19 *Teſtes poteſt recipere iudex in criminalibus, tam ad offenſam, quàm ad defenſam, didicitis teſtificatis.*
20 *Teſtium receptio, ſeu reexaminatio, non impeditur ad inſtãtiam delati, ſi ipſe ignorat nomina teſtium, vel non poteſt per ſe, vel per alium alios ſubornare.*
21 *Teſtium reproductio, ſeu reexaminatio non eſt neceſſaria, quãdo inquiſitio ſit contra certam perſonam, ſeu collegium.*
22 *Teſtes non recepti in generali inquiſitione non probant etiam indiciũ eſto quòd eſſent mille.*
23 *Teſtes recepti coram duabus religioſis perſonis in cauſa hæreſis, cõtra certam perſonam, non ſunt reproducendi.*
24 *Teſtes recepti in generali inquiſitione, non reproducuntur in ſpeciali, ſi hoc habet conſuetudo.*
25 *Teſtes duo ſufficiũt in cauſa hæreſis, ſi ſunt omni exceptione maiores.*
26 *Teſtes quando dicuntur omni exceptione maiores.*
27 *Spurius teſtis non eſt omni exceptione maior.*
28 *Probandum ſi eſt aliquid per teſtes omni exceptione maiores, an ſit probandum neceſſariò, teſtes eſſe omni exceptione maiores.*
29 *Statuto extante, quòd teſtes debent eſſe bonæ opinionis, vel optimæ opinionis, quid iuris, an hæc qualitas teſtium ſit probanda.*
30 *Qualitas extrinſeca non præſumitur, ſed intrinſeca.*
31 *Regis filius non naſcitur miles, ſed oportet quòd creetur.*
32 *Iudex debet ſe informare de conditione teſtis, præſertim quãdo nomina teſtium non dantur reo inquiſito, vel accuſato.*
33 *Arbitrio iudicis reſeruatur quanta fides ſit adhibenda teſtibus.*
34 *Teſtes an debeant eſſe omni exceptione maiores in ciuilibus, ſicut in criminalibus.*
35 *Iuramentum ſuppletorium in ciuilibus defertur parti ſemiplenè probanti, ſecus in criminalibus.*
36 *Indicium faciunt ad torturam teſtes non omni exceptione maiores.*
37 *Singularitas teſtium latius, quàm alibi tractatur.*
38 *Teſtium ſingularitas multis modis conſideratur.*
39 *Teſtium ſingularitas in ſubſtantia, ſiue in 10 prædicamentis.*
40 *Teſtes ſingulares in probatione generis, quia deponunt de diuerſis actibus tendentibus ad illius generis conſtitutionem.*
41 *Teſtium ſingularitas in verbis, non in facti narratione, impropriè dicitur.*
42 *Teſtes deponentes per eadem verba, ſunt ſuſpecti, niſi de formalitate verborum eſſet quæſtio, quia tunc, vt probent, neceſſario per eadem verba deponere debent.*
43 *Teſtes ſingulares in ſenſu qui ſunt, & hæc ſingularitas eſt neceſſaria, & euitari non poteſt, & ideo non nocet.*
44 *Teſtes ſingulares ſunt, quando vnus deponit per ſenſum viſus, & alter per ſenſum auditus, & ſic de alijs.*
45 *Teſtes ſunt ſingulares, quando vnus reddit bonam rationem ſui dicti, & alter malam, vel nullam.*
46 *Teſtis ſingularis differt multum à teſte rationem malam, vel nullam reddente.*
47 *Teſtes ſingulares ſunt, quando diuerſimodè ſcientiæ rationem reddunt.*
48 *Teſtes ſingulares an probent in cauſa fidei.*
49 *Teſtes ſingulares non probant indiuiduum.*
50 *Teſtes ſingulares probant quem eſſe furioſum.*
51 *Teſtes ſingulares an probent quid vniuerſale, vel ſucceßiuum.*
52 *Conſtitutio valeret, ſi fieret, quod per teſtes ſingulares probetur quem eſſe hæreticum, ſicut valet cõſtitutio, quod per teſtes ſingulares probetur quem eſſe vſurarium.*
53 *Teſtes duo ſingulares, etiam omni exceptione maiores, non ſufficerent ad condemnandum de hæreſi, ſed tres, vel plures requiruntur omni exceptione maiores.*
54 *Teſtes plures non omni exceptione maiores, loco vnius habentur.*
55 *Teſtis inhabilis iunctus cum teſte fide digniori, facit fidem.*
56 *Teſtes ſingulares non probant actum ſpecialem, & indiuiduum.*
57 *Teſtes non dicuntur ſingulares, licet vnus teſtis citet alterum, & alter non citet illum.*
58 *Teſtes variantes in loco, ſunt ſingulares, licet actus ſit multiplicabilis.*
59 *Teſtes deponentes de diuerſis factis, & de diuerſo tempore, ſunt ſingulares.*
60 *Teſtibus ſingularibus poteſt iudex adhibere fidem ſi vult.*
61 *Teſtium ſingularitas in ſubſtantia capta, poteſt eſſe triplex, ſcilicet, obſtatiua, adminiculatiua, & diuerſificatiua. & ea quæ ſint, declaratur num. ſeq.*
65 *Teſtes mille, tantum probant, quantum vnus teſtis, quomodo intelligatur.*
66 *Teſtes ſingulares in ſingularitate obſtatiua, nihil probant in actibus particularibus.*
67 *Teſtes ſingulares in ſingularitate adminiculatiua quandoq; probant plenè, quandoq; ſemiplenè, quandoq; plus quàm ſemiplenè.*
68 *Teſtes ſingulares in ſingularitate diuerſificatiua, probant ſemiplenè, ſi vnus teſtis eſt omni exceptione maior.*
69 *Teſtes ſingulares in ſingularitate diuerſificatiua ad probandum quid generis, vel vniuerſale, an probent.*
70 *Singularitas teſtium non in principali negotio, ſed in alijs, non nocet.*
71 *Tempus ſi eſt de ſubſtantia probationis, ſingularitas in tempore nocet.*
72 *Teſtis dictum in iudicio, an extra iudicium in mortis articulo, ſit attendendum. & quid ſi vtrumq; iuratum, vel eorum alterum? nu. 77. 78. & 80.*
73 *Educatio arguit ſimilitudinem vitæ ipſius educati cum vita educantis.*
74 *Iurans non præſumitur immemor ſuæ ſalutis.*
75 *Teſti ſcribenti manu ſua dictum ſuum, magis creditur quàm ſi ore dixiſſet.*
76 *Teſtis dictum primum habet præſumptionem veritatis, plus quàm ſecundum.*
79 *Intellectus & noua inductio c. accuſatus. § licet. de hæret. in 6.*
81 *Teſtis vnus atteſtans de vna ſpecie hæreſis in vno loco, & alter teſtis de eadem ſpecie hæreſis in alio loco, an ſint conteſtes.*
82 *Hæreſis crimen habet tractum ſucceßiuum.*

DECIMOSEXTO QVÆRO, † quot teſtes requiruntur 1
ad condemnandum aliquem de hæreſi. † dicendum eſt, 2
quòd ad conuincendum aliquem de alijs criminibus, duo teſtes ſufficiunt, vt ſatis probat Bartol. *in l. 1. § 1. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabul.* loquens in homicidio, quod eſt atrox delictum, & pœna mortis infligitur, *l. 3. C. de epiſcop. aud. l. 3. § legis. ff. de ſicarijs.* Angel. de Peruſi. *in conſ. 13 incipien. Nos Carolus, c. omnis lex, diſtinct. 4.* Abb. *in c. quotiens, de teſtib. in 1. notab.* ſicut regulare eſt in quibuſcunque cauſis, vt duo teſtes ſufficiant, niſi in lege, aut canone reperiatur contrarium deciſum, nam in ore duorum, vel trium conſiſtit omne verbum, *c. in omni negotio, c. licet vniuerſis, de teſtibus, l. vbi numerus, ff. de teſtibus.* Specul. *in titul. de teſtibus. § reſtat de numero, c. venit, de iud. c. ſi teſtes. § vbi numerus. 4. quæſt. 3. l. qui ſententiam, C. de pœnis, l. ſciant cuncti, C. de probat.* vt concludit Bonifac. de Vitali *in ſuo tract. maleficiorum, in titul. de probatio. in verſic. ſed quid ſi maleficium.* ¶ Et dicit Baldus *in dict. l. ſciant cuncti, colum. 2.* quòd probatio, quæ † fit per duos teſtes de veritate, ſufficit in ciuili, & crimina- 3
li, tamen in criminali facilius eliditur, quàm in criminali, quia in criminali debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, maximè vbi de ſalute hominis ageretur, *l. addictos, C. de epiſcop. audient.* maius enim periculum, vertitur in cauſa qualibet modica criminali,

minali, quàm in quacunque magna ciuili, vt l. *in. cæterorum. ff. de pœnis*, vt tradit Alber. de Roſa. *in d. l. ſciant.* & ibi Salic. Et in quo debeant eſſe clariores probationes in criminalibus, quàm in ciuilibus. Soc. *in conſ. 8. incip. viſis & diligenter. col. 2.* idem eſt, vt iudicium duobus teſtibus probetur. *gl. in l. fin. C. famil. erc.* Bart. *in l. maritus. & l. fin. ff. de quæſt.* Franc. Brun. *in tract. de indic. & tort. colum. 2.*

4 ¶ Et † hæc concluſio procedit, ſiue accuſatus ſit clericus, ſiue epiſcopus, ſiue Cardinalis, ſiue Papa, vt duobus teſtibus conuincatur de crimine, vt eſt gl. loquens de Pa. *in c. præſul. 2. q. 4.* & de Cardinalibus, quòd duorum, vel trium teſtium approbatæ, & laudabilis vitæ teſtimonio accuſari poſſint, et text. nota. *in cap. nullam. 2. q. 4.* vt notat ibi Iacob. de Fantu. & Papa procedens contra Cardinalem, maiorem teſtium numerum adhibere non tenetur, vt dicit gloſſ. not. *in verbo Cardinales, in capit. 1. de ſchiſma. li. 6.* cum qua tranſeunt ibi Doctores, & aliam ſequitur Card. Alexan. *in d. cap. præſul. & in tractatu de epiſcopo in penultim. charta, verſ. tertio quæro quot teſtes.* & Ioan. Andr. *in cap. licet vniuerſis. de teſtib.* poſt Hoſtien. Andr. Sicul. *in tractat. de præ. Cardin in 11. quæſt.*

5 ¶ Non obſtat tex. *in d. c. præſul.* in quo diſponitur, quòd in depoſitione Cardinalium maior numerus teſtium requiritur, nã ſi eſt epiſcopus Cardinalis, requiruntur 72. teſtes, ſi verò preſbyter Cardinalis, 54. ſi verò Diaconus Cardinalis, 26. quia ille textus procedit de rigore iuris, ſecus eſt de æquitate, vt dicit Ioan. And. *in d. c. licet vniuerſis.* ſequitur Ludou. Rom. *in ſingulari 204. incip. in ſilenti.*

¶ Secundò dici poteſt, *quod d. c. præſul.* loquitur, quãdo illi 72. teſtes non erant omni exceptione maiores, & erant ſuſpecti, alias duo teſtes ſufficerent, vt dicit Lud. Rom. *in d. ſingulari, & in conſilio antico ſimiliter. in 13. charta. verſ. tertio principaliter. C. ad l. Falcidiam.* vbi allegat Ioan. And. *in d. c. licet.* & Hoſtien. & Gratianum *in d. cap. nullam. § fin. 2. q. 4.* & Abbas *in repet. c. cum dilecti. in 4 colum. de teſtam.* quos ſequitur Dominus Dec. *in cap. at ſi clerici.* poſt Abb. *in 1. col. de iud.* & Baptiſta de S. Seuer. *in l. admonendi. col. 44 ff. de iureiuran.*

¶ Tertiò dicitur, quòd *d. c. præſul* procedebat illis temporibus antiquis, quando clericis Rom. eccleſiæ ponebantur multæ inſidiæ, & faciliter accuſabantur, & teſtes indigni promouebãtur, & cum hodie hoc ceſſet, debent communi iure cenſeri, *argum. cap. recolentes. de ſtatu regula.* vt refert Abbas *in cap. per tuas. de maior. & obed.*

¶ Archi. tamen. & Domi. *in d. c. præſul.* dicũt illud eſſe ſtatutum propter inſolentiam multorum hæreticorum, qui dictos Cardinales impugnabant, & plures alię rationes aſſignantur per S. Thom. *in 2. 2. q. 70. art. 2. in fin.* quas adducit D. Card. Alex. *in d. c. præſul.* vbi dicit Card. de Turrecrem. quòd licet ex cauſa illud ſtatutum, non tamen cauſa ceſſante debet priuilegium ceſſare quia perpetuò hoc ſibi vendicat Romana eccleſia, ſecundùm Hug. cùm etiam ordinati à Papa habeant alia priuilegia, de quibus habetur *in c. cum in diſtribuendis. de maior. & obed.* quia forſan cauſa fuit impulſiua, & ideò priuilegium durat, vt per Bal. *in l. generaliter. C. de epiſc. & cler.* idem Bal. *in l. patre furioſo. ff. de his qui ſui vel alie. iur. in 1. lectur.* Sed verior videtur opinio Abba. vt hodie dictum priuilegium ceſſet, ceſſante illa malitia hęreticorũ, quam videtur intendere Gratianus *in d. ca. nullam. 2. q. 4.* & propter authoritatem Gratiani ita tranſeundum videtur, dicit Fel. *in c. per tuas. de maior. & obed.* & concordat gl. *in verbo, Cardinales. de ſchiſmatic. lib. 6.*

6 ¶ Non obſtat illud de ceſſante cauſa † priuilegij, quòd nõ debet ceſſare priuilegium, per ſupra allegata, quia reſpondeo, qđ dicta cauſa finalis videtur, vt obuiaretur malitiæ illorum hęreticorum, vt ex mente Doctorum colligitur, non autem, vt dignitati illorũ conſuleretur, vt ſentit D. Card. de Turrecrem. vnde ceſſantibus illis hæreticis & malitioſis, ceſſare debet priuilegium, tanquam finali cauſa ceſſante, vt tradunt Bart. & alij *in l. Titia. §. vſuras. ff. de leg. 2. l. cura. §. deſiderantium. ff. de mun. & hon.* & in opinio ſimil. Lud. Rom. *in conſ. 180. incip. ſi admittimus. verſi. præmiſſis tamen non obſtantibus.* Fel. *in c. cum accesſiſſent. de conſt. col. 8.* & Dyn. *de regul. iur. li. 6.* Bart. & Moderni *in l. beneficium. ff. de conſt. principum*, & cum ſimus in cauſa finali, & non in impulſiua ceſſat ratio facta pro dicto Domini Card. res enim de facili reuertitur ad ſuam naturam. *l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſ. quod in ſpecie. ff. de pactis.*

7 ¶ Cardinales enim cùm delinquunt † acrius ſunt puniendi, cùm aſſiſtant D. noſtro Papæ, qui eſt vicarius Chriſti, exemplo Adæ, de quo dicit D. Auguſt. quòd quantò erat Deo proximior, tantò grauiùs peccauit. *cap. conſideret. de pœnit. diſtinct. 5.* exemplo Luciferi. *cap. Princeps. cap. principium. de pœnit. diſt. 2.* vt notat gloſ. *in verbo, moribus, in pragmat. ſanctio. in tit. de numero & qualitat. Cardinal.*

¶ † Sed dubitari poſſet, an *d. c. præſul.* habeat locum ſaltem in Papa, vt in cauſa fidei, de qua accuſari poteſt, *iuxta c. ſi Papa 40. diſt. & in c. licet. de elect.* maior numerus teſtium, quàm duorum, requiratur ad illum de hæreſi conuincendum, & videtur quòd ſic, vt dicit Aug. de Anco. *in tract. de poteſt. Papæ. q. 5. art. 5.* vbi dicit, *d. c. præſul.* procedere in Papa: quicquid ibi dicat glo. ordinaria, ſcilicet, quòd duobus teſtibus damnari poteſt, quæ ſecundùm eum, procedere poſſet, quando hæreſis Papæ eſſet aperta & manifeſta, quæ non poſſet aliqua tergiuerſatione celari, *c. euidentia. de accuſ.* Si enim multiplicatio teſtiũ ordinata eſt per canones de clericis curię Roman. vel propter illius ſedis dignitatem, vel quia pluribus afficiuntur odio propter cauſas eis commiſſas: multo fortius hoc neceſſarium videtur in Papa, quæ verba videntur incognita Canoniſtis: & placent Fel. *in d. c. per tuas col. 1.* & pro dicto Aug. de Anco. facit: quia propter vnumquodq; tale, & illud magis. *clem. 1. de vener. & reliq. ſanct. auth. multo magis. C. de ſacroſa. eccleſ.* quia ſi dicti Cardinales ſint pars corporis D. noſtri Papæ, vt probatur *in c. fælicis. de pœn. lib. 6.* & ibi Arch. & Ioan. And. & nota. *in c. 1. de offic. deleg.* Ioan. Monach. *in c. 1. de ſchiſma.* Ioan. de Lign. *in c. 2. de cler. non reſid.* & Papa ſit caput huius corporis. *c. in nouo 21. diſt. c. non turbatur. 24. q. 1. c. puto. 2. q. 7.* maior honor habet exhiberi capiti, quàm membris: quia videmus quòd membra corporis ad capitis defenſionem ſe naturaliter opponunt: membra enim à capite non debent diſcedere. *c. non decet. 12. diſt. c. celebritatem. de conſec. diſt. 3. c. cum non liceat. de præſcr. c. miramur. 61. diſt. accedit. c. ſi Papa. 40. diſt.* cum gl. quòd in cauſſa mota criminaliter contra Papam ſtrictius proceditur, & rarioribus caſibus, quàm contra cæteros, & ex quo in vno caſu, ſcilicet hæreſis, cõtra eum proceditur, maiori cumulo probationum videtur conuincendus, vt refert Fel. *in d. cap. per tuas.* Hinc eſt, quòd D. Cardin. de Turrecrem. *in d. c. præſul.* dicit quòd glo. ordinaria *d. c. præſul.* eſt ſtulta, quia irreuerenter loquitur de Papa: & licet de iure nõ inueniatur expreſsè quot teſtib. Papa ſit iudicandus: non tamen minori numero iudicari debet, quàm alij minores. Itaque tot teſtes in cauſa fidei requiruntur ſecundùm eum, quot ſtatuũtur contra Cardinales. Idem tenuit Bellamer. quia appellatione præſulis, Papa continetur, cùm ſimus in fauorabilibus; ſecus, ſi eſſemus in odioſis, puta, *in Clement. ſi quis ſuadente. de pœnis*, quæ non haberet locum in capiente Papam.

¶ † Contraria tamen opinio verior eſſe videtur, quòd Papa duobus teſtibus approbatæ vitæ, & omni exceptione maioribus, de hæreſi conuincatur, vt tenet gloſ. ordinaria *in d. c. præſul.* 9
cuius authoritas eſt magna apud omnes: nam quando ſunt opiniones inter Doctores ipſa præfertur, vt dicit Iacob. Butr. & ibi Ang. *in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict.* Bal. *in l. 1. in fin. ff. de vulg. & pupil.* cum pluribus alijs, quę allegat D. Decius *in c. 1. col. pen. de conſtit.* & illam gl. ſequitur Abb. *in c. quotiens. in 1. not. & in c. ſuper eo. el 2. de teſtib. c. at ſi clerici. in 1. col. de iud.* Idem Abb. *in c. 1. in 2. col. de procur.* & illam approbat Ioan. de Imol. *in c. 1. col. 3. de conſt.* & Ioan. de Fantu. *in d. c. præſul.* & And. Sicul. *in c. at ſi clerici. in prin. colum. 2.* in eadem enim ſpecie delicti grauius peccat, quàm alij inferiores, not. *in c. homo. 40. diſt.* & dicit D. Card. Alex. *in d. cap. præſul. col. 2.* ego crederem dictam gloſſ. bene dicere, quia propter ſcandalum, quod imminet eccleſię Dei & periculum animarum, in Papa hęretico ratione maioris boni, non attenduntur rationes, & deciſiones, quæ reſpiciunt minus bonum, *arg. l. illud. §. fin. ff. de minor.* videmus etiam contra priuatos in cauſſa fidei probandi facultatem relaxari, *in c. in fidei fauorem. c. fin. infr. eod.* & maximè cum cauſa hæreſis Papę iudicetur ſolùm p concilium vniuerſale, quod de facili per malas probationes decipi non poterit, ſicut cauſa priuatorum, non enim eſt veriſimile, q̃ Deus patiatur concilium vniuerſale, & eccleſiam ſuam errare in tanto negotio. *c. arceſſit. 24. q. 1.*

¶ † Et primò non obſtat text. quòd appellatione præſulis Papa continetur, quia regulariter ſub nomine epiſcopi, vel præſulis, nõ venit Papa, niſi de eo expreſsè dicatur, vt *c. ſi in omnibus, in gloſſ. de conſtitut. c. 2. de conſ. præb. c. detestanda. de conceſſ. præb. lib. 6.* verbum enim præſulis latum eſt ad omnes prælatos, vt di-

vt dicit Ioan. Andr. *in c. quoniam. in princ. de offic. ord.* & ſub verbis generalibus non venit Papa, vt eſt gloſſ. *in d. c. 1.* ſequitur quod *in d. c. præſul.* non comprehenditur Papa; nec ſumus hic in fauorabilibus: quia maior fauor vertitur pro parte eccleſiæ, vt Papa hæreticus non tolleretur in eccleſia, & in Papatu, cùm de veritate conſtiterit, quæ veritas poteſt conſtare ex minori numero 72. teſtium, vt exigit iſte tex. quàm quòd Papa in hoc ſuſtineatur, vt non poſſit conuinci niſi per dictos 72. teſtes, & cùm ex vna diſpoſitione verſetur ex parte odiũ, & ex altera fauor, tunc ſi de extenſione agitur, cõſideramus illud quod præualet, ſiue ſit odium vel fauor. gl. *in l. venia. C. de in ius voc.* Gem. *in c. 2. de deciſio. lib. 6.* Bal. *in l. fin. C. de liber præter.* Vnde dicebat D. Card. Alex. quòd ſi latè intelligeremus *dictum c. præſul.* vt comprehenderet Papã, magis tractaretur de odio, quàm de fauore, propter periculum vniuerſalis eccleſiæ, & animarum, & ſic non eſt extendendum aliquo modo ad Papam, præſertim quia Papa hæreticus, deſinit eſſe illico Papa, vt tradit Dom. Card. *in d. cap. ſi Papa.* & dixi *ſuprà in hac quæſt.* & cùm dicta gloſ. ordinaria communiter Doctores tranſeunt, vt dicit Dom. Cardin. & Ant. de Butr. *in c. a. licet. col. fin. de elect.*

11 ¶ † Inſuper *d. c. præſul.* ſicut non habet locum hodie in Cardinalibus, vt *ſup.* dixi, minùs habetur locum in Papa quia ſtad, de quo minùs dubitatur, non mell. & c. l quod magis *c. cùm in cunctis. in prin. de elect.* Nec domini Cardinales habeb. ut illud priuilegium ob coniunctionem membrorum ad caput: ſed vt obuiaretur malitiæ hæreticorum, meritò ceſſat argumẽtum, propter vnumquodq; tale, & illud magis, quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus *c. cum ceſſante de appel. l. adigere. §. quamuis ff. de iur. patro.* Nec *d. c. præſul.* loquitur in cauſa fidei prout nos loquimur. Et dicta gl. eſt ſic intelligenda, ſecundùm Ioan. de Fantu. in qua cauſa multa ſunt fauorabilia introducta, vt dixi *in d. c. fin. & c. vt fidei fauorem. infra eod.*

12 ¶ † Et non eſt inducenda exceptio ad regulam, niſi illa exceptio probetur. Bal. & Mod. *in l. quotiens ff. ſi quis cautio. in rubr. de reg. iur.* Regula enim eſt, quòd in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *c. licet vniuerſis. & c. in omni. de teſtib. c. admonere. 33. q. 2. & Deut. 17.* ex quo ego a dicta regula Papa nõ reperitur exceptus, ſub illa comprehẽditur. Nutat enim totius familiæ ſtatus, dum quod requiritur in capite, non inuenitur in membris. *c. miramur. 61. diſt.*

13 ¶ † Et hoc dictum in Papa, vt duobus teſtibus conuincatur, an locum habeat in quolibet alio, vt duo teſtes ſufficiant ad condemnationem de hereſi, ſicut de alijs criminibus? Et videtur dicendum, quòd non per tex. *in c. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret.* vbi text. videtur requirere in cauſis hæreticalibus, tres vel plures boni teſtimonij viros, & ſic quòd ſaltem tres requirantur, vt quis legitimè conuictus dicatur de hæreſi, abſurdum quidem videtur, quando eſt bonæ famæ, virum de tã graui crimine ad dicta duorum teſtium cõdemnari: maximè quia facultas defenſionis contra teſtes truncatur hodie per particulares ordinationes officij Inquiſitionis contra hæreticos. Nam nomina teſtium indiſtinctè non publicantur, licet de iure hoc fieri debeat: niſi in caſu *in c. fin. inf. eod.* prout eſt de iure cõmuni. *c. qualiter & quando §. debent de accuſat.* ſic Hoſt. not. *in ſumma, de hæret. §. qualiter. el. 1. verſ. vt tamen.* Et ſic iſte caſus addẽdus videtur. *2. q. 3. in ſumma.* vbi ponuntur caſus, in quibus plures quàm duo teſtes requiruntur. Præſertim quia accuſatus, teſtibus non poteſt facere interrogatoria, quando illorum nomina ignoret ſicut ſolent in alijs cauſis fieri. *c. præſentium. de teſtib. lib. 6. in glo. in verbo, interrogatoria.*

¶ In cõtrarium tamen eſt communis opinio, quòd duo teſtes in cauſa fidei ſufficiant, vt dicit Ioan. de Ana. *in d. §. adijcimus.* & hoc tener apertè Arch. Ioan. And. Pet. de Anch. Dom. & Phil. Franc. *in c. vt officium. §. verum. inf. eod. tit.* & hoc probatur *in d. §. verum ibi, adhibeatis duas religioſas, & diſcretas perſonas, in quarum præſentia perſonarum, examinentur teſtes, aut per duos viros idoneos, depoſitiones conſcribantur,* qui tex. ad hoc ponderatur per Arch. Ioan. Andr. & Dominic.

¶ Sed mihi non placet, quia illæ perſonæ, ſeu illi viri, non adhibentur ad deponendum contra delatum de crimine, ſed ad auctorizandum illorum teſtium depoſitiones, ne fraus aliqua adhibeatur in examinatione teſtium, pariterq; fideliter cõſcribantur per illos duos viros idoneos, vt fides indubia adhibeatur, & vt ille per illorum conſilio cauſa terminetur, *in c. fin. inf. eo. tit.* nec illæ perſonæ diſcretæ aliquid faciunt ad probationem criminis contra accuſatum, ſed ad perhibendum teſtimonium de dicto teſtis, illiuſq; conſtantiæ parte; quia ſi eſſet vnus teſtis examinatus in præſentia dictarum perſonarum, non faceret fidem teſtimonium perſonarum ad conuincendum illum: quia non plus valet dictum ipſarum, quàm dictum teſtis, à quo ipſæ perſonæ audiuerunt. *c. licet ex quadam. verſ. cùm ſatis videretur. de teſtib.* ſimile eſt *in l. Theopompus. ff. de dote præleg.*

¶ Hanc tamen communem opin. tenet Ioan. de Imol. *in d. §. verum.* ſecundùm Dom. ibi, dicentes reputare illam veram. idem Ant. de But. *in d. c. excommunicamus. §. adijcimus.* & Ioan. Andr. ubi, accedit quod dictum eſt *ſupr.* & probatum quòd Papa duobus teſtibus de hæreſi conuincitur, vt per Abb. *in c. quotiens. de teſtib. cum alijs de deſuper alleg.* & Phil. Franc. *in d. §. verum.* Andr. Sicu. *in ex part. 1. in 7. col. de offic. deleg.* & idem And. Sicul. *in c. cùm omnes. de conſt. colum. 7.*

¶ Et † dicit Ioan. de Ligna. *in Clemen. 1. de hæret.* quòd in hoc crimine debent fieri probationes, ſicut in alijs criminibus, ſecundùm communis iuris regulam, quæ habet; in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, *c. in omni. cap. licet vniuerſis, de teſtib.* quem refert Domin. *in d. §. verum,* & Ioann. Lup. *in allegat. ſua in cauſa hæreſis poſita poſt cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxorem, charta final.* 14

¶ Accedit † pro hoc quod dicit Innoc. *in c. literas, de præſump.* quòd licet in alijs requirantur probationes luce meridiana clariores, *l. ſciant, C. de probatio.* tamen in crimine hæreſis ſufficiunt minores, *l. 2. C. de hæret.* quod declara, vt per Imol. *in d. Clem.* & per Ioan. And. *in d. cap. literas, & in dicta allegat.* per Ioan. Lup. & Oldra. *in conſil. 3. incipien. regularis habet traditio.* in his enim quæ occultè fiunt, minores probationes ſufficiunt. Abb. *in cap. præterea. colum. 2. de teſtib.* Petrus de Anch. *in c. in fidei fauorem. inf. eadem.* Alex. *in conſ. 53. incip. viſo themate. & in conſ. 69. incip. viſa facti narratione, lib. 2.* & ſic non eſt mirum, ſi facultas defenſionis aliqualiter diminuitur in ſuppreſſione nominum teſtium, vt liberiùs teſtes deponant, ſumma quippe eſt ratio, quæ pro religione facit, *l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſum. fune.* & duo teſtes ſufficiunt, niſi numerus teſtium ſit diffinitus, vt dicit Odofr. *in l. fin. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* 15

¶ Non obſtat *d. § adijcimus,* quia ibi ſit inueſtigatio per † Epiſcopum, à tribus, vel pluribus, vel ſi opus fuerit, à tota vicinia; ſi in illo loco ſint aliqui hæretici, aut ſuſpecti de hæreſi. Et hæc eſt inquiſitio generalis, quæ non ſit contra aliquem hominem certum, ſed contra omnes culpabiles, qui ignorantur, *l. congruit. ff. de offic. præſid. in cap. 1. de offic. ord.* Bart. *in l. 2. § ſi publico. ff. de adulte.* Ant. de Butr. *in cap. qualiter & quando. de accuſat. § fin. col. 3.* Vnde illi adhibentur ad informandum animũ Epiſcopi ad inueniendum hæreticos, vel ſuſpectos, & præterea eſt in arbitrio, tres, vel plures, aut totam viciniam ſub iuramento compellere; nõ autem quòd tres requirantur ad minus ad conuincendum aliquem de hæreſi, quia duo ad hoc ſufficiunt, *per d. c. licet. & c. in omni. de teſtib. cum alijs deſuper adductis.* Barth. Cæpol. *in conſ. 28. incip. Magiſter Iacob.* 16

¶ Nec † etiam illi tres, vel plures teſtes in dicta generali inquiſitione recepti, facerent fidem in particulari contra aliquẽ ad condemnandum, niſi reexaminarentur coram religioſis & diſcretis perſonis, *in cap. vt officium. § verum, infra eod.* iuncta doctrina Bart. *in l. ſi in ſin. ff. de quæſt.* quia teſtes in generali inquiſitione recepti fuerunt, reo non citato, nec exiſtente cõtumace; meritò non præiudicant, *l. ſi quando. C. de teſtib.* & hanc theoricam Bart. ſequitur Alexand. de Imol. *in Apoſtillis ad eum,* ibi & Angel. de Aretin. *in tractatu maleſ. in verbo, fama publica, verſiculo quæro qualiter,* & egregiè Salic. qui ponit practicam, *in l. fin. C. de quæſt. verſ. quæro vltimò,* quam antepoſuit Ang. Peruſin. *in l. diuus Adrianus. ff. de cuſtodia reorum.* Bart. *in authent. at qui ſemel. C. de probat.* Franc. de Aret. *in conſ. 165. incip. ſicut Ioan. colu. 2.* Marian. Soci. *in tractatu de teſtibus, in 9. charta, verſiculo, conſequenter hic dubitatur.* Abbas *in cap. 2. de teſtibus, in 4. colum.* & ibi Felin. *in 4. colum.* & ibi Franc. de Aretin. *in 2. colum. in 3. limitatione,* & tanquam veram ſequitur Bal. *in l. congruit. in fin. ff. de offic. præſid. & in cap. 1. §. iniuria. in 5. colum. de pace iuram. firm. in feudis.* Idem Bald. *in l. 4. §. ſi tibi. ff. de cond. ob turpem cauſam.* licet ſit ſibi contrarius, *in l. obſeruare. § proficiſci, in 6. quæſt. ff. de offic. proconſul. & legat.* Abbas *in capitulo per tuas. de teſtibus,* & ibi Felin. *in 2. regula, & in cap. grauem. de præbend. & in cap. ad petitionem. de accuſat.* Idem Bartol. *in l. maritum, colum. 2. ff. de quæſtio.* Innocent. *in capitulo; bonæ, el. 2. de electione, columna 2.* & teſtis examinatus in ſummario iudicio, non facit 17

fidem

fidem in plenario. Abb. *in cap. cum in tua. de teſtib. & plenius in*
cap. veniens. el 2. in 5. colum. de teſtibus. nec etiam ad contrariam. Bart.
& alij *in d. l. fin.* § Primò tamen hoc limita, niſi teſtificatā in in-
18 quiſitione generali fuerint † dicta ex parte, tunc non repe-
tuntur in particulari inquiſitione, timore ſubornationis, pro-
ut eſt in ciuilibus cauſis, vt dicit Bartol. *in Authen. at qui ſemel. in*
7. colum. verſic. quæro vtrum in cauſa inquiſitionis. C. de probatio.
ſecus in iudice, quia ipſe ex ſuo officio poſſet teſtes repetere, ac
etiam nouos inducere, vt tradit Innoc. *in c.* [illegible] *clamor, per il-*
lum text. de teſtib. vbi late dominus Abb. Imol. & Fel. Lanfranc.
in cap. quoniam contra falſam in verſic. teſtium. in 10. colum. de proba-
tio. Archid. *in cap. vtrum in 2. quæſt. 2.* Bald. *in l. ambitioſa. in fin. C. de*
appellat. & Archid. *in c. ſi placuit. 4. quæſt. 4.* Archid. *in cap. per hoc.*
circa fin. infra eod. Franc. de Aret. *in l. 2. col. 2. ff. de duo. reis.* cum ſimi-
libus. vt late per Modernos *in d. cap. cum clamor.* Bald. *in l. eos. § ſi*
quis antequam. colum. 2. C. de appellat. & Alexand. *in conſil. 64. incip. viſo*
themate lib. 1. & Curt. *in conſil. 273. in ſe inquiſitione. colum. 5. lib. 3.*
Bald. *in l. ea quidem. colum. penult. C. de accuſat.* quia in iudice non
militat timor ſubornationis, ſicut in parte. *vt in d. c. per hoc.* per
Archid. & Bald. *in presbyteri. colum. 2. verſic. iuxta primam expoſi-*
tionem. C. de epiſcop. & cler. per Bartol. egregiè *in l. 2. § ſi publico. co-*
19 *lum. 5. verſic. vlterius quæro. ff. de adult.* † vbi etiam ſubdit, quòd in
criminalibus iudex poſſet recipere teſtes, poſt publicationem,
tam ad offenſam, quàm ad defenſam. *l. 3. § fin. ff. de quæſtio.* & ibi
per Alexand. *in apoſtil.* & ad defenſionem non ſolùm poteſt,
ſed tenetur, vt concludit Franciſc. de Aret. *in conſil. 146. incip.*
viſa conſultatione. Bartol. *in l. 4. § hoc autem iudicium. colum. 4. ver-*
ſic. quarto quæro. ff. de damno infecto. Bald. *in l. fin. ff. de ferijs.* & om-
nino ponderandæ ſunt regula & fallentiæ, quas ponit Bald. *in*
d. Authen. at qui ſemel. colum. 1. Iacob. Alua. *in cap. 1. § 1. quæ ſit inue-*
ſtitura. in feud. & plura tradit Socin. *in regula ſua 403. incipien. te-*
ſtes publicatis atteſtationibus. Salic. *in d. Authent. at qui ſemel. colum.*
2. verſic. item fallit. Bartol. *in quæſt. 14. incipien. iudex maleficiorum.*
20 *colum. penult.* § † Puto tamen hanc fallentiam habere locum,
quando nomina teſtium eſſent nota inquiſito, eſſetq; ipſe in-
quiſitus in ſua libertate, quòd per ſe vel per alium poſſet teſtes
ſubornare. Si verò nomina teſtium ſunt occultata, vt hodie fit
indiſtinctè in cauſis fidei, vt ſupra dixi, vel ipſe inquiſitus eſſet
in carceribus, non video quare impediri poſſet repetitio, ſeu
reintegratio teſtium ad inſtantiam ipſius inquiſiti, etiam pu-
blicatis atteſtationibus, & dictis, quia in his caſibus non vi-
detur habere locum cauſa ſubornationis; merito ceſſare debet
diſpoſitio *l. generaliter. C. de epiſcop. & cler. l. adigere. § quamuis. ff.*
de iure patron. Moder. *in l. ſtipulatio iſta habere licere. § alteri. ff. de*
verbor. obligat. vt latè tradit dominus Decius, *in capitulo, cum ceſ-*
ſante. de appellatio. § Pro quo facit; quia licèt teſtes fuerint pu-
blicati, & non venerunt ad notitiam partis, tunc non impedit
dicta publicatio productionem nouorum teſtium, vt habetur
in Clem. teſtibus. de teſtib. per Doctor. *in cap. fraternitatis. col. 1.* &
21 *in Auth. at qui ſemel. C. de probatio.* § Secundò † limitatur, vt re-
productio non ſit neceſſaria, quando inquiſitio fit contra cer-
tam perſonam, vel collegium, nam teſtes recepti in hac inqui-
ſitione, quamuis dicta generali ratione excelluum, ſeu crimi-
num, non ſunt amplius repetendi, ſeu reproducendi, & ideo
repertus culpabilis ex priori tela iudicij, venit puniendus, text.
eſt not. quem ibi notant Abbas, Ioan. de Ana. & Franciſc. de
Aret. *in cap. ad petitionem. de accuſa.* & idem dicit text. ſecundum
vnam lecturam. *in cap. per inquiſitionem. de electio. in cap. 2. de con-*
feſſio. ſatis enim eſt illum culpabilem citare, vt veniat ad oppo-
nendum contra illam inquiſitionem, ſi quid opponere volue-
rit, vt ibi per eos. Et licèt loquantur Doctores in inquiſitione
contra collegium, & certum genus perſonarum, vt non ſit ne-
ceſſaria reproductio; quia contra quemlibet illorum videtur
facta; multò minus reproducendi ſunt, quando eſt formata
contra certam perſonam, quia ſi id, de quo minus, videtur in-
eſſe, ineſt & id, de quo magis, *l. non debet cui quod plus. ff. de reg. iur.*
tradit Alberic. de Roſa. *in l.* [illegible] *geſta.* ita in indiuiduo ar-
guit Franciſc. de Aret. *in d. cap. ad petitionem. colum. 1.* Hinc dicit
egregiè Bald. *in l. tabernam. colum. 2. verſic. eſt quædam inquiſitio ſpe-*
cialis quoad perſonas, & generalis quoad exceſſus, vt quando inqui-
ritur contra monachos ſuper ſtatu eccleſiæ, vel contra Pote-
ſtatem ſuper geſtis in officio, nō eſt præparatoria, ſed ad finem
vltionis, ſicut generali iudicio, vbi redditur ratio, nam omnia
veniunt via eiuſdem iudicij. *l. pro ſocio. ff. pro ſocio.* & alibi dicit
Bald. *in l. congruit. ff. de offic. præſidis.* quòd ex generali inquiſitio-
ne non poteſt quis condemnari, niſi ſit facta cōtra certam per-
ſonam, idem ſentit Bald. *in cap. 1. § iniuria. colum. penult. verſic. po-*
ne. de pace tenen. [illegible] *cum non ſit iudicium fundatum contra aliquem.*
§ In inquiſitione verò † generali, poſtquam non eſt formata 22
contra aliquem, meritò poſtea in ſpeciali debent teſtes repeti,
& reproduci, per illam theoricam Bartol. *in d. l. fin. ff. de quæſt.* de
qua per Salic. *in l. fina. C. de quæſt.* Et per Franciſc. de Aret. *in alle-*
gato conſil. 163. in ſecunda colum. vbi concludit, quod etiam ſi eſ-
ſent mille teſtes recepti in generali, non facerent indicium; *ca-*
pit. tertia. 5. quæſt. 3. & per Fulgoſ. *in conſil. 106. incipien. ſuper eo de*
quo primo loco quæritur. cum alijs deſuper allegatis, & Modern. *in l.*
1. colum. 2. in princip. ff. de quæſtio. § † Et hæc etiam locum habent 23
in cauſis fidei, ſi teſtes recepti fuiſſent contra aliquem coram
duabus religioſis, & diſcretis perſonis, iuxta text. ſupra allega-
tum, *in d. cap. vt officium. § verum.* nam ex quo fuiſſent recepti di-
cti teſtes in forma iuris in certam perſonam, licet generaliter
quoad exceſſus, non eſſent amplius repetendi, per prædicta:
quia hæc ſpecialis inquiſitio locum habet accuſationis, ita di-
cit Bartol. *in d. l. 2. § ſi publico. colum. 4. verſic. quæro vtrum in inqui-*
ſitione. ff. de adulterijs. ſecus ſi generalis fuiſſet inquiſitio reſpectu
perſonarum: quia tunc repetendi eſſent in particulari inquiſi-
tione in cauſis fidei coram dictis duabus perſonis religioſis &
diſcretis, in alijs verò cauſis, ſine dictis perſonis fit reprodu-
ctio, iuxta dicta Bartol. *in d. l. fin.* & per Doctor. *in dicto § verum.*
§ † Tertiò limitatur, vt teſtes recepti in generali inquiſitione, 24
non repetantur in ſpeciali, ſeu particulari, ſi hoc habeat con-
ſuetudo, & ſtylus curiarum alicuius loci, nam talis ſtylus atte-
dendus eſt. *l. fin. C. de in ius voc. l. 3. § fin. ff. de teſtib.* & in ſpecie con-
ſuluit Alex. de Imol. *in conſil. 41. incip. habita ſuper contentis. col. 4.*
lib. 2. & an ſtylus valeat contra iuris diſpoſitionem, tradit latè
D. Rochus de Curte *in rub. de conſuet. col. 3.* § † Et quia ſupra di- 25
xi, quòd ad cōdemnandum aliquem de hæreſi, duo teſtes ſuf-
ficiunt; dicerem ita quod illi duo teſtes debent eſſe omni exce-
ptione maiores, vt eſt in alijs criminibus: & probatio quæ fit
per tales teſtes, dicitur probatio legitima, gloſſ. *in verbo, proba-*
tione in cap. at ſi clerici. in princ. de iud. quam dicit eſſe multum ſin-
gularem Andr. Sicul. *in c. prudentiam. § ſexto in 3. col. de offic. deleg.*
& ibi Fel. *col. 2.* [illegible] *in verbo l.* [illegible] *probauerit. de probat. l. fin.*
C. ſi [illegible] *C. de probat. & l. fin. C. de ſecund. nupt.*
[illegible] *5. quæſt. 6. & 2. quæſt. 1. in primis.* prout in cauſa fi-
dei conſuluit Ioan. Lupus [illegible] *ſuper quo.*
poſita poſt repetitionem cap. per [illegible] *de don. inter virum & vxorem.*
col. penult. § † Et apertè dicit Franc. de Aret. *in c. fin. de teſtib.* quòd 26
in cauſa hæreſis non ſufficerent duo teſtes infames, etiam con-
currentibus alijs coniecturis veriſimilibus, & ſic intelligit Ho-
ſtienſ. & Ioan. Andr. *in d. cap. vt officium. infra eod.* dum dicit, quod
in cauſa hæreſis non ſufficiunt duo teſtes: nam quando duo te-
ſtes eſſent criminoſi, vel infames, ſatis probatur, *in c. in fidei fa-*
uorem. Et ſic ſentit, quòd ſi eſſent duo teſtes omni exceptione
maiores in cauſa hæreſis ſufficerent: ſecus econtra, vt ibi per
eum, & Ioan. de Imol. *in Clem. 1. colum. pen. de hæret.* & teſtes di-
cuntur omni exceptione maiores, quando nulla exceptio &
nulla macula impingi eis poteſt, vt eſt gloſſ. *in § item verborum.*
Inſtit. de inutilibus ſtipu. & gloſſ. in cap. 1. de conſang. & affin. Bald. *in*
l. optimam. C. de contra. & commit. ſtipul. Abb. *in cap. licet. el 1. de teſti-*
bus. in 2. notab. & Abb. *in d. cap.* [illegible] Ang. de Peruſio *in con-*
ſil. 194. incip. viſis proceſſibus col. 2. Pet. de Ancha. *in conſil. 416. incip.*
ad corroborationem. vt tradit dominus Dec. *in d. cap. at ſi clerici. co-*
lum. 21. Alexan. *in conſil. 18. incip. viſo proceſſu lib. 1.* Et domin. Dec.
in conſil. 310. viſis diligenter. colum. 1. Bartol. & dominus Iaſon *in l.*
admonendi. in repet. colum. 7. ff. de iureiur. Card. *in cap. mulieri. de*
iureiurand. & Alexand. *in conſil. 70. incip. viſo conſilio. lib. 2. colum. 3.*
Et in feudis dicit egregiè Bald. *in cap. 1. § ſacramentum. colum. 1.*
de conſuetud. recti feudi. quòd tunc vnus teſtis facit indicium,
quando eſt probatæ vitæ, & bonæ opinionis, nec haberi po-
teſt ſuſpectus familiaritate, vel alia de cauſa. Quæ verba in ef-
fectu declarant explicitè, quando quis dicatur omni exceptio-
ne maior: vt eſt gloſſ. *in verbo, à quæſtionibus. in l. maritus.* & Bart.
in l. 1. § item Cornelio. ff. de quæſtio.
§ † Hinc eſt, quòd ſi teſtis eſſet ſpurius, non eſſet omni ex- 27
ceptione maior: & duo, quorum alter ſpurius eſſet, non face-
rent plenam probationem, ita dicebat Ludou. Rom. *in l. admo-*
nendi. ff. de iureiur. ſequitur Nic. de Vbal. *in tractatu de ſucceſ. ab in-*
teſta. charta 5. colum. 3. pro quo facit text. *in cap. ſi gens Anglorum.*
56. diſtin. & Bald. *in l. generaliter. § cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.*

D. Iaſ. *in l. ſi quis pro emptore. 64. colum. ff. de vſucap.* Alex. *in l. 3. ff. de liber. & poſth. colum. 3.* Petr. de Anch. *in cap. religioſus. col. pen. de teſtam. lib. 6.* Bald. *in l. 1. col. 3. C. de his quæ pœnæ nomi.*
28 ¶ † Aduerte tamen ad prædicta, quod ſi in aliqua diſpoſitione dicatur aliquid eſſe probandum per teſtes omni exceptione maiores, vt in aliquibus ſtatutis, videtur capitulandum, & probandum, quod tales teſtes ſunt omni exceptione maiores, alias producens teſtes ſimpliciter, ſuccumberet, per id quod dicit Angel. *in l. tabularum. §. item autem. ff. quemadmo. teſt. a.* ponens doctrinam generalem, quod vbicunque optima opinio teſtium eſt cauſa inductiua probationis plenæ, quæ alias plena non eſſet, probandum eſt de optima opinione dictorum teſtium; & in ſimili videtur hoc dicere Bart. *in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmo. teſt. aperi. rol. fin.* quem ſequitur Angel. de Aret. *in §. item verborum. col. fin. inſtit. de inutili. ſtipul.* Alex. *in conſil. 82. incip. in cauſa vertente. col. 2. lib. 1.* Cæpol. *in conſil. 58.* Franciſc. de Billarlis. *colum. 2.* Alexan. *in conſil. 43. viſis ponderatis. colum. 3. lib. 4.* dominus Franciſc. de Curte refert *in tracta. de teſtibus. concluſione 35.* vbi dicit hanc opinionem Angeli, ſibi non placuiſſe, quia ille qui producit teſtes, habet præſumptionem iuris pro ſe, cùm omnes teſtes præſumantur idonei, & omni exceptione maiores, vt dicit gloſſ. *in cap. 1. de teſt.* hæc enim ex natura procedunt, vt in ſimili not. Doctor. *in cap. dudum de præſumpt. & in cap. 1. de ſerit. facien. l. cum quibus. 2. ff. de lega. 2.* & ſtamus dicto teſtium, ſi nihil in perſonas eorum obiectum fuerit. *cap. præſentium de teſt. leg. ſi quis teſtibus. & Auth. ſi dicatur. C. de teſti.* & hanc partem tenuit Ioan. de Ligna. & Franc. de Ramp. vt refert Ioan. de Imol. *in d. §. ſi quis neget. col. 3.* vbi reprobat opin. Angel. & reſpondet ad doctrinam Bart. quæ in ſimili allegatur. *in d. §.* quia Bartol. non dicit generaliter quod vbicunq; nil eſt obiectum contra teſtes, quod probanda ſit illorum bonitas, & quod non præſumantur boni: quia quilibet bonus præſumitur, niſi probetur contrarium. *l. ab ea parte. C. de proba. & l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2.*
29 ¶ † Vnde ſi ſtatutum dicat ſimpliciter, quod teſtes debent eſſe bonæ opinionis, & famæ, tunc niſi probetur contrarium, boni præſumuntur, ſecus vero eſſet ſi ſtatutũ diceret, quòd teſtes deberent eſſe optimæ opinionis, & ſic in ſuperlatiuo gradu: quia licet quis præſumatur bonus, non tamen optimus, & in hoc poſſet opinio Ang. ſaluari: & ita tenet ſub dubio forte Ioan. de Imol. *in d. §. ſi quis neget.* licet Ioan. de Lign. & Franc. de Rampo. ſentiat contrarium; cùm text. vnde ſumitur *Auth. ſed cum teſtator. vt in Auth. de here. & Falcid. §. hinc nobis. in verſ. ſi vero abſunt.* requirat tres teſtes eſſe optimæ opinionis: & tamen dicunt, quod in dubio illud præſumitur, & conſulit Franciſ. de Curte Sen. *in conſil 56. ſi per proceſſũ inquiſitionis. in 4. col.*
30 ¶ † Et pro hoc, contra Ang. de Perunio deducitur gloſſ. not. *in cap. ſi forte. in verbo. ſcientia. de elect. in lib. 6.* vbi dicit, qualitatem intrinſecam, quæ eſt ſobrietatis, & ſimilia præſumi, *vt in d. cap. dudum. & cap. vno, de ſeruit.* ſecus de extrinſeca, vt literatura, propterea ſiunt examina in doctorandis. Et præſumptio dicitur eſſe circa ea, quæ communiter inſunt naturæ rationali: ſicut eſt bonitas, capacitas, induſtria naturalis; ſecus de artificiali, vei ba ſunt Bald. *in l. non eſt verſimile. in 1. lectura. ff. quod me. cauſa.* Inde eſt, quod quilibet præſumitur laicus: quilibet præſumitur popularis: & qui dicit ſe clericum, vel magnatem, debet probare: nec ſunt primæ qualitates, quæ veniant à natura; ſed habent ortum ex accidentibus, ita Bald. *in l. in actionibus. §. plane. ff. de in litem iura.* Bald. *in cap. fin. col. fin. verſic. ſed quæro. de præſum.* vt tradit D. Decius *in cap. cum a lio de reſcript.*
31 ¶ † Nec filius Regis naſcitur miles, ſed requiritur vt creetur: quia eſt qualitas extrinſeca, vt eſt gloſ. *in verbo, canonica. in l. placet. C. de ſacroſ. eccleſ.* qualitas enim extrinſeca non præſumitur, ita Bald. *in cap. 1. §. ſi inſtrumentum. de noti. feu.* quem refert Franc. de Aret. *in conſil. 83. incip. quia multa fuerunt. col. fin.*
32 ¶ † Et quamuis opinio Angeli non videatur iuri conformis quoad caſum de quo loquimur; prout ſubtiliter poteſt colligi ex his quæ dicit Bart. Soc. *in conſil. 274. incip. in cauſa nomine Lyſe. 10. col. verſic. poſtremò.* vbi concludit, quod vbi lex ſolum requirit teſtes integros, ſufficit illa generalis præſumptio bonitatis naturalis: nec vlterius eſt aliquid probãdum de integritate teſtis, vt ſit omni exceptione maior: *vt in gloſ. d. c. 1.* ſecus ſi requiratur à lege, quod teſtis ſit probatæ opinionis, & famæ: vt ibi late per eundem: nihilominus iudex debet, etiam reo non petente, nec opponente, animum ſuum informare de conditione teſtis: præſertim in cauſis fidei: quoniam nomina teſtium non reuelantur, vt dixi, inquiſito, ſeu accuſato; propter periculum: vt poſſit ipſe iudex adhibere, vel non adhibere fidem teſtibus, viſa illorum conditione: prout dicit Bart. *in l. 4. §. hoc autem iudicium. colum. 2. ff. de damno infecto.* Innoc. & ibi late Felin. poſt alios *in cap. cum tu. ... de teſt.* Bald. *in l. ſi quis prohibet. ff. de poſtu.* Ant. de But. *in cap. cum dilectum, de conſuet. cum alii.* vt declarat Alex. *in d. §. hoc autem. col. 3.*
33 ¶ † Accedit quia arbitrarium eſt in iudice, quanta fides ſit teſtibus adhibenda. *l. 3. §. tamen. ff. de teſtib. cum aliis.* vt tradit Socin. *in conſ. 23. ... contingentia. colum. fin.* virtus enim probationis, arbitrio iudicis ponderatur, & diiudicatur, an ſit ſufficiens, vel non. *l. quinta ... ff. de probat.* vt per Socin. *in conſil. 262. incip. in cauſa magnifici Petri. colum. 6.* Bald. *in l. teſtium. colum. 2. C. de teſtib.* & Aret. *in cap. veniens. el 1. colum. 4. de teſtibus.*
34 ¶ Et † hæc de facili procedunt in cauſis criminalibus, vt teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, ſecus vero in ciuilibus, vbi non requiruntur teſtes omni exceptione maiores, vt dicit Paul. de Caſt. *in l. ſciant. in princ. C. de probat.* & Bald. *in l. id quod pauperibus. col. 5. de epiſc. & cler.* dicit, quod ſi teſtator mandauit ſolui omnibus probantibus ſe debere, quod non ſemper requiritur euidens probatio, ſed ſufficit coniecturalis, & allegat *l. Lucius. ff. de condit. & demonſtr. & l. licet imperator. ff. de lega. 1.* & videtur hoc ſentire Andr. Sicul. *in d. cap. at ſi clerici. in 26. colum. verſic. gloſſ. in verbo, legitima.* Dici tamen poteſt, quod tam in criminali, quam in ciuili, teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, quia idonei teſtes requiruntur. *cap. 1. de teſtibus. l. idonei. ff. de teſtib.* & idonei dicuntur omni exceptione maiores, vt dicit gloſſ. quæ relata ad text. loquitur in ciuilibus, *in §. item verborum. inſtit. de inutil. ſtipul.* Abb. *in cap. licet vniuerſit. de teſtib. & in cap. 1. de teſtib. & gloſſ. in d. cap. 1. de conſang. & affin.* quæ etiam relata ad text. loquitur in ciuilibus, ſcilicet, ad probandum gradum conſanguinitatis, imò text. hoc expreſſe requirit, vt teſtes ſint omni exceptione maiores. *& in d. c. & l. optimam. C. de committ. ſtipul.*
35 ¶ Eſt † tamen in hoc differentia, vt ſi pars veritatem rei geſtæ ſciret, poteſt petere ſibi iuramentum ſuppletorium deferri, vt ſuppleatur defectus dictorum teſtium deponentium in dicta cauſa ciuili. *cap. fin. de iureiur. in. l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis.* ſecus in criminalibus, in quibus non defertur iuramentum in defectum plenæ probationis, vt dicit Bart. *in d. l. admonendi.* & tenet dominus Decius *in cap. at ſi clerici. 21. colum.* Bart. *in l. maritum. ff. de quæſt.* idem Bart. & Moderni *in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de iureiurãd.* & ſic eſt plus probatum, quàm ſemiplene in criminalibus, an poſſit deferri iuramentum, tradit Alex. in Apoſtil. ad Bart. *in d. l. maritus.* & D. Iaſ. *in l. admonendi. in repetit. colum. 101.* & ſic in criminalibus requiruntur teſtes ſplendidiores, quam in ciuilibus. Inde eſt, quod infamis infamia facti admittitur in ciuilibus, qui repellitur in criminalibus. Bart. *in l. Capite. ff. de ſenato. & in l. 1. C. de ſumma Trinit.* & Alex. *in conſil. 11. incip. Syl. ex primum. lib. 1.* text. *in cap. teſtimonium. de teſtibus.* & Andr. Sicul. *in d. cap. at ſi clerici.* & in ciuilibus teſtis admittitur ſine ratione, & cauſa, de quibus non ſunt interrogati, vt per gloſſ. & Bart. *in l. ſolam. C. de teſtib.* ſecus in criminalibus, vt per Salic. *in l. fin. C. de probat.* Sequitur Alex. *in conſil. 15. viſo proceſſu. col. 5. lib. 1.*
36 & † ad facienda inditia teſtes ſufficiunt non omni exceptione maiores. Bald. *in conſil. 437. quædam mulier. lib. 5.*
37 ¶ Dubitari † tamen poteſt in præmiſſis, an in cauſis fidei duo teſtes ſingulares probent, & eſt dubitatio, quæ quotidie agitur in conſiliis ſacri officij Inquiſitionis, & variæ de hoc proferuntur opiniones à Doctoribus tam mortuis, quam viuis.
38 ¶ † Et primo videndum eſt qui teſtes dicuntur ſingulares. Secundo reſpondetur ad quæſitũ.
¶ Quoad primum dico, quod ſingularitas teſtium multis modis conſideratur.
39 Primo, † ſingularitas teſtium eſt, quando teſtes variant in ſubſtantia, vt quia teſtis dicit, quod audiuit dici ab aliquo, quod verbum Diuinum non fuit incarnatum, alter dicit ſe audiuiſſe ab eodem, quod in Trinitate non eſt æqualis potentia, nam iſti teſtes in ſubſtantia rei de qua agitur, ſunt ſingulares, vt dicit Ant. de But. *in cap. cum oporteat. de accuſat.* idem eſt dicendum de cæteris prædicamentis quæ ſunt decem, vt teſtes variantes in ſubſtantia, quantitate, relatione, qualitate, agere, pati, habere, vbi, quando, ſitum, ſunt ſingulares, vt dicit Bald. *in l. de quibus. in 17. colum. ff. de legibus, verſic. ſed an per teſtes ſingulares.* idem Bald. *in l. teſtium. C. de teſtib. col. 3.* & Bald. *in l. data opera. col. 7. C. qui accuſ. non poſſunt.* & iſta prædicamenta ponit Azo *in Summa. ſ. primæ chartæ. C. in 3. colum.* & idem Bald. *in l. in perſona. in 2. col. C. de probat.* dominus Iaſ. late, qui ponit exemplum in quolibet prædicamentorum in materia fictionis, *in l. ſi is qui pro emptore. colum. 160. ff. de vſucap.*

¶ Secun-

40 Secundo modo dicitur ſingularitas teſtium, † quando teſtes inducuntur ad probandum aliquos in genere, vtputà, poſſeſſionem, iuriſdictionem, celebrationem, ius decimaudi, aut hæreſim, & vnus teſtis dicat de vno actu ſingulari, alter de alio conuenienti ad illud generale probandum, iſti teſtes dicuntur ſingulares. adeo quòd aliqui Doctores aſſeruerunt, quòd talis ſingularitas impediebat, vt non eſſent teſtes conteſtes, vt dicebat Anton. de But. in d. cap. cum oporteat. Salic. in l. teſtium. C. de teſti. Hoſtien. in ſumma, de teſtibus. §. quæ diuerſitas. plene per Alexan. in conſil. 72. inſpecto diligenter proceſſu. in 3. col. in conſil. 100. ſuper primo. in 8. colum. lib. 1. de cuius vera reſolutione inferius dicam in reſponſione ad quæſitum.

41 ¶ Tertiò † modo dicitur ſingularitas, quando teſtes concordant de aliquo facto ſpecifico, & concordant in eundem einſdem rei finem, & de eodem facto in effectu, licèt per diuerſa verba, & hæc ſingularitas eſt impropria, id eſt, quoad corticem verborum tantùm, in quo cortice, & formalitate verborum non eſt conteſtatio, ſiue concordia, ſed bene eſt concordia teſtium in facto, & ij teſtes propriè & rectè loquendo, dicuntur conteſtes, ſpreta & reiecta illa ſingularitate verbali, & ſic tales teſtes probant, tex. eſt, in l. qui ſententiam. C. de pœnis, vt tradit Caccialup. in l. admonendi. col. 53. ff. de iureiur. & dicebat Iacob. But. in l. teſtium. §. ideo. ff. de teſti. quod ſufficit teſtes concordare in facto principali, licèt non concordent quoad corticem verborum, nihil enim refert narrandi diuerſitas, vbi eadem dicuntur. cap. nihil obſtat. de verb. ſignif. & ibi ſumit argumentum glo. pro teſtibus. idem dicit gloſ. c. dudum. §. ſed ad iſta in verbo. ſubſtantia de conuerſi. coniug. idem dicit Bald. in d. l. teſtium. in ſuis apoſtillis. & Alexan. in conſi. 47. incip. abunde. col. 2. lib. 2. dominus Iaſ. in l. 2. C. de bono. poſſeſ. ſecun. tab. Ang. de Peru. in conſil. 275. incip. ex themate. col. fin.

42 ¶ Quinimmo ſi † deponerent per eundem, & præmeditatum ſermonem, eſſent ſuſpecti, vt dicit Bar. & Flor. in d. l. teſtium. Abb. & alij in d. c. nihil. Sed hoc fallit, niſi haberent teſtes deponere de formalitate verborum, tunc enim ſi diſcordãt in verbis, & concordant in facto, eſſent ſingulares, & non probarent. Ioan. And. in c. cum eccleſia. § nos autem. de cauſa poſſ. & dicit Bal. in c. bona. el 1. de electio. quòd ſi duo teſtes, quorum vnus deponit, quod Titius promiſit Seio duos ſolidos, alter deponit de 24. denariis, probant, & dicentur conteſtes, l. extrinſecus. & quod ibi no. ff. de verb. oblig. Inde eſt quod non omnis ſingularitas facit teſtes ſingulares, ſed illa quæ differt in ſubſtantia, c. nihil, de verb. ſignifi. vt dicit Bal. in conſi. 218. præſuppoſito ſtatuto, lib. 1. Sed ſi eſſent interrogati, quibus verbis formaliter vſus ſit in ſua promiſſione Titius, & vnus dicit, quod promiſit duos ſolidos, alius dicit, quod promiſit 24. denarios, iſti dicentur ſingulares, ſequitur Alex. in apoſtillis ad Bart. in d. §. ideo. Ant. de Butr. & Abb. in d. c. nihil obſtat. Alex. in dicto conſi. 47. & Franciſc. de Curte, in tract. de teſti. concluſ. 11. & indices quando debent proferre ſententiam ſecundùm ſtatuta terrarum, debent verba ſtatuti apponere in dicta ſententia. Bal. in l. qui ſe dicit. ff. de iudi.

43 Quarto † modo dicitur ſingularitas, quæ eſt neceſſaria, videlicet, quando teſtes reddunt rationem ſui dicti per ſenſum, puta, viſus, quia vidi; & alter teſtis etiam dicit, quia vidi: nam cũ ratio reddatur per proprium ſenſum, l. qui teſtamento. in fi. ff. de teſtamen. & l. teſtium. C. de teſtib. quilibet eſt ſingularis de ſenſu ſuo, non de ſenſu alterius. Et hæc ſingularitas euitari non poteſt, immò ad probationem eſt neceſſaria, ita in effectu dicit Barto. in l. 1. §. ſi quis neget. col. 3. ff. quemadmo. teſtam. aperi. Singularitas enim attenditur penes factum de quo teſtificantur, non penes modum ſciendi, vt dicebat Nic. de Mat. refert Bald. in l. 2. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundùm tabu. omnis enim teſtis in ſuo facto eſt vnicus, ſcilicet, in ſenſu ſuo, ſed in re teſtificata, eſt conteſtis aliis, cũ quibus concordat, oculus enim meus non poteſt eſſe tuus, vt patet ad ſenſum, dictum tamen eſt commune, & vnũ & idem. Et idcirco Bal. in l. de quibus. in fin. ff. de legibus. dicit, quod illa ſingularitas per Bart. conſiderata, non eſt ſingularitas, ſed concors pluralitas; in teſtibus differentia numeri nõ eſt differentia, quia numerus auget teſtimonium, non minuit, ſed illa eſt differentia, quando non dicunt idem in effectu, tunc quidem eſſet diuerſitas, quando per ſenſum diuerſum redderent cauſam, puta, vnus per viſum, alter per auditum, vel quando diuerſa ſunt ſenſa, vt per Bal. in d. l. de quibus. Quando autem præſumatur pluralitas actuum, & ſic ſenſatorum, tradit D. Iaſ. in d. l. 2. teſtes enim deberent reddere rationem ex illo ſenſu corporis, ex quo percipit dictũ; vt per Innoc. in c. cum cauſam. & ibi latè Modern. de teſti. Imol. & Paul. de Caſtr. in l. qui teſtamento. §. fin. ff. de teſtam. & Bal. & Salic in l. ſolam. C. de teſti. & mirabiliter, & philoſophicè Bald. in rubr. C. ſi ex falſis inſtrumentis.

† Quinto modo dicitur ſingularitas, quãdo vnus teſtis reddit 45
dicti ſui rationem bonam, alius non bonam, ſed diuerſam: & hoc caſu depoſitio illius, qui reddit bonam rationem facit ſemiplenam probationem: quæ nõ minuitur, nec debilitatur per dictum illius, qui non reddit rationem, vel nullam reddit, ita dicit Bal. in l. de quibus, in 17. col. fin. ff. de leg. teſtis non dicitur, qui neſcit rationem ſui dicti reddere, l. ſolam. C. de teſti.

† Et ſubdit Bal. quod magna differentia eſt, quando teſtis eſt 46
ſingularis, vel quando nullam rationem, aut nõ bonam reddit: quia in primo caſu, minuit, & debilitat dictum alterius: vt patet in teſtibus contra Suſannam, vt dicit gloſſ. in l. teſtium. C. de teſti. c. nihilominus 3. q. 8. inde eſt, quod mille teſtes minus probant, quã vnus: quia ex hoc præſumitur dolus, & repugnantia, ita dicit Bal. in l. iuriſiurandi. col. 1. C. de teſti. vbi etiam dicit, quod aliquando tantùm probant mille, quantum vnus: quia ibi nõ eſt numerus teſtium, ſecundùm Specul. in tit. de inquiſitio. §. nunc videndum, verſi. Item nota. In ſecundo verò caſu, teſtis qui non reddit rationem, vel ſi reddit, non eſt bona, debilitat dictum alterius, qui bonam rationem reddit, & eſt ratio, quia nullam in facto contrarietatem habent, licèt ille ſit ignorans, verba ſunt Bald. in d. l. de quibus. & latè per Innoc. Abba. & alios in c. cum cauſam, de teſtib. dictũ enim teſtis regulatur ſecundùm cauſam, & ſi aſſignat cauſam minus ſufficientem, non probat, c. ſi quando, de reſcript. Alex. in conſi. 72. inſpecto diligenter, colum. 3. lib. 1. & in conſ. 100. ſuper primo, col. 6. lib. 1.

† Sexto modo dicitur ſingularitas, quando vnus teſtis reddit 47
vnam rationem ſcientiæ, alius aliam, & quælibet ratio eſt cõcludens, vtputà, volo probare me poſſediſſe, dicit vnus teſtis, quod percepi fabas: alter dicit, quod percepi frumẽtum: ibi teſtes ſunt conteſtes: ſunt enim teſtimonia in cauda colligata, l. qui ſententiã. C. de pœnis. argumento l. quicunq. §. idcirco. C. de hæreti. c. excommunicamus in princip. de hæreti. Bal. in d. l. de quibus, col. 18. quamuis enim ſint ſingulares in cauſa ſciẽtiæ, & ſic in cauſa remota: ſunt tamen concordes in dicto, & ſubſtantialibus, vt in ſimili quæſtione notat Bart. Paul. de Caſt. & Sali. in l. 1. C. ſi vnus ex plu. appell. ſue. & allegat ibi Salic. d. l. qui ſententiam. Socin. in conſ. 26. ex his, colum. 4. de hac tamen ſingularitate ſtatim dicam.

† Veniendo igitur ad ſolutionem dubij propoſiti, an in cau- 48
ſis fidei teſtes ſingulares probent, ex ſequẽtibus colligitur ſolutio: nam vbi agitur de probando aliquod vniuerſale, vel generale, puta, hæreſim, iuriſdictionem, vel poſſeſſionem nõ dicuntur ſingulares teſtes: ex quo ratio eorum eſt eadem veritas, licèt ratio ſcientiæ ſit diuerſis modis percepta à teſtibus: ſecus ſi tractaretur de probanda certa ſpecie hæreſis, ſeu iuriſdictionis, puta, mero imperio, vel de probãdo aliquod quod ſpecificè probandum eſſet. Itaque talia in genere teſtibus ſingularibus probantur, vt tenet Spec. in titu. de inquiſitione. §. 1. verſi. quid ſi vnus. Bal. in l. actor, colum. 2. verſ. quæro quare negatiua. C. de proba. idem Bald. in l. 1. C. qui nume. tutelarum. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtib. Bald. in repet. l. data opera C. qui accuſar. non poſſ. & in lege, de quibus, ff. de legib. Bartol. & Iacobus Butr. in d. l. ob carmen. §. fin. Iacobus Butr. in l. Arriani. C. de hæreti. Sic enim probatur quid vniuerſum, quod ex multis elicitur, glo. eſt quam approbat Archid. in c. nihilominus, 3. q. 9. Et in hæreſi Bal. in c. licet, el. 2. de teſtib. Et in probatione famæ, & iuriſdictionis, & perceptionis decimarum. Innoc. & Ioan. Andr. in c. qualiter & quando, el 2. de accuſa. Et ad probandũ publicum vſurarium: & in genere, & in vniuerſo. Bald. in l. 1. C. de teſta. Ange. in q. diſputata incipien. Aſtenſis miles, colum. 30. allegãs Ioan. And. dicentem per diuidua probari poſſe, quem eſſe vſurarium, in c. 1. in verbo, manifeſtos, de vſu. lib. 6. quamuis ſi ageretur de probatione † in- 49
diuidui, teſtes ſingulares non probarent, ſecundùm eum. Bald. in c. cum omnes, de conſtitu. 10. col. verſi. quarti Collectarius. per Ioan. And. in d. §. nunc tractemus. Specul. in tit. de teſte. § iam de interrogatorijs, verſ. quæri etiam debet à teſte. Hoſtien. in ſumma de teſt. §. quæ diuerſitates, verſi. qua autem. Ange. & Ioan. de Imol. in l. 1. §. ſi quis neget. ſi quemad. teſta. aperia. per eundem Imol. plenè in l. inter pares. ff. de re iudi. Et in probatione pupillaris, ætatis, & recollectæ vineæ. Angel. & Imol. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulgar. & pupillari. Calcaneus in conſil. 79. licet dubia, colum. fina. Ioan. Andr. in cap. primo, de arbitris, libro ſexto. Paulus de Leaza in diſputatione contra inſtrumentum debiti. Baldus in l. ea quidem. C. de accuſa. colum fina. Bartolus in l. de minore. §. tormenta penult. colum. verſicu.

ſed

ſed quid ſit teſtes. Roma.plenè in l.prima.§.primo in fin.ff.de verbo.obliga.vt tradit Franc.de Curte in tract.de teſtib.in 37.concluſ.

50 †Et ad probandum quẽ eſſe furioſum, ſufficiunt teſtes ſingulares, ſicut ad probandum aliquid in genere, vt tradit Alexan.in conſ.10.incip.matureq; digeſtis atteſtationibus, col.2.lib.6. idem Alex. in conſi.92.Viſo & opportunè diſcuſſo, colum.5.lib.5. Ange.in conſi.233. incipien.quadam domina Margarita, colum.3. Et in additione hæreditatis, quòd probetur per ſingulos actus à teſtibus, conſuluit Paul.de Caſtr.in conſil.113. incipien.contra ſuperius conſulta.libro.1. idem Paul.de Caſtro.in conſi.380.incipien.iudex eſt miniſter Dei, eodem libro. Socin.in conſi.95.in cauſa communis, lib.3.colum.penult. Et in probanda iuriſdictione. Paul.de Caſtro in conſil.344. in cauſa que vertitur, lib.1.colum.penult. Rochus Curtius in cap.fina.de conſue.in 6.quaeſtione, in fin. Et ad probandum quem eſſe vſurarium, & de multiplici ſingularitate teſtium, Lan.Fran.tradit in Clem. diſpendioſam, in 8.colum. verſ.tertia concluſio.de iudicijs. § 51 † Et ad probandum aliquid vniuerſale, ſeu ſucceſſiuum, vt eſt poſſeſſio, decimatio, iuriſdictionis exercitium, teſtes ſingulares ſufficiunt, vt tradit Phil.Corn.in conſi.81 incipien. Viſa facti narratione, colum.14. verſ.& ad probandum, lib.1. vbi dicit eſſe communem opinionem Doctorum, prout hoc affirmat Fulg.in d.l.ob carmen.§.fi.& in conſil.134.incip reperio me aliàs conſuluiſſe, colum.2.eod.lib. Franciſ.de Aretio, in c.licet cauſam, de proba.in 3.col. Felyn.in c.licet ex quadam, colum.3.de teſtibus.& pulchrè Petr.de Anch.in materia coniurationis, in conſi.439.incip.ex prædicta facti narratione.& eleganter Corneus in conſi.34 incipien.circa principale, col.2.libr.2 Andr.Sicul.in rubr.de proba colum.10.

§ In contrarium tamen eſt Ioan.And.in c.vt officium.§.1.in verbo, tertium in Nouella, infrà eod tit. Ant.de Butr in c.qualiter & quando, de accuſa.c.fin de cenſu c.veniens. el 1.c.licet ex quadam, de teſtibus. Amo.de Butr.in cap cum oporteat, de accuſa. Archidia.in c.innotuit, 25.quaeſt.5. vbi ad probandum aliquem ſanctum, non ſufficit teſtem deponere de vno miraculo, & alterum de altero. Abbas in conſi.42.incip.ex multis agitatis.lib.1. vbi in cauſa vſuraria conſuluit quem non probari vſurarium per teſtes ſingulares, & in probatione conſuetudinis conſuluit Alexan in conſil.45. Viſis atteſtationibus.lib.2.& in probatione famæ Salice.in l ea quidem carta penult.verſi.Non obſtant præmiſſa.& Alexan.in conſi 72.incip inſpecto diligenter, libr.1.& in conſi.100.incip.ſuper primo.eo lib. & Dec in conſuetudine probanda.in conſi.215 incipien.in cauſa vertente, col.5. & dom.Iaſon in repet.l.admonendi ff.de iureiur col.95.& Alex in conſi.3. ſuper proceſſu, col pen.lib.4.§ Ex quibus patet, communem opinionem eſſe, quod teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquod vniuerſale videlicet, aliquem hæreticum eſſe: ſecus tamen eſſet ſi vnam ſpeciem hæreſis vellet quis probare, ita tenet Fely. in d.c.licet cauſam, de teſtib.col.5. inducendo exemplum, quod Bal. ponit in d.l.ob carmen.§.fi. quod cuilibet benè intuenti videbitur facere: & ſic quem eſſe hæreticum, in genere poteſt probari per teſtes ſingulares: quia omnes hæreſes ſunt adinuicem connexæ, licèt diuerſas facies videantur habere, l.quicunque.§.idcirco.C.de hæreti.cap.excommunicamus in prin.de hæreti.gloſſ.nõ.in cap.accuſatus.§. cum verò, infrà eodem. quam Moderni faciunt ſingularem, in l fide certa.C.de tranſactio. Ioan.de Ana.in cap.primo, de hæreti.in fin.

52 † Et forſan hæc opinio ſeruaretur in practica, quia fulcita opinione plurimorum Doctorum: & ſi ſuper hoc fieret conſtitutio, ſecuriùs eſſet, quæ valeret vt conformis diſpoſitioni iuris communis, prout in vſurario conſuluit Bald. in conſil.406.incipien.in cauſa Vincentij.libro primo. & in hac conſtitutione reperio conſultum eſſe per Angelum de Caſtellione, & per Argentinum de Raynerio inter conſilia Bal.in conſil.10 incipien.Ego Angelus.lib.1.

53 † Et in hoc caſu non putarem duos teſtes ſingulares ſufficere ad cõdemnationem in cauſis fidei, ſed quod tres, aut plures requirerentur, & in hoc ſeruarem opin.illorum, qui dicunt duos teſtes in tanto crimine non ſufficere, vt innuit Hoſtien. in Summa, de hæreti.§.qualiter, el 1.verſi.vt tamen. & dixi ſuprà ea.q. & hoc eſſet tutius, argu.l.abſentem.ff.de pœnis. ſintque teſtes omni exceptione maiores, vt ſuprà latè poſitum eſt.

54 † Et duo teſtes non omni exceptione maiores, loco vnius teſtis habentur, vt dicit Ioan.de Imol.in l.qui teſtamento, in prin.ff. de teſtamen.

55 † Et ſocius criminis, de cuius fide diminuitur, iunctus cum alio teſte fide digniore, facit fidem, text.eſt ſingularis ſecundùm Bal.in l.ſi quis ex argentarijs.§.qui enim ff.de edendo. Et licet teſtes inhabiles plenè non probent, tamen præſumptionem faciunt, glo. in verbo, atteſtationibus, in c.2.de teſti.lib.6.cum alijs quæ tradit Calcaneus in conſ.109.quia cauſa iſta, col.2. Et prædicta procedũt, quã aliquid in genere vel in vniuerſo eſſet probandũ, vt ſup.dictũ eſt.

56 † Si verò aliquis actus ſpecialis eſſet probandus, tunc teſtes ſingulares non probarent, in c.bona, c.cum dilecti.de electio l.ſolũ.C. de teſti.c.licet ex quadam, & c.quoniam, de probat. ratio eſt quia cùm ſint ſingulares, de diuerſis actibus deponunt, & in eodem actu non ſunt conteſtes, nec ibi eſt numerus, & ideo tantum probat vnus, quantum mille. Bal.in l.iuſiurandi. C. de teſt.col.3.verſi.deinde nota videndum. Specu.in tit.de inquiſitione.§.vbi videndum, verſi.item not. Imò, quod plus eſt, plures teſtes ſingulares minus probant, quàm vnus ſolus, Bal.in l.de quibus, colum pen. verſi.ſed nunquid.ff.de legibus.dominus Decius in conſi.310. viſis diligenter. Et vnus teſtis ſingularis debilitat dictum alterius, & ideo non defertur iuramentum in defectum probationis, ſequitur dom.Decius in d.c. licet cauſam, colum.6. Teſtes enim ſingulares, aut in diuerſum tendunt, aut in aduerſum & ideo ibi non eſt numerus conteſtualis, Bal.in rubri.de proba. per eundem Bald.in l.teſtium.C.de teſti.§.teſtibus.C.de nouo Codi.cõp. Specu.in tit.de teſte.§.de interrogatorijs. & ibi Ioan.And.& plures concordantes ad hoc adducit Ludo.Bolog. in conſ.27.incipien.vt in præſenti, colum.4. dom. Iaſ. in repet. l.admonendi colum.5.ff de iureiuran. Socin.in conſ.40.incip. in cauſa ſpectabilis, lib 3.colum.fin.

57 † Et teſtes non dicuntur ſingulares, licet vnus vocet alterum in conteſtem, & alter alterum non vocet, Bart. in l.1.§.ſed neq; ff. quemadmodum teſta ape. Bal.in l.teſtium, col.4.C.de teſti.& in l.fi.C.de ſecun.tabulis. Signor.de Homo.in conſ.244.incipien. quia per ipſum, col.7.verſ.Item non obſtat. Cor.in d.conſ.34. circa prin.lib.2.& in conſil.134.reperio, lib.1.& in conſ 55.videtur lib.4. vbi etiam dicit, quod teſtibus, qui poſſunt eſſe ſingulares, non eſt credendum, & allegat Barto.in l.Celſus ff.de vſucap. prout idem Corneus latè repetit in conſ.238.reperio.colum.3.lib.4.& in conſ.110.videtur lib.1.colum. 2.& in conſ.130.Viſo libello, colum.2.eod lib. Teſtis non habens conteſtem, ſingularis eſt, Ioan.de Imol.in conſi.83.in caſu præmiſſo. Et in dubio teſtes non dicuntur ſingulares, Innoc.in c.qualiter & quãdo, el 2.de accuſa.refert Alex.in conſ.4.Viſo proceſſu, lib.6.§ 58 † Et teſtes variantes in loco, licet actus ſit multiplicabilis, ſingulares ſunt: teſtes Summæ, c.nihilominus.3 q.9. Salice.in l.teſtium, in 9. q.C.de teſti. Alexan.in conſ.94.viſo proceſſu.lib.6. Et quandocunque timetur de varietate atteſtationum plurimorum teſtium, cautela eſt, quòd fiat articulus de vnitate actus, aliàs præſumeretur pluralitas factorum, traditur in c.cum Ioannes, de fide inſtrumentorum. vt per Socinum in conſil.24. Viſis, & diligenter, colum.10.verſi. Tertiò principaliter. § 59 † Et teſtes deponentes de diuerſis factis, & de diuerſo tempore, ſunt ſingulares, & non probant. Salic.& alij in d.l.teſtium. Socin.in conſ.98.Viſa narratione, col.4.verſ.ſolum reſtat quod ad prædicta.

60 † Addo ſtupendum dictum Paul.de Caſtr.in l.admonendi.ff. de iureiuran. quòd licet teſtes ſingulares non probent, tamẽ ſi ex illis iudex in credulitatẽ deducitur, quia ſunt ita notabiles, poteſt illis plenam fidem adhibere: licet iudices captioſi credere nolunt. Et hoc idem exclamat Pau.de Caſt.in l.Lucius.ff.de his qui notan.infamia.& dicit hoc velle Bar.ibi.vbi vult, quod licet teſtes ſint conteſtes, tamen ex aliquib.poteſt iudex moueri ad nõ credendum. Ita pariter ſi non ſunt conteſtes, dicit Paul.iudex poteſt ſe mouere ad credendum probata, teſte et Caccialupus in d. l.admonendi, & ſequitur Socin. in conſ.362.in cauſa magnifici Petri, colum.6.in arbitrio enim iudicis eſt dare fidem teſtibus, vel non, l.teſtium.§.ta magis.ff.de teſti. ſequitur Lanfran. in d.l.admonendi, in 19.col. & ſubdit præfatus Caccialup. quod hoc debet intelligi, quando iudex aliqua ratione probabili moueretur, quæ concludit bono viro, & dicit ſe aliquid tractaſſe, in l.manifeſte ff.de iureiuran. § Ego tamen non reperi Paul.de Caſtro ſic dicere in d.l. admonendi, nec in d.l.Lucius. nec fortè debet eſſe in lectura Florentina, quam non habeo.

61 Aduerte tamen: quia hoc dictum Paul.de Caſtro eſt maximè periculoſum, ſi nudè intelligatur. † Et ideo dicendum eſt, quòd illa ſingularitas teſtium in ſubſtantia, ſuprà in primo loco conſiderata, poteſt eſſe triplex ſcilicet obſtatiua, adminiculatiua, & diuerſificatiua, de primis duabus ponit Bald. in rubrica de controuer.inueſtitura, in 1.colum. quem ſequitur Barba. in rubrica, de probatio.colum.9. tertiam ponit Baldus in rubric.de probatio. & Caccialupus in dicta l. admonendi, colum.53. 62 † vbi etiam dicit, quod ſingularitas obſtatiua eſt, quãdo diſpoſitiones ſunt incõpatibi-

patibiles, id eſt, quæ non poſſunt ſimul ſtare, puta, quod ſunt plures teſtes non conferentes in vnum eiuſdem rei finem: differentes loco, & tēpore, aut aliter circa ſubſtantiam, & factū non protēditur, aut non eſt iterabile: tunc dictis teſtes non ſolū ſunt ſingulares, ſed cōtrarij, *l. qui falsò vel variè. ff. de teſtib.* & ex hac ſingularitate reſultat dolus, vel repugnantia: & in hac ſingularitate habet locum illud, quod plures teſtes ſingulares minus probāt, quod vnus vt dicebat Bal. *in d. l. de quibus, col. pen. verſ. ſed nunquid.* & in hoc caſu dictum vnius teſtis debilitat dictum alterius, & ideo non defertur iuramentum, ſequitur D. Decius *in d. c. licet cauſam, colum. 6. in rubr. de proba. vt ſuprà etiam dixi.* ¶ Et in hac ſingularitate non intelligitur quod *ſuprà dixi*, quòd tres teſtes ſingulares ſufficerent ad condēnationem, & non duo, ſecundùm opinionem aliquorum Doctorum, nec etiam illud dictum ſingulare & ſtupendum Paul. de Caſt. in hac ſingularitate debet intelligi: ratio eſt euidens, quia ſequeretur, quòd quis poſſet condemnari cum probatione minori vnico teſte, cùm vnus teſtis quantumcunq; magnæ auctoritatis, ad hoc non ſufficiat, vt eſt text. *in c. licet vniuerſis, de teſtib. & melius in c. licet ex quadam, eo. tit.* Socin. *in conſi. 63. in cauſa vertente*, & dicit Bal. *in l. 2. C. de aduo. diuerſo. iud.* quod ad præſumendum iuſtam cauſam, non ſufficit vnus teſtis, ſequitur Soc. *in conſ. 98 incip. Viſa narratione.* quod non eſt dicendum: quia iure diuino cautum eſt, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbū, Deut. 17. *& in c. 1. 2. q. 5.* quæ verba intelliguntur per negationem, in ore duorum, id eſt non paucorum: quia non paucorum quàm duorum, id eſt non vnius teſtimonio condēnetur aliquis, aut iuſtificetur: licet enim ſint cauſæ, quę plures requirant teſtes, quàm duos, vt in teſtamentis, codicillis, & ſimilibus, nulla tamen eſt quæ vnius tantùm teſtimonio, etiam legitimo contentetur, vt *in d. c. licet vniuerſis*, & ibi tradunt Doctores. & Card. de Turrecrem. *in c. præſul. 2. q. 5.* & ideo dicendum eſt, quod producens teſtes ſingulares in ſingularitate hac obſtatiua, non dicitur habere aliquem teſtem, nec talibus aliqua fides adhibetur: vt in teſtibus adductis contra ſanctam Suſannam, vt *in l. teſtium. C. de teſtibus. & in c. nihilominus. 3. q. 9.* & habetur in Daniele, *cap. 13.*

63 † Singularitas inſuper adminiculatiua eſt, quando non diſcordant in vno rei fine, ſed veniunt ad eundem rei finem per diuerſa media, ſed per diuerſas coniecturas, ſibi inuicem patrocinantes, vt puta, quia vnus depoſuit de veritate, & alter de confeſſione, ita declarat Bal. *in c. licet cauſam, de probatio. colum. 5.* Bald. *in Authen. rogati, circa finem C. de teſtib.* Paul. de Caſtr. *in conſil. 308. incip. iudex eſt. in fin. lib. 1.* Franc. Curtius *in tract. de teſtib. concluſione 155. 47. 61.* Et dicitur adminiculatiua: quia adminiculatur teſti deponenti de veritate, *l. quæro. § fin. ff. de ædili. edict. glo. in l. 2. § ætas, de excuſa. tuto.* commendat Bal. *in l. ſi quis ex argentariis. § cogentur. ff. de edendo.* quæ ſolet allegari, quod vnus teſtis cum pluribus adminiculis facit plenam fidem, refert Rudolf. Roma. *in conſil. 8. incipien. Viſis neceſſarijs. cum pluribus concordantijs.* vt tradit Marſilius *in l. 1. § idem Cornelio. ff. de quæſtio.* & in hac ſingularitate puto dictum Paul. de Caſt. debere intelligi: vt teſtes ſingulares huius ſingularitatis plenè probent, quando animum iudicis inducerent ad indubitatam credulitatem, iuxta tradita per Bar. & omnes *in d. l. admonendi.* & etiam quod ego dixi de tribus teſtibus ſingularibus, vt ſufficere poſſint ad cōdemnationem, hic reperendum puto: vt ſolum habeat locum in ſingularitate adminiculatiua, & in diuerſificatiua, vbicunque agitur de probādo aliquod generale, ſeu vniuerſum vt eſt hæreſis, iuriſdictio, decimatio, & ſimilia: non autem in ſingularitate obſtatiua, & proximè dixi. Et in adminiculatiua, etiam in actibus ſingularibus, per not. *in d. § ætas*, cum alijs: dico idem, vt in probatione generis, & vniuerſi,

64 quia id ſentiūt Doctores per prædicta. ¶ † Singularitas verò diuerſificatiua eſt, quando teſtium dicta, data diuerſitate factorū, recipiunt ſeparationem; & teſtificati cēſentur ſuper diuerſis factis: vt quia variāt de tempore & loco, & factum eſt iterabile: &

65 tunc non dicuntur contrarij ſed diuerſi, & ſingulares, & † hic caſu verificatur illud dictum Bal. *in l. iuriſiurandi, C. de teſti.* videlicet, quod tantùm probant mille teſtes, quantum vnus, & quod mille teſtes ſingulares deponētes vnum factum in diuerſis locis non probent, niſi ſemiplenè; qui licet videantur idē deponere: quia tamē hoc factū eſt reiterabile ſcilicet adulterium, vel furtū, variatio tēporis, vel loci, facit vt plura facta cenſeantur, id eſt, tot varia facta, quot ſunt varia loca vel tēpora: & ex conſequenti, ſi mille teſtes deponerent de eodē facto iterabili, & multiplicabili, & quilibet diuerſificaret in tēpore vel loco, quilibet diceretur ſingularis, id eſt vnicus in eo quod deponit, & conteſtē non habēs, & ideo tantum probaret vnus teſtis, quantū mille: quia licèt videatur habere mille conteſtes circa crimen ſeu factum, tamē verum eſt dicere nullum habere conteſtem in veritate: quia quilibet videtur deponere de diuerſo facto, & quodlibet factum requirit duos teſtes ſaltem, ad illius probationem, *l. vbi numerus. ff. de teſtibus.* quod non habet in hoc caſu niſi vnum teſtem de quolibet facto, & teſtimonium vnius, teſtimonium nullius, quātum ad probationem plenam, *l. iuriſiurandi. l. ſolam C. de teſtib.*

† Vt igitur ex præmiſſis pateat veritas, facio concluſiones ſequentes. Prima eſt, quod teſtes in ſingularitate obſtatiua, quaſi fidem inter ſe detrahentes propter cōtrarietatem, & repugnantiam, & dolum præſumptum in ſe habentes, nullam fidem faciunt in probatione actuum ſingularium, & indiuiduorum, & non iterabilium de ſui natura: vel quia iteratum non protenditur, nec etiam fidem faciunt in probatione alicuius generis, vel vniuerſi, vbicunq; talis ſingularitas poſſet cadere, quod eſt difficile: quia magis cadit in ſpeciem ſingularitatis diuerſificatiuæ, & adminiculatiuæ. Et in hac concluſione non poteſt habere locum dictum Pau. de Caſt. ſuprà relatum. 66

† Secunda cōcluſio eſt, ꝙ teſtes ſingulares ſingularitatis adminiculatiuæ, quandoq; probant plenè, quandoq; pluſquā ſemiplenè, ſecundùm quod animus iudicis mouetur, plus, vel minus ad præſumendum, ſeu indubitatur credendum, & hoc in actibus ſingularibus, ſeu alicuius criminis, vel facti in genere, iuxta tradita in *d. l. 2. § ætas. ff. de excuſa. tuto.* Et in hac ſingularitate habet locum dictum Paul. de Caſtr. de quo ſuprà, pro quo facit text. *in l. teſtium. § ideo q̃, verſi. tu magis ſcire potes. ff. de teſtibus.* de quo ſcribit egregiè Bal. *in l. teſtium, col. 2. C. de teſtib.* & Fran. de Aret. *in c. veniens. el 1. de teſtibus.* 67

† Tertia & vltima concluſio eſt, quod teſtes ſingulares ſingularitatis diuerſificatiuæ, non contrarij, nec repugnantes (ne incidamus in ſingularitatem obſtatiuam) faciunt ſemiplenam probationem, etiam ſi eſſent mille: dummodò vnus ex illis ſit omni exceptione maior, vt ſuprà dixi: quia tantū probant mille, quantum vnus in actibus iterabilibus, & ſingularibus, nec in hac ſingularitate poteſt intelligi dictum Paul. de Caſt. vt dictum eſt. 68

† In probatione vero generis & vniuerſi, vt hæreſis, iuriſdictio, ſeu decimatio, & in ſimilibus puto probationē plenam fieri, ſecundùm communem opinionem, cum hac modificatione mea, vt teſtes ſint tres, aut plures, & non minus, vt deductum eſt, ne ſpecialia multiplicentur in cauſis fidei, videlicet, quòd teſtiū nomina non celentur, & quòd teſtes ſingulares probēt, & quòd ſint tantùm illo: præſertim in tanto crimine hæreſis, vbi concurrunt omnia genera pœnarum, vt dicit Oldr. *in conſi. 210. incip. regularis habet traditio.* vitari enim debēt ſpecialia principalia, quādo non proceditur eo expreſſa diſpoſitione, ſed ex interpretatione probabili Doctorum, *arg. l. 1. C. de dot. promiſſio.* & ibi gloſſ. Bal. & alij, Bal. *in l. conuenticulam, col. 4. C. de epiſ. & cleri.* Felyn. *in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtit.* Bal. *in l. 1. in fin. C. quando liceat ab empt. diſcedere.* dom. Iaſ. *in l. ſingularia col. 3. ff. ſi cer. pet. & in l. 1. ff. ſolu. mat. col. 2. verſi. Tertiò noto & nouiter* Si enim hoc expreſsè lex diſponeret, vt plura ſpecialia concurrant, hoc quantumcunque rigoroſum, ſeruandum eſſet, *l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* Bal. *in l. ordo, colum. 2. de execu. rei iudicatæ.* ¶ † Quæ nota: quia ſingulariter declarant materiam teſtium, per quæ tolluntur multæ ambiguitates Doctorum, cauſantes potius tenebras, quàm lucem, cætera traduntur per dictum Caccialupum, *in d. l. admonendi.* cuius veſtigia in hoc ſum ſequutus. plurimis per me additis, vt quilibet poterit cognoſcere. ¶ Si verò teſtes fuerint ſingulares non in principali facto ſuper quo deponunt, ſed in alijs, non nocet ſingularitas. Bal. *in d. l. de quibus, col. pen. verſi. dictū eſt de ſingularitate.* quamuis enim teſtes ſint ſingulares in rationibus ſuis, probant, dummodò in principali ſint conteſtes. Barto. *in l. 2. § ſi quis neget. col. 2. ff. quemadmodum teſt. ape.* Corneus *in d. conſi. 54. circa prin. libr. 2.* Raphae. Fulg. *in conſi. 161. in cauſa Iacobi. col. pen.* vt tradit D. Decius *in d. c. licet cauſam, colum. 6.* Corn. *in conſi. 148. viſis, colum. fina. lib. 2.* 69 70

† Et quando tempus eſt de ſubſtantia probationis, teſtes ſingulares non probarent. per glo. *in d. l. ob carmen. § fin.* & Alexan. *in conſ. 3. ſuper proceſſu, lib. 4.* Bal. *in l. 1. C. ſi vnus ex plu. appella.* dixi *ſuprà in ſexto modo ſingularitatis.* 71

† Non eſt omittendum illud quod aliquando habui in facto. Quid ſit teſtis in iudicio coram iudice depoſuerit contra aliquem de aliquo crimine, poſtea exiſtens in articulo mortis, dixit ſe falsò aliquem accuſaſſe, an ſit ſtandum primo dicto iurato iudiciali, an verò ſecundo dicto non iurato, & extraiudiciali? Dice- 72

Dicebat ſingulariter Anton. de Butr. *in c. cùm in tua, de teſtibus.* quòd propter reuocationem factam à teſte extraiudicialiter, illius quod in iudicio dixit, fides diminuitur de illo dicto: adeo quòd ſi ſumus in caſu ferendæ ſententiæ, non deberet ſententia proferri: licet ſi lata eſſet, poſſet ſuſtineri, quem Abbas ſequitur *in d. c. cùm in tua, & in conſil. 52. incip. videtur primò, in primo lib.* & allegat Ant. de Butr. Innoc. *in c. præterea, de teſtibus cogend.* ſequitur etiam Alexan. de Imol. *in conſil. 114. incip. in cauſa & lite, colum. penult. lib. 4. quod eſt repetitum in conſil. 47. in cauſa.* & Ioan. Andr. *in d. c. præterea, in princ. 2. colum.* & non præſumitur quis falſum dicere in articulo mortis, *l. qui teſtamentum, ff. de probat. l. Lucius. §. quiſquis. ff. de legat. 2. l. cùm quis. §. Titia. ff. de legat. 3.* ¶ Sed mihi ſemper fuit viſum verius, quòd primo dicto ſit omnino ſtandum, & quòd de illo nulla fides diminuatur, quodq; dictum Antonij de Butrio ſuprà adductum, non fundetur in iure. & habeo *in conſ. meo 28. incip. duo teſtes repetiti.* Et in primis dicit Bart. *in l. eos. ff. de falſ. colum. 2.* quòd ſi teſtis teſtificatus eſt in iudicio, & poſtea dicit contrarium extra iudicium, quod ſtatur primo dicto, *l. generaliter, C. de non numer. pecun. c. ſicut. de teſtibus.* & dicit Bald. *in d. l. generaliter, in vltimo notab.* quòd quis non poteſt infringere dictum ſuum, & teſtimonium, licèt dicat in articulo mortis ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur: *dicto c. ſicut.* Idem in tabellione notat Bart. *in l. ſi librarius. ff. de regul. iuris.* Hunc etiam dicit Bart. *in l. ſi quis in grauı. §. ſi quis mortem. ff. ad Syllan.* per illum tex. quòd ſi quis dicat in articulo mortis ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non creditur ei, nec alijs præiudicat, *l. 1. §. ſi quis filium. ff. de Carbon. edicto.* ſequuntur Angel. & Lud. Roman. *in d. §. ſi quis filium.* & Salic. *in d. l. generaliter, colum. 1.* Bart. *in Authent. ſi dicatur, C. de non numer. pecun. colum. 2. verſic. ſed quid teſtis.* ponens rationem, quia hoc dicit ex interuallo, & non iuratus, vnde præſumitur falſum dicere, vel ſaltem non ſolenniter dicere: argum. optimum *in c. literas, de præſumptio. l. Seia mancipia.* & ibi Salic. *ff. ad Vellei.* nec etiam teſti deponenti etiam in articulo mortis, omnino creditur, ſi poteſt contra eum probari de odio, & de falſo, quia non omnis moriens eſt Ioannes Baptiſta, Bald. *in c. cauſis, § cõſules, de pace Conſtan. tiæ, facit l. verba teſtamenti, C. de teſtam.* idem dicit Bald. *in conſ. 404. incip. præmittendum, lib. 1.* Dicebat etiam Bald. *in conſ. 484. punctus quæſtionis, lib. 3.* quòd licet teſti vacillanti in ſua depoſitione non credatur, tamen ſi ſæpiùs teſtificatur, creditur dicto priori: vel ſaltem vltimo non creditur: quia periurus, *c. teſtimonium, de teſtib.* Accedit, quia teſtis fuit examinatus in iudicio ſolenniter in forma iudicij: in ſecundo verò non, ſed extraiudicialiter locutus eſt: meritò ſtandum eſt primo dicto, non ſecundo, gloſ. *in c. cùm cauſam, quam inter Archiepiſcopum, de teſtib. in verb.* [illegible] quam ſequitur S[illegible] *in conſ. 253.* [illegible] *colum. 1.* & dicit Bald. *in l. fin. C.* [illegible] *colum. 2. verſic. ſed quid.* quòd ſi vna depoſitio [illegible] eſt ſolennis [illegible] iuramento, altera perfunctoria [illegible] quod ſecundum depoſitio ſolennis, nõ perfunctoria, per gloſ. [illegible] dicat ſe falſum teſtimonium dixiſſe [illegible] non creditur illi in præiudicium alterius [illegible] de [illegible] *in conſ. 24. incip.* [illegible] ¶ Accedit, quod in quæſtione dicitur, quando teſtis dicit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, quòd ſi primum extraiudiciale eſt cum iuramento, & ſecundum iudiciale eſt ſine iuramento, quòd ſtandum eſt primo iurato, & non ſecundo, vt dicit Abb. *in c. per tuas, de probat.* ſaluando Bart. *in l. eos. ff. de falſ. in 2. membro.* & ibi ſequitur D. Dec. Multò ergo magis eſt dicendum, quando illud primum dictum iuratum eſt iudiciale, & ſolenne propter auctoritatem iudicis, & iuramenti ſolennitas præſtiti, *per d. l. generaliter.* aliàs ſequeretur, quòd eſſet in facultate cuiuslibet teſtis tollere ius alteri quæſitum, retrocedendo ab his quæ iudicialiter dixit, quod eſſe non debet. Sic aduertit And. Sicul. *in d. c. per tuas.* ¶ Præmaximè hæc concluſio procedit, quãdo eſſent aliquæ præſumptiones pro primo, plus quàm pro ſecundo: quia primo ſtandum eſſet: vt concludit Lud. Roman. *in conſ. 506. incipien. cùm teſtis extra iudicium, colum. 2. per c. literas, de præſumpt.* vt erant in caſu illo, quia † accuſatus erat educatus apud parentes hæreticos: quæ educatio arguit ſimilitudinem vitæ propriæ cum vita paterna, & materna, argum. *in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt.* Cyn. *in l. ſancimus, C. de pœnis. l. quod ſi nolit. §. ſi mancipia. ff. de ædil. edicto, c. Michael, qui filij ſint legit. §. fin. in Authent. de referend. colum.* [illegible] *l. cùm prima, in gloſ. not. ff. de adimen. legat. c. accuſatus. §. ille quoque, infra eod. § ſi vero* [illegible] *in Authent. de monachis. col.* [illegible] *ff. de ſponſal. l. ſi plures. §. vt pater. ff. de adimendis* [illegible] *ædiles prima, §. Padius ibi, alatur. ff. de ædil. edicto.* Iacob. de Aren. *in d. §. ſi mancipia.* Bald. *in conſ. 95. incip. regula iuris eſt, lib. 1. facit l. dominus horreorum, ff. locati.* Bart. *in l. fin. colum. 2. ff. de quæſtio. l. conſenſu. §. ſuper, C. de repud. c. veniens. de teſtib.*

(margin number beside the line "educatus apud" above: 73)

¶ Secunda † præſumptio inſurgebat ex iuramẽto præſtito coram iudice: & non eſt præſumptio, quòd quis ſit immemor ſuæ ſalutis, *l. ſancimus, C. ad legem Iuliam repet. canonizata in c. ſancimus, 1. quæſt. 7.* cùm ex falſo teſtimonio tres offendantur, *in c. 1. de crimine falſi.* 74

¶ Tertia † præſumptio, quia depoſitio dicti teſtis erat ſcripta 75 manu eiuſdem, & ideo præſumebatur magis penſata, gloſ. *in l. cura, C. de omni agro deſert. lib. 11.* vt ponderat Andr. Sicul. *in d. c. per tuas.* Eſt enim duplex vinculum, oris, & ſcripturæ, *arg. c. 1. de treuga & pace.* Et in diuiduo quando in primo aliquid dicitur per teſtẽ extra iudicium, & illud eſt ſcriptum manu ipſius teſtis, & poſtea in iudicio dicit contrarium, quòd ſtandum ſit primo dicto, & ſcripto, & non ſecundo, conſuluit And. Sicul. *in conſ. 29. incip. illud afferam in medium, col. 10. verſic. etiam pondero, lib. 1.*

¶ Quarta præſumptio, † quia illud dictum eſt primum: quia 76 poſtquam præcedit, iam inuentum eſt natum cum præſumptione veritatis, quia non habet à quo inualidetur. quod autẽ ſequitur inualidatur per præſumptionem primi præcedentis. Hæc eſt ratio Tyndar. *in tract. de teſtib. lib. 2. c. 10. in finalibus verbis.*

¶ Et quòd † omnino debeat ſtari primo dicto iudiciali & iu- 77 rato, & non ſecundo extra iudicium, tenet expreſsè Phil. Corn. *in conſ. 86. incip. licet, colum. 1. lib. 1.* Et notabiliter Angel. *in conſ. 309. incip. factum tale eſt, Chriſtophorus Petri, col. 2. verſic. de ſecundo ad tertium.* Et Laurent. Calcaneus *in conſ. 109. incip. quia cauſa, colum. 2.* Socin. *in conſ. 277. viſis, colum. 4. verſic. ex quo infero.* & Alex. *in conſ. 124. incip. quoniam abundè, lib. 6.* dicit, poſito, quòd verum eſſet, quòd de primo dicto diminueretur, iuxta dictum Ant. de Butr. *in d. c. cũ in tua.* Itaque ibi videtur dubitare de veritate illius dicti. Bart. *in conſ. 86. incip. non creditur.*

¶ Nec obſtat † dictum Ant. de Butr. *in d. c. cùm in tua,* & quæ 78 dicit Innoc. & Ioan. And. *in c. præterea, de teſtib. cogend.* quia dico, quòd dictum Ant. de But. non probatur in dictis Inno. & Ioan. And. *in d. c. præterea.* Nam Innoc. & Ioan. Andr. loquuntur quando vtrumq; dictum teſtis, primum, & ſecundum, fuerunt edicta in iudicio, & cum iuramẽto, quia loquuntur in terminis *d. c. præterea,* qui loquitur in iudicio: vt ibi patet. Nam ibi vtrumq; dictum erat cum iuramento: & tunc non eſt mirum, ſi primũ debilitatur per ſecundũ. vbi hoc tenent Ioan. And. & Mod. Et hoc ſentit D. Card. Flor. *in c. veniens, el 2. de teſtib.* vbi loquitur de teſte inducto, vt ſi contrarium dixerit, non deferatur iuramentum ex primo dicto debilitato, *iuxta c. fin. de iureiur.* & allegat Innoc. *in d. c. præterea.* Nos verò ſumus quando teſtis primò dixit cum iuramento coram iudice, poſtea contrarium dixit extra iudicium ſine iuramento: & tali caſu ſecundum dictum non inualidat primum: vt per Bart. *in d. l. eos, col. 2.* vt tradit Felin. *in d. c. cùm in tua, in 3. concluſione,* & dictum Doctoris debet intelligi ſecundùm legẽ quam allegat, vt dicit Bart. *in l. non ſolum, §. liberationis verba. ff. de liberat. leg.* ¶ Et † pro prædictis induco text. *in c. accuſatus. §. licet,* 79 *infra eod. tit.* vbi text. inducens ſpecialitatem in caſu hæreſis, vult quòd teſtis poſſit corrigere dictum ſuum, etiam ex interuallo, vt ibi ponderant gloſ. Arch. & alij, allegãtes *d. c. præterea.* Sicut ergo *d. §. licet* loquitur quãdo teſtis ſecundo loco inductus, poteſt corrigere dictum ſuum in iudicio, ponens ſpeciale in caſu hæreſis; ſic *d. c. præterea,* loquitur etiam quando illa correctio fit in iudicio, & iſte non eſt caſus noſter: quia in noſtro caſu depoſuit in iudicio, ſed poſtea extra iudicium correxit. Hoc etiã ſentit Abbas antiquus *in d. c. præterea.* lex enim corrigens, debet intelligi in caſu legis correctæ: vt tradunt Mod. *in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſta.* & nullus Doctor hoc aduertit quem viderim. Itaq; ſi in caſu d. c. præterea, per ſecũdum dictum inualidatur primũ, non eſt mirum, quia vtrumq; eſt iudiciale, & vtrumq; cum iuramento, & primum ſolũ habet in ſe prioritatis: quia quo ad alia vna eſt ſolennitas. ſed qñ primum eſt iudiciale, ſecundum verò extraiudiciale, nõ eſt conueniens iuri, & rationi, vt per ſecundũ minus ſolenne, tollatur primum magis ſolenne, ſeu illud debilitetur, per dictum Bald. *in d. l. fin. C. de re iud.* ¶ Inſuper *in d. § licet.* receditur à primo dicto iurato, & ſtatur ſecundo dicto iurato: ſi ſecundum non fuit dictum ex typo malitiæ, & cum leuitate; in fidei fauorem multo magis debet ſtari primo dicto iurato, & ab illo recedi non debet propter dictum non iuratum; præſertim dictis præſumptionibus ſtantibus: *vt ſuprà dixi.* Et pro hoc dicto eſt caſus *in c. literas, de præſump.* vbi frater accuſauit cum iuramẽto ſe &

ſe & fratrem ſuũ de crimine hæreſis, & poſteà dictũ fratrem ſuũ cõpurgauit: quẽ Papa præſumit deieraſſe in cõpurgatione: ſicq; primo dicto ſtetit. Et Pondera, quod in ſecũdo dicto interuenit iuramentum, & iudicis auctoritas, quod non fuit in hoc caſu.

80 † Et idcirco merito Ioan. de Imol. *in d. c. in tua.* non tenet cum Anto. de Butrio. quia ex quo primum dictum fuit in iudicio, & coram iudice, & cum iuramento, præſumendum eſt pro illo, & quod tunc magis dixerat veritatem: tum propter reuerentiam ſacramenti: tum propter iudicis auctoritatem: & quia teſtis tunc liberius loquitur, ex quo non eſt pars præſens: & extra iudicium nonnunquam volunt teſtes partibus applaudere, vt dicit gloſſ. *in c. præſentium, de teſtib.* & cum Imola tranſit Felyn. *in d. c. cum in tua. concluſione 3.* & etiam Franc. de Areti. ibi tenet contra dictum Anton. de Butrio, dicens, quod teſtis extraiudicialis non tollit probationem prius perfectam: maximè quia teſtis faciliùs mentitur extra iudicium, quàm in iudicio, & ideo tenet cum Imol. Et pro confirmatione adducit Barto: *in d. l. ſi quis in graui. §. ſi quis morient.* & Bald. *in dicta Authen. ſi dicatur.* Dicit etiam Ludo. Roma. in allegato conſilio, quod quando teſtis dicit contrarium eius quod dixit in iudicio, extra iudicium dictum, eius primum non infirmet, *per dictum c. ſicut.* Accedit quod pulchrè dicit Bald. *in d. conſ. 95. incip. regula iuris, lib. 1.* in verbis finalibus, vbi loquens in hæretico, dicit quod confeſſionis reuocatio, quæ fit in carcere nihil operatur, quia fit extra iudicium, non in iudicio, *l. 2. C. de cuſto. reorum.* multò magis quando fieret extra iudicium. Nec illa differentia Anto. de Butrio de ſententia lata, & ferenda, placet: vt ſi non eſt lata, non feratur: quia dictum primum eſt debilitatũ: ſi eſt lata, quòd ſententia ſuſtineatur: quia iure non probatur, nec *in c. ſicut. de teſti.* hoc deciditur, vt in eo patet: quia in caſu *dicti c.* probata corruptione teſtium, & falſitate, ſententia etiam lata retractaretur: vt ibi dicit gloſſ. pen. quam ſequuntur ibi Abbas, Iml. & Moderni, & Angel. *in l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. de adulterijs.* Et quia hæc noua ſunt, ſupponantur meliori iudicio.

81 † Ad prædicta de ſingularitate teſtium, nõ omitto, quod ſingulariter dicit Salic. *in l. teſtium, colum. penult. verſic. Secus ſi ambo. C. de teſti.* quod ſi ambo teſtes deponunt de eadem ſpecie hæreſis, licet vnus dicat ſe audiuiſſe in vno loco, alter in alio, tunc videtur dicendum, quòd illa ſpecies eſt ſit probata, quia iſto caſu locus non pluriſicat hæreſim ſæpiùs firmatam, recenſitam, & conti-

82 nuatam. † Hinc dicit gloſſ. not. *in c. nihilominus. 3. q. 9.* quod in criminibus habentibus tractum ſucceſſiuum teſtes diſcordantes in tempore, non ſunt ſingulares, ſed ſunt conteſtes, quam ſequuntur ibi Domi. & vterque Cardin. ſed eſſe hæreticum habet tractum ſucceſſiuum, & non momentaneum, vt dicit Bart. *in l. inficiando. §. infans. col. 2. ff. de furtis.* & Bal. *in l. non ignorabit. C. ad exhibendum.* vbi etiã ſubdit, quod licet qui eſt hodie hæreticus, nõ præſumatur fuiſſe hæreticũ tempore præterito, vt etiã dicit Bal. *in l. 1. §. ſi quis. ff. de magiſtra. conuent.* tamen q fuit hæreticus, præſumitur hodie eſſe, niſi ſigna emendationis appareãt, *l. ipſius. C. famil. ercīſ.* quia vitium animi continuatur, niſi aliquid probetur, per quod contrarium præſumatur, vt *ibi per eum.* Dicebat etiam Ioan. Bapt. Caccialup. *in d. l. admonendi, colum. 48.* quod quando agitur de probando quem hæreticum continuatum, quia tunc non conſiſtit in vno indiuiduo & eodem puncto, poteſt probari per teſtes ſingulares. & allegat præceptorem ſuum hoc tenere, *in l. ſi auia. C. de iure delib.* Quæ nota pro declaratione eorum, quæ dicta ſunt de ſingularitate teſtium in cauſis fidei.

¶ In quæſtione ſextadecima.

SVMMARIVM.

1 *Degradatus actualiter, ſi celebrat, an conficiat corpus Chriſti? & nume. 3.*
2 *Degradatus etiam iniuſtè debet recipere inſignia à manibus Epiſcopi.*
4 *Degradatus quare perdit immunitatem eccleſiæ, & non poteſtatem conficiendi corpus Chriſti?*
5 *Priuilegium datum alicui propter dignitatem, ceſſante dignitate, non aufertur in memoriam illius.*
6 *Degradatus Epiſcopus an poßit conferre ordinem, & collati teneant?*
7 *Degradatus actualiter, an poßit per epiſcopum reſtitui?*
8 *Epiſcopus degradatus non poteſt iterum in epiſcopum promoueri.*
9 *Diſpoſitio c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. non procedit in depoſito.*
10 *Degradatus tenetur dicere officium, nec debet dicere, Dominus vobiſcum nec eccleſiam officiare.*

DECIMOSEPTIMO † & vltimò quæro, an degradatus actualiter, ſi celebret, conficiat corpus Chriſti? & videtur dicendum quod non, *c. quod quidam. §. opponitur. 1. q. 1. ibi, depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur poteſtas ſacrificandi. & ibi, degradatus epiſcopus poteſtatem largiendi ſacros ordines nõ habet.* qui dantur ſine celebratione miſſæ, vt dicit Anto. de Butrio, ſecundùm Innoc. *in c. literas, in fin. de tempo. ordina.* & hoc probari videtur, *in ca. accedens, 50. diſt. ibi, à ſui ſacerdotij ordine deiectus.* vbi glo. colligit argumentum, quod preſbyter degradatus, non retinet ordinem, & allegat concordantes, ſimiliter *in c. vt conſtitueretur. 50. diſtin. ibi, ad clericatum redeat.* nam priuatio præſupponit habitum, & regreſſus priuationem, *l. decem. ff. de verbo. obliga. l. venditor. § penult. de actio. & hæred. vendi.* idem probatur *in cap. epiſcopus, 11. quæſt. 3.* † vbi degradatus etiam iniuſtè, debet recipere inſignia ſacerdotalia à manibus Epiſcopi, quibus fuerat ſpoliatus in eius degradatione, iuxta formam, quæ poſteà fuit declarata, *in c. degradatio. § actualis. de pœnis, lib. 6.* ergo fortius de eo, qui iuſtè fuit degradatus, dicendum eſt, vt inſignibus non poſſit vti, niſi ſibi reſtituantur: per quorum ablationem, poteſtas ſacrorum ordinem ablata cenſetur, vt *in dicto § actualis. & §. poterint. in fine.* vbi Epiſcopus degradatus dicit, exuimus te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali, & *in d. cap. accedens.* preſbyter degradatus, ſacri corporis, & ſanguinis Domini participatione priuatur. *& in cap. clerici, 23. quæſt. 8. ibi, amiſſo ordinis ſui gradu. & in cap. dictum. ibi, amiſſo gradu, 91. diſtin. c. ex antiquis. ibi, gradus peculij ſui amiſſione mulctatus maneat. 54. diſtinct.* & Goffre. *in dicto § opponitur. ibi, depoſito, id eſt degradato.* quod talis nec ſibi, nec alijs conficit corpus Chriſti. Idem tenent Ioan. & Goffredus *in Sum. de cleri. excommunica. mini. § fin.* Roff. & Goffre. *in d. rubric.* Barto. Brixien. *9. quæſt. 1. in ſumma.* & Ioan. *in d § opponitur.* concludentes, quod degradatus nec ſibi nec alijs conficit ſuſpenſus, vt refert Archid. *in c. quod quidem, colum pen. 1. quæſt. 1. & in d. c. accedens.* Henric. Boic. *in c. 2. de cleri. excommu. miniſt.* Et cùm ex præmiſſis iuribus pateat degradatum eſſe exutum ab ordinibus, dicendum videtur, non poſſe conficere corpus Chriſti, quia non conficit, niſi ille qui habet ordines, ſecundùm ritum eccleſiæ, vt dicit gloſſ. *in c. 2. in verbo, præſumpſit. de clerico non ordin. miniſtra.* & eſt text. *in c. 1. §. ex hoc denique, de ſumma Trini. & fide catholi.* 1 2

† Veritas tamen eſt in contrarium, quod degradatus actualiter conficiat corpus Chriſti, quamuis grauiter puniatur: eſſet enim verum ſacramentum. & hoc tenuit Goffre. *in c. clerici. de clerico excommunica. mini. & in Summa. de tempo. ordi.* iuxta principiũ dicens, quod hæretici, & ſimoniaci in ordine, ſchiſmatici, depoſiti, ſuſpenſi, vel interdicti, vera conferunt ſacramenta, & verum corpus Chriſti conficiunt: dummodò in forma eccleſiæ gerant, tenet Henric. Boic. *in d. c. 2. & ibi glo.* vbi dicit hanc opinionẽ eſſe veriorem, & communẽ, ſecundùm Abba. ibi. † Licet enim preſbyter degradatus perdat priuilegium immunitatis, *vt in d. c. degradatio.* non perdit poteſtatem cõficiendi corpus Chriſti: ratio eſt, quia illa poteſtas cauſatur ex caractere impreſſo in anima per Deum inuiſibiliter: adeo quod nec per mortem perditur clericatus, not. *in ſumma. 32. q. 7.* idem Ioan. de Anania *in c. ad abolendam, col. 6. de hæreti.* & quamuis glo. *in d. c. degradatio.* non ſe determinet, nec etiam Ioan. Andr. ibi. & ſe remittat *in d. c. 2.* vt dicit ibi Petrus de Ancha. vbi idem Ioan. Andr. recitatis opinionibus antiquorum, non declarat mentem ſuam: ſolum enim *in c. 1. de ſchiſmati. col. fin.* facit mentionem de depoſito, hæretico, & excõmunicato, quòd conficiat, nec de degradato mentionem facit, & verbum, depoſitus, refertur ad verbalem depoſitionem, *vt in c. degradatio. de pœnis. inf. eo. tit.* nihilominùs hoc expreſsè tenet *gloſſ. in d. c. 2.* cui concordant Inno. Hoſtien. & Theologi, vt dicit Pet. de Anch. *in d. c. degradatio. in prin. col. fin.* ſentit Archid. *in c. oſtenditur, de conſec. diſt. 4.* S. Thom. *expreſſè in 3. parte, q. 82. arti. 8* & ibi dicit ad ſolutionem tertij argumenti, quod excommunicatis aufertur executio ſacerdotalis poteſtatis, ad correctionem, vſque ad tempus: degradatis verò aufertur poteſtas: quia in perpetuũ condemnatis. Idem tenet Collectarius *in rubr. de celebr. miſſarum, col. 3. ver. ſed nunquid ſacerdos.* Card. Alex. *in c. dictum. 81. diſt.* Abb. *in in c. 1. ad fin. qui cleri. vel vouentes.* facit gloſſ. *in c. poſt tranſlationem, in verbo, ordini. de renunciatio.* S. Thom. *in 4. diſt. 8. q. 1. art. 1. quæſtiuncula 4.* Abbas *in c. non poteſt. de re iudi. col. 1.* 3 4

† Accedit, quod priuilegium datum dignitati, durat ceſſante dignitate, in memoriam priſtinæ dignitatis, *l. fina. ff. de decurio.* Decius *in l. in omnibus. ff. de regul. iur. colum. fin.* Et de indelebilitate caracteris impreſſi in anima, ex text. optimus S. Auguſtin. *in c.* 5

quomodo, de conſ. diſt. 4. & ibi latè D. Cardin. de Turrecrema *in 6. artic.* & Scotus *in 4. diſt. 25. art. 1.* & caracter imprimitur ſacerdotij in traditione calicis, & patenæ, & in manus impoſitione, vt tradit Card. de Turrecrema. *in c. presbyter, 23. diſt. & in c. quomodo, in 2. arti.* declaratur quid ſit caracter, & ad propoſitũ aliqua traduntur per Bertachi. *in tract. de epiſcopo, carta fin.* Et prædicta facilè procedunt in ſacerdote degradato conſecrante, quòd conficiat corpus Chriſti.

6 † Sed quid ſi epiſcopus fuerit degradatus, an poſſit ordines conferre? huius quæſtionis deciſio pendet ab illa diſſenſione Theologorum, & Canoniſtarum: an dignitas epiſcopalis ſit ordo, vel non, vt ſi ſit ordo, per quem imprimatur caracter, poterit ordines conferre: ſicut ſacerdos degradatus conficere. Si verò non ſit ordo, & ſic quòd caracter non imprimatur per conſecrationem epiſcopalẽ, tunc degradatus Epiſcopus ordines conferre non poterit: quia talis poteſtas epiſcopalis ab eccleſia data, per eccleſiam poſſet auferri, & ſic cùm non eſſet Epiſcopus, ordines conferre non poſſet, faciunt in ſimili, *c. de cætero, & c. ſi qui. 1. q. 1.* & de hac diſceptatione ponit Cardi. de Turrecrema. *in c. alcœor. 21. diſt. in 4. art. & dixi ſuprà eo. in 3. notabili.* Scotus *in 4. diſt. 24. art. 1. q. 2.* & ibi Iaco. Alma. Richardus *in 4. arti. 5. q. 2.* & hanc quæſtionem pro nunc non examino.

7 † Ad contraria ſuprà in prima parte formata, reſpondetur, quod loquuntur quantum ad ordinis executionem, non autem priuationem, vt dicit Petrus de Anch. *in d. c. degradatio, in fin.* Et ſic degradatus conficiendo grauiter peccaret: eſſet tamẽ verum ſacramentum, vt dicit Goffre. *in d. c. 3. de cleri. excom. mini.* & ſequitur Henric. Boic. *in d. c. 2. eo tit.* & glo. *in verbo poteſtas, in d. §. opponitur.* & ibi per Archi. & alios, & per alia iura pro parte affirmatiua adducta, hoc ſatis efficaciter probatur.

8 † Et an degradatus poſſit reſtitui per Epiſcopum? Dic, quod ſi realiter degradatus, quod non; ſecus ſi verè. Collecta *in c. ne pro dilatione, col. 2. de pœn. & remiſ. & c. 2. 50. diſtin.* & præſes prouinciæ non poteſt reſtituere quem damnauit, *l. 1. in fin. ff. de quæſtio. c. clericus, 46. diſt.* per Alex. § Et epiſcopus degradatus nõ poteſt iterum in epiſcopum promoueri, Cardi. de Turrecrema. *in c. lator §. hoc edicto. 2. q. 7. l. quicunq., C. de epiſ. & cleri.* ſicut Doctor priuatus propter delictum, iterum Doctorari non poteſt. Bal. *in l. 2. in fin. C. de liber. eorumq. liberis.* & idem eſt in Cardinali, Hoſt. *in tit. de pœn. & re. §. qui conſiſtendum, verſ. cui Cardinales.* Dec. *in c. vt noſtrum, col. 1. de appel.* & ad Sicul. *in tract. de præced. Card. col. 2. in 10. quæſtione.*

9 † Et degradatus non habet priuilegium canonis, *c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. glo. in c. degradatio de pœnis.* Abbas *in cap. ad abolendam. de hæreti.* Petr. de Anch. *in c. contingit. in fin. de ſententia excommu.* Abbas *in c. ex parte, de cleri. non reſig.* § † Degradatus ſi etiam ſacris, ſeu teneat beneficium, tenetur ad horas canonicas: nec debet officiare eccleſiam, nec dicere, Dominus vobiſcum, vt tradit Card. de Turrecre. *ita. in c. 1. 96. diſt. art. 8. & habetur in Summa confeſſ. lib. 1. tract. 7. quæſt. 18.* § Et per hæc mediante Diuina gratia, imponimus finis huic decretali, quam ſic nominat Archid. *hic in prin.* quæ tanquàm prima filia veniens ad nuptias, amplam dotem meruit, vt dicunt Doctores *in l. 1. C. de ſumma Trinita. & fide Cathol.* & Ioan. And. *in c. 1. de regul. iur. lib. 6.* Et cùm, Deo fauente, maius tempus dabitur, cætera huius tituli capitula interpretabor. Maioricis Nonis Auguſti, 1526.

REPETITIO
IN RVB. DE SENTEN. EXCOMMV. LIB. VI.

Præclariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

S V M M A R I V M.

1 *Cenſura appellatione quæ veniant. nu. 3.*
2 *Ioan. de Lignano fecit tractatum de cenſura eccleſiaſtica diſcurrens multas quæſtiones.*
4 *Excommunicatio eſt pœna ſpiritualis, quæ non poteſt proferri niſi à iudice eccleſiaſtico: & eſt iuriſdictionis nu. 6. & nu. 16.*
5 *Papa poteſt concedere laico, vt excommunicet.*
7 *Excommunicatio priuat à communione hominum, & in hoc differt ab interdicto & ſuſpenſione, & ab excommunicatione minori.*
8 *Excommunicatio, an ſit ſententia: & an diffinitiua, an interlocutoria. num. 10.*
9 *Capitula debent ſub congruis titulis ſituari.*
11 *Iudicis omne præceptum, quod ſit ante diffinitiuam, dicitur interlocutoria.*
12 *Sententia excommunicationis poteſt reuocari quandocunq, etiam à delegato.*
13 *Iudex ex cauſa poteſt abſoluere excommunicatum, etiam ſi pars aduerſa contradicat & appellet: ſecus ſi iudex non haberet poteſtatem purè abſoluendi.*
14 *Sententia excommunicationis adhæret potius naturæ interlocutoriæ, quam diffinitiuæ.*
15 *Iudex tenetur in excommunicatione cauſam exprimere.*
16 *Pœnarum genera de iure ciuili ſeptem, & quæ ſint, & quæ de iure can. num. 18. & ſeq.*
17 *Lex canonica non imponit pœnam mortis, quia non habet gladium temporale, ſed loco eius adinuenit traditionem curiæ ſeculari.*
19 *Infamis quilibet de iure ciuili, eſt infamis etiam de iure canonico, fallit, vt ibid.*
20 *Seueritas canonica circa quæ conſiſtat.*
21 *Excommunicatio cui pœnæ æquiparetur.*
22 *Iudicenti extra territorium impunè non paretur.*
23 *Excommunicatio vbi infertur à iure pro crimine, videtur pœna capitalis.*
24 *Excommunicatio nunquid ſit imperij, vel iuriſdictionis: & ſi eſt imperij, an meri vel mixti.*
25 *Imperium merum quid ſit.*

HÆc rubrica † ponit tria, quæ veniunt appellatione cenſuræ, vt eſt tex. *in c. quærenti, de verb. ſign.* Et ſequẽter hac cenſura conuntur omnes iudices eccleſiaſtici. 1

Adeò quod hodiernis temporibus redditur aliquando contemptibilis, cùm iudices ſint multum faciles in fulminando in quacunque cauſa, vt patet in facto, licet quanto ſurgat ex leuiori contumacia, tanto maior dicatur contemptus ipſius, vt dicit gl. not. *in c. deo quippe, in verbo, videbitur, 96. diſt.* de hac autem cenſura eccleſiaſtica † Ioan. de Ligna. fecit ſolẽnem tractatum, in quo 2
multas quæſtiones proſequitur faciẽtes ad hunc titulum, habetur etiam de ipſa ſparſim in decretis, *vt 11. q. 3. per totum, 24. q. 3. & 17. q. 4. ſi quis ſuadente, & 8. q. 1.* † Dicitur autem excommunicatio 3
cenſura à canone vel ab eccleſiaſtico iudice prolata excludẽs ab communione hominum, vt *in c. ſi celebrat, de cleri. excom. mi.* Et eſt cenſura nomen generis, quia omnis excommunicatio eſt cenſura, non è contrà, vt in d. c. quærenti. Et dicitur cenſura quaſi quædam iudicatio, ſeu ſententia.

Et † talis excommunicatio proferri nõ poteſt niſi à iudice ec- 4
cleſiaſtico, quia eſt pœna ſpiritualis & multũ penetrabilis, *c. paſtoralis, de app.* Vnde laicus non eſt capax huius actiuè, hoc eſt vt ipſe poſſit quem excõmunicare, licet ſit capax paſſiuè, quia poteſt excommunicari. † Tamen Papa poſſet hoc illi cõcedere, vt 5
not. glo. *in c. bene quidem, 96. diſt. in verbo laicum.* Et ſi glo. ibi habet illam additionem, decretum ſolet dici bonũ. Et non poteſt ferri
per alium quàm iudicem, † *c. conquerente, de offi. ord.* vbi enumera- 6
tur inter ea quæ ſunt iuriſdictionis. Et facit *c. ſacro, ſupr. eo. tit.* vbi generaliter prohibetur, ne quis excommunicetur non præmiſſa monitione. Et *ibi in verſi. iudex, poſitum in textu, facit c. ſi quem, ibi à iudice ſuo, eo. tit.* Et clarius probatur in textu iſto *ibi, iudex eccleſiaſticus.* quod verbum hic ter repetitur. Priuat etiam † excommunica- 7
tio à communione hominum: Et in hoc differt ab interdicto, & ſuſpẽſione. Item ab excommunicatione minori, per quam quis non priuatur communione hominum, *d. c. ſi celebrat.* Et eſt longa differentia inter excommunicationem maiorem & minorem, quia maior priuat communione hominum, & ſacramentorum actiuè & paſſiuè. Minor autem priuat paſſiuè tantùm: appellatione tamen excommunicationis venit maior, vt *in d. c. ſi quem, ſupra eod. titu.* de quo dic vt dixi *in cap. iſta, ſupra de his quæ vi metuve cauſa fi. eo. lib.*

Sed hic occurrit dubitatio, quia hæc Rubrica intitulatur de 8
ſententia excommunicationis, an ipſa excommunicatio ſit ſententia. Specul. *titu. de ſentent. § 1. in principio* dicit, quod eſt potius pœna quàm ſententia, *per c. nemo epiſcoporum, 11. quæſt. 3. & c. ... piantur, 24. quæſt. 3.* Et dicitur maxima hæc pœna, quia ante ... nnes eſſe & hominum carere conſortio, dicitur maxima pœna, *l. hi qui ſanctam. C. de apoſta.* Sed quicquid dicat Specul. veritas eſt, quod eſt ſententiæ, vt probat hæc rubr. *& ſupra eod. titu. & 11. quæſt. 3. ſententia paſtoris.* † A qua rubrica licitum eſt arguere, 9
cum

cùm capitula debeant ſub congruis titulis ſituari, vt *not. ſuprà in Proœm. Decretal. & clarius in proœmio ſexti, in verſ. in quibus. in gloſſ. in verbo. titulis.* vbi gloſſ. dicit, quod rubricæ dicuntur eſſe de textu, adeò quod ſcriptor, qui promiſit ſcribere librum, tenetur etiam ſcribere rubricas. Ad idem *in proœmio Clementinarum, in verſ. licet, in verbo, titulis.* facit glo. *1. c. tibi qui. de reſcrip. eo. lib.* & glo. *in c. 1. de offi. deleg. eo. lib. & l. imperatores. in fi. ff. de in diem addict.* Ad idem tex. *in d. c. ſacro. vbi ſuper repetitur hoc verbum, ſententia.*

10 Sed † an ſit diffinitiua vel interlocutoria. Spec. *in d. tit. de ſent. in §. 1.* dicit, quod potius trahitur ad naturã interlocutoriæ quã diffinitiuæ. Et hoc tenuit glo. *2. q. 1. in ſumma. quæ ad hoc videtur notabilis.* Idem notatur *in c. paſtoralis. §. verum.* per Cardin. *in primo contrario. de appell.* Quod maximè procedit, quando talis excommunicatio fertur propter contumaciam, quia tunc æquiparatur miſſioni in poſſeſſionem, quæ fit ob contumaciam, *c. quoniam. §. in alijs, vt lite non conteſt.* quæ miſſio eſt interlocutoria, vt patet de ſe, cùm expectetur diffinitiua. Idem dicit glo. *in Auth. de litigioſis.*

11 *§. ad excludendas, collat. 8.* † quod omne iudicis præceptum, quod fit ante diffinitiuam, dicitur interlocutoria. Et ex hoc infero vnã

12 concluſionem, quod ex † quo ſententia excommunicationis eſt interlocutoria, poteſt reuocari quandocunq; etiam à delegato, & hoc tenuit Spec. *in tit. de ſent. in §. qualiter, verſ. quid ergo.* Sed dicet aliquis, imò videtur, quod talis ſentẽtia non poteſt quandocunq; reuocari, etiam ſi ſit interlocutoria, quia quando interlocutoria eſt mandata executioni, iudex illã non reuocat ſine partium conſenſu, vel ſine magna cauſæ cognitione, vt notat gloſſ. notabilis pro intellectu *c. cum ceſſante, de appell. & l. quod iuſſit. ff. de re iudicata. & in c. fin. in verbo. ullis. de præto. ſtip.* Sed ita eſt, quod excommunicatio trahit ſecum executionem *d. c. paſtoralis, in fin.* ergo non poterit reuocari ſine partium conſenſu, cùm eadem ſit ratio, quando interlocutoria trahit ſecum executionem, quæ ratio eſt, quando à iudice eſt mandata executioni, vt tenet Bart. *in d. l. ſi per ſupplicationem. ff. de opt. lega.*

Solui poteſt, quod gloſſ. illius, l. 1. debet intelligi de interlocutoria concernente commodum vel intereſſe partis. Nos autẽ loquimur de interlocutoria, in qua nõ concernitur partis intereſſe ſpeciale. Quod maximè procedit in ſententia excommunicationis, quæ conſiſtit merè in poteſtatẽ iudicis. Nam iudex abſoluit excommunicatum etiam parte aduerſa non citata, & eo caſu, quo de iure pars veniebat citanda, tenet tamen abſolutio, quia & ſi præſens eſſet, non poſſet impedire abſolutionem, vt notat Innoc. *in c. prudentiam, de offi. deleg. in §. ſexta. in verbo, malitia.* Ad idem facit, quod notat glo. *in c. excommunicatos. 11. q. 3.* & Specul. *in titu. de contumacia. in §. in verſicu. ſed pone, excommunicatus, & verſ. ſequenti.*

Quod tamen ſanè intellige, quando talis abſolutio vel reuocatio excõmunis, quæ fit parte non citata, fit ab eo, qui nõ habet poteſtatem aliquo modo impeditam ſiue limitatam, vt *in c. venerabilibus. in §. vbtantem. inf. eo.* pro quo facit *c. olim. in prin. de re reſcr.*

13 *c. quæ fronte. de appell.* vbi notatur, quod ex cauſa poteſt † iudex abſoluere excommunicatum, etiam ſi pars aduerſa contradicat & appellet. Secus eſſet, ſi iudex nõ haberet poteſtatem purè abſoluendi, ſed in certo caſu, vt eſt videre in iudice appellationis: Nã tunc abſolutio vel reuocatio excommunicationis teneret parte non citata, *c. Romana, in § ſententias, ſuprà de appell. eo. lib. ibi, nullatenus.* Et quod ibi notat Ioan. Andr. Vel & ſecundo poteſt ad dictam gloſſ. reſponderi, quod verum eſt, vt interlocutoria executioni mandata non poſſit reuocari, niſi cauſa cognita, prout dicit ibi etiam illa glo. pro qua facit *l. pen. ff. de prætor. ſtip.* ergo & eodem modo & ipſa excommunicatio tanquam interlocutoria poterit reuocari cum cauſæ cognitione etiam per delegatum.

14 Præcedens tamen ſolutio verior videtur. Ex † quibus elicitur concluſio, quod ſententia excommunicationis adhæret potius naturæ interlocutoriæ quàm diffinitiuæ. Item & ſecũdò, quod faciliùs admittitur reuocatio ſententiæ excommunicationis, quàm alterius interlocutoriæ, quia talis interlocutoria dicitur cenſura, in qua agitur de periculo animæ. Infertur etiã ex prædictis, quod ex quo ipſa ſententia excommunicationis ſapit naturam interlocutoriæ, quod ſi appellatur ab ea, non valebit appellatio, niſi in appellatione ſit cauſa expreſſa, ſicut dicitur in appellatione ab interlocutoria, vel grauamine, in qua oportet cauſam exprimi, *c. vt debitus. de appell. & in Clemen. appellanti. de appell.* Et hoc tenuit Innocen. *in c. per tuas, in verbo, ad dolere, ſuprà eod.* licet moueatur alia ratione, quàm illa, pro quo facit, quia licèt excommunicatio debet iuſtificari ex cauſa, *c. ſacro. ſuprà eo. & hoc cap. noſtro.*

vbi etiam plus † dicitur, quod cauſa debet in ſcriptis exprimi: 15 ita ergo, & conquerens de iniuſtitia excommunicationis debet cauſam exprimere, alias non audiretur, de quo dicam *infrà in hoc cap.* ſecundum Hoſt. & Ioan. Andr. hæc tamen ratio non vrget ex toto, licet demulceat aures meas, quia ex quo iudex tenetur in excõmunicatione cauſam exprimere, debet ſufficere appellãti, quod neget cauſam iuſtam ſubeſſe: Vnde Innoc. *in d. cap. per tuas.* aſſignat aliam rationem dicens, quod excommunicatio trahit ſecum executionem, nec appellatio habet illam impedire, vt *in d. c. paſtoralis.* Ad hoc ergo, vt impediat executionem, ſecundũ Innoc. neceſſe erit cauſam exprimi, aliàs ipſa cauſa non deuoluetur ad iudicem ad quem. Sed certè hæc ratio Inno. non valet, quia non iuſtificatur appellatio interpoſita ab excõmunicatione ad effectum impediendi executionem, ſed tãtùm ad effectũ deuoluendi, quia tunc appellatio ſolùm operatur effectum deuolutiuum. Et ideo prima ratio videtur melior, quia hæc cenſetur appellatio interpoſita ab interlocutoria, vel grauamine, à qua appellans debet cauſam exprimere, *d. c. vt debitus. & d. Clem. appellanti.* Sed hic aduerte in eo, quod dixi ſuprà, referen. Specu. quod excommunicatio potius eſt pœna, quàm ſententia. Nam dubium eſt, quænam ſit hæc pœna. Et an alicui pœnæ introductæ à iure ciuili æquiparetur, hoc eſt an ſit pœna capitalis, vel æquiparetur relegationi, an deportationi, an banno. Pro huius intellectu eſt ſciendum, quod ſicut à iure ciuili ſunt inuenta di- 16 uerſa pœnarum genera, eodẽ modo & à lege canonica ſunt inuenta diuerſa genera pœnarum, & quaſi eodem ordine. Nam † de iure ciuili ſeptẽ ſunt genera pœnarum. Tres capitales. Quatuor non capitales, inter capitales: vna eſt, quæ adimit vitam. Et hoc poteſt multis modis contingere, *l. aut damna. § vita l. qui vltimo ſupplicio. l. capitalium, in §. famoſos. & in §. idem princeps. ff. de pœnis.* Secunda pœna capitalis eſt proxima morti; vt pœna metalli: Nam quidam damnantur in metallum, & iſti grauioribus pœnis ſubijciuntur. Quidam in opus metalli, & hi leuioribus pœnis ſubijciuntur, ambo tamen perdunt ciuitatem & libertatem. Alij non damnantur in miniſterium metallorum, hoc eſt, vt ſeruiant damnatis in metallum. Et hi, ſi damnantur ad tempus, non perdunt libertatem ſed ciuitatem. Si autem in perpetuum, & tunc vtrunque perdunt. Et hæc habentur *in l. aut damna, in §. eſt pœna. cum §. ſequenti. ff. de pœnis.* Tertia eſt pœna capitalis, quæ eſt deportatio, & in opus publicum damnatio, ſed non in metallum. Et iſti ciuitatem perdunt, ſed non libertatem, *l. quidam. ff. de pœnis.* Non capitalium verò pœnarum quatuor ſunt genera; prima eſt relegatio ad tempus, vel in perpetuum. Et iſti non perdunt bona. Secunda pœna non capitalis eſt infamia. Tertia eſt amiſſio dignitatis, vel ad dignitatem interdicta aſpiratio. Quarta eſt fuſtigationis, ſcilicet verberum, & hæc habentur *in l. ſi quis forte. § vlt. & in l. aut damna. ff. de pœnis. & in l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdict. & relega.* 17

Aduerte igitur hic, quod licet † lex canonica non imponat pœnam mortis ſiue ſanguinis, quia non habet gladium temporale, *cap. ſententiam. ſuprà. ne cleri vel monachi. 50. diſt. cap. 1. & 2. cum ſimil. c. in archiepiſcopatu. de rapto.* quia ipſum ius canonicum abhorret ſanguinem, vt *in c. 1. de conſecr. diſt. 1.* vbi dicta ſunt illa verba, non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. 18

Tamen † lex canonica ſequens hunc ordinem pœnarum impoſitaram à iure ciuili ad ſimilitudinem pœnarum inuenit etiam pœnas, & infligit. Vnde loco pœnæ mortis adinuenit traditionem curiæ ſeculari, quia pro crimine aliquando tradit quem curiæ ſeculari, vt pro crimine hæreſis, in falſante literas Apoſtolicas, *cap. ad falſariorum, de crim. falſ.* de quo traditur *in cap. cum non ab homine. de iudi. in c. nouimus. de verbo. ſignifi.* Item & 2. lex canonica pro pœna damnationis in metallum, quæ non reperitur his verbis expreſſa iure canonico, imponit pœnam damnationis ad carceres, & ſic in locum illius pœnæ ſuccedit hæc, quæ infligitur pro grauiſſimis criminibus, vt *in cap. fina. ſuprà de hæret. & in cap. quamuis, ſuprà titu. 2.* vel etiam aliquando imponit pœnam, vt in ſeruitutem quis redigatur, *c. eos. 32. d. ſi in. & in cap. cum multæ, 15. quæſt. vlt.* vbi dicitur, quod ſi mulier de facto ſit data clerico in ſacris in vxorem, tam ipſa quàm filij rediguntur in ſeruitutem eccleſiæ. De quo vide Panorm. *in c. 2. de cohab. cler. & mulie.* Vel aliquando imponitur pœna loco huius pœnæ in metallum, quòd quis tradatur curiæ ſeruiturus, vel quòd quis vendatur, vt *in c. quidam clerici. 82. diſt.* facit ad prædicta *c. ſtatuimus. 16. q. 1.* Sunt, vt dixi, alia genera pœnarum nõ capitalium, inter quas eſt relegatio, & hæc ꝓpriè pœna nõ eſt verbis expreſſis impoſita à cano-

à canone, ſed tacitè & implicitè poteſt etiam dici impoſita à ca-
none: nã huic ſuccedit pœna detruſionis in monaſteriũ, de qua
pœna habetur *in c. Epiſcopus, 50. diſt. in c. Romanus eccleſiæ. 81. diſt.* ha-
betur in *c. tua. de pœ. ſup.* Erat & 2. pœna infamię, & iſta totaliter eſt
19 cognita à iure canonico, quia etiã † quilibet infamis iure ciuili,
eſt infamis iure canonico, vt *in §. hinc colligitur, 2. q. 3. & in c. infa-
mes. 6. q. 1.* Fallit in certis caſibus, maximè in matrimonialib. quia
ſi mulier, quæ nubit infra tẽpus luctus hodie nubet, non effici-
tur infamis, licet ſecus de iure ciuili. Et hoc propter dictum A-
poſtoli: Mortuo viro nubat in Chriſto, *c. pen. & fi. de ſecund. nupt.*
Et ſic ſolùm fallit in iſtis caſibus ſpiritualibus, immò ſecundùm
canones aliqui ſunt infames infamia canonica, de qua *in c. teſti-
monium, de teſtib. & in d. c. infames.*

Et erat & tertio pœna amiſſionis dignitatis. Et huic pœnę ſuc-
cedit de iure canonico degradatio, *c. epiſcopus. 11. q. 3. & in c. quali-
ter. 2. de accuſationib. c. degradatio. ſup. de pœ. in 6.* Item etiam de iure
ciuili interdicitur aliquãdo aſpiratio ad dignitatẽ ſeu officium.
Et hæc pœna eſt etiã cognita de iure canonico, quia ſecundũ ca-
nones interdicitur multis, ne aſpirẽt ad aliquas dignitates ſupe-
riores, vt *in toto tit. de fil. presby.* Itẽ imponitur pœna ſuſpenſionis
aliquando ab officio & beneficio, aliquando ab officio tantum,
de quibus ſuſpenſionib. *in Clem. cupientes, de pœn. in gl. nota. nouam.*
facit *c. ſuper eo. ſup. de elect. & 50. diſt. in multis capitulis.* & quæ habẽ-
tur *in tit. de homicid.* in quib. habetur, quod aliquando quis poteſt
remanere in ſuſceptis ordinibus, & tamẽ non poteſt aſpirare ad
ſuperiores, de quo etiã *in c. 1 & fi. ſup. de tẽpo. ordi.* Quarta pœna nõ
capitalis, pœna verberũ, & hæc etiã eſt cognita de iure canoni-
co, quia aliquando quis faſtigatur propter crimẽ, vt *in c. fi. 35 diſt.
& in c. cum habet. 45. diſt. & in c. 1. de depo. & in c. 1. & 2. de calum.* Et hæ
pœnæ cõcernunt corpus principaliter, vel ſunt adhærentes cor-
pori, vnde hoc attento potius nuncupantur corporales quã ſpi-
rituales, licèt ſint pœnæ eccleſiaſticæ. Sunt tamen aliæ pœnæ ſpi-
rituales, quæ concernunt animã, vt ſunt pœnæ cenſuræ, ſcil. ex-
cõmunicatio, ſuſpẽſio, & interdictum. Vnde hic aduerte, quod
cenſura eſt propriè pœna ſpiritualis, *vt in d. c. quærenti, de verb. ſig.*
20 † Seueritas verò canonica conſiſtit propriè circa coertionẽ ſpi-
ritualem, vt *in c. quibuſdã, de pœnis.* Eccleſiaſtica aũt animaduerſio
conſiſtit circa degradationem & traditionem, quæ curiæ ſecu-
lari, vt *in c. nouimus, de verb. ſign.* Et ne pro his deficiat authoritas,
hæc genera pœnarum poſuit Innoc. *in d. c. qualiter. 2. de accuſa.* &
Hoſtien. *in ſumma, de pœn. in §. quot ſunt. & in §. quibus.* Et iſta etiam
proſecutus Ioan. de Ligna. fuit *in ſuo tractatu de cenſura eccleſiaſti-
ca, in ſecunda & tertia col.*
21 † Cui ergo pœnæ æquiparabitur excommunicatio? gloſſ. *Inſt.
de capi. dimi. in §. media.* æquiparat excommunicationẽ pœnæ de-
portationis, vel ſaltem poteſt æquiparari banno, quia excõmu-
nicato prohibetur communio, ſicut bannito. Sed certè hæc glo.
non videtur vera per hunc tex. *hic in principio.* in eo quod dicitur,
quod eſt medicinalis non mortalis, ergo non æquiparabitur de-
portationi. Idem tenet Bart. *in l. 2. de publi. iudi.* cui ergo æquipa-
rabitur? text. iudicio meo ad hoc videtur ſingularis, & gloſſ. *in c.
paſtoralis, de appell.* dicit, quod æquiparatur relegationi. Et ita te-
net Ioan. And. *in c. decernimus, inf. eo. tit.* Nam bãno æquiparari nõ
poteſt, quia banna habent in iure limitatã naturam, ſed ſecundũ
22 varias terrarum conſuetudines variãtur. † Item bannitus in vna
ciuitate non eſt in alia parte bannitus, quia ius dicẽti extra terri-
toriũ, impunè non paretur, *l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. c. 2. de conſtit. in 6.*

Sed excommunicatus ab vno Epiſcopo ab omnibus eſt vi-
tandus, *c. ad reprimendam, de offi. ord.* & quod not. Bal. *in Auth. item
nulla. C. de epiſ. & cler. l. 1. C. de hæred. inſtit.* Præterea non eſt verum,
quòd ita prohibeatur communio excommunicato, ſicut ban-
nito: nam bãnito ſubtrahitur territorium, excommunicato verò
non, imò in certis caſibus permittitur communicari excommu-
nicato, *c. inter alia, de ſent. excom. c. quoniam multo. 11. q. 3.* Ex quibus
omnibus patet, quod cauſa excommunicationis non dicitur ca-
pitalis, licet ſit cauſa ardua, adeò quòd in ea probanda non ſuffi-
ceret vnus teſtis cum fama, vt tenet Spec. *in tit. de notorio crimine,
in §. fama. verſicu. quid ſi agenti.* Cuius dictum reputat ſingulare
Cardi. Flor. *in c. perpendimus, in repetit. ſua, in 13. q. de ſenten. excom.*
23 † Adde tamen vltra prædicta, quod vbi excommunicatio infer-
tur à iure pro crimine, quod talis excommunicatio videtur pœ-
na capitalis, per text. valdè notabilem, *in c. per venerabilem, in §. fin.
ſuprà, qui filij ſint legit.* vbi text. ſingulariter vult, quod loco pœnæ
mortis corporaliter ſuccedãt excommunicatio, ita text. ibi, *in
verbo, mori præcipitur.* dum dicit, id eſt, per excommunicationem,
velut mortuus à cõmunione fidelium ſeparatur. † Proinde quæ- 24
ret quis, poſito quod excommunicatio ſit pœna, nunquid ex-
communicare ſit imperij, vel iuriſdictionis, & ſi eſt imperij, an
meri vel mixti. Reperio Innoc. *in c. de cauſis, in verbo, conſenſu, de of-
fi. deleg.* dicentẽ, quod eſt meri imperij, dum dicit ibi, quod quo
ad pœnam excõmunicationis poteſt fieri prorogatio in iudices,
dummodo ſint tales, qui habeant merum imperium. Idem ſen-
tit *in c. tranſmiſſa, ad fin. ſuprà de elect.* dum dicit, electum & confir-
matum habere merum imperium, ex eo quia excommunicat.
Et hoc expreſsè tenet Hoſti. *in c. quod ſedem, de offi. ordin.* & Specu.
in tit. de iuriſdict. om. iud. in verſ. ſecundùm canones. Quorum dictum
poteſt perſuaderi, quia † merum imperium eſt, quicquid iudicis 25
officio expeditur, & quod merè concernit vtilitatem publicam,
l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudi. & per canoniſtas *in d. c. quod ſe-
dem, vbi latè dicitur de imperio.* Et quod in eo eſt dare gradus, quia
quoddam eſt maximum, quoddam maius, quoddam magnum;
item quoddam paruum, quoddam minus, quoddã minimum,
de quo per Bart. *in d. l. imperium.* Nam ſub paruo imperio collo-
catur relegatio, & conſequenter excommunicatio, quæ æqui-
paratur relegationi, vt dixi *ſuprà in proxima quæſtione præcedenti,*
ideo poteſt dici, quod excommunicatio eſt meri imperij, ſed eſt
ſub ea ſpecie imperij, quæ dicitur paruum imperiũ. Hinc etiam
poſſet dici, quod excommunicatio eſt iuriſdictionis, ſumendo
terminum iuriſdictionis largè, quatenus eſt genus comprehen-
dens merum imperium & mixtum, & iuriſdictionem ſimpli-
cem, ac modicam coertionem, iuxta id quod notat gloſſ. *in d. l.
imperium.* & habetur per Modernos, *in d. c. quod ſedem.* vbi etiam
Cardin. aliter diuidit imperium. Non autem eſt iuriſdictionis,
quatenus iuriſdictio eſt ſpecies diſtincta ab imperio, quo caſu
iuriſdictio ſimplex vocatur, & expeditur iudicis officio merce-
nario, ſeu ad partis inſtantiam, & cõcernit priuatam vtilitatem,
de quo in prædictis iuribus habetur. Et hanc opinionem ſecutus
eſt Cardin. *in illa ſua repetitione ſolemni dicti cap. perpendimus, in 14. q.*
Ex † quibus omnibus infertur concluſio, quod ad hoc, vt quis 26
poſſit excommunicare, requiritur quòd iudex ſit eccleſiaſticus,
& quòd habeat imperium ſaltem paruum, vt *ſuprà dixi.* Ex quo
infertur corolariè, quod ſacerdos etiam parochianus non po-
teſt excommunicare, quidquid dixerit Hoſt. *in ſumma, eod. titu. in
§. quis excommunicare poſſit, & in §. nedum autem, in verſi. tu dicas.*
tenens contrarium, quod etiam ſacerdos poteſt excommunica-
re, *per c. ſi ſacerdos, de offi. ord.* Nam ille text. debet intelligi de ha-
bente ordinariam poteſtatem, de quo pleniùs legitur & nota-
tur in *c. cum ab eccleſiarum, ſuprà de offi. ord.* Et ita etiam tenet Cardi.
in loco præalleg. Quibus ſic expeditis, pro aliquali intellectu huius
tit. venio nunc ad nigrum: de ſuſpenſione verò & interdicto, de
quibus hic fit mentio in rubro, videbimus in diſcuſſu huius titu.
¶ Sequitur *c. cum medicinalis.*

REPETITIO
IN C. CVM MEDICINALIS. DE SENTEN. EXCOMMVN.

Præclariſſimi I. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio dicitur medicinalis non mortalis, & intentio ean proferentis debet eſſe ad medelam, non ad mortem.*
2 *Excommunicatio ex contemptu magis ligat.*
3 *Excommunicatio dicitur mucro epiſcopi. nu. 44.*
4 *Excommunicans ſi viderit ſententiam iuſtè latam non proficere, ſed magis officere, illam diſcretè poterit tollere.*
5 *Venia non datur niſi illam petenti, & ſe corrigenti.*
6 *In excommunicatione adeſt pœna & culpa.*
7 *Abſolutio facta non ſeruata forma eccleſiæ, an valeat, remiſſiue.*
8 *In literis, quæ diriguntur excommunicatis, nõ apponuntur verba ſa-lutationis, ſed loco eorum dicitur, Spiritum conſilij ſaniorũ.*
9 *Excommunicatus ſi perſeueret per annum in ex excommunicatione, an per hoc ſolum poterit omnibus beneficijs ſuis priuari.*
10 *Statutum, quod excommunicatus pro quolibet menſe, quo ſteterit in excommunicatione, ſoluat decem, antequàm abſoluatur, an va-leat.*
11 *Excommunicatio ſi eſt iuſta, non inducit metum, per quem poſſit egi*
ad

ad reſciſſionem alicuius actus ſecus ſi ſit iniuſta.

12 *Iudæi non poſſunt excommunicari directè, cum ſint extra eccleſiã, per indirectum vero videntur excommunicari poſſe.*

13 *Excommunicatio & reconciliatio largè ſumendo, dicitur ſacramentum.*

14 *Excommunicatio qualiter dicatur diſciplina.*

15 *Pœna excommunicationis non ſeparat à Deo.*

16 *Iudex in ferenda ſententia excommunicationis debet ſe habere ad inſtar corrigentis. Alias potius ligaretur, quàm ligaret.*

17 *Excommunicatio iniuſta non ligat quoad Deum, quoad eccleſiam tamen militantem nocet, & eſt timenda.*

18 *Excommunicationis ſententia non debet ferri, niſi præcedat trina monitio.*

Et in quo differat à diffinitiua. num. 19.

Et ei parti proferri, quæ requiratur. num. 20.

21 *Excommunicare nemo debet ſine cauſa, nec pro minima cauſa.*

22 *Denunciatio non facit iſtum excommunicatum.*

23 *Excommunicatus, an ſit infamis.*

25 *Scriptura excommunicationis an debeat fieri manu notarij.*

26 *Iudex nunquid poſſit ſententiam excommunicationis proferre per notarium.*

27 *Opinio vltima cenſetur à Doctoribus approbata, & corrigere priuatam correctione probabilis, non neceſſaria.*

28 *Excommunicatio trahit ad ſe executionem, alia vero ſententia non.*

29 *Sententia excommunicationis licet non feratur in ſcriptis, valet.*

30 *Iudex in ferendo ſententiam diffinitiuam quid obſeruare debet.*

31 *Excommunicatio non ſuſpenditur per appellationem ſequentem, ſecus in diffinitiua.*

32 *Agens rei vendicatione non habet exprimere cauſam dominij, & quare.*

33 *Excommunicatio ita ſe habet ad ſpiritualem curam, ſicut ſe habet infirmitas ad carnalem.*

34 *Appellatio à ſententia excommunicationis iuſtificari non poteſt niſi ex cauſa expreſſa.*

Et quæ ſint cauſæ, propter quas ſtatutum eſt cauſam exprimi in excommunicatione. num. 35. & non in diffinitiua. ibid.

36 *Appellatio à diffinitiua ſuſpẽdit illam, ab excommunicatione autem ſecus.*

37 *Excommunicatio canonis ſiue iuris ſemper præſumitur iuſta, vnde teſtes ſuper illa teſtificari nõ compelluntur, ſecus in excommunicatione, vel ſententia hominis, quæ poteſt eſſe iuſta & iniuſta.*

38 *Diſpoſitio omnis ex falſa cauſa vitiatur.*

39 *Cum facto paratus quis ſemper eſſe non debet.*

40 *Iudex tenetur excommunicato dare exemplum excommunicationis: & quid ſi illud nolit recipere.*

41 *Annus datus ad appellandum currit à die interpoſitæ appellationis, & non à die ſententiæ.*

42 *Dictio, quiſquis, neminem excludit.*

43 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

44 *Excommunicare qui poſſint.*

45 *Epiſcopus poteſt concedere clerico, etiam non conſtituto in aliqua dignitate, poteſtatem excommunicandi.*

46 *Anathema quid ſit, & à quo proferatur.*

47 *Excommunicandi facultas procedens ex poteſtate clauium cui competat, & cui.*

Procedens à iuriſdictione ſpirituali.

48 *Epiſcopus non poteſt laico facultatem excommunicandi concedere, & quid in Papa.*

49 *Clericus ſimplex nunquid poſſit præſcribere ius excommunicandi.*

50 *Prælatus habens iuriſdictionem temporalem in caſtro vel villa, ſeu inter aliquos, qui alias non ſubſunt ſuæ iuriſdictioni ſpirituali, an poſſit in eos vti cenſura eccleſiaſtica.*

51 *Scriptura vbi requiritur, non poteſt probatio fieri per teſtes.*

52 *Agens temerè contra legis prohibitionem, incurrit pœnam illius legis.*

53 *Suſpenſus quilibet efficitur irregularis, ſi durante ſuſpenſione contrauenit interdicto ſibi facto.*

54 *Celebrans cum ſuſpenſis à Pontificalibus nunquid efficiatur irregularis.*

55 *In pœnis mitius eſt agendum.*

56 *Pontificalia an ſint de ſubſtantia ordinis.*

57 *Irregularis propriè quis dicatur.*

58 *Ordines ſacri deputati ſunt ad ſacrificium corporis Chriſti.*

59 *Sacerdos non differt ab Epiſcopo, niſi ſicut maius & minus.*

60 *Poteſtas Epiſcopalis vnde dependeat.*

61 *Suſpenſio a participatione ſacramentorum, an ſi participet ſacramenta eccleſiaſtica, incurrat irregularitatem.*

Et quid de ſuſpenſo à collatione ſacramentorum. ibid.

62 *Excommunicatus minori, ſi celebrat, non incurrit irregularitatem.*

63 *Laicus in caſu neceſſitatis poteſt baptizare.*

64 *Excommunicatio per inſ... lata, ſi eſt iniuſta, debet relaxari ſine difficultate; & ſic ſi eſt lata non ſeruatis ſeruandis.*

Si eſt iuſta, tunc proprie dicitur abſolutio, ſi autem eſt nulla, fit per eam declarat illam eſſe nullam.

65 *Iudex ſi procedat etiam ex officio contra iuris formam, condemnari debet in expenſis, & interesse parti quam læſit.*

66 *Pœnæ inuentæ ſunt, ne metu illarum homines arceantur à malo.*

67 *Fulminare, verbum propheticum ſignificat prolationem cuiuſcunque ſententiæ iniuſtæ, ſi eſt lata non præcedente matura cauſæ cognitione.*

68 *Excommunicatio an trahatur ad ſententiam ſuſpenſionis & interdicti.*

69 *In ſuſpenſione & interdicto debet præcedere trina monitio, ſicut in excommunicatione.*

70 *Excommunicatus non poteſt eligere, neque eligi, neque teſtificari, nec ſuſpenſus, nec interdictus.*

71 *Excommunicari, ſuſpendi, & interdici qui non poſſint, niſi à Papa, vel eius Legato.*

72 *Suſpenſio & interdictum in quibus differãt ab excõmunicatione.*

73 *Excommunicatio non profertur pro aliena culpa; ſecus in ſuſpenſione vel interdicto.*

74 *Regulæ ſimpliciter eſt inhærendum; niſi in contrarium appareat diſpoſitio.*

75 *Verba legis maximè in pœnalibus debent intelligi cum effectu.*

76 *Excommunicatio lata in diem ſuſpẽditur per appellationem ſubſequutam pendente conditione.*

77 *Lapi authoritas in iudicando magna.*

Ioan. Andr. maior eſt authoritas Lapi.

78 *Locus & tempus aliquando non patitur deliberandi conſilium.*

79 *Lex vel ſtatutum vbi imponit pœnam gerenti actum temerè, includit non ſolum doloſum; ſed etiam negligentem, vel exercentem actum ex fatuitate.*

80 *Temerarius quis dicatur.*

Quis violator. ibid.

81 *Prætor nõ debet pati ad arma & rixam procedere, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere.*

82 *Leges tranſgredi quandoque ex cauſa licet.*

83 *Pœnæ duæ, vbi ſimul iunguntur pro aliquo delicto, dicitur vnica pœna, & non duæ.*

84 *Irregularitas quomodo incurratur.*

85 *Clerici tenentur, antequam accedant ad menſam, illam benedicere, & non ſolum antequam edunt, ſed etiam poſt cibum aſſumptum.*

86 *Papa ſolus diſpenſat cum irregulari.*

87 *Legatus de latere an poſſit diſpenſare cum irregulari.*

88 *Clericatum minoribus conſtituens poteſt eſſe vicarius Epiſcopi.*

89 *Irregularitas quid ſit, & vnde ſumitur.*

90 *Suſpenſus in gerendo ſtatu dixerit officijs an incurrat irregularitatem.*

91 *Celebrans coram excommunicato vel interdicto non efficitur irregularis.*

Et quid hodie de celebrante coram excommunicato manifeſto.

92 *Excommunicati & ſuſpenſi quoad celebrationem diuinorum nõ differunt.*

93 *Excommunicatus ſiue ſuſpenſus, ſi per ignorantiam celebraret, excuſatur ab irregularitate, quãdo talis ignorãtia eſſet probabilis.*

94 *Suſpenſio multiplex reperitur.*

95 *Suſpenſio ab homine duplex effectus.*

96 *Formam ... incurrat irregularitatem celebrando.*

97 *Delectum non debet præſul ... communicatem.*

98 *Suſpenſi ab executione ordinum ... celebrantes an incurrant irregularitatem.*

C A P. I.

CVM medicinalis. Gloſſ. I. ſummat totum iſtum textum, non autem diuidit, ſed diuiditur per Io. Andr. in ſex partes tota

tota hęc decretalis. Nā in prima ponitur procœmium. In ſecundo ſtatutum circa excommunicationem ſiendam. In tertia ponitur pœna non ſeruantis ipſe ſtatutum. In quarta Papa aggrauat vel addit pœnas non ſeruanti. In quinta prorogatur ſtatutū loquens de excommunicatione ad pœnam ſuſpenſionis & interdicti. In ſexta redduntur cauti omnes illi, qui hanc pœnam incurrunt, vt interea diuina officia non exerceant, alioquin incurrent pœnam irregularitatis, ſecunda pars eſt *ibi, quiſquis.* tertia *ibi, ſi quis autẽ.* quarta ibi, *ſuperior.* quinta ibi, *& hæc eadem*, ſexta *ibi, [illegible].* Poſſet & aliter diuidi ſecundum Io. Mon. ſed non [illegible] inſiſtere in huiuſmodi diuiſionibus. Nota † primo *ibi, medicinalis.* quod excōmunicatio dicitur medicinalis, nō mortalis: quod procedit ſecundum [illegible] Hoſt. & Arch. quem refert & ſequitur Io. And. tam actiue quàm paſſiue. Actiue, quoad proferentem. Paſſiue, quoad eum, in quem profertur talis ſententia. Nam ſecundū Doct. ipſe iudex excōmunicans debet ſe habere ad inſtar boni medici, qui intendat mederi, & non fulminare malo animo huiuſmodi ſententiam. Intentio enim proferētis hanc ſententiam debet eſſe ad medelam animæ, nō ad mortē. *c. audi.* 11. *q.* 3. Hinc eſt, ꝙ debet eſſe peritus, & ſolicitus in obſeruandis traditionibus canonum, *vt in c. ad aures. ſupra de ata. & qual.* Et ſic actiue excōmunicatio dicitur medela ex parte ipſius proferentis. Ex parte etiam excōmunicati debet eſſe medicinalis, & ſic paſſiue dicitur medicinalis, quia ipſe excommunicatus debet eam æquo animo pati, offerre ſe paratū ad obediēdum, & non ad contemnendum, vt proficiat ſibi ad medelam & nō ad mortem, exēplo infirmi & ægrotantis, qui debet parere medico, ſi vult ſanitatem & ſoſpitatem conſequi. Non autē debet ſe exponere [illegible] rebellionis in contemnendo præcepta medici, & conſequenter in contemnendo præcepta eccleſiæ ſine iudicis eccleſiaſtici excōmunicantis. Nā tunc ſi fuerit rebellis, ſibi & ſuæ duritiæ aſcribetur, adeo quod illi non erit ad medelā, ſed ad mortem, *c. tua. c. poſtulaſti ſup. de homic.* proinde ſi hanc cenſuram patiēter receperit, illi erit medicina animæ, quia rubore confuſus ex eo, quod euitari ab aliis ſe viderit, facilius reuertetur ad ouile, hoc eſt ad gremium eccleſiæ, *vt d. c. audi.* facit
2 *c. pia. ſupra de except. eo. lib. § prohibentur. 32. diſt.* † Neq; obſtat prędictis *c. epiſcopi.* 11. *q.* 3. vbi dicitur, quod propter excommunicationem quandoq; quis citius moritur: quia illud eſt verum, ſi ipſa excommunicatio cōtemnatur, ex contemptu enim magis ligatur. *§ notandum* 24. *q.* 3. *& in § cum ergo.* 11. *q.* 3. Quia contemptus eſt mortale peccatum, *vt in c. nemo contemnat.* 11. *q.* 3. *& facit c. quia autem leges.* 10. *diſt.* & quod not. *in c. per tuas. ſup. eod. tit.* Non obſt. etiam, quod excōmunicatio tollat animam, *vt* 24. *q.* 3.
3 *c. in c.* 1. *&* 11. *q.* 3 *in c. nihil. in fin.* Quia ſecundum † Arch. hoc procedit, niſi ille excommunicatus per ſatisfactionem reconcilietur eccleſiæ, cuius mucro eſt percuſſus, quia excommunicatio dicitur mucro epiſcopi, *c. viſis* 16. *q.* 2 *gloſſ. in c. ex perſona.* 11. *q.* 1. *in gl.* 1. Ex quibus ſtat concluſio, quod excommunicatio dicitur medicinalis in agente, quando ipſe agens, & ſic excommunicans recte procedit ad eam. Et in patiente, hoc eſt in excommunicato, qui humiliter offert ſe paratum parere mandatis eccleſiæ. Econtra vero eſt mortalis in quolibet eorū non recte ſe gerente circa eam. Propterea B. Thom. de Aquino, *in* 4. *ſent. diſt.* 18. *ſub art. fin* Et referunt Moderni Doctor. tum hic, tum in *c. ab*
4 *excommunicato. ſupra de reſcript.* quod ſi † prælatus, qui protulit ſententiam excommunicationis in aliquem, viderit hanc ſententiam etiam iuſte latam non proficere ipſi excommunicato, ſed magis obeſſe, illam diſcrete poterit tollere, & ſic eum abſoluere etiam durante contumacia: quia prælatus debet ſe habere, vt ſupra dixi, ad inſtar medici, qui ſi viderit medicinā infirmo non prodeſſe, illam ſubtrahet. Sic erit & in prælato, qui debet eſſe medicus animæ, ſi viderit illius ſaluti non prodeſſe, [illegible] illum abſoluet. Facit ad hoc, *c. prodeſt.* 23. *q.* 5. Et ſi quiſpiam dixerit, quomodo relaxabitur hæc excommunicatio ab inuito, cum culpa requirat voluntatem, ſicut voluntate contrahitur, *vt ſupra per totum.* Ita ſine illa non fiet remiſſio, nam
5 venia † non datur niſi petenti, & ſe corrigenti, 24. *q.* 2. *in c. legatur.*
6 † Reſpondent hic Doct. quod in excommunicatione duo ſunt, videlicet pœna & culpa: vnde excommunicatio in quantum gerit pœnam, prout dixi late in rubrica, iſta poteſt auferri etiā ab inuito, ſicut fertur & in inuitum, quia minores etiam excommunicantur, *arg. c.* [illegible] *ſupra de reg. iur.* In quantum non adeſt culpa, & illa tolli non poteſt ſine voluntate delinquentis, cum reconciliationem [illegible] contritionem, *c.* [illegible] *de pœnit. diſt.* 1. &

not. *in c. omnis ſupra de pœn. & remiſſ.* & ita intelligitur text. *in d. c. [illegible].* Hinc dicitur, quod contumacia, propter quam fertur ipſa excommunicatio, aggrauatur ratione contemptus, *vt in d. c. per tuas.* Et adde ad hoc, quod [illegible] gloſ. fin. *in c. ſignificaſti ſupra de eo, qui dux. in matrimonium.* vbi gl. quærit, an excommunicatus poſſit abſolui inuitus. Faciunt etiam hæc ad ea quæ habentur *in c. cum deſideres. ſupra eod. tit.* vbi † notatur, an abſolutio 7
facta non ſeruata forma et [illegible], de quo *ibi in verſ. abſolu-*
tus. † Et ad vnum aduorte incidenter, quod in literis, quæ di- 8
riguntur excommunicatis non apponūtur verba ſalutationis, ſed loco ſalutationis dicitur, [illegible] conſilij ſanioris, quia ipſis excommunicatis non dicitur aue, hoc eſt non ſalutantur, *c. ſicut Apoſtoli. in § 1.* [illegible] Sed quid dixi ſupra, quod excommuni-
cati poſſunt abſolui inuiti. † Quid ſi aliquis excommunicatus 9
perſeueret per annū in excōmunicatione; an per hoc ſolū poterit omnibus beneficiis ſuis priuari. Videtur ꝙ ſic, *per c. rurſus. & c. quicunque.* 11 *q.* 3. & habetur per gloſſ. *in c. contumacia ſupra de hæret. eod. lib.* & per Innoc. *in c. cū bona. de ata. & qual.* per Ant. de Butr. *in c.* 1. *de iud.* vbi examinatur intellectus illorum duorū iurium. Ad quod vide etiam Pan. *in c. poſtulaſti. ſupra de homic.* Sed intellige hoc ſane procedere, quando quis eſſet excommunicatus pro cauſa criminali, *vide aliquid in ſumma.* 4 *q.* 1. Et ita debent intelligi iura *d. c. rurſus. & d. c. quicunque.* vbi dicitur, quod talis perſeuerans per annum in excommunicatione cenſetur hæreticus. Secus eſſet ſi eſſet excōmunicatus pro ciuili, tunc nō poſſet priuari beneficiis ſuis, etiam ſi per annos, & annos perſeueraſſet in excommunicatione. Iſta eſt glo. de qua facit magnum feſtum But. *in c. contingit. de dolo. & contu.* Sed tu adde aliam glo.
in c. ſin. in verbo, priuatus. de pœnit. † Fuit etiam aliquando alter- 10
catio, quid ſi adſit cōſtitutio ſynodalis, aut ſtatutum, vt excōmunicatus pro quolibet menſe, quo ſteterit in excommunicatione, ſoluat decem libras antequam abſoluatur, nunquid valebit tale ſtatutum? Et videtur quod non, *per c. ad noſtram. & c. nemo. de ſimonia.* vbi textus, quod pro exercitio ſacramentorum ſine abſolutione obtinenda nil recipi poteſt. Contrarium notauit Innoc. & Io. And. *in c. ad aures. de ſimonia.* dicens, quod illud magis exigitur pro cōtumacia, quàm ex abſolutione. ¶ Secundo not. *ibi, non mortaliter.* Ex hoc tex. infert Lap. Abb. quod
† ſi excommunicatio ſit iuſta, nō inducit metum, per quē poſ- 11
ſit agi ad reſciſſionem alicuius actus. Quia quando excommunicatio eſt iuſta, neceſſario præcedit culpa excommunicati. Et ſic potius ipſe eſt cauſa metus, quam ipſa excommunicatio. *l. ſi mulier. in fin. princ. ff. quod met. cau.* Et ita poteſt intelligi gl. *c. cum dilectus ſupra quod met. cau.* Secus eſſet ſi ipſa excōmunicatio eſſet iniuſta, quæ cōminatur. Nam tunc ex illa bene induceretur iuſta cauſa metus, & ſic induceret iuſtū metū ad reſciſſionem actus. Et ſic poteſt intelligi gl. notab. *in c. olim. [illegible] in verbo, ſententis. de reſtit. ſpol.* quæ allegatur pro contraria gl. *d. c. cum dilectus.* de quo hic per Arch. tenentē metum excōmunicationis nō inferre iuſtam cauſam timoris. De quo Io. And. hic ſe remittit *ad d. c. cum dilectus.* & ſic videtur ſentire id quod ſupra dixi, de quo tamē alt. plenius ſcripſi hoc anno *in c.* 1. *ſupra quod met. cau. eod. lib.* vbi formaui quæſtionem, an ſententia excōmunicationis lata per metū valeat vel ne, de quo ibi videas. Hinc pro intellectu text. quærit Io. And. quid ſit excōmunicatio, de quo dixi *ſupra in rub. in princ.* Et plene habetur per ſummiſtas, ideo in hoc non inſiſto. Aduerte tamē hic, ꝙ cum ipſa excōmunicatio ſit extra communionem poſitio, *vt in c. cum aliquis. cum duob. ſeq.* 24. *q.* 3. Quod ex hoc infertur, ꝙ talis excōicatio ferri nō poteſt niſi niſi per iudicē fidelē, & ferri nō poteſt niſi in eum, qui ſit fidelis:
vnde † Iudæi excōicari non poſſunt directè, cum ſint extra ec- 12
cleſiā. 2. *q.* 1. *multi.* Vbi dicitur, de his, ꝙ foris ſunt, nihil ad nos. Licet aliquando per indirectū videantur excōicari, Quandoquidem inhibetur Chriſtianis, ne habeant cōmercium cū Iudæis, *vt in c. accepimus. in fin. de Iudæis. de quo* 24. *q.* 1. *in § ſicut autem.*
poſt princ. † Vnde Gemin. hic, & Arch. *ead. cauſa & quæſt. in § ſed* 13
iſtud. Alij habent, ſed illud, videntur voluiſſe, quod excōicatio & recōciliatio ſit ſacramentum. Sed Io. And. intelligit hoc dictū, vt dicatur ſacramentum large ſumendo ſacramentū, non
ſtricte, & ita debet intelligi *d. § ſed iſtud.* † Qualiter autem ex- 14
communicatio dicatur diſciplina, vt dicitur in textu, Io. And. ſe remittit ad *d. c. diſciplina.* 45. *diſt.* Nam poteſt dici diſciplina actiuè & paſſiuè: actiuè, vt proferens ferat illam zelo iuſtitiæ, quia in hoc conſiſtit diſciplina prælati, vt habetur *in d. c. diſciplina.* Item & paſſiuè, vt ille, in quem fertur, ſuſtineat eam ſubiugando

iugando ſe collo obedientiæ ſui prælati ad inſtar boni diſcipu-
15 li, qui debet ſe ſubijcere doctrinæ ſui præceptoris. † Item dici-
tur non eradicans, hoc eſt, non euellens, cùm pœna ipſa excõ-
municationis non ſeparat à Deo, 11. q. 3. quomodo. Sed cauſa pro-
pter quam profertur ipſa excõmunicatio, illa eſt, quæ ſeparat à
Deo, ſi talis cauſa eſt radicitus euellenda, arg. cap. quia radix, de
pœnit. diſt. 2. Alias autem arbor bona, hoc eſt, virtus, ibi plantari
non poteſt, ſecundùm Ioan. And. hic, in nouella. Et propterea ſi
quis contradiceret excommunicationem, vel ſpernens eã; vel
vilipendens; vel alio modo de ea non curando, vt habetur in c.
dilectio. inf. eod. tit. tunc non diceretur eradicans neq; diſciplinãs
neq; medicinalis, imò talis magis ligaret; 11. q. 3. ſententia. Ter-
16 tiò not. ibi, tanquã. quòd † iudex in ferenda huiuſmodi ſententia
debet ſe habere ad inſtar corrigentis. Ideò dicunt hic Docto-
res, quòd antequam iudex proferat huiuſmodi ſentẽtiam, de-
bet per prius meditari quid agat & diſcretè ita agere, vt ipſa ex-
communicatio nedum ſit iuſta ex animo; ſed etiam ex cauſa,
quia ex animo & cauſa poteſt reddi iniuſta, de quo per gl. 11. q.
3. in ſumma. Et etiam aliquid, 2. q. 1. in ſumma, vnde in conſidera-
tione iudicis id agendum eſt, vt quæ Dei ſunt proſequatur, nõ
quæ ſua ſiue ſuorum, 11. q. 3. in c. ipſe ligandi. & in c. plerique. Alias
17 potiùs ligaretur quàm liget, 11. q. 3. illud planè. † Neq; talis excõ-
municatio obeſſet quoad Deum, quando eſſet iniuſta, dum-
modò non cõtemneretur, quamuis quo ad eccleſiam militan-
tem videatur nocere, vt innuit tex. 24. q. 3. c. ſi quis nõ recto, quod
intellige ſecundùm eccleſiam militantem, non triumphantẽ.
18 † Item debet adeò iudex diſcretè agere, vt in neminem profe-
rat huiuſmodi ſententiam, niſi præcedat trina monitio. c. ſacro.
ſup. eod. tit. Et facit in ſimili c. ſi peccauerit. 2. q. 1. Igitur quòd illam
proferat in ſcriptis, & nõ ſolùm ſcriptis, ſed etiam cum expreſ-
19 ſione cauſæ. Et † in hoc differt ſententia excommunicationis à
diffinitiua, in qua regulariter non requiritur expreſſio cauſæ,
vt plenè legitur in ca. ſicut. de re iud. vnde Hoſt. hic referens Fran-
ciſcum Vercellenſem, prout etiam refert hic Ioan. And. ſolitus
erat dicere, quòd tres ſolennitates debent præcedere ſenten-
tiam excõmunicationis. Et quòd in ſententia requiruntur duæ
20 poſt ſententiam aliæ duæ, & ſic concluſio. 8. † requiruntur an-
te ſententiam, vt poſſit proferri. Requiritur imprimis iuſta cau-
ſa, vt dixi ſupra. Secundò requiritur iuſtus animi iudicis motus,
hoc eſt, quòd moueatur ex cauſa, non ex malo animo, Item &
monitio, quæ tria probantur in d. c. ſacro. & hic etiam implicitè
probantur in hoc principio. Secundò in prolatione ſententiæ
requiruntur duæ ſolennitates, primò quòd ipſa ſententia fera-
tur in ſcriptis. Secundò quòd cauſa inſeratur, vt hic in verſ. quiſ-
quis. Tertiò poſt ſententiam requirũtur aliæ duæ, vna quòd ex-
emplum ſententiæ detur petenti infra menſem, & ſufficit, quòd
ipſe obligatus ad tradendum ſit paratus tradere, quando fue-
rit requiſitus, iuxta id quod not. gl. in clem. gratiæ. in verbo, para-
tus. inf. de reſcript. Alia eſt, quòd relaxetur ſententia ipſa, ſi abſo-
lutio dignè petatur, c. ad reprimẽdam. ſup. de offic. ord. Nam diuer-
ſæ ſunt pœnæ inductæ contra non ſeruantes prædicta, vt patet
21 in iurib. ſup. alleg. & in hac noſtra decretali. † Debet autem exprimi
cauſa, quia ſine cauſa non eſt quis excommunicandus, c. nemo.
2. q. 1. c. nemo. 11. q. 3. Neq; debet quis excõmunicari pro minima
cauſa, vt in c. epiſcopi. & in c. nullus ſacerdotum. ex. cau. & quæſt. Imò
non ſolùm in excommunicatione eſt exprimenda cauſa, ſed e-
tiam & in denunciatione quando quis mandatur denunciari,
vt in c. debent. in fin. 11. q. 3.

Aduerte tamen, quòd ſi in denunciatione non exprimere-
tur cauſa, per hoc tamen non incurreret quis hanc pœnam, quã-
dum dicitur hic de expreſſione cauſæ, ſolùm fit mentio de ex-
22 communicatione, non de denunciatione, † cùm denuncians
non dicatur excommunicare, nec denunciatio faciat quem ex-
communicatum, c. ad noſtram. ſup. de appel. Et ita tenent hic Ioan.
de Fanen. & Gem. Vnde ſubiungit Gem. quòd in excommuni-
catione proferenda per hominem contumacia ſola dicitur ſuf-
ficiens cauſa, vt probatur in d. c. ſacro. in princ. de quo inf. in gloſſ. in
verbo, cauſam. Et debet hæc cauſa exprimi in ſpecie & in indiui-
duo, ſecundùm Hoſt. allegantem in ſimili c. pia. in § ſi quis ergo.
23 ſup. de except. eod. lib. Et † ex hoc poteſt inferri ad illud, de quo vidi
ſæpius dubitari, an excommunicatus ſit infamis. Bal. allegat i-
pſe pro ſingulari gl. in c. 1. quo tempore miles. in vſib. feud. Sed certè
non eſt opus in hoc allegare gl. quia tex. eſt in c. illi qui in fin. iun-
cto c. infames. 6. q. 1. Quod tamen eſt ſanè intelligendum, vt hoc
procedat, quando quis excommunicatus eſt ex cauſa famoſa,
vel ex contumacia commiſſa, ex delicto infamiam irrogante;
alias autem ſecus eſt, ſecundùm Innoc. ſingulariter in ca. teſtimo-
nium. ſupra de teſtibus. Pro quo allegant aliqui etiam Arch. 6. 1. in
ſumma, ſequentem Innoc. 4. q. 1. in ſumma, vbi multa de excom-
municatione. Cuius tamen dictum de præſenti videre non po-
tui, an hoc dicat Archid. † Et huius eſt ratio, quia ſententia ex- 24
communicationis ſiue ſit iuſta ſiue iniuſta, timida eſt, vt ſup. ſa-
tis ſuperq; dictum eſt. Eſſet ergò abſurdum, quòd quis propter
iniuſtam cauſam deberet infamari. Oporteret igitur, vt appareat
de cauſa, cùm maxima ſit pœna excommunicationis, vt dixi ſu-
pra in rub. Sed † diceret aliquis, quia dixi, quòd ſententia excom- 25
municationis debet proferri in ſcriptis, an hæc ſcriptura debeat
fieri manu notarij? Dic, quòd ſufficit, quòd iudex illam ſcribat
arg. eius quod dicitur de diffinitiua ſentẽtia in c. fin. ſup. de re iud.
lib. 6. Item not. ex verſ. quiſquis. ibi, ſigillo auth. ſecundùm Hoſt. hic
patere, quòd nedum per literas originales, & authenticas ſigil-
lo iudicis, ſed etiam per ipſarum literarum exemplum ſigillatũ
fidem fieri poſſe de excõmunicatione ipſius ſubditi. Ad idem
facit tex. in c. cura. 11. q. 3. c. 1. de treu. & pace. c. poſt ceſſionem. vbi ple-
nè de hoc. ſup. de probat. Sed hic aduerte, in quantum Hoſt. dixit
hic, hoc patere, quòd hoc non videtur bene dictum, quia hic non
loquitur tex. de excommunicatione ſed de requiſitione, ſuper
qua debet fieri publicum inſtrumentum, vel literæ teſtimonia-
les confici, vt in textu. Neq; etiam hic loquitur de ſigillo excõ-
municationis. Sed ſuſtinendo dictum Hoſt. poteſt dici, quòd hoc
hic colligitur arguendo, vt quemadmodum de requiſitione ſit
fides per ſigillum, ſic & de excommunicatione per exemplum
ſigillatum, vt probat etiam tex. ſup. in verbo, exemplum verò. iunct.
verſ. ſi fuerit requiſitus. in fi. Et hæc ſufficiant vſq; ad verſ. ſi quis aũt
iudicum. Glo. in verbo, in ſcriptis in fin. Sed hic quæritur in eo quod
dicitur, quòd hæc ſententia debet proferri in ſcriptis, & quòd
iudex ipſe hanc proferat. † An iudex poteſt hanc ſententiam 26
proferre per notarium. In hac ſunt opiniones. Aliqui dicunt,
quòd non, per verbum, in ſcriptis proferat. Alij verò dicũt ſuf-
ficere notarium illam legere præſente iudice, & quòd deinde
Iudex dicat, ipſa ſententia lecta per notarium, nos talem in ſcri-
ptis excommunicamus. Sed hæc opin. non placet Arch. dicens
quòd hæc opin. vendicat ſibi locum in epiſcopis & ſuperiori-
bus, vt poſſint ſententiam legere per alium, de quo eſt caſus in c.
fin. de ſent. & re iud. eod. lib. Vnde ſi ſit inferior ab epiſcopo, debe-
bit illam per ſe proferre. & hoc videtur ſequi hic Ioan. Andr. &
Gem. Pro quo tex. in verbo, proferatur. Et ſic volunt, quòd ipſa ver-
balis ſententia ferri debet per ipſum excommunicantem, alias
incurrerent pœnam, de qua hic. Si tamen huiuſmodi ſententia
eſſet prolata per ipſum notarium, bene valeret, quando ipſe iu-
dex aſſiſteret, & deinde diceret, quòd talem ſententiam excõ-
municationis proferebat, quia hic non annullatur talis ſenten
tia aliter, & alio modo prolata, prout annullantur in d. c. fin. aliæ
ſententiæ quàm excommunicationis: quod eſt notandum, quia
multi poſſent illaqueari hac pœna inaduertenter, ideò bene ſis
cautus, &c. Gloſ. in verbo, cauſam. hæc gl. principaliter poteſt di-
uidi in tres partes. Nã in prima ponit de exemplis ad text. quem
gl. ipſa amplificat. Et deinde colligit gl. ex text. quòd hic eſt or-
do retrogradus. In ſecunda format quæſtionem, & reſpondet.
In tertia notat duplicem differentiam inter ſententiã excom-
municationis, & aliam ſententiam, ſecũda ibi, ſed nũquid. tertia,
ibi, & no. In ead. gl. ibi, recuſauit. Ex gl. colliguntur duo exempla
contumaciæ, propter quam ipſa excommunicatio fertur, neq;
alias poſſet ſententia excõicationis ferri iuſta, niſi præcederet cõ-
tumacia, vt ſup. pluries dixi. Archid. hic addebat alia exempla, &
primò exemplificat de eo, qui vocatus ad ſynodũ recuſat ire, c.
ſi quis epiſcopus. & c. ſeq. 18. diſt. & 5. q. 2. c. præſenti. Idem exemplifi-
cat de eo, qui non proſequitur accuſationem cœptam, c. 1. 4. q.
5. Item & generaliter vbicunque quis recuſat facere id, quod
pertinet ad præcipientis officium. 7. quæſt. 1. quia frater. Idem eſ-
ſet, ſi ordinarius præciperet, ne clericus fornicaretur cum cer-
ta fœmina, quia tunc illum non parentem poterit excommu-
nicare tanquam verè contumacem, & hæc contumacia dici-
tur cauſari ex delicto. Multa poſſent etiam & alia exempla
poni, quæ occurrere poſſunt ſecundùm factorum contingen-
tiam. In eadem gloſ. ibi, Exprimere.

Addunt Doct. ſcilicet, in ſcriptura, & in ſcriptis. Proinde di-
cebat Hoſt. notabile verbum, quòd quemadmodum medicus
corporalis prius cauſam infirmitatis inquirere debet, ante-
quam medecinam det, alias poſſet ſuccedere dictum Gale-

 ni, Si cau-

ni, ſi cauſam ignoras quomodò curas, hoc nõ eſt tui muneris ſed
fortunæ. Sic & in medico ſpirituali erit dicendum, vt antequã
fulminet, inquirenda ſit cauſa, propter q prolaturus eſt hanc
ſententiam excommunicationis, allegat ad hoc multa iura pro
his cauſis quærendis, *c. fin. ſup. de tranſact. c. 3. ſup. de libel. oblat. c. ex*
literis, ſup. de ſpon. c. 2. de ſponſ. in princ. c. cum dilecti, de accuſ. 28. diſt. c.
1. & 2. l. fi. C. de edict. diui Adr. tol. l. cum hi, § nihil intereſt. ff. de tranſa.
in quibus omnibus recipitur, quod inquirenda eſt cauſa in ca-
ſibus, de quibus agitur. In ea gl. ibi, dicunt quidam quod non.
Hoc placuit Ioan. Mon. & Arch. per iura vulgaria diſponentia
quòd in pœnis mitius agendum ſit, *de pœn. diſt. 1. in § pœnæ, regula*
in pœn. & regula, odia, in 6. In eadem ibi, *Sed tutius*, hanc opinionẽ
ſequitur Hoſtien. & etiam Innocent. prout refert ipſe Hoſtien.
licet Ioan. Andr. dicat, quòd ipſe Innoc. hoc non firmat, cum
loquatur alternatiuè, ita quod nullam ex his opinionibus eli-
git.

27 ¶ † Sed poteſt dici ſuſtinendo id, quod dicit ipſe Inno. quòd
videatur hoc ſequi, cum referat opiniones contrarias, & vlti-
mo loco ponat hanc opinionem, vnde illa videtur ſequi, iuxta
id quod not. Hoſt. & Ioan. And. *in c. 1. de priuileg. eod. lib. ſuper ver-*
bo, ſeparatis. Quid eſt notabile dictum ad intellectum opinio-
num ipſius Innoc. vt ſi quando referat opiniones contrarias,
prout conſueuit, videatur vltimam ſequi ſi aliter non firmat a-
liam opinionem. Et ita vult hic Ioan. And. Idem vult idẽ Ioan.
And. *in d. c. 1. de priuileg.* Cui adde etiam gl. *in l. filium, in § ſi ſtiſ. ad*
Trebel. vbi idem dicitur de opinionibus gloſſarum. Et ſic quod
not. Bal. *in auctent. ex teſtamento. C. de collat.* Idem tenet Bal. *in c. 1.*
an apud iudicem vel dominum quæſ. feu. terminari debeat, in vſibus
feud. vbi dixit, quòd vltima opinio corrigit primam correctio-
ne probabili, non neceſſaria, quod eſt notandum. Stat igitur
ſententia gl. in hac parte, quòd hæc decretalis, & ſua pœna ha-
bet locum, quando fertur ſententia, etiam contra perſonã in-
certam. *In ead. ibi, duas.*

28 ¶ Archid. addit alias duas, prima, quia † excõmunicatio tra-
hit ad ſe executionem, *d. c. paſtoralis.* Alia verò ſententia nõ tra-
hit ſecum executionem, *c. venientes, de verbor.* Secundò quia hæc
excommunicatio, ſiue ſententia cenſuræ interdum extenditur
ad futura, *c. à nobis, ſup. eod. tit. c. ex frequentib. de inſt.* Alia verò nõ.
De quo tamẽ Ioan. And. ſe remittit ad not. *in c. Romana, in § ca-*
ueant, inf. eod. tit. vbi habetur de hoc, & etiam ibi ſignantur con-
traria, & *in c. in noſtra, de ſepul.* & ibi etiam de hoc habetur, & v-
trobique ſoluuntur hæc contraria.

29 ¶ † In eadem gl. *ibi, non tenet*, notate glo. quæ vult, quòd licet
excommunicatio ſit ferenda in ſcriptis, tamen ſi non feratur in
ſcriptis, valebit ſententia, ſed erit locus pœnæ huius cõcilij. Et
ſic habetis, quod hæc ſolennitas, de qua hic, non eſt ſolennitas
ſubſtantialis, quia ſi eſſet ſubſtantialis, omiſſio eius vitiaret ſen-
tentiam, iuxta ea, quæ habentur *in l. prolata, C. de ſentent. & inter.*
Adde etiam nota. *11. q. 3. in ſumma, & 24. q. 1. in ſumma. In ead. gloſſ.*
ibi, non eſt neceſſ. exprimere cauſam, Doctores dicunt, quod imò
non eſt tutum, ita quod cautius eſt non exprimere cauſam in i-
pſa diffinitiua, quia ſi cauſa expreſſa eſſet in ſententia diffiniti-
ua, & illa poſtea reperiretur falſa, ſententia ipſa corrueret, vt
nota. *in d. l. ſicut, de re iud.*

30 ¶ † Eſt igitur cautela, vt iudex in ſententia diffinitiua profe-
rende ſe nõ coarctet ad aliquam cauſam. Et ſi ſe purè vult expri-
mere aliquam cauſam, exprimat illam cum dictione maximè,
vel præſertim, ad hoc vt appareat, quòd præciſè non ſit motus
ex illa cauſa. *In eadem gloſſ.* Doctores hic, maximè Hoſt. pluri-
mum inſiſtit in reddenda ratione, quare in excommunicatione
requiritur expreſſio cauſæ, & non in ſententia diffinitiua. Sed
breuiter concludendo poſſunt aliquæ rationes perſuaſiuæ ad
hoc adduci.

31 ¶ † Et primò, quòd in excommunicatione exprimitur cauſa
quia ipſa excommunicatio nõ ſuſpenditur per appellationem
ſequentẽ, *d. c. paſtoralis, & c. is cui, inf. eod. tit. & lib.* Diffinitiua ve-
rò bene ſuſpenditur per appellationem ſequentem, *vt in c. ve-*
nientes, ſup. de verbor. Et imputet ſibi, qui non appellauit à diffi-
nitiua. Æquum igitur fuit ſtatuere, vt cauſa exprimatur in ipſa
excommunicatione, vt poſſit apparere de iuſtitia vel iniuſtitia
eius. Alij tamen dixerunt, q̃ d iſtud eſt vnũ de arbitrarijs, quare
magis exprimatur in vna cauſa, quam in alia, quia ſic placitum
fuit conditori canonis, *iux. dicta in clemen. 1. in princ. in l. de elect.*
Vnde aliqui ſubtiliter videntur voluiſſe dicere, quod non mi-
rat dicendum oppoſitum eius, quod dicitur hic in gl. videlicet
vt in excommunicatione non deberet requiri expreſſio cauſæ,
ſed in diffinitiua ſic. Et mouebantur iſti ex eo quia iſta excõica-
tio proferenda ab homine proferri nõ poteſt, niſi ex vnica cau-
ſa, hoc eſt, ex contumacia, *c. ſacro, ſup. eod. tit. 11. q. 3. nemo, & ca-*
ptũ. Sed in diffinitiua poſſunt concurrere plures, & diuerſæ cau-
ſæ, vt in *c. cum cauſam, in fin. ſup. de re iud.* Ergo videbatur ſtatuen.
eſſe contrarium, vt in diffinitiua eſſet cauſa exprimenda, in hac
verò nequaquam. Ad quod facit id quod habetur in *l. ſi mater,* 32
in § eadem & in l. & an eadem, in § actiones, ff. de except. rei iud. vbi
dicitur, de agente rei vendicatione, qui non habet exprimere
cauſam dominij, quia cauſa immediata illius rei vendicationis
eſt dominium. Et ſic cum vnica ſit cauſa, nõ neceſſarium illam
exprimere: quòd ſecus eſſet in agente actione perſonali, vt di-
citur in iuribus præallegatis: ita hic, ex quo vnica ratio, vide-
licet, contumacia, & hæc eſt certa; Ergo non erat opus ſtatuere
de expreſſione eius, *l. certum, ff. ſi cert. petat.* Sed huic obiectioni reſ-
pondent Doct. dicentes, q̃ d quamuis generalis cauſa, propter
quam poteſt proferri excommunicatio ab homine, ſit vnica,
videlicet, contumacia, tamen cauſæ contumaciæ poſſunt eſſe
diuerſæ, vt retuli, *ſupra in principio huius gloſſ.* Ideò æquum fuit
ſtatuere de expreſſione ipſius certæ cauſæ contumaciæ: pro quo
etiam facit, quia ex quo cauſa eſt vnica, tantò facilius poterit
exprimi.

33 ¶ Quod etiam perſuadetur ſecundum Doct. quia excommu-
nicatio ita ſe habet ad ſpiritualem curam, ſicut ſe habet infir-
mitas ad carnalem: vnde ſicut non ſufficit medico ſcire ſe eſſe
infirmũ, niſi ſciat cauſam infirmitatis: Sic nec ſpirituali medi-
co ſufficit ſcire contumaciam, niſi ſciat & eius ſpeciem, hæc n.
ſunt ex traditionibus huius artis, quod ordo ſeruetur, & cauſa
exprimatur, & quod ſententia bono zelo feratur. Vnde profe-
rens ſententiam excommunicationis habet probare illam iu-
ſtam quoad prima duo. Quo verò ad tertiũ probabit conque-
rens, hoc eſt, vt quod ſit lata malo zelo, *per d. c. ſacro, in princ. &*
in verſ. cum q. ſup. eod. tit. Addũt præterea Doct. quod excommu-
nicatio plus adhæret naturæ interlocutoriæ quam diffinitiuæ,
quoad poteſtatem reuocandi illam. Ex quo infertur, q̃ quem-
admodum à iudice interloquente non receditur per appellan-
tem, cauſa nõ expreſſa, ita & iudex per ſententiam excommu-
nicationis non repellet ſubditos excommunicando, niſi ex-
preſſa cauſa in ea. Quod ſecus eſt in diffinitiua, à qua appellari
poteſt dupliciter ſine expreſſione cauſæ, & cũ expreſſione cau-
ſæ: q̃ d facit ad ea quæ dixi *ſup. in hac rub.* In dubio illo, An ſentẽ-
tia excõmunicationis ſit interlocutoria vel diffinitiua. † Hinc 34
etiam infert hic Ioã. Mon. & dixi *ſup. in rub. in loco præal.* q̃ d ſicut
appellatio ab interlocutoria iuſtificari non poteſt, niſi ex ex-
preſſione cauſæ, vt *in c. cum appellãti.* Ita & appellatio à ſententia
excommunicationis iuſtificari nõ poterit, niſi ex cauſa expreſ-
ſa. Ad q̃ d faciunt etiam quæ dicam *in c. venerabilib. in fin. inf. eod.* 35
tit. & quæ dixi *ſup. in rub.* † Ex quibus omnibus inferri poteſt ſe-
cũdum Gem. quod quatuor fuiſſe cauſæ, propter quas cautum
eſt & ſtatutum, cauſam exprimi in ipſa excõmunicatione, & nõ
in diffinitiua. Vna poteſt eſſe, q̃ d illud ſit de arbitrarijs. Alia, q̃ d
cum illa ſententia ſit medicinalis inuenta ad curandum infir-
mitatem animæ, ſicut in infirmitate carnali exigitur inquiſitio
cauſæ infirmitatis, ita & in iſta. Tertia quia excommunicatio
plus adhæret naturæ interlocutoriæ quã diffinitiuæ. Vnde ſic
ut in interlocutoria requiritur expreſſio cauſæ, *vt in d. clem. ap-* 36
pellanti, ita & in hac. † Quarta cauſa, quia appellatio à diffiniti-
ua ſuſpendit illam, *d. c. venientes.* Appellatio verò ab excommu-
nicatione non, vnde mirum ſi ſententia diffinitiua, & ſenten-
tia excommunicationis differunt in expreſſione cauſæ. Hæ ta-
men rationes omnes ſunt perſuaſiuæ non concludentes neceſ-
ſariò. Vnde forſan illa ratio videtur tutior, quòd iſtud ſit de ar-
bitrarijs. Aduerte etiam hic, q̃ d prædicta de expreſſione cauſæ
& q̃ in ſcriptis proferatur, habent locum ſolum in excommuni-
catione hominis, quæ poteſt eſſe iuſta & iniuſta, vnde ſecus eſt 37
in excommunicatione canonis ſiue iuris, quia illa eſt ſemper
iuſta, vel ſaltem præſumitur iuſta, *cap. erit autem lex, 4. diſt.* Et per
hanc rationẽ dixit Ioan. Mon. q̃ teſtes non cõpelluntur ferre te-
ſtimonium ſuper excõicatione canonis, q̃ a illud eſſet ſuper cri-
mine teſtificari. Quod ſecus eſt in ſententia hominis, q̃ poteſt eſſe
iuſta & iniuſta. Hic infertur, q̃ ſi epiſcopus per viã cõſtitutionis
excõicaret aliquẽ ſine ſcriptis, tenẽdo illã opin. q̃ valet cõſtitu-
tio non ſcripta, q̃ tunc veniens contra talẽ conſtitutionem, in-
curreret ſententiam excõicationis, & ipſe proferens non in-
curreret

incurreret pœnam huius decretalis, quæ tantùm loquitur de
ſententia lata per hominem, non per viam iuris: de quo per Io.
And. *in regula nemo poteſt, infra de regul. iur. in fin. quæſt. in mercurialibus*. vbi hoc pulchrè notauit. Glo. *in verbo, propter quam, in fin.* licèt
hanc gloſ. ſequi videantur Doct. tamen Card. *in c. perpendimus, in
14. quæſt.* tenet quòd non valeat excommunicatio ex falſa cauſa
38 lata, † quia omnis diſpoſitio ex falſa cauſa vitiatur, quñ cauſa eſt
adæquata, ita ꝙ diſponens nõ erat aliàs facturus, *C. de falſ. cau. l. 1.*
vbi caſus notabilis, *c. quia circa, ad fin. de conſang. & affin.* vbi etiam
hoc probatur ſequendo intellectum ibi, quòd cauſa fuerat appoſita conditionalis, quia tunc habetur pro finali, adeo quòd ſi
eſt falſa, vitiat, *ff. de cond. & demon. l. demonſtratio, §. 1.* Et ideo ſi lata
ſit ex falſa cauſa, non valebit, quia excõmunicans ſi ſciuiſſet cauſam non eſſe veram, nõ erat excommunicaturus, idem Io. And.
in d. c. ex parte, allegato in gloſ. idem Card. in c. ab excommunicato, de reſcript. ad quod ſe remittit *in d. c. perpendimus, de ſent. excom.* Et adde etiam quæ habentur *in d. c. ſacro*. Et per gloſ. Io. *11. q. 3. in ſumma. vbi
etiam de hoc*. Et vide de abſolutione *in d. c. ex parte, allegato, in gloſ. de
offic. ord.* quia non teneret ex falſa cauſa obtenta. ¶ Gloſ. *in verbo,
exemplum, in fin.* Addunt Hoſt. & Io. And. quòd exemplum illud,
de quo in text. debet continere ipſam excommunicationem de
verbo ad verbum, & annum & diem, quo fuit lata, *arg. c. eam te,
de reſcript. & c. libellorum, 2. q. 8.* ¶ Glo. *in verbo, excommunicato, in fin.
ibi, quo ad dationẽ exempli*. Et ſic videtur ſentire hæc gloſ. quòd nihilominùs ſi fiat excommunicatio generalis, & ſic non expreſſa
certa perſona, tamẽ debet fieri in ſcriptis, & exprimi cauſa, quia
hæc ita conueniunt generali, ſicut ſpeciali ſentẽtiæ. Imò plus generali, quæ non debet ferri niſi ex cauſa, *c. Romana, § caueant, inf.
eod. tit.* Et ita vult hic Io. And. quem cæteri ſequuntur. Cui adde
tñ, quòd ſi inhominatus, qui comprehendi poterat ſub generali excommunicatione, peteret huiuſmodi exemplum, debebit
ſibi exhiberi, ſecundùm Hoſt. quẽ etiam ſequitur ipſe Io. Andr.
Et conſequenter petet, vt reuocetur, quod fieri debet. ¶ Gloſ. *in
verbo, requiſitus*. hęc gloſ. habet tres partes, prout querit de tribus.
Secunda ibi, *& intelligo menſem*. tertia ibi, *ſi autem*. In eadem gloſ.
ibi, *loco & tempore*, vult gloſ. quòd requiſitio, de qua hic, ſit faciẽda congruis loco & tempore, *per iura alleg. in gloſ.* Quod clariùs
exẽplificat Innoc. vt ſi peteretur à iudice, dum ipſe equitat, vel
dum dicit officium, vel dum vult lectũ intrarare, tunc nõ diceretur fieri congruis loco & tempore. Vnde tunc deberet requirens expectare, facit *c. cùm in veteri, alleg. in gl.* Vulgo enim dici ſo-
39 let, quòd † nõ debet quis ſemper eſſe cum ſacco paratus, *l. quod
40 dicimus, l. ratum, ff. de ſolut.* Aduerte tñ, † quòd ſi iudex obtuliſſet
ſe daturum exemplum excõmmunicationis, & excommunicatus noluiſſet illud recipere, licèt à principio iudex fortè denegaſſet, quòd tunc imputabitur ipſi excommunicato, tanquã vltima mora illi haberet nocere, *l. illud, l. neceſſariò. l. quod ſi pendente,
ff. de peric. & commod. rei vend.* Sed ſi excommunicatus petiiſſet exemplum ſibi tradi, & congruo tempore expectaſſet iudicẽ, vt illi traderet, qui tñ non tradidit, ſi poſtea excõmunicatus ſe abſẽtauit, tunc iudex ad euadendum hanc pœnam, ſi non reperiret
ipſum excommunicatũ, deberet mittere ad domũ ipſius, requirendo familiam & amicos, & etiã publicare in eccleſia, ꝙ per eũ
non ſtat, quominus illud exemplum ſibi tradat, ſecundùm Archid. poſt Hoſt. hic. Vnde hoc caſu adeſt cautela, ꝙ hic fiant duo
exempla, & vnum ponatur ſuper altare, vel in foribus eccleſiæ:
& aliud remittat ad domum tradendo illud familiæ eius. Et ſi
nullus vellet recipere de familia, dimittatur exemplum ſuper aliquo bancho domus, & de hoc fiat inſtrumentũ, exemplo eius
quod dicitur de requiſitione. Et hoc modo poterit euitare pœnam de qua hic. *arg. c. fin. de appellationibus, & c. fin. de eo, qui mitt. in
poſſeſſ. & c. fin. de dolo & contum. & c. paſtoralis, ad fin. ſuprà de offic. ord.*
Quæ omnia intellige, quñ requiſitio ſit facta infra menſem à die
latæ ſententiæ, & ipſe iudex etiam eſt infra menſem traditionis.
Aliàs ſi lapſus eſſet menſis, eſſet locus pœnæ, iuxta id quod dixit
hæc gloſ. hic, licèt Archid. aliud voluerit, videlicet ꝙ hic menſis
currat à die requiſitionis, non à die ſententię, quod an ſit verum
dicam *infrà proximè. In ead. glo. ibi, à die requiſitionis*. Quod vult hęc
gloſ. tenuit etiam Innoc. Sed Hoſt. contra, quòd imò poſt ſententiam à die requiſitionis currat hic menſis. Ad quod facit in
41 ſimili, † quia annus datus ad appellandum, currit à die interpoſitæ appellationis, & non à die ſententiæ, *Clement. ſicut appellationẽ, infra de appel. c. cùm ſit Romana, eod. tit.* Et licet 30. dies qui dantur
ad tradendos Apoſtolos, currãt à tempore ſententiæ quñ fuit appellatum infrà illud tempus, *c. ab eo, de appel. lib. 6. 2. q. 6. in § poſt appellationem, de quo in d. c. ab eo.* Et hanc ſentẽtiam ſecutus eſt etiam
Archid. vt à die requiſitionis currat hic menſis. Et quamuis hæc
opinio videtur in ſe habere æquitatem, tñ ſecundùm Io. Andr.
dictũ huius glo. & Innoc. videtur eſſe pręferendum. Nã aliàs tenendo cõtrarium, ſequeretur abſurdum, quòd ſi excõmunicatus poſt plures mẽſes & annos peteret hoc exemplum excõmunicationis, niſi hoc traderet arctaretur ad hanc pœnã. Quod eſſet valdè durũ, cùm interdum talium ſcripturarũ nõ habeatur
plena cura, & ſæpè perdatur. Ideo opinio glo. videtur potius tenenda tanquàm mitior. Pro qua opin. facit hic text. & dictũ Innoc. ſecundùm Io. And. qui dicit, infra menſem ſi fuerit requiſitus, non autẽ dicit poſtquam fuit requiſitus. Et pro hac ſententia
prout refert hic Io. Andr. ſuper litera, faciebat litera, quæ erat olim in cõpilatione. Nam olim ſequebatur in litera, infra mẽſem
poſt diem ſentẽtiæ, ſi fuerit requiſitus, &c. Et quia hæc litera antiqua videbatur eſſe contra opin. ipſius Hoſt. ipſe Hoſt. conſtruebat literam hoc modo, infra mẽſem, ſi fuerit requiſitus poſt diẽ
ſententiæ. Dicens, ꝙ ideo dixit poſt diem ſententiæ, quia antequam lata eſſet ſentẽtia, eius exemplum peti nõ poterat, *arg. c. ad
diſſoluendum, de deſponſ. impub. c. Abbate ſanè, de re iud. in 6.* Et ita etiã
ordinabat literam Archid. gloſſando eo modo, quo ſuprà, non
aduertẽs ſecundùm Io. And. ꝙ litera hæc eſt deciſa, nec litera illa venit ſub Bulla. Sed prætereà ſecundùm Io. And. hęc litera ſonat id quod dixi ſuprà, quia non dixit, infra menſem, poſtquam
fuerit requiſitus, ſed, infra menſem ſi fuerit requiſitus. Et ſic ſtat
concluſio, ꝙ hic menſis currat à die ſententiæ, quicquid dixerit
Hoſt. quẽ etiam ſecutus fuit Zenz. vt refert Gemin. Sed non eſt
recedendum ab auctoritate huius gloſ. quæ multum ponderis
haberet in practica. Pro intellectu autẽ huius verſ. quiſquis, quia
text. loquitur multùm generaliter per hanc dictionẽ vniuerſalem. Poſſet aliquis quærere, qui ſint iſti excommunicatores, qui
ligantur hac conſtitutione, & eius pœna: Nunquid paſſim & indiſtinctè omnes excommunicantes arctentur hac legẽ & conſtitutione? Doct. hic explicitè determinant ꝙ ſic, quicunque ſit
ille, qui habeat poteſtatem excommunicandi, per text. † iſtum 42
loquentem vniuerſaliter, quiſquis, ita ꝙ nemo excludetur, *c. ſolita, de maior. & obed.* hinc eſt ſecundùm Io. And. quòd ſiue excõmunicator ſit ſacerdos curatus, *2. quæſt. 1.* ſiue ſit alius prælatus,
vt in c. cùm ab eccleſiarum, de offic. ord. ſiue ſit Abbas, *vt in c. ſicut, ſuprà
de ſimon.* vel Prior, *vt in c. cùm in eccleſiis, de maior. & obed.* ſiue ſit Archidiaconus, *vt in c. Romana, & in c. venerabilis, 1. reſponſo, infra eod.
tit.* aſtringitur hac conſtitutione. Pro quo facit etiam text. *infra
eadem decretali §. caueant. ibi, iudices vniuerſi.* Ad quod etiam allego
Ioan. Monach. *l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtit.* Quia † ex quo hic 43
text. loquitur generaliter, erit intelligendus in quocunque habente poteſtatem excommunicãdi. Ex his igitur infertur, quòd
multi ſunt habentes poteſtatem excõmunicandi, vt exemplificat hic Io. And. Sed certè qui † ſint hi, qui poſſint excõmunica- 44
re, variæ ſunt opiniones, vt patet ex not. *in c. experientiæ, & in d. c.
ex perſona. 11. q. 1.* vbi de hoc habetur per Arch. *in dictis iuribus. &
per ea, quæ not. in d. c. cùm ab eccleſiarum.* & pleniùs per Hoſt. *in ſumma eod. tit. in §. qui poſſit excommunicare.* & per Card. Florent. vltrà
alios *in c. perpendimus, eod. tit. in ſua ſolemni repet. in 16. quæſt.* In quo
articulo, omiſſa recitatione opinionum, poteſt breuiter ſic concludi, quòd excommunicatio profertur interdum à iure, vt notat gl. *in c. eos, infra eod. tit. & in Clem. 1. eod. tit. in gl. in verb. excõmunicationis ſententia.* & per Hoſt. *in d. §. qui poſſit.* In quibus locis colliguntur caſus, in quibus à iure profertur excõmunicatio. Et iſte
nõ eſt caſus noſter. Interdum verò excommunicatio profertur
ab homine: & in hoc ſtat varietas, quia aliqui dixerunt, ꝙ nullus
citra epiſcopũ excõmunicare poteſt, cùm excõmunicatio propriè dicatur mucro epiſcopalis, *vt in c. viſis, 16. q. 2.* dũ dicitur ibi,
felici mucrone epiſcopi ſacerdotũ, &c. Alij verò, ꝙ quilibet iudex eccleſiaſticus habẽs ordinariam iuriſdictionẽ. Alij, ꝙ etiam
ſacerdos, *per c. nemo. 2. q. 1. c. 1. 16. q. 4. c. ſi ſacerdos, de offic. ord. & dictis c.
experientiæ, & c. ſacerdotib. ſuprà alleg.* Pro quibus opinionib. Hoſt.
in ſupradicto §. allegat iura, & etiam Archid. *in d. c. experientiæ. & in
d. c. de perſona.* & per ordinarios *in d. c. ſi ſacerdos.* Mihi verò pro
nunc placet opinio, vt quilibet iudex eccleſiaſticus habens iuriſdictionem eccleſiaſticam, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus,
hoc poſſit. Neq; vim facio, quomodo hanc habeat, ſiue de iure
cõmuni, ſiue ſpeciali. Pro quo allego bonum textum *in c. ſi quem,
ſuprà eodem tit. iuncto iſto textu noſtro.* Nam in c. ſi quem, dicitur de
excommunicato à iudice ſuo. Neq; diſtinguitur ibi, qualis fuerit ille iudex, ſatis eſt enim quòd ſit eccleſiaſticus, vt hic in textu
noſtro,

noſtro, vbi dicitur de iudice Eccleſiaſtico, *in verſic. cauté provide-*
at, *& in verſ. caueat*. Et ſic videtur ſufficere, quòd nulli iudici Ec-
cleſiaſtico hoc ſit inhibitum, pro quo faciunt ea quæ dicta ſunt
ſuprà *in rubr.* vbi dixi, quòd excommunicatio erat partis imperij,
& ſic iuriſdictionis, prout iuriſdictio erat terminus generalis.
Quilibet ergo habẽs iuriſdictionem eccleſiaſticam, poterit hãc
ſententiam proferre. Ad quod optimè facit ſingulariter quod
not. Innoc. *in c. olim, la 2. de reſtit. ſpoliat.* vbi voluit, quòd quilibet
clericus poteſt eſſe capax iuris excommunicandi, & illud poſſi-
dere & præſcribere. Ex cuius dicto infert Hoſtien. non benè di-
xiſſe *in c. cùm contingat, de foro compet.* dum dixit, per conſuetudi-
nem non poſſe competere excommunicandi poteſtatem alicui
priuato clerico, ſed per priuilegium ſic. Nam Innoc. *vt dixi*, te-
net contrarium, pro quo allegat Innoc. *c. 2. ſuprà de his, quæ fiunt à*
maior. par. cap. ille tamen text. hoc clarè non probat, imò potius
videtur probare contrarium. Item ibi loquitur de interdicto,
non de excommunicatione. Sed tamen eius dictum poteſt ſu-
45 ſtineri per rationem, quam ponit idem Innoc. *in d. c. olim.* † quia
poſſet Epiſcopus expreſſè concedere poteſtatem excommuni-
candi clerico, & non conſtituto in aliqua dignitate, per id quod
not. *in d. c. cùm ab eccleſiarum.* ergo etiam per tacitum conſenſum
ex conſuetudine vel præſcriptione poterit acquiri per patientiã
Epiſcopi. Neque obſtat huic ſententiæ *c. debent. 11. quæſt. 3.* vbi vi-
46 detur probari, † quòd ſolus Epiſcopus poteſt excommunicare,
quia ibi loquitur de excommunicatione, quæ fertur cum qua-
dam ſolemnitate, cum duodecim ſacerdotibus circumſtanti-
bus Epiſcopo cum luminaribus ardentibus in manibus. Et illa
propriè dicitur anathema, quam ſolus Epiſcopus poteſt profer-
re, vt ibi dicitur. Sed quod dixi ſuprà, habet locum in excõmu-
nicatione, quæ fertur ſine tali ſolemnitate. Et hoc viſa eſt tene-
re gloſ. *in d. c. cùm ab eccleſiarum.* & Hoſtien. *in ſumma, eod. tit. §. quot*
ſunt ſpecies, in fin. hæc tamen ſolemnitas rarò ſeruatur in partibus
iſtis. Et aduerte, quòd talis excommunicatio lata cum dicta ſo-
lemnitate non eſt maioris roboris quàm ſit illa, quæ ſit lata ſine
dicta ſolemnitate. Niſi quia magis videtur grauari ipſe excom-
municatus quo ad vulgi opinionem. Et de hac excommunica-
tione poteſt intelligi opinio illa quæ habet, quòd nõ Epiſcopus
non poteſt excommunicare, *per text. in d. c. debent.* Quod intelli-
ge, vt dixi ſuprà. Et ita etiã concludit Card. *in d. 26. q.* Adde tamẽ,
quòd Ioan. de Lign. *in ſuo tractatu de cenſura eccleſiaſtica, in eod. art.*
qualiter à Deo, mediante hominis miniſterio, fertur excommu-
47 nicationis ſententia. Concludit ipſe ibi, † quòd facultas excom-
municandi procedens ex poteſtate fori pœnitentialis, competit
ſacerdoti, & non alij, & ipſam exercet, cùm præpoſitus eſt curæ,
quia antequam ſit curatus, non habet hoc exercitium, niſi adſit
contraria conſuetudo, vel niſi interueniat ſuperioris conceſſio.
Vnde ſi haberet cõſuetudo, quòd poſſet exercere cauſa cogni-
ta, tunc benè poterit excommunicare curatus. Ad quod facit
quod notatur *in c. duo, de offic. ordin. & in c. dilecta, de arbitr.* Sed ſi
non apparet de conſuetudine, tunc cum cauſæ cognitione non
poterit excommunicare aliquẽ ſpecialiter ipſe curatus, ſed ge-
neraliter ſic, ſecundùm Abb. & Imol. reducentem opiniones ad
concordiam hoc modo *in d. c. ſi ſacerdos.* Facultas verò excõmu-
nicandi procedens à iuriſdictione ſpirituali, ſecundùm Ioan.
de Lign. *in loco præallegato*, competit prælatis habentibus ordina-
riam de iure communi ex conſuetudine, vel priuilegio ſpeciali,
vt dictum eſt ſuprà. Et vt competat talis facultas, oportet, quòd
talis ſit clericus vel religioſus habens ordinariam iuriſdictionẽ,
vel vicariam eccleſiaſticam, vel dignitatem aliquam principali-
ter, aliàs non haberet hanc facultatem, niſi conſuetudo vel pri-
uilegium illi hanc facultatem concederet. Addit tamen quòd hæc
facultas competit habenti ordinariam etiam non principaliter,
vt in vicario Epiſcopi, *Clemen. & ſi principalis. ſuprà, de reſcriptis.*
Gloſ. tamen *in c. bene quidem, 96. diſtinct. in verbo, laico.* dixit, quòd
48 licet Papa † poſſit hanc poteſtatem excommunicandi com-
mittere laico, non tamen hoc poterit Epiſcopus. Et nota, quòd
hoc vnum eſt argumentum ad cognoſcendum, an decretum
habeat omnes gloſſ. cum additionibus ſuis, & videntur gloſ. *c. in*
verbo, laico, in dicto c. benè quidem. an ibi ſit illa additio. Nunquid
Papa poſſit committere poteſtatem excommunicandi laico.
49 Adde etiam prædictis, inquantum dixit Innoc. † quòd ſimplex
clericus poteſt præſcribere ius excommunicandi, quia hoc di-
ctum intelligo verum, licet Card. [illegible] hoc ſit in ſe-
culus, *vt dixi ſuprà*, quando ipſe clericus præſcripſiſſet iuriſdi-
ctionem ſpiritualem, tanquam iure ordinario ſibi competen-

tem ex conſuetudine legitimè præſcripta. Secus eſſet, ſi ipſe cle-
ricus ſimplex vellet præſcribere ſolum articulum, ſiue faculta-
tem excommunicandi, quia arbitror quòd non poſſe. Et ita poſ-
ſunt intelligi opiniones contrariæ, maximè Hoſtienſ. de qua ſu-
prà dictũ. etiam reperij tenere & limitare Ioan. de Lign. [illegible] opinio-
nem, de qua ſuprà *in tractatu ſuo de cenſura eccleſiaſtica*, ad finem
huiuſmodi, quem ipſe latè proſequitur vltra alios. Denique
pro complemento materiæ huius principij, quia ſuprà ſæpè di-
ctum eſt, quòd poteſtas excõmunicandi procedit à iuriſdi-
ctione ſpirituali, quæro [illegible] quæſtione, de qua alias dubi- 50
taui in practica, nunquid prælatus habens iuriſdictionem tem-
poralem in caſtro vel villa, aut alio loco, ſeu inter aliquos, qui a-
liàs non ſubſunt ſuæ iuriſdictioni ſpirituali, vt eſt videre in Epiſ-
copo Papienſi, qui habet certas terras ſibi ſubiectas quo ad tem-
poralem iuriſdictionem, vt eſt terra Caſolate & Roſaſchi, & ta-
men non habet ibi iuriſdictionem ſpiritualem, quia Caſolate
ſubeſt Archiepiſcopo Mediolani, & Roſaſchum Epiſcopo Ver-
cellenſi. Nunquid ergo ille prælatus poterit in prædictos vti cen-
ſura eccleſiaſtica, & ſic mandare illis ſub pœna excommunica-
tionis, cùm aliàs ibi habeat merum, & mixtum imperium. Bre-
uis eſt concluſio, quòd non poterit illos excommunicare, ſed
procedet contra eos, vt iudex ſecularis mandando ſub pœna &
mulctando, & *c. dilectus, ſuprà de offic. ordin.* In promptu ratio eſt,
quia talis poteſtas excommunicandi eſt ſpiritualis non tempora-
lis, ergo circa ſpiritualia in nullo loco, licèt aliàs habet temporalem
reſpectu ſuæ diœceſis, non poterit excommunicare. Secus eſſet,
ſi vtramque poteſtatem haberet, quia tunc poſſet vti vtroque
gladio, & ſpirituali, & temporali pro voto ſuo, *c. per venerabilem,*
qui filij ſint legit. c. ſi duobus, de appel. c. Romana, in fin. de appel. [illegible]
Et ne hoc dictum careat auctoritate, ita nõ potuit ideò teſtere Ioan.
de Lign. *in ſuo tract. de cenſura eccleſiaſt. ſub rubr. ſuprà allegata,* vide-
licet, qualiter à Deo mediante homi[illegible] miniſterio fertur ex-
communicationis ſententia, circa medium illius articuli, quod
eſt valdè notandum in practica. Et tex. his remanet expeditus hæc
gloſ. *in verbo, requiſitus.* cum his quæ pertinent ad intellectum te-
xtus. de hac requiſitione, an ſufficiat vnica, adde gloſ. *in c. cùm*
in verbo, requiſitum, de hæret. c. ſi Epiſcopus. 18. diſtinct. & [illegible]
C. de iureiur. [illegible] gloſ. *in verbo, authentico.* diuidit in tres partes in
[illegible] aſſignat [illegible] tertiam ſecundã [illegible]
[illegible] ſecunda [illegible], *ſed nunquid* [illegible]
lati regulariter. [illegible] gloſ. ibi, *canonice.* vult hæc gloſ. quòd lit-
teræ [illegible] & ſigillo authentico ſignatæ [illegible]
[illegible] quia æquè probant vnũ ſicut alterum, de quo
plenè [illegible] *d. c. 2. allegato in gloſ.* vbi habetur quæ ſcriptura ſit
authentica. de [illegible] *poſt ſeſſionem, de probat. in fin.* gloſ.
51 hæc gloſ. eſt [illegible], quòd vbi † requiritur ſcriptura, non po- 51
teſt probari [illegible] per teſtes, de quo ſcripſi *in c. ... de cenſib.* allegato
in gloſ. c. ... ſi quis. Not. 2. ibi, temerarius. † quòd agens temerè 52
contra legis prohibitionem, incurrit pœnam illius legis. Et an
hic [illegible] dolus verus vel præſumptus, vide in [illegible]
[illegible] gloſ. *in verbo, temerarius.* ſecundò not. ibi, ab ingreſſu Eccle-
ſiæ, & etiam à diuinis. caſum, in quo quis ſuſpenditur ab ingreſ-
ſu Eccleſiæ, & etiam à diuinis officijs. Et ſic probat hic tex. quòd
alia eſt pœna ab ingreſſu eccleſiæ, & alia à diuinis. Hinc dixit
[illegible] quòd ſi non fuiſſet additum in textu, à diuinis, quòd
hic taliter ſuſpenſus, potuiſſet extra eccleſiam celebrare, vt not.
in c. ... in 2. gloſ. ... vbi plenè de hac ſuſpenſione ab
ingreſſu eccleſiæ, & ibi habetur in gloſ. Proinde [illegible] hic In- 53
noc. ex iſto textu, quòd ſiue quis ſuſpendatur à diuinis, ſiue ab
officio, ſiue ab executione officij, ſiue à celebratione Miſſæ, ſi-
ue ab aliquo huiuſmodi, efficietur irregularis, ſi durante
tali ſuſpenſione committeret in [illegible], *vt hic in fine*
huius textus, & ſuprà eadem ... c. ... ; & c. ...
quis Epiſcopus damnatur. Dubium tamen eſt, † quid in ſuſpenſis 54
à pontificalibus, an celebrans tunc illis efficiatur irregularis. In
quo ſunt variæ opiniones. Nam aliqui, quos refert Innocent. &
forſan non malè ſecundum eum, tenuerunt quòd non efficia-
tur irregularis. Quod etiam tenet Speculat. *in tit. ... in*
verſ. quid ſi Epiſcopus. Motus illa ratione generali, quia hoc nul-
lo iure cauetur, quòd ſuſpenſus à pontificalibus, ſi celebrat, ef-
ficiatur irregularis, ergo, &c. *c. ... infra eodem tit.* Et facit e-
tiam regula vulgaris, † quia in pœnis mitius agendum eſt, *c.* 55
pœna, de pœnitent. diſtinct. 1. cum alijs vulgaribus. Item etiam &
tertio, † quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis, vel 56
officij, cùm ſine illis quodlibet officium fieri poteſt. Ita te-
nebant

nebant quidam, Hoſtienſ. tamen dixit, quòd ſi talis conſecrat, vel ordinat clericos, non erit irregularis, tenendo opinionem Theologorum, quòd Epiſcopatus non ſit ordo. Cuius tamen contrarium tenet ipſe Hoſtienſ. & etiam communiter canoniſtæ, de quo plenè legitur & notatur ſuprà in prooemio huius libri, de quo ſe remittit Hoſtienſ. *ad non ætate c. vno, poſt princ. ſuprà, de ſacra vnctio. & ad c. aqua, de conſecrat. eccleſ. vel altaris.* Nam huiuſmodi conſecrationes, ſiue ordinationes ſine pontificalibus ſolemniter expedienter non ſunt, cùm competant ratione Epiſcopalis ordinis, vt habetur in dictis iuribus, *& in c. Chorepiſcopi. 68. diſtinct.* Facit etiam quæ habentur *in c. quod ſicut. §. præterea ſuprà, de electio. & in c. fin. ſuprà de vſu pallij.* Ioannes verò Monach. concludit, quòd licet ſuſpenſus à diuinis, ſi ſe immiſceat in illis, efficiatur irregularis, caſus eſt hic. Non tamen ſi ſit in ſuſpenſo à pontificalibus, quia taliter ſuſpenſus non dicitur à diuinis ſuſpenſus, ſed à quodam additamento ad diuina. Siue ergo ordi-
57 net, ſiue conſecret, taliter ſuſpenſus non eſt irregularis. Et † hoc ipſe ſic probat. Nam ille propriè eſt irregularis, qui habens ordinem, & illius caret executione, vt quandò eſt ſuſpenſus, ſi ſe diuinis immiſcet, iſte talis efficitur irregularis. Sed Epiſcopus, ſecundùm eum, nullum habet ordinem ſuperiorem vltrà ſacerdotem, ergo hic Epiſcopus ordinans vel conſecrans licet ſuſpenſus à pontificalibus non erit irregularis. Nam in conſideratione potentioris effectus & cauſæ, quæ conſiſtit in confectione corporis Ieſu Chriſti, tantùm poteſt ſimplex ſacerdos, quàm Epiſcopus.
58 ¶ Ordines † enim ſacri ſunt deputati ad ſacrificium corporis Chriſti, cuius conficiendi habet poteſtatem ſacerdos. Item & diaconus, hoc ſacramentum à ſacerdote confectum diſpenſare poteſt: ſubdiaconus etiam dicitur ſacratus, quia miniſtrat ad id ſacra vaſa. Ex quo patet, ſecundùm eum, quòd ſacerdotium dicitur maius reliquis ſacris, cui ſacerdotio conſecratio ſuperaddita facit eum ſacerdotem magnum in hoc, vt poſſit alijs
59 ſacerdotium conferre: ergo † non differt ſacerdos ab Epiſcopo in ſpecie, ſed ſicut maius & minus. Et ita, vt videtis, amplectitur opinionem Theologorum, de qua ſuprà in prooemio huius libri. Ioannes Calderin. in hac difficultate *in ſuo tractatu de interdicto eccleſiaſtico, in ſecundo membro, in quæſtione, quæ incipit, Sed quid ſi ſit ſuſpenſus*, tenet ipſe, quòd ſit irregularis, ſecutus opinionem canoniſtarum, quòd Epiſcopatus ſit ordo, & per eum imprimatur character: non enim poteſt negari, ſecundùm eum, quin Epiſcopus habeat officium omnino diſtinctum ab officiis inferiorum ordinum, vt probatur *in cap. quanto, ſuprà de conſuetud. & in cap. aqua, de conſecrat. eccleſ. vel altar. & in cap. epiſcopus. 23. diſtinctione. & in cap. perlectis, verſicul. ad epiſcopum. 25. diſtinctione.* iunctis alijs iuribus, de quibus ſuprà in prooemio huius libri. Facit etiam *cap. ex litteris, ſuprà de exceſſib. prælatorum.* Quomodocunque ergo ſic ſuſpenſus exerceat pontificale officium, erit irregularis, ſiue ſint talia, quæ requirant Miſſam, vt conſecrare, & ordinare, iuxta notata *in dicto c. quòd ſicut.* Siue ſint talia, quæ fiant ſine Miſſa, vt chriſmare, quia in talibus Epiſcopus vtitur orationibus & benedictionibus ſibi competentibus ratione Epiſcopalis conſecrationis. Vbi ergo exerceat officium ſibi competens ratione ſui ordinis, durante huiuſmodi ſuſpenſione incurrit irregularitatem. Sicut etiam dicimus de alijs inferioribus ſuſpenſis ab officio ſuo, ſiue ſit presbyter qui Miſſam celebret: ſiue diaconus, qui Euangelium cantet: ſiue ſubdiaconus, quia epiſtolam dicat, durante ſuſpenſione efficitur irregularis. Idem ſi iteraret & in ipſo Epiſcopo, qui incurret irregularitatē, ſi ordinaret vel conſecraret, vel in fronte confirmet, ex quo venit contra interdictum ſibi factum.
60 ¶ Et hanc † opinionem Calderini ſequitur etiam Geminianus dicens, quòd hæc poteſtas Epiſcopalis, quæ reſeruatur ſibi quoad ſacramentalia, dependet ex poteſtate characteris ordinis, non autem dignitate Epiſcopali. Quod patet, ſecundùm eum, quia ſi Epiſcopus depoſitus & degradatus ordinaret aliquem in forma Eccleſiæ, imprimeret characterem, vt notat Innocent. in cap. 1. *de ſchiſmat.* Quod ſecus eſſet, ſi ipſa poteſtas non dependeret à poteſtate characteris ordinis, ex quo eſſet depoſitus à dignitate. Nam tunc non valerent geſta per eum, iuxta notata in *cap. neſti*, per Innocentium *de electio.* de quo hic per Geminia.
¶ Ex quibus ſtat concluſio, quòd exercens ſacramenta deputata ordini incurrit irregularitatem, ſi ab illis ſuſpenſus erat, vt
61 notat Innocent. *in c. fin. de exceſſ. prælat.* Sed † quid de ſuſpenſo à participatione ſacramentorum, an ſi participat ſacramenta Eccleſiaſtica, incurrat irregularitatem. Innocent. *in c. ſi celebrat, de cleric. excommunicat. miniſtr.* tenet quòd non, quia talia non ſunt ordinis, cùm & laici ipſi participent in huiuſmodi ſacramentis. Et ita tenent etiam hic Doctores: vlteriùs quærentes quid de ſuſpenſo à collatione ſacramentorum, an ſi conferat, incurrat irregularitatem. Innocent. quòd non, quia quædam ſunt ſacramenta, quæ laici conferunt in caſu neceſſitatis, vt Baptiſmus, & Poenitentia: ſunt etiam quædam ſacramenta Eccleſiæ, quæ frequenter ſine ſolemnitate officij conferuntur, vnde licet ad ſuſpenſionem quandoque ſequatur, vt quis celebrare non debeat, hoc tamen non ſemper procedit ex natura ſuſpenſionis, ſed ex quadam accidentali conſequentia. Hinc eſt, † quòd excom- 62
municatus minori celebrans non incurret irregularitatem, *dicto c. ſi celebrat.* ſecundùm Ioannem Andr. hic. Calderin. verò *in dicto tractatu, in ſecundo membro ſuprà allegato* tenet contrarium: Et ſequitur etiam Geminian. hic. Mouentur ipſi, quia in ſuſpenſo debet attendi, an id, à quo quis ſuſpenditur, competat ſibi ratione ordinis: quo caſu, tunc exercendo illud tale, efficitur irregularis, vt notatur *in dicto cap. fin. de exceſſib. prælat.* Ad quod faciunt etiam quæ dicta ſunt ſuprà, de Epiſcopo ſuſpenſo à pontificalibus. Et ſic, ſecundùm iſtos, ille, cui eſt interdicta collatio ſacramentorum, non poterit conferre illa, quæ competunt ſibi ratione ordinis. Et ideo ſi ſacerdos, cui ſunt ſacramentalia interdicta, conficiat corpus Chriſti, in Miſſa, ſiue ſub Miſſa, erit irregularis, *cap. 1. & 2. de cleric. excommun. miniſtr.* & ita tranſeunt hic Moderni.
¶ Neque obſtat, † quod dicitur de laico, quòd poteſt baptizare, quia hoc non competit ſibi ratione alicuius ordinis vel officij, ſed illud duntaxat eſt permiſſum ratione inſtantis periculi & neceſſitatis, ne paruuli ſine ſacramento hanc vitam finiant, *vt in cap. conſtat, cum cap. ſequenti, de conſecrat. diſtinct. 4.* Item notatur 63
in verſiculo ſuperior. quòd † excommunicatio lata per inferiorem 64
ſi eſt iniuſta, debet relaxari ſine difficultate: & ita ſi ſententia eſt lata non ſeruatis ſeruandis, de quibus in hoc textu. Ad idem facit *cap. ſacro, ſuprà eod.* Erit autem ſuperior quo ad hoc, quicunque præſit ipſi immediatè excommunicanti, ſecundùm Ioan. Andr. hic allegantem *cap. quorundam, ſuprà de electio. eodem libro, & c. ſi religioſus, eodem libro & titulo.* In quo autem conſiſtat hæc relaxatio ſine difficultate, videbimus in gloſ. *infra in verbo, difficultate.* Ad quod etiam facit quod notatur *in dicto cap. ſacro, in gloſ. ſuper verba, abſque grauamine. & ibi etiam de hoc habetur.* Hic eſt, quòd Ioan. Andr. hic, in verbo, relaxans, ponderat textum ipſum, vt quando excommunicatio eſt lata, vel contra formam Concilij, de quo in illo cap. ſacro. hoc eſt, non præcedente monitione, vel contra formam huius conſtitutionis, quia non ſint ſeruata ea quæ dicuntur hic *in verſicul. quiſquis.* vt tunc propriè talis ſententia ſit relaxanda, vel etiā quando continet in ſe iniquitatem, *vt d. c. ad reprimendam, ſuprà de officio ordin. & c. cùm contingat, ſuprà de offic. deleg.* vbi verò excommunicatio eſt iuſta, tunc propriè ibi cadit abſolutio. Quando verò eſt nulla, tunc ſuperior declarat illam eſſe nullam, *cap. ſollicitudinem, de appellationib.* Ad quod facit in ſimili textus *in cap. ab excommunicato. ſuprà de reſcriptis.* & textus *in dicto cap. ſacro.* qui vtitur verbo, reuocationis, quando præſupponitur iniuſtitia. Neque hoc caſu ſuperior pronunciabit illam nullam, quia ſpeciale eſt in hac ſententia cenſuræ, vt & ſi ſit iniuſta, valeat, & teneat propter reuerentiam ipſius cenſuræ, *cap. pia. ſuprà de exceptio. eodem libro.* Et intellige hanc relaxationem, ſine difficultate, quando conſtat de iniuſtitia ipſius excommunicationis. Nam in dubio fieret abſolutio præſtita cautione: de quo aliquid in gloſ. *in verbo, difficultate.*
¶ Nota ibi, † idem intereſſe condemnet. quòd ſi iudex 65
procedat etiam ex officio contra iuris formam, condemnari debet in expenſis, ac intereſſe parti quam læſit, *l. final. C. de poena iudic. qui male iudicauit. l. vltima, ff. de varijs & extraordinarijs cognitionib. & Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi delict. in principio, cap. cùm æterni, §. ſi quis autem, iuncta gloſ. in verbo, condemnandus. ſuprà de iudicijs.* Et probatur illud intereſſe per iuramentum partis indebitè excommunicatæ, ſecundùm Hoſtienſem hic, de quo per eundem *in ſumma, eodem titulo, verſicul. quis ſit effectus. & ad finem ipſius tituli,* de quo notatur etiam *in capitulo dilecti, ſuprà de foro competent.* Et vltra hoc intereſſe punietur etiam alia poena ad arbitrium ſuperioris, quæ poena differt ab intereſſe, ſicut differt intereſſe à damno, *vt in cap. noſtra, ſuprà de*

effectum ſuum, vt *in regula, acceſſorium. infra de regu. iur. eodem lib.* pro cuius dicto, licet ipſe non alleget, facit optime dictum *c. perpetuo.* vbi ſcribitur, quod pœna impoſita eligentibus habet locum ſolum quādo electio fuit perfecta, licet ipſi electores quantum in ſe fuerit iam elegerint. Ad idem etiam facit ſecūdum Lapum quia quando excommunicans non procedit vt iudex, ſed vt pars exercendo officium ſuum extra iudicium, tunc non habet locum decretalis, *ſacro. ſupra eodem.* vt not. Inno. *in cap. generali. de elect.* ergo idem erit in hac decretali, quæ fuit cauſa à dicta decretali, ſacro. vt non habeat locum pœna huius, quādo prælatus proceſſit, vt pars extra iudicium exercendo officium ſuum. Nam iſti religioſi corrigentes monachos ſuos nō procedunt vt iudices formaliter, nec aſtringuntur ad ſtrictum iuris ordinem obſeruandum, *vt notatur in dicto cap. reprehenſibilis. de appella. in cap. per duas. in tex. licet Heli. de ſimonia.* Et poſt ea ſi diceremus, quod hæc cōſtitutio vſquequaque ligaret eos, certe eſſet multum dura ipſis prælatis, vt cum in ſingulos dies habeāt corrigere monachos ſuos, ſemper deberent deferre calamum & chartam in manibus. Quod maxime procedit, ſi aliquando eſſet periculum in mora, quia tunc ſi excommunicaret, non incurreret hanc pœnam, vt dicam *infra in gloſſ. in verbo, temerarius.* Et ſic videtur concludendum, vt hic bonus vir non incideret hanc pœnam. Pro qua concluſione, ſi bene ponderetur hæc litera, multum bene facit, quia *hic* dicitur, quod excommunicatio debet tradi exemplum ſcripturæ. Et ea eſt ratio, vt tradatur, ad hoc vt ipſe excommunicatus in cauſa appellationis poſſit ſe defendere, & ſic ne habeat cauſam vagandi in incerto. Sed ita eſt, quod in talibus caſibus, in quibus agitur de correctione, non appellatur, *vt in c. reprehenſibilis. de appel.* Ergo non erit locus huic pœnæ in caſu præmiſſo. Et hanc ſententiam Lap. quo ad hoc ſecutus eſt hic Gemin. dicens hoc poſſe defendi ſecūdum ea, quæ dicta ſunt *ſup.* per ipſum Lapum, quando excommunicatio non habuit effectum, quia ille, cui factum fuit præceptum, obediuit præcepto. Nam iſte textus, prout etiam ſentit Lapus, debet ſane intelligi de excommunicatione, quæ traxit ſecum executionem, ſiue illa fuerit iuſta ſiue iniuſta, vt quia non ſeruauerit formam hic traditam. & probat hoc per text. *in verbo, excōmunicato tradere.* Item probat per *verſiculum, ſuperior. in verbo, latorem excommunicato ad expenſas. &c.* quaſi velit text. loqui de excommunicatis, qui venerunt contra præceptum ſibi factum, & fuerunt contumaces & rebelles, vt probat ille *verſ. ſi quis autem.* Et ita tranſit Gemi. cum ipſo Lapo. Sed hic aduerte, quod Ioan. And. *in nouella, in verbo, ſuſpenſus.* viſus eſt directo tenere contrarium, dicens, quod licet excommunicatio non habuerit effectum, tamen proferens incurrit pœnam. Et exemplificat ipſe in caſu, in quo excommunicatio eſſet lata poſt appellationem legitimam. Et mouetur per ea, quæ dixit poſt Abbatem *in c. ſtatuimus. iuſt. infra eod. tit.* Pro qua ſententia allegat etiam Lapus Abbas, quod pro hac parte facit *cap. non ſolum. ſupra de regular. eod. lib. & c. 2. de relig. dom. & cap. hoc conſultiſſimo ſupra de rebus Eccleſiæ eodem lib. & Clementin. eodem titu. de rebus Eccleſ.* Et faciunt etiam quæ ſcripſit Ioan. Andre. *in regula, qui contra. ſuper prima gloſſ. infra eodem lib.* In contrarium tamen ſolet allegari, quod ipſe Ioan. Andre. ſcripſit ſecundum Abbatem *in dicto cap. reprehenſibilis. ſuper verbo ſubiectos.* hæc ſunt quæ ego reperio in iſto articulo. Quid dicemus ergo in hac difficultate. & maxime quia ego continue eſſe ſit vicinus & proximus iſtis regularibus obſeruantibus, qui comedunt peccata populorum. Id autem mihi placet, quod ſi iure ipſo facto, vel ab aliqua conſtitutione regulari facta per ipſos regulares inferatur excommunicatio aliqua pro aliquo facto, dicto, vel alia tranſgreſſione, quod tunc prælatus regularis poſſit pro obſeruantia regulari ſibi ſubditum monachum excommunicare, non ſeruata hac forma, quia poſſet tunc contrafacientem abſque alia citatione excommunicare, ſiue denunciare excommunicatum, nec incurreret pœnam [illegible]. Et vt arbitror, non incurreret etiam pœnam huius conſtitutionis, *per ea quæ habentur in dicto cap. reprehenſibilis.* Sed ſi ipſe prælatus vellet ex nouo mandato excommunicare aliquem ſubditum ſuum vltra expreſſe contenta in ſua regula, cum in obſeruantijs regularibus, crederem tunc in pœnam incidere ipſum prælatum, niſi ſeruaret formam huius conſtitutionis, quæ generalis eſt quo ad quoſcunque excommunicantes, vt inquit *hic hæc gloſſ.* Nam ex quo prælatus aliquid nouum attentat vltra cōtenta in obſeruantijs regularibus, videtur temerarie agere, ſi huius conſtitutionis formam non ſeruat. Et ſic habebit locum *verſicu. ſi quis autem. & hæc gloſ.* & quod dixit hic Ioan. Andre. *in verbo, ſuſpenſum.* Nec obſtant allegata per Lapum, dum dicit, quod *hic textus* debet intelligi de excommunicatione effectuali. Quia immo etiam iſte text. tradit formam excōmunicationis proferendæ, vt patet ex *verſiculo, quiſquis.* quæ ſi non fuerit ſeruata, ſuccedit pœna, per *textum in verſiculo, ſi quis autem.* vbi text. vult expreſſe, quod violator huius conſtitutionis incurrat huiuſmodi pœnam, ſi temere hoc egerit. quod qualiter intelligatur, videbimus *infra in gloſſ. in verbo, temerarius.* Sed quando ipſe prælatus exequitur conſtitutiones & regulares obſeruantias, tunc non dicitur temere agere. Vnde ſi aliquid attētet, quod non habeat effectum, tunc non dicitur temere egiſſe, cum intendit exequi, quod ſtatutum eſt, maxime ſi periculum erat in mora, vt inquit gloſſ. *in dicto verſiculo, temerarius.* Et hæc dicta ſint gratia diſputationis. Nam in iudicando † magna eſt au- 77
thoritas Lapi, quæ æquiſſima eſt & magna. Alias maior eſt authoritas Ioan. Andre. licet Ioannes Andre. non loquatur proprie in terminis Lapi. Vos cogitabitis circa hoc, quia apud me non eſt authoritas. Et ex prædictis intulit etiam idem Lapus in præallegata allegatione, ad ſimilem quæſtionem: pone ſecundum eum, quod Generalis Prædicatorum, ſiue Minorū, ſiue Carmelitarum præcepit fratribus ſuis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna ipſo facto, ne aliquis eorum reuelaret aliquid cuiuis extraneo ab ordine ſuo, quod forte fuerat tractatum *in capitulo ſuo,* & hoc fecit ſine ſcriptis. Iuſſit tamen cuidam ſocio ſuo, qui erat ſolitus ſcribere acta ſua, quod in ſcriptis deberet redigere tale præceptum. Nūquid ille Generalis incurrat talem pœnam huius cap. quia protulit ſine ſcriptis. Ipſe arguit quod non. Et mouetur, ex eo, quod dicitur *in gloſſ. in verbo, temerarius circa finem,* quia periculum poterat eſſe in mora, quo caſu non eſſet locus huic pœnæ, ſi aliquis excommunicaret aliquem non ſeruata hac forma, quia locus † & tempus aliquando non patitur delibe- 78
randi conſilium, vt videbimus in eadem gloſſ. Secundo mouetur idem Lapus *in dicta allegatione,* quia hæc ſententia videtur quodammodo lata per viam ſtatuti, in quo de ſubſtantia non eſt neceſſaria ſcriptura, vt dixi *c. ij. c. ſupra de renunciat. eodem libro.* Ad quod facit ſecundum Lapum, quia quando ſententia profertur contra perſonam incertam, iſte textus non habet locum, vt probat ipſe ex verbis illis; excommunicatio tradere. Quod tamen, an ſit verum, dixi vobis *ſupra in gloſſ. in verbo, cauſam.* vbi tenui contrarium, quia hic textus habet etiam locum, ſi ſit lata ſententia generalis; licet ipſe Lapus dicat ibi, hoc eſt tutius tenere ante factum. Sed poſt factum poſſet defendi, quod non habet locum pœna lata in ſententia generali: ad quod adducit notata per Ioannem Andre. *in ſimili, in capitulo verum, de iureiurand.* Sed quo ad hoc quando ſententia eſſet generalis, dic vt dixi *in gloſſ. in verbo, cauſam.* Præterea & tertio ſecundum Lapum, etiam præſuppoſito quod illud mādatum non eſſet factum per viam ſtatuti, tamen cum videatur factum pro futuris culpis, tenendo opinionem aliquorū, non valeret huiuſmodi excommunicatio, de quo vide *in capitulo Romana. in §. caueant. an hoc ſit verum, infra eodem titulo.* Ergo ne pœna hic poſita ſuccederet, ex quo excommunicatio non valebat; cum iſte textus requirat excommunicationem proferri. Et idem concludit idem Lapus, quod hic Generalis prædicatorum, ſiue Carmelitarum non incurrit hanc pœnam, de qua *hic.* Et hanc ſententiam ſecutus eſt Gemin. *hic in fine,* eo caſu, quo excommunicatio illa dicatur lata per viam ſtatuti. Secus ſi generaliter, vt dixi *ſupra*: quia haberet locum tunc hæc conſtitutio.

In eadem gloſſ. in fine. hæc gloſſ. eſt notanda, quia ex ea colligitur limitatio ad hunc textum *in verſiculo, ſi quis autem iudicum.* vt videlicet quantumcunque iſte text. loquatur generaliter de quocunque proferente hanc ſententiam, tamen non includitur Epiſcopus reſpectu pœnæ ſuſpenſionis, quia de eo non eſt hic facta mentio, de quo eſt clarus textus *in dicto capitulo quam periculoſum. infra eodem.*

Gloſſ. *in verbo, temerarius. ibi, cum quem temere.* ille textus vult, quod temere vocans aliquem in ius, reſtituat expenſas litis. *In tam. ibi, cap. 2.* hæc gloſſ. eſt multum notanda ſecundum Gemin. hic pro ſtatutis. † Nam ex hac gloſſ. colligitur cōcluſio, quod 79
vbi lex vel ſtatutum imponit pœnam gerenti actum temera-

rie,

ric, includit non ſolum doloſum, ſed etiam negligentem, vel
exercentem actum ex fatuitate, quod eſt notandum ſecundũ
80 Gemin.† Appellat autem Hoſtien. hic. temerarium eum, qui
reſiſtit iuri. *c. dilecto. infra eodem titu.* vel ſecundum Ioan. Mon.
ille dicitur temere facere, qui fatue, ſtulte, vel ſine cauſa ali-
quid facit. violator vero dicitur nedum inferens vim, ſed et-
iam corruptor, ſeu pollutor. Vnde temere polluens & puniẽs
ſubditum, dicitur huius conſtitutionis violator. Vel dicitur
etiam violator huius conſtitutionis, quicunque iudicum ex
odio non ex charitate proceſſit, vt in principio huius textus.
vel qui cauſam non expreſſit in ſcriptis, vel qui infra menſem
requiſitus exemplum excommunicationis in ſcriptis non tra-
81 didit. † In ea gloſ. *ibi, l. aquiſſimam.* vbi text. quod prætor non
debet pati ad arma & rixam procedere, quos poteſt ſua iuriſ-
dictione compeſcere. In eadem *in fin.* hæc gloſſ. eſt notanda,
quia ex ea habetur notabilis limitatio ad iſtum textum, vt ra-
tione imminentis periculi, ſi quis fuerit tranſgreſſus formam
huius capituli, ceſſet pœna, vt quia in ſcriptis non excommu-
nicauit. &c. Ad quod faciunt notata† per Ioannem Andre.
82 *in cap. 1. ſupra de conſtitutio.* vbi dixit, quod ex cauſa aliquando
licitum eſt legem tranſgredi, & eſt text. & ibi Bald. *in l. ſi quis
filio § hi autem circa finem, ff de iniuſto, rapto, & irri. teſtam.*

Gloſſ. *in verbo, minime in fin.* hanc gloſ. ſequuntur Doctores.
dixit tamen Hoſtien. quod illud, quod hic dicitur, quãdo ip-
ſe ſuſpenſus ſeruauit ſententiam, & peccatum ſuum ſit con-
feſſus, & ipſum pœnituerit, alias quoad ſe ſemper ſuſpenſus
remaneret, *c. fin. ſup. de cohab. cleri. & mulier.* Sed dic quod ille
text. non loquitur de ſuſpenſione iſta, ſed loquitur de ſuſpen-
ſione hominis vel canonis. Et ſic elicitur hic ex hac glo. quod
ſuſpenſus ad tempus poteſt exercere officium ſuum ſine alia
abſolutione, intellige quo ad forum iudiciale. Quo vero ad
forum pœnitentiale debet agere pœnitẽtiam de peccato, pro
quo vide *in Clem. 1. de deci. in verbo donec.* vbi gloſſ. diſtinguit, an
quis ſit ſuſpẽſus ad certum determinatum tempus, an ad in-
certum & indeterminatum.

Gloſſ. *in verbo, difficultate, in fine.* Adde quod ſine mora & ſi-
ne ſatiſfactione, & ſine cauſæ cognitione, & ſine aliquo grauā-
mine ipſius excommunicati hæc facienda ſunt. Quod tamen
intellige, quando appareat euidenter hanc ſententiam fuiſſe
latam contra formam huius conſtitutionis, ſecundum Ioan.
Andre. *hic in nouella.*

Gloſſ. *in verbo, obſeruari.* diuiditur in duas primo colligit no-
tabile. Secundo quærit de vna quæſtione & reſpondet. Secũ-
da ibi. & intelligit. In ead. *in fi.* gloſſ. bene loquitur, & Docto.
eam ſequuntur.

83 VErſiculus. caueant. Not primo † *ibi, prædictam pœnam.*
quod vbi duæ pœnæ ſimul iunguntur pro aliquo deli-
licto, dicitur vnica pœna, & non duæ, ſecundum Gemin. hic,
quod probat per illum textum *in verbo, pœnam iuncto verſiculo, ſi
84 quis autem iudicum.* † Secundo not. *ibi, diuina officia.* quod irre-
gularitas non ſolum incurritur ex celebratione miſſæ facta
per ſuſpenſum, ſed etiam per celebrationem aliorum diuino-
rum officiorum. De quo plenius habetur per Innocen. *in cap.
fin. ſupra de exceſ. præla.* Adde tamen, quod ſi quis benedixerit
menſam, vel legeret in menſa, non incurreret hanc pœnam,
85 licet † videãtur hæc pertinere ex officio ad ipſos clericos, qui
antequam accedant ad menſam, debent illam benedicere, &
non ſolum antequam edant, ſed etiam poſt cibum aſſumptũ,
vt *in cap. pro reuerentia. & in cap. liceat. & in capit. quando. 2. 44 diſt.*
Vbi dicitur, quod ſacerdotes ſiue clerici non debent bibere
niſi ter, *vt in cap. omnibus. de conſecra. diſtinct. 5.* Idem etiam tenent
Specul. *in titu. 2. in §. iuxta propoſitiones. verſic. quid de benedicente.*
vbi tamen tenet contrarium in benedicente aquam, *per cap. a-
quam. de conſecra. diſtinct. 3.* Idem tenet Cald. *in tractatu de Eccle-
ſiaſtico interdicto. in 6. membro.* Neque obſtant iura diſponentia
de benedictione menſæ, vel de lectione legenda in menſa,
quia licet hoc diſponant, tamen iſta talis benedictio nõ com-
petit ratione certi ordinis, ideo benedicens, vel legens, licet
ſit ſuſpenſus, non efficeretur irregularis. Idem eſſet etiam, ſi
clericus ſuſpenſus intereſſet diuinis, non auctorizando, ſed
ſimpliciter audiendo ex cauſa deuotionis: quia non efficere-
tur irregularis: de quo vide gloſſ. *notabilem in verbo, celebrari. in
Clemen. 2. de priuilegijs.* Et quod notatur per Ioan. Andre. *in dicto
cap. fina. de exceſ. prælato.*

Tertio nota *ibi, exequi ſicut prius.* Nota. quod non quælibet
executio diuini officij per ſuſpenſum habet irregularitatem
inducere. Sed requiritur ad hoc, vt hæc exequatur ſcienter,
vt prius officiando, facit ad idem text. *in cap. 1. in § ſciturus. ſupra
de reiudi. eod. lib.*

† Quarto nota ad quod ſolet hic text. allegari: quod ſo- 86
lus Papa diſpenſat cum irregulari ad idem text. *in dicto ca-
pitulo 1. in §. fin. in fin. eodem lib. de re iudicata.* Et ſic eſt hic vnus
caſus de reſeruatis Romano Pontifici, prout colligit etiam
gloſſ. *fina. hic.* Et facit *cap. ſi quis Epiſcopus damnatus.* [illegible] *cap.
cum illorum. ſupra eodem titu. de quo etiam habetur in capit. clerici. ſu-
pra de cleri. excommu. mini.* De alijs vero caſibus reſeruatis, dixi vt
*in c. quo ad tranſlationem, ſupra de officio lega. & in capitu. ſicut de iu-
re. ſupra de exceſ. prælato.* Et colligit etiam aliquos Ioan. Andre.
in Nouella, in illo cap. 1. in gloſſ. fina. ſiue penult. de re iudica. in 6. licet 87
ſit dubium de † legato de latere: an poſſit diſpenſare cum
irregulari, de quo per Hoſtien. *in dicto capitulo clerici.* vbi viſus
eſt tenere. quod ſic, dummodo per contemptum non celebrã-
uerit, licet ſcienter & per ſupinam ignorantiam. Sed hoc di-
ctum, vt refert ibi Panorm. potius ſeruatur de facto, quam
probetur de iure, prout etiam dicit ibi Ioan. Andre. *in dicto ca-
pitulo clerici.* Habetur etiam per Specul. *titu. 2. in § nunc de Epiſco-
porum. verſiculo, ſed nunquid poteſt Epiſcopus.* Gloſſ. tamen & text.
communiter hoc reſeruant Romano Pontifici; vt ipſi ſolus
poſſit cum irregulari diſpenſare, vt eſt *hic textus, & in dicto ca-
pitulo 1 in fine.* Et aduerte hic, quod iſte textus habet etiam lõ- 88
cum in clerico conſtituto in minoribus, qui † poteſt eſſe vica-
rius Epiſcopi, vt dixi *in Clemen. & ſi principalis, de reſcriptis.* no-
tat Ioannes Andre. *in capit. Ioannes. de cle. coniuga.* quia ſi poſt
ſuſpenſionem, vel excommunicationem exercet officium ſu-
um, vt priuſ ratione ordinis ſibi competentis efficeretur irre-
gularis, quia iura loquuntur indiſtincte. Et ita ſolet determi- 89
nari *in capitulo 1. de cleri. excommu. mini.* † Quid autem ſit irregu-
laritas habetur per Innocen. *in cap. niſi, in § perſonæ de renuncia.*
per Archid. & Ioan. And *in cap. 1. in verbo, irregularitas de re iudi.
ſupra eodem libro.* Clarius per Specul *in titu. 2. in § iuxta propo-
ſitionem.* Et etiam irregularitas quædam nota, ſiue impedimen-
tum canonicum, perueniẽs in clerico ex violatione cenſuræ
Eccleſiaſticæ, vel ex alia notabili inobedientia: quod ex notãdum

Gloſſ. *in verbo, ſicut prius.* duo facit, primo quærit de intelle-
ctu textus, & reſpondet. Secundo format quæſtionem & re-
ſpondet. Secunda *ibi, quod verum.* In eadem gloſſ. *ibi, ſi quis Epi-
ſcopus* Adde etiam textum *in cap. is cui. in fine primi reſponſi, infra
eodem.* In ea gloſſ. *in fine.* † Stat ſententia gloſſ. vt ſuſpenſus ſi ſe 90
ingerat in diuinis officijs, quomodocunque: in cantando, vel
officiando Eccleſiam, quod incurrit irregularitatem. Et hanc
ſententiam gloſſ. ſequuntur Docto. antiqui, Bernar. & Hoſt.
Licet Franc. vt refert Ioannes Andre. dicat, quod ſi hic taliter
ſuſpenſus intrat chorum cum alijs legendo, & cantando: tunc
incurrit irregularitatem. Et ita intelligitur textus *in dicto capit. ſi
quis Epiſcopus. in verbo, ſicut prius.* quæ verba ſunt etiam hic repe-
tita. Sed Ioan Cald. *in illo ſuo tractatu de cenſura Eccleſiaſtica, in 8.
membro.* circa hoc recitat opiniones. Et tandem diſtinguit pro
concordia, quod aut taliter ſuſpenſus ſe ingerit in diuinis of-
ficijs ex ſimplici deuotione, illa audiendo, non contemnẽdo:
Et tunc licet male faciat ſe ingerendo in diuinis officijs, cum
alijs non, tamen eſt irregularis: & ita poteſt intelligi dictum
Innocen. *in cap. tanta. ſupra de exceſ. prælato.* Aut ſe ingerit in di-
uinis contemnendo ſuſpenſionem, aut faciendo coram ſe ce-
lebrare, vt quia ſit prælatus, qui præcipit illud diuinum offi-
cium vel miſſam, & ſic authoritatem præbet: & tunc fit locus
irregularitati, & habet locum hæc gloſſ. & quod dicitur in iſto
textu: Gemin. vero hic habuit nouam conſiderationem, di-
cens, quod aut iſte, qui eſt ſuſpenſus, ſe ingerit in diuinis offi-
cijs, cantando, & legendo in choro, non tamen exercendo a-
liquod officium chori, quia ipſe non eſt ibi tanquam cantor
vel alius, qui præſit officio intonizando, vel aliter faciendo:
& tunc dicit ipſe, quod non incurrit irregularitatem. Aut ille
exercet aliquod officium chori in apparatu legendo; & can-
tando ibi in pulpito: & tunc incurrit. Et ita dicit debere intel-
ligi hunc textum, dum dicitur ibi, diuina officia exequi, ſicut
prius. Ex cuius dicto infertur, quod ſi quis diceret pſalmos,
vel etiam cantaret non officiãdo principaliter Eccleſiam, ſed
tãquam quilibet laicus, non efficeretur irregularis. Hinc dixit
Panor. notabile verbum, *in d. cap. tanta.* quod ſi quis ſuſpenſus
diceret

diceret epiſtolam ſine apparatu in miſſa, vt qui non dicit tanquam ſubdiaconus, non incurrit irregularitatem, quia de conſuetudine communi non ſolet epiſtola dici ſine apparatu per quemcunque ſecundum eum; quod eſt notandum. Viſu tamen non omitto, quod dixit Innocen. *in cap. ad audientiam, de homi.* quod in dubio quis potius clericus debet ſe iudicare
91 irregularem, quam non irregularem; quod nota. De celebrante † vel ſi cum aliis excommunicato vel interdicto quid ſit dicendum dixi nunc per quod. Sed veritas eſt, quod non eſt irregularis, quia hoc non eſt expreſſum in iure, *argum. cap. ſi qui infra eodem tit.* hodie tamen celebrans coram excommunicato manifeſto incurrit ſuſpenſionem per menſem: de quo *in c. Epiſcopus. eum. de priuileg. eodem libro.* ¶ Gloſſ. *in verbo irregularitatem in fin. gloſ.* vult ergo hæc gloſſ. quod ista loquentia de excommunicatis celebrantibus extendantur ad ſuſpenſos. Et
92 eſt ratio ſecundum Docto. hic quia † quo ad celebrationem diuinorum nulla eſt differentia inter excommunicatos & ſuſpenſos à diuinis officijs: ita enim ſunt ſuſpenſi prohibiti à diuinorum celebratione, ſicut excommunicatus. Ita etiam requiritur contemptus in iſtis ſuſpenſis, ſicut excommunicatis, vt inde efficiatur quis irregularis, prout probant *iura allegata in gl.*
93 *ij.* In quib. dicitur, nuſi fuerint vel præſumpſerint. † Et ex hoc infertur quod ſi excommunicatus ſiue ſuſpenſus per ignorantiam celebret, excuſatur ab irregularitate, quando talis ignorantia eſſet probabilis. Secus eſſet, ſi eſſet craſſa & erronea, nam tunc non excuſaretur; talis tamen ignorantia redderet eos habiles ad diſpenſationem, hoc eſt, vt facilius cum eis poſſit diſpenſari, ex quo per contemptum non celebrarent, *cap. apoſtolicæ.* vbi text. notabilis. *de cler. excommu. min.* Hinc dixit Ioan. Andre. *in cap. clerici, ſuper prima gloſſ. de cleri. excommu. min.* quod conſuetudo habet, vt non talibus, qui claues non contempſerunt, legatus de latere poteſt diſpenſare. Et ita refert hic Ioan. Andre. quem ſequitur Gemin. quod eſt notandum. Et dixi *ſupra eo. tit.* quod eſt notandum: adde quæ plene ſcripſi *in cap. i. ſupra de conceſſ. preben.* an excommunicatus ignorans ſi celebrat incurrat irregularitatem. Gloſſ. *in fin.* eſt clara non indigat alia lectione. Sed pro intellectu huius decretalis, quia hic dicitur de ſuſpenſione à diuinis: poſſet quis dubitare, an & quando ſuſpenſus à diuinis ſi celebrat incurrat irre-
94 gularitatem. Nam † multiplex reperitur ſuſpenſio, vt eſt glo. *in Clem. cupientes, in glo. notæ nouam de pæn.* vt igitur hæc pateant, concludo breuiter in hoc, quod quidam ſunt ſuſpenſi quo ad Deum tantum, vt ſunt omnes illi, qui ſunt in peccato mortali; & iſti non debent ſe immiſcere ſacramentis durante peccato mortali participatione, *vt in cap. fin. de cohab. cleric.* Et tales celebrantes non ſunt irregulares. licet quando celebrant quo ad ſe prouocant Deum ad iram, de quo *in cap. in grauibus. 3. q. 7. & in cap. ſi ſacerdos.* & vide pulchram gloſſ. *48. diſtinct. in principio.* vbi gloſſ. quærit, an orationes malorum ſacerdotum proſint vel noceant populo. Et eſt ratio, quare iſti non efficiuntur irregulares, tum quia hoc iure non cauetur, tum quia directe nõ eſt eis interdictum officium à iure. Hoc tamen poſſet limitari iudicio meo, niſi eſſet tale crimen, propter quod quis eſſet ſuſpenſus, adeo quod etiam peracta pœnitentia impediret, executionem ordinis, vt patet *in cap. inquiſitioni. de accuſatio. & in c. fin. de tempori. ordin.* Quo caſu celebrando incurreret irregularitatem, *vt c. quæſt. x. ſacramenta.* Quidam vero & ſecundo ſunt ſuſpenſi à Deo, & à canone, quidem à Deo, & ab homine, vt quando propter aliquod peccatum homo vt index ſuſpen-
95 dit aliquem. Et huius † ſuſpenſionis duplex eſt effectus vel ſpecies. Nam quædam eſt ſuſpenſio minor. Quædam eſt ſuſpenſio maior. Minor eſt illa, quæ priuat participatione ſacramentorum tantum, vt eſt excommunicatio minor, quæ contrahitur ex participio cum excommunicato maiori. Idem eſſet ſi iudex excommunicaret aliquem minori excommunicatione, vel ſuſpenderet minori, *vt in cap. ſi quis clericum. 3. q. 4.* licet hæc excommunicatio ſiue ſuſpenſio non dicitur, niſi inquantum infertur ab homine. Suſpenſio autem maior eſt, quando alicui interdicitur officium, ſeu aliquod executiua ordinum, vt quia iudex vel canon propter crimen alicuius ſuſpendit eũ ab officio ſuo. Suſpenſus minore ſiue à canone, ſiue ab homine non incurrit irregularitatem per prædictum rationẽ. Hinc eſt, quod talis poteſt & eligere, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, quia talis ſuſpenſio ſolum infertur ad principium ſacramentorum quo ad ſe. *c. ſi celebrat. de cleri. excom. min.* Si vero loquimur de ſuſpenſione maiori. Et tunc quædam eſt ſuſpenſio, quæ fit propter delictum. Quædam propter infamiã. Suſpenſus maiori à canone propter delictum ab officio celebrãdo efficitur irregularis, quia exercet officium ſibi interdictũ, & iſte eſt caſus *in hoc cap. in verſ. ſi quis. iuncto verſic. cantant.* Ad idem text. *in capit. cum æterni, iuncto. §. fin. ſupra de re iud. eodem lib.* vbi de hoc per Ioan. Andre. Et iſta eſt vera & communis opinio vt refert Panor. *in d. cap. fin. de cleri. excommu. min.* licet quidam contra, vt Archi. qui mouebatur *per cap. is, qui. infra eodem titu.* De quo plenius per Ioan. Andr. *in dicto cap. cum æterni.* Suſpenſus vero propter defectum, puta quia erat illegitimus, vel patiebatur aliquem defectum corporis, vt *in toto titu. de cor. vitiat.* propter quem defectum prohibetur promoueri. Et ſi ille prohibitus celebret, non incurret irregularitatem, licet grauiter peccet. Vnde iure non cauetur, quod iſte efficiatur irregularis: ita tenet Innoc. *in cap. i. ſupra de cleri. peregri.* Suſpenſus vero propter infamiam: Et tunc aut talis ſuſpenſio fit propter infamiam delicti, & ſcandalum, puta, quando aliqui committunt aliqua crimina enormia alias notoria & ſcandaloſa: Et tunc ſi illi ſunt ſuſpenſi indirecte, & non directe, vt quia canon ſimpliciter prohibet, quod tales criminoſi non debeant celebrare propter infamiam, vel ſcandalum, quod oriri poteſt in populo. Et talis celebrando non incurrit irregularitatem, ſecundum aliquos, quia directe non eſt ſuſpenſus à iure vel ab homine; ſed eſt quædam prohibitio facta ratione ſcandali. Et ſic hæc ſuſpenſio dicitur reſpectu obiectorum, hoc eſt quo ad alios; quia interdicitur etiam alijs, ne audiãt iſtius miſſam, vt *in cap. nullus. cap. præter hæc. 32. diſtin.* Per quæ infertur ad quæ-
ſtionem, de qua hic per omnes ſcribentes. † Vtrum notorius fornicator, ſi celebrat, incurrat irregularitatem. Innoc. quod non *in illo cap. tanta.* Idem *in cap. ſicut. de cohab. cler.* Sed gloſſ. tenuit contrarium, *in d. cap. peruenit. 50. diſtinct.* Idem Hoſtien. & Ioan. Andre. *in dicto cap. cum æterni. & hic.* In quo refert etiam Ioan. Andre. idem tenet Innocen. Tota difficultas huius dubij conſiſtit in hoc, vt habeatur conſideratio, an notorius fornicator ſit directe ſuſpenſus à canone in pœnam, an vero illa ſuſpẽſio ſit indirecta, & facilius reſipiſcat, hoc eſt quod ideo alij prohibentur ab eo audire diuina officia, vt rubore ductus, perueniat ad contritionem & pœnitentiam, & dimittat concubinam, de quo articulo plene habetur *in cap. veſtra. de cohab. cleric. & in dicto cap. ſi celebrat.* per D. Petr. de Peruſio. Card. & Butr. & hic per Gemin. tenentem, quod incurrat irregularitatem, ſecundum Ioannem Andre. etiam quia ſuſpenſus eſt à diuinis per canones; de quo latius habetur *in locis præallegatis.* Aliquid etiam habetur *in cap. ſicut. de cohabit. cleric.* Addunt tamen hic Doctores, quod iſti ſuſpenſi & excommunicati poterunt audire diuina officia, ſecundum quod dixi *ſupra*: & etiam ipſa dicere ſubmiſſa voce. Vnde dixit Ioan. Monac. quod tales ſuſpenſi & excommunicati dicent officium non vt offerentes, ſed vt ſecreto debitum ſoluentes, *cap. 1. & 2. cap. dolentes. de celebr. miſſ.* † Alias ſi non tenerentur dicere officium, delictum præſtaret illis immunitatem, *contra l. relegatorum. in fine. ff. de interdict. & relegatis.* Ad quod vide gloſſ. notabilem *in c. presbyterorum. 28. diſtinct.* & gloſſ. *in cap. illud. ſupra de cleric. excommuni. min. & in c. dictum. 81. diſtinct.* Idem eſt in quolibet habente ſimplex beneficium, vt teneantur dicere officium etiam ſi ſint in minori, de quo dixi *in cap. fin. a. in quarto notabili, ſupra de reſcriptis eodem libro.* Et ita vult Zenzel. *in Clemen. vt hi qui. de æta. & qualita. & in cap. tuis. ſupra de preben.* † Sed quid de ſuſpenſis ab exequutione ordinum, vt ſunt illi, qui recipiunt ordines à non ſuis Epiſcopis ſi celebrant, an incurrant irregularitatẽ. de hoc eſt glo. *in cap. eos. in verbo, ſtatuunt. de tempori. ordin. ſupra eodem lib.* Et Ioan. Andre. *in capit. quod translationem. eodem titulo, de tempori. ordin.* videtur dixiſſe, quod non quo ad alios. Et idẽ videtur dicendum de ijs, qui ſe faciunt ordinare ante legitimam ætatem, qui ſuſpenſi ſunt ab executione ordinis vſque ad legitimam ætatem, *cap. vel non eſt compos. ſupra de tempori. ordi.* celebrantes non incurrunt irregularitatem, quia dicuntur ſuſpenſi à canone, quo ad ſe non quo ad alios; vnde non inuenitur expreſſum, quod ſint irregulares, *dicto cap. a quo.* Et idem videtur dicendum de Epiſcopo ordinante clericos alterius diœceſis ſine licentia ſui Epiſcopi, quo caſu incurrit ſuſpenſionem per annum à collatione ordinum, *vt in dicto cap. eos.* Item quando ordinat aliquos ante legitimam ætatem ſcienter, vt *in d. c.* vel non eſt, quia incurrit ſuſpenſionem ipſe Epiſcopus,

96 (margin, beside "† Vtrum notorius")
97 (margin, beside "præſtaret illis immunitatem")
98 (margin, beside "ab exequutione ordinum")

vt videtur ſentire Specu. *in titulo 2.§. iuxta. verſiculo, quod ſi quis.* quia ſi celebrat interea nō incurret irregularitatem, licet grauiter peccet. Idem tenet Gemin. *in dicto capitulo eos.* Quod an ſit verum, ego multo dubito, nedum de hoc caſu, ſed etiam de alijs duobus præcedentibus caſibus. Et moueor per ea, quæ vult Ioannes Andre. *in dicto c. cum æterni.* vbi voluit, quod in omni caſu, quando ſuſpenſio inducitur à canone propter crimen, ſicut eſſe videtur in prædictis tribus caſibus, quod tunc ſi quis ſe ingerat in diuinis, incurrat irregularitatem. Quod autem in prædictis tribus caſibus inducatur ſuſpenſio propter crimen, patet ad literam, quia delinquunt cōtra prohibitionē canonis, & ſic ſunt ſuſpenſi à canone propter crimen. Ergo relinquitur, quod ſi iſti celebrant vel exerceant diuina officia, ſint irregulares, *per dictum cap. 1. de re iudica. eodem lib. & per hunc textum.* Et pro alio gloſſ. *in verbo ſuſpenſos. in capit. 2. ſupra de cenſib. eodem libro.* vos tamen cogitabitis, quia magna eſt authoritas prædictorum doctorum. De ſuſpenſo vero à à beneficio, ſi celebrat, verum eſt quod non incurrit irregularitatem. Gloſſ. *eſt notabilis in capit. latores. de cleri. excommu. min.* Idem Innocen. *in cap. niſi cum pridem de renunciatione.* Et hęc ſufficiat pro intellectu huius cap. In cæteris me remitto ad Doctores tum *in d. cap. 1. de re iudic. tum ad dictum cap. fin. de cleri. excommu. min.*

REPETITIO

IN CAP. SOLET. DE Sentent. Excommun.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio ab excommunicatione ad cautelam petitur, quando ipſa excommunicatio aſſeritur nulla.*
2 *Excommunicatio in quibus caſibus dicatur nulla.*
3 *Exempla non reſtringunt regulam.*
4 *Epiſcopus ratione irregularitatis poteſt deponi ab Epiſcopatu.*
5 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla.*
6 *Allegans ſententiam excommunicationis nullam, habens tamen conſcientiam læſam, an teneatur ſatisfacere, & quomodo.*
7 *Abſolutio ad cautelam quo caſu petatur.*
8 *Abſolutio ab excommunicatione nunquam eſt danda, niſi illi, qui etiam petit.*
9 *Abſolutionem petens ad cautelam non debet abſolui niſi vocata parte.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Abſolutio non eſt neceſſaria, vbi conſtat, appellationem legitimam præceſſiſſe.*
Vbi autem conſtat ſententiam iuſtam excommunicationis præceſſiſſe, abſolutio eſt neceſſaria.
Quid ſi dubitetur. ibid.
Et quid conſtat appellationem præceſſiſſe, ſed dubitatur an fuerit iuſta vel ne.
12 *Veritas in iudicijs non prodeſt, niſi probetur.*
13 *Terminus octo dierum ſtatuitur in probanda exceptione dilatoria.*
14 *Dies termini non computatur in termino.*
15 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa non debet abſolui niſi præuia ſatisfactione: ſecus pro dubia.*
Et quæ dicatur manifeſta offenſa.
16 *Contumacia diuiditur in veram ſiue manifeſtam & dubiam.*
17 *Abſoluere ſimpliciter, quis non poteſt, nec poteſt abſoluere ad cautelam.*
18 *Ante abſolutionem oportet conſtare de veritate cauſæ.*
19 *Innocentij intentio, quod gloſ. ſed non facerent ius.*
20 *Pro ſententia eſt præſumendum.*
21 *Excommunicatus ſi alleget ſententiam nullam, quia dicat ſe exemptum à iuriſdictione ordinarij, nunquid poſſit abſolui ad cautelam, dicendo ſe exemptum.*
22 *Innocentij opinioni potius adhærendum, quod Hoſtien. & Ioannes Andre.*
23 *Bernar. opinio confutatur à Ioan. Andre.*
24 *Delegatus an poſſit per commiſſionem prouidere ſuper excommunicatione.*
25 *Abſolutio principaliter facta quid differat ab ea facta incidenter.*
26 *In mandato iuriſdictionis nedum veniunt ea, quæ ſunt expreſſa, ſed etiam ea, ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt.*
27 *Canon ſiue lex dicitur ſemper eſſe iuſtus ſiue iuſta.*
28 *Compromiſſum de quæſtione iuris non eſt faciendum, ſtante ſtatuto de compromiſſo faciendo ſuper lite, quæſtione, vel cōtrouerſia vertente inter affines & cognatos. niſi ſit quæſtio iuris dubia.*
29 *Litis euentus eſt dubius.*
30 *Communio facilius permittitur in extraiudicialibus, quam in iudicialibus.*
31 *Sententia excommu. ſi dicatur lata ab eo, qui non erat iudex ſuus, an excommunicatus intereà erit vitandus in extraiudicialibus. ſi petat abſolutionem ad cautelam.*
32 *Confeſſus in iure habetur pro conuicto.*
33 *Appellatione pendente remanet integer ſtatus ipſius appellantis.*
34 *Iudex non eſt ita paratus extra iudicium, ſicut in iudicio.*
35 *Papa totius orbis Epiſcopus.*
36 *Pro ſententia ordinarij præſumitur.*
37 *Argumentum de electoribus ad electum procedit.*
38 *Electio non debet pendere ex futuro euentu, ſed debet eſſe pura & ſuum ſortiri effectum.*
39 *Excommunicatus ſi pēdente probationis articulo admittatur in officijs, & poſtea apparet eum ex proceſſu iuſtè excommunicatum, nunquid erit irregularis.*
40 *Pœnam non meretur quod fit lege permittente.*
41 *Abſolutionem petens ad cautelam, an poſſit illam obtinere, ſi nō exprimat cauſam nullitatis.*
42 *In appellatione à grauamine an ſit neceſſaria expreſſio cauſæ.*
43 *Abſolutio ad cautelam quo caſu habet locum.*
Et quid ſit. num. 44.
45 *Interdictum particularis perſonæ habet vim cuiuſdam ſuſpenſionis.*
46 *Abſolutio ad cautelam quare ſic appellatur.*
Quando fuit inuenta. num. 47.
48 *Clemens III fuit primus, qui expreſſit verbum, ad cautelam.*
49 *Abſolutio ad cautelam à quibus ſententijs petatur, & quando petatur. num. 50.*
51 *Sententia excommunicationis ſiue iuſta ſiue iniuſta, ligat.*
52 *Abſolutio ad cautelam quomodo fieri debeat, & per quæ verba. nume. 53.*
An quid fiat. num. 54.
Per quem fieri debeat. num. 55.
Nunquid fiat de gratia, vel neceſſitate. 56.
Ad per partem poſſit impediri. num. 57.
58 *Obiectio de manifeſta offenſa nunquid procedat contra omnem petentem abſolutionem ad cautelam.*
59 *Malitijs hominum non eſt indulgendum.*
60 *Iudex, cui nihil probatum eſt, nil mandare poteſt.*

Cap. II.

SOLET. Hæc decretalis eſt multum ſolemnis, vt apparet ex apparatu Ioan. And. *hic in nouella,* & ſummatur hic per gloſ. ideo Doctores nō ſummant, ſed diuidūt principaliter in duas partes. Nam in primo ponitur duplex quæſtio. In ſecunda ſolutio ſecunda *ibi, in prima igitur.* hęc ſecunda poteſt etiam ſubdiuidi, ſed non inſiſto, &c. Nota † primo ibi, Aſſerit eſſe nullam. quod abſolutio ad cautelam petitur, quando excommunicatio aſſeritur nulla, de quo *in cap. cum contingat. ſupra de offic.* 1
delega. Et hoc eſt valde vtile in practica, vt inhibitus pro excommunicato non petat ſimpliciter abſolutionem, ſed petat eam ad cautelam, quia petendo ſe abſolui ad cautelam non videtur confiteri ſe eſſe excommunicatum. Quod ſecus eſt in eo, qui ſimpliciter petit abſolutionem. Nam videtur fateri ſe ligatum, vt *in l. decem. & ibi* Barto. mouet hanc quæſtionem *ff. de verbo. oblig.* Faciunt etiam quæ notantur *in cap. ad præſentiam noſtram. R. ſupra de appella,* & eſt optimus textus *in cap. per venerabilem. verſ. ſunt etiam notoria. ſupra de elect.* De qua quæſtione habetur etiam per Innocen. & Ioan. And. licet hic non allegetur, *in c. 2. in gloſ. penult. vbi omnino vide ſupra de ordi. cogni.* & per Bal. & Imo. *in l. cum tale. in fin. ff. de condi. & demon.* Et ex ijs infertur, quod excommunicatus poſt appellationem legitimam poteſt petere hanc abſolutionem ad cautelam, & debet abſolui ſi petat. Ipſe tamen ſic excommunicatus non tenetur ſe gerere

pro

pro excommunicatio, vt *in cap. ad præſentiam. ſupra de appella.*
2 Secunda nota. *ibi, poſt † appellationem legitimam.* duos caſus, in
quibus excommunicatio dicitur nulla. Primus eſt, quando
eſt lata poſt appellationem vt hic. Secundus, quando ipſa
ſententia excommunicationis continet in ſe patenter intole-
rabilem iniuſtitiæ errorem, & intelligo patenter, hoc eſt vt con-
ſtet ex tenore ipſius ſententiæ, vt eius lectione, *argument. cum
contingat. ſupra de reſcriptis.* Et quod notatur *in cap. ſignificarunt.
in verbo, liquere. ſupra de teſti. & in l. 1. ff. de his qui, infeſta delen.* Non
ſufficeret ergo, quod hic error colligeretur ex mente ſenten-
tiæ, niſi alias eſſet patens, *cap. per duas. ſupra eodem titu.* Et con-
cludit hic Ioan. Andre. *in verbo, ad cautelam,* quod hic text. non
ſolum habet locum in duobus caſibus, de quibus in litera, ſed
etiam in omnibus caſibus, in quibus dicitur ſententia excom-
municationis nulla, quia iſti duo caſus poſiti in litera & *in di-
3 cto capit. per tuas,* ſunt poſiti gratia exempli: † & exempla non
reſtringunt regulam, *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de dam. infect. c.
ſi Papa. ſupra de priuilegio. eodem libro.* Hinc eſt, quod ſi ſententia
excommunicationis diceretur nulla tanquam lata à non haben-
te iuriſdictionem, erit locus huic decretali. Et multa exem-
pla vtilitatis ſententiæ excommunicationis proſequitur hic
Hoſtien. quæ colliguntur per gloſſ. *in cap. præſenti. infra eodem
titu.* Et ſic ſtat concluſio, quod vbi quis negat ſe legatum, non
tenetur petere abſolutionem ſimpliciter. Ad cautelam autem
poteſt hoc petere, vt *hic, & in dicto cap. cum contingat.* Et eſt ra-
tio, quia petendo ſe abſolui ad cautelam non fatetur ſe liga-
tum, vt dixi *in primo notabili.* Ex quibus poteſt inferri, quod li-
cèt excommunicatus ſe ingerens in diuinis incurrat irregula-
ritatem ipſo iure & facto, à qua ſolus Papa abſoluit, vt dictum
eſt *in cap. 1. ſupra eod. in fi. & habetur per gloſ. in cap. clericis. de cler. ex-
commu. min.* Et conſequenter irregulares poteſt priuari omni-
bus beneficijs ſuis, vt *in cap. fraternitati. ſupra de cleri. excommu.*
4 † etiam ſi ſit Epiſcopus, ratione irregularitatis poteſt deponi
ab Epiſcopatu, *vt in cap. veritatis. de dolo, & contum.* Et veniret
etiam deponendus & degradandus ab ordine, vt eſt text. *ibi,
& in the clericis.* Tamen ſi quis fuerit excommunicatus poſt ap-
pellationem legitimam, non tenetur deſiſtere à diuinis, ita
quod ſi interea celebraret, nullam incurreret irregularitatem.
5 de quo videtur tex. *in d. c. ad præſentiam.* quia † excõmunicatio
lata poſt appellationem legitimam eſt nulla, vt *hic, & in d. c. per
tuas.* & ſic non ligat. Et idem dicendum eſſe in alijs caſibus, in
quibus excõmunicatio redderetur nulla, de quibus per Hoſt.
hic. & per gloſ. *in d. c. præſenti.* Poterit ergo ſic excõmunicatus
6 nulliter interea celebrare ſine metu alicuius irregularitatis. †
Sed hic forſan aliquis inſtabit, quid ſi is, qui allegabat ſenten-
tiam excommu. nullam tãquam latam à non ſuo iudice, & ſic
ex defectu iuriſdictionis, in proceſſu obtinuit pronunciari
ipſam ſententiam nullam, ipſe tamen tanquam ſcrupuloſus
habet conſcientiam læſam, quod proferens fuerit iudex, pro-
pter quod extra iudicium petit ad cautelam ſe abſolui. Nun-
quid tenebitur ſatisfacere. & quomodo Io. And. hic videtur
diſtinguere, quod aut iſte habet præſumptionem violentam,
& habet etiam conſcientiam quod eſſet iudex, & tunc ſecun-
dum eum ſine cautela debet petere abſolutionẽ & ſatisfac-
ere, *c. ſignificantibus. de pur. vulga.* Aut & ſecundò iſte non habet
præſumptionem violentã, ſiue coniecturas probabiles, quod
eſſet iudex, tamen ipſe titubat an fuerit iudex vel ne. Et idem
dicit Io. And. quia petet abſolutionem & ſatisfactionẽ, ſi hoc
fieri poſſet ſine alterius iniuria. Si vero non poteſt ſine iniuria
ſatisfacere, tũc poterit petere occultè ſine ſatisfactione, & re-
cipere abſolutionem, quã ſi excõmunicator ipſe denegauerit
facere ſine tali ſatisfactione tendenti ad iniuriam alterius, tũc
debebit recurrere ad ſuperiorem, qui eum abſoluet, *arg. c. mul-
lis. ſup. de iurepatr.* pro quo alleg. *c. inquiſitioni. ſup. eod.* Ad tollen-
dam autem hanc perplexitatem tutum eſt & vtile à principio
hãc abſolutionẽ ad cautelam petere in iudicio, quo citius fie-
7 ri poteſt, vt dixi *ſupra & hic eſt tex.* ¶ Tertio nota ex fine huius
principij, q † hæc abſolutio ad cautelam nõ petitur niſi quã-
do allegatur ſententia nulla, quicquid dixerit hic Franc. ſecũ-
dum Io. And. qui dicebat, quod etiam à ſententia excom. iniu-
ſta poterat peti abſolutio ad cautelam, & male. ¶ Quarto not.
8 *ex verſiculo, in prima igitur. ibi, vt petentibus.* quod † abſolutio ab
excommunicatione nunquam eſt danda, niſi illi, qui eam pe-
tit, de quo eſt text. *ſingularis in cap. ſignificaſti. de eo qui duxit in ma-
trimo.* Verum autem quis inuitus poteſt abſolui, dixi vobis *in
c. proxime præcedenti* ſecundum Ioan. And. Solet etiam notari *in
c. excommunicatò. ſup. de reſcriptis.* † Quinto nota *ibi, vel aduerſa-
rius.* argu. quod petens abſolutionem ad cautelam, non debet 9
abſolui niſi vocata parte, de quo late per Docto. *in c. quæ fron-
te. de appel. vbi de hoc.* Sed dicet aliquis ſubtiliter, cuperem intel-
ligere, quomodo poteſt hic text. procedere, maxime quando
ſententia excõmunicationis eſt lata poſt appellationem, quia
aut conſtat ſententiam præceſſiſſe appellationem. & tunc cer-
tum eſt, quod appellatio non ſuſpendit, & ſic valet ſententia
etiam iniuſta. *c. paſtoralis. ſupra de appel.* Et conſequenter iſte erit
vere ligatus, nec poterit petere ſe abſolui ad cautelam. immo.
debet ſimpliciter petere abſolutionem. Aut conſtat appella-
tionem præceſſiſſe ipſam excommunicationem, & tũc certum
eſt, quod ſententia eſt nulla, vnde non eſt opus aliqua abſo-
lutione, quia non entis † nullæ ſunt qualitates, *cle. literas. ſupra. 10
de reſcriptis. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. peta.* Aut ſumus in du-
bio quid præceſſerit, An appellatio, an ſententia excommu-
nicationis, etiam in dubio præſumitur, quod ſententia præ-
ceſſerit, quia penetrabilis eſt, de quo videbimus *in c. venerabi-
libus. § fi. in gloſ. penult. inf. eod.* Relinquitur ergo, quod non ſit
neceſſaria prouiſio iſtius text. hoc eſt vt non petatur abſolu-
tio ad cautelam. Hoſt. hic pro ſolutione forraſſis huius cõtra-
rij, ex dictis Innocen. formauit hic quatuor regulas generales.
Prima regula, quod † abſolutio non eſt neceſſaria, vbi conſtat 11
appellationem legitimam præceſſiſſe, *cap. cum olim Abbas. in fi.
ſupra de offic. delega.* Secunda regula, quod vbicunque conſtat
ſententiam iuſtam excommunicationis præceſſiſſe ipſam ap-
pellationem, tunc neceſſaria eſt abſolutio, antequam illi cõ-
municetur, *cap. cum deſideres. ſupra eod. tit.* Tertia regula, quod ſi
dubitetur, vtrum appellatio præceſſerit, vel ne, vel quando
conſtat bis appellatum, dubitatur an ſecunda fuit appellatio
vel ne. Et tunc fit interpretatio pro ipſo appellante, text. *eſt in
c. cum tu. ſup. de teſti. & in c. illud. de cleri. excom. min.* quarta regula,
vbicunque conſtat appellationem præceſſiſſe excommunica-
tionem, ſed dubitatur, an fuerit iuſta vel ne, & tunc fit abſolu-
tio ad cautelam, cũ cautione tamen de ſatisfaciendo, ſi in pro-
ceſſu apparebit iuſtam fuiſſe ſententiam, vt hic, & ex hoc tol-
litur contrarium, quia non eſt verum indiſtincte, quod ſi ap-
pellatio præceſſerit ſententiam. quod ipſa ſententia ſit nulla.
Nã vltra hoc aliud requiritur, hoc eſt quod appellatio inter-
poſita ſit ex legitima cauſa, idem quod illa cauſa ſit vera, non
enim valeret appellatio, niſi cauſa fuiſſet expreſſa, *cap. ordi. ſup.
de appel. eod. lib.* Vnde iudex de expreſſione cauſæ & illius veri-
tate habet inquirere, vt *in c. iudicantem. 30. q. 5.* Hinc eſt, quod ſi
de expreſſione cauſæ non probet appellans, non fiet hæc talis
abſolutio ad cautelam. † Nam vt dicit hic Inno. in iudicijs nõ 12
prodeſt veritas, hoc eſt non prodeſt ita eſſe, niſi talis veritas
probatur, vt *in d. cap. cum ſuper. & c. ſuborta. de re iudi.* licèt aliud
ſit in foro animæ, vt *in cap. ſignificaſti. de homicidio. cap. tua nos. de
ſpon.* quæ verba ſunt menti teneda. non ergo ſufficit ita eſſe, ni-
ſi conſtet iudici. † Sexto nota ibi, octo dierum, quod in pro- 13
banda exceptione dilatoria ſtatuitur terminus octo dierum.
Simile *in cap. pia, ſupra de exceptio. eodem lib.* vbi opponenti exce-
ptionem excommunicationis datur terminus octo dierum. † 14
Et ſecundum Hoſt. hic non cõputabitur in illa dilatione dies,
in quo proponitur. Quod tamen non admittit Rota *in deciſi.
215. quæ incipit, item quod terminus.* vbi dixerunt ipſi ad literam,
quicquid hic dixerit ipſe Hoſt. quod ille terminus octo die-
rum currit de momento ad momentum computato die, quo
proponitur. Et allegant Ioan. And. *in cap. frequens. de reſtit. ſpolia.*
Mouentur ipſi vnico motiuo dicentes, quod quando Papa
vult, quod dies termini non computetur in termino, quod
hoc exprimit, vt *in dicto capitulo pia,* vbi de hoc notatur. quod
eſt valde notandum. Aduerte tamen hic, quod opponens hu-
iuſmodi exceptionem de qua hic, videlicet quod illa eſſet ex-
communicatus pro manifeſta offenſa, debet iurare, quod nõ
opponit animo calumniandi, *cap. 1. & 2. ſupra de iura calum. eo-
dem lib.* ſecundum Ioannem Andre. Septimo nota id ad quod
ſolet allegari *hic text. ibi, vt ſi probauerit,* quod non ſufficiat ex-
ceptionem opponere, niſi talis exceptio legitime probetur,
cap. frequens. ſupra de reſtitu. ſpolia. facit *l. in exceptionibus. ff. de pro-
batio. & l. 2. ff. de exceptio.* Octauo † not. ibi emenda. quod ex- 15
communicatus pro manifeſta offenſa non debet abſolui, niſi
præuia ſatisfactione: Secus ſi ſit pro dubia, de quo eſt textus
in cap. ex parte. lo. primo. ſupra de verborum ſignificatio. & plene de

 hoc

hoc notatur *in capit. qua fronte. ſupra de appella.* vbi habetur et-
iam, quæ dicatur manifeſta offenſa. Nam illa dicitur manife-
ſta, quæ conſtat per confeſſionem partis vel euidentiam rei,
dict. cap. ex parte. iuncto. cap. cum olim. de verborum ſignificatio. Hinc
Hoſtienſ. poſt Innocen. dicit, quod offenſa dicitur illa, quæ
conſiſtit in faciendo: Verum ſi aliquis eſt obligatus ad aliquid
dandum vel faciendum, & monitus ad mandatum iudicis
non det, vel non faciat, propter quod fuit excommunicatus,
illa dicetur offenſa, quæ offenſa diuiditur poſtea inter mani-
feſtam, & dubiam. Si ſit manifeſta, non abſoluetur, niſi ſatiſ-
factione præmiſſa. Si dubia, niſi præuia cautione. Sed ſi quis
non eſſet contumax in dando, faciendo, vel reſtituendo, ſed
ſolum in ueniendo, quia citatus à iudice non venit: Et tunc
illa non dicitur proprie offenſa, ſed contumacia, quæ contu-
16 macia † etiam diuiditur in veram ſiue manifeſtam, & dubiam,
vt voluit gloſſ. *in capit. 2. ſupra de dolo. & contuma.* Gloſſ. *in ver-
bo, ſuperiorem diuidit. in duas.* primo quærit, de quo ſuperiore
hic textus loquatur. Secundo quærit, an quilibet iudex po-
teſt abſoluere ad cautelam. Secunda ibi, & per hanc literam.
Et ibi gloſſ. ponit duas opiniones contrarias. Ad tertiam op-
ponit & reſpondet dupliciter. In eadem *ibi per tuas.* vult gloſſ.
quod ordinarius volens abſoluere ad cautelam debet eſſe ſu-
perior excommunicatoris. Et ſic non ſufficeret, quod eſſet ſu-
perior inferioris iudicis. Hinc dixit hic Gemin. quod ſi vacan-
te Eccleſia aliquis proceſſit ad electionem cum alijs, & dein-
de petat ſuam electionem confirmari coram inferiori præla-
to ab Epiſcopo, ad quem de iure ſpeciali competebat pote-
ſtas confirmandi, ſi opponatur, quod eſt excommunicatus, &
ipſe replicet de nullitate ſententiæ, & ſe petat abſolui ad cau-
telam, talis inferior nō poterit eum abſoluere, ſed erit remit-
tendus ad ſuum ſuperiorem, vt *in capit. ad reprimendam. ſupra de
offic. ordin.* Nam † qui non poteſt ſimpliciter abſoluere, multo
17 minus poterit abſoluere ad cautelam, ſecundum Innocen. *in
cap. cum deſideres eod. tit.* ita Gemin. *hic ad fin.* gloſſ. *de quo hic
per eum.* Sed nunquid ſuperior poteſt hanc abſolutionem, de
qua hic, videlicet ad cautelam, denegare in caſibus poſitis in
hac decretali: Aliqui voluerunt dicere quod non. Inter quos
fuit Bernardus per id quod dicitur hic in conſultatione, iun-
cta reſponſione dum quæritur, an ſine contradictionis obſta-
culo, &c. Et deinde dum Papa reſpondet primæ conſultatio-
ni, dicitur, quod petenti abſolutio non negetur. Et ſic ex hac
litera iuncta conſultatione & reſponſione ſimul videtur in-
nui, quod ipſe ſuperior non poſſit hanc abſolutionem dene-
gare. Alij vero, inter quos fuit Innocentius tenuerunt con-
trarium, dicentes, quod abſolutio, de qua hic, fit de gratia, &
18 non de iure communi. † Nam de iure, antequam quis abſol-
uatur, oportet quod conſtet de veritate cauſæ, *capit. cum con-
tingat. de offic. delega.* Cum ergo hæc gratia ſit inducta contra
rationem huius iuris, non erit extendenda, *l. quod non ratione.
ff. de legibus.* Et ſic ex cauſa poteſt ſuperior denegare hanc abſo-
lutionem Et huic opinioni videtur ſtādum: illa ratione, quia
cum Innocentius ediderit hanc conſtitutionem, & in gloſſ.
ſua exprimat hanc fuiſſe intentionem, non videtur vltra eſſe
quærendum. Hoſtienſ. tamen hic ſubiecit, quod licet Inno-
centius exprimat in hoc intentionem ſuam, tamen hoc non
19 facit vt Papa, ſed vt magiſter. † Vnde refert ſe ſæpius admoniſ-
ſe ab ipſomet Innocen. quod non erat intentionis ſuæ, quod
glo. ſuæ facerent ius. Cum Inno. tamen tranſit hic Ioann. An-
dre. concludens, quod ſuperior poterit hanc abſolutionem
præſtare, & ſi voluerit, poterit denegare ex diuerſis coniectu-
ris, inclinando animum ſuum ad alterum iſtorum, videlicet,
an velit abſoluere vel denegare, *argument. capit. præterea. cap in
noſtra de teſti.* † Nec obſtat, quod ſit præſumēdum pro ſenten-
29 tia, *cap. in præſentia. de renunc.* quia non eſt præſumendum in
præiudicium tertij, quod ipſa ſententia excommunicationis
ſit iniuſta. Et conſequenter ſecundum eum non erit aliquis cō-
demnādus ex præſumptionibus, ſed ex veris & legitimis pro-
bationibus. Neque obſtat hæc litera, quia debet intelligi dum
dicitur, quod abſolutio non negetur, id eſt, negari non poteſt.
Hoc verum ad inſtantiam aduerſarij, vel excommunicatoris.
Et ita probat litera *ibi in verſiculo, quamuis hoc excommunicato,
&c.* † Sed plus dubitationis habet, quid ſi aliquis excommu-
21 nicatos alleget ſententiam nullam, quia dicat ſe eſſe exem-
ptum à iuriſdictione ordinarij, & ſic talis ſententia tanquam
lata in ipſum exemptum, redditur nulla, vtrum ille poteſt
abſolui ad cautelam, ſi dicat ſe exemptum. In hoc dubio ſunt
etiam opiniones. Innocen. quod non, Hoſtienſ. & Ioann. An-
dre. quod ſic, vt quandocunque videatur ſuperiori, poſſit
hanc abſolutionem impertiri, ex quo allegatur nullitas. Sed
alij contra, quia debet ille proſequi ius ſuum, & poſtea ex-
emptione probata pronunciabitur ipſam ſententiam fore
nullam. Alias ſequeretur abſurdum, quod de facili poſſet e-
ludi iuriſdictioni ipſius ordinarij, ſi quis allegauit ſe eſſe ex-
emptum, eo quo ſic poſtea abſolueretur, nec ad ſuum iudi-
cem remitteretur, *contra capitulum ad reprimendam, ſupra de of-
fic. ordin.* Sed Ioannes Andreas reſpondet huic abſurdo, di-
cens, quod eodem modo poteſt dici de errore intolerabili,
vel alia nullitate, quia quis poteſt mentiri allegando erro-
rem intolerabilem, vel allegando aliam nullitatem, ſicut eſt
allegando exceptionem. Præterea ſecundum Ioannem An-
dream citantur ij, quos res ipſa tangit, qui ſic citati poterunt
oſtendere contrarium iudici. Et ita tranſit hic Ioannes An-
dre. cum Hoſtienſ. vt allegans nullitatem ſententiæ propter
exceptionem poſſit ad cautelam abſolui. Sed quicquid dixe-
rint & Hoſtienſ. & Ioannes Andre. reperio Rotam *in deciſ. 318.
in meis, quæ incipit, Item ſi quis petat* vbi ipſi de directo tenent o-
pinionem Innocen. de qua hic, reiecta opinione Hoſtienſ. &
Ioannis Andre dicentes talem non eſſe abſoluendum ad cau-
telam, niſi prima aliqualiter, licet non plene, oſtendat de ex-
emptione. hoc dicunt ipſi fauore iuriſdictionis ordinariæ, ne
illudatur poteſtati ordinarij, pro qua poteſtate facit ius com-
mune, & reſiſtit agenti, ſiue opponenti, *capit. ad decimas de reſti-
tutio. ſpol. ſupra eodem libro.* & referunt ibi, quod potius eſt ad-
hærendum † opinioni Innocen. de qua hic, quam opinioni 22
Hoſtienſ & Ioan. Andre. ne detur via fraudandi & figmentis,
capitulo ſedes, de reſcriptis. allegant etiam notata, per Innocen-
tium *in capitulo fina. ſupra de cenſib.* Et cum hac opinione tranſi-
uit etiam hic Gemin. Et in iudicando durum eſſet recedere
ab eo. In eadem gloſſ. ibi: Innocen. & alij contra ſubaudi Ho-
ſtienſ. & Ioannes Monac. ſecundum Ioannem Andre. In ea-
dem gloſſ. *ibi, delegata poteſtas eſt ſtricti iuris*, vt in ribus vulgati-
bus. In ea gloſſ. *ibi, in auditoribus.* hæc gloſſ. ſentit, quod audi-
tores curiæ habeant ordinariam, de quo plenè dixi *in Clemen.
auditor. de reſcript. in prima gloſſ.* In eadem *in fine.* Ex hac gloſ. col-
liguntur duæ opiniones in hoc dubio, quando delegatus po-
teſt abſoluere ad cautelam: Prima fuit opinio Bernar. quod
quilibet iudex ordinarius & delegatus poteſt hanc imperti-
ri. Et mouebatur Bernardus per hanc decretalem, per quam
dicebatur hoc ius nouum eſſe deductum, quia olim ſecun-
dum eum hæc abſolutio concedebatur per ſedem Apoſtoli-
cam, vt de hoc videbatur textus *in dicto capitulo per duas.* quaſi
id non liceret inferioribus iudicibus. † Sed Ioannes Andre. 23
dicit hic, quod in hoc Bernardus errauit, quia verba poſita in
dicto cap. per tuas. dum ibi dicitur de ſede Apoſtolica, non ſunt
poſita ad deſignandum aliquid ſpecialitatis in Papa, ſed ad
inſtruendum iudicem, quale remedium poteſt haberi in ta-
li dubio. Et ſic Bernardus non eſt bene loquutus in hoc. † 24
Addit etiam Ioannes Andreas hic, quod illud, quod dicitur
de ordinario, intelligitur etiam de illo qui excommunica-
uit, qui quandoque ſic abſoluit, iuxta notata per Innocen. &
Hoſtienſ. *in dicto capitulo per duas.* Alia & ſecunda fuit opinio
Innocen. Hoſtienſ. & Ioan. Monac. vt delegatus non poſſit
hanc abſolutionem facere per rationes poſitas *hic in gloſſ.* quia
poteſtas delegata dicitur eſſe ſtrictiſſimis, &c. Fuit & tertia o-
pinio Archidiaco. tenentis contra Bernardum, vt delegatus
poſſit hoc modo facere. Et mouetur Archidiaco. per textum
expreſſum *in capitulo veniens. lo. 2. in fine. de teſtibus.* vbi textus,
quod etiam delegatus tales excōmunicatos abſoluit ad cau-
telam ſi ſint neceſſarij in teſtes. Et huic dicto videtur etiam
adhærere Ioan. Mona. eo caſu, quo in caſu incidat caſus de
excommunicatione teſtis neceſſarij in cauſa, quia & ſi de hoc
nil ſit dictum in reſcripto, poterit tamen hoc delegatus *per
dictum capitulum veniens.* & per alia iura, quibus diſponitur ali-
quid poſſe incidenter fieri, quod non principaliter, *vt in capi-
tulo penultimo, ſupra de in integ. reſtitut. cum concor. & l. quoties. C.
de iudic.* Quod maximè procedit ſecundum Ioannem Monac.
ne iuriſdictio iudicis reddatur illuſoria, & ſic illudatur tam
parti, quam iudici. Poterit ergo iudex delegatus hoc facere,
quia alias non poterat, *l. ſi idem. in §. 1. ff. de iuriſdictio. omnium
iudic.* Et ſic ſtat concluſio ſecundum Ioannem Monac. quod
quan-

quando per commiſſionem delegari poteſt prouideri ſuper
excommunicatione, numquam venir abſolurio ad cautelam:
Secus ſi ſuper ea non ſit facta commiſſio, ſed veniat inciden-
ter, vt quia occurrat caſus de excommunicarione teſtis neceſ-
ſarij, quia tũc bene poterit fieri. † Sed addit norabile verbum
ipſe Io. Mona. quòd abſolutio teſtis, de qua ſupra, non eſt ve-
ra abſolutio, ſed momentanea & temporalis, quia hæc ab-
ſolutio ſolum durabit durante diſpoſitione, allegat in argu-
mentum, *cap. vt priuilegia. ſupra de priuileg.* & nota. in ſimili. *in c.
ad hæc quoniam. ſupra de appellat.* Sed in caſu huius capituli ab-
ſolutio erit vera. Et ſic differt hæc abſolutio, quæ fit princi-
paliter, ab ea, quæ fit incidenter. Et ideo in hac incidenti ab-
ſolutione prouidetur negotio, de quo agitur, quo expedito
reuiuiſcet ipſa ſententia. Simile videmus in eo, qui debet e-
ligere, *vt in cap. Apoſtolicæ. de exceptio.* Hinc eſt, quòd in iſta ab-
ſolutione non præſtatur cautio, cum in mora modici tempo-
ris non adſit periculum, & ipſo abſolutio ſit parum duratura
vſque ſolum ad expeditionem negotij, *l. ſi debitori. ff. de iudic.*
Neque per hanc abſolutionem fit aliquid contra excommu-
nicatorem, vel illum, pro quo lata ſit ſententia, quia non ſit
ſimpliciter: Secus ſi fieret contra alterum ipſorum, quia tunc
prouidendum eſſet per cautionem, & eſſent vocandi ij, quo-
rum intereſt. *Ad capitul. autem, veniens.* per quod indiſtinctè
mouebatur Archidiac. reſpondetur, quòd illud, quod ibi di-
ctum fuit, fuit factum de expreſſo mandato Papæ. Sentit er-
go Ioan Monach. quod per inferiores iudices à Papa poteſt
fieri abſolutio temporalis: cuius contrarium tenet his ex-
preſsè Ioan. Andr. dicens, quod licet Papa hoc poteſt, infe-
rior tamen non poterit, vt notatur etiam per eundem, *in dict.
cap. veniens.* Stat ergo concluſio, de qua hic, quod delegatus
non poteſt abſoluere ad cautelam. Et ad dictum, *cap. veniens.*
reſponde vt dixi, quod illud fuit factum de expreſſo manda-
to Papæ. Et procedit etiam hæc gloſſ. ſi ſit facta commiſſio
ſub illa forma, ſi inueneris excommunicationis ſententiam
poſt appellationem latam, pronuncies illam nullam, quia ta-
lis delegatus non abſoluet ad cautelam. Vnde ex hac gloſ. ſin-
gulariter colligitur limitatio, *ad cap. præterea. ad cap. prudentiam.
in §. fina. ſupra de offic. delegati. & ad l. 2. ff. de iuriſdict. omnium iudic.*
† vbi dicitur, quod in mandato iuriſdictionis nedum ve-
niunt expreſſà, ſed etiam illa, ſine quibus iuriſdictio expe-
diri non poteſt, quia non tantùm venient ea cum quibus fa-
cilius vel commodius cauſa expediri poteſt. Adde tamen præ-
dictis, quod Panorm. *in dicto cap. ad præſentiam* viſus eſt ſequi
opinionem Bernard. vt quantumcunque hoc non ſit com-
miſſum, quod tamen ex quo eſt de connexis negotio princi-
pali, poterit delegatus abſoluere ad cautelam: *per dictum capit.
præterea. & dictum cap. prudentiam.* Ad quod allegant etiam, in
ſimili, *cap. in cauſis. ſupra de elect.* vbi datus ad eligendum po-
teſt poſtulare. Sed tu tene, quod ſupra dixi, maximè quia
iuriſdictio delegata eſt ſtricti iuris, neque obſtat, *dictum cap. ad
præſentiam.* quia gloſſ. reſpondet dupliciter. Vel tertio poteſt
reſponderi, quod ibi non dicitur, quod illi iudices abſolue-
rint, ſed dicitur, quod fecerunt abſolui, quod intelligi poteſt
per eum qui habebat poteſtatem abſoluendi. Et ſic non habet
obſtare, *dictum cap. ad præſentiam.* Gloſ. *in verbo. per errorem. in fin.*
Adde, quod idem eſſet ſecundum Ioan. Andr. in omnibus ca-
ſibus, in quibus ſententia excommunicationis eſt nulla, de
quibus caſibus habetur per gloſſ. *in dict. cap. præſenti*, limita ta-
men in caſu exemptionis, de quo ſupra dixi, licèt idem Ioan.
And. idem teneat. *in dicto caſu, vt ſupra retuli.* Gloſſ. *in verbo, pe-
tenti. in fin. pro hac gloſſ.* vide etiam quæ notantur, *in cap. ſignifi-
caſti, in gloſſ. fin. de eo, qui duxit in matrimon.* ad hoc, an quis non
petens poteſt abſolui, de quo dixi, *ſupra in c. proxime præcedenti,*
& notatur, *in c. ab excommunicato. ſupra de reſcriptis.* Gloſ. *in verbo,
manifeſta.* hæc gloſ. quærit de duobus, primo, quæ dicatur ma-
nifeſta offenſa. ſecundo quærit, an idem ſit in excommunica-
tione lata à iure, quod hic dicitur, de excommunicatione lata
ab homine. Et reſpondet quod ſic, ſecunda ibi, Et idem puto.
In gloſſ. in fin. vult gloſſ. quòd illud quod dicitur de ſententia
lata ab homine, idem ſit in ſententia lata à iure, ſi allegetur,
quod talis ſit caſus in quo abſolutio fieri non deberet ante ſa-
tisfactionem, vt in iuribus allegatis in gloſſ. Sed contra
hanc gloſſ. arguit Ioann. Andr. hic in nouella, dicens, quod
hæc gloſſ. non videtur procedere in hoc vltimo dicto. † Mo-
uetur, quia ſententia canonis ſemper eſt iuſta, & ſic non po-
teſt reddi dubium, an valuerit vel ne. cum canon & lex dicitur
ſemper iuſtus eſſe ſiue iuſta, *vt in c. erit autem lex* [illegible] quo-
modo ergo poteſt procedere hoc dictum glo. hic vt poſſit pe-
ti abſolutio ad cautelam ab excommunicatione canonis, quæ
ſemper iuſta eſt. Soluit Ioan. And. quod dubium non poteſt
eſſe in iure, cum ſit ſemper certum & determinatum. Sed du-
bium bene poteſt eſſe in facto, ſuper quo canon pœnam im-
ponat, *vt in c. cum deſideres. in* §. 1. *ſupra eod. tit.* Et ſic reſpectu fa-
cti poterit probabiliter dubium reſultare. Adeo quòd erit lo-
cus huic decretali, etiam in ſententia lata à canone. Addit et-
iam, quòd non eſſet abſurdum dicere hoc poſſe procedere in
probabili dubio iuris, per notata, *in c. venerabilibus. §. porro. cum
ijs quæ ibi dicentur. infra eod.* & per notata, *in Clemen. de ſepul.* Et ſic
concluditur ſecũdum eum, quòd eſt dare caſum ratione pro-
babilis dubij, in quo poteſt peti abſolutio ad cautelam à ſen-
tentia canonis.† Cui adde quæ notat Bald. in ſimili. *in l. ancil-* 28
la. C. de furtis. vbi dixit, de quæſtione iuris non eſſe faciendum
compromiſſum, ſtante ſtatuto de compromiſſo faciendo ſu-
per lite, quæſtione, vel controuerſia vertenti inter affines &
cognatos, niſi ſecundum eum ſit quæſtio iuris, dubia, vt in-
quit hic Ioan. And. in ſimili de probabili dubio iuris. Ad quod
vide etiam quot nota. gloſſa ſingularis. *in cap. quia ſæpe. in verbo,
dubitatur. de præben. in 6. Et faciunt etiam quæ notantur,* per Bald. *in
l. cum proponas. C. de rebus credit.* vbi idem dixit de quæſtione iu-
ris habente mixtam quæſtionem facti, quòd ſtante ſtatuto de
compromiſſo faciendo, tunc ſit faciendum compromiſſum
ſuper tali quæſtione iuris ratione dubij vertentis in facto.
Nam compromiſſum fit de dubio, *l. ornamentorum. ff. de auro,
& argen. lega.* Cui adde etiam notata per gloſſ. *in cap. paſtoralis.
ſupra, de reſcript. & quæ notantur. in c. 1. in verbo, probabiliter. & ibi a-
liquid dixi, ſupra de poſtu. prælat. lib. 6.* Gloſſ. *in verbo, octo dierum.*
hæc gloſſ. facit. duo, ſicut duas format quæſtiones, quibus re-
ſpondet. Secunda *ibi, ſi autem reus.* In ea. *ibi vt ibi dixi.* Subaudi in
gloſſ. *ſupra licet enim &c. in d. c. pia.*

In eadem ibi, audiendum. Alij tenuerunt contrarium, vt
Franc. quia maior dilatio iſta, de qua hic, non dabitur etiam ad
probandum manifeſtam offenſam: Et poteſt eſſe ratio ſecun-
dum opinionem iſtorum, quia nil petit aduerſario, hoc eſt, in-
terea nihil præiudicatur ipſi aduerſario, cum prouideatur ſibi,
per cautionem de parendo iuri, vt hic, *& in c. ex part. ſup. de verb.
ſignific.* Non debebit ergo taliter excommunicatus teneri in
ſuſpenſo, cum poſſet eſſe periculum in mora, per id quod dixit
gloſ. *ſupra in verbo opponat.* Ego tamen arbitror, quòd hæc gloſ.
ſeruaretur in practica, vt ſubſiſtente cauſa, maior poſſit dilatio
dari, *per iura allegata in gloſſ.* In ead. gloſſ. *in fin.* vult gloſſ. quòd
petens abſolutionem ad cautelam poſſit elapſis octo diebus,
in quibus excommunicator, vel aduerſarius probauit excom-
municationem latam ex manifeſta cauſa, probare ſe non eſſe
excommunicatum, & ſic poterit petere terminum, quòd non
fuit iniuria illata, immo ſi quid fecit, fecit gratia defenſionis
iuris ſui. Quod tamen intelligo eſſe verum, ſi reus ipſe hoc op-
poſuerit intra terminum octo dierum, quòd hoc fecerat ad
tuitionem iuris ſui. Alias ſi nihil oppoſuiſſet aduerſario ſuo
replicando contra eum, tunc poſt terminum non deberet ad-
mitti ad probandum contrarium eius, quod probauerit op-
ponens, *per ea quæ notantur, in cap. præſentium. ſupra de teſti.* quod
nota in practica idem dicendum etiam in exceptione excom-
municationis Adde etiam ſecundum Innocent. hic, quòd il-
lud quod dicitur hic de probatione excommunicationis, ha-
bet etiam locum in alijs caſibus, in quibus certus terminus
datur ad aliquid probandum, quia data dilatione reo poſt
probationem actoris, talis dilatio erit communis tam ipſi a-
ctori quam reo, vt dicit gloſſ. hic. Gloſſ. *in verbo, emenda, in fine.*
Quod vult hæc gloſſ. idem tenet Archid. & Ioan. And. *in no-
uella,* de quo tamen ſe remittit gloſſ. ad notata, *in capitul. pro
illorum. hic allegato.* Et ibi vide per Ioannem Andream, *ſuper
gloſſ. penult.* Cui adde etiam quæ notantur, *in capitul. coram.
iuncta gloſſ. in verbo, de ratihabitione ſupra de officio delegat.* vbi
habetur, an in iſtis ſpiritualibus cadat intereſſe & extima-
tio. Tandem pro intellectu huius primæ partis iſtius de-
cretalis poſſet quiſpiam ſubtiliter quærere, vnde ſum-
pta fuit hæc determinatio, & ſic vnde habuit originem hæc
cautio, de qua hic, in caſu dubio? Ioann. Monach. quem
refert & ſequitur Ioan. Andr. hic, *in verbo, cautio.* dixit quòd
hæc deciſio potuit ſumi, *ex lege 3. Cod. quibus ad libertat. procla.*

non licet. vbi eſt caſus, quòd ſi exiſtens in poſſeſſione ſeruitutis, quia poſſidetur vt ſeruus ab alio, proclamet in libertatem, quia dicat, ego ſum liber. aſſertio & negatio & præſumptio quòd ſit liber, & contraria poſſeſſio faciunt rem dubiam, vnde ſi ille ſeruus aliquid interea acquirat ex re vel opera ſua, acquiritur poſſeſſuri, & reſtituitur poſſeſſori. Secus ſi aliquid acquirat ex teſtamento vel donatione, quia interea non fiet reſtitutio poſſeſſori donec conſtiterit illum eſſe liberum vel ſeruum, & quia hęc pendent ex euentu iudicij iam cœpti, cum

29 † dubius ſit litis euentus, *l. quos ergo caſus. ff. de pecul.* Hinc eſt, quòd interea proſpiciendum eſt huic caſui per cautionem, id eſt, per cautelam, hoc eſt, fideiuſſores idoneos, ſecundùm gloſ. *ibi in d. l. 3.* vel ſaltem per cautionem iuratoriam, *in l. 1. §. ſuper. C. de aſſertio. tollend.* Vel per ſequeſtrationem prouidebitur interea, vt dicitur, *in d. l. 3.* Verum quia in caſu noſtro non poteſt fieri ſequeſtratio, recipietur cautio de parendo iuri, ſi offenſa dubia præponatur, argument. *c. tuæ. ſup. vt lit. non conteſta.* Et ſic patet, quòd prouiſio, de qua hic, habuit originem à determinatione, *dicta l. 3.*

VERSICVLVS; in ſecunda verò. Not. primo *ibi, ad probandum*, quòd non ſtatur dicto alicuius aſſerentis excommunicationem contra eum latam eſſe nullam, immo pendente articulo probationis interea debet in iudicio euitari, in quo inſtat vt actor, ex quo conſtat de ſententia ipſius excommunicationis, poſito etiam, quòd error expreſſus eſſet in ſententia, vt probat iſte textus iuncta hac reſponſione, cum conſultatione de qua *ſupra in principio in ſecundo membro ipſius conſultationis.* Et ita colligit hic Gemin. quod eſt notandum. † Se-

30 cundo not. *ibi, extra iudicium*, quod facilius permittitur communio in extraiudicialibus quam in iudicialibus. Nam pendente dubio, vtrum concedi debeat abſolutio ad cautelam, permittitur communio extra iudicium & non in iudicio, vt patet *hic in litera.* Quod tamen intellige procedere, quando dubitaretur de veritate cauſæ expreſſæ in appellatione. Sed vbi eſſet dubium, an appellatio eſſet interpoſita vel ne, vel an cauſa expreſſa in appellatione eſſet legitima, tunc non procederet hic text. quia interea etiam ille taliter excommunicatus euitaretur in extraiudicialibus. Et eſt ratio differentiæ inter hos caſus, quia quando dubitatur, vtrum appellatio ſit interpoſita ex legitima cauſa, vel an ſit interpoſita, tunc nulla reſultat præſumptio pro petente abſolutionem ad cautelam, ideo, interea euitabitur quo ad omnia, argumen. *cap. Romana § 1. & 2. ſupra de appellat. eod. lib. & in cap. per tuas. ſupr. eod. titu.* Secus quando conſtat de appellatione & de legitimitate cauſæ inſertæ in ipſa appellatione, tunc enim eſt præſumptio pro eo. Ideo ſtante articulo probationis non euitabatur in extraiudicialibus, vt dicitur hic. Poſſet tamen forte dici ſecundū Ioan. And. quòd interea poſſet ſibi communicari modico tempore. hoc eſt dum quærit aduocatum, dum conducit hoſpitium, vel componit ſarcinulas ſuas ad proſequendum appellationem, argument. *l. ab hoſtibus. in § pen. ff. ex quib. cau. maior.* Hinc eſt etiam, quòd ſi conſtaret cauſam eſſe legitimam in appellatione inſertam, licet allegaretur falſa, poſſet tamen ſibi communicari extra iudicium, quamdiu appellatio durat, vel quę poteſt, poſtea vero non, *cap. per tuas. & cap. cum ſit Romana. ſupra de appellat. & facit cap. licet infra eodem titul.* † Sed quid ſi ſententia

31 dicatur nulla ex alijs cauſis quàm hic expreſſis, puta quia dicatur lata ab eo, qui non erat iudex ſuus, nunquid ille interim debebit euitari in extraiudicialibus, ſi petat abſolutionem ad cautelam, & velit hoc probare, an interea erit euitandus in totum? Ioan. Andr. videtur primum dixiſſe ex mente Innocent. quòd aut contra iſtum petentem talem abſolutionem aderat præſumptio, vt quia ius commune faciebat contra eum, cum ipſe eſſet de diœceſi proferentis: & tunc videtur voluiſſe Innocen. quòd interim iſte debeat euitari, niſi appareat euidenter de nullitate ſententiæ. Aut præſumptio erat pro eo petente talem abſolutionem, vt quia forte erat de aliena diœceſi, & ſic ius commune faciebat contra proferentem, *cap. vt animarum §. ſtatuto. ſupra de conſtitut. eodem lib.* & tunc poterit excom-

32 municari, niſi conſtaret euidenter ſententiam ipſam eſſe iuſtā. Ad quod allegatur, *cap. ſollicitudinem. & cap. dilectis. in fin. ſupra de appellat. Et facit etiam cap. venerabilem. ſupra de elect. & cap. cum contingat, de offic. deleg.* Subiungit etiam, quòd de his, quæ medio tempore fiunt, an valeant vel ne, dicendum eſt, vt habetur, *in decret. cap. pia.* ſecundùm ipſum Innocen. *de except. ſupra eodem lib.* Poſt hæc autem ipſe Innocen. videtur concludere, quòd ſi excommunicatus habeat ius commune contra ſe, quod tamen ſit illi communicandum ſecundum formam iſtius text. durante probatione huius articuli, an ſit exemptus vel ne. Alias ſecundùm eum eſſet valde graue tenere contrarium, pone enim, quòd iſte ſic excommunicatus conſulat aduocatum, an deberet petere abſolutionem ab excommunicatore, & aduocatus conſulat quòd non, ne inferatur aliquod damnum eccleſiæ ſuæ exemptæ. Certe hoc caſu, ſi ei non fuiſſet licitum iſta conſulere, ille aduocatus incideret in excommunicationem maiorem communicando in crimine criminoſo, ſcilicet conſilium dando ſuper eo, ſuper quo eſt excommunicatus, *vt in cap. nuper. eodem titu. & in cap. ſtatuimus. infra eodem.* Quod eſſet abſurdum ſecundùm Innocent. Et ſic ſtat ſententia Innocen. quòd ſiue ius commune faciat pro eo, ſiue contra eum, habeat locum hic textus. Eo etiam caſu, quando ſententia dicitur nulla ex alijs cauſis, quàm ibi expreſſis, ad quod optimè faciunt quæ dicta ſunt ſupra, poſt princ. text. vbi dixi ſecundum Ioan. Andr. quod iſte text. poteſt intelligi in qualibet nullitate ſententiæ. Aduerte tamen hic, quod ex his videtur ſurgere quædam contrarietas. Nam *ſup. in verſic. niſi eum,* dicitur quòd propter manifeſtam offenſam denegatur abſolutio: & tamen hic dicitur, quod ea non obſtante permittitur communio in extraiudicialibus. Quomodo ergo procedunt iſta? Innocent. reſpondet, quod primum ſtat in denegatione gratię, ad quam quis non tenetur, hoc eſt, abſoluere ad cautelam, quæ abſolutio innititur gratiæ, *vt dictum eſt ſupra.* Secundum verò conſiſtit in denegatione iuſtitię, hoc eſt, denegare iuſtitiam. Et ſic illud eſſet facere iniuriam, videlicet, credendo vni parti in alterius præiudicium, etiam ſi excommunicator ſit pars, ideo non denegabitur interea communio. Sed diceret aliquis, quæ ſit ratio, quia in extraiudicialibus non euitatur, & in iudicialibus ſic. Doctores videntur dixiſſe, quòd ideo in iudicialibus euitatur, quia fatetur ſe eſſe excommunicatum, licet poſt appellatio-

32 nem non dicat eſſe excommunicatum, vnde † confeſſus in iure habetur pro conuicto, *c. 2 de confeſſ.* Iudex ergo merito illum repellet, donec de prędicta appellatione conſtiterit, niſi prius abſoluatur ad cautelam. Aduerte tamen hic, quòd illud quod hic dicitur de euitatione, debet intelligi, ſi & dummodo de excommunicatione excipiatur. Nam ſi non exciperetur de excommunicatione etiam in alijs actibus, in quibus ſuſtinet partem actoris, teneret iudicium cum ipſo factum, *capit. pia, de except. eodem libro.* In extraiudicialibus vero veridicum eſt i-

33 ſtum non debere euitari, quia † pendente appellatione remanet integer ſtatus ipſius appellantis, *l. ſi quis filio. § hi autem. ff. de iniuſto rupto.* Ergo interea non debebit euitari, quia nec appellatione pendente, nec lite pendente priuandus eſt quis poſſeſſione eccleſiæ, in qua erat, ſiue communione quaſi poſſeſſionis, in qua aderat. Vnde illi non erit peruertenda huiuſmodi quaſi poſſeſſio libertatis, *toto titulo, vt lite pend. & in cap. 1. & 2 ſupra vt lite penden. 9. quæſt. 1. capitu. nonne.* Hæ tamen rationes Doctorum non videntur concludere effectualem differentiam inter iudicialia & extraiudicialia, cum & hæ rationes vendicent ſibi locum etiam in iudicialibus, ſicut & extraiudicialibus, ideo dicendum eſt, vt dicam ſtatim, *in gloſſ. in verbo. extraiudicium.* vbi aſſignantur tres rationes differentiæ. Vltimo not. *ex fine huius text. ibi. & in alijs actibus legitimis*, quòd poſtulatio, & electio dicuntur actus extraiudiciales & legitimi, de quo *in regula, actus legitimi. infra de regu. iuris. eodem libro.* Capio gloſſ. *in verbo, extraiudicium.* dimiditur principaliter in duas partes, in prima quæritur de ratione differentiæ inter iudicialia & extraiudicialia, in 2. gloſſ. reſpondet aſſignando triplicem differentiam. Secunda *ibi, quia in iudicijs.* In eadem gloſſ. ibi, reddebat Bernard. adde quòd idem dicebant Innocent. & Hoſtienſ. ſecundùm Ioan. *hic in nouella.* In eadem gloſſ. *ibi, iudicialia.* pro quo facit *l. quoniam. C. de hæretic.* In ea. *ibi, extraiudicialia,* facit, *l. mutus. primo reſponſo, cum concord. de procurat.* In ea. gloſſ. *in fin.* Ex hac gloſſ. colliguntur tres rationes differentiæ inter actus iudiciales & extraiudiciales. Et hæ rationes videntur veriores, quàm illæ aſſignatæ per Doctor. de quibus, *ſupra proximè dictum eſt*, quia

34 ex his concluditur effectualis differentia inter hæc. † Adduunt Doctores aliam quartam rationem, dicentes quòd extra iudicium non eſt ita paratus iudex qui poteſt mederi, ſicut

35 ſicut eſt in iudicio, *arg. cap. ſæpe. ſupra de appel.* † Et faciunt opti-
mè quæ notantur per gloſſ. *in cap. vltimo, ſupra de pœnis. in gloſſ. fi.*
eod. lib. vbi dixit gloſſ. quòd in ciuitate Romana adeſt Roma-
nus Pontifex, qui totius orbis eſt epiſcopus, ad quem exiſten-
tes in Roma, poſſunt de facili habere recurſum. Poſſent & aliæ
rationes aſſignari, quas omitto cauſa breuitatis.

¶ Gloſſ. *in verbo, admittatur*, primo quærit & reſpondet, ſe
remittendo. In ſecunda forma contrarium, de quo ſe remittit
ſecunda ibi, *contra ad finem gloſſ.* In ea gloſſ. *in fin.* vult ergo glo.
hęc quòd validitas actus electionis vel poſtulationis pendeat
ex futuro euentu, quia ſi apparebit hunc fuiſſe excommuni-
catum ante appellationem, non valebit electio, tum quia vox
eius non poterit præbere ſuffragium, cum eſſet excommunica-
tus, *vt in cap. cum dilectus. de conſuet. cap. cum inter. de elect.* Tum et-
iam, quia vox aliorum de collegio non debuit admitti cum ip-
ſo excommunicato, *vt in c. illa. ſupra de elect.* Et ſic electio red-
detur nulla, ex quo ſcienter habentes eligere admiſerunt illũ
excommunicatum cum eis. Sed tunc inſtabit aliquis: Quæ er-
go erit cautela, vt ipſi canonici poſſint eligere. Nam ſi cõtem-
nerent ipſum, ex quo in extraiudicialibus debet admitti ele-
ctio facta ipſo contempto non valeret, *c. quod ſicut. ſupra de elect.*
Si vero ipſum admittunt, & poſtea conſtiterit ipſum eſſe ex-
communicatum, non valebit electio etiam ex parte ipſorum,
qui participarunt ſcienter cum eo, vt notatur, *in dicto cap. illa.*
Quid igitur facient iſti canonici inſtante electione facienda?
Doctores hic communiter videntur dixiſſe, quòd cautum eſt,
vt iſti canonici admittant eum, habita prius proteſtatione,
quod non intendunt ſecum eligere caſu quo ſit excommuni-
catus. Et hæc proteſtatio ſecundùm Doctores hic, Innocen. &
Ioan. And. & alios, multum habet operari in ijs dubijs, per ea
quæ habentur, *in cap. cum M. de conſti. & in cap. cumana. de elect.* Et
hæc procedunt, quando conſtat appellationem præceſſiſſe.
Sed vbi non conſtaret de aliqua appellatione, vel eſſet noto-
rium appellationem nõ tenere, tunc poſſent alij canonici pro-
cedere ad actum eligendi, eo non vocato: immo ſi de hoc con-
ſtaret, neque vox eligentium qui ſponte admiſiſſent eum et-
iam cum proteſtatione non valeret, *cap. ſina ſupra de procurat. &*
d. cap. illa, cum ibi notatis. c. dilectis. in fin. ſupra de appellat. iuncto cap.
ſollicitudinem. In dubijs ergo vtile erit proteſtari. Et in hoc du-
bio cautum eſt ſemper, vt ipſi habentes eligere notificent ele-
ctionem celebrandam ipſi, vt dicitur ſic excommunicato, vt
ab eo certificentur, an ipſe poteſt intereſſe ipſi electioni: non
tamen ſalutabunt ipſum in literis monitorijs, ex quo prima
fronte apparet ipſum excommunicatum. Alias enim ſi electo-
res contemnerent eum, poſſent reddere actum electionis in-
ualidum, quia ſi appareret eum poſtea non eſſe excommuni-
catum, poteſt agere contemptu, & conſequenter obtinere re-
uocationem ipſius electionis, *dicto cap. quod ſicut.* Addit tamen
Innocent. quod vbi eſſet lata excommunicatio contra aliquẽ,
& ipſe non opponeret aliquid, vel de appellatione vel de alio,
quod haberet annullare ſententiam, quòd tunc valeret ele-
ctio illo abſente, nec ratione contemptus ceſſaretur, quia fuit
in culpa de ſuo iure non proteſtando, & capitulum ipſum
fuit ſine culpa. Hinc eſt etiam, quòd ſi Epiſcopus excommu-
nicaret aliquem abſentem etiam expreſſa iuſta cauſa, quia ta-
men ille abſens poſſet iuſtas cauſas habere, propter quas non
teneret electio, capitulum citabit illum ad electionem, non
36 tamen vt dixi in præcedentibus ſalutabit illum in literis. † Et
eſt ratio, quia pro ſententia ordinarij præſumitur ſaltem in ijs
leuibus & parum præiudicialibus, *vt in cap. cura. 11. quæſt. 3. in*
cap. in præſentia. ſupra de renunciat. Et iſtæ literæ citatoriæ conti-
nebunt, qualiter ordinarius excommunicauit eum, & ſi pu-
tat excommunicationem tenere, non veniat ad eligendum: Si
credat illum non tenere, veniat, qui admittitur, iſte erit te-
nor harum literarum. Sed quid ſi ille excommunicatus eli-
gatur pendente hoc dubio, an ſit concedenda huiuſmodi ab-
ſolutio ad cautelam: Nunquid illa electio valebit facta de il-
lo, de cuius excommunicatione dubitatur? In hoc ſunt opi-
37 niones. Aliqui dicunt, quòd † ſic, arguendo de electoribus
ad electum, quod eſt bonum argumentum, *vt in cap. 2. ſupra de*
reſtitut. in integ. cap. ex literis. ſupra de iure patronat. Sed illi, qui
habent eligere pendente hoc dubio, poſſunt eligere vna cum
eo, *vt dictum eſt ſupra.* Ergo & eodem modo poterit & ipſe eli-
gi, ſumpto argumento de electoribus ad ipſum electum. Sed
38 alij contra. Mouentur, quòd electio non † debet pendere ex
futuro euentu, nec ſtare in pendenti, ſed debet eſſe pura &
ſuum ſortiri effectum, *cap. 2. vbi caſus. ſupra de electio. eodem lib.* Er-
go non admittetur electio facta de tali, de cuius ſtatu interea
dubitatur, an fuerit excommunicatus an ne. Ad quod etiam
facit regula, *non firmatur. infra de regul. iuris, eodem libro.* Et quæ
notantur, *in cap. auditis. ſupra de electio.* Et ita hic videtur tranſi-
re Gemin. ſecutus Lapum, *de quo hic per eum.* † Sed vltra prædi- 39
cta cadit hic probabile dubium, quid ſi ille ſit excommunica-
tus, de quo agitur, interea pendente probationis articulo
admittatur in officijs ſecundum formam huius text. *in fin.* &
poſtea appareat eum ex proceſſu iuſtè excommunicatum, nũ-
quid erit irregularis. Lapus Abbas hic tenet quòd non, ex
quo iſte textus permittit celebrationem diuinorum interea:
& † quod ſit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Grac-* 40
chus. C. de adult. cum ſimilibus. Sed hic permittitur communio,
ergo ex ipſa communione non incurrit pœnam. Quod maxi-
mè procedit ſecundum Lapum. ſi probabili errore facti ad
hoc inductus hoc fecerit, ex authoritate huius decretalis ſiue
canonis, maximè etiam ſi erat talis, qui arctabatur ex debito
ad officium & ad celebrationem, vt quia erat curatus. Et ita
refert tenere Federic. quod eſt notan. † Præterea quærunt 41
etiam hic Doctor. nunquid petens abſolutionem ad caute-
lam, poſſit illam obtinere, ſi non exprimat cauſam nullitatis.
Aliqui dixerunt quòd non, pro quo allegant caſum quaſi in
terminis, *in capitul. dilectus filius, lo primo, ſupra de reſcript.* vbi di-
citur, quòd in impetratione abſolutionis ab excommunica-
tione debet exprimi cauſa propter quam quis eſt excommu-
nicatus: & ſic petens abſolutionem ad cautelam debebit ex-
primere cauſam nullitatis ipſius ſententiæ. Sed in contra-
rium allegatur id, quod habetur & notatur, *in capitul. ex parte.*
ſupra de appellat. Vbi textus, quòd ſi quis appellat ab aſſigna-
tione loci non tuti, ſufficit dicere, appello quia locus non eſt
mihi tutus. Ad idem faciunt quæ notantur & allegantur per
Innocent. *in cap. 2. in ſimili, de oper. nou. nunncia.* vbi voluit Innoc.
quòd † in appellatione à grauamine nõ eſt neceſſaria expreſ- 42
ſio cauſæ. Quod tamen an hodie procedat, habetur, *in cap. cor-*
di. ſupra de appel. eodem lib. & in Clemen. appellanti, de appellat. Sed
tertio hoc conuincitur, vt non ſit neceſſaria expreſſio cauſæ.
Nam ſufficit aliquid in genere proponere, quando quælibet
ſpecies comprehenſa ſub ipſo genere aliàs concludit inten-
tionem proponentis etiam eo caſu, quo lex arctaret ad ali-
quid ſpecialiter exprimendum. Sed dicendo ſententiam nul-
lam, iſta allegatio concludit intentum ipſius proponentis,
quæcunque ſit ſpecies nullitatis incluſa in illo genere. Relin-
quitur ergo, quòd ſufficit in genere proponere nullitatem ſi-
ne alia expreſſione cauſæ. Ad quod facit gloſſ. *in cap. pia. ſupra.*
de except. eod. lib. circa principium.

¶ Et hanc ſententiam, vt refert hic Gemin. tenuit Rota, *de-*
ciſ. 82. quæ incipit, Item not. quòd licet pars. Alij habent, *in deciſ. 73.*
Neque obſtat huic ſententiæ, *c. dilectus. ſupra allegatum*, quia ille
tex. non loquitur de abſolutione ad cautelam, ſed de vera ab-
ſolutione, vnde nimirum ſi debet vera cauſa exprimi in impe-
tratione abſolutionis, quia ex diuerſitate cauſæ facilior vel
difficilior redditur ſuperior ad concedendum abſolutionem,
ideo neceſſario eſt cauſa exprimenda. Sed præcedens noſtra
quæſtio loquitur de abſolutione ad cautelam, igitur, &c. Et i-
ta tranſeunt hic Doctores. Aduerte tamen hic, quia prædicta
deciſio eſt ſane intelligenda, vt ego ipſe arbitratus ſum pro
veritate. Nam opin. de qua ſupra, procedit in propoſitione ip-
ſius nullitatis excommunicationis, vt in ea ſufficiat nullita-
tem in genere exprimere. Sed ſi agatur de probatione facien-
da ex poſt facto ſuper veritate cauſæ ipſius excommunicatio-
nis, tunc credo quòd in proceſſu ſit neceſſe exprimere & pro-
bare cauſam nullitatis. *argum. l. ſi. C. de anna. except.* & quod not.
in c. Abbate. de re iudic. eo. lib. & in cap. 1. & 2. ſupra de libel. oblatione.
Alias ſi non probaretur poſtea cauſa in ſpecie inductiua nul-
litatis, non videretur eſſe concedenda iſta abſolutio; cum ficte
ſic excommunicati poſſint allegare in genere nullitatem ex-
communicationis, quæ tamen in ſpecie probatæ non induce-
rent nullitatem ipſius excommunicationis. Et ita poteſt limi-
tari prædicta theorica. † Illud autem certum eſt, quòd ſi quis 43
allegaret excommunicationem iniquam & iniuſtam, non ha-
beret locum abſolutio ad cautelam, quæ habet locum quan-
do allegatur nullitas, non quando allegatur iniquitas: Et ita
remanent expeditæ omnes gloſſæ huius decretalis. Pro cuius
tamen

tamen intellectu, & etiam vt aperiatur materia totius eius, quod hic Doctores videntur voluiſſe per viam cuiuſdam ſummulæ, Ioan. And. *hic in nouella*, quærit de 11. quæſtionibus. Primo, quid ſit abſolutio ad cautelam. Secundo quare ſic dicatur. Tertio quando fuerit inuenta, & an per antiqua iura eſſet circa eam aliquid diſpoſitum. Quarto, à quibus ſententijs petatur hæc abſolutio. Quinto, quando fiat huiuſmodi abſolutio. Sexto quomodo fieri debeat. Septimo per quæ verba fieri debeat. Octauo ad quid fiat, ſeu ad quem effectum. Nono per quem fieri debeat hæc abſolutio. Decimo an per aduerſarium, an per partem poſſit impediri iſta abſolutio. †
44 Circa primum dicendum eſt, quod abſolutio ad cautelam eſt vera ſeu putatiua ab excommunicatione liberatio, eos quos res tangit proſpiciens, ſecundum Ioannem Monachum, Ioan. tamen And. dixit, quod hæc reſtrictio ad excommunicationem non eſt congrua, vnde dicit Ioan. And. melius eſſe, quod dicatur loco illius, excommunicationis ab eccleſiaſtica cenſura liberatio: quia hæc abſolutio nedum habet locum ab excommunicatione, ſed etiam à ſuſpenſione vel interdicto, dummodo tamen tale interdictum ſit particulare & non generale, *vt in cap. præſenti. infra eodem.* † Nam contingit aliquando
45 perſonas particulares interdici, vt vult gloſſ. penult. *in dict. cap. præſenti.* quod quidem interdictum habet vim cuiuſdam ſuſpenſionis, de quo dicam aliquid, *in d. cap. præſenti.* Et de verbis huius diffinitionis vide hic Ioan. And. *in nouella, poſt apparatum.* † Ad ſecundum dubium, quare ſic appellatur, dic quod
46 ideo appellatur abſolutio ad cautelam, quia cautem eſt prouidere circa futura contingentia, *cap. qualiter. de accuſatio. cap. per tuas. cap. licet Heli. de ſimonia.* Item dicitur ad cautelam reſpectu illius, qui petit illam, quia ſi habet ſcrupulum conſcientiæ, quod ſit excommunicatus, prouidetur ſibi per talem prouiſionem, & non ſolum ſibi, ſed quo ad alios, ne ab his euitetur. Item dicitur cautela etiam quo ad alios, quia alij abſolutione tali facta poterunt ſine periculo ſecum communicare. Addunt præterea aliqui, quod eſt cautela reſpectu illius, ad cuius inſtantiam eſt lata excommunicatio, cum prouidebatur ſibi per ſatisfactionem, aut per cautionem, *vt in cap. ex parte. de verbo ſignif.* Sed hæc vltima non placet doctoribus, quia idem eſſet in pura & mera abſolutione, cum per eam prouideatur parti aduerſæ via ſatisfactionis aut cautionis, *vt in d. cap. ex parte.* Et ſic hoc eſt etiam commune ad veram excommunicationem, ideo non dabitur ſpecialitas quo ad hoc in ea. † Ad ter-
47 tium dubium, quando fuit inuenta. Doctores communiter dicunt hic, quod per antiqua iura certè hoc non erat diſpoſitum. Et reſpondent, *ad cap. audiuimus. 24. quæſt. 1.* vbi videtur probari contrarium, quia ibi conſtabat ſecundum docto. ſententiā excommunicationis eſſe nullam tanquàm latā per excommunicatum, vnde illa non dicitur abſolutio ad cautelam. Quæ quidem abſolutio habet locum, quando ad eſt dubium, an ſententia excommunicationis ſit nulla vel ne. Item ibi nulla fit mentio de cautione iuratoria vel alia ſatisfactione. Relinquitur ergo quod non loquitur de abſolutione ad cautelam. Vnde bene dicit gloſſ. hic, quod abſolutio ponitur impropriè. Et dicunt doctores, quod ſi aliqua iura antiqua reperiantur, quæ videantur innuere, quod petatur hæc abſolutio, quando excommunicatio eſt nulla, illa iura debent intelligi, quod tempore abſolutionis non conſtabat de aliqua nullitate. Quod quidem tempus ponderauit author, cum ſcripſit excommunicatori, & ſic poſſunt intelligi quando ex poſt facto apparet de nullitate. Nam ſi tempore, quo petitur hæc abſolutio, conſtaret euidenter de nullitate, declararetur nulla, etiam non eſſet neceſſaria iſta abſolutio, *cap. ſolicitudinem. circa finem. de appellat.* Poſtea de addunt doctores, quod hæc materia fuit tacta per noua iura, per Alexandrum 3. per Innocen. 3 & 4. & per alios Pontifices, de quibus, *in cap. ad præſentiam. de appellat. cap. venerus, ſecundo, in fin. de teſtib. in cap. apoſtolica. de exceptio. in c. venerabili, & in § per tuas. ſupra eodem tit. & in cap. præſenti. & in cap. venerabilibus. infra eodem tit.* Et refert hic Ioan. And. quod † Cle-
48 mens III. fuit primus, qui expreſſit hoc verbum ad cautelam, *in cap. cum deſideres, in §. 1. ſupra, eodem titu.* Licet forſan ſecundum eum, haberi poſuerit eius effectus tempore Alexandri 3. de quo ſupra. Et vide de hoc latius per eundem Ioannem
49 And. † Ad quartum igitur dubium, à quibus ſententijs petatur hæc abſolutio ad cautelam. Dicendum eſt quod à ſententijs cenſuræ latis in homines, non contra loca, & à ſententijs [illegible] latis per homines, *vt in cap. præſenti. infra, eodem titu. & lib.* Idem etiam eſſet, ſi peteretur hæc abſolutio à ſententia excommunicationis ſuſpenſionis vel interdicti, lata à iure, quando inſurgeret probabile dubium iuris vel facti, ſcilicet, an talis caſus ſit, qui comprehendatur in illo iure, de quo dixi, *ſupra in gloſſ. in verbo, manifeſta.* licet aliqui dixerint, quod à ſententia iuris non petitur iſta abſolutio, cum ſolum ius ſit certum & iuſtum, *cap. erit autem lex. 4. diſtinct.* [...] Sed opiniones reducuntur ad concordiam, habita diſtinctione an ſit probabile dubium iuris vel facti, de quo plenius, *in dicta gloſſ. in verbo, manifeſta.* † Ad quintam quæſtionem, quando peti- 50
tur hæc abſolutio. Breuiter dicatis, quod ſecundum aliquos petitur ſolum in duobus caſibus hic expreſſis, ſcilicet, quando dicitur, excommunicationem latam poſt appellationem, vel poſt ſententiam continentem intollerabilem errorem. Licet ego ſupra dixerim, & tenuerim, quod hic textus habet locum generaliter, vbicunque allegatur nullitas ipſius ſententiæ, puta quia fuit lata à iudice incompetenti, vel lata contra exemptum, dummodo fiat aliqualis fides de ipſa exemptione, iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt ſecundum Rotam. † A ſen- 51
tentia autem iniqua non petitur hæc abſolutio, quia talis ſententia habet ligare, ſiue ſit iuſta ſiue iniuſta, *vt in c. 1. ſententia paſtoris. 11. quæſt. 3.* Vnde à tali ſententia neceſſe eſt petere abſolutionem veram & non fictam, prout etiam ſupra dictum eſt & ſæpius. † Ad ſextum vero dubium, quomodo 52
fieri debeat huiuſmodi abſolutio. Dicunt doctores, quod debet fieri vocato illo, ad cuius inſtantiam fuit lata ipſa excommunicatio, vel vocato ipſo iudice proferente, ſi fuit lata ex officio ipſius iudicis, de quo, *in cap. venerabilibus § 1. & 2. infra eodem.* Et ſi iſti opponant de manifeſta offenſa, propter quam eſt lata excommunicatio, erit locus diſtinctioni huius text. Si vero non opponant de manifeſta offenſa, fiet abſolutio, qua tamen non obſtante poſtea plenius diſcutietur iuris ordine, an iſte fuerit legitime excommunicatus vel ne, & tractabitur de veritate cauſæ ipſius excommunicationis. † Ad 53
ſeptimum dubium, per quæ verba debet fieri hæc abſolutio. De hoc videtur text. *in capit. venerabili. ſupra eodem titulo.* vbi text. loquitur per verbum, relaxare. Quaſi videatur innuere, quod iudex debet vti hoc verbo, relaxo. Sed certe iura videntur indifferenter loqui, quia vtuntur etiam iſto verbo abſoluo, in abſolutione ad cautelam, *vt in capit. ad præſentiam. de appellat. cap. venerus. de teſtibus in fin. cap. Apoſtolica. de exceptio.* Poterit ergo iudex vti eo verbo, quo voluerit. Ad octauum dubium,
ad † quid fiat huiuſmodi abſolutio. Dicunt Doctores, quod 54
fit ad habendam indubitatam participationem ſacramentorum, & etiam fidelium. quia vbi antea iſte ſit excommunicatus, vel haberet ſcrupulum conſcientiæ, ita vt dubitaret ſe immiſcere in communioni fidelium, vel poſſe recipere eccleſiaſtica ſacramenta, facta huiuſmodi abſolutione ſine aliqua dubitatione hoc poterit facere. Hinc dixerunt Doctor. quod hæc abſolutio ad cautelam habet locum, quando hæc exceptio excommunicationis opponitur in vim dilatoriæ, vt in caſu, *dicto cap. pia. de except. eodem lib.* Secus quando opponeretur in vim peremptoriæ, vt in caſu, *cap. 1. ſupra de reſcript. eodem libro, cap. cum inter. de elect. cap. cum dilectus. de conſuetud.* Ad nonum † 55
dubium, per quem debet fieri huiuſmodi abſolutio. Dicendum eſt, quod debet fieri per ſuperiorem illius, qui excommunicauit. non autem ſit per delegatum, niſi ſibi ſit ſpecialiter commiſſum: quod qualiter procedat, dixi, *ſup. in gl. in verbo, ſuperiorem.* Ad † decimum dubium, vtrum fiat de gratia vel 56
neceſſitate hæc abſolutio ad cautelam. Dic vt dixi, *ſupra in textualibus*, quod fit de gratia, non de neceſſitate, vt probatur, *in dicto cap. venerabilibus. in § 1. & in multis alijs §§.* vbi text. vtitur hoc verbo, poteſt, non verbo debet. Neque obſtat iſte text. *ibi, in prima igitur dubitatione*, ſuper quo ſe fundat Bernard. vt hæc abſolutio eſſet fienda de neceſſitate: quia ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupra, iſte text. debet referri ad excommunicatorem vel aduerſarium, vt ipſe impedire non poſſit quo minus fiat. Et ita probat litera, *in verſicul. quamuis.* Sed ſi habeatur conſideratio quo ad ſuperiorem, vel officium ſuperioris, erit in ſuis poteſtate, an velit concedere, vel denegare ex aliquibus cauſis vel coniecturis; de quo dixi plenius & clarius, *in dicto § in primo.* † Ad vndecimum dubium quam facile eſt reſpondere, videlicet quod aduerſarius non poteſt im- 57
pedire hanc abſolutionem, licet iudex ex cauſa poſſit illam denegare

denegare ſi velit. Sed vltra prædicta quærit hic Ioan. Andr. de
aliquibus quæſtionibus: Et primo, nunquid contra omnem
58 petentem † abſolutionem ad cautelam procedat obiectio de
manifeſta offenſa. In quo reſpondet, quod ſolum procedit,
quando aliàs cum petitur abſolutio ſententiæ latę poſt appel-
lationem, probata manifeſta offenſa, apparet appellationem
non tenuiſſe, *vt in cap. cum ſit Romana. & in cap. propoſuit. ſupra de
appellat.* Addit etiam, quod non competit, quādo dicitur nul-
la propter intolerabilem errorem, quaſi impoſſibile ſit, quod
error talis ſit manifeſta cauſa, quare quis excommunicetur, i-
mò ſit huiuſmodi contrarium ſcilicet cauſa iniuſtæ excom-
municationis. Idem ſi dicatur ſententia nulla ex defectu pro-
ferentis Nam antequam conſtet, an ſit iudex, non eſt recipiē-
da probatio de manifeſta offenſa. Sed dicet aliquis veſtrum,
quomodo ergo intelligetur text. *in verſic. niſi*, dum dicit, quod
nō erit abſoluendus niſi ſufficiens præſtetur emenda, quan-
do eſt probata manifeſta, ſeu notoria offenſa. & ſic præſuppo-
nit text. quod debet abſolui ad cautelam, præſtita ſatisfactio-
ne, ſed reſponde, quod iſto caſu iſta abſolutio non erit ad cau-
telam, ſed erit vera, quia præſupponit ipſum eſſe ligatum, ex
quo fuit excommunicatus pro manifeſta offenſa. Et conſe-
quenter appellatio non tenuit, & perinde eſt, ac ſi nulla ap-
pellatio fuiſſet interpoſita quo ad effectum ligandi. Sed quæ-
rit etiam hic Ioan. Andr. qualiter manifeſtæ offenſæ fiat pro-
batio, & an ſufficit producere probationes factas in cauſa
principali, *de quo hic per eum per duas columnas.* Et dicit inciden-
ter multa notanda. Item quærit, qualiter præfigatur terminus
octo dierum ad probandum manifeſtam offenſam contra pe-
tentem abſolutionem ad cautelam, & tamen non præfigitur
talis terminus opponenti contra petentem abſolutionem ab
iniuſta ſententia, *de quo hic per eum.* Tandem quærit hic Ioan.
And. *ad finem.* Quid ſi opponatur de manifeſta offenſa contra
aliquem, ne abſoluatur ad cautelam, ſed petens hanc abſolu-
tionem vult deponere pignora pro ſatisfactione apud ædem
ſacram. Nunquid debebit ſtatim abſolui. In hoc ſunt opinio-
59 nes, aliqui dixerunt, quod ſic, quia † malitijs hominum non
eſt indulgendum. *l. in fundo ff. de rei vendic. cap. ſedes. de reſcript.* po-
tuit enim malitioſè opponere hanc exceptionem, igitur, &c.
Sed Innocent. quem ſecutus eſt hic Ioan. And. *in nouella*, tenet
contrarium, quod non debet abſolui: Et reſpondet ipſe, quod
hæc non eſt malitia, imo prouidentia, quia ſi ille non debet
dare, videlicet petens abſolutionem, excommunicatio, ſibi
non nocet, *c. inquiſitionis. ſupra eod. tit.* Vnde ſi non admitteretur
opponens de manifeſta offenſa, poſſet ſibi aliquo damno af-
fici, quia excommunicatus ſciens ſe debere propter confuſio-
nem excommunicationis, nō prorogabit cauſam, quam ceſ-
ſante rubore, vt ſi ſit abſolutus, de facili forſan poſſit proro-
gare, non obſtante depoſito Non erit igitur admittendum ta-
le depoſitum ad hoc vt abſoluatur, ſed erit admittenda pro-
batio manifeſtæ offenſæ. Et conſequēter iudex non debebit
hanc abſolutionem impertiri. Per quæ infert hic Innoc. illud
tritum verbum, ad quod ſolet ſemper allegare hic Innocen. &
60 Ioan. And. † quod iudex cui nil probatum eſt nil mandare po-
teſt. Et ſunt vltima verba, quæ ponit Ioan. And. *in fine huius de-
cretalis, in nouella*, quæ ſolent millies allegari coram iudicibus.

REPETITIO
IN CAP. STATVIMVS.
De Senten. Excommun.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Participans cum excommunicato incurrit minorem excommunicationem, & non maiorem, fallit vt ibid.*
Et an incurrat peccatum mortale.
2 *Inobediens ſuperiori, morte dignus eſt.*
3 *Peccatum, quod ſui natura eſt veniale, aliquando fit mortale ex nimia aſſiduitate & frequentia.*
4 *Participantes cum excommunicato non poſſunt nec in genere, nec in ſpecie excommunicari maiori excommunicatione, ſine canonica monitione.*
Et quando dicatur excommunicatio in genere, & quando in ſpecie.
5 *Excommunicatio generalis non prohibetur ferri in eos, qui participant in crimine.*
6 *Cum excommunicato quare non ſit communicandum, aut participandum.*
7 *Hominum carere conſortio maxima eſt pœna.*
8 *Sententia excommunicationis quo caſu non teneat non præmiſſa monitione.*
9 *Conſtitutio interpretans habet locum in eo caſu, in quo locum habet ius interpretatum.*
10 *Delegatus nunquid poſſit proferre ſententiam excommunicationis contra participantes.*
11 *Delegatus non exercet iuriſdictionem niſi in his, quæ comprehenduntur & continentur in reſcripto.*
12 *Monitio, quæ habet præcedere excommunicationem contra participantes, qualiter fieri debeat.*
13 *In ſententia Iudicis debet conſtare de crimine.*
Et quomodo quis dicatur participare in crimine, & quando.
14 *Papa eſt ſupra ius.*

CAP. III.

STATVIMVS. Gloſſ. prima ſummat, non diuidit, Sed po-
teſt diuidi in tres partes. In prima ponitur quædam prohi-
bitio de ſententia excommunicationis non ferenda, cum
quadam proteſtatione. In ſecunda ponitur practica, quali-
ter ferri debeat talis ſententia. In tertia vitiatur ſententia a-
liter lata, & ponitur comminatio contra proferentem, ſe-
cunda ibi, quod ſi. tertia *ibi, aliter autem.* † Not. primo, ibi, *ex* 1
excommunicatione minori. quod participans cum excommuni-
cato incurrit minorem excommunicationem, & non maio-
rem: de quo, *in cap. nuper. & in cap. à nobis. ſupra eodem titu. facit
cap. ſacris. ſupra quod metus cauſa, vbi de hoc not.* Fallit, vt dicitur
in textu, hic. *in verſicul. ſaluis*, niſi quis participaret in crimine
damnato, quia tunc incurreret maiorem excommunicatio-
nem, *vt in cap. nuper. & in cap. ſi concubinæ. ſupra eodem titu.* faciunt
etiam quæ dicta ſunt, *ſupra in præcedenti cap.* vbi dixi de aduo-
cato conſulente, & fauente excommunicato. Hic ſolet quæ-
ri, an ſit mortale peccatum participare cum excommunicato.
Et regulariter dici poteſt quòd non. Fallit in certis caſibus.
Primo fallit, quando hoc fieret in contemptum proferentis:
Nam tunc eſſet peccatum mortale. Et eſt ratio euidens, † quia 2
qui non obedit ſuperiori, morte dignus eſt, *capit. 2. de maio. &
obedien.* Secundo hoc fallit, quando fit in contemptum cla-
uium, vt putaſi aliquis affirmet non eſſe timendam excom-
municationem, nec capitale de ea eſſe faciendum, vt fit ali-
quando à temerarijs. Nam hoc ſapit quandam hæreſis ſpe-
ciem, cum deneget poteſtatem clauium. Facit *cap. excommu-
nicamus. § 1 & 2. ſupra, de hæretic. & in cap. ſacris, ſupra quod metus
cauſa.* Tertio fallit, quando nimia interuenit frequentia in
participando, quia quis aſſiduè participat ipſi excommunica-
to. Nam id quod ſui natura † eſt peccatum veniale, aliquan- 3
do fit mortale ex nimia aſſiduitate & frequentia, *vt in §. crimi-
na. 25. diſtinct. alias incipit. § ea demum.* Et ibi enumerantur pec-
cata venialia. Quarto fallit, quando poſt monitionem hoc
facit, quia monitus eſt ne communicet ei & ipſe non obedit.
Quinto fallit, quando participat in crimine, *vt in cap. nuper. &
in cap. ſi concubinæ. ſupra eod. titu.* Sexto fallit, quando eſſet cle-
ricus, qui participaret in diuinis cum excommunicato, con-
currentibus tamen ijs, *de quibus in cap. ſignificauit. ſupra eod. titul.*
Tertio not. *ibi, excommunicare*, quòd † nec in genere nec in 4
ſpecie poteſt quis excommunicare participantes excommu-
nicato maiori excommunicatione, ſine canonica monitione.
Et intelligo in genere, quando diceret in ſententia, excommu-
nico omnes participantes cum tali. In ſpecie, quando diceret,
excommunico Petrum, quia communicat Martino excom-
municato, prout exemplificant hic & Innocent. & Ioan. And.
in hoc verbo excommunicare. † Tertio not. *ibi, damnato.* quòd in 5
eos, qui participant in crimine, nō prohibetur ferri hæc gene-
ralis excommunicatio, ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. Monach.
Hinc dixit Hoſtienſ. quòd communicans in crimine hoc caſu
incurrit duas ſententias, vnam ſcilicet iuris, & aliam homi-
nis, *vt in d. cap. nuper.* hominis, ſi fuerit lata ſententia hoc mo-
do in participante in crimine, quod nota. † Quarto nota 6
ibi, in-

ibi, induceſcat, quòd non eſt participandum cum excommuni-
cato, maximè quãdo per talem communionem fortius indu-
reſcat animus ipſius excommunicati videntis ſe non euitari, quia
ceſſante participatione facilius reconciliaretur, *vt in c. pia, ſu-
pra de except.* Quando quidem viderit ſe ab alijs euitari, cùm
7 magna ſit pœna † eſſe inter homines, & hominum carere cõ-
ſortio, *l. hi qui ſanctam. C. de apoſtat.* Quintò nota ex verſiculo,
8 Aliter caſum, in † quo non tenet excommunicatio ipſo iure
lata, non præmiſſa monitione. Regulariter tamen eſt oppoſi-
tum, *vt in cap. ſacro. ſupra eod. & in cap. 1. ſupra eod. titu. & lib.* Et in
hoc eſt ſpeciale, vt ſententia excommunicationis ſit nulla lata
ſine monitione. Et quæ ſit ratio huius ſpecialitatis, doctores
hic cõmuniter dicunt, quòd hoc fuit inductum, quia excom-
municantes erant proni multum ad talem ſententiam profe-
rendam. Excommunico te cum participibus tuis, quæ forma
periculoſa erat. Ideo neceſſaria fuit prouiſio, de quo etiam, *in
cap. conſtitutionem. & in cap. ſtatutum. infra eod:* quæ iura tamen
generaliter loquuntur, non repetendo hanc literam. Sed po-
9 teſt dici, quòd † conſtitutio interpretans locum habet in eo
caſu, in quo locum habet ius interpretatum, *vt in Authentica
de ſil. ante doc. inſtrument. nat. circa fin. collat. 3. Et habetur in capitulo
diſpendia. ſupra de reſcriptis. eodem libro. & in cap. ii, qui. & in cap. qui
contra certam. de elect. ſupra eodem lib.* Hinc etiam Ioann. Andr.
ponderauit multum illud verbum poſitum in text. ab eo,
quaſi velit aliud eſſe, ſi excommunicatio feratur contra par-
ticipantes cum excommunicatis ab alijs, quàm à ſe. Præterea
dixit, quòd ſi epiſcopus excommunicaret participantes cum
excommunicatis ab Archidiacono vel alio epiſcopo, quòd ta-
men hæc ſententia non eſſet nulla, licèt poſſet dici iniuſta,
quia hæc conſtitutio, de quà hîc, ſolum concernit factum ex-
communicantis, vt probat text. *in illo verbo excommunicatis ab
eo.* Quod quidem verbum ſecundum Ioannem Andream
nullus gloſſantium ponderauit præter Abbatem. Et ex hoc
colligitur limitatio ad iſtum textum, vt hic text. non proce-
dat in ſententia lata contra participantem excommunicato
10 ab alio quàm ab ipſo proferente. † Quæritur etiam doctores
pro intellectu text. nunquid hic text. habet locum in delega-
tis: Nunquid delegatus poteſt proferre hanc ſententiam ex-
communicationis contra participantem. In hoc ſunt opinio-
nes. Hoſtienſ. quòd ſic, *per cap. ſtatutum. infra eod. & per cap.
2. iuxta finem ſupra de offic. deleg. eod. lib. & cap. Epiſcoporum. de pri-
uileg.* ſecundum Archidiac. hic. Sed Abbas tenuit contrarium,
dicens nullo iure cautum, quòd delegatus poteſt hanc ſenten-
11 tiam ferre contra participantes, quia delegatus non exercet †
iuriſdictionem niſi in his quæ comprehenduntur & conti-
nentur in reſcripto, *cap. p. & cap. cum olim infra de offic. delegat.*
Non ergo poterit extendere manum ad ipſos participantes,
quæ ſunt perſonæ extrinſecæ ab ipſo reſcripto, *l. ita ſtipulatus. §.
Chryſogonus. ff. de verbo oblig.* Et licèt poteſt delegatus excom-
municare impedientes iuriſdictionem ſuam, *cap. 1. ſupra de offic.
delegat.* Item etiam impedientes partem in producendis teſti-
bus & probationibus, *vt in cap. tuam literis. & in cap. conſtitutis. pri-
mo. ſupra de teſti.* Item licet poteſt ſuam ſententiam exequi, vt
in cap. ſignificaſti. ſupra de offic. deleg. Hoc tamen, vt refert ipſe
Abbas, non inuenitur, quòd participantes excommunicet,
& ſic poteſtatem ſuam, quæ eſt iuriſdictionis, non extendet ad a-
lias perſonas, pro quo optime facit quod dixi ſupra, *in cap. ſo-
let. in 3. gloſſ. in verbo, ſuperiorem.* Sed pro prima opinione facit
text. *in dicto cap. ſtatutum. in fine. ibi, dum dicit, ab ordinarijs vel de-
legatis.* Cui tamen textui poteſt reſponderi, quòd ibi delega-
ti habebant ex ſpeciali commiſſione. Sed tamen quòd dele-
gati hoc poſſint, multum facit, *dictum cap. 1. & cap. præterea. de
offic. delegat.* & omnia alia iura, quibus cautum eſt, quòd iudex
poteſt ſuam iuriſdictionem pœnali iudicio exercere, *l. 1. & 2. ſi
quis ius dict. non obtemper.* Vnde pro concordia harum opinio-
num poſſet ſic diſtingui ex mente Gemin. hic, quod interdum
propter talem participationem turbatur iuriſdictio ipſius de-
legati, vt quia excommunicatus contemnit iuriſdictionem
ratione participationis: Et tunc poteſt procedere opinio
Hoſtienſ. & aliorum, vt tunc delegatus poſſit hanc excom-
municationem in participantes proferre. Interdum vero ex
participatione non turbatur iuriſdictio ipſius delegati, &
tunc procedat opinio Abbatis, vt non poſſit excommunica-
re participantes, quia eius iuriſdictio non extenditur vltra
perſonas expreſſas in reſcripto, iuxta ea quæ dicta ſunt ſupra

ſecundum eum. Ad quod optime faciunt quæ dicta ſunt in
præcedenti, *cap. in præallig. gloſſ. 5.* † Qualiter autem debet fe- 12
ri hæc monitio, quæ habet præcedere excommunicationem
contra participantes. De hoc, *in cap. conſtitutionem. infra eod. in
titu. & lib.* vbi habetur quod vno & eodem contextu fieri non
poteſt monitio & ferri excommunic. Sed debent interuenire
interualla dierum ſeu temporum diſtincta inter monitionem,
& excommunicationem, vt eſt textus, *in d. cap. conſtitutionem.
& ibi videbimus.* Et hæc monitio valebit & tenebit, etiam ſi fiat
in genere, pro quo facit, *cap. ſi ſacerdos. de offic. ordin.* Et aduerte
ad textum hic, in eo quod dicitur de minori excommunicatio-
ne, quia ille qui incurrit minorem non poteſt denunciari li-
gatus illa minori, niſi de hoc fuerit conuictus vel confeſſus,
videlicet quod participauerit. † Ad quod facit, quod in ſente- 13
tia iudicis conſtare debet de crimine, *cap. pro humani. de homic.
ſupra eodem lib.* ſecundum. Ioan. And. hic. In gloſ. 1. dicitur quis
participare in crimine, quãdo quis participat in crimine dam-
nato, pone aliquis eſt excommunicatus, quia detinet vxorem
alterius, ſi illi in crimine conſilium auxilium vel fauorem do,
incido in eandem, idem ſi participat in crimine criminoſo, ſed
non damnato, vt ſi quis ſit excommunicatus, quia commiſit
furtum: Requiritur autem vt participans in crimine incidat
in maiorem, quod illud crimen ſit damnatum quo ad omnes,
ſecus ſi quo ad certam perſonam, vt ſi quis excommunicatus
eſt, quia fornicatus eſt cum Berta. Nam ſi alius cum ea forni-
cetur, non erit excommunicatus. Item pone mulierem ex-
communicatam propter concubinatum clerici, ſi laicus ſe-
cum fornicet non erit excommunicatus. Secus ſi generaliter
eſſet excommunicata propter fornicationem, quia tunc in-
curreret. Secundo requirit quòd participet in crimine cri-
minoſo, ſi enim participat in crimine, ſed non criminoſo, ſe-
cus. Puta aliquis eſt excommunicatus, quia celebrat cum tali,
etiam ſi alius celebrat, ſed non cum eo, non erit excommuni-
catus. Gloſſ. *in verbo, monitionem. in fin.* hanc gloſſ. ſequuntur
doctores, & de hoc clarius videbimus, *in dicto c. conſtitutionem.*
Fuit tamen opinio hic, quorundam, maximè Boatini, vt hæc
excommunicatio lata contra participantes non ſit nulla ipſo
iure, ſed bene ſit iniqua, & de facili relaxanda, niſi contineret
expreſſum errorem, *argument. cap. per tuas ſupra eod. & cap. pro-
ximè præcedenti.* Sed hæc opinio, ſecundum Ioan. And. non eſt
digna relatu, cum ſit contra text. *hic in fin.* Et proferens incur-
rit pœnam legitimam. Ex quo colligit hic Abbas, quòd ex a-
ctu nullo modo incurrit quis pœnam. concordat, *c. non ſolum.
de regular. ſupra eod. lib. & cap. 2. ſupra de relig. domin.* In quo tamen
articulo poteſt breuiter concludi, quod aut loquimur in per-
petuò prohibitis, & tunc actus geſtus contra prohibitionem
legis eſt nullus, & etiam eſt locus pœnæ, quæ imponitur con-
trafacienti, *vt in cap. hoc conſultiſſimo. ſupra de rebus eccleſiæ. eod. libr.*
Aut loquimur in his, quæ non ſunt perpetuò prohibita: &
tunc aut lex annullat actum, & vltra hoc pœnam imponit cõ-
trafacienti. Et idem, quia erit locus & nullitati actus & pœ-
næ. Et ita etiam poteſt intelligi textus *in d. cap. hoc conſultiſſimo.*
Aut lex ſimpliciter prohibet: & tunc actus non erit nullus,
ſed bene erit locus pœnæ de quo plenè, *in l. non dubium. C. de
legi.* Gloſſ. *in verbo, aliter. de hoc dic, vt in dicto cap. ſi celebrat. & in iu-
ribus alleg. in gloſſ.* Gloſ. *in verbo, conſtitutionibus.* diuiditur in tres,
in prima allegat dua iura. in ſecunda tractat quæſtionem de e-
piſcopo communicante cum excommunicato per ſe. In tertia
ponit duas opiniones. In tertia vero allegat pro prima opi-
nione. In ſecunda *ibi, notat autem hic* Bernar. Tertia, *ibi bene fa-
cit.* In gloſſ. *ibi. notantur.* Adde, quod hoc poteſt eſſe verum, in-
telligendo. quod illa decretalis inducat nouam excommuni-
cationis ſpeciem: quod an ſit verum, habetur ibi per Innocen.
& Ioan. And. In eadem gloſſ. *ibi legatus, eſt.* dic † aliud in Papa, 14
qui eſt ſupra ius, vt notatur, *in cap. nulli. ſupra eod.* & facit etiam
ad hoc quod habetur, *in cap. quod in dubijs. ſupra eod. titu.* vbi no-
tatur, quod ſi excommunicauit aliquem cum ijs, qui ſibi auxi-
lium dederunt: nam licet ipſe Epiſcopus tali præbuerit auxi-
lium, non ligatur ſua ſententia. In eadem gloſſ. ibi. Hoſtienſ.
hanc opinionem videntur ſequi nonnulli Doctores tam-
quam veriorem, vt illa excommunicatio, quę cauſatur ex par-
ticipatione in crimine, cauſetur à iure, non ab homine. Et ita
probatur, *in d. cap. nuper.* Neque obſtat argumentum glo. quod
ille abſoluatur ab excommunicatore: & hoc ideo procedit,
quia Papa ſecundum ius, ſibi, hoc eſt excommunicatori reſer-
uauit

nauit hanc abſolutionem, *vt in d. c. nuper. vbi de hoc plenè.* Gloſſ. *in verbo pœnam, in fin.* Adde, quod etiam ille ſic excommunicans tenebitur actione iniuriarum, *11. quæſt. 3. c. illud. & cap. temerarium. & cap. de viro ſacrileg.* facit etiam *cap. non in perpetuum. 23. quæſt. 3.* Et talis carebit ad tempus arbitrio iudicis communione hominum, & ingreſſu eccleſiæ, *vt in d. cap. de illicita. 23. quæſt. 3.* Et ad has pœnas agi poterit contra eum coram ſuperiore, *infra eodem. venerabilibus. in §. 2.* Et ita tranſit hic Ioan. And. *ſuper hac gloſſ.*

REPETITIO
IN C. QVIA PERICVLOSVM. De Senten. Excommun.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nullam pœnam interdicti vel ſuſpenſionis incurrit, niſi in ſententia ſit expreſſum, num. 3.*
Idem in alijs ſuperioribus prælatis.
2 *Periculoſa ſunt euitanda quantum fieri poteſt.*
4 *Cardinales an veniant appellatione epiſcoporum.*
5 *Officium pontificale ſine altaris miniſterio exerceri non poteſt.*
6 *In dignitate quando quis eſt ſublimior, tãto magis peccat transgrediendo.*
7 *Mentio expreſſa vbi requiritur de aliquo in aliqua diſpoſitione, maximè vbi agitur de pœna imponenda, non ſufficit illud generaliter vel vniuerſaliter exprimi.*
8 *Suſpenſio, interdictum, & excommunicatio quo caſu non æquiparentur.*
9 *Innocentes pro nocentibus puniri non debent.*
10 *Excommunicatus poteſt petere abſolutionem quandocunque vult, dummodo ſatisfaciat, ſi offenſa ſit manifeſta: vel ſi eſt dubia, præſtet cautionem de parendo iuri.*

CAP. IV.

1 QVIA PERICVLOSVM. Epiſcopus † nullam pœnam interdicti, vel ſuſpenſionis incurrit, niſi in ſententia ſit expreſſum. hoc dicit. Vel ſic. In generali ſententia ſuſpenſionis vel interdicti non comprehenduntur Epiſcopi nec ſuperiores, niſi de hoc exprimatur. Diuiditur in tres. In prima ponitur conſtitutionis cauſa. In ſecunda ipſa conſtitutio priuilegians Epiſcopos. In tertia ponitur exceptio. Secunda ibi, nos. Tertia ibi niſi. † Nota primo ex principio text. quod ea, quæ
2 ſunt periculoſa, debent euitari quantum fieri poteſt. *cap. quieſcamus. 42. diſtinct. cap. vbi periculum de elect. eod. lib.* quia vbi maius eſt periculum, &c. hinc dixit text. *in cap. cum ab omni. de vita & hone. clerico.* quod non ſolum quis debet ſe abſtinere à malo,
3 ſed ab omni ſpecie mali. † Secundo nota *ibi, Epiſcopi & alij ſuperiores,* quod non ſolum in generali ſententia ſuſpenſionis, & interdicti non comprehenduntur Epiſcopi, ſed neque alij ſuperiores prælati, quod intelligunt Doctor. hic, etiam de Patriarchis & primatibus. Licèt aliqui voluerint ſolum intelli-
4 gere hunc text. de Epiſcopis. † Vnde fuit altercatio, quid de Cardinalibus, an veniant Cardinales appellatione epiſcoporum. Et dicendum eſt quod ſic, vt in hac conſtitutione comprehendantur etiam Cardinales non Epiſcopi ſoli, de quo, *in cap. vnico. ſupra de ſciſma. eod. lib.* Et per hoc remanet expedita gloſſ. *in verbo, de epiſcopis.* quæ idem tenet. Sed maius fuit dubium, quid de electis, & confirmatis nondum conſecratis. an in ipſis habeat locum hæc conſtitutio. Prima fronte videretur dicendum quod non, ſi ponderauerimus verba illa poſita in principio text. ibi, dum dicit, propter executionem, &c. quæ verba videntur potius concernere ordinem pontificalem,
5 quàm dignitatem, *& cap. ex literis. ſupra de excesſ. prælat.* † vbi dicitur, quod pontificale officium ſine altaris miniſterio exerceri non poteſt. Sed Doctores hic communiter videntur tenere contrarium, vt hic text. habeat locum etiam in Epiſcopo nundum conſecrato. Ad quod faciunt notata, *in c. & ſi principalis. de reſcript. & cap. 2. de offic. deleg. eodem lib. & cap. 2. de relig. domi. ſupra.* Opponitur contra text. dum hic dicitur; quod epiſcopi non incurrunt pœnam, de qua hic, &c. † Sed contra, & immo 6 videtur quod ſic, quia quanto quis eſt ſublimior in dignitate, tanto magis peccat tranſgrediendo, *cap. homo Chriſtianus. 40. diſtinct. cap. ad 2. ad fin. ſupra de tranſlat. prælat.* Ergo relinquitur, quod ipſi potius debeant incurrere, quam alij Doctor. hic ſoluunt contrarium, fatendo quod iſti tranſgrediendo magis peccant, licet circa pœnam imponendam mitiùs agatur cum Epiſcopis, de quo habetur, *in cap. cum quidam. ſupra de iureiur.* † Tertio not. *ibi, expreſſ. mentio,* quod vbi requiritur expreſſa 7 mentio de aliquo in aliqua diſpoſitione, maximè vbi agitur de pęna imponenda, non ſufficit illud generaliter vel vniuerſaliter exprimi, vt puta per verba illa, quilibet, & quicunque, vel per verba illa, omnes. Facit ad hoc, *cap. 2. ſupra de præben.* vbi de hoc dixi allegando multas quotas. Et faciunt quæ notantur per Bart. *in l. prætor ait. in principio. ff. de no. oper. nunc.* quod eſt valde notandum. Gloſſ. *in verbo, ſuſpenſionis. in fin.* Stat ſententia gloſſ. quod licet in generali ſententia ſuſpenſionis vel interdicti non comprehendantur epiſcopi, nec ſuperiores: Quod tamen in generali ſententia excommunicationis lata per canonem veniunt epiſcopi, licet de ipſis non ſit habita mentio expreſſa. † Et ſic infertur ex hac gloſſ. quòd ſententia 8 ſuſpenſionis interdicti & excommunicationis non æquiparantur quo ad hoc: quod eſt notan. Sed hic poteſt dubitari, quæ ſit ratio differentiæ inter hæc, quia magis eximatur Epiſcopus à ſententia generali ſuſpenſionis, &c. quàm ab excommunicatione. Doct. non tangunt Sed pro nunc poteſt dici, vt ea ſit ratio, quia aliquando ſuſpenſio & interdictum proferũtur propter culpam & delictum alienum, vt dixi ſupra, *in cap. 1. in verſic. & hæc eadem. eodem titulo. & lib. & eſt text. in cap. non eſt. ſupra de ſpon. in cap. dilectis. de appell.* Excommunicatio non profertetur propter culpam propriam ex cõtumacia reſultante. Vnde † non videbatur conueniens, quòd innocentes pro nocen- 9 tibus deberent puniri, *vt in c. Romana. in principio. infra eodem tit.* Facilius ergo conceditur, Epiſcopos & ſuperiores non comprehendi in tali ſententia ſuſpenſionis & interdicti, quæ aliquando infligitur ex delicto alieno, quàm concedatur, vt non comprehendantur in ſententia excommunicationis, quæ ſolet ex propria culpa & contumacia ferri. Præterea eſt in poteſtate † excommunicati petere abſolutionem quandocunque 10 velit dummodo ſatisfaciat, ſi offenſa ſit manifeſta, vel ſi ſit dubia, præſtat cautionem de parendo iuri, *vt in cap. ſolet. §. 1. ſupra eodem,* quod fortè ita facilè impetrari non poſſet, quando eſſet generalis ſuſpenſio vel interdictum, quia difficilius quis relaxationem obtineret. Vos tamen cogitabitis, quia Doctor. nihil vltra.

REPETITIO
IN CAP. ROMANA. DE Sentent. Excommun.

Præclariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores ab Epiſcopo poſſunt habere iuriſdictionem & poteſtatem excommunicandi.*
2 *Archiepiſcopi non habent poteſtatem abſoluendi excommunicatos à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, habentibus ad hoc poteſtatem excommunicandi.*
3 *Sententia Archiepiſcoporum vel eorum officialium non habent ligare ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, & ſic exiſtentes extra territorium ſuum.*
4 *Sententia excommunicationis non præmiſſa canonica monitione, valet, ſed dicitur iniuſta & iniqua.*
5 *Prohibitum in ſpecie an ſemper cenſeatur prohibitum in genere.*
6 *Excommunicatio vbi profertur pro delicto, requiritur contumacia.*
7 *Sententia ſuſpenſionis, interdicti, ſiue excommunicationis non debet ferri pro futuris culpis, nec pro præſentibus aut præteritis, niſi mora præceſſerit in faciendo ſatisfactione.*
8 *Monitio & fulminatio non debent ſimul concurrere.*
9 *Subditi appellatione comprehenditur etiam ille, qui ſit ſubditus ratione*

tione delicti: ſecus ſi ſtrictè accipiatur, quia venit ſolum ſubditus ratione domicilij.
10 *Archiepiſcopus delinquens in diœceſi Epiſcopi, nunquid ligetur ſtatuto ipſius imponente pœnam remiſſiuè.*
11 *Legis & ſtatuti natura eſt prouidere circa futura.*
Sententia natura eſt, vt prouideatur circa præſentia vel præterita.
12 *Sententia lata per viam ſtatuti durat etiam in tempus ſucceſſoris.*
13 *Sententia excommunicationis lata per viam ſtatuti non præcedente monitione tenet: ſecus in ſententia hominis, quia requiritur monitio.*
14 *Statutum ſine ſcriptura valet: ſecus in ſententia, in qua ſcriptura requiritur.*
15 *Statutum fieri poteſt ſine cauſæ cognitione, & die feriata: ſecus in ſententia excommunicationis.*
16 *Statutum non ligat extra territorium: ſecus in ſententia excomm.*
17 *Appellatio nunquid teneat, pendente ſecundo termino.*
18 *Mandatum lapſo decendio tranſit in rem iudicatam.*
19 *Cauſa rationabilis ferendi excommunicationem generalem eſt incertitudo perſonæ. remiſſiuè.*

CAP. V.

ROMANA. Hæc decretalis diuiditur in quinque partes, prout quinque ponit dicta, & gloſſ. ſummat diuidendo.
1 Partes patent, quia per §§ eſt diuiſa. Not. primò † *ibi Archidiaconorũ*, quòd inferiores ab Epiſcopis poſſunt habere iuriſdict. & poteſtatem excommunicandi, vt eſt videre in Archidiaconis, & eorum officialibus, de quo plene legitur, *in cap. cum ab eccleſiarum. ſupra de offic. ordi.* facit, *c. nemo. 2. q. 1. & c. dilectus. ſupra de appel.* Et an Archidiaconi de iure communi habeant hanc iuriſdictionem. ſiue poteſtatem excommunicãdi, plenè de hoc notatur, *in c. Archidiaconus. in dicto c. cum ſatis. c. ad hæc. §. in quadam. c. vt officij ſupra de offi. archid.* & habetur etiam hic per Archid.
2 † Secundò not. *ibi non relaxent.* quod Archiepiſcopus non habet poteſtatem abſoluendi excommunicatos à ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, habentibus ad hoc, ſcilicet poteſtatem excommunicandi. Et ſic ſiue illi ſubditi habeant poteſtatem ordinariam, non tamen poterit Archiepiſcopus illos abſoluere. Et fortius ſi haberent delegatam vel ſubdelegatam, hoc non poterunt, cũ tunc recurratur ad delegantes, *vt in c. quoniã ſuper quæſtionum. ſup. de offi. deleg.* Tertiò n. *ibi, omiſſis.* quod mens huius literę eſt. non vt facta prius remiſſione ad ipſos excommunicantes, Archiepiſcopus vel officialis poſſit eos abſoluere, vt patet. *infra venerabilibus. prima reſponſo.* ſed imò eſt ſenſus literæ, vt hoc ſc. Archiepiſcopos ſiue officiales non debeant adire excommunicati pro abſolutione obtinenda, ſalua tamen conſuetudine, de qua in tex. Quod procedit. niſi eſſet appoſitum ſecundo à ſententia prima lata in cauſa appellationis per epiſcopum. Nam tunc virtute appellationis ſecundæ interpoſitæ gradatim emiſſæ ad Archiepiſcopum etiam ſine cõſuetudine, & dixi gradatim emiſſæ, vt quia primo ab illis ſubditis appellatum eſt ad epiſcopum immediatum ſuperiorem. ſecũdo ab epiſcopo appellatum eſt ad archiepiſcopum. Nam tunc bene poteſt Archiepiſcopus abſoluere, quia tunc eſſet iudex competens vigore appellationis emiſſæ ad eum gradatim, *arg. cap. paſtoralis ſupra de offic. ordin.* † Quartò nota † *ex verſiculo, porrò ibi, ſubiectos.* quòd ſententiæ archiepiſcoporum vel eorũ officialium nõ habent ligare ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, & ſic exiſtentes extra territorium ſuum, ſed ſolum habet ligare ſubiectos ſibi immediatos, *vt in c. à nobis ſupra eo. tit.* Et ſic tantum ligabunt ſuos diœceſanos, non ſubditos ſuffraganeorum, facit, *cap. vt animarum. in § ſtatuto. de conſtit. eod. lib.* † Quin-
4 tò nota ex verſiculo, ſed nec in ſpecie, quod excommunicans ſiue velit excommunicare in genere, ſiue in ſpecie, non debet proferre ſententiam excommunicationis, niſi præmiſſa canonica monitione: Si tamen ea non premiſſa, promulgaret, valeret ſententia, licet dicatur iniuſta & iniqua, *vt hic in text. in ver-*
5 *bo, iniuſtas.* facit, *c. ſacro. ſupra eod. tit.* Fallit tamen in caſu, *c. ſtatuimus. ſupra eod. tit.* vbi ſententia lata in participes ſine monitione eſt nulla ipſo iure. † Sextò nota, *ex verſicu. caueant.* quòd illud, quod prohibetur in ſpecie, prohibetur etiã in genere. Quod tamen non ſemper procedit, ſed quo ad hanc ſententiam ex-
6 communicationis illud habet locum, vt ſic vt in ſpecie nõ debet quis excommunicari non præmiſſa monitione, ita nec in genere. † Septimò nota quod vbi excommunicatio profertur pro delicto, requiritur contumacia: & ſic ſemper talis ſententia excommunicationis ferenda erit ab homine ratione cõtumaciæ. Ad quod vide quod notat Innoc. *in c. teſtimonium. ſupra de teſti.* † Hinc etiam notabimus, quod ſententia ſuſpenſionis 7
& interdicti ſiue excommunicationis, cum hæc tria æquiparentur in princ. non debet ferri pro futuris culpis, ita nec pro præſentibus aut præteritis, niſi mora præceſſerit in facienda ſatisfactione. Concordat text. *in c. caueat. 3. q. 9.* Quod maximè procedit in ſententia excommunicationis, à qua debent præcauere iudices, ne illam proferant pro futuris culpis, præteritis vel preſentibus. Nam ſecundum Hoſtien. hic, abſurdum & iniurioſum eſſet, ſi prælatus dixerit, excommunico talẽ ſi furtum fecerit, ſi adulterium commiſerit, &c. cum ad iſta tamen patenter paratus non ſit, vel ſuſpectus. Nam & æque poſſet prælatus dicere, excommunico te, ſi aliquid facies contra præcepta Decalogi, vel contra iura canonica, quod videtur abſurdũ ſecundùm Hoſt. & Ioan. And. Et ſic idem dicendum eſt de alia ſecunda forma, de qua *hic, in verſic. videlicet.* Ex quo nullum de his tribus, de quibus in text. interuenit. † Non enim debet 8
ſimul concurrere monitio, & fulminatio, niſi ex cauſa, *vt in c. conſtitutionem. infra eod. tit.* vbi dicitur, quod debent interuenire interualli competentia dierum, de quo hic. Nec etiam diſtinguitur ſecundùm Ioan. And. an ſit tale factum, quod reſarctionem ſiue reſtaurationem recipiat, vt eſt furtum, & rapina. An ſit tale, quod non recipiat, vt homicidium, vel periurium, licet aliqui contra, & male, quia licet in iſtis non cadat reſtauratio, cadit tamen ſatisfactio, ſecundùm Ioan. Andr. ſaluo eo quod habetur, *in c. 1. ſuper glo. de exceſ. prælato.* Sed opponitur hic pro intellectu *huius verſiculi, caueant iuncto verſi. præcedenti.* & videtur, quod iſte tex. qui loquitur de preterita culpa, ſit ſuperfluus, *per §. præcedentem.* dum dicit ibi, pro præteritis culpis, &c. Solue, quod non eſt ſuperfluus, quia *in præcedente §.* ſimpliciter prohibetur ſententia ferri ſine monitione pro præterita culpa vel offenſa. Vnde per hoc dicebant quidam, quòd proferre ſententiam ſub hac forma, Excommunico omnes, qui furtum fecerint intra menſem vel aliud tempus: dicebatur canonica monitio præmitti, quaſi ille terminus menſis eſſet loco monitionis: quod an ſit verum declarat ille verſic. videlicet, ſecũdum Ioan. de ſancto Georgio, & Gemin. quia illa non dicetur ſufficiens monitio. quod nota. ¶ Glo. *in verbo, Archidiaconorum. in fin.* contra hanc gloſſ. facit text. *6. q. 3. in c. 2.* vbi dicitur, quod prouincia habet 10. vel 11. ciuitates, & totidẽ Epiſcopos, &c. & quod iudicium cauſarum ſpectat ad ipſos, & vbi habetur quòd hęc iuriſdictio ſpectat ad epiſcopos, non ad archidiaconos, de quo ſe remittunt Doct. *ad c. cum ſatis. & ad c. archidiaconi. ſupra de offic. archid.* Quod tamen archidiaconi poſſunt excommunicare, allegat hic archidiaconus multa iura loquentia etiam de inferioribus habentibus poteſtatem excommunicãdi, videlicet, *c. nemo. 2. q. 1. & c. cum ſacerdos. 24. q. 3.* Vnde reſpondetur *ad c. 2.* quòd loquitur de cauſis communibus, in quibus tã Metropolitanus quàm ſuffraganeus ſunt ordinarij, vt in cauſa Epiſcopi, presbyteri, vel archidiaconi, & alijs, quæ reſpiciunt ſtatum prouinciæ. Vel loquitur ille canon diſtributiue, vt cauſæ epiſcoporum ad Metropolitanum, inferiorum vero ad ſuũ epiſcopum referantur. Sed tu de hoc vide latius vt dixi. *in d. c. archidiaconi, & in d. cap. cum ſatis.* an tales archidiaconi habeant poteſtatem excommunicandi.

Gloſſ. *in verbo, ſententia* diuiditur in duas. In prima opponit. In ſecunda ſoluit dupliciter. ſecunda ibi, *ſententia enim.* In gloſ. *ibi, cap. vltimo.* Not. hanc glo. quæ ponit differentiam inter ſententiam latam per viam ſtatuti editi ab archiepiſcopo in concilio prouinciali, & inter ſententiam latam per viam ſentẽtię, hoc eſt ab omni, *de quo infra videbimus in verbo, futuris.*

In ea. gloſſ. *in fine.* Nota † ex hac gloſſ. ſecundum Gemi. hic, 9
quòd appellatione ſubditi comprehenditur etiam ille, qui ſit ſubditus ratione delicti, facit, *c. ſi. ſupra de foro compet. c. 1. ſupra de priuileg. eod. libr. authent. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet.* Quod intellige verum, ſi largo modo accipiatur ſubditus, ſtricte vero appellatione ſubditi venit ſolũ ſubditus ratione domicilij, ita gloſ. *in verbo, ſubditus. in Clement. quamuis. de foro compet.* notatur etiam, *in c. nuper. in gloſſ. ſupra eo. tit.* Nunquid autem archiepiſcopus † delinquens in diœceſi epiſcopi, ligetur ſta- 10
tuto ipſius epiſcopi imponente pœnam. De hoc habetur, *in d. c. vt animarum. in §. ſtatuto. de conſtitut. eod. lib.* Et per Ioan. Andr. *in regula, cui licet. infra de reg. iur. eo. lib.* & notatur, *in c. 1. ſup. de rapt.*

Gloſ. *in verbo, iniuſtas. in fine.* Quærit hic Lapus, & etiam Gemin. nunquid ſit verum indiſtincte, quòd ſentẽtia excommunicatio-

nicationis lata non ſeruata hac forma, non ſit nulla, ſed iniu-
ſta Et concludunt, quod aut loquitur de ordinario, & proce-
dit iſte text. Aut de delegato, qui profert ſententiam contra
formam huius mandati: Et tunc ſecundum eu bene eſſet nul-
lius momenti, *vt in c. ſi. ſupra de præb. & ibi de hoc.* Vel etiam ſi ipſe
delegatus excederet formam mandati ſibi dati, *c. cum dilecta de
reſcrip.* Vel poſſit etiam, quod eſſet executor gratiarum, qui ge-
neralem ſententiam proferret, ad hoc vt impediret poteſtate
ordinariorum, vt in caſu, *c. quia tuncta. ſupra de conceſ. præb.* Nam
tunc ſententia lata non ſeruata hac forma non valeret. de quo
plene habetur, *in d. c. fin. de præben.* ¶ Gloſſ. *in verbo futuris.* diuidi-
tur in duas, In prima opponit & ſoluit dupliciter, in ſecundo i-
terum opponit & ſoluit ſecunda ibi, *ſed quantum ad cauſam.*

In gloſſ. *ibi, vltimentia.* de iſtis tribus ſe remittit Ioan. And. *hic
ad notata in c. in noſtra. ſuper pilnitiz gloſſ. vbi de hoc ſupra de ſepult.*

8 In ea gloſſ. *ibi, ipſo facto,* refert Archidiaconus quoſdam te-
nere, quod tale ſtatutum epiſcopi liget ſucceſſorem. quod ta-
men non admittit ipſe Archidiaconus dicens, quod Hugo. 63.
diſtinct. in c. Adrianus. tenet contrarium. Vult tamen archidiac.
quod ſucceſſor ligetur ſententia canonis diſponentis, quod
committens actum damnatum, eius in damnatione ſe inno-
luet, *alleg. c. 1. 24. q. 1. in ſi.* ſed hoc dictum non placet hic Ioann.
And de quo tamen ſe remittit ad notata, *in c. 2. ſecundo reſponſo.
ſupra de conſtit. eod. lib.* Et ibi Ioan. Andr. ſe remittit ad regulam,
cui licet. de regu. iur. eod. lib. de qua infra aliquid dicam *In ea. gloſ. in
fine:* hæc gloſſ. conſtituit vnam differentiam inter excommu-
nicationem latam per viam ſtatuti, & excommunicationem
latam per viam ſententiæ & ſic ab homine, quia prima poteſt
ferri etiam pro futuris culpis. Et ita limitatur hic text. vt non
11 procedat in ſententia lata per viam ſtatuti. † Et eſt ratio diffe-
rentiæ in promptu. Nam de natura ſtatuti & legis eſt prouide-
re circa futura. *c. ſi. ſupra de conſtit. l. leges. C. de legi.* De natura vero
ſententiæ eſt, vt prouideatur circa præſentia vel præterita, *l. 1.
ff. de vſu.* Nimirum ergo ſi ſententia hominis ferri nō debet pro
futuris culpis. Alias etiam differentias colligunt hic doctores
inter ſententiam latam per ſtatutum, & ſententiam latam ab
homine. Nam alia poſſunt colligi ex gloſſ. *ſupra in verbo, ſenten-
tia canon. Et ibi dicit.* Item & tertia eſt differentia in poteſtate ab-
ſoluendi: Nam ſi excommunicatio ſit lata per viam ſtatuti, po-
terit Epiſcopus abſoluere à tali ſententia, quamuis tale ſtatu-
tum ſit conditum ab Archiepiſcopo vel alio, etiam ſi ſit con-
firmatum à Papa, non reſeruata abſolutione, *vt in c. ex frequen-
tibus in fin. de inſti.* De hoc etiam *in c. graue in verbo, aduerſetur. ſu-
pra de præben.* & ibi per Panorm. Sed à ſententia lata per archie-
piſcopum vel alium epiſcopum non poteſt epiſcopus abſol-
12 uere. † Quarta differentia eſt quo ad poteſtatem durationis,
quia ſententia lata per viam ſtatuti durat etiam in tempus ſuc-
ceſſoris, *c. ſi. de offic. lega.* Excommunicatio vero per viam ſenten-
tiæ, quæ nondum iniecit vinculum, non durat in tempus ſuc-
ceſſoris. de quo pulchre, *in c. à nobis. lo ortmo. ſupra eo. tit. & in c.
13 præterea. lo ſecundo. de appel.* † Quinta differentia eſt, quia excom-
municatio lata per ſtatutum, non præcedente monitione, te-
net, & ſic non eſt neceſſaria monitio. Quod tamen ſecus eſt in
ſententia hominis, quia requiritur monitio. alias punitur, *vt in
14 c. ſacro. ſupra eod. tit. & hic etiam.* Sexto differunt, quia ſicut valet
ſtatutum ſine ſcriptura, vt dixi, *in c. 1. de renuncia. eod. lib.* eodem
modo valebit talis ſententia lata per tale ſtatutum. per ea quæ
nět. Ioan. And. *in regula, nemo plus iuris infra de regu. iur. in mercu-
riali.* dixi vobis *ſupra in c. 1. in §. penult.* in ſententia vero requiritur
ſcriptura, vt eſt text. *in d. c. 1. in verſic. quiſquis. ſup. eod. tit. & lib.* Et
15 facit, *c. ſi. ſupra de re iud. eo. lib.* † Septimo differūt, quia ſtatutum
fieri poteſt ſine cauſæ cognitione maxime contentioſæ: Hinc
eſt, quod ſtatutum fieri poterit die feriata & valebit: Secus eſt
in ſententia excommunicationis, quia non debet ferri die fe-
riata, quia requiritur cauſæ cognitio in ea, *arg. eorum quæ not. ſu-
pra c. vt animarum. in §. ſtatuto. de conſtit. eod. lib. & in d. c. à nobis. ſi-
16 mul quæ notantur in c. ap. fin. ſupra de elect. eod. lib.* † Octauo diffe-
runt, quia ſtatutum non ligat extra territorium, & per conſe-
quens excommunicatio lata etiam per viam ſtatuti non liga-
bit ſubditum extra territorium delinquentem. *vt in d. §. ſtatuto*
Sed excommunicatio ſpecialiter lata per viam ſententiæ bene
ligabit ſubditum exiſtentem extra territorium, tex. eſt, *in c. Ro-
mana. in fin. ſup. de appell. eod. lib.* Poteſt addi & alia differentia
ſecundum aliquos, vt excommunicatio lata per ſtatutum li-
get ſuperiorem, & ſucceſſorem. quem nullo modo poteſt ligare

ſententia ſecundum omnes. hanc tamen differentiam impro-
bat Ioan. And. *in regula, cui licet. in quæſtione mercuriali infr. de reg.
iur.* ad quam etiam Ioan. Andr. ſe remiſit, *ſupra in hac eadem glo.*
Et ex his remanet expedita hæc gloſ. Et has differentias etiam
ponit hic Ioan. And. *in nouella,* & poſt eum Gemin.

Gloſſ. *in verbo, mora in fin* doctor. etiam addunt aliud exem-
plum, videlicet, quando primus terminus fuiſſet datus ab ho-
mine non a lege, vt quia iudex præcepiſſet alicui, vt infra 20.
dies ſolueret quod debebat. Nam tunc lapſo illo termino po-
tuit iudex poſtea mandare, vt infra certum terminum ſoluat,
alias ſit excommunicatus. † Eſt tamen dubium, an teneat ap- 17
pellatio pendente ſecundo termino. Hoſtienſ. primo arguit
quod ſic *per d. c. præterea. ſupra de appellat.* poſtea tamen determi-
nat contrarium, dicens, quod decretalis illa intelligitur, quā-
do infra primum terminum, vt puta infra 10. dies à tempore e-
miſſi mandati vel ſententiæ appellas, alias non poterit appel-
lans releuari per appellationem, † quia mandatum lapſo de- 18
cendio tranſit in rem iudicatam. *c. quoniam. ſupra de appel. c. quod
ad conſultationem. ſupra de re iudic.* de quo tamen hic Ioan. Andr.
in nouella, ſe remittit ad notata, *in d. c. præterea.* ubi autem dicitur
quod ſi iudex excommunicat aliquem, niſi ſoluat centum vſ-
que ad annum, quod vnicum erit mandatum. Quomodocū-
que ergo appelletur infra annum, releuabitur quis nō ſolum
ab excommunicatione ſed etiam ab executione mandati. Sed
ſi cum prius iudex condemnaret, & poſt condemnationē ad-
dat, quod niſi ille ſoluat infra menſem, ſit excommunicatus,
tunc ſecundum Innoc per appellationem infra 10. dies inter-
poſitam releuabitur ab excommunicatione & condemnatio-
ne Si vero poſt 10. dies appellas, releuabitur ſolum ab excom-
municatione, ſed non à condemnatione, quæ per lapſum de-
cem dierum tranſiuit in rem iudicatā. Hinc eſt, quod licet te-
neat condemnatio, grauari tamen poteſt in executione, vt ſi
fieret executio infra tempus datū à iure, vel ſi alio modo gra-
uaretur, propter quod ſi iuſtificaretur ipſa appellatio, impedi-
retur effectus excommunicationis.

Gloſſ. *in verbo, cauſa, in fin.* doct. hic dant etiam alia exempla,
in quibus ſubeſt rationabilis cauſa, verbi gratia, pone quod e-
piſcopus moneat quoſcunque cruce ſignatos, vt debeant cru-
cem deferre ante ſe publice ſub pœna excommunicationis, ad
hoc vt alij inuitentur eorum exemplo. Vel pone, quod Epiſco-
pus moneat quoſcunque participantes cum hæreticis, vel illis
fauentes ſub excommunicationis pœna, vt *in c. excommunica-
mus. §. credentes. ſup. de hæreticis.*

Vel tertio ſecundum Ioann. Andr. poteſt poni exemplum,
quod frequentiſſime practicatur, videlicet quādo conſentit il-
le in quem fertur excommunicatio, vt continue ſeruatur in
recipientibus mutuum, qui ſponte recipiunt præceptum ſub
excommunicationis pœna, niſi ſoluerit infra tale tempus, vt
ex nunc incurrant ſententiam excommunicationis. Ad quod
facit reg. *ſcienti. & volenti. infra de regu. iur.* Nam illa erit ſuffi-
ciēs cauſa, vt quis pro futura culpa poſſit excommunicari pro
eo, quod ad tempus ſtatutum non ſoluit, & illud maximè pro-
cedit propter voluntatem ſpontaneam eius, qui ipſam ſenten-
tiam excommunicationis in ſe ſuſcepit eo caſu, quo nō ſoluet.
† Addit etiam Lapus ea quæ not. Ioan. And. *in c. ſi ſacerdos. ſupra 19
de offic. ordin. in verbo, indeterminate.* vbi dixit Ioan. And. quod ra-
tionabilis cauſa ferendi generalem excommunicationem eſt
incertitudo perſonæ: Et ita tranſit hic Gemin.

REPETITIO
IN CAP. VNIVERSITATEM.
De Senten. Excommun.

Præclariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis non eſt ferenda in vniuerſitatem.*
At vbi aliqui de vniuerſitate vel collegio ſint culpabiles, poterit in eos proferri, & pœna tenebit ſuos auctores tantum.
3 *Quod eſt de vniuerſitate non eſt ſingulorum.*
4 *Interdictum vniuerſitatis quo caſu reſpiciat ſingulos.*
5 *Mandatum factum capitulo intelligendum eſt, vt canonici & alia membra capituli exequantur.*

 6 *Vni-*

6 *Vniuerſitas ſi non vult conſtituere ſindicum, an poſſit procedi contra eam, ſindico non conſtituto.*
7 *Excommunicatio quomodo ferri poſſit in vniuerſitatem.*
8 *Notorietas facti permanentis eximit quem à crimine, & declarat ſententiam fuiſſe nullam, ſi apparet delinquentem non potuiſſe delinquere.*
Secus ſi notorietas fuit facti tranſeuntis.
9 *Notorietas actus tranſeuntis requirit aliqualem informationem: ſecus in notorietate actus permanentis.*
10 *Excommunicatio nunquid debeat ferri nominatim in culpabiles vniuerſitatis, ſine alia monitione, & ſic an ſufficiat monitio facta ipſi vniuerſitati in genere.*
11 *Mandatum ſpeciale requiritur in agente nomine vniuerſitatis.*
12 *Appellatio interpoſita per aliquos de capitulo nunquid habebit defendere omnes de capitulo tam in genere quàm in particulari, & ſic tam culpabiles, quàm non culpabiles.*
13 *Principali ſublato, dicitur etiam ſublatum acceſſorium.*
14 *Dictio, penitus, eſt ablatiua in totum poteſtatis ipſius proferentis ſententiam, & quid importet. num. 18.*
15 *Exceptio nullitatis contractus ex defectu poteſtatis, poteſt ſemper opponi.*
16 *Vniuerſitas vnde dicatur, & vnde collegium.*
17 *Sententia excommunicationis quare non ſit ferenda in vniuerſitatem vel collegium.*

CAP. VI.

1 VNIVERSITATEM. † Nota primo ex iſto tex. in princ. ſui,
quòd ſententia excommunicationis non eſt ferenda in
vniuerſitatem, & ratio ſubijcitur in textu, quia licet aliqui de
vniuerſitate ſint culpabiles, non tamen debet tota vniuerſitas
puniri, quia nonnunquàm contingeret, non culpabiles illa-
2 queari, quod non eſt admittendum. Secundo nota, quòd † v-
bi aliqui de aliquo collegio, vel de vniuerſitate ſint culpabi-
les, poterit ſententia excommunicationis in eos proferri, & ſic
pœna tenebit ſuos authores, *cap. quæſiuit. de his, quæ fiu. à prælat.*
Sed pro intellectu literæ opponitur, contra rationem huius
text. *ibi, nonnunquam contingeret, &c.* quia ex quo profertur ex-
communicatio in vniuerſitatem, non dicuntur innodari ſin-
3 guli de vniuerſitate, quia † quod eſt de vniuerſitate non eſt
ſingulorum, *l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. canonizata 12. q. 2. qui manumittitur. de quo in c. cum omnes. de conſtit. vbi
plene de hac materia.* Et per legiſtas, *in l. in tantum. §. vniuerſitatis.
ff. de rerum diui.* Et ſic non videtur bona hæc ratio poſita in text.
Vnde Hoſtien. reſpondebat ad text. quòd iſta ratio non debet
poni hic, ſed in fine literæ ibi, dum dicit, quos culpabiles eſſe
conſtitit. & ſic vt ſoli culpabiles puniantur, ne ligentur inno-
xij. Sed certè illa tranſpoſitio literæ violat literarum, imo nec
bene adaptatur, *ad verſic. ſequentem* propter aduerſatiuam, ſed,
quæ aduerſatiua habet aduerſari in facto, propterea Io. And.
hic aliter locutus eſt, dicens, quòd imo etiam ſingulares de v-
niuerſitate ligarentur ſententia lata contra vniuerſitaté, quo-
niam alias talis ſententia eſſet fruſtratoria. Nam quando † a-
4 gitur de materia ſecundum eum, cuius vniuerſitas corpus vel
collegium non eſt capax, interdictũ vniuerſitatis reſpicit ſin-
gulos, vt eſt text. *in c. ſi ſententia. in §. fin. infra eod. tit.* Hinc eſt ſe-
cundum Innocen. quòd ſi cõtra aliquod capitulum impetra-
rentur literæ, quòd cogantur ad receptionem alicuius, licèt
reſcriptum non ſit impetratum contra ſingulos, ſed contra ca-
pitulum; tamen prælatus coget ſingulos canonicos ad illius
receptionem, pro quo ſcriptum eſt. Nam mandatum factum
5 † capitulo intelligendum eſt, vt canonici & alia membra ca-
pituli exequantur, *cap. pro illorum. de præben.* Nam clarum eſt,
quòd capitulum eſt quoddam intellectuale, quod nihil face-
re poteſt niſi per ſua membra, idem ſi mandaretur delegato,
vt cogeret aliquam vniuerſitatem ad aliquid faciendum, puta
ad ſolutionem certi debiti, vel venditionem, vel permutatio-
nem faciendam; vel aliquid aliud ſimile. Nam delegatus co-
get membra vniuerſitatis illi mandato præſtare conſenſum. Et
idem dicendum eſt de omnibus alijs, quæ conſiſtunt in facto,
& quæ per vniuerſitatem fieri non poſſent, quia expedientur
per membra ipſius vniuerſitatis. Quid etiã ſit de aliquo extra-
neo impediente ipſam vniuerſitatem implere id, ad quod te-
netur ipſa vniuerſitas, & qualiter poteſt procedi contra eum
vel puniri, ſe remittit Innoc. *ad c. ſane. lo 2. de offic. deleg.*

Ea igitur ſit concluſio, ſecundum Ioan. And. hic, quòd ſi a-
licui eſt commiſſa certa cauſa alicuius vniuerſitatis, & immi-
neat aliquis actus expediendus per ipſam vniuerſitatem, & re-
quiratur conſenſus eorum de vniuerſitate, tũc ſecundũ Ioan.
And. poterunt ipſi de vniuerſitate cõpelli in tali actu præbere
conſenſum, vt puta ſi agatur de ſindico conſtituendo. Nã po-
terunt compelli ad præſtandum conſenſum, ſiue in faciendo
procuratoré ſiue in cõſtituendo ſĩdicũ. Et ita tranſit hic Gemi.
† Sed adde, quæ notat Bart. *in l. 1. C. de iure reipublicæ. lib. 11.* & 6
ibi etiam pulchre per Angel. *in addit.* ad Bart. vbi quærit Barto.
quid ſi vniuerſitas nõ vult conſtituere ſindicum, an poſſit pro-
cedi contra eam, ſindico non conſtituto. Et tenet ipſe quòd
ſic, alias ſequeretur quòd eſſet in poteſtate illorum de vniuer-
ſitate, non ſoluere debita, vel facere ea, ad quæ tenentur. Ad-
de etiam notata per Bald. *in l. etiam. in 5. col. C. de execu. rei iud.* vbi
tractat Bald. qualiter citari debet vniuerſitas, de quo memini
me alias dixiſſe & ibi tradidiſſe multas quotas, *in c. ſi capitulum.
in gloſ. facta. ſupra de conce. præben. eod. lib.*

Cum ergo quæritur, an ſententia cenſuræ poſſit ferri in v-
niuerſitatem. Diſtingue, quod aut loquitur in ſententia ſuſpẽ-
ſionis, & illa poterit. *vt in c. non eſt. ſupra de ſpon.* Aut loquitur de
ſententia interdicti, & illa etiam poterit ferri in vniuerſitaté,
& lata in vniuerſitatem comprehendit ſingulos de vniuerſita-
te, *vt in d. c. §. ſi ſententia. in §. fin.* Aut loquuntur de ſententia ex-
communicationis, & non poterit, vnde hoc eſt hic cafus. An
autem ſententia excommunicationis lata in vniuerſitatem,
licet proferri non debuerit, valeat ipſo iure, videbimus, *infra,
in gloſſ. in verbo, penitus.* Non obſtant modo contraria ſuperius
allegata per Hoſtienſ. impugnantem rationem text. quia illa
contraria loquuntur in materia, quæ non concernit ſingulos
vt ſingulos de vniuerſitaté, ſed totam vniuerſitatem in gene-
re. Quia tunc procedit illud, quod eſt vniuerſitatis nõ eſt ſin-
gulorum, de quo, *in d. c. omnes.* vt puta ſi ageretur de aliqua iu-
riſdictione competente vniuerſitati, vel de aliqua dignitate
ſeu honorantia in genere, quia iſta non concernunt ſingulos,
ſed corpus ipſius vniuerſitatis. Secus eſt, quando materia eſt
talis, cuius non eſt capax ipſa vniuerſitas vel collegium in ge-
nere, quia tunc in tali materia interdicta vniuerſitate intelli-
gerentur interdicti ſinguli de vniuerſitate. Hinc eſt, quòd ex-
communicatio non poteſt proferri in ipſam vniuerſitaté, quia
excommunicatio ligat animam, *vt in c. audi. 11. q. 3.* Sed vniuer-
ſitas non habet animam in genere, vt inquit gloſſ. *in d. c. ſi ſententia.* Ergo bona erit ratio poſita in textu noſtro. Nam ſi talis
ſententia poſſet ferri in vniuerſitatem, ligarentur abſentes, in-
fantes, & anniculi, quod eſt abſurdum. † Poterit tamen iuſte 7
ſic proferri, Excommunico omnes illos de vniuerſitate, qui
mandato meo fuerint rebelles, ſecundum Ioan. And. hic. Sed
modo opponitur contra text. *de d. c. non eſt. ſupra de ſponſa & de d.
c. ſi ſententia,* vbi ſentẽtia interdicti, vel ſuſpẽſionis poteſt pro-
ferri etiam contra vniuerſitatem. Soluunt doct. vt dixi ſupra,
quòd illa iura loquuntur in ſuſpenſione vel interdicto, in quo
interdicto poteſt quis pro delicto alterius puniri, ideo nimi-
rum, ſi tales ſententiæ proferri poſſunt contra vniuerſitatem.
Secus autem in ſententia excommunicationis, quæ proferri
non debet ſine culpa vel offenſa ipſius excommunicandi. Sed
quærunt hic doctores, quid ſi aliquis excommunicetur ex ali-
qua culpa, quam non commiſit, vel committere poteſt, verbi
gratia, accuſatur † infans de adulterio, vel eunuchus, hoc eſt, 8
carens genitalibus, qui dicitur grauidaſſe moniale, & per hoc
excommunicatur, nunquid talis excommunicatio habebit eũ
ligare, vel erit nulla. Ioan. And hic ſe remittit, *ad tit. de confeſſu.
§. 2.* Refert autem hic Archid. dixiſſe, quòd ſi iſta concurrant,
quòd tale quid nõ commiſerit, nec committere potuit, & hoc
ſit notorium facti permanentis, quòd illud tale delictum ipſe
non poterit committere, tunc talis excommunicatio erit nul-
lius momenti, quia talis notorietas habet illum eximere à cri-
mine, & declarare ſententiam fuiſſe nullam, *arg. c. inter cæteras.
de re iudic. Clem. paſtoralis. in verſic. piſana. eod. titu.* Ad quod facit,
quia ſicut notorietas delicti non habet excuſare appellantem
imo habet illum ex toto repellere, *vt in c. peruenit. c. cum ſit. ſupra
de appel.* Ita à contrario notorietas quòd non deliquit neq; po-
tuit delinquere, habebit reddere hanc ſententiam nullã. Sed
vbi hæc tria non concurrerent, licet concurrerent duo, quòd
ipſe non commiſerit nec committere potuit. Et tamen hoc nõ
eſt notorium facti permanẽt, ſed eſt notorium actus ſiue facti
tran-

tranſeuntis, & tunc benè valebit huiuſmodi ſententia, licet ſit iniuſta. Ita viſum eſt diſtinguere hic Archid. Sed hoc vltimum non placuit hic Ioan. Andr. quia non eſt facienda differentia, an ſit notorietas facti tranſeuntis, an permanentis, de qua notorietate loquitur pleniſſimè, *in cap. veſtra*, maximè per Bern. *in cap. de coha. cleric. & mulie. & in cap. quoniam. de elec. prebyterorum*. Licet aliquis vestrum poteſt dicere, quod in hoc poteſt reddi
9 aliqualis differentia. Nam † ſuper notorietate actus tranſeuntis erit recipienda ſaltem aliqualis informatio, *argumento eorum quæ notantur per gloſſ. in cap. ſupra de offic. deleg. eod. lib.* Quod ſecus eſt in notorietate actus permanentis, quia in ea non requiritur aliqua probatio ſiue informatio, *cap. tua nobis. de accuſat. & plenium in d. cap. veſtra*. Ioan. tamen Andr. concludit vtroque caſu ſententiam nullam. Ad quod poſſent adduci multa ſimilia, de quo hic per Ioannem And. & Genin. Faciunt quæ habentur, *in c. ad corrigendum. ſupra de re iudic.* Adde etiam vnum quod dixit Lapus hic, dignum nota. quod ſi impubes vel genitalibus carens accuſaretur de adulterio, & accuſatus confiteatur ſe illud commiſiſſe, quod non tenet huiuſmodi confeſſio, ex quo illud committere non potuit, quod facit ad notata per gloſſ. magnam, & ibi Bald. *in l. unica C. de confeſſ.*

Sed hic cadit dubium ſatis notabile, dicitur hic, quod vniuerſitas excommunicari non poteſt, ſolùm exiſtentes culpa-
10 biles in vniuerſitate. † Nunquid ergo illi, qui ſunt culpabiles, poſſunt excommunicari nominatim ſine alia monitione, & ſic nunquid ſufficiat monitio facta ipſi vniuerſitati in genere, ad hoc vt culpabiles exiſtentes in vniuerſitate ſine noua cauſæ cognitione ſiue alia monitione poſſint excommunicari. In hoc ſunt variæ opiniones doctorum. Innocent. & Hoſtienſ. hic videntur voluiſſe, quòd non poſſit excommunicari ſine noua monitione, ita quòd non ſufficiet monitio facta in genere ipſi vniuerſitati. Et ſic voluit iſti doctores, quòd prius debent moneri, & contra eos cauſa cognita procedi, *cap. nemo. ſecunda q. 1. cap. ſacro. ſupra eod. c. cum ſi.* nec ſufficit præcedens requiſitio vniuerſitatis, ſecundum eos. Et mouentur iſti, quia alia eſt cauſa communitatis vel capituli, alia ſingulorum, *d. c. ap. quæ monumentum 12. quæſt. 2.* Quid enim attinet ad ſingulares, ſecundum iſtos, ſi capitulum non vult recipere aliquem in canonicum, vel ſi capitulum citatum non vult comparere? imò & ſi veniret aliquis ſingularis de capitulo non admitteretur ſine mandato vel cautione de rato. Et ſic ſingulares de capitulo non poſſent expedire ea, quæ pertinent ad capitulum ſine mandato, *vt in c. 1. & 2. de his, quæ fi. à maio. par. capituli.* Pro quibus faciunt ea quæ habentur in hac materia, *in cap. ſi capitulum. de conceſſ. preben. in princip. eodem lib.* iunct. remiſſionibus & quotis, quæ ibi habentur, & dixi ibi multa. Et in hac ſententia videtur etiam eſſe Ioan. Monach. vt requiratur noua monitio & cauſæ cognitio, in eo quod dixit, quòd quando ipſi culpabiles aliter ſunt puniendi, tenenda eſt doctrina tradita, *ſupra eodem in § i. caueant.* Et ſic ſentit, quòd requiratur monitio ipſorum. Alij verò ſecundum Innocent. quos videtur ſequi hic Ioann. And. *in nouella, dixerunt*, quòd authoritate iſtius conſtitutionis iudices poterunt tales excommunicare ſine noua cauſæ cognitione, dummodo conſtet illos eſſe culpabiles. Et dicunt ipſi, quòd finis iſtius literæ hoc ſolū requirit, dum dicit, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur. Sed vbi de culpa non conſtaret, tunc iudices abſtinere debent ab huiuſmodi excommunicatione, quam ſi proferre voluerint, debent tunc illos vocare, *cap. nos in quemquam. & c. nemo. 2. q. 1.* Et cum hac ſententia tranſit hic Ioan. And. Ex quibus ſtat concluſio, quòd culpabiles exiſtentes in vniuerſitate, dummodo conſtiterit illos eſſe tales ſine noua monitione poterunt excommunicari, ita quòd ſufficiet præcedens requiſitio vniuerſitatis ipſius. Neque obſtant in contrarium allegata, quia eo ipſo quod requiritur vniuerſitas, quando materia eſt talis, quæ comprehendit nedum vniuerſitatem in genere, ſed ſingulos de vniuerſitate, tunc monitio facta vniuerſitati dicitur eſſe facta ſingulis. ad hoc, ne ſententia ipſa reddatur deluſoria, iuxta id quod dixit
11 gloſſ. *in eiſ ſententia. in §. vltimo. infra eod. tit.* † Infertur etiam ex prædictis, quod ſi aliquis de vniuerſitate agere velit nomine vniuerſitatis, requiritur ſpeciale mandatum, *vt in c. 1. 2. & 3. ſupra de his, quæ fiu. à maio. par. capituli.* Et ſic vnus de vniuerſitate non admitteretur ad agendum ſine mandato, vel ſaltem ſine
12 debita cautione, vt ſentiunt hic doctores. Sed dicet † aliquis pro intellectu præcedentium, nunquid appellatio interpoſita per aliquos de capitulo, habebit defendere omnes de capitulo, tam in genere quàm in particulari, & ſic tam culpabiles quàm non culpabiles, ita quòd excommunicatio lata dicatur nulla, ſecundum *dicta ſupra in c. ſolet. eod. titu. & lib.* & quod habetur, *in text. c. per tuas. ſupra eodem tit.* Ioan. And. videtur velle quòd ſic, vt talis appellatio defendat etiam culpabiles & illos in quos ante appellationem potuiſſet ferri ipſa ſententia. Quod procedit, ſi iudex erat delegatus, quia ſublato † principali, 13
hoc eſt commiſſione facta in cauſa vniuerſitatis, dicitur ſublatum ipſum acceſſorium, per regulam iuris, *acceſſorium. infra de reg. iur.* Sed ita eſt, quòd per iuſtam appellationem interpoſitam ab vniuerſitate ſiue nomine vniuerſitatis ille deſinit eſſe iudex, cum cauſa ipſa deuoluatur ad ſuperiorem per appellationem, ergo appellatio proderit omnibus de ipſa vniuerſitate. Item ſecundum Ioan. And. idem erit dicendum, ſi iudex ſit ordinarius, à quo ſit appellatum, cum per appellationem negotium, de quo agitur, deferatur ad ipſum ſuperiorem, Ergo relinquitur, quòd ſingularem canonicum ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus præcedente dicta appellatione legitima, excōmunicare non poterit, *q. 6. c. multum. cap. licet. ſupra de offic. lega.* Hinc eſt, quòd ſi proceſſum ſit ad excommunicationem pendente dicta appellatione, vt quia illa non obſtante excommunicauerit aliquem de capitulo. vel de vniuerſitate, Certe poterit capitulum petere dictam ſententiam pronunciari nullā, ſi intereſt ipſius capituli, vt quia nomine capituli ille ſingularis de capitulo aliquid fecerit vel aliquid attentauerit defendendo capitulum, propter quod ille erat excommunicatus. Item poterit capitulum petere talem ſententiam pronunciari nullam, ſi fortè capitulum diffamabatur propterea, quod ſuus canonicus ſit denunciatus excommunicatus, vel ſi ſubdit alia iuſta cauſa, *l. 1. in § ſi vero ff. de ſeri. c. dilectis, el 2. ſupra de appellat.* Si tamen capitulum vellet allegare ſententiam excommunicationis latam in canonicum, nullam, non audietur, niſi prius ille canonicus peteret abſolutionem, *d. cap. per tuas.* Et hæc omnia, quæ dixi de excommunicato pro capitulo vniuerſitate vel collegio, habent hæc eadem locum in rectoribus ciuitatum. ſi contingeret illos excommunicari pro ciuitatibus, vel etiam ſi eſſent officiales caſtrorum, vel villarum, vendicarent ſibi locum prædicta, vt ciuitates vel caſtra poſſint aſſumere defenſionem pro ſuo officiali ſic excommunicato, vt dixi ſupra de perſona particulari capituli excommunicata pro ipſo capitulo.

§ Gloſſ. *in verbo, penitus, ibi, dicunt quidam.* in hac ſententia fuit Hoſtien. dicens, quod hoc probatur expreſſè, *in hac litera in dictione, penitus.* quia † iſta *dictio, penitus,* eſt ablatiua in totum 14
poteſtatis ipſius proferentis ſententiam. Et conſequenter ſententia poſtea lata per eum videtur lata à non habente poteſtatem, ergo nulla, *iuxta ea quæ abundè dicta ſunt in rubrica huius tituli.* Facit, *c. at ſi clerici. de iudic.* Nam defectus poteſtatis poteſt quandocunque opponi. Ad quod vide gloſſ. *in cap. cum in iure peritus. de offi. deleg.* quæ dixit, quòd ſicut ſententia eſt ſeruanda, ita & commiſſio. Facit gloſſ. *in Clement. vnica. de ſequeſt. poſſ.* vbi dixit gloſſ. quod † exceptio nullitatis cauſata ex defectu po- 15
teſtatis, poteſt ſemper opponi. de quo ibi. Hanc eandem ſententiam tenuit Archidiac. & Ioan. Monach. idem & Francis. Vercellenſ. addens, quod hoc eſt priuilegium vniuerſitatis, vt contra illam ſententia excommun. canonis, lata non valeat, argument. *cap. quia in cunctis. in § ex parte. ſupra de conceſſ. præbend. & cap. volentes. infra de priuileg.* Ad idem facit in ſimili ſecundum Ioan. Andr. quòd ipſe notat, *in cap. p... ſuper gloſſ. licet enim. ſupra de except.* & quod idem Ioan. And. notat, *in cap. Romana in §. penult. ſuper gloſſ. licet. in verbo, accedent. ſupra de offic. ordin.* † 16
Hinc dixit Ioan. Monach. diſtinguendo, quid ſit vniuerſitas collegium, & vnde dicatur, quod vniuerſitas dicitur ab vno, & verſum, quaſi in vnū verſum. Idem dicitur de collegio, quod eſt collectio plurium. Ad idem officium deputatorum. † Sed 17
ita eſt, quod vniuerſitas ſiue collegium non poteſt adaptari ſententiæ excommunicationis, cum collegium ſiue vniuerſitas in genere ſit quædam perſona ficta inanimata, & ſic non eſt capax iſtius ſententiæ. Nam ſecundum Philoſophū, actus actiuorum non cadunt niſi in patiente bene diſpoſito. Sed vniuerſitas & collegium non habent materiam diſpoſitam in recipienda excommunicatione, quia eſt quoddam genus inanimatum, ſiue inanimata: ergo ſententia lata contra ipſam erit nullius momenti. Et ita ſentiunt iſti, quos refert hic gloſſ. *in*

genere. ¶ In ead. gloſſ. *in fin.* Bernard. cum quo videtur tranſire gloſſ. ſecutus eſt hanc partem, vt videlicet iſta ſententia valeat ipſo iure. ¶ Ioan. And. hic nihil vltra dicit, ſed ſe remittit hic ad notata, *in gloſſ. præalleg. in d. c. Romana. in § penult* dicens, quod ibi videatur ſolutio huius dicti Et certè Ioann. And. ibi tenet, quod ſententia excommunicationis lata contra prohibitionem iuris valet, niſi adſit clauſula decreti. Et ſic videtur reſidere ibi cum hac gloſſ. *in fin.* & cum ſententia Bernardi. † Sed profectò huic vltimæ opinioni multum obſtat *dictio, penitus, poſita in tex.* quæ dictio videtur importare, quod ex toto non valeat huiuſmodi ſententia, vt notatur *in cap. vnico. ſupra de poſtulat. prælat. eod. lib. in verbo, penitus. & in cap. 1. ſupra de ſupplen. neglig. prælat.* quaſi hæc dictio, penitus, habeat vim decreti annullatiui. Quo in caſu ſi eſſet clauſula decreti, nõ eſt dubium, quod ſententia eſſet nulla, vt legitur, & notatur *in d. cap. Romana. in §. pen. in gloſſ. præalleg.* Gemin. hic pro concordia opinionum videtur diſtinxiſſe, vt in hoc debeat attendi intentio proferentis ſententiam, & ab eius intentione reguletur validitas ſententiæ, vel nullitas in caſu iſto. Nam aut intentio ipſius proferentis ſententiam hanc fuit ligare vniuerſitatem in genere, & non ſingulares de vniuerſitate: Et tunc procedat opinio Hoſtien. Ioan. Monach. & Archid. vt talis ſententia ſit nulla. Aut ſecundo intentio proferentis fuit ligare etiam ſingulos de vniuerſitate: & tunc procedat opinio Ioan. And. & gloſſ. Bern. hic, quia valebit ſententia quamuis ſit iniqua. Quicquid dicit Gemin. hæc ſua diſtinctio non videtur bona. per ea quæ dicta ſunt ſupra in ſuperioribus, & per id quod dicitur, *hic in gloſ. noſtra.* Nam cum vniuerſitas & collegium non ſit materia capax ad recipien. talem ſententiam, ergo ſententia lata contra vniuerſitatem habebit comprehendere ſingulos de vniuerſitate, & ſic non debet attendi intentio proferentis quo ad hoc, ex quo adeſt talis materia, cuius ipſum corpus non eſt capax. Vnde hic articulus remanet dubitabilis, an talis ſententia valeat vel ne. vos cogitabitis; quia Doctor. hic nihil vltra forte quod in iudicando opinio gloſſ. hic haberet multum authoritatis, *iunctis his quæ habentur, in d. cap. Romana. in §. penult. in d. gloſſ.* licet multum obſtet hæc *dictio, penitus.* Hic dicitur de ſententia excõmunicationis: quid de alijs pœnis? & an vniuerſitas poſſit delinquere, & puniri. de hoc hic aliquid per Innocen plus per Anchar. alleg Bart. *in l. aut facta ff. de pœnis.* optime diſtinguentem Poſt ſcripta Doctorum, *in hoc §. in vniuerſitatem.* poſſet hic tractari quid ſit ſinodus, quid concilium, & quid conuentus: de quibus habetur per Iſydo *in lib. Ethimologiarum, & transſumptiue. 15. diſtinct. in cap. 1. in fin.* Et aliquid etiam hic per Ioann. Monach. *& in dictis locis,* videte, quia plura habentur, *in d. locis.* ¶ Sequitur famoſa decretal. dilecto.

REPETITIO IN CAP. DILECTO.

De Senten. Excommun.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Vim vi repellere cuicunque licet.*
2 *Defenſio eſt de iure naturæ; quam ſupremus princeps auferre non poteſt.*
3 *Naturalia immutabilia ſunt.*
4 *Bellum indicere vnicuique eſt licitum per viam defenſionis.*
5 *Bella ſeptem.*
6 *Iudici procedenti non ſeruato iuris ordine poteſt reſiſti.*
7 *Proceſſus inquiſitionis etiam ſecundum leges dicitur legitimus.*
Et an dicatur ordinarius vel extraordinarius num. 8.
9 *Iudex habet latrones habenas, quando procedit ex officio quam quando procedit ad inſtantiam partis.*
10 *Iudicibus male procedentibus ad ea, quæ ſibi commiſſa non ſunt, poteſt reſiſti, & contra eos interdictum vnde vi.*
Secus in his, quæ commiſſa ſunt eius officio.
11 *Verba ſunt propriè intelligenda.*
12 *Prælatus poteſt ſe tueri contra potentiam ſæcularem nedum gladio temporali, ſed etiam ſpirituali.*
13 *Inferior ab epiſcopo poteſt ſententiam interdicti ferre.*
14 *Excommunicatio quando fertur ad tuitionem vel defenſionem ſui, non eſt neceſſaria monitio.*
15 *Sententia cenſuræ qualiter dicatur contemni.*
16 *Excommunicatus poteſt intrare eccleſiam cauſa prædicationis audiendæ, qua audita debet recedere.*
17 *Excommunicatio dicitur gladius ſpiritualis & mucro eccleſiæ.*
18 *Eccleſia duplicem mucronem habet. ſpiritualem ſcilicet, & temporalem.*
Mucro ſpiritualis duplex.
19 *Inferior ab epiſcopo poteſt excommunicare.*
20 *Pro iniuria repellenda licitum eſt cuilibet ſuum impartiri officium, nedum pro propria, ſed etiam vicini vel proximi.*
21 *Societas ſeu quoddam fraternitatis habet.*
22 *Proximum qui non defendit ab iniuria, cum poſſit, dicitur particeps delicti.*
Et quid ſi video clericum verberari, & cum potuiſſem non prohibui, an incidam in ſententiam excommun.
23 *Clericis licitum eſt implorare brachium ſæculare pro tuitione & defenſione ſpiritualis poteſtatis: & contra ſæcularibus pro tuitione temporalis poteſtatis brachium ſpirituale.*
24 *Clericum percutere defenſionis gratia, vel etiam interficere ex cauſa nunquid ſit licitum.*
Et quid ſi pro defenſione aliorum quis percuſſerit clericum vel vulnerauerit, an incurrat ſententiam excommunicationis. numer. 25.
Et quid ſi pro defenſione rerum ſuarum.
26 *Clericus aliquem occidens ad defenſionem ſuorum efficitur irregularis: ſecus ſi ad defenſionem ſui ipſius.*
27 *Clerico celebranti inuaſo, an ei ſit licitum dimiſſa miſſa ſe defendere: & ſi ſe defendendo occiderit aliquem, an ei liceat continuato officio celebrare.*
28 *Peccatum non incurrit, qui legis authoritate aliquid facit.*
29 *Baptizans infantem, qui eſt in mortis articulo, ſi inuadatur, quid ſit præeligendum de iure, an perficere ſacramenti collationem, ne decedat puer ſine baptiſmo, & ipſe occidatur; an mortem propriam euadere, & dimittere puerum mori ſine baptiſmo.*
30 *Vim vi repellere nunquid liceat de iure diuino.*
31 *Irregularitas quid differat ab excommunicatione.*
32 *Dictio, omnis, eſt vniuerſalis, non tamen includit niſi ea, quæ ſunt proportionabilia materiæ, in qua profertur.*
33 *Furem nocturnum occidere licet, quando bona aliter ſeruari non poſſunt.*
34 *Pater occidendo filiam adulteram, vel maritus vxorem, peccant grauiter in foro animæ. & eius imponitur grauis pœna.*
35 *Clerici nunquid poſſint aſſumere arma.*
36 *Iniuriam propriam vlciſci nemo poteſt, ſed bene poteſt aduerſus iniuriam ſe tueri.*
36 *Res violenta non præſcribitur, niſi prius purgato titulo.*
37 *Raptor, ſi ſtatim non reſtituat rapinam, poteſt incontinenti excommunicari, etiam non præmiſſa monitione.*

CAP. VII.

DILECTO. Gloſſ. prima ſummat & non diuidit. poteſt autem diuidi in tres partes principales, in prima ponitur allegatio, & quædam generalis concluſio. In ſecunda infertur ex ipſa generali concluſione ad ſpecialem determinationem. In tertia hanc ſpecialem determinationem fortificat per argumentum à minori. ſecunda ibi, & quoniam. tertia ibi, & quidem. ¶ Doctores omnes hic exordiuntur, ſequentes Hoſtienſ. quòd hæc decretalis dirigebatur cuidam fratri minori pœnitentiario Papæ, qui erat legatus in illis partibus, & vocabatur frater Ioannes Lemonicenſis. Qui ſuper hoc Papam conſuluerat, an decano licuerit vtroque gladio ſe tueri & defendere. Nam hic baliuus, de quo in textu, conqueſtus erat coram ipſo legato, quod ipſe decanus faciebat omnia vt Cæſar, & dicebat, quod hic decanus omnia Cæſar erat, quia contra iſtum baliuum ille decanus procedebat modo vt presbyter vtendo gladio ſpirituali; modo vt miles vtendo armis contra ipſum, & eius fratrem, & ſic habita eſt conſultatio, nunquid hoc potuerit fieri. Et Papa reſpondet, vt in litera, quia gratia defenſionis omnia ſunt licita.

In litera *ibi, infra.* ſub hoc infra, continetur id quod *ſupppoſitum eſt.* ¶ In litera *ibi, ſufficiens.* ſubaudi maxime.

Nota

1 Nota † primo ex principio huius textus illud vulgare & tritum verbum apud omnes, quod licitum eſt cuicunque vim vi repellere, *l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. cap. olim. ſupra de reſtit. ſpoliat. cap. ſignificaſti. ſecundo. ſupra de homicidio.* & ibi vide in glo. magna concordantes.
2 † Defenſio enim eſt de iure naturali, quam & ipſe ſupremus princeps auferre non poteſt, vt *in Clemen. paſtoralis. de re iudic.*

3 † Quia quæ ſunt naturalia, immutabilia ſunt: §. *ſed naturalia. Inſtit. de iure naturali gent. & ciuil.* Neque obſtant, quæ habentur 23. *quæſtio. 2 per totum*, vbi legitur, quod non eſt licitum aliquid incidere bellum ſine principis authoritate, quia illud procedit in violente prouocate aliquem ad bellum. Secus ſi quis prouocatus velit procedere remedio belli defenſorio,
4 quia per † viam defenſionis licitum eſt vnicuiq; bellum incidere. Et hic contra facientem bellum licitum eſt ſe tueri cõtra quamcunque perſonam minus legitime te prouocantem. *l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 11. & in authen. vt iudices ſint quoquo ſuffragio. in §. volumus.* Hinc eſt quod hic ex parte decani bellum erat licitum, quia iuris authoritate fiebat, quo cautum eſt, vt vim vi repellere liceat. Ex parte vero iſtius balliui bellum erat temerarium, quod ſonat verbum iniurioſum poſitũ in litera. & ſic erat illicitum. De quo bello temerario & multiplici ſpecie belli habetur per Ioan. Andre. *in cap. pro humani. ſuper verbo, diffidatus. ſupra de homicid. eodem lib.* vbi Ioan. Andre.
5 poſt Hoſtien. dixit ſeptem † eſſe Bella, Romanum iudiciale, præſumptuoſum, licitum, temerarium, volũtarium, & neceſſarium. De quibus ibi per Ioan. Andre. & *ibi etiam ſcripſi.* Hic autem textus loquitur de licito bello, quod fit iuris authoritate, hoc eſt propulſanda iniuria, vt *in iuribus ſupra allegatis in principio huius notab. decret.* ¶ Facit etiam *lex prima. C. quando liceat ſe vendicare, & c. de quo habetur* per Hoſtien. *in titu. de treu. & pace. in §. quod ſit iuſtum bellum & 23. quæſtio. 2. in ſumma & per totam illam quæſtionem. & quæſt. 3.* ¶ Et aduerte hic, quod hoc bellum defenſorium nedum eſt licitum laico, ſed etiam clerico contra iudicem, qui ipſum iniuriatur, non ſeruato iuris ordine, vel in rebus, vel in perſona, etiam ſi ſit iudex ordinarius, qui iniurietur tibi ſine aliquo iuris ordine. Nam licitum eſt tibi illi reſiſtere, ſecundum Innocen. *hic, vt d. l. prohibitum. & d. §. volumus ſupra alleg. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffr. a colla. 2.* Ad quod optime faciunt quæ habentur per Doctores, maxime Ioan. And. & alios Moderniores *in cap. conquerente. ſupra de reſtitut. ſpoliat.*
6 † Quod eſt notandum contra iſtos iudices, qui aliquando procedunt non ſeruato aliquo iuris ordin. Nam de iure poteſt illis reſiſti impune, quia hæc reſiſtentia dicitur defenſoria à iure permiſſa, cum defenſio ſit de iure naturali, & per aliquem tolli non poteſt. ¶ Proinde addit hic Innoc. quod quo ad hoc proceſſus habitus per viam inquiſitionis dicetur ordinarius, *vt in cap. inquiſitionis. & in cap. ſuper his de accuſat. cap. 1. de officio ordin.*
7 † Vnde ſi contra aliquem procedatur per viam inquiſitionis, non poſſet ille allegare, quod extra ordinẽ cõtra eum proceditur, quia talis proceſſus inquiſitionis dicitur eſſe legitimus etiam ſecundum leges, vt *in authent. de collatio. §. iubemus. l. congruit. ff. de officio præſid.* Et hoc idem tenet Ioann. Monac. quod talis proceſſus inquiſitionis dicatur ordinarius.

Sed adde, quod idem Innocent. videtur ſibi contrarius, inquantum dicit proceſſum inquiſitionis eſſe ordinarium. Nam *in cap. cum oporteat, ſupra de accuſatio. ſuper verbo, ſubdito.* alij habent, *ſoluto circa medium glo. ſuper verba, nec mireris.* vbi dixi proceſſum habitum per viam inquiſitionis eſſe extraordinarium & non ordinarium, de quo Ioan. Andre. ſe remittit ad principium illius gloſſ. nihil vltra dicens.

Sed Geminia. ſubijcit, quod *ibi in principio illius gloſſ.* dicitur, quod cum proceditur per modum inquiſitionis, non eſt præcipitandus proceſſus, quod quidem ſieret, ſi non ſeruaretur ordo iudiciarius: & ſic, ſecundum Gemin. dici poteſt, quod in proceſſu inquiſitionis ſeruatur ordo iudiciarius, & per conſequens proceſſus inquiſitionis poteſt dici iudiciarius, inſpecto eo ordine iudiciario, ſine quo ad inquiſitionem procedi non poteſt. Stat ergo concluſio, ſecundum Innoc. & Ioan. Monac. quod proceſſus inquiſitionis dicitur proceſſus ordinarius. Sed contra Inno. facit gloſ. *2. quæſt. 1. multi in verbo, extraordinario* quæ tenet, quod ſit remedium extraordinarium. Idem etiam tenet gloſ. *4. quæſt. 4. nullus. ſo. primo.* idem gloſ. *in c. quoniam contra falſam in verbo, extraordinario. ſupra de probat.* idem etiam Inno. *in d. c. cum oporteat*, licet aliud hic ſentiat. Contrarium tamen tenet etiam Archi. *86. diſt. ſi quid. de quo aliquid per eum in c. penult. ſup. de conſuet.*

Ex quibus remanet † aperta difficultas, an proceſſus inquiſitionis dicatur ordinarius vel extraordinarius: & loquor 8
etiã ſecundum canones, quia de iure ciuili patet ipſum eſſe extraordinarium, cum ſolum in certis caſibus procedi poſſit via inquiſitionis, patet eſſe remedium extraordinarium, de quibus per Bartol. *in l. tertia. in §. ſi publico. ff. ad legem Iul. de adulter.* Quid ergo dicẽdum ſit in hac varietate, reperio vt plurimum Modernos Doctores, Gemin. hic, clarius Bald. *in rub. ſupra de iudic.* Panorm. *in dicto cap. qualiter & quando.* licet varijs vtantur verbis, tamen videntur in idem incidere, diſtinguentes pro concordia huius varietatis, quod aut nos loquimur de remedio extraordinario, quod ſuccedit loco ordinarij: & tunc procedat quod dixit Innocent. *in dicto cap. cum oporteat.* quia largo modo dicitur inquiſitio extraordinarium, cum ſuccedat loco ordinarij, hoc eſt loco accuſationis, *iuxta notata per Cyn. in l. ſecunda C. vt infra certum tempus.* Et ita tenet Bal. *in dicta rubr. de iudic.* Aut loquimur de remedio ordinario pro eo, quod tale remedium ſit introductum à iure, & in eo ſeruatur iuris ordo, licet non vſquequaque, vt quando proceditur per viam inquiſitionis. Et hoc reſpectu modus inquirendi dicitur ordinarius, quia à iure ille modus eſt introductus, & in eo ſeruatur iuris ordo, licet non ad vnguem, vt notatur *in c. qualiter & quando.*

Et ſic habito reſpectu ad proceſſum, quem facit iudex procedendo ordinarie per viam accuſationis vel alterius iudicij, tunc poteſt dici proceſſus extraordinarius, quia in proceſſu inquiſitionis non ſeruatur ad vnguem ordo iudiciarius. † Habet enim iudex latiores habenas, quando procedit ex officio, 9
quam quando procedit ad inſtantiam partis, quo caſu tenetur ad omnimodam iuris obſeruantiam: Sed habito reſpectu ad proceſſum, quem etiam tenetur facere iudex in inquirendo, poteſt dici proceſſus ordinarius, quia antequam ad ipſam inquiſitionem procedatur, debet præcedere infamia. Itẽ debet tradi copia capitulorum ipſi inquiſito. Item debent recepi teſtes & informationes ſuper ipſa infamia, quæ informationes debent recepi à perſonis honeſtis & fide dignis, vt de his habetur *in d. cap. qualiter & quando & in d. c. cap. inquiſitionis.* Quibus conſideratis & attentis, talis proceſſus poteſt dici ordinarius. Hinc eſt, quod contra iudicem procedentem per viã inquiſitionis, quando hæc ſeruarentur, non eſſet licitum parti propria authoritate ſe tueri. Secus eſſet quando iudex omnino extraiudicialiter & de facto procederet, tunc permittitur defenſio, de qua *hic in principio*: de qua materia habetur etiam *63 diſtinct. cap. Adrianus. & cap. accidit. 24. quæſtio. octaua.* aliquid per Bartol. *in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. & in cap. authoritate. 15. quæſt. 6.* An poſſit ſubditus de facto reſiſtere. Dic, quod aut refert violentiam, vt priuatus, vel poterit ſubditus de facto reſiſtere, *vt prealleg. l. prohibitum*, Aut refert vt officialis: & poteſt per viam iuris & non facti, vt *l. addictos. C. de appellatio. l.* 10
non tantum. ff. eodem de appellatiõ. † Iudicibus enim male procedentibus ad ea, quę ſibi commiſſa nõ ſunt, reſiſtere poſſumus, & contra eos intentare interdictum vnde vi, *vt d. l. prohibitum.* ſed ſi in his, quæ cõmiſſa ſunt eius officio, male agat, licet hoc certum ſit, tamen non eſt reſiſtendum niſi per viã appellationis. iſta probantur ex his quæ ſcripſit Inno. & Petr. de Anch. *in c. ad aures, de tempo. ordin. & in c. ſi quando. de offi. deleg.* vbi ponitur hæc vltima verba, facit *l. lectos cum duab. ſeq. ff. de peric. & cõmod. rei vendi.* ita Petr. de Anch. *in antepenult. col. ad principiũ.* Et ex his poteſt inferri, quod ſi ageretur de materia odioſa vel exorbitanti, appellatione ordinarij iudicij nõ veniret inquiſitio, quia 11
verba ſunt propriè † intelligenda, *l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. c. in noſtra. ſup. de iniur.* ſecundum Bal. *in loco prealleg. in rubrica, ſu-* 12
pra de iudic. ¶ Secundo not. *ibi, bonis † ſuis mundatus.* licitum eſſe prælato ſe tueri contra potentiam ſæcularem, nedum gladio temporali, ſed etiã ſpirituali, non ſolum pro defenſione perſonæ, ſed etiã pro defenſione rerum: de quo tex. notab. *in c. conuenior. 23. q. 8.* Et hæc defenſio cũ ſit de iure naturali, eſt permiſſa quocunq; modo *d. Clem. paſtoralis. de re iudi.* Et ad text. qui videtur ſentire contrariũ *in verbo, ſufficiens.* quaſi videatur innuere, quod ſi fuiſſet ſufficiens gladius tẽporalis, non debebat ſe 13
defendere ſpirituali, ideo Docto ſubaudiunt maxime *ibi, ſufficiens.* ¶ Tertio nota *ibi, decano,* quod inferior † prælatus ab Epiſcopo, qualis eſt decanus, poteſt ſententiã interdicti ferre, pro-

probat expreſſe hæc litera, quod qualiter procedat, declarat glo. 2. in a. ... Quia hoc verum, quando habebat iuriſdictionem de conſuetudine vel priuilegio, vt in c. Aliquis ſicut decanos.
14 vbi eſt textus, & hic per gloſ. in verbo, decano. ¶ Quarto nota † ibi, defenſare, quod quando ad tuitionem & defenſionē iuris fertur excommunicatio, non eſt neceſſaria monitio, ſecundum Ioan. And. hic, allegantem id quod notat Inno. in c. venerabili. in gloſ. magna, vltra medium. ſupra de cenſib. Et potuit eſſe ratio, quia periculum imminebat in actu defenſionis: vnde ſi periculum non fuiſſet in mora, tunc erat ſeruanda forma c. ſupra. c. iuxta ea quæ dixi ibi in gloſ. in verbo, temerarium. Et potuit iſte decanus varijs de cauſis contra iſtum balium, de quo in textu, hanc ſententiam excōmunicationis proferre, vel quia ipſe habens inferebat & intulerat iniurias manifeſtas ipſi decano. c. ex parte. lo 3. de verbo. ſignifica. Vel forte fecerat ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ, propter quod poterat excommunicari, vt in c. nouerit ſupra eod. tit. & in c. aduerſus. de immunit. Eccleſ. Vel forte opprimebat ſubditos ſuæ eccleſiæ indebite & iniuſte, & ſic ex multis alijs cauſis potuit ſententia cenſuræ proferri in
15 illum balium. ¶ Et † qualiter dicatur ſententia cenſuræ contemplata contra ipſum balium, poteſt etiam vario modo hoc exemplificari. Vel quia forte hic culpam culpæ accumulabat, mala malis addendo. Tum etiam quia ex certa ſcientia, dum eſſet excōmunicatus, intrabat Eccleſiam non obſtante excōmunicatione, etiam quando non dicebatur officium, vel dicebatur, quare non debebat intrare, 24. quæſt. 3. in c. clericus. 25. diſtin. l. c. 1. circa prin. ... quod in ... excommunicatos
16 & in ... forte intraſſet cauſa prædicationis † audiendæ, quod eſt permiſſum, vt in c. reſpon. ... ſupra eodem titu. qua tamen prædicatione audita, debet recedere. Vel & tertio, & ſi non intrabat Eccleſiam, ſtabat in valuis Eccleſiæ ad audiendum officium, quod eſt contra ... vt in cap. quod in te. ſupra de pœniten. & remiſſ. in cap. ... ſupra eodem titu. & in capit. quod ... ſupra de pœnit. ... Vel etiam contemnebat cenſuram, quia animo indurato non reconciliabatur Eccleſiæ, ſed perſeuerabat in ea etiam vltra annum. cap. ... quicunque ... 11. q. 3. ... cap. cum contumacia ſupra de hæretic. eodem lib.
17 ¶ Quinto nota † ibi, ſpirituali gladio mucrone ... textu in verſic. præſer ... mucrone, quod excommunicatio dicitur gladius ſpiritualis & mucro Eccleſiæ, & propriè appellatur mucro Epiſcopalis. c. ... 17. q. 4. Et facit notata ... per venerationem in §. rationibus. qui ſi ... ſunt ...
18 ¶ Hinc dixit hic † Archidiac. quod Eccleſia habet duplicem mucronem, ſpiritualem & temporalem. Spiritualis vero eſt duplex, vnus dicitur mucro eradicans, & iſte tendit ad punitionem, & iſtum vibrat Epiſcopus quando contra aliquem procedit ad degradationem. cap. ... ſupra d. ... ſupra de ... Ad quod facit etiam ... ſupra de electio. quia hoc competit ratione ordinis, ſcilicet aliquem degradare, vt in dicto capitulo ... Hinc eſt, quod cum taliter degradato de facil. non diſpenſatur, vt notat ... tua. de cler. non reſiden.

Alter vero mucro dicitur diſciplinans, vt in cap. multi. 2. quæſt. 1. Dixi plene ſupra ... eodem titu. & libro. Dicitur enim ille diſciplinans mucro, quia licet quis diuidatur à Deo propter peccata, de facili tamen admittitur reconciliatio, vnde excōmunicatus quando vult poteſt ad gremium Eccleſiæ redire. Nam iſte mucro vibratur ad correctionem tantum, ... dicto cap. multi. & in dicto cap. 1. ſupra eod. titu. & lib. & ibi plene dixi.
19 Hinc eſt quod † etiam inferiores Epiſcopis hoc vibrare poſſunt, cum inferior ab Epiſcopo poſſit etiam excommunicare, vt in c. Romana. ſupra eod. titu. & libro. & in hoc cap. noſtro loquente de decano, qui habebat poteſtatem excommunicandi & interdicendi, de quibus omnibus ſe remittit Ioan. Andre. ad ea quæ ipſe dixit in cap. pro humani. in verbo, mucrone. ſup. de homicid. eod. lib. vbi Ioan. Andre. repetit prædicta; quæ poſuit hic Archid. in iſto textu noſtro.
20 Sexto † nota ex verſiculo, & quidem ibi, cuilibet, quod licitum eſt cuique pro repellenda iniuria nedum propria, ſed etiam vicini vel proximi, ſuum impertiri auxilium. Et cum hic text. nullum excipiat, ſecundum Ioan. Andr. procedit indiſtincte. ſiue ſit iudex, ſiue clericus, vel laicus; argumen. cap. ſolitæ. ad fin. ſupra de maiorit. & obed.
21 † Et multo fortius hoc procedit, ſi quis velit repellere iniuriam ſui ſocij, cum ſocietas ius quoddam fraternitatis habeat, ... ſpiro ſocio. ſecundum Io.
22 Andre. hic. ¶ Septimo nota ... quod † qui poteſt proximum defendere ab iniuria, & non defendit, dicitur particeps doli ... error. 83. diſt. cap. conſentire. 83. diſt. Ad quod vide textum cum glo. ſ allegantem concord. in cap. ſicut dignum. de homicid. Et ex hoc text. videtur determinari quæſtio, quam mouent Doct. in cap. quinto. ſupra ... dum quærunt ibi, verum ſi quis videns clericum verberari, & potens prohibere ne verberaretur, non prohibuit, an incidat & ipſe in ſententiam excommunicationis? Nam ſecundum Hoſt. hic, videtur dicendum quod ſic per iſtum textum. Nam particeps eſt eius culpæ, ſi potuit ... & non tulit, quia negligendo videtur iniuriantem fouere, vt hic eſt tex. clariſsimus in verſiculo, & quidem. Hoc tamen limitat Ioan. Andr. procedere & eſſe verum, quando ille doloſe per dolum omitteret illum defendere, vt notatur per Ioan. Andr. in ... quarto. Et hoc etiam repetit hic in nouella, in verbo participes.
23 Octauo nota † ex fine huius text. in verſi. ſiq. ... licitum eſſe clericis implorare brachium ſæculare, ſiue poteſtatem ſæcularem pro tuitione & defenſione ſpiritualis poteſtatis. Et econtra, licitum eſt ſæcularibus implorare brachium ſpirituale pro tuitione poteſtatis temporalis. Nam gladius ſpiritualis & temporalis ſuffragantur ad inuicem, vt plene legitur de hoc in cap. 1. ſupr. de offic. ordin. Hinc dixit hic Ioan. Andre. quod potuit ille decanus gladium temporalem ad alium pertinentem ſuo ſpirituali gladio iuuare, & temporalem ad aliū pertinentem in ſui ſpiritualis auxilium conuocare, c. cum ad verũ. 96. diſt. c. de ſeruibus. 23. q. 5. c. cum non ab homine ſupra de iudic.
24 Sed poſſet † aliquis veſtrum inſtare, nunquid ex cauſa defenſionis licitum eſſe clericum percutere, imo intelligere ſine metu excōmunicationis. Et te tex. hic in principio probat quod ſic; quia omnes leges, & omnia iura permittunt vim vi repellere: quod ſane eſt intelligendum quando quis ſteterit in meris terminis defenſionis, tunc nullam incurret excommunicationem, vt probatur hic ſupra. & in c. olim. lo primo. de reſtitut. ſpol. & in c. ſi vero lo primo ſupra eod. lib. vbi de hoc per Inno. & alios Moder. Et ibi concludunt Docto. quod ſi quis pro defenſione ſuæ propriæ perſonæ percuſſerit clericū etiā occidendo eum, quod non incurrat aliquam pœnam excommunicationis, quando vt dixi ille ſteterit in meris terminis defenſionis.
25 † Sed maius dubium eſt, quid ſi pro defenſione aliorum percuſſerit clericum vel vulnerauerit, an incurrat ſententiam, &c. Inno. in d. c. ſi vero. diſtinxit, quod aut fecit pro defenſione propinquorum ſuorum ... filiorum vel filiarū vxores, &c. Et tunc non incurrit. Et ita tenent alij Docto. Aut fecit pro defenſione penitus extraneorū: & in hoc ſunt opiniones. Et tamen videtur communior opin. vt refert Panor. in d. c. ſi vero quod hoc etiam caſu non incurrat Excom. cum hic non poſſit notari aliqua diabolica ſtaſio, cum debeamus repellere iniuriā proximo inferendam, vt hic tex. & in c. non inferenda. & in c. fortitudo. 23. q. 4. Et placet hæc opi. per hunc text. noſtrum. Sed nunquid pro defenſione rerum ſuarum. Et idem, quia nō incurritur excōmunicatio, vt probatur in c. olim ... non tamen per hoc debet infligere mortem, vt in c. 2. & c. ... ſup. de homicid. An quis vult percutere clericum pro defenſione rerum aliorum etiam non rerum ſuarum. Et in hoc ſunt etiam opin. Tamen iudicio meo videtur dicēdum, vt & hoc caſu vitetur excōmunicatio per iſtum text. noſtrū hic in ſu. vbi dixit, ſuccurrendum eſſe proximo. Non poteſt ergo notari in tali aliqua diabolica pertinatio, quam requirit Canon. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſi ergo præſto ... alieni facienti iniuriam in rebus ſuis, & vt dixi hoc videtur hic expreſſe probari, de quo videtur expreſſius in d. c. ſi vero & d. c. cū olim. ¶ Ad † Voſ tamē aduertere, quod
27 licet, ſi interficiā clericum vel mutilem membrum ad defenſionem meā vel meorum, non ſim excom. tamen ſi ad defenſionem meorum interficiā aliquem, ergo ipſe qui ſum clericus efficior irregularis. Secus ſi interficere ad defenſionem meā, de quo in text. iuncta glo. in Cle. ſi furioſus. de homicid. Et facit tex. 2. q. ... in § primo. Multa tamen, quæ conuenirent huic decret. omitto, de quibus per Doct. in d. c. olim. & longe melius per Io. de Lign. in tractatu ſuo de bello ¶ † Sed hic bene caderet quæſtio illa de clerico celebrante, an ſit licitum dimiſſa miſſa ſiue officio, ſi inuadatur, ſe defendere: & nunquid ſi ſic defendendo occiderit aliquo licitum ſit continuato officio celebrare. Et in primis videtur dicendum quod non, quo ad primā quæſtionem, vt ſic non debeat diſcedere ab officio, immo tenetur ipſum exequi, donec perficiat, vt in cap. illud. & c. nihil. 7. q. 1.

Tamen

Tamen etiam & ſecundo facit,quia ſpiritualia ſunt proponē-
da temporalibus,12.*q.1.præcipimus.de pœn.& remiſſ. c.cum infir-
mitas.l.ſancimus. C.de ſacroſan. Eccleſ.* Sed in contrarium facit
hæc noſtra decretalis *in principio ſui.quia omnes leges,&c.* ¶ Præ-
terea etiam videntur hoc probare dicta iura,videlicet *d.c.illud.
& d.c.nihil.* Nam ibi in illis iuribus dicitur, quod propter im-
pedimentum corporale ſuperueniens, officium inchoatū di-
mittitur inexpletum: Vnde prouident iura,vt ibi habetur, ne
ſolus ſit ſacerdos in Eccleſia, quādo ſubeſt bonorum tempo-
ralium facultas, ad hoc vt vnus ſuppleat impedimentum al-
terius continuando,vt alter dimiſit,*c.ſi de conſecra diſt.2.*niſi o-
ratio miſſæ ſit cœpta & non completa,quia aliter recipere te-
netur,cum illa non recipiat diminutionem,vt in baptiſmo &
ordine, 23 *diſt. quorundam.* de quo ibi per gloſ. & etiam per gl.
in d.c.nihil. Sed certum eſt, quod ſi aliquis inuaderet aliquem
celebrantem, vt ipſum occidat, hic occurrit impedimentū
ipſi celebranti,imo periculum mortis,vt patet *in quæſtione pro-
poſita.*Ergo erit licitum dimittere celebrationem, & per con-
ſequens ſe de periculo ſibi occurrenti liberare, ſi poteſt etiam
occidendo.quia vim vi,&c.Et ſic ſtat concluſio,quod licitum
ſit clerico celebranti,ſi inuadatur, ſe defendere, & officiū ſuū
dimittere,ac etiam occidere inuadentem,quando aliter mor-
tem euadere non poteſt,Neque obſt.contraria,quia licet ſpi-
ritualia ſint proponenda temporalibus in genere,tamen cele-
bratio ſpiritualium hoc caſu non eſt præponenda cum ratio-
ne damni irreparabilis, quod ſequi poteſt,puta mortis, hoc
caſu lex permittat hoc fieri: Quod tamen non cōtingit in ſpi-
rituali propoſito, quia tale per alium perfici poteſt, vel etiam
per eum periculo ſublato vel excluſo. ¶ Ad ſecundum vero,
nunquid ſi ille celebrans ſic ſe defendēdo, dimiſſo officio oc-
ciderit aliquem an poterit redire ſalua conſcientia, & conti-
nuare officium miſſæ.Breuis eſt concluſio, quod ſic. quia po-
terit reaſſumpto officio celebrare, dūmodo aſſuerint illa, de
quibus loquitur *d. Clem.ſi furioſus.de homicid.* hoc eſt. quod ille
28 aliter mortem euitare non poterat. Nam ille † nullum pecca-
tum incurrit, cum fecerit iuris authoritate, *c.qui peccat.23.q.4.
& l.Gracchus.C.de adulter.* Nullam igitur irregularitatem incur-
rit, *vt d.Clem.ſi furioſus.*Ergo nullum videbitur ſubeſſe impedi-
mentum,quin poſſit celebrare, & officium ſuum continuare.
Et ita idem Io.de Ligna ad literam *in d.de bello particulari.* Qui-
bus liceat bellum indicere, *in tertia quæſt.*Et ibi etiam poſt hāc
quæſtionem quærit aliter,quid de baptizante,ordinante,cō-
firmante,vnguente,& etiam de ſingulis ſacramentis Eccleſię,
an licitum ſit illorum collationem poſtponere,etiā ſi inchoa-
29 uerit,etiam pro tutela ſui,&c.† Et format præciſe ibi quęſtio-
nem in ſacerdote baptizante puerum,qui eſt in mortis articu-
lo,ſi interea incidat inuaſio ſacerdotis, vt occidatur, quid ſit
præeligendum de iure, an perficere collationem ſacramenti,
ne decedat puer ſine baptiſmo,& ipſe ſacerdos occidatur:An
econtra, an ſit præeligendum mortem propriam euadere, &
dimittere puerum mori ſine baptiſmo. Nam ſi puer moritur
ſine baptiſmo, æternaliter ſpiritualiter moritur,*c.firmiſſime.de
conſecrat. diſt.4.* ſi ſacerdos ſolum moritur tēporaliter, & mors
temporalis eſt poſtponenda ſpirituali,*c.diſplicet.§.ipſa pietas.23.
q.4.* de quo dicēdum eſt, vt habetur per eundem Io. de Ligna.
in præallegato loco, in quinta q. & ibi diſtinguit multos caſus, de
quibus *ibi per eum.* ¶ Gloſ.*in verbo,decano.in fin.*de hoc qualiter
inferior poteſt iuriſdictionem habere & proferre ſententiam
excommunicationis & interdicti, dicendum eſt vt *in c.cum ab
Eccleſiarum.allegato in gloſſ.noſtra.* ¶ Gloſ.*in verbo,vim vi.* duo fa-
cit,primo allegat concordantes. in ſecunda reſpondet tacitæ
obiectioni,ſecunda *ibi.& vniuerſalis propoſito* ¶ In eadem gl. *ibi,
repeti.* Adde ꝙ Hoſt. hic repetit ea quæ ibi ſcribuntur,de qui-
bus ſe remittit Ioan. And. *hic ad d.c.ſignificaſti.* & plenius etiam
habetur per legiſtas de hac repulſione violentiæ *in l.vt vim.ff.
de iuſti. & iure.*& per Cyn. & alios *in l.1. C.vnde vi.* vbi dicitur,
quod hæc defenſio debet fieri cum moderamine inculpatæ
tutelæ. In quo autem conſiſtat hoc moderamen, legitur *in d.
l.1.& in d.c.olim.ſupra allegato. & etiam in d.Clem ſi furioſus.*
30 ¶ †Perinde quæri conſueuit,an hæc defenſio ſit etiam per-
miſſa de iure diuino? gloſ. *in d.l.vt vim.* viſa eſt ſentire quod
non,dum dixit, quo iure fori nō iure poli permittitur vim vi,
&c. ¶ Sed Doctores videntur inclinare in ſententiam contra-
riam,vt de iure diuino ſit hæc defenſio permiſſa:de quo plene
per Io. de Lign.*in d.tract.in quæſt.quo iure ſit introductum particu-
lare bellum.* vbi terminat ipſe hanc defenſionē de iure diuino
eſſe permiſſum. ¶ Sed nunquid liceat coniuncto vel extraneo
alterius vim repellere, ſicut propriam quoad euitandum pœ-
nam irregularitatis,ſi ſit clericus,vel laicus mutilans vel occi-
dens aliquem:de quo aliquid dixi *ſup.in præcedenti lectione.*Item
poteſt quæri de vtriſq; , an ita ſit licitum, vt non incidat aliam
pœnam legis vel canonis. Ad primum videtur caſus ad literā
in d.Clem.ſi furioſus. vbi decidit, quod ſolum euitatur pœna
irregularitatis,ſi hoc quis faciat, ſe ipſum defendendo. non
autem alium etiam patrem vel filium:ita probat ibi text.dum
dicit,idem ſentimus de illo qui ſuum occidit inuaſorem, &c.
Loquitur ergo ibi ſuum inuaſorem: & ita notauit ibi gloſ. Et
hic caſus eſt planus. Secundo vero caſu ſi quæritur, an liceat,
vt euitentur aliæ pœnæ legales vel canonicæ:Et tūc diſtingue,
quod aut loquimur de pœna excōmunicationis: Et dicēdum
eſt,vt dixi *ſupra in lectione præcedenti.*quod ſi percutiat clericum
violentiam alterius repellendo:quod non incidit in ſententiā
excommu. Licet aliqui aliter diſtinxerūt, videlicet,an ille de-
fendat ſibi coniunctum,patrem, matrem, vxorem, filium vel
filiam,vt tunc euadat pœnam excommu. Pro quo allegat In-
no.text. *in l.iſti quidem ff.quod metus cauſa. l.1.§ ſi vir.ff.ad Syllan.*
† Eſt ratio differētiæ inter pœnam irregularitatis & excōmu-
nicationis, & ſic inter hunc caſum & præcedentem, quia ir- 31
regularitas contrahitur etiam ſine dolo, imo etiam pro bene-
factio,vt eſt videre in iudice mandante iuſte aliquē occidi. Nā
incurrit irregularitatem ipſe iudex, licet exequatur officium
ſuum iniuſte & debite, vt *in c. qui in aliquo.51.diſt.cum ſimi.* Sed
ſecus eſt in excōmunicatione, quæ infertur per canonem ſi
quis ſuadente. in ea enim requiritur diabolica inſtigatio. Ni-
mirum ergo ſi quis pro defenſione alterius percutiendo cle-
ricum non incurrit excōmunicationem, & tamen incurreret
irregularitatem, ſi ad alterius defenſionem, quam ſui ipſius,
mutilaret vel occideret aliquem, *vt in d. Clem.ſi furioſus.* ¶ De
penitus vero extraneis, an euadat quis pœnam canonis, ſi de-
fenſionem ſumat pro ipſis, de hoc *ſupra* ſatis dictum eſt. Aut
& tertio loquimur de alia pœna perſonali, vel pecuniaria: &
tunc eſt ſubdiſtinguendum ſecundum aliquos, quod aut vo-
lentes vim vi repellere à violentiam paſſo ſunt coniuncti aut
extranei: Si coniuncti, dicendum eſt, vt per gloſ. & Docto. *in
d.l.vt vim.& in d.c.olim.& aliquid etiam in d.c.ſi vero.*& clarius de
hoc per eundem Ioan. de Ligna. *in dicto tractatu, in tit. pro quib.
perſonis liceat hoc particulare bellum indicere, in 3.quæſt.* vbi conclu-
dit, ſecutus Iac. de Are. *in d.l. vt vim,*quod ſi iſti vocentur per
violentiam paſſum.& tunc licebit,cum liceat, violentiam paſ-
ſum conuocare amicos etiam pro defenſione rerū,vt not. *in l.
3.§.cū igitur.ff.de vi,& vi arm.* Ergo multo fortius pro defenſio-
ne perſonæ, ſi hoc fiat incōtinenti, quæ perſona præponenda
eſt rebus, vt *in l.ſancimus.C.de ſacroſan.Eccleſ.*Aut iſti extranei nō
vocantur per paſſum violentiā: & tunc iſte text. videtur idem
probare, vt extraneis licita ſit defenſio, per ea quę dixi *ſupra in
textualib.*Facit text. *in c.non inferenda.& c.fortitudo.23.q 3.*& quę
notantur *in c.quanto.ſup.eód.* & quæ not. *in l.2. C.de cōmercijs, &
mercator.*Nam hic tex.dicit, quod licet cuilibet vicino & pro-
ximo pro repellenda iniuria ſuum impertiri auxiliū. Alioquin
ſi non impertiatur,dicitur particeps culpæ etiam ſi poteſt de-
fendere, tenetur etiā non vocatus, vt videtur probari hic: de
quo tamen ſunt opiniones *in d.l.vt vim.& habetur etiā* per Cyn.
in antepenult.col.in d.l.1.C.vnde vi. Nam fuerunt alij diſtinguen-
tes,an iſti eſſent in comitiua violentiā paſſi vel non, vt in pri-
mo caſu liceret,ſecundo non. Sed certe vt dixi iſte text.loqui-
tur indiſtincte, & ſic ſtat concluſio, quod ſiue ſint cōiuncti, ſi-
ue extranei non punientur pœna perſonali vel pecuniaria, ſi
proceſſerint ad merū actum defenſionis:ad quod omnino vi-
de Io.de Ligna. *in loco præalleg.*referentem opin.ſuper hoc. † In 32
eadem glo. *in fi.hanc gloſ.*ſignat hic Gemi colligēs ex ea notab.
quod licet hæc dictio,omnis,ſit vniuerſalis,non tamen intel-
ligi debet, vt includat, niſi ſolū ea quæ ſunt proportionabilia
materiæ in qua profertur Cui adde ad hoc *l.inter oēs.ff.qui ſatiſ-
da cog.*cū ibi no. *in principio.*vbi dicitur inter omnes,ſc.ſapiētes.
¶ Et facit hoc ad teſtes, vt ſaluari poſſint, ſi qui depoſuerint, ꝙ
omnes de vicinia,loquūtur de hoc. Quia hoc intelligi debent
oēs,qui de ea materia loquebātur: ꝙ eſt valde nota. ¶ Glo. *in
verb.bonis.ibi,ſeuere.*vult glo. ꝙ pro liberandis rebus non liceat
quēpiam occidere. Et ita videtur firmari *in c. de homicid.* alleg.
per gl. vbi ponuntur hæc duo copulatiue, re, & eiā. Licet Bar-
tol.

tol. aliter videatur velle in l. 1. C. *vnde* † *vi*, vt furem nocturnum liceat occidere, quando bona aliter ſeruari non poſſunt, *vt in l. furem. ff. ad legem Corn. de ſicar.* Et pro hac opin. Bart. *facit text. in c. ſi perſecutori. de homicid.* vbi fit mentio de illa l. ciuili. Sed opi-
33 nio Barto. poteſt procedere in foro ſeculari contentioſo, per text. *in l. itaque. ff. ad legem Aquil.* Sed hæc gloſſ. procedit in foro principali, vt per hoc nõ euitetur peccatum: & ſic in foro pœnitentiali deberet imponi pœnitentia, vt optime probatur *in d. c. 2.* dũ dicitur ibi, quod excuſatur ab occiſione, quando hoc facit, vt liberet ſe, & ſua: ergo pro rebus tantum nõ excuſabitur ab occaſione, cũ ibi illa ſint poſita copulatiue. Idem tenet gl. 2. 23. *q. 3. in principio.* Et faciunt optime, quæ in ſimili notantur *in c. inter. 33. q. 2.* vbi eſt text. quod Eccleſia nõ habet gladiũ
34 niſi ſpiritualem. Nam † de iure ciuili poterat pater occidere filiam adulteram, & maritus vxorem in certo caſu, *vt in l. quod ait. & in l. nec in ea. C. de adulter. & in l. Gracchus. cum ibi nota. in C. ead. tit.* Et tamen in foro animæ, & quo ad Deum, iſti tales interficientes peccant. imo is imponitur grauis pœna: Et de iure canonico non eſt licitum interficere vxorem nec filiam adulteram, *vt in c. admonere. 32. q. 2.* Ideo gloſ. ſingularis *in d. cap. inter.* dixit, quod propter conceſſionem iuris ciuilis non excuſatur quis à peccato homicidij: quam tamen gloſ. intellige procedere niſi talis conceſſio ſiue permiſſio eſſet rationibilis & diuino iure conſonans. Et addit etiam gloſ. ibi, quod maritus perdet dotem ſi occidat vxorem. De quo *in l. ab hiſtoria. §. fin. ff. ſolu. matrimonio* Et pro hac gloſ. noſtra, & quod dixi *ſup.* facit optime *c. ſuſcepimus. de homicid.* vbi dicitur, quod potius quis debet relinquere tunicam poſt palleũ & eorum iacturam ſuſtinere, quam aliquem interficere, *& 14. q. 1.* per totum. vbi optim. tex. Quæ omnia ſunt notanda pro intellectu huius gloſ. licet Doctores hic nihil dicant. Sed cum prædicta doctrina videtur tranſire P. *in c. d. c. 2. de homicid.* ¶ Glo. *in verbo, Eccleſiaſtico. in ſi.* hæc
35 glo. eſt notanda. hinc ſumpta † occaſione quærunt Doctores an clerici poſſint arma aſſumere: De quo vide omnia quod notatur *23. q. 7. in principio ſecundæ.* & per totam illam quæſtionem. Hoſt. hic recitat opiniones, quæ notantur in loco præalleg. de quibus etiam per eum *in ſumma. de treu. & pace. §. & habetur de matrimonio.* Archi. hic dixit clericos habentes temporalem iuriſdictionem poſſe aſſumere arma indiſtincte pro defenſione ſua & ſuorum, quia omnia in alio permittunt, vt *in principio huius text. & in c. noli. 23. q. 1. & pertinebunt cap.* Si vero temporalem iuriſdictionem non habent, non licet illis arma ſumere in propria perſona, niſi ad defenſionem vel niſi in hortando, *vt in §.*
36 *ecce quod. 23. q. vlti.* de quo plenius habetur *in loco præalleg.* ¶ † Gloſſ. *in verbo, munimine. vſ.* hæc glo. bene loquitur, quia non poteſt quis vlciſci iudicialiter ſuam iniuriam, vt notatur *ſupra de pæn. c. 1. cod. lib. & in c. 1. de malit.* ſed bene poteſt aduerſus iniuriam ſe tueri. ¶ Addit autem hic Hoſti. quod quamdiu purgata fuerit hæc rebellio & contumacia illius Balui, quicquid faciet decanus, ad ſuam defenſionem facere videtur, etiam ſi
37 faciat vt illum impugnet. Adducit pro hoc ſimile † de re violentia, quæ non præſcribitur niſi prius purgato vitio, *Inſtit. de vſucapio. in § furtiua. & in §. quod autem.* Ad idem facit etiam in ſimili quia reus excõmunicatus in iudicio grauatus appellat, quãuis appellationem proſequendo agere videatur, videtur tamen ſe defendere contra actorem [illegible] in iudicio, *c. [illegible]* Ad idem facit & tertio in ſimili, quia ſi infidelis coniunx, id eſt vxor iniuſte agat, licet relinquatur à viro, videtur tamen ipſa relinquere virum, *c. quanto. verſ. ſi enim. ſup. de diuor.* Et ita notabiliter hic Ioan. And. Ex quibus concluditur, quod ſi iſte decanus durante contumacia ipſius Balui aliquid agat contra eum, dicetur ſe defendere. Ad quod facit quod nota. *in d. l. 3. in §. cum igitur. ff. de vi, & vi arm. iuncto notatis in d. c. olim.* Nam aliquid dicitur fieri in cõtinenti, dum res ipſa eſt in expeditione. Et facit etiam ad prædicta *l. quod ait. ff. de adult. Quod eſt notandum.* ¶ Glo. *in verbo, eſſe dent, alias eiſdem. in fine.* Adde quod Inno. dicebat non liceret clericis, vel laicis aliquos, quos crederent, vel pro certo ſcirẽ iniuſte excommunicatos, iuuare contra excommunicatorem in cogendo eum relaxare ſententiam, vel in faciendo eum abſtinere à denunciatione, quia nec liceret eis cogere iudicem ſecularem ad ſuam ſententiam relaxandam. Dicit enim hanc decretalem locum habere, maxime vbi infertur violẽtia corporalis, non verbalis. Subdit etiam, quod ſi prælatus Eccleſiaſticus excõmunicaret aliquem, & conſtaret eum eſſe oppreſsũ, ſi male oppreſſum & habẽtem iuſtam cauſam iuuare liceat materialibus armis, vel alio modo, cũ ſententia lata eſſet ſub cõditione, quod ille poterit appellare, & prius excommunicare velit, poterit, *de appellatio. c. præterea. in ſecunda. quod eſt notandum.*

¶ Gloſſ. *in verbo, ſubiungit,* diuiditur in duas. In prima allegat rationem ad textũ ſecundo opponit & ſoluit. ſecunda ibi, *videtur.* ¶ In ead. *ibi, ſi non licet.* Hoſti. inducit illud vulgatum, miſerere animæ tuæ placens Deo, & *c. diſtinct. non ſatis & l. præſcri. C. de ſeruit. & aqua. l. 1. C. de his. qui ſe non [illegible] ſic conſcientiam quod eſt not.*

¶ Gloſſ. *ſi. in ſine.* Ioan. Mon. addit, quod iſta non ſunt adducta ſapientia, ſed ſibi inpetram ſubſidium præſtantia, vt [illegible]

¶ Sed ad vnum aduertas, in quantum eſt tex. dicit, quod iſte decanus vtroque poteſt gladio ſe defendere. Nam hoc debet ſanè intelligi, vt debeat ſe iuuare gladio ſpirituali pro ſua vel alterius iniuria, dum tamen hoc faciat in homines ſuæ iuriſdictionis, etiam ſi in ſubiectos. Nam contra non ſubditos hoc nõ poteſt, quia non poteſt vti gladio ſpirituali. Imo ſi vteretur, non eſſet timenda ſententia eius tanquam lata à non ſuo iudice. verumtamen contra non ſubditos poteſt ſe iuuare gladio materiali, & ſic in homines cuiuſcunque iuriſdictionis,
ſecundum † Inno. hic dicentem, quod ſi rapina eſt manifeſta, 38
poteſt ſubditus ſtatim excõmunicari, niſi incontinenti eam reſtituat, ſi eſt præſens: & hæc erit iuſta cauſa etiam excõmunicandi, etiam non præmiſſa monitione. Vbi vero non eſſet ibi præſens inferens iniuriã, poterit præcipere, vt infra certum tẽpus arbitrio ſuo præfidendum reſtituat, *vt in c. præcedenti, in § caueant.* Et facit ad prædicta *l. ſi quis in bonis. cum ſeq. ff. de receptis arbi.* Conſuluit autem Hoſt. quod dum poteſt vti vtroq; gladio, vt primo præmittat ſpirituale tanquam quandam lucernam & ducem: deinde poſtea recurrat ad temporale, quaſi ad malleum, ſecundum eum. *c. poſtulaſti. ſup. de homicid.* proſequitur hic Petrus, an ſemper ſit licitum contra violentiã vim inferre: vbi diſtinguit, an inferatur licite an illicite; & viſũ inſulatus debeat primo pati ſe percuti, vt eius defenſio cẽſeatur licita, per Petr. de Anch. hic. Et an teneatur fingere, de quo etiã aliquid per eum *in ſumma, de teſtit. ſpoliat. §. 1.* Laus Deo, Amen.

REPETITIO
IN CAP. VENERABILIBVS. De Sentent. Excommun.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus non poteſt abſoluere excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum ſuorum.*
2 *Iudex & ſuperior & cõpetens pro abſolutione impetranda quis dicatur.*
3 *Abſoluendi poteſtas dependet à iuriſdictione non ab ordine.*
4 *Appellatio interpoſita poſt excõmunicationem licet non habeat ſuſpendere ipſius virtutem; & ſic non habeat effectum ſuſpenſiuum, habet tamen effectum deuolutiuum.*
5 *Archiepiſ. eſt iudex ordinarius ſuorũ ſuffraganeorũ, intellige vt ibid.*
6 *Officiales Archiepiſcoporum eandem poteſtatem habent in abſoluendo quam habent ipſi Archiepiſcopi.*
7 *De iuſtitia actus geſti à iudice quando agitur inquantum concernit vtilitatem aduerſarij, defenſio ſpectat ad partem, pro qua eſt actus geſtus.*
Secus ſi agitur de iniuſtitia actus geſti per iudicem ex officio.
8 *Iudex poteſt ſententiam per ſe latam defendere.*
9 *Iudex ſi malo animo pronunciet, vel per imperitiam quantum iudici videtur, condemnatur per veram litis æſtimationem.*
10 *Iudex poteſt aliquẽ extraiudicialiter excommunicare, quando hoc facit pro defenſione iuris.*

Cap. VIII.

VENERABILIBVS. Diuiditur hæc decretalis hic per Ioannem Andream in quinque partes principales. In prima parte denegat poteſtatem Archiepiſcopis vel eorum officialibus, abſoluendi excommunicatos à ſubditis ſuffraganeorum; vel etiam ab ipſis ſuffraganeis, niſi in caſibus, de quibus in litera. In ſecunda inſtruit iudicem ſuperiorem, qualiter debeat ſe habere quando vult abſoluere excommunicatum per ſuffraganeum, & quam tunc cauſæ cognitionem habeat in iſta tali abſolutione. In tertia tractat de abſolu-

tione ad cautelam danda, quando de nullitate fuit dubitatũ.
In quarta ponit, quid faciendũ ſit, quando non agitur de nul-
litate, ſed de iniuſtitia ipſius excommunicationis. In quinta,
quandam conſuetudinem approbat. ſecunda *ibi, porro.* tertia
ibi, ſed ſi ex cauſa. quarta *ibi, ſane.* quinta & vltima *ibi, denique.* Sũ-
mat autem Io. And. *hic in nouella* per partes: & licet hic ipſe Io.
And. ſummat primam partem, vt conſtat ex glo. ſua: poteſt ta-
men aliter ſummari cõprehendendo totum in principiũ hu-
ius decre. vſque ad *verſ. porro.* Archiepiſ. non eſt iudex compe-
tẽs, cum excõmunicatus ad petitionem partis ſine appellatio-
ne petit ſe abſolui: vel alias, cum quis excommu. de parte con-
queritur, cum tunc non ſuffraganeus, ſed is, pro quo lata eſt
ſentẽtia, illam defenſare teneatur. Si vero excõmunicatus pe-
tit ſuffraganeum pro iniuſta excommunicatione puniri, tunc
ipſe Archiepiſ. eſt iudex idoneus: Idem etiam ſi quis petat ſe
abſolui à ſententia lata per ſuffraganeum, qui proceſſit ex of-
ficio. hoc dicit vſq; ad §. *porro.* In text. *ibi, excõmunicatis.* idem eſ-
ſet de ſuſpenſis, vel interdictis, *vt in c. Romana. primo reſponſo. ſu-
pra eod. tit.* In tex. *ibi, litigantib.* ſubaudi maxime, quia idem eſſet
etiam ſi à non litigantibus fuiſſet prouocatum, vt *in verſic. ſeq.
attamen. inf. eod. & in verſ. ſimiliter.* ſecundum Io. hic. In text. *ibi,
audienda. concordat c. Romana in 1. reſponſo. ſup. de foro compet. eo. lib.*

1 Nota † primo ex principio huius text. regulam vulgatam,
quod Archiepiſ. nõ poteſt abſoluere excommunicatos à ſub-
ditis ſuffraganeorum ſuorum, quia ipſe Archiepiſ. non habet
iuriſdictionem contra ipſos excõmunicatos, neq; etiam con-
2 tra excommunicatos, *c. paſtoralis. ſup. de offic. ordin.* ¶ Et ex hoc †
infertur, quod ille dicatur iudex ſuperior & competens pro
abſolutione impetranda, qui eſt iudex ſuperior, & ipſius ex-
cõmunicati & excommunicantis, *c. cum ab Eccleſiarum ſupra de
3 offic. ordi.* † Et ex hoc poteſt inferri, quod poteſtas abſoluendi
dependeat à iuriſdictione non ab ordine, de quo habetur *in c.
à nobis. lo ſecundo. ſup. eod. tit.* Secunda nota *ibi, ſubditis.* quod in-
terdum inferiores ab Epiſcopis habent poteſtatem excõmu-
nicandi, ſuſpendẽdi, & interdicendi, quod qualiter procedat
4 dictum eſt *ſup. in c. proxime præcedenti,* iuncta gloſ. 2. *d. c.* Tertio †
nota *ibi, prouocatum.* quod licet appellatio interpoſita poſt ex-
cõmunicationem non habeat ſuſpendere ipſius virtutem, &
ſic non habeat effectum ſuſpenſiuum, *de quo in c. venientes. de iu-
reiuran.* tamen habeat effectum deuolutiuum, hoc eſt quia de-
uoluitur per illam appellationem poteſtas abſoluendi ipſum
ſuperiorem: ita probat *hic text.* Et de hoc etiam eſt text. & ibi
pulchre per Butr. *in c. ad reprimendũ. ſupra de offic. ordin.* Quarto
5 nota † *ibi, querimoniã.* quod metropolitanus poteſt adiri per
viam querelę contra ſententiam excommunicationis latã per
Epiſcopum ſuum ſuffraganeum: & ſic Archiepiſ. eſt iudex or-
dinarius ſuorum ſuffraganeorum: quod intellige prout dici-
tur *hic in textu,* quando agitur ad pœnam imponendam ipſi E-
piſcopo ſuffraganeo pro iniuſta excõmunicatione: ſiue quan-
6 do agitur pro ſuo intereſſe ipſius excommunicati. ¶ Quinto †
not. quod officiales Archiepiſcoporum eandem poteſtatem
habent in abſoluendo, quam habent in ipſi Archiepiſcopi, vt
probat hic text. *in principio ſui ibi, vel eius officialis.* Ad quod facit
7 tex. *in c. Romana. ſup. de offic. ordin.* ¶ Sexto † no. *ex verſ. ſecus autẽ.*
quod quando agitur de iniuſtitia actus geſti à iudice, inquan-
tum concernit vtilitatem aduerſarij, defenſio ſpectat ad par-
tem, pro qua eſt actus geſtus, & non ad iudicem, qui protulit
ſententiam, vel actum geſſit. Secus ſi agitur de iniuſtitia actus
geſti per iudicem procedentem ex officio, quia tũc debet vo-
cari iudex ipſe ad defendendum proceſſum ſuum. Vnde vi-
detur hic caſus pro dicto gl. *in c. cum ſpeciali. ſup. de appel.* ¶ Et ex
hoc infertur, quod quando agitur de iniuſtitia actus alicuius,
neceſſario non citantur illi, quibus poſſet præiudicari ſecun-
dario, ſed ſolum ſunt citandi illi, quibus principaliter poteſt,
præiudicari: ita probat *hic textus,* quia non tãtum præſumitur
contra iudicem, quantum contra partem: de quo per Inno. *in
c. humilis. ſup. de maior. & obedi.* Si quæritur igitur, ad quem ſpe-
ctat defenſio ſententiæ, dic quod principalis defenſio ſpectat
ad partem, in cuius fauorem eſt lata, ſecundario ſpectat ad iu-
8 dicem: ¶ Nam † iudex poteſt ſententiam per ſe latã defende-
re, *cap. quoties Epiſcopi. 2. q. 6. & hoc c. noſtro.* Et facit quod not. In-
no. *in c. dilectus. lo primo. in prin. ſup. de reſcrip.* & quod notat idem
Inno. *in c. de cætero. de trãſact. & in c. noſtra. ſup. de procur.* Admitti-
tur autem iudex ad defenſionem ſententiæ ſuæ ratione ſui iu-
9 ris & intereſſe, quia † ſi malo animo pronunciaſſet, condena-
retur in veram litis æſtimationem: vel ſi per imperitiam quan-
tum iudici videretur, vt habetur *in l. 1. & 2. C. de pœ. iudic. qui ma-
le iudic. in l. ſi iudex. ff. de var. & extraordin. cognit. & in l. ſi filius. ff. de
iudic.* etiam per canoniſtas omnes *in c. cum æterni. ſup. de re iudic.
eo. lib.* Septimo no. *ex verſ. attamen.* quod iudex † poteſt aliquẽ 10
extraiudicialiter excõmunicare, quãdoquidem hoc facit pro
defenſione iuris ſui: de quo plene dixi *in c. proxime præcedenti.*
Ex hoc infert hic Gemi. quod talis iudex poterit excommuni-
care, licet ſi extra territorium, ex quo ille actus non eſt iudi-
cialis: pro quo allegat notata *in c. nouit ſup. de offic. lega.* Gloſ. ſunt
interlineales, ideo eas omitto conſulte. ¶ Sequitur §. *porro.*

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus vel eius officialis in caſibus, in quib. ſibi cõpetit iuriſ-
dictio abſoluendi ad petitionem partis, vel ex officio debet excom-
municatum abſoluere antequam illius cauſam audire incipiat:
intellige vt ibid.*

2 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa ſeu contumacia, non debet
abſolui antequam reſtituat expenſas & damna.*

3 *Contumacia quãdo dicatur manifeſta, & qualiter probetur. nu. 4.*

5 *Teſtis in facto proprio nemo eſſe poteſt.*

6 *Interlocutoria ſicut diffinitiua tranſit in rem iudicatam.*

7 *Aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non petitur
reſtitutio, nec ſupplicatur.*

8 *Sententiæ, quæ non tranſiuerunt in rem iudicatam, poſſunt peti re-
tractari multis modis.*

9 *Abſolutio à præſumpta contumacia nunquid debeat prius fieri quã
reſtitutio expenſarum.*

10 *Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur.*

11 *Iudex à quo an poſſit abſoluere excommunicatum, nõ obſtante ap-
pellatione etiam legitima.*

12 *Appellatio interpoſita ab interlocutoria non poteſt iuſtificari ex a-
ctis faciendis coram iudice ad quem.*

13 *Exceptio dilatoria poteſt opponi etiam poſt lit. conteſt. quando pars
fuit impedita ex facto ipſius iudicis in litis conteſt.*

14 *Confeſſio facta in iudicio inducit manifeſtum.*

15 *Excommunicatus pro manifeſta contumacia non debet abſolui, ni-
ſi reſtitutis expenſis, & præſtita cautione de iudicio ſiſti.*

16 *Exceptione propoſita in cauſa appellationis, & negligenter omiſſa
probari, ſi appelletur ab interlocutoria propter illam prolata, po-
terit probari in cauſa appellationis.*

17 *Exceptio dilatoria omiſſa in cauſa principali non poteſt opponi in
cauſa appellationis.*

18 *Appellatio non reſcindit omnia agitata in iudicio, ſed ſolum reſti-
tuit appellantem in eũ locum, in quo erat poſt litem conteſtatam.*

Sequitur §. porrò.

§ PORRO hic §. hoc dicit ſecundum Io. And. Archiepiſ-
copus, in quibus ſibi competat iuriſdictio, antequam
audire incipiat cauſam; abſoluere debet excommunicatũ ad
petitionem partis, vel ex officio, niſi dicatur ipſum eſſe excõ-
municatum pro manifeſta offenſa vel contumacia, quo caſu
non abſoluitur niſi reſtitutis expenſis. Et contumaciæ mani-
feſtæ vel præſumptæ ponuntur hic exẽpla. h. d. vſq; ad verſic.
ſecus ¶ Nota primo † *ibi, antequã audire incipiant.* quod Archie- 1
piſcopus vel illius officialis in caſibus, in quibus ſibi compe-
tit iuriſdictio abſoluendi ad petitionem partis, vel ex officio,
debet excõmunicatum abſoluere, antequã illius cauſam au-
dire incipiat: quod intelligẽ, niſi allegetur talẽ fuiſſe excõmu-
nicatũ pro manifeſta offenſa vel contumacia. quo caſu nõ ab-
ſoluitur, niſi reſtitutis expẽſis, vt dixi *ſup. in ſũmario.* Et † ex hoc 2
infertur, quod excõmunicatus pro manifeſta offenſa ſeu con-
tumacia non debet abſolui antequam reſtituat expenſas, &
dãna: de quo *in c. ex parte. lo primo. de verbo. ſignif.* dixi plene *in c. ſo-
let. in §. 1. ſup. eod. tit.* Secunda nota *ex verſ. in textu id. in eſt.* quod
vbi quis eſt excommunicatus pro dubia offenſa ſeu contuma-
cia, debet abſolui præſtita cautione de iudicio ſiſti, & de pa-
rendo mandatis Eccleſię. ¶ Quando † autẽ dicatur eſſe mani- 3
feſta contumacia: Docto. hic exemplificat multis modis poſſe
hanc manifeſtam contumaciam cõtrahi, verbigratia, ſi in iu-
dicio monitus & citatus, reſponderit ſe nolle venire, vel et-
iam ſi extra iudicium hoc dixerit, & de hoc poteſt fieri plena
fides, vt eſt textus *hic in verſiculo, ſecus autem.* Item & in tertio ſi
conſtiterit ipſum fuiſſe & eſſe perſonaliter citatum, vt quia ci-
tatio ipſa apprehendit eum principaliter, & ille ſic citatus no-
luerit venire, dummodo alias non appareat de legitimo im-
pedi-

pedimento, vt probat textus *in verſiculo, idem eſt. ad finem ibi, pro eo quod in itinere captus, &c.* immo & fortius dicetur quis manifeſtus contumax, etiam ſi à principio citatio illum non apprehenderit perſonaliter, ſed ex poſt facto habuit notitiam ipſius citationis, qua ſpreta, neglexit comparere. De quo plenius & latius habetur *in Clem. ſi ante. de dolo & contume.* & ibi latiſſimè ſcripſi. Habetur etiam per legiſtas *in l. aduer. ff. de in integr. reſtit.* vbi adeſt gloſſ. quod ita demum dicatur quis manifeſtus contumax, quando in iudicio dixit ſe nolle venire. Sed certe & alijs modis conuincitur quis de vera contumacia, vt legitur *in d. Clemen. ſi ante. & hic etiam notatur per Doctores.*

4 Sed hic cadit maius dubium, † qualiter poteſt probari iſta vera contumacia: nunquid ſtabitur relationi nuncij, quod citatus reſponderit ſe nolle venire. Hic articulus alibi & longe melius notatur quam hic, videlicet *in cap. cum parati de appellatio. & in capitulo quoniam contra f. illam. de probatio. & in l. ſi quis decurio. C. de falſis.* Nam aliqui dixerunt in hoc, quod non ſta-
5 tur relationi † nuncij, qui nuncius in hoc diceret teſtimoniū in facto proprio, quod eſt prohibitum, vt *in l. omnibus. C. de teſtibus & in l. nullus. ff. de teſte.* canoniz. 11a. 4. *queſtio. 3. nullus.* de quo etiam habetur *in authentica, qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. etiam in l. conſentaneum. C. eodem titulo.* Vnde alij dixerunt, quod nuncio duntaxat creditur de eo, quod eſt illi commiſſum ad actum merum citationis, vt illi credatur an citauerit vel ne. Sed ſi quid vltra dixerit, ei non creditur, puta ſi referat quod citatus dixit ſe nolle venire: vel quod non comparebit vnquam coram iudice citante, vel ſit quid aliud referat quam ſit ſibi commiſſum: de quo plenè legitur *in dicto capitulo cum parati.* vbi longe melius cadit iſte articulus quam hic: & ibi multi ſequuntur hanc ſecundam opinionem tanquam veriorem. Ex quibus infertur, quod ad hoc vt quis poſſit conuinci in manifeſta vel vera contumacia, oportet, quod alio modo conſtet de ea quam per viam relationis ipſius nuncij. Sed vltra prædicta quæritur hic, de qua querimonia debeat intelligi ille text. & qualiter fiet propoſitio iſtius querimoniæ coram Archiepiſcopo de ſententia excommunicationis, vt puta ſi talis ſententia fuit lata, & excommunicatus ſit infra tempus appellandi. Reſpondet hic Ioannes Andre. quod textus debet intelligi in querimonia propoſita per viam ſupplicationis, vel per viam reſtitutionis in integrum, vt quia quis petit vel ſupplicat ſe reſtitui ad cauſam tractandam ſine agendam ſine pœna expenſarum, vt not. *in capitulo quo. ſla ſupra de procur. cap. ex literis de reſtitut. in integr.* Vel ſi petat via appellationis ſententiam fuiſſe & eſſe reuocandam per ipſum Archiepiſcopū, coram quo proponitur hæc querimonia, & coram quo petitur hæc abſolutio, vt dicitur *in verſiculo idem eſt. ibi, propoſita querimonia, &c. l. ab vol. C. q. vide lo & quando iudex.* Nam iure communi ſi ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, ſuccurri
6 non poſſet, etiam ſi fuiſſet interlocutoria, *capit. quod ad conſultationem. de re iudica.* † Nam ſicut diffinitiua tranſit in rem iudicatam, ita interlocutoria, *cap. cum dilecti in fin. de elect. & dicto capitulo quod ad conſultationem.* præterea ſi fuit lata ſententia excommunicationis contra aliquem, quia fuit contumax in termino: ſi enim non appellauerit ab huiuſmodi ſententia, non audietur ſuper expenſis & contumacia excuſanda, licet poſſit audiri ſuper abſolutionem petenda, quia nunquam abſolutio tranſit in rem iudicatam, quo minus impertiatur ipſi ſatisfacienti, vt voluit hic Innocentius quem ſequuntur cæteri.

Sed dicet aliquis, quomodo poterit reſtitutio in integrum
7 & ſupplicatio fieri, quia † aduerſus ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, non petitur reſtitutio, nec ſupplicatur, niſi à principe, & apud eum, vt legitur *in dicto cap. ex literis. de integri reſtitut.* Innocen. hic ſolum. quod ibi ille textus debet intelligi
8 de ſententijs, quæ tranſierunt in rem iudicatam: † hic autem de ſententijs, quæ non tranſierunt in rem iudicatam. Nam tales ſententiæ poſſunt peti retractari multis modis: aut per viam reſtitutionis in integrum: aut per viam ſupplicationis, vt not. *in cap. ad audientiam. l. ſecundo. de re iudica. & cap. ex parte. de reſtitut. ſpoliat.* Hic autem intelligitur reſtitutio in integrum largo modo pro appellatione vel querela, quæ in ſe haberet remedium ordinarium: Nam Archiepiſcopus poteſt eſſe iudex competens ſubditorum ſuffraganeorum per viam appellationis, vt *hic in principio textus.* Et etiam poteſt eſſe iudex ſuffraganeorum per viam querelæ, vt declaraui *ſup. in præcedenti* *lectione.* facit *cap. Romana. ſupra de appellatio. cap. paſtoralis. de officio ordin.*

† Sed quæritur etiam *hic in fine huius verſiculi, idem eſt.* nunquid debeat prius fieri abſolutio, antequam fiat reſtitutio expenſarum: an vero fiat prius reſtitutio expenſarum, antequā abſolutio impendatur, videlicet quando quis dicitur excommunicatus pro præſumpta contumacia. Doctores hic communiter tenent, quod prius fiet abſolutio, vt probat iſte text. *in verbo, prætimus. facit etiam cap. cum contingat. de off. deleg.* Ad quod vide omnino *cap. 2. in mea gloſſ. vlt. ſupra de teſti. cog.* vbi gloſſa poſuit quæſtionem de eo, qui fuit excommunicatus, quia non comparuit in termino. Nam ſecundum gloſſ. ſi excommunicatus dicat ſe non potuiſſe comparere, quia fuit detentus legitimo impedimento, relaxanda erit ipſa ſententia ſine difficultate. In hoc tamen diſtinguitur, quale fuerit impedimentum, an fuerit impedimentum capturæ, vel aliud impedimentum, aut incommoditatis, aut facti, ſi impedimentum probaretur, vel talis ſententia eſſet relaxanda, vel forſan poſſet dici nulla. Et ad illum text. reſpondetur, quod non probatur impedimentum, vel iſte non contendebat ſuper nullitate, de quo plene *in dicto cap. 2. de teſti. cog.* de quo *hic in verſ. pro eo quod in itinere fuit impeditus.* Quæ omnia ſunt digna nota.

Gloſſ. *in verbo, appellatum. ibi, alij.* hæc fuit opini. Ioan. Mon. qui viſus eſt velle, quod *d. cap. non ſolum.* habeat in hoc corrigere, quod hic dicitur. Alij vero, vt Abbas, tenuerunt etiam hanc opinionem vt ſententia illa veniat retractanda per viam attentati, *per d. cap. non ſolum. de appel. in ſexto. allegatum in gloſſ.* Sed certe opinio gloſſ. ſeruatetur in practica, nec dicendum eſt quod dicit Ioan. Mon. videlicet, quod *d. cap. non ſolum,* corrigat quod hic dicitur: quia decretales huius voluminis non habent in ſe poſterioritatem nec anterioritatem, cum ſint clauſæ ſub eodem volumine, licet aliquæ fuerint priores, & aliquæ poſteriores: quia ratione approbationis & compilationis dicuntur eodem tempore factæ, quia † omnia noſtra facimus, quibus 10
authoritatem noſtram impertimur, *l. 1. in § 1. C. de veteri iure enucl.* Gloſſ. *in capit. vt officium. circa fin. ſupra de hæret. eodem lib.* de qua quæſtione habetur etiam per Rotam *in deciſ. in noui,* *quæ incipit, Item licet ſit de contumax.* vbi aliquid de hoc ſcilicet an cap. non ſolum habeat locum in ſententia excommunicationis. Sed longe melius & clarius habetur per eandem Rotam *deciſ. 388. quæ incipit, Item ſi committatur.* & ibi Rota viſa eſt has opiniones ad concordiam reducere dicentes: Aut quæritur vtrum per appellationem ſubſequentem ſuſpenditur excommunicatio præcedens. Et dicendum eſt quod non, & ita procedat hæc gloſſ. *per cap. paſtoralis. ſupra de appel.* Aut & ſecundo quæritur, vtrum actus ſubſequentes ipſam appellationem debeant ſuſpendi appellatione interpoſita, vt eſt actus denunciationis. Pone, lata eſt excommunicatio, nondum eſt facta denunciatio, appellatum eſt: nunquid pendente appellatione ſuſpendetur actus ipſius denunciationis. Et ibi Rota videtur dicere, licet Collector in fine aliter ſentiat, & refert etiam alios, quod iſti actus ſubſecutivi debent ſuſpendi, ex quo appellatio eſt interpoſita. Et hanc ſententiam ſequitur Gemin. hic. Licet referat alios voluiſſe dicere indiſtincte, quod ex quo excommunicatio eſt legitime lata, & iniecit vinculum, nec eſt ſuſpenſa per appellationem, ſimiliter non debent ſuſpendi alij actus ſubſequentes ipſam appellationem, vt eſt actus denunciationis, vel publicationis ipſius excommunicati, *argumen. regulæ, acceſſorium. infra de regul. iur.* Et ſic iſti videntur tenere contra Rotam: & referuntur fuiſſe reſeruati in facto. Alij tamen aliter, vti ſunt diſtinxiſſe, quod aut appellatione interpoſita iudex ad quem inhibuit iudici à quo, ne appellatione pendente procederet vel viſitaret, ſecundum quod dicitur *in illo. cap. non ſolum.* Et tunc facta inhibitione procedit quod dixit Rota, vt actus ſubſequentes impediantur pendente appellatione, *per d. capit. non ſolum.* Aut & ſecundo pendente appellatione iudex ad quem non inhibuit, & tunc ſtet hæc opinio, vt denunciatio ſubſecuta non reuocetur per viam attentati. Hæc tamen diſtinctio non eſt etiam probabilis, quia ex quo excommunicatio ligauit excommunicatum, nec per appellationem fuit ſuſpenſa, non videtur quod iudex à quo potuerit impediri in denunciatione facienda, cum ipſa denunciatio ſequatur excommunicationem. Ex quibus reddit dubius hic articulus, & quoties ſit opus videre, recurre ad prædictam allegationem, vbi

iſta

iſta omnia notantur,& etiam hic per Geminian. *in hac gloſſa.*

¶ Gloſſ. *in verbo, caſibus in fi.* Addit hic Innoc. quod licet in caſibus illis, de quibus *in d. § ſi autem.* non relaxaretur excommunicatio, iudex tamen appellationis, poſtquam cognoſcere incepit, an ſit recipienda appellatio, poterit inhibere ne dicta excommunicationis ſententia executioni mandetur, ſecundùm Ioan. And. hic. ¶ Sed hic aduerte pro intellectu prædictorum, & huius text. hic, & vltra Doctores, quod ſi excommunicatus non appellat infra decendium, quod datur ad appellandum, non poterit amplius deducere hanc cauſam excommunicationis ad ſuperiorem ipſius excommunicatoris, ſed erit neceſſe petere abſolutionem ab excommunicatore, quo caſu ſi excommunicator noluerit abſoluere, oblata debita ſatisfactione, poterit ex hoc nouo grauamine appellare ad ſuperiorem, vt not. *in c. ad reprimendam. ſup. de offi. ord.* quod eſt vtile in practica. Hinc eſt, quod appellatio ab excommunicatione plurimum prodeſt & eſt magni effectus. licet per eam non ſuſpendatur excommunicatio. Nam ſi non appellatur ab ea infra decendium, tranſit in rem iudicatam reſpectu illius actus, pro quo lata fuit excommunicatio. Vnde ſi quis fuit excommunicatus propter contumaciam, & non appellauit infra decendium, non poterit amplius negare contumaciam illam, nec ſe ab ea contumacia aliquo modo excuſare, vt dixi ſupra, ſecundùm Innoc, & Io. And. *in verbo, querimoniam.* Et ideo ſi ille velit abſolui, oportebit, vt prius ſatisfaciat, vt notarunt Ioan. And. & Innoc. *hic in verb. querimoniam.* & ita etiam notatur *in d. c. ad reprimendam.* Sed reſpectu vinculi, quod iniecit excommunicatio, non tranſit in rem iudicatam, quo minus ſemper poſſit peti abſolutio oblata ſatisfactione, idem dixi vobis ſupra.

11 ¶ Aduerte etiam hic in † practica, quod iudex à quo poſſet abſoluere excommunicatum, non obſtante appellatione interpoſita etiam legitima. Et huius duplex poteſt eſſe ratio: primò propter periculum moræ, ne quis decedat in excommunicatione. ſecundò & iſta melior eſt ratio, & notabilior, quia iudex ad quem poteſt & debet hoc facere recepta cautione, *vt in hoc §. porrò.* ¶ Ergo idem poterit iudex à quo, quia iudex à quo poteſt omnia, quæ tendunt in faciliorem exitum ipſius cauſæ appellationis. Et hæc intelliguntur ſibi permiſſa non obſtante appellatione, *vt in c. ſupra de matrim. contracto contra interd. Eccleſ. & in c. cum teneamur. de appell.* Et ita notat etiam Panorm. *in c. ſacro. ſupra eod. lib.*

¶ Gloſſ. *in verbo, captus.* diuiditur in duas. primò allegat concordantes. Secundò quærit, an intelligatur de capto quocunq; impedimento. ſecunda ibi, *& quod dicit captus.*

¶ In gloſſ. *in fin.* Doctores communiter ſequuntur glo. vt habeatur diſtinctio in reſtitutione expenſarum, an fuerit impeditus à iudice, an priuato. Sed dicet aliquis, ex quibus actibus probabitur tale impedimentum quod citatus venire non potuit: Dic, quod ex actis factis coram iudice à quo, quia appel-
12 latio interpoſita † ab interlocutoria non poteſt iuſtificari ex actis faciendis coram iudice ad quem, *clemen. appellanti. de appella. in 6.* facit *cap. interpoſita. in §. fin. ſupra eod. tit. de appellat.* quod ſanè eſt intelligendũ, niſi tale impedimentum probationis proueniſſet ex facto iudicis à quo, vt quia fuiſſet impeditus ſuas probationes facere ab eo, cùm ille debitas dilationes ſibi dare noluiſſet, argumen. notatorum *in cap. ex conqueſtione. ſupra de reſtit.*
13 *ſpoliat.* vbi habetur ſingulariter, quod † exceptio dilatoria poteſt opponi etiam poſt litis conteſtat. quando pars fuit impedita ex facto ipſius iudicis in litis conteſtatione: quod eſt notandum pro limitatione *clement. appellanti.* Nam tunc probatio omiſſa ex defectu iudicis à quo, poterit fieri coram iudice ad quẽ & ſic iuſtificabitur appellatio ex deducendis coram ipſo iudice ad quem. quod eſt notandum, & infra plenius dicam *in verſicu. ſecus.* & faciunt ad hoc notata *in cap. ſi iuſtus metus. ſupra de appellat.* Et quæ habetur *in clem paſtoralis. in §. Piſana de re iud.* quæ omnia ſunt digniſſima notatu.

¶ Gloſſ. *in verbo, impedimento.* gloſſ. duo facit primò quærit, de exemplo textus, & ſoluit. ſecundò quærit, an ex alia cauſa excuſetur. Et reſpondet quod ſic. ſecunda ibi, & ſic.

¶ In fine gloſſ. Doct. ſequuntur gloſſ. & Ioan. And. hic ponit exemplum de vi fluminis Rheni: & multa alia ponit hic Arch. dicens, quod debet eſſe neceſſitas vrgens & excuſabilis, *cap. peruenit. 18. diſtin.* de quibus exemplis multa habentur *in l. 2. allegata hic in gloſſa.*

VERSIC.

SECVS. Nota primò † *ex verſiculo ſecus.* quod confeſſio facta in 14
iudicio inducit manifeſtum: de quo plenius habetur *in cap. veſtra. ſupra de cohabit. cleric. cap. cum olim. de verb. ſignific.* Et ideo ſi in iudicio citatus dixerit ſe nolle venire, dicitur manifeſtus cõtumax: caſus eſt hic. de confeſſione verò extra iudicium videbimus in gloſſ. *in verbo, iudicij.* An per confeſſionem extraiudicialem inducatur manifeſta contumacia. Secundò not. id ad
quod † ſolet ſemper allegari hic verſiculus, quod excommuni- 15
catus pro manifeſta contumacia non debet reſolui, niſi poſt, reſtitutis, & præſtita cautione de iudicio ſiſti. Tertiò not. *ex verſiculo, & hoc ipſum. ibi, ad ſuperiorem appellet.* quod licet iudex aſſignet alicui terminum ad comparendum, & tamen ille non cõpareat, propter quod fertur ſententia excommunicationis in eum. Quod tamen per hoc non cenſebitur manifeſtè cõtumax, quo minus non poſſit à tali ſententia appellari: quod eſt notandum ſecundùm Gemin.

¶ † Quartò not. ibi, *cùm probare coram eo velit.* quod exceptio 16
propoſita in cauſa principali & negligenter omiſſa probari, ſi appelletur ab interlocutoria propter illam prolata, poterit probari in cauſa appellationis: quod eſt notan. Et facit quod notatur *in c. fraternitatis ſupra de teſtib. cap. cùm Ioannes Eremita. ſupra de fid. inſtrum. & l. per hanc. C. de tempo. appell.* Et hoc etiam procedit in dilatoria: quod eſt notandum ſecundùm Gemin. hic, vt eſt exceptio loci non tuti. Quod tamen intelligo procedere, quãdo propter factum iudicis hoc non probaſſet in primo iudicio, vt quia iudex non admiſit forſan exceptionem, vel ſi admiſit, noluit ſtatuere terminum ad probandum, iuxta gloſ. *in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol.* & ita limitatur *d. clem. appellanti.* per ea quæ dixi ſupra *in gloſ. in verbo, captus.*

¶ † Ad vnum tamen hic aduertas, quod exceptio dilatoria 17
omiſſa in cauſa principali, non poteſt opponi in cauſa appellationis, & ſic in ea non haberet locum *dictum cap. cùm Ioannes, & dicta l. per hanc. pro quo text. in l. ita demum. C. de procur.* licet ille tex. loquatur de exceptione dilatoria omiſſa cõtra procuratorem, vt non poſſit poſtea opponi in cauſa appellationis, ſi fuit omiſſa in cauſa principali ante litem conteſtatam. Nam ſecundùm Bart. ibi, *iſtud procedit etiam in qualibet dilatoria:* Quod limita, vt ſupra, niſi ex facto iudicis fuiſſet omiſſa, propter quod poſtea fuiſſet appellatum: vel niſi opponens prius ignoraſſet illam exceptionem, quia tunc poterit opponi etiam in cauſa appellationis, quẽadmodum poteſt opponi in iudicio principali poſt litem conteſtatam, ex quo fuerat omiſſa per ignorantiam, *vt in c. paſtoralis. ſupra de except. notat gloſſ. 3. quaſi. 6. in cap. exceptio.* Ita etiam & in cauſa appellationis, quia regulariter quicquid poteſt opponi in primo iudicio, poteſt opponi in cauſa appellationis. Et ita debet intelligi text. *in d. l. per hanc. & in d. c. cum Ioannes.* ita Bart. *in d. l. ita demum.*

¶ † Ex quibus poteſt inferri, quod appellatio non reſcindit 18
omnia agitata in iudicio, ſed ſolum reſtituit appellantem in eum locum, in quo erat poſt litem conteſtatam. Si tamen aliquid ſit omiſſum ignoranter, poterit opponi in cauſa appellationis, vt ſentit etiam gloſſ. fin. *in cap. ad audientiam. lo ſecundo, de reſcriptis.* & ibi de hoc aliquid habetur per Modernos, de quo plenius dixi *in repetitione mea capit. fraternitatis. circa tertiam vel quartam columnam.*

¶ † Adde etiam vnum, quod ſi appellans ſcienter omiſit op- 19
ponere aliquid in cauſa principali ſub prætextu appellationis futuræ, quod non poterit in cauſa appellationis poſtea illud probare, ita Hoſtienſ. *in c. inter monaſterium. de re iud.* allegans ad hoc optimum text. *in c. exceptionem.* arg. *ſumpto à caſu ſpeciali, ſupra de excep.* vbi dicitur, ꝙ exceptio ſciẽter omiſſa in cauſa principali, poterit opponi in cauſa appellationis. Ergo ſecus erit in alijs caſibus. Idem tenuit Imola *in capit. inter monaſterium. in quinta ſeu ſexta columna de re iudicata.* idem Bald. & Angel *in dicta l. per hanc. in prima columna.* idem Antonius de Butrio *in dicto capitulo ad audientiam. in tertia columna de reſcriptis.* Et per hoc limitantur dicta iura *dicto cap. cum Ioannes, & dicta l. per hanc.* Infert autem Innocentius ex iſto textu, quod vbicunque iudex habet abſoluere vel condemnare in cauſa, pro qua excommunicatio eſt lata, debet abſoluere excommunicatum, niſi illi obijciatur, de manifeſta offenſa, vt probatur iſte textus *in verſiculo ſecus, & verſiculis ſuperioribus.*

20 ¶ † Quintò not. ex fin. huius verſ. quod ſicut ſententia diffinitiua tranſit in rem iudicatam, ſi non ſit appellatum infra 10. dies, vt in c. quod ad conſultationem. ſupra de re iudic. ita etiam & interlocutoria tranſit in rem iudicatam, ſi non ſit appellatum infra decendium, concor. c. cum dilecti. ad fi. ſupra de elect. Quo tamẽ ad iudicem, non dicitur tranſire in rem iudicatam, quia iudex poteſt illam quandocunq; reuocare, niſi ſit executioni mandata: vnde hoc debet intelligi quo ad partem. Et ita vult gloſſ. hic in verbo, decendium.

Gloſſ. in verbo, in iudicio, diuiditur hæc gloſſ. princ. in duas, in prima quærit & reſpondet: in ſecunda infert ad deciſionem alterius dubij ex reſponſione. ſecunda ibi, vnde per hoc videtur. In gloſſ. ibi; & nuntius hoc retulerit hæc gloſſ. ſentit, quòd nuntio referenti citatum dixiſſe ſe non comparere, non ſit credendum, de quo ſe remittit hic Ioan. And. in nouella. ad Spec. in titul. de citatione. in §. ſequitur. verſic. ſed nunquid creditur. in addit. quam facit ibi Ioan. And. ad Specul. Et habetur etiam per eundem Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titulo, de contumacia. circa prin. in magna additione. vbi Ioan. And. declarat hanc gloſſ. & ibi videtur tenere, quod dicit hæc gloſſ. vt non credatur nuncio ſic referenti,
21 ſicut etiam non creditur nuncio † de commiſſione facta per iudicem: niſi aliter appareat, vt in c. quoniam contra. ſupra de probat. Nam nuncius non poteſt aliquem citare ſine ſpeciali commiſſione iudicis, vt de hoc videtur text. notab. in l. neminem. C. de exhiben. reis. Et ſic concludit ibi Ioan. Andr. vt non ſit credendum nuncio ſuper reſponſione partis, cùm ipſe ſolum habeat referre factum ſuum, non alienum. Neque obſtat, quod reſponſio ſit annexa citationi: quia hoc negatur ſecundùm Gemin. hic, cùm citatio ipſa per ſe ſubſiſtat, & ſit perfecta in omni ſuo gradu, licet citatus taceat vel nihil dicat. Oportet igitur, quod per alios hæc ſua reſponſio probetur, ſecundùm Ioan. And. in dicto verſic. ſed nunquid & in d. § poſt prin. in magna additione. Ex quibus ſtat concluſio, ſecundùm Ioan. Andr. quem ſequuntur hic doctores, quod non credunt nuncio de verbis dictis per citatum, ſiue de reſponſione facta per eum. Hinc eſt, quod ſi nuncius referat citatum reſpondiſſe ſe nolle venire, vel comparere, vel ſi referat recepiſſe iniuriam ab ipſo citato, vt quia fuit ſalutatus ab eo mala citatione cum lapidibus vel baculis, non erit illi credẽdum, niſi aliter appareat. Et ex hac concluſione infertur corollariè, quod de his verbis prolatis per citatum oportet à parte, ad cuius inſtantiam fuit citatus, probationem adhiberi. Et in hanc ſententiam, vt videor videre, communiter Moderni videntur inclinaſſe, Bu. & Imol. in d. c. cum parati. Idem etiam Imol. in dicta clemen. ſi ante. in 12. fine 13. col. Et pro hac ſententia videtur hic text. in hoc verſ. Secus. vbi probatur non eſſe ſtandum verbis prolatis à parte, niſi ſint dicta in iudicio. Secus ergo erit extra iudicium, vt inquit hæc gloſſ. dicens, quod ſi nuncius referat partẽ citatam dixiſſe ſe nolle venire, quod talis non eſt verus contumax, quaſi de hoc non ſit credendum nuncio: quod qualiter intelligatur, dicam infra in fine gloſſ. An iſta dicatur vera contumacia vel manifeſta. Sed aduerte hic, quod contra hanc gloſſ. videtur facere gloſſ. Accurſij in l. ex conſenſu. in § fi. ff. de appellat. & Bar. ibi & gloſſ. in l. fi. ff. de in integ. reſtit. & quod notat in l. Fulcinius in § fin. ff. de his, quæ in fraudem credit. vbi videtur probari per gloſſ. & Doct. quod nuncio ſit credẽdum de tali relatione quia de iure ſtare debet relationi nuncij tanquam perſonæ probatæ, & à iudice electæ: De † iure enim electio nuncij ſpectat ad iudicem, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, capit. n. paſtoralis. in princ. de offic. delegati. & in l. 2. C. de ſportulis. & ibi Bart. per illũ text. Facit text. in auth. de iud. in §. neceſſitatem. & Bart. hoc etiam tenet in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, per nuncium in prin.

23 ¶ † Hinc eſt, quod nuncius iurat, fideliter exercere officium ſuum, argum. authent. decernimus. C. de iud. Licet Bald. in aliquo videatur variare à Bart. in d. l. 2. in prin. C. de ſport. Si ergo ſtandum eſt relationi nuncij, conſequens eſt, vt videatur etiam ſtandum in his, quę pars ipſa dixerat, quia ſibi videtur in conſequentiam commiſſum vt referat ea, quæ appareant de contumacia citati vera vel ficta, cum iſta concernant effectum citationis, & ſint talia, quæ contingant ipſam citationem, argumen. cap. præterea. ſupra de officio delegati. Nunc citatio fit ad finem contumaciæ: Si ergo nuncius ipſe referat ea, per quæ appareat de vera contumacia, erit illi credendum, cùm hoc tendat ad effectum ipſius citationis, & videtur eſſe de concomitantijs ipſius citationis. Pro quo videtur etiam facere textus notabilis in dicto capit. cum parati. vbi ſtatur dicto nuncij dicentis, quod citatus fuit ille in Eccleſia Salonitana, cum locus ille ſit propinquus ipſi citationi. Non obſtat, quod non debet credi nuncio de iniuria ſibi illata verbo vel facto: quia hoc ego fateor: & eſt ratio, vt non credatur nuncio de hoc, cùm tale quid non concernat citationem, vel non contingat eius effectum: ideo non ſtatur. Non obſtat etiam, quod non credatur nuncio de commiſſione, quia illud ideo eſt, quia cùm hoc non concernat iudicis officium, ſine eius ſpeciali commiſſione citare non poteſt ipſe nuncius, vt dixi: Sed quæſtio noſtra loquitur de citatione relationis, quæ dicitur ex his, quæ contingunt officium ipſius nuncij. ergo ſe debet extendi ad omnia connexa ipſi citationi, argum. c. tranſlato. ſupra de conſtitut. Ad quod facit l. iam tamen. ff. de iudit. ſolui. & quod not. in cap. cùm olim in gloſſ. 4. ſupra de offic. delegat. vbi probatur, quod † illud dicitur contineri in mandato, quod eſt de 24
his qui ſunt iuxta mandatum: Faciunt etiam not. in cap. in cauſis. de elect. & quod not. Butr. in capit. quod quibuſdam. de fideiuſſor. & Bartol. in l. ſi fraudator. ff. de his, quæ in frau. credi. Vbi dixerunt, quod mandatum trahitur ad conſequutiua. Non obſtat etiam iſte §. ſecus. quia ſi pars dixerit aliquid in iudicio, ſiue dixerit illa verba iudici, nolo comparere: ſeu dixerit, nolo venire, tunc verum eſt, quod contumacia iſtius eſt manifeſta, quia de hoc conſtat iudici vt ipſi iudici. Sed ſi verba referantur dicta extra iudicium, hæc non poſſunt dici nota iudici, niſi aut per teſtes vel relationem nuncij: quod ſi fuerit altero ex his modis probatum, dicetur tunc iudici hoc eſſe manifeſtum, quia † proba- 25
tiones factæ in iudicio faciunt rem manifeſtam, cap. cùm olim. de verb. ſignific. cap. ſignificauerunt. in verbo, liquere. de teſtib. Non obſtat etiam, quod per factum nuncij non debeat inferre tam graue præiudicium ipſi parti: quia ſi dicimus nuncio eſſe credendum ſuper citatione facta perſonaliter, aut ad domum, ita etiam erit credendum & hoc caſu, cùm illud videatur eſſe de concomitantijs ipſius citationis. Proinde dixit Panormit. in d. c. cum parati. in penult. colum. quod ſi lapſo termino, pars citata fuit contumax, ſatis dicendum eſſe videtur, vt ſtetur tali relationi nuncij, cùm hic concurrant duæ præſumptiones, videlicet contumacia, & relatio nuncij. Et hanc partem, quod credatur relationi nuncij, Imol. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. dixit de iure ſuſtineri poſſe. Quod etiam ſequitur Card. in clem. ſi ante. in 3. col. de do. & contum. Imol. tamen in d. §. Iulianus. refert, quod opinio Ioan. And. & aliorum. nititur magna æquitate, quæ omnia ſunt notanda. Et hoc volui dixiſſe, quia propriè cadunt in hoc verſic. quem allegant omnes. Et de hoc habetur etiam in d. c. quoniam contra. & in d. c. cum parati. Et hæc inueſtigatio eſt magni effectus. nam ſi ſequimur opinionem iſtius gloſſ. vt non ſtetur relationi nuncij, tunc procedit dictum gloſſ. vt ille per hoc non dicatur eſſe manifeſtus contumax. Si verò tenemus aliam opinionem, tunc dicetur verus contumax, & erit locus diſpoſitioni iſtius verſiculi. Nam ſicut ſi conſtaret per teſtes de huiuſmodi verbis, ille dicetur manifeſtus contumax: ita etiam ſi conſtiterit per relationem nuncij, ex quo illi credendum eſſet in hoc, ſecundùm iſtam ſecundam opinionem, cùm per hoc probationem inducatur quid notorium ſiue manifeſtum, vt in d. c. veſtra. & in d. c. cum olim. de verb. ſignif. & in d. c. ſignificauerunt. in verbo, liquere. vnde vos ſuper hoc cogitabitis. In eadem gloſſ. in fin. vult ergo gloſſ. quod ſi citatus citanti reſponderit nolle venire, & ita nuncius retulit, quod iſte per hoc non dicetur verè contumax. Quod intelligit Ioan. Andr. verum, vt non dicatur verus contumax, id eſt, manifeſtus contumax. Sed quantum ad hoc quod dicatur contumax, benè creditur nuncio, ſi poſtea ille non compareat, quia ſibi creditur de citatione facta, vt dixi ſupra. Ad quod faciunt notata in d. clem. ſi ante. licet ſecundùm eſt quidam tenuerunt contrarium, pro quibus faciunt notata in l. fin. de in integ. reſti. in vlt. gloſſ. & in l. conſentaneum. in gloſſ. præſumpta. & in l. ſeq. in 1. gloſſ. C. quomodo & quando iudex. Arch. hic, vt refert Ioan. Andr. dicebat, quod eo caſu licitum erat procedi ad ſententiam. Allegat nota. per Innoc. in c. ad petitionem. ſupra de accuſ. Ioã. And. de hoc hic nihil decidit, ſed ſe remittit ad dictam clem. ſi ante. Addit tamen, quod cum hac gloſſ. concordat Ia. de Ra. & Petr. de Bellapertica, ſub dubio fortè, vt refertur in authent. at qui ſemel. ſupra allegata. in 3. quæſt. † in qua quæritur, an citatus, qui 26
dixit ſe nolle venire, vlterius ſit citandus. Et dicunt ibi præfati Doctores, vt refert hic Ioan. Andr. quod tres citationes, de quibus habetur in d. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. fiunt non ſolum, ad contumaciam præſumendum, ſed & malitiam conuincendam, vt in auth. iubemus. C. de iud. & legitur per

Docto-

Doctores, & gloſ. in cap. *[illegible] ſupra de dol. & contum.* Doctores hic [illegible] commentariis, loquuntur [illegible], qui ſic reſponderit ſe nolle venire; [illegible] contumax, vel caſſos, vel manifeſtos. [illegible] in lectione ſequenti. [illegible] diſtingui, & concludi, quod aut citatus [illegible] reſpondit ſe nolle venire; & tamen hoc [illegible] & poſt hoc non dicetur verus ſiue manifeſtus contumax. Nam hæc verba manifeſtus, & ſimilia verba qualificatiua ſubſtantiæ ipſius contumaciæ. Ideo ceſſante contumacia ipſa ceſſabit qualitas, quæ contumacia dicitur [illegible], quod ille in termino comparuit, non attentis verbis ſuis. Aut & ſecundò, citatus modo quo ſupra, non venit, [illegible] reſpondit ſe nolle venire: & tunc ſi ipſe fuit iuſtè [illegible], vt quia captus dum veniret, vel alio morbo, vel [illegible], vel ſi quid ſimile ei acciderit, per quod fuerit impeditus. Et hoc probato ceſſat contumacia, & conſequenter ceſſat omnis qualitas contumaciæ, argum. *l. ſi. ff. de reſ. ſi. & 27 l. eum qui in prouincia. ff. ſi cert. pet.* quia non entis † nullæ ſunt qualitates. Vnde cùm ille non dicatur contumax, multò minus dicetur manifeſtus. Ad quod facit *verſic. ideò vel ſi, in ſi. ſupra ead. de rer.* Aut & tertiò ſic citatus reſpondens vt ſupra, non venit, non probata aliqua iuſta cauſa impedimenti. Et hic eſt diſtinguendum, quando de dicta reſponſione, quam fecit citatus, conſtat ex verbis ipſius citati prolatis in iudicio tempore ipſius citationis: & tunc cenſetur manifeſtus contumax. Caſus eſt [illegible], quia quicquid dicitur in iudicio, cenſetur [illegible], *verſic. glo.* & Ioan. Andr. hic *in nouella*: qui [illegible] gloſſ. Aliquando verò de dicta reſponſione, quam fecit citatus extra iudicium, conſtat ex confeſſione propria, quam poſtea ſucceſſiuè fecit exiſtens in iudicio. Et [illegible] idem quod dixi ſupra proximè, quia cenſebitur manifeſtus, ſi poſtea in iudicio confiteatur ſe reſpondiſſe nuncio, quod nolebat venire. Aliquando verò & tertiò de hac reſponſione conſtat per parte, [illegible] per teſtes. Interdum verò conſtat per ſolam nuncij relationem. Si per teſtes, tunc idem quod in præcedenti, quia erit manifeſtus contumax, [illegible] conſtat in iudicio per confeſſionem ipſius [illegible] 28 [illegible], etiam per probationes † etiam teſtium inducatur [illegible] cum ſimilibus ſupra allegatis. Aut & ſecundo de hac reſponſione ſolum conſtat per relationem nuncij: & ille caſus videtur valdè dubius. Nam deciſio huius pendet à difficultate de qua ſupra, an ſtandum ſit relationi ipſius nuncij de verbis prolatis à parte in actu citationis. Nam ſi tenemus primam opinionem, quam ſupra recitaui in ordine, [illegible] non ſtetur ipſi relationi. Et tunc clarum eſt, quòd non erit ille manifeſtus contumax, licèt aliàs ſit contumax. Si tenemus aliam opinionem, hoc eſt, quod ſtetur eius relationi, & tunc ſi [illegible] erit manifeſtus, ex quo ſtatur eius relationi. Et hæc omnia ſunt notanda pro [illegible] *in verſic. in nulla gloſſ. in verb. iudicio.* Et hæc diſtinctio collecta eſt ex mente Ioan. Andr. *in regula de contumac. in 6. lib. in principio.* Et hanc diſtinctionem ſequitur *[illegible]* referendo & ſequendo Card. ibi. Et hic ſemper [illegible] poteſt, nunquid talis contumax, poſtquam [illegible] ſit iterato citandus de quo [illegible] plenè ſcripſi in *d. [illegible]*. Aliquid habetur hic per Ioan. Andr. qui [illegible] quod ſic, quia ille poterit mutare propoſitum.

SEN. SI EX CAVSA LEGITIMA. Iſta eſt tertia pars huius decretalis, [illegible] non dixit in ſumma ſecundùm Ioan. Andr. [illegible] Excommunicatio lata poſt appellationem [illegible] probabili non ſtatim pronunciatur nulla [illegible] ad cautelam, antequam ipſe ſuperior [illegible] cognoſcat de veritate cauſæ. Ideò ex tenſiuè [illegible] communicatio [illegible] lata per intolerabilem errorem, & in contrarium error ille probabiliter defendatur. hoc dicit.
29 [illegible] ibi, *ſupple hic argumentum ſecundùm Gemin.* quod [illegible] cauſa legitima, & cauſa probabilis: de quo [illegible] Innocent. *in cap. bonæ, de appellat.* Et hoc argumentum forſan [illegible] Geminian. ex dictione ſeu, quaſi ſentiat,
30 quod † hæc dictio ſeu, ſtet expoſitiuè, de cuius ſignificato habetur per Bartolum *in l. ſi quis ita. ff. de aur. & argent. leg.* Secundò notabis, *conſtet ſuperiori iunctis verbis ſequentibus*, non ſufficere appellanti iuſtificare appellationem ſuam ex legitimitate cauſæ inſertæ in appellatione, quo ad effectum huius conſequendum, niſi probetur etiam veritas ipſius cauſæ in appellatione inſertæ, *cap. cum appoſita, ſupra de appellat. plenè in cap. ex parte Alex. ſupra de [illegible].* Quod procedit, etiam ſi appellatur præcedat ſententiam excommunicationis, vt hic. Ex quo infertur ad intellectum *cap. per tuas ſupra eod. & cap. paſtoralis de appellat.* vbi habetur, quod appellatio præcedens habet ſuſpendere effectum ſententiæ excommunicationis, ſecus ſi ſequatur, quia illud debet intelligi, quando fuit appellatum ex legitima & vera cauſa; de qua prius & ante omnia eſt habenda diſcuſſio, antequam fiat declaratio nullitatis, vt hic eſt textus. † Tertiò not. ibi, *ad cau-* 31 *telam*: quod quando allegatur nullitas excommunicationis, ex eo quia lata poſt appellationem legitimam, de qua conſtet, excommunicatus debet abſolui ad cautelam pendente dubio veritatis cauſæ. Et fit hæc abſolutio ad cautelam, quia probabiliter dubitari poteſt an teneat excommunicatio vel ne, & ſic an cauſa expreſſa in ipſa appellatione ſit vera vel ne. De qua tamen liquidò conſtare non poteſt, quia hoc exigit altiorem indaginem. Interea fit relaxatio ad cautelam, quod facit ad *[illegible] ſupra eodem titulo.* Poſtea antequam declaratoria ſententia nulla, debet probatio fieri ſuper veritate cauſæ per ipſum appellantem, quia probata pronunciabitur ſententiam non valere. Et fit hæc relaxatio excõmunicationis ad cautelam [illegible], antequam ſuperior incipiat cognoſcere de veritate ipſius cauſæ, *vt in § fin. infra eodem titul.* ſecundùm Ioan. Andr. Quartò † not. ex dictione illico, ſecundùm Gemin. hic, 32 quod illud dicatur illico fieri, quod ſit legitima probatione nõ præcedente, allegat Ioan. Andr. in [illegible] text. de hac dictione illico, *[illegible] litigatoribus. C. de appell.*

Gloſſ. *in verbo illico, in fi.* hanc gloſſ. de verbo ad verbum ſequuntur Doctores illam non legentes. Sed ex hac gloſſ. iudicio meo poteſt colligi, quod excommunicatio lata poſt appellationem legitimam non retractabitur, ſiue pronũciabitur nulla per viam attentati, ſed ſolum per viam iuſtitiæ docendo de veritate cauſæ ipſius appellationis. Et hoc videtur ſatis regulare in qualibet appellatione à grauamine, in qua prius oportet conſtare de veritate cauſæ antequam reuocetur attentatum, *vt in c. non ſolum. in § illa verò. ſupra de appellat. & in dicto cap. interpoſita. hic allegato in gloſſ.* Et poteſt eſſe ratio, quia cùm appellatio à grauamine debeat interponi expreſſa cauſa probabili, non ſufficit cauſam eſſe probabilem niſi ſit vera. Ideo antequam reuocetur attentatum, poſt eam debet prius de veritate cauſæ cõſtare. Ergo idem erit etiam in appellatione à grauamine, quam poſtea ſecuta eſt excommunicatio, cùm & ſententia excommunica- 33 tionis dicatur interlocutoria, vt voluit Innocent. *in cap. per tuas. ſupra eodem titulo.* Faciunt quæ dicta ſunt *in capit. 1. ſupra eodem. in verbo, cauſam.* Secus eſſet ſi eſſet appellatum à diffinitiua, à qua poteſt appellari ſine expreſſione cauſæ; quia tunc duplici via poteſt peti retractatio attentatorum pendente appellatione, ſcilicet per viam iuſtitiæ, hoc eſt, iuſtificationis ipſius appellationis, & per † viam attentati, quæ via eſt multum priuilegiata, 34 vt notatur per gloſſ. *in clemen. 2. vt lite pendente. & in cap. cum dilectus. de ord. cognit.* per Modernos. Nam agenti via attentati ſufficit ſolum docere de pendentia appellationis, vt de eo quod eſt attentatum pendente appellatione, & ſtatim obtinebitur retractatio abſque alia iuſtificatione actorum. Nam in hac via imploratur ſolum iudicis officium, non requiritur libellus, nõ litis conteſtatio, nec alius ordo iudiciarius. Ideo remedium attentati dicitur valdè priuilegiatum. Immò Doct. Moderni *in d. c. cum dilectus. de ord. cogn.* dicunt, & ſentit gloſſ. *in d. clem. 2.* quod remedium attentati eſt magis priuilegiatum quam interdictũ recuperandæ, † cùm in poſſeſſoriæ recuperandæ requiratur 35 libellus & ordo iuris, vt plenè legitur *in c. conſultationibus. de offic. deleg.* maximè per Panor. quod ſecus eſt in ipſo remedio attentati, in quo non ſeruatur hic ordo iuris. Ideo ſi pendente lite aliquis ſpoliaretur de facto, poterit ſpoliatus via attentati reintegrari & reſtitui in priſtinum ſtatum, abſq; eo quod agat iudicio poſſeſſorio recuperandæ. Nam probatis duntaxat duobus, ſcilicet pendentia litis, & quod illud ſpolium ſit factum ea pendente, ſtatim fiet reintegratio per officium iudicis, de qua materia latè habetur *in d. c. non ſolum. in prin.* & ibi per glo. magnam. per Innoc. & alios *in c. bonæ. ſupra de appell.* & etiam aliquid *in d. clem. 2. vt lite penden. & in d. c. cum dilectus.* Quid autem ſit in excõmuni-

municatione lata poſt appellationem à diffinitiua, vel pendente termino ad appellandum, an in ea habeat locum *c. non ſolum* vt veniat retractanda remedio attentati, dixi ſupra ſatis *in §. porrò, eo. cap.* allegando deciſionem Ro. *maximè deciſionem. 289. in nouis*, vbi latè de hoc diſputatur.

VERSIC.

SANE. Si certum eſt excommunicationem eſſe iniuſtam, non fit remiſſio ad excommunicatorem pro abſolutione. Secus ſi certum eſt illam eſſe iuſtam, niſi periculum ſit in mora, vel excommunicator ſit negligens in exhibenda abſolutione: Sed ſi eſt dubium de iuſtitia vel iniuſtitia ipſius excommunicationis, de honeſtate facienda eſt remiſſio. Si tamen facta non fuerit, tenet abſolutio. Et caſu, quo relaxatio excommunicationis ſit facta per ſuperiorem, qui ſit iudex in hoc competens, tenebit relaxatio, ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, hoc eſt, facta contra ius li-
36 tigatoris. hoc dicit vſque ad *verſic. denique.* † Not. primò ibi, *manifeſtum exceſſum.* quod vbi in ſententia excommunicationis exprimitur cauſa manifeſta, propter quam pronunciatur ipſa excommunicatio, tunc talis excommunicatio dicitur eſſe iuſta, quo caſu ſi certum eſt de eius iuſticia, facienda erit remiſſio pro abſolutione exhibēda ad ipſum excommunicatorem. Et iſtud eſt regulare. Fallit in duobus caſibus, de quibus in textu. Primò ſi periculum ſit in mora. Et intellige de aliquo periculo ſpeciali, non de generali periculo, de quo loquitur *c. Epiſcopi ſi à ſacer-*
37 *dotali. 11. q. 3.* † Cùm ſemper excommunicatus dicatur conſtitutus in periculo reſpectu animæ, ſecundùm Ioan. And. hic, aliàs hæc exceptio, de qua in textu, non videretur bona, niſi intelligeretur de periculo ſpeciali ſuipſius vel alterius. Secundò fallit,
38 ſi excommunicator fuerit negligens in abſoluendo. † Ex quo infertur, quod Archiepiſcopus in caſu negligentiæ ſuorum ſuffraganeorum dicitur habere iuriſdictionem in ſubditos eorū, pro quibus faciunt notata *in c. ad reprimendam. de offic. ordin.* vbi etiam habetur de hac remiſſione in text. & per Doct. Et quod notatur *in c. paſtoralis. de offic. ordin. & ibi de hoc*, ſcilicet an in caſu negligentiæ metropolitanus habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum. Aduerte tamen hic, quod licet hæc remiſſio, de qua in hoc verſiculo, fiat ex iuris neceſſitate, vt patet in
39 dictione † prorſus, poſita in litera, quæ exponitur pro dictione omninò, ſecundùm Ioan. Andr. Quod tamen abſolutio facta per ſuperiorem teneret etiam hoc caſu, vt probatur *in verſic. vbi autem. infra eod.* Et ita etiam tenet gloſſ. in *verſic. nec debet.* Ex quo infertur ſignāter, quod eſt dare caſum, in quo actus geſtus contra ius conſtitutionis præciſum valet. Quod an ſit verum, vide quæ ſcripſi *in c. fin. in glo. fin. de offic. deleg. eod. lib.* Sed ita probatur hic iuncta hac dictione prorſus, & iuncto eo, quod dicit hæc gloſſ. *in dicto verſic. nec debet.* Nam hic dicitur in textu, quod prorſus ſuperior debet remittere. Et ſic quod ius conſtitutionis videbatur præciſum. Et tamen gloſſ. tenet oppoſitum. Sed poſſet reſponderi, quod illud ideo eſt, quia talis actus potius concernit ius litigatoris quàm ius conſtitutionis, vt ſentit *verſic. vbi autem. in fine.* Vos tamen cogitabitis, quia nemo tangit. Adde etiam in quantum textus loquitur hic de ſententia lata propter manifeſtum exceſſum: quod hæc verba debent exponi, id eſt, propter manifeſtam contumaciam deſcendentem ex
40 aliquo exceſſu, † cùm ab homine non feratur excommunicatio iuſta, niſi pro contumacia, vt plenè dictum *in cap. ſolet. ſupra eod. tit. & in cap. Rom. § caueant. ſupra eodem titulo & libro.* Secundò
41 not. ex *verſi. ſi verò.* caſum in quo ſuperior, † poteſt liberè abſoluere excommunicatum ſine aliqua alia remiſſione facienda, videlicet quando conſtat excommunicationem eſſe iniuſtam:
42 concordat *c. ſacro.* vbi de hoc *ſupra eod. tit.* † Tertiò not. ex *verſic. quid ſi dubitetur*, quod in caſu dubio, vtrum excommunicatio ſit iuſta vel iniuſta, relinquitur poteſtati ſuperioris, relaxatio, ſiue abſolutio excōmunicationis, vel ipſius abſolutionis remiſſio. poterit enim ſuperior in caſu deferre vel non deferre excōmunicatori, licet honeſtius agat ſi deferat. Et ex his colligitur practica, quam ſeruare debet ſuperior circa abſolutionem impartiendam ipſi excommunicato. Quia aut conſtat de excōmunicatione iuſta, & ſit remiſſio regulariter. Fallit in caſibus, de quibus in textu. Aut conſtat de iniuſtitia excommunicationis, & nulla erit faciēda remiſſio, ſed ipſe ſuperior ſine difficultate abſoluet ſic excommunicatum. Aut dubitatur de iuſtitia, vel iniuſtitia, & tunc erit in poteſtate ipſius ſuperioris deferre, vel non deferre. Quartò not. ex *verſic. vbi autem.* textum notabilem pro eo quod not. Innoc. *in c. ſacro. de ſent. excom.* vbi dixit, q. abſolutio iniuſta facta à ſuperiore valet. Nā de hoc eſt hic clarus textus, & apertus, quod data competentia iudicis ſuper cognitione iuſtitiæ vel iniuſtitiæ ipſius excommunicationis, abſolutio facta per eum quantumcunque iniuſta, & ſic contra ius litigatoris, valet & tenet vt eſt hic caſus. Procedunt enim hæc à pari, vt vult gloſſ. *in verbo, competit excommunicatio, & abſolutio, de pœn. diſt. 1. § verbum.* Sicut ergo excommunicatio iniuſta tenet, vt dictum eſt *ſupra eod. in cap. 1. & cap. ſententia. 11. q. 3.* Ita & abſolutio. Ad quod faciunt notata per Innoc. *in cap. ab excommunicato. de reſcript. & in c. paſtoralis. de appell. & quod habetur in c. cum deſideres. ſupra eod. tit.*

§. DENIQVE. hæc eſt quinta, & vltima pars principalis huius decretalis, quæ hoc dicit in ſumma ſecundum Ioan. Andr. Archiepiſcopus in caſibus, in quibus excommunicare poteſt, ſi patriæ conſuetudo hoc habet, poteſt emendas pecuniarias exigere. Item poterit Archiepiſcopus abſoluere ad cautelam iuxta formam Eccleſię, ſi de nullitate excommunicationis reſricetur
in dubium. † Not. ibi, *emendas pecuniarias*, quod iudex Eccleſia- 43
ſticus poteſt imponere pœnam pecuniariam, & illam exigere à ſubditis ſuis. Sed certè iſte textus hoc non probat, quia iſte textus fundat ſe ſuper conſuetudine, quaſi ſecus videatur de iure, vt nō poſſit pœnam pecuniariam exigere, ſed poteſt dici, quod hic operatur conſuetudo ſolum quo ad ſubditos ſuffraganeorum, in quos Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem niſi in certis caſibus, vt vidimus ſupra. Vel ſecundò ponderatur hic conſuetudo quo ad caſus, quibus licebat Archiepiſcopo excōmunicare ſubditos ſuffraganeorum, vt virtute illius conſuetudinis liceat emendas exigere ab eis: notabile tamen videtur eſſe verum in ſe, vt legitur & notatur *in cap. irrefragabili. in § 1. & in cap. dilectus. ſupra de offic. ordin.* vbi de hoc *& in cap. licet. & in capit. ſuam. ſupra de pœn.* Vbi legitur, an iudices Eccleſiaſtici poſſint pœnas pecuniarias imponere. Et ibi videtur decidi, quod ſic, dum tamen tales pœnæ ſint moderatæ & exactæ conuertantur in pios vſus, alias non carerent ſuſpicione auaritiæ: de quo plenius habetur in iuribus ſupra allegatis. Secundò nota *ex verſiculo poteſt* quod ſuperior arctatur impertiri abſolutionem ad cautelam, ſed hoc relinquitur eius poteſtati, vt probat litera *in verſic. poteſt.* concordat textus *in §. fin. infra eodem.* Ad idem textus *eadem decretali, ſupra in verſiculo, ſed ſi ex cauſa, in verbo poteſt.* Quod
facit ad ea quæ dixi *ſupra in dicto cap. ſolet.* † Tertiò not. ibi, *expreſ-* 44
ſum, ſententiam excommunicationis reddi nullam propter errorem iuris in ea expreſſum, dummodò talis error non ſit velatus, ſed patienter expreſſus. Facit *cap. 2. ſupra de re iudic.* idem dicitur de alijs ſententijs, quam cenſuræ. concordat *ſupra eodem*
ſolet. in principio. & cap. cum contingat. de offic. delegat. † Et ſunt no- 45
tanda exempla poſita in textu, quando error intolerabilis dicatur expreſſus in ſententia. Hinc dubitarunt aliqui, quod ſi ſcribatur pro irregulari, an dicatur intolerabilis error. Archid. refert aliquos dicere quod non. Secus ſecundùm eum, ſi ſcriberetur pro criminoſo in crimine perſeueranti hoc in litteris expreſſo, alias ſi non exprimeretur in literis, non diceretur error patiens. Alij tamen dixerunt ſufficere, quod error ſit notorius, etiam ſi non ſit expreſſus in literis, argumento *cap. 1. de offic. vic.* Sed hæc opinio non placet Archid. nec Ioan. Andr. ſecundùm quos ea eſt concluſio, quod niſi error ſit expreſſus, non reddatur ſententia nulla, vt hic, *& in dicto cap. ſolet, & in dicto c. per tuas.* Quartò not. *ex verſiculo, & ſuffraganeus*, quod licet iudex exprimat ſe proferre ſententiam excommunicationis ex iuſta cauſa, ſi tamen illa cauſa expreſſa generaliter appareat mala, non ſta-
tur ſuæ aſſertioni, † ſed cauſæ expreſſæ in ſententia. Quod in- 46
ducit Geminian. ad ea, quæ habentur *in capitul. in præſentia. de renuncia. & in cap. ſicut. de re iudicata.* vt ſi iudex exprimens cauſam improbatam de iure in ſentētia, licet apponat verbum, maximè, quod tamen per hoc non iuſtificatur ſententia, ex quo cauſa expreſſa in ſententia fuit contra ius, de quo habetur *in dicto cap. in præſentia.*

¶ Gloſſa penultima diuiditur in duas, in prima gloſſa ponderat textum, in ſecunda inducit ipſum ad quæſtionem, cui gloſſ. reſpondet. Secunda ibi, *& per hoc.* Not. ex gloſſ. colligitur practica, an & quando ſuperior poteſt abſoluere excommunicatum ad cautelam. Nam hæc abſolutio ad cautelam non fiet niſi per prius petens abſolutionem probet appellatum & appellationem ſuam præceſſiſſe ſententiam excommunicationis.

Vnde

Vnde non ſufficeret ſibi ſimpliciter probare ſe appellaſſe, niſi probet appellationem præceſſiſſe, quia hæc eſt quædam qualitas, quæ punctualiter eſt probanda pro tali abſolutione obtinenda. Ad quod faciunt quæ dicta ſunt plenè *in clem. literas. de reſcriptis.* vbi ſcripſi, vide *in cap. cum tu. de teſtib.* an & quando quis teneatur probare qualitatem requiſitam in aliquo ſubiecto, ſiue in aliquo actu. Proinde ex hac gloſſ. infert hic Gemin. quod vbi lex vel ſtatutum requirit certam qualitatem in aliquo ſubiecto, niſi agens virtute ſtatuti probet illam qualitatem, nihil agit. Ad q faciunt notata per Bar. *in l. non ſolum. in §. ſed vt probari. ff de nou. operis nunciat.* per gloſſ. & Bartol. *in l. matrem. de probat.* per glo. *in l. eum actum. ff de negotijs geſtis.* plenius vide *in dicta clement. literas.* vbi plures dedi circa hoc remiſſiones. Infert etiam Gemin. ex hac gloſſ. quod ſi intentio actoris probata redditur dubia niſi clarè eam probet, ſuccumbit, etiam ſi reddatur dubia per rei exceptionem. Eſt etiam ſignanda hæc gloſſ. in eo quod vult, quod ſi ſententia excommunicationis reperiatur lata eo die, quo reperitur interpoſita appellatio, nec appareat, quæ prius præceſſerit, quod tunc in dubio præſumitur ſententiam excommunicationis præceſſiſſe, vt videtur ſentire gloſſ. in eo quod vult petentem abſolutionem hoc caſu teneri ad probãdum de veritate cauſæ, & poteſt pronunciari ſuper nullitate ipſius ſententiæ. Alia refert hic Gemin. quæ ſcripſit Innoc. *in d. c. per tuas. ſupra eo. tit.* quæ omnia videntur hodie clara per hanc decretalem. Sequitur capitulum decernimus.

REPETITIO

IN CAP. SI DECERNIMVS. De ſent. excom.

Clariſſimi I.V.C.D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis an debeat recipi per iudicem ſæcularem.*
2 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt compellere ſæcularem ad obſeruantiam iuris canonici aliquid diſponentis contra laicos.*
3 *Iudex ſæcularis non debet quem recipere in iudicio, quem ſciat matrem Eccleſiam excludere.*
4 *Excommunicatus non poteſt eſſe in iudicio tanquam actor, quia repellitur ab agendo, nec tanquam iudex.*
Et quid in actibus extraiudicialibus.
5 *Excommunicationis appellatione in dubio intelligitur de maiori.*
6 *Excommunicatus in fauorem fidei admittitur ad teſtificandum.*
7 *Excommunicatus ſi exercet aduocationem, tenetur ad reſtitutionem ſalarij inde percepti.*
8 *Debitor, nunquid teneatur excommunicato ſoluere adueniente die ſolutionis. maximè ſi iurauerit ſoluere.*
9 *Reconuentio ſapit naturam actionis.*
10 *Compenſatio nunquid poſſit opponi ab excommunicato.*
11 *Excommunicatus an poſſit teſtari.*
12 *Teſtandi actus eſt magis priuilegiatus, quam actus contrahendi.*
13 *Minor non poteſt dare libertatem inter viuos, & in vltima voluntate ſic.*
14 *Relegatus poteſt teſtari.*
15 *Excommunicatus ſi non poteſt eſſe teſtabilis actiuè, an ſaltem paſſiuè.*
16 *Minor 14. annorum teſtari non poteſt, tamen poteſt capere ex teſtamento.*
Idem in filioſam.
17 *Inſtrumentũ à notario publicè excommunicato cõfectum an valeat.*
18 *Tolerantia in his, quæ ſunt ratione iuris priuati, nihil operatur.*
19 *Excommunicatus publicè quis dicatur.*
20 *Ignorantia iuſta, & probabilis error excuſat.*
31 *Teſtis in teſtamento deſcriptus, ſi reperiatur quod tempore confecti teſtamenti erat excommunicatus, an valeat teſtamentum.*
22 *Actus geſti ab excommunicato an ſint ipſo iure nulli an ſit neceſſaria exceptio.*
23 *Excommunicati in beneficialibus exercere poſſunt ea, quæ ſunt meri facti. & ita poſſunt eſſe meri executores.*
24 *Collatio facta excommunicato etiam occulto non valet.*
25 *Matrimonium contractum ab excommunicato valet & tenet.*

CAP. IX.

DECERNIMVS. Hæc decretalis eſt multum allegabilis, vbicunque agitur de aliquo actu prohibito vel vetito. Et fuit hæc decretalis pars decretalis, quia nonnulli, *ſupra de immun. Eccleſ. eod. lib.* vt dicit hic & ibi Ioan. And. non ſummatur per gloſſ. tamen poteſt ſummari ſic, licet breuis ſit. Iudex Eccleſiaſticus compellit iudicem ſæcularem repellere excommunicatum ab actibus iudicialibus ei prohibitis. Non recipit diuiſionem ſecundùm Ioan. And. dicẽtem, quod decernit hæc decretalis, qui ſint cogendi, qua pœna, per quem, qua forma, & ad quid. Et de hac decretali non allegando tamen illam, fecit mentionẽ Abb. *in cap. pia. ſupra de except.* dicens, quod Alexander quartus fuit conditor huius decretalis. Statuerat etiam in ſæculari foro tales excommunicatos repellendos, de quo eſt hic clara deciſio eiuſdem Alexandri tertij. † Et quod exceptio excommunica- 1
tionis debeat recipi per iudicem ſæcularem, habetur per Bald. *in l placet. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ad quod facit quod notatur *in l. & parui. ff. de arbit.* & plenè de hac exceptione excommunicationis habetur per Bald. & Doct. *in l. 1. C. de iur. fact. ignor.*
† Not. primò ibi, *vt iudices ſæculares*, quod Eccleſiaſticus poteſt 2
compellere ſæcularem poteſtatem laicalem ad obſeruantiam iuris canonici aliquid diſponentis contra laicos. Quod procedit, vbi agitur de peccato, vt hic in terminis huius decretalis. Nam peccatum eſt communicare excommunicatis, *cap. ſacris ſupra quod metus cauſa cap. ſi celebret. de cleric. excom. mi.* De quo *in cap. nouit ſupra de iudic. Et in l. pupilla* per Bartol. & Bald. *C. de ſacroſanct. Eccleſ & in l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide Catholica. & in cap. 2. ſupra de arbit. eod. lib. & in regula poſſeſſor. infra de regul. iur. in cap. 1. de nou. oper. nunciat.* Et ex hoc notabimus etiam ius canonicum habere poteſtatem diſpẽſandi circa ordinatiua litis in foro laicorum, quando quidem ex obſeruantia eorum induceretur peccatum, vt eſt videre hic, ad hoc vt non participetur excommunicato. Secus ſi ex non obſeruantia non induceretur peccatum, quia tunc iura ciuilia ſeruarentur in foro ſuo, vt iuribus ſupra allegatis: nec poſſet Papa diſponere circa ordinem iudiciarium in foro ciuili, iuxta gloſſ. quæ ita debet intelligi, *in clem. diſpendioſam. in verbo, vſuris. circa medium. de iudic.* † Secundò no. ibi, 3
repellere, quod iudex ſæcularis non debet quem recipere in iudicio, quem ſciat matrem ſuam Eccleſiam excludere, vt ſaluus fiat ſpiritus eius, 11. *quæſt. 3. in cap. audi.* Et faciat iudex hanc repulſionem de publicè excommunicato, etiam nemine opponente vel compellente, *vt in capit. exceptionem. in fine. de except.* facit *lex, quos prohibet. ff. de poſtul.* & quod notat gloſſ. *in c. 1. in verbo, abſentia, de elect.* & quod legitur per gloſſ. & legiſtas *in dicta l. 1. C. de iuris & fact. ignor.* Hinc dixit hic Ioan. Andr. quod in hoc iudex ſæcularis debet credere clerico aſſerenti illum eſſe excommunicatũ, contra quem ſcribit, quia hæc cognitio eſt iudicis Eccleſiaſtici non ſæcularis, pro quo *cap. ſi iudex laicus. infra eod tit. & ibi etiam videbimus.* Vbi etiam eſſet quæſtio inter iudicem Eccleſiaſticũ & partem, & tunc aut ille negat ſe excommunicatum, & coram Eccleſiaſtico etiam habebitur hæc cognitio. Et an ſit excommunicatus vel ne, probari poterit per literas: de quo plenè habetur *in cap. poſt ceſſionem ſupra de probat.* Aut ille fatetur ſe eſſe excommunicatum, ſed dicit ſententiam nullam vel iniuſtam: & de hoc dicendum eſt vt dixi ſupra *in cap. proximo. in diſcurſu eius, & in cap. ſolet, eod. tit. & lib.* Et ex his poſſet concludi, ſi dubitetur, quis habeat cognoſcere de hoc, an ille contra quem opponitur excommunicatio, ſit excommunicatus, vel ne, quod aut eſt quæſtio iuris, vtrum ille ſit iuſtè excommunicatus vel ne, vel an excommunicatio ſit nulla vel ne. Et tunc hæc cognitio ſpectabit ad Eccleſiaſticum, *vt in dicto cap. ſi iudex laicus.* Aut quæſtio eſt facti, videlicet ſit excommunicatus vel ne. Et tunc de hoc benè poterit cognoſcere etiam ſæcularis, quia ad eius officium ſpectat repellere talem. Ita in ſimili notat Ioannes Andreas *in cap. cum laicus. ſupra de foro competen. eodem libro.* Ita etiam in ſimili notant Moderni maximè *in cap. cùm ſit generale, de foro competen.* & per Paul. *in clemen. diſpendioſam. de iudic.* per Bart. *in l. Titia. ff. ſolut. matrim.* per Imol. *in clem. 1. de vſu. in illo articulo, an iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de contractu vſurario.* Nam diſtinguunt ſecundùm aliquos, an ſit quæſtio facti vel quæſtio iuris. Quia ſi ſimplex quæſtio facti, poterit cognoſcere ille ſæcularis, puta ſi promiſit duplum ſortis, &c. An verò eſt quæſtio iuris: & tunc ſpectat ad Eccleſiaſticum. Quæ diſtinctio an ſit vera, vide Bald.

in l. quoties. C. de iudic. & Modernos *in dicto cap. cum ſit*. Et ſimilis diſtinctio ſit iuramento, *in dicto cap. cum laicum*. videlicet an ſit quæſtio facti, hoc eſt, an ſit iuratum, vel ne, vt notatur *in dicto cap. an laicum*. † Tertiò not. tres actus, præcipuè † qui interdi-
4 cuntur excommunicatis, de quibus hic in litera. Nam excommunicatus non poterit eſſe in iudicio tanquam actor, quia repellitur ab agando, *cap. intelleximus. de iudic.* Immò nec tanquam iudex, ſi publicè ſit excommunicatus, *cap. ad probandum. vbi de hoc. ſupra de re iudicata.* Neque tanquam adnotatus: caſus eſt hic *in verbo, patrocinatio*. Neque tanquam teſtis: caſus eſt hic *in verbo, teſtificando. & in capitul. veniens. 2. de teſtibus.* Neque tanquam tabellio in cauſa, quia excommunicatio non eſt fides adhibenda, Nec ſibi, nec ſcripturæ ſuæ, vt eſt textus *in cap. nullus. 3. quæſt. 4.* de quo hic in gloſſ. fin. plenè *in 3. quæſt.* Neque tanquam procur. etiam non excommunicato, de quo *in dicto cap. intelleximus. & plenius in dicto cap. poſt ceſſionem.* Sunt ergo regulariter omnes actus iudiciales ſibi prohibiti, niſi quatenus ſibi reperiantur expreſſi. Quid de actibus extraiudicialibus, videbimus aliquid infra in gloſſ. fin. habetur *in dicto cap. pia. de exception.* Et intelligo de excommunicato maiori, quia ſecus eſſet de excommunicato minori, cùm talis excommunicatio non repellat à communione hominum, *vt in dicto cap. à nobis. de*
5 *exception.* † Nam in dubio appellatione excommunicationis,
6 intelligitur de maiori, *cap. ſi quem. ſupra eodem titulo.* † Aduerte tamen, quod in fauorem fidei excommunicatus admitteretur ad teſtificandum, *capitul. in fidei fauorem. ſupra de hæretic. eodem libro.* Quartò nota ibi, *ab Eccleſiaſticis iudicibus.* quod nedum hæc potestas compellendi competit Epiſcopis, qui propriè ſunt iudices ordinarij, tam in ciuitate quàm in diœceſi, *vt in cap. de perſona. 11. quæſt. 3.* ſecundùm Archid. hic dicentem, quod hæc poteſtas competit ſolum ipſis Epiſcopis, quod immò etiam quibuſcumque alijs iudicibus Eccleſiaſticis inferioribus Epiſcopis poteſt competere hæc poteſtas ſecundùm Ioan. And. Et ſic non tantū Epiſcopis, vt voluit Archid. ſed etiam alijs inferioribus prælatis habentibus iuriſdictionem ordinariam. Quod procedere poteſt vel ex conſuetudine, vel priuilegio, *cap. Abbate. in fin. ſupra de priuileg. eod. lib. 23. quæſt. 5. adminiſtratores.* Facit not. quæ notat Ioan. Andr. *in cap. Ioannes. de teſtam. ſuper verbo, diœceſano. & quod notatur in cap. quanquam. ſupra de vſu. eodem libro iunctis his. quæ habentur in cap. cum ab Eccleſiarum. de offic. ordin. & in cap. ordinarij. de offic. ordin. eod. lib. & 9. quæſt. 3. conqueſtus. & in cap. cum contingat. de foro compet. cap. cum in Eccleſijs. & in cap. cum dilecta. ſupra de maior. & obed. & in*
7 *cap. dilectis. ſupra appellat. cum infinitis ſimilibus.* Quintò nota † ibi, *patrocinari*, quod ex quo excommunicatus non poteſt aduocationem exercere in iudicio, quod ſi illam exerceat, tenebitur ad reſtitutionem ſalarij inde percepti, ſecundùm Hoſtien. allegantem ad hoc *cap. cum ſit. de iudæis.* Inducitur etiam hæc litera pro Specul. *in tit. de offic. iudic. in §. 1. in fine.* quod iudex inuitis etiam partibus ex officio ſuo poteſt excommunicatum repellere. Nam hic Eccleſiaſticus compellit ad hoc etiam ſæcularem. Ergo & ipſe ſæcularis poterit repellere etiam partibus contradicentibus, vt talis excommunicatus non audiatur in curia ſua. Quæ autem dicatur curia ſua, Ioan. de hoc ſe remittit *ad cap. 1. §. porrò. in verbo, curijs. de ſtatu regularium. eod. lib.* de quo etiam habetur *in cap. ſi quis clericus. 11. quæſt. 1. & in cap. quanto. ſupra de offic. ordin. in cap. ſi iudex. infra eod. in clement. ne in agro. §. quia verò. & quod ibi habetur in gloſſ. quæ incipit, de offic. de ſtatu regul.* Et aduerte, ſecundùm Ioa. And. *in dicto §. porro.* quod curia penultima producta ſumitur pro meretrice. Vnde dat ipſe verſus curia ius curæ meretrix eſt dicta curia. Et pro reprehenſione harum curiarum dat etiam verſus:

Curia curarum genitrix nutrixq́; malorum,
Ignotis notos inhoneſtis æquat honeſtos.

8 † Ego alias dubitaui, nunquid excommunicato poteſt debitum ſolui, cùm ſolum hic textus videatur loqui de iudicialibus. Et extraiudicialia videantur permitti excommunicatis, vt legitur & notatur *in cap. inter alia. & in cap. ſi verè. ſupra eod. titu. & in cap. cum voluntate. eod. tit.* & ſic vtrum debitor adueniente die ſolutionis teneatur ſoluere excommunicato, maximè ſi iurauerat ſoluere, an verò licitè poteſt differre, donec fuerit abſolutus. In hac quæſtione variæ ſunt opiniones, vt legitur *in c. veritatis. de dolo. & contum. & in dicto cap. inter alia.* Gloſſ. Ioannis *in cap. nos ſanctorum. 15. q. 6.* format hanc quæſtionem, & arguit ibi illa gloſſ. pro & contra. Tandem & vltimò neſcio an ſit additio Barthol. Brixienſ. videtur determinate quod non debet ſoluere, Innoc. verò *in d. c. veritatis.* & Abbas *in d. c. inter alia.* videntur tenere contrarium, quia ex quo remanet ille obligatus, tenetur ſoluere & idem tenet Ioan. *in d. c. iurator*, dicens vt iſte non ſoluat excommunicato. Sed ad tollēdam eius moram, ne ſibi imputetur, maximè de periurio, quia gloſſ. mouet ibi quæſtionem de eo, qui iurauerat ſoluere in debito termino, vt hoc caſu fiat depoſitio pecuniæ apud alium, iuxta nota. *in l. acceptam. C. de vſur. & in l. obſignatione. C. de ſolutio.* Et hæc ſententia tanquam æqua placet etiam Panorm. *in dicto cap. inter alia. in fin.* quod nota. Gloſſ. prima duo facit, primò fortificat textum, ſecundò allegat tria ſimilia. ſecunda ibi, *& concordat.* In gloſſ. ibi, *duo ſunt.* Adde etiam *clem. Romani. de iureiur. clem. paſtoralis. in verſic. nos tamen. de re iud.* In eadem in fine, notanda gloſſa pro iuribus ſimilibus, quæ ad propoſitum allegat, vide in ead. Gloſſ. *in verbo, agendo* duo facit. in prima ampliat textum. in ſecunda format quæſtionem, de qua ſe remittit. Tertia ibi, *quid de impetrante.* In gloſſ. ibi, *cum inter peccatorem.* Sentit ergo gloſſ. quod licet excommunicatus poſſit conueniri, tamen non poteſt reconuenire, quia reconuentio † ſapit naturam actionis: ſicut ergo repellitur ab agen- 9
do, ita etiam à reconueniendo, *dicto cap. cum inter. de exception. in fi.*
† Sed maius dubium eſt de compenſatione, an compenſatio 10
poſſit opponi per excommunicatum: de quo dubio per gloſſ. fin. *in dicto cap. cum inter. & ibi gloſſ. firmat quod non.* Quam gloſſ. ſequuntur multi, Innoc. & Ioan. And. ibi, idem Bartol. *in l. amplius non peti. ff. rem. rat. haberi.* Idem Bald. *in dicto cap. cum inter.* Dicens tamen hoc procedere in compenſatione extrinſeca: ſecus ſecūdùm eum in intrinſeca compenſatione, vt puta ſi ageretur de extenuatione ſortis per perceptionem fructuum, vt notatur *in cap. 1. ſupra de vſur.* Idem Bald. *in cap. intelleximus. de iudic.* dixit debere admitti compenſationem, quando non agitur de propria compenſatione, ſed de quodam calculo, vt puta ſi aliquis geſſet negotium alicuius, in quo expendiſſet 10. & ille 15. habuiſſet apud ſe: & ſic videtur idem ſentire quod dixit *in dicto cap. cum inter.* Quia hæc compenſatio habet cauſam intrinſecam. Multi tamen tenuerunt contrarium, vt admittatur compenſatio, inter quos fuit Hoſt. item Iac. de Are. & Oldra. vt refert. Bartol. *in dicta l. amplius non pet.* Or videte domini, ſi vera eſt illa opinio, quod compenſatio fiat ipſo iure, ſine hominis miniſterio, vt videtur probare textus *in inſtit. de act. §. compenſationes.* & legitur per gloſſ. *in l. ſi conſtat. C. de compenſat.* Et tunc res eſt clara, quod admitteretur compenſatio per excommunicatum. Si verò tenemus aliam opinionem, vt ſit opus exceptione, vt tenuit Azo: tunc repellendus erit, quia excommunicato reſeruatur ſola exceptio ſapiens nudam defenſionem, *vt in dicto cap. cum inter.* Secus ſi exceptio habet vim petitionis: pro quo textus *in dicta l. amplius non peti.* vbi dicitur, quod damnatus non petere, repellitur à compenſatione. Et hanc ſententiam ſecutus eſt Ioan. de Lignan. *in ſuo tractatu de cenſura Eccleſiaſtica. in quæſtione, qui actus dicantur prohibiti ipſi excommunicato.* Gloſſ. *in verbo, patrocinatum* hæc gloſſ. duo facit. Primò infert notabile ex textu. ſecundò quærit & reſpondet. ſecunda ibi, *eſt autem in fine.* hanc gloſſ. ſequuntur hic Doct. Et nunquid excommunicatus poſſit conſtituere procuratorem excommunicatum, de hoc *in dicto cap. poſt ceſſionem. allegato in gloſſ. & in cap. intelleximus. de iudic.* regulariter non, niſi inſtaret tanquam reus, quia tunc poteſt etiam procuratorem non excommunicatum conſtituere, *vt dicto cap. intelleximus. & ibi plenè de hoc.* Gloſſ. *in verbo, teſtifican.* diuiditur hæc gloſſ. in tres partes principales. in prima coadiuuat textum. in ſecunda quærit, & circa id quod quatuor remiſſiones reſpondens quæſtioni propoſitæ, videlicet an excommunicatus poſſit teſtificari. In tertia etiam quærit & reſpondet, an inſtrumenta confecta per excommunicatum valeant. ſecunda pars eſt ibi, vides nunquid poterit teſtari. tertia eſt ibi, quid dices. In eadem ibi *in §. credentes.* Stat ergo opinio Hoſti. quod excommunicatus non poteſt teſtari, vel codicillari. Et hanc opinionem tenuit Ioan. Monach. *in cap. quanquam. de vſur. eod. lib.* Et multi alij illuſtres Doctores ſecuti ſunt hanc ſententiam: pro qua facit, quia actus legitimi ſunt interdicti excommunicatis, *vt in cap. pia. ſupra de exception. eodem libro. capitul. cum excommunicato. 11. quæſtio 3.* & excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, *l. Pedius. ff. de arbitris.* Et hæc opinio ſolet multum colorari, argumento ſumpto à caſu ſpeciali, *in dicto §. credentes. in capitul. excommunicamus. de hæreticis. & in capitul. ſtatuta. de pœnis. eodem libro.* Innocent. ve-
rò *in capit. veritatis. de dolo. & contumac. & etiam in cap. cum volun-* 11
tate. ſupr. eo. tit. ſecutus eſt contrariam ſententiam, vt poſſit teſtari.

Idem

Idem Archid *in d.c.pia.* Idem etiam Pet.& Abbas. Quam quidē
opinionem hic Ioan. Andr. in nouella multis iuribus, & ratio-
nibus nititur defenſare. Et inter cætera dicit hic Ioan. Andr. ꝙ
ideo excommunicatus poterit teſtari, quia etiam poteſt eſſe in
iudicio ſi non opponatur, vt eſt caſus *in d.c.pia.* Sed ita eſt, quod
in iudicijs dicitur quaſi contrahi, *l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecu.* Er-
12 go multo magis poterit teſtari, quia † actus teſtandi eſt longe
magis priuilegiatus quam actus contrahendi, *l.in regula. in teſtamē-
tis.ff.de regul.iur.& l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.* Sed ita eſt, quod excō-
municatus poteſt contrahere ſecūdum communem & veram
opinionem, *cap.ſi vere.vbi de hoc ſupra.de ſent.excom.* ergo mul-
to fortius poterit facere teſtamenta, *vt Inſti.de l.Fufia.Canin.* Nā
videmus, quod multi ſunt caſus, in quibus quis non poteſt in
13 vita diſponere, & tamen poteſt in vltima voluntate. † Minor e-
nim non poteſt dare libertatem inter viuos, & tamē poteſt da-
re in vltima voluntate, *vt Inſtit.qui manumitte.non poſſ.§.1.* ad idē
facit, quia infamis poteſt facere teſtamentum, *vt l.1.C.de ſecund.
nupt.* Item excommunicatus poteſt contrahere matrimonium.
cap.ſignificaſti.de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit. Item
excommunicatus poteſt profiteri & ingredi religionem, & va-
let ingreſſus, *cap.cum illorum.& ibi per omnes.ſupra eodem titul.* Er-
go & eodem modo poterit teſtari. Item etiam facit, quia licet
teſtamentorum ſiue ſolemnitates teſtamenti ſit de iure poſitiuo,
tamen voluntas teſtandi eſt de iure naturali, quod quidem ius
naturale non eſt prohibitum ipſi excommunicato, vt notatur
per canoniſtas *in cap.paſtoralis.de appell.vbi de hoc per gloſſ.vltimam.*
Nam ibi excommunicatus ſecundum gloſſ. æquiparatur rele-
gato, iuris ciuilis æquiparatur deportato, de quo ibi in d. *gloſſ. vl-*
14 *tima.* † Sed ita eſt, quod relegatus poteſt facere teſtamentum,
quia retinet & libertatem, & ciuitatem, *l.relegatorum.§.1.ff.de
interdict.& releg.* relinquitur ergo, quod poterit teſtari. Et hæc
pars videtur tutior, quia per factionem teſtamenti non ſolum
prouidetur rebus, ſed etiam animæ ſaluti. Et hanc ſententiam
tenet Iac. de Bel. *in Authentica, de ſanctiſſimis Epiſcopis.in §.omni-
bus.* Tenuit Bartol. *in l.ſi quærimus.ad fin.ff.de teſta.& de ea habetur
etiam in authentica, credentes, alias in l.cognouimus. C.de hæret.* Per
Bald. *aliquid in l.fin.C.ſi à non compet.iudic.* per Feder.de Senis *ſuo
conſilio in ſuis.71.quod incipit, Illa fuit vetus querela & quæſtio.* In
quo conſilio proſequitur tria: primo nunquid valeat teſtamē-
tum excommunicati. Secundo nunquid valeat teſtamentum
ſcriptum per notarium excommunicatum, & an faciat fidem.
Tertio qualiter dicatur quis publice excommunicatus. Idē in
Federi. *conſilio 114. quod incipit. Factum tale eſt.* Et ibi tenet teſta-
mentum valere, prout tenet hic Ioan. Andr. & Innocen. *in cap.*
15 *cum voluntate.* & Petr. & Abbas. & Archid. *in d.c.pia.* † Sed vltra
prædicta quærit etiam Feder. *in d.conſi.71.* nunquid excommu-
nicatus, ſi non poteſt eſſe teſtabilis actiue, hoc eſt quod non
poteſt facere teſtamentum, an ſaltem ſit teſtabilis paſſiue, hoc
eſt vt poſſit capere ex teſtamento. Et hæc ſecunda quæſtio, ſi
tenemus id quod communiter teneri ſolet, hoc eſt vt ipſe poſ-
ſit teſtari, multo fortius poterit capere ex teſtamēto, quia mul-
ti ſunt qui non poſſunt facere teſtamentum, & tamen poſſunt
16 capere ex teſtamento, vt eſt videre † in minore 14. annis, qui
non poteſt teſtari, *l.qua ætate.ff.de teſta.* & tamen poteſt capere
ex teſtamento. Idem eſſet, ſi eſt filiusfamilias, quia non poteſt
facere teſtamentum, & tamen poteſt hæres inſtitui, de quibus
omnibus hic per Ioan. Andr. quem videte vltra omnes. Et et-
iam per Ioan. de Lignan. referentem Ioan. Andr. *in illo tractatu
de cenſura eccleſiaſtica, in quæſtione, an teſtamentum excommunicati
valeat.* Fuit tamen hic dubium tenendo opinionem contra-
riam, quod non poteſt facere teſtamentum, nunquid ſi repe-
riatur abſolutus tempore mortis, an reconualeſcat teſtamen-
tum: *de hoc in dicto cap.quamquam.* & forſan non eſſet improba-
bile dicere, quod hoc caſu ſuſtineatur de æquitate teſtamen-
tum, exemplo eius quod dicitur de teſtamento vſurarij mani-
feſti, ſi ex poſt facto præſtetur cautio, de qua *in d.ca.quamquam.*
18 de quibus omnibus me remitto hic ad Ioan. Andr. † In eadem
glo. *in fine gloſſ.* noſtra videtur reſidere in ea opinione, vt inſtru-
menta confecta à publice excommunicato non valeant. Sed
alij aliter dixerunt in hac quæſtione. vide Innoc. *in c.a.pia.ſupra
de except.& in c.veritatis.ſup.allegato.* tenuit, quod quantumcun-
que ſit excommunicatus, valet inſtrumentum ab eo confectum,
niſi ſit ſententialiter condemnatus. Quod intellige condem-
natus, videlicet vt inſtrumenta conficere non poſſit. Ad idem
facit quod not. ipſe Hoſt. & Innoc. *in c.fraternitatis.de hæret.* vbi
voluerunt, quod valeant inſtrumenta confecta per tabellionē
falſarium, donec ſit condemnatus de falſo. Et eo caſu, quo etiā
ipſe ſit condemnatus de falſo, nihilominus valebūt inſtrumē-
ta confecta ante condemnationem. Ad quod faciunt quæ no-
tantur etiam *in c.nihil.ſup.de elect.* Ad quod tu vide omnino Bar.
in l.3.ff.ad l.Iul.repetundarum. an cōdemnatus de falſo poſſit cō-
ficere inſtrumenta: quem Bart. allegat Panor. *in d.c.fraternitatis.*
multum ſingulariter. Et hoc idem viſus eſt tenere Feder. de Se-
nis *in d.conſil.71.in 2.quæſtio.* Licet dicat in principio illius quæ-
ſtionis, quod communiter tenetur hæc glo. Et pro alia ſenten-
tia facit etiam *dictus §.credentes.in cap.excommunicamus, & in d.c.
felicis.* vbi ſunt caſus ſpeciales. ergo in contrarium erit ius com-
mune. Sed quicquid ſit, hæc gloſſ. multum habit auctoritatis,
& illam ſequitur etiam hic Gemin. Præterea dixit Innoc. *in lo-
cū præallegatū.* quod aliqui tenent contrarium hoc eſt vt nō va-
leat inſtrumentum confectum ab excommunicato, allegan-
tes *cap.conſulti.ſup.de procur.* Hinc dixit hic Gemin. ſequendo gl.
quod ſi communicatus ſit publicus vel notorius, licèt non ſit
ſibi interdictum officium in ſpecie, quod tamen non valebūt
inſtrumenta cōfecta per excommunicatum, argum. eius quod
dicitur de iudice excommunicato, vt *in cap.ad probandum.ſupra
de re iudic.* Secus eſſet ſi eſſet occultus & toleratus: nam tunc
bene valerent inſtrumenta confecta per ipſum, de quæſtione
habetur etiam per Arch. *in cap.nullus.3.q.4.* Alij tamen tenentes
opinionem Innoc. quam etiam ſequitur Feder. *in prædict.conſil.
71.* reſpondent ad *dictum cap. nullus.* quod ille text. non obſtat,
quia loquitur de ſcriptura priuata cōfecta proprio motu ipſius
excommunicati. Ideo mirum, ſi non præſtatur fides nec au-
ctoritas. Vel ſecundo ibi loquitur de damnatis non toleratis.
Reſpondent etiam ad *dictum c.conſulti.de procur.* quod loquitur
de ijs, qui præſtant auctoritatem inſtrumento, non de ijs, qui
conficiunt inſtrumentum, ſiue de ijs quæ dicuntur vel fiunt in
inſtrumento, ſecundum Ioan. Andr. hic referentem opinio-
nem illorum, de quo etiam habetur *in d.cap.poſt ceſſionem.de pro-
bat.* Sed quicquid ſit, tutior eſt opinio gloſſ. noſtræ, vt publice
excommunicatus non poteſt conficere inſtrumenta, donec
fuerit abſolutus. Secus ſi ſit excōmunicatus occultus. arg. eius
quod dicitur de iudice *in d.ca.ad probandum.* an ſit toleratus vel
ne. Et ſi quiſquam veſtrum diceret, quæ eſt ratio, quare non
valet ſententia lata per iudicem publice excommunicatum,
etiam ſi nō opponatur, & tamen valet proceſſus factus per par-
tem, vt eſt textus *in dicto cap.pia.* licet ille ſit publice excommu-
nicatus. Reſponſio eſt ſecundum Ioan. Andr. hic in fin. quia
pars plus veretur obijcere exceptionem excommunicationis
contra iudicem, quam cōtra aduerſarium. Ideo lex in hoc vo-
luit magis ſibi prouidere non opponēti contra iudicem quam
contra aduerſarium. Item quia excommunicatio plus afficit
proceſſum iudicis, quā proceſſum partium. Et aduerte, quod
in his quæ geruntur ab excommunicato, non vt à publica per-
ſona, ſed ratione priuati officij, vt puta ſi exerceat officiū pro-
curæ aduocationis vel teſtis, quod tales actus non valent, etiā
ſi excommunicatio eſſet occulta, dummodo poſtea probetur,
quia tolerātia † in his, quæ fiunt ratione iuris priuati, nihil ha- 18
bet operari, But. *in d.c.poſt ceſſionem.de probat.& in c.ſciſcitatus.de
reſcrip.* Longe melius per But. *in d.cap.conſulti.* per Innoc. qui ſo-
let ſemper allegari. *in c.cum dilectus.de conſuet.* per Ioan. Cald. et-
iam *in d.c.ad probandum.*

† Pro intellectu prædictorum poſſet quiſpiam inſtare, quis 19
dicatur publice excommunicatus, an ille, cuius excommuni-
catio eſt publica iuris fictione, vt quia excōmunicatus per iu-
dicem ſedentem pro tribunali in loco conſueto, vt not. *in c.ex-
ceptionem.ſup. de except.* An vero ille, cuius excommunicatio eſt
eſt publica in rei veritate. Fede. *in præall.conſ.71.* dixit debere in-
ſpici veritatem facti, non iuris fictionem: allegat ipſe not. *in cle.
1.de ſepul.* Hoc eſt ſecundum eum, vt ipſa excommunicatio ad
notitiam eorum peruenerit, qui ad ipſum tabellionem cōcur-
bant pro conficiendis inſtrumentis.

† Nam alias iuſta ignorantia, & probabilis error vbique 20
excuſatur, *c.1.ſupra de conſtit.eod.lib.1.c.vnico de eo qui renunc.epiſc.
c.Apoſtolica.de cler.excom.min.c.ſacro.ſupra eod.tit.in q.7.circa prin-
cipium.& notatur in c.nuper.ſupra de biga.* Hinc eſt, quod Innoc.
dixit quod *dictum cap.ad probandum.* loquitur de eo, qui fuit de-
nunciatus excommunicatus, vt not. *in d.c.exceptionem.in gloſſ.2.*
Hinc dixit etiam Ioan. Andr. *in dicto capitu.ad probandum.* quod
ſi aliquis eſſet publice excommunicatus in certo loco, & de-

nunciatus ſe transferat ad alium locum, vbi tanquam incognitus habeatur pro homine in regni ſtatus, valebit quicquid faciet ille in eo loco ratione publici officij. *per l. Barbarius. ff. de officio prætoris. & C. de teſtam. l. 1.* vbi de hoc per Bald. & alios. & *3. quæſt. 7. in prin.* Sed inſtat Feder. *in loco præallegato ad finem dicti conſ. 71.* eſto ſine præiudicio veri, quod ſcriptura ſiue teſtamentum factum à notario excommunicato non faciat fidem, nunquid ſaltem poterit voluntas teſtantis probari per duos teſtes, qui teſtificentur, qualiter talis in præſentia ſeptem teſtium, & alia debita ſolennitate adhibita fuerit teſtatus. Feder. ibi determinauit quod ſic, allegat nota. *2. quæſt. 1. in fin.* & quod notatur per Cyn. *in l. teſtium. in fin. C. de teſt. & l. errore. C. de teſta. vbi de hoc ſolet notari:* Cui adde etiam quæ notantur. *in d. l. 1. C. de teſtam.* † Sed
21 quid dicemus de teſte excommunicato deſcripto in inſtrumento, quia reperiebatur excommunicatus tempore confecti inſtrumenti, an tale inſtrumentum faciet fidem. Breuis ſit concluſio ſecundum Ioan. And. *hic in vltimis verbis.* quod ſi tale inſtrumentum nõ eſt cancellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum, quæ verba habentur *in l. fin. C. de edict. diui Adria. toll. & in cap. inter dilectos. de fide inſtrum.* quod tale inſtrumẽtum bene valebit, *l. 1. & l. publicati. C. de teſta.* Et ita videtur tenere Spec. *in titu. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum. verſiculo, quid ſi teſtes,* quod ille teſtis ſolummodo eſt ibi deſcriptus ad ſolemnizãdum inſtrumentum, & ita tranſit hic Ioan. And. in nouella. Sed hic aduerte, quod ſi dubitaretur de fide eorũ, quæ ſunt contenta in ipſo inſtrumento, certe non valeret probatio facta per ipſum teſtẽ excommunicatum: Vel ſi vellet aliquid probare pro vel contra ipſum inſtrumẽtum, cum teſtis excommunicatus non poſſit teſtificari, *vt in d. ca. veniens. 2. ſupra de teſti. & hoc textu noſtro in verbo, teſtificando.* Et hæc fuit ſingularis nota Innocen. *in c. ex litteris. ſupra de tranſact.* Cui adde etiam, quæ notantur per legiſtas *in d. l. 1. C. de teſta.* maxime per Bald. Et aduerte etiam ad vnum, quod ſi quis iuraſſet non opponere aliquam exceptionem declinatoriam, qui tamẽ poteſt opponere exceptionem excommunicationis, nec eſſet periurus. Et eſt ratio periculi excommunicationis, ita quod neceſſitas excuſaret à periculo, *vt in ca. querelam. ſupra de iureiur.* Nam propter periculum communionis iſte videtur aſtrictus quodammodo, ergo nõ erit periurus. Hinc fortius dixit Ioan. And. *in d. cap. pia.* quod etiam ſi quis iuraſſet, quod in ſpecie nõ opponeret exceptionem excommunicationis, quod tamen poſſet opponere non obſtante iuramento. Et ſubijcit ibi Gemin. non valere renunciationem etiã cum iuramento, quando renuncians peccatum incurreret, ſi illam exceptionem non opponeret, de quo aliquid per Butri. *in cap. ex parte. lo 2. de offi. deleg.*

22 † Denique pro intellectu eorum quæ dicuntur hic in textu & gloſſ. poteſt dubitari, an actus geſti ab excommunicato ſint ipſo iure nulli, an ſit neceſſaria exceptio. Nam vt ſupra dictum eſt, omnes actus publici interdicti ſunt excommunicato. Hinc eſt, quod excommunicato non poteſt decerni tutela vel cura, quia dicitur actus publicus, *Inſtitut. de tutel. circa principium.* Item etiam & actus communes ſunt interdicti ipſis excommunicatis, vt vult gloſſ. *in d. capitl. pia. in verbo, communibus.* quæ gloſſ. *ibi in fine* ſe remittit ad hanc decretalem, decernimus. Et inter actus communes eſt procura, & teſtimonium, & aduocatio, quia actus omnes ſunt interdicti alias prohibiti excommunicato, *vt hoc cap. & in cap. poſt ceſsionem. ſupra de probat.* Item & actus ciuiles, vt iudicare, & arbitrari, *l. cum prætor. ff. de iudic. & l. Pedius. ff. de arbit. cap. dilecti. ſupra de arbit.* An autem poteſt eſſe arbitrator. de hoc per Imol. *in cap. Quintauallis. in 22. differentia.* vbi tenet quod ſic. Item regulariter omnes alij actus, qui ſine communione aliorum non procedunt, vt patet *in cap. illud. de cleri. excommun. min.* vbi dicitur, quod non poſſunt communicare alteri ſine peccato. Quod intelligo, niſi ſint, actus, ex quibus procuretur abſolutio à ſententia excommunicationis, *vt in cap. cum voluntate. de ſenten. excommun.* vel niſi ſint alias à iure permiſſi, vt ſi eſt reus neceſſarius in iudicio, vel in cauſa appellationis, *vt in cap. ſignificauerunt. & in ca. cum inter. de exceptio.* Nũquid ergo omnes iſti actus, qui ſunt interdicti ipſi excommunicato, ſi gerantur per ipſum, ſint ipſo iure nulli, an vero erit neceſſaria except. Hæc quæſtio domini habet tres funiculos ſiue tres riuulos, vt primo quæramus, quid in beneficialibus. ſecundo quid in ſacramentalibus. tertiò quid in alijs actibus temporalibus. Circa primum dicẽdum eſt, quod collatio beneficij, ſeu electio facta excommunicato vel de excommunicato non valet ipſo iure, *cap. cum dilectus. de conſuet. cap. poſtulaſti. de cler. excommun. min. cap. cum inter R. ſeniorem. de elect.* Et idem eſſet, ſi electio, vel collatio fieret per excommunicatũ, vt habetur in iuribus ſupra allegatis, & *in cap. ſi celebrat. de cler. excom. min.* Quod intellige, quando eligentes vel conferentes eſſent publice excommunicati. Secus ſi eſſent tolerati & occulti, per ea quæ notantur *in dicto cap. ad probandum.* per Innocen. *& in ca. veritatis. ſupra de dol. & contum.* Quod tamen dictum limitauit Gemin. *in d. cap. pia.* procedere, ſi error procederet à cauſa probabili. Secus ſi à cauſa improbabili, vt quia excommunicatio fuerat publica. Quo caſu licet poſtea non haberetur pro publice excommunicato, geſta tamen per talem excommunicatum non valerent: ſecundum eum, quod eſt notandum. Allegat. *11. quæſt. 3. c. cura. & in cap. 1. de poſtulat. prælatorum.* Item & ſecundò prædicta ſunt vera, quando excommunicatus conferret, vel eligeret ratione publici officij. Secus ſi tanquam perſona priuata, vt puta ſi electio facta ſit ab excõmunicatis quãtumcunque occultis, non tenebit, ſiue ante electionem ſiue poſt probetur excommunicat. quia licet electio videatur fieri auctoritate publica, ſingulares canonici hoc nõ faciũt auctoritate publica, ſed ratione canonicatus, ſeu cuiuſdam fraternitatis ſpiritualis, ad quod vide Panorm. *in c. veritatis. in fin. de dol. & contum.* quo caſu talis electio vel præſentatio nõ valeret, poſito quod eſſet occulte excommunicatus, per ea quæ not. Inn. *in d. cap. dilectus. & in dicto c. cum inter. & in d. c. ad probandum.* † Illud 23
tamen not. quod excommunicati in beneficialibus exercere poſſunt ea, quæ ſunt meri facti, & ita poſſunt eſſe meri executores, *vt in cap. pro illorum. ſupr. de praben.* & tenet hoc Innoc. *in d. c. veritatis.* Itẽ intellige prædicta de collatione ſiue de electione actiua: Nam in paſſiua collatione nõ admittitur diſtinctio, an eſſet tolleratus vel non, † quia collatio facta excommunicato occulto non valet, *de quo in d. c. ad probandum. & in d. ca. cum dilectus.* Circa ſecundum quid ſit in ſacramentalibus, breuis eſt 24
concluſio quod ſi excommunicati conferunt ſacramenta vel ordines, quod valet collatio ipſo iure, & character imprimitur, ſed non datur executio, vt notatur *in ca. ſi. ſupra de ordin. ab epiſcopo.* idem eſt ſi talia conferantur ipſis excommunicatis, vt *in cap. 1. & 2. de eo. qui fur. ordi. ſuſce. & in c. cum illorum. ſup. eod. titu.* & gl. *9. q. 1. in ſumma. & not. in c. 1. ſup. de ſchiſma. & in d. c. veritatis.* Et adde gl. notab. *in c. 2. ſup. de cler. excom. min.* licet iſti careant executione ordinis, & habetur *in d. c. 2. per gl.* An ſi excommunicatus vel degradatus celebret, conficiat verũ corpus Chriſti. Adde tamen, quod in ſacramento matrimonij aliud ſtatutum eſt, 25
quia matrimonium contractum ab excommunicato valet, tenet, & datur executio illius, vt eſt text. ſing. *in d. c. ſignificaſti. ſup. de eo qui duxit in matrimonium.* Circa tertium vero, quid ſit in actibus temporalibus, ea ſit concluſio, quod geſta ab excõmunicato vt à publica perſona non valent, *vt in d. c. ad probandum.* Idem ſi eſſent geſta vt à tabellione, *vt in d. c. conſulti.* Idem etiam ſi aliquis vt prælatus exiſtẽs excommunicatus alienaret bona, cum ſit illi interdicta adminiſtratio. Idem ſi aliquid faceret vt arbiter: pro quo gloſſ. *in l. pedius. ff. de arbit.* Secus ſi vt arbitrator vel amicabilis compoſitor, vt tenet Bart. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell.* De quo per Imol. *in d. c. Quintauallis. in 23. differentia.* & per Ioan. And. *in regula, dolo. infra de reg. iur.* Et hæc procedunt in publice excõmunicatis, vt nõ valeant geſta per eos, vt à publica perſona: Secus ſi excommunicatio eſſet occulta, vt in dictis iuribus, *c. ad probandum. & c. conſulti.* quod tamen recipit limitationẽ. Primo in ſentẽtia excõis, quia ſentẽtia excõis lata ab excõmunicato, ſiue publico, ſiue occulto, ſiue tolleratо, tenet, caſus eſt *in c. audiuimus 24. q. 1.* Secundò limita, niſi ille ad cuius vtilitatẽ geritur actus, ſciret illũ excõicatum, quia tũc licet valeat actus ratione cõis opinionis, cũ ille ſit tolleratus, tamen ille actus erit irritandus in præiudicium illius, qui ſciebat illũ eſſe excõicatum, *vt in d. c. poſtulaſti. ſup. de cler. excom. min.* Et hoc tenet But. *in d. c. ad probandum.* Tertiò limita ſecundum ea quæ dixi ſupr. quando error ſurgeret à cauſa minus probabili, quia tunc non valeret quod agitur, vt dixi vobis ſup. ſecundũ Gem. *in d. c. pia.* Si vero actus, qui geritur ab excõicato, celebratur ab eo vt à priuata perſona, non ratione publici officij: & tũc ſi ille actus rẽderetur ad abſolutionẽ valeret, *vt in d. c. cũ in voluntate.* De actib. vero extraiudicialibus ſi ſit impetratũ reſcriptũ ab excõicato, de hoc in *c. 1. ſup. de reſcr. eo. li.* De alijs actibus iudicialib. dixi vobis ſup. & habetur *in d. c. pia.* In extraiudicialibus vero, vt in teſtamẽtis, & alijs inſtrumẽtis dẽ eſt, vt *hic* per gl. & ſecũdũ ea quæ dixi vobis

vobis ſupra. De alijs etiam contractibus quicquid dicat Hoſt. communiter tenentur, quod cõtractus geſti per excommunicatum valeat, tam pro, quam contra, & ſic erit cõtractus vltro citroque obligatorius. Licet male faciant excommunicati, & peccent ſe ingrediendo communioni hominum, *vt in d. c. illud. & in c. ſi vere.* vbi per Doct. *ſup. eo. tit.* & per Io. And. *in regula. dolo.* & etiam hic aliquid *in d. c. pia.* Hinc eſt, quod excommunicatus pro contractu geſto per ipſum, durante excommunione, cum fuerit abſolutus, poterit agere. Item aduerte etiam, quod licet vaſallus non ſit ipſo iure abſolutus à iuramẽto fidelitatis, tamẽ poteſt petere ſe abſolui, ſi dominus ſit excõmunicatus, & perſeuerat in ea, *vt in c. vos ſanctorum.* vbi adeſt glo. illa, de eo qui in certo termino iurauit ſoluere, an poteſt differre, ſi creditor ſit excommunicatus, *vt in c. iuratos 15. q. 6.* ſecundum Inn. & Ioan. An. *in d. c. veritatis.* & ibi plene de hoc per Doct. *& in c. inter alia. ſup. eo. tit. & de ijs.* & per Ioan. And. *in d. c. pia.* Quæſiuit etiam Fed. de Sen. *in conſil. 198. quod incipit. In queſtione vertenti.* Nunquid ſi excommunicatus petat, quod vult cedere bonis an illi obſtet excep. excommunicationis, de quo ibi per eum, & videtur tenere hic quod non, ſequitur *c. conſtitutionem.*

REPETITIO
IN CAP. CONSTITVTIONEM.
De ſent. excommun.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Declarantis officium eſt tollere dubium, quod erat in præcedenti diſpoſitione vel actu, non autem nouo diſponere.*
2 *Decernimus, verbum quid importet.*
3 *Monitio canonica quid dicatur.*
4 *Loqutio pluralis numero duorum debet eſſe contenta.*
5 *Sententia excommunicationis debet eſſe medicinalis, & non mortalis.*
6 *Citatio peremptoria an eundem in iure effectum habeat, quem tres citationes ſimplices.*
7 *Nomine proprio quod quis nominetur, vel cum tali circumſtantia, quæ habeat vim nominis proprij, paria ſunt.*
8 *Excommunicatio generalis non poteſt ferri in participantes.*

CAPVT X.

CONSTITVTIONEM. Gl. 1. ſummat, ideo non ſummo. Sed poteſt diuidi in tres partes. in prima declaratur cõſtitutio Inn. in ſecunda datur forma monitioni. in tertia ponitur exceptio. ſecũda *ibi, ſtatuimus.* tertia *ibi, niſi facti neceſſitas.* Not. 1. arg. ex iſto tex. in prin. ſecundũ Gem. ꝙ allegans aliquod ſtatutũ in iudicio, tenetur illud totũ edere, producere: ſicut in ſimili facit hic Greg. qui recitat in totum decretalem Inn. quam intendit declarare: De hoc tamen, ante ſtatuta ſint edenda ſiue producẽda, & qualiter, dixi *c. 1. ſup. de conſt. eo. lib.* Nam ſtatutũ loci, cum faciat ius commune in loco in quo viget, neceſſario non
1 producitur, de quo *in d. c. 1.* Secundo † no. *ibi, declarantes,* ꝙ officium declarantis eſt tollere dubiũ, ꝙ erat in præcedenti diſpoſitione, vel actu, non aũt eſt diſponere de nouo, quia declarãs non addit, nec de nouo diſponit. *l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff.*
2 *de teſt.* & ibi de hoc. † Tertio no. *ibi, decernimus. iuncto verſic. declarantes,* quod hoc verbum decernimus, poſitum in aliqua cõſtitutione declaratoria non dicitur ius de nouo inducere. Hẽ etiã non facit hoc verbum decernimus, quin ius ipſum ſit declaratoriũ, ex quo ponitur in cõſtitutione declaratoria. Quod facit ſecundũ Gem, ad ea quæ habentur *in c. 1. ſup. de priuil. eod. lib.* Cui
3 adde not. per But. *circa fin. in eo c. decernimus. ſup. de iud.* † Quarto no. id ad quod ſolet allegari iſte tex. quod participantes cũ excommunicatis nõ poſſunt innodari maiori excõmunicatione, niſi præmiſſa canonica monitione: Et quæ ſit canonica monitio, hic clare deciditur in tex. videlicet, vt ſit trina cum interuallo dierũ, vel vna pro omnibus cum interuallo etiam dierũ. Et debet hæc monitio fieri nominatim, vt dicitur in textu, ita quod non ſufficeret generalis monitio: concor. *c. ſtatuimus. ſup. eo. & c. ſtatuẽ. inf. eo. tit.* Hinc eſt, ꝙ non valeret monitio facta in genere cõtra participãtes. Si enim diceretur in monitione, excommunicamus omnes illos de tali collegio vel conuẽtu, qui participent cum excõmunicato, non valeret ipſa monitio. Debet enim volens excõmunicare tales participãtes in monitione ſua dicere, monemus talem & talem, eo quia participat cũ tali excõmunicato, vel deſiſtat, neq; amplius cũ eo participet, præmiſſa trina monitione cum interuallo dierũ, vt videbimus in gl. Quinto no. *ibi, inter monitiones.* ꝙ interuallum dierũ debet eſſe, nedũ inter monitionẽ, & ſententiã excõicationis, ſed etiã inter vnam monitionẽ, & aliam, vt videbimus *in gl. antepenulti. in verbo, vna pro omnib.* & ponderant Doct. illud verbum dierũ, vt ſaltem debeãt duo dies interponi pro qualibet monitione, quia † pluralis locutio numero duorũ dierum debet eſſe con- 4
tenta, *regula, pluralis, inf. eo. li.* Licet Doct. dicãt hoc eſſe arbitrarium. Et ꝙ ſufficiat vna dies, Abb. *in c. ſacro.* allegat tex. *in l. inter accuſatorẽ. ff. de publ. iud.* vbi dicit tex. per triduum per dies ſingulos citatum. Alij vero allegant *l. ſi cõuenerit, in fi. cum ibi notatis. ff. pign. act.* Gem. vero dixit tutius eſſe, quod quælibet dilatio ſaltem habeat duos dies, per iſtum text. qui vult, quod etiã in vna monitione ſeruentur competentia interualla aliquorũ dierũ: ergo intendit tex. quod inter primam & ſecundã & tertiam dilatione ſit interuallum plurium dierũ, & nõ vnius. Alias dixiſſet competentia interualla alicuius diei, & nõ aliquorum: debebit ergo monitio eſſe talis, vt habeat interuallum ſaltẽ duorum dierũ pro qualibet monitione. Sexto no. quod neceſſitas facti non patitur aliquãdo diſpoſitionem iuris ſibi vendicare: Nam ſi periculũ eſſet in mora, vt quia res ipſa celeritatem deſideraret, tunc poſſet in monitione omitti interuallum dierũ, vt dicitur in tex. facit ad hoc *l. 1. ff. de dam. infect.* Subijcit tamen Io. And. hic ex mente Hoſt. *in c. Rom. in §. ſed nec. ſup. eo.* ꝙ ſi iudex veriſimiliter præſumat paratos ad arma excõmunicatos nõ deſiſtere, ſed potius contemnere, ꝙ tunc conſiliũ eſt, vt ipſe iudex non fulminet ſtatim ipſã ſententiã excõicationis, ſed percipiat ſub pena excõicationis, ꝙ illi deponãt arma, vel ꝙ intrẽt hoſpitiũ, vel diſcedant de loco ſecundũ occurrẽtia. † Alias talis ſen- 5
tentia non eſſet medicinalis, ſed mortalis, contra id, ꝙ dicitur *in c. 1. ſup. eo. tit. & in c. clericos. ſup. de coha. cler. & mulierũ.* Et ſi quiſpiã veſtrũ me rogaret, quæ ſit ratio, quare nõ ſufficiat vnica monitio peremptoria cõtra hos participantes, vt poſſint innodari maiori excõicatione, abſq; eo ꝙ fiant iſtæ tres monitiones de quibus in tex. cũ regulariter in iure † eundẽ effectũ habeat vna 6
citatio peremptoria, quẽ habent tres citationes ſiue denũciationes ſimplices, vt eſt caſus *in l. tres denũciationes. C. quõ, & quãdo iudex. iuncta gl. in c. de illicita. 23. q. 4. & l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. & l. contumacia. ff. de re iud. & gl. c. cõſuluit. cũ ibi not. de offi. deleg. iuncto etiã tex. l. 2. cum ibi not. C. quom. & quãdo iud.* Poteſt dici, ꝙ cum hic agatur de graui præiudicio, puta de ſentẽtia excõicationis, quæ eſt maxima pena, vt dictum eſt ſup. plene *in rub. iſtius tituli.* quia per hanc cenſuram traditur quis Sathanæ, ſi ipſa ſententia contemnatur, *vt in c. 1. ſup. eo. tit. & lib. & in c. audi. 11. q. 3.* Pro quo facit in ſimili, quia vbi agitur de priuatione iuris, officij, vel beneficij, non ſufficeret vnica peremptoria, ſed requiruntur tres ad conuincendũ contumaciã priuandi. Et videtur tex. *in c. fi. in verbo, tertio monitus.* & ibi Pan. *ſup. de vi. & ho. cler.* Ad idem ꝙ notat Io. And. *ſing. in c. ex tua. ſup. de cler. nõ reſid.* dicens, ꝙ vbi ius requirit trinã citationẽ per edictũ cõtra abſentẽ, nunquã ſufficit vnica peremptoria. Idẽ Io. And. *in Rubr. de cler. non reſi. ſuper. rub.* Quia vbi aliqua diſpoſitio iuris requirit trinam citationem ad penã incurrendam, nõ ſufficeret vnica peremptoria: iſta eſt gl. *ſingul. in clem. 1. in verbo, tertio. de vit. & hon. cler.* quam gl. allegant etiã Doct. *in d. c. ex tua.* Nimirũ ſi cum hic agatur de priuatione cõcationis, ius requirat trinam monitionẽ, ita vt non ſufficiat vnica peremptoria. Gl. *in verbo, participatione.* diuiditur in duas. in prima tollit contrariũ. in ſecunda quærit, & reſpõdet. ſecunda *ibi, eſt & alia.* In ea. *in fin.* idem etiã tenet gl. quod iſta, *in c. quoniam multos allegata in gl.* & Io. Mo. hic. Et ex hac gl. no. ꝙ participatio nedũ conſiſtit in elocutione cũ ipſo excommunicato, ſed etiã & in alia cõuerſatione, ſiue de alijs actibus quomodocunq; detur conuerſatio cum eo. Et nõ ſolum in actu facti, ſed etiã ex ſignis, vt puta illi annuendo, vel faciendo nutũ pro aliqua re, vel mittendo nuntiũ, vt dicitur *hic in gl.* ꝙ eſt notandũ, quia nõ ſolũ verbo, ſed etiã nutu datur participiũ. Faciũt, quæ notantur *in c. cum apud. ſup. de ſponſ. & l. nutu. ff. de leg. 3. & d. l. & licet. alle. in gl.* Glo. *in verbo, in hoc caſu, in fin.* quaſi ſentiat glo. quod in alijs caſibus præterquam quãdo agitur de excommunicãdo parti-

participantes, bene poſſet fieri monitio generalis, vt in ca. ſi ſacerdos. de offic. ord. c. & ſi Iudæos. in fin. ſupra de Iudæ. cap. poſt miſerabilem ſupra de vſu. cap. Romana. §. caueant. ſupra eodem tit. & lib. quod eſt notandum.

Glo. in verbo, nominatim hæc glo. poteſt diuidi in tres partes, prout tres format quæſtiones. ſecunda ibi, dicunt tamen quidam. tertia ibi, ſed valebit. In glo. ibi, vt ibi, hanc glo. ſequuntur Doct. †
7 Ex quo habes, quod iſta indicantur à pari, quod quis nominetur proprio nomine, vel cum tali circuſtantia, quæ habeat vim nominis proprij. In ea. gl. ibi, dicunt tamen quidam. hæc fuit opi. Hoſt. vt refert Ioan. And. ſup. c. ſtatuimus. qui excuſatur ſecundũ eum, quia non vidit hanc decretalem. Sed Garga. dicebat hic, quod opi. Hoſt. erat magis iuri conſona, quia ita conueniebat generalis monitio quo ad generalem excommunicatione, ſicut ſpecialis quo ad ſpecialem, vt dicitur hic in glo. Refert tamẽ Io. And. Hoſt. dixiſſe in d. c. ſtatuimus. quod ſi poſt factam talem monitionem generalem, allegaretur aliquem communicaſſe excommunicatis in genere ſecundum formam huius particulæ gl. quod ille non denunciaretur, niſi alias ad rationem poſtus de hoc conuinceretur. c. ſi conſtiterit. ſup. de accuſ. c. cum in dictis. ſup. de rſu. Pro quo adducit ſimile de iudicio vtilis petitionis hæreditatis. quæ licet ſit vtilis, non tamen ſit executio adiudicata hæreditate in ſingulis rebus niſi ille res probentur hereditariæ. l. item videndum. in §. vlt. & l. ſeq. ff. de peti. hæred. not. in ca. cum ad ſedem. in fin. gl. 2. ſup. de reſti. ſpol. Proinde idem Hoſt. dabat practicam generalis monitionis, quam ad ſpeciale referre poſſumus, verbi gratia ſi iudex ſic dicat: cum excommunicauerimus Titium, qui longo tempore expectatus non ſe emendat, imo medicinam ſibi propinatam contemnat, in animæ ſuæ periculum, & ſcandalum plurimorum. Vel ſic, quia talis nõ euitatur, fortius eius animus indureſcit, ex quo ſibi & alijs periculũ noſcitur imminere. Ideo monemus A, b, c, & d, ne cum ipſo de cætero communionem vel participiũ aliquid habere præſumat, ſed infra ſex dies, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, &c, aſſignamus, &c. ab ipſius participio in totũ abſtineat. Neque debet tũc iudex ſubdere in iſta monitione, quod alioquin ex nunc prout ex tunc ſedentes pro tribunali proferimus, &c. Sed ipſe iudex debet expectare lapſum termini, antequã proferat ſententiam excommunicationis in eos. Et iſtud ſpeciale inducunt intra iſta, ſimilis text. in c. ſtatutum. & in c. ſtatuimus. ſup. eo. qui dicit poſt monitionem, ſecundum Ioan. And. hic in gl. Et idem repetijt Ioã. And. ſup. in verbo, premiſſa. quod eſt ſingulariter notandum. In ea. gl. ibi, in dubijs. in fi. † No. ex gl. quod gene-
8 ralis excommunicatio non poteſt fieri in participantes, ſed eſt ſeruanda hæc conſtitutio ad vnguem. Et hanc ſententiam glo. tenet etiam Io. Mon. Arch. & Io. And. In ea. gl. in fin. pro hac gl. dum dicit, quod rector conuentus vel vniuerſitatis poteſt compelli ad indicãdũ nomina, &c. facit ſimile q not. in c. ſi canonico. in prin. & gl. ſup. de conceſ. preben. & ibi multa dixi. Sed dicet aliquis, pone quod exprimantur nomina illorũ de collegio, qui participant excommunicato, an ſufficeret tunc generalis monitio facta cõtra collegium, an vero ſit neceſſe, quod de nouo fiant monitiones oportunæ, ita quod non ſufficiat hæc monitio generalis facta contra collegium: de hoc dixi in ca. Romana. in §. vniuerſi. item ſup. eo. tit. & ibi dixi, quod nõ ſufficeret generalis monitio, &c. Gl. in verbo, vna pro omnibus. hæc gl. quærit de practica text. dum dicit, vna pro omnibus. Et ponit triplicem practicam. In fi. gl. Guil. Gazzi. & Arch. idem tenent quod glo. Sed Io. And. dixit, quod hoc vltimum exemplum, non conſonat literæ: vnde vult ipſe quod ſi ſit vnica ſola monitio, habere dies expreſſos, ſicut faciunt executores gratiæ alicuius, qui præcipiunt, vt infra certam diem debeat talem recepiſſe, quorum dierum duos aut tres dies aſſignant pro primo termino, duos pro ſecundo, & alios pro tertio. Et ideo hæc tertia practica gl. non bene conuenit literæ, quia ſecundum ipſam non eſſet dare interuallum inter monitionem & monitionem, prout vult tex. ibi. inter monitiones obſeruato aliquorum dierum, &c. Sed ſolum hic eſſet dare interuallum inter monitionem & ſententiam, prout inquit etiam glo. in fin. in iſta tertia practica. Tenenda erit igitur prima aut ſecunda practica, quæ communiter ſeruatur, & conuenit literæ. Sequitur

REPETITIO
IN CAP. PRÆSENTI.
De ſent. excommun.

Clariſsimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 Interdictum vbi eſſet ſpeciale non eſſe locus diſpoſitioni huius decretalis.
2 Interdicti generalis tempore quæ ſacramenta denegentur, & dicantur prohibita.
3 Interdictum generale an differat à particulari.
4 Interdictum generale non ſolet promulgari pro pecuniario commodo ſine licentia Papæ: ſecus in ſpeciali interdicto.
5 Interdicere ciuitatem vel locum aliud eſt, & aliud interdicere ciues, vniuerſitatem, vel locum.
6 Rationis caren eſt extirpandum eſt.
7 Excommunicatus non poteſt alium excommunicare.
8 Excommunicatum pluries ex pluribus cauſis, ſi abſoluatur ab excommunic. propter vnam cauſam, remanet adhuc excommunicatus pro alia.
9 Abſolutio ex falſa cauſa nunquid valeat, ita vt ille dicatur abſolutus.
10 Sententia excommunicationis an reddatur nulla ex dolo, & culpa proferentis eam.
11 Interdictum ſpeciale factum contra perſonas habet ſe ad inſtar excommunicationis, quo ad perceptionem ſiue denegationem ſacramentorum.

CAPVT XI.

PRÆSENTI. Non ſummatur nec diuiditur hic per Ioannem Andr. quia littera breuis eſt: poteſt tamen ſic ſummari. Relaxatio ad cautelam, quæ fit aliquando à ſententia excommunicationis, non habet locum in ſententijs interdicti generaliter promulgatis contra ciuitates, caſtra vel alia loca, &c. † Not. 1
primo. ibi, generali. à contra ſenſu, quod vbi interdictum eſſet ſpeciale, vt puta quia eſſet promulgatum contra aliquam Eccleſiam, ſiue aliquas Eccleſias particulares, non eſſet locus diſpoſitioni huius decretalis, quia tunc bene poſſet peti relaxatio ad cautelam ipſius interdicti eo caſu, quo poſſet peti abſolutio ad cautelam à ſententia excommunicationis, cum hic text. loquatur generaliter de interdicto promulgato in ciuitates, caſtra, vel quælibet alia loca.

† Hinc dixit hic Ioan. Andr. quod hæc decretalis locum ha- 2
bet in interdicto loci ſpecialis, dummodo illud interdictum ſit generale. Sed interdicta Eccleſiarum nõ ſunt generalia quo ad effectum generalis interdicti, etiam ſi interdicerentur omnes Eccleſiæ ciuitatis vel prouinciæ, vt puta ſi propter decimas non ſolutas, vel propter procurationes legatorum, vel alias ſimiles cauſas interdicerentur Eccleſiæ, quo ſit ſecundum eum, vt ſi Eccleſiæ loci ſint interdictæ, tunc non erit locus diſpoſitioni c. ap. alma. in §. adijcimus. infra eodem. vt ibi etiam not. in prima gloſ. quia nec in diebus ſolemnibus tunc poſſet celebrari etiam ſubmiſſa voce in talibus Eccleſijs interdictis. Ex quo infertur, quod extra illas Eccleſias, etiam in loco illo celebrari poſſet etiam alta voce ſub tentorio, vel aliqua alia Eccleſia non interdicta, nec tunc eſſet locus denegationi ſepulturæ hominibus illius loci, ſaluo tamen eo quod habetur in c. ſi ciuitas. infra eodem titul. Item & tunc non eſſet locus denegationi aliorum ſacramentorum & diuinorum officiorum, quæ niſi permiſſa reperiantur, dicuntur prohibita tempore generalis interdicti, vt in l. c. ſup. poſt principium. Econtra vero, ſi villa vel caſtrum ſint interdicta, etiam ſi vnica vel nulla eſſet ibi Eccleſia, interdictum diceretur generale, vt ille cum in partibus de ver. ſignif. quo caſu tunc locus eſſet pœnis generalis interdicti. † Ex 3
quibus omnibus infertur, q particulare interdictum nõ æquiparatur in hoc generali. Et hæc fuit opin. Io. Mon. quam ſequitur hic Ioan. Andr. licet Archid. huius ſit aliter loqui quaſi iſte text. videatur loqui generaliter. Sed veritas eſt in contrarium. Nam quod differat generale interdictum à particulari, probat text.

tex.dum dicit, ciuitates vel caſtra. Sed Archid. mouebatur per verbum illud, vel quælibet alia loca, quaſi videatur comprehendere particularia loca, & particulares Eccleſias, quod non placet Ioan. Andr. quia hoc verbum, alia loca, debet intelligi de locis generalibus, quaſi hæc ampliatio alia debeat eſſe eiuſdem qualitatis, cuius eſt enumeratio præcedens, *ar. l. nam quod liquida. in §. fin. ff. de penu. lega. & in l. fin. §. cui dulcia ff. de vino, tritico, & oleo lega.* Et quod text. intelligatur de generali interdicto, probat text. *in verbo, generaliter*, pro quo facit etiam, quia gene-
4 rale † interdictum non ſolet promulgari pro pecuniario commodo ſine licentia Papæ: quod ſecus eſt in ſpeciali interdicto, vt ſupra exemplificaui de interdicto Eccleſiarum, *de quo habe-*
5 *tur in extrauaganti Bonifacij, quæ incipit, proinde. in principio.* † Et aliud eſt interdicere ciuitatem vel locum, quam interdicere ciues, vniuerſitatem vel locum, *vt in capit. ſi ſententia. in §. 1. infra eodem titulo.*

Ex quibus infert hic Io. And. quod ſi executor alicuius gratiæ excommunicet canonicos, & interdicat eccleſiã, quia non recipiunt eum pro quo ſcribitur, vt ſæpius accidit in facto, & canonici ipſi propter appellationem præcedentem vel aliam cauſam dicant tales ſentẽtias nullas, petentes illas relaxari ad cautelam, quod hoc poterunt iſti canonici, quia iſtæ ſententiæ non dicuntur ſententiæ interdicti generalis. Nec obſtat text. *in verſ. alia loca.* quia debet exponi alia loca, puta regna prouincias, comitatus, & baronias, vt referat qualitates præcedentes reſpectu ſententiarum latarum in ciuitates vel caſtra. Et quod talis relaxatio ad cautelam poteſt peti per canonicos, hoc etiã affirmat Rot. *deci. 452. in meis, quæ incipit, Item fuit dubitatum, vtrũ interdictum poſitum, &c.* Et ibi Rota ſecuta ſententiam Io. Mon. de qua ſupra, quia tale interdictũ promulgatur contra aliquas Eccleſias particulares, ſiue contra aliquam Eccleſiam, dicitur particulare & non generale: vnde in eo non habebit locum diſpoſitio huius text. quod eſt not. ſingul. Gloſſ. 1. hæc gl. ſecundum Ioan. And. obijciẽdo quærit, & recitat tres opiniones antiquorum, quas reprobat, deinde ponit quartam opinionem cum ſua ratione. Verum quia illa ratio nõ concludit, ideo ponit aliam. In ead. gl. *ibi, cum hac ratione non roborentur.* hæc gl. ſolet allegari contra aduocatos multa allegantes in cauſis, & ali-
6 quando ſe mouentes ſine ratione, quia id quod ratione † non firmat extirpandum eſt, *68. diſt. corepiſcopi.* Nam ratione, & non vacua opinione vincendum eſt, *23. q. 6. vides opinor.* Hinc eſt, ꝙ non ſunt recipiendæ allegationes, quæ iuuãtur ratione vel auctoritate, *26. diſt. deinde.* Ex quo infert hic Ioan. And. quod cum ſententiæ maturè ferantur, debent maturè tolli, *de elect. c. eccleſia. lo 2.* ſecundum Franc. Vercell. & Ioã. And. hic. Et iſtud facit contra Doct. qui in cauſis appellationum de facili aliquando reuocant ſentẽtias latas per iudices ordinarios vel delegatos. In eadẽ *gl. in fin.* hanc gl. ſignat hic Gem. dicens, quod licet duo extrema communiter ſint parificata à iure, tamen ſtatutum in vno non extenditur ad aliud, quando eſt dare rationẽ diuerſitatis concludentem, illud ius ſtatutum in vno non debere extendi ad aliud. Quod facit ad ea quæ dicta ſunt *in c. ſi poſtquam. ſup. de elect. eo. lib. & no. in c. licet. inf. eo.* Et faciunt not. *in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de fur. iuncta l. non tantum. ff. de ſeruo corrupto.* quod eſt ſingulariter notandum.

Gl. *in verbo, ad cautelam.* hæc gl. ponit 12. caſus, in quibus ſententia excommunicationis eſt nulla. Et ita poteſt diuidi in 12. partes. Et Doct. plurimum ſe remittunt ad hanc gl. in hac ma-
7 teria tanquam ad magiſtralem glo. † In ea. gl. *ibi, audiuimus.* hæc gl. eſt notabilis. Nam ex ea colligitur concluſio, quod excommunicatus non poteſt alium excommunicare, & intelligo ſiue ſit publicus ſiue ſit occultus & toleratus, dummodo poteſt conſtare, quod ipſe erat excõmunicatus, quando protulit ſententiam excommunicationis, per tex. *in d. c. audiuimus.* Et eſt ratio, quia excommunicatus caret exercitio poteſtatis clauium, ideo non poteſt alium excommunicare, ſicut nec ille, qui eſt poſſeſſus ab alio, poteſt alium poſſidere, *l. ſic eueniet. ff. de adul.* Et continentur cum ſit extra gremium eccleſiæ, nõ poterit alium ab eccleſia ſeparare. Aduerte tamẽ hic, quod licet excommunicatus non poteſt alium excommunicare, excommunicatus tamen poterit etiam excommunicari ex alia cauſa, *c. ita quorũ-*
8 *dam. ſup. de Iudæis. c. Engeltrudã. 3. q. 4.* † Hinc eſt, quod ſi quis eſſet excommunicatus pluries ex plurib⁹ cauſis, & abſolueretur ab excommunicatione propter vnam cauſam, tamen remaneret
9 adhuc excommunicatus pro alia, *c. cum pro cauſa. ſup. eo. tit.* † Eſt tamen dubium, nunquid abſolutio ex falſa cauſa valeat, ita vt ille dicatur abſolutus. gl. notab. *in c. ex parte. de offic. ord. in gl. mag. ad fi.* videtur tenere expreſſè quod non, & ibi cõmuniter Doct. cum ea. Tamen Rota *deciſ. 410. in meis, quæ incipit, Item ſi quis pronuncietur male abſolutus.* determinat oppoſitum, dicẽs quod illa gl. non ſeruatur, quia ſicut excommunicatio lata ex falſa cauſa tenet, ita & abſolutio. Adde tamen, quod Card. Flor. *in c. perpẽdimus in repet. in q. 28.* dicit, quod ſi excommunicatio ſit lata ex falſa cauſa, non valet, ibi omnino vide. † Tandem ibi notabi- 10
mus ex gl. caſus, ex quibus ſentẽtia excõmunicationis eſt nulla. Sed dubitari per doct. nũquid ſentẽtia excõicationis poteſt reddi nulla ex defectu clauis ſcientiæ proferentis dictam ſententiam. Communiter ſolet dici quod non, quia talis defectus non enumeratur inter poteſtates ſoluendi vel ligandi, de quo *in c. firmiter. in §. vna. de ſum. Trin. & fi. catho.* & quod ſcribitur *in c. fin. de æt. & qualit.* Vbi tamen penitus eſſet ſine literis, dubitari poſſet, An teneret, quia nec ordinari debuiſſet, *c. nullus. de tẽp. ord. eo. li.* de quo hic per Io. And. Tandem quærit hic Gem. quia hic dicitur, quod à ſententia interdicti generalis nõ poteſt peti relaxatio ad cautelam. Nunquid ſaltem poteſt peti vera abſolutio. & ſic abſolutio ſimplex, quod non ſit ad cautelam, ſcilicet cum ſatiſdatione de ſtando iuri. cùm iſte text. ſolum neget poſſe peti abſolutionem ad cautelam ab ipſo interdicto generali. Pro reſpõſione huius quæſtionis allegat ipſe Rotam. *deciſ. 90. quæ incipit, Item no.* vbi tandem cõcluditur ſecundum eũ, ꝙ aut petitur abſolutio vel relaxatio interdicti ab eo, cuius occaſione fuit promulgatum illud interdictum: & tunc ſecundum Rotam poterit peti vera abſolutio, ſeu relaxatio, præſtita cautione de parendo iuri, quãdo offenſa ſit dubia. Sed ſi eſſet manifeſta, tunc neceſſaria eſſet ſatisfactio, qua præſtita, poteſt peti ſimplex abſolutio, iuxta formam *c. ex parte. in fi. de ver. ſign. & c. cum contingat. de offi. deleg.* Et iſto caſu non procederet hoc c. Facit etiam *c. ſolet. ſup. eo. tit. & lib.* Ad idem facit etiam *c. ad hæc quoniam. ſup. de appel.* vbi de hoc etiam agitur. Aut & ſecundo talis abſolutio ſiue relaxatio interdicti petitur per alium, quam per eum, cuius occaſione fuit promulgatum: & tunc in hoc nõ cadit vera abſolutio, quia eſt dare, quod interdictũ generale feratur etiam in nõ culpabiles, *vt in c. non eſt. ſup. de ſpon.* & ſic in nõ culpabili nõ cadit illa forma abſolutionis, vt compellatur præſtare cautionem de parendo iuri, vel de ſatisfaciendo, quãdo offenſa eſſet manifeſta. Et ſic talis abſolutio videtur fatue peti per ſingularem perſonam non culpabilem, cum ipſius ſatisfactio non requiratur, de quo aliquid videbimus *in c. fi. in verſ. neque. inf. eo.* & habetur per Io. And. *in c. quod in te. de pœ. & remiſ. ſup. pen glo.* Nam iniuſte peteretur cautio de ſtando iuri, vel ſatisfaciendo ab eo, qui non fuit in culpa, nec eſt obligatus: quod eſt notandum, de quo plenè *in locis ſupra allegatis.*

Gl. *in verbo, generaliter*, duo facit. primo quærit, & remittit. in ſecunda quærit & reſpondet. ſecunda *ibi, quid ſi feratur.*

In fin. gl. hanc ſequuntur Doct. ex qua habes, quod ſi interdictum eſſet prolatum in perſonas, puta vniuerſitatẽ, vel collegium, quod fieret relaxatio ad cautelam. Et ita tenet hic Io. 11
And. quem ſequuntur alij. † Item no. ex gl. quod interdictum ſpeciale factum cõtra perſonam habet ſe ad inſtar excommunicationis quoad perceptionem ſiue denegationem ſacramẽtorum, quæ eſt notandum in hoc, ſecundum Gemi. qui ita notauit hanc gloſſ.

REPETITIO
IN CAP. QVICVNQVE. De ſent. excommun.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Principes, Reges, vel Barones alias vocantur proceres.*
2 *Offendentes, vel mandantes offendi proferẽtes excommunicationis ſententiam in Reges, vel Principes, aut Barones, incurrunt excommunicationem.*
3 *Offendens laicum quo caſu incurrat excommunicationem.*
4 *Abſolutio ab excommunicatione quo caſu non poſſit haberi niſi à Papa.*
5 *Sui qui dicantur.*

Capvt XII.

QVicvnqve. Gloſſ. non ſummat, ſed poteſt ſic ſummari.
Dantes licentiam aliquibus capiendi, occidendi ſeu gra-
uandi perſonas excommunicantium Reges, Principes, Baro-
nes, Baliuos, vel quoſlibet miniſtros eorum, incurrunt pœnas
de quibus hic, nec poſſunt à ſententia excommunicationis, in
quam incurrunt, abſolui ab alio quam à Romano Pontifice, ſi
in ipſa perſeuerauerint per duos menſes. Diuiditur in tres par-
tes. In prima excommunicat dantes licentiam. In ſecũda pur-
gat pœnam. In tertia agrauat. Secunda ibi, eadem. Tertia ibi,
1 qui autem. † Not. primo differentiam inter Reges, Principes,
& Barones, qui alias vocantur proceres: de quo vide gloſſ. no-
tabilem *in clem. 1. de baptiſ.* Et de his Baronibus vide aliquid per
Bald. *in c. innotuit. de elect.*
2 † Secundo not. quod offendentes vel mandantes offendi
proferentes ſententiam excommunicationis in perſonas, de
quibus hic, ſiue proferentes ſentẽtiam ſuſpenſionis, aut inter-
dicti, incurrunt ſententiam excommunicationis de qua hic.
3 Tertio not. *ibi, vel ſuorum caſum*, in quo offendens laicum in-
currit ſententiam excommunicationis ipſo iure: ſimile ha-
betur *in c ſtiant cuncti. vbi notabilis text. ſup. de elect. eo. lib.*
Quarto not. *ibi, re integra reuocauerit*, quod aliquando in de-
lictis re integra eſt locus pœnitentiæ ad euitandum pœnam de-
licti, ſi delictum ſit committendum contra perſonam, *de quo a-
liquid in c. fin. ſupra de homic.* Si vero delictũ eſſet commiſſum vel
committendum contra bona, an admittatur pœnitentia, ha-
betur per Bart. *in l. qui ea mente. ff. de furtis.*
4 † Quinto not. *ibi, niſi per ſedem Apoſtolicam*, caſum, in quo nõ
poteſt aliquis abſolui ab excõmunicatione quam incurrit, niſi
per Rom. Pontificẽ, & ea eſt ratio, quia abſolutio eſt hic reſer-
uata. Quærunt hic Doct. an iſte text. habeat locum, ſi interdi-
catur terra principis, vel domini, propter quod committatur
offenſa contra interdicentem. Et reſpõdet quod ſic, vt probat
hæc litera *in verbo, interdictis.* licet text. videatur loqui de inter-
dicto promulgato in perſonam, tamen habebit locum diſpo-
ſitio iſtius tex. ad hoc vt fiat reſtitutio & ſatisfactio: Licet ſub-
iungant Doct. quod iſte tex. non haberet locum in alijs ſentẽ-
tijs, quam cenſuræ, cum text loquatur de ſuſpenſione, excom-
municatione, ſeu interdicto. Quærunt etiam *in verſ. niſi bona.* v-
bi dicitur, quod ſi aliqua bona ſint capta, debẽt reſtitui infra
ſpatium octo dierum. Nunquid ille terminus octo dierũ poſſit
protogare per partem, de hoc ſolet fieri remiſſio *ad ea. præterea.
ſup. de appel. & ibi plenè de hoc art.* Item quæritur, an ſi quis conſti-
tus ſit in articulo mortis, poteſt impetrare hanc abſolutionem
ab inferiore à Papa. Et concludit quod ſic, per *c. eo. inf. eod. tit. &
lib.* † Item quæritur, qui dicantur ſui, de quo habetur per glo. *in
5 l. præſenti. in §. ſicubi. C. de his, qui ad eccl. confugi.* Nam ſerui, filijfa-
milias coloni, aſcriptitij. vxor, & domeſtici, & ſimiles dicuntur
ſui, vt habetur *in d. §. ſicubi. & habetur in c. eccleſiarum ſeruos. 12. q.
2. & in c. indicatum. 82. diſt. in l. 2. C. de epiſ. & cler.*

REPETITIO
IN CAP. SI IVDEX LAICVS.
De ſent. excommun.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quo caſu poßit capere vel capi facere malefactorem.*
2 *Perſonæ carceratio eſt aliquãdo arbitraria inſpecta qualitate perſonæ, vel criminis, vel facti.*
3 *Clericus detentus à laico licitè opponit exceptionem declinatoriam contra ipſum, & incompetẽtiam ipſius, ratione clericatus, & venit iudicandus ab eccleſiaſtico.*
4 *Verbum adiectiuum probat ſecundùm tempus verbi, cui adijcitur.*
5 *Clerici principaliter duo priuilegia habẽt, videlicet fori, & immunitatis perſonæ.*
6 *Priuilegium immunitatis perſonæ facilius perditur, quam priuilegium fori.*
Vtrunq; tamen venit appellatione priuilegij clericalis. nu. 7.
Et an ſtatutum in vno, dicatur etiam ſtatutum in alio.
8 *Iuramentum clerici præſtitum in contractibus laico ſine licentia Epiſcopi valet: ſecus ſi ſit præſtitum iudici ſeculari.*
9 *Canon, ſi quis ſuadente. 14. q. 4. conditus ab Inno. II.*
10 *Priuilegium fori vnde originem duxerit, an à iure diuino, an à iure poſitiuo.*
11 *Iudex poteſt repetere ſubditum ſuum captum & detentum & alio abſque eo, quod ipſe detentus opponat exceptionem declinatoriam.*
12 *Clericus non detinetur à laico, non ſolum ſibi ſit iniuria, ſed etiam Eccleſiæ.*
13 *Clericus ſi volens vel inuitus conueniatur etiam ſuper cauſa ciuili coram ſæculari, poterit prælatus illum inuitum extrahere à iudicio ſæculari.*
14 *Iudex ex officio procedẽs licet poßit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, tamen ſi reuocaretur in dubiũ, iudex eccleſiaſticus cognoſcet, an res, de qua agitur, ſit ſpiritualis.*
15 *Iudicandi onus graue.*
16 *Exceptio vbi eſt notoria, debet ſtatim per iudicem recipi ſine alia iudiciali cognitione, & ei parandum eſt.*
17 *Exceptio dilatoria ſi continet falſitatem manifeſtam, non eſt recipienda.*
18 *Fama maximè in criminalibus licèt nõ faciat plenam nec ſemiplenam probationem, tamen ſi ageretur de remiſſione facienda ad iudicem eccleſiaſt. pro fundanda intentione ſua inducit plenam probationem.*
19 *Notorium & fama publica quo caſu æquiparentur.*
20 *Statim fieri dicitur, quod fit abſq; aliqua cognitione.*
21 *Habitus clericalis in quo conſiſtat.*
22 *Capiens habentes habitum clericalem an ſit excommunicatus, numer. 31.*
23 *Iudicari quis debet talis, qualis apparet in forma extrinſeca.*
24 *Exiſtens in quaſi poſſeßione ingenuitatis in dubio præſumitur ingenuus.*
25 *Pater ſi ſtetit in ſtatu libertatis ſpatio quinquennij, eo mortuo non poterit opponi quæſtio ſeruitutis contra filium.*
26 *Leges allegare pro determinatione alicuius cauſæ eccleſiaſticæ licitum eſt etiam de iure canonico.*
Quod procedit, niſi eſſet determinatum oppoſitum de iure canonico.
27 *Poſſeßio noua etiam immediata non tollit effectum inductum per antiquam etiam mediatam.*
28 *Præſumptio vna non tollit aliam, niſi ſit vehementior.*
29 *Filiusfamilias, vel monachus, non vendicantur per modum dominij, ſed per modum poteſtatis.*
30 *Subditus ciuitatis non eſt in poteſtate, ſed ſub iuriſdictione.*
32 *Detentus à iudice laico ſi oſtendat literas ſui clericatus, nũquid ſtatim debeat remitti.*
33 *Citatio non eſt neceſſaria, vbi agitur de inſtructione facienda iudici.*
34 *Exceptio excommunicationis an poßit probari coram iudice laico.*
35 *Inſtrumentum productum coram iudice incompetenti non probat.*
36 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
37 *Actore non probante obtinet reus etiam nihil probans.*
38 *Beneficium conferri non poteſt non clerico.*
39 *Iudicare aliud eſt, aliud eſt procedere.*
40 *Exceptio clericatus per quem cognoſcatur.*
41 *Iudex ordinarius loci cenſetur iudex Poteſtatis, vel ibi regentis.*
42 *Clericus coniugatus ſi eſt captus, & facit fidem de titulo, an ſufficiat hoc ad euitandum cognitionem iudicis ſæcularis.*
43 *Poſſeßio de præterito non releuat ab onere probandi.*
44 *Clericus quo caſu poßit iudicari à iudice ſæculari. num. 46.*
45 *Laicus poteſt eſſe arbiter inter clericos.*
47 *Clericus coniugatus ſine monitione perdit priuilegium eo ipſo, quod relinquit habitum & tonſuram.*
48 *Percutiens clericum quando incidat in excommunicationem.*
49 *Iudex non faciens iuſtitiam non eſt iudex.*
50 *Matrimonium an ſit actus incompatibilis clericatui.*
51 *Verba iniurioſa continent offenſam factam perſonæ, non in perſonam.*

Capvt XIII.

SI ivdex laicvs. Hæc decretalis eſt conſtitutio Bonifaciana, hoc eſt conſtitutio Bonifacij, quæ eſt valde vtilis ſecundum

curſam Ioann. Andr. quia frequentiſſime practicatur. Summa: ut per gloſſ. non diuiditur. Sed poteſt diuidi in duas partes principales. In prima ponitur, qualiter ad iudicem eccleſiaſticum pertinet cognitio de clericatu, an quis ſit clericus vel ne parte vocata, quando captus per iudicem laicum allegat ſe clericum, & huius rationem aſſignat. In ſecunda ponit caſus, quando debeat fieri remiſſio, vel ante cognitionem de clericatu, vel poſt. Secunda ibi, & ſi notorium. Et hæc ſecunda ſubdiuiditur in tres particulas. Nam primo ponit tres caſus, quibus ante cognitionem de clericatu, ſit remiſſio. In ſecunda addit quartum caſum, quem probat argumento legali. In tertia ponit caſum, in quo non ſit remiſſio ante cognitionem de clericatu. Secunda eſt ibi, idem eſſe cenſemus. Tertia ibi, non ſic. Legam per partes, & faciam primam partem *vſque ad dictum verſicul. non ſic.* Gemin. tamen legit ipſe per verſiculos, &c.

1 † Nota primo. *ibi, malefactorem.* quod iudex poteſt capere malefactorem ſine capi facere. Quod intelligo, quando conſtaret de crimine, vel eſſet deprehenſus in crimine, vt probat textus iſte. *in verbo, captum. iuncto verbo malefactore.* Alias iudex non debet eſſe facilis in faciendo aliquem capi, vt notatur *in cap. ſi clericos, infra eodem titulo.* vbi per Archidiac. & Ioan. Andr. & *in cap. vt fama, ſupra eodem titulo: facit l. non prius. C. de colum.* & quod nota. Angel. *in § ſcientes, in Authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio.* Non enim incipiendum eſt à captura, cum ſit executio perſonalis. *l. nimis propere. C. de execut. rei iudica.* Dixit tamen Angel. *in Authent. in Authentic. de defen. ciuitat.* quod malefactor poteſt capi & detrudi in carcerem, ne fugiat, etiam antequam conſtet de crimine. Quibus vero caſibus tam pro crimine, quam pro debito liceat aliquem capi, habetur per Ioannem Andream. & alios *in cap. 2. ſupra de pignor.* per Bartolum. *in l. cum eod. ff. ad leg. Iul. peculatus.* Faciunt quæ quæ notantur *in l. plerique. ff. de in ius vocan.* & quæ notantur *in l. nullus, C. de Iudæ.* vbi legitur, an liceat parti propria auctoritate aliquem capere: de quo plenius habetur *in dicto cap. 2. de pignor.* & per inſtitutarios, *Inſtitut. de act. in prin.* vbi allegatur *l. ait prætor in § ſi debitorem. ff. de his, quæ*

2 *in fraud. credit.* † Vnum tamen dixit Bald. *in § damnum in titu. de pace conſtan.* quod incarceratio perſonæ, ſiue detentio eſt aliquando arbitraria inſpecta qualitate perſonæ, vel criminis vel facti, de quo etiam vide aliquid *in d. capit. ſi clericos. vbi habetur de captura clericorum.*

3 † Secundo not. *ibi, & is ſe clericū dicens petat remitti. &c.* quod clericus detentus à laico, licitè opponit exceptionem declinatoriam contra iudicem laicum, & incompetentiæ ipſius iudicis ratione clericatus, *cap. ſi diligenti. de foro compet. 11. quæſtio. 1. per totum.* Et probat hic textus expreſſe, quod clericus deprehenſus in delicto, etiam graui non perdit priuilegium fori, cum non iudicetur à iudice ſæculari, ſed ſit iudicandus ab eccleſiaſtico. Vnde an ſit clericus vel ne cognoſcetur ab eccleſiaſtico, & eo reperto clerico, iudicabitur ab eo. Nam fit remiſſio, vt hic dicitur. Et pondero hoc verbum, malefactorem, quod eſt verbum generale aptum comprehendere delictum quantumcunque graue. Quod facit ad ea, quæ habentur *in capitul. perpendimus, ſupra eodem titulo.* vbi eſt quæſtio de hoc, an clericus ſe immiſcens enormitatibus, in quibus deprehenditur, poſſit puniri à iudice laico, vel ne. Nam iſte textus videtur expreſſe probare, quod nō, accipiendo hoc verbum malefactorem, generaliter.

4 † Et hoc probat etiam verbum, captum, cum adiectiuum probat ſecundum tempus verbi cui adducitur, *ff. de noxa. l. in delictis, § in extraneis. iuncto § ſi deſtracta.* Item pondero etiam totam hanc litteram, quia hic nullam ſit verbum, nulla ſit mentio de excommunicatione, an ſcilicet hic iudex laicus capiens hunc malefactorem ſe poſtea decentem clericum, inciderit in pœnam canonis vel ne, quaſi ſentiat quod non, de quo *in d. ca. perpendimus.* Et ibi an clerici malefactores committentes grauia delicta, in quibus deprehendantur, amittat ſaltem priuilegium canonis.

5 † Nam principaliter clerici habet duo priuilegia, videlicet, priuilegium fori, hoc eſt, vt non poſſit iudicari à quocunque iudice, præterquam ab eccleſiaſtico: de quo *in toto titul. de foro compet. & 11. quæſt. 1. per totum.* Aliud eſt priuilegium immunitatis perſonæ, quia ſi quis percuſſit clericum, incidit in canoné,

6 *ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.* † Et iſtud priuilegiū immunitatis perſonæ facilius perditur quam priuilegium fori, vt not. *in d. c. perpendimus, iuncto c. vt fama. & etiam hoc cap. iuncto etiam c. ſi vero. la 2. ſup. eod. tit.* Sed ſi hoc eſt verum, quod facilius perdatur priuilegium immunitatis perſonæ, quam fori, operepretium eſſet inueſtigare rationem huius. Nam regulariter † appellatione priuilegij clericalis, venit vtrunque priuilegium tam perſonæ, 7
quam fori, vt eſt gloſſ. *in clem. 1. in verbo. priuilegij, quæ eſt tertia in ordine. de offic. ordin.* Et ſic videretur poſſe dici, quod hæc priuilegia procedāt à pari, ita quod ſtatutum in vno videatur etiam ſtatutum in alio. Sed certe hoc non videtur vſquequaque verum: Nam inter hæc videtur differentia, vt probatur *in c. ſi vero. lo primo, in princ. iuncto § officiales, ſupra allegato, vbi text. notabilis.* Nam ibi expreſſe probatur, quod plus excuſatur aliquis percutiens clericum, vt priuatus, & ſi forſan ratione alicuius officij priuati, vt legitur *in d. cap. ſi vero,* quam ſi aliquis capiat clericum ſine percuſſione vt iudex. Et ratio poteſt eſſe, quia magis odioſum eſt in iudice quam in priuato, cum non ſolum iniiciendo manum in clericum, quis tanquam iudex inferat iniuriam clerico, ſed etiam ſibi vſurpat iuriſdictionem contra priuilegium fori clericalis. Quod non contingit in priuato, qui nullam infert iniuriam ſibi vſurpando iuriſdictionem, ſed ſolum veniendo contra priuilegium canonis. Hinc eſt, quod priuatus poteſt pro iniuria illata in clericū abſolui à ſuo ordinario: quod ſecus eſt in iudice, vt probatur *in d. c. ſi vero. in prin. iuncto c. peruenit. & iuncto d. § offici. dcs.*

† Ad quod facit in ſimili, quia alias valet iuramentum clerici in contractibus præſtitum laico ſine licentia Epiſcopi, & tamen non valet præſtitum iudici ſæculari, vt notatur per Innoc. 8
in cap. 1. ſupra de iuramento calum. Poteſt etiam & alia ratio vrgentior aſſignari, vt facilius perdatur priuilegiū immunitatis perſonæ quam priuilegium fori, quia priuilegium perſonæ eſt de iure poſitiuo. † Canon enim, *ſi quis ſuadente.* fuit conditus ab 9
Innocent. 2. vt ibi patet ex ſupraſcriptione. Et ita etiam voluit Innocen. *in c. nouerit, ſup. eod. titu.* vbi enumerat priuilegium canonis inter priuilegia conceſſa à Papa. Sed priuilegium fori, vt quis nō poſſit iudicari niſi ab eccleſiaſtico iudice, illud dicitur de iure diuino, & emanauit à Deo, vt probatur *96. diſt. ſi Imperator.* ibi enim dicitur, quod voluit ad ſacerdotes pertinere, quæ de Eccleſia diſponenda ſunt, non quo ad poteſtates ſæculi. Et quod Imperator volens iudicare de clericis, vendicat ſibi alienum ius, & contendit contra Deum.

† Et ſequitur etiam ibi in textu, quod à Pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens Deus Chriſtianæ religionis clericos voluit & ſacerdotes ordinari & diſcuti. Ex quo infert ibi gloſ. 10
in verbo, ordinari, quod antequam emanarent aliquæ conſtitutiones, clerici non erant de iuriſdictione ſæculari: Et quod cōſtitutiones, quæ poſtea ſuperuenerunt, diſponentes clericos non iudicari, niſi ab Epiſcopis, non ſunt niſi quædam iuris declaratio, ita inquit illa gloſſ. Et ita etiam tenent Innoc. & Hoſt. *in cap. omnes, & in cap. 2. ſupra de maior. & obedien.* Aliqui tamen, inter quos fuit Laur. gloſſator antiquus, tenuerunt, quod imo Papa eximit clericos, & ſic eorum priuilegium erit de iure poſitiuo, non de iure diuino, *per cap. continua. 11. q. 1:* per textum *in Authent. de ſanc. epiſcopis, in § ſi quis contra. collat. 9. & in Authentico, vt clerici apud proprios Epiſcopos. § ſi vero. collat. 6.* Sed certè hæc iura non probāt id quod dicit Lauren. ſed potius probant, quod clericorum exemptio proceſſerit ab Imperatore. Innocen. tamen *in locis præallegatis in dicto cap. 2. & d. cap. omnes, inducit capit. 1. de iuramento calum.* quod hæc exemptio dependeat à Papa. Sed certe etiam illud capitu. non multum vrget pro, licet textus *in authentica, ſtatuimus. C. de epiſc. & cler.* probet quod à iure poſitiuo ciuili, hoc eſt tam à Papa, quam ab Imperatore proceſſerit hæc exemptio, quia ibi prohibetur clericum iudicare à laico iudice contra conſtitutiones canonicas & ciuiles. Sed quicquid ſit, ego arbitror quod priuilegium fori habuerit originem à iure diuino, per ea quæ ſcribuntur *in dicto capitul. ſi Imperator.* de quo plenius dixi *in cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtitu. in repetitione.*

Aduerte tamen hic, quod & ſi ipſi non fuiſſent exempti, tamen potuerunt eximi à Papa etiam ſine conſenſu imperatoris, vt tenet Innocen. *in d. c. 2. de maior. & obed.* ea potiſſimum ratione, quia cum ſint ſpirituales, & ex toto corpus & animā in ſeruitium Chriſti emancipauerint, & in ſortem ipſius electi ſint, *vt in c. cui portio. 12. q. 1. c. cum ſecundum. ſupra de preben.* Et per conſequens ſubſiſtunt Papæ in iudicio & eius conſtitutionibus, *10. diſt. c. imperium. c. ſuſcipit, & c. ſi in adiutorium.* quæ tamen ratio

procedit tenendo maioritatem Pontificatus, & imperialem dignitatem ſubordinari ad Pótificalem, vt videlicet apud Papam ſit vterque gladius ſpiritualis & temporalis, ſed quod imperatori commiſerit exercitium gladij temporalis, de quo *in c. nouit. de iud. & qui filij ſint legit. per venerabilem.* Si autem teneremus has ditiones eſſe diſtinctas, ſcilicet Papæ & Imperatoris, ita vt vna non ſubordinaretur alteri: tunc hoc exigeret altiorem indaginem: Vnde non euro nunc intrare hanc difficultatem: Sed poſſumus hunc textum noſtrum adaptare ad id, de quo dubitari poteſt, vtrum clericum deprehenſum in crimine in grauibus delictis potuerit iudex laicus capere ſine nota excommunicationis, vt hic in textu, in quo nulla mentio de pœna canonis, quia dubitabatur, an eſſet clericus vel ne. Et ſi intelligimus, quòd ille eſſet deprehenſus in enormitatibus, tunc poſſumus dicere quod amiſit priuilegium *canonis, ſi quis ſuadente.* per ea quæ habentur *in dicto cap. perpendimus.* Si autem fuerit deprehenſus in alio crimine, non ita graui, & ille incedebat ſine habitu & tonſura: tũc ex quo præſumebatur laicus, vt probatur hic in textu, tunc capiens, vel capi faciens laicus non incurrit pœnam, donec de clericatu conſtiterit: pro quibus omnibus facit optimus textus. *in d. c. ſi vero. lo primo. in §. nec ille. & in cap. ſi vero lo 2. ſupra eod. titu.* Pro clariori tamen intellectu huius literæ, veniunt hic duo examinanda, primum, an & quando clericus poſſit à iudice laico iudicari, ita quod iudicando non dicatur violare libertatem eccleſiaſticam, ſecundum an & quando clericus gaudeat priuilegio *d. ca. ſi quis ſuadente.* de quibus omnibus ſolet diſcuti per repetentes *in d. c. perpendimus.* Ego vero forſan aliquid dicam *ad finem huius capituli.*

11 † Secundo not. *ibi, repetat.* quod iudex poteſt repetere ſubditum ſuum captum & detentum ab alio abſque eo quod ipſe detentus opponat exceptionem declinatoriam. Inducit autem Gemin. hunc text. ad ſtatuta, quæ vigent in certis partibus Italiæ, & aliquando ſeruantur de facto contra clericos, quibus diſponitur, quod declinantes iuriſdictionem iudicis laici, puniantur certa pœna: quæ ſtatuta quandoque de facto extenduntur ad clericos. Aliquando cautela eſt, ne ipſe clericus declinet, ſed iudex ex officio repetat eundem clericum conuentum forſan coram iudice laico. Nam tunc euadat pœnam, cum aliud ſit clericum opponere exceptionem incompetentiæ iudicis laici, & aliud ſit, quòd repetatur à iudice laico ex ſuo officio, quod eſt notandum ſecundum Gemin. *hic in 3. notabili.* Aduerte tamen, quod prælatus poteſt repetere clericum ſibi ſubditum etiam inuitum & nolentem, ac etiam ſe laicum confitentem, ſecundùm Innocen. *in c. in ſatus ſupra eod.* quia † quando clericus detinetur à laico, non ſolum ſibi fit iniuria, ſed etiam Eccleſiæ, *cap. contingit. ſupra eod. tit. in cap. ſi primus. 2. quæſt. 1.* Quinimmo ſi prælatus eſſet ordinarius capientis, poteſt procedere in modum inquiſitionis contra ipſum detinentem. Nã clericum detineri à laico dicitur crimen ſacrilegij, *c. ſi quis. c. ſi quis deinceps. 17. q. 4.* vnde ſi hoc eſſet notorium, quod illud eſſet clericus, ſine alia inquiſitione poterit prælatus detentorem excommunicare, ſecundum Ioan. Andr. † Adde etiam, quod ſi clericus vel volens, vel inuitus conueniatur etiam ſuper cauſa ciuili coram ſeculari, poterit prælatus illum etiam inuitum extrahere à iudicio ſeculari, *cap. ſi diligenti. de for. compet. 11. quæſt. 1. cap. inclita. & cap. placuit. ea. de perſona.* Et poterit iudicem talem, coram quo conuenitur clericus, cõuenire, quaſi de ſacrilegio, *argum. c. 1. ſup. de for. compet.* Ad vnum tamen aduerte hic, quod ſi clericus poſſideretur à laico vt laicus, & prælatus vellet agere pro recuperatione clerici, vel officio iudicis, vel rei vendic. iure canonum præiudiciali, iuxta notata *in cap. inter quatuor. de maior. & obed. l. 1. § per hanc. ff. de rei ven.* vbi per Angel. tunc debebet agere coram iudice rei, *l. 2. C. vbi cauſa ſtatus, & ita tenet hic* Innoc. & Ioan. Andr.

14 † Quarto not. *ibi, cognitio,* quod licet iudex ex officio procedens poſſit cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. *cap. ſuper litteris. de reſcriptis. ſupra. l. ſi quis ex aliena. ff. de iud.* tamen ſi reuocaretur in dubium etiam per viam exceptionis, an res de qua agitur, ſit ſpiritualis, iudex eccleſiaſticus ſolum de hoc cognoſcet, & nõ ſæcularis, *cap. tuam. de ordin. cognit. cap. lator. qui filij ſint legit.* Hinc eſt, quod in caſu iſto ipſe eccleſiaſticus, etiam ſi contendat ſe eſſe competentem, & non iudicem laicum, tamen poterit ipſe de hoc cognoſcere, videlicet, an ille eſſet clericus vel ne. Nec obſtat gloſſ. *in cap. ſtatutum. in §. 1. in verbo, copia. de reſcriptis. in 6.* vbi dicit gloſ. quod quando iudex conſtituit ſe partem formalem, vt quia contendit ſe eſſe iudicem, quod tunc ad illum nõ ſpectabit hæc cognitio, an ſit iudex, ſed recurretur vel ad ſuperiorem, vel ad arbitros: quia illa gloſſ. debet intelligi, quando eſſet contentio inter duos litigantes ad inuicem, qui principaliter altercãtur inter ſe de iuriſdictione iudicis, videlicet, an ille ſit iudex vel ne. Nam tunc ſi iudex pro vna parte aſſumendo in ſe factum partis aſſerat ſe competentem contendẽdo cum alia parte, & ſic conſtituendo ſe partem formalem, dicitur facere ſe ſuſpectum taliter ſe ingerendo, tunc non poteſt cognoſcere. Sed vbi eſt contentio inter partem & iudicem etiam ex officio procedentem, tunc benè poterit de hoc cognoſcere, de quo videtur etiam gloſſ. notabilis *in cap. cum perſona. in verbo, ordinarijs, ſupra de priuile. eodem lib.* Idem eſſet etiam, quando eſſet contrario inter iudicem & iudicem, & alter iudex non eſſet capax iuriſdictionis, vt quia agebatur de re ſpirituali, vt hic, & ſupra declaraui. Nam tunc ſolus eccleſiaſticus poterit de hoc cognoſcere, *vt in dicto capit. tuam. dicto capitu. lator. & hic.* Nec obſtat, quod iſte dicatur in facto proprio iudex: quando reſpondetur, quod licet iſtud conſiſtat in honore, quod quis ſit iudex, † conſiſtit tamen in onere, quia graue eſt onus iudi- 15
candi, vt in gloſſ. notab. *in cap. ſi contra vnum. in verbo, probari. de officio deleg. eodem libro.* quia iſtud non venit in conſideratione, cum non ſit vniuerſale, quod quis velit appetere onerosa, *arg. dictæ gloſ. in verbo, probari.* quod eſt notabile pro his, quæ habentur *in d. cap. ſuper litteris.* Nam ſi iudex procedat ex officio, & reuocetur in dubium de iuriſdictione, poterit ipſe cognoſcere, vt hic eſt textus, quia iudex ex officio hic repetit captum, & cognoſcit, an ſit iudex vel non, ſecundùm Gemin. Et vide ad prædicta gloſſ. *in dicto capit. cum perſona.* quæ aliqualiter videtur contradicere prædictis. Sed dic vt ſupra. Quinta not. *ibi, noto-*
rium. quod † vbi exceptio eſt notoria, debet ſtatim per iudi- 16
cem recipi ſine alia iudiciali cognitione, & ei parendum eſt, vt hic dicitur *in text. de exceptione clericatus.* quia ſi ſit notorium clericum detentum eſſe ſtatim oppoſita declinatoria erit remittendus.

† Hinc eſt, quod ſi opponatur exceptio cõtra notorium, illa 17
non facit rem dubiam: vnde ſi exceptio dilatoria contineret falſitatem manifeſtam, non eſſet recipienda, vt notatur per gl. *in d. c. ſtatutum in verbo, copia.*

† Sexto not. *ibi, fama publica.* quòd licet fama maximè in cri- 18
minalibus non faciat plenam, nec ſemiplenam probationem, *c. veniens. de teſti. vbi de hoc:* tamen ſi ageretur de remiſſione faciẽda ad eccleſiaſticum iudicem pro fundanda intentione ſua inducit plenam probationem, immo † & notorium & facta pu- 19
blica hic æquiperantur: quod eſt notabile pro limitatione *d. c. veniens. & in l. de minore. §. tormenta.* per Bart. *ff. de quæſtionib. c. litteras. de præſumptio.*

Septimo not. *ibi, communiter pro clerico,* quod omnis reputatio facit quem haberi pro eo, qualis reputatur: *facit lex, apud Labeonem § ſi virginem. ff. de iniur.* ſaltem in his, quæ ſunt modici præiudicij, vt hic. Quod facit ad ea, quæ habentur *in c. per tuas. de probat.* vbi in probanda filiatione, ſolet capitulari de communi reputatione.

Octauo no. *ibi ſtatim,* quod † illud dicitur fieri ſtatim, quod 20
ſit abſque aliqua cognitione: vnde not. hic Gem. hanc dictionem, abſque. & ſtat incluſiue, & ponitur pro dictione, ſine. de quo ſe remittit Arch. *ad c. qui generaliter. de procur.*

In verſiculo, idem † eſſe cenſemus. not. nonò, quòd habitus 21
clericalis non ſolum conſiſtit tõſuris, ſed etiam in veſtibus, & ſic non altero, ſed in ambobus, ſecundùm Ioan. And. quod eſt not. dignum. Ex quibus verbis infert Bald. *in l. ſi qua per calumniam. in verſicu. vlterius quæritur. C. de epiſc. & cleri.* quod captus in maleficio habens ſolum clericam & non veſtes, vel veſtes & non clericam ſine tonſura, non dicitur captus, nec inuentus in habitu clericali, ita ibi colligit Bald. ex verbis Ioan. Andr. hic, quod dicit ipſe eſſe notabile, cum habitus clericalis conſiſtat in his duobus: de tonſura ſe remittit Ioan. And. ad not. per glo. *ad clem. quoniam de vita, & hone. cler. in gl. ſi ergo.* De veſtibus vero ſe remittit ad notata *in clem. 1. in gl. dicit quidam. de elect.* † An au- 22
tem capientes habentes habitum clericalem ſint excommunicati, Arch. ſe remittit *ad cap. vt fama. in §. 1. ſupr. eod.* vbi dicitur, quod capiens eſſet excommunicatus, ſi caperet ſine mandato prælati, *vt d. c. presbyteri. de pœnis. & d. ca. ſi quis diaconus. 50. diſt. cap. presbyteri. 81. diſt.*

Decimo not. *ibi, nam talem.* quod † in dubio quis debet iudicari

cari talis, qualis apparet in forma extanſeca: vnde dicens oppoſitum, debet illud probare. Vnde ex delatione reſultat præſumptio, quæ habet ipſum reuelare ab onere probandi, *argum. c. ex inſinuatione, de procur. c. vno. iuncta gloſſ. in verbo, probante. vt eccleſiaſtica beneficia.* Et ſi quis dicat, quomodo poterit hoc conſtare de hac pura negatiua, quòd non ſit clericus. Solu. Docto. dicunt, quòd poterit conſtare per confeſſionem partis, & ſic per oppoſitionem confeſſatam, *vt in cap. 1. de confeſſ. eodem libro.* Item poſſet contrarium huius negatiuæ cadere in affirmatiuã, vt ſi allegaretur, quod quis eſſet priuilegiatus priuilegio clericali, *vt in iuribus allegatis* per glo. *in verbo, debeat.* Eſt tamen ſciendum ſecundum Ioã. And. quod quando quis eſſet penitus illiteratus, quod vrgens præſumptio eſſet contra eum, cum prima tonſura non debeat conferri penitus illiterato, *c. ſi. de temp. ordi. eo. lib.* cum concor. ibi poſitis.

24 Vndecimo nota. *ibi, in poſſeſſione ingenuitatis.* † quod exiſtens in quaſi poſſeſſione ingenuitatis, in dubio præſumitur ingenuus, licet alius alleget ipſum eſſe libertinum. Nam ſua quaſi poſſeſſio facit illum haberi pro ingenuo, & facit quod onus ꝓbandi incumbit aduerſario. Secus tamen in eo qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, quia licet ipſe fingat & gerat ſe pro libero, tamen non præſumetur in poſſeſſione libertatis, *l. cũ ſcimus. C. de agri. & cenſib.* Si tamen iſte diu ſtetiſſet in poſſeſſione libertatis paratus ſubire iudiciũ liberale, ſecus eſt, & intelligo diu, id eſt, per 10. annos, facit *lex poſſideri. § ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. faciũt nota. in l. 1. C. de ſeru. fugiti.* vbi ita limitatur hoc dictum de ſeruo,
25 niſi ſpatio decennij perſeuerauerit in illo ſtatu. Adde † etiam, quod ſi pater alicuius fuit in ſtatu libertatis ſpatio quinquennij, mortuo patre non poterit opponi quæſtio ſeruitutis cõtra filium, *l. ſi pater. C. ne de ſtat. defun.* quæ lex habet etiam locum fauore libertatis in Eccleſia, vt currat præſcriptio contra Eccleſiam, *c. licet. de coniu. ſeru.*

Nec obſtat puod ibi dicitur de decennio, quia narratur factum ſecundùm Io. And. Adde tamen, quod prædicta non haberent locum in monacho, dumtamen conſtet de monachatu, quia ſi monachus ſtetiſſet etiam per decennium in habitu libertatis, non obſtaret, quominus poſſet reuocari per Abbatem, de quo per Ioann. Andr. *in cap. fina. in verbo, fugitiuos. de regularibus.*

26 † Decimoſecundo not. *ibi, legalis authoritas,* quod etiã in iure canonico pro determinatione alicuius cauſæ eccleſiaſticę, ſeu ſpiritualis licitum eſt allegare leges, & adducere exẽpla legalia, concor. *c. authoritate. de conceſſ. præben. eod. lib. c. Abbate. de re iud.* Quod ſanè procedit, niſi caſus eſſet determinatus in oppoſitũ de iure canonico cõtrarijs legibus & exemplis legalibus, quia tunc eſſet ſtandum iuri canonico, etiam in foro ciuili, ſi ageretur de re eccleſiaſtica: de quo plenè legitur *in c. 1. & 2. de oper. no. nunc.* per gl. *in c. 2. de arbit. eo. lib.*

27 † Decimotertio not. *ibi, non ſic.* quod noua aſſumptio habitus clericalis facta per illum, qui reputabatur laicus, non tribuit quaſi poſſeſſionẽ clericalem. Et ſic facit, quod noua poſſeſſio etiam immediata non tollit effectum inductum per antiquam poſſeſſionem etiam mediatam: de quo *in c. licet cauſam. de probat. l. poſſideri. § quod ſi ſeruus. ff. de acqui. poſſ. l. clam poſſidere. eo. tit.* Ex quo infertur etiam, quod præſumptio de nouo inducta, non transfundit onus probãdi in aduerſarium: pro quo facie-
28 bat antiqua poſſeſſio, † cum regulariter vna præſumptio non tollat aliam, niſi ſit vehementior, *c. cum inter. de elect. cap. litteras. de præſumpt.*

Decimoquarto nota. in fine litteræ, quòd pendente dubio ſuper articulo præiudiciali ſuperſedendum eſt negotio principali, de quo plenè *in c. 1. c. tuam. de ord. cogn. l. 1. & 2. C. de ordi. iud. c. exhib. de iud.* de hoc etiam eſt hic textus qui ſolet ſemper ad hoc allegari, & eſt notandus. Gloſ. *in verbo, repetat.* inducit quatuor ſimilia. In eadem glo. *ibi, § primo.* in eo textu habetur, quod per interdicta, vel cognitiones prætorias petimus aliquando quos in poteſtate habemus. Et eſt *ibi* etiam gloſ. quod Abbas poteſt repetere monachum ſuum.

29 Aduerte tamẽ, quod † nec filiusfamilias, nec monachus vẽdicantur per modum dominij, ſed per modum poteſtatis: vnde libellus nõ dicit, vendico monachum, quia ſum dominus eius. Sed medium concludendi debet eſſe per modum poteſtatis, vt quia dicatur in libello, vendico monachũ, quia in poteſtate mea eſt de iure canonum. Sic etiam in repetente filium debet concludere per modum patriæ poteſtatis, vt quia dicat, vendico filium, eo quia in mea poteſtate patria eſt de iure quiritum, id eſt, de iure Romano: ita & ſubditus ciuitatis non debet vẽdicari per modum dominij, ſed per modum iuriſdictionis, non autem poteſtatis, quia ſubditus ciuitatis † non eſt in 30
poteſtate, ſed ſub iuriſdictione, vt per Doct. & per gloſſ. *in d. §. per hanc.* Et de forma libelli in perſonis iſtis habetur per Innoc. *in cap. tuam. de ordin. cognit. ibi, de iure. ibi, omnium incolarum de iure, quos quæque ciuitas ſibi vendicat, præſidium prouinciarum cognitio eſt.* Et eſt optima lex pro quæſtionibus concurrentibus inter ciuitates vel loca ſeparata à ciuitate, quis ſit iudex competens ſuper his, quando talia loca contendunt adinuicem pro aliquo iure ſingularis hominis vel ciuitatis, de quo ibi per Bartol. In fin. glo. Addunt Doct. quæ habentur *in c. dilecti de appell.* ad quẽ textum ſe remittit hic Archid. & *ad cap. 2. ſupra de ſeru. ordi. & ca. inter quatuor. de maior. & obedien.* per Azon. *in ſumma, C. vbi cauſa ſtatus. in § 1.* Gloſſ. *in verbo, debeat. ibi, Bigamus.* intellige gloſſ. veram, ſaluo eo quod habetur & not. de Biga. *cap. vno eod. libr. 6 in gloſſ. vere.* In eadem *ibi, vno. de vi. & honeſt. cleric.* In eadem *in fine.* idem tenet Archid. cui adde nota. *in cap. perpendimus. ſupra eodem titulo. & cap. contingit. el 2. eodem titu. iuncta glo.* Et ibi not. poteris videre ſecundum Ioann. Andr. caſus in quibus clericus perdit priuilegium clericale, & caſus in quibus clericus poſſit iudicari à iudice laico, de quo forſan aliquid dicam. Gloſſ. *in verbo, reputare.* Archid. etiam allegat *cap. qualis. 25. diſtin. & 24. quæſt. 2. nec quiſquam. & cap. in præſentia. ſupra eo.* Gloſſ. *in verbo, legalis. ibi. l. ea quæ.* vbi habetur quod illa, quæ reperitur in poſſeſſione libertatis, dolo malo, æquiparatur ancillæ. In glo. *ibi. § fin.* vbi dicitur, quod quis ſine dolo malo eſt in poſſeſſione libertatis, ſi de libertate in ſeruitutem petatur, tunc dominus habebit probare ſeruitutem.

Ibi, *neceſſitas. ibi,* dicitur, quòd neceſſitas probandi de ingenuitate ſua non incumbit ei, ſi tamen ipſe ſponte, & vltro vellet probare, audiretur.

Ibi, *l. circa. ibi* eſt textus, quòd ſi illum, qui eſt in poſſeſſione ingenuitatis, dico eſſe libertum, vel volo probare, ſi tamen ipſe qui eſt ſui iuris velit ſe ſuſcipere onus probandi, mos eſt illi gerendus.

Gloſſ. *in verbo, agnoſcitur.* hæc glo. duo facit. primo alleg. *l. hic inductam in text.* Secundo declarat, qui dicantur fabricenſes, ſecunda ibi, & dicitur.

In gloſſ. *ibi, l. ſi quis.* vbi dicitur, quòd ideo facies non figuratur, quia ad inſtar cęleſtis pulchritudinis facta eſt, ideo figurari non debet.

In eadem in fin. Adde ſecundum Doct. quòd eſt Stigma coctura igneorum vulnerum, ſecundum Archid. ſed ſecundum deriuationis eſt ſignum caracteris ſine coctura, id eſt, vſtione, quæ fit ab vro vris, calido ferro: Facit illud ad Galatas, *Stigmata in corpore meo porto.*

Gloſſ. *in verbo, clericali.* quærit † de vna quæſtione & reſpon- 31
det. In fin. gloſſ. hæc ratio gloſſ. eſt notanda ſecundum Ioann. Monach. quia hic plura faciebant contra iſtum deprehenſum in habitu clericali, quam pro ipſo, vt patet in textu, cum ante deprehenſionem pro laico publice ſe gereret, & pro tali communiter haberetur, & ideo à pluribus denominandus erit: & ſecundum Ioan. iudicandus, vt not. *in fin. infra titulo proximo.* Et per hunc textum iuncta gloſſ. hac, videtur innui quod Bald. in *l. ſi quã per calumniam. in verſiculo, ſed iuxta hoc quæro. ſupra allegato.* nõ benè dixerit, dum vult ibi ſimpliciter, quod ſit captus in habitu petat ſe remitti ad Epiſcopum, allegando ſe clericũ, quod ſtatim ſit remittendus, non habita diſtinctione, an nouiter aſſumpſerit habitum, an vero eſſet in habitu conſueto. Prout diſtinguebant Petr. & Cyn. dicentes, quod ex noua aſſumptione habitus non inducitur præſumptio clericalis, quorum opinio hic probatur expreſſe, quicquid dixerit Bald. tenens indiſtincte ipſum eſſe remittendum, cum eſſet in quaſi poſſeſſione clericatus, à cuius commodo quaſi poſſeſſionis, & priuilegio excludi non poteſt per iudicem ſecularem, ſecundum eum. Nam certe illud eſſet verum, ſi antea ſe gerebat pro clerico, & pro tali communiter haberetur. Secus ſi non gerebat, quia recens quaſi poſſeſſio ſiue noua aſſumptio habitus non habebit inducere remiſſionem, vt hic eſt caſus, quicquid dixerit ibi Bald. quod eſt notandum, quia nemo tangit, quem ego viderim. Si autem eſſet inuentus ſine habitu, & ſic in habitu laicali: Et tunc ſecundùm gloſſ. ibi, & eſt veritas, ſtatim ante cognitionem cauſſæ non deberet remitti etiã allegans ſe clericum,

quia poteſtas ſæcularis capiens ipſum in habitu laicali, dicitur
eſſe in quaſi poſſeſſione: Et ita vult gloſſ. hic. Et ſeruabitur id,
quod hic dicitur in fine iſtius textus, quia donec cognoſcatur
de clericatu, debet conqueſcere omnis poteſtas iudicis, tum
quia pendet quæſtio præiudicialis iuriſdictioni ſuæ: tum quia
neſcit ſe eſſe iudicem, ſecundum Bal. *in d.l. ſi qua per calumniam.*
pro quo facit hæc gloſſ. licet ipſe non alleget. Gloſſ. *in verbo,
fecerit.* in prima quærit, coram quo ſit facienda iſta probatio
clericalis, & ſoluit tollendo obſtaculum. In ſecunda reſpon-
det tacitæ quæſtioni. In tertia quærit, qualiter quis ſe proba-
bit eſſe clericum. Secunda ibi, *ſed detentus.* Tertia *ibi, hanc
autem.*

32 †Sed vltra Doct. occurrit dubium, quid ſi aliquis detentus
à iudice laico oſtendat poteſtati litteras ſui clericatus, vtrum
debeat ſtatim remitti. Et videtur quòd non, quia probatio cle-
ricatus videtur quid ſpirituale, vt ſupra dictum eſt *in principio
textus.* Ergo eius probatio non poterit fieri coram iudice ſæcu-
lari. Et ſic hæc productio inſtrumẽti clericalis facta coram po-
teſtate ſine iudice, non habebit ſibi prodeſſe. In contrarium
tamen determinat Bald. *in dicta l. ſi qua per calumniam. in verſicu-
lo, ſed quid ſi iſte. ibi, quod coram iudice ſæculari poterit produci inſtru-
mentorum clericale ad inſtructionem ipſius iudicis, etiam ad inducen-
dum eum in ſententiam excommunicationis, ſi poſtea retineat.* ſub-
iungens *ibi, quòd in tali oſtenſione inſtrumenti non oportet citari ad-
uerſarium, qui fecit ipſum detineri, quia illud non fit in modum proba-
tionis coram ipſo iudice, ſed fit in modum informationis.* Nam cum
probatio clericatus non poſſit fieri niſi coram Epiſcopo, vt *hic
eſt textus,* ceſſat partis citatio, *argum. l. ſi quis inficiatus. ff. depo.* ita
Bald. *in d.l. ſi qua per calumniam.*

33 †Ex cuius dicto infertur, quòd vbi agitur de inſtructione
facienda iudici, non eſt neceſſaria partis citatio. Secus ſi aga-
tur de probatione fienda, quæ probatio ſapit actum iudi-
cialem.

34 †Sed hic aduerte, quod reperio Bald. aliter ſentire *in l. quo-
tiens. de iudic.* dum quærit ibi, an exceptio excommunicationis
poteſt probari corã iudice laico. Nam dicit ibi, quod hæc pro-
batio debet fieri coram Epiſcopo. Adeo ſecũdum ipſum quòd
quidam dicunt, quod etiam per inſtrumentũ non poterit pro-
bari coram iudice ſæculari, *l. 1. C. de iu. & fac. igno. l. placet. C. de ſa-
croſanct. eccleſ. & hoc textu, iuncta hac gloſſ. in fin. coniuncta etiam hac
gloſſ. in principio ſui.* Nam in principio dicit, quòd hæc probatio
fit coram iudice eccleſiaſtico. In fine dicit, quòd ſit fides per
publicum inſtrumentum coram iudice eccleſiaſtico, & non
coram ſæculari. † Pro quo facit, quia inſtrumentum produ-
35 ctum coram iudice incompetenti nõ probat, cum omnis pro-
batio debeat fieri coram iudice ſuo, *l. 2. C. de eden. capit. ſolet. ſupra
eodem titulo in fin.* per Ioann. Andr. licet ipſe alleget in contra-
36 rium, quia † inſtrumentum dicitur probatio probata, l. 2. vbi
per Bald. C. *quando fiſcus vel priua. & in l. pupillus. C. de vſur. pupilla.*
Et ſic ex quo inſtrumentum dicitur probatio probata, poterit
produci coram ſæculari. Tandem concludit, quod verius eſt,
quod primo dixi, vt non poſſit probari etiam per inſtrumen-
tum coram laico, per ea quæ dixi ſupra. Sed hic aduerte, quod
aut agitur de obiectu excommunicationis: & non eſt dubium,
quod poterit opponi coram laico, *cap. decernimus. ſupra eodem &
notatur per glo. in d. l. 1. C. de iuris, & fact. ignoran. & in d. l. placet. & in
cap. intelleximus. de iudic.* Et idem dicendum eſt de obiectu cleri-
catus, vt hic. Aut agitur de probatione ipſius excommunica-
tionis ſiue clericatus faciendæ: & tunc ſi quæritur, an hęc pro-
batio poſſit fieri coram laico, aut per inſtrumentum, aut alio
modo: & dicendum eſt quod non, vt hic eſt caſus. Non enim
laicus eſt capax iuriſdictionis ſiue huius cognitionis. Aut agi-
tur non de probatione faciẽda iudicialiter, ſed de quadam in-
ſtructione iudicis ſiue de eius informatione, ne ad vlteriora
procedat: & tunc videtur dicendum, quod hæc inſtructio po-
terit fieri coram ipſo laico, licet per ipſum ſuper hoc non ſit ali-
qua diſcrepatio habenda. Et ita poteſt intelligi quod dicit Bal.
in dicta l. ſi qua per calumniam. Veruntamen hæc quæſtio exige-
ret altiorem indaginem: nam pendet ab illa quæſtione, de qua
per Doctores *in dicto capitu. cum ſit generale, de foro competen.* vbi
quæritur, an ſi ſit quæſtio facti ſuper aliquo iure ſpirituali, vel
eccleſiaſtico, poſſit ſæcularis cognoſcere, de quo ibi pulchrè
per Panormitan. Et dixi *in clement. diſpendioſam. de iudic.* vbi glo.
vult, quod nullo modo laicus habet de hoc cognitionem. Et
pro iſta gloſſ. facit iſte textus vbi dicitur, quòd oppoſita exce-
ptione clericatus, omnis cognitio ſpectat ad iudicem eccleſia-
ſticum. Quæ omnia poſſunt ſanè intelligi, quando ſæcularis
vellet ſuper hoc procedere via iudicialis cognitionis. Secus ſi
via inſtructiua & informatiua facti extraiudicialiter, quia non
requiritur citatio partis, & in qua non proceditur propriè per
viam probationis, ſed puræ inſtructionis, argumen. eius quod
dicit Bald. *in dicta l. ſi qua per calumniam.* In eadem gloſſ. *in fine.*
idem tenet Archid. & faciunt quæ dicentur *infra in gloſſ. proxi-
ma.* Ad quod vide quod nota. Ioannes Andr. *in Mercur. in regu-
la, non licet.*

Gloſſ. *in verbo, interim.* quærit de intellectu litteræ illam ex-
ponendo & aſſignando rationem. Gloſſ. *in verbo, præſumptio-
nem.* quæ præcedit gloſſ. in *verbo, interim.* colligit ex textu nota-
bile. In fine Archidiaco. allegat etiam pro concordanti *capitul.
vnum. ſupra, vt eccleſ. beneficia.* Cui adde *ibi gloſſ. in verbo, non pro-
bante.* Allegat etiam *l. in ciuile eſt. C. de fur.* quia præſumptio prę-
cedens eſt contra aliquem, recens præſumptio non habet il-
lum releuare ab onere probandi. Vnde circa hanc probatio-
nem tituli incumbentem poſſeſſori dic, quod vbi actor agit de
re, quam reus poſſidet, vt illam ſibi reſtituat, allegando illam
eſſe ſuam, cæteris paribus plus iuris in ludo habet poſſeſſor
quam petitor, quia ſecundum † eum actore non probante ob- 37
tinet reus etiam nihil probans, *vt in dicto cap. vno. & 6. quæſt. vlti-
ma. actor. & cap. fina. de iureiuran.* Hinc eſt etiam introducta æ-
quitas publicianæ, per quam quis dicit ſe quaſi dominum, de
qua pulchrè *in cap. Abbate. de re iudic.* Sed ſi actor non ageret ad
poſſeſſionem euincẽdam, quam habet reus, ſed agit ad alium
finem, tunc ſecus eſt, quia incumbens poſſeſſioni tenebitur
etiam de titulo probare. Verbi gratia, Epiſcopus videt aliquẽ
tenentem titulum beneficij, & eſſe in poſſeſſione clericatus:
Nam talis poſſeſſio non ſufficiet, quo minus cogere poſſit illũ
facere fidem de clericatu, *2. quæſtio. 1. legum. c. cum adeo. de reſcript.
cap. ex litteris. de tranſactio.* cum Epiſcopus non agat ad aduo-
candum poſſeſſionem, ſed alium finem, vt intelligat, an ille
beneficium retinere poteſt, quod quidem ſine canonica inſti-
tutione teneri non poteſt: & quod beneficium † conferri non 38
poteſt non clerico, *capit. 2. de inſtitut.* talis ergo quaſi poſſeſſio
non ſufficiet, quo minus grauari poſſit onere probandi de ti-
tulo. Addit tamen Ioann. Monach. vnum notabile, quod vbi
eſſet in antiqua poſſeſſione iſtius clericatus, tunc talis petitio
in dubio præſumeretur calumnioſa, quia ex antiqua poſſeſſio-
ne multum præſumitur pro clericatu, *argument. l. in libera. ff. de
ritu nupt.* Secus eſſet, ſi eſſet poſſeſſio recens vel in facto re-
centi, nunc modo aliter ſe habenti, *argumen. cap. illud. de præ-
ſumpt.* & quæ ibi nota. Ioan. Andr. *in gloſſ. ad confirmationem. &
in gloſſ. ſequenti. in capitul. conſultationi. in gloſſ. in verbo, teſtibus. de
ſponſ.* Proinde ſubiungit ipſe Ioan. Mona. quod in eo, qui con-
tendit de beneficio, firmiter ipſe diceret, quod deberet pro-
bare ſe clericum, *dicto cap. cum adeo.* Secus ſi diu inconcuſſe te-
nuiſſet ipſum beneficium. Quæ ſunt notanda pro his, quæ ha-
bentur *in cap. ordinarij. de officio ordin. eodem libro.* vbi quæritur, an
& quando quis poteſt compelli ad oſtendendum titulum ſui
beneficij, per Hoſtienſ. *in cap. licet Hely. de ſimon.* † Gloſſ. *in verbo,* 39
proceſſus. quæ eſt fin. in fin. hæc gloſſ. eſt valde notanda. Nam ex ea
colligitur, quod aliud eſt iudicare, aliud procedere. Ex qua in-
fertur ſingulariter, quòd prohibitus iudicare, non eſt prohibi-
tus procedere, quod eſt notandum pro ſtatutis, quibus diſpo-
nitur, quod non poteſt iudex iudicare vel procedere. Cui ad-
de quod nota. Gemin. *in c. ſtatutum. in §. cum vero. in gloſſ. cauſa. de
reſcriptis. eodem lib.* vbi dicit, quod ſi caueatur ſtatuto, quod in
certa cauſa non procedatur, quod ſi iudex abſoluat partes ab
obſeruatione iudicij, vel contemnet alteram partem in expẽ-
ſis, & illas taxet, non dicitur venire contra ſtatutum, quia non
dicitur procedere, pro quo facit optima iſta gloſſ. licet ibi non
allegetur.

†Sed pro intellectu prædictorum quæritur, quis erit hic iu- 40
dex eccleſiaſticus, qui habeat cognoſcere de hac exceptione
clericatus. Aliqui dicunt, quod erit ordinarius eius, qui dicit
ſe clericum. Alij & melius, quod erit ordinarius capientis, ſeu
iudicis ſæcularis clericum detinentis, ſecundum Innoc. *in cap.
vt famæ. in verbo, laicus. eodem titu.* Ex quo infertur, quod iudex
ordinarius loci † erit iudex poteſtatis vel ibi regentis. Et hoc 41
triplici ratione, tum ratione rei. Tum ratione delicti. Tum ra-
tione contractus, *cap. fina. de foro compet. c. 1. de priuileg. eodem libro.*
Facit quod not. Hoſtienſ. *in cap. omnis. de pœnit. & remiſſ.* & ita te-
net

net Lapus, quem ſequuntur alij. Cui addit, quod not. gloſſ. in *l. ciues. C. de incolis.* Stat etiam hic dubium, an ex remiſſione facta ad iudicem eccleſiaſticum, dicatur in totum liberatus à iudice laico. Lapus quod non, quia coram iudice, cui remiſſus eſt, agitur ſolum de proprietate, quia ſola ſua poſſeſſio non ſufficit, ſed probandus eſt titulus, ſecundum Ioann. Monach. qui allegat 2. *quæſt. 1. legum.* Et ſic infertur, quod ex hac remiſſione non erit liberatus ab hac poteſtate ſæculari, niſi in quantum ſe probauerit clericum, quo caſu iudex, ſiue pars, quæ fecit illum detineri, poterit probare, quod eſſet laicus, vel priuatus priuile-
42 gio clericali. † Reſtat etiā aliud dubium, quid ſi captus eſt clericus cōiugatus, & facit fidem de titulo, an hoc ſufficit ad cuitandum cognitionem iudicis ſæcularis. Hāc quæſtionem format Rota *deciſ. 27. in meis, quæ incipit, Item ſi clericus.* decidens quod ex ſolo non eſt ſtatim remittendus, niſi doceat ſe contraxiſſe cum vnica, & virgine, & portaſſe habitum, cum aliter non gaudeat hoc priuilegio, *cap. vno. de cler. coniuga. eod. lib.* Et de his cognoſcere eccleſiaſticus, non laicus. *per ea quæ dicta ſunt ſupra.* quæ etiam allegat D. de Rot. Et addunt notabile verbum, quod vxor clerici coniugati detenti in carceribus poteſt procuratorem ad agendum & defendendum conſtituere pro viro ſuo detento. Tum quia perſona coniuncta eſt. Tum quia ſuam videtur proſequi iniuriam. Pro prædicta ratione facit, quod not. *in c. nonnulli. de reſcript. l. ſed & hac. ff. de procur.* Pro ſecūda ratione facit *cap. de cætero. de teſti. & cap. cum P. de accuſ. & quæ not. 2. quæſt. 7. in ſumma.* Dubitari etiam poteſt, quid ſi is moriatur ab inteſtato ſine agnatis & cognatis, quo caſu ſuccedit fiſcus: pone, quod ſurgat laicalis poteſtas volens occupare bona pro fiſco, ſed iudex eccleſiaſticus dicit illū eſſe clericum, & ſic quòd dicta bona ſunt applicanda fiſco Eccleſiæ, quid iuris, an ſufficiat probare ſolam poſſeſſionem clericatus, ad hoc vt admittatur? Gemin. allegat Rotam *deciſ. 235. quæ incipit, Titio mortuo.* Et primo videtur voluiſſe, quod in probatione alicuius præambula ſufficit probare poſſeſſionem, cum tunc non requiratur ita exacta probatio, ſicut requiritur ſuper probatione articuli principalis, vt no. Cyn. *in l. 1. in quinta quæſt.* vbi cauſæ fiſcales. Faciunt notata per Innocen. *in cap. venient. de verbor. ſignificatione.* Sed in contrarium videtur dicendum, quòd immo habeat probare illum clericum, & titulum clericatus, vt non ſufficiat ſummaria probatio, quod incedebat in habitu clericali, & quòd communiter habeatur pro clerico, *l. 1. C. quorum bonorum.*

43 †Nam poſſeſſio de præterito non releuat ab onere probandi, cum iura loquentia de probatione poſſeſſionis releuante ab onere probandi, loqui videantur de præſenti poſſeſſione & non de præterito, ſecundum eos. Et hæc vltima opinio placet Gemin. per hunc textum, in quo habetur, quod poſſeſſio clericatus ſufficiat quo ad hoc, vt fiat iudici eccleſiaſtico remiſſio, non vt ſola poſſeſſio habeat effectum, quod iudex eccleſiaſticus debeat illum punire tamquam clericum, niſi aliter probaretur de clericali titulo, vt ſupra dixi, ſecundum Lapum. Ex quo ergo eccleſiaſticus in quæſtione prædicta fundat intētionem ſuam ſuper titulo clericatus, non ſufficiet probatio ſolius poſſeſſionis. Facit *capit. fina. de capel. mo.* Quæ tamen iudicio meo poſſent limitari, niſi probaretur per eccleſiaſticum, quod ille longo tempore inceſſit vt clericus, & pro tali ſemper fuerat habitus, & erat, *per ea quæ dicta ſunt ſupra.* quia pro poſſeſſione antiqua multum præſumitur. Aduerte ad prædicta, quod iudex laicus in hac remiſſione facienda debet eſſe cautus, videlicet, ne remittat clericum ignominioſe ad iudicem eccleſiaſticum, inferendo illi magnam verecundiam, quia per hoc incideret in ſententiam excommunicationis, *argument. ca. quem pœnitet. verſic. oportet. de pœnit. diſtinct.* 1. Ideo talis iudex poteſt puniri, ſi potea appateat illum clericum, quod eſt notabile pro clericis.

Vltimo poteſt hic formari quæſtio, quid ſi quidam laicus fuit per iudicem ſecularem condemnatus de crimine falſi teſtimonij, propter quod fuit bannitus. Iſte vero poſt aliquot annos obtulit ſe & ſua alicui Eccleſiæ. Deinde in diſcurſu temporis fuit captus à iudice laico cauſſa dicti banni. In præſentia iudicis confitetur ſe bannitum dicta de cauſa, propter quam eſt captus, ſed quod erat profeſſus dictæ Eccleſiæ. Et interrogatus, an tempore capturæ eſſet in habitu conuerſi, & reſpondit quod non, ſed in habitu laicali. Demum rector Eccleſiæ, cui ſe obtulerat, repetit ſuum conuerſum, faciens articulos ad probandum de conuerſione. Qui articuli fuerunt admiſſi per iudicem laicum, & remiſſi ad iudicem eccleſiaſticum ſuper probatione. Deinde facta probatione, Vicarius Epiſcopi pronunciauit illum fuiſſe in habitu conuerſi tempore capturæ. Iudex vero ſecularis viſis probationibus & actis, pronunciauit hunc relaxandum, & præcepit cuſtodibus, vt illum relaxarēt. Cuſtodes vero carceris, qui plurimum ſolent deputari per cōmunitatem, denegauerūt illum relaxare, niſi appareret de ſolutione condemnationis. Hic quæritur de quatuor. Primo, an confeſſio conuerſi facta coram laico modo quo ſupra, habeat ſibi præiudicare, ita vt non poſſit petere ſe relaxari.

Secunda quæſtio, an virtute actorum geſtorum coram iudice eccleſiaſtico iudex laicus debeat ipſum relaxare.

Tertia quæſtio, an ſufficiant illa acta præſentata iudici ſæculari, ſine alijs litteris requiſitorijs ſiue monitorijs iudicis eccleſiaſtici.

Quarta quæſtio, an Poteſtas excuſetur à pœna, ſi præcipit, quòd relaxetur. Hæc omnia proſequitur Federic. *conſil. 227. in meis, quod incipit, Factum ſic ſe habet.* & aliquid per Gemin. hic. De quo breuiter dic ad primum, quòd non. Ad ſecundum quòd ſic. Ad tertium quòd ſic, vt ſufficiant illa acta, licet cautius ſit officiali, vt exſpectet illas literas monitorias, ne incidat in pœnam forte ſtatuti. Ad quartum ſimiliter quod ſic, ſi fecit quod potuit, vt ille relaxetur, de quo per Fedc. *in d. conſil.* quando ſit opus videre, & hic per Gemin. *in penultima, & vltima columna.*

Ex quibus omnibus inſurgit dubium, quando clericus poſſit iudicari à iudice ſæculari. Secundo, an & quando gaudeat priuilegio *capituli, ſi quis ſuadente.*

† Ad primum diſtinguitur, quòd aut conſtat vel conſtare 44
poteſt de clericatu, aut non conſtat. Si non conſtat, & tunc ſi non opponat de clericatu, clarum eſt, quod poteſt ab ipſo iudicari, vt plenè probatur in hoc textu, quia non præſumitur clericus, quia iſta eſt quædam qualitas extrinſeca, quæ non eſt à natura, pro qua non præſumitur, *cap. fin. de præſumpt. capit. vno. de ſerui.* gloſſ. *in cap. ſi forte. de elect. eodem libro.* Faciunt notata per Innocent. *in capit. 1. de eo, qui fur.* De quo clericatu eſt optimus textus *in cap. cum adeo. de reſcriptis. cap. ex litteris. de tranſact.* Et ſic poteſt intelligi de apoſta. *capit. ex parte. el 3. de priuileg.* Et hic caſus non eget alia indagine, quia de ſe ſatis patet. Aut conſtat ſiue conſtare poteſt, quod quis eſt clericus. Et iſte caſus habet altiorem indaginem. Nam aut quæritur, an iudex ſæcularis poſſit iudicare de clerico, authoritate ſuperioris, aut iure proprio. primo caſu dicendum eſt, quod poterit, vt ſi ſibi committatur tamquam delegatò aliqua cauſſa inter clericos, vt iure delegationis velit iudicare. Et tunc poterit, *vt in capitu. decernimus, cum ibi notatis. de iudic.* quod etiam purus laicus poteſt eſſe delegatus apoſtolicus, vel inferioris à Papa inter clericos,† 45
ſicut etiam laicus poteſt eſſe arbiter inter clericos, authoritate tamen legitimi ſuperioris, vt *in capit. contingit. de arbit.* Quod capitul. ſic debet intelligi, & *capit. per tuas. in fin. eodem titulo. ibi, cum auctoritate dicti Archiepiſcopi*, quod ego intelligò, etiam ſi compromittatur in laicum ſolum de re ſpirituali, ſine alia clerici admixtione, etiam abſque eo, quod clericus detur ſibi adiunctus. Licet gloſſ. *ibi in dicto capitulo contingit.* aliter intelligat & male iudicio meo. Quia admixtio habilis cum inhabili non facit totum habilem, immo totum vitiat, quando coniunguntur ad actum inſeparabilem. Quod procedit etiam in arbitris & iudicibus, *l. Pedius. alias eſt. l. parui. § fina. ff. de arbitr. cap. cum ſuper. de offic. delegat. capit. ſuper quæſtionum. § ſi vero duo. eodem titulo.* Ad quod facit quod notat Innocent. *in dicto capitulo contingit.* vbi nō videtur in aliquo ponderare admixtionem clerici cum laico, ſed ſolum authoritatem ſuperioris eccleſiaſtici. Et hanc ſententiam tenet Franc. Zabar. Cardinal. Floren. *in repetitione capi. perpendimus. in vltima oppoſitione.* Ex quibus ſtat concluſio, quod in laicum ſolum poteſt fieri compromiſſum ſuper ſpirituali, authoritate ſuperioris. Ex qua concluſione infertur, quod ad hoc, vt teneat compromiſſum ſuper re ſpirituali in laicum, non eſt neceſſe adiungi clericum, dum tamen interueniat authoritas ſuperioris. Aut laicus vult iudicare propria authoritate: & tunc aut fuit clericus traditus curiæ ſæculari, quod contingit poſt degradationem. Et tunc per omnia erit ſicut in iudice laico, *capit. nouimus. de verborum ſignificatione. capit. 2. de pœnit. eodem lib. cap. cum non ab homine. de iudica.* Aut nondum eſt traditus curiæ ſæculari, & ſic non eſt degradatus: & tunc ſi

loquimur de cauſa priuilegiata, vt de cauſa feudi, & in illa poterit quilibet clericus à domino laico iudicari, *cap. tranſmiſſa.c. verbum.de foro compet.cap.Romana.§.debet.de appellat.eod.lib.* Licet illa iura poſſint intelligi, quod laicus non iudicat de clerico, de quo ibi, ſed ſolum habet ibi poteſtatem iudicandi ex natura feudi & priuilegio iuris. Nam & alias ex priuilegio Papæ efficitur capax ſpiritualium, *cap. Adrianus.63.diſt. & cap.ſeq.& ca.1. columb.diſt. & in c.quod ſicut.* per Innoc. *ſupra de elect. & ibi* per Card. Flor. Cui adde quæ notantur *in cap.2.de praben.eo.lib.& in c.dilectus.lo 3.de praben.* Vbi ſolet quæri, an ius conferendi poteſt praſcribi. Pro quo eſt etiam gloſſ. *in d.cap.decernimus.& nota.in d.ca. Romana.§.debet.*

46 † Etiam ſtat alia concluſio, quod laicus ex priuilegio poteſt nedum tractare ſpiritualia, ſed etiam clericum iudicare. Si vero loquitur de cauſa non priuilegiata: Et tunc aut clericus exercitat actum omnino incompaſſibile cum clericatu, vt qui factus eſt bigamus: Et tunc certũ eſt, ex quo exutus eſt omni priuilegio clericali, & conſequenter poterit iudicari à laico, *capit. vno.de bigamis.in 6.* Aliquando fecit actum nõ omnino incompaſſibile cum clericatu: Et tunc ſi ante clericatum præuentus eſt à iudice laico, vt quia lite pendente factus eſt clericus: Et tunc iudex laicus de quo poterit iudicare, de quo pẽdebat lis, vt notatur *in cap. vno. de obligatis ad ratio.* per Bartol. *in l.prima.ff. pæ.* & per Guilielmum de Cun. & Bald. *in l.officiales. C.de epiſco. & cleri.* Et ſolet notari *in cap.penult.de foro competen.* Aut non fuit præuentus à iudice laico: Et tunc aut clericus non deliquit in aliquo, & ſolum poterit iudicari à iudice eccleſiaſtico, *cap.ſi diligenti.de foro competen. cum ibi notatis.* Aut deliquit: Et tunc interdum deliquit circa aliqua, propter quæ tamen non ſe negat eſſe clericum: Et tunc etiam ſolum à iudice ſuo iudicabitur, *cap.at ſi clerici.de iudic.* Interdum deliquit circa ea, per quæ ſtatim negat ſe clericum, vt ſi dimittat habitum clericalem: Et tunc ſi tertio monitus ſe non correxerit, poterit à iudice laico iudicari, *cap.contingit, lo ſecundo.ſupra eo.clem.1. de vi. & honeſt.cler.* Aut non fuit monitus: Et tunc regulariter à ſolo eccleſiaſtico iudicatur.

47 † Fallit in caſu *c.vnici.de cleri.coniug.eod.lib.* vbi ſine monitione clericus coniugatus perdit priuilegium eo ipſo, quod relinquit habitum & tonſuram. De modo autem procedẽdi, ſi clericus delinquens capiatur à laico, quando allegat ſe clericum, vel quando reperitur per curiam, ſatis dictum eſt *ſupra in tex. & gloſſ.* vbi vidiſtis quinque caſus claros in text.

48 Ad ſecundum articulum, an & † quando clericus gaudeat priuilegio canonis, & ſic quando percutiens clericum incidat in excommunicationem. Circa hoc poteſt ſic diſtingui: Quia aut inferẽs violentiam clerico, in nullo violat libertatem perſonæ, vt ſi aliquis iniuriam alicui clerico ſuper rebus, & iſte caſus eſt planus, vt inferens talem iniuriam non incidat in canonem, licet alias poteſt incidere in excommunicationem per alium canonem, *c.fin.de immu.eccle.eod.lib.* Si vero inferendo iniuriam violatur perſona: Et intelligo quomodocunque, ſiue quia percutiat clericum, ſiue quia retineat ipſum inuitum inclusum, vel alio modo iniurietur in perſonam, vt plene notat Innocen. *in cap.nuper.ſupra eod.* Vbi ipſe explicat, quot modis dicatur violari perſona. Et habetur per gloſſ. *in d.capit.ſi quis ſuadente.* Et hic eſt aduertẽdum, quòd interdum quis hoc facit vt iudex legitimus, vel authoritate legitima iudicis. Aut facit vt priuatus. Primo caſu, aut hæc violatio fit cum cauſæ cognitione, & cum moderamine, & tunc excuſatur à pœna canonis, *cap.vniuerſitatis.cap.vt famæ.ſupra eod.* De quo dicetur *in cap.ſi clericos.infra eodem.* Aut ſine cauſæ cognitione. Et tunc non excuſatur etiam iudex legitimus, ſicut nec priuatus, *vt in d.c.vniuerſitatis.* Probatur in ſimili. *in c.conquerente.de reſtit.ſpolia.*

49 † Iudex enim, qui non facit iuſtitiam, non eſt iudex, *c.forus. de verborum ſignific.* ideo iudicatur de eo, quod de priuato. Vnde ſi iudex eccleſiaſticus excedat modum in ferendo iniuriam clerico, non excuſatur à pœna canonis, *vt in d.cap.ſi clericos.* Ad quod male aduertiunt ipſi prælati. Si vero non iudex, ſed vt priuatus, Et tũc ſi infert iniuriam clerico, quem neſciebat clericum: Et tunc non incidit in canonem, dummodo talis ignorantia non ſit improbabilis, *cap.ſi vero.lo ſecundo.ſupra eodem.* Si tamẽ ſurgeret probabile dubium, an ſciret illum clericum vel non, tunc probabit ignorantiam ſuam, quæ tamen probabitur per iuramentum, *in d.cap.ſi vero.& ibi gloſſ.* Aut ſciuit ipſum clericum, & tunc aut iniurioſe, aut iocoſe. Si iocoſe, non incidit, *cap.1.ſupra eodem titulo.* Vel etiam ſi percuſſit clericum forte ductus bono zelo, vt quia turbabat officium, *cap.veniens.ſupra eodem.* Vel ſi cauſa correctionis, dummodo non excedat modum, *cap.cum voluntate.ſupra eodem.* Et iſti caſus ſunt clari. Aut iniurioſe percuſſit clericum: Et hoc aduerte, quod ſi iſte clericus, quem percuſſit, fecerat actum omnino incompatibilem clericatui, vt quia erat factus bigamus: Et tũc certum eſt, quòd non incidit in canonem, vt ſupra dixi. Hic tamen occurrit dubium de militia armata, an iſte ſit actus incompatibilis clericatui. Et aliqui tenent quod non, *per cap.fin.de cleri.coniuga.* qui tamen textus loquitur de conſtituto in minoribus, non in ſacris, de quo per Hoſt. *in ſumma, eod.titu.§.quis poßit.*

50 † Fuit etiam dubium de matrimonio, an ſit actus incompatibilis clericatui, & dicendum eſt quod non, *per caſum cap.vnici. de cleri.coniuga.eod.lib.* Si vero iſte clericus non fecit aliquem actum incompatibilem clericatui: Et tunc ſi in nullo deliquit, percutiens ipſum incidit in canonem. Sed ſi deliquit, hic diſtinguitur, quod aut deliquit in his, propter quæ tamen non negat ſe clericum, vt quia defert habitum: Et tunc percutiens incidit in canonem, niſi defendendo, & cum moderamine, *cap.ſi vero.ſupra eodem.& not.in cap.dilecto.ſupra eod.titu.& lib.* Aut deliquit in his per quæ videtur negare clericatum, vt quia dimittit habitum vel tonſuram, vel vtrumque. Si dimittit vtrunque, & ſe immiſceat enormitatibus, & tunc percutiens ipſum in illis non erit excommunicatus, *cap.cum non ab homine.cap.perpendimus.ſupra eodem.* Idem erit in mandante. An tamen hoc caſu perdat omne priuilegium clericale. In hoc ſunt opiniones, de quibus *in d.cap.perpendimus. & cap.cum non ab homine, de iudic.* Aut ſe non immiſcuit enormitatibus, vel ſi ſe immiſcuit aliquibus, ea tamen non fuerunt omnia enormia. Et tunc ſi tertio monitus non reaſſumpſerit habitum, non retinet priuilegium *capitu.in audientia.ſupra eodem.* Aut reaſſumpſit ſed non in fraudem: Et tunc retinet, *d.cap.in audientia.* Si vero in fraudem, vt melius delinqueret, & tunc non retinet, *ca.ex parte 3.de priuileg.* Super hoc tamen, an in fraudem, vt quia non emendatus, & hoc habebit declarare iudex eccleſiaſticus, quæ habebit vim cuiuſdam diſpenſationis, quæ ſecundum aliquos eſt neceſſaria, quando clericus eſt emendatus, de qua diſpenſatione in *in capitul.ſanè. el ſecundo.de cleri.coniuga.* Faciunt notata per Ioannem Andream *in cap.vno, de cleri.coniuga.eodem lib.* Et licet ſit vtile diſpenſationem petere, tamen non videtur neceſſaria, *capit.contingit.el ſecundo.ſupra eod.ibi, emendare,* quaſi emendatio ſufficiat. Si vero non fuit monitus, & tunc retinet priuilegium, *d.cap.in audientia.* Et iſta procedunt, quando vtrumque dimiſit. Si vero alterum tantum, videtur idem eſſe, *argument.eorum quæ dixi ſupra in verſiculo, idem eſſe cenſemus.* Et ſic poſt trinam monitionem perdit priuilegium, maxime ſi dimittat habitum, *per capitu.in audientia.* quod capitulum ſolum facit mentionem de habitu, dum dicitur *ibi, relicto habitu clericali.* Licet in contrarium faciat, *capit contingit.2.eodem titul.* vbi probatur non ſufficere monitionem ad excludendum priuilegium clericale, niſi cum de clerico, nihil oſtendit. Et ſic ſi quid oſtendit de clerico, ſecus videtur, puta ſi deferret tonſuram patentem ſuper habitu. Aduerte tamen, quod *in capit.cum non ab homine.ſupra eodem.* videtur ponderari ſola dimiſſio habitus. In quo tamen articulo variæ ſunt opiniones circa hanc amiſſionem, priuilegij fori, de quibus *in d.ca.perpendimus.* Sed pro nunc videtur poſſe dici, quod ad retinendum priuilegium clericale ſufficiat, quod ipſe clericus non incedat omnino vt laicus: Et per conſequens ad excludendum priuilegium, præcedente monitione, requiritur quod nihil de clerico appareat, pro quo facit tex. *in dicto capitulo ex parte.de priuileg.* In clerico autem coniugato ſufficit alterum, quia in eo requiruntur duo coniunctim, vt gaudeat priuilegio clericali, videlicet, delatio habitus, & tonſuræ, vt probat textus, *in cap.vno.de cleri.coniuga.eodem libr.* vbi textus loquitur coniunctim de veſtibus & tonſura. Si vero alterum deferret, non gauderet priuilegio, poſſet à laico verberari, nec percutiens incideret in canonem. Hæc omnia colliguntur ex diſtinctione Cardinal. Florentin. *in dicto capitulo perpendimus in quarta & quinta charta, in repetitione.* quæ tamen exigerent altiorem indaginem, maxime quo ad hunc articulum, an & quando clericus priuetur ex toto priuilegio clericali tam reſpectu fori, quam reſpectu canonis, in quo iura varie videntur loqui. Vnde quotiens ſit opus videre, recurre ad notata in *dicto capitulo perpendimus. & in dicto capitulo cum non ab homine.*

Tamen

Tamen differentia, quam conſtituit Cardinal. inter clericum coniugatum & non coniugatum, quo ad dimiſſionem habitus vel tonſuræ, non videtur vſquequaque probabilis, per ea quæ dixi ſupra *in textu in verſiculo, idem eſſe cenſemus.* vbi dixi, quod habitus clericalis etiam in non coniugato conſiſtit nedum in tonſura, ſed etiam in veſtibus, ſecundum Ioan. Andr. ibi pro quo allegant etiam Bald. *in dicta leg. ſi qua per calumniam.* qui ponderauit textum *in dicto verſiculo*, idem eſſe. & dictum Ioan. And. Et facit etiam ratio, quia ſi quis deferret tonſuram, & ex toto deferret habitum laicalem, vt ſi aſſumeret militiam, tunc potius videtur deferre tonſuram in contumeliam creatoris, quàm in honorem gradus, & ſic etiam videtur dicẽdum, quòd quamuis clericus monitus, vt reaſſumat habitum, ſi ſolum defert tonſuram, quod talis delatio tonſuræ non ſufficeret, quo minus excludatur à priuilegio, ſiue ſit clericus cõiungatus, ſiue non. Nec obſtat *capitul. ex parte.* per quod mouetur Card. quia poteſt de facili reſponderi, ſi iungatur principium cum fine. Tamen tu cogita, quia periculoſum eſt loqui in hac materia.

51 † Ad vnum tamẽ aduerte, quòd dum dixi, iniuriam rem clerico in perſonam, incidere in canonem, ſalua tamẽ diſtinctione ſupradicta, quod ſi quis diceret verba iniurioſa clerico, nõ incurreret excommunicationem, quia verba iniurioſa continent offenſam factam perſonæ non in perſonam: Quod facit pro ſtatuto loquente de iniurijs perſonalibus, quia intelligetur de qualibet iniuria perſonali, licet non tranſeat in perſonam, hoc eſt non tangat corpus, ita ſingulariter Bald. *in dict. l. ſi qua per calumniam.* ſecundum Guilielmum, de accuſat. quod eſt valde notandum etiam pro conſtitutionibus ſynodalibus, quæ debent intelligi ſicut ſtatuta, *cap. vt animarum. §. ſtatuto. ſupra de conſtitut. eod. lib.* & dicit Bald. *in loco præallegato*, quòd ipſe habebat conſulere in tali caſu.

REPETITIO
IN CAP. STATVTVM.
De ſent. excommun.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Participans excommunicato non poteſt maiori excommunicatione innodari, non præmiſſa monitione canonica, ita nec ſuſpendi vel interdici.*

2 *Statutum in excommunicatione in pœnalibus non extenditur ad ſuſpenſionem & interdictum.*

3 *Contumacia etiam extraiudicialis vbi præceſſit, poteſt ſequi excõmunicatio aſque alia monitione.*

CAPVT XIII.

STATVTVM. gloſſ. prima ſummat non diuidit. in prima ponit conſtitutionem prorogantem, in ſecunda addit decretum. ſecunda *ibi, decernentes.*

1 † Nota primo id, ad quod hic textus allegatur, quod ſicut participans excommunicato, qui ligatur minori excommunicatione, non poteſt maiori excommunicatione innodari, non præmiſſa monitione canonica, de qua *in cap. conſtitutionem. ſupra eod.* ita etiam non poteſt ſuſpendi vel interdici, niſi præmiſſa dicta canonica monitione. Ex quo infertur, quod excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum quo ad hunc caſum parificantur. Facit *c. is cui. in fin. infra eo. & c. 1. ſupra eo. tit. & lib.* vbi dixi, in quibus conueniant & in quibus diſcrepent excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.

2 † Et ex hoc textu poteſt inferri, quòd in pœnalibus ſtatutũ in excommunicatione non extenditur ad ſuſpenſionem & interdictum, vt probat hæc littera expreſſe, *& cap. conſtitutionem. & cap. ſtatuimus.* Nam alias iſta prorogatio facta per Bonifaciũ fuiſſet ſuperuacua, ſi ſtatutum in vno, intelligeretur ſtatutum in alio. Hinc eſt, quod *cap. ſtatuimus. cap. conſtitutionem. & c. iſtud,* ſolent ſemper allegari in practica, vbi agitur de materia pœnali, quod in ea non fiat extenſio. Poſſet tamen inſtari, quæ fuit cauſa huius conſtitutionis, cum ſatis videretur prouiſum *per dictum ca. ſtatuimus.* Poteſt dici, quod emanauit hæc conſtitutio ad euitandas practicas iudicum, qui videntes non poſſe excõmunicare participantes, niſi præmiſſa monitione nominatim, faciebant comminationes generales, ſubijcientes, quod nullus auderet participare excommunicato, alias ex tunc participantes ſuſpendebant vel interdicebant. Et ſic quod non poterant vna via conſequi, nitebantur alia via adimplere, contra *regulam, cum quid, infra eod. lib.* Hinc eſt, quod emanauit hæc cõſtitutio, in qua ſpecialiter prouiſum eſt, vt id quod ſtatutũ eſt in ſententia excommunicationis, habeat etiam locum in ſententia ſuſpenſionis & interdicti.

† Extrauaganter adde vnum dictum Innocent. *in cap. ex parte. el primo. ſupra de verborum ſignificat.* quod vbi præceſſit contumacia etiam extraiudicialis, poteſt ſequi excõmunicatio abſque alia monitione, per textum *in c. certum. 11. quæſt. 3.* Quod facit optime pro limitatione eorum, quę dicta ſunt *in c. 1. ſupra eo. tit. & lib. & in c. Romana. §. caueant. & ibi adde quod dictum, quia ibi melius conuenit.* 3

REPETITIO
IN CAP. LICET.
De ſent. excom.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla.*

2 *Nullum quod eſt à principio, ex poſt facto conualeſcere non poteſt.*

3 *Exprimere aliquid nominatim aliud eſt, & aliud ſpecialiter & expreſſe.*

4 *Proſecutio in termino iuris, & proſecutio in termino hominis iudicantur à pari quo ad deſertionem appellationis.*

5 *Appellationem interpoſitam ante ſententiam excommunicationis non proſequens poteſt interea denunciari excommunicatus.*

6 *Remedium appellationis aliud eſt, aliud, remedium nullitatis.*

7 *Sententia excommunicationis dicitur interlocutoria.*

8 *Probatio einſdem rei fit quandoque ad diuerſum finem.*

9 *Appellatio ſi deſeratur ex alijs cauſis, quam ex lapſu fatalium, an habebit locum hæc decret. vt poſtea agi poſſit de nullitate ſententiæ.*

10 *Appellans, qui renunciauit appellationi, non poteſt vti remedio appellationis pro ſe, & ſic non poteſt iuuari ex appellatione, cui renunciauit.*

11 *In excommunicatione fauore animæ auditur quis etiã allegans turpitudinem ſuam.*

12 *Denunciatus excommunicatus, nunquid incurrat irregularitatem celebrando.*

13 *Sententia excommunicationis iniuſta ligat quoad Eccleſiam, non quoad Deum.*

14 *A ſententia nulla ſi quis appellet, an excludatur à poteſtate agendi de nullitate.*

15 *Remedium attentati expeditur ſummariè ſine libello & litis conteſtatione.*

16 *Appellationi ſi ſit renunciatum tacitè vel expreſſè, an poſſit agi contra iudicem in ſindicatu de iniquitate ſententiæ, & pars poſſit petere damna.*

Et quid ſi appellatio ſit deſerta ex lapſu fatalium, remiſſiuè.

17 *Sententiam nullam allegans quid habeat probare.*

18 *Iudici denuncianti in dubio eſt credendum.*

19 *Executio ſi ſit facta pendente appellatione, vel aliud innouatum, venit reuocandum omne iudicis officio per iudicem appell.*

20 *Executio quædam directa, & quædã indirecta, ſiue obliqua, & quæ ſit directa, & quæ indirecta.*

21 *Propinquitas maius robur tribuit quam remotio.*

22 *Sententiæ nullitas nunquid poſſit proſequi poſt deſertionem appell.*

23 *Cauſa matrimonialis non tranſit in rem iudicatam.*

24 *Appellans an poſſit proſequi cauſam nullitatis ſententiæ coram iudice à quo, ſine præiudicio ſuæ appellationis.*

25 *Iudex à quo poteſt reuocare grauamen, & in cauſa procedere inuito appellante.*

CAPVT XIV.

LIcet, gloſſ. prima ſummat non diuidit. Poteſt diuidi in
duas. in prima reſpondet tacitæ obiectioni. In ſecunda
quæſtionem ſoluit. Secunda *ibi, excommunicatus.* Nota primo
1 † ex principio textus quòd excommunicatio lata poſt appel-
lationem legitimã, eſt nulla. de quo eſt tex. *in c. per tuas. ſupra eo.*
Dictum eſt *in c. ſolet. ſupra eod.* Et ex hoc infertur, quod ad hoc,
vt excõmunicatio lata poſt appellationem ſit nulla, oportet,
quod ſit legitima, alias valeret, de quo etiam *in cap paſtoralis. de
appell.* Et intelligit Ioan. Andr. hunc textum, ſiue appellatio ſit
interpoſita à diffinitiua, vt quia appellatione interpoſita iudex
tamen excommunicauit illum non parentem ſententiæ. Siue
ſit interpoſita ab interlocutoria, quicquid dixit Ioan. Monac.
2 † Secundo nota *ibi, ratificetur,* quòd ſententia nulla non con-
ualidatur per deſertionem appellationis, quia quod nullum
eſt à ſui principio, ex poſt facto conualeſcere non poteſt, *regu-
la, non firmatur. in 6. l. quod ab initio. ff. de regul. iur. c. auditis, de elect.*
Et ſic ex deſertione appellationis ſurgentis à negligentia ap-
pellantis non validantur attentata poſt appellationem legiti-
mam, quæ ſunt nulla ipſo iure. Quinimmo etiam non valida-
rentur, ſi expreſſe vel tacite renunciaretur appellationi, ſecun-
dum Ioan. Andr. hic, qui allegat *c. ſolicitudinem. in fin. de appell. de
quo dicetur infra.*

3 † Tertio nota *ibi, nominatim,* quod aliud eſt exprimere ali-
quid nominatim, & aliud ſpecialiter & expreſſe, vt probat hęc
littera, ponendo iſta vt diuerſa. Quod eſt notandum pro priui-
4 legijs, in quibus requiritur expreſſa reuocatio. † Quarto nota
ibi, tempus à iure, vel ab homine, quod quo ad deſertionem appel-
lationis iſta indicantur à pari, quòd quis non fuerit proſecutus
in termino iuris, vel in termino hominis, *cap. cum ſit Romana de
5 appell.* † Quinto not. *ibi. publice nunciari.* quòd ille, qui non pro-
ſequitur appellationem interpoſitam ante ſentẽtiam excom-
municationis, poteſt interea denunciari excommunicatus. E-
tiam videtur hic probari, quòd hæc concluſio non eſt conclu-
ſiua, iſte eſt denũciatus excommunicatus, ergo eſt excommu-
nicatus. Quod qualiter procedet, dicetur *in gloſſ. in verbo, nun-
6 ciari.* † Sexto not. *in fin. textus,* quòd excluſus à poteſtate proſe-
quendi appellationem, non eſt excluſus à poteſtate dicendi
ſententiam nullam, quia aliud eſt remedium appellationis, a-
liud remedium nullitatis, licet in appellatione incidenter ve-
niat nullitas, de quo pulchre *in c. dilecto. de appell.* per Bartol. *in l.
ſi expreßim. ff. eo. & in c. cum veniſſet. de eo qui mittit. in poſſ.* Et ſi quis
inſtet, quomodo poterit iſte oſtendere de nullitate ipſius ſen-
tentiæ, ſi appellatio ipſa eſt deſerta, cum ipſe non poteſt proſe-
7 qui alias cauſas, quam expreſſas in appellatione, † cum ſentẽ-
tia excommunicationis dicatur interlocutoria, vt dixi ſupra *in
rubrica, c. interpoſita. de appel cle appellanti. eo. tit.* Poteſt dici, quod
hic non proſequitur appellationem, nec vt proſequẽs audie-
tur, cum ſit deſerta, vt *in clem. ſicut. de appell.* ſed aget de nullita-
te, petendo declarari ſe nõ eſſe ligatum: & ſic omnem cauſam
huius declarationis perſequi poterit. Et hoc remedium nulli-
tatis poterit agitari coram quocũque iudice competenti, licet
primum remedium appellationis potuiſſet ſolum tractari co-
ram iudice appellationis. Ad quod facit quod dicitur *in gloſſ.
8 antepenult.* Ex quo infert hic Ioan. Andr. quòd † eiuſdẽ rei pro-
batio fit quandoque ad diuerſum finem, *c. veniens. de teſti. cap. ſo-
licita. de reſtit ſpoliat.* faciunt quæ notantur *in c. ad hæc ſi vna. in glo.
9 1. de appell.* † Sed vltra prædicta poteſt dubitari, quid ſi appella-
tio deſeratur ex alijs cauſis, quam ex lapſu fatalium, vt quia ſit
renunciatum appellationi expreſsè vel tacitè, an erit locus di-
ſpoſitioni huius textus, vt poſtea agi poſſit de nullitate ſentẽ-
tiæ. Et primo videtur dicendum quod non, per notata poſt In-
10 nocen. *in c. ex parte de reſcriptis. c. cum qui. de do. eo. lib.* † Vbi legitur,
quòd appellans, qui renunciauit appellationi, non poteſt vti
remedio appellationis pro ſe, & ſic non poterit ſe iuuare ex ap-
pellatione cui renunciauit. Et conſequenter non poterit dice-
11 re ſententiam nullam, tamquam poſt appelationem latam. †
In contrarium eſt veritas ſecundum Lapum. Et hoc eſt ſpecia-
le in ſententia excommunicationis fauore animæ, vbi quis et-
iam auditur allegans turpitudinem ſuam, ne quis remaneat
innodatus. Nec obſtant contraria, quia ibi non agebatur de
fauore animæ. Ideo taliter renuncians habet ſibi præiudicare,
ſiue renunciet expreſſe ſiue ſit contumax. Addunt etiam hic
doct. quod vbi appellans fuiſſet impeditus appellationẽ pro-
ſequi, tunc non eſſet locus diſpoſitioni huius textus, vt poſſit
denunciari, quia iuſta cauſſa non proſequendi habet ipſum
excuſare. Ita vt licet ſit lapſum primum fatale, poſſet peti ſe-
cundum, de quo *in c. ex ratione. de appell.*

† Sed inter hæc incidit maius dubium, an iſte ſic denuncia- 12
tus interea celebrans incurrat irregularitatem. Archidiaco. hic
quòd non. Et ſequitur Ioan. Andr. cum iſte textus præſuppo-
nat, quòd iſte non eſſet vere excommunicatus, quamuis eſſet
denunciatus. Ad hoc ergo vt excommunicatus incurrat irre-
gularitatem, iura exigunt hoc de vere excommunicato. Secus
in eo, qui nõ eſſet vere excommunicatus, vt quia eſſet excom-
municatus poſt appellationem legitimam, prout loquitur hic
textus. Nec obſtat, quòd ſe ingerendo diuinis, videatur con-
temnere, & conſequenter videatur ligari, *capit. 1. cum concord.
ſupra eod.*

Nam hæc iura debent intelligi de ſententia iniuſta, quæ li-
gat † quo ad Eccleſiam non quo ad Deum, quæ ſi contemni- 13
tur, ligat etiã quo ad Deum. Iſte vero textus loquitur de nul-
la, quæ non ligat, etiam quo ad Eccleſiam, licèt aliquando de
facto toleretur, *cap. ad præſentiam. de appellat. cap. dilecto. de teſti.* ita
tranſit hic Ioan. Andr. & alij. Gloſſ. 2. diuiditur in duas partes.
In prima quærit de alijs ſententijs cenſuræ, quam excommu-
nicationis, an in illis habeat locum hic textus. In ſecunda quę-
rit de alijs ſententijs, quæ non ſunt cenſuræ. Secunda *ibi, &
idem in qualibet.* In gloſſ. *ibi, idem puto.* vult gloſſ. quod il-
lud, quod eſt ſtatutum hic in ſententia excommunicationis
reſpectu iuris agendi de nullitate etiam poſt deſertam appel-
lationem, intelligitur ſtatutum in ſententia ſuſpenſionis & in-
terdicti ex identitate rationis. Idem tenet hic Arch. & Io. And.
in c. auditis, in glo. antepen. de elect. Et facit hæc glo. ad id quod dixi
in c præſenti. in gloſſ. 1. ſupra eod. vt conſtitutio diſponens ſuper v-
no de extremis æquiparatis communiter extendatur ad aliud
ex identitate rationis,

In ea. *ibi, eadem ratione.* hęc glo. eſt notanda, vult enim, quod
licet quis appellet † à ſententia nulla, quòd per hoc non ex- 14
cluditur à poteſtate agendi de nullitate, etiam ſi nõ ſit ſenten-
tia cenſuræ. Faciunt notata per Ioan. Andr. *in c. cum veniſſent. de
eo, qui mit. in poſſ* & notatur *in cap. ſæpe.* vbi de hoc & ibi allegatur
hæc gloſſ. pro notabili. vt non ſolum hic textus habeat locum
in ſententia cenſuræ, ſed etiam in alijs. Et ſic ſtat concluſio,
quòd ſententia nulla per deſertionem appellationis non re-
conualeſcit. facit *regula. non firmatur. in 6. & d. c. auditis.* hinc eſt,
quod poſt deſertionem appellationis poterit appellans doce-
re de veritate cauſæ appellationis ad finem obtinendi nullita-
tem ſententiæ, & ad finem reuocationis quorumcunque at-
tentatorum poſt appellationem legitimam, vt ſentit hæc gloſ.
de quo per Lapum *in ſua allegatione prima, circa medium, & in ſe-
cunda allegatione.* Idem ſi appellans renunciauit appellationi,
quia eodem modo ſententia & attentata remanent nulla, nec
per renunciationem appellationis reconualeſcunt. Idem te-
net Rota *deciſ. 130. quæ incipit, Item ſi poſt.* vbi de hoc. licet aliud
videatur ſentire Rota *in prima deciſione.* Sed poteſt reduci ad
concordiam, quod in prima non loquitur de remedio nullita-
tis ordinariè agendo, ſed de remedio † attentati, quod expedi- 15
tur ſummariè ſine libello & litis conteſtatione, *clement. 2. vt lite
penden.* Prædicta ſibi locum vendicant, quãdo agitur de reme-
dio nullitatis ordinariè, de qua poteſt agi coram quocunque
competenti iudice. In ea *ibi, §. falſus. ibi ſententia erat nulla ſolum
ex defectu conſenſus domini.* Nam valebat dicta ſententia quo ad
præiudicium procuratoris, non domini. hinc eſt, quod domi-
nus appellando, videtur conſentire. Ideo non mirum, ſi ſecuta
appellatione per dominum, videtur ratificari. Hic vero erat
nulla ex alia cauſa, quam ex defectu conſenſus, ideo non mi-
rum, ſi non poteſt tolli per appellationem. Etiam ſic non ob-
ſtat *dictus §. falſus.*

Ego alias † vidi dubitari, quid ſi ſit renunciatum appellatio- 16
ni expreſſe, an poteſt agi cõtra iudicem in ſindicatu de iniqui-
tate ſententiæ, & etiam an pars poteſt petere damna: Et etiam
quid ſi appellatio ſit deſerta ex lapſu fatalium, de hac quæſtio-
ne habetur *in c. ſæpe. de appell. in cap. ſacro. ſupra eod.* vbi per Innoc.
& Bart. *in c. a. ſuper eod. ſupra quod metus cauſa,* per Innoc. *in c. paſto-
ralis. §. quia vero. de offic. deleg.* per Bart. *in l. fin ff. de var. & extraordi.
cogn.* per Bal. *in §. iudices. de pace iura. fir.* & ibi videtur ipſe tenere,
quod nõ poteſt agi in ſindicatu, quia renunciando videtur ap-
probare

probare ſententiam. Secus ſi ſententia trauſiuiſſet in rem iudi-
catam per lapſum tempotis, quo caſu videtur tacitè renunciaſ-
ſe, & non expreſsè. De quo etiam per Angel. *in l. 4. §. in eum. ff. de
dam. infect.* Et tamen quicquid dicat Bald. argum. huius text. &
eotum quæ dicta ſunt ſupra, videtur dicendum, quod & ſi ex-
preſsè ſit renunciatum appellationi, quod tamen non tollatur
beneficium agendi ad damna & expenſas, ſicut non tollitur
hic beneficium nullitatis agendi de iure ordinatio, de quo vi-
de *in locis prealleg.* quia nunc non vidi, licet illud ſit verum, vt ſi
tacitè renunciauit appellationi, poteſt agi in ſyndicatu. Sed du-
bium eſt quando tenunciauit expreſsè.

17 † Gloſſ. *in verbo, legitimam.* Nota, quid habeat ptobare petẽs
declarari ſententiam nullam, quia nedum tenetur probare ap-
pellationem interpoſitam ex cauſa legitima, ſed etiam habet
probare cauſam eſſe veram. Hinc eſt, quod cùm cognitio huius
cauſæ poteſt exigere altiorem indaginem, iſte appellans pote-
rit interim petere abſolututiouem ad cautelam, *iuxta c. ſolet. ſup.
eo.* Gloſſ. *in verbo, conualeſcat*, opponit & ſoluit *in fin.* vel aliter po-
teſt ſolui hoc contrarium, quod aut loquitur de ſententia, quæ
non eſt nulla, ſed eſt ſuſpenſa per appellationem, & tunc deſer-
ta appellatione reaſſumit robur. Aut loquitur de ſententia, quę
à ſui principio erat nulla, & tunc procedit hic text. quia per de-
ſertionem appellationis talis ſententia non reconualeſcet, quia
quod nullum eſt, firmari non poteſt, *dicta reg. non firmatur.* Gloſ.
in verbo, nunciari, in prima colligit notabile, in ſecunda quærit.
ſecunda ibi, ſed nunquid.

In fin. gloſſ. non benè firmat pedes, an per denunciationem
probetur excommunicatus, ita vt ſic denunciatus repellatur
ab agendo. Imol. tamen hic viſus eſt tenere, quod ſufficiat ſola
18 denunciatio, quia in dubio † credi debet iudici denuncianti,
cap. cura. 11. quæſt. 3. cap. poſt ceſſionem. de probat. vbi de hoc. Alij tamen
in dicto cap. pia. quos tefert Gemin. videntur diſtinxiſſe, quod aut
opponitur exceptio excommunicationis in vim dilatoriæ, vt
quando opponitur ad repellẽdum quem à iudicio, & tunc ſuf-
ficit ſola denunciatio. Aut opponitur in vim peremptoriæ ad
infringendum aliquem actum geſtum per excommunicatum,
vt ſi dico, quod reſcriptum eſt impetratũ per excommnnicatũ,
cap. 1. de reſcriptis. eod. lib. vel quod electio ſit facta de excommu-
nicato, *cap. cum dilectus. de conſuetud.* Nam cùm hic agitur de gra-
ui præiudicio, tequiritur plena probatio. Et hæc diſtinctio vi-
detur fuiſſe de mente Rotæ *in deciſione 259. quæ incipit, Item li-
cet.* Sed aliter videtur loqui in *deciſione 412. in meis, quæ inci-
pit, Item ſi petat*, & ibi videtur voluiſſe, quod quomodocun-
que opponatur exceptio excommunicationis, debeat plenè
probari, & non ſufficit denunciatio. Et dicunt ita ſeruari, ad-
dentes quod raro contingit illam opponi in curia, quia opor-
tet illam ſpecificè probari, de quo me remitto ad notata *in di-
cto cap. pia.*

Gloſſ. *in verbo, legitimam, in fine.* Ioann. Andre. intelligit hanc
gloſſ. procedere in appellatione interpoſita ante ſententiam.
Nam ſecundùm ipſum, ſi appellatio fuiſſet interpoſita à diffi-
nitiua, & poſt illam, quia reus non parebit ſententiæ, fuit ex-
communicatus, de qua appellatione à diffinitiua intellexit Io-
an. Monach. hunc textum. Et tunc dubium eſt, quid debeat
probare ſic excommunicatus neglecta proſecutione appella-
tionis: Nam certum eſt, quod *per cap. non ſolum. de appell. eod. libro.*
ſi quæ eſſent attenta per appellationem à diffinitiua, venirent
reuocanda per viam nullitatis etiam non iuſtificata appellatio-
ne, ex quo apparebat appellatum debito modo. Ita ergo vide-
tur ſufficere hoc caſu, quando agitur de pronuncianda ſenten-
tia nulla. Nam probato, quod ſit appellatum debito tempore,
& modo, declarabitur nulla, niſi ex diuerſo aliud probetur, vt
ſi probetur quod ſit reunnciatum appellationi, *cap. Romana. §. ſi
verò, & § ſin autem. de appellat. eodem libro.* Poterit ergo ſic peti de-
clarari iſtam talem ſententiam nullam, aliàs graue eſſet dicere
19 contrarium, ſecundùm Ioan. Andr. † Sed pro intellectu textus
opponitur de *l. cum ex cauſa. ff. de appellat.* vbi eſt textus, quod ſi
pendente appellatione ſit facta executio, vel aliud innouatum,
illud venit reuocandum iudicis officio per iudicem appella-
tionis, probat ergo ille textus à contrario, quod firmata ſen-
tentia, à qua fuerat appellatum, firmata ſit etiam executio inte-
rim facta, licet interim fieri non debuiſſet, etiam per deſertio-
nem appellationis videtur firmari attentatum pendente ap-
pellatione. Et hoc contrarium intellige etiam per ea, quæ dicta
20 ſunt *in dicto cap. non ſolum. in 4. gloſſ.* † Ioan. Monach. pro ſolutio-
ne contrarij, quem ſequitur Ioan. And. & alij, diſtinguit, quod
quædam eſt directa executio iudicati, quædam indirecta, ſiue
obliqua. Et illa propriè dicitur directa, quæ eſt ordinata ad fi-
nem ſententiæ: Illa igitur lex loquitur in executione directa,
quę ſit per traditionem poſſeſſionis, ad quam quis eſt condem-
natus, vel ad ſolutionem: Nam ſi fuerit appellatum, & appel-
latio deſerta, tollitur ſuſpenſio iudicati, quam induxerat ipſa
appellatio. Et ex hoc remanet firma directa executio, licet fue-
rit malè facta, & eſt ratio, quia de nouo illam fieri oportet, ſi
non eſſet facta, vnde gratia euitandi circuitus, ſi firmatur prin-
cipale iudicatum, firmabitur etiam acceſſorium. In ſecundo
caſu, quando executio non eſt directa, vt quia neceſſario illa ta-
lis executio non erat ordinata ad finem ipſius ſententiæ: Et
tunc licet fiat ad executionem iudicati, vt in caſu noſtro, quan-
do victus excommunicatur, vt quia non paret ſententiæ: Et
tunc non firmatur acceſſorium, hoc eſt, ipſa excommunica-
tio nulla, quæ dicitur indirecta executio, etiam principali fir-
mata per deſertionem appellationis non firmabitur, vt hic.
† Et reddit rationem Ioannes Monachus quare magis firmatur 21
directa executio quam indirecta, quia ſecundùm ipſum, in-
terdum aliquid ex maiori propinquitate aſſumit robur, quàm
id quod eſt remotius, allegat *l. per retentionem. C. de vſu. l. petens. C.
de pact.* Nam ſecũdùm eum. indirecta executio non eſt ita vici-
na iudicato ſicut directa, quia indirecta non ordinatur neceſſa-
riò ad effectum ſententræ: Directa verò ſic. Ideo facilius re-
conualeſcit ratione propinquitatis directa executio tanquam
ſequela, potius quam indirecta. Non mirum ergo, ſi directa
facilius firmetur, ne bis idem reiteretur, quod eſſet neceſſario
reiterandum, ſi non maneret firma. Quæ ratio ceſſat in excom-
municatione, cùm neceſſario non ſit reiteranda, cùm forſi-
tan ille, qui deſeruit appellationem, parebit ſententiæ, & vi-
ctor habebit intentum. Et conſequenter actus illius negli-
gentis excommunicati interim facti non lædentur, & erit eli-
gendum quod victori prodeſt, & excommunicato non obeſt,
l. cum creditore. ff. de euict. Quod maximè conuenit perſonis Ec-
cleſiaſticis, *cap. final. de poſtulat.* Et ita tranſit hic Ioan. And. cum
ſententia Ioanu. Monach. Ex quibus etiam concludit hic La-
pus, quod licet iſti debeant euitari in iudicialibus & extraiudi-
cialibus, quod tamen facta per ipſos valebunt, vt ſi eligant vel
eligantur. Et quod fecerunt excommuuicati ex futuro pende-
bit euentu, ſecundùm quod appellatio legitima probatur
vel non.

Gloſſ. fin. dupliciter ſoluit contrarium *cap. ſolet. ſupr. eod. ſecun-
de ibi, vel dic.*

In ead. ibi, *docere caperit*, Similis expoſitio habetur *in c. inſuper.
in 1. gloſſ. ſupra qui matri. accu. poſſ.*

In ead. ibi, *pendente.* Adde ſecundùm hanc expoſitionẽ, quod
antequam inducat litem, remouebitur, vt dicitur in textu, & ita
poteſt intelligi *c. per tuas. eod. tit.* ſecundùm Innoc. *in c. quia pericu-
loſum. ſupra eod.*

In ead. gloſſ. in fin. hæc ſecunda ſolutio eſt melior, quia per
eam non impropriatur litera. Et idem tenet Archid ſubiun-
gens, quod pro denunciatione iudicis prima facie pręſumitur,
cap. in præſentia. de renunciatione. cap. bonæ. verſic. pro his. de elect. Licet
per denunciationem ſolam non legetur, *cap. paſtoralis. in fin. de
appellat.* † Tandem formant hic Doct. quæſtionem, pone quod 22
Caius contraxit matrimonium publicè cùm Betta, & matri-
monium couſummauit, quo couſummato apparet alius, dicẽs
illam vxorem ſuam, peracto iudicio ſententia lata fuit pro iſto
ſecundo, & ſic adiudicata eſt ſibi per ſententiam. Caius ap-
pellauit ab hac ſeutentia, quam appellationem non eſt pro-
ſecutus infra tempus, & ſic ſententia videtur tranſiſſe in rem
iudicatam, tamen non obſtante deſertione appellationis ipſe
Caius perſeuerat in matrimonio, interea verò Seius accuſat
Caium de adulterio, & producit ſententiam latam pro ſe.
Iſte verò Caius proponit ſententiam nullam, quia fuit lata per
falſas probationes, quæritur vtrum debeat audiri, vt euitet
pœnam adulterij. hæc quæſtio fuit Ioan. de Deo *vltima in ordi-
ne ſuarum quæſtionum* ſecundùm Ioannem Andream. Et tan-
dem videtur hic concludere per hunc textum, quod hic poteſt
proſequi nullitatem ſententiæ non obſtante deſertione ap-
pellationis, † & maximè in cauſa matrimoniali, quę non tranſit 23
in rem iudicatam, *cap. tenor. cum ſimilibus. de re iudicata. cap. lator.
qui filij ſint legitimi.* Et eſt ſpeciale in cauſa matrimoniali, quòd
licet etiam non allegaretur nullitas, ſed tãtum iniquitas, poteſt
de no-

de nouo de illa cauſa quæri. Vnde iudex Eccleſiaſticus de hoc
cognoſcens inhibebit iudici ſæculari, vt ſuperſedeat cognitio-
ni de adulterio, *cap. tuam. de ordin. cognit.* Et interim fiet ſepara-
tio pendente tali cognitione, ex quo lata eſt ſententia ſuper ip-
ſa cauſa. † Quæritur etiam, an appellans poteſt proſequi cau-
24 ſam nullitatis ſententiæ coram iudice à quo, ſine præiudicio
ſuæ appellationis. Lapus tenet quod ſic, & allegat gloſſ. 2. hic.
Et quod notat Federicus *conſilio 236. quod incip. Si ſententia.* vbi
quærit, an ad inſtantiam appellati poteſt iudex à quo pronun-
ciare ſententiam nullam. Et ibi concludit, quòd ſi appellatus
renunciat commodo ſententiæ ſuæ, quòd hoc poterit petere
coram iudice à quo interim pronunciari, *per l. 4. C. de accuſatio.*
25 † cùm iudex à quo poſſit reuocare grauamen, & in cauſa pro-
cedere, inuito appellante, *cap. ſi à iudice. de appellatio. in 6.* Quod
intelligit verum Geminian. ſi re integra hoc velit facere, quia
tunc non videtur intereſſe appellantis, *capitulo interpoſita. ſupra
de appellat.*

REPETITIO
IN CAP. SI CLERICOS.
De ſent. excom.

Clariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi poſſunt clericos ſibi ſubiectos pro eorum exceſſibus & de deli-
ctis mancipari facere in carceres.*
2 *Clericum nunquid quilibet iudex etiam laicus poſſit capere, ſi ſit cri-
minoſus, ne fugiat.*
3 *Delicto omittens obuiare, videtur fauere.*
4 *Clericus an poſſit capi pro debito ciuili.*
5 *Clerici non poſſunt capi pro omni delicto, ſed tantùm pro grauibus.*
6 *Clericus vt licitè capi poſſit auctoritate prælati, oportet quod ſit illi
ſubiectus.*
7 *Subiecti appellatione qui veniant.*
8 *Mandatarius non videtur ſemper propriè facere, ſed fictè.*
9 *Clericus de mandato prælati an poſſit torqueri per laicum.*
10 *Clericus in ſacris nunquid poſſit torqueri.*
11 *Pœnam non meretur, quod fit lege permittente.*
12 *Præſtatio cautionis de parendo iuri, inducit relaxationem car-
ceris.*
13 *Exceſſus enormes qui dicantur.*
14 *Clericus antequam capiatur, an debeat prius conſtare de delicto.*
15 *Iniuria qualiter dicatur fieri in perſonam remiſſiuè.*
16 *Offenſa dicitur, quando aliquid fit, ex quo venit imponenda
pœna.*
17 *Confeſſio ſocij an habeat delictum probare.*

CAP. XV.

SI CLERICOS. Gloſſa prima ſummat, & ſententialiter diui-
ditur. Duæ ſunt partes, ſecunda ibi, *eos.* † Not. primò ibi, *tuæ
1 iuriſdictioni.* quod Epiſcopi poſſunt clericos ſibi ſubiectos pro
eorum exceſſibus & delictis mancipari facere in carceres. Nam
Epiſcopi habent carceres vt hic. Ad idem textus notabilis *in ca-
pitul. cum Epiſcopus. vbi de hoc. de offic. ordin eodem libro.* vbi eſt textus
quod carcer aliquando eſt inuentus ad pœnam, de qua materia
habetur per gloſſ. *ſumma. 45. diſtinctio.* & ibi per Archidiac. *& in
cap. cùm Beatus. eadem diſtin.* Qui autem ſint prælati, ad quos ſpe-
ctat correctio clericorum, de hoc per Ioan. Andr. *in dicto cap.
cùm Epiſcopus.* & per Innocen. *in cap. vt fama. ſupra eodem.* vbi dicit,
quòd ſunt Epiſcopi, qui habent iuriſdictionem ordinariam in
clericos, *11. quæſt. 1. per totum. cap. at ſi clerici. de iudic.* Idem tamen
eſſet in alijs prælatis inferioribus, qui habent iuriſdictionem
in clericos, vt habent Abbates in Monachos. Et idem poteſt
dici in alijs prælatis inferioribus habentibus iuriſdictionem iu-
re ſpeciali, *vt cap. irrefragabili. §. exceſſus. de offic. ordin. cap. dilecti. de
2 appellat.* & tenent gloſſ. 2. *infra eodem.* † Refert autem Innocent.
in dicto cap. vt famæ. quoſdam tenere, quod quilibet iudex etiam
laicus vel ſocius clerici, poteſt capere clericum criminoſum ne
fugiat, non vt retineat, ſed vt præſentet Epiſcopo. Adducit ſi-
mile de defenſore ciuitatis, qui poteſt capere criminoſum,
quem punire non poteſt, vt præſentet iudici, *vt in authentica de
defenſ. ciuit.* Hoſtienſ. tenet contrarium, dicens, quod vbi ius
non eſt expreſſum, nò licebit laico inijcere manus in clericum.
Panormit. verò *in cap. cùm non ab homine. de iudic.* aliter viſus eſt
tenere, dicens quod vbi captura fit ad bonum finem, quod ex-
communicatio vitatur, cùm *in dicto cap. ſi quis ſuadente. & in hoc
cap.* ponderetur temeritas vel iniuria, quæ ceſſat, quando capio
criminoſum ne fugiat pro bono publico, quia publicæ vtilita-
tis eſt, &c. *dict. cap. vt fama.* Idem poteſt dici de familia poteſtatis,
vt ſi clericum in reatu de nocte capiat, non vt retineat, ſed vt
præſentet Epiſcopo, euitabit excommunicationem, cùm ſit
præſumptio contra clericum tempore noctis, quia qui malè a-
git, &c. *cap. conſuluit. de offic. deleg.* † Et ſic familia videtur illum 3
capere, vt obuiet delicto committendo, cui omittens obuiare,
videtur fauere, *per cap. dilecto. ad finem. ſupra eo.* Et ita tenet Panor.
in dicto cap. vt fama. Addens idem in capiente clericum debito-
rem ſuum fugientem, quia hic ceſſat diabolica ſuaſio, *l. aut præ-
tor. §. ſi debitorem. ff. de his qui in fraud. credit.* & per Bartol. *in l. ſi quis
in ſeruitute. ff. de furt.* Licet Bartol. ibi loquebatur de clerico ca-
piente clericum. Tamen Panormit. idem putat in laico. Quod
ſecutus eſt Bald. *in verſic. ſi verò. in l. ſi qua per calumniam. C. de Epi-
ſcopis & Clericis.* Licet Bald. loquatur de inuento in rixa vel de-
licto, quia talis poterit capi, vt ducatur ad Epiſcopum. cùm hoc
faciat pro quiete publica. Et allegat *dictam l. ſi quis in ſeruitute.*
† Fuit tamen alias conſultus, an pro debito ciuili poteſt clericus 4
capi. Et videtur expreſsè quod non, per hunc textum qui ſolũ
facit mentionem de exceſſibus: Ad idem textus *in dicto cap. cum
Epiſcopus.* vbi ſimiliter fit mentio de exceſſibus. Et ita tenet hic
Ioan. And. *& in dicto cap. cùm Epiſcopus. & in cap. Odoardus. de ſolut.
& in cap. 1. de depoſito. vbi de hoc.* Pro quo facit *cap. fin. de foro compet.
eod lib.* vbi textus dicit, compellendos per cenſuram, non dicit
per capturam perſonæ. licet ergo poteſt pro criminibus capi, vt
hic, *& in dicto cap. cum Epiſcopus & cap. vt fama. & 27. quæſt. 1. cap. ſi
cuſtos. cap. ſi homo eſſes. & cap. ſi quis rapuerit. ea. cauſa, & quæſtione. &
in cap. Abbates. 18. quæſt. 2.* Pro debito tamen ciuili capi non pote-
rit, ita tranſit hic Ioan. Andr. Sed hoc dictum intellige verum
pro debito ciuili non deſcendente à crimine. Sed ſi deſcende-
ret de crimine, benè poteſt capi, ita intelligatur textus *in dicto c.
1. de depoſito.* ſecundùm Gemin. hic, qui etiam allegat Lapum de
Caſtel. tenentem, quod etiam pro cauſa merè ciuili, non poteſt
teneri. Et ipſe Lapus allegat hic Archid. pro quo facit *cap. 2. de pi-
gnor.* quod procedit, etiam ſi clericus ad id ſe obligaſſet, *c. ex re-
ſcripto. de iureiuran. vbi de hoc.* Et idem tenet Hoſtienſ. *in d. c. 1. de de-
poſito.* Vbi tamen Panor. in hoc viſus eſt diſtinguere, quod aut
clericus debitor, qui poteſt ſatisfacere, recuſat ſatisfacere, vel
dubitatur de fuga. Et tunc videtur, quod poſſit detineri, quia
cap. ſi quis ſuadente. ſolùm operatur contra temerariam iniectio-
nem, vt etiam probatur hoc textu. Sed vbi fit per iudicem, iuſta
cauſa non dicitur temeraria, ita notat Panorm. *in d. c. cùm non ab
homine.* Aut ipſe clericus eſt impotens ad ſatisfaciendum, & tũc
non poteſt compelli ad cedendum bonis, nec poteſt detineri,
nec excommunicari, argument. *dicti cap. Oduardus.* Et iſta diſtin-
ctio eſt ſatis æqua, quia vbi clericus recuſat ſatisfacere illud de-
bitum, videtur habere quandam deſcendẽtiam à crimine, quo
caſu benè poteſt capi, ſecundùm Archid. & Gemin. *per d. cap. 1. de
depoſito.*

† Aduerte etiam hic, quod clerici indiſtinctè capi non po- 5
ſunt pro omni delicto, ſed tantum pro grauibus, *35. diſt. cap. 1. de
vit. & honeſt. cler. cap. à crapula. de accuſ. cum dilecti. l. leuia. C. de accuſ.*
Ideo Ioan. And. ad hunc textum *in verb. exceſſus.* ſubaudit graues.
Item adde, quod licet iſte textus loquatur in genere de clericis,
non diſtinguendo, an ſint in ſacris. Quia tamen in modo ca-
piendi, debet haberi diſtinctio *dicti cap. cùm Beatus.* Nam pro
minoribus cauſis ſunt detinendi conſtituti in minoribus, vt eſt
gloſſ. *in præallegata ſumma. 54. diſtinct.* Vnde caueant prælati, qui
aliquando ſunt nimis proni ad faciẽdum capi clericos, quia ta-
les ſe & alios illaqueant, ſecundùm Ioan. Andr. Fuit etiam quę-
ſtio, an laici pro criminibus Eccleſiaſticis poſſunt incarcerari
ab Epiſcopis, de qua quæſtione dixi *in dicto capitul. cùm Epiſcopus.*
† Secundò nota ibi, *ſubiectos,* quod ad hoc vt licitè clericus capi 6
poſſit authoritate prælati, oportet, quod ſit ille prælato ſubie-
ctus, & ſub eius iuriſdictione, ita vt ad illum ſpectet correctio
illius. Quòd clarius probat *dicto cap. vt fama. §. fin. eodem tit.* Hinc
dicit Panormita. vnum notabile verbum *in dicto §. fin.* quod ex
hoc videtur inferri, quod rector vniuerſitatis noſtræ non poteſt
impu-

impunè mandere capi clericum. Vnde ſi familia poteſtatis de
eius mandato caperet clericum, incurreret excommunicatio-
nem, quia ad rectorem non ſpectat corrigere clericum, licet ſit
7 ſibi ſubiectus quo ad ea quæ ſunt ſtudij, ita Panor. *in 4. notab.* †
Intelligo tamen hunc text. quatenus loquitur de ſubiectione,
etiam ſi ſit ſubiectus ratione commiſſi criminis, licet propriè
loquendo appellatione ſubiecti veniat tantum ſubditus ratio-
ne domicilij, vt eſt gloſſ. notab. *in clem. 1. in verbo, ſubditos. de foro*
8 *comp.* † Tertiò not. ibi, *per laicos*, quod familia poteſtatis vel alius
vel alius laicus impunè capit clericum authoritate prælati ha-
bentis illum ſubiectum, vt ſupra dixi, quia familia non videtur
hoc facere, ſed prælatus mandans, vt etiam not. *in d. c. vt fama*. Et
facit hoc *ad c. mulieres. eo. tit.* quia mandatarius non videtur ſem-
per propriè facere, ſed fictè, de quo ibi.

9 † Quartò nota ibi, *incorrigibiles*, quod clericus quantumcun-
que corrigibilis ſit, tamen capi poteſt de mandato eius prælati,
vt eſt hic caſus. Et debet hic textus intelligi de captione & in-
truſione in carcerem, non de verberatione, vt habetur in gloſſ.
in verbo, nodari. Vnde fit quæſtio, an clericus de mandato præla-
ti poteſt torqueri per laicum. Et reperio Butr. & Pet. Arch. *in d. c.*
vt fama. dixiſſe & conſuluiſſe quod non poteſt, ſicut nec poteſt
verberari, *vt in dicto cap. vniuerſitatis*. Et ita dicit ſe conſuluiſſe, li-
cet fuerit ſeruatum contrarium. Et ita habet communis obſer-
uantia, & malè, de quo etiam per gloſſ. *in cap. presbyteri. 5. q. 6.* di-
cens clericum debere torqueri coram ſuo Epiſcopo, non à lai-
co. Sed illa gloſſ. poteſt intelligi, non à laico authorizante, ſecus
in laico obtemperante mandato Eccleſiaſtici iudicis vt mini-
ſtro. Ita poteſt intelligi illa gloſſ. pro communi practica. Pro
quo facit hic textus, quia licet laicus non poteſt propria autho-
ritate capere clericum ſine pœna excommunicationis, *cap. nu-
per. ſupra eod.* Tamen ad mandatum Eccleſiaſtici iudicis impunè
capit illum, vt hic, *& in d. cap. vt fama*. Hoc tamen non obſtante
dic contrarium verius de iure, vt clericus per laicum verberari
non poſſit, aut torqueri, cū in tortura infe則atur pœna. Ad quod
vide bonam gloſſ. *in cap. illi qui. 5. quæſt. 5. in verbo, pœnis. alias eſt in
verbo. & ideo.* Et poteſt eſſe ratio, quia longè magis ignominio-
ſum videtur clericum debere verberari & fuſtigari, vel torque-
ri per laicos, quam per clericos, cùm laici ſæpe numero, & imò
frequenter magis inardeſcant in eos in odium ipſorum cleri-
corum, argum. *cap. laicus. 2. quæſt. 7. cap. clericis. de immun. Eccleſ. eod.
lib.* Pro quo facit illud verbum Prophetæ: Nolite tangere Chri-
ſtos meos. Tamen quia talis modus torquendi non poteſt fieri
per clericos, quia nullus clericorum obtemperaret, & nec cle-
rici ſunt docti in hac arte. Ideo ſeruatur communis practica, vt
fiat per laicos. Tamen de iure fieri non poteſt, per notata *in di-*
10 *cto cap. vniuerſitatis*. Facit glo. *in verbo, nodari.* † Vtrum autem cle-
ricus in ſacris poteſt torqueri, habetur per Ioan. Andr. *in regula,
cùm in contemplatione, ſupra de regulis iuris.* & ibi ſolet tradi com-
munis cōcluſio, quod clerici ſuſpecti poſſunt ex cauſa torque-
ri. Licet Abbas *in cap. 1. de depoſito.* dicit quòd non reperitur cleri-
cos in ſacris poſſe torqueri, niſi ſint infames. Illud tamen com-
muniter ſeruatur, quod tortura non debet eſſe ita ſæua in cleri-
cos, ſicut in laicos. Hinc eſt quod non debeat exponi equuleis,
vel fidiculis, ſed virgis ſiue ſcorigiatis. Pro quo bonus text. *in c.
ſi. 23. q. 3. in ſi.* Et hæc ſunt dicta ex mente Panor. *in d. c. cùm in con-
templatione.* qui refert ſic doct. tenere.

11 † Quintò not. ibi, *temeritas vel iniuria*. quod ad hoc vt quis in-
currat ſententiam canonis, *ſi quis ſuadente*, requiritur temeritas
vel iniuria: Nam quod fit lege permittente, pœnam non mere-
tur, *l. Gracchus. C. de adulter. cap. qui peccat. 23. quæſt. 4. cap. de occiden-
dis, 24. quæſt. 5.*

12 † Sextò nota *in verſic. eod.* quód præſtatio canonis de paren-
do iuri inducit relaxationem carceris, & per illam poteſt cleri-
cus euitare detentionem in carcere. Quod debet intelligi ſe-
cundùm Archid. 40. *diſtinct. in ſumma.* & Gemi. hic, quando cri-
men alias non eſſet graue, quia ſi eſſet graue, poſſet prælatus nō
admittere cautionem, cùm forſitā tunc carcer ipſe eſſet ad pœ-
nam infligendus, non ad cuſtodiam. Ita poteſt etiam intelligi,
dicto cap. ſi cuſtos. & cap. ſi homo eſſet. 27. quæſt. 1. Et probat ad lite-
ram hic textus dum dicit: Niſi exceſſus enormitas, vel alia cau-
ſa rationabilis, &c. Quo fit, vt tunc ex præſtatione cautionis nō
debeat clericus releuari. Primò vt rigor iuris ſeruetur. Secundò
ne crimina remaneant impunita, *dicto cap. vt fama. l. ita vulnera-*
13 *tus. ff. ad legem Aquiliam.* Et ſi † quia dixerit, qui ſunt illi exceſſus,
qui dicuntur enormes, cùm textus iſte faciat mentionem de e-
normitate exceſſuum. Hoc poteſt multipliciter exemplifica-
ri. Et primò dicetur enormis exceſſus, ſi quis falſauerit literas A-
poſtolicas, *cap. ad falſariorum. C. de crim. falſi.* Vel ſi quis eſſet per-
tinax expreſsè contemnendo authoritatem Apoſtolicam, *cap.
in memoriam. cap. nulli fas. 19. diſtinct.* Vel ſi quis eſſet hæreticus, vel
ſuſpectus de hæreſi, *clemen. 1 de hæreticis. cap. inquiſitionis. eodem tit.*
Vel ſi quis commiſiſſet aliud delictum atrox, vt crimen læſæ
maieſtatis, & alia multa poſſent hic reddi exempla. Opponitur
modo contra omnia prædicta, quod clericus non poteſt aliquo
modo detineri, vnde opponitur *de cap. 2. de pigno.* Vbi dicitur,
quod etiam ſecundùm leges pro debito non debet quis deti-
neri. Solutio, dicunt Doct. quod aut cauſa eſt merè ciuilis, &
tunc certum eſt, quod non debet detineri clericus, niſi concur-
rant ea, de quibus ſupra dixi. Aut cauſa eſt criminalis vel ciuilis
deſcendens à crimine, iuxta ea quæ habentur *in cap. 1. de depoſito.*
Et tunc benè poterit detineri. Hinc eſt quod hic textus dicit
pro exceſſibus, non dicit pro debitis, de quo plenius dixi ſupra.
De quo etiam *in dicta regula, cùm in contemplatione.* † Sed inſtabit 14
aliquis, an antequam clericus capiatur, debeat prius conſtare
de delicto. Hic textus non aperit, ſolum dicit, quod pro exceſſi-
bus poterit capi. Sed tamen rectè intelligendo, textus dum di-
cit, pro exceſſibus, videtur præſupponere, quod ante omnia de-
beat de his conſtare, dum dicit, commiſſos. Ad quod facit, quia
in delictis probationes debent eſſe luce, &c. *l. ſi. C. de probat. 2. q.
8. ſciant cuncti.* Sed quicquid ſit, Doctores videntur effectualiter
concludere, quod ſufficiat conſtare de crimine ex præſumptio-
nibus ſaltem ad effectum capturæ, licet Arch. inſtet, quod de-
beat conſtare plenè. Sed certè plena probatio criminis fit ad ef-
fectum pœnæ iniungendæ. Quo autem ad effectum carceris
ſufficit præſumptiua probatio, facit *capit. 1. de depoſition. l. pen-
ultima. cum ibi notatis. ff. de quæſtionibus.* de quo hic per Archid. &
Ioan. And.

Gloſſ. *in verbo, tuæ,* hæc gloſſ. facit ad ea, quæ dixi ſupra *in 1. no-
tabili.* Et hanc gloſſam ſequitur Archid. Et intelligo de prælato
habente talem iuriſdictionem, vt poſſit punire crimina. Ad
quod faciunt notata *in cap. quamuis. hic allegato.* An autem ordi-
naris poſſit capere ad mandatum delegati Papæ. Archid. quòd
ſic, puta ſi fuiſſet coram eo præſentatum reſcriptum falſum, ar-
gum. *cap. 1. de offic. deleg. cap. 2. de reſcript.* idem notat Arch. *in dicto
cap. in memoriam.*

Gloſſ. *in verbo, nodari.* opponit & ſoluit tripliciter.

Ibi, *alij dicunt.* Ioan. Monach. olim hoc tenuit, ſed poſtea ad-
dit vt ſequitur hic in gloſſa, ſecundùm quod refert hic Ioann.
Andr.

Ibi, *iuſtitia.* Adde vel diſciplinæ, *cap. vlt. de regula. In fin. gloſſ.*
Doct. hic tranſeunt cum diſtinctione gloſ. vt conſtituatur inter
Epiſcopum, & inferiorem Epiſcopo, de quo etiam per gloſſ. *in
d. c. vniuerſitatis.*

Gloſ. *in verbo, iniuria.* in prima allegat concord. in ſecunda in-
fert ad *q. 2. ibi, & facit.*

Ibi, *dominicalem,* & eſt 8. quæſt. in ordine ipſius Bart. Brixien.
In ſi. glo. Tertia opinio tutior eſt: Ideo complectenda, *c. iuuenis. c.
is qui, de ſpon.* Nec obſtat, quod hic non fuerit iniuria: quia immò
fuit iniuria, cùm violenter æquum abſtulerit ipſi clerico, licet
hoc fecerit vt ſibi proſpiceret. Tamen quia hoc de neceſſitate
feciſſe videtur, ſubuenitur ſibi, vt cum ipſo mitius agatur, arg. *d.
c. ſacris.* † Et qualiter dicatur fieri iniuria in perſonam, de hoc per 15
Ioan. *in c. nuper.* & hic per Anch. quia etiam ſi fieret in veſtes ca-
piendo eum per veſtes vel per frænum equi, cui inſidet clericus,
cùm abire non poſſet, quo vellet. Item ſi quis auferret rem vio-
lenter à clerico excommunicatus eſſet, idem ſi aliquis occide-
ret equum ſubtus clericum, vel deturpet ei veſtes, vel laniet in
eius dorſo. Iniuria enim in perſona fieri dicitur. Aliud eſt tamē,
ſi in lege vel ſtatuto fieret mentio ſimpliciter de offenſa, quia
tunc dicitur quis offendere, ſeu violentas manus inijciat, ſiue
furto aliquid ſubtrahat, vel ſi cum vxore adulterium commit-
tat, facit *l. teſtamento. de ma. teſta.* nam offenſa † eſt, quādo aliquid 16
fit, ex quo venit imponenda pœna, vt *d. l. teſtamento.* Item etiam
offenſa, quando aliquem ad iracundiam prouocet, vt probatur
de pa. conſtan. circa prin. Et intellige, quod prouocetur ad iracun-
diam iuſtè, vt quia poſſit inferri iniuria ab homine, iudice vel à
lege, *dicta l. teſtamento. & l. filia in orbitate. & l. ſi maritus. C. de inoffic.
teſtamen.*

Gloſſ. *in verbo, fideiuſſoriam,* format duas quæſtiones, qui-
bus reſpondet. Ibi, *agere.* Ad idem facit *Inſtitut. de oblig. quæ ex
delict.*

delict.naſcun.§.furti.& in l.plus cautionis.ff.de reg.iur. Et eſt ſignandus hic textus pro clericis incarceratis, vt per fideicommiſſatiā cautionem poſſint & debeant à carcere liberari, vt hæc cantat litera. Et nota hanc formam, ſcilicet quod parebunt iuri, non ergo tenetur cauere, quod parebunt ſuæ voluntati, vel arbitrario ſuo, nec appellationi renunciare, facit *l.fin.ff.qui ſatiſd.cogan.* Vnde caueant prælati noſtri temporis, qui etiam conſtitutos in ſacris, & dignitate detineat inuitos, ſi ſic caueant.

Gloſſ.fin.*in fin.*Ioan.And. addit text. *in cap.fin.23.quæſt.vlt.& c.1.ſup.de hæret.c.fides.c accuſatus.§.licet.ſupra de hæret.eo.lib.* † Hinc
17 infert Gemin.*ex hac gloſſ.notabili,* quod ad dictum ſocij malefactoris poſſint alij capi. Licet ſecundùm ipſum iura allegata per Io.And.velint, quod confeſſio ſocij non habeat delictum probare. Et ſentit, quòd malefactor poſſit capi, antequam conſtet de delicto, de quo hic plenè per Archid.& per Ioan. And. *ſupra ad principium text.* Et habetur per Archid. 45.*diſtinct.in ſumma.* Super quo inſtat hic Gemin.quia Arch. & Ioan. And. videntur voluiſſe, quod debeat conſtare de delicto, antequam quis capi poſſit. Et hoc per textum, dum dicit ibi, *commiſſos exceſſus*. Sed tandem Gemin. concludit, vt ſufficiat conſtare præſumptiuè de delicto, ad hoc vt quis capi poſſit ſine metu excommunicationis, de quo *in cap.1.de depoſito.& in clemen.1.de hæretic.* Nec obſtat contraria, *cap.ſi cuſtos.27.quæſt.1.& cap.ſi homo.* quia illa iura loquuntur de captura & de carceratione perpetua, quæ fit propter delictum, & ſuccedit loco pœnæ, *iuxta l.fin.de probat.capit.ſciant.2.quæſt.8.* Et hæc opinio Gemin. mihi videtur veriſſima, cùm alias clericus nunquam poſſit poni ad torturam, quod tamen eſt falſum, vt ſupra dictum eſt. Et hæc tortura nunquam fit, niſi in defectum probationum. Relinquitur ergo, quòd clericus poteſt capi, antequam conſtet de delicto. Et ſic ſufficiet, quod conſtet per præſumptiones, licet non conſtet per probationes. faciunt notata *l.penult.ff.de quæſtionibus.* Et ita ſentit etiam hæc gloſſ. vt ſufficiat conſtare de delicto per indicia, quæ ſurgere poſſunt ad dictum malefactoris, vt probat hæc gloſſa. Vtrum autem ſit ſtandum eius dicto, de hoc *in l.fin.C.de accuſat.* & ibi dicitur, quod non debet interrogari. Et adde iſta his, quæ dixi ſupra *in cap.ſi iudex laicus.in fin.* Et ſi quis promiſerit de non offendendo, intelligetur, niſi ille cauſam offenſionis præſtiterit, *l.quæro.§.inter locatorem.ff.locat.* & vide Bart. *in l.ita ſtipulatus.§.Griſogonus de verborum obligat.ad fin.* quod ſi quis promiſerit aliquem defendere, qui veniant in hac promiſſione, nam veniet ſubſequenter perſona ſtipulantis, *l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pactis.* Hinc eſt, quod ſi occideret fratrem, non incidetur in pœnam. Bald.*in c.1.§.ſimiliter.quibus mo fen.amit.*Bald.*in l.1.C.ſi quacum.prædi.pote.* Illa promiſſione defenſionis dicitur oſtenſa, ex qua competit actio proprio nomine, quæ eſt valdè notanda, max. pro principibus promittentibus defendere eos, qui ſecum pacem contrahunt. Et ſic eſt differentia, ſiue iniuria ſit facta perſonæ an in perſonam, an verò ſi ſit facta offenſa, vt ſupra ſatis patere poteſt.

REPETITIO
IN CAP. SI SENTENTIA.
De ſent. excom.

Clariſſimi I.V.C.D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici appellatione non venit populus, nec econtra.*
Secus in materia fauorabili.
2 *Interdictum probatum in hominem operatur, vt non debeat admitti ad diuina.*
3 *Interdictum poteſt probari in vniuerſitatem, licet ſecus ſit de excommunicatione.*
4 *Ciuitas tota poteſt interdici propter delictum regentis ciuitatem.*
Ciues autem non culpabiles non dicuntur interdicti.ibid.num.5.
6 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
7 *Pœna vnius quandoque afficit alterum.*
8 *Ex interdicto prolato in loco non inhabilitantur perſonæ loci quoad ſpiritualia extra locum.*
9 *Regulæ, quod eſt vniuerſitatis, non eſt ſingulorum, quo caſu procedat.*
10 *Interpretatio in pœnalibus ſtrictè eſt facienda.*
11 *Pœna debet tenere ſuos auctores & non alios.*
12 *Abſentia vnius quandoque plus operatur, quàm contradictio plurium.*
13 *Abſentes & ignorantes non debent aliqua pœna ligari.*
14 *In gerendis per vniuerſitatem attenditur factum à maiori parte, vel ſaltem à duabus.*
15 *Qui fecit quod potuit, legem adimpleuit.*
16 *Ciues ſi interdicantur propter delictum Domini, nunquid abſentes ex iuſta cauſa ſint interdicti.*
17 *Vſusfructus in certis caſibus eſt pars dominij.*
18 *Genitiuus an ſemper importet dominium, vel poſſeſſionem, remiſſiuè.*
19 *Dominus, propter cuius delictum terræ ſunt generaliter interdictæ, ſi acquirat de nouo aliquas terras, an illæ etiam dicentur interdictæ.*
20 *Res tranſit cum ſuo onere.*
21 *Ciuitas nunquid poſſit interdici propter delictum Epiſcopi.*
22 *Populus ciuitatis ſi fuit interdictus, & vnus de populo ingrediatur religionem, an erit liberatus ab omni interdicto ſine alia abſolutione.*
23 *Per ingreſſum religionis tollitur omnis defectus natalium, & etiam irregularitatis.*
24 *Interdum ciuitatis vel loci aliud eſt, aliud interdictum vniuerſitatis.*
25 *Vniuerſitate interdicta, vel ciuibus, poterunt clerici alia voce celebrare, excluſis excommunicatis & interdictis, ſecus ſi locus ſit interdictus.*
26 *Iuramentum non obligat niſi iurantem.*

CAP. XVI.

SI SENTENTIA. Gloſſa prima ſummat, ponit tria dicta. Partes de ſe patent. Secunda ibi, *cæterum*. Tertia ibi, *cùm verò.*
† Not. primò in principio, quod appellatione cleri, non venit 1
populus, nec econtra. Nam duo ſunt genera Chriſtianorum,
12.*quæſt.1.duo ſunt.* Quod clarè procedit in materia pœnali & odioſa, vt appellatione cleri nō veniat populus. Secus in materia
fauorabili, quia cōceſſum populo, videretur etiam conceſſum
clero. De quo dixi *in cap.fin.de offic.delegat.eod.lib.* Licet ille textus
loquatur de diſtrictualibus, quia populus & clerus dicuntur de
diſtrictu domini temporalis, vnde priuilegium conceſſum diſtrictualibus, intelligetur eſſe conceſſum clero & populo. De
quo ibi, & per Ioan.And. *in cap.dilecti.in verbo, Angelicis.de foro competen.* vnde aliud videtur dicendum in populo, quia clerici
non dicuntur de populo, de quo gloſſ. *in verbo, econuerſo,* quæ allegat textum in contrarium *in §.plebiſcitum.Inſtitut.& iur.natural gent.& ciuili* cui gloſſ. reſpondet. Et an ſacerdos dicatur eſſe
de vniuerſitate. Oldr.*ſuo conſilio 27.quòd ſic.* vide, quæ not. *in l.1.ad municipa.* An collegia clericorum ſint habenda pro ciuibus,
vbi ſita ſunt. Et dicitur quod ſic, & quod per monachationem
non deſinit eſſe ciuis. Et forenſis recipiens hic monachatum,
efficeretur hic ciuis, durat tamen ciuilitas, donec hic moram
traxerit, 27.*diſtinct.ſi quis cum matre.& capitul.ſi lex firmitatis fuerit,35.quæſt.3.* † Secundò nota. ibi, *licitè ad diuina*, quod in- 2
terdictum prolatum in hominem, habeat effectum, vt non
debeat admitti ad diuina. Tertiò nota. *in verſiculo, cæterum.ibi,*
ciuitas, quòd † interdictum poteſt proferri in vniuerſitatem, li- 3
cet ſecus ſit de excommunicatione, *vt in cap.Romana.in fine.ſupra eodem.* & quod hic dicitur de ſententia, idem eſſet etiam in
alijs diſpoſitionibus, in quibus alterum ex his exprimeretur,
quia vno incluſo, non includeretur aliud, ſi eſſet tale quid,
quod non poſſit ad alterum adaptari. † Quartò nota id ad 4
quod ſæpè allegatur, quod propter delictum regentis ciuitatem poteſt interdici tota ciuitas, etiam nedum propter
delictum rectoris, *cap.ſanè.de offic.delegat.capitul.non eſt.de ſponſal.* † Quintò nota ibi, *ciues*, quod quando ciuitas interdici- 5
tur propter delictum domini, ciues non culpabiles non dicuntur interdicti. Hinc eſt, quod extra ciuitatem poterunt diuina audire, quia tale interdictum reſpicit potiùs locum,
quàm perſonam. Ergo extra locum illum ciues erunt immu-
nes à tali interdicto, quia † limitata cauſa limitatum pro- 6
ducit effectum, *l.in agris.C.de acquiren.re.do.cap.cui.de præben.eodem libro.* Et hoc maximè procedit in pœnalibus, *regula, in pœnis, cum ſimilibus.* Et ex hoc infertur, quod appellatione ciuitatis

nitatis non comprehenduntur omnes ciues, ſi propter delictū domini vel rectoris ciuitas ſit interdicta: Et eſt ratio, quia cauſa interdicti non congruit omnibus, cum ipſum interdictum ſolum habeat cauſam ab vno, non ab aliis, qui ſunt inculpabiles. Hinc etiam infertur, quòd propter delictum domini aliquando pęna imponitur ſubditis: Et tunc dominus dicitur puniri in ſubditis, ſecundum Archid. Et hoc facit pro op. Hoſt. contra Vincentium, ſcilicet, quòd pro contumacia Epiſcopi poſſit ciuitas interdici, ſcilicet, *de offic. deleg. cap.* 2. *& ibi* per Ioan. Andr. *in nouella*, & quod dicit text. domini vel rectoris, accipe dominum pro domino perpetuo, rectorem pro temporali: Et quomodo ciuitas poſſit ſibi eligere dominum perpetuum, vide *in c. fin. de iud.* per Ioan. And. *in nouella*. Hinc eſt etiam, quòd dominus poſſet appellare & agere pro ſubditis, cum pœna tūc dicatur domino impoſita, *c. authoritate. de priuilegiis. eo. lib. c. dilectis. de appell. cap. int. de maio. & obed.* Et ſic 7 † quandoque pœna vnius afficit alterum & affligit, *l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa & 25. quæſt. 3. §. ſed qui.* 8 † Sexto nota *ibi, in diuinis*, quòd ex interdicto prolato in loco nō inhabilitantur perſonæ loci quo ad ſpiritualia extra locum. Secus ſi interdictum eſſet prolatū in perſonas, de quo dicetur *infra in verſic. cum vero, & verſic. Cum vero.* Nota, quòd quando diſpoſitio profertur ſub nomine populi vel ſub nomine vniuerſitatis, & eſt tale quid, quod non cadat in populum, vt in vniuerſo, vel in vniuerſitatem vt vniuerſis, quòd tunc in tali diſpoſitione includuntur particulares de populo vel vniuerſitate, vt hic eſt textus. Quod facit ad ea quæ dicta ſunt *in cap. Romana. in fin. ſupra eod.* 9 † Vbi vero materia, de qua agitur, eſſet proportionabilis populo vt in vniuerſo, tunc ſuccedit illa regula, quod eſt vniuerſitatis non eſt ſingulorum, *cap. qui manumittitur. 12. quæſt. 2.* faciunt notata *in cap. cum nuncius. in cap. cum inſuper. de teſtib.* nam hic interdicto populo, omnes ſingulariter intelligūtur interdicti. Et ex hoc habes, quòd plus eſt interdicere populum, quàm ciuitatem, quia interdicta ciuitate, extra ipſam ciues non culpabiles poſſunt licite alibi intereſſe diuinis, *vt infra §. proxime.* Sed populo interdicto, nullibi poſſunt diuina audire.

Gloſſ. *in verbo, clerum.* vult gloſſ. quòd interdicto clero, non dicatur interdicta eccleſia, & conſequenter alij clerici poſſunt licite in ipſa celebrare. Sed contra gloſſ. inſurgit Ioan. Cald. *in tractatu ſuo de eccleſiaſtico interdicto. membro ſecundo* dicens, quòd ſi illatio gloſ. eſſet vera, deluſorium eſſet tale interdictum, hoc eſt ſi clerici aliunde venientes poſſint ibi celebrare, quòd non eſt dicendum, *vt in cap. vt priuilegia. ſupra de priuileg. & cap. infra proximo* Hinc eſt, quòd ibi tales debent abſtinere à celebratione, ne fruſtratorium reddatur interdictum. Quod maxime procedit, ſi eſſet interdicta ciuitas, vel populus, quia interdicti audirent voces celebrantium aliunde venientium, quod videtur abſurdum, ideo à tali celebratione eſt abſtinendum. Sed inquantum gloſſ. vult, quòd interdicto clero non dicatur interdicta eccleſia, contra hoc allegatur *cap. per exemptionem. de priuilegiis. eod. lib.* vbi priuilegium conceſſum eccleſiæ, comprehendit clericos & econtra. Sed ille textus debet intelligi, quādo agitur de materia fauorabili, prout eſt beneficium exemptionis. 10 † Hic autem textus loquitur de materia pœnali, quæ reſtringenda eſt, *dicta regula, in pœnis. & d. cap. ſtatutum.* & quatenus gloſſ. loquitur de clero, dic quòd intelliguntur ſæculares, regulares & conuerſi, dummodo ſint in eccleſiam tranſlati, *c. duo ſunt. & in cap. non dubium. ſupra eod.* ſecundum Cald. *dicto tractatu, membro ſecundo. verſic. intelligo.* Poſſet tamen, quicquid dicat Calder. ſuſtineri hæc gloſſ. dum vult, quòd clerici aliunde venientes, poſſint licite celebrare in eccleſia, cuius clerus eſſet interdictus, vt hoc procedat ſine pœna talium celebrantium ibidem, quia non incurrent pœnam, de qua *in cap. is, qui. infra eo.* ex quo eccleſia ipſa non eſt interdicta, quamuis ante factum tutius ſit abſtinere, ne ipſum interdictum in aliquo reddatur deluſorium. Et ita poteſt intelligi ſententia Cald.

Gloſſ. *in verbo, econtra* primo iuſtificat textum. Secundo opponit & ſoluit, ſecunda *ibi, ſed contra.*

In eadem in fine. hanc gloſſ. ſignat hic Gemin. dicens, quòd nomē generale qualificarum reſpectu vnius profeſſionis, prolatum in aliqua diſpoſitione, non comprehendit alios, qui nō ſint eiuſdem profeſſionis. Adducit notata per Paul. *in Clem. eos. de conſang. & affinit.*

Gloſſ. *in verbo, domini. in fin.* Quærunt hic Doct. Ioan. And. & ſequuntur alij, an ſi delinquentibus conſiliatiis regentibus ciuitatem, vel delinquente vniuerſitate, propter quod fuit promulgatum interdictum generaliter, an abſentes conſiliarij, vel illi, qui contradicebant cauſæ, vel facto, propter quod fuit latum interdictum, intelligentur interdicti. Pro parte negatiua multa hic allegantur per Doctor. 11 † Et primo illud vulgatum, quòd pœna debet tenere ſuos authores, & non alios, *cap. quæſiuit. de his, quæ fiunt à maio. par. cap.* 12 † Et idem facit, quia interdum plus operatur abſentia vnius quàm contradictio plurium, *cap. bone. el 2. cap. venerabilem. de elect.* Tum etiam, quia incongruum eſt, quòd ſine culpa puniri debeat, *cap. cognoſcentes. de conſtit.* Ad quod facit illud vulgatum, quia abſentes 13 † & ignorantes non debent aliqua pœna ligari, *l. fin. C. de decretis decur. cap. vt animarum. §. ſtatuto. de conſtit. eod. lib.* Et hanc partem multi theologi dixerunt eſſe æquam, & ſic amplectendam, de quo hic plene per Ioan. Andr. qui infinita facit argumenta, & vrgentia valde. 14 † Sed in contrarium multa allegantur, maxime illud, quia in gerendis per vniuerſitatem attenditur factum à maiori parte, vel ſaltem à duabus, *l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. l. quod maior. ff. ad municipal. l. maiorem. ff. de pac. & toto titulo, de his, quæ fiunt à maio. par. capituli. cap. quia propter. de elect.* cum aliis ſimilibus hic allegatis per Ioan. And. & idem facit hic textus, quia in ſententia interdicti vnus punitur quandoque pro alio, *cap. non eſt, de ſpon. cap. dilectus. de appellat.* Et pro hac parte dicit hic Ioan. And. quòd hic textus multum bene facit, per quem patet etiam non culpabiles propter delictum domini poſſe ligari generali interdicto ciuium: Et ſic ſecundum ipſum tenendum eſt, quod tam abſentes quàm reſiſtētes ligentur, licet fateatur quòd quo ad Deum iſti abſentes vel contradicentes non erunt ligati, *cap. à nobis, el 2. ſupra eod. tit. faciunt notata in cap. 2. de reiudica. eod. lib.* 15 † Pro parte tamen negatiua faciunt multa, quia ex quo præſentes, qui reſtiterunt, fecerunt quod potuerunt, videntur legem adimpleuiſſe, *l. nepos proculo. ff. de verbor. ſignif. cap. faciat. 22. quæſt. 2.* Ad idem allegatur *l. 1. §. excuſantur. ff. ad Syllan.* vbi habetur, quòd ſi ſeruus fecit quicquid potuit, vt adiuuaret dominum ne occideretur, excuſatur à pœna ſenatus conſulti Syllaniani. Ad idem facit, quia in quacunque generali diſpoſitione, intelligitur ſemper excepta cauſa iuſta, quæ cauſa habet excuſare illum, qui eſt aliquid facturus, *cap. ex parte. de offic. deleg. cap. ſi quando. de reſcriptis. cap. de cætero. in gloſſ. 1. ſupra eo. cap. eos. infra eo. cap. cupientes. §. 1. de elect. eod. lib.* Quæ omnia multum vrgent, vt iſti, vel abſentes, vel contradicentes non ligentur hoc interdicto. Sed quicquid ſit, Doct. ſequuntur opinionem Ioan. And. vt tutius ſit tenere iſtos interdictos per hunc textum & alia iura ſupra allegata, vt quo ad eccleſiam militantem dicantur interdicti, ne contingat interdictum vilipendi, *argum. cap. ſi ciuitas. infra eod.* 16 † Quærunt etiam Doct. quid ſi ciues interdicantur propter delictum domini, an abſentes ex iuſta cauſa ſint interdicti. Ioan. And. refert Archid. tenere quòd ſic, allegat *c. ſi quis dormierit. 31. quæſt. 1.* Nam ſecundum ipſum, pœna ſemper ſequitur delinquentes, & eos in quorum perſonis puniuntur ipſi delinquentes. Pro quo facit hic textus quia ciues etiam innocentes ligantur, de quo hic per Ioan. And. qui reſpondet *ad cap. vt animarum. §. ſtatuto. de conſtit.* vbi ſententia lata per ſtatutum, non ligat abſentes etiam extra diœceſim delinquentes, nec ignorantes, quia ſecundum Ioan. And. ille textus loquitur de ſententia ſtatuti puniente futuras culpas in delinquentes tantum. In quo caſu non comprehendūtur abſentes. Hic textus loquitur de ſententia ordinarij puniente præteritas culpas tantum in innoxiis, etiam ſi ignorēt, quæ ligat generaliter omnes, ad hoc vt puniantur ciues propter dominum. Nam hic loquitur de pœna interdicti, quæ poteſt etiam punire inculpabiles, ideo in ipſa venient abſentes ex iuſta cauſa, ſecundum Doctor. hic. Quæritur etiam Doct. *hic in verbo, domini.* quæ dicatur terra domini, ad hoc vt propter eius delictum poſſit ſubiici interdicto, Et ſic an textus debeat intelligi de terra reſpectu pignoris. Et ea ſit concluſio, quòd ſiue illa terra ſit propria, ſiue in ea tantum habeat vſumfructum, quia 17 † vſusfructus in certis caſibus eſt pars dominij, *l. 4. ff. de vſufruct.* habebit locum hic textus, ſiue etiam illam habeat pignoratam, de quo hic per Ioan. And. & plenius per Cald. *in tractatu de eccleſiaſtico interdicto. in parte ſecunda. verſiculo, quid ſi interdicatur terra.* 18 † Et de hoc genitiuo, domini, an ſemper importet dominium, vel poſſeſſionem, habetur plene *in cap. 1. in verſic. regni. de poſtul. prælat. & in Rubr. de oper. nou. nuncia.* 19 † Quærunt præterea Doctores, quid ſi dominus, propter cuius delictum terræ generaliter ſunt interdictæ,

dictæ, acquirat de nouo aliquas terras, an illæ etiam dicentur interdictæ: hæc quæſtio pendet ex his quæ ſcripſi *in Clem. fin. de reſcriptis*. Et breuis ſit concluſio quòd nõ extendetur ad nouas terras, quia diſpoſitio emanans in materia de præſenti, nõ trahitur ad futura, facit *Clem. fin de præb. & d. Clem. fin. de reſcrip. facit l. ſi ita ff. de auro. & arg. lega.* de quo plene *in d. Clem fin.*

Ad vnum hic aduerte, quòd emanato tali generali interdicto ſuper omnibus terris eius domini, ſi poſtea aliqua terra alienaretur, vel occuparetur, bene duraret interdictum, per re-
20 gulam, quòd † res tranſit cum onore ſuo, *cap. ex litteris de pignoribus.* ratio, quia interdictum reſpicit locum, non perſonam, ergo tranſibit. Faciunt etiam iſta ad quæſtionem, quid ſi territorium augmentetur, an ſtatutum illius loci extendatur ad augmentum, de quo per Anch. *in repetit. cap. canonum. de conſtit.* Per Alber. *in ſtatutis.* faciunt notata *in c. quia circa de priuileg.* vide quæ ſcripſi *in cap. fin. § ſin autem, de conceſſio præben. eod. lib.* Et ibi remiſſiones. Addunt etiam hic Doct. quæſtionem de eo, qui habet terram pro indiuiſo cum alio, an ſi ſua terra interdicatur, intelligitur interdicta illa, quæ eſt ſibi communis cum alio. Poteſt dici quòd non. pro quo facit *cap. cum illis. de præben. eod. lib. ſa. notata in cap. ſcelus. de pœn. eod. lib. & in cap. fin. de homicidio.* vbi legitur de eo, qui habetur turrim communem cum eo qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, an tota turris debeat deſtrui. Mone-
21 tur præterea alia quæſtio *in hoc verſiculo. cæterum.* An † propter delictum epiſcopi poteſt ciuitas interdici. Archid. hic viſus eſt tenere quòd ſic, per hunc textum, dum dicit, vel rectoris. Et hanc opinionem ſecutus eſt etiam Hoſtienſ. *in cap. ſane. el 2. de offic. delega.* vbi de hac quæſtione, & ibi ſe remittit hic Io. Andr. Licet alij tenent quòd non. Alij elegerunt mediam viam, Quia aut epiſcopus deliquit in his, quæ non ſpectant ad eius officium, aut in his quæ ſpectant, vt primo caſu non poſſit, ſecun-
22 do ſic. † Tandem proponitur alia quæſtio, quid ſi populus ciuitatis fuit interdictus, vnus de populo ingreſſus eſt religionẽ, an erit liberatus ab omni interdicto ſine alia abſolutione. Et procedit hæc quæſtio, tenendo quòd interdicto populo clerus non ſit interdictus, vt hic. Hanc quæſtionem proſequitur Federic. *ſuo conſil. 31. quod incipit, Quidam de populo.* Et tandem ibi determinat, quòd ſit liberatus, quia ex quo tranſlatus eſt in alium vitam, deſinit eſſe de populo. Et ſic aſſumit naturam eius, ad quod ſit tranſlatio, *cap. recedentes. de ſtatu regul.* Nec erit opus alia abſolutione, cùm alias interdictum ipſo iure, &c. *cap. non eſt. de ſpon.* nota. etiam *in cap. quia ſæpe. de electio. eod. lib.* Ita etiam
23 tranſit hic Gemin. *in fin.* † Ad quod facit, quia per ingreſſum religionis tollitur omnis defectus natalium, & etiam irregularitas, vt voluit gloſſ. *in cap fin. 28. quæſt. vltim. in cap. quantumlibet. 47. diſtinct. in verbo, difficile. & 56 diſtinct. in cap. 1.* Et habetur per gloſſ. *in cap. 2. de apo.* Vbi gloſſ. quærit, an patiens defectum indigeat diſpenſatione, de hoc tamen, an ille de populo ingrediẽs religionem eximatur totaliter de interdicto, vide per Federic. *in loco præallegato.* vbi plene.

24 † Gloſſ. *in verbo. interdicti. ibi. & ciues.* Addunt Doctor. quòd etiam eſt aliud interdicere ciues tantum. Ex quo infert Arch. quòd aliud eſt interdictum ciuitatis vel loci, aliud interdictũ vniuerſitatis: quod etiam videtur probari *in c. 1. d. vſu. in ver-*
25 *bo, terra. eod. lib. & c. quamquam. de cenſi eod. lib.* † Ex quo infertur, quòd interdicta vniuerſitate vel ciuibus, poterũt clerici apertis ianuis & pulſatis campanis alta voce celebrare, excluſis excommunicatis, & interdictis, *vt in c. fin. infra eod.* quia hoc non videtur prohibitum. Secus ſi locus ſit interdictus, *vt in cap. fin. infra eod.* Allegat etiam *cap. præſenti. in verbo, loca.* cum ibi notatis. per Ioan. Andr. *ſupra eod. tit. & lib.* Cald. tamen in hoc eſt viſus aliter diſcrepare ab hac ſententia, vt dixi *ſupra in 2. gloſſ.*

Gloſſ. *in verbo. non competant.* in prima reſpondet tacite contrario, in ſecunda quærit. ſecunda *ibi, populus autem. Ibi Romana.* hinc dicit Ioan Andr. quod iſta ſpiritualia cadere non poſſunt in animam irrationabilem, ideo cadunt in perſonam veram & non repræſentatam.

In eadem gloſſ. *in fin.* hæc gloſſ. eſt notanda, quia ſi ſemel aliquis populus eſt interdictus, durat perpetuo, niſi ſit relaxatum, & ſic ad ſucceſſores durabit. Aliud eſt in iuramẽto, quod
26 perſonaliſſimum eſt. † Vnde ſicut à principio iuramentum nõ obligaſſet ad periurium illos, qui non iuraſſent, ſic etiam non obligabit ſucceſſores, *cap. veritatis. de iureiur.* Ratio differentiæ inter iuramentum, & interdictum, quia per interdictum loci, etiam innocens de populo à principio ligatur, non mirum ergo ſi & ſucceſſor ligabitur. Quod ſecus eſt in iuramento, quod non obligat ad periurium, niſi illum qui iurauit, ideo tãquam perſonaliſſimum non tranſit in ſucceſſorem, *d. cap. veritatis.*

REPETITIO IN CAP. SI CIVITAS.

De ſentent. excommun.

Præclariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas, caſtrum, & villa non iudicantur à pari.*
2 *Diffinitio omnis in iure periculoſa.*
3 *Caſtra nõ habent de iure communi iuriſdictionem, nec limitatum territorium aut confines: ſecus ex conſuetudine.*
4 *Caſtrum ſi pertinet ad vnum ſolum inſolidum, facit prouinciam.*
5 *Caſtri ex donatione an veniat merum imperium.*
6 *Ciuitatis appellatione an veniant ſuburbia & continentia ædificia num. 10.*
7 *Statutum licet pœnale interdum extenditur vltra proprium ſignificatum verbi.*
8 *Eccleſiæ appell. veniunt capellæ & cœmiteria contigua.*
9 *In connexis idem debet eſſe iudicium.*
11 *Interpretatio in beneficiis large eſt facienda.*
12 *Patria eſt nomen generalius quam ciuitas.*
13 *Verborum mens eſt potiſſimum attendenda, & ab ea non recedendum.*
14 *Ciuitatis appell. in priuilegiis vel aliis immunitatibus an veniant caſtra, villæ, vel territorium totum.*
15 *Loquendi communis vſus, vel regionis conſuetudo eſt attendenda.*
16 *Diœceſis vel communitatis appellatione an veniat ciuitas.*
17 *Diœceſis à quo loco incipiat.*
18 *Parochiani eccleſiarum ciuitatis, licèt longè extra muros extendatur parochia appellatione ciuitatenſium poterunt cõprehendi.*
19 *Interdictum nunquid pro pecuniario commodo poſſit poni in ciuitate.*
20 *Suburbia, & continentia ædificia in quo differant: & quid ſint.*
21 *Interpretatio in pœnalibus quandoque ſit large.*
22 *Pœna illa dicitur vera, quæ eſt corporis afflictiua, vel diminutiua patrimonij.*
23 *Adhærentes ciuitati, ſeu eorum bona nunquid comprehendantur ſtatuto ciuitatis in capitulis pacis.*
24 *Verba ratione ſubiectæ materiæ an quandoque extendantur.*
25 *Beneficij appell. an veniat dignitas.*
26 *Beneficiorum pluralitas eſt inimica canonib.*
27 *Ordinarius nunquid poſſit abſoluere ab interdicto iuris. Et quid ſi ex eodem delicto ſunt excõmunicati aliqui ſingulares de populo vel vniuerſitate, vel vniuerſitas ipſa, vel locus à iure cõmuni ſit interdictus, an poterit ab iſtis abſoluere. num. 28.*
29 *Interdictum & excõmunicatio includuntur ſub nomine cenſuræ.*
30 *Interdictum ſi eſſet terminatum à iure, ante tempus non poſſet per ordinarium tolli.*

CAPVT XVII.

SI ciuitas. Gloſſ. prima ſummat. Duæ ſunt partes, ſicut duo determinantur, ſecunda *ibi, ratione quoque.*

† Nota primo *ibi, ciuitas,* caſtrum, aut villa differentiam eſſe 1
inter iſta omnia. Et ſic appellatione vnius, non veniet aliud de quo etiam in capitulo, ſtatutum *in §. cum vero. de reſcriptis. eodem libro. capitulo. cum in partibus. de verborum ſignificatione. capitulo optimo. de exceſſib. prælat. capitulo, Epiſcoporum. de priuileg. eodem libro.* facit *capitulum, præſenti. ſupra eod.* facit *facit capitulum, quamquam. de cenſibus.*

¶ Proinde Ioan. Monach. hic & Ioan. Andr. proſequuntur, quid ſit ciuitas, caſtrum, & villa, quid oppidum, fortilicium, & quid caſtellum, referentes hic deriuationes. De quibus nominibus dic, vt hic per eos. Habetur etiam per Bart. *in l. 1. §. ſi quis. vel melius. in §. ſine autem. ff. de nou. oper. nunc.*

† Et quia omnis diffinitio in iure noſtro periculoſa eſt, ideo 2
non inſiſto circa eorum diffinitionem, *regula, omnis diffinitio. de regul. iuris.* maximè cùm in his attenderetur communis vſus loquendi,

quendi, *l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fund. inſtruct. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. 3.*

3 † Illud autem eſt notandum inter cæiera, quòd caſtra non habent de iure communi iuriſdictionem, nec limitatum territorium, aut confines, ſed ſolum, facto hominum conſueuerũt habere. Ita Ioan. And. poſt Innoc. *in cap. cum ad ſedem, in gloſ. not. libellum. de reſtit. ſpol.* vt ipſe refert hic. Ex conſuetudine tamen vel priuilegio benè poſſent habere iuriſdictionem, vt voluit Bart. *in l. 1. ff. de dam. infect.* Ita etiam in facto ſeruatur apud multa caſtra tam exiſtentia in partibus iſtis, quam in aliis. ¶ Hinc dicit Bald. quòd ſi quæ ſint caſtra de per ſe, hoc eſt non recognoſcẽtia ciuitatem, quod tunc omnis iuriſdictio erit apud illa. Ita Bald *in tit. de pace Conſtantiæ. §. nos Romanorum.* Idem Butr. *in cap. conqueſtus. de foro compet.* & ibi etiam Panor. dicens, quòd ſi caſtrum non ſubeſt ciuitati, vendicat ſibi illam iuriſdictionem quam vendicat ipſa ciuitas. ¶ Allegat *C. de magiſtratibus municipiorum ciuibus.* quod tamen dictum fuit prius Ioan. Andr. *in cap. 1. in verbo, tribunal. de re iud.* vbi de hoc dixi, & ibi dixerat Ioan.

4 Andr. quòd ſi † caſtrum pertinet ad vnum ſolum inſolidum, tale caſtrum facit prouinciam. ¶ Et idem ſequitur ibi Gemin. ¶ Facit in ſimili, quod dicitur hodie de ciuitatibus Italiæ, quæ ſuccedunt in locum prouinciarum, iuxta gloſſ. *in §. ſi autem in eadem prouincia. in l. fin. C. de præſcript. lon. tempo.* cum omnes ciuitates hodie habeant ſua regna, alia imperia, vt olim habebant ſingulæ prouinciæ, ſecundum gloſſ. ibi. ¶ Vnum tamen ſingulariter nota, quod ciuitates quo ad diſtrictum, & territorium non fundant intentionem ſuam de iure communi in temporalibus, ſed ſolus Imperator habet fundatam intentionem ſuam: licèt Imperator quo ad dominia nihil ſibi appropriet ſecundum Ludou. *in Clem. paſtoralis. de re iud. quem ſequuntur omnes.* ¶ Et ſic ciuitas non poterit dicere cõtra caſtrum, quod habeat fundatam intentionem. Nec etiam quo ad dominia rerum, vt per Ioan. Andr. & alios *in cap. nimis. de iureiurand.* Licet quo ad ſubiectionem reſultet iuris præſumptio contra caſtrum, *per l. qui ex vico. ff. ad municipalem.* & per Ioan. Andr. *in d. cap. nimis.* ¶ Si ergo ciuitas dicat ſe habere territorium, oportet, quod probet quod habeat ex priuilegio Imperatoris vel cõſuetudine. Hinc dicit Lud. *in d. Clem. paſtoralis.* quod alij Reges, vel Comites nõ fundant intentionem ſuam de iure communi, cum habeant limites Regnorum, & Comitatuum ſuorum, prout per occupationes vſurpauerunt, *10. diſt. lex. al. item lex.* Et in iſtis ſecundum ipſum, ſufficit bona fides ſine titulo de quo etiam ſcripſi *in d. Clem. paſtoralis. in verſic. vt igitur.* veritas eſt, quòd olim ciuitates Italiæ ante pacem Conſtantiæ non habebant Imperium: Ho-

5 die autem ſic.† Et an ex donatione caſtri, veniat merum Imperium, habetur *in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb.* per Bald. per Oldra. *ſuo conſil. 75. quod incipit, Ad quæſtionem.* & ibi concludit an te finem illius ſeu etiam finem, quod princeps donando caſtrum ſimpliciter, videtur concedere quandam vniuerſitatem prædiorum intra fines poſitorum, *de quo in l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. ſignific.* Et an ciuitas ſuccedat in Regno ipſi Regi, per Innoc. *in cap. cum acceſſiſſent. de conſtit.* per Panorm. *in*

6 *cap. his quæ. de maior. & obed.* † Item not. quod appellatione ciuitatis veniunt ſuburbia & continentia ædificia, licet hic text. poſſit in contrarium allegari *in verſic. nam licet.* dum vult, quod hic ideo veniunt ſuburbia, ne vilipendi cõtingat interdictum: ergo ſecus in aliis caſibus: quod an ſit verum, plene per Bartol. *in l. 2. ff. de verb. ſignific.* & infra aliquid dicam. Solet etiam & tertio hic text. allegari *in verſiculo, nam licet. & verſic. hoc tamen caſu.*

7 quod † ſtatutum licet pœnale interdum extenditur vltra proprium ſignificatum verbi. Quod procedit, quando tale ſtatutum non facta ſimili extenſione parum, aut nihil operaretur: faciunt notata *in cap. vt circa. de elect. eod. lib.* Per Bartol. *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* Nam ſi eccleſiaſticum interdictum poſitum in ciuitate, caſtro, vel villa, non extenderetur ad ſuburbia, de facili vileſceret auctoritas interdicti, ideo hoc caſu ad-

8 mittitur extenſio. † Quarto not. quod appellatione eccleſiæ, veniunt etiam capellæ, & cœmiteria contigua, ita quod diſpoſitum in vno, trahitur ad reliquũ. ratio, quia in connexis † de-

9 bet idem eſſe iudicium, *cap. tranſlato. de conſtit.* Facit *l. quod per manus. de iur. codicil.* Secus ſi capellæ vel cœmiteria eſſent remota, quia tunc diſpoſitum in vno nõ traheretur ad aliud, de quo

10 *in cap. vno. de conſecra. eccleſ. vel altar. eod. lib.* † Fuit tamen hic probabile dubium *in princip. text. in verſic. nam licet.* an appellatione ciuitatis de iure communi veniant ſuburbia, vel continentia ædificia, & vt dixi ſupra, hic textus probat quod non, quia appellatione ciuitatis, venit ſolum ambitus murorum, quo terminatur ipſa ciuitas, *l. 2. ff. de verbor. ſignificat.* Licet appellatione Romæ, veniant ſuburbia, vt ibi facit text. *in l. nam quod liquide. §. ſi ita legetur. & in §. fin. ff. de penu lega.* quia ſi ſit legatum vinum exiſtens in vrbe, non veniet vinum exiſtens in rure. In contrarium ſolet allegari *l. qui ex vico. ff. ad municip.* vbi ille, qui ex vico eſt, ex ciuitate eſt. Bart. *in l. 2. ff. de verbor. ſignific.* diſtinguit notabiliter pro concordia, quod aut fit mentio de ciuitate in materia fauorabili: Et tunc appellatione ciuitatis comprehenduntur loca ſubiecta ciuitati: cum † in beneficiis ſit habenda larga 11
interpretatio, *cap. olim. de verbor. ſignific. l. fin. de conſtit. princip. cap. cum dilecti. de donat.* Aut materia, de qua agitur, eſt alia à materia beneficiorum: Et tunc aut agitur de reſcriptis, aut vltimis voluntatibus, Aut contractibus, licet ipſæ vltimæ voluntates ſint fauorabiles, *regula, in teſtamentis. ff. de reg. iur.* Et tunc eſt habenda conſideratio, quomodo hæc nomina exprimantur. Aut non ſit mentio de ciuitate, ſed de patria: Et tunc venient etiam loca ſubiecta: pro quo facit *d. l. 1. § cum vrbem.* & notatur *in l. 1. ff. ad municip.* Nam † patria eſt nomen generalius quam ciuitas. 12
Aut ſit mentio de ciuitate: Et tũc aut ſimpliciter profertur nomen ciuitatis, vt ſi dicat teſtator, lego tibi tale quid exiſtens in ciuitate. Et tunc veniat tantum ciuitas, quæ ambitu murorum terminatur, *d. l. 2. de verbor. ſignif.* Aut ſimpliciter non profertur nomen ciuitatis, ſed additur aliud nomen, vt quia dicatur, ciuitas Papien. Et Bart. ibi videtur voluiſſe, quod veniant etiam caſtra & villæ, per ea quæ notan *in d. l. qui ex vico.* Etiam priuilegium conceſſum Papienſibus intelligetur etiam cõceſſum comitatenſibus. Et eſt ratio, quia quando ciuitati additur nomẽ proprium, videtur haberi contemplatio nedum ad ciuitatem, ſed etiam ad villas. Sed ſecus quãdo ſimpliciter profertur verbum, ciuitas, quia tunc habita videtur contemplatio ad ambitum ciuitatis. Hic aduerte, quia Bartol. *in d. l. 2. de verbor. ſignific.* dicit, quòd quando exprimitur vtrunque, ſcilicet, ciuitas & nomen ciuitatis: Tunc diſtinguitur, quod aut loquimur de ciuitate Romana, & veniunt continentia ædificia. Aut loquimur in alia ciuitate: & tunc debet inſpici, quod præcedat, aut ciuitas, aut nomen proprium ipſius. Si ciuitas, quia dicatur, ciuitas Papiæ. Et tunc venit ſolum, quod murorum ambitu terminatur. Si vero præmittitur nomen proprium, quia dicatur, Papien. ciuitas, & tunc includantur continentia ædificia, ſecundum Azo. *in l. ſi ſeruus. ff. de ſtip. ſeruo.* Aut ſimpliciter exprimitur nomen ciuitas, vt quia ſit mentio de Papia, & tunc venient etiam continentia, *vt in d. l. 2.* vbi dicitur, quòd ſi quis dixerit Romam, venient etiam continentia, *d. l. nam quod liquida. §. ſi ita.* Eſt ergo differentia, an quis dixerit, patriam, an ciuitatem, per verbum commune, an per verbum proprium, vt Papiam, quia aut loquimur in beneficiis, in quibus ſit larga interpretatio, Aut in aliis actibus, vt reſcriptis, vltimis voluntatibus, & contractibus. Quia ſi propriè loquimur, ciuitas ſolum includit id, quod continetur ambitu murorum. Hinc dicit hic Ioan. And. quod iſta ſæpe conferunt ad multa propter priuilegia & exemptiones, quæ conceduntur, an ſit conceſſum priuilegium ciuitati vel ciuibus, an includantur caſtra vel diœceſes. Quam quæſtionem diſputauit Iacob. de Belui. *in Authent. quib. mod. natural. colum. 7.* Bartol. *in d. l. 2.* dicit prædicta procedere, niſi ex verbis præcedentibus, vel ſequentibus, aliter & alio modo eſſet habenda interpretatio: vel niſi de mente teſtatoris aliter appareret, quando agitur de vltima voluntate, quia † tunc à mente, quæ poſſet colligi ex verbis, non eſſet recedẽ- 13
dum, *in l. conditionibus. de condit. & demonſt. l. cum virum. C. de fideiuſſ.* Vel ſi de mente diſponentis aliter appareat, vt infra dicam. Et iſta eſt veritas, licet Bartol. ibi clare non explicet iſta verba. Vnde ſubdit ibi Bartol. quòd prædicta debent intelligi, quando diſpoſitio refertur ad locum non ad perſonas loci. Nam ſi referatur ad perſonas, vt quia teſtator dicat, lego ciuibus talis ciuitatis centum. Et tunc ſentit ibi Bartol. quòd veniant in hoc legato etiam comitatenſes, *per l. ciuibus. C. de municipibus. lib. 10.* Nam idem eſt dicere ſecundum ipſum, ciuem Papiæ, & ciuem Papienſem, *vt in d. l. 1. ad municip.* Licet in contrarium faciat *capitulum Rodulphus. cum ſua gloſſ. de reſcript. & l. 1. C. ne ruſtic. manc.* Sed ipſe reſpondet, quòd licet appellatione comitatenſis non veniat ciuis, *vt in d. cap. Rodulphus,* tamen appellatione ciuis venit comitatenſis.

Vnde prædicta ſunt vera, quando ciuitas ſumitur pro loco: tunc

tunc verum eſt ſecundum ipſum, quod appellatione ciuitatis
venit ambitus murorũ. Sed quando ponitur pro populo, tunc
14 continetur comitatenſis, *l.2.ff.de nundinis.* † Ioan. Andr. etiam
quærit, vtrum appellatione ciuitatis in priuilegiis vel aliis im-
munitatibus veniant caſtra, villæ, & territorium totum. Con-
cludit ipſe, quòd priuilegium conceſſum ciuitati, non inclu-
dit, niſi ciuitatem, ſuburbia, & continentia, & natos ibidem,
ſiue de ciuibus cogitauerunt vniuerſis, ſiue vt de ſingulis, *l.ci-
uibus.* & *l.cum ſenatus.ff.de rebus dubiis.* Et ſic vult, quòd in priui-
legio conceſſo ciuitati non includantur caſtra, aut villę. Et hoc
dictum Ioan. Andr. refert & ſequitur Bald. *in cap.1.de capita.qui
curiam.in 2.charta.in vſi.feu.* Quod tamen limitauit hic Ioan.
Andr. niſi aliud de mente concedentis appareret. Vel niſi vſus
loquendi, vel regionis aliud induceret. Nam ſi de mente con-
cedentis appareret, illa eſſet amplectenda, *cap.penult.de conceſſ.
præbend.eod.lib.argum.l.1.ff.ad municip.* & *in l.fin.ff.de agentibus in
15 rebus.* † Idem ſi aliud haberet vſus loquendi, vel regionis con-
ſuetudo: nam illi ſtandum, *cap.ex litteris.de ſpon.cap.quia circa.ad
fin. vltimæ gloſſ.de priuileg.* & probatur *in l.nummis.ff.de leg.3.* Quæ
leges quid dicant, vide Ioan. Andr. *in cap.ex parte.ſuper 3.gloſſ.de
cenſi.facit d.l.librorum §.quod tamen Caſſius.l.ſeruis vrbanis.de leg.3.*
Erit ergo habenda hæc interpretatio, vt per conceſſionem fa-
ctam ciuitati, non veniant caſtra vel alia loca, quia per ipſam
interpretationem minus læditur ius commune, *cap.cum dile-
ctus.de conſue.* Licet in beneficiis fiat largior interpretatio, *d.cap.
olim.* & ibi per Ioan. Andr. *ſuper vltima gloſſ.de verbor.ſignific.* Vn-
de in illis beneficiis fiet larga interpretatio, quia veniunt om-
nia cum ſuis adiacentibus, pertinentiis, & territoriis, *argum.d.l.
1.§.cum vrbem.de offic.præfect.vrb.* & *l.ſi quando.C.de bo.va.* & *l.ſi
quid relictum.l.ciuitatibus.à contrario.de lega.1.* Et hæc ſunt verba
Ioan. Andr. hic, quæ ſequitur Gemin. ad litteram. Et ſunt no-
tanda in practica, quia ex his habetur intellectus ad multa pri-
16 uilegia, qualiter extendantur. † An autem appellatione diœ-
ceſis, vel comitatis, veniat ciuitas, hæc propriè eſt materia *cap.
Rodulph.* de quo ibi per gloſſ. & Doctor. quia aut agitur de ma-
teria ſtricta, & ambitioſa, & non comprehenditur ciuitas, vt
ibi. Aut agitur de materia fauorabili, vel de diſpoſitione iuris
communis: & tunc appellatione diœceſis venit ciuitas, gloſſ.
17 eſt *in cap.vno.in verbo, diœceſ.de rerum permut.lib.6.* † Hinc etiam
fuit dubium, à quo loco incipiat diœceſis. Nam Vinc. *in d.cap.
Rodulphus.* & Archid. hic, dicunt, quòd incipit à continentibus
ædificiis vel ſuburbiis: Sed cõtrarium videtur probare hic text.
cum ex vi verborum nomine ciuitatis non comprehendatur
vltra ambitum murorum: Dicendum eſt ergo, quod incipiat à
muris ciuitatis. Fallit tamen in caſu huius text. quia appellatio-
ne ciuitatis veniunt ſuburbia & continentia: Et interdictum
extenditur ad illa, quando ciuitas eſt interdicta. Item poteſt
addi caſus *in cap.ſtatutum.in §.1.in d.1.gloſſ.in verbo, ciuitatibus. de
reſcrip.in 6.* vbi commiſſa cauſa in ciuitate, poteſt delegatus au-
18 dire etiam in ſuburbiis. † Aduerte tamen hic, ſecundum Ioan.
Andr. quod parochiani eccleſiarum ciuitatis, licet longe extra
muros extendatur parochia, appellatione ciuitatenſium po-
terunt & ipſi comprehendi: allegat. *cap. Apoſtolicæ.de dec.* quod
19 nota. † Fuit etiam quæſtio, an pro pecuniario commodo poſ-
ſit poni interdictum in ciuitate? & hodie eſt deciſio *in extraua-
20 ganti Bonifacij.* quod non, *quæ incipit, proinde.* † Sed pro intelle-
ctu poteſt inſtari, quæ differentia ſit inter ſuburbia, & conti-
nentia ædificia. Gloſſ. *in verbo, continentibus.* explicat hoc vnico
verbo, dicens hoc relinquendum arbitrio iudicis de continẽ-
tibus ædificiis. Sed quæ ſunt ſuburbia. Gloſſ. 2. non explicat,
ſed allegat iura, quæ exprimunt de continentibus. Ioan. Cald.
in ſecundo membro ſui tractatus, in verſic.quæ dicatur. Dicit iſta eſſe
ſynonima, cum adiiciantur alicui: pro cuius dicto facit gloſſ. 2.
quæ allegat ſolum leges facientes mentionem de continenti-
bus, & non de ſuburbiis, quaſi ſub appellatione cõtinentium
ædificiorum ſuburbia intelligantur. Sed certe hic text. probat,
quod ſint diuerſa, vnde dicit ipſe, quod ſuburbia poſſunt dici
burgi vel loca prope & extra ciuitatem interdictam. Continẽ-
tia ſunt, domus, ſiue ædificia eminentia circa ciuitatem, non
tamen intra ſuburbia. Alij vero dixerunt, quod ſuburbia ſunt
ea, quæ ſunt contigua vrbi, continentia vero quæ ſunt remota.
Alij, quod ſuburbia ſunt illa, per quæ recto tramite itur in vr-
bem. Continentia vero ſunt, per quæ ex latere itur in vrbem.
Sed hic poſſet aliter dici, vt ſuburbia referantur ad ædificia
contigua in caſtris vel villis, vbi non adſunt burgi, ſed in ciui-
tate reſeratur ad burgos. Et ſic verbum continentia, poteſt ſu-
mi late, vt poteſt etiam comprehendere ædificia contigua vr-
bi. Tamen quicquid ſit, non eſt inſiſtendum huic ſignificatio-
ni verborum, licet alij, quod ſuburbia ſunt, quæ ſunt prope vr-
bem, continentia magis remota. Ex prædictis igitur poteſt in-
ferri iuncto textu, qui in hoc eſt notabilis, quod † etiam in pœ- 21
nalibus aliquando fit larga interpretatio, vt ſonant verba hu-
ius text. *ibi, expedit interpretationem.* Et facit in ſimili quod habe-
tur *in cap.1.in verſic.nec valet.ſuper verbo, adhærebit.de poſtul.prælat.*
vbi text. notabilis, quod interdictum promulgatum in terra
regis, extenditur ad terram illi adhærentem, quod eſt contra
regulam in pœnis. & *cap.odia.eod.lib.* & *cap.ſtatutum. de elect.eod.lib.*
Hinc eſt, quod aliqui dixerunt, quod quando tractatur de ex-
communicatione vel interdicto, non dicitur tractari de mera
pœna, quia interdictum eſt quid medicinale, ſicut excommu-
nicatio, fulminatur enim interdictum, donec ſit ſatisfactum,
nec diminuitur ex ipſo patrimonium alicuius. † Nam illa pro- 22
priè eſt vera pœna, quæ eſt corporis afflictiua, vel diminutiua
patrimonij. *l.in ſeruorum ff.de pœnis.l.3.ff.de damn.infect.* Vnde
cum hæc licentia interdicti ſit medicinalis, non mirum ſi ad-
hærentes & auxiliantes regi, eadem pœna coërceantur, *cap.1.
de offic.ord.* Et hæc videtur ratio, quare Papa *in d.cap.1.* fuit inter-
pretatus largè hoc mandatum, vt terra nedum propriè dicere-
tur, ſed & adhærens in auxilio & fauore. Ad quod facit, quod
dicitur in ſimili de communicantibus cum excommunicatis
in crimine damnato, propter quod quis fuit excõmunicatus:
nam incidit in eandem excommunicationem. *cap.ſi concubinæ.
ſupra eod.* Sed vbi ceſſaret hæc larga interpretatio, terræ adhæ-
rentes non venirent appellatione ſuarum vel tuarum. Sicut &
in caſu huius textus, in quo ſi non dubitaretur de eluſione in-
terdicti, non fieret iſta larga interpretatio, de qua in textu, hoc
eſt vt appellatione ciuitatis veniant ſuburbia vel continentia,
ne ipſa interdicti vilipendi valeat, vt in text. dicitur. Et faciunt
iſta ſingulariter ad quæſtionem. † Pone, duæ ciuitates fece- 23
runt pacem adinuicem ſub certa pœna non offendere ſe, nec
alter alterius terras: vtrum adhærentes, ſeu bona adhærentium
ipſa ciuitatũ includantur: text. *in d.cap.1.* videtur probare quod
ſic. Sed contrarium eſt verius, quia in contractibus ceſſat hu-
iuſmodi largiſſima interpretatio, *cap.cum dilecti.de donat.pro quo
text.notabilis.in cap.ad Apoſtolicæ. in verſic.volebat.de re iud.* vbi cla-
re probatur, quod illi adhærentes non includuntur in capitu-
lis pacis, niſi exprimantur, de quo per Ioan. Andr. *in d.cap.ad
Apoſtolicæ.* dicentem per illum textum, commendari fœlicita-
tem eccleſiæ Romanæ, quia dum tractatur de pace, ſemper
præmittitur de adhærentibus, & eorum impunitate. Ex cuius
dicto poteſt inferri, quod principes in fidelitate agere viden-
tur, qui faciunt pacem, non includendo eos, qui auxilium pre-
ſtiterunt. Ita etiam voluit Panor. *in d.cap.1.de poſtul.prælat.* Idem
Ang. *in Authentico, de hæredibus, & fal.* Sed clarius *in l.quæ religio-
ſis.ff.de rei vendic.* vbi ipſe Angel. allegat Ioan. And. *in cap.ad Apo-
ſtolicæ.de re iudic.eod.lib.* vt adhærentes non veniant in pace, niſi
de ipſis ſit habita mentio, licèt ipſe diſtinguat, an verba ſint
concepta in rem, vt tunc ſit idem dicendum de adhærentibus.
Aut in perſonam: Et tunc ſecus. Addit tamen ibi Angel. quod
& ſi verba ſint concepta in perſonam, includuntur adhæren-
tes, ſi paciſcenti non prodeſſet aliàs pax, ſiue adhærentibus, *l.
aduerſus.ff.de arbitris.* & *l.fin.C.de vſur.rei iudic.l.ſi ſtipulatus.per to-
tum.ff.de verbor.oblig.* Et facit *l.* & *hæredi.in princip.ff.de pact.* Quæ
omnia ſunt notanda pro hac limitatione. Facit etiam hic text.
in ſimili, dum dicitur, ne vilipendatur ipſum interdictum. Tu
adde etiam, quæ dixi *in cap.ſi clericus.in verbo, iniuria.in gloſſ.ſupra
eod.tit.* & *lib.* Hinc ſumpta occaſione Ioan. Monach. & Archid.
per hunc textum, dicentem expedire fieri latiorem interpreta-
tionem, proſequitur quædam in materia extẽſionis. † Dicens, 24
quod quandoque verba ratione ſubiectæ materiæ extendun-
tur, allegat bonum textum *in l.ſi vno.ff.loca.* vbi verbum, dona-
tio. ſumitur pro remiſſione, ſeu pro tranſactione: quia hoc ar-
guit materia ſubiecta, de qua agitur. Ad idem text. *in l.ſtipula-
tio iſta.§.hoc quoque.ff.de verb.oblig.* vbi verbum poſſeſſionis pro-
pter ſeruum ſtipulantem, qui non eſt capax veræ poſſeſſionis,
ſumitur pro detentione ſiue naturali poſſeſſione ratione ſub-
iectæ materiæ. † Adducit etiã ſimile de verbo beneficij, quod 25
verbum non comprehendit dignitatem, *cap. fin. de præbend.*
& tamen in materia fauorabili, appellatione beneficij venit
etiam dignitas, *cap.penult.ſupra de verbor.ſignific.cap.beneficium.*

infra

infra de reg. iur. Idem notat ipſe Ioan. Monach. *in regula, in generali. infra eod. lib. ſuper 14. ſeu 16. membro,* & ait ibi ipſe, quod pluralis elocutio beneficiorum in materia odioſa reſtringitur ſolum ad duo tantum, vt in materia diſpenſationis, vel impetrationis. Et hoc dictum eſt ſingulare, quia alibi non reperio. In quo numero & non in minori, nec maiori ſaluari poteſt *regula. pluralis. infra eod.* Primum probatur *in cap. is, cui. de præbend. eod. lib.*
26 † Ratio odij patet ex pluralitate beneficiorum, quæ eſt inimica canonibus, *cap. quia in tantum. ſupra de præben.* Cuius contrarium eſt in materia fauorabili, quia ceſſat ambitio, *cap. ſi propter. cap. ſi gratioſe. de reſcript. eod. lib.* & quod nota. *in cap. ſi Papa. de priuil. in vltim. gloſſ. eod. lib. 6.* Iſta ſunt verba Ioan. Monach. & referuntur hic per Ioan. Andr. Et hic etiam inducit Ioan. Andr. & Ioan. Monch. ad ea, quæ habentur in gloſſ. Accurſ. *in d. l. 2. ff. de verbor. ſignif.* vbi fit differentia, an fiat mentio de Roma ſimpliciter, an de Romana ciuitate, & ſic de Bononia vel ciuitate Bononienſi, vel Papia vel ciuitate Papienſi. Quia appellatione Romæ veniunt etiam continentia ædificia, vt vult text. *in d. l. 2.* appellatione vero Romanæ ciuitatis nõ, propter adiectiuum, quod habet reſtringere. Et adducit ſimile, ſicut aliud eſt dicere, homo albus, quàm homo ſimpliciter: nam iſta adiectiua habent arctare ſubiecta, quibus adiiciuntur. Hic autem ideo fit extenſio, quia alias interdictum poſſet vilipendi, vt dicitur in text. Ad quod faciunt ea quæ dixi ſupra ſecundum Bart. *in d. l. 2.* vbi diſtinguit, an præponatur nomen ciuitatis, an vero non præponatur. Et an ciuitas ſimpliciter appelletur. Et an vtrumque ſimul coniugatur: *de quo ſupra.* Et hæc faciunt ad ſtatutum Mediolani, quo diſponitur, quòd quilibet ciuitatis vel diœceſis minor 25. annis, & maior 20. poſſit contrahere & diſtrahere, ac ſi eſſet maior 25. vt tale ſtatutum debeat intelligi de habentibus ibi domicilium vel reſidentiam, non de ciuibus ex priuilegio, alibi habitantibus. Ad quod faciunt etiam notata per Bart. *in l. prouinciales. ff. de verb. ſignif.* iunctis his, quæ habentur *in d. l. 2.* & quæ habentur hic per Ioan. Andr. *in verbo, ciuitatis.* Et faciunt etiam quæ not. Anchar. *in cap. canonum ſtatuta. in 40. charta. in verſic. vltimo circa prædicta. de conſtit. in repetit. ſua ſolemni.* ¶ Gloſſ. *in verbo, ſuburbia. ibi, l. 2.* illa lex dicit, quod vrbis appellatio muris, Romæ autem appellatio continentibus ædificiis concluditur. ¶ In ead. *ibi, ad. ſicut.* vbi dicitur, quòd ædificia Romæ fieri videntur, quæ in ædificiis continentibus. ¶ In ead. gl. *in fin.* Ad idem facit etiam *l. pupillus. §. incola. & l. mille paſſus. & l. collegarum in §. 1. de verbor. ſignif. de quo etiam habetur in cap. Ego Ludouicus. 63. diſt. & facit cap. ſicut Chriſtus. 1. quæſt. 1. cum ibi notatis. l. creditor. §. vlt. ff. de contrahen. empt. l. 2. C. de bon. vac. lib. 11. l. prædiis. in §. vlt. de leg. 3.* in quibus omnibus recipitur, quod appellatione loci veniunt loca coniuncta & confinia loca. ¶ Gloſſ. *in verbo, vilipendi. in fin.* Addit tamen hic Ioan. And. quod in cap. proximo quod interdictum totaliter careret effectu, niſi appellatione populi venirent ſingulares perſonæ. Sed hic poterat habere aliqualem effectum verum, quia poterat etiam vilipendi, niſi ſuburbia, & continentia ædificia intelligerentur etiam interdicta, ciuitate ipſa interdicta, intelliguntur interdicta. Ideo ſtatutum eſt, vt appellatione ciuitatis hic veniant ipſa ſuburbia, concor. etiam in ſimili ca. vt priuilegia. *in fin. ſupra de priuil.* Sed poſſet aliquis hic inſtare, dicitur in litera, quod interdicta ciuitate, intelliguntur interdicta ſuburbia: Sed nunquid iſta ſuburbia intelligentur interdicta, interdicto iuris vel hominis, ſi interdictum ſit ab homine poſitum. Archid. hic ſubtilizando, vt refert Ioan. And. dicit ſuburbia intelligi interdicta à iure, quia veniunt per quandam conſequentiam, & ex iuris extenſione, vt patet *in text. ibi, expedit. &c.* Ex quo infert ipſe, quod interdictum ſuburbiorum dicatur interdictum cauſatum ab interdicto hominis extenſione iuris. Infert præterea, quod ſi eccleſia ſit interdicta, quo ad cœmiterium, vel capellam ibi contiguam, dicetur interdictum vel interdicta interdicto iuris, ita dixit hic Archid. Hæc ſubtilitas Archid. non placuit Ioan. And. dicenti, quòd vtrumque in caſu iſto eſt interdictum hominis, cùm ex vi verborũ hoc contingat, prout ita hic declaratur à iure interpretari, quod interdicta ciuitate, ſuburbia ſint interdicta. Aliud eſſet ſecundum Ioan. Andr. ſi non ex vi verborum, ſed ex ſubſequenti culpa incurreretur pœna, vt in communicante excommunicato in crimine, quia tunc fatendum eſt, pœnam iuris cauſatam à pœna hominis, *vt in cap. nuper. ſupra eod. tit.* & ibi etiam Ioan. Andr. Ratio eſt ſecundum eum, quia hæc vnica ſententia ex eadem culpa proueniens interdicta ciuitate, intelliguntur interdicta ſuburbia. ¶ Ibi vero dicitur dupliciter ſententia ex duplici culpa proueniens, *vt in*
d. cap. nuper. † Hinc etiam ſubintrat alia quæſtio, Nunquid or- 27
dinarius poſſit abſoluere ab interdicto iuris. Arch. dicit, quod aut conditor iuris reſeruauit ſibi abſolutionem. Et res clara eſt, quod non poterit. Aut non reſeruauit, & poterit diœceſanus abſoluere, *vt d. cap. nuper. in fine.* Et de caſibus, in quibus poteſt ordinarius abſoluere à pœna iuris, vide per Innoc. *in cap. dilectus. de tempor. ord.* Facit & pro prædictis *cap. graue. in fin. de præben.* & ibi Ioan. Andr. vbi habetur ſingulariter, quod ſi per ſtatutum epiſcopi fulminetur ſententia excommunicationis in aliquos, vt puta contra introeuntes monaſteria monialium, & forenſis aliquis incidit in eam ſententiam, quia intrat, quod talis poterit abſolui à ſuo epiſcopo, quia illa eſt excommunicatio iuris, quæ non debet eſſe maioris potentię quam excommunicatio lata per conſtitutionem Papæ.

Quod ſecus eſſet in ſententia lata ab homine, quia à tali nemo præter proferentem illam vel ſuperiorem ſuum poteſt abſoluere, *vt in cap. paſtoralis. in §. præterea. ſupra de offic. ord.* Quod dixit Panor. *in d. cap. graue.* eſſe notandum. Et idem colligit Panorm. *in cap. frequentibus. in vltimo notabili. de inſtitut.* vbi hoc
dictum cadit, & ibi de hoc. † Quærunt præterea hic Doctor. ſi ex 28
eodem delicto excommunicati ſunt aliqui ſingulares de populo vel vniuerſitate, vel vniuerſitas ipſa, vel locus à iure communi ſit interdictus, an ordinarius poterit ab iſtis abſoluere. Archid. diſtinguit, vt ſupra, quod aut eſt reſeruata abſolutio excommunicationis, licèt de abſolutione interdicti mentio nulla facta fuerit: Et tunc ſecundum eum videbitur abſolutio interdicti reſeruata, *argument. l. ſi libertam. in fin. C. de nupt.* vbi dicitur, quòd quoties vitium ex vna radice naſcitur, conſequens eſt, vt vna lege tollatur. Facit etiam ſimilitudo æquitatis ratione, *cap. cum dilecta. concord. in 3. gloſſ. de confirm. vtil. vel inutil.* Ergo eadem erit iuris diſpoſitio in interdicto, quæ in
ipſa ſententia excommunicationis. † Nam cum hæc duo in- 29
terdictum & excommunicatio includantur ſub appellatione cenſuræ, *cap. quærenti. de verbor. ſignif.* quod dicitur *in cap. vno,* habebit locum in reliquo, *argum. cap. tranſlato. ſupra de conſtit.* Hoc dictum non placet Ioan. Andr. Nam ſecundum eum, duobus ſuppoſitis, vno ſolo reſeruato, alterum videtur conceſſum, *argum. cap. nonne. cum materia. ſupra de præſumpt.* Et hoc videtur placere gloſſ. *in cap. 1. ſuper verbo, excommunicationis. de hære. in Clem.*
Et ita ſequitur hic Gemin. Quibus tamen adde, quod ſi inter- 30
dictum eſſet terminatum ad certum tempus à iure quod ante tempus non poſſet per ordinarium tolli, iuxta ea quæ notantur per gloſſ. ordin. *in cap. cupientes. in §. cæterum. in verbo ſuſpenſos. ſupra de elect. eodem libro.* Ex qua gloſſ. infertur limitatio *ad d. cap. nuper. in fin.* quod eſt valde notandum.

Gloſſ. *in verbo, contiguis. in fine.* quæ dicantur contigua, notatur plenius. *ſupra eod. lib. in cap. vnico. de conſecrat. eccleſ. vel altaris. ſuper gloſſ. in verbo, contigua.*

Glos. *in verbo, ſepeliri.* duo facit, primo allegat concor. ſecundò quærit de alia quæſtione, & reſpondet ſecunda, ſed pone.

In ead. *in fine.* Adde, quæ notantur *in cap. à nobis. el 2. in fin. pel. gloſſ. ſupra eod. tit.* & quæ notat Ioan. Andr. *in Clem. eos. in gloſſ. ſed qui. de ſepult.*

Gloſſ. fin. clara eſt, nec indiget aliqua ſuppletione. Tandem poteſt hic tractari, quid ſit ciuitas, quid caſtrum, villa, Prouincia, Caſtellum, Oppidum, municipium. Quæ omnia hic ex ordine panduntur per Ioan. *in 1. 2. & 3. colum. huius decretalis.* Cui adde etiam, quod notat idem Ioan. Andr. *in cap. fœlicis. ſupra de pœn. eod. lib.* vbi diſputat Ioan. Andr. nunquid ciuitate priuata dignitate epiſcopali ratione criminis, *vt in caſu d. cap. fœlicis.* nunquid per hoc ciuitas intelligatur priuata diœceſi, de quo ibi per eum. Et multa etiam quæ pertinerent ad hanc decret. tractauit Anch. *in diuerſis titulis quæſtionum. in d. cap. canonum. in ſua repetition. in trigeſima charta, & quadrageſima, vbi plene.*

REPETITIO IN CAP. IS, CVI. De ſentent. excommun.

Præclariſſimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Celebratio eſt prohibita in eccleſia polluta, ſiue ſit polluta effuſione ſanguinis humani, ſiue ſeminis humani.*
2 *Eccleſia an dicatur polluta ex paucis guttis ſanguinis. num. 17.*
3 *Eccleſia polluitur ex ſemine hominis, quando eſt diurna & nota: ſecus ſi eſſet nocturna & occulta, quia*
4 *Reconciliatione non indigent, quæ fiunt occultè.*
5 *Temerariè agere quis dicatur.*
6 *Celebrans in præſentia excommunicati non efficitur irregularis, incidit tamen in aliam pœnam.*
7 *Excommunicatus publicè ſi intret eccleſiam dum celebratur, aut audiat miſſam, alij debent recedere, ne ſibi communicent, & ipſi ſacerdotes debent illi cedendum dare, ne ſtet ibi. Secus ſi ſit occultè excommunicatus.*
8 *Eccleſia polluta an dicatur interdicta.*
9 *Irregularis quis non præſumitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
10 *Erubeſcimus, cum ſine lege loquimur.*
11 *Irregularem quilibet ſe reputare debet, ſi deliquerit, & dubium ſit, an propter illud delictum contrahat irregularitatem.*
12 *Pars tutior eſt eligenda in foro pœnitentiæ licet videatur durior.*
13 *Irregularitas non contrahitur ſine dolo.*
14 *Interdictum poteſt ſuſpendi.*
15 *Inferior à Papa non diſpenſat ſuper irregularitate contracta per celebrationem diuinorum.*
16 *Inhabilis quis dicatur.*
18 *Eccleſia polluta reconciliatur, execrata verò reconſecratur, & in quibus caſibus reconſecretur de nouo, remiſſiue.*

CAP. XVIII.

IS QVI. Gloſſ. non ſummat. Sed poteſt ſic ſummari. Celebrans in eccleſia ſcienter polluta, vel præſente excommunicato maiori excommunicatione, irregularitatem non incurrit. Scienter vero celebrans loco interdicto, caſibus non permiſſis, eſt irregularis, & efficitur inhabilis, etiam actiue, neque cum eo poteſt inferior à Papa diſpenſare, hoc dicit, duæ ſunt partes principales, ſecunda ibi, *is vero.* prima poteſt ſubdiuidi in tres particulas. In prima tollit vnum dubium. In ſecunda tollit aliud. In tertia rationem interſerit.

Secunda ibi, *vel qui.* Tertia, *ibi, tamen cum id non ſit expreſſum.*

Secunda pars principalis poteſt etiam ſubdiuidi in duas, in prima ponit pœnam violantis interdictum, declarando, quis violet illud. In tertia ponitur, quid importet hæc pœna, tertia
1 *ibi, & ideo.* † Not. primo *ibi, polluta* prohibitum eſſe celebrari in eccleſia polluta, ſiue ſit polluta effuſione ſanguinis humani, ſiue ſeminis humani. Hoc eſt, quod vir & mulier ſe ad inuicem immiſcuerunt in eccleſia. Et intelligo eccleſiam pollutam ex ſanguine, ſi ſanguis abundauerit. Nam effuſio ſignificat abundantiam, *vt in cap. reuertimini. 16. quæſt. 1.* habetur per gloſſ. *in Clem. ne Romani in verbo, effundendus. de elect. cap. cum illorum. in verbo, effuſionem ſanguinis. ſupra eod. & ſupra in cap. vnico. de conſecrat. eod. lib.*
2 † Ex quo infertur, quod ſi eſſet illatum aliquod vulnus in eccleſia, & emanaſſent aliquæ paucæ guttæ ſanguinis, non diceretur polluta, vt indigeret reconciliatione. Et conſequenter celebrans tunc in ea, non diceretur peccare, cum non dicatur prohibita celebratio diuinorum, niſi in caſu effuſionis. Ad quod notatur *in cap. ligneis. ſupra de conſecrat. eccleſ.* & quod notatur per gloſſ. *in d. cap. cum illorum. in verbo, effuſionem. ſupra eod. tit.* quæ gloſſ. vult ſingulariter, quod ſi dubitetur an effuſio ſanguinis ſit modica, vel magna, hoc totum relinquitur arbitrio iudicis. Patet ergo, quod propter effuſionem modici ſanguinis non polluitur eccleſia, & ſic non eſſet locus huic prohibitioni. Ex quibus poteſt inferri ad ſtatuta facientia mentionem de effuſione ſanguinis, qualiter debeant intelligi huiuſmodi ſtatuta.

Hinc dixit Bald. *in l. ſi præditum. C. de hered. actio.* quod ſi adſit ſtatutum in ciuitate, vt ſyndici teneantur denunciare percuſſiones ſanguinolentas, quod vbi eſſet modica ſciſſura cutis, nõ eſſet denuncianda talis percuſſio. Et ſic denunciantes non incurrent pęnam ſtatutariam. Idem ſi ſtatuto caueretur, quod de vulnere facto in platea, ſit pœna manus. Quia pro paruo vulnere non eſſet locus tali pœnæ. Et facit id, quod dixi de effuſione ſanguinis. Hæc autem, quæ dixi de effuſione ſanguinis, intelligenda ſunt ſane de effuſione ſanguinis iniurioſi, ſecus ſi non iniurioſi, vt ſi quis ſe defendendo interfeciſſet aliquem in eccleſia: quia vim vi, &c. vnde tunc eccleſia non diceretur polluta, *argum. eorum quæ habentur in Clem. ſi furioſus. de homicidio & notatur in cap. dilecto. ſupra eod. tit. & lib.* † Item intelli- 3
ge etiam eccleſiam pollui ex ſemine hominis, quando hæc pollutio eſt diurna, & nota, ſecus ſi eſſet hæc pollutio nocturna vel occulta contingens in eccleſia, quia tunc non indigeret reconciliatione. Et conſequenter ceſſaret hæc prohibitio.
† Ea enim, quæ occulte fiunt, reconciliatione non indigent, 4
vt notatur *in cap. propoſuiſti. ſupra de conſecrat. eccleſ. vel altar.* & eſt gloſſ. *in d. cap. vnico. de conſecrat. eccleſ. eod. lib.* Faciunt quæ notatur Archidiacon. *in cap. eccleſiis. de conſecrat. diſtinct.* 1. An vero & quando pollutio contingat cum peccato vel ſine, vide textum cum gloſſ. *6. diſtinct. teſtamentum.* Et ex his omnibus patet vna concluſio, quod nedum Miſſa, ſed nullum officium debet celebrari in eccleſia polluta ante reconciliationem, licèt celebrantes de facto non incurrant irregularitatem, vt hic eſt textus clarus. Et ſic celebrantes temere agunt & peccant, licèt irregularitatem non contrahant, quia organa diuinæ laudis dicuntur eſſe ſuſpenſa in ea, textus eſt notabilis *in cap. fin. ſupra de conſecrat. eccleſ.* quæ omnia ſunt digna nota. Secundo nota
ibi, temerarie agat, † quod ille dicitur temerarie agere, ſi ſcien- 5
ter agat actum à iure prohibitum, facit *cap. auaritiæ. ſupra de elect. eodem libro, cum ſimilibus.* Secundo not. † *ibi, nodatis.* quod cele- 6
brans in præſentia excommunicati non efficitur irregularis, incidit tamen in aliam pœnam, *de qua in cap. epiſcoporum. de priuileg. eod. lib.* quia ſtatim eſt ibi interdictus ingreſſus eccleſiæ, quæ pœna eſt proxima irregularitati, quia ſi durante hoc interdicto ingreſſus eccleſiæ, celebrauerit, efficietur irregularis, vt vult gloſſ. *hic in verbo, nodatis.* Ad quod † aduertant cele- 7
brantes, quia ſi publice excommunicatus intret eccleſiam, dum celebrat, vt audiat miſſam, alij debent recedere, ne ſibi communicent. Et ipſi ſacerdotes debent illi cedendum dare, ne ſtet ibi. Secus ſi eſt occulte excommunicatus, quia tunc non eſſet ei dandum cedendum, maxime publice, de quo per gloſſ. *in cap. ſi tantum. iuncto cap. ſequenti. 6. quæſt. 2.* Hinc dixit hic Ioan. Andr. quod ſi adeſt oſtiarius in eccleſia excommunicata publice, illam intrantes debent expelli per eum, de quo ſe remittit ad gloſſ. fin. *in cap. clericos. 21. diſtinct.* Ego tamen id arbitror, quod ſi ſacerdos iam inchoaſſet canonem Miſſæ, *ibi, Memento Domine, &c.* quod tunc non deberet deſiſtere ab ipſa miſſa, per ea quæ pulchre notantur *in cap. nihil. 7. quæſt. 1. iuncta ibi gloſſ.* vbi ſingulariter habetur de ſacerdote patiente defectum in Miſſa, qui poteſt per alium perficere. Aduerte tamen hic, quod dubium ſunt *an d. cap. epiſcoporum.* habeat locum in celebrante in eccleſia polluta, vt celebrãs incurrat pœnam interdicti ingreſſus eccleſiæ. Aliqui dixerunt, quod non, contrarium tenuit Lapus & Abbas *in d. cap. vnico. ſupra de conſecr. eod. lib.* Or domini iſta difficultas dependet ab intellectu *d. c. epiſcoporum.* dum dicitur ibi, de celebrante in loco interdicto à iure vel ab homine. Et
ſic ſtat † dubiũ, an eccleſia polluta dicatur interdicta. Si enim 8
eccleſia polluta diceretur interdicta, tunc non dubium quod eſſet locus pœnæ *d. cap. epiſcoporum.* Sed quicquid ſit, ego id arbitratus ſum vna cum Gemin. hic, quòd eccleſia per pollutionem non dicatur interdicta. Et hoc probat hic text. aperte, ſi iungimus primam partem text. cum ſecunda parte eiuſdem. Nam in prima parte dicitur, quod celebrãs in tali eccleſia polluta non contrahit irregularitatem. *In ſecunda vero parte principali in verſiculo, is vero.* dicitur, quod celebrans in loco ſubiecto interdicto, irregularitatem incurret, ergo ex iuris præſumptione eccleſia polluta non dicetur proprie interdicta, ſed ſolum durante pollutione illa dicuntur ſuſpenſa organa diuinæ laudis, *vt in dicto capitulo fina. de conſecratione eccleſiæ, vel altar.* Et ſic patet, quod eccleſia polluta non eſt proprie interdicta illo interdicto, de quo loquitur textus *hic in ſecunda parte.* Aliud eſt enim ſuſpendere organa diuina, aliud eccleſiam interdicere,

terdicere, de quo pulchrè not. gloſſ. *in verbo, ceſſare. in c. ſi canonici. de offic ord. ſup. eod. lib.* Et ſic infertur concluſio contra Lapum, & Abbat. quòd cùm *cap. epiſcoporum.* loquatur de celebrante in locis interdictis, non erit locus illi pœnæ, ſi quis celebrauerit in eccleſia polluta. Adde tamen, quòd largo modo eccleſiæ pollutæ poſſunt dici interdictæ ratione prohibitionis celebrationis diuinorum. Item limita prædicta procedere, niſi ſuperior, in loco violato interdiceret celebrationem diuinorum: nam ſi aliquis ibi celebraret, incurreret irregularitatem, vt dicitur in tertia parte huius textus. Faciunt, quæ habentur *in cap. tuarum. de priuil.* Ita tranſit *hic.* Gemin. allegans Calder.

9 † Quartò nota. *ibi, cùm id non ſit expreſſum in iure.* id ad quod ſolet hic textus allegari, quòd cùm irregularitas ſit de iure poſitiuo, nõ debet quis reputare aliquem irregularem, niſi in caſibus à iure expreſſis. Et ex hoc infertur, quòd alleganti quem irregularitatem incurriſſe, incumbit onus probandi caſum, ex quo de iure detur irregularitas. Ad quod facit, quod not. Innoc. *in cap. niſi cùm pridem. in §. perſona. de renunc.* vbi dixit irregularitatem à iure poſitiuo cauſatam, vt *in cap. fin. de cler. excom. miu.* Hinc eſt, qđ dicebat ibi Innoc. *in d. cap. fin.* quòd Papa in omni irregularitate poteſt diſpenſare, cùm ſit ſupra ius.

10 † Proinde ſolet etiam ſemper iſte tex. allegari ad illud vulgatum. Erubeſcimus cùm ſine lege loquimur, *l. illam. C. de colla. & l. 5. C. de repud. & in auth. de non eligen. ſecundò nubentes. in §. optimũ.* vbi nec lex eſt aliquid tale dicens. Et facit *c. illa ſup. ne ſed. vac.* Et aduerte hic, quòd iſte tex. videtur probare vnũ, quòd in dubio quis non debet reputare aliquem irregularem, imò quòd neq; quis debet reputare ſe irregularem in dubio, per prædicta verba, cùm id non ſit expreſſum, & cæt. Quod videtur contra textum, & ibi not. *in cap. ad audientiam. ſupra de homic.* vbi Hoſtienſ. viſus eſt tradere duas regulas, prima, quòd neque magiſter, neque iudex debet aliquem iudicare irregularem, niſi in caſibus in iure expreſſis. *§. pœnæ. de pœnit. diſtinctio. 1. & l. interpretatione. ff. de pœnis.* Et quod notatur *in regula, in pœnis, de regulis iuris, & hoc textu.*

11 † Tertia regula, quòd in dubio vnuſquiſque debet ſe reputare irregularem, ſi deliquerit, & dubium ſit, an propter illud delictum contrahat irregularitatem, vel ne. Tunc in tali dubio debet potius reputare ſe irregularem, quàm non irregularem, per ea quæ not. *in c. 1. de poſtul.* & ibi per Card. *in 4. q.* Vnde ſubijcit ibi Hoſt. quòd licet tu non debeas quempiam reputare irregularem, ſi tamen quis à te petat conſiliũ in caſu dubio, conſules ſibi, quòd ſe irregularem reputet, *arg. c. Marthæ. de ſimo.* vel ſi non ſit de hoc infamatus, relinquendus eſt conſcientiæ ſuæ, vt legitur, & not. *in c. 2. & in c. petitio. ſupra de homic.* Et cùm Hoſtienſ. tranſit ibi Card. *in d. c. ad audientiam.* vbi videtur probari, quòd in caſu dubij indiſtinctè quis potius debet reputari irregularis quàm non. Præterea etiam non videtur ex toto verum dictum Innoc. dicentis irregularitatem eſſe de iure poſitiuo: Nam illa, quæ cauſantur ex homicidio voluntario, videntur eſſe de iure diuino, vt patet *ex cap. 1. de conſecr. diſt. 1. in princ.* Vbi Deus dixit Dauid, Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es.

¶ Facit etiam textus *in c. ſi quis omnes. 1. q. 7.* Ad quod vide gl. *21. diſt. in ſumma.* & quod notat gl. *in c. ſicut dignum. ſupra de homicid.* Licet hoc dictum Innoc. quod refert etiam hic per Ioann. And. ſoleat reputari notabile, vt quis non debeat reputari irregularis, niſi in caſibus, in quibus ius ſtatuit. Quia hæc irregularitas inducta eſt de iure poſitiuo, & tamen ſecundum hoc dictum non procedit indiſtinctè.

¶ Vnde poteſt ſic diſtingui pro nunc, quòd aut agitur de pœna imponenda, in foro contentioſo pro irregularitate iam contracta: & tunc in dubio quis non debet reputari irregularis. Et hoc caſu poteſt intelligi dictum Innoc. aut agitur in foro pœnitentiali ad imponendam pœnitentiam. Et in dubio non poteſt quis reputari irregularis, quia in foro pœnitentiæ

12 tutior † pars eſt eligenda, licet videatur durior, & ita procedat *dictum cap. ad audientiam. cum ibi notatis.* Ita enim interpretando ceſſat omne periculum. *cap. ſignificaſti. ſupra de homicid.* Et idem poſſet dici, vbicunque dubitaretur de aliquo delicto, quia tutior pars eſt eligenda, quamuis durior in foro conſcientiæ, de quo videtur gloſſ. *in cap. vnico ſupra de ſcrutinio.* Cùm bonarum mentium ſit timere culpam, vbi culpa non reperitur, *5. diſt. ad eius.* notatur *in c. 2. de obſerua. ieiun.* Adde, quòd idem eſſet in foro quaſi pœnitentiali, vt quia no agitur ad pœnã propriè, ſed vt abſtineat quis ab altaris miniſterio, vel vt abſtineat à cõtractu matrimonij, vel ab alio actu; in quo exercendo ſubeſſe poſſet peccatum.

Tunc enim debemus interpretari in partem ſecuriorem, licet illa ſit durior, de quo eſt optimus tex. *in c. ad audientiam. & in d. c. ſignificaſti.* facit *c. iuuenis. ſup. de ſpon.* Cui adde etiam quæ not. Innoc. *in c. cùm tu. ſup. de teſtib.* Et ita poſſunt hæc reduci ad concordiam: quòd not. Et hęc diſtinctio proceſſit ex verbis Panor. *in d. c. ad audientiam.*

† Quintò not. *ex verſ. ſi verò.* quòd irregularitas non contrahitur ſine dolo, vt hic probatur *in verbo, ſcienter.* Nam celebrãs in loco interdicto, ita demum irregularitatem incurrit, ſi ſciuerit locum eſſe interdictum. Secus, ſi ignorauerit, & ſie non fuerit in dolo, dum tamen talis ignorantia non eſſet craſſa quæ nõ habere eum excuſare, vt inquit gl. *hic in verbo ſcienter.* allegãdo iura. Et procedit in eo, qui celebrat in loco interdicto. An autem iſtud ſit verum, vt ſemper requiratur dolus in contrahẽda huiuſmodi irregularitate: Et an ſufficiat culpa, de hoc plenè *in toto tit. ſupra de homic. & in illo cap. ad audientiam. & in dicto cap. petitio. cum multis ſimilib.* Adde tamen ſecundùm Arch. quem ſequitur Ioann. Andr. *hic in fin.* quòd ſi quis ſciat locum interdictum ab homine, vel à iure, licet illud nõ ſit publicum per denunciationem, quòd tamen celebrãs in eo loco ligabitur hac pœna, niſi illud interdictum ſit occultum, quia celebrare dependit à voluntate agentis. Vnde in culpa eſt agendo rem illicitam: de quo eſt glo. notab. quæ eſt 3. in ordine, & ibi omninò vide *in Clem. grauis. ſupra eodem tit.* 13

† Sextò not. *ibi, priuilegiatus exiſtat.* interdictum poſſe ſuſpẽdi, vt probatur hic expreſſe, quia ex priuilegio hominis vel iuris celebrans in loco interdicto non incurrit irregularitatem, ergò poterit interdictum ſuſpendi, & celebratio fieri, de quo videbimus aliquid *in c. fin. in fin. inf. eod. tit.* 14

† Septimò not. ibi per alium quàm per Roman. Pontificem, quòd cum irregularitate cõtracta per celebrationem diuinorum, inferior à Papa non diſpenſat, de quo *in c. cùm æterni. ſupra de re iud.* & ibi dixi. *Et in cap. 1. ſupra eodem tit. & libro.* Vnde vulgata eſt quæſtio, an legatus de latere poteſt abſoluere à tali irregularitate, de quo ſolet plenè notari, *in capitulo, clerici. ſupra de clerico excom. mini.* vbi ſolet allegari theorica Hoſtienſ. quod dummodò quis non celebrauerit per contemptum, licet ſcienter, & per ſupinam ignorantiam, quòd poterit legatus abſoluere, & diſpenſare. Quod dictum ſecundùm Ioann. Andr. ibi, potius ſeruatur de facto, quàm de iure, cùm etiam Papę pœnitentiarij iſtos, qui non contempſerunt, abſoluat. Iſte tamẽ tex. & etiam alij tex. & communiter gl. ſentiunt expreſſe, quod ſolus Papa diſpenſat. Idem etiam tenet Spec. *tit. 2. § nunc de epiſcoporum. verſiculo. ſed nunquid poteſt epiſcopus.* Et ibi etiam dicitur de ſcholari, aliunde venienti, *in §. conſequenter. verſiculo, quid ſi legatus. in d. tit. 2.* 15

Fuerunt tamen aliqui diſtinguentes pro concordijs, qđ aut quæritur, an aliquis per inferiorem à Papa poteſt liberari ab irregularitate, tam cauſata. Et dicendum quòd nõ. Et ita loquatur *d. c. cùm æterni. & d. cap. 1. & hoc c.* quæ inter indiſtinctè dicunt, ſolum Papam poſſe ab hac irregularitate quem liberare. Aut quæritur de pœna depoſitionis poſt irregularitatem contractam, quæ poteſt imponi per iudicem: Et tunc procedit alia opin. vt inferior etiam Papa, etiam epiſcopus, poſſit diſpenſare, cum parato ſe corrigere, maximè quia hanc pœnam depoſitionis celebrando non incurrit ipſo iure. Ideò facilius admittetur diſpenſatio circa impoſitionem huiuſmodi pœnæ, quam circa irregularitatem iam contractam, ne ille duplici pœna conteratur, *c. at ſi clerici. de iud.* Sed quicquid ſit, in facto ſeruatur qđ *ſupra* dixi, vt & pœnitentiarij & legati de latere diſpenſent, ſiue abſoluant ab huiuſmodi irregularitate.

† Octauò nota *ibi, ineligibilis,* quòd ille dicitur ineligibilis non ſolum qui non poteſt eligi, ſed etiam qui non eſt habilis ad eligendum. Et ſic actiuè & paſſiuè efficitur quis ineligibilis celebrando in loco ſuppoſito interdicto. 16

Facit in ſimili, quod dicitur de excommunicato maiori, quia dicitur priuatus participatione omnium ſacramentorum tam actiuè quàm paſſiuè, *capitulo, ſi celebrat. de Clerico excommun. capitulo, cùm dilectus. de conſuet.* Quid etiam ſit de celebrante in loco, vbi eſt inducta ceſſatio à diuinis, an incurrat irregularitatem, de hoc ſe remittit Ioann. Andr. *ad cap. ſi canonici. ſuper 4 glo. ſupra de offic. ordin.* & ibi ſolet diſtingui inter ſpecialem in certa

Eccleſia,& generalem, vt primo caſu celebrans non incurrat irregularitatem,ſecundo verò caſu ſic,de quo hic.

Gloſſ. in fin. addunt etiam Doct. hic, quòd hæc decret. venit, ad declarationem eorum, quæ notat Hoſt. *in cap. fin. ſupra de cõſecrat. eccleſ.* & Petr. & Abbas *in cap. Lateranen. ſupra de præbend.* Et Speculat. *in titul 2. §. iuxta. verſiculo, illud quoque.* Vbi etiam idem dixit de celebrante in eccleſia, cuius oſtia clauſit epiſcopus,& reliquias ſuſtulit propter diſcordias patronorum,vel eorum delictum.

Gloſſ. *in verbo, ſanguinis.* quæ breuis etiam eſt *in fin.* Adde, quod clarius de hoc habetur per gloſſ. *in verbo, ſanguinis. in dicto cap. vnico. hic allegato in gloſſ. vbi omnino vide de hac materia.* Et ibi etiam habetur,an propter homicidia perpetrata ſine ſanguinis effuſione,veniat eccleſia reconcilianda,de quo eſt caſus *in capit. propoſuiſti ſupra de conſecr. eccleſ. vel altaris.* Aduerte hic,quòd propter homicidium cõmiſſum in eccleſia, etiam ſine aliqua ſanguinis effuſione,eccleſia polluitur, & recõciliatione indiget. hoc probat textus *in d. c. propoſuiſti.* ſimpliciter faciens mentionem de homicidio. Neque ibi exigitur aliqua ſanguinis effuſio, puta, ſi laqueo fuiſſet quis ſuſpenſus,vel ſtrangulatus. Et idem tenet glo. *in dicto cap. vnico.* Quod tamen intellige de homicidio violento & iniurioſo. Secus in caſuali defenſorio, vt dixi *ſupra.*

Idem etiam propter vulnera citra homicidium,eccleſia ipſa polluitur:

Et idem in cœmiterio, vt *in d. cap. vnico.* Sed dubium ſtat hic: quia textus *in dicto cap. propoſuiſti.* ſimpliciter etiam loquitur de vulneribus, neque fit mentio de ſanguinis effuſione, alia verò iura loquuntur de effuſione ſanguinis, vt *in cap. fin. de conſecrat. & in dicto capitulo vnico. & in hoc capit.* Et forſan ſimpliciter fit mentio de vulneribus, quia vulnera non fiunt ſine ſanguinis effuſione. Hinc poteſt inferri ad id, quod etiam *ſup.* dixi, quod propter modicam ſanguinis effuſionem aliàs ſparſionem non polluitur eccleſia: quod denotat verbum, effuſio, ſecundùm ea quæ dixi *ſupra in primo notabili.* Secundò videtur poſſe inferri, quod ex alia iniuria corporali citra ſanguinis effuſionem, eccleſia non polluitur, vt neceſſariò indigeat reconciliatione: ita videntur probare hæc iura facientia mentionem ſignanter de effuſione.

17 ¶ Licet † alicubi ſit conſuetudo non improbabilis, quod etiam pro modica ſparſione fiat reconciliatio ſaltem ad terrorem, de quo per Ioan. And. *in dicto cap. vnico.* & plenè ſolet notari *in dicto capitulo, propoſuiſti.* † Et nota, quod eccleſia polluta

18 reconciliatur, Execrata verò reconſecratur.

Et qui ſint caſus, in quibus eccleſia reconſecratur de nouo, habetur per gloſſ. & Doct. *in d. c. propoſuiſti.*

Gloſſ. *in verb. nodatis. in fin.* de hoc celebrante in præſentia excommunicati, *ſupra ſatis dixi.* Adde etiam quæ dixi *in dicto c. epiſcoporum.* aliæ gloſſæ illi ſunt claræ, & ſunt notandæ, licet breues,&c.

REPETITIO
IN CAP. QVONIAM.
De ſenten. excom.

Celeberrimi I.V.C.D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore quæ ſacramenta conferri poßint.*
2 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
3 *Sacramentum confirmationis eſt neceſſarium ad ſalutem.*
4 *Sacerdos non debet cuſtodire Euchariſtiam vltra ſeptimanam.*

CAP. XIX.

QVONIAM. Gloſſ prima ſummat, non diuidit. poteſt autem diuidi ſecundùm Ioan. And. in nouella, quia ponit dictum, cuius rationem reddit.

1 † Nota primò ex iſto textu, quæ ſacramenta poſſunt conferri tempore interdicti. Nam dicitur hic, quod baptiſmus,& confirmatio poterant conferri. Item & pœnitentia, vt *in c. vlt. infra eodem. & text. in ca. non eſt. in fin. ſupra de ſponſal.* Vbi pœnitentia & baptiſmus excipiuntur. Et habetur ibi clarè, quod à quolibet interdicto cenſentur excepta iſta ſacramenta, videlicet ſacramentum baptiſmi, non ſolùm paruulorum, ſed etiam adultorum, vt *hic.* Item & ſacramentum confirmationis, vt *ibi.* Et conſequenter etiam confectio Chriſmatis, vt dicitur *hic in fin.* Nam ex quo conceditur baptiſmus per cõſequens, & chriſmatis confectio, cùm ſine Chriſmate non fit baptiſmus. Item etiam excipitur pœnitentia morientium, *dicto c. non eſt.* Adde & quartum, ſacramentum euchariſtiæ, de quo *in c. quod in te. de pœnit. & remiſſ.* vt dubimus *in c. fin. infra eod.* iuncta gloſſ. *in verbo, permittatur. & in verbo, permittantur,* vbi etiam habetur, quid in ſacramento matrimonij, de quo *in gloſſ. in dicto verbo, permittatur.* Et, *ibi,* an teneat matrimonium contractum tempore interdicti: & quot ſint ſacramenta, vide gloſſ. *in c. veniens. in gloſſ. 1. de tranſactio.* Fuit etiam dubium, quid de ordinum collatione, de quo dicendum eſt, vt nota. *in d. cap. non eſt.* Secundò nota *ibi*

conſi dubium non exiſtit iuncto principio iſtius tex. quòd † vbi tempore prohibito permittitur vſus alicuius rei, quia permiſſo conſequenti, neceſſariò videtur permiſſum & antecedẽs ad illud, *de quo in cap. Proterea. ſupra de offic. deleg.* facit *l. illud. de acquirend. hered.* iniunctis his, quæ notantur *in regula, acceſſorium. infra de regulis iuris.* 2

† Et aduerte *hic,* ſecundùm Arch. & Ioan. Andr. quod ſacramentum confirmationis eſt neceſſarium, quia ſi quis contẽneret recipere, contemnens non diceretur verus Chriſtianus *c. 1. vt ieiunii. de conſec. diſt. 5.* ſecundùm Arch. & Ioan. And. *hic.* Item adde, quod licet permittatur, etiam chriſma tempore interdicti, poſſit confici, tamen non debebit ſolemniter confici; hoc eſt, alta voce, & pulſatis campanis, cùm illud hic non exprimatur, ſecundùm Arch. allegans, *c. permittimus. inf. eod. tit.* & idem ſequitur Ioan. Andr. *hic,* & Hoſt. *in d. c. permittimus.* corrigens ſe in eo, quod prius tenuerat contrarium, ſecundùm Ioan. Andr. 3

† Et aduerte ſacerdos, *quod in d. c. permittimus.* eſt optimus tex. quòd ſacerdos non debet cuſtodire Euchariſtiam vltra vnam ſeptimanam, ne putreſcat. Sed ſi infirmus in illa ſeptimana non indigeat, debet ſacerdos illam aſſumere cum noua Euchariſtia, ita probat ille textus, dũ *ibi* permittit ſemel in hebdomada celebrari cauſa efficiendi corpus Domini, quod vltra vnam ſeptimanam non debet reſeruari ſed quolibet ſeptimana debet de nouo conſecrari, &c. *vt in d. c. permittimus.* quod eſt notan. gloſſ. fin. *in verbo, dubium non exiſtit.* hæc gl. facit duo, primò declarat text. quia non ſit dubium chriſma confici poſſe, ſecundo aſſignat rationem, ſecunda. *ibi. & eſt ratio.* 4

In ead. gloſſ. *in fine,* Ioan. Monach. allegat pro hac gl. vt permiſſo baptiſmo, & confirmatione, intelligatur permiſſum etiam chriſma confici, allegat iura vulgaria, *de offic. deleg.* præterea. *& l. ad rem mobilem. & l. ad rem legatam. ff. de procur.* vbi legitur quod permiſſo vno, intelligitur etiam eſſe permiſſum illud, ſine quo explicari non poteſt.

REPETITIO
IN CAP. IS, CVI.
De ſent. excom.

Præclariſſimi I.V.C.D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus à celebratione diuinorum cenſetur ille, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ.*
2 *Excommunicati interdicti, vel ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, quãdiu ſunt ſic ligati, eccleſiam intrare non debent.*
3 *Interdictus ab ingreſſu eccleſiæ nunquid poßit tranſire per eccleſiam pro facto ſuo. num. 6.*
4 *Excommunicato participare quo caſu liceat.*
5 *Excommunicatus minori excommunicatione eſt prohibitus à communione ſacramentorum*
7 *Impœnitens ſi quis moritur, debet carere ſepultura.*
8 *Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebrauerit, efficitur irregularis.*
9 *Prohibitus intrare aliquem locum ad certum tempus, nõ ſolum videtur prohibitus intrare viuus, ſed etiam mortuus.*
10 *Sepultura eccleſiaſtica in quibus caſibus prohibeatur remißiue.*

11 *Suſpenſio*

11 *Suſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſia, & excommunicatio æquiparantur, & quò ad quid.*
12 *Sententia excommunicationis redditur nulla poſt appellationem legitimam.*
13 *Excommunicatio ſicut non ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem, ita nec ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſia.*
14 *Ligandi & ſoluendi par eſt poteſtas.*
15 *Pronunciatum poſt appellationem non extinguitur, ſed tantummodo ſuſpenditur.*
16 *Appellatio quid operetur quoad ſententiam cenſura.*
17 *Lex dicitur certa de omni eo quod eſt.*
18 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
19 *Oratorium non dicitur eccleſia.*
20 *Interdictus ab ingreſſu eccleſia, ſi celebrat in eccleſia non conſecrata, an incurrat irregularitatem.*
21 *Excommunicatus excommunicatione eſt excluſus à communione fidelium, & participatione ſacramentorum.*
22 *Irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
23 *Principale non trahitur ab acceſſorio.*

CAP. XX.

IS Cvt. Gloſ. non ſummat, ſed poteſt ſic ſummari. Suſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebret, efficitur irregularis, & ſuſpenſio talis ab ingreſſu eccleſiæ, vel officio propter appellationem ſequentem non ſuſpenditur. Diuiditur in tres ſecundùm Ioan. And. prout tria continet dicta, ſecunda *ibi, talis.* tertia *ibi, ſanè.*

1 ¶ † Nota primò ex principio huius text. quod ille cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, intelligitur interdictus à celebratione diuinorum in ea, quia interdicto principali, cenſetur interdictum & omne conſequens ex eo, iuxta ea quæ dicta ſunt *ſupra in proximo c. præcedenti.* Nam eccleſia Dei principaliter fuit facta gratia diuini cultus, & vt in ea porrigantur orationes. Nā domus mea, domus orationis, vt dicitur in Euangelio. Et ſic vbi prohibetur ingreſſus eccleſiæ, dicuntur prohibita ea quæ fiunt principaliter in ipſa eccleſia. Hinc eſt, quod per interdictū ingreſſus eccleſiæ, ſuſpēditur quis ab ingreſſu eiuſdem, & con-
2 ſequenter à celebratione in eadem. † Vnde dixit Raynerius, ꝙ excommunicati, interdicti, vel ſuſpenſi ab ingreſſu eccleſiæ, quamdiu ſunt ſic ligati, eccleſiam intrare non debent, *arg. c. vir cum propria 33. q. 4. iuncta gloſſ. 2.* quæ omnino eſt videnda, & *cap. cleros. 21. diſt. in fin.*

3 ¶ Hinc eſt, quòd aliqui dicunt, quòd durante interdicto nō eſt licitum ibi orare, *c. qui ſanctus de pœnit. diſt. 1. iuncta gloſſ. 2. in d. c. vir cum propria.* † Et propterea fuit dubium, nunquid ille cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, poteſt tranſire per eccleſiam pro factis ſuis. Archid. mouet hic hoc dubium, & videtur voluiſſe quòd ſic, licet allegetur Hugutio *11. q. 3. in c. ſi inimicus.* qđ etiam minor excommunicatio ſeparat ab ingreſſu eccleſiæ. Quod tamen non placuit *hic* Archi. nec Ioan. And. per ea quæ notantur *in c. à nobis. de excep. & in c. qui ſtudet. 1. q. 1.* Sed pro intellectu huius, an & quando videatur interdictus ingreſſus eccleſiæ alicui, ita vt nō poſſit eccleſiam introire, poteſt breuiter ſic diſtingui ſecundùm Gem. *hic*, quod aut quis eſt conſtitutus in mortali peccato: & *tunc* poterit eccleſiam intrare, neq; dicitur eſſe prohibitus, vt notatur *in dicto cap. qui ſanctus. & ibi gloſſ. 3.* Et ita etiam tenet gloſ. 1. *in d. c. vir cum propria.* & etiam habetur per gloſſ. *in dicto cap. qui ſtudet, in gloſſ. 2.* Aut quis eſt excommunicatus maiori. Et tūc aut ille vult intrare eccleſiam, vt audiat verbum Dei, ſcilicet, prædicationem, & poterit, vt *in cap. reſponſo. de ſententia excommun. in princ.* vbi bonus textus, & ſingularis. Et
4 hoc ei permittitur, vt facilius inducatur ad correctionem. Et † eſt caſus, in quo licitè participatur cum excommunicato, quādo participium tendit ad correctionem illius, pro quo textus *in cap. voluntate, ſupra eodem tit.* Ideò dicitur *in cap. reſponſo.* quòd prælatus poterit vocare excommunicatos ad eccleſiam, cùm ſibi viſum fuerit, vt audiant verbum Dei. Si verò excommunicatus velit intrare eccleſiam ob aliam cauſſam: Et tunc an poteſt, in hoc ſunt opiniones. Barthol Brixien. *in dicto cap. qui ſtudet. 1. quæſt. 1.* tenuit quòd ſic, dummodò nō intret eccleſiam, gratia audiendi diuina officia. Alij verò tenuerunt contrarium quod etiam non poteſt, etiam ſi ibi diuina officia non celebrentur, *Per capitulum, per lectis, 25. diſt.* Et ita notat Ioan. Andr. *in capitulo, nuper. ſupra eodem titulo*, quem videtur ſequi Gemin. Sed clarius hoc idem tenuit Panormit. *in dicto capitulo, reſponſo.* vt extra caſum diuini verbi audiendi, non poſſit eccleſiam intrare, quæ omnia ſunt notanda. Aut loquimur de excommunicato minori excommunicatione. Et dicunt Doct. vt refert Geminian. quòd excommunicatus minori non peccat intrando eccleſiam, quia non eſt prohibitus, niſi participio ſacramētorum, non à communione fidelium, *dicto cap à nobis. de except.* Et ita notat Archid. *in d. c. vir cum propria*, quod iſte excommunicatus minori poterit miſſæ intereſſe, dummodò non capiat communionem.

† Et etiam non debebit ſibi dari oſculum pacis poſt agnus 5
Dei, quia ſuccedit loco communionis Euchariſtiæ, cùm ille ſit prohibitus à communione ſacramentorum, *c. fin. de cler. excom. min.* ſecundùm Archid. *in d. c. vir cum propria.* Et refert etiam hoc dictum *hic* Gem. *de quo hic per eum.*

Aut & ſecundò eſt talis, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſię de quo loquitur iſte tex. Et tunc aut ille vult intrare eccleſiam, gratia orandi: & non poteſt, vt *in c. cleros. in fin. 21. diſt. de pœn. diſt. 1. qui ſanctus ſacerdos.*

† Aut vult intrare eccleſiam tranſeundo pro alijs factis. Et 6
tunc poterit ſecundùm Innoc. *in c. ſacro.* & Archid. *in c. 2. de offic. de leg. eod. lib.* Sed hic aduerte, quod Ioan. Cald. *in tract. de eccleſiaſtico interdicto*, dicit ſe non bene intelligere, quòd dicūt *hic* Doctor. vt ſit licitum huic tranſire per eccleſiam pro factis ſuis, & quod non poteſt ibi orare. Nam ex eo, quod alicui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, videtur quòd nulla ex cauſa poteſt intrare. Pro quo facit *hic text. in verſ. talis.* quia ſi quis interdictus moriatur, non poteſt ibi ſepeliri.

Videtur ergò interdicta celebratio, & auditio diuinorum. Item videtur poſſe dici, quod ſicut poteſt ingredi eccleſiam pro factis ſuis poteſt etiam orare in ſecreto tempore quo non cele-
brantur diuina, per ea quæ notan. *1. quæſt. 1. qui ſtudet.* † Neque 7
obſtat, *hic textus, in verſiculo, talis.* vbi tali interdicto prohibetur ſepultura, quia poteſt reſponderi, quòd ſepultura intelligitur prohibita, ſi ipſum non pœnituerit interea, vt inquit textus *ibi niſi pœnituerit*, quo caſu, cùm mortuus fuerit impœnitens, debet carere ſepultura *capitulo, ex part. de ſepult.* Et ſic videtur poſſe dici, vt gratia orationis priuatæ admittatur ingreſſus: Nam iura quæ videntur, prohibere ingreſſum, debent intelligi de ingreſſu publico, vt ille rubore confuſus interea pœnitentiam agat de peccato, ne accedat in conſpectu hominum ad orandum in dicta eccleſia, ex quo illi in genere eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, vnde cogitabitis.

†Tertiò nota id, ad quod ſolet hic textus allegari, quòd ſu- 8
ſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſi in ea celebrauerit, efficitur irregularis. Quod intellige, vt dicitur in text. *ſi celebrauerit, ſicut prius*, de quo plenè *in c. 1. in §. fin. eod. tit. & lib.* Faciunt quæ not. per Innoc. *in c. fin. ſupra de exceſſ. prælat.* Hinc dubitauerunt Doctor. quid ſi iſte talis audiat diuina officia, an incurrat irregularitatem. Et videretur poſſe dici quod ſic, *per c. præſenti. 5. quæſt. 2.* vbi textus loquitur etiam de auditore. Ioann. Andr. tamen, *hic*, quem alij ſequuntur, tenet contrarium, per hanc decreta. vt ex ſola audientia non inducatur, irregularitas, Neque obſtat textus *in dicto cap. præſenti.* quia ibi vltra ingreſſum eccleſiæ ſpecialiter erat prohibita audientia diuinorum. Vnde aliqui ex illo textu inferunt concluſionem, quòd ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ non eſt prohibitus audire diuina, niſi ſpecialiter hoc interdicatur, per illum textum. Sed certè hæc decretalis probat, contrarium per ſequētia, cùm hic prohibeatur diuinorum celebratio: patet etiam, quòd includatur prohibitio audiendi ea, licet, per ſolùm auditum quis non incurrit irregularitatem. Quod tamen intelligo, niſi auctorizaret in audiendo, iuxta ea quæ dicta ſunt *in d. cap. 1. in §. fin.* & quæ habentur per Innoc. & modernos *in dicto cap. fin, de exceſſ. prælat.* pro quo facit ille textus *ibi, ſic prius*, quæ verba qualiter intelligantur, dixi ſatis *in dicto c. 1. in fin.* Quartò nota *ex verſiculo, talis. ibi, in eccleſia.* argumentum quòd quis poteſt in eccleſia ſepeliri: de quo ſe remittit Ioannes Andr. *ad cap. nullus. 13. quæſt. ſecunda.* dixi etiam *in capitulo primo,*
ſupra de ſepult. eodem lib. † Et ſolet hic verſiculus allegari ad v- 9
num ſatis notabile, videlicet, quòd prohibitus intrare aliquē locum ad certum tempus, non ſolùm videtur prohibitus intrare viuus, ſed etiam mortuus. Quod facit ſecundum Gemin. *hic*, quia ſi quis eſſet relegatus ad certum tempus in aliquo loco, & interim moreretur, non poterit ſepeliri in loco à quo relegatus eſt. Et ita refert Geminian. ſe alias vidiſſe allegari hunc

textum

textum ad hoc. Sed pone, quod ille, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ fuerit pœnitens mortuus, nunquid ſepelietur, non relaxato interdicto. ille tex. probat quod ſic, dum dicit niſi pœnituerit. Ioan. And. dixit tutum eſſe debere fieri relaxationem, quæ poterit fieri in mortuo à ſacerdote, *c. fin. ſupra de ſepul.* Addes, quòd & ſi poſt mortem ſigna contritionis apparerent, iſtæ cenſuræ, ſiue ſententiæ exigũt abſolutionem, etiam poſt mortem, *c. à nobis. el 2. ſupra eod. tit.*

10 ¶ † Qui verò ſint caſus, quibus prohibeatur eccleſiaſtica ſepultura, habentur per Archidiacon. *hic.* illos numerantem, & per Doctores, *in cap. ex parte. in verbo, ſepeliri.* & *ibi* gloſſ. *ſupra de ſepult.*

11 ¶ Quintò † nota, quòd ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu Eccleſiæ, & excommunicatio æquiparantur quoad hoc, vt per appellationem ſubſequentem non ſuſpendatur eorũ effectus. Et idem in interdicto, de quo non dubitatur, per *c. ad hæc, quoniam. ſup. de appel.* Et eſt ratio quare iſtæ ſententiæ per appellationem non ſuſpenduntur, quia trahunt ſecum executionem cùm ſint penetrabiles; & habeant tranſitum ad modum ſagittæ, *c. paſtoralis. §. ſi. ſup. de appel.* Suſpenſio verò propriè reſpicit effectũ executionis faciendę, ſi non fuiſſet appellatum, vt *in c. cum aliquibus. ſup. de re iud.* Cùm ergò illæ ſententiæ ſecum ferunt oleum ſinctum, hoc eſt, executionem, non erit locus ſuſpenſioni per appellationem poſtea interpoſitam. Quod quidem procedit, quando purè feruntur. ſecus, ſi in diem, vel ſub conditione, qua ante diem, vel conditionem appellatio interdicta, etiam poſt 10. dies benè ſuſpenderet, ſecundùm Ioan. Mon. De quo plenius habetur *in c. præterea requiſiſti. ſup. de appell.* faciunt quæ habentur *in c. paſtoralis. in glo. hoc ſecundo.* Addebat præterea *hic* Ioan. Monach. vt refert Ioan. And. appellationem ſuſpendere effectum excommunicationis, ſi prolata eſſet inter diffinitiuam & appellationem interiectam à diffinitiua, *per decret. non ſoluus, de appel.* Secùs ſi eſſet appellatum ab executione, quòd qualiter intelligatur, dixi abundè *ſup. eod. tit. & lib. in c. venerabilibus. in §. porro ſuper verbo, diffinitiuam. in gloſſ.* Sed occurrit breue dubium: Nam dicitur *hic* quòd excommunicatio, ſiue ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſiæ, non ſuſpenditur per appellationem ſubſequentem. Sed quid ſi iudex pronunciauerit aliquem incidiſſe in excommunicationem latam vel ab homine, vel à iure, nunquid poterit appellari à tali declaratione, vel pronunciatione. Et ſi appelletur, an poterit fieri denunciatio poſt talem appellationem. Doct. hic maximè Lapus videntur voluiſſe, quod ſic quod poteſt appellari, & quod tali appellatione pẽdente non poterit ille denunciari.

12 † Dicentes, quod ſicut ſententia excommunicationis redditur nulla poſt appellationem legitimam, *vt in c. per tuas ſupr. eodem tit.* ita talis denunciatio erit nulla, ſi fieret dicto caſu poſt ipſam appellationem, vt eſt textus notabilis *in c. peruenit. lo primo. ſup. de appellat.* quod eſt notabile. Hinc dixit Lapus *hic.* quod talis ſententia ſuſpenditur per appellationem. Et allegat Ioan. Andr. *in cap. paſtoralis. in verbo. denunciare.* Addens vnum etiam ſatis notabile, quod idem eſſet in excommunicato ignorante appellante, quia talis appellans non deberet denunciari poſt appellationem, ſecundum Hoſt. vt notat Ioan. And. poſt eum *in d. c. paſtoralis. in verbo, excommunicationis.* & ſequitur ibi Imol. & Gemin. *hic.* Et idem eſt, quando poſt appellationem fuit excommunicatus, & pendet probationis articulus ſuper veritate ipſius appellationis, etiam pendet proſecutio ipſius appellationis, quia interim non repellitur excommunicatus ab extraiudicialibus, à diuinis officijs, & alijs legitimis actibus, vt *in ca. ſolet. in fin. ſup. eod. tit. & lib.* Finito, vt ſupra probationis articulo, euitabitur in omnibus vel in nullo prout erit probatum. Si aũt neglexerit proſequi appellationem infra tempus debitum, euitabitur in omnibus, quouſq; conſtiterit de ipſius ſententiæ nullitate, vt *dictum eſt. in c. licet. ſup. eod. tit.* Et ita tranſeunt *hic* Lapus & Gem. in *hoc verſ. talis.*

13 ¶ † Nota *ex verſ. ſanè. in verbo, ſuſpenduntur.* quòd quemadmodum excommunicatio per appellationem ſubſequentem non ſuſpenditur, ita etiam nec ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenditur, vt vult *hic textus.* Et in hoc ęquiparantur excommunicatio, & aliæ ſententiæ cenſurę. Et aduerte *hic*, quòd ſicut non ſuſpenditur excommunicatio per appellationẽ ſubſequentem, ita etiam nec abſolutio ab excommunicatione ſu-

14 ſpenderetur per appellationem ab ea, quia † par eſt poteſtas ligandi & ſoluendi, vt in *§. verũ de pœnit. diſt. 1.* Et ita Inno. not. *in c. ab excommunicato. de reſcrip.* Ioan. Andr. *in cap. ſacro. de ſent. excom.* gloſſ. not. *in c. nouit. de offic. leg. cap. qua fronte. ſup. de appel.* Et ita ſequitur Imol. *in d. c. paſtoralis.* † Poteſt etiam colligi ex iſto textu, 15

quòd pronunciatum poſt appellationem non extinguitur ſed tantummodo ſuſpenditur, *c. venientes. ſupra. de iureiur. l. ſi veris. ff. de his, qui not. infam. c. cum inter. ſup. de re iud.* Dixi plenè *in rub. ſupra de appel. in antiqua.* Licet tex. *in l. 1. in fin. ff. ad ſenatuſconſul. Tertul.* videatur velle pronunciatum extingui poſt appellationem tamen iſte textus vtitur verbo, ſuſpendi. Ad idem tex. *in d. c. venientes.* Et breuiter poteſt dici, quòd inſpecto præſenti ſtatu, dicitur pronunciatum extingui, inſpecto futuro dicitur ſuſpendi. † Aduerte tamen quoad ſententiam cenſuræ, poteſt con- 16

cludi, quòd aut eſt certum appellationem non tenere, & excommunicatio ſtatim ligat, quia friuola appellatio non habet effectum, *c. cum appellationib. ſup. de appel.* Aut eſt certum appellationem valere, & tunc excommunicatio non ligat, quando eſt interpoſita ante ſententiam excommunicationis, *c. dilecto. ſupr. de appel.* Aut dubitatur, an appellatio teneat vel ne. Et tunc cùm pendeat ex futuro euentu, dicitur ſuſpendi effectus ſententiæ. Sed tamen veritate inſpecta, aut ſtatim tenuit, aut ſtatim fuit

nulla, quia † lex eſt certa de omni eo, quod eſt, *l. cùm ad præſens. ff. ſi cert. pet. l. ſi pater. ff. de ſolut.* Veruntamen ſi excommunicatio 17

fuit lata poſt appellationem ex cauſa, quę ſi foret vera, deberet legitima reputari, iſte interim pendente appellatione, non eſt habendus pro excommunicato in extraiudicialibus, & alijs legitimis actibus, vt *d. c. licet. ſupra eod. tit.* Secus tamen in iudicialibus, *d. c. ſolet. in fin.*

¶ Vtrùm tamen, quando ſententia excommunicationis fertur poſt appellationem legitimam, ſtatim ſit nulla ſine alia iuſtificatione. hoc hic non diſputo: Nam aliqui voluerunt, quòd ſatis ſit appellatum eſſe ex cauſa, quæ ſi eſſet vera, deberet legitima reputari. Adeò quod talis ſententia erit nulla, non expectato euentu. Quod an ſit verum, me remitto ad nota *in c. bona. ſupra de appellat. & in d. cap. paſtoralis. & in cap. per tuas. ſupra eodem tit.* & ad ea quæ dicta ſunt *in cap. ſolet. ſupra eod.* quod not. Gloſſ. *in verbo. in ca. in fin.* hanc gloſſ. ſequuntur Doctores, dicentes, ꝙ ille, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſię, ſi celebrat extra illam non incurrit aliquam irregularitatem, &c. ſecundùm Ioann.

Cald. *in ſuo tract. de eccleſiaſt. interdict. in 2. numb. verſ. nunc redeo ad caſum.* quia cauſa limitata † limitatum producit effectum, *l. in* 18

agris. ff. de acquir. rer. dom. l. age cum Geminiano. C. de tranſact. Nam id quod dicit limitatè debet intelligi *cap. ſi rector. 43. diſt.* facit, *l. 1. § talis. ff. de itin. act. q. priu.* Sed ita eſt, quòd pœna dicitur, limitata reſpectu loci, ipſius loci eccleſiæ, vt ſi in ea celebretur per taliter ſuſpenſum contrahatur irregularitas. Ergò ſecus erit, ſi extra illam, quòd maximè procedit in pœnalibus, *c. ſtatutum. de elect. ſupra eod. lib.* Idem etiam eſſet, ſi celebraret in oratorio priuato exiſtenti extra eccleſiam. quia † oratoriũ non di- 19

citur eccleſia, *c. parentib. ſupr. de priuil.* Quia non incurreret irregularitatem. Neque obſtat, quòd ibi non poteſt celebrari ſine licentia epiſcopi, *cap. auctoritate. ſupra de priuil.* Quia idem eſt in quolibet loco extra eccleſiam, *c. miſſarum. de conſecr. diſtinct. 1. & c. hoc ergo, & ca. nullus.* Et tamen ſi celebrat de licentia epiſcopi, non erit irregularis, vt dixi *ſupra.* ſecundùm gloſſ. hanc. † De vno tamen ſolet dubitari, nunquid ille, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, ſi celebrat in eccleſia non conſecrata, quę propriè dicatur baſilica, *cap. 1. de relig. dom.* an ille incurrat irregularitatem. Ioan. Cald. vbi *ſupra in loco allegato.* tenuit quòd ſic, pro quo facit, *cap. fin. de conſec. eccleſ. vel altar. & cap. pen. de immun. Eccleſ.* Nam ſatis eſt, quòd eccleſia ipſa de authoritate epiſcopi ſit dedicata, & conſtructa. *c. nemo. de conſec. diſt. 1.* Hinc ſumpta occaſione, Gemin. hic poſt Ioan. Cald. *in loco præallegato.* formauit quæſtionem in terminis huiuſmodi. Pone, quòd aliquis preſbyter celebret miſſam in eccleſia, & ſubdiaconus, cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, cantet epiſtolam illius miſſæ, vel diaconus Euangelium, cui ſimiliter eſſet ingreſſus eccleſiæ interdictus. Nunquid ipſe presbyter admittendo hunc ſubdiaconum, vel diaconum, erit irregularis. Poſt multa Calder. determinauit quòd ſic, quia vnum eſt officium, quod principaliter in eccleſia celebratur, *c. nihil. 7. q. 1.* Ita firmat Cald. *in loco præall. verſ. ſed quid dices.* de quo *hic* per Gem. referentem eius motiua *in pen. colum.* Dicens, quòd ſi ſacerdos admitteret ſcienter dictum ſubdiaconum, erit irregularis, tanquam participans in crimine damnato, *per c. nuper. & c. ſi concubinæ.* tamẽ quia participiũ videtur factum in eccleſia. Et ita tranſit Ioann. Calder. *in loco præallegato*

20

legato. Quod etiam ſatis mihi placet, cùm actui principali miſſæ accedat lectio epiſtolæ, vel euangelij: qui actus principalis factus in eccleſia, trahit ad ſe actum lectionis epiſtolæ vel euãgelij, *argum. cap. ſi ciuitas, ſupra eodem tit. & lib. cap. vnico. de conſecr. eccleſ. vel alt. eod. lib.* Hinc eſt, quòd perinde iudicandum erit, ac ſi ille celebrans miſſam cantaſſet epiſtolam in eccleſia, vel mãdaſſet cantari, & ſic illi fauiſſet, ex toto enim videtur in crimine illi participaſſe, ideò ſuccedit *regula d. cap. nuper. & d. cap. ſi cõcubinæ.* Licet Geminia. hic tenuerit contrarium, vt ille ſacerdos non incurrat irregularitatem, per not. *in Clem. eos. de conſang. & affin. cap. contingit. lo primo. ſup. eod. tit.* vbi legitur, quod per participium in crimine damnato, per quod quis principaliter ligatur, non incurrit eandem ſententiam cenſuræ ſi participat in 1. actu: ergò idem erit, & in caſu illo, quia ille celebrans non incurret irregularitatem participando cum Diacono vel ſubdiacono, ex illo primo actu, per quem quis principaliter ligatur. Idem & ſecundò ſecundùm Geminian. iura, quæ dicunt, participantem crimino ſo in crimine incurrere eandem ſententiam, loquuntur de excommunicatione, quando quis excommunicatur propter crimen, vt patet ex dictis iuribus. Sed non reperitur iure cautum, quòd in alijs ſententijs cenſuræ participans in crimine ligetur illa pœna: ergò non contrahetur irregularitas in caſu illo.

† Et poteſt eſſe ratio, quia excommunicatus maiori, eſt ex-
21 cluſus à communione fidelium, & participatione ſacramentorum. *cap. à nobis, ſupra de except.* Ideò participans cum tali in delicto illaqueatur eadem pœna. Quod non eſt ſic in ſuſpenſo, quia non priuatus eſt communione fidelium, cùm participantes cum eo, non ligentur ſententia cẽſuræ, vt notat Ioan. And. *in c. fin. de exceſſ. præl.* Et ſic concludit Gemin. dictum Ioan. Cald. de quo *ſupra* non eſſe verum. ¶ † Ad quod mouetur per textum
22 *in cap. is qui. ſupra eod.* quia irregularitas non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſſis, Sed ille caſus non reperitur expreſſus, igitur, &c. Poſſet tamẽ ſuſtineri dictum Cald. vt in caſu illo hęc irregularitas contrahatur, non tãtùm ex actu participij, quàm ex actu proprio, cùm vnica ſit miſſa, vnicum officium, & lectio epiſtolę vel euangelij accedat ipſi miſſæ tanquam acceſſorium principali. Vnde perinde videtur, ac ſi celebrans eſſet ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, & ſic ſuſpenſus celebraret, quo caſu non dubium quod efficeretur irregularis, vt hic in tex. Vos tamen cogitabitis, quia periculoſum eſt loqui in hac materia, cũ agatur de pœna irregularitatis. Et ſic ſtrictè agen. ſit per regulã in pœnis. Ego tamen circa hoc non adhibui ſtudium, quia indigeret alia indagatione. Sed dubium eſt, quid econtra, ſi preſbyter celebrauerit extra eccleſiam, diaconus verò vel ſubdiaconus cantauit epiſtolam, vel euangelium intra eccleſiam, an incurreret irregularitatem: de quo etiam per Ioan. Cald. *in loco prææalleg. in verſ. ſed reuoluto mantello.* & ibi arguit ad partes. Et tandem videtur concludere, vt refert Gem. *ad fin.* quòd non auderet iudicare iſtum irregularem. Licet iſte celebrans participando cum ipſis ſit aliqualiter culpabilis.

23 ¶ † Nam principale non trahitur ab acceſſorio. Sufficit ergò quòd hoc non reperiatur expreſſum, *d. c. is qui.* Sed quicquid ſit forſan in puncto iuris poſſet idem dici, quod in caſu præcedẽti quaſi ille videtur celebraſſe in loco interdicto, & cõmunicaſſe in crimine damnato à iure, vos tamen cogitabitis, quia periculoſum eſt loqui. Glo. *in verbo, cœmiterio.* diuiditur in duas, primò allegat rationem ad tex. ſecundò quærit de vna quæſtione, & reſpondet, ſecunda ibi, nec hic.

¶ In ca. *in fin.* Doct. ad literam ſequuntur hanc glo. Et eſt notanda in eo, quòd hic non recipitur diſtinctio, an cœmiterium ſit contiguum eccleſiæ, vel non, quia illa diſtinctio habet locũ quando eccleſia interdicitur, non autem quando perſona, qđ eſt notandum: & eſt ratio, de qua in gloſſ. ne cenſura contemnatur, & ne illudatur eidem, quæ illuſio reprobata eſt, vt *in cap. ſi ſententia. in § fin. & in cap. ſi ciuitas. ſupra eod. tit. & libr.* quod eſt notandum.

¶ Gloſſ. *fin.* diuiditur in tres. in prima allegat concor. In ſecunda opponit & ſoluit. In tertia quærit & reſpondet, ſecunda *ibi, & intelligas.* tertia *ibi, vt in ſuſpenſione.* Arch. Ioan. And. & communiter ſcribentes ſequuntur gloſſ. ad literam per rationem ipſius gloſſ.

REPETITIO
IN CAP. RELIGIOSO.
De ſenten. excom.

Celeberrimi I.V.C.D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Impoſitio manuum violenta facta in clericum omnis eſt punibilis, adeò quòd ex ea incurritur excommunicatio.*
Secùs ſi ſit iocoſa.
2 *Religioſo potiſſimum eſt interdicta euagatio.*
3 *Religioſus ſtatim quis efficitur per ingreſſum religionis.*
4 *Religioſi appell. non venit nouitius.*
5 *Abbas nunquid poſſit abſoluere nouitium prius excommunicatum per* can. ſi quis ſuadente.
Et nunquid poſſit generaliter abſoluere monachos ſuos ab excommunicatione inflicta à canone. num. 6.
7 *Abſolutio à ſententia excommunicationis lata à canone duntaxat conceditur epiſcopis.*
8 *Monachus nũquid eo caſu, quo non poteſt abſolui à ſuo Abbate, poſſit abſolui ab epiſcopo.*
9 *Filij correctio admittitur ſine metu excommunicationis.*
10 *Pater poteſt reuocare filium impuberem ab ingreſſu monaſterij.*
11 *Ius ſibi dicere propria auctoritate nemini licet.*
12 *Iniuria quæ dicatur mediocris, quæ leuis, & quæ enormis, iudicis arbitrio relinquitur.*
12 *Statuliber quare dicatur vt ſeruus: & quid differat à nouitio.*
14 *Nouitius qua immunitate gaudeat.*
15 *Abbas percutiens clericum ſæcularem, nunquid poſſit abſolui ab Epiſcopo.*
16 *Monachi appel. venit etiam Abbas in materia fauorabili.*

CAP. XXI.

RELIGIOSO. licet gloſſ. non ſummat, tamen poteſt ſic ſummari. Religioſum verberantem clericum ſæcularem abſoluit epiſcopus eo caſu, quo abſoluet clericum ſæcularem. Item & ſecundò. Percutiens religioſum etiam non profeſſum, vt puta nouitium, incidit *in canonem, ſi quis ſuadente.* Duæ ſunt partes, ſecundùm quod duo ſunt dicta, ſecunda *ibi, quamuis.* † 1
No. primò *ibi, manus violentas,* quòd omnis impoſitio manuum violẽta facta in clericum eſt punibilis: adeò quòd ex ea incurritur excommunicatio, *vt in cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.* Ex quo infertur ſecus eſſe, ſi manuum iniectio eſſet iocoſa, vt *in capit. 1. ſupra eod.* Qualiter autem dicatur quis manus inijcere in clericum, etiam ſi illum non tangat, ad hoc, vt incidat in ſentẽtiam canonis, de hoc per Innoc. & Card. *in cap. nuper. ſupra de ſent. excom.* Et aliquid *in gloſſ. in d. c. ſi quis ſuadente.* Et quatenus text. loquitur de religioſo, debet intelligi ſecundùm Ioan. And. de religioſo. quem percuſſit, dum erat religioſus. Nam ſi priuſquã eſſet religioſus, percuſſiſſet non eſſet dubium, quòd poſſet abſolui ab epiſcopo. Secundò not. *ibi, materiam † vagandi.* id ad qđ 2
ſolet hic tex. allegari, quòd religioſis potiſſimè eſt interdicta euagatio: de quo *in cap. 2. ſupra de cler. vel monach. in princ.* Vnde ex hac ratione infert hic Ioan. And. quòd epiſcopus tales religioſos percutientes clericos ſæculares poterit abſoluere, non ſolùm ſi non ſint exempti, ſed etiam ſi ſint exempti, maximè ſi deliquerunt in loco non exempto, ne detur occaſio vagandi, quæ periculoſa eſt animabus ipſorum religioſorum, vt *in c. fin. ſupra de regular.* & concordat text. *in cap. cum illorum. § nos autem ſupr. eodem tit.* Hic etiam infert, quòd ſi eſſet nouitius monaſterij exempti, epiſcopus poteſt abſoluere. Ad quod faciunt, quę notantur *in cap. de monialibus, ſupra eodem tit.* Et quod notat Ioã. Andr. *in cap. canonica. in 1. gloſſ.* quod etiam procedit ſecundùm Ioan. Andr. etiam ſi ille antequam eſſet effectus nouitius, deliquiſſet. Ex quo prius epiſcopus poterat illum abſoluere. † Secundò nota *ex verſic. quamuis, ibi, ingreditur,* quòd per ingreſſum religionis efficitur quis ſtatim religioſus: de quo not. *ſupra in ca. 1. de regular.* † Appellatione tamen veri religioſi non venit no- 4
uitius, qui non eſt tacitè vel expreſsè profeſſus, cùm ante profeſſionem verè quis non poteſt dici religioſus, de quo eſt hic textus

textus *ibi, cum eſſectu*. Et per iſtum textum infert hic Gem. quòd ſi aliquis ingrederetur profeſſionem alicuius generis perſonarum, quòd ille ſic ingrediens ſtatim gaudet priuilegijs conceſſis perſonis illius profeſſionis, ſicut dicitur hic de nouitio, qui ſtatim atque ingreſſus eſt religionem, gaudet priuilegio canonis, quo gaudent veri religioſi. Ad quod facit etiam *in cap. non dubium. ſupra eodem tit.* Quod facit ſecundùm Geminia. ad eos, qui volunt effici de aliqua arte, quia licet illi nondum ſint incorporati in arte, ſi tamen exercent illam artem de voluntate regentium illam artem, gaudebũt priuilegijs illius artis. Et poterit eſſe ratio, quia nouitius gaudet priuilegio canonis, quia licet non ſit religioſus incommutabiliter, tamen religioſus eſt licet commutabiliter. Ad quod facit in ſimili, quod dicitur de re legata, quia licet dominium rei legatæ tranſeat in legatariũ, adita hæreditate, tamen tranſit commutabiliter, hoc eſt, ſi ille acceptauerit legatum: ſi enim non acceptauerit legatum, illud dominium confunditur, *l. ſi ita. in §. 1. ff. de leg. 1.* ſecundùm Ioan. Monach. allegantem hoc ſimile.

5 ¶ Sed hic inſtant plurimùm Doctores, † nunquid Abb. poteſt abſoluere talem nouitium prius excommunicatum *per canonem, ſi quis ſuadente*, ingrediẽtem poſtea monaſterium. In hoc videntur tres opiniones. Arch. tenet quòd ſic, *per d. capit. cius decorem*, vbi fit mentio de illis, qui religioſi habitum recipiunt, quiali [illegible] ſecundùm eum, quod ſint in habitu: pro quo adducit notata *in cap. monachi. ſupra eod. tit.* Sed Innoc. contra, *in d. cap. cum illorum*, dixit, quòd ſi vult abſoluere ante profeſſionem factam tacitè vel expreſsè, non poteſt. Pro quo adducit hunc textum *in principio*. Et ideò ſi occurrat talis caſus ſecundùm eũ quo epiſcopus poteſt abſoluere, requirat epiſcopum, vt dicitur *hic in principio textus*. Idem Lapus videtur ſentire, vt refert Gemin. dicens, quòd Innoc. *in d. cap. cum illorũ*. dixit, quòd melius faciet Abbas, ſciẽs eum excommunicatum, vt ille ante abſolutionem non recipiat, quia non poteſt abſoluere tempore probationis. Hinc eſt, quod Ioan. And. *in d. cap. monachi*. per ca quæ refert hic Gemin. intellexit *illud cap. de his*, qui in probatione poſiti incurrunt hanc excommunicationem canonis: Sentiens aliud eſſe de his, qui prius inciderunt in canonem. Hoſt. verò *in ſumma eod. tit. §. quis poſſe*. videtur voluiſſe, quòd ille prælatus, cuius religionem ingreditur, poteſt illũ abſoluere. Subiungens tamen, quòd ſi egreſſus fuerit religionem, incidit in eandem ſententiam. Spec. verò *tit. de reg. in fin. in verſ. & nota, monachus*. quem videntur ſequi communiter Doct. dixit, qđ Abb. non poterit iſtum abſoluere, dum eſt in probatione. Panorm. autem *in d. c. cum illorum, in verſ. quod ſi clauſtrales*. dixit hos poſſe abſolui per ſuos Abbates, ſiue inciderint in excommunicationem ante ingreſſum, ſiue poſt, dummodo exceſſus non ſit enormis, & in hoc dixit Pano. *in d. cap. monachi*. extendi *per d. cap. cum illorum*. Et videtis [illegible] in huius rei. Mihi tamen placet, quod non poteſt abbas abſoluere per ea quæ *ſupra* dicam, quia iſte caſus non videtur permiſſus Abbati, cum *dictum c. monachi*. loquatur [illegible] his monachis & religioſis, qui ad inuicem ſe percutiunt, & qui ſtant in communione: ergò ille caſus non eſt extendendus ad alium caſum.

6 ¶ Et pro huius declaratione quæro, nunquid † Abbas poteſt generaliter abſoluere monachos ſuos ab excommunicatione inflicta à canone. Et multi ſunt religioſi, qui credunt, quòd ſic. Et ita tenent & malè, quia veritas eſt in contrarium. Cuius rei gratia ego facio regulam, quòd ab excommunicatione lata à canone nullus prælatus inferior, citra epiſcopum, abſoluit, niſi in caſibus in iure expreſſis. Hoc probatur in *Clem. 1. de priuileg.* Hoc etiam videtur expreſsè probari *in iſto tex. in princ.* vbi dicitur, quòd religioſus percutiens clericum ſæcularem non abſoluitur ab Abbate, quia hic caſus non dicitur ſibi conceſſus. Neque obſtat *c. monachi*. quia loquitur de percutientibus ſe ad inuicem, igitur, &c.

7 ¶ † Præterea & ſecundò facio aliam regulam, quòd abſolutio à ſententia excõmunicationis latę à canone, duntaxat conceditur epiſcopis, vt *in c. nuper. ſupr. eod.* ſecundùm communem intellectum. Nam iſta ardua ſibi ſoli reſeruantur, *arg. in c. fin. de offic. archid. & in c. ſicut vnire. de exceſſ. prelat.* Sed ita eſt, quòd fuit conceſſum Abbatibus, vt poſſint abſoluere monachos percutientes ſe ad inuicem propter cõmunionem, quæ de facili parit aliquando diſcordiam. Et fuit conceſſum in odium monachorum incidentium in canonem, ne detur materia euagãdi. Ideò ille caſus non erit trahendus ad conſequentiã, maximè in materia exorbitanti, qualis eſt iſta, *arg. regulæ, in argumentum, inſ. de reg. iur. & l. quod vero contra. ff. de legib.* Quod tamen intelligo verum, niſi ille Abbas, vel ſuperior haberet iura quaſi epiſcopalia in ſuis membris, & ſibi ſubiectis, *argum. notatorum per gloſſ. in Clem. 1. de rebus eccleſ.* & quod notat Innoc. *in c. ſtatuimus, de tranſact.* Et ita in terminis noſtris concludit Feder. *conſ. 34. quod incipit, Monachus Peruſinus exemptus, &c.* Vbi format quæſtionẽ quid ſi monachus teneat arma intra ſepta monaſterij, quo caſu incurrit ſententiam excommunicationis ipſo iure, *per Clem. ne in agro. in § prælatis. in fin. de ſtatu regu.* An ille monachus poteſt abſolui à ſuo Abbate. Et determinat ibi quòd non, niſi haberet iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.

¶ † Proinde etiam quærit Feder. *in d. conſ. nunquid eo caſu*, quo Abbas non poteſt abſoluere monachos, ſi ſunt excommunicati & exempti, an poteſt epiſcopus abſoluere. Et tenet Feder. *ibi, quòd ſic*, & allegat multa. Panorm. verò *in d. ca. monachi*. tenet hoc caſu contrarium, *argum. notatorum* per Ioan. And. *in regula, ſemel. de regul. iur. in mercur.* Et ita refert *ibi* ſe contrarium tenuiſſe, videlicet, contra Feder. in *quadã ſua diſputatione, quæ incipit, Duo clerici in ordine, &c.* Ad quam ſe remittit idem Panorm. Sed quicquid ſit, mihi placet magis opinio Fede. per rationem tex. ne detur materia euagandi. Ad quod faciunt etiam quę dixi *ſupra* de exemptis ſecundùm Ioan. And. vbi dixi, quòd ille text. procedit etiam in exemptis. Vos tamen cogitabitis. Et de hoc etiam videte plenius per Feder. in *loco prææallegato.* Vltimò inſtãt hic Docto. quid de patre inijciente manus violentas in filium, qui ingreſſus eſt religionem an ipſe ſit excommunicatus. Ioan. Monach. hic, quòd ſic, motus per iſtum textum *in verbo, ſi quis violẽtas, &c.* generaliter loquentem, & neminem excipientem. Quod procedit, etiam ſi filius eſſet impubes, & pater traheret eum de eccleſia vel eius ambitu. Subiungens quòd multò fortius hoc haberet locum, ſi ille nouitius eſſet clericus. 8

¶ † Nec obſtat huic ſententiæ, *c. cum voluntate, ſupra eod. tit.* vbi admittitur correctio filij clerici ſine metu excommunicationis: quia ſecundùm eum nõ poteſt iſte caſus attribui correctioni, ſi inieceriт manus, vt de eccleſia, vel eius ambitu traheret. Non obſtat etiam *c. 1. de regul. & c. 2. 20. q. 2.* † vbi dicitur, quòd pater poteſt reuocare filium impuberem ab ingreſſu monaſterij, ſecundùm Ioan. And. hic dicentem, quòd licet pater poſſit filium impuberem reuocare, non tamen poteſt illi violentiam inferre, ſed debet illum repetere coram ſuperiore, vt dicitur in d. c. [illegible]. Si igitur violentiam intulerit, incidet in ſententiam. Ad quod facit *c. cum qui. ſup. de præb. eod. lib.* † Facit *l. nullus. C. de Iudæis l. [illegible] in tantum. C. vnde vi.* quia non eſt licitum alicui ſibi ius dicere propria auctoritate. Et ex his infertur, quòd licet pater poteſt reuocare filium ſuum impuberem, & repetere coram ſuperiore, qui ingreſſus erat monaſterium, non tamẽ poterit illum propria auctoritate ſibi vindicare. Hinc eſt, qđ ſi manus violentas iniecerit in eum, erit locus pęnæ iſtius *can. fin.* Repetat ergò coram ſuperiore, ſi vult, quod eſt notandũ. Gloſ. *in verbo, eo caſu*. vbi leuiter ponderauit Ioan. dicens, quòd ſe nõ reſtringit ad leuiſſimam percuſſionem, quaſi de leuiſſima percuſſione non ſit dubium: de quo ſe remittit Ioan. And. *ad c. peruenit* vbi ſolet diſtingui inter leuem, mediocrem, & enormem iniuriam, vt pro leui poſſit quilibet epiſcopus abſoluere iure ſuo ſecundum verum intellectum, *d. cap. peruenit*. Pro mediocri verò regulariter non abſoluit epiſcopus, niſi ſint perſonæ priuilegiatæ de quibus fit mentio *hic in gloſſ.* Aduerte tamen ad verum, quod pro iniuria mediocri licitum erit epiſcopo abſoluere [illegible] in communi, vt ſolet notari *in c. quoniam. ſupra, de vita & honeſtate Cler.* Et idem ſentit Cardin. *in dicto capitulo. peruenit.* Pro enormi verò iniuria, non dubium, quòd Epiſcopus regulariter non abſoluit, niſi conſtitutos in neceſſitate, vel niſi ſpecificè ſibi committitur, ita communiter ſolet notari *in d. cap. peruenit*. 9 10 11

¶ † Et quæ dicatur leuis, quæ mediocris, quæ enormis iniuria, recurritur ad arbitrium iudicis, *Inſt. de iniur. § atrox.* Facit *ta. cum illorum. cum ibi notatis ſup. eo. tit.* Item adde, quòd epiſcopus poteſt etiã laicos abſoluere pro leui iniuria illata clericis, cum tex. *dicti c. peruenit*. loquatur indiſtinctè, & ita communiter tenent ibi Doctores. 12

¶ Gloſſ. *in verbo, exhiberi*, diuiditur in duas, in prima opponit, & ſoluit, ſecundò quærit & reſpondet. ſecunda *ibi, idem puto, in fin.* Addit Ioan. Andr. prò hoc vltimo dicto gloſſ. quòd hoc facit ratio præcedẽs, ne propter religionem deterior ſit ipſorum

monachorum

monachorum conditio. Et not. hanc gloſſ. pro intellectu *c. pro illorum. ſupra eodem tit.*

13 ¶ † Gloſſ. *in verbo, non poßit, ibi, non vt liber.* dic, quòd ideò ſtatuliber, quòd medio tempore facit, facere dicitur, vt ſeruus, quia per libertatem perit ius Domino, vnde Dominus interea poſſit illum vt ſeruum dare pro noxa, ſalua ipſi ſtatulibero ſpe libertatis, vt dicitur *in d. l. ſtatuliberum.* Sed per nouitiatum, nil perit alteri. Ideò interea iudicatur religioſus, vt dicitur *hic in textu.* Pro quo facit, quia aſſumptio habitus immutat ſtatum ipſius, & oſtendit eum, vt religioſum: quòd non eſt in ſtatulibero, qui nullum alium habitum, quàm ſeruitutis aſſumit. Hinc eſt, quòd ipſum nouitium nominamus ex habitu quem defert: facit *c. ſi iudex. §. iuſtum eſt enim ſupra eod.* Item nouitius propria voluntate profitêdo religioni ſe obligat. Sed ſtatuliber ex ſuo proprio habitu non facit ſe liberum. Et ſic longa eſt differentia inter ſtatuliberum & nouitium. Neque obſtat, quòd in profeſſione requiratur Abbatis conſenſus, *c. ad apoſtolicam: de regular.* quia Abbas recipiendo profeſſionem acquirit: Dominus verò dando libertatem, perdit, & ſic nô eſt par eademq́; ratio amittendi, & lucrandi, *l. fin. C. de codicillis.*

14 ¶ † Ex quibus infertur concluſio, quòd nouitius poteſt dici religioſus, licet commutabiliter. Hinc eſt, quòd tanquam religioſus conueniendus erit in foro eccleſiaſtico, vt nota. *in capit. beneficium. in magna gloſſ. poſt principium, ſupra de regular. eod. libr.* Infertur etiam, quòd nouitius gaudet immunitate eccleſiaſtica. Item & denique, quòd percutiens eum incidit in canonem, vt *hic.*

¶ In eadem, *ibi, idem in ſeculari.* Adde, quòd idem patet etiam in tacitè profeſſo, in caſu, quo locus eſt pœnitentiæ infra triduum, vt *in cap. conſtitutionem. in fin.* & *ibi* vide *ſupra de regular. eod. lib.*

15 ¶ † Gloſſ. fin. eſt clara. Tandem quærit *hic* Lapus pro intellectu primæ partis iſtius decretalis, nunquid, ſi Abbas percutiat clericum ſecularem, poteſt abſolui ab epiſcopo. Et determinat quòd ſic, per ea, quæ notat Ioan. And. *in c. vniuerſitatis. ſupra eod.* Et nihil vltra dicit.

16 ¶ † Pro quo facit, quia appellatione monachorum venit etiam Abbas in materia fauorabili, *vt in cap. final. ſupra de ſimon.* De qua quæſtione clarius habetur per Ioan. Andr. *in dicto capit. vniuerſitatis.*

¶ Vbi dixit notabile verbum, quod aut monacho prouidetur per manum Abbatis, & tunc appellatione monachorum *non* venit Abbas. Aut prouidetur per manũ tertij, & tunc ſecus eſt. Vnde in caſu iſtius capituli ſi Abbas percutit clericum ſæcularem, poterit ab epiſcopo abſolui. Idem erit, ſi Abbas percutit monachum ſuum, quia abſoluetur ab epiſcopo. Sed ſi percuteret alium Abbatem vel monachum alterius diœceſis conuenient ambo epiſcopi in abſolutione, de quo per Spec. *in titu. de ſent. prola. §. quid autem. verſ. quid ſi clauſtralis,* & per Vincent. *in c. pro illorum. ſupra eodem tit.* & per Panorm. *in dicto ca. vniuerſitatis,* qui tamen in hoc habuit aliam conſiderationem: de quo *ibi per eum* impugnantem rationem Ioann. Andr. *per cap. monachi. eod. tit.* Sequitur *cap. eos.*

REPETITIO
IN CAP. EOS.
De ſent. excom.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia canonis, & hominis æquiparantur in abſolutione facienda in caſu imminentis periculi.*

2 *Neceßitas operatur, vt aliquando quis poßit abſolui à non ſuo iudice.*
Et quando dicatur imminere neceßitas.

3 *Impedimentum legitimum quale ſit.*

4 *Abſolutus ratione impedimenti ab eo, cui alias non competebat poteſtas abſoluendi, debet, impedimento ceſſante, ire ad eum, cui cõpetebat abſolutio, alias reincidit in eandem ſententiam.*

5 *Reincidens in ſententiam excommunicationis, an dicatur reincidere in eandem in ſpecie, an in nouam excommunicationem.*

6 *Excommunicatio non naſcitur ex contractu, ſed ſolùm ex ſententia.*

7 *Legati de latere abſoluunt à ſententia excommunicationis.*
Et quid ſi ſit enormis.

8 *Abſolutio fit, antequam imponatur pœnitentia pro peccato.*

9 *Delinquenti non ſufficit ſatisfacere proximo pro iniuria ſibi illata, ſed & vltra debet pœnitentiam facere de delicto.*

10 *Iuramentum, quod præſtatur in abſolutione de parendo mandatis iudicis, vel eccleſiæ: dicitur potius introductum de conſuetudine, quàm de iure.*

11 *Legati de latere nunquid abſoluunt excommunicatos pro enormi læſione.*

12 *Legato de latere creditur in his, quæ competunt virtute generalis delegationis: ſecus, in his, quæ ſpecialem requirunt commiſſionem.*

13 *In conſtitutione ſi reperitur verbum, decernimus, illa eſt noui iuris promulgatoria, non autem declaratoria antiqui iuris.*

14 *Verbum, contemno, arguit vitium.*

15 *Obligatus ad factum tenetur illud adimplere, quam citò commodè poteſt.*

16 *Abſolutio ab excommunicatione nunquid poſſit peti per procuratorem, remiſſiuè.*

CAP. XXII.

EOS. Gloſſ. prima ſummat, non diuidit. Sed poteſt diuidi in duas partes, prout duo ponuntur dicta, ſecundùm *ibi, idem ſtatuimus.* Nota † primò, *ibi, à ſententia canonis vel hominis.* quòd in abſolutione facienda à ſententia excommunicationis in caſu imminentis periculi, mortis vel alterius legitimi impedimẽti, ſententia canonis & hominis æquiparantur. Quia ſicut excommunicatus à iure propter mortis periculum, vel aliud legitimum impedimentum poteſt abſolui ab eo, à quo alias de iure non poterat, ita excommunicatus ab homine. Nam de iure à ſententia canonis abſoluit ille, qui ſibi reſeruauit abſolutionem, vel ordinarius, ſi non reſeruauit, à ſententia verò hominis abſoluit ille, qui protulit ſentẽtiam, & in eius defectum, vel negligentiam, ſi eſſet delegatus, adiretur delegans. Si eſſet ordinarius, adiretur eius ſuperior, vt *in c. prudentiam. in §. ſexta. ſup. de offic. ord.* Vnde non obſtante, quòd quis debeat aliquãdo adire Papam pro abſolutione, vt *in caſu c. ſi quis ſuadente. 17 q 4.* & in alijs caſibus reſeruatis, tamen ſi immineret periculũ mortis, vel aliud impedimentum, poteſt abſolui ab epiſcopo, ſub forma, de qua *hic.* imò conſtitutus in articulo mortis poſſet abſolui à quocunque ſacerdote etiam ſimplici, ſi tamen reconualeſceret, eſſet adeũdus ſuus iudex. Et idem dicendum eſt in excommunicato ab homine. vt *hic* dicitur. † Secundò not. *ibi, de iure,* quod neceſſitas facit, vt aliquando quis poſſit abſolui ab eo, qui non eſt ſuus iudex. Ad quod vide glo. *in d. c. paſtoralis. de offic. ord.* Et quando dicatur neceſſitas imminere, explicat *hic textus,* dum dicit, propter articulum mortis imminentis, qui textus debet intelligi generaliter, nedum de eo, qui eſſet conſtitutus in articulo mortis. & ſic non ſolùm in infirmo, ſed etiam de eo, cui immineret periculum mortis, vt quia eſſet in loco, vbi proijciebantur ſagittæ, vel eſſet in mari, vbi propter maximas fluctuationes immineret mortis periculum. Idem eſſet, ſi eſſet aliud legitimum impedimẽtum, quod intelligit Ioan. And. de temporali impedimento. Nam de perpetuo non eſt dubium, de quo plenè *in c. quamuis. ſupr. eod. tit.* vbi tractatur, quid de impedimento ſenectutis, an habeat excuſare indiſtinctè, & an dicatur impedimentum anormalum, de quo per Ioan. And. *in c. quod de his. ad fin. ſup. eod. tit.* & ad illud ſe remittit. 1 2

¶ † Et diceretur etiam legitimum impedimentum, ſi eſſet caſus, quo tenetur ire ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione, quando non poſſet ſubire laborem eundi, vt legitur *in d. c. quãuis.* vbi dicitur, ſenem excuſari ab acceſſu ad ſedem Apoſt. quia licet alias eſſet potens ad eundum, tamen in itinere poteſt periclitari. Et ita tenet *ibi* Panor. Quinimò etiam ſi quis ſit conſtitutus in infirmitate, licet non ſit in periculo mortis, poſſet abſolui ab inferiore eo caſu, quo teneretur ad curiam ire, quia ſatis eſt, quòd diſtringatur tali impedimento, quòd non poteſt ire ad præfatam ſedem. Et de hac materia, ſi vultis plenè videre, recurrite *ad c. de cætero. ad c. quod de his. etiam ad d. c. quamuis. ſup. eod. tit.* licet illa iura videantur ſolùm loqui de his, qui propter manuum iniectionem tenentur ire ad ſedem Apoſtol. † Tertiò not. 3 4

catio de iure Sexti. ¶ In gl. *ibi. caſus.* Alios caſus veteris iuris colligit Hoſt. *in ſumma, eod. tit. in §. 3. in princ.* In eadem *ibi, huius ſexti libri.* gl. loquitur de inſertis in hoc ſexto libro, vt refert *hic* Ioan. And. quòd ideò dixit de inſertis, quia reſeruatur conſtitutio *c. exijt. infra. tit. proxim. in fin.* Duos etiam induxit Bonifacius poſt compilationem huius libri, *per extrauagantem, deteſtanda, & tap. ſtatuimus.*

¶ In ead. *in fin.* hęc gl. eſt notanda, quia ſe habet ad inſtar ſummę in enumerando caſus, in quibus quis incidit in ſententiam excommunicationis per conſtitutiones inſertas in hoc 6. libro Et adde caſus veteris iuris, quos colligit Hoſt. *in ſumma, ſup. eod. § tertia.* Sed vltra omnes vide Ioan. de Lig. *in tract. de cenſura eccleſ. incipiendo in ea part.* in qua tractat, per quem petentiens clericos abſoluitur. *iunct. §. ſeq. & ſequenti,* vbi enumerat caſus tam iuris antiqui, quàm noui & nouiſſimi. Nunquid autem iſti caſus, de quib. hic, ſint papales, hoc eſt reſeruati Papę Ioan. And. dixit, quòd pauci ex ſuprascriptis ſunt papales, videlicet quintus, vigeſimuſtertius, vigeſimuſoctauus. Item vigeſimuſprimus per perſeuerantiam duorum menſiũ, ſed non prius, de quo dicendum eſt, vt habetur in iuribus dictorum ſupraſcriptorum caſuum. Quid autem ſit de *decret. c. clericis. ſup. de immun. eccleſ. eod. lib.* hic non dicitur, quia eſt ſublata & reſoluta ſecundùm Ioan. And. dicentem, quòd ex his caſibus quatuor requirunt ſatisfactionem ante abſolutionem, de quibus dictum eſt *ſup. in c. ſolet.* in gl. *ſuper verbo, manifeſta.* Hinc ſumpta occaſione quæſiuerunt

11 *hic* Doct. † vtrum legati de latere abſoluant excommunicatos pęnorum læſione facta clerico. In quo fuerũt opiniones. Nam Hoſt. tenuit, quòd non. Archid. verò *hic* alta voce, vt refert Ioan. And. tenet contrarium, per iſtum tex. generaliter loquentẽ, *ibi, à quibuſuis ſententijs.* De quo plenius habetur *in c. 1. de offic. leg.* Et hoc idem ſequitur *hic* Ioan. And. & clarius *in c. ad eminentiã, ſup. eod. tit.* Licet ſubiungat *hic* Ioan. And. quòd iſte tex. non facit pro opinione Archid. in nulla ſui parte, quia hic non agitur de poteſtate legatorum in abſoluẽdo, ſed de abſolutione facta per legatum à ſentẽtijs, quæcunq; ſint illæ non ergò poteſt hic tex. allegari ad hoc, cùm hic non detur aliqua poteſtas ipſis legatis. Pro quo allegat in ſimili quod habetur *in c. ſi gratioſè. in fine, ſupr. de reſcrip.* Sed de hoc vide plenius *in d. c. ad eminentiam & in c. quamuis. ſup. eod. tit.* vbi Panorm. hoc etiam firmat ad literam vt pro quacunq; manuum iniectione in clericum poſſit legatus abſoluere. Addit tamen *hic* Ioan. Andr. quòd in caſibus reſeruatis Papæ per manuum iniectionem in clericũ non abſoluit legatus, de quibus fuit facta mentio *in hac gloſſ. 2.* Nam cùm legati de latere ex ſpeciali commiſſione eo caſu competeret illis poteſtas abſoluendi per manuum iniectionem; & aliter illis olim non licebat, ita quòd poſtea hoc fuit reductum ad ius commune, vt probatur *in c. quod tranſlationem, iunct. c. pen. ſupr. de offic. leg. & in d. c. ad eminentiam.* Ideò in reſeruatis Papæ non habebit legatus poteſtatẽ, niſi in caſibus ſibi ſpecialiter permiſſis. Hinc dixit *hic* Ioan. And. qđ Arch. *hic* videtur ſibi ipſi cõtrarius, dum vult, quòd legati abſoluunt à quibuſuis ſententijs. Et dum ſtatim ſubdit, legatum abſoluere nõ poſſe excommunicatos nominatim à Papa, immò nec excommunicatos à delegatis Papę *c. ſtuduiſti. de offic. leg. c. paſtoralis. de offi. ord.* niſi ſuper hoc ipſi legati haberent ſpeciale mandatum, de quo non crederetur eis, niſi oſtenderent mandatum, *c. porrò. ſup. de priuil.* Si tamen legatus perdidiſſet literas, poſſet probare caſum amiſſionis, & etiam tenorem ipſarum literarum, *vt in c. cùm olim. de priuileg. arg. etiam in ca. inter quatuor. ſupar de Cler. peregr.* Si tamen mandatum fuiſſet ſemel publicatum & regiſtratum, ſtaretur illi publicationi, *vt in l. publicati. C. de teſtam. & in auth. vt fratrum filij. in § illud.* pro

12 quo allegat etiam dictum Vinc. *in c. venerabilem, ſup. de elect.* Ex † quibus infertur ad viſum valde notabile, quòd licet aliâ credatur legato de latere in his, quæ competũt virtute generalis delegationis, vt eſt tex. *in c. nobiliſſimus. 88. diſt. & plenè not. in c. cùm in iur. peritus. de offi. deleg.* tamen in his, quæ requirunt ſpecialem commiſſionem, non creditur legato, niſi oſtendat ſpecialem commiſſionem, quòd eſt notandum ſecundùm Gem. *hic* allegantem in ſimili, quæ not. *in c. 1 ſup. de offic. leg. eod. lib.* Sed poteſt aliquis inſtare, dicitur *hic*, quòd abſoluti à ſede apoſtoli. in forma de qua hic, vel eius legato, remittuntur ad ordinarios. Quę eſt ratio huius, quare iſti debeant remitti. Ea poteſt eſſe ratio perſuaſiua, qđ in curia Rom. vel legatorũ non ita facile poſſunt ſciri circunſtantiæ delicti, quæ ſunt ponderandæ in imponẽdis penitentijs, & in ipſis habentibus ſatisfacere. Secus ſi ſciri poſſunt in curijs ordinarijs ſuorum, ideò tales ſolẽt etiam mitti ad ordinarios vel alios, qui ſunt in partibus, & maximè cùm ante hanc conſtitutionem taliter abſoluti non curabant adire ordinarios ſuos: facit in ſimili quod habetur, *in cap. ſignificauit. ſupra de offic. ord.*

¶ † Gloſſ. *in verbo, decernimus, in fin.* Ex hac gloſſ. colligit notabile Gem. *hic*, dicẽs: quòd vbi in aliqua conſtitutione reperitur hoc verbum, decernimus, quòd illa conſtitutio eſt noui iuris promulgatoria, non autem declaratoria antiqui iuris. Cũ adde quæ not. *in c. decernimus. de iud.* Deniq; quia dicitur *in tex. in 1. parte*, quòd iſti ſic abſoluti quã citò commodè poſſunt, debent ſe præſentare coram his: à quibus de iure fuerant abſoluendi. Dicet aliquis, qualiter dicentur iſti contemnere ſe præſentare. Dicunt Doct. quòd eo ipſo, qđ iuſta cauſa ceſſante ſe non præſentat: tunc dicitur contemnere, & non dicitur ſe præſentare quàm citò poteſt. Nam hoc † verbum contemno, arguit vitium 14 vt *c. quis autem leges. 10. diſt. c. cum parati. ſup. de appel.* Ideò ex tunc incidit in eandem ſententiam ipſo iure. Qualiter autem cognoſcatur, quòd ille ſe non præſentauit, quàm citò commodè potuit, vide omninò gl. *antepen. in clem. 1. de pœn.* vbi gloſſ. notab. Et ſentit illa glo. quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui tamen non denunciabit iſtum excommunicatum, niſi prius eo citato per conjecturas viderit illum eſſe moroſum, cognitione ſuper hæc præmiſſa ſummaria; ſecundùm glo. *ibi in fin.* Et aduerte *hic* quòd ille ſic abſolutus, ideò habet ſe præſentare quã citò commodè poteſt, quia per iuramentum ſibi delatum obligatus eſt ad factum. † Et ille, qui obligatus eſt ad factum, tenetur illud 15 adimplere, quàm citò commodè poteſt, *l. cõtinuus. § cum ita. & l. interdum. ff. de verb. oblig. cum alijs ſimil.* Et inter cætera ſciendum eſt, quòd quãdo iuramentum eſt præſtitum coram iudice, habet paratã executionem. Et eadem ratione dici poteſt de promiſſione facta coram eo facta liquidatione, quòd continetur, vel in iuramento, vel in promiſſione. Ad quod vide Imol. *in d. c. ad reprimendam in vlt. not.* allegantem ad hoc iura. Nimirum ergò, ſi in caſu huius decretal. præſtito iuramento de ſe præſentãdo, tenetur iurans exequi, quòd ſibi iniunctum eſt. Et hæc pręſentatio debet fieri in propria perſona, nec ſufficeret mittere procuratorem, *c. quod de his, in fin. ſup. eod. tit.*

16 ¶ † Quapropter Arch. hic proſequitur illum articulum, nunquid abſolutio à ſententia excommunicationis poteſt peti per procuratorem: de quo ſe remittit Ioan. And. *in d. c. cùm deſideres. 1. reſpon. in fin. ſup. de ſent. excom.* Ego etiam dixi de hoc *in ca. 1. de iud. eod. lib. in repetitione.* Gem. hic concludit, quòd aut loquimur de abſolutione, quæ fit in foro iudiciali, & illa poteſt peti per procuratorem, ſecus in ea, quæ fit in foro pœnitentiali, cùm in ea requiratur introductio in eccleſiam cũ pſalmo & oratione dominica. 11. q. 3. *c. cùm aliquis.* & ita dicitur communiter teneri, quod nota. Vltimò pro intellectu text. quia dicitur *hic in text.* ſatisfacturi, prout iuſtitia, &c. Poſſet quiſpiam dubitare, in quo conſiſtat hæc iuſtitia, ſoluunt Doct. quòd conſiſtit in hoc, vt ſatisfaciat ſecundùm proprias facultates, *c. cũ noſcitur. ſup. eod. tit.* Vbi tamen non eſt hoc verbum proprias, ſecundùm Ioan. Andr. licet Arch. videatur voluiſſe ibi eſſe hoc verbum, proprias. Et ex hoc infert Arch. quòd ille non debebit ſatisfacere de facultatibus eccleſiæ, quas poſſidet ſolùm pro vſu ſuo: allegat ipſe, 16. q. 7. § *vlt.* Sed pro hoc facit *Clem. volentes. de hæret. & c. reprehenſibilis, ſup. de appel.* & quod not. Ioan. Andr. *in c. de multa. in 4. gloſſ. ſupr. de præb.* Tandem vltra Doct. poſſet hic quæri, qualiter petatur quis retrudi in eandem ſententiam excommunicationis, per ſententiam hominis, quia hic ſolum agitur de ſententia iuris, & quomodò retrudetur quis in eandem ſententiam. Et vtrum hoc debeat fieri parte citata, de quo per Rot. *deciſ.* 410. *in nouis, quæ incipit, item ſi pronuntietur.* Item vtrum in hac retruſione facienda hominis miniſterio ſit neceſſaria citatio perſonalis, vel an ſufficiat quòd fiat per audientiam, habetur etiam per Rotam *in eadem deciſ.* ſecundùm aliquas quotas *in verſ. fuit tamen per aliquos dubitatum.* Et aliqui habent *in deciſione ſeq.* 411. de quo ibi plenè per Rotam in hac materia.

* *
*

REPETITIO IN CAP. CVM QVIS. De ſent. excom.

Celeberrimi I. V. C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *In delictis, quòd quis faciat per ſe, vel per alium, æquiparantur.*
2 *Gerens actum nomine alterius, de quo nullum penitus mandatum habebat, non obligat eum, cuius nomine geritur, niſi interueniat aliquid, quod loco mandati habeatur.*
3 *Scientia abſque contradictione dicitur quædam ratihabitio præſumpta.*
4 *Contradicere aliud eſt, aliud ratum non habere.*
5 *Scientia ſola ſufficit in actu geſto per procuratorem generalem, etiam ſi ad id non habebat mandatum.*
6 *Permittens Clericum percuti, ſi poteſt prohibere & non prohibuit, eſt excommunicatus.*
7 *Ratihabitio etiam in delictis æquiparatur mandato, & retrotrahitur ad tempus actus geſti.*
8 *Ratum habere non poſſum, quod meo nomine non eſt geſtum.*
9 *Approbans delictum per alium factum dicitur peccare, etiam quòd non fuerit actum ſuo nomine.*
10 *Peccatum conſiſtit in voluntate, & in delectatione peccati.*
11 *Gratum habere, & ratum habere, valde differunt.*
12 *Qui cauſam damni dat, ipſe damnum dediſſe videtur.*
13 *Mandans Clericum percuti, ſi ante manuum iniectionẽ ipſum pœnituerit, nunquid ſit excommunicatus.*
Et quid ſi moriatur ante manuum iniectionem, & mandatarius poſtea percuſſerit. num. 14.
Mandatum mandantis morte finitur.
15 *Eccleſia non iudicat de occultis.*
16 *Conſtitutio eccleſiæ inducentis an liget crimen omnino occultũ ad pœnam ſuſpenſionis.*
17 *Leges loquentes de maleficijs, quæ poſſunt rata haberi, fuerunt rectius loquutæ, quam decretales.*
18 *Inducentes, verbum quomodo intelligatur.*
19 *Ratihabitio quo caſu retrotrahitur.*
20 *Prorogatio de re ad rem retrotrahitur ex toto.*
21 *Puniri non debet non delinquens.*
22 *Quod ſemel reprobatum eſt, an poſſit amplius approbari.*
23 *Mulier ad hoc quod non poſſit contrahere matrimonium cum interficiente maritum proprium, requiritur quòd fuerit machinata in mortem mariti.*
24 *Fictio non poteſt cauſari ſuper impoſſibili.*
Vnde non poteſt operari plus quam veritas. 25.
26 *Particeps delicti quot modis quis eſſe poſſit.*

CAP. XXIII.

CVM quis. Gloſ. 1. ſummat, non diuidit. ſed poteſt diuidi in
duas partes, prout duo ſunt dicta, ſecunda, *ibi, ſi vero.* pri-
mò poteſt ſubdiuidi in duas partes. in prima facit quod dictũ
eſt in ſecunda. ſubijcitur ratio dicti. ſecunda *ibi, cùm ratihabitio:*
rurſus ſecunda poteſt ſubdiuidi in duas, quia in prima dictum,
in ſecunda ratio. ſecunda *ibi, cùm quis.* † Not. primò *ibi, abſq; tuo*
1 *mandato.* quòd in delictis iſta pariſicari videntur, quòd quis fa-
ciat per ſe vel per alium. Nam hic à contrario colligitur, quòd
vel inijciens manum in clericum, vel mandans clericum per-
cuti, incidit in ſententiam excommunicationis, *cap. mulieres. v-*
bi optimus tex. ſupra eodem tit. Nam ibi dicitur, quòd mãdans ve-
rè dicitur facere. Quod tamen an procedat ex interpretatione
an ex proprio intellectu verborũ, ibi legitur, & not. etiam per
Bart. *in l. non ſolùm. §. ſi mandatum. ff. de iniur.* pleniſſimè per Sali-
cet. *in l. non ideò minus. C. de accuſ.* de quo dixi etiam *in cap. fin. ſupr.*
de homic. eodem lib. & *ibi*, vide terminos quæſtionum, quæ cade-
re poſſunt in hoc. Secundò not. *ibi, ſi hoc ratum habueris*, quòd †
2 gerens actum nomine alterius, à quo nullum penitus manda-
tum habebat, non obligat eum, cuius nomine geritur, niſi in-
terueniat aliquid, quod loco mandati habeatur, vt puta ratifi-
catio tacita, vel expreſſa, vt probat iſte textus, *ibi, tuo nomine.*
Facit, *cap. felicis. ſupra de pœn. c. cùm in poſitionibus ſupra de iureiuran*
do, eod. lib. Neque obſtat *dictum c. cùm in poſitionibus. circa fin,* vbi
videtur probari, quòd ad pœnam periurij incurrendam nõ re-
quiritur aliqua ratificatio, ſed ſufficit ſola ſcientia, & non con-
tradictio eius, de cuius præiudicio agitur. Ioan. Monac hic ſin-
gulariter dixit, quòd ſi procurator meus generalis facit aliquid
ad quod non habebat ſpeciale mãdatum nomine meo, quod
ſi ego ſciui, & non contradixi, teneor etiam ad pœnam, quia de-
bui vel reſiſtere, vel reuocare. Quod ſi nõ fecerim, incurro pœ-
nam, vt habetur *in d. c. cùm in poſitionibus.*
¶ Ad quod faciunt not. *in c. 1. ſupra, vt lit. non conteſt. & quod*
habetur in c. 1. de offic. deleg. & l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. & l. 1. C.
de deſertorib. lib. 12. per Butr. *in c. 1 de his, quæ fiunt à maio. par.* nam
tunc † illa ſcientia, non habita aliqua contradictione, dicitur 3
quædam ratihabitio præſumpta, *2. q. 1. ca. notum.* Idem dixit hic
Ioan Monach. *in caſu decretalis quanta. ſupra eod. tit.* quia ſi quis
poteſt prohibere, & non prohibet iniijcientem manum in cle-
ricum, etiam ſi ille non ſit in poteſtate ſua, incidit in ſententiam
canonis, ſi quis ſuadente. Allegat *c. dilecto. ſup. eod. tit.* & ibi dixi.
Ita ergò & geſtum nomine meo, licet non procuratorem, ſi ra-
tum habuero, tenebor ad pœnã, vt hic eſt caſus. Et ita dicit Io-
an. Mon. quòd fuit diffinitum in facto Arch. Lugd. contra Re-
gem Datiæ Ex quibus infertur ad multa. 4
¶ † Et primò infertur, quòd aliud eſt non contradicere, aliud
ratum habere, ita probat *hic iuncto d. c. cùm in poſitionibus.* quòd
facit ad ea quæ habentur *in c. 1. & ibi ſcripſi. ſupra de deſponſ. impu-*
ber. eod. lib.
¶ † Infertur & ſecundò, quòd ſola ſciẽtia ſufficit in actu ge- 5
ſto per procuratorem, etiam ſi ad id non habebat ſpeciale man
datum, vt *in dicto cap. cùm in poſitionibus.* Infertur & tertiò, quòd
illa iudicantur à pari, vel quòd ratificentur geſta per procura-
torem non habentem ſpeciale mandatum, vel quòd geſta per
eum ſciantur, & non reuocentur. Quia ex quo ſcit, quòd geſſit
& non reuocat, ſiue non contradicit, videtur tacitè conſenti-
re, quod eſt notan. pro limitatione eius quod dixit Bart. *in l. quo*
enim ff. rem ratã hab. Vbi dixit, quòd ſi geritur vnus actus in ab-
ſentia in mei præiudicium ſi poſtea ſciam, & non contradicam,
non videor approbare, ſi alius actus nõ interuenerit. Nam di-
ctum Bart. debet intelligi, niſi talis actus fiat nomine Domini,
per procuratorem habentem minus ſufficiens mandatum ad
illum actum, vt eſt tex. *in d. c. cùm in poſitionibus.* Ad quod faciũt
not. *in c. qui ad agendum. de procur. eod. lib. & in cap. ex parte decani.*
ſupra de reſcript.
¶ † Item infertur ex prædictis, quòd permittens clericũ per- 6
cuti, ſi poteſt prohibere, & non prohibeat, eſt excommunica-
tus: ita vult Ioan. Monach. *hic.* Quod tamen intellige ſecundũ
ea quæ dixi *in d. c. dilecto. ſupra eod. tit.* & ſecundùm ea quæ habẽ-
tur *in d. c. quãta.* Quia id procedit in eo, qui dolosè permiſit cle-
ricum percuti. Secus ſi ex negligentia, quia noluit ſe immiſcere
rixæ: de quo *in d. c. dilecto.* & *ibi* dixi.
¶ † Tertiò not. *ibi.* id ad quod ſolet allegari *hic tex. ibi, cùm ra-* 7
tihabitio, quòd ratihabitio etiam in delictis æquiparatur man-
dato, & retrotrahitur ad tempus actus geſti, ita vt perinde ſit,
ac ſi eo tempore mandatum interueniſſet, vel actus geſtus eſſet
per eum, de quo plenè habetur *in regula, ratihabitionem, inf. eod.*
lib. dic, quòd in maleficijs ratihabitio æquiparatur mandato, ſi
ſint talia maleficia, quæ poſſint per alium explicari, ſecus in a-
dulterio, *arg. l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll.* ita not. *in l. 1. §. quoties. ff.*
de vi & vi arm. ſed certè idem videtur in alijs criminibus. vt ho-
micidio, & ſimilibus: nam ſi tu occidiſti, impoſſibile eſt q. ego
occiderem. Et per hoc concludit Bart. *ibi.* quòd ſicut per alium
poteſt quis committere homicidium, & ſuo nomine commiſ-
ſum habere ratum, ita & in adulterio, vt *ibi.* per eum. Quartò
not. *ex verſ. ſi vero.* quòd ad hoc, vt actus per alium geſtus poſſit
ratificari, requiritur quòd ſit factus nomine ratificantis. Alias
regulariter non poteſt fieri ratificatio. Et eſt ratio, quia oportet
quòd id, quod ratificatur, ſaltem repræſentatiuè ſit factum per
ratificantem. Quòd non diceretur factum repræſentatiuè, ſi
non eſſet factum nomine ſuo. Quod tamen qualiter intelliga-
tur, vide per Bart. *in l. 1. §. ſed & cùm quis. ff. de vi & vi arm.* vbi no-
tabiliter diſtinguit in hoc, an geſtum nomine meo, poſſem ra-
tificare maximè in delictis. Habetur etiam per Cyn. *in d. l. non ideo*
minus. C. de accuſ. in 1. ſiue 2. q. per alios. *in l. ſi pupilli. in §. ſed ſi ego. ff.*
de neg. geſt. in l. [illegible]. C. de rei vend. Nam in delictis ſecundũ Bar.
in d. §. ſed & cùm quis. ſi delictum ſit commiſſum, non nomine
meo

meo,licet ego ratum habeam,iſta ratihabitio nòn trahit ad me
8 negotium ipſum,vt tenear actione deſcendente ex eo delicto,
ex quo non eſt geſtum nomine meo.†Et ita debet intelligi,qđ
hic dicitur,& *in regula,ratum quis.infr.eod.lib.* Vbi dicitur,quòd
ratum quis habere non poteſt quod ipſius nomine non eſt ge-
ſtum.Quia hoc debet intelligi ſanè,vt ex illa ratihabitione ne-
gotium trahatur ad me: Si aũt aliquid ſit geſtum non nomine
meo,& velim habere ratum in præiudicium alicuius mei iuris,
tunc ego bene poſſum habere ratum,vt *in l.ſi fundum.in* §.*1.ff.de
pign.*vbi eſt caſus ſi pignoraſti rem meam tuo nomine,ego poſ-
ſum habere ratum,vt mihi præiudicetur,& ſic; vt nõ poſſim a-
gere pignoratitia,ſiue hypothecaria, de quo clarius habetur p
Bart.*in d.*§.*ſed & ſi cum quis.*Adde tamen notata per canoniſtas.
in c.nonnulli.in §.*ſunt & aliqui.ſup.de reſcr.*quo ad hoc,an geſtum
non nomine meo poſſim ratificare.in præſentiarum tamen nõ
inſiſto,quia poſſunt dari certi caſus,in quibus etiam geſta non
nomine meo poſſum ratificare in ſubſidium, de quibus habe-
9 tur in iuribus *ſup.*allegatis.†Quintò not.*ibi,licet pecces.*quòd ap-
probans delictum per alium factum,dicitur peccare,etiã poſi-
to quòd non fuerit actum ſuo nomine.Nunquid autem venia-
liter,vel mortaliter peccet,de hoc *hic* per Ioan.And. dicentem
quòd graue eſſet dicere hoc eſſe mortale peccatum,cùm de fa-
cili iſtud contingat,& euenire ſolet.Proinde ſecundùm eũ di-
gnum eſt venia,& ſic erit veniale:pro quo facit quod not. per
eum *in c.ſacris.in vlt.q.ſup.quod met.cau.*Quod tamen nõ proce-
dit ſine dubitatione , quandoquidem principale delictum ſit
mortale,cùm tunc ratione complacentiæ,& ratificationis de-
10 licti quoad Deum videatur mortale,cùm peccatum†conſiſtat
in voluntate & in delectatione peccati per not.*in c.merito.15.q.
1.*vnde cogitabis ſuper hoc.

¶Sed poteſt quiſpiam ſubtiliter inſtare , & dicere,quòd hic
tex.habet in ſe quandam cõtrarietatem. Nam *in verſ.ſi vero.*di-
citur ꝙ geſtum non nomine meo,nõ poſſum ratum habere.Et
tamen ſubijcitur,quòd habendo ratum quis peccat,& ſic poſ-
ſet ratificare geſtum nõ nomine meo quoad hoc, vt incurram
peccatum:vnde iſta videntur contraria,poſſe & non poſſe,Io-
an.And.timore huius exponit textum *ibi,ratam habendo.*i. gra-
tam,propter *verſ.non tamen.*vbi dicitur,ꝙ per hoc non innoda-
tur vinculo excommunicationis.Etiam vult,quòd ſolum pro-
pter complacentiam delicti,vel ratihabitionem peccatum in-
11 curratur.†Ex cuius dicto infertur,qđ aliud eſt habere gratum,
aliud habere ratum,quia quod non eſt geſtũ nomine meo poſ-
ſum gratum habere,quoad complacentiam actus geſti,ſed nõ
poſſum ratum habere quoad alium iuris effectum , vel quoad
pœnam incurrendam.Cui adde in ſimili,ꝙ not.gl.ſingularis *in
l.id quod pauperib.C.de epiſ.& cler.*& quod not. Ang.*in rub ff.rẽ rat.
hab.*vbi fit differentia inter ratum,& firmum, quia ratum dici-
tur de iure,firmum verò de facto:ita *hic*,aliud eſt habere gratũ
aliud habere ratum. Nam gratum refertur ad complacentiam
facti,ratum verò ad effectum iuris vltra complacentiam.

¶Poteſt etiam ex prædictis inferri ad aliam quæſtionẽ,pone
quòd aliquis mandat nominatim capi vnum ex tribus clericis
ſimul incedentibus,& alios duos non grauari:mandatario ve-
rò id exequi volente,ille nominatus per mandantem aufugit,
alij verò duo fuerunt capti,qui ſe redemerunt.An mandans ſit
excommunicatus.Ioan.de Deo,*lib.3.ſuarum quæſtionũ.q.*17. di-
xit,ꝙ mandans non erit excommunicatus,quia iſti fuerunt ca-
pti contra voluntatem mãdantis.Allegat *c.ſicut tuis.de ſim.c. Pe-
12 trus.de homic.*†Addit tamen vnum,quòd ſi iſti capti ſunt aliqđ
damnum paſſi,quòd iſte mandans tenetur,quia dedit cauſam
damni,ideò ſuccedit id quod habetur *in c.ſi culpa.ſup. de iniu.&
in c.præterea.23.q.8.& in l.qui occidit.ff.ad l.Aquil.*vbi dicitur, qui
cauſam damni dat, damnum dediſſe vidiſſe.

¶Gloſ.*in verbo,mãdato.ibi,ſi quis mihi bona*,vbi eſt caſus,quòd
ſi pater,qui iuſſit filium hæreditatem adire , antequam adeat,
prius eum pœniteat,quòd non valeat aditio.

¶In ead.gloſ.*ibi,in fin.venerabilium.*Et eſt quæſtio *in ord.* 89.
vt refert *hic* Ioan.And. *In ead.in fin.*ſtat ſententia gloſ. quòd iſte
de quo facit mentionem glo.non ſit excommunicatus quoad
Deum,ſed ſolùm quoad eccleſiam militantem,quia ex quo il-
lum pœnituit ante percuſſionem,quoad Deum liberatur à ta-
li mandato.Innoc.tamen in hoc viſus eſt aliter diſtinguere,qđ
aut iſtum adeò tardè pœnituit,quòd non potuit reuocare mã-
datum.Et tunc procedat quod hic dicitur:ſecus ſi illum tardè
non pœnituit , ita quod potuit reuocare & non reuocauit.Et

tunc videretur poſſe dici hunc excommunicatum quoad Deũ.
De qua quæſtione habetur plenius per gl.Bernar.*in c. mulieres.
ſup.eod.tit.*vbi gl.format tres quæſtiones. Vltima eſt *hic* expedi-
ta *per iſtum tex.de ratificat.*De *1.*quæſt.dubitaaut,quæ formatur
ibi ſub alijs verbis,& eſt eadem cum quæſt.de qua *hic in glo. no-
ſtra.*†Nam ibi format gloſſ. quid ſi aliquis mandauit clericum 13
percuti,ſed ante manuum iniectionem ipſum pœnituit. Nam
gl.ibi dicit hunc eſſe excommunicatum,niſi mandatum fuerit
reuocatum,ita quòd reuocatio peruenerit ad mandatariũ.Pro
quo gl.allegat ibi multa iura.Et hoc idem tenet Hoſti.vt refert
hic,hęc gl.licet aliter ſenſerit Innoc.Secundò quęrit *ibi* gl.quid
ſi mandans moriatur ante manuum iniectionem,an ſi manda-
tarius percuſſerit poſtea eritne excommunicatus.†Gloſ.*ibi* te- 14
net quòd non,quia mandatum morte mandantis finitur, *vt in
c.gratum.& c.relatum.& ibi de hoc.de offic.deleg.& alijs iurib.allega-
tis ibi,in gloſſ.de quo ibi plenius* per But.& Panor. diſtinguentes in
hoc.Aduerte tamen,quòd reperiuntur certi caſus,in quib. pę-
nitentia liberat à pœna,de quo per Ioan.Andr.*in c.cùm laici.ſu-
per 1.gloſſ.ſup.de iure patr.*.Adde etiam, quod de hac materia re-
uocationis mandati dati ad maleficium aliquod perpetrandũ,
dixi aliqua ſatis notanda *in c.fin.ſup.de homi.*Et ibi vide. Faciunt
quæ habentur per Bart.*in l.non ſolum.*§.*ſi mandato.ff. de iniur.in l.
hæc verba.ff.de adult.*Per Bal.aliquid *in c.ſi quis deceſſerit. in tit.ſi de
feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum. Alias eſt ſub ru-
bricella,de relictis filijs ex duabus matribus.in vſib.feudo.*Faciunt quę
habentur per Bart.*in l.qui ea mẽte.ff.de furt.*Et nunquid mandãs
dicatur verè facere,vel interpretatiuè,ita vt non cadat, vel ca-
dat in ſtatuto, in quo propriè verba debent intelligi , de hoc
plenè per Panorm.*in dicto cap.mulieres.*per Salicet.*in dicta l. non
ideò minus.*Et aliquid dixi me remittendo *in dicto cap.fin.ſupra de
homic.*

¶Gloſſ.*in verbo, tuo nomine.* diuiditur in duas , prout duas
format quæſtiones, quibus reſpondet. ſecunda , *ibi, ſed quid
d ces.*

¶ In fin. gloſſ. ſentit ergò gloſſ. quòd ratihabitio mentalis
non ligat quoad Eccleſiam militantem , licet , liget quoad
Deum.

¶†Ratio eſt,quia eccleſia nõ iudicat de occultis.Hinc ſum- 15
pta occaſione Arch.*hic* diſputationem aſſumit,& relinquit et- 16
iam ſub diſputatione,quia nõ decidit.† An in hæretico occul-
to,vt non ligetur quoad eccleſiam militantem , de quo Ioann.
And.ſe remittit *ad clem.1.ad fin.in gloſſ.eo ipſo incurrit.de hæret.*vbi
gloſſ.tractat,an conſtitutio eccleſiæ militantis liget crimen o-
mninò occultum ad pœnam ſuſpenſionis,de quo ibi per gloſſ.
Habetur etiam per gl.*24.q.1. in 1.& 2.gloſſ.ſumma.*

¶†Gloſſ.*in verbo,incurris.ibi,ex facto anteriori ligat.*per hoc di- 17
xerunt *hic* Ioan.Monach.& Arch.poſt eum,quòd leges loquẽ-
tes de maleficijs,quæ poſſunt rata haberi,fuerũt rectius locu-
tæ quàm decretales, maximè *l.1* §.*ſed & ſi quis.ff. de vi & vi arm.*
quia non dicitur,quòd in maleficijs ratihabitio retrotrahatur,
ſed ſolùm,quod æquiparatur mandato. Ad idem *regula iuris.l.
hac iure.*§.*deiecit.ff.de reg.iur.* Vnde ſecundùm Ioan.Andr.mens
huius gl.eſt,quòd ratihabitio retrotrahatur duobus modis. V-
no modo,quòd trahatur ad actum prius habitum , & ad eius
tempus:& hic modus non conuenit hic. Alio modo , quòd
ratihabitio trahatur ad primum actum , & non ad ſecun-
dum, hoc eſt, trahatur ad actum prius factum anterius habi-
tum,ſed non ad tempus eius.Et ita vult hæc gl. cum qua tranſ-
eunt Doctores.

¶In ca.gl.*ibi,venerabilib.*Adde,qđ de hoc habetur *in* §.*porro.
in glo allegata in hac glo.in fin.*hinc eſt,quòd pro intellectu huius
literæ quærunt Doct.qualiter intelligatur †verbum incunctã- 18
ter incurris.Et dicunt,quòd exponitur,incunctanter,id eſt in-
dubitanter.Adducunt ſimile *in c.noli.9.diſt. in ca fraternitatis.de
ſchiſma.& 3.q.6.in c.hac quippe.in fin.& c.1.in princ.de his, quæ fiunt
à maior.par.c.*Vel ſecundò poteſt exponi incunctanter,id eſt ſi-
ne mora ille incurrit excommunicationem poſt ratihabitionẽ
veram vel præſumptam.allegant in ſimili text. *in l.tutor qui re-
pertorium.in* §.*1.ff.de admin.tut.*

¶Nam ſecundùm Ioan.Mon.cunctari, nil aliud eſt ꝙ̃ dubi-
tate,vel morari.Vnde ſubiungit aliud eſſe in obligatione con-
ditionali,quàm in iſta ratificatione delicti,quia in obligatione
conditionali euueniente cõditione perinde eſt,ac ſi à principio
contractus fuiſſet celebratus purè.*l potior.ff.qui pot.in pigno.hab.*
Ideò exiſtentia conditionis trahitur ad tempus quo contractus

fnit celebratus, cùm in ipſis contractus ponderetur initium, *l. continuis.§ cùm quis.ff.de verb.oblig.& plenè not. in l. cùm filius.ff.de verb.oblig.* Et eſt ratio in contractibus quia ſpes erat in debitum
19 iri: ideò retrotrahitur ad tempus ipſius contractus.† Sed aliud
eſt in ratificatione delicti: Nam quando quis verberatur ſine
mandato meo, licet verberetur mei contemplatione, in nullo
tamen ego ſum obligatus ex alieno facto, *c.1.cum ſequentib.1.q.*
4. Sed quamprimum ego ratifico hoc geſtũ nomine meo, tunc
principiatur ipſa obligatio in me, & ex tunc ego teneor, *l.ſi ego.*
ff.de neg.geſtis. Aliud eſt ergò in obligatione conditionali, vbi adeſt quoddam præſagium obligationis, quia ſpes erat in debi-
20 tum iri, vt *ſupr.* dixi: ideò tunc ratihabitio retrotrahitur.† Facit
in ſimili, quod dicitur de prorogatione de re ad rem, de qua *in*
c.cùm olim.ſup.de offic.deleg. nam retrotrahitur ex toto. Ad quod
facit *l.donationes.C.de donat.inter virum & vxor.* Sed vbi nullum
adeſt præſagium obligationis, tunc ſolùm obligatur quis à tẽpore, quo ratificat, & non ante. Et ita debet intelligi hæc gloſſ.
Ad quod etiam facit text. *in cap.tunc valere. de conſecrat. diſtinct.*
4. vbi trahitur retrò illa ratificatio. Vel ſecundò poteſt eſſe alia ratio ibi, quia excommunicatio canonis eſt pœna delicti,
21 neque ligat non delinquentem, quia † non delinquens non
debet puniri, *capitulo, cognoſcentes.de conſtitutio.* Sed cùm iſte ratificat, tunc primum delinquit, ideò tunc ligatur, & non ante,
ſecundùm Ioan.And.& Ioan.Monach. quæ ſunt notanda ad
multa.

¶ Gloſſ. *in verbo, ſit facta.in fin.* gloſſ. bene loquitur. Sed addũt
Doct. quòd communicando cum illo, incurreret minorẽ. Textus autem iſte loquitur de maiori.

22 ¶ † Tandem Feder. de Senis pro intellectu huius tex formauit vnam quæſtionem *in conſ.*231. & eſt paruum conſiliũ. Quæſiuit enim *ibi*, quid ſi aliquis percuſſit clericum nomine meo.
Quod cùm ſcirem, ego contradixi. Deinde poſtea ego ratum
habui illam percuſſionem. Nunquid ero excommunicatus. Ipſe tenet ibi, quod non, Allegat ibi certa iura, *l. Pomponius ſcribit ſi negotium.ff de negot.geſt.l diſpenſatorem. ad fin.ff.de ſolut.* quia
quod reprobaui, non poſſum amplius approbare. Pro quo allegat notata per Dyn. *in regula, ratihabitionẽ. in verſ. eſt alia quæſtio. inf de reg.iur.* Gem. etiam hic ad fin. allegat alia iura. Allegat
c.licet. de procur. ttorib. eod lib. c. ſi tibi abſenti. de præb. eod. lib. & quòd
notatur per Ioan. And. *in c.1. ſupra de conuerſ. infidel.* vbi gloſ. quæ
ſolet reputari notabilis. Et etiam gloſſ. fin. viſa eſt tenere, quod
in maleficijs ratihabitio non retrotrahatur. Sed Gem. reſpõdet
ad illam gl. quòd ideò ibi non retrotrahitur, quia lex imponẽs
pœnam pro maleficio ibi requirit maleficium prius perpetratum, ſiue machinatum per aliquem. Quo caſu non ſufficit ſola
ratihabitio Et ita debet ibi intelligi, quod dixit glo. coniuncta
23 textui.† Nam ad hoc, quod mulier non poſſit contrahere matrimonium cum interficiente maritum proprium, requiritur ꝙ
fuerit machinata in mortem mariti. Si ergò non fuit machinata, hoc eſt, quia nõ procurauit, quòd maritus interficeretur, &
tunc ſi interficiatur ſine eius machinatione, & deinde ratũ habeat, iſta ratihabitio nõ retrotrahitur quoad hoc, vt prohibeatur matrimonium contrahi.

¶ Nam vbi in actu requiritur machinatio facientis, non ſufficit ratihabitio, cùm machinatio ipſa non poſſit interuenire
poſt factum. Secus eſt, ſi lex imponens pœnam pro maleficio,
non exigit aliquem tractatum per prius, & ſic nõ exigit machinationem alicuius in maleficio pertractando, quia tunc procedit quod hic dicitur. Vel clarius loquendo vltra Gem. poteſt
dici, quod ideò in gloſſ. *dict. c.1.* ratihabitio non retrotrahitur,
quia cùm ratihabitio retrotrahatur ex fictione iuris, requiritur
quoad hoc vt fictio procedat, quòd adſint duo extrema habilia ad illum actum perpetrandum, videlicet, tempus, in quo actus ille fuit geſtus, & tempus ratificationis, vnde ſi alterum iſtorum extremorum deficiat, non habebit locum ratihabitio,
24 quia fictio † non poteſt cauſari ſuper impoſſibili: de quo p Bart.
25 *in l. ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.* Tolle exemplum, † quidam
interfecit hominem quendam nomine cuiuſdam infantis, poſtea quam hic infans eſt factus maior, ratum hoc habuit: Nunquid hæc ratificatio trahatur retrò. Dicendum eſt, quòd non,
quia impoſſibile erat illum infantem tunc temporis occidere,
vel mandare delictum, ergò non poterit retrotrahi, cùm non
debeat plus poſſe operari fictio, quàm veritas: & iſtud operatur extremum, ad quod. pone modò exemplum in extremo à
quo. Nam pone, quòd ego habebam certum terminum ad aliquid petendum. Quidam amicus meus iſtud tale peregit infra tempus: Ego poſt terminum volo ratificare, nunquid hoc
ſufficit? Certè dicendum eſt quòd non, quia cùm ego ipſe
poſt terminum mihi ſtatutum ad illud peragendum, non potuiſſem verè facere, quia lapſus erat terminus, ergò nec fictè.
Textus eſt *in l. bonorum. ff. rem ratam haberi.* Et facit quod habetur per gloſſ. *in cap. quam ſit. ſupra de elect. eodem lib.* Ad propoſitum ergò quæſtionis gloſſ. *in d.c.1. de conuerſio infidel.* cùm poſt
mortem mariti non poſſit vxor machinari in eius necem, & ſic
deficiat hoc extremum à quo. Ideò non procedit ratificatio.
Et ita debet illa gloſſ. intelligi *in dicto capitulo 1. de conuerſ. infidel*
ſecundùm Panorm. *ibi*.

¶ Tu adde etiam, quòd in delicto commiſſo per vnum † a- 26
lius poteſt eſſe particeps multis modis. Quandoque ratum
habendo, vt ſatis ſuperque ſatis eſt dictum *ſupra*. Quandoque
mandando. Quandoque conducendo, quandoque opem
vel auxilium præbendo, quandocunque conſulendo. Quandoque ſuggerendo, inſtigando, inducendo, ſiue inflammando. Quandoque ſolùm patiendo, & non prohibendo, quandoque licentiam concedendo, de quibus omnibus hic per Petrum de Ancharan. qui hæc omnia proſequitur allegãdo Bartol. *in lect. dict. §. ſi mandato. in l. non ſolum. de iniurijs. in l. is qui opem. ff. de furt.* per Cynum, & longè melius Innocent. *in capitulo. ſicut dignum. de homicid.* Salicet. *in dicta l. non ideò minus.* quæ omnia relinque ſtudio cametario, vt tractatui detur finis. De alijs verò
pertinentibus ad hanc decretalem recurrendum eſt ad notata
per Dyn. *in regula, ratum. & in regula, ratihabitionem. inf. vbi multa dicuntur de his quæ hic tanguntur, &c.*

REPETITIO

IN CAPIT. ALMA.

De ſent. excom.

Celeberrimi I.V.C. D. Stephani Coſtæ.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia Rom appellatur mater fidelium omnium.*
2 *Factum rationabiliter in proceſſu temporis, poteſt alia ratione ſuadente mutari, & reuocari in melius.*
3 *Homines non ſemper debent inniti prudentiæ propriæ.*
4 *Interdicti generalis tempore regulariter nulla officia diuina celebrari debent, vel ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrari, niſi in caſibus à iure exceptis.*
5 *Regulis iuris ſcripti tenaciter eſt inhærendum, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis.*
6 *Epiſcopus an poſſit celebrare in eccleſia ſpecialiter interdicta.*
7 *Pœnitentia peccatori dicitur adeò neceſſaria, quòd tempore generalis interdicti liberè poteſt quis ſua peccata confiteri, & pœnitentiam ſuſcipere.*
8 *Conſtitutum in articulo mortis poteſt abſolui à Sacerdote de quocunque peccato, etiam de excommunicatione, cuius abſolutio eſſet reſeruata ſummo Pontifici, dummodo non contemnat abſolutionem. num.15.*
9 *Auxilium dantes, conſilium vel fauorem æquè punientur ac perpetrantes delictum.*
10 *Obligatus ad ſatisfaciendum pro aliquo delicto, vel ad præſtandum idoneam cautionem de ſatisfaciendo, liberatur, ſi præſtat iuratoriam cautionem, eo exiſtente inhabili ad præſtandam aliam cautionem.*
Et ita demum tenetur ſatisfacere, ſi habet vnde ſatisfaciat. numer.11.
12 *Interdictum vniuerſitatis differt ab interdicto loci.*
13 *Epiſcopus an poſſit proferre interdictum generale in locis & terris.*
14 *Iurium correctio eſt vitanda.*

CAP. XXIV.

ALMA. Gloſſ. Ioan. And. hic ſummat totam hanc decretalem, & diuidit, ideò non curo aliter diuidere, licet Ioan.
Monach diuiſerit in ſeptem partes, ſed non curo. † Not. pri- 1
mò, *ibi, mater*, quòd Eccleſia Romana appellatur mater om-

nium fidelium: de quo eſt clarior textus *in cap. 2. ſupra de priuileg.*
eod. lib. vbi dicitur, quod ſedes Apoſtolica eſt mater omnium.
Et re vera poteſt dici mater, quia nemini claudit gremium ſuũ,
cap. ſuper eo. de hæret. eod. lib. ad quod faciunt quæ habentur *in e-*
piſtola, inter claras. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ad hoc vide text. *in cap.*
1. ſupra de ſumma Triuit. vbi text. eſt clarior iſto, cùm ibi dicatur,
quòd eccleſia Romana eſt caput omnium fideliũ & magiſtra.
Idem verbum habetur *ſupra eod. lib. in cap. vno. ſupra de reliq. &*
venera. ſanct. De quo ſe remittit hic Ioan. Andr. *ad cap. 2. de officio*
2 *cuſto. ſuper verbo, mater.* Secũdo nota *ibi, reuocat in melius.* † quòd
illud, quod fuit rationabiliter factum in proceſſu temporis,
poteſt alia ratione ſuadente mutari, & reuocari in melius: pro
quo optimus textus *in c. non debet. ſupra de conſang. & affin.* Quod
induci poteſt ad opiniones Doctorum, qui interdũ ducti me-
liori ratione, mutata ſententia adhærent alij opinioni: nec hoc
dicitur inconueniens, dummodo iſtud non fiat in fraudem &
3 in tertij præiudicium. Nam † ſcriptum eſt, quòd homo non
debet ſemper inniti prudentiæ ſuæ, *cap. ne innitaris. ſupra de con-*
4 *ſtitut.* Tertio nota *ibi, nulla certis caſibus, &c.* quod † tempore ge-
neralis interdicti regulariter nulla officia diuina debent cele-
brari, vel ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrari, niſi in caſibus à
iure exceptis, de quibus hic. Hinc dixit Gemin. quod allegan-
do permiſſionem diuinorum officiorum vel ſacramentorum
tempore generalis interdicti incumbit onus probãdi, quia re-
5 gulariter contra: pro quo facit, licet ipſe non alleget, † quia ſtã-
dum eſt regulis iuris ſcripti, niſi in contrarium appareat diſpo-
ſitio ſpecialis, & tenaciter inhærendum eſt regulis, vt inquit
Bald. *in l. ſi tutor. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo.* etiam *in cap. 1.*
in princip. quot teſtes ſint neceſſarij ad probandum ingratitudinem feu-
datarij. Pro quo allego etiam text. optime hoc probantem *in*
cap. paſtoralis. ſupra de fid. inſtrum. vltra l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur.
cum ibi not. in gloſſ. Et aduerte hic, quod hic text. loquitur de in-
terdicto generali, vt patet *in verſic. ſanè. ibi, in terris, ſeu locis.* ſe-
cundùm Ioan. Andr. hic, de quo videbimus *in §. adiicimus. in*
6 *gloſſ. 1.* † Hinc ſumpta occaſione tractat hic Archid. an epiſco-
pus poteſt celebrare in eccleſia ſpecialiter interdicta, de quo
Ioan. Andr. ſe remittit ad notata *in cap. quaſiuit. ſupra de his, quæ*
fiunt à maio. part. cap. Et Hoſtienſ. ibi tenuit quod ſic. Archidiac.
quod non, & idem Ioan. Andr. ibi, vbi concludit, quod ſi ſit
ſpeciale interdictum, quod in eo non reperitur epiſcopus pri-
uilegiatus. Secus in generali interdicto, de quo loquitur *cap.*
quod non nullus. ſupra de priuileg. & hoc cap. licet hodie iſtud non
ſit priuilegium epiſcoporum, ſed ius commune, vt hic in tex-
tu, quia quolibet die poſſunt clerici celebrare tempore inter-
dicti generalis, dummodo ianuis clauſis, & ſeruatis his, quæ
habentur in hoc textu noſtro, de quo dicendum eſt, vt habe-
7 tur *in d. cap. quæſiuit.* & ibi per omnes. † Quarto not. *ibi, ad pœni-*
tentiam. quod pœnitentia peccatori dicitur adeo neceſſaria,
quod tempore generalis interdicti libere poteſt quis ſua pec-
cata confiteri, & pœnitentiam ſuſcipere, cum tale ſacramen-
tum pœnitentiæ propter quandam pronitatem, & facilitatem
hominum ad peccandum dicatur ſacramentum neceſſarium,
vt in cap. omnis ætas. 12. quæſt. 1. & clarius per gloſſ. *in verbo, ad pec-*
candum. Ex quo infertur, quod conſtitutio, omnis vtriuſque
ſexus, & eius pœna non erit ſublata tempore interdicti gene-
ralis, ex quo quis debet admitti eo tempore ad confiten. & ad
8 ſuſcipiendum pœnitentiam, vt dicitur *hic in littera iſta.* † Quin-
to not. *ibi, in mortis.* argum. quod in articulo mortis conſtitu-
tus poteſt abſolui à ſimplici ſacerdote de quocunque pecca-
to, etiam de excommunicatione, cuius abſolutio eſſet reſerua-
ta Romano Pontifici: concordat *cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.*
ad fin. & not. gloſſ. hic in verbo, articulo. & dixi *in cap. eos. ſupra eodem*
tit. Et in quantum iſte text. loquitur de excommunicatis, vt
admittantur ad confeſſionem, & pœnitentiam, debet hoc in-
telligi ſecundum Archidiac. dummodo fuerint abſoluti ab ex-
communicatione. Nam ſi cõtempſerent abſolutionem, & de-
cederent in mortali peccato, denegaretur eis ſepultura, tam-
quàm impœnitentibus, *cap. placuit. cum ſeq. 23. quæſt. 5.* ſecundum
Archid. Addit tamen Ioan. And. quod Archid. aliquantulum
impropriè locutus eſt, quia ideo iſti admittuntur hic ad pœni-
tentiam non alia ratione, niſi vt abſoluantur. Et ſi non eſſent
abſoluti, non reciperent pœnitentiam. Sexto not. *ex verſic. illis.*
9 *ibi, auxilium, conſilium, vel fauorem.* quod † dantes auxilium,
conſilium, vel fauorem, æquè puniuntur ac perpetrantes deli-
ctum. Ad idem text. *in cap. 2. ſupra de hæret. eod. lib.* Quod tamen
qualiter procedat, plenius & clarius habetur *in cap. 1. de offic. de-*
lega. & in cap. ſicut dignum. de homicid. & per Anch. *ſupra cap. pro-*
ximo. † Septimo nota *ibi, iurauerint.* quòd obligatus ad ſatisfa- 10
ciendum pro aliquo delicto, vel ad præſtandum idoneam cau-
tionem de ſatisfaciendo, liberatur ſi præſtat iuratoriam cau-
tionem, eo exiſtẽte inhabili ad præſtandam aliam cautionem.
Proinde dixit Gemin. hic eſſe caſum pro gloſſ. *in c. quamquam.*
in verbo, idonea. ſupra de vſur. eod. lib. De quo ibi dixi. Et facit textus in
Authentica, generaliter. C. de epiſcop. & cler. & l. cum non facile. ff. ſi
cui plus quàm per leg. Falcid. † Octauo not. hic caſum, quod obli- 11
gatus ad ſatisfaciendum ita demum tenetur ſatisfacere, ſi ha-
bet vnde ſatisfaciat. De quo etiam eſt text. *in cap. cum tu. de vſur.*
& not. in regula, peccatum, infra de regul. iur. & plenius *in dicto cap.*
quamquam. Nono, *ibi, ciuitas vel locus,* ſecundum Ioan. Andr.
quod † interdictum vniuerſitatis differt ab interdicto loci, de 12
quo dixi *in cap. ſi ſententia. ſupra eod. tit.* & ibi vidiſtis. Nunquid
autem Epiſcopus † poteſt proferre interdictum generale in 13
locis & in terris: De hoc habetur *in d. cap. quæſiuit.* Et Ioan. And.
hic tenet, quòd ſic, cum conſenſu capituli. Sed vide plenius
in dicto cap. quæſiuit. Accedo ad gloſſ. huius principij vſque ad §.
adiicimus. Gloſſ. 2. poteſt diuidi in tres partes, in prima iuſtifi-
cat & fortificat textum. In ſecunda colligit ex text. notabile.
In tertia infert. Secunda *ibi, & not.* Tertia *ibi, vnde non debemus*
eſſe faciles. † In gloſſ. *ibi, eſſe faciles.* hæc gloſſ. eſt ſignanda ad hoc, 14
vt euitetur iurium correctio, quia quis non debet eſſe facilis
in dicendo, quod vna lex corrigat aliam, *cap. cum expediat. de ele-*
ctio. l. vnica. C. de offic. do. vbi dicitur, quòd promptum eſt leges
legibus concordare. Hinc eſt, quod non debet Doctor contra
aliud contrarium dicere aliud hic, aliud ibi, quia nihil aliud eſt
hoc dicere, niſi quod vnum ius corrigat aliud. Nec debet et-
iam dicere, aliud ſecundum leges, aliud ſecundum canones,
niſi materia ſubiecta hoc ſuadeat. Ad hoc vide optimam gloſſ.
in verbo, colirio. in cap. neceſſe. 29. diſtinct. de quo plenius in d. cap. cum
expediat. Gloſſ. *in verbo, ſacramentis. ibi, not. eſt.* Adde quod etiam
ibi habetur de ſacramento Ordinis, de quo ibi per Ioan. Andr.
poſt Innocent. In ead. gloſſ. *ibi, non tamen ſic confertur gratia.* hæc
gloſſ. vt intelligit Ioan. And. videtur fateri, quod in ſacramen-
to matrimonij conferatur gratia aliqualis: De quo ſe remittit
hic Ioan. Andr. ad notata per eum *ad c. vnicum. ſup. de ſac. vnct.* &
ibi habetur, vide *in dicto cap. quicquid. alleg per gloſſ. 1. quæſt. 1. Et an*
committatur ſimonia.

Gloſſ. *in verbo, admittantur. in fin.* hanc vltima partem gloſſ.
tenet etiam Archidiac. & Ioan. Andr. colligens Ioan. Andr. ex
iſto text. quòd circa ſacramenta nihil eſt immutatum, niſi quo
ad pœnitentiam, quæ etiam ſanis conferri poteſt tempore ge-
neralis interdicti, vt hoc text. noſtro.

† Gloſſ. *in verbo, articulo, in fin.* Addunt Doctor. etiam *cap. fin.* 15
ſupra de ſepul. Vbi notabilis textus, quod excommunicatus pro
manifeſta offenſa in mortis articulo abſoluitur à ſimplici ſa-
cerdote, etiam ſi illa excommunicatio eſſet magna, & eius ab-
ſolutio eſſet reſeruata abſq; eo quod prius ſatisfaciat. Vnde in
caſu illo ſatis eſt, quod abſoluens recipiat ab eo cautionem de
ſatisfaciendo. Et per illum textum limitatur ſingulariter *cap. ex*
parte. ſupra de verbor ſignif. vbi dicitur, quod excommunicatus
pro manifeſta offenſa, non debet abſolui, niſi prius ſatisfaciat:
quia illud procedit, niſi in mortis articulo fiat abſolutio, quæ
poteſt fieri à ſimplici ſacerdote, etiam ſi abſolutio ſit reſerua-
ta, vt inquit hic hæc gloſſ. Et facit *d. cap. fin. de ſepult. & cap. ſi quis*
ſuadente. allegatum hic in gloſſ. Et adde etiam, quod ſi ſatisfactio
exigeret longum tractum, & haberet tractum de futuro, ſatis
eſſet, & accipere cautionem ab eo, qui non eſſet conſtitutus in
extremis, de quo *in cap. quæſtioni. & ibi nota. ſupra de appellat.* Et
pro prædictis vide *textum & ibi per totum in c. ab infirmis. 26. q. 7.*
vbi dicitur, quod talibus conſtitutis in articulo mortis non eſt
iniungenda pœnitentia, ſed innoteſcenda.

Aliæ gloſſellæ huius principij ſunt expoſitiuæ literæ, id-
eo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *In eccleſia exiſtente in loco generalis interdicti poſſunt celebrari diuina officia, vt prius, dummodo fiat ſine aliquibus ſignis extrinſecis.*
2 *Miſſæ ſolemnia quæ ſint.*
3 *Eccleſiarum appellatione an comprehendantur monaſteria.*

 4 *Diſtri-*

4 *Diſtributiones quotidianæ vbi dantur in aliquo officio, quod celebratur in eccleſia, ita debentur, ſi illud officium ſine cantu dicatur, ſubſiſtente legitima cauſa.*
5 *Extranei nunquid admittantur tempore interdicti generalis ad celebrationem diuinorum officiorum.*
6 *Emungens nimis elicit ſanguinem.*
7 *In miſſa debent ſaltem adeſſe duo, quibus dicatur, Dominus vobiſcum.*
8 *Ab obſeruantia communi durum eſt recedere.*
9 *Clerici qualiter debeant ſe habere in celebrãdo tempore interdicti.*
10 *Campanæ pulſatio arguit populi conuocationem ad diuina.*

Sequitur §. adiicimus.

§. ADIICIMVS. Iſta eſt tertia pars, in qua Bonifacius Pa-
pa tractat quomodo diuina officia ſint celebranda tempore
generalis interdicti, vſque *ad §. cæteris.* Et ſummata eſt hæc pars
1 *in princip. cap. per gloſſ.* † Not. ex § *adiicimus.* quòd in eccleſia exi-
ſtente in loco generalis interdicti poſſunt & immò debent ce-
lebrari diuina officia, vt prius, dummodo tamen talis celebra-
rio diuinorum fiat ſine aliquibus ſignis extrinſecis, hoc eſt, vt
fiat ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, campanis non pulſatis, &c.
2 *vt in textu.* † Et ex hoc textu poteſt colligi, quòd pulſatio cam-
panarum, & cantus miſſę non ſunt de ſolemnitate miſſæ. Nam
ſolemnia miſſarum peraguntur, licèt non alta voce fiat cele-
bratio, quod eſt notandum ad diſpoſitiones facientes mentio-
nem de ſolemnitate miſſarum. Et ita colligit etiam Panorm. *in
cap. permittimus. ex illo textu. ſupra eod. tit.* Sed hoc etiam clarè hic
colligitur. Et quod dicitur hic de eccleſiis, idem etiam ſubiici-
3 tur de monaſteriis. † Ex quo aliqui colligunt argument. ex iſto
textu, quòd appellatione eccleſiarum comprehendantur et-
iam monaſteria, licèt hic textus poſſit allegari in contrarium,
cum hic non tantum fiat mentio de eccleſiis, ſed etiam de mo-
naſteriis. Tamen gloſſ. *hic in verbo, monaſteriis,* colligit hoc nota-
bile allegans ad hoc *textum in cap. hac auctoritate. 53. diſtinct.* de
quo habetur per Ioan. Andr. *in cap grandi. in verſiculo. præſertim.
in gloſſ. nota & etiam in nouella ibi. ſupra de ſupplen. negligen prælato.*
4 † Secundo nota: *ibi, diſtributiones quotidianæ.* quòd vbi diſtribu-
tiones quotidianæ dantur in aliquo officio, quod celebratur
in eccleſia, ita debentur, ſi illud officium ſine cantu dicatur,
ſubſiſtente legitima cauſa, vt hic, ſicut ſi diceretur officium in
cantu: quod eſt notandum ſecundùm Gemin. hic. Et de iſtis
diſtributionibus quotidianis videre plenè *in cap. vnico, de cleric.
non reſiden. eodem libro.* Addit etiam hic Ioan. Andr. quod iſte §.
non haberet locum, vbi Papa præciperet exire clerum reſeruа-
tis parochialibus presbyteris pro ſacramentis exhibendis, quę
permittuntur tempore interdicti. Et ita nota. *ind. cap. permitti-
mus, in verbo, hebdomada.* Et faciunt etiam, quæ notantur per
eum *in cap. ſtatuimus. ſupra de electio.* † Sed hinc ſumpta occaſio-
5 ne occurrit notabile dubium. Nam hic dicitur, quòd tempo-
re interdicti generalis ſingulis diebus poſſint celebrari diui-
na officia, ſeruata forma, de qua hic. Sed dubium eſt, nunquid
clerici aliarum eccleſiarum, vel monachi aliorum monaſte-
riorum poſſint admitti ad celebrationem iſtorum diuinorum.
Archidiacon. mouit hic hanc difficultatem. Et determinat ip-
ſe, quòd non, dicens hoc ſatis probari in hoc textu, dum lo-
quitur de diſtributionibus quotidianis, ad quas non admit-
tuntur, niſi intereſſentes, hoc eſt reſidentes in eccleſia, & non
forinſeci, hoc eſt extranei, allegat ad hoc *cap. is qui. in § 1 ſupra
eodem.* vbi textus loquitur ſolum de priuilegiatis, qui debent
admitti: ergo ſecundùm eum non erunt admittendi extranei.
Allegat etiam *cap. licet. & cap. quoniam. ſupra de priuileg eodem li-
bro.* Vnde refert Ioan. Andr. Petrum dixiſſe, quòd *in cap. quòd in
te. ſupra de pœnit. & remiſſ. & in cap. illud. ſupra de cleric. excommun.
min.* quod clerici non poterant intereſſe in diuinis in eccleſiis
extraneis vel priuilegiatis, in quibus ſunt priuilegiati, non ſuis
de celebrando tempore interdicti, cùm decretalis illa, quod
in te, ſolum priuilegiet eos in ſepultura ſuper laicos. Ita tenet
hic Archidiac. Ioan. Andr. viſus eſt tenere contrarium, dicens,
quòd hoc dictum Archidiac. videtur eſſe valde durum; quia
per hoc ſequeretur, quòd beneficiatus in vna eccleſia celebra-
re vel conſecrare non poſſet, proinde dubitatur de clericis
presbyterorum ſeruientibus, qui ſolum ſunt in eccleſiis inſti-
tuti, de quibus habetur *in cap. vt quiſque. ſupra de vita & honeſt.
cleric.* vel etiam de presbyteris habentibus ſocium inſtitutum
in eadem eccleſia, ſi ille abeſſet, nunquid poſſet alium admit-
tere: de quo ſe remittit Ioan. Andr. & ibi etiam dixi *in cap. licet.
in gloſſ. penult. ſupra de priuileg. eodem libro.* † Nam certè qui nimis 6
emungit, elicit ſanguinem, *cap. niſi cum pridem. §. propter mali-
tiam. in fin. de renunciat. cap. denique. 4. diſtinct.* Et ita Ioan. Andr.
ſentit hos poſſe admitti. Ioan. Calderin. *in tractatu ſuo de eccle-
ſiaſtico interdicto, in 6. membro, in verſiculo, ſed in dubium.* nixus eſt
defendere opinionem Ioan. Andr. de qua hic, & reſpondere
motiuis Archidi. tamen poſt multa concludit, quòd non au-
deret conſulere alicui in hoc articulo. Sed poſt factum ſatis
defendi poteſt, quòd non eſſet irregularis, de quo ibi per eum
plenè. Federic. verò de Senis *conſilio 87. in meis, quod incipit, Fra-
tri Raynaldo.* concludit ibi abſurdum. Addit tamen, quòd poſ-
ſet dici, quòd illud non procederet in iſtis fratribus de ordine
mendicantium, vel in fratribus de alio ordine, qui tranſitum
faciunt per conuentum loci interdicti, de licentia ſuperioris,
quia tales poſſent admitti ſine metu irregularitatis, quia quo
ad officia & omnia eccleſiaſtica ſacramenta poſſunt dici illius
conuentus, ad quem declinant. Adducit ſimile de laico pere-
grino & tranſeunte, qui poteſt ſua peccata confiteri ſacerdoti,
in cuius parochiam declinat, & ibi ſepeliretur ſi decederet,
non electa ſepultura: de quo notat Archidiac. *de ſepult. cap. 1.* &
habetur *de pœnit. & remiſſ. in cap. omnis.* ſecundum Archidiac. et-
iam ſentit Federic. quod extranei non admittantur ad diuina
officia. Sed ſi fratres vnius conuentus declinarent ad alium
conuentum per locum interdictum eiuſdem ordinis, tunc
cum iſti non poſſint dici penitus extranei, & in pluribus caſi-
bus ſibi communicent, ſi tales admittantur, non incurrent ir-
regularitatem. Neque obſtat ſecundum Feder. hic, ſi quiſpiam
dixerit, tales reputari extraneos, licet ſint eiuſdem ordinis, ex
quo non habent vocem in capitulo eorum fratrum, ad quos
declinant, vnde faciunt tranſitum, vt not. *in cap. 1. ſupra de priui-
leg. eod. lib. & in cap. 1. in verſiculo, neque prioratus. ſupra de ſtatu mo-
nach.* Quia ex hoc non ſequitur, quòd non poſſunt admitti ad
diuina: Nam primum tendit ad præiudicium alterius, ſecun-
dum non. Ad quod facit in ſimili, quod dicitur de epiſcopo,
qui in aliena diœceſi poteſt expedire ea, quę aliis præiudicium
non generant, vt puta in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictio-
nis. Secus in his quæ ſunt contentioſæ, *iuxta notata in cap. nouit.
de offic. leg. & in l. 2. ff de officio procura. Cæſar.* Et hanc ſententiam
ſecutus eſt hic Gemin. licet Federic. viſus ſit aliqualiter dubi-
tare de hoc, dum in fine ſui conſilij ſubiicit ea quæ dixit, cor-
rectioni veritatis. Adde tamen etiam, quæ dixi pro intellectu
prædictorum *in capitulo penult. ſupra de priuileg. eodem libro.* Nunc
non inſiſto propter vacationis tempus, proinde etiam pro in-
tellectu huius textus, dum hic admittuntur diuina officia mo-
do & forma, de quibus in littera. Quid erit de miſſis peculiari-
bus ſiue priuatis, an tempore talis interdicti poſſint celebrari
aliæ miſſæ quàm conuentuales. Dubium facit textus *in verſicu-
lo, adiicimus.* vbi videntur ſolum permiſſæ conuentuales miſſæ,
dum loquitur hic de diſtributionibus quotidianis, quæ ſolum
ſolent impartiri in miſſis conuentualibus. Ergo non erunt per-
miſſæ peculiares, ſiue priuatæ miſſæ. Hinc eſt, quod Ioan. Mo-
nach. hic in quadam ſua additione, tenuit, quod non poſſint
miſſæ priuatæ dici. Quaſi hic textus ſolum permittat conuen-
tuales, *in verſiculo, & tam canonici, quàm clerici.* Ioan. Andr. non
placuit hoc dictum, dicens hoc ſibi videri duriſſimum. Et mo-
uetur *ex textu iſto, ibi, vt prius.* poterunt ergo tàm peculiares,
quàm conuentuales celebrari. Et ſubiicit, quòd ita ſeruatur.
Idem etiam tenet Ioan. Calderin. *in dicto ſuo tractatu, in ſecundo
membro. in verſiculo, dubitant quidam.* Et ita tenet Gemin. Mihi
autem viſum fuerat poſſe defenſari opinionem Ioan. Monac.
vt pro maiori obſeruantia ipſius interdicti non recederetur à
verbis huius textus, *argum. cap. ſi ciuitas. & cap. eos. ſupra eodem ti-
tulo.* Mouebar & ſecundo pro hac opinione, quia cum laici
non admittantur in loco interdicto tempore diuinorum offi-
ciorum, niſi in caſibus hic expreſſis. *in §. in feſtiuitatibus.* Non e-
rit recurrendum ad miſſas peculiares, cum ibi non adſit, nec
adeſſe poſſit populus, qui ad id, quod planè intelligat in miſ-
ſa, reſpondeat amen, *vt in cap. ſedulo. 38. diſtinct.* Et faciunt quæ
nota. *in capitulo, hoc quoque ſtatuit. gloſſ. 1. de conſecrat. diſtinct. 1.*
† vbi legitur, quòd in miſſa ſaltem debent eſſe duo, quibus 7
dicatur; Dominus vobiſcum. Quæ ratio ceſſat in conuentua-
libus miſſis, vbi adeſt copia, & clericorum & canonicorum
eccleſiæ. Ceſſante igitur multitudine populi, ſuſtineri po-
teſt

reſt, quod dixit Ioan. Monachi. Neque obſtat *verbum, vt prius. poſitum in textu*: quia debet intelligi & limitari per ſubſequen-
tia verba textus, quę verba adaptantur conuentualibus ntiſſis,
vt paret ex verbo, diſtributiones quotidianæ, & ex verbis illis,
tam canonici, quàm clerici, vos cogitabitis, quia nemo tangit
8 vltra. † Et durum eſſet recedere à communi obſeruantia, *per l.*
9 *minime. ff. de legib.* hoc dixerim gratia diſputationis. † Si quiſpiã
vellet intelligere, qualiter debeãt ſe clerici habere in celebrã-
do tempore interdicti, de hoc eſt clara deciſio in text. in quo
ponuntur quatuor, quæ ſunt ſeruanda per iſtos celebrantes
tempore interdicti. Nam primo debẽt ſubmiſſa voce celebra-
re: Item & ianuis clauſis: Item excommunicatis, ac interdictis
excluſis. Et campanis etiam non pulſatis. Quorum alterius
tranſgreſſio violaret ipſum interdictum, vt not. per Hoſtienſ.
10 *ſupra eod. permittimus. ſuper verbo, non pulſatis.* † Et eſt ratio, quia
prohibentur pulſari campanæ, quia pulſatio campanarum ar-
guit populi conuocationem ad diuina, *vt in cap. 3. de offic. cuſto. & in cap. Ioannes ſupra de homicid.* Sed ita eſt, quòd populus tempo-
re interdicti eſt excluſus ab audientia diuinorum, ergo fruſtra
pulſarentur campanæ. Si enim populus non debet admitti ad
audiendum diuina officia, ergo nec debebit vocari, ſecũdùm
Archid. & Ioan. Andr. Et de iſtis campanis an ſit licitum fratri-
bus prædicatoribus habere duas campanas: Et idem in aliis re-
ligioſis. De hoc pulchre per Oldrad. *conſil. 51. quod incipit, Fratres prædicatores.* Et prædicta nota. Et *in d. conſil.* Oldrad. ponun-
tur multa bona circa iſtas campanas.

SVMMARIVM.

1 *Feſtiuitates priuilegiatæ tempore interdicti quæ ſint.*
2 *Participatio diuinorum longè magis eſt prohibita excommunicatis quàm interdictis.*
3 *Interdicti generalis quis ſit effectus.*
4 *Laici poſſunt in diuinis officiis appropinquare altari: quod intellige, vt ibi.*
5 *Priuilegiorum in reuocatione debet exprimi cauſa, quare fuerit facta reuocatio.*
6 *Interdicti tempore nunquid poſſit conferri Euchariſtia.*
7 *Sepultura accedit magis ad communionem ſacramẽtorum, quàm ad communionem diuinorum officiorum.*
8 *Orationibus & ſacrificiis ſacerdotum magis quis indiget poſt exitum vitæ quàm in vita.*
9 *Sepultura an veniat ſub nomine diuinorum officiorum.*
10 *Sacramentorum nomine non ſolùm veniunt ſeptem ſacramenta, ſed & omnes res ſacræ & eccleſiaſticæ.*
11 *Sepultura ei non denegatur, cui conceditur ingreſſus eccleſiæ.*
12 *Sepultura eccleſiaſtica an denegetur interdictis.*
13 *A regulis non eſt recedendum.*
14 *Priuilegia conceſſa ſuper audientia diuinorum officiorum præcipuè laicis, ante hanc conſtitutionem, an cenſeantur reuocata per finem ipſius.*
15 *Connexorum eadem eſt ratio.*
16 *Minus dignum non trahit ad ſe magis dignum.*
17 *Dies feſtus quoad celebrationem diuinorum officiorum incipit in veſperis vigiliæ ipſius feſti.*
18 *Dies vnde dicatur: & quomodo more Romano ſumatur.*
19 *Opiniones Doctorum habent aliquando reddere quem excuſatum & ſi non à toto, ſaltem à tanto.*
20 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*

Sequitur §. in feſtiuitatibus.

1 §. IN FESTIVITATIBVS. Not. primo † ex iſto text. quæ
ſunt illæ feſtiuitates, quæ dicantur priuilegiatæ tempore inter-
dicti. Nam hic numerantur quatuor, quæ dicuntur ſolemnes
2 dies, vt patet in textu. † Secundo nota *ibi, excommunicatis prorſus excluſis.* quòd participatio diuinorum longe magis eſt pro-
hibita excommunicatis, quàm interdictis, quod patet, quia in
diebus his ſolemnibus admittuntur interdicti, & non excom-
municati, vt ipſi interdicti facilius inclinentur ad gratiam re-
conciliationis, vt in textu. Ex quo infert hic Gemin. quòd fa-
cilius quis admittitur ad recuperandum quod perdidit, ſi illud
ſibi aliqualiter concedatur, quàm ſi totaliter excludatur. Ad-
dit tamen hic Ioan. Andr. quòd etiam ſi iſte textus habeat in ſe
magnam æquitatem, tamẽ tendit ad noxam clericorum, quia
vt plurimum in locis interdictis & rebellibus multi reperiun-
tur excommunicati, qui aliquando ſunt tales, quòd de facto
per clericos excludi non poſſent: neq; poſſunt etiam ſine peri-
culo abſtinere, ideo dura eſt hæc prouincia iſtis clericis. † Ter- 3
tio not. *ibi, participationem.* quis ſit effectus interdicti generalis,
quia per id priuatur perſonæ loci interdicti à participatione
diuinorum. † Quarto not. *ibi, nullatenus appropinquent, argum. ex* 4
iſto textu, quòd laici poſſint in diuinis officiis appropinquare
altari, cum hic ſolum videantur prohibiti, qui fuerunt interdi-
cti, ergo aliis hoc videbitur permiſſum. Quod tamen qualiter
intelligatur videbimus infra; vide tamen textum *in cap. peruenit. de conſecrat. diſtinct. 2. iuncto cap. ſequenti, quod incipit, ſacerdotum.* Vbi optimus textus, quòd nulli laico licitum eſt ingredi
preſbyterium, quando miſſa celebratur, hoc eſt in eo loco, in
quo clerici & ſacerdotes conſiſtunt, ad hoc vt ipſi clerici libe-
rè, ac honorificè diuina poſſint exercere. Et multo minus hoc
licitum erit mulieribus, quibus prohibitum eſt, ne ſacrarium
ingrediantur, nec ad altare appropinquent, vt dicitur *in d. cap. peruenit.* quod eſt contra deteſtandam conſuetudinem noſtra-
tum mulierum, quæ dum celebratur miſſa, ſe collocant quaſi
ſupra altare. De hoc tamen ſolet plenius notari *in cap. 1. ſupra de vita & honeſt. cler.* Et contra mulieres facit etiam *cap. ad eius. 5 diſtin.* tempore tamen communionis admittitur deuota appro-
pinquatio. Quinto nota *ex verſiculo, cæterum.* quòd per clauſulam
generalem poſitam in lege tolluntur omnia priuilegia contra-
ria, licèt aliter de his non fiat mentio niſi in genere: quod facit
ad notata *in cap. 1. ſupra de exceſſ. prælat. eod. lib. vbi de materia.* † Ad- 5
de tamen, quòd in reuocatione priuilegiorum debet exprimi
cauſa, qua fuerit facta reuocatio. Sed quærit hic Ioan. Andr.
quid ſit feſtum, & quid ſit ſolemnitas: quia hic fit mentio de fe-
ſtiuitatibus & ſolemnitatibus. Sed hoc relinquendum eſt vo-
cabuliſtis, ſiue deriuatoribus: in iure tamen aliquando vnum
ſumitur pro alio, & videntur ſynonima. Licet proprie ſolem-
nitas referatur ad homines, qui perfecto officio defuncti, di-
cuntur ſolemnia peregiſſe. De quo hic per Ioan. Andr. & Arch.
exponentes hæc verba. Verum quia dicitur hic *in hoc verſiculo, in feſtiuitatibus.* quòd in his quatuor feſtiuitatibus, de quibus in
textu, diuina officia ſolemniter celebrari poſſunt. Inſtat ma-
gnum dubium, nunquid † Euchariſtia poteſt his diebus con- 6
ferri & dari, durante hoc interdicto generali. Arch. quòd non.
Idem Ioan. And. dicens hoc indubitanter eſſe verum, quia hic
textus ſolum loquitur de participatione diuinorum, non au-
tem de participatione ſacramentorum: poſſunt ergo iſti ad-
mitti ad diuina non ad alia ſacramenta. Et ſic non admittentur
ad Euchariſtiam, licet & aliis diebus poſſunt admitti ad pœni-
tentiam, vt dictum eſt *in §. ſanè, ad finem illius textus.* Et probat
hoc Ioan. Andr. quòd iſti non admittantur ad Euchariſtiam,
quia in hac tertia parte nihil tractatur de ſacramentis, ſed ſo-
lum de diuinis officiis. Ad quod faciunt quæ not. *in gloſſ. ſupra in verbo, admittantur.* Item facit etiam *§. ſanè. ſupra eod.* vbi ſolum
tempore interdicti admittuntur ad certa ſacramenta, præſer-
tim ad pœnitentiam & non ad alia. Ad idem etiam facit ſecun-
dùm Io. Andr. quia conſtat locum eſſe interdictum, in quo ex
promiſſione iuris celebratur, ſicut & olim in caſu *cap. vt priuilegia. ſupra de priuileg.* Relinquitur ergo, quòd illud ſolum rema-
neat conceſſum tempore interdicti, quod expreſsè permiſſum
reperitur. Sed illud non reperitur expreſsè conceſſum, vt hoc
in tempore, nec datur Euchariſtia: ergo ſtandum erit prohibi-
tioni. Et per hoc ſecundùm Ioan. And. reſpondetur ad omnes
canones dicentes fideles debere accipere corpus Chriſti in his
tribus primis feſtiuitatibus his expreſſis, *cap. & ſi non frequentius. de conſecr. diſt. 2. cap. ſæculares. & c. omnis homo.* vel ſaltem hodie in
Paſcha, *vt in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſ.* Nam hæc
iura debent intelligi ceſſante interdicto, & aliis prohibitioni-
bus, quibus durantibus non erit locus illis iuribus. Aliqui ta-
men, qui dicuntur violatores interdictorũ, allegant hunc tex-
tum in contrarium, dum prohibet hic textus, dantes cauſam in-
terdicto appropinquare altari ſecũdum eos fit hæc prohibitio
ad communionem corporis Chriſti recipiẽdam, quæ ſolet re-
cipi & conferri apud altare. Nam tales dicuntur eſſe prohibiti
ab huiuſmodi Euchariſtia recipienda. Sed alij, qui non dede-
runt cauſam interdicto, cùm ipſi non prohibeantur appropin-
quare altare, non videbuntur in hac prohibitione incluſi. Sed
his reſpondet Io. Andr. quòd iſti tales videntur recedere à ſuo
primo dicto, cùm videantur voluiſſe, vt participatio diuinorũ
non

non importet participationem Euchariſtiæ, cùm ſecundum hoc iſta concedatur, & iſta negatur, item negatur ſecundum Ioan. Andr. quòd talis ſit ſenſus litteræ. Ideo ipſe Ioan. Andr. reſpondet ad hunc text. quòd ſenſus huius litteræ eſt, vt ij, qui fuerunt cauſa interdicti, non appropinquent altari, ſed remaneant remotius ab altari propter opprobrium culpæ ipſorum. Simile *in cap. in capite. 50. diſtin.* Alij vero, qui non fuerunt cauſa interdicti, licèt interdictum ſit generale, poterunt orare apud altare, & ſuper altare oblationes facere, & ſimilia facere, non tamen quòd poteſt illis concedi corpus Chriſti eo tempore. Et hanc ſententiam ſecutus eſt etiam Ioan. Calderin. vt hic refert Gemin. *in dicto tractatu, in quinto membro, in verſiculo, ſed cum ſupra dixerim.* vbi dixit, quòd omnes indiſtinctè videntur prohibiti à participatione corporis Chriſti, quia illis non eſt permiſſa participatio ſacramentorum, ſed diuinorum officiorum. Sed inſtat hic Geminia. poſt Ioan. Andr. ſe tamen de hoc remittentem. Nunquid in iſtis feſtiuitatibus poſſint mortui ſepeliri. Ioan. Andr. quòd non, per notata per eum *in Clement. cos. de ſepult. in verbo, à iure.* vbi hoc firmat gloſſ. quam nota, ſe præſertim mouens ex cauſa, hic in textu expreſſa. Nam hic dicitur hos admitti ad diuina officia propter ſpem reconciliationis: ſed hæc ſpes reconciliationis ceſſat omnino in mortuis. Ergo ceſſante huiuſmodi cauſa, ceſſabit etiam diſpoſitio huius textus, & ſtandum erit regulis antiquis. Allegat pro hoc quaſi textum ad litteram *in cap. cum & plantare. in verſiculo, quòd ſi templarij. ſupra de priuileg.* vbi textus vult ad litteram, quòd licet interdum celebretur tempore interdicti in caſu à iure permiſſo, non tamen tunc ibi ſepeliuntur corpora defunctorum. Et hoc tenet expreſsè gloſſ. *quæ eſt ſingularis in hoc, in d. la Clement. cos. in verbo, à iure.* idem tenet Ioan. de Ligna. *in ſuo tractatu, de eccleſi. interdict.* Quia regula eſt negatiua, quòd tempore interdicti non admittatur quis ad diuina vel eccleſiaſtica ſacramenta, ſed nec etiam ad ſepulturam, *cap. non eſt, de ſponſa. & in cap. quod in te. argumento ſumpto ibi à caſu ſpeciali, ſupra de pœnit. & remiſſ.*

7 † Nam ſepultura videtur magis accedere ad communionem ſacramentorum quàm ad communionem diuinorum officiorum, vt probatur *in d. cap. quod in te.* vbi dicitur, quòd extrema vnctio & ſepultura, quæ denegatur tempore generalis interdicti, conceditur eccleſiaſticis ex gratia, qui ſeruauerunt interdictum, de quo ibi habetur. Nam licet ſint ſeptem ſacramenta, de quibus per gloſſ. *in cap. veniens. de tranſact.* quorum quinque ſunt neceſſitatis, & duo voluntatis, tamen vltra illa omnes res ſacræ, & eccleſiaſticæ poſſunt dici ſacramenta, *vt in cap. cum in eccleſia. de ſimon.* vbi ſit prohibitio ſepulturæ, &c. non alia ratione, quia dicitur fieri venditio rei ſacræ. Et facit *cap. penult. de ſepult.* cum ergo alia ſacramenta non ſint conceſſa, & ſub his ſaltem largo modo poteſt comprehendi ipſa ſepultura, remanebit ſepultura ſub prohibitione. Et hanc ſententiam, vt refert hic Gemin. ſequitur etiam Feder. *conſil. 154.* ſecundum eum: Sed in me. quota eſt *conſil. 151. quod incipit.* Caſus talis eſt, licet ipſe Federic. ponat quæſtionem in alijs terminis. Sed voluit allegare Federic. *in fine dicti conſilij*, quoad hoc, vt ipſa ſepultura comprehendatur ſub appellatione ſacramentorum. Nam Feder. ibi ponit quæſtionem de quadam bigina, quæ aſſumpſit habitum iſtorum fratrum prædicatorum, & quæ bigina erat priuilegiata, vt tempore interdicti poſſet audire diuina, & percipere eccleſiaſtica ſacramenta, verum ſi illa moriatur, poſſit ſepeliri per ipſos fratres prædicatores cum officio ſubmiſſa voce, & campanis non pulſatis: vnde fuit dubitatum, nunquid illi ſepelientes & facientes officium miſſæ ſuper cadauere ipſius biginæ inciderent in ſententiam ſiue pœnam irregularitatis tanquam violantes interdictum. Et ſic ſi ſit conceſſum alicui, vt poſſit audire diuina, & percipere eccleſiaſtica ſacramenta, ſi moriatur, poſſit ſepeliri cum miſſa & officio, ſubmiſſa tamen voce, & his quę requirit hic textus ſeruatis. Feder. ibi tenet quòd ſic, ſtante dicto indulto, neq; dicentes miſſam incurrent aliquam pœnam, ſeruatis his de quibus in illo §. adiicimus. Nam ſecundum eum, cum vigore priuilegij illa bigina habilis ſit ad maiora, ſcilicet, ad ſacramenta, quorum aliqua cum celebratione diuinorum conferuntur: ergo habilis erit & ad ſepulturam, & ad diuina officia, maximè

8 † cum poſt exitum vitæ quis magis indigeat orationibus, & ſacrificiis ſacerdotum, quam in vita, *vt in cap. non exiſtimemus: & in cap. anima defunctorum. 13. quæſt. 2.* Ex hac igitur cauſa dicentes officium vel omittentes, non incurrent aliquam notam vel pœnam.

† In contrarium tamen fortiùs vrget, quod non poteſt ſepeliri, quia ſepultura per ſe, & ſignanter eſt prohibita, *vt in d. cap. quod in te.* cum ibi ſit priuilegium clericorum ſeruantium interdictum: ergo ius commune erit in contrarium. Secundo in contrarium poteſt adduci *cap. epiſcoporum. ſupra de priuileg. eod. lib.* in quo cap. ſepultura videtur ponitur quid diuerſum à ſacramentis, & diuinis officiis. Quo fit, vt diuina officia & ſacramenta ſint conceſſa per priuilegium. Nec videtur conceſſa ſepultura, tanquam diuerſa ab eis, pro quo faciat ratio, quia cum aliquid generaliter prohibetur, quod ſpecialiter non conceditur intelligitur eſſe denegatum, vt eſt textus *in Clem. exiuit de paradiſo. in 8. coll. & in fin. in §. porro. in verſic. Nam vbi. de verbor. ſignific.* Sed huic per priuilegium non eſt conceſſa ſepultura, igitur, &c. Et hoc optime probatur hic, per ea quæ dixi ſupra ſecundum Io. Andr. *in iſto §. in feſtiuitatibus.* vt videlicet ſub nomine diuinorum officiorum non veniat eccleſiaſtica ſepultura. Nam populus hic tempore interdicti generalis, in his feſtiuitatibus admittitur ad diuina, & tamen non admittitur ad eccleſiaſticam ſepulturam, ſecundùm gloſſ. *in d. Clem. cos. in verbo, à iure.* Non etiam venit ſub nomine ſacramentorum, cum ſeptem ſint ſacramenta, inter quæ non eſt eccleſiaſtica ſepultura. Præterea fuit conceſſum huic benignè, vt poſſit audire diuina & recipere eccleſiaſtica ſacramenta. Sed homo mortuus non poteſt audire diuina, nec recipere eccleſiaſtica ſacramenta, igitur &c. His tamen non obſtantibus contrarium determinat ibi Feder. *in d. conſil. & in conſ. ſequenti*, rationibus de quibus ſupra. † Tum 10

quia nomine ſacramentorum non ſolum veniunt ſeptem ſacramenta, ſed & omnes res ſacræ, & eccleſiaſticæ, *vt d. c. cum in eccleſia.* † Tum etiam, quia cui conceditur ingreſſus eccleſiæ, 11

videtur concedi ipſa ſepultura, *vt in cap. requiſiſti, eod. tit.* & alias in caſu ſpeciali *cap. 1. ſupra de torneam.* Et ita tranſit ibi Feder. Et ſic ſentit Feder. in caſu prædicto, quod illa bigina poterit tradi miſſa ad ſepulturam vigore priuilegij. Sed quæſtio noſtra loquitur de non priuilegiato. † Ex quibus omnibus antedictis, ſtat adhuc 12

dubium, an ſi tempore interdicti in illis feſtiuitatibus aliquis moriatur, poteſt in eccleſia vel cœmiterio ſepeliri. Ioan. Cald. *in illo ſuo tractatu, in verſ. ſed eorum cauſam*, fuit in alia conſideratione, dicens ipſe, quod ſepultura eccleſiaſtica ſumitur pro officio ſepulturæ, vel ſaltem accedit ex iuris diſpoſitione ad diuinum officium, cum ergo his diebus permiſſum ſit diuinum officium, & his diebus admittantur interdicti ad illud, conſequens eſt, vt & ipſa ſepultura permittatur, *argum. cap. præterea. de officio deleg.* Præterea etiam facit, quia interdicti admittuntur ad participationem diuinorum his diebus. Ergo & ipſis interdictis mortuis non denegabitur ipſis eccleſiaſtica ſepultura, *cap. ex parte. de ſepult.* Nam ſi cui communicamus viuo, ergo & mortuo: ipſa vero ſepultura eccleſiaſtica eſt quid acceſſorium ad alia diuina officia, ſecundum Cald. *in loco ſupra allegato.* Non obſtat ratio de iure reconciliationis, de qua ſupra, & in tex. habetur, quia licèt non ſit ſpes de mortuis, eſt tamen ſpes de viuis, vt in ſimili habetur in *cap. xiiij graue. 13. quæſt. 2.* Tandem dicit ipſe, principalis cauſa, quare interdicti admittantur in ipſis feſtiuitatibus, eſt reuerentia ipſarum feſtiuitatum. Sed hæc reuerentia non deficit in caſu iſto, ergo locus erit ſepulturæ. † Quicquid ſit, non eſt recedendum à regulis. 13

Nam regula eſt, quod interdicti tempore, illa dicuntur denegari, quæ non reperiuntur ſpecialiter expreſſa, ergo ſtandum erit regulæ. Pro quo facit optimus textus *in d. §. quod ſi templarij. in d. cap. cum & plantare.* Non erit ergo recedendum ab auctoritate illius *gloſſ. in d. Clem. cos.* quam ſequuntur ibi Cald. Imol. & Cardin. Flor. Dubitant præterea Doctores *hic in §. cæteris*, quare Papa dixerit de priuilegiis conceſſis ab Apoſtolica ſede. Io. Andr. reſpondet, quia alij inferiores non poſſunt concedere, vt tempore interdicti celebretur, vt nota. *in d. cap. ad hæc quoniam. in fin. primæ gloſſ. ſupra de appellat.* Quæritur etiam ſecundùm Ioannem And. *hic in verbo, quibuſlibet.* nunquid hic textus debeat intelligi de quibuſcunque perſonis. Et reſpondet quòd non, ſed debet intelligi de perſonis eccleſiaſticis tantum, de quibus pertractat, quod probat *per verbum, celebrentur. hic in fin. text.* poſitum. Hinc formatur quæſtio ſatis difficilis, dicitur *hic in text.* quod citra obſeruantiam interdictorum priuilegia antiqua remanent in ſuo robore, exceptis his, quæ hic dicuntur. Nam ſi quæ ſunt priuilegia contraria huic conſtitutioni, ſiquidem intelliguntur reuocata per hanc conſtitutio-

ſtitutionem, quæcunq; ſint talia priuilegia conceſſa ante hanc decretalem quibuſuis monaſteriis, ordinibus, &c. vt dicitur in
14 text. † Vnde reſultat dubium, An priuilegia conceſſa ſuper audi. diuinorum officiorum, præcipue laicis, ante hanc conſtitutionem, intelligantur reuocata per finem huiuſmodi conſtitutionis. Et hæc quæſtio præcipue formatur in laicis, quia clauſula hic poſita in text. non includit laicos, vt dixi ſtatim *in verbo, quibuſlibet.* ſecundum Ioan. Andr. quia debet intelligi de perſonis eccleſiaſticis tantù, & non de ſimplicibus laicis. Quid ergo dicendum erit de tali priuilegio. In hoc ſunt opiniones. Ioan. Andr. arguit primo, quod tale priuilegium non ſit reuocatum, *per text. hic in fin.* vbi laici non videntur includi. Pro quo allegat ad hoc *cap. licet. ſupra de priuil. eod. lib.* Subiungens, quod per hoc eſt ſoluta quæſtio, de qua quæri ſolet de pœnitentibus ſancti Franciſci tertij ordinis. Item humiliatorum de cruce ſignatis. An priora priuilegia ſibi conceſſa ante conſtitutionem ſuper audiendo diuina, ſint reuocata per hanc decretalem. Addens, quod ideo dixit de prioribus priuilegiis, quia ſi quæ ſint conceſſa poſt hanc, vel ſint concedenda, de illis non eſt dubium, quia non eſſent reuocata, vt tenet *hæc gloſſ. fin. in fin.* Et hanc partem, quòd non ſint reuocata, viſus eſt ſequi Lapus, motus ea ratione, quia per priuilegium conceſſum ad audiendum, includentur prohibiti, vt poſſint dicere diuina officia, cùm ex priuilegio audiendi conſequatur quis quod non habet ex priuilegio dicendi. Allegat *notata in regula, cum quid prohibetur. in quæſtione Mercuriali,* vbi habetur de priuilegio conceſſo alicui, vt poſſit audire ius ciuile. Quia includentur prohibiti docere: Allegat etiam notata per Ioan. And. poſt Guil. *in cap. 2. in fin. gloſſ. ſupra de tempor. ord. eod. lib.* Sed contra hanc opinio-
15 nem plurimum viget natura connexorum. Nam † audientia diuinorum habet connexitatem cum celebratione eorum. Si ergo prohibetur celebratio, videbitur & prohibita audientia, *argum. cap. translato. ſupra de conſtit. cum ſimilib. ibi in gloſſ. allegatis.* Et facit *cap. 1. ſupra ne cler. vel monach.* Ad idem facit, quia auditus ſine celebratione eſſe non poteſt, ſed celebratio poterit eſſe ſine audientia. Quod ſatis probatur *in d. cap. licet. ſuper fin. penult. gloſſ.* Sed ita eſt, quòd modus celebrandi tempore interdicti eſt hic expreſſus, videlicet, vt celebretur excluſis interdictis, niſi in quatuor feſtiuitatibus anni. Ergo vltra hunc modum non admittentur interdicti ad audientiam, licet alias fuerint priuilegiati ante hanc cõſtitutionem, per quam reuocantur priuilegia alia, vt in text. Præterea quo ad pœnitentes non dubium, quod priuilegia ſunt reuocata *per Clem. cum ex eo, eod. tit.* quia illa priuilegia erant priuilegia ordinum ipſorum minorum, quæ videntur reuocata etiam per hanc, *ibi, ordinibus, &c.* Ideo illa *Clem.* parùm facit ſecundum Ioan. And. Et parum haberet rationis in ſe, ſi per fratres minores nõ poſſent admitti ipſi pœnitentes, & per alios poſſent. Concludit ergo dicendum eſſe, quòd nullus poteſt admitti, niſi ſecundùm formam huius decretalis. Licet veritas ſit, quod ſoli minores admittentes incurrerent pœnam illius cõſtitutionis, hoc eſt excommunicationis ipſo facto: quia ipſi in hoc plus peccabant, quàm alij. Allegat Ioan. And. *quod not. in Clem. 1. in 2 gloſſ. ſed ex.* Tãdem ſubiungit Ioan. And. quod vtile eſſet ſuper hoc declarationem habere, licet addat, quod ſi priuilegium non eſſet datum audientibus, ſed admittentibus ad diuina, etiam de certis perſonis, puta quòd eo tempore poſſent tales admittere, tunc non eſſet dubium tale priuilegium eſſe reuocatum, *per hunc text. in fin.* cum hic dicatur de quibuſcunque priuilegiis, ordinib. &c. Et hanc ſententiam Ioan. Andr. ſecutus eſt Cald. *in d. tractatu,*
16 *in verſic. quæro an priuilegia.* † Et hoc per illam vulgatam rationem, ne illudantur cenſuræ eccleſiaſticæ, *vt in Clem. cum ex eo.* tamen etiam ratione abſurdi, ne acceſſorium trahat ad ſe principale, & minus dignum trahat ad ſe magis dignum. Hoc eſt vt audientia diuinorum trahat ad ſe celebrationem eorum, quæ audientia eſt quid acceſſorium ad ipſam celebrationem. & eſt quid minus dignum celebratione. Federic. tamen *conſil 87. ſupra allegato, circa princip.* viſus eſt tenere cum prima opinione ſupra recitata per Ioan. And. & cum Lapo, hoc eſt quod taliter priuilegiati de iure poſſint admitti vigore priuilegij, *per d. cap. licet. primo reſponſo. in verſic. niſi ſuper hoc. ſupra de priuil. eod. lib.* Et ſic vult, quod illa priuilegia non dicantur reuocata per illam conſtitutionem. Et reſpondet ad iſtum textum, quod hic ſolum reuocantur priuilegia, per quæ poterat celebrari tempore interdicti. Vnde nõ tangit caſum priuilegij cõceſſi ſuper audit. diuinorum: pro quo alleg. ipſe text. *in d. Clem. cum ex eo,* vbi ſpecialiter reuocantur priuilegia, per quæ illi de tertio ordine poterant admitti. A contrario ergo ſenſu alia priuilegia conceſſa aliis, vt poſſint audire, remanebunt in ſuo robore. Non obſtat, etiam text. *in d. Clem. 1. in fin. eod. tit.* vbi omnia priuilegia cõtraria reuocãtur: quia ibi loquitur de priuilegiis, per quæ religioſi nolebãt ſeruare interdictum, licèt eccleſia matrix ſeruaret, ſed admittere priuilegiatos ſuper hoc, nõ eſt violare interdictum, igitur, &c. Refert tamen Io. And. hic tenere contrarium, quod iſti non admittantur. Gemin. hic breuiter concludit, quod aut loquimur de priuilegiis conceſſis puris & meris laicis, & tunc procedat opin. Fed. vt illa non intelligantur reuocata per hanc decretalem, quia clauſula poſita *hic in fin.* puros laicos non includit. Aut loquimur de aliis, qui ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, etiam ſi ſint clerici ſeculares. Et procedat alia opin. quia hic reuocantur priuilegia conceſſa religionibus, ſeu perſonis eccleſiaſticis, ſæcularibus vel regularibus, vt patet in litera. Ergo relinquitur, quod tales videbuntur excluſi à priuilegiis ſuis, licet eſſent ſæculares, cùm cenſeantur perſonæ eccleſiaſticæ. Et ita tranſit hic Gemin. Operæ pretium tamen eſſet hic inueſtigare, quid ſi aliqui nõ priuilegiati admittantur ad diuina, aliis tamẽ circa obſeruationem interdicti rite ſeruatis, vtrum violetur ipſum interdictum. Et caſu quo non violetur, quam pœnam incurrent iſti admittentes ad diuina hos, de hoc per Federic. vbi multa ſuper hoc, *conſil. 67. quod incipit, Reuerende pater.* Et ibi vide per eum, quia notabiliter tanguntur multa ad hanc materiam. § Gloſſ. *in verbo, aſſumptionis.* diuiditur in duas. In prima, glo. infert ex textu ad ſolutionem quæſtionis. In ſecunda quærit de vna quæſtione, & reſpondet. ſecunda *ibi, ſed in his.* In gloſ. *ibi, natiuitatis.* Adde vel Annunciationis, de quo feſto plus videbatur dubitari, ſecundùm Ioan. Andr. In eadem gloſſ. *ibi, vt hic vides.* Addunt Doct. *& cap. 1. ſupra de obſerua. ieiuniorum.* † In ead. 17
ibi, ad veſperas. vult gloſſ. quod dies feſtus, quo ad celebrationẽ officiorum incipiat in veſperis vigiliæ ipſius feſti: hoc idem ſecutus eſt Archid. Et facit ad hoc *Clem. 1. de reliq. & vener. ſanct. in fin.* Et hoc ſecundùm Ioan. And. indubitãter obſeruatur. Licet quidam teneant cõtrarium per textum dicentem infra in præfatis diebus, quaſi ſentiat, vt ſolù in die feſtiuitatis hoc liceat, quia † dies dicitur, quando Sol eſt ſuper terram: dicitur enim 18
à dian, quod eſt claritas, quæ ſurgit de mane vſq; ad ſerum. Vel ſi ſumatur dies more Romano, incipit à media nocte, & finitur in alia media nocte, *l. more Romano. ff. de feriis. cap. conſuluit. de offic. deleg.* quo caſu excluduntur etiam veſperi vigiliæ ipſius diei. Sed ad hoc reſponderi poteſt ſecundùm Ioan. Andr. de hoc ſe remittendo per alleg. ad ea, quæ habentur *in cap. 2. ſupra de fer. vbi gloſ. notab.* quando incipiat dies quantum ad officij celebrationem: quia incipit in veſperis vigiliæ. Item quando incipiat, quo ad iudicium. item quando quo ad eſum carnis. Item quãdo quo ad obſeruantiam treugæ, *vt in cap. 1. de treug. & pace.* Vbi gloſſ. poſtea ſubdit, quod hæc conſiderantur ſecundum conſuetudinem locorum. Adde etiam quæ not. *de homic. in c. ſuper ſoditrus, ſuper verbo, oritur.* Et ſic ſtat concluſio ſecundùm Doct. attenta maximè communi obſeruãtia, quod quo ad officij celebrationem incipit dies feſtus in veſperis vigiliæ. *In ea. gloſſ. ibi, completorium.* vult ergo gloſſ. quod finitis veſperis diei feſti non erit licitum cantare completorium ſolenniter, ſtante interdicto, quia finitis veſperis diei feſti dicitur finitus dies feſtus. Sed contra hanc gloſ. tenent Archid. quia completorium includitur ſub veſpere: Et ſic ſecundum eum poterit etiam cantari cõpletorium ſine violatione interdicti: facit *cap. ſi quis epiſcopus in conſil. 8. q. 5. & quod not. in cap. fin. 92. diſt.* Pro quo facit etiam illud vulgatum, quia cùm hoc hic concedatur de gratia, vt in his quatuor ſolennitatibus poſſint ſolenniter diuina celebrari, illa gratia erit potius amplianda quàm reſtringenda, *cap. quamuis. ſupra de praeben.* Ioan. Andr. motus authoritate ſuæ gloſſ. hic, dixit eſſe ſtandum huic gloſſ. ante factum, hoc eſt vt abſtinendum ſit à completorio, ſed poſt factum, hoc eſt ſi pur occurrerit, quod fuerit dictum completorium in cantu & ſolemniter, tunc ſecundùm eum primum erit tenere opinionem Archid. tamquam æquiorem. Ad hoc inducitur in ſimili quod dicitur *in gloſſ. in Clement. 1. in verbo, presbyteri. de priuileg.* vbi gloſſ. vtitur ſimili verbo, ante factum, & poſt factum. Vnde ſubiicit Ioan. Andr. quod hoc eſt vnum de dubiis, quæ petiit declarari *in Clem. 1. in verſic. intelleximus. de reliq. & vener. ſanct.* Tenendo igitur hanc glo. ſtat concluſio, quod cantans ſolemniter completo-

pletorium in altero ex iis quatuor diebus feſtis, quod efficitur irregularis, quia dicitur violari interdictum, ex quo ipſum cõpletorium non eſt de die feſto, & non venit caſu præmiſſo. Aduertatamen hic, quod ſi clerici cantarent completorium, credentes hoc poſſe, quod de facili cum ipſis poteſt diſpenſari, tãquam hoc fecerint per errorem fulcitum opinione, & non in contemptum clauium. Ideo hic caſus eſſet diſpenſabilis per legatum, *vt not. in c. clerici. de cler. excom. miniſt.* Et ita tranſit hic
19 Ioan. And. † Ex cuius dicto poteſt inferri, quod opin. Doctor. habent aliquãdo reddere quem excuſatum, & ſi non toto, ſaltem à tanto, ita poteſt hic inferri ex D. Ioan. Andr. Ad quod faciunt notata per Doct. *in l. fin. C. de pœn. iudi. qui male iudi. & quod notatur in cap. ne innitaris. ſupra de conſtit.* Sed aduerte hic, quod hæc non tranſeunt ſine dubitatione. Nam licet ſolemnitas vnius diei feſti quo ad celebrationem officij incipiat in veſperis vigiliæ, & terminetur in veſperis feſti, vt habetur *in d. cap. 2. de*
20 *fer.* tamen vbi ſit mentio de die, verba † debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, *vt in cap. 1. de vſu pal.* & dixi plenè ſecundùm Ioan. Monach. *in c. ſi ciuitas. in verbo, latiorem. ſupra eod. tit. & lib.* vnde cum hic text. primo loquatur de feſtiuitatibus, & ſecundo ſubiiciat, in præfatis diebus participationem permittimus, &c. videtur voluiſſe hic tex. etiam ſe referre ad diem naturalem ratione ſubiectæ materiæ, *arg. l. ex ea parte. in §. inſulam ff. de verb. oblig. & cap. in præſentia. de probat.* Proinde dixit hic Gemin. quod eccleſia ſeruat, quod completorium diei feſti, attribuitur ſemper illi diei: Et ita patet in tacto, quia completorium in die feſto dupliciter celebratur, tanquam pro feſto duplici, licet ſequens dies non habeat feſtum duplex. Et ita ſecundum eum interpretatur communis obſeruantia, vt completorium attribuatur illi diei & nõ ſequenti. Ex quo infertur, quod cum iſte text. promittat celebrationem diuinorum his quatuor diebus feſtiuis, quia totum officium illius diei intelligetur eſſe permiſſum & etiam completorium, quod dicitur eſſe officium illius diei. Et hoc ſentit Archid. vt refert Gemin. *in cap. ſolent de conſecr. diſt. 1. ſuper gloſſ. quamuis.* addit ibi Arch. quod quo ad horam decantationis ſit alterius diei, ſcilicet, præcedẽtis. Et profecto opin. Gemin. quæ fuit Archid. eſt ſatis æqua. Et vbi conſtaret de obſeruantia eccleſię, res tranſiret ſine dubitatione. Sed vbi non conſtaret de ea, tunc res eſſet dubia. Pro opinione tamen Archid. viſum eſt mihi poſſe allegari text. *in c. 1. de celeb. miſſ.* vbi text. quod appellatione officij diei, venit etiam completorium. Nam cum ſepties in die laudandus ſit Deus, vt ibi dicitur, quia ſecundum Prophetam, *ſepties in die laudem dixi tibi, &c.* Nam ibi dicitur, quod in hoc ſeptuario numero laudis diei numeratur completorium, & ſic probatur ibi expreſſè, quod ſit de officio diei illius, in quo dicuntur aliæ horæ. Sed quia illum text. nemo allegat, cogitabitis, an faciat pro hac opinione. Aliæ duæ gloſſellæ ſunt expoſitiuæ litteræ, & nihil eſt addendum. Sed eum eis tranſeunt Doct. ego etiam. Multa autem dubia occurrentia circa hæc interdicta habentur latiſſimè per Calder. *in ſuo tractatu de eccleſiaſtico interdicto.* Item habentur aliquæ quæſtiones circa obſeruationem interdicti per Feder. *conſil. 223 quod incipit, In aliqua ciuitate. & in aliis conſiliis ſupra per me allegatis.* Tandem poſſent hic multa examinari, & primo, qua pœna puniatur violans interdictum. Item nunquid loco interdicto intelligantur interdictæ perſonæ: de quo ſecundo vidiſtis *in cap. ſi ſententia. & in cap. ſi ciuitas, ſupra eod.* Et vide multa per Innoc. & etiam Panorm. *in cap. tanta. ſupra de exceſſ. prælat.* Et nunquid aliquis de loco interdicto poteſt ſepeliri in loco non interdicto, dixi *ſupra in cap. vlt.* & habetur per Feder. *conſil. 116. quod incipit: Quæritur vtrum.* vbi multa de his ſcripſit, quæ pertinent etiam *ad cap. ſi ſententia. ſupra eod. tit. & lib.* Habetur etiam & legitur *in Clem. 1. de ſent. excom. & aliquid in cap. & in Lateranenſi. de preben. & in cap. epiſcoporum. de priuilegiis, eod. lib. & in d. cap. quod in te. de pœnit. & remiſſ. & in cap. non eſt de ſponſ. ſupra allegato.* vbi etiam legitur, & notatur, quæ ſacramenta ſint permiſſa tempore interdicti, de quo aliquid dixi *ſupra in gloſſ. 3. in verbo, ſacris. in eadem decretali.* Si quid etiam dubitationis omiſerim circa materiam excommunicationis, & cenſuræ eccleſiaſticæ, recurre ad Ioan. de Ligna. *in ſuo tractatu, de cenſura eccleſiaſtica.* vbi multas & infinitas quæſtiones explicat circa materiam excommunicationis, & totius huius tituli.

(***)

REPETITIO IN REG. CVM QVID PROhibetur. De Regul. iur.

Præclariſſimi I. V. C. D. Vincentij Carocij Tudertini.

REGVLA IN SEXTO, Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ ſequuntur ex illo.

PRo præſentis Regulæ, ac ipſius materiæ aliquali cognitione, præſciendum eſt, quòd quatuor ſunt Regulæ inuicem ſimiles, & quodammodo ſorores.

Prima eſt, conceſſo antecedente, dicitur permiſſum conſequens.

Secunda eſt, conceſſo conſequente, dicitur permiſſum antecedens.

Tertia eſt, prohibito conſequente, cenſetur prohibitum antecedens.

Quarta & vltima eſt, prohibito antecedente, dicitur prohibitum conſequens.

Secundo loco præſciendum eſt, quod quædam ſe habent vt pars in toto, vt duo in decem. *l. ſi vnus. §. cum decem. ff. de pact. l. poſt diuiſionem. C. de ſur.* Quædam vt pars circa totum, vt Alluuio circa fundum. *§. præterea. Inſtit. de rer. diuiſ.* Quædam vt continens, & contentum, vt legatum, & teſtamentum. *l. ſi nemo. ff. de teſtam. tutel. l. cum duobus. C. de inoffic. teſtam.* Quædam cohærentia, vt Cœmiterium ad Eccleſiam. *cap. vnic. de conſecrat. eccleſ. vel alt. a. lib. 6. l. quæ religioſis. ff. de rei vendic.* Quædam connexa, vt eccleſia Eccleſiæ. *l. cum actum. ff. de neg. geſt.* Quædam, vt antecedens, & conſequens, & hæc erit materia noſtra.

Prima igitur Regula eſt.

CONCESSO, VEL POSITO Antecedente, cenſetur conceſſum conſequens, vel poſitum.

QVAM, multæ leges, multaque iura comprobare videntur, text. vulgatis *in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. in l. 1. §. fin. in l. fin. de offic. eius.* text. Notabilis ſecũdum Alber. *ibi in l. veteres. de itin. actuq. priu. in l. loci. §. ſi quis. ff. ſi ſeruit. vẽdic. in l. 3. in fin. de penu. lega. in l. 3. §. qui habet. ff. de ſeruit. ruſt. præd. in l. ſi defunctus. §. fin. ff. de procu. in l. iam dubitari. ff. de hære. inſti. in l. 2. C. de ord. iudic. in l. quotiens. C. de iudic. in l. 1 §. 1. ff. ſi vſufr. petatur, in l. 2. §. inſpectio. ff. quemad. teſtam. aper. in l. qui procuratorem dat. ff. de procur.*

EX IVRE PONTIFICIO.

CAp. præterea. *cap. ſuſpicionis. de offic. deleg. cap. conſtitutus. de relig. dom.* Notatur *in cap. cum M. Ferrarienſi. de conſtit. cap. quoniam & ſent. excom. in 6. cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiſſ. cap. ex parte. de ſponſ.* Ex quibus, & ſimilibus quæ colligi poſſent, conſtat, hanc eſſe non Doctoris vnius regulam, ex vna tantum lege collectam, prout multos reprehendit Duaren. *in l. 1. ff. de verborum obligatione.* ſed veram (ni fallor) iuris regulam, ex multis iuribus inductam, *iuxta nota. in l. 1. ff. de regul. iur. in l. iura. de lega.*

Regulam hanc, licet multa, vt vidimus, iura comprobent, multi quoque Doctores confirmare auſi ſunt, inferendo ad variarum quæſtionum notabiles deciſiones.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Abbas dans licentiam monacho exiſtente in ſtudio, ea omnia cenſetur conceſſiſſe, ſine quibus in ſtudio eſſe non poteſt.*

2 *Iudex, cui eſt commiſſum antecedens, cenſetur commiſſum conſequens.*

3 *Priuilegium antecedenti conceſſum, vt pauperibus hoſpitalis, extẽditur ad conſequens, vt miniſtros.*

4 *Pater dans filio licentiam, exercendi mercantiam, ſi filius domum conduxerit: & in eam intulit aliquas res patris, illa cenſentur tacitè hypotecata, pro penſione domus.*

1 PRimo igitur dixit gloſſ. *in l. ſi longius, in gloſſ. mag. in fi. de indi.* quod ſi Abbas monacho licentiam dederit, exiſtendi in ſtudio, ea omnia cenſetur conceſſiſſe, ſine quibus in ſtudio eſſe non poteſt, & ſic, quod agat; iuret rectori vniuerſitatis, & alia faciat, quæ ſtudentes in ſtudio facere tenentur, & ſequitur, & tenet gloſſ. *in Can. cum paſtoris. 2. quæſt. 7. gl. in Can. non dicatis 12. q. 1* Ioan. And *in reg. in Malis. de reg. iur. in mercur. in c. 2. ne cleri, vel monac* Panor. *in c. venientes. de iureiur.* Abb. *in cap. 2. col. fin. de offi. ordin.* Bal. & poſt eum Bolog. *in authen. habita,* vbi Bald. *in 2. q. num 34. C. ne fil. pro pat* Docto. *in authen. Cauſam quæ. C. de Epiſ. & cler.* latè Felin. *in c. cum dilecta, num. 18. de reſcrip.* pulchrè Boer. *deciſ. 121. num. 10* Capell. Toloſ. *q. 88.* Vantius *in trac. de nullit. in rub. de nullit. ex defectu mand. nu. 47.* Horat. Luti. *de priuileg. ſcol. priuileg. 84.* Et hæc eſt communis * opinio, & per Panot. *conſ. 88 facti contingentia.* Euer. in loc. *à conceſſ. anteced. nume. 2.* & ſecundum eam pluries Bononię iudicatum, teſte Albe. *in l. veteres ff. de itin. actuq. pri.*

2 Secundo dixit Barto. *in l. 1. C. ſi à non compet. iudi.* quod iudex, cui eſt commiſſum antecedens, dicitur commiſſum conſequens, ſequitur Bald. *in l. ordinarij. C. de rei vendic. in l. præſcriptione. colum. 8. C. ſi contra ius, vel vti. pupil. in l. fin. C. vbi, & apud quem, in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ.* Ioan. And. *in nouella in capit. diſpendia, de reſcript. in 6.* Caſtren. *conſ. 71. viſis. lib. 1.* Alexan. *conſ. 97. circa primum. lib. 3.* Iaſon *in l. quotiens. C. de iudi.* Felin. *in capit. cum ſit generale, colum. 8. de fo. compet.* Rot. *deciſ. 396. inci. ſi cum committatur. in nouis.* Abb. *in cap. cum olim. de offic. delega.* Ægid. *concluſ. 5050.* Deci. *conſil. 33. colum. fin. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 32. quidam Florentinus.* Marant. *in ſuo Specu. in 4. parte. diſtinct. 6. nume. 25.* Boſſ. *in ſua pract. crimi. in titu. de foro competen. nume.* 1. latè Vanti. *in tract. de nullis. in rubric. quibus modis nullit. ſent. & cap. nume. 65. cum ſequẽ.* Reputatur dictum notabile & menti tenendum. Per Gerard. *ſing. 88.* qui iudex eſt, & hæc eſt communis * opin. *vt conſ. 152.* Curt. iun. atteſtatur.

3 Tertio, in pulchra † facti ſpecie, conſuluit Oldra. *conſil. 11.* Tema quod licet priuilegium ſit ſtricti iuris. & regulariter extenſionem non patiatur, priuilegium tamen antecedenti Cõceſſum, vt pauperibus hoſpitalis, extenditur ad conſequens, vt ad miniſtros, & famulos, ſequitur Abbas *in cap. quod nonnullis, de priuileg.* Roma. & Alexan. *in l. lecta. ff. ſi cert. peta.* latè Iaſ. *in l. ſi ſtipulatus fuero, per te non fieri, de verbo. obliga. in l. non tantum. ff. de rendic.* latè Cagno. poſt Deci. *ibi, in l in omnibus cauſis id obſeruatur.* vbi Deci. *nume 8. cum ſequen.* latiſſimè examinat, Cagno. *nu. 11. ff. de reg. iur.* Bologn. *in authent. habita. nume. 64. C. ne filius pro patre.* Hippo. *in l. vnica in primo notab. nu. 12. C. de rap. virgi.*

4 † Quarto, omiſſis multis, dicebat Faber per hanc regulam *in §. item Seruiana, de act.* quod ſi pater filio licentiam dedit, vt mercantiam exerceat, & filius domum, vel apotecam conduxerit neceſſariam pro illa mercantia, & in eam intulit aliquas res patris, quod res iſtæ erunt tacitè obligatę pro penſione domus, vel Apotecæ. qui enim vult antecedens, velle cenſetur conſequens ad illud, ſequitur ibi Iaſ. *num. 29. & 59.* per textum *in l. ſi permittente. C. ad Maced.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Conceſſo antecedente, dicitur conceſſum conſequens, quod ſi principaliter peteretur, ſpeciale mandatum non exigeret.*

2 *Reſtitutio in integrum ſi conſecutiue petatur, ſpeciale mandatum non exigit.*

3 *Delatio iuramenti non exigit ſpeciale mandatum, ſi fiat conſecutiue, ad aliquem actum.*

4 *Ad præſtandum iuramentum, ſpeciale mandatum non exigitur, ſi fiat conſecutiue ad aliquem actum.*

5 *Procurator, conſtitutus ad petendum abſolutionem ab excommunicatione, poterit ſine alio ſpeciali mandato iurare, de parendo mandatis Eccleſiæ.*

6 *Procurator ad lites, poteſt, ſine alio ſpeciali mandato, conſecutiue iurare de calumnia.*

7 *Conceſſo antecedente, venit conſequens, putatiue & impropriè conſideratum.*

Repet. ad lib. 6. Decretal. Tom. 5.

8 *Conceſſo antecedente, venit conſequens diuerſæ ſpeciei.*

9 *Procurator tenetur proſequi appellationem ab interlocutoria, licet non à diffinitiua.*

10 *Hodie fallit, quando in inſtrumento apponitur clauſula, & ad proſequendum, & ad omnes lites præſentes, & futuras.*

11 *Procurator poſt decem dies aduerſus interlocutoriam, reſtitutionẽ petere non poteſt, ſine ſpeciali mandato.*

12 *Conceſſo antecedente, venit conſequens, valde annexum, & præiudicaret, ſi non veniret.*

13 *Reſtitutio in integrum eſt connexa cauſæ, & niſi ſtatim peti poſſet, eſſet præiudicium.*

14 *Habens mandatum ad petendam confirmationem electionis, non intelligitur habere ad petendam diſpenſationem.*

15 *Confirmatio pendet à iure, diſpenſatio à gratia.*

Procurator non poteſt reſpondere poſitionibus, articulis, & inquiſitioni cum iuramento, ſine ſpecialiſſimo mandato.

AMpliatvr primo loco principaliter præſens regula, 1
vt procedat etiam ſi conſequens eſſet tale, quod ſi principaliter peteretur, ſpeciale mandatum exigeret. Gloſſ. eſt *in ca. ſuſcitata, in verbo Monaſterium,* quam ibi ſequitur Innocen. Anton. de Butr. Abbas, Henric. Boich. & alij *de reſtitutio. in integrum,* Cyn. *in l. 11 C. etiam per procur.* Barto. *in l. indebitam. ff. de condictio. indeb. & ibi* Caſtren. Cuma. & alij ſequuntur Caſtren. *in l. fina. C. vbi & apud quem.* Barto. & Iaſon & alij *in l. cum procurator. ff. de noui operis nunciatio. in l. illud. §. ſi talis ff. de mino.* Bald. *in additio. ad Specu. in titu. de reſtitutio. in integrum.* Anton. de But. *conſ. 44. circa medium.* Panor. *conſ. 87. colum. 1. lib. 1.* Deci. *conſil. 77. colum penult. in fi.* Felin. *in cap. ſunt & alij, colum. 3. de fide inſtrum. in cap. cauſam quæ, colum. 3. de re iudic.* Alex. & Iaſon. *in l. quoties. C. de iudic.* eſt dictum notabile & ſingulare Bouer. *in verbo procurator. num. 12.* Ioan. de Graſſ. *in ſuo procuratorio, in verbo cum emergentibus.* & hæc eſt communis * opinio teſte, Abb. *ad dictum cap. ſuſcitata.* *

Ex his poſtea infertur ad aliquas deciſiones.

Prima † eſt, cum ad petendum reſtitutionem in integrum, 2
ſpeciale mandatum requiratur. *l. illud. §. 1 ff. de min.* hoc verum eſt, ſi principaliter, ſecus ſi conſecutiue ad aliquem actum gloſſ. *in capit. qui ad agen. de procura. in 6.* Caſtren. *conſil. 28. viſo punctto, lib. 1.* Papienſ. *in forma reſponſionis reiconuen. in verbo. Simoniacus. nume. 6.* Lapus *allega. 69. & 20.* Alexand. *conſil. 23. lib 1.* Roma. *conſil. 84.* Imol. *in cap. nulli. §. 1. de reſcript.* Bellam. *conclu. 502. & melius conclu 32. Reputatur dictum notabile, & menti tenendum.* Alui. *ſingul. 255. Reſtitutio.* & hæc eſt communis * opinio, vt *
teſtatur Cardin. *in cap. ſuſcitata, de reſtit. in integrum,* & ibi quoque Abb. & Nouiſſime hanc communem, dicit Rufin. à Valle, *conſil. 26. in princip. parte 2.* pulchre tamen in hac materia, multos caſus conſiderat Aufer. Add. ad Cappellam Tholoſ. q. 55.

Secundo, cum ad deferendum iuramentum ſpeciale mandatum requiratur *l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. 1. de iureiuran.* hoc verum, ſi principaliter, ſecus ſi conſecutiue ad a- 3
ctum, ita Iaſon *in dict. § quod ex conuentione.* Barbat. *in ad. li.* Bar. *in l. 1. C. etiam per procur.* Reputatur dictum notabile & ſingulare. Alex. & alij *in addit. ad Barto. in l. ſi ſolutum. §. ſi procurator. ff. de pig. act.*

Tertio † ad iurandum, & iuramentum præſtandum ſpe- 4
ciale madatum exigitur, *cap. fin. de iuramen. calum. lib. 6.* hoc verum principaliter, ſecus conſecutiue ad aliquem actum. vnde procurator † conſtitutus ad petendam abſolutionem ab 5
excommunicatione, poterit abſque alio ſpeciali mandato, iurare de parendo mandatis Eccleſiæ, ita Specul. *in titu. de procura. §. primo. verſicu. item opponitur, quod licet habeat.* comprobat, & ſequitur per hanc regulam Franc. *in capitulo qui ad agendum. columna 1. in fin. de procura. in ſexto,* ſequitur in materia iuramenti præſtandi abſque alio ſpeciali mandato, & reputat notabile.

Mant. *ſingul. 94. qui habet. † in fine,* dicens quod procura- 6
tor ad lites ſine ſpeciali mandato, conſecutiue poteſt iurare de calumnia. dixit etiam menti tenendum, ad limitationem, *dict. c. ſi* Franc. *in c. ſolet. colum. 5. circa medium. de ſenten. excommu. lib 6.*

Extenditur † hæc ampliatio, vno notabili modo, vt non 7
ſolum procedat quando tale conſequens vere, & neceſſariò tendat ad actum, ſed ſi putatiuè tantum, & impropriè, ita

dixit eſſe textum vnicum, & ſingularem ad hoc Fulgoſ. *in l. indebitam. ff. de condict. indebit.* vbi mandatum factum fideiuſſori de fideiubendo pro indebito, nam in ſtipulationem deducto, extenditur ad ſoluendum. & certè hoc eſt putatiuè, & impropriè: quia iſtud indebitum iam in ſtipulationem deductum, non eſt propriè debitum, ſed per exceptionem, *l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione.* vnde non conſequitur mandatum de obligando eius ſolutio vere, & propriè, ſed putatiue tantum cum potuiſſet, ſi ſciuiſſet, exceptionem opponere, & hoc probare videntur finalia verba dictæ legis. *ibi. Si modo per ignorantiam petentem, exceptione non ſummouerit.* Poſſumus cogitare, quia prima facie quilibet contrarium diceret, cum regula ſolum procedat in conſequente neceſſario, vt videbimus.

8 Extenditur ſecundo † loco præſens ampliatio, vt procedat
etiam ſi conſequẽs eſſet diuerſæ ſpeciei ac antecedente, Aret.
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, de liber. & poſthu. ſequitur Lancel.
Deci. *in l. 2. de iuriſd. omn. iudi. per text. in l. non cogendum. §. ſi. ſecũdum* Barto. *intellectum ibi. ff. de procur.* vbi procurator ad ædificãdum conſtitutus, poteſt nunciare verè de demoliendo, & agere interdicto, ne vis fiat.

9 † Ex his poſtea infertur, quod procurator tenetur proſequi appellationem ab interlocutoria, licet non à diffinitiua,
ita Barto. *ibidem.* Gloſſ. *in l. viti. C. de ſuff. in capitu. Romana, de teſtibus. in ſexto.* Specu. *in titu. de ſalario. §. ſequitur, verſicu. ſed num-*
* *quid. Tur. 3. concluſ. 94.* & hæc eſt communis * opinio, teſte Iaſ.
in l. ita demum. nume. 8. in l. inuitus nume. 4. C. de procura. Villalo.
in verbo procurator, nume. 325. & ita quoque ſeruat ſtylus Romanæ Curiæ teſte Siculo *in capitu. non iniuſte. de procura.* quem refert,
& ſequitur Anfer. *in Additio. ad Toloſ. queſt. 155.* & ponit Ber. de
Luco *Regu. 610.* licet remiſſiue tantum, pulchrè declarat Boer.
deciſ. 285.

10 Illud ſanè verum eſt quod † hodie in inſtrumento procurationis apponitur clauſula, & ad proſequendum, & omnes
lites præſentes, & futuras, & quilibet procurator acceptando ſimpliciter mandatum, etiam proſequi tenetur. Abbas *in ſua practica. in forma procuratorij in verbo, conſtituto. nume. 5.* Bartol. & alij *in l. inuitus. C. de procura.* Rom. *conſil. 80. 1. 2. dubio, volum 5.* Roland. *conſil. 43. numero 10. volum. 1. poſuit pro ſingulari,* Bouer. *in verbo, procurator. nume. 17. per notata in Clement. 1. de procura.*

11 Declaratur † primo hæc ampliatio, vt procedat in petendã reſtitutione in integrum infra decem dies tantum, aduerſus interlocutoriam, poſt autem decem dies, procurator amplius eam ſine ſpeciali mandato petere non poteſt. Dictum
eſt Ioan. Andre. *in cap. coram ſelicis. de reſtitu. in integrum.* ſecutus
eſt Barbat. *in l. 1. C. etiam per procur.* Anfer. *in addit. ad Capel. Thol. quæſt. 55* Reputatur dictum ſingulare, & vnicum, vt per Rom.
ſingu. 125. ſubdens ita in facto obtinuiſſe. & licet non dicat, ratio videtur in promptu, quia interlocutoria poſt decem dies, tranſiuit in rem iudicatam, *vt in cap. cum dilecta. de appella.* vnde reſtitutio non diceretur amplius incidenter, ſed principaliter peti. diſtinguit tamen Abb. *ibi num. 4.* & ponit Couarru. Var. reſolutionum, *lib. 1. c. 6.*

12 Declaratur † ſecundo præſens ampliatio, vt procedat,
quando tale conſequens eſſet connexum cauſæ principali,
adeo quod niſi intelligeretur connexum, magnum reſultaret
præiudicium, alias non. exemplum ponamus de vtroque capite. & primo, de conſequente connexo, in reſtitutione in integrum, quæ ſi incidenter veniat petẽda, peti poterit per pro-
13 curatorem abſque alio ſpeciali mandato, quia eſt cauſæ † cõnexa. & niſi ſtatim per procuratorem peti poſſet, magnũ poſſet reſultare præiudicium, vt per Docto. *in dicto capitu. ſuſcitata. exemplum de ſecundo in cap. Innotuit. de elect.* vbi habens manda-
14 tum † ad peten. confirmationem electionis, non intelligitur
habere mandatum ad petendam diſpenſationem in perſonã
electi. & ratio eſt, quia diſpẽſatio non eſt ita connexa cauſæ
15 principali, quinimo confirmatio † pendet à iure, diſpenſatio
verò, à gratia, & ſi differatur, nullum reſultat præiudicium, repetit hoc Abb. *ad c. ſuſcitata.*

16 † Declaratur tertio loco præſens ampliatio, vt non procedat in poſitionibus, articulis, & inquiſitione cum iuramento,
nam Iudex non tenetur admittere procuratorem, niſi habuerit ſpecialiſſimum mandatum, vt ad hoc ſit gloſſ. *in capit. fina. in verbo, expreſſe. de iureiuran. in ſexto.* Barto. *in l. fina. in vltima lectura, & poſt eum cæteri. C. de procura. in l. qui non bona. §. ſi in aliena.* vbi Barto. *nume. 15.* Alexand. *nume. 20. ff. de dam. infect. in l. non ſolum. nume. 1. in l. ſeruum. § publicè. nume. 6. ff. de procura. in l. 1. §. defendi. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ.* Cyn. *in l. Reos. C. de accuſa.* Imol. & alij *in cap. 1. de iudic.* Ioan. Andre. *in capit. impetrandis. in cap. fina. de iuramen. calum* Innocen. *in cap. paſtoralis, de iudic.* Barba. *in cap. penult. de poſtul. prælat.* Fulgo. *conſil. 244. ad primum de quo quæritur.* Barto. & Modern. *in l. penult. §. ad crimen ff de public. iudi.* Alexan. *in l. ad egregias. ff. de iureiuran.* Felin. *tangit in cap. licet ex quadam, nume. 1. de teſti.* Aug. & Angel. *in tracta. malef. in verbo, qui Iudex vident, colum. 8.* videtur ſentire Afflict. *deciſ. 92.* Reputauit ſingulare Roma. *ſing. 8. an iuramentum.* pulchrè Bouer. *in verb procurator, num. 6.* & eſt dictum ab omnibus in practica obſeruatum teſtibus Ange. *in l. ſi actor. de procur.* & Iaſ. *in l. fina. C. de procur.* ponit latè Viu. *in verbo, procurator in criminalibus.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente venit conſequens nobilius ipſo.*
2 *Legatis veſtibus veniunt earum ornamenta precioſiora.*
3 *Magis dignum ſedens penes minus dignum redditur minus dignum.*
4 *Ius patronatus per ſe alienari non poteſt: cum vniuerſitate tamen tranſit.*
5 *Decretum irritans conſtitutioni annexum, non ligat ignorantes, ſaltem reſpectu pœnæ.*
6 *Nuncio referenti, citatum dixiſſe, nolo venire, creditur.*
7 *Poſito antecedente, venit conſequens maius, quando actus redderetur penitus nullus.*
8 *Conceſſa iuriſdictione, venit coërtio verbalis tantum.*
9 *Ne actus reddatur nullus, venit conſequens maius expreſſo.*
10 *Promittẽs vſuras, intelligitur promittere dotem.*
11 *Procurator conſtitutus ad extraiudicialia, poteſt apponere manum ad iudicialia.*
12 *Inſtituens ſeruum, cenſetur dare ei libertatem.*
13 *Conceſſo antecedente, venit conſequens maius, quando concedẽs haberet talem poteſtatem.*
14 *Iudex laicus, non poteſt conſecutiue cognoſcere de cauſa vſurarum, & ſimili.*
15 *Poſito antecedente, venit conſequens maius, oriens ex eodem facto.*
16 *Iudex ciuilis poteſt congnoſcere de quocunque commiſſa incidenter coram eo.*
17 *Fallit, niſi iudex laicus ſit penitus incompetens.*
18 *Iudex laicus, etiam de mandato Epiſcopi non poteſt punire clericum.*
19 *Nec lex ciuilis, vel conſuetudo hoc diſponere poſſet.*
20 *Iudex ad certam ſpeciem deputans, non poteſt cognoſcere de delictis coram eo commiſſis etiam de conſenſu partium.*
21 *Fallit, ſi incidenter committatur.*
22 *Poſito antecedente, non venit conſequens maius, quod concedens nõ eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

AMPLIATVR ſecundo loco † principaliter præſens re- 1
gula, vt procedat etiam ſi acceſſorium, ſeu conſequens
ſit nobilius, dignius, & precioſius, ipſo antecedente conceſſo, vt probatur *in l. & ſi non ſint. §. perueniamus. de auro & argen. lega. in l. ſi in emptione. ff. de contr. empt. l. cum aurum, verſiu. fina. de aur. & argent. lega.* Gloſſ. *in § ſi tamen alienam. Inſtitu. de rerum diuiſi.* Roma. *conſil. 330. colum. 3.* Marſ. *125. nume. 35.* Port. *in §. litera. de rerum diuiſ.*

† Hinc poſtea in facto conſultus, reſpondit Roma. quod 2
in legato veſtium veniat earum ornamenta; licet precioſiora,
quod pro notabili poſuit *ſing. 622. lego mulieri.* vbi dicit ſe lucratum florenos tres. & licet ipſe non dicat, ratio eſſe videtur; quod magis dignum ſedens penes minus dignum, ratione acceſſionis redditur minus dignum.

† Hanc rationem pro notabili poſuit Corſet. *in ſingu. ſuis in* 3
verbo, legatum. in reperto. ad Panorm. *in verbo, acceſſorio.* Alex. *in ſi. tertij dubij, in diſputatione, Rex Aragonum. in titu. de offic. eius.* Iaſ. *in l. imperium, num. 3. de iuriſd. omn. iudi.* vnde iſta dignitas hoc caſu cedit. & non conſideratur.

† Secundo, licet ius patronatus ex ſe alienari non poſſit, 4
cum vniuerſitate tamen tranſit. Bart. *in l. ſi mercedem. §. 1. de act. empt. in l. Aufidius. ff. de priuil. cred.* Cano. *in cap. ex literis. de iurepatro.* Rom. *conſ. 438.* Abb. *in diſputatione, Augerio.* Anche. *conſ. 421.* Reputatur dictum notabile Roma. *ſing. 56. ſi vendo fundũ.* Ang.
ſing.

ſing.25.dicens hoc perpetuo menti tenendum & hanc opinio-
nem dixit veriorem Boer. deciſ. 322. vicinus, in fine, latè Ang.
Bero.in c.1.num.39.de iure patron.Ber.de Luco Reg. 401.licet re-
* miſſiuè tantum.& hæc eſt communis * opinio,teſtibus infra-
ſcriptis.Roch de Curt.in tracta.de iure patro.in verbo, ipſe, vel is à
quo,num.300.Paul.de Cittad.in ſimili tractatu in 9. quæſt. princi.
Curt.iun.conſil.87.nume.6. de qua latè Couarru. Var.reſolu.lib.
1.cap.13.quam ſequitur etiam Felin.in cap.cauſam quæ colum.3. de
præſcript.Deci.conſil.127.colum.1.Roland.conſil.47.num.9. & nu.
37.vol.1.

5 † Tertio per hanc ampliationem,in facti contingentia da-
bat nouam declarationem Rom.ad Regulam,quæ eſt,decre-
tum irritans ſummi Pontificicis afficere etiam ignorantes, vt
in cap.cum tibi,de reſcript.in ſexto.in Clemen.1.de elect.Archi.diſtin.
19.§.1.Fallit,quando tale decretum eſt conſtitutioni annexũ,
quæ ignorantes non ligat. capit. cognoſcentes.de elect. ita Roma.
conſ.330. latè conſequitur Felin. in cap.2. colum.4.in 4.limita.de
conſtitut.declarans, hoc dictum Romani eſſe verum reſpectu
pœnæ,quę non ligat ignorãtes:ſecus quoad nullitatem actus.
Idem Felin.in proœm. decretal. nume. 9.in cap.1.nume.8. vt lite non
conteſt.Scafil.de liter.grat.in titu.de mand.ac. de prouid. in noua for-
ma.poſt Franc.ſuper data ſexti,colum pen.Caſſad. deciſ.3.de decret.
in referuat.

6 † Quarto infertur, quod ſi nuncius referat, citatum dixiſ-
ſe,nolo venire,quod ei credatur: vt citatur efficaciter contu-
max,licet hoc conſequens contumaciæ,ſit grauius, & maius,
ſecundum Iaſon.in l.properandum. §.& ſiquidem,nume.9.de iudic.
Barto.in l.tres denunciationes.C. quomodo & quando iud.in l.fi.ff. de
reſticut.in integrum, in l.ex conſenſu.§.fin. C.de appella. Imol.in l.ſi
finita §.Iulianus.ff.de dam.infect. Franc.in cap.cum parati. nume.35.
de appella.Card.Flor.in Clemen.1. in 8.quæſt. verſicu. ego puto, quod
relationi.de dolo & contum. Barto.in tract.ad reprimendum, in ver-
bo,per nuncium,num 17.& hanc opinio. dixit veriorem,Deci.in dict.
* cap.cum parati. nume.45. & magis * communem, in cap.quoniam cõ-
tra,nume.83.de probat.ſequitur etiam latè multos cumulans Felin.in
c.ad accuſationem, vel ad petitionem. col.10.de accuſat. Alcia. reg.3
præſum.14. latiſſimè cumulando plures & reſpondendo ratio-
nibus contrarijs,Tiraq.de vtroque retract. §.8.gloſ.9.nume.17.&
18. vbi dicit hanc partem firmiſſima ratione inniti.

7 † Declaratur primo loco præſens ampliatio,vt tunc veniat
conſequens maius: quando actus redderetur alias penitus
nullus, alias non, & hoc videtur deduci poſſe ex duobus.

8 † Primo ex doctrina Barto.ad l.2.ff.de iuriſd.om. iudi.vbi mã-
data iuriſdictione, non intelligitur conceſſa coerctio realis,
vel perſonalis,ſed verbalis tantum. & ratio fortaſſe erit, quia
per hoc iſta conceſſio non reddetur inutilis,ex quo habet ſal-
tem verbalem pro executione ſibi commiſſæ iuriſdictionis.

9 † Secundo per textum in l. diuus. de vſu & habit. vbi ne actus
reddatur nullus, intelligitur conceſſum conſequens maius,
text.expreſ.quem ad hoc reputant ſingularem Aret.in l.quod in reum,
de leg.1.

Ex quibus videtur poſſe reſponderi, ad argumenta Cur-
tij iun.ad d.l.2.num.12.contra Barto. tenentis, venire indiſtin-
10 ctè,conſequens maius.Argumenta ſunt iſta.

† Primo mouetur, ex doctr. Bald. in l.2.C.de dot.promiſſ.vbi
promittens vſuras,intelligitur promittere dotem, ſine qua v-
ſuræ non debentur.

11 † Secundo ex Doct.Bar,in l.non cogendum.§.fi.ff.de procur.vbi
procurator conſtitutus ad extraiudicialia, poteſt apponere
manum ad iudicialia, ſine quibus, extraiudicialia expediri nõ
poſſunt.

12 † Tertio ex text. in prin. Inſtit. de hæred. inſtit. vbi inſtituens
ſeruum,videtur ei dare libertatem,quæ dignior eſt.

Ex quibus poſtea concludebat Curt. contra Barto. quod
mandata iuriſdictione veniat coerctio realis,& perſonalis,ne
dum verbalis, nam videtur poſſe reſponderi, quod eius argu-
menta licet concludant venire conſequens maius, non tamẽ
faciunt contra dict.Barto. loquuntur enim in caſu, quo actus
redderetur nullus;non valet enim aliquo modo ſerui inſtitu-
tio ſine libertate,vt clari iuris eſt, nec vſuræ dotis ſine dote.&
ſic de alijs eius rationibus dici poteſt, ſed in caſu Barto. ſecus
eſt; nam licet non veniet coerctio realis, vel perſonalis, non
per hoc iuriſdictionis conceſſio eſt nulla, cum adſit verbalis.

13 † Declaratur ſecundo præſens ampliatio, quod tunc in cõ-
ceſſionibus veniat conſequens maius, quando concedens ha-
beret talem poteſtatem concedenti,alias non: Curt.iun.in l.2.
num.12.de iur.om.iudic.

† Hinc poſtea delegatus à laico, non poterit etiam conſe-
cutiue cognoſcere de cauſa vſurarum, matrimonij, & ſimili. 14
Barto.in l.omni innouatione.C. de ſacroſ. Eccleſ. in l. 2. de iuriſd.om.
indic.gloſ.in Clem.diſpendioſam, in verbo, vſuras, de iudic.Arch. in
can.quid dicam.13.q.4.Bald.in c.1.de vſur. Abb.in c.poſt miſerabilẽ,
eod.tit.Laur.in tract.de vſur.q. 131.Fed.cõſ.96. apparet quadam lex,
Anch.conſ.235.c.ſiu.Cald.conſ.53.de ſu.compe. Zab.conſil.120. Ti-
tius obligauit, Bal.conſil.16.factum ſuper quo, vol.4. Alex conſ.91.
viſis.vol.2.Felin.in cap.quanto,col.fi. de iudi.in c.cum ſic generale.col.
2.& ſeq.de foro comp.in c.fi.col.pen.de exceptio. Reputatur * cõmu- *
nis opinio,teſte Iaſ.in l.quoties.C.de iud. Alexan.in l.Titia.ff.ſolut.
matrimo.& ita de conſuetudine ſeruatur, teſte Bald.in l.ſi ſuum.
ff.de his qui ſunt ſui, vel alien.iur. de qua materia latè Boſſ. in ſua
pract.crimin.in titu.de foro competen.num.120.cum multis ſeq.Guid.
Pap.conſ.180.pulchrè Vant.in tract.de nullit.in titu.de nullit ex de-
fect.iuriſd.ordi.nume.50.cum ſeq.Ber.de Luco. reg.392.latè Boer.
deciſ.69.per totam.Paul.in Clem.ex graui.de vſur. Anche.conſ.236.
col.1. verſ.ad quod facit.Afflict. in conſtit.Regn. in conſtit ſtatuimus,
num.2.Guid.Pap.in tract.de vſur.num.36 Iaſ.conſil. 153.in 2.dubio.
volum.4.Deci.conſi. 170. dicens, huiuſmodi concluſionem ſe-
cundum omnes procedere, & conſi.18. colum.2. Bald.conſ.464.
in princ.volum.3.& conſ.443.in fi.eodem volum.& conſil.211.colum.
2.volum.2.& conſ.275.colum.1.verſi.præterea,volum 5.Fulgo.conſi.
134.in fi.Alexan.conſ.39.colum.2.volum.4. Paul.de Caſtren.conſ.
72.colum.2.Corn.conſ.227.lite.d. volum.3. Rodul.in tract.de vſur.
q.114.Natta.conſ.198.colum.fi. Boſſ. in ſua practi. crimin.in titu.de
prin.num.219.Rolan. conſ.96.num.44. volum.2.dicens hanc eſſe
indubitatam concluſionem legiſtarum, & canoniſtarum, &
eodem vol.conſ.12.num. 15. & nume.24. & prædicta concluſio re-
putatur adeo vera,vt nec etiam imperator poſſet.Abb.in c.cua.
in prin.de decim. ſequitur Rip.in capit.decernimus.nume. 8.in fin.de
iudi.

Procedit etiam ſiue cauſa ſit ſpiritualis mera, ſiue annexa
ſpiritualitati, vt ius patronatus. Stefan. Malert.de poteſt.regia.
limitat.5.verſi.ex præmiſſa, vbi latiſſimè hunc articulum exami-
nat.

Vnum tamen non omittam,quod à Doct.in practica repu-
tatur valde notabile, quod Iudex ſecularis, coram quo tales
exceptiones remittendæ ad forum Eccleſiaſticum proponũ-
tur, debet opponenti terminum ſtatuere, ad producendum
capitula,quæ vult probare,in curia Eccleſiaſtica, vt videat an
releuent,& ſi non releuent, ad vlteriora procedat. Hoc dictũ
dixit in practica perpetuo notandum Alexan.in l.Titia num.8.
ff.ſolu.matr. Pro notabili etiam poſuit Marſil.ſing.70. Iudex lai-
cus,& Petrus Gerard.ſing.58. licet iudex dicens, quod nunquã
exeat de mente. pulchrè Menoch. in 15. Remed. recuper. poſſ.
num.319.

Declaratur † tertio præſens ampliatio, vt tunc veniat con- 15
ſequens maius, quando oriatur ex eodem facto, ex quo ortũ
eſt antecedens,ita declarat Marant. in ſuo Speculo in quarta par-
te,diſtinct.6.ſub num.26. Hinc † poſtea Iudex cauſarum ciuiliũ 16
teſtem de falſo punire, & de quolibet delicto coram eo in a-
ctu iudiciario,incidenter commiſſo,cognoſcere poterit.Bart.
Bald.& alij in l.nullum C.de teſt. idem Bald. in c.ſuperbis, de pœnis,
l.4.§.præterea.num.2 ff.de ſuſpe.tut. in l. 2.§.ſi publico. in quarta re-
gula num.10.ff. de adult. Ange. in repet.l.ſi vacantia. num. 130 C.de
bon.vac.lib.10.Ancha.conſi.171.circa ſecundum dubium in fin.Bald.
in l ſi his.C.de falſ.Ange.Aret.in tract.malef.in verbo falſario nume.
24.verſ.quæro teſtis,& num.56.verſ.quæro an quilibet Maran.in ſuo
Specu.in 6.parte,in verbo inquiſitio.num.150. & 151. Ægid. Boſſ.in
ſua.pract.crimin.in titu.de foro competen.num.121. cum multis ſequẽ.
Deci in cap.præterea,nume.17.de offi.delega. & ab hac opinione in
iudicando non eſt recedendum,teſte Iaſ. in l.1.§.1.de offic.eius.
& cum hac opinione tandem in quocunque delegato reſidet
Couarr.practicar.quæſt.c.18.ſub nume.8.latè Marſil in l.1.§.præte-
rea.num.34.cum ſequen.de ſicar.in ſua diſtinctione,pulchrè Vant. re-
ſpondendo contrarijs, in tract. de nullit.in rub. de nullit.ex defect.
iuriſd.ordi.num 50.Bouer.in ſing.ſuis in verbo emergens, num.1.Co-
lumbert.ſing.12.dicens hoc notablie.

† Quam † concluſionem limitabimus vno notabili modo 17
videlicet,niſi iudex ciuilis eſſet totaliter incompetens vt quan-
do teſtis fuiſſet clericus, & ita procedat text. in l.diuus,ſecunda.
de falſ.circa quam Docto. in hoc tantopere laborauerunt, &

* hæc eſt communis * opinio, Felin. *in c. verum, de foro competent.*
Cap. *deciſ.* 5. Vant. *vbi ſupra*, & hanc opinionem ſic communiter
de clerico receptam, ſequitur & tenet Ioan. And. *in c. ut ſi clerici.*
vbi Felin. *colum.* 8. *in fi. de iudic.* Bald. *in cap.* 2. *colum.* 1. *de confeſſ.*
Socin. *in c. poſtulaſti. quæſt.* 18 *de foro competen.* Salic. *in l. nullum. C.*
de teſt. Curt. iun. *in l.* 3. *nu* 13. *de eod.* Ioan. Longauil *in repet. l. imperium, num.* 142. *ff. de iuriſd. omn. iudic.* Anch. *in repet. cap. ea quæ.* *q.*
18. *de regu. iur. in ſexto*, Tiraq. *de retract. car.* 327. *nume.* 17. Bert. *in*
tract. de Epiſcopo, in 5. *parte.* 4. *lib. num.* 63. Afflict. *deciſ.* 230. *colum.*
* 2. dicens hanc eſſe communem opinionem * canoniſtarum †
18 Quod dictum reputatur adeo verum, vt etiam de mandato Epiſcopi, Iudex laicus clericum verberare in hoc caſu non poſſet. Ioan. And. *in c.* 2. *colum.* 2. *de crimin. falſ.* Marant. *in ſuo Specu.*
part. 4. *diſtinct.* 13. *nume.* 48.
19 † Nec etiam lex ciuilis, vel conſuetudo hoc diſponere poſſet, Deci. *in c. clerici, in vltimo not. de iud.* & pulchrè Rolan. à Valle *conſ.* 12. *num.* 26. *cum ſeq. part.* 2.
20 † Et quod dictum eſt de Iudice, habente iuriſdictionem de iure communi, idem ſi ex forma ſtatuti, vel alias ſit ad certam ſpeciem deputatus, vt Tuderti defenſor qui in damnis datis tantum, iudex mercantiæ, pupillorum, viduarum, & ſimiliũ, quia tales iudices etiam ex tacita, vel expreſſa partium prorogatione, non poterunt de delictis coram ipſis commiſſis cognoſcere, ſed remittent ad ordinarium. Barto. *in l. inter conuenientes. ff. ad municip.* Bald. *in repetit. a. per illum text. C. de Epiſco. & cler.*
Felin. *in cap. P. & G. nume.* 20 *de offi. delega.* Marian. *in cap. ſignificaſti*, dicens, ita conſuluiſſe, *de fo. compet.* Deci. *conſi.* 18. *c. deciſ.* 209.
* & hæc eſt communis * opinio Iaſ. *in l. teſtamenta omnia. C. de teſtament.*
21 † Quæ omnia limitantur eſſe vera principaliter, ſecus in conſequentiam, vnde defenſor ciuitatis Tuderti, periurium coram eo commiſſum, punit, conſules mercantiæ, procedunt in delictis & pœnis, coram eis incidenter deductis, ita Bal. Alexan. Iaſ. & alij *in l. argentarius. §. rationem. ff. de edendo*, ponentes hoc pro limitatione *l. fi. C. de iuriſd. omnium iudi.* & iuxta hæc in facto euenit Tuderti, Ioſeph de Caſt. Montiſcaſtelli Tudertinæ diœceſis non comitatus, à creditore conuentus, confeſſus eſt liberè debitum coram poteſtate, Iudice competente dicti caſtri, poſtea idem creditor obtinuit monitoriales ab Epiſcopo Tudertino, pro ſuis debitis, quibus Ioſeph non reuelauit, fuit petitum, ipſum excommunicari, & non abſolui niſi creditore prius ſatisfacto, fuit replicatum de incompetentia, quia non Epiſcopus Tudertinus, ſed poteſtas dicti caſtri eſt iudex competens, & maximè quia prius coram poteſtate confeſſus fuit debitum, fuit reſponſum dictum Ioſephum ob nõ reuelationem, incidiſſe in excommunicationem, & ex hoc Epiſcopum reſpectu talis delicti non reuelationis, effectum iudicem competentem eius, & ab eo poſſe excommunicari, & non abſolui, niſi prius ſoluto debito, & ſic ratione delicti conſequenter commiſſi, iudex efficitur competens, per prædicta ita vidi iudicari in curia Epiſcopali Tudertina.

† Declaratur quartò præſens ampliatio, vt non veniat cõſecutiuum manus, quod concedens non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, & ſibi præiudicium afferret, ſi intelligeretur conceſſum. Circa quam videbimus in limitationibus ad hanc primam regulam.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, venit conſequens, cum renunciatione iuris liquidi.*
2 *Poſito antecedente, non venit conſequens actus non iurati.*
3 *Per pactum ſecundum, non tollitur primum, iuratum.*
4 *Tunc per antecedens tollitur conſequens, cum renunciatione iuris liquidi, quando ſit moribus vtentium approbatum.*
5 *Reformatio non tollit ſtatutum ante, & poſt obſeruatum.*
6 *Stãte ſtatuto, de furto, & adulterio omnes iudices ciuitatis cognoſcant, ſi nouum fiat, quod cognoſcat ſolus capitaneus, non per hoc, alijs eſt adempta poteſtas.*
Dictio taxatiua non eſt excluſiua, quando reſultat iuris correctio.
7 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles, vel æqualem rationem*
8 *habentes.*
9 *Poſito antecedente, non venit renunciatio iuris liquidi, quando offenderetur lex naturæ, quæ eſt, ne quis locupletetur cum iactura aliena.*
10 *Tranſactio ſuper re liquida nihil valet.*
11 *Pactum ſuper re liquida valet.*
12 *Stante ſtatuto, quod de qualibet cauſa inter cõiunctos compromittatur, ſi pars habeat inſtrumentum iuratum, cogi non poterit ad compromittendum.*
13 *Quod procedit ſiue inſtrumentum ſit liquidum, vel de proximo liquidandum.*
14 *Poſito antecedente, venit renunciatio iuris liquidi, concurrente ſcientia.*
15 *Tranſactio, ſuper re liquida ſcienter facta, valet.*

AMPLIATVR tertio loco præſens regula, vt procedat etiam ſi ex poſitione talis conſecutiui, reſultaret renunciatio iuris liquidi, vt rei iudicatæ, & ſimilis, ita Albe. *ad l. pacta nouiſſima C. de pact.* inferens, quod ſi debitor pactum fecit, de non petendo, renunciaſſe videtur exceptioni rei iudicatæ, & ſimilibus quæ ſibi prius competebant. 1

Declaratur præſens ampliatio pluribus modis.
† Prima igitur declaratio eſt, quod poſito antecedente nõ 2
ponitur conſequens actus iurati, † vnde, licet poſito pacto ſe- 3
cundo, tollatur prius, vt diximus, ſi tamen prius erat iuratum,
eius renunciatio non ſequitur. gloſ. *eſt reputata notabilis, & ſingularis in cap. licet, de iureiur. in ſexto, quam notabilem dixit* Capol.
Caut. 172. *plenè notatur.* Bauer. *de vſuram. num.* 41. Alex. *conſ.* 77.
ponderatis, & tribus modis limitat.
† Declaratur ſecundò, quando antecedens poſitum, mori- 4
bus vtentium ſit approbatum, aliàs non reſultat conſequens,
quod ſit renunciatio iuris liquidi, ita Bald. *in auth. omnes peregrini, ſub num.* 7. *C. comm. de ſucceſſ.* inferẽs quod ſi fuit facta quæ-
dam reformatio contraria ſtatuto, dictum tamen † ſtatutum, 5
fuit ante, & poſt obſeruatum, tamen ſtatutum præualet, quia
reformatio vltima, non eſt moribus vtentium approbata, ponit Arch. *in can. ſi. diſt.* 4. ſequitur Pet. de Anch. *in c. canonum ſtatuta, verſ. quæro vlterius de conſti. reputat dictũ notabile*, Marc. Mant.
ſing. 518. *pacta nouiſſima*, facit text. *in l. Arriani. C. de hæret. cum ſimilibus.*
† Declaratur tertiò, ex notab. doctrina Ange. *ad l.* 1. *C. vbi & apud quem.* Volentis quod ſi ſtet ſtatutum, quod de furto, & a- 6
dulterio omnes iudices ciuitatis cognoſcant, & nouum factũ
ſit poſtea, quod cognoſcat ſolus Capitaneus, non propterea
cæteris eſt adempta iuriſdictio, dicens hoc eſſe valde notandum, reputat etiam ſingulare Marc. Mant. *ſing.* 518.
† Et licet Marcus Mant. ſic ſimpliciter tranſeat. ratio præ- 7.
dictæ deciſionis poteſt eſſe duplex. Prima quod dictio taxatiua ſolus, non eſt excluſiua, quãdo reſultaret iuris correctio,
prout in caſu noſtro accederet. doct. eſt Barto. *in l.* 3. *§. cum Titio. ff. de adim. legat.* quam pulchram appellauit Iaſ. *in l.* 2. *colum.* 3.
in fi. C. de bono. poſſ. ſ. contra tab. ſequutus eſt Imo. *in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matrimo.* Alex. *in l. ſi conſtante. in prin. ff. ſolut. matrimo.*
Anch. *in repet. c. canonum ſtatuta, de conſtit. in* 14. *quæſt. prin.* Angel.
in l. cum notiſſimi. C. de præſcript. 30. *vel* 40 *ann.*
† Secunda poteſt eſſe ratio, quia dictio ſolus, caſus ſimiles 8
non excludit, vel æqualem rationem habentes, gloſ. *in l. obæratæ. C. de præd. min. & ibi* Salic. *in pulchra q. gl. in l. ſerui nomine.* vbi Bar.
ff. de vſucap. in l. illud, vbi omnes. C. de ſacroſanc. Eccleſ. in l. fi. C. de reuoc. don. Aret. *in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimo.* Roma. *conſ.* 456. *in propoſito, verſ. tertio deducitur.* Pauor. *in cap. cum dilecta, col.* 2. *de confir. vtil. vel inutil. tam latiſſimè adductus* per Tiraq. *de vtroque retract. in titu. de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 6. *num.* 6. Cui adde vltra Euer.
pulchrè & breuiter declarantem, Bal. *in §. præterea. num.* 4. *Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* prima fortaſſe melior.
† Declaratur quartò præſens ampliatio, vt non veniat ex 10
poſitione antecedẽtis renunciatio iuris liquidi, in conſequẽtiam, quãdo per hoc offenderetur lex naturæ, quæ eſt, ne quis locupletetur cum damno alieno. *l. nam hoc natura, ff. de con. indeb. regula, locupletari. infra eod.* ita Mant. ſing. 418. *declarando l. ſub emptione, in fi. ff. de pactis.* Reputans hoc valde notabile, ad declarationem legis. *Pacta nouiſſima. C. de pact. & prædictorum omnium.*
† Declaratur quinto loco præſens ampliatio, vt nõ prodat 11
in tranſactione, quæ ſuper re liquida facta nihil valet, *l. poſtrẽ.* vbi Ange. *ff. de tranſ. l. eleganter. §.* 1. *ff. de condictio. indebit.* & licet Iaſ. *in l.* 2. *colum.* 2. *ff. de tranſactio.* ponat limitationem generalẽ ad regulam noſtram, quod non procedat, quando reſultaret † renunciatio iuris liquidi, quia tranſactio ſuper re liquida fieri

fieri non poteſt, mihi tamen non videtur bona illatio, hoc nō
verificatur in tranſactione, ergo, &c. quia pactum ſuper re li-
quida factum valet, *l. ſi vnus. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* & licet Fulgo.
conſ. 119. proponitur, reſtringat ad tranſactionem, ſuper re iudi-
cata tantum, tamen mihi videtur magna reſtrictio, nec video
rationem differentiæ probabilem.
12 † Ex hoc poſtea infertur ad ſtatuti deciſionem, diſponen-
tis, quod de qualibet cauſa inter coniunctos compromittatur
ſi vna pars habeat inſtrumentum iuratum, & guarentigiatum,
quod cogi non poterit ad compromitten Barto. *in l. eleganter.*
ff. de cond. indeb. Alex. *conſ. 64. viſa fact. lib. 1.* Caſt. *in prima conſ.* I. ā-
franc. *in tract. de arbr. quæſt. 50.* Bal. *conſ. 193. ſtatuta eſt. lib. 3* Anch.
conſ. 183 pro clariori intellectu, Pariſ. *conſ. 24. nu. 131. volum. 2.* Brun.
* *in ſuo repertorio, in verbo compromiſſum.* & hæc eſt communis *
opinio, vt teſtantur Mod. *in tract. de compr. inter coniunct. in quar-
ta q. principali. in verbo caſu*, cui adde, quod talis inſtrumēti qua-
litates, & circunſtantię, plures eſſe debent, quas declarat Soc.
conſi. 4. viſis, volum. 1.
13 † Quod ſtatutum obiter extende vno notabili modo, vt
procedat, ſiue inſtrumentum ſit purū, vel de proximo liqui-
dandum, & ſi inſtrumenta guarentigiæ habent conditionem
re vera purificatam, ſed in iudicio nondum probatam, dicun-
tur pura, & licet quoad executionem faciendam, inſtrumen-
tum guarentigiatum debeat eſſe tunc purum, & liquidum, ſe-
cus verò quoad compromiſſum impediendum, ita Bald. *in l.
cum teſtamento. C. de teſta. manu. in fin.* reputauit dictum notabile
in actu practico Capie. *deciſ. 38.* & adde latè Roland *conſ. 57. per
totum. volum. 2.*
14 † Declaratur ſexto loco præſens ampliatio, vt tunc reſul-
tet renunciatio iuris liquidi, quando concurrat ſcientia alias
15 non, vnde poſteà ſequitur, quod licet † tranſactio facta ſuper
re liquida non valeat, vt diximus, ſi tamen tranſigens, ſcien-
tiam habeat rei indicatæ, tacitè, ſcienter tranſigendo, renun-
ciaſſe videtur, vt concludit Roma. *conſ. 369. circa primum, in 2.
dubio, in prin.* Paul. Caſtren. *in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact.* latè
Deci *in c. præterea. num. 33. de offi. deleg.* & hæc pauca à ſcribenti-
bus exerpta ſunt à me, candide lector, iuuene inuenili more,
vltra ſcribentes *ad l. pacta nouiſſima. C. de pactis.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, ponitur conſequens, etiam ſi recedamus à mente diſponentis.*
2 *Legato vſuſructu ſine itinere, iter quoque debetur.*
3 *Promittens ſolum ſine ſuperfice. ſuperficies quoque debetur.*
4 *Procurator conſtitutus ad agendum, tenetur etiam ad defendendum.*
5 *Quod procedit, etiam ſi ſit conſtitutus cum taxatiua.*
6 *Fallit in procuratore rei.*

1 **A**MPLIATVR quarto † loco principaliter præſens regu-
la. vt procedat etiam ſi per hoc recedimus à voluntate
2 diſponentis, *per text. in l. 1. §. 1. ff. ſi vſufru. pet.* vbi legato vſufru-
ctu † ſine itinere, iter quoque debetur. ſecundò facere vide-
3 tur textus *in l. obligationum ferè. §. placet. de act. & oblig.* vbi ſi quis
dicat, ſe ſolum † ſine ſuperficie tradere, nihil proficit, quo mi-
nus ſuperficies veniat, quæ natura ſolo cohæret, vt ibi textus
4 dicit.
† Iuxta hoc poſtea infertur, quod cum procurator conſti-
tutus ad agendum, teneatur etiam ad defendendum, vt per
gloſ. *in l. inuitus. in gloſ. fi. circa med. C. de procur.* Barto. *in l. ſeruum
quoque. §. ait prætor, de procu.* Tamen extenditur, vt habeat locū,
5 etiam ſi ſit conſtitutus † cum taxatiua tantum, ita Roma. *in l.
1. ff. ſi quis ius dic. per textum in Clemen. exiui, verſic. cum autem natu-
ra, iuncta gloſſ. de verbo. ſignifica.* quem ad hoc reputauit notabi-
lem, & peregrinum Ioan. de Ana. *conſ. 36. vtrum Cephant.* Iaſon.
* *in l. 1. C. de bon. poſſ. ff. contra tab.* Ener. *in loco à natura dictionum ta-
xatiuarum, nu. 4.* & hæc eſt communis * opinio teſte, Iaſ *in l. a-
ctionem C. de procura.* quam concluſionem obiter limita etiam
6 vno notabili modo, vt procedat † in procuratore actoris, ſe-
cus rei, quia nunquam cenſetur conſtitutus ad defendendum,
c. conſtitutus. & ibi Abb. *de procura.* appellauit dictum ſingula-
re, & incognitum Roma. *ſing. 119.* ſecundò ſequitur Deci. *in c.
inſuper, in vltimo notab. num. 11. de teſtibus.* Vant. *de nullitate mand.
num. 81.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente poſitione inualida, ponitur conſequens validum.*
2 *Ex donatione inualida reſultat ademptio legati valida.*
3 *Ex prohibitione teſtatoris de diuidendo, reſultat tacita prohibitio de alienando.*
4 *Teſtator diuiſionem prohibere non poteſt.*
5 *Si vxoratus ingrediatur religionem, ſicut non tenet ingreſſio, nec bonorum dedicatio.*
6 *Si fiat pupillaris expreſſa ab initio inutilis, reſultat tacita vulgaris vtilis.*

AMPLIATVR quinto † loco principaliter præſens regula,
vt procedat etiam, ſi conceſſio, vel poſitio antecedentis 1
eſſet inualido, nam reſultat poſitio conſequentis valida. de-
ducitur primo, ex donatione inualida, reſultat † ademptio 2
legati valida. *l. 4. de adim. leg.* quem text. dixit notabilem Bald.
in l. filia. col. 4. C. de lega.
Secundo deducitur hoc, *ex l. ſi fideiuſſor creditori, de leg. 1.* vbi
ex legato facto creditori per fideiuſſorem, licet inualido, re-
ſultat liberatio debitoris valida.
† Iuxta quam in facti cōtingentia, reſpondit Curt. iun. *conſ.* 3
112. ſacra Trinitatis, quod ſi teſtator prohibeat bona diuidi in-
ter ſuos hæredes, & deſcendentes, reſultat tacita prohibitio,
de non alienando, & licet prima prohibitio, de diuidendo, ſit
inualida, quia teſtator diuiſionem prohibere † non poteſt, re- 4
ſultat tamen tacita prohibitio de non alienando valida, vt
ibi pulchrè per eum deciditur, ſequitur Iacob. Menoc *in ſexto
remed. recup poſſ. ff. q. 12. num. 43.*
Declaratur primò præſens ampliatio, vt tūc procedat, quā-
do ſubſit diuerſa ratio vitandi antecedens, & conſequēs quo
caſu vitiato antecedente, remanet validum conſequens, ita
Cynus, *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Barto. *in l. 1. §. penult.
ff. quibus mod. pign. vel hypot. ſolu.* inferentes iuxta hoc, quod ſi v-
xoratus † ingreſſus ſit monaſterium, ſicut nō tenet ingreſſio, 5
nec tacita bonorum dedicatio.
Declaratur ſecundò præſens ampliatio, vt tunc procedat,
quando actus celebratus eſt ſufficiens, principaliter ad diſpo-
nendum ſuper tacito & conſequenti, exemplum *in d. l. ſi fide-
iuſſor.* vbi ſi reſultat valida liberatio tacita, eſt eo quia princi-
paliter tale legatum fieri potuiſſet, *l. fideicommiſſa. §. interdum. l.
Titius. de lega. 3. alias non. l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.* ita
Bart *ad d. l. ſi fideiuſſor*, cuius declaratio eſt cōmuniter * appro- *
bata. vt ibi Iaſ. atteſtatur.
† Iuxta hoc poſtea infertur, ſi fiat pupillaris expreſſa ab ini- 6
tio inutilis, quia facta ſi adulto, vel extraneo, reſultat in taci-
ta vulgaris, in ea valida, ita Bar. *in l. fi. C. de hære. inſtit.* ſequitur
Bal. *in l. fi. in vltima q. C. de inſti. & ſubſti. in l. humanitatis, col. penult.
C. de impub.* Salic. *in l. ſi teſtamento. C. eodem.* Imol. *in cap. Raynutius.
in materia pupillaris, de teſtam.* Bart. *conſ. 48. Nardus*, Bal. *conſ. 140.
lib. 1. & conſ. 14. lib. 3.* & hæc eſt communis * opin. teſte Ripa *in* *
l. 1. col. fi. num. 228. de vulg. & pupil.
Declaratur tertiò præſens ampliatio, vt procedat in actibus
dependentibus à voluntate vnius, ſecus à voluntate duorum,
vt in contractibus, Barto. *in l. cum dominus. §. fi. ff. de adim. legat. in
l. & ſi transferam. de pec. legat.* ſequitur Iaſ. *in l. ſi quis ante, in ſeptimo
notab. num. 13 ff. de acquir. poſſeſſ.*

SVMMA NOTABINIVM.

1 *Habens mandatum ad actum extraiudicialem, intelligitur etiam habere ad agendum.*
2 *Habens mandatum in antecedente, extenditur ad conſequent.*
3 *Ambaſciator conſtitutus ad pacem componendam, poteſt apponere pœnam rumpenti.*
4 *Procurator ad vendendum, poteſt promittere de euictione.*
5 *Præpoſitus militiæ poteſt facere treugam, & dare breues inducias.*
6 *Legatus cui eſt commiſſa cognitio cauſæ meri imperij, nō poteſt abſoluere, ſed pronunciare quem eſſe abſoluendum.*
7 *Arbitri, & Iudices delegati ſententias ſuas exequi non poſſunt.*
8 *Quod procedit etiam ſi ſententia lata, eſſet in ipſo iure nulla.*
9 *Mandata cognitione cauſæ, non intelligitur mandata executio.*
10 *Procurator conſtitutus in iudicijs duplicibus, ad agendum, tenetur etiam, ad defendendum.*

11 *Procurator tenetur appellare à diffinitiua, ſed non proſequi.*
12 *Habens mandatum ad contrahendum poteſt ſolutionem recipere:*
13 *Fallit, niſi conſtitutus ſit cum taxatiua tantum.*
14 *Procurator ſi ſit conſtitutus ad accipiendam pecuniam mutuo, ſi in inſtrumento ſit ſcriptum nō quod recepit, ſed confeſſus eſt, talis confeſſio non obligat dominum.*
15 *Faciens conſequens valde annexum antecedenti mandato, mandati formam ſeruaſſe dicitur.*

AMPLIATVR ſexto loco principaliter præſens regula, vt procedat in materia ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda. textus eſt *in l. non cogendum. §. ſi. de procur.* vbi habens mandatū 1 † ad actum extraiudicialem, intelligitur quoque habere mādatum conſequenter ad agendum, ratione actus commiſſi, quem textum reputauit notabilem Areti. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, colum. 4. de lib. & poſthum.* Iaſon *in l. ſed ſi plures. §. ſi filio. numero 6. de vulga. & pupilla.* Ad idem textus *in l. fina. de offic. eius. in cap. præterea. in c. prudentiam, de offi. delega.* in quibus, delegatus 2 habens mandatum † in antecedente, extenditur ad tuum cōſequens.

Ex his poſtea infertur ad aliquas deciſiones.

3 † Primò, Ambaſciatores conſtituti ad pacem componendam, poſſunt apponere pœnam ſumpenti. Abb. *in c. 2. de procur.* ſequuntur Cattul. *in cap. 1. de rebus eccleſ. non alien.* reputauit dictum notabile Alex. *in addit. ad Bart. in l. ſolutum. §. ſi procurator. ff. de pign. act.*

4 † Secundò, procurator conſtitutus ad vendendum poteſt promittere de euict. Ang. *in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcrip.* ſequitur Deci. *in l. cum tu. num. 12 ff. ſi cert. pet.* Iaſ. & Bart. *in l. ſi procurator, de iure iur.* Feli. *in c. præterea. de offi. delega.* Tiraq. *de vtroque retract. §. 29. gloſ. in fin.*

5 Tertiò, Capitaneus Belli ſimpliciter præpoſitus militiæ, poteſt facere treugam, & dare breues inducias, quando belli ſtatus, & neceſſitas hoc exigat ita Fulgo. & Alex. *in l. conuentionū. ff. de pact.* ſequitur Felin. *in c. ſuper literis, num. 21 de reſcript.* appellans hoc dictum pulchrum.

9 † Declaratur primo præſens ampliatio, vt procedat in conſequente proximo, ſecus in remoto, quod quidem maius ſit ipſo proximo. Textus, & ibi notatur *in l. ſolet. ff. de offic. procon. & legat.* vbi legatus, cui commiſſa eſt cognitio cauſæ meri imperij, non poteſt abſoluere, vel condemnare, ſed bene pronunciare quem eſſe abſoluendum, vel condemnandum, quod eſt conſecutiuum magis proximum. ita Barto. *in l. ſolet. ff. de offic. procon. & legat.* Bald. *in l. ſi quis filio exhæredato. § eius ff. de iniuſt. teſtam.* *in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. & legat.* Cy. *in l. 1. ſi aduer. liber.* Ange. *in §. ſi. in Auth. de exhib. reis,* Ioan. Andr. *in c. tranſmiſſa. de offic. deleg.* Rom. & alij *in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig.* Alex. *in l. 1. num. 16. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Feli. *in c. non poteſt, col. 1. in ſi. de iudi.*

7 † Declaratur tertio præſens ampliatio, vt procedat durante re ipſa conceſſa, vnde arbitri, & iudices delegati ſententias ſuas exequi non poſſunt, quia lata ſententia, expirauit eorum iuriſdictio. *l. Iudex poſtea. quum. l. a Diuo Pio,* vbi latè ſcribentes. *ff. de re iudic.* Lanfranc. *in tract. de arbit. q. 34. num. 11.* Aret. *in §. 1 de act.* Bald. *in l. 1. num. 8. C. de arbit.* Ener. *in loco à ſimili, idem in loco à iudicijs. nume. 17.* Guliel. de Tual. *in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum. nume. 21. ff. pro ſoc.* Barto. *in l. non ex omnibus. ff. de arbit.* Papienſ. *in forma libelli, quo agitur ex compromiſſo, in gloſſ. dimittendum. nume. 2.* Marant. *in ſuo Specu. parte. 6. in verbo executio. nume. 5.* & hæc eſt * communis * opinio, teſte Feli. *in c. ſignificaſti. de offi. deleg.*

8 † Quæ quidem concluſio reputatur adeo vera, vt procedat etiam ſi ſententia lata, eſſet ipſo iure nulla, vt tradunt domini de Rota *deciſ. 141. dubitatur. in nouis.* Boer. *deciſi. 6* Capell. Tholoſ. & *ibi latè in addit. quæſt. 38.* Marant. *in ſuo Specul. in quarta parte. diſtinct. 5. num. 47.* pulchrè Vant *in tract. de nullit. in rubr. coram quo nullitas proponi poſſit. num. 14. cum ſeq.* pulchrè Feli. ponendo regulam cum multis limitationibus, *in c. cum literis de offic. deleg. in v. qualiter, & quando, num. 38. cum ſeq. in d. de accuſat.* & * hæc eſt communis * opin. vt ſentit Deci. *in d. cap. cum litteris. nume. 13.* Ripa *in l. quod iuſſit, columna 13. de re iudica.* Ber. de Luco, *regul. 269.*

9 † Declaratur tertio præſens ampliatio, vt non procedat, quando conſequens eſſet maioris potentiæ, quam eſſet antecedens, vnde mandata cognitione cauſæ, non intelligitur mandata executio, quæ eſt mixti imperij, & maior quam ſimplex cognitio, vt per Doct. *in l. iubere cauere. ff. de iuriſd. om. iudic. in l. à Diuo Pio, in princ. ff. de re iudi.*

† Declaratur quarto præſens ampliatio, vt procedat in cōſequente valde annexo, vnde procurator conſtitutus in iudicijs duplicibus ad agendum, tenetur etiam ad defendendum, quia defenſio eſt cum nexa actioni, in iſtis duplicibus, ſecus in puris iudicijs, niſi per legis extenſionem *l. ſi defunctus. § ibi not. ff. de procur.* 10

† Hinc poſtea procurator tenetur appellare à diffinitiua, 11 ſed non proſequi, quia appellatio à diffinitiua eſt annexa cauſæ principali. Barto. *in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procura.* ita etiam concludunt Odofre. Cyn. Fab. Albet. Barto. Bald. Angel. Paul. Caſtren. Iacob. de Sanct. Georg. Alexand. Iaſon. & alij, *in l. inuitus. C. de procurato.* Innocen. Collect. Ioan. Andre. Cardin. Zabar. Henric. Boich. Imol. Abb. Sicul. & alij, *in cap. non iniuſtè. de procura.* Paul. de Caſtro. *conſ. ... ad ſpatium: pariter prima.* Abbas *in ſua practica in forma procuratorij, in prima gloſſ. numero 5.* Capell. Tholoſ. *& ibi in addit. quæſt. 255.* & hæc eſt communis opin. teſte Boer. *deciſ. 285.* vbi pulchrè declarat.

† Declaratur quinto loco præſens ampliatio, niſi aliud ap- 12 pareat ex limitata conceſſione diſponentis, videlicet habēs mandatum ad contrahendum, poſſit ſolutionem recipere. *l. quod ſeruus,* vbi Barto. *ff. de ſolut.* Barto. *in l. filius. eodem titu. in l. ſeruus. in princip. ff. de pact. in l. ſi vrbana. ff. de condi. indeb.* reputauit dictum ſingulare Caſtren. *in l. quod ſeruus. ff. depoſ.* & Pet. Rauen. *ſing. 131.* limitatur tamen, niſi † ſit conſtitutus ad contrahendū 13 tantum, per tex. *in l. 1. §. non autem. ff. de exerc.* quem ita declarat Iaſ. *in l. cum quis. § cui ſibi, num. 13 de verbo. oblig.* ſequitur Deci. de Iaſ. mihi dicens. *in l. filia. C. de pactis.*

Et licet Rom. *ſing. 624. conſtituo Titium, ſing. 25.* aliter ſenſerit, tamen hæc eſt mera veritas, nullum habens dubitationē, verba Decij *conſ. 220. concluſio.*

Quando verò procurator conſtitutus ad vendendum, poſſit habere fidem de precio, nulla tamen ſequuta numeratione, ponit Papien. forma executionis ſententiæ diffinit. *in gloſſ. publico, num. 7.* Bald. *in l. in ciuile. C. de rei vendic.* Barto. *in l. eleganter. §. ſi vendiderit. de pigno. act.* Doct. *in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic.* ponunt regulam cum limitationibus, Feli. *in c. cum olim, primo. de offi. deleg.* tangit *in c. cauſam quæ, col. 4. de re iudi.*

† Ex his poſtea infertur ad deciſionem quæſtionis, aliquis 14 fecit procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo, tamen in inſtrumento non fuit ſcriptum, quod recepit, ſed quod confeſſus fuit ſe habuiſſe, nunquid hæc confeſſio obliget dominum? vtique non, quia per illud verbum accipiendum, limitatur voluntas domini, in mutuo naturali tantum, quod eſt per numerationem, non ciuili, quod eſt per ſimplicem confeſſionem. Barto. *in l. ſi debitorem meum ff. de nouat. in l. non abſtulit. C. eodem titulo.* Anton. de Butr. Abb. & alij *in capitu. ſi cautio. de fide inſtrumen.* Imol. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verborum obligatio.* Roma. *in l. prædia. ff. de acquiren. poſſ. ff. & conſil. 352. Quæritur nunquid domini, latius conſil. 401.* Federic. de Sen. *conſil. 55. Titius fecit.* Bald. *in l. omnes. §. 1. C. de quadr. præſcript. in l. falſus. colum. 2. verſicu. tertij dicunt. C. de furt. in cap. ex inſinuatione, colum. 2. de procur. conſil. 123. Reſpublica, lib. 5. & conſil. 131. procurator, eodem lib. 3.* Anche. *in cap. Qui generaliter. in princip. & ibi* Domin. *ſi. de procur. in ſexto.* Paul. de Caſt *conſ. 186. in cauſa quæ vertitur, lib. 1.* Fulgo. *conſ. 209.* Mari. Socin *conſil. 3. columna 1. verſ. quinto procatur.* Alexan. *conſil. 132. in cauſa, & lite, verſicu. denique iſta ſcriptura, lib. 4. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. § 1. ff. de iureiuran.* Papienſ. *in forma libelli quo agitur ad redden. rationem tutelæ, in gloſſ. executores* Aretin. *conſil. 4. ex facto proponitur.* Barbat. *conſil. 8. ſapienter, columna 19. lib. 2. & conſil. 18. difficile eſt, columna 4. lib. 3. & conſil. 17. colum. 2. lib. 4.* Felin. *in capit. cum olim, el primo. de offi. delega.* Deci. *conſil. 146. dubia, colum. penult. verſic. tertio non obſtat, & conſil. 493. viſo tenore, verſicu. & ideo qui habet,* Capic. *deciſio. 16. Reputatur dictum ſingulare, & notabile,* Guid. Papæ *ſing. 650. verſicu. 2. de habente,* & hæc eſt communis * opinio, * teſtibus Iaſ. & Deci. *in l. 2. §. fina. ff. ſi cert. peta.* & putare debemus hanc eſſe veram opinionem, cum in hac opinione Bald. contra morem ſuum, cum Barto. concordet, verba Tiraq. latiſſimè tenentes, hanc opin. *in tract. de vtroque retract. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 12. cum multis ſequen.*

† Et circa hanc vltimam ſupra poſitam concluſionem, rece- 15 pta

pra videtur ſcribentium ſententia, quod licet mandati fines diligenter ſint cuſtodiendi, ſi quis tamen fecerit conſequens, valde annexum antecedenti mandato, mandati formam ſeruaſſe, et latè deducit Felin. *in c. cum dilecta. de reſcript. in c. cauſam quæ, num. 5. de re iudic.* latè Iaſ. *in l. ſi procurator. C. de procur.* Alcia. *de verbo. ſignif. lib. 3. num. 10.* latè Tyraq. *de vtroque retract. de retract. lignagier. §. 36. gloſſ. 2. num. 56.* latè etiam *in repet. l. ſi vnquã, in verbo libertis, num. 48. cum ſeq. C. de reuoc. donat.* latè etiam Marſil. *in l. 1. §. diuus Adrianus, num. 9. de quæſt.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, non venit conſequens, cuius reſeruatio facta ſit Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

2 *Princeps ſupremus ſolus poteſt committere cauſam appellatione remota.*

3 *Delegatus principis non poteſt committere cauſam appellatione remota.*

4 *Princeps ſupremus poteſt committere cauſam ſummariè ſimpliciter, &c.*

5 *Delegatus Principis, etiam legatus de latere, non poteſt committere cauſam ſummariè.*

6 *Papa concedens Comiti plenum, & liberum Ciuitatis Tuderti regnum, non præſumitur talem poteſtatem conceſſiſſe.*

7 *Hodie fallit ex conſuetudine.*

8 *Princeps reſcribendo, audiat talis, & iuſtitiam faciat, non cenſetur cauſam ſummariè committere, niſi exprimat.*

9 *Limitatur in legato Pontificis, non Cæſaris.*

10 *Princeps ſupremus ſolus, poteſt legitimare ſtantibus filijs legitimis, & naturalibus.*

11 *Comes cum poteſtate pleniſſima, hoc non poſſet.*

12 *Reſeruata principi, veniunt in conceſſione per ipſum facta, quando actus aliter valere non potuiſſet.*

13 *Actus debet interpretari, potius vt valeat, quam pereat.*

14 *Epiſcopus dans licentiam parrochiano audiendi confeſſiones ſuorum parrochianorum, in tali licentia veniunt caſus epiſcopo reſeruati.*

15 *Verba debent aliquid operari, etiam ſi oporteret venire reſeruata principi.*

16 *In caſibus quibus reſeruata Principi transferuntur, debent exerceri cum cauſæ cognitione, non cum plena poteſtate.*

1 Limitatvr primo loco † principaliter præſens regula, vt poſito antecedente non veniat conſequens, cuius reſeruatio ſit facta Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, *in c. poſt tranſlationem, vbi not. de offic. lega.* Spec. *in tit. de offic. deleg. §. nunc oſtendendum.* Bald. *in l. reſcripta. col. 2. C. de prec. Imper. offer.* Abb. *in c. prudentiam §. 6. & ibi ſequitur* Dec. *de offic. deleg.* Bald. *in procur. C. mand.* Felin. *in c. præterea, in fin. de offi. deleg.* Bald. *in l. ſi aqua. C. de ſeruit. & aqua.* pulchrè Gram. *conſ. 6. num. 9.* Reputatur dictum notabile, vt per Iaſ. *in l. 2. ff. de iuriſ. om. iud.* latè etiam commendat Ferrat. *cautel. 4. num. 4.*

Ex prædictis infertur ad aliquas deciſ.

2 † Prima eſt, quia princeps ſolus, habens ſupremam poteſtatem, cum poſſit committere cauſam cum clauſula appellatione remota. Gloſſ. *in c. ſuper quæſtionum. in verſic. pronunciationis, de offic. lega. & not. in l. 1. in fi. ff. à quibus appell. non licet.* Delegatus †

3 tamen à Principe, hoc facere non poterit, ita Abb. *in cap. ſuper quæſtionum, §. ſi verò, in 2. not. de offic. deleg.* pulchrè Vital. de Cam. *in ſuo tract. clauſul. in verbo, clauſula, appellatione remota, ſub num. 6.* Hugo, *in eodem tract. in verbo clauſula appellatione remota, in 1. verſi.* vbi breuiter declarat, in quibus caſibus hoc intelligatur. Maran. *in ſuo Spec. in 4. parte, diſtinct. 5. num. 71. & in 6. parte. verſic. appellatur. num. 327.* Felin. & Dec. *in c. 1. de reſcrip.* Bald. *in l. 2. circa fine, verſic. ſed. C. de appellat.* reputauit dictum notabile, Franc. *in c. paſtoralis, in 11. colum. verſic. 2. quæritur, de offic. deleg.* latius commendat hoc dictum Hippol. *ſingul. 295. incip. clauſula appellatione remota,* latè Iaſ. *in l. nemo, in prima, & ſecunda lectura, num. 6. de legat. 1.* Caſſiad. *deciſ. 14. in tit. de reſcrip.* ſingulare quoque hoc dictum reputauit Bouer. *in verbo, ſummariè,* & Boſſ. *in ſua practica, in rub. de princip. & priuil. eius, num. 373.*

4 † Secundò infertur, quod cum ſit reſeruatum Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, vt committat cauſam ſummariè, ſimpliciter, &c. †

5 Quod in delegatum à Principe etiam ſi eſſet legatus de latere, talis poteſtas non cenſetur tranſlata. Glo. eſt *in c. fin. de hæret. in ſexto.* Hinc Bald. ſequendo hoc dictum gloſſ. *in l. circa medium ff. de teſtamen. milit.* dicebat † quod ſi Papa cō- 6
ceſſit vni Comiti plenum, & liberum Regnum Ciuitatis Tuderti, iſta tamen poteſtas committendi nunquam in eum cenſetur tranſlata, idem Bald. hoc ſequitur, *in l. 2. C. de ſeruit. & aqua,* ſequitur etiam Imol. *in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.* Salic. *in l. fin. C. de ſenten. & interloc. om. iud.* Abb. *in c. 1. in princ. de offic. deleg. in c. dilecti. colum. 2. de iudic. in c. ſuper quæſtionum, colum. 1. de offic. delega. in c. cæterum. in fin. de iuram. calumniæ.* Rom. *in rubric. de arbit. col. 5.* Spec. *in tit. de offic. deleg. §. ſupereſt. verſ. ſed nunquid legatus.* Bald. *in l. ne quis quam. §. fin. de offic. procon. & legat.* Angel. *in diſputatione Aſtenſis miles, poſt medium.* Ant. de But. *in c. dilecta. de iud.* Cardin. *in Clem. diſpendioſam, in fi. de iudi.* latius in *Clemen. ſæpe,* vbi Imol. Hoſtien. & alij, *de verbo. ſignific.* Alex. *conſil. 106. colum. 5. in princ. volum. 2.* Socin. *conſi. 69. colum. 2. volum. 1.* Reputatur dictum ſingulare, vt latè teſtatur Felin. *in c. olim, col. 3. num. 3. de accuſat. in c. 1. colum. 2. de reſcript.* latè etiam hoc dictum commendat in practic. Marſil. *ſingul. 102. incip. clauſula,* & in Gubernatoribus ciuitatum latè ſe extendit Caſt. *conſi. 94. viſo quodam proceſſu, lib. 1.* & ſingulare quoque dixit latè Franc. *in c. ſi de hæret. in 6.* hodie

† tamen ex conſuetudine legati de latere, delegati Principum 7
& Gubernatores Prouinciarum, hoc facere poſſunt. Teſte Felin. *in d. c. olim de accuſ.*

Quod dictum vltra ſcribentes, in ſupradictis locis, reputa- 8
tur adeo verum eſt, vt procedat etiã ſi quis porrigat ſupplicationem Principi, & poſt narrationem cauſæ, in fine ſupplicationis petit cauſam ſummariè committi: Princeps vero in reſcripto nihil ſpecificat, niſi quia tantum dicit, hæc breuia verba. Audiat talis, & iuſtitiam faciat; quod per hoc non cenſetur Princeps cauſam ſummariè committere, niſi expreſſè hoc dicat. Deciſio eſt in terminis Rotæ, *deciſ. 358. incip. ſi in commiſſione in nouis.* Quam pulchram appellauit, Alex. *conſi. 94. colum. 1. num. 2. volum. 2.* Notabilem quoq; appellauit, Maranta, *eam latè declaran. In ſuo Spec. part. 4. diſtin. 9. num. 4. cum multis ſequentibus.* Cui adde Caſſiad, *deciſ. 14. in titu. de reſcript. & deciſ. 1. in titu. de iud.* Diſtinguit tamen Boſſ. *in ſua practica, in titu. de princ. num. 92.* vt prædicta procedant † in delegato à Pontifice, ſecus à Cæſare, vt ibi 9
latè per eum.

† Tertiò licet Papa, vel Imperator in ſignum ſupremæ po- 10
teſtatis poſſit legitimare, etiam extantibus filijs legitimis, & naturalibus, vt eſt communis concluſio, de qua teſtatur Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 96. de libe. & poſthum.* ex generali

† tamen & plena poteſtate in Comitem tranſlata, etiam in 11
ampliſſima forma legitimandi, tamen ſtantibus & filijs legitimis, & naturalibus, legitimare non poterit, ita Bald. *in l. cum ſi huiuſmodi. per illum text. de teſtam. milit. in l. 2. colum. 8. C. de ſeru. & aqua, in Aut. præterea. C. de donat. libert. in c. domino Guerram. col. penult. in titu. hic finitur lex Corradi. in c. ſi. colum. 1. de translat. prala.* But. *in c. per venerabilem, circa medium, verſi. vnum tamen puta. extr. qui filij ſint legit.* Iaſ. *conſi. 110. col. 1. lib. 4.* Curt. Sen. *conſil. 19. col. fin. num. 10.* Dec. *conſi. 393.* Pau. de Caſt. *conſi. 180. part. 1.* Alex. *conſ. 6. num. 38. vol. 2.* Boer. *deciſ. 240. num. 19. part. 2.* pulchrè per hanc limitationem Ferrat. *cautel. 1. num. 4.* Et hæc communis * opin. vt teſtatur Barth. Caſſien. *inter varia conſilia legitimationum. nu. 11. conſil. in ordine. 171.*

† Declaratur præſens limitatio vno notabili modo, vt tunc 12
veniant reſeruata Principi in cōceſſione per ipſum facta, quãdo actus aliter valere non potuiſſet, ita ſentit breuiter Dec. *in cap. prudentiam §. 6. de offic. delegat. num. 18.* pro quo facit vulgaris ratio, quòd debet fieri † interpretatio, potius vt actus valeat, 13
quam pereat, *l. quidam con ſulebant. ff. de re iudicata. ſimil.* nec actũ fruſtratorium Princeps facere præſumitur *l. hac ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt legat. nom. caueatur.*

† Iuxta prædicta inferebat in ſimilem ſpeciem Franc. ad 14
notabilem deciſionem, ſecundum ipſum, *in cap. ſi epiſcopus. de ſenten. excommun. in 6.* quod cum Parrochianus, etiam ſine ſpeciali ſui epiſcopi licentia, confeſſiones ſuorum Patrochianorum audire poſſit, ſi epiſcopus det ſibi ſimilem licentiã, in tali licentia veniunt caſus epiſcopo reſeruati, & quos non eſſet verìſimiliter in ſpecie conceſſurus, ne epiſcopi licentia redderetur inanis, dicens, hoc eſſe valde notandum. Vnde poſſet inferri ampliatio ad regulam, *l. ſi quando. de legat. 1.* quod † verba 15
debent aliquid operari, quod habeat locum etiam ſi oporteret venire reſeruata Principi, & quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.

† Benè

16 † Benè ſanè verum eſt, quòd in caſibus in quibus iſta transferuntur, ille in quem transferuntur, debet exercere cum debita cauſæ cognitione, & non cum ſuprema plenitudine, qua concedens vti poſſet, vt pulchrè Innoc. *in c. ad monaſterium, in glo. niſi ex cauſa, de ſtatu mon.* Abb. *in c. & ſi clericus. §. de adulterijs, de iudic.* Imol. *in cap. de multa, de præb.* Bald. *in l. teſtam. C. de teſtam.* Alex. *conſil. 94. conſideratis, col. penult. lib. 1.* Dec. *conſil. 679. in præſenti, col. 1.* Curt. *conſi. 73. verſi. veniamus* Pariſ. *conſ. 12. num. 160. lib. 3.* Gram. *conſi 54. Redemptoris gentium, num. 9.* Auguſt. Bero. *q. 60. num. 9.* & ita tenet ſincerus doctor veritatis, inter varia conſilia legitimationum, *conſi. 176. num. 3.* Colendiſſimus præceptor meus D. Ioan. Paul. Lancell. I. C. Peruſinus, & eniti debet ille, in quem cenſentur tranſlata iſta ſuprema poteſtas, quod in eũ ſit trãſlata plenitudo poteſtatis, nõ plenitudo tẽpeſtatis, verba Syluæ Nupt. *lib. 6. nu. 57.* vbi latè more ſuo, in hoc ſe extẽdit.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Conceſſo antecedente, non intelligitur conceſſum conſequens præiudiciale concedenti.*

2 *Procurator non poteſt facere actum, per quem dominus incidat in aliquam pœnam.*

3 *In iuramento generali intelliguntur excepta illicita.*

4 *Ad appellandum ab executione ſentẽtiæ, requiritur ſpecialiſſimum mandatum, nec ſufficit generale.*

5 *Procurator producens falſos teſtes, quandocunque domino præiudicat.*

6 *Quod procedit in procuratore in rem ſuam.*

7 *Quod procedit etiam in pœna legali.*

8 *Procurator datus ad beneficium nãciſcendum, ſi alium ſpoliat, domino non præiudicat.*

9 *Procurator non cenſetur habere mandatum, quod delinquat, vel in pœnam incidat.*

10 *Procurator debitum liquidum remittere, & alia domino præiudicia, & aduerſario fauorabilia facere non poterit.*

11 *Procurator cum libera, & ad faciendum vendere ad incantum, non poterit domino præiudicialia acceptare.*

12 *Procurator licet ſine ſpeciali mãdato, compromittere non poßit, tamen ſi a l. vel ſtatuto cogitur ad compromittendum, poterit compromittere.*

13 *Quod procedit, vt cogatur compromittere, ſed non poterit nominatim eligere homines.*

14 *Procurator obligare poteſt dominum ad pœnam, ſi conſuetudo domini, vel patriæ hoc diſponat.*

15 *Quod procedit in pœna naturali contractus, vel contractus non potuiſſet ita rationabiliter valere ſine pœna.*

16 *Prælatus poteſt apponere pœnam in contractu alienationis, quando non potuiſſet ita rationabiliter valere.*

17 *Procurator poteſt promittere pœnam ordinariè ſolitam promitti, ſecus extraordinariè.*

18 *Vendens fundum, dicens liberum ab omnibus decimis, intelligitur ordinarijs.*

19 *Procurator, ſtante conſuetudine, donare poteſt rem modicam.*

20 *Procurator etiam habens generaliſſimum, non poteſt rem modicam donare, etiam concurrente conſuetudine domini, vel loci.*

21 *Tutor, vel procurator Principis poteſt donare ea, quæ Maieſtas Regia ſolita erat donare.*

22 *Procurator cum libera, debitum vſurarium, vel aliàs periculoſum remittere poterit.*

23 *Procurator cum libera, pœnam remittere poterit.*

24 *Procurator recipiens canonem, remittit pœnam, & domino præiudicat.*

25 *Conceſſo antecedente, non venit conſequens, ex quo læderetur ius tertij.*

1 LIMITATVR ſecundo † loco principaliter præſens regula, vt poſito antecedente, non intelligatur poſitum conſequens ex cuius poſitione reſultaret damnum, præiudicium, vel incommodum aliquod concedenti per text. *in l. ſi procurat. ff. de condit. indeb. in l. 3. §. ſi procurat. ff. quod quiſq. iuris. in l. qui peculium. ff. de pecul. in l. contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. cum multis ſimilib.*

Ex prędictis infertur ad aliquas deciſ. ex quibus melius apparebit veritas præſentis limitationis.

2 † Prima eſt, procurator non poteſt facere actum, per quem dominus conſecutiuè incidat in aliquam pœnam, ſiue ſpiritualem, ſiue temporalem, gloſſ. *in cap. dilecti. in verbo generalis, de præben.* Innoc. *in cap. ſuper his, de accuſ.* Bart. Alexan. Iaſ. & alij, *in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſq. iur. in l. ſi procurator. ff. de condit. indeb. in l. in illa ſtipulatione. ff. de verbo. oblig. in l. gerit. ff. de acquir. hære.* Franc. *in cap. qui ad agendum. §. procur. colum. 2. in princ. de procur. in 6. in cap. fin. de iuram. calum. eod. lib. 6.* Alciat. *regula tertia, præſum. 12. num. 3.* Bald. *conſi. 94. lib. 2.* Alexan. *conſil. 83. In cauſa, & lite, col. 2. verſic. 3. poteſt. lib. 1. & conſil. 73. In cauſa, colum. 3. verſic. quinimmo, lib 6.* Vantan *tracta. de nullit. in rub. de null. ex defect. mandat. nu. 94.* idem quoque Dec. *in l. alterius circumuentio de reg. iur.* Felin. *in cap. 1. num. 8. vt lite non conteſt.* Roman. *conſil 241. ſpectabiles Domini, col. fin. num. 11. & conſil. 6. mandatum mihi oſtenſum, num. 2.* & hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Curt. Iun. *conſil. 149. num. 9.* Turzan. *opin. 66. Addent. ad Vellalobos in verbo, procur. num. 320.* quam latè etiam comprobat Pariſ. *conſ. 100. num 8 vol. 3.*

Quæ concluſio reputatur adeo vera, vt procedat etiam ſi ſit conſtitutus procurator cum libera, & dominus iuraſſet ſe ratum habiturum quicquid per eum geſtum fuerit, textus eſt notabilis ſecundum Bartolum *ibi in l. ſi pater. ff. quæ in fraud. cred.* tradit Bald. *in cap. 1. colum. 8. vt lite non conteſt.* ratio poteſt eſſe, quia in iuramento † etiam generali intelliguntur excepta illicita. *l. eos. §. 1. C. de vſur.* gloſſ. *in l. non videtur. §. quod iuſſu ff. de reg. iur.* 3

† Iuxta prædicta infertur, ad notabilem deciſ. quod ad appellandum ab executione ſententiæ, non ſufficit mandatum generale, ad lites, & cauſas, iux. doct. Barr. *in l. quæ bona § ſi quis, ff. de dam. infect.* etiã ſi ſit dictum, quòd poſſit appellare ab omni ſententia diffinitiua vel interlocutoria, vt per docto. *in l. inuitus. C. de procurat.* ſed requiritur ſpecificum mandatum ad appellandum ab executione, quia appellans, & ſuccumbens, incidit in pœnam quinquaginta librarum auri. *l. ab executione. C. quorum appellat. non recip.* ita Angel. Aret. *in l. ab executione, col. 3. ff. de appellat. in l. ſi expreſſ. colum. 29. de appellat. quod dictum dixit perpetuò notandum,* Felin. *in c. quo ad conſultationem, num. 11. de re iudic.* & ſecundum eum in facto iudicatum, vt per Angel. *in d. l. ab executione, ſequutus eſt poſtea,* Iaſ. *in l. inuitus, colum. 1. num. 5. C. de procur.* Franc. Dec. & alij, *in cap. nouit. de appell.* Vant. *in tract. de nullit. in rub. de nullit. ex defect. mandat. nu. 95* Rolan. à Valle, *conſi. 26. num. 6.* dicens, quotidie in Palatijs occurrere, *parte 2. & melius conſi. 73. num. 11.* dicens hoc eſſe perpetuò notandum. 4

† Secundò infertur, quod procurator producens falſos teſtes, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt, exiſtens ſoluendo, ſiue non, habens mandatum generale, ſiue ſpeciale, domino non præiudicat, ita Innoc *in c. 1. vt lit. non conteſt.* Bald. *conſil. 94. decreto domini, volum. 3.* vbi videtur loqui in fortiori caſu, vbi habens ſpeciale mandatum ad iuran. ſi iurauit falſum, domino non præiudicat. 5

† Quæ concluſio reputatur adeo vera, vt procedat etiam in procuratore, quodammodo in rem ſuam, vt in marito. Ioan. de Ana *conſil. 12. primo ad intellectum.* 6

† Secundò dicta concluſio procedit, ſiue loquamur in pœna impoſita à iure communi, ſiue ſtatutaria, vt latè poſt multos adductos, concludit Capic. *deciſ. 67.* 7

† Tertiò dixit Rota, vt per Ægid. *concluſ. 551.* quod procurator datus ad beneficium nanciſcendum ſi alium ſpoliat, dominus non tenetur, niſi ſtatim quod ſciuit reuocationem, ei non contradixit, & de facto mandauerit, vt deſiſtat, vt ibi latè per eum. 8

† Ampliatur ſecundo loco præſens concluſio, videlicet, vt ſicut procurator non cenſetur habere mandatum, vt faciat dominum incidere in pœnam, ita non cenſetur habere mandatum, quòd ipſe delinquat, vel anceps in periurij pœnam incidat. Ita dicit Iaſ. *in l. videamus. in princ. ff. de in lit. iuran.* reputauit dictum valde notabile Marcus Mant. *ſingul. 34. Qui habet mandatum.* 9

Secunda principalis concluſio elicitur ex hac limitatione, quod ſi procurator mandatum liberum habuerit, cum plena, & libera adminiſtratione, nihilominus donare, debitum † liquidum remittere, ſententiam contra dominum latam acceptare, litibus, & cauſis nomine domini renunciare, & alia facere non poterit, quæ principaliter in aduerſarij fauorem, & domini præiudicium tendunt, idem in prælato eccleſiæ, tutore, curatore, ſindico, & adminiſtratore, *ex infraſcriptis allegationibus patet,* Doctr. eſt Bart. *in l. filiusfa. in fi. princi. ff. de don.* Quam notabilem dixit Franc. *in c. qui ad agendum, de procur. in 6.* vtilem, 10

& fru-

& fructuoſam appellauit Anch. in c. procu. de elect. in ſexto. Aureã vocauit Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. 1. colum. 2. in fi. de iureiur. ſequutus eſt, & dixit ſingularem Bouer. in verbo, procurator, num. 14. ſequutus eſt Alex in l. reſcriptum. in fi. ff. de pact. in l. præſens. C. de tranſact. Angel. Arc. in l. præterea, il 2. colum. 33. de except. Alciat. reg. 3. præſump. 12. num. 3. Paul. de Caſt. conſ. 75. Dubitatio primi quæſiti, part. 1. & hæc eſt communis* opin. Teſte Rom. conſilio. 242. ſpectabiles domini, ſub num. 11. quam ſequutus eſt Iaſ. conſil. 16 colum. 1. volum. 4. Abb. conſil. 25. in fin. volum. 1. Rolan. à Valle, conſil. 18. num. 57. part. 2.

11 † Iuxta quam Bart. doct. ſic communiter receptam reſpondit nouiter q. 33. quod ſi procurator mandatum habuerit, cum plena, & libera adminiſtratione, & ad faciendum vendere ad incantum bona debitorum quorundam, de quibus domino conſtituenti iam tenuta data erat, & adiudicatio facta fuit, nõ poterit in præiudicium domini, ſententiam contra ipſum latam, acceptare, appellationi renunciare, debitorem per acceptilationem liberare, & alia quæ in domini præiudicium tendunt, per Bart. doctrinam ſuprà adductam, quam notabilem ibi appellat.

Declaratur præſens limitatio vno notabili modo, videlicet. vt procedat in actu voluntario, ſecus tamen eſt in actu ne-
12 ceſſario ex forma legis, vel ſtatuti, vnde licet procurator † ſine ſpeciali, vel libero mandato, compromittere non poſſit, iuxta not. per omnes, in l. tranſactionis. C. de tranſact. Canon. in c. per tuas, de arbi. Deci. conſil. 6. in princip. tamen quando quis lege, vel ſtatuto cogitur ad compromittendum, tũc procurator compromittere poterit, ſine alio ad id ſpeciali mandato, vt not. Iaſ. in l. ſi plures. ff. de pact. & ante eum Angel. conſil. 192. quæritur, & in conſil. ſequen. per deciſionem omnium, colum. fin. Deci. in l. pactum, num. 4. C. de pactis. Alexan. in l. fin. C. de reſtit. in integrum, in l. iuris iurandi. ff. de iureiur. Bern. de Luc. Reg. 605. & hæc eſt communis* opinio. Teſte Marant. in ſuo Specul. in quarta parte, diſtin. 14. num. 4.

Quæ communis opinio, vltra Marantam, & doctores ſu-
13 prà adductos, † declaratur, vt procurator poſſit conueniri, ad hunc actum, & intereſſe huic actui, & contra ipſum pronunciari, compromittendum eſſe, ſed facta hac declaratione per iudicem, quod compromittatur, non poterit procurator venire ad electionem arbitrorum; quia arbitri eliguntur tanquam amici, & perſonæ in quibus cadit affectio, vnde procurator non poteſt ſcire affectiones ſui principalis, vnde magis vnum quam alium non eliget, ſine ſpecialiſſimo mandato, ita pulchrè declarat Blan. in tract. de compro. inter coniunct. q. 3. num. 56. incip. procurator. Vbi etiam habetur, quomodo concludendum ſit, in tutore, curatore, & ſimilibus.

14 † Similiter, procurator poteſt obligare dominum ad pœnam, ſi dominus ſolitus ſit eam promittere, vel conſuetudo patriæ hoc diſponat. Ita declarat Bart. in l. ſi procurator. ff. de iure fiſci, quod dictum reputauit in practica quotidianum. Angel. in l. bene à Zenone, num. 1. C. de quadr. præſcript. ſingulare reputauit Rom. ſingu. 10. an ſicut, idem Roman. latius, per hanc regulam, conſil. 94. viſis, num. 8. & conſil. 114. in 2. dubio, num. 4. in fi. latè etiam hoc dictum commendat Iaſ. in l. ſi procurator, in ſeptima limitatione. ff. de condict. indebit. in l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris, latius in l. certi condictio. § ſi nummos, num. 13. ff. ſi cert. peta. in l. tranſactionis. C. de tranſact. Vant. in tractat. de nullit. in rubric. de nullit. ex defectu mandati, num. 8. 9. & hæc opinio eſt frequenter à doctoribus recepta, vt teſtatur Euer. in ſua centuria, in loco à ſolitis, ſub num. 10.

15 † Declaratur tamen hoc dictum de pœna, vt procedat, quando iſta pœnæ adiectio ſit de natura contractus, prout eſt euictio, quæ eſt de naturalibus contractus, ſecundum quam loquitur dicta lex, bene à Zenone, & Bart. expreſsè, in d. l. ſi procurator. vel contractus non potuiſſet ita rationabiliter valere ſine adiectione pœnæ, ſicut cum adiectione, vnde Prælatus in
16 alienatione † rei eccleſiaſticæ, poteſt apponere pœnam, quando talis contractus, non potuiſſet ita rationabiliter valere, ſine adiectione, ſicut cum adiectione. Ita declarat Abb. & dicit eſſe communem declarationem, & clarius poſt eum ibi Imol. in c. 2. de precar. ſequi videtur Alex. in addit. ad Bart. in l. ſolutum. §. ſed ſi procurat. ff. de pign. act. latè Felin. in c. 1. nu. 11. vt lite non conteſt.

17 † Declaratur ſecundo præſens concluſio, videlicet, quod procurator poteſt promittere pœnam, quam dominus ſolitus eſt promittere, intellige ordinariè, ſecus extraordinariè, quia tales extraordinariæ promiſſiones indigent ſpecificatione. ita declarat Bart. in l. Seio. § medico, de annu. legat. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum, in fi. ff. ſi quis caut. ſequutus eſt Iaſ. in l. certi condict. § ſi nummos, colum. fin. ff. ſi cert. peta. Dec. conſil. 40. Alex. conſ. 30. quod ſupra colum. 2. num. 8. lib. 3. latè conſil. 141. præſens colum. fin. eod. lib. & conſil. 632. quod ſupra, colum. 3. num. 11. lib. 5. Vant. in tractat. de nullit. in rubric. de nullit. ex defect. mandat. num. 89. in fin. Bald. in l. falſus. colum. penult. C. de furt. Anton. de Butr. in cap. 1. de commod. pulchrè etiam Alex. conſil. 28. num. 17. vol. 1. Reputatur notabile, & menti tenendum ab Alexan. in l. ſolutum. § ſi procurator. ff. de pign. acti. latè commendat Euer. in loco à ſolitis. num. 13. quod latè examinat Felin. in cap. ſedes. ſub num. 3. de reſcript. & prædicta aliquid faciunt ad intellectum, l. vel vniuerſorum. ff. de pign. actio. quam pulchra dote exornat Cagn. in l. ſemper in ſtipul. ſub. num. 7. ff. de reg. iur. & prædictis adde, Clemen. ſing. 108. qui per hanc doctrinam
dicit, quòd ſi vendidi tibi fundũ, & dixi † eſſe liberum ab om- 18
nibus decimis, & impoſitionibus, quod intelligitur de extraordinarijs, non de ordinarijs.

Quid autem ſi alicui conceſſa ſit libera adminiſtratio, & generaliſſima, ab eo qui conſuetus erat donare, ſuper admini-
ſtratione alicuius rei, nunquid procurator † eiuſmodi pote- 19
rit donare? gloſſ. 3. in c. 2. de donatio. videtur tenere, quod non. & in hoc procurator eiuſmodi, differat à Prælato, quia Prælatus ſtante conſuetudine, donare poteſt rem modicam, iuxta not. in c. 3. eod. tit. de donat. Procurator vero etiam habens gene-
raliſſimam, non poterit rem modicam † conſequenter dona- 20
re, concurrente cum hac generaliſſima conceſſione, conſuetudine patrisfam. vel loci, & videtur ſequi hanc gloſſ. Alex. in d. l. vel vniuerſorum, ſed certè liceat dicere vnum diſputãdi cauſa, ſi Prælatus poteſt eccleſiæ ita priuilegiatæ præiudicare, donando rem modicam, ſtante conſuetudine, vt in d. c. 3. notatur. cur non poterit præiudicare priuato, non ita vt eccleſia priuilegiato, procurator non ſimpliciter conſtitutus in adminiſtratione alicuius rei, ſed cum generaliſſima conſuetudine, vt cõſuetudo ſuperueniens aliquid operetur. prætetea tutor, rem modicam donare poteſt. l. tutor ſecundum dignitatem. ff. de admi.
tutor. & tutor. curator, vel procurator † Principis poteſt do- 21
nare ea quæ Maieſtas Regia ſolita erat donare. Innoc. in c. grãdi, de donat. quem ſequitur Barb. in c. 1. in princ. de donat. & in cap. quod tranſlationem, num. 57. de offic. deleg. dicens, hoc eſſe menti tenendum pro tutoribus illuſtrium perſonarum, ſequitur etiam Lup. in repetit. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 9. colum. 2. verſic. & non ſolum, in §. 45. num. 12. in §. 66. nu. 30. Bonus de Cur. in tractat. de nobil. in 5. parte, numer. 16. Rolan. à Valle, conſil. 18. num. 65.

† Declaratur ſecundo hoc dictũ de donatione, vt non pro- 22
cedat, in donatione rei odioſæ, & illicitæ. Vnde licet procurator cum libera. ſine ſpecialiſſimo mãdato, debitum liquidum remittere non poſſit, vt ſupra vidimus, debitum tamen vſurariũ, vel alias periculoſum, & odioſum, remittere poterit, gloſſ. eſt, in l. præſens, in glo. ſi. in fi. C. de tranſact. quam ibi ſequitur Caſt. Alex. Iaſ. Curt. Iun. & alij Roman. in l. filiusfam. ff. de donat. reputauit dictum ſingulare Bald. in l. etiam. C. de fideicommiſ. & illam gloſſ. ſequendo appellauit notabilem Alexan. in l. pactum. C. de pact.

† Similiter procurator liberam habens adminiſtrationem. 23
pœnam remittere poterit, Bald. in c. 1. § firmiter, de prohib. feu. alien. per text. in l. fi. §. ſi quis. ff. de public.

† Hinc poſtea eſt, quod ſi res emphyteutica incideret in cõ- 24
miſſum, ob canonem non ſolutum, procurator recipiẽdo canonem, remittit pœnam, & domino præiudicat. gloſſ. Ioann. And. Imol. & alij. in cap. potuit, de locat. Alexan conſi. 94. volum. 4. & hæc eſt communis* opinio, vt teſtatur Afflict. deciſ. 129. num. 9. declarando, vt ibi per eum.

† Sciendum eſt etiam, quòd ſicut non intelligitur conceſ- 25
ſum conſequens, quando ex hoc læderetur ius concedentis, vel eius, cui ſit conceſſio, ita non intelligitur poſitum conſequens, ex cuius poſitione læderetur ius tertij. Ita ſentit Iaſ. in l. 2. §. denique. num. 6. ff. ad Trebell. & facit, quia quælibet conceſſio intelligitur ſine præiudicio tertij. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco public. l. cum filiusfamil. §. fi. ff. de teſta. milit. c. ex tuarum, de autho. & vſu pall. Alci. reg. 3. præſumpt. 11.

SVMMA

SVMMA NOTABILIVM.

1 Poſito antecedente, non venit conſequens, ex quo mutaretur forma rei.
2 Vſufructuarius non poteſt perficere ædificium, licet eo aliàs vti non poſſit.
3 Synagoga incepta perfici non poteſt, ſine conſenſu epiſcopi.
4 Dotis augmentum eadem dos dicitur, non noua.
5 Adiectio rei iudicatæ facta, eam non mutat.
6 Supplementum aſſumit naturam rei, cui adijcitur.
7 Non dicitur de nouo alienare, qui priorem donationem ſupplet.
8 Adiectio vniuerſalis priorem formam mutat.
9 Adiectio particularis ſubſtantialis, priorem formam mutat.
10 Libellus dicitur nouus, per adiectionem alicuius ſubſtantialis.
11 Iudex ordinarius, efficitur delegatus, ſi ei committatur cauſa ſummariè.
12 Non tamen per hoc eſt adempta facultas procedendi ordinariè.
13 Iudex cui eſt commiſſa cauſa vice noſtra, efficitur delegatus.
14 Priores Tuderti, quibus committitur cauſa, authoritate præſentis concilij, ſunt delegati, & geſta reuocare non poterunt.
15 Vſufructuarius non poteſt perficere ædificium, licet eo aliàs vti non poſſit.
16 Vſufructuarius non poteſt facere cauſam neceſſariam.
17 Vſufructus domus extinguitur per ædificationem.
18 Vſufructuarius ſi non poteſt perficere ædificium, & eo ita vti nullo modo poteſt, vſufructus conſtitutio tamquam inutilis non tenet.
19 Vſufructuarius non poteſt perficere caſalenum.
20 Vſufructuarius poteſt de nouo ſimplicem Capannam neceſſariam facere, ſecus aliud immobile ædificium.
21 Procurator non poteſt iuriſdictionem prorogare.
22 Verum eſt de perſona ad perſonam, ſecus de loco ad locum.
23 Procurator temporis prorogationem facere non poteſt.
24 Procurator cum clauſula, & coram quocunq; iudice, &c. iuriſdictionem prorogare poteſt.
25 Prorogatio in cauſa executiua, poteſt fieri per procuratorem.
26 Prorogatio tamen in ea eſt neceſſaria.
27 Procurator ad compromittendum, non poteſt prorogare, ſine ſpeciali mandato, terminum compromiſſi.
28 Procurator ad proſequendam contra Titium, non poterit contra Caium.
29 Adiectio rei inſolitæ vitiat, & priorem formam mutat.
30 Citatio ſub forma inſolita eſt vitioſa.
31 Pontifex ſi in reſcripto apponat clauſulam inſolitam, & dicat motu proprio, tamen nihil valet.
32 Adiectio contra naturam actus, vitiat.
33 Teſtamentum conditum coram nouem teſtibus, valet.

1 LIMITATVR tertio † loco principaliter præſens regula, vt poſito, vel conceſſo antecedente, non veniat conſequẽs, quãdo ex eius poſitione mutaretur forma rei. *l. vſufructuarius. §. adijcienum. ff. de vſufruct.* vbi licet vſufructuarius † ædificio vti
2 non poſſit, niſi perficiat, perficere tamen non poteſt, quia mutaretur forma rei. gloſ. declarat. *in l. ſi ſeruos ff. de pign. act.* Bart. *in l. domo. eod. tit.* iuxta quam limitationem dixit Anan. *in c. conſultum. in fine, de iudæis*, quod ſi in aliqua † ciuitate reperiatur Sina-
3 goga incepta, quod ſine conſenſu epiſcopi perfici non poterit.

Circa quam limitationem aliquatenus inſiſtendo, ſciendũ eſt, quod iuerunt Doct. in varias opiniones, nunquid ſi aliquis aliquid addat priori rei, conſtituat rem nouam, & mutet priorem formam; plures enim tenuerunt quod ſic Guil. de Cun. Bart. Bald. & alij, *in l. ius ciuile ff. de legibus. l. vltima. C. de nouat.* per quæ iura ita tenuit Bal. *conſ. 436. Quæritur ſi factum. circa mediũ. lib. 1.* Ang. *in l. 1. § ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo oblig.* Doct. *in l. tribunus. § fi. ff. de teſta. milit.* gloſ. *in c. ſi is qui*, & ibi Anch. *de praben in 6.* Doct. omnes, *in l. edita*, dum loquuntur de emendatione libelli. *C. de eden.* Alb. *in l. ſæpe, col. 2. ff. de offic. præſid.* Bald. *in l. penult. ff de excuſ. tut. in l. ſi conſtante. circa medium. C. de donat. ante nupt. in l ſi à te. C. de pact. inter empt. & vendit. in l. non dubium. colum. 4. ver. ex hoc infertur. C. de leg. conſil. 327. pridie, col. 4. verſ. videtur lib. 1. conſ. 348. factæ fuerunt, col. 5. verſi. item ille qui adijcit lib. 1. conſ. 142. quidam dominus. col. 1. lib. 2. conſ. 215. proponitur, col. 3. lib. 3.* Ang. *in l. & quia. ff. de iur. omn. iud.* Anch. *conſi. 54. apparet, col. fi.* Rom. *conſ. 45. ſuper eo,* Alex. *conſ. 155. in cauſa Bartolini, col. fi. lib. 4.* Socin. *conſ. 87. Penſatis his, col. fi. lib. 4.* Qui omnes tenere videntur, quod cum quid addimus priori rei, formam priſtinam mutamus, & rem nouam efficimus.

Quod autem adiectio priorem formam non mutet, eſt text. *in l. pen. ff. de ſena. in l. ſi eum. § 1. ibi hoc enim edicto, non transfertur actio, ſed adijcitur. ff. de exercit. act. in l. falſa. § 1. ff. de condit. & demonſtrat.* quæ iura ad id citat. Signor. *conſil. 12. ſtatuto communis, poſt medium, conſil. 95. quæſtio talis eſt, colum. 2. verſi. præterea ad idem*, vbi & alia iura allegat. text. *in l. ſi proprietari. ff. de iure dot.* vbi dotis † au- 4
gmentum, eadem dos dicitur, non noua, & ibi id not. Bald. *in l. 4. § ex conuentione. ff. de re iudic.* cum quid additur † rei iudica- 5
tæ non eſt à re iudicata receſſum, & alia multa recenſita ab Anchar. *conſi. 54. apparet.* Alb. *in l. cum inter. § inter. ff. de pac. dotal.* Bar. Bald. & Caſt. *in l. ſi conuenerit. § ſi nuda. ff. de pig. act.* Corn. *conſil. 302. licet in propoſito. colum. 5. verſic. confert etiam. lib. 3.* dicens, ſupplementum legitimæ & aliam quamuis adiectionem, aſſumere naturam rei cui ſuppletur, eiuſque formam non mutare. 6
Bald inducendo ad plures quæſtiones, *in l. etiam. C. de iure dot.* Doctor. *in cap. vlti. § 1. de conceſ. præben. lib. 6.* Abb. *in cap. per tuas. de donat.* vbi tenet, quod non dicitur de nouo alienare, qui priorem † donationem ſupplet, quem refert Bert. *in tractat. gabel. in* 7
3. part. 8. partis princip. quæſt. 9. Ioan. Monach. *in c. diſpendia. col. 1. de reſcript. in ſexto.* Oldr. *conſil. 230. ſuper eo, colum. 2. verſic. tale ius,* Sign. *conſil. 65. quidam nomine Martinus, paulo ante fin.* Alber. *in l. de quibus, colum. 41. num. 165. ff. de leg. in l. quia actionum. ff. de præſcript. verbis.* Bald. *in c. 2. § ſi quis maior, colum. 2. verſic. opponitur, nam lege cauetur in titu. de contr. iureſ.* Salic. *in l. ſcimus. in princip. C. de inoffic. teſtament.* Fulg. *conſil. 40. dominus, colum. 2.* Card. Florent. *in Clem. ſtatutum, in 3. oppoſ. de elect.* Imo. *conſi. 34. viſis & ponderatis in fin.* Cœpol. *conſil. cauſarum crimi. 8. dicendum eſt. colum. 1.* Socin. *conſil. 154. pulchra, colum. 9. verſic. reſpondeo quod minus. lib. 2. & conſil. 254. viſa, colum. fin. poſt princ. eod. lib. 2. & conſil. 296. in præſenti, colum. 2. verſic. confirmatur. eod. lib.* Curt. ſen. *conſ. 57. ſuper eo, col. 5. verſic. his ſic præmiſſis.* Dec. *conſilio. 141. ad plura colum. 1. in 2. dub.* Qui omnes tenere videntur, adiectionem priorem formam non mutare, ſed effici eiuſdem naturæ cum re ipſa, cui adijcitur.

† Pro concordia, ſequendo ſemper veſtigia antiquorum, 8
dicendum eſt, quandoque ſit mutatio vniuerſalis, quandoq; particularis primo caſu, adiectio, vel detractio priorem formam mutat. ſecundo † caſu aut illud quod adijcitur eſt ſub- 9
ſtantiale, & poterat per ſe ſubſiſtere, aut non: primo caſu, priorem formam mutat adiectio, aliàs non: & hanc declarationem probant infraſcripta iura. *l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. § ſi ſublatum. ff de ſeruit. vrban. præd. in l. qui rei. § aream. ff. de ſolu. in l. cum qui ædes in l. rerum mixtura. ff. de vſucapion. in l. in rem. § item quæcunq; ff. de rei vend.* bonus text *in l. quicquid. § cum partes. ff. de acquir. rerum dom.* per quæ iura ita materiam declarauit Alb. poſt Iacob. Butrig. *ab eo relatum, in proœm. C. colum. fi. num. 2.* & hoc idem tenet Bart. *in l. ius ciuile. ff. de legi. in l. edita.* vbi alij Doct. *de edend.* volentes, tunc † per adiectionem effici nouum libellum, quan- 10
do adijcitur aliquid ſubſtantiale, ſequitur latè hanc declarationem Tiraquel. *de vtroque retractu de retractu conuent. ad finem tituli. num. 109. in fine.*

Et ne hæc materia adiectionis, operetur adiectionem inutilem, inferuntur ad aliquas deciſiones practicabiles ſecundum Doctores.

† Prima eſt, quod ſi iudici ordinario, committatur quod in 11
certa cauſa, ad eius iuriſdictionem ſpectante, cognoſcat ſummariè, ex hoc efficitur delegatus, & conſequenter aucupabitur ſportulas. ita tenet. Bald. *in addit. ad Specu. in tit. de deleg. colum. fin.* Angel. *conſil. 159. viſis omnibus, ad finem.* Lanfr. *in cap. quoniam contra. in 2. charta, verſic. & eſt notandum, de probat.* Paul. de Caſtr. *in l. etſi prætor. ff. de iuri. dict. omn. iud.* Ioan. And. *in cap. licet. de offic. iudic. ordin.* Guiliel. de Cun. *in l. ſæpe. ff. de offi. præſid.* Bald. *in l. præcipimus. C. de appel. in l. fin. C. vbi ſena. vel clar.* latè cumulat Alexan. *in l. 1. § opus nouum. ff. de noui oper. nunc.* Reputauit dictum in practica quotidianum Iaſ. *in l. ius autem ciuile. ff. de legib.* declarando, vt ibi latè per eum, *& in l. 1. § ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. oblig.* vbi Ioann. Crotus, dicit hanc eſſe * communem opinionem, *ſub num. 10.*

† Bene ſanè verum eſt, quod licet iſto caſu ſit delegatus, 12
non tamen eſt per hoc adempta poteſtas procedendi ordinariè. Innoc. *in cap. nouit. de iudi. poſuit pro dicto notabili* Bouer. *in verbo, ſummariè.*

† Secundò infertur, quod ſi ſummus Pontifex in reſcripto, 13
vel commiſſione, apponat iſta, vel ſimilia verba, vice noſtra, authoritate noſtra cognoſcas, tunc ordinarius efficitur in illa

cauſa

cauſa delegatus, per talem adiectionem. ſimiliter, prout Tuderti † ſæpe occurrit, fit concilium generale, & fit aliquod decretum, per quod committitur aliquid prioribus ciuitatis per per hæc verba. Quod auctoritate præſentis concilij generalis, priores faciant hoc, tunc cenſentur delegati, & eorum geſta reuocare non poterunt. Bart. *in l. more. col. 2. num.* 8. & ibi Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. Dec. Claud. de Seiſel. & alij. *ff. de iuriſd. omn. iud. in l. 2. §. fi. num. 7. ff. de opt. lega. in l. ambitioſa. col. fi. in princip. ff. de decret. ab ord. facien.* Alex. Iaſ. Claud. de Seiſel. Ioan. Crotus, & alij, *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.* Franc. *in cap. cum aliquibus, col. 1. in fine. de reſcrip. lib. 6 in c. 1. §. verum. in fi. de cleric. ægrot. lib. 6.* Dec. *in c. relatum. col. 2. num. 26. de offic. deleg.* Iaſ. *in l. ius autem ciuile. num. 7. ff. de iuſti. & iure.* Cano. *in c. ad abolendum. de hæret.* vbi plenè notatur Boer. *deciſ. 151. ſub num. 5. in fin.* Quod dictum ſingulare appellauit Rom. *conſil.* 285. licet corruptè allegetur, *conſil. 85. omnia ad deciſionem, num.* 2. notabile reputauit Matth. *not. 89. Nota quod vbicunque.* & hæc eſt communis* opin. legiſtarũ, & canoniſtarum, vt teſtatur Felin. *in c. licet in corrigendis. num. 7. de offic. deleg.* vbi latè materiam limitat, & declarat. teſtatur etiam Curt. Iun. *ad d. legem, more, num.* 48.

Secundo loco præſciendum eſt ad præſentis materiæ declarationem, quod circa vſusfructus materiam, videntur quatuor iura inuicem pugnantia, & contraria.

15 † Prima eſt. *l. vſufructuarius. §. ædificium. ff. de vſufruct.* vbi vſufructuarius non poteſt perficere ædificium, licet eo aliàs vti
16 non poſſit. † Secunda eſt, *lex penult. & lex æquiſſimum. § ſi tamen. eod. tit.* vbi poteſt cauſam neceſſariam facere.

17 † Vltima eſt. *l. repet. § ſi area. ff. quibus mod. vſufr. amit.* vbi ſi in area cuius eſt vſusfructus ædificetur, extinguitur vſusfructus. Odoffred. *in d. l. penult.* ſoluit, diſtinguendo inter vſumfructũ areæ, vel fundi, primo caſu poteſt, quia area eſt deputata ad hoc, ſecundo caſu non poteſt, ſed eſt contra text. expreſſum, *in d. § ſi in area.* vbi non poteſt in area ædificare.

18 † Poſſet fortaſſe hoc modo dici, aut loquimur in perficiendo opus inchoatum, & non poteſt. ſed ita ſit, ſi eo ita imperfecto nullo omnino modo vti poteſt, nec etiam ad anſeres, vel pullos retinendos, & conſtitutio vſusfructus non tenet, tamquam omnino inutilis, aut poteſt aliquo modo vti, & conſtitutio tenet, ſed perficere non poteſt, ne forma mutetur, vnde dicebat Angel. *in d. l. vſufructus,* quod vſufructuarius. † non po-
19 teſt perficere caſalenum, quia eius vſufructus non eſt penitus inutilis.

20 † Aut loquimur de ædificando de nouo, tunc ſimplicem capannam neceſſariam quidem facere poteſt, *d. l. pen. & d. l. æquiſſimum.* quia per hoc non mutatur forma rei, cum ſit res de facili mobilis, qua mota, res redit in priſtinum ſtatum, ſed aliud ædificium fundatum, & immobile, non poteſt, quia mutaretur forma rei, *d. l. repet. § ſi area.*

Ex prædictis infertur ad aliquas deciſiones.

21 † Prima eſt, procurator non poteſt iuriſdictionem prorogare, vt tradunt Cano. *in c. cum olim, primo. de offi. deleg.* Guid. Pap. *quæſt. 285. Milius, in verbo procurator non poteſt,* & hæc eſt communis* opinio, teſte Felin. *in c. P. & G. num. 11. de offic. delegat.* & hoc fortaſſe. ne forma mutetur, licet aliæ quoq; præiudiciales rationes concurrant.

Quæ concluſio vltra Felin. pluribus modis limitantem, *in d. c. P. & G. num.* 11. limitatur duobus notabilibus modis.

22 † Limitatur primò, vt procurator non poſſit prorogare iuriſdictionem de perſona ad perſonam, ſecus de loco ad locũ, de tempore ad tempus, de re ad rem, ita dixit, & reputauit dictum notabile, & ſingulare Guid. Pap. *ſing. 962. ſi procurator,* ex doctrina Paul. Caſt. *in l. 1. ff. de iudic.* & hanc limitationem comprobat ibi Guid. Pap. per regulam iſtam.

23 † Sed conſiderandum eſt, quod hoc dictum non videtur verum circa prorogationem temporis, quam procurator nullo modo facere poteſt, vt dicit per omnes teneri Felin. *in d. cap. cum olim.* & doctrina Caſtrenſis à Guid. Pap. allegata, non loquitur in procuratore, ſed in principalibus, prout apud eum videri poteſt, *num.* 15.

24 † Secundo loco limitatur, vltra ſcribentes, *in dictis locis,* niſi in inſtrumento procurationis eſſet appoſita clauſula, & ſuper illis coram quocunque Iudice comparendum, cuius virtute iuriſdictionem prorogare poterit, vt poſt Spec. tenet Vant. *in tract. de nullit. in rub. de nullit. ex defe. mand. num.* 102.

25 † Tertiò limitatur præſens concluſio niſi cauſa eſſet conſecutiua, ad quam per procuratorem poteſt fieri prorogatio; prout eſt reconuentio, fideiuſſores, & ſimiles, ita tenuit Abb. per hanc præſentem Regulam, *in c. vt debitus,* & ibi etiam Philip. *de appel.* Reputauit dictum notabile, licet parum per dubitauerit, *in c. P. & G. ſub nu. 6. de offi. deleg.* ſequitur Maran. *in 4. par. diſt. 6. num.* 20. appellans hanc † prorogationem neceſſariam. 26

Secunda eſt, procurator conſtitutus ad compromittendũ, non poteſt ſine ſpeciali mandato, terminum compromiſſi 27
prorogare. Doctrina eſt Bald. *in l. ſi in lege. in princ. ff. loca.* ſequutus eſt Franc. *in c. qui ad agendum. col. 2. circa medium, de procu. lib. 6.* Felin. *in c. cum olim. num. 7. de offi. deleg.* latè ſcribentes, *in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obligat.* vbi reddunt hanc rationem ad propoſitum noſtrum, ne forma rei mutetur. reputauit dictum notabile Aunancl. *ſing.* 19.

† Tertiò dixit Rota, vt per Ægid. *concl.* 314. quod procura- 28
tor conſtitutus ad proſequendum contra Titium, & Sempronium. nõ poterit proſequi in Caium ſuper eodem iure, ne forma rei mutetur. Et conſiderandum eſt, quod adiectio, & exceſſus vitiat formam in aliquibus caſibus, vltra prædictos, & ponemus aliquas concluſiones. vltra Feli. latè examinantem, *in cap. cum dilecta. de reſcript.* Bru. *de for. in rub. de implemento formæ.*

† Prima eſt concluſio, adiectio rei inſolitæ vitiat actum, & formam eius, & ſi audis ſuſpitionem inducit. gloſ. *in l. ſi quis ſub conditione. in gloſ. 2. ff. de condit. inſtit.* quam notabilem dixit Bald. *in c. tertio loco. in fin.* & ibi etiam Felin. *de probat. in c. quia veriſimile. de præſump. in l. 3. C. plus valere quod agitur. in l. etiam. colum. 2. C. de execut. rei iud. in c. 1. ad fi. de ſen. daco ad vicem leg. commiſ.* Imo. *in cap. ad noſtram. col. 12. de empt. & vend.* Veron. *de ſimul controu. præſump.* 9. latè Felin. *in c. 2. ſub num. 17. de reſcrip.* Ener. *in ſua centuria in loco à ſolutis. num.* 6. & hoc idem tenet Pau. Caſt. *conſ. 57. col. 3. vol. 1.* Cur. ſen. *conſ. 73. nu.* 33. Afflict. *de iure protom. in verbo, niſi quũ. nu.* 14. Alexan. *conſ. 28. in cauſa & lite. col. 2. verſ. nec etiam obſtat. nu. 8. vol.* 5. latè per Gerar. *ſing.* 77. dicens, quod nunquam exeat mẽtem tuam, notabile quoque hoc dictum appellauit Aluiſ. de Albert. *notab.* 143.

† Vnde ſi in citatione in cauſis ciuilibus, apponatur de ſti- 29
lo pœna decem librarum auri, ſi fiat citatio, cum alia adiectione inſolita, vt puta ſub pœna æris, & perſonæ, forma iſtius citationis vitiatur, & citatus non tenetur comparere. ita Angel. *per l. fi. C. de largit. lib.* 10. quod dictum valde ſingulare reputauit Iaſ. *in l. 1. nu. 3. ff. ſi quis ius dicenti.* latè etiam commendat hoc dictum Felin. *in c. quoniam contra. col. 8. num. 13. ſuper gloſſ. in verbo, citationis. de probat. in c. ad hæc. de ſent. excom.* Reputauit menti tenendum Hippol. *ſing. 118. ſtilus curiæ.* Boer. *deciſ. 235. in finalib. verbis.* Vant. *in tract. de nullit. in rub. de nullit. ex defectu citationis, num.* 77. latè Tiraq. *in tract. de vtroq; retract. de retractu lignagier. §. 8. gloſſ.* 3. Rolan. à Valle, *conſil. 47. num. 54. lib. 1.*

† Et præmiſſa concluſio reputatur adeo vera, vt ſi clauſula 31
inſolita, in reſcripto ſummi Pontificis apponatur, illud vitiat, etiam ſi dicatur quod motu proprio ipſius, talis clauſula ſit appoſita. ita dixit Bald. *in l. fideicommiſſa. § ſi ſeruo. de leg.* 3. reputauit dictum valde notabile. Franc. Curt. *conſil. 74. col. autepen. verſic. 10. redditur nulla.* vbi per duas colum. multa dicit, notabile quoq; hoc dictum reputauit Dec. *c. 2. num. 40. de reſcript.*

† Secunda eſt concluſio, Adiectio contra naturam actus, 32
vitiat eius formam. ita Bald. Salic. Alex. Iaſ. & alij, *in l. teſtamentum. C. de teſtam.* ſequitur & pluribus rationib. comprobat Dec. *in l. quæ dubitationis. num. 5. de reg. iur.* Cagn. per illum text. *in l. actus legitimi. ff. eod. tit.*

Hinc poſtea, cum pro forma teſtamẽti ſeptem teſtes requirantur, ſi quis adhibeat nouem. forma teſtamenti non vitiatur vt conſuluit Signor. *conſil.* 17. quia hoc non repugnat naturæ actus qui geritur, vt per eum.

Et hæc pauca audire placeat de adiectione ad priorem formam rei, vltra Felin. lariſſimè examinantem, *in cap. cum dilecta. de reſcript.* & Brunum, *in ſuo tractat. de forma in rubr. de implemento formæ.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, ponitur conſequens neceſſarium, non vtile.*
2 *Et vtilitates, & ſeruitutes vſufructuario debentur, ſine quibus omnino non poteſt.*
3 *Legata penu, veniunt vaſa penuaria, tanquam magis neceſſaria.*
4 *Procurator ad agendum, poteſt neceſſaria ad expeditionem cauſæ.*

5 Pro-

5 *Procurator ad agendum, non poteſt ſe offerre ad voluntariè confitendum, nec alia gratioſa facere.*

6 *Iudex cui commiſſa eſt receptio teſtium, & inſtrumentorum, non poterit recipere confeſſionem partis.*

7 *Ambaſſiator miſſus ad extrahendum frumentum, non poteſt obligare populum, pro frumento empto.*

8 *Præpoſitus ad locandum, non poterit exigere.*

9 *Licentia conceſſa de extrahendo, extenditur ad perquirendum.*

10 *Cui conceſſa eſt facultas nauigandi, cenſetur etiam conceſſa appulſio ad portus.*

11 *Habentes licentiam nauigandi, eundo, & redeundo plena debent ſecuritate potiri.*

12 *Poſito antecedente, venit conſequens neceſſarium quando de nullius præiudicio agitur.*

13 *Delegatus Papæ non poteſt abſoluere ad cautelam ſine ſpeciali mandato.*

14 *Si cauſa committitur in curia, non venit abſolutio ad cautelam, ſecus ſi extra curiam.*

15 *Abſolutionem ad cautelam poteſt committere vicecancellarius, ſine ſpeciali mandato.*

16 *Poſito, antecedente, venit conſequens neceſſarium valde contiguum.*

17 *Arbiter, licet non poſſit extra compromiſſum: poteſt tamen contumacem in expenſis condemnare, & alia contigua in compromiſſo non inſerta.*

18 *Vicarius, cui ſpecialiter commiſſa eſt receptio reſignationis beneficiorum, non poterit reſignata conferre.*

19 *Habens mandatum, ad obligandum communitatem, non poterit obligare ſingulos.*

20 *Conceſſo antecedente verbis prægnantibus, venit conſequens vtile.*

21 *Procurator ſine ſpeciali mandato tranſigere non poteſt.*

22 *Quod verum quando habeat liberam adminiſtrationem cauſæ, ſecus ſi inſtantiæ, quia ſuper inſtantia tantum, tranſigere poteſt.*

23 *Procurator cum libera, iuramentum deferre, & terminum ſolutionis prorogare poterit.*

24 *Procurator cum clauſula, quod poſſit quæ ipſe Dominus, etiam vtilia facere poterit.*

25 *Cui commiſſa eſt examinatio teſtium, ſuper prætenſis grauaminibus pendente examine inhibere poterit.*

1 LIMITATVR quarto † loco principaliter præſens regula, vt
procedat in conſequente neceſſario, ſecus in conſequente
vtili, cum quo actus commodius expeditur, ſiue loquamur
in diſpoſitione hominis, ſiue legis. & hoc probat text. *in l.*
2 *1 §. ſi. ff. ſi vſuſr. pet.* vbi ex vtilitates, & ſeruitutes vſufructuario
debentur, ſine quibus omnino vti non poteſt ſecus ſi cum aliquo
incommodo. ad idem lex. *obligationum ſere. § placet ff. de act.*
& oblig. in l. fundum ſub conditione. § 1. de leg. 1. lex, amb. de leg. 3. cum
enim talium, de quib. I. C. *ibi. feræ ſit natura. § gallinarum. Inſtit. de*
rerum diuiſ. ſequitur, quod auiaria ſint pro eis neceſſaria, non vtilia,
vt Accur. *ibi ſentit, ad idem lex 3. in fi. de pen. leg.* † vbi penu le-
3 gata, veniunt vaſa penuaria, tanquam magis neceſſaria.

Dices text. apponit ibi dictionem rectè, ergo innuere videtur,
quod contineantur vaſa vtilia, videtur poſſe reſponderi,
quod ex diſtinctione quam ibi facit I. C. verbum rectè neceſſitatem
importet, excluſit enim ſuperius ab iſto legato, tetria,
ateulas, & ſportulas, tanquam vaſa non neceſſaria, ad penum
legatam, vnde in fine apponendo hęc verba, ſine quibus rectè
penus haberi non poteſt, videtur ſignificare inſtrumentum
neceſſarium. ad idem lex pen. *iuncta l. æquiſſimum. §. ſi tamen. de*
vſufruct. & in ſpecie ita tenet Bart. *in l. ambitioſa. in 2. regula, num.*
22. de decret. ab ord. facien. Roman. *conſil. 330. circa primum. colum.*
3. Ægid. *concluſ. 582.* Marian. Socin. *conſil. 52.* dominus Angelus
Maurocenus Felin. *in cap. cauſam. num. 7. de re iudic. in c. præterea.*
in fin. de offic. deleg. Iaſ. *in l. ſi procurat. verſic. ſexto fallit. C. de procurat.*
pulchrè Alcia. *lib. 3. de verbo. ſigni. num. 10.* latè Tyraquel. *de vtroque
retract. de retract. lignagier. §. 36. gloſſ. 2. num. 58. & 59.* & latè etiam,
in repet. l. ſi vnquam. in verbo, libertis. num. 48 C. de reuoc. donat.
Felin. *in c. dilecta. in 2. limitat. de reſcript.* Brun. *in tract. de forma, in
rubr. de potentia & effect. forma, verſic. octauo prædicta concluſio. & in
rubric. de implemento, & obſeruantia formæ. verſi. inſuper exceſſus non
vitiat, &c.* Euer. *in loco a conceſſione antecedentis, in 5. limitatione. &
hæc videtur communis * opin. ve ſentit* Curt. iun. *ad l. 2. num. 7. ff. de
iuriſdict. omn. iud. quam ſequitur* Iacob. Menoc. *in 6. remed. recupe.
poſſ. ſ. q. 12. num. 43.*

4 † Iuxta quam primò dixit Rot. vt per Ægid. *concl. 119.* quod
procurator ad agendum à domino conſtitutus, poteſt omnia
quæ ſunt neceſſitatis, quo ad cauſę expeditionem, non tamen
poteſt facere gratioſa, & † voluntaria, vnde non poteſt ſe offerre
ad voluntariè confitendum, nec etiam facere gratiam, 5
quod ad videndũ iurare teſtes, nec ipſe, nec dominus eius veniet,
vt ibi pulchrè dicitur. & hoc idem tenuit Rota *deciſio. 351.*
nota quod licet procurat. in antiquis.

† Secundò huic limitationi adhærendo, dixit Rota, *deciſio.*
397. in antiq. quod ſi Pontifex committat alicui quod recipiat 6
teſtes, & inſtrumenta, quæ pars intra menſem producere voluerit,
non intelligitur commiſſum quod recipiat confeſſionem
partis, quia non eſt neceſſaria ad cauſę expeditionem, ſed
eſſet tantummodo vtilis.

† Tertiò iuxta hanc limitationem in pulchra facti contingentia
reſpondit Rom. *conſil. 461.* in eo quod quæritur, quod 7
Ambaſiator Senenſis miſſus ad Regem Apulię, cauſa frumenti
extrahendi, non potuit obligare populum, pro frumento
empto, quia hoc non eſt cõſequens neceſſarium ad ſuum antecedens.
Allegat textum, *in l. 1. § agitur. ff. de exercit.* vbi præpoſitus
† ad locandum non poterit exigere, quem textum pro
ſingulari poſuit Roman. *ſing. 23. quod habens mandatum.* de cuius 8
veritate ſuperius diximus.

† Sed contrarium huius videtur conſuluiſſe Imol. *conſi. 33.*
in caſu præmiſſo, vbi licentia conceſſa de extrahendo, extenditur 9
ad perquirendum, vti vtile conſequens. Poſſet fortaſſe diſtingui,
quod facta ſint diuerſa. in caſu Rom. erat mandatum
pro alio, cuius fines diligenter ſunt cuſtodiendi. *l. diligenter. ff.*
mandat. in caſu Imol. erat ſimplex licentia alicui conceſſa pro
ſe, vnde non fit ita rigoroſa interpretatio.

† Quartò in facto conſultus, reſpondit Ang. *conſi. 290. Thema.
in tertio dubio*, quod cum vigore pacis initæ inter Dominos 10
Venetos, & Dominos Ianuenſes, fuerit conuentum inter eos,
vt Ianuenſes poſſint nauigare Gulfum Venetorum, cum hominibus
non armatis, quod vigore huius conuentionis, ſicut
non poteſt eis per Venetos interdici nauigandi † facultas, nec
etiam poterit interdici appulſio ad portus, ſine qua nauigatio 11
inutilis eſſet, per text. *in l. 1. C. de naut. lib. 10.* vbi habentes licentes
nauigandi eundo, & redeundo, plena debent ſecuritate
potiri. † Declaranda tamen videtur materia præſentis limitationis,
quod quando de nullius præiudicio agitur, nec man- 12
dantis, ſi ſumus in mandato priuato, nec partium, vel alicuius
tertij, ſi ſumus in mandato publico, & iuriſdictionis, tunc veniat
conſequens nedum neceſſarium, ſed quod reſpiciat commodiorem
vſum, *ita procedit in c. ſolet. gloſſ. 3. de ſent. excom. lib. 6.*
vbi delegatus † Papæ non poteſt abſoluere ad cautelam, ſine
ſpeciali mandato, quia iſta abſolutio, licet tenderet in fauorẽ 13
abſoluti, præiudicaret tamen parti. ita declarat Clau. de Seiſel.
ad l. 2. num. 30 ff. de iuriſdict. omn. iudic. & aliquid addendo vltra
Doct. *in d. c. ſolet.* Reſolutio quatenus ab abſolutionem iſtam
pertinet, videtur iſta. Aut cauſa † committitur in curia, aut
committitur extra curiam, primo caſu non venit abſolutio ad 14
cautelam, ſine ſpeciali mandato, ſecundo caſu venit, & ita ſeruat
Rota Dominorum, vt teſtatur Rot. *deciſ. 810. ſciendum eſt, in
antiquis.* Bellam. *deciſ. 602.* & de hoc ſtilo teſtatur etiam Felin.
latè materiam examinans, *in c. Apoſtolicæ. col. pen. circa medium. de
except.* ſubdens quod hanc ſpecialẽ commiſſionẽ facit vice- †
cancellarius, abſq; alio ſpeciali mandato ipſius Summi Pontif. 15

† Secundo videtur declaranda pręſens materia, quod tunc
veniat conſequens, quod reſpiciat commodiorẽ vſum, quan- 16
do ſit valde contiguum, vel annexum antecedenti, non remotum,
& non contiguum. ita poſt multos declarat Felin. *in cap.
cauſam. num. 7. de re iudic.*

Ex prædictis poſtea infertur ad aliquas deciſiones.

† Prima eſt, quod licet arbiter non poſſit vltra id, quod in
eum eſt compromiſſum *l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbit.* 17
poteſt tamen contumacem in expenſis condemnare, iudicare
de fructibus, & de termino ſolutionis cogere partem, vt faciat
quietationem ſpecialem pro rata, in qua abſoluit illum, & alia
contigua, & connexa; licet in compromiſſo non fuerint expreſſa
Innoc. *in c. ex parte. in princip. de arbitr. ſequitur* Abb. *in cap.
cum dilectus. numero.* & ibi Imol. *num 5, eod. tit.* And. de Butr. *in c.
Quintauallis. num. 32. de iureiur. in c. niſi. de præben. in c. conſtitutus. de
relig. domib.* Bart. *in l. cum Aquiliana. verſic. circa illam rem autem. ff.
de tranſact.* Iaſ. *in l. ſi ſuper poſſeſſione. num. 3. C. de tranſact.* reputauit
dictum notabile, & ſingulare Alexan. *conſilio. 124. in cauſa & lite. colum. 2. numer. 7. volum. 2.* ſecutus eſt etiam Abb. *conſil. 62.
volum. 2.*

*volum.*2. Reputauit etiam hoc dictum notabile Boucr. *in verbo, expenſæ & fructus.num.*12. ſequitur etiam Ruin. *conſil.*135.*laudum. num.6.vol.*5. Pariſ. latè alios allegans *conſil.*24.*licet Dominus Nanus.num.*152.*vol.*2.*& conſil.*76.*vol.*1.*num.*5.

18 † Secundò dixit Rot. *de renunc. dec.*1.*in antiq.* quod Vicarius Epiſcopi, qui ex ſpeciali mandato recipere poteſt reſignationes beneficiorum, non cenſetur ex hoc poſſe beneficia ſibi reſignata conferre.

19 † Tertiò in facti contingentia reſpondit Marian. *conſ.*52.*Dominus Angelus Maurocenus*, quod procurator habẽs mandatum, ad obligandum communitatem, non poterit obligare ſingulos talis communitatis, quia non eſt conſequens contiguum, & annexum ſuo antecedenti.

20 † Tertiò venit conſequens, quod reſpicit commodiorem vſum, quando conceſſio antecedentis, eſſet facta verbis prægnantibus, & cum plena libera poteſtate, & ſimilibus verbis, prout ex iam dictis colligi poterit.

Iuxta quam infertur ad aliquas deciſiones.

21 † Procurator ſimpliciter conſtitutus ſine ſpeciali mandato, tranſigere non poteſt. *l.tranſactionis.* & ibi Doctor. omnes. *C.de tranſact.* Procurator tamẽ cum libera tranſigere poterit, vt habetur *in cap.qui ad agendum.in fin.de procur.lib.*6. Bart. *in l.mandato generali.ff.de procur.* Boet. *deciſ.*283.*num.*16.

22 † Hoc tamen ſublimitatur quando procurator haberet liberam adminiſtrationem cauſæ, ſecus ſi inſtantiæ, quia tunc ſuper inſtantia tantum tranſigere poterit, vnde inſpicienda eſt clauſula, dans in prædictis liberam adminiſtrationem: nam ſi clauſulam iſtam præcedunt verba, quæ ſapiunt inſtantiã, tunc ſuper inſtantia præſumitur habere liberam poteſtatem, vnde ſi dicatur, conſtituit procuratorem Titium ad agendum, defendendum, libellum dandum, &c. concedens in prædictis liberam, &c. vel conſtituit procuratorem Titium, ad lites & cauſas agendas, & defendendas, cum libera præmiſſorum adminiſtratione, vel conſtituit procuratorem in cauſa, quam habiturus eſt cum Caio; nam cauſa de futuro accipitur pro inſtantia, in his enim caſibus procurator cenſetur habere liberam adminiſtrationem inſtantiæ tantum, ſed ſi in inſtrumento dicatur, conſtituit procuratorem Titium, in cauſa tali, expreſſo tamẽ, & ſpecificato nomine cauſæ, vt mutui, donationis, & ſimili, quam habet, & ſic in præſenti, &c. concedens in ea, vel in prædictis, &c. tunc cenſetur habere liberam adminiſtrationẽ cauſæ, & ſuper ea tranſigere poterit, ita declarat Bart. *in l.qui Romæ.* §.*Callimacus.* & ibi Ang. Imol. Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. & alij *ff de verb. oblig.* Pap. *in forma libelli, quo agitur ad pen.ex compro. in gloſſ.* Franciſcus, *num.*5. Bart. *in l.mandato generali.ff.de procur.* Paul. de Caſt. Alex. Iaſ. & alij *in l.trãſactionis.C.de tranſact.* Reputauit dictum in practica notabile Matheſ. *nota.*30 *nota quod licet.*

23 † Similiter procurator cum libera, iuramẽtum deferre, terminum ſolutionis prorogare poterit. *l. iuſiurandum.* §.*procurator.ff.de iureiuran. in l.nam & nocere.ff.de pact.* Bald. & alij *in l.fin. C.de dilat.*

24 † Tertiò procurator cũ hac clauſula conſtitutus, quod poſſit facere, quæ ipſe dominus poſſet, nedum neceſſaria ad actũ, ſed etiam vtilia, ſpeciale mandatum requirentia, facere poterit. Bart. *in l.ſi creditor.* §.*Lucius.in fin.ff.mand.* Bartol. Bald. Salic. Angel. Alex. Iaſ. & alij *in l.ſi procurator.C.de procur.* Bald. *in l.*1.*in fin.C.de bonis mater.* Angel. *per illum text.in* §.*ad hoc prohibemus.in Auth.de colla.* Abb. Ant. de But. Imol. & alij *in cap.fin.de dilat.* pulchrè Afflict. *deciſ.*305.*in cauſa.num.*4.*&* 5. & hæc eſt communis

* * opinio, teſte Iaſ. *in l.*1.*num.*22.*ff.de offic.procur. Cæſaris.*

Adducit Aretin. contra hanc limitationem quædam iura in contrarium, cum quo tranſit *in cap.præterea.* Dec. *de offic.deleg.& in cap. relatum. de appellat.* & quoniam iſtis ſigillatim reſpondet Curt. Iun. *ad l.*2.*colum.*1.*ff.de iuriſdict.omn.iudic.* ideo circa hoc amplius non inſiſtam.

25 † Iuxta hanc limitationem, fuit deciſa quæſtio Tuderti, cõductores macellorum ciuitatis Tuderti, obtinuerunt litteras à Reuerendiſſimo Domino de Torres, iudice ordinario negotiorum gabellæ, vt vulgo dicitur, quattrini carnis, directas Gubernatori dictæ ciuitatis, qui ſuper prætenſis grauaminibus, vt dicebatur illatis à commiſſariis dicti quattrini, in dicta ciuitate teſtes examinaret, & examen clauſum trãſmitteret ad dictum Reuerendiſſimum Torres, qui Dominus Gubernator pendẽte examinatione, conceſſit litteras inhibitorias contra dictos appaltatores, fuit petita reuocatio, ea ratione, quia ſibi erat commiſſum nudum miniſterium examinis, vnde non poterat apponere manus ad iſtud conſequens inhibendi, cum neceſſario non tendat ad dictum examen, fuit deciſum contrarium, quia aliàs conceſſio eſſet penitus inutilis, & ſemper ſaltem tacitè, iſta facultas inhibendi cenſetur conceſſa.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, ponitur conſequens, ſubſiſtente eadem ratione, aliàs non.*
2 *Pater mittens filium ad ſtudium, tenetur ei emere libros.*
3 *Scientia filij, lætitia patris.*
4 *Cui commiſſa eſt examinatio teſtium, non per hoc eſt commiſſa publicatio.*
5 *Procurator conſtitutus ad conteſtandum litem, poterit appellare.*
6 *Quod fallit, quando ſit conſtitutus cum taxatiua tantum.*
7 *Conceſſo antecedente, cum taxatiua tantum, venit conſequẽs proximum, & contiguum.*
8 *Procurator conſtitutus ad agendum, non poterit executionem ſententiæ petere.*
9 *Quod fallit, niſi procurator ſumptus in lite factos, non poſſet ab ipſo principali creditore conſequi.*
10 *Si cauſa principalis eſt ſummaria, omnes eius articuli, erunt ſummariè expediendi.*
11 *Fallit in legitimatione perſonarum, de qua ſemper debet plenè conſtare.*
12 *Prorogatio compromiſſi, non poteſt fieri maioris temporis, quam primum tempus.*

LIMITATVR quinto loco principaliter præſens regula, vt procedat, ſubſiſtente eadem ratione, aliàs non ponitur conſequens, ita Alber. & Bald. *in ſua diſtinctione, in l.*2.*ff.de iuriſdict. om. iud.* Boich *in cap.ex parte. de accuſ. per text. in l.*3.§.*diem.ff. quemad. teſt aper.* 1

Hinc poſtea infertur.

† Pater mittens filium ad ſtudium, pari ratione tenetur ei emere libros, gloſſ. *in l. Macedoniam. C.ad Maced. in l. Iulianus.* §.*proinde.ff.eod.ad Maced.* quam ſequuti ſunt infraſcripti ſcribentes. Archid. & Dominic. *in cano.ſi quis reliquerit.*30.*diſt.* Bald. *in Auth.ex teſtamento.num.*5.*C.de collat.in l.*1.*col pen.ff ſol.matr.* Luc. de Pen. *in l.fin.C.de peric.ſucceſ.lib.*10.*in l.*1.*verſic.ſed quid ſi filius.C. qui ætat.lib.*10. Imol. *in l.quidam cum filium.colum.*2.*de verb.oblig.* Bartol. *in l.fin. C.de ſilent.lib.*12. Bald. *in l.omnimodo.* §.*imputari. num.*7.*C.de inoffic.teſtam.in l.quamuis.num.*1.*C.de fideicom.in l.filiæ cuius.* vbi etiam Salic. *num.*15.*C.ad Sillan.* Port. *in* §.1.*Inſtitut.per quas perſonas.* Iaſ. *in l.filiæ licet.C.de collat.* Dec. *in Auth.quod locum. num.*7.*in l.ſi donatoris.num.*40.*C.de collat.& conſil.*177.*Lucius.per præſentem regulam.priuil.*16. 2

† Sed quid prodeſt, ſi infinitus eſſet numerus? Pater ſanè ſeruat filio hoc priuilegiũ, & libenter vt credo, filij enim ſcientia lætitia patris, ſed tot alia ſcholaribus conceſſa priuilegia, quis obſeruat? nullus ſanè iudex. Agat ſcholaris, excipiat ſcholaris, hæc ſunt ipſius priuilegia, laboret aſſiduè, inſudet aſſiduè, patiatur frigora, & calores aſſiduè, comedat malè, dormiat peius, & ſæpe à viliſſimis hominibus, pro ſuorum laborum præmio, iniurias, & damna patiatur. 3

† Secundò dicebat Bartol. *in l.cum ab initio.prope fin. ff quemadmod.teſtam.aper.* quod delegatus cui commiſſa eſt teſtium receptio, & examinatio, non per hoc poterit proceſſum publicare, ſed debet examen clauſum ad delegantem remittere, & coram ipſo fiet publicatio. Sequitur Marant. *de ord. iud.part.*6.*in verbo, publicatio.num.*6. 4

† Tertiò dixit Bald. *in cap.Nicolao.in fin.de appellat.* quod procur. conſtitutus ad conteſtandam litem, poterit etiam appellare, *reputauit dictum ſingulare* Rol. *conſil.*43.*num.*9.*part.*1. 5

† Quod dictum limitatur vno modo, niſi appoſita eſſet dictio taxatiua, quo caſu appellare non poterit, ita tradit Innoc. *in c.*1.*de procur.* Spec. *in tit.de procur.* §.*ratione autem formæ. verſic. quid ſi dedi.* Archid. *in cap.*1.*de procur.in* 6. & hanc opinionem dixit veriorem Alexand. & poſt eum Iaſ. *in l.ſi procuratorem. C.de procur.* 6

Ex prædictis obiter infertur, nunquid conceſſio antecedẽtis facta cum taxatiua tantum, vel ſimili excludat conſequens, de qua materia aliquid tetigimus in ampliationibus, & ponamus concluſionem iſtam.

7 † Conceſſo antecedente, cum taxatiua tantum, venit con-
ſequens antecedenti valde annexum, & proximum, ſecus ſit,
ſi ſit conſequens remotum, prout ex prædictis patet, vnde di-
cebat Rota *de procur. dec. 2. in antiquioribus*, quod procurator da-
tus ad audiendum ſententiam duntaxat, poterit, hoc non ob-
ſtante, appellare, quia hoc eſt valde vicinum ad mandatum, &
taxatiua duntaxat operabitur, ne appellationem proſequatur,
ſequitur Fel. *in cap. cauſam. col. 2. de re iud.*

8 † Quartò procurator conſtitutus ad agendum, non per hoc
poterit executionem ſententiæ petere. *l. hoc iure. ff. de ſolut.*

9 † Quod tamen dictum vltra Bartol. & alios pluribus modis
limitantes *in d. l. hoc iure.* limita vno notabili modo, ſcilicet, niſi
procurator ſumptus in lite factos non poſſit ab principali cre-
ditore conſequi, gloſſ. *in l. actoris. ff. de procur.* Quàm notabilem
ad hoc dixit Rom. *ſing 645. procurator*, quod dictum tempori-
bus noſtris, quibus eſt durum ſoluere, eſt notatu dignum.

10 † Quintò dixit Bart. *in extrauag. ad reprimēdum. in verbo, ſum-
mariè. col. 3. num. 20.* quod ſi cauſa principalis debet ſummariè,
& executiuè expediri, pari ratione omnes articuli dictæ cauſæ
erunt ſummariè, & executiuè expediendi, ſequitur Matant. *in
ſuo Spec. in 4. part. diſt. 9. num. 40.*

11 † Quod dictum obiter limitatur vno notabili modo, vide-
licet in legitimatione perſonarum, de qua ſi opponatur, debet
plenè conſtare, in quocunq; iudicio etiam ſummario, & exe-
cutiuo, gloſſ. eſt quam ibi Bartol. Alex. & alij reputant notabi-
lem *in l. 2. C. de edict. diui Adr. toll.* quam etiam ſecutus eſt Bart. *in
extrauag. ad reprimen. in verbo, ſine figura. col. 2. num. 7.* Bald. *in l. 3.
§. ibidem. in fin. ff. de except.* dicens hoc menti tenendum, & ante
cum Specul. *de ſummaria cognitione, verſ. quid ſi opponatur.* idem
Bald. *in l. fin. in 5. q. C. de edict. Diui Adr. toll.* & licet Iaſ. *in d. l. 2.* du-
* bitet de hoc dicto. Communiter * tamen tenetur, teſte Curt.
Iun. *ad rub. C. qui admitt. num. 18.* Quam opinionem ab oppoſi-
tionibus Iaſ. latè defendit Pet. Girard. *ſing. 23.* notant Bart. qui-
bus addo, quod hanc eandem opinionem ſecutus eſt pulchrè
Alex. *conſil. 59. viſo proceſſu. colum. 1. num. 2. vol. 2.* Dec. poſt Felin.
*in cap. ex parte. il 2. num. 43. in cap prudentiam. §. ſexta. num. 12. de of-
fic. deleg.* Anchar. *conſil. 35.* appellauit dictum ſingulare, & men-
ti tenendum. Alex. *in l. iudices. num. 3. C. de iudic.* latè hoc dictum
appellat notabile, & multis ſimilibus ampliat, & comprobat
in l. ſi quis ne quæſtio. de quæſt. Hippol. Marſil. Matant. *in ſuo Specul.
in 4. part. diſt. 14. num. 1.* Neuizan. *conſil. 18. num 4.* Vantius *in tit.
de nullit. ex inhabil. mand. num. 15.* Roland. à Valle *conſ. 12. num. 2. lib.
2.* Iac. Menoch. *in remed. reinteg. poſſ. quæſt. 24 num. 272.* Natta *poſt
alios in Clem. ſæpe. col. 25. quæſt. 5.* appellat dictum valde notabile
Iaſ. *in §. præterea. num 54. Inſtit. de act.*

12 † Similiter dixit Bald. *conſ. 129. Nobiles viri. col. fin. lib. 1.* Quod
prorogatio compromiſſi nō poteſt fieri maioris temporis, quā
fuerit primum tempus, ſequitur Lanfranc. *in tract. de arbit. q. 5.*
reputauit notabile Marſil. *notab. 52. prorogatio, & ſing. 17. acceſſo-
rium.* vbi dixit hoc, per præſentem limitationem.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Conceſſo antecedente, cenſetur conceſſum conſequens, niſi ei cui ſit
conſequens ſit aliquo iure prohibitum.*

2 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt procedere contra epiſco-
pum fautorem hæreticorum.*

3 *Vbi aliquid eſt alicui per ſe principaliter prohibitum, ſi veniat in
conſequentiam actus permiſſi cenſetur permiſſum.*

4 *Deportatus licet non poſſit agere, quando tamen ei conceditur con-
trahere poterit etiam agere.*

5 *Magnum reſultaret præiudicium ſi contra epiſcopum procederetur
per inquiſitorem.*

6 *Licet conceſſio facta ſit verbis prægnantibus, tamen inquiſitor non
poterit procedere contra epiſcopum fautorem.*

7 *Præſens limitatio declaratur, vt procedat quando prohibitio ſit fa-
cta ex cauſa vrgenti, & periculo notabili.*

8 *Limitatio ad §. latrunculator. l. ſolemus. ff. de iudic. vt intelligatur
principaliter, ſecus conſequenter.*

9 *Iudex maleficiorum poteſt interponere decretum tutelæ, & curæ.*

10 *Limitatio dicti §. latrunculator. procedit ſiue agatur per viam ac-
cuſationis, ſiue per viam inquiſitionis.*

11 *Similiter procedit ſiue à parte petatur, ſiue non.*

12 *Declaratur tamen, vt non procedat, quando reus condemnaretur
per contumaciam, vel teſtium depoſitionem.*

LIMITATVR † ſexto loco principaliter præſens regula, vt 1
non procedat, quando conſequens ſit ei, cui ſit conceſſio
antecedentis, aliquo iure prohibitum, ita declarat hanc regu-
lam Gemin. *in cap. 2. col pen. de hæret. in ſexto.*

† Hinc poſtea, licet inquiſitor hæreticæ prauitatis procede- 2
re poſſit contra hæreticorum fautores. *d. cap. 2.* vbi not. Contra
tamen epiſcopum fautorem procedere non poterit, niſi ſibi ab
Apoſtolica ſede expreſsè cōmittatur, *c. inquiſitio. de hæret. lib 6.*

Iuxta quam limitationem in facto cōſultus reſpondit Caſſ.
conſil. 42. Abbas S. Benedicti reſignauit Abbatiam ſuam cuidā
ſuo nepoti, reſeruata ſibi ex diſpenſatione ſummi Pontificis,
collatione beneficiorum, à dicta abbatia dependentium, tan-
dem ipſe Abbas in vim dictæ reſeruationis contulit quendam
Prioratum vacantem cuidam monacho clauſtrali dictæ abba-
tiæ, qui abſq; licentia Abbatis iunioris, illud acceptauit, & ob
id dictus Abbas iunior ei ſe oppoſuit, in alium dictum Priora-
tum conferendo, quęſitum fuit, nunquid dictus Abbas iunior
legitimè ſe oppoſuerit? Videbatur dicendū quod non; ex quo
enim dicto Abbati antiquo eſt reſeruata poteſtas conferendi,
cenſetur etiam tacitè conceſſum conſequens acceptandi, cō-
trarium arguit Caſſan. quia dictum cōſequens acceptandi, eſt
Abbati antiquo alio iure prohibitum, vt ibi latè per eum.

† Sed hæc limitatio non videtur generalis, & in contrarium 3
videtur regula quam ponit Bart. *in l. 1 ff. de auct. tut.* quod vbi a-
liquid principaliter eſt alicui per ſe prohibitum, ſi tamen illud
veniat, in neceſſariam conſequentiā actus permiſſi, illud quo-
que cenſetur permiſſum, ſequitur latè Barbat. *conſil. 20. col. 2.
vol. 2.* Raph. Comen. *conſ. 76. col. 4. in princ.* Socin. *conſ. 242. par. 1.*
latè Iaſ. *in l. quotiens. col. fin. C. de iudic.* vltra quem facit ad propo-
ſitum noſtrum, quod deportato † eſt expreſsè prohibita facul- 4
tas agendi. *l. quidam. ff. de pœn.* ſi tamen ei conceditur contrahe-
re, erit etiam conceſſum agere, in conſequentiam actus per-
miſſi. *l. ſi mandauero. §. ii cuius. ff. mandati.* Bart. *in l. ſi victum. ff. de re
iudic.* Doctor. omnes *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. & Inſtit. de
act. in princip.*

Et pro reſolutione, & veritate huius concluſionis Geminia-
ni, ſciendum eſt, quod eius dictum procedit, vbi iſta prohibi-
tio eſſet facta, & ordinata ex rationabili cauſa, & periculo vr-
genti, magnum enim † reſultaret præiudicium, ſi contra Epi- 5
ſcopum procederetur per inquiſitorem ſuper hæreſi, propter
officium quod habet, vt dicitur *in c. quia periculoſum. de ſent. ex-
com. lib. 6.* vnde quantumcunque verba † eſſent generalia, puta 6
quod inquirere poſſit contra quoſcunque cuiuſcunq; condi-
tionis, dignitatis, vel ſtatus, non inquirit contra epiſcopos ſine
ſpeciali commiſſione, vt dicit gloſſ. fin. *in d. c. in verbo, inquiſitio.*
quam ibi ſequitur Franc. dicens idem eſſe in qualibet † perſo- 7
na ab epiſcopo diuerſa, ex cuius inquiſitione notabile pericu-
lum naſci poſſet, vnde videtur declaranda præſens limitatio,
vt procedat, & intelligatur, quando iſta prohibitio eſſet facta
à iure ex vrgenti cauſa, & periculo notabili, vt diximus, aliàs
non, per ea, quæ diximus in prima, & ſecunda ampliatione de
conſequente maiore, & requirente ſpeciale mandatum.

† Iuxta prædicta poſtea infertur notabilis limitatio *ad l. ſole- 8
mus. §. latrunculator. ff. de iudic.* vbi iudici cauſarum criminalium
expreſsè prohibetur à iure, ne de cauſa ciuili cognoſcat, quo-
niam hoc debet intelligi eſſe verum principaliter, ſecus inci-
denter, & conſecutiue pro executione actus principalis. ita di-
xit Bart. *in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.* ſequitur Caſt. *in l. qui-
cunque. col. fin. C. de ſer. fug.* Corn. *conſil. 8. in 4. dubio, volum. 3.* quod
dictum dixit notabile Corſet. *in reper. ad Panorm. in verbo, acceſ-
ſorium iudex eccleſiaſticus.* latè commendat Fel. *in c. cum oporteat.
col. fin. de accuſ.* Singulare quoque appellauit Petr. de Rauenna
ſing. 210. Tuſcis, iudex maleficiorum. idem tenuit ipſemet Bart. *in l.
1. ſub n. 4. C. quando ciuilis actio.* ponens in prędictis exemplum de
reſtitutione rei furto ſubtractæ, de cōdemnatione expenſarū,
& ſimilib. idem Bart. *in l. pen. in fin. ff. de calum. in l. 2. §. 1. col. 3. ff. vi
bon. rap. in l. defuncto. §. fin. ff. de publ. iud.* Ang. *in rep. l. ſi vacantia. in
q. fin. C. de bon. vac.* Iaſ. *in l. 1. §. fin. col. 3. circa medium. ff. de offic. eius.*
& ante eum Bald. *in l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cauſ. & in l.
1. C. ſi à non comp. iud.* Ang. *in tract. maleſ. in gl. quæ ſit, & fieri inten-
ditur, in verbo, per iudicem maleficiorum.* Paris de Put. *in tract. de ſin-
dic. in verbo, confeſſio. c. 3. quod incipit, ſequitur modo.* Boſſ. *in ſua pra-
ctica. in tit. de foro comp. ſub num. 121.* allegat Soc. *conſ. 72. circa fin.*
Paul. Grilla. *in tracta. de relaxat. carcer. in tit. de expenſis dam. & in-
tereſſe. n. 3.* Et hæc eſt cōmunis * opinio teſte Hier. Torto *in ad- *
dit. ad*

dit. ad Angel. in verbo, etiam veſtem cœleſtem. in vlt. addit. quam etiam ſecutus eſt Caſtrenſ. *in l. quoi retrahi. C. ſi aduerſ. lib.* Bald. *in notab. ſuis in verbo, iudices maleficiorum, & in verbo, iudices ex proceſſu. in l. 1. C. ſi à non compet. iud. in l. 1. C. de appellat. & in conſil. 273. volum. 1.* Socin. *conſil 60. colum. 1. volum. 4.* Salic. *in l 1. in 6. oppoſit. C. quando ciuilis actio.* pract. Papienſ. *in forma inquiſitionis, colum. 3.* Ruin. *conſil. 4. vol. 4. & conſil. 87. colum. 1. eod. vol. & conſil. 35. col. 5. vol. 5.* Crau. *conſil. 14. col. 2.* & ita etiam practicatur teſte Ang. *in l. qui crimen. C. qui accuſ. poſſ.*

9 † Quinimmò iudex maleficiorum, nedum reum ciuiliter condemnare poteſt ad reſtitutionem rei ablatæ, vel ad expenſas, vt diximus, ſed poteſt interponere decretum tutelæ, & curæ, gloſſ. eſt quam ibi Bald. & poſt eum Port. *num. 9.* appellat ſingularem *in §. ſed hoc iure. in verbo, præfectus. Inſtit. de Attil. tutor.* Notabilem quoque eam appellauit Marſ. *in l. ſi quis ne quaſtio. num. 117. de quaſt.* ſed huic poſſet fortaſſe reſponderi, vt ibi per Aret. & poſt eum Iaſ. *in addit. ad Port. in littera R. & nouum etiam intellectum ad d. §. qui ſurem.* ponit Gand. *in tract. maleſic. in rubr. qualiter fiat accuſatio, ſub num. 11.*

10 † Et prædicta concluſio reputatur adeo vera, vt procedat ſiue agatur per viam accuſationis, ſiue per viam inquiſitionis, vt concludunt omnes ſupra citati, & Bald. *in l. obſeruare. §. proficiſci. in 6. quaſt. de offic. proconſ.* dicens, hoc eſſe magis notabile dictum in inquiſitione, quàm in accuſatione, cum inquiſitio ad priuata iura ſe non extendat.

11 † Procedit etiam prædicta concluſio, ſiue à parte petatur, ſiue non. Bald. *in l. 2. in fin. C. de eden.* quam ibi ſequitur Alex. *col. fin.* Curt. Iun. *num. 115.* Purpur. *num. 142.*

12 † Declaratur tamen præſens concluſio vno notabili modo, vt non procedat quando reus condemnaretur per contumaciam, vel per teſtium depoſitionem. Ita Bald. *in l. qui crimen. colum. penult. verſic. item in criminali. C. qui accuſ. non poſ. in l. cunctos populos. in 6. charta, verſ. incidenter. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.* Ruin. *conſil. 35. vol. 5.* & licet hoc dictum, reſpectu confeſſionis tantum, pungatur per Arim. *in addit. Ad Angel. in dicto verbo. & per iudicem,* quem ſecutus eſt Ruin. *ſibi contrarius, conſil. 4. col. 2. vol. 4.* tamen reſpectu contumaciæ non habet contradictorem. Rolan. *conſ. 30. num. 18. vol. 2.*

Poſitis aliquibus declarationibus, ſubiiciamus ad regulæ exornationem, aliquas particulares quæſtiones breues, & concluſiuas. Quæro igitur nunquid conceſſo antecedente, dicatur conceſſum conſequens.

Primo quid in ſtatutis.
Secundò quid in beneficiis.
Tertiò quid in reſcriptis.
Quartò quid in priuilegiis.
Quintò quid in contractibus.
Sextò quid in vltimis voluntatibus.
Septimò quid in præſcriptionibus.
Octauò quid in ſaluoconductu.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Conceſſo antecedente, vel poſito, venit conſequens etiam in ſtatutis.*
2 *Statutum Tudertinum, quod in cauſis damnorū datorum, ſtetur iuramento damnum paſſi, extenditur ad conſequens ad cauſam.*
3 *Quod ſtatutum declaratur, nihilominus poſſit per partem contrarium probari.*
4 *Secundo procedit, quando ſit bonæ famæ, aliàs non.*
5 *Tertio procedit vt deferatur coram iudice ad id deputato.*
6 *Quarto procedit, vt deferatur parte præſente.*
7 *Statutum dans alicui licentiam aliquid faciendi, erit licitum congregare amicos qui ad hoc iuuent.*
8 *Statutum diſponens, quod vxore præmoriēte maritus lucretur dotem in præiudicium filiorum primi matrimonij, tenet.*
9 *Stante dicto ſtatuto, ſi vxor decedat cum filiis, ex primo matrimonio, non eſt per hoc derogatum l. hac edictali. C. de ſecund. nupt.*
10 *Statutum de lucro dotis, nedum procedit in filia legitima, & naturali, ſed ſpuria.*
11 *Quæ procedunt quando fundus eſſet datus in dotem, ſecus ſi fuiſſent dati in dotem fructus ipſius fundi.*

1 AD † primum reſpondetur quod ſic. Bart. *in l. omnes populi. in 6. q. princ. ff. de iuſt. & iure.* Bald. *in l. 1. C. ſi rect. prouinc. in l. contractus. C. de fide inſtr. in c. 1. § ad hoc. verſ. æquitas. ſi de feu. contr. fuer. in vſibus feud.* Paul. Caſt. *in l. benignius. ff. de leg. conſ. 24. lib. 1.* Cald. *conſ. 22. in tit. de conſtit.* Alex. *conſ. 29. lib. 3.* Doct. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.* Alciat. *lib. 3. de verb. ſign. n. 10.*

Iuxta quæ infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

† Prima eſt, ſtatutum Tudertinum *rubr. 69. diſtin. 3.* diſponit 2
quod in cauſis damnorum datorum, ſufficiat probatio per iuramentum damnum paſſi, nam hoc extenditur ad omne conſequens ad cauſam, ita declarat Bartol. *in l. ſolent. ff. de alimen. & cib. leg.* ſequitur Bald. *in l. 1. C. de rebus cred. & in l. 1. C. commun. de leg.* Aret. *in d. cap. cæterum col 3 de iud.* Cæpol. *conſ. 74. viſo ſtatuto.* Iaſ. *in l. 2. col fin. C. de edict. diui Adria toll.* Fel. *in cap. per tuas. col 2 de ſimon.* Caſtr. *in l. cum hi. in princ. ff. de tranſact.* Aretin. *conſil 83. quia multa col. 2. in fin.* Bald. *in l. ſi quando. C. vnde vi.* Iaſ. *in l. quoties. C. de iudic.* reputatur dictum notabile Marſ. *ſingul. 17. acceſſorium.* & mentem Bart. *ad d. l. ſolent.* latè declarat Petr. de Girar. *ſingul. 23.* Notant Bart. & Doctores.

Quod ſtatutum recipit aliquas notabiles declarationes.

† Prima, quod licet ſtatutum diſponat debere ſtari iuramē- 3
to damnum paſſi, poterit nihilominus per partem contrarium probari, ita Angel. *in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. in l. qui vas. ff. de fur.* tradunt poſt gloſſ. Iaſ. & alij *in l. 2. § ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. agatur.* vbi Paul. Caſt. dicit illam glo. ſing. ad hoc Cyn. & Bald. *in l. 1. C. ſi aduerſ. lib.* Ioan. And. *in c ſtatutum. in verbo, iuramentum.* & ibi Domin. *in § cum vero. de reſcript. lib. 6.* Iac. Aret. Ang. Imol. Alex. & alij *in l. qui bona. §. damni per illam text. ff. ſol. matr.* Iacob. But. Bald. & Salic. *in l. 1. C. de re iud.* Alber. *in 2. parte ſtatu. quaſt. 13. verſ. item quæro ſi ſtatuto, vel reformatione.* Bald. *in l. ſi tutor peritus. ad fin. ff. de peric. tut. in l. qui accuſare. col. 2. verſ. vltimo nota. C. de eden. in l. fin. colum. 4. verſ. ex hoc deciditur. de feriis.* Salic. *in l. ea quidem. in 10. q. C. de accuſ.* Anch. *in cap. 1. in 14. q. princ. verſ. circa hæc quæro vlterius. de conſtit. & in c. ſemel malus. colum. 5. de reg. iur. in 6.* Card. *in c. continebatur. de deſponſ. impub.* Panor. Dec. & Fel. *in c. propoſuiſti. de probat.* Rom. *in l. ſi duo. ff. de acquir. hær. in l. admonendi. colum. 15.* vbi Alex. *col. 24.* Curt. ſen. *in repet. char. 22. col. 4. verſ. & pro iſta parte.* & Iaſ. *etiam in repet. colum. 109. num. 304. ff. de iureiur.* Rom. *conſ. 102. ſuper eo quod quæritur. col. 2.* Aret. *in tract. maleſic. in verbo. nec non ad denunciationem. num. 15.* & Auguſt. *in addit. num. 16.* Cæpol. *caut. 104. multa ſunt ſtatuta.* Alexand. *conſil. 114. in cauſa & lite. lib. 4. quod iterum repetit conſ. 47. lib. 6.* Barbat. *latè de præ.* Card. *in 2. quaſt. 2. partis.* Socin. *in tract. fallen. regu. 380. ſtatutum mandans.* Fel. *in cap præterea. in fin. de teſtib. cog. in cap paſtoralis. col. 10. de exceptio.* Dec. *conſil. 83. in cauſa accuſationis.* Marſil. *in rubr. de quaſt. colum. 30. verſic. non tamen omitto. in l. 1. §. ſi ſerui. colum. 1. ff. de quaſt.* Catel. Cotta *memor. damnum datum,* reputatur dictum notabile per Marſil. *ſingul. 357. extant ſtatuta.* & * communiter *
receptum, teſte Tiraq. *de retract. conſang. §. 2. gloſſ. 1. num. 1.* cum multis ſeq. vbi *num. 3.* te ſtatur de communi, vbi hanc materiam pluribus modis ampliat, & limitat, ponit etiam licet breuius, idem Tiraq. *in tract. præſcript. gloſſ. 8.* & poſt eum Iac. Menoch. *in remed. reinteg poſſ. num. 357.*

† Secunda notabilis declaratio, ad dictum ſtatutū eſt, quod 4
iurans ſit aliàs bonæ famæ, ſi autem aliàs fuiſſet periurus, vel aliàs infamis infamia facti, eius iuramento ſtari non debet. Ita dixit Io. And. *in addit. ad Spec. in tit. de teſt. §. 1. in addit. incip. alleg. pignus,* ſecutus eſt Barbat. expreſſius hoc declarans *in c. per tuas.* per gloſſ. *ibi, de ſimon.* Reputatur dictum notabile, & ſingulare Ioan. Arno. *ſing. 45. per omnia.* Marſil. *ſing. 74. Tu habes,* & ita fuit in facto iudicatum, teſte Angelo, qui hoc dictum ſummopere commendat *in l. qui iudicio. ff. de accuſat.* ſequitur, & dicit valde notabile in pract. Marſil. *in rub. de fideiuſſ. num. 178.* vbi latè.

† Tertia notabilis declaratio ad dictum ſtatutum eſt, vt tale 5
iuramentum præſtetur coram iudice ad id deputato, nec ſufficeret iuramentum vbiq; præſtitum, ita expreſsè declarat Bald. *in l. 3. in princ. verſ. circa quintum. ff. de iureiur. per not. in l. hac conſultiſſima. §. pen. C. de teſtam. in l. iubemus. C. de lib. cauſ.* ſequitur, & commendat hoc dictum Alexand. *conſil. 50. Clariſſime Domine. col. 3. verſ. non ob. ſi dicatur, lib. 3.*

† Quarta notabilis declaratio ad dictum ſtatutū eſt, quod 6
licet huiuſmodi iuramentum neceſſario ſit præſtandum, etiam ſi non deferatur à parte, iuxta doctrinam Bald. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* & Alex. *in l. aut prætor. in princ. eod. tit.* præſtari tamen debet, parte præſente, aliàs nihil operabitur. Bald. de extimatore loquens, *in l. hac edictali §. illud. verſ. ſed nunquid partes. C. de ſecun. nupt.* Panot. *in c. 2. de teſt.* & eſt regula Bart. *in l. Theopompus. de dot. præleg.* quod iuramentum ſuppletorium debet præſtari parte

parte præſente, ſequitur Ang. *in l. bonæ fidei. C. de iureiur.* Alexan. *conſil. 130. Difficultas. lib. 1.* Fel. *in d. cap. 2. colum. 5. in nona limitatio. de teſtam.* Carel. *in memorab. citatio partis.*

Et hæc pauca collegi ad declarationẽ mei ſtatuti Tudertini, omiſſis multis, quę adeo notabilia, & recepta non ſunt, vt latè per Plotum *in repet. l. ſi quando. n. 756. cum infinitis ſeq. C. vnde vi.*

7 † Secundo infertur circa hanc materiam ſtatutorum, quod ſtatutum dans alicui licentiam aliquid faciendi, erit licitum congregare amicos, qui ad hoc ipſum iuuent, & hoc caſu non punientur adiuuantes, ſicut nec principalis, gloſſ. eſt *in l. cum fundum ff. de vi & vi arm.* quam ſecutus eſt Caſte. *in l. refectionis. ff. commu. præd. in l. raptores. colum. 2. C. de epiſc. & cleric.* & ante eum Bald. *in l. 1. colum. antepen. verſ. ſed quid dicemus. C. vnde vi. in cap. fin. in 2. col. de iur. calum.* Quod dictum reputauit valde notandum Bart. *in l. deuotum. in fin. C. de meta. lib. 12. & in l. prohibitum. num. 3. C. de iure fiſci. lib. 10.* allegando not. *in d. l. cum fundum.* ſequitur etiam, & dicit notabile Iaſ. poſt Bald. *in l. vt vim. num. 29. & 30. ff. de iuſt. & iur.* & ſecundum hoc dictum ita fuit in facto iudicatum, teſte Cæpol. *in ſuis conſil. crimin. conſ. 4. viſa querela.* teſtatur etiam Marſil. *ſing. 175.* vbi hoc dictum commendat, & ſequitur latè etiam hoc dictum commendat, & dicit ſæpe in facto occurrere idem Marſil. *ſing. 351. amicitiam. in fin.* Hoc dictum etiam pro notabili poſuit Corſet. *in ſing. ſuis, in verbo, defenſio. 2.* Antil. de Albce. *ſingu. 27. ad propulſandam.* Ludou. Carr. *in ſua pract. crim. in verbo, homicidium. n. 37.* Aug. *in addit. ad Angel. ſuper verbo, & dictus Titius ſe defendendo.* Bartol. Cæpol. *in tract. de ſeruit. vrb. præd. cap. 23. num. 10.* vbi dicit hoc eſſe perpetuo menti tenendum. & ita in facto obtinuiſſe teſtatur in ſtatuto Veronenſi, diſponente, quod ſi frater, maritus, vel pater, reperit aliquem cum ſorore, vxore, vel filia, male conuerſantem, quod poſſit eum impune occidere: nam quidem ſciens vnum malè cõuerſari cum ſorore, cõgregauit duos amicos, & occidit illum, certè omnes fuerunt liberati, idem etiam tenuit Marſil. *in l. vnica. in primo notab. num. 10. C. de rap. virg.* dicens, ſe ita in facto obtinuiſſe, quidam paterfamilias nocturno tempore, conuocatis amicis, interfecit fures, nocturno tempore bona ſua aſportantes, tam ipſe, quàm amici conuocati liberati fuerunt. Paris de Put. *in tract. de ſindic. in verbo, index ad ſindicatum. cap. 3. quod incipit, Pone, &c.* Petr. Duen. *regu. 191. quæ incipit, defenſio. in 3. ampliat.* & hæc eſt communis * opinio, vt teſtatur Ioan. Plot. *in repet. l. ſi quando. num. 109. C. vnde vi.* Quam etiam ſecutus eſt Grammat. *conſ. 56. num. 27.* & hæc pauca poteris addere ad gloſſ. *in d. l. cum fundum.* quam præfati Doct. tantopere commendant, & adde Roland. à Valle *conſil. 74. num. 9 par. 2.*

8 † Tertio infertur, quod ſtatutum expreſsè diſponens, quod vxore præmoriente maritus lucretur dotem, in præiudicium filiorum primi matrimonij, valeat, & teneat, ex quo permiſit lucrum marito, extantibus dictis filiis ex primo matrimonio, cenſetur etiam permiſiſſe dationem in dotem, ex qua ſequitur dictum lucrum, derogando diſpoſitioni *l. hac edictali. C. de ſec. nup.* Ita Bald. *in l. 1. colum. 3. verſ. tertio quæro. C. de inoffic. doti.* Iaſ. *in Auth. præterea col. 5.* vbi Dec. *in 4. not.* Curt. Iun. *num. 26. C. vnde vir & vxo.* Dec. *conſ. 195. col. 2. & conſil. 283. colum. 1.* Bru. *in tract. de ſtat. exclu. fœm in 1. art. princip. quæſt. 4. in fin. & in 6. art. princ. in 4. memb. quæſt. 27.* Curt. Sen. *conſ. 88. col. 2. & 3.* Ioan. de Amic. *conſ. 1 colum. 3. & 4.* Ruin. *conſ. 88. vol. 6. conſil. 59. & conſ. 64. vol. 3.* Aug. Bero. *quæſt. 119.* & hæc eſt communis * opinio, teſte Pariſ. *conſil. 91. col. 2. vol 3.* latè Rol. à Val. *in tract. de luc. do. q. 24.* adducens ad probationem præſentem regulam.

9 † Quarto, practicus Papienſis inferebat ad deciſionem alterius quæſtionis, nũquid ſtante ſtatuto, de quo ſupra, ſcilicet, quod vxore pręmoriente ſine liberis, maritus lucretur dotem, ſi vxor decedat cum filiis ex primo matrimonio, non ex ſecundo, an ſit tacitè derogatum diſpoſitioni *l. hac edictali. C. de ſecun. nup.* & tenuit quod ſic, per hãc regulam, ex quo enim ſtatutum vult maritum lucrari dotem, vt facilius reperiantur viri, conſequens eſt, quod velit etiam remouere obſtaculum *d. l. hac edictali.* & eorum quæ habentur *in § optime. in Auth. de nup.* ita Pap. *in for. libel. quo vxor agit ad dotem. in gloſſ. dicta domina, n. 7.* dicens hanc opinionem longiſſima conſuetudine munitam eſſe. Sed cauendum eſt, quod contraria opinio videtur verior, & communior, quam tenuerunt Sal. & Paul. Caſte. *in l. 1. C. de inoffic. deteſt.* Iaſ. & Dec. & alij *in Auth. præterea. C. vnde vir & vx.* Fulg. *conſil. 63. col. 4.* Cum. *conſ. 109. col. pen. in fin.* Caſt. *conſ. 237. colum. 2.* Rom. *conſ. 44. col. pen. in fin. & conſ. 448. in fin.* Abb. *conſ. 117. in fin. vol. 2.* Alex. *conſ. 14. col. 2. vol. 5. & conſ 122. col. 3 vol. 7. conſ 158. vol. 5. conſ. 142. in fin. vol. 7.* Curt. Sen. *conſ. 78. col. 4.* Soc. *conſ. 52. col. 2. vol. 3. conſ. 35 col. 1. vol. 4.* Dec. *conſ. 19. col. 2. conſ. 283. colum. 1.* Curt. Iun. *conſ. 122. col 2.* Ioan. de Amic. *conſ. 11. col. 3.* Pariſ. *conſil 93. in princ. vol. 3.* Ruin. *conſ. 94. col. 2. vol. 5* Boer. *deciſ. 113. col. 4.* Auguſt. Bero. *quæſt. 119.* & hæc eſt verior & communis * opinio, vt poſt alios teſtatur Roland. *de lucro dot. quæſt. 26. num. 13.* *

† Quinto per hanc regulam in materia ſtatutorum, in facti contingentia. Reſpondit nouiſſimè Rol. *conſ. 74. num. 50 par. 1.* Quod ſtatutum de lucro dotis, nedum habeat locum in filia legitima, & naturali, ſed etiam in filia ſpuria, ea ratione ad propoſitum noſtrum, quia lex permittendo antecedens in filia ſpuria, puta conſtitutionem dotis, cenſetur etiam permittere conſequens neceſſarium ex forma ſtatuti, quod eſt lucrum, vt ibi latius per eum, & idem latè comprobat *in ſuo tracta. de lucro dot. quæſt. 94.* & ita etiam ante eum tenuit Bald. nouel. *in 6. par. priuileg. 16. col. 3. verſ. ſed quid ſi ſtatutum.* quem ſequitur Bulg. *in repet. l. 1. col. 26. ff. ſol. matr.* Moder. *in repet. cap. per veſtras. § 24. col. 5.* Cran. *conſil. 186. col. fin.* 10

† Quæ omnia vera ſunt, quando fundus eſſet datus in dotẽ, ſecus ſi fructus ipſius fundi fuiſſent dati in dotem pro alimentis, *iuxta l. dotis fructus. § ſi vſumfructum. ff. de iure dot.* tunc enim quia ius datum in dotem morte perit. *§ finitur. Inſtit. de vſufruct.* non poterit maritus lucrari dotem. *l. quod in rerum. § 1. de legat. 1.* 11

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito vel conceſſo antecedente, venit conſequens in beneficiis.*
2 *Principum beneficia ſunt latiſſimè interpretanda.*
3 *Principis liberalitas fræno non ſubeſt, nec coerceri poteſt.*
4 *Princeps concedendo caſtrum, cenſetur concedere munitiones ibi poſitas.*
5 *Princeps concedendo domum, videtur conceſſiſſe omnia ſua adiacentia, & conſecutiua.*
6 *Princeps concedendo caſtrum, videtur concedere iuriſdictionem cohærentem caſtro.*
7 *Quod procedit cumulatiuè, ſed non priuatiuè.*
8 *Secundo procedit in iuriſdictione temporali, non ſpirituali.*

AD † ſecundum de beneficiis, reſpõdetur quod ſic. Quia beneficia principum ſunt † latiſſimè interpretanda. *l. finali. ff. de conſtitutio. princip.* & principis liberalitas † fræno non ſubeſt, & coerceri non debet. *l. penult. ff de donatio. inter virum & vxorem.* text. notab. *in l ſua. C. de præpoſ. agen. in rebus, lib. 10. l. ſancimus § exceptionem. C de donat.* & ita in ſpecie tenuerunt Bald. & Sciſell. *ad l. 2. ff. de iuriſdict. omn. iud.* 1 2 3

† Hinc poſtea princeps concedendo alicui domum intelligitur conceſſiſſe omnia ſua adiacentia, & conſecutiua. *l. ſi quãdo. C. de bon. vacan. lib. 10.* quam ad hoc dixit ſingul. Bald. *in cap. 1. colum. 2. de iud.* 4

† Secundo conceſſo caſtro per principẽ, intelliguntur conceſſæ munitiones ibi poſitæ ad caſtri defenſionem. Bald. *in cap. 1. § ſi quis de manzo. col. 3. de contro. inueſtit.* 5

† Tertio princeps concedendo alicui caſtrum, videtur conceſſiſſe iuriſdictionem caſtro cohærentem, ita tenent Gulicl. de Cun. & Bald. *ad l. 1. § cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb.* Dyn. & Baer. *in l. inter eos. ff. de acquir. rerum domin. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iudic. in l. 1. C. de excuſ. mun. lib. 11.* & idem Bartol. *in l. 2. ff. de verbor. ſignific.* Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de iuriſdict. omn. iudic. verſic. quod autem. in addit. magna.* Oldrad. *conſil. 252. ad quæſtionem.* Hoſtienſ. *in ſumma de offic. deleg. § qua autem.* Bald. *in l. ſi plures. C. de condit. inſert. in cap. 1. de cap. qui cur. vend.* Angel. *in l. 1. § qui mandatum. ff. de offic. eius.* Alexand. *in l. 3. in princip. col. penult. num. 26. de acquiren. poſſeſſ.* Roman. *conſil. 368.* latè Felin. *in cap. quod ſedes. ad fin. de offic. ordin.* & hæc eſt communis * opinio, teſte Curt. Inn. *ad l. 2. num. 103. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* videtur etiam ſequi Grammat. *conſ. 58. in fin.* Rodor. Xuar. *allegat. 7. num. 8.* Rolan. à Valle *conſil. 42. num. 24 parte ſecunda.* 6 *

† Quod dictum vltra Iaſ. pluribus modis limitantem *in l. fin. de conſtitut. princip.* & alios. Limitatur primo, vt iſta iuriſdictio videatur conceſſa cumulatiuè, ſed non priuatiuè, quia non videtur princeps à ſe abdicaſſe, ſed alij cumulaſſe, ita declarant Abbas, & cæteri *in cap. paſtoralis. de offic. ord.* Roman. *conſil. 395. colum. 1.* Aret. *conſil. 101. col. 1.* Dec. *conſil. 3. colum. 2.* Beun. *conſil. 27. colum. penult. conſil. 47. colum. 2.* Grammat. *voto 28. num. 4. deciſ. 30. ſo-* 7

30. *colum.2. & conſil.2. poſt deciſiones inſerto*. Iaſ. *in l.quod in rerum. §.ſi quis poſt.de legat.2.* Ripa *reſponſ.4.num.3.par.* Afflict. *in cap.1.§. poteſtas. num.15.quæ ſint regalia.* & iterum hoc idem tenet Grammat. *conſil.6.in fin.* latè Roland. à Valle *conſil. 1. num.1.par.2.* dicens hoc dictum eſſe notabile, & menti tenendum, quia quotidie euenire poteſt, & hæc eſt * communis opinio, vt latè proſequitur Roland. *conſil.80.par.2.*

8 † Limitatur ſecundo in iuriſdictione ſpirituali, quæ non cenſetur tranſlata, vnde ſi epiſcopus concedat caſtrum cũ omnibus iuribus nunquam veniunt ſpiritualia. Innoc. *in cap.ex litteris.de iurepatro.* reputauit dictum notabile Corſ. *in verbo, princeps.2. ad declarationem prædictæ concluſionis.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito vel conceſſo antecedente venit cõſequens etiam in reſcriptis.*
2 *Per hæc verba in reſcripto appoſita, moneas, & modis omnibus inducas, inducitur vt compellere poßit.*
3 *Si Papa in reſcripto dicat, reducas ad proprietatem male alienata, talis poterit & de poſſeßione cognoſcere.*
4 *Declaratur præſens materia in cõſequente neceſſario, & quod verba non ſint enunciatiua.*
5 *Si Papa reſcribendo dicat, tale beneficium vacans per priuationem factam de tali de commißione noſtra, mandatum habetur pro probato, ſed non priuatio.*
6 *Si Papa reſcribendo dicat, per talem Capellanum ſedis Apoſtolicæ, non per hoc ille probatur Capellanus.*

1 AD † tertium quid in reſcriptis? reſpondetur quod ſic, ita tenuit Seiſel. *ad l.2.num.14.ff.de iuriſdict.omn.iud.* per gloſ. *in cap.quia tantum.de præbend.* de qua latè Felin. *in cap.poſtulaſti.de reſcript.* & de hac materia tetigimus ſupra latè in ampliationibus, quibus aliqua breuiter addam.

2 † Primo infertur, quod per hæc verba in reſcripto appoſita à Pontifice, Moneas, & modis omnibus inducas, inducitur vt compellere poſſit in ſuum conſequens, ita Spec. *in tit.de reſcrip. §.ratione autem formæ.ad fin.verſ.quod ſi viget,* ſequitur Archid. *in can.quiſquis.2.quæſt.6.* & ita fuit iudicatum in ciuitate caſtelli de mandato Innocentij, vt per Felin. *in cap.2.in 3.not.de ſponſ.*

3 † Secũdo infertur ſi Papa in reſcripto dicat, reducas ad proprietatem male alienata, quod talis poterit & de poſſeſſione cognoſcere dictum Innoc. *in cap. epiſcopi.de rebus eccleſ. non alienan.* ſequitur Archid. *in can.ſi illi.12.quæſt.2. in can.reuera.3.quæſt.8.* Bald. *in l.iubemus.la 2.in fin.C.de ſacroſanct. eccleſ. in l.ſi mulier.§. qui in poſſeßione. in fin.ff.quod met. cauſa.* Roman. *conſil.443.col.6.* Abb. *in cap.1.colum.3. de reſtitut. in integ.* Appellauit dictum aureum Felin. *in rub.de reſcript.colum.3.in princ.* & ſolemne dictum appellauit *in cap. cauſam. colum.3.de re iudic.* quam materiam vltra Fel. *in dictis locis*, declarat Matheſ. *in l.3.num.3.C.ſi non à compet. iud.* Rota *deciſ.396. in nouis*, melius Siaphil. *de litteris gratiæ. char.num.174.* vbi latè examinat pulchrè, & latè Iac. Menoch. *in remed.reinteg. poſſeſſ.quæſt.27.num.363.* cum multis ſequentibus.

4 † Declaratur præſens materia, vt procedat in conſequente neceſſario, & quod verba reſcripti non ſint enunciatiua, vnde
5 ſi Papa reſcribendo committat per talem capellanum † ſedis Apoſtolicæ audiendam, &c. non per hoc ille probatur capellanus, cum etiam ſi non eſſet capellanus, cauſam audire poſſet. Bonifac. *in Clem.1.num.38.de probat.*

6 † Similiter ſi Papa reſcribendo dicat, tale beneficium vacãs per priuationem factam de tali de commiſſione noſtra, nam iſtud mandatum bene habetur pro probato, ſed priuatio non, quia non eſt conſequens neceſſarium, vt per Bonif. *in dicto loco.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito antecedente, venit conſequens in priuilegiis, quando priuilegium aliàs redderetur inutile.*
2 *Papa concedendo priuilegium celebrandi officia in nouo oratorio, tacite videtur concedere perceptionem oblationum pro miniſtris ibi ſeruientibus.*
3 *Priuilegium alicui datum ſuper ſubſidio charitatiuo exigendi à quibuſcunque, poterit etiam eos cogere vt ſoluant.*
4 *Diœceſanus, qui ex priuilegio poteſt confirmare Generale Fratrum Diuæ Mariæ Seruorum, poterit etiam cogere ad eligendum in ſcrutinio nolentes.*
5 *Papa concedendo prohibitis priuilegium audiendi ius ciuile, cenſetur etiam conceßiſſe, vt in eo ſe doctorare poßint.*
6 *Priuilegium datum rei principali, extenditur ad augmentum.*
7 *Priuilegium datum principali, competit fideiuſſori.*
8 *Quod eſt adeo verũ, vt fideiuſſor excipiat ex perſona rei ipſo inuito.*
9 *Fideiuſſor poteſt excipere contractum vſurarium, vel de nõ numerata pecunia, licet contrarium prius fuerit confeſſus debitor.*
10 *Fideiuſſor clerici licet laicus, coram iudice ſæculari conueniri non poteſt.*
11 *Si principalis dixerit inſtrumentum vſurarium nomine ſuo, & fideiuſſoris, & ob id iudici ſæculari fuerit inhibitum, tamen adhuc grauari poterit fideiuſſor.*
12 *Priuilegium conceſſum ſcholaribus, vel hoſpitali, extenditur ad miniſtros.*

AD † quartum de priuilegiis ita diſtinguendum eſt, aut ſine tali conceſſione conſequentis priuilegium redderetur inutile, & venit conſequens, aliàs non venit, ita diſtinguit gloſſ. *in cap.licet.in verbo, non debet.de priuileg.in ſexto.* quam ibi ſequitur Anch. Franc. Ioan. Monach. & alij. 1

† Iuxta hæc in facto conſultus, reſpondit Calder. *conſil.6.de relig. dom.* ædificatum fuità laico oratorium ſine authoritate epiſcopi, quod poſtea Pontifex confirmauit, eique priuilegium dedit in eo miſſas, & alia diuina officia liberè celebrandi, quæſitum fuit cuius debeant eſſe oblationes ibi factæ. Reſpondit quod illius qui ædificauit, pro ſuſtentatione miniſtrorum ibi ſeruientium, per hanc regulam, ex quo enim Pontifex conceſſit priuilegium celebrandi officia, tacitè conceſſiſſe videtur ſuum conſequens, id eſt, perceptionem oblationum pro miniſtris ſeruientibus. Pro quo facit 13.*quæſt.1.§.quia ergo.ibi, nos militamus, & vos ſtipendia noſtræ militiæ vultis auferre?* 2

† Secundo reſpondit Caſtrenſ. *conſil.322.quoniam adiectione,* quod priuilegium alicui datum ſuper ſubſidio charitatiuo exigendi à quibuſcunq;, poterit etiam eos inuitos cogere, vt ſoluant, per hanc regulam. 3

† Tertio dixit Cardin. *in cap.publicato.colum.fin.de elect.* quod priuilegium conceſſum fratribus S. Mariæ Seruorum, vt eorum Generalem confirmet epiſcopus, in cuius diœceſi eligitur, tunc ſi publicato ſcrutinio eligere nollent, poterit diœceſanus compellere, ſicut enim ex priuilegio confirmationis eſt iudex, ita & præambuli, vt ibi per eum. 4

† Quarto dixit Franciſ. *in regula noſtra, Cum quid:* quod ſummus Pontifex concedendo priuilegium aliquibus prohibitis, audiendi ius ciuile, cenſetur conceſſiſſe ſuum conſequens, vt ſe doctorare poſſint, idem habetur *in cap.1. ne cler. vel mon. &c. in ſexto.* Abb. & alij *in cap.fin.de magiſtr.* 5

† Huc accedit, quod priuilegium datum principali, extenditur ad augmentum eius. Bart. Alex. Iaſ. Aquen. Thom. Parpal. Soc. Iun. & alij *in rub.ff.ſolu.matr.* Bart. *conſ.124 punctum quæſtionis.col.2.* Caſtr. *in l.cum pater filiæ.de legat.2.* Alex. *in l. diuortio. §.ob donationes.col.1.ff.ſol.matr.* Aret. *in l.ſi teſtamento.ff.de vulg.& pupill.* Thom. Parpal. *in l.2.col.6.in fin.eod.tit.* Iaſ. *in l.quod in rerũ. §.ſi quis poſt.de leg.1.conſil.147.præſens conſultatio.colum.2.verſ.item ſicut valet.lib.2.& conſil.125 videretur.colum.7.lib.4.conſil.171.viſo inſtrumento.colum.5.verſ.quarto.item ſicut.lib.4.* Ant. Rub. *conſ.25. Præſupponitur in facto.col. 2.* latè Tiraq. *in repet. in l.ſi vnquam. in verbo, donatione largitus.num.181.* 6

† Similiter priuilegium conceſſum principali, competit etiam regulariter fideiuſſori vti cõſequenti. Doct. *in l.2.ff.quæ res pig.obl.poſſ.* Bald. *in l.conſtitutionibus. C.de vſur.in l.omnes.ff. de exceptio.* Aug. Aret. *in §.in omnibus.col.2.Inſtit.de fideiuſſ.* latè Marſil. *in repet.rub.de fideiuſſ.quæſt.36.num.267.* 7

† Quod dictum reputatur adeo verum, vt fideiuſſor poſſit excipere ex perſona rei ipſo reo inuito. Bald. *in l.tam mandatori. col.fin.per gloſſ.ibi.C.de non num.pecun.in l.ſi cui.eod.tit.* 8

† Similiter fideiuſſor excipit de non numerata pecunia, licet debitor principalis comparuerit, & debitum cõfeſſus fuerit, item poteſt excipere contractum eſſe vſurarium, licet prius debitor confeſſus fuerit contractum verum, & non vſurariũ, vt expreſsè tenet Bald. *in d. l. tam mandatori.* 9

† Quod dictum reputatur etiam adeò verum, vt procedat etiam ſi fideiuſſor eſſet aliqua ratione vel cauſa incapax talis exceptionis vel priuilegij, vnde fideiuſſor clerici coram iudice ſæculari conueniri non poterit, licet laicus ſit, ita per multa tenet 10

net Hip. *in rubr. de fideiuſſ. n.* 286. licet contrarium teneat Guid. Pap. *ſing.* 449. facit dictum Bart. *in l. ſi is qui duos. de lib. lega.* & omiſſis multis latè proſequitur Hip. *ſing.* 180. plura, ibi ſubdens hoc eſſe dictum ſingularius omnibus ſuis ſingularibus, latius poſt eum Sylua nup. *lib. 6. num. 38. cum ſeq.*

11 † Vnum tamen notabile eſt ad limitationem huius dicti, quod ſi reus principalis dixit inſtrumentum vſuratium coram iudice eccleſiaſtico, nomine proprio, & fideiuſſoris, & ob id fuerit inhibitum iudici ſæculari, iſta prohibitio non proderit fideiuſſori quin grauari poſſit, licet etiam ſuo nomine ſit actũ coram iudice eccleſiaſtico. Bald. *in l. 1. in fin. C. de diuer. reſcr.* reputauit in practica notabile Marſil. *ſing.* 125.

12 † Similiter priuilegium conceſſum ſcholaribus, extenditur ad eorum famulos, & hoſpitali ad eius miniſtros, de quo ſupra in principio vidimus.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito vel conceſſo antecedente, nõ venit cõſequens in contractibus.*
2 *Frater habitans domum diuiſam cum fratre non poteſt ire per ſolarium inferius, quod ſit alterius fratris, eo inuito.*
3 *Res venditur libera.*
4 *Vendens fundum, & cedens ementi omnes actiones competentes, & competituras, per hoc dicitur contuliſſe vtile dominium.*
5 *Theſaurarius communis Bononiæ ſi cõuenerit ſoluere pecunias mutuatas, communi mutuantibus, debet etiam recipere.*
6 *Si in inſtrumento dicatur, talis ſciens ſe dominum & poſſeſſorem talis fundi conduxit eum à Titio locante, per hoc cenſetur tranſlatum dominium, & poſſeſſio in Titium.*
7 *Faciens pactum de petendo, cenſetur renunciaſſe exceptioni rei iudicatæ, & pacti de non petendo.*
8 *Medicus pro vno ſcuto conductus ad curandum infirmum, in comitatu, idem ſalarium debet habere in itinere, & in diebus itinerariis.*
9 *Conuentio facta in termino, extenditur ad ea, per quæ deuenitur ad terminum.*
10 *Medicus agens vno die iter trium dierum, debet habere ſalarium trium dierum.*
11 *Medicus diſcedens ab habitatione hora iam tarda, non debet habere ſalarium integri diei.*
12 *Si medico in itinere occurrat dies feriata, pro ea die non habebit ſalarium.*
13 *Medicus in itinere infirmatus, debet habet ſalarium donec reuertitur.*
14 *Priuilegia prædicta conceſſa medico, competunt etiam aduocato, procuratori, notario, & militi.*
15 *Vendita domo, venit hortus ei contiguus.*
16 *Vendita equa, venit pullus qui nondum herbis paſcitur.*
17 *Similiter venit ſella, & ornamenta.*
18 *Similiter veniunt ornamenta, quæ erant per duos dies ante venditionem.*
19 *Vendita domo, venit apotheca ſubtus exiſtens.*
20 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo, poteſt aſtringi etiam ad expenſas à creditore.*
21 *Fideiuſſor non tenetur ad augmentum quod aliquo modo veniat ad obligationem principalem.*
22 *Si contrauenienti inſtrumento, ex forma ſtatuti teneatur ad mille, promittens ſoluere id quod Titius debet, ſi Titius contraueniat inſtrumento, fideiuſſor ad mille non tenebitur.*
23 *Stante ſtatuto quod pro vnaquaque poſitione negata, negans cadat in pœnam, fideiuſſor non tenebitur ad pœnam, ob poſitiones negatas, & probatas.*
24 *Si aliquis officialis in ſindicatu ſuo dedit fideiuſſorem, ſi poſtea fiat ſtatutum, quod non obſtante quacunque abſolutoria, proceſſus poſſint reuideri, ſi poſtea officialis abſolutus condemnetur, non tenebitur fideiuſſor.*
25 *Fideiuſſor nõ tenetur ad illud quartum plus, in quod incurrit reus, ex forma ſtatuti, ſi non ſoluerit originaliter condemnationem infra decem dies, & ibi habes notabilem cautelam, vt fideiuſſor accuſati teneatur in omnem euentum.*
26 *Quando conſequens in contractibus oritur ex accidenti, & caſu, non venit in obligatione principali, & fideiuſſoria.*
27 *Promittens fructus arboris, quæ ſit iam inciſa, non tenetur ad fructus, ibi poſt inciſionem natos.*
28 *Penſio fundi locati non eſt augenda conductori, ſi fundus per alluuionem creſcat.*
29 *Si fornarius obligauit coquere panem pro tota familia pro certo ſalario, ſi familia augeatur, non poteſt petere maius ſalarium, & ſi eſſet diminuta non minus.*
30 *Tres caſus notabiles in quibus obligatio fideiuſſoria extenditur ad augmentum.*

AD quintum quid in contractibus? reſpondetur, quod in contractibus regulariter poſito antecedente non venit conſequens, ita Bart. *in l. 1. ff. de ſeru. legat. in l. 2. in ſua diſtinct. ff. de iuriſdict. omn. iud.* ſequitur Iaſ. *in l. quæ de legato. de leg. 1.* Euerar. *in loco à contractibus, ad vltimas voluntates, differentia* 17. 1

† Iuxta hoc infertur ad deciſionem quotidianæ quæſtionis, tres erant fratres, domum communem habebant tria ſolaria habentem, venerunt ad diuiſionem, cuilibet fuit aſſignatum vnum ſolarium, fratres qui habebant ſolaria ſuperiora, volunt ire per ſolarium inferius, fratre inuito, nunquid poſſint, & vtique non, ita per prædicta tenuit Alber. *in l. ſi venditor. ff. de relig. & ſumpt. fune.* Dyn. *in l. damnas. §. qui duos. de vſufruct. leg.* Angel. *in l. binas. ff. de ſeruitutib. vrba. præd.* Bart. & alij *in l. quod conclaue. ff. de dam. infect.* Caſtr. *in l. in tradendis. §. interpoſitas. ff. com. præd. in l. Olimpico. ff. de ſeruit. vrb. præd.* Iaſ. *in l. ſeruum filij. §. fin. in vlt. notab. de legat. tertio.* Alex *conſil. 194. viſis. colum. fin. vol. 2.* latè Veron. *in cap. de ſeruit. itineris ſeu actus, quod eſt cap.* 38. 2

† Conſiderandum tamen eſt, quod hoc dictum nõ videtur generale, in quacunque ſpecie contractus, & in caſu prædicto procedit, quia res venditur libera propter onus ſeruitutis, vt declarat Veron. *in d. c.* 38. in aliis autẽ caſibus aliud forte aſſeterit. 3

† Primo reſpondit Signor. *conſil.* 7. Titius vendidit fundum Caio, ceſſit omnes actiones, pro dicto fundo competentes, vel cõpetituras, & antequam iſte Caius inducatur in poſſeſſionem, talis fundus reperitur penes tertium, nunquid vtile dominium ſit tranſlatum? conſuluit quod ſic, per hanc regulam, ex quo enim tranſlata eſt vigore contractus actio, conſequenter & vtile dominium. 4

† Secundo conſuluit Pariſ. *conſil. 3. volum.* 3. conuentum fuit inter theſaurarios communis Bononiæ, & ipſum commune quod teneantur ipſi theſaurarij ſoluere pecunias mutuatas dicto communi, illis qui mutuauerunt, nũquid pecuniæ ſic mutuatæ deberent peruenire ad manus theſaurariorum? Pariſ. reſpondit quod ſic; ex quo enim vigore contractus ſoluere tenentur, ergo & pecuniæ ad eorum manus peruenire debent, per hanc regulam. 5

† Tertio facit, quod ſi in inſtrumento dicatur, talis ſciens ſe dominum & poſſeſſorem talis fundi, conduxit eum à Titio locante eum ſibi, per hoc videtur tranſlatum dominium, & poſſeſſio in ipſum Titium, ex vi neceſſariæ conſequentiæ ex mente contrahentium, ex quo enim contrahentes voluerunt inire dictum contractum, qui non poteſt fieri ſtante dominio conductoris, videntur voluiſſe contrahentes omnia conſequutiua ad contractum. Bart. Alb. & alij *in l. ſi aliquam rem. ff. de acquir. poſſ. in l. qui rem. C. loca. & in l. ad probationem. C. eod. tit.* 6

† Quarto facit id quod ſupra poſuimus, quod faciens pactũ de petendo, videtur renunciaſſe exceptioni rei iudicatæ, & pacti de non petendo, quæ ſibi prius competebant. 7

† Quinto facit quod ſi medico exiſtenti in ciuitate promiſi dare vnum ſcutum, pro qualibet die, vt veniat ad curãdum infirmum in comitatu, quod illud debet habere in illis diebus quibus ſtetit in itinere, eundo, & redeundo. 8

† Conuentio enim facta de termino extenditur ad ea per quæ ad terminum deuenitur. Bart. per illum text. quem reputat notab. *in l. quod niſi. §. ſed qui dies. ff. de oper. liber.* ſequitur Bald. *in l. libertas, col. 8. C. de oper. libert. in l. 1. C. de ſuffrag.* Felin. *in cap. 1. in fin. de libel. oblat.* Reputauit ſingulare Roman. *ſing. 309. Medico,* quem ſecutus eſt Ripa *in repet. l. quominus, col. 5. de flum.* 9

† Quid autem ſi iſte Medicus egit vno die iter trium dierũ, quomodo debeat recipere ſalarium iſto caſu? dicas breuiter trium dierum, gloſſ. *in l. eos. §. fina. ff. de falſ.* ſequitur Imol. *in l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.* diſtinguitur per Alber. *in l. Lucius. § à te peto. de leg.* 2. 10

† Quid ſi medicus diſcedat ab habitatione ſua hora iam tarda, an debeat conſequi ſalarium pro integro die, dicas quod non, Bald. *in l. libertus. C. de oper. liber. in l. 2. de annu. legat.* 11

† Quid ſi occurrat in itinere dies feriata, in honorẽ Dei, an pro eo die poſſit Medicus ſalariũ petere? Dic ꝙ non poteſt petere, ſed ſibi ſpõte oblatũ, poteſt recipere. Rip. *in tract. de peſt. de remed.* 12

remed.ad curand.peſt.in fin.in particula de Medico,n.133. vbi latè de hac materia.

13 †Quid ſi Medicus in tali itinere infirmetur,an debeat habere ſalarium pro tanto tempore,quo domum reuertitur? Dic quod ſic.Alb.*in l.cùm hæres,§.ſtichus,ff.de ſtatulib.*

14 † Et licet plures ſint medicinæ laudes,& priuilegia, vt per Boer.*deciſ.223.*tamen prædicta omnia locum ſibi vendicant in aduocato,procuratore,notario,milite,& ſimilibus, gl.*in l.deſertorem.§.ſi ad diem,ff.de re milit.* quàm ſingularem dixit ad hoc Bal.*in l.ſub conditione.C.de cond.inſert.*ſequitur Angel.*in addit.ad Bartol.in l.hac l.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.10.*latè Iaſ.*in l.diem functo,n.43 de offic.aſſeſſ.*

15 †Similiter vendita domo,venit hortus ei cõtiguus,*l.prædijs,§.qui domum,de leg.3.*cum alijs de quibus per Alex.*conſ.penn.vol.2.conſ.54.lib.3.& conſ.26 lib.4.& 33.& 204.vol.6* Barb.*in c.1.col.10.de prob.in c.Raynutius,col.7.de teſtam.*Cæpol.*in c.de horto.*geli.*in c.Rodulphus,col.15.de reſcr.*Dec.*conſ.109.*Cagn.*in l.cùm principalis,n.12.de reg.iur.*Et hæc eſt communis* opinio teſte Iaſ.*in l.fin.n.14.de conſt.princ.*

16 † Similiter equa vendita, venit pullus qui nondum herbis paſcitur.Bar.& Caſt.*in l.ſi vt certo.§.vſq.adeò.ff.commod.*Bal.*in c.tranſlato.de conſt.*Ang.*in l.ſi ei qui.§.non ſolum,de furt.* Marſ.*in l.1.§.Diuus Adr.n.8.ff.de quæſt.*Stephan.Malerr.*de poteſt.reg.limitat.5.verſ.ex præmiſſa limitatione.*

17 † Similiter venit ſella,& alia equi ornamenta.Iaſ.poſt alios *in l.de quibus,num.87.ff.de legat.*Dec.*in cap.præterea,num.44.de offic.deleg.*

18 †Quod dictum reputatur adeò verum,vt veniant nedũ ornamenta quæ erant tempore venditionis, vt facilius venderetur,ſed quæ per duos dies ante venditionem,*l.ediles.2.§.vendidi.de edil edict.*quam ad hoc mirabilem dixit Iaſ *in §.actionum,n.59.*& ibi nouiſſimi Peruſini,*n.379.de act.* vbi volunt in omnibus contractibus ſtricti iuris idem eſſe.

19 †Similiter vendita domo,venit apotheca ſubtus exiſtens,ſi eodem fundamento contineatur & eadem emptione cum domo fuerit empta.Aneh.*conſil.291.ſuper pluribus articulis,* ſecutus eſt Alexan.*conſil.223.Viſis verbis,volum.2.* vbi idem in legato,& donatione.

Similiter videmus,quòd in contractibus fideiuſſorũ quandoq; venit conſequens,quandoque non venit.

20 † Vnde fideiuſſor de iudicio ſiſti,& de iudicatum ſoluendo poteſt aſtringi à creditore nedum ad ſoluẽdum debitum principale,ſed etiam expenſas quas fecerit creditor in lite, & eum conuincendo,*argum.l.Lucius.§.Paulus,*vbi Bart.*ff.de admin.tut.* latè adducendo præſentem regulam.Marſil.*in rubr.de fideiuſſ.q.2.num.187.*

21 †Econtra fideiuſſor non tenetur ad augmentum, quod aliquo modo veniat ad obligationem principalem, vt puta promitto ſoluere id , quod Titius debet vigore talis inſtrumenti,

22 modo ſi ipſe Titius contraueniat inſtrumento,ex quo†ex forma ſtatuti cadit in pœnam mille,vtique fideiuſſor non tenebitur ad hæc mille.

Similiter ſtatutum Bononiæ diſponit quod pro vnaquaque

23 poſitione negata,negans cadat in†pœnam , ſi ſit probata per ponentem,ſi tu petebas à me decem,quæ tibi negaui , & dedi fideiuſſorem, qui ſe obligauit ad ſoluendum id quod apparebit me eſſe debitorem tuum,quòd fideiuſſor non tenebitur ad pœnam ob poſitiones negatas,& probatas,& ita de prædictis eſt textus *in l.fin.ff.de fideiuſſ.in l.fideiuſſores magiſtratuum,eod.tit.in l.libertus,ff.ad munic.*gl.not.*in l.quæro.in princ.ff loc.*Doct.*in l.ſi in duplum,ff.qui ſatiſd.cog.* Rom.*conſ.270 pro deciſ.in fin.*Ang Aret.*in §.ſequens.in 2.col.in glo.1.in verbo,in rem,inſt.de actio.*Ioann. And.*in addit.ad Spec.in tit.de fideiuſ.§ 1 in vlt.addit.* & hæc eſt communis* opinio,teſte Marſil.*in rub.de fideiuſſ. quæſt 8 prope finem quæſtionis.*

24 †Similiter dixit Bart.*in l.fin.ff de pac.*quòd ſi aliquis officialis pro ſyndicatu ſuo dedit fideiuſſorem qui pro eo fideiuſſit , & officialis fuit abſolutus,poſtea inde ad annum fuit factum ſtatutum,quod nõ obſtante quacunq; abſolutoria, poſſint reuideri proceſſus,& viſis proceſſibus iſte officialis iam abſolutus fuerit condemnatus,vtiq; fideiuſſor non tenebitur, & ibi Bart. dicit ſibi in facto euenisse,& obtinuiſſe,quod dictum pro nur. poſuit Aret.*in tract.de maleſ.in verbo.pro quibus, & quolibet eorum, n.15.*& ibi Aug.*ſequitur in addit.*& ad hanc materiam ſcribit Aret.*in tract.maleſ.in verbo,pro quibus, & quolibet eorum,nu.8.* quod

fideiuſſor†non tenetur ad illud quantum plus in quod incurrit reus,ex forma ſtatuti,ſi non ſoluerit originaliter condẽnationem,infra 10.dies,vnde cautus cancellarius recipiendo fideiuſſionem dicat,quod fideiuſſit,& promiſit iudicatum ſoluere,declarando,vt ibi per Aug.*in addit.*ſequitur etiam hoc dictum Iaſ.*in §.quadrupli,n.9.Inſt.de act.*dicens quòd cancellarius maleficiorum quãdo accipit fideiuſſorem pro aliquo malefactore,debet eſſe cautus in concipiendis verbis , puta quòd fideiuſſor promittit omnem pœnam,& omnem condemnationem,pro tali delicto prouenientem,vel ex proceſſu,vel mora rei,vel aliter quomodocunq; dicens hoc eſſe bene notandum in practica,pro iſtis,qui tota die fideiubent,pro accuſatis, vel inquiſitis,vt non ſolum teneantur ad pœnam maleficij ſed negationis,ſequitur etiam hanc cautelam Boer. *deciſ.514.* Iudex ponit etiam pro cautela notabili Veronenſ.*caut.127.* 25

†Et generaliter ſciendum eſt,quòd quando conſequens in contractibus oritur ex accidente & caſu , nedum non venit in obligatione fideiuſſoria,ſed nec in principali. 26

†Hinc dixit gloſſ.notab.*in l.damni infect.§.ſi quis vicinus.ff. de damno infect.* quòd promiſi tibi fructus iſtius arboris, quæ poſtea eſt incisa,vel ventorum deiecta,quòd nõ teneor ad fructus ibi poſtea natos,vbi Bartol.extendit , quòd ſi procurator promittit defendere Dominum,quòd intelligitur de quæſtionibus præſentibus,non autem de futuris,niſi ſpecialiter apponatur. 27

†Similiter penſio fundi locati,non eſt augenda conductori,etiam ſi fundus conductus creſcat per alluuionem , ita dixit notabiliter Ang.*in l.legem.C.locat.* 28

†Similiter dixit Abb.*in c.quãta.de cauſ.*quòd ſi fornarius obligauit coquere panem pro tota familia,pro decem in anno,& augeatur familia aliquibus perſonis , quod non poteſt petere maius ſalarium,quia iſtud pendebat à fortuna,& ideò ſi diminuta eſſet familia,non deberet habere minus. 29

†Aliqui tamen ſunt caſus ſingulares,& notabiles in quibus obligatio fideiuſſoria,extenditur ad augmentum. 30

Primus *in l.ſi ab vno.ff.vt legat.nom.* quem ſingularem dixit ad hoc Rom.*ſing.153.Quæro.*

Secundus *in l amplius.§.fideiuſſores* , ſecundùm ſecundam expoſitionem gloſſ.*in verbo notem.ff.de fideiuſſ.* quem ſingularẽ dixit Rom.*ſing.580.an fideiuſſor,*idem Rom.*in l.fideiuſſor,§.final.ff.qui ſatiſd.cog.*

Tertius *in l.2.ff.in quib.cauſ.pig.tacitè contr.*quem ſingularem dixit ad hoc Marſil.*in rub.de fideiuſſ.q.8.n.96.*

SVMMARIVM.

1 *Poſito antecedente,ponitur conſequens in vltimis voluntatibus.*
2 *Voluntas Teſtantis,recipit latiſſimam interpretationem.*
3 *Teſtator prohibens bona immobilia alienari,tacitè videtur prohibere filijs ne eligant in legitimam.*
4 *Stante ſtatuto de lucro dotis , ſi pater relinquat in teſtamento filiæ dotem,& ſubſtituat,maritus excludit ſubſtitutum.*
5 *Si teſtator in teſtamento,filios natos & naſcituros inſtituat,& caſu quo omnes decederent ſubſtituit alium,qui ſi ſine filijs deceſſerit voluit omnia bona deuenire in Titium,ſunt vltima ſubſtitutio eſt vniuerſalis,ita & præcedentes.*
6 *Legata domo vel apotheca cum omnibus,quæ in ea ſunt non veniũt nomina debitorum.*
7 *Fallit niſi legatum ſit factum coniunctæ perſonæ.*
8 *Fallit etiam niſi clauſula illa non poſſet verificari niſi in nominibus debitorum.*

AD ſextum, quid in vltimis voluntatibus? reſpondetur quòd ſic , latiſſimam enim recipit interpretationem† teſtantis voluntas. *lege vel negare.ff. quemadmodum teſtament.aper. l.in teſtamentis , de regulis iuris,capitulo,cum dilecta.de donat.*ita Bartol. *in l.1.ff.ſi ſeruitus legat.* Iaſon *in l.qua de legato de legat.1.* Pariſienſ. *conſil.23. volum.3.* Curtius Iunior *conſil. 193.numer.13.* Baldus & alij *in l. quamuis. C. de fideicommiſſ.* Quem textum reputant ſingularem,ad hoc Iaſon.*in l.cum filiofamil. num. 66. de legat. 1.* Eueràr.*in loco à contractibus ad vltimas voluntates differentia.17.* 1 2

† Iuxta hoc in facto conſultus reſpondit Soc.*in conſil.65.vol.1.*quòd ſi pater in teſtamento prohibeat bona immobilia alienari,tacitè videtur prohibere filijs,ne eligant in legitimã, quæ 3

grauamen prohibitæ alienationis non patitur, & ita conſuluit per hanc regulam.

4 † Secundò infertur ad aliam quæſt. notabilem, ſtante ſtatuto de lucro dotis, ſi pater in teſtamento relinquat filiæ dotem, & ei ſubſtituat, nunquid maritus cùm iam ei dos tradita ſit, excludat ſubſtitutum? vtique ſic: ex quo enim teſtator permiſit quod res tradatur in dotem, cenſetur in ſuum cõſequens permiſiſſe lucrum, & conſequenter quòd per maritum ſubſtitutus excludatur, Bal. *conſil. 79. colum. 2. volum. 1.* latiſſimè hanc opinionem defendit Aymo *conſ.* 186. & per hanc regulam Rol. à Valle, *de lucro dot. q. 57.*

5 † Tertiò reſpondit Curt. Iun. *in conſil.* 139. Octauianus quidam ſuum condidit teſtamentum, in quo filios natos, & naſcituros ſibi hæredes inſtituit, cum clauſula, quod vnus ſuccedat alteri, & caſu, quo omnes decederent, ſubſtituit Bartholomeũ eius fratrem, qui ſi ſine filijs deceſſerit, voluit omnia bona ſua deuenire in filios Ioannis ſui patris, conſuluit Curt. quòd ſicut iſta vltima ſubſtitutio eſt facta in omnib[9] bonis, ita intelligendum ſit de præcedentibus, licet ſimpliciter factę fuerint, & hoc per hanc regulam.

Quartò reſpondit Pariſ. *conſ. 29. vol. 3.* vt ibi per eum.

6 † Hoc autem non eſt ſemper, & perpetuò verum, vnde legata domo, etiam cum iſta clauſula, cum omnibus, quę in ea ſunt tamen non venient nomina debitorum, *l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct. lega.* quam notabilem dixit Iaſ. *in l. fin. n. 9. de conſi. Princ.* & vide Tuderti, quidam teſtator legauit alicui apothecam cũ omnibus in ea exiſtentibus, tamen fuit pronunciatum non venire nomina debitorum, fuit etiam allegatus tex. *in* l. *Caius, de legat.* 2. De qua materia latè Doct. *in l. à Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. in l. ſi conſtante, §. fin. ff. ſolut. matr.* Ioann. Durant. *Caut. 9. in tit. de legat.* & hæc eſt communis* opinio teſte Iaſ. *conſ. 5. col. 4. lib. 3.* quam latè ſequitur & multis modis comprobat Rolan. *conſ. 63. per totum, parte* 1.

Vltra quos omnes declaratur præſens concluſio, duobus notabilibus modis.

7 † Primò niſi tale legatum eſſet factum filio, vxori, vel alicui perſonæ coniunctæ, quo caſu ratione affectionis, veniunt etiã venalia iura, & actiones, *l. quæſitum, §. ſed & ipſe Papinianus, ff. de fund. inſtr.* quam ſingularem ad hoc dixit. Rom. *ſing.* 645. *regula* 11, ſequitur Bero. *q. familiari* 29.

8 † Declaratur ſecundò alio notabili modo, niſi illa clauſula cum omnibus, quæ in ea ſunt, non poſſit verificari, niſi in nominibus debitorum, quo caſu ne verba ſint inania, veniunt iſta nomina, gloſſ. eſt ita declarans *in l. pediculis, §. item cum quæritur, ff. de aur. & arg. legat.* Quam ibi Bar. dicit valde menti tenendam, ſingularem appellauit Rom. *ſing.* 427. *in legato.* Pet. de Rauen. *ſing.* 362. Valde notabilem quoque appellauit Iaſ. *in l. 1. colum. 2. in princ. C. de verb. ſign. in l. qui Romæ, §. duo fratres, colu. 24. in princ. ff. de verb. oblig.* Afflict. *deciſ. 106. quidam Petrus.* Hyppol. *in rub. de fideiuſſ. n.* 198.

SVMMA NOTABILIVM.

1. *Præſcripto antecedente cenſetur præſcriptum conſequens.*
2. *Præſcriptio eſt ſtricti iuris.*
3. *Præſcriptio eſt odioſa.*
4. *Præſcripta domo, intelliguntur præſcripta acceſſoria.*
5. *Præſcripta iuriſdictione exequendi laudũ, cenſetur præſcripta pronunciatio ſuper laudo exequendo.*
6. *Tantum præſcriptum quantum poſſeſſum.*
7. *Præſcriptio non extenditur de vna ſpecie ad aliam.*
8. *Præſcripta iuriſdictione in cauſa appellationis, non extenditur ad querelam.*
9. *Præſcripto antecedente, præſcribitur conſequens, creatum, & formatum tempore præſcriptionis.*
10. *Præſcripto fundo, non intelligitur præſcriptum ius alluuionis poſtea accedens.*

AD ſeptimum de acquiſitione per pręſcriptionem, reſpõdetur, quod ſic, ea ratione, aut nolumus cõſequens præſcribi, quia præſcriptio † eſt ſtricti iuris, & non concludit, quia etiam in materia ſtricti iuris regula procedit, vt vidimus, aut quia præſcriptio † eſt odioſa, & in odioſis regula procedit, vt dicemus *in ſecunda regula,* & ita tenet Felin. *in cap. auditis. in prima, & quarta declaratione, de præſcript.* Bal. *in eod. tract. in 2. part. principali, num. 12.* Caſtr. *conſil. 2. volum. 2.* Port. *concluſ. 26. limit. 8. lib. 3.*

† Hinc præſcripta domo, intelliguntur præſcripta acceſſoria, & emergentia *l. ſi aliena. §. 1. ff. de vſucap.*

† Iuxta hoc in facto conſultus reſpondit Ro. *conſ.* 243. verum curia mercantiæ, quæ ex cõſuetudine pręſcripſerat iuriſdictionem exequendi laudum, poſſit pronunciare ſuper ipſa executione facienda, & per hanc regulam, reſpõdit quòd ſic, ex quo enim præſcripſit poſterius, ergò & prius, vt per eum ſequitur Fel. *in c. ſuper literis. n. 20. de reſcrip.*

† Dices, tantùm præſcriptum quãtum poſſeſſum, *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, de itin. actuq; priuat.* & præſcriptio non extenditur de vna ſpecie ad aliam. Cor. & Sal. *ad l. 1. C. de emanc. liber.* Bal. & alij *in l. ſi prius. ff. de aqua plu. arcen.* hinc † præſcripta iuriſdictione in cauſa appellationis, non extenditur ad querelam. Flor. *in l. ſi diuino. ff. ſi ſer. vend.*

Reſpondetur, quòd prædictæ authoritates non loquuntur quando vna ſpecies veniat conſecutiuè ad aliam, prout modica coërctio ad iuriſdictionem, ita pulchrè declarat Iaſ. *ad l. Imperium, col. 12. circa med. ff. de iuriſd. omn. iud.*

† Declarantur tamen prædicta vltra Bal. *in ſupradictis locis,* vt procedant in conſequente formato, & creato tempore pſcriptionis, ſecus, ſi iſto tempore eſſet informe, vnde vt diximus, præſcripta domo cenſentur præſcriptæ ſeruitutes eidem annexæ, quia ſunt conſequens iam formatum, ſed pręſcriptio † fundo non intelligitur pręſcriptum ius alluuionis poſtea accedẽs: quia eſt conſequens informe tempore præſcriptionis, ita declarat Iaſ. *ad l. de quib. n. 24. de legibus.*

SVMMA NOTABILIVM.

1. *Poſito antecedente ponitur conſequens, in materia ſalui conductus.*
2. *Saluus conductus in veniendo extenditur in redeundo.*
3. *Indebitè carceratus ſi relaxatur, debet taliter relaxari, quod eius perſecutio ſit difficilis.*
4. *Securitas data alicui impotenti ſine equo ad Ciuitatem, intelligitur cum equo.*
5. *Saluuſconductus extenditur ad ſocios.*
6. *Habens ſaluumconductum poteſt mittere vxorem.*
7. *Securitas in conducendo, extenditur ad reconducendum.*
8. *Poſito antecedente venit conſequens in ſaluoconductu, pro prima vice tantum, niſi tempus ſit appoſitum.*

AD octauum quid in ſecuritate, vel ſaluo conductu? reſ- 1
pondetur quòd ſaluuſconductus alicui conceſſus in ve-
niendo † extenditur & in redeundo, aliàs non diceretur ſecurè 2
venire. Bart. *in l. vtimur. ff. de ſepulch. violat. in l. fin. C. de digni. libro*
12. in l. 1. C. de nauic. lib. 11. & in l. 1. ff. de acquir. rer. dom. vbi vult qđ
indebitè † carceratus ſi relaxetur debet taliter relaxari, quòd 3
eius perſecutio ſit difficilis, idem *in l. præſenti. C. de his qui ad eccle.*
confug. Arch. *in can. minor. 17. q. 4.* latè Fel. *in c. ego enim. n. 8. de iure-*
iur. Abb. Imol. & alij *in c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb.* vbi ſi † 4
datur alicui ſecuritas veniendi ad ciuitatem, & ipſe non poſſit
venire ſine equo, intelligitur data etiam pro equo. Bal. *in l. ad-*
miniſtrãtes. §. 1. ff. excuſ. tut. vbi ſaluuſconductus † extenditur ad 5
ſocios, & habens ſaluumconductum poteſt † mittere pro ſe v- 6
xorem, vel alios de familia. Alex. *conſ. 46. col. 2. vol. 2.* vbi ſecuri-
tas † conceſſa alicui, conducendi rem ad talem locum, exten- 7
ditur ad reconducendum.

Iuxta hoc infert Boſſ. *in ſua pract. in tit. de remed. ex ſola Clemen. princ. n. 63.* ad quæſtionem notabilem ſecundùm eum. Factæ erant induciæ vſq; ad annos decem inter Cæſarem, & Galliarũ Regem, per quas ſubditi Cæſaris etiam de rebellione damnati liberè in patria commorari poterant, franguntur hæ induciæ, & rebelles recedunt, vnus autem repertus eſt, antequam frangerentur in carceribus Mediolani, pro delicto, quod durantibus inducijs domi commiſerat, ita vt non potuerit recedere an põſſit puniri, & an poſſit exequi ſententia, quæ de rebellione fuerat contra eum, ante inducias lata, & tenet per prædicta, quòd non: declarando tamen & diſtinguendo, vt *ibi latè per eum.*

8 † Declaratur tamen pręſens concluſio, vt procedat pro prima vice tantum, ita colligitur ex diſt. Bart. *in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. & in l. dotis promiſſio. ff. de iur. dot.* Ioan. de Plat. *in l. 1. C. de nauic. libro 11.* Angel. *in l. gracè. §. & poſt litem, ff. de fideiuſſ.* Felin. *latè declarando materiã, l. boues, §. hoc ſermone, in c. 2. col. 1. in fin. de treu. & pac.*

Iaſ. latè

Iaſ.latè declarando eandem materiam *in l.diuortio,nu.17.ſolut. matr.* Nel.*in tract.de bannit.q.*18.vbi dicit, quòd cõmuniter apponuntur illa verba,ad tollendam dubitationem,ſcilicet eundi,& redeundi,& etiam apponitur tempus,ne verba intelli-
9 gantur de prima vice. Marſil.*in repetit.*†*rubr. de fideiuſſ. num.*89. quæ videre placeat ſaltem ad materiam. § *hoc ſermone.* à quibus Tyraquel.materiam ſumpſit.In his enim locis ſcribentes, hanc materiam latè examinant.Optimum autem in hac materia ſaluiconductus exemplũ habem* hodie *in ſacrò conc.Trid.ſeſ.*18. de ſaluoconductu conceſſo Germanicæ nationi à generali Concil.Trid.vbi inter alia exprimitur clauſula veniendi,ſtandi,& redeundi,prout ibi clarè habetur.

Illud addam candide lector,in fine huius regulæ, quòd iſta regula cum ſequenti,ſicut & duę poſtremę,ſunt adeò inuicem ſimiles,vt de facili ampliationibus,& limitationibus vnius,in materia alterius per ampliationem vti poteris,nec illud profiteor ita ſubtiliter haſce regulas diuiſiſſe,quin aliquando tranſcenderim in domum vnius,materiam alterius aſportando, & potuiſſem alias colligere declarationes in omnibus quatuor, principalibus tamen contentus eſſe volui, ne tantum antecedenti intendens,te per conſequens faſtidiam.

REPETITIONIS
IN CAP. CVM QVID.

Præclariſſimi I.V.C.D.Vincentij Carocij.

Pars ſecunda.

SECVNDA EST REG. CONCLVSO, VEL poſito conſequente,cenſetur conceſſum, vel poſitum antecedens.

QVAM multæ leges confirmare videntur. *l.ad rem mobilem. l.ad legatum.ff.de procurat.l.illud.ff.de acquirend.hered.§.idem iuris.Inſt.ex quibus cau.manum.non licet.l* 1.*C.de ord.iud.l.*2.*§.inſpectio.ff.quemad.teſt.aper.l.legatis.ff.de alim.leg.l.*1.*§.*1.*ff.ſi vſuſruct. petatur,capitulo ,quoniam,de ſent.excom.lib.6.ca.cùm infirmitas.de pœnit.& remiſſ.c.conſtitutus de relig.domib.l. idem Vlpianus.ff.de excuſ.tut.*

Ex quibus de facili videtur poſſe colligi,hanc eſſe veram iuris regulam,prout ſupra in prima regula diximus.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Procurator conſtitutus in iudicio reſciſſorio,tenetur proſequi in reſcindente.*

2 *Si creditori facta eſt adiudicatio terrarum, quæ aſcendat ad integram ſummam totius debiti,recipiendo poſtea partem debiti, & in alia aſſerendo ſe creditorem,videtur receſſiſſe à prius facta adiudicatione.*

3 *Clauſula,petens ſibi ius,& iuſtitiam,non ſaluat à contrarietate.*

4 *Iudex conſequentis eſt iudex antecedentis.*

5 *Volens dicere vſurarium contractum iuratum,petat abſolutionem à iuramento coram epiſcopo,coram quo etiam cauſa principalis cognoſci poterit.*

6 *Iudex Eccleſiaſticus ad quem ob incompetentiam iudicis deuoluitur emergens ſpirituale,negotium quoque principale cognoſcere poterit.*

7 *Iudex appellationis efficitur Iudex negotij principalis , iuſtificata cauſa appellationis.*

8 *Iudex appellationis delegatus nõ poteſt cognoſcere de negotio principali,niſi ſibi ſpecialiter committatur.*

9 *Cauſa principalis non deuoluitur,quoties emergẽs à quo fuerit appellatum,ſit ſuper incompetentia iudicis.*

10 *Quando committitur emergens vna cum negotio principali, principale negotium venit acceſſoriè,& ſemper ineſt hæc tacita conditio,quatenus bene proceſſum,& malè appellatum,tunc cognoſcat de negotio principali,aliàs non.*

11 *Fallit,niſi ex verbis reſcripti aliud conſtet, quo caſu ſimul cognoſcet.*

12 *Hæres ſoluendo creditoribus,præſumitur adiuiſſe, licet talis actus fieri poſſit cura nomen hæredis.*

13 *Quod procedit,etiam in muliere quæ ex forma ſtatuti non poterat adire ſine conſenſu proximorum:nam ipſis præſentibus ſoluendo. inducitur aditio.*

14 *Ex præparatorijs non neceſſarijs,inducitur aditio.*

15 *Sicut Concilium eſt Iudex competens in crimine Papæ,ita eſt competens in cognoſcendo, an tale crimen ſit qualificatum eo modo, quo debet.*

REGVLAM hanc licet multæ leges cõprobent,multi quoque Doctores confirmare auſi ſunt, inferendo ad variorum quæſtionum notabiles deciſiones.

†Primò dixit Bar.*in l.qui proprio.§.item quæritur.ff.de procur.* ꝙ procurator conſtitutus in iudicio reſciſſorio, tenetur etiã proſequi cauſam in reſcindente,vt eius præparatorio, & antecedente.Sequitur ibi pulchrè Bal.dicẽs,hoc patere nobis ex naturæ ordine;nam quoties aliquid obſtat ad finem, neceſſe eſt, primò amouere obſtaculum,deinde ad finẽ tendere,ſicut non poſſumus ire in caput plateæ,ſi in medio erat aliquod impedimentum,niſi prius impedimento amoto,ſequitur etiam Iaſ.*in l.inuitus.in 4.limitatione.C.de procurato.reputauit dictum ſingulare* Roma.*ſingul.*638.*habens mandatum* , ſubdens ita pænes Balnea conſuluiſſe. 1

†Secundò in facti contingentia reſpondit Alex.*in conſil.*10.*proponitur,vol.*5. quòd ſi creditori facta eſt adiudicatio terrarũ, quæ aſcendat ad integram ſummam totius debiti, ſi poſtea recipiat partem debiti,& in alia aſſerat ſe creditorem, videtur receſſiſſe à prius facta adiudicatione.Non obſtante clauſula,petens ſibi ius,& iuſtitiam fauorabiliter adminiſtrari,ſubdens illud notabile dictum. 2

†Clauſulam,petens ſibi ius,& iuſtitiam,non ſaluare à contrarietate,idem Alex.*in conſ.*121.*col.*1 *lib.*1.*& conſ.*96.*n.*7.*libr.*4. Aret.*in conſ.*17.*conſideratis.*Soc.*in conſ.*122.*n.*2.*vol.*4.Ruin.*conſil.*32.*n.*36.*lib.*1.Pariſ.*conſ.vlt.n.*11.*lib.*1.Dec.*in l.petens,n.*5.*C.de pact.* Ripa *in l.naturaliter.§.nihil commune.n.*178.*ff.de acquir poſſeſ.* latè commendat Iacob.Menoch.*in* 15.*remedio recuper.poſſ.ff.numer.*250. 3

Tertiò iudex qui conſequenter efficitur iudex conſequentis,erit etiam & antecedentis.Hinc ſi volo†dicere contractum vſurarium,quem iurauerã cum Sempronio,cautela eſt,vt petã abſolutionem à iuraméto coram epiſcopo, coram quo etiam cauſa principalis cognoſcetur,ſi voluero.Bal.*in l.ordinarij. C.de rei vẽd.*ſequitur Alex.*conſ.*196.*circa primum,col.fin.vol* 2. Marſ.*in l.*1.*§.diuus,n.6.ff.de quæſt.appellauit cautelam notabilẽ.* Ioan.de Arno.*cautel.*22.Pau.de Caſt.*in l.*2.*ad finem.C.vbi,& apud quem.*Marian.*in ca.*2.*col.*10.*verſ.*12.*facit,de mut.petit.*Ioan.Bap.de S.Seuer. *in l.omnes popul.in* 4.*col.ff.de iuſt.& iur.*Fel.*in c.ſuper literis nu.* 18. *de reſcript.* 4 5

†Similiter iudex eccleſiaſticus,ad quem ob incompetentiã iudicis ſecularis emergens ſpirituale deuoluitur, vt *ſup. in* 1.*reg. in* 2.*ampliat.*diximus,cognoſcet etiã de toto negotio principali,ita ſentit Ioan.And *in c.fin.de iud.*Ant.de But.*in c.literas, & in c.fin.de iuram.calum.*latè Steph.Malert.*de poteſt.reg.in* 5.*limitatio. verſ.ita cùm ſit. diſcutiendus.* 6

†Similiter iudex ad quẽ iuſtificata cauſa appellationis,pronunciãdo cauſam legitimam,poteſt etiam de principali negoto cognoſcere.Ita Abb.& poſt eum Dec.*n.*21.*in c. vt debitus. de appel.*& hæc eſt vera,& communis*opin.Turz.*concluſ.*311.cuius rationi contra communem de facili reſpõdetur ex dictis Imol. *in d.loco.*Rota *deciſ.*254.*in nouis.* 7 *

†Quod dictum vltra dictos ſcribentes declaratur, vt procedat in iudice ordinario appellationis,ſecus in delegato qui nõ poſſet niſi adiecta illa clauſula,& ſuper toto negotio principali,& hoc vt forma reſcripti ſeruetur.Bella *concluſ.*319 *ſi auditori.* Staphil.*de lit.gratiæ.car.*171.& ſæpè hic Tuderti videmus à Gubernatore prouinciæ,qui committit cauſam alicuius emergẽtis,vna cum toto negotio principali, aliàs delegatus nõ poſſet de eo cognoſcere,per prædicta,ſimiliter hoc dictum reputauit notabile Franc.*in c.cum appellationib.§.ſi verò.in not.*3.*de appell. in* 6.vbi limitat,niſi tale†emergens à quo fuit appellatum, ſit ſuper incompetentia iudicis , quo caſu non deuoluitur negotium principale,& iuſtificata cauſa appellationis, vt ibi per eum. 8 9

†Sciendum tamen eſt,quod quãdo committitur cauſa vna cum toto negotio principali,ꝙ negotium principale venit acceſſoriè,& ſemp ineſt hæc tacita conditio.ſ quatenus fuerit re- 1

pertum

periculum malè proceſſum,& bene appellatum, tunc cognoſcatur de negotio principali,aliàs non. Ægyd.*concluſ.319.ſi audito-ri,cum ſeq.*& Rot.*deciſ.219 ordinauerunt,in nouis,*&hæc vera ſunt
11 niſi ex facie reſcripti aliud†appareat, puta ſi in reſcripto dicatur,quòd ſimul & ſemel,vel ſi dicatur,coniunctim,&diuiſim, quo caſu ſimul cognoſceret, & ita videmus vt plurimum hodie reſcripta à Ciuitate Peruſiæ,& Curia Romana, & omiſſis multis,pulchrè de hoc ſcribunt,Vant.*de nullit.ex defect.iur. ord. n.68.*Ang Bero.*q.120.*

12 †Quartò hæres ſoluendo creditoribus hæreditarijs,præſumitur adiuiſſe,licet talis actus fieri poſſit citra ius, & nomẽ hæredis. Cùm quilibet poſſit ſoluere debitum alienum.*l.ſoluendo. ff de nego.geſt.*ita Bart.*in l.2.C.de iure delib.dicens hoc eſſe notabile, & ſæpe de hoc ruſticos interrogaſſe,vtputa faciendo eis interrogatoria circa hoc. Quod dictum valde notabile appellauit* Matheſ.*notab.35.* ſequitur Paul.Caſtr.*conſil.7.lib.1.*Socin.*conſil.89. in cauſa agitata, colum.3.circa medium,lib.1.*Petr.de Duen.*Regul.277. in 8.limitatione.*

Quod dictum vltra ſcribentes latè hanc materiam examinantes.*ad d.leg.2.& ad leg.pro hærede.& ad leg.gerit.ff.de acquirend. hæred.*

13 †Extenditur vno notabili modo,vt ꝓcedat in muliere quoque.quæ ex forma ſtatuti,ſine præſentia proximiorum nõ poteſt obligari,vel adire; nam ſi ſoluerit in præſentia ipſorũ proximiorum ignorantium,ex tali ſolutione aditionem induci,ꝙ dicatur adire,non obſtante quòd talis actus non ſit neceſſariꝰ, ad præſumendam aditionem,vt diximus, nec etiam obſtante, quòd iſta ſit mulier,& proximiores fuerint ignorantes,vt latè diſputat,& pro hac parte concludit Corn.*conſ.165.circa primum conſultationis,col.7.n.44 vol.2.*

14 † Similiter econtra faciendo præparatoria non neceſſaria, inducitur conſequenter aditio,& probatur perfectè voluntas ex illis,ita Bart.*in l.gerit,num.19.ff.de acquir. hæred.* Afflict.*deciſ. 14.num.7.*

15 . †Quartò hanc regulam valde commendat illa notabilis deciſio,quod ſicut concilium eſt iudex competens, vbi agitur de crimine Papæ,ſaltem qualificato illis modis,quos ponit gl.*trita.& vulgaris.in c.ſi Papa.40.diſt.*de qua Aug.de Ancon.*in lib.de poteſtate eccleſ.q.5.art.4* ita etiam eſt concilium iudex cõpetens, in cognoſcendo an ipſum crimẽ quod opponitur Papæ,ſit tale quale eſſe oportet,vt concilium iudicare poſſit,& poteſt concilium ſe congregare, & pronunciare ſe legitimè congregatũ, vt latè pluribus medijs ad hanc regulam ſpectantibus diſputat Fel.*in c.ſuper literis,n.19 cum ſeq de reſcr.de qua materia vltra* Fel.*in d.loco.*latè vide Car.Gaiet.*in lib.de comp.author.*Pap.& Conc.& nouiſſimè eruditiſſimus Melchior Canum *in locis Theologicis. lib.6.cap.8.*

S V M M A N O T A B I L I V M.

1 *Poſito conſequente,ponitur antecedens etiam in materia odioſa,& exorbitanti.*
2 *Diſpenſatio eſt odioſa,& strictè interpretanda.*
5 *Dominus Ioan.Paul.Lancellotus doctor veritatis,& canonici iuris illuminator.*
4 *Diſpenſatio extenditur ad antecedens.*
5 *Diſpenſatus quoad maiores ordines,cenſetur etiam quoad minores qui neceſſariò antecedunt maiores.*
6 *Diſpenſatus ſuper pluritate beneficiorum,cenſetur etiam ſuper reſidentia.*
7 *Minor diſpenſatus ad beneficium curatum , cenſetur etiam vt non teneatur promoueri ad ſacerdotium infra annum.*
8 *Diſpenſatus ſuper pluralitate beneficiorum,cẽſetur etiam ſuper reſidentia,etiam ſi diſpenſatus receperit talia beneficia minus canonicè.& cum eo fuerit diſpenſatum ſi canonicè largiantur.*
9 *Bene ſanè verum eſt, quod non videtur diſpenſatum ſuper reſidẽtia omnium.ſed ſi eccleſiæ ſint æquales,modo in vna,modo in alia ſi inæquales in digniori.*
10 *Hodie ex diſpoſitione Concilij Tridentini,nullus beneficia incompatibilia retinere poteſt,quibuſcunque diſpenſationibus non obſtantibus.*
11 *Pontifex hodie diſpenſando ſuper pluralitate,requiritur indiuidua derogatio c.17.ſeſſ.24 Conc.Trid.*
12 *Princeps inhabilem ſcienter promouendo.videtur habilitare.*
13 *Diſpenſatio fauorabilis extenditur,ſecus ſi ſit arida,& ſicca.*
14 *Diſpenſatio trahitur ad antecedens neceſſarium tantum.*
15 *Princeps ignorans inhabilitatem,non videtur diſpenſare.*
16 *In inferioribus à ſupremis principibus nedum ſcientia,ſed cauſæ cognitio in diſpenſatione requiritur.*
17 *Papa committendo ſimpliciter cauſam,videtur appellationem admiſiſſe,non obſtante quod tertio prouocare non liceat.*
18 *Diſpenſatio prout conſiſtit in perſona diſpenſantis , extenditur ad antecedens non neceſſarium.*
19 *Papa dans poteſtatem diſpẽſandi ſuper clericis depoſitis,videtur dediſſe poteſtatem,eos reſtituendi.*
20 *Diſpenſatio inſerta in corpore iuris , extenditur ad antecedens ſeparabile.*
21 *Diſpenſatio emanata motu proprio.& ob publicam vtilitatem extenditur ad antecedens non neceſſarium,& ſeparabile.*
22 *Diſpenſatio extenditur ad antecedens,militante eadem ratione,aliàs non.*

AMPLIATVR primo loco principaliter præſens regula,vt 1
procedat in materia odioſa,& exorbitanti à iure cõmuni,prout eſt diſpenſatio,quæ†eſt odioſa,&ſtrictè interpretanda 2
gl.*in c.fin.de filijs presbyt.lib.6.in c.non poteſt.de præb.eod.lib.in c. dudum §.inſuper.de elect.eod.lib.in c.ordinem.in verbo diſpenſationis. de offic.ord.in 6* Doct.*in l.mulieri.ff.de cond.& demonſt.*Abb.*in c.ad aures.de reſcr.*Nicol.Mil.*in verbo diſpenſatio.*latè Barba.*alios allegans,conſ.54 à Ioue,col.6.lib.4.*Tyraq.*de vtroq.retract.§ 32.gl.1.n. 59.*latius Bernar.de Luco *reg.195.*pulchrè Dominus meus Do- 3
ctor veritatis,†& canonici iuris illuminator,Ioann.Paul.Lancellotus inter cõſilia diuerſorum ad legitimationes,*conſ.in ord. 176.n.60.& in eod.vol.*Math.Brun.*conſ.175.n.17.*Rolan.à Valle *conſ.61.n.16 par.1.*

†Et tamen extenditur ad ſuum antecedens. Abb.But.&alij 4
in c.cùm in cunctis de elect. Fel.*in c.audiris.in 4.declarat.de præſcri.in c.poſtulaſti,col.12 in 5 limitatio. de reſcr.* Dec.*in c. quia tantũ de præb.* Iaſ.*in l.Centurio.col.24.n 56.de vulg.& pupil.*Zabar.*in c.quia circa, de conſang.& affin* Alex.*conſ.39.viſo ſtatuto,col.3.vol.4. & eod.vol. 112.Viſo puncto* Ripa *in repet.l.reconiuncti.n.146.de leg.3.*Caſſ.*conſil.42.*Abb *reputauit hoc dictum notabile* Iaſ. *in l.ſed ſi plures. §.filio. n.8.de vulg.& pup.*

Ex prædictis infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

†Prima eſt,ſi fuerit diſpenſatum cum aliquo,vt promoueri 5
poſſit ad maiores ordines,cenſetur etiam in neceſſarium antecedens diſpenſatũ,quoad minores,qui neceſſariò antecedunt maiores. Arch.*in Clem.vnica.in 5. oppoſitione.n.19.de conceſſ.præb.* But *in c.at ſi Clerici.§.de adul.de iud.* Fel.*in c.præterea.col.fin.de offic. deleg.reputauit dictum notabile,& menti tenendum* Abb.*in c.ex par. el terzo.de decim.ſequutus eſt etiam* Iaſ.*in l.1.n.11.ff de tranſact.in l.ſi cauſa cognita.C.eod.tit.*

† Secundò ſi fuerit diſpenſatum cum aliquo ſuper plurali- 6
tate beneficiorum , videtur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia,gl.*in can.ſi quis clero 7.q.1* ſequitur Spec.*in § dicendum,verſic. quod ſi habens in tit de diſpenſ.*Hoſt.& Ioan.And *in c.dudũ.de elect.* gl.Panor.Dec & alij *in c.quia tantum.de præb.* vbi etiam Panor. ad propoſitum noſtrum dicit,quòd ſi diſpẽſatur cum minore,
& poſſit habere†beneficium curatum,cenſetur etiam diſpen- 7
ſatum vt non teneatur ſe facere promoueri ad ſacerdotium infra annum,*iuxta diſpoſitionem c.licet.& c commiſſa.de elect.in 6.*idẽ Panor.*in c.cùm in cunctis §.cùm verò.de elect.*Staphil. *de lit.grat.in princ.cart mihi 11.*Stephan.Malert.*in ſuo tract.de elect.liberè facta. in 9.limitatione verſ.ex præmiſſa limitatione.*

†Et hoc dictum vltra ſcribentes in locis ordinarijs, reputa- 8
tur adeò verum, etiam ſi talis diſpẽſatus receperit talia beneficia minus canonicè & cum eo fuerit diſpẽſatum, vt habeat talia cumulata beneficia,ſi canonicè conferantur, nam ſi minus canonicè receperit,licet contra eum procedi poſſit,quia minꝰ canonicè tenet,non tamen peccat,ex eo , quòd plures teneat. Millius *in repert.in verbo.diſpenſatus ad plures,ibi dicit, quod talis nõ incurrit pœnam extrauag.execrabilis de præb.*ſequitur Caſſ. Dec.*in ord.36.n.3.ſuper regula.quod multi diſpenſato.&c.*

† Bene ſanè verum eſt, quòd prædicta declarantur,vt non 9
videatur diſpenſatum ſuper reſidentia vtriuſque, ſed ſi Eccleſiæ ſunt æquales,& remotæ inuicem , debet reſidere modò in vna,modò in alia,ſi verò ſint inæquales,in digniori gloſſ.*in c. non poteſt.in §.illud.in verbo retinere,*& ibi latè Franc.*de præb lib.6.* ſequitur Cardin.*in Clem.1.in fin.quæſt.11.de præbend.*Iaſ.*in l.fin.n. 46.de conſtit.princ.*

†Bene

10 † Benè ſanè verum eſt, quod hodie ex diſpoſitione ſacroſancti Cōcilij Tridentini.*c.17.ſeſſ.24.* nullus talia beneficia incōpatibilia retinere poteſt, quibuſcunq; diſpenſationibus aut vnionibus non obſtantibus, ſed debet ea infra tres menſes dimittere, alias ipſo iure ambobus cenſetur priuatus, & tanquam vacantia alijs idoneis conferri poterunt.

11 † Vnde ſi hodie ſummus Pontifex, prædicto modo diſpenſaret, requireretur ſpecialis, & indiuidua derogatio, *dicta c.17. vt declarat* Alex. *in c.1. ſuper verbo noſcatur. de conſt. in 6. reputauit dictū valde notabile* Bal. *in l. humanū. in 2. notab. C. de leg. & de hoc dicto facit magnum feſtum* Rom. *in l. ſi verò. §. de viro in 23. fall. ff. ſol. mat.* Ioan. de Anan. *in c. cùm in diœceſi. col. fin. de vſur.* Iacob. de Alua. *in c.1. poſt princ. in tit. cōſtitutionis feudales.* Old. *conſ.226.* Rom. *conſ.426. col.4.* pulchrè Capra *conſ.157. fuit diſpenſatum,* Fel. latè *in ca. nonnulli. col.3. in fine. de reſcr.*

12 † Tertiò princeps aliquem inhabilem ſcienter ad aliquam dignitatem promouendo, videtur eum habilitare, & reſtituere, vt ſpurium natalibus, infamem famę, & inhabilem aliàs habilitati, gloſſ. *in can. cùm autem, in verbo, argumentum, diſt.43.* Bal. ſequitur *in l. imperialis, § ſimiles, C. de nup. & in c. ſua nobis, de appel. in l. reſcript. C. de prec. Imperat. offer.* Doct. *in l. quidam conſulebant, ff. de re iud.* Alexan. *conſ.72. in cauſa, & lite, col.2. vol.2.* pulchrè Capel. Tholoſ. *q.488.* Capic. *deciſ.56.* Doct. poſt Angel. *in l. libertus aduerſus. ff. de iu. im. voc.* reputauit dictum notabile Iaſ. *in l. Barbarius. col.1. in fin. ff. de offic. præt.* Dionyſ. de Franciſ. *inter conſilia matrim. conſ.60. n.17.*

13 † Declaratur primò præſens ampliatio, vt procedat in diſpenſatione fauorabili, ſecus ſi ſit arida, & ſicca, verba ſunt, Oldrad. latè amplificantis, *conſilio 215. & iterum, conſilio 315. cum multis ſequentibus, vſque ad conſilium 330.* Roman. *conſilio 216. & 317.*

14 † Declaratur ſecundò, vt diſpenſatio trahatur ad antecedens neceſſarium tantum. Aretin. *in c. at ſi Clerici, § de adulterijs, num.35. de iud.* Albericus *in l. quid ergò, §. pœna grauior, ff. de infam.* volens per hoc, quod Princeps indulgendo delictum, non per hoc remitti infamiam ex eo decurſam. Gramat. *conſilio 34. numer.7.* reputans hoc dictum notabile, & pulchrum Dec. *in cap. cùm in cunctis, §. cùm vero, in fin. de elect. in c. quia tantum de præb.* vbi etiam dicit, quòd diſpenſatio ex ſe, non eſt fauorabilis, nec odioſa, ſed reſpectu ſubiectæ materiæ.

15 † Tertiò ſciendum eſt, quod in hac materia diſpenſationis, diſtinguendum eſt inter ſupremos Principes, & alios, nam Imperator, vel alius ſupremus Princeps, ſcienter conferendo aliquam dignitatem inhabili, videtur habilem reddere, gloſſ. *in c. ſtatutum, in verbo, canonicis, de reſcrip. in 6. gloſſ. in c. à nobis. de decim.*

16 & dixi, ſcienter, quia ignorans † inhabilitatem, non videtur diſpenſare, Hoſtin. *in c.2. de teſtib. cog.* aut loquimur in alijs principibus, & ne dū ſcientia prout in ſupremo in Principe, ſed cauſæ cognitio requiritur, vt per gloſſ. *in c.1. de ata. & qualita. in 6.* ita tenet Bar. *in l.2. C. ſi ſeruus aut liber, ad decur. lib.10.* Angelus & alij *in l. quidam conſulebant. ff. de re iud.* Rom. *conſil 216. Electio Domini Capitanei.* Abbas *in cap.2. de ſchiſmat. in cap. nihil. de elect.* Felin. latè *in cap. præterea, num.8. de teſtib. cogen.* Dec. *in c. ſi quando, nume.21. de reſcript. & hæc eſt communis * opinio,* teſte Iaſ. *in l. Barbarius, nu.14. de offic. prætor. de qua etiam* Fel. *in c. nonnulli, in verbo confirmatur, de reſcriptis.*

17 † Iuxta quam dixit Anton. de But. *in cap. ſua nobis, de appellat.* quod Papa committendo cauſam ſimpliciter, videtur appellationem admiſiſſe, non obſtante, quod tertio prouocare non liceat, ſequitur Alexan. *conſ.72. in cauſa, & lite, col.2. volum.2.* ſequitur etiam, *& reputat valde notabile* Iaſon. *in l. Barbarius, de offic. prætor.*

Præterea ſciendum eſt, quod in aliquibus caſibus diſpenſatio extenditur ad conſecutiua ſeparabilia, & non neceſſaria.

18 † Primus eſt caſus, ſi agatur de conſideranda poteſtate diſpenſantis, prout conſiſtit in perſona eius cui datur poteſtas diſpenſandi. Dom. *in c.1. in 2. & 3. col. de fil. presb. in 6.* ſequitur Fel. *in c. poſtulaſti, in 4. limitat. de reſcr.*

19 † Hinc dixit gloſſ. fin. *in capit. ſi qui. 15. q. fin.* quòd ſi Papa dat poteſtatē epiſcopo diſpenſandi ſuper clericis depoſitis, & promoueātur ad dignitatem, per conſequens videtur dediſſe poteſtatem vt tales reſtituat.

20 † Secundus eſt caſus. Diſpenſatio inſerta in corpore iuris, extenditur ad antecedens non neceſſarium, & ſeparabile, ita tenet Old. *conſ.9.* Abb. *in c. fin. col.5. de iure calum.*

† Tertius caſus eſt, diſpenſatio emanata motu proprio Principis, & ob publicā vtilitatem, extenditur ad conſecutiua non neceſſaria, & ſine quibus diſpenſatio imprimeret effectum ſuū Ioan. And. poſt Hoſt. *in c. cùm in cunctis. in 3. col. de elect. in c. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6.* 21

† Sciendum eſt etiam vltra Felin. *in c. poſtulaſti, in 2. limitatione, de reſcriptis,* quòd diſpenſatio extenditur ad ſuum antecedēs eo maximè, quando militet eadem, vel maior ratio. Dec. *in c. cū in cunctis, n.46. de elect. in c. at ſi Clerici, §. de adulterijs, n.83. de iud. in c. quia tantum, n.5. de præb. in l. non debet cui, n.6. de regul. iur. & conſ. 76. col. fin.* licet Fel. *contrarium teneat in d. c.* 22

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente, ponitur antecedens per deſtinationem.*
2 *Pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*
3 *Pecunia ſine decreto alienari poteſt.*
4 *Pecunia depoſita penes campſorē ad emptiones prædiorum, eſt immobilis, & ſine decreto alienari non poteſt.*
5 *Tutor cùm eſt pupilli creditor, poteſt ſibi ſoluere.*
6 *Fallit in pecunia deſtinata ad emptiones prædiorum.*
7 *Cautela cùm teſtator dubitat, ne pecunia perdatur incuria, vel perfidia tutoris.*
8 *Legatis omnes veſtes quas habet in domo, veniunt, quæ erant extra domum, & ſicbant de nouo.*
9 *Legato frumento, quod eſt in Ciuitate, venit quod eſt Ruri, per deſtinationem ad Ciuitatem.*
10 *Legatis mobilibus, veniunt fructus pendentes tempore conditi teſtamenti.*
11 *Limitatio* ad l. ſi ita, ff. de aur. & arg. legat.
12 *Poſito conſequente, ponitur antecedens deſtinatum ad antiquum eſſe, ſecus ſi ad nouum.*
13 *Poſito conſequente, ponitur antecedens deſtinatum, propinquum actui deſtinato.*
14 *Potentia propinqua actui, habetur pro actu.*
15 *Pecunia deſtinata ad immobilia eſt immobilis, quando diſponens poteſt talem deſtinationem remouere, aliàs non.*
16 *Antecedens per deſtinationem, non venit in ſtatutu.*
17 *Actus deſtinatus eſt fictus.*
18 *Statutum non trahitur ad caſum fictum.*
19 *Stante ſtatuto, quod mortua vxore, mobilia ad virum, immobilia ſpectent ad hæredem vxoris, pecunia ad emptiones prædiorum, dictis hæredibus non debebitur.*

AMPLIATVR ſecundo loco principaliter, vt procedat in antecedente per deſtinationem tantum, quod ponitur poſito conſequente, *l. & ſi non ſint. §. quid ergo, l. lana. l. veſtimentorum de aur. & leg. l. ſi chorus. §. 1. l. ligni. §. 1. de leg. 3. l. fundi. l. granaria. de act. emp.* & ita tenet Raphael Cuman. *in l. à Diuo Pio, §. fin. per illum tex. ff. de re iud.* Rom. *in l. ſi ex legati, col.4. & ibi quoq;* Aret. *de verb obl.* idem Rom. *conſ.187. col. fin.* Barb. *in l.2. §. & harum, ff. de verb. oblig. in c. nulli, col. pen. de reb. eccl. non alien. in c.2. de ſolut. in add. ad Bal. in l. etiam, C. de fideicom. conſ.14. Clementiſſimi, col.2. lib.2.* Bertac. *in tract. de gabell. in 2. part. octauæ partis princ. col.1.* Ioan. Lupus *in repet. rub. de dona. inter vir. & vxor. §.38.* Ripa *in l.1. col.2. n.9. ff. ad Treb.* Luc. de Pen. *in l. fin. C. de mun. patr. lib.11.* 1

Iuxta quæ infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

† Prima eſt, licet Pecunia ſit de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, gloſſ. *in l.1. §. fuit quæſitum, ff. ad Trebel.* & ideò ſine 2
decreto † alienari poterit, *l. lex quæ tutores, C. de admin. tut.* quod 3
tamen limitatur, niſi pecunia ſit depoſita † penes campſorem, 4
& deſtinata ad emptiones prædiorum, *l.3. § quid ergo, ff. de contr. iudic. tutel.* Circa quod exclamat Rom. dicens eſſe valde ſingulare & à nemine cogitatum, *ſingul.104. tu habes,* ſubdēs aliud, quod
licet tutor † cùm eſt pupilli creditor, poſſit ſibi ſoluere, *l. quoties* 5
§. ſicut, ff. de admi. tut. l. fiſtulas. §. fundum, ff. de contr. emp. limitatur
tamen † hoc niſi pecunia ex qua vellet ſibi ſoluere tutor, eſſet 6
ad emptiones prædiorum præparata, *d. §. quid ergo,* Corſet. allegando Rom. *in d. ſing. in ſingularibus in verbo pecunia.* Franc. Cremenſ. tacito Rom. *ſing.60. pecunia eſt,* qui omnes appellant hoc dictum ſingulare, ſequitur etiam Ioann. Dilect. *de art. teſtand. in rub. de varijs teſtatorum præceptis cautel.5. n.5.*

Dicens, quòd ſi teſtator † habeat pecuniam, & dubitet, ne incuria, vel perfidia tutoris, vel curatoris, diſperdatur, cautela eſt, quod deponi iubeat penes aliquem ad emptio- 7

emptiones prædiorum,tunc enim computabitur inter immobilia,& ſine prætoris decreto alienari non poterit.

8 ¶ †Secundò ſi teſtator legat vxori omnes veſtes, quas habet in domo,venient etiam veſtes quæ ſunt extra domum , & fiebant de nouo,propter deſtinationem teſtatoris, & eius finale propoſitum.Bald.*in l.ex facto.n.4.de hær.inſt.*dicens, ita fuiſſe in facto determinatum.

9 † Tertiò infertur limitatio *ad l.nam quod.§.ſi ita..depœn.legat.* vbi legato frumento quod eſt in ciuitate, non venit , quod eſt ruri,nam non procedit ſi tale frumentum quod eſt ruri, ſit deſtinatum,quòd deferatur in ciuitatem,ita declarat Albe.*ad l.1. §.1.col.1.de offic.præfect.vrbis.*latè proſequitur Fel.*in c.cùm à deò,in verbo deſtinatio.de reſcr.*

10 †Quartò per hanc regulæ ampliationem in facto conſultus reſpondit Paul.Caſtr.*conſil.240.lib.1.* Quod in legato mobiliũ per pronomen ſuum,vel meum,vt lego bona mea mobilia , & veniat frumentum,& alij fructus pendentes tempore conditi

11 teſtamenti,qui deſtinatione ſaltem,&habitu,eo tempore dici poterant res mobiles.Ex prædictis infertur notabilis† limitatio *ad l.ſi ita.de aur.& arg.leg.*vbi pronomen meum, coarctatur ad id quòd ſit meum tempore teſtamenti,ſcilicet, actu,vel habitu,& deſtinatione,per prædicta,quod dictum ſing.appellauit Rom.*ad limitationem dict.l.ſi ita.ſingu.503.inci.teſtam.in l.ſi ita*,latè proſequitur Bero.*in ſuis q familiarib.q.30.*& faciunt notata per Bat.*in l.fin.ff de req.reis.*

12 †Declaratur primò præſens ampliatio, vt procedat in antecedente deſtinato ad antiquum eſſe,ſecus ſi ad nouum.Batt.& alij,*in l.cætera,§.fin.de leg.1.*

13 †Declaratur ſecundò,vt procedat quando tale antecedens deſtinatum ſit propinquum actui deſtinato,ſecus, ſi ſit remotum.Alexan.*in l.à Diuo Pio.§.fin.de re iud.conſil. 97.col.3. vol.3.& conſil.70.vol.eod.* quam limitationem notabilem appellauit in hac materia Aret.*in conſ.6.col.fin.ſequutus eſt* Soc.*in conſ. 129.nu. 18.vol.1.*

14 † Et ad hoc facit , quia potentia propinqua actui, habetur pro actu.*l.pen.*vbi Bal.notat.*ff.de teſtam.mil.*latè Iaſ.*in l.diuortio. §.interdum.ff.ſolut.matr.*latiſſimè Marſil.*de fideiuſſ.quæſt.31. num. 217.*

15 †Declaratur tertiò præſens materia deſtinationis,hoc modo diſtinguendo , aliquando pecunia eſt deſtinata ad emptiones prædiorum,ſed ille qui vult de ea diſponere, liberè poteſt talẽ deſtinationem remouere,aut non,primo caſu eſt res mobilis, & procedat opinio tenentium eſſe rem mobilem,ſecundo caſu erit res immobilis.Et hinc poſtea,ſi teſtator iuſſerit pecuniã conuerti in emptiones immobilium,non poterit hæres contra hanc diſpoſitionem venire,eaq; pecunia reputabitur immobilis,ita in facto materiam declarat Soc.*conſ.249.materiam.col penult.verſ.circa quinetum.lib.2.*

16 †Declaratur quartò præſens materia deſtinationis,vt procedat de iure cõmuni,ſecus ex forma ſtatuti,quo caſu non ſit extenſio ad caſum deſtinatum,ita declarat Barb.*in c.1.de ſen.*& ra-

17 tio eſt, quia caſus deſtinatus † dicitur fictus,& ſtatutum non

18 extenditur,† ad caſum fictum.*l.3.§.hæc verba.ff.de negot.geſt.*

19 † Ex prædictis infertur ad quæſtionem. Extat ſtatutum,quòd mortua vxore mobilia ſpectent ad virum,immobilia ad hæredem vxoris,quòd ſi pecunia vxoris erat parata, & deſtinata ad emptiones prædiorum, vtique dictis hæredibus nõ debebitur. Ita Bat.Raynet.Ang.Alex.Iaſ.& alij *in l.cætera.§ fin.de leg.1.*Fel. *in c.cùm à deò in verbo,deſtinato,de reſcr.*Bolog.*conſ.39.col.fin.* Bru. *in tract.de ſtat.exclud fœm.in 3.part.verſ.bona § penul.*Alex.*in l.1 §. ſuit quæſitum.ff.ad Trebel.*quàm opinionem veriorem dixit Barb. *in c.1.col.fin.de ſeud.& communiter recepta.*Soc.Iun *conſ.128. num. 18.vol.1.*& ſecundùm eam iudicatum in ſuprema Curia Pariſi. & Burdegalen.Boer.*deciſ.209.*Rolan.*de lucr.dot.q.91.n.12.*&de communi opinione teſtatur etiam Villalobos *in verba,pecunia, num.59.*

Vnum addam,candide lector,in hac profunda,& brocardicta deſtinationis materia.Quòd probè ſcio communem*opinionem hanc eſſe,pecuniam deſtinatam ad immobilia,adhuc mobilem remanere,vigintiquinque grauibus Doctoribus cõprobatam,quos ſigillatim refert Boer.*deciſ.209.* latiſſimè Tyraq.*de vtroque tract.de retract.lignagier.§.1.n.103.*eaq; (vti debeo ſequor)ne mihi iuueni 25.annorum illud obijciatur, quod alteri iuueni eiuſdem ætatis opponit Boer.*in d.deciſ.* ſapere enim cupio,ſed non pluſquam oporteat,nec cõtra communem tot patribus comprobatam,tentabo, ſed Statij ſequar in hoc præceptum.Nec tu diuinam Æneida tenta,ſed longè ſequere , & veſtigia ſemper adora, putarem tamen ex iſtis quatuor declarationibus,iſtum Doctorum conflictum conciliari poſſe.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente,ponitur antecedens remotum.*

2 *Legato fundo cum inſtrumento,venit ahenum, quod ſupra focum pendet,vrceoli,quibus aqua in ahenum infundi , & deinceps in infinitum.*

3 *Legato fundo excepto pecore,& pecus dicitur exceptum , Paſtores, & ouilia.*

4 *Conſequens valdè remotum eſt occaſio, vel cauſa per accidens.*

5 *Cauſa proxima eſt attendenda,non multum remota.*

6 *Legans vxori quæ eius cauſa parata ſunt,intelligitur proximè,non multum remotè.*

7 *Peculium profectitium dicitur quod obuenit de ſubſtãtia patris,vel vel eius occaſione proxima,non multum remota.*

8 *Si filius iuit in Galliam,cui Rex aliquid donauit non dicitur profectitium.*

9 *Habentes arbitrium vnde pecunia veniat in communi,non poterũt diſponere,vt mercatoribus reddatur ius ſummariè.*

10 *Habentes arbitrium vnde pecunia veniat in commune, non poterunt paciſci cum debitoribus communis.*

11 *Antecedens remotum venit quandoq; duobus ſeruatis ſcilicet verborum proprietate, & conceſſio alias redderetur inanis.*

12 *Vſus appellatione,venit quod eſt cauſa mei vſus, immediatè,& mediatè,vt familia.*

13 *De rebus illatis ad vſum patriſfam.non ſoluit vectigal.*

14 *Immunitas conceſſa de ſeruis mei vſus cauſa, intelligitur mediatè, & immediatè.*

15 *Antecedens remotum venit quandoq; ex cauſa ſcilicet, & in odium alicuius.*

16 *Statutum dans antianis facultatem iudicandi cum conſilio decem virorum antiani poterunt eligere eos.*

17 *Antecedens proximum,& remotum attenduntur,quando tempore conceſſionis vtrunq; ſit in eſſe deductum.*

18 *Legans vxori quæ eius cauſa parata ſunt,venient veſtes eius propriæ & ancillarum eidem ſeruientium.*

19 *Cauſa immediata exiſtens in actu influit virtutem in cauſam mediatam.*

20 *Si in diuiſione conceduntur vni ex fratribus ſingula petia terrarũ quæ ad ipſos pertinant,ſi in dicto loco erat vendita poſſeſſio cum pacto de retrouendendo, iſtud ius redimendi non cenſetur in eum tranſlatum,ſed remanet inter dictos fratres commune.*

AMPLIATVR tertio loco principaliter præſens regula, vt procedat ne dum in antecedente proximo,& immediato,ſed etiam remoto,*vt probatur ex l.cum de lanionis.§. aſinam.de fund.inſtr.*vbi legato fund.cum inſtrumento,venit ahenum † quod 1 2
ſupra focum pendet,vrceoli quibus aqua in ahenum infunditur,poſtmodum ſubdit text. ac deinceps in infinitũ,proximus quibuſque copulata procedunt.

†Secundò hoc idem videtur poſſe probari *ex l.fundi.§ fin.ff. eod.tit.*vbi legato fundo cum inſtrumento,excepto pecore, & 3
pecus dicitur exceptum,paſtores, & ouilia.

†Declaratur primò præſens ampliatio, vt procedat in antecedente non multum remoto; remotum enim conſequens eſt 4
occaſio,vel cauſa per accidens.ita Bar.*in d.§ aſinam.* bene facit gl.notabilis,*in l.ſi mulier ff.rerum amot.*vbi cauſa proxima † eſt 5
attendenda,non multum remota,quam ſequitur Bal.*in c.cùm omnes,col.6.de conſt.in c.literis.in 3.not.de elect.*Aret.*conſ.27.diligẽter & maturè.col.6.in fi.*Bal.etiam *in l.ex placito.col.1.C.de rer.permut.in l.ſub prætextu.1 C.de tranſact.*Barb.*in c.Raynutius,n.186.verſ.ſextò facit.de teſtam.*Tyraq.*in repet.l.ſi vnquam , in verbo donatione largitus,n.189.*Patil.*conſ.127.n 4.vol.1 conſ.41.n.7.volum.3.*Curt.Iun.*conſ.2.col.2.n.4.*Aymo.*conſ.131.n 15.& 144.nu.2.& 163.nu.4.* Rolan.*conſ.48.n.30.& conſ.52.n 52 parte 2.*

Ex prædictis infertur ad aliquas deciſ.

†Primò dixit Bar.*in l.vxori.2.ff.de aur.& arg.lega.*quòd ſi maritus legat vxori quæ eius cauſa parata ſunt, quòd intelligũtur legata quæ reſpiciunt cauſam proximam, vel non multum remotam. 6

†Secundò cum peculiũ profectitium dicatur,non ſolùm quod 7
obuenit

obuenit ex ſubſtantia patris,ſed eius occaſione, vt per glo.*in l. cum oportet.C.de bon.quæ liber.* quod hoc intelligi debeat quando fuit cauſa proxima, vel non multum remota,ita Barto.*ad l. ſed ſi plures.§.in arrogato.de vulg. & pup.*& ibi Alex. dicit hoc notabile.Bart. *in l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de liber. & poſth.* vnde ſi filius
8 mercator † iuit in Galliam cum pecunia patris, & ſibi Rex aliquid donauit,quod hoc non erit profectitium,ita cõtra Spe. Bart.*in l.cum oportet.C.de bon.quæ liberis.*

9 † Tertio habentes arbitrium,vnde pecunia veniat in commune,huius vigore diſponere non poterunt,vt mercatoribus reddatur ius ſummariè, quia non eſt antecedens remotũ. ita Bart.*in l.ambitioſa, in 2.regula de decret.ab ordine fac.* dicens, hanc declarationem de conſequente non multum remoto eſſe notabilem.

Extenditur præſens declaratio, etiam ſi ex poſitione antecedentis valde remoti, actus principalis celerius expediretur.

10 † Hinc poſtea eſt, quod habentes arbitrium vnde pecunia veniat in cõmune, non poterunt paciſci cum debitoribus cõmunis,licet per hoc pecunia celerius haberetur, ita Bal. *ad l.2.num.1.ff.de iuriſ.omn.iudi.* inferens etiam,quod habentes arbitrium ad ſolutionem recipiendam,non potuerunt agere in iudicio,quia iſte actus agendi eſt multũ remotus ab actu ſoluendi,*alleg l.ſed ſi tantum.ff.de pactis.*

11 † Sciendum eſt etiam, quod in aliquibus caſib.venit antecedens remotum, duobus concurrentibus, ſeruata verborũ proprietate,& conceſſio alias redderetur inutilis.Exemplum,
12 certũ eſt, quod appellatione † vſus, venit quod eſt cauſa mei vſus,immediatè, & immediatè, vt familiæ.*l.1.& 3.ff. de vſu & habit.*

13 † Præterea conſiderandum eſt, quod de rebus illatis ad vſum immediatum patrisfa. non ſoluitur vectigal.*l. vniuerſali. C.de vectig.*Modo ſi mihi cõcedatur immunitas de ſeruis,quos duxi vſus mei cauſa, non ſolum intelligi debet de ſeruis, qui
14 ſunt cauſa mei † vſus immediatè vt in domo, ſed mediate, vt extra domum, agricultores, & ſimiles, ne conceſſio reddatur eluſoria,& verborum proprietas ſeruetur, vt ſenſit Alciat.*ad l.in lege cenſoria.in verbo,magnã,& in verbo, victus.ff.de verbo ſignif.*

15 † Similiter etiam in aliquibus alijs caſibus,venit antecedẽs valde remotum ex cauſa,& in odium alicuius,*per text.in c.prudentiam.§.ſi vero.*& ibi Deci. not.*de offic. delega.* ibi enim delegatus abſoluit actorem excõmunicatum ab excommunicatione.præterea cognoſcit de actu remoto,vt de cauſa excommunicationis, & hoc ob malitiam excommunicati, & in eius odium,qui malitiosè differebat vt ibi Deci. declarat, & fingerit ibi quædam extenſio iuriſdictionis, incidenter & ex cauſa facta per legem, qua cauſa ceſſante, non venit niſi antecedens proximum, non autem remotum. hinc dicebat Bal.*in c. ſi pro*
16 *debilitate.de offic.delega.* quod ſi † ſtatutum dat antianis facultatem iudicandi,cum conſilio decem bonorum virorũ,quod antiani eos eligere potuerunt,quæ electio eſt antecedens immediatum, & neceſſarium, ſequitur Felin.*in c.præterea.eod.tit. in c.ſuper literis, num.20.de reſcrip.*

17 † Quarto loco ſciendum eſt, quod Aret.*conſ.6.colum.pen.in fine.*dabat ſubtilem declarationem,ad hoc de antecedente remoto, quod tunc proximum, & remotum antecedẽs veniat, quando vtrunq; in eſſe ſit deductum tempore conceſſionis, alias nõ,exemplum *in d.l.vxori.de auro, & argent.legat.* vbi ſi te-
18 ſtator legat vxori quæ † eius cauſa parata ſunt, ne dum veſtes eius propriæ venient, ſed ancillarum eidem ſeruientium. & ratio eſt, quia vtrunque antecedens proximum, & remotum eſt in eſſe deductum tempore conceſſionis: proximum ancillæ ſeruientes,remotum veſtimẽta earum. & ratio rationis eſt,
19 quia cauſa † immediata exiſtens in actu, influit virtutem in cauſam mediatam, ob connexitatem, & dependentiam, quã habet ad eam.ſecus tamen eſſet quando iſta non eſſent in eſſe deducta.quia non poſſet virtutẽ influere antecedẽs remotũ.

20 † Ex prædictis infertur ad quæſtionem, quam ipſe ibi per prædicta decidit.Duo fratres venerunt ad diuiſionẽ,vni conceduntur ſingula petia terrarum,poſita in tali loco, quæ ad ipſos fratres ſpectent & pertineant, accidit quod in dicto loco vendita erat quædam poſſeſſio per dictos fratres cuidam extraneo,cum pacto de retrouendendo, quæſitum fuit,an ſit tranſlatũ etiam iſtud ius redimendi in fratrem, vel remaneat cõmune inter eos,conſuluit Aret.quod remaneat commune,

ea ratione quia primo loco requiritur redẽptio, vt cauſa proxima,qua facta oritur antecedens remotum,ſc.actio ad retradendas res redemptas,ſed tempore diuiſionis non erat in eſſe deductum, cum reuenditio non eſſe facta, ergo ceſſabat etiã antecedens remotum,ſc.actio ad retradendas res redemptas.

Et ex hac ſubtili ratione iunctis etiam alijs.conſuluit Aret. dictum ius redimendi remanere inter fratres commune.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Repudians partem hæreditatis,& de alia tacens,cenſetur totam repudiaſſe.*
2 *Renuncians hæreditati, cenſetur renunciaſſe iuri accreſcendi.*
3 *Renuncians beneficio, cenſetur renunciaſſe eius poſſeßioni.*
4 *Renuncians liti in beneficialibus,cenſetur renunciaſſe inſtantiæ, nõ iuri.*
5 *Renunciatio beneficij debet fieri in manibus ſuperioris.*
6 *Quod procedit in beneficio iam acquiſito, ſecus ſi in eo habeat tantum ius ad rem.*
7 *Habens dominium pro derelicto, cenſetur habere eius poſſeſſionẽ.*
8 *Repudians ab inteſtato,cenſetur prius repudiaſſe ex teſtamento.*
9 *Actus præſumitur fieri eo ordine, quo debet.*
10 *Repudians ex teſtamẽto,præſumitur voluiſſe acquirere ab inteſtato.*
11 *Remoto vno contrariorum,ponitur reliquum.*
12 *Appellans,comparens coram iudice à quo, videtur appellationi renunciaſſe.*
13 *Promittens ſtare ſententiæ qualicunque erit, cenſetur appellationi renunciaſſe.*
14 *Appellans comparens coram iudice à quo,cum proteſtatione,non videtur appellationi renunciaſſe.*
15 *Appellans, cuius appellationi delatum eſt,comparens coram iudice à quo, non videtur appellationi renunciaſſe.*
16 *Si appellanti ſit datus terminus ad aripiendum iter,& ſi in termino nihil deduxerit,non videtur appellationi renunciaſſe.*
17 *Repudians partem in qua eſt inſtitutus, nõ cenſetur repudiaſſe partem, in qua eſt ſubſtitutus.*
18 *Renunciatio facta in cauſa principali, non extenditur ad cauſam appellationis, niſi ſpecialiter exprimatur.*
19 *Reſtituens inſtrumentum crediti debitori, cenſetur remittere debitum.*
20 *Quod procedit etiam ſi plures eſſent confecta, & vnum tãtum redditum ſit debitori.*
21 *Stante ſtatuto Tudertino, quod contra inſtrumentum Guarentigiatum nulla opponatur exceptio,niſi ſolutionis,quæ probetur per aliud inſtrumentum, ſi oſtendatur inſtrumentum cancellatum, exiſtens penes debitorem erit probata ſolutio.*
22 *Per traditionem inſtrumẽti,cenſetur res tradita, de qua in inſtrumento ſit mentio.*
23 *Quod dictum declaratur,niſi is cui fuit traditum, incidat, vel donanti reſtituat.*
24 *Creditor conſentiẽdo pignus vendi,cenſetur renunciaſſe iuri ſui pignoris.*
25 *Quod dictum eſt verum nedum in venditione, ſed in quolibet actu, per quem dominium transfertur etiam de teſtamento.*
27 *Quod dictum eſt de teſtando procedit in eo,qui potoſt teſtari de iure communi,ſecus ſi ex ſpeciali priuilegio.*
27 *Similiter procedit nedum quando teſtator ſciret rem eſſe creditoris,ſed ſi ſolum crederet.*
28 *Faciens actum contrarium proteſtationi,cenſetur proteſtationi renunciaſſe.*
29 *Rogatus de fideiubendo apud Titium,ſi ſtatim adeat Titiũ, & proteſtetur quod nõ accipiat eum in fideiuſſorem, ſi poſtea fideiubeat, non obligabitur.*
30 *Idẽ erit de rogato ad fideiubendum coram aliquo iudice criminali.*
31 *Gerens actum contrariũ priuilegio, cenſetur priuilegio renũciaſſe.*
33 *Doctor priuilegiatus ne teneatur diſputare, ſemel diſputando amittit priuilegium.*
33 *Habens immunitatem à datijs, ſi patiatur deſcribi in libro grauaminum, perdit immunitatem.*
34 *Agens poſſeſſorio recuperandæ, ſi patiatur cognoſci ſuper poſſeſſorio, & lis conteſtetur, videtur tacitè ſuo priuilegio renunciaſſe, quod eſt,& ſpoliatus ante omnia reſtituatur.*
35 *Nec refert quomodo proteſtetur,ſiue ſimpliciter,ſiue expreſſe.*
36 *Gerens actum.contrarium priuilegio, non cẽſetur ei renunciaſſe,ſi ſimus in Eccleſia, pia, vel pia cauſa.*

37 *Dominus comparendo in iudicio poſt conteſtationem à procuratore factam ſimpliciter, cenſetur eum reuocare.*

38 *Dominus conſtituendo ſimpliciter alium procuratorem videtur reuocare primum.*

39 *Quod verum eſt data paritate, vnde primus ſpecialiter non cenſetur per ſecundum generaliter conſtitutum reuocatus.*

40 *Per ſecundum procuratorem ad iudicia conſtitutam cum remotione quorumcunque, non cenſetur reuocatus primus ad iudicia, & negocia conſtitutus.*

41 *Reſpondens poſitioni continenti duo, negans vnum, videtur fateri aliud, ſaltem præſumptiuè.*

42 *Faciens actus ordinarios in cauſa ſummaria, non videtur renunciaſſe proceſſui ſummario.*

43 *Nemo præſumitur eligère viam, per quam iudicia ſua infringātur.*

44 *Dominus recipiendo canonem, videtur remiſiſſe ius caducitatis.*

1 AMPLIATVR Quarto loco principaliter præſens Regula, vt procedat in renunciationibus, & alijs diſpoſitionibus priuatiuis. ita contra Barto. tenet Ang. Imo. Alex. Iaſ. & alij *in l.1 ff. de acq. hæred.* inſerentes, quod ſi ergo repudio partē hæreditatis, & de alia taceo, cenſeor totam repudiaſſe.

Iuxta quam infertur ad aliquas deciſ.

2 † Primo renuncians hæreditati, cenſetur renunciaſſe iuri accreſcendi Docto. *in l. ſi quis hæres. ff. de acq. hæred.* Barto. *in l. ſi.* & Alex. *in l.2 eod. tit.*

3 † Secundo renuncians beneficio, cenſetur tacitè renūciaſ-
ſe eius poſſeſſioni. ita, vt ſibi nec interdictum vnde vi, nec re-
medium can. reintegran. competat. Inno. *in cap. ſuper hoc, de re-
nunc,* Anto. *in c. ac. [illegible] de reſtit. ſpol.* Abb. *in c ſolicita. eod. tit.* Rot.
deciſ. 62. in nouis, & dec. 67. in antiquis, quæ incipit not. quod reſignās,
benè ſanè verum eſt in materia iſta beneficiali, quod renun-
4 cians † liti, cenſeatur per hoc renunciaſſe ſimpliciter inſtantię,
5 nō iuri, cuius renunciatio † fieri debet in manibus ſuperioris
vt latè tenet Rota *deciſ. 305. in nouis.* ſequitur Imol. *in c. veniens
de renunc.* Alex. Iaſ. & alij *in l poſtquam liti. C. de pactis,* & facit ca-
pitulum, quod in dubijs. & c. 1. admonet, de renunciat.

6 † Et hoc quod renunciatio debeat fieri in manib. ſuperioris. procedit in beneficio iam acquiſito, & in quo renuncians habet ius in re, ſecus ſi habeat ius in eo ad rem, vt notatur *in c. ſin. de conceſſ. præben. lib. 6. & in c. penult. de præben. eodem lib.* Zabarella *in Clemen. gratiæ, in prima col. in ſi. de reſcript.* Marcus Mantua *ſing. 20. Bannito.*

7 † Tertiò habens dominium pro derelicto, cenſetur habere eius poſſeſſionem. gloſ. Dyn. & alij, *in l. ſiquis vi differentia,* vbi Iaſ. *num. 24.* teſtatur de communi *ff. de acqui. poſſ. [illegible]*

8 † Extenditur præſens ampliatio, vt procedat conſtructiuè,
& deſtructiuè. deſtructiuè vt ſi quis repudiat ab inteſtato, cē-
ſeatur prius repudiaſſe ex teſtamento, quia actus † præſumi-
9 tur fieri eo ordine quo debet *l. illud,* vbi Bal *ff. de acqui. hære.* cō-
ſtructiuè, vt ſi quis repudiat † ex teſtamento, præſumatur vo-
10 luiſſe acquirere ab inteſtato, vt notatur *in d. l illud.* nam ſecun-
dum Philoſophum, ſicut poſito vno contrariorum † remo-
11 uetur reliquum, ita remoto vno, ponitur reliquum. facit text.
*in l. nec ei. §. ſina. ff de acquiren hered. in l. ſi inter me & te. ff. except. rei
iudic. in l. Pomponius. §. ſi n. ff. de procur. l. ille aut ille. ff. de verborum
ſignifica.*

12 † Et iuxta prædicta infertur, quod ſi quis iam appellans cō-
paruerit coram Iudice à quo, videtur prius appellationi renū-
ciaſſe. *c. gratum.* vbi latè Felin. *de offic. deleg. c. ſolicitudinem.* vbi la-
tè Franc. *de appel. l. ad ſolutionem,* vbi Bal. *C. de re iudi.* Capic. *deciſ.*
68. Matan. *in ſuo Specu. in 4. parte, in verb. appellatio, num. 351.* Soc.
13 *Reg. 43.* Petr. Duen. *reg. 51.* Ber. de Luc *Reg. 58.* vel ſi promiſit †
ſtare ſententiæ qualiſcunque erit. Boer. *in ſing. ſuis, in verbo re-
nunciatio, nume. 17.* Roma. *ſingu. 151. & 777.* vbi Regulam pluri-
bus modis limitat. Papienſis. *in forma appellationis ab interlocu-
toria in gloſ. Cauſis, num. 6.*

14 † Quæ concluſio vltra ſcribentes in dictis locis; declaratur vt non procedat, quando appellans compareat coram iudice à quo, cum proteſtatione quod ſua appellatio remaneat ſibi ſalua. ita tenet Inno. *in cap. quæſito de appel.* Alex. *conſ. 130. colum. 4. verſ. quia reſpondeo, volum. 4.* clarius Guid. Pap. *q. 364. vbi latè proſequitur, & in quæſt. 172. in ſi.* Bouer. *in ſing. in verbo proteſtatio, num. 1.*

† Sicut nec etiam cenſetur appellationi renunciatū, ſi pars
15 appellans compareret coram iudice à quo, poſt appel. cui per iu-
dicem delatum eſt, vt pulchrè Rota *deciſ. 363. in no. per c. cum ap-
pellationibus. de appel. in 6.*

† Sicut nec etiam cenſetur renunciatum, licet non compareat faciendo aliquem actum coram iudice à quo, ſed ei ſit præfixus terminus ad ſe præſentandum, & ad faciendum fidem, & in termino nihil fuerit deductum. Zabarell *in Clemen. 1. in 24. quæſt. de appella.* ſequitur Frederic. de Sen. *conſ. 129.* & hoc eſt verum, etiam ſi iudex fuerit comminatus. Guid. Papa *ſing. 597.* 16

† Declaratur tamen præſens limitatio per text. *in l. ſi ex parte. ff. de acqui. hæred.* vbi inſtitutus in parte & in alia ſubſtitutus, repudians partem in qua eſt inſtitutus, non per hoc cenſetur repudiaſſe partem, in qua eſt ſubſtitutus. Immo poſtea adeundo ex ſubſtitutione accreſcit ſibi repudiata portio. & ratio eſſe videtur, quia hæreditas defertur hoc caſu, diuerſo gradu, vt patet. 17

† Secunda renunciatio facta in cauſa principali, non porrigitur ad cauſam appellationis, niſi expreſſe fuerit dictum. Barto. *in authen. qui ſemel. C. de prob.* Boner. *in ſingu. ſuis. in verb. renunciatio, num. 13.* ſequitur etiam Anto. *in c. paſtoralis. colum 3. de cau. poſſ & prop in c. cum dilectus. in ſi. inſtrum.* Bal. *in l. per hanc. col. 1. de temp. appel. in c. fraternitas. col. ſi. de teſti.* Ang. *in §. quia vero auth. de teſti.* latè Felin *in c. cū veniſſent. nu. 5. de teſti.* vbi limitat vno tantum modo, niſi obſtaret timor ſubornationis, vt ibi latè per eū. 18

† Econtra autem, creditor reſtituendo inſtrumentum crediti debitori, cenſetur remittere debitum. *l. Labio.* vbi Docto. *ff de pact. c. cum Eccleſia, cl. 2* vbi cano. *vt lite pendente.* 19

† Quæ concluſio procedit, etiam ſi de ipſo credito extarent plura confecta inſtrumenta. & creditor vnum ſolum traderet debitori. ita ampliat Salic. *in l ſi de poſſeſſione. C. de probat.* 20

Vnum tamen circa præſentem materiam non omittam,
quod ſi verum eſt, multum notabile eſt. Extat Tuderti † ſtatu- 21
tum, quod inſtrumenta guarentigiata habeant executionem
paratam, & nulla poſſit opponi exceptio niſi ſolutionis, &c.
quæ debeat probari per aliud inſtrumentum: quid ſi debitor
ad docendam iſtam ſolutionem oſtendat inſtrumentum cre-
diti cancellatum exiſtens penes ſe? Vtque verè ſeruabitur ſta-
tuti diſpoſitio, & erit probata ſolutio, vt not. dixit Bal. *in l. ra-
tiones, in ſi. C. de decur. lib. 10.* circa quod aliquantulum videtur
dubitaſſe Iaſ. *ad l. Labeo, in prin ff. de pact.*

Addam vnum aliud ad declarationem præſentis materiæ.

† Per traditionem inſtrumenti cenſetur res tradita, de qua in inſtrumento fit mentio. *l. 1. C. de donat.* 22

† Quæ lex ampliatur vno notabili modo, quod ſi is cui fuit traditum inſtrumentum incidat eum, vel donanti reſtituat, quia incidendo, vel reſtituendo, cenſetur renunciaſſe. glo. eſt *in l. ab emptione. in glo. mag. in princ. ff de pact.* vbi Ang. dicit, quod ille caſus eſt quotidianus, & illa gloſ. eſt ſingū. nec alibi in iure, & eam quoque dixit notabilem Bald. *in prælud. feud. in proœ. colum 6.* commendat etiam Roma. *ſing. 338. per traditionem.* ſingularem quoque eam dixit ad hoc Alex. *in l. 3. nu. 11. ff. de acqui. poſſ.* vbi Alex. ſe extendit circa materiam. *l. 1. C. de donat.* 23

† Similiter creditor conſentiēdo pignus vendi, cenſetur renunciare iuri ſui pignoris. *l. ſi debitor. §. 1. ff. qui. mo. pig. vel hyp. ſol. l. 3. C. de remiſſ. pign. l. creditor. ff. de reg. iur.* 24

† Quæ concluſio reputatur adeo vera, vt procedat, nedū in venditione, ſed in omni alio actu, per quem transfertur dominiū, etiam ſi conſentirem, vt de pignore teſtaretur. *l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mo. pig. vel hyp. ſol.* quem text. dixit ad hoc notab. Bal. *in c. 1. §. præterea. qui. mod feud. amit.* & ſingul. quoq; appellauit *in l. in venditione. C. pro emp. in l. quoties in omnibus. C. de ſideic. in l. ſi tibi. §. de pigno. ff. de pact.* Neguſ. *in tract. de pign. in 3. memb. 6. par. num. 12. cum ſeq.* vbi latè materiam explicat. 25

† Qui tex. *in d. §. venditionis,* vltra Neguſ. in dictis locis limi-
tatur vno notabili modo, vt procedat in eo, qui de iure com-
muni, & rationaliter poſſet teſtari. ſecus in eo, qui ex ſpeciali
priuilegio teſtetur, prout filiusfa. ad pias cauſas, ita Iaſ. decla-
rando mentem Bal. *in l. cum alienam, col. 2. in prin. C. de leg.* vbi Iaſ.
extendit præſentem materiam vno alio notab. modo, vt pro-
cedat nedū quando debitor teſtator † ſciret rē eſſe creditoris 27
conſentientis, ſed ſi ſolum crederet, vt per eum; poſt Bald.

† Similiter ſi proteſtans faciat actum poteſtationi contrarium, intelligitur tacitè proteſtationi renunciaſſe, vt not. *ad l. pact. nouiſſima C. de pact.* & hæc eſt communis concluſio. teſte Feli. *ad c. cum. M. Ferrar. num. 78. de conſt.* Ber. Diaz. *in reg. 623.* 28

† Iuxta

29 † Iuxta quam cōcluſionem infertur ad deciſionem quæſtionis, Sempronius requiſitus à Caio debitore Titij, vt velit eſſe fideiuſſor ſuus apud ipſum Titium, ipſe Sempronius nolens effectualiter obligari, ſed volens tantum ſeruire de verbis, Gaio dicit, & proteſtatur extraiudicialiter Titio, quod non accipiat ipſum in fideiuſſorem, quia proteſtatur, quod ſi in fideiuſſorem recipiat, quod non vult teneri, nec ei ſoluere aliquo modo, ſi poſtea Sempronius fideiubear, nunquid effectualiter obligetur? & vtique nōn, per prædicta.

Quod quidem verum eſt, ſi ſtatim poſt proteſtationem factam ſe obligat, tunc iuuatur proteſtatione, & non obligatur, ſecus ſi ex interuallo poſt proteſtationē fideiubear, quia propter interuallum videtur omiſiſſe proteſtationem, vt latè declarat Marſil. *in rub. de fideiuſſ. q. 21. num. 162.*

30 † Et iuxta prædicta adducitur vnum dictum, quod Docto. reputant quotidianum in practica. Aliquis erat accuſatus pro quodam delicto, pro quo veniebat imponenda magna pœna pecuniaria, ita quod oportebat eum dare fideiuſſorem, alias fuiſſet carceratus, iſte rogauit amicum, vt pro ſe fideiuberet, qui promiſit verbo & non animo ſe facturum, vnde talis amicus qui debebat fideiubere, incontinenti adiuit iudicem, & dixit ei. Domine iudex talis rogauit me, vt pro eo fideiuberem coram vobis, non ſum auſus denegare, & promiſi, proteſtor quod ſi me receperis, nolo teneri. ſi poſtea iſte fideiubeat, non tenebitur, ita Ang. *in l. mora. ff. de vſur.* dicens ita fuiſſe in facto determinatum, per quendam egregium Docto in caſu quotidiano, quod dictum ſequitur, & reputat quotidianum, & menti tenendum Iaſ. *in l. non ſolum. §. morte. nu 68. ff. de no. ope. nu.* appellauit etiam deciſ. hanc notabilem. Pet. Gitar. *ſing. 52.* No. cui adde Io. de Ain. *prolem. 32.* de cuius tamen veritate ſcribit Iaſ. *in l. qui in aliena. §. Celſus, nu. 49. ff. de acq. hær.* dicens, licet Ang. opi. in practica ſit magna, præſens tamen deciſ. ſibi videtur valde dura.

31 † Similiter habens priuilegium, ne teneatur ad aliquid faciendum, gerendo actum contrarium, cenſetur ei tacitè renūciare, *vt not. in can. priuilegium. 11. q. 3.* Bart. *in l. 2. ff. de veter.* Pet. de Anch. *conſ. 255. ad fi.* Alex. *conſ. 193. ex themate. in fi. vol. 2.* Io. And. *in reg. a. ceſſorii. de reg. iur. in mercur.* † Concludens, quod ſi Do-
32 ctor † aliquis legens habeat priuilegium, ne teneatur diſputare, ſemel diſputando, cenſetur priuilegio renunciare, latè Felin. *in c. cum acceſſiſſent, nu. 28. de conſtit.* Iaſ. poſt alios, *in l. ſi. nu. 58. ff. de conſt. prin.*

33 † Iuxta quam cōcluſionem inferabat Ang. *in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appel. ſit.* ad vnum quod ipſe reputauit valde no. ꝙ ſi habens immunitatem à datijs, & collectis, patiatur in libro deſcribi talium grauaminum, & ſciens non appellet infra 10. dies, perdit exemptionem. per illum tex. quem dicit eſſe peregrinum, & cōmuniter ignotatum, & ſequitur ibi Ang. de Are. hoc multum notans, & dicens, quod nunquam exeat mentē tuam, & ſequitur And. de Batal. *in l. 1. C. de his qui ſponte, lib. 10.* & ſi vllo vnquam tempore hoc dictum eſt, bene, & diligenter notandum eſt temporibus noſtris. reputauit etiam hoc dictū valde not. Corſ. *in ſing. ſuis. in verbo, priuileg. el. 3.* Gui. Pap. *q. 387.* Bene verum eſt quod Bar. *in l. forma. §. ſi. ff. de cenſ.* dat annum ad petendam correctionem cataſtari.

34 † Secundo infertur ad vnum aliud vltra ſcribentes, in ſupradictis locis, quod ſi agens poſſeſſorio recuperandæ, patiatur ſuper poſſeſſorio cognoſci, & non proteſtatur, quod reus excipiens de proprietate non audiatur, & lis cōteſtetur, & detur terminus ad probandum incumbentia, videtur tacitè ſuo priuilegio renunciaſſe, quod eſt, vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur, vt not. Abb. *in c. 1. de reſtit. ſpoliat.*

35 † Et ſciendum eſt, quod in hoc caſu non ſufficit ſimplex, & leuis oppoſitio, & replicatio, ſed eſt neceſſaria clara proteſtatio, ſic aduocatos inſtituit Alex. *in l. naturaliter. §. nihil. commune, num. 31. verſ.* 14. *fallit. ff. de acq poſſ.* quem ſequitus eſt Afflic. *deciſ. 193.* Capic. *deciſ. 28. nu. 1.* Pariſ. *conſ. 1. num. 171. conſ. 107. num. 17. conſ. 113. nu. 7. lib. 11. in ſi. lib. 4.* Clarè etiam hoc affirmat Neuiz. *conſ. 79. nu. 26.* Cra. *conſ. 248. num. 3.* Nat. *conſ. 289. num. 11. & 12. lib. 2.* Iac. Menoch. *in primo remed. recup. poſſ. q. 15. vbi tandem nu. 166.* non eſſe differentiam dicit, niſi in verbis, quomodo fiat iſta proteſtatio, ſiue ſimpliciter, ſiue expreſſe, vt ibi latè per eum.

36 † Et hæc principalis concluſio, ſcilicet quod faciens actum contrarium priuilegio, cenſetur ei tacite renūciare, vltra ſcribentes in locis iam citatis, & ordinarijs, limitatur vno notabili modo, vt non habeat locum, quando tale priuilegium eſſet conceſſum Eccleſiæ, vel pio loco. nam per conuentionem nō cenſetur ſublatum. dictum eſt Inno. *in cap. accedentibus. de priui.* Quod dictum pro ſingu. exclamat, & ſequitur Pan. *in c. pro illorum. de præb.* Io. de Ain. *ſing. 12.* & ſi placuerit poteris addere ijs qui latiſſime poſuit Tyraq. *de priui. pia cauſa,* inter quæ non reperi.

† Similiter ſi dominus facta iam per procuratorem ab eo conſtitutum litis conteſtatione, ſimpliciter in iudicio comparear, ſine alia proteſtatione, cenſetur tacite ipſum reuocare, 37
vt habetur *in cap. ſi quem, de proc. lib. 6. in l. niſi dominus. §. hæc autem cognitio. ff. de procur.* Papien. *in forma reſponſionis libelli, in actione hypothecaria, in gloſſ. mandatum, nume. 2.*

† Similiter dominus, conſtituendo alium procuratorem ſimpliciter, cenſetur tacitè reuocare primum, *per tex. in l. ſi quis cum procuratorio. § ſi. ff. de procur. quem ſingularem ad hoc reputauit* Anan. de Claris aquis. *ſing. vltimo.* 38

† Quod dictum obiter declaratur vno notabili modo, vt procedat data parietate, vnde ſi primus erat ſpecialiter conſtitutus ad vnum cauſam, non cenſetur tacitè reuocatus per cōſtitutionem ſecundi generaliter conſtituti ad omnes cauſas, quia generi per ſpeciem derogatur, ſed non contra. *vt not. in c. generi. de regu. iur. in ſexto. in l. fauſtio legum. ff. de pœn.* & ita tenuit Rota. *deciſio. 289. in nouis. quod dictum pro ſingulari poſuit* Crem. *ſingula. 114. tu ſcis. & hæc eſt vna limitatio ad dict. l. ſi quis cum procuratorio.* 39

† Cui adde ſimiliter, quod habēs procuratorer ad negocia, & iudicia ſimul. ſi poſtea conſtituat ad iudicia, cum reuocatione quorumcunque ſub quacunque forma conſtitutorum, nam per hoc cenſetur reuocaſſe alios ad iudicia conſtitutos, non ad negocia, per prædicta, ita tenuit Rota *deciſ. 256. in nouis.* ſubdens hoc maximè procedere, ſi appareat per aliquem actū dicti reuocantis, alios procuratores ad negocia noluiſſe reuocare, puta ſi vnus de dictis procuratoribus ad negocia beneficium aliquod nomine domini acceptauit, quam acceptionē dominus ratam habuit, vt ibi latè per eos. 40

† Addam etiam vnum aliud ſatis notabile in materia poſitionum ſi fiat poſitio, quæ contineat duo, puta quod commodauit tibi Codicem, & volumen, tu reſpondes, non credo de Codice, videris tacitè fateri de volumine, ſaltem præſumptiuè, & quoad ſemiplenam probationem ita dixit Matheſ. *not. 76.* dicens quotidie in facto euenire. ſequitur Feli. *in c. nam cōcupiſcentiam. de conſti.* ſequitur latè Franc. Curt. *in tract. poſitionū. col. 2. num. 11. verſ. & quid diximus.* 41

† Illud ſanè verum eſt, quod ſecundum ſubiectam materiam ſit, & non ſit iſta tacita renunciatio, vel cōfeſſio. hinc deuenitur ad vtilem q. nunquid ſi partes litigantes in cauſa ſummaria porrexerunt libellum, fecerunt litis conteſtationem. & alios actus ordinarios, ſecundum formam iuris communis, videātur tacitè renunciaſſe proceſſui ſummario, ſcilicet ita, vt cauſa debeat dici ordinaria? & vtique non, ita tenet Bal. *in l. 3. ff. de teſta. mili.* latè proſequitur Maranta *in 4. parte, diſt. 9. nume. 87. cum ſequen.* ea potiſſimum ratione, quia † nemo præſumitur eligere viam per quam iudicia ſua infringuntur. *dict. l. 3.* Alexan. *in l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſta.* Socin. *conſ. 142. col. 3. vol. 1.* 42 43

† Econtra dominus recipiēdo canonem, videtur remiſiſſe ius caducitatis. gloſſ. *in cap. potuit. de loca.* Alexan. *cōſ. 5. lib. 5. conſ. 14. colum. penult. eodem lib.* latè Iaſ. *referendo quinque opiniones in l. 2. num. 124. C. de iure emphi. & hæc eſt cōmunis* * *opinio.* Clar. *de iur. emphi. q. 10. verſ. aut non ſumus.* 44 *

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente, ponitur antecedens dignius.*
2 *Inſtituens ſeruum, videtur ei dare libertatem, quæ ineſtimabilis eſt.*
3 *Promittens vſuras dotis, intelligitur promittere dotem.*
4 *Conceſſa præbenda, cenſetur conceſſus canonicatus cui eſt adiuncta.*
5 *Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi, nominando proprio nomine, ſibi ſimpliciter ſubſtituat, mandati formā dicitur ſeruaſſe.*
6 *Aſſerens ſe procuratorem, videtur aſſerere omnia neceſſaria ad eſſe procuratoris, licet maiora.*

7 *Poſito, vel conceſſo conſequente, ponitur antecedens maius neceſſarium.*

8 *Si coram Iudice infimo ventiletur quæſtio hæreditatis, & ex aduerſo per viam exceptionis opponatur quæſtio ſtatus, talis Iudex cognoſcet de cauſa ſtatus, ſecus ſi per viam reconuentionis, quia non poteſt coram eo proponi.*

9 *Teſtator relinquens vxori vſumfructum omnium bonorum, & poſt eius mortem inſtituens aliquem hæredem, tale legatum venit, & inſtitutio vna cum legato reputatur pura, detractis verbis illis, & poſt eius mortem, &c.*

10 *Legata non debentur, niſi adita hæreditate per hæredem.*

11 *Legatum eſt nullum quando incipit deberi tempore, quo finitur.*

12 *Poſito conſequente, non ponitur antecedens requirens ſpecificam expreſſionem.*

13 *Conditio importat formam ſpecificè implendam.*

14 *Magis intereſt inſtitutionem valere, quam legatum.*

15 *Intellectus ad §. de illo. l. penult. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſtit.*

1 AMPLIATVR quinto † loco principaliter, vt procedat,
si antecedens ſit dignius, nobilius, & præcioſius ipſo
conſequente poſito, vel conceſſo. hoc patet primo *ex princ. In-*
2 *ſtitu. de hære. inſti.* vbi inſtituens † ſeruum, videtur ei dare liber-
tatem quæ dignior eſt, & inæſtimabilis. *l. libertas ff. de reg. iur.*

3 † Secundo *ex l. 2. C. de dot. promiſ.* vbi promittens vſuras dotis, intelligitur promittere dotem, quæ dignior eſt vſuris, quẽ text. dixit notabilem, & non eſſe alibi Bald. *ſing. 22. nota, &c.*

Hinc poſtea inferuntur ad aliquas deciſiones.

4 † Quod ſi præbenda, coniuncta ſit canonicatui, ea conceſſa, cenſetur conceſſus canonicatus, in ſuum antecedens, licet canonicatus ſit dignior, Compoſt. poſt Butr. & alios *in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtit.* Fede. *conſ. 29. qui in præſenti.* Bellam. *deciſ. 458. quæritur quanti temporis.* Guilel. de Mon. Laud. *in Clemen. ſi. de præben.* Franc. *in c. ſi poſtquam. in 2. col. de præben. in ſexto.* Domin. *in c. ſi. in 1 notab. de conſt lib 6.* Card. *conſ. 205. dominus Papa. in Cle. ſi. de reſcript.* Abb. *in c. ex parte. cl. 1. de ſponſa. & ita practicatur vt dicit* Francus *in c. ſi clericus. col. 1. de præben. lib. 6. & ita etiam tenet* Iaſ. *l. ſed ſi plures. §. ſilio. de vulga. & pupil.* Mati. *in l. 1. §. diuus. num. 8. ff. de quæſtio.*

5 † Secundo in facti contingentia reſpondit Dec *conſ. 77. col. 3. in fin.* quidam ciues conſtituerunt procuratores Magnificos dominos priores, & dederunt eis poteſtatem ſubſtituendi cũ iſta conditione, quod ſubſtituerent eos proprijs nominibus nominando, alias mandatum eſſet nullum. certè ſi ſubſtituerunt ſimpliciter, & non proprijs nominibus perinde eſt ac ſi proprijs nominibus eos ſubſtituiſſent, in ſuum antecedens, licet maius. & per hoc dicitur etiam obſeruata forma mandati, & oritur obligatio inter ſubſtitutos, & ſubſtituentes. & ibi Dec. ſubdit quod eo maxime hoc procedit, quando inſtrumẽto apponitur clauſula omni modo meliori, prout in dicto inſtrumento continebatur.

6 † Tertiò aſſerens ſe procuratorem, & habere mandatum, videtur aſſerere omnia illa, ſine quibus non poteſt eſſe procurator, licet maiora, & digniora, vt ſit maior 25. annis, &c. ita vt aduerſario obijcienti incumbat onus probandi, & pulchrè concludit poſt alios Caſt. *in l. cum te. in ſi. C. de probat.*

7 † Declaratur præſens ampliatio, vt procedat in antecedente neceſſario, quod ponitur cum ſuo conſequente, ita Maran.
in ſuo Specu. par. 4. diſt. 6. nu. 26. inferens vnum in materia recon-
8 uentionis, quod ſi coram † iudice infimo ventiletur quæſtio
de hæreditate, & non per viam reconuentionis, ſed exceptionis opponatur quæſtio ſtatus, ille Iudex cognoſcet de ea, quia alias non potuiſſet cognoſcere quæſtionem hæreditatis, niſi prius cognoſceret quæſtionem ſtatus, ordine antecedentis. *l. 1. C. de ord. cognit.* vnde de iſto antecedente cognoſcit iudex iſte ex poteſtate ſibi data à lege, quia alias non potuiſſet explicare ſuam iuriſdictionem in cauſa pecuniaria. ſed ſi per viam recõuentionis vellet aliquis coram iudice pedaneo obijcere quæſtionem ſtatus, non per viam exceptionis, non poſſet, vt ibi latè per eum, *num. 26.*

9 † Secundo infertur ad deciſi. notabilis quæſtionis, teſtator reliquit vxori ſuæ vſumfructum omnium bonorum, & poſt eius mortem inſtituit aliquem hæredem vniuerſalem, quæſitum eſt nunquid valeat tale legatum vſusfructus? Quæſtionem hãc dixit dubijſſimam, & notab. Bal. *in l. id quod pauperibus. C. de Epiſcopis & cler.* Dyn. *cõſuluit, & nihil firmauit, & ambulauit, vt in prima muſcula,* vt dicit Bal. *in l. extraneũ. C. de hered. inſtitu.* Fede. de Sen. recuſauit conſulere, & finxit non intelligere, ſecundum Bal. *in d. l. id quod pauperibus. & eſt quæſtio de apicibus iuris,* ſecundũ Aret. *in d. l. extraneum,* & dubitationem faciebat: quia legata
non debentur † niſi addita hæreditate per hæredem. *l. vnica.* 10
§. in nouiſſimo. C. de caduc. toll. in l. 1. §. 1. ff. quando dies leg. cedat. ſed
hæres, vt præſupponitur, non poteſt adire, niſi poſt mortem,
ergo legatum † incipit deberi tempore quo finitur, ergo nul- 11
lum *l. Titio cum morietur. ff. de vſufruct.* Bal. tamen iuxta regulam
iſtam, quæſtionem reſoluit: ex quo enim teſtator voluit legatum pure valere, puta etiam reputabitur hæredis inſtitutio, in ſuum neceſſarium antecedens, & conſequenter inſtitutio reputabitur pura pro conſeruatione legati, detractis verbis illis, poſt mortem, &c. ita Bal. *in d. l. id quod pauperibus, nume. 25. C. de Epiſcopis & cleri.* & ita fuit Bononiæ iudicatum. Caſtr. *in l. filius à patre. ff. de liber. & poſthum.* & per eum *conſ. 189. viſis dubijs,* Ianus Roma *conſ. 71. viſis dubitationibus. & hæc opinio eſt multum æqua.* Alexan. *conſ. 58. habita, volum 3.* & ita de cõſuetudine ſeruatur, teſte Iaſ. *in d. l. filius. & in dicta l. extraneum.* dicens, quæſtionem hanc ortam ex imperitia notariorum, ſuperflua ob ignorantiam ſæpe apponentium, de Ioan. Dilect *caut. 39.* & plures caſus conſiderans Picus *in l. Titia. §. Titia. num. 114. de leg 3.*

† Declaratur ſecundo præſens ampliatio, vt non procedat, 12
quando tale antecedens requireret ſpecificam expreſſionem.
Ita omiſſis multis, procedit text. *in l. pen. §. de illo. C. de neceſſ. ſer. hære. inſti.* quem ſingularem dixit Curt. iun. *in l. poſtquam liti. in prin. C. de pact.* per quem doctores, vt plurimum tenere videntur, non venire antecedens maius, & præſens declaratio videtur poſſe deduci ex verbis ipſius text. *ibi. ſi legatum ſine libertate relinquatur,* quaſi innuat ſpecificam libertatis dationem.

Secundo hoc idem probare videtur text. *C. de leg. l. ſeruis,* vbi
vult ſeruis legatum relictũ non valere niſi data libertate, quia
dicta iura conditionaliter loquuntur, per dictionem Si, & per
ablatiuos, quæ conditio † importat formam ſpecificè adim- 13
plendam. Bal. *in authen. matri & auiæ. C. quando mulier.* ſequitur
Aret. *in l. 2. §. ſi prius, de vul. & pup.*

Dies, quare in inſtitutione venit tacitè libertas, non in le-
gato: Curt. iun. *ad l. 2. ff. de iur. om. iud.* multis modis reſpondet,
vt per eum poſſet fortaſſe dici, quod magis † intereſt inſtitu- 14
tionem valere quam legatum, ſi enim inſtitutio nõ valet, cor-
runt omnia. *§ ante hæredis. Inſtit. de lega.* ſecus eſt in legato, vnde
non mirum ſi ibi non ſubintelligitur libertas. Præterea non
videtur quod poſſit habere locum benignitas, quam præſup-
ponit *d. §. de illo.* † nam ſi legatum ſine libertate relinquatur, 15
licet de rigore non valeat, lex tamen confidit de benignitate
hæredis, qui legatum nihilominus præſtet, ſed ſi non valet
inſtitutio, corruunt omnia, cum corruat caput, quod in alijs ex
quadam benignitate factum defuncti adimpleat.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente non ponitur antecedens, quod requireret ſpecificam expreſſionem.*

2 *Licet teſtator dicat Sempronius Plotij hæres eſto, non per hoc cenſetur Plotium inſtituiſſe.*

3 *Hæredis inſtitutio nominatim fieri debet.*

4 *Conſtituens procuratorem, ſi non dat ei poteſtatem ſubſtituendi, ſed in releuatorio dicit, quod ipſum vel eius ſubſtitutum releuat ab onere cautionis, non per hoc videtur dediſſe poteſtatem ſubſtituendi.*

5 *Verba quæ præſupponunt aliud, nihil diſponunt ſuper præſuppoſito.*

6 *Stante Tridentino Concilio, quod Archidiaconus ſit doctor, vel Licentiatus in iure canonico, vel ſacra Theologia, ſi quis adeat Pontificem pro Archidiaconatu, narrans defectum dictæ qualitatis, Pontifex concedendo Bullas Archidiaconatus, non per hoc dicitur legitimus Archidiaconus.*

7 *Clauſula irritatiua dicitur dare formam.*

8 *Filia in poteſtate de iure communi teſtari non poteſt, nec cenſetur habilitata per hoc ſtatutum, ſc. Dos à patre profecta, defuncta in matrimonio filia, liberis extantibus, ad patrem redire nõ debeat, ſed ad filios mulieris defunctæ, nec poſſit mulier aliquid de ea diſponere in præiudicium filiorum.*

9 *Accuſatus quod cognouerit Bertam vxorem Titij, ſi reſpondens inquiſitioni, ſimpliciter fateatur eam carnaliter cognouiſſe, nõ dicitur probatum maleficium, vnde abſolui debet.*

10 Quod

10 *Quod verum eſt, non eſſe probatum quo ad plenam probationem, ſecus quo ad ſemiplenam.*

11 *Similiter verum eſt, niſi reus non ſimpliciter ſed omnia, & ſingula in inquiſitione contenta, ſed confeſſus eſſe vera.*

12 *Ex inſtrumento oriuntur tres probationes.ſ.quod ſit verum, ſolemne, & ſcripta in eo ſiut de conſenſu partium.*

13 *Quod verum eſt, niſi inſtrumento aliquid enunciatiuè contineatur, puta, Titius filius Sempronij, nam per hoc non dicitur probata filiatio.*

14 *Si notarius in inſtrumento dicat, Titius procurator talis prout conſtat inſtrumento manu talis, à me viſo, & lecto, non per hoc dicitur probatum mandatum.*

1 LIMITATVR primo † loco principaliter præſens regula, vt poſito conſequente, non ponatur antecedens, quod requireret ſpecificam expreſſionem. prout eſt ad hoc vt aliquis intelligatur inſtitutus, requiritur quod teſtator proprio nomine exprimat. *l.iubemus. C.de teſtamen.* vnde licet † teſtator
2 dicat Sempronius Plotij hæres eſto, non per hoc cēſetur Plo-
3 tium tacitè hæredem inſtituiſſe, cum iſta hæredis † inſtitutio non tacitè ſed nominatim, & ſpecificè fieri debeat. *l.fin.* vbi Alex. Iaſ. & alij not. *C.de hære.inſtit.*

Ex his poſtea infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

4 † Primo deciditur quæſtio, quam in facto vidi in mea patria Tudertina, quidam conſtituit procuratorem, & non dedit ei ſpecialiter poteſtatem ſubſtituēdi, ſed poſtea in eodem inſtrumento, cum releuat eum ab onere cautionis, dicit quod dictum eius procuratorem, vel eius ſubſtitutum releuat ab onere cautionis, vnde promiſit, &c. an per hoc videtur dediſſe mandatum ſubſtituendi? quidam arguebant quod ſic, quaſi faciendo poſterius, videatur feciſſe prius, per regulam iſtam. contrarium fuit per iudicem ordinarium deciſum, prout concludendo tenuit Rot. *conclu. 346. in antiquis.* ea ratione, quia illa verba non ſunt diſpoſitiua, *capit. ſi Papa. de priuileg. in 6. cap. ſi ſummus Pontifex. de ſentent. excommunica. in ſexto,* & quia verba
5 † prolata quæ præſupponunt aliud, nihil diſponunt ſuper præſuppoſito. *l.ex facto. la.1. in princip. ff. de hære. inſtitut. Clemen.1. de præben,* & Rotam ſecutus eſt Gemi. *in c.1. §. licet. verſ. quæritur. de procur. in ſexto.*

6 † Secundo infertur ad aliud quod vidi, in facto eueniſſe. Tuderti coram Vicario Reuerendiſſimi Epiſcopi Tudertini Diſponit Tridentinum concilium *ſeſſ. 24. cap. 12.* quod Archi. qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poterit, magiſtri in Theologia, vel doctores, aut licentiati in iure Canonico, & expreſſius, & latius hoc idem diſpoſitum eſt Motu proprio Pij IIII. & V. Vnde quis non doctor, vel licentiatus adiuit ſummum Pontificem Gregorium XIII. & ei voce tantum propoſuit, ſe non habere dictas qualitates à Concilio requiſitas. Poſtmodum Pontifex conceſſit ei Bullas Archidiaconatus, nulla facta ſpeciali derogatione circa defectum, vnde fuit oppoſitum eum non eſſe legitimum Archidiaconum, tanquam non ſeruata forma Concilij, fuit replicatum pro parte Archidiaconi, quod cum fuerit ſummo Pontifici expreſſum, & eo non obſtante conceſſerit Bullas Archi. tacitè Concilio derogaſſe videtur, per regulam iſtam fuit reſponſum, quod non ſufficiebat ſimplex expreſſio, ſed requirebatur ſpecifica derogatio Concilij. prout *ſupra* alias diximus, & eo maximè quia in motibus proprijs adeſt clauſu-
7 la † irritatiua, quæ dat formam, qua nō ſeruata, actus eſt nullus, vt *ſup. in prima regula* de decreto irritatiuo diximus, & notant ſcribentes *ad l.pacta quæ contra. C.de pactis.* poſtmodū cauſa fuit tranſmiſſa decidenda ad vrbem.

8 † Tertio in facti contingentia reſpondit Alex. *conſ.17. vol.2.* videlicet certi iuris eſt, non filia in poteſtate conſtituta, teſtari non poteſt. *l.qui in poteſtate. & l. filius. ff. de teſta.* modo extat ſtatutū cuius verba ſunt hæc. Dos à patre profecta defuncta in matrimonio filia, liberis extantibus ad patrem redire non debeat, ſed ad filios mulieris defunctæ, nec poſſit mulier de ipſa dote aliquid diſponere in præiudicium filiorum. nā hoc ſtatutum inſpectis verbis, negat potentiam teſtandi in præiudicium filiorum, ergo à contrario ſenſu videtur permittere ſine præiudicio filiorum. Contrarium per hanc limitationem conſuluit Alex. licet enim verba illa, de ea teſtari non poſſit, &c. præſupponere videantur poſſe ſine præiudicio filiorum teſtari, de ipſa tamen facultate teſtandi quam præſupponit, nihil diſponit, per prædicta. Vnde ſequitur quod ſicut filia in poteſtate conſtituta de iure communi teſtari non poteſt, ita nec per hoc ſtatutum habilitatur ad teſtandum, ita Alex. *in d. conſ.* allegando, & ſequendo Rotam, *in d. deciſione.*

† Quarto videtur cadere hic illa notabilis deciſio. Titius 9
fuit accuſatus quod cognouerit Bertam vxorem Sempronij, ſi reſpondendo ſimpliciter accuſationi, confiteatur ſimpliciter eam carnaliter cognouiſſe, non per hoc fatetur eam eſſe vxorem Titij, & ideo ſequitur, quod niſi probetur matrimonium, non eſt probatum maleficium intentatum, vnde accuſatus abſolui debet. ita tenet Barto. & ſequitur Bald. *in l. ſi cui. la.2. §.1. de leg.1.* & licet ibi Iaſon. dicat contra Barto. eſſe communem opinionem, tamē communiter * in practica aduocati, & procuratores ſequuntur dictum Barr. & ibi Caſt atteſtatur. contra quam difficile eſſet in practica obtinere, vt ibi dicit Raphael Cuman.

Quod dictum vltra ſcribentes, in ſupradictis locis, declaratur duobus modis.

† Primo quod non cenſentur confeſſæ dictæ qualitates, quoad vim plenæ probationis, ſed bene cenſentur confeſſæ quoad vim ſemiplenæ probationis. ita declarat Matheſ. ſequendo Bar. *in ſupradictis locis, notab.33. nota, arg. l.non nudis, & l. non epiſtolis. C.de proba.* 10

† Secunda eſt declaratio, niſi reus confeſſus fuiſſet, omnia & ſingula in inquiſitione contenta fuiſſe, & eſſe vera, quo caſu ne dum principale negocium, ſed eius qualitates cenſetur confeſſus, vt latè tenet Aret. *in tract. maleſi. in verbo comparuerūt dicti inquiſiti, & confitentur, colum.1. in princip.* & videtur fuiſſe opinio Specu. *in titu. de inquiſ. in §. ſequitur, verſ.11.* & Roma. *conſ. 455. in caſu præmiſo, & conſ.460. illa verba* Iaſ. *in l. ſi quis necc cauſam, col.4. ff. ſi cert. peta. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit, il.2. col.2. de iureiur.* Alex. *conſ.171. in cauſa. & lite, col.1. verſ. nec obſtat, num.4. vol.6.* Ant. Butr. *in c.1. de plus petit.* And. Alciat. *in l.1. §. ſi quis ita, num.99. ff. de verb. obliga.* 11

† Quintò, tanta eſt virtus inſtrumenti, vt ex eo oriantur tres probationes. Prima quod ſit verum. Secunda quod ſit ſolemne. Tertia quod ſcripta in eo ſint ſcripta de patrum conſenſu. *l.iuriſ gentium. §. quod ferè, vbi not. ff. de pactis. l.cum precibus. C.de probatio.* Bert. *conſil.192. multa ſunt, colum.4. nume.14. lib.2. in nouiſſimis.* Hipp. *in l. ſi quis ne quæſtio, num.139. de quæſt.* latè Alcia. *reg.3. præſumpt.13.* 12

† Quæ concluſio procedat, niſi aliquid in inſtrumento enunciatiuè contineatur, puta Titius filius Sempronij, nam talia verba non probant filiationem, ſed debet de ea ſpecificè conſtare *l.optimam. C.de contr. & commit. ſtipul.* quem text. reputauit ad hoc notab. Bal. *in c.ſeruis. de teſtibus.* 13

† Quod dictum reputatur adeo verum, vt procedat, etiam ſi ita diceret notarius, Titius procurator talis, prout conſtat tali inſtrumento manu talis notarij à me viſo, & lecto. Nam adhuc per talia verba non infertur vera probatio mandati, vt dixit Card. *in facto reſpondiſſe in c.ſi. col. ſi. de fide inſtrum.* quod dictum reputauit valde notabile in practica Petrus Girad. *ſing. 39. nota. regula eſt.* & latè de hac materia Docto. *in auth. ſi quis in aliquo. C.de eden.* vbi Iac. de Sancto Georg. *col.1.* dicit vidiſſe cōſilia excellentiſſimorum doctorum adducētium in hoc dicto præſentem regulam, latè etiam adducens præſentem regulam Boer. *deciſ.281. præſertim. num.5.* vbi quamplures adducit, & allegat, & materiam latè examinat. 14

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente, non ponitur antecedens, quando tendant ad cōtrarios effectus.*

2 *Inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum, nec econtra.*

3 *Quæ regula limitatur niſi diſpoſitio alias redderetur eluſoria.*

4 *Maritus legans vxori vſufructum fundi, cum hoc quod non poſſit alienare, intelligitur legaſſe proprietatem.*

5 *Idem eſt ſi relinquat affirmatiuè, cum poteſtate alienandi.*

6 *Teſtator adimendo legatum purè, poſtea ſub conditione, cēſetur denuo legatum dare.*

7 *Si vxor extantibus filijs relinquatur vſufructuaria, maſſaria, &c. cum hac, vel ſimili adiectione, ſcilicet, quod faciat exequias pro ipſo teſtatore, vtique non pura alimenta, ſed integer vſusfructus debebitur.*

8 *Si vxor extãtibus filijs relinquatur vſufructuaria, maſſaria, &c. omnium bonorum à teſtatore, cum iſtis qualitatis adiectis, quod non teneatur conficere inuentarium, dare cautionem, & poſſit reſtituere res mobiles, prout reperientur, non autem extimationem earum, vtique pura alimenta cenſentur relicta.*

9 *Inducta ad diminutionem, operantur augmentum, & econtra cõſideratione facta plurium perſonarum, ſecus ſi vnius perſonæ tantum.*

10 *Tertia declaratio ad regulam, quod inducta ad diminutionem, &c.*

11 *Intellectus ad l. proculus. ff. de vſufruct.*

12 *Concedens alicui religioſo prædium ad vſum, vel alicui tantum terræ, vt proijciat aquam, cenſetur conceſſa etiam proprietas.*

13 *Relinquens fundum ad alimenta, intelligitur legaſſe proprietatem.*

14 *Quod verum, quando perſona ſit capax dominij, alias non.*

15 *Quarta declaratio ad regulam, quod inducta ad diminutionem.*

16 *Quinta declaratio ad eandem regulam.*

17 *Sexta declaratio ad eandem regulam, & ibi intellectus ad § interdum. l. denique. ff. de pecul.*

18 *Si teſtator inſtituat hæredem filium ſuum impuberem, & quandocunque ſine liberis deceſſerit, voluit bona ſua diſtribui inter pauperes Chriſti, per ſuos executores, vtique erit ſubſtitutio ſemper fideicommiſſaria.*

19 *Cum diſtinctione tamen authoris circa hanc quæſtionem.*

20 *Pater inſtituens hæredem filium, & nepotem, intelligitur vocare eos ordine ſucceſſiuo.*

21 *Declaratio ad regulam l. ab eo. C. de fideicommiſ. in facti ſpecie qua occurrit Alex.*

1 LIMITATVR ſecundo † loco principaliter præſens regula, vt non procedat quando antecedens, & conſequens tenderent ad contrarios effectus, quo caſu, poſito conſequẽ-
2 te, non ponitur antecedens. Vnde inducta † ad diminutionẽ, non debent operari augmentum. *l. legata inutiliter. de 1. & de adim. legat.* Circa quam regulam aliqua colligendo, hinc inde ſparſa.

3 † Declaratur primo præſens limitatio, & eius regula, vt nõ procedat quando alias diſpoſitio non poſſet ſortiri effectum ſuum, quo caſu, inducta ad diminutionem operantur augmẽtum, & econtra, ne diſpoſitio reddatur eluſoria. *l. denique. § interdum. ff. de pecul. l. Proculus. vbi textus notabilis ſecundum* Ang. *ibi. ff. de vſufruct.* per quæ iura ita Bart. tenet *in l. ex hac ſcriptura, col. 2. num. 5. ff. de donat. in l. alio, num. 2. ff. de alim. & cibar. legat. in l. legata inutiliter, num. 11. ff. de lega. 1.* Iaſ. *in l. Centurio, colum. 26. ff. de vulga. & pupilla. in l. poſthumo, nume. 31. C. de bono. poſſeſ. contra tab.* quam declarationem ſingularem appellat Euerar. *in loco ab ordine, num. 3.*

Ex prædictis infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

4 † Si maritus legat vxori vſufructum fundi, cum hoc quod non poſſit alienare, intelligitur relicta proprietas, vt verba aliquid operentur, quia etiam ſi non eſſet adiecta illa clauſula, quod non poſſit alienare, tamen vſufructuaria alienare non poteſt. ita reſpondit Roma *conſ. 208.* quicquid tenuerit *in l. donationes. § ſpecies. ff. de donat.* quam deciſionem appellauit notabilem, & peregrinam idem Roma, *ſing. 27. maritus.* Notabilem quoque appellauit Picus *in l. Titia. § Titia. quæſt. 74.* Brun. *in tract. de dimin. conclu. 6. nume. 25.* Afflic. *in prælud. feud. nume. 128.* Parif. *conſ. 71. lib. 2.* Socin. *conſil. 131. nume. 15. volum. 1.* Barba. *conſ. 64. colum. fin. volum. 2.* Alexand. *in l. ſi conſtante. in princip. num. 2. ff. ſol. matrimo.* Fulg. *conſ. 15. circa primum, colum. fi. verſ. in ſecundo cõſultationis articulo,* Corn. *conſ. 64. in caſu præſentis conſultationis. verſ. & licet poſtea mihi fuerit oſtenſa, volum. 1.* ſingularem quoque appellauit Franc. Cremen. *ſing. 28. maritus.* Appellauit notabilem & lucri plenam Marſi. *ſing. 561. Sequitur etiam* Alex. *cõſ. 150. Viſo themate. colum. 1. volum. 7.* Curt. iun. *conſ. 24. viſis, col. 1.* Tho. Ferrar. *caut. 2.* dicens quod ſi tabellio cupiat benefacere vxori, cui relinquitur vſusfructus, ſubiungat iſta verba, cũ hoc quod non poſſit alienare. quia in iſtis verbis teſtator non aduertet, imo putabit per talia verba confirmari mentem ſuam, vt per eum dicentem hoc dictum ſingulare. Tenet etiam Socin. iun. *conſ. 39. nume 3. volum. 2.* Deci. *conſ. 41. num. 2.* Ioaz. *in repet. § dini, nume. 5* Hieron. Grat. *conſ. 29. num. 13. volum. 2.* Bellon. *conſ. 6. nu. 8. & 11.* Riminal. iun. *in princip. Inſtit. de donat. num. 337.* & hæc eſt
* communis * opin. vt teſtatur Arius Pinell. *in l. 1. par. 3. nu. 41. C. de bon. mat.* licet ipſe ibi ſubtilitati intendens contrariũ teneat.

† Similiter affirmatiuè, ſi teſtator legat vſufructum cum poteſtate alienandi, an cenſeatur relicta proprietas: Soci. *conſ.* 5
131. col. pen. lib. 1. videtur tenere quod non. idem latè comprobat Barb. *conſ. 64. par. 2.* contrarium conſuluit Alex. *conſ. 58. col. pen. vol. 3.* dicens hoc notab. eſſe, cuius dictum reprobando Barba. ſecutus eſt Picus *in § Titia. q. 56.*

† Tertio infertur, ſi teſtator primo adimat legatum purè, poſtea ſub conditione per hanc ſecundam ademptionem cõ- 6
ditionalem cenſetur denuo legatum dare in ſuum neceſſariũ antecedens, ad hoc vt iſta ſecunda ademptio aliquid operetur glo. Dyn. Albe. Aret. Iaſ. & alij *in l. ſi mihi & tibi. § in legatu. in gloſ. 1. de lega. 1.*

† Quarto infertur ad quæſtionem in qua Caſtren. in facto 7
conſulens ita reſpondit, quod ſi exiſtentibus filijs, vxori relinquatur vſufructuaria, maſſaria &c. cum iſta adiectione, vel ſimili, ſcilicet quod faciat exequias, vel eleemoſinas pro ipſo teſtatore, vtique iſto caſu licet præſupponantur filij, non pura alimenta, ſed integer vſusfructus mulieri debebitur. ita Paul. Caſt. *ad l. Proculus. de vſufruct.* dicens ita in facto reſpondiſſe, ſequitur Corn. *conſ. 175. circa primum col. pen. lib. 5.* dicens hanc eſſe communem * opinionem Alex. *conſ. 56. perſ. illis. lib. 3.* Deci. *conſ. 454.* *

† Sciendum tamen eſt, quod verba ſatis dicuntur operari, 8
ſi operentur ſimplicem præeminentiam tantum. Vnde audiui Tuderti eueniſſe, quidam Ioan. de Caſt Monticuli comitatus Tuderti in ſuo teſtamento, relictis filijs, reliquit vxorem ſuã Dominam maſſariam, & vſufructuariam omnium bonorum, cum iſtis qualitatibus adiectis, quod non teneatur conficere inuẽtarium, dare cautionem, & poſſit reſtituere res mobiles, prout reperientur non autem earum æſtimationem, nũquid hoc caſu debeantur ei pura alimẽta, iſtis qualitatibus non obſtantibus: Vtique fuit reſponſum quod ſic, & illæ qualitates ſatis operantur quandam præeminentiam, & ad hoc fuit adductum conſilium Alc. 40. *præſupponitur in facto.* & clarius hoc dicit Gozadin. *conſ. 99. nume. 9.* & aliqua ponit Io. de Pla. *inter conſilia diverſa vltimarum volũtatum, conſ. 68 nu. 80. in teſtamento conditio* per D. Hieronimum Cagnolum.

† Declaratur ſecundo præſens regula augmenti, & dimi- 9
nutionis, vt procedat conſiderata vna met perſona, ſecus ſi in diſpoſitione fiat conſideratio plurium perſonarum, *exemplum in l. cũ tale. § fi. ff. de condi. & demonſt.* vbi teſtator ita dixit, ex centum quæ Titio legaui, hæres meus Seio quinquaginta, vnde non grauat legatarium, cui dixit ſe legaſſe, ſed hæredem, qui non grauare poterat ſine hac demonſtratione, ſed ſi dixiſſet, ex centum quæ Titio legaui, Titius per quinquaginta, eo caſu legatum induceretur, ita ſentit Barto. *in d. l. cum tale. § fi.*

† Declaratur tertio, vt non procedat quando illud, quod 10
reſpicit augmentum, veniat appellatione rei ſuper qua eſt diſpoſitio, vt puta *in l.* † *Proculus. ff. de vſufruct.* ſi enim ibi verba 11
antecedentia, vel ſequentia in legato vſusfructus augẽt legatum eſſe proprietatem, hoc ideo, quia vſusfructus appellatione venit proprietas, ita illum textum declarat glo. & Iaſ. per eam Barto. *in l. donationes. § ſpecies. ff. de dona.* & eſt communis * *
declaratio teſte Gomez. *in § æque, col. fin. de act.* tradit Rub. *in l. naturaliter. § nihil commune, num. 108. ff. de acqui. poſſ. ff.*

Ex prædictis infertur ad aliquas deciſi.

† Primo ſi concedo alicui religioſo prædium ad vſum, vel 12
ſi concedo tibi tantum terræ, vt ibi proijcias aquam. quod erit conceſſa etiam proprietas, ita gloſſ. Cyn. Bald. & alij *in l. ſi mulier. C. de iure dot.* Pet. de Rauen. *ſing. 873.* per dictum *§ ſpecies,* notat etiam Bart. *in rub. C. de iure emph.* Bart. latè. *in l. libertis. la. 1. ff. de alim. & cib. leg.*

† Secundo teſtator relinquens fundum ad alimenta, intel- 13
ligetur legaſſe proprietatem. Bald. *in l. ſi habitatio. § ſed ſi. ff. de* *
vſu & habit. & hæc eſt communis * opinio teſte Iaſ. *in l. cũ hi. § ſi vni. ff. de tranſ.*

† Quod ſemper verum eſt, quando perſona ſit capax domi- 14
nij, & proprietatis, ſecus ſi eſſet incapax, & ſunt fratres minores, per Cle. exiui, de ver. ſigni. & euenit Tuderti quod teſtator reliquit fratrib. obſeruantiæ fundũ ad alimenta pro decẽnio; nam pura habuerunt alimenta, pulchrè Capic. *deciſ. 188.*

† Declaratur quarto præſens limitatio, & regu. in eo con- 15
tenta, quando id, ſuper quo volumus facere augmentum, ſit ſolitum, quandoque ſequi perſonam grauatam, exemplum *in l.*

in l.denique.§.interdum,de pecul.legat. vbi ſi ſeruum grauatum dare centum ex peculio, ſequitur legatum peculij. hoc ideo, quia in aliquo caſu peculium ſequitur ſeruum, puta ſi inter viuos manumittatur, *in l.cum gloſſ.C.de pecul.eius, qui libertat.* vnde ſi in teſtamento ſimpliciter relinquatur libertas ſeruo, non ſequitur eum peculium, ſed ſi relinquatur cum onere dandi aliquid ex peculio. tacitè ſequitur eum peculium, quia peculium ſequitur ſeruum aliquo caſu, vt diximus, ita declarat hanc regulam, & textum, *in d.§.interdum.* Imol. *in l.Centurio.ff.de vulga. & pupill.a.* & licet Iaſ. eam ibi pungat, comprobat latè Alexan. *conſil.24.volum.3.*

16 † Declaratur quinto loco præſens limitatio, niſi veriſimiliter aliud appareat ex mente diſponentis, exemplum, ſi ſeruo ſimpliciter libertas relinquatur, peculium non ſpectat ad eũ, ſed ad hæredem, ſed ſi teſtator relinquat libertatem ſeruo, cũ hoc, quod det centum ex peculio hæredi, quo caſu veriſimiliter colligitur, quod teſtator voluerit habere hæredem de peculio centum, & reſiduum debere pertinere ad ſeruum, per locum ab incluſione ad excluſionem, ita ſentit Imo. *in l.ex hac ſcriptura.ff.de donat.* tacito authore hoc idem tenet Alexan. *conſil.105.volum.1.conſi.24.volum.3.* tacito etiam authore tenet Iaſ. *in l.centurio,num.40.ff.de vulg. & pupilla.* & ante eos Faber, *in §.ſi peculium.Inſtitut.de lega.* licet ibi Iaſ. *in addit.ad Port.* aliquatenus contradicat.

17 † Sextò ſciendum eſt, quod pro euitandis doctorum reprobationibus circa prædictas declarationes. Socin. Iun. *ad l.cum filiofam.in ſecunda parte.num.23.de lega.1.* ponebat aliam declarationem quam participium vocabat, iungendo ſimul omnes prædictas declarationes, vnde quod *in d.§.interdum,* peculium ſequatur ſeruum, primo prouenit, quia peculium alias ſequitur ſeruum manumiſſum, ſecundo quia ſeruus habebat eius adminiſtrationem, tertio quia volens teſtator dari centum hæredi, innuit voluiſſe peculium non ad hæredem, ſed ad ſeruum pertinere. ex his igitur ſimul iunctis, procedat diſpoſitio, *d.§.interdum.*

Ex prædictis infertur ad aliquas notabiles deciſiones.

18 † Prima eſt quotidiana, teſtator inſtituit hæredem filium ſuum impuberem, & quandocunque ſine liberis deceſſerit, voluit bona ſua diſtribui inter pauperes Chriſti, per ſuos executores, nunquid hæc ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria. vel ſaltem directa infra tempora pubertatis? Bart. *in l.centurio in 1.q 2.quæſt.principalis,* tenuit quod ſit aliquo tempore directa, nam in verbis illis intelligitur quod fideicommiſſarij prius accipiant, poſtea diſtribuant. *per dict.l.denique.§.interdum,* quem ſequuti ſunt Aret. Ang. & Alexan. ibi idem Bart. *in l.fundi Trebatiam.de leg.1.vbi dicit quatuor vicibus pro hac opinione conſuluiſſe.* Ang referens omnia dicta Barr. *conſil.67.* Viuianus de Monte.Anchar. *in c.cum tibi,in c.Raynutius.de teſta.* Abb. *conſ.60. viſo teſtamento,volum.1.* Caſt. *in l.precibus.C.de impub.* Alex. *conſil.12.attentis verbis,volum.3.*

Contrariam tamen opinionem quod ſit ſemper fideicommiſſaria: tenuit Imol. *in d.l.centurio.* Bald. & Salic. *ad d.l.precibus.* Bald. *ad d.c.cum tibi.* Corn. *conſil.34.Quæritur,lib.* Comenſ. *conſil.13.Magiſter Ioannes.* Et hæc eſt communis * opin. teſte Alexan, *conſil.161.Circa primum,volum.2.*

19 † Poſſent, ſi placet, conſiderati duo caſus. poſtquam occurrit hæc quæſtio. quandoq; diſtributio committitur executori nullo hærede inſtituto, & tunc procedat dictum Bart. *ad l.centurio. & ad l.hæreditas ad ſtatium.ff.de hære.inſti.* ſcilicet quod licet iſte inſpecta vi verborum propriè non ſit heres, effectu tamen ſit, *per cap.cum tibi,* & intellectum Imol. magis receptum. *de teſtament.*

Quandoq; committitur iſta diſtributio alicui, hærede iam inſtituto, & iſto caſu procedat communis opinio, quæ videtur poſſe confirmari ex dictis Bar. *q.13.incipiente filium adultum.* vbi vult, quod quando eſt datus hæres, relictum ab executoribus, videatur relictum ab hærede de iure communi, ſed in priuilegium poſtea videtur conceſſum, vt ipſi executores petant ab hærede, & diſtribuant.

20 † Secundo iuxta prædicta infertur ad quæſt. in qua Alex in facto reſpondit, & præſuppoſito prius, quod ſi pater inſtituat filium, & nepotem intelligitur vocare ordine ſucceſſiuo, ſcilicet, quod ſi filius in aliquo caſu vel nolit, vel non poſſit hæres eſſe, tunc ſit hæres nepos, ſi vero filius cum effectu acceperit hæreditatem, tunc nepos excluditur. ad not. *in l.Gallus.§.quidã rectè.ff.de libe. & poſthum.* Hoc præſuppoſito. Quidam condidit teſtamentum, & inſtituit hæredes filios, & deſcendentes ex eis, poſtea ſubſtituendo diſpoſuit quod ſi quis ex dictis filijs, vel eorum deſcendentibus, deceſſerit ſine filijs maſculis, tunc bona iſtius deuoluantur ad alios de linea. Modo accidit quod dicti filij adiuerunt hæreditatem, & vnus ex deſcendentibus ex dictis filijs deceſſit relicta filia fœmina, quam patrui ipſius volebant à dicta hæreditate excludere, ea ratione, quia cum præſupponamus filios primos inſtitutos hæreditatem adiuiſſe, ſequitur quod iſti deſcendentes non ſint vocati, ſi ergo nullum commodum perceperunt à dicta hæreditate ergo nõ poterunt onerari onere fideicommiſſi, *ex regula † l.abeo. C.de fideicom.* de quo infra tangemus. 21 Dices, ex quo iſti deſcendentes ſunt onerati onere fideicommiſſi, in neceſſarium antecedens ſunt vocati per prædicta? Reſpondet Alex. quod hoc procederet, quando grauat aliquid dari de ſua hæreditate, quo caſu cenſetur relinquere, ſed in propoſito caſu hoc eſſe non poterat, cum dicti deſcendentes ſint excluſi à dicta hæreditate per aditionem à filijs factam, ergo non poteſt præſupponi aliquid relictum ipſis, & ex his & ſimilibus ita cõſuluit Alex. *conſil.24.vol.3.* vbi reſpondet ad omnia adducta per Bart. *in d.l.centurio.* & hoc idem comprobat, *conſil.105.vol.1.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Regula, quod poſitum antecedens intelligitur, poſito conſequente, nõ procedit in regula l.abeo.C.de fideicom.*
2 *Ex grauamine non inducitur honor.*
3 *Si teſtator dixerit, ſi hæres meus ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Caium, talis ſubſtitutio in filijs filiorum non valet.*

ET iuxta hanc limitationem infertur correlariè alia limitatio, † quod regula iſta non procedat in regula, *l.abeo. C.de fideicomſ.* ex grauamine † enim non inducitur honor, alias eluſoria redderetur regula, *l.abeo.* ita Bald. *in l.fin.in 16.oppo.C.de hære.inſtit.* 1 2

3 † Et hanc poſtea ſcribentes ſequendo, *ad l.centurio.* contra Bart. concludunt in notabili quæſt. ſcilicet ſi teſtator dixerit ſi hæres ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo Gaium, vel, bona mea deueniant in Gaium, an talis ſubſtitutio valeat in filijs filiorum. Bart. concludit quod ſic, quia iungendo onus filijs filiorum, tacitè cenſetur eos honorare, & inſtituere, quem ſequutus eſt poſtea Aret. ibi declarando regulam *d.l.abeo.* Angel. Aret. *in §.fi.col.pen Inſtit.de vulg. & pupil.* Anch *in cap.ſi pater.in 12.notab.de teſta.in 6* Caſt *conſi.38.dubium facit,parte 1.* & multi Peruſini relati per Corn. *in d.l.abeo.* Socin. *in l.cum filiofam.de l.1* dicens Bart. opinionem canonizatam eſſe. Papi. *in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione in glo.compendioſe.num 25.* Guid Pap. *deciſ.39.* dicens ſecundum eam eſſe pluries iudicatum. Idem repetit, *deciſ.84. & deciſ.151. & conſil.136.ſi nobilis,*

Contrarium tenuerunt communiter ſcribentes, quod immo tale fideicommiſſum in perſonis filiorum non valeat, nec tenet conſequentia, Titium grauo, ergo tacitè honoro, alias eſſet eluſoria diſpoſitio. *d.l.abeo.* & hanc opinionẽ tenuit Bart. ſibi contrarius. *conſi.214.* And. Martini. Alb. *in repet.rub.de vulg. & pupil.num.123.in materia compendioſe.verſic.ſed quia teſtator.* Bal. *in l.ſed & ſi ſic,de legat.3.* Anchar. *conſil.137.principaliter ponderando.* Imol. *in c.Raynutius.in materia compendioſa.in c.cum tibi.colum.14.de teſta.* Cuman. *in l.Lucius.ff.de hæred.inſti.* Alex. *conſi.105.ponderatis.volum.1.conſil.67.col.1.volum.2. & plenius eod.vol.conſil.185.viſo teſtamento.conſil.21.attentis his volum.3.conſi.55.volum.4.* Old. *conſil.4.Thema.* Cur. Iun. *conſi.4.quia inquit* Cur. Sen *conſ.64.col.6.* Soc. *conſil.35.lib.4* Ruin. *conſil.114.vol.2.* & hæc eſt vera & magis communis * opinio contra Bartol. teſte Alexan. *conſil.219.volum.2.* ſubdens Bartol. opinionem communiter damnari in palatijs, & in ſcholis. idem teſtatur Iaſ. *in l.1.C.de pact.* & ita cõſuluit collegium Papien. teſte Curt. Iun. *conſil.73.antiquiſſima, & nobiliſſima.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Regula quod poſito conſequente, ponitur antecedens, procedit in his, quæ pendent ex voluntate vnius, ſecus ſi duorum.*
3 *Si produco ſententiam, non ſequitur ergo præteſſerunt acta.*

3 *Si aliquis eſt ordinatus ſacerdos, non ſequitur ergo præceſſerunt alij ordines.*

4 *Verba enunciatiua diſponunt in facto pendente à nudo animo proferentis.*

5 *Si in inſtrumento dicatur, Nicolaus hæres Franciſci conſtituit procuratorem, &c. hæc verba probant eum hæredem.*

6 *Producens inſtrumentum, fatetur contenta in eo eſſe vera, & ex eo condemnari poteſt.*

7 *Producens inſtrumentum, videtur fateri perſonam notarij eſſe habilem.*

8 *Si quis producat inſtrumentum confectum à monacho, & obtineat quia non fuit obiectum, ſi poſtea contra eum producatur aliud inſtrumentum eiuſdem monaci, non poterit opponere de monachatione.*

9 *Producens libellum, fatetur in eo contenta eſſe vera.*

10 *Producens inſtrumentum in parte & partibus, &c. non videtur approbare inſtrumentum contra ſe.*

11 *Producens teſtem, videtur approbare perſonam ipſius, ita vt contra eum amplius excipere non poſſit.*

12 *Producens capitula, videtur fateri contenta in eis eſſe vera.*

13 *Dominus vtendo proceſſu facto per falſum procuratorem, videtur ipſum approbare.*

14 *Dominus poſt cauſam à falſo procuratore inchoatã, eundem ad eam proſequendam conſtituens, cenſetur ante geſta per eum approbare.*

15 *Dominus appellans à ſententia lata per falſum procuratorem, cenſetur eius geſta approbare.*

16 *Conteſtans litem, excipiens contra libellum, & ſimilia faciendo coram iudice incompetente, videtur in ipſum conſentire.*

17 *Petens copiam libelli, non videtur in iudicem conſentire.*

18 *Recipiens fideiuſſorem minus idoneum, videtur eum approbare, & ſibi imputet, nec petat vlterius caueri.*

1 LIMITATVR quarto loco principaliter præſens regula, vt procedat in his, quę pendent ex voluntate vnius, ſecus ex voluntate duorum. Bal. *ad l. illud. ff. de acqui. hære.* ſequitur Fulg. *ad l. Barbarius ff. de de offic. præto.*

Ex his infertur ad aliquas deciſiones.

2 † Primò ſi produco ſententiam, non ſequitur ergo præceſſerunt alia acta. iuxta not. *in l. prolatam. C. de ſentent. & interlocu. omni. iud. in c. quoniam contra, de probat.*

3 † Secundò ſi aliquis eſt ordinatus ſacerdos, non ſequitur ergo præceſſerunt alij ordines, vt not. *in c. 2. de cler. pereg.*

4 † Tertiò econtra quando enunciatur aliquid facti incidenter, quod pẽdet à nudo, & mero animo proferentis; tunc verba enunciatiua diſponunt. Vnde ſi in inſtrumento procura-

5 toris dicatur, † Nicolaus de Sardis, hæres Franciſci, conſtituit ſuum procuratorem ad lites, & cauſas, &c. illa verba plenè inferunt illum eſſe hæredem. Bart. *in l. gerit, col. 4. ver. circa ſecundum qualiter probetur. ff. de acqui. hære.* reputauit dictum ſingulare Mattheſ. *notab.* 34. & ſingulare quoque appellauit Iaſ. *in l. ex his, in octaua limitat. C. de teſta. mil.* Lanfranc. *in c. quoniam contra, in princ. num.* 42. & melius *in verbo, inſtrumentorum productiones, num.* 32. *verſi. quæro vlterius; nunquid per illa verba, &c.* vbi pulchrè diſtinguit.

6 † Similiter producens inſtrumentum, videtur fateri in eo contenta etiam contra ſe, & ex illis condemnari poteſt Barto. *in l. poſt legatum, num. 2. ff. de his quibus vt indig.* vbi loquitur ad hoc propoſitum, quia pendet à voluntate producentis. Bald. *in l. ſcripturæ, in princ. C. de fide inſtrumen. in l. cum precum. in fin. C. de liberal. cauſa.* Lap. *alleg. 119. poſt princ.* Anchar. *conſil. 218. ſubtiliter & ad plenum.* Innoc *in cap. cum olim. de cenſ.* Roman. *conſil. 329. & conſil. 330.* latè Felin *in cap. cum venerabilis, num. 22. de except.* Iaſ. *in l. 1. §. editiones. ff. de eden.* Ber. Diaz. *reg. 342.* & fortius in hoc caſu

7 tenet Bald. *in l. ſi quis teſtibus, in 1. col. C. de teſtibus,* † quod aliquis producens inſtrumẽtum, videtur etiam approbare perſonam notarij eſſe habilem. Vnde infertur ſecundum eum quod ſi a-

8 liquis † produxit inſtrumentum manu cuiuſdam tabellionis, qui tempore confecti inſtrumenti erat monachus, & ſic non valebat inſtrumentum, *cap. vt officium, de hæret. in ſexto, cap. ſi cut, ne cler. vel monach.* & quia quia non fuit obiectum obtinuit, ſi poſtea manu eiuſdem monaci producatur aliud inſtrumentum contra eum, non poterit opponere quod non valeat, ratione monachationis, quia ſemel approbando, amplius reprobare non poterit, quod eſt notabile ſecundum eum, & ad prædicta etiam ſcribit Dec. *conſil. 58. colum. 1. num. 2. lib. 1. & conſi. 209. colum. 2. & conſil. 297. non obſtitur, colum. 2. lib. 2. & conſil. 367. viſo puncto, colum. 2. lib. 3. & conſil. 463. in cauſa. colum. penult. num. 19. lib. 4. conſil. 486. viſis in fin. & conſil. 583. iuridicam. colum. 1. verſ. vlterius. eod. lib.*

† Similiter in producente libellum. gloſſ. *in l. cum precum, in gloſſ. 1. C. de liber. cauſa in l. ne ſatiſdatione. ff. rem rat. habe.* Doct. per illum text. *in l. 2. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Barb. *conſil. 42. col. 1. lib. 2.* Abb. & alij, *in cap. examinata, col. 1. de iudic.* Rolan. *conſil. 2. num. 115. parte 1.* 9

† Et prædicta procedunt etiam ſi producens inſtrumentũ, prout quotidie faciũt procuratores, dicat, produco inſtrumẽtum, in parte & partibus, pro me tantum facientibus, in alijs autem contradico. iſta verba nihil operentur, quin ſtetur inſtrumento contra producentem. Bald. *in l. vnica. colum. 2. C. vt quæ deſunt aduoc.* vbi Caſt. dicit hoc eſſe ſingulare, & habuiſſe in facto ſequitur etiam Roman. *conſil. 433. quoad primum.* latè Iaſ. poſt alios, *in l. 1. §. editiones. num. 18. ff. de edendo.* 10

Contrarium tamen tenet Papien. *in forma productionis inſtrumentorum, in gloſ. in illis paſſibus, & punctis,* dicens, hanc clauſulã eſſe multum notandam, & vtilem, ne inſtrumentum probet contra producentem, *vt ibi latè per eum.* & ea non ſine ratione practici mei Tuderti vtuntur, & de hac clauſula aliquid ſcribit Barb. *conſil. 17. col. 15. lib. 2.*

† Similiter in producente teſtem. Bald. *in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.* Abb. & Felin. *in c. præſentium, in c. de teſtib. extra de teſtibus.* Rom *conſ. 104. in fi.* Lanfran. *in c. quoniam contra. in verbo teſtium, col. 15. verſi. vnum non omitto,* dicens, hoc eſſe valde neceſſarium ſcire in materia teſtium Papien. *in forma iuramenti teſtium. in glo. proteſtante, nu. 3.* & hæc eſt communis* opin. teſte Marant. *in ſuo Spec. in 6. part. in verbo, repulſa teſtium, num. 10.* 11

† Similiter in producente capitula. Papien. *in forma capitulorum actoru, in gloſ. 1. num. 4.* idem tamen videtur tenere Alex. *conſil. 71. colum. 5. volum. 3.* Maranta, *in ſuo Spe. in ſexta parte, in verbo articulorum productio, num. 6.* Bald. *in c. in pertractandis. de iura. calum.* dicit quod capitulans debet iurare illa eſſe vera. Mode. *in l. iudices. C. de iud.* 12

† Similiter Dominus vtendo proceſſu fabricato per falſum procuratorem, videtur ipſum tacitè approbare. Doct. poſt Innocen. *in cap. ex parte decani, de reſcript. in cap. in præſentia, de procu.* Rota, *deciſio. 455 per prædictam collationem. & 428. habem. in nouiſ.* ſentit Alexan. *conſil. 118. viſo proceſſu, colum. 2. lib. 5.* Dec. *conſil. 252. col. 2. lib. 2.* 13

† Idem forte ſi idem principalis poſt cauſam à falſo procuratore inchoatam, eundem ad eandem cauſam proſequendam procuratorem ſimpliciter conſtituiſſet, quia per huiuſmodi conſtitutionem ſuperuenientem, tacitè ante geſta per illum in viam antecedentis approbare cenſetur, per text. gloſſ. & ſcribent. *in l. Iulianus. ff. qui ſatiſ. cog.* Ioan. And, *in addit. ad Spec. in titu. de procurat. §. 1. colum. 9.* Rot. *deciſio. 586. quidam qui non erat procurator, in antiq. & 445. fuit dubitatum, in nouiſ.* Iaſ. *in l. 1. §. qui putat, colum. 1. ff. de acquir. hæred.* Alexan. ad Bartol. *in l. quo enim. §. rem haberi. ff. rem rat. haber.* Idem Alexan. *conſi. 112. ſuper eo. lib. 5.* 14

† Idem ſi Dominus principalis appellaſſet à ſententia lata per falſum procuratorem, quia ex vi antecedentis eius geſta approbare cenſetur. Abb. *in cap. 1. num. 24. de appella.* & ita tenet Palatium. Ægid. *deciſio. 29.* Vant. *in rub. quibus mod. ſenten. null. repar, num. 503.* 15

† Idem reſpectu iudicis, nam opponens exceptiones declinatorias coram Iudice incompetente, litem conteſtando, cõtra libellum excipiendo, & huius generis ſimilia faciendo, tacitè in viam antecedentis, cenſetur quis conſentire in iudicẽ, latè Bart. *in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. omn. iudic* gloſſ. ordinaria, *in c. inter monaſterium, in verbo mediũ, de re iud.* idem tenet Bart. *in l. non videtur. la 2. de iud. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond. indeb.* Bal. *in l. fi. C. de iud. in l. exceptionem. C. de except.* & hæc eſt communis* opin. teſte Felin. *in cap. 1. col. 3. verſi gloſſ in verbo, placere.* vbi etiam Deci. *num. 174. cum ſeq. idem atteſtatur, extra de iud.* latè Marſil. *in l. ſi quis ne quæſt. num. 25. cum ſeq. d. q.* Et de materia reconuentionis latè Marian. *in Specu. in 4. part. diſtinct. 6.* 16

† Illud quidem verum eſt, quod petens copiam libelli producti non videtur in Iudicem conſentire. Bart. *in l. non videtur. la 2. de iud.* latè de materia Felin. *in d. c. inter monaſterium.* 17

† Simi-

18 † Similiter recipiens fideiuſſorem minus idoneum, vide-
tur eum approbaſſe, adeo quod non poſſit vlterius petere ſibi
caueri, & ſibi imputet. Alexan. *conſil. 60. conſideratis, colum. 1. vo-
lum. 7. & conſil 34. conſideratis, eod. volum.* latè Marſil. *in rubr. de fi-
deiuſſ. quæſt. 2. num. 66.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito, vel conceſſo conſequente, non venit antecedens cum eiſdem qualitatibus.*
2 *Teſtes repulſi à teſtimonio ob infamiam, vel ſimilem defectum, ſi in aliquo caſu habilitentur, teſtificari poterunt ſuper delicto principali, non ſuper adminiculis eius.*
3 *Prima declarat. ad doctr. Bartol. ad l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt.*
4 *Matrimonium eſt ita connexum adulterio, vt eius ſubſtantiam reſpiciat.*
5 *Teſtes habilitati per ſtatutum ſuper adulterio, cenſentur etiam habilitati ſuper matrimonio contra Baldum.*
6 *Statutum quod in cauſis damnorum datorum ſtetur iuramento damnum paſſi, extenditur ad omne emergens annexum.*
7 *Secunda declaratio ad doct. Bart. ad l. in q. ad l. Iul. maieſt.*
8 *Tertia declaratio ad eandem.*
9 *Stante ſtatuto, quod ſi filius negocietur patre non expreſſè mandante, ſed patiente tantum, ſi filius non expreſſè negocietur, ſed receperit mandatum ad negociandum, pater tenebitur.*
10 *Sententia appellatione venit definitiua.*
11 *Statutum prohibens in cauſis criminalibus appellari, vel reſtitui, procedit in diffinitiua, ac in omni emergente valde annexo actui principali.*
12 *Declaratio ad l. ſi ex cau. §. nunc videndum ff. de minor.*
13 *In omni iudicio, etiam ſummario, de perſonis plenè conſtare debet.*
14 *Diſpenſatio licet fauorabilis extenditur ad antecedens neceſſarium, reſpiciens ſubſtantiam conſequentis.*

1 LIMITATVR quinto † loco principaliter præſens regula,
ex mente Claud de Seiſell. *ad l. 2 num. 32. ff. de iuriſdict. omn.
iudic.* quod licet poſito conſequente, vel conceſſo, ponatur
antecedens, vel intelligatur conceſſum, non tamen ſub ea-
dem qualitate, qua ſuum conſequens & deducitur, *primo ex do-
ctrina*, Bart. *ad l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt.* vbi vult quod †
2 teſtes repulſi à teſtimonio ob infamiam, vel ſimilem defe-
ctum, ſi in aliquo caſu puta in crimine læſæ maieſtatis, habi-
litentur, teſtificari poterunt ſuper delicto principali, non au-
tem ſuper adminiculis eius, & antequam vlterius proceda-
damus.

Hanc Bart. doctrinam dixit mirabilem Aretin. *in cap. at ſi cle-
rici. §. de adulterijs, num. 37. de iudic.* notabilem dixit Bald. *in auth.
ſi dicatur, colum. fi. C. de teſtibus*, inferens ad ſtatutum diſponens,
quod teſtes recipiantur ſuper adulterio, infamia non obſtan-
te, & licet adulterium non ſit niſi præſupponatur matrimo-
nium, tamen ſuper matrimonio vti adminiculo adulterij, te-
ſtificari non poterunt. Singulare quoque hoc dictum appella-
* uit Pet. Girard. *ſing. 23.* & eſt communiter* receptum teſte Feli.
in cap. per tuas, col. 2. de ſimo. & ſequitur idem Felin. *in c. ſuper lite-
ris, num. 26. de reſcript.*

3 † Et circa hanc Bart. doctrinam tanquam notabilem, ali-
quantulum inſiſtendo, vltra Seiſell. & alios. Declaratur primo
præſens doctrina, vt procedat, quando talia admicula non ſint
ita annexa actui, & negocio principali, & per hoc eius ſubſtã-
tiam non reſpiciant, ſecus ſi ſint ita connexa, vt reſpiciat ſub-
ſtantiam negotij principalis. ita Angel. *ad l. famoſi. ff. ad l. Iul. ma-
ieſt.* Exemplum ſit, ſecundum Angel. id quod ponit ibi Barto.
nam in crimine læſæ maieſtatis volo probare quod Rector
prouinciæ non admiſit ſucceſſorem venientem, benè certè
admittentur iſti teſtes, quod ille noluit admittere, ſed an ad-
mittentur ad probandum adminicula, ſcilicet quod ille erat
legitimus ſucceſſor, Bartol. tenuit quod non. Contrarium te-
net Angel. quia iſtud adminiculum reſpicit ſubſtantiam de-
licti, ſequitur & comprobat Felin. *in cap. per tuas, colum. 1. in fi.
de ſimon.*

4 † Et ex his videtur reddi dubia Bald. doctrina, *ad d. authen. ſi
dicatur*; ex quo enim matrimonium eſt ita connexum adulte-
rio, vt eius ſubſtantiam reſpiciat, ſequitur quod iſti teſtes ha-
bilitentur † ſuper adulterio, erunt etiam habilitati ſuper ma- 5
trimonio, & ita tenendo clarius probatur Angel. declaratio,
hoc exemplo quam alio prædicto, & hanc Angel. declaratio-
nem, confirmat id quod vult Bart. *in l. ſolent. ff. de alim. & cibar.
legat.* vbi vult, quod ſi eſt ſtatutum † quod in cauſis damno- 6
rum datorum ſtetur iuramento damnum paſſi, vbique domi-
nium & alia emergentia valde connexa, per iuramentum pro-
bari poterunt, & Bart. ſequutus eſt Bal. *in l. 2. C. de iureiur.* Alex.
& Iaſ. *in l. 1. ff. de re iudic.* de qua latè diximus, *in præcedenti reg. in
quæſito de ſtatuto.*

† Declaratur ſecundo loco præſens doctrina Barto. vt pro- 7
cedat in materia odioſa, & pœnali ſimul, quo caſu difficilius
ſit extenſio, gloſſ. *in Clemen. 1. qui. de dta. & qualit* ſcribentes, *in
l ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matri.* ſecus ſi materia ſit ſtricti iuris tã-
tum, ſed fauorabilis, vt videbimus exemplum infra, *in conſil.*
Aret.

† Declaratur tertio vt procedat ſimpliciter, ſecus ſi in alio 8
releuaretur, nam tunc grauari poteſt, iuxta quam in facti con-
tingentia, reſpondit Aret. extat † ſtatutum habens plura capi- 9
ta, in primo enim diſponit quod ſi filius negociatus fuerit iuſ-
ſu patris, pater inſolidum conueniatur filio exiſtente non ſol-
uendo. In ſecundo capite expreſsè diſponit, quod licet pater
expreſsè non mandauerit, ſed ſciens & patiens non prohibue-
rit filium adminiſtrare, ſit obligatus pro facto mercantiæ; mo-
do accidit, quod filius non eſt negotiatus verè, & actualiter,
ſed ſolum recepit ab aliquo mandatum de negociando, patre
ſciente, nunquid pater ſit verè iſto caſu obligatus? vtique re-
ſpondit quod ſic; quia iſtud antecedens eſt proximum, & cõ-
nexum, nullus enim poteſt pro alio negociari, niſi prius ipſo
mandante, & licet hoc tanquam ſtatutum ſit ſtrictè interpre-
tandum, fauorabile tamen eſt, propter mercantiam. Tertio ad
propoſitum tertiæ declarationis, ex quo tale ſtatutum in pri-
mo capite mitius agit, obligando patrem in ſubſidium, filio
exiſtente non ſoluendo, poterit patrem in alio grauare, vt ob-
ligetur, ne dum quando filius vere negocietur, ſed ſolũ quan-
do receperit mandatum ad negociandum, ita Aretin. *conſi. 29.
in 6. dubio*, vbi per diſcurſum habetur clara reſolutio præſentis
inſpectionis. Secundo mouetur Seiſel. ad hanc eius opin. con-
firmandam, per text. vbi not. Alexan. *in l. 1. ff. quod quiſque iur. in
l. 1. ff. de re iud.* per Abb. & alios, *in c. paſtoralis. de re iud.* vbi præfati
doct. concludentes, quod appellatione † ſententiæ veniat dif- 10
finitiua, inferunt quod ſtatutum prohibens in cauſis crimina-
libus appellari, vel reſtitui, hoc habebit † locum quoad diffi- 11
nitiuam ſententiam. nõ quoad interlocutoriam, vel aliud in-
cidens, *per l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum.* vbi Guiliel. & alij not. *ff.
de mino.* quia videtur quod ex prædictis reſpõderi poſſit, quod
loquantur præfati doct. in emergenti non immediatè conne-
xo actui principali, vt patet, *in d. §. nunc videndũ*, quia ibi † ſi illa 12
prohibitio nõ extẽditur ad illud incidens, quod eſt vt habea-
tur pro cõfeſſo quoad pœnæ duplicationem. quia eſt remotũ:
prohibitio enim reſtitutionis facta in principali, poteſt habere
locum in conſecutiuo immediato, quod eſt pœna delicti.

† Vltimo mouetur Seiſel. ex doctrina Bart. *in l. 2. C. de edict.* 12
diui Adri. tollen. vbi in iudicio quantumcunq; ſummario, de
perſonis plenè conſtare debet de quo, *ſupra in prima regu. in vl-
tima limitatione*, aliquid diximus, & ad prædicta facit dictum
Aret. *in c. at ſi clerici. §. de adulterijs, de iudic.* vbi diſpenſatio † licet 13
fauorabilis, extenditur ad antecedens neceſſarium, & quod
conſequentis ſubſtantiam reſpiciat.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente, ponitur antecedens, militante eadem ratione, alias non.*
2 *Hæres habitando domum hæreditariam, cenſetur adire.*
3 *Fallit in vxore à marito inſtituta, cui ſunt mariti bona obligata quæ habitando domum mariti non cenſetur adire,*
4 *Arbiter poteſt etiam cognoſcere ſuper qualitate rerum in compromiſſo expreſſarum.*
5 *Teſtator legando calendarium, cenſetur legare debita, & credita in eo deſcripta.*
6 *Traditione inſtrumenti, cenſetur tradita poſſeſſio fundi, in inſtrumento nominati.*
7 *Statutum de lucro dotis, habet locum in dote promiſſa.*
8 *Fallit niſi ſtatutum loqueretur de dote data.*

9 Præ-

9 *Præterea habet locum in dote promiſſa certa, ſecus ſi incerta.*
10 *Cauſa ſummaria habet inſtantiam.*
11 *In cauſa ſummaria debet ferri ſententia diffinitiua.*

1 LIMITATVR ſexto † loco principaliter præſens regula, vt procedat militante eadem ratione, alias non, ita ſentit Abb poſt Bald.*ad l.2.ff.de iuriſd.omn.iudic.* Henric.Boich.*in c.ex parte.de accuſ.*

Adeo autem candide lector in vnaquaque materia recepta eſt præſens declaratio vt ſuperfluum videatur eam legibus vel authoritatibus comprobare, & quando alia reſponſio in mentem non veniat, ſtatim offert ſe nobis hoc generale remedium, & refugium, quod ſubeſt vel non eadem ratio, & nulla eſt materia tam alta, & magis quam de apicibus iuris, quæ huic reſponſioni non famuletur, percurramus paginas, cuiuſcunque ſcribentis, quid tandem reperiemus ſubſiſtit, vel non eadem ratio ita vt omnia ſit, & non ſint rationis plena.

2 † Iuxta quam igitur limitationem dabat aliam limitationem Corn.*conſil.147.lib.1.* quod licet hęres habitando domum hęreditariam cenſeatur adire, in ſuum primum antecedens.*l.1.C.de repud.hæredit.*

3 † Fallit tamen ſecundum eum, quando hæres ex alia cauſa hoc facere præſumatur, prout eſt vxor à marito inſtituta, cui ſunt mariti bona pro dote obligata, nam licet mariti domum habitet, non per hoc adire cenſetur, vt per eum.

4 † Secundo dixit Abb.*in c.cum dilectus.in 5.col.de arbitr.* quod ſi vertitur dubium ſuper qualitate rerum in compromiſſo expreſſarum, pari ratione de iſta qualitate poteſt arbiter cognoſcere, & pronunciare, an veniat in compromiſſo vel non. ſequitur Felin.*in c.ſuper litteris.num.18.de reſcript.*

5 † Tertio teſtator legando calendarium, cenſetur etiam legaſſe debita, & credita in eo deſcripta.*l.qui filium.& l.vxorem.§.ſi leg.inero, de leg.3.* Cyn.*in l.certi iuris, in 6.q.C.locat.* Iaſ.*in l.ſeruum filij.§.cum qui Chyrographum, de l.1.*

6 † Similiter traditione inſtrumenti cenſetur tradita poſſeſſio fundi, in inſtrumento nominati.*l.1.C.de don.* quam dixit ſingul.& pluribus modis limitat Alexan.*in l.3.in princip.ff.de acqui.poſſ.ff.*

7 † Similiter hic cadit. quod ſtatutum de lucro dotis, habet locum etiam in dote promiſſa. Bald.*in l.ſi mulier.ff de condit.inſtit.* Angel.*conſil.76.& conſil.180.col.1.cum ſeq.* Paul.Caſt. *in l.mulier.§.cum proponeretur.ff ad Trebell.in l.ſed hoc ita.in fin.* quam legit
cum, *l.non tantum.ff.de re iudic.in l.marito.§.ſi pater.in princ.* & ibi
alij quoque doct. *ff ſolut.matri.in l.ſi donaturus.§.1.* vbi Alexan.
* dicit hanc eſſe communem* opinionem.*ff.de condict.cauſ.dat.a.*
Ang.*in l.ſi prædiorum.in fin. C.ad l. Falc.* vbi dicit ita conſuluiſſe,
vti fecit, *conſil.76.ſtatutum loquitur*, & latius *conſil. 180.præmitto.*
* Aret.*in l.2 col.1.* vbi Soci.dicit hanc communem * opinionem.
ff.ſolu matri. Curt.Iun.*conſ.129.* qui de communi teſtatur paulo ante fin. Campeg.*in tract.dot.in 5 part.q.14.* latè Tytaquel. *de vtroque retractu, de retract.conuen.ad fi.tit.num.33.*

Cui adde Calcan.& Campeg. vt ſupra Pariſ. *conſil. 60. col.5. volum.4.* Ruin.*conſil.133.colum.pen.vol.4. conſ.110.colum.1. vol.5. & conſ.151.col.2.eod.vol.5.* Purpur.*in rub.ff.ſol.matri.col.pen.* Boer.*deciſi.22.col.& 3.& 4.* Afflict.*in conſt.regni incip.licentiam.colum.2.* Cur.Iun.*conſi.129.col pen.* Brun.*in tract.exclus.fœm.in 7.q.quarti membri* Natt.*in tract.exclus.fœm.in 2.art.princ.in 2.limita.* Rolan.*in tract.de luc.dot.q.5.*

Et præſens concluſio reputatur adeo vera, vt procedat etiam ſi ſtatutum expreſsè loqueretur de dote data, quia verificabitur etiam in dote præmiſſa, vt ſentit gloſſ.*in l.1.§.accedit.in verbo, fecerit.C.de rei vxor.act.* quam ibi ſequitur Cyn.Bart.Salic. & alij, idem tenet gloſſ. *in l.qui ſe debere. in verbo actionem. ff. de condict.ob cauſ.* quam ibi Bartol. Bald. Angel.& alij ſequuntur.
8 contraria † tamen eſt communis * & verior vt teſtatur Ruin.
* *conſil.225.col.1.vol.1.* Ioan.Boich.*in tract.de legit.nupt.lib.3.num 8.* Rolan.*in tract.de luc.dot.q.6.num.3.*

9 † Et vltra Rolãdum declaratur vno notabili modo, vt procedat in dote promiſſa certa, ſecus ſi ſit incerta, vt eſt quando mulier ſimpliciter nubit, quia intelligitur dare ſecundò viro, quod dedit primo, iuxta gloſſ.*in l.mulier bona.ff.de iur.dot.* ita declarat Iaſ. dicens ſingulare, *in §.fuerat.num.127.de act.*

10 † Subnectam hic aliam quæſtionem, quam vidi in facto euenire Tuderti coram Gubernatore dictæ Ciuitatis, nunquid cauſa ſummaria habeat inſtantiam, & vtique fuit concluſum quod ſic, ea ratione ad propoſitum noſtrũ. quia in cauſa ſummaria debet ferri ſententia diffinitiua, † vt habetur, *in c.ſæpe.* 11
de verb. ſignific. ergo neceſſario præſupponenda eſt inſtantia in ſumma antecedens, iuxta not. *in l.1. C. quando prouoc.* & ita tenet Abb.*in c.penult.* vbi latè Felin.*de iudic.* ſequitur Alexan.*conſi.50. viſis actis, col.5. volum.2.* latè Iaſ. per dictam rationem. *in l.properandum.in princip.num.9.C.de iudic.* cui adde Paul.de Caſt.*in aut. qua ſupplicatio.C.de prec.imper.offe.* Aret.*in c.dilecta.de iud.* Roman. *conſil.312. in caſu propoſitæ conſultationis.* pulchrè, & latè, Afflict. *deciſ.346.nu.7.* dicens, hanc opinionem eſſe veram ſicut Deus eſt, Natta, *in Clemen.ſæpè.§.quæ omnia.colum.23.de ver.ſignif.* Add. Socin. *in tract. de inſtantia, in 4.volum.tract. in 6.col.verſic.11.fallit.* Ant.de Canar.*de execut.inſtrum.q.35.* & ne videar mihi alienam laudem vendicare, hæc ferè omnia audiui adduci, & allegari, per D. Theodorum de actis. I.C. in mea patria, & qui doctrina, & authoritate, plurimum valet.

Poſitis aliquibus declarationibus generalibus, ſubnectam aliqua quæſita vtilia in via reſolutiua, omiſſis ſubtilitatibus.

Primò nunquid antecedens dotis ſit dos, & matrimonij ſit matrimonium?

Secundò nunquid antecedens teſtamenti, ſit teſtamentum.

Tertiò nunquid antecedens delicti ſit delictum.

Quartò nunquid regula procedat in libellis.

Quintò nunquid in probationibus.

Sextò nunquid in exceptionibus.

Septimò nunquid in ſententia.

Octauò quid in appellatione.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Antecedens dotis eſt dos.*
2 *Statutum quod vxore ſine liberis præmoriente.maritus lucretur aliquam partem dotis, habet locum in ſponſa de præſenti antequã fuerit cognita, vel tranſducta ad domum viri.*
3 *Quod ſtatutum procedit in ſponſa, quæ deceſſerit poſt annos nubiles, ſecus ſi ante.*
4 *Similiter non procedit in ſponſo de futuro.*
5 *Diſpoſitio l.dos à patre, & conſuetudo Martini ibi.C.ſol.mat.procedit etiam in dote promiſſa tantum.*
6 *Titulus vnde vir & vxor procedit etiam in ſponſa ſola de præſenti.*
7 *Diſpoſitio legis maritus. C. de procur. procedit etiam in ſponſo præſenti, non tamen de futuro.*
8 *Si pater deſponſando filiam per verba de præſenti ei dotem promiſerit, & illa ſponſalia effectum non ſint ſortita, eadem tamen dos debebitur pro alio matrimonio.*
9 *Coniugis & matrimonij appellatione ſponſalia & ſponſa non continentur. In odioſis & pœnalibus, &c.*

AD primum reſpondetur quod ſic. Pariſ.*conſ.95.nu.13.vol.2.* cui adde Bart.Soc.*in rub.ff.ſol.mat.num.4.* & inter conſilia varia ad vltimas voluntates. Deſid.Æſculan.*conſil.170.nu.81.* & faciunt ea quæ ſupra poſuimus, de dote promiſſa. 1

† Cui adde etiam vtilem deciſ. ſtante ſtatuto quod vxore ſine liberis præmoriente maritus lucretur aliquam partem dotis, quod tale ſtatutum habeat locum in ſpõſa de præſenti antequam fuerit cognita vel tranſducta ad domum viri. Bart.*in l.nihil.ff.rerum amot.* Bal. *in l.ſolet.§.quæ virum.ff.de his quib.vt indig.* Paul.Caſtr.*in l.ſi donaturus.§.ſi.ff.de cond.cauſa dat.in l.ſi ante.inſ.in l.ſi marito.§.1.ff.ſol.mat.in l.cum fuerit.ff.de cond.& demonſt.* vbi dicit hanc eſſe communem opin.* *in l.1.col.1.C.vnde vir & vxor.in l.non ſunc.C.de bonis quæ libe.in conſ.155.vol.1.* Ang.*in §.fuerat, col.9.de act.dicens, ita in practica ſeruari.* Mattheſ.*notab.74.longa deciſio.* & Caſtren.*in d.l.ſi ante.* dicit hanc opin.* communem & in practica ſeruandam. Idem voluit Iaſ. *conſ.115.col.1.vol.1.conſ.58.col.2.eod.vol.* vbi dicit hanc eſſe magis communem * Dec.*conſ.260.col.fi.* Brun.*in tract.exclus.fœm.in 6.artic.princip.in 4.membro.q.19.* Campeg.*de dot.par.5.q.19.dicẽs eam in practica ſeruari*, Afflict.*deciſ.61.* Ioan.Lup.*in rubr.de donat.inter virum & vxorem.§.53.col.2.* Curt. *in l.1. C.vnde vir & vxor.* dicit hanc communem Bertr.*conſi.24.col.1.vol.2.* dicens ab ea in iudicando non eſſe recedendum Ioan.de Amic.*conſi.67.col.1* Ruin.*conſil.58.colum.2.volum.3.* Nicol de Vbal.*in tractat.de ſucceſſ.ab inteſtato in 4.part.colum.2.* Ioan.Lup.*in tractat.de matri.& legit.part.1.colum.1.* Bald.Nouel.

in tract.de dot.par.6. in ſpec. in fin. dicens ita communiter teneri. Moder.*in tract.de conſuet.Burdeg.in tit.de donat.*§.5.diſtinguendo vt facit Rolan.*in tract.de Luc.dot.q.*106.dicens.in fi.quæſtionis quod eius diſtinctioni firmiter adhærés in iudicando,& conſulendo non errabit.

3 Et vltra eius diſtinct.ibi.declaratur præſens concluſio vno alio notabili modo,ſcilicet, vt procedat in ſponſa de præſenti transducta ad domum viri, prout ipſe dicit. cui adde quæ deceſſerit poſt annos nubiles,ſecus ſi ante,vt eſt text. quem facit Bald.ſingularem,*in l.pen.§.fi.ff.quod fal.tut.autho.* dicens illam legem didiciſſe à Bart & ſequitur Bolog.*in ſuis interpretat.*Bart. Cœp.*in l.1.nu.22.ff.de vſucap pro dot.pulchrè,*Boer.*deciſ.22.nu.37.* vbi Boer.ſentit totam diſtinct.Rolan.

4 † Similiter dicta concluſio ſupra facta non procedit in ſpõſo de futuro.Bal.& Caſt.*in l.ſolent.ff.de his qui not.infam.* Bal.*in l. Deo nobis.col.2.verſ.modo iuxta hoc quæro.C.de epiſ.& cle.*Pau Caſt. & alij,*in l.1.C.vnde vir.& vxo.in l.non ſine C de bon. quæ libert.in l.ſi ante nup.ff.ſolu matri.*Ripa,*in l.2.§.ſi ſponſa ff de priuile.cred.*Mod. *in repet.rub.donat.inter vir.& vxo.*§.55. nu. 8. & hæc eſt communis opinio * teſte Rolan.de Lucro,*dot.q.12.in fi.*

5 † Secundo infertur principaliter iuxta prædicta, quod diſpoſitio.*l.dos à patre.C.ſolut.matrim.*& conſuetudo Martini, ibi cõmuniter approbata, ne dum habet locum in dote data, ſed promiſſa tantum.Ita *conſi.35.num.6.cum ſeq.vol.1.*Socin.Iunior atteſtatur, eamque multis rationibus, & authoritatibus latè comprobat.

6 † Similiter titulus vnde vir & vxor non ſolum habet locum in vxore traducta & cognita, ſed etiam in ſponſa ſola de præſenti.Bald.*in l.1.col.fin.C.vnde vir & vxor,*vbi Curt.Iun.*col.2.*dicit hanc communem * opinionem,idem Curt. *in aut.præterea, col.1.eod.titu.*& ibi etiam Franc.de Pepis,*col.2.*Bertran.*conſi.24. col.1. vol.1.* quod notabile & menti tenendum dixerunt Mod. *in rubr.de don.inter vir.& vxor.*§ 55.*col* 3 intelligendo ſemper vt dixi in ſponſa & ſponſo de præſenti non de futuro, vt in dictis iuribus habetur.

7 † Similiter diſpoſitio,*l.maritus.C.de procurat.*quę vult maritum poſſe agere pro vxore, habet locum in ſponſo de præſenti non de futuro, vt ibi Alber.& Iaſ.atteſtãtur Tyraquel.*de vtroque retract.§.10.glo.1 .num.8.pleniſſime.in ſuis ll. conu.in gloſſ.2.poſt vltimam legem connub.*

8 † Dixit autem Cror.*in l ſi conſtante,nu.19.ff.ſolu matri.* quod ſi pater deſpõſando filiam per verba de futuro, eidem dotem promiſerit,& illa ſponſalitia effectum non fuerint ſortita, nihilominus eadem dos debebitur pro alio matrimonio, ſequitur Deſid.Æſcula.*inter conſil. varia vltimarum volunt.conſil.170. num.39.*vbi quam plures allegat.

9 † Et videtur communis regula ſponſam coniugis appellatione & ſponſalia matrimonij nomine non contineri in odioſis,& pœnalibus, communiter teſtatur Guil. *in c. Raym. verſic.duas habens filias.nu.151.de teſta.*Didac Con.*d. ſponſa in 2.parte,c.1.nu. 2.& 3.*Eman.Xuarez,*in l.ſed theſauro,in verbo ſponſo,nu.151.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Antecedens teſtamenti non eſt teſtamentum.*
2 *Quod procedit etiam ſi ſit in ſcriptis redactum.*
3 *Teſtes probantes de præparatione teſtamenti, non ſufficere ad probandum teſtamentum.*
4 *Præparatio teſtamenti non eſt teſtamentum,etiam inter liberos vel ad pias cauſas.*
5 *Si iudex dicat volo ſententiare prout in hac ſcedula non eſt ſententia,ſed præparatio ad ſententiam.*

1 AD ſecundum † nunquid antecedens teſtamenti ſit teſtamentum, reſpondetur quod non Oldra.*conſil.*119.*Titius condidit.*Anchar.*in cap.cum eſſes.in 6.quæſt.de teſtam.*Pau.Caſt. *conſil.*366.Bald.per illum text.*in l.quidam cum filium.C.de hæred. inſtit.*Alexan.*in l.3.in fin.C.de liber.præte. & ita fuit in facto iudicatum,*teſte Ioan.And.*in addit.ad Spe.in tit.de teſta.in verbo compendiosè verſic.ſed quid ſi prius.*

2 † Ampliatur primo præſens concluſio etiam ſi talis præparatio eſſet in ſcript.redacta.Ruin.*conſil.137.col.pen.vol.5.* dicens

3 teſtes probantes † de præparatione tali, non ſufficere ad probandum teſtamentum,

4 † Ampliatur ſecundo, vt procedat & inter liberos, vel ad pias cauſas.Ruin *conſil 7.num.8.volum.3.* ita in practica ſeruari, quicquid tenuerit Imo. *in c.2.de teſtam.* quem ſecutus eſt Alex. *in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtam* diſtinguendo, vt per Ruin.*præfato conſilio.*aut talis præparatio eſt ſcripta manu teſtatoris, vel alterius.

† Et audi vnum, quod per prædicta fuit deciſum per Gubernatorem Tuderti, Gubernator volens in certa cauſa ſententiare dixit volo ſententiare prout in ſcedula, & oſtendit quandam cartam in manibus ſuis, demum accepit folium, & ſcripſit & poſtmodum ſigillatum dedit notario, & ſedit & ſtipulata fuit prout in ſcedula. pars aduerſa dicebat duas fuiſſe ſententias, fuit dictum quod prima erat pręparatio ad ſententiam,& ſecunda erat ſententia. per tex.*in l.2.C.de ſenten.ex breuic. recit.* à Ruin. *d. conſil. adductum*, & ita iudicatum audiui aduocante D. Fabio Carocio genitore meo ipſo quoque.I.C. 5

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Antecedens delicti eſt debitum.*
2 *Mandans delictum & exequens pari pœna puniuntur.*
3 *Mandans fieri delictum Peruſiæ, ibi forum ſortitur ſicut principalis delinquens.*
4 *Statutum loquens in reum, complectitur mandantem.*
5 *Quando mandatarius cogitur exequi mandatum, mandans dicitur verè facere.*
6 *Florentinus offenſus, dicens famulo, domum non redeas niſi aliquid de illo negotio ſentiam, ſi famulus offendentem interficiat, dominus de homicidio tenetur.*
7 *Rogans fratrem vt ipſius iniuriam vlciſcatur, ſi frater offendentem occidat, rogans de occiſo non tenetur.*
8 *Mandatum eſt intelligendum iuxta qualitatem iniuriæ.*
9 *Leuiter cum baculo offenſus, ſi mandat vt iniuriam eius vlciſcaris, & tu interficias, de homicidio non tenetur.*
10 *Quando periculum à re mandata ſeparari non poteſt, dominus integrè tenetur.*
11 *Mandans vulnerari tenetur de homicidio, eo ſecuto, ſecus ſi mandaret alapas infligi.*
12 *Conſulens delictum alias facturo pari pœna punitur.*
13 *Conſulens delictum alias non facturo extra ordinem punitur.*
14 *Conſulens furtum fieri, tenetur ad reſtitutionem in foro conſciẽtiæ.*
15 *Signa plura ſunt ex quibus colligitur an conſulens ſit alias facturus vel non.*
16 *Sicut licitum eſt occidere aggreſſorem, ita ſe præparantem.*
17 *Adulterij antecedens, viſus, & alloquium tactus poſt oſcula factum.*
18 *Sicut licitum eſt occidere adulterum, cum filio repertum patri in adulterio, ita in prælud ijs eius.*
18 *Conſulens duellum in iure vel in facto excommunicatus eſt, iuxta Concilij Tridentini ordinem.*
20 *Hæreticus quis iudicatur eo ipſo quod reperiuntur penes eum libri prohibiti.*
21 *Si penes aliquem reperiantur ſtampa falſæ monetæ vel falſa inſtrumenta facit indicium ad torturam contra ſe.*

AD tertium nunquid antecedens delicti ſit delictum, reſpondetur quod ſic, vt mandatum conſilium.Barto.*in l.non ſolum.§.ſi mandato ff.de iniur.& in extrauag.ad reprimendum.in verbo tangat.* 1

† Et circa primum ſciendum eſt, quod mandans fieri delictum, ac mandatarius qui delictum commiſit, pari pœna puniuntur.Bar.*in l.ſi quis mihi bona.§ ſed quid ſi mandauit. ff.de acqui. hære.in l.ſi pecunia.§ ſi ſeruus ff.de condict.ob.turp.cauſ.* Bal.*in l.mandat.C.mandat.*Ioan. Villema. *in repet.l.diuus.ff.ad l.Corn.de ſicar.* vbi tribus modis ampliat,& tribus limitat.Bern.de Luco, *reg.* 453.Boſſ.*in ſua pract.in tit.de mandato ad homicidium,col.1.* & hæc eſt communis opinio * teſte Cur.Iun.*conſi.137.num.5.*Corta,*in memorabilibus in verbo mandans.* 2

† Similiter exiſtens Tuderti ſi mandat fieri delictum Peruſiæ ſortitur forum Peruſiæ ſicut principalis delinquens.Paul. Caſt.*in l.ſi vt præponitur.ff.de fideiuſſ.*Hippol. dicens alibi non legiſſe *ſing.404.Forum.*Iac.de S.Georg.& Curt. Iun. *in l. hæres abſens.§.apud Labeonem.ff.de iud.*& licet Caſt.*in l.1.C.vbi de poſſ.* dicat vbiq; locorum poſſe puniri tamen hæc eſt communis * opinio vt teſtatur Lancel.Dec.*in d.§.apud Labeonem.*Maria. *in c.poſtulaſti,num.5.de fo.compet.*Pet.Duen.*Reg.376.in 3.ampliat.* 1

† Simi-

4 † Similiter quando ſtatutum loquitur in reum, complectitur etiam mandantem. Bartol. *in l. hæc verba. ff. de adult.* & hæc eſt
* communis opinio, *teſte Iaſ. *in l. ſi quis id quod. num 36. ff. de iuriſdict. omn. iud. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 361. ff. de vſucap.* Dec. *in reg. si quid damnum.* Iul. Clar. *in pract. §. fi. q. 89. verſ. ſed quæro.* Emanuel *in ſuo Theſau. in verbo mandator. 43.*

5 † Et omiſſis multis, ſciendum eſt quando mandatarius cognitur ex equi mandatum, vt quia filius vel ſeruus, tunc mandans dicitur verè facere, vnde apud Bart. *in l. ſi quis mihi bona. §.*
6 *pater Seio. ff. de acqui. hære.* nob. Florentin. offenſus † dixit famulo ſuo, nunquam domum redeas niſi aliquid de illo negotio ſententiam, nam cum famulus poſtea offendentem interfeciſſet dominus de homicidio tenetur. Idem Bart. *in l. ſed ſi vnus. §. ſeruus. ff. de iniur.* ſecus tamen euenit apud Bero. *q. 10.* vbi Titius
7 offenſus † rogauit fratrem, vt ipſius iniuriam vlciſceretur, ſi frater Titij offendentem occidat, dixit Bero. eum de occiſo non teneri.

8 † Secundo mandatum intelligendum eſt ſecundum qualitatem iniuriæ illatæ, vnde ſi ego leuiter cum baculo offenſus, mando, vel rogo te, vt iniuriam meam vlciſcaris deber in-
9 telligi † leuiter, vnde ſi offendentem interficias, de homicidio non teneor, vt not. Alex. & alij, *in l. 1. C. de his quibus vt indig. & in d. §. ſi pater.* vbi Aret. dicit hoc eſſe valde rationabile, & æquum.

10 † Tertio quando periculum à re mandata ſeparari non poteſt, mandans tenetur integrè de delicto cõſummato: alias nõ
11 vnde mandans aliquem vulnerari, tenetur de homicidio † eo
* ſequuto. ſecus ſi mandaretur alapas infligi. Bald. *in l. non ideo. C. de accuſ.* eſt communis opinio teſte Claro *in pract. § fi. q. 89. verſ. pone.* Emanuel Xuarez, *in ſuo theſau. in verbo mandans. 45. & 50.*

12 † Similiter conſulens in delictis alias non facturo pari pœna punitur. Feli. *in c. 1. col. 3 de offic. deleg.* Franc. *in reg. nullus ex conſ.*
* eſt communis concluſio * Dec. & Cagn. *in l. conſilij,* vbi Dec. *nu. 4. de reg. iur.* Clar. *in ſua pract. §. vlt. q. 88.*

13 † Similiter conſulens alias facturo extra ordinem punitur,
* communis * concluſio de qua Panorm. *in c. nuper de ſentent. excommun.* Imol. *in c. 1. de offic. deleg.* Felin. *in cap. ſicut dignum. num. 7. de homicid.*

14 † Et prædicta procedunt etiam in foro conſcientiæ, vnde conſulens furtum, ad reſtituendum tenetur, eſt communis
* concluſio † Theologorum. Didac. *in reg. peccatum, in 2. parte relect. §. 12.*

15 † Et ne in materia conſilij communes opiniones ſupra relatæ ſic leuiter pertranſeant, Addam vnum, ſi Paul. de Caſt credimus in practica perpetuo notandum, & multi lucri, & amicitiæ ſcilicet, quod an conſultus alias eſſet facturus vel non, colligitur ex multis.

Primo quando præcedebant inimicitię capitales inter conſultum, & occiſum, vel offenſum, quo caſu colligitur quod alias erat facturus.

Secundo quando præceſſerunt minæ conſulti, de percutiendo, vel occidendo.

Tertio quando inferior mandaret ſuperiori, vt filius patri, ſeruus domino, quia non eſt veriſimile quod ſuperior moueatur conſilio inferioris. ita Bald. *in l. metum. C. quod met. cauſa.* reputauit, dictum in practica ſingulare, & de eo valde exclamat Caſt. *in l. 1. C. de ſeru. fugit.*

Et ſic poſſent declarari iſtæ communes opiniones, quas iſti colligentes tam ſicco pede procedunt, vt difficile ſit intelligere.

16 † Adde prædictis vnum aliud notabile, quod ſicut eſt licitum occidere aggreſſorẽ pro defenſione perſonæ ſuæ. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* ita licitum eſt occidere ſe præparentem ad inſultandum vel occidendum, & ex ſola præparatione licitum eſt mihi defendere. ita dixit Bald. *in l. in lege. in lectura antiqua. ff. locat.* quod dictum dixit ſingulare pro adiuuando amicum occidentem inimicum ſuum. Marſ. *ſingu. 638. præparatio.* late, *in l. 1. in princ. colum. 5. num. 38. ff. de ſicar. & in l. furem. ff. eod. tit.* Boſſ. *in tit. de homicid. num. 88.*

17 † Similiter eſt aliud genus antecedentis, prout in adulterio
18 viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum, & ſit licitum † eſt occidere adulterum cum filia repertum in actu veneris, ita in præludijs prædictis. gl. & Bar. *in l. 1. ff. de extraor. crim. in l. quod ait lex. in l. c. 5. ff. de adult.* Aret. *in tract. maleſic. in verbo, che hai adulterato. in glo. 1. num. 9.* Hipp. *in l. 1. col. 3. C. de rapt. virg.*

† Et in conſilij materia hodie valde damnatur conſilium ad 19
duellum, *vt in Concil. Tridentino ſeſſ. 25. cap. 19.* vbi illi, qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure quam in facto dederunt aut aliquem ſuaſerunt, excommunicationis vinculo proculdubio teneantur.

† Adde etiam eo ipſo quod libri prohibiti reperiuntur penes aliquem iudicatur hæreticus. Arch. *in can. ſane. 24. q. 3.* doct. 20
in c. ſi quis epiſcopus. de hære. reput. *ſing.* Rom. *ſing. 326. pulch.* Car. *in tractat. de hære. nu. 125.* tangit Boſſ. *in tit. de hære. in fin.* Ber. *in ſua pract. can. crim. cap. 106.*

Quæ omnia hodiernis tẽporibus ex diſpoſitione ſacri Cõcilij Tridentini & bullis ſummorum Pontificum clare, & ſumma cum ratione, & prudentia ordinata ſunt.

† Similiter ſi penes aliquem reperiantur ſtampæ falſæ mo- 21
netæ, vel falſa inſtrumenta, vel res furtiua, præſumitur fur & torqueri poſſet. Ang. *in ſuo tract. maleſ. in verbo, fama public. verſi. quæro an vnum iudicium.* Hipp. *in ſua pract. in §. diligenter, nu. 91. in l. qui falſam, num. 14. ff. de falſ. ex quibus cu multis.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente ponitur antecedens in libello.*
2 *Petens in libello reum cogi & compelli, prius petere videtur ipſum cõdemnari.*
3 *Agens bonorum poſſeſſ. hæred petitione, tacitè agnouiſſe videtur.*
4 *Petens rem reſtitui, videtur petere reſciſſionem contractus quando erat neceſſaria.*
5 *Aſſerens ſe coniunctum in gradu prohibito, & petens diſſolui matrimonium, videtur petere declari eſſe impedimentum.*
6 *Mulier petens donationem ante nupt. vel aduocatus ſalarium tradi, videtur petere prius conſtitui, poſtea tradi.*
7 *Agens rei vendicat. vel petitione hæredit. tacitè videtur petere ſe declarari hæredem vel dominum.*
8 *Petens executionem, prius videtur petere condemnationem.*
9 *Salutare tamen eſt in caſibus iſtis apponere clauſulam, petens ſibi ius, & iuſtitiam, &c.*

AD quartum quid in libello, reſpondetur quod ſic, prout 1
ex prædictis apparebit.

Primo petens in libello reum cogi, & compelli in ſuum an- 2
tecedens, videtur petere prius condemnari, per preſentem regulam, ita tenet But. *in c. examinata,* & ibi etiam Imo. *de iud. in c. ex parte, de ſpõſa.* Alex. Cuma. & alij, *in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. in l. ſi cum nulla. ff. de re iud.* Panorm. *in c. olim. de cenſ.* Anch. *in c. cauſam. de reſcript.* Felin. latè, *in c. 1. de lit. conteſt. in c. 1. de libel. oblat.* & hæc eſt communis * opin. teſt Dec. *in c. 2. num. 10. de offic. deleg.* *
teſtatur etiam Parif. *in addit. ad Bar. in l. 1. C. de exec. rei iudic.* Iaſ. *in §. 1. num. 139. de act.* licet contrarium tenuerit Bart. *in l. in ſumma. ff. de re iud. in extrauag. ad reprimendum in verbo, ſiue figura.*

† Secundo agens in libello bonorum poſſe. hære. peti. taci- 3
tè videtur agnouiſſe in ſuum antecedens. Alexan. poſt alios, *in rub. C. qui admit.*

† Tertio ſi ad reſtit. erat neceſſaria reſciſſio contractus, pe- 4
tens rem reſtitui tacitè videtur petere reſciſſionẽ contractus. Ant. *in c. conſtitutus. de relig. domi.* ſequitur Alex. *in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil.* Soc. & Fel. *in c. 2. de libel. oblat.* reputauit dictum notab. Iaſ. *in §. curatius, num. 20. de act.*

† Quartò aſſerens ſe coniunctum in gradu prohibito, & 5
petens diſſolui matrimonium, tacitè videtur petere declarari ſubeſſe impedimentum. doct. *in c. literas. de reſti. ſpol.* reputauit notabile Felin. *in c. 2. col. 9. de libel. oblat.*

† Quinto dixit Bald. *in aut. dos data. in fin. C. de donat. ante nup.* 6
quod procedit libellus in quo mulier petit ſibi tradi donationem ante nupt. vel aduocatus ſalarium: quia tacitè videtur petere, vt conſtituatur, poſtea tradatur.

† Sextò dixit Bart. *in l. ex diuerſo. ff. de rei vendic.* quod eo ipſo 7
quod quis agit rei vẽdicatione vel petitione hęreditatis, tacitè videtur petere ſe declarari hæredem vel dominum. ſequitur Ant. *in c. conſ. num. 25. de relig. do.* Alex. *conſil. 177. viſo teſtamento. col. fi. vol. 5. & in rub. C. qui admit.* Felin. *in c. 2. col. 7. de fi. inſtru. & in c. 2. de libel. oblat.* Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 29. ff. de acqui. poſſeſſ.*

† Septimo conſuluit Bert. *conſi. 99. num. 2. part. 2.* quid petẽs 8
executionem tacitè videtur petere condemnationem, *de qua ſup. diximus.*

† Saluta-

9 † Salutare tamen remedium reputatur apponi clauſulam ſalutarem,petens ſibi ius & iuſt.ita Iaſ. Aret.& alij,*in §.1.de act.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Probato conſequente dicitur probatum antecedens.*
2 *Probatis vacatione,& inſtitutione inducitur præſentatio.*
3 *Probata denūciatione inducitur excommunicatio,ſaltem præſumptiuè,& vbi agitur de modico præiudicio.*
4 *Teſtis iurans ſimpliciter dicere veritatem, intelligitur ſuper antecedentis conſequentibus,& valde connexis.*
5 *Probatio facta in iudicio præambulo.an probet in principali.*
6 *Teſtes approbati in cauſa principali, fidem faciunt in cauſa appellationis.*

1 AD quintum quid in probationibus, reſpondetur quod probatum antecedens dicitur,probato conſequente.

2 † Vnde probatis vacatione & inſtitutione, inducitur præſentatio in neceſſarium antecedens.Rot. *deciſ.in ordine* 400.*in nouiſ.*Feli *per hanc regulam.in c.poſt ceſſionem, num.*13. *verſ.quid autem de probat.*

3 † Similiter probata denunciatone,dicitur probata excommunicatio,ſaltem præſumptiuè,& vbi agitur de modico præiudicio. Archid.*in can.nemo.*11.*q.*2.Dom.*in c.*1.*§.ſi quis, in gloſſ.in verbo nomen,de ſenten.excom.in 6.*Rot.*in* 7.*deciſ.in titu.de except.in nouiſ.*Reman.*conſi.*349.*dum quæritur.*& hæc eſt communis * opinio teſte Dec.*per hanc regulam.in cap.prudentiam.§.6.num.*39.*de offic.delegat.*

4 † Sciendum eſt etiam quod teſtis qui iurat ſimpliciter dicere veritatem.cenſetur iuraſſe ſuper antecedentis conſequētibus,& neceſſario connexis. Innocen. quem ibi ſequitur Bal. *in c.*2.*de confeſ.*Imol.*in c.paſtoralis,de except.in c.inquiſitionis, de accuſ.* Papien.*in forma iuramenti teſtium.in gloſ.delato.*multis rationibus comprobat. Alber.*in tract.de teſt.num.*141. appellauit dictum valde notabile Iaſ.*in l.ſi duo.§.idem Iulianus,nu.*30.*ff.de iureiur.*Henric.Boich *in c.de teſtibus,*latè commendat Felin.*in cap.cauſam quæ.nu.*6.*de re iud.*Marſil.*in l.*1.*§.diuus.ff.de quæſt.*Bouer.*in ſing.ſuis,in verbo teſt is,num.*54.

5 † Et an probatio facta in iudicio præambulo,probet in principali ponit Abb.*conſil.*12.*in fin.volum.*2.

6 † Sicut etiam teſtes approbati in cauſa principali, probant * & fidem faciunt in cauſa appellationis, communem ponit * And.de Iſer. *in conſt.iuriſperit.nu.*6.Gui.Pap.*deciſ.*50.Emanuel, *in ſuo theſauro,in verbo teſtes, num.*177.licet contrarium aſſeruerit Viui.*lib.*1.*opin.*367.*in fin.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente,non ponitur antecedens in exceptionibus.*
2 *Excipiens ſoluiſſe,non fatetur debitum præceſſiſſe.*
3 *Petens abſolutionem ad cautelam,non per hoc fatetur ſe fuiſſe excommunicatum.*
4 *Excipiens de pace,quæ ſit facta gratis,non per hoc fatetur delictum.*
5 *Negans qualitatem facti,non per hoc fatetur factum præceſſiſſe.*
6 *Negans ſententiam rectè latam, non per hoc fatetur eam eſſe latam.*
7 *Renuncians liti,non per hoc fatetur aduerſarium fouere ius.*
8 *Faciens exceptiones de præſumptionibus erroris, videtur errorem allegare.*

1 AD ſextum † quid in exceptionibus? reſpondetur regulariter quod non,vnde excipiens ſe ſoluiſſe, non videtur fateri

2 debitum præceſſiſſe † gloſſ.*in cap.*1.*de iudic.in ſexto,quam ſingul.* dixit Alexan. *in l.decem.ff.de verbo.obligat.* eſt etiam gloſſ.*in l. Iulianus.in gloſſ.magna.ff.de condict.indeb.quam ibi* Bald. *dixit notabilem.*idem Bald.*in l.alia.C.de his quibus vt indig.in l.age. C.de tranſa.* Rom.*in l.cum mulier.ff.ſolut.matri.*Imo.& alij, *in l.Gallus.§.forſitan.ff.de liber.& poſthu.*Felin.ponens regulam, *in c. cum venerabilis,num.*12. & ibi latè Dec. *de except.* vbi dicitur hanc eſſe communem * opinionem.

3 † Similiter petens abſolutionem, non per hoc videtur fateri ſe fuiſſe excommunicatum,Bald. *in c.*2.*C.de ingen.& manū.* Bart.& alij,*in l.*1.*ff.de noui ope.nunc.can.in cap.venerabilem, de elect.* Bart.Cœpo.*conſi.*21.*cauſ.crimin.incip.ego Bart.* Cœpo.*col.*4.Pari. *conſil.*1.*num.*8.*vol.*4. quod quidem verum quando petat ſe abſolui ad cautelam,ſi & quatenus egeat,vt dicunt doctores, *in d.c.venerabilem,*& ita eſt veritas,quicquid ibi dicat Panor.vt dicit Euer.*in loco à priuatione,num.*2.

† Similiter excipiens de pace, & producens inſtrumentum 4
pacis,non videtur fateri delictum, quando pax reperiatur facta gratis,ita poſt alios tenet & comprobat Cata.*in tract.de ſindic.num.*126.& ibi quoque habetur ab eo, nunquid pax poſſit fieri gratis,& quando.

† Similiter negans qualitatem facti, non per hoc videtur 5
neceſſario confiteri ipſum factum præceſſiſſe, vnde negans ſententiam rectè latam,non per hoc fateri videtur, † ſenten- 6
tiam eſſe latam.Bal.Ang & Imol. *in l Gallus.§.forſitan.ff.de liber.poſthu.*refert Iaſ.*in l.*10.*num.*47.*ff.de verb.oblig.*

† Similiter iuxta prædicta facit, quod renuncians liti, non 7
per hoc videtur tacitè fateri,aduerſarium fouere ius, not.Bal. *in l ſi te.C.de ingen.manum.in l.ſicut.C.de repud. hæred.* Alexan. *in l. naturaliter,§.nihil commune,in* 25.*colum ff.de acqui.poſſeſſ.* latè declarat Felin. *in cap.olim.in fin.de reſcript.* Deci. *in l.poſtquam liti.in* 2.*not.C.de pact.* reputauit notabile Roman.*ſingul.*780. *dicit lex, poſtquam liti.*

† Faciens autem exceptionem de præſumptionibus erro- 8
ris,tacitè videtur errorem allegare, vt per Bart.*in l.ſi adulterium cum inceſtu.num.*15.*ff.de adult.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente,ponitur antecedens in ſententia.*
2 *Petens veniam vocandi in ius patrem.ſi iudex citationem ſimpliciter committat,cenſetur veniam dare.*
3 *Sententia in qua iudex præcipit reo,vt ſoluat ſine verbo condemno, valet.*
4 *Si iudex, ſtante petitione ſuper decem, & exceptione pacti de non petendo,pronunciet exceptionem non competere,ſatis dicitur pronunciare ſuper debito.*
5 *Iudex pronuncians procedendum ad vlteriora, tacitè pronunciat excepta non obſtare.*
6 *Licet contumax habeatur pro confeſſo ex forma ſtatuti, requiritur tamen ſententia declaratoria.*
7 *Tamen ſi iudex non ita expreſſe declarat, ſed mandet ad vlteriora procedendum,tacitè ſuper contumacia pronunciat.*
8 *Exceptio incompetentiæ non tollitur per pronunciam ad vlteriora, ſed requiritur expreſſa pronuncia.*
9 *Valde vtile eſt pronunciare ſuper competentia.*
10 *Clauſula,ſaluis exceptionibus,in pronuncia ad vlteriora,quid operetur.*
11 *Iudex dando curatorem prodigo,videtur interdicere bonis,licet non exprimat.*
12 *Sicut ſapientia requiritur in conſequenti, ita in præexiſtenti.*
13 *In relaxatione nuncij debitores non eſſe ſoluendo,requiritur ſententia ſaltem declaratoria.*

AD ſeptimum † quid in ſententia? Reſpondetur ex infra- 1
ſcriptis,quòd ſic.

† Primo in notabili caſu conſuluit Aretin. *conſil.*117. quod 2
cum parentes ſine venia in ius vocari non poſſint.*l.*4.*§ ait prætor.ff.de in ius vocan.*ſi quis veniam petat,& iudex ſimpliciter citationem committat, cenſetur tacitè veniam conceſſiſſe in ſuum neceſſarium antecedens, ſequitur Socin. *in l.*2.*§.prætor ait,il* 2.*ff.de in ius vocan.*Addent.ad Alexan.*in rub.C.qui admit.litera.C.in verbo libellum,reputauit valde notabile.* Ant. ab Alex. *in l. fi.*& ibi etiam ſequitur Dec.*C.de in ius vocan.* ſequitur & laudat Capic.*deciſ.*56.*num.*8.Rol.*conſ.*18.*num.*4.*vol.*2.

† Secundo per hanc regulā in materia ſententiæ dixit Alex. 3
in l.in ſumma.ff.de re iud. quod valet ſententia in qua Iudex ſine verbo condemno,præcipit reo vt ſoluat.

† Tertio dixerunt Ant.& Imo.*in c.inter vos de conſuet.*quod ſi 4
Iudex ſtante petitione ſuper decē,& exceptione pacti de non petendo,pronunciet exceptionem non competere,ſatis dicitur pronunciare ſuper debito,ſequitur Felin. *in c.licet.Ely.in* 9. *limitat.num.*27.*de ſimon.*

† Quarto facit quod Iudex pronuncians procedendum ad 5
vlteriora,videtur tacitè pronunciare excepta non obſtare, vt declarant doct.per illum textum,*in cap.ex parte,de appella.* Bart. *in l.ſi à procedente.C.de dilat.*ſentit gloſſ.*in verbo intueri, in l.*1. *§. ſi dubitet.ff.de iud.eſt deciſ.*Rot.595.*in antiq.*ponit Alex.*conſ.*37.*viſo, col.*5.

col.5.verſic.quarto confirmatur,lib.2. Roman. *conſil.220.circa primum,colum.3.*

6 † Iuxta quam doctrinam dixit Ang. *in tractat.maleſic.in verbo,qui index videns,in verſicul. quæritur tamen, &c.* Quod licet ex
forma ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo, tamen requiritur ſententia declaratoria, iuxta not. per Bart. *in l. eius qui de-*
7 *latorem, de iure fiſci.* † tamen ſi index non faciat talem declarationem expreſsè, ſed mandet ad vlteriora procedi, tacitè ſuper ipſa contumacia pronunciat per not. per Bart. *in l.hæc ſtipulatio.§.pen.ff.de noui ope.nunc.* limitatur tamen prædicta doctri-
8 na,vno notabili modo,† vt non procedat quando eſſet oppoſita exceptio incompetentiæ iudicis, quia talis exceptio non reijcitur, per proceſſum ad vlteriora, ſed requiritur pronunciatio expreſſa,qua ſe pronunciet iudicem competẽtem.gloſ. *in cap. diſpendia, in verbo, proceſſus. de reſcript. in 6. in cap. 2. in verbo quorum.eod.titu.*Bald.*in l.penult.C.de ordin.iudic.*Innocen.& alij,
9 *in cap.2.de dilat.*vbi Imo:dicit † eſſe valde vtile pronunciare ſuper competentia iudic.Bart.*l.ex quacunq;,colum.3.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.*Alex.*in l.de pupillo.§.qui opus.in 3.col.ff.de no.oper.nun. conſil.125.in princ.lib.1.& conſi.1.col.4.lib.5.* Abb. *in c. cum ordinem. de reſcript.*Franc.& Imol.*in c.ſi duobus.de appel.*Felin.*in c.ſuper literis.de reſcript.*idem Felin.*in rub.de foro compet.*cum alijs adductis per Dec.*conſil.18.viſo.par.1.* Vantius dicens hoc eſſe ſanũ conſilium,*in rub.quib.mod.ſentent.nulli.reparetur.num.*8.cui adde latè cumulantem Marſil.*in l.ſi quis nec quæſt.num.99.de quæſt.* dicens hoc perpetuo menti tenendum, declarando, vt ibi per eum,& Tudetti video hoc obſeruari,maximè in cauſis appel-
10 lationum,& in commiſſariis. Vnum aliud addam obiter,quo vtuntur practici mei Tudertini, quod iudex pronunciat procedendum ad vlteriora ſaluis exceptionibus, quæ clauſula dicitur eſſe tantæ importantiæ,quod ſi appareat exceptionẽs eſſe veras,proceſſus redditur vſque retro nullus,& quicquid eſt poſtea factum.habetur pro non facto,gloſſ.eſt ſing.*in cap.cum contingat,de offic.deleg.*Clarè firmat Bald.*in l.illa.à quo.§.ſi de teſtament.ff.ad Trebel.* quod dictum dixit valde notabile in practica Iaſ.*in §.præterea.num.58.de act.*ſequitur Hippo.*ſing.696.reſeruatio*,dicens hoc quotidie in facto contingere.
11 † Similiter Iudex dando curatorem prodigo, licet non interdicat bonis expreſsè, tamen intelligitur interdictum Bald. *in l.Iulianus.ff.de curat.fur.*Ioan.de Imol.*in l.ei cui bonis.ff.de verbo. oblig.*Auphre.*in addit.ad Capel.Tholoſ.q.363.*
12 † Similiter iuxta prædicta conſuluit Rom. quod ſicut ſententia requiritur in conſequenti,ita in pręexiſtenti,vnde dicit
13 requiri ſententiam ſaltem declaratoriã,† ſuper relatione nuncij debitores non eſſe ſoluendo.ita Rom *per hanc reg. conſil.* 211. dicens eſſe nouam doctrinam.latè add.ad Bart. *in l. exitus.ff.de acqui.poſſ.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Poſito conſequente,ponitur antecedens in appellationibus.*
2 *Appellatio facta ab vno articulo, extenditur ad aliud,quod ſit antecedens,vel conſequens connexum.*
3 *Quod verum in actu iudiciali,ſecus in extraiudiciali.*

1 AD vltimum de appellationib. † Reſpondetur quod ſic.
2 Vnde appellatio † facta ab vno articulo, extenditur ad aliud, quod ſit antecedens, vel conſequens connexum, vt clauſula expenſarum,vt latè deducit Boer. *deciſ.73.nu.5.*
3 † Cui adde quod hoc verum eſt in actu iudiciali, ſecus in actu extraiudiciali, Innoc. *in c. cum à nobis,de appellat.*Guil. Pap.*ſing.32.appellat.*

REPETITIONIS

IN CAP. CVM QVID.

Præclariſſimi I. V. C. D. Vincentij Carocij Tudertini.

PARS TERTIA.

TERTIA EST REGVLA, PROHIBITO conſequente,cenſetur prohibitum antecedens.

HANC Regulam multæ leges comprobare videntur. Textus familiaris,*in l.oratio,de ſponſal.l.eos,in fin.C.de vſur.l.fi. C.de his qui ad eccleſ.l.2.§.verum.de iudic.l.idemque.§.1 ff.pro ſoc.l. obſeruare.ff.de offic.proconſ.l.2.§.1.ff.de adm.rerum ad ciui pertinent. l.ſcire.§.ſi iure.ff.de tut.& curat.dat.ab his.l.pupillus.§.ſed ſi per interpoſitam.ff.de autho.tut.l.in ſeruitutem.§ ſi quis.C de bon.liberta.l. quamuis.§.ſi cum eſſem.ff.ad Velleia.§.quia tamen.Inſtitut.de vi bon. rap.l.legem,in fi.C.de nat.lib. Can.presbyter.diſt.34.c.nam concupiſcentiam.de conſti.*cum multis ſimilibus ex quibus colligi poteſt, hanc eſſe veram iuris regulam à multis legibus collectam, iuxta ea,quæ ſupra vidimus.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibitus alienare,intelligitur prohibitus contrahere, ſuper alienatione facienda.*
2 *Prohibitus eſſe officialis, cenſetur etiam ei prohibita electio ad tale officium.*
3 *Minor prohibitus per ſtatutum reſtitui aduerſus ſententiam, ſi per aliquam ſententiam declaretur hæres ex qua ſit læſus, nec etiam aduerſus aditionem reſtitui poterit.*
4 *In bonis immobilibus prohibitis alienari,filius non poteſt eligere legitimam.*
5 *Officiales ſicut non poſſunt impedire debitores in repetitione vſurarum,ita non debent eis aliqua grauamina inferre, per quæ ceſſent ab huiuſmodi repetitione.*
6 *Sub colore boni non eſt faciendum malum.*

REGVLAM hanc licet multæ leges comprobent, multi Doctores etiam confirmare auſi ſunt, inferẽdo ad varias notabiles deciſiones.
† Primò dixit Bart.*in l.cum lex.ff.de fideiuſ.* quod prohibitus 1
alienare,intelligitur prohibitus contrahere ſuper alienatione facienda, ſequitur hoc idem Caſtren.*ibi, & in l. non dubium. C. de leg.& l.ſi vnus.C.de ſeru.ruſt.præd.*Imol.*c.cum contingat.in octano caſu principali,de iureiuran.*Bald.*in l.ſolent.ff.de his qui not.infam.* Chriſt.de Caſtelli,*in l.pacta quæ contra.C.de pact.*Aret.*conſ.2.col. 4.ad fin.conſ.28.col.3.conſil.129.col.2.* Bald.per illum text.*in l.fi.C. ad l.Fal.*Iaſ.*ad l.2.ff.de iuriſdict.omni.iudic.in l.fi.num.*135.*C.de iure emphi.* Claud.de Seiſel. *in l.ſi quis ex ſtipulatu. in l.ſi ita quis ex ea lege.ff.de verb.obligat.* latè poſt alios Tyraquel.*de vtroque retract. ad fin.titu.num.30.*
† Secundò dixit Aret.*in c.omnipotens.de accuſat.*quòd ſi quis 2
prohibetur eſſe officialis,cẽſetur prohibita electio ad tale officium, dicens hoc valde notabile.
† Tertiò per hanc regulam conſuluit Socin. *conſil. 242. col.* 3
pen.in fi.vol.1. quod ſi extat ſtatutum quod minores nõ poſſint petere reſtitutionem aduerſus ſententiam contra eos latam,ſi per aliquam ſententiam minores dèclarentur hęredes,ex qua ſint læſi,ſicut vigore ſtatuti non poſſint reſtitui aduerſus ſententiam,ſic nec aduerſus aditionem hæreditatis.
† Quartò conſuluit idem Socin.*conſil.71.col.5.in fin.vol.1.* te- 4
ſtator habebat bona multiplicis differentiæ, pecunias in mõte,bona mobilia,& immobilia, inſtituit hæredem filium ſuũ, & ſi ſine filijs deceſſerit,ſubſtituit filias fœminas ſorores eius. Item bona immobilia expreſsè prohibuit alienari. quæſitum eſt nunquid in iſtis immobilibus prohibitis alienari, filius inſtitutus poſſit eligere legitimam. Socin. per hanc regulam reſpondit quod non,ex quo enim eſt prohibita alienatio cenſetur etiam prohibita legitimæ electio.

† Quin-

5 † Quintò dixit Bonifac. de Vital. *in Clem. vnica, num. 18. de vſur.* quod ſicut prohibentur Rectores, & alij officiales, impedire debitores in repetitione vſurarum, *vt no. in c. 2. de foro compet. in 6.* ita non debent eis aliqua grauamina inferre per indirectum, per quæ ceſſent ab huiuſmodi repetitione.

6 † Sub colore boni non eſt faciendum malum, *Clement. multorum, de hæret.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente cenſetur prohibitum antecedens, prohibitione ſimplici, ſecus pœnali.*

2 *Prohibito matrimonio dicuntur prohibita ſponſalia.*

3 *Pœna impoſita contrahenti matrimonium, non intelligitur impoſita contrahenti ſponſalia.*

4 *Si ſtatutum prohibeat aliquid reformari in fauorem bannitorum, & reformantibus certam pœnam imponit, proponentes tantum, hanc pœnam non incurrent.*

5 *Statutum Florentiæ prohibens ſub certa pœna matrimonium inter Guelphos, & Comites de Albertis, non habent locum ſi contrahũt ſponſalia.*

6 *Si epiſcopus excommunicet eligentes, non per hoc intelliguntur excommunicati dantes vocem in ſcrutinio.*

7 *Statutum prohibens alienationem ſub certa pœna, nõ comprehendit ſimplicem promiſſionem alienandi.*

8 *Statutum pœnale loquens per hæc vel ſimilia verba, aliqua, comprehendit præambulum actus.*

9 *Diſpoſitio prohibitiua pœnalis comprehendit antecedens actus, ſed pœna erit arbitraria.*

10 *Prohibitus portare vinum extra diſtrictum ſub pœna, punietur ſi portat vnam metretam guſtus cauſa.*

11 *Prohibitus portare frumentum extra territorium, punietur ſi reperiatur in via, quæ ducat ad loca prohibita tantum.*

12 *Pœna arbitraria eſt dimidia minor ordinaria.*

13 *In atrocioribus pari pœna puniuntur de iure communi faciens actũ, & præambulum actus.*

14 *Fallit ex conſuetudine totius Italiæ & in ſtatutis.*

15 *Statutum priuans mulierem dote ob adulterium, extenditur ad oſculum luxurioſum, & ibi noua opinio auctoris.*

16 *Sicut fornicatio eſt peccatum mortale, ita oſculum libidinoſum.*

1 LIMITATVR primo loco principaliter præſens Regula, vt procedat in prohibitione ſimplici, ſecus ſi ſit prohibitio pœnalis. Vnde licet prohibito † matrimonio, dicantur prohibita ſponſalitia *d. l. oratio.* & tamen pęna impoſita contrahẽti matrimonium non intelligitur impoſita contrahenti ſponſalitia. † gloſſ. *in Clement. 1. in verbo, contrahere, de conſang. & affin.* Quam ſingularem dixit ad hoc Abb. *in cap. 1. col. pen. num. 32. de poſtul. prælat.* Arct. *in l. illud. ff. de acquir. hæred.* Iaſ. *in l. cum quidam, num. 12. de lib. & poſthum. in l. quo minus, num. 18. de flumin.* Dec. *in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. in c. iurauit, num. 13. de proba.* & hæc eſt communis * opin. teſte Ripa, *in tract. de peſte, de remed. ad conſeru. vber. num. 69.* de qua latè Port. *concluſ. 35. lib. 5.* Ex his infertur ad aliquas deciſiones.

(margin: 2, 3, *)

4 † Primò ſi ſtatutum prohibeat aliquid reformari in fauorem bannitorum, & reformantibus certam pœnam imponit, hanc pœnam non incurrent proponentes, ſi alia reformatio non ſequatur. Bald. *ad l. 1. num. 11. C. ſi Rector prouinciæ.*

5 † Secundò, ſtatutum Florentiæ diſponens, quod nullus Guelphus contrahat matrimonium cum aliquo de comitibus de Albertis ſub certa pœna, certè ſi contrahant ſponſalitia, nõ incurrent pœnam dicti ſtatuti. Bal. *in l. 1. §. docere. ff. ne quis eum.* ſequitur Iaſ. *in l. cum quidam, nu. 15. ff. de lib. & poſthum.*

6 † Tertiò licet epiſcopus excommunicet eligentes, non per hoc intelliguntur excommunicati qui dant vocem in ſcrutinio, licet hoc ſit præambulum electionis, *cap. quia propter. de elect.* ita Bald. *ad l. 1. C. ſi Rector prouinciæ,* facit text. *in c. perpetuæ. de elect. lib. 6.*

7 † Quartò licet prohibitus alienare non poſſit promittere de alienando, prout ſupra vidimus, tamen ſi teſtator vel ſtatutum prohibeat alienationem ſub pœna, non comprehendit ſimplicem promiſſionem. Ita Aluar. *in c. 1. §. & ſi libellario. quibus mod. feud. amit. per teſt. in l. ad eum. §. huius. ff. de donat. in l. ſi v. ff. de furt.* ſequitur Socin. *conſil. 242. colum. 4. volum. 1.* Barbat. *conſil. 51. num. 25. volum. 1.*

8 † Declaratur primò præſens limitatio, niſi diſpoſitio pœnalis contineat aliqua verba, per quæ contineatur præambulum actus, puta ſi in ſtatuto pœnali ſint appoſita hæc verba, aliquo modo, Barbat. *conſil. 51. volum. 1.* quamuis Moderni in loco à destructione antecedẽtis, dicant eum minus accuratè loqui, qui fortaſſe ita ſaluari poterit.

9 † Declaratur ſecundò quod diſpoſitio prohibitiua pœnalis intelligitur prohibere præambulum, ſed non incurrit pœnam faciens præambulum, ſed punitur pœna arbitraria iudicis.

10 † Et ita procedat dictum Bald. *in l. 1. C. quæ res export. non poſſunt,* quod prohibitus portare vinum extra diſtrictum ſub pęna, punitur etiam ſi portabit vnam metretam vini, guſtus cauſa. latè tenet Viui. *in verbo, ſtatutu prohibens,* licet reprobet Rip. *in tract. de peſte, de remed. ad conſer. vbert. num. 67.*

11 † Similiter ita procedat dictum Bald. *in c. nam concupiſcentiam, de conſtit.* quod prohibitus portare frumentum extra territorium ſub pœna, punietur etiam ſi reperiatur in via, prout prædicta declarat Seifel. *ad l. ſi ita. §. cal. de verb. oblig.* per id quod notat Archid. *in can. deniq. diſtinct. 4.*

Et circa hanc doctrinam, *de reper. in via omiſſis multis diſtinct. doctorum,* de verbis banni, vel ſtatuti illud de cõſuetudine ſeruatur, quod aut repertus in via erat via quę ducebat ad loca licita, & non licita, & tunc iuxta coniecturas iudex puniet vel non puniet aſportantem, ſi verò erat via quę non ducebat niſi ad loca prohibita, & tunc punietur, ita tenet Gand *in ſuo tract. maleficiorum, in rubr. de reb. non port. indu. num. 10. & 11.* latius atteſtando de conſuetudine & ponendo varias coniecturas. Rip. *in d. rubric. num. 75.* & pulchrè poſt eum Gram. *in conſil. 25.*

12 † Pœna autem arbitraria eſt dimidia minor ordinaria, dictum eſt Spec. *in titu. de conſtitut. verſic. pone ergo ſtat.* Bald. *in l. 1. C. de naut. fœn.* per text. *in l. ſi quis per ferendum. §. fin. ff. de furt.* quod *dictum reputatur valdè notab.* Scil. *ad l. 1. num. 14. C. de in ius vocan.*

13 † Declaratur † præſens limitatio, vt non procedat in atrocioribus, vbi à pari punitur, faciens præambulum actus, ſicut actum ipſum, loquendo de iure communi, vt habetur, *in l. 1. C. de ſicar. in l. 1. ff. de extr. crimi. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cler.*

† Benè ſanè verum eſt, quod in ſtatutis ex generali conſuetudine totius Italię debet ſequi effectus, aliàs non incurrit eãdem pœnam, vt tenet Bart. *in l. 1. C de ſicar.* Imol. *in c. 1. de præſum.* Paul. Caſt. *in l. 1. ff. quod quiſque iur.* Abb. *in cap. mulieres. de ſentent. excommu.* Bertac. *in verbo, affectus,* latè Felin. *in ſua digreſſione de conat. fallen. 8.* Matth. *in ſuis regulis crimin. in verbo, licet.* Gram. *conſi. 25. num. 5.*

† Per hoc infertur ad id quod notant ſcribent. *in rubr. C. de eden.* quod ſtatutum priuans mulierem dote ob adulterium, extendatur ad oſculum luxurioſum.

15 Diſputando tamen vnum obiter in contrarium dici poſſet conſiderando text. *in §. quia verò plurimas. in auth. vt liceat matri & auiæ,* vbi Imperator enumerans cauſas propter quas mulier dote priuatur, non enumerat oſculum, enumerat eas leuiores vel ſaltem pares oſculo, vt intereſſe conuiuijs, & ludis, & non enumerat oſculum, poſtea in fin. ſubdit verbis prægnantibus, & quodammodo geminatis, quod citrà ibi enumeratas cauſas, vxor nullo modo dote priuari debeat, poſtmodum his nõ contentus Imperator, volens omnino extenſionem prohibere, *in §. quia verò aliqui. in auth. vt nulli iudicum,* reaſſumit prædicta & dicit primo verbis taxatiuis, quod ſolum ex iam enumeratis cauſis mulier dote priuetur, poſtea verbis generalib. negatiuis, vt nullo modo extra prędictas cauſas, mulier dote priuetur, aliàs punietur ſecus faciens vt tranſgreſſor legis Dices, maior ratio eſt in oſculo, quam in aliquibus enumeratis. *in d. §. quia plurimas.* dicerem ex quo eſt geminatio prohibitionis in verbis, poſtea in tractatibus, & titulis, arguitur ſtabilior voluntas, nec videtur habere locum argumentum à maioritate rationis, & hæc obiter diſputandi cauſa, quæ quandoque excogitaui dum matutinas lectiones Peruſiæ audirem ſub celeberrimo I. C. D Raynaldo Rodulphio à me ſemper laudando nunquam tamen ſatis laudato.

16 † Dixit autem Boniſ. *in Clement. ad noſtrum. num. 80. de hæret.* quod ſicut fornicatio eſt peccatum mortale, ita oſculum libidinoſum.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente, cenſetur prohibitum antecedens, prohibitione reali: ſecus ſi ſit perſonalis.*
2 *Res prohibita vendi, erit prohibita pignorari.*
3 *Fallit niſi ſit data pignori, pro pretio æquiualente ipſi pignori ſi venderetur.*
4 *Secundò procedit in diſpoſitione fauorabili, ſecus ſi ſit strictè interpretanda.*
5 *Tertiò procedit quando res ſit prohibita vendi ſimpliciter, ſecus ſi cum pœna.*
6 *Pignorans non incurrit pœnam ſine traditione.*
7 *Emphiteuta in alienatione non incurrit pœnam caducitatis ſine traditione.*
8 *Statutum Vrbini prohibens mulierem alienare immobilia ſub pœna, procedit ſecuta traditione.*
9 *Mulier, conſtante matrimonio, non poteſt petere cautionem de dote reſtituenda.*
10 *Promittens ſub pœna non acquirere in territorio alterius, accipiendo hypothecam, non incurrit dictam pœnam.*

1 LIMITATVR ſecundo loco principaliter præſens Regula, vt procedat in prohibitione reali, ſecus ſi ſit prohibitio perſonalis. Cyn. & alij, *in l. 1. C. ſi rector prouinciæ.* Henric. Boich. *in c. ex parte. de accuſat.*

Ex his infertur ad aliquas deciſiones.

2 † Primò, res prohibita vendi, erit prohibita pignorari per quam pignorationem deuenitur ad venditionem, & alienationem. Bart. *in l. in quorum ff. de pigno. in l. multum intereſt. ff. de verbo. oblig. in l. qui habet. in princ. de leg. 3. in l. legato. §. fi. ff. de adim. legatis.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicom.* Aret. *conſil. 14. viſo, col. 2.* Dec. *in l. principalibus ff. ſi cert. petat.*

Declaratur præſens concluſio tribus notabilibus modis.

3 † Primò niſi daret pignora pro eo pretio quod æquiualeat pignori, quia ſi pignus venderetur non valeret plus, ita vt non ſit ſpes luitionis, eo enim caſu res non dicitur pignorata, ſed vendita & alienata, ita dixit Guil. de Cun. *in l. manumiſſiones. ff. ff. de iuſt. & iur.* ſequitur Bald. *in l. fi. C. de reb. eccle. non alien. in c. 1. §. ſi lib. llario. quib. mod. feud. amitt.* quā declarationem belliſſimam appellauit Corſet. *in ſing. ſuis in verbo. pœna 11.*

4 † Declaratur ſecundò, vt procedat in diſpoſitione in qua ſit lata interpretatio, prout ſunt teſtamenta, & alia fauorabilia, tunc enim res prohibita vendi erit prohibita pignorari. ſecus autem quando ſumus in diſpoſitione strictè intelligenda, vt contractibus tunc res prohibita alienari non erit prohibita pignorari, ita poſt alios Neguſ. *in tract. de pign. in tertio membro 2. partis princ. num. 73.* vbi declarat præſentem regulam.

5 † Declaratur tertiò, vt procedat, quando res eſſet prohibita vendi alienari ſimpliciter, ſecus ſi ſit prohibita alienatio ſub
6 pœna, pignorans enim non incurrit pœnam ſine traditione † Bal. *in c. 1. § denique qua ſuit prima cauſ. benef. amit. in c. 3. in princ. in 1. col. ad fi. de prohib. feud. alien. per Federicum.*

7 † Vnde videmus in alienatione emphyteuſis, in qua niſi ſit proceſſum ad traditionem, emphyteuta non incurrit pœnam caducitatis, *iuxta l. fi. C. de iu. emphyt.* ita tenet Spec. *in tit. de locat. § nunc aliqua, verſi. 195. C. in. in cap. potuit. locat.* Alex *conſi. 172. viſo themate col. 2. vol. 2.* Bal. dicens hanc eſſe communem * opinio. *in l. 3. C. vt in poſſeſ. legat.* latè Iaſ. *in l. fin. in 19. quæſt. C. de iu. emphyt.* vbi ſubdit id quod dictum eſt in prædicto caſu, pœnam incurri per traditionem, procedere, etiam in traditione ficta, prout in conſtituto, *iuxta l. quod meo. ff. de acquir. poſſ.*

8 † Similiter conſuluit Corn. *conſ. 147. col. fi. vol. 1.* quod ſtatutum Vrbini diſponens, quod mulier nō poſſit alienare immobilia ſine licentia ſuperioris, imponendo duplicem pœnam confiſcationis, & pecuniariam, non procedit quando fieret alienatio ſine traditione ex ſolo titulo, per prædicta.

9 † Secundò infertur ad aliam deciſionem, quod mulier cōſtante matrimonio non poteſt petere cautionem de dote reſtituenda, ea ratione per hanc limitationem; ſicut enim prohibetur pro dote conſeruanda, ita & pro reſtituenda cum vnum ſit præambulum alterius. Azo. *in l. 1. C. ne fideiuſ. dot* Spec. *in tit. de don. inter virum, & vxo. § fi. verſ. illud.* Bal. *in l ſi cū dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matri. in l. prout. § ſi pater. ff. de iuc. dot.* Vital. latè per hanc regulam, *in tract. de clauſul. ver. ſupereſt.* vt videmus in aliquibus legibus, dicens hanc opinionem veriorem, & hæc eſt communis * opin. in practica ſemper ſeruata. teſtib. Caſtr. & Alex. *in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matri.* latè Compag. *in tractat. de dot. part. 3. quæſt. 178.* Bald *in l. priuileg. 21.* Doct. Palat. *in cap. per veſtras. ver. quintò dicit. de donat inter vir. & vxor.*

† Tertiò dixit Cyn. in facto reſpondiſſe, *ad l. 1. C. de reb. eccle.* 10
non alien. Duo barones vicini promiſerunt ſub pœna, quod vnus non acquireret in territorio alterius, ſi vnus pro mutuo accipiat hypothecam, nō incurrit dictam pœnam, faciunt dicta in *3. declaratione primæ concluſionis huius limitationis.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente cenſetur prohibitum antecedens prohibitione perpetua ſecus temporali.*
2 *Si ex forma ſtatuti bannitus prohibetur eſſe de prioribus, & eſt inhabilis tempore quo ſit ſcrutinium, ſi imbuſſulatur, non poterit ſi extrahatur eſſe de prioribus, licet in extractione ſit exemptus de banno.*
3 *Prohibitus ex forma ſtatuti per procuratorem agere ſuper hoc priuilegium obtineat, non poterit procuratorem conſtituere ad agēdum ante priuilegium obtentum.*

LIMITATVR tertio † loco principaliter præſens regula, vt procedat in prohibitione perpetua, ſecus in prohibitione temporali glo. eſt quam ibi Abb. ſequitur, *in c. tua. de deſponſ. impub. in can. vides. diſt. 10.* Albe. *ad l. indebitum. ff. de condit. indeb.* Pau. Caſt. *ad l. ſolent. ff. de his qui not. infam.* 1

Ex his poſtea infertur ad aliquas deciſiones.

† Primò, ſi ex forma ſtatuti bānitus prohibetur eſſe de prioribus, & eſt inhabilis tempore quo ſit ſcrutinium, & imbuſſolatur ad hoc vt poſſit poſtea tale officium exercere, non poterit ſi extrahatur eſſe de prioribus, nec ſufficit tempore quo extrahitur ſit exemptus de banno. Ioan. And. *in addit. ad Specul. in tit. de accuſ. §. ſequitur. in addit. magna, in verſ. alia quæſt.* ſentit Bal. *in rubr. C. de condi. ob turp. cau. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nota. infam.* reputauit notabile Clau. de Seiſel. *ad l. ſed ſi quis. §. ea lege. col. fi. ff. de verb. oblig.* 2

† Secundò dixit Aret. *ad l. exiſtimo. ff. de verb. oblig* quod ſi ex forma ſtatuti vel conſuetudinis quis prohibetur per procuratorem agere, ſi ſuper hoc priuilegium obtineat, non poterit etiam procuratorem conſtituere ad agendū, ante priuilegium obtentum declarandum, vt ibi per eum. 3

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente non cenſetur prohibitum antecedens requirens ſpecificam prohibitionem.*
2 *Statutum prohibens contra instrumentum opponi exceptionem, non tollit reſtitutionem.*
3 *Fallit niſi in ſtatuto ſint hæc vel ſimilia verba, aliquo modo, vel aliqua exceptio.*

LIMITATVR quarto † loco principaliter, niſi tale præambulum requireret ſpecificam prohibitionem. Vnde ſi ſtatutum † diſponat quod contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, licet per reſtitutionem perueniatur ad exceptionem, ea tamen prohibita non erit, quæ requirit ſpecificam prohibitionem. iuxta not. *in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſ. in cap. coram, de reſtitut. in integ.* ita refert, conſuluiſſe Bald. Socin. *conſ. 242. volum. 1.* licet Bald. contrarium tenuerit, *in l. in cauſa, la prima. de minor.* 1 2

† Declaratur tamen hoc, niſi in ſtatuto apponantur hæc vel ſimilia verba, aliqua exceptio, aliquo modo opponi, quæ verba faciunt comprehendi caſum diſſimilem per gl. *in Clem. 1. de re iud. in l. cum pœnam. ff. de arbit. in c. fi. in verbo, quouis modo. de ſentent. excommun. in 6.* 3

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente cenſetur prohibitum antecedens proximum.*
2 *Prohibita executione, dicitur prohibita pronunciatio de exequēdo immediate præcedens, & eſt eiuſdem ſpeciei.*
3 *Vnus ex pluribus ordinarijs qui cœperunt ſimul de cauſa cognoſcere non poteſt citare ad ſententiam.*

LIMI-

1 LIMITATVR quinto † loco principaliter præſens regula, vt procedat in antecedente proximo nõ autem remoto. Vn-
2 de ſi quæramus † an prohibita executione ſit prohibita pronunciatio de exequendo, ita diſtinguendum videtur, aut pronunciatio immediatè præcedit executionem, & eſt eiuſdem ſpeciei cum ea, & tunc videtur prohibita, aliàs non, ita ſentit Bart. *in l.1. in l. iubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. gloſſ. in c. ſuper eo, in verbo, ordinem, de offic. deleg.* latè allegantes hanc regulam Alex. Iaſ. & Claud. *ad l.1. ff. de offic.*

3 † Secundò, dixit Alexan. *ad l. ſi vni. num. 9. ff. de re iudic.* quod ſicut vnus ex plurimis ordinarijs qui ſimul cœperunt de cauſa cognoſcere, non poteſt ſolus proferre ſententiam, ita nec facere citationem ad audiendum ſententiam, reputauit dictum notabile Purpur. *ad l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito conſequente cenſetur prohibitum antecedens neceſſarium in quo militet eadem ratio.*
2 *Senator prohibitus contrahere matrimonium cum liberta, & filia eius cum liberto, non poterunt contrahere ſponſalia.*
3 *Officialis prohibitus contrahere matrimonium cum ſublata, poterit contrahere ſponſalia.*
4 *Prohibita acquiſitione dominij, non videtur prohibita acquiſitio poſſeſſionis.*
5 *Prohibita alienatione fundi dotalis, eadem ratione videntur prohibita perſona, per quas deuenitur ad alienationem.*
6 *Sicut mater quæ tranſiuit ad ſecundas nuptias non poteſt eſſe tutrix filiorum primi viri, ita quando contrahit ſponſalia tantum de præſenti.*
7 *Promittens non facere molendinum in aliquo loco, poterit facere aquæductum ad aliud molendinum.*
8 *Statutum diſponens quod contractus minoris non valeat ſine certa ſolemnitate, vel quod in inſtrumento adhibeantur duo notarij matriculati, perinde ac ſi diceret, quod minor contrahere non poſſit, vel quod vnus notarius non matriculatus inſtrumentum facere non poſſit.*
9 *Prohibito conſequente cenſetur prohibitum antecedens per interpretationem extenſiuam.*
10 *Præterea conſideranda eſt mens prohibentis, quæ ex multis colligitur, vt ibi.*
11 *Præterea conſideranda eſt æquitas, qua ſuggerente, prohibitio extenditur, & non extenditur.*

1 LIMITATVR † ſexto loco principaliter, vt procedat in præambulo neceſſario & in quo militet eadẽ ratio. Cyn. Bal. & alij, *ad l.1. C. ſi Rector prouinciæ* Boich *in c. ex parte. de accuſat.*

2 † Exemplum quando eſt eadem ratio, ſenator prohibetur contrahere matrimonium cum liberta, item filia ſenatoris cũ liberto. *l. ſemper. ff. de ritu nup.* vbi redditur ratio, vt honeſtas ſeruetur, quę militare videtur in ſponſalibus, ergo ſponſalia ſunt prohibita inter eos. *l. oratio. de ſponſ.*

3 † Exemplum quando eſt diuerſa ratio, officialis non poteſt contrahere matrimonium cum ſubdita, ea ratione quia propter potentiam ſuam contraheret cum ditiſſima, & non poſſet poſtea matrimonium diſſolui, ſed non prohibentur ſponſalia quia poſſent diſſolui. *l. ſi quis officium. ff. de rit. nupt.*

4 † Hinc poſtea prohibita acquiſitione dominij, non videtur prohibita acquiſitio poſſeſſionis, vt habetur, *in can. tua. 12. q. 1.* Archid. *in c. 2. vt lite non conteſt.* Ioan. And. *in c. fin. de reſtitut. ſpol.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi vir. num. ff. de acquir. poſſeſſ.*

5 † Secundò, dixit Alexan. *in l. is cui bonis. num. 26. ff. de verb. obli.* quod prohibita alienatione fundi dotalis, eadem ratione videntur prohibitæ perſonæ per quas deuenitur ad alienationem per hanc regulam.

6 † Tertiò, dixit Spec. *in tit. de tutore. §. nunc dicendum. ver. item excipitur,* quod ſicut mater quæ mortuo patre, tranſiuit ad ſecũdas nuptias, prohibetur eſſe tutrix filiorum primi viri. *l. omnem. C. ad Tertul.* ita etiam quando contraxit ſponſalia de præſenti, referunt, & ſequuntur Moderni, poſt alios ab eis citatos *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 55. col. 3.* Roland. *in tract. de luc. dot. q. 6. num. 8.*

7 † Quartò, in facto conſultus reſpondit Alexan. *conſil. 194. conſideratu. volum. 2.* Reuerendiſſimus Bononiæ legatus cum voluntate & conſenſu Antianorum, vendidit molendinũ, & in inſtrumento promiſſum fuit emptori, quod in circumſtantijs dicti molendini non fabricaretur aliud molendinum: vtique ſi fiat aquæductus ad alium molendinum, hoc erit ei licitum, vt ibi conſuluit Alex.

† Quintò, conſuluit Ruin. *conſ. 201. num. 9. vol. 1.* quod ſtatutum diſponens quod contractus minoris non valeat ſine certa ſolemnitate, vel quod in inſtrumento adhibeantur duo notarij immatriculati, perinde eſt ac ſi diceret quod perſonæ minorum contrahere non poſſint, vel quod vnus notarius non matriculatus inſtrumentum facere non poſſit. 8

† Sciendum eſt etiam, quod hæc regula procedit per interpretationem extenſiuam. ita ſentit Bar. *ad l. oratio. ff. de ſponſ.* Bal. *ad l. 1. C. ſi Rect. Prouinc. quod dictum reputauit ſingulare,* Alex. *conſi. 154. col. fin. vol. 2.* Soc. *conſ. 242. col. 5. in princ. vol. 1.* Dec. *in c. iurauit. num. 13. de probat.* Neguſ. *in tract. de pig. in 3. memb. 2. part. num. 75.* 9

† Secundò, conſideranda eſt mens diſponentis, vnde ſi extat ſtatutum quod maritus non poſſit relinquere vxori vltra centum libras, & alimenta, & ſi aliqua cõminatio apponatur, quo minus ſtatutum ſortiatur effectum, nullius ſit momenti, modo ſi teſtator in ſuo teſtamento diſponat, quod hæredes ſui non poſſint locare, vel vendere ſua bona ſine licentia ſuperioris, aliàs ſubſtituit conſortium quoddam, certè iſta diſpoſitio non obuiat ſtatuto, cum in caſu contrauentionis, bona non deuoluantur ad vxorem, ſed ad cõſortium. & intentio dicti ſtatuti fuerit ne vxor habeat hęredem, ſed ſit contenta centum libris, & alimentis, ita declarat Barb. *conſ. 12. num. 6. vol. 1.* 10

Similiter mens diſponentis colligitur an prohibuerit in odium prohibiti, vel in eius fauorem, vel ob alium contingentem defectum. Dyn. *in regula, cum quid vna. infra eod.* Alex. *in l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig.*

† Tertiò, conſideranda eſt æquitas quædam, qua ſuggerẽte, diſpoſitio prohibitiua extenditur. ita declarat Bald. *in rubr. C. qui admitti. quod dictum reputat valde notabile ad hanc regulam,* Curt. iun. *ad l. 2. in ſi. ff. de iuriſd. omn. iudic.* 11

Ex his paucis quæ colligere potuimus patet, an regula procedat in contractibus, ſtatutis, vltimis voluntatibus, & ſimilibus.

REPETITIONIS
IN CAP. CVM QVID.

Præclariſſimi I. V. C. D. Vincentij Carocij Tudertini.

PARS QVARTA.

QVARTA EST REGVLA, DESTRVCTO, vel prohibito antecedente, dicitur prohibitum conſequens, vel deſtructum.

NVLLIS autem legibus ac iuribus egere videtur ad ſui ipſius confirmationem, cum per ſummum Pontificem poſita ſit in Regulis Iuris, in ſexto.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Si libertus donauit in fraudem patroni, & promiſit non contrauenire ſub pœna, ſicut per patronum reſcinditur principale, ita & promiſſio pœnæ, & ibi exornatur glo. in l. ſi quis patronus. ff. ſi quid in fraud. patron.*
2 *Quando citatio eſt inualida, omnia inde ſecuta ſunt nulla.*
3 *Citatio inualida non conſtituit aduerſarium in mora.*
4 *Citatio inualida non inducit litis pendentiam.*
5 *Citatio inualida non interrumpit præſcriptionem.*
6 *Quando citatio eſt inualida, proceſſus & ſententia ſunt inualida.*
7 *Citatio dicitur inualida multipliciter.*
8 *Sicut non valet denunciatio maleficij, nec valebit inquiſitio.*
9 *In abſolutione ab excommunicatione ſufficit citatio inualida.*
10 *Sicut non valet renunciatio facta per filiam de hæreditate materna quando erat minor, & c. inſcia valoris hæreditatis, nec etiam valebit obligatio fideiuſſorum.*
11 *Fideiuſſor poteſt vti iuribus ſui principalis.*
12 *Quando non valet prorogatio, nec valebit obligatio fideiuſſorum.*

13 *In renouatione noua pignora, & noua obligatio fideiuſſorum requiritur.*

14 *Sententia lata vigore citationis factæ per edictum, in loco notoriè non tuto citato, non valet.*

1 PRIMO per hanc regulam dixit gloſſ. *in l. ſi patronus. §. patronum. ff. ſi quid in fraud. patr.* quod ſi libertus donauit in fraudem patroni promiſerit non contrauenire ſub pœna, ſicut per patronum reſcinditur principale, vt donatum, ita quod ſequitur, vt promiſſio euictionis, vel pœnæ. Quam gloſ. dixit notabilem. & anteam, ad hoc Bal. *in l. Imperator, in pen. colum. ff. de ſtat. homi. in l. 1. col. 5. C. de inoffi. donat. ver. quæro vtrum.* Alex *conſil. 137. viſa, vol. 5. & conſi. 32. lib. 2. & 38. col. 2. lib. 3. & 81. col. 4. eo. vol.* Rom. *conſi. 234. & 246. & 257. & 454.* Anch. *conſil. 182. colum. fi. & 330. colum. pen. & fi. & 394.* Soc. *in l. ſi frater à fratre, in 12 notab. ff. de condit. indeb. in l. 1. §. ſi vir. ff. de acqui. poſſ. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. & in §. cum quis, in 1. not. ff. de reb. dub. in l. ſi quis arbitratu. in 5. not. ff. de verb. oblig. conſi. 3. colum. 3. lib. 1. & conſi. 99. in ſecunda difficultate, lib. 3. & conſil. 22. ad fin. lib. 4. & conſil. 18. col. 2. vol. 1.* Iaſ. *in l. ſub prætextu, la 1. col. fi. C. de tranſact. in l. non dubium. colum. pen. C. de legibus in l. ex teſtamento. C. de fideicom. in l. certi condit. §. ſi nummos. in l. eius qui. §. qui autem. in l. principalibus ff. de cert. pet. in l. 1. §. ſi quis ita. in l. ſi ita ſtipulatus. § Chryſogonus. ff. de verb. oblig. conſil. 133 nu. 20. vol. 4. & conſil. 213. lib. 2.* Barb. *conſil. 42. col 8. lib. 1.* Felin. *in c. cum venerabilis, num. 15. de except.* Dec. *in c. præterea. col. 4. de offic. deleg.* Pariſ. *conſi. 42. & conſil. 115. vol. 1.* Aret. & Iaſ. *in §. fuerat,* vbi Aret. *col. 11. ver. ergo eodem modo,* & Iaſ. *num. 76. de act.* Corſet. *in repert.* ad Panorm. *in verbo, acceſſorium, il primo, & in ſingul. in verbo, officialis.* Ruin. *conſi. 127. num. 14. vol. 5.* Rip. *in repet. l. ſi vnquam. in 4. quæſt. C. de reuocat. donat.* Curt. Iun. *in l. vnica. col. 5. C. quando non petent. part.* Marſi. *in rubric. de fideiuſ. quæſt. 50. num. 352.* Cagn. *in l. cum principalis, num 9 ff. de reg. iur.* Tiraq *in tract. de conſti. poſſeſ. limitat. 7. num. 28.*

2 † Secundò dixit gloſſ. *in l. ſi accuſatorib. in gloſ. fin. C. de accuſat.* quando citatio eſt inualida, vel nulla, omnia inde ſecuta ſunt nulla, quam ſecutus eſt Bald *in c. ſi clericus, colum. 1. de pace tenen. in l. cum fratrem, colum. fi. C. de his qui b. vt indig. in auth ſi omnes, col. fi. C. ſi vt ſe ab hæred. abſtin. in l. in teſtamenta. C. de teſtam. in conſ. 173. vol. 3.* reputauit notabile Rom. *ſing. 172. nota quod quando.*

3 † Et iſta citatio inualida non conſtituit aduerſarium in mora. gloſſ. *in c. de cauſis, in verbo, venire, de offic. deleg.* Iaſ. *in rub. ff. de in ius vocan. in fin.* latè Afflict. *deeiſ. 366. num. 16.*

4 † Similiter iſta citatio inualida non inducit litis pendentiã *Clem. fi. vbi notatur, vt lite penden.* Dec *conſ. 461. num. 27.*

5 † Nec præſcriptio interrumpitur. glo. 2. *in c. vt debitus. de ap-*
6 *pel.* latè Port. *conſ. 12. lib. 4.* † Et in ſumma, quando citatio eſt nulla, vel inualida, proceſſus, & ſententia inde ſecuta eſt inualida, & nulla, vt latè tenet Mariant. *in ſuo Spec. in 4 part. diſt. 16. nu. 10.* Marſil. *in rub. de fideiuſ. q. 50. nu. 355.* Ber. de Luc. *reg. 673.* &
* hæc eſt communis opin.* teſte Vinio, *in verbo, ſententia non poteſt,* pulchrè teſtando etiam hanc eſſe communem Theoricam,
7 teſtatur Rol *conſ. 68. nu. 14. par. 2.* † Inualida eſt aũt citatio multipliciter. ratione citantis, ratione citati, reſpectu loci in quo, loci ad quem, temporis in quo & temporis ad quod. itẽ ratione formæ, vt latè proſequitur Vant. *in rub. ex defectu citatio. num.*
8 *26.* † Et prædictis adhæret aliud notabile dictum, quod ſi nõ valet denunciatio maleficij facta per ſindicum Caſtri Aquilię. nec etiam valebit inquiſitio, propter eam formata. Bal. *in addi. Spec. in tit. de inquiſ. in 1. verſic.* vbi dicit hoc eſſe ſummę notandũ, quod dictum latè commendat Marſil. *conſil. 64. num. 51.*

9 † Quam concluſionem de citatione limitat Rom. vno notabili modo ſecundum eum, vt non procedat in abſolutione ab excommunicatione, vt per eum, *ſing. 50.* ſequitur Marſil. *in repet. l. de vnoquoque. in 43. limitat. de re iudic.* Aug. Bero *in cap. quoniam contra. in verbo, citationes. num. 96. de prob.* latè Dec. *in cap. quæ fronte, de appel.*

10 † Tertiò per hanc regulam reſpondet. Iaſ. *conſ. 133. volum. 4.* quod renunciatio facta per filiam minorem, & inſciam valoris hæreditatis maternæ, cui renunciauit non valet ob ignorãtiam, & enormem læſionem, nec etiam valebit obligatio fide-
11 iuſſorum, qui pro ea promiſerunt. † Pro quo facere videtur, quod fideiuſſor vti poſſit iuribus ſui principalis *l. conſtitutionibus.* & ibi Bald. *C. de vſur. l. tam mandatori.* vbi Bald. *C. non num. pecu.* Bart. *in l. vbicunque. ff. de fideiuſ.* latè Marſil. *in rub. de fideiuſ. q. 50. num. 350.*

† Quartò per hanc regulam reſpondit D. Michael Corradus de Tudetto, doctor in Romana curia celeberrimus, qui 12
ob eius ſanum in legali profeſſione iudicium, doctor veritatis meruit appellari. Finita eſt ſocietas inter partes die 3. Iunij, quam partes prorogauerunt die 21. eiuſdem menſis, ſicut iſta prorogatio vti prorogatio non valet. *l. ſed & ſi manente. ff. de precar.* nec etiam valebit obligatio fideiuſſorum, vti conſequens.

† Dices ſi non valeat vti prorogatio, valeat in vim renouationis. 13
Reſpondit quod in renouatione noua pignora. & noua obligatio fideiuſſorũ requiritur. *l. nouatio. ff. de nouat.* Quæ collegi ex ipſius D. Mich. manuſcriptis dum extarent apud patrẽ meum D. Fabium Carocium ipſum etiam I. C. quæ poſtmodum vigore teſtamenti fuerunt tranſlata apud D. Fabritium Corradum D. Michaelis nepotem patruelemq́; meum maximè expectationis doctorem.

† Quintò reſpondit nouiſſimè Rolan. à Valle, *conſ. 68. part.* 14
2. quod ſententia lata per Illuſtriſſimum delegatum Cęſareũ, contra Comitem Scipionem, de Filiſco, in pœnã rebellionis, & confiſcationis bonorum, eſt ipſo iure nulla; ex quo dictus Comes fuit per dictum delegatum citatus per edictum, in loco notoriè non tuto ipſi citato, quo caſu citatio eſt nulla, ita vt comparere non teneatur. *Clem. paſtoralis. §. piſana, de re iudicata,* & ibi dicit hanc eſſe communem * opin. *vt in d. conſ. num. 20.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Probibito antecedente non dicitur prohibitum conſequens, quando prohibitio eſt facta ſpeciali fauore.*

2 *Filia minor alienans non ſeruata forma ſtatuti licet non obligetur, tenetur fideiuſſor.*

3 *Statutum prohibens filiumfam. obligari tamẽ fideiuſſor tenebitur.*

4 *Quando obligatio eſt inefficax ob defectum ſubſtantialium, fideiuſſio quoq; erit inefficax, ſecus ſi defectu perſona.*

5 *Statutum prohibens mulierem dotem alienare, ſi alienat, & obligat alia bona, obligatio iſta bonorum tenebit.*

LIMITATVR † primo loco principaliter, præſens Regula, 1
vt non procedat quando prohibitio eſt facta aliquo ſpeciali fauore, in ipſo principali, quo caſu non tollitur conſecutiuum. *l. & ſi u. C. de præd. min.* vbi ſi curator alienare prohibitus ſine decreto alienauerit, & pignora euictionis dederit, licet contractus non valeat ſpeciali fauore minoris, valet tamen pignorum datio.

Pro cuius legis aliquali notitia præſciendum eſt, quod lex obuiat actui eum fieri prohibendo multipliciter.

Primò, poteſtatem datori detrahendo, & hic quantum ad prohibitum, ipſo iure contractus non valet. *l. ſi prædium. C. de iure dot. l. 1. ff. de rebus eorum.*

Secundò, lex obuiat actui, poteſtatem adminiſtratori adimendo, & non valet contractus, quãtum ad perſonam repręſentatam, ſed quantum ad ipſum miniſtrum, ſi forma contractus patitur obligatio committitur, quia eſt extra cauſam prohibitionis, *d. l. & ſi u, cum ibi not.*

Tertiò lex obuiat rem à contractu eximendo, & tunc contractus eſt nullus ea ratione, quia res eſt loco materiæ. & quando materia reſiſtit, forma non imprimitur ſecundum Philoſophum, *facit l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligat.*

† Iuxta prædicta in facto conſultus reſpondit Pariſ. *conſ. 61.* 2
num. 110. volum. 2. Extat ſtatutum Vicentiæ, ſub. rub. de bon pupill. non alien. quod dat certam formam alienationi, & acquietationi faciendæ per minores, quædam Tomaſina minor 25. annis agnoſcendo legatum ſibi relictum, fecit contractum quietationis, & renunciauit hęreditati paternę, & auitę, & omnibus iuribus quæ haberet in eis, & pro ea promiſit eius gener, licet principalis obligatio ſit nulla, quia facta ſine requiſitis ſtatuti, tamen ſoceri obligatio ſubſiſtet, quia principalis obligatio eſt prohibita per ſtatutum, ſpeciali quodam fauore, vnde remanet fideiuſſ. vt ibi latè per eum.

† Secundò, dixit Alex. *in addit.* ad Bart. *in l. Marcellus, in princ.* 3
ff. de fideiuſſ. quod ſtatutum prohibens filiumfamil. obligari, nihilominus fideiuſſor obligabitur, quia eſt prohibita obligatio in filio, ſpeciali quodam fauore. † Et iuxta prædicta 4
Cyn. inferebat, *ad l. dominus. C. quod cum eo. colum. 1. in fin.* quod obli-

obligatio qñq; eſt inefficax ꝓpter defectũ ſubſtantialiũ obligationis, vt puta pupillus mecũ contraxit, qui nõ habet intellectũ, quo caſu omnis obligatio eidẽ acceſſoria erit inefficax. Quandoque obligatio eſt inefficax propter defectum perſonæ obligatæ, vt cum ſeruus contrahit, quo caſu licet obligatio ſerui ſit inefficax, oritur tamen actio efficax cõtra dominũ, vt ibi latè per eum 5 † Iuxta prædicta conſuluit Alex *conſ. 39. num. 12. vol. 4.* quod ſi fauore dotis ſtatutũ aliquod diſponat, quod mulier non poſſit dotem ſuam alienare, ſi alienet aliquẽ fundum dotalem, & pro obſeruatione cõtractus obliget alia bona, licet principalis alienatio non teneat fauore dotis, tenebit autem obligatio acceſſoria, vbi Alex. ſubdit, iſtum eſſe verũ intellectum *ad d. l. ſed ſi is.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito antecedente dicitur prohibitum conſequens, quando lex non aſſiſtat, nec reſiſtat.*

2 *Quando lex non aſſiſtit ob publicum fauorem, ſicut non tenet principale, nec conſecutiuum.*

3 *Hæres prohibitus petere ab vxore relicta vſufructuaria cautionem de fruendo arbitrio boni viri, ſi petat, non incidet in pœnam.*

4 *Quando proprio vitio conſequens ſit infectum, ſicut principale non tenet nec ipſum valebit.*

5 *Quando contractus eſt præter legem, transfertur ex eo dominium.*

1 LIMITATVR † ſecundo loco principaliter præſens regula, vt procedat in actu celebrato cõtra legem, ſecus ſi præter l. quia lex non aſſiſtit tantum, quo caſu licet principale nõ teneat, tenet tamen eius conſecutiuum. *l. ſtipulatio iſta. §. alteri*, qui ita communiter declaratur, teſte *ibid.* Iaſ. *ff. de verb. obliga.* quicquid Docto. varijs in locis variè ſenſerunt.

2 † Declaratur præſens limitatio, vt procedat, quando lex non aſſiſtat in fauorem priuati, ſecus ſi in fauorem publicum, quo caſu ſicut non tenet principale, nec eius cõſecutiuum. ita declarat Alex. *in l. quod de bonis. §. 1. i uſi ff. ad leg. Falci.* Exemplum de primo membro habetur, *in d. §. alteri*, vbi lex non aſſiſtit in fauorem priuati. quia initæ ſunt ſtipulationes, vt nobis nõ alteri ſtipulemur. exemplum de ſecundo habetur, *in d. § 1. legis*, quod de bonis. vbi lex ob publicum fauorem, vt ibi dicitur, non aſſiſtit teſtatori volenti prohibere falcidiam, quo caſu ſicut ibi promiſſio de non detrahendo falcidiam, nõ tenet, nec etiam valebit promiſſio pœnalis ibi appoſita. Et ita poteſt intelligi lex, Seius & Augerius. *eod. tit. ff. ad l. Falcid* de qua Bal. opponit *ad l. non dubium, in 14. oppo. C. de legibus.* Poſſet fortaſſe alio modo declarari, conſiderando duos cauſa principales, quandoque teſtator prohibet falcidiam tacitè, puta legando vltra dodrantem & iſto caſu lex non aſſiſtit, & ſic oritur ſaltem naturalis obligatio. & ita procedant notata *ad l. 1. ff. ad Falcid ad l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor.* Quandoq; teſtator expreſſe prohibet falcidiam, & iſto caſu lex reſiſtit, & ſic nec conſecutiuũ valebit. ita Caſt poſt gloſ. *in d. l. quod de bonis. §. 1.*

3 † Iuxta prædicta inferebat ibi Rayne. ad deciſio quæſtionis, teſtator reliquid vxorem ſuam vſufructuariã omnium bonorum, & prohibuit hæredem, *nec peteret* cautionẽ ab ea de vitẽdo, & fruendo, arbitrio boni viri, aliàs priuat eum hæreditate, certè ſi petat non incidet in pœnam, quia ſicut principalis prohibitio non valet non valet, quia contra *l. ſcire. C. vt in poſſeſ.* nec etiam tenebit pœna.

Declaratur ſecundò præſens limitatio, quando ſit eadem ratio non aſſiſtentiæ, aliàs non. ita Bart. *in l. ita ſtipulatus. la grãde, in vltima oppoſitione primæ par. principaliũ. ff. de verb. oblig.*

4 † Declaratur tertiò, vt non procedat quando conſecutiuũ ſit proprio vitio infectũ, quo caſu licet principale non teneat, quia lex non aſſiſtat, nec ipſum valebit. ita declarat Sa. *ad l. pact. quæ cõtra. C. de pact.* per tex. *in l. ſeruum ea lege. ff de ſeru. export. tãd.*

5 † Ex his poſtea videmus, quod quãdo contractus eſt præter legem, ex eo transfertur dominium *l. eleganter. in princi. ff. de dol. l. multum intereſt, cum ibi not. C. ſi quis alter. vel ſib. l. contractus. C. de fid. inſtrum. cum ſimi.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito principali dicitur prohibitum conſequens, veniens de iure communi, vel de facto.*

2 *Prohibita electione non dicitur prohibita diſpenſatio.*

3 *Adoptio licet ſit nulla, tenet tamen eius confirmatio.*

4 *Sententia licet non teneat, tenet tamen eius confirmatio.*

5 *Datio tutoris licet non teneat, tenet tamen eius cõfirmatio.*

6 *Electio licet non teneat, valet tamen eius confirmatio.*

LIMITATVR tertio loco principaliter præſens regula, vt procedat quando tale conſecutiuum, ſequatur prohibitum, vel de iure communi, vel de facto: 1 ſecus ſi proueniat ab aliqua principio ſpeciali. 2 Vnde † prohibita electione illegitimi, non dicitur prohibita diſpenſatio circa iſtam electionẽ, quia diſpenſatio prouenit ab vno principio ſpeciali, ſeparato ab electione, & ita hanc regulam declarat Anto. de Butr. *in c. innotuit, nu. 20. de elect.* Abb. & alij, *ad c. ſuſcitata, de reſtitut. de integrum.*

† Facit quia licet adoptio ſit nulla, tenet tamen eius confirmatio. 3

† Similiter licet ſententia non teneat, tenet tamẽ eius cõfirmatio. 4 *l. 1. §. ff. quæ ſenten ſi ap. re.* † Similiter licet datio tutoris nõ valeat, 5 valet tamen eius cõfirmatio. *l. in ſumma. ff. de confir. tuto.* 6 Similiter licet electio alicuius non teneat, tenet eius confirmatio. *c. quod ſicut, de elect. c. cum olim, de dolo, & contumac.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibitio antecedente cenſetur prohibitum conſequens proximũ.*

2 *Stante ſtatuto, quod omnes venditiones factæ ab vno menſe citra, ſint ipſo iure nullæ ſi quidam vendidit, & tradidit, tale ſtatutum non poterit tollere dominium.*

3 *Ceſſante cauſa proxima ceſſat effectus.*

4 *Quomodo contractus eſt cauſa immediata translationis poſſeſſionis, eo vitiato, non transfertur poſſeſſio.*

5 *Contractus alienationis in forenſem factus contra formam ſtatuti, licet ſit nullus, tamen ex eo transfertur poſſeſſio.*

6 *Pupillus non poteſt alienare rem immobilem, cum authoritate tutoris ſine decreto iudicis.*

7 *Pupillus ſine decreto iudicis cum authoritate tutoris poteſt in alium poſſeſſionem transferre.*

LIMITATVR. † quarto loco principaliter, vt procedat in conſecutiuo proximo, non remoto. glo. & ibi not. Albe. 1 *in l ſi rum mulier. ff. rerum amot.* † 2 Hinc poſtea infertur, dici ſtatutum quod omnes vẽditiones factæ ab vno menſe citra, ſint ipſo iure nullæ, modo ſi quidã vendidit & tradidit nunquid tale ſtatutum poſſit tollere dominium? & reſpondetur quod non, quia cauſa immediata tranſlationis dominij, eſt conſenſus, vnde licet tollatur principale remotum, puta titulus, non tamen tollitur eius conſecutiuum remotum, ita hanc limitationem ponendo, infert Bal. *in l. 1. nu. 5. ff. ſol. matr.* 3 † Et ſic ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *c. cum ceſſante, de appel.* Hoc procedit in cauſa proxima non remota.

4 † Secundò inferebat idem Bald. *in l. non dubium. in 10. oppoſitione. C. de leg.* quod quando contractus eſt cauſa immediata tranſlationis poſſeſſionis, eo vitiato, nõ transfertur poſſeſſio, *iuxta not. in l. 1. § ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ.*

5 † Tertiò inferebat idem Bald *ad l. 2. in fi. ff. de iuriſd. omn. iudi.* Quod ſi ſtatutum prohibeat alienationem rei immobilis in forenſem tamen ſi alienetur, & cõtractus ſit nullus, poſſeſſio transfertur. de qua latè Rom. & alij. *in l. is cui bonis*, vbi Alex. *in 2. notab ff. de verb oblig.* Tiraq. *de conſtit. poſſeſ. limit. 7.*

6 † Quartò facit: quia licet pupillus non poſſit alienare rem immobilem cum authoritate tutoris, ſine decreto iudicis. *l. magis puto. §. non poſſum. ff. de rebus eorum. l. lex quæ tutores. C. de adminiſtra. tuto.* 7 † tamen pupillus cum ſola authoritate tutoris, abſque decreto iudicis, poſſeſſionem in alium transferre poteſt gloſſ. eſt *in l. 2. §. ſi à pupillo*, quam Io. de Imol. ibi ad hoc reputat notab. *ff. pro empto.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Prohibito antecedente dicitur prohibitum conſequens, militante eadem ratione.*

2 *Stante ſtatuto quod contractus excedens tantam ſummam nõ poſſit probari niſi per publicum inſtrumentum, vtique iuramentum in tali contractu appoſitum poterit probari per teſtes.*

3 *Prohibitus extrahere frumentum, erit prohibitus extrahere farinã vel panem in notabili quantitate.*

4 *Expenſæ debitæ officio iudicis mercenario, de per ſe peti non poſſunt, ſecus ſi per ſtipulationem.*

5 *Maritus recipiendo capitale præiudicat ſibi alimentis, & alijs acceſſorijs.*

6 *Clerico vti ſpoliato beneficio, agenti reintegrari, poteſt obijci ſpecialis illius beneficij reſeruatio.*

7 *Reſeruatio eſt malignæ naturæ, & titulum & quicquid inuenit deſtruit.*

8 *Limitatio ad l. 1. §. ſi vir. ff. de acqui. poſſeſſ. § ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ.* non procedit in beneficialibus.

1 LIMITATVR. quinto † loco principaliter præſens regula,
vt procedat quando militet eadem ratio, alias non. Bart.
in l. ita ſtipulatus, in 12. oppo. ff. de verborum obliga. Bald. *in l. non du-
bium, in 24. oppoſ. C. de leg.* Alex. *conſ. 4. col penult. lib. 1.* Corn. *conſ.
140. in præſenti conſultatione, lib. 3.* Socin. *conſ. 41. in præſenti, lib. 2.*
Deci. *in l. cum principalis, num. 3. ff. de reg. iur.* Marſ. *ſing. 17. acceſſo-
rium,* latè Tiraq. *de vtroque retract. gloſ. 18. num. 59.* Ex his poſtea
infertur ad aliquas deciſiones.

† Primò ſi extat ſtatutum, quod contractus excedens ſum-
2 mam centum non poſſit probari niſi per publicum inſtrumẽ-
tum, ſi ſit initus contractus excedens dictam ſummam, & in
eo appoſitum iuramentum, ſed de ipſo contractu non fuit fa-
ctum publicum inſtrumentum, ſed ſolum interuenerunt te-
ſtes, licet contractus nõ poſſit probari per teſtes ex forma ſta-
tuti, probabitur tamen iuramentum in eo appoſitum, ita di-
xit Io. And. *in c. cum contingat, nume. 30 de iureiur.* appellauit di-
ctum nunquam obliuiſcendum Feli. *in c. ſicut conſuetudo, col. 6.
de proba* Hipp. *ſing. 126. in multis ciuitatibus.*

3 † Secundò prohibitus extrahere frumentum, erit etiã pro-
hibitus extrahere farinam, vel panem, in notabili quantitate.
in l. quæſitum. §. illud leg. de leg. 3. Bald. *in l. non dubium, num. 10. C. de
leg.* Anch. *in repet. cap. 1 car. 11. de conſtit.* Felin. *in cap. ad deliberan-
dum, colum. 2. de re iud.* Ioan. de Anan. *in cap. iudicante. de teſti. in
cap. 4. de decim.* Porr. *in §. fin. Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.*
Marant. *in ſuo Specu. par. 2. num. 20.* Boniſa. *in tract. maleſi in rubr
quid ſi accuſatio, num. 16.* Brun. *de conſtit. & decret. in verbo deuetum,*
latiſſimè Rip. *in tract. de peſte. in titu. de remed. ad conſer. vber. nume.*
* 45. Guid. Pap. *q. 373.* Alcia. *de verb. ſignifi. lib. 2. nu. 61.* Eſt commu-
nis * opin. teſte Viuio, *in verbo ſtatutum prohibens.*

4 † Tertiò infertur in materia expenſarum, quod ſi expenſæ
debeantur officio iudicis mercenario, de per ſe peti non poſ-
ſunt, ſecus ſi per ſtipulationem gloſ. *in l. non ſolum ff. de re. vendic.*
Barto. *in l. 3. § ſi rem. ff. de reg. 3.* Docto. *in l. 1. in l. ſancimus. C. de iu-
dica. in l. venditores. ff. de verborum obliga.* pulchra addi. ad Guid.
Pap. *q. 55.*

5 † Quartò inferebat Bal. ad quotidianã quæſtionem ſecun-
dũ eum, quod ſi promiſſor dotis ſtetit per quatuor, vel quinq;
annos, quod nihil ſoluit recipiendo poſtea maritus capitale,
præiudicat ſibi in alimentis, & alijs acceſſorijs. Bal. *in l. fi. §. præ-
terea. C. de iure dot.* Imol. & alij, *in l. inſulam. ff. de verb. oblig. cau. in c.
ſalubriter. de vſu.*

6 † Quintò infertur, quia cõtra clericum, vt ſpoliatum poſ-
ſeſſione beneficij agentem reintegrari, obijci poteſt ſpecialis
illius beneficij reſeruationis exceptio, ea ratione ad propoſi-
7 tum, quia reſeruatio † inficiat titulum, & illum ipſo iure an-
nullat. *c. ſi eo tempore, de elect. in 6.* & eſt tantùm malignæ naturæ,
vt quicquid inuenit deſtruat, & in oppoſitũ ducat, vnde poſ-
ſeſſio quoque erat nulla. ita Lap. *allega 24.* Corſet. *in Fallen. ad
regulam, quod ſpoliatus ante omnia. fall. 48.* Iac. Nouel. *praxi crim.
tit. ſpoliat. de fact. incip. vulgaris regula, nu. 41.* Rot. *deciſ. 3. de reſtitu.
ſpol. in nouis, & in deciſionibus antiquis, eodem titu. deciſ. 2. & deciſ.
17. & in titu. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. deciſ. 10.* Caſſad. *de reſtitut.
ſpoliat. deciſ. 1. nume. 3. & deciſ. 2. nume. 5.* Et ita ſeruat Curia Ro-
mana, Gomeſ. *teſte in regul. Cancel. de trien. poſſeſſ. nume. 58. quæſt.
49.* Ripa *in §. nihil commune, nume. 82.* Bero. *in cap. literis, num. 84.
de reſtitut. ſpoliat.* Rebuff. *in praxi benef. in titu. de reſcript. tam gene-
ralibus quam ſpecialibus, num. 40.* Io. Bapriſta Ferret. *conſ. 15. nu. 1
& 2 conſ. 21 num. 3. conſ. 69. num. 7. conſ. 172. num. 1. conſ. 188. nu. 3.*
Aeneas de Falco. *in tract. de reſeruat. benef. in effectu 11. & 47.* Cra-
uet. *conſ. 259. nu. 9. Nouiſſimè* Quintil. Mandoſius, *in commen. ad
regulas Cancellariæ Iulij III. in regu. 1. de reſeruationibus. quæſt. 3.* latè
Menoch. *in 15. remedio q. 35. nume. 443. vbi quinque modis limitat.*
Iuxta † quam ibi Menoh. correlaria infert, quod diſpoſi. *l. 1.*
§ ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ. non procedit in beneficialibus.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Sublato principali non intelligitur ſublatum conſtitutum, vel precarium.*

2 *Quod verum niſi principale ſit ſublatum ſolutione, vel alias de conſenſu partium.*

3 *Secundo procedit quando actus ſit inutilis cum ſpe reconualeſcentia, alias non.*

4 *Quando actus principalis eſt ab initio nullus, conſtitutum quoque erit nullum.*

5 *Si creditor vult reuocare pignus precario conceſſum, debitor non tenetur offerre illam pecuniam pro qua pignus non erat obligatum.*

6 *Si debitor creditoris precario accepta alienauerit in tertium, qui cum titulo, & bona fide poſſederit per decem vel viginti annos, tamen non dicitur præſcriptum contra creditorem principalem.*

POSITIS ALIQVIBVS LIMITATIONIbus generalibus, & vniuerſalibus.

LIMITATVR ſexto loco ſpecialiter in conſtituto, ſeu pre- 1
cario, quod, ſublato principali, nõ intelligitur ſublatum.
glo. Azo. Bart. & alij, *in l. ſi aliquam rem, ff. de acquir. poſſeſ.* gloſſ.
Cyn. Bald. Ang Salic. *in l. qui rem. C. locat. in l. ad probationem. C.
eodem.* Alex. Paul. Caſt. & alij *in l. quod meo. ff. de acquir poſſ.* Corn.
conſ. 20. viſo dicto puncto, colum. 4. verſ. non obſt. lib. 3 Cępol. *in conſ.
crimi. conſ. 4. viſa querela, colum. 2.* Socin. *conſ. 49. in cauſa Epiſcopi,
colum. 2. lib. 3.* Deci. *conſ. 202. vt præſens conſultatio, col. 4* Ruin. *cõſ.
137. viſo inſtrumento, col. fi. lib. 1.* Bertran. *conſ. 4. num. 16. & 17. lib. 2.
& conſ. 238 num. 2. lib. 3.*

† Declaratur primò hæc limitatio, vt non procedat quan- 2
do principale eſt ſublatum ſolutione, vel alias de voluntate
partium, quo caſu etiam conſtitutum cenſetur ſublatum, ſe-
cus ſi alia iuris ſubtilitate. Barto. *ad l. ſi debitor. ff. de precar. ad l. qui
pignoris ff. de acqui. poſſeſ.*

† Declaratur ſecundò præſens limitatio, vt procedat quan-
do actus ſit inutilis cum ſpe recõualeſcentiæ, alias conſtitutũ 3
nihil operabitur. ita Soc. *ad l. 1. § ſi vir ff. de acquir. poſſeſ.* per text.
in l. cum ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. inter virum & vxo. vbi licet ſit
donatio à principio nulla, quia inter virum & vxorem confir-
metur & reconualeſcit morte damnantis, & tunc precarium,
quod diu fuit in ſuſpenſo, procedit effectum ſuum. Hæc Soci.
conſideratio non videtur admodum clara, quippe *ex d. l.* colli-
gitur nec precarium ſubſiſtere tẽpore quo principale eſt nul-
lum, & ſi poſtea valeat, hoc eſt pro vt ex nunc, & non pro vt ex
tunc.

† Declaratur tertiò, vt non procedat quando actus princi- 4
palis ab initio erat nullus, quo caſu conſtitutum ab eo depẽ-
dens erit nullũ, aliud autem ſi contractus ab initio ſit validus,
ſed poſtea ex aliqua cauſa annihilatur, tunc enim conſtitutũ,
ſeu precarium ſemel operatum eſt effectum ſuum, & ipſum
quidem à contractu ſeparatum. Tiraq *in tract. de cõſtituto. limit.
7. num. 41.* Ex prædictis infertur ad aliquas deciſiones. † Cre- 5
ditor conceſſit pignus debitori precario, modo vult euocare,
debitor offert pecuniam, nunquid teneatur etiam offerre il-
lam pecuniam, pro qua pignus non erat obligatum? Dyn. re-
ſpondit quod non, per notata *in l. ſi debitor. ff. de precar.* & ita fuit
in facto iudicatũ, teſte Cyno *ad l. 1. quæſt. 12. C. etiam ab chyrogr.*

† Secundò, creditor habuit bona debitoris ſui obligata. & 6
debitor conſtituit precario nomine poſſidere, demũ talia bo-
na debitor alienauit in tertium, & ille tertius poſſedit cum ti-
tulo & bona fide, per decem annos inter præſentes, vel 20. in-
ter abſentes, nunquid præſcripſerit contra creditorem, *iuxta
l. 1. C. ſi aduerſ. cred.* & continenter vtrum creditori ſit ſublatum
remediũ *l. fi. C. de aquir. poſſ.* Fuit magna dubitatio in Rota Nea-
politana. tandem fuit obtentum, quod licet ſit ſublata hypo-
theca per præſcriptionem, non eſt ſublatum precarium, & cõ-
ſequenter remediũ *d. l. fin.* per dicta *in prima declaratione.* ita Af-
flic. *deciſ. 139. magna fuit.* Et iuxta prædicta præcedant fortaſſe
tot doctorum authoritates, quæ volunt precarium, vel cõſti-
tutum tolli cum principali, vt per Tiraq. *de conſtit. limit. 7. nu.
17.* Marſil. *in rub. de fideiuſſ. q. 5. num. 350.* Deci. *in l. cum principalis,
de reg. iur.* Docto. *alibi paſſim.*

SVM-

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Licet contractus principalis ſit nullus, confeſſio tamen in eo appoſita tenet.*

2 *Confeſſio facta in iudicio inualido probat contra confitentem, dummodo iudex ſit competens.*

3 *Confeſſus coram iudice incompetente, cogi poteſt à iudice competente in confeſſione perſeuerare.*

4 *Confeſſio ſuper libello inepto, ſufficit ad condemnationem.*

5 *Licet contractus mulieris ex non ſeruata forma ſtatuti, ſit nullus, confeſſio tamen in inſtrumento poſita valet, & tenet.*

6 *Quod verum eſt niſi confeſſio eſſet facta reſpectiuè ad inſtrumentum.*

7 *Licet contractus principalis ſit nullus, confeſſio tamen erronea non erit nulla.*

1 LIMITATVR. ſeptimo loco ſpecialiter in confeſſione, licet enim contractus ſit nullus, confeſſio tamen in eo appoſita valet, & tenet. ita Bart Caſtren. Alexan. Iaſ. & alij, in l. 1. §. ſi
* quis ita. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. obliga. & hæc eſt communis * opi. teſte Iaſ. in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet.
2 † Pro qua facit, quia cõfeſſio facta in iudicio inualido, probat confitentem, dummodo alias iudex ſit competens. Inno. in c. Piſanis, de reſtit. ſpol. de cuius veritate Bart. in l ſi confeſſus ff. de cuſto. reo. Panor. in c at ſi clerici. in 2. notab. de iud. Bal. in l. edita, in 5. col. verſ. pone quod reus. C. de eden. Barba. in c. veniens. in 3. colum. de accuſ. in repet. cap. teſtimonium. colum. ſi. de teſtib. Afflic. deciſ. 372. nu. 7. Alexan. conſ. 74. colum. 2. volum. 3. Marant. in ſuo Specu. parte 2. actu 5. num. 24. reputauit dictum notab. Matheſ. notab. 53. no. vtilem
* regulam. & hæc eſt communis * opin. Hipp. ſing. 201. in confeſſum in ſua pract. in §. poſtquam, num. 12. declarando vt per Ang. in addi. ad Aret. in verbo, comparent dicti inquiſiti, ver. quero an confeſſus. quam etiam ſequitur, & 12. modis limitat Felin. in c. qualiter & quando, lo. 2 in §. licet, de accuſ. Guid. Pap. queſt. 126. D. Anton dicens hoc eſſe verum in cauſis ciuilibus ſecus in criminalibus, dicens ita ſeruari in curia Parlamenti. Grammat. conſ. 40. num. 30. dicẽs hoc eſſe ſingulare. Capi. deciſ. 179. nu. 6. vbi limitat ni-
3 ſi proceſſus fuiſſet nullus, ratione incompetentiæ iudicis. † Cui addam, quod confeſſus coram iudice incompetenti, cogi poteſt à iudice competẽti, in confeſſione permanere. Pro-
* ut de communi * teſtatur Iaſſi ed. Balb. deciſ. 104. Vini. lib. 1 opi. 48. Clar. in ſua pract. §. vltimo. queſt. 55. verſ. poſſet quoque. Emanuel, in ſuo theſauro, in verbo, confeſſus. num. 257. Cui adde Hippol. dicentem hoc valde notab ſing. 274. in ſi. licet regulariter. Quam concluſionem pluribus modis declarat Boſſ. in ſua pract. nume. 50. cum ſequen in tit. de confeſ. pulchrè etiam declarat Auphr. in addi. ad Capel. Tholoſ. queſt. 425. dicens prædictam concluſionẽ, quod quis cogatur perſeuerare in confeſſione facta coram iudice incompetenti, procedere ſolum in criminalibus, nõ autem in ciuilibus & in criminalibus an faciat indicium ad torturam latâ Blanc. in tract. de indicijs. num. 216. cum ſeq.
4 † Similiter confeſſio ſuper libello inepto, ſufficit ad condemnationem, non obſtante ineptitudine libelli Bald. in l. vnica. colum. pen. C. de confeſ. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfect. vrb. in c. per inquiſitionem, colum. ſi. de leg. Panor. in c. 2. colum. 11. de ordi. cognit. Barb. in c. de cauſis. de offi. deleg. Ange. conſ. 297. Alexan. conſ. 49. colum. 2 lib. 3. per l. poſthumum. §. ſi quis. ff. de inoffi. teſt. in. Quam dixit mirabilem, & ſibi feciſſe magnum honorem Bononiæ Corſet. in ſing. ſuis, ſuper verbo, ſententia, 15. Roma. ſingu. 253. An ſi ſententia, & conſ. 341. in ſi. latè Alexan. in l. ſæpe, nume. 30. ff. de re iudi. in l. ſi Titius. ff. de verborum obliga.
5 † Et iuxta prædicta infertur ad ſtatutum diſponens quod mulier contrahere non poſſit ſine Mundualdo, ſi contrahat non ſeruata forma ſtatuti, licet contractus ſit nullus, confeſſio tamen in inſtrumẽto appoſita probat. Bal ad l. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. licet à quibuſdam corruptè allegetur, Ange. in d. loco, ſequitur Imo. in l. ſeruũ. §. eum, qui. de leg. 1. Feli. in c. cum venerabilis, num. 25. de except.
6 † Quod dictum eſt verum, niſi confeſſio fieret reſpectiuè ad inſtrumentum, vnde conſuluit Roma. conſ. 194. omnipotentis Cum creditor produxiſſet inſtrumentum, carens nomine Imperatoris, debitor interrogatus, confeſſus fuit contenta in inſtrumento, eſſe vera confeſſio ſibi non præiudicat, quia confeſſus eſt reſpectiuè ad inſtrumentum, quod nullum eſt, vt ibi per eum. vnde præſens limitatio procedit in confeſſione
† ex certa ſcientia, ſecus ſi ſit erronea. ita Bal. in rub. C. de conſtit. pecun. num. 7. in l. ſi abſentis, num. 17. C. ſi cert. pet. Barba. conſ. 41. nu. 7
18. vol. 1. Io. de Arn. commentar. 6. & comment. 120.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Sublato principali, remanet iuramentum.*

2 *Diſpoſitio emanans cum clauſula non obſtante, non tollit conſtitutionem iuratam.*

3 *Iuramentum appoſitum in contractu ſimulato, eſt nullum.*

4 *Fallit niſi in inſtrumento eſſet appoſita clauſula quæ omnia, & ſingula, &c. & ibi latè de hac clauſula.*

5 *Iuramentum appoſitum in contractu nullo, tunc eſt nullum, quando contractus in totum ſit nullus, ſecus ſi ex aliquo defectu tantum.*

LIMITATVR octauo † loco principaliter in iuramentum; 1
nam principali ſublato, vel prohibito, remanet ipſum, vt habetur in c. cum contingat. in c. debitores. de iureiurand. Bur. in c. 1. cõſtitutus. de reſcript. Bart. & alij in l. cum lex. ff. de fideiuſ. Paul. Caſtr. in authen. ſi qua mulier. C. ad Velleian. Euerar. à vi iuramenti, nu. 5. Marſil. in rub. de fideiuſ. num. 63. † Hinc poſtea diſpoſitio ema- 2
nans cum clauſula non obſtante, non tollit cõſtitutionem iuratam. gloſ. in c. cum non deceat. de elect. in 6. quam ſing. dixit Roma. ſing. 7. diſpoſitio emanans. Ancha. conſ. 308. niſi legibus. Roma. conſ. 379. circa primum, col. 4. & conſ. 393. & conſ. 404. Bertran. cõſ. 41. col. pen. in ſi. vol. 1. conſ. 66. conſ. 179. col. ſi. vol. 3. Gomez. in c. 1. de cõſtit. in 6. car. 58. Vital. in tract. clauſul. in verbo, clauſula, Non obſtante. Berbat. conſ. 47. col. 2. vol. 1. Et hæc eſt cõmunis * opi. te- *
ſte Alex. conſ. 59. viſo inſtrumento, col 3. nu. 9. vol. 1. Bologn. in repet. l. omnes populi, num. 97. de iuſti. & iur. Bauer. de vi iuramenti. nu. 24. latè Port. reg. 29. in 6. ampliat. & per totam. Cagno. inferens ad pulchram q. in l. ſi quis maior. num. 176. C. de tranſact. Staph. de literis gratiæ. fol. 99. Rebuff. in forma mandat. Apoſtol. in verbo, iuramento. Catel. Cot. in memorab. in verbo, iuramenti religio, col. 2. Caſſ. in conſuetud. Burgund. Rub. 13 §. 8. Toutes coſes, nu. 12. Didac. Couuar. in 2. par. rub. de teſta. nu. 12. ver. ſecundo infertur.
† Declaratur præſens limitatio vno notabili modo in contractu ſimulato, quo caſu iuramentum quoq; erit nullum, gl. 3
in l. emptio. C. plus valc. quod agt. notab. dixit Caſt. in l. ſi. C. eod. tit. Bar. in l. cum quis decedẽs. §. Titia. de leg. 3. in l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falcid. Bald. in l. 1. col. 1. verſ. modo ſolet. C. de oper. liber. in l. ne patronis, col ſi. eod. tit. in l. rogaſti. §. ſi ſibi, col. ſi. in noua lect. ff. ſi cer. peta. in l. ſi. ff. qui ſatiſda. cogantur. Cardin. in cap. ad noſtram. colum. ſin. & ibi Imol. colum. ſi. verſ. an autem iuramentum. Panor. in 3. notab. de emp. & vend. Butr. in cap. cum contingat. colum. antepen. vbi Imo col. 75. in 7. membro ſuæ diſt. verſ. iuxta prædicta poteſt eſſe dubium. de iureiur. Paul. Caſtren. conſ. 143. colum. 3. lib. 2. conſ. 145. viſis, colum. pen. in ſin. conſ. 306. quanquam, colum. 2. eodem lib. Rom. conſ. 44. Ex ſup. colum. 2. verſ. ſecunda ratio. Cepol. de ſimulat. contract. præſumpt. 7. Corn. conſ. 135. viſis colum. 3. in ſin. lib. 1. Barb. conſ. 60. colum. 19. & iterum, colum. 22. lib. 3. Guid. Pap. conſ. 180. Appellauit dictum ſingulariſſimum Iaſ. in §. fuerat. de act. & conſ. 36. factum, colum. 2. lib. 1. Bertrand. conſ. 236. viſo, lib. 2. Marſil. conſ. 125. æternæ lucis, num. 37. Et hæc eſt communis * opin. teſte Nicol. Bellon. conſ. 448. nu. *
4. Rubeo Alex. conſ. 120. Bero. in c ad noſtram, num. 12. & ſequen. de empt. & vendit.
† Quæ declaratio de iuramento in cõtractu ſimulato, ſubdeclaratur niſi in inſtrumẽto eſſet appoſita clauſula, quæ om- 4
nia & ſingula prædictæ partes, &c. Prout in inſtrumẽtis quotidie apponitur, quo caſu non poſſet contra iuramentũ de ſimulatione opponi, nec etiam contra inſtrumentum. dictũ eſt Butrij in c. cum cõtingat in 7. caſu. de iureiur. ſequitur Imo. in c. ad noſtram. de empt. & vendit. Alex. in l. Seius. ff. ad l. Falcid. conſ. 36. vol. 2. Veronenſ. de ſimulat. contract. præſumpt. 7. Eſt dictum quotidianum practibile & ſingulare, Iaſ. in l. nemo poteſt. nume. 46. de leg. 1. Euerard. à vi iurament. nume. 19. Quæ ſubdeclaratio nec etiam ipſa eſt ſimpliciter vera, & pluribus modis declaratur. Et præcipue quis poteſt allegare turpitudinem ſuam veniendo contra dictam clauſulam, quando allegando eam oſtendit aduerſarium carere actione, tunc enim auditur. Soci. conſ. 264. colum. 6. volum. 2. Similiter dicta clauſula non obſtante, quis poteſt allegare ſimulationem ex quo contractus fuit ſimulatus, & à tradente non diſceſſit dominium, & ideo poterit agere rei vendicatione, & ſi proponatur de donatione, replicabit de ſimulatione, & ſic replicando audietur, dicta clau-

clauſula non obſtante, vt per Moder *repet.colum.19.in d.l. nemo poteſt, verſ. ſecundo quærit. Bar.* Similiter dicta clauſula non obſtāte, audiatur tertius pro ſuo iure & intereſſe. Aret. *conſ.96.in 3. dubio.* Similiter dicta clauſula obſtat, quando quis non fuit admiſſus ad probandam ſimulationem, ſi autem fuiſſet admiſſa probatio, & detracta ſimulatio, probatio valet, & iuramentū ſub tali clauſula præſtitum non obſtat, vt pulchrè & latè Pariſ. *conſ.53.& 54.volum.1.* Curt. iun. *conſ.100.* † Sciendum eſt
5 etiam quod tunc eſt nullum iuramentum in contractu nullo appoſitum, quando contractus eſſet in totum & in ipſo iure nullus, ſecus quando ex aliquo defectu tantum eſſet inutilis, gloſſ. *ſing.190.* Roma. *in l.1.colum.3.ff.de vſucap.* Ang. *conſ.16. pro Bouer. de vi iuram. num. 29.* & licet ibi palpitet ob conſilium Caſtr.219. tamen latè hoc defendit Marſ. *conſ.125.num.36.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Licet contractus ſit nullus, nō tamen erit nulla guarentigia propter ipſum appoſita.*
2 *Quod verum eſt quando verba ſtatuti, non reſpiciunt contractum, alias non.*
3 *Confeſſio, iuramentum, & guarentigia, ſunt conſecutiua contractus per accidens, & ex poſt facto.*
4 *Statutum Tudertinum diſponens quod inſtrumenta guarentigiata habeat executionem paratam, verificatur etiam in inſtrumēto continente nudum pactum.*
5 *Quando contractus peccat in ſubſtantia, vt cum furioſo, vel carcerato initus, nec etiam guarentigia locum habebit.*

1 LIMITATVR nono loco ſpecialiter in guarentigia, nam contractu nullo, erit nullum præceptum guarentigiæ propter ipſum appoſitum. Alexan. *in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verborum oblig.* poſt Ang. ibi. In qua materia, omiſſis varijs Docto. opinionibus, poſſent fortaſſe conſiderari duo caſus principales.

2 † Primus eſt, quando ſtatutum habet reſpectum ad contractū, dicens quod contractus mandetur executioni ob præceptum guarentigiæ, & tunc cum principalis reſpectus ſit ad contractum, qui nullus eſt, nulla quoque erit guarentigia. Secundus eſt caſus, quando verba ſtatuti reſpiciunt principaliter inſtrumentum, dicens, quod inſtrumenta guarētigiata habeant executionem paratam. Prout in ſtatuto meæ patriæ Tudertinæ, vbi guarentigia multum commendatur, & practicatur, quo caſu licet contractus ſit nullus, nō erit nulla guarentigia: & ratio, quia inſtrumentum & contractus differunt inter ſe vti continēs & contentum, vnde licet contractus ſit nullus, tamen ſtatutum loquitur de inſtrumento, ita declarare videtur Barto. aliquantulum obſcure *in l.1.§.& parui.ff.quod vi aut clam,* & hæc diſtinctio communiter recipitur, teſte Rip. *in*
3 *d.§.ſi quis ita.* † Ratio autem prædictorum eſt, quia confeſſio, iuramentum, guarentigia, & ſimilia non ſunt conſecutiua ita omnino dependentia, & naturaliter originem trahentia à cōtractu, ſed accedunt ex poſt facto & per accidēs quodammodo, & propterea non vitiatur cū principali, vt declarat Seiſel. *ad d.§.Chryſogonus.* Et ita intelligi poſſet vulgatum dictum Bal. *in l. ſi abſenti.C.ſi cer.pet.* vbi vitiato principali, vitiantur guarentigia.
4 † Ex his poſtea infertur ad deciſione quæſtionis. ſtatutum Tudertinum diſponit quod inſtrumentum guarentigiatum executioni demandetur, ſi appareat inſtrumentum continens nudum pactum etiam executioni demandabitur cum guarētigia. ita Bald. *in l.3.§.pupillus.ff.de negot.geſt. in l.ex placito. C.de rerum permut. in l.2.C.de execu.rei iudic.* quicquid teneret *in l.ſi nō ſortem.§.indebitum.ff.de condict.indeb.* Quem ſecutus eſt Roma. *in l.2.in princip.ff.de verborum obligatione. in l.fin. quibus appel. non*
5 *licet.*

† Et iuxta prædictam diſtinctionē intelligi poteſt id quod in hac materia guarentigiæ latè declarat Bald. *in l. etiam. C.de execu.rei iudic.* vbi vult quod ſi contractus peccet in ſubſtantia, quia cum furioſo, vel carcerato initus, vel ſit contractus innominatus qui propriam virtutem non habet niſi ſecuto implemento ex parte vnius, iſtis caſibus, nec etiam guarentigia valeat, idem Bald. *in l.hæreditatis.§.quam obſeruationem.C.de ſecun. nupt. in l.1.C.de dot.promiſ. in l. in contractibus. C.de non num.pecun.* Et in ſumma hæc eſt veriſſima diſtin. vt dicit Ben. Baiz. *in tract. de guarentig. in 6.q.prin.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Quamuis bona emphyteutica, libellaria, & feudataria alienari nō poſſint, in fructibus tamen executio fieri poteſt.*
2 *Super fructibus feudi hæreditarij executio fieri poteſt contra hæredem condemnati, quando feudum non ſit legitimè obligatum.*

LIMITATVR decimo † loco principaliter in materia emphyteutica, libello, feudo, & ſimilibus quæ licet alienari prohibeantur, & alienatio non teneat, in fructib. tamen executio fieri poterit ex primo & ſecundo decreto. Specu. *in tit. de primo & ſecundo decret.§. reſtat.ver. ſed quid ſi reus.* Ifern. *in c.1. ſi quis poſt lit.* Alexander *in l. pro hærede.§. ſi quid tamen.ff.de acqui. hered.* Caſtr. *conſ.240.par.1.* Aret *conſ.14.* Et hæc eſt communis opin. teſte Alexan. *in l.Iulianus.§ ſi quis de vectigalibus.ff.de dam. infect.*

† Ex his poſtea infertur ad deciſionem quæſtionis, nunquid ſuper fructibus feudi hæreditarij executio fieri poſſit contra hæredem condemnati, quando feudum non fuit legitimè obligatum? vtique ſic. ita Afflictus *deciſio.26.* vbi rationem adducit, poſitis aliquibus declarationibus generalibus. ponam aliqua quæſita concluſiua ad regulæ exornationem.

Primò, ſublato antecedente præſcriptione, an ſit ſublatum conſequens.
Secundò, quid in reſtitutione in integrum.
Tertiò, quid in ſententia.
Quartò, quid per mortem.
Quintò, quid per tranſactionem, vel pactum.
Sextò, quid per liberationem.
Septimò, quid in dilatione.
Octauò, quid in banno.
Nonò, quid in reſcriptis.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Sublato antecedente præſcriptione, cenſetur ſublatum conſequens.*
2 *Quod eſt verum ſiue conſequens ſit fauorabile, ſiue odioſum.*
3 *Limitatur in conſequente exiſtente tempore inchoatæ præſcriptionis, ſecus ſi poſtea accedat.*
4 *Procedit etiam in conſecutiuo inſeparabili, ſecus ſi ſit ſeparabile.*
5 *Alluuio ſuperueniens præſcribitur cum principali.*
6 *Limitatur etiam niſi diuerſum tempus ſit ſtatutum, in præſcriptione principalis, & conſequentis.*

Ad primum † reſpondetur quod ſic Bald. *in l.eos.C.de vſuris.* 1
† Ampliatur, vt procedat ſiue cōſecutiuum ſit fauorabile, vt 2
fructus, ſiue odioſum, vt vſuræ, ita Bald. *in d.l.eos.* dicens hoc valde notabile in materia præſcriptionum, ſequitur Iaſ. *in l.2. ff.ſi quis caut.* Socin. *conſ.18.colum.2.volum.2.* Feli. *in c.olim.num.4. de accuſat.*

† Limitatur primo vt procedat in conſecutiuo inſeparabili, ſecus ſi ſit ſeparabile. Oldr. *conſ.93.* Maria. *in c.cum ex iniuncto. de hæret.* Corn. *conſ.43.in hac conſultatione.colum.2.in medio.volum. 2.* Feli. latè *in c. audiuimus.in 4.declarat.de præſcript.* Balb. *in tract. præſcript.in 2.par.(?) princip.num.10.* 3

† Limitatur ſecundò in conſecutiuo, quod inerat tempore inchoatæ præſcriptionis. ſecus ſi poſtea ſuperueniat. *l.qui fundum.§.1.ff.de vſucap.* quam notabilem ad hoc reputauit Roma. *ſing.577.in habes,* dicens quem poſſe conſequi ex eo magnum honorem Corſet *in reper.ad Abb.in verbo, acceſſorium.* ratio videtur in promptu, quia ante cōnexionem nō poteſt quis ſe fundare in ea, cum qualitas adiecta verbo, intelligatur iuxta tempus verbi. *l.in delictis §.ſi extraneus.ff.de noxalib.* † Hoc autē ſub- 5
limitatur in alluuione, quæ ex poſt facto cum principali præſcribitur. *l.ſi ego.§.ſi.ff.de publ.* Bart. *in tract. Tiber. in verbo, acquiritur.* Bal. *in rub.de rerū diuiſ.col 9.* † Limitatur tertiò, vt non pro- 6
cedat, quando diuerſum tempus eſt ſtatutum in præſcribēdo principali, & eius conſecutiuo. Alb. *ad l.2.C.de luit.pign.* Hinc præſcripta actione perſonali, non tollitur hypothecaria, quia in perſonali eſt ſtatutum tempus 30 annorū, in hypothecaria 40. anno. *l.cum notiſſimi.* vbi Bal. *C.de præſcrip.30. vel. 40. annorū.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Principali ſublato per reſtitutionem, non tollitur eius conſequens.*
2 *Si beneficia ſint exempta ab impoſitione Papali, talis exemptio nō extenditur ad intereſſe.*

Ad

1 Ad ſecundum reſpondetur. quod in principali ſublato per reſtitutionem in integrum, non tollitur eius conſecutiuum. *l. ſi.§.Lucius.ff.de condi.indeb.* quam ſinguiatem ad hoc dixit Bal. *in l.ſi.circa med.C.quando prouo.non eſt neceſ.* Aret. *in l.filius qui patri.col.4.ff de vul.& pupil.*Rom.*ſin.543.reſtō.legalii.*Iaſ.*in l.1.nu.4. C.de iudic.*Sal.*in auth.ſacramenta.C.ſi aduerſ.vendit.* Feli.*in c.olim. col.ſi.de accuſ.*Pariſ.*conſ.16.circa præſentem.nu.112.vol.2.*Corſet.*in*
2 *in repert.ad Abb.in verbo acceſſoriū tollitur.*Hinc in facto † reſpondit Abb *conſ.2.42.factū ſic proponitur*, quod ſi beneficia Cardinalium ſint facta exempta ab impoſitione Papali, talis exemptio non extenditur ad intereſſe, & vſuras poſtea ſecutas.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Principali ſublato per ſententiam, tollitur eius conſecutiuum.*

1 Ad tertium reſpōdent, † quod principali ſublato per ſententiam, tollitur eius conſecutiuum. Bald.*in l.eos,in ſi.prin.C.de vſur.in l.ſi cum tibi.C.de iudi* Soci. *conſil.18.vol.1.* Iaſ.*in l.2.ff.ſi quis caut.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Principali ſublato per mortem ante litem conteſtatam, tollitur eius conſecutiuum.*

1 Ad quartum quid per mortem, ita diſtinguitur, aut principale petijt ante litem conteſtatam, aut poſt. primo caſu tollitur conſecutiuum, ſecundo caſu non. gloſ.*in l.vtique.ff.de rei vendic.*quam ſing.dixit Imo.*in l.Attheius.§.ſi.ff.de aqua plu.arcen.* Alex *in l.1. C:de iudic.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Principali ſublato tranſactione, vel pacto, tollitur pœna.*
2 *Tranſactio ſuper negocio principali lite pendente, non præiudicat in expenſis.*
3 *Remittens iniuriam, non videtur remittere damna, expenſas, & intereſſe.*

1 Ad quintum, quid ſi principale eſt ſublatum per trāſactionem, vel aliud pactum? reſpondetur quod ſi conſecutum eſt, pœna tollitur, Iaſ.*ad l.2.ff.ſi quis caut.in l.quæ ſide. de tranſact.*poſt Cyn.*in l.cum proponas.C.de pact.*Bar.& alios *in l.ita ſtipulatus.in l.*
2 *qui Romæ.§.duo fratres ff.de verbo. oblig.in l. Celſus.ff. de arbitris.*
† Hoc autem non procedit in omni materia, vnde lite pendente, tranſactio facta ſuper negocio principali, expenſæ peti poterunt. Guid. Pap.*deciſ.55.*

3 † Secundo paciſcens, & remittens iniuriam, non videtur remittere damna, expenſas & intereſſe. Bald. *in l.ſi domus.ff. de ſeruit.vrba.præd.in rub.C. de contr.empt.col.12.* Alex.*conſ.168.perquiſitis.vol.2.* appellauit dictum diligenter conſiderandum Alex.*in l.ſi tibi.§.1.*& Iaſ. *in l.1. num. 16. ff.de pact.* dicens in inſtrumento apponi debere, remittit damna, expenſas, & intereſſe.

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Principali ſublato liberatione, tollitur eius conſequens.*

1 Ad ſextum quid per liberationem? reſpondetur quod ſic, Bart.*in l. Aurelio. §. Caius in 6. quæſt.ff. de liber.legat.*notatur *in l.ſi cum tibi.C.de iudi.*Bald.*in l abſentis.C.ſi cert.pet* gloſſ.*in cap.accuſatus in verbo,iudicari,de hæret.in 6.*Angel.*in l.qui Romæ. §. duo fratres.ff.de verborum obliga.*Iaſ.*in l.ſed ſi plures.§.filio, num.3.ff.de vulg. & pupil.*Felin.*in c.ſuper literis,num.17.de reſcript.* Marſil.*in rubric. de fideiuſ.in 24.q.num.191.in l.1.§.diuus Adrianus,num.11.ff.de quæſtionibus.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Dilatio conceſſa ſuper principali, extenditur ad conſecutiuum.*
2 *Fallit, niſi debitor ſit ſuſpectus de fuga, & ſuſpicio de nouo ſuperuenerit.*

1 Ad ſeptimum quid in dilatione? Reſpondetur, quo dilatio conceſſa ſuper principali, extenditur ad conſecutiuum. *l. cum ſoluende.*vbi Barto.*ff.de diſtract. pign. in l.ſoluitur. § ſi paciſcar.* vbi
2 Ang.*ff.quibus mod.pign. vel hypot.ſoluitur.* † Declarat vno notabili modo, niſi debitor ſit ſuſpectus de fuga, quo caſu dilatio non extenditur ad conſecutiuum, text.ſecundum primam lectu gloſ *in l.quæſitum ff.de pign.* reputauit caſum ſingularem, & de facili poſſe euenire Roma.*ſing.172. an dilatio.*Iaſ. *in l. vnum, num.3.ff.ſi cert.pet.in l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.*Angel.*in l.nemo carcerem.C.de exact.tribut.lib.11.*Deci. *in c.cum tentamus. de applla.* Moder Petruſ.*in princ.Inſtit.de act.* Quod intellige, quandò talis ſuſpicio ſuperuenit de nouo, quæ non erat tempore conceſſæ dilationis.Rom.*conſ.320.hæc iſtorum.*Alex.*conſ.19.viſo,col.ſi.lib.3.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Bannita matre, non intelligitur bannitus partus.*
2 *Bannitus omnibus de progenie, non intelligitur bannitus partus.*
3 *Confiſcata fundo, non intelliguntur confiſcati boues ad cultū fundi.*
4 *Confiſcato farina, nō intelligitur confiſcatus ſaccus, vel aſinus portans farinam.*
5 *Quando res poteſt ſeparari ſine corruptione ſubiecta à re confiſcata, non dicitur confiſcata.*
6 *Publicatis bonis filij non per hoc eſt publicata legitima patris exiſtens in bonis filij.*

Ad octauum reſpondetur quod non. † Hinc bannita matre, non intelligitur bannitus partus, Bal.*in l.ſi.num.5.C.de libera.cauſ.* reputauit notabile Marſil.*ſingu.426.* Mod. Petruſi.*in princ. de act.180.* Nell.*in tract.de ban. in 1.parte.1.temporis.q.9.num.9.* 1

† Pro quo facit quod voluit idem Bal.*in l. cum inter. C.de fideicommiſ.libert.*quod bannitus omnibus de progenie, non intelligitur bannitus partus. 2

† Hinc accedat, confiſcato fundo, non intelliguntur confiſcati boues ſtantes ad cultum fundi Bal.*in l. cum ancillis. C.de inceſt.nup.* 3
Iaſ. *in l. fin.nume.6 ff de conſtit.princip.* † Similiter confiſcata farina, portata extra diſtrictum, non erit confiſcatus 4
ſaccus, vel aſinus portans farinam. Bald.*ad l.1.C.de naut.fœno.* Bat.*in l.conteſt.§.dominus.de publican.*pulchrè Guid. Papæ, *& ibi in addit.q.572.*Decius ſibi plures hunc caſum occurriſſe. Et in partib. noſtris ſæpiſſime occurrit, attenta auiditate publicorum. † Et generaliter res quæ ſine corruptione ſubiecti poſſunt ſeparari à re confiſcata, non veniunt in cōfiſcatione. Ber- 5
tachi.*in tract.de gabel.q.12.& ſeq.vlt.par.*Ripa *de remed. ad conſer. vber.num.131.*latè hoc examinat.Petr.Raue.*ſing. 856.vbi de confiſcatione domus.*† Similiter publicatis bonis filij, non per hoc erit publicata legitima patris exiſtens in bonis filij, nec ecōtra. 6
l.cum ratio.ff.de bon.damna. quem ad hoc reputauit notabilem Marc.Mant.*ſing.424.certum eſt.*

SVMMA NOTABILIVM.

1 *Sublato antecedente per reſcriptum, tollitur eius conſecutiuum, etiam ſi principaliter ſine cauſa tolli non poſſet.*
2 *Princeps ſi in reſcripto dicat, non obſtante ſententia, quod per hoc cenſetur reuocatum dominium, conſecutiuum ad ſententiam.*
3 *Dominium non poteſt tolli per reſcriptum ſine cauſa.*
4 *Quando dominium non eſt perfectè acquiſitum, tunc poteſt tolli per reſcriptum, alias non.*

Ad nonum reſpondetur, quid antecedente ſublato per reſcriptum, tollitur eius conſecutiuum, etiam ſi tale conſecutiuum principaliter ſine cauſa tolli non poſſet per principis reſcriptum.ita Bald.*in l.ſi.col.pen.verſ.ſed immediate oppono.C.ſent.reſcin.non poſſe.* † Hinc ſi princeps in reſcripto dicat, Non ob- 1
ſtante ſententia, quod pro hoc cenſetur reuocatum dominiū conſecutiuum ad ſententiam, licet dominium nō poſſit principaliter tolli per reſcriptum, ſine cauſa, tanquam de iure gentium, vt per Bal.*d.loco,* faciunt not. per Barto.*in proœm. ff.orum,* 2
& hæc eſt communis * opin.vt per Alex.*conſ.31.num.10.lib.2.*† *
Notandum tamen eſt circa hoc dictum Bald. quod procedat 3
quando tale dominium non eſt perfectè acquiſitū, tunc enim intelligitur ſublatum in continentiam ad principale quod ſit de iure ciuili inductum.Exemplum, ſi tollat venientib.ab inteſtato ius adeundi, quod eſt inductum de iur. ciuili, *l.lege obuenire.ff.de verb.ſign.* & non dicitur eſſe in bonis noſtris.*l.pretia rerum.ff.ad leg.Falcid.*quam notab.dixit ad hoc Bal.*in auth ſi qua mulier.in ſi.C.de ſacroſan.Eccleſ.*† Secus tamen videtur ſi domi- 4
nium ſit perfectè acquiſitum, quia non tollitur cum ſuo principali.Curt.iun.*conſ.1.num.20.par.1.conſ.138.nu.6.par.2.* vbi ita diſtinguendo declarat. Et his candide lector expedita redditur per me Vincentium Catociū Tudertinum ætatis meæ anno 25. præſens Regula, in qua ſi quid boni reperitur, Deo in primis, ac Virgini immaculatæ laus, & honor tribuatur.

FINIS TOMI QVINTI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS

Digitized by Google